

http://www.numelyo.bm-lyon.fr

Iesu Christi D. N. Nouum Testamentum, siue Nouum foedus. Cuius Graeco textui respondent interpretationes duae : vna, vetus : altera, noua, Theodori Bezae, diligenter ab eo recognita. Eiusdem Th. Bezae annotationes, quas itidem hac secunda editione recogno et [Bible N T. (grec-latin). 1565]

Auteur :

Date :1565

Cote : 20115

Permalien : http://numelyo.bm-lyon.fr/BML:BML_00GOO0100137001103310871

Droit d'utilisation : © Creative Commons - Paternité. Pas d'utilisation commerciale. Pas de modification.





159
Ms. 8.1 p. 65

Testamentum
(novum)

Inter prohibitos Colleg. lugdun. libros haberi voluit D. Presset consiliarius
20115

IESV CHRISTI D. N.
Nouum teſtamentum,
ſiue Nouum fœdus.

Cuius Græco textui reſpondent interpretationes duæ: vna, vetus: altera, noua, Theodori Bezæ, diligenter ab eo recognita.

EIVSDEM TH. BEZAE ANNOTAtiones, quas itidem hac ſecunda editione recognouit, & acceſſione non parua locupletauit.

INDICES etiam duo, theologis (præſertim Hebraicæ, Græcæ & Latinæ linguæ ſtudioſis) multum profuturi, adiecti ſunt.

RESPONSIO eiuſdē ad Seb. Caſtellionē, in qua multi N. Teſtamenti & harū in ipſum annotationum loci accuratiſſimè excutiūtur, ſeorſum excuſa proſtat.

EX BIBLIOTH PUB COLLEG LUGDUN

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE DE LYON



ANNO M. D. LXV
Excudebat Henricus Stephanus, illuſtris viri HVLDRICI FVGGERI typographus.

SERENISSIMAE REGINAE,

& ſuis virtutibus non minus quàm regiis decoribus ſplendidæ,

D. ELISABETAE,

Anglorum Reginæ, in Hibernia & circunia-centibus inſulis, &c. dominæ.

PETO à ſereniſſima tua maieſtate, Regina, vt me de huius operis iampridem à me inſtituti, & nunc ſub auguſto tuo nomine apparentis, ratione nonnihil diſſerentè, benignè & patienter audias. Annus iam agitur octauus ex quo noſtram hanc noui Teſtamenti vel potius Fœderis verſionem, additis annotationibus, aggreſſus, aliquod eius operis ſpecimen edidi. Confidebam enim fore vt ii in quorum manus hæc noſtra incidiſſent, ſi quidem amici nobis eſſent, monitorum officio fungerentur: ſin verò vel inuidi vel maleuoli, ſeuerè in ſingula inquirendo, quædam vel inueniendi, vel diligentius conſiderandi, vel etiam corrigendi occaſionem ſaltem aliquam nobis præberent. Hanc enim ego ex ipſis etiam inimicorum calumniis vel maximam vtilitatem capiẽdam eſſe ſemper exiſtimaui. Itaque quod olim perfectis operibus Apellem ferunt factitaſſe, id ego mihi in iſto vixdum inchoato faciendum putaui: eóque cõſilio nec Regiæ tuæ maieſtati, quæ tum (vt omnes magno cum mœrore audiebamus) de capite ipſo, Euangelicæ veritatis cauſa, periclitabatur, nec cuiquam etiam alii quàlecunque illud meum ſcriptum dicaui, ſed omnibus Chriſtianæ religionis ſtudioſis veluti ſpectandum propoſui. Sed ecce cõtra ſpem & expectationem noſtram, ab amicis nihil præter immodicas laudes, quas minimè omniũ optabam aut ſperabam, retuli: altera verò ex parte duo tantùm apparuerunt, Sebaſtianus Caſtellio & Franciſcus Balduinus: quorum ille vt nulla erat in his rebus doctrina nullóque iudicio præditus, multa quidem reprehendit, ſed temere planè & imperitè, ſicut in mea reſpõſione planum feci, adeò vt vix in vno & altero loco nos adnuerit: alter verò, planè virulentus Apoſtata, contẽtus in genere culpare quod antea laudabat, nihil peculiare, quod quidem alicuius ſit momenti, obſeruauit. Et tamẽ eum noſtra legiſſe, atque adeò in iis profeciſſe, ſic cõſtat vt ne ipſe quidem inficiari poſſit. Tum ſic egomet mecũ, Quod tot amici & tales laudant, maleuoli verò tanto tempore nondum carpere ſine manifeſta calumnia potuerunt, dignum eſt fortaſſis quod ſemel inchoatum, pro viribus abſoluas. Itaque ex Gallicis illis ciuilibus diſcordiis ſeruatus, hoc conſilio ad opus iterum redii: in quo quid præſtare ſtuduerim, partim res ipſa oſtendet, partim etiam optimè (opinor) aperuero, ſi eadem illa quæ initio ſuperioris editionis fuerã teſtatus, iterum repetiero, quibus videlicet de cauſis hoc quicquid eſt ſcripti (quod nonnulli fortaſſis ſi non inutile, at certè non ita neceſſarium arbitrari poſſent) tanta contentione ſim aggreſſus.

QVAM neceſſe ſit in Eccleſia Dei extare emendatam vtriuſque Teſtamenti Latinam interpretationem, non eſt quòd pluribus conemur oſtẽdere, quum de

eo nemo poſſit dubitare quin ſeſe pietati ac religioni Chriſtianæ inimicum eſſe profiteatur. Dicẽdum eſt igitur mihi potius quæ me cauſa impulerit vt poſt aliorũ, ac præſertim Eraſmi, interpretationes, in hoc argumento verſarer: deinde etiam paucis eſt explicanda ratio quam in hoc opere abſoluẽdo ſum ſequutus. Vulgatæ illius editionis qua iampridem vtimur, quis author fuerit, video inter doctos homines non conſtare. Hoc quidẽ conſtat, præterquam quòd plurimis locis à librariis eſt deprauata, ſæpe illam à Græcis diſcedere, ſæpe obſcurè multa interpretari, quædam prætermittere, quædam adiiçere: vt eam minimè mirũ ſit eruditis hominibus nunquam ſatiſfeciſſe, imperitis autem multis magnos errores obieciſſe. Eruditos voco, non eos duntaxat qui præcipuè hoc nomine digni ſunt, quales ſanè perpauci ſemper extiterunt: ſed eos quoque qui vel mediocrem vtriuſque linguæ peritiam ad pietatis ſtudium attulerunt. Cæteros autem, quod ad id attinet de quo agimus, nihil moror: quorum tamen duo genera eſſe video. Vnum, eorum qui per imperitiam, quòd pleraque erratanon modò non intelligant, ſed ne ſuſpicari quidem poſſint, idcirco in recepta illa interpretatione acquieſcunt: qui tamen proculdubiò meliora amplecterentur ſiquis illa commonſtraret. Alterum, eorum qui peruerſo quodam ingenio prædiți, ita in craſſis illis & obſcuris tenebris verſantur vt veritatis lucem ſponte refugiant. Illi commiſeratione ſanè aliqua digni ſunt: iſti verò planè indigni quorum corruptis & deprauatis iudiciis quiſquam commoueatur: quinimo aperti ſunt veritatis hoſtes. mirus enim eſt inter mendacium & ignorantiam, qua iſti tantopere delectantur, conſenſus. Adferunt tamen ipſi aliquid, ne nihil dicere videantur. Maiores noſtri (inquiunt) illa interpretatione fuerũt contenti. Cedo verò quos maiores appellatis? Nam Auguſtinum, Ambroſium, Hilarium, vllum denique ſcriptorem eruditum eſſe nego qui non ab illa ſæpenumero diſceſſerit. Id ſi pernegatis, ipſorum libros vobis iudices fero. Ad Hieronymum autem quod attinet, ſi Vetus illa editio tam erat emendata quàm vos eſſe vultis, cur ipſe Damaſi Romani Epiſcopi hortatu, idẽ in illa tentauit quod olim Origenes in Veteris teſtamenti Græca interpretatione? Nam iſta certè de qua agimus, ſi Hieronymo tribuatur, neceſſe eſt fateamur illum plurimis & iis quidem manifeſtiſſimis erratis teneri. Denique quum (vt olim idem conquerebatur) tot penè ſint huius editionis exemplaria quot ſunt codices, primùm omnium oportuit decidere quænam illa ſit cæteris anteponenda. Veritas certè quanuis vetuſtior ſit mendacio, tamen non perinde vt vinum probatur vetuſtate. Quum igitur in illa Vulgata editione (quam tamen ego quoad eius fieri potuit integram ſeruaui) permulta requirantur, laudandus eſt profectò eorum labor qui illam emendare ſtuduerunt. Ex illis autẽ alii, vt omnẽ nouitatis ſuſpicionẽ effugerent, ex collatione antiquiſſimorũ codicũ conati ſunt quæ luxata videbantur reſtituere: alii, Hieronymi exemplum & Pontificum decreta, ipſamque adeò rationem ſequuti, ad Græcorum vſque fontes recurrerũt. nam de Nouo teſtamento hîc à nobis quæritur. In vtriſque nonnulla probo, quædam reprehendo. Illos in eo laudo quòd antiquitati tantum honorem habuerint: in eo vitupero quòd dum à Latinorum codicum veſtigiis nunquam volunt diſcedere, ſæpenumero errata erratis cumularunt. Iſtorum verò conſilium, eruditionem, diligentiam, ſicut non poſſum non vehementer approbare, ita quædam (quòd eorum pace dixerim) in ipſis deſidero.

Nam vt in genere de omnibus loquar, quũ in ipſis Græcis codicibus maxima ſit interdum varietas, videntur omnes vel ſatis multis exemplaribus non fuiſſe inſtructi, vel non ſatis de hac annotanda varietate ſoliciti. Video enim illos, cæteris neglectis, ea demum plerũque annotaſſe quæ ipſi probabant: quũ ſingula potius annotare oportuerit, vt ſuum cuique iudicium relinqueretur. Id ergo ab illis factum eſſe vehementer cuperem. In ſingulis autem quid requiram, ac præſertim in Eraſmo, qui ſuperiores omnes magno poſt ſe interuallo reliquit, malo ex noſtrarum annotationum collatione intelligi quàm ipſe ſigillatim explicare: nequis quod veritatis ſtudio dico, vel ab inuidia, vel ab obtrectandi ſtudio profectum putet. Pauca tamen commemorabo quæ ad conſilii noſtri explicationem pertinent. Veterem interpretem Eraſmus meritò in eo reprehendit quòd vnum idémque vocabulum ſæpe diuerſis modis explicet. Atqui in eo ipſo quoties peccat? Leuiculum hoc eſt, dices. Ego verò aliter cenſeo, niſi quum ita neceſſe eſt, in his quidem libris in quibus ſæpe videas mirifica quædam arcana velut vnius vocabuli inuolucris tegi: vt quo propius abeſt à Græcis & Hebræis Latina interpretatio, eo mihi quidem magis probanda videatur: ita tamen vt ſimplicitate illa ſermonis ſeruata, quæ in his Spiritus ſancti oraculis planè diuina eſt & admirabilis, aſperum illud & horridum ſcribendi genus vitet. Deinde quàm immeritò multis locis Veterem interpretem reprehendit, tanquam à Græcis diſſentientem? Diſſentiebat, fateor, ab iis exemplaribus quæ ille nactus erat: ſed non vno loco comperimus aliorum codicum, & quidem vetuſtiſſimorum, authoritate eam interpretationem niti quam ille reprehendit. Quinetiam aliquot locis animaduertimus, Veteris interpretis lectionem, quanuis cum noſtris Græcis exemplaribus interdũ ei non cõueniat, tamẽ ipſis rebus multo melius quadrare: nẽpe quòd ille, quiſquis fuit, emendatius aliquod exemplar nactus eſſet. Præterea quiſquis ex veterum ſcriptis aut Græcis aut Latinis iſta emendanda ſuſceperit, niſi admodum attentè & cõſideratè id faciat, omnia certè corruperit potius quã emẽdarit. Neq; enim ſcriptores illos ſeu Græcos ſeu Latinos exiſtimãdũ eſt, quoties locũ aliquẽ citarẽt, toties vel libros inſpexiſſe, vel ſingula verba numeraſſe. Fuiſſet enim hoc infiniti penè laboris, nec (vt ego quidem arbitror) prorſus neceſſarii: quũ ne ipſi quidẽ Apoſtoli vel cum Hebræa veritate, vel cum Græca interpretatione totidem verbis ſemper cõſentiant, vt qui de ſententia potius ipſa quàm de ſyllabis laborent. Itaque ſicut Eraſmi ſtudium ac diligentiam in eo magnopere laudo quòd veterum ſcripta tam diligenter euoluerit: ita cogor, quod ad ipſam locorum collationem attinet, nonnullam in eo maiorem attentionem deſiderare, quæ in re ab ipſo peccatum eſſe non ſemel & in Græcis & in Latinis theologis animaduerti. Sed & illud fateor videre me nõ poſſe, cur quod vno loco cõprobauit, alio reiiciat: quod alibi mutauit, alibi retineat. quod tamẽ poterat vel memoriæ vel librariorum culpæ tribui, niſi id eſſet infinitis penè locis commiſſum. Nam quòd interdum in ipſa interpretatione occurrunt quæ in annotationibus non probantur, in eo culpa eſt manifeſta typographi, alioqui diligentiſſimi, qui interpretationem ipſam non ſatis diligẽter cum annotationibus cõparandam curauit. Denique vt ſunt varii hominum ſenſus, partim eorũ rationibus adductus qui hoc noſtro felici & erudito ſeculo theologiã ſanctiſſimè & eruditiſſimè explicarũt, partim etiã meũ iudiciũ ſequutus, nõnulla mihi animaduertiſſe videor

ab eo præterita quæ mutanda exiſtimarem : nonnulla rurſus mutata quæ relinquenda potius fuiſſe viderentur. Quid igitur? Nempe (vt de noſtro tandem inſtituto aliquid dicam) ſi is eſſet omnium, ac præſertim Regum & Principum, animus qui eſſe debebat,& quem tibi eſſe audio,Regina,nihil certè haberēt antiquius quàm vt primo quoque tempore doctiſſimos & religioſiſſimos quoſque vndique cogerent, ex quorum iudicio & authoritate, vtriuſque Teſtamenti interpretatio quæpiam ſemel ederetur, cuius, quoad eius fieri poſſet, ſacra & inuiolata eſſet authoritas. Neque enim ab vno quopiam tantum opus rite abſolui poſſe videtur. Sed plerique aliud habent ſcilicet quod agant: & ea quoque eſt in multis doctis alioquin hominibus ambitio,(quidni enim dicam quod res eſt?) ea φιλαυτία, is pruritus, vt multo malint vel aliud quiduis curare, vel in his etiam ſacris tractandis,ab optimis diſcedere, potiuſquam videri nihil ipſi dixiſſe aut ſcripſiſſe.Ea quoque typographorum quorundam auaritia eſt & impietas,quibuſdam etiam in locis in quibus Euangelium docetur,vt dum lucrum captant,nihil tam ſit ineptum,tam ridiculum,tam impium,quod Eccleſiæ Dei non obtrudant: ſcelerati certè homines, ac planè digni qui communi omnium Principum authoritate ſeuerè coerceantur. Quum igitur illud adhuc requiramus quod eſt in primis neceſſarium, nonnullam certè laudem merētur qui in iſta ſeneſcentis mundi corruptione, ſua omnia ſtudia in rem iſtā omniū longè vtiliſſimam ac maximè neceſſariā conferunt.In iis autem etſi,Dei beneficio,poſſum nomē ipſe meū profiteri,nunquā tamē profectò eò progreſſus eſſem vt in hoc argumenti genere quicquam ſcriberem quod publicè appareret, niſi me optimorum ac doctiſſimorum hominum authoritas in hanc velut arenam inuitum ac reluctātem pertraxiſſet. Satis enim,Dei gratia, intelligo quàm non ſatis ſim inſtructus omnium earum rerum cognitione quæ ad hoc perficiēdum requiruntur:& aliorum exemplo didici quàm facilè in omniū reprehenſionem hoc ſcribendi genus incurrat: in quo videlicet, ſiquid noui adferas, cæteros reprehēdere:ſin verò ab aliis dicta commemores,actum agere videaris. Sed quum me quo primùm tēpore iſta ſum aggreſſus, partim Robertus ille Stephanus noſter,homo iuuādæ Eccleſiæ Dei natus, incitaret: partim verò alii permulti non deſinerent tum vt tardum & cūctantem accuſare, tum etiam reprehēdere quòd donum Dei in me(vt ipſi dicebant)collatum,tam diu ſepultum iacēre ſinerem: tandem conſtitui,illorū iudicia à me diutius contemni non poſſe quin pro mo deſtiæ & conſtantiæ laude,in arrogantiæ & pertinaciæ crimen inciderem.Parui igitur illorum conſiliis,præſertim eximii illius ſerui Dei,ac optimi mei in Chriſto parentis Iohannis Caluini authoritate victus: cuius & viui iudicium tanti feci,& nunc(quādo ita Deo viſum eſt) nobis erepti memoriā ſic veneror,vt quod illo hortatore ſuſceptum,nunc expolire ſtudeo,omnino confidā Eccleſiis inutile non fore. Studui autem in primis vt non modò à Græcis,ſed etiā à recepta iam olim editione quamminimùm deflecterem. Verborum proprietatē adeò ſtudioſē ſum ſectatus,vt etiam à ſynonymis,quoad eius fieri potuit,libens abſtinuerim.Singula Græca vocabula eodē vbique modo exprimere ſtudui, niſi quū diuerſa fuit ſignificatio,aut peculiaris aliqua ratio incidit:quā & ipſam breuiter plerunque annotaui.Hebraiſmos tum in ſingulis dictionibus, tum in ſenſibus integris plurimos obſeruaui, partim doctiſſimorum hominum commentariis, partim quorundam amicorum & collegarum meorum, ac præſertim Antonii

ab eo præterita quæ mutanda exiſtimarem : nonnulla rurſus mutata quæ relinquenda potius fuiſſe viderentur. Quid igitur? Nempe (vt de noſtro tandem inſtituto aliquid dicam) ſi is eſſet omnium, ac præſertim Regum & Principum, animus qui eſſe debebat,& quem tibi eſſe audio,Regina,nihil certè haberēt antiquius quàm vt primo quoque tempore doctiſſimos & religioſiſſimos quoſque vndique cogerent, ex quorum iudicio & authoritate, vtriuſque Teſtamenti interpretatio quæpiam ſemel ederetur, cuius, quoad eius fieri poſſet, ſacra & inuiolata eſſet authoritas. Neque enim ab vno quopiam tantum opus rite abſolui poſſe videtur. Sed plerique aliud habent ſcilicet quod agant: & ea quoque eſt in multis doctis alioquin hominibus ambitio,(quidni enim dicam quod res eſt?) ea φιλαυτία, is pruritus, vt multo malint vel aliud quiduis curare, vel in his etiam ſacris tractandis,ab optimis diſcedere, potiuſquam videri nihil ipſi dixiſſe aut ſcripſiſſe.Ea quoque typographorum quorundam auaritia eſt & impietas,quibuſdam etiam in locis in quibus Euangelium docetur,vt dum lucrum captant,nihil tam ſit ineptum,tam ridiculum,tam impium,quod Eccleſiæ Dei non obtrudant: ſcelerati certè homines, ac planè digni qui communi omnium Principum authoritate ſeuerè coerceantur. Quum igitur illud adhuc requiramus quod eſt in primis neceſſarium, nonnullam certè laudem merētur qui in iſta ſeneſcentis mundi corruptione, ſua omnia ſtudia in rem iſtā omniū longè vtiliſſimam ac maximè neceſſariā conferunt.In iis autem etſi,Dei beneficio,poſſum nomē ipſe meū profiteri,nunquā tamē profectò eò progreſſus eſſem vt in hoc argumenti genere quicquam ſcriberem quod publicè appareret, niſi me optimorum ac doctiſſimorum hominum authoritas in hanc velut arenam inuitum ac reluctātem pertraxiſſet. Satis enim,Dei gratia, intelligo quàm non ſatis ſim inſtructus omnium earum rerum cognitione quæ ad hoc perficiēdum requiruntur:& aliorum exemplo didici quàm facilè in omniū reprehenſionem hoc ſcribendi genus incurrat: in quo videlicet, ſiquid noui adferas, cæteros reprehēdere:ſin verò ab aliis dicta commemores,actum agere videaris. Sed quum me quo primùm tēpore iſta ſum aggreſſus, partim Robertus ille Stephanus noſter,homo iuuādæ Eccleſiæ Dei natus, incitaret: partim verò alii permulti non deſinerent tum vt tardum & cūctantem accuſare, tum etiam reprehēdere quòd donum Dei in me(vt ipſi dicebant)collatum,tam diu ſepultum iacēre ſinerem: tandem conſtitui,illorū iudicia à me diutius contemni non poſſe quin pro mo deſtiæ & conſtantiæ laude,in arrogantiæ & pertinaciæ crimen inciderem.Parui igitur illorum conſiliis,præſertim eximii illius ſerui Dei,ac optimi mei in Chriſto parentis Iohannis Caluini authoritate victus: cuius & viui iudicium tanti feci,& nunc(quādo ita Deo viſum eſt) nobis erepti memoriā ſic veneror,vt quod illo hortatore ſuſceptum,nunc expolire ſtudeo,omnino confidā Eccleſiis inutile non fore. Studui autem in primis vt non modò à Græcis,ſed etiā à recepta iam olim editione quamminimùm deflecterem. Verborum proprietatē adeò ſtudioſē ſum ſectatus,vt etiam à ſynonymis,quoad eius fieri potuit,libens abſtinuerim.Singula Græca vocabula eodē vbique modo exprimere ſtudui, niſi quū diuerſa fuit ſignificatio,aut peculiaris aliqua ratio incidit:quā & ipſam breuiter plerunque annotaui.Hebraiſmos tum in ſingulis dictionibus, tum in ſenſibus integris plurimos obſeruaui, partim doctiſſimorum hominum commentariis, partim quorundam amicorum & collegarum meorum, ac præſertim Antonii

Ceuallerii(hominis nõn vulgari doctrina,& ſingulari quodam in Hebræis iudicio præditi)diligentia ac eruditione ſummopere adiutus. In ipſis porro Hebraiſmis Latinè exprimẽdis aliquoties malui nõ ſummã habere Latinitatis rationẽ, quàm temere(vt Sebaſtianus Caſtellio fecit)quicquã audere. Videtur enim Hebræus ille ſermo,præſertim in iis quæ ad religionis myſteria pertinent, plurima neſcio quomodo ἐμφατικώτατα ac diuinè prorſus exprimere,quæ nullo alio idiomate ſatis feliciter poſſis declarare. Quòd ſi Græcè loquẽs Spiritus ſanctus,ab iſtiuſmodi Hebraiſmis non abſtinuit,& doctiſſimi quoque Græcorũ interpretes illos adeo nõ reiecerũt,vt iis etiã tanquã gẽmis quibuſdã ſcripta ſua exornarint; non eſt(opinor)cur hoc meum ſtudium quiſpiam reprehendat. Deinde quum in illis explicandis non ſemper conſentiant doctiſſimi etiam ſcriptores,ſatius eſſe exiſtimaui, integra omnia interdum relinquere quàm committere vt allata vna interpretatione,alias omnes viderer reiecisſe. Neque tamen nobis religio fuit in annotationibus illuſtrare quæ obſcurius dicta videbantur, & quid potiſſimùm ſequeremur, paucis indicare. In ipſis autem annotationibus ſtudui vt nihil prorſus appareret ad oſtentationem compoſitum,quum alioquin multæ ſeſe liberius exultandi occaſiones offerrent. Itaque verborum & formularum interpretatione contentus,addidi exempla ex profanis authoribus petita, non quoties licuit, ſed quoties(meo iudicio) ita neceſſe fuit. Res autem ipſas tum attigi quum viſa eſt ſententiæ expoſitio cum ipſa vocabulorum interpretatione coniungenda: in cæteris memini quid in hoc opere mihi eſſet propoſitum. Ex veteribus Origenem acerbè reprehendi, quem tantum abeſt vt cum Eraſmo veteribus omnibus anteponam,vt contrà liberè profitear, nullum mihi magis impurum ſcriptorem videri. Ex recentioribus verò Caſtellionem (de quo paulo antè dixi) aliquot locis pupugi, quòd intolerandam ipſius audaciam exiſtimem. In his autem omnibus concinnandis, cum Vallæ, Stapulenſis, Eraſmi annotationibus, etiam veterum tum Græcorum tum Latinorum, & recentiorum quoque doctiſſima ſcripta diligenter contuli: à quibus me plurimùm adiutum eſſe vltro profiteor: quanquam ne his quidem aut illis ita fui addictus vt meum iudicium liberè non ſim ſequutus. Ad hæc omnia acceſſit exemplar ex Stephani noſtri bibliotheca cum vigintiquinque plus minus manuſcriptis codicibus, & omnibus penè impreſſis,ab Henrico Stephano eius filio, & paternæ ſedulitatis hærede,quamdiligentiſſimè collatum: quæ res vna præ cæteris magnopere me in pleriſque ſubleuauit, quũ interdum vidĕrẽ, quæ alioqui ſola interpretũ coniectura nitebantur, alicuius codicis authoritate confirmata: interdum autem ex veteris lectionis veſtigiis aditus ad cognoſcendam veritatem nobis patefieret. in quo tamen hunc modum tenuimus,vt admonitione contenti,ex ingenio aut ſimplici coniectura ne apicem quidem mutaremus.

HAEC tum igitur, Regina,conſilia mea fuerunt: quæ ne nunc quidẽ mutaui,ſed quanta maxima fide ac diligẽtia potui,ſum perſequutus. Emendaui plurima, expunxi quæ videbantur redundare, adiunxi difficiliorum quorundam locorum expoſitiones: denique operam dedi, quantum quidem in me ſitum fuit, vt & multæ loquendi formulæ pleriſque nõn ſatis adhuc(quod ſine inuidia dictum ſit) perſpectæ, & ipſa in primis Apoſtolicarum diſputationum methodus,omnibus paterent. qua in re quantum ſit à nobis ſudatum,ii demum

intelligent qui ſingula diligenter expendent. Sed quorſum hæc apud te, Regina? quaſi ſcilicet regiam tuam maieſtatem huius vel illius homunculi ſermonibus impediri conueniat. Ego verò (vt paucis reſpondeam) de me quidem nihil habeo quod dicam, quem tamen confido tuæ maieſtati nec ignotum, nec inuiſum, imò ne moleſtum quidem eſſe, idque in Domini mei Ieſu Chriſti gratiam, cuius gloriæ ſic ſtudes vt omnes fidos eius ſeruos etiam amare conſueueris: ſed de excellētiſſimis tuis dotibus, & maximis in Eccleſiam Dei beneficiis, quæ me ad hoc ſuſcipiendum conſilium impulerunt, neceſſariò mihi agendum puto, tum ne ingratus videar, tum etiam multo magis vt hac tam commoda occaſione Reges ac Principes omnes, propoſito ſibi tuæ maieſtatis exemplari, ad verè regias laudes quærendas accendantur. Minimè quidem, fateor, pendet Dei regnum à Regum potentia, quos etiam plerunque (quæ eſt mundi perfidia) infeſtiſſimos habuit: ſed tamen ſiquid eſt in terris in quo liceat diuinæ gloriæ imaginem velut in ſpeculo intueri, illud eſt profectò quod in te hodie præ cæteris orbis terrarum Principibus conſpicitur: regia videlicet maieſtas, pura Dei notitia ac reuerentia exornata: quarum rerum illa Reges ſupra mortales plurimos attollit, iſta verò etiam Angelis exæquat. Verè autem hæc à me dici quum & pii omnes magno cum gaudio intelligant, & Antichriſtiani ipſi magno cum dolore intus agnoſcant, minimè vereor ne dum hæc de te prædico, in adulationis ſuſpicionem incidam. Quæ porro de tuis virtutibus, ſuperſtite adhuc altero illo noſtrorū temporum Ioſia, Eduardo Rege fratre tuo, fuerit expectatio, vel illud declarat quòd illo in cælum recepto, certum ſit neminem bonum fuiſſe qui non tacito ſaltem cum gemitu (quoniam apertè non licebat) iniuriam non ſolùm tibi ſed etiam toti Angliæ regno factam deploraret, atque adeò qui non mala illa quæ poſtea euenerunt, à Deo Optimo Maximo deprecaretur. Aſperrimis autem illis tempeſtatibus quæ tot pias & ſanctas animas, quibus indignus erat mūdus, in cælū vſque expulit, quis te tandē à crūdeliſſima & indigniſſima morte liberauit? Is vnus profectò qui te (ſicut omnes præſagiebant, & res ipſa declarat) pacandis tā multorū miſeriis deſtinarat. Quæ tunc in his quoque regionibus pro tua ſalute fuſæ ſint preces ac lacrymæ, tum à nobis exteris, tum à tuæ gentis exulibus, quibus tum hæc ciuitas perfugium erat, & quæ viciſſim fuerint omnium gratulationes quū de alterius illius obitu, tuáque inauguratione nuntius eſſet allatus, & cælū & terra penè ipſa teſtari poſſunt. Iam tum enim præſagiebāt omnes quæ poſtea ſunt cōſequuta, fore videlicet vt te apparente, ſæuiſſimam illam tempeſtatē placidiſſima quædā tranquillitas exciperet. Quod tamen euenit, nempe vt ſine turbis & cæde, tum diuina tum humana penè omnia in Angliæ regno, vno veluti momento componerentur, hoc ne ſperare quidem homines audebant. Eſt igitur hæc adeò ſubita rerum inſtauratio diuinitus quidem data, ſed ſecundum Deum ab illa tua virtute profecta, qua teipſam planè, vt multis aliis, reliquos orbis terrarū Principes ſuperaſti. Clementiam dico & illam naturæ lenitatem, qua ſic ipſa tibi vel ferociſſimos quoſuis ita deuinxiſti, vt quanto ſanctæ pacis artes omnibus illis virtutibus bellicis præſtent, quæ cū humani generis pernicie efflorescūt, reipſa perſpicuè demonſtraris. Anglia igitur tibi, Regina, ſecundū Deum Optimum Maximum, cuius nobiliſſimum es inſtrumentum, iſtud pacis beneficiū debet: quod etſi per ſe eſt excellens, altero tamen illo inferius eſt, cuius gra-

tia,pax ipſa hominibus eſt expetenda: quod & ipſum tibi debet Anglia, nempẽ verum Dei cultum, nunc tandẽ à ſordidiſſimis illis Antichriſtianiſmi ſordibus repurgatum. Hoc illud eſt igitur quod te meritò ſupra omnes horum temporum Reges, ipſis etiam è cælo conſentientibus Angelis, attollit. Aliis enim quod placet, non licet: qui quidem carnis prudentia potius quàm Dei ſapientia in conſilium adhibita, peſſimè tum ſibi ipſis, tum populis ſuis conſulunt: alii qui plurimi & potentiſſimi ſunt, apertum cum pietate bellum gerunt: nonnulli qui pauci ſunt, religionem quidem profitentur, ſed quomodo tandem inſtitutam, & quàm multis adhuc nævis deformatam, præſertim ſi diſciplinam Eccleſiaſticam ſpectes? Idololatriam damnant aliqui, nec tamen idola profligant. Miſſam Papiſticam eiiciunt nonnulli, ſed vt ſuam introducant. Tranſſubſtantiatio ab omnibus ſummo conſenſu repudiatur, ſed ità vt non deſint quidam qui nihilo ineptius delirium tanquam Chriſtianæ religionis arcem tueantur: adeò quidem vt (quod non ſine horrore dico) nonnullos iam non pudeat apertè Chriſtum ſimul & quod ad naturas attinet, cum Neſtorio diuidere, & quod ad proprietates, cum Eutychete confundere. Hæc enim eſt iuſta præfractæ contumaciæ merces. Quid multa? non deſunt alii qui Macedonii & Tritheitarum horrendas blaſphemias tum voce tum ſcriptis aſſerant: quibus nunc hæreſibus miſeræ Polonicæ Eccleſiæ diuexantur. At tibi, Regina, tuiſque populis quod haud ſcio an cuiquam noſtra tempeſtate regno, per te datum eſt, puræ videlicet ac ſinceræ Euangelii doctrinæ integra profeſſio, ad quam ſi (vt boni omnes ſperant, & fideliſſimi quique tuarum regionum Epiſcopi iampridem deſiderant) plenam quoque diſciplinæ Eccleſiaſticæ inſtaurationem adiunxeris, ſanè non video quid amplius vel Anglia ipſa poſſit à te flagitare, vel tua maieſtas in ipſam cõferre: niſi fortaſſis illud (quod vtinam breui diuinitus contingat) vt aliquo tandem tam auguſta virgine Regina, non indigno reperto marito Rege, ſobolem in maternas virtutes ſimul & in regna ſucceſſuram, longiſſimæ vitæ curſu peracto, felix populis tuis relinquas. Iam verò cuiuſmodi eſt duplex illud tuum facinus? Nota ſunt illa vetera Scotorum cum Anglis diſſidia: at tu illa omnia memorabili planè officio aboleuiſti, quum Scotiam in extremũ periculũ adductã, ab Antichriſti fraudulenta tyrãnide, opportuniſſimis auxiliis ſummiſſis aſſeruiſti. Bellorũ inter Frãcos & Anglos geſtorũ celebres ſunt hiſtoriæ: & tamen nuper quũ & regni ipſius Gallici ſtatus & Eccleſiarum Gallicarum pericula promptum auxilium flagitarent, (nihil enim amplius de funeſtiſſimo illo bello dicendum arbitror, ne vulnerum cicatrices nõdum perſanatas refricare velle videar) quæ tua tunc fuit in iuuandis piis voluntas? adeò quidem vt iſtam qualemcunque Gallicarum Eccleſiarum libertatem, aſſertore & vindice (vnà cum inclyto D. Amiralio & magna Gallicæ nobilitatis parte) illuſtriſſimo principe Condenſi, à Chriſtianiſſimo Rege Carolo impetratam, Regiæ tuæ maieſtati & illuſtriſſimis Germaniæ principibus, exẽplum tuum ſequutis, omnes magna ex parte deberi meritò fateantur. Quominus autem plenum hoc beneficium fuerit, rectè profectò iudicant qui nulli æquè rei atque noſtris ipſorum peccatis imputandum eſſe arbitrantur. Id quod eo liberius teſtor quòd iſtis tum conſiliis tum etiam pleriſque rebus præſens (quandoquidem ita Deo viſum eſt) interfui. Itaque cõfecta pace, quum in hanc vrbem, alteram videlicet patriam meam, ex qua viginti antè menſibus fueram ad Poſ-

ſiacenum illum conuentum euocatus, rediiſſem, cum alia multa mihi occurrerunt de quibus ſæpe ac multum cogitarem, tum verò maximè tanti beneficii accepti memoria non aliter animo meo obuerſari cœpit quàm obæratis perpetuæ de exoluendo ære alieno curæ ac ſolicitudines: nec prius mihi quieſcẽdum putaui quàm hoc tibi, quãtumuis ceſſantibus aliis multo locupletioribus, non quidem illius beneficii (quod in æſtimationem non cadit) pretium perſoluerem, ſed grati ſaltem animi monimentum velut communi Galliæ patriæ meæ nomine, Regiæ tuæ maieſtati conſecrarem. Cui enim potius hæc conueniunt quàm tibi, quæ ſingulari Dei Optimi Maximi beneficio id etiam es conſequuta, vt non modò quid hîc dicatur, abſque interprete intelligere, ſed etiam tum de his linguis, tum de rebus ipſis vel optimè poſſis iudicare? En igitur tibi, Regina, qualecunque munus: quod ſi tibi gratum fuiſſe cognouero, nõ mediocrem laborum meorum fructum me percepiſſe exiſtimabo, atque adeò Eccleſiis iſtud quicquid eſt, non inutile fore, multo (vt mihi quidem videor) certius præſagiam. Dominus te, Regina, Spiritu illo ſuo, quem Dauid Rex & ipſe נדיב tanquam principum proprium appellat, magis ac magis locupletet: zelo gloriæ ſuæ te tuóſque populos veſtiat: templo denique ſuo penitus repurgando, omnibúſque Excelſis ſemel abolendis, inuicta ſua fortitudine te potenter fulciat ac confirmet.

Genevæ, Anno à nato Ieſu Chriſto, M. D. L X I I I I, Decembr. X I X, quo die ante biennium Gallica nobilitas illuſtriſſimo principe Condenſi duce, tuis & illuſtriſſimorum quorundam Germaniæ principum ſubſidiis freta, non procul Druidum vrbe, fortiſſimè præliata, prima reſtituendæ in Galliis Chriſtianæ religionis fundamenta ſanguine ſuo feliciter Deo conſecrauit.

HENRICVS STEPHANVS LECTORI S. D.

DVABVS hisce paginis, alioqui vacaturis, ea quæ sequuntur carmina, ex amicorum consilio, mãdaui, olim quidem à me penè adhuc puero scripta, & illi præclaræ Græci Noui testamenti editioni præfixa quæ anno M. D. L. ex officina patris mei Rob. Stephani prodiit: nunc autem ex tempore, ac raptim duntaxat (vt illi ipsi amici norunt) recognita, & ex parte tamen incudi etiam reddita.

ΤΗΝ τριπόθητον ὁρᾷς καὶ τὴν πολύευκτον ἐκείνην,
Κείνην τὴν γλυκερὴν καὶ τὴν πολυτερπέα δέλτον,
Ἔνθεος ἣν ἐχάραξε θεοπνεύστων χορὸς ἀνδρῶν·
Ἣ μεγάλοιο Θεοῦ κραδίην οἰκτίρμονα φαίνει
Πᾶσιν ἀλιτροῖσιν, κοινῇ δέ τε πᾶσιν ἀνῴχθη
Ὅσσους ἠελίοιο καταυγάζουσιν ὀπωπαί.
Ἣ μούνη στήθεσσι φρέσβιον ἦδος ὀπάζει,
Καὶ τὴν οὔλυμπόνδε καὶ εἰς αἴδαο φέρουσαν
Δείκνυσιν, ὄφρα Θεοῦ κατεναντίον ἄμμε καθίζῃ.
Νήπιος ὃς δέλτου ταύτης ἀπὸ θυμὸν ἐρύξας,
Μαστεύει θνητῆς σοφίης ἀλιτήμονα θεσμόν.
Νήπιος ὃς φείγοις συγνὴν προβέβουλεν ὁμίχλην,
Ἣ φάος ἱμερόεν μέσσῃ ἐνὶ δίζεται ὄρφνῃ.
Εἰ γὰρ καὶ πάσης σοφίης ἐπὶ μέτρον ἵκοιτο,
Γράμμασι δ' ὅσσα Θεὸς μυστήρια τοῖσδε διδάσκει,
Τῶνδ' ἀμύητος ἔοι, σκοτίην πέρι δειλὸς ἀλᾶται,
Νηπιάας ὀχέων, κενεοῖς δὲ σύνεστιν ὀνείροις.
Ὃς δὲ βίβλου λογίων ταύτης δεδαημένος ἐστὶν,
Εὗρε φάος γλυκερὸν, γλυκερῇ σύνοπαδὸν ὁμαρτοῦν
Ἐλπίδι, εὐφροσύνην μόνη ἣ πραπίδεσσιν ἀέξει,
Εὐφροσύνην πάσης ἀμιγῆ μελεδῶνος ἀνιγρῆς·
Καὶ μένος ἀμφιχυθεῖσα τόσον στήθεσσιν ἐγείρει,
Ὥστε τιν' οὐ Φάλαρις, καὶ οὐ Βούσιρις ὁμοκλῶν,
Οὐ βρόχοι, οὐ κλοιοὶ, οὔτε ξίφη, οὐ πυρὸς ὁρμὴ,
Οὐχ ἕτεραι κρυβῶν βασανῶν ἐθρόησαν ἀνάγκαι.
Δὴ γὰρ οἴζυρὸν βίοτον βίου οἶδεν ἀμείβων
Ὀλβίου, ἀϊδίου, ἀγαθῶν πλέου αἰὲν ἐόντων·
Ὄντε μόρος Χριστοῦ, Χριστοῦ σωσίμβροτον αἷμα
Δωρεῖται, βροτέῃσι καθάρσιον ἀμπλακίῃσι.
Χριστοῦ, ὃς ἡμερίοις ὀλεσιμβρότου ἅμματα ῥήξων

Δαίμονος, ἦλθ' ἐπὶ γῆν, καὶ σκῆνος γῆς ἔπι εἶται,
Ἀμπλακίης ἔξω, τἄλλ' εἴκελον ἡμετέροισι,
Σύνθρονον ἐκπρολιπὼν ἕδος ᾧ πατρὶ ὑψιμέδοντι.
Λῃϊστῆρσι δ' ὁμοῦ σταυρὸν ποτὶ γυῖα πέπαρται,
Ὡς καὶ ἀναίτιος ὤν, ἀλιτήματος ἀνδρομέοιο
(Πατρὸς ἑοῦ βουλῇσι) κακὴν ἀποτίνοι ἀμοιβήν.
Ἀλλὰ θανὼν ἀνόρουσεν ὑπὲκ τύμβοιο τριταῖος·
Γῆν τε λιπὼν μετέπειτα, φέρων ἔτι σάρκινον ὄγκον,
Οὐρανὸν εἰσανέβη παλινόστιμος ἀστερόεντα.
Οὐρανὸν εἰσανέβη, ὀλοὸν δεσμοῖσι πεδήσας
Δαίμονα, τοῖς ἡμᾶς δολιστῶς μελήεσκε πεδῆσαι·
Σὺν κείνῳ δορίληπτον ἄγων πολὺν ἄλλον ὅμιλον,
Τόν τ' Ἀΐδην, Θάνατόν τε, καὶ Ἀμπλακίην ἀλεγεινὴν,
Τόν τε Νόμον τελεταῖσιν ἀγαλλόμενον πολυμόρφοις.
Κεῖθι δὲ δεξιτερῇφιν ἑῷ παρὰ πατρὶ κάθηται,
Πᾶσι δ' ἐπωνυμίην ἐπαληθεύουσιν ἀπ' αὐτοῦ,
Θυμὸν ἐπιπνείει κρατερόφρονα, καὶ μένος ἁδρὸν,
Οὐρανόθεν πρὸς ἀγῶνας ἐφοπλίζων πολυμόχθους·
Ἔστε δικασσόμενος καταβῇ πάλιν, ὢν ἀδόκητος,
Τοῖς τ' ἤδη δόλιχον βιότου διὰ πάντα δραμοῦσι,
Τοῖς τ' οὔπω βιότου τολυπεύσασιν ἐν χθονὶ τέρμα·
Καὶ ἐσθλοῖς μὲν ἑῆς μεταδῷ βασιληΐου ἀρχῆς,
Ἄσπετον εἰς αἰῶνα τιθεὶς ναετῆρας ὀλύμπου,
Τοὺς δὲ κακῶν ῥεκτῆρας ἠᾷ ἐς ταρτάρου ὄρφνην.
Ταῦτα τὰ καλὰ πέλει παιδεύματα καὶ βιόδωρα,
Ὧν οὐδ' ἔστιν ὄναρ σοφίη γε διδάσκαλος ἡμὴ,
Ἀλλ' ἡ Χριστιανῷ δέλτος πολυήρατος ἥδε,
Σειρήνων πολλῷ λιγυρωτέρη οὔασι δέλτος,
Χρυσοτέρη χρυσοῖο πρὸς ὄμμασι Χριστιανοῖσιν,
Ἔνθεος ἣν ἐχάραξε θεοπνεύστων χορὸς ἀνδρῶν.

Euangelium ſecundum Matthæum. Τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον.

EVANGELIVM, Εὐαγγέλιον. Id eſt, ſumma beatæ illius doctrinæ quam nobis Ieſus Chriſtus annuntiauit. Quam enim Euangelium Græcis quemuis bonum & optatum nuntium declaret, propriè dici cœpit de vera illa ſalutis doctrina, quæ non eſt excogitata ab hominibus, ſed è cælo ad nos allata, ſicut prædictum fuit Eſa.51.b.7. vt mutua ſit inter fidem & Verbum prædicatum relatio, Rom.10.d.17. Quoniam autem Chriſtus eſt nõ tantùm huius rei nuntius, ſed etiam ille ipſe in quo tota hæc felicitas reſidet, idcirco Euãgelii nomen peculiari ratione inſcriptum eſt quatuor iſtis Matthæi, Marci, Lucæ & Iohannis libellis, quibus rerum à Chriſto dictarum & geſtarum hiſtoria continetur. Sed & illud obſeruãdum eſt, interdum Euangelii nomine neque hos quatuor libellos, neque ipſam propriè doctrinam, ſed eius potius doctrinæ ãnnuntiationem ſignificari, vt Rom.1.a.1, & 1. Cor.4.c.15, & 2. Cor.8.c.18, & alibi ſæpe. Nos autem vbique hoc vocabulum, quaſi Eccleſiæ Chriſti peculium, vt alia eiuſmodi omnia, libenter retinuimus. Secundũ Matthæum, κατὰ Ματθαῖον. id eſt, vt ſcriptũ & traditum eſt à Matthæo. Caſtellio conuertit, Authore Matthæo: quod mihi duriuſculum videtur. Magis enim (vt opinor) propriè loquetur qui Deum huius Euangelii authorem vocabit, ſcriptorem, Matthæum. Fateor tamen Euangelium Matthæi & aliorum, non minus quàm Pauli vel Petri Epiſtolas, atque etiam authorem pro ſcriptore dici ſolere: ſed non puto temere ſcriptũ κατὰ Ματθαῖον potius quàm Ματθαίου, vel ἀπὸ Ματθαίου, vel aliud eiuſmodi: quoniã videlicet Euangelii nomen hoc in loco non tam aliquod ſcripti genus declarat quàm ipſius ſcripti ſententiam: cuius author ſit Chriſtus, ſcriptor Matthæus. Idque etiam magis liquet ex inſcriptione quæ in Latinis codicibus reperitur, nempe, Sanctum Domini noſtri Ieſu Chriſti Euangelium, ſecundum Matthæum.

NOVA INTERPR.		VETVS.	
Κεφάλαιον α.	CAP. I.	CAP. I.	1
1 ΒΙΒΛΟΣ γενέσεως Ιησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαβὶδ, υἱοῦ Αβραάμ.	1 ‖LIBER generationis Ieſu Chriſti, filii Dauid, filii Abraham.	1 LIBER generationis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abraham.	Luc.3.c.14i
2 Αβραὰμ ἐγέννησε τὸν Ισαάκ. Ισαὰκ δὲ ἐγέννησε τὸν Ιακώβ. Ιακὼβ δὲ ἐγέννησε τοὺς Ιούδαν, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ.	2 ‖Abrahã genuit Iſaac. ‖Iſaac autẽ genuit Iacob. ‖Iacob autẽ genuit Iudam, & fratres eius.	2 Abraham genuit Iſaac. Iſaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam & fratres eius.	Gen.21.a.2. Gen.25.d.24i Gen.29.d.35.
3 Ιούδας δὲ ἐγέννησε τὸν Φάρες καὶ τὸν Ζαρὰ ἐκ τῆς Θαμάρ. Φάρες δὲ ἐγέννησε τὸν Εσρώμ. Εσρὼμ δὲ ἐγέννησε τὸν Αράμ.	3 ‖Iudas autem genuit Phares & Zarã è Thamar. ‖Phares autẽ genuit Eſrom. Eſrom autem genuit Aram.	3 Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. Phares autẽ genuit Eſrom. Eſrom autem genuit Aram.	Gen.38.g.27i 1.Par.2.d.5: ruth 4.d.18i
4 Αράμ δὲ ἐγέννησε τὸν Αμιναδάβ. Αμιναδὰβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ναασσών. Ναασσὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Σαλμών.	4 Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naaſſon. Naaſſon autem genuit Salmon.	4 Arã autẽ genuit Aminadab. Aminadab autẽ genuit Naaſſon. Naaſſõ autem genuit Salmon.	

ANNOTATIONES, IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

Liber, Βίβλος, id eſt recenſio, Hebræorum idiotiſmo, vt Geneſ.5.a.1, ספר תולדות. Subauditur autem, Hic eſt, vel aliquid eiuſmodi: vt ſit hic titulus non totius hiſtoriæ, ſed ſequẽtis genealogiæ. nam etiam hoc totum, βίβλος γενέσεως, nihil aliud quàm genealogiam declarat. Cicero eodem modo libellum nominũ dixit. Generationis, γενέσεως, id eſt, maiorum ex quibus ortus eſt Chriſtus. Vocabulũ autem Generationis retinui, partim quòd Chriſtianorum aures illi ſint aſſuetæ, partim etiã quòd optimè videatur Chriſti ἐνσάρκωσιν exprimere. quia æternus ille Dei Filius non poteſt dici ex Dauide & Abrahamo genitus, quin ſtatim veniat in mentem illud Iohannis, Et Verbum ille factus eſt Caro. Filii Dauid, υἱοῦ Δαβίδ. Fateor apud Hebræos filiorum appellatione, ſicut etiam apud Latinos poetas neporum vocabulo poſteros omnes intelligi. quæ res fecit vt nonnulli tum hoc, tum aliis locis maluerint dicere, Dauide prognatum. Sed ego illud malui: quia (niſi fallor) ſi quis diligenter expendat promiſſionum formulam, ad quas reſpexit Matthæus, intelliget Dominum diſertè polliceri Abrahamo & Dauidi ſore vt non tam ex ipſorum poſteritate quàm ex illis ipſis, beatum illud ſemẽ exoriatur. Neque temere factum eſt vt Chriſtus peculiariter vocetur filius Abrahami & Dauidis: quaſi ex iis qui interceſſerunt non tam fuerit orandus, quàm verus & proximus illorum duorum filius, promiſſionis & fidei virtute. Filii Abrahã, υἱοῦ Αβραάμ. Quanuis hæc poſſint de Dauide exponi, qui fuerit ex Abrahami genere: malo tamen vtrunque ad Chriſtum referre, vt idem & filius Dauidis & filius Abrahami dicatur.

Σαλμὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Βοὸζ ἐκ τῆς Ραχάβ. Βοὸζ δὲ ἐγέννησε τὸν Ὠβὴδ ἐκ τῆς Ρούθ. Ὠβὴδ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεσσαί.

Salmon autem genuit Booz è Rachab. Booz autem genuit Obed è Ruth. Obed autem genuit Ieſſe.

5 Salmō aũt genuit Booz de Rahab. Booz autē genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Ieſſe.

1.Reg.16.a.1, & 17.b.11. 2.Reg.12.f.24

Ἰεσσαὶ δὲ ἐγέννησε τὸν Δαβὶδ τὸν βασιλέα. Δαβὶδ δὲ ὁ βασιλεὺς ἐγέννησε τὸν Σολομῶνα ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου.

Ieſſe autem genuit Dauid regem. ‖ Dauid autem rex genuit Solomonem ex ea quæ fuerat uxor Uriæ.

6 Ieſſe autē genuit Dauid regē. Dauid autem rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Uriæ.

3.Reg.11.g.43. 1.par.3.b.10.

Σολομὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Ροβοάμ. Ροβοὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀβιά. Ἀβιὰ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀσάφ.

Solomon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit Abia. Abia autem genuit Aſa.

7 Salomō aũt genuit Roboā. Roboā aũt genuit Abiā. Abia aũt genuit Aſa

Ἀσὰ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσαφάτ. Ἰωσαφὰτ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωρὰμ. Ἰωρὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ὀζίαν.

Aſa autem genuit Ioſaphat. Ioſaphat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Hoziam.

8 Aſa autem genuit Ioſaphat. Ioſaphat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Oziam.

Ὀζίας δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωαθάμ. Ἰωαθὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀχάζ. Ἀχὰζ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐζεκίαν.

Hozias autem genuit Ioatham. Ioatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezeciam.

9 Oziās autem genuit Ioathā. Ioathā autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezeciam.

4.Reg.20.d.21. & 21.d.18. 1.par.3.b.13.

Ἐζεκίας δὲ ἐγέννησε τὸν Μανασσῆ. Μανασσῆς δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀμών. Ἀμὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσίαν.

‖Ezecias autē genuit Manaſſe. Manaſſes autē genuit Amō. Amon autem genuit Ioſiam.

10 Ezechias autem genuit Manaſſē. Manaſſes autem genuit Amō. Amon autem genuit Ioſiam.

4.Reg.23.g.34 & 24.a.1. 2.par.36.a.4. 4.Reg.24.b.6.

Ἰωσίας δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεχονίαν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, ἐπὶ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος.

Ioſias autē genuit Iechoniā & fratres eius, in deportatione Babylonica.

11 Ioſias autē genuit Iechoniā & fratres eius, in trāſmigratione Babylonis.

Μετὰ δὲ τὴν μετοικεσίαν Βαβυλῶνος, Ἰεχονίας ἐγέννησε τὸν Σαλαθιήλ. Σαλαθιὴλ δὲ ἐγέννησε τὸν Ζοροβάβελ.

Poſt verò deportationem Babylonicam, ‖ Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel.

12 Et poſt trāſmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel.

1.Par.37.b.9. 1.par.3.b.16. 2.Eſd.3.a.2, & 5.a.2.

Ζοροβάβελ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀβιούδ. Ἀβιοὺδ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐλιακείμ. Ἐλιακεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀζώρ.

Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autē genuit Azor.

13 Zorobabel autē genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor.

Ἀζὼρ δὲ ἐγέννησε τὸν Σαδώκ. Σαδὼκ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀχείμ. Ἀχεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐλιούδ.

Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud.

14 Azor autē genuit Sadoc. Sadoc autē genuit Achim. Achim autem genuit Eliud.

Ἐλιοὺδ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐλεάζαρ. Ἐλεάζαρ δὲ ἐγέννησε τὸν Ματθάν. Ματθὰν δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ.

Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Matthan. Matthan autem genuit Iacob.

15 Eliud autē genuit Eleazar. Eleazar autē genuit Matthā. Matthā autē genuit Iacob.

Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσὴφ τὸν ἄνδρα Μαρίας, ἐξ ἧς ἐγεννήθη ΙΗΣΟΥΣ, ὁ λεγόμενος Χριστός.

Iacob autē genuit Ioſeph virum Mariæ, ex qua genitus eſt IESVS ille qui dicitur Chriſt⁹.

16 Iacob autem genuit Ioſeph uirum Mariæ, de qua natus eſt IESVS, qui uocatur Chriſtus.

6 Ex ea quæ *fuerat uxor* Uriæ, ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου. Vulgata, Ex ea quæ fuit Uriæ: quod reſtè emendauit Eraſmus, vt eclipſi Græcis familiari non modò ſubaudiatur γυναικὸς, ſed & participium Aoriſti ſecundi γενηθείσης addatur: ne videatur Solomon natus ex adulterio.

11 Genuit Iacim. Iacim autem genuit Iechoniam, ἐγέννησε τὸν Ἰακείμ. Ἰακεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεχονίαν. Sic ex vetuſto codice reſtituit Robertus Stephanus: de cuius diligentia & religione in ſacris libris excudendis, apud omnes doctos & pios homines conſtare puto. Sed & ea quæ paulo pòſt ſequitur genealogiæ diſtributio in tres τεσσαρεσκαιδεκάδας, ita legendum eſſe conuincit. Euangelium tamen Hebræum Matthæi, Lutetiæ excuſum, aliter numerum ſuppleuit. Nam poſt Abiud verſu 13, ſubiicit Abnerũ, & Abnero Eliacim. Sed omnia exẽplaria Græca & Latina, quæ mihi inſpicere licuit, diſſentiũt. In deportatione Babylonica, ἐπὶ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος. Vulg. In trāſmigratione Babylonis. Eraſ. In exilio Babylonico: & paulo pòſt, verſu 16, Demigratione Babylonica: perinde acſi φυγὴ & μετοικεσία idẽ valerẽt: quod minimè puto. Videtur enim φυγὴ propriè eorũ eſſe qui exilii cauſa ſolum vertũt. μετοίκους autẽ dicũtur (ſicut Budæus annotat) non tãtùm qui ſedes ſpõte mutãt, ſed etiã qui deportãtur. quod poſterius ſignificare voluit Euãgeliſta. Ariſtoteles οἰκονομικῶν β, de Cleomene Alexandrino loquens, à quo ſunt Canobitæ deportati, μετῳκισμένους, inquit, μεθίστασθαι. Vnde Metœci dicti, de quibus agitur in l. Certa. C. de iure fiſci, lib. x. Sic apud Hebræos differre vidẽtur גלות, id eſt μετοικεσία, & גלות, id eſt φυγή. Sed illud quoque obſeruandũ eſt, natũ non eſſe Iechoniã ex Iakimo in ipſa trāſmigratione Babylonica, vtpote quæ cõtigerit vndecimo demũ anno poſt ipſius Iechoniæ exiliũ. Erat autẽ natus Iechonias quũ regnũ iniret, annos octodecĩ, ſicut ſcribitur 2. Reg. b.8.24: vt neceſſe ſit totos 19 annos inter ipſius ortũ & Babylonicã deportationem intercedere. Itaque non aliò reſpexit Euangeliſta quàm vt ſignificaret captiuitatem illam incidere in Iakimi & Iechoniæ tempora.

16 Genitus eſt, ἐγεννήθη. Vulgata, Natus: quod idem valet. Idem enim Lucas 2. b. 11. de Chriſto loquens, τέκῃ δὲ υἱὸν καὶ τέξεται, inquit: quũ cap. 1. ver. 57, de Elizabetha dixiſſet, ἐγέννησε υἱόν. Sed & apud Latinos Genitus & Natus permutantur. Prætuli tamen hoc quidem loco Eraſmi verſionem, ne vnum verbum pluribus modis, nulla neceſſi-

ne coactus, interpretarer: quod vitare cõstitui quoad eius fieri poterit. Capite quidẽ secundo, quo dilucidior & sensus, vertemus Natum, quia expressa natalis loci illic fiet mentio: & forma loquendi fortassis esset durior si illic ponerem Genitus. Qui dicitur, ὁ λεγόμενος. Vulgata, Qui vocatur. id est ὁ καλούμενος. Christus, Χριστός. Hebraicè מָשִׁיחַ, id est vnctus. est enim verè rex, Sacerdos, & Propheta. Latini Græcam vocem integram seruare malunt quàm vocatum aut delibutum vocare.

Πᾶσαι οὖν αἱ γενεαὶ ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως Δαυὶδ γενεαὶ δεκατέσσαρες· καὶ ἀπὸ Δαυὶδ ἕως τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος, γενεαὶ δεκατέσσαρες· καὶ ἀπὸ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος ἕως τοῦ Χριστοῦ, γενεαὶ δεκατέσσαρες.

Τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γέννησις οὕτως ἦν. μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσὴφ, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ Πνεύματος ἁγίου.

Ἰωσὴφ δὲ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, δίκαιος ὢν, καὶ μὴ θέλων αὐτὴν δειγματίσαι, ἐβουλήθη λάθρᾳ ἀπολῦσαι αὐτήν.

17 Vniuersæ igitur progenies ab Abraham vsque ad Dauid, progenies quatuordecim: & à Dauid vsque ad deportationẽ Babylonicam, progenies quatuordecim: & à deportatione Babylonica vsque ad Christum, progenies quatuordecim.

18 Iesv verò Christi natiuitas ita fuit. Nam quum mater eius Maria desponsa esset Ioseph, priusquam ipsi conuenissent, inuẽta est vterum ferre ex Spiritu sancto.

19 Porro Ioseph vir eius, quum esset iustus, & nollet eam ignominiæ exponere, voluit clam eam dimittere.

17 Omnes itaque generationes ab Abrahã vsq; ad Dauid, generationes quatuor decim: & a Dauid vsque ad transmigrationẽ Babylonis, generationes quatuor decim: & à transmigratione Babylonis vsque ad Christum, generationes quatuor decim. Luc.3.c.23.

18 Christi autẽ generatio sic erat. Quũ esset desponsata mater eius Maria Ioseph, antequã cõuenirẽt, inuẽta est in utero habẽs de Spiritu sancto.

19 Ioseph autẽ vir eius, quũ esset iustus, & nolle et eã traducere, voluit occultè dimittere eam. Deut.24.a.1.

17 Vniuersæ igitur progenies, πᾶσαι οὖν αἱ γενεαί. Id est, Omnes isti suis gradibus, prout alius alium genuit, in hac familiæ Dauidis descriptione enumerati. itaque hoc demum est quod Hebræi מִתְיַחְשִׂים vocant, passiuè quidem acceptum pro iis qui gignuntur. Generationis autem nomen, quod Vetus interpres & Erasmus vsurparũt, Græco quidem respondet, sed mihi visum est obscurius. Castellio maluit Genera interpretari, vocabulo magis ambiguo: quanuis animaduerterim Herodotum in Clio πεμπτογόνους dixisse, quum de abnepotis filio ageret. Cet te Vetus ipse interpres ita vt ego interpretatus est Luc.1.c.50.

18 Natiuitas, γένεσις. Vulgata, Generatio. quod huic quidem loco non videtur conuenire, quùm generandi verbum vix (vt opinor) possit ad partum accommodari, sed ad conceptum tantùm pertineat. Latius ergo patet Gignere. sed quum verbali nomine careat, coacti sumus synonymum quærere: quod & ipsum alibi quàm apud Vlpianum non memini legere. Natiuitatem tamen maluimus dicere quàm ortum, nequis cum Seruetо illo impio existimet Filium Dei tum demum exortum, & quod ad hypostasin attinet à Patre fuisse distinctum, quam ex Virgine natus esset. quanuis constet, hoc loco de Filio Dei, quatenus homo factus est, instituta esse narrationem. Ita fuit, οὕτως ἦν. Verbum ἦν positum est in Aoristi secundi significatione, sicut infrà 2.c.15, & 11.d.44. & Marci 11.d.31. Erasmus conuertit, sic habet. id est οὕτως ἔχει. Terent. Adelph. Nam ita est homo. Nam quum mater eius Maria esset desponsa Ioseph, μνηστευθείσης τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσήφ. id est, sponsione promissa. Neque enim adhuc in eandem domum conuenerant, quod tamen existimat Chrysostomus. Constat certè τὸ μνηστεύεσθαι & γαμεῖν apud Græcos, sicut apud Hebræos לָקַח, & illud quod ipsi per periphrasin dicunt נִשֵּׂאת, non minus inter se differre quàm apud Latinos sponsalia à nuptiis. quod vel hic vnus Terentii versus indicat, Placuit, desponsi, nuptiis hic dictus est dies. Et hanc quoque Iudæis consuetudinem fuisse vt inter sponsalia & nuptias tempus aliquod interederet, constare potest ex Deuteronomii capite 21.c.12. Porro particula γὰρ ab aliis omissa, hoc loco non est causalis, sed expletiua, sicut etiam coniunctio Nam interdum apud Latinos.

Priusquam ipsi conuenissent, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτούς. id est, Priusquam illam duxisset domum. Siue, Ante nuptias. Erasmus, Priusquam congressi fuissent: eos nimirum sequutus qui hoc exponunt de mariti cum vxore cõgressu, quasi iam antea Maria fuerit Iosephi vxor, à qua tamẽ abstinuerit, nimirũ ex virginitatis voto. sed nõ dubito quin veteres hac in re sint planè hallucinati: quod videtur vnus penè Gerson inter illos recentiores animadmisisse, quem immeritò flagellat Erasmus hoc nomine, Infrà, Luc.1.f.59. Vterũ ferre, ἐν γαστρὶ ἔχουσα. Vulg. In vtero habens. Erasmus, grauida. id est ἔγκυος. Ad verbum, In ventre habens. quod dicendi genus propriũm est Græcis medicis, præsertim Hippocraticis cuius loco apposui quod proximè visum est accedere. E Spiritu sancto, ἐκ Πνεύματος ἁγίου. Vulgata, De spiritu sancto. Quanuis autem ἐκ pro Ε interdum ponatur, tamen hoc loco minimè necesse fuit hanc enallagen accersere: quo Iannotauit Erasmus. Ista verò narrantur προλαμβανομένως, id est per anticipationem, quemuis aliter censeat Theophylactus. Nam alioquin minimè oportuisset Iosephum in somnis admoneri eius rei quam satis antea intelligeret.

19 Quum esset, ὤν. Erasmus, Quia erat. Ad verbum. Existens. Vulgatus interpres & Latinè loquutus est, & Græcorum participium eleganter expressit. Ignominiæ exponere, παραδειγματίσαι. Vel, In eam exemplum statuere. Hæc enim est notatio Græci huius verbi, quod Augustinus ad verbum Epist.59 vertit Exemplare, & Vetus interpres Traducere: non malè quidem nisi nimium ambiguæ & tamen angustæ significationis esset Traducendi verbum. Dicitur autem παραδειγματίζειν cum de capitali supplicio, vt Num.25, יָקַע, vbi verbum Hebraïcum יָקַע Græcus interpres vertit παραδειγματίζειν. tum etiam de quibuslibet publicæ ignominiæ pœnis: veluti quum in Creta insula adulteræ mulieres asino insidentes, & Romæ, captiui hostium duces, manibus post terga reuinctis, post triumphãrium currum ducebantur. Inde factum vt hoc verbum de omni publica infamia dici cœperit, etiã quæ à iudice non irrogatur: sicut apud Plutarchum τὴν παροινοῦσαν γυναῖκα παραδειγματίσαι vsurpatur, vbi Archilochũ poetam ait obscœnis quibusdam versiculis ἑαυτὸν παραδειγματίσαι. quod quidem exemplum ego eo libẽtius profero quòd mihi quoque iuueni idem acciderit: quam tamen notam spero me & factis & dictis contrariis iam olim eluisse. Vt autẽ ad rem redeam, nõ assentior iis qui existimant hic agi de pœna illa capitali quæ in adulteros erat constituta. Et cur de simplici potius probro & dedecore hoc accipiẽdum putem, has causas habeo. Primùm enim, vt hominis est iusti & probi suas iniurias dissimulare & condonare, potius quàm summo iure persequi: ita obseruãdum est boni ciuis esse publica crimina, inter quæ adulterium censetur, etiamsi accusationem instituere nolis, magi-

ſtratui ſaltem indicare, potiùs quàm ad ea conniuere, aut vbi priuatim tibi conſulueris, id quod reip. intereſt hon curare, atque etiam aliquo modo tegere. Notum eſt autem qua ſeueritate iuſſerit Dominus adulteria vindicari, & Iſraelem ea tollere è medio ſui. Deinde quum ſciret Ioſephus fieri etiam poſſe vt Maria ab alio quopiam ante deſponſionem eſſet grauidata, maluit eam exiſtimare grauidam κατὰ πρόνοιαν (vt etiam loquitur Iuſtinus in Dialogo πρὸς Τρύφωνα) potius quàm κατὰ συμβεβηκός: vt viri boni ſolent omnia (quoad eius fieri poteſt) in meliorem partem accipere. Id autem ſi contigiſſet, id eſt, ſi ante ſponſalia rem habuiſſet cum alio, Mariam ducere vxorem eum oportebat (ſicut cauit Moſes, Deut. 22. d. 28) ex parentum conſenſu, à quo vitium fuiſſet ipſi oblatum ante deſponſionem. quod tamen ſine aliquo Mariæ dedecore fieri non potuiſſet, ſi de illius fraude cõqueſtus fuiſſet Ioſeph: cui etiam fas fuiſſet eam ducere, &, non inuenta virgine, ad iudices lapidandam trahere, vt eodem loco cauetur. Itaque noluit (vt erat vir inſigni probitate) vel vxorem alienam retinere, vel iniuriam ſuam ſummo iure perſequi: ſed clam potius & cauſa nulla expoſita (ſicut Iudæi conſueuerant) ſponſione & fide data, illam abſoluere ac liberare. Dimittere eam, ἀπολῦσαι αὐτόν. Eraſmus, Ab ea diuertere. Docet Modeſtinus iuriſconſultus, Diuortium inter virum & vxorem fieri, Repudium verò ſponſæ remitti. Erat autem hoc tempore Maria deſponſa tantùm, non nupta. proprium ergo fuit repudiandi vocabulum: ſed malui Vulgatam verſionem retinere: quanuis potius reſpondeat τὸ ἀφιέναι, quòd appareat Euangeliſtas atque etiam Paulum in re ciuiliſſima quæſiuiſſe mollißimum aliquod vocabulum, ideó que libentius dicere ſolitos ἀπολύειν, vel ἀφιέναι, quàm κατηγορεῖν, vel ἀναίρειν: quæ propria quidem ſunt, ſed duriora.

Ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἐνθυμηθέντος, ἰδοὺ, ἄγγελος Κυρίου κατ' ὄναρ ἐφάνη αὐτῷ, λέγων, Ἰωσὴφ υἱὸς Δαβὶδ, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου. Τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου.

Hæc autem quum cogitaſſet, ecce, angelus Domini in ſomnio apparuit ei, dicens, Ioſeph fili Dauid ne metuito accipere Mariam vxorem tuam. Nam quod in ea genitum eſt, ex Spiritu ſancto eſt.

10 *Hæc autem ea cogitante, ecce angelus Domini apparuit in ſomnis ei, dicēs, Ioſephfili Dauid noli timere accipere Mariã uxorẽ tuã. quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt.*

Τέξεται δὲ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ ΙΗΣΟΥΝ. αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν.

Luc. 1. c. 38. Act. 4. b. 11.

Pariet autē filium, & vocabis nomen eius IESVM. Ipſe enim ſeruabit populũ ſuum ex peccatis ipſius.

11 *Pariet autem filiũ, & uocabis nomen eius IESVM. ipſe enim ſaluũ faciet populum ſuum à peccatis eorum.*

(Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ προφήτου, λέγοντος,

(Porro totum hoc factũ eſt vt impleretur quod ait Dominus per Prophetam, dicentem,

11 *(Hoc autem totũ factũ eſt ut adimpleretur quod dictũ eſt à Domino per Prophetam, dicentem,*

10 Quum cogitaſſet, ἐνθυμηθέντος. id eſt ἐνθυμουμένου, quum apud ſe conſtituiſſet, ſeruata Aoriſti ſignificatione. Vulg. & Eraſmus, Eo cogitante. Ecce, ἰδού. Hebræis הנה, qua particula ſingulis penè verſibus vtuntur. Interdum tamen hæc ipſius vis eſt vt lectorem præparet ad aliquid inſigne & mirificum audiendum. In ſomnio, κατ' ὄναρ. id eſt, Nocturna viſione. Nam בחלום ſæpe idem valet quod In, vel Per. Vulgata & Eraſmus, In ſomnis maluerunt interpretari, quaſi ſcriptum ſit ὀνείρατι. Atqui ὕπαρ & ὄναρ ſiue ὄνειρος inter ſe differunt, non minus quàm ſomnus à ſomnio. quod indicat hic Homeri verſiculus Iliad. β, - ψεῦδός μοι ὀνείρατι κοῦρος ὄνειρος. Ne metuito, μὴ φοβηθῇς. Vulgata, Noli timere: quo modo vbique fere conuertere ſolet prohibendi particulam. Eraſmus, Ne metuas. Hæc autem indicant, timore Dei adductum Ioſephum cogitaſſe de ſponſa repudianda, ſiue quòd (vt antè dixi) alii viro obnoxiam arbitraretur: ſiue quòd adulteram fouere nullo modo ſibi fas aut honeſtũ eſſe ſciret. Accipere, παραλαβεῖν, traditã videlicet tibi à parentibus vel cognatis. Nam ſeruari hic debet vis præpoſitionis παρὰ pro κατὰ, quam ſatis probat vniuerſa Demoſthenis oratio κατὰ Φαίνιππου, in qua diſputatur de his duobus vocabulis, λαμβάνειν & κατα λαμβάνειν. Eraſmus eorum ſequutus opinionem qui virginitatis votũ hic ſomniant, conuertit Adiungere: perinde acſi ſcriptum eſſet προσλαβεῖν: atque interpretatur Adiungere in conſuetudinem vitæ. iam enim, inquit, acceperat, ſed diuortium meditabatur. quam interpretationem neque veram, neque veriſimilem eſſe opinor. Vxorem tuam, τὴν γυναῖκά σου, quæ tibi pacta eſt pro vxore. Falluntur qui hæc verba ſic accipiunt quaſi iam antè Maria eſſet quidẽ nupta, ſed Ioſephus ex voto ab ea abſtineret. tantùm enim eã Ioſephus deſponderat, vt ſuprà diximus. Verùm quæ deſponſa erat, iam pro vxore habebatur, niſi quid incidiſſet quod ſponſalia dirimeret. quamobrem etiam pro adultero puniebatur non minus qui deſpõſam quàm qui nuptam corrupiſſet, Deut. 22. c. 23. Poſſumus & interpretari τὴν γυναῖκά σου, Vt ſit vxor tua, vt Marci 12. b. 23. vbi tamen non additur articulus, nec pronomen. Itaque non erit hic ſimplex appoſitio, ſed ſupplendum erit εἶς τῶν, cuiuſmodi eclipſis apud Hebræos paſſim occurrit. Genitum eſt, γεννηθὲν. Hic propriè accipitur τὸ γεννᾶσθαι, quum ſuprà poſitum ſit κατὰ ὄναρ. Sed ſciendum eſt hoc verbum, ſicut apud Hebræos יָלַד, & Gignere apud Latinos, de iis etiam dici in quorum ortu nullus pater interuenit, ſicut hoc loco non eſt exiſtimandum Spiritum ſanctum ex ſeſe generaſſe Chriſti corpus, ſed ex ipſius virginis ſubſtantia feciſſe, ſiue cõdidiſſe. Vulg. Natum, γεννηθὲν. Eraſmus, Conceptum, συλληφθὲν. Ex Spiritu ſancto, ἐκ Πνεύματός ἁγίου. Vulgata, De Spiritu ſancto. Eraſmus, A Spiritu ſancto. Et ſanè conſtat, ſæpe has præpoſitiones permutari: malui tamen ἐκ præpoſitionẽ retinere. quanquam ſiquis veretur ne hæc interpretatio fanaticis illis fauere videatur qui corpus Chriſti ſpirituale faciunt, tanquam ἐκ materiam declaret, illis licebit vti præpoſitione à.

11 Seruabit, σώσει. id eſt Liberabit. Neque video cur alitet fuerit vertẽdum. Virg. Seruatum ex vndis. Vulgata & Eraſmus, Saluum faciet, periphraſi (vt opinor) minimè neceſſaria. Apparet autem vel ex hoc loco, quem Ἰησοῦν Græci, Ieſum Latini vocant, Hebraicè dici ישוע à ישע, quod declarat τὸ σῴζειν: vt planè inepta ſint Oſiandri & quorundam in hunc locum commenta. Ipſius, αὐτοῦ. Ad verbum, Eorum. Numeri autem mutatio ex Hebræorum idiomate nata eſt, qui in nominibus collectiuis, eiuſmodi dicendi genera frequenter vſurpant, vt & Græci & Latini interdum.

22 Impleretur, πληρωθῇ. Vulgata, Adimpleretur. Eraſmus, Perficeretur. id eſt πληρωθῇ. quia hoc dicendi genus (inquit) Latinis auribus eſt ignotum, niſi quum ſentimus addi quod deerat rei conſummandæ. Atqui Cicero multis locis vſurpat Implere pro Præſtare. quo ſenſu videtur hic vſurpatum. Neque verò hoc annotaſſem niſi voluiſſem ſemel eſſe dictum quod ſæpiſſime fuiſſet nobis repetendum. Per Prophetam, διὰ τοῦ προφήτου. Nonnulla exemplaria nomen habent Eſaiæ expreſſum. Vide infrà 2. b. 17.

ἰδοὺ, ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ· ὅ ἐστι, μεθερμηνευόμενον, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός.

23 ¶Ecce, virgo quædam vterum feret, & pariet filium, & vocabis nomen eius Emmanuel: quod est, si interpreteris, Nobiscum Deus.)

23 Ecce, virgo in utero habebit, & pariet filiũ, & vocabunt nomen eius Emmanuel: quod est interpretatum, Nobiscũ Deus.) Esaie 7.c.14.

Διεγερθεὶς δὲ ὁ Ἰωσὴφ ἀπὸ τοῦ ὕπνου, ἐποίησεν ὡς προσέταξεν αὐτῷ ὁ ἄγγελος Κυρίου, καὶ παρέλαβε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ.

24 Experrectus autẽ Ioseph ex somno, fecit vt ei imperarat angelus Domini, & accepit vxorem suam:

24 Exurgẽs autẽ Ioseph à somno, fecit sicut præcepit ei angelus Domini, & accepit coniugem suam.

Καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον· καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ ΙΗΣΟΥΝ.

25 Et non cognouit eam, quousque peperisset filium illum suum primogenitum: vocauitque nomen eius IESVM.

25 Et nõ cognoscebat eã, donec peperit filiũ suũ primogenitum: & vocauit nomẽ eius IESVM.

Κεφάλαιον βʹ.

CAP. II.

ΤΟΥ δὲ Ἰησοῦ γεννηθέντος ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας, ἐν ἡμέραις Ἡρῴδου τοῦ βασιλέως, ἰδοὺ, μάγοι ἀπ' ἀνατολῶν παρεγένοντο εἰς Ἰερουσαλὴμ,

1 QVVM ergo natus esset Iesus in ea Bethleem quæ est Iudææ, temporibus Herodis regis, ecce, magi ab Oriẽte aduenerunt Hierosolyma,

1 Quũ ergo natus esset Iesus in Bethleem Iudææ, in diebus Herodis regis, ecce magi ab Oriente venerunt Ierosolymam, Luc.2.c.6.

Λέγοντες, Ποῦ ἐστὶν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; εἴδομεν γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα ἐν τῇ ἀνατολῇ, καὶ ἤλθομεν προσκυνῆσαι αὐτῷ.

2 Dicentes, Vbi est ille rex Iudæorum qui natus est? vidimus enim eius stellam in Oriente, & venimus vt adoremus eum.

2 Dicentes, vbi est qui natus est rex Iudæorũ? vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum.

13 Virgo quædã, ἡ παρθένος. Huius particulæ Quædam apud Latinos ea vis est quæ articuli Græci hoc loco. Nõ quoq; litera nõ frustra est addita in Hebræo, nimirũ vt insignis quædã Virgo significetur, ab æterno videlicet selecta. Et vocabis, καὶ καλέσεις. Scio in plerisque exẽplaribus legi καλέσουσι id est, & vocabũt. vel, & vocabitur: quam etiã lectionẽ sequitur Iustinus Martyr in Dialogo μετὰ Τρύφωνος: sed quũ nonnulla antiqua exẽplaria cum Hebræis fontibus cõsentiãt, & hæc apostrophe Prophetæ Spiritu Dei correpti, & Virginem post tot secula nascituræ, quasi præsentem alloquentis, magnã vim habere videatur, sequutus sum in hac re iudicium meum, nulla (vt opinor) sensus iniuria. Quod est, si interpreteris, ὅ ἐστι, μεθερμηνευόμενον. Vulgata, Quod est interpretatum. Erasmus, Quod si quis interpretetur, sonat. Illud est ambiguum, hoc à Græcis recedit.

14 Experrectus autem Ioseph, διεγερθεὶς δὲ ὁ Ἰωσήφ. Erasmus, Excitatus autem Ioseph: sed hoc quidem locõ plus est ὁ διεγείρεσθαι quàm excitari. Vulgata, Exurgens autem Ioseph. id est ἀναστὰς δὲ Ἰωσήφ. Imperarat, προσέταξεν. Præterita perfecta & Aoristi sæpe cum pluſquamperfectis confunduntur à Græcis. Vulgata, Præcepit, quo vno vocabulo in hac re fere vti solet. Nos autem, quum diuersis vocabulis vtantur sacri scriptores, cõnabimur cuique Græco Latinum aliquod opponere.

15 Quousque, ἕως οὗ. Notandum est aduersus Heluidianos, ἕως interdum ita referri ad tempus præcedens vt de sequenti non affirmetur contrariũ: quod satis indicãt vel postrema verba huius Euangelii, ἰδοὺ, ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. id est. Ecce, vobiscũ sum vsque ad consummationem seculi. Ex quibus verbis colligere non possis, Christum non esse nobiscum futurum post consummationem seculi. Neque aliter interdum accipitur particula עד apud Hebræos, vt 2. Sam. 6. d. 23: vbi dicitur Michol nullos liberos sustuliſſe, vsque ad diem obitus sui. Filium illum suũ, τὸν υἱὸν αὐτῆς. Vulgata & Erasmus, Filium suum. Nobis autem non videtur Græcus articulus ὀτιοσυστιτα tamen vt vis eius sit ἀναφορικὴ, non δεικτικὴ. id est, vt de eo agi significetur cuius antè facta est ab angelo mentio: non autem vt filius hic ab aliis Mariæ filiis distinguatur, quos ego quidẽ nullos fuisse credo. Assentior enim iis qui de Maria virgine, vt selectissimo organo, sanctissimè sentiũt.

Vocauitque nomen eius Iesum, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. id est, (vt fere dicunt Græci) ἐκάλεσεν αὐτὸν Ἰησοῦν ὀνόματι, Latini, Vocauit eum Iesum nomine.

IN CAPVT II.

1 Ergo, δὲ. Erasmus, autẽ. Sed (vt existimo) hæc particula hoc loco non est discretiua (vt vocant), sed potiũ μεταβατικὴ τῆς διανοίας, id est, copulatiua sententiæ (vt Grammaticorum more loquar) sicut sæpe apud Latinos Ergo & Igitur. Natus esset, γεννηθέντος. Cur ita verrere hoc loco maluerim, vide superioris capitis versum 16. In ea Bethleem quæ est Iudææ, ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας. Sic loquuntur Hebræi, vt Iudicum 19. d. 18 dicitur Bethleem Iudæ id est Bethleem quæ est in tribu Iuda. quod addi solet ad alterius differentiam, quæ est in tribu Zabulon, id est in Galilæa inferiore. Vulgata vertit, In Bethleem Iudææ. Erasmus, vt Hebraismum molliret, addidit ciuitate appellatiuum. Sed hoc quoque non satis exprimit differẽtiam illam: itaque aliquid amplius suppleui. Præpositionem quoque hic & aliis locis seruaui, quam tamen Latini vrbium nominibus vel nunquam, vel certè rarò præponũt, quia videlicet obliquorũ terminatio casum indicat. Ego verò inflexione vocem mutare nolui, quam Græcè scribens Euangelista retinuit. Quare necessariò vsurpanda fuit præpositio tum hoc loco tum plurimis aliis. Iudæa autem hic intelligitur regio: sic propriè dicta à tribu Iuda, sub qua etiam tribus Beniamin comprehenditur: distinguitúrque à Samaria, Peræa, Trachonitide, & vtraque Galilæa. Magi, μάγοι. Persicum vocabulum, apud Persas honestum. Ita enim suos sacerdotes, aut (vt alii volunt) philosophos vocabant. Apud Græcos autem, & tandem apud Latinos quoque, magorum nomen nonnisi in vitio poni cœpit. Cæterùm magorum gentem Herodotus non in Perside, sed in Media collocat, lib. 1, & 3: vt istos quoque, sicut & Chaldæos, appareat non ex artis, sed ex gentis vocabulo fuisse nominatos.

2 Dicentes, λέγοντες. Solent fere Hebræi historias quæ narrantur, inductis ipsis personis explicare. Latini cõuerò plerunque obliquis narrationibus quas vocant, vtuntur: quo modo etiã quidã nuper totam hanc periodum cõuertit. Me verò istius simplicitatis quam Spiritus sanctus amplexus est, nunquã pudebit. Nam certè hæc narratio plus habet energiæ quàm si obliquè aliena dicta referrẽtur, eo quòd nõ tã narrari res quã geri videatur.

Vbi eſt ille rex Iudæorum qui natus eſt? ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; Vulgata, Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorum? Eraſmus, Vbi eſt ille qui natus eſt rex Iudæorum? Ego vocabulorũ collocationẽ mutaui, vt ſenſus eſſet dilucidior. Nam alioqui viderentur magi aliud quærere, nempe, vbi ſit ille qui minimè natus eſt priuatus, ſed rex Iudæorum ab ipſis incunabulis. qui ſenſus non conuenit. Eadem traiectione vſus eſt Lucas 19.f.38.

Ακούσας δὲ Ἡρῴδης ὁ βασιλεὺς ἐτα- 3
ράχθη, καὶ πᾶσα Ἱεροσόλυμα μετ' αὐτοῦ.

His autem auditis Herodes 3
rex turbatus eſt, & ᵛtota Hieroſo lyma cum eo.

Audiẽs autẽ Herodes rex, turbatus eſt, & oĩs mis Ieroſolyma cũ illo:

Καὶ συναγαγὼν πάντας τοὺς ἀρχι- 4
ερεῖς καὶ γραμματεῖς τοῦ λαοῦ, ἐπυνθάνετο παρ' αὐτῶν ποῦ ὁ Χριστὸς γεννᾶται.

Et conuocatis omnibus ᵛprin 4
cipibus Sacerdotum & ᵛScribis populi, percontatus eſt ab eis vbi Chriſtus naſceretur.

Et cõgregans oĩes principes Sacerdotũ et Scribas populi, ſciſcitabatur ab eis vbi Chriſtus naſceretur.

Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, Ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰου- 5
δαίας. οὕτω γὰρ γέγραπται διὰ τοῦ προφήτου,

At illi dixerunt ei, ᵛIn *ea* Beth 5
leẽ *quæ eſt* Iudææ. Sic enim ſcriptum eſt per Prophetam,

At illi dixerunt ei, In Bethleẽ Iudæ. ſic enim ſcriptũ eſt per Prophetã

Καὶ σὺ Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς 6
ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα. ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ.

Mich.5.a.2. iohan.7.f.41.

‖Et tu Bethleem ᵛterra Iuda, 6
ᵛnequaquam minima es ᵛinter duces Iuda. ex te enim exibit ᵛDux qui ᵛpaſcet ᵛpopulũ illum meum Iſrael.

Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquã minima es in principibus Iu da. ex te enim exiet Dux qui reget populũ meum Iſrael.

Τότε Ἡρῴδης λάθρα καλέσας τοὺς 7

Tum Herodes clam ᵛvocatis 7

Tũc Herodes clã uo-

3 Tota Hieroſolyma, πᾶσα Ἱεροσόλυμα. Eraſmus, Tota Hieroſolymorum vrbs offenſus mutatione declinationis, quia Hieroſolyma paulo antè plurali numero vſurpat Euãgeliſta: ſed hoc ego nihil moror. Nã Cicero etiam ipſe pro Flacco, vtroque genere vſus eſt in hac vrbe appellanda. Quòd autem Egeſippus vocatam eſſe putat Hieroſolymam quaſi ἱερὸν πολίσμα, & Euſebius, quaſi ἱερὸν Σολυμῶν, hoc certè arguit magnam Hebraicæ linguæ imperitiam: vnde etiam factum puto vt librarii huic nomini aſpirationem præpoſuerint.

4 Principibus ſacerdotum, ἀρχιερεῖς. Eraſmus, Pontificibus. id eſt, primariis ſacerdotibus: quales erãt poſteri Aaronis, in viginti quatuor claſſes diſtributi, vt apparet ex 1. Paralip. 24. b. 5. vbi etiam vocãtur principes ſanctuarii: & 2. Paral. 36. c. 14 diſertè principes Sacerdotum dicũtur. Theophyl. in cap. 14 Marci, ita vocatos eſſe exiſtimat qui aliquando Põtifices maximi fuiſſent: ſicut Romæ dicebantur Prætorii, Quæſtorii, Conſulares. Nam eo tempore venale factum erat ſummum ſacerdotium, ita vt iam perpetuum non eſſet. Sed hoc commentitium eſſe, ex iis apparet quæ paulo antè attulimus. Eraſmus hoc loco pontifices interpretatur: ego verò malui, diſcriminis cauſa, Põtificis nomen vni Pontifici Maximo ſeruare. Scribis, γραμματεῖς. Sic Hebræi vocant Legis interpretes, à verbo ספר, quod enarrare etiam & exponere ſignificat. Apparet autẽ à Græcis ſic dictos quòd ſicut ſcribæ publicarum tabularum cuſtodes erant, ſic penes iſtos, tanquam ſequeſtres, libri Legis eſſent velut depoſiti, cuius videlicet interpretatio ipſis erat commiſſa. Ideóque adiunxit Euangeliſta τοῦ λαοῦ, populi: acſi dicas, publicos Legis interpretes. Nos igitur vocabulum longa iam conſuetudine à ſacris ſcriptoribus vſurpatum, libenter retinuimus. Nam quòd nonnulli Scribarum appellatione intelligunt liãtores, & eos omnes quibus exequendæ iudicum ſententiæ munus incumbit, id ne in vetere quidem Teſtamento perpetuum eſt: ſicut conſtat ex 2. Reg. 12. a. 5 de Saphan, qui librum Legis inuentũ, non vt quilibet ex ordine ſcribarum, ſed vt primarius doctor interpretatus eſt, atque adeo ex multis locis Eſdræ & Nehemiæ. In nouo autem Teſtamento legiſperitos & doctores hoc nomine ſignificari, facilè (vt ſpero) mihi concedet quiſquis diligẽter expenderit quæ ſcripta ſunt Matthæi 7. d. 29, item 17. b. 10, item 23. a. 2. Marci 12. c. 28. Lucæ 7. c. 30, item 11. f. 46. 1. Corinth. 1. c. 20. Erant autem & ipſi Sanhedrim, id eſt ordinarii iudices, vt apparet ex Num. 11. c. 16: & interdũ dicebãtur מחוקקים à verbo חקק, quod & ſcribere & ſtatuere declarat: qua ratione etiam γραμματεῖς & νομικοὶ dici poſſunt, quoniam eorum Senatuſconſulta pro lege habebantur. Quos autem ſolent Euangeliſtæ vocare πρεσβυτέρους λαοῦ, & à Scribis diſtinguere, erant ii quoque eiuſdem ordinis, & pars ſummi concilii, de quo infrà dicemus, 5. c. 21. Nam vltra Sacerdotes & Leuitas, & eos qui populo præerãt in centurias & decurias diſtributo, in idem concilium etiã accenſebãtur qui peritia Legis & authoritate pares illis habebantur: cuiuſmodi erant Chriſti tẽpore Phariſaicæ ſectæ homines, & Sadducæi. Hæc autem ita eſſe liquet ex Num. 11. c. 16, Deut. 1. c. 15, & libro Sanhedrim.

5 In *ea* Bethleem *quæ eſt* Iudææ, ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας. Vulgata, Iudæ. videtur enim legiſſe Ἰούδᾳ, pro τῆς Ἰουδαίας.

6 Terra Iuda, γῆ Ἰούδα. id eſt, quæ in Iudæa ſita es, quæ pars es tribus regionis Iuda. Nam mihi quidẽ durum videtur γῆ interpretari pro vrbe, quomodo tamẽ Euripides in Hecuba vſurpauit. Alia exẽplaria habẽt ἐν Ἰουδαίᾳ, Iudææ, quod planius eſt. In Michæa legitur Bethleẽ Ephratha. Eſt enim hoc alterũ vrbis cognomẽtũ, quo ab altera diſcernitur. Nequaquã minima es, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ. Hanc lectionẽ ſequitur etiã Iuſtinus, quũ tamen in Hebræo legatur צעיר, & in Græca editione ὀλιγοστὸς εἶ. vt quod Michæas 5. a. 2 in Hebræo negat, videatur hic affirmari. Alii igitur exiſtimant in poſteriore membro ſubaudiri apud Prophetã aduerſatiuã particulã: quod videtur ſẽſus ipſe poſtulare, & alibi etiã reperitur, vt Pſal. 119. ver. 141, & 157, & Ioh. 9. f. 30: vt totus locꝰ ita ſit legẽdus, Et tu Bethleẽ Ephratha, paruula es inter chiliadas Iuda: ex te tamẽ egredietur mihi qui ſit dominator in Iſraele. Ita igitur fiet vt eadem ſit Michææ & Matthæi ſententia. Sed alii ſimpliciter ſentiũt, Matthæũ reſpexiſſe ipſius prophetiæ exitũ, ac proinde non minimã dixiſſe, quam Propheta, nondũ videlicet nato Chriſto, minimã vocauit. In ſumma, apparet Prophetã ſignificare voluiſſe, hoc oppidulũ, quãuis exiguũ, Meſſiæ tamẽ exortu nobiliſſimum ac celeberrimũ fore: quod paulo apertius declarat Græca hæc interpretatio. Inter duces, ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Vulgata, in principibus. In Hebræo legitur באלפי. hoc eſt in chiliadibus, ſeu potius inter chiliarchas. Diſtributu enim erat populus Iſraeliticus in chiliadas, ſicut apparet ex cap. Exod. 18. d. 25, & Gedeonis oratione, Iudic. 6. b. 15

Dux, ἡγούμενος. Participiũ loco nominis, id eſt ἡγεμών, quod Hebræis eſt vſitatiſſimũ. Paſcet, ποιμανεῖ. Vulgata, reget, quod reſpondet τῷ διέπειν. Eraſmus, Gubernaturus eſt. id eſt κυβερνήτης. Ego elegantè ſanè metaphoram ſeruaui. Sic ſolet Homerus reges ποιμένας λαῶν vocare. Populum illum meum Iſrael, τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ. Articulum expreſſi, cuius emphaſis hoc loco non fuit negligenda, quum bis repetatur à Domino, vt ſuam in illum vnum populum benecuolentiam ſingularem declaret. 7 Vocatis, καλέσας. Eraſmus, Accerſitis. id eſt

μάγους, ἠκρίβωσε παρ' αὐτῶν τὸν χρόνον τοῦ φαινομένου ἀστέρος.

8 Καὶ πέμψας αὐτοὺς εἰς Βηθλεέμ, εἶπε, Πορευθέντες, ἀκριβῶς ἐξετάσατε περὶ τοῦ παιδίου· ἐπὰν δὲ εὕρητε, ἀπαγγείλατέ μοι, ὅπως κἀγὼ ἐλθὼν προσκυνήσω αὐτῷ.

9 Οἱ δὲ, ἀκούσαντες τοῦ βασιλέως, ἐπορεύθησαν· καὶ ἰδοὺ, ὁ ἀστὴρ ὃν εἶδον ἐν τῇ ἀνατολῇ προῆγεν αὐτοὺς, ἕως ἐλθὼν ἔστη ἐπάνω οὗ ἦν τὸ παιδίον.

10 Ἰδόντες δὲ τὸν ἀστέρα, ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην σφόδρα.

11 Καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν, εὗρον τὸ παιδίον μετὰ Μαρίας τῆς μητρὸς αὐτοῦ· καὶ πεσόντες προσεκύνησαν αὐτῷ, καὶ ἀνοίξαντες τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν, προσήνεγκαν αὐτῷ δῶρα, χρυσὸν, καὶ λίβανον, καὶ σμύρναν.

12 Καὶ χρηματισθέντες κατ' ὄναρ μὴ ἀνακάμψαι πρὸς Ἡρῴδην, διʼ ἄλλης ὁδοῦ ἀνεχώρησαν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν.

13 Ἀναχωρησάντων δὲ αὐτῶν, ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου φαίνεται κατ' ὄναρ τῷ Ἰωσὴφ, λέγων, Ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἴσθι ἐκεῖ ἕως ἂν εἴπω σοί. μέλλει γὰρ Ἡρῴδης ζητεῖν τὸ παιδίον, τοῦ ἀπολέσαι αὐτό.

14 Ὁ δὲ, ἐγερθεὶς παρέλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ νυκτὸς, καὶ ἀνεχώρησεν εἰς Αἴγυπτον.

magis, exquisiuit ab eis quo tẽpore stella apparuisset.

8 Et eis Bethleem dimissis, dixit, Profecti illuc, penitus exquirite de puerulo: postquam autem inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniam & adorem eum.

9 Ipsi verò audito rege, profecti sunt. & ecce, stella quam viderãt in Oriente, præibat eis, donec venit stetitque supra locũ in quo erat puerulus.

10 Visa autem stella, gauisi sunt gaudio magno valde:

11 Et ingressi domum, inuenerunt puerulum cum Maria matre ipsius: & procidentes adorauerũt eum: apertísque thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, & thus, & myrrham.

12 Et diuinitus admoniti in somnio ne reuerterẽtur ad Herodem, per aliam viam regressi sunt in regionem suam.

13 Ipsis autem regressis, ecce, angelus Domini apparet in somnio Ioseph, dicens, Expergrectus accipe puerulum & matrem eius, & fuge in AEgyptũ: & esto illic vsquedum dixero tibi. Futurum est enim vt Herodes quærat puerulum ad eum perdendum.

14 Ille verò expergrectus accepit puerulum & matrẽ eius nocte, & secessit in AEgyptum.

aũt magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis.

Et mittens illos in Bethleẽ, dixit, Ite, & interrogate diligẽter de puero: & quũ inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniẽs adorẽ eum.

Qui quũ audissent regẽ, abierũt. & ecce, stella quã viderant in Oriẽte, antecedebat eos, vsquedũ veniẽs staret supra vbi erat puer.

Vidẽtes autem stellã, gauisi sunt gaudio magno valde.

Et intrãtes domũ, inuenerũt puerũ cum Maria matre eius: & procidentes adorauerũt eũ: & apertis thesauris suis, obtulerũt ei munera aurũ, thus, & myrrhã.

Et respõso accepto in somnis ne redirẽt ad Herodẽ, per aliã viam reuersi sũt in regionẽ suã.

Qui quũ recessissent, ecce angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens, Surge & accipe puerũ & matrẽ eius, & fuge in AEgyptũ: & esto ibi vsquedũ dicã tibi. futurũ est enim vt Herodes quærat puerũ ad perdendum eum.

Qui consurgens accepit puerũ & matrẽ eius nocte, & recessit in AEgyptum.

μακριβάζεσθαι. Exquisiuit, ἠκρίβωσε. Vulgata, Diligenter didicit. Erasmus, Accuratè perquisiuit. Vocabulum Græcum significat in genere, summa & exquisita diligentia aliquid facere. Quo tempore stella apparuisset, τὸν χρόνον τοῦ φαινομένου ἀστέρος. Vulgata, Tempus stellæ quæ apparuit eis. Ad verbum, Tempus apparentis stellæ. Erasmus (quem sequor) mihi videtur hunc hellenismum optimè expressisse. est enim positum φαινόμενον pro φαίνοντος.

8 Et eis Bethleem dimissis, καὶ πέμψας αὐτοὺς εἰς Βηθλεέμ. Erasmus expunxit pronomen, & vertit πέμψας, iussis ire. id est, κελεύσας ἰέναι. Ego verò existimo, regem illis à se dimissis, blandè & benignè iter commonstrasse. Penitus exquirite, ἀκριβῶς ἐξετάσατε. Vulgata, Interrogate diligenter, neutro duorum vocabulorum satis expresso. Erasmus, Accuratè, id est ὀρθῶς.

9 Præibat, προῆγεν. Vulgata, Antecedebat. Erasmus, Præcedebat. quod & ipsum Latinis significat ita præcedere vt sis dux viæ. sed illud propius abest à Græco. Subauditur autem reciprocum pronomen, sicut accidit in coniugatione quam Hebræi Hithpahel vocant. Virg. lib. 8, Haud secus Æneas se matutinus agebat. Supra *locum in quo*, ἐπάνω οὗ. Vulgata, suprà vbi. Suppleuit Græcorum eclipsin Erasmus, quem sequuti sumus. Est autem hæc integra loquutio, ἐπάνω τοῦ τόπου ἐφ' οὗ. atque inde factum est vt οὗ degenerarit in aduerbium loci.

11 Inuenerunt, εὗρον. In omnibus vetustis exemplaribus scriptum erat εἶδον, viderunt. Procidentes, πεσόντες. Erasmus, prostrati. Ad verbum, quum cecidissent. Significatur autem adorantium gestus. Sic Latinè Accidere alicui dicitur qui prostratus alicui supplicat.

12 Diuinitus admoniti, χρηματισθέντες. Vulgata, Respõso accepto: non satis propriè, quia percontantibus demum respõsum datur. Erasmus, Oraculo admoniti. Ego verò etsi religionem nullam statuo in vocabulis, tamen Oraculum libens refugio, veluti idolorum superstitione cõtaminatum. Dicitur autem χρηματίζειν is quem Deus colloquio suo dignatur, etiamsi nihil tale quærat vel expectet. Itaque hũc locum interpretatur Iustinus Martyr, Dialogo πρὸς Τρύφωνα, κατ' ἀποκάλυψιν κεκλῆσθαι. id est, per arcanam declarationem iussi. Ne reuerterentur, μὴ ἀνακάμψαι. Vulgata, Ne redirent. id est, μὴ ἐπανελθεῖν. Verbũ autem ἀνακάμπτειν nausale esse videtur, & propriè significat in contrariã partẽ flectere: sicut ἀνακάμπτειν de peditib⁹ & equitibus dicitur. Diodorus libro 14, ὁ δὲ πυθόμενος παρὰ τῶν αἰχμαλώτων παρεῖναι τὸν Ἀγησίλαον. id est, præter eũ autẽ classi qui missus fuerat, versus Carthaginẽ cursũ reflexit.

13 Apparet, φαίνεται. Vulgata, Apparuit. Cõuenit tempus præsens narrationibus etiam rerum præteritarum. Sextũ exẽplar scriptũ habebat ὀφθῆναι: quã lectionẽ si sequaris, optimè vertes ex Cicerone pro Sextio, Ad necẽ.

14 Secessit, ἀνεχώρησεν. Præpositio ἀνὰ hic idẽ valet quod χωρὶς: paulo antè verò in eodẽ verbo, idẽ quod πάλιν.

intelligent qui ſingula diligenter expendent. Sed quorſum hæc apud te, Regina? quaſi ſcilicet regiam tuam maieſtatem huius vel illius homunculi ſermonibus impediri conueniat. Ego verò (vt paucis reſpondeam) de me quidem nihil habeo quod dicam, quem tamen confido tuæ maieſtati nec ignotum, nec inuiſum, imò ne moleſtum quidem eſſe, idque in Domini mei Ieſu Chriſti gratiam, cuius gloriæ ſic ſtudes vt omnes fidos eius ſeruos etiam amare conſueueris: ſed de excellētiſſimis tuis dotibus, & maximis in Eccleſiam Dei beneficiis, quæ me ad hoc ſuſcipiendum conſilium impulerunt, neceſſariò mihi agendum puto, tum ne ingratus videar, tum etiam multo magis vt hac tam commoda occaſione Reges ac Principes omnes, propoſito ſibi tuæ maieſtatis exemplari, ad verè regias laudes quærendas accendantur. Minimè quidem, fateor, pendet Dei regnum à Regum potentia, quos etiam plerunque (quæ eſt mundi perfidia) infeſtiſſimos habuit: ſed tamen ſiquid eſt in terris in quo liceat diuinæ gloriæ imaginem velut in ſpeculo intueri, illud eſt profectò quod in te hodie præ cæteris orbis terrarum Principibus conſpicitur: regia videlicet maieſtas, pura Dei notitia ac reuerentia exornata: quarum rerum illa Reges ſupra mortales plurimos attollit, iſta verò etiam Angelis exæquat. Verè autem hæc à me dici quum & pii omnes magno cum gaudio intelligant, & Antichriſtiani ipſi magno cum dolore intus agnoſcant, minimè vereor ne dum hæc de te prædico, in adulationis ſuſpicionem incidam. Quæ porro de tuis virtutibus, ſuperſtite adhuc altero illo noſtrorū temporum Ioſia, Eduardo Rege fratre tuo, fuerit expectatio, vel illud declarat quòd illo in cælum recepto, certum ſit neminem bonum fuiſſe qui non tacito ſaltem cum gemitu (quoniam apertè non licebat) iniuriam non ſolùm tibi ſed etiam toti Angliæ regno factam deploraret, atque adeò qui non mala illa quæ poſtea euenerunt, à Deo Optimo Maximo deprecaretur. Aſperrimis autem illis tempeſtatibus quæ tot pias & ſanctas animas, quibus indignus erat mūdus, in cælū vſque expulit, quis te tandē à crūdeliſſima & indigniſſima morte liberauit? Is vnus profectò qui te (ſicut omnes præſagiebant, & res ipſa declarat) pacandis tā multorū miſeriis deſtinarat. Quæ tunc in his quoque regionibus pro tua ſalute fuſæ ſint preces ac lacrymæ, tum à nobis exteris, tum à tuæ gentis exulibus, quibus tum hæc ciuitas perfugium erat, & quæ viciſſim fuerint omnium gratulationes quū de alterius illius obitu, tuáque inauguratione nuntius eſſet allatus, & cælū & terra penè ipſa teſtari poſſunt. Iam tum enim præſagiebāt omnes quæ poſtea ſunt cōſequuta, fore videlicet vt te apparente, ſæuiſſimam illam tempeſtatē placidiſſima quædā tranquillitas exciperet. Quod tamen euenit, nempe vt ſine turbis & cæde, tum diuina tum humana penè omnia in Angliæ regno, vno veluti momento componerentur, hoc ne ſperare quidem homines audebant. Eſt igitur hæc adeò ſubita rerum inſtauratio diuinitus quidem data, ſed ſecundum Deum ab illa tua virtute profecta, qua teipſam planè, vt multis aliis, reliquos orbis terrarū Principes ſuperaſti. Clementiam dico & illam naturæ lenitatem, qua ſic ipſa tibi vel ferociſſimos quoſuis ita deuinxiſti, vt quanto ſanctæ pacis artes omnibus illis virtutibus bellicis præſtent, quæ cū humani generis pernicie efflorescūt, reipſa perſpicuè demonſtraris. Anglia igitur tibi, Regina, ſecundū Deum Optimum Maximum, cuius nobiliſſimum es inſtrumentum, iſtud pacis beneficiū debet: quod etſi per ſe eſt excellens, altero tamen illo inferius eſt, cuius gra-

tia,pax ipſa hominibus eſt expetenda: quod & ipſum tibi debet Anglia, nempẽ verum Dei cultum, nunc tandẽ à ſordidiſſimis illis Antichriſtianiſmi ſordibus repurgatum. Hoc illud eſt igitur quod te meritò ſupra omnes horum temporum Reges,ipſis etiam è cælo conſentientibus Angelis, attollit. Aliis enim quod placet, non licet: qui quidem carnis prudentia potius quàm Dei ſapientia in conſilium adhibita,peſſimè tum ſibiipſis,tum populis ſuis conſulunt:alii qui plurimi & potentiſſimi ſunt , apertum cum pietate bellum gerunt : nonnulli qui pauci ſunt , religionem quidem profitentur , ſed quomodo tandem inſtitutam, & quàm multis adhuc næuis deformatam, præſertim ſi diſciplinam Eccleſiaſticam ſpectes? Idololatriam damnant aliqui, nec tamen idola profligant. Miſſam Papiſticam eiiciunt nonnulli , ſed vt ſuam introducant. Tranſubſtantiatio ab omnibus ſummo conſenſu repudiatur , ſed ità vt non deſint quidam qui nihilo ineptius delirium tanquam Chriſtianæ religionis arcem tueantur:adeò quidem vt(quod non ſine horrore dico) nonnullos iam non pudeat apertè Chriſtum ſimul & quod ad naturas attinet,cum Neſtorio diuidere, & quod ad proprietates , cum Eutychete confundere. Hæc enim eſt iuſta præfractæ contumaciæ merces. Quid multa:non deſunt alii qui Macedonii & Tritheitarum horrendas blaſphemias tum voce tum ſcriptis aſſerant:quibus nunc hæreſibus miſeræ Polonicæ Eccleſiæ diuexantur. At tibi,Regina,tuiſque populis,quod haud ſcio an cuiquam noſtra tempeſtate regno, per te datum eſt, puræ videlicet ac ſinceræ Euangelii doctrinæ integra profeſſio, ad quam ſi (vt boni omnes ſperant, & fideliſſimi quique tuarum regionum Epiſcopi iampridem deſiderant) plenam quoque diſciplinæ Eccleſiaſticæ inſtaurationem adiunxeris , ſanè non video quid amplius vel Anglia ipſa poſſit à te flagitare , vel tua maieſtas in ipſam cõferre:niſi fortaſſis illud (quod vtinam breui diuinitus contingat)vt aliquo tandem tam auguſta virgine Regina,non indigno reperto marito Rege,ſobolem in maternas virtutes ſimul & in regna ſucceſſuram,longiſſimæ vitæ curſu peracto , felix populis tuis relinquas. Iam verò cuiuſmodi eſt duplex illud tuum facinus ? Nota ſunt illa vetera Scotorum cum Anglis diſſidia: at tu illa omnia memorabili planè officio aboleuiſti, quum Scotiam in extremũ periculũ adductã,ab Antichriſti fraudulenta tyrãnide , opportuniſſimis auxiliis ſummiſſis aſſeruiſti. Bellorũ inter Frãcos & Anglos geſtorũ celebres ſunt hiſtoriæ: & tamen nuper quũ & regni ipſius Gallici ſtatus & Eccleſiarum Gallicarum pericula promptum auxilium flagitarent,(nihil enim amplius de funeſtiſſimo illo bello dicendum arbitror,ne vulnerum cicatrices nõdum perſanatas refricare velle videar)quæ tua tunc fuit in iuuandis piis voluntas? adeò quidem vt iſtam qualemcunque Gallicarum Eccleſiarum libertatem, aſſertore & vindice (vnà cum inclyto D. Amiralio & magna Gallicæ nobilitatis parte)illuſtriſſimo principe Condenſi,à Chriſtianiſſimo Rege Carolo impetratam, Regiæ tuæ maieſtati & illuſtriſſimis Germaniæ principibus , exẽplum tuum ſequutis,omnes magna ex parte deberi meritò fateantur. Quominus autem plenum hoc beneficium fuerit, rectè profectò iudicant qui nulli æquè rei atque noſtris ipſorum peccatis imputandum eſſe arbitrantur. Id quod eo liberius teſtor quòd iſtis tum conſiliis tum etiam pleriſque rebus præſens(quandoquidem ita Deo viſum eſt)interfui. Itaque cõfecta pace, quum in hanc vrbem, alteram videlicet patriam meam, ex qua viginti antè menſibus fueram ad Poſ-

ſiacenum illum conuentum euocatus, rediiſſem, cum alia multa mihi occurrerunt de quibus ſæpe ac multum cogitarem, tum verò maximè tanti beneficii accepti memoria non aliter animo meo obuerſari cœpit quàm obæratis perpe tuæ de exoluendo ære alieno curæ ac ſolicitudines: nec prius mihi quieſcẽdum putaui quàm hoc tibi, quãtumuis ceſſantibus aliis multo locupletioribus, non quidem illius beneficii (quod in æſtimationem non cadit) pretium perſoluerem, ſed grati ſaltem animi monimentum velut communi Galliæ patriæ meæ nomine, Regiæ tuæ maieſtati conſecrarem. Cui enim potius hæc conueniunt quàm tibi, quæ ſingulari Dei Optimi Maximi beneficio id etiam es conſequuta, vt non modò quid hîc dicatur, abſque interprete intelligere, ſed etiam tum de his linguis, tum de rebus ipſis vel optimè poſſis iudicare? En igitur tibi, Regina, qualecunque munus: quod ſi tibi gratum fuiſſe cognouero, nõ mediocrem laborum meorum fructum me percepiſſe exiſtimabo, atque adeò Eccleſiis iſtud quicquid eſt, non inutile fore, multo (vt mihi quidem videor) certius præſagiam. Dominus te, Regina, Spiritu illo ſuo, quem Dauid Rex & ipſe נדיבה tanquam principum proprium appellat, magis ac magis locupletet: zelo gloriæ ſuæ te tuóſque populos veſtiat: templo denique ſuo penitus repurgando, omnibúſque Excelſis ſemel abolendis, inuicta ſua fortitudine te potenter fulciat ac confirmet.

Geneuæ, Anno à nato Ieſu Chriſto, M. D. LXIIII, Decembr. XIX, quo die ante biennium Gallica nobilitas illuſtriſſimo principe Condenſi duce, tuis & illuſtriſſimorum quorundam Germaniæ principum ſubſidiis freta, non procul Druidum vrbe, fortiſſimè prælíata, prima reſtituendæ in Galliis Chriſtianæ religionis fundamenta ſanguine ſuo feliciter Deo conſecrauit.

HENRICVS STEPHANVS LECTORI S. D.

DVABVS hiſce paginis, alioqui vacaturis, ea quæ ſequuntur cármina, ex amicorum conſilio, mãdaui, olim quidem à me penè adhuc puero ſcripta, & illi præclaræ Græci Noui teſtamenti editioni præfixa quæ anno M. D. L. ex officina patris mei Rob. Stephani prodiit: nunc autem ex tempore, ac raptim duntaxat (vt illi ipſi amici norunt) recognita, & ex parte tamen incudi etiam reddita.

Τὴν τετράθηκτον ὁρᾶς καὶ πλεῦ πολύθηκτον ἐκείνῃ,
Κείνῃ πλεῦ γλυκερῇ καὶ πλεῦ παλυφρέα δέλτον,
Ἔνθεος ἣν ἐχάραξε θεοπνεύστων χορὸς ἀνδρῶν·
Ἣ μεγάλοιο Θεοῦ κραδίῃ οἰκήρμονα φαίνῃ
Πᾶσιν ἁλιξηΐοισιν, κοινὴ δέ τ' πᾶσιν ἀνῴχθη
Ὅσσοις ἠγίοιο καταυγάζοισιν ὀπωπαί.
Ἣ μουνὴ σήθεσι φρεσὶ βίον ἥδιος ὀπάζῃ,
Καὶ πλεῦ οὔλυμπόνδε καὶ εἰς ἀΐδαο φέρουσαν
Δείκνυσιν, ὅφρα Θεοῦ κατεναντίον ἄμμε καθίζῃ·
Νήπιος ὃς δέλτου ταύτης ὑπὸ θυμὸν ἐρύξας,
Μαψευῇ θνητῆς σοφίης ἁλιτήμονα δεσμόν.
Νήπιος ὃς φθιτοῖς συγκλῃῒ φρεσβεύουλεν ὁμίχλῃ,
Ἣ φάος ἱμερόεν μέσῃ ἐνὶ δίζεται ὄρφνῃ.
Εἰ γὰρ καὶ πάσης σοφίης ὑπὲρ μέτρον ἵκοιτο,
Γράμμασι δ' ὅσσα Θεὸς μυχίοισι δίδάσκει,
Τῶνδ' ἀμύητος ἔοι, σκοπέλῳ πέλει ἄλλος ἀλᾶται,
Νηπάας ὀχέων, κενεοῖς δὲ σὺν οἴεσιν ὀνείροις.
Ὃς δὲ βίβλου λογίων ταύτης δεδαημένος ὕδωρ,
Εὗρε φάος γλυκερὸν, γλυκερῇ σὺν ὀπαδὸν ὁμορτοῦν
Ἐλπίδι, δ' ἀφροσύνῳ μόνῃ ἢ πεπίθεσιν ἀέξῃ,
Εὐφροσύνην πάσης ἀμοιρῇ μυγεδώνος ἀνιγρῆς·
Καὶ μύθος ἀμφιχυθεῖσα βροτὸν σήθεσιν ἐγείρῃ,
Ὥστέλιν' οὐ Φάλαρεις, καὶ οὐ Βούσιρεις ὁμοκλῶν,
Οὐ βρόχοι, οὐ κλοιοὶ, οὔτε ξίφη, οὐ πυρὸς ὁρμὴ,
Οὐ χέρας κρυφῶν βασιλήων ἐθέσπεσεν ἀνάγκη.
Δὴ γὰρ ὀϊζυρὸν βίοτον βίου οἶδεν ἀμείβων
Ὁλβίου, ἀϊδίου, ἀγαθῶν πλέου αἰὲν ἐόντων·
Ὅντε μόρος Χριστοῦ, Χριστοῦ σωσίμβροτον αἷμα
Δωρεῖται, βροτέῃσι καθάρσι ἀμπλακίῃσι.
Χριστοῦ, ὃς ἡμετέοις ὀλεσιμβρότου ἄμματα ῥήξων

Δαίμονος, ἦλθ' ὑπὲρ γλῶ, καὶ σκιῶος γῆς ἔπι εἶται,
Ἀμπλακίης ἔξω, τὰ λλ' εἴκελον ἠμετέροισι,
Σωθρονον ἐκπερολιπὼν ἔδος ᾧ πατρὶ ὑψιμέδοντι.
Λαῖφεσι δ' ὁμοῦ ταυρὸν ποτὶ γῆα πέπαρται,
Ὡς καὶ ἀναίτιος ὤν, ἁλιτήματος ἀνδρομέοιο
(Παῖδὸς ἑοῦ βουλῆσι) κακὴν ἀποπνοὶ ἀμοιβήν.
Ἀλλὰ θανὼν ἀνόρουσεν ἰὼν ἐκ τύμβοιο πεταθείς.
Γῆν τε λιπὼν μετέπειτα, φέρων ἔπι σάρκινον ὄγκον,
Οὐρανὸν εἰσανέβη παλινόσιμος ἀστερόεντα.
Οὐρανὸν εἰσανέβη, ὀλοὸν δεσμοῖσι πεδήσας
Δαίμονα, τοῖς ἡμᾶς δολίως μεμήσκετο πεδῆσαι.
Σὺν κείνῳ δολίληπτον ἄγων πολὺν ἄλλον ὅμιλον,
Τὸν τ' Ἀΐδην, Θάνατόν τε, καὶ Ἀμπλακίην ἀλεγεινὴν,
Τόν τ' Νόμον τελεταῖσιν ἀγαλλόμενοι πολυμόρφοις.
Κεῖθι δὲ δεξιτερῆφιν ἑῷ παρὰ πατρὶ καθῆται,
Πᾶσι δ' ἐπωνυμίην ἐπαληθεύουσιν ἀπ' αὐτοῦ,
Θυμὸν ὑπερφίαλον κρατερόφρονα, καὶ μένος ἀρρὸν,
Οὐρανόθεν πρὸς ἀγῶνας ἐφοπλίζων πολυμόχθους.
Ἔστε δικασσόμενος καταβῇ πάλιν, ὧν ἀδόκητος,
Τοῖς τ' ἤδη δόλιχον βιότου διὰ πάντα δραμοῦσι,
Τοῖς τ' οὔπω βιότου ζαλυπεύσασιν ἐν χθονὶ τέρμα.
Καὶ ἐσθλοῖς μὲν ἔπειτα μεταδρῶ βασιλῆος ἀρχῆς,
Ἄσετον εἰς αἰῶνα λιθεὶς ναετῆρας ὀλύμπου,
Τοὺς δὲ κακῶν ῥεκτῆρας ἰὼν ἐς Ταρτάρου ὄρφνην.
Ταῦτα τὰ καλὰ πέλει παιδεύματα καὶ βιόδωρα,
Ὧν οὐκ ἔστιν ὄναρ σοφίη γε διδάσκαλος ἡμῖν,
Ἀλλ' ἡ Χειστιανῶν δέλτος πολυήρατος ἥδε,
Σειρίων πολλῷ λιγυφθόγγῳ οὔασι δέλτος,
Χρυσοτρήχεος ὣς ὄμμασι Χειστιανοῖσιν,
Ἔνθεος ἰὼν ἐλάφεσκε θεοπνεύστων χορὸς ἀνδρῶν.

Euangelium ſecundum Matthæum. Τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον.

EVANGELIVM, Εὐαγγέλιον. Id eſt, ſumma beatæ illius doctrinæ quam nobis Ieſus Chriſtus annuntiauit. Quum enim Euangelium Græcis quemuis bonum & optatum nuntium declaret, propriè dici cœpit de vera illa ſalutis doctrina, quæ non eſt excogitata ab hominibus, ſed è cœlo ad nos allata, ſicut prædictum fuit Eſa.51.b.7. vt mutua ſit inter fidem & Verbum prædicatum relatio, Rom.10.d.17. Quoniam autem Chriſtus eſt nō tantùm huius rei nuntius, ſed etiam ille ipſe in quo tota hæc felicitas reſidet, idcirco Euāgelii nomen peculiari ratione inſcriptum eſt quatuor iſtis Matthæi, Marci, Lucæ & Iohannis libellis, quibus rerum à Chriſto dictarum & geſtarum hiſtoria continetur. Sed & illud obſeruādum eſt, interdum Euangelii nomine neque hos quatuor libellos, neque ipſam propriè doctrinam, ſed eius potius doctrinæ annuntiationem ſignificari, vt Rom.1.a.1, & 11. Cor.4.c.15, & 2. Cor.8.c.18, & alibi ſæpe. Nos autem vbique hoc vocabulum, quaſi Eccleſiæ Chriſti peculium, vt alia eiuſmodi omnia, libenter retinuimus. Secundū Matthæum, τὸ κατὰ Ματθαῖον. id eſt, vt ſcriptū & traditum eſt à Matthæo. Caſtellio conuertit, Authore Matthæo: quod mihi duriuſculum videtur. Magis enim (vt opinor) propriè loquetur qui Deum huius Euangelii authorem vocabit, ſcriptorem, Matthæum. Fateor tamen Euangelium Matthæi & aliorum, non minus quàm Pauli vel Petri Epiſtolas, atque etiam authorem pro ſcriptore dici ſolere: ſed non puto temere ſcriptū κατὰ Ματθαῖον potius quàm Ματθαίου, vel ἀπὸ Ματθαίου, vel aliud eiuſmodi: quoniā videlicet Euangelii nomen hoc in loco non tam aliquod ſcripti genus declarat quàm ipſius ſcripti ſententiam: cuius author ſit Chriſtus, ſcriptor Matthæus. Idque etiam magis liquet ex inſcriptione quæ in Latinis codicibus reperitur, nempe, Sanctum Domini noſtri Ieſu Chriſti Euangelium, ſecundum Matthæum.

Κεφάλαιον αʹ	NOVA INTERPR. CAP. I.	VETVS. CAP. I.	
ΒΙΒΛΟΣ γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαβὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ.	¶ LIBER generationis Ieſu Chriſti, filii Dauid, filii Abraham.	LIBER generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abraham.	Luc.3.c.23.
Ἀβραὰμ ἐγέννησε τὸν Ἰσαάκ. Ἰσαὰκ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ. Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰούδαν, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ.	¶ Abrahā genuit Iſaac. ¶ Iſaac autē genuit Iacob. ¶ Iacob autē genuit Iudam, & fratres eius.	Abraham genuit Iſaac. Iſaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam & fratres eius.	Gen.21.c.2. Gen.25.d.24. Gen.29.d.35.
Ἰούδας δὲ ἐγέννησε τὸν Φάρες καὶ τὸν Ζαρὰ ἐκ τῆς Θαμάρ. Φαρὲς δὲ ἐγέννησε τὸν Ἑσρώμ. Ἑσρὼμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀράμ.	¶ Iudas autem genuit Phares & Zarā è Thamar. ¶ Phares autē genuit Eſrom. Eſrom autem genuit Aram.	Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. Phares autē genuit Eſrom. Eſrom autem genuit Aram.	Gen.38.g.27. 1.Par.2.a.5. ruth 4.d.18.
Ἀρὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀμιναδάβ. Ἀμιναδὰβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ναασσών. Ναασσὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Σαλμών.	Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naaſſon. Naaſſon autem genuit Salmon.	Arā autē genuit Aminadab. Aminadab autē genuit Naaſſon. Naaſſō autem genuit Salmon.	

ANNOTATIONES, IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

Liber, Βίβλος, id eſt recenſio, Hebræorum idiotiſmo, vt Geneſ.5.a.1, ספר תולדות. Subauditur autem, Hic eſt, vel aliquid eiuſmodi: vt ſit hic titulus non totius hiſtoriæ, ſed ſequētis genealogiæ. nam etiam hoc totum, βίβλος γενέσεως, nihil aliud quàm genealogiam declarat. Cicero eodem modo libellum nominū dixit. Generationis, γενέσεως. id eſt, maiorum ex quibus ortus eſt Chriſtus. Vocabulū autem Generationis retinui, partim quòd Chriſtianorum aures illi ſint aſſuetæ, partim etiā quòd optimè videatur Chriſti θεότητα exprimere. quia æternus ille Dei Filius non poteſt dici ex Dauide & Abrahamo genitus, quin ſtatim veniat in mentem illud Iohannis, Et Sermo ille factus eſt Caro. Filii Dauid, υἱοῦ Δαβίδ. Fateor apud Hebræos filiorum appellatione, ſicut etiam apud Latinos poetas nepotum vocabulo poſteros omnes intelligi. quæ res fecit vt nonnulli tum hoc, tum aliis locis maluerint dicere, Dauide prognatum. Sed ego illud malui: quia (niſi fallor) ſiquis diligenter expendat promiſſionum formulam, ad quas reſpexit Matthæus, intelliget Dominum diſertè polliceri Abrahamo & Dauidi fore vt non tam ex ipſorum poſteritate quàm ex illis ipſis, beatum illud ſemē exoriatur. Neque temere factum eſt vt Chriſtus peculiariter vocetur filius Abrahami & Dauidis: quaſi ex iis qui intercеſſerunt non tam fuerit oriundus, quàm verus & proximus illorum duorum filius, promiſſionis & fidei virtute. Filii Abrahā, υἱοῦ Ἀβραάμ. Quanuis hæc poſſint de Dauide exponi, qui fuerit ex Abrahami genere: malo tamen vtrunque ad Chriſtum referre, vt idem & filius Dauidis & filius Abrahami dicatur.

Σαλμὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Βοὲζ ἐκ τῆς Ραχάβ. Βοὲζ δὲ ἐγέννησε τὸν Ὠβὴδ ἐκ τῆς Ρούθ. Ὠβὴδ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεσσαί.

Salmon autem genuit Booz ex Rachab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Ieſſe.

Salmō aũt genuit Booz de Rahab. Booz autẽ genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Ieſſe.

1.Reg.16.a.1, & 17.b.12. 2.Reg.12.f.24

Ἰεσσαὶ δὲ ἐγέννησε τὸν Δαβὶδ τὸν βασιλέα. Δαβὶδ δὲ ὁ βασιλεὺς ἐγέννησε τὸν Σολομῶνα ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου.

Ieſſe autem genuit Dauid regem. Dauid autem rex genuit Solomonem ex ea quæ fuerat uxor Uriæ.

Ieſſe autẽ genuit Dauid regẽ. Dauid autem rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Uriæ.

3.Reg.11.g.43. 1.par.3.b.10.

Σολομὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Ροβοάμ. Ροβοὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀβιά. Ἀβιὰ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀσά.

Solomon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit Abia. Abia autem genuit Aſa.

Salomõ aũt genuit Roboã. Roboã aũt genuit Abiã. Abia aũt genuit Aſa

Ἀσὰ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσαφάτ. Ἰωσαφὰτ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωρὰμ. Ἰωρὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ὀζίαν.

Aſa autem genuit Ioſaphat. Ioſaphat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Hoziam.

Aſa aũ genuit Ioſaphat. Ioſaphat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Oziam.

Ὀζίας δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωαθάμ. Ἰωαθὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἄχαζ. Ἄχαζ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐζεκίαν.

Hozias autem genuit Ioatham. Ioatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezeciam.

Oziæ autem genuit Ioatham. Ioathã autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezeciam.

4.Reg.20.d.21. & 21.d.18. 1.par.3.b.13.

Ἐζεκίας δὲ ἐγέννησε τὸν Μανασσῆ. Μανασσῆς δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀμών. Ἀμὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσίαν.

Ezecias autẽ genuit Manaſſe. Manaſſes autem genuit Amon. Amon autem genuit Ioſiam.

Ezecias autem genuit Manaſſẽ. Manaſſes autem genuit Amõ. Amon autem genuit Ioſiam.

4.Reg.23.g.34 & 24.a.1. 2.par.36.a.4. 4.Reg.24.b.6.

Ἰωσίας δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεχονίαν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, ἐπὶ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος.

Ioſias autẽ genuit Iakim. Iakim autẽ genuit Iechoniã & fratres eius, in deportatione Babylonica.

Ioſias autẽ genuit Iechoniã & fratres eius, in trãſmigratione Babylonis.

Μετὰ δὲ τὴν μετοικεσίαν Βαβυλῶνος, Ἰεχονίας ἐγέννησε τὸν Σαλαθιήλ. Σαλαθιὴλ δὲ ἐγέννησε τὸν Ζοροβαβέλ.

Poſt verò deportationem Babylonicam, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel.

Et poſt trãſmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel.

1.Par.37.b.9. 1.par.3.b.16. 3.Eſd.3.a.2, & 5.a.2.

Ζοροβαβέλ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀβιούδ. Ἀβιοὺδ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐλιακείμ. Ἐλιακεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀζώρ.

Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autẽ genuit Azor.

Zorobabel autẽ genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor.

Ἀζὼρ δὲ ἐγέννησε τὸν Σαδώκ. Σαδὼκ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀχείμ. Ἀχεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐλιούδ.

Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud.

Azor autẽ genuit Sadoc. Sadoc autẽ genuit Achim. Achim autem genuit Eliud.

Ἐλιοὺδ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐλεάζαρ. Ἐλεάζαρ δὲ ἐγέννησε τὸν Ματθάν. Ματθὰν δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ.

Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Matthan. Matthan autem genuit Iacob.

Eliud autẽ genuit Eleazar. Eleazar autẽ genuit Matthã. Matthã autẽ genuit Iacob.

Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσὴφ τὸν ἄνδρα Μαρίας, ἐξ ἧς ἐγεννήθη ΙΗΣΟΥΣ, ὁ λεγόμενος Χριστός.

Iacob autẽ genuit Ioſeph virum Mariæ, ex qua genitus eſt IESVS ille qui dicitur Chriſtus.

Iacob autem genuit Ioſeph virum Mariæ, de qua natus eſt IESVS, qui vocatur Chriſtus.

6 Ex ea quæ *fuerat uxor* Uriæ, ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου. Vulgata, Ex ea quæ fuit Uriæ: quod rectè emendauit Eraſmus, vt eclipſi Græcis familiari non modò ſubaudiatur γυναικός, ſed & participium Aoriſti ſecundi γενομένης addatur: ne videatur Solomon natus ex adulterio.

11 Genuit Iacim. Iacim autem genuit Iechoniam, ἐγέννησε τὸν Ἰακείμ. Ἰακεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεχονίαν. Sic ex vetuſto codice reſtituit Robertus Stephanus: de cuius diligentia & religione in ſacris libris excudendis, apud omnes doctos & pios homines conſtare puto. Sed & ea quæ paulo pòſt ſequitur genealogiæ diſtributio in tres τεσσερεσκαιδεκάδας, ita legendum eſſe conuincit. Euangelium tamen Hebræum Matthæi, Lutetiæ excuſum, aliter numerum ſuppleuit. Nam poſt Abiud verſu 13, ſubiicit Abnerũ, & Abnero Eliacim. Sed omnia exẽplaria Græca & Latina, quæ mihi inſpicere licuit, diſſentiũt. In deportatione Babylonica, ἐπὶ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος. Vulg. In trãſmigratione Babylonis. Eraſ. In exilio Babylonico: & paulo pòſt, verſu 16, Demigratione Babylonica: perinde acſi φυγὴ & μετοικεσία idẽ valerẽt. quod minimè puto. Videtur enim φυγὴ propriè eorũ eſſe qui exilii cauſa ſolum vertũt. μετοικοῦσι autẽ dicũtur (ſicut Budæus annotat) non tãtùm qui ſedes ſpõte mutãt, ſed etiã qui deportãtur. quod poſterius ſignificare voluit Euãgeliſta. Ariſtoteles οἰκονομικῶν β, de Cleomene Alexandrino loquens, à quo ſunt Canobitæ deportati, αὐτοὺς, inquit, μετῴκισεν. Vnde Metœci dicti, de quibus agitur in l. Certa. C. de iure fiſci, lib. x. Sic apud Hebræos differre videtur גלות, id eſt μετοικεσία, & נדח, id eſt φυγή. Sed illud quoque obſeruandũ eſt, natũ non eſſe Iechoniã ex Iakimo in ipſa trãſmigratione Babylonica, vtpote quæ cõtigerit vndecimo demũ anno poſt ipſius Iechoniæ exiliũ. Erat autẽ natus Iechonias quũ regnũ iniret, annos octodecĩ, ſicut ſcribitur 2. Reg. b.8.24: vt neceſſe ſit totos 19 annos inter ipſius ortũ & Babylonicã deportationem intercedere. Itaque non aliò reſpexit Euangeliſta quàm vt ſignificaret captiuitatem illam incidere in Iakimi & Iechoniæ tempora.

16 Genitus eſt, ἐγεννήθη. Vulgata, Natus: quod idem valet. Idem enim Lucas 2. b. 11. de Chriſto loquens, ἐτέχθη ὑμῖν σωτὴρ, inquit: quũ cap. 1. ver. 57, de Elizabetha dixiſſet, ἐγέννησε υἱόν. Sed & apud Latinos Genitus & Natus permutantur. Prætuli tamen hoc quidem loco Eraſmi verſionem, ne vnum verbum pluribus modis, nulla neceſſi-

tate coactus,interpretarer:quod vitare cõstitui quoad eius fieri poterit. Caeterũ quidẽ secundo, quo dilucidior fit sensus,vertemus Natum,quia expressa natalis loci illic fiet mentio:& forma loquendi fortassis esset durior si illic ponerem Genitus. Qui dicitur,ὁ λεγόμενος. Vulgata, Qui vocatur. id est ὁ καλούμενος. Christus,Χριστὸς. Hebraicè משיח,id est vnctus.est enim verè rex, Sacerdos, & Propheta. Latini Graecam vocem integram seruare 5 maluerunt quàm vnctum aut delibutum vocare.

Πᾶσαι οὖν αἱ γενεαὶ ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως 17
Δαυὶδ, γενεαὶ δεκατέσσαρες· καὶ ἀπὸ Δα
υὶδ ἕως τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος, γενεαὶ
δεκατέσσαρες· καὶ ἀπὸ τῆς μετοικεσίας
Βαβυλῶνος ἕως τοῦ Χριστοῦ, γενεαὶ δεκα-
τέσσαρες.

Τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γέννησις οὕτως
ἦν. μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ
Μαρίας τοῦ Ἰωσὴφ, πρὶν ἢ συνελθεῖν
αὐτοὺς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ Πνεύ-
ματος ἁγίου.

Ἰωσὴφ δὲ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, δίκαιος ὢν, καὶ μὴ 19
θέλων αὐτὸν δειγματίσαι, ἐβουλήθη λάθρᾳ ἀπολῦσαι αὐτήν.

17 Vniuersæ igitur progenies ab Abraham vsque ad Dauid, progenies quatuordecim: & à Dauid vsque ad deportationẽ Babylonicam, progenies quatuordecim:& à deportatione Babylonica vsque ad Christum, progenies quatuordecim.

18 Iesv verò Christi natiuitas ita fuit. Nam quum mater eius Maria desponsa esset Ioseph, priusquam ipsi conuenissent, inuẽta est vterum ferre ex Spiritu sancto.

19 Porro Ioseph vir eius, quum esset iustus,& nollet eam ignominiæ exponere, voluit clam eam dimittere.

17 *Omnes itaque generationes ab Abrahã vsq; ad Dauid, generationes quatuordecim, & a Dauid vsque ad transmigrationẽ Babylonis, generationes quatuordecim: & à transmigratione Babylonis vsque ad Christum, generationes quatuordecim.* Luc.3.c.23.

18 *Christi autẽ generatio sic erat. Quũ esset desponsata mater eius Maria Ioseph, antequã cõuenirẽt, inuẽta est in vtero habẽs de Spiritu sancto.*

19 *Ioseph autẽ vir eius, quũ esset iustus, & nolle tet eã traducere, voluit occultè dimittere eam.* Deut.24.a.4.

17 Vniuersæ igitur progenies, πᾶσαι οὖν αἱ γενεαί. Id est, Omnes isti suis gradibus,prout alius alium genuit, in hac familiæ Dauidis descripti.one enumerati. itaque hoc demum est quod Hebræi מתתן vocant,passiuè quidem acceptum pro iis qui gignuntur.Generationis autem nomen,quod Vetus interpres & Erasmus vsurparũt, Græco quidem respondet,sed mihi visum est obscurius Castellio maluit Genera interpretari, vocabulo magis ambiguo:quanuis animaduerterim Herodotum in Clio πεμπτογενῆς dixisse,quum de abnepotis filio ageret.Cet tè Vetus ipse interpres ita vt ego interpretatus est Luc.1.c.50.

18 Natiuitas,γένεσις. Vulgata,Generatio.quod huic quidem loco non videtur conuenire, quùm generandi verbum vix(vt opinor)possit ad partum accommodari,sed ad conceptum tantùm pertineat. Latius ergo patet Gignere.sed quum verbali nomine careat,coacti sumus synonymum quærere: quod & ipsum alibi quàm apud Vlpianum non memini legere.Natiuitatem tamen maluimus dicere quàm ortum,nequis cum Seruetо illo impio existimet Filium Dei tum demum exortum, & quod ad hypostasin attinet à Patre fuisse distinctum, quum ex Virgine natus esset. quanuis constet, hoc loco de Filio Dei, quatenus homo factus est,instituta esse narrationem. Ita fuit,οὕτως ἦν. Verbum ἦν positum est in Aoristi secundi significatione, sicut infrà 2.c.15, & 11.d.44.& Marci 11.d.31.Erasmus conuertit,sic habet.id est οὕτως ἔχει. Terent. Adelph.Nam ita est homo. Nam quum mater eius Maria esset desponsa Ioseph, μνηστευθείσης τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τοῦ Ἰωσὴφ. id est, sponsione promissa.Neque enim adhuc in eandem domum conuenerant, quod tamen existimat Chrysostomus. Constat certè τὸ μνηστεύεσθαι & γαμεῖν apud Græcos,sicut apud Hebræos ארש, & illud quod ipsi per periphrasin dicunt נשא לקח,non minus inter se differre quàm apud Latinos sponsalia à nuptiis.quod vel hic vnus Terentii versus indicat,Placuit,desponsi,nuptiis hic dictus est dies.Et hanc quoque Iudæis consuetudinem fuisse vt inter sponsalia & nuptias tempus aliquod intercederet,constare potest ex Deuteronomii capite 22.c.12.Porro particula γὰρ ab aliis omissa,hoc loco non est causalis,sed expletiua,sicut etiam coniunctio Nam interdum apud Latinos.

Priusquam ipsi conuenissent,πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτούς. id est, Priusquam illam duxisset domum. Siue, Ante nuptias. Erasmus, Priusquam congressi fuissent:eos nimirum sequutus qui hoc exponunt de mariti cum vxore cõgressu,quasi iam antea Maria fuerit Iosephi vxor, à qua tamẽ abstinuerit,nimirũ ex virginitatis voto.Sed nõ dubito quin veteres hac in re sint planè hallucinati:quod videtur vnus penè Gerson inter illos recentiores animaduertisse,quem immeritò flagellat Erasmus hoc nomine, Infrà,Luc.1.f.59. Vterũ ferre,ἐν γαστρὶ ἔχουσα. Vulg. In vtero habens. Erasmus,grauida.id est ἔγκυος. Ad verbum, In ventre habens.quod dicendi genus proprium est Græcis medicis,præsertim Hippocraticiuius loco apposui quod proximè visum est accedere. E Spiritu sancto,ἐκ Πνεύματος ἁγίου. Vulgata,De spiritu sancto. Quanuis autem De pro E interdum ponatur,tamen hoc loco minimè necesse fuit hanc enallagen accersere:quod annotauit Erasmus. Ista verò narrantur κατὰ προλῆψιν, id est per anticipationem,quanuis aliter censeat Theophylactus. Nam alioquin minimè oportuisset Iosephum in somnis admoneri eius rei quam satis antea intelligeret.

19 Quum esset,ὤν. Erasmus, Quia erat. Ad verbum. Existens. Vulgatus interpres & Latinè loquutus est,& Græcorum participium eleganter expressit. Ignominiæ exponere,δειγματίσαι. Vel, In eam exemplum statuere. Hæc enim est notatio Græci huius verbi,quod Augustinus ad verbum Epist.59 vertit Exemplare,& Vetus interpres Traducere:non malè quidem nisi nimium ambiguæ & tamen angustæ significationis esset Traducendi verbum.Dicitur autem τὸ δειγματίζειν de capitali supplicio,vt Num.25, הוקיע, vbi verbum Hebraeum יקע Græcus interpres vertit δειγματίζειν.imo etiam de quibuis publicæ ignominiæ pœnis: veluti quum in Creta insula adulteræ mulieres asino insidentes,& Romæ,captiui hostium duces,manibus post terga reuinctis,post triumphãtium currum ducebantur.Inde factum vt hoc verbum de omni publica infamia dici cœperit,etiã quæ à iudice non irrogatur: sicut apud Plutarchum τοῖς πανδοκευτρίαις vsurpatur, vbi Archilochũ poetam ait obscœnis quibusdam versiculis ἑαυτὸν δειγματίζειν.quod quidem exemplum ego eo libẽtius profero quòd mihi quoque iuueni idem acciderit:quam tamen notam spero me & factis & dictis contrariis iam olim eluisse.Vt autẽ ad rem redeam,nõ assentior iis qui existimant hic agi de pœna illa capitali quæ in adulteros erat constituta. Et cur de simplici potius probro & de decore hoc accipiẽdum putem,has causas habeo. Primùm enim, vt hominis est iusti & probi suas iniurias dissimulare & condonare, potius quàm summo iure persequi:ita obseruãdum est boni ciuis esse publica crimina, inter quæ adulterium censetur, etiamsi accusationem instituere nolis, magi-

ſtratui ſaltem indicare, potius quàm ad ea conniuere, aut vbi priuatim tibi conſulueris, id quod reip. intereſt bonè curare, atque etiam aliquo modo tegere. Notum eſt autem qua ſeueritate iuſſerit Dominus adulteria vindicari, & Iſraelem ea tollere è medio ſui. Deinde quum ſciret Ioſephus fieri etiam poſſe vt Maria ab alio quopiam ante deſponſionem eſſet grauidata, maluit eam exiſtimare grauidam ἀπὸ πρόνοιας (vt etiam loquitur Iuſtinus in Dialogo πρὸς Τρύφωνα) potius quàm ἀπὸ πονηρίας: vt viri boni ſolent omnia (quoad eius fieri poteſt) in meliorem partem accipere. Id autem ſi contigiſſet, id eſt, ſi ante ſponſalia rem habuiſſet cum alio, Mariam ducere vxorem eum oportebat (ſicut cauit Moſes, Deut. 22. d. 18) ex parentum conſenſu, à quo vitium fuiſſet ipſi oblatum ante deſponſionem. quod tamen ſine aliquo Mariæ dedecore fieri non potuiſſet, ſi de illius fraude cõqueſtus fuiſſet Ioſeph: cui etiam fas fuiſſet eam ducere, & non inuenta virgine, ad iudices lapidandam trahere, vt eodem loco cauetur. Itaque noluit (vt erat vir inſigni probitate) vel vxorem alienam retinere, vel iniuriam ſuam ſummo iure perſequi ſed clam potius & cauſa nulli expoſita (ſicut Iudæi conſueuerant) ſponſione & fide data, illam abſoluere ac liberare. Dimittere eam, ἀπολῦσαι αὐτήν. Eraſmus, Ab ea diuertere. Docet Modeſtinus iuriſconſultus, Diuortium inter virum & vxorem fieri, Repudium verò ſponſæ remitti. Erat autem hoc tempore Maria deſponſa tantùm, non nupta. proprium ergo fuit repudiandi vocabulum: ſed malui Vulgatam verſionem retinere: quanuis potius reſpondeat τῷ ἀφιέναι, quòd appareat Euangeliſtas atque etiam Paulum in re cautiſſima quæſiuiſſe mollißimum aliquod vocabulum, ideó que libentius dicere ſolitos ἀπολύειν, vel ἀφιέναι, quàm ἀπαλλάσσειν, vel ἐκβάλλειν: quæ propria quidem ſunt, ſed duriora.

Ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἐνθυμηθέντος, ἰδοὺ, ἄγγελος Κυρίου κατ' ὄναρ ἐφάνη αὐτῷ, λέγων, Ἰωσὴφ υἱὸς Δαβὶδ, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου. τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου.

Hæc autem quum cogitaſſet, ecce, angelus Domini in ſomnio apparuit ei, dicens, Ioſeph fili Dauid ne metuito accipere Mariam vxorem tuam. Nam quod in ea genitum eſt, ex Spiritu ſancto eſt.

10 Hæc autem quum cogitaſſet, ecce, angelus Domini apparuit in ſomnis ei, dicēs, Ioſeph fili Dauid noli timere accipere Mariā uxorē tuā. quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt.

Luc. 1. c. 38.

Τέξεται δὲ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ ΙΗΣΟΥΝ. αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν.

Act. 4. b. 12.

Pariet autē filium, & vocabis nomen eius IESVM. Ipſe enim ſeruabit populũ ſuum ex peccatis ipſius.

11 Pariet autem filiũ, & vocabis nomen eius IESVM. ipſe enim ſaluũ faciet populum ſuum à peccatis eorum.

(Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ προφήτου, λέγοντος,

(Porro totum hoc factũ eſt vt impleretur quod ait Dominus per Prophetam, dicentem,

22 (Hoc autem factũ eſt ut adimpleretur quod dictũ eſt à Domino per Prophetam, dicentem,

10 Quum cogitaſſet, ἐνθυμηθέντος. id eſt ἐνενοήσαντος, quum apud ſe conſtituiſſet, ſeruata Aoriſti ſignificatione. Vulg. & Eraſmus, Eo cogitante. Ecce, ἰδοὺ. Hebræis הנה, qua particula ſingulis penè verſibus vtuntur. Interdum tamen hæc ipſius vis eſt vt lectorem præparet ad aliquid inſigne & mirificum audiendum. In ſomnio, κατ' ὄναρ. id eſt, Nocturna viſione. Nam ἐν ſæpe idem valet quod In, vel Per. Vulgata & Eraſmus, In ſomnis maluerunt interpretari, quaſi ſcriptum ſit ἐνύπνιον. Atqui ὕπνος & ὄνειρος ſiue ὄναρ inter ſe differunt, non minus quàm ſomnus à ſomnio. quod indicat hic Homeri verſiculus Iliad. β, - Οὐδὲ σφιν ὑπνώοντι μένος ὀνείρου. Ne metuito, μὴ φοβηθῇς. Vulgata, Noli timere: quo modo vbique fere conuertere ſolet prohibendi particulam. Eraſmus, Ne metuas. Hæc autem indicant, timore Deiadductum Ioſephum cogitaſſe de ſponſa repudianda, ſiue quòd (vt antè dixi) alii viro obnoxiam arbitraretur: ſiue quòd adulteram fouere nullo modo ſibi fas aut honeſtũ eſſe ſciret. Accipere, παραλαβεῖν, traditã videlicet tibi à parentibus vel cognatis. Nam ſeruari hic debet vis præpoſitionis παρὰ pro κατὰ, quam ſatis probat vniuerſa Demoſthenis oratio πρὸς Εὐβουλίδην, in qua diſputatur de his duobus vocabulis, παραλαβεῖν & καταλαμβάνειν. Eraſmus eorum ſequutus opinionem qui virginitatis votũ hic ſomniant, conuertit Adiungere: perinde acſi ſcriptum eſſet προσλαβεῖν: atque interpretatur Adiungere in conſuetudinem vitæ. iam enim, inquit, acceperat, ſed diuortium meditabatur. quam interpretationem neque veram, neque veriſimilem eſſe opinor. Vxorem tuam, τὴν γυναῖκά σου, quæ tibi pacta eſt pro vxore. Falluntur qui hæc verba ſic accipiunt quaſi iam antè Maria eſſet quidẽ nupta, ſed Ioſephus ex voto ab ea abſtineret. tantùm enim eã Ioſephus deſponderat, vt ſuprà diximus. Verùm quæ deſponſa erat, iam pro vxore habebatur, niſi quid incidiſſet quod ſponſalia dirimeret. quamobrem etiam pro adultero puniebatur non minus qui deſpõſam quàm qui nuptam corrupiſſet, Deut. 22. c. 23. Poſſumus & interpretari τὴν γυναῖκά σου, Vxor tua, vt Marci 12. b. 23. vbi tamen non additur articulus, nec pronomen. Itaque non erit hic ſimplex appoſitio, ſed ſupplendum erit πρὸς τὸν, cuiuſmodi ellipſis apud Hebræos paſſim occurrit. Genitum eſt, γεννηθὲν. Hic propriè accipitur τὸ γεννᾶσθαι, quum ſuprà poſitum ſit αὐτὴν τεκεῖν. Sed ſciendum eſt hoc verbum, ſicut apud Hebræos יָלַד, & Gignere apud Latinos, de iis etiam dici in quorum ortu nullus pater interuenit, ſicut hoc loco non eſt exiſtimandum Spiritum ſanctum ex ſeſe generaſſe Chriſti corpus, ſed ex ipſius virginis ſubſtantia feciſſe, ſiue cõdidiſſe. Vulg. Natum, γεννηθὲν. Eraſmus, Conceptum, συλληφθὲν. Ex Spiritu ſancto, ἐκ Πνεύματος ἁγίου. Vulgata, De Spiritu ſancto. Eraſmus, A Spiritu ſancto. Et ſanè conſtat, ſæpe has præpoſitiones permutari: malui tamen ἐκ præpoſitionẽ retinere. quanquam ſiquis veretur ne hæc interpretatio fanaticis illis fauere videatur qui corpus Chriſti ſpirituale faciunt, tanquam ἐκ materiam declaret, illis licebit vti præpoſitione ἀ.

21 Seruabit, σώσει. id eſt Liberabit. Neque video cur aliter fuerit vertẽdum. Virg. Seruatum ex vndis. Vulgata & Eraſmus, ſaluum faciet, periphraſi (vt opinor) minimè neceſſaria. Apparet autem vel ex hoc loco, quem Ieſum Græci, Ieſum Latini vocant, Hebraicè dici יֵשׁוּעַ à יָשַׁע, quod declarat τὸ σώζειν: vt planè inepta ſint Oſiandri & quorundam in hunc locum commenta. Ipſius, αὐτοῦ. Ad verbum, Eorum. Numeri autem mutatio ex Hebræorum idiomate nata eſt, qui in nominibus collectiuis, eiuſmodi dicendi genera frequenter vſurpant, vt & Græci & Latini interdum.

22 Impleretur, πληρωθῇ. Vulgata, Adimpleretur. Eraſmus, Perficeretur. id eſt πληρωθῇ. quia hoc dicendi genus (inquit) Latinis auribus eſt ignotum, niſi quum ſentimus addi quod deerat rei conſummandæ. Atqui Cicero multis locis vſurpat Implere pro Præſtare. quo ſenſu videtur hic vſurpatum. Neque verò hoc annotaſſem niſi voluiſſem ſemel eſſe dictum quod ſæpiſſime fuiſſet nobis repetendum. Per Prophetam, διὰ τοῦ προφήτου. Nonnulla exemplaria nomen habent Eſaiæ expreſſum. Vide infrà 2. b. 17.

Ἰδοὺ, ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ· ὅ ἐστι, μεθερμηνευόμενον, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός.

23 ‖Ecce, virgo quædam vterum feret, & pariet filium, & vocabis nomen eius Emmanuel: quod eſt, ſi interpreteris, Nobiſcum Deus.)

23 Ecce, virgo in vtero habebit, & pariet filiũ, & vocabunt nomen eius Emmanuel: quod eſt interpretatum, Nobiſcũ Deus.) Eſaiæ 7.c.14.

Διεγερθεὶς δὲ ὁ Ἰωσὴφ ἀπὸ τοῦ ὕπνου, ἐποίησεν ὡς προσέταξεν αὐτῷ ὁ ἄγγελος Κυρίου, καὶ παρέλαβε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ.

24 Experrectus autẽ Ioſeph ex ſomno, fecit vt ei imperarat angelus Domini, & accepit vxorem ſuam:

24 Exurgẽs autẽ Ioſeph à ſõno, fecit ſicut præcepit ei angelus Domini, & accepit coniugem ſuam.

Καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον· καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ ΙΗΣΟΥΝ.

25 Et non cognouit eam, quouſque peperiſſet filium illum ſuum primogenitum: vocauitque nomen eius IESVM.

25 Et nõ cognoſcebat eã, donec peperit filiũ ſuũ primogenitum: & vocauit nomẽ eius IESVM.

Κεφάλαιον β.

CAP. II.

ΤΟΥ δὲ Ἰησοῦ γεννηθέντος ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας, ἐν ἡμέραις Ἡρῴδου τοῦ βασιλέως, ἰδοὺ, μάγοι ἀπ' ἀνατολῶν παρεγένοντο εἰς Ἰερουσαλὴμ,

1 QVVM ergo natus eſſet Ieſus in ea Bethleem quæ eſt Iudææ, temporibus Herodis regis, ecce, magi ab Oriẽte aduenerunt Hieroſolyma,

1 Quũ ergo natus eſſet Ieſus in Bethleem Iudææ, in diebus Herodis regis, ecce magi ab Orientæ venerunt Ieroſolymam, Luc.2.a.6.

Λέγοντες, Ποῦ ἐστὶν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; εἴδομεν γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα ἐν τῇ ἀνατολῇ, καὶ ἤλθομεν προσκυνῆσαι αὐτῷ.

2 Dicentes, Vbi eſt ille rex Iudæorum qui natus eſt? vidimus enim eius ſtellam in Oriente, & venimus vt adoremus eum.

2 Dicentes, vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorũ? vidimus enim ſtellam eius in Oriente, & venimus adorare eum.

13 Virgo quædã, ἡ παρθένος. Huius particulæ Quædam apud Latinos ea vis eſt quæ articuli Græci hoc loco: ſi quoq; litera nõ fruſtra eſt addita in Hebræo, nimirũ vt inſignis quædã Virgo ſignificetur, ab æterno videlicet ſelecta. Et vocabis, καὶ καλέσεις. Scio in plerisque exẽplaribus legi καλέσουσι id eſt, & vocabũt. vel, & vocabitur: quam etiã lectionẽ ſequitur Iuſtinus Martyr in Dialogo πρὸς Τρύφωνα: ſed quũ nonnulla antiqua exẽplaria cum Hebræis fontibus cõſentiãt, & hæc apoſtrophe Prophetæ Spiritu Dei correpti, & Virginem poſt tot ſecula naſciturã, quaſi præſentem alloquentis, magnã vim habere videatur, ſequutus ſum in hac re iudicium meum, nulla (vt opinor) ſenſus iniuria. Quod eſt, ſi interpreteris, ὅ ἐστι, μεθερμηνευόμενον. Vulgata, Quod eſt interpretatum. Eraſmus, Quod ſi quis interpretetur, ſonat. Illud eſt ambiguum, hoc à Græcis recedit.

14 Experrectus autem Ioſeph, διεγερθεὶς δὲ ὁ Ἰωσήφ. Eraſmus, Excitatus autem Ioſeph: ſed hoc quidem loco plus eſt τὸ διεγείρεσθαι quàm excitari. Vulgata, Exurgens autem Ioſeph. id eſt ἀναστὰς δὲ Ἰωσήφ. Imperarat, προσέταξεν. Præterita perfecta & Aoriſti ſæpe cum pluſquamperfectis confunduntur à Græcis. Vulgata, Præcepit. quo vno vocabulo in hac re fere vti ſolet. Nos autem, quum diuerſis vocabulis vtantur ſacri ſcriptores, cõnabimur cuique Græco Latinum aliquod opponere.

15 Quouſque, ἕως οὗ. Notandum eſt aduerſus Heluidianos, ἕως interdum ita referri ad tempus præcedens vt de ſequenti non affirmetur contrariũ: quod ſatis indicãt vel poſtrema verba huius Euangelii, ἰδοὺ, ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμὶ πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. id eſt. Ecce, vobiſcũ ſum vſque ad conſummationem ſeculi. Ex quibus verbis colligere non poſſis, Chriſtum non eſſe nobiſcum futurum poſt conſummationem ſeculi. Neque aliter interdum accipitur particula עד apud Hebræos, vt 1. Sam. 6. d. 13: vbi dicitur Michol nullos liberos ſuſtuliſſe, vſque ad diem obitus ſui. Filium illum ſuũ, τὸν υἱὸν αὐτῆς. Vulgata & Eraſmus, Filium ſuum. Nobis autem non videtur Græcus articulus otioſus: ita tamen vt vis eius ſit ἀναφορικὴ, non δεικτικὴ. id eſt, vt de eo agi ſignificetur cuius antè facta eſt ab angelo mentio: non autem vt filius hic ab aliis Mariæ filiis diſtinguatur, quos ego quidẽ nullos fuiſſe credo. Aſſentior enim iis qui de Maria virgine, vt ſelectiſſimo organo, ſanctiſſimè ſentiũt.

Vocauitque nomen eius Ieſum, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. id eſt, (vt fere dicunt Græci) ἐκάλεσεν αὐτὸν Ἰησοῦν τοῦτο ὄνομα, Latini, Vocauit eum Ieſum nomine.

IN CAPVT II.

1 Ergo, δὲ. Eraſmus, autẽ. Sed (vt exiſtimo) hæc particula hoc loco non eſt diſcretiua (vt vocant), ſed potiùs συμπλεκτικὴ τῆς διανοίας, id eſt, copulatiua ſentẽtiæ (vt Grammaticorum more loquar) ſicut ſæpe apud Latinos Ergo & Igitur. Natus eſſet, γεννηθέντος. Cur ita vertere hoc loco maluerim, vide ſuperioris capitis verſum 16. In ea Bethleem quæ eſt Iudææ, ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας. Sic loquuntur Hebræi, vt Iudicum 19. d. 18 dicitur Bethleem Iudæ: id eſt Bethleem quæ eſt in tribu Iuda. quod addi ſolet ad alterius differentiam, quæ eſt in tribu Zabulon, id eſt in Galilæa inferiore. Vulgata vertit, In Bethleem Iudææ. Eraſmus, vt Hebraiſmum molliret, addidit [ciuitate] appellatiuum. Sed hoc quoque non ſatis exprimit differẽtiam illam: itaque aliquid amplius ſuppleui. Præpoſitionem quoque hîc & aliis locis ſeruaui, quam tamen Latini vrbium nominibus vel nunquam, vel certè rarò præponũt, quia videlicet obliquorũ terminatio caſum indicat. Ego verò inflexione vocem mutare nolui, quam Græcè ſcribens Euangeliſta retinuit. Quare neceſſariò vſurpanda fuit præpoſitio tum hoc loco tum plurimis aliis. Iudæa autem hic intelligitur regio: ſic propriè dicta à tribu Iuda, ſub qua etiam tribus Beniamin comprehenditur: diſtinguiturque à Samaria, Peræa, Trachonitide, & vtraque Galilæa. Magi, μάγοι. Perſicum vocabulum, apud Perſas honeſtum. Ita enim ſuos ſacerdotes, aut (vt alii volunt) philoſophos vocabant. Apud Græcos autem, & tandem apud Latinos quoque, magorum nomen nonniſi in vitio poni cœpit. Cæterùm magorum gentem Herodotus non in Perſide, ſed in Media collocat, lib. 1, & 3: vt iſtos quoque, ſicut & Chaldæos, appareat non ex artis, ſed ex gentis vocabulo fuiſſe nominatos.

2 Dicentes, λέγοντες. Solent fere Hebræi hiſtorias quæ narrantur, inductis ipſis perſonis explicare. Latini cõtrà plerunque obliquis narrationibus quas vocant, vtuntur: quo modo etiã quidã nuper totam hanc periodum cõuertit. Me verò iſtius ſimplicitatis quam Spiritus ſanctus amplexus eſt, nunquã pudebit. Nam certè hæc narratio plus habet energiæ quàm ſi obliquè aliena dicta referrẽtur, eo quòd nõ tã narrari res quã geri videatur.

Vbi eſt ille rex Iudæorum qui natus eſt? ποῦ ἔστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; Vulgata, Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorum? Eraſmus, Vbi eſt ille qui natus eſt rex Iudæorum? Ego vocabulorū collocationē mutaui, vt ſenſus eſſet dilucidior. Nam alioqui viderentur magi aliud quærere, nempe, vbi ſit ille qui minimè natus eſt priuatus, ſed rex Iudæorum ab ipſis incunabulis. qui ſenſus non conuenit. Eadem traiectione vſus eſt Lucas 19.f.38.

Ακούσας δὲ Ἡρῴδης ὁ βασιλεὺς ἐτα-
ράχθη, καὶ πᾶσα Ἱεροσόλυμα μετ' αὐτοῦ.

His autem auditis Herodes rex turbatus eſt, & tota Hieroſolyma cum eo.

Audiēs autē Herodes rex, turbatus eſt, & omnis Ieroſolyma cū illo.

Καὶ συναγαγὼν πάντας τοὺς ἀρχιε-
ρεῖς καὶ γραμματεῖς τοῦ λαοῦ, ἐπυνθάνε-
το παρ' αὐτῶν ποῦ ὁ Χριστὸς γεννᾶται.

Et conuocatis omnibus principibus Sacerdotum & Scribis populi, percontatus eſt ab eis vbi Chriſtus naſceretur.

Et congregans omnes principes Sacerdotū et Scribas populi, ſciſcitabatur ab eis vbi Chriſtus naſceretur.

Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, Ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰου-
δαίας. οὕτω γὰρ γέγραπται διὰ τοῦ προφήτου,

At illi dixerunt ei, In Bethleē quæ eſt Iudææ. Sic enim ſcriptum eſt per Prophetam,

At illi dixerunt ei, In Bethleē Iudæ. ſic enim ſcriptū eſt per Prophetā

Mich.5.a.2. iohan.7.f.42. Καὶ σὺ Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς
ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα. ἐκ σοῦ
γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ
τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ.

‖Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es inter duces Iuda. ex te enim exibit Dux qui paſcet populū illum meum Iſrael.

Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquā minima es in principibus Iuda. ex te enim exibit Dux qui regat populū meum Iſrael.

Τότε Ἡρῴδης λάθρα καλέσας τοὺς

Tum Herodes clam vocatis

Tūc Herodes clā vo-

3 Tota Hieroſolyma, πᾶσα Ἱεροσόλυμα. Eraſmus, Tota Hieroſolymorum vrbs offenſus mutatione declinationis, quia Hieroſolyma paulo antè plurali numero vſurpat Euāgeliſta: ſed hoc ego nihil moror. Nā Cicero etiam ipſe pro Flacco, vtroque genere vſus eſt in hac vrbe appellanda. Quòd autem Egeſippus vocatam eſſe putat Hieroſolymam quaſi ἱερὸν σολύμων, & Euſebius, quaſi ἱερὸν Σολομῶντος, hoc certè arguit magnam Hebraicæ linguæ imperitiam: vnde etiam factum puto vt librarii huic nomini aſpirationem præpoſuerint.

4 Principibus ſacerdotum, ἀρχιερεῖς. Eraſmus, Pontificibus. id eſt, primariis ſacerdotibus: quales erāt poſteri Aaronis, in viginti quatuor claſſes diſtributi, vt apparet ex 2. Paralip. 24. b. 5. vbi etiam vocātur principes ſanctuarii: & 2. Paral. 36. c. 14 diſertè principes Sacerdotum dicūtur. Theophyl. in cap. 14 Marci, ita vocatos eſſe exiſtimat qui aliquando Pōtifices maximi fuiſſent: ſicut Romæ dicebantur Prætorii, Quæſtorii, Conſulares. Nam eo tempore venale factum erat ſummum ſacerdotium, ita vt iam perpetuum non eſſet. Sed hoc commentitium eſſe, ex iis apparet quæ paulo antè attulimus. Eraſmus hoc loco pontifices interpretatur: ego verò malui, diſcriminis cauſa, Pōtificis nomen vni Pontifici Maximo ſeruare. Scribis, γραμματεῖς. Sic Hebræi vocant Legis interpretes, à verbo סָפַר, quod enarrare etiam & exponere ſignificat. Apparet autē à Græcis ſic dictos quòd ſicut ſcribæ publicarum tabularum cuſtodes erant, ſic penes iſtos, tanquam ſequeſtres, libri Legis eſſent velut depoſiti, cuius videlicet interpretatio ipſis erat commiſſa. Ideóque adiunxit Euangeliſta τοῦ λαοῦ, populi: tacſi dicas, publicos Legis interpretes. Nos igitur vocabulum longa iam conſuetudine à ſacris ſcriptoribus vſurpatum, libenter retinuimus. Nam quòd nonnulli Scribarum appellatione intelligunt lictores, & eos omnes quibus exequendæ iudicum ſententiæ munus incumbit, id ne in vetere quidem Teſtamento perpetuum eſt: ſicut conſtat ex 2. Reg. 12. a. 5 de Saphan, qui librum Legis inuentū, non vt quilibet ex ordine ſcribarum, ſed vt primarius doctor interpretatus eſt, atque adeo ex multis locis Eſdræ & Nehemiæ. In nouo autem Teſtamento legiſperitos & doctores hoc nomine ſignificari, facilè (vt ſpero) mihi concedet quiſquis diligēter expenderit quæ ſcripta ſunt Matthæi 7. d. 29, item 17. b. 10, item 23. a. 2. Marci 12. c. 28. Lucæ 7. e. 30, item 11. f. 46. 1. Corinth. 1. c. 20. Erant autem & ipſi Sanhedrim, id eſt ordinarii iudices, vt apparet ex Num. 11. c. 16. & interdū dicebātur סנהדרין à verbo ספה, quod & ſcribere & ſtatuere declarat: qua ratione etiam γραμματεῖς & νομικοὶ dici poſſunt, quoniam eorum Senatuſconſulta pro lege habebantur. Quos autem ſolent Euangeliſtæ vocare πρεσβυτέρους λαοῦ, & à Scribis diſtinguere, erant ii quoque eiuſdem ordinis, & pars ſummi concilii, de quo infrà dicemus, 5. c. 22. Nam vltra Sacerdotes & Leuitas, & eos qui populo præerāt in centurias & decurias diſtributo, in idem conciliū etiā accenſebātur qui peritia Legis & authoritate pares illis habebantur: cuiuſmodi erant Chriſti tēpore Phariſaicæ ſectæ homines, & Sadducæi. Hæc autem ita eſſe liquet ex Num. 11. c. 16, Deut. 1. c. 13, & libro Sanhedrim.

5 In ea Bethleem quæ eſt Iudææ, ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας. Vulgata, Iudæ. videtur enim legiſſe Ἰούδα, pro τῆς Ἰουδαίας.

6 Terra Iuda, γῆ Ἰούδα. id eſt, quæ in Iudæa ſita es, quæ pars es tribus regionis Iuda. Nam mihi quidē durum videtur γῆν interpretari pro vrbe, quomodo tamē Euripides in Hecuba vſurpauit. Alia exēplaria habēt ἐν Ἰούδαις, Iudææ, quod planius eſt. In Michæa legitur Bethleē Ephratha. Eſt enim hoc alterū vrbis cognomētū, quo ab altera diſcernitur. Nequaquā minima es, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ. Hanc lectionē ſequitur etiā Iuſtinus, quū tamen in Hebræo legatur צָעִיר, & in Græca editione ὀλιγοστὸς εἶ. vt quod Michæas 5. a. 1 in Hebræo negat, videatur hic affirmari. Alii igitur exiſtimant in poſteriore membro ſubaudiri apud Prophetā aduerſariuā particulā: quod videtur ſenſus ipſe poſtulare, & alibi etiā reperitur, vt Pſal. 119. ver. 141, & 157, & Ioh. 9. f. 30: vt totus locꝰ ita ſit legēdus, Et tu Bethleē Ephratha, paruula es inter chiliadas Iuda: ex te tamē egredietur mihi qui ſit dominator in Iſrael. Ita igitur fiet vt eadem ſit Michææ & Matthæi ſententia. Sed alii ſimpliciter ſentiūt, Matthæū reſpexiſſe ipſius prophetiæ exitū, ac proinde non minimā dixiſſe, quam Propheta, nondū videlicet nato Chriſto, minimā vocauit. In ſumma, apparet Prophetā ſignificare voluiſſe, hoc oppidulū, quāuis exiguū, Meſſiæ tamē exortu nobiliſſimum ac celeberrimū fore: quod paulo apertius declarat Græca hæc interpretatio. Inter duces, ἐν τοῖς ἡγεμόσιν. Vulgata, in principibus. In Hebræo legitur בְּאַלְפֵי יְהוּדָה. hoc eſt in chiliasdibus, ſeu potius inter chiliarchas. Diſtributus enim erat populus Iſraeliticus in chiliadas, ſicut apparet ex cap. Exod. 18. d. 25, & Gedeonis oratione, Iudic. 6. b. 15.

Dux, ἡγούμενος. Participiū loco nominis, id eſt ἡγεμών, quod Hebræis eſt vſitatiſſimū. Paſcet, ποιμανεῖ. Vulgata, reget, quod reſpondet τῷ διέπειν. Eraſmus, Gubernaturus eſt. id eſt κυβερνήσει. Ego elegantē ſanè metaphoram ſeruaui. Sic ſolet Homerus reges ποιμένας λαῶν vocare. Populum illum meum Iſrael, τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ. Articulum expreſſi, cuius emphaſis hoc loco non fuit negligenda, quum bis repetatur à Domino, vt ſuam in illum vnum populum beneuolentiam ſingularem declaret.

7 Vocatis, καλέσας. Eraſmus, Accerſitis. id eſt

μάγους, ἠκρίβωσε παρ' αὐτῶν τὸν χρόνον τοῦ φαινομένου ἀστέρος.

8 Καὶ πέμψας αὐτοὺς εἰς Βηθλεέμ, εἶπε, Πορευθέντες, ἀκριβῶς ἐξετάσατε περὶ τοῦ παιδίου· ἐπὰν δὲ εὕρητε, ἀπαγγείλατέ μοι, ὅπως κἀγὼ ἐλθὼν προσκυνήσω αὐτῷ.

9 Οἱ δὲ, ἀκούσαντες τοῦ βασιλέως, ἐπορεύθησαν· καὶ ἰδοὺ, ὁ ἀστὴρ ὃν εἶδον ἐν τῇ ἀνατολῇ, προῆγεν αὐτοὺς, ἕως ἐλθὼν ἔστη ἐπάνω οὗ ἦν τὸ παιδίον.

10 Ἰδόντες δὲ τὸν ἀστέρα, ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην σφόδρα.

11 Καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν, εὗρον τὸ παιδίον μετὰ Μαρίας τῆς μητρὸς αὐτοῦ· καὶ πεσόντες προσεκύνησαν αὐτῷ, καὶ ἀνοίξαντες τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν, προσήνεγκαν αὐτῷ δῶρα, χρυσὸν, καὶ λίβανον, καὶ σμύρναν.

12 Καὶ χρηματισθέντες κατ' ὄναρ μὴ ἀνακάμψαι πρὸς Ἡρῴδην, δι' ἄλλης ὁδοῦ ἀνεχώρησαν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν.

13 Ἀναχωρησάντων δὲ αὐτῶν, ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου φαίνεται κατ' ὄναρ τῷ Ἰωσὴφ, λέγων, Ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἴσθι ἐκεῖ ἕως ἂν εἴπω σοί. μέλλει γὰρ Ἡρῴδης ζητεῖν τὸ παιδίον, τοῦ ἀπολέσαι αὐτό.

14 Ὁ δὲ, ἐγερθεὶς παρέλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ νυκτὸς, καὶ ἀνεχώρησεν εἰς Αἴγυπτον.

magis, exquisiuit ab eis quo tẽpore stella apparuisset.

8 Et eis Bethleem dimissis, dixit, Profecti illuc, penitus exquirite de puerulo: postquam autem inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniam & adorem eum.

9 Ipsi verò audito rege, profecti sunt. & ecce, stella quam viderãt in Oriente, præibat eis, donec venit stetítque supra locũ in quo erat puerulus.

10 Visa autem stella, gauisi sunt gaudio magno valde:

11 Et ingressi domum, inuenerunt puerulum cum Maria matre ipsius: & procidentes adorauerũt eum: apertísque thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, & thus, & myrrham.

12 Et diuinitus admoniti in somnio ne reuerterẽtur ad Herodem, per aliam viam regressi sunt in regionem suam.

13 Ipsis autem regressis, ecce, angelus Domini apparet in somnio Ioseph, dicens, Expergrectus accipe puerulum & matrem eius, & fuge in AEgyptũ: & esto illic vsquedum dixero tibi. Futurum est enim vt Herodes quærat puerulum ad eum perdendum.

14 Ille verò expergrectus accepit puerulum & matrẽ eius nocte, & secessit in AEgyptum.

atàs magi, diligenter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis.

Et mittens illos in Bethleẽ, dixit, Ite, & interrogate diligẽter de puero: & quũ inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniẽs adorẽ eum.

Qui quũ audissent regẽ, abierũt. & ecce stella quã viderant in Oriẽte, antecedebat eos, usquedũ veniẽs staret suprà vbi erat puer.

Vidẽtes autem stellã, gauisi sunt gaudio magno valde.

Et intrãtes domũ, inuenerũt puerũ cum Maria matre eius: & procidentes adorauerũt eũ: & apertis thesauris suis, obtulerũt ei munera aurũ, thus, & myrrhã.

Et respõso accepto in somnis ne rediret ad Herodẽ, per aliã viam reuersi sũt in regionẽ suã.

Qui quũ recessissent, ecce angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens, Surge & accipe puerũ & matrẽ eius, et fuge in AEgyptũ: & esto ibi usquedũ dicã tibi. futurũ est enim vt Herodes quærat puerũ ad perdendum eum.

Qui consurgens accepit puerũ & matrẽ eius nocte, & secessit in AEgyptum.

μεταπεμψάμενος. Exquisiuit, ἠκρίβωσεν. Vulgata, Diligenter didicit. Erasmus, Accuratè perquisiuit. Vocabulum Græcum significat in genere, summa & exquisita diligentia aliquid facere. Quo tempore stella apparuisset, τὸν χρόνον τοῦ φαινομένου ἀστέρος. Vulgata, Tempus stellæ quæ apparuit eis. Ad verbum, Tempus apparentis stellæ. Erasmus (quem sequor) mihi videtur hunc helleniſmum optimè expressisse. est enim positum φαινομένου pro φαίνης.

8 Et eis Bethleem dimissis, καὶ πέμψας αὐτοὺς εἰς Βηθλεέμ. Erasmus expunxit pronomen, & vertit πέμψας, iussis ire. id est, κελεύσας ἰέναι. Ego verò existimo, regem illis à se dimissis, blandè & benignè iter commonstrasse. Penitus exquirite, ἀκριβῶς ἐξετάσατε. Vulgata, Interrogate diligenter, neutro duorum vocabulorum satis expresso. Erasmus, Accuratè, id est δεδιηκριβωμένως.

9 Præibat, προῆγεν. Vulgata, Antecedebat. Erasmus, Præcedebat. quod & ipsum Latinis significat ita præcedere vt sis dux viæ. sed illud propius abest à Græco. Subauditur autem reciprocum pronomen, sicut accidit in coniugatione quam Hebræi Hithpahel vocant. Virg. lib. 8, Haud secus Æneas se matutinus agebat. Supra locum in quo, ἐπάνω οὗ. Vulgata, suprà vbi. Suppleuit Græcorum eclipsin Erasmus, quem sequuti sumus. Est autem hæc integra loquutio, ἐπάνω τοῦ τόπου ἐφ' οὗ. atque inde factum est vt οὗ degenerarit in aduerbium loci.

11 Inuenerunt, εὗρον. In omnibus vetustis exemplaribus scriptum erat εἶδον, viderunt. Procidentes, πεσόντες. Erasmus, prostrati. Ad verbum, quum cecidissent. Significatur autem adorantium gestus. Sic Latinè Accidere alicui dicitur qui prostratus alicui supplicat.

12 Diuinitus admoniti, χρηματισθέντες. Vulgata, Respõso accepto: non satis propriè, quia percontantibus demum respõsum datur. Erasmus, Oraculo admoniti. Ego verò etsi religionem nullam statuo in vocabulis, tamen Oraculum libens refugio, veluti idolorum superstitione cõtaminatum. Dicitur autem χρηματίζειν is quem Deus colloquio suo dignatur, etiamsi nihil tale quærat vel expectet. Itaque hũc locum interpretatur Iustinus Martyr, Dialogo πρὸς Τρύφωνα, κατ' ἀπόκρυφον καὶ ἄῤῥητον. id est, per arcanam declarationem iussi. Ne reuerterentur, μὴ ἀνακάμψαι. Vulgata, Ne redirent. id est, μὴ ὑποστρέψωσιν. Verbũ autem ἀνακάμπτειν nauale esse videtur, & propriè significat in contrariã partẽ flectere: sicut ἀνακάμπτειν de peditib⁹ & equitibus dicitur. Diodorus libro ιη', ὁ δὲ περὶ Μυρίνης παραγενόμενος ἀνέκαμψεν εἰς τὴν Ἑλλάδα. id est, præfectus autẽ classi qui missus fuerat, versus Carthaginẽ cursũ reflexit.

13 Apparet, φαίνεται. Vulgata, Apparuit. Cõuenit tempus præsens narrationibus etiam rerum præteritarum. Sextũ exẽplar scriptũ habebat ὀνειρώττει: quã lectionẽ si sequaris, optimè vertes ex Cicerone pro Sextio, Ad necẽ.

14 Secessit, ἀνεχώρησεν. Præpositio ἀνὰ hic idẽ valet quod χωρὶς: paulo antè verò in eodẽ verbo, idẽ quod πάλιν.

Καὶ ἦν ἐκεῖ ἕως τῆς τελευτῆς Ἡρῴδου· ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ προφήτου, λέγοντος, Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου.

Hoſe.11.1.

Τότε Ἡρῴδης ἰδὼν ὅτι ἐνεπαίχθη ὑπὸ τῶν μάγων, ἐθυμώθη λίαν· καὶ ἀποστείλας ἀνεῖλε πάντας τοὺς παῖδας τοὺς ἐν Βηθλεὲμ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῆς, ἀπὸ διετοῦς, καὶ κατωτέρω, κατὰ τὸν χρόνον ὃν ἠκρίβωσε παρὰ τῶν μάγων.

Τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, λέγοντος,

Hier.31.c.15.

Φωνὴ ἐν Ραμᾶ ἠκούσθη, θρήνου καὶ κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμὸς πολύς, Ραχὴλ κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς· καὶ οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι, ὅτι οὐκ εἰσί.

Τελευτήσαντος δὲ τοῦ Ἡρῴδου, ἰδοὺ, ἄγγελος Κυρίου κατ' ὄναρ φαίνεται τῷ Ἰωσὴφ ἐν Αἰγύπτῳ,

15 ¶ Et fuit illic vſque ad ¶ obitū Herodis: vt impleretur quod ait Dominus per Prophetam, dicentē, ‖Ex AEgypto vocaui Filium meum.

16 Tum Herodes, quum vidiſſet ¶ ſe illuſum eſſe à magis, ¶ excanduit valde: & ¶ miſſis carnificibus ¶ interemit omnes pueros qui erant in Bethleem, & in omnibus finibus ¶ eius, ¶ à bimulis & inferioribus, ¶ ſecundū tempus quod exquiſierat ex magis.

17 Tunc impletum fuit ¶ quod ait Dominus per Hieremiā Prophetam, dicentem,

18 ‖Vox in Rhama audita eſt, ¶ lamentatio & ¶ fletus & ¶ eiulatus multus, Rachel plorans filios ſuos: & noluit ¶ conſolationē admittere ¶ de eo quòd non ſint.

19 ¶ Quum autem obiiſſet Herodes, ecce, angelus Domini in ſomnio apparet Ioſeph in AEgypto,

15 *Et erat ibi uſque ad obitum Herodis: ut adimpleretur quod dictū eſt à Domino per Prophetam, dicentem, Ex AEgypto uocaui Filiū meum.*

16 *Tūc Herodes, uidēs quoniam illuſus eſſet à magis, iratus eſt valde: & mittens occidit omnes pueros qui erāt in Bethleem, & in omnibus finibus eius, à bimatu & infra, ſecūdū tempus quod exquiſierat à magis.*

17 *Tunc adimpletū eſt quod dictū eſt per Ieremiā Prophetā, dicentē,*

18 *Vox in Rhama audita eſt, ploratus & ululatus multus, Rachel plorāt filios ſuos: et noluit cōſolari, qa nō ſunt.*

19 *Defuncto autem Herode, ecce, angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph in AEgypto,*

15 Et fuit ἦν δὲ ἐκεῖ. Vulg. Et erat. Vide caput primum verſiculo 18. Obitum, τελευτῆς. Ita vocant Græci mortē metonymicè, quòd (vt inquit Demoſthenes) ſit πέρας τοῦ βίου ἑκάστῳ. alioqui τελευτὴ extremum ſignificat cuiuſcunque rei, adeò quidem vt τελευτὰ διαθέσεων, interdum mortem ipſam apud Hom. declaret. Latini ratione parū diſſimili obitum vocant, ſumpta metaphora ab iis qui iter faciunt. τελευτάω igitur vbiq; interpretabimur obitum, & διαθανεῖν mortem.

16 Se illuſum eſſe, ὅτι ἐνεπαίχθη. Vulg. Quoniam illuſus eſſet. Sæpe enim vſurpat has particulas Quoniam & Quia: quæ in hoc dicendi genere ſunt barbaræ, atque etiam perobſcuræ multis. Excanduit, ἐθυμώθη. Vulg. iratus eſt. id eſt ὠργίσθη. Eraſm. indignatus eſt. Cicero θυμὸν excandeſcentiam interpretatur, quem ſequuti ſumus.

Miſſis *carnificibus*, ἀποστείλας. Vulg. mittens. Verbum abſolutum poſsit Matthæus ſecundū phraſim Hebraicam, Pſal. 57.a.4. שלח, Mittet è cælo, & liberabit me. quomodo etiam apud Græcos vſurpatur verbum πέμπειν, nullo addito caſu. Herodot. in Clio, ἀνὴρ Πέρσης ἐρῶν παιδὸς, ὃν πέμψας, ἐπεὶ μὴ ἐκτὸς ἦν. Eraſ. ergo vt eclipſin ſuppleret, vertit, miſſis ſatellitibus. At ego, miſſis carnificibus: quod mihi melius viſum eſt conuenire ſceleris atrocitati. in quo Eraſmum etiam ipſum ſequor, qui ita loqui maluit infrà 14.b.10. Nuper Caſtellio hunc locum his verbis eſt interpretatus, Miſit interfectum: quàm rectè, iudicēt alii. Mihi quidem ἐμφατικώτερον eſſe videtur per alium interficere quàm mittere qui interficiat. Interemit, ἀνεῖλε. Vulg. occidit. id eſt ἐφόνευσεν. Eraſ. interfecit. id eſt διεχρείσατο, vel διεφθείρατο. Vide infrà 10.28. Eius, αὐτῆς: videlicet Bethleē. neque hic vllam amphiboliā video, quæ nos cogat ad repetendū antecedens, ſicut fecit Eraſ. A bimulis & inferioribus, ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω. Vetus interpres, à bimatu & infra. Nam etiam in quibuſdam exemplaribus legitur κάτω, & eum legiſſe apparet, ἀπὸ διέτους. id eſt ἀπὸ βοτίας. Sed potius legendum eſſe, ἀπὸ διετοῦς, præterquam quòd omnium exemplarium conſenſus probat, Hebræorum etiam idioma confirmat, qui opinor hoc loco dicerent בן שנתים ולמטה, à filio duorum annorum, & infra: ſetuata etiam enallage numeri ſingularis pro plurali. Eraſmus, Quotquot eſſent bimuli & minores: quæ interpretatio longius recedit à Græcis. Secundum tēpus, κατὰ τὸν χρόνον. Hoc nō video cur minus ſit Latinè dictum quàm Ciceronis illud, Secundum naturam. Eraſmus autem non hoc tantùm loco, ſed etiam aliis plurimis mutauit Secundum in Iuxta: quod tamen poſterius nuſquam legi apud idoneos authores.

17 Quod ait Dominus per Hieremiā Prophetā, dicentem, τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Κυρίου διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, λέγοντος. In codicibus impreſſis legitur, τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, λέγοντος. Sed probatur hæc lectio quam ſequutus ſum, manuſcripti exemplaris authoritate: & ita ſolere loqui Matthæum, ſuperiora oſtendunt. Certè magna vis eſt horum verborum, ex quibus intelligimus, non ipſos Prophetas, ſed Dominum ore Prophetarum loqui.

18 Lamentatio, θρῆνος. Hoc vocabulum prætermiſit Vulgata, neque etiam legit Iuſtinus dialogo πρὸς Τρύφωνα. Fletus, κλαυθμὸς. Vulgata, ploratus. Mihi autē videtur Flere Latinorum à κλαίειν Græcorum deriuatum, quanuis Latinū illud diphthongo non ſcribatur. Eiulatus, ὀδυρμὸς. Vulgata, vlulatus. Eraſ. ploratus. Ego malui eiulatum conuertere quàm fletum vel vlulatum, quorum illud non ſatis magnam vim habet, hoc potius declarat τὸν ἀλαλυγμόν. Conſolationē admittere, παρακληθῆναι. Vulg. Conſolari, quod paſſiuè rarò dicitur à Latinis. Itaque rectè fecit Eraſmus qui periphraſin quæſierit. Cæterùm παρακαλεῖν interdum etiam precari, interdū hortari declarat. Quare variis etiā modis fuit alibi vertendū. De eo quòd non ſint, διότι οὐκ εἰσί. id eſt, quòd ſublati ſint, & peremptiſiue quòd defierint eſſe inter homines, more loquendi ſacris etiam ſcriptoribus familiari, vt Pſal. 39.b.14. Addidi autem hæc verba de eo, vt locum alioqui ſatis obſcurum illuſtrarem. Nam quòd Vulg. interpretatur, Quia non ſunt, videtur obſcurius dictū. Eraſ. Propterea quòd non ſint: quod videtur ſenſum diuerſum oſtendere. Neque enim exiſtimo Euangeliſtam exponere cauſam quamobrem non admiſerit conſolationem, ſed narrare potius de qua re noluerit conſolatione vlla permulceri.

19 Quum autem obiiſſet, τελευτήσαντος δὲ. Vulgata & Eraſmus, Defuncto autem. vide ſuprà verſu 15. Obire verò pro mori, abſolutè & à Plauto & à Plinio vſurpatur, quod planè reſpondet Græco verbo τελευτᾶν.

Λέγων, Ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον 10
καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ πορεύου εἰς γῆν
Ισραήλ. τεθνήκασι γὰρ οἱ ζητοῦντες τὴν
ψυχὴν τοῦ παιδίου.

Dicens, Experrectus accipe 10 *Dicēs, Surge & accipe puerū & matrem eius, & vade in terrā Israel defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri.*
puerulum & matrē eius, & prōficiſcere in terram Iſrael. Mortui ſunt enim qui petebant animam pueruli.

Ὁ δὲ ἐγερθεὶς παρέλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν 11
μητέρα αὐτοῦ, καὶ ἦλθεν εἰς γῆν Ισραήλ.

Ille verò expertectus accepit 11 *Qui consurgens accepit puerum & matrem eius, & venit in terram Israel.*
puerulum & matrem ipſius, & venit in terram Iſrael.

Ακούσας δὲ ὅτι Αρχέλαος βασιλεύει 22
ἀντὶ τοῦ Ιουδαίας ἀντὶ Ηρῴδου τοῦ πατρὸς
αὐτοῦ, ἐφοβήθη ἐκεῖ ἀπελθεῖν· χρηματι-
σθεὶς δὲ κατ' ὄναρ, ἀνεχώρησεν εἰς τὰ μέ-
ρη τῆς Γαλιλαίας.

Quum autē audiſſet Archelaum regnare in Iudæa pro Herode patre eius, timuit illuc abire: verùm diuinitus admonitus in ſomnio, ſeceſſit in partes Galilææ. 22 *Audiens autē quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre ſuo, timuit illò ire: & admonitus in ſomnio, ſeceſſit in partes Galilææ.*

Καὶ ἐλθὼν, κατῴκησε εἰς πόλιν λε- 23
γομένην Ναζαρέτ, ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥη-
θὲν διὰ τῶν προφητῶν, ὅτι Ναζωραῖος
κληθήσεται.

Et quum eò veniſſet, habitauit in vrbe quæ dicitur Nazareth: vt impleretur quod dictū eſt per Prophetas, fore vt Nazarenus vocaretur. 23 *Et veniens, habitauit in ciuitate quæ nominatur Nazareth: ut adimpleretur quod dictū eſt per Prophetas, Quoniā Nazaræus vocabitur.*

Κεφάλαιον γ.

CAP. III.

ΕΝ δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις παραγίνε- 1
ται Ιωάννης ὁ Βαπτιστὴς, κηρύσσων ἐν
τῇ ἐρήμῳ τῆς Ιουδαίας,

Καὶ λέγων, Μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βα- 2
σιλεία τῶν οὐρανῶν.

Τ Emporibus autem illis ad- 1
fuit Iohānes Baptiſta, prædicans in deſerto Iudææ,

Dicénſque, Reſipiſcite. appropinquauit enim regnū cælorum. 2

1 *IN diebus autem illis uenit Iohannes Baptiſta, prædicans in deſerto Iudææ,* Mar.1.a.4 luc.3.a.3.

2 *Et dicēs, Pœnitētiā agite. appropinquauit enim regnū cælorum.*

10 Proficiſcere, πορεύου. Vulg. & Eraſ. Vade. id eſt βάδιζε. Mortui ſunt, τεθνήκασι. Vulg. & Eraſ. Defuncti ſunt, quo modo paulo antè verterant τὸν παιδίον. Animam, τὴν ψυχὴν. id eſt vitam, Hebræorum idiotiſmo, à quo nec Græci (præſertim poetæ) abhorrent, nec Latini. Differentiam enim illam animi & animæ ſubtilioribus relinquimus.

22 Patre eius, ἀντὶ τοῦ πατρός. Fuit Archelaus Herodis magni filius, ex Marthaca Samaritana, regni ſucceſſor relictus à patre: ſed poſtea ab Auguſto factus Iudææ Ethnarcha, quum aliquandiu regis nomine fuiſſet abuſus, tādem in exilium pulſus eſt.

23 Et quū eò veniſſet, καὶ ἐλθών. Hæc genera dicendi ſumpta ſunt ab Hebræis, quibus ſunt iſti pleonaſmi frequentes: veluti quum dicunt, Et ſurgens abiit, Et reſpondit, dicens: & ſimilia multa, quæ infinitis locis occurrunt, neque tamen putauimus immutanda. Habitauit, κατῴκησε. id eſt, ſibi domicilio delegit, in quo non cōmoraretur ad tempus, ſed cum familia habitaret, patriæ valedicens. Nam apud Græcos differūt καθίζειν & μένειν, ſicut apud Latinos habitare & commorari. Sic enim Cicero, Natura, inquit, domicilium nobis non habitandi, ſed commorandi dedit. Ideo etiam Petrus vitam noſtram παροικίαν vocat eleganter, 1. Epiſt. 1. c. 17. Fateor tamen hanc differentiam non eſſe perpetuam. Illic autem domicilium fixiſſe Ioſephum, vel ex eo liquet quòd propterea Chriſtus vocatus eſt Nazarenus. In vrbe, εἰς πόλιν. Frequēter εἰς pro ἐν ponitur, vt Mar. 1. a. 1, ὃν εἰς ἐλαὶὼ ῥῆ, pro ἐν ἄκῳ, & alibi ſæpe. Itaq; ſatis fuerit ſemel id annotaſſe. Sic apud Hebræos את pro ב deſeruiente ponitur, vt Gen. 49. c. 29, את-המערה. Fore vt Nazarenus vocaretur, ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται. Vulg. & Eraſ. Nazaræus vocabitur. Nam fieri etiam poteſt vt abundet ὅτι, ſicut alibi frequentiſſimè. Exiſtimo tamen eam particulā indicare, hæc eſſe Euangeliſtæ verba, referentis non tam ipſa Prophetarum verba quàm ſententiam. Nazarenum autem dixi pro Nazaræo, vt diſcrimen aliquod conſtituerem inter nomen gentile & nomen ſectæ: quanuis eorum ſententiam non improbem qui Euangeliſtam putant ad eos quoque reſpexiſſe qui Nazarei ex voto dicebantur: modò hæc eorum ſententia dextrè intelligatur. Nam commentitiam illam epiſtolam Lentuli cuiuſdā Proconſulis, in qua deſcribitur Chriſti forma & habitus qualis erat Nazaræorum, nemo ſani iudicii homo eſt (opinor) qui non perſpiciat ab homine Romano neque ſcriptam neque conuerſam fuiſſe, ſed ab indocto quopiam confictam: ſicut infinita alia eiuſmodi, quæ nobis hodie lucri cauſa à typographis, partim interpolata, partim ita vt ſunt ineptiſſima, veteris alicuius ſcriptoris nomine proponuntur.

IN CAPVT III.

1 Temporibus autem illis, ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις. Dierum appellatione apud Hebræos tempus ſignificatur: quod non pigebit nos aliquando imitari: hoc tamen loco putauimus mutandum, propterea quòd inter eas hiſtorias quæ præceſſerunt ea de quibus hic agitur, ſatis longū tēporis interuallū interceſſit. Caſtellio, Quodā autē tēpore. quàm rectè, ipſe viderit. Adfuit, παραγίνεται. Vulg. Venit, id eſt ἦλθεν. Eraſ. Accedit, id eſt προσέρχεται. Γίνεσθαι verò pro ᾖ accipi, notius eſt quàm vt ſit probandum. Deinde præſens tempus, quanuis narrationibus accommodatum, mutaui in præteritum, quod videtur melius cum ſequentibus & præcedentibus (hoc quidem loco) cohærere, quum hoc facilè patiatur Hebraicæ linguæ ratio. Contrà verò paulo pòſt præteritum interpretabimur per præſens. Prædicans, κηρύσσων, videlicet βάπτισμα μετανοίας, id eſt Baptiſmum reſipiſcentiæ, quod addidit Marcus: quanuis concio quæ ſequitur, ad hoc etiam participium referri poſſit. Frequenter tamen hoc vocabulū abſolutè ponitur ex conſuetudine, à qua diſcedere noluimus. Quòd autē dicitur Iohannes concionatus in ſolitudine, nō eſt ita accipiendū quaſi fugerit hominū cōſpectū, vt ii poſtea fecerūt qui propterea dicti ſunt eremitæ: ſed deſertū, ex vulgi conſuetudine, hic vocatur regio ſaltuoſa, in qua habitabat Zacharias, vt ſcribitur Luc. 1. d. 40. Ibi quoq; fuiſſe domū Ioab legimus 2. Sam. 2. f. 34, & huius deſerti ſex oppida numerātur Ioſ. 15. 61.

2 Reſipiſcite, μετανοεῖτε. Vulg. Pœnitentiam agite. Eraſ. quoque eodem modo, ſed addidit, Vitæ prioris. quā

interpretationem multas ob cauſas repudio: ſed ob eam potiſſimùm, quòd multi imperiti occaſionem ex hoc dicendi genere arripuerint falſarum opinionum de ſatisfactione, quibus hodie agitatur Eccleſia. Cæterùm μετανοεῖν, quum eſt verbum abſolutũ, propriè ſignificat poſt factum ſapere, & de errore admiſſo ita dolere vt corrigas: quod (vt opinor) Latinis propriè ſignificat reſipiſcere. Itaque nunquam ponitur niſi in bono: vt (meo quidem iudicio) Auſonius in illo ſuo epigrammate omnibus noto μεταμέλειαν potius quàm μετάνοιαν dicturus fuerit, ſi verſus pentametri ratio permiſiſſet. Semper enim cum μετανοία cohæret ἐπιστροφὴ: ſicut hæc duo rectè coniunguntur à Plutarcho in Dialogo περὶ τοῦ ψυχρῶς φρονεῖν. Μεταμέλεσθαι verò declarat poſt rem aliquã factam ſolicitum eſſe & anxium: pro quo Latini dicunt pœnitere, atque id etiam vſurpari poteſt in vitio. Neque enim propriè complectitur vitæ & conſilii mutationem in melius (vt quidam tradunt), ſed ſimpliciter ſolicitudinem quandam καὶ διαφόρησιν (id eſt diſplicentiam) exprimit, quæ facit vt rem factam, ſeu bona ſeu mala ſit, infectam eſſe velimus, etiam quum non eſt nouo conſilio locus relictus. Itaque Matthæus de Iuda proditore loquens, μεταμεληθείς, inquit, ἀπήγξατο, non μετανοήσας: triſtitiam ſignificans à qua eſt abſorptus. Sic etiam apud Paulum, 2. Cor. 7. b. 8, μεταμέλεσθαι declarat dolorem capere ex eo quod factum erat: & Rom. 11. d. 29 dona Dei dicũtur ἀμεταμέλητα. id eſt, eiuſmodi vt non poſſint ipſi diſplicere, quum ſemel placuerunt: quod Hebræis declarat vocabulum נחם, quum μετανοεῖν potius ſignificetur verbo שוב: vnde תשובה, id eſt converſio. Itaque Petrus Act. 3. c. 19, quum μετανοήσατε dixiſſet, ſtatim ſubiunxit καὶ ἐπιστρέψατε, vt illud explicaret. Idem facit Paulus Act. 26. c. 20. Ego μετανοεῖν & μετανοεῖν vbique interpretabimur reſipiſcere & reſipiſcentiam: (ita enim hîc nobis loqui licebat) μεταμέλεσθαι verò, pœnitere. Appropinquauit, ἤγγικε. Vide infrà 4. c. 17. Regnum cælorum, ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. id eſt, regnum cæleſte. Reſpicit autem hoc dicendi genus prædictiones de Meſſia, & ipſius regno, quod ab ipſo etiam vulgo cæleſte vocabatur, quia Meſſiam à Deo expectabat, quamuis quale hoc regnum futurum eſſet, non intelligeret.

Eſa. 40. a. 3. mar. 1. a. 3. luc. 3. c. 4. ioan. 1. c. 23.

Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ ῥηθεὶς διὰ Ησαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος, Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, Ετοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ.

3 Nam hic eſt ille de quo dictum eſt per Eſaiam prophetã, dicentẽ, ‖Vox clamantis in deſerto, Parate viã Domini, ᵛcõ planate ſemitas eius.

3 Hic eſt enim de quo dictũ eſt per Eſaiã prophetã, dicẽtẽ, Vox clamãtis in deſerto, Parate viã Domini, rectas facite ſemitas eius.

Mar. 1. a. 6.

Αὐτὸς δὲ ὁ Ἰωάννης εἶχεν τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ἀπὸ τριχῶν καμήλου, καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ· ἡ δὲ τροφὴ αὐτοῦ ἦν ἀκρίδες καὶ μέλι ἄγριον.

4 ‖Ipſe verò Iohãnes habebat veſtimentum ſuum è pilis camelorum, & zonam pelliceam circum lumbos ſuos. alimentum autem eius erat ˢlocuſtæ, & mel agreſte.

4 Ipſe autem Iohãnes habebat veſtimentũ de pilis camelorũ, & zonã pelliceã circa lũbos ſuos: eſca autẽ eius erat locuſtæ & mel ſylueſtre.

Mat. 1. a. 5. luc. 3. b. 7.

Τότε ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν Ιεροσόλυμα, καὶ πᾶσα ἡ Ιουδαία, καὶ πᾶσα ἡ περίχωρος τοῦ Ιορδάνου·

5 Tunc exiuit ad eum Hieroſolyma, & tota Iudæa, totáque regio circumiacens Iordani:

5 Tunc exibat ad eũ Hieroſolyma & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem:

καὶ ἐβαπτίζοντο ὑπ' αὐτοῦ ἐν τῷ Ιορδάνῃ ποταμῷ, ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.

6 Et baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata ſua.

6 Et baptizabãtur ab eo in Iordane, confitentes peccata ſua.

Ἰδὼν δὲ πολλοὺς τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδ-

7 Quum vidiſſet autem ᵛ multos ex Phariſæis & Sadducæis

7 Videṡ autem multos Phariſæorũ & Saddu

3 Complanate, εὐθείας ποιῶν. id eſt, planas & æquabiles facite. quod vulgò dicimus, Applanir, Dreſſer & unir: ſicut fieri ſolet principibus ſolenni comitatu in vrbem ingreſſuris. εὐθὺς enim planum & æquabile ſeparatim non ſignificat, ſed vtrũque ſimul, ideóq; à Cicerone ferè ſemper cõiunguntur. Vulg. & Eraſ. Rectas facite, ad verbũ.

4 Locuſtæ, ἀκρίδες. Laborant plurimi in huius nominis explicatione. Nonnulli enim exiſtimarunt ita vocari ſummas olerum partes. Alii cancros interpretãtur, quos ad Iordanis ripam, tanquam in Lege prohibitos, abiecerint piſcatores. Sed hæc explicatio prorſus abſurda eſt. Neque enim vllos cancros Græci vocant ἀκρίδας, ſed ſquillas καρίδας dicunt: pro quo videtur iſti corruptè ἀκρίδας legiſſe. Vnde verò ſquillæ in Iordane, quũ præſertim in mare nõ influat, ſed arenis abſorbeatur? Deinde no dubiũ eſt quin Iohãnes cibis in Lege prohibitis veſci nec debuerit, nec voluerit. Denique ſunt qui ex ἀκρίδας fecerint ἀκρίδας, quo nomine Græci pyra ſylueſtria vocant: ſed repugnat omnium codicum conſenſus. Nos Veterem interpretem ſequi non dubitauimus. nam ſolitos fuiſſe in Oriente nonnullos locuſtis veſci, ex Plinio & aliis liquet: & à Moſe numerantur locuſtæ, vbi eiborũ diſcrimen explicat, vt quidem omnes Hebræũ vocabulum ארבה interpretantur. Sed & in Græcia ἀκρίδας (quæcunque ſit eandem huius nominis ſignificatio) fuiſſe inter viliores cibos numeratas, conſtat ex Ariſtophane in Acharnẽſ. Et apud Plut. in Sympoſio Thales ita loquitur, γεωργὸν γὰρ ἀκρίδας ἔφησας αὐτὸν πρῶτον καὶ κεντρῖνα σιλλαίνειν ἐθίζειν ἀδίκως ἀδίκοις ἀφειδοῦντα πόρρωθεν καὶ ἐκτὸς ἐπιόντων μᾶλλον ἢ τῶν οἰκείων ἀνθρώπων. Certum eſt autem ſignificari hoc nomine tenuiſſimum victum & maximè parabilem. Annotat etiam Epiphanius καὶ Ἐβιωναίους, nonnullos Iudæos deprauatè pro ἀκρίδας legiſſe ἐγκρίδας, quod nomen declarat bellaria ex melle.

5 Exiuit, ἐξεπορεύετο. Eraſ. Egreſſa eſt. id eſt ἐξήει. nam πορεύεσθαι, ἰέναι, ἔρχεσθαι, ſæpe confunduntur. Totáque regio circumiacens Iordani, καὶ πᾶσα ἡ περίχωρος τοῦ Ιορδάνου. Vulg. Et tota regio circum Iordanem. Eraſ. Totáque regio vndique finitima Iordani. Nõnulla exemplaria addunt περιῤῥεῖ, fluuio. ſubauditur autem in Græco γῆ, terra. & vſurpatur continens pro contento. περίχωρος enim idem valet quod περικείμενος, id eſt circumiacẽs: quo vocabulo vtitur T. Liuius.

6 Confitentes peccata ſua, ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. Confiteri peccata ſua ab Hebræis dicuntur qui ſe modis omnibus peccatores eſſe profitentur, & veniam à Dei miſericordia petũt, vt Dan. 9. a. 3, & deinceps. Hinc igitur apparet Iohannem non alios admiſiſſe ad ſuum Baptiſmum quàm qui doctrinam gratuitæ remiſſionis peccatorum ſeriò ſe amplecti teſtarentur, cuiuſmodi etiam ἐξομολόγησις in vetere Eccleſia à Catechumenis requirebatur. Inepti ſunt itaque qui hoc teſtimonio & aliis ſimilibus ad confirmandam auricularem illam ſuam ſingulorum peccatorum confeſſionem abutuntur. alioquin dicant ipſi quomodo potuerit ſummus pontifex totius Iſraelis peccata confiteri, ſicut iubet Dominus Leuit. 16. e. 21.

7 Multos ex Phariſæis, πολλοὺς τῶν Φαρισαίων. Vulg. Multos Phariſæorum. Græca eſt conſtructio, vt etiam no-

δυναμένου ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ. ἤδη δὲ καὶ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται. πᾶν οὖν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν, ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται.

Ἐγὼ μὲν βαπτίζω ὑμᾶς ἐν ὕδατι εἰς μετάνοιαν· ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἰσχυρότερός μού ἐστιν, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι· αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί.

venientes ad Baptiſmum ſuũ, dixit eis, Progenies viperarũ, quis vobis præmõſtrauit vt fugeretis à futura ira?

8 Ferte igitur fructum dignũ iis qui reſipuerint:

9 Et ne putetis *vobis* dicendum apud voſipſos, Patrem habemus Abraham. dico enim vobis, Deum poſſe etiam ex lapidibus iſtis excitare liberos Abrahamo.

10 Iam verò ſecuris ad radicẽ arborum poſita eſt. Omnis igitur arbor non ferens fructum bonum, exciditur, & in ignem abiicitur.

11 Ego quidẽ baptizo vos aqua ad reſipiſcentiam: is verò qui poſt me venit, validior me eſt, cuius non ſum dignus qui ſoleas portem: ipſe vos baptizabit Spiritu ſancto & igni.

cerũ venientes ad Baptiſmũ ſuũ, dixit eis, Progenies viperarum, qs demonſtrauit vobis fugere à uentura ira?

8 Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ.

9 Et ne uelitis dicere intra uos, Patrẽ habemus Abrahã. dico enim uobis quoniã potẽs eſt Deꝰ de lapidibꝰ iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Ioan.8.c.39 act.13.d.36

10 Iam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis ergo arbor quæ non facit fructũ bonum, exciditur, & in ignem mittitur. Infrà 7.c.19

11 Ego quidẽ baptizo uos in aqua in pœnitẽtiam: qui autẽ poſt me ũturus eſt, fortior me eſt: cuius nõ ſũ dignus calceamẽta portare: ipſe uos baptizabit in Spiritu ſancto et igni. Mar.1.b.8 luc.3.c.19 iohan.1.d.26. act.1.a.5, & 11. c.16, & 19.a.4.

erat Eraſmus: quam ſequutus Plinius alicubi dixit Degeneres canum, & nigras lanarũ. Progenies, γενήματα. Illud eſt quod vernaculo ſermone, inuidioſo vocabulo, dicimus Engeance. Præmonſtrauit, ὑπέδειξεν. Vulg. Demonſtrauit: vt videatur legiſſe ἐπέδειξεν. Eraſ. Submonſtrauit: nouo vocabulo, id eſt (vt ipſe exponit) elanculum indicauit: quod mihi quidem videtur penitus alienum ab hoc loco. Nam potius ὑπό idem hic valere puto quod περί: ſicut in ὑφηγοῦμαι, ὑπογράφω, ὑποφαίνω, ὑποφεύγω. ſic etiam videtur vſurpari Act.9.c.16: vbi Eraſmus cũ Veteres interprete ὑποδείξω vertit Oſtendam: ſicut ὑπόδειγμα accipitur pro παράδειγμα Heb.4.c.11. Futura, τῆς μελούσης. Ita etiam in antiquiſſimo codice Latino ſcriptum ſe reperiſſe teſtatur Eraſmus: qui tamen dicere maluit Ventura, quaſi ſcriptum ſit, μελούσης. Ita etiam in antiquiſſimo codice Latino ſcriptum ſe reperiſſe teſtatur Eraſmus: qui tamen dicere maluit Ventura, quaſi ſcriptum ſit, μελούσης.

8 Ferte fructum, ποιήσατε καρπόν. Siue, Proferte. Vulgata, ad verbum, Facite fructum. Eraſ. Facite fructus. Lego autem καρπόν numero ſingulari, conſentientibus cum Vulgata interpretatione vetuſtiſſimis exemplaribus. Dignum reſipiſcentia, ἄξιον τῆς μετανοίας. id eſt, qui vos oſtendat verè reſipuiſſe. Vulgata, Dignum pœnitentiæ. Eraſ. Qui deceant pœnitentiam. id eſt σχήματα τῆς μετανοίας. Cæterùm cur pœnitentiæ nomẽ mutarim, paulo antè dixi. Iudas certè infelix quum ſe ſuſpenderet, fructum edidit, ex quo omnes intelligerent, ſeriò ipſum pœnituiſſe, reſipuiſſe verò nequaquã. Itaque non temere eſt quòd reſipiſcentiam à pœnitẽtia voluimus diſtingui.

9 Et ne putetis *vobis* dicẽdum, καὶ μὴ δόξητε λέγειν. Id eſt, Ne putetis cauſam eſſe cur de Abrahamo ſuperbiatis. Vulg. Et ne velitis dicere. Eraſ. Ne hac mente ſitis vt dicatis. Cæterùm τὸ δοκεῖν, neque hic ſimpliciter ſignificat Videri, quod vulgò dicimus *ſembler*, neque putare aut exiſtimare, ſicut Luc.12.c.40.g 51, item 13.a.1: ſed aliquid ſibi per arrogantiam & animi elationem perſuadere, vel ſibi de aliquo placere: ſicut etiam accipitur Philip.3.a.4, & Marci 10.f.42. Itaque addidi pronomen Vobis, & λέγειν conuerti Dicendum, paulo liberius quàm ſoleam, vt aliquo modo hoc dicendi genus ſaltem adumbrarem: quod quidem vernaculo ſermone ſatis commodè exprimimus, quum dicimus, *Ne penſez pas, ou ne croyez pas dire*. Apud voſipſos, ἐν ἑαυτοῖς. id eſt ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, vt interpretatur Marcus cap.2.a.8. ἑαυτοῖς enim hoc loco eſt ſecundæ perſonæ: & ἐν præpoſitionem in hoc genere dicendi Latini interpretantur Apud. Poſſemus tamen conuertere Inter vos, id eſt ἐν ὑμῖν, vt loquitur infrà cap.20.d.26, & alibi ſæpe: quia præpoſitio ἐν idem quoque valet apud Græcos quod Inter apud Latinos: vt infrà cap.11.b.11, ἐν γεγενημένοις γυναικῶν. id eſt inter genitos ex mulieribus. Sed prior illa expoſitio mihi magis arridet. Vulg. & Eraſ. ſæpe conuertunt, Intra vos: quod non modò non eſt Latinum, (vt opinor) ſed etiam obſcurũ.

Etiam ex lapidibus, καὶ ἐκ τῶν λίθων. Coniunctionem δὲ magnã hoc loco vim habere, & non incommodè à nobis expreſſam eſſe, nemo (vt opinor) dubitabit. Eam autem addidimus, vetuſti exẽplaris fidem ſequuti, & Theophylacti Romæ excuſi. Excitare liberos, ἐγεῖραι τέκνα. Vulg. Suſcitare filios. Eraſ. Facere vt ſurgant filii. Ego cauſam non video cur vtar periphraſi, quum ἐγεῖραι propriè ſit tranſitiuum. Deinde τέκνον, id eſt prolis nomen, ſeu liberorum, latius quàm filiorũ patet. quod ſemel annotatum volui, quũ idem infinitis penè locis occurrat.

10 Iam verò, &c. ἤδη δὲ &c. Apparet Veterem interpretem & Eraſmum in annotationibus legiſſe δὲ: quod etſi malè non conuenit, tamen nullius exemplaris vetuſti authoritate legimus confirmatum. Abiicitur, βάλλεται. Obſeruanda eſt emphaſis temporis præſentis, vt iudicium Dei non tanquam futurum procul demonſtret, ſed veluti iam præſens oculis ſubiiciat. Itaque non probo Caſtellionis interpretationem, qui conuertit, Excindenda eſt, & in ignem iniicienda. Eraſmus & Vulgata, Mittitur: quæ ſignificatio etiam huic verbo conuenit, ſed tũ præcipuè quum de telis agitur, quæ ob eam etiam cauſam miſſilia dicuntur. Itaque verbum delegi quod maiorem rei inutilis contemptum declarat: compoſito tamen vſus pro ſimplici, ſicut in Hebræorum ſcriptis facere ſæpe neceſſe eſt. Infrà Eraſmus, cap.5.ver.13 conuertit βληθῆναι, vt proiiciatur.

11 Ego quidem baptizo, ἐγὼ μὲν βαπτίζω. Vel (ſi vetuſtum quoddam exemplar ſequaris, in quo ſcriptum eſt, μὲν οὖν) Ego igitur baptizo. Quanuis autem hoc meo quantulocũque labore ſic omnes iuuare cupiam vt à me nullus offendatur, & ab inani κομμωχίᾳ tam certè abhorream quàm qui maximè: tamen hoc loco non poſſum diſſimulare quorundam audaciam, quæ vtinam intra verba conſiſteret. Iſti igitur (quorum princeps eſt Sebaſtianus Caſtellio) Baptizandi verbum, (quod quidem, ſi vocabulum ipſum ſpectes, reſpondet Hebræo טבל, potius quàm (רחץ) olim in nouo myſterio vſurpatum à ſacris ſcriptoribus, tótque ſeculis poſtea, omnium Eccle-

fiarum tacito conſenſu,huic vni ſacramento conſecratum, adeo vt in vulgaria etiam idiomata omnium penè gentium tranſierit:audent tamen temere immutare,vt modò lauandi, modò abluendi vocabulo vtantur.Delicati certè homines,qui neque perpetua tot ſeculorum authoritate commouentur,neque quotidiana vulgi conſuetudine in loquendo adduci poſſunt vt Theologis licere putent quod cæteris artium magiſtris & profeſſoribus omnes concedunt.hoc eſt,vt quæ longo vſu & optima fide poſſederint, tanquam ſua retineant. Neque eſt cur aliquot veterum ſcriptorum authoritatem prætexãt, veluti quod Cyprianus Tingentes dixit pro Baptizantes,& Tertullianus quodam loco Chriſtũ Sequeſtrem pro Mediatore vocat. Nam quod illis veteribus quaſi nouum erat,nobis vetus eſt:& iam tum ea ipſa vocabula quæ nunc vſurpamus, fuiſſe Eccleſiæ magis familiaria,& proinde illis ipſis magis placuiſſe,id conuincit, quòd admodum raro deprehenduntur aliter loquuti. At iſti ex hac nouitate gloriola captant. Verùm quid agas cum iſtis malis geniis,qui pro Angelis nobis fabricãt Genios, & quibus religio eſt Chriſtum Mediatorem appellare? Nam de Trinitatis verbo minimè (vt opinor) dubitant quin ſit expungendum, qui ſeſe in Deum credere erubeſcunt profiteri. Sed age,confidentibus iſtis hominibus ſuam confidentiam relinquamus,de quibus (vt ſpero) copioſius aliquando à nobis dicetur. Aqua,ἐν ὕδατι. Vulg. In aqua.Præpoſitio addita eſt(vt annotat Eraſmus)ex Hebræorum idiotiſmo,apud quos ſcilicet ב præpoſitio,cauſarũ omne genus declarat.Itaque Lucas, qui minus interdũ videtur hebraizare quàm reliqui tres Euãgeliſtæ,præpoſitionem omiſit cap.3.d.16 Hoc autẽ annotaui nequis in hac particula vim aliquã ſubeſſe putaret: quod ii videntur ſibi perſuaſiſſe qui pueros non putant rite baptizatos niſi prorſus immergantur. Ad reſipiſcentiam,εἰς μετάνοιαν. id eſt, vt reſipiſcatis.Externum enim Baptiſmi ſignum eos admonebat de corrigenda vita: & ita quidem admonebat vt inſitionem in Chriſti venturi corpus,quo vetus homo moritur,& nouus naſcitur,verè & efficaciter in iis obſignaret qui Iohanni crederent.Vulgata,In pœnitentiam. Eraſmus maluit conuertere,Ad pœnitentiam.Illud conſtat,εἰς & ἐπὶ,id eſt,In & Ad,in hoc dicendi genere, eodem ſenſu vſurpari. Ariſtot. Eth. 2,οὐ γὰρ μικρὸν εἰς τὰ ἔργα ἢ πρὸς τὰ ἔργα οὐ καὶ τοιοῦτος χαίρει. Item lib.10, ἀκολουθεῖ καὶ πρὸς τοῦτο τὸ ἦθος ἡδέως μάχεσθαι ἢ τὸ χαίρειν εἰς ἀλλ. Ex quibus exemplis apparet,rem eãdem vtraque præpoſitione explicatam.Sic etiam Latini ſæpiſſime vtuntur præpoſitione Ad:vt quum dicunt aliquid conferre ad vitam beatè tranſigendam, & multa ſimilia. Terentius verò dixit,Piſciculos emere in cœnam:& Quintilianus, Vti re aliqua in argumẽtum.Sed videtur interdum præpoſitione Ad vel inſtrumentum vel cauſa efficiens potius quàm finis ſignificari. Itaque pro ratione eorum de quibus agitur,conſiderandum eſt vtra interpretatio magis conueniat: ſicut infrà cap.11.d.41,εἰς τὸ κήρυγμα Ionã,nolim conuertere In prædicationem,ſed Ad prædicationem. Neque verò hæc annotaſſem niſi frequentiſſimè occurreret hæc loquẽdi formula. Qui venit,ὁ ἐρχόμενος. Vulg.& Eraſ.Qui venturus eſt.Sed(ni fallor)Iohannes de re præſenti loquitur:neque venturum norat,ſed eum qui iam ſit in via, atque adeo proximus, digito commõſtrauit.quamobrem etiam dixit ὀπίσω μου,id eſt poſtè me,potius quàm μετ' ἐμέ,poſt me:vt ſignificet Chriſtum iam à tergo imminere. Validior,ἰσχυρότερος. Vulg.& Eraſmus,Fortior. rectè quidem: ſed tamen quia pro ἰσχύειν fere dicere ſoleo Valere, idcirco etiam ἰσχυρὸν Validũ potius quàm Fortẽ ſum interpretatus.

Dignus,ἱκανός.Eraſmus, Idoneus. Atqui (ni fallor) non hîc agitur quàm ſit aptus aut accommodatus ad hoc officium præſtandum,ſed quàm dignus ſit qui cum Chriſto comparetur. Alioquin ἱκανὸς ſufficiẽtem ſignificat: quo modo etiam Gallis dicuntur ſufficientes quorum non modò vires corporis aut virtutes animi ſufficiant rei alicui præſtandæ,ſed etiam qui digni ſint quibus aliquid committatur. Hebræi ad eundem modum vtũtur voce כדאי. Latinis tamen haud ſatis ſcio an Sufficiens hac ſignificatione vſurpetur: itaque conuerti tãquam ἄξιος ſcriptum eſſet, Veterem interpretem ſequutus tum hoc loco,tum etiam infrà 8.a.8,& 1.Cor.15.a.9. Alibi verò(vt Coloſſ.1.b.11,& 2.Cor.3.a.5)idoneum dicere malui. Sic etiam Herodianus,ἱκανότατος ὑπ' αὐτῶν αἱρεθῆναι στρατηγὸς τῶν ὅλων, Omnium hominum erat aptiſſimus ad ſimulandam beneuolentiam. Caſtellio interpretatur, Adeo præſtantior,cuius Latinitatis exemplũ non memini legere. Soleas,σανδάλια. Sic Græci vocant quæ Latini ſoleas,quibus plantæ pedis duntaxat obtegũtur. Videtur prouerbiale eſſe hoc dicẽdi genus,quo etiam vtitur Dauid Pſal.60.b.10:ortum (vt opinor)à conſuetudine Iudæorum,qui aduenientium hoſpitum pedes lauare conſueuerant, (regione nimirum calidiore: quod ex variis locis intelligimus) atque etiam ſanctiorem aliquem locum ingreſſuri,calceos ponere. Itaque Moſen & alios aliquot iubet Dominus, cum illis colloquuturus, calceos exuere: accommodans ſeſe (vt opinor) ad eius gentis ritum & conſuetudinem. Hodie quoque Turcis hunc morem eſſe ferunt,vt domos ingreſſuri,calceos exuant: ſicut olim facere conſueuerant qui erant accubituri. Portem,βαστάσαι.Hoc loco βαστάζειν ſimpliciter idem valet quod φέρειν, quum propriè de magnis oneribus dicatur,ſicut Latinis Baiulare. Spiritu ſancto,πνεύματι ἁγίῳ.Rurſus nobis abundat præpoſitio,quæ ex Hebræorum idiomate addita eſt. Adiungunt enim iſti præpoſitionem caſui inſtrumenti, item propriis nominibus locorum, alia ratione quàm vel Græci vel Latini.

Luc.3.d.18.

Οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ, καὶ συνάξει τὸν σῖτον αὐτοῦ εἰς τὴν ἀποθήκην, τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ.

12 ‖ Cuius ventilabrum in manu ipſius,& perpurgabit aream ſuam:& coget triticum ſuum in horreum, paleam autem exuret igni inextinguibili.

12 *Cuius ventilabrũ in manu ſua.* & permũdabit aream ſuã: & congregabit triticũ in horreũ ſuũ, paleas autẽ cõburet igni inextinguibili.

Mar.1.b.9. Luc.3.d.21.

Τότε παραγίνεται ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην πρὸς τὸν Ἰωάννην, τοῦ βαπτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ.

13 ‖ Tunc aduenit Ieſus à Galilæa in Iordanem ad Iohannem, vt baptizaretur ab eo.

13 *Tũc uenit Ieſus à Galilæa in Iordanẽ ad Iohannem, ut baptizaretur ab eo.*

Ὁ δὲ Ἰωάννης διεκώλυεν αὐτὸν, λέγων, Ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με;

14 At Iohannes obnixè prohibebat eum,dicens,Ego neceſſe habeo à te baptizari, & tu venis ad me?

14 *Iohãnes autẽ prohibebat eũ, dicens, Ego à te debeo baptizari, & tu uenis ad me?*

11 Cuius ventilabrum in manu ipſius, οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ.id eſt, Qui manu geſtat ventilabrum. Additũ enim relatiuum ſequente antecedente,ſatis indicat Hebræam eſſe phraſin. quod magis etiam apparet ex hac locutione quã ſequitur Iuſtinus Martyr,οὗ τὸ πτύον αὐτοῦ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. Id eſt,ad verbum, Cuius ventilabrũ ſuũ in manu eius. Perpurgabit,διακαθαριεῖ. Id eſt,Omnino purgabit,nã hæc eſt vis præpoſitionis διά. Eraſ. Repurgabit. Exuret,κατακαύσει. Vulg.Vret.Eraſm. rectè addidit præpoſitionem,quæ declarat totã fore exurẽdi.

14 Obnixè prohibebat,διεκώλυεν. Vulg.& Eraſ. Prohibebat. Addidi aduerbiũ, ad vim præpoſitionis διὰ exprimẽdã:quæ certè nõ debuit prætermitti. Neceſſe habeo,χρείαν ἔχω. Vulg.Debeo,id eſt ὀφείλω. Eraſ.Mihi opus eſt.qua

eſt:qua interpretatione minus quidpiam quàm illa ſignificari,declarat illud Ciceronis ad Lentulũ, Legẽ Curiatam Conſuli ferre opus eſſe,non neceſſe eſſe. Et tu venis ad me? ἐὶ ἔρχῃ σὺ πρός με; Vide Mar.4.b.13.

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπε πρὸς αὐτὸν, Ἄφες ἄρτι· οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶν ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. τότε ἀφίησιν αὐτόν.

15 Respondens autem Iesus dixit ad eum, Omitte me nunc. ita enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc omittit eum.

15 Respondens autem Iesus dixit ei, Sine modò, sic enim decet nos implere omnẽ iustitiam. Tunc dimisit eum.

Καὶ βαπτισθεὶς ὁ Ἰησοῦς ἀνέβη εὐθὺς ἀπὸ τοῦ ὕδατος. καὶ ἰδοὺ, ἠνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοὶ, καὶ εἶδε τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν, καὶ ἐρχόμενον ἐπ' αὐτόν.

16 Et baptizatus Iesus ascendit statim ex aqua. Et ecce, aperti sunt ei cæli, & vidit Spiritum Dei ascendentem tanquã colũbam,& venientẽ super ipsum.

16 Baptizatus autem Iesus, confestim ascendit de aqua. & ecce, aperti sunt ei cæli, & vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super ipsum.

Καὶ ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν, λέγουσα, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ εὐδόκησα.

17 Et ecce vox è cælis, dicens, Hic est Filius ille meus dilectus in quo acquiesco.

17 Et ecce vox de cælis, dicens, Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui. 2.Pet.1.d.17 coloss.1.c.13

CAP. IIII.

Τότε ὁ Ἰησοῦς ἀνήχθη εἰς τὴν ἔρημον ὑπὸ τοῦ πνεύματος, πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου.

1 Tunc Iesus subductus fuit in desertũ à Spiritu, vt tentaretur à diabolo.

CAP. IIII.

1 Tunc Iesus ductus est in desertũ à Spiritu, ut tentaretur à diabolo. Mar.1.b.12 luc.4.a.1.

Καὶ νηστεύσας ἡμέρας τεσσεράκοντα καὶ νύκτας τεσσεράκοντα, ὕστερον ἐπείνασε.

2 Et quum ieiunasset dies quadraginta & noctes quadraginta, postea esuriit.

2 Et quũ ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esurijt.

Καὶ προσελθὼν αὐτῷ ὁ πειράζων, εἶπεν, Εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται.

3 Et quum venisset ad eum tentator, dixit, Si Filius es Dei, dic vt isti lapides panes fiant.

3 Et accedẽs tentator dixit ei, Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiãt.

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπε, Γέγραπται, Οὐκ

4 At ille respondẽs dixit, Scri

4 Qui respõdẽs dixit,

15 Respondẽs, ἀποκριθείς. Ex hoc verbo & oratione Christi perspicuũ est Iohãnẽ & oratione & manu conatũ fuisse Christi propositũ impedire,singulari tamẽ vtrinque modestiæ exẽplo. Omitte me, ἄφες με. Vulgata,Sine. Et paulo pòſt, ἀφίησιν, dimisit. Ego Erasmi versionem prætuli,quia melius respondet Græco verbo: quod ea mẽ etiã interdũ coactus sum interpretari Permittere,Remittere, & Relinquere: vt sunt interdũ variæ vniusquisq; & eiusdẽ vocabuli significationes. Nũc, ἄρτι. Vulg.Modò. Idẽ hic valet ἄρτι quod ἐν τῷ παρόντι. id est in præsens: alioqui significat ἐν ὀλίγῳ, & tẽpus præteritũ notat. Vide infrà,16.c.19. Implere, πληρῶσαι. Eras. Vt cõpleamus: quasi subaudiatur ὦμεν. Ego verò puto cũ illo πρέπον ἐστὶν esse iungendũ. 16 Ei, αὐτῷ. Iohãni scilicet. Nouã enim periodũ incipio ab his verbis, καὶ ἰδοὺ. quãuis etiã ad Christũ hoc pronomẽ referri possit,si ἐν αὐτῷ accipias pro ἐφ' ἑαυτῷ. Nã nõ modò vtrique visum est hoc signũ,sed ipsi quoque circũstãti turbæ. quod sequẽs Patris cælestis oratio satis declarat,& Lucas etiã cap.3.c.21.22,disertè narrat. 17 Filius ille meus dilectus, ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός. Vide infrà,17.2.5. In quo acquiesco, ἐν ᾧ εὐδόκησα. Vulg.In quo mihi cõplacui. Eras.In quo mihi bene cõplacitũ est.In hoc verbo explicando quàm variè multi se torseriut,tũ ex doctissimis Budæi cõmẽtariis,tũ ex Erasmi annotationibus intelligi potest.Ego paucis dicã quod sentio.Δοκεῖν idẽ valet quod sentire & existimare:à quo deductũ est εὐδοκεῖν,quod interdũ casum habet adiunctũ, atque idẽ valet quod approbare. Iam verò quia quæ approbamus,illis quoque fauemus,inde factũ vt etiã significet Bene erga aliquẽ esse affectũ. Rursus quia propẽsio ista animi ex eo nascitur quòd res aliqua planè nobis satisfacit,(necesse enim est vt iudiciũ præeat animi assensioni)idcirco idẽ quoq; valet quod cõquiescere siue acquiescere in re quapiã. id est ἡσυχάζειν & ἀρέσκεσθαι: sicut hoc loco accipitur. Significat enim Pater, Christũ eũ vnũ esse quẽ quũ intuetur, omnẽ in nos indignationẽ cõceptã deponat. Itaque vnus est μεσίτης & pacificator Christus. quod optimè intelligi potest si locus iste cõparetur cũ Exodi 28.f.36.vbi sumpnus sacerdos iubetur apparere in cõspectu Domini,laminã præfixã in vertice,in qua sculptũ esset, SANCTVS DOMINI, vt(inquit)Dominus placetur ipsis.Nã fuisse summũ illum pontificẽ,Christi æterni nostri pontificis typũ,in Epist.ad Heb.copiosè declaratur.Rectè igitur dicit Christus Iohã.15.2.5,Sine me nihil potestis facere.Cæterũ à verbo δίδωμι oritur verbale δόσις,frequẽter in nouo Testamẽto repetitũ:cuius significationes ad thema sunt exigẽdæ,atque ad id de quo agitur accõmodandæ. Quòd autẽ præteritũ conuerterimus per præsens,nemo (vt opinor)mirabitur,qui vel Psalmorũ lectioni assueuerit. Sed & hoc modo Græcos interdũ loqui,vel illud Demosth. Περὶ στεφάνου ostendit, Οἱ καθιδρυμένοι τὰς προγόνους ταῦτα τὰ δίκαια ἐνόμισαν. i. Maiores nostros existimo istas curias ædificasse. Quãquã hic etiã potest retineri significatio præteriti perfecti, vt declaret Pater se iã esse in Filio hominibus recõciliatũ.

IN CAP. IIII.

1 Subductus fuit, ἀνήχθη. Præpositio ἀνὰ idẽ hic valet quod ἄνω, id est sursũ, sicut Budæus existimat. quod si verũ est, habita fuit ratio situs deserti, vt sunt fere montes deserti & inculti. quo modo etiã accipitur idẽ verbũ Luc.4.a.5. Nihil tamen impedit quominus ἀνὰ pro χωρὶς vel ἀπὸ accipiatur, vt vertas, Abductus fuit. id est ἀνήχθη: vel seductus, id est seorsum ductus: sicut vsurpauit Cicero Epist.ad Attic.lib.5, Quum hæc disseruissem, inquit, seducit me Scaptius. A Spiritu, ἀπὸ τοῦ πνεύματος. Si libeat ἁγιαστὶ articuli seruare, vertere licebit, Ab eo Spiritu: vt de eodẽ illo Spiritu hic agi cõstet cuius paulo antè mẽtio facta fuerat. i. de Spiritu sancto: & etiã animaduertit Eras. in annotationibus, quãuis nõ mutarit versionẽ, quod neque ego sum ausus. 2 Dies, ἡμέρας. Vulg. Diebus. Annotãt grãmatici tẽpus cõtinuũ fere quarto casu poni: cuius etiã hoc loco aliquod est põdus.

3 Quũ venisset ad eum, προσελθὼν αὐτῷ. Vulg. Accedẽs: qui etiã αὐτῷ, ei, cõiunxit cũ verbo ὤν. Eras. Quũ accessisset. Ego vt malui adeundi vocabulo, quoties licuit: vel (vt hoc loco, & aliis plurimis) dissoluere compositionẽ. Tentator, ὁ πειράζων. Tentare hoc loco ponitur in vitio, pro Solicitare ad malũ: quum interdum significet explorare, vt 2.Cor.13.b.5. Dic, εἰπέ. Eras. Iube, id est κέλευε. Atqui quũ Deus quippiã dicit, etiã imperat: quò etiam respexit Satan. Itaque (ni fallor) emphasis huius vocabuli seruãda fuit. Hebræis quoq; verbum אמר quod respondet τὸ εἰπεῖν, vtrunq; significat, nẽpe & dicere & iubere. 4 Viuet, ζήσεται. Eras. suo more

Deut.8.c.3 ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ.

Τότε παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ διάβολος εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ ἵστησιν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ·

Καὶ λέγει αὐτῷ, Εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, βάλε σεαυτὸν κάτω· γέγραπται γάρ, Ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, καὶ ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου.

Deut.6.c.16 Ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Πάλιν γέγραπται, Οὐκ ἐκπειράσεις Κύριον τὸν Θεόν σου.

Πάλιν παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ διάβολος εἰς ὄρος ὑψηλὸν λίαν, καὶ δείκνυσιν αὐτῷ πάσας τὰς βασιλείας τοῦ κόσμου καὶ τὴν δόξαν αὐτῶν.

Καὶ λέγει αὐτῷ, Ταῦτά σοι πάντα δώσω, ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι.

Deut.6.c.13, & 10.d.20 Τότε λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ὕπαγε Σατανᾶ· γέγραπται γάρ, Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις.

Τότε ἀφίησιν αὐτὸν ὁ διάβολος· καὶ ἰδοὺ ἄγγελοι προσῆλθον, καὶ διηκόνουν αὐτῷ.

ptū eſt, ‖Nō é ſolo pane viuet homo, ſed ex omni verbo ᵛpro deunteᵛ per os Dei.

5 Tunc ᵛtranſſert eum diabolus in Sanctam vrbem, & ſtatuit eum ſuperᵛ pinnas templi.

6 Dicítque ei, Si Filius es Dei, ᵛiace teipſum deorſum. nā ſcriptū eſt, ‖Quia angelis ſuis ᵛmā dabit de te, ᵛ& *ipſi* ᵛtollēt te in manus, ᵛnequando ᵛ offendas ad lapidem pedem tuum.

7 Dixit ei Ieſus, ᵛRurſum ſcriptū eſt, ‖Non ᵛtentabis Dominum Deum tuum.

8 Rurſum tranſſert eum diabolus in montem ſublimem valde, & ᵛoſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum.

9 Dicítque ei, Hæc omnia tibi dabo ſi procidens adoraueris me.

10 Tunc dicit ei Ieſus, ᵛAbi ſatana. ſcriptū eſt enim, ‖Dominum Deum tuum adorabis, & ei ſoli ᵛſeruies.

11 Tunc omittit eum diabolus: & ecce, angeli accedebāt, & miniſtrabant ei.

Scripeū eſt, Nō in ſolo pane viuet homo, ſed in omni verbo qđ procedit de ore Dei.

5 *Tūc aſſumpſit eum diabolus in Sanctā ciuitatē, & ſtatuit eū ſuper pinnaculū templi.*

6 *Et dicit ei, Si filius Dei es, mitte te deorſū. ſcripeū eſt enim, Quia angelis ſuis mandabit de te, et in manibus tollēte, ne forte offendas ad lapidē pedē tuum.*

7 *Ait illi Ieſus, Rurſum ſcripeū eſt, Nō tentabis Dominum Deum tuum.*

8 *Iterū aſſumpſit eum diabolus in montē excelſum valde, & oſtendit ei omnia regna mūdi, & gloriam eorum.*

9 *Et dicit ei, Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me.*

10 *Tunc dicit ei Ieſus, Vade ſatana. ſcriptum eſt enim, Dominū Deū tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.*

11 *Tūc reliquit eū diabolus: et ecce, angeli accęſſerunt, et miniſtrabant ei.*

re prætulit periphraſin, Victurus eſt. Conſtat Hebræorū more poſitū eſſe hoc loco futurū pro præſenti, cuius enallages ea vis eſt vt ſignificet aliquid amplius: quaſi dicas, viuere ſolet. Prodeūte, ἐκπορευομένῳ. Vulg. quod procedit. Eraſ. Quod egreditur. Fgo cauſam nō video cur repudietur participiū. Per, διὰ. Hebræa ſimpliciter habēt יצא מפי יהוה de omni exitu oris Dei. Id eſt, omni eo quod egreſſū fuerit ex ore Dei, ſiue, quod Deᵛ cōſtituerit & decreuerit. Itaque apparet Græcos ſententiā nō verba interpretatos. 5 Trāſſert, παραλαμβάνει. Hoc loco παραλαμβάνειν declarat acceptū trāſferre, vt paulo pòſt verſu 8. Itaque Lucas cap. 4, eandē hiſtoriā narrās, maluit vti verbo ἀπάγειν. Eſt autē hic idiotiſmus Hebræorū, apud quos ſæpe poſito vno verbo intelligitur cōſequēs, vt dicemus iofrā, 13.g.43. & Mar.8.b.11. Luc.3.b.7. & 11.g.38. Pinnas, πτερύγιον. Vulg. & Eraſ. Pinnaculū, barbaré. Sic aūt vocat Matthæus ambitū quo planū tēpli tectū ambiebatur, nequis inde poſſet decidere, ſicut cautū erat Deut.22.b.8. 6 Iace teipſū, βάλε σεαυτόν. Vulg. Mitte te. de qua interpretatione ſuprà diximus cap.3.c.10. Eraſ. Præcipita te: audacius fortaſſe, quāuis ſenſum expreſſerit: niſi cū verbo cōiungas particulā κάτω, deorſum. Quia, ὅτι. Prætermittere ſolet hāc particulā Eraſ. multis locis, & meritò quidē. Sed videtur hic citari ab Euāgeliſta integer verſiculus Hebraicus, qui incipit à particula כי, qua videlicet redditur ratio eorū quæ præcedūt. Mādabit, ἐντελεῖται. Ἐντολὴ mādare, & ἐντολὰς mādata vbique cōuertemus, nō autē præcipere & præcepta: vt nobis cōſtemus, quū præſertim Græci iuriſcōſulti mādatū vocēt ἐντολήν. Et *ipſi*, &. Euāgeliſta nō recēſet ſingula Dauidis verba. prætermiſit enim mēbrū vnū, & particulā & addidit. Ideo inſerui pronomē, vt magis perſpicua fieret ſententia. Tollēt te in manus. ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε. id eſt, te manibus geſtabunt. Nā ἐπὶ præpoſitio (id eſt כף) quā Eraſ. omiſit, minimè redūdat: & τὰς χεῖρας hic nō declarat iacentē ſubleuare, ſed aliquid in manibus ferre & geſtare: ducta ſignificationis origine ab iis qui onus aliquod geſtaturi, attollūt in humeros: quāobrē etiā In manus malui interpretari, quā In manibus. Nequādo, μήποτε. Vulg. Ne forte. Atqui nullus hic fortunæ locus, & hāc interpretationē plurimis locis rectè emēdauit Eraſmus. Offendas, προσκόψῃς. Sic Vulg. interpretatio, quā miror hoc quidē in loco ab Eraſmo repudiatā, quā in Luca cap.4, retinuerit. Nā præterquā quòd exprimit oēs particulas, eſt etiā Latina oratio: quū Quintilianus dixerit ex Cicerone, Offēdere ad fornicē: & Columella, Cornu ad ſtipitē offendere. Eraſ. Impingas. 7 Rurſum, πάλιν. Annotat Eraſ. referri poſſe ad verbū ἔφη, vel ad γέγραπται: & illo quidē modo ſignificare iterationē, iſto cōtrarietatē. id eſt ediuerſo, vel cōtra: nēpe vt Chriſtus Scripturæ locos cōparet. Mihi vtroque modo videtur iterationē ſignificare poſſe. Tētabis, ἐκπειράσεις. Puto pro ſimplici accipiēdum: ſed quū πειράζειν ſimplex paulo antè idē valeat quod ſolicitare ad malū, hic ſignificat explorare & experiri: quo poſteriore Latino verbo nō malè exprimitur πειράζειν. Sic igitur Dominus dicitur tētare, id eſt explorare & probare animos noſtros. Futurū autē Indicatiui pro Imperatiuo poſitū eſt, Hebræorū more: quaſi dictū eſſet, Ne tētato. Prohibitiones enim Hebræi per futurū cōcipiūt. 8 Oſtēdit, δείκνυσιν. Videtur Latinū Indicare à Græco ἐπιδείκνυσιν ſumptū: itaque mihi magis placet quàm Mōſtrare. vel Cōmonſtrare: ſed ſpectandū quid cui loco cōueniat. 10 Abi, ὕπαγε. Octo vetuſti codices additū habebāt ὀπίσω μου, ponè me. quod videtur ex aliis locis additū. Vide Mar.8.d.13. Seruies λατρεύσεις. Eraſ. Coles. λατρεύς dicitur qui & θεράπων, vt teſtatur Euſtathius ex Ariſtophane grāmatico in Iliad.φ, & Odyſſ.ξ. Itaque Paulus quū dixiſſet Rom.1.b.9, λατρεύω, eadē epiſtola 16.c.18, vſurpauit τῷ θεῷ λατρεύειν, vt diſtinctio illa duluæ, latruæ, & hyperduluæ, non modò inepta ſit, ſed etiam falſa. Potius enim cōſtituenda fuit duplex adoratio: vna religioſa, quæ ſoli Deo debetur: altera ciuilis, quæ ad huius vitæ & βίου ſpectat.

Ακούσας δὲ ὁ Ιησοῦς ὅτι Ἰωάννης παρεδόθη, ἀνεχώρησεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν.

12 ¶Quum audisset autem Iesus Iohānem traditum esse *in custodiam*, rediit in Galilæam.

12 Quum autem audisset Iesus quòd Iohānes traditus esset, secessit in Galilæam. Mar.1.b.14 luc.4.c.14 ioh.4.f.43

Καὶ καταλιπὼν τὴν Ναζαρὲτ, ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς Καπερναοὺμ τὴν παραθαλασσίαν, ἐν ὁρίοις Ζαβουλὼν καὶ Νεφθαλείμ.

13 Et relicta Nazareth, venit & habitauit in Capernaum urbe maritima, in finibus Zabulon & Nephthalim.

13 Et relicta Nazareth, uenit & habitauit in ciuitate Capharnaũ maritima, in finibus Zabulon & Nephthali.

Ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος,

14 Vt impleretur quod dictum est per Esaiam prophetam, dicentem,

14 Vt adimpleretur quod dictũ est per Esaiã prophetã,

Γῆ Ζαβουλὼν καὶ γῆ Νεφθαλείμ, ὁδὸν θαλάσσης, πέραν τοῦ Ἰορδάνου, Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν·

15 ¶Terra Zabulon & terra Nephthalim ad viã maris trans Iordanem, Galilæa Gentium:

15 Terra Zabulon & terra Nephthali, uia maris trans Iordanem, Galilæa Gentium: Esa.9.a.1

Ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει, εἶδε φῶς μέγα, καὶ τοῖς καθημένοις ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου, φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς.

16 Populus positus in tenebris, vidit lucem magnam: & positis in regione & vmbra mortis, lux exorta est.

16 Populus qui ambulabat in tenebris, uidit lucẽ magnã: & sedẽtibus in regione & umbra mortis, lux orta est eis.

Ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ Ιησοῦς κηρύσσειν, καὶ λέγειν, Μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

17 ¶Ex eo tẽpore cœpit Iesus prædicare, & dicere, Resipiscite. appropinquauit enim regnum cælorum.

17 Exinde cœpit Iesus prædicare, et dicere, Pœnitẽtiã agite. appropinquauit enim regnum cælorum. Mar.1.b.15

Περιπατῶν δὲ ὁ Ιησοῦς παρὰ τὴν θά-

18 Ambulans autem Iesus

18 Ambulãs autẽ Iesus

11 Traditum esse, παραδόθη. id est, in carcerem cõiectum esse. Subaudiendum enim est εἰς φυλακήν, quod nos expressimus, vt planior esset oratio. Sic Cic. ad Quintũ fratrẽ, Hominẽ cõprehendit, & in custodiã Ephesi tradidit. Rediit, ἀνεχώρησεν. id est ἐπανῆλθεν. vel (vt Lucæ 2.f.19) συνέβαλλεν εἰς ἑαυτόν. Suprà etiã, cap.2.b.12 dicuntur magi ἀναχωρῆσαι, id est ἐπανελθεῖν. vt alibi idem hic valeat quod πάλιν. Alii conuertũt, Secessit: quod occasionem præbuit hoc loco differendi de persequutionis fuga. Sed si secedere volebat Christus vt Herodis tyrannidẽ vitaret, cur iret in Galilæam, quæ erat in ditione Herodis Antipæ, ac non potius maneret in Iudæa, quæ iam erat redacta in prouincia? Christus ergo persequutionis metu nõ secessit in Galilæã, vnde profectus erat vt baptizaretur à Iohanne: sed potius ad Galilæos statim accurrit, nihil veritus Herodis accẽsam rabiẽ. Ideo Marcus simpliciter dixit cap.1.b.14, ἦλθεν, & Iohannes ἀπῆλθεν, cap.4.f.43. Neque tamẽ nego Christũ suo tẽpore persequutionẽ vitasse, vt scribit Matth. cap.12.b.15, hoc eodẽ verbo vtẽs. 13 Vrbe maritima, τὴν παραθαλασσίαν. Hic sciendum est articulũ non esse additũ vt distinguatur hæc vrbs ab alia eiusdẽ nominis, sed duntaxat ad ipsius vrbis situ exprimendũ: vt sciamus Iesum patria expulsum non fugisse lucẽ, quũ vrbs ista multo celebrior esset quàm Nazareth. 15 Ad viam maris, ὁδὸν θαλάσσης. Vulg. Via maris, sexto casu, vt opinor. Erasmus, iuxta viam maris. id est, vergens ad mare, Galilææ videlicet, quod idẽ dicitur Tiberiadis & Genesareth. Subauditur autem κῶς vel μέρις, vt annotat Theophylactus. quæ eclipsis sanè dura est, Hebræis tamen satis familiaris. Sed apparet locũ Esaiæ non esse integrũ citatũ ab Euãgelista. Significatur ergo his verbis ἐπαρχία, id est ea portio Galilææ quæ est ad lacũ Tiberiadis, in qua sitæ sunt Capernaũ, Bethsaida & Chorazin, vrbes prædicatione Christi celebérrimæ. Trãs Iordanẽ, πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Constat, habita Iudææ ratione, Galilæã vtràque esse cis Iordanẽ. Quæ locus iste est perobscurus, quẽ tamẽ his verbis puto illustrari posse. Vocabulũ Hebræũ גְּלִיל latus significat, adeo vt aduerbialiter sumptũ, nõ minus declaret citerius latẽ quàm vlteriùs: sicut in Deuteronomio frequẽter dicitur de Mose, qui Iordanẽ nunquã trasecit. Quare videri potest hoc loco non tam designari Peræa, id est trans Iordanẽ sita regio, quã ora & litus quod Iordanis alluit. Quòd si quis vrgere velit proprietatẽ Græci vocabuli πέραν, id est trãs, dicã quod etiã planius erit: vicinas & continuas quatuor regiones hic designari, nẽpe tribũ Zabulõ, tribũ Nephthalim, orã lacus vlteriorẽ: (id est, Peræã regionẽ, in qua fũt Chorazin & Genezareth, quas regiones frequenter Christus inuisit) denique etiã Galilæã gentium, superiorẽ vocatãque etsi aliqua ex parte cõprehẽdat tribũ Nephthalim, tamẽ ad tribũ Aser potissimũ pertinet, quæ maritima erat, & Tyri finibus vicinas quò etiã peruenit Christus, vt narratur infrà, cap.15.c.21. Atque hoc modo ter repetendũ erit vocabulũ γῆ, terra: & copulatiuæ, per asyndeton omissæ, supplendæ fuerint: perinde acsi ita integrè scriptũ esset, γῆ Ζαβουλὼν, γῆ Νεφθαλείμ, καὶ ἡ πρὸς ὁδὸν τὴν παραθαλασσίαν πέραν Ἰορδάνου, ἡ Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν. Gentiũ, ἐθνῶν. Hoc nomẽ retinuimus vt familiare sacris scriptoribus, quo vocabãt Iudæi exteros populos in Dei fœdere non cõprehensos. Sic autẽ dicta est Galilæa superior, nõ solùm quòd Tyriis & Sidoniis esset finitima: sed etiã propter viginti illas vrbes à Solomone datas Tyriorũ regi, sicut refertur 1. Reg.9.b.11. Intellige igitur Galilæã & partes vicinas. Nõnulli tamen apud Esaiã הַגּוֹיִם pro appellat uo nomine Galilææ accipiũt. 16 Positus, ὁ καθήμενος. id est qui versabatur. Vulg. qui ambulabat. ita enim habẽt Hebræa. Sed in quibusdã codicibus Latinis legimus sedebat. Positis, καθημένοις. Vulg. Sedẽtibus. Eras. Qui sedebãt. Nã hoc quoque significat Græcũ vocabulũ. Sed sedere ex Hebræorũ idiomate hic ponitur pro habitare & incolere. qua significatione nõ memini legere hoc verbũ apud idoneos authores, quanuis Latini sedẽ domiciliũ vocẽt. Vmbra mortis, σκιᾷ θανάτου. Hebraismus, id est vmbrosa siue tenebrica sa morte. Quanquam hic צַלְמָוֶת vnicum vocabulum est ex duobus conflatum, vt rectè annotat Erasmus.

17 Ex eo tẽpore, ἀπὸ τότε. Vulg. Exinde. Ad verbũ, Ex tũc id est (vt loquũtur Hebræi) מֵאָז. Appropinquauit, ἤγγικε. Eras. Instat. id est ὥρμηκε. quod nõ probo. Neq; enim dicere voluit Christus, regnũ cælorũ nõ procul abesse, sed iam ad eos peruenisse. quamobrem etiam maluimus interpretari Appropinquauit, quàm Appropinquat.

18 Ad mare, παρὰ τὴν θάλασσαν. Hebraismus, pro lacu. Qui dicitur, τὴν καλουμένην. Vulg. Qui vocatur. i. τὴν καλουμένην. Erasmus, Qui vocabatur. *Iacientes, βάλλοντας. Vulg. Mittẽtes. Illud autẽ (vt magis propriũ) sum amplexus: siquidem iactus retis Latinè quoque dicitur, sicut Græcè ὁ βόλος. Rete, ἀμφίβληστρον. Sic dictum ab ἀμφὶ & βάλλω, quòd, quum iacitur, in orbem complectatur ingens aquæ spatium. Est autẽ (opinor) retis species quæ Gallis dicitur Vne espreuier. Κατὰ δὲ τινας (inquit Ruffus lib.2. De appellationibus partium corporis humani) εἰς τὸ πλάτος ἀνάδρομόν τε καὶ καμπύλον. id est, ex angusto in latum expanditur & incurua tur. Nec illud est (meo iudicio) quod

ſtratui ſaltem indicare, potiùs quàm ad ea conniuere, aut vbi priuatim tibi conſulueris, id quod reip. intereſt non curare, atque etiam aliquo modo tegere. Norum eſt autem qua ſeueritate iuſſerit Dominus adulteria vindicari, & Iſraelem ea tollere è medio ſui. Deinde quum ſciret Ioſephus fieri etiam poſſe vt Maria ab alio quopiam ante deſponſionem eſſet grauidata, maluit eam exiſtimare grauidam ἀπὸ πορνείας (vt etiam loquitur Iuſtinus in Dialogo πρὸς Τρύφωνα) potius quàm ἀπὸ μοιχείας: vt viri boni ſolent omnia (quoad eius fieri poteſt) in meliorem partem accipere. Id autem ſi contigiſſet, id eſt, ſi ante ſponſalia rem habuiſſet cum alio, Mariam ducere vxorem eum oportebat (ſicut cauit Moſes, Deut. 22. d. 18) ex parentum conſenſu, à quo vitium fuiſſet ipſi oblatum ante deſponſionem. quod tamen ſine aliquo Mariæ dedecore fieri non potuiſſet, ſi de illius fraude cõqueſtus fuiſſet Ioſeph: cui etiam fas fuiſſet eam ducere, &, non inuenta virgine, ad iudices lapidandam trahere, vt eodem loco cauetur. Itaque noluit (vt erat vir inſigni probitate) vel vxorem alienam retinere, vel iniuriam ſuam ſummo iure perſequi: ſed clam potius & cauſa nulla expoſita (ſicut Iudæi conſueuerant) ſponſione & fide data, illam abſoluere ac liberare. Dimittere eam, ἀπολῦσαι αὐτόν. Eraſmus, Ab ea diuertere. Docet Modeſtinus iuriſconſultus, Diuortium inter virum & vxorem fieri, Repudium verò ſponſæ remitti. Erat autem hoc tempore Maria deſponſa tantùm, non tiupta. proprium ergo fuit repudiandi vocabulum: ſed malui Vulgatam verſionem retinere: quanuis potius reſpondeat τῷ ἀφιέναι, quòd appareat Euangeliſtas atque etiam Paulum in re ciuiliſſima quæſtuiſſe mollißimum aliquod vocabulum, ideóque libentius dicere ſolitos ἀπολύειν, vel ἀφιέναι, quàm ἀπαλλάσσειν, vel ἐκβάλλειν: quæ propria quidem ſunt, ſed duriora.

Ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἐνθυμηθέντος, ἰδοὺ, ἄγγελος Κυρίου κατ' ὄναρ ἐφάνη αὐτῷ, λέγων, Ἰωσὴφ υἱὸς Δαβὶδ, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου. Τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου.

10 Hæc autem ᵛquum cogitaſſet, ᵛecce, angelus Domini ᵛin ſomnio apparuit ei, dicens, Ioſeph fili Dauid ᵛne metuito ᵛaccipere Mariam ᵛvxorem tuam. Nam quod in ea ᵛgenitum eſt, ᵛex Spiritu ſancto eſt.

10 *Hæc autem ea cogitante, ecce angelus Domini apparuit in ſomnis ei, dicēs, Ioſephfili Dauid noli timere accipere Mariā uxorē tuā. quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt.*

Luc. 1. c. 38.

Τέξεται δὲ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ ΙΗΣΟΥΝ. αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν.

Mat. 4. b. 11.

11 Pariet autē filium, ‖ & vocabis nomen eius IESVM. Ipſe enim ᵛ‖ ſeruabit populũ ſuum ex peccatis ᵛipſius.

11 *Pariet autem filiũ, & uocabis nomen eius IESVM. ipſe enim ſaluũ faciet populum ſuum à peccatis eorum.*

(Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ προφήτου, λέγοντος,

11 (Porro totum hoc factũ eſt vt ᵛ impleretur quod ait Dominus ᵛ per Prophetam, dicentem,

11 *(Hoc autem totũ factũ eſt ut adimpleretur quod dictũ eſt à Domino per Prophetam, dicentem,*

10 Quum cogitaſſet, διανοηθέντος. id eſt ἐννοήσαντος, quum apud ſe conſtituiſſet, ſeruata Aoriſti ſignificatione. Vulg. & Eraſmus, Eo cogitante. Ecce, ἰδού. Hebraïs הנה, qua particula ſingulis penè verſibus vtuntur. Interdum tamen hæc ipſius vis eſt vt lectorem præparet ad aliquid inſigne & mirificum audiendum. In ſomnio, κατ' ὄναρ. id eſt, Nocturna viſione. Nam κατ' ſæpe idem valet quod In, vel Per. Vulgata & Eraſmus, In ſomnis maluerunt interpretari, quaſi ſcriptum ſit ἐνύπνιον. Atqui ὕπνος & ὄνειρος ſiue ὄναρ inter ſe differunt, non minus quàm ſomnus à ſomnio. quod indicat hic Homeri verſiculus Iliad. β, Σεῖς ἄγε δὴ ἐνύπνιον λοχήσατε οἶκος ἄριστος. Ne metuito, μὴ φοβοῦ. Vulgata, Noli timere: quo modo vbique fere conuertere ſolet prohibendi particulam. Eraſmus, Ne metuas. Hæc autem indicant, timore Dei adductum Ioſephum cogitaſſe de ſponſa repudianda, ſiue quòd (vt antè dixi) alii viro obnoxiam arbitraretur: ſiue quòd adulteram fouere nullo modo ſibi fas aut honeſtũ eſſe ſciret. Accipere, παραλαβεῖν, traditã videlicet tibi à parentibus vel cognatis. Nam ſeruari hic debet vis præpoſitionis παρὰ pro ἀπὸ, quam ſatis probat vniuerſa Demoſthenis oratio πρὸς τὸν ἀλλοτρίου, in qua diſputatur de his duobus vocabulis, λαμβάνειν & παραλαμβάνειν. Eraſmus eorum ſequutus opinionem qui virginitatis votũ hic ſomniant, conuertit Adiungere: perinde acſi ſcriptum eſſet προσλαβεῖν: atque interpretatur Adiungere in conſuetudinem vitæ. iam enim, inquit, acceperat, ſed diuortium meditabatur. quam interpretationem neque veram, neque veriſimilem eſſe opinor. Vxorem tuam, τὴν γυναῖκά σου, quæ tibi pacta eſt pro vxore. Falluntur qui hæc verba ſic accipiunt quaſi iam antè Maria eſſet quidẽ nupta, ſed Ioſephus ex voto ab ea abſtineret. tantùm enim eã Ioſephus deſponderat, vt ſuprà diximus. Verùm quæ deſponſa erat, iam pro vxore habebatur, niſi quid incidiſſet quod ſponſalia dirimeret. quamobrem etiam pro adultero puniebatur non minus qui deſpõſam quàm qui nuptam corrupiſſet, Deut. 22. c. 23. Poſſumus & interpretari τὴν γυναῖκά σου, Vxor tua, vt Marci 12. b. 23. vbi τινος non additur articulus, nec pronomen. Itaque non erit hic ſimplex appoſitio, ſed ſupplendum erit εἰς τὴν ἴδιαν, cuiuſmodi eclipſis apud Hebræos paſſim occurrit. Genitum eſt, γεννηθὲν. Hic propriè accipitur τὸ γεννᾶσθαι, quum ſuprà poſitum ſit κατὰ τὴν σύλληψιν. Sed ſciendum eſt hoc verbum, ſicut apud Hebræos יָלַד, & Gignere apud Latinos, de iis etiam dici in quorum ortu nullus pater interuenit, ſicut hoc loco non eſt exiſtimandum Spiritum ſanctum ex ſeſe generaſſe Chriſti corpus, ſed ex ipſius virginis ſubſtantia feciſſe, ſiue cõdidiſſe. Vulg. Natum, γεννηθὲν. Eraſmus, Conceptum, συλληφθὲν. Ex Spiritu ſancto, ἐκ Πνεύματός ἁγίου. Vulgata, De Spiritu ſancto. Eraſmus, A Spiritu ſancto. Et ſanè conſtat, ſæpe has præpoſitiones permutari: malui tamen ἐκ præpoſitionẽ retinere. quanquam ſiquis veretur ne hæc interpretatio fanaticis illis fauere videatur qui corpus Chriſti ſpirituale faciunt, tanquam ἐκ materiam declaret, illis licebit vti præpoſitione ἀπὸ.

11 Seruabit, σώσει. id eſt Liberabit. Neque video cur aliter fuerit vertẽdum. Virg. Seruatum ex vndis. Vulgata & Eraſmus, Saluum faciet, periphraſi (vt opinor) minimè neceſſaria. Apparet autem vel ex hoc loco, quem ἰησοῦν Græci, Ieſum Latini vocant, Hebraicè dici יֵשׁוּעַ à יָשַׁע, quod declarat τὸ σῴζειν: vt planè inepta ſint Oſiandri & quorundam in hunc locum commenta. Ipſius, αὐτοῦ. Ad verbum, Eorum. Numeri autem mutatio ex Hebræorum idiomate nata eſt, qui in nominibus collectiuis, eiuſmodi dicendi genera frequenter vſurpant, vt & Græci & Latini interdum.

11 Impleretur, πληρωθῇ. Vulgata, Adimpleretur. Eraſmus, Perficeretur. id eſt πληρωθῇ. quia hoc dicendi genus (inquit) Latinis auribus eſt ignotum, niſi quum ſentimus addi quod deerat rei conſummandæ. Atqui Cicero multis locis vſurpat Implere pro Præſtare. quo ſenſu videtur hic vſurpatum. Neque verò hoc annotaſſem niſi voluiſſem ſemel eſſe dictum quod ſæpiſſime fuiſſet nobis repetendum. Per Prophetam, διὰ τοῦ προφήτου. Nonnulla exemplaria nomen habent Eſaiæ expreſſum. Vide infrà 2. b. 17.

Ἰδοὺ, ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ· ὅ ἐστι, μεθερμηνευόμενον, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός.

23 ‖Ecce, virgo quædam veterum feret, & pariet filium, & vocabis nomen eius Emmanuel: quod est, si interpreteris, Nobiscum Deus.)

23 Ecce, virgo in utero habebit, & pariet filiũ, & vocabunt nomen eius Emmanuel: quod est interpretatum, Nobiscũ Deus.) Esaiæ 7.c.14.

Διεγερθεὶς δὲ ὁ Ἰωσὴφ ἀπὸ τοῦ ὕπνου, ἐποίησεν ὡς προσέταξεν αὐτῷ ὁ ἄγγελος Κυρίου, καὶ παρέλαβε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ.

24 Experrectus autẽ Ioseph ex somno, fecit vt ei imperarat angelus Domini, & accepit vxorem suam:

24 Exurgẽs autẽ Ioseph à somno, fecit sicut præcepit ei angelus Domini, & accepit coniugem suam.

Καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον· καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ ΙΗΣΟΥΝ.

25 Et non cognouit eam, quousque peperisset filium illum suum primogenitum: vocauitque nomen eius IESVM.

25 Et nõ cognoscebat eã, donec peperit filiũ suũ primogenitum: & vocauit nomẽ eius IESVM.

Κεφάλαιον βʹ.

ΤΟΥ δὲ Ἰησοῦ γεννηθέντος ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας, ἐν ἡμέραις Ἡρῴδου τοῦ βασιλέως, ἰδοὺ, μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν παρεγένοντο εἰς Ἱεροσόλυμα,

CAP. II.

1 QVVM ergo natus esset Iesus in ea Bethleem quæ est Iudææ, temporibus Herodis regis, ecce, magi ab Oriẽte aduenerunt Hierosolyma,

1 Quũ ergo natus esset Iesus in Bethleem Iudææ, in diebus Herodis regis, ecce magi ab Oriente uenerunt Ierosolymam, Luc.1.c.6.

Λέγοντες, Ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; εἴδομεν γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα ἐν τῇ ἀνατολῇ, καὶ ἤλθομεν προσκυνῆσαι αὐτῷ.

2 Dicentes, Vbi est ille rex Iudæorum qui natus est? vidimus enim eius stellam in Oriente, & venimus vt adoremus eum.

2 Dicentes, Vbi est qui natus est rex Iudæorũ? uidimus enim stellam eius in Oriente, & uenimus adorare eum.

13 Virgo quædã, ἡ παρθένος. Huius particulæ Quædam apud Latinos ea vis est quæ articuli Græci hoc loco: ἡ quoq; litera nõ frustra est addita in Hebræo, nimirũ vt insignis quædã Virgo significetur, ab æterno videlicet selecta. Et vocabis, καὶ καλέσεις. Scio in plerisque exẽplaribus legi καλέσουσι id est, & vocabũt. vel, & vocabitur: quam etiã lectionẽ sequitur Iustinus Martyr in Dialogo πρὸς Τρύφωνα: sed quũ nonnulla antiqua exẽplaria cum Hebraïs fontibus cõsentiãt, & hæc apostrophe Prophetæ Spiritu Dei correpti, & Virginem post tot secula nasciturã, quasi præsentem alloquentis, magnã vim habere videatur, sequutus sum in hac re iudicium meum, nulla (vt opinor) sensus iniuria. Quod est, si interpreteris, ὅ ἐστι, μεθερμηνευόμενον. Vulgata, Quod est interpretatum. Erasmus, Quod si quis interpretetur, sonat. Illud est ambiguum, hoc à Græcis recedit.

24 Experrectus autem Ioseph, διεγερθεὶς δὲ ὁ Ἰωσήφ. Erasmus, Excitatus autem Ioseph: sed hoc quidem loco plus est ὑπὸ διεγείρεσθαι quàm excitari. Vulgata, Exurgens autem Ioseph. id est ἀναστὰς δὲ Ἰωσήφ. Imperarat, προσέταξεν. Præterita perfecta & Aoristi sæpe cum pluſquamperfectis confunduntur à Græcis. Vulgata, Præcepit. quo vno vocabulo in hac re fere vti solet. Nos autem, quum diuersis vocabulis vtantur sacri scriptores, cõnabimur cuique Græco Latinum aliquod opponere.

25 Quousque, ἕως οὗ. Notandum est aduersus Heluidianos, ἕως interdum ita referri ad tempus præcedens vt de sequenti non affirmetur contrariũ: quod satis indicãt vel postrema verba huius Euangelii, ἰδοὺ, ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμὶ πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. id est. Ecce, vobiscũ sum vsque ad consummationem seculi. Ex quibus verbis colligere non possis, Christum non esse nobiscum futurum post consummationem seculi. Neque aliter interdum accipitur particula עד apud Hebræos, vt 2. Sam. 6. d. 23: vbi dicitur Michol nullos liberos sustuliſſe, vsque ad diem obitus sui. Filium illum suũ, τὸν υἱὸν αὐτῆς. Vulgata & Erasmus, Filium suum. Nobis autem non videtur Græcus articulus ὅτιοῦν iustitia tamen vt vis eius sit διαφορικὴ, non ἐξαιρετικὴ. id est, vt de eo agi significetur cuius antè facta est ab angelo mentio: non autem vt filius hic ab aliis Mariæ filiis distinguatur, quos ego quidẽ nullos fuisse credo. Assentior enim iis qui de Maria virgine, vt selectissimo organo, sanctissimè sentiũt.

Vocauitque nomen eius Iesum, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. id est, (vt fere dicunt Græci) ἐκάλεσε αὐτὸν Ἰησοῦν τοῦνομα, Latini, Vocauit eum Iesum nomine.

IN CAPVT II.

1 Ergo, δὲ. Erasmus, autẽ. Sed (vt existimo) hæc particula hoc loco non est discretiua (vt vocant), sed potius συμπλεκτικὴ τῆς διανοίας, id est, copulatiua sententiæ (vt Grammaticorum more loquar) sicut sæpe apud Latinos Ergo & Igitur. Natus esset, γεννηθέντος. Cur ita verterē hoc loco maluerim, vide superioris capitis versum 16. In ea Bethleem quæ est Iudææ, ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας. Sic loquuntur Hebræi, vt Iudicum 19. d. 18 dicitur Bethleem Iudæ: id est Bethleem quæ est in tribu Iuda. quod addi solet ad alterius differentiam, quæ est in tribu Zabulon, id est in Galilæa inferiore. Vulgata vertit, In Bethleem Iudææ. Erasmus, vt Hebraïsmum molliret, addidit [ciuitate] appellatiuum. Sed hoc quoque non satis exprimit differẽtiam illam: itaque aliquid amplius suppleui. Præpositionem quoque hic & aliis locis seruaui, quam tamen Latini vrbium nominibus vel nunquam, vel certè rarò præponũt, quia videlicet obliquorũ terminatio casum indicat. Ego verò inflexione vocem mutare nolui, quam Græcè scribens Euangelista retinuit. Quare necessariò vsurpanda fuit præpositio tum hoc loco tum plurimis aliis. Iudæa autem hic intelligitur regio: sic propriè dicta à tribu Iuda, sub qua etiam tribus Beniamin comprehenditur: distinguitúrque à Samaria, Peræa, Trachonitide, & vtraque Galilæa. Magi, μάγοι. Persicum vocabulum, apud Persas honestum. Ita enim suos sacerdotes, aut (vt alii volunt) philosophos vocabant. Apud Græcos autem, & tandem apud Latinos quoque, magorum nomen nonnisi in vitio poni cœpit. Cæterùm magorum gentem Herodotus non in Perside, sed in Media collocat, lib. 1, & 3: vt istos quoque, sicut & Chaldæos, apparear non ex artis, sed ex gentis vocabulo fuisse nominatos.

2 Dicentes, λέγοντες. Solent fere Hebræi historias quæ narrantur, inductis ipsis personis explicare. Latini cõtrà plerunque obliquis narrationibus quas vocant, vtuntur: quo modo etiã quidã nuper totam hanc periodum cõuertit. Me verò istius simplicitatis quam Spiritus sanctus amplexus est, nunquã pudebit. Nam certè hæc narratio plus habet energiæ quàm si obliquè aliena dicta referrẽtur, eo quòd nõ tã narrari res quã geri videatur.

Vbi eſt ille rex Iudæorum qui natus eſt? ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; Vulgata, Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorum? Eraſmus, Vbi eſt ille qui natus eſt rex Iudæorum? Ego vocabulorū collocationē mutaui, vt ſenſus eſſet dilucidior. Nam alioqui viderentur magi aliud quærere, nempe, vbi ſit ille qui minimè natus eſt priuatus, ſed rex Iudæorum ab ipſis incunabulis. qui ſenſus non conuenit. Eadem traiectione vſus eſt Lucas 19.f.38.

Ἀκούσας δὲ Ἡρῴδης ὁ βασιλεὺς ἐτα- 3
ράχθη, καὶ πᾶσα Ἱεροσόλυμα μετ' αὐτοῦ.

His autem auditis Herodes rex turbatus eſt, & tota Hieroſolyma cum eo.

Audiēs autē Herodes rex, turbatus eſt, & omnis Ieroſolyma cū illo:

Καὶ συναγαγὼν πάντας τοὺς ἀρχι- 4
ερεῖς καὶ γραμματεῖς τοῦ λαοῦ, ἐπυνθάνετο παρ' αὐτῶν ποῦ ὁ Χριστὸς γεννᾶται.

Et conuocatis omnibus principibus Sacerdotum & Scribis populi, percontatus eſt ab eis vbi Chriſtus naſceretur.

Et congregans omnes principes Sacerdotū & Scribas populi, ſciſcitabatur ab eis vbi Chriſtus naſceretur.

Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, Ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰου- 5
δαίας· οὕτω γὰρ γέγραπται διὰ τοῦ προφήτου,

At illi dixerunt ei, In Bethleē *quæ eſt* Iudææ. Sic enim ſcriptum eſt per Prophetam,

At illi dixerunt ei, In Bethleē Iudæ. ſic enim ſcriptū eſt per Prophetā

Mich.5.a.2. iohan.7.f.42. Καὶ σὺ Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς 6
ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ.

‖Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es inter duces Iuda. ex te enim exibit Dux qui paſcet populū illum meum Iſrael.

Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquā minima es in principibus Iuda. ex te enim exiet Dux qui reget populū meum Iſrael.

Τότε Ἡρῴδης λάθρα καλέσας τοὺς 7

Tum Herodes clam vocatis

Tūc Herodes clā vo-

3 Tota Hieroſolyma, πᾶσα Ἱεροσόλυμα. Eraſmus, Tota Hieroſolymorum vrbs offenſus mutatione declinationis, quia Hieroſolyma paulo antè plurali numero vſurpat Euāgeliſta: ſed hoc ego nihil moror. Nā Cicero etiam ipſe pro Flacco, vtroque genere vſus eſt in hac vrbe appellanda. Quòd autem Egeſippus vocatam eſſe putat Hieroſolymam quaſi ἱερὸν πολύμνιον, & Euſebius, quaſi ἱερὸν Σολομῶνος, hoc certè arguit magnam Hebraicæ linguæ imperitiam: vnde etiam factum puto vt librarii huic nomini aſpirationem præpoſuerint.

4 Principibus ſacerdotum, ἀρχιερεῖς. Eraſmus, Pontificibus. id eſt, primariis ſacerdotibus: quales erāt poſteri Aharonis, in viginti quatuor claſſes diſtributi, vt apparet ex 1. Paralip. 24. b. 5. vbi etiam vocātur principes ſanctuarii: & 2. Paral. 36. c. 14 diſertè principes Sacerdotum dicūtur. Theophyl. in cap. 14 Marci, ita vocatos eſſe exiſtimat qui aliquando Pōtifices maximi fuiſſent: ſicut Romæ dicebantur Prætorii, Quæſtorii, Conſulares. Nam eo tempore venale factum erat ſummum ſacerdotium, ita vt iam perpetuum non eſſet. Sed hoc commentitium eſſe, ex iis apparet quæ paulo antè attulimus. Eraſmus hoc loco pontifices interpretatur: ego verò malui, diſcriminis cauſa, Pōtificis nomen vni Pontifici Maximo ſeruare. Scribis, γραμματεῖς. Sic Hebræi vocant Legis interpretes, à verbo ספר, quod enarrare etiam & exponere ſignificat. Apparet autē à Græcis ſic dictos quòd ſicut ſcribæ publicarum tabularum cuſtodes erant, ſic penes iſtos, tanquam ſequeſtres, libri Legis eſſent velut depoſiti, cuius videlicet interpretatio ipſis erat commiſſa. Ideóque adiunxit Euangeliſta τοῦ λαοῦ, populi: acſi dicat, publicos Legis interpretes. Nos igitur vocabulum longa iam conſuetudine à ſacris ſcriptoribus vſurpatum, libenter retinuimus. Nam quòd nonnulli Scribarum appellatione intelligunt lictores, & eos omnes quibus exequendæ iudicum ſententiæ munus incumbit, id ne in vetere quidem Teſtamento perpetuum eſt: ſicut conſtat ex 2. Reg. 12. a. 3 de Saphan, qui librum Legis inuentū, non vt quilibet ex ordine ſcribarum, ſed vt primarius doctor interpretatus eſt, atque adeo ex multis locis Eſræ & Nehemiæ. In nouo autem Teſtamento legiſperitos & doctores hoc nomine ſignificari, facilè (vt ſpero) mihi concedet quiſquis diligēter expenderit quæ ſcripta ſunt Matthæi 7. d. 29, item 17. b. 10, item 23. a. 2. Marci 12. c. 28. Lucæ 7. c. 30, item 11. f. 46. 1. Corinth. 1. c. 20. Erant autem & ipſi Sanhedrim, id eſt ordinarii iudices, vt apparet ex Num. 11. c. 16. & interdū dicebātur שוטרים à verbo שרר, quod & ſcribere & ſtatuere declarat: qua ratione etiam γραμματεῖς & γεγραμμένοι dici poſſunt, quoniam eorum Senatuſconſulta pro lege habebantur. Quos autem ſolent Euangeliſtæ vocare πρωτοκαθεδρίτας λαοῦ, & à Scribis diſtinguere, erant ii quoque eiuſdem ordinis, & pars ſummi concilii, de quo infrà dicemus, 5. c. 12. Nam vltra Sacerdotes & Leuitas, & eos qui populo præerāt in centurias & decurias diſtributo, in idem concilio etiā accenſebātur qui peritia Legis & authoritate pares illis habebantur: cuiuſmodi erant Chriſti tēpore Phariſaicæ ſectæ homines, & Sadducæi. Hæc autem ita eſſe liquet ex Num. 11. c. 16, Deut. 1. c. 13, & libro Sanhedrim.

5 In ea Bethleem *quæ eſt* Iudææ, ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας. Vulgata, Iudæ. videtur enim legiſſe Ἰούδα, pro τῆς Ἰουδαίας.

6 Terra Iuda, γῆ Ἰούδα. id eſt, quæ in Iudæa ſita es, quæ pars es tribus regionis Iuda. Nam mihi quidē durum videtur γῆ interpretari pro vrbe, quomodo tamē Euripides in Hecuba vſurpauit. Alia exēplaria habēt Ἰουδαίας, Iudææ, quod planius eſt. In Michæa legitur Bethleē Ephratha. Eſt enim hoc alterū vrbis cognomētū, quo ab altera diſcernitur. Nequaquā minima es, οὐδαμῶς ἐλαχίστη. Hanc lectionē ſequitur etiā Iuſtinus, quū tamen in Hebræo legatur צעיר, & in Græca editione ὀλιγοστὸς εἶ. vt quod Michæas 5. a. 1 in Hebræo negat, videatur hic affirmari. Alii igitur exiſtimant in poſteriore membro ſubaudiri apud Prophetā aduerſatiuā particulā: quod videtur ſēſus ipſe poſtulare, & alibi etiā reperitur, vt Pſal. 119. ver. 141, & 157, & Ioh. 9. f. 30: vt totus locꝰ ita ſit legēdus, Et tu Bethleē Ephratha, parvula es inter chiliadas Iudæ: ex te tamē egredietur mihi qui ſit dominator in Iſraele. Ita igitur fiet vt eadem ſit Michææ & Matthæi ſententia. Sed alii ſimpliciter ſentiūt, Matthæū reſpexiſſe ipſius prophetiæ exitū, ac proinde non minimā dixiſſe, quam Propheta, nondū videlicet nato Chriſto, minimā vocauit. In ſumma, apparet Prophetā ſignificare voluiſſe, hoc oppidulū, quāuis exiguū, Meſſiæ tamē exortu nobiliſſimum ac celeberrimū fore: quod paulo apertius declarat Græca hæc interpretatio. Inter duces, ἐν τοῖς ἡγεμόσιν. Vulgata, in principibus. In Hebræo legitur באלפי, hoc eſt in chiliadibus, ſeu potius inter chiliarchas. Diſtributus enim erat populus Iſraeliticus in chiliadas, ſicut apparet ex cap. Exod. 18. d. 25, & Gedeonis oratione, Iudic. 6. b. 15.

Dux, ἡγούμενος. Participiū loco nominis, id eſt ἡγεμών, quod Hebræis eſt vſitatiſſimū. Paſcet, ποιμανεῖ. Vulgata, reget, quod reſpondet τῷ διέπειν. Eraſmus, Gubernaturus eſt. id eſt κυβερνήτης. Ego elegantē ſanè metaphoram ſeruaui. Sic ſolet Homerus reges ποιμένας λαῶν vocare. Populum illum meum Iſrael, τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ. Articulum expreſſi, cuius emphaſis hoc loco non fuit negligenda, quum bis repetatur à Domino, vt tuam in illum vnum populum beneuolentiam ſingularem declaret.

7 Vocatis, καλέσας. Eraſmus, Accerſitis. id eſt

μάγους, ἠκρίβωσε παρ' αὐτῶν τὸν χρόνον τοῦ φαινομένου ἀστέρος.

magis, exquisiuit ab eis quo tẽpore stella apparuisset.

exactius magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis.

8 Καὶ πέμψας αὐτοὺς εἰς Βηθλεέμ, εἶπε, Πορευθέντες, ἀκριβῶς ἐξετάσατε περὶ τοῦ παιδίου· ἐπὰν δὲ εὕρητε, ἀπαγγείλατέ μοι, ὅπως κἀγὼ ἐλθὼν προσκυνήσω αὐτῷ.

8 Et eis Bethleem dimissis, dixit, Profecti illuc, penitus exquirite de puerulo: postquam autem inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniam & adorem eum.

8 Et mittens illos in Bethleẽ, dixit, Ite, & interrogate diligẽter de puero: & quũ inueneritis, renunciate mihi, ut & ego veniẽs adorẽ eum.

9 Οἱ δὲ, ἀκούσαντες τοῦ βασιλέως, ἐπορεύθησαν. καὶ ἰδοὺ, ὁ ἀστὴρ ὃν εἶδον ἐν τῇ ἀνατολῇ, προῆγεν αὐτοὺς, ἕως ἐλθὼν ἔστη ἐπάνω οὗ ἦν τὸ παιδίον.

9 Ipsi verò audito rege, profecti sunt. & ecce, stella quam viderãt in Oriente, præibat eis, donec venit stetitque supra locũ in quo erat puerulus.

9 Qui quũ audissent regẽ, abierũt. & ecce stella quã viderant in Oriẽte, antecedebat eos, usquedũ veniẽs staret supra vbi erat puer.

10 Ἰδόντες δὲ τὸν ἀστέρα, ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην σφόδρα.

10 Visa autem stella, gauisi sunt gaudio magno valde:

10 Vidẽtes autem stellã, gauisi sunt gaudio magno valde.

11 Καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν, εὗρον τὸ παιδίον μετὰ Μαρίας τῆς μητρὸς αὐτοῦ· καὶ πεσόντες προσεκύνησαν αὐτῷ, καὶ ἀνοίξαντες τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν, προσήνεγκαν αὐτῷ δῶρα, χρυσὸν, καὶ λίβανον, καὶ σμύρναν.

11 Et ingressi domum, inuenerunt puerulum cum Maria matre ipsius: & procidentes adorauerũt eum: apertísque thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, & thus, & myrrham.

11 Et intrãtes domũ, inuenerũt puerũ cum Maria matre eius: & procidentes adorauerũt eũ: & apertis thesauris suis, obtulerũt ei munera aurũ, thus, & myrrhã.

12 Καὶ χρηματισθέντες κατ' ὄναρ μὴ ἀνακάμψαι πρὸς Ἡρῴδην, διʼ ἄλλης ὁδοῦ ἀνεχώρησαν εἰς τὸν χώραν αὐτῶν.

12 Et diuinitus admoniti in somnio ne reuerterẽtur ad Herodem, per aliam viam regressi sunt in regionem suam.

12 Et respõso accepto in somnis ne redirẽt ad Herodẽ, per aliã viam reuersi sũt in regionẽ suã.

13 Ἀναχωρησάντων δὲ αὐτῶν, ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου φαίνεται κατ' ὄναρ τῷ Ἰωσὴφ, λέγων, Ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἴσθι ἐκεῖ ἕως ἂν εἴπω σοί. μέλλει γὰρ Ἡρῴδης ζητεῖν τὸ παιδίον, τοῦ ἀπολέσαι αὐτό.

13 Ipsis autem regressis, ecce, angelus Domini apparet in somnio Ioseph, dicens, Experrectus accipe puerulum & matrem eius, & fuge in AEgyptũ: & esto illic vsquedum dixero tibi. Futurum est enim vt Herodes quærat puerulum ad eum perdendum.

13 Qui quũ recessissent, ecce angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens, Surge & accipe puerũ & matrẽ eius, et fuge in AEgyptũ: & esto ibi usquedũ dicã tibi. futurũ est enim ut Herodes quærat puerũ ad perdendum eum.

14 Ὁ δὲ, ἐγερθεὶς παρέλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ νυκτὸς, καὶ ἀνεχώρησεν εἰς Αἴγυπτον.

14 Ille verò experrectus accepit puerulum & matrẽ eius nocte, & secessit in AEgyptum.

14 Qui consurgens accepit puerũ & matrẽ eius nocte, & fugit in AEgyptum.

μετακριβάζω. Exquisiuit, ἠκρίβωσε. Vulgata, Diligenter didicit. Erasmus, Accuratè perquisiuit. Vocabulum Græcum significat in genere, summa & exquisita diligentia aliquid facere. Quo tempore stella apparuisset, τὸν χρόνον τοῦ φαινομένου ἀστέρος. Vulgata, Tempus stellæ quæ apparuit eis. Ad verbum, Tempus apparentis stellæ. Erasmus (quem sequor) mihi videtur hunc hellenismum optimè expressisse. est enim positum φαινομένου pro φαίνης.

8 Et eis Bethleem dimissis, καὶ πέμψας αὐτοὺς εἰς Βηθλεέμ. Erasmus expunxit pronomen, & vertit πέμψας, iussis ire. id est, κελεύσας ἰέναι. Ego verò existimo, regem illis à se dimissis, blandè & benignè iter commonstrasse. Penitus exquirite, ἀκριβῶς ἐξετάσατε. Vulgata, Interrogate diligenter, neutro duorum vocabulorum satis expresso. Erasmus, Accuratè, id est ἀκριβῶς.

9 Præibat, προῆγεν. Vulgata, Antecedebat. Erasmus, Præcedebat. quod & ipsum Latinis significat ita præcedere vt sis dux viæ. sed illud propius abest à Græco. Subauditur autem reciprocum pronomen, sicut accidit in coniugatione quam Hebræi Hithpahel vocant. Virg. lib. 8, Haud secus Æneas se matutinus agebat. Supra locum in quo, ἐπάνω οὗ. Vulgata, suprà vbi. Suppleuit Græcorum eclipsin Erasmus, quem sequuti sumus. Est autem hæc integra loquutio, ἐπάνω τοῦ τόπου ἐφ' οὗ. atque inde factum est vt οὗ degenerarit in aduerbium loci.

11 Inuenerunt, εὗρον. In omnibus vetustis exemplaribus scriptum erat εἶδον, viderunt. Procidentes, πεσόντες. Erasmus, prostrati. Ad verbum, quum cecidissent. Significatur autem adorantium gestus. Sic Latinè Accidere alicui dicitur qui prostratus alicui supplicat.

12 Diuinitus admoniti, χρηματισθέντες. Vulgata, Respõso accepto: non satis propriè, quia percontantibus demum respõsum datur. Erasmus, Oraculo admoniti. Ego verò etsi religionem nullam statuo in vocabulis, tamen Oraculum libens refugio, veluti idolorum superstitione cõtaminatum. Dicitur autem χρηματίζω is quem Deus colloquio suo dignatur, etiamsi nihil tale quærat vel expectet. Itaque hũc locum interpretatur Iustinus Martyr, Dialogo πρὸς Τρύφωνα, κατ' ἀπόκρυφον καὶ ἄρρητον. id est, per arcanam declarationem iussi. Ne reuerterentur, μὴ ἀνακάμψαι. Vulgata, Ne redirent. id est, μὴ ἐπανελθεῖν. Verbũ autem ἀνακάμπτειν nausle esse videtur, & propriè significat in contrariã partẽ flectere: sicut ἀνακάμψαντες de peditib⁹ & equitibus dicitur. Diodorus libro ιη', ὁ δὲ παρὰ τῆς Καρχηδόνος ἀπεσταλμένος ἀνεκάμψατο εἰς τὴν ἐπαρχίαν. id est, præfectus autẽ classi qui missus fuerat, versus Carthaginẽ cursũ reflexit.

13 Apparet, φαίνεται. Vulgata, Apparuit. Cõuenit tempus præsens narrationibus etiam rerum præteritarum. Sextũ exẽplar scriptũ habebat ὀπτάνεται: quã lectionẽ si sequaris, optimè vertes ex Cicerone pro Sextio, Ad necẽ.

14 Secessit, ἀνεχώρησεν. Præpositio ἀνὰ hic idẽ valet quod χωρὶς: paulo antè verò in eodẽ verbo, idẽ quod πάλιν.

Καὶ ἦν ἐκεῖ ἕως τῆς τελευτῆς Ἡρῴδου· ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ προφήτου, λέγοντος, Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου.

15 Et fuit illic vſque ad obitū Herodis: vt impleretur quod ait Dominus per Prophetam, dicentē, Ex AEgypto vocaui Filium meum.

Osee 11.a.1.

15 Et erat ibi uſque ad obitum Herodis: ut adimpleretur quod dictū eſt à Domino per Prophetam, dicentem, Ex AEgypto uocaui Filiū meum.

Τότε Ἡρῴδης ἰδὼν ὅτι ἐνεπαίχθη ὑπὸ τῶν μάγων, ἐθυμώθη λίαν· καὶ ἀποστείλας ἀνεῖλε πάντας τοὺς παῖδας τοὺς ἐν Βηθλεὲμ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῆς, ἀπὸ διετοῦς, καὶ κατωτέρω, κατὰ τὸν χρόνον ὃν ἠκρίβωσε παρὰ τῶν μάγων.

16 Tum Herodes, quum vidiſſet ſe illuſum eſſe à magis, excanduit valde: & miſſis carnificibus interemit omnes pueros qui erant in Bethleem, & in omnibus finibus eius, à bimulis & inferioribus, ſecundū tempus quod exquiſierat ex magis.

16 Tūc Herodes, uidēs quoniam illuſus eſſet à magis, iratus eſt valde: & mittens occidit omnes pueros qui erāt in Bethleem, & in omnibus finibus eius, à bimatu & infra, ſecūdū tempus quod exquiſierat à magis.

Τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, λέγοντος,

17 Tunc impletum fuit quod ait Dominus per Hieremiā Prophetam, dicentem,

17 Tunc adimplētū eſt quod dictū eſt per Ieremiā Prophetā, dicentē.

Hier. 31.c.15.

Φωνὴ ἐν Ῥαμᾶ ἠκούσθη, θρήνου καὶ κλαυθμοῦ καὶ ὀδυρμοῦ πολύς, Ῥαχὴλ κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς· καὶ οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι, ὅτι οὐκ εἰσί.

18 Vox in Rhama audita eſt, lamentatio & fletus & eiulatus multus, Rachel plorans filios ſuos: & noluit conſolationē admittere de eo quòd non ſint.

18 Vox in Rhama audita eſt, ploratus & uiulatus multus, Rachel plorās filios ſuos: et noluit cōſolari, quia nō ſūt.

Τελευτήσαντος δὲ τοῦ Ἡρῴδου, ἰδοὺ, ἄγγελος Κυρίου κατ' ὄναρ φαίνεται τῷ Ἰωσὴφ ἐν Αἰγύπτῳ,

19 Quum autem obiiſſet Herodes, ecce, angelus Domini in ſomnio apparet Ioſeph in AEgypto,

19 Defuncto autem Herode, ecce, angelus Domini apparuit in ſomnio Ioſeph in AEgypto,

15 Et fuit ἦν ἐκεῖ. Vulg. Et erat. Vide caput primum verſiculo 18. Obitum, τελευτῆς. Ita vocant Græci mortē metonymicè, quòd (vt inquit Demoſthenes) ſit πέρας τοῦ βίου ἑκάστῳ. alioqui τελευτὴ extremum ſignificat cuiuſcunque rei, adeò quidem vt τελευτὴ δανάτου, interdum mortem ipſam apud Hom. declaret. Latini ratione parū diſſimili obitum vocant, ſumpta metaphora ab iis qui iter faciunt. τελευτᾶν igitur vbiq; interpretabimur obitum, & θανάτου mortem.

16 Se illuſum eſſe, ὅτι ἐνεπαίχθη. Vulg. Quoniam illuſus eſſet. Sæpe enim vſurpat has particulas Quoniam & Quia: quæ in hoc dicendi genere ſunt barbaræ, atque etiam perobſcuræ multis. Excanduit, ἐθυμώθη. Vulg. iratus eſt. id eſt ὠργίσθη. Eraſm. indignatus eſt. Cicero θυμὸν excandeſcentiam interpretatur, quem ſequuti ſumus.

Miſſis carnificibus, ἀποστείλας. Vulg. mitteus. Verbum abſolutum poſuit Matthæus ſecundū phraſim Hebraicam, Pſal. 57.a.4. ישלח, Mittet è cælo, & liberabit me. quomodo etiam apud Græcos vſurpatur verbum πέμπειν, nullo addito caſu. Herodot. in Clio, ἀπέπεμψε ἐφ' ἵππους, ἵνα ἀφείλῃ μιν ὁ ἀνήρ. Eraſ. ergo vt eclipſin ſuppleret, vertit, miſſis ſatellitibus. At ego, miſſis carnificibus: quod mihi melius viſum eſt conuenire ſceleris atrocitati. in quo Eraſmum etiam ipſum ſequor, qui ita loqui maluit infrà 14.b.10. Nuper Caſtellio hunc locum his verbis eſt interpretatus, Miſit interfectum: quàm rectè, iudicēt alii. Mihi quidem ἐμφατικώτερον eſſe videtur per alium interficere quàm mittere qui interficiat. Interemit, ἀνεῖλε. Vulg. occidit. id eſt ἐφόνευσεν. Eraſ. interfecit. id eſt διεχρήσατο, vel διεφθάρκε. Vide infrà 10.28. Eius, αὐτῆς: videlicet Bethleē. neque hic vllam amphiboliā video, quæ nos cogat ad repetendū antecedens, ſicut fecit Eraſ. A bimulis & inferioribus, ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω. Vetus interpres, à bimatu & infra. Nam etiam in quibuſdam exemplaribus legitur κάτω, & eum legiſſe apparet, ἀπὸ διέτους. id eſt ἀπὸ διετίας. Sed potius legendum eſſe, ἀπὸ διετοῦς, præterquam quòd omnium exemplarium conſenſus probat, Hebræorum etiam idioma confirmat, qui opinor hoc loco dicerent מבן שנתים ולמטה, à filio duorum annorum, & infra: ſetuata etiam enallage numeri ſingularis pro plurali. Eraſmus, Quotquot eſſent bimuli & minores: quæ interpretatio longius recedit à Græcis. Secundum tēpus, κατὰ τὸν χρόνον. Hoc nō video cur minus ſit Latinè dictum quàm Ciceronis illud, Secundum naturam. Eraſmus autem non hoc tantùm loco, ſed etiam aliis plurimis mutauit Secundum in Iuxta: quod tamen poſterius nuſquam legi apud idoneos authores.

17 Quod ait Dominus per Hieremiā Prophetā, dicentem, τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Κυρίου διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, λέγοντος. In codicibus impreſſis legitur, τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, λέγοντος. Sed probatur hæc lectio quam ſequutus ſum, manuſcripti exemplaris authoritate: & ita ſolere loqui Matthæum, ſuperiora oſtendunt. Certè magna vis eſt horum verborum, ex quibus intelligimus, non ipſos Prophetas, ſed Dominum ore Prophetarum loqui.

18 Lamentatio, θρῆνος. Hoc vocabulum prætermiſit Vulgata, neque etiam legit Iuſtinus dialogo πρὸς Τρύφωνα. Fletus, κλαυθμὸς. Vulgata, ploratus. Mihi autē videtur Flere Latinorum à κλαίειν Græcorum deriuatum, quanuis Latinū illud diphthongo non ſcribatur. Eiulatus, ὀδυρμός. Vulgata, vlulatus. Eraſ. ploratus. Ego malui eiulatum conuertere quàm fletum vel vlulatum, quorum illud non ſatis magnam vim habet, hoc potius declarat πολυλογωτέρον. Conſolationē admittere, παρακληθῆναι. Vulg. Conſolari, quod paſſiuè rarò dicitur à Latinis. Itaque rectè fecit Eraſmus qui periphraſin quæſierit. Cæterùm παρακαλεῖν interdum etiam precari, interdū hortari declarat. Quare variis etiā modis fuit alibi vertendū. De eo quòd non ſint, ὅτι οὐκ εἰσί. id eſt, quòd ſublati ſint, & peremptiſiue quòd deſierint eſſe inter homines, more loquendi ſacris etiam ſcriptoribus familiari, vt Pſal. 39.b.14. Addidi autem hæc verba de eo, vt locum alioqui ſatis obſcurum illuſtrarem. Nam quòd Vulg. interpretatur, Quia non ſunt, videtur obſcurius dictū. Eraſ. Propterea quòd non ſint: quod videtur ſenſum diuerſum oſtendere. Neque enim exiſtimo Euangeliſtam exponere cauſam quamobrem non admiſerit conſolationem, ſed narrare potius de qua re noluerit conſolatione vlla permulceri.

19 Quum autem obiiſſet, τελευτήσαντος δὲ. Vulgata & Eraſmus, Defuncto autem. vide ſuprà verſu 15. Obire verò pro mori, abſolutè & à Plauto & à Plinio vſurpatur, quod planè reſpondet Græco verbo τελευτᾶν.

Λέγων, Ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον 20
καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ πορεύου εἰς γῆν
Ισραήλ. τεθνήκασι γὰρ οἱ ζητοῦντες τὴν
ψυχὴν τοῦ παιδίου.

Ὁ δὲ ἐγερθεὶς παρέλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν 21
μητέρα αὐτοῦ, καὶ ἦλθεν εἰς γῆν Ισραήλ.

Ακούσας δὲ ὅτι Αρχέλαος βασιλεύει 22
ἐπὶ τῆς Ιουδαίας ἀντὶ Ηρῴδου τοῦ πατρὸς
αὐτοῦ, ἐφοβήθη ἐκεῖ ἀπελθεῖν· χρηματι-
σθεὶς δὲ κατ' ὄναρ, ἀνεχώρησεν εἰς τὰ μέ-
ρη τῆς Γαλιλαίας.

Καὶ ἐλθὼν, κατῴκησε εἰς πόλιν λε- 23
γομένην Ναζαρέθ, ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥη-
θὲν διὰ τῶν προφητῶν, ὅτι Ναζωραῖος
κληθήσεται.

Κεφάλαιον γ.

ΕΝ δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις παραγέ- 1
νεται Ιωάννης ὁ Βαπτιστὴς, κηρύσσων ἐν
τῇ ἐρήμῳ τῆς Ιουδαίας,

Καὶ λέγων, Μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βα- 2
σιλεία τῶν οὐρανῶν.

Dicens, Experrectus accipe 20
puerulum & matrē eius, & proficiſcere in terram Iſrael. Mortui ſunt enim qui petebant animam pueruli.

Ille verò experrectus accepit 21
puerulum & matrem ipſius, & venit in terram Iſrael.

Quum autē audiſſet Archelaum regnare in Iudæa pro Herode patre eius, timuit illuc abire: verùm diuinitus admonitus in ſomnio, ſeceſſit in partes Galilææ.

Et quum eò veniſſet, habitauit in vrbe quæ dicitur Nazareth: vt impleretur quod dictū eſt per Prophetas, fore vt Nazarenus vocaretur.

CAP. III.

IN diebus autem illis 1
uenit Iohannes Baptiſta, prædicans in deſerto Iudææ,

Et dicēs, Pœnitētiā 2
agite. appropinquauit enim regnū cælorum.

Dicēs, Surge & accipe puerū & matrem eius, & uade in terrā Iſrael. defuncti ſunt enim qui quærebant animam pueri.

Qui cōſurgens accepit puerum & matrem eius, & uenit in terram Iſrael.

Audiens autē quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre ſuo, timuit illò ire: & admonitus in ſomnio, ſeceſſit in partes Galilææ.

Et ueniens, habitauit in ciuitate quæ uocatur Nazareth: ut adimpleretur quod dictū eſt per Prophetas, Quoniā Nazaræus uocabitur. CAP. III.

Mar.1.a.4.
luc.3.a.3.

20 Proficiſcere, πορεύου. Vulg. & Eraſ. Vade. id eſt βάδιζε. Mortui ſunt, τεθνήκασι. Vulg. & Eraſ. Defuncti ſunt, quo modo paulo antè verterant τὸν τελευτῆσαν. Animam, τὴν ψυχὴν. id eſt vitam, Hebræorum idiotiſmo, à quo nec Græci (præſertim poetæ) abhorrent, nec Latini. Differentiam enim illam animi & animæ ſubtilioribus relinquimus.

22 Patre eius, τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Fuit Archelaus Herodis magni filius, ex Marthaca Samaritana, regni ſucceſſor relictus à patre: ſed poſtea ab Auguſto factus Iudææ Ethnarcha, quum aliquandiu regis nomine fuiſſet abuſus, tādem in exilium pulſus eſt.

23 Et quū eò veniſſet, καὶ ἐλθών. Hæc genera dicendi ſumpta ſunt ab Hebræis, quibus ſunt iſti pleonaſmi frequentes: veluti quum dicunt, Et ſurgens abiit, Et reſpondit, dicens: & ſimilia multa, quæ infinitis locis occurrunt, neque tamen putauimus immutanda. Habitauit, κατῴκησεν. id eſt, ſibi domicilium delegit, in quo non cōmoraretur ad tempus, ſed cum familia habitaret, patriæ valedicens. Nam apud Græcos differūt κατοικεῖν & μένειν, ſicut apud Latinos habitare & commorari. Sic enim Cicero, Natura, inquit, domicilium nobis non habitandi, ſed commorandi dedit. Ideo etiam Petrus vitam noſtram παροικίαν vocat eleganter, 1. Epiſt. 1. c. 17. Fateor tamen hanc differentiam non eſſe perpetuam. Illic autem domicilium fixiſſe Ioſephum, vel ex eo liquet quòd propterea Chriſtus vocatus eſt Nazarenus. In vrbe, εἰς πόλιν. Frequēter εἰς pro ἐν ponitur, vt Mar. 1. a. 1, ἦν εἰς ἐλαιῶνα ὄρος, pro ἐν ὄρει, & alibi ſæpe. Itaq; ſatis fuerit ſemel id annotaſſe. Sic apud Hebræos אל pro ב deſeruiente ponitur, vt Gen. 49. c. 29, אל-תקברוני. Fore vt Nazarenus vocaretur, ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται. Vulg. & Eraſ. Nazaræus vocabitur. Nam fieri etiam poteſt vt abundet ὅτι, ſicut alibi frequentiſſimè. Exiſtimo tamen eam particulā indicare, hæc eſſe Euangeliſtæ verba, referentis non tam ipſa Prophetarum verba quàm ſententiam. Nazarenum autem dixi pro Nazaræo, vt diſcrimen aliquod conſtituerem inter nomen gentile & nomen ſectæ: quanuis eorum ſententiam non improbem qui Euangeliſtam putant ad eos quoque reſpexiſſe qui Nazaræi ex voto dicebantur: modò hæc eorum ſententia dextrè intelligatur. Nam commentitiam illam epiſtolam Lentuli cuiuſdā Proconſulis, in qua deſcribitur Chriſti forma & habitus qualis erat Nazarænorum, nemo ſani iudicii homo eſt (opinor) qui non perſpiciat ab homine Romano neque ſcriptam neque conuerſam fuiſſe, ſed ab indocto quopiam confictam: ſicut infinita alia eiuſmodi, quæ nobis hodie lucri cauſa à typographis, partim interpolata, partim ita vt ſunt ineptiſſima, veteris alicuius ſcriptoris nomine proponuntur.

IN CAPVT III.

1 Temporibus autem illis, ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις. Dierum appellatione apud Hebræos tempus ſignificatur: quod non pigebit nos aliquando imitari: hoc tamen loco putauimus mutandum, propterea quòd inter eas hiſtorias quæ præceſſerunt ea de quibus hic agitur, ſatis longū tēporis interuallū interceſſit. Caſtellio, Quodā aut tē tēpore. quàm rectè, ipſe viderit. Adfuit, παραγίνεται. Vulg. Venit, id eſt ἦλθεν. Eraſ. Accedit, id eſt προσέρχεται. Γίνεσθαι verò pro εἶναι accipi, notius eſt quàm vt ſit probandum. Deinde præſens tempus, quanuis narrationibus accommodatum, mutaui in præteritum, quod videtur melius cum ſequentibus & præcedentibus (hoc quidem loco) cohærere, quum hoc facilè patiatur Hebraicæ linguæ ratio. Contrà verò paulo pòſt præteritum interpretabimur per præſens. Prædicans, κηρύσσων, videlicet βάπτισμα μετανοίας, id eſt Baptiſmum reſipiſcentiæ, quod addidit Marcus: quanuis concio quæ ſequitur, ad hoc etiam participium referri poſſit. Frequenter tamen hoc vocabulū abſolutè ponitur ex conſuetudine, à qua diſcedere noluimus. Quòd autē dicitur Iohannes concionatus inſolitudine, nō eſt ita accipiendū quaſi fugerit hominū cōſpectū, vt ii poſtea fecerūt qui propterea dicti ſunt eremitæ: ſed deſertū, ex vulgi conſuetudine, hic vocatur regio ſaltuoſa, in qua habitabat Zacharias, vt ſcribitur Luc. 1. d. 40. Ibi quoq; fuiſſe domū Ioab legimus 2. Sam. 2. f. 34, & huius deſerti ſex oppida numerātur Ioſ. 15. f.

1 Reſipiſcite, μετανοεῖτε. Vulg. Pœnitentiam agite. Eraſ. quoque eodem modo, ſed addidit, Vitæ prioris. quā

interpretationem multas ob causas repudio: sed ob eam potissimùm, quòd multi imperiti occasionem ex hoc dicendi genere arripuerint falsarum opinionum de satisfactione, quibus hodie agitatur Ecclesia. Cæterùm μετανοῶν, quum est verbum absolutũ, propriè significat post factum sapere, & de errore admisso ita dolere vt corrigas: quod (vt opinor) Latinis propriè significat resipiscere. Itaque nunquam ponitur nisi in bono: vt (meo quidem iudicio) Ausonius in illo suo epigrammate omnibus noto μεταμέλειαν potius quàm μετάνοιαν dicturus fuerit, si versus pentametri ratio permisisset. Semper enim cum μετανοίᾳ cohæret ἐπιφροντίς: sicut hæc duo rectè coniunguntur à Plutarcho in Dialogo πῶς ἄν τις ὑφ' ἑαυτοῦ φρονιμώτερος γένοιτο. Μεταμέλεια verò declarat post rem aliquã factam solicitum esse & anxium: pro quo Latini dicunt pœnitere, atque id etiam vsurpari potest in vitio. Neque enim propriè complectitur vitæ & consilii mutationem in melius (vt quidam trahunt), sed simpliciter solicitudinem quandam καὶ ἀπορίαν (id est displicentiam) exprimit, quæ facit vt rem factam, seu bona seu mala sit, infectam esse velimus, etiam quum non est nouo consilio locus relictus. Itaque Matthæus de Iuda proditore loquens, μεταμεληθείς, inquit, ἀπήγξατο, non μετανόησε: tristitiam significans à qua est absorptus. Sic etiam apud Paulum, 2. Cor. 7. b. 8. μεταμέλεσθαι declarat dolorem capere ex eo quod factum erat: & Rom. 11. d. 29 dona Dei dicũtur ἀμεταμέλητα. id est, eiusmodi vt non possint ipsi displicere, quum semel placuerunt: quod Hebræis declarat vocabulum נחם, quum μετανοεῖν potius significetur verbo שוב: vnde תשובה, id est conuersio. Itaque Petrus Act. 3. c. 19. quum μετανοήσατε dixisset, statim subiunxit, καὶ ἐπιστρέψατε, vt illud explicaret. Idem facit Paulus Act. 26. e. 20. Ego μετάνοιαν & μετανοεῖν vbique interpretabimur resipiscere & resipiscentiam: (ita enim hîc nobis loqui liceat) μεταμέλειαν verò, pœnitere. Appropinquauit, ἤγγικεν. Vide infrà 4. c. 17. Regnum cælorum, ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. id est, regnum cæleste. Respicit autem hoc dicendi genus prædictiones de Messia, & ipsius regno, quod ab ipso etiam vulgo cæleste vocabatur, quia Messiam à Deo expectabat, quamuis quale hoc regnum futurum esset, non intelligeret.

Esa. 40. a. 3. mar. 1. a. 3. luc. 3. a. 4. ioan. 1. c. 23.

Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ ῥηθεὶς διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος, Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ.

3 Nam hic est ille de quo dictum est per Esaiam prophetã, dicentẽ, ‖Vox clamantis in deserto, Parate viã Domini, ˢcõ planate semitas eius.

3 *Hic est enim de quo dictũ est per Esaiã prophetã, dicẽtẽ, Vox clamãtium deserto, Parate viã Domini, rectas facite semitas eius.*

Mar. 1. a. 6.

Αὐτὸς δὲ ὁ Ἰωάννης εἶχεν τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ἀπὸ τριχῶν καμήλου καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ. ἡ δὲ τροφὴ αὐτοῦ ἦν ἀκρίδες καὶ μέλι ἄγριον.

4 ‖Ipse verò Iohãnes habebat vestimentum suum è pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos. alimentum autem eius erat ˢ locustæ, & mel agreste.

4 *Ipse autem Iohãnes habebat vestimentũ de pilis camelorũ, & zonã pelliceã circa lũbos suos: esca autẽ eius erat locustæ & mel syl uestre.*

Mar. 1. a. 5. luc. 3. b. 7.

Τότε ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν Ἱεροσόλυμα, καὶ πᾶσα ἡ Ἰουδαία, καὶ πᾶσα ἡ περίχωρος τοῦ Ἰορδάνου.

5 Tunc exiuit ad eum Hierosolyma, & tota Iudæa, totáque regio circumiacens Iordani:

5 *Tunc exibat ad eũ Hierosolyma & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem:*

Καὶ ἐβαπτίζοντο ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ὑπ' αὐτοῦ, ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.

6 Et baptizabantur ab eo in Iordane, ˢ confitentes peccata sua.

6 *Et baptizabãtur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua.*

Ἰδὼν δὲ πολλοὺς τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδ-

7 Quum vidisset autem ˢ multos ex Pharisæis & Sadducæis

7 *Vidẽs autem multos Pharisæorũ & Saddu*

3 Complanate, εὐθείας ποιεῖτε. id est, planas & æquabiles facite. quod vulgò dicimus, *Applanir, Dresser & unir*: sicut fieri solet principibus solenni comitatu in vrbem ingressuris. Εὐθὺς enim planum & æquabile separatim non significat, sed vtrũque simul, ideóq; à Cicerone ferè semper cõiunguntur. Vulg. & Eras. Rectas facite, ad verbũ.

4 Locustæ, ἀκρίδες. Laborant plurimi in huius nominis explicatione. Nonnulli enim existimarunt ita vocari summas olerum partes. Alii cancros interpretãtur, quos ad Iordanis ripam, tanquam in Lege prohibitos, abiecerint piscatores. Sed hæc explicatio prorsus absurda est. Neque enim vllos cancros Græci vocant ἀκρίδας, sed squillas ἀκρίδας dicunt: pro quo videtur isti corruptè ἀκρίδας legisse. Vnde verò squillæ in Iordane, quũ præsertim in mare nõ influat, sed arenis absorbeatur! Deinde nõ dubiũ est quin Iohãnes cibis in Lege prohibitis vesci nec debuerit, nec voluerit. Denique sunt qui ex ἀκρίδας fecerint ἀκρίδας, quo nomine Græci pyra sylvestria vocant: sed repugnat omnium codicum consensus. Nos Veterem interpretem sequi non dubitauimus. nam solitos fuisse in Oriente nonnullos locustis vesci, ex Plinio & aliis liquet: & à Mose numerantur locustæ, vbi ciborũ discrimen explicat, vt quidem omnes Hebrææ vocabulum חגב interpretantur. Sed & in Græcia ἀκρίδας (quæcunque sit tandem huius nominis significatio) fuisse inter viliores cibos numeratas, constat ex Aristophane in Acharnẽs. Et apud Plut. in Symposio Thales ita loquitur, γαργὸν γὰρ ἀκρίδας καὶ ὄρτυγας αὖθις πρῶτον καὶ κεδρὸν ἐσθίειν ἐθίζει ὀλίγου δεῖν ἡμέρου πόαστος αὐθ' ἑκάστου μᾶλλον ἅπτεσθαι τὸ ἀγριαῖνον. Certum est autem significari hoc nomine tenuissimum victum & maximè parabilem. Annotat etiam Epiphanius καὶ Σκιωταῖον, nonnullos Iudæos deprauatè pro ἀκρίδας legisse ἐγκρίδας, quod nomen declarat bellaria ex melle.

5 Exiuit, ἐξεπορεύετο. Eras. Egressa est. id est ἐξῄει. Cæ. nam πορεύεσθαι, ἰέναι, ἔρχεσθαι, βαίνειν, sæpe confunduntur. Totáque regio circumiacens Iordani, καὶ πᾶσα ἡ περίχωρος τοῦ Ἰορδάνου. Vulg. Et tota regio circum Iordanem. Eras. Totáque regio vndique finitima Iordani. Nõnulla exemplaria addunt περίβολον. fluuio. subauditur autem in Græco γῆ, terra. & vsurpatur continens pro contento. περίχωρος enim idem valet quod περικυκλῶ, id est circumiacẽs: quo vocabulo vtitur T. Liuius.

6 Confitentes peccata sua, ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. Confiteri peccata sua ab Hebræis dicuntur qui se modis omnibus peccatores esse profitentur, & veniam à Dei misericordia petũt, vt Dan. 9. a. 3, & deinceps. Hinc igitur apparet Iohannem non alios admisisse ad suum Baptismum quàm qui doctrinam gratuitæ remissionis peccatorum seriò se amplecti testarentur, cuiusmodi etiam ἐξομολόγησιν in vetere Ecclesia à Catechumenis requirebatur. Inepti sunt itaque qui hoc testimonio & aliis similibus ad confirmandam auricularem illam suam singulorum peccatorum confessionem abuntur. alioquin dicant ipsi quomodo potuerit summus pontifex totius Israelis peccata confiteri, sicut iubet Dominus Leuit. 16. e. 21.

7 Multos ex Pharisæis, πολλοὺς τῶν Φαρισαίων. Vulg. Multos Pharisæorum. Græca est constructio, vt etiam no-

δυναμένου ἐρχομένης ἐπὶ τὸ βάπτισμα αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς, Γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς;

8 Ποιήσατε οὖν καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας.

9 Καὶ μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς, Πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ. λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι δύναται ὁ Θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ.

10 Ἤδη δὲ καὶ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται. πᾶν οὖν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν, ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται.

11 Ἐγὼ μὲν βαπτίζω ὑμᾶς ἐν ὕδατι εἰς μετάνοιαν· ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἰσχυρότερός μου ἐστὶν, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι· αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί.

venientes ad Baptiſmum ſuũ, dixit eis, Progenies viperarũ, quis vobis præmõſtrauit vt fugeretis à futura ira?

8 Ferte igitur fructum dignũ iis qui reſipuerint:

9 Et ne putetis *nobis* dicendum apud voſipſos, Patrem habemus Abraham. dico enim vobis, Deum poſſe etiam ex lapidibus iſtis excitare liberos Abrahamo.

10 Iam verò ſecuris ad radicẽ arborum poſita eſt. Omnis igitur arbor non ferens fructum bonum, exciditur, & in ignem abiicitur.

11 Ego quidẽ baptizo vos aqua ad reſipiſcentiam: is verò qui ponè me venit, validior me eſt, cuius non ſum dignus qui ſoleas portem: ipſe vos baptizabit Spiritu ſancto & igni.

cœrũ uenientes ad Baptiſmũ ſuũ, dixit eis, Progenies uiperarum, qs demonſtrauit uobis fugere à uentura ira?

8 *Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ.*

9 *Et ne uelitis dicere intra uos, Patrẽ habemus Abrahã. dico enim uob is quoniã potẽs eſt Deꝰ de lapidibꝰ iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.* Ioan.8.c.39 act.13.d.26

10 *Iam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis ergo arbor quæ non facit fructũ bonum, excidꝫ, & in ignem mittitur.* Infrà 7.c.19

11 *Ego quidẽ baptizo uos in aqua in pœnitẽtiam: qui autẽ poſt me ũturus eſt, fortior me eſt: cuius nõ ſũ dignus calceamẽta portare: ipſe uos baptizabit in Spiritu ſancto et igni.* Mar.1.b.8 luc.3.c.19 iohan.1.d.26. act.1.a.5, & 11. c.16, & 19.a.4.

eat Eraſmus: quam ſequutus Plinius alicubi dixit Degeneres canum, & nigras lanarũ. Progenies, γεννήματα. Illud eſt quod vernaculo ſermone, inuidioſo vocabulo, dicimus *Engeance*. Præmonſtrauit, ὑπέδειξεν. Vulg. Demonſtrauit: vt videatur legiſſe ἀπέδειξεν. Eraſ. Submonſtrauit: nouo vocabulo, id eſt (vt ipſe exponit) clanculum indicauit: quod mihi quidem videtur penitus alienum ab hoc loco. Nam potius ὑπὸ idem hîc valere puto quod ἀπὸ: ſicut in ὑφηγεῖσθαι, ὑποφαίνειν, ὑποφαίνειν, ὑποφήνας. ſic etiam videtur vſurpari Act.9.c.16: vbi Eraſmus cũ Vetere interprete ὑπεδείξω vertit Oſtendam: ſicut ὑπόδειγμα accipitur pro δεῖγμα Heb.4.c.11. Futura, τῆς μελλούσης. Ita etiam in antiquiſſimo codice Latino ſcriptum ſe reperiſſe teſtatur Eraſmus: qui tamen dicere maluit Ventura, quaſi ſcriptum ſit, μελούσης ὀργῆς.

8 Ferte fructum, ποιήσατε καρπόν. Siue, Proferte. Vulgata, ad verbum, Facite fructum. Eraſ. Facite fructus. Lego autem καρπόν numero ſingulari, conſentientibus cum Vulgata interpretatione vetuſtiſſimis exemplaribus. Dignum reſipiſcentia, ἄξιον τῆς μετανοίας. id eſt, qui vos offendat verè reſipuiſſe. Vulgata, Dignum pœnitentiæ. Eraſ. Qui deceant pœnitentiam. id eſt φρόνημα τῆς μετανοίας. Cæterùm cur pœnitentiæ nomẽ mutarim, paulo antè dixi. Iudas certè infelix quum ſe ſuſpenderet, fructum edidit, ex quo omnes intelligerent, ſeriò ipſum pœnituiſſe, reſipuiſſe verò nequaquã. Itaque non temere eſt quòd reſipiſcentiam à pœnitẽtia voluimus diſtingui.

9 Et ne putetis *nobis* dicẽdum, καὶ μὴ δόξητε λέγειν. Id eſt, Ne putetis cauſam eſſe cur de Abrahamo ſuperbiatis. Vulg. Et ne velitis dicere. Eraſ. Ne hac mente ſitis vt dicatis. Cæterùm τὸ δοκεῖν, neque hîc ſimpliciter ſignificat Videri, quod vulgò dicimus *ſembler*, neque putare aut exiſtimare, ſicut Luc.12.c.40.g 51, item 13.a.2: ſed aliquid ſibi per arrogantiam & animi elationem perſuadere, vel ſibi de aliquo placere: ſicut etiam accipitur Philip.3.a.4, & Marci 10.f.42. Itaque addidi pronomen Vobis, & λέγειν conuerti Dicendum, paulo liberius quàm ſolcam, vt aliquo modo hoc dicendi genus ſaltem adumbrarem: quod quidem vernaculo ſermone ſatis commodè exprimimus, quum dicimus, *Ne penſez pas, ou ne croyez pas dire*. Apud voſipſos, ἐν ἑαυτοῖς. id eſt ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, vt interpretatur Marcus cap.11.a.8. ἑαυτοῖς enim hoc loco eſt ſecundæ perſonæ: & ἐν præpoſitionem in hoc genere dicendi Latini interpretantur Apud. Poſſemus tamen conuertere Inter vos, id eſt ἐν ὑμῖν, vt loquitur infrà cap.10.d.16, & alibi ſæpe: quia præpoſitio ἐν idem quoque valet apud Græcos quod Inter apud Latinos: vt infrà cap.11.b.11, ἐν γεννητοῖς γυναικῶν. id eſt inter genitos ex mulieribus. Sed prior illa expoſitio mihi magis arridet. Vulg. & Eraſ. ſæpe conuertunt, Intra vos: quod non modò non eſt Latinum, (vt opinor) ſed etiam obſcurũ.

Etiam ex lapidibus, καὶ ἐκ τῶν λίθων. Coniunctionem καὶ magnã hoc loco vim habere, & non incommodè à nobis expreſſam eſſe, nemo (vt opinor) dubitabit. Eam autem addidimus, vetuſti exẽplaris fidem ſequuti, & Theophylacti Romæ excuſi. Excitare liberos, ἐγεῖραι τέκνα. Vulg. Suſcitare filios. Eraſ. Facere vt ſurgant filii. Ego cauſam non video cur vtar periphraſi, quum ἐγεῖραι propriè ſit tranſitiuum. Deinde τέκνον, id eſt prolis nomen, ſeu liberorum, latius quàm filiorũ patet. quod ſemel annotatum volui, quũ idem infinitis penè locis occurrat.

10 Iam verò, &c. ἤδη δὲ &c. Apparet Veterem interpretem & Eraſmum in annotationibus legiſſe γὰρ: quod etſi malè non conuenit, tamen nullius exemplaris vetuſti authoritate legimus confirmatum. Abiicitur, βάλλεται. Obſeruanda eſt emphaſis temporis præſentis, vt iudicium Dei non tanquam futurum procul demonſtret, ſed veluti iam præſens oculis ſubiiciat. Itaque non probo Caſtellionis interpretationem, qui conuertit, Excindenda eſt, & in ignem iniicienda. Eraſmus & Vulgata, Mittitur: quæ ſignificatio etiam huic verbo conuenit, ſed tũ præcipuè quum de telis agitur, quæ ob eam etiam cauſam miſſilia dicuntur. Itaque verbum delegi quod maiorem rei inutilis contemptum declarat: compoſito tamen vſus pro ſimplici, ſicut in Hebræorum ſcriptis facere ſæpe neceſſe eſt. Infrà Eraſmus, cap.5.ver.13 conuertit βαυθήσεται, vt proiiciatur.

11 Ego quidem baptizo, ἐγὼ μὲν βαπτίζω. Vel (ſi vetuſtum quoddam exemplar ſequaris, in quo ſcriptum eſt, μὲν σοῦ) Ego igitur baptizo. Quanuis autem hoc meo quantulocũque labore ſic omnes iuuare cupiam vt à me nullus offendatur, & ab inani λογομαχίᾳ tam certè abhorream quàm qui maximè: tamen hoc loco non poſſum diſſimulare quorundam audaciam, quæ vtinam intra verba conſiſteret. Iſti igitur (quorum princeps eſt Sebaſtianus Caſtellio) Baptizandi verbum, (quod quidem, ſi vocabulum ipſum ſpectes, reſpondet Hebræo טבל, potius quàm יסר) olim in nouo myſterio vſurpatum à ſacris ſcriptoribus, tóque ſeculis poſtea, omnium Eccle-

ſiarum tacito conſenſu, huic vni ſacramento conſecratum, adeo vt in vulgaria etiam idiomata omnium penè gentium tranſierit: audent tamen temere immutare, vt modò lauandi, modò abluendi vocabulo vtantur. Delicati certè homines, qui neque perpetua tot ſeculorum authoritate commouentur, neque quotidiana vulgi conſuetudine in loquendo adduci poſſunt vt Theologis licere putent quod cæteris artium magiſtris & profeſſoribus omnes concedunt. hoc eſt, vt quæ longo vſu & optima fide poſſederint, tanquam ſua retineant. Neque eſt cur aliquot veterum ſcriptorum authoritatem prætexãt, veluti quod Cyprianus Tingentes dixit pro Baptizantes, & Tertullianus quodam loco Chriſtũ Sequeſtrem pro Mediatore vocat. Nam quod illis veteribus quaſi nouum erat, nobis vetus eſt: & iam tum ea ipſa vocabula quæ nunc vſurpamus, fuiſſe Eccleſiæ magis familiaria, & proinde illis ipſis magis placuiſſe, id conuincit, quòd admodum rarò deprehenduntur aliter loquuti. At iſti ex hac nouitate gloriola captant. Verùm quid agas cum iſtis malis geniis, qui pro Angelis nobis fabricãt Genios, & quibus religio eſt Chriſtum Mediatorem appellaret Nam de Trinitatis verbo minimè (vt opinor) dubitant quin ſit expungendum, qui ſeſe in Deum credere erubeſcunt profiteri. Sed age, confidentibus iſtis hominibus ſuam confidentiam relinquamus, de quibus (vt ſpero) copioſius aliquando à nobis dicetur. Aqua, ἐν ὕδατι. Vulg. In aqua. Præpoſitio addita eſt (vt annotat Eraſmus) ex Hebræorum idiotiſmo, apud quos ſcilicet ב præpoſitio, cauſarũ omne genus declarat. Itaque Lucas, qui minus interdũ videtur hebraizare quàm reliqui tres Euãgeliſtæ, præpoſitionem omiſit cap. 3. d. 16. Hoc autẽ annotaui nequis in hac particula vim aliquã ſubeſſe putaret: quod ii videntur ſibi perſuaſiſſe qui pueros non putant rite baptizatos niſi prorſus immergantur. Ad reſipiſcentiam, εἰς μετάνοιαν. id eſt, vt reſipiſcatis. Externum enim Baptiſmi ſignum eos admonebat de corrigenda vita: & ita quidem admonebat vt inſitionem in Chriſti venturi corpus, quo vetus homo moritur, & nouus naſcitur, verè & efficaciter in iis obſignaret qui Iohanni crederent. Vulgata, In pœnitentiam. Eraſmus maluit conuertere, Ad pœnitentiam. Illud conſtat, εἰς & ἐπὶ, id eſt, In & Ad, in hoc dicendi genere, eodem ſenſu vſurpari. Ariſtot. Eth. 2, ὁ γὰρ μικρὸν εἰς τοὺς ἀναξίους οὖ καὶ κακῶς χαίρει. Item lib. 10, δικαίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς τῶν θείων ἡδίστοις μάχονται τὸ χαίρειν εἰς θεόν. Ex quibus exemplis apparet, rem eãdem vtraque præpoſitione explicatam. Sic etiam Latini ſæpiſſime vtuntur præpoſitione Ad: vt quum dicunt aliquid conferre ad vitam beatè tranſigendam, & multa ſimilia. Terentius verò dixit, Piſciculos emere in cœnam: & Quintilianus, Vti re aliqua in argumẽtum. Sed videtur interdum præpoſitione Ad vel inſtrumentum vel cauſa efficiens potius quàm finis ſignificari. Itaque pro ratione eorum de quibus agitur, conſiderandum eſt vtra interpretatio magis conueniat: ſicut infrà cap. 11. d. 41, εἰς τὸ κήρυγμα Ιωνᾶ, nolim conuertere In prædicationem, ſed Ad prædicationem. Neque verò hæc annotaſſem niſi frequentiſſimè occurreret hæc loquẽdi formula. Qui venit, ὁ ἐρχόμενος. Vulg. & Eraſ. Qui venturus eſt. Sed (ni fallor) Iohannes de re præſenti loquitur: neque venturum notat, ſed eum qui iam ſit in via, atque adeo proximus, digito commõſtrauit. quamobrem etiam dixit ὀπίσω μου, id eſt ponè me, potius quàm μετ' ἐμέ, poſt me: vt ſignificet Chriſtum iam à tergo imminere. Validior, ἰσχυρότερος. Vulg. & Eraſmus, Fortior. rectè quidem: ſed tamen quia pro ἰσχύω fere dicere ſoleo Valere, idcirco etiam ἰσχυρὸν Validũ potius quàm Fortẽ ſum interpretatus.

Dignus, ἱκανὸς. Eraſmus, Idoneus. Atqui (ni fallor) non hic agitur quàm ſit aptus aut accommodatus ad hoc officium præſtandum, ſed quàm dignus ſit qui cum Chriſto comparetur. Alioquin ἱκανὸς ſufficiẽtem ſignificat: quo modo etiam Gallis dicuntur ſufficientes quorum non modò vires corporis aut virtutes animi ſufficiant rei alicui præſtandæ, ſed etiam qui digni ſint quibus aliquid committatur. Hebræi ad eundem modum vtũtur voce דאומי. Latinis tamen haud ſatis ſcio an Sufficiens hac ſignificatione vſurpetur: itaque conuerti tãquam ἄξιος ſcriptum eſſet, Veterem interpretem ſequutus tum hoc loco, tum etiam infrà 8. a. 8, & 1. Cor. 15. a. 9. Alibi verò (vt Coloſſ. 1. b. 12, & 2. Cor. 3. a. 5) idoneum dicere malui. Sic etiam Herodianus, ἱκανώτατος ἐδόκει πάντων εἰς ὑφήγησιν πρὸς ἅπαντα εἶναι. Omnium hominum erat aptiſſimus ad ſimulandam benevolentiam. Caſtellio interpretatur, Adeo præſtantior, cuius Latinitatis exemplũ non memini legere. Soleas, σανδάλια. Sic Græci vocant quæ Latini ſoleas, quibus plantæ pedis duntaxat obteguntur. Videtur prouerbiale eſſe hoc dicẽdi genus, quo etiam vtitur Dauid Pſal. 60. b. 10: ortum (vt opinor) à conſuetudine Iudæorum, qui aduenientium hoſpitum pedes lauare conſueuerant, (regione nimirum calidiore: quod ex variis locis intelligimus) atque etiam ſanctiorem aliquem locum ingreſſuri, calceos ponere. Itaque Moſen & alios aliquot iubet Dominus, cum illis colloquuturus, calceos exuere: accommodans ſeſe (vt opinor) ad eius gentis ritum & conſuetudinem. Hodie quoque Turcis hunc morem eſſe ferunt, vt domos ingreſſuri, calceos exuant: ſicut olim facere conſueuerant qui erant accubituri. Portem, βαστάσαι. Hoc loco βαστάζειν ſimpliciter idem valet quod φέρειν, quum proprie de magnis oneribus dicatur, ſicut Latinis Baiulare. Spiritu ſancto, ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. Rurſus nobis abundat præpoſitio, quæ ex Hebræorum idiomate addita eſt. Adiungunt enim iſti præpoſitionem caſui inſtrumenti, item propriis nominibus locorum, alia ratione quàm vel Græci vel Latini.

Luc. 3. d. 18.

Οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ, καὶ συνάξει τὸν σῖτον αὐτοῦ εἰς τὴν ἀποθήκην, τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ.

12 ‖ Cuius ventilabrum in manu ipſius, & perpurgabit aream ſuam: & coget triticum ſuum in horreum, paleam autem exuret igni inextinguibili.

12 Cuius ventilabrũ in manu ſua, & permũdabit aream ſuã: & congregabit triticũ in horreũ ſuũ, paleas autẽ cõburet igni inextinguibili.

Mat. 3. b. 9. Luc. 3. d. 22.

Τότε παραγίνεται ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην πρὸς τὸν Ἰωάννην, τοῦ βαπτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ.

13 ‖ Tunc aduenit Ieſus à Galilæa in Iordanem ad Iohannem, vt baptizaretur ab eo.

13 Tũc venit Ieſus à Galilæa in Iordanẽ ad Iohannem, vt baptizaretur ab eo.

Ὁ δὲ Ἰωάννης διεκώλυεν αὐτὸν, λέγων, Ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με;

14 At Iohannes obnixè prohibebat eum, dicens, Ego neceſſe habeo à te baptizari, & tu venis ad me?

14 Iohãnes autẽ prohibebat eũ, dicens, Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?

11 Cuius ventilabrum in manu ipſius, οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. id eſt, Qui manu geſtat ventilabrum. Additũ enim relatiuum ſequente antecedente, ſatis indicat Hebræam eſſe phraſin. quod magis etiam apparet ex hac lectione quã ſequitur Iuſtinus Martyr, οὗ τὸ πτύον ἐστὶν αὐτοῦ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. Id eſt, ad verbum, Cuius ventilabrũ ſuũ in manu eius. Perpurgabit, διακαθαριεῖ. Id eſt, Omnino purgabit. nã hæc eſt vis præpoſitionis διά. Eraſ. Repurgabit. Exuret, κατακαύσει. Vulg. Vret. Eraſm. rectè addidit præpoſitionẽ, quæ declarat totã fortẽ exurẽdi.

14 Obnixè prohibebat, διεκώλυεν. Vulg. & Eraſ. Prohibebat. Addidi aduerbiũ, ad vim præpoſitionis διά exprimẽdã: quæ certè nõ debuit prætermitti. Neceſſe habeo, χρείαν ἔχω. Vulg. Debeo, id eſt ὀφείλω. Eraſ. Mihi opus eſt. qua

eſt:qua interpretatione minus quidpiam quàm illa ſignificari,declarat illud Ciceronis ad Lentulũ, Legẽ Curiatam Conſuli ferre opus eſſe,non neceſſe eſſe. Et tu venis ad me? Vide Mar.4.b.13.

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπε πρὸς αὐτὸν, Ἄφες ἄρτι. οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶν ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. τότε ἀφίησιν αὐτόν.

15 Respondens autem Iesus dixit ad eum, Omitte me nunc. ita enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc omittit eum.

15 Respondens autem Iesus dixit ei, Sine modò. sic enim decet nos implere omnẽ iustitiam. Tunc dimisit eum.

Καὶ βαπτισθεὶς ὁ Ἰησοῦς ἀνέβη εὐθὺς ἀπὸ τοῦ ὕδατος. καὶ ἰδοὺ, ἠνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοὶ, καὶ εἶδε τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν, καὶ ἐρχόμενον ἐπ' αὐτόν.

16 Et baptizatus Iesus aſcendit ſtatim ex aqua. Et ecce, aperti ſunt ei cæli, & vidit Spiritum Dei aſcendentem tanquã colũbam,& venientẽ ſuper ipſum.

16 Baptizatus autem Iesus, confeſſim aſcendit de aqua. & ecce, aperti ſunt ei cæli & vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ipſum.

Καὶ ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν, λέγουσα, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ εὐδόκησα.

17 Et ecce vox è cælis, dicens, Hic eſt Filius ille meus dilectus in quo acquieſco.

17 Et ecce vox de cælis, dicens, Hic eſt Filius meus dilectus,in quo mihi cõplacui. 2.Pet.1.d.17 coloſſ.1.c.13

CAP. IIII.

Τότε ὁ Ἰησοῦς ἀνήχθη εἰς τὴν ἔρημον ὑπὸ τοῦ πνεύματος, πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου.

1 Vnc Iesus ſubductus fuit in deſertũ à Spiritu, vt tentaretur à diabolo.

CAP. IIII.

1 Vnc Iesus ductus eſt in deſertũ à Spiritu,ut tẽtaretur à diabolo. Mar.1.b.12 luc.4.a.1.

Καὶ νηστεύσας ἡμέρας τεσσαράκοντα καὶ νύκτας τεσσαράκοντα, ὕστερον ἐπείνασε.

2 Et quum ieiunaſſet dies quadraginta & noctes quadraginta, poſtea eſuriit.

2 Et quũ ieiunaſſet quadraginta diebus & quadraginta nocti bus,poſtea eſuriit.

Καὶ προσελθὼν αὐτῷ ὁ πειράζων, εἶπεν, Εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται.

3 Et quum veniſſet ad eum tẽtator, dixit, Si Filius es Dei, dic vt iſti lapides panes fiant.

3 Et accẽdẽs tẽtator dixit ei, Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiãt.

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπε, Γέγραπται, Οὐκ

4 At ille reſpondẽs dixit, Scri

4 Qui reſpõdẽs dixit,

15 Reſpondẽs, ἀποκριθείς. Ex hoc verbo & oratione Chriſti perſpicuũ eſt Iohãnẽ & oratione & manu conatũ fuiſſe Chriſti propoſitũ impedire,ſingulari tamẽ vtrinque modeſtiæ exẽplo. Omitte me, ἄφες με. Vulgata, Sine. Et paulo pòſt, ἀφίησιν, dimiſit. Ego Eraſmi verſionem prætuli,quia melius reſpondet Græco verbo: quod ta mẽ etiã interdũ coactus ſum interpretari Permittere,Remittere, & Relinquere: vt ſunt interdũ variæ vnius & eiuſdẽ vocabuli ſignificationes. Nũc, ἄρτι. Vulg.Modò.Idẽ hic valet ἄρτι quod ἐς τὸ παρόν. id eſt in præſens: alioqui ſignificat πρώην, & tẽpus præteritũ notat. Vide infrà,16.c.29. Implere, πληρῶσαι. Eraſ. Vt cõpleamus: quaſi ſubaudiatur ὦμεν. Ego verò puto cũ illo πρέπον ἐστὶν eſſe iungendũ. 16 Ei, αὐτῷ. Iohãni ſcilicet. Nouã enim periodũ incipio ab his verbis, καὶ ἰδού. quãuis etiã ad Chriſtũ hoc pronomẽ referri poſſit,ſi ἐν αὐτῷ accipias pro ἐφ' ἑαυτῷ. Nã nõ modò vtrique viſum eſt hoc ſignũ,ſed ipſi quoque circũſtãti turbæ. quod ſequẽs Patris cæleſtis oratio ſatis declarat,& Lucas etiã cap.3.e.21.22,diſertè narrat. 17 Filius ille meus dilectus, ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός. Vide infrà,17.a.5. In quo acquieſco, ἐν ᾧ εὐδόκησα. Vulg.In quo mihi cõplacui. Eraſ.In quo mihi bene cõ placitũ eſt.In hoc verbo explicando quàm variè multi ſe torſerint,tũ ex doctiſſimis Budæi cõmẽtariis,tũ ex Eraſmi annotationibus intelligi poteſt.Ego paucis dicã quod ſentio. Δοκεῖν idẽ valet quod ſentire & exiſtimare:à quo deductũ eſt δόξα, quod interdũ caſum habet adiunctũ, atque idẽ valet quod approbare. Iam verò quia quæ approbamus,illis quoque fauemus,inde factũ vt etiã ſignificet Bene erga aliquẽ eſſe affectũ. Rurſus quia propẽſio iſta animi ex eo naſcitur quòd res aliqua planè nobis ſatisfacit,(neceſſe enim eſt vt iudiciũ præeat animi aſſenſioni)idcirco idẽ quoq; valet quod cõquieſcere ſiue acquieſcere in re quapiã.id eſt ἀναπαύεσθαι & ἀρέσκεσθαι ſignificat hoc loco accipitur. Significat enim Pater,Chriſtũ eũ vnũ eſſe quẽ quũ intuetur,omnẽ in nos indignationẽ cõceptã deponat.Itaque vnus eſt μεσίτης & pacificator Chriſtus. quod optimè intelligi poteſt ſi locus iſte cõparetur cũ Exodi 28.f.36.vbi ſummus ſacerdos iubetur apparere in cõſpectu Domini,laminã præferẽs in vertice,in qua ſculptũ eſſet, SANCTVS DOMINI, vt(inquit)Dominus placetur ipſis.Nã fuiſſe ſummũ illum pontificẽ,Chriſti æterni noſtri pontificis typũ,in Epiſt.ad Heb.copioſè declaratur.Rectè igitur dicit Chriſtus Iohã.15.a.5,Sine me nihil poteſtis facere.Cæterũ à verbo δύναμαι oritur verbale δύναμις,frequẽter in nouo Teſtamẽto repetitũ:cuius ſignificationes ad thema ſunt exigẽdæ,atque ad id de quo agitur accõmodandæ. Quòd autẽ præteritũ conuerterimus per præſens,nemo (vt opinor)mirabitur,qui vel Pſalmorũ lectioni aſſueuerit. Sed & hoc modo Græcos interdũ loqui,vel illud Demoſth. Περὶ στεφάνου oſtendit, Οἱ καθιδρύσαντες τοὺς προγόνους τοὺς ἡμετέρους τὰ δίκαια ταῦτα ἐνομοθέτησαν. i. Maiores noſtros exiſtimo iſtas curias ædificaſſe. Quãquã hic etiã poteſt retineri ſignificatio præteriti perfecti,vt declaret Pater ſe iã eſſe in Filio hominibus recõciliatũ. IN CAP. IIII.

1 Subductus fuit, ἀνήχθη. Præpoſitio ἀνὰ idẽ hic valet quod ἄνω, id eſt ſurſũ, ſicut Budæus exiſtimat. quod ſi verũ eſt,habita fuit ratio ſitus deſerti, vt ſunt fere montes deſerti & inculti.quo modo etiã accipitur idẽ verbũ Luc.4.a.5. Nihil tamen impedit quominus ἀνὰ pro χωρὶς vel ἀπὸ accipiatur, vt vertas, Abductus fuit.id eſt ἀνήχθη: vel ſeductus,id eſt ſeorſum ductus: ſicut vſurpauit Cicero Epiſt.ad Attic.lib.5, Quum hæc diſſeruiſſem, inquit, ſeducit me Sceptius. A Spiritu, ὑπὸ τοῦ πνεύματος. Si libeat ἀφαιρεῖν articuli ſeruare, vertere licebit, Ab eo Spiritu: vt de eodẽ illo Spiritu hic agi cõſtet cuius paulo antè mẽtio facta fuerat.i.de Spiritu ſancto: qꝰ etiã animaduertit Eraſ.in annotationibus,quãuis nõ mutarit verſionẽ,quod neque ego ſum auſus. 2 Dies, ἡμέραις. Vulg.Diebus. Annotãt grãmatici tẽpus cõtinuũ fere quarto caſu poni:cuius etiã hoc loco aliquod eſt põdus.

3 Quũ veniſſet ad eum, προσελθὼν αὐτῷ. Vulg. Accedẽs: qui etiã αὐτῷ, ei, cõiunxit cũ verbo ἐλθὼν. Eraſ. Quũ acceſſiſſet. Ego vti malui adeundi vocabulo, quoties licuit: vel (vt hoc loco,& aliis plurimis) diſſoluere compoſitionẽ. Tentator, ὁ πειράζων. Tentare hoc loco ponitur in vitio,pro Solicitare ad malũ: quum interdum ſignificet explorare,vt 2.Cor.13.b.5. Dic, εἰπέ. Eraſ. Iube,id eſt κέλευε. Atqui quũ Deus quippiã dicit,etiã imperat: quòd etiam reſpexit Satan. Itaque(ni fallor)emphaſis huius vocabuli ſeruãda fuit. Hebræis quoq; verbum אמר quod reſpondet τῷ εἶπεν, vtrunq; ſignificat, nẽpe & dicere & iubere. 4 Viuet, ζήσεται. Eraſ. ſuo mo-

Deut.8.c.3 ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ὅτι πάντι ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ.

Τότε παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ διάβολος εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ ἵστησιν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ·

Καὶ λέγει αὐτῷ, Εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, βάλε σεαυτὸν κάτω· γέγραπται γάρ, Ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, καὶ ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου.

Deut.6.c.16 Ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Πάλιν γέγραπται, Οὐκ ἐκπειράσεις Κύριον τὸν Θεόν σου.

Πάλιν παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ διάβολος εἰς ὄρος ὑψηλὸν λίαν, καὶ δείκνυσιν αὐτῷ πάσας τὰς βασιλείας τοῦ κόσμου καὶ τὴν δόξαν αὐτῶν·

Καὶ λέγει αὐτῷ, Ταῦτά σοι πάντα δώσω, ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι.

Deut.6.c.13, & 10.d.20 Τότε λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ὕπαγε Σατανᾶ· γέγραπται γάρ, Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις.

Τότε ἀφίησιν αὐτὸν ὁ διάβολος· καὶ ἰδοὺ ἄγγελοι προσῆλθον, καὶ διηκόνουν αὐτῷ.

ptũ eſt, ‖Nõ é ſolo pane viuet homo, ſed ex omni verbo ᵛpro deunte ᵛper os Dei.

Tunc ᵛtranſfert eum diabolus in Sanctam vrbem, & ſtatuit eum ſuper ᵛpinnas templi.

Dicítque ei, Si Filius es Dei, ᵛiace teipſum deorſum. nã ſcriptũ eſt, ‖ᵛQuia angelis ſuis ᵛmãdabit de te, ᵛ& *ipſi* ᵛtollẽt te in manus, ᵛnequando ᵛ offendas ad lapidem pedem tuum.

Dixit ei Ieſus, ᵛRurſum ſcriptũ eſt, ‖Non ᵛtentabis Dominum Deum tuum.

Rurſum tranſfert eum diabolus in montem ſublimem valde, & ᵛoſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum.

Dicítque ei, Hæc omnia tibi dabo ſi procidens adoraueris me.

Tunc dicit ei Ieſus, ᵛAbi ſatana. ſcriptũ eſt enim, ‖Dominum Deum tuum adorabis, & ei ſoli ᵛſeruies.

Tunc omittit eum diabolus: & ecce, angeli accedebãt, & miniſtrabant ei.

Scripẽ eſt, Nõ in ſolo pane viuet homo, ſed in omni uerbo qđ procedit de ore Dei.

Tũc aſſumpſit eum diabolus in Sanctã ciuitatẽ, & ſtatuit eũ ſup pinnaculũ templi.

Et dicit ei, Si filius Dei es, mitte te deorſũ. ſcripẽ eſt enim, Quia angelis ſuis mandabit de te, et in manibus tollẽt te, ne forte offendas ad lapidẽ pedẽ tuum.

Ait illi Ieſus, Rurſum ſcripẽ eſt, Nõ tentabis Dominum Deum tuum.

Iterũ aſſumpſit eum diabolus in montẽ excelſum valde, & oſtendit ei omnia regna mũdi, & gloriam eorum.

Et dicit ei, Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me.

Tunc dicit ei Ieſus, Vade ſatana. ſcriptum eſt enim, Dominũ Deũ tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.

Tũc reliquit eũ diabolus: et ecce, angeli accẽſerunt, et miniſtrabant ei.

re prætulit periphraſin, Victurus eſt. Conſtat Hebræorũ more poſitũ eſſe hoc loco futurũ pro præſenti, cuius enallages ea vis eſt vt ſignificet aliquid ampliùs: quaſi dicas, viuere ſolet. Prodeũte, ἐκπορευομένῳ. Vulg. quod procedit. Eraſ. Quod egreditur. Ego cauſam nõ video cur repudietur participiũ. Per, διὰ. Hebræa ſimpliciter habẽt מִכָּל־מוֹצָא פִי יְהוָה de omni exitu oris Dei. Id eſt, omni eo quod egreſſũ fuerit ex ore Dei, ſiue, quod Deꝰ cõſtituerit & decreuerit. Itaque apparet Græcos ſententiã nõ verba interpretatos. 5 Trãſfert, παραλαμβάνει. Hoc loco παραλαμβάνειν declarat acceptũ trãſferre, vt paulo pòſt verſu 8. Itaque Lucas cap. 4, eandẽ hiſtoriã narrãs, maluit vti verbo ἀπάγει. Eſt autẽ hic idiotiſmus Hebræorũ, apud quos ſæpe poſito vno verbo intelligitur cõſequẽs, vt dicemus infrà, 13.g.43. & Mar.8.b.11. Luc.3.b.7. & 11.g.38. Pinnas, πτερύγιον. Vulg. & Eraſ. Pinnaculũ, barbaré. Sic aũt vocat Matthæus ambitũ quo planũ tẽpli tectũ ambiebatur, nequis inde poſſet decidere, ſicut cautũ erat Deut.22.b.8. 6 Iace teipſũ, βάλε σεαυτόν. Vulg. Mitte te. de qua interpretatione ſuprà diximus cap.3.c.10. Eraſ. Præcipita te: audacius fortaſſe, quãuis ſenſum expreſſerit: niſi cũ verbo cõiungas particulã κάτω, deorſum. Quia, ὅτι. Prætermittere ſolet hãc particulã Eraſ. multis locis, & meritò quidẽ. Sed videtur hic citari ab Euãgeliſta integer verſiculus Hebraicus, qui incipit à particula כִּי, qua videlicet redditur ratio eorũ quæ præcedũt. Mãdabit, ἐντελεῖται. Ἐντολὴ mãdare, & ἐντολὰς mãdata vbique cõuertemus, nõ autẽ præcipere & præcepta: vt nobis cõſtemus, quũ præſertim Græci iuriſcõſulti mãdatũ vocẽt ἐντολήν. Et *ipſi*, &. Euãgeliſta nõ recẽſet ſingula Dauidis verba, prætermiſit enim mẽbrũ vnũ, & particulã & addidit. Ideo inſerui pronomẽ, vt magis perſpicua fieret ſententia. Tollẽt te in manus. διὰ χειρῶν ἀροῦσί σε. id eſt, te manibus geſtabunt. Nã δὲ præpoſitio (id eſt בְּ) quã Eraſ. omiſit, minimè redũdat: & ἀίρειν hic nõ declarat jacentẽ ſubleuare, ſed aliquid in manibus ferre & geſtare: ducta ſignificationis origine ab iis qui onus aliquod geſtaturi, attollũt in humeros: quãobrẽ etiã In manus malui interpretari, quã In manibus. Nequãdo, μήποτε. Vulg. Ne forte. Atqui nullus hic fortunæ locus, & hãc interpretationẽ plurimis locis rectè emẽdauit Eraſmus. Offendas, προσκόψῃς. Sic Vulg. interpretatio, quã miror hoc quidẽ in loco ab Eraſmo repudiatã, quã in Luca cap.4. retinuerit. Nã præterquã quòd exprimit oẽs particulas, eſt etiã Latina oratio: quũ Quintilianus dixerit ex Cicerone, Offẽdere ad fornicẽ: & Columella, Cornu ad ſtipitẽ offendere. Eraſ. Impingas. 7 Rurſum, πάλιν. Annotat Eraſ. referri poſſe Id verbũ ἔφη, vel ad γέγραπται: & illo quidẽ modo ſignificare iterationẽ, iſto cõtrarietatẽ. id eſt ediuerſo, vel cõtrà: nẽpe vt Chriſtus Scripturæ locos cõparet. Mihi vtroque modo videtur iterationẽ ſignificare poſſe. Tẽtabis, ἐκπειράσεις. Puto pro ſimplici accipiẽdum: ſed quũ πειράζειν ſimplex paulo antè idẽ valeat quod ſolicitare ad malũ, hic ſignificat explorare & experiri: quo poſteriore Latino verbo nõ malè exprimitur πειράζειν. Sic igitur Dominus dicitur tẽtare, id eſt explorare & probare animos noſtros. Futurũ autẽ Indicatiui pro Imperatiuo poſitũ eſt, Hebræorũ more: quaſi dictũ eſſet, Ne tẽtato. Prohibitiones enim Hebræi per futurũ cõcipiũt. 8 Oſtẽdit, δείκνυσιν. Videtur Latinũ Indicare à Græco ἐπιδείκνυσιν ſumptũ: itaque mihi magis placet quàm Mõſtrare, vel Cõmonſtrare: ſed ſpectandũ quid cui loco cõueniat. 10 Abi, ὕπαγε. Octo vetuſti codices additũ habebãt ὀπίσω μου, ponè me. quod videtur ex aliis locis additũ. Vide Mar.8.d.33. Seruies λατρεύσεις. Eraſ. Coles. λατρεύς dicitur qui & θύειν, vt teſtatur Euſtathius ex Ariſtophane grãmatico in Iliad.φ, & Odyſſ.ξ. Itaque Paulus quũ dixiſſet Rom.1.b.9, λατρεύω, eadẽ epiſtola 16.c.18, vſurpauit τῷ θεῷ λατρεύειν, vt diſtinctio illa duluæ, latriæ, & hyperduluæ, non modò inepta ſit, ſed etiam falſa. Potius enim cõſtituenda fuit duplex adoratio: vna religioſa, quæ ſoli Deo debetur: altera ciuilis, quæ ad huius vitæ θεωρίαν ſpectat.

Ακούσας δὲ ὁ Ιησοῦς ὅτι Ιωάνης παρεδόθη, ἀνεχώρησεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν.

12 ¶Quum audisset autem Ieſus Iohānem ᵛtraditum eſſe *in cuſtodiam*, ᵛrediit in Galilæam.

12 *Quum autem audiſſet Ieſus quòd Iohānes traditus eſſet, ſeceſſit in Galilæam.* *Mar.1.b.14 luc.4.c.14 ioh.4.f.43*

Καὶ καταλιπὼν τὴν Ναζαρὲθ, ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς Καπερναοὺμ τὴν παραθαλασσίαν, ἐν ὁρίοις Ζαβουλὼν καὶ Νεφθαλείμ.

13 Et relicta Nazareth, venit & habitauit in Capernaum ᵛurbe maritima, in finibus Zabulon & Nephthalim.

13 *Et relicta Nazareth, uenit & habitauit in ciuitate Capharnaũ maritima, in finibus Zabulon & Nephthali.*

Ινα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ησαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος,

14 Vt impleretur quod dictum eſt per Eſaiam prophetam, dicentem,

14 *Vt adimpleretur quòd dictũ eſt per Eſaiã prophetã,*

Γῆ Ζαβουλὼν καὶ γῆ Νεφθαλείμ, ὁδὸν θαλάσσης, πέραν τοῦ Ιορδάνου, Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν·

15 ¶Terra Zabulon & terra Nephthalim ᵛad viã maris trans Iordanem, Galilæa ᵛGentium:

15 *Terra Zabulon & terra Nephthali, uia maris trans Iordanem, Galilæa Gentium:* *Eſa.9.a.1*

Ο λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει, εἶδε φῶς μέγα, καὶ τοῖς καθημένοις ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου, φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς.

16 Populus ᵛpoſitus in tenebris, vidit lucem magnam: & ᵛpoſitis in regione & ᵛvmbra mortis, lux exorta eſt.

16 *Populus qui ambulabat in tenebris, uidit lucẽ magnã: & ſedẽtibus in regione & umbra mortis, lux orta eſt eis.*

Απὸ τότε ἤρξατο ὁ Ιησοῦς κηρύσσειν, καὶ λέγειν, Μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

17 ᵛ¶Ex eo tẽpore cœpit Ieſus prædicare, & dicere, Reſipiſcite. ᵛappropinquauit enim regnum cælorum.

17 *Exinde cœpit Ieſus prædicare, et dicere, Pœnitẽtiã agite. appropinquauit enim regnum cælorum.* *Mar.1.b.15*

Περιπατῶν δὲ ὁ Ιησοῦς παρὰ τὴν θά-

18 Ambulans autem Ieſus ᵛad

18 *Ambulãs autẽ Ieſus*

12 Traditum eſſe, παρεδόθη. id eſt, in carcerem cõiectum eſſe. Subaudiendum enim eſt εἰς φυλακὴν. quod nos expreſſimus, vt planior eſſet oratio. Sic Cic. ad Quintũ fratrẽ, Hominẽ cõprehendit, & in cuſtodiã Epheſi tradidit. Rediit, ἀνεχώρησεν. id eſt ὑπανεχώρησεν. vel (vt Lucæ 1.f.39) ἐπορεύθη. Suprà etiã, cap.2.b.12 dicuntur magi ἀναχωρῆσαι, id eſt ὑπαναχωρεῖν. vt ἀπὸ idem hic valeat quod πάλιν. Alii conuertũt, Receſſit: quod occaſionem præbuit hoc loco differendi de perſequutionis fuga. Sed ſi recedere volebat Chriſtus vt Herodis tyrannidẽ vitaret, cur iret in Galilæam, quæ erat in ditione Herodis Antipæ, ac non potius maneret in Iudæa, quæ iam erat redacta in prouinciam? Chriſtus ergo perſequutionis metu nõ receſſit in Galilæã, vnde profectus erat vt baptizaretur à Iohanne: ſed potius ad Galilæos ſtatim accurrit, nihil veritus Herodis accẽſam rabiẽ. Ideo Marcus ſimpliciter dixit cap.1.b.14, ἦλθεν, & Iohannes ἀπῆλθεν, cap.4.f.43. Neque tamẽ nego Chriſtũ ſuo tẽpore perſequutionẽ vitaſſe, vt ſcribit Matth. cap.12.b.15, hoc eodẽ verbo vtẽs. 13 Vrbe maritima, πόλιν παραθαλασσίαν. Hîc ſcien dum eſt articulũ non eſſe additũ vt diſtinguatur hæc vrbs ab alia eiuſdẽ nominis, ſed duntaxat ad ipſius vrbis ſitũ exprimendũ: vt ſciamus Ieſum patria expulſum non fugiſſe lucẽ, quũ vrbs iſta multo celebrior eſſet quàm Nazareth. 15 Ad viam maris, ὁδὸν θαλάσσης. Vulg. Via maris, ſexto caſu, vt opinor. Eraſmus, Iuxta viam maris. id eſt, vergens ad mare, Galilææ videlicet, quod idẽ dicitur Tiberiadis & Geneſareth. Subauditur autem κατ' vel πρὸς, vt annotat Theophylactus. quæ eclipſis ſanè dura eſt, Hebræis tamen ſatis familiaris. Sed apparet locũ Eſaiæ non eſſe integrũ citatũ ab Euãgeliſta. Significatur ergo his verbis ὑπαρχία, id eſt ea portio Galilææ quæ eſt ad lacũ Tiberiadis, in qua ſitæ ſunt Capernaũ, Bethſaida & Chorazin, vrbes prædicatione Chriſti celebe rimæ. Trãs Iordanẽ, πέραν τοῦ Ιορδάνου. Conſtat, habita Iudææ ratione, Galilæã vtràque eſſe cis Iordanẽ. Quare locus iſte eſt perobſcurus, quẽ tamẽ his verbis puto illuſtrari poſſe. Vocabulũ Hebræũ עבר latus ſignificat, adeo vt aduerbialiter ſumptũ, nõ minus declaret citerius ille quàm vlterius: ſicut in Deuteronomio frequẽter dicitur de Moſe, qui Iordanẽ nunquã tranſecit. Quare videri poteſt hoc loco non tam deſignari Peræa, id eſt trans Iordanẽ ſita regio, quã ora & littus quod Iordanis alluit. Quòd ſiquis vrgere velit proprietatẽ Græci vocabuli πέραν, id eſt trãs, dicã quod etiã planius erit: vicinas & continuas quatuor regiones hic deſignari, nẽpe tribũ Zabulõ, tribũ Nephthalim, oră lacus vlteriorẽ: (id eſt, Perææ regionẽ, in qua fũt Chorazin & Genezareth, quas regiones frequenter Chriſtus inuiſit) denique etiã Galilææ gentium, ſuperiorẽ vocatã: quæ etſi aliqua ex parte cõprehẽdat tribũ Nephthalim, tamẽ ad tribũ Aſer potiſſimũ pertinet, quæ maritima erat, & Tyri finibus vicina: quò etiã peruenit Chriſtus, vt narratur infrà, cap.15.c.21. Atque hoc modo ter repetendũ erit vocabulũ γῆ, terra: & copulatiuæ, per aſyndeton omiſſæ, ſupplendæ fuerint: perinde acſi ita integrè ſcriptũ eſſet, γῆ Ζαβουλὼν, γῆ Νεφθαλείμ, καὶ ἡ πέραν ὁδὸν τῆς θαλάσσης πέραν Ιορδάνου, καὶ Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν. Gentiũ, ἐθνῶν. Hoc nomẽ retinuimus vt familiare ſacris ſcriptoribus, quo vocabãt Iudæi cæteros populos in Dei fœdere non cõprehenſos. Sic autẽ dicta eſt Galilæa ſuperior, nõ ſolùm quòd Tyriis & Sidoniis eſſet finitima: ſed etiã propter viginti illas vrbes à Solomone datas Tyriorũ regi, ſicut refertur 1. Reg.9.b.11. Intellige igitur Galilæã & partes vicinas. Nõnulli tamen apud Eſaiã הגוים pro appellat uo nomine Galilææ accipiũt. 16 Poſitus, ὁ καθήμενος. id eſt qui verſabatur. Vulg. qui ambulabat. ita enim habẽt Hebræa. Sed in quibuſdã codicibus Latinis legimus ſedebat. Poſitis, καθημένοις. Vulg. Sedẽtibus. Eraſ. Qui ſedebãt. Nã hoc quoque ſignificat Græcũ vocabulũ. Sed ſedere ex Hebræorũ idiomate hîc ponitur pro habitare & incolere. qua ſignificatione nõ memini legere hoc verbũ apud idoneos authores, quanuis Latini ſedẽ domiciliũ vocẽt. Vmbra mortis, σκιᾷ θανάτου. Hebraiſmus, id eſt vmbroſa ſiue tenebrica ſa morte. Quanquam hîc צלמות vnicum vocabulum eſt ex duobus conflatum, vt rectè annotat Eraſmus.

17 Ex eo tẽpore, ἀπὸ τότε. Vulg. Exinde. Ad verbũ, Ex tũc id eſt (vt loquũtur Hebræi) מכאן. Appropinquauit, ἤγγικε. Eraſ. Inſtat. id eſt ἐφέστηκε. quod nõ probo. Neq; enim dicere voluit Chriſtus, regnũ cælorũ nõ procul abeſſe, ſed iam ad eos perueniſſe. quamobrem etiam maluimus interpretari Appropinquauit, quàm Appropinquat.

18 Ad mare, παρὰ τὴν θάλασσαν. Hebraiſmus, pro lacu. Qui dicitur, ἡ λεγομένη. Vulg. Quĩ vocatur. i. ἡ καλουμένη. Eraſmus, Qui vocabatur. *Iacientes, βάλλοντας. Vulg. Mittẽtes. Illud autẽ (vt magis propriũ) ſum amplexus ſiquidem iactus retis Latinè quoque dicitur, ſicut Græcè ὁ βόλος. Rete, ἀμφίβληστρον. Sic dictum ab ἀμφὶ & βάλλω, quòd, quum iacitur, in orbem complectatur ingens aquæ ſpatium. Eſt autẽ (opinor) retis ſpecies quæ Gallis dicitur Vn eſprouuier. Κόπις γὰρ ἐστιν (inquit Ruffus lib.2. De appellationibus partium corporis humani) εἰς τὸ πλατὺ ἀνάρρωσις, καὶ καμάρωσις. id eſt, ex anguſto in latum expanditur & incuruatur. Nec illud eſt (meo iudicio) quod

Latini Verriculum appellant. Itaque Vallæ interpretationem non recipio. Sed huius vocis propriam appellationem apud Latinos non reperio, quare generis nomen retinui.

λασσὰν τῆς Γαλιλαίας, εἶδε δύο ἀδελφούς, Σίμωνα τὸν λεγόμενον Πέτρον, καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, βάλλοντας ἀμφίβληστρον εἰς τὴν θάλασσαν· (ἦσαν γὰρ ἁλιεῖς)

mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem, qui dicitur Petrus, & Andream fratrem eius, iacientes rete in mare: (erant enim piscatores)

Καὶ λέγει αὐτοῖς, Δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων.

19 Et dicit eis, Sequimini me, & faciam vos piscatores hominum.

Οἱ δέ, εὐθέως ἀφέντες τὰ δίκτυα, ἠκολούθησαν αὐτῷ.

20 Illi verò statim omissis retibus, secuti sunt eum.

Καὶ προβὰς ἐκεῖθεν, εἶδεν ἄλλους δύο ἀδελφούς, Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἐν τῷ πλοίῳ μετὰ Ζεβεδαίου τοῦ πατρὸς αὐτῶν, καταρτίζοντας τὰ δίκτυα αὐτῶν· καὶ ἐκάλεσεν αὐτούς.

21 Tunc progressus illinc, vidit alios duos fratres, Iacobum filium Zebedæi, & Iohānem fratrem eius, in nauigio cum Zebedæo patre suo, sarcientes retia sua: & vocauit eos.

Οἱ δέ, εὐθέως ἀφέντες τὸ πλοῖον καὶ τὸν πατέρα αὐτῶν, ἠκολούθησαν αὐτῷ.

22 Illi autem statim omisso nauigio & patre suo, secuti sunt eum.

Καὶ περιῆγεν ὅλην τὴν Γαλιλαίαν ὁ Ἰησοῦς, διδάσκων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, καὶ κηρύσσων τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας, καὶ θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ.

23 Et circumiit totam Galilæā Iesus, docens in synagogis ipsorum, & prædicans Euangelium regni, & sanans quemuis morbum, & quemuis liguorem in populo.

Καὶ ἀπῆλθεν ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ εἰς ὅλην τὴν Συρίαν· καὶ προσήνεγκαν αὐτῷ πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας, ποικίλαις νόσοις καὶ βασάνοις συνεχομένους, καὶ δαιμονιζομένους, καὶ σεληνιαζομένους, καὶ παραλυτικούς· καὶ ἐθεράπευσεν αὐτούς.

24 Tunc exiit fama eius in totam Syriam: & obtulerunt ei omnes malè affectos, variis morbis & cruciatibus detentos, & dæmoniacos, & lunaticos, & paralyticos: sanauitque eos.

iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andreā fratrē eius, mittentes rete in mare: (erāt enim piscatores)

19 Et ait illis, Venite post me, & faciā vos fieri piscatores hominum.

20 At illi continuò relictis retibus secuti sunt eum.

21 Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacobū Zebedæi, & Iohannē fratrē eius in nauicula cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua: & vocauit eos.

22 Illi autem statim relictis retibus & patre, secuti sunt eum.

23 Et circumibat Iesus totam Galilæam, docens in synagogis eorum, & prædicans Euāgelium regni, & sanans omnē lāguorem & omnē infirmitatem in populo.

24 Et abijt opinio eius in totam Syriam: & obtulerunt ei omnes male habentes, variijs languoribus & tormentis comprehensos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos: & curauit eos.

19 Sequimini me, δεῦτε ὀπίσω μου. Vulg. & Eras. Venite post me. pro quo dicere malui, ponè me. Est autē δεῦτε proprie aduerbium hortantis, sicut Hebraicum הבה. 20 Statim, εὐθέως. Vulgata, Continuò, συνεχῶς. Erasmus, Illico. id est ἐφεξῆς. 21 Sarcientes, καταρτίζοντας. Vulgata, Reficientes: ad verbum, redintegrantes. nam ἄρτιον dicitur quod integrū est. Sed de hoc verbo plura Mar. 1. b. 19, & Rom. 9. c. 11. 23 Circūiit, περιῆγεν. Ad verbū, Circumegit. sed ἄγειν pro ire accipitur, vt alibi annotatū est. Circūagere verò à Latinis pro circūducere accipitur. Synagogis, συναγωγαῖς. id est, cœtibus & conuentibus sacris. Collegiorū autē nomē, quod castellioni placuit, angustioris est significationis, vt ipsa verbi notatio declaret: neque Græco nomini respondet, quū Synagoga ex delectis certis hominibus nō constaret, sed popularis esset Iudæorū cōuentus ad audiendum Dei verbū. Sed illum fefellit nimirū quòd sicut συναγωγὴ ἀπὸ τοῦ συνάγειν, sic collegiū à colligendo dici, falsò existimauit: & quum hoc nomē Iudæorū Ecclesiis factum sit peculiare, putaui omnino esse retinendum. Ipsorum, αὐτῶν. Galilæorum videlicet, quod tamen nō præcesserit. Regni, τῆς βασιλείας. id est, annuntians felicē illum nuntiū regni Messiæ tandiu expectati. Quòd ergo Euangelium regiū cōuertit Castellio, obscurum est, atque etiam (vt dicam quod sentio) parū appositū. Sanans, θεραπεύων. Admonet Erasmus eruditè, τὸ θεραπεύειν impropriè hic vsurpari, quū apud medicos significet propriè pharmacis, manu aut victus ratione separe. quod mederi dicunt. Quemuis, πᾶσαν. Sic etiam interpretatur infrà Erasmus 10. a. 1. Est enim hæc particula hoc loco nō vniuersalis simpliciter, sed indefinita, vt idem rectè notat. Quod si nonnulli animaduertissent, nō adeo imperitè interpretarentur illud, Deus vult omnes homines saluos fieri, & similes locos, quibus abutūtur ad euertendam Prædestinationis doctrinā. Languorē, μαλακίαν. Propriè apud medicos ignauiā stomachi significat μαλακία, quā aliter vocant κίνδαν: sed pro iis morbis hic accipitur quibus correpti, etsi nō decūbunt, tamē languēt & cōtabescunt. 24 Exiit, ἀπῆλθεν. Vulgata ad verbū, Abiit. id est הלך, vt Psal. 19. b. 5. Eras. Dimanauit. quod respondet potius פשה, quo vtitur Plato in Epist. in ea significatione. Cic. pro Amerino, Ego etiamsi omnia quæ dicenda sunt, liberè dixero, nequa quā tamē similiter oratio mea exire & in vulgus emanare poterit. Fama, ἀκοή. Vulgata, Opinio. id est שמועה. Ad verbū, Auditio: quod vocabulū Cæsar & Cicero vsurpant pro fama & rumore, sicut Hebræi suum שמע. Nos tamē illud, vt magis familiare, prætulimus. Obtulerūt, προσήνεγκαν. Eras. Adduxerūt. id est προσῆγον. Affectos, ἔχοντας. Vulg. ad verbū, Habētes: quod rectè mutauit Erasmus. nā Malè habere simpliciter positū pro Ægrotū esse, Latinū esse negat. Galli, seruato hellenismo, dicūt *Avoir mal*. Cruciatibus, βασάνοις. Vulg. Tormētis. id est πρόσταγμα, vt Attici vocāt. Eras. Torminibus cōuertit, vt vitaret amphiboliam. quæ tamē etiā in Græco locū habet: sed facilè vocabulo præcedente tollitur. Deinde Torminum appellatione certus tantùm morbus coqtinetur, quum βάσανος vocet Euangelista sæuos omnes morbos qui ægrotum acerrimis doloribus excruciant, quasi tormentis & equuleo impositos. Detentos, συνεχομένους. Vulgata, Comprehensos. id est συνεπεχομένους. Erasmus, Constrictos. id est συνεσφιγμένους, vel συνδεδεμένους. Certè συνέχεσθαι hic idem valet quod captum teneri, & veluti haberi à morbo. Dæmoniacos, δαιμονι-

δαιμόνιος. Quidam nuper vertit furiosos, vocabulo certè nimium generali, & periculosa etiam versione. Nec enim desunt quibus dæmonium siue diabolus nihil aliud est quàm *μανία*, morbus videlicet naturalis, & qui pharmacis sanari possit.

Καὶ ἠκολούθησεν αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας καὶ Δεκαπόλεως καὶ Ἱεροσολύμων καὶ Ἰουδαίας, καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου.

15 Et sequuta est eũ turba multa à Galilæa ac Decapoli & Hierosolymis & Iudæa, & *regionibus* trans Iordanem *sitis*.

15 *Et sequutæ sũt eũ turbæ multæ de Galilæa et Decapoli et de Hierosolymis & de Iudæa, & de trans Iordanem.*

Κεφάλαιον ε.

CAP. V.

CAP. V.

Ἰδὼν δὲ τοὺς ὄχλους, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος· καὶ καθισθέντος αὐτοῦ, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.

1 QVum vidisset autem turbam, ascendit in montem: & quum consedisset, adierunt eum discipuli eius.

1 *Videns autem Iesus turbas, ascẽdit in montem: & quum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius.*

Καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, ἐδίδασκεν αὐτοὺς, λέγων,

2 Tunc aperto ore suo docebat eos, dicens,

2 *Et aperiens os suum, docebat eos, dicens,*

Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι· ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

3 Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cælorum.

3 *Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorũ est regnum cælorum.* Luc.6.c.20

Μακάριοι οἱ πενθοῦντες· ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται.

4 Beati qui lugent: quoniam ipsi consolationem accipient.

4 *Beati qui lugẽt: quoniã ipsi consolabuntur.* Luc.6.c.21

Μακάριοι οἱ πραεῖς· ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν.

5 Beati mites: quoniã ipsi hæreditatis iure terram possidebunt.

5 *Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram.* esa.61.a.2.3 Psal.38.c.11

Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην· ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται.

6 Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur.

6 *Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur.* Esa.65.b.9

Μακάριοι οἱ ἐλεήμονες· ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται.

7 Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiã cõsequentur.

7 *Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequẽtur.*

Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ· ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται.

8 Beati mundo corde: quoniã ipsi Deum videbunt.

8 *Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt.* Psal.24.a.4

Μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοί· ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται.

9 Beati pacifici: quoniam filii Dei vocabuntur.

9 *Beati pacifici: quoniã ipsi filij Dei vocabũtur.*

Μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης· ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

10 Beati qui persequutionem patiuntur iustitiæ causa: quoniam ipsorum est regnum cælorum.

10 *Beati qui persequutionẽ patiuntur propter iustitiam: quoniã ipsorũ est regnũ cælorum.*

Μακάριοί ἐστε ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς καὶ διώξωσι, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν, ψευδόμενοι, ἕνεκεν ἐμοῦ.

11 Beati estis quum maledixerint vobis homines, & persequuti vos fuerint, & dixerint quiduis mali aduersus vos, mẽtiẽtes, propter me.

11 *Beati estis quum maledixerint uobis homines, & persequuti uos fuerint, & dixerint omne malũ aduersum uos, mentientes, propter me.* 1.Per.3.c.14

Χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς· οὕτω γὰρ ἐδίωξαν τοὺς προφήτας τοὺς πρὸ ὑμῶν.

12 Gaudete & exultate, quoniam merces vestra multa est in cælis. ita enim persequuti fuerunt Prophetas qui *fuerunt* ante vos.

1.Per.4.d.14

12 *Gaudete & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in cælis. sic enim persequuti sunt Prophetas qui fuerunt ante uos.*

15 Et Iudæa, καὶ Ἰουδαίας. Vide Mar.3.a.7. Et *regionibus* trans Iordanem *sitis*, καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Vulgata ad
5 verbum, Et de trans Iordanem. quæ loquutio est præcisa. Itaque rectè fecit Erasmus qui suppleuerit aliquot vocabula, ne videretur & accipi pro etiam, quasi dicantur ex his regionibus sequuti Iesum, etiam trans Iordanẽ.

IN CAPVT V.

1 Turbam, ὄχλους. Turbas in plurali non memini legere alia significatione quàm pro tumultu. Itaque vbique vtemur numero singulari.

10 2 Aperto, ἀνοίξας. Hebraicum dicendi genus, cuius tamen hanc emphasin nonnulli esse volũt, vt iis demum tribuatur qui serium & eximium aliquid dicturi sunt. Sed hoc perpetuum non est.

3 Pauperes, οἱ πτωχοί. Paupertatis nomine *συνεκδοχικῶς* intelliguntur omnes cum ea coniunctæ miseriæ. Sed additur Spiritus nomen, vt significetur, eorum demum beatã paupertatem quorum ferocia eiusmodi castigationibus domita, sese libens Deo subiicit, & meliorem vitam appetit.

15 5 Hæreditaris iure possidebunt, *κληρονομήσουσι*. Ad verbum, Hæreditabunt. Eras. Hæreditatem terræ accipient. Vulg. Possidebunt. id est *κτήσονται*. Sed ius possessionis prætermittendum non fuit. Nam si hæreditatis iure cælum possidemus, & idcirco hæredes sumus quia in Christo gratis adoptati per fidem, vbi merita quæ nõnulli iactantiũs impliciter tamen interdum *κληρονομεῖν* pro *κτᾶσθαι* accipitur.

9 Vocabuntur, *κληθήσονται*. id est erunt. Significat enim Hebræis verbum vocandi קרא sic acceptum, ali-
10 quid eiusmodi esse vt idcirco ab omnibus celebretur.

11 Cõuitiati fuerit vobis, *ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς*. Vulg. Maledixerit vobis homines. i. *κακολογήσωσιν ὑμᾶς*. Cæterũ addidit

Verus interpres rectum, qui deesse videbatur, ad explendam constructionem: sed is in plerisque linguis supplet solet. Sic enim Cicero 1. Off. Deserendi (inquit) officii plures solent esse causæ. nam aut inimicitias suscipere nolunt: aut suis studiis sic impediuntur, vt quos tutari debeant, deserros esse patiantur. Erasmus vertit, Probra iecerint in vos. Quòd si periphrasis mihi placuisset, dicere maluissem, Probris affecerint vos, nulla addita præpositione. Persequuti fuerint, διώξωσιν. Διώκειν (id est persequi) forense verbum est, quo eas potissimum iniurias hic puto significari quibus viri innocentes afficiuntur, quum ex tyrannorum edictis ad iudicum tribunalia pertrahuntur, id est, ad publicam iniuriam, quæ authoritate magistratus armatur. sicut primum illud ὀνειδίσωσιν, ad conuicia priuatorum hominum refero: postremum autem εἴπωσιν, ad testium & iudicum iniquitatem. Quarũ omniũ iniuriarũ manifestissima exẽpla nobis hodie suppeditant ii qui veritatẽ Dei in nobis persequũtur. Quiduis mali, πᾶν πονηρὸν ῥῆμα. Vulgata, Omne malum. neque enim legit ῥῆμα, quod etiam non reperitur apud Chrysostomum lib. 3. κατὰ ἰουδαίων. Eras. Omne malum verbum. Nos verò suprà ostendimus, πᾶν indefinitè accipi, 4. d. 13. ῥῆμα verò respondet דבר Hebræorũ, quod & ipsum pro indefinita particula vsurpatur: vt à nobis fine vlla sensus iniuria potuerit prætermitti. Propter me, ἕνεκεν ἐμοῦ. Secundum exemplar scriptum habebat, ἕνεκεν δικαιοσύνης, iustitiæ causa. Alibi ἕνεκα soleo causa interpretari: sed vitanda fuit absurditas.

Marc. 9. g. 50 luc. 14. g. 34

Ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς. ἐὰν δὲ τὸ ἅλας μωρανθῇ, ἐν τίνι ἁλισθήσεται; εἰς οὐδὲν ἰσχύει ἔτι εἰ μὴ βληθῆναι ἔξω, καὶ καταπατεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων.

13 Vos estis sal terræ. quòd si sal infatuatus fuerit, quo salietur? ad nihil valet amplius nisi vt abiiciatur foras, & conculcetur à quibusuis.

13 Vos estis sal terræ. quòd si sal euanuerit, in quo saleetur? ad nihilũ valet vltrà, nisi vt mittatur foras, et cõculcetur ab hominib⁹.

Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου. οὐ δύναται πόλις κρυβῆναι ἐπάνω ὄρους κειμένη·

14 Vos estis lux mundi. Nõ potest vrbs occultari supra montem posita:

14 Vos estis lux mũdi. nõ potest ciuitas abscondi supra montem posita:

Marc. 4. c. 21 luc. 8. b 16. c 11. c. 33

Οὐδὲ καίουσι λύχνον, καὶ τιθέασιν αὐτὸν ὑποκάτω τοῦ μόδιου, ἀλλ' ἐπὶ τὴν λυχνίαν, καὶ λάμπει πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ.

15 Neque accendũt lucernã, & ponunt eam subter modiũ: sed in candelabrũ, & splendet omnibus qui sunt in domo.

15 Neque accendũt lucernã, & ponunt eam sub modio, sed super cãdelabrũ, vt luceat omnibus q in domo sunt.

1. Pet. 2. c. 12

Οὕτω λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσιν ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

16 Ita splendeat lux vestra coram hominibus, vt videãt vestra bona opera, glorificẽtq; Patrem vestrũ qui est in cælis.

16 Sic luceat lux nestra coram hominibus, vt videãt opera nestra bona, et glorificẽt Patrẽ nestrũ qui in cælis est.

Μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἢ τοὺς προφήτας. οὐκ ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι.

17 Ne existimate me venisse vt dissoluam Legem, aut Prophetas: non veni vt dissoluam, sed vt impleam.

17 Noliste putare quoniã veni soluere Legẽ, aut Prophetas: nõ veni soluere, sed adimplere

Luc. 16. d. 17

Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ, ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται.

18 Amen quippe dico vobis, vsquedum præterierit cælum & terra, iota vnũ aut vnus apex nequaquã præterierit ex Lege, vsquedũ omnia facta fuerint.

18 Amẽ quippe dico nobis, donec transeat cælũ & terra, iota unum aut unus apex nõ præteribit à Lege, donec omnia fiant.

13 Infatuatus fuerit, μωρανθῇ. Vulg. Euanuerit: vt μωραίνεσθαι, illud sit quod Gallicè dicimus *euenir*. Quo, ἐν τίνι. id est, per quod. Vulg. ad verbum, In quo. In pro Per, Hebræorum idiotismo, de quo alibi dixi. Salietur, ἁλισθήσεται. id est, Quid tandem supererit quo vti possis ad saliendum? Vel, Sal ipse infatuatus, quo tandem salieturve est apud Marcum 9. v. 50. Amplius, ἔτι. Vulg. & Eras. Vltrà. id est οὐκέτι. A quibusuis, ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. Vulg. & Eras. ad verbum, Ab hominibus. sicut vernaculo sermone dicimus, *Des gens, ou D'un chacun.*

14 Vrbs, πόλις. Eraſmus, Oppidum. Ego vbique vrbem conuerti, sicut Vallæ placet: quòd ciuitatis nomen latius pateat.

15 Accendunt, καίουσιν. Impersonaliter, vt admonuimus suprà, versu 11. Cæterùm Græcis hoc verbũ non tam accendere quàm vrere significat: sed apparet hic habere significationem Hebraicæ coniugationis, quam vocãt Hiphil הִדְלִיקוּ. Nam qui accendit, facit vt aliquid vratur: sicut apud eosdem Græcos καθίζειν interdum neutrũ est, interdum verò μεθ' ἑαυτοῦ, vt infrà 11. a. 7. Apertius Lucas, qui pro καίουσιν scripsit ἅπτουσιν. Sic enim Aristophanes in Nebulis, ἅπτει τοὺς λύχνους. Lucernam, λύχνον. Ita vocatur vel instrumentum ipsum, puta lampas, cui oleum aut aliud quidpiam imponitur quod accendatur: vel id ipsum quod ardet, puta fax, aut candela. In candelabrum, ἐπὶ λυχνίαν. vel, Supra candelabrum. instrumentum videlicet eminenti loco positum, cui imponebatur aut infigebatur lucerna. Homerus Odyss. α, λαμπτῆρας vocat, ni fallor.

16 Glorificẽntque, καὶ δοξάσωσι. id est, Gloriam Dei prædicent: pro quo Basilius dicit ἐξομολογῶν. Glorificandi autem vocabulum vsitatum & familiare sacris scriptoribus, interdum significat glorioſè Dei maiestatem & laudes prædicare: interdum verò, gloriam & splendorem alicui afferre. quæ posterior significatio nõ videtur propriè conuenire hominibus, quibus satis est Dei gloriam profiteri, quam reipsa amplificare non possunt.

17 Vt dissoluam, καταλῦσαι. id est aboleam, eleganti translatione: quoniam videlicet homines legibus quasi vinculis adstringuntur.

18 Amen, ἀμὴν. id est, verè & certò. Hebræorum autem vocabulum ab אמונה deriuatum, quod veritatem significat, quum non modò Græci omnes noui Testamenti scriptores retinuerint, sed vulgata quoque linguarũ idiomata, ne hîc quidem volui expungere: quanuis id licuerit, quoniam in hoc dicendi genere vulgata idiomata non solent id vsurpare. Quintum exemplar habebat bis scriptum ἀμὴν. Vsquedum præterierit, ἕως ἂν παρέλθῃ. Verbum Hebræum עבר, cui Græcum παρέλθῃ ex aduerso respondet, significat sic aliquid præterire vt etiam mutetur: quo modo vsurpatur Psalmo 101. c. 27. Nequaquam, οὐ μή. Duplex est negatio in Græco: sed quæ magis neget quàm simplex, contrà quàm apud Latinos. Nos verò ita vertimus vt à simplici negatione di-

ſtingueremus: quod idem fecimus in τὰ ἐλάχιστα. Ex, ἀπό. Vulgata, à. Præpoſitiones ἐκ & ἀπὸ ſæpe apud Græcos permutantur, veluti quum dicimus, πίνειν ἀπὸ ξύλου. id eſt imago è ligno, vt ſuprà 3.a.4.

Ος ἐὰν οὖν λύσῃ μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων, καὶ διδάξῃ οὕτω τοὺς ἀνθρώπους, ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν· ὃς δ' ἂν ποιήσῃ καὶ διδάξῃ, οὗτος μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

19 Quiſquis igitur ᵛ ſoluerit ᵛ vnum ex mandatis ᵛ hiſce minimis, & ita docuerit homines, minimus vocabitur in regno cælorum: quiſquis autē fecerit & docuerit, iſte magnus ᵛ vocabitur in regno cælorum.

19 Qui ergo ſoluerit vnū de mādatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cælorum: qui aũt fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. Luc.16.b.17.

Λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλεῖον τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

20 Dico enim vobis, niſi abundauerit veſtra iuſtitia ‖ plus quã Scribarum & Phariſæorum, vos nequaquam ᵛ ingreſſuros in regnum cælorum.

20 Dico enim vobis, quia niſi abũdauerit iuſtitia veſtra plusquam Scribarũ & phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Luc.11.f.39

Ἠκούσατε ὅτι ἐρρέθη τοῖς ἀρχαίοις, Οὐ φονεύσεις· ὃς δ' ἂν φονεύσῃ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει.

21 ᵛ Audiſtis dictum fuiſſe antiquis, ‖ Non occides: quiſquis autem occiderit, ᵛ tenebitur iudicio.

21 Audiſtis quia dictũ eſt antiquis, Non occides: qui autē occiderit, reus erit iudicio. Exo.20.c.13. deut.5.b.17.

Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν ὅτι πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῇ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει· ὃς δ' ἂν εἴπῃ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, ῥακά, ἔνοχος ἔσται τῷ συνεδρίῳ· ὃς δ' ἂν εἴπῃ μωρέ, ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός.

22 Ego verò dico vobis, quicunque iraſcitur fratri ſuo temere, tenebitur ᵛ iudicio: quicunque verò dixerit fratri ſuo, ᵛ raca, tenebitur ᵛ conſeſſu: quiſquis autē dixerit, fatue, tenebitur ᵛ gehenna ᵛ ignis.

22 Ego aũt dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio: qui autē dixerit fratri ſuo, racha, re⁹ erit concilio: qui autē dixerit. fatue, reus erit gehēnæ ignis.

19 Solnerit, λύσῃ. Id eſt tranſgreſſus fuerit. Nam etſi paria non ſunt peccata, tamen nullum eſt tam leue peccatū quod nos non expellat è regno Dei, niſi per Chriſtū cōdonetur. Hic itaque ſenſus eſt, Quicunque violauerit vel minimum præceptum Legis, & ſic docuerit homines, (id eſt, ſuo exēplo hominibus præierit) is minimus, ſiue nullus erit in regno cælorum. hoc eſt, in Eccleſia non cēſebitur corā Deo: is autem qui præſtiterit Legem, & docuerit, excellentiſſimus habebitur in regno Dei. Mentionem autem facit doctrinæ in vtroque membro: quia diſcipulos alloquitur, futuros Euangelii doctores. Sic igitur plerique interpretantur. Quidam verò illud, καὶ διδάξῃ οὕτω τοὺς ἀνθρώπους, conuertit, Licet ita doceat homines: perinde acſi ſcriptum ſit, κἂν, (cuius enallages exemplum habes infrà 15.a.5, & Lucæ 18.b.7.) & οὕτω non referatur ad λύσῃ præcedens: ſed contrariam ſententiā exprimat, propter aduerſatiuā particulā præcedentē: idémq; valeat atq; κἂν τοῦ ἐλαχ. vt ſit huius loci hæc ſententia, Qui contra vel minimum horum præceptorum fecerit, licet ita doceat homines, (id eſt, etiamſi doceat homines ex præſcripto horum mandatorum facere quæ ipſe contemnit) minimus vocabitur in regno cælorum. Quæ interpretatio cum eo conuenit quod Chriſtus ait infrà, cap. 23.a.3, Quæ dixerint vobis vt ſeruetis, ſeruate, & facite: ſecundum autem opera eorum ne faciatis. Et certè planior erit antitheſis, ſi dicamus oppoſitum inter ſe duo doctorum genera: vnum, eorum qui docent quidem Verbum in Eccleſia, ſed ipſi interim nihil minus præſtant quàm quod ab aliis requirunt: alterum, eorum qui quod docent, reipſa præſtant. Illos igitur dicit Dominus, etiamſi alioquin fuerint doctiſſimi, tamen minimos eſſe in Eccleſia Dei. Vnum, μίαν. Latini dicerent, Vel vnum, ad exprimendam emphaſin: & Græci quoque κἂν μίαν: quo modo loquitur Marcus 6.g.56.

20 Hiſce minimis, τούτων τῶν ἐλαχίστων. Articulus additus deſignat certum præceptorū genus, quæ Phariſæi & Scribæ non admodum magni facerent: quod etiam oſtendunt ex quæ ſequuntur expoſitiones in ſecundā Tabulam. Itaque ad exprimendam vim articuli, libens conuertiſſem, Quæ minima ſunt: niſi exiſtimarem Chriſtum ironi cās ex aliorum ſenſu loqui. Vocabitur, κληθήσεται. id eſt erit. Hebraiſmus hoc vno verſiculo bis vſurpatus, de quo diximus ſuprà, verſu 9.

20 Ingreſſuros, εἰσέλθητε. Vulgata, Intrabitis. Eraſmus, Poſſitis ingredi. Ego malui per futurum interpretari. Nam familiare hoc eſt Euangeliſtis, præcedente duplici illa negatione, vſurpare futurum exactum coniunctiui pro futuro indicatiui.

21 Audiuiſtis, ἠκούσατε. Hoc verbo ſignificat Legis interpretationes, cuiuſmodi ſolebant ſuis auditoribus tradere Scribæ & Phariſæi. Neque verò Chriſtus hoc loco Legiſlatorem agit, (vt qui nō Legis ſed Euangelii ſit miniſter) ſed peruerſas Scribarum interpretationes diluens, patefacit quis ſit Legis rigor, vt ſalutem à ſe vnoquoque petendam eſſe oſtendat. Tenebitur, ἔνοχος ἔσται. Eraſmus Obnoxium, Vulgata Reum conuertit: quorū neutrū videtur ſatis conuenire. Obnoxius enim eſſe poteſt etiam is qui non eſt in culpa: ſicut obnoxii ſunt ſancti homines multis iniuriis. & Rei Latinis dicuntur (vt ait Cicero) omnes de quorum re diſceptatur. ἔνοχος verò ſignificat teneri: id eſt αἰσθάνεσθαι καὶ ἁλίσκεσθαι. ſicut quum dicimus aliquem furti teneri, aut ſacrilegii. Idem valet ergo ἔνοχος ἔσται, quod ἁλώσεται. id eſt, (vt Latini Iuriſconſulti loquuntur) damnas eſto. à quo tamen abſtinui, ne viderer nouitatem affectare. Videtur autem his verbis non tam actio dari aduerſus homicidā quàm præcipi vt ad iudicem damnandus potius quàm audiendus trahatur.

22 Iudicio, κρίσει. Iudicium intelligit in quo ſedebant Triumuiri, qui de pecuniariis & minimis eiuſmodi cauſis cognoſcebant. Conſeſſus verò ſiue συνέδριον ex LXXII iudicibus conſtabat, qui de cauſis maioribus atq; adeo de capitalibus nonnullis ſtatuebāt. Summi verò iudices erant LXXI, ad quos pertinebat cognitio de grauiſſimis rebus: vt quum de integra aliqua tribu, de pſeudopropheta, de ſummo Sacerdote, de bello vel pace agebatur: ſicut ex Thalmudiſtis multi annotarunt. Chriſtus igitur, de diuinis iudiciis & peccatorum diſcrimine differens, totam hanc orationem ad conſuetam ciuilium iudiciorum formam accommodauit. nam de ipſis politicis legibus certum eſt eum non agere. Raca, ῥακά. vel Racha, vt habent Latini codices Vulgatæ editionis. Cæterùm hoc vocabulum, cuiuſcunque tandem ſit ſignificationis, retinui, Matthæum ipſum vel certè Græcum

eius interpretem ſequutus, qui peregrinam hanc vocem maluit vſurpare quàm Græcam aliam ſubſtituere. Admonuit me verò Emmanuel Tremellius, vir ſuæ (id eſt Hebraïcæ) linguæ peritiſſimus, in Talmud ſæpe legi ריקא, pro quo Syri dicunt ריקא, & ſignificare hominem cerebro vacuum, quem etiã vernacula lingua *follem*, ab inanitate vocamus. Eſt autem hoc conuitium aliquanto leuius quàm ſi quempiam μωρὸν (id eſt ſtultum) vocaris. Nam ריק vnde deductum illud eſt, ſignificat vacuum & inane. quod ante me alii annotarũt. Caſtellio balatronem eſt interpretatus: quàm rectè, ipſe viderit. Matthæi interpretatio Hebraica legit רקח. id eſt malũ. quod non probo. Maius enim eſt conuitium vocari malum quàm ſtultum: de quo tamen poſtea agitur tanquam de atrociore iniuria quàm hæc ſit. Aſſentior igitur iis qui Raca volunt inconditam eſſe voculam hominis indignantis. ita vt tres gradus hic conſtituantur eorum qui contra hominum opinionem, pro homicidis apud Deum cenſentur. Vnus, eorum qui intus duntaxat aduerſus proximum commouentur: alter, eorum qui eouſque efferueſcunt vt iracundum aliquid euomant: tertius denique, eorum qui in apertum aliquod conuitium erumpunt. Afferam tamen aliquam præterea coniecturam, de qua iudicent alii. Quid ſi igitur dicamus Racha (vt habent veteres Latini codices) illud eſſe quod Hebræi רשע dicunt? Nam pinguis ille ſonus literæ ſchin non aliter potuit quàm per χ (id eſt ch) exprimi, vt nos Galli hodie pronuntiamus. Significat autem illud nomen Hebræis hominem malum & irrequieto animo quippiam ſiniſtri agitantem, quem in vernaculo ſermone *mauuais* aut *malin* vocamus. Itaque μωρός is erit qui ab Hebræis dicitur נבל quod nomen interdum non illos ſtatuos & ſtolidos declarat, ſed planè vecordes, adeo vt aduerſus Deum ipſum inſaniant: ſicut Pſal. 14 deſcribuntur. Conſeſſu, συνεδρίῳ. Vulgata & Eraſmus, Concilio. Et certè fateor concilii vocabulum id valere, ſed illud propius abeſt à Græco. Gehennæ, εἰς τὴν γέενναν. Vocabulum hoc Hebræum eſt ex duobus compoſitum, & vallem Hinnon declarat, quæ etiam תופת, Taphet dicitur, in qua olim Iſraelitæ ſuperſtitionibus vicinarum gentium addicti, filios ſuos diis adolebant, inaudita quadam immanitate. Inde factum vt acciperetur pro loco cruciandis in æternum reprobis deſtinato, atque adeo pro ipſo ſupplicio & cruciatu, quo afficiuntur cum Satana & angelis ipſius: ſicut Eraſmus & alii multi annotarunt. Vide Ierem. 7. g. 31. Ignis, πῦρ. id eſt ardẽtem: ex Hebræorum idiotiſmo, qui ſimili ratione Carnem peccati pro carne peccatrice dicunt: & Hominem auaritiæ, pro homine auaro. Si tamen gehennã pro ipſo cruciatu accipias, nulla erit enallage. Sed hoc quoque accommodauit Chriſtus ad ius ciuile Iſraelitarũ, apud quos (ſicut ex libro Sanhedrim Babylonico conſtat) ſummum concilium quadruplici ſupplicionum genere vtebatur, antequam Herodes & poſt Herodem Romani torum hunc ordinem perturbaſſent: nempe ſtrãgulatione, gladio, lapidatione, & combuſtione: inter quas non dubium eſt quin hæc grauiſſima fuerit. Inde factum vt æternas illas pœnas, ignis ſupplicio paſſim ſacri ſcriptores comparent. Quod autem Chriſtus mentionem facit iudicii, & conſeſſus, & demum gehennæ ignis, oſtẽdit peccata quidẽ alia aliis eſſe grauiora, ſed omnia tamẽ eiuſmodi vt eorum rationem reddere oporteat, & pœnas luere, quantumuis ſibi blandiãtur homines. Quas pœnas communi nomine Paulus Mortem vocauit, quum diceret Mortem eſſe ſtipendium peccati.

Ἐὰν οὖν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κἀκεῖ μνησθῇς ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σοῦ,

23 Igitur ſi munus tuum ᵛattuleris ad altare, & illic memineris fratrem tuũ habere aliquid contra te,

23 *Si ergo offers munus tuũ ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduerſum te,*

Ἄφες ἐκεῖ τὸ δῶρόν σου ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ὕπαγε πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε ἐλθὼν προσφέρε τὸ δῶρόν σου.

24 Omitte illic munus tuum coram altari, & abi: ᵛprimùm reconciliator fratri tuo, & tum veniens offer munus tuum.

24 *Relinque ibi munꝰ tuũ ante altare, & vade: prius reconciliare fratri tuo, & tũc veniẽs, offeres munus tuum.*

Ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχύ, ἕως ὅτου εἶ μετ' αὐτοῦ ἐν τῇ ὁδῷ· μήποτέ σε παραδῷ ὁ ἀντίδικος τῷ κριτῇ, καὶ ὁ κριτής σε παραδῷ τῷ ὑπηρέτῃ, καὶ εἰς φυλακὴν βληθήσῃ.

Luc. 12. g. 58.

25 ‖ᵛEſto amicus ᵛaduerſario tuo citò, ᵛdum es in via cum eo: ᵛnequando te tradat aduerſarius iudici, & iudex te tradat ᵛminiſtro, & in ᵛcuſtodiã ᵛconiiciaris.

25 *Eſto conſentiẽs aduerſario tuo citò, dũm es in uia cum eo: ne forte tradat te aduerſarius iudici, & iudex tradat te miniſtro, & in carcerem mittaris.*

23 Attuleris, προσφέρῃς. Vulgata, Offers. Eraſmus, Obtuleris. Et fateor προσφέρω hoc etiã ſignificare: ſed hic videtur minus quiddam valere. vult enim Chriſtus vt priuſquam afferatur munus, reconciliatio fiat. Niſi fortè quis malit hoc accipere acſi dictum eſſet, In ipſo etiam oblationis actu (vt loquuntur) prius eſſe cogitandum de reconciliatione quàm de offerendo munere. Eſt autem obſeruandum, Chriſtum accommodare totũ hunc ſermonem ad temporum ſuorum rationem. Itaque inepti ſunt qui ex hoc loco habenda nunc eſſe altaria & vſurpandas oblationes colligunt: ſed ii longè ſunt ineptiſſimi qui quod dictũ eſt de mutua reconciliatione, ad Purgatorium ſuum tranſferunt.

24 Primùm, πρῶτον. Hanc particulam alii coniungunt cum διαλλάγηθι, alii cum ἄφες. quod poſterius videtur melius conuenire.

25 Eſto amicus, ἴσθι εὐνοῶν. Eraſmus, Habeto beneuolentiam. Ad verbum, Eſto beneuolus. Id eſt, Redi in gratiam, & fac vt ſis amicus. Nec enim monet tantùm vt bene velimus aduerſario, ſed vt cum eo trãſigamus: quod fiet ſi præcidamus omnem inimicitiarum cauſam. Vulgata vertit, Eſto conſentiens. Et indicat Auguſtinus (ſicut annotat Eraſmus) nonnullos vertiſſe, Eſto concors. Ex quibus coniicio, Veterem interpretem legiſſe συνοῶν. facilis enim fuit lapſus & in *o* atque adeo hæc lectio fortaſſis eſt verior, quum Veteris interpretis authoritate nitatur, & ſenſum habeat (ni fallor) pleniorem. Vnum tantùm obſtat quòd συνοῶν apud idoneos authores (vt ſemel atque iterum initio Alcibiadis poſterioris apud Platonem) reperiatur pro Secum cogitare aliquid. id eſt ἐννοῶν, potius quàm pro ὁμονοῶν, id eſt conſentire. quanuis hanc quoque ſignificationem facilè admittere videatur particula σὺν, ex qua componitur. Aduerſario, τῷ ἀντιδίκῳ. Ad verbum, Contralitigatori. Neque enim ἀντίδικος tam latè patet Græcis quàm Latinis Aduerſarius, niſi quum eſt verbum forenſe: quia tunc idem valet atque pars aduerſa, vt vulgus loquitur. Dum, ἕως ὅτου. Alibi verti Quouſque: quod huic loco non conuenit. Hic enim idem valet quod Interim dum, vt infrà 14. v. 22. in quo genere dicendi etiam vſurpatur ἕως ſimplex, ſine vlla adiectione, vt Marci 6. f. 45. Nequando, μήποτε. Vulgata, Ne forte: quod rectè mutatum eſt ab Eraſmo plurimis locis, vt annotauimus ſuprà, 4. a. 6. Miniſtro, ὑπηρέτῃ. id eſt lictori, vel apparitori: ὑπηρέτης tamen

in genere dicuntur qui ſubſeruiunt: qui etiam διάκονοι vocantur, vt infrà 20.d.26. Itaque vtrunque Græcum vnò Latino exprimere ſolemus, niſi quum de Diaconis Eccleſiaſticis fit mentio. hos enim malumus ex conſuetudine Diaconos Græco nomine vocare. Cuſtodiam, φυλακὴν. Græci honeſto vocabulo ſic carcerem vocant: quem etiam ob eam cauſam σεμνὸν dicebant Athenienſes (id eſt domicilium) authore Plutarcho in Solone. Sed & Latinis cuſtodia vocatur carcer. Cic. ad Quintum fratrem, libro 1, Hominem comprehendere, & in cuſtodiam tradere. Coniiciaris, βληθήσῃ. Ad verbum, Iaciaris. Vulgata, Mittaris: quod paulo lenius videtur. In ſecundo manuſcripto exemplari legitur βληθῇς, rectius.

Ἀμὴν λέγω σοί, οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν ἕως ἂν ἀποδῷς τὸν ἔσχατον κοδράντην.

16 Amen dico tibi, nequaquam exibis illinc vſquedum ᵛ reddideris ᵛ vltimum ᵛ quadrantem.

16 Amē dico tibi, nō exies inde donec reddas nouiſſimū quadrantem.

Ἠκούσατε ὅτι ἐρρέθη τοῖς ἀρχαίοις, Οὐ μοιχεύσεις.

17 Audiſtis dictum fuiſſe antiquis, ‖ ᵛ Non mœchaberis.

17 Audiſtis quia dictum eſt antiquis, Non mœchaberis. Exo.20.c.14

Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν ὅτι πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ.

18 Ego verò dico vobis, ᵛ Quicunque aſpicit mulierem vt eam concupiſcat, iam ᵛ adulterauit eam in corde ſuo.

18 Ego autē dico vobis q̄ omnis qui viderit mulierē ad cōcupiſcēdum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.

Εἰ δὲ ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς σκανδαλίζει σε, ἔξελε αὐτὸν, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ· συμφέρει γάρ σοι ἵνα ἀπόληται ἓν τῶν μελῶν σου, καὶ μὴ ὅλον τὸ σῶμά σου βληθῇ εἰς γέενναν.

19 ‖ Quòd ſi oculus tuus dexter ᵛ facit vt tu offendas erue eum, & abiice abs te. ᵛ expedit enim tibi vt pereat vnum ex membris tuis, ᵛ ac non totum corpus tuum coniiciatur in gehennam.

19 Quòd ſi oculus tuus dexter ſcādalizat te, erue eū, & proijce abs te. expedit enim tibi vt pereat vnū mēbrorū tuorū, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam Ignis. Infrd 11.c.8 mar.9.g.47

Καὶ εἰ ἡ δεξιά σου χεὶρ σκανδαλίζει σε, ἔκκοψον αὐτὴν, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ· συμφέρει γάρ σοι ἵνα ἀπόληται ἓν τῶν μελῶν σου, καὶ μὴ ὅλον τὸ σῶμά σου βληθῇ εἰς γέενναν.

30 Et, ſi dextera tua manus facit vt tu offendas, ᵛ excinde eam, & abiice abs te. expedit enim tibi vt pereat vnum ex membris tuis, ac nō totum corpus tuum ᵛ coniiciatur in gehennam.

30 Et, ſi dextera manꝰ tua ſcādalizat te. abſcinde eā, & proijce abs te. expedit enim tibi vt pereat vnū mēbrorū tuorū, quā toū corpus tuū eat in gehennam.

Ἐρρέθη δὲ ὅτι ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, δότω αὐτῇ ἀποστάσιον.

31 Dictum eſt autem, ‖ ᵛ Quiſquis ᵛ dimiſerit vxorem ſuam, det ei libellum diſceſſionis.

31 Dictū eſt aūt, Quicūq; dimiſerit uxorē ſuā, det ei libellum repudij. Infrd 19.a.7 deut.24.a.1 mar.10.a.4 luc.16.d.18 1.cor.7.b.10

16 Reddideris, ἀποδῷς. Eraſmus, Perſolueris. id eſt ἀποδῶσῃς. Nam hoc declarat verbum ἀποδιδόναι hoc in loco, vt mox quoque verſu 33. Vltimum, ἔσχατον. Vulgata, Nouiſſimum. id eſt τελευταῖον. Eraſmus, Extremum: quo propriè τὸ ἔσχατον declaratur. Græci ἔσχατον dicunt à σχέω, id eſt à continendo & cohibendo, id videlicet in quo neceſſe eſt vt conſiſtamus: ſicut Latinè illud dicitur vltimum, vltra quod pergere non liceat. Quadrantem, κοδράντην. Latina vox Græcè declinata, vt multæ aliæ paſſim apud Euangeliſtas: cuiuſmodi iſta ſunt à nobis ſemel collecta, ἀσσάριον, δηνάριον, ἰοῦστος, κεντυρίων, κῆνσος, κολωνία, κουστωδία, λεγεών, λέντιον, λιβερτῖνος, λίτρα, μίλιον, μακέλλιον, μεμβράνα, μόδιος, ξέστης, πραιτώριον, ῥέδα, ἡμικύκλιον, σικάριος, σουδάριον, σπεκουλάτωρ, ταβέρνη, φόρος, τίτλος, φραγέλλιον, φραγελλοῦν. id eſt, Aſſarius, Denarius, Iuſtus, Centurio, Cenſus, Colonia, Cuſtodia, Legio, Linteum, Libertinus, Litra, Miliare, Macellum, Membrana, Modius, Sextarius, Prætorium, Rheda, Semicinctiū, Sicarius, Sudariū, Speculator, Taberna, Forum, Titulus, Flagellum, Flagellare. Sed vt ad rem redeam, Ad vltimum quadrantem ſoluere, proverbialiter dicitur is quicum ſummo iure agitur. Quòd autem Caſtellio annotauit, id eſſe quod Latini dicunt, Ad denarium ſoluere, id ipſe quidē putauit: (quod venia dignum eſt: quum & docti viri in loco Ciceronis quem citat ex Oratione pro Quintio, decepti fuerint) ſed aliū eſſe ſenſum, intelligent ſani lectores ex aliis locis. quod etiam noſter Hotomanus ſuis in eum locum annotationibus non omiſit.

17 Non mœchaberis, οὐ μοιχεύσεις. vel, Ne mœcheris: ſed tamen ſub vna ſpecie ſcortationis, eáque grauiſſima, πορνείας quoque complectitur: ſicut contra μοιχεία interdum ἀπὸ πορνείας accipitur.

18 Quicunque aſpicit, πᾶς ὁ βλέπων. Vulg. Omnis qui viderit. Atqui τὸ βλέπειν plus eſt quàm ἰδεῖν, quanuis interdū cōfundātur: ſicut apud Latinos plus eſt aſpicere quàm videre. Vide infrà 6.a.4. Adulterauit, ἐμοίχευσεν. Vulgata, Mœchatus eſt. Eraſmus, Adulteriū cōmiſit. Adulterandi verbo non tantùm vtitur Suetonius (quod etiā Eraſmus annotauit) ſed etiam Cicero, quanuis tranſlatitiè. Cæterùm adulterare hic accipio generaliter pro corrumpere & ſtuprare. Itaque γυναῖκα non conuerti vxorem, cum Eraſmo: ſed mulierem. Malui enim ſequi Veterem interpretem, quia non additur αὐτοῦ, vel ἀνδρὸς.

19 Facit vt tu offendas, σκανδαλίζει σε. Vulgata, Scandalizat te. Eraſmus, Tibi eſt obſtaculo. id eſt ἐμποδίζει. Idem paulo pòſt, Obſtiterit tibi. Cæterùm ea faciunt vt offendamus quæ impediunt quominus inoffenſo curſu pergamus in Lege Domini. Peccata enim ſunt veluti ſaxa ad quæ impingimus. Idcirco autem conuerti per periphraſin, quia non tam oculus ipſe eſt nobis offendiculo quàm id quod per eum cernimus: in quo conſtituendā putaui differentiam, vt σκανδαλίζειν hic accipiatur forma Hebraïca coniugationis Hiphil. Ac non, καὶ μή. Vulgata, Quàm. quod rectè mutauit hoc verſiculo & item proximo Eraſmus.

30 Excinde, ἔκκοψον. Vulgata, Abſcinde. Eraſmus, Amputa. Ego malui proprietatē Græci vocabuli ſeruare, quum etiam & Vetus ipſe interpres & Eraſmus ſuprà ſic conuerterint, cap.3.b.10. Coniiciatur, βληθῇ. Secundum exemplar habebat ἀπέλθῃ. id eſt abeat.

31 Quiſquis, ὃς ἄν. Abundat ἄν. quod conſtat ex imperatiuo ſequente, δότω. Dimiſerit, ἀπολύσῃ. Eraſmus, Repudiauerit. ἀπολύειν propriè ſignificat abſoluere, ſicut Latini Abſoluere creditorem dicunt: ſed malui vti vocabulo clariore, quanuis dimittere reſpondeat potius τῷ ἀφιέναι: quo verbo vtitur Paulus 1.Cor.7.c.11. Vide ſuprà 1.c.19. Libellum diſceſſionis, ἀποστάσιον: quaſi dicas abſceſſionale. Nam ἀφιστάναι inter cætera ſignificat ſeorſum ſtare, vel ponere, id eſt diſcedere, vel ſeparare.

Εγὼ δὲ λέγω ὑμῖν ὅτι ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, παρεκτὸς λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶσθαι· καὶ ὃς ἐὰν ἀπολελυμένην γαμήσῃ, μοιχᾶται.

32 Ego verò dico vobis, eum qui dimiserit vxorem suam, extra rationem scortationis, facere vt ea mœchetur: & eum qui dimissã duxerit, mœchari.

32 Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiserit vxorẽ suã, excepta fornicationis causa, facit eã mœchari: et q dimissã duxerit, adulterat.

Παλιν ἠκούσατε ὅτι ἐρρέθη τοῖς ἀρχαίοις, Οὐκ ἐπιορκήσεις, ἀποδώσεις δὲ τῷ Κυρίῳ τοὺς ὅρκους σου.

Exo.20.d.7 leuit.19.c.12 deut.5.b.11

33 Rursum audistis dictũ fuisse antiquis, ‖Non peierabis, sed reddes Domino quæ tu iuraueris.

33 Iterũ audistis quia dictũ est antiquis, Nõ periurabis, reddes autẽ Domino iuramenta tua.

Εγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μὴ ὀμόσαι ὅλως· μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ, ὅτι θρόνος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ·

34 Ego verò dico vobis, ne iuretis omnino: neque per cælũ, quia thronus Dei est:

34 Ego autẽ dico vobis, nõ iurare omnino: neque per cælũ, quia thronus Dei est:

Μήτε ἐν τῇ γῇ, ὅτι ὑποπόδιόν ἐστι τῶν ποδῶν αὐτοῦ· μήτε εἰς Ἱεροσόλυμα, ὅτι πόλις ἐστὶ τοῦ μεγάλου βασιλέως·

35 Neque per terram, quia scabellum est pedum eius: neque per Hierosolyma, quia vrbs est magni regis:

35 Neq; per terrã, quia scabellũ est pedũ ei⁹: neque p Ierosolymã, quia ciuitas est magni regis:

Μήτε ἐν τῇ κεφαλῇ σου ὀμόσῃς, ὅτι οὐ δύνασαι μίαν τρίχα λευκὴν ἢ μέλαιναν ποιῆσαι.

36 Neque per caput tuum iures, quia non potes vnum capillum album aut nigrum facere.

36 Neque per caput tuũ iuraueris, quia non potes vnũ capillum, albũ facere aut nigrum.

Ἔστω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν, ναὶ ναί, οὒ οὔ· τὸ δὲ περισσὸν τούτων ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστιν.

Isa.5.c.21

37 ‖Esto autem sermo vester, etiam etiam, non non: quod autem supra hæc redundat, à malo est.

37 Sit autẽ sermo uester, est est, nõ non: quod aũ ambo abundãtius est, à malo est.

32 Extra rationem, παρεκτὸς λόγου. Vulgata, Excepta causa. Erasmus, Nisi causa. id est, εἰ μὴ ἕνεκα. Extra hic est in exceptione positum, sicut apud Terentium in Phormione, Neque cognatus, extra vnam aniculam, quisquam ei aderat. Quo etiam modo Græci suum ἐξω interdum vsurpãt. Verti autem λόγου rationem, non causam, id est αἰτίαν. Scortationis, πορνείας. Erasmus, Stupri. Vulgata, fornicationis. Hic autem poni certum est πορνείαν pro adulterio. quanuis etiam πορνεύεσθαι, id est scortari, dicatur de vxore quæ palam omnibus prostat, vno & altero adultero non cõtenta: quo modo vsurpauit Dion libro quinquagesimo octauo, de Messalinæ & Silii nuptiis loquens.

33 Rursum, πάλιν. In vno exemplari vetusto scriptum offendimus πάλαι. id est præterea, vel cæterùm. Peierabis, ὀπιορκήσεις. id est violabis iusiurandum. Significat enim ἐπιορκεῖν aliquid facere supra iusiurandum, & illud transgredi. Latinis quoque (vt inquit Cicero Offic. tertio) Peierare, non est falsum iurare: sed, quod ex animi tui sententia iuraris, id non facere, periurium est. Cuius rei lectorem admonere placuit, quia quæ sequuntur, alioqui non videntur cohærere. Reddes, ἀποδώσεις. Erasmus, Persolues, id est ἀποδώσεις. vt suprà, versu 26. Quæ tu iuraueris, τοὺς ὅρκους σου. Cicero de Legibus, Cautè vota reddunto.

34 Ne iuretis, μὴ ὀμόσαι. Vulgata, Non iurare. τὸ ὀμόσαι positum est pro ὀμόσατε, imperandi modo: nisi illud λέγω ὑμῖν interpreteris, iubeo vos: sicut etiam paulo pòst, versu 39. Cæterùm etsi neque mei est propositi cõmentaria scribere, neque libens quenquam reprehendo, in hoc præsertim scribendi genere, in quo non dubito quin ipse in varias reprehensiones incurram: tamen monendum esse putaui lectorem vt quædam ab Erasmo scripta in hunc locum de iureiurando, & superiorem de litigando, cum summo iudicio legat. Nam etsi malo omnia in meliorem partẽ accipere, quoad eius fieri potest, & eius laboribus tam faueo quàm qui maximè, tamen dissimulare non possum, pleraque sic ab eo explicari in his capitibus, vt videri possit vel ab opinione Anabaptistarum, vel à fanaticorum illorum distinctione, qui hæc omnia ad solos quosdã perfectos pertinere credunt, non prorsus dissentire. Per cælum, ἐν τῷ οὐρανῷ. Ad verbum, In cælo: quæ phrasis sæpe repetitur infrà, cap. 23. b. 16. Est autem nata ex Hebræorum idiomate, apud quos ב litera sæpe ponitur pro iurantis aduerbio, vt Gen. 22. c. 16, & Iosue 2. b. 12. Cæterùm fuit hæc iurisiurandi formula etiam profanis gentibus familiaris, vt liquet ex illo Virgilii loco, Per sidera iuro. Thronus, θρόνος. id est solium, siue sedes regia. Græcum vocabulum libens rétinui, quod Gallico etiam idiomate vsurpatur.

35 Scabellum, ὑποπόδιον. Erasmus, subsellium: fortassis non satis rectè. ὑποπόδιον enim Græcis dicitur non illud quo sedemus, (siue sedes sit, siue subsellium) sed quod sedentis pedibus est subiectum: & à Latinis Scamnum à scandendo, itémque scabellum forma diminutionis dicitur, quo scilicet in sedẽ altiorem ascenditur. Ouidius, Et caua sub teneram scamna dedisse pedem. Græci eleganciores βαθμὸν appellant.

36 Per caput, ἐν τῇ κεφαλῇ. Sic Iulus apud Virgilium, Per caput hoc iuro. Album aut nigrum, λευκὴν ἢ μέλαιναν. Octauum exemplar tollit particulam ἢ: vt sit hic sensus, non posse homines capillũ qui sit albus, nigrum reddere: itaque non videri capitis sui dominos.

37 Esto autem, ἔστω δέ. Vel, Sit autem. Erasmus, Erit autem, ἔσται δέ. Etiam etiam, ναὶ ναί. Vulgata & Erasmus, Est est. Idem tamen infrà 11. b. 16, ναὶ interpretatur quidnit id est, πῶς γὰρ οὔ; & vertit vt ego hic feci, 2. Cor. 1. d. 17. Quòd autem existimat conduplicationem hanc ad eundem non pertinere, sed priorem particulam esse interrogantis, posteriorem respondentis, nullius (quod sciam) exemplaris authoritate confirmatur. Ita enim scribendum fuisset, ναὶ ναί. οὐ, οὐ. quod nusquam legi. Idem rursus aliam affert interpretationem, quasi nimirum iubeat Dominus vt si sermo noster affirmat, verè affirmet: si negat, verè neget. Sed ea quæ statim subiiciuntur, indicant hic agi de ipsa affirmandi & negandi formula, non autem de ipsius affirmationis & negationis veritate. Quomodo enim hæc cohæreant non video, Verè affirmetis quæ affirmatis, & verè negetis quæ negatis. quod autem supra hæc redundat, à malo proficiscitur. Non desunt igitur qui putent geminatam vtranque particulam emphaseos causa, quasi Dominus, propterea quòd fere iuramus vt nobis credatur, iubeat vt gemina potius affirmatione & negatione vtamur, quàm Dei nomen temere vsurpemus. Hanc enim consuetudinem in asseuratione fuisse apud Hebræos vsurpatam, apparet ex 2. Reg. 10. v. 15, vbi legimus אמן אמן pro eo quod hic dicitur: ναὶ,

ναί. Sed tamen quia in omnibus codicibus interponitur diſtinctio, ſunt qui exiſtiment in his verbis, ἔστω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν, Eſto autem ſermo veſter, prolepſin eſſe, qua diuiditur λόγος in duas ſpecies, affirmantem videlicet & negantem: id eſt, in ναὶ & οὔ. Sic enim vſurpari has particulas liquet ex 2. Cor. 1. d. 17. vbi ſermonem ſuum teſtatur Apoſtolus non fuiſſe ναὶ, & οὔ, id eſt varium & inconſtantem, vt rem eandem modò affirmaret, modò negaret: ſicut parаſitus ille apud Terentium loquitur, Negat quis nego: ait ra io. Quare hæc Chriſti verba perinde poſſunt accipi ac ſi ita ſcriptum eſſet, ἔστω δὲ ὑμῶν ὁ λόγος· ὁ μὲν ναὶ, (id eſt καταφατικὸς) ναὶ· ὁ δὲ οὔ, (id eſt ὁ ἀποφατικὸς) οὔ. Hoc eſt, Veſter ſermo ſit: affirmans quidem, etiam: negans verò, non. Nam ſimplici & nudæ affirmationi aut negationi quod ita adiicitur vt redundet, à malo proficiſcitur. Idque prorſus reſpondet totidem fere Iacobi verbis 5. c. 12. vbi ſic ſcribit, ἤτω δὲ ὑμῶν τὸ ναὶ, ναὶ· καὶ τὸ οὒ, οὔ. quæ verba ſimili ratione interpretor de non iurando, non autem de affirmationis aut negationis veritate: quum totum illum locum Iacobus ex hoc Chriſti ſermone ſit mutuatus. Sed & Baſilius in Pſal. 14. ita vt nos, interpretatur hunc locum de nuda vel affirmatione vel negatione.

Quod autem ſupra hæc redundat, τὸ δὲ περισσὸν τούτων. Vulgata, Quod autē his abundantius eſt. Eraſmus, Quod vltra hæc adiungitur. Ego ſic coactus ſum interpretari, vt quæ ſit hoc loco vis τοῦ περισσοῦ exprimerem: quo nimirum vocabulo non tam hic ſignificatur abundantia quàm ſuperflua redundantia. Quod videntur illi non conſideraſſe qui ex his Chriſti verbis cenſent penitus interdictum eſſe iuſiurandum: quum tamen id vnum iuriſiurandi genus reprehendat Chriſtus, quod quum alioquin fiat per nomen Dei, tamen redundat. id eſt, quod ſimplici affirmationi vel negationi additur, quum minimè ſit neceſſarium. Nam & ipſe Dominus, & Prophetæ, & Apoſtoli, quoties neceſſe eſt iurant: atque adeo in Dei cultu numeratur quoque iuſiurandum. A malo, ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. ἀπὸ pro ὑπό. id eſt à conſcientia mala, ſiue à diabolo. Significat enim πονηρὸς aliquid amplius quàm κακὸς, nempe cum qui ſit in omni ſcelere exercitatus: quanuis hæc differentia non ſemper obſeruetur.

Ἠκούσατε ὅτι ἐρρέθη, Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος.	38 Auditis dictum fuiſſe, ‖ Oculum pro oculo, & dentem pro dente.	38 *Auditis quia dictum eſt, Oculum pro oculo, & dentem pro dente.* *Exod. 21. c. 24 leuit. 24. d. 20 deut. 19. d. 21*
Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ· ἀλλ' ὅστις σε ῥαπίσει εἰς τὴν δεξιάν σου σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην·	39 Ego verò dico vobis, ‖ ne reſiſtatis malo: ſed quiſquis te cæ det in dexterá tuam maxillã, obuerte ei & alteram:	39 *Ego autem dico vobis, nõ reſiſtere malo: ſed ſiquis te percuſſerit in dexterã maxillam tuã, præbe illi & alteram:* *Luc. 6. d. 29 rom. 12. d. 17 1. cor. 6. b. 7*
Καὶ τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον·	40 Et ei qui vult tecum iudicio cõtendere, ac tunicã tuam capere, dimitte ei etiã palliũ:	40 *Et ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium:*
Καὶ ὅστις σε ἀγγαρεύσει μίλιον ἕν, ὕπαγε μετ' αὐτοῦ δύο.	41 Et quiſquis te angariabit ad miliare vnum, abi cum eo duo.	41 *Et quicũque te angaria uerit mille paſſus, uade cum illo & alia duo.*

38 Oculũ, ὀφθαλμόν. ſub. erue. Hæc eſt lex talionis, de qua vide apud A. Gelliũ Phauorini diſputationẽ.

39 Malo, τῷ πονηρῷ. Hoc nonnulli exponũt tertio caſu. id eſt, Ne reſiſtite improbis & ſceleſtis hominibus. Alii (vt Chryſoſtomus) ſexto caſu. hoc eſt, Ne iniuriam penſate iniuria, ſed vincite improbos patientia: ſicut monet Petrus ne malũ pro malo reddamus, 1. Epiſt. 3. b. 9. Articulum autem certum eſt interdum etiam indefinitè poni, vt fruſtra de eo laborarit Eraſmus. Quiſquis, ὅστις. Vulgata, Siquis, id eſt εἴτις. quod quidem mollius etiã cohæret cum iis quæ ſubiiciuntur. Te cædet, σε ῥαπίσει. Vulgata, Te percuſſerit. id eſt σε τύψῃ. Eraſmus, Impegerit alapam. Videtur tamen Græcum vocabulum fidelius expreſſiſſe Vetus interpres. nam ῥαπίζω is demum dicitur Græcis qui contumeliæ cauſa, virga aut fuſte aut etiam crepida alium cædit: (nam ῥαπὶς & virgam & crepidam ſignificat) ſicut Omphale ſandalio caput Herculis verberabat. Plut. in Themiſtocle, ὡς ἐν ταῖς ἀγχιστείοις ἀθροίζεται μᾶλλον ῥαπίζεται. id eſt, Eos qui in certaminibus intempeſtiuè ſurgunt, cædũt. Et paulo pòſt, id explicãs, ὑπαγορεύοντος, inquit, τοῦ βακτηρίου ὡς παίξοντος. hoc eſt, Quum baculum extuliſſet veluti percuſſurus. Quòd autem dextræ ſit potius mentio quàm ſiniſtræ, quum in ſiniſtram potius feratur impetus ferientis, id quoque non puto eſſe negligendum. Duplex enim eſt iniuria, quum ad illam accedit contemptus. Quos autem contemnimus, eos ferè ſolemus auerſo ictu cædere, nimirum in ſiniſtrum latus, iubẽtes à nobis faceſſere, quaſi etiam indignos quos verberemus. Sed hoc tamen fortaſſis nimium eſt argutum. Obuerte, στρέψον. Ad verbum, Verte. Vulgata, Præbe, id eſt πάρεχε. In vno codice ſcriptum erat στρέψον, eodem manente ſenſu. Alteram, τὴν ἄλλην. Apud Græcos differentia illa inter ἄλλος & ἕτερος non obſeruatur tam diligenter quàm inter Alius & Alter apud Latinos: neque Hebræi hæc diſtinguunt, quum pro vtroque vnicam vocem אחר vſurpent.

40 Ei qui vult tecum iudicio contendere, τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι. id eſt ἀμφισβητεῖν καὶ δικάζεσθαι. vt σοὶ αὐτῷ τῷ κρίνεσθαι accipiatur. Ariſtides, κρίνομαι μετὰ τινῶν. id eſt, cum illo contendo iudicio. In hoc tamen genere dicendi κρίνειν potius dicunt Græci, & iungunt cum quarto caſu. Itaque conſiderandum num etiam paſſiuè verti poſſit σοί. id eſt ὑπὸ σοῦ. hoc eſt, Volenti à te in iudicium vocari, ſiue occaſionem quærenti tecum litigandi in iudicio: vt ſi quis tibi eripiat quod tuum eſt. Multi enim has occaſiones captant maioris inferendæ iniuriæ. Eraſmus, Ei qui te velit in ius trahere. id eſt, τῷ θέλοντί σε κρίνειν. Capere, λαβεῖν. Vulgata & Eraſmus, Tollere. id eſt ἀραιρεῖσθαι. Dimitte, ἄφες. Cicero pro Balbo, Sui quenque iuris & retinẽdi & dimittendi eſſe dominum. Eraſmus, Permitte.

41 Angariabit, ἀγγαρεύσει. Eraſmus, Adegerit te. Duabus de cauſis hoc verbum retinui: primùm quia Latinum nullum habeo quod ſatis vim illius exprimat: deinde quia Vlpianus etiam iuriſconſultus illud non repudiauit libro x l Pandectarum De priuilegiis Veteranorum. Angari autem (vt notant Eraſmus & Budæus) Perſis dicebantur quos hodie Poſtæ vocamus. Sed hoc intereſt, quòd hodie certis ſpatiis collocati ſunt qui principum ſtipendiis aluntur, vt equos habeant ad curſum paratos: Perſarum verò curſoribus (ſicut etiã hodie Turcarum) fas erat cuiuſuis equos, vel naues, aut ipſos etiam homines rapere ad curſum. Vnde factũ vt Angariare accipiatur pro cogere ad currendum, vel ad ferendum aliquid: ſicut infrà cap. 27. d. 32. refertur de Cyrenæo illo, quem adegerunt Iudæi ad baiulandum crucem. Proponitur ergo à Chriſto ſeruitutis genus penè intolerabile, quod peculiari etiam vocabulo declarandum fuit. Ad miliare vnum, μίλιον ἕν. Addidi præpoſitionem, vt conſtructionem lenirem alioquin aſperiorem. μίλιον autẽ Latinum eſt vocabulum corruptum, quum Græci potius ſtadiis ſolerent metiri locorum interualla. Duo, δύο. Vulgata, (vt eſt in quibuſdam exemplaribus) Et alia duo. id eſt, ἕτερα δύο, ſcilicet μίλια. Puto autem Veterem interpretẽ, propterea quòd conuerterat μίλιον mille paſſus,

addidisse Alia de suo, ne ambigua esset oratio. Ita conficientur milliaria tria, quum hic fiat duorum duntaxat mentio. Sed si sententiam ipsam spectemus, hæc discrepantia nullius est momenti.

Deut.15.d.8

Τῷ αἰτοῦντί σε δίδου· καὶ τὸν θέλοντα 42 ‖Petenti abs te dato: & ᵛvolenti mutuari abs te, ne auersare.

42 Qui autem petit à te, da ei: & uolenti mutuare à te, ne auertaris.

ἀπὸ σοῦ δανείσασθαι, μὴ ἀποστραφῇς.

Leuit.19.d.18

Ἠκούσατε ὅτι ἐρρέθη, Ἀγαπήσεις τὸν 43 Audistis dictũ fuisse, ‖ᵛDiliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.

43 Audistis quia dictũ est, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.

πλησίον σου, καὶ μισήσεις τὸν ἐχθρόν σου.

Luc.6.d.27

Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ἀγαπᾶτε τοὺς ἐ- 44 Ego verò dico vobis, ‖diligite inimicos vestros, ᵛbenedicite ᵛiis qui deuouent vos, benefacite ᵛiis qui oderunt vos, ‖& ᵛprecamini pro iis ᵛqui vos infestant, & persequuntur vos:

44 Ego autem dico vobis, diligite inimicos uestros, benefacite iis qui oderunt uos, & orate pro persequentibus & calumniãtibus uos:

χθροὺς ὑμῶν, εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς, καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς, καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς καὶ διωκόντων ὑμᾶς·

Luc.23.c.34 act.7.g.60 1.cor.4.c.12 Luc.6.c.28

Ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ 45 ‖Vt ᵛsitis filii Patris vestri qui est in cælis. ᵛfacit enim vt sol suus exoriatur super malos ac bonos, ᵛ& pluit super iustos & iniustos.

45 Vt sitis filij Patris uestri qui in cælis est: qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.

ἐν οὐρανοῖς, ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους.

Ἐὰν γὰρ ἀγαπήσητε τοὺς ἀγαπῶντας 46 Nam si dilexeritis eos qui diligunt vos, quam mercedem ᵛhabebitis: nónne & ᵛpublicani idem faciunt?

46 Si enim diligitis eos qui uos diligunt, quam mercedem habetis? nónne & publicani hoc faciunt?

ὑμᾶς, τίνα μισθὸν ἔχετε; οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι τὸ αὐτὸ ποιοῦσι;

Καὶ ἐὰν ἀσπάσησθε τοὺς ἀδελφοὺς ὑ- 47 Et si ᵛcõplexi fueritis ᵛfratres vestros solùm, quid ᵛamplius facitis: nónne ᵛ& publicani ita faciunt?

47 Et si salutaueritis fratres uestros tãtùm, quid amplius facitis? nónne & ethnici hoc faciunt?

μῶν μόνον, τί περισσὸν ποιεῖτε; οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι οὕτω ποιοῦσι;

Ἔσεσθε οὖν ὑμεῖς τέλειοι, ὡς ὁ πα- 48 ᵛEstote igitur vos perfecti, vt Pater vester qui est in cælis, perfectus est.

48 Estote ergo uos perfecti, sicut & Pater uester qui in cælis est, perfectus est.

τὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς τέλειός ἐστι.

41 Volentem, θέλοντα. Erasmus, Cupientem. Velle respondet τῷ βούλεσθαι: sed siqua est inter βούλεσθαι & θέλειν differentia, fateor me non habere vocabulum Latinum quo hæc possim distinguere.

43 Diliges, ἀγαπήσεις. Futurum pro Imperatiuo: sicut paulo pòst μισήσεις, oderis. Nónulli cõuerterunt, Amato: quoniam amare amplius quiddam significare videtur quàm diligere, ex Ciceronis quodam loco.

44 Benedicite, Εὐλογεῖτε. Hebraica phrasis, pro Bene precemini, vel Beneficio afficite. Alioquin Εὐλογεῖν idẽ valet quod ὑμνεῖν, laudare: quæ significatio huic loco minimè conuenit. neque enim mẽdacii præceptor est Spiritus sanctus. Totũ autem hoc membrũ, Εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς, non est in vulgata editione. Vide infrà cap. 25.c.34, & 26.c.26. Iis qui deuouẽt, τοὺς καταρωμένους. Vel, Iis qui imprecãtur. hoc enim propriè declarat τὸ καταρᾶσθαι. ex quo Chryses ab Homero dicitur ἀρητήρ, id est precator, seu sacerdos. Iis qui oderũt, τοὺς μισοῦντας. Vel, τοῖς μισοῦσιν. vt in vetustis omnibus exemplaribus scriptũ reperimus. Precamini, προσεύχεσθε. Videtur Græca præpositio significationẽ augere. nã εὔχεσθαι, optare vel vouere significat: & προσεύχεσθαι, aliquid optare ab aliquo. quod videtur etiã Augustinus confirmare Epistola 59, ad Paulinum. Qui vos infestant, τῶν ἐπηρεαζόντων. Vulgata, Calumniãtibus: permutato vocabulorum ordine, quasi prius facta sit mentio τῶν διωκόντων quàm τῶν ἐπηρεαζόντων. Erasmus, Qui lædũt. id est βλαπτόντων. Nos conati sumus vim huius vocabuli exprimere. Nam ἐπηρεάζειν propriè militare verbũ est, ab ἔπαρος & ἄρης ductũ: vnde ἐπήρεια, quasi ἐπ' ἄρεια, id est martius & hostilis insultus. Cui significationi bene conuenit τὸ διώκειν, quod sequitur. Significat enim, Euangelii hostes cum impetu irruere in gregem Domini: & eo non cõtentos quòd placidæ oues non resistãt, fugientes etiã persequi. Pronomen autem ὑμᾶς, sicut bis ponitur ab Euangelista, ita etiã bis sumus interpretati: quia in eius repetitione videtur esse magna emphasis, quam Vetus interpres & Erasmus neglexerunt.

45 Sitis, γένησθε. Γίνεσθαι interdum idem valere quod εἶναι, vel illud Homericum epitheton ostendit, quo vocat θεοὺς αἰνυμένους, id est (vt alibi dicit) αἰὲν ἐόντας, id est, semper existentes. Facit enim, &c. ὅτι αἰσιμον, &c. Vulgata vertit, Qui: videtur enim legisse, ὅς τις: & fortassis rectius quàm ὅτι. melius enim videtur cohærere. Est autem in verbo αἰσιμον forma coniugationis Hebræorum quam vocant Hiphil. quam non satis videtur exprimere Erasmus, quum interpretatur Exoriri facit. Plus est enim facere quippiã quàm sinere fieri. Et pluit, καὶ βρέχει. Ad verbum, Et rigat, videlicet pluuia. Erasmus, Pluuiam mittit: eadem nimirũ forma qua modò diximus accipi τὸ αἰσιμον.

46 Habebitis, ἔχετε. Videtur ἔχειν pro ἕξειν hic vsurpari, & alibi quoque, vt infrà 6.a.1: & in vno exemplari legimus ἕξετε. Publicani, οἱ τελῶναι. Sic dicũtur qui vectigalia redimũt. Erant autem isti reliquis Iudæis exosi, tum quòd profanis hominibus (id est Romanis) operam suam quasi ad opprimendam populi Dei libertatem locassent, tum etiam quòd fere hoc hominum genus auaritiæ sit deditum. Postremò quòd Iudæi iniquissimè ferrent Romanorum iugum. Vide infrà, 9.v.10.

47 Cõplexi fueritis, ἀσπάσησθε. Vulgata, Salutaueritis. ἀσπάζεσθαι, salutare quidẽ significat, sed osculo & cõplexu: qui mos istarũ gentiũ erat. Hic autẽ hoc vno officio cætera etiã cõprehendit: alioqui cõtenti fuissemus Vulgata versione, quã frequẽter in Epistolis Pauli sequuti sumus. Fratres, τοὺς ἀδελφούς. In omnibus vetustis codicibus legebatur τοὺς φίλους, amicos. Amplius, περισσὸν. Idẽ hic valet πλέον quod πλείω: & subauditur, Quã alii. Sic etiã infrà 27.c.23. Et publicani ita faciũt, καὶ οἱ τελῶναι οὕτω ποιοῦσιν: Vulg. Ethnici. Ita etiã legẽdo & quarto exemplari scriptum offendimus, καὶ οἱ ἐθνικοὶ τὰ αὐτὰ ποιοῦσιν. Et ethnici (id est exteræ & profanæ gentes) idem faciunt.

48 Estote, ἔσεσθε. Erasmus ad verbum, Eritis: qui videlicet existimauit hanc Christi concionem ad solos quosdam

quosdam perfectos pertinere. quæ opinio falsissima est. Nemo autē ignorat apud Hebræos sæpissime futurum indicatiui accipi pro imperandi modo, vt infrà, 6.a.6.

Κεφάλαιον ς΄

Προσέχετε τὴν ἐλεημοσύνην ὑμῶν μὴ ποιεῖν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, πρὸς τὸ θεαθῆναι αὐτοῖς· εἰ δὲ μήτε, μισθὸν οὐκ ἔχετε παρὰ τῷ πατρὶ ὑμῶν τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

CAP. VI.

1 Attendite ne eleemosynam vestram detis coram hominibus, vt spectemini ab eis: alioqui mercedem non habebitis apud Patrem vestrū qui est in cælis.

CAP. VI.

1 Attendite ne iustitiā vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alioqui mercedē non habebitis apud Patrem vestrum qui in cælis est.

Ὅταν οὖν ποιῇς ἐλεημοσύνην, μὴ σαλπίσῃς ἔμπροσθέν σου, ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ ποιοῦσιν ἐν ταῖς συναγωγαῖς καὶ ἐν ταῖς ῥύμαις, ὅπως δοξασθῶσιν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν.

2 Itaque quum dabis eleemosynam, ne cures buccina cani coram te, sicut hypocritæ facūt in synagogis & in plateis, vt gloriam consequantur ab hominibus. amen dico vobis eos referre mercedem suam.

2 Quum ergo facis eleemosynā, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in uicis, ut honorificētur ab hominibus. amen dico uobis, receperūt mercedem suam. Rom.12.b.8

Σοῦ δὲ ποιοῦντος ἐλεημοσύνην, μὴ γνώτω ἡ ἀριστερά σου τί ποιεῖ ἡ δεξιά σου·

3 Quum verò tu das eleemosynam, ne nouerit finistra tua quid faciat dextera tua:

3 Te autem faciente eleemosynā, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua:

ὅπως ᾖ σου ἡ ἐλεημοσύνη ἐν τῷ κρυπτῷ· καὶ ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ.

4 Vt sit tua eleemosyna in occulto: Pater autem tuus qui te aspicit in occulto, reddet tibi in propatulo.

4 Vt sit eleemosyna tua in abscondito: & Pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi.

IN CAPVT VI.

1 Attendite, προσέχετε. Possemus etiam vertere, Adhibete animū. Nam προσέχειν adhibere significat: & subaudiri videtur τὸν νοῦν: quod etiam sæpe exprimitur. Iungitúrque tertio casui apud Græcos: vt ante particulā μὴ quæ sequitur, videatur subaudiendus articulus τῷ. Eleemosynam, ἐλεημοσύνην. Ita vocāt sacri scriptores quicquid officii præstatur miseris & inopibus, quod Hebræi צדקה vocant. In manuscripto verò vno exemplari legebatur δικαιοσύνην (id est iustitiam): quod legit & interpretatus est Vetus interpres. Sed sciendum iustitiæ nomine apud Hebræos beneficentiam quoque intelligi, vt Danielis 4.c.24. Itaque Græci interpretes, Deuteronomii 24.c.13, pro iustitia verterunt ἐλεημοσύνην. Verbum autem ποιεῖν interpretatus sum dare, potius quàm facere, vt Latinè loquerer. Nam eleemosynam dare & beneficiū dare idem declarant, excepto eo quòd Græcum electmosynæ nomē quiddā significat multo expressiū, id nimirū beneficii genus quod miseris & calamitosis præstatur: quod nescio an Latinè pari vocabulo exprimi possit. Nam certè benignitatem exercere, & benignè facere, latius patent. Vt spectemini, πρὸς τὸ θεαθῆναι. Vulgata, Vt videamini: quæ loquutio est ambigua, vt ex Augustino annotat Erasmus. Deinde θεᾶσθαι plus est quàm ὁρᾶσθαι, sicut apud Latinos plus est Spectari quàm Videri.

Mercedē, μισθόν. Mercedis nomen passim in sacris Scripturis accipitur pro constituto quidem præmio, sed eo tamen gratuito: vt frustra scholastici mutuam meriti & mercedis relationem somnient.

2 Ne cures buccina cani, μὴ σαλπίσῃς. Σαλπίζειν illud est omnino quod Latini buccinare dicūt. hic autem accipitur tanquam in Hebræa coniugatione hiphil תקע. Itaque non satis rectè Vulgata, Noli tuba canere. Erasmus rectius, Ne tubis canatur: mutato actiuo in passiuum. Hypocritæ, ὑποκριταί. id est simulatores: quod vocabulum theologi retinuerunt. Dicitur autem propriè de histrionibus personam aliquam sustinentibus in fabula: conuenitque (vt annotat Erasmus) cum eo quod dixerat paulo antè, Vt spectemini, tāquam in theatro videlicet quod & ipsum tibicinibus perstrepebat, vt tota hæc actio planè histrionica videri posset, in qua seriò nihil ageretur. Synagogis, συναγωγαῖς. Vocabulum Græcum retinuimus, vt suprà 4.d.23. quū videlicet agitur de cōuentu, seu loco ipso in quem conuenire solebant Iudæi ad Scripturam tractādam, quo modo hic quoque accipi videtur: sicut per plateas intelligitur forū quod ciuilibus negotiis & commerciis est accommodatum. Celebriores igitur omnes vrbiū locos captabant ii de quibus hic agitur: sicut histriones quæsiuisse solent πανηγύρεις, vel lucri vel ostentationis causa. Plateis, ῥύμαις. Sic malui interpretari quàm Vicis: tum ad vitandam amphiboliam, tum etiam quia non quoslibet vicos, sed plateas & fora verisimile est istos quærere. quæ potissimum significatio videtur conuenire Græco vocabulo ῥύμη, quum deducatur à ῥύω, id est ὁλκύω, vt eum in vrbe locū significet in quem omnes certatim confluunt. Vt gloriam consequantur, ὅπως δοξασθῶσιν. Vulgata, Vt honorificentur. nam δοξάζεσθαι idem hic valet quod τιμᾶσθαι. Δόξα autem opinionem significat & existimationem & gloriā. Itaque Erasmus interpretatus est Glorificentur: quo modo etiam nos, quoties quidem agitur de Dei laude & gloria. Referre, ἀπέχουσι. id est ἀπολαμβάνουσι. nempe gloriosam illam prædicationem, quæ ab hominibus proficiscitur. Vulgata, Receperunt. Eras. Habent. ἀπέχειν abstinere significat. hic autē idem valet quod ἀπολαμβάνειν, id est, ex re aliqua percipere. Plutarchus in Solone, de scortatoribus loquens, quorum filios Solon constituit ad alendum patrem non cogi, Ὁ γὰρ ὁμιλῶν παρανόμως τὴν ἡδονὴν, ἀπέσυρεν ἑαυτὸν ἐκ τῶν ἐπὶ δίκης ἀγομένων καὶ ἀγράφων γενέσεως, τὸν τῆς μισθαποδοσίας καὶ παρρησίας αὐτῷ πρὸς τοὺς ἔρωτας τοὺς ἀκολάστους, εἰς αὐτὸν ἀπολιπόντα γνησίους ἐκγόνους. id est, Qui enim honestatem illam ac decus nuptiarum despexit, declarat sese non liberorum sed voluptatis gratia mulieris consuetudinem quæsiuisse: itaque mercedem suam refert. neque sibi ius vllum reliquum facit eos cōueniendi qui ex eo concubitu nati sunt: vt qui effecerit vt ne nasci quidem sine infamia & dedecore potuerint. Sic etiam apud Lucam τὸ ἀπολαμβάνειν significat ex mutuo lucrum spectare: & apud Aristotelem libro ἠθικῶν β, ἀπαναφέρεσθαι, ab alio discedere.

3 Quum verò tu das, σοῦ δὲ ποιοῦντος. Vulgata ad verbum, Te autem faciente: quod paulo obscurius videbatur, Erasmus, Cæterùm quum præstabis.

4 Qui *te* aspicit, ὁ βλέπων. Ad verbum, Qui videt: quo modo Vulgata & Erasmus. Atqui βλέπειν dicitur quæ

c.i.

βλέπειν ἔσω. id est, adiicere oculos. quod plus est quam videre, vt diximus suprà 3. c. 18. Abundat autem relatiuũ αὐτῷ Hebraico more vel additum est (vt annotauit Erasmus) vt persónam Patris distinguat ab eo in quem confertur beneficium. Deerat tamen in vetustis exemplaribus, 4. 6. 8. In propatulo, ἐν τῷ φανερῷ. Hæc desunt apud Veterem interpretem, leguntur tamen in vetustis codicibus, & addenda videntur ad explendam antithesin.

Καὶ ὅταν προσεύχῃ, οὐκ ἔσῃ ὡς οἱ ὑποκριταί· ὅτι φιλοῦσιν ἐν ταῖς συναγωγαῖς καὶ ἐν ταῖς γωνίαις τῶν πλατειῶν ἑστῶτες προσεύχεσθαι, ὅπως ἂν φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις. ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν.

5 Et quũ precaris, ne sis vt hypocritæ. amãt enim in cõuentibus & in angiportis platearũ stando precari, vt appareãt hominibus. amen dico vobis, referre mercedem suam.

5 Et quũ oratis, nõ eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis & in angulis platearũ stantes orare, vt videãtur ab hominibus. amẽ dico vobis, receperũt mercedẽ suam.

Σὺ δὲ ὅταν προσεύχῃ, εἴσελθε εἰς τὸ ταμιεῖόν σου, καὶ κλείσας τὴν θύραν σου πρόσευξαι τῷ πατρί σου τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ· καὶ ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ.

6 Tu verò quum precaris, introito in conclaue tuum, & clauso ostio tuo precare Patrẽ tuum qui est in occulto: & Pater tuus qui te aspicit in occulto, reddet tibi in propatulo.

6 Tu autẽ quũ oraueris, intra in cubiculũ tuũ, & clauso ostio ora Patrem tuũ in abscondito: & Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.

Προσευχόμενοι δὲ μὴ βαττολογήσητε, ὥσπερ οἱ ἐθνικοί. δοκοῦσι γὰρ ὅτι ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν εἰσακουσθήσονται.

7 Precantes autem ne fitis loquaces vt Ethnici. putãt enim fore vt sua illa loquacitate exaudiantur.

7 Orãtes autẽ nolite multum loqui, sicut Ethnici. putãt enim quòd in multiloquio suo exaudiãtur.

Μὴ οὖν ὁμοιωθῆτε αὐτοῖς. οἶδε γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὧν χρείαν ἔχετε, πρὸ τοῦ ὑμᾶς αἰτῆσαι αὐτόν.

8 Ne igitur ipsis assimilemini. nouit enim Pater vester quibus sit vobis opus, antequam vos petatis ab eo.

8 Nolite ergo assimilari eis. scit enim Pater vester quid opus sit vobis, antequam petatis eum.

Οὕτως οὖν προσεύχεσθε ὑμεῖς, Luc. 11. c. 2
Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου·

9 Vos igitur ita precamini, PATER noster qui es in cœlis, sanctificetur nomẽ tuum:

9 Sic ergo vos orabitis, PATER noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum.

Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου· γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς.

10 Veniat regnum tuum: fiat voluntas tua, sicut in cœlo, ita etiam in terra.

10 Adueniat regnum tuũ. fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra.

Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον.

11 Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

11 Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie.

5 Quum precaris, ὅταν προσεύχῃ. Vulg. Quum oratis, ὅταν προσεύχησθε. Eras. Quum oraueris, ὅταν προσεύξῃ. Amant enim, ἐν φιλοῦσιν. Hoc loco videtur Erasmus rectè nouam periodũ inchoasse, vt sensus esset aptior. Vulgatus autẽ interpres habet Qui, vt legisse videatur οἱ pro ὅτι. At φιλοῦσιν vertit Eras. Solẽt. id est εἰώθασιν. Ego verò etsi hunc sensum esse non nego, & φιλεῖν sæpe accipi pro solere, tamen vulgatam interpretationẽ probo, quia Græcis respondet: & hoc dicendi genus video & ab Horatio & à Plinio & à Cornelio Tacito vsurpatum. Sic etiam vulgò Galli, Qui aiment à prier. Angiportis, γωνίαις. id est, vbi desinũt viæ in angulos. ibi enim sunt biuia, aut triuia, in quibus fere habentur hominũ conuentus. Catullus, Nunc in quadriuiis & angiportis. Vulg. & Erasmus, Angulis. quod non placuit, nequis angulum pro loco abdito interpretetur. Vt appareant, ὅπως ἂν φανῶσι. Vulgata, Vt videantur. Erasmus, Quò conspicui fiant. id est ὅπως ἐμφανεῖς γένωνται.

6 Conclaue, ταμιεῖον. Vulg. Cubiculum. Latius patet Græcis ταμιεῖον. significat enim generaliter locum secretiorem in quo recondimus aliquid. Hic autẽ conuenire videtur Conclauis vocabulũ. Alioqui penarium vel cellam dixissem, si ageretur de rebus ad familiæ victum pertinẽtibus: sicut Luc. 12. c. 24, & infrà 24. c. 26. καμάρα vertit Erasmus cũ Vetere interprete, penetralia. In propatulo, ἐν τῷ φανερῷ. Iterũ hæc desunt in editione vulgata.

7 Ne fitis loquaces, μὴ βαττολογήσητε. Vulg. Nolite multum loqui. Erasmus, Ne fitis multiloqui. id est πολυλόγοι. quo idem declaratur. Longæ tamen preces hic non damnantur, sed quæ vanæ sunt, inanes & superstitiosæ. Longa enim non est oratio in qua nihil redundat: contrà verò breuis esse non potest quæ non proficiscitur ex animo pio & fideli. Sua illa loquacitate, ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν. Vulgata ad verbum, In multiloquio suo.

8 Assimilemini, ὁμοιωθῆτε. id est, similes fiatis. Videtur enim mihi hoc verbum (quod etiam non reiecit Erasmus infrà cap. 7. c. 11) optimè respondere verbo Græco. Cicero quoque Assimilandus dixit. Antequam vos petatis ab eo, πρὸ τοῦ ὑμᾶς αἰτῆσαι αὐτόν. In quodam exẽplari manuscripto legimus, πρὸ τοῦ ὑμᾶς αὐτὸν ἐρωτῆσαι ὑμᾶς. id est, Antequam vos aperueritis os.

9 Sanctificetur, ἁγιασθήτω. id est, sanctè colatur. Est autem hoc vocabulum theologis peculiare, respondens Hebræo יתקדש, cuius variæ sunt significationes, quas suis locis explicabimus.

10 Ita etiã, καί. Apud Hebræos sæpissime deest particula similitudinis כן. Vide Mar. 3. c. 26.

11 Panem quotidianum, ἄρτον τὸν ἐπιούσιον. Mihi religio fuit quicquam immutare in hac precationis formula, in Ecclesia Dei tanto iam tẽpore vsurpata: dicã tamen quod sentio, vbi alias interpretationes attulero. Nonnulli Supersubstantialem verterunt: quòd videatur hoc vocabulum formatum ab ὑπὲρ & οὐσία: & (vt existimat Erasmus) in precatione tam cælesti Christus de eo pane non loquatur quem à suis parentibus accipiunt etiam gentes. Sed hoc certè falsum est, quum potius Christus hoc orationis compendio comprehenderit quicquid est à Deo flagitandum. Et quod addit Lucas, τὸ καθ' ἡμέραν, id est in singulos dies, declarat de terreno & corruptibili cibo hic agi, cuius quærendi solicitudinem, non curam, Christus cõnatur tot verbis nobis eximere. Alii interpretantur Crastinum, vt deducatur ab αὔριον. quod etiam Hebræi cuiusdam Euangelii authoritate confirmat Hieronymus, à quo Erasmus non dissentit. Sed hoc (ni fallor) manifestè pugnat cum Christi doctrina, qui nos vetat solicitos esse de crastino: nisi quis interpretetur crastinum dici qui vsque in crastinum

diem ſufficiat.quod mihi quidem non placet. Puto igitur nouum eſſe vocabulum, quālia à ſacris ſcriptoribus multa ſunt conficta. idque deduco ab ἐπὶ & οὐσία, ſicut à ἐπιούσιος iidem formarunt ἐπιούσιος,vt cum demum panem,ſeu victum (Hebræorum more) ſignificari intelligas qui noſtris viribus ſuſtentandis ſufficiat. id eſt(vt Græci interpretātur)ἐπὶ τὴν οὖσάν μοι καὶ ἐφ' ἑκάστην ἡμέραν,minimè videlicet delicatum,ſed frugalem: vt victum & veſtitum habentes,contenti ſimus. Panis enim appellatione cætera omnia tolerandæ huic noſtræ vitæ neceſſaria comprehenduntur. Huic interpretationi adſtipulatur vetus verſio. nam quod vulgatum eſt & vſitatum, id quotidianum dicimus. Quia tamen quotidianum ſic quoque poteſt accipi quaſi cibus in vnum tantùm diem petatur, huic autem interpretationi id obſtat, quòd in hoc orationis compēdio Lucas non contentus ἐπιούσιον dixiſſe, etiam addit τὸ καθ' ἡμέραν: idcirco fortaſſis præſtiterit Panem cibarium interpretari, vocabulo Latinis vſitato. in hac quoque ſignificatione: vel perperiphraſin, Panem ſuſtentandis nobis idoneum. Verùm tāti apud me non fuit hæc amphibolia vt quicquam innouandum putarem, quo offendi poſſent infirmiores.

Καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν.

12 Et remitte nobis debita noſtra, ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris.

12 *Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.*

Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

13 Et ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo. Quia tuum eſt regnum, & potētia, & gloria in ſecula. Amen.

13 *Et ne nos induxeris in tentationem, ſed libera nos à malo. Amen.* *Infrà 13.c.19*

Ἐὰν γὰρ ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, ἀφήσει καὶ ὑμῖν ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος.

14 Nam ſi remiſeritis hominibus offenſas ipſorū, remittet etiam vobis Pater ille veſter cæleſtis:

14 *Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater veſter cæleſtis delicta veſtra:* *Marc.11.c.25 eccl.28.a.2*

Ἐὰν δὲ μὴ ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, οὐδὲ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἀφήσει τὰ παραπτώματα ὑμῶν.

15 Sin autem non remiſeritis hominibus ipſorum offenſas, nec Pater veſter remittet vobis offenſas veſtras.

15 *Si autem non dimiſeritis hominibus, nec Pater veſter dimittet vobis peccata veſtra.*

Ὅταν δὲ νηστεύητε, μὴ γίνεσθε ὡς οἱ ὑποκριταὶ σκυθρωποί. ἀφανίζουσι γὰρ τὰ πρόσωπα αὐτῶν, ὅπως φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις νηστεύοντες. ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν.

16 Quum autem ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ tetrici. obſcurant enim facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunare. amen dico vobis, referunt mercedem ſuam.

16 *Quum autem ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes. exterminant enim facies ſuas, vt pareant hominibus ieiunāres. amen dico vobis, quia recepiſtis mercedem ſuam.*

Σὺ δὲ νηστεύων ἄλειψαί σου τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸ πρόσωπόν σου νίψαι.

17 Tu verò, quum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua:

17 *Tu autem quum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua:*

12 Remiſit, ἄφηκε. Vulgata, Dimitte. quo modo ipſe quoque Cicero quinta Verrina dixit, Dimittere de ſummo: ſed illud prætuli, non modò quia magis vſitatum, ſed etiam quia Vetus ipſe interpres aliis pleriſque locis ita eſt interpretatus. Debita, ὀφειλήματα. id eſt peccata. Vide infrà cap.23.b.16.

13 Inducas, εἰσενέγκῃς. id eſt εἰσάγῃς. Nam φέρειν & ἄγειν ſæpe permutantur. Inducit autem Dominus in tentationem eos quos Satanæ arbitrio permittit, vt cor eorum impleat: ſicut loquitur Petrus Act.5.a.3. Eſt enim vis præpoſitionis εἰς diligenter conſideranda. Quia tuum, ὅτι σοῦ. Tota hæc περικοπὴ non legitur in Vulgata editione, neque adſcripta erat in quodam vetere exemplari. Eſt autem huius loci hæc ſententia, Patrem noſtrum cæleſtem eum demū eſſe cui ſummæ & infinitæ maieſtatis, poteſtatis ac gloriæ laus ſit tribuenda. In ſecula, εἰς αἰῶνας. id eſt in perpetuum. Sic enim dicere ſolent Hebræi עולמים: apud quos tamen interdum hoc dicendi genus non perpetuū, ſed longū tēporis ſpatium declarat. Sed quid cui loco cōueniat, diligenter eſt conſiderādum.

14 Hominibus, ἀνθρώποις. id eſt æqualibus veſtris. Iubet enim vt homines eſſe meminerimus, & planè noſtri ſimiles, eos à quibus offendimur: quibuſcum deinde Pater ille cæleſtis confertur. Itaque ſi ſimpliciter conuertamus. Aliis, erit quidē ſermo ornatior, ſed perierit hæc emphaſis. Offenſas, τὰ παραπτώματα. Sic conuerti potius quàm errata, (id eſt ἁμαρτήματα) vt vim Græci vocabuli exprimerē. Significat enim παράπτωμα aliquid amplius quàm πταίσμα, vt declarat Apoſtolus Rom.11.b.11. id eſt, ita impingere & offēdere ad aliquid vt cōcidas: quod (niſi fallor) Latini offenſam appellāt: apud quos etiā tranſlatitiè accipitur pro eo quo animū alicuius offendimus. Vulgatus interpres, quum hic vertat priore loco Peccata, paulo pòſt vertit Delicta. id eſt παραπτώματα. Eraſmus, Errata, & cap.18.d.35, delicta. Pater veſter ille cæleſtis, πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος. Poſt οὐράνιος (id eſt cæleſtis) Vetus interpres addit, Delicta veſtra: & eadem verba omittit ſequēti verſiculo: vt facilè appareat ex ſequēte verſu in hūc eſſe tranſlata. Eſt autem geminati articuli magna vis, præſertim ſi Patris appellatio diligenter conſideretur. grauius enim peccatūr in Patrem quàm in alium quenuis. Deinde quis hic Pater eſt? is nimirum qui nos creauit, quique in cælis dominatur: & ab hoc petemus veniam quam fratri noſtro negabimus?

16 Quum autem ieiunatis, ὅταν δὲ νηστεύητε. Eraſmus, Porro quū ieiunaueritis. id eſt, ὅταν δὲ νηστεύσητε. Tetrici, σκυθρωποί. Vulgata, Triſtes. non ſatis rectè. hic enim non agitur de animi triſtitia, ſed de vultu ad triſtitiam compoſito, ſicut ipſa Græci vocabuli notatio declarat. Videtur autem hoc cohærere cum γίνεσθε: vt ſit hæc ſententia, Ne ſitis tetrici, vt hypocritæ ſolent. Obſcurant, ἀφανίζουσι. id eſt, colorem natiuum facieī vitiant & corrūpunt, vt appareāt macra & pallida facie. Alioqui τὸ ἀφανίζειν idē valet quod delere quidpiam, & tollere è medio, ita vt nuſquam appareat: quamobrem etiam Vulgata vertit Exterminant. id eſt ἐξαφανίζουσι: ſed parū appoſitē. Appareant ieiunare, φανῶσι νηστεύοντες. Vulgata ad verbum, Appareāt ieiunantes. id eſt, vt omnes intelligant ipſos ieiunare. nam certè ieiunabant. Quod autem attinet ad verbum Appareant, ſic animaduertimus vſurpari à Cicerone 1. de Finibus, Membra nobis ita data ſunt (inquit) vt ad quandam rationem viuendi data eſſe appareant. Mihi mè igitur neceſſe fuit quicquam mutare. Eraſmus, Quò perſpicuum ſit hominibus ipſos ieiunare.

17 Vnge, ἄλειψαι. Vetuſtiſſimum fuiſſe vnguentorum vſum ex ipſius Moſis libris apparet. Non tamen commendat luxum Chriſtus, ſed quicquid nouum & affectatum eſt reprehendit.

Οπως μὴ φανῆς τοῖς ἀνθρώποις νηστεύων, ἀλλὰ τῷ πατρί σου τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ· καὶ ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ.

18 Vt ne appareas hominibus ieiunare, ſed Patri tuo qui eſt in occulto: & Pater tuus qui aſpicit in occulto, reddet tibi in propatulo.

18 Ne uideatis hominibus ieiunãs, ſed Patri tuo qui eſt in abſconſo: & Pater tuus qui uidet in abſconſo, reddet tibi.

Μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυροὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει, καὶ ὅπου κλέπται διορύσσουσι καὶ κλέπτουσιν.

19 Ne theſauros cõgerite ſibi in terra, vbi tinea & eroſio corrumpit, & vbi fures perfodiunt ac furantur.

19 Nolite theſaurizare uobis theſauros in terra, ubi ærugo & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt & furantur.

Luc.12.d.33

Θησαυρίζετε δὲ ὑμῖν θησαυροὺς ἐν οὐρανῷ, ὅπου οὔτε σὴς οὔτε βρῶσις ἀφανίζει, καὶ ὅπου κλέπται οὐ διορύσσουσιν, οὐδὲ κλέπτουσιν.

Luc.12.c.33 Ioan.6.d.19

20 Sed congerite vobis theſauros in cælo, vbi neque tinea neque eroſio corrumpit, & vbi fures non perfodiunt neque furantur.

20 Theſaurizate autem uobis theſauros in cælo: ubi neque ærugo neque tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt nec furantur.

Ὅπου γάρ ἐστιν ὁ θησαυρός σου, ἐκεῖ ἔσται καὶ ἡ καρδία σου.

21 Nã vbi eſt theſaurus veſter, illic erit etiam cor veſtrum.

21 Vbi enim eſt theſaurus tuus ibi eſt & cor tuum.

Luc.11.c.34

Ὁ λύχνος τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμός· ἐὰν οὖν ὁ ὀφθαλμός σου ἁπλοῦς ᾖ, ὅλον τὸ σῶμά σου φωτεινὸν ἔσται·

22 Lucerna corporis eſt oculus: itaque ſi oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit:

22 Lucerna corporis eſt oculus: ſi igitur oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit:

Ἐὰν δὲ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρὸς ᾖ, ὅλον τὸ σῶμά σου σκοτεινὸν ἔσται. εἰ οὖν τὸ φῶς τὸ ἐν σοί σκότος ἐστί, τὸ σκότος πόσον;

23 Quòd ſi oculus tuus malus fuerit, totũ corpus tuũ tenebroſũ erit. Ergo ſi lumẽ quod eſt in te, tenebræ ſũt, ipſæ tenebræ quãtæ?

23 Si autem oculus tuus fuerit nequã, totũ corpus tuũ tenebroſum erit. Si ergo lumen quod in te eſt, tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quantæ erunt?

Luc.16.c.13

Οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν. ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει, καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει· ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται, καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει. οὐ δύνασθε Θεῷ δουλεύειν καὶ μαμωνᾷ.

24 Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. aut enim vnum habebit odio, & alterum diliget: aut vni adhærebit, & alterum contemnet. Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ.

24 Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. aut enim unum odio habebit, & alterũ diliget: aut unum ſuſtinebit, & alterũ contemnet. non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ.

Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, μὴ μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ ὑμῶν, τί φάγητε καὶ τί πίητε, μηδὲ τῷ σώματι ὑμῶν, τί ἐνδύσησθε. οὐχὶ ἡ ψυχὴ πλεῖόν ἐστι τῆς τροφῆς, καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος;

Luc.12.c.22 philip.4.a.6 2.tim.6.b.8 1.pet.5.c.7 psal.54.d.23

25 Propterea dico vobis, ne eſtote ſoliciti de anima veſtra, quid eſuri ſitis, aut quid bibituri: neque de corpore veſtro, qua re ſitis induendi. nónne anima plus eſt quàm alimentum, & corpus quàm veſtitus?

25 Ideo dico uobis, ne ſolicite ſitis animæ neſtræ, quid manducetis, neque corpori neſtro, qd induatis. Nónne anima plus eſt quàm eſca, & corpus plus quàm neſtimentum?

18 In propatulo, ἐν τῷ φανερῷ. Hæc deerãt hoc loco in omnib⁹ vetuſtis codicibus, neque legũtur in Vulgata.

19 In terra, ὅπου ἐπὶ γῆς. Idem valere ὅπου ἐπὶ γῆς quod ἐν τῇ γῇ (id eſt in terra) oſtẽdit antitheſis ἐν τῷ κρυπτῷ. id eſt in cælo. Eorũ igitur auaritiã notat qui pecuniã ſolẽt non modò recondere, ſed etiã defodere. Vbi tinea & eroſio corrumpit, ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει. Vulg. Vbi ærugo & tinea demolitur. Eraſ. Vbi ærugo & tinea corrumpit. Primùm demiror cur hæc duo vocabula σὴς & βρῶσις fuerint permutata. neque enim dubiũ eſt quin σὴς tineã declaret, etymologia (ni fallor) Hebræa à DD, quæ vox tineam declarat, vt Eſaiæ 51.c.8. Ærugo igitur reſpõdet τῇ βρώσει, quæ tamen poſteriore loco hîc ponitur. Deinde pro ærugine vbique lego ἰὸν (vt Iacobi 5.a.3) βρῶσιν nuſquã. Quare exiſtimo hoc vocabulum latius patere, quo videlicet intelligantur omnia quæ ſolent depaſci res in terra defoſſas. Quamobrẽ idem Iacobus veſtimenta vocat σήτοβρωτα, quòd à tineis vorentur. Itaque generaliter eroſionẽ vertimus, quũ βρῶσις etiã pro cibo accipiatur, quaſi deuorationẽ dicas. Cyprianus (vt Eraſmus notat) vertit alicubi Comeſtura: quod verbũ apud Catonẽ quoque reperitur. Cæterũ ἀφανίζει hoc loco ſum interpretat⁹ corrũpit, ex Luca, qui in hac eadẽ re vtitur verbo διαφθείρει: quũ paulo antè ſim interpretatus ἀφανίζει, obſcurãt, etymologiam verbi ſequutus. Perfodiunt, διορύσσουσι. Vulgata, Effodiunt. id eſt ἐκβάλλουσι, quod emendauit Eraſmus.

11 Vbi eſt, ἔσται ὅπου. Eraſmus, Fuerit. id eſt ἔσται ἐκεῖ. 11 Simplex, ἁπλοῦς. Oculũ vocat allegoricè, mentis iudicium: cui cõparando potius quàm accumulãdis opib⁹ incũbere nos oportuit: vt ſicut oculis corp⁹, ita etiam recta ratione (id eſt Spiritu Dei) illuſtrata tota vita noſtra regeretur. Simplicẽ ergo intelligit purũ & integrũ: cui opponitur malus, id eſt aliquo vitio inquinatus: quẽ etiã in vernaculo ſermone vocamus un mauuais œil. Lucidũ autẽ corpus vocat quod luce oculorũ illuſtratur: cui opponitur tenebroſum, id eſt quod in tenebris poſitum eſt.

14 Vnum, μισήσει. Eraſmus, Hunc. id eſt, μισήσει. ἀφ' ἑνὸς quia (inquit) alioquin bis videbitur res eadẽ inculcari. Atqui nõ eſt nouũ bis idẽ dicere, in cõmuni ſermone, præſertim apud Hebræos: ſed tamen propter cõiunctionem diſiunctiuã videri poſſit inepta repetitio: ſicut idẽ Eraſmus in Cõuiuio religioſo obſeruauit. Perinde enim eſt ac ſi quis diceret, Aut Petrus me vincet, & ego cedã: aut ego cedam, & Petrus me vincet: quod omnino eſſet abſurdum. Itaque præſtat vtrãque partẽ ad vtrũlibet referri, vt vtrũcũque delegeris, ei opponatur quod ſignificatur per alterũ. veluti ſi dicas, aut A excludes & admittes B, aut A admittes & excludes B. Quod etiã de B potes dicere hoc pacto, Aut B excludes & admittes A, aut B admittes, & excludes A, ita videlicet vt manẽte eadẽ perſona res trãſferatur. Nã ineptũ eſſet dicere, Aut A excludes & B admittes, aut B admittes & A excludes. Aut vni adhærebit, ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται. Vetus interpres, Aut vnum ſuſtinebit: vt videatur legiſſe, ἢ ἕνα ἀνέξ). Mammonæ, μαμωνᾷ. id eſt deliciis & auaritiæ. Vox eſt Syriaca, ſignificans quæcunque ad rem pecuniariam pertinent.

25 De anima veſtra, τῇ ψυχῇ ὑμῶν. id eſt, de vita veſtra tolerãda, ſicut apparet ex iis quæ cohærent.

Aut quid bibituri, καὶ τί πίωμεν. Hanc particulam reperi in omnibus exẽplaribus Græcis, quæ quidem mihi videre cõtigit: quanuis ſuperuacuam eſſe cenſeat Eraſmus, quòd nomine cibi etiam potus intelligatur. Quàm alimentum, τὴν τροφήν. Vulgata, Eſca, id eſt βρώμα. quo verbo non videtur potus comprehẽdi, niſi Συνεκδοχικῶς. Eraſmus, Quàm cibus, id eſt σῖτος quidem, ſed Συνεκφορᾷ.

Εμβλέψατε εἰς τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι οὐ σπείρουσιν, οὐδὲ θερίζουσιν, οὐδὲ συνάγουσιν εἰς ἀποθήκας, καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τρέφει αὐτά. οὐχ ὑμεῖς μᾶλλον διαφέρετε αὐτῶν;

Τίς δὲ ἐξ ὑμῶν μεριμνῶν δύναται προσθεῖναι ἐπὶ τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ πῆχυν ἕνα;

Καὶ περὶ ἐνδύματος τί μεριμνᾶτε; καταμάθετε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ πῶς αὐξάνει· οὐ κοπιᾷ, οὐδὲ νήθει.

Λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι οὐδὲ Σολομὼν ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ περιεβάλετο ὡς ἓν τούτων.

Εἰ δὲ τὸν χόρτον τοῦ ἀγροῦ, σήμερον ὄντα καὶ αὔριον εἰς κλίβανον βαλλόμενον, ὁ Θεὸς οὕτως ἀμφιέννυσιν, οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑμᾶς, ὀλιγόπιστοι;

Μὴ οὖν μεριμνήσητε, λέγοντες, Τί φάγωμεν, ἢ Τί πίωμεν, ἢ Τί περιβαλώμεθα;

(Πάντα γὰρ ταῦτα τὰ ἔθνη ἐπιζητεῖ.) οἶδε γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος

16 Intuemini ye in volucres cæli: non ſerunt enim, neque metunt, neque cogunt in horrea, & Pater veſter cæleſtis alit eas. nónne vos multo præſtatis eis?

17 Quis autem ex vobis ſolicitè cogitando poteſt apponere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum?

18 Ac de veſtitu quid ſoliciti eſtis? diſcite quomodo lilia agrorum creſcant: non fatigantur, neque nent.

19 Sed dico vobis, ne Solomonem quidem cum vniuerſa gloria ſua, ſic amictum fuiſſe vt vnum ex iſtis.

30 Quòd ſi herbam agri, quæ hodie extat, & cras in clibanũ mittitur, Deus ita circunueſtit: nónne vos multo magis, ô exigua fide præditi?

31 Ne igitur eſtote ſoliciti, dicentes, Quid edemus, aut quid bibemus, aut quo amiciemur?

32 (Nã omnia iſta gẽtes requrũt) nouit enĩ Pater veſter cæleſtis

16 Reſpicite vel attendite cæli, quæ non ſerunt, neque metunt, neque cõgregant in horrea, & Pater veſter cæleſtis paſcit illa. nónne vos magis pluris eſtis illis?

17 Quis autẽ veſtrum cogitans poteſt adijcere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum?

18 Et de veſtimento quid ſolicati eſtis? Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt: non laborant, neq; nent.

19 Dico autem vobis quoniam nec Salomon in omni gloria ſua cooperitus eſt ſicut vnum ex iſtis.

30 Si autem fœnum agri, quod hodie eſt & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit: quanto magis vos, modicæ fidei?

31 Nolite ergo ſolicati eſſe, dicentes, Quid mãducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur?

32 (Hæc enim oia Gẽtes inquirũt) ſcit enĩ Pater veſter

16 Intuemini, ἐμβλέψατε. Vulgata, Reſpicite, id eſt ἀθρήσατε. Eraſmus, Vertite oculos, τρέψατε τοὺς ὀφθαλμούς. In volucres, εἰς τὰ πετεινά. Vulgata & Eraſmus, Volatilia. quod nuſquam legi non addito appellatiuo.

Cæli, οὐρανοῦ. id eſt aereas, ſiue in aere verſantes. Nam cælum pro aere vſurpare, omnibus penè linguis vſitatum eſt. Appellatiuorum autem genitiuis vtuntur Hebræi adiectiuorum loco, vt omnes norunt. Cogunt, Συνάγουσιν. Vulgata, Congregant, id eſt Συναθροίζουσιν. Eraſmus, Cõuehunt, id eſt συγκομίζουσιν. Cicero in hac ſignifi-
10 catione ſæpe etiam vtitur verbo Conducendi, quod reſpondet τῷ Συνάγω. Multo præſtatis eis μᾶλλον διαφέρετε αὐτῶν; Vulgata, Magis pluris eſtis illis? Eraſmus, Longè præcellitis illa? Verbum διαφέρω comparationem declarat. ſignificat enim præſtare & excellere. Illud autem μᾶλλον Græci coniungunt etiam comparatiuis, maioris emphaſis cauſa. cuius conſtructionis exẽpla paſſim occurrũt: ſicut apud Plautũ aliquoties particula Magis redũdat. Nos igitur, vt aliquo modo exprimeremus hũc pleonaſmũ, perinde vertimꝰ acſi ſcriptũ eſſet πολὺ διαφέρετε.

15 17 Solicitè cogitando, μεριμνῶν. Vulgata, Cogitans. At plus eſt μεριμνᾷν (id eſt ſolicitum eſſe) quàm cogitare, vt annotat Eraſmus. cuius opinionem confirmat Ciceronis illud Tuſc. 4, Solicitudo eſt ægritudo cum cogitatione. Itaque μεριμνᾷν deriuant grammatici ἀπὸ τοῦ μερίζω τὸν νοῦν, quòd ſolicitudo animum (vt inquit Virgilius) rapiat in partes varias. Neq; verò hæc addidiſſem, niſi ex propria huius verbi vi & ſignificatione pẽderet tota explicatio huius doctrinæ, qua nõnulli otioſi vẽtres ad mẽdicitatẽ ſuã propugnãdã abutũtur: quũ Chriſtus
10 nõ vetet, imò verò iubeat, nos labore victũ quærere, & curare rẽ domeſticã: ſed ſolicitudinẽ prohibeat, & anxietatẽ animi, cui ſemper coniũcta eſt diffidentia. Apponere, προσθεῖναι, id eſt addere, vt vertit Eraſmus: vel adiicere, vt interpretatur Vulgata. Horatius, Et illi, quos tibi dempſerit, apponet annos. Staturam, ἡλικίαν. vel (ſi mauis) quantitatem, id eſt ποσότητα. Nam ἡλικίας nomine, hoc quidem loco, non ſignificatur ætas, ſed ipſa corporis (vt ita dicam) quantitas ac magnitudo formato nomine ab ἧλιξ, id eſt quantus. Sic etiam accipi vide-
15 tur apud Plutarchum libro περὶ τοῦ δύνασθαι ἀγωγὸς, vbi ἧλιξ παῖδας ait ἡλικίαν λαβόντας, id eſt αὐξηθέντας.

18 Diſcite, καταμάθετε. Eraſ. Cognoſcite. i. γνωρίσατε. Vulg. Cõſiderate, διανοήθητε, vel καταμάθετε, ſiue σκοπεῖτε. Agrorũ, ἀγροῦ. Hebraiſmus, pro agreſtia, ſiue, quæ paſſim in agris occurrunt. Non fatigãtur, οὐ κοπιᾷ. Vulgata & Eraſmus, Non laborant. id eſt οὐ πονεῖ, vel ἐργάζεται. Hebraicum quoque verbum עמל hæc omnia declarat.

29 Cum, ἐν. Ad verbum, In gloria, ſicut loquũtur Hebræi, & interdum Græci. Vide infrà cap. 11. c. 21. Gloriã autem vocat maieſtatem & ſplendorem illum qui reges magis celebres reddit, vnde ab Hebræis יקר vocatur.
30 Amictum fuiſſe, ἠμφιέσθαι. Vulgata, Cooperitus, Συνεσκεπάσθη, nimium generaliter: quanuis id ſequatur paulo pòſt Eraſmus. Sed illud Latinum Græco prorſus reſpondet.

30 Herbã, χόρτον. Vulg. Fœnũ. Eraſ. gramẽ. Ego verò herbã potius cõuerti, quæ de ſegetibꝰ etiã dicitur: fœnũ verò & gramẽ (ni fallor) nõ itẽ. de ſegetibꝰ autẽ hic agitur, vt opinor. Quæ hodie extat, σήμερον ὄντα. Eraſ. Quod
35 hodie quũ ſit. Sic Demoſth. τοὺς ἐπὶ τοῦ ζῆν ὄντας ἀλλήλων ἕνεκα. i. viuis & ſuperſtitibꝰ Atheniẽſibus. i. quod vulgò dicimus, Eſſe in natura. Nónne vos multo magis? πολλῷ μᾶλλον ὑμᾶς; Vulg. Quãto magis veſtri. πόσῳ μᾶλλον ὑμᾶς; Eraſ. lõgius à Græco recedẽs. Annõ multo magis vobis id facient? Vulg. Modicæ fidei: nõ ſatis exprimẽs τὸ ὀλιγόπιστοι. Eraſ. Parũ fidentes. & alibi, Exigua fiducia præditos interpretatur. Ego verò ſi
40 dẽ à fiducia, vt cauſam ab effectu diſtinguo. Hoc autẽ obſeruãdũ eſt, in ſacris literis πίστιν dici fidẽm qua denominantur πιστοί, non tam qui fidem datam ſeruãt quàm qui credant Dei promiſſis: de quo copioſius alibi dicemus.

31 Requirunt, ἐπιζητοῦσι. Eraſmus, Exquirunt. id eſt ζητοῦσι. Vide infrà 12. c. 39.

ὅτι χρῄζετε τούτων ἁπάντων.

33 Ζητεῖτε δὲ πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν.

34 Μὴ οὖν μεριμνήσητε εἰς τὴν αὔριον· ἡ γὰρ αὔριον μεριμνήσει τὰ ἑαυτῆς. Ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς.

Κεφάλαιον ζ

Luc.6.c.37 rom.2.a.1 1.cor.4.c.3.

1 Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε.

Matt.4.c.15 Iac.6.f.38

2 Ἐν ᾧ γὰρ κρίματι κρίνετε, κριθήσεσθε· καὶ ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν.

3 Τί δὲ βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου, τὴν δὲ ἐν τῷ σῷ ὀφθαλμῷ δοκὸν οὐ κατανοεῖς;

Luc.6.f.41 4 Ἢ πῶς ἐρεῖς τῷ ἀδελφῷ σου, Ἄφες ἐκβάλω τὸ κάρφος ἀπὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου· καὶ ἰδοὺ ἡ δοκὸς ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου;

5 Ὑποκριτά, ἔκβαλε πρῶτον τὴν δοκὸν ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου, καὶ τότε διαβλέψεις ἐκβαλεῖν τὸ κάρφος ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ τοῦ ἀδελφοῦ σου.

vos indigere his omnibus.

33 Sed quærite primò regnum Dei, & iuſtitiam eius, & iſta omnia ᵛadiicientur vobis.

34 Ne ſitis igitur ſoliciti ᵛde craſtino: nam craſtinus dies ᵛſolicitus erit de rebus ſuis. ſufficit diei ᵛſua vexatio.

CAP. VII.

1 ᵛNE iudicate, ᵛvt ne iudicemini.

2 ᵛQuo enim iudicio iudicatis, ᵛiudicabimini: & ‖qua menſura metimini, ᵛviciſſim metientur vobis.

3 Quid autem ᵛaſpicis feſtucā quæ eſt in oculo fratris tui, trabem verò quæ eſt in oculo tuo non animaduertis?

4 ‖Aut ᵛquomodo dices fratri tuo, ᵛSine eiiciam feſtucam ex oculo tuo: & ecce ᵛtrabes in oculo tuo?

5 Hypocrita, eiice primùm ᵛtrabem illam ex oculo tuo, & tum ᵛdiſpicies ᵛvt eiicias feſtucā ex oculo fratris tui.

ꝙa his omnib⁹ indigetis.

33 Quæritе ergo primùm regnum Dei, & iuſtitiam eius: & hæc omnia adijcientur vobis.

34 Nolite ergo ſoliciti eſſe in craſtinū: craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibiipſi. ſufficit diei malitia ſua.

CAP. VII.

1 NOlite iudicare, & nō iudicabimini: nolite condēnare, & nō cōdemnabimini.

2 In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua mēſura menſi fueritis, remetientur vobis.

3 Quid autē vides feſtucā in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides?

4 Aut quomodo dicis fratri tuo, Frater, ſine eiiciā feſtucam de oculo tuo: & ecce, trabs eſt in oculo tuo?

5 Hypocrita, eiice primū trabem de oculo tuo, & tunc videbis eiicere feſtucam de oculo fratris tui.

33 Adiicientur, προστεθήσεται. Paulo antè vſi ſumus Apponendi verbo, quod Græco reſpõdet, ſed hic fuiſſet obſcurius. Adiici enim hoc loco ſignificat pro auctario dari.

34 De craſtino, εἰς τὴν αὔριον. id eſt περὶ τῆς αὔριον, vt etiam legit Clemens in Pædagogo. Vulgata & Eraſ. ad verbum, In craſtinum. Sed hoc dicendi genere ſignificatur vel differri aliquid in diem ſequentem, vt Act.4.a.3: vel rei continuatio ad certum vſque tempus. Homerus Odyſſ.ξ, — μοῦνα πολυφόρτοις ὑπαυλεῖ. Neutrum autem hic ſignificari puto, ac potius Hebræorum phraſin eſſe, apud quos reperio ל interdū ſignificare propter. Cuius exemplū habes huic noſtro prorſus ſimile, Prouer.27.a.1. Solicitus erit de rebus ſuis, μεριμνήσει τὰ ἑαυτῆς. Vulg. Solicitus erit ſibiipſi. id eſt μεριμνήσει ἑαυτῇ. ſicut in Victoriano codice ſcriptum reperimus. Eraſmus, Curam habebit ſui ipſius. id eſt φροντίσει ἑαυτῆς. Sua vexatio, κακία αὐτῆς. Vulg. Malitia ſua. Ponitur autem κακία pro κάκωσις, vt annotat ex veteribus Eraſmus: ſicut etiam (vt opinor) Virgilius laborem improbum vocauit. Alioquin hoc vocabulum vitioſitatem declarat, interprete Cicerone.

IN CAPVT VII.

1 Ne iudicate, μὴ κρίνετε. Vulg. Nolite iudicare: quo modo fere ſolet explicare particulā μὴ, ſequente imperandi modo, quem etiam mutat in infinitū: idque dicendi genus impoſuit Auguſtino, qui ex hac voce Nolite (quæ tamen in Græco non eſt) arripit anſam philoſophādi de libero arbitrio, libro de Gratia & Libero arbitrio, cap.2. quod vidit & annotauit ſuperiore cap. Eraſmus. Vt ne iudicemini, ἵνα μὴ κριθῆτε. Vulg. Et non iudicabimini, καὶ οὐ μὴ κριθῆτε. Eraſmus omiſit particulam Vt. Quod autem in Vulgata additur, Nolite condemnare, & non condemnabimini (quod etiam arbitratur Eraſmus ex margine in contextū irrepſiſſe) in vno exēplari manuſcripto Græcè legimus, μὴ καταδικάζητε, καὶ οὐ μὴ καταδικασθῆτε.

2 Quo enim, ᾧ γὰρ. Vulg. In quo enim. Eraſmus rectè expunxit particulā ᾧ, quam Latini in hoc quidem dicendi genere non exprimunt. Iudicabimini, κριθήσεσθε. Eraſ. Iudicabitur de vobis. Illud enim reiicit, quia Latinè exiſtimat iudicatum non dici eum de quo iudicatum eſt: atqui Liuius participio ſic vtitur, quum, inquit, Eximendo de medio ciues veſtros, prohibendo iudicatos addictóſque duci. Viciſſim metientur vobis, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. Vulg. ad verbum, Remetietur vobis, impersonaliter. Eraſmus, Ea metientur vobis alii. Mihi verò videtur Remetiri plerūque idem valere quod iterum metiri. hîc autem addita particula ἀνὰ aliquid amplius declarat, fore videlicet vt menſura menſuram exæquet. Idque etiam optimè reſpondet Hebræorum prouerbio, quod apud illos circunfertur, מדה כנגד מדה, id eſt menſura pro menſura: pro quo Latini dicunt par pari referre.

3 Aſpicis, βλέπεις. Vulg. & Eraſmus, Vides. Sed præterquam quòd βλέπειν plus eſt (vt antè dixi) quàm ὁρᾶν, ſenſus etiam videtur poſtulare vt illo verbo vtamur. Nec enim damnatur qui vel fratris vel ſuos errores videt & intelligit, ſed qui in alienos intuetur ſtudio reprehendendi, ſuos autem diſſimulat: quod ſtudiū verbo Aſpiciendi potius quàm Videndi declaratur.

4 Quomodo, πῶς. id eſt qua fronte: ſicut vulgò etiam dicimus, Commear. Eſt enim admirātis potius quàm ſimpliciter interrogātis. Sine, ἄφες. Ad verbum, Dimitte, vel, Omitte. Interdum autem neceſſe eſt vt idiomati aliquid demus. Abundat vocabulum Frater in Vulgata, vt annotauit Eraſmus. Certè in nullis exēplaribus reperimus ἀδελφοῦ, videtur tamen optimè blanditias illas hypocritarum declarare. Eiiciam, ἐκβάλω. Eraſmus, Eximam. quod melius reſpondet τοῦ ἐξαιρῶν. Idem ſequenti verſiculo eiicere interpretatur. Trabs, vel trabes, δοκός. Vulg. Trabs eſt. Sed regi puto hāc particulam ab aduerbio ἰδοὺ, ecce. Itaque abundat verbū ſubſtantiuum apud Veterem interpretem, quod tamē vult ſuppleri Eraſmus, ex Gaza. Poſcit autem ratio antitheſeos vt κάρφος hîc ſignificet feſtucam potius quàm paleam.

5 Diſpicies vt eiicias, διβλέψεις ἐκβαλεῖν. Vulgata, Videbis eiicere. Ad verbum, Diſpicies eiicere. Verſionem

quamtum sequutus, probauit etiam Erasmus in annotationibus: quanuis in eius versione legatur Perspicies, quod respondet quoque eidem verbo διαβλέψεις, sed diuerso sensu.

Μὴ δῶτε τὸ ἅγιον τοῖς κυσὶ, μηδὲ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων· μήποτε καταπατήσουσιν αὐτοὺς ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν, καὶ στραφέντες ῥήξωσιν ὑμᾶς.

6 Ne date ᵛquod sanctum est canibus, nec proiicite margaritas vestras coram porcis: nequando conculcent eas ᵛpedibus suis, & ᵛconuersi lacerent vos.

6 Nolite dare sanctum canibus: neque mittatis margaritas uestras ante porcos: ne forte conculcent eas pedibus suis, & conuersi dirumpant uos.

Αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν· ζητεῖτε, καὶ εὑρήσετε· κρούετε, καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν.

7 ‖Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis.

7 Petite, & dabitur uobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Infrà 21.b.22 marc.11.c.24 luc.11.b.9

Πᾶς γὰρ ὁ αἰτῶν λαμβάνει, καὶ ὁ ζητῶν εὑρίσκει, καὶ τῷ κρούοντι ἀνοιγήσεται.

8 Quisquis enim petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur.

8 Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. iob.14.b.13. & 16.c.14 iac.1.a.6

Ἢ τίς ἐστιν ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος, ὃν ἐὰν αἰτήσῃ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ;

9 ᵛNam quis est ᵛex vobis homo, ᵛqui, si filius eius petierit ab eo panem, ᵛdet ei lapidem?

9 Aut quis est ex nobis homo, quem si petierit filius suus panem, nũquid lapidem porriget ei?

Καὶ ἐὰν ἰχθὺν αἰτήσῃ, μὴ ὄφιν ἐπιδώσει αὐτῷ;

10 Et, si piscem petierit, num serpentem dabit ei?

10 Aut si piscem petierit, nunquid serpentem porriget ei?

Εἰ οὖν ὑμεῖς, πονηροὶ ὄντες, οἴδατε δόματα ἀγαθὰ διδόναι τοῖς τέκνοις ὑμῶν, πόσῳ μᾶλλον ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, δώσει ἀγαθὰ τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν;

11 Si vos igitur, quũ sitis mali, nostis dona bona dare liberis vestris, quãto magis Pater vester qui est in cælis, dabit bona iis qui ab ipso petent?

11 Si ergo uos, quũ sitis mali, nostis bona data dare filijs uestris, quanto magis Pater uester qui in cælis est, dabit bona petẽtib⁹ se?

Πάντα οὖν ὅσα ἂν θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, οὕτω καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς. οὗτος γάρ ἐστιν ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται.

12 Quæcunque igitur volueritis vt faciant vobis homines, ita & vos facite eis. ista enim est Lex & Prophetæ.

12 Omnia ergo quæcunque uultis ut faciant uobis homines, ita & uos facite illis. hæc est enim Lex & Prophetæ. Luc.6.c.31 rob.4.c.16 Luc.13.c.24

Εἰσέλθατε διὰ τῆς στενῆς πύλης· ὅτι πλατεῖα ἡ πύλη, καὶ εὐρύχωρος ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν, καὶ πολλοί εἰσιν οἱ εἰσερχόμενοι δι' αὐτῆς.

13 ‖Introite per angustam portam: quoniam lata est porta & spatiosa via quæ abducit in exitium, multique sunt ᵛqui introeunt per eam.

13 Intrate per angustam portam: quia lata porta, & spatiosa uia est quæ ducat ad perditionẽ, & multi sunt qui intrant per eam.

Ὅτι στενὴ ἡ πύλη, καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωὴν, καὶ ὀλίγοι εἰσὶν οἱ εὑρίσκοντες αὐτήν.

14 ᵛQuia angusta est porta, & strictа via quæ ducit ᵛad vitam: & pauci sunt qui inueniant eam.

14 Quàm angusta porta, & arcta uia est quæ ducit ad uitã, & pauci sũt qui inueniunt eam.

6 Quod sanctum est, τὸ ἅγιον. Sic rectè Eras. vertit, vt ostenderet Sanctum esse neutri generis, quod apud Græcos ex articulo cognoscitur. Vulgata, Sanctum. In duobus vetustis exemplaribus legimus τὰ ἅγια, sancta.

5 Pedibus suis, ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν. Ad verbum, In pedibus suis. id est inter pedes suos. nisi ἐν accipias pro Per, Hebræorum more. quod vtrunque notat Erasmus. Conuersi, στραφέντες. Id quia quibusdam videtur ad canes pertinere, ideo addunt pronomen illi. Potest tamen vtrunque ad canes simul & porcos referri. Lacerent, ῥήξωσιν. Vulgata, Dirumpant, impropriè: quanuis τὸ ῥήγνυμι etiam rumpere declaret.

9 Nam quis, ἢ τίς. vel, nunquis. Eras. An quisquam. ἢ particula vel interrogandi vim vel ratiocinãdi hoc quidem loco commodè habere potest. Quòd autem Vulgata conuertit, Aut quis, certè non conuenit, quum hic non sit locus disiunctiuæ. Idem etiam factum infrà, cap.11.c.19. Ex vobis homo, ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος. Erasmus, Vestrùm homo, eodem sensu. Quod autem additur appellatiuum Homo, id nõ modò (vt opinor) factum est ex Hebræorum idiotismo, (sicut alibi frequenter, vt infrà 11.a.11) sed fortassis etiam aliquam vim habet, vt apparet ex conclusione. argumentatur enim à comparatis. Qui si filius eius petierit ab eo panem, ὃν ἐὰν αἰτήσῃ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἄρτον. Vulgata, ad verbum, Quem si filius suus petierit panem, Græca constructione seruata. quam imitatus Virgilius dixit, Pacem te poscimus omnes: pro, à te. Erasmus, Qui, si filius eius petierit panẽ: testatus se à Græcis paulum deflexisse. Det ei lapidem, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ; Vulg. Nunquid lapidem porriget ei? id est, μὴ λίθον παρέξει αὐτῷ; Erasmus, Lapidem daturus sit illi? Repetitio particulæ interrogantis, & eclipsis nominatiui ante verbum ἐπιδώσει, constructionem faciunt paulo duriorem. quod dicendi genus iterum occurrit infrà, 11.2. 11. & 2.Cor.11.f.17. Itaque Erasmus, quem sum sequutus, vertit relatiuum nominandi casu, & μὴ interrogationis aduerbium sustulit. Verbum autem ἐπιδώσει hoc quidem loco idem valet quod simplex δώσει, vt rectè interpretatus est Erasmus: qui tamen sequenti versiculo vti maluit verbo porrigendi post Veterem interpretem.

13 Qui introeunt, οἱ εἰσερχόμενοι. Vetusta exemplaria tria habent οἱ ἐρχόμενοι, qui incedunt, vel gradiuntur.

14 Quia angusta est, ὅτι στενὴ subauditur ἐστὶ, est. Vetus interpres, Quàm angusta. Itaque existimat Erasmus eum legisse ὡς στενὴ. in quo non dubium est quin fallatur. Siquidem in vetustis codicibus legimus πῶς στενὴ. idque Theophylactus Romanus ita interpretatur quasi particula πῶς sit admirantis: & ita scripsum esset, βαθεῖα, πόσον στενὴ id est, Papæ, quàm est angusta. Apparet igitur Veterem quoque interpretem hanc lectionem & interpretationem sequutum esse. Nos tamen, quia in codicibus impressis legimus ὅτι, nihil mutandum putauimus.

Προσέχετε δὲ ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες.

15 Cauete verò vobis à pſeudoprophetis, qui veniunt ad vos cum veſtimentis ouium, ſed intrinſecus ſunt lupi rapaces.

15 Attendite à falſis prophetis, qui veniũt ad nos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.

Ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. μήτι συλλέγουσιν ἀπὸ ἀκανθῶν σταφυλὰς, ἢ ἀπὸ τριβόλων σῦκα;

Luc.6.g.43.44

16 A fructibus eorum agnoſcetis eos. Num colligunt ex ſpinis vuam, aut ex tribulis ficus?

16 A fructibus eorum cognoſcetis eos. nunquid colligũt de ſpinis uuas, aut de tribulis ficus?

Οὕτω πᾶν δένδρον ἀγαθὸν καρποὺς καλοὺς ποιεῖ, τὸ δὲ σαπρὸν δένδρον καρποὺς πονηροὺς ποιεῖ.

17 Ita omnis arbor bona fert fructus bonos, putris autẽ arbor fert fructus malos.

17 Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit.

Οὐ δύναται δένδρον ἀγαθὸν καρποὺς πονηροὺς ποιεῖν, οὐδὲ δένδρον σαπρὸν καρποὺς καλοὺς ποιεῖν.

18 Non poteſt arbor bona fructus malos ferre, neque arbor putris fructus bonos ferre.

18 Non poteſt autem arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala bonos fructus facere.

supra,3.b.10

Πᾶν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται.

19 Quæcunque arbor nõ fert fructum bonum, exciditur, & in ignem coniicitur.

19 Omnis arbor quæ nõ facit fructum bonum exciditur, & in ignem mittitur.

Ἄρα γε ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς.

20 Nempe igitur ex fructibus ipſorum agnoſcetis eos.

20 Igitur ex fructibus eorum agnoſcetis eos.

Rom.2.b.13 iac.1.d.22

Οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι Κύριε Κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς.

21 Non quiſquis dicit mihi Domine Domine, introibit in regnum cælorum, ſed qui facit quod vult Pater meus qui in cælis eſt.

21 Non omnis qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in regnum cælorum: ſed qui facit voluntatem Patris mei qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum.

Πολλοί ἐροῦσί μοι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, Κύριε Κύριε οὐ τῷ σῷ ὀνόματι προεφητεύσαμεν, καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐξεβάλομεν, καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν;

22 Multi dicent mihi in illo die, Domine Domine nónne per nomen tuum prophetauimus, & per nomen tuum dæmonia eiecimus, & per nomen tuum multas virtutes edidimus?

22 Multi dicent mihi in illa die, Domine Domine nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo uirtutes multas fecimus?

Καὶ τότε ὁμολογήσω αὐτοῖς, ὅτι οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς· ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν.

Luc.13.c.25.27 Pſal.6.b.9

23 Tunc autem profitebor eis, Nunquam noui vos. diſcedite à me qui facitis iniquitatem.

23 Et tunc confitebor illis, Quia nunquã noui uos. diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem.

15 Cauete, προσέχετε. Vulg. Attendite. quo modo nos etiam aliquoties: ſed hoc loco ſequuti ſumus Eraſmi verſionem, quæ viſa eſt melius conuenire. Ouium, προβάτων. Traſlatitiè vocat oues, manſuetos & frugales nescios homines, quales iſti ſe eſſe toto habitu ſimulant.

17 Putris, σαπρὸν. Vulg. Mala. id eſt κακὸν. Videtur autem putrem potius quàm malam arborem bonæ opponere, quoniam non agit de iis qui aperti hoſtes erant veræ religionis, ſed de iis qui ſpecie tenus videri poterant omnium religioſiſſimi.

18 Neque arbor, οὐδὲ δένδρον. Quoddam vetus exemplar habebat, οὐδὲ πάλιν δένδρον. id eſt, neque rurſus, vel, neque contrà arbor.

19 Quæcunque arbor, πᾶν δένδρον. Vnum vetus exemplar interpoſitam habebat particulam οὖν, igitur.

20 Nempe igitur, ἄρα γε. Vulg. & Eraſ. Igitur. Mihi verò videtur hæc particula idem valere quod ἐκ τούτου: & præter illationem etiam habere vim confirmandi.

21 Qui facit, ὁ ποιῶν. Sic rectè Vulgata. Eraſmus, Qui fecerit. id eſt ὁ ποιήσας. Quod vult, τὸ θέλημα. Vulg. & Eraſ. ad verbum, Voluntatem, quod eſt ambiguum.

22 Nónne, οὐ. Particula οὐ, quum propriè ſit negans indefinita, interdum tamen interrogantis vice fungitur: quod ex ſola pronuntiatione intelligitur, idque quum affirmare volumus id de quo quæritur, vt hoc loco. Apud Hebræos autẽ huiuſmodi interrogationes affirmationẽ augẽt. Per nomen tuũ, τῷ σῷ ὀνόματι. Plerunque additur ὅτι Hebraico more in hoc dicẽdi genere: quod ideirco Vulgata expreſſit, quãuis in Græco ſit prætermiſſũ. Rectè autem Eraſmus addidit præpoſitionẽ Per, quæ ſignum eſt cauſæ. nam ſi vertas ad verbum, nomine tuo, intelliges ὀνόματι σου. id eſt vice tua. Significat autem nomen hoc loco celebrem illam Dei virtutem, quam teſtatur quiſquis Deum appellat. Virtutes, δυνάμεις. Ad verbũ, poteſtates. quo nomine, ex Hebræorum idiotiſmo (qui גבורות hæc dicunt) à conſequenti intelliguntur quæcunque facta illam Dei infinitam poteſtatem teſtantur, quæ ἐνεργήματα δυνάμεως vocat Paulus 1.Cor.12.b.10. niſi quòd ea videtur ad certam ſpeciem reſtringere, quia à dono ſanationum & aliis diſtinguit. Accipiuntur igitur δυνάμεις pro cæleſtis δυνάμεως (id eſt virtutis & poteſtatis) effectis, ſicut etiam loquitur Iuſtinus Apologetico poſteriore, vbi agit de Simone mago, ſed addit μαγικάς. Edidimus, ἐποιήσαμεν Vulg. Fecimus. Eraſmus, Præſtitimus. Atqui præſtare virtutes, non magis Latinè dicitur quàm facere. & ipſe interpretatur infrà cap.13.g.58, ἐποίησεν, edidit.

23 Profitebor, ὁμολογήσω. id eſt palàm dicam. Vulgata & Eraſmus, Confitebor. Et certè ὁμολογεῖν propriè ſignificat confiteri: ſed huic loco viſa eſt mihi aptior illa ſignificatio, quum alioquin cõfitendi vocabulum retinere ſoleamus. Vide infrà cap.10.d.32. Qui facitis iniquitatem, οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν. id eſt, omnibus ſce

lexibus & flagitiis addicti homines, Hebraico idiotismo, יעשי עולה quem libenter sæpè retinuimus, quòd videatur quædam eius esse emphasis. nam ἐργάζεσθαι dicuntur qui aliquâ ex re quæstum quotidie faciunt: quo modo etiam Latini vtuntur verbo Facere. dicunt enim Medicinam facere, Aggetariam facere, & similia. Dicuntur ergo facere iniquitatem, & à Christo reiiciuntur hoc in loco, non qui vno & altero scelere sunt contaminati, sed qui hanc velut artem faciunt, vt scelestè agendo vitam tolerent, & Dei nomine abutantur ad quæstum, quò ea piditatibus suis satisfaciant. de quibus agit Paulus in 1. Tim. 6. b. 5. Videtur autem hic locus ex Psal. 6 desumptus. Quidam maleficos interpretantur, id est κακοποιούς. cuius vocabuli veritus sum ne nimis angusta videretur significatio. Duo verò ex vetustis exemplaribus habebant additum πάντες, omnes, quod etiam reperitur apud Veterem interpretem.

Πᾶς οὖν ὅστις ἀκούει μου τοὺς λόγους τούτους, καὶ ποιεῖ αὐτοὺς, ὁμοιώσω αὐτὸν ἀνδρὶ φρονίμῳ, ὅστις ᾠκοδόμησε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὴν πέτραν.	24 Quisquis igitur audit ex me sermones istos, & eos præstat, assimilabo eum viro prudenti, qui ædificauit domum suam super petram:	Omnis ergo qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam super petram: Luc. 6. g. 47
Καὶ κατέβη ἡ βροχὴ, καὶ ἦλθον οἱ ποταμοὶ, καὶ ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι, καὶ προσέπεσον τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ· καὶ οὐκ ἔπεσε· τεθεμελίωτο γὰρ ἐπὶ τὴν πέτραν.	25 Descendit autem pluuia, & venerunt flumina, & flauerũt venti, & inciderunt domui illi: & non cecidit, fundata enim fuerat super petram:	25 Et descendit pluuia, & uenerunt flumina, et flauerunt uenti, & irruerunt in domum illã: & non cecidit, fundata enim erat super petrã.
Καὶ πᾶς ὁ ἀκούων μου τοὺς λόγους τούτους, καὶ μὴ ποιῶν αὐτοὺς, ὁμοιωθήσεται ἀνδρὶ μωρῷ, ὅστις ᾠκοδόμησε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὴν ἄμμον.	26 Et quisquis audit ex me hos sermones, & eos non præstat, assimilabitur viro fatuo, qui ædificauit domum suam super arenam:	26 Et omnis qui audit uerba mea hæc, & non facit ea, similis erit uiro stulto, qui ædificauit domũ suam super arenam:
Καὶ κατέβη ἡ βροχὴ, καὶ ἦλθον οἱ ποταμοὶ, καὶ ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι, καὶ προσέκοψαν τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ· καὶ ἔπεσε, καὶ ἦν ἡ πτῶσις αὐτῆς μεγάλη.	27 Descendit autem pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & impacti sunt domui illi: & cecidit, & fuit casus eius magnus.	27 Et descendit pluuia, & uenerunt flumina, et flauerunt uenti, & irruerunt in domum illã: & cecidit, & fuit ruina illius magna.
Καὶ ἐγένετο ὅτε συνετέλεσεν ὁ Ἰησοῦς τοὺς λόγους τούτους, ἐξεπλήσσοντο οἱ ὄχλοι ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ·	28 Et factum est, quum finisset Iesus sermones istos, percelebatur turba super doctrina ipsius.	28 Et factum est quum cõsummasset Iesus uerba hæc, admirabantur turbæ super doctrina eius. Mat. 1. b. 21 Luc. 4. c. 32
Ἦν γὰρ διδάσκων αὐτοὺς ὡς ἐξουσίαν ἔχων, καὶ οὐχ ὡς οἱ Γραμματεῖς.	29 Docebat enim eos vt habens authoritatem, & non vt Scribæ.	29 Erat enim docens eos sicut potestatem habens, & non sicut Scribæ eorum & Pharisæi.

Κεφάλαιον ηʹ

CAP. VIII.

Καταβαίντι δὲ αὐτῷ ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοί.	1 Quum autem descendisset è monte, sequuta est eum turba multa.	1 Quum autem descendisset de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ.

14 Assimilabo, ὁμοιώσω. id est comparabo. Vulgata, Assimilabitur. id est ὁμοιωθήσεται: sicut etiam scriptum legimus in quodam vetere exemplari. Prudenti, φρονίμῳ. Vulgata, Sapienti, σοφῷ. Interdum tamen φρονεῖν vertemus Sapere, interdum Cogitare.

15 Pluuia, βροχὴ, à βρέχειν, quod est rigare. Erasmus, Imber, id est ὄμβρος. Inciderunt domui, προσέκοψαν τῇ οἰκίᾳ. Vulgata & Erasmus, Irruerunt in domum. id est ἐφορμήσαντες ἐπὶ τὴν οἰκίαν. Lucius, Fuga trepidum, ac pauore incidentem portis. Cecidit, ἔπεσε. Erasmus, Est prostrata. Et paulo pòst, Deiecta est. id est καταπλάγη.

17 Impacti sunt domui illi, προσέκοψαν τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ. Vulgata, Irruerunt, vt suprà: quũ hic diuerso verbo vtatur Euangelista, quanuis eadem manente sententia. Casus, πτῶσις. Horatius, -celsæ grauiore casu Decidunt turres. Vulgata & Erasmus, Ruina.

28 Et factum est, καὶ ἐγένετο. Hebraicum dicendi genus, ויהי. ideo addere solet Erasmus particulam Vt: sed malui retinere Hebraismum, qui nimium sæpe fuisset mutandus. Finisset, συνετέλεσεν. Vulgata, Consummasset: quo etiam alicubi vti cogimur, vt Iohannis cap. 19. c. 30. Idem autem hic valet συντελῶν, quod simplex πλήρων, cuius alioqui multiplex est significatio. Percellebatur, ἐξεπλήσσοντο, vel obstupescebat. Vulg. Admirabantur: id est θαυμάζειν. quod quidem minus aliquid significat quàm ἐκπλήττεσθαι. Ad verbum, Excutiebãtur. nam qui obstupescunt, illis veluti valido aliquo ictu mens excutitur.

29 Docebat, ὡς διδάσκων. Vulgata ad verbum, Erat docens. Periphrasis Hebræa, Græcis etiam familiaris: cuius tamen interdum ea vis est vt moram significet & perseuerantiam in aliqua re faciendi: quamobrem etiã alicubi retinuimus. Authoritatem, ἐξουσίαν, siue potestatem, vt conuertit Vetus interpres. id est δύναμιν. nam hæc inter se parum differunt. Interdum autem ἐξουσία declarat ἀξίωσιν, id est dignitatem, vt Ioh. 1. v. 12. Sed licentiæ nomen, quanuis Græco vocabulo ἐξουσία opponatur, tamen vbique repudiaui, quia plerunque in vitio ponitur, & potestatem significat ab alio acceptam, quæ videlicet non conuenit αὐτοκράτορι, id est illi cui merum est imperium. Talem autem hic sese præstitit Christus, in doctrina cælesti promulganda se planè Deum ostendens, à quo Lex ipsa esset perlata, quique pro suo iure, de vita & morte differeret. Itaque pro eo quod Prophetæ dicunt, Hoc dicit Dominus, ipse dicere solet, Amen amen dico vobis.

Mat.1.d.40 Luc.5.c.12 Καὶ ἰδοὺ, λεπρὸς ἐλθὼν προσεκύνει αὐτῷ, λέγων, Κύριε, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι.

2 [Et ecce, leprosus veniens adorauit eum, dicens, Domine, si velis, potes me purgare.

Καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα ἥψατο αὐτοῦ ὁ Ἰησοῦς, λέγων, Θέλω, καθαρίσθητι. Καὶ εὐθέως ἐκαθαρίσθη αὐτοῦ ἡ λέπρα.

3 Extenſaque manu tetigit eũ Ieſus, dicens, Volo, purgator. Statim igitur purgata fuit eius lepra.

Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ὅρα μηδενὶ εἴπῃς· ἀλλ' ὕπαγε, σεαυτὸν δεῖξον τῷ ἱερεῖ, καὶ προσένεγκε τὸ δῶρον ὃ προσέταξε Μωσῆς, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς.

Leuit.14.a.4

4 Tunc dicit ei Ieſus, Vide ne nulli dicas: ſed abi, oſtende teipſum ſacerdoti, & offer donũ illud quod ‖imperauit Moſes, ne hoc ſit eis teſtimonio.

Εἰσελθόντι δὲ τῷ Ἰησοῦ εἰς Καπερναοὺμ, προσῆλθεν αὐτῷ ἑκατόνταρχος, παρακαλῶν αὐτὸν,

Luc.7.a.1

5 ‖Ingreſſum autem Ieſum in Capernaũ adiit Centurio, precans eum,

Καὶ λέγων, Κύριε, ὁ παῖς μου βέβληται ἐν τῇ οἰκίᾳ παραλυτικὸς, δεινῶς βασανιζόμενος.

6 Et dicens, Domine, puer meus proiectus eſt domi paralyticus, vehementer vexatus.

Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἐγὼ ἐλθὼν θεραπεύσω αὐτόν.

7 Tunc dicit ei Ieſus, Ego, quũ venero, ſanabo eum.

Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἑκατόνταρχος ἔφη, Κύριε οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς· ἀλλὰ μόνον εἰπὲ λόγῳ, καὶ ἰαθήσεται ὁ παῖς μου.

8 Et reſpondens Centurio dixit, Domine non ſum dignus vt ſub tectum meum ingredias: ſed ſolùm loquere, & ſanabitur puer meus.

Καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν, ἔχων ὑπ' ἐμαυτὸν στρατιώτας, καὶ λέγω τούτῳ, πορεύθητι, καὶ πορεύεται· καὶ ἄλλῳ, ἔρχου, καὶ ἔρχεται· καὶ τῷ δούλῳ μου, ποίησον τοῦτο, καὶ ποιεῖ.

9 Nam & ego ſum homo ſub poteſtate conſtitutus, & habeo ſub me milites: & dico huic, proficiſcere, & proficiſcitur: & alteri, veni, & venit: & ſeruo meo, fac hoc, & facit.

1 Et ecce, leprosus veniens adorabat eum, dicens, Domine, si vis, potes me mundare.

3 Et extendẽs Ieſus manum, tetigit eum, dicens, Volo, mundare. Et confeſtim mundata eſt lepra eius.

4 Et ait illi Ieſus: Vide nemini dixeris: ſed vade, oſtende te ſacerdoti, & offer munus tuum quod præcepit Moyſes, in teſtimonium illis.

5 Quum autem introiſſet Capharnaum, acceſſit ad eum Centurio, rogans eum,

6 Et dicens, Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur.

7 Et ait illi Ieſus, Ego veniam, & curabo eum.

8 Et reſpondens Centurio ait: Domine non ſum dignus ut intres ſub tectum meum: ſed tantùm dic verbo, & ſanabitur puer meus.

9 Nam et ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites: et dico huic, vade, & vadit: & alij, veni, & venit: & ſeruo meo, fac hoc, & facit.

IN CAPVT VIII.

1 Leproſus, λεπρὸς. Lepra non declarat morbũ quem Græci elephantiaſin, nos *ladreriæ* vocamus, ſed pertinaciſſimæ ſcabiei genus. qua de re multa apud Græcos medicos traduntur. Sed præterea videtur Dominus hoc morbo populum ſuum peculiariter caſtigaſſe.

3 Purgator, καθαρίσθητι. Vulgata rectè ad verbum, Mundare, vel Munderis. ſed vitanda fuit amphibolia, quæ quidem in Græco nulla eſt. Eraſ. Mundus eſto: quod potius exprimit neutrum abſolutum, quum καθαρίζω ſit paſſiuum.

4 Donum illud, τὸ δῶρον. De certo munere loquitur. Itaque articulum ab aliis omiſſum expreſſimus.

5 Ingreſſum autem Ieſum, εἰσελθόντι δὲ τῷ Ἰησοῦ. Vulgata, Quum autem introiſſet: neque additur nomen Ieſu: cuius etiam loco vetuſta omnia habebant αὐτοῦ. Eraſmus, Porro quum ingreſſus fuiſſet Ieſus. Nos verbum εἰσέρχεσθαι, quum idem valeat quod εἰσιέναι, modò introire, modò ingredi, ſumus interpretati: quanquam hoc poſtremum potius reſpondet τῷ εἰσελθόντι. Cæterùm vti voluimus quarto caſu potius quàm ſexto, vel periphraſi: propterea quòd tertius hic caſus minimè ponitur abſolutè, ſed refertur ad verbum proximum προσῆλθεν: cui additur relatiuum αὐτῷ, redundans, ex idiotiſmo Hebræo: quo tamen Ionicam dialecton vti, alibi admonuimus.

Precans, παρακαλῶν. Vulgata, Rogans. id eſt δεόμενος. Eraſmus, Obſecrans. id eſt πιτιαζόμενος. Alii, Supplicans. id eſt ἱκετεύων.

6 Puer, ὁ παῖς. Vel filius, vel ſeruus. Nam hiſtoria quæ apud Lucam narratur cap. 7. a. 1, etſi multis in rebus eſt iſti ſimillima, tamen (vt nonnulli iudicant) ex multis circunſtantiis diuerſa eſt: vt hic fortaſſe non de ſeruo, ſed de filio agatur. Vtcunque ſit, pueri etiam à Latinis ſerui dicuntur, ſicut apud Hebræos נער & puerum & miniſtrum declarat. Proiectus eſt, βέβληται. in lecto videlicet, quaſi cadauer, ſicuti ſunt paralytici. Sic Virgilius, Sternitur & toto proiectus corpore terræ. Vulg. Iacet. id eſt κεῖται. Eraſ. Decumbit. id eſt κατάκειται.

7 Sanabo, θεραπεύσω. Vulgata, Curabo. Eraſmus, Medebor: qui tamen hanc verſionem meritò reiecit ſuprà cap. 4. d. 23. Certè hic ponitur pro ἰάσομαι: quo vocabulo poſtea vtitur.

8 Dignus, ἱκανὸς. Eraſmus, Idoneus. Vide ſuprà cap. 3. c. 11. Loquere, εἰπὲ λόγῳ. Eraſ. ad verbũ, Dic verbũ, ſicut vulgò dicimus, Dires un mot: ſed pro loqui videtur ſimpliciter etiã accipi infrà 12. v. 31. Vulg. Dic verbo. nam in quibuſdam codicibus ſcriptum inuenimus εἰπὲ λόγῳ, ſed eodem ſenſu. Nam εἰπὲ (id eſt dic) accipitur Hebraico more, pro iube. λόγῳ verò ſignificat loquutione & verbis. perinde acſi diceret, Tantùm loquere: nam tantùm opus eſt vt verbo iubeas. Alioquin λόγος non verbum ſed ſermonem & orationem declarat. vide infrà verſu decimoſexto.

9 Sub poteſtate conſtitutus, ὑπὸ ἐξουσίαν. Eraſmus, Alterius poteſtati ſubditus. Ego Vulgatam interpretationem prætuli, non modò quia propius accedit ad Græca, ſed etiam quia participium τεταγμένος (id eſt conſti-

titus)ſupplenit ex Luca. Sed tamen rectius fortaſſe legeris ἐν ἐξουσίᾳ, pro quo vulgò dicimus, *in authorita*, vel, *ob dignitatem*. cuius coniecturæ duplicem affero rationem. Neque enim ſimpliciter dixit Centurio, ἐγὼ γάρ, ſed καὶ γὰρ ἐγώ. vt ſit hoc argumentum integrum, Non opus eſt Domine vt tu ipſe venias: neque enim dignus ſum cuius tectũ ſubeas. Impera duntaxat, & ſanabitur puer meus. Nam ego quoque, qui tamen, ſi tecum conferar, vix vmbram habeo alicuius imperii, quia tamen ſum præditus aliqua poteſtate, & ſeruos habeo quibus mandem quod libuerit, poſſum mãdata mea per alios exequi. Deinde quod adiecit, Et habeo mihi ſubiectos milites, videtur illi demum conuenire qui ſeſe dixerit aliqua præditum authoritate. Nolui tamen quicquam mutare, ex coniectura.

Ἀκούσας δὲ ὁ Ἰησοῦς ἐθαύμασε. καὶ εἶπε τοῖς ἀκολουθοῦσιν, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ τοσαύτην πίστιν εὗρον.

Λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι πολλοὶ ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ἥξουσι, καὶ ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

Οἱ δὲ υἱοὶ τῆς βασιλείας ἐκβληθήσονται εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον. ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

Καὶ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς τῷ ἑκατοντάρχῃ, Ὕπαγε, καὶ ὡς ἐπίστευσας γενηθήτω σοι. Καὶ ἰάθη ὁ παῖς αὐτοῦ ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ.

Καὶ ἐλθὼν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν οἰκίαν Πέτρου, εἶδε τὴν πενθερὰν αὐτοῦ βεβλημένην καὶ πυρέσσουσαν.

Καὶ ἥψατο τῆς χειρὸς αὐτῆς, καὶ ἀφῆκεν αὐτὴν ὁ πυρετός· καὶ ἠγέρθη, καὶ διηκόνει αὐτοῖς.

Ὀψίας δὲ γενομένης προσήνεγκαν αὐτῷ δαιμονιζομένους πολλούς· καὶ ἐξέβαλε τὰ πνεύματα λόγῳ, καὶ πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας ἐθεράπευσεν.

Ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος, Αὐτὸς τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἔλαβε, καὶ τὰς νόσους ἐβάστασεν.

10 Hæc autem quum audiſſet Ieſus, miratus eſt: & ait ſequentibus, Amen dico vobis, ne in Iſrael quidem tantam fidem inueni.

11 Dico autem vobis multos ab Oriente & Occidente venturos, & ᵛ diſcubituros cum Abraham & Iſaac & Iacob in regno cælorum:

12 ‖Filios verò regni iectum iri in tenebras ᵛ exteriores. illic erit fletus & ſtridor dentium.

13 Et dixit Ieſus Centurioni, Vade, & ſicut credidiſti fiat tibi. Sanatúſque eſt puer eius ᵛ eo ipſo momento.

14 ‖Et quum veniſſet Ieſus domum Petri, vidit ſocrum eius in lecto proiectam, & febricitantem.

15 Tetigitque manum eius, & reliquit eam febris: & ſurrexit, ac miniſtrauit eis.

16 ‖Quum autem ſetum *diei* eſſet, ᵛ obtulerũt ei dæmoniacos multos: & eiecit ſpiritus ᵛ verbo, omnéſque malè affectos ſanauit.

17 ‖Vt impleretur quod dictum eſt per Eſaiam prophetam, dicentem, Ipſe ᵛ inualetudines noſtras accepit, & morbos portauit.

10 *Audiens autem hæc Ieſus miratus eſt: & ſequentibus ſe dixit, Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Iſrael.*

11 *Dico autem vobis quòd multi ab Oriente & Occidente venient, & recubent cũ Abrahã Iſaac & Iacob in regno cælorum:*

12 *Filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores. ibi erit fletus & ſtridor dentium.* Iuſtè 22.c.13

13 *Et dixit Ieſus Centurioni, Vade, & ſicut credidiſti fiat tibi. Et ſanatus eſt puer ex illa hora.*

14 *Et quum veniſſet Ieſus in domum Petri, vidit ſocrum eius iacentem & febricitantem.* Mar.1.c.31 luc.4.c.38

15 *Et tetigit manum eius, & dimiſit eam febris: & ſurrexit, & miniſtrabat eis.*

16 *Veſpere autem facto, obtulerunt ei multos dæmonia habentes, & eiiciebat ſpiritus verbo: & omnes malè habentes curauit.* Mar.1.c.32 luc.4.c.40

17 *Vt adimpleretur quod dictum eſt per Eſaiã prophetam, dicentem, Ipſe infirmitates noſtras accepit, & ægritudines noſtras portauit.* Eſa.53.c.4 1.pet.2.c.24

11 Diſcubituros, ἀνακλιθήσονται. Translatio ſumpta eſt à cõuiuiis, quibus ſæpe ſolet comparari vitæ æternæ felicitas. Nam ἀνακλίνεσθαι prò κατακλίνεσθαι hic ponitur. Latini recumbendi quidẽ verbo vtuntur (quod Vetus interpres vſurpauit, ſimili etiam ſignificatione) ſed rarò.

12 Filios regni, οἱ υἱοὶ τῆς βασιλείας. id eſt indigenas, quos vocant vulgò naturales ſubiectos. Intelligit autem Dei regnum, ad quod pertinebant in genere quicunque erant Abrahæ filii: quum longè alia ſit ratio corã Deo cenſendi filios Abrahæ, nimirum ex fide. Caſtellio regios interpretatur, duplici errore. Primùm enim, quanuis ſoleant Hebræi filios generaliter vocare qui ſunt alicui rei peculiariter deſtinati (vt infrà, 9.v.15, filii thalami dicuntur qui cum ſponſo verſantur, & Iohan.16.v.12, filius perditionis, id eſt exitio deuotus) tamen peculiaris eſt hoc loco emphaſis huius nominis, adeo vt nullo modo expungendum fuerit, quoniam nullus in hoc regno cenſetur niſi idem ſit filius. Deinde non temere ſcriptum eſt FILII REGNI, potius quàm FILII REGIS, quoniam multi ſunt in regno quos tamen rex tandem vt infidos reiicit: omnes autem regis filii, ſunt vnici illius naturalis filii cohæredes. Exteriores, τὸ ἐξώτερον. id eſt quæ extra ſunt: vt intelligas extra regnum nullam eſſe lucem.

13 Eo ipſo momento, ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ. Vulgata, Ex illa hora. Eraſmus, In illa hora. Vide infrà, cap.9.c.22. Poſt hæc teſtatur Eraſmus (cui adſtipulantur veteres codices) ſe additum reperiſſe, καὶ ὑποστρέψας ὁ ἑκατόνταρχος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, εὗρε τὸν παῖδα αὐτοῦ ὑγιαίνοντα. id eſt, Et reuerſus Centurio domum ſuam eo ipſo momento, inuenit puerum ſuum valentem.

16 Quum autem ſerum *diei* eſſet, ὀψίας δὲ γενομένης. Vulgata, Veſpere autẽ facto. Id eſt, ἑσπέρας δὲ γενομένης. Eraſmus, Quum autem appetiſſet veſpera. Liuius, Caſtrorum oppugnatione, quia ſerum erat diei, abſtinuere. Obtulerunt, προσήνεγκαν. Eraſmus, Adduxerunt. id eſt προσήγαγον. Verbo, λόγῳ. id eſt, loquendo dũtaxat & iubendo, vt ii ſolẽt quorũ eſt ſumma poteſtas. Cic.1.in Catil. Ego vehemẽs ille Conſul, qui verbo ciues in exiliũ eiicio. Et paulò pòſt, Quod ego ſi verbo aſſequi poſſem, iſtos ipſos eiicerẽ qui hæc loquũtur. Vide ſuprà, verſ.8.

17 Inualetudines, ἀσθενείας. id eſt ἀῤῥωστίας. Hebr. חֳלָיֵנוּ quanuis certum ſit Eſaiam generaliter agere de iis

omnibus quæ Christus propter nostra peccata pertulit, & spiritualia ipsius in nos beneficia. propriè respicere, quorum tamen specimen in sanandis ægrotis edidit. Vulgata & Erasmus solent infirmitates interpretari, sed improprié.

Luc.9.g.57

Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς πολλοὺς ὄχλους περὶ αὐτὸν, ἐκέλευσεν ἀπελθεῖν εἰς τὸ πέραν.

18 ‖Quum vidisset autem Iesus turbam multam circum sese, iussit *suos discipulos* abire in vltetiorem *ripam*.

18 *Videns autem Iesus turbas multas circum se, iussit discipulos ire trãs fretum.*

Καὶ προσελθὼν εἷς γραμματεὺς εἶπεν αὐτῷ, Διδάσκαλε, ἀκολουθήσω σοι ὅπου ἐὰν ἀπέρχῃ.

19 Et quum accessisset quidam Scriba, dixit ei, Magister, sequar te quocunque abieris.

19 *Et accedens unus Scriba ait illi, Magister, sequar te quocunque ieris.*

Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, κατασκηνώσεις· ὁ δὲ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ.

20 Tunc dicit ei Iesus, Vulpes lustra habent, & volucres cæli, nidos: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet.

20 *Et dicit ei Iesus, Vulpes foueas habent, & volucres cæli, nidos: Filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet.*

Ἕτερος δὲ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ εἶπεν αὐτῷ, Κύριε, ἐπίτρεψόν μοι πρῶτον ἀπελθεῖν, καὶ θάψαι τὸν πατέρα μου.

21 Alius autem ex discipulis eius dixit ei, Domine, permitte mihi primùm abire, & sepelire patrem meum.

21 *Alius autem de discipulu eius ait illi, Domine, permitte me primùm ire, & sepelire patrem meum.*

Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, Ἀκολούθει μοι, καὶ ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς.

Mat.4.d.31 luc.8.d.22

22 Iesus autem dixit ei, Sequere me, & sine vt mortui sepeliant mortuos suos.

22 *Iesus autem ait illi, Sequerè me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.*

Καὶ ἐμβάντι αὐτῷ εἰς τὸ πλοῖον, ἠκολούθησαν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.

23 ‖Et quum ipse esset ingressus nauigium, sequuti sunt eũ discipuli eius.

23 *Et ascendente eo in nauiculam, secuti sunt eũ discipuli eius.*

Καὶ ἰδοὺ, σεισμὸς μέγας ἐγένετο ἐν τῇ θαλάσσῃ, ὥστε τὸ πλοῖον καλύπτεσθαι ὑπὸ τῶν κυμάτων· αὐτὸς δὲ ἐκάθευδε.

24 Et ecce, motus magnus factus est in mari, adeo vt nauis operiretur à fluctibus: ipse verò dormiebat.

24 *Et ecce, motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus: ipse verò dormiebat.*

Καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἤγειραν αὐτὸν, λέγοντες, Κύριε σῶσον ἡμᾶς, ἀπολλύμεθα.

25 Et accedentes discipuli exciauerunt eum, dicentes, Domine serua nos, perimus.

25 *Et accesserunt ad eum discipuli eius, & suscitauerũt eum, dicentes, Domine salua nos, perimus.*

18 In vlteriorem *ripam*, εἰς τὸ πέραν. Vulg. Trans fretũ. id est πέραν τῆς θαλάσσης, vel τὸ πρᾶγμα. Erat enim Capernaum sita ad lacum Tiberiadis. In Vulgata editione additur, Discipulos suos: quæ verba in nullis Græcis codicibus reperiuntur, quanuis videantur necessaria: nam alioqui videri posset hoc mandatum de traiiciendo lacu ad turbam pertinere.

19 Quidam Scriba, εἷς γραμματεύς. Vulgata & Erasmus ad verbum, Vnus Scriba. quo genere dicendi vtimur etiam in vernaculo nostro sermone.

20 Lustra, φωλεούς. Vulgata & Erasmus, Foueas. id est ὀρύγματα, vel διατρήματα. Ego lustra interpretor, seruata eiusdem etymologiæ ratione, si grammaticis credimus. Nidos, κατασκηνώσεις: propriè vmbracula. nã σκηνὴ à σκιὰ deriuatur, declarátque propriè tabernaculum ex frondibus & ramis contextum. Virgil. 2. Æneidos, -tum syluis scena coruscis Desuper, &c. quo modo etiam nidi ab auibus construuntur. Filius autem hominis, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. Quòd nonnulli putant sic vocatum Christum quòd filius esset vnius tantùm hominis (id est Mariæ) cæteri verò, filii potius hominum, eo refellitur quòd sic Ezechielem sæpe vocat Spiritus Dei: vt alios taceam. Rursus quòd nonnulli volunt humanam naturam Christi sic indicari, etsi verum est, tamen mihi quoque videtur plerisque locis non vsqueadeo magnum pondus habere. Assentior igitur illis qui Hebraicam phrasin esse volunt, pro homine, sicut Homerus sæpe υἷες Ἀχαιῶν (filios Achiuorum) vocat Achiuos. Sic enim omnino accipitur capite 49 Ieremiæ, & aliis locis plurimis: quanuis Vetus interpres fere vertat plurali numero, Filii hominum. Sed hoc addo, propterea quòd familiare est Hebræis vt de se loquantur in tertia persona, ideo accipi loco pronominis primæ personæ, in Euangelica historia: in qua non memini quenquam, præter vnum Christũ, filium hominis vocatum, idque tum demum quum ipse de se loquitur.

21 Primùm abire, πρῶτον ἀπελθεῖν. Vetustum quoddam exemplar hoc vocabulum πρῶτον non habebat, & videtur expungi posse.

22 Suos, τοὺς ἑαυτῶν. Leuiculum est quod admonet Erasmus, vertendum fuisse, Suos ipsorum, quia ἑαυτῶν additur. Constat enim loco simplicium pronominum reciproca à Græcis vsurpari in huiusmodi locis: vt paulo antè ἐμὲ ἑαυτῷ, pro ἐμὲ ἐμαυτῷ. Sed hoc potius obseruandum erat, mortuos priore loco dici eos quorum omnes sensus peccatum consopiuit: sicut copiosius describit Paulus Ephes. 2. a. 1.

23 Quum ipse esset ingr. &c. ἐμβαίνοντι αὐτῷ εἰς πλοῖον. Vulgata, Ascendente eo in nauiculam. id est τῷ πλοιαρίῳ. Eras. Quum esset ingressus nauim. id est τὸ πλοῖον. Est autem πλοῖον quodcũque nauis genus, ἀφ' οὗ τὸ πλεῖν, quod nauigare significat in genere. πλοιάριον verò Lentulus dicit nauigiolum, lib. 12 Epistol. Gallis, *une fleute*.

25 Excitauerunt, ἤγειραν. Hoc verbum quum est transitiuum, conuerto Suscitare, vt suprà cap. 3. b. 9. quũ videlicet agitur de ipsa creatione: quæ quidem Deo tribuitur hoc nomine in sacris literis, vt intelligamus non magis esse Deo difficile facere vt sint ea quæ non sunt, quàm nobis dormientem hominem excitare. Quo posteriore vocabulo vtor vbi de somno differitur, vt hoc loco: quoties autem absolutè vel passiuè accipitur, interpretari soleo Surgere, vel expergefieri, vel excitari: vt suprà, cap. 1. d. 24, & 2. c. 23.

Καὶ λέγει αὐτοῖς, Τί δειλοί ἐστε, ὀλιγόπιστοι; Τότε ἐγερθεὶς ἐπετίμησε τοῖς ἀνέμοις καὶ τῇ θαλάσσῃ· καὶ ἐγένετο γαλήνη μεγάλη.

Οἱ δὲ ἄνθρωποι ἐθαύμασαν, λέγοντες, Ποταπός ἐστιν οὗτος, ὅτι καὶ οἱ ἄνεμοι καὶ ἡ θάλασσα ὑπακούουσιν αὐτῷ;

Καὶ ἐλθόντι αὐτῷ εἰς τὸ πέραν εἰς τὴν χώραν τῶν Γεργεσηνῶν, ὑπήντησαν αὐτῷ δύο δαιμονιζόμενοι, ἐκ τῶν μνημείων ἐξερχόμενοι, χαλεποὶ λίαν, ὥστε μὴ ἰσχύειν τινὰ παρέρχεσθαι διὰ τῆς ὁδοῦ ἐκείνης.

Καὶ ἰδοὺ ἔκραξαν, λέγοντες, Τί ἡμῖν καὶ σοί, Ἰησοῦ υἱὲ τοῦ Θεοῦ; ἦλθες ὧδε πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς;

Ἦν δὲ μακρὰν ἀπ' αὐτῶν ἀγέλη χοίρων πολλῶν βοσκομένη.

Οἱ δὲ δαίμονες παρεκάλουν αὐτὸν, λέγοντες, Εἰ ἐκβάλλεις ἡμᾶς, ἐπίτρεψον ἡμῖν ἀπελθεῖν εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων.

Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ὑπάγετε. Οἱ δὲ, ἐξελθόντες ἀπῆλθον εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων. Καὶ ἰδοὺ, ὥρμησε πᾶσα ἡ ἀγέλη τῶν χοίρων κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἀπέθανον ἐν τοῖς ὕδασιν.

Οἱ δὲ βόσκοντες ἔφυγον, καὶ ἀπελθόντες εἰς τὴν πόλιν ἀπήγγειλαν πάντα, καὶ τὰ τῶν δαιμονιζομένων.

26 Et dicit eis, Quid timidi estis, ὀ exigua fide præditi? Tunc experrectus ᵛobiurgauit ventos & mare: & facta est tranquillitas magna.

27 Homines verò mirati sunt, dicentes, ᵛQualis estiste, ᵛvt vẽti quoque & mare ᵛauſcultent ei?

28 ‖Et quum ipse veniſſet ad vlteriorem ripam, in regionem Gergeſenorum, occurrerunt ei duo dæmoniaci, è monumentis exeuntes, ᵛſæui valde: adeo vt non valeret quiſquam præterire per viam illam.

29 Et ecce ᵛclamarunt, dicentes, ᵛQuid nobis tecum, Ieſu fili Dei? veniſti huc vexatũ nos ante tempus?

30 Erat autẽ ᵛlongè ab eis grex porcorum multorum paſcẽs.

31 Dæmones verò precabantur eum, dicẽtes, Si ᵛeicis nos, ᵛpermitte nobis abire in gregẽ ᵛporcorum illorum.

32 Et ait eis, Abite. Illi verò egreſſi abierunt in illum gregẽ porcorum: & ecce, ᵛruit totus ille grex porcorum ᵛè præcipitio in mare, & mortui ſunt in aquis.

33 ᵛPaſtores autem fugerunt: & ᵛquum abiiſſent in vrbem, renuntiarũt ᵛomnia, & quæ dæmoniacis facta fuerant.

26 *Et dicit eis Ieſus, Quid timidi eſtis modicæ fidei? Tunc ſurgens, imperauit uentis & mari: & facta eſt tranquillitas magna.*

27 *Porro homines mirati ſunt, dicentes, Qualis eſt hic, quia uenti & mare obediunt ei?*

28 *Et quum ueniſſet Ieſus trans fretum, in regionem Geraſenorũ, occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, ſæui nimis, ita ut nemo poſſet tranſire per uiam illam.* Mar.5.a.1. Luc.8.d.26.

29 *Et ecce clamauerunt, dicentes, Quid nobis & tibi Ieſu fili Dei? uenisti huc ante tẽpus torquere nos?*

30 *Erat autem non longè ab illis grex multorũ porcorum paſcens.*

31 *Dæmones autem rogabant eum, dicentes, Si eijcis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum.*

32 *Et ait illis, Ite. At illi exeuntes abierũt in porcos: & ecce, magno impetu abijt totus grex per præceps in mare, & mortui ſunt in aquis.*

33 *Paſtores autem fugerunt: & uenientes in ciuitatem, nuntiauerunt hæc omnia, & de iis qui dæmonia habuerant.*

26 Obiurgauit, ἐπετίμησε. Vulgata, Imperauit. id eſt ἐπέταξε. Eraſ. Increpauit: quod potius reſpondet τῷ ἐπιτιμᾶν ἐστι. Interdum autem accipitur pro Additis minis præcipere, vt infrà, cap. 12. b. 16. ſicut apud Latinos accipitur Interminari. Eſt autem hæc phraſis Hebraica, vt apparet ex Pſal. 106. b. 9, & Naum 1. a. 4. Et videtur, vti hoc verbo Spiritus ſanctus vbi de inhibenda maris tempeſtate agitur, quòd vis vi obiici & opponi videatur, qua etiam ratione de Satana dicitur, Increpet te Dominus, Zach. 3. a. 2.

27 Qualis, ποταπός. Annotat Eraſmus hanc particulam ita interrogare vt habeat admirationis emphaſin: quod non eſt perpetuum. diſtingui tamen debet à πολίτης, cuias. Vt ei, τίνων ἐστὶν; Vulg. & Eraſ. ad verbum, Quia ei. quod dicendi genus Latinis eſt ignotum. Galli verò ſic loquuntur, quum dicunt, *Quel homme eſt ceci, que les vens & la mer luy obeiſſent*? Sed particulam Quia nuſquam memini legere hoc modo vſurpatam. Auſcultant, ὑπακούουσιν. Eraſmus & Vulgata, Obediunt. id eſt πείθονται. Certè illa tranſlatio in Latino ſermone non eſt durior quàm in Græco.

28 Sæui, χαλεποί. id eſt αἰμοῖοι. Nam (vt rectè annotat Eraſ.) hoc vocabulum multa declarat.

29 Clamarunt, ἔκραξαν. Eraſ. Vociferabantur. id eſt ἐβόων. Quid nobis tecum? τί ἡμῖν καὶ σοί; Eraſ. Quid rei nobis tecũ? & rectè quidem. nam ſubauditur πρᾶγμα: quũ ſic loquatur Demoſthenes οὐδὲν ὑμῖν, ἐνίοις μισθὸς μεθ' ὑμῶν εἶναι δοκεῖ ἐν Φωκίωνι παρεσκεύασται. Sed præciſè etiam interdum ſic loquuntur Latini. vt Cicero, Quid huic cum Fabio? Idem, Cum Vatinii legionibus quid erat Antonio? Vulg. ad verbum, Quid nobis & tibi?

30 Longè, μακρὰν. Vulg. Non longè: repugnante quidem fide omnium Græcorum exemplarium, quæ nobis videre contigit: ſed tamen rectius (ni fallor) quàm ſi negantem particulam Nõ addas: quum teſtentur alii Euangeliſtæ gregem porcorum ibi in montibus fuiſſe, non procul (vt exiſtimo) diſſitis. Porcos autẽ ibi fuiſſe mirum non eſt, quum teſtetur Ioſephus lib. 17. cap. 13, Gadara vrbem fuiſſe Græcanici inſtituti, ac proinde Syriæ attributam.

31 Eiicis, ἐκβάλλεις. Vulg. addit Hinc. id eſt ἐντεῦθεν. Permitte nobis abire, ἐπίτρεψον ἡμῖν ἀπελθεῖν. Vulgata, Mitte nos. id eſt πέμψον ἡμᾶς. Porcorum illorum, τῶν χοίρων. Puto articulum hic poni ἀναφορικῶς, & gregem illum quaſi in conſpectu fuiſſe: quod exprimendum putaui.

32 Ruit, ὥρμησε. Vulg. Impetu abiit: non neceſſaria periphraſi. Eraſ. Ferebatur. id eſt ἐφέρετο. E præcipitio, κατὰ τοῦ κρημνοῦ. Vulg. & Eraſ. Per præceps: nec id quidem Latinè, (vt opinor) nec ſatis appoſitè. Ponitur enim κατὰ pro ἀπὸ, vt in illo Homeri Odyſſ. ξ, κατὰ πέτρης βαλέειν, de ſaxo deiicere. Mortui ſunt, ἀπέθανον. Eraſmus, Perierunt. id eſt ἀπώλοντο.

33 Paſtores, οἱ βόσκοντες. Eraſ. Qui paſcebant. Vide infrà, cap. 19. a. 4. Quum abiiſſent, ἀπελθόντες. Vulg.

venientes.id est ἐρχόμενοι. Erasmus, Digressi. id est μεταβάντες. Omnia, πάντα. Vulgata, Omnia hæc. id est ταῦτα πάντα. quod etiam videtur cum iis quæ sequuntur melius conuenire. Quæ dæmoniacis facta fuerant, τὰ τοῖς δαιμονιζομένοις. vel (vt Erasmus) quæ dæmoniacis accidissent. Sic enim rectè Helleniſmus (alioquin obscurus) illustratur. Vulgata. De iis qui dæmonia habuerant. id est τῶν τοὺς δαιμονιζομένους. Simili dicendi genere etiam vtitur infrà, cap. 11. b. 11.

Καὶ ἰδοὺ, πᾶσα ἡ πόλις ἐξῆλθεν εἰς συναντησιν τῷ Ιησοῦ· καὶ ἰδόντες αὐτὸν παρεκάλεσαν ὅπως μεταβῇ ἀπὸ τῶν ὁρίων αὐτῶν.

34 Et ecce, tota vrbs exiuit in occursum Iesu: & quum vidissent eum, rogarunt vt digrederetur à finibus ipsorum.

34 Et ecce tota ciuitas exijt obuiam Iesu: & viso eo, rogabat eum vt trãsiret à finibus eorum.

Κεφάλαιον θ.

CAP. IX.

CAP. IX.

ΚΑΙ ἐμβὰς εἰς τὸ πλοῖον, διεπέρασε, καὶ ἦλθεν εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν.

1 Et ingressus nauigium, traiecit, & venit in suam vrbem.

1 Et ascendens Iesus in nauiculam, transfretauit, & venit in ciuitatem suam.

Mar. 2. a. 3 Luc. 5. d. 18 Καὶ ἰδοὺ, προσέφερον αὐτῷ παραλυτικὸν ἐπὶ κλίνης βεβλημένον· καὶ ἰδὼν ὁ Ιησοῦς τὴν πίστιν αὐτῶν, εἶπε τῷ παραλυτικῷ, Θάρσει τέκνον, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου.

2 Et ecce, obtulerunt ei paralyticum in lecto proiectum: quúmque vidisset Iesus fidem eorum, dixit paralytico, Confide fili, remissa sunt tibi peccata tua.

2 Et ecce, offerebant ei paralyticum iacentẽ in lecto. & videns Iesus fidem illorum, dixit paralytico, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.

Καὶ ἰδού, τινὲς τῶν Γραμματέων εἶπον ἐν ἑαυτοῖς, Οὗτος βλασφημεῖ.

3 Et ecce, quidam è Scribis dicebant apud se, Iste blasphemat.

3 Et ecce, quidã de Scribis dixerunt intra se, Hic blasphemat.

Καὶ ἰδὼν ὁ Ιησοῦς τὰς ἐνθυμήσεις αὐτῶν, εἶπεν, Ινατί ὑμεῖς ἐνθυμεῖσθε πονηρὰ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν;

4 Et quum vidisset Iesus cogitationes eorũ, dixit, Quid cogitatis mala in cordibus vestris?

4 Et quum vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit, Vt quid cogitatis mala in cordibus nestris?

Τί γάρ ἐστιν εὐκοπώτερον, εἰπεῖν, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι· ἢ εἰπεῖν, ἔγειραι καὶ περιπάτει;

5 Vtrũ enim est facilius, dicere, remissa sunt tibi peccata: an dicere, surge & ambula?

5 Quid est facilius, dicere, dimittuntur tibi peccata tua: an dicere, surge & ambula?

Ινα δὲ εἰδῆτε ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας· (τότε λέγει τῷ παραλυτικῷ,) Ἐγερθεὶς ἆρόν σου τὸν κλίνην, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου.

6 Vt autem sciatis authoritatem habere Filium hominis in terra remittendi peccata, (tunc dicit paralytico) Surge, tolle tuum lectum, & abi domum tuam.

6 Vt autem sciatis quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: (tunc ait paralytico,) Surge, tolle tuũ lectũ, & vade in domum tuam.

Καὶ ἐγερθεὶς ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ.

7 Tunc ille surrexit, abiitque domum suam.

7 Et surrexit, & abijt in domum suam.

Ἰδόντες δὲ οἱ ὄχλοι ἐθαύμασαν, καὶ ἐδόξασαν τὸν Θεὸν, τὸν δόντα ἐξουσίαν τοιαύτην τοῖς ἀνθρώποις.

8 Turba verò quum hoc vidisset, mirata est, & glorificauit Deum qui dedisset talem potestatem hominibus.

8 Videntes autem turbæ timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus.

34 Digrederetur, μεταβῇ. Vulgata, Transiret. id est διέλθοι. Eras. Decederet. id est ἀπέλθοι. & infrà, cap. 11. a. 9, progressus. id est προελθὼν.

IN CAPVT IX.

1 Ingressus, ἐμβὰς. Vulgata, Ascendens. id est ἀναβὰς ἐν. & addit Iesus, Ιησοῦς.

2 Obtulerunt, προσέφερον. Eras. Adduxerunt. quæ interpretatio neque Græco vocabulo respondet, neque huic loco conuenit. Neque enim ducebatur sed ferebatur paralyticus, & quidem in lecto decumbens, vt narratur Mar. 2. a. 1. Quúmque vidisset, καὶ ἰδὼν. id est, quum ex manifesto signo cognouisset. Sic in hoc eodem cap. versu 4, ἰδὼν τὰς ἐνθυμήσεις. & Exodi 20. c. 18, Omnis populus videbat voces. Confide, θάρσει. Eras. Bono animo esto. Cic. in hac significatione dicere solet Confidere animo. Θαρσῶν autem idem etiam valere quod apud Latinos Confidere, vel illud Herodiani confirmat lib. 4, ἐθάρρουν δὲ αὐτῷ διεγεγερκότι καὶ ἀναθαρσοῦντι. id est, Confidebat autem ei, vtpote iam pridem sui studioso. Remissa sunt, ἀφίωνται. Vulg. & Eras. Remittuntur, ἀφίονται. Sed est in tempore perfecto emphasis minimè negligenda.

3 Blasphemat, βλασφημεῖ. id est impiè loquitur. Nam hac significatione vsurpatur à sacris scriptoribus, quum apud Græcos disertiores idem valeat quod συκοφαντῶν. id est calumniari, vel maledicere, siue alterius famam maledictis lædere.

4 Quum vidisset, ἰδὼν. Chrysostomus legit, εἰδὼς ὁ Ιησοῦς, quum sciret Iesus. Quid, inuit. Hebr. מה, pro Quamobrem, vel quorsum. 5 Vtrum enim est, πότερον γάρ ἐστι, pro, πότερον γάρ ἐστι. Vulg. ad verbum, Quid est quod in Latino præsertim sermone nouum est. deinde etiam omissa coniunctione. 7 Tunc ille surrexit, & ἐγερθείς. Pro & vertimus tunc, quia (vt sæpe nobis dicendum erit) Vau Hebræorum ita etiam accipitur: & visa est mihi hæc significatio huic loco melius conuenire. Eras. autem rectè fecit quòd relatiuum addiderit, vt tolleret amphiboliam. 8 Mirata est, ἐθαύμασαν. Vulg. Timuerunt. id est ἐφοβήθησαν, vt existimat Erasmus. Sed etiamsi ita scriptum esset Græcè, potius dicendum fuerat, Expauerũt. Exemplar quoddam habebat ἐφοβήθησαν: quod potius videtur legisse Vetus interpres.

Καὶ παράγων ὁ Ἰησοῦς ἐκεῖθεν, εἶδεν ἄνθρωπον καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον, Ματθαῖον λεγόμενον, καὶ λέγει αὐτῷ, Ἀκολούθει μοι. Καὶ ἀναστὰς ἠκολούθησεν αὐτῷ.

Καὶ ἐγένετο αὐτοῦ ἀνακειμένου ἐν τῇ οἰκίᾳ, καὶ ἰδοὺ, πολλοὶ τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοὶ ἐλθόντες συνανέκειντο τῷ Ἰησοῦ καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ.

Καὶ ἰδόντες οἱ Φαρισαῖοι εἶπον τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Διατί μετὰ τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίει ὁ διδάσκαλος ὑμῶν;

Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀκούσας εἶπεν αὐτοῖς, Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες.

Πορευθέντες δὲ μάθετε τί ἐστιν, Ἔλεον θέλω, καὶ οὐ θυσίαν. οὐ γὰρ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλ' ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν.

Τότε προσέρχονται αὐτῷ οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου, λέγοντες, Διατί ἡμεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι νηστεύομεν πολλά, οἱ δὲ μαθηταί σου οὐ νηστεύουσι;

Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Μὴ δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος πενθεῖν ἐφ' ὅσον μετ' αὐτῶν ἐστιν ὁ νυμφίος; ἔλθωσιν δὲ ἡμέραι ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, καὶ τότε νηστεύσουσιν.

9 ‖Et ᵛquum prætergrederetur Ieſus illinc, vidit quendam ᵛſedentē ᵛad telonium, ᵛqui Matthæus dicebatur, & dixit ei, Sequere me. Atque *is* ſurgens ſequutus eſt eum.

10 Et factum eſt quū Ieſus accumberet ᵛdomi *illius*, ᵛecce, multi publicani ᵛ& peccatores qui venerāt, ſimul accubuerūt cum Ieſu & diſcipulis eius.

11 Quúmque *id* vidiſſent Phariſæi, dixerunt diſcipulis eius, Quare cum publicanis & peccatoribus ᵛedit magiſter veſter?

12 Ieſus autem quum hoc audiſſet, dixit eis, Qui valent, non egent medico, ſed malè affecti.

13 Profecti verò diſcite quid ſit, ᵛ‖Miſericordiā volo, & nō ᵛſacrificium: non enim veni vt vocarē iuſtos, ‖ſed peccatores ᵛad reſipiſcentiam.

14 Tunc adeunt eum diſcipuli Iohannis, dicentes, ‖Quare nos & Phariſæi multū ieiunamus, diſcipuli verò tui non ieiunant?

15 Et dixit eis Ieſus, Num poſſunt ᵛfilii thalami lugere quandiu cum eis eſt ſponſus? Adeunt autem dies quum ᵛtolletur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt.

9 *Et quū tranſiret inde* Mar.2.b.14 luc.5.f.27
Ieſus, vidit hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine, & ait illi, Sequere me. Et ſurgēs ſequutus eſt eum.

10 *Et factum eſt, diſcumbēte eo in domo, ecce, multi publicani & peccatores venientes diſcumbebant cum Ieſu & diſcipulis eius.*

11 *Et videntes Phariſæi dicebant diſcipulis eius, Quare cū publicanis & peccatoribus manducat magiſter veſter?*

12 *At Ieſus audiens ait, Non eſt opus valentibus medicus, ſed malè habentibus.*

13 *Euntes autem diſcite quid eſt, Miſericordiam volo, & non ſacrificium.* Oſee 6.c.6 infrà 12.a.7
non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores. 1.Tim.1.c.15

14 *Tunc acceſſerunt ad eum diſcipuli Iohānis, dicentes, Quare nos & Phariſæi ieiunamus frequenter, diſcipuli autem tui non ieiunant?* Mar.2.c.18 luc.5.f.33

15 *Et ait illis Ieſus, Nūquid poſſunt filij ſponſi lugere quandiu cum illis eſt ſponſus? Venient autem dies quum auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt.*

9 Quum prætergrederetur, παράγων. Hic ἄγειν ponitur pro διαβαίνειν: vt in illo Terentii, Quò te agis? Eraſmus. Prætereūs, παρών. Sed videtur hic poni παράγων pro μεταβαίνων, ſiue περιπατῶν (ſicut paulo pòſt verſu 17.) id eſt digredi, vel progredi: quod oſtendit particula ἐκεῖθεν. ita tamen vt in ipſo itinere id eſſe factum intelligamus. Alioquin idem valet quod παρεδίων & παρίων, vt infrà, cap.20.d.30. Sedentem, καθήμενον. Sic Vetus interpres. Eraſ. autem maluit vertere deſidentem, id eſt otioſum ſedentem. quod nō probo. Nam & iudices καθήμενοι eadem ratione dicas deſidere, non ſedere. Deinde vix vnquam eſt otioſum hoc hominum genus. Ad telonium, ἐπὶ τὸ τελώνιον. id eſt ad publicanorum menſam, quò videlicet tributa referebantur. Memini porrò me apud Chryſoſtomum legere Telonium pro ſcrinio. Qui Matthæus dicebatur, Ματθαῖον λεγόμενον. Vulgata, Matthæum nomine, id eſt Ματθαῖον τοῦνομα.

10 Domi, ἐν τῇ οἰκίᾳ. Matthæi videlicet, ſicut liquet ex Luca. Quamobrem etiam Eraſmus addidit relatiuum illius. Ecce, καὶ ἰδοὺ. Particula καὶ omnino abundat hoc loco, vt meritò ſit prætermiſſa à Vulgato interprete. Sic etiam infrà, cap.18.b.9. apud Lucam autem ſæpiſſime: cuius pleonaſmi ſimile prorſus exemplum habemus Gen.11.a.1. Et peccatores, καὶ ἁμαρτωλοί. Publicani, ſiue potius publicanorum ſocii, qui fere prouinciales erāt, propterea quòd Iudæa in prouinciam redacta, operā ſuam ad exactionem tributorum, Romanis locabāt, (quibuſcum etiam plerunque verſabantur) à cæteris Iudæis inter profanos cenſebantur, ideóque טוֹבְנִין (id eſt peccatores & ſcelerati) vocabantur. Sed nunc miro quodam Dei iudicio factum eſt vt publicanis illis in Dei regnū ingreſſis, ipſi Iudæi inter Turcas ſint facti publicani.

11 Edit, ἐσθίει. i. vt vertit Eraſ. Sumit cibum. Vetuſtum quoddam exemplar additum habet, καὶ πίνει, & bibit.

13 Profecti verò, πορευθέντες δέ. Eraſmus, Quin potius ite. id eſt, μᾶλλον δὲ πορεύεσθε, ſicut ſcribit Euangeliſta noſter infrà, cap.10.a.6. Miſericordiam, ἔλεον. Hoc ipſum eſt quod ἐλεημοσύνην ſuprà vocauit, cap.6.a.1, vbi diximus quàm latè pateat hoc vocabulum. Sacrificium, θυσίαν. Cauſa (vt opinor) non fuit cur hac interpretatione offenderetur Valla. nam etſi thus Latinum vocabulum à θύω deriuatur, minimè tamen inde efficitur θύειν & θυσίαν de ſuffitibus tantùm dici, quum τὸ θύειν mactare & occidere ſignificet. Deinde nihil prohibet quominus θυσία interdum ipſum ſacrificium, interdum verò victimam declaret. Ad reſipiſcētiam, εἰς μετάνοιαν. Vetus interpres hæc non interpretatur, & certè deerant in vetuſtis duobus exemplaribus.

15 Filii thalami, οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος. Vulgata, Filii ſponſi. Eraſmus filios thalami interpretatur, vt ego in Marco & Luca. Nam (vt ipſe rectè notat) νυμφῶνες appellatione non ſignificatur ſponſus, ſed thalamus. Vocantur autem filii thalami quos ſponſus in ſuum vſque thalamum admittit, vt maximè familiares: ſicut dicunt Hebræi filios plagarum, filios mortis, & alia id genus quæ paſſim occurrunt: ſicut annotauimus ſuprà, cap.8.a.12. Tolletur, ἀπαρθῇ. Legitur in vetere codice ἀφθῇ, eodem ſenſu. Vulgata, Auferetur, id eſt ἀφαιρεθῇ.

Οὐδεὶς δὲ ἐπιβάλλει ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ· αἴρει γὰρ τὸ πλήρωμα αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ἱματίου, καὶ χεῖρον σχίσμα γίνεται.

16 Nullus autē immittit panniculum impexum in veſtimentum vetus: illud enim ipſius ſupplementum tollit aliquid ex illo veſtimento, & fit peior fiſſura.

Οὐδὲ βάλλουσιν οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς· εἰ δὲ μή γε, ῥήγνυνται οἱ ἀσκοί, καὶ ὁ οἶνος ἐκχεῖται, καὶ οἱ ἀσκοὶ ἀπολοῦνται· ἀλλὰ βάλλουσιν οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς καινούς, καὶ ἀμφότερα συντηροῦνται.

17 Neque iniiciunt vinum nouũ in vtres veteres, alioqui rũpuntur vtres, & vinũ effunditur, & vtres pereũt: ſed iniiciũt vinum nouum in vtres recentes, & vtraque conſeruantur.

mar. 5. b. 22 luc. 8. f. 41.

Ταῦτα αὐτοῦ λαλοῦντος αὐτοῖς, ἰδοὺ, ἄρχων εἷς ἐλθὼν προσεκύνει αὐτῷ, λέγων, Ὅτι ἡ θυγάτηρ μου ἄρτι ἐτελεύτησεν· ἀλλὰ ἐλθὼν ἐπίθες τὴν χεῖρά σου ἐπ' αὐτὴν, καὶ ζήσεται.

18 ‖Hæc eo loquente ipſis, ecce, quidam princeps ſynagogæ quũ veniſſet, adorauit eum, dicens, Filia mea modò defuncta eſt: ſed veni & impone manum tuam ſuper eam, ac viuet.

Καὶ ἐγερθεὶς ὁ Ἰησοῦς ἠκολούθησεν αὐτῷ, καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.

19 Tunc ſurgens Ieſus ſequutus eſt eum, & diſcipuli eius.

(Καὶ ἰδοὺ, γυνὴ αἱμορροοῦσα δώδεκα ἔτη, προσελθοῦσα ὄπισθεν, ἥψατο τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ.

20 (Et ecce, mulier ſanguinis profluuio laborans à duodecim annis, accedens à tergo, tetigit fimbriam veſtimẽti illius.

16 *Nemo autem immittit commiſſuram panni rudis in veſtimentũ vetus: tollit enim plenitudinem eius à veſtimento, & peior ſciſſura fit.*

17 *Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres, alioquin rumpuntur vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt: ſed vinum nouum in vtres nouos mittunt, & ambo conſeruantur.*

18 *Hæc illo loquente ad eos, ecce, princeps unus acceſſit, & adorabat eũ, dicens, Domine filia mea modò defuncta eſt: ſed veni, impone manum tuam ſuper eam, & viuet.*

19 *Et ſurgẽs Ieſus ſequebatur eũ, & diſcipuli eius.*

20 *(Et ecce, mulier quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, acceſſit retro, & tetigit fimbriã veſtimenti eius.*

16 Imittit, ἐπιβάλλει. Sic rectè Vulgata & Eraſmus. Budæus tamen maluit interpretari affuit, vel addit: cui non pòſſum aſſentiri. Neque enim ὅτι hoc loco nota eſt adiectionis ad iuſtam menſuram, ſed ſupplemẽtum potius declarat eius cui deerat aliquid. Deniqi τὸ ἐπιβάλλει hoc loco idem valet quod ἐμβάλλει. quamobrẽm malui apud Marcum interpretari ἐπιῤῥάπτει, inſuit, quàm affuit. Panniculum, ἐπίβλημα ῥάκους. Vulgata, Commiſſuram panni. Eraſmus, Aſſumentum panni. Budæus, Additamentum panniculi. Exiſtimat enim ſignificare προσθήκην, id eſt additamentum & auctarium. quod mihi quidem non placet: niſi auctarium voces quod rei alicui ſarciendæ adhibetur. ſic enim Euangeliſta ipſe poſtea expoſuit quum πλήρωμα vocauit. Neque verò aſſumentũm melius conuenit, quod etiam Latinum vocabulum eſſe non arbitror. Commiſſura autem non ineptè videretur dictionem Græcam exprimere, niſi potius commiſſionem ipſam & futuram declararet, quàm illud quod inſuitur, quódque hoc loco dicitur ἐπίβλημα: nos (vt notat etiam Eraſmus) vulgò peciam vocamus. Ergo nullam ex his interpretationibus recipio. Sed videndum eſt cur duo vocabula Græca vno Latino expreſſerim. ἐπίβλημα dixi vocari hoc loco illud ipſum quod inſuitur: ῥάκους autem, quum veſtem detritam & lacerã declaret, hic tamen eſt potius materiæ vocabulum, & pannum ſignificat. quod ſatis intelligi poteſt ex epitheto illi adiuncto: vt idem omnino valeat ἐπίβλημα ῥάκους atque ῥάκος ἐπιτεθειμένον. id eſt pannus qui inſuitur. Nos vulgò diceremus *une piece de drap*. quod etiam vnico vocabulo ῥάκους ſignificari potuit. Sed delectantur hac conſtructione Græci: vt ſi Latinè dicas vrbem Romæ pro Roma, aut vitam ruſtici viuere, pro ruſticè viuere. Quum autem panniculus Latinis idipſum quod inſuitur & eius præterea materiam declaret, vtrunque illud Græcum putaui hoc vno Latino non ineptè exprimi poſſe. Impexum, ἀγνάφου. Vulgata & Eraſmus, Rude. Budæus Impoſitum interpretatur, eodem ſenſu. In veſtimentum, ἐπὶ ἱματίῳ. Suprà cap. 5. 40 ἱμάτιον ſumus interpretati pallium: hìc autẽ & aliis plurimis locis pro omni veſtimenti genere accipi videtur. Illud enim ipſius ſupplementum tollit, αἴρει γὰρ τὸ πλήρωμα αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ἱματίου. Vulgata, Tollit enim plenitudinem eius à veſtimento. Eraſ. Aufert enim ſupplementum illius à veſtimento. Budæus, Aufert enim illud ſupplementum eius à veſte. Hi omnes videntur exiſtimaſſe τὸ πλήρωμα poſitum quarto caſu, & coniungi cum verbo αἴρει. Certè ita ſenſiſſe Veterem interpretem apparet ex eo quod vertit plenitudinem: & Eraſmum quoque, ex ipſius annotationibus. Offenſus enim (inquit) diſſimilitudine noui panni, poſtea detrahit, & deformior fit ruptura. Atqui τὸ πλήρωμα (quo vocabulo idẽ illud ſignificatur quod paulo antè vocauit ἐπίβλημα, illud videlicet quod ad implendã & ſarciendam fiſſuram immittitur) ponitur potius recto caſu, dicitúrque detrahere aliquid de veſte detrita, quũ ipſum ſit nouum. quo modo poſtea Vinum nouum dicitur veteres vtres frangere. Supplementum autem eius vocat à quo videlicet immiſſum eſt. Hoc enim melius videtur conuenire quàm ſi ad pallium referas, quum ſtatim repetatur nomen ἱματίου. Præterea articulum expreſſi, & addidi caſum verbo, vt ambiguitatẽ illam conſtructionis vitarem, à qua illos dixi fuiſſe deceptos. Fiſſura, σχίσμα. Eraſmus, Ruptura. id eſt ῥῆγμα. Vulgata, Sciſſura. id eſt τομὴ.

17 Iniiciunt, βάλλουσιν. Eraſmus & Vulgata, Mittunt. Recentes, καινούς. Vulgata & Eraſmus, Nouos. Ego diuerſum vocabulum quæſiui, propterea quòd (vt annotauit Eraſmus) Euangeliſta vtitur duplici vocabulo, νέος & καινός: quorum illud, eorum eſt qui ætatem ſentiunt, hoc opponitur vetuſtati: vt νέος potius iuuenem ſignificet quàm nouum, quod tamen diſcrimen non ſemper obſeruatur.

18 Quidam princeps, ἄρχων. Sic vulgò legunt, vt ſubaudiatur particula τις. quam tamen particulam reperimus expreſſam in tribus vetuſtis exemplaribus. Vulgata, Princeps vnus: vt legiſſe videatur εἷς. quod etiam ſcriptum erat in quatuor exemplaribus. de quo dicendi genere diximus ſuprà, 8. c. 19, nequis putet vnum à pluribus diſtingui. Addidi autem ſynagogæ nomen ex Marco 5. v. 22. Modò, ἄρτι: vel, nuper. quanquam illud maiorem emphaſin habet. Cicero ſexto in Verrem, Quid dico nuper? imò verò modò ac planè paulo antè vidimus.

20 Sanguinis profluuio laborans, αἱμορροοῦσα. Quod vno verbo Græci dicunt, pluribus neceſſariò explicuimus. Vulgata, Quæ ſanguinis fluxum patiebatur. id eſt αἱμορραγίας πάσχουσα. Eraſmus maluit interpretari, Quæ

sanguinis profluuio laborauerat tam propriè, ni fallor. nondum enim laborare desierat. A duodecim annis, δώδεκα ἔτη. Sicut Luc. 8. f. 43, ἀπὸ ἐτῶν δώδεκα. Ad verbum, Duodecim annos. Sed poscit Latinæ linguæ ratio præpositionem, si cum αἱμορροοῦσα iungas, sequutus Vulgatam lectionem. Nam secundus codex distinctionem habebat post αἱμορροοῦσα: & deinde additum habebat, δώδεκα ἔτη ἔχουσα ἐν τῇ ἀσθενείᾳ. id est ad verbum, Duodecim annos habens in ea infirmitate. sicut dixit Virgilius, — vna cum gente tot annos Bella gero.

Ελεγε γὰρ ἐν ἑαυτῇ, Ἐὰν μόνον ἅψωμαι τοῦ ἱματίου αὐτοῦ, σωθήσομαι.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐπιστραφεὶς καὶ ἰδὼν αὐτὴν, εἶπε, Θάρσει θύγατερ, ἡ πίστις σου σέσωκέ σε. Καὶ ἐσώθη ἡ γυνὴ ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης.

Καὶ ἐλθὼν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἄρχοντος, καὶ ἰδὼν τοὺς αὐλητὰς καὶ τὸν ὄχλον θορυβούμενον,

Λέγει αὐτοῖς, Ἀναχωρεῖτε· οὐ γὰρ ἀπέθανε τὸ κοράσιον, ἀλλὰ καθεύδει. Καὶ κατεγέλων αὐτοῦ.

Ὅτε δὲ ἐξεβλήθη ὁ ὄχλος, εἰσελθὼν ἐκράτησε τῆς χειρὸς αὐτῆς· καὶ ἠγέρθη τὸ κοράσιον.

Καὶ ἐξῆλθεν ἡ φήμη αὕτη εἰς ὅλην τὴν γῆν ἐκείνην.

Καὶ παράγοντι ἐκεῖθεν τῷ Ἰησοῦ, ἠκολούθησαν αὐτῷ δύο τυφλοὶ, κράζοντες, καὶ λέγοντες, Ἐλέησον ἡμᾶς υἱὲ Δαβίδ.

Ἐλθόντι δὲ εἰς τὴν οἰκίαν, προσῆλθον αὐτῷ οἱ τυφλοὶ, καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Πιστεύετε ὅτι δύναμαι τοῦτο ποιῆσαι; λέγουσιν αὐτῷ, Ναὶ Κύριε.

Τότε ἥψατο τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν, λέγων, Κατὰ τὴν πίστιν ὑμῶν γενηθήτω ὑμῖν.

Καὶ ἀνεῴχθησαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοί· καὶ ἐνεβριμήσατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, λέγων, Ὁρᾶτε μηδεὶς γινωσκέτω.

21 Dicebat enim apud se, Si solùm tetigero vestimentum eius, seruabor.

22 Iesus verò conuersus & intuitus eam, dixit, Confide filia: fides tua te seruauit. Et seruata est mulier ab eo momento).

23 Et quum venisset Iesus domum principis *synagogæ*, vidisséque tibicines & turbam tumultuantem,

24 Dicit eis, Recedite: nō enim mortua est adolescentula, sed dormit. Et deridebant eum.

25 Quum autem fuisset eiecta turba, ingressus prehendit manum eius: & surrexit adolescentula.

26 Et exiit hæc fama in totam illam regionem.

27 Quúmque prætergrederetur illinc Iesus, sequuti sunt eū duo cæci, clamantes, & dicentes, Miserere nostri fili Dauid.

28 Quum autem venisset domum, adierunt eum cæci illi, & dicit eis Iesus, Creditis me hoc posse facere? Dicunt ei, Etiam Domine.

29 Tunc tetigit oculos eorum, dicens, Secundum fidem vestram fiat vobis.

30 Et aperti sunt oculi eorū: & grauiter interminatus est eis Iesus, dicens, Videte nemo sciat.

21 *Dicebat enim intra se, Si tetigero tantùm vestimentum eius, salua ero.*

22 *At Iesus conuersus & uidens, dixit, Confide filia, fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora.*

23 *Et quum uenisset Iesus in domum principis, & uidisset tibicines & turbam tumultuantem,*

24 *Dicebat, Recedite: non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebāt eum.*

25 *Et quum eiecta esset turba, introuit, & uenit manum eius, & dixit, Puella, surge. Et surrexit puella.*

26 *Et exiit fama haec in uniuersam terram.*

27 *Et transeunte inde Iesu sequuti sunt eum duo cæci, clamantes, & dicentes, Miserere nostri fili Dauid.*

28 *Quum autem uenisset domum, accesserunt ad eum cæci, & dicit eis Iesus, Creditis quia hoc possum facere uobis? Dicunt ei, Vtique Domine.*

29 *Tunc tetigit oculos eorum, dicens, Secundū fidem uestram fiat uobis.*

30 *Et aperti sunt oculi eorum: & comminatus est illis Iesus, dicens, Videte nequis sciat.*

21 Momento, ὥρας. Vetus interpres ad verbum, Hora. Erasmus, Tempore. id est χρόνῳ. Mihi verò videtur momentum melius huic loco conuenire, quum hic significetur ille temporis articulus quo hæc dicta sunt. Respondet autem Chaldaico vocabulo שעתא, quod vsurpatur apud Danielem 4. f. 30. & significat ipsum temporis momentum quo aliquid extat, à verbo שעה. id est respexit.

25 Prehendit, κρατήσας. Vulgata & Erasmus, Tenuit. id est ἔσχε. Infrà tamen cap. 11. a. 11, Erasmus vertit, Apprehendit. Rursus cap. 13. a. 3, κρατοῦσιν interpretatur Ceperat. Vocabulum autem ipsum propriè significat vi adhibita aliquid capere aut retinere: veluti quum trahimus reluctantem iniecta manu: sicut etiam Erasmus interpretatus est infrà, cap. 18. c. 18. Hic autem & aliis locis multis idem valet quod ἅπτεσθαι, id est prehendere, vel tangere. Marci autem 7. a. 3. & 4, pro retinere, & studiosè quidpiam obseruare accipitur. Post hæc verba Prehendit manum eius. Vulgata addit, Et dixit, Puella surge. καὶ εἶπεν, κοράσιον ἔγειρε. quæ tamen in nullis codicibus Græcis legimus. Sunt autem petita ex Lucæ 8. g. 54.

26 Hæc φήμη. id est, huius rei fama, vt Act. 1. v. 6. In secundo exemplari scriptum erat αὐτῆ, eius. id est de eo. Vide suprà cap. 4. d. 24 Regionem, γῆν. id est χώραν. Vulgata & Erasmus ad verbum, Terram: quod poeticum est.

27 Quúmque prætergrederetur illinc Iesus, καὶ παράγοντι ἐκεῖθεν τῷ Ἰησοῦ. Vulgata, Et transeunte inde Iesu. id est ἀπερχομένῳ. Erasmus, Et quum discederet illinc Iesus. id est ἀναχωροῦντι. Vide suprà, cap. 9. a. 9.

28 Domum, εἰς τὴν οἰκίαν. Dicitur Iesus domum venisse, eam nimirum in qua consueuerat habitare quū in ea vrbe sibi domicilium delegisset. Nam quum ita loquimur, ea demum significatur domus quam is incolit qui venisse dicitur: nisi quidpiam addideris ex quo distinctio intelligatur. Cæci illi, οἱ τυφλοὶ. Illi videlicet qui paulo antè ipsi occurrerant. itaque articulus non fuit omittendus.

29 Secundū, κατά. Erasmus, Iuxta. quod magis etiam est insolens apud Latinos quàm illud. 30 Aperti sunt, ἀνεῴχθησαν. Quartum exemplar addit παραχρῆμα, id est illico. Hebraïs autem dicuntur oculi clausi, qui nihil vident, quibus opponūtur aperti. Et grauiter interminatus est, καὶ ἐνεβριμήσατο. Addidi aduerbiū Grauiter,

ad vim vocabuli exprimendam. Nam ἐμβριμᾶσθαι significat, addita increpatione & cum fremitu aliquid edicere: vt plusculum aliquid declaret quàm ἐπιτιμᾶν, quo vtitur infrà, cap. 11. b. 16.

Οἱ δὲ, ἐξελθόντες διεφήμισαν αὐτὸν ἐν ὅλῃ τῇ γῇ ἐκείνῃ.

31 At illi ᵛ egressi ᵛ sparserunt eius famam in tota illa regione.

31 Illi autē exeuntes diffamauerunt eum in tota terra illa.

Luc. 11. b. 14

Αὐτῶν δὲ ἐξερχομένων, ἰδοὺ προσήνεγκαν αὐτῷ ἄνθρωπον κωφὸν δαιμονιζόμενον.

32 ¶Ipsis autē egredientibus, ecce obtulerūt ei hominem mutum dæmoniacum.

32 Egressis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum, dæmonium habentem.

Καὶ ἐκβληθέντος τοῦ δαιμονίου, ἐλάλησεν ὁ κωφός. καὶ ἐθαύμασαν οἱ ὄχλοι, λέγοντες, Οὐδέποτε ἐφάνη οὕτως ἐν τῷ Ἰσραήλ.

33 Et eiecto dæmonio loquutus est mutus: & mirata est turba, dicens, Nunquam apparuit ᵛ tale quidpiam in Israel.

33 Et eiecto dæmonio, loquutus est mutus: & mirata sunt turbæ, dicentes, Nunquam apparuit sic in Israel.

Infrà 12. b. 24 mar. 3. c. 22 luc. 11. c. 15

Οἱ δὲ Φαρισαῖοι ἔλεγον, Ἐν τῷ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια.

34 ¶Pharisæi verò dicebāt, Per ᵛ principem dæmoniorum eiicit dæmonia.

34 Pharisæi autem dicebant, In principe dæmoniorum ejicit dæmones.

Mat. 4. c. 6 luc. 13. c. 22

Καὶ περιῆγεν ὁ Ἰησοῦς τὰς πόλεις πάσας καὶ τὰς κώμας, διδάσκων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, καὶ κηρύσσων τὸ Εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας, καὶ θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ.

35 ¶Et circuibat Iesus vrbes omnes ac vicos, docens in synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni, & sanans quēuis morbum & quenuis languorem ᵛ in populo.

35 Et circuibat Iesus omnes ciuitates & castella, docens in synagogis eorum, & prædicans Euāgelium regni, & curans omnem languorem & omnem infirmitatem.

Mar. 6. c. 34 ᵛ.

Ἰδὼν δὲ τοὺς ὄχλους, ἐσπλαγχνίσθη περὶ αὐτῶν, ὅτι ἦσαν ἐκλελυμένοι καὶ ἐρριμμένοι ὡσεὶ πρόβατα μὴ ἔχοντα ποιμένα.

36 ¶Quum vidisset autem turbam, ᵛ misericordia cōmotus est ᵛ super eis, quòd essēt ᵛ dissipati ᵛ & dissecti quasi oues non habentes pastorem.

36 Videns autem turbas, misertus est eas: quia erant vexati, & iacentes sicut oues non habentes pastorem.

Luc. 10. c. 2 iohan. 4. c. 36

Τότε λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Ὁ μὲν θερισμὸς πολύς, οἱ δὲ ἐργάται ὀλίγοι.

37 Tunc dicit discipulis suis, ¶Ipsa quidē messis multa, operarii autem pauci.

37 Tunc dicit discipulis suis, Messis quidem multa, operarij autem pauci.

38 Rogate igitur dominū messis ᵛ vt emittat operarios in messem suam.

38 Rogate ergo dominum messis vt mittat operarios in messem suam.

Δεήθητε οὖν τοῦ κυρίου τοῦ θερισμοῦ ὅπως ἐκβάλῃ ἐργάτας εἰς τὸν θερισμὸν αὐτοῦ.

Κεφάλαιον ιʹ

CAP. X.

Mar. 3. b. 15 luc. 9. a. 1

ΚΑΙ προσκαλεσάμενος τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν

1 ᵛ Vnc aduocatis duodecim discipulis suis, dedit eis po-

1 Et conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spiri-

31 Egressi, ἐξελθόντες, scilicet domo. Vulgata, Exeuntes. Eras. Quum abiissent. id est ἀπελθόντες. Sparserunt eius famam, διεφήμισαν αὐτόν. Ad verbum, Diffamarunt eum, sicut etiam vertit Vetus interpres. Sed præterquam quòd hoc verbum rarò à Latinis vsurpatur, etiam in vitio ponitur pro διαβάλλειν & αἰσχύνειν.

35 Tale quidpiam, οὕτως. Vulgata & Erasmus ad verbum, Sic. Ponitur autem οὕτως pro πώποτε, sicut infrà, Mar. 2. b. 12. & omnino hoc est quod Hebræi dicunt כזאת.

34 Principem dæmoniorum, τῷ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων. Apparet igitur impuros spiritus cuidam etiam capiti subiici. sicut è contrario caput electorum est Christus. Quamobrem etiam diabolus ab angelis suis distinguitur infrà, 25. v. 41. & nomen principatuum & potestatuum tribuitur etiam regno tenebrarum, Coloss. 2. v. 15. Hic est igitur qui & Satan, & Diabolus, & Tentator, & Princeps mundi & Beelzebub vocatur.

35 In populo, ἐν τῷ λαῷ. Hæc non legit Vetus interpres, & in quibusdam Græcis exemplaribus non inuenimus. Sed in quodam additum erat, καὶ πολλοὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ, Et multi secuti sunt eum.

36 Misericordia commotus est, ἐσπλαγχνίσθη. Vulgata, Misertus est. Erasmus, Affectu misericordiæ tactus est. Indicat hoc verbum (quo Græci interpretes expressērunt Hebraum רחם) summam & vehementem commiserationem ex intimis viscēribus profectam: qualis est illius qui apud Virgilium lib. 10, Ingemuit miserans grauiter, dextrāmque tetendit. Quod vt exprimerem, circumloquutionem adhibui ex Cicer. Tusc. 4, Nemo (inquit) parricidæ supplicio misericordia commouetur. Super eis, ἐπ' αὐτούς. id est eorum causa. sicuti Mar. 14. c. 13, τὸ ἐπὶ πολλοῖς ὀχυρούμενον, id est ὑπὲρ πολλῶν. Similem constructionem habemus Psal. 103. c. 17. Vulgata, Eis. Erasmus, Erga illos. Dissipati, ἐκλελυμένοι. Ad verbum, Exoluti. quia quæ soluta sunt & dejuncta, eadem quoque dissunt dissipata. Alioquin hoc vocabulum idem valet quod verbum simplex Soluere: veluti quum vires exolutas dicimus, & æs alienum exoluere. Vulgata vertit Vexati. id est ἐκακωμένοι: quod etiam scriptum erat in sex vetustis codicibus: item apud Chrysostomum, Hieronymum, Hilarium, Theophylactum, sicut Erasmus obseruauit. Sed hoc notandum videtur, σκύλλεσθαι propriè non de quauis molestia dici, sed de fatigatione & lassitudine ex via: quod facilè (vt spero) mihi concedent quicunque vsum huius verbi obseruarunt. Itaque commiseratur hic turbam Iesus, quòd de via plerique essent defessi: deinde, quòd nemo ex illis quos oportebat huic vni rei intentos esse, curam salutis eorum gereret, adeo vt huc & illuc errarent tanquā oues pastore destitutæ. Et dissecti, ἠρριμμένοι, id est palantes: quod dixit Plutarchus in libello De virtutibus mulierum, ἀσυδέτων κύνδυ.

38 Emittat, ἐκβάλῃ. vt infrà, cap. 12. c. 35. Vulg. Mittat. Eras. Extrudat. Ad verbū, Eiiciat. Intelligimus igitur vel celeriter mittendos in opus Dei, vel etiam inuitos & cunctantes extrudendos. Sumus enim omnes iniqui præsertim rebus tardissimi.

IN CAP. X.

1 Tūc aduocatis, καὶ προσκαλεσάμενος. Vulg. Cōuocatis. id est συγκαλέσας. Eras. Accersitis. μαθητὰς, discipulos.

πνευμάτων ἀκαθάρτων, ὥστε ἐκβάλλειν αὐτὰ, καὶ θεραπεύειν πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν.

testatem aduersus spiritus impuros, vt eiicerent eos, & sanarent omnem morbum & omnem languorem.

tionem immundorũ, vt eijcerent eos, & curarent omnem languorem & omnem infirmitatem.

Τῶν δὲ δώδεκα ἀποστόλων τὰ ὀνόματά ἐστι ταῦτα. πρῶτος, Σίμων ὁ λεγόμενος Πέτρος, καὶ Ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ· Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ·

2 Porro duodecim Apostolorũ nomina sunt hæc. Primus, Simon qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius: Iacobus filius Zebedæi, & Iohannes frater eius:

2 Duodecim autem discipulorũ nomina sunt hæc. Primus, Simõ qui dicitur Petrus & Andreas frater eius: Philippꝰ & Bartholomæus:

Φίλιππος, καὶ Βαρθολομαῖος· Θωμᾶς, καὶ Ματθαῖος ὁ τελώνης· Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ἀλφαίου, καὶ Λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος·

3 Philippus, & Bartholomæus: Thomas, & Matthæus ille publicanus: Iacobus *filius* Alphæi: & Lebbæus, cognominatus Thaddæus:

3 Iacobus Zebedæi, & Iohannes frater eius: Thomas & Matthæus publicanus: & Iacobus Alphæi & Thaddæus.

Σίμων ὁ Καναναῖος, καὶ Ἰούδας Ἰσκαριώτης, ὁ καὶ παραδοὺς αὐτόν.

4 Simon Cananites, & Iudas Iscariotes, qui etiam prodidit eum.

4 Simon Cananæus, & Iudas Iscariotes, qui & tradidit eum.

Τούτους τοὺς δώδεκα ἀπέστειλεν ὁ Ἰησοῦς, παραγγείλας αὐτοῖς, λέγων, Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε, καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσέλθητε·

5 Hos duodecim misit Iesus, & addidit eis mandata, dicẽs, In viam Gentium ne abieritis, & in vrbem Samaritanorum ne ingrediamini:

5 Hos duodecim misit Iesus, præcipiens eis, dicens, In viam Gentiũ ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne introieritis.

Πορεύεσθε δὲ μᾶλλον πρὸς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ.

6 Sed proficiscimini potius ad oues perditas domus Israel.

6 Sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Israel. Act.13.g.46

Πορευόμενοι δὲ κηρύσσετε, λέγοντες ὅτι ἤγγικεν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν·

7 Profecti verò prædicate, dicentes, Appropinquauit regnũ cælorum.

7 Euntes autẽ prædicate, dicentes, Quia appropinquauit regnum cælorũ. Luc.10.b.9

Ἀσθενοῦντας θεραπεύετε, λεπροὺς καθαρίζετε, νεκροὺς ἐγείρετε, δαιμόνια

8 AEgrotos sanate, leprosos purgate, mortuos excitate, dæmonia

8 Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones eij-

Aduersus spiritus. vel, In spiritus, κατὰ πνεύματα. vt in duobus exẽpl. scriptũ inuenimus. Sic etiã Theophylact codex Romæ impressus: vt omnino idem sit κατὰ πνεύματα cum eo quod dicit Lucas δαιμόνια. Alii tamen codices non habent κατά: sed omnino videtur vel addendum, vel supplendum. Similis autem eclipseos exemplum habes infrà, cap.11.c.31.

5 2 Apostolorum, ἀποστόλων. Vulgata (vt quædam exemplaria habent) Discipulorum, id est μαθητῶν. Nos Græcũ vocabulum (vt alia multa Ecclesiæ Christi familiaria) libenter retinuimus. Latinè possis legatos vocare. Ἀπόστολος autem simili etymologia Hebræis שָׁלִיחַ vocatur, Abd.a.1. Primus, πρῶτος. Quid si hoc vocabulum ab aliquo additum est qui Petri primatum vellet stabilire? nihil enim sequitur quod cohæreat. Sed tamen hoc idem obseruauimus alibi vsurpatũ simili ratione, vt dicemus Mar.3.b.16. Sed & reperimus ita scriptũ in omnibus exemplaribus, & Theophylacto Romano, qui disertè admonet, primos idcirco recenseri Petrum & Andream quòd essent πρωτόκλητοι. In hoc autem ordine nihil mysterii latere, vel illud declarat, quòd Marci 3, & Luc.6, idem prorsus ordo non obseruatur: & hoc etiã loco in Vetere translatione Philippus & Bartholomæus Iacobo & Iohanni præponuntur. Sed & apud Paulum ipsum Galat.2.b.9. Iacobus Petro præponitur: vt planè sint ridiculi qui vel hoc argumento tyrannidem Antichristi confirmare.

3 Ille publicanus, ὁ τελώνης. Erasmus, Qui fuerat publicanus. Sed articulus suam vim habet, quæ non fuit negligenda. Non putaui tamen supplendum ὁ πρότερον, cum Erasmo: quum satis intelligatur publicanum esse desiisse, ex quo factus est Christi Apostolus. Cognominatus, ὁ ἐπικληθείς. Vulgata non legit totũ illud, Ἀσσάβαιος ὁ ἐπικληθείς, quod tamen omnes Græci codices habent.

4 Cananites, Καναναῖος. Vulgata & Erasmus, Cananæus, id est Κανανίτης, vt etiã scriptum inuenimus in duobus vetustis codicibus. Existimant nonnulli potius legendum Καννίτης, Cannites, vel Καννᾶος, Cannæus: & rectè eos sentire, vel illud declarat quòd Lucas 6.c.15, & Act.1.b.13, ζηλωτὴν vocat. zelum enim Hebraicè & Syriacè declarat קנא. Itaque (vt rectè obseruat quidam Hebraicæ linguæ peritus) nomẽ Chananæorum, quod crebrò occurrit in sacris libris, hoc quoque loco vel librariis parum doctis, vel expositoribus Hebraicæ linguæ imperitis imposuit. Meritò tamen quæsierit aliquis cur appellatiuum nomen Hebræum Euangelista inflexerit Græca termination, & quidem eiusmodi vt gentile siue patrium nomen meritò videri possit, à Cana Galilææ oppido deductum, & huic Simoni additum vt à Simone Petro distingueretur. Sed hic rursus duplex occurrit difficultas. Vna, cur dicatur Cannites seu Cannæus, quum Cana simplici litera n scribatur. Altera, cur gentile nomen Lucas appellatiuo Græco ζηλωτὴς explicarit. Iscariotes, Ἰσκαριώτης. Hebr. אִישׁ-קְרִיּוֹת, vir Kerioth, id est Keriothites. Sic enim solent Hebræi gentilia nomina circumloqui: vt vulgò dicimus *enfant de Paris*, pro *Parisien*. Est autẽ Kerioth, nomẽ vrbis in tribu Iuda, Ioh.15.v.25. ex qua fuit proditor iste cognominatus inter Apostolos, vt distingueretur ab altero Iuda, fratre Iacobi, qui Lebbæus quoque & Thaddæus dicebatur. Lebbæum autẽ Latinè Corculũ non inepte dicas, quod fuit Scipionis illius Nasicæ cognomentum. Prodidit, παρέδωκε. Vulgata, Tradidit: quæ propria etiam est huius vocabuli significatio, sed hoc loco & alibi sæpe accipitur ἀντὶ τοῦ προέδωκεν.

5 Addidit eis mandata, dicens. Παρήγγειλεν αὐτοῖς, λέγων. id est, additis mandatis, in hæc verba. Vulgata, Præcipiens eis. Erasmus, Quibus præceperat. Nos fere παραγγέλλειν interpretabimur denunciare: sed hic studuimus perspicuitati. In viam Gentium, εἰς ὁδὸν ἐθνῶν. id est, iter ad exteras & profanas Gentes, Ierem. 1.d.18. Nam

alioquin vias Gentium vocant Prophetæ profanos & impios illarum mores: vt Ierem. 10. a. 2. Vrbem, πόλιν. Vulgata, Ciuitates, nulla sensus injuria. Ponitur enim πόλις indefinitè, neque de metropoli videtur posse intelligi, quum articulus non addatur.

ἐκβάλλετε, δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε.

Mat. 6. b. 8 Luc. 9. a. 3 & 22. d. 35

Μὴ κτήσησθε χρυσὸν, μηδὲ ἄργυρον, μηδὲ χαλκὸν εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν·

1. Tim. 5. c. 18 Luc. 10. b. 7

Μὴ πήραν εἰς ὁδὸν, μηδὲ δύο χιτῶνας, μηδὲ ὑποδήματα, μηδὲ ῥάβδον. ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ ἐστιν.

Luc. 10. b. 8

Εἰς ἣν δ' ἂν πόλιν ἢ κώμην εἰσέλθητε, ἐξετάσατε τίς ἐν αὐτῇ ἄξιός ἐστι· κἀκεῖ μείνατε ἕως ἂν ἐξέλθητε.

Εἰσερχόμενοι δὲ εἰς τὴν οἰκίαν, ἀσπάσασθε αὐτήν.

Καὶ ἐὰν μὲν ᾖ ἡ οἰκία ἀξία, ἐλθάτω ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἐπ' αὐτήν· ἐὰν δὲ μὴ ᾖ ἀξία, ἡ εἰρήνη ὑμῶν πρὸς ὑμᾶς ἐπιστραφήτω.

Mat. 6. b. 11 Luc. 9. a. 5

Καὶ ὃς ἐὰν μὴ δέξηται ὑμᾶς, μηδὲ ἀκούσῃ τοὺς λόγους ὑμῶν, ἐξερχόμενοι τῆς οἰκίας ἢ τῆς πόλεως ἐκείνης, ἐκτινάξατε τὸν χοῦν τῶν ποδῶν ὑμῶν.

Act. 13. g. 51 & 18. b. 6

Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀνεκτότερον ἔσται γῇ Σοδόμων καὶ Γομόρρων ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ.

Luc. 10. a. 3

Ἰδοὺ, ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων· γίνεσθε οὖν

monia eiicite: ᵛdono accepistis, dono date.

9 ‖ᵛNe comparate aurum, neque argentum, neque ᵛæs in zonis vestris:

10 Neque peramᵛ ad iter, neque binas tunicas, neque soleas, neque ᵛvirgam. ‖nam dignus est operarius ᵛalimento suo.

11 ‖In quamcunque verò vrbé aut vicum introieritis, exquirite quis in ea sit ᵛdignus: & illic manete vsquedum exeatis.

12 Introeuntes autem domum, ᵛsalutate ᵛeam.

13 Et si quidem fuerit domus digna, ᵛveniat pax vestra super eam: sin autem non fuerit digna, pax vestra ad vos reuertatur.

14 ‖ᵛEt quicunque non receperit vos, neque audierit sermones vestros, exeũtes ᵛdomo aut vrbe illa, ‖excutite puluerẽ pedum ᵛvestrorum.

15 ᵛAmen dico vobis, tolerabilior erit conditio terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicii, quã vrbis illius.

16 ‖Ecce, ego mitto vos vt oues in medio luporũ: estote igitur

cæ: gratis accepistis, gratis date.

9 Nolite possidere aurũ, neque argentum, neque pecuniã in zonis vestris:

10 Non peram in via, neq; duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam: dignus enim est operarius cibo suo.

11 In quamcunque autem ciuitatem aut castellũ intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit: & ibi manete donec exeatis.

12 Intrantes autem in domum salutate eam, dicentes: Pax huic domui.

13 Et si quidẽ fuerit domꝰ illa digna, ueniet pax nostra super eã: si autẽ non fuerit digna, pax nostra reuertetur ad nos.

14 Et quicunque nõ receperit nos, neqi audierit sermones nostros, exeuntes foras de domo uel ciuitate illa, excutite puluerem de pedibus nestris.

15 Amẽ dico uobis, tolerabilius erit terræ Sodomorũ & Gomorrhæorũ in die iudicii: quàm illi ciuitati.

16 Ecce, ego mitto uos sicut oues in medio luporũ: e-

8 Dono, δωρεάν. Terent. Eunucho, Hanc tibi dono do. Vulgata, Gratis. Erasmus, Gratuitò.

9 Ne comparate, μὴ κτήσησθε. Vulgata, Nolite possidere: quod certè nimium latè patet. Neque enim hîc interdicitur harum rerum possessio, vt nonnulli Apostolorum peruersi imitatores fingunt: sed de hac vna professione agitur, ad quam vult Dominus Apostolos accingi absque vllis sarcinis, atque adeo absque viatico: non modò vt nullis impedimentis retardẽtur, sed etiam vt hac prouidentiæ diuinæ quasi degustatione ad futuram illam functionem Apostolicam præparentur. Ideo quærit ex illis domum reuersis Dominus ecquid illis in via defuerit, Luc. 22. d. 35. Æs, χαλκὸν. Ænei erant asses & quadrantes. Vulgata, Pecuniã: nimium generali vocabulo. In zonis, εἰς τὰς ζώνας. Erasmus, In crumenis. id est ἐν βαλαντίοις.

10 Ad iter, εἰς ὁδὸν. id est, cuiusmodi gestare solent qui aliquò proficiscuntur. Vulgata, In via. id est ἐν ὁδῷ. Virgam, ῥάβδον. In decem vetustis codicibus scriptum reperimus plurali numero ῥάβδους, & apud Lucam quoque. Qua ratione fortassis vterque cum Marco potest conciliari, apud quem conceditur Apostolis gestare ῥάβδον: sed additur μόνον, quæ particula etiam pro μόνας accipi potest. Plurium igitur virgarum hîc mentio fit, sicut & plurium vestium. Baculos enim moris fuisse gestare quum iter facerent, vel ex ipsa Paschæ ceremonia intelligitur. Alimento, τῆς τροφῆς. Vulgata & Erasmus, Cibo. id est σίτου. Quoddam exemplar scriptum habebat τοῦ μισθοῦ, (id est mercede) quod etiã legitur Lucæ 10. b. 7, & 1. Timoth. 5. c. 18. Cæterùm mirifica hæc est demonstratio, quam vtinam plerique satis intelligerent, Dignus est operarius mercede suat ergo nobis non deerit. nititur ènim hoc promissum iustitiæ Dei, quæ fallere non potest. Tanti est vocationem sua defungi. Sed memineri- mus, hanc mercedem (quod ad Deum attinet) esse gratuitam, & ab æternæ etiam vitæ dono distinguendam.

11 Dignus, ἄξιος. Erasmus in Annotationib⁹ putat ἄξιον idoneũ significare hoc loco. Ego verò existimo propriè accipi, & ad ministerii Ecclesiastici dignitatem hæc pertinere: quæ paucis quidẽ verbis, sed egregiè describitur Heb. 11. g. 38. Sed dign⁹ hic demũ habetur qui se indignũ esse cõfitetur, sicut Paulo antè Cẽturio, cap. 8. a. 8.

12 Salutate, ἀσπάσασθε. Suprà c. 5. g. 47, vertimus complecti, quod hic fuisset durius: quanquam hoc etiam verumque ferat sententia huius loci. Domũ enim vocat eos qui in vna domo versantur. Eam, αὐτὴν. Quinq; vetusti codices hæc addita habebant, λέγοντες, Εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ. id est, dicentes, Pax sit in hac domo. quod etiam legit Vetus interpres. addit enim, Dicentes, Pax huic domui. Item sic habet Theophylacti codex Romanus, quẽ Erasmus non vidit. Cæterùm hæc salutationis formula ad Hebræorum morem pertinet, qui Pacis nomine fausta & prospera omnia intelligunt.

13 Veniat, ἐλθάτω. Aut (vt in vno exemplari scriptum erat) ἐπανελθάτω. id est introeat.

14 Et quicunque nõ, καὶ ὃς ἐὰν μὴ. Sextũ quoddam exẽplar habuit scriptum in plurali, καὶ ὅσοι ἂν μὴ δέξωνται ὑμᾶς μηδὲ ἀκούσωσιν, Et quicunque nõ receperint vos, neque audierint: eodẽ manẽte sensu. Domo, τῆς οἰκίας. Vulgata addit Foras, id est ἔξω, quod etiam in vno vetere exẽplari legimus. Vestrorum, ὑμῶν. Quoddam exẽplar addit ἐκ αὐτῆς, id est κατ' αὐτῆς. vt apud Homer. Iliad. β, Τίπτε δὴ αὖτε νέεσθαι ἐπειπόμενοι κατὰ νῆας; Et πόλιν ἐκείνην.

15 Amen, ἀμὴν. Duo codices addunt γὰρ, enim.

φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί.

Προσέχετε δὲ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων. παραδώσουσι γὰρ ὑμᾶς εἰς συνέδρια, καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν μαστιγώσουσιν ὑμᾶς.

Καὶ ἐπὶ ἡγεμόνας δὲ καὶ βασιλεῖς ἀχθήσεσθε ἕνεκεν ἐμοῦ, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς καὶ τοῖς ἔθνεσιν.

Ὅταν δὲ παραδιδῶσιν ὑμᾶς, μὴ μεριμνήσητε πῶς ἢ τί λαλήσητε. δοθήσεται γὰρ ὑμῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ τί λαλήσετε.

Οὐ γάρ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ 20
πνεῦμα τοῦ πατρὸς ὑμῶν τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν.

Παραδώσει δὲ ἀδελφὸς ἀδελφὸν εἰς θάνατον, καὶ πατὴρ τέκνον· καὶ ἐπαναστήσονται τέκνα ἐπὶ γονεῖς, καὶ θανατώσουσιν αὐτούς.

Καὶ ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ πάντων διὰ τὸ ὄνομά μου. ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται.

Ὅταν δὲ διώκωσιν ὑμᾶς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, φεύγετε εἰς τὴν ἄλλην. Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ τελέσητε τὰς πόλεις τοῦ Ἰσραὴλ ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου.

Οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον, οὐδὲ δοῦλος ὑπὲρ τὸν κύριον αὐτοῦ.

prudentes vt serpentes, & innocentes vt columbæ.

17 Cauete autem ab hominibus. tradent enim vos in consessus,& in synagogis suis flagellabunt vos.

18 Sed & ad præsides ac reges ducemini mea causa, vt hoc sit eis & Gentibus testimonium.

19 Sed quum tradiderint vos, ne estote soliciti quomodo aut quid loquamini.dabitur enim vobis illo momento quod loquamini.

20 Non enim vos estis qui loquimini,sed Spiritus Patris vestri is est qui loquitur in vobis.

21 Tradet autem frater fratrem ad mortem, & pater filiũ:& insurgent liberi in parentes, & morte multandos eos curabunt.

22 Et eritis exosi omnibus propter nomen meum: verùm qui sustinuerit ad finem vsque, is seruabitur.

23 Quum autem persequétur vos in ea vrbe,fugite in aliam. Amẽ enim dico vobis, nequaquam obieritis vrbes Israelis quin venerit Filius hominis.

24 Non est discipulus supra magistrum,neque seruus supra dominum suum.

sitote ergo prudẽtes sicut serpẽtes, & simplices sicut columbæ.

17 *Cauete autem ab hominibus:tradent enim uos in conciliis, & in synagogis suis flagellabunt uos.*

18 *Et ad præsides & ad reges ducemini propter me, in testimonium illis & Gentibus.*

19 *Quũ autem tradent uos,nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini.* Marc.13.b.11 luc.12.b.11

20 *Non enim uos estis qui loquimini,sed Spiritus Patris uestri qui loquitur in uobis.*

21 *Tradet autẽ frater fratrẽ in mortẽ,& pater filiũ: & insurgent filij in parentes, & morte eos afficient.*

22 *Et eritis odio omnibus hominibus propter nomẽ meum. qui autẽ perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit.* Marc.13.b.13 luc.21.d.19

23 *Quũ autem persequentur uos in ciuitate ista,fugite in aliã. Amẽ dico uobis, non consummabitis ciuitates Israel donec ueniat Filius hominis.*

24 *Non est discipulus super magistrum, nec seruus super dominũ suum.* Luc.6.f.48 iob.13.b.16 & 15.c.20

16 Innocentes,ἀκέραιοι. Id est,qui ne iniuriam quidem vleiscamini,nedum inferatis:translatione Græci vocabuli fortassis sumpta à placidis animalibus,quæ natura nullis cornibus armauit ad depellendam iniuriam:aut quæ certè,etiamsi armata sint,tamen illis non vtuntur ad inuadendos homines. Vulg.Simplices.id est ἀκάκους, qui opponuntur hypocritis.Cicero,Innocens dicitur,non qui leuiter nocet,sed qui nihil nocet.

17 Hominibus,ἀνθρώπων. Erasmus addidit pronomen Illis,vt exprimeret articuli vim:quam ego quidem hic non agnosco:quanuis concedam,astutos innocentibus opponi. Videtur ergo potius additus articulus vt discipuli intelligerent quàm periculosam viam ingrederentur,in qua potius ab ipsis hominibus quàm à feris timendum esset.Nam præcipuè in religionis causa verissimum est illud prouerbium,Homo homini lupus. Synagogis,συναγωγαῖς. Erasmus,Conciliabulis:quòd non putet loqui Christum de solis Iudæorum cõuentibus.quia fortassis ex sequentibus colligebat,hæc monita pertinere ad vniuersalem Apostolorum vocationem. Quod etiam si concessero,tamen respondeo,συνέδρια Gentium,esse συναγωγὰς Iudæorum. Nec verò absurdum est,quanuis longius postea sermonem suum Christus extendat,eum tamẽ incipere à persequutionibus magis propinquis, & quæ iam instabant.

18 Sed & ad Præsides,καὶ ἐπὶ ἡγεμόνας δέ. Vulgata,Et ad Præsides:non expressa particula δέ. Erasmus,Quin & ad Principes.ἡγεμόνας autem hic vocat Præsides prouinciarum,sicut accipitur infrà cap.27,& in Actis Apostolorum:quum alioquin hoc vocabulo in genere duces significentur. Eis & Gentibus, αὐτοῖς καὶ τοῖς ἔθνεσιν. id est, aduersus eos & aduersus Gentes,vt liquet ex Luc.9.v.5.

19 Sed quum,ὅταν δέ. Vulgata,Quum autem: quæ interpretatio non satis declarat vim particulæ δέ pro ἀλλά positæ.

20 In vobis,ἐν ὑμῖν. id est per vos, vel intra vos.

21 Morte multand os curabunt,θανατώσουσιν. Vulgata & Erasmus,Morte afficient.Est hoc vocabulum plerunque forense:hic autem accipitur veluti in coniugatione hiphil : quod declarat præcedens illud, εἰς θάνατον: tamen illo etiam modo accipi posse non nego.Nam iure dici potest interficere qui interficiendum curat.

22 Ad finem vsque, εἰς τέλος. Vide infrà,24.v.13.

23 In ea vrbe,ἐν τῇ πόλει ταύτῃ. in ea videlicet quam ingressi fueritis.Vulgata & Erasmus,In ciuitate hac,vel ista.Exẽplar vnũ habebat,διώκωσιν ὑμᾶς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ. id est,vos abegerint ex ea vrbe. In aliam,εἰς τὴν ἄλλην. Exemplar quoddã additũ habebat, καὶ ὅταν ὑμᾶς ἐκδιώκωσιν ὑμᾶς, φεύγετε εἰς τὴν ἑπέραν. id est, quòd si ex ea quoque vrbe vos exegerint,fugite in aliam. Alterum verò,ὅταν δὲ ἐν τῇ ἄλλῃ διώκωσιν ὑμᾶς, φεύγετε εἰς τὴν ἄλλην, si verò in alia vos persequuti fuerint,fugite in aliam. Verbum autem διώκειν modò conuertimus Persequi, modò Abigere & Exigere,propter additam variã constructionem. Obieritis, πλήσητε. Vulgata, Consummabitis. Erasmus, Perambulaueritis. Ad verbum,Fiñieritis. Exẽplar quoddam,πληρώσητε, Impleueritis. quo modo etiam loquitur

Paulus Rom.15.d.19. Sed verbum Latinum quo vſus ſum, videtur ſatis commodè Græcum explicare: quia vtraque ſignificatione accipitur, nempe pro peragere & pro circuire. Quin, ἕως αὖ. Videtur hæc accipi pro ἕως ἔτι: alioqui ſignificant vſquedum: quo modo conuertere ſolemus.

Infrà 12.b.24

Ἀρκετὸν τῷ μαθητῇ ἵνα γένηται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ, καὶ ὁ δοῦλος ὡς ὁ κύριος αὐτοῦ. εἰ τὸν οἰκοδεσπότην Βεελζεβοὺλ ἐκάλεσαν, πόσῳ μᾶλλον τοὺς οἰκιακοὺς αὐτοῦ;

25 Sufficit diſcipulo vt ſit ſicut magiſter ipſius, & vt ſeruus ſit ſicut dominus ipſius. ‖ ſi ipſum patremfamiliâs Beelzebul vocarũt, quanto magis domeſticos eius?

25 Suffi cit diſcipulo ut ſit ſicut magiſter eius, & ſeruo ſicut dominus eius. ſi patrẽ familiâs Beelzebub nocuerunt, quanto magis domeſticos eius?

Matt.4.c.10 luc.8.c.17 & 12.a.2

Μὴ οὖν φοβηθῆτε αὐτούς. οὐδὲν γάρ ἐστι κεκαλυμμένον ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται, καὶ κρυπτὸν, ὃ οὐ γνωσθήσεται.

26 Itaque ne eos timete: ‖nihil enim eſt opertum quod nõ ſit retegendum, & nihil occultum quod non ſit cognoſcendum.

26 Ne ergo timueritis eos. nihil enim eſt opertum quod non reueletur, & occultum, quod non ſciatur.

Ὃ λέγω ὑμῖν ἐν τῇ σκοτίᾳ, εἴπατε ἐν τῷ φωτί· καὶ ὃ εἰς τὸ οὖς ἀκούετε, κηρύξατε ἐπὶ τῶν δωμάτων.

27 Quod dico vobis in tenebris, dicite in luce: & quod in aurem auditis, prædicate ſupra domos.

27 Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta.

Καὶ μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεννόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι· φοβήθητε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ.

28 Et nolite timere eos qui occidũt corpus, animam autem non poſſunt occidere: ſed timete potius eum qui poteſt & animam & corpus perdere in gehenna.

28 Et nolite timere eos qui occidũt corpus, animam autem non poſſunt occidere: ſed potius timete eũ qui poteſt & animã & corpus perdere in gehennam.

Οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται, καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται ἐπὶ τὴν γῆν ἄνευ τοῦ πατρὸς ὑμῶν;

29 Nónne duo paſſerculi aſſario vænĕunt, & vnus ex eis non cadet humi ſine Patre veſtro?

29 Nónne duo paſſeres aſſe uæneunt, & unus ex illis non cadet ſuper terram ſine Patre neſtro?

1.Reg.14.c.11 act.27.f.34

Ὑμῶν δὲ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς πᾶσαι ἠριθμημέναι εἰσί.

30 Veſtri verò etiã ‖ capilli capitis omnes numerati ſunt.

30 Veſtri autem & capilli capitis omnes numerati ſunt.

15 Et ut ſeruus ſit, καὶ ὁ δοῦλος. Dicendum potius fuerat, καὶ τῷ δούλῳ, & ſeruo, vt iſta cum ſuperioribus cohærerent. & ita legit Vetus interpres. Beelzebul, Βεελζεβούλ. Vulgata, Beelzebub. Nam etiam quoddam exemplar legit Βεελζεβούβ: & ſcribendum eſſe β, nõ λ, apparet ex 1.Reg.1.a.2. Fuit autem Acaronitarum idolum, quod commodè poſſis dominum muſcarum appellare. cuiuſmodi fuit Græcorum Μυῖαγρος, ab Acaronitis profectus, vt teſtatur Plinius lib.10.cap.28. vbi tamẽ pro Acaron perperam legitur Achorem, & apud eundẽ lib.19.cap.6, Myioden, pro Μυώδην. Vocarunt, ἐκάλεσαν. Quidam vetuſtus codex ſcriptum habebat καλοῦσι, vocant.

16 Quod non ſit cognoſcendum, ὃ οὐ γνωσθήσεται. Vulgata, Quod non ſciatur, non expreſſa futuri ſignificatione, in quo tamen poſita eſt vis huius ſententiæ. Eraſmus, Quin futurum ſit vt ſciatur. id eſt, ἀλλὰ ἔσται γνωσθῆναι.

17 Supra domos, ἐπὶ τῶν δωμάτων. id eſt, in ipſis ædium tectis, populo circunſtanti aut prætereunti. Erant enim olim (quemadmodum etiam hodie in illis regionibus) ita fabricata ædium ſumma, vt in illis ambulare & verſari poſſent: ſicut liquet ex Deuteronomii 22.b.8, & 2.Sam.11.a.2, & Act.10.b.9. Vulgata, Super tecta. Eraſmus, In tectis. Neuter (vt opinor) ſatis commodè. Nam quantum poſſum intelligere, δῶμα idem omnino valet quod οἶκος, aut ea certè pars domus intra quam habitatur. Sed ἐπὶ particula indicat de qua parte ædiũ agatur. Eraſmus autem ex Hieronymo arbitratus eſt ἐπὶ ſignificare in, & δῶμα ſupremam partem ædium, quam Græci vocant πῖρας, vel ὑπερῷον: quod quidem debuit idonei alicuius ſcriptoris authoritate confirmare.

28 Qui trucidant, τῶν ἀποκτεννόντων. Vertimus ἀποκτείνειν trucidare, quòd melius vocabulum nõ haberemus: (eſt enim trucidare maius quidpiam quàm occidere. Virgilius Æn.2, Fit via vi, rumpunt aditus, primóſque trucidant) φονεύειν verò occidere, & φόνος cædẽ, ἀπὸ χειρὸς ποιεῖν interimere: vt cuique Græco ſuũ Latinum opponamus. Videtur autem Chriſtus vſurpaſſe vocabulum quo ſignificaretur cædes cum ſæuitia & crudelitate coniuncta, vt ſignificetur nullos quantũuis immanes tyrannos eſſe nobis metuendos. Potius, μᾶλλον. Eraſmus, Magis: & fateor quidem hanc eſſe propriam huius vocabuli declarationem: (ſicut etiam ſuprà conuertimus, 6.d.30, & 7.b.11) ſed hoc quidem loco non eſt dubium quin aliud declaret. Neque enim monet Chriſtus vt hunc magis quàm illos timeamus, ſed vt hunc vnum potius timeamus quàm illos.

19 Aſſario, ἀσσαρίου. Hoc vocabulum Romanum eſt, cuius mentionem facit Varro libro de Analogia primo. Fuit autem aſſarius dimidia pars aſſis, non libralis illius veteris, ſed ſemuncialis: quem teſtatur percuſſum lege Papyria Plinius libro 33.cap.3. adeo vt aſſarius tantùm fuerit quarta vnciæ pars. quod primus (vt exiſtimo) docuit Georgius Agricola libro De externis ponderibus ſecundo, homo in hoc argumenti genere feliciſſimè verſatus. Vulgata, Aſſe. Eraſmus vertit, Minuto aſſe: referens ad pretii vilitatem, vt vim exprimeret diminutiui. Humi, ἐπὶ τὴν γῆν. id eſt χαμαί. Ad verbum, Ad terram. quod vſurpauit etiam Virgilius libro quinto Æneidos, -- grauitérque ad terram pondere vaſto Concidit. Et libro duodecimo, -- incidit ictus Ingẽs ad terrã duplicato poplite Turnus. Vulg. Super terrã. Eraſ. In terrã. Aliquãdo verò ἐπὶ τῆς γῆς & ὑπὸ τὴν γῆν opponũtur, vt ſuprà, 6.c.19. Tũc igitur non Humi, ſed In terra interpretamur. Chryſoſtomus (vt annotat Eraſmus) videtur legiſſe εἰς παγίδα. in laqueum. Cadere autẽ humi, Hebræorum more dicitur quod perit & aboletur, vt 2.Reg.10. v.10. Sine, ἄνευ. id eſt, non interueniente decreto & voluntate. Alioqui videretur ſignificari Patrẽ cæleſtem ſimul cum paſſerculis cadere, vt quidem ſolet hæc particula plerunque vſurpari. Illo modo vſurpatur apud Demoſthenem ἀπεῖπαι τοῦτο, καὶ πρῶτον ζωντὸς τοῦ πολεμίου ἀπελθεῖν τῶν ὁπλίτων. Et hæc quidem à claſſis præfecto

comparata ſunt ſine populo Atheniẽſi. Id eſt, non adhibita authoritate & conſenſu populi Atheniẽſis.
Veſtro, ὑμῶν. Addit quoddam exemplar, τῶ ἐν οὐρανοῖς. id eſt, qui eſt in cælis.

Μὴ οὖν φοβεῖσθε· πολλῶν στρουθίων διαφέρετε ὑμεῖς.

31 Ne igitur timete: vos multis paſſerculis præſtatis.

31 Nolite ergo timere: multis paſſeribus meliores eſtis vos.

Marc. 8. d. 38

Πᾶς οὖν ὅστις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς·

31 ‖Quiſquis igitur confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo qui eſt in cælis:

31 Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo qui in cælis eſt:

Luc. 9. c. 26 & 12. b. 8 2. Tim. 2. b. 12

Ὅστις δ' ἂν ἀρνήσηταί με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἀρνήσομαι κἀγὼ αὐτὸν ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς.

33 Quiſquis autem negauerit me coram hominibus, negabo eum & ego coram Patre meo qui eſt in cælis.

33 Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo qui in cælis eſt.

Μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην ἐπὶ τὴν γῆν· οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν.

34 ‖Ne exiſtimetis me veniſſe vt mittam pacem in terram: non veni vt mittam pacem, ſed gladium.

34 Nolite arbitrari quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, ſed gladium.

Luc. 12. f. 51

Ἦλθον γὰρ διχάσαι ἄνθρωπον κατὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ θυγατέρα κατὰ τῆς μητρὸς αὐτῆς, καὶ νύμφην κατὰ τῆς πενθερᾶς αὐτῆς.

35 ‖Nam veni facturus vt diſſideat filius aduerſus patrem ſuum, & filia aduerſus matrem ſuam, & nurus aduerſus ſocrũ ſuam.

35 Veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum, & filiã aduerſus matrẽ ſuã, & nurum aduerſus ſocrum ſuam.

Mich. 7. b. 6

Καὶ ἐχθροὶ τοῦ ἀνθρώπου, οἱ οἰκιακοὶ αὐτοῦ.

36 Et inimici hominis erunt qui ſunt domeſtici ipſius.

36 Et inimici hominis, domeſtici eius.

Ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμέ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος· καὶ ὁ φιλῶν υἱὸν ἢ θυγατέρα ὑπὲρ ἐμέ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος.

37 ‖Qui amat patrem aut matrem ſupra me, non eſt me dignus: & qui amat filium aut filiam ſupra me, non eſt me dignus.

37 Qui amat patrem aut matrem plus quàm me, non eſt me dignus: & qui amat filiũ aut filiam ſuper me, nõ eſt me dignus.

Luc. 14. f. 26

Καὶ ὃς οὐ λαμβάνει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου, οὐκ ἔστι μου ἄξιος.

38 ‖Et qui non accipit crucem ſuam, ac ſequitur me à tergo, non eſt me dignus.

38 Et qui non accipit crucem ſuã, & ſequitur me, non eſt me dignus.

Infrà 16. d. 24 marc. 8. d. 34 luc. 9. c. 23 & 14. f. 27

Ὁ εὑρὼν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἀπολέσει αὐτήν· καὶ ὁ ἀπολέσας τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, εὑρήσει αὐτήν.

39 ‖Qui inuenerit animam ſuam, perdet eam: & qui perdiderit animam ſuam mea cauſa, inueniet eam.

39 Qui inuenit animam ſuam, perdet illam: & qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam.

Infra 16. d. 25 marc. 8. d. 35 luc. 9. c. 24 & 17. f. 33 ioban. 12. d. 25 Luc. 10. c. 16 ioban. 13. c. 20

Ὁ δεχόμενος ὑμᾶς, ἐμὲ δέχεται· καὶ ὁ ἐμὲ δεχόμενος, δέχεται τὸν ἀποστείλαντά με.

40 ‖Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui miſit me.

40 Qui recipit uos, me recipit: & qui me recipit, recipit eũ qui me miſit.

31 Multis paſſerculis præſtatis vos, πολλῶν στρουθίων διαφέρετε ὑμεῖς. Vulgata, Multis paſſeribus meliores eſtis vos. Eraſmus, Vos pluris eſtis quàm multi paſſerculi. Idem tamen ſuprà, cap. 6. c. 26, vti maluit verbo præcellẽdi, quum illic Vetus interpres vertiſſet διαφέρετε, pluris eſtis. Caſtellio, Vos paſſeribus multo eſtis præſtantiores. quod nõ probo. Eſt enim in Chriſti verbis ὑπερβολὴ, quæ ſpecies etiam eſt amplificationis: acſi diceret Chriſtus, Videtis tam viles eſſe paſſerculos vt duo non amplius quàm aſſario væneant, qui tamen abſque Patris veſtri decreto non intereunt. Quid ergo metuitis? nam certè hac ratione oportuerit multos paſſerculos coniungi vt vos pretio ſuperent.

32 Me, ἐν ἐμοί. Ad verbum, In me. Et ſic paulo pòſt, ἐν αὐτῷ, in eo, pro αὐτὸν, id eſt eum. quæ conſtructio eſt Hebraica, cuius exẽplum habes Nehem. 9. a. 1. Hic enim ἐν reſpondet præpoſitioni בְּ, & Cõfiteri accipitur pro palàm & publicè agnoſcere & profiteri: quæ oris confeſſio fidem ſemper conſequitur. Hoc eſt nimirum quod vernacula lingua dicimus *Aduouer publiquement, & reconnoiſtre*. Vnde factum vt confeſſiones vocet Eccleſia quas edunt Chriſtiani ſuæ religionis profeſſiones: ſicut etiam ſacrificia ὁμολογιακὰ in Lege תודות dicebantur. Coniunctæ ſunt enim iſtæ publicæ profeſſiones cum eius laude quem nos agnoſcere profitemur.

34 Vt mittam, βαλεῖν. Hebraiſ. לְהַבִיא: vt ſi dicas, *Pour faire venir*, aut *Pour faire arriuer*, Gladium, μάχαιραν, Heb. חֶרֶב eum ſex punctis, pro belli calamitate.

35 Filius, υἱὸν. Heb. אִישׁ pro בֵּן, vt Deut. 11. v. 30. quo modo etiam accipitur אדם Prouerb. 15. v. 20. Vulgata & Eraſmus, Hominem. Nurus, νύμφην. Eraſmus, Sponſam. Sed hic opponitur ſocrui.

37 Qui amat, ὁ φιλῶν. Eraſmus, Qui amauerit, ὁ φιλήσας. Supra me, ὑπὲρ ἐμέ. Vulgata, Plus quàm me. id eſt πλείον ἐμοῦ. Horatius 3. Car. --*tres exanbat* prohibet ſupra Rixarum metuens tangere Gratia.

38 Me à tergo, ὀπίσω μου. Ad verbum, Retro me. Vel poſt me, vt ſuprà cap. 3. c. 11. Quod certè notandum eſt, vt qui Deum colunt cultu à ſe excogitato, intelligant ſeſe non ſequi Chriſtum, ſed illi præire velle. Itaque ὀπίσω ſum interpretatus A tergo: quia quum non ſatiſfecerit Euangeliſtæ verbum ἀκολουθεῖν, ſed addendum aliquid præterea iudicarit, hoc quoque putauimus neceſſariò exprimendum, quod à Vetere interprete & ab Eraſmo fuit neglectum. Multi enim ſe Chriſtum ſequi dicunt, quum illi ſoli ſequantur qui à tergo ſequuntur: id eſt, qui illum verbo ſuo præeuntem poſſunt oſtendere.

39 Qui inuenerit, ὁ εὑρὼν. Vulgata, Qui inuenit. Animam inuenire (id eſt, vitam ſuam ſeruare) dicitur qui præſenti vitæ cõſulit. Videtur enim periiſſe qui in certo vitæ diſcrimine verſatur, & è contrario veluti ſeipſum

recuperare, qui ex eo ſaluus euadit. Dicuntur tamen hæc ex vulgari opinione hominum, qui periiſſe putant eos qui moriuntur, & euaſiſſe qui ex morte elabuntur, quoniam de futura vita non cogitant.

Luc.10.c.16 iohan.13.c.20

Ο δεχόμενος προφήτην εἰς ὄνομα προφήτου, μισθὸν προφήτου λήψεται· καὶ ὁ δεχόμενος δίκαιον εἰς ὄνομα δικαίου, μισθὸν δικαίου λήψεται.

41 ¶Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet: & qui recipit iuſtũ in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet.

41 Qui recipit Prophetã in nomine Prophetæ, mercedẽ Prophetæ accipiet, & qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedẽ iuſti accipiet.

Mat.9.f.41

Καὶ ὃς ἐὰν ποτίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων ποτήριον ψυχροῦ μόνον, εἰς ὄνομα μαθητοῦ, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ.

42 ¶Et quicunque potum dederit vni ex his paruis poculum frigidæ ſolũ, in nomine diſcipuli, amẽ dico vobis, non perdiderit mercedem ſuam.

42 Et quicũque potum dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ tantùm in nomine diſcipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam.

Κεφάλαιον ια'

CAP. XI.

CAP. XI.

Καὶ ἐγένετο ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς διατάσσων τοῖς δώδεκα μαθηταῖς αὐτοῦ, μετέβη ἐκεῖθεν τοῦ διδάσκειν καὶ κηρύσσειν ἐν ταῖς πόλεσιν αὐτῶν.

1 ¶Et factum eſt quum finem feciſſet Ieſus præcipiendi duodecim diſcipulis ſuis, digreſſus eſt illinc vt doceret, & prædicaret in vrbibus eorum.

1 Et factum eſt quum conſummaſſet Ieſus præcipiens duodecim diſcipulis ſuis, erãſit inde vt doceret & prædicaret in ciuitatibus eorum.

Luc.7.c.18

Ὁ δὲ Ἰωάννης, ἀκούσας ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τὰ ἔργα τοῦ Χριστοῦ, πέμψας δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ,

2 ¶Iohãnes autem quum audiſſet in vinculis opera Chriſti, miſſis duobus ex diſcipulis ſuis,

2 Iohannes autem quum audiſſet in vinculis opera Chriſti, mittens duos de diſcipulis,

Εἶπεν αὐτῷ, Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν;

3 Dixit ei, Tũne is es qui venturus erat, an alterum expectabimus?

3 Ait illi, Tues qui venturus es, an alium expectamus?

Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Πορευθέντες ἀπαγγείλατε Ἰωάνῃ ἃ ἀκούετε καὶ βλέπετε·

4 Et reſpondens Ieſus dixit eis, Profecti renunciate Iohanni quæ auditis & videtis:

4 Et reſpondens Ieſus ait illis, Euntes renunciate Iohanni quæ auditis & videtis:

Τυφλοὶ ἀναβλέπουσι, καὶ χωλοὶ περιπατοῦσι, λεπροὶ καθαρίζονται, καὶ κωφοὶ ἀκούουσι, νεκροὶ ἐγείρονται, καὶ πτωχοὶ εὐαγγελίζονται.

5 Cæci viſum recipiunt, & claudi ambulant, leproſi mundãtur, & ſurdi audiunt, mortui excitantur, & pauperibus euangelizatur.

5 Cæci uidẽt, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes euangelizantur.

41 In nomine, εἰς ὄνομα. Ad verbum, In nomen, εἰς pro ἐν poſito. id eſt, vt Prophetam, & eo quòd eſt Prophetæ, ſicut explicatur Marci 9.f.41. Debemus enim Chriſtum colere in ipſius ſeruis: alioqui nihil præſtamus quod profanæ quoque gentes cumulatè non præſtent.

42 Paruis, μικρῶν. Vulgata, Minimis, (ſicut etiam legit Hilarius, vt annotauit Eraſmus) id eſt ἐλαχίστων, quod etiam ſcriptum inuenimus in vno exemplari. Paruos autem vocat per cõceſſionem, homines coram mundo viles & abiectos, quos Hebræi עקירים vocant. Solum, μόνον. Vulgata & Eraſmus, Tantùm. Ego verò malui vt nomen interpretari. Deerat in quinto exemplari. In nomine diſcipuli, εἰς ὄνομα μαθητοῦ. Vide Mat.9.v.41.

IN CAPVT XI.

1 Quum finem feciſſet, ὅτε ἐτέλεσεν. Vulgata, Quum conſummaſſet: quod reſpondet τοῦ συντελεῖν, & tranſitiuum eſt. Præcipiendi, διατάσσων. Vulgata ad verbum, Præcipiens. Eraſmus, Mandandi, ἐντελόμενος. Porro διατάσσω edicere declarat, vnde διατάξεις & διατάγματα dicuntur principum edicta, vt Hebr.11.c.23. Sed hoc loco nihil aliud declarat quàm præceptis aliquem formare & inſtituere. Nam tota illa concione Chriſtus quales illos eſſe oporteret oſtẽdit. Eorum, αὐτῶν. Nempe diſcipulorum. id eſt in Galilæa, vnde plerique erant oriundi, vt apparet ex Act.1.v.7.

2 In vinculis, ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ. Eraſmus, In carcere. Vocabulum Græcum (vt etiam notat Eraſmus) à vinculis dictum eſt. Quum igitur Latinis vinculorum appellatione tam compedes quàm carcer ipſe ſignificetur, à Vetere interprete nolui diſcedere. Opera, τὰ ἔργα. Eraſmus, Facta. id eſt, τὰ πραττόμενα. qui etiam hoc nomine Veterem interpretem reprehendit. Atqui ſi potius putauit Facta dicendũ, cur toties in Epiſtolis Pauli operum nomen retinuit, & de operibus hodie potius quàm de factis diſputatur?

3 Is qui venturus erat, ὁ ἐρχόμενος. Vulgata, Qui venturus es: neglecto articulo. Eraſmus per præſens, Ille qui vẽturus eſt. Græcum participium eſt anceps ad vtrunque tempus: ſicut apud Latinos Venturus poteſt cum omnibus temporibus verbi ſubſtãtiui coniungi. Viſum eſt autem mihi imperfectum optimè omnium conuenire. Expectabimus, προσδοκῶμεν. Ad verbum, Expectamus: quo modo Vulgata & Eraſmus. Mihi videtur præſens pro futuro poſitum, ſicut ἔχω pro ἕξω ſuprà cap.5.g.46.

4 Videtis, βλέπετε. id eſt ὁράτε. Vulgata, Quæ auditis & vidiſtis. Sed de re præſenti loqui videtur, & in eo conueniunt omnia exemplaria.

5 Viſum recipiunt, ἀναβλέπουσι. Vulgata, Vident, non expreſſa præpoſitione ἀνά. Euangelizatur, εὐαγγελίζονται. id eſt, pauperibus annuntiatur Euangelium. Cæterùm Euangelium, euangelizare & euangelizari, vocabula Græca, tanquam in Latina Eccleſia iampridem vſurpata, libenter retinuimus. Hæc autem pertinent ad illum Eſaiæ locum 61.a.1. Ad euãgelizandum pauperibus miſit mẽ cuius ſit mẽtio Luc.4.c.18. vbi tamẽ legimus ענוים id eſt manſuetis, & iis qui hominibus ſuperbis & elatis opponuntur, non עניים, quos ſolent Græci interpretes πένητας & πτωχούς interpretari. Sed tenue eſt hoc diſcrimen, ſi rem ipſam ſpectemus. Vulgata & Eraſmus, Pauperes euangelizantur, eodem ſenſu manente: ſed conſtructione paulo duriore.

Καὶ μακά-

Καὶ μακάριός ἐστιν ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί.

6 Et beatus est quī non fuerit offensus in me.

6 Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.

Τούτων δὲ πορευομένων, ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς λέγειν τοῖς ὄχλοις περὶ Ἰωάννου, Τί ἐξήλθατε εἰς τὴν ἔρημον θεάσασθαι; κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμενον;

7 Illis autem abeuntibus, cœpit Iesus dicere turbæ de Iohāne, Quid exiistis in desertū vt spectaretis? arundinem quæ agitetur à vento?

7 Illis autem abeuntibus, cœpit Iesus dicere ad turbas de Iohanne, Quid existis in desertum vide re? arundinem vento agitatam?

Ἀλλὰ τί ἐξήλθατε ἰδεῖν; ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον; ἰδοὺ, οἱ τὰ μαλακὰ φοροῦντες, ἐν τοῖς οἴκοις τῶν βασιλέων εἰσίν.

8 Sed quid exiistis vt videretis? hominem mollibus vestibus amictum? ecce, qui gerūt molles vestes, in domibus regum sunt.

8 Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? ecce, qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt.

Ἀλλὰ τί ἐξήλθατε ἰδεῖν; προφήτην; ναί λέγω ὑμῖν, καὶ περισσότερον προφήτου.

9 Sed quid exiistis vt videretis? Prophetam? certè dico vobis, etiam amplius quàm Prophetam.

9 Sed quid existis videre? Prophetam? etiam dico vobis, & plus quàm Prophetam.

Οὗτός ἐστιν περὶ οὗ γέγραπται, Ἰδοὺ, ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου.

10 Iste enim est de quo scriptū est, Ecce, ego mitto nuntium meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam coram te.

10 Hic est enim de quo scriptū est, Ecce, ego mitto angelum meū ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te, Malach.3.a.i

Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ ἐγήγερται ἐν γεννητοῖς γυναικῶν, μείζων Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ· ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, μείζων αὐτοῦ ἐστιν.

11 Amē dico vobis, non surrexit inter eos qui gignūtur è mulieribꝰ, quisquā maior Iohāne Baptista: sed qui est minimus in regno cælorū, maior eo est.

11 Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Iohāne Baptista: qui autē minor est in regno cælorum, maior est illo.

6 Qui non fuerit offensus in me, ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί. id est, qui ex me non ceperit offendiculū occasionem. Vulgata, Qui non fuerit scandalizatus in me. Erasmus, Qui non fuerit offensus per me. Quod sic accipi posset, quasi dicat Christus eos fore beatos quos ipse non læserit. qui sensus non conuenit. Sic autem vt verti, loquitur etiā Cicero sæpe, vt libro 1. de Inuentione, Siquo in vitio eius offenderemur. Infrà, cap. 13. g. 57, Eras. vertit, Offendebātur super eo, ἐσκανδαλίζοντο ἐν αὐτῷ. Et cap. 16. d. 31, Offendiculū patiemini mea causa, σκανδαλον εἶ ἐμοί. qui tamen variam istam & multiplicē interpretandi rationē sæpe, idque meritò, reprehendit.

7 Illis autem abeuntibus, τούτων δὲ πορευομένων. Erasmus, Euntibus autem illis. at ego πορευομένων existimo hic poni pro ἀναχωρούντων. Quæ agitetur, σαλευόμενον. Significat vocabulum Græcum vndarum more huc & illuc impelli: quod poeta dicit vndantem & fluctuantem, vim Græci vocabuli exprimens: Galli verò, qui flotte. Heliodorus Æth. hist. lib. 3, τὰ ψυχῆς ἀμφιπίπτοντα καὶ ὑπὸ τῆς ἐλπίδος σαλευόμενα. id est, Animo vtriusque ex humido affectu fluctuante. Latini quoque dicunt segetes fluctuare, quum vento agitantur. Vulgata, Agitatam.

8 Sed, ἀλλά. Sic vernaculo sermone dicimus, Mais qu'estes vous allez vous? Interrogat enim ἀλλὰ hoc loco. Erasmus, Agè: & paulo pòst, At. Vestibus, ἱματίοις. Accipitur ἱμάτιον generali significatione hoc loco, vt suprà cap. 9. b. 16. Vulgata prætermisit. Qui gerūt, οἱ φοροῦντες. Vulg. Qui mollibus vestiūtur, οἱ μαλακοῖς ἠμφιεσμένοι.

9 Amplius, περισσότερον. Erasmus, Excellentiorem. Ego malui sic conuertere, siue vt nomen, siue vt adverbium accipias. Ad verbum τὸ περισσὸν dicitur quod superat & abundat, interdum in laude, vt hic interdum in vitio, vt suprà, cap. 5. f. 37.

10 Nuntium meum, τὸν ἄγγελόν μου. Vulgata, Angelum meum: quod rectè mutauit Erasmus, quum de homine loquatur. Præparabit, κατασκευάσει. Hæc nimirum petita sunt à regum & principum consuetudine, quorum aduentus multo antè tempore solet nuntiari, vt ipsis maiore cum pompa occurratur.

11 Surrexit, ἐγήγερται. Hebraicè קם. id est (vt Erasmus interpretatur) exortus est. Inter eos qui gignuntur è mulieribus, ἐν γεννητοῖς γυναικῶν. Vulgata ad verbum, Inter natos mulierum. Erasmus, Inter eos qui nascuntur è mulieribus. Ego verò puto hic poni τοὺς γεννητοὺς in propria significatione, nempe vt hoc ad virum referatur qui prolem gignit ex vxore: quo modo non potest dici Christus γεννητὸς γυναικός, quum conceptus sit ex Spiritu sancto. Hebræis tamen verbum יָלַד tam de patre quàm de matre dicitur: quamobrem Iob cap. 15. b. 14, & 25. b. 4, natus vel generatus ex muliere, hominem declarat. Infrà quoque Lucæ 1. b. 13. de Elisabetha dicit Angelus Zachariæ, γεννήσει γὰρ σοι. Ex quo liquet τὸ γεννᾶν etiam de matre dici. Sed quomodocunque accipias, constat intelligi hæc Christi verba de iis qui consuero naturæ ordine gignūtur, ex semine viri videlicet: quod in Christū non cadit, quanuis natum ex muliere. Quòd autem Erasmus annotat sibi videri γεννητὸς neutrum esse, mihi non probabile quidem videtur. nam quid tandem secundum naturam parere potest mulier præter hominē? Sed, ἀλλά. Vulgata, Autem, non satis commodè expressa particula ἀλλά. Eras. Attamen. id est ἀλήθεια. Minimus, μικρότερος. Vulg. & Eras. ad verbū, Minor. Sed interdū solent Græci συνεκδοχικῶς vsurpare κατὰ τὸ ὑπερβολικὸν, & contrà quoqs hæc pro illis vsurpare: quam enallagen etiam in nostro sermone vernaculo vsurpamus. Sic enim hoc exprimas, Le plus petit. aut, le moindre: quod dicendi genus frequenter etiam deinceps occurret. Quod autem subiicitur, ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, apud Theophylactum coniungitur cum μείζων αὐτοῦ, quasi hæc de seipso Christus dicat qui quū reipsa sit maximus, atque adeo princeps regni Dei, tamen opinione hominū sit minimus. Sed in aliis omnibus codicibus adscripta erat distinctio post οὐρανῶν, vt plenissima illa lux quæ à Christi prædicatione mundo affulsit, cum ea veluti scintilla cōferatur quæ ad Iohannē vsque emicuerat. Idque videntur ea quæ consequuntur, optimè declarare. Neque enim hic comparantur inter se personæ, sed doctrinæ genera, præconium videlicet Iohannis cum Lege & Prophetarum concionibus, & cum illo rursus, clarissima illa Euangelii prædicatio. Et regnum cælorum declarat nouum Ecclesiæ statum, in quo vera Dei gloria elucet.

Luc.16.d.16

Ἀπὸ δὲ τῶν ἡμερῶν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ ἕως ἄρτι ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν.

11 ‖Porrò ᵛ à diebus Iohannis Baptiſtæ ᵛ vſque nũc regno cælorum ᵛvis affertur, & violenti ᵛrapiunt illud.

11 *A diebus autem Iohannis Baptiſtæ uſque nunc regnum cælorũ uim patitur, & uiolenti rapiunt illud.*

Γάρ πάντες οἱ προφῆται καὶ ὁ νόμος ἕως Ἰωάννου προεφήτευσαν.

13 Nam omnes Prophetæ & ipſa Lex vſque ad Iohannem ᵛprophetarunt.

13 *Omnes enim Prophetæ & Lex uſque ad Iohãnem prophetauerunt.*

Mal.4.b.5.

Καὶ εἰ θέλετε δέξασθαι, αὐτός ἐστιν Ἠλίας ὁ μέλλων ἔρχεσθαι.

14 Et, ſi vultis recipere, ‖ipſe eſt Elias ille ᵛqui venturus erat.

14 *Et ſi uultis recipere, ipſe eſt Elias qui uenturus eſt.*

Ὁ ἔχων ὦτα ἀκουέτω, ἀκουέτω.

15 Qui habet aures ad audiendum, audiat.

15 *Qui habet aures audiendi, audiat.*

Luc.7.c.31

Τίνι δὲ ὁμοιώσω τὴν γενεὰν ταύτην; ὁμοία ἐστὶ παιδαρίοις ἐν ἀγοραῖς καθημένοις, καὶ προσφωνοῦσι τοῖς ἑταίροις αὐτῶν,

16 ‖Sed cui aſſimilabo ᵛgenerationem hanc? ᵛSimilis eſt puerulis qui ſedent in foris, & acclamant ᵛſodalibus ſuis,

16 *Cui autem ſimilem æſtimabo generationẽ iſtã? Similis eſt pueris ſedentibus in foro, qui clamantes ceu qualibus,*

Καὶ λέγουσι, Ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρχήσασθε· ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐκόψασθε.

17 Ac dicunt, Tibia cecinimus vobis, & non ſaltaſtis: ᵛlamentati ſumus vobis, & non planxiſtis.

17 *Dicunt, Cecinimus uobis, & nõ ſaltaſtis: lamẽtauimus, & nõ plãxiſtis.*

Ἦλθε γὰρ Ἰωάννης μήτε ἐσθίων, μήτε πίνων· καὶ λέγουσι, Δαιμόνιον ἔχει.

18 Venit enim ᵛIohannes nec edens nec bibens, & aiunt, Dæmonium habet.

18 *Venit enim Iohannes neque manducans neque bibens: & aiunt, Dæmonium habet.*

Ἦλθεν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐσθίων καὶ πίνων· καὶ λέγουσιν, Ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος καὶ οἰνοπότης, τελωνῶν φίλος καὶ ἁμαρτωλῶν. καὶ ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς.

19 Venit Filius hominis edens ac bibẽs, & dicunt, Ecce homo ᵛedax & vini potor, publicanorum amicus & ᵛpeccatorũ. Sed ᵛiuſtificata eſt Sapientia à ᵛfiliis ᵛſuis.

19 *Venit Filius hominis manducans & bibens: & dicunt, Ecce homo uorax & potor uini, publicanorum & peccatorũ amicus. Et iuſtificata eſt Sapientia à filiis ſuis.*

11 A diebus, ἀπὸ τῶν ἡμερῶν. Hebraiſmus. id eſt, à tẽpore quo Iohãnes Baptiſta prædicare cœpit. Vſque nunc, ἕως ἄρτι. id eſt, Ad hunc vſque diem. quo modo vertit Eraſmus. At ego non video cur minus liceat dicere Vſque nunc, quàm Vſque ſub, Vſque adhuc, Vſque antè: quorum exempla frequenter occurrũt. Sic ἄρτι ſuprà, cap.3.d.15, pro πρῶ poſitũ eſſe diximus, vt idem valeat ἕως ἄρτι atque ἕως πρῶ. id eſt (vt loquuntur Hebræi) מתר עד.

Vis affertur, βιάζεται. id eſt, quaſi impetu quodam in illud perrumpitur. Eſt enim veluti omnibus expoſitus hic Patris cælestis theſaurus, quem videri poterat antea occultaſſe, ſicut explicatur Rom.16.d.25.26. Vulg. & Eraſ. Vim patitur: quod mihi viſum eſt obſcurius. Rapiunt, ἁρπάζουσιν. id eſt arripiunt, vel diripiunt, vt teſtatur Eraſmus ſe legiſſe in aureo codice. metaphora ſumpta à caſtris, aut ab arce quapiam quæ irrumpentibus hoſtibus diripitur. Sic autẽ feruentẽ illa vis Spiritus ſignificatur, qua correpti fideles, ſummo ſtudio ad vitam æternã feruntur. 13 Prophetarũt, προεφήτευσαν. Futura tantùm vaticinati ſunt, quæ nunc præſentia clarè & perſpicuè cernũtur. Cæterùm hoc quoque vocabulũ, tanquã Chriſtianorũ auribus familiariſſimũ, nõ inuiti vſurpauimus. 14 Qui venturus erat, ὁ μέλλων ἔρχεσθαι. id eſt (vt ſuprà dixerat vno verbo) ὁ ἐρχόμενος. Hæc autem participia (vt rectè obſeruat Eraſmus) ad imperfectũ etiã pertinẽt. Itaq; nõ rectè vertit Vulgata, Qui vẽturus eſt.

16 Generationẽ hãc, γενεὰν ταύτην. id eſt, hoc hominũ genus, tam præfractũ & cõtumax. Nationis itaq; nomẽ plerũq; latius patet: quãuis quũ familiarẽ huic genti peruicaciã exprobret, nationẽ hoc quoque loco nõ inepte poſſis interpretari. Sed vocabulũ Hebræũ דור, quod (vt ego quidẽ exiſtimo) huic opponitur, ætatẽ propriè declarat: & deducitur non à generando, ſed potius ab incolendo & habitando. Itaque ſignificat hominum vniuerſitatẽ, quæ eodẽ tẽpore in orbe terrarũ degit. Quamobrẽ etiam Ætatem cõuertimus infrà, cap.24.c.34.

Similis eſt, ὁμοία ἐστί. Genus hoc dicendi petitũ eſt è medio, ac proinde ſpectanda eſt dicti ſententia, non autẽ dictũ ipſum. Neque enim Iudæi cõparantur pueruliſ, ſed iis quos cõpellant pueruli, in hac ſimilitudine. Solitos autẽ fuiſſe in plateis puerulos iſtiuſmodi cantiunculis ſe oblectare probabile eſt, & Chriſtũ deinduſtria ſic voluiſſe Scribarũ & Phariſæorum faſtum deiicere. Sodalibus, τοῖς ἑταίροις. Vulgata, Coæqualibus, id eſt ὁμηλίκοις.

17 Lamentati ſumus, ἐθρηνήσαμεν. id eſt, Lugubres cantiones cecinimus. Vulg. Lamẽtauimus. Eraſ. Lugubria cecinimus: quod Græcis ſignificat θρηνῳδεῖν. Cuius verbi vis optimè exprimitur Hiſtoriæ Æthiopicæ Heliodori lib.5. his verbis, ᾄδουσι γυναῖκες καθημέναι τῶν ἐπαύλεων ἀνδάσιον ᾠδὴν, ὃν τινα μυρομένων. 18 Iohannes, Ἰωάννης. Quoddam exemplar addit πρὸς ὑμᾶς, Ad vos. 19 Edax, φάγος. Vulgata, Vorax, id eſt βόρος. Eraſmus, Comedonem. Sed hoc Comedonis vocabulum præterquã quòd eſt obſoletũ, etiã plus culũ aliquid declarat, eũ videlicet qui bona & facultates ſuas abliguriat. Itaque Eraſmus ipſe infrà, Lucæ 7.c.34, Edacẽ interpretatur, nõ Comedonẽ. Peccatorum, ἁμαρτωλῶν. Vide ſuprà, 9.b.10. Iuſtificata eſt, ἐδικαιώθη. Hoc vocabulũ Theologis admodũ familiare, quãuis nõ eadẽ ſemper ſignificatione accipiatur, tamẽ libẽs amplector. Cæterùm quod paulo ante hæc eadẽ verba reperimus ſcriptũ Lucæ cap.7.c.29, ὃς πᾶς λαὸς ἀκούσας καὶ οἱ τελῶναι ἐδικαίωσαν τὸν θεόν, id eſt, Et omnis populus qui audierat, & publicani iuſtificarunt Deũ: id (ni fallor) optimè hũc locum explicat. Ait enim Lucas publicanos & turbã iuſtificaſſe Deũ. id eſt, agnouiſſe Dei ſapientiã & bonitatẽ in Chriſto & Iohãne elucentẽ: vt meritò poſtea Chriſtus Phariſæis exprobrans peruicaciã, dixerit iuſtificatã eſſe Sapientiã à filiis ſuis. id eſt, eos demũ qui verè filii ſapiẽtiæ eſſent, id eſt ſapiẽtes (ex Hebræo idiotiſmo, de quo ſæpe iã diximus) Dei ſapientiã agnoſcere in eo quẽ Phariſæi cõtẽnerẽt. Iuſtificatur igitur Sapiẽtia à filiis ſuis, quũ Euangeliũ Chriſti recipitur. eãq; interpretatio optimè cohæret cũ præcedẽtibus, præſertim ſi Lucas cũ Matthæo cõiungatur. Quod etiã planius fiet ſi δὲ verteris Sed, vt nos fecimus. Nã illud ו Hebræorũ (cui reſpõdet δὲ Græcorũ) hãc etiã ſignificationẽ admittit, vt manifeſtè apparet Act.10.d.28, & infrà, 11.v.39. Caſtellio cõuertit, Eſtq; ſuis aliena ſapientia: cui nõ aſſentior. Nam vt δικαιοῦσθαι fatear à Paulo etiam accipi pro ἐλευθεροῦσθαι, id eſt liberari,

Rom.6.b.7:tamen nemo non videt aliud esse liberari quàm alienum fieri,& hunc sensum parum cõuenire. Neque verò(vt ipse putat)cogimur in hanc sententiam descendere,quia scriptum est οὐκ non οὐκί. solent enim hæ particulæ permutari,vt apparet infrà,cap.16.c.21. item Marci 8.d.31,Lucæ 9.c.22,& 17.e.25. Sed & in veteribus codicibus Græcè scriptis passim repetitur hæc formula,οὐκὶ πάσης ζωῆς ἀλλὰ τῆς αἰωνίου. Suis,αὐτῆς.nempe τῆς αἰωνίου. Valla, Eius.refert enim ad ζωὴν:sed perperam,ni fallor.

Τότε ἤρξατο ὀνειδίζειν τὰς πόλεις ἐν αἷς ἐγένοντο αἱ πλείσται δυνάμεις αὐτοῦ, ὅτι οὐ μετενόησαν,

10 ¶Tunc ᵛcœpit ita ᵛexprobrare vrbibus in quibus editæ fuerant plurimæ virtutes ipsius, quòd non resipuissent,

10 Tũc cœpit exprobrare ciuitatibus in quib⁹ factæ sunt plurimæ uirtutes eius, quia nõ egissent pœnitentiam, Luc.10.c.13

Οὐαί σοι Χοραζίν, οὐαί σοι Βηθσαϊδά· ὅτι εἰ ἐν Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἐγένοντο αἱ δυνάμεις αἱ γενόμεναι ἐν ὑμῖν, πάλαι ἂν ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ μετενόησαν.

11 Væ tibi ᵛChorazain, væ tibi ᵛBethsaidã: nã si in Tyro & Sidone editæ fuissẽt virtutes quæ editæ sunt apud vos,olim ᵛcũ sacco & cinere sedentes resipuissent.

11 Væ tibi Chorazain, uæ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone factæ essent uirtutes quæ factæ sũt in uobis,olim in cilicio et cinere pœnitẽtiã egissẽt:

Πλὴν λέγω ὑμῖν, Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἀνεκτότερον ἔσται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἢ ὑμῖν.

11 ᵛQuinetiam dico vobis, Tyri & Sidonis ᵛtolerabilior erit cõditio in die iudicii q̃ vestra.

11 Verũtamẽ dico uobis, Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicii q̃ uobis.

Καὶ σύ Καπερναούμ μὴ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθήσῃ, ἕως ἅδου καταβιβασθήσῃ· ὅτι εἰ ἐν Σοδόμοις ἐγένοντο αἱ δυνάμεις αἱ γενόμεναι ἐν σοί, ἔμειναν ἂν μέχρι τῆς σήμερον.

12 Et tu ᵛCapernaum, ᵛquæ es vsque ad cælũ sublata, vsque ad inferos ᵛdeprimêris.nam si Sodomis editæ fuissent virtutes quæ editæ sunt apud te, ᵛmãsissent vsque ad ᵛhodiernũ diẽ.

12 Et tu Capharnaũ, nunquid usque in cælũ exaltaberis? usque in infernũ descẽdes:quia si in Sodomis factæ fuissent uirtutes quæ factæ sũt in te,forte mãsissẽt usq; in hãc diẽ.

Πλὴν λέγω ὑμῖν ὅτι γῇ Σοδόμων ἀνεκτότερον ἔσται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἢ σοί.

13 Quinetiam dico vobis, terræ Sodomorũ tolerabilior erit conditio in die iudicii quã ᵛtua.

13 Verũtamẽ dico uobis quia terræ Sodomorũ remissiꝰ erit in die iudicii quã tibi.

Ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν, Ἐξομολογοῦμαί σοι, πάτερ, κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις.

15 ¶In illo tẽpore ᵛrespõdẽs Iesus dixit, ᵛCõfiteor tibi Pater, Domine cæli & terræ, q̃ abscõderis hæc à sapiẽtibus & ᵛintelligẽtibus,& ᵛea detexeris infãtibus.

15 In illo tẽpore respõdens Iesus dixit, Confiteor tibi Pater, Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapiẽtib⁹ & prudẽtib⁹, & reuelasti ea paruulis. Luc.10.d.21

10 Cœpit,ἤρξατο. Quoddam exemplar addit ὁ Ἰησοῦς, Iesus. Exprobrare,ὀνειδίζειν. Alibi idem verbum interpretati sumus Conuitiari:quæ interpretatio huic loco non conuenit.

11 Chorazin,Χοραζίν. In vno exemplari legimus Χοραζαΐν, sicut Vetus interpres cõuertit. Bethsaidan, Βηθσαϊδά. In tribus exemplaribus scriptum erat Βηθσαϊδάν. quod Vetus interpres sequutus est. Cum sacco & cinere sedentes,ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ καθήμενοι. Particulam ἐν exprimo per Cum:& suppleo ex Lucæ 10.c.13, participium καθήμενοι, sedentes:quod etiam hoc loco adscriptum erat in vno exemplari. Illa autem enallage In pro Cum, etsi nata videtur ex Hebræorum idiotismo,cuius exemplum habes prorsus simile Nehem.10.a.1:tamen (vt alibi ostendimus)occurrit etiam interdum apud Græcos disertiores. Cæterùm fuisse veterum quoque hanc consuetudinem,inter profanas gentes,vt in graui luctu sese iacentes puluere & cinere aspergerẽt,vel ex Homeri versiculis liquet Iliad.σ, quibus Achillem lugentem non tam describit quàm depingit eruditissimus poeta. Itémque ex istis Plutarchi τοῦ ἀγησιλάου βίου verbis, quibus superstitiosum quendam ita describit, ἔξω καθῆστο, φησὶ, σκυθρωπὸν ἔχων, καὶ ἀθεμίτοις ἀράτοις βυπαροῖς, καὶ πάλαι ἢ χαμαὶ κειμένοις ἐοικότα. quæ cõsuetudo postea fuit ad pœnitentes,quos vocant,(vtinam maiore cum iudicio & feliciore exitu)traducta.

22 Quinetiam,πλὴν. Hebraicè אבל. Vulgata, Veruntamen. Erasmus, Attamẽ. Fateor enim hanc particulam absolutè positam plerunque idem valere quod ἀλλὰ:(sicut accipitur Lucæ 10.b.11.d.10,& 11.c.11, & alibi aliquoties)sed interdum quoque poni videtur pro Sed(id est אבר)vt Lucæ 6.d.24, & 11.d.31, & 13.d.18. Hic autem vsurpatur in ea specie correctionis qua vtimur quum superiora quidem minimè reprehendimus vt falsa,sed tamen amplificamus. Sic etiam omnino accipitur אך Psal.13.b.6,pro ἀλλὰ καὶ,& hic quoque paulo pòst, versu 24,& infrà,16.f.64. Nonnullis tamen placet illatiuam esse, pro eo quod Galli dicunt Mais pourtant, Itali autem pero. quo modo commodissimè exponi posse videtur Lucæ 6.e.35. Tolerabilior erit conditio,ἀνεκτότερον ἔσται τῷ δείνᾳ. τὸ δείνᾳ inter cætera tolerare significat,idque(ni fallor)propria significatione. Vulg.Remissius. Erasmus, Tolerabilius. Ego perspicuitatis causa malui tolerabiliorem conditionem interpretari.

23 Capernaum,Καπερναούμ. In vno exemplari scriptum erat Καφαρναούμ,vt infrà quoque cap.17.d.24.

Quæ es vsque,ἕως. In quodam exemplari legimus ἀμὴ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθήσεως ἕως ἅδου καταβήσῃ. id est, Num vsque in cælum extolleris vsque in infernum descẽdes. sicut legit & interpretatus est Vetus interpres. Deprimêris,καταβιβασθήσῃ. Vulgata, Descendes:legit enim καταβήσῃ. Porro verbum καταβιβάζω, est Ex alto deiicio:vt ἀναβιβάζω,quod ei opponitur,significat In altum attollo. Propriè, Descendere facio,& Ascendere facio. Itaque malui vertere Deprimêris:quod & fecit Erasmus infrà,Lucæ 10.c.15.quo tamẽ loco Vetus interpres legisse videtur καταβιβασθήσῃ. vt qui interpretetur, Demergeris. Videtur autem esse allusio ad verba Esaiæ,14.v.14, & 15. vt appareat prouerbialia fuisse hæc dicẽdi genera. Mansissent,ἔμειναν ἄν. Vulgata, Fortè mansissent. Sed ἄν particula non semper est δυνατικὴ,vt rectè annotat Valla,ex aliorum locorum collatione.

24 Tua, σοί. In vno exemplari legimus ὑμῶν. id est vobis.

25 Respondens, ἀποκριθεὶς. Atqui nemo eum interrogarat. Sciendum est igitur verbum נשׂא dici de omni continuatione orationis,etiamsi vnus & idem sit perpetuò loquutus. Sed tamen cognoscenda videtur historia ex Lucæ 10.c.17. Cõtigerũt enim hæc post septuaginta discipulos reuersos,quos verisimile est cum Iesu varios sermones habuisse. Inter loquendum igitur, quum Iesus ex discipulorum sermone intellexisset plebem quidẽ excepisse verbum Dei(quod à principibus & Pharisæis partim contemnebatur, partim etiam oppugnabatur)

tandem in hæc verba erupit. Confiteor tibi, ἐξομολογοῦμαί σοι. id eſt, Agnoſco coram te. Vel, Gratias ago, vt rectè explicat Eraſmus. Nam apud Hebræos ſic etiam accipitur verbum יָדָה in coniugatione hiphil. Eſt autem apoſtrophe ad Patrem, quũ antea Chriſtus ſeptuaginta illos diſcipulos alloqueretur. Itaque nõ tacet Lucas hæc dixiſſe Chriſtum ſpiritu exultantem, & animi impetu correptum, quòd gloriam Patris videret mundo patefieri. quod non annotaſſem, niſi hoc quoque pertineret ad explicationem participii πνεύματι, quod præceſſit.

Intelligentibus, ζυνιοῦσι. à ζυνίημι, vt rectè obſeruauit Valla. Vulgata, Prudentibus. id eſt φρονίμοις. Dicuntur autem iſta per conceſſionem. Tales enim oportuerat eſſe Scribas & Phariſæos, qui tamen erant omnium maximè rudes. Infantibus, νηπίοις. νήπιος Græcis dicitur à νὴ & ἔπος, ſicut Latinis Infãs ab in & fari, quod ad animũ transfertur. Itaque paruuli dicuntur qui alibi vocantur idiotæ & illiterati. Vulg. & Eraſ. Paruulis. Videtur autem Chriſtus trauſlatitiè alludere ad illud Dauidis, Pſal. 8. a. 3, Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudẽ tuam.

Ναὶ ὁ πατὴρ, ὅτι οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου.

26 Etiam Pater, quia ita placuit tibi.

26 Ita Pater, quoniam ſic fuit placitum ante te.

Ioh. 3. d. 35 & 6. c. 46

Πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ πατρός μου· καὶ οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τὸν υἱὸν εἰ μὴ ὁ πατήρ· οὐδὲ τὸν πατέρα τις ἐπιγινώσκει εἰ μὴ ὁ υἱός, καὶ ᾧ ἐὰν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι.

27 ‖Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo: & nemo nouit Filium niſi Pater, neque Patrem quiſquam nouit niſi Filius, & cuicunque voluerit Filius retegere.

27 Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo: & nemo nouit Filiũ niſi Pater: neque Patrẽ quis nouit niſi Filius, & cui voluerit Filius reuelare.

Δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς.

28 Venite ad me omnes qui fatigati eſtis & onerati, & ego faciam vt requieſcatis.

28 Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego refocillabo vos.

Ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πραΰς εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ· καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν.

Ierem. 6. d. 16

29 Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me quòd mitis ſim & humilis corde: ‖& inuenietis requiem animabus veſtris.

29 Tollite iugum meũ ſuper uos, & diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde: & inuenietis requiẽ animabus ueſtris.

1. Iohan. 5. a. 3

Ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστός, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστιν.

30 ‖Iugum enim meum facile eſt, & onus meum leue eſt.

30 Iugum enim meũ ſuaue eſt, & onus meum leue.

Κεφάλαιον ιβ'

CAP. XII.

CAP. XII.

Mar. 2. d. 23 Luc. 6. a. 1

Ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἐπορεύθη ὁ Ἰησοῦς τοῖς σάββασι διὰ τῶν σπορίμων· οἱ δὲ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπείνασαν, καὶ ἤρξαντο τίλλειν στάχυας, καὶ ἐσθίειν.

1 IN illo tempore ibat Ieſus ſabbatho per ſata: diſcipuli verò ipſius eſuriebant, cœperúntque vellere ſpicas, & edere.

1 In illo tempore abiit Ieſus per ſata ſabbatho. diſcipuli autem eius eſurientes cœperunt uellere ſpicas, & manducare.

16 Etiam, ναί. Particula eſt qua teſtatur Chriſtus ſe in Patris conſilio prorſus acquieſcere. Pater, ὁ πατήρ. Pater vocandi caſu, vt ὁ Θεός μου, Marci 15. c. 34. quo modo etiam à Paulo vſurpatur ad Rom. 8. c. 15, & Gal. 4. a. 6. ſic infrà, 17. d. 19. & 40. Fortaſſis autem hîc eſt Hebræorum idiotiſmus, qui ſuo illo ה vtuntur partim pro nominatiuo articulo, partim pro vocãdi aduerbio. Sed & Atticos ita loqui obſeruauit*. ſic enim Ariſtoph. in Ranis, ὁ παῖ, παῖ, λαλεῖν μὲ δίδαξον. Quia ita placuit tibi, ὅτι οὕτως εὐδοκία ἔμπροσθέν σου. Particulam ὅτι, quam expunxit Eraſmus, non puto abundare. Addit enim Chriſtus cauſam cur Patris factũ probet, eam videlicet quæ apud Chriſtianos omnes plurimum valere debet: id eſt Patris cæleſtis voluntatem. Cæterùm εὐδοκία id declarat quod Gallicè vocamus *bon pleiſir*: & εὐδόκησεν εὐδοκία, periphraſis eſt verbi εὐδόκησε de quo diximus ſuprà, 3. d. 17. Deinde alius eſt Hebraiſmus in ἔμπροσθέν σου, coram te. pro quo etiam dicunt In oculis tuis, pro Apud te, vel ſimplicis pronominis loco, ſicut ſumus interpretati.

17 Nouit, ἐπιγινώσκει. Alibi vſi ſumus agnoſcendi vocabulo pro ἐπιγινώσκειν: ſed hîc videtur poni compoſitum pro ſimplici.

18 Qui fatigati eſtis, οἱ κοπιῶντες. Vulg. & Eraſ. Qui laboratis. Vide ſuprà, cap. 6. d. 18. Certè plus eſt κοπιᾶν quàm πονεῖν, ſi propriam vtriuſque ſignificationem ſpectemus: ſicut etiam apud Latinos pluſculum declarat fatigatum eſſe quàm laborare: quanuis interdum iſta permutentur.

19 Humilis corde, ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ. id eſt ταπεόφρων, vt interdum Græci vno vocabulo declarant. cui opponitur ὑβριστὴς, homo videlicet ſuperbus & ferox. 30 Facile, χρηστός. id eſt quod facilè ferri & quo facilè vti poſſimus, ἢ τὸ χρῆσθαι. Illud autem de quo tam multis differit Eraſmus in hunc locum, nimirum qua ratione dicatur iugum Chriſti leue, planè explicatur 1. Ioh. 5. a. 2, & 3. Mandata eius (inquit) grauia non ſunt: quia omne quod genitum eſt ex Deo, vincit mundum: & hæc eſt victoria quæ vincit mundum, fides noſtra. Quiſquis verò exiſtimat ideo leue eſſe Chriſti iugum quòd Dei duntaxat amorem & proximi requirat, ille profectò ſeipſum ignorat, neque etiam nouit quod ſit Legis & Euangelii diſcrimen.

IN CAPVT XII.

1 In illo tempore, ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ. ſiue Per id tempus. Hæc autem verba ſignificant hanc hiſtoriam non narrari ex temporis ſerie, ſicut etiam conſtat ex Luca & Marco. Ibat, ἐπορεύθη. id eſt ἐπορεύετο. Sic enim hoc loco accipitur hoc verbum, & aoriſtus pro imperfecto poſitus videtur. Vulgata, Abiit, ἀπῆλθε. Nonnulli vertunt per pluſquã perfectum, Iuerat: ſed non ſatis cõmodè, ni fallor. Sabbatho, τοῖς σάββασι. Eraſmus interpretatur Sabbathis, & Veterem etiam interpretem reprehendit. Atqui plurale pro ſingulari poſitum eſſe, ſatis indicant ſequentia. Neque eſt quòd de hebdomade intelligas. Nam de ſeptimo demum die hîc agi, & eo quidem ſolenni, Lucas oſtendit. neque hoc murmur Iudæorum alio die exoriri potuiſſet: ſiquidem non violaſſent Legem diſcipuli. Nam quòd Eraſmus ait ſingulos dies hebdomadis fuiſſe ſabbatha appellatos (quod etiam aſſerit Theophylactus infrà, cap. 28.) etiamſi verum eſſet, præſenti loco quadrare non poſſet. Sata, σπόριμα. Eraſmus, Segetes. Illud propius abeſt à Græco.

Οἱ δὲ Φαρισαῖοι ἰδόντες εἶπον αὐτῷ, Ἰδοὺ, οἱ μαθηταί σου ποιοῦσιν ὃ οὐκ ἔξεστι ποιεῖν ἐν σαββάτῳ.

Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Οὐκ ἀνέγνωτε τί ἐποίησε Δαβὶδ, ὅτε ἐπείνασεν αὐτὸς καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ;

Πῶς εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔφαγον, οὓς οὐκ ἐξὸν ἦν αὐτῷ φαγεῖν, οὐδὲ τοῖς μετ' αὐτοῦ, εἰ μὴ τοῖς ἱερεῦσι μόνοις;

Ἢ οὐκ ἀνέγνωτε ἐν τῷ νόμῳ, ὅτι τοῖς σάββασιν οἱ ἱερεῖς ἐν τῷ ἱερῷ τὸ σάββατον βεβηλοῦσι, καὶ ἀναίτιοί εἰσι;

Λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι τοῦ ἱεροῦ μείζων ὧδέ ἐστιν.

Εἰ δὲ ἐγνώκειτε τί ἐστιν, Ἔλεον θέλω, καὶ οὐ θυσίαν, οὐκ ἂν κατεδικάσατε τοὺς ἀναιτίους.

Κύριος γάρ ἐστι καὶ τοῦ σαββάτου ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου.

Καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν, ἦλθεν εἰς τὴν συναγωγὴν αὐτῶν.

Καὶ ἰδοὺ, ἄνθρωπος τὴν χεῖρα ἐξηραμμένην ἔχων ξηράν· καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν, λέγοντες, Εἰ ἔξεστι τοῖς σάββασι θεραπεύειν; ἵνα κατηγορήσωσιν αὐτοῦ.

Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Τίς ἔσται ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος, ὃς ἕξει πρόβατον ἕν, καὶ ἐὰν ἐμπέσῃ τοῦτο τοῖς σάββασιν εἰς βόθυνον, οὐχὶ κρατήσει αὐτὸ καὶ ἐγερεῖ;

Pharisæi autem, ᵛ quum eos vidissent, dixerunt ei, Ecce, discipuli tui faciunt ‖quod nō ᵛ licet facere ᵛ in sabbatho.

Ipse verò dixit eis, Non legistis quid fecerit ‖ Dauid, quum esuriret ipse, & ii qui erant cum eo?

Quomodo introierit domū Dei, & panes ᵛ propositionis ederit, quibus vesci non erat ipsi licitum, neque iis qui cum eo erāt, ᵛ sed ‖ Sacerdotib⁹ solis?

Aut nō legistis ‖ in Lege, ᵛ sabbathis Sacerdotes in templo sabbathum ᵛ profanare, & ᵛ sine crimine esse?

Dico autem vobis, *quendam* templo ᵛ maiorem hic esse.

Quòd si nossetis quid sit, ‖ Misericordiam volo, & ᵛ non sacrificium, ᵛ non condemnassetis insontes.

Nam Dominus est ᵛ etiam sabbathi, Filius hominis.

‖ Et digressus illinc venit in synagogam eorum.

Et ecce, quidam *illic* ᵛ erat manum habens aridam: & interrogarūt eum, dicentes, ᵛ Licétne sabbathis *quempiam* ᵛ sanare? vt accusarent eum.

Ipse verò dixit eis, Quis erit ex vobis qui habeat ouem vnā, &, si ea inciderit sabbatho in foueam, non apprehendat eam & erigat?

2 Pharisæi autem videntes dixerunt ei, Ecce, discipuli tui faciunt quod non licet eis facere sabbatho. Deut.23.d.25

3 At ille dixit eis, Non legistis quid fecerit Dauid quando esuriit, & qui cum eo erant? 1.Reg.21.b.6

4 Quomodo intrauit in domū Dei, & panes propositionis comedit: quod nō licebat ei edere, neque ijs qui cum eo erant, nisi solis Sacerdotibus? Exo.29.c.33

5 Aut non legistis in Lege, quia sabbatis Sacerdotes in templo sabbathū violant, & sine crimine sunt? Leuit.8.f.32 & 24.b.9 numer.28.b.9

6 Dico autem vobis quia templo maior est hīc.

7 Si autē sciretis quid est, Misericordiam volo, & non sacrificiū, nūquam condemnassetis innocentes. Osee 6.c.7

8 Dominus enim est Filius hominis etiam sabbathi.

9 Et quū inde transisset, venit in synagogā eorū. Mat.3.a.1 luc.6.a.6

10 Et ecce, homo manum habens aridā: & interrogabant eum, dicentes, Si licet sabbathis curare? ut accusarent eum.

11 Ipse autem dixit illis, Quis erit ex nobis homo qui habeat ouem unam, & si acciderit hec sabbathis in foueam, nónne tenebit & leuabit eam?

---

1 Quum *eos* vidissent, *ἰδόντες*. Duo exemplaria addunt *αὐτοὺς*, id est eos. Licet, *ἔξεστι*. Vetus interpres addit *αὐτοῖς* eis: quod tamen videtur expungendum. Est enim generale sabbathi mandatum. In sabbatho, *ἐν σαββάτῳ*. In quodam exemplari legitur *ἐν σάββασι*, eodem tamen sensu: quod tamen satis indicat superiore loco esse numeri enallagen. quanuis hoc posteriore loco liceat interpretari sabbathis, plurali numero. Loquuntur enim Pharisæi in genere de quouis sabbatho.

4 Propositionis, *προθέσεως*. Hebræi panes facierum vocant, quòd coram Domino appositi, tota hebdomade manerent in aurea mensa huic cultui consecrata: sicut edixit Dominus Leuit. 24.a.6. Græci interpretes interdum etiam *ἐνωπίους*, interdum *προσωπίδας* sunt interpretati. Quidam Latinè appositities non ineptè vocauit: maluimus tamen appellationem vulgò vsurpatam retinere. Sed, *ἀλλά*. Hebr. כי־אם pro Sed, vt Genes. 24.v.38. Vide Gal.2.c.16. Vulg.& Eras. Nisi, sententia & hoc loco & alibi sæpe deprauata.

5 Sabbathis, *σάββασι*. Nulla hic est numeri enallage, quia de singulis sabbathis hoc intelligitur. Profanare, *βεβηλοῦσι*. Vulgata, Violant, quod latius patet, neque etiam conuenit. Sine crimine esse, *ἀναίτιοί εἰσι*. id est, extra culpam esse, vt qui in Legem non peccent. Est autem eiusmodi argumentum, Sacerdotes quū Dei opus faciunt sabbatho, tamen Legem non violant. Itaque sabbathi Lege omnia opera non prohibētur sine exceptione. Quòd si Sacerdotes quominus sabbatho quiescerent excusabat templi cultus, multo magis ipse templi & sabbathi Dominus, Dei opus faciēs, sabbathi Lege non tenebatur. Apparet ergo Christū propositam hypothesin ad thesin reuocare: & meritò quidem. Nam superstitiosè reprehensi fuerant discipuli à Pharisæis, ac proinde nulla excusatione egebant.

6 Maiorem, *μείζων*. Plerique veteres exēplaria & Theophylactus quoque legūt *μεῖζον*. id est maius quidpiam. Subauditur enim *τι*.

7 Non, *οὐκ ἄν*. Vulgata, Nūquam. id est *οὐδέποτε*. Erasmus, Nequaquam. Particula *ἄν* facit vt finitus modus pro optatiuo accipiatur: neque quicquam addit significationi vel negantis particulæ, vel sequentis verbi.

8 Etiam sabbathi, *καὶ τοῦ σαββάτου*. Deerat *καὶ* particula in veteribus exemplaribus: neque exprimitur à veteri interprete. Videtur tamen emphasin habere minimè negligendam. Vide Mar.2.v.28.

10 Erat, *ἦν*. Quatuor codices additum habebant *ἐκεῖ*, illic. Vetus interpres videtur neutrum legisse. Interrogarunt, *ἐπηρώτησαν*. Vulg.& Eras. Interrogabant, id est *ἐπηρώτων*. Licétne, *εἰ ἔξεστι*. Vulg. ad verbum, Si licet. Sed *εἰ* apud Græcos sæpe pro *ὅτι* ponitur: quod imitantur etiam aliquādo Latini, sed in subiectione tantùm. Terentius, Visam si domi est. Sanare, *θεραπεύειν*. Vulgata & Erasmus, Curare. Vide suprà, 4.d.23.

Πόσῳ οὖν διαφέρει ἄνθρωπος προβάτου; ὥστε ἔξεστι τοῖς σάββασι καλῶς ποιεῖν.

12 ᵛQuantum autem homo præſtat oui? Itaque licet ſabbathis ᵛbenefacere.

12 Quanto magis melior eſt homo oue? Itaque licet ſabbatis benefacere.

Τότε λέγει τῷ ἀνθρώπῳ, Ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου. Καὶ ἐξέτεινε· καὶ ἀπεκατεστάθη ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη.

13 Tunc dicit ᵛhomini illi, Extende manum tuam. Et ꝉ extendit: eſtque reſtituta ſana vt altera.

13 Tunc ait homini. Extende manum tuam. Et extendit: & reſtituta eſt ſanata ſicut altera.

Οἱ δὲ Φαρισαῖοι συμβούλιον ἔλαβον κατ' αὐτοῦ ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσιν.

14 Phariſæi verò egreſſi ᵛcepérunt conſilium aduerſus eum, ᵛvt eum perderent.

14 Exeuntes autem Phariſæi cōſiliū faciebāt aduerſus eū, quomodo perderent eum.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς γνοὺς ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν, καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοί, καὶ ἐθεράπευσεν αὐτοὺς πάντας.

15 Ieſus autem quum hoc noſſet, ſeceſſit illinc, ſequutáque eſt eum turba multa, ſanauítque eos omnes.

15 Ieſus autem ſciens receſſit inde, & ſequuti ſunt eū multi, & curauit eos omnes.

Καὶ ἐπετίμησεν αὐτοῖς ἵνα μὴ φανερὸν αὐτὸν ποιήσωσιν·

16 Et ᵛinterminatus eſt eis ne ipſum palàm facerent.

16 Et præcepit eis ne manifeſtum eum facerent.

Ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος,

17 Vt impleretur quod dictum erat per Eſaiam Prophetam, dicentem,

17 Vt adimpleretur quod dictum eſt per Eſaiam Prophetam, dicentem,

Ἰδοὺ ὁ παῖς μου, ὃν ᾑρέτισα· ὁ ἀγαπητός μου, εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου· θήσω τὸ Πνεῦμά μου ἐπ' αὐτόν, καὶ κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἀπαγγελεῖ.

Eſaiæ 42.a.1

18 ‖Ecce ᵛſeruus meus, quem elegi: dilectus meus, in quo acquieſcit anima mea: ponam Spiritum meum ſuper eum, & ᵛiudiciū Gentibus annútiabit.

18 Ecce puer meus quem elegi: dilectus meꝰ, in quo bene complacuit anima mea: ponā Spiritum meū ſuper eū, & iudiciū Gentibus nuntiabit.

Οὐκ ἐρίσει, οὐδὲ κραυγάσει, οὐδὲ ἀκούσει τις ἐν ταῖς πλατείαις τὴν φωνὴν αὐτοῦ.

19 Nō litigabit, neque clamabit, neque audiet quiſquam in plateis vocem eius.

19 Non contendet, neque clamabit, neq; audiet aliquis in plateis uocē eius.

Κάλαμον συντετριμμένον οὐ κατεάξει, καὶ λίνον τυφόμενον οὐ σβέσει· ἕως ἂν ἐκβάλῃ εἰς νῖκος τὴν κρίσιν·

20 Arundinem ᵛquaſſatam non confringet, & linum fumigans nō extinguet: vſquedum ᵛproferat ad victoriam iudicium:

20 Arundinem quaſſatam non confringet, & linum fumigans non extinguet donec ejiciat ad victoriā iudicium:

11 Quantum autem, πόσῳ οὖν. Particulam οὖν non memini alibi legere in aſſumptione argumenti poſitam pro ἀλλά, vel δέ. Apparet tamen omnino ita eſſe accipiendam hoc loco, quum ſtatim iubiiciatur argumenti concluſio. Benefacere, καλῶς ποιεῖν. Eraſmus, Beneficio afficere. id eſt ἀξιοῦν, vel εὖ ποιεῖν.

13 Homini illi, τῷ ἀνθρώπῳ. Additum habebant duo exemplaria ἐκτεῖνον τὴν χεῖρά σου, arefactam manum habenti. quod tamen ſatis intelligitur præpoſito articulo quem expreſſimus.

14 Ceperunt, ἔλαβον. Vulgata, Fecerunt. Legimus etiam in vno exemplari ἐποίησαν. id eſt, conſilium indixerunt: ſicut dicunt Græci ἐκκλησίαν ποιεῖν. Sic etiam Marci 3.a.6, συμβούλιον ἐποίουν. Vt, ὅπως. Vel quomodo. id eſt πῶς, indefinitè acceptum. Sic Demoſthenes, οὐκοῦν ἔστιν ὅπως δεῖ λέγειν ἐρεῖτε.

16 Interminatus eſt, ἐπετίμησεν. id eſt, additis minis vetuit. Vulgata, Præcepit. ad verbum, Increpauit. Vide ſuprà 8.c.26. Terentius, Interminatus ſum ne faceres.

18 Seruus meus, ὁ παῖς μου. Nonnulli filiū conuertunt: alii puerū, ambigua voce. nam apud Græcos ὁ παῖς vocabulum eſt ambiguum. Alii & puerum & filium interpretantur. Sic enim citat Cyprianus libello aduerſus Iudæos, vt Eraſmus obſeruauit. Sed Cyprianum conſtat hunc locum ita citaſſe vt de verbis ipſis Prophetæ non fuerit ſolicitus: quod etiam Euangeliſtæ plerunque faciunt, ſicut vel ex hoc loco apparet. Certè apud Hebræos עבד ſemper pro ſeruo, nunquam (quod ſciam) pro filio ponitur: quanuis aliud ſentiat Eraſmus, qui etiam exiſtimat filii vocabulum melius Chriſto conuenire. Nam, inquit, non defuerunt apud Græcos qui ſerui vocabulum vererentur tribuere Filio Dei, quorū eſt Chryſoſtomus. Atqui ita loquitur ipſe Paulus Philip. 2.a.7, quum dicit Filium Dei ſe exinaniuiſſe, forma ſerui accepta. Neque verò à ſerui nomine abhorruit Latinus interpres, quoties in aliis eiuſdem Prophetæ locis Chriſtus παῖς vocatur. Et hoc quoque videtur ad immenſam ipſius bonitatem magnopere pertinere. Denique non patitur Hebrææ linguæ ratio (quantum intelligo) vt filium vertamus.

Iudicium Gētibus annuntiabit, κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἀπαγγελεῖ. Iudicii appellatione compoſitum ſtatum intelligit: quia videlicet à Chriſto vera religio erat inter Gentes promulganda, eiectis ſuperſtitionibus. quod vbicunque fit, ibi regnare dicitur Dominus & iudicare, id eſt rebus præeſſe & moderari.

20 Quaſſatam, ζωντετριμμένον. Virgil. primo Æneidos, Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem. Quaſſatum autem Latinis eſt quod vernaculo ſermone dicimus *froiſſé* aut *eſcraſé*. Eraſmus, Comminutam: id eſt contritam. quæ propria eſt verbi ζωντετριμμένον ſignificatio. Sed hîc accipi pro quaſſatam indicat verbum ſequens. Nam qui fieri poteſt vt quod iam comminutum eſt & cōtritum, confringas? Itaque grammatici Hebræi ex hoc Prophetæ loco differentiam eſſe oſtendunt inter רצץ & שבר, quòd illud non declaret penitus cōterere & comminuere. Proferat, ἐκβάλῃ (vt infrà verſiculo 35, pro ἐκπέμπων καὶ σῴζων) id eſt, pronuntiet & ferat, ſed cum vi quadam, (fruſtra videlicet obſiſtente Satana & mundo) iudicium ac ſententiam, qua ſe victorem declaret omnium inimicorum ſuorum. Tunc enim rebellium colla confringet, non iam clemens & humilis, ſed ſeuerus iudex, & maieſtate plenus. Vulgata & Eraſmus ad verbum, Eiiciat. In Hebræo pro εἰς νῖκος legitur לנצח. id eſt εἰς ἀνάλωμα. Sed (vt antè dixi) Euangeliſta ſententiam ſpectat, ſingula verba non numerat. Iuſtinus quoque in dialogo cum Tryphone, duas affert huius loci Græcas interpretationes, quarum neutra cum hac conſentit in verbis.

Καὶ ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσι.

21 ᵛEt in eius nomine Gentes ſperabunt.

21 *Et in nomine eius Gentes ſperabunt.*

Τότε προσηνέχθη αὐτῷ δαιμονιζόμενος, τυφλὸς καὶ κωφός· καὶ ἐθεράπευσεν αὐτόν, ὥστε τὸν τυφλὸν καὶ κωφὸν καὶ λαλεῖν καὶ βλέπειν.

22 ‖Tunc ᵛoblatus eſt ei dæmoniacus cæcus & mutus: & ſanauit eum, adeo vt ᵛqui cæcus ac mutus *fuerat*, & loqueretur & videret.

22 *Tunc oblatus eſt ei dæmonium habens, cæcus & mutus: & curauit eum, ita vt loqueretur & videret.* *supra 9.d.32. loc.11.b.14*

Καὶ ἐξίσταντο πάντες οἱ ὄχλοι, καὶ ἔλεγον, Μήτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς Δαβίδ;

23 Et ᵛobſtupuit tota turba, dicebátque, ᵛNónne iſte eſt ᵛfilius ille Dauid?

23 *Et ſtupebant omnes turbæ, & dicebant, Numquid hic eſt filius Dauid?*

Οἱ δὲ Φαρισαῖοι ἀκούσαντες εἶπον, Οὗτος οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια εἰ μὴ ἐν τῷ Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων.

24 Phariſæi verò, quum hæc audiſſent, dicebant, ‖Iſte nõ eiicit dæmonia niſi per ᵛ Beelzebul principem dæmoniorum.

24 *Phariſæi autem audientes dixerunt, Hic non eijcit dæmones niſi in Beelzebub principe dæmoniorum.* *supra 9.d.34. mar.3.c.22. loc.11.c.17*

Εἰδὼς δὲ ὁ Ἰησοῦς τὰς ἐνθυμήσεις αὐτῶν, εἶπεν αὐτοῖς, Πᾶσα βασιλεία μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς, ἐρημοῦται· καὶ πᾶσα πόλις ἢ οἰκία μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς, οὐ σταθήσεται.

25 Ieſus autem, ᵛquũ ſciret cogitationes eorum, dixit ei, Omne regnũ ᵛdiſſidens aduerſus ſeſe, ᵛvaſtatur: & omnis vrbs aut domus diſſidens aduerſus ſeipſam, non ſtabit.

25 *Ieſus autem, ſciens cogitationes eorum, dixit eis. Omne regnum diuiſum contra ſe, deſolabitur: & omnis ciuitas vel domus diuiſa contra ſe, non ſtabit.*

Καὶ εἰ ὁ σατανᾶς τὸν σατανᾶν ἐκβάλλει, ἐφ' ἑαυτὸν ἐμερίσθη· πῶς οὖν σταθήσεται ἡ βασιλεία αὐτοῦ;

26 ᵛSed ſi Satanas Satanam eiicit, aduerſus ſeipſum diſſidet: quomodo ergo ſtabit regnum eius?

26 *Et ſi Satanas Satanam eijcit, aduerſus ſe diuiſus eſt: quomodo ergo ſtabit regnum eius?*

Καὶ εἰ ἐγὼ ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τίνι ἐκβάλλουσι; διὰ τοῦτο αὐτοὶ ὑμῶν κριταὶ ἔσονται.

27 Et, ſi ego per Beelzebul eiicio dæmonia, ᵛfilii veſtri per quem ᵛeiiciunt? propterea ᵛipſi erunt veſtri iudices.

27 *Et, ſi ego in Beelzebub eijcio dæmones, filij veſtri in quo eiiciunt? ideo ipſi iudices veſtri erunt.*

Εἰ δὲ ἐγὼ ἐν πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ.

28 ᵛSin autem per ſpiritũ Dei ego eiicio dæmonia, ᵛnempe peruenit ad vos regnum Dei.

28 *Si autem ego in Spiritu Dei eiicio dæmones, igitur peruenit in uos regnum Dei.*

Ἢ πῶς δύναταί τις εἰσελθεῖν εἰς τὴν

29 ᵛNam quomodo poteſt ali-

29 *Aut quomodo poteſt*

11 Et in eius nomine, καὶ ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. Omiſſa eſt hoc loco pars altera huius verſiculi, ita vt legitur in Hebræis: ſiue quòd Euangeliſtæ non ſoleant ſingulis verbis inſiſtere, ſiue librarii culpa, qui, propterea quòd nomen κείσω & ſuperiorem verſiculum & iſtius priorem partem terminat, ideirco facilè potuit inter ſcribendum integram lineam prætermittere. quod quàm ſæpe librariis vſuenerit, norunt optimè qui veteres codices manuſcriptos cum excuſis comparant. Deinde pro, Et in eius nomine Gentes ſperabunt, legitur in Hebræo, Et legem eius inſulæ expectabunt: ſed eádem manente ſententia.

12 Oblatus eſt, προσηνέχθη. Eraſmus, Adductus eſt. id eſt προσήχθη. Vide Mar. 7. d. 32. Qui cæcus ac mutus *fuerat*, τὸν τυφλὸν καὶ κωφόν. Vetus interpres hæc non legit.

13 Obſtupuit, ἐξίσταντο. id eſt ἐξεπλήσσοντο. Latinum vocabulum nullum habeo quo vno poſſit Græcum illud ἔκστασις ſatis exprimi. Significat autem præ admiratione apud ſe non eſſe, & de ſtatu mentis deiici. Vide Marci 2. b. 12. Nónne, μήτι. Vulg. Nunquid. Eraſmus, Num: quæ particulæ ita quærunt vt ſubintelligatur negatio. Itaque non videtur huic loco ſatis conuenire. Filius ille, ὁ υἱός. In Complutenſi editione legitur ὁ Χριστὸς ὁ υἱός. id eſt, Chriſtus ille filius.

14 Per Beelzebul, ἐν τῷ Βεελζεβούλ. Vulgata ad verbum, In Beelzebub. Eraſmus, Præſidio Beelzebub. Vide ſuprà, 9. d. 34.

15 Quum ſciret, εἰδὼς. In ſecũdo exemplari ſcriptum erat *ἰδὼν*, quum vidiſſet. Diſſidens, μερισθεῖσα. Vulgata & Eraſmus, Diuiſum. id eſt διαιρεθεῖσα. quod non ſatis conuenit, ſi Latinæ linguæ vſum ſpectes. Nam diuiſum eſſe aut partitum, idem hîc valet ac diſſidere, ſiue in varias partes ac factiones ſciſſum eſſe: ſicut è contrario dicuntur vnum eſſe quibus optimè inter ſe conuenit. Itaque τὸ μερίζειν hac ſignificatione reſpondet Hebræo verbo פרד. Vaſtatur, ἐρημοῦται. Eraſmus, Deſolatur: quod eſt tranſlatitium, & μερισθεῖσα ſignificat: vnde μεμερισμένην dicitur vidua, quæ ſola relicta eſt, 1. Tim. 5. a. 5.

16 Sed ſi, καὶ εἰ. Vulg. & Eraſ. ad verbum, Et ſi. Ego verò omnino puto καὶ pro δὲ ἐγὼ poſitum, cuius particulæ vſus eſt in aſſumptione argumentorum.

17 Filii veſtri, οἱ υἱοὶ ὑμῶν. Heb. id eſt veſtri, ſiue veſtrates: ſiue de diſcipulis Chriſti hoc intelligamus, ſiue de exorciſtis illis, quorum exemplum refertur Act. 19. v. 13. Eiiciunt, ἐκβάλλουσι. In duobus exẽplaribus ſcriptum erat ἐκβαλοῦσιν, eiicient. Ipſi erunt veſtri iudices, αὐτοὶ ὑμῶν ἔσονται κριταί. Eraſmus, Ipſi iudicabunt de vobis. id eſt, αὐτοὶ κρινοῦσι περὶ ὑμῶν. Familiaris autem eſt hæc loquendi formula ſacris ſcriptoribus, qua dicitur aliquis eum iudicare cuius vitia ſuæ virtutis exemplo etiam tacens coarguit: quo modo accipiendum eſt quod paulo pòſt de regina Auſtri commemoratur.

18 Sin autem, εἰ δὲ. Ita loquuntur Latini quum alterum ſi præceſſit. & hoc dicendi genus melius reſpondet Græcis quàm illud Quòd ſi, quo vtitur Eraſmus. Nempe, ἄρα. Vulgata, Igitur. Eraſ. Ergo. id eſt οὖν.

19 Nam, δέ. Vulgata, Aut: quod non conuenit huic loco. Eraſmus, Alioqui. Particulam autem δὲ interdum

poni ἀποδειγμάτως, Budæus prolatis exemplis oſtendit. Sed hoc ego adiicio, in eo duntaxat argumenti genere vſurpari quod ab abſurdo ducitur, quantum quidem ego potui obſeruare.

εἰκίας τοῦ ἰσχυροῦ, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσαι, ἐὰν μὴ πρῶτον δήσῃ τὸν ἰσχυρόν, καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσει;

quis ingredi domum ᵛ validi alicuius, & ᵛ vaſa eius diripere, niſi primò vinxerit validum illũ, & tũc domũ illius diripiet?

quiſquam intrare in domum fortis, & vaſa eius diripere, niſi prius alligauerit fortem, & tunc domum illius diripiet?

ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ, κατ' ἐμοῦ ἐστι· καὶ ὁ μὴ συνάγων μετ' ἐμοῦ, σκορπίζει.

30 Qui non eſt mecum, aduerſum me eſt: & qui non cogit mecum, ſpargit.

30 Qui non eſt mecum, contra me eſt: & qui non congregat mecũ, ſpargit.

Mat.3.d.28 Luc.12.b.10 1.Ioh.5.d.13

Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις· ἡ δὲ τοῦ Πνεύματος βλασφημία οὐκ ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις.

31 ‖Propterea dico vobis, quod-uis peccatũ & ᵛ blaſphemia remittetur hominibus: blaſphemia verò ᵛ in Spiritum non remittetur hominibus.

31 Ideo dico vobis, Omne peccatum & blaſphemia remittetur hominibus: Spiritus autem blaſphemia non remittetur.

Καὶ ὃς ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ· ὃς δ' ἂν εἴπῃ κατὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ οὔτε ἐν τούτῳ τῷ αἰῶνι, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι.

31 Et quiſquis ᵛ loquutus fuerit aduerſus Filium hominis, remittetur ei: quiſquis autem fuerit loquutus aduerſus Spiritũ ſanctum, non remittetur ei neque ᵛ in hoc ſeculo, ᵛ neque in futuro.

31 Et quicunque dixerit verbum contra Filiũ hominis, remittitur ei: qui autẽ dixerit contra Spiritum ſanctum, non remittitur ei neque in hoc ſeculo, neque in futuro.

Ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον καλὸν, καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ καλόν· ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον σαπρόν, καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ σαπρόν. ἐκ γὰρ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται.

33 Aut ᵛ facite arborem bonã, & fructum eius bonum: aut facite arborem putrem, & fructũ eius putrem. nam è fructu arbor cognoſcitur.

33 Aut facite arborem bonum, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructum eius malum. ſiquidem ex fructu arbor agnoſcitur.

Γεννήματα ἐχιδνῶν, πῶς δύνασθε ἀγαθὰ λαλεῖν πονηροὶ ὄντες; ἐκ γὰρ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας τὸ στόμα λαλεῖ. Luc.6.g.45

34 Progenies viperarum, quomodo ᵛ poſſitis bona loqui, quũ ſitis mali? ‖nam ex abundantia ᵛ cordis os loquitur.

34 Progenies viperarum, quomodo poteſtis bona loqui, quum ſitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur.

Validi *alicuius*, τοῦ ἰσχυροῦ. Vulgata, Fortis: de quo diximus ſuprà, 3.c.11. Validum quoque omnes τὸν ἰσχυρὸν infrà interpretãtur, 14.d.30. Eraſmus, Potentis. id eſt δυνατοῦ, quod ad copias & facultates potius refertur. Cæterùm articulus ſignificationem habet quã grammatici vocant ἀόριστον, id eſt infinitam. Itaque adieci particulam *alicuius*.

Vaſa, σκεύη. id eſt res & ſupellectilem omnem, ſiue inſtrumentum: quo modo etiam vaſorum vocabulum à Latinis accipi videtur, quum dicunt Colligere vaſa, id eſt res ſuas. Fluxit autem hoc dicendi genus ab Hebræis, apud quos כלי quoduis inſtrumentum atque adeo ſupellectilem declarat, vt Ezech.12.a.4.

31 Blaſphemia, βλασφημία. Eraſmus, Conuitium. Quidam Maledictum. Vocabulum Græcum quid valeat, & cur ſeruare illud maluerimus, antè diximus 9.a.3. In Spiritum, τὸ Πνεῦμα. Spiritus, nimium obſcurè. Malui igitur ſubaudire præpoſitionem κατὰ, vt ſuprà, 10.a.1. Quod ſit autem peccatum in Spiritum ſanctum, expoſui 1.Ioh.5.v.16.

31 Loquutus fuerit, εἴπῃ λόγον. Vide ſuprà, 8.a.8. In hoc, ἐν τούτῳ. In decem veteribus exemplaribus ſcribitur ἐν τῷ νῦν αἰῶνι. id eſt in præſenti ſeculo. Neque in futuro, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι. id eſt, neque in vita, neque poſt mortem. Notum enim eſt cuiuis Chriſtiano, duplicis vitæ ſiue duplicis ſeculi mentionem fieri in ſacris literis: quorum vnum ab eo die incipit quo naſcimur, & huius vitæ ſpatio terminatur: alterũ verò proptiè ab eo die quo morimur initium capit, eſtque infinitum. Cæterùm quia peccatorum remiſſio, quam quiſpiam in ipſo mortis articulo conſequitur, proprie reſpicit futurũ ſeculum, ideo (opinor) dicit Chriſtus fore vt blaſphemia in Spiritum ſanctum neque in hac vita conſtituris, neque etiam morientibus (id eſt nunquam) remittatur: quum alioquin multa peccata in hac vita remittãtur, (vt 2.Samuelis 12.d.13) & rurſus multorum abſolutio in extremum vitæ momentum differatur. Præterea quanuis nulla peccata poſt mortem propriè remittãtur, ſed vel in vita, vel in ipſa morte: tamen quia huius remiſſionis plenum fructum non percipient fideles niſi ab extremo illo die iudicii futuri, videtur quodammodo ipſa peccatorũ remiſſio in illum diem differri, ac viciſſim declaratio eorum quæ non fuerint remiſſa. Neque nouum eſt hoc loquendi genus, quum fere ſemper ſoleat Spiritus ſanctus, quoties agitur vel de ſalute noſtra, vel de exitio diaboli & reproborum, nos in extremum illum diem perinde retinere acſi interim neque Dei gloria fruerentur electorum animæ, neque cruciatum vllum ſentirent reprobi. Quod vtrunque quum falſum ſit, apparet & remiſſionem & condemnationem in futurum ſeculum reiici, propterea quòd eo die Dominus planè ſua iudicia reuelabit & exequetur. Sic ergo loquitur Paulus Rom.1.a.5, & 1.Cor.1.a.8, & 5.a.5, & 2.Cor.5.b.10, & 1.Tim.4.b.8, & alibi. Sic etiam Petrus 1.Epiſt.1.a.5. Itaque futurum ſeculum, ſiue à die mortis ſingulorum, ſiue à die iudicii ſupremi, ſiue ab vtroque, diuerſa tamen ratione inchoatur: & nimium ſunt inepti qui volunt ex hoc loco purgatorium illum ignem extruere.

33 Facite, ποιήσατε. id eſt, ponite vel ſtatuite, in veſtris videlicet de me ſermonibus. Argumẽtatur enim Ieſus (vt mihi quidem videtur) ab effectu ad cauſam. Calumniabantur ipſius miracula Phariſæi: reſpondet Ieſus fuiſſe in primis de homine (id eſt de ſe) iudicandum, vt ſicut ex arbore fructum, ſic ex homine ipſo facta æſtimarent. At illi contrà, quum nihil haberent quod in Chriſti moribus poſſent arguere (erat enim eius vita penitus inculpata) tamen mirifica illa ipſius facta carpebant tanquam diabolica. Simul autem Chriſtus eorum hypocriſin coarguit.

34 Poſſitis, δύνασθε. Vulgata & Eraſmus ad verbum, Poteſtis. Sed res ipſa apertè oſtendit indicatiuum

pro optatiuo poſitum eſſe. Sic Ariſtoteles, οὐδὲ πάσαν ζῶον ἐβούλετο, ὃ τὸ μὲν ἄδος ἔχει ἑτέρου ζώου, τοῦ δὲ διαλεκτικὸν δέμας. pro, ἕοι ἂν ἔχοι. Gregorius de Baptiſmate, οὐδὲ τοῦ Θεοῦ μέγα ἢ μικρὰ πάντες δίδωσι. pro, δώσει ἄν. quæ exẽpla obſeruauit Budæus ille Græcæ linguæ doctiſſimus. Cordis, τῆς καρδίας. Hoc quidem deerat in pleriſque vetuſtis exemplaribus. ſed omnino tamen videtur addendum. Significatur enim, ex corde, tanquam penu, depromi quæcunque homines dicunt aut faciunt. Theſaurum enim mox vocat quod intus reconditum eſt.

Ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας ἐκβάλλει τὰ ἀγαθά· καὶ ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ ἐκβάλλει πονηρά.

35 Bonus homo è bono theſauro cordis profert bona: & malus homo ex malo theſauro profert mala.

35 *Bonus homo de bono theſauro cordis profert bona: & malus homo de malo theſauro profert mala.*

Λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι πᾶν ῥῆμα ἀργὸν, ὃ ἐὰν λαλήσωσιν οἱ ἄνθρωποι, ἀποδώσουσιν περὶ αὐτοῦ λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως.

36 Sed dico vobis, quodcũque verbum ᵛotioſum loquuti fuerint homines, ᵛde eo reddituros rationem in die iudicii.

36 *Dico autem vobis quoniam omne verbum otioſum quod loquuti fuerint homines, reddent rationẽ de eo in die iudicij.*

Ἐκ γὰρ τῶν λόγων σου δικαιωθήσῃ, καὶ ἐκ τῶν λόγων σου καταδικασθήσῃ.

37 Ex ſermonibus enim tuis ᵛiuſtificaberis, ᵛ& ex ſermonibus tuis condemnaberis.

37 *Ex verbis enim tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.*

Τότε ἀπεκρίθησάν τινες τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων, λέγοντες, Διδάσκαλε, θέλομεν ἀπὸ σοῦ σημεῖον ἰδεῖν.

38 Tunc ᵛreſponderũt quidam è Scribis ac Phariſæis, dicentes, Magiſter, ‖ velimus ex te ſignum videre.

38 *Tunc ᵛreſponderunt ei quidã de Scribis & Phariſæis, dicentes, Magiſter, volumus à te ſignũ videre.* *Infrà 16.a.1 luc.11.c.29 1.Cor.1.c.22*

Ὁ δὲ, ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου.

39 Ipſe verò reſpondens dixit eis, ᵛNatio ᵛmala & ᵛadulterina ſignũ ᵛ requirit: ᵛ ſed ſignũ nõ dabitur ei niſi ſignum illud Ionæ Prophetæ.

39 *Qui reſpondens ait illis, Generatio mala & adultera ſignũ quærit, & ſignũ non dabitur ei, niſi ſignũ Ionæ Prophetæ*

Ὥσπερ γὰρ ἦν Ἰωνᾶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας, οὕτως ἔσται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας.

40 ‖Sicut enim fuit Ionas in vẽtre ceti ᵛtres dies & tres noctes, ita erit Filius hominis ᵛ in corde terræ tres dies & tres noctes.

40 *Sicut enim fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ſic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.* *Ionæ 2.a.1*

Ἄνδρες Νινευῖται ἀναστήσονται ἐν τῇ

41 ᵛNineuitæ ᵛreſurgent in iudi-

41 *Viri Niniuitæ ſurgent*

36 Otioſum, ἀργὸν. In quodam exemplari pro ἀργὸν ſcriptum erat πονηρὸν, id eſt malum. Rurſus in alio neutrum ſcriptum erat. ſed receptam lectionem maximè probo. Argumentatur enim Chriſtus à comparatis, cõparans peccatorum maxima cum minimis: quæ tamen tam parua eſſe non poſſint quin reddenda ſit eorum ratio, niſi Chriſti ſatisfactionem amplectamur. Otioſos autem ſermones vocat, vanas & inutiles nugas, cuiuſmodi ſunt pleraque in quibus plurimi totam vitam conſumunt. De eo, περὶ αὐτοῦ. Eraſmus particulam περὶ iunxit cum præcedentibus, eodem tamen ſenſu ſeruato.

37 Iuſtificaberis, δικαιωθήσῃ. id eſt abſoluẽris. Opponitur enim τῷ καταδικασθήσῃ. Itaque inepti ſunt qui ex hoc loco & ſimilibus conantur operum iuſtitiam (id eſt qualitatẽ, qua in nobis coram Deo iuſti ſimus) ſtabilire: quum iuſtificari hoc loco non ſignificet iuſtum fieri, ſed iuſtum declarari. Diuerſum autem eſt illud ex quo iuſti ſimus, ab ipſius iuſtitiæ teſtimonio: & tota Scriptura teſtatur nos, quum in nobis iuſti non ſimus, in Chriſto tamen (qui eſt iuſtitia noſtra) per fidem apprehenſo, iuſtificari. id eſt, pro iuſtis cenſeri, ac proinde abſolui. Sed hæc fides ex ipſius fructibus (id eſt ex operibus) cenſetur, nempe vt vera diſtinguatur à falſa & adulterina. Et ex, καὶ ἐκ. In vno exemplari ſcriptum erat ἢ ἐκ, vel ex: fortaſſis rectius. Quanquam in hoc dicendi genere καὶ pro ἢ interdũ accipitur. Ariſtoteles, κἀρίστῃ μᾶζ᾽ ὀλίγης καὶ ἑνδεοῦς. Sic etiam accipi videtur Rom.4.c.13.

38 Reſponderunt, ἀπεκρίθησαν. Eraſmus, Interrogarunt. id eſt ἐπηρώτησαν. Velimus, θέλομεν. Vulg.& Eraſ. Volumus. quod nimium imperioſè dictum videtur.

39 Natio, γενεὰ. Vulgata & Eraſmus, Generatio. Ego illud malui vſurpare quod planum eſt, & vocabulum Græcum optimè exprimit, hoc quidem loco. nam γενεὰ etiam alia interdum declarat, nempe & progeniẽ & ætatem, vt alibi obſeruauimus. Quinetiam Eraſmus ipſe nationẽ interpretatus eſt infrà, Lucæ 11.d.29. Mala, πονηρὰ. Eraſmus, Praua. Ego verò malui ſemper eodem modo: quãuis fortaſſis rectius verterimus ſceleratã. Adulterina, μοιχαλὶς. vel adultera. Vſitatum enim eſt Scripturæ, adulteros vocare omnes eos qui à vero Dei cultu deficiũt: inter quos præcipuè numerãdi ſunt hypocritæ. Mihi videtur tamẽ hic potius Iudæi vocari ſpurii & degeneres, quos Hebræi vocãt בני נכר, & Græci generali nomine ἀλλογενεῖς. Sed adulterii nomen optimè conuenit, quoniam ratio habenda eſt promiſſionis Abrahamo factæ, & ſemini eius, videlicet legitimo, non adulterino. Requirit, ἐπιζητεῖ. Vulgata & Eraſmus, Quærit. Sed aliqua eſt emphaſis præpoſitionis ἐπὶ, adeo vt etiã pro deſiderare, & ſummo ſtudio aliquid efflagitare, ἐπιζητεῖν à Græcis, & requirere à Latinis vſurpetur. Sed ſignum, καὶ σημεῖον. Iterum καὶ pro ἀλλ. vt ſuprà, 11.v.19, & Act.10.v.18.

40 Tres dies, τρεῖς ἡμέρας. Vulg.& Eraſ. Tribus diebus. Sed miror cur conſtructionẽ mutarint, quã præſertim grammatici omnes teſtentur tempus continuum (cuius hic eſt magna emphaſis) quarto caſu declarari.

In corde, ἐν τῇ καρδίᾳ. Hebraicè בלב, id eſt intra. Nam apud Hebræos cor pro medio accipitur, & ad res etiam inanimas tranſfertur, vt Exodi 15.a.8. quod in vernaculo ſermone imitamur, vt quum dicimus, *Le cœur du bois*, *Le cœur de la pomme*. Sed & medium pro intimo vſurpatur omnibus linguis. Cor autem terræ vocat ſepulchrũ, quoniam qui ſepulti ſunt, velut in terræ viſceribus ſunt abſorpti. Docet itaque Chriſtus reſurrectionẽ ſuã fore iſtis perfidis & impiis omniũ ſignorũ vice, idque in eorum perniciem. Quod autem ad trinoctii ſupputationẽ attinet, coniungenda eſt nox cum die, vt ipſius appendix: ſicut ſuo loco oſtendemus.

41 Niniuitæ, ἄνδρες Νινευῖται. Illud ἄνδρες addere fere ſolent Græci, Latini prætermittunt. Hebræi quo-

que addunt, ſed primitiuis, non deriuatiuis. dicunt enim Viri Nineuæ. ſicut Viri Ieruſalem. Hoc autem annotaui, quia nonnullos video parum appoſitè, arrepta occaſione ex hac particula, quibuſdam locis de humanæ vitæ conditione differere. Reſurgent, ἀναστήσονται. Vel Surgent, vt pro ſimplici accipiatur, atque referatur ad iudiciorum conſuetudinẽ. Solent enim aſſurgere qui in publicis cœtibus aliquid ſunt dicturi. quò reſpexit Chriſtus. Niſi malimus ad ipſam reſurrectionem hoc referre. nam certum eſt hic agi de extremo iudicio.

κρίσει μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτὴν· ὅτι μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα Ιωνᾶ· καὶ ἰδοὺ, πλεῖον Ιωνᾶ ὧδε.

Ionæ 3.b.5

cio cũ natione hac, & condemnabunt eam: quòd ipſi reſipuerint ad prædicationem Ionæ: & ecce, plus quàm Ionas eſt in hoc loco.

in iudicio cũ generatione iſta, & condemnabit eã: quia pœnitentiã egerunt in prædicatione Ionæ: & ecce, plus quàm Ionas hîc.

Βασίλισσα νότου ἐγερθήσεται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινεῖ αὐτὴν· ὅτι ἦλθεν ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς ἀκοῦσαι τὴν σοφίαν Σολομῶντος· καὶ ἰδοὺ, πλεῖον Σολομῶντος ὧδε.

3.Reg.10.a.1 2.paral.9.a.1

41 Regina Auſtri ſurget in iudicio cum nation hac, & condemnabit eam: quòd venerit à terminis terræ vt audiret ſapientiam Solomonis, & ecce, plus q̃ Solomõ eſt in hoc loco.

41 Regina Auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſta, & condemnabit eam: quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis: & ecce, plus quã Salomõ hîc.

Ὅταν δὲ τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα ἐξέλθῃ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, διέρχεται δι' ἀνύδρων τόπων, ζητοῦν ἀνάπαυσιν, καὶ οὐχ εὑρίσκει.

43 Cæterùm quũ impurus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per arida loca, quærens requiem, & non inuenit.

43 Quum autem immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quærẽs requiem, & non inuenit.

Τότε λέγει, Ἐπιστρέψω εἰς τὸν οἶκόν μου, ὅθεν ἐξῆλθον. Καὶ ἐλθὸν εὑρίσκει σχολάζοντα, σεσαρωμένον, καὶ κεκοσμημένον.

44 Tunc dicit, Reuertar domũ meam, vnde exiui. Et quum venit, inuenit eam vacantẽ, verſam & ornatam.

44 Tunc dicit, Reuertar in domum meam vnde exiui. Et veniens, inuenit eam vacantem, ſcopis mundatam & ornatam.

Τότε πορεύεται, καὶ παραλαμβάνει μεθ' ἑαυτοῦ ἑπτὰ ἕτερα πνεύματα πονηρότερα ἑαυτοῦ· καὶ εἰσελθόντα κατοικεῖ ἐκεῖ, καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου χείρονα τῶν πρώτων. οὕτως ἔσται καὶ τῇ γενεᾷ ταύτῃ τῇ πονηρᾷ.

Hebr. 6.a.4.& 10.c.26 2.per.2.d.20

45 Tunc proficiſcitur & accipit ſecum ſeptẽ alios ſpiritus peiores quàm ipſe ſit: & ingreſſi habitãt illic, ſitque vltima cõditio hominis illius deterior priore. ita etiam erit nationi huic malæ.

45 Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecũ nequiores ſe: & intrantes habitant ibi: & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. ſic erit & generationi huic peſſimæ.

Ἔτι δὲ αὐτοῦ λαλήσαντος τοῖς ὄχλοις, ἰδοὺ, ἡ μήτηρ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ εἱστήκεισαν ἔξω, ζητοῦντες αὐτῷ λαλῆσαι.

Matt.3.d.41 Iac.5.c.10

46 Quum autẽ adhuc loqueretur turbæ, ecce, mater & fratres eius ſtabant foris, quærentes eius colloquium.

46 Adhuc eo loquente ad turbas, ecce, mater eius & fratres ſtabãt foris, quærentes loqui ei.

Εἶπε δέ τις αὐτῷ, Ἰδοὺ, ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἔξω ἑστήκασι, ζητοῦντές σοι λαλῆσαι.

47 Dixit autem ei quidam, Ecce, mater tua & fratres tui foris ſtant, quærentes tuum colloquium.

47 Dixit autem ei quidam. Ecce, mater tua & fratres tui foris ſtãt, quærentes te alloqui.

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπε τῷ εἰπόντι αὐτῷ, Τίς ἐστιν ἡ μήτηρ μου, καὶ τίνες εἰσὶν οἱ ἀδελφοί μου;

48 Ipſe verò reſpondens dixit illi qui hoc ei dixerat, Quæ eſt mater mea, & q̃ ſunt fratres mei?

48 At ipſe reſpondens dicẽti ſibi, ait, Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei?

Et condemnabunt καὶ κατακρινοῦσιν. Vide Rom.2.v.27.

41 Auſtri, νότου. id eſt meridiei. Ea verò 1.Reg.10, Regina Sabæ vocatur, quam nonnulli volunt fuiſſe Meroes inſulæ metropolin, ex Ioſephi authoritate, qui hanc reginam ipſi quoque Ægypto præfuiſſe tradit. At ego Ioſepho non poſſum in eo aſſentiri, quem nihil impediat quominus hæc potius accipiamus de Sabæorum regione, apud omnes authores celebri: cuius etiam ſitum (ſi diligenter metiamur) comperiemus eſſe aut eiuſdẽ, aut certè nõ multum diuerſæ à Iudæa longitudinis: hoc eſt, ſub eodem fere meridiano ac Iudæam: (æquales enim locorum longitudines definiunt geographi, quum loca ipſa ſub vno & eodem meridiano ſita ſunt) adeo vt Sabæorum regionis ſitus, habita ratione Iudææ, ſi prorſus meridionalis. Terminis, ἐκ τῶν περάτων. id eſt extremis. Cicero. Quum nullum tot calamitatibus & ærumnis terminum inueniremus. Vulg. & Eraſ. Finibus. id eſt ἔσχατα. Indicant autem etiã iſta hanc reginã è Sabæa potius quàm Meroe adueniſſe. Sita enim eſt Sabæa & Saba eius metropolis in extremo Arabiæ felicis littore, non procul ab ipſis finus Arabici faucibus.

44 Verſam, σεσαρωμένον. à Verrendo, non à Vertendo: quo participio idonei authores vtuntur. Vulgata, Scopis mundatam. Eraſmus, Scopis purgatam.

45 Peiores, πονηρότερα. Ita vertimus, ne à nobis diſſidere videamur. Alioqui enim ſuprà admonuimus, πονηρὸν amplius aliquid ſignificare quàm κακὸν: vt mihi minimè diſpliceat Eraſmi verſio, qui interpretatur Sceleratiores. Vulgata, Nequiores: quod propriè libidinoſiores declarat. Ingreſſi, εἰσελθόντα. Eraſmus, Ingreſſus, quod teſtatur ſe legiſſe in quodam exemplari. Vltima conditio, τὰ ἔσχατα. Vulgata, Nouiſſima hominis illius. Eraſmus. Poſtrema illius hominis. Mihi verò viſum eſt hoc dicendi genus perobſcurum.

47 Tuum colloquium, σοι λαλῆσαι. Vulgata & Eraſmus ad verbum, Tibi loqui. In vno exemplari legimus σὲ λαλῆσαι, videre te.

48 Et qui, καὶ τίνες. Eraſmus, Aut quid eſt ἢ τίνες.

Καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, εἶπεν, Ἰδοὺ ἡ μήτηρ μου, καὶ οἱ ἀδελφοί μου.

Ὅστις γὰρ ἂν ποιήσῃ τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς, αὐτός μου ἀδελφός, καὶ ἀδελφὴ, καὶ μήτηρ ἐστί.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιγ.

ΕΝ δὲ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τῆς οἰκίας, ἐκάθητο παρὰ τὴν θάλασσαν.

Καὶ συνήχθη πρὸς αὐτὸν ὄχλοι πολλοί, ὥστε αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον ἐμβάντα καθῆσθαι· καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν εἱστήκει.

Καὶ ἐλάλησεν αὐτοῖς πολλὰ ἐν παραβολαῖς, λέγων, Ἰδοὺ ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπείρειν.

Καὶ ἐν τῷ σπείρειν αὐτὸν, ἃ μὲν ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδὸν, καὶ ἦλθε τὰ πετεινὰ, καὶ κατέφαγεν αὐτά.

Ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὰ πετρώδη, ὅπου οὐκ εἶχε γῆν πολλήν· καὶ εὐθέως ἐξανέτειλε, διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος γῆς.

Ἡλίου δὲ ἀνατείλαντος ἐκαυματίσθη, καὶ διὰ τὸ μὴ ἔχειν ῥίζαν, ἐξηράνθη.

Ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὰς ἀκάνθας, καὶ ἀνέβησαν αἱ ἄκανθαι, καὶ ἀπέπνιξαν αὐτά.

Ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλὴν, καὶ ἐδίδου καρπὸν, ὃ μὲν ἑκατὸν, ὃ δὲ ἑξήκοντα, ὃ δὲ τριάκοντα.

Ὁ ἔχων ὦτα ἀκουέτω.

49 Et protensa manu sua in discipulos suos, dixit, Ecce mater mea & fratres mei.

50 Quisquis enim fecerit quod vult Pater meus qui est in cælis, is est meus frater, & soror, & mater.

CAP. XIII.

1 ILLo verò die egressus Iesus domo, sedit iuxta mare.

2 Et coacta est ad eum turba multa, adeo vt nauigium ingressus sederet. tota autem turba supra littus stabat.

3 Et loquutus est eis multa per parabolas, dicens, Ecce, quidam qui seminabat exiit ad seminandum:

4 Et in seminando, alia quidem ceciderunt iuxta viam: & venerunt volucres, & deuorauerunt ea.

5 Alia verò ceciderunt in petrosa, vbi non habebant terrā multam: & statim exorta sunt, propterea quòd non habebāt profundam terram:

6 Sole autem exorto torrefacta sunt, & propterea quòd nō habebant radicem, exaruerūt.

7 Alia verò ceciderunt in spinas: & ascenderunt spinæ, & suffocarunt ea.

8 Alia verò ceciderunt in terram bonam: & ediderunt fructum, aliud quidem centena, aliud verò sexagena, aliud verò tricena.

9 Qui habet aures ad audiendum, audiat.

49 Et extendens manum in discipulos suos, dixit, Ecce mater mea & fratres mei.

50 Quicunque enim fecerit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse meus frater & soror & mater est.

CAP. XIII.

1 IN illo die exiens Iesus de domo, sedebat secus mare. Mar. 4. a. 1 Luc. 8. a. 5

2 Et congregatæ sunt ad eum turbæ multæ, ita ut in nauiculam ascendens sederet. & omnis turba stabat in littore.

3 Et loquutus est eis multa in parabolis, dicens. Ecce, exiit qui seminat seminare:

4 Et dum seminat, quædam ceciderunt secus viam: & venerunt volucres cæli, & comederunt ea.

5 Alia autem ceciderunt in petrosa, vbi non habebant terram multam, & celeriùs exorta sūt, quia non habebant altitudinē terræ.

6 Sole autem orto æstuauerunt, & quia non habebat radicem, aruerūt.

7 Alia autem ceciderūt in spinas, & creuerunt spinæ, & suffocauerunt ea.

8 Alia autem ceciderunt in terram bonam, & dabant fructū, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud trigesimum.

9 Qui habet aures audiendi audiat.

IN CAPVT XIII.

2 Supra littus, ἐπὶ τὸν αἰγιαλόν. Vulgata & Erasmus, In littore. id est ἐν τῷ αἰγιαλῷ.

3 Per parabolas, ἐν παραβολαῖς. id est per comparationes & similitudines. Vocabulum autem Græcum seruaui, ipsi etiam vulgo satis iam familiare. Quidam qui seminabat, ὁ σπείρων. Vulgata, Qui seminat. Ad verbum, Seminans. Sciendum est autem articulum hoc loco, (cui respondet apud Hebræos litera ה præfixa verbis & participiis) esse ἀόριστον, id est indefinitum: quasi dixisset σπόρων τις. id est, quidam qui sementem faciebat.

4 In seminando, ἐν τῷ σπείρειν. Terentius, In agendo partem ostendent. Vulgata, Dum seminat. Erasmus, Quum seminaret.

5 In petrosa, ἐπὶ τὰ πετρώδη. Erasmus, In loca saxosa. Illud propius abest à Græco, & frequenter etiam apud Plinium occurrit.

6 Torrefacta sunt, ἐκαυματίσθη. Erasmus, Exusta sunt. Veterem etiam interpretem (cui potius subscribo) reprehendens. Atqui si exusta erant, cur adderet exaruisse? Adde quòd τὸ καῦμα ardorem & æstum declarat, à quo deducitur καυματίζεσθαι, id est ardore exhauriri, æstuare, & æstu nimio torreri. Vertimus autem Torrefacta sunt, potius quàm Æstuarunt: quòd æstus proprie de calore humido, eóque suffocante aut præfocante potius dicatur. hoc est, de eo qui vdo cælo sudorem nimium exprimendo, nostra corpora penitus resoluit. Vernacula lingua dicimus, *Vne chaleur seche nous a estouffez.* Quanquam etiam æstus de ardore solis dicitur: sed vocabuli propriam significationem obseruandam putaui. Et propterea quòd non, καὶ διὰ τὸ μή. Sic etiam Erasmus superiore versiculo.

7 Alia verò, ἄλλα δέ. Eras. Alia rursus. id est ἄλλα πάλιν. Assurrexerunt, ἀνέβησαν. id est excreuerunt. Plinius (quem sequor) hac significatione vti solet Assurgendi vocabulo.

8 Centena, ἑκατόν. Vulgata, Centesimum. id est ἑκατοστόν. Erasmus, Centuplum. id est ἑκατονταπλάσιον, vt loquitur Theophrastus. Ad verbum, Centum, vt subaudias grana. Sed præstat primarios numeros pro deriuatis interpretari, ex Hebræorum more.

Καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταὶ εἶπον αὐτῷ, Διατί ἐν παραβολαῖς λαλεῖς αὐτοῖς;

10 Tunc accedentes diſcipuli dixerunt ei, Quare per parabolas loqueris eis?

10 *Et accedentes diſcipuli dixerunt ei, Quare in parabolis loqueris eis?*

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Ὅτι ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, ἐκείνοις δὲ οὐ δέδοται.

11 Ipſe verò reſpondens dixit eis, Quia vobis datū eſt noſſe mysteria regni cælorum, illis autem non eſt datum.

11 *Qui reſpondens ait illis, Quia vobis datum eſt noſſe myſteria regni cælorum, illis autem non eſt datum.*

infrà 25.v.29 Ὅστις γὰρ ἔχει, δοθήσεται αὐτῷ, καὶ περισσευθήσεται· ὅστις δὲ οὐκ ἔχει, καὶ ὃ ἔχει, ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ.

12 Quiſquis enim habet, dabitur ei, & reddetur abundantior: quiſquis autem non habet, etiā quod habet tolletur ab eo.

12 *Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet, auferetur ab eo.*

Διὰ τοῦτο ἐν παραβολαῖς αὐτοῖς λαλῶ, ὅτι βλέποντες οὐ βλέπουσι, καὶ ἀκούοντες οὐκ ἀκούουσιν, οὐδὲ συνίουσι.

13 Propterea per parabolas loquor eis, quia videntes non vident, & audientes non audiunt, nec intelligunt.

13 *Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt.*

Isa.6.v.9 mar.4.b.12 luc.8.b.10 iohan.12.f.40 act.28.f.26 rom.11.c.8 Καὶ ἀναπληροῦται ἐπ' αὐτοῖς ἡ προφητεία Ἡσαΐου ἡ λέγουσα, Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε· καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε.

14 Itaque completur in ipſis prophetia Eſaiæ, quæ dicit, Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & nō cernetis.

14 *Et adimpletur in eis prophetia Eſaiæ, dicens, Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & nō cernetis.*

Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶ βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν· μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκούσωσι, καὶ τῇ καρδίᾳ συνιῶσι, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς.

15 Pinguefactum eſt enim cor populi huius, & auribus graviter audierunt, & oculis ſuis conniuerunt: nequando cernant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & ſanem eos.

15 *Incraſſatum eſt enim cor populi huius, & auribus graviter audierūt, & oculos ſuos clauſerūt: nequādo videant oculis, & auribus audiāt, & corde intelligāt, & cō uertantur, & ſanē eos.*

Ὑμῶν δὲ μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ ὅτι βλέπουσι, καὶ τὰ ὦτα ὑμῶν ὅτι ἀκούει.

16 Veſtri verò beati ſunt oculi, quòd cernant: & aures veſtræ, quòd audiant.

16 *Veſtri autē beati oculi, quia vident: & aures veſtræ, quia audiunt.*

11 Quia, ὅτι. Eraſmus omiſit hanc particulam tanquam redundantem, vt ſæpe aliàs πλεονάζῃ. Mihi autem videtur cauſæ vim habere hoc loco, & cum ſuperiore interrogatione cohærere. Itaque puto rectè expreſſam eſſe à Vetere interprete. Myſteria, μυστήρια. id eſt arcana. Hic quoque vocabulum Græcum ſeruaui, ſed quo frequenter Cicero etiam ipſe vtitur. Illis autē non eſt datum, ἐκείνοις δὲ οὐ δέδοται. In duobus exemplaribus ſcriptum erat, ἐκείνους δὲ οὐ παραβολαῖς, Illis verò per parabolas. quod eſt in Luca.

12 Reddetur abundantior, περισσευθήσεται. Sic rectè Eraſmus, vt oſtenderet non ſignificari ſimplicem abundantiam, ſed incrementum. Neque enim ſtatim abundat cuius facultates auctæ ſunt. Quod habet, ἔχει. id eſt, quod ſe putat habere, Luc. 8. verſ. 18. Euanida ſunt enim Dei dona in reprobis, de quibus nihilominus ſuperbiunt.

13 Quia, ὅτι. In ſexto exemplari ſcriptū erat, ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι, καὶ ἀκούοντες μὴ ἀκούωσι, μηδὲ συνιῶσι· καὶ οὐκ ἐπιστρέψωσι καὶ ἰαθῶσιν. Id eſt, Vt videntes (nam hic accipitur βλέπω pro ὁρᾷς) non videant, & audientes non audiant, neque intelligant. Tunc igitur implebitur eis.

14 Auditu, ἀκοῇ. Sic rectius conuertit Vetus interpres quàm Eraſmus, qui Auribus interpretatur, quaſi ſcriptum ſit ἀκοαῖς: & apud Eſaiam non שמוע, ſed שמעו. Eſt autem hæc Hebraica phraſis, audiendo audite, & videndo videre, omnibus (vt exiſtimo) ſatis nota. Audietis, ἀκούσετε. In duobus exemplaribus ſcriptum erat, ἀκούσητε καὶ βλέψητε. id eſt, audiatis & videatis: quod melius quadrat cum Hebræis. Quanquam hæc etiam futura indicatiui poſſumus per imperandi modum vertere: hoc modo, Auditu audite, & ne intelligite: & videntes videte, & ne cernite. Eſt enim familiariſſima Hebræis hæc enallage. Quod autem attinet ad οὐ μὴ, quamuis plerunque ſint hæ particulæ negantes (ſicut annotat Eraſmus, & Budæus quoque in Commentariis linguæ Græcæ) tamen interdum etiam ἀπαγορευτικῶς ponuntur. Euripides, οὐ μὴ ἐρεῖς, nequaquam dixeris. Ariſtoph. οὐ μὴ ἀπολῇς, μηδὲ πάθῃς ἃ σὺ τοὺς ἀρχαιολόγους ὦσιν. id eſt, Nequaquam irriſeris, neque feceris quæ ſæculēti iſti dii ſolent. Sic etiam commodius accipi poſſe videtur Gal. 5. c. 16. Non cernetis, οὐ μὴ ἴδητε. vel, Non perſpicietis. Vulgata, Nō videbitis. Eraſmus rectè mihi videtur diſtinxiſſe τὸ ἰδεῖν à βλέπειν. Nam hoc quidem loco, τὸ βλέπειν videtur ſimpliciter accipi pro eo quod Latini dicunt Videre, quod longè minus eſt quàm ἰδεῖν, id eſt perſpicere & cernere. Hoc enim eſt potius animi quàm oculorum: ſicut plus eſt intelligere quàm audire. Sed tam commodo & apto vocabulo non poteſt notari hæc differentia in aurium ſenſu. Nam ἀκούειν, ſemper eſt mentis, quum vtrunque illud de oculis propriè dicatur. Fateor tamen hanc differentiam perpetuam nō eſſe. Siquidem etiam duobus verſiculis ſequentibus ἀκούειν dici videtur non de ſimplici auditione, ſed de eo quod quum audieris, intelligas: contrà τὸ βλέπειν, verſiculo 16, pro Cernere: verſiculo autem 17, ἰδεῖν & βλέπειν de externa viſione dicuntur, ſine vllo diſcrimine. Hæc autem annotaui, partim nequis temere putet quicquam mutatum: partim quòd iſta verborum notione videtur hic locus nonnihil illuſtrari.

15 Pinguefactū eſt, ἐπαχύνθη. Vulg. & Eraſ. Incraſſatū eſt: quod nō memini legere apud idoneos authores. Teſtantur autem phyſiognomi cor magnum & obeſum declarare ingenium hebes & ſtolidum. Oculis ſuis conniuerunt, τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν. Occludendi vocabulum (quo vtuntur Vetus interpres & Eraſmus) nimium latè patet: quum καμμύειν pro κατεμύειν Græcis propriè de oculis dicatur, ſicut apud Latinos Conniuere.

Conuertātur, ἐπιστρέψωσι. Iam antè admonuimus שוב (id eſt cōuerti) idem valere quod μετανοεῖν. i. reſipiſcere.

Quoties

Αμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν ὅτι πολλοὶ προφῆται καὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδαν· καὶ ἀκοῦσαι ἃ ἀκούετε, καὶ οὐκ ἤκουσαν.

17 ¶Amen enim dico vobis, multi Prophetæ & iusti desiderarunt videre quæ videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt.

17 *Amen quippe dico vobis quia multi Prophetæ & iusti cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt.* Luc.10.d.24

Υμεῖς οὖν ἀκούσατε τὴν παραβολὴν τοῦ σπείροντος.

18 Vos igitur audite parabolã eius qui seminat.

18 *Vos ergo audite parabolam seminantis.*

Παντὸς ἀκούοντος τὸν λόγον τῆς βασιλείας καὶ μὴ συνιέντος, ἔρχεται ὁ πονηρὸς, καὶ ἁρπάζει τὸ ἐσπαρμένον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. οὗτός ἐστιν ὁ παρὰ τὴν ὁδὸν σπαρείς.

19 ¶Quoties quispiam audit ſermonẽ de regno illo, & nõ intelligit, venit ille Malus, & rapit quod ſatũ eſt in corde ipſius: is eſt qui iuxta viam ſemen excepit.

19 *Omnis qui audit verbum regni & non intelligit, venit Malus, & rapit quod seminatum est in corde eius. hic est qui secus viam seminatus est.* Mar.4.b.15 Luc.8.b.12

Ὁ δὲ ἐπὶ τὰ πετρώδη σπαρείς, οὗτός ἐστιν ὁ τὸν λόγον ἀκούων, καὶ εὐθὺς μετὰ χαρᾶς λαμβάνων αὐτόν.

20 Qui verò in petroſa ſemen excepit, is eſt qui ſermonem audit, & eum ſtatim cum gaudio accipit:

20 *Qui autem super petrosa seminatus est, hic est qui verbum audit, & continuò cum gaudio accipit illud:*

Οὐκ ἔχει δὲ ῥίζαν ἐν ἑαυτῷ, ἀλλὰ πρόσκαιρός ἐστι· γενομένης δὲ θλίψεως ἢ διωγμοῦ διὰ τὸν λόγον, εὐθὺς σκανδαλίζεται.

21 Non habet autem radicem in ſeſe, ſed temporarius eſt: ortáque oppreſſione vel perſequutione propter ſermonem, ſtatim offenditur.

21 *Non habet autem radicem in se, sed est temporalis: facta autem tribulatione & persequutione propter verbum, continuò scandalizatur.*

Ὁ δὲ εἰς τὰς ἀκάνθας σπαρείς, οὗτός ἐστιν ὁ τὸν λόγον ἀκούων· καὶ ἡ μέριμνα τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ ἡ ἀπάτη τοῦ πλούτου συμπνίγει τὸν λόγον, καὶ ἄκαρπος γίνεται.

22 Qui verò in ſpinas ſemẽ excepit, is eſt qui ſermonem audit: ſed ſolicitudo ſeculi huius, & fallacia diuitiarũ ſuffocat ſermonem, & fit infructuoſus.

22 *Qui autem seminatus est in spinis, hic est qui verbum Dei audit: & sollicitudo seculi istius, & fallacia diuitiarũ suffocat verbum, & sine fructu efficitur.*

19 Quoties quiſpiam audit, πανὸς ἀκούοντος. Vulgata, Omnis qui audit. id eſt, πᾶς ὁ ἀκούων. Eraſmus, Quũ quiuis audit. Ad verbum, Omni audiente. Sed conſtat huiuſmodi caſus abſolutos in particulam Quum reſolui ſolere. Hoc autem loco particula vniuerſalis addita participio, exprimenda fuit. Itaque pro Quum dixi Quoties: & verbo præpoſui particularem Quiſpiam: quoniam τὸ καθόλου exiſtimo referri ad tempus, orationem autem ipſam, quod ad ſubiectum attinet, potius indefinitam eſſe quàm vniuerſalem. Neque enim πανὸς ἀκούοντος declarat Omnibus audientibus, ſed Quoties aliquis audit. Sermonẽ de regno illo, τὸν λόγον τῆς βασιλείας. Vulgata, Verba regni. Eraſmus ad verbum, Sermonem regni: quod mihi viſum eſt obſcurum. Dicimus enim Latinè Sermonem de re aliqua fieri, non alicuius rei: & rurſus, Sermo eius dicitur à quo, non de quo habetur. Itaque haud ſatis ſcio quò reſpexerit ille qui nuper Sermonem regium conuertit. Nam etſi hæc eſt conſuetudo Hebræi ſermonis vt genitiuos appellatiuorum pro adiectiuis vſurpẽt, hoc tamen perpetuum non eſt, quum ſæpe appellatiua vim ſuam conſeruent. Deinde prætermittendus non fuit articulus, quo oſtenditur de certo regno hic agi, nempe cæleſti & æterno: quam tamen emphaſin non putauimus vbique obſeruandam. Ille Malus, ὁ πονηρός. Eraſmus rectè articulum expreſsit: & haud ſcio an in Dominica oratione addendus fuerit. Nos tamen illic noluimus quicquam mutare, nequis offenderetur. Rapit, ἁρπάζει. In quodam exemplari legitur αἴρει, tollit. Quod ſatum eſt, τὸ ἐσπαρμένον. Satio iſta ad auditionẽ duntaxat refertur, abſque intelligẽtia, quanuis fiat cordis mentio. Nam ſiue ſemen excipiatur animo, ſiue minus, qui ſeminat, ſemper animo ſeminat. Semen excepit, σπαρείς. Ad verbũ, Satus. Nam homo ſatus hic dicitur eadem ratione qua ſatũ agrum vocamus qui ſemen excepit: vt rectè obſeruat Eraſmus.

21 Temporarius, πρόσκαιρος. Vulg. Temporalis: quod etiam vocabulum pro eo quod nonniſi ad tempus perſeuerat, à Quintiliano vſurpatur lib.6.cap.10. Illud autem apud vtrunque Plinium frequenter occurrit. Deinde quum vulgò in ſcholis opponantur temporalia ſpiritualibus, ſtudui amphiboliam vitare. Oppreſſione, θλίψεως. Vulg. Tribulatione, id eſt πειρασμοῦ, potius quàm θλίψεως. Eraſ. Afflictione. Sed afflictus magis propriè dicitur ὁ καταδεδυναστευμένος. Affligere enim ſignificat proſternere, & ad terram dare ita vt elidas: quod Græci dicunt καταπατεῖσθαι καὶ καταπεπατῆσθαι. At θλίβειν ſignificat πιέζειν, & tam arctè aliquid ſtringere vt opprimas. Itaque afflictionis nomen exprimit quidẽ rem ipſam, ſed non ita videtur Græco vocabulo reſpondere. Vel ἢ. In quinto exemplari ſcriptum erat καὶ, &c.

22 Sed, καὶ. Vulgata & Eraſmus, Et. Reſpondet autem particula ו Hebræorum literæ, quæ interdum etiam ponitur pro אבל, id eſt Sed: vt Geneſ.42.b.10. Et vſus etiam erat Euangeliſta in ſuperiore membro particula δὲ: & ita Vetus ipſe interpres conuertit 1.Iohan.1.c.10. Sed de hac enallage ſæpe iam dictum eſt à nobis.

Fallacia, ἀπάτη. Ἀπατᾶν ſignificat extra viam ducere, & facere vt aliquis à via aberret, vt annotauit Eraſmus: ſed Latinum verbum non addidit: id autem eſt Seducere, eadem prorſus tranſlationis ratione. Sed ſeductionem pro fallacia vix Latinè dicas. Sermonem, τὸν λόγον. Quoddam exemplar addit τοῦτον, hunc. Infructuoſus, ἄκαρπος. Vulgata, Sine fructu, impropriè. poteſt enim aliquid ſine fructu eſſe quod tamen non ſit infructuoſum. Exemplo nobis eſt ſalix, quam Homerus appellat ἀκηκάρπον, quaſi frugiperdam dicas, quæ tamen propterea infructuoſa non eſt. Eraſmus, Infrugifer: quod vocabulum non memini legere apud idoneos authores: quanquam frugifer dicatur Lucano libro primo, Quantis frugifero quercus ſublimis in agro.

Ο δὲ ἐπὶ τὸ καλὸν σπαρείς, οὗτός ἐστιν ὁ τὸν λόγον ἀκούων καὶ συνιείς, ὃς δὴ καὶ καρποφορεῖ, καὶ ποιεῖ, ὁ μὲν ἑκατὸν, ὁ δὲ ἑξήκοντα, ὁ δὲ τριάκοντα.

23 Qui verò in terram bonam excepit ſemen, is eſt qui ſermonem audit & intelligit, qui videlicet fructum fert: editque alius quidem centena, alius ſexagena, alius verò tricena.

23 Qui verò in terram bonam ſeminatus eſt, hic eſt qui audit verbum, & intelligit, & fructum affert: & facit aliud quidē centeſimum, aliud autem ſexageſimum, aliud verò triceſimum.

Ἄλλην παραβολὴν παρέθηκεν αὐτοῖς, λέγων, Ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ σπείροντι καλὸν σπέρμα ἐν τῷ ἀγρῷ αὐτοῦ.

24 Aliam parabolam propoſuit eis, dicens, Simile eſt regnū cælorum homini ſeminanti bonum ſemen in agro ſuo.

24 Aliam parabolam propoſuit illis, dicens, Simile factum eſt regnum cælorū homini qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo.

Ἐν δὲ τῷ καθεύδειν τοὺς ἀνθρώπους ἦλθεν αὐτοῦ ὁ ἐχθρὸς, καὶ ἐπέσπειρε ζιζάνια ἀνὰ μέσον τοῦ σίτου καὶ ἀπῆλθεν.

25 Quum autem dormirent homines venit eius inimicus, & ſeminauit zizania inter triticum: abiitque.

25 Quum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & ſuper ſeminauit zizania in medio tritici: & abiit.

Ὅτε δὲ ἐβλάστησεν ὁ χόρτος, καὶ καρπὸν ἐποίησε, τότε ἐφάνη καὶ τὰ ζιζάνια.

26 Quū verò germinaſſet herba, & fructum edidiſſet, tunc apparuerunt etiam zizania.

26 Quū autē creuiſſet herba, & fructum feciſſet, tūc apparuerūt & zizania.

Προσελθόντες δὲ οἱ δοῦλοι τοῦ οἰκοδεσπότου, εἶπον αὐτῷ, Κύριε, οὐχὶ καλὸν σπέρμα ἔσπειρας ἐν τῷ σῷ ἀγρῷ; πόθεν οὖν ἔχει τὰ ζιζάνια;

27 Accedentes autem ſerui patriſſamiliâs, dixerunt ei, Domine, nonne bonum ſemē ſeminaſti in tuo agro? vnde ergo habet zizania?

27 Accedentes autem ſerui patriſſamiliâs, dixerūt ei: Domine nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? unde ergo habet zizania?

Ὁ δὲ ἔφη αὐτοῖς, Ἐχθρὸς ἄνθρωπος τοῦτο ἐποίησεν. Οἱ δὲ δοῦλοι εἶπον αὐτῷ, Θέλεις οὖν ἀπελθόντες συλλέξωμεν αὐτά;

28 Ille verò dixit eis, Inimicus quiſpiam hoc fecit. Serui autem dixerunt ei, Vis igitur abeamus & colligamus ea?

28 Et ait illis, Inimicus homo hoc fecit. Servi autem dixerunt ei. Vis igitur imus, & colligimus ea?

Ὁ δὲ ἔφη, Οὔ· μήποτε συλλέγοντες τὰ ζιζάνια, ἐκριζώσητε ἅμα αὐτοῖς τὸν σῖτον.

29 At ille dixit, Non: ne colligēdo zizania, eradicetis ſimul cū eis triticum.

29 Et ait, Non: ne forte colligentes zizania, eradicetis ſimul cum eis & triticum.

Ἄφετε συναυξάνεσθαι ἀμφότερα μέχρι τοῦ θερισμοῦ· καὶ ἐν τῷ καιρῷ τοῦ θερισμοῦ ἐρῶ τοῖς θερισταῖς, Συλλέξατε πρῶτον τὰ ζιζάνια, καὶ δήσατε αὐτὰ εἰς δέσμας, πρὸς τὸ κατακαῦσαι αὐτά· τὸν δὲ σῖτον συναγάγετε εἰς τὴν ἀποθήκην μου.

30 Sinite ſimul creſcere vtraque vſque ad meſſem: & tempore meſſis dicā meſſoribus, Colligite primùm zizania, & ligate ea in faſciculos, ad exurendum ea: triticum verò cogite in horreum meum.

30 Sinite utraque creſcere uſque ad meſſem: & in tempore meſſis dicam meſſoribus, Colligite primum zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendū: triticum autem congregate in horreum meum.

Mat. 4. d. 30 Mar. 13. d. 18

Ἄλλην παραβολὴν παρέθηκεν αὐτοῖς, λέγων, Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν κόκκῳ σινάπεως, ὃν λαβὼν ἄνθρωπος ἔσπειρεν ἐν τῷ ἀγρῷ αὐτοῦ·

31 ‖Aliam parabolam propoſuit eis, dicens, Simile eſt regnū cælorum grano ſinapis, quod acceptum quiſpiam ſeminauit in agro ſuo:

31 Aliam parabolam propoſuit eis, dicens, Simile eſt regnum cælorum grano ſinapis, quod accipiens homo ſeminauit in agro ſuo.

Μικρότερον μέν ἐστι πάντων τῶν σπερμάτων· ὅταν δὲ αὐξηθῇ, μεῖζον τῶν λαχάνων ἐστὶ καὶ γίνεται δένδρον· ὥστε ἐλθεῖν τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατασκηνοῦν ἐν τοῖς κλάδοις αὐτοῦ.

32 Quod minimum quidem eſt omnium ſeminum: quum autem excreuerit, maximum eſt olerū: & fit arbor: adeo vt veniant volucres cæli & nidulentur in ramis ipſius.

32 Quod minimum quidem eſt omnibus ſeminibus: quum autem creuerit, maius eſt omnibus oleribus: & fit arbor: ita ut volucres cæli veniāt & habitent in ramis eius.

23 Qui videlicet, ὃς δή. Miror placuiſſe Eraſmo vt relatiuū referretur ad λόγον, quum appareat Chriſtum non de vno aliquo homine, ſed de vno hominum genere loqui, cuius poſtea varias ſpecies enumerat. Nam (vt ait Paulus 1. Corinth. 12. a. 4) varia ſunt dona. Fructum fert, καρποφορεῖ. Hoc exprimunt Græci vno verbo, pro quo barbari dicunt Fructificare. Tricena, τριάκοντα. In duobus exemplaribus repetitur, ἵνα τις ἔχῃ ἀκούειν, ἀκουέτω: id eſt, qui habet aures ad audiendum, audiat.

24 Seminanti, σπείροντι. Vulgata, Qui ſeminauit, id eſt σπείραντι. quod etiam ſcriptum inuenimus in duobus exemplaribus, & videtur melius cohærere cum iis quæ proximè conſequuntur.

25 Inter, ἀνὰ μέσον. Vulgata, In medio. Ad verbum, Per medium. Sic Gallicè dicimus parmi. Hebræi בתוך.

27 Seminaſti, ἔσπειρας. Eraſ. Seminaueras. id eſt ἐσπάρκεις. Sed frequentiſsimè aoriſti pro pluſquamperfectis accipiuntur, vt infrà 6. a. 5.

30 Ad exurendum, πρὸς τὸ κατακαῦσαι. Vulgata & Eraſmus, Ad comburendum. Vide ſuprà 3. c. 12.

32 Olerum, τῶν λαχάνων. Eraſmus, Inter olera. In tribus vetuſtis exemplaribus additur πάντων omnium, ſicut etiam legit Vetus interpres. Veniant, ἐλθεῖν. In Complutenſi editione legitur καταβῆναι. i. deſcendant.

Et nidulentur, κατασκηνώσουσιν. Sic Eraſmus rectè conuertit. Nidos enim ſuprà vocauit κατασκηνώσεις, 8.c.20. quaſi tabernacula vel vmbracula dicas: qua etiam ratione à Græcis diſſertioribus σκηναὶ dicuntur, quòd ſint ex baccillis & feſtucis compacti. Vulg. Et habitent.

Ἄλλην παραβολὴν ἐλάλησεν αὐτοῖς, Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ζύμῃ, ἣν λαβοῦσα γυνὴ ἐνέκρυψεν εἰς ἀλεύρου σάτα τρία, ἕως οὗ ἐζυμώθη ὅλον.

33 ‖ Aliam parabolam ᵛ loquutus eſt eis, *dicens*, Simile eſt regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier ᵛ condidit in farinæ ᵛ ſatis tribus, vſquequo fermentaretur tota.

33 *Aliam parabolam loquutus eſt eis, Simile eſt regnum cælorum fermento quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus, donec fermentatum eſt totum.* Luc.13.c.18.

Ταῦτα πάντα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς ἐν παραβολαῖς τοῖς ὄχλοις· καὶ χωρὶς παραβολῆς οὐκ ἐλάλει αὐτοῖς.

34 Hæc omnia loquutus eſt Ieſus per parabolas ad turbam: ‖ & abſque parabola nihil loquutus eſt eis.

34 *Hæc omnia loquutus eſt Ieſus in parabolis ad turbas: & ſine parabola non loquebatur eis.* Mar.4.d.34

Ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου, λέγοντος, Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου· ἐρεύξομαι κεκρυμμένα ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.

35 Vt compleretur quod dictum fuit per Prophetam, dicentem, ᵛ ‖ Aperiã per parabolas os meum: eructabo occultata ᵛ à iactis fundamẽtis mũdi.

35 *Vt impleretur quod dictum erat per Prophetã, dicentem, Aperiam in parabolis os meum: eructabo abſcondita à conſtitutione mundi.* Pſal.73.a.8

Τότε ἀφεὶς τοὺς ὄχλους ἦλθεν εἰς τὴν οἰκίαν· καὶ προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες, Φράσον ἡμῖν τὴν παραβολὴν τῶν ζιζανίων τοῦ ἀγροῦ.

36 Tunc dimiſſa turba venit domum Ieſus, & adierunt eum diſcipuli eius, dicentes, ᵛ Ediſſere nobis parabolam zizaniorum agri illius.

36 *Tunc dimiſſis turbis venit in domum, & acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, dicentes, Ediſſere nobis parabolam zizaniorum agri.*

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Ὁ σπείρων τὸ καλὸν σπέρμα, ἐστὶν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου·

37 Ipſe verò reſpondens dixit eis, Qui ſeminat bonum ſemen, eſt Filius hominis:

37 *Qui reſpondens ait illis, Qui ſeminat bonum ſemen, eſt Filius hominis:*

Ὁ δὲ ἀγρός, ἐστὶν ὁ κόσμος. Τὸ δὲ καλὸν σπέρμα, οὗτοί εἰσιν οἱ υἱοὶ τῆς βασιλείας· τὰ δὲ ζιζάνιά, εἰσὶν οἱ υἱοὶ τοῦ πονηροῦ.

38 Ager autem, eſt mundus. bonum verò ſemen, ſunt filii ᵛ regni: zizania verò, ſunt filii ᵛ illius Mali.

38 *Ager autem, eſt mundus. bonum verò ſemen, hi ſunt filii regni: zizania autem filii ſunt Nequam.*

Ὁ δὲ ἐχθρὸς ὁ σπείρας αὐτά, ἐστὶν ὁ διάβολος· ὁ δὲ θερισμός, συντέλεια τοῦ αἰῶνός ἐστιν. οἱ δὲ θερισταί, ἄγγελοί εἰσιν.

39 Inimicus autem qui ſeminauit ea, eſt diabolus: ‖ meſſis verò, conſummatio ſeculi eſt. meſſores autem, Angeli ſunt.

39 *Inimicus autem qui ſeminauit ea, eſt diabolus: meſſis verò, conſummatio ſeculi eſt. meſſores autem Angeli ſunt.* Apoc.14.c.15 ioel 3.c.13

Ὡς οὖν συλλέγεται τὰ ζιζάνια, καὶ πυρὶ κατακαίεται· οὕτως ἔσται ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος τούτου.

40 Sicut ergo colliguntur zizania, & igni exuruntur: ita erit in conſummatione ſeculi huius.

40 *Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur: ſic erit in conſummatione ſeculi.*

Ἀποστελεῖ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, καὶ συλλέξουσιν ἐκ τῆς βασι-

41 Mittet Filius hominis Angelos ſuos, qui colligent ex ipſius

41 *Mittet Filius hominis Angelos ſuos, & colligent de regno eius*

33 Loquutus eſt eis, ἐλάλησεν αὐτοῖς. Quoddam exemplar addit λέγων, dicens, cuius authoritatem ſumus ſequuti. Condidit, ἐνέκρυψεν. Vetuſta omnia exẽplaria ſcriptũ habebant ἔκρυψεν, eodem ſenſu. Vulg. Abſcondit. Eraſmus, Abſcondidit. Ego verò quum τὸ κρύπτειν interpretari ſoleam Occultare, hic malui condendi vocabulo vti. Id enim occultare vel abſcondere dicimur quod eo conſilio ſeponimus vt vbi fit, ab aliis non intelligatur.

Satis tribus, σάτα τρία. id eſt, epha vnũ, ſiue modios quatuor & ſemis. Nam שלש apud Iudæos menſura fuit rerum aridarum, ſeſquimodium capiens, quam ter continebat epha. Sed exiſtimo nonnullos intempeſtiuè in hac menſura philoſophari. Tota, ὅλον. Vulgata & Eraſmus, Totum. At ego repetendum puto ἄλευρον.

35 Aperiam per parabolas, ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς. Hebræũ dicendi genus, pro Loquar parabolas. A iactis fundamentis, ἀπὸ καταβολῆς. Vulgata & Eraſmus, A cõſtitutione. καταβάλλειν ſignificat in inferiorem locum iacere: ſicut fieri ſolet in ædificiorum fundamentis. Vnde καταβολὴ, fundamentum. Verùm quia hoc loco non res ipſa, ſed tempus rei geſtæ ſignificatur, malui vti verborum ambitu: quem etiam probat Eraſmus in annotationibus.

36 Ediſſere, φράσον. Id eſt, declara & explica: quo poſteriore vocabulo vtitur hic Eraſmus, quum infrà 15. b.15, cũ Vetere interprete maluerit ſimplex Diſſerendi verbum vſurpare. Eſt igitur φράζειν hoc loco diuerſum à λέγειν, vel λαλεῖν: vnde φράσις Græcis dicitur qui Latinis ſtylus. Permutantur hæc tamen interdum, vt φράζειν & λαλεῖν, idem valeant. Itaque Cicero Theophraſti nomen in Oratore interpretans, eum dicit à diuinitate loquendi nomen inuenieſſe. Agri illius, τοῦ ἀγροῦ. id eſt, quæ in illo agro ſata fuiſſe dixiſti. Eſt enim articuli vis hoc loco ἀναφορικὴ. ſuprà verò 6.c.28, & 30, aliter accipitur ἀγρός, non addito articulo, nempe adiectiui loco.

38 Regni, τῆς βασιλείας. Vide ſuprà 8.b.12. Filios autem regni non vocat vt ſuprà 8.b.12, omnes in genere regni Dei incolas, ſed eos demũ qui ſic ſunt in Eccleſia vt ſint etiam ex Eccleſia. Illius Mali, τοῦ πονηροῦ. Vulgata, Nequam. Eraſmus rectè expreſsit articulum, non modò quia de diabolo agitur, (qui κατ' ἐξοχὴν dicitur ὁ πονηρὸς) ſed etiam vt diſtinguatur caſus.

λείας αὐτῶν πάντα τὰ σκάνδαλα, καὶ τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν·

42 Καὶ βαλοῦσιν αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρός· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

Sapien. 3. b. 7. dan. 12. b. 3.

43 Τότε οἱ δίκαιοι ἐκλάμψουσιν ὡς ὁ ἥλιος, ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρὸς αὐτῶν. Ὁ ἔχων ὦτα ἀκουέτω, ἀκουέτω.

44 Πάλιν ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν θησαυρῷ κεκρυμμένῳ ἐν τῷ ἀγρῷ· ὃν εὑρὼν ἄνθρωπος ἔκρυψε, καὶ ἀπὸ τῆς χαρᾶς αὐτοῦ ὑπάγει, καὶ πάντα ὅσα ἔχει πωλεῖ, καὶ ἀγοράζει τὸν ἀγρὸν ἐκεῖνον.

45 Πάλιν ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ ἐμπόρῳ, ζητοῦντι καλοὺς μαργαρίτας·

46 Ὃς εὑρὼν ἕνα πολύτιμον μαργαρίτην, ἀπελθὼν πέπρακε πάντα ὅσα εἶχε, καὶ ἠγόρασεν αὐτόν.

47 Πάλιν ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν σαγήνῃ βληθείσῃ εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἐκ παντὸς γένους συναγαγούσῃ·

48 Ἣν, ὅτε ἐπληρώθη, ἀναβιβάσαντες ἐπὶ τὸν αἰγιαλόν, καὶ καθίσαντες συνέλεξαν τὰ καλὰ εἰς ἀγγεῖα, τὰ δὲ σαπρὰ

regno omnia offendicula, & eos qui faciunt iniquitatem:

42 Proiiciéntque eos in fornacem ignis: illic erit fletus, stridórque dentium.

43 Tunc iusti fulgebunt vt sol, in regno Patris sui. Qui habet aures ad audiendum, audiat.

44 Rursus simile est regnum cælorum thesauro occultato in agro: quem inuentum homo occultauit, & præ gaudio quod accipit ex eo, subducit sese, & omnia quæ habet vendit, emítque agrum illum.

45 Rursus simile est regnum cælorum cuipiam negotiatori, quærēti pulchras margaritas:

46 Qui inuenta quapiam magni pretii margarita, abiens venundedit omnia quæ habebat, & emit eam.

47 Rursum simile est regnum cælorum sagenæ iactæ in mare, & quæ ex omni rerum genere coegit:

48 Quam impletam piscatores subduxerunt in littus: & sedentes collegerunt quæ bona sunt, in vasa, putria verò

omnia scandala, & eos qui faciūt iniquitatē:

42 Et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus & stridor dentium.

43 Tunc iusti fulgebunt sicut sol, in regno Patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat.

44 Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit & vendit vniuersa quæ habet, & emit agrū illum.

45 Iterum simile est regnum cælorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas:

46 Inuenta autē una pretiosa margarita, abiit & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam.

47 Iterum simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscū congregāti:

48 Quam, quum impleta esset, educentes, & secus litus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem

41 Qui faciunt iniquitatem, τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν. De hoc dicendi genere vide suprà 7. d. 13. Cæterùm qui hac parabola abutuntur vt hæreticorum impunitati patrocinentur, multis modis errāt. Nec enim hic agitur de peculiari sed de vniuersali repurgatione, eáque non Ecclesiæ solùm sed totius mundi: vt ex Angelorum quæstione, & patrisfamiliās responso, & ipsa parabolæ explicatione liquet. Deinde, neque de ciuilis magistratus officio, nec de ministerio Verbi differit Christus hoc in loco, sed de extremo Dei ipsius iudicio, quod per Angelos suos exequetur. Tertiò, quum Christus ipse zizania interpretetur omnia offendicula, siue omnes eos qui sunt iniquitati dediti, nemo non videt solos hæreticos nō posse intelligi in hac similitudine, ac proinde tolli omnia ciuilia iudicia ab iis qui hanc parabolā sic exponunt acsi nollet Christus in hæreticos animaduerti.

42 In fornacem ignis, εἰς κάμινον πυρός. i. in fornacem ardentem, ex Hebræorum idiomate, vt Psal. 21. c. 10.

43 Patris sui, τοῦ πατρὸς αὐτῶν. In quodam exemplari, pro τῶν = τοῦ αὐτῶν, scriptum erat τῶν οὐρανῶν, cælorum.

44 Præ gaudio. In hoc dicendi genere libentius Græci vtuntur præpositione ὑπὲρ: quanquam ita etiam interdū loquitur Thucydides ille ἀξιοπίστως. Gaudio quod accipit ex eo, τῆς χαρᾶς αὐτοῦ. id est, de eo thesauro reperto. nisi malimus ad ipsum inuentorem referre, & vti reciproco. Vulgata ad verbum, Gaudio illius. quod quia perobscurum est, circuitione vsi sumus. Erasmus, Quod habet super eo. Subducit sese, ὑπάγει. id est, clām discedit. Nam ὑπάγειν id videtur declarare hoc loco, & amplius aliquid significare quàm ἀπέρχεσθαι, id est abire: quo modo sæpe sumus interpretati.

46 Qui inuenta, ὃς εὑρών. Vulg. Inuenta autem. id est, εὑρὼν δέ. quod scriptum inuenimus in duobus vetustis codicibus. Magni pretii, πολύτιμον. Hoc Græci vno verbo exprimūt. Vulg. & Eras. Pretiosa. id est τίμιον. Ouidius, Exercet pretiosa odia & constantia magno. Habebat, ἔχε. Erasmus, Possidebat. id est ἐκτᾶτο.

47 Sagenæ, σαγήνῃ. Hoc vocabulo vtitur Manilius lib. 5. Est autē sagena, retis genus, à quo vernaculū vocabulū *seine* deductū videri possit. Eras. verriculo: quo nomine Valla (neque id rectè admodum, meo iudicio) interpretatur ἀμφίβληστρον. vt suprà 4. c. 19 monuimus, ex Ruffi medici descriptione lib. 1. quō loco de partibus oculorum agit. Nam tunica oculi quæ Græcis medicis ἀμφιβληστροειδὴς, à figura τοῦ ἀμφιβλήστρου, appellatur, omnino refert illud retis genus quod nostri dicunt *un espreuier*: Latini verò (ni fallor) fundam. Virg. lib. 1. Georg. Atque alius funda latum iam verberat amnem, Alta petens, pelagóque alius trahit humida lina. Quo loco Seruius fundam interpretatur σάλον: Romani quoque iaculum. Atque adeo nostri piscatores, quod superius diximus appellari *l'espreuier*, (id est ἀμφίβληστρον) vocitant *un iet*, vtraque lingua vim & etymon Græci vocabuli retinente. Fundam verò dictam volunt eo loco Grammatici quòd desuper in amnem fundatur, & mox cum præda in sublime referatur: quo modo etiā Gallico sermone dicimus, *l'espreuier fond d'eaue*: nimirum de aue loquentes, quum toto impetu è sublimi deorsum fertur, & corruere in prædam videtur: vnde appellationem quoque lingua nostra vernacula habuit genus illud retis quod ἀμφίβληστρον Græci dicunt. Cæterùm in superioribus Virgilii versiculis, Humida lina, omnes interpretantur Verriculū. i. (vt nonnulli volunt) σπάγγους. Quæ quidē etsi παίργως, tamē libēter hoc loco annotauimus, & plerosque, huiusmodi vocabulorū proprietates magnopere ob seruādas, parū intellexisse videam. Et quæ ex omni *rerum* genere coegit, ἣ ἐκ παντὸς γένους συναγαγούσῃ. i. quæ collegit res varias. Neque enim hoc de piscibus tantùm intelligo, etsi aliter sentire videtur Erasmus: quū vocabulū σαπρὰ viuis piscibus parū cōueniat: neque, si ita esset, videatur Euangelista vsurpaturus fuisse neutrū genus.

48 Putria verò, τὰ δὲ σαπρά. i. qualia multa è maris fundo vnà cum piscibus eruuntur, vt sunt, muscus, alga, & cætera eiusmodi. Vulg. Malos autem, referens ad pisces. Eras. Quæ verò mala.

ἔξω βαλοῦσιν.

Οὕτως ἔσται ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος· ἐξελεύσονται οἱ ἄγγελοι, καὶ ἀφορίσουσι τοὺς πονηροὺς ἐκ μέσου τῶν δικαίων·

Καὶ βαλοῦσιν αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρός· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Συνήκατε ταῦτα πάντα; Λέγουσιν αὐτῷ, Ναί Κύριε.

Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Διὰ τοῦτο πᾶς γραμματεὺς μαθητευθεὶς εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ καινὰ καὶ παλαιά.

Καὶ ἐγένετο ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς τὰς παραβολὰς ταύτας, μετῆρεν ἐκεῖθεν.

Καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν πατρίδα αὐτοῦ, ἐδίδασκεν αὐτοὺς ἐν τῇ συναγωγῇ αὐτῶν· ὥστε ἐκπλήσσεσθαι αὐτοὺς, καὶ λέγειν, Πόθεν τούτῳ ἡ σοφία αὕτη, καὶ αἱ δυνάμεις;

Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; οὐχὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ λέγεται Μαριάμ, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ Ἰάκωβος καὶ Ἰωσὴς καὶ Σίμων καὶ Ἰούδας;

Καὶ αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ οὐχὶ πᾶσαι πρὸς ἡμᾶς εἰσι; πόθεν οὖν τούτῳ ταῦτα πάντα;

Καὶ ἐσκανδαλίζοντο ἐν αὐτῷ. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Οὐκ ἔστι προφήτης ἄτιμος εἰ μὴ ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ.

Καὶ οὐκ ἐποίησεν ἐκεῖ δυνάμεις πολλὰς, διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν.

Κεφάλαιον ιδ΄

ΕΝ ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἤκουσεν Ἡρῴδης ὁ τετράρχης τὴν ἀκοὴν Ἰησοῦ·

foras abiecerunt.

49 Ita erit in conſummatione ſeculi: exibunt Angeli, & ſeparabunt malos è medio iuſtorum:

50 Proiiciéntque eos in caminũ ignis: illic erit fletus & ſtridor dentium.

51 Dicit eis Ieſus, Intellexiſtis hæc omnia? Dicunt ei, Etiam Domine.

52 Ipſe verò dixit eis, Propterea omnis Scriba edoctus in regno cælorum, ſimilis eſt cuipiã patrifamiliâs, qui profert è theſauro ſuo noua & vetera.

53 Et factũ eſt quum conſummaſſet Ieſus parabolas iſtas, ſoluit illinc.

54 ‖ Et quum veniſſet in patriã ſuam, docebat eos in ſynagoga eorum: adeo vt percellerentur, ac dicerent, Vnde huic ſapientia iſta & virtutes?

55 Nõne iſte eſt ille fabri filius? nónne mater eius dicitur Maria, ‖ & fratres eius Iacobus & Ioſes & Simon & Iudas?

56 Et ſorores eius nónne omnes apud nos ſunt? vnde igitur iſti hæc omnia?

57 Et offendebantur in eo. Ieſus autem dixit eis, ‖ Non eſt Propheta inhonoratus niſi in patria ſua & domo ſua.

58 Neque edidit illic virtutes multas, propter incredulitatem eorum.

CAP. XIIII.

1 IN illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famã de Ieſu:

foras miſerunt.

49 *Sic erit in cõſummatione ſeculi: exibũt Angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum:*

50 *Et mittent eos in fornacem ignis: ibi erit fletus & ſtridor dentium.*

51 *Intellexiſtis hæc omnia? Dicunt ei, Etiam Domine.*

52 *Ait illis, Ideo omnis Scriba doctus in regno cælorum, ſimilis eſt homini patrifamiliâs, qui profert de theſauro ſuo noua & vetera.*

53 *Et factũ eſt quum conſummaſſet Ieſus parabolas iſtas, tranſiit unde.*

54 *Et veniens in patriam ſuam, docebat eos in ſynagogis eorum: ita vt mirarentur, & dicerent, Vnde huic ſapientia hæc, & virtutes?* Mar.6.a.3 luc.4.c.16

55 *Nónne hic eſt fabri filius? nónne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacob & Ioſeph & Simon & Iudas?* Ioh.6.c.42

56 *Et ſorores eius nónne omnes apud nos ſunt? unde ergo huic omnia iſta?*

57 *Et ſcandalizabantur in eo. Ieſus autẽ dixit eis, Non eſt Propheta ſine honore niſi in patria ſua & in domo ſua.* Mar.6.a.4 luc.4.d.24 ioh.4.f.44

58 *Et non fecit ibi virtutes multas, propter incredulitatem eorum.*

CAP. XIIII.

1 *IN illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam Ieſu:* Mar.6.b.14 luc.9.a.7

49 Exibunt, ἐξελεύσονται, videlicet miſſi à Domino. Eraſ. venient, id eſt ἐλεύσονται, neque id malè. Nam Hebræorum more ſæpe intelligitur conſequens ex antecedente, vt ſuprà 4.v.5. Et ita accipitur πρόδηλος pro φανὸς, Luc.14.v.10, & 1.Pet.3.v.19, & infrà 18.v.15. Separabunt, ἀφορίσουσιν. Eraſ. Segregabunt. quo verbo etiam Vetus interpres vtitur. Ego verò illud potius ſum amplexus, quia Græcum vocabulum eam demũ ſegregationem declarat quæ certo ſcopo deſtinata eſt: vt hoc loco dicantur impii ἀφορίζεσθαι, morti videlicet ſecũdæ. Hoc autem videtur Latino vocabulo Separari vtcunque exprimi: cuius ea vis eſſe videtur vt ſignificet ſepoſitum aliquid ad certum finem comparare. 51 Dicit eis Ieſus, λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς. Vulgata hoc non legit.

52 Edoctus, μαθητευθείς. Participium, non nomen, à verbo μαθητεύειν, id eſt διδάσκειν: quo vtitur infrà 28.d. 19. quod tamen etiam neutra ſignificatione accipitur pro diſcipulum eſſe, vt infrà 27.g.57. Quid ſit autem Scriba diximus ſuprà, 1 v.4. Sed videtur hic in genere pro doctore accipi. In regno, εἰς βασιλείαν. Eraſ. Ad regnũ. Ego malo εἰς pro ἐν poſitum eſſe, quæ permutatio etiam apud idoneos authores locum habet. Sic enim Sophocles in Aiace, ἐκεῖ μὲν ἐκεῖνοι πάντες εἰς δόμους μένουσι, pro ἐν δόμοις. Regnum autem cælorum vocat, vel Eccleſiam in qua regnat Deus, vel doctrinam ipſam quæ in Eccleſia regnat, per metonymiam.

53 Parabolas, παραβολὰς. Eraſmus, Sermones, id eſt λόγους. Soluit, μετῆρεν. Vulgata, Trãſiit. Ad verbum, Tranſtulit, ſubaudito reciproco. ſed pro ſimplici αἴρειν accipitur: dicitúrque propriè non de itinere terreſtri, ſed de nauigatione. Apparet autem ex Lucæ 8.c.22, Ieſum poſt hunc habitum ſermonẽ cõſcendiſſe nauim, neque ſtatim in patriam veniſſe. Itaque perinde cõuertimus ac ſi ſcriptum eſſet ἦλθεν.

54 Adeo vt percellerentur, ὡς τε ἐκπλήσσεσθαι. Vide ſuprà 7.d.28. Sapientia, ἡ σοφία. Quoddam exemplar legit πᾶσα ἡ σοφία, omnis ſapientia. 57 In eo, ἐν αὐτῷ. Vide ſuprà 11.a.6. Inhonoratus, ἄτιμος. Nonnulli, Inglorius, id eſt ἄδοξος. Vulgata, Sine honore. Eraſmus, Expers honoris. 58 Edidit, ἐποίησεν. id eſt ἀπέδειξεν. Vide ſuprà 7.c.22. Incredulitatem, ἀπιστίαν. Quidam interpretari malunt Diffidẽtiam. quod non probo. Fiducia enim à fide & diffidentia ab incredulitate ſic differunt, vt effecta diſtinguuntur à cauſis.

poni ἀπολογικῶς, Budæus prolatis exemplis oſtendit. Sed hoc ego adiicio, in eo duntaxat argumenti genere vſurpari quod ab abſurdo ducitur, quantum quidem ego potui obſeruare.

εἰκίαν τοῦ ἰσχυροῦ, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσαι, ἐὰν μὴ πρῶτον δήσῃ τὸν ἰσχυρόν, καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσει;

quis ingredi domum ᵛ validi alicuius, & ᵛ vaſa eius diripere, niſi primò vinxerit validum illũ, & tũc domũ illius diripiet?

quiſquam intrare in domum fortis, & vaſa eius diripere, niſi prius alligauerit fortem, & tunc domum illius diripiet?

30 Ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ, κατ' ἐμοῦ ἐστι· καὶ ὁ μὴ συνάγων μετ' ἐμοῦ, σκορπίζει.

30 Qui non eſt mecum, aduerſum me eſt: & qui non cogit mecum, ſpargit.

30 *Qui non eſt mecum, contra me eſt: & qui non congregat mecũ, ſpargit.*

Mat.3.d.28 Iac.12.b.10 1.Ioh.5.d.13

31 Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις· ἡ δὲ τοῦ Πνεύματος βλασφημία οὐκ ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις.

31 ‖Propterea dico vobis, quoduis peccatũ & ᵛ blaſphemia remittetur hominibus: blaſphemia verò ᵛ in Spiritum non remittetur hominibus.

31 *Ideo dico vobis, Omne peccatum & blaſphemia remittetur hominibus: Spiritus autem blaſphemia non remittetur.*

32 Καὶ ὃς ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ· ὃς δ' ἂν εἴπῃ κατὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ οὔτε ἐν τούτῳ τῷ αἰῶνι, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι.

32 Et quiſquis ᵛ loquutus fuerit aduerſus Filium hominis, remittetur ei: quiſquis autem fuerit loquutus aduerſus Spiritũ ſanctum, non remittetur ei neque ᵛ in hoc ſeculo, ᵛ neque in futuro.

32 *Et quicunque dixerit verbum contra Filiũ hominis, remittetur ei: qui autẽ dixerit contra Spiritum ſanctum, non remittetur ei neque in hoc ſeculo, neque in futuro.*

33 Ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον καλὸν, καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ καλόν· ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον σαπρὸν, καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ σαπρόν. ἐκ γὰρ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται.

33 Aut ᵛ facite arborem bonã, & fructum eius bonum: aut facite arborem putrem, & fructũ eius putrem. nam è fructu arbor cognoſcitur.

33 *Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructum eius malum. ſiquidem ex fructu arbor agnoſcitur.*

Luc.6.g.45

34 Γεννήματα ἐχιδνῶν, πῶς δύνασθε ἀγαθὰ λαλεῖν πονηροὶ ὄντες; ἐκ γὰρ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας τὸ στόμα λαλεῖ.

34 Progenies viperarum, quomodo ᵛ poſſitis bona loqui, quũ ſitis mali? ‖nam ex abundantia ᵛ cordis os loquitur.

34 *Progenies viperarum, quomodo poteſtis bona loqui, quum ſitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur.*

Validi *alicuius*, τοῦ ἰσχυροῦ. Vulgata, Fortis: de quo diximus ſuprà, 3.c.11. Validum quoque omnes τὸν ἰσχυρὸν infrà interpretãtur, 14.d.30. Eraſmus, Potentis. id eſt δυνατοῦ, quod ad copias & facultates potius refertur. Cæterùm articulus ſignificationem habet quã grammatici vocant ἀόριστον, id eſt infinitam. Itaque adieci particulam *alicuius*.

Vaſa, σκεύη. id eſt res & ſupellectilem omnem, ſiue inſtrumentum: quo modo etiam vaſorum vocabulum à Latinis accipi videtur, quum dicunt Colligere vaſa, id eſt res ſuas. Fluxit autem hoc dicendi genus ab Hebræis, apud quos כלי quoduis inſtrumentum atque adeo ſupellectilem declarat, vt Ezech.12.a.4.

31 Blaſphemia, βλασφημία. Eraſmus, Conuitium. Quidam Maledictum. Vocabulum Græcum quid valeat, & cur ſeruare illud maluerimus, antè diximus 9.a.3. In Spiritum, τὸ Πνεῦμα. Spiritus, nimium obſcurè. Malui igitur ſubaudire præpoſitionem κατὰ, vt ſuprà, 10.a.1. Quod ſit autem peccatum in Spiritum ſanctum, expoſui 1.Ioh.5.v.16.

31 Loquutus fuerit, εἴπῃ λόγον. Vide ſuprà, 8.a.8. In hoc, ἐν τούτῳ. In decem vetuſtis exemplaribus ſcribitur ἐν τῷ νῦν αἰῶνι. id eſt in præſenti ſeculo. Neque in futuro, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι. id eſt, neque in vita, neque poſt mortem. Notum enim eſt cuiuis Chriſtiano, duplicis vitæ ſiue duplicis ſeculi mentionem fieri in ſacris literis: quorum vnum ab eo die incipit quo naſcimur, & huius vitæ ſpatio terminatur: alterũ verò propriè ab eo die quo morimur initium capit, eſtque infinitum. Cæterùm quia peccatorum remiſſio, quam quiſpiam in ipſo mortis articulo conſequitur, propriè reſpicit futurũ ſeculum, ideo (opinor) dicit Chriſtus fore vt blaſphemia in Spiritum ſanctum neque in hac vita conſtitutis, neque etiam morientibus (id eſt nunquam) remittatur: quum alioquin multa peccata in hac vita remittãtur, (vt 2.Samuelis 12.d.13) & rurſus multorum abſolutio in extremum vitæ momentum differatur. Præterea quanuis nulla peccata poſt mortem propriè remittãtur, ſed vel in vita, vel in ipſa morte: tamen quia huius remiſſionis plenum fructum non percipient fideles niſi ab extremo illo die iudicii futuri, videtur quodammodo ipſa peccatorũ remiſſio in illum diem differri, ac viciſſim declaratio eorum quæ non fuerint remiſſa. Neque nouum eſt hoc loquendi genus, quum fere ſemper ſoleat Spiritus ſanctus, quoties agitur vel de ſalute noſtra, vel de exitio diaboli & reproborum, nos in extremum illum diem perinde reuocare acſi interim neque Dei gloria fruerentur electorum animæ, neque cruciatum vllum ſentirent reprobi. Quod vtrunque quum falſum ſit, apparet & remiſſionem & condemnationem in futurum ſeculum reiici, propterea quòd eo die Dominus planè ſua iudicia reuelabit & exequetur. Sic ergo loquitur Paulus Rom.2.a.5, & 1.Cor.1.a.8, & 5.a.5, & 2.Cor.5.b.10, & 2.Tim.4.b.8, & alibi. Sic etiam Petrus 1.Epiſt.1.a.5. Itaque futurum ſeculum, ſiue à die mortis ſingulorum, ſiue à die iudicii ſupremi, ſiue ab vtroque, diuerſa tamen ratione inchoatur: & nimium ſunt inepti qui volunt ex hoc loco purgatorium illum ignem extruere.

33 Facite, ποιήσατε. id eſt, ponite vel ſtatuite, in veſtris videlicet de me ſermonibus. Argumẽtatur enim Ieſus (vt mihi quidem videtur) ab effectu ad cauſam. Calumniabantur ipſius miracula Phariſæi: reſpondet Ieſus fuiſſe in primis de homine (id eſt de ſe) iudicandum, vt ſicut ex arbore fructum, ſic ex homine ipſo facta æſtimarent. At illi contrà, quum nihil haberent quod in Chriſti moribus poſſent arguere (erat enim eius vita penitus inculpata) tamen mirifica illa ipſius facta carpebant tanquam diabolica. Simul autem Chriſtus eorum hypocriſin coarguit.

34 Poſſitis, δύνασθε. Vulgata & Eraſmus ad verbum, Poteſtis. Sed res ipſa apertè oſtendit indicatiuum

pro optatiuo poſitum eſſe. Sic Ariſtoteles, οὐδὲ πόνων ζῶον ἐφίεται, ἀ πὰ μὲν ἄδος ἕξαν ἕτερα ζώα, τὰ δὲ διαίτας ἀγρ. pro, ἕξειν ἂν ἕτερα. Gregorius de Baptiſmate, οὐδὲ τῷ Θεῷ μέγα ἢ μικρὰ πάντα δίδωσι. pro, δώσειν ἄν. quæ exẽpla obſeruauit Budæus ille Græcæ linguæ doctiſſimus. Cordis, τῆ καρδίας. Hoc quidem deerat in pleriſque vetuſtis exemplaribus. ſed omnino tamen videtur addendum. Significatur enim, ex corde, tanquam penu, depromi quæcunque homines dicunt aut faciunt. Theſaurum enim mox vocat quod intus reconditum eſt.

Ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τῆς ἀγαθῆς θησαυροῦ τῆς καρδίας ἐκβάλλει τὰ ἀγαθά· καὶ ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ ἐκβάλλει πονηρά.

35 Bonus homo è bono theſauro cordis profert bona: & malus homo ex malo theſauro profert mala.

35 Bonus homo de bono theſauro cordis profert bona: & malus homo de malo theſauro profert mala.

Λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι πᾶν ῥῆμα ἀργὸν, ὃ ἐὰν λαλήσωσιν οἱ ἄνθρωποι, ἀποδώσουσι περὶ αὐτοῦ λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως.

36 Sed dico vobis, quodcũque verbum ᵛotioſum loquuti fuerint homines, ᵛde eo reddituros rationem in die iudicii.

36 Dico autem vobis quoniam omne uerbum otioſum quod loquuti fuerint homines, reddent rationẽ de eo in die iudicij.

Ἐκ γὰρ τῶν λόγων σου δικαιωθήσῃ, καὶ ἐκ τῶν λόγων σου καταδικασθήσῃ.

Ex ſermonibus enim tuis 37 ᵛiuſtificaberis, ᵛ& ex ſermonibus tuis condemnaberis.

37 Ex uerbis enim tuis iuſtificaberis, & ex uerbis tuis condemnaberis.

Τότε ἀπεκρίθησάν τινες τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων, λέγοντες, Διδάσκαλε, θέλομεν ἀπὸ σοῦ σημεῖον ἰδεῖν.

38 Tunc ᵛreſponderũt quidam è Scribis ac Phariſæis, dicentes, Magiſter, ‖ velimus ex te ſignum videre.

38 Tunc ᵛreſponderunt ei quidã de Scribis & Phariſæis, dicentes, Magiſter, uolumus à te ſignũ uidere. Infrà 16.a.1 luc.11.c.29 1.Cor.1.c.22

Ὁ δὲ, ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου.

39 Ipſe verò reſpondens dixit eis, ᵛNatio ᵛmala & ᵛadulterina ſignũ ᵛrequirit: ᵛſed ſignũ nõ dabitur ei niſi ſignum illud Ionæ Prophetæ.

39 Qui reſpondens ait illis, Generatio mala & adultera ſignũ quærit, & ſignũ non dabitur ei, niſi ſignũ Ionæ Prophetæ

Ὡσπερ γὰρ ἦν Ἰωνᾶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας, οὕτως ἔσται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας.

40 ‖Sicut enim fuit Ionas in vẽtre ceti ᵛtres dies & tres noctes, ita erit Filius hominis ᵛin corde terræ tres dies & tres noctes.

40 Sicut enim fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ſic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Ionæ 2.a.1

Ἄνδρες Νινευῖται ἀναστήσονται ἐν τῇ

41 ᵛNineuitæ ᵛreſurgent in iudi-

41 Viri Niniuitæ ſurgent

36 Otioſum, ἀργὸν. In quodam exemplari pro ἀργὸν ſcriptum erat πονηρὸν, id eſt malum. Rurſus in alio neutrum ſcriptum erat. ſed receptam lectionem maximè probo. Argumentatur enim Chriſtus à comparatis, cõparans peccatorum maxima cum minimis: quæ tamen tam parua eſſe non poſſint quin reddenda ſit eorum ratio, niſi Chriſti ſatisfactionem amplectamur. Otioſos autem ſermones vocat, vanas & inutiles nugas, cuiuſmodi ſunt pleraque in quibus plurimi totam vitam conſumunt. De eo, περὶ αὐτοῦ. Eraſmus particulam περὶ iunxit cum præcedentibus, eodem tamen ſenſu ſeruato.

37 Iuſtificaberis, δικαιωθήσῃ. id eſt abſolueris. Opponitur enim τῷ καταδικασθήσῃ. Itaque inepti ſunt qui ex hoc loco & ſimilibus conantur operum iuſtitiam (id eſt qualitatẽ, qua in nobis coram Deo iuſti ſimus) ſtabilire: quum iuſtificari hoc loco non ſignificet iuſtum fieri, ſed iuſtum declarari. Diuerſum autem eſt illud ex quo iuſti ſimus, ab ipſius iuſtitiæ teſtimonio: & tota Scriptura teſtatur nos, quum in nobis iuſti non ſimus, in Chriſto tamen (qui eſt iuſtitia noſtra) per fidem apprehenſo, iuſtificari. id eſt, pro iuſtis cenſeri, ac proinde abſolui. Sed hæc fides ex ipſius fructibus (id eſt ex operibus) cenſetur, nempe vt vera diſtinguatur à falſa & adulterina. Et ex, καὶ ἐκ. In vno exemplari ſcriptum erat ἢ ἐκ, vel ex: fortaſſis rectius. Quanquam in hoc dicendi genere καὶ pro ἢ interdũ accipitur. Ariſtoteles, ἢ κρίνει μὴ λύπης καὶ ἡδονῆς. Sic etiam accipi videtur Rom.4.c.13.

38 Reſponderunt, ἀπεκρίθησαν. Eraſmus, Interrogarunt. id eſt ἐπηρώτησαν. Velimus, θέλομεν. Vulg. & Eraſ. Volumus. quod nimium imperioſè dictum videtur.

39 Natio, γενεὰ. Vulgata & Eraſmus, Generatio. Ego illud malui vſurpare quod planum eſt, & vocabulum Græcum optimè exprimit, hoc quidem loco. nam γενεὰ etiam alia interdum declarat, nempe & progeniẽ & ætatem, vt alibi obſeruauimus. Quinetiam Eraſmus ipſe nationẽ interpretatus eſt infrà, Lucæ 11.d.29. Mala, πονηρά. Eraſmus, Praua. Ego verò malui ſemper eodem modo: quiuis fortaſſis rectius verterimus ſceleratã. Adulterina, μοιχαλὶς. vel adultera. Vſitatum enim eſt Scripturæ, adulteros vocare omnes eos qui à vero Dei cultu deficiũt: inter quos præcipuè numerãdi ſunt hypocritæ. Mihi vidétur tamẽ hic potius Iudæi vocari ſpurii & degeneres, quos Hebræi vocãt ממזרי, & Græci generali nomine ἀλλογενεῖς. Sed adulterii nomen optimè conuenit, quoniam ratio habenda eſt promiſſionis Abrahamo factæ, & ſemini eius, videlicet legitimo, non adulterino. Requirit, ἐπιζητεῖ. Vulgata & Eraſmus, Quærit. Sed aliqua eſt emphaſis præpoſitionis ἐπὶ, adeo vt etiã pro deſiderare, & ſummo ſtudio aliquid efflagitare, ἐπιζητεῖν à Græcis, & requirere à Latinis vſurpetur. Sed ſignum, καὶ σημεῖον. Iterum καὶ pro ἀλλὰ. vt ſuprà, 11.v.19, & Act.10.v.18.

40 Tres dies, τρεῖς ἡμέρας. Vulg. & Eraſ. Tribus diebus. Sed miror cur conſtructionẽ mutarint, quũ præſertim grammatici omnes teſtentur tempus continuum (cuius hic eſt magna emphaſis) quarto caſu declarari.

In corde, ἐν τῇ καρδίᾳ. Hebraicè בלב, id eſt intra. Nam apud Hebræos cor pro medio accipitur, & ad res etiam inanimas tranſfertur, vt Exodi 15.a.8. quod in vernaculo ſermone imitamur, vt quum dicimus, *Le cœur du bois, Le cœur de la pomme*. Sed & medium pro intimo vſurpatur omnibus linguis. Cor autem terræ vocat ſepulchrũ, quoniam qui ſepulti ſunt, velut in terræ viſceribus ſunt abſorpti. Docet itaque Chriſtus reſurrectionẽ ſuã fore iſtis perfidis & impiis omniũ ſignorũ vice, idque in eorum perniciem. Quod autem ad triduũ ſupputationẽ attinet, coniungenda eſt nox cum die, vt ipſius appendix: ſicut ſuo loco oſtendemus.

41 Nineuitæ, ἄνδρες Νινευῖται. Illud ἄνδρες addere fere ſolent Græci, Latini prætermittunt. Hebræi quo-

que addunt, ſed primitiuis, non deriuatiuis, dicunt enim Viri Nineuæ. ſicut Viri Ieruſalem. Hoc autem annotaui, quia nonnullos video parum appoſitè, arrepta occaſione ex hac particula, quibuſdam locis de humanæ vitæ conditione differere. Reſurgent, ἀναστήσονται. Vel Surgent, vt pro ſimplici accipiatur, atque referatur ad iudiciorum conſuetudinē. Solent enim aſſurgere qui in publicis cœtibus aliquid ſunt dicturi. quò reſpexit Chriſtus. Niſi malimus ad ipſam reſurrectionem hoc referre. nam certum eſt hic agi de extremo iudicio.

χρίσει μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτήν· ὅτι μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ· καὶ ἰδοὺ, πλεῖον Ἰωνᾶ ὧδε.

Ionæ 3.b.5

cio cũ natione hac, & condemnabunt eam: quòd ipſi reſipuerint ad prædicationem Ionæ: & ecce, plus quàm Ionas eſt in hoc loco.

in iudicio cũ generatione iſta, & condemnabũt eã: quia pœnitentiã egerunt in prædicatione Ionæ: & ecce, plus quàm Ionas hic.

Βασίλισσα νότου ἐγερθήσεται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινεῖ αὐτήν· ὅτι ἦλθεν ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς ἀκοῦσαι τὴν σοφίαν Σολομῶντος· καὶ ἰδοὺ, πλεῖον Σολομῶντος ὧδε.

3.Reg.10.a.1 2.paral.9.a.1

41 ‖Regina Auſtri ſurget in iudicio cum natione hac, & condemnabit eam: quòd venerit à terminis terræ vt audiret ſapientiam Solomonis, & ecce, plus q̃ Solomõ eſt in hoc loco.

41 Regina Auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſta, & condemnabit eam: quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis: & ecce, plus quã Salomõ hic.

Ὅταν δὲ τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα ἐξέλθῃ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, διέρχεται δι' ἀνύδρων τόπων, ζητοῦν ἀνάπαυσιν, καὶ οὐχ εὑρίσκει.

43 Cæterùm quũ impurus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per arida loca, quærens requiem, & non inuenit.

43 Quum autem immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quærẽs requiem, & non inuenit.

Τότε λέγει, Ἐπιστρέψω εἰς τὸν οἶκόν μου, ὅθεν ἐξῆλθον. Καὶ ἐλθὸν εὑρίσκει σχολάζοντα, σεσαρωμένον, καὶ κεκοσμημένον.

44 Tunc dicit, Reuertar domũ meam, vnde exiui. Et quum venit, inuenit eam vacantẽ, verſam & ornatam.

44 Tunc dicit, Reuertar in domum meam vnde exiui. Et veniens, inuenit eam vacantem, ſcopis mundatam & ornatam.

Τότε πορεύεται, καὶ παραλαμβάνει μεθ' ἑαυτοῦ ἑπτὰ ἕτερα πνεύματα πονηρότερα ἑαυτοῦ· καὶ εἰσελθόντα κατοικεῖ ἐκεῖ, καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου χείρονα τῶν πρώτων. οὕτως ἔσται καὶ τῇ γενεᾷ ταύτῃ τῇ πονηρᾷ.

Hebr. 6.a.4.& 10.a.26 2.per.2.d.20

45 Tunc proficiſcitur & accipit ſecum ſeptẽ alios ſpiritus peiores quàm ipſe ſit: & ingreſſi habitãt illic, ‖ſitque vltima cõditio hominis illius deterior priore. ita etiam erit nationi huic malæ.

45 Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecũ nequiores ſe: & intrantes habitant ibi: & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. ſic erit & generationi huic peſſimæ.

Ἔτι δὲ αὐτοῦ λαλοῦντος τοῖς ὄχλοις, ἰδοὺ, ἡ μήτηρ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ εἱστήκεισαν ἔξω, ζητοῦντες αὐτῷ λαλῆσαι.

Matt.3.d.31 Luc.8.c.19

46 ‖ Quum autẽ adhuc loqueretur turbæ, ecce, mater & fratres eius ſtabant foris, quærentes eius colloquium.

46 Adhuc eo loquente ad turbas, ecce, mater eius & fratres ſtabãt foris, quærentes loquẽi.

Εἶπε δέ τις αὐτῷ, Ἰδοὺ, ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἔξω ἑστήκασι, ζητοῦντές σοι λαλῆσαι.

47 Dixit autem ei quidam, Ecce, mater tua & fratres tui foris ſtant, quærentes tuum colloquium.

47 Dixit autem ei quidam. Ecce, mater tua & fratres tui foris ſtãt, quærentes te alloqui.

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπε τῷ εἰπόντι αὐτῷ, Τίς ἐστιν ἡ μήτηρ μου, καὶ τίνες εἰσὶν οἱ ἀδελφοί μου;

48 Ipſe verò reſpondens dixit illi qui hoc ei dixerat, Quæ eſt mater mea, & q̃ ſunt fratres mei?

48 At ipſe reſpondens dicẽti ſibi, ait, Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei?

Et condemnabunt, καὶ κατακρινοῦσι. Vide Rom.1.v.17.

41 Auſtri, νότου. id eſt meridiei. Ea verò 1.Reg.10, Regina Sabæ vocatur, quam nonnulli volunt fuiſſe Meroes inſulæ metropolin, ex Ioſephi authoritate, qui hanc reginam ipſi quoque Ægypto præfuiſſe tradit. At ego Ioſepho non poſſum in eo aſſentiri, quum nihil impediat quominus hæc potius accipiamus de Sabæorum regione, apud omnes authores celebri: cuius etiam ſitum (ſi diligenter metiamur) comperiemus eſſe aut eiuſdẽ, aut certè nõ multum diuerſæ à Iudæa longitudinis: hoc eſt, ſub eodem fere meridiano ac Iudæam: (æquales enim locorum longitudines definunt geographi, quum loca ipſa ſub vno & eodem meridiano ſita ſunt) adeo vt Sabæorum regionis ſitus, habita ratione Iudææ, ſi tprorſus meridionalis. Terminis, ἐσχάτων. id eſt extremis. Cicero, Quum nullum tot calamitatibus & ærumnis terminum inueniremus. Vulg. & Eraſ. Finibus. id eſt ὅρων. Indicant autem etiã iſta hanc reginã è Sabæa potius quàm Meroe aduenifſe. Sita enim eſt Sabæa & Saba eius metropolis in extremo Arabiæ felicis littore, non procul ab ipſis ſinus Arabici faucibus.

44 Verſam, σεσαρωμένον. à Verrendo, non à Vertendo: quo participio idonei authores vtuntur. Vulgata, Scopis mundatam. Eraſmus, Scopis purgatam.

45 Peiores, πονηρότερα. Ita vertimus, ne à nobis diſſidere videamur. Alioqui enim ſuprà admonuimus, πονηρὸν amplius aliquid ſignificare quàm κακὸν: vt mihi minimè diſpliceat Eraſmi verſio, qui interpretatur Sceleratiores. Vulgata, Nequiores: quod propriè libidinoſiores declarat. Ingreſſi, ἐνοικήσαντα. Eraſmus, Ingreſſus, ἐνοικήσαν, quod teſtatur ſe legiſſe in quodam exemplari. Vltima conditio, τὰ ἔσχατα. Vulgata, Nouiſſima hominis illius. Eraſmus, Poſtrema illius hominis. Mihi verò viſum eſt hoc dicendi genus perobſcurum.

47 Tuum colloquium, σοὶ λαλῆσαι. Vulgata & Eraſmus ad verbum, Tibi loqui. In vno exemplari legimus σὲ ἰδεῖν, videre te.

48 Et qui, καὶ τίνες. Eraſmus, Aut qui. id eſt ἢ τίνες.

Καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, εἶπεν, Ἰδοὺ ἡ μήτηρ μου, καὶ οἱ ἀδελφοί μου.

Ὅστις γὰρ ἂν ποιήσῃ τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς, αὐτός μου ἀδελφός, καὶ ἀδελφή, καὶ μήτηρ ἐστί.

Κεφάλαιον ιγ.

ΕΝ δὲ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τῆς οἰκίας, ἐκάθητο παρὰ τὴν θάλασσαν.

Καὶ συνήχθη πρὸς αὐτὸν ὄχλοι πολλοί, ὥστε αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον ἐμβάντα καθῆσθαι. καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν εἱστήκει.

Καὶ ἐλάλησεν αὐτοῖς πολλὰ ἐν παραβολαῖς, λέγων, Ἰδοὺ ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπείρειν.

Καὶ ἐν τῷ σπείρειν αὐτὸν, ἃ μὲν ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδόν· καὶ ἦλθε τὰ πετεινὰ, καὶ κατέφαγεν αὐτά.

Ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὰ πετρώδη, ὅπου οὐκ εἶχε γῆν πολλήν· καὶ εὐθέως ἐξανέτειλε, διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος γῆς.

Ἡλίου δὲ ἀνατείλαντος ἐκαυματίσθη, καὶ διὰ τὸ μὴ ἔχειν ῥίζαν, ἐξηράνθη.

Ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὰς ἀκάνθας, καὶ ἀνέβησαν αἱ ἄκανθαι, καὶ ἀπέπνιξαν αὐτά.

Ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλὴν, καὶ ἐδίδου καρπὸν, ὃ μὲν ἑκατὸν, ὃ δὲ ἑξήκοντα, ὃ δὲ τριάκοντα.

Ὁ ἔχων ὦτα ἀκουέτω, ἀκουέτω.

49 Et protensa manu sua in discipulos suos, dixit, Ecce mater mea & fratres mei.

50 Quisquis enim fecerit quod vult Pater meus qui est in cœlis, is est meus frater, & soror, & mater.

CAP. XIII.

1 ILLo verò die egressus Iesus domo, sedit iuxta mare.

2 Et coacta est ad eum turba multa, adeo vt nauigium ingressus sederet. tota autem turba ᵛsupra littus stabat.

3 Et loquutus est eis multa ᵛper parabolas, dicens, Ecce, ᵛquidam qui seminabat exiit ad seminandum:

4 Et ᵛin seminando, alia quidem ceciderunt iuxta viam: & venerunt volucres, & deuorauerunt ea.

5 Alia verò ceciderunt ᵛin petrosa, vbi non habebant terrã multam: & statim exorta sunt, propterea quòd non habebãt profundam terram:

6 Sole autem exorto ᵛtorrefacta sunt, ᵛ& propterea quòd nõ habebant radicem, exaruerũt.

7 ᵛAlia verò ceciderunt in spinas: & ᵛascenderunt spinæ, & suffocarunt ea.

8 Alia verò ceciderunt in terram bonam: & edidderunt fructum, aliud quidem ᵛcentena, aliud verò sexagena, aliud verò tricena.

9 Qui habet aures ad audiendum, audiat.

49 *Et extendens manum in discipulos suos, dixit, Ecce mater mea & fratres mei.*

50 *Quicunque enim fecerit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater & soror & mater est.*

CAP. XIII.

1 *IN illo die exiens Iesus de domo, sedebat secus mare.* Mat. 4. a. 1 Luc. 8. a. 5

2 *Et congregatæ sunt ad eum turbæ multæ, ita ut in naviculam ascendens sederet, & omnis turba stabat in litore.*

3 *Et loquutus est eis multa in parabolis, dicens, Ecce, exiit qui seminat seminare:*

4 *Et dum seminat, quædam ceciderunt secus viam: & venerunt volucres cæli, & comederunt ea.*

5 *Alia autem ceciderunt in petrosa, ubi non habebant terram multam, & cõtinuò exorta sũt, quia non habebant altitudinẽ terræ.*

6 *Sole autem orto æstuauerunt, & quia non habebat radicem, aruerũt.*

7 *Alia autem ceciderũt in spinas, & creuerunt spinæ, & suffocauerunt ea.*

8 *Alia autem ceciderunt in terram bonam, & dabant fructũ, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud trigesimum.*

9 *Qui habet aures audiendi, audiat.*

IN CAPVT XIII.

1 Supra littus, ἐπὶ τὸν αἰγιαλόν. Vulgata & Erasmus, In littore. id est ἐπὶ τῷ αἰγιαλῷ.

3 Per parabolas, ἐν παραβολαῖς. id est per comparationes & similitudines. Vocabulum autem Græcum seruaui, ipsi etiam vulgo satis iam familiare. Quidam qui seminabat, ὁ σπείρων. Vulgata, Qui seminat. Ad verbum, Seminans. Sciendum est autem articulum hoc loco, (cui respondet apud Hebræos litera ה præfixa verbis & participiis) esse ἀόριστον, id est indefinitum: quasi dixisset σπόρων τις. id est, quidam qui sementem faciebat.

4 In seminando, ἐν τῷ σπείρειν. Terentius, In agendo partem ostendent. Vulgata, Dum seminat. Erasmus, Quum seminaret.

5 In petrosa, ἐπὶ τὰ πετρώδη. Erasmus, In loca saxosa. Illud propius abest à Græco, & frequenter etiam apud Plinium occurrit.

6 Torrefacta sunt, ἐκαυματίσθη. Erasmus, Exusta sunt, Veterem etiam interpretem (cui potius subscribo) reprehendens. Atqui si exusta erant, cur adderet exaruisse? Adde quòd τὸ καῦμα ardorem & æstum declarat, à quo deducitur καυματίζεσθαι, id est ardore exhauriri, æstuare, & æstu nimio torreri. Vertimus autem Torrefacta sunt, potius quàm Æstuarunt: quòd æstus propriè de calore humido, eóque suffocante aut præfocante potius dicatur. hoc est, de eo qui vdo cælo sudorem nimium exprimendo, nostra corpora penitus resoluit. Vernacula lingua dicimus, *Vne chaleur soubs nue & estouffe*. Quanquam etiam æstus de ardore solis dicitur: sed vocabuli propriam significationem obseruandam putaui. Et propterea quòd non, καὶ διὰ τὸ μή. Sic etiam Erasmus superiore versiculo.

7 Alia verò, ἄλλα δέ. Eras. Alia rursus. id est πάλιν. Assurrexerunt, ἀνέβησαν. id est excreuerunt. Plinius (quem sequor) hac significatione vti solet Assurgendi vocabulo.

8 Centena, ἑκατόν. Vulgata, Centesimum. id est ἑκατοστόν. Erasmus, Centuplum. id est ἑκατονταπλάσιον, vt loquitur Theophrastus. Ad verbum, Centum, vt subaudias grana. Sed præstat primarios numeros pro deriuatis interpretari, ex Hebræorum more.

Καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταὶ εἶπον αὐτῷ, Διατί ἐν παραβολαῖς λαλεῖς αὐτοῖς;

10 Tunc accedentes diſcipuli dixerunt ei, Quare per parabolas loqueris eis?

10 *Et accedentes diſcipuli dixerunt ei, Quare in parabolis loqueris eis?*

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Ὅτι ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, ἐκείνοις δὲ οὐ δέδοται.

11 Ipſe verò reſpondens dixit eis, Quia vobis datū eſt noſſe mysteria regni cælorum, illis autem non eſt datum.

11 *Qui reſpondens ait illis, Quia vobis datum eſt noſſe myſteria regni cælorum, illis autem non eſt datum.*

Infrà 25.v.29

Ὅστις γὰρ ἔχει, δοθήσεται αὐτῷ, καὶ περισσευθήσεται· ὅστις δὲ οὐκ ἔχει, καὶ ὃ ἔχει, ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ.

11 Quiſquis enim habet, dabitur ei, & reddetur abundantior: quiſquis autem non habet, etiã quod habet tolletur ab eo.

11 *Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet, auferetur ab eo.*

Διὰ τοῦτο ἐν παραβολαῖς αὐτοῖς λαλῶ, ὅτι βλέποντες οὐ βλέπουσι, καὶ ἀκούοντες οὐκ ἀκούουσι, οὐδὲ συνιοῦσι.

13 Propterea per parabolas loquor eis, quia videntes non vident, & audientes non audiunt, nec intelligunt.

13 *Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt.*

Καὶ ἀναπληροῦται ἐπ' αὐτοῖς ἡ προφητεία Ἡσαΐου ἡ λέγουσα, Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε· καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε.

Esa.6.v.9 mar.4.b.12 luc.8.b.10 iohan.12.f.40 act.28.f.26 rom.11.a.8

14 Itaque completur in ipſis prophetia Eſaiæ, quæ dicit, Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & nõ cernetis.

14 *Et adimpletur in eis prophetia Eſaiæ, dicens, Auditu audietis, & non intelligetis: & nõ videtis videbitis, & nõ videbitis.*

Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶ βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν· μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκούσωσι, καὶ τῇ καρδίᾳ συνῶσι, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς.

15 Pinguefactum eſt enim cor populi huius, & auribus graviter audierunt, & oculis ſuis conniuerunt: nequando cernant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & ſanem eos.

15 *Incraſſatum eſt enim cor populi huius, & auribus graviter audierũt, & oculos ſuos clauſerũt: nequãdo videant oculis, & auribus audiãt, & corde intelligãt, & cõuertantur, & ſanẽ eos.*

Ὑμῶν δὲ μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ, ὅτι βλέπουσι· καὶ τὰ ὦτα ὑμῶν, ὅτι ἀκούει.

16 Veſtri verò beati ſunt oculi, quòd cernant: & aures veſtræ, quòd audiant.

16 *Veſtri autẽ beati oculi, quia vident: & aures veſtræ, quia audiunt.*

11 Quia, ὅτι. Eraſmus omiſit hanc particulam tanquam redundantem, vt ſæpe aliàs σωματίζει. Mihi autem videtur eauſæ vim habere hoc loco, & cum ſuperiore interrogatione cohærere. Itaque puto rectè expreſſam eſſe à Vetere interprete. Myſteria μυστήρια. id eſt arcana. Hic quoque vocabulum Græcum ſeruauit, ſed quo frequenter Cicero etiam ipſe vtitur. Illis autẽ non eſt datum, ἐκείνοις δὲ οὐ δέδοται. In duobus exemplaribus ſcriptum erat, ἐκείνοις δὲ ἐν παραβολαῖς, Illis verò per parabolas. quod eſt in Luca.

11 Reddetur abundantior, περισσευθήσεται. Sic rectè Eraſmus, vt oſtenderet non ſignificari ſimplicem abundantiam, ſed incrementum. Neque enim ſtatim abundat cuius facultates auctæ ſunt. Quod habet, ἔχει. id eſt, quod ſe putat habere, Luc. 8. verſ. 18. Euanida ſunt enim Dei dona in reprobis, de quibus nihilominus ſuperbiunt.

13 Quia, ὅτι. In ſexto exemplari ſcriptũ erat, ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι, καὶ ἀκούοντες μὴ ἀκούωσι, μηδὲ συνιῶσι. Καὶ τότε παραγένηται αὐτοῖς. Id eſt, Vt videntes (nam hic accipitur βλέπειν pro ὁρᾶν) non videant, & audientes non audiant, neque intelligant. Tunc igitur implebitur eis.

14 Auditu, ἀκοῇ. Sic rectius conuertit Vetus interpres quàm Eraſmus, qui Auribus interpretatur, quaſi ſcriptum ſit ἀκοαῖς: & apud Eſaiam non שמוע, ſed שמוע. Eſt autem hæc Hebraica phraſis, audiendo audire, & videndo videre, omnibus (vt exiſtimo) ſatis nota. Audietis, ἀκούσετε. In duobus exemplaribus ſcriptum erat, ἀκούσητε καὶ βλέψητε. id eſt, audiatis & videatis: quod melius quadrat cum Hebræis. Quanquam hæc etiam futura indicatiui poſſumus per imperandi modum vertere: hoc modo, Auditu audite, & ne intelligite: & videntes videte, & ne cernite. Eſt enim familiariſſima Hebræis hæc enallage. Quod autem attinet ad οὐ μὴ, quanuis plerunque ſint hæ particulæ negantes (ſicut annotat Eraſmus, & Budæus quoque in Commentariis linguæ Græcæ) tamen interdum etiam ἀπαρεμφατικῶς ponuntur. Euripides, οὐ μὰ τὰ ἱερά, nequaquam dixeris. Ariſtoph. ἀφιλόγελως, Οὐ μὰ σκώψῃς, μηδὲ παίσῃς ἄλλο τι τραγῳδούμενος ἔπος. id eſt, Nequaquam irriſeris, neque feceris quæ ſæculẽti iſti dii ſolent. Sic etiam commodius accipi poſſe videtur Gal. 5. c. 16. Non cernetis, οὐ μὴ ἴδητε. vel, Non perſpicietis. Vulgata, Nõ videbitis. Eraſmus rectè mihi videtur diſtinxiſſe τὸ ἰδεῖν à βλέπειν. Nam hoc quidem loco, τὸ βλέπειν videtur ſimpliciter accipi pro eo quod Latini dicunt Videre, quod longè minus eſt quàm ἰδεῖν, id eſt perſpicere & cernere. Hoc enim eſt potius animi quàm oculorum: ſicut plus eſt intelligere quàm audire. Sed tam commodo & apto vocabulo non poteſt notari hæc differentia in aurium ſenſu. Nam σωτηρία, ſemper eſt mentis, quum vtrunque illud de oculis propriè dicatur. Fateor tamen hanc differentiam perpetuam nõ eſſe. Siquidem etiam duobus verſiculis ſequentibus ἀκούειν dici videtur non de ſimplici auditione, ſed de eo quod quum audieris, intelligas: contrà τὸ βλέπειν, verſiculo 16, pro Cernere: verſiculo autem 17, ἰδεῖν & βλέπειν de externa viſione dicuntur, ſine vllo diſcrimine. Hæc autem annotaui, partim nequis temere putet quicquam mutatum: partim quòd iſta verborum notione videtur hic locus nonnihil illuſtrari.

15 Pinguefactũ eſt, ἐπαχύνθη. Vulg. & Eraſ. Incraſſatũ eſt: quod nõ memini legere apud idoneos authores. Teſtantur autem phyſiognomi cor magnum & obeſum declarare ingenium hebes & ſtolidum. Oculis ſuis conniuerunt, τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν. Occludendi vocabulum (quo vtuntur Vetus interpres & Eraſmus) nimium latè patet: quum καμμύειν pro καθαμμύειν Græcis propriè de oculis dicatur, ſicut apud Latinos Conniuere.

Conuertãtur, ἐπιστρέψωσι. Iam antè admonuimus שוב (id eſt cõuerti) idem valere quod μετανοεῖν. i. reſipiſcere.

Quoties

Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν ὅτι πολλοὶ προφῆται καὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδαν· καὶ ἀκοῦσαι ἃ ἀκούετε, καὶ οὐκ ἤκουσαν.

Ὑμεῖς οὖν ἀκούσατε τὴν παραβολὴν τοῦ σπείροντος.

Παντὸς ἀκούοντος τὸν λόγον τῆς βασιλείας καὶ μὴ συνιέντος, ἔρχεται ὁ πονηρὸς, καὶ ἁρπάζει τὸ ἐσπαρμένον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. οὗτός ἐστιν ὁ παρὰ τὴν ὁδὸν σπαρείς.

Ὁ δὲ ἐπὶ τὰ πετρώδη σπαρείς, οὗτός ἐστιν ὁ τὸν λόγον ἀκούων, καὶ εὐθὺς μετὰ χαρᾶς λαμβάνων αὐτόν·

Οὐκ ἔχει δὲ ῥίζαν ἐν ἑαυτῷ, ἀλλὰ πρόσκαιρός ἐστι· γενομένης δὲ θλίψεως ἢ διωγμοῦ διὰ τὸν λόγον, εὐθὺς σκανδαλίζεται.

Ὁ δὲ εἰς τὰς ἀκάνθας σπαρείς, οὗτός ἐστιν ὁ τὸν λόγον ἀκούων· καὶ ἡ μέριμνα τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ ἡ ἀπάτη τοῦ πλούτου συμπνίγει τὸν λόγον, καὶ ἄκαρπος γίνεται.

17 ¶Amen enim dico vobis, multi Prophetæ & iusti desiderarunt videre quæ videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt.

18 Vos igitur audite parabolã eius qui seminat.

19 ¶Quoties quispiam audit sermonẽ de regno illo, & nõ intelligit, venit ille Malus, & rapit quod satũ est in corde ipsius: is est qui iuxta viam semen excepit.

20 Qui verò in petrosa semen excepit, is est qui sermonem audit, & cum statim cum gaudio accipit:

21 Non habet autem radicem in sese, sed temporarius est: ortáque oppressione vel persequutione propter sermonem, statim offenditur.

22 Qui verò in spinas semẽ excepit, is est qui sermonem audit: sed solicitudo seculi huius, & fallacia diuitiarũ suffocat sermonem, & fit infructuosus.

17 *Amen quippe dico vobis quia multi Prophetæ & iusti cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt.* Luc.10.d.24

18 *Vos ergo audite parabolam seminantis.*

19 *Omnis qui audit verbum regni & non intelligit, venit Malus, & rapit quod seminatum est in corde eius. hic est qui secus viam seminatus est.* Mar.4.b.15 Luc.8.b.12

20 *Qui autem super petrosa seminatus est, hic est qui verbum audit & continuò cum gaudio accipit illud:*

21 *Non habet autem in se radicem, sed est temporalis: facta autem tribulatione & persequutione propter verbum, continuò scandalizatur.*

22 *Qui autem seminatus est in spinis, hic est qui verbum Dei audit: & sollicitudo seculi istius, & fallacia diuitiarũ suffocat verbum, & sine fructu efficitur.*

19 Quoties quispiam audit, πάντος ἀκούοντος. Vulgata, Omnis qui audit. id est, πᾶς ὁ ἀκούων. Erasmus, Quũ quiuis audit. Ad verbum, Omni audiente. Sed constat huiusmodi casus absolutos in particulam Quum resolui solere. Hoc autem loco particula vniuersalis addita participio, exprimenda fuit. Itaque pro Quum dixi Quoties: & verbo præposui particularem Quispiam: quoniam πᾶς καθόλου existimo referri ad tempus, orationem autem ipsam, quod ad subiectum attinet, potius indefinitam esse quàm vniuersalem. Neque enim πάντες ἄνθρωποι declarat Omnibus audientibus, sed Quoties aliquis audit. Sermonẽ de regno illo, τὸν λόγον τῆς βασιλείας. Vulgata, Verba regni. Erasmus ad verbum, Sermonem regni: quod mihi visum est obscurum. Dicimus enim Latinè Sermonem de re aliqua fieri, non alicuius rei: & rursus, Sermo eius dicitur à quo, non de quo habetur. Itaque haud satis scio quò respexerit ille qui nuper Sermonem regium conuertit. Nam etsi hæc est consuetudo Hebræi sermonis vt genitiuos appellatiuorum pro adiectiuis vsurpẽt, hoc tamen perpetuum non est, quum sæpe appellatiua vim suam conseruent. Deinde prætermittendus non fuit articulus, quo ostenditur de certo regno hic agi, nempe cælesti & æterno: quam tamen emphasin non putauimus vbique obseruandam. Ille Malus, ὁ πονηρὸς. Erasmus rectè articulum expressit: & haud scio an in Dominica oratione addendus fuerit. Nos tamen illic noluimus quicquam mutare, nequis offenderetur. Rapit, ἁρπάζει. In quodam exemplari legitur αἴρει, tollit. Quod satum est, τὸ ἐσπαρμένον. Satio ista ad auditionẽ duntaxat refertur, absque intelligentia, quanuis fiat cordis mentio. Nam siue semen excipiatur animo, siue minus, qui seminat, semper animo seminat. Semen excepit, σπαρείς. Ad verbũ, Satus. Nam homo satus hic dicitur eadem ratione qua satũ agrum vocamus qui semen excepit: vt rectè obseruat Erasmus.

21 Temporarius, πρόσκαιρος. Vulg. Temporalis: quod etiam vocabulum pro eo quod nonnisi ad tempus perseuerat, à Quintiliano vsurpatur lib.6.cap.10. Illud autem apud vtrunque Plinium frequenter occurrit. Deinde quum vulgò in scholis opponantur temporalia spiritualibus, studui amphiboliam vitare. Oppressione, θλίψεως. Vulg. Tribulatione, id est στενώσεως, potius quàm θλίψεως. Eras. Afflictione. Sed afflictus magis propriè dicitur ὁ καταβεβλημένος. Affligere enim significat prosternere, & ad terram dare ita vt elidas: quod Græci dicunt ῥῆξαι, κλάσαι καὶ κατερρηγνύναι. At θλίβω significat πιέζω, & tam arctè aliquid stringere vt opprimas. Itaque afflictionis nomen exprimit quidẽ rem ipsam, sed non ita videtur Græco vocabulo respondere. Vel, ἢ. In quinto exemplari scriptum erat καὶ, &c.

22 Sed, καὶ. Vulgata & Erasmus, Et. Respondet autem particula καὶ Hebræorum literæ ו, quæ interdum etiam ponitur pro אמנם, id est Sed: vt Genes.41.b.10. Et vsus etiam erat Euangelista in superiore membro particula δὲ: & ita Vetus ipse interpres conuertit 1.Iohan.1.c.10. Sed de hac enallage sæpe iam dictum est à nobis.

Fallacia, ἀπάτη. Ἀπατᾶν significat extra viam ducere, & facere vt aliquis à via aberret, vt annotauit Erasmus: sed Latinum verbum non addidit: id autem est Seducere, eadem prorsus translationis ratione. Sed seductionem pro fallacia vix Latinè dicas. Sermonem, τὸν λόγον. Quoddam exemplar addit τοῦτον, hunc. Infructuosus, ἄκαρπος. Vulgata, Sine fructu, impropriè. potest enim aliquid sine fructu esse quod tamen non sit infructuosum. Exemplo nobis est salix, quam Homerus appellat ἀκαλαφῆνα, quasi frugiperdam dicas, quæ tamen propterea infructuosa non est. Erasmus, Infrugifer: quod vocabulum non memini legere apud idoneos authores: quanquam frugifer dicatur Lucano libro primo, Quantis frugifero quercus sublimis in agro.

Ο δὲ ἐπὶ τὴν καλὴν γῆν τοῦτ' ἐστὶν ὁ τὸν λόγον ἀκούων καὶ συνιεὶς, ὃς δὴ καρποφορεῖ, καὶ ποιεῖ, ὁ μὲν ἑκατὸν, ὁ δὲ ἑξήκοντα, ὁ δὲ τριάκοντα.

23 Qui verò in terram bonam excepit ſemen, is eſt qui ſermonem audit & intelligit, ᵛqui videlicet ᵛfructum fert: editque alius quidem centena, alius ſexagena, alius verò ᵛ tricena.

23 *Qui verò in terram bonam ſeminatus eſt, hic eſt qui audit verbum, & intelligit, & fructum affert: & facit aliud quidē centeſimum, aliud autem ſexageſimum, aliud verò triceſimum.*

Ἄλλην παραβολὴν παρέθηκεν αὐτοῖς, λέγων, Ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ σπείροντι καλὸν σπέρμα ἐν τῷ ἀγρῷ αὐτοῦ.

24 Aliam parabolam propoſuit eis, dicens, Simile eſt regnū cælorum homini ᵛ ſeminanti bonum ſemen in agro ſuo.

24 *Aliam parabolam propoſuit illis, dicens, Simile factum eſt regnum cælorū homini qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo.*

Ἐν δὲ τῷ καθεύδειν τοὺς ἀνθρώπους ἦλθεν αὐτοῦ ὁ ἐχθρὸς, καὶ ἐπέσπειρε ζιζάνια ἀνὰ μέσον τοῦ σίτου καὶ ἀπῆλθεν.

25 Quum autem dormirent homines venit eius inimicus, & ſeminauit zizania ᵛ inter triticum: abiitque.

25 *Quum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & ſuperſeminauit zizania in medio tritici: & abiit.*

Ὅτε δὲ ἐβλάστησεν ὁ χόρτος, καὶ καρπὸν ἐποίησε, τότε ἐφάνη καὶ τὰ ζιζάνια.

26 Quū verò germinaſſet herba, & fructum edidiſſet, tunc apparuerunt etiam zizania.

26 *Quū autē creuiſſet herba, & fructum feciſſet, tūc apparuerūt & zizania.*

Προσελθόντες δὲ οἱ δοῦλοι τοῦ οἰκοδεσπότου, εἶπον αὐτῷ, Κύριε, οὐχὶ καλὸν σπέρμα ἔσπειρας ἐν τῷ σῷ ἀγρῷ; πόθεν οὖν ἔχει τὰ ζιζάνια;

27 Accedentes autem ſerui patriſſamiliâs, dixerunt ei, Domine, nonne bonum ſemē ᵛ ſeminaſti in tuo agro? vnde ergo habet zizania?

27 *Accedentes autem ſerui patriſſimiliās, dixerūt ei. Domine nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? unde ergo habet zizania?*

Ὁ δὲ ἔφη αὐτοῖς, Ἐχθρὸς ἄνθρωπος τοῦτο ἐποίησεν. Οἱ δὲ δοῦλοι εἶπον αὐτῷ, Θέλεις οὖν ἀπελθόντες συλλέξωμεν αὐτά;

28 Ille verò dixit eis, Inimicus quiſpiam hoc fecit. Serui autem dixerunt ei, Vis igitur abeamus & colligamus ea?

28 *Et ait illis, Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei. Vis igitur imus, & colligimus ea?*

Ὁ δὲ ἔφη, Οὔ· μήποτε συλλέγοντες τὰ ζιζάνια, ἐκριζώσητε ἅμα αὐτοῖς τὸν σῖτον.

29 At ille dixit, Non: ne colligēdo zizania, eradicetis ſimul cū eis triticum.

29 *Et ait, Non: ne forte colligentes zizania, eradicetis ſimul cum eis & triticum.*

Ἀφετε συναυξάνεσθαι ἀμφότερα μέχρι τοῦ θερισμοῦ· καὶ ἐν τῷ καιρῷ τοῦ θερισμοῦ ἐρῶ τοῖς θερισταῖς, Συλλέξατε πρῶτον τὰ ζιζάνια, καὶ δήσατε αὐτὰ εἰς δέσμας, πρὸς τὸ κατακαῦσαι αὐτά· τὸν δὲ σῖτον συναγάγετε εἰς τὴν ἀποθήκην μου.

30 Sinite ſimul creſcere vtraque vſque ad meſſem: & tempore meſſis dicā meſſoribus, Colligite primùm zizania, & ligate ea in faſciculos, ᵛad exurendum ea: triticum verò cogite in horreum meum.

30 *Sinite utraque creſcere uſque ad meſſem: & in tempore meſſis dicam meſſoribus, Colligite primum zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendū: triticum autem congregate in horreum meum.*

Mar. 4. 30. Luc. 13. 18

Ἄλλην παραβολὴν παρέθηκεν αὐτοῖς, λέγων, Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν κόκκῳ σινάπεως, ὃν λαβὼν ἄνθρωπος ἔσπειρεν ἐν τῷ ἀγρῷ αὐτοῦ·

31 ‖Aliam parabolam propoſuit eis, dicens, Simile eſt regnū cælorum grano ſinapis, quod acceptum quiſpiam ſeminauit in agro ſuo:

31 *Aliam parabolam propoſuit eis, dicens, Simile eſt regnum cælorum grano ſinapis, quod accipiens homo ſeminauit in agro ſuo.*

Μικρότερον μέν ἐστι πάντων τῶν σπερμάτων· ὅταν δὲ αὐξηθῇ, μεῖζον τῶν λαχάνων ἐστὶ καὶ γίνεται δένδρον· ὥστε ἐλθεῖν τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατασκηνοῦν ἐν τοῖς κλάδοις αὐτοῦ.

32 Quod minimum quidem eſt omnium ſeminum: quum autem excreuerit, maximum eſt ᵛolerū: & fit arbor: adeo vt ᵛ veniant volucres cæli ᵛ & nidulentur in ramis ipſius.

32 *Quod minimum quidem eſt omnibus ſeminibus: quum autem creuerit, maius eſt omnibus oleribus: & fit arbor: ita ut volucres cæli veniāt & habitent in ramis eius.*

13 Qui videlicet, ὃς δή. Miror placuiſſe Eraſmo vt relatiuū referretur ad λόγον, quum appareat Chriſtum non de vno aliquo homine, ſed de vno hominum genere loqui, cuius poſtea varias ſpecies enumerat. Nam (vt ait Paulus 1. Corinth. 12. a. 4) varia ſunt dona. Fructum fert, καρποφορεῖ. Hoc exprimunt Græci vno verbo, pro quo barbari dicunt Fructificare. Tricena, τριάκοντα. In duobus exemplaribus repetitur, ὁ δὲ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω: id eſt, qui habet aures ad audiendum, audiat.

14 Seminanti, σπείροντι. Vulgata, Qui ſeminauit, id eſt σπείραντι. quod etiam ſcriptum inuenimus in duobus exemplaribus, & videtur melius cohærere cum iis quæ proximè conſequuntur.

15 Inter, ἀνὰ μέσον. Vulgata, In medio. Ad verbum, Per medium. Sic Gallicè dicimus *parmi*. Hebræi בתוך.

17 Seminaſti, ἔσπειρας. Eraſ. Seminaueras. id eſt ἐσπάρκεις. Sed frequentiſsimè aoriſti, pro pluſquamperfectis accipiuntur, vt infrà 6. a. 5.

30 Ad exurendum, πρὸς τὸ κατακαῦσαι. Vulgata & Eraſmus, Ad comburendum. Vide ſuprà 3. c. 12.

32 Olerum, τῶν λαχάνων. Eraſmus, Inter olera. In tribus vetuſtis exemplaribus additur πάντων omnium, ſicut etiam legit Vetus interpres. Veniant, ἐλθεῖν. In Complutenſi editione legitur καταβῆναι. i. deſcendant.

Et nidulentur, κατασκηνοῦν. Sic Erasmus rectè conuertit. Nidos enim suprà vocauit κατασκηνώσεις, 8.c.20. quasi tabernacula vel vmbracula dicas: qua etiam ratione à Græcis diſſertioribus σκηναὶ dicuntur, quòd ſint ex baſillis & feſtucis compacti. Vulg. Et habitent.

Ἄλλην παραβολὴν ἐλάλησεν αὐτοῖς, Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ζύμῃ, ἣν λαβοῦσα γυνὴ ἐνέκρυψεν εἰς ἀλεύρου σάτα τρία, ἕως οὗ ἐζυμώθη ὅλον.

33 ‖ Aliam parabolam᷑ loquutus eſt eis, *dicens*, Simile eſt regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier᷑ condidit in farinæ᷑ ſatis tribus, vſquequo fermentaretur tota.

33 *Aliam parabolam loquutus eſt eis, Simile eſt regnum cælorum fermento quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus donec fermentatum eſt totum.* Luc.13.c.18.

Ταῦτα πάντα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς ἐν παραβολαῖς τοῖς ὄχλοις· καὶ χωρὶς παραβολῆς οὐκ ἐλάλει αὐτοῖς.

34 Hæc omnia loquutus eſt Ieſus per parabolas ad turbam: ‖& abſque parabola nihil loquutus eſt eis.

34 *Hæc omnia loquutus eſt Ieſus in parabolis ad turbas: & ſine parabola non loquebatur eis.* Mar.4.d.34

Ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου, λέγοντος, Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου· ἐρεύξομαι κεκρυμμένα ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.

35 Vt compleretur quod dictum fuit per Prophetam, dicentem, ᷑ ‖Aperiã per parabolas os meum: eructabo occultata᷑ à iactis fundamẽtis mũdi.

35 *Vt impleretur quod dictum erat per Prophetã, dicentem, Aperiam in parabolis os meum: eructabo abſcondita à conſtitutione mundi.* Pſal.73.a.2

Τότε ἀφεὶς τοὺς ὄχλους ἦλθεν εἰς τὴν οἰκίαν ὁ Ἰησοῦς, καὶ προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες, Φράσον ἡμῖν τὴν παραβολὴν τῶν ζιζανίων τοῦ ἀγροῦ.

36 Tunc dimiſſa turba venit domum Ieſus, & adierunt eum diſcipuli eius, dicentes, ᷑ Edidiſſere nobis parabolam zizaniorum agri illius.

36 *Tunc dimiſſis turbis venit in domum, & acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, dicentes, Ediſſere nobis parabolam zizaniorum agri.*

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Ὁ σπείρων τὸ καλὸν σπέρμα, ἐστὶν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου·

37 Ipſe verò reſpondens dixit eis, Qui ſeminat bonum ſemen, eſt Filius hominis:

37 *Qui reſpondens ait illis, Qui ſeminat bonum ſemen, eſt Filius hominis:*

Ὁ δὲ ἀγρός, ἐστὶν ὁ κόσμος. Τὸ δὲ καλὸν σπέρμα, οὗτοί εἰσιν οἱ υἱοὶ τῆς βασιλείας· τὰ δὲ ζιζάνιά, εἰσὶν οἱ υἱοὶ τοῦ πονηροῦ.

38 Ager autem, eſt mundus. bonum verò ſemen, ſunt filii ᷑regni: zizania verò, ſunt filii ᷑illius Mali.

38 *Ager autem, eſt mundus. bonum verò ſemen, hi ſunt filii regni: zizania autem filii ſunt Nequam.*

Ὁ δὲ ἐχθρὸς ὁ σπείρας αὐτά, ἐστὶν ὁ διάβολος· ὁ δὲ θερισμός, συντέλεια τοῦ αἰῶνός ἐστιν. οἱ δὲ θερισταί, ἄγγελοί εἰσιν.

39 Inimicus autem qui ſeminauit ea, eſt diabolus: ‖meſſis verò, conſummatio ſeculi eſt. meſſores autem, Angeli ſunt.

39 *Inimicus autem qui ſeminauit ea, eſt diabolus: meſſis verò, conſummatio ſeculi eſt. meſſores autem Angeli ſunt.* Apoc.14.c.15 ioel 3.c.13

Ὡσπερ οὖν συλλέγεται τὰ ζιζάνια, καὶ πυρὶ κατακαίεται· οὕτως ἔσται ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος τούτου.

40 Sicut ergo colliguntur zizania, & igni exuruntur: ita erit in conſummatione ſeculi huius.

40 *Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur: ſic erit in cõſummatione ſeculi.*

Ἀποστελεῖ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, καὶ συλλέξουσιν ἐκ τῆς βασι-

41 Mittet Filius hominis Angelos ſuos, qui colligent ex ipſius

41 *Mittet Filius hominis Angelos ſuos, & colligent de regno eius*

33 Loquutus eſt eis, ἐλάλησεν αὐτοῖς. Quoddam exemplar addit λέγων, dicens, cuius authoritatem ſumus ſequuti. Condidit, ἐνέκρυψεν. Vetuſta omnia exẽplaria ſcriptũ habebant ἔκρυψεν, eodem ſenſu. Vulg. Abſcondit. Eraſmus, Abſcondidit. Ego verò quum τὸ κρύπτειν interpretari ſoleam Occultare, hic malui condendi vocabulo vti. Id enim occultare vel abſcondere dicimur quod eo conſilio ſeponimus vt vbi fis, ab aliis non intelligatur.

Satis tribus, σάτα τρία. id eſt, epha vnũ, ſiue modios quatuor & ſemis. Nam ΠΝΟ apud Iudæos menſura fuit rerum aridarum, ſeſquimodium capiens, quam ter continebat epha. Sed exiſtimo nonnullos intempeſtiuè in hac menſura philoſophari. Tota, ὅλον. Vulgata & Eraſmus, Totum. At ego repetendum puto ἄλευρον.

35 Aperiam per parabolas, ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς. Hebræũ dicendi genus, pro Loquar parabolas. A iactis fundamentis, ἀπὸ καταβολῆς. Vulgata & Eraſmus, A cõſtitutione. καταβάλλειν ſignificat in inferiorem locum iacere: ſicut fieri ſolet in ædificiorum fundamentis. Vnde καταβολὴ, fundamentum. Verùm quia hoc loco non res ipſa, ſed tempus rei geſtæ ſignificatur, maluſ vti verborum ambitu: quem etiam probat Eraſmus in annotationibus.

36 Ediſſere, φράσον. Id eſt, declara & explica: quo poſteriore vocabulo vtitur hic Eraſmus, quum infrà 15. b.15, cũ Vetere interprete maluerit ſimplex Diſſerendi verbum vſurpare. Eſt igitur φράζειν hoc loco diuerſum à λέγειν, vel λαλεῖν: vnde φράσις Græcis dicitur qui Latinis ſtylus. Permutantur hæc tamen interdum, vt φράζειν & λαλεῖν, idem valeant. Itaque Cicero Theophraſti nomen in Oratore interpretans, eum dicit à diuinitate loquendi nomen inuenîſſe. Agri illius, τοῦ ἀγροῦ. id eſt, quæ in illo agro ſata fuiſſe dixiſti. Eſt enim articuli vis hoc loco ἀναφορικὴ. ſuprà verò 6.c.28, & 30, aliter accipitur ἀγρὸς, non addito articulo, nempe adiecti iui loco.

38 Regni, τῆς βασιλείας. Vide ſuprà 8.b.11. Filios autem regni non vocat vt ſuprà 8.b.11, omnes in genere regni Dei incolas, ſed eos demũ qui ſic ſunt in Eccleſia vt ſint etiam ex Eccleſia. Illius Mali, τοῦ πονηροῦ. Vulgata, Nequam. Eraſmus rectè expreſsit articulum, non modò quia de diabolo agitur, (qui κατ' ἐξοχὴν dicitur ὁ πονηρὸς) ſed etiam vt diſtinguatur caſus.

λείας αὐτῆς πάντα τὰ σκάνδαλα, καὶ τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν·

42 Καὶ βαλοῦσιν αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρός· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

Sapien. 3. b. 7. dan. 12. b. 3.

43 Τότε οἱ δίκαιοι ἐκλάμψουσιν ὡς ὁ ἥλιος, ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρὸς αὐτῶν. Ὁ ἔχων ὦτα ἀκουέτω, ἀκουέτω.

44 Πάλιν ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν θησαυρῷ κεκρυμμένῳ ἐν τῷ ἀγρῷ· ὃν εὑρὼν ἄνθρωπος ἔκρυψε, καὶ ἀπὸ τῆς χαρᾶς αὐτοῦ ὑπάγει, καὶ πάντα ὅσα ἔχει πωλεῖ, καὶ ἀγοράζει τὸν ἀγρὸν ἐκεῖνον.

45 Πάλιν ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ ἐμπόρῳ, ζητοῦντι καλοὺς μαργαρίτας·

46 Ὃς εὑρὼν ἕνα πολύτιμον μαργαρίτην, ἀπελθὼν πέπρακε πάντα ὅσα εἶχε, καὶ ἠγόρασεν αὐτόν.

47 Πάλιν ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν σαγήνῃ βληθείσῃ εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἐκ παντὸς γένους συναγαγούσῃ·

48 Ἣν, ὅτε ἐπληρώθη, ἀναβιβάσαντες ἐπὶ τὸν αἰγιαλόν, καὶ καθίσαντες συνέλεξαν τὰ καλὰ εἰς ἄγγη, τὰ δὲ σαπρὰ

regno omnia offendicula, & eos qui faciunt iniquitatem:

42 Proiiciéntque eos in fornacem ignis: illic erit fletus, stridórque dentium.

43 Tunc iusti fulgebunt vt sol, in regno Patris sui. Qui habet aures ad audiendum, audiat.

44 Rursus simile est regnum cælorum thesauro occultato in agro: quem inuentum homo occultauit, & præ gaudio quod accipit ex eo, subducit sese, & omnia quæ habet vendit, emítque agrum illum.

45 Rursus simile est regnum cælorum cuipiam negotiatori, quærēti pulchras margaritas:

46 Qui inuenta quapiam magni pretii margarita, abiens venundedit omnia quæ habebat, & emit eam.

47 Rursum simile est regnum cælorum sagenæ iactæ in mare, & quæ ex omni rerum genere coegit:

48 Quam impletam piscatores subduxerunt in littus: & sedentes collegerunt quæ bona sunt, in vasa, putria verò

omnia scandala, & eos qui faciūt iniquitatē:

42 Et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus & stridor dentium.

43 Tunc iusti fulgebunt sicut sol, in regno Patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat.

44 Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit & vendit vniuersa quæ habet, & emit agrū illum.

45 Iterum simile est regnum cælorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas:

46 Inuenta autē una pretiosa margarita, abiit & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam.

47 Iterum simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscū congregāti:

48 Quam, quum impleta esset, educentes, & secus litus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem

41 Qui faciunt iniquitatem, τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν. De hoc dicendi genere vide suprà 7. d. 23. Cæterùm qui hac parabola abutuntur vt hæreticorum impunitati patrocinentur, multis modis errāt. Nec enim hic agitur de peculiari sed de vniuersali repurgatione, cáque non Ecclesiæ solùm sed totius mundi: vt ex Angelorum quæstione, & patrisfamiliàs responso, & ipsa parabolæ explicatione liquet. Deinde, neque de ciuilis magistratus officio, nec de ministerio Verbi differit Christus hoc in loco, sed de extremo Dei ipsius iudicio, quod per Angelos suos exequetur. Tertiò, quum Christus ipse zizania interpretetur omnia offendicula, siue omnes eos qui sunt iniquitati dediti, nemo non videt solos hæreticos nō posse intelligi in hac similitudine, ac proinde tolli omnia ciuilia iudicia ab iis qui hanc parabolā sic exponunt acsi nollet Christus in hæreticos animaduerti.

42 In fornacem ignis, εἰς κάμινον πυρός. i. in fornacem ardentem, ex Hebræorum idiomate, vt Psal. 11. c. 20.

43 Patris sui, τοῦ πατρὸς αὐτῶν. In quodam exemplari, pro τοῦ πατρὸς αὐτῶν, scriptum erat τῶν οὐρανῶν, cælorum.

44 Præ, ἀπό. In hoc dicendi genere libentius Græci vtuntur præpositione ὑπό: quanquam ita etiam interdū loquitur Thucydides ille ἀξυνέτως. Gaudio quod accipit ex eo, τῆς χαρᾶς αὐτοῦ. id est, de eo thesauro reperto. nisi malimus ad ipsum inuentorem referre, & vti reciproco. Vulgata ad verbum, Gaudio illius. quod quia perobscurum est, circuitione vsi sumus. Erasmus, Quod habet super eo. Subducit sese, ὑπάγει. id est, clām discedit. Nam ὑπάγει id videtur declarare hoc loco, & amplius aliquid significare quàm ἀπέρχεται, id est abire: quo modo sæpe sumus interpretati.

46 Qui inuenta, ὃς εὑρών. Vulg. Inuenta autem. id est, εὑρὼν δέ. quod scriptum inuenimus in duobus vetustis codicibus. Magni pretii, πολύτιμον. Hoc Græci vno verbo exprimūt. Vulg. & Eras. Pretiosa. id est τίμιον. Odius, Exerces pretiosa odia & constantia magno. Habebat, ἔχε. Erasmus, Possidebat. id est ἐκτᾶτο.

47 Sagenæ, σαγήνῃ. Hoc vocabulo vtitur Manilius lib. 5. Est autē sagena, retis genus, à quo vernaculū vocabulū *seine* deductū videri possit. Eras. verriculo: quo nomine Valla (neque id rectè admodum, meo iudicio) interpretatur ἀμφίβληστρον. vt suprà 4. c. 19 monuimus, ex Ruffi medici descriptione lib. 1. quo loco de partibus oculorum agit. Nam tunica oculi quæ Græcis medicis ἀμφιβληστοειδὴς, à figura τοῦ ἀμφιβλήστρου, appellatur, omnino refert illud retis genus quod nostri dicunt *un espreuier*: Latini verò (ni fallor) fundam. Virg. lib. 1. Georg. Atque alius fundā latum iam verberat amnem, Alta petens, pelagóque alius trahit humida lina. Quo loco Seruius fundam interpretatur Σφῖκτρον: Romani quoque iaculum. Atque adeo nostri piscatores, quod superius diximus appellari *l'espreuier*, (id est ἀμφίβληστρον) vocitant *un in*, vtraque lingua vim & etymon Græci vocabuli retinente. Fundam verò dictam volunt eo loco Grammatici quòd desuper in amnem fundatur, & mox cum præda in sublime referatur: quo modo etiā Gallico sermone dicimus, *l'espreuier fond d'enhaut*: nimirum de aue loquentes, quum toto impetu è sublimi deorsum fertur, & corruere in prædam videtur: vnde appellationem quoque lingua nostra vernacula habuit genus illud retis quod ἀμφίβληστρον Græci dicunt. Cæterùm in superioribus Virgilii verficulis, Humida lina, omnes interpretantur Verriculū. i. (vt nonnulli volunt) σπάγγον. Quæ quidē etsi παρέργως, tamē libēter hoc loco annotauimus, & plerosque, huiusmodi vocabulorū proprietates magnopere ob seruīdas, parū intellexisse videam. Et quæ ex omni rerum genere coegit, ἣ ἐκ παντὸς γένους συναγαγούσῃ. i. quæ collegit res varias. Neque enim hoc de piscibus tantùm intelligo, etsi aliter sentire videtur Erasmus: quū vocabulū σαγήνης viuis piscibus parū cōueniat: neque, si ita esset, videatur Euangelista vsurpaturus fuisse neutrū genus.

48 Putria verò, τὰ δὲ σαπρά. i. qualia multa è maris fundo vnà cum piscibus eruuntur, vt sunt, muscus, alga, & cætera eiusmodi. Vulg. Malos autem, referens ad pisces. Eras. Quæ verò mala.

ἔξω ἔβαλον.

Οὕτως ἔσται ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος· ἐξελεύσονται οἱ ἄγγελοι, καὶ ἀφορίσουσι τοὺς πονηροὺς ἐκ μέσου τῶν δικαίων·

Καὶ βαλοῦσιν αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρός· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Συνήκατε ταῦτα πάντα; Λέγουσιν αὐτῷ, Ναί Κύριε.

Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Διὰ τοῦτο πᾶς γραμματεὺς μαθητευθεὶς εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ καινὰ καὶ παλαιά.

Καὶ ἐγένετο ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς τὰς παραβολὰς ταύτας, μετῆρεν ἐκεῖθεν.

Καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν πατρίδα αὐτοῦ, ἐδίδασκεν αὐτοὺς ἐν τῇ συναγωγῇ αὐτῶν· ὥστε ἐκπλήττεσθαι αὐτοὺς, καὶ λέγειν, Πόθεν τούτῳ ἡ σοφία αὕτη, καὶ αἱ δυνάμεις;

Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; οὐχὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ λέγεται Μαριάμ, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ Ἰάκωβος καὶ Ἰωσῆς καὶ Σίμων καὶ Ἰούδας;

Καὶ αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ οὐχὶ πᾶσαι πρὸς ἡμᾶς εἰσι; πόθεν οὖν τούτῳ ταῦτα πάντα;

Καὶ ἐσκανδαλίζοντο ἐν αὐτῷ. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Οὐκ ἔστι προφήτης ἄτιμος εἰ μὴ ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ.

Καὶ οὐκ ἐποίησεν ἐκεῖ δυνάμεις πολλὰς, διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν.

Κεφάλαιον ιδ΄

ΕΝ ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἤκουσεν Ἡρῴδης ὁ τετράρχης τὴν ἀκοὴν Ἰησοῦ·

foras abiecerunt.

49 Ita erit in conſummatione ſeculi: exibunt Angeli, & ſeparabunt malos è medio iuſtorum:

50 Proiiciéntque eos in caminũ ignis: illic erit fletus & ſtridor dentium.

51 Dicit eis Ieſus, Intellexiſtis hæc omnia? Dicunt ei, Etiam Domine.

52 Ipſe verò dixit eis, Propterea omnis Scriba edoctus in regno cælorum, ſimilis eſt cuipiã patrifamiliâs, qui profert è theſauro ſuo noua & vetera.

53 Et factum eſt quum conſummaſſet Ieſus parabolas iſtas, ſoluit illinc.

54 ‖ Et quum veniſſet in patriã ſuam, docuit eos in ſynagoga eorum: adeo vt percellerentur, ac dicerent, Vnde huic ſapientia iſta & virtutes?

55 Nõne iſte eſt ille fabri filius? nónne mater eius dicitur Maria, ‖ & fratres eius Iacobus & Ioſes & Simon & Iudas?

56 Et ſorores eius nónne omnes apud nos ſunt? vnde igitur iſti hæc omnia?

57 Et offendebantur in eo. Ieſus autem dixit eis, ‖ Non eſt Propheta inhonoratus niſi in patria ſua & domo ſua.

58 Neque edidit illic virtutes multas, propter incredulitatem eorum.

CAP. XIII I.

1 IN illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famã de Ieſu:

foras miſerunt.

49 *Sic erit in cõſummatione ſeculi: exibũt Angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum:*

50 *Et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus & ſtridor dentium.*

51 *Intellexiſtis hæc omnia? Dicunt ei, Etiam Domine.*

52 *Ait illis, Ideo omnis Scriba doctus in regno cælorum, ſimilis eſt homini patrifamiliâs, qui profert de theſauro ſuo noua & uetera.*

53 *Et factũ eſt quum conſummaſſet Ieſus parabolas iſtas, transiit inde.*

54 *Et ueniens in patriam ſuam, docebat eos in ſynagogis eorum: ita ut mirarentur, & dicerent, Vnde huic ſapientia hæc, & uirtutes?* Mar.6.2. luc.4.c.16

55 *Nónne hic eſt fabri filius? nónne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacob & Ioſeph & Simon & Iudas?* Iob.6.c.42

56 *Et ſorores eius nónne omnes apud nos ſunt? unde ergo huic omnia iſta?*

57 *Et ſcandalizabantur in eo. Ieſus autẽ dixit eis, Non eſt Propheta ſine honore nisi in patria ſua & in domo ſua.* Mar.6.a.4 luc.4.d.24 iob.4.f.44

58 *Et non fecit ibi uirtutes multas, propter incredulitatem eorum.*

CAP. XIIII.

1 IN illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam Ieſu: Mar.6.b.14 luc.9.a.7

49 Exibunt, ἐξελεύσονται, videlicet miſſi à Domino. Eraſ. venient, id eſt ἐλεύσονται, neque id malè. Nam Hebræorum more ſæpe intelligitur conſequens ex antecedente, vt ſuprà 4.v.5. Et ita accipitur πορεύεσθαι pro ἔρχεσθαι, Luc.14.v.10, & 1.Pet.3.v.19, & infrà 18.v.15. Separabunt, ἀφορίσουσιν. Eraſ. Segregabunt. quo verbo etiam Vetus interpres vtitur. Ego verò illud potius ſum amplexus, quia Græcum vocabulum eam demũ ſegregationem declarat quæ certo ſcopo deſtinata eſt: vt hoc loco dicantur impii ἀφορίζεσθαι, morti videlicet ſecũdæ. Hoc autem videtur Latino vocabulo Separari vtcunque exprimi: cuius ea vis eſſe videtur vt ſignificet ſepoſitum aliquid ad certum finem comparare. 51 Dicit eis Ieſus, λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς. Vulgata hoc non legit.

52 Edoctus, μαθητευθείς. Participium, non nomen, à verbo μαθητεύειν, id eſt διδάσκειν: quo vtitur infrà 28.d. 19. quod tamen etiam neutra ſignificatione accipitur pro diſcipulum eſſe, vt infrà 27.g.57. Quid ſit autem Scriba diximus ſuprà, 1 v.4. Sed videtur hic in genere pro doctore accipi. In regno, εἰς βασιλείαν. Eraſ. Ad regnũ. Ego malo εἰς pro ἐν poſitum eſſe, quæ permutatio etiam apud idoneos authores locum habet. Sic enim Sophocles in Aiace, ἐμοὶ μὲν ἀρκεῖ τῶνδε εἰς δόμους μόνον, pro ἐν δόμοις. Regnum autem cælorum vocat, vel Eccleſiam in qua regnat Deus, vel doctrinam ipſam quæ in Eccleſia regnat, per metonymiam.

53 Parabolas, παραβολὰς. Eraſmus, Sermones, id eſt λόγους. Soluit, μετῆρεν. Vulgata, Trãſiit. Ad verbum, Tranſtulit, ſubaudito reciproco. ſed pro ſimplici αἴρειν accipitur: dicitúrque propriè non de itinere terreſtri, ſed de naulgatione. Apparet autem ex Lucæ 8.c.22, Ieſum poſt hunc habitum ſermonẽ cõſcendiſſe nauim, neque ſtatim in patriam veniſſe. Itaque perinde cõuertimus acſi ſcriptum eſſet ἦλθεν.

54 Adeo vt percellerentur, ὥστε ἐκπλήττεσθαι. Vide ſuprà 7.d.28. Sapientia, ἡ σοφία. Quoddam exemplar legit πᾶσα ἡ σοφία, omnis ſapientia. 57 In eo, ἐν αὐτῷ. Vide ſuprà 11.a.6. Inhonoratus, ἄτιμος. Nonnulli, Inglorius, id eſt ἄδοξος. Vulgata, Sine honore. Eraſmus, Expers honoris. 58 Edidit, ἐποίησεν. id eſt ἐποίει. Vide ſuprà 7.c.22. Incredulitatem, ἀπιστίαν. Quidam interpretari malunt Diffidẽtiam. quod non probo. Fiducia enim à fide & diffidentia ab incredulitate ſic differunt, vt effecta diſtinguuntur à cauſis.

Καὶ εἶπε τοῖς παισὶν αὐτοῦ, Οὗτός ἐστιν Ἰωάννης ὁ Βαπτιστής· αὐτὸς ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν, καὶ διὰ τοῦτο αἱ δυνάμεις ἐνεργοῦσιν ἐν αὐτῷ.

2 Et dixit pueris ſuis, Iſte eſt Iohannes ille Baptiſta: ipſe ſurrexit à mortuis, & propterea virtutes agunt in eo.

2 Et ait pueris ſuis, Hic eſt Iohãnes Baptiſta: ipſe ſurrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in eo.

Mar.6.c.17 Luc.3.d.19

Ὁ γὰρ Ἡρῴδης κρατήσας τὸν Ἰωάννην, ἔδησεν αὐτὸν, καὶ ἔθετο ἐν φυλακῇ, διὰ Ἡρῳδιάδα τὴν γυναῖκα Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ.

3 ‖Nam Herodes prehenderat Iohãnem, & vinxerat eum, & cõiecerat in carcerem, propter Herodiadem vxorẽ Philippi fratris ſui.

3 Herodes enim tenuit Iohannem, & alligauit eũ, & poſuit in carcere, propter Herodiadem uxorem Philippi fratris ſui.

Ἔλεγε γὰρ αὐτῷ ὁ Ἰωάννης, Οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν αὐτήν.

4 Dicebat enim ei Iohannes, Non licet tibi eam habere.

4 Dicebat enim illi Iohannes, Non licet tibi habere eam.

Καὶ θέλων αὐτὸν ἀποκτεῖναι, ἐφοβήθη τὸν ὄχλον, ὅτι ὡς προφήτην αὐτὸν εἶχον.

Infrà 21.c.26

5 Et quum vellet eum occidere, timebat turbã, ‖quòd eũ haberent vt Prophetam.

5 Et uolẽs illum occidere, timuit populũ quia ſicut Prophetam eum habebãt.

Γενεσίων δὲ ἀγομένων τοῦ Ἡρῴδου, ὠρχήσατο ἡ θυγάτηρ τῆς Ἡρωδιάδος ἐν τῷ μέσῳ, καὶ ἤρεσε τῷ Ἡρῴδῃ.

6 Quum autem agerẽtur natalitia Herodis, ſaltauit filia Herodiadis in medio: & placuit Herodi.

6 Die autem natalij Herodis ſaltauit filia Herodiadis in medio: & placuit Herodi.

Ὅθεν μετ' ὅρκου ὡμολόγησεν αὐτῇ δοῦναι ὃ ἐὰν αἰτήσηται.

7 Vnde cum iureiurando ſpopondit ſe daturum ei quic quid petiiſſet.

7 Vnde cũ iuramento pollicitus eſt ei dare quodcũque poſtulaſſet ab eo.

Ἡ δέ, προβιβασθεῖσα ὑπὸ τῆς μητρὸς αὐτῆς, Δός μοι, φησὶν, ὧδε ἐπὶ πίνακι τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ.

8 Illa verò, producta à matre ſua, Da mihi (inquit) hîc in patina caput Iohannis Baptiſtæ.

8 At illa præmonita à matre ſua, Da mihi, inquit, hîc in diſco caput Iohannis Baptiſtæ.

Καὶ λυπηθεὶς ὁ βασιλεύς· διὰ δὲ τοὺς ὅρκους καὶ τοὺς συνανακειμένους, ἐκέλευσε δοθῆναι.

9 Et contriſtatus eſt rex: ſed propter iuſiurãdum, & eos qui ſimul accumbebãt, iuſſit dari.

9 Et contriſtatus eſt rex: propter iuramentũ autẽ, & eos qui pariter recumbebant, iuſſit dari.

Καὶ πέμψας ἀπεκεφάλισε τὸν Ἰωάννην ἐν τῇ φυλακῇ.

10 Et miſſo carnifice decollauit Iohannem in carcere.

10 Miſitque & decollauit Iohannem in carcere.

Καὶ ἠνέχθη ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ ἐπὶ πίνακι, καὶ ἐδόθη τῷ κορασίῳ· καὶ ἤνεγκε τῇ μητρὶ αὐτῆς.

11 Et allatum eſt caput eius in patina, datúmque eſt puellæ: & ipſa obtulit matri ſuæ.

11 Et allatũ eſt caput eius in diſco, & datũ eſt puellæ: & illa tulit matri ſuæ.

Καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἦραν τὸ σῶμα, καὶ ἔθαψαν αὐτό· καὶ ἐλθόντες ἀ-

12 Tunc acceſſerũt diſcipuli eius, & ſuſtulerunt corpus, idque ſepelierunt: & veniẽtes renun-

12 Et accedentes diſcipuli eius, tulerũt corpus, & ſepelierũt illud: & venie-

IN CAPVT XIIII.

2 Pueris, παισὶν. id eſt ſeruis, vel famulis, vt Eraſ. conuertit. Nam de huius Herodis Antipæ filiis nihil traditur. Iſte, οὗτος. In ſecundo codice ſcriptum erat, μήτι οὗτος. id eſt, nunquid iſte? Baptiſta, ὁ Βαπτιστής. Veteres duo codices additũ habebant, ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα, id eſt, quẽ ego decollaui. Agunt, ἐνεργοῦσιν. Vide Marci 6.b.14.

3 Philippi, Φιλίππου. Deerat hoc nomẽ in vno vetere exẽplari: neque etiã adſcribitur in plurimis vetuſtis codicibus, Luc.3.d.19. ſed ſcriptũ reperimus ſummo omniũ exẽplarium cõſenſu Mar.6.c.17. Ioſephus verò nõ Philippi vxorẽ fuiſſe tradit, ſed Herodis ſecundi, qui Pater fuit ὁμωνύμου huius Herodis cognomento Antipæ.

5 Timebat, ἐφοβήθη. In duobus vetuſtis codicib' ſcriptũ erat ἐφοβοῦντο. quod ſum ſequutus. Turbã, ὄχλον. Eã turbam intelligit quæ Iohannem affectabatur. Eraſmus, Multitudinem. id eſt τὸν πολὺν. Vulgata, Populum. id eſt τὸν δῆμον, vel λαόν.

6 Quum autem agerentur natalitia, γενεσίων δὲ ἀγομένων. Sic Valla rectè conuertit. Vulg. Die autem natalis. Eraſ. Quum autem celebraretur natalis. In medio, ἐν τῷ μέσῳ. id eſt, palàm & ſpectantibus omnibus: ſicut etiam Latini Ponere in medio & Proferre in medium dicunt.

7 Spopondit, ὡμολόγησεν. Propriè vſurpatur in mutua ſtipulatione hoc verbum, ſignificátque factam ſtipulationem reſponſo ſuo ratam habere: vt quum vnus quærit, Spondesne? alter reſpondet, Spõdeo, poſterior iſte dicitur ὁμολογεῖν, id eſt aſſentiri, & confeſſione ſua ſeſe ad id præſtãdum obligare. Vnde factũ vt pro ὑπισχνεῖσθαι generaliter accipiatur, ſicut etiã apud Latinos ſpondere vſurpari cœpit. Sed quorſum hoc nẽpe vt intelligatur qua ratione ὁμολογεῖν toties verterimus confiteri, hîc verò spondere. Petiiſſet, αἰτήσαιτο. Vulg. addit, ab eo.

8 Producta, προβιβασθεῖσα. id eſt, inducta prius & perſuaſa. Plinius lib.9.cap.5, Nulla ſpõſione ad hoc productus. Id autem verbum omnino Græco reſpondet: neque me deterret ipſius homonymia, quum Græci vocabuli προβιβάζειν non minus ſit varia ſignificatio. Vulgata, Præmonita. Eraſmus, Prius inſtructa.

9 Contriſtatus eſt, ἐλυπήθη. Eraſ. Indoluit. Sed Contriſtandi verbum, quod vſus ſum cum Vetere interprete, licet aſperum ſit, apud idoneos tamen authores inuenitur. Sed, δὲ. Vulgata, Autem. Sed particula δὲ eſt hoc loco diſcretiua. Eraſmus, Attamen. id eſt μέντοι.

10 Et miſſo carnifice, καὶ πέμψας. Vide ſuprà 2.c.16. Addidit Marcus accuſatiuum quem ſuppleuimus. Eraſmus, Miſſis carnificibus.

11 Corpus, σῶμα. Quoddam exemplar legit φόνον, id eſt cadauer, ſicut etiã loquitur Marcus 6.d.29. Præterea in quibuſdam codicibus additur relatiuum αὐτοῦ.

πόλεως τῶν Ιησοῦ.

Καὶ ἀκούσας ὁ Ιησοῦς ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν ἐν πλοίῳ εἰς ἔρημον τόπον κατ' ἰδίαν· καὶ ἀκούσαντες οἱ ὄχλοι ἠκολούθησαν αὐτῷ πεζῇ ἀπὸ τῶν πόλεων.

Καὶ ἐξελθὼν ὁ Ιησοῦς εἶδε πολὺν ὄχλον· καὶ ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτοῖς, καὶ ἐθεράπευσε τοὺς ἀῤῥώστους αὐτῶν.

Ὀψίας δὲ γενομένης, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες, Ἔρημός ἐστιν ὁ τόπος, καὶ ἡ ὥρα ἤδη παρῆλθε· ἀπόλυσον τοὺς ὄχλους, ἵνα ἀπελθόντες εἰς τὰς κώμας ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς βρώματα.

Ὁ δὲ Ιησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Οὐ χρείαν ἔχουσιν ἀπελθεῖν· δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν.

Οἱ δὲ λέγουσιν αὐτῷ, Οὐκ ἔχομεν ὧδε εἰ μὴ πέντε ἄρτους καὶ δύο ἰχθύας.

Ὁ δὲ εἶπε, Φέρετέ μοι αὐτοὺς ὧδε.

Καὶ κελεύσας τοὺς ὄχλους ἀναπεσεῖν ἐπὶ τοὺς χόρτους, καὶ λαβὼν τοὺς πέντε ἄρτους καὶ τοὺς δύο ἰχθύας, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν εὐλόγησε· καὶ κλάσας ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς τοὺς ἄρτους, οἱ δὲ μαθηταὶ τοῖς ὄχλοις.

Καὶ ἔφαγον πάντες, καὶ ἐχορτάσθησαν· καὶ ἦραν τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων, δώδεκα κοφίνους πλήρεις.

Οἱ δὲ ἐσθίοντες ἦσαν ἄνδρες ὡσεὶ πεντακισχίλιοι, χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδίων.

tiauerunt Ieſu.

13 ‖ Quum autē hoc audiſſet Ieſus, ſeceſſit illinc in nauigio in deſertū locū priuatim: & quū hoc audiſſet turba, pedibꝰ ſequuta eſt eum ab vrbibus.

14 Et egreſſus Ieſus vidit multam turbam: & miſericordia commotus eſt erga eos, ſanauitque eorum ægrotos.

15 ‖ Quum autem ſerum diei eſſet, adierunt eum diſcipuli eius, dicētes, Deſertus eſt locus, & tēpus iam præteriit: dimitte turbam vt abeat in vicos, & emant ſibi eſcas.

16 Ieſus autem dixit eis, Non habent neceſſe abire: date eis vos quo veſcantur.

17 Ipſi verò dicunt ei, Non habemus hīc niſi quinque panes & duos piſces.

18 Ipſe autē dixit, Adferte mihi eos huc.

19 Et iuſſa turba per herbas diſcumbere, & acceptis quinque illis panibus ac duobus piſcibus, ſuſpiciēs in cælum benedixit: & quum fregiſſet, dedit diſcipulis panes, diſcipuli verò turbæ.

20 Et comederunt omnes, & ſaturati ſūt. ſuſtulerúntque quod ſuperfuerat fragmētorū, duodecim cophinos plenos.

21 Qui autem ederāt, fuere viri quaſi quinquies mille, abſque mulieribus ac puerulis.

13 Quod quum audiſſet Ieſus, ſeceſſit inde in nauicula in locum deſertum ſeorſum. & quum audiſſent turbæ, ſequutæ ſunt eū pedeſtres de ciuitatib⁹. *Mar.6.d.32 luc.9.b.10*

14 Et exiens vidit turbam multam: & miſertus eſt eis, & curauit languidos eorum.

15 Veſpere autē facto acceſſerūt ad eum diſcipuli eius, dicentes, Deſertus eſt locus, & hora iā præterijt: dimitte turbas, ut euntes maſtella emant ſibi eſcas. *Mar.6.c.35 luc.9.b.12 iohan.6.a.5*

16 Ieſus autem dixit eis, Non habent neceſſe ire: date illis uos manducare.

17 Reſponderunt ei, Non habemus hīc niſi quinq; panes & duos piſces.

18 Qui ait eis, Adferte mihi illos huc.

19 Et quum iuſſiſſet turbā diſcumbere ſuper fœnū, acceptis quinque panib⁹ & duobus piſcibus, aſpiciēs in cælum, benedixit: & fregit, & dedit diſcipulis panes, diſcipuli autem turbis.

20 Et mādducauerūt omnes & ſaturati ſunt. Et tulerūt reliquias, duodecim cophinos fragmentorum plenos.

21 Manducantium autem fuit numerus quinque millia virorum, exceptis mulieribus ac parmulis.

13 Priuatim, κατ' ἰδίαν. Vulgata & Eraſmus, Seorſum. id eſt χωρίς.

14 Eorū ægrotos, τοὺς ἀῤῥώστους αὐτῶν. Vulg. Languidos eorū. id eſt πεπόνους. Eraſ. Ex illis qui malè valebant.

16 Non habent neceſſe, οὐ χρείαν ἔχουσιν. Alibi conuertimus χρείαν ἔχειν, opus eſſe, & indigere. Sed neceſſe fuit interdum variæ conſtructionis habere rationem.

17 Ipſi verò dicunt ei, οἱ δὲ λέγουσιν αὐτῷ. Vulgata, Reſponderunt ei, ἀπεκρίθησαν αὐτῷ.

19 Herbas, χόρτους. vel gramina. Vulgata, Fœnum, quod (vt ego quidem exiſtimo) nōniſi de herbis reſectis dicitur. In qua etiam ſignificatione accipi videtur 1.Cor.3.c.12. Et acceptis, καὶ λαβών. Particula καὶ non erat in vetuſtis codicib⁹, neque reperitur in Vulgata verſione. Suſpiciēs. ἀναβλέψας. Aoriſtus pro præſenti ἀναβλέπων. Significatur enim precantis geſtus. Cæterùm τὸ ἀναβλέπειν alibi interpretati ſumus viſum recipere. Sed hoc loco idem valet quod ἄνω ſurſum. Vulgata, Aſpiciens. id eſt βλέπων. Eraſmus, Sublatis oculis. id eſt, ἀνάρας τοὺς ὀφθαλμούς, vt infrà loquitur Matthæus 17.b.8. Benedixit, εὐλόγησεν. id eſt ἐχαρίσατο, bene precatꝰ eſt, & gratias egit Deo Patri. ſicut etiam loquitur noſter Euangeliſta infrà 15.v.36. quod annotaui, nequis rudior benedictionis appellatione intelligat crucis ſignum in aerem ſparſum, aut conſecrationem magicam.

20 Quod ſuperfuerat, τὸ περισσεῦον. Hoc eſt omnino quod vernaculo ſermone dicimus Le pardeſſus. Vulgata, Reliquias. id eſt λείψανα. Fragmentorum, τῶν κλασμάτων. Vetus interpres poſt περισσεῦον diſtinguit, & hæc connectit cum πλήρεις, molliore certè iunctura. Vertit enim, Duodecim cophinos fragmentorum plenos. Eraſmus poſt τῶν κλασμάτων diſtinguit, ſicut & plerique codices, & interpretatur De fragmētis. id eſt, ἀπὸ κλασμάτων: quū nuſquam legatur addita præpoſitio. Quinetiam ſequenti cap.15.d.37, quod hoc loco vſurpauit, ipſe repudiat.

Cophinos, κοφίνους. In hac hiſtoria etiam apud cæteros Euangeliſtas fit mentio κοφίνων, quod non obſeruauit Eraſmus, qui tradit Lucam non cophinos, ſed σπυρίδας (id eſt ſportulas) vocare: quum σπυρίδων mentio fiat à Matthæo & Marco duntaxat. idque in altero miraculo quod proximo capite commemoratur, & Marci 8.b.19. Eſt autem cophinus, menſuræ genus vtraſque res metiens, nimirum & aridas & liquidas, Iulio Polluce teſte. Et quod ad liquidas attinet, idem tradit, tres choas, id eſt (vt Latini loquuntur) congios tres cepiſſe. Rerum autem aridarum quàm capax fuerit, non memini legere.

21 Quaſi, ὡσεί. id eſt fere. Sic enim vſurpatur etiam à Cicerone & Terētio. Vetus interpres non legit, aut certè prætermiſit. Eraſmus, Ferme. id eſt σχεδόν. Vide Mar.5.b.13. Ac puerulis, καὶ παιδίων. Eraſmus in annotationibus legit παιδίων, & pueros interpretatur.

Καὶ εὐθέως ἠνάγκασεν ὁ Ἰησοῦς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ ἐμβῆναι εἰς τὸ πλοῖον, καὶ προάγειν αὐτὸν εἰς τὸ πέραν, ἕως οὗ ἀπολύσῃ τοὺς ὄχλους.

22 Et statim ᵛcoegit Iesus discipulos suos insc̃endere in nauigium, & ᵛ prærire sibi in ripam vlteriorem, ᵛ dum dimitteret turbam.

22 Et statim compulit Iesus discipulos ascendere in nauicelam, & præcedere eũ trans fretum, donec dimitteret turbas.

Καὶ ἀπολύσας τοὺς ὄχλους, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος κατ' ἰδίαν, προσεύξασθαι. Ὀψίας δὲ γενομένης, μόνος ἦν ἐκεῖ.

Mat.6.f.46 iohan.6.b.16

23 Dimissa igitur turba ascendit in montem priuatim, ad orandum. ¶Quum autem serum diei esset, solus erat illic.

23 Et dimissa turba ascendit in montem solus, orare. Vespere autem facto solus erat ibi.

Τὸ δὲ πλοῖον ἤδη μέσον τῆς θαλάσσης ἦν, βασανιζόμενον ὑπὸ τῶν κυμάτων· ἦν γὰρ ἐναντίος ὁ ἄνεμος.

24 Nauigium verò iam in medio maris erat, vexatum à fluctibus: nam ventus erat contrarius.

24 Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus: erat enim contrarius uentus.

Τετάρτῃ δὲ φυλακῇ τῆς νυκτὸς ἀπῆλθε πρὸς αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς, περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης.

25 Quarta autem noctis ᵛ vigilia abiit ad eos Iesus, ambulãs super mare.

25 Quarta autem uigilia noctis uenit ad eos ambulans super mare.

Καὶ ἰδόντες αὐτὸν οἱ μαθηταὶ ἐπὶ τὴν θάλασσαν περιπατοῦντα, ἐταράχθησαν, λέγοντες, Ὅτι φάντασμά ἐστι· καὶ ἀπὸ τοῦ φόβου ἔκραξαν.

26 Et eo viso super mare ambulante, discipuli turbati sunt, dicentes, Spectrum est: & præ metu clamarunt.

26 Et uidentes eum super mare ambulãtem, turbati sunt, dicentes, Quia phantasma est: & præ timore clamauerunt.

Εὐθέως δὲ ἐλάλησεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, λέγων, Θαρσεῖτε· ἐγώ εἰμι, μὴ φοβεῖσθε.

27 Sed statim loquutus est eis Iesus, dicens, Confidite: ego sum, ne timete.

27 Statimque Iesus loquutus est eis, dicens, Habete fiduciam: ego sum, nolite timere.

Ἀποκριθεὶς δὲ αὐτῷ ὁ Πέτρος εἶπε, Κύριε, εἰ σὺ εἶ, κέλευσόν με πρός σε ἐλθεῖν ἐπὶ τὰ ὕδατα.

28 Respondens autem ei Petrus dixit, Domine, si tu es, iube me ad te venire super aquas.

28 Respondens autem Petrus dixit, Domine, si tu es, iube me ad te uenire super aquam.

Ὁ δὲ εἶπεν, Ἐλθέ. Καὶ καταβὰς ἀπὸ τοῦ πλοίου ὁ Πέτρος, περιεπάτησεν ἐπὶ τὰ ὕδατα, ἐλθεῖν πρὸς τὸν Ἰησοῦν.

29 Ipse verò dixit, Veni. Et quũ descendisset è nauigio Petrus, ambulauit super aquas ᵛ vt veniret ad Iesum.

29 At ipse ait, Veni. Et descendens Petrus de nauicula, ambulabat super aquam ut ueniret ad Iesum.

Βλέπων δὲ τὸν ἄνεμον ἰσχυρόν, ἐφοβήθη· καὶ ἀρξάμενος καταποντίζεσθαι, ἔκραξε, λέγων, Κύριε, σῶσόν με.

30 ᵛVidens autem ventum validum, timuit: & quum cœpisset demergi, clamauit, dicens, Domine serua me.

30 Videns uero uentũ ualidum, timuit: & quum cœpisset mergi, clamauit dicens, Domine, saluum me fac.

Εὐθέως δὲ ὁ Ἰησοῦς ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἐπελάβετο αὐτοῦ, καὶ λέγει αὐτῷ, Ὀλιγόπιστε, εἰς τί ἐδίστασας;

31 Statim verò Iesus, extenta manu, apprehendit eum, dicitque ei, O exigua fide prædite, ᵛquid ᵛ dubitasti?

31 Et cõtinuò Iesus extendẽs manum, apprehẽdit eum, & ait illi, Modicæ fidei, quare dubitasti?

Καὶ ἐμβάντων αὐτῶν εἰς τὸ πλοῖον, ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος.

32 Et quum essent ingressi nauigium, quieuit ventus.

32 Et quum ascendissẽt in nauiculã, cessauit uẽtus.

Οἱ δὲ ἐν τῷ πλοίῳ, προσεκύνησαν αὐτῷ, λέγοντες, Ἀληθῶς Θεοῦ υἱὸς εἶ.

33 Qui autem erãt in nauigio, venientes adorauerunt eum, dicentes, Verè Dei filius es.

33 Qui autem in nauicula erãt, uenerunt, & adorauerũt eũ, dicentes, Verè filius Dei es.

Mat.6.g.54 Καὶ διαπεράσαντες ἦλθον εἰς τὴν

34 ¶Et quũ traiecissent, venerũt

34 Et quũ trãsfretassẽt, ue

22 Coegit, ἠνάγκασεν. Vulg.& Eras. Compulit. Nam probabile est Euangelistam hoc vocabulũ vsurpasse vt ostẽderet discipulos inuitos à Domini latere discessisse. Prærire sibi, προάγειν αὐτόν. Vulg.& Eras. præcedendi verbo vtuntur. Vide suprà 2.b.9. In quibusdam codicibus deest αὐτόν. Rursus in aliis legitur προσάγειν, sed mendosè. Dum, ἕως οὗ. Vulg.& Eras. Donec: non minus impropriè quàm si ego (ita vt soleo) hic quoque conuertissem Vsquequo. Neque enim hic declaratur finis temporis alicuius, sed medium potius interuallum, quẽadmodum apud Hebræos עד pro עוד vsurpatur. Sicut suprà 5. d.15, positum est ἕως ὅτου, & ab vtroque interprete rectè conuersum. Item Ioh.12.e.35: vbi iterum perperam verterunt Donec.

25 Vigilia, φυλακῇ. Propriè custodia. Nemo autem (opinor) ignorat veteres in quatuor vigilias diuisisse noctes, quibus videlicet excubiæ agebantur, quas eadem ratione Græci φυλακὰς vocant.

30 Videns, βλέπων id est, Animaduertens: translatione à corpore ad animum.

31 Quid, εἰς τί. vel, quorsum. Ad verbum, Ad quid: quod vernaculo sermone dicimus A quoy faire? Vulgata, Quare, id est διὰ τί. Erasmus, Cur. Cic. Attico, Ad quid laboramus res Romanas? Quem locum suspicor corruptum. Dubitasti, ἐδίστασας. Sicut Latinè dubius dicitur qui ex duabus viis non satis nouit vtram sequatur, sic à Græcis dicuntur διστάζειν quorum animus nunc huc, nunc illuc rapitur. Itaque mihi non displicuit hoc loco Venus interpres: quum alioqui Dubitandi vocabulum etiam respondeat τῇ ἀμφιβολίᾳ.

γλεῦ Γεννησαρέτ.

Καὶ ἐπιγνόντες αὐτὸν οἱ ἄνδρες τοῦ τόπου ἐκείνου ἀπέστειλαν εἰς ὅλην τὴν περίχωρον ἐκείνην· καὶ προσήνεγκαν αὐτῷ πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας.

Καὶ παρεκάλουν αὐτὸν ἵνα μόνον ἅψωνται τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ. καὶ ὅσοι ἥψαντο, διεσώθησαν.

Κεφάλαιον ιε

Τότε προσέρχονται τῷ Ἰησοῦ οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι, λέγοντες,

Διατί οἱ μαθηταί σου παραβαίνουσι τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων; οὐ γὰρ νίπτονται τὰς χεῖρας αὐτῶν, ὅταν ἄρτον ἐσθίωσιν.

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Διατὶ καὶ ὑμεῖς παραβαίνετε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν;

Ὁ γὰρ Θεὸς ἐνετείλατο, λέγων, Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα· καί, ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα, θανάτῳ τελευτάτω.

Ὑμεῖς δὲ λέγετε, Ὃς ἂν εἴπῃ τῷ πατρὶ ἢ τῇ μητρί, Δῶρον ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ, ὠφεληθῇς, καὶ οὐ μὴ τιμήσῃ τὸν πατέρα αὐτοῦ ἢ τὴν μητέρα αὐτοῦ·

in terram Gennesaret.

Et quum agnouissent eum viri loci illius, miserunt in totam circumiacentē regionem illam: & obtulerunt ei omnes malè affectos.

Et precabantur eum vt solùm tangerent fimbriam pallii ipsius. & quotquot tetigerūt, seruati sunt.

CAP. XV.

Tunc accedunt ad Iesum Hierosolymitani quidam Scribæ & Pharisæi, dicentes,

Quare discipuli tui transgrediuntur traditionē Seniorum? non enim lauant manus suas, quum edunt panem.

At ille respondens dixit eis, Quare & vos transgredimini mandatum Dei per traditionē vestram?

Nam Deus mandauit, dicens, Honora patrem tuum & matrē. &, Qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur

Vos autem dicitis, Quicunque dixerit patri aut matri, Donum quodcunque à me erit, tibi proderit, etiāsi nequaquam honorauerit patrē suum aut matrem suam, infons erit.

nerūt in terrā Genesar.

Et quum cognouissent eum viri loci illius, miserunt in vniuersam regionem illam, & obtulerunt ei omnes malè habentes.

Et rogabant eū vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. & quicūque tetigerūt salui facti sunt.

CAP. XV

Tunc accesserunt ad eum ab Ierosolymis Scribæ & Pharisæi dicentes, Mar.7.a.1

Quare discipuli tui trāsgrediuntur traditionem Seniorum? non enim lauant manus suas quum panem manducant.

Ipse autem respondens ait illis, Quare & vos transgredimini mandatum Dei, propter traditionem vestram?

Nam Deus dixit, Honora patrem & matrem. & Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Exo.20.b.12 & 21.c.17 deut.5.b.16 ephes.6.a.2 Exo.21.c.17 leuit.20.b.9 prouer.20.c.20

Vos autem dicitis, Quicunque dixerit patri vel matri, Munus quodcunque est ex me, tibi proderit. Et non honorificabit patrem suum aut matrē suam:

34 Gennesaret, Γεννησάρετ. In duobus exemplaribus legimus Γενησάρα, Gennesara. In alio quodam, Γενεσαρέθ, Genesareth. Vulgata legit Γενησάρ, Genesar: & Iosue.11.a.2. pro eo quod Hebræi habent כנרות, Chaldæus paraphrastes habet גנוסר.

35 Miserūt, ἀπέστειλαν. Eras. Miserāt nuntios, vt plena esset cōstructio. Sed illā eclipsin idonei authores imitātur: vt Terent. Eunucho, Misit porro orare vt ad se veniā. Et Cicero ad Atticū, Itaque obuiā illi misimus Athenas. Affectos, ἔχοντας. Eras. sequutus Vulgatam, Habentes: quod tamē rectè idem mutauit suprà, 4.d.24.

36 Vt solùm, ἵνα μόνον. Vulgata, Vt vel, ἵνα κἂν. quod non legitur hoc loco, sed Mar. 6.g.56. Pallii, ἱματίου. id est summæ vestis: id quod ad emphasin facit, vt rectè notat Erasmus. Vulgata, Vestimenti. Seruati sunt, διεσώθησαν, pro ἐσώθησαν. Vulgata & Erasmus, Salui facti sunt, id est à morbo liberati.

IN CAPVT XV.

1 Hierosolymitani quidam Scribæ, οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων γραμματεῖς. Erasmus, Qui ab Hierosolymis venerant Scribæ. Sed articulus οἱ (vt ego quidem existimo) potius pertinet ad γραμματεῖς quām ad participium aliquod subauditum. Eum autem expressi per syncategorema particulare, perinde acsi scriptum sit τινὲς, sicut legitur apud Marcum cap.7.a.1. Nam (vt ait Magentinus in Aristotelem De interpretatione) articulus singularis idem pollet quod vniuersalis determinatio, quam vocant: pluralis non item.

2 Seniorum, τῶν πρεσβυτέρων, id est maiorum, vt Erasmus rectè interpretatus est Mar. 7.a.3. Sed mihi videntur hic designari penes quos erat gubernatio, qui iampridem istiusmodi ritus approbarant. Vide infrà, 16.v.21.

Edunt panem, ἄρτον ἐσθίωσιν. id est, cibum capiunt, ex Hebræorum idiotismo qui passim occurrit.

3 Per traditionem, διὰ τὴν παράδοσιν. id est traditione. Erasmus, Propter. Et certè hac significatione plerūque hæc præpositio secundo casui iungitur: hic tamen potius significari videtur causa per quam aliquid fit. Traditionis autem vocabulum doctrinam declarat quæ ore tradebatur. Institutum Latinè dicas, aut constitutionē, vt censet Erasmus, qui etiam ita interpretatur Marci 7.a.4. Eiusdem autēcapitis versiculo quinto, ritum traditum exponit: nono verò & decimo, constitutionem. Ego verò retinui vocabulum quod Græco respondet, & à Gellio etiam vsurpatur lib.3.cap.21.

4 Honora, τίμα. Honoris appellatione intelligitur omne genus officii aut potius pietatis filiorum erga parentes, sicut rectè & piè annotauit Erasmus. Morte moriatur, θανάτῳ τελευτάτω. Vide Mar.cap.7.b.10.

5 Donum quodcunque à me erit, δῶρον ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ᾖ. Erasmus, Quicquid doni à me profectum erit, id in tuum vertitur commodum. Idem autem apud Marcum, Donum quodcunque ex me, in tuum cedet commodum. Vetus autem interpres cum nostra interpretatione omnino consentit. Nam δῶρον quarto casu ponitur, constructione Atticis familiari, pro δῶρον. Sensus autem hic est, Quicquid templo donauero, cedet in rem tuam. perinde enim est acsi tibi dedero: quia (vt nostri Pharisæi loquuntur) tibi meritorium erit. Nam hac specie religionis illi ad se transferebant omnia: quasi qui templo donasset, filii officium impleuisset. Erasmi autem interpretationem non sequor, multas ob causas. Primùm, quia nimium

procul recedit à Græcis: deinde quia nouum verbum adſciſcit, idque per præteritum imperfectum explicat, nulla coactus neceſſitate. Quinetiam coniunctiuum interpretatur per præſens indicatiui, quum potius per futurum vertendum ſit: niſi propriam ſignificationem ſeruare malis. Poſtremò videtur illud δῶρον poſt articulum collocare: perinde acſi ſcriptum eſſet, ὃ ἐὰν δῶρον ἐξ ἐμοῦ, ὠφεληθῇς αὐτῷ. Quòd autem in annotationibus dicit ſibi videri potius legendum eſſe ὠφεληθῇς, vt ſit Iuuaris, (ſunt enim hæc ipſius verba) planè non intelligo. Ergo Veteris interpretis potius ſententiam ſequor. ſupplet enim duntaxat verbum ſubſtantiuum, eclipſi omnibus linguis familiari. Quid ſi autem ita vertas: Donum ἠ quo à me iuuari poſsis. vt ſit hic ſenſus, Donum, id eſt, id quod templo Domini largior, (quod Corban vocat Marcus 7. b. 11) illud demum eſt quo à me iuuari potes. Vel, Donum eſt & templo conſecratum id omne quo à me potueras iuuari. id eſt, Illud omne quo poteras à me iuuari, conſecrani templo. Quam poſtremam interpretationem affert Theophylactus. Vtramuis autem ſequaris, coniungenda erit particula ἐὰν potentialis cum verbo ὠφεληθῇς, neque vllius vocabuli ſignificationem detorſeris. Etiamſi nequaquam honorauerit, καὶ οὐ μὴ τιμήσει. Vulg. Et non honorificabit. Eraſmus, Et non honorabit. Ego verò exiſtimo καὶ pro κἂν poſitum: cuius enallages aliud exemplum habes ſuprà 5.c.19. Quòd autem idem admonet, ſi per tertiam perſonam interpreteris (ita vt fecit) legendum eſſe τιμήσει, id mihi quidem non facilè perſuaſerit. ſolet enim præcedente ἵνα, ſubiunctiuus pro futuro indicatiui etiam apud indoneos authores vſurpari. τιμήσῃ verò (nam ita legitur in omnibus vetuſtis codicibus, & pleriſque etiam impreſsis) non eſt ſecunda perſona futuri à verbo τιμῶμαι, (ſicut ille videtur exiſtimaſſe) quum ſit eius verbi prorſus diuerſa ſignificatio, ſed tertia potius aoriſti prioris coniunctiui à verbo τιμῶ, quam diximus pro futuro indicatiui ſolere vſurpari. Sed (vt mihi quidem videtur) planior erit ſententia ſi coniunctiui ſignificatione ſeruata, hoc membrum tanquam altera pars traditionis, cum ſuperiore coniungatur, & hic demum expleatur conſtructio, ſicut fecimus. Suppleuimus autem quod viſum eſt accommodatiſſimum, nempe ἔσται erit: id eſt αἰδέσιος ἔσῃ. Sic enim ſcriptum eſt ſuprà 12.a.5. & reſpondet Hebræorum formulæ יִהְיֶה, cuius exempla paſſim occurrunt, vt Gen. 24. a. 8, & Exodi 21. d. 19. cui opponitur ἐφόνευσε, & ἔτυψε Ex. Poteſt tamē ita explicari hic locus vt & particula pleonaſmo Hebraïs vſitatiſſimo redundet, nec quicquā ſit ſupplendū. nempe ſi ita interpretemur totum hunc locum, Vos autem dicitis, Quicunque dixerit, &c. non honorabit patrem, &c. id eſt, non tenebitur ex illo præcepto aliquid aliud patri præſtare.

Καὶ ἠκυρώσατε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν.

6 Et irritum feciſtis mandatū Dei per traditionem veſtram.

6 *Et irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionem veſtram.*

Ὑποκριταί, καλῶς προεφήτευσε περὶ ὑμῶν Ησαΐας, λέγων,

7 Hypocritæ, bene de vobis prophetauit Eſaias, dicens,

7 *Hypocritæ bene prophetauit de vobis Eſaias dicēs,*

Isa. 29. d. 13.

Ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ τοῖς χείλεσί με τιμᾷ· ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ.

8 Appropinquat mihi populus hic ore ſuo, & labiis me honorat: cor autem eorum procul abeſt à me.

8 *Populus hic labiis me honorat: cor autem eorū longè eſt à me.*

Μάτην δὲ σέβονταί με, διδάσκοντες διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων.

9 Sed frustra me colunt, docentes doctrinas quæ ſunt mandata hominum.

9 *Sine cauſa autem colunt me, docentes doctrinas mandata hominum.*

Καὶ προσκαλεσάμενος τὸν ὄχλον, εἶπεν αὐτοῖς, Ἀκούετε καὶ σύνιετε.

Mar. 7. a. 17

10 Et aduocata turba dixit eis, Audite & intelligite.

10 *Et conuocatis ad ſe turbis, dixit eis, Audite & intelligite.*

Οὐ τὸ εἰσερχόμενον εἰς τὸ στόμα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸ ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ στόματος, τοῦτο κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον.

11 Non quod ingreditur in os, polluit hominem, ſed quod egreditur ex ore, hoc polluit hominem.

11 *Non quod intrat in os, coinquinat hominem: ſed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.*

Τότε προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἶπον αὐτῷ, Οἶδας ὅτι οἱ Φαρισαῖοι ἀκούσαντες τὸν λόγον ἐσκανδαλίσθησαν;

12 Tunc accedentes diſcipuli eius dixerunt ei, Noſti Phariſæos audito ſermone iſto offenſos fuiſſe?

12 *Tunc accedentes diſcipuli eius dixerunt ei, Scis quia Phariſæi, audito verbo hoc, ſcandalizati ſunt?*

6 Irritum feciſtis, ἠκυρώσατε. Deriuatur hoc verbum à κῦρος, quo plena authoritas ac imperium declaratur. Itaque ἀκυροῦν propriè ſignificat omni imperio & authoritate ſpoliare. Apparet igitur eos qui Dei verbo quicquam detrahunt aut adiungunt, quocunque obtentu id faciant, tamen non minus eſſe nocentes quàm ſi Deum ipſum conarentur è ſuo ſolio detrahere. quod vt melius intelligeretur, placuit indicare huius verbi etymon. Eſt autem hoc referendum ad hominum conatus. Nam, quod ad rem ipſam attinet, inuito Satana & ipſius organis fruſtra laborantibus, ſtant Dei præcepta in Eccleſia ipſius.

7 Bene, καλῶς. Eraſmus, Rectè. id eſt ἀρθῶς. Prophetauit, προεφήτευσε. Eraſ. Prædixit. Alii, Vaticinatus eſt, ſicut etiam Eraſ. vertit Mar. 7. a. 6. Ego neque volui, neque (vt opinor) debui vocabulum tam familiare Chriſtianorum auribus immutare. Quòd ſi mihi nouitas placeret (vt quibuſdam, qui vtinam verbis tenus Scripturam profanarent) mallem vti prædicendi verbo, quod Græco vocabulo prorſus reſpondet. Nam vaticinari opponitur potius τῷ μαντεύεσθαι.

8 Appropinquat, ἐγγίζει. Apparet Veterem interpretem legiſſe, ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσί μου τιμᾷ, Populus iſte labiis me honorat. Eraſmus autem exiſtimat ſtudioſum aliquem ſuppleuiſſe cætera ex editione Græcorum. Sed tamen magno conſenſu omnia vetuſta exemplaria cum noſtris Græcis conſentiebant.

9 Fruſtra, μάτην. Vulg. malè, Sine cauſa. Quæ ſūt mādata, ἐντάλματα. Hæc dicūtur per appoſitionē, vt rectè obſeruat Eraſ. Simile exēplū habes Rom. 8. g. 13: quia tamē id obſcurius erat, addidi quæ ſunt, ad locū illuſtrandū.

11 Polluit, κοινοῖ. Κοινὸν ex Hebræorum idiotiſmo dicitur quod Latini vocant profanum: quaſi commune dicas, id eſt, cuius eſt vſus vulgaris & omnium communis: vel quod promiſcuo omnium vſu veluti inquinatū eſt ac contaminatum, ſicut exponitur Act. 10. b. 14. A quo deriuatur verbum κοινόω, pro quo nonnulli communicandi verbo vtuntur, vt Vetus interpres Mar. 7. b. 15. ſed quos nolim imitari. Vulgata vertit Coinquinare. Eraſmus in annotationibus, Impurum reddere. Itaque quod in ipſius verſione legitur Impurat, typographorum incuriam arguit. Idem apud Marcum vertit Inquinare.

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπε, Πᾶσα φυτεία ἣν οὐκ ἐφύτευσεν ὁ πατήρ μου ὁ οὐράνιος, ἐκριζωθήσεται.

Ἄφετε αὐτούς· ὁδηγοί εἰσι τυφλοὶ τυφλῶν. τυφλὸς δὲ τυφλὸν ἐὰν ὁδηγῇ, ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται.

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος εἶπεν αὐτῷ, Φράσον ἡμῖν τὴν παραβολὴν ταύτην.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν, Ἀκμὴν καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε;

Οὔπω νοεῖτε ὅτι πᾶν τὸ εἰσπορευόμενον εἰς τὸ στόμα, εἰς τὴν κοιλίαν χωρεῖ, καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται;

Τὰ δὲ ἐκπορευόμενα ἐκ τοῦ στόματος, ἐκ τῆς καρδίας ἐξέρχεται, κἀκεῖνα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον.

Ἐκ γὰρ τῆς καρδίας ἐξέρχονται διαλογισμοὶ πονηροί, φόνοι, μοιχεῖαι, πορνεῖαι, κλοπαί, ψευδομαρτυρίαι, βλασφημίαι.

Ταῦτά ἐστι τὰ κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον· τὸ δὲ ἀνίπτοις χερσὶ φαγεῖν, οὐ κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον.

Καὶ ἐξελθὼν ἐκεῖθεν ὁ Ἰησοῦς ἀνεχώρησεν εἰς τὰ μέρη Τύρου καὶ Σιδῶνος.

Καὶ ἰδοὺ, γυνὴ Χαναναία ἀπὸ τῶν ὁρίων ἐκείνων ἐξελθοῦσα, ἐκραύγασεν, αὐτῷ λέγουσα, Ἐλέησόν με Κύριε, υἱὲ Δαβίδ, ἡ θυγάτηρ μου κακῶς δαιμονίζεται.

13 Ipſe verò reſpondens dixit, Omnis planta quam non plantauit Pater ille meus cæleſtis, eradicabitur.

14 Sinite eos: duces ſunt cæci cæcorum. porrò ſi cæcus cæco præierit, ambo in foueā cadēt.

15 Reſpondens autem Petrus dixit ei, Ediſſere nobis parabolam iſtam.

16 Ieſus autem dixit, Adhuc & vos ſine intelligentia eſtis?

17 Nondum intelligitis, quicquid ingreditur in os, in ventrem cedere, & in latrinam eiici?

18 Quæ autem proficiſcuntur ex ore, ex ipſo corde egrediuntur, & illa polluunt hominem.

19 Nam ex corde egrediuntur cogitationes malæ, cædes, adulteria, ſcortationes, furta, falſa teſtimonia, obtrectationes.

20 Hæc ſunt quæ polluunt hominem: illotis autem manibus veſci, non polluit hominem.

21 Et egreſſus illinc Ieſus receſſit in partes Tyri & Sidonis.

22 Et ecce, mulier Chananæa à finibus illis egreſſa, clamauit, dicens ei, Miſerere mei Domine, fili Dauid, filia mea malè à dæmonio vexatur.

13 *At ille reſpondens ait, Omnis plantatio quam non plantauit Pater meus cæleſtis, eradicabitur.* Iob.15.a.8

14 *Sinite illos: cæci ſunt duces cæcorum. cæcus autem ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt.* Luc.6.f.35

15 *Reſpondens autem Petrus dixit ei, Ediſſere nobis parabolam iſtam.* Mar.7.b.17

16 *At ille dixit, Adhuc & vos ſine intellectu eſtis?*

17 *Non intelligitis quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittitur?*

18 *Quæ autem procedūt de ore, de corde exeunt, & ea coinquināt hominē.*

19 *De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ.* Gen.6.a.5. & 8.d.21

20 *Hæc ſunt quæ coinquinant hominem: non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem.*

21 *Et egreſſus inde Ieſus ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis.* Mar.7.a.24

22 *Et ecce, mulier Chananæa à finibus illis egreſſa, clamauit, dicens ei, Miſerere mei Domine fili Dauid, filia mea malè à dæmonio vexatur.*

14 Cæco præierit, τυφλὸς ὁδηγῶν. Significat ὁδηγῶν ducem eſſe itineris. Itaque præeundi vocabulo ſum vſus vt proximè accederem ad vocabulum Græcum. quo modo etiam antè expreſſi ἡγεμόνας ſynonymū. Vulgata, Ducatum præſtet. Eraſmus, Dux fuerit. Foueam, βόθυνον. In vno exemplari legimus βόθρον eodem ſenſu. Notandum eſt autem vtrunque addici exitio, tum eum qui præit, tum eum qui ſequitur, ſicut etiam dicit Dominus Ezech.14.v.10.

16 Sine intelligentia eſtis? ἀσύνετοί ἐστε. Vulgata, Sine intellectu eſtis? Et apud Marcum, Imprudentes eſtis? Eraſ. Intelligentia caretis?

17 Intelligitis, νοεῖτε. Idem eſt hoc loco νοεῖν quod συνιέναι. Alioquin Cogitare ſignificat & animo vertere. Cedere, χωρεῖ. Vulgata, Vadit, βαδίζει. Eraſ. Abit, ἄπειμι. Latrinam, ἀφεδρῶνα: à ſeorſum ſedendo, ſicut Latinis vocatur Latrina à lauando, ſeu latendo. Vulg. & Eraſ. Seceſſum: quod non memini legere hac ſignificatione apud idoneos authores. Græci tamen ἄφοδον, quaſi diuerticulum, ſere vocant.

19 Cogitationes, διαλογισμοί. Hoc modo etiam interpretamur τὰ ἐνθυμήματα, quòd melius vocabulum nō habeamus. Poteſt tamen διαλογισμὸς quibuſdam locis conuerti Ratiocinatio, item Diſceptatio: quod tamen poſtremum reſpondet τῇ διαπαλῇ. Cædes, φόνοι. Vulgata Homicidia: id eſt ἀνδροφονίαι. Indicat Eraſ. ſcriptum eſſe in nonnullis codicibus φθόνοι, inuidiæ. Scortationes, πορνεῖαι. Vulgata, ſuo more, Fornicationes. Eraſ. Stupra: quo vocabulo magis videtur ſignificari vis mulieri illata. Obtrectationes, βλασφημίαι: id eſt, ſermones quibus aliena fama lædĭtur. Nam hæc vocabuli Græci vis eſt, ἀπὸ τοῦ τὴν φήμην βλάπτειν. id eſt, à lædenda fama & exiſtimatione. Itaque Demoſthenes & alii paſſim vſurpant pro Calumnia, vt ſuprà annotauimus, cap.9.a.3. Nos in rebus ſacris & ad Deum pertinentibus vocabulum Græcum retinuimus. Hic autem Chriſtus videtur ea duntaxat recenſere quæ ad mutua hominum inter ſe diſſidia ſpectant: itaque Obtrectationes ſumus interpretati. Vulgata, Blaſphemiæ. Eraſ. Conuicia: id eſt λοιδορίαι, vel ὀνείδη. Nos vernacula lingua vocamus *blaſmes*, Græco vocabulo per ſyncopen contracto. Sed ſanè execranda eſt Caſtellionis audacia qui propterea quòd obtrectationem alicubi Cicero zelotypiam interpretatur, Dominum auſus eſt obtrectatorem vocare: quum obtrectator nunquam niſi in vitio, & eo quidem maximo, ponatur.

21 Partes, τὰ μέρη. id eſt, regiones vicinas Tyro & Sidoni. Partes autem pro regione ipſe etiam Cic. vſurpauit ad Atticum lib.3, Sine te (inquit) non eſſe nobis illas partes tenendas, propter Antonium.

22 Mulier, γυνή. In Complutenſi editione additur τις, quædam. Chananæa, Χαναναία. Legitur Hebraicè כנענית, non autem כנית, à Cana maiore, oppido tribus Aſer: quod tamen in hoc tractu ſitum eſt, vt apparet ex Ioſue 19.a.28. Vt autem ita ſentiam vel hæc ratio me impellit, quòd Χαναναίους vbique per χ ſcribi inuenio: quæ ſcribendi ratio non videtur locum habere poſſe in altero vocabulo quod incipit à p. Clamauit, di-

cens ei, ἐκραύγασεν, dicẽs λέγουσα. Eraſ. Clamauit ad eum, dicens. Ego verò puto à Vetere interprete pronomen αὐτῷ rectè coniunctum cum participio λέγουσα. In quodam exemplari ſcriptum erat, ἔκραξεν ὀπίσω αὐτοῦ: id eſt, clamauit poſt eum. quod indicat Ieſum ſeſe ab illa auertiſſe, aut ipſam præ pudore non auſam in ipſius conſpectũ venire. Malè, κακῶς. Eraſ. Miſerè: id eſt ἀθλίως. A dæmonio vexatur, δαιμονίζεται. Hoc dicunt Græci vno verbo. Eraſ. A dæmonio agitatur. Caſtellio, Furiata: quam verſionem non probo, nequis morbum naturalem faciat ex malo quod præter naturã eſt. Itaque malui craſsius & apertius loqui: ſicut dixim' ſuprà, 4. v. 24.

Ὁ δὲ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῇ λόγον. Καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἠρώτων αὐτὸν, λέγοντες, Ἀπόλυσον αὐτὴν· ὅτι κράζει ὄπισθεν ἡμῶν.

23 Illè verò non reſpondit ei quicquam. Tunc accedentes diſcipuli eius rogarunt eum, dicentes, Dimitte eam: nam clamat poſt nos.

23 Qui non reſpondit ei verbum. Et accedentes diſcipuli eius rogabant eum, dicentes, Dimitte eam: quia clamat poſt nos.

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, Οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ισραήλ.

24 Ipſe verò reſpondens dixit, Nõ ſum miſſus niſi ad oues perditas domus Iſrael.

supra 10.a.6

24 Ipſe autem reſpondẽs ait, Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael.

Ἡ δὲ ἐλθοῦσα προσεκύνει αὐτῷ, λέγουσα, Κύριε βοήθει μοι.

25 Illa autẽ venit & adorauit eũ, dicẽs, Domine ſuccurre mihi.

25 At illa venit & adorauit eum, dicens, Domine, adiuua me.

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, Οὐκ ἔστι καλὸν λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις.

26 Ipſe verò reſpondens dixit, Non eſt bonum accipere panem liberorum, & obiicere catellis.

26 Qui reſpõdens ait, Nõ eſt bonum ſumere panẽ filiorum, & mittere canibus.

Ἡ δὲ εἶπε, Ναὶ Κύριε· καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν κυρίων αὐτῶν.

27 Ipſa autem dixit, Etiam Domine: etenim catelli veſcuntur micis quæ cadunt è menſa dominorum ſuorum.

27 At illa dixit, Etiam Domine: nam & catelli edũt de micis quæ cadunt de menſa dominorũ ſuorũ.

Τότε ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῇ, Ὦ γύναι, μεγάλη σου ἡ πίστις· γενηθήτω σοι ὡς θέλεις. Καὶ ἰάθη ἡ θυγάτηρ αὐτῆς ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης.

28 Tunc reſpondens Ieſus dixit ei, O mulier, magna eſt fides tua: fiat tibi vt vis. Et ſanata fuit filia eius ab eo momento.

28 Tunc reſpondens Ieſus ait illi, O mulier, magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis. Et ſanata eſt filia eius ex illa hora.

Καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν ὁ Ἰησοῦς ἦλθε παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας· καὶ ἀναβὰς εἰς τὸ ὄρος, ἐκάθητο ἐκεῖ.

29 Et digreſſus illinc Ieſus venit iuxta mare Galilææ: & quũ aſcendiſſet in montem, ſedit illic.

Mar.7.d.31

29 Et quum tranſiſſet inde Ieſus, venit ſecus mare Galilææ: & aſcendens in mõtẽ, ſedebat ibi.

Καὶ προσῆλθον αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ, ἔχοντες μεθ' ἑαυτῶν κωφοὺς, τυφλοὺς, κωφοὺς, κυλλοὺς, καὶ ἑτέρους πολλοὺς· καὶ ἔῤῥιψαν αὐτοὺς παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ· καὶ ἐθεράπευσεν αὐτούς·

30 Tunc adiit eum turba multa, habens ſecum claudos, cæcos, mutos, mancos, & alios multos: & abiecerunt eos ad pedes Ieſu: & ſanauit eos:

esa.35.b.5

30 Et acceſſerunt ad eũ turbæ multæ, habentes ſecum mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos: & proiecerunt eos ad pedes eius: & curauit eos:

23 Quicquam, λόγον. Ad verbum, Sermonẽ. Sed videtur hic ex Hebræorũ idiotiſmo (de quo alibi diximus ſæpe) λόγος poni pro indefinita particula, vt infrà 22.d.46. Rogarũt, ἠρώτων. i. ἐδέοντο. Nã ſicut apud Latinos Rogandi verbũ ambiguum eſt, ita etiã τὸ ἐρωτᾶν apud Græcos: vt Luc. 7.a.3, & 1. Theſſ. 4.a.1, & infrà 16.a.1, τὸ ἐπερωτᾶν eadem ſignificatione accipitur. Dimitte, ἀπόλυσον. De hoc aliquoties diximus. Eraſ. Amitte: quod Latinũ quidem eſt, ſed ambiguum. Quamobrem etiam idem paulo pòſt, verſu ſcilicet 32, vertit ἀπολῦσαι, Dimittere.

24 Ad, εἰς αὐτὸν τοὺς οἴκους. Domus Iſrael, οἶκον Ισραὴλ. i. gentis Iſraeliticæ. Habebant enim omnes tribus cõmunẽ patrem Iſraelem. quod nõ puto de vlla alia gente dici poſſe. Nã impropriè Virg. 1. Æneid. Romanos Aſſaraci domũ vocauit, ſi Seruii interpretationem ſequamur, in hoc verſu, Quum domus Aſſaraci Phthiam clarãſque Mycenas, Seruitio premet. 15 Succurre, βοήθει. Græcũ verbum (vt obſeruat Eraſ.) ſignificat ad vocẽ alicuius accurrere auxilii ferendi cauſa. Itaque Latino illo vocabulo propriè exprimitur. Vulg. Adiuua. i. ἐπικούρησον. 16 Bonum, καλὸν. Eraſ. Honeſtum: quod plerunque pertinet ad decorũ, quod Græci τὸ πρέπον vocant. Nam honeſtũ pro virtute apud Græcos dicitur τὸ καλὸν, adiuncto articulo: fateor tamen honeſtos etiã dici qui boni ſunt, & virtute præditi. Sed quum hic agatur de eo quod iuſtũ & fas eſt, & opponatur potius τῷ δίκαιῳ quàm τῷ ἀσφαλεῖ, malui Veterem interpretem ſequi. In quodam exemplari ſcriptum erat. οὐκ ἔξεστι, non licet.

27 Etenim, καὶ γάρ. Vulgata, Nam & .i. (vt in quodã exemplari ſcriptum erat) καὶ γὰρ καί. Vide Mar. 7.c.28.

30 Habens, ἔχοντες. Eraſ. Ducentes. Nam id etiam (inquit) ſignificat ἔχω. Atqui nuſquã reperi ab alio annotatã hanc ſignificationem. Obſeruant quidẽ grammatici vſurpari αὐτὸ τὸ φέρω, vt in illo Hom. Iliad. α, σίφλωσιν ἔχων ἐν χροΐ. Item pro ἐλαύνω. i. ago. Sed hæ omnes ſignificationes ad verbum HABEO referri cõmodè poſſunt, atque etiam debent. Alioqui licebit hoc modo infinitas verborum ſignificationes fingere: quod video libenter facere eos omnes qui Græca lexica ſcripſerunt, non ſine temporis iactura, & maximo ſtudioſorum incõmodo: quum hoc modo Græca lingua non doceatur, ſed fœdiſsimè corrumpatur. Mancos, κωφούς. Vulg. Debiles, ἀσθενεῖς. Eraſ. Mutilos. At ego exiſtimo mancos hic vocari non quibus manus eſſet truncata (ſicut propriè dicũtur infrà 18.a.8) ſed quorum membra debilitata eſſent, vt paralyſi, & aliis id genus morbis: aut etiam naturæ vitio. Id autẽ partim coniicio ex eo quòd poſtea illis opponit πηρούς. i. ſanos: partim quòd nuſquam legitur Chriſtus aut pedes, aut manus, aut alia mẽbra cuiquam largitus: quanuis id non difficile non fuit. Etſi autem mancus propriè is dicitur qui manu caret, tamẽ ad cætera etiam membra id interdũ transfertur, vt πηρὸν ſignificet. Præterea pro eo quoq; vſurpatur q mẽbra habet debilitata: perinde enim eſt ac ſi illis careret. Sic Cic. pro Rabirio perduell. reo, Mãcus, inquit, & mẽbris omnibus captus, & debilis. qua ſignificatione accipitur hoc loco.

Ωστε τοὺς ὄχλους θαυμάσαι, βλέποντας κωφοὺς λαλοῦντας, κυλλοὺς ὑγιεῖς, χωλοὺς περιπατοῦντας, καὶ τυφλοὺς βλέποντας· καὶ ἐδόξασαν τὸν Θεὸν Ισραήλ.

31 Adeo vt turba mirata sit, quũ videret mutos loquentes, mancos sanos, claudos ambulãtes, cæcos videntes: & glorificarunt Deum Israel.

31 Ita ut turbæ mirarẽtur, videntes mutos loquẽtes, claudos ambulantes, cæcos videntes & magnificabant Deum Israel.

Ο δὲ Ιησοῦς προσκαλεσάμενος τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ εἶπε, Σπλαγχνίζομαι ἐπὶ τὸν ὄχλον· ὅτι ἤδη ἡμέρας τρεῖς προσμένουσί μοι, καὶ οὐκ ἔχουσι τί φάγωσι· καὶ ἀπολῦσαι αὐτοὺς νήστεις οὐ θέλω, μήποτε ἐκλυθῶσιν ἐν τῇ ὁδῷ.

32 Iesus autem aduocatis discipulis suis dixit, Commoueor misericordia erga turbã: quia iam triduum permanent apud me, & non habent quo vescantur: & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via.

Marc. 8. c. i

32 Iesus aut ẽ conuocatis discipulis suis dixit. Misereor turbæ: quia triduo iã perseuerant mecũ, et non habent quod manducent: & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via.

Καὶ λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, Πόθεν ἡμῖν ἐν ἐρημίᾳ ἄρτοι τοσοῦτοι, ὥστε χορτάσαι ὄχλον τοσοῦτον;

33 Tunc dicunt ei discipuli eius, Vnde nobis in deserto tot panes vt saturemus turbam tantam?

33 Et dicũt ei discipuli, Vnde ergo nobis in deserto panes tantos, ut saturemus turbam tantam?

Καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ Ιησοῦς, Πόσους ἄρτους ἔχετε; Οἱ δὲ εἶπον, Ἑπτὰ, καὶ ὀλίγα ἰχθύδια.

34 Dicit igitur eis Iesus, Quot panes habetis? Illi autem dixerũt, Septem, & paucos piscículos.

34 Et ait illis Iesus, Quot habetis panes? At illi dixerunt, Septem, & paucos piscículos.

Καὶ ἐκέλευσε τοῖς ὄχλοις ἀναπεσεῖν ἐπὶ τὴν γῆν.

35 Tunc iussit turbam discumbere humi:

35 Et præcepit turbæ ut discumberent super terram.

Καὶ λαβὼν τοὺς ἑπτὰ ἄρτους καὶ τοὺς ἰχθύας, εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· οἱ δὲ μαθηταὶ τῷ ὄχλῳ.

36 Et acceptis septem illis panibus ac piscibus, quum gratias egisset, fregit, deditque discipulis suis: discipuli verò turbæ.

36 Et accipiens septem panes & pisces, gratias agens fregit, & dedit discipulis suis: & discipuli dederunt populo.

Καὶ ἔφαγον πάντες, καὶ ἐχορτάσθησαν· καὶ ἦραν τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων, ἑπτὰ σπυρίδας πλήρεις.

37 Comederúntque omnes, & saturati sunt: & sustulerunt quod superfuerat fragmentorum, septem sportas plenas.

37 Et comederunt omnes, & saturati sunt: & quod superfuit de fragmentis tulerunt, septem sportas plenas.

Οἱ δὲ ἐσθίοντες ἦσαν τετρακισχίλιοι ἄνδρες, χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδίων.

38 Erant autem qui comederãt, quater mille viri, absque mulieribus & pueruli.

38 Erant autẽ qui manducauerunt, quatuor millia hominum, extra parvulos & mulieres.

Καὶ ἀπολύσας τοὺς ὄχλους, ἐνέβη εἰς τὸ πλοῖον, καὶ ἦλθεν εἰς τὰ ὅρια Μαγδαλά.

39 Tunc dimissa turba inscendit in nauigium: venítque in fines Magdala.

39 Et dimissa turba, ascendit in naviculam: & venit in fines Magedan.

31 Vt turba, ὥστε τοὺς ὄχλους. In quodam exemplari additur πάντας. id est, tota. Mancos sanos, κωφοὺς ὑγιεῖς. Hieronymus hæc verba non legit, & Eras. supposititia esse arbitratur: reperiuntur tamen in omnibus vetustis exemplaribus. Sed in vno vetere codice pro κωφοὺς λαλοῦντας, legimus κωφοὺς ἀκούοντας, ἀλάλους λαλοῦντας, id est, surdos audientes, mutos loquentes. Glorificarunt, ἐδόξασαν. id est, magnificè extulerunt & collaudarunt. Vulgata, Magnificarunt. id est μεγάλυναν: cuius significatio aut eadem est, aut non multũ diuersa. Vide suprà, 5. b. 16.

32 Permanent apud me, προσμένουσί μοι. id est, à meo latere non discedũt. quod alio vocabulo dicunt Græci παραμένειν, vnde Parmenones dicti sunt serui qui dominos assectabãtur. Nã hæc etiã vis est præpositionis πρός. Vulgata & Erasmus, Perseuerant, id est διαμένουσιν, vel διακαρτεροῦσι. Apud Marcum autem 8. a. 2. Vetus interpres vertit, Sustinent, id est ὑπομένουσιν. Erasmus, Manent. Ne, μήποτε. Aliàs vertimus Nequando, sed particula ποτε hoc loco περίεργον. Deficiant, ἐκλυθῶσιν. id est λιποψυχῶσιν, vel ἐκλείπωσιν: ad verbum, Exoluãtur. Vide Mar. 8. a. 3.

33 Vnde nobis, πόθεν ἡμῖν. Vulgata, Vnde ergo nobis. id est πόθεν οὖν ἡμῖν, sicut scriptum legimus in vno exẽplari. Tot, τοσοῦτον. Hoc vocabulo propriè significatur discreta quantitas. Vulgata, Tantos, id est τοσούτους, quod declarat quantitatem continuam. Interdum tamen Tantus etiam de discreta dicitur pro Tam multus. Itaque eodem versiculo turbam tantam interpretari sumus. Saturemus, χορτάσωμεν. Hoc propriè dicitur de armentis. Nam χόρτος Græci vocant gramen aut pabulum: sic Gallico idiotismo *repaistre & repaistre* honestè etiam tribuitur hominibus.

35 Discumbere, ἀναπεσεῖν. Græcis (inquit Erasmus) ἀνάπεσις, significat humi considere, non in lectis: sed hoc quidẽ fateor me nusquã legisse. Docet Athenæus lib. 1. ἀναπίπτειν, quum de animo dicitur, idẽ valere quod ἐλπίζειν, id est animo concidere: (vt Budæus ex Cicerone interpretatur) quum verò de corporis habitu, dici de remigibus, qui quum impellunt remos, dicuntur à Græcis ὑποπίπτειν, quòd corpore propendeant in caput: quum remos adducunt, ἀναπίπτειν, quòd corpus resupinent. Inde suspicor factum vt accipiatur pro κατακλίνεσθαι, & ἀνακεῖσθαι, id est, accumbere vel recumbere, vel in lectis vel humi, ad cibum capiendum. quod satis declaratur eo quod Lucas de vltimo illo Paschæ conuiuio loquens, κατέπεσαν inquit: Matthæus autem, ἀνέκειντο, eadem prorsus significatione.

36 Ac piscibus, καὶ τοὺς ἰχθύας. Hoc deerat in vno codice. Turbæ, τῷ ὄχλῳ. Vulgata, Dederunt populo. id est ἔδωκαν τῷ λαῷ.

37 Quod superfuerat fragmentorum, τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων. Vide suprà, cap. 14. c. 20.

38 Absq; mulieribus. Vulg. Extra, ἐκτὸς. Eras. Præter id. id est πλὴν. de quo etiã suprà diximus cap. 14. c. 21.

39 Fines, ὅρια. Eras. alicubi dicit se scriptũ reperisse ὄρη. id est montes. Magdala, Μαγδαλά. Vulgata, Magedan. Secundum autem exemplar Μαγεδών, Magadan. Vnde suspicor hunc tractum esse qui Macedæ sæpe in libro Iosue vocatur.

Κεφάλαιον ις΄

Mar. 8.b.11 luc.11.g.54 supra 12.c.39

ΚΑΙ προσελθόντες οἱ Φαρισαῖοι καὶ Σαδδουκαῖοι, πειράζοντες ἐπηρώτησαν αὐτὸν σημεῖον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπιδεῖξαι αὐτοῖς.

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Ὀψίας γενομένης λέγετε, Εὐδία· πυρράζει γὰρ ὁ οὐρανός.

Καὶ πρωΐ, Σήμερον χειμών· πυρράζει γὰρ στυγνάζων ὁ οὐρανός. Ὑποκριταί, τὸ μὲν πρόσωπον τοῦ οὐρανοῦ γινώσκετε διακρίνειν, τὰ δὲ σημεῖα τῶν καιρῶν οὐ δύνασθε;

Supra 12.c.34

Γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ· καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου. Καὶ καταλιπὼν αὐτοὺς ἀπῆλθε.

Ionæ 2.c.1

Mar.8.b.14 luc.12.a.1

Καὶ ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὸ πέραν, ἐπελάθοντο ἄρτους λαβεῖν.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Ὁρᾶτε καὶ προσέχετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων.

Οἱ δὲ διελογίζοντο ἐν ἑαυτοῖς, λέγοντες, Ὅτι ἄρτους οὐκ ἐλάβομεν.

Γνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Τί διαλογίζεσθε ἐν ἑαυτοῖς, ὀλιγόπιστοι, ὅτι ἄρτους οὐκ ἐλάβετε;

Supra 14.b.17 iohan.6.a.9

Οὔπω νοεῖτε, οὐδὲ μνημονεύετε τοὺς πέντε ἄρτους τῶν πεντακισχιλίων, καὶ πόσους κοφίνους ἐλάβετε;

CAP. XVI.

1 ET accesserunt ad eũ Pharisæi & Sadducæi, tentantes: & rogauerunt eum ut signũ de cælo ostenderet eis.

2 At ille respondens ait illis, Facto uespere dicitis, Serenum erit: rubicundum est enim cælum.

3 Et mane, Hodie tempestas: rutilat enim triste cælum. Faciem ergo cæli dijudicare nostis, signa autem tẽporũ nõ potestis?

4 Generatio mala & adultera signum quærit: & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ Prophetæ. Et relictis illis abijt.

5 Et quum uenissent discipuli eius trans freũ, obliti fuerãt sumere panes.

6 Qui dixit illis, Intuemini & cauete à fermẽto Pharisæorum & Sadducæorum.

7 At illi cogitabant inter se, dicentes, Quia panes non accepimus.

8 Sciens autem Iesus dixit, Quid cogitatis inter uos, modicæ fidei, quia panes non habetis?

9 Nondũ intelligeis, neque recordamini quinque panum in quinque millia hominum, & quot cophinos sumpsistis?

CAP. XVI.

1 ET quum accessissent Pharisæi & Sadducæi, tentantes rogarunt eum vt signum è cælo ipsis ostenderet.

2 Ipse verò respondens dixit eis, Quando serum est dici, dicitis, Serenitas erit: rubet enim cælum,

3 Et manè, Hodie erit tempestas: rubet enim cælum triste. Hypocritæ, faciem quidem cæli nostis discernere, signa verò temporum non potestis?

4 Natio mala & adultera signum requirit: sed signum nõ dabitur ei nisi signum illud Ionæ Prophetæ. Et relictis ipsis abiit.

5 Et quum venissent discipuli eius in vlteriorẽ ripam, obliti fuerant sumere panes.

6 Iesus autem dixit eis, Videte & cauete à fermẽto Pharisæorum & Sadducæorum.

7 Ipsi verò disceptabant inter se, dicentes, Panes non sumpsimus.

8 Id autem quũ nosset Iesus dixit eis, Quid disceptatis inter vos, exigua fide præditi, quòd panes non sumpsistis?

9 Nondum intelligitis, neq; meministis quinque illos panes hominum quinquies mille, & quot cophinos acceperitis?

IN CAPVT XVI.

1 Et quũ accessissent, καὶ προσελθόντες. Eras. Et aggressi, καὶ ἐπελθόντες. Vetus autẽ interpres legit, καὶ προσελθὸν αὐτῷ: & participium πειράζοντες cum his coniungit, addita καὶ coniunctione. Sic enim vertit, Et accesserunt ad eum Pharisæi & Sadducæi tentantes: & rogauerunt, καὶ προσελθὸν αὐτῷ οἱ Φαρισαῖοι καὶ Σαδδουκαῖοι πειράζοντες καὶ ἐπηρώτησαν. quo modo etiã videtur mollior verborũ constructio. Tentantes, πειράζοντες. id est, vt experirentur ecquid hoc posset præstare quod petebãt: sed malo animo ad id petendũ ipsos instigante, nempe quòd sperarent se reperturos aliquid in eo vnde iustæ reprehensionis occasionẽ arriperẽt: vel impellẽte ipsos diffidẽtia, aut curiositate importuna. quibus omnibus modis dicitur Deus tentari, id est ad iracundiã prouocari, quasi cum eo velint homines certare. Alioquin dicitur etiam Dominus suos tentare, id est explorare: & diabolus tentare, id est ad malum solicitare. 3 Faciem quidem, τὸ μὲν πρόσωπον. Hebraicè פנים. Quòd si verterimus Vultũ, non erit fortasse dictũ illepidius quàm illud Maronis 5. Æneidos, Mé ne salis placidi vultum fluctúsque quietos Ignorare iubes: Nam ratio carminis ferre potest Facié, quũ tamen poeta disertissimus maluerit Vultũ dicere. Quẽ etiam transferre ad bruta animantia idem nõ dubitat, Induerat Circe in vultus ac terga ferarũ. Adeo quidem vt vanissimũ esse somnium appareat quòd nuper quidam voluerit vultũ de faciei tantùm parte dici quæ oculos, frontem & supercilia complectitur, neque de cæteris quoque rebus dici posse. Vulg. Faciẽ ergo, τὸ μὲν ουῦ πρόσωπον. Eras. prætermisit μέν. Cæterùm Facies (Hebræorũ more) dicitur externa species, & quasi vultus terũ omnium: quo modo etiam Latinè loqui licere Gellius oftendit lib. 13. cap. 28. Sed tamẽ (ni fallor) τὸ πρόσωπον nõnisi de homine dictũ inuenias apud Græcos disertiores: quo modo etiam Plinius faciẽ, tantùm hominis esse dicit, pro vultu: cætera enim os aut rostrũ habere dicuntur. Discernere, διακρίνειν. vel (vt alii vertunt) diiudicare: sed illud videtur Græco vocabulo prorsus respondere. Non potestis, δύνασθε; In vno exẽplari scriptum erat τί δοκιμάζετε; Non probatis? In quatuor aliis, τί οὐκρίνετε; Non intelligitis? 4 Signum illud, τὸ σημεῖον. De certo illo & celebri facto loquitur. Itaque articulum ab aliis omissum exprimendum putaui.

Abiit, ἀπῆλθε. Traiecisse lacum cum discipulis declarat apertè Marcus cap. 8. b. 13. quod notandum fuit, vt intelligatur quomodo sequens versiculus cum isto cohæreat. 7 Disceptabant inter se, διελογίζοντο ἐν ἑαυτοῖς. Et pro inter, nõ pro intra, seu apud. Nã verisimile est de ea re inter se esse colloquuros. 8 Id autẽ quũ nosset, γνοὺς δέ. Indicãt hæc verba Iesum hãc illorũ disceptationẽ nõ cognouisse ex aliis: sed (quæ vis diuinitatis ipsius erat) per se cognouisse qua de re illi inter se cõtenderẽt. Non dubiũ est enim quin alii in alios culpã reiicerẽt.

Sumpsistis, ἐλάβετε. In vno exemplari scriptum erat ἔχετε. id est habetis: sicut etiam vertit Vetus interpres.

9 Meministis, μνημονεύετε. Vulg. Recordamini. id est ἀναμιμνήσκεσθε. Eras. Memoria tenetis. id est διὰ μνήμης

ἐχετε. Hominum quinquies mille, τῶν πεντακισχιλίων. i. quibus paui quinque hominũ millia. quod genus dicẽdi à vulgi consuetudine petitum est, sicut pleraque alia. Vulgata, quia id obscurius videbatur, vertit, In quinque millia hominum. Erasmus longiore circuitu, Quum homines essent quinquies mille: quasi τῶν πεντακισχιλίων ponatur absolutè

Οὐδὲ τοὺς ἑπτὰ ἄρτους τῶν τετρακισχιλίων, καὶ πόσας σπυρίδας ἐλάβετε;

10 ¶Neque septẽ illos panes quatẽ mille hominum, & quot sportas acceperitis?

Πῶς οὐ νοεῖτε ὅτι οὐ περὶ ἄρτου εἶπον ὑμῖν, προσέχειν ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων;

11 Quomodo non intelligitis me nõ dixisse vobis de pane, vt caueretis à fermẽto Pharisæorum & Sadducæorum?

Τότε συνῆκαν ὅτι οὐκ εἶπε προσέχειν ἀπὸ τῆς ζύμης τοῦ ἄρτου, ἀλλ' ἀπὸ τῆς διδαχῆς τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων.

12 Tunc intellexerunt eum nõ dixisse vt cauerent à fermento panis, sed à doctrina Pharisæorum & Sadducæorum.

Ἐλθὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς εἰς τὰ μέρη Καισαρείας τῆς Φιλίππου, ἠρώτα τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, λέγων, Τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι, τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου;

13 ¶Quum venisset autem Iesus in partes Cæsareæ quæ dicitur Philippi, interrogauit discipulos suos, dicens, Quem me dicũt homines esse, Filium hominis?

Οἱ δὲ εἶπον, Οἱ μὲν Ἰωάννην τὸν Βαπτιστήν, ἄλλοι δὲ Ἠλίαν, ἕτεροι δὲ Ἰερεμίαν, ἢ ἕνα τῶν προφητῶν.

14 Illi verò dixerunt, Alii quidẽ Iohãnem Baptistam, alii verò Eliam, alii verò Ieremiã, aut vnum ex prophetis.

Λέγει αὐτοῖς, Ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι;

15 Dicit eis, Vos autem quem me dicitis esse?

Ἀποκριθεὶς δὲ Σίμων Πέτρος εἶπε, Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος.

16 ¶Respondẽs verò Simon Petrus dixit, Tu es Christus ille Filius Dei viuentis.

10 Neque septem panum, & quatuor millium hominum, & quot sportas sumpsistis? *supra 15.d.34*

11 Quare non intelligitis quia non de pane dixi vobis, cauete à fermento Pharisæorum & Sadducæorum?

12 Tũc intellexerũt quia non dixerit cauendum à fermento panum, sed à doctrina Pharisæorum & Sadducæorum. *Mar. 8.c.17 luc.9.c.18*

13 Venit autem Iesus in partes Cæsareæ Philippi: & interrogabat discipulos suos, dicens, Quem me dicunt homines esse, Filium hominis?

14 At illi dixerunt, Alij Iohannem Baptistam, alij autem Eliam, alij verò Ieremiam, aut vnum ex Prophetis.

15 Dicit illis Iesus, Vos autem quẽ me esse dicitis?

16 Respondens Simon Petrus dixit, Tu es Christus filius Dei viui. *Iohan.6.g.69*

11 Quomodo non intelligitis, πῶς οὐ νοεῖτε, πῶς hoc loco non declarat simplicem interrogationẽ, sed cum admiratione coniunctam. Vulg. Quare non intelligitis? id est διὰ τί; Eras. elegantius, Quî fit vt non intelligatis? Ego crassius malui, quum præsertim particula Quomodo, apud ipsum etiam Ciceronem, admirationem declaret. Sic enim scribit lib. de Amicitia, Quomodo (vt alia omittam) mortẽ filii tulit? De pane, περὶ ἄρτου. In duobus vetustis codicibus, 4, & 8 videlicet, legimus περὶ ἄρτων, de panibus. Dixisse vobis, εἰπεῖν ὑμῖν. Eras. addidit pronomẽ illud, vt melius cohæreret sequẽtia. Sic enim interpretatur, Me nõ de pane dixisse vobis illud quod satis per se intelligi puto. Est autem Hebræorũ more permutata negans particula in Græcis. Vt caueretis à fermento, προσέχειν ἀπὸ τῆς ζύμης. Duo ex vetustis codicibus scriptum habent, ἐγὼ οὐ περὶ ἄρτου εἶπον ὑμῖν προσέχειν. προσέχετε δέ. id est, quòd non de pane dixi vobis vt caueretis. cauete verò: vel, sed caueritis vt repetas εἶπον, & sit hic sensus, quòd non de pane dixi vobis vt caueretis, sed potius dixi vobis, cauete à fermento.

12 Dixisse vt cauerent, εἶπεν προσέχειν. Vulg. Dixerit cauendum. id est, προσέχειν, vel potius φυλάττειν. Erasmus. Iussisset cauere. id est, εἰπὼν προσέχειν. Nam alibi admonuimus, Dicere pro Iubere sæpe vsurpari in Hebræo sermone.

13 Cæsareæ quæ dicitur Philippi, Καισαρείας τῆς Φιλίππου. Supplendum fuit aliquid ad articulum illum exprimendum, quo videlicet distinguitur hæc Cæsarea ad radicem Libani ædificata à tetrarcha Philippo, vt Tiberio gratificaretur, ab ea quam Herodes Magnus condidit Octauii Augusti memoriæ ad mare mediterraneum. Me, με. In plerisque exemplaribus Veteris versionis, & vno ex nostris Græcis, nõ reperimus hoc pronomen: & certè si sustuleris, mollius cum istis connectentur verba illa, τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, Filium hominis. Et Hieronymum constat ex ipsius commentariis in hunc locum hoc pronomẽ non legisse: adeo vt vel με pronomen, vel hoc totũ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, videri possit redundare, quũ Christus de se loquatur vt de tertio quopiam, sicut solet, quoties Filium hominis se vocat: adeo quidem vt excepto hoc vno loco nusquam (ni fallor) reperias additum pronomen. Sed contrà testatur Eras. se in nõnullis Græcis codicibus duntaxat reperisse scriptum, Quem me dicunt esse? Itaque meritò suspicari possit quispiam hoc pronomen ab aliquo annotatum in alboli bri, ne illa verba τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου perinde acciperentur acsi Christus non de se sed de tertio quopiam discipulos interrogaret, postea ab aliquibus fuisse contextui insertum, ab aliis verò perinde acceptum acsi aliquà esset diuersa lectio annotata: qui propterea τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου expunxerint. Neque verò id fuit factũ difficilè, quũ hæc formula loquendi de seipso quasi de tertio aliquo, sit à consuetudine Latini & Græci sermonis aliena: plerique autẽ ex veteribus etiã eruditissimis sacrarũ literarũ interpretibus, Hebræorũ idioma nõ modò nõ tenuerint, sed etiã cõtẽpserint: quæ res fecit vt plerisque in locis miserabiliter sanè cæcurierint. Quia tamen apud Epiphaniũ in Achorato & impressis manuscriptis legimus, ὅτι με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι, τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, absit vt quicquã detrahamus. Imò verò per appositionem hoc erit explicandum, acsi diceret Dominus, Videris me nunc vt vnum quempiam ex hominum numero in mundo versari: quid igitur de me sentiunt homines? Deinde etiam omnia cohærebunt si post εἶναι non simplicem distinctionem scribas, sed accentum interrogantem: & sic interpreteris, Quẽ me dicunt homines esse? Ac Filiũ illum hominis? id est, promissum illum Messiam? Erit enim subaudienda particula ἆρα. quam eclipsin inuenio infrà, 18.c.12, in duplici etiam interrogatione, sicut hoc loco. Et τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου seruata vi articuli pro Messia positum reperio Luc. 17.c.16. Sed tamen absit vt apicem ex nuda coniectura immutem.

Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, Μακάριος εἶ Σίμων βὰρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

17 Tunc reſpondens Ieſus dixit ei, Beatus es Simon bar-Iona: quia caro & ſanguis hæc nō retexit tibi, ſed Pater meus qui eſt in cælis.

17 Reſpondens autem Ieſus dixit ei, Beatus es Simon bar-Iona: quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus qui in cælis eſt.

Iohan.1.f.42

Κἀγὼ δέ σοι λέγω ὅτι σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν· καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς.

18 ¶ Sed & ego tibi dico, tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo meā Eccleſiam: & portæ inferorum non ſuperabūt eam.

18 Et ego dico tibi quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: & portæ inferi nō præualebunt aduerſus eam.

Iohan.20.f.22

Καὶ δώσω σοι τὰς κλεῖδας τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· καὶ ὃ ἐὰν δήσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ ὃ ἐὰν λύσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

19 ¶ Et tibi dabo claues regni cælorum: & quicquid ligaueris in terra, erit ligatum in cælis: & quicquid ſolueris in terra, erit ſolutum in cælis.

19 Et tibi dabo claues regni cælorum: & quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum in cælis: & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum in cælis.

Τότε διεστείλατο τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἵνα μηδενὶ ε�ίπωσιν ὅτι αὐτός ἐστιν Ἰησοῦς ὁ Χριστός.

20 Tunc interdixit diſcipulis ſuis vt nemini dicerent, ipſum eſſe Ieſum illum Chriſtum.

20 Tunc præcepit diſcipulis ſuis ut nemini dicerēt quia ipſe eſſet Ieſus Chriſtus.

Ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς δεικνύειν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ὅτι δεῖ αὐτὸν ἀπελθεῖν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ πολλὰ παθεῖν

21 Ex eo tēpore cœpit Ieſus indicare diſcipulis ſuis oportere ſe abire Hieroſolymam, &

21 Exinde cœpit Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis quia oporteret eum ire Hieroſolymam, & mul-

17 Bar-Iona, βὰρ Ἰωνᾶ. Quum Græcè ſcribens Euangeliſta, vocabula peregrina vſurparit, nos quoque retinuimus. Annotat Hieronymus corruptum locum videri, & legendū βὰρ Ἰωαννᾶ: ſicut etiā legitur apud Veterem interpretem in quibuſdam codicibus, & vetuſtis aliquibus exemplaribus Græcis, Iohan.1.f.42.& 21.c.17.

Caro & ſanguis, σὰρξ καὶ αἷμα. Carnis appellatione Hebræis ſæpe homines dicuntur, vt humana imbecillitas ſignificetur, ſicut Pſal.78.d.39. quod & ipſum de equis dicitur Eſa.31.b.3. Sed in Nouo Teſtamento aliquoties caro & ſanguis totam humanam naturam σωματικῶς ſignificant, eámque interdum ita vt eſt corrupta & infirma, ſicut hoc loco & 1.Cor.15.f.50: vel ſimpliciter qualis eſt in ſeſe, vt à ſpirituali videlicet & excellētiori natura diſtinguatur, vt Gal.1.c.16,& Epheſ.6.b.12, & Hebr.2.b.14.& alibi ſæpe, quum de altera Chriſti natura differitur.

18 Sed & ego, κἀγὼ δέ. Vulgata, Et ego, omiſſa particula δέ, quæ etiam in vno vetere codice deerat. Eraſmus, At ego viciſſim. id eſt κἀγὼ ἀντὶ μέρους. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ. Dominus Syriacè loquēs, nulla vſus eſt agnominatione, ſed vtrobique dixit Cepha: quemadmodū & vernaculum nomen Pierre tam de proprio quàm de appellatiuo dicitur. In Græco quoque ſermone πέτρος & πέτρα non re, ſed terminatione tantùm differunt. Sed videtur Matthæus (aut ſiquis fuit eius interpres) hoc terminationis diſcrimine voluiſſe Petrum (qui pars eſt ædificii) ab ipſa petra cui innititur ædificiū (id eſt à Chriſto ipſo) diſtinguere: ipſumque adeo Petrum à fidei profeſſione, quæ toti Eccleſiæ eſt communis: quod veteres etiam apertè teſtantur: vt planè ſit ridiculus Antichriſtus, quum ex hoc loco tyrannidem ſuam conatur ſtabilire. Eccleſiam, ἐκκλησίαν. Vocabulo ἐκκλησίας ſignificari ciuium conuentum, nemo eſt qui ignoret: quo modo etiam accipitur Act.19.f.32,& 39. Hebræi קהל vocant. Sed poſtea communis loquendi conſuetudo fecit vt pro eorum cœtu accipiatur qui Chriſtum profitentur: ſicut Synagoga de Iudæis propriè & peculiariter dici cœpit. Interdum verò pro Senatu eccleſiaſtico vſurpatur, vt infrà, 18.c.18, quia nimirum cogitur nomine totius Eccleſiæ cui præeſt. Alibi vocatur à Paulo συνέδριον, 1.Tim.4.d.14. Nos igitur receptum vocabulum mutare noluimus, quanuis noſtra ætate nonnulli ſint qui ciuitatis & reipublicæ nominibus vti malint: ſed quos ego ne in eo quidem imitari velim. Portæ inferorum, πύλαι ᾅδου. De aduerſariis Dei & Eccleſiæ perinde loquitur Dominus ac de regno munito: quod interdum πόλις, interdum ᾅδης pari ratione vocat. cuius regni princeps eſt Diabolus. Ieaque portarum appellatione vrbes & conſilio & propugnaculis munitas intelligimus. id eſt, quicquid vel conſilio vel viribus poteſt Satan tenebrarum princeps. id denique quod Hebræi vocant שערים, & Paulus ὑψώματα, 2.Cor.10.c.4. Superabunt eam, κατισχύσουσιν αὐτῆς. Vulgata, Præualebūt aduerſus eam. Eraſmus, Valebunt aduerſus illam. id eſt ἰσχύσουσι κατ' αὐτῆς. Atqui certum eſt valere aliquid Satanam aduerſus Eccleſiam, à quo ſæpe grauiſſimè premitur, ſed hactenus tamen vt nunquā opprimatur. Quare quum neque (vt exiſtimo) Vulgata verſio ſatis ſit Latina, neque Eraſmica ſatis expreſſa, quærendum fuit aliud vocabulum. Iam verò quum nullum in promptu haberem quod Græco & Hebræo שׁער poſſet opponi, vſus ſum ſynonymo, quo res eadem ſignificatur.

19 Claues, τὰς κλεῖδας. Hac metaphorica loquutione ſignificatur œconomi poteſtas (ſicut apparet Eſaiæ 22.f.22) qua funguntur omnes miniſtri in Eccleſia Dei, vt apparet infrà, 18.c.18. Miniſterium enim Euangelicū rectè dici poteſt clauis regni cælorum, quum Euangelium ſit virtus Dei ad ſalutem cuiuis credenti: & viciſſim odor mortis in mortem cuiuis non credenti. Oſtendat igitur Antichriſtus hanc clauem, & nos illi credemus. Cæterùm quum poſceret metaphoræ analogia vt Matthæus vteretur aperiendi & claudendi vocabulis, (ſicut fecit Eſaias, & poſt Eſaiam Iohannes Apoc.3.b.7) maluit Spiritus ſanctus ligandi & ſoluendi verba vſurpare: nempe vt intelligamus quàm miſera ſit conditio eorum quibus cælum clauditur. id eſt, quorum retinētur peccata: (ſicut Iohannes interpretatur infrà, 20.c.21.) qui videlicet quum nolint oblatum Chriſtum fide amplecti, manent obſtricti peccatorum vinculis. contrà verò, quàm beati ſint illi quibus apertum eſt cælum, vt qui à filio Dei liberati, ſint ipſius cohæredes, quia Euangelio crediderunt. Quorſum autem hæc ad indulgentiarum fumos, & totam illam Antichriſti tyrannidem?

20 Vt nemini, ἵνα μηδενὶ. Eraſ. Necui, id eſt μήτινι. Ieſum illum Chriſtum, Ἰησοῦν ὁ Χριστός. In tribus exemplaribus non legebatur Ἰησοῦν: & ſanè videtur abundare, vt annotat Eraſmus.

ἀπὸ τῶν Πρεσβυτέρων καὶ Ἀρχιερέων καὶ Γραμματέων, καὶ ἀποκτανθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθῆναι.

multa pati ᵛà ᵛ Senioribus & principibus Sacerdotum, & Scribis, & occidi, & tertio die ᵛsuſcitari.

ta pati à Senioribᵘ et Scribis & principibus Sacerdotum, & occidi, & tertia die reſurgere.

Καὶ προσλαβόμενος αὐτὸν ὁ Πέτρος ἤρξατο ἐπιτιμᾶν αὐτῷ, λέγων, Ἱλεώς σοι Κύριε· οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο.

11 Et ᵛprehenſum eum Petrus cœpit obiurgare, dicens, Propitius tibi ſis Domine: nequaquam erit tibi hoc.

11 Et aſſumens eum Petrus, cœpit increpare illum, dicens, Abſit à te Domine, non erit tibi hoc.

Ὁ δὲ στραφεὶς εἶπε τῷ Πέτρῳ, Ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ, σκάνδαλόν μου εἶ· ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων.

23 At ille conuerſus dixit Petro, ᵛAbſcede à me ᵛ ſatana, ſcandalo es mihi: nam non ᵛſapis quæ ſunt Dei, ſed quæ ſunt hominum.

23 Qui conuerſus dixit Petro, Vade poſt me ſatana, ſcandalum es mihi: quia non ſapis ea quæ Dei ſunt, ſed ea quæ hominum.

Τότε ὁ Ἰησοῦς εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Εἴτις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι.

24 ¶Tunc Ieſus dixit diſcipulis ſuis, Siquis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, ac ſequatur me.

24 Tunc Ieſus dixit diſcipulis ſuis, Siquis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuã, & ſequatur me. *ſupra 10.d.38 mar.8.d.34 luc.9.c.23. & 14.f.27*

Ὃς γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν· ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, εὑρήσει αὐτήν.

25 ¶Quiſquis enim voluerit ᵛanimam ſuam ſeruare, perdet eam: quiſquis autem perdiderit animam ſuam mea cauſa, ᵛinueniet eam.

25 Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. *ſupra 10.d.39 mar.8.d.35 luc.9.c.24. & 17.g.33 ioh.12.d.25*

Τί γὰρ ὠφεληθήσεται ἄνθρωπος ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ; ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ;

26 Quid enim prodeſt cuipiã ſi totũ mundum lucratus fuerit, ᵛanima verò ſua mulctetur? aut quam dabit quiſpiam ᵛcõpenſationem animæ ſuæ?

26 Quid enim prodeſt homini ſi mundum uniuerſum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua? *mar.8.d.36 luc.9.c.25*

11 A, κατὰ pro ὑπὸ iterum hic poſitum eſt. de qua enallage ſuprà diximus, 11.c.19. Senioribus, πρεσβυτέρων. Hebraicè זקנים, vt Deut.21.a.2. Eſt autem nomen non tam ætatis quàm dignitatis: & eos deſignat penes quos erant iudicia, quæ Hebræi Græco vocabulo vocant Sanhedrin, id eſt συνέδρια. vt ii planè ſint πρεσβύτεροι quos Latini eadem ratione Senatores vocant. Sic apud Homerum aliquoties dicuntur κήρυκες iidem qui ἀγορηταί, vt Iliad.β. Suſcitari, ἐγερθῆναι. Vulg. Reſurgere ἀναστῆναι. Eraſ. Reſuſcitari. id eſt iterum ſuſcitari.

12 Prehenſum, προσλαβόμενος. i. manu prehẽſum ſeduxiſſet, vt ſolẽt familiarius aliquid dicturi. Eraſ. Abduxiſſet. i. ἀπαγαγών. qui tamẽ in annotationib⁹ in Mar.8.d.33. adfert eã interpretationẽ quã ſum ſequut⁹. Vulg. Aſſumẽs. i. προσλαμβάνων. Propitius tibi ſis, ἵλεώς σοι. Sic rectè Eraſ. Latinè dicas, Reſpice te. Vul. Abſit. i. μὴ γένοιτο.

23 Abſcede à me, ὕπαγε ὀπίσω μου. Vulg. Vade poſt me. Eraſ. Abi poſt me. Vide Mar.8.d.33. Satana, σατανᾶ. Per antonomaſiã propriè vocatur Satan: (id eſt aduerſarius) ab Hebræis, à verbo שטן, qui à Græcis dicitur διάβολος, id eſt calumniator: & ὁ πειράζων, id eſt tentator, Apoc.12.b.9, & 20. Sed hoc nomen iis etiam accommodatur qui Dei voluntati aduerſantur, vel obſtinata malitia, vt Iudas, Iohan.6.g.70: vel leuitate quadam aũt arrogantia, vt hoc loco Petrus: cui in hoc quidem cognomine ſucceſſiſſe Antichriſtum libens conceſſero, vtcũque clamitet ſe errare non poſſe, & à nemine iudicandum. Sapis, φρονεῖς. Hoc verbo ſignificatur Petrum arrogantia & falſa quadam de ſe perſuaſione peccaſſe.

25 Animam ſuam ſeruare, τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι. id eſt vitam. niſi malimus animæ appellatione totum hominem comprehẽdi, ſynecdoche Hebræis familiari. Et certè hæc eſt (ni fallor) huius loci germana interpretatio, quam etiam videtur apertè Lucas confirmare cap.9.c.25, quum hæc Matthæi & Marci verba, τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ ζημιωθῆναι. id eſt, ſua ipſius anima mulctetur, interpretatur ἑαυτὸν ζημιούμενον. id eſt ſi ſeipſo mulctetur. Beliſſimè ergo cohærebunt omnia hoc modo, Siquis ſeipſum voluerit ſeruare (loquitur enim Euangeliſta ex communi hominum opinione, quibus nihil hac vita eſt charius) is ſeipſum perdet. hæc enim præpoſtera cupiditas in æternum exitium ipſum præcipitabit. Contrà verò, qui Chriſti & Euangelii cauſa ſeipſum perdiderit, (ita enim rurſus loquitur Euangeliſta ex eorum ſenſu qui omnium hominum ſtultiſſimos & miſerrimos eos eſſe opinantur qui vitam malint profundere quàm Chriſtum abnegare) is quũ videatur periiſſe, ſeipſum tandem aliquando recuperabit: quippe qui hoc modo ſeipſum ſeruauerit, alioquin periturum. Inueniet eam, εὑρήσει αὐτήν. id eſt recipiet eam, aut potius ſeipſum lucrifecerit: vt qui ſibi alioquin morituro, æternam vitam parauerit: ſicut Lucas ipſe exponit cap.17.g.33. Nam εὑρίσκειν apud Græcos etiam declarat labore ſuo aliquid conſequi: vt exponit Vlpianus in orationem Demoſthenis κατὰ Τιμοκράτους. & Inuenire à Latinis vſurpatur pro parare ſibi & acquirere, teſte Donato in Tereutii Eunuchum. Erit igitur vehemẽtior antitheſis, ſi dixerimus illos, qui vt ſibi conſulant, Chriſtum abnegant, non modò lucrum non facere quod captant, ſed etiam eius rei quã tentant, qui pro Chriſto mori non dubitant, non modò nullum detrimentum pati, ſed ſeipſos potius lucrifacere, quo lucro nullum maius poſſit homini contingere.

26 Anima verò ſua mulctetur τὴν δὲ ψυχὴν ἑαυτοῦ ζημιωθῆναι; id eſt ſeipſum perdat, vt Lucas interpretatur. Vulgata ζημιωθῆναι vertit Detrimentum pati. Eraſ. Iacturam facere. Ego verò non video cur periphraſis quæ rerum fuerit, quum de iudicio Dei hic agatur: quemadmodum proximus verſiculus declarat: & ζημιοῦσθαι apud Græcos ſit vocabulum forenſe, ſicut mulctare apud Latinos. Compenſationem animæ ſuæ, ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ. id eſt, quo ſeipſum redimat: quod vernaculo ſermone dicas, *Qu'eſt-ce que l'homme bailleroit en eſchange de ſa perſonne?* Vulgata ad verbum, Commutationem pro anima ſua: quæ interpretatio mihi viſa eſt obſcurior. Eraſ. Cu-

ius permutatione redimat animam ſuam: perſpicua periphraſi, ſed non prorſus neceſſaria. Itaque in annotationibus Marci Veterem interpretationem amplectitur.

Μέλλει γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεσθαι ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ· καὶ τότε ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ.

Psal.61.c.13 rom.2.d.6

17 Futurum eſt enim vt Filius hominis veniat cū gloria Patris ſui cum Angelis ſuis: ‖ & tunc reddet vnicuique ſecundum facta eius.

17 Filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cum Angelis ſuis: & tunc reddet vnicuique ſecundum opera eius.

Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων, οἵτινες οὐ μὴ γεύσωνται θανάτου ἕως ἂν ἴδωσι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ.

Mar.9.a.1 luc.9.c.17

18 ‖ Amē dico vobis, ſunt quidam ex his qui hîc adſtant, qui nequaquam guſtabunt mortem, vſquedū viderint Filiū hominis venientē in regnū ſuū.

18 Amen dico vobis, ſunt quidam de hîc ſtantibus, qui non guſtabunt mortem donec videant Filiū hominis venientem in regno ſuo.

CAPVT XVII.

Κεφάλαιον ιζ΄

Καὶ μεθ' ἡμέρας ἓξ παραλαμβάνει ὁ Ἰησοῦς τὸν Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἀναφέρει αὐτοὺς εἰς ὄρος ὑψηλὸν κατ' ἰδίαν.

Mar.9.a.2 luc.9.d.27

1 ‖ Sexto verò pòſt die accepit Ieſus Petrum ac Iacobū & Iohannem fratrē eius, & ſubducit eos priuatim in montē ſublimem.

1 Et poſt dies ſex aſſumit Ieſus Petrum et Iacobum & Iohannem fratrem eius, & ſubducit illos in montem excelſum ſeorſum.

Καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν· καὶ ἔλαμψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος· τὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο λευκὰ ὡς τὸ φῶς.

2 Transformatúſque eſt coram eis, & ſplenduit facies eius vt ſol: veſtimenta autem eius facta ſunt alba vt lux.

2 Et transfiguratus eſt ante eos: & reſplenduit facies eius ſicut ſol: veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix.

Καὶ ἰδοὺ, ὤφθησαν αὐτοῖς Μωσῆς καὶ Ἠλίας, μετ' αὐτοῦ συλλαλοῦντες.

3 Et ecce, conſpecti ſunt eis Moſes & Elias, cum eo colloquentes.

3 Et ecce, apparuerunt illis Moyſes & Elias, cum eo loquentes.

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος εἶπε τῷ Ἰησοῦ, Κύριε καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι· εἰ θέλεις ποιήσωμεν ὧδε τρεῖς σκηνάς, σοὶ μίαν, καὶ Μωσῇ μίαν, καὶ μίαν Ἠλίᾳ.

4 Reſpondens autem Petrus dixit Ieſu, Domine, bonum eſt nos hîc eſſe: ſi vis, faciamus hîc tria tabernacula, tibi vnum, & Moſi vnum, & Eliæ vnum.

4 Reſpondens autem Petrus dixit ad Ieſum, Domine, bonum eſt nos hîc eſſe: ſi vis, faciamus hîc tria tabernacula, tibi vnum, & Moyſi vnum, & Eliæ vnum.

Ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, ἰδοὺ νεφέλη φωτεινὴ ἐπεσκίασεν αὐτούς· καὶ ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης, λέγουσα, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ εὐδόκησα· αὐτοῦ ἀκούετε.

supra 3.d.17 2.pet.1.d.17

5 Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida inumbrauit eos: & ecce vox è nube, dicens, ‖ Hic eſt Filius ille meus dilectus, in quo acquieſco: ipſum audite.

5 Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos: & ecce vox de nube, dicens, Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipſum audite.

17 Cum gloria, ἐν δόξῃ. ὦ pro ω, vt alibi ſæpe. Vide ſuprà, 6.d.19. Angelis, ἀγγέλων. In ſecundo exēplari additur ἁγίων. id eſt ſanctis. Secundum facta, κατὰ τὰ ἔργα. Eraſmus, Iuxta facta. Vulgata, Secundum opera. id eſt κατὰ τὰ ἔργα, ſicut etiam legimus in vno exemplari.

18 Amen, ἀμήν. In quodam codice additum erat γάρ, enim. Ex his qui hîc ſtant, τῶν ὧδε ἑστώτων. Vulgata, De hîc ſtantibus. Eraſmus, Hîc ſtantes. id eſt ὧδε ἑστῶσης. quod ſcriptum inuenimus in duobus vetuſtis codicibus. Guſtabunt mortem, γεύσονται θανάτου. id eſt morientur. ſicut Heb.2.c.9. In regnum ſuum, ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ. ἐν exiſtimo pro εἰς poſitum eſſe. Cæteri ad verbum interpretantur, In regno ſuo. In vno veteri codice legitur, ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ. id eſt In gloriam ſuam. quibus verbis iſta optimè explicantur de Chriſti aſcenſione, & iis quæ poſtea conſequuta ſunt: de quibus magnificè ſcribit Paulus Epheſ.4.b.10, & 1.Cor.15.c.23. & Dominus ipſe meminit infrà, 28, d.18.

IN CAPVT XVII.

1 Sexto pòſt die, μεθ' ἡμέρας ἓξ. Vulgata & Eraſmus, Poſt ſex dies. Vide Mar.9.a.2. Subducit, ἀναφέρει. id eſt ἀνάγει: quod etiam legimus in quodam exemplari. Nam φέρειν & ἄγειν ſæpe permutantur vt infrà hoc eodem capite, verſu 17, & ſuprà, 4.a.1.

2 Alba, λευκά. Candidum, quod vſurpat Eraſmus, potius ſignificat ſplendidum & fulgens, id eſt πῦρ ἔοικε: (quod quidē propriè de igne dici ſolet, vt author eſt Ariſtoteles ſectione octaua Problematū) quanuis id poſtea de albo colore dici quoque cœpit, omnium videlicet ſplendidiſſimo. Lux, τὸ φῶς. In quodam exemplari legitur ὁ χιὼν, nix: quod ſequutus eſt Vetus interpres. Ariſtoteles porro libro primo De coloribus, φῶς colorem ignis eſſe ſcribit his verbis, τὸ δὲ φῶς ὅτι πυρός ἐστι χρῶμα, δῆλον ἐκ τῶν μαθημάτων ἐπὶ τούτων ἔχει διορισμόν, &c. id eſt, Quòd autem lumen, aut lux, ſit color ignis, perſpicuum ex eo eſt, quoniam nullum alium præter hūc, habere colorem reperitur, &c. φῶς autem lucem vertimus, quanquam non dubitem apud philoſophos differentiam lucis & luminis obſeruari: quæ tamen apud reliquos ſcriptores fere negligi ſolet.

5 Conſpecti ſunt, ὤφθησαν. Vulg. Apparuerunt. id eſt ὤφθησαν. Colloquentes, συλλαλοῦντες. Eraſmus admonet in annotationibus potius verti debuiſſe Confabulantes: à quo tamen verbo quidam meritò refugiūt, quum neque reſpondeat Græco verbo συλλαλεῖν, neque Scripturæ maieſtati conueniat, neque etiam tritum ſit apud Latinos ſcriptores: quanuis fabulari à fando deriuetur.

4 Reſpondens, ἀποκριθεὶς. Hebraiſmus, de quo alibi diximus. nam propriè reſpondent qui ſunt rogati.

Lucida, φωτεινή. In quarto codice ſcriptū erat φωτὸς, lucis, Hebraico idiotiſmo. Filius ille meus, ὁ υἱός μου. Articulum expreſſi, cuius videtur hîc eſſe emphaſis maxima, non tam vt diſtinguatur à filiis aliis (quum ſit vni-

genitus)quàm ad dignitatis commendationem. Nos enim non natura, ſed adoptione ſumus filii: qua ratione etiam Chriſtus ipſe dicitur primogenitus inter multos fratres, quia licet vnicus ſit proprio iure, princeps tamen eſt inter multos, quatenus adoptionis fons eſt ac caput.

Καὶ ἀκούσαντες οἱ μαθηταὶ ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν, καὶ ἐφοβήθησαν σφόδρα.

6 Et quum hæc audiſſent diſcipuli, ceciderunt in faciem ſuam, & timuerunt vehementer.

6 Et audientes diſcipuli ceciderunt in faciem ſuã, & timuerũt valde.

Καὶ προσῆλθεν ὁ Ἰησοῦς ἥψατο αὐτῶν, καὶ εἶπεν, Ἐγέρθητε, καὶ μὴ φοβεῖσθε.

7 Tunc accedens Ieſus tetigit eos, dixitq;, Surgite, & ne timete.

7 Et acceſſit Ieſus, & tetigit eos, dixitque eis, Surgite, & nolite timere.

Ἐπάραντες δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, οὐδένα εἶδον, εἰ μὴ τὸν Ἰησοῦν μόνον.

8 Sublatis autem oculis ſuis neminem viderũt, niſi Ieſum ſolum.

8 Leuantes autem oculos ſuos neminem viderunt, niſi ſolum Ieſum.

Καὶ καταβαινόντων αὐτῶν ἀπὸ τοῦ ὄρους, διεστείλατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, λέγων, Μηδενὶ εἴπητε τὸ ὅραμα, ἕως οὗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ.

9 Et quũ deſcenderent de mõte, mandauit eis Ieſus, dicens, Nemini dixeritis hanc viſionem, vſquequo Filius hominis à mortuis reſurgat.

9 Et deſcendentibus illis de monte, præcepit eis Ieſus, dicens. Nemini dixeritis viſionem, donec Filius hominis à mortuis reſurgat.

Καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες, Τί οὖν οἱ γραμματεῖς λέγουσιν, ὅτι Ἠλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον;

10 Tunc interrogauerũt eum diſcipuli ſui, dicentes, Quid igitur Scribæ dicunt, oportere vt Elias primùm veniat?

10 Et interrogauerunt eum diſcipuli, dicentes, Quid ergo Scribæ dicũt quòd Eliam oportéat primùm venire? Mal.4.b.5 ſuprà 11.b.14 mar.9.b.11

Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Ἠλίας μὲν ἔρχεται πρῶτον, καὶ ἀποκαταστήσει πάντα·

11 Ieſus autem reſpondens dixit eis, Elias quidem veniet primùm, & reſtituet omnia:

11 At ille reſpõdẽs ait eis, Elias quidem venturus eſt primùm, & reſtituet omnia:

Λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι Ἠλίας ἤδη ἦλθε, καὶ οὐκ ἐπέγνωσαν αὐτὸν, ἀλλ' ἐποίησαν ἐν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν· οὕτω καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου μέλλει πάσχειν ὑπ' αὐτῶν.

12 Sed dico vobis, Eliam iam veniſſe, quẽ non agnouerũt, ſed fecerunt ei quæcunque voluerũt: ita futurum eſt vt & Filius hominis patiatur ab eis.

12 Dico autem vobis quia Elias iam venit, & non agnouerunt eum: ſed fecerunt in eo quæcunque voluerunt, ſic & Filius hominis paſſurus eſt ab eis.

Τότε συνῆκαν οἱ μαθηταὶ ὅτι περὶ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ εἶπεν αὐτοῖς.

13 Tunc intellexerunt diſcipuli eum de Iohanne Baptiſta hæc ſibi dixiſſe.

13 Tunc intellexerunt diſcipuli quia de Iohanne Baptiſta dixiſſet eis.

Καὶ ἐλθόντων αὐτῶν πρὸς τὸν ὄχλον, προσῆλθεν αὐτῷ ἄνθρωπος, γονυπετῶν αὐτῷ,

14 Et quum veniſſent ad turbã, adiit eum quidam, accidés ei ad genua,

14 Et quũ venissent ad turbam, accessit ad eum homo genibus prouolutus ante eum,

Καὶ λέγων, Κύριε ἐλέησόν μου τὸν υἱόν, ὅτι σεληνιάζεται, καὶ κακῶς πάσχει· πολλάκις γὰρ πίπτει εἰς τὸ πῦρ, καὶ πολλάκις εἰς τὸ ὕδωρ.

15 Et dicens, Domine miſerere filii mei, quoniam lunaticus eſt, & malè afficitur: nam ſæpe cadit in ignem, & ſæpe in aquam.

15 Dicens, Domine miſerere filio meo, quia lunaticus eſt, & malè patitur: nam ſæpe cadit in ignẽ, & crebrò in aquam.

6 Ceciderunt in faciem ſuam, ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν. Phraſis Hebræa, פנים-על נפל. id eſt pronì adorarunt. Timuerunt, ἐφοβήθησαν. Eraſmus ſuo more, Territi ſunt, per paſſiuum: quum tamen actiuæ ſit ſignificationis φοβεῖσθαι.

8 Sublatis autem, ἐπάραντες δέ. Vulgata, Leuantes. Eraſmus per periphraſin minimè neceſſariam, Vbi verb ſuſtuliſſent. Hoc interdum vnico verbo αἴρειν declaratur: vt ſuprà, 14.b.19.

9 Nemini, μηδενί. Eraſ. Necui, μή τινι, vt ſuprà, 16.c.20.

10 11 Quẽ non agnouerunt, καὶ οὐκ ἐπέγνωσαν αὐτόν. In nono exemplari ſcriptum erat, καὶ οὐκ ἐπίστευσαν εἰς, & non crediderunt ei. Ei, εἰς αὐτὸν. ad verbum, In eo. In vetuſtis duobus codicibus deerat præpoſitio ἐν.

14 Quidam, ἄνθρωπος. In duobus exẽplaribus additur τις. id eſt homo quidam: quod expreſſit Eraſmus. Accidens ei ad genua, γονυπετῶν αὐτῷ. Vulg. Prouolutus ante eum. id eſt κολλυβιζόμενος ἐναντίον αὐτοῦ. Eraſmus, Flectens genua illi. Atqui γονυπετῶν (vt ipſe Eraſmus obſeruauit in annotationibus) amplius aliquid ſignificat, eum nimirum ſupplicantium geſtum quem depingit elegantiſſimè Homerus Iliad. α, in extremo, vbi Thetidem deſcribit Ioui ſupplicantem.

15 Lunaticus eſt, σεληνιάζεται. Lunatici vocantur qui certis lunæ temporibus comitiali mõrbo, lycanthropia, cynanthropia, & qui ea melancholia morbo laborant quæ Græcis medicis θηριώδης (id eſt fera & immanis) dicitur, aut alio furoris genere agitantur: de quibus poeta in hunc modum, Quàm multos etiam furiis hinc ſæpe videmus Vexari, ſortémque animo indignamur acerbam. Quorum etiam meminit Iuriſconſultus Paulus in l. Bouem. Tit. de Ædilitio edicto. Cæterùm hoc ita accipiendum eſt hoc quidem loco vt ad morbum naturalem ſciamus diabolicum quoque furorem acceſſiſſe, ſicut indicant ea quæ paulo pòſt commemorantur. Sunt autem hæc diſtinguenda, ne in eorum errorem incidamus qui profanè ridere ſolent quæcunque de dæmoniacis ſacræ literæ teſtantur, quaſi hæc omnia videlicet ad naturales morbos pertineãt: quũ ſuprà, 4.d.24, apertè lunatici à dæmoniacis diſtinguantur, & profana illa opinio infinitis Scripturæ locis poſſit conuinci. Malè afficitur, κακῶς πάσχει. In vno codice legimus, κακῶς ἔχει. Vulg. ad verbum, Malè patitur. Eraſ. Miserè affligitur, ἀθλίως θλίβεται.

Mar.9.c.14 luc.9.c.37

Καὶ προσήνεγκα αὐτὸν τοῖς μαθηταῖς σου, καὶ οὐκ ἠδυνήθησαν αὐτὸν θεραπεῦσαι.

16 ‖Et ᵛobtuli eum diſcipulis tuis, nec potuerunt eum ſanare.

16 *Et obtuli eum diſcipulis tuis, & non potuerunt curare eum.*

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν, Ὦ γενεὰ ἄπιστος καὶ διεστραμμένη, ἕως πότε ἔσομαι μεθ' ὑμῶν; ἕως πότε ἀνέξομαι ὑμῶν; φέρετέ μοι αὐτὸν ὧδε.

17 Reſpondens autem Ieſus dixit, O natio incredula & ᵛperuerſa: ᵛquouſque tandé ero vobiſcum? quouſque tandem ᵛtolerabo vos? adducite mihi eũ huc.

17 *Reſpondens autem Ieſus ait, O generatio incredula & peruerſa, quouſque ero vobiſcum? uſquequo patiar uos? afferte huc illum ad me.*

Καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐξῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ τὸ δαιμόνιον· καὶ ἐθεραπεύθη ὁ παῖς ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης.

18 Et ᵛobiurgauit dæmonium Ieſus, exiitque illud ab eo: & ſanatus eſt puer ex illo momẽto.

18 *Et increpauit illum Ieſus, & exijt ab eo dæmonium: & curatus eſt puer ex illa hora.*

Τότε προσελθόντες οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰησοῦ κατ' ἰδίαν, εἶπον, Διατί ἡμεῖς οὐκ ἠδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτό;

19 Tunc adeuntes diſcipuli Ieſum priuatim, dixerunt, Quare nos non potuimus illud eiicere?

19 *Tunc acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum ſecretò, & dixerunt, Quare nos non potuimus ejicere illum?*

Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Διὰ τὴν ἀπιστίαν ὑμῶν. ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ἐὰν ἔχητε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, ἐρεῖτε τῷ ὄρει τούτῳ, Μετάβηθι ἔνθεν ἐκεῖ, καὶ μεταβήσεται· καὶ οὐδὲν ἀδυνατήσει ὑμῖν.

Luc.17.b.6

20 Ieſus autẽ dixit eis, Propter incredulitatẽ veſtram. ‖amen quippe dico vobis, ſi habeatis fidem ᵛquantulum eſt granum ſinapis, dicetis monti huic, ᵛDemigra hinc illuc: & demigrabit: & nihil impoſſibile erit vobis.

20 *Dixit illis Ieſus, Propter incredulitatem veſtrã. amen quippe dico vobis, ſi habueritis fidẽ ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic, Transi hinc illuc: & transibit: & nihil impoſſibile erit vobis.*

Τοῦτο δὲ τὸ γένος οὐκ ἐκπορεύεται εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ.

21 Hoc verò genus *dæmoniorum* non ᵛegreditur niſi per precationem & ieiunium.

21 *Hoc autem genus non ejicitur niſi per orationẽ & ieiunium.*

Ἀναστρεφομένων δὲ αὐτῶν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Μέλλει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων.

Infrà 20.b.17 mar.9.c.31 luc.9.c.44

22 ‖Verſantibus autem ipſis in Galilæa, dixit eis Ieſus, Futurũ eſt vt Filius hominis tradatur in manus ᵛhominum.

22 *Converſantibus autem illis in Galilæa, dixit illis Ieſus, Filius hominis tradẽdus eſt in manus hominum.*

Καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτόν, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθήσεται. Καὶ ἐλυπήθησαν σφόδρα.

23 Et trucidabunt eum, ſed tertio die ſuſcitabitur. Et ᵛcontriſtati ſunt vehementer.

23 *Et occident eum, & tertia die reſurget. Et contriſtati ſunt uehementer.*

Ἐλθόντων δὲ αὐτῶν εἰς Καπερναούμ, προσῆλθον οἱ τὰ δίδραχμα λαμβάνοντες τῷ Πέτρῳ, καὶ εἶπον, Ὁ διδάσκαλος ὑ-

24 Quum autem veniſſent Capernaum, venerunt ad Petrum qui didrachma accipiunt, dixerúntque, Magiſter veſter

24 *Et quum uenijſſent Capharnaum, acceſſerunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei, Magiſter ue-*

16 Obtuli, προσηνέγκα. In duobus veteribus codicibus legitur προσεφέρκαν, id eſt obtulerunt, pro oblatus eſt. de quo dicendi genere alibi diximus.

17 Peruerſa, διεστραμμένη. Sic Cicero, Roſcii oculos peruerſiſſimos fuiſſe dicit, id eſt διεστραμμένους ὄμματα. Eraſ. Diſtorta. Quouſque tandem, ἕως πότε. Sic rectè Eraſmus, quum Vetus interpres neglexerit particulam πότε: quæ interdum quidem abundat, ſed hic habet ſuam emphaſin. Quum autem bis repetatur, Eraſmum miror poſteriore loco prætermiſiſſe: quum præſertim iſta repetitio pondus addat ſententiæ. Tolerabo, ἀνέξομαι: vel ad verbum, Suſtinebo. Vulgata & Eraſmus, Patiar. Sed aliquid amplius videtur ſignificare ἀνέχεσθαι quàm πάσχειν. Multi enim etiam inuiti & repugnantes multa patiuntur. ἀνέχεσθαι autem dicuntur tranſlatitiè qui volentes onus ſubeunt, & ſub eo perdurant.

18 Obiurgauit dæmonium, ἐπετίμησεν αὐτῷ. Hoc exprimit diſertè Lucas infrà 6.e.41. vt neque ambigere debuerit Hieronymus, neque rectè Theophylactus ad puerum retulerit. Eſt autem ex Hebræorum idiotiſmo relatiuum præpoſitum antecedenti, vt infrà, 26.v.23.

20 Quantulum eſt granum ſinapis, ὡς κόκκον σινάπεως. Vulgata & Eraſmus ad verbum, Sicut granum ſinapis: quod quum mihi videretur obſcurum & ambiguum in Latino ſermone, coacti ſumus à verbis Græcis aliquantulum deflectere, vt planius loqueremur. Demigra, μετάβηθι, vel Abi. nam Digrediendi vocabulũ, quo ſolemus vti in tranſferendo hoc verbo, nullum hic locum habet.

21 Egreditur, ἐκπορεύεται. Vulgata, Eiicitur. id eſt ἐκβάλλεται.

22 Verſantibus, ἀναστρεφομένων, vel fortaſſis Reuertentibus: quæ ſignificatio huius vocabuli etiã vſitata eſt, & nõ malè conuenit huic loco. Nam inde digreſſus rediit Capernaũ per Galilæam, vt conſtat ex Marci 9.c.30. Hanc autem poſteriorem interpretationem ſi ſequaris, ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ pro εἰς τὴν Γαλιλαίαν poſitum erit, & ita ſcriptum inuenimus in vno vetere codice. Hominum, ἀνθρώπων. In vno exemplari additur ἁμαρτωλῶν. id eſt peccatorum: quo vocabulo Gentes intelliguntur à fœdere Dei alienæ. Auget enim hæc quoque circunſtantia ſceleris atrocitatem.

23 Contriſtati ſunt, ἐλυπήθησαν. Eraſmus, Mœrore affecti ſunt: qui tamen verterat ἐλυπήθη, indoluit, ſuprà, 14.a.9.

μῶν οὐ τελῶσι τὰ δίδραχμα;

Λέγει, Ναί. Καὶ ὅτε εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον, προέφθασεν αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, λέγων, Τί σοι δοκεῖ, Σίμων; οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς ἀπὸ τίνων λαμβάνουσι τέλη, ἢ κῆνσον; ἀπὸ τῶν υἱῶν αὐτῶν, ἢ ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων;

Λέγει αὐτῷ ὁ Πέτρος, Ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων. Ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἄρα γε ἐλεύθεροί εἰσιν οἱ υἱοί.

Ἵνα δὲ μὴ σκανδαλίσωμεν αὐτούς, πορευθεὶς εἰς τὴν θάλασσαν, βάλε ἄγκιστρον, καὶ τὸν ἀναβαίνοντα πρῶτον ἰχθύν, ἆρον· καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, εὑρήσεις στατῆρα· ἐκεῖνον λαβὼν δὸς αὐτοῖς ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ.

Κεφάλαιον ιη.

ΕΝ ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ προσῆλθον οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰησοῦ, λέγοντες, Τίς ἄρα μείζων ἐστὶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν;

Καὶ προσκαλεσάμενος ὁ Ἰησοῦς παιδίον, ἔστησεν αὐτὸ ἐν μέσῳ αὐτῶν,

Καὶ εἶπεν, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ στραφῆτε, καὶ γένησθε ὡς τὰ παιδία, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

Ὅστις οὖν ταπεινώσει ἑαυτὸν ὡς τὸ παιδίον τοῦτο, οὗτός ἐστιν ὁ μείζων ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

Καὶ ὃς ἐὰν δέξηται παιδίον τοιοῦτον ἐν τῷ ὀνόματί μου, ἐμὲ δέχεται.

non ſoluit didrachma?

Dicit, Etiam. Et quum ingreſſus fuiſſet domum, prævenit eum Ieſus, dicens, Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributa aut cenſum? à filiis ſuis, an ab alienis?

Dicit ei Petrus, Ab alienis. Ait ei Ieſus, Nēpe igitur liberi ſunt filii.

Sed ne offendamus eos, profectus ad mare, mitte hamum: & eum piſcem qui aſcenderit primus, tolle: & aperto ore eius, inuenies ſtatērem: acceptum illum da eis pro me & pro tē.

CAP. XVIII.

EO ipſo tempore adierunt Ieſum diſcipuli, dicentes, Quiſnam maximus eſt in regno cælorum?

Et quum aduocaſſet puerulum Ieſus, ſtatuit eum in medio eorum,

Et dixit, Amen dico vobis, niſi conuerſi fueritis, & fiatis vt pueruli, nequaquam ingrediemini in regnum cælorum.

Quiſquis igitur demiſerit ſeipſum ſicut eſt puerulus iſte, is eſt maximus ille in regno cælorum.

Et quiſquis exceperit aliquē puerulum talem in nomine meo, me excipit.

ſtēr non ſoluit didrachma?

Ait, Etiam. Et quū intraſſet in domum, prævenit eum Ieſus, dicens, Quid tibi videtur Simō? Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel cenſum? à filiis ſuis, an ab alienis?

Et ille dixit, Ab alienis. Dixit illi Ieſus, Ergo liberi ſunt filij.

Vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcem qui primus aſcenderit tolle: & aperto ore eius, inuenies ſtatērem: illum ſumens, da eis pro me & tē.

CAP. XVIII.

IN illa hora acceſſerūt diſcipuli ad Ieſum, dicentes, Quis putas maior eſt in regno cælorum? Mar.9.c.33 luc.9.f.46

Et aduocans Ieſus puerulum ſtatuit eum in medio eorum,

Et dixit, Amen dico vobis, niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut pueruli, non intrabitis in regnum cælorum. Infrà 19.b.14 1.cor. 14.d. 20

Quicunque ergo humiliauerit ſe ſicut puerulus iſte, hic eſt maior in regno cælorum.

Et qui ſuſceperit unum puerulum talem in nomine meo, me ſuſcipit.

14 Non, ἀλλά. Hæc particula nihil hîc negat, ſed interrogat, vt alibi ſæpe. Eraſmus, Num. quo aduerbio fere vtimur quum negatum eſſe volumus id de quo quærimus. Itaque Non videtur huic loco optimè conuenire. Soluit, τελεῖ. id eſt ſoluere ſolet. Didrachmata τὰ δίδραχμα; Hoc eſt ſicli Sanctuarii dimidium, quod Iſraelitæ pendebant olim ex Lege ſcripta Exodi 30.b.13. Romani verò poſtea exegerunt, Iudæa ſubacta. qua de re ſic ſcribit Ioſephus, de Veſpaſiano loquens, Stipendiū vbicunque degerent, Iudæis indixit, quos binas drachmas ſingulis annis inferre in Capitolium iuſſit, ita vt antea Hieroſolymorum templo ſolebant.

25 A filiis ſuis, καὶ τῶν υἱῶν αὐτῶν. Hic mihi dubium non eſt quin Filiorum nomen propriè accipiatur. Nam ſi Hebræorum more filios intelligi dicas pro veris & naturalibus, quos vocant, ſubiectis, quibus opponantur populi vi armorum ſubacti, falſa fuerit Petri reſponſio, quum ne ipſi quidem Romani ciues à tributo eſſent immunes: vt docet Dionyſius libro Antiquitatum quarto.

26 Nempe igitur, ἄρα γε. Vulg. & Eraſ. Ergo. Vide ſuprà 7.c.20.

27 Aſcenderit, ἀναβαίνοντα, ad hamum videlicet. Eraſ. Prodierit. quod reſpondet τῷ προελθεῖν, vel ἐξελθεῖν. Statērem, στατῆρα. Is igitur numus erat tetradrachmus: ſicut etiam veteres teſtantur: ita tamen vt à ſtatēre aureo diſtinguatur, quorum alii vnciales, id eſt octo drachmarum, alii didrachmi fuerunt. Pro, ἀντί, id eſt, ὑπέρ. Nam propriè ἀντὶ τινος ſignificat Loco aut vice alicuius. Vide Mar.10.f.45.

IN CAPVT XVIII.

1 Quiſnam, τίς ἄρα. Vulg. Quis putas. Eraſ. Quis: omiſſa particula expletiua, quam tamen Latini videntur exprimere, ipſo etiam approbante infrà, 24.d.45.

2 Puerulum, παιδίον. Vulg. Paruulum: quod non tam eſt ætatis quàm ſtaturæ. itaque meritò reprehenditur. Eraſ. Puellum.

3 Conuerſi fueritis, στραφῆτε. Phraſi Hebræa dictum eſt pro reſipueritis, vt alibi docuimus.

4 Demiſerit, ταπεινώσει. Vulgata ad verbum, Humiliauerit. Nam ταπεινὸν grammatici dictum volunt quaſi ἐλάττονα: ſicut humilis Latinis ab humo dicitur. Sed humiliandi verbum apud idoneos authores nō legi. Demiſſum autē eundem eſſe cum humili, vel illud Cic. indicat ex 5. Tuſc. Non eſt auſus, inquit, elatè & ampliè loqui, quum humiliter demiſſēque ſentiret.

Mar. 9. f. 42
luc. 17. a. 1

Ος δ' ἂν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων τῶν πιστευόντων εἰς ἐμὲ, συμφέρει αὐτῷ ἵνα κρεμασθῇ μύλος ὀνικὸς ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ καταποντισθῇ ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης.

6 ‖Quisquis autem offenderit aliquē ex paruis istis qui in me credunt, præstiterit ei vt suspē datur mola asinaria in collo eius, ac demergatur in profundo maris.

6 Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credūt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.

Οὐαὶ τῷ κόσμῳ ἀπὸ τῶν σκανδάλων. ἀνάγκη γάρ ἐστιν ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα· πλὴν οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ δι' οὗ τὸ σκάνδαλον ἔρχεται.

7 Væ mundo ab offendiculis. necesse est enim vt eueniāt offendicula: veruntamen væ homini illi per quem offendiculum euenit.

7 Væ mundo à scandalis. necesse est enim ut ue niant scandala: uerumtamen uæ homini illi per quem scandalum uenit.

Supra 5. c. 30
mar. 9. f. 43

Εἰ δὲ ἡ χείρ σου ἢ ὁ πούς σου σκανδαλίζει σε, ἔκκοψον αὐτὰ, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ· καλόν σοί ἐστιν εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν χωλὸν ἢ κυλλόν, ἢ δύο χεῖρας ἢ δύο πόδας ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον.

8 ‖Si verò manus tua vel pes tuus facit vt tu offendas, excinde ea, & abiice abs te. bonum est tibi ad vitam ingredi claudum aut mācum potius quàm duas manus vel duos pedes habentem coniici in ignem æternum.

8 Si autem manus tua uel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & proiice abs te. bonum tibi est ad uitam ingredi debilem uel claudum, quàm duas manus uel duos pedes habentem mitti in ignem æternum.

Καὶ εἰ ὁ ὀφθαλμός σου σκανδαλίζει σε, ἔξελε αὐτὸν, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ· καλόν σοί ἐστι μονόφθαλμον εἰς τὴν ζωὴν εἰσελθεῖν, ἢ δύο ὀφθαλμοὺς ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός.

9 Et si oculus tuus facit vt tu offendas, erue eum, & abiice abs te: bonum est tibi luscum ingredi in vitam, potius quàm duos oculos habentem coniici in gehennam ignis.

9 Et si oculus tuus scandalizat te, eruе eum, & proiice abs te: bonum tibi est unum oculum habentem in uitam intrare, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.

Ὁρᾶτε μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τούτων· λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι οἱ ἄγγελοι αὐτῶν ἐν οὐρανοῖς διὰ παντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς.

Psal. 34. b. 8

10 Videte ne contemnatis aliquem ex paruis istis: ‖dico enim vobis, angelos eorum in cælis per omne tempus videre faciem Patris mei qui in cælis est.

10 Videte ne contemnatis unum ex his pusillis: dico enim uobis quia angeli eorum in cælis semper uident faciem Patris mei qui in cælis est.

Ἦλθε γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου σῶσαι τὸ ἀπολωλός.

Luc. 19. b. 10

11 ‖Venit enim Filius hominis vt seruet quod perierat.

11 Venit enim Filius hominis saluare quod perierat.

Τί ὑμῖν δοκεῖ; ἐὰν γένηταί τινι ἀνθρώπῳ ἑκατὸν πρόβατα, καὶ πλανηθῇ ἓν ἐξ αὐτῶν, οὐχὶ ἀφεὶς τὰ ἐνενήκοντα ἐννέα, ἐπὶ τὰ ὄρη πορευθεὶς ζητεῖ τὸ πλανώμενον;

Luc. 15. a. 4

12 ‖Quid vobis videtur? si fuerint alicui ᵛhomini centum oues, & errauerit vna ex eis, nōne relictis ipsis nonagintanouē, ᵛprofectus in montes, quærit eam quæ aberrauerat?

12 Quid uobis uidetur? si fuerint alicui centum oues, & errauerit una ex eis, nonne relinquit nonaginta nouem in montibus, & uadit quærere eam quæ erranit?

6 Paruis, τῶν μικρῶν. Vulg. & Eras. Pusillis. Præstiterit ei, συμφέρει αὐτῷ. Ad verbum, Confert ei. Sed hoc videtur comparatè accipiendum, sicut fecimus, mutato etiam tempore. Sic etiam paulo pòst videtur καλὸν vsurpari pro ἄμεινον. Vulg. & Eras. Expedit. Asinaria, ὀνικὸς. id est grandis: vt opponatur trusatili, sicut annotat Hilarius. Nonnulli de mola inferiore intelligunt, quæ ὄνος vocatur, & crassior esse solet, quum superiori substernatur. In vno manuscripto exemplari scriptum inuenimos λίθος μυλικὸς, lapis molaris. In, ἐπὶ. 5
Vetusta exemplaria pleraque scriptum habebant αἴτ: in vno tamen legimus ἀμφὶ, circa. Latini in hoc dicendi genere fere vtuntur præpositione de, vel ex.

Profundo, πελάγει. id est τῇ βάθει. Dicitur enim πέλαγος quod Latini altum vocant. postea verò pelagus pro ipso mari cœptum est vsurpari: & ita interpretatus essem nisi adderetur τῆς θαλάσσης.

8 Facit vt tu offendas, σκανδαλίζει σε. Vide suprà, 5. c. 29, & 30. Ea, αὐτὰ. Vulgata, Eum. id est αὐτὸν. 10
Potius quàm, ἤ. Aut καλὸν positum est pro ἄμεινον, aut subauditur μᾶλλον, sicut apud Homerum in illo versiculo, βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ κατατεθνάμεν, lib. Iliad. a. Et in illo impio senario, θέλει τύχης σκληρὸς ἢ φρενῶν πόνος. Sic quoque apud Hebræos fere subauditur particula מִן ante שׁם, vt Psal. 118. b. 8, & 9. item Prouerb. 3. b. 13.

In, εἰς. Vulgata & Erasmus, Ad. id est σπεῦσε. Nam etiam permutantur sæpe istæ præpositiones, sicut apud 15
Hebræos ב pro אֶל.

9 Luscum, μονόφθαλμον. Vulgata, Vnum oculum habentem. Ego autem cum Erasmo Luscum interpretari malui. Nam luscus Latinis dicitur qui altero captus est oculo, non is quem Galli vulgò vocant un louche, Latini strabonem, Græco etiam vocabulo.

10 Per omne tempus, διὰ παντός. Subauditur χρόνου, quod ego expressi. Neque video cur minus Latinè 20
dicatur Per omne tempus, quàm Ad omne tempus. Vulgata tamen & Erasmus interpretari solent, Semper. id est ἀεί.

11 Venit enim, ἦλθε γάρ. Tota hæc periodus in nonnullis Græcis codicibus non reperitur.

12 Homini, ἀνθρώπῳ. Vetus interpres vel hoc nō legit, vel prætermisit, sed nulla sensus iniuria: quāuis, nisi exprimas, subaudiri necesse sit, vt vis comparationis intelligatur. Profectus in montes, ἐπὶ τὰ ὄρη 25
πορευθείς. Erasmus Veterem interpretem sequutus vertit, In montibus, & vadit. Coniungit enim ἐπὶ τὰ ὄρη cum

præcedentibus: quo modo etiam legit Theophylactus, per montes cælum intelligens. Sed hoc dicendi genus non ita est vsitatum, & in plerisque antiquis exemplaribus hæc ita distincta sunt vt ἐπὶ τῷ ἑνὶ coniungatur cũ participio πεπλανημένοις: quod melius conuenit.

Καὶ ἐὰν γένηται εὑρεῖν αὐτό, ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι χαίρει ἐπ' αὐτῷ μᾶλλον ἢ ἐπὶ τοῖς ἐνενηκονταεννέα τοῖς μὴ πεπλανημένοις.

13 Quod si acciderit vt inueniat eam, amẽ dico vobis, gaudet ſuper ea magis quàm ſuper illis nonagintanouẽ quæ non aberrarunt.

13 *Et ſi contigerit vt inueniat eam, amen dico vobis quia gaudet ſuper eam magis quàm ſuper nonagintanouẽ quæ nõ errauerunt.*

Οὕτως οὐκ ἔστι θέλημα ἔμπροσθεν τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν οὐρανοῖς ἵνα ἀπόληται ἓν τῶν μικρῶν τούτων.

14 Ita nõ vult Pater veſter qui in cælis eſt, vt pereat vnus ex paruis iſtis.

14 *Sic non eſt voluntas ante Patrem veſtrũ qui in cælis eſt, vt pereat vnus de puſillis iſtis.*

Ἐὰν δὲ ἁμαρτήσῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, ὕπαγε καὶ ἔλεγξον αὐτὸν μεταξὺ σοῦ καὶ αὐτοῦ μόνου· ἐάν σου ἀκούσῃ, ἐκέρδησας τὸν ἀδελφόν σου·

15 ‖Si verò peccauerit in te frater tuus, veni, & argue eum inter te & ipſum ſolum: ſi te audierit, lucratus es fratrem tuum:

15 *Si autem peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum: ſi te audierit, lucratus eris fratrẽ tuum:*

Leuit.19.d.17 eccleſ.19.b.13 luc.17.a.3 ier.5.d.18

Ἐὰν δὲ μὴ ἀκούσῃ, πάλαβε μετὰ σοῦ ἔτι ἕνα ἢ δύο· ἵνα ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων ἢ τριῶν σταθῇ πᾶν ῥῆμα.

16 Sin verò te non audierit, accipe tecum adhuc vnum aut duos: ‖vt in ore duorum aut trium teſtium ſtabile ſit omne verbum.

16 *Si autem te non audierit adhibe tecum adhuc vnum vel duos: vt in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum.*

Deut.19.b.5 iohan.18.b.17 2.cor.13.a.1 hebr.10.a.28

Ἐὰν δὲ παρακούσῃ αὐτῶν, εἰπὲ τῇ ἐκκλησίᾳ· ἐὰν δὲ καὶ τῆς ἐκκλησίας παρακούσῃ, ἔστω σοι ὥσπερ ὁ ἐθνικὸς καὶ ὁ τελώνης.

17 Quòd ſi neglexerit eos audire, dic Eccleſiæ: quòd ſi Eccleſiam audire neglexerit, ſit tibi velut quiſpiam Ethnicus & quiſpiam publicanus.

17 *Quòd ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ: ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus.*

1.Cor.5.c.9 2.theſſ.3.d.14

14 Non vult Pater veſter, οὐκ ἔστι θέλημα ἔμπροσθεν τοῦ πατρὸς ὑμῶν. Vulg. & Eraſ. ad verbum, Non eſt voluntas coram Patre veſtro. qui Hebraiſmus mihi viſus eſt obſcurior. Vnus, ἓν. Ita ſcriptum reperimus in veteribus codicibus. Eraſmus autem mauult legere ἓν, vt ſubaudiatur πρόβατον.

15 In te, εἰς σέ. Id eſt, te tantùm conſcio. Falluntur enim qui de priuatis iniuriis hoc accipiunt, quum Chriſtus nihil aliud voluerit his verbis quàm occulta peccata à manifeſtis diſtinguere. Itaque peccare in aliquem dicitur non modò qui priuatim eum lædit, ſed etiam qui eo tantùm conſcio vel in Deum vel in alium quemuis peccat. Veni, ὕπαγε. Vulg. Vade. Ex antecedente intelligitur conſequens, Hebræorum more. Vide ſuprà, 14. v. 49.

16 In ore, ἐπὶ στόματος. Hebraicè, פי-על. id eſt ſermone ac teſtimonio. Sic enim accipitur interdum Oris vocabulum pro ſermone & loquutione: vt Num. 3. c. 16. atque adeo pro tacito etiam teſtimonio, id eſt quum res ipſa per ſe loquitur, vt infrà, 21. v. 16. Stabile ſit, σταθῇ. id eſt, ratum firmúmque habeatur: quod Hebræis explicatur verbo קום. Verbum, ῥῆμα. Hebraicè דבר, id eſt negotium de quo agitur.

17 Neglexerit audire, παρακούσῃ. id eſt, non ſit audire dignatus, aut ſe audire diſſimularit. Nam hoc ſignificat παρακούειν: ſicut παροράν dicuntur qui non dignantur aſpicere, vel fingunt ſe non videre. Vulgata & Eraſmus, Non audierit. id eſt μὴ ἀκούσῃ. Eccleſiæ, ἐκκλησίᾳ. Quidam nuper conuertit Reipublicæ, huc fortaſſe reſpiciens quòd in Iudicum conſortium etiam Leuitæ & Sacerdotes olim in Repub. Iſraelitica legebantur, aut quia exiſtimauit de negotiis forenſibus hîc agi: quod etiamſi illi concederem, minimè tamen ipſius interpretationem approbarem, quum Reipub. vocabulum pro ipſo Senatus aut populi conuentu vſurpari non ſoleat: vt quid illud ſit, dicere Reipub. vix à quoquam intelligi poſſe videatur. Sed de animi offenſionibus hîc agi & Senatu eccleſiaſtico, (cuius iuriſdictio à politici magiſtratus functione, in Eccleſia præſertim Chriſtiana, apertiſſimè diſtinguitur) vel ex eo conſtat quod de ligando & ſoluendo poſtea commemoratur. Neque enim Chriſtus politicas leges præſcribit. Hæc autẽ poteſtas ac iuriſdictio penes eos erat qui ἀρχισυναγώγοι propterea vocantur Mar. 5. v. 22. & huius conſuetudinis exemplum extat apud Iohã. 9. d. 22, item 12. f. 42. itẽ 16. a. 2. vt apud Iudæos idem fuiſſe videatur pœnæ genus, ἀποσυνάγωγον γίνεσθαι, atque apud Chriſtianos excommunicari. Porro de Eccleſiæ vocabulo diximus ſuprà, 16. c. 18. Sed notandum eſt turpiter errare qui ex hoc loco conſici volunt, de ſingulis rebus referendum eſſe ad totius multitudinis cœtum. Aiunt enim Eccleſiæ nomen nuſquam aliter accipi: quod vel ex hoc ipſo lòco falſum eſſe conuincitur. Nam certè tanquam de Iudæis hæc dici apparet ſaltem ex eo quod addit, Sit tibi ſicut Ethnicus & publicanus. Sed iudicia de his rebus penes Seniores fuiſſe apud Iudæos, nec ſemper cogi conſueuiſſe totum populi cœtum, omnes illarum rerũ ſcriptores teſtantur. & certè niſi Chriſtus ad ſuorum temporum conſuetudinem totum hunc ſermonem accommodaſſet, quis eum loquentem intellexiſſet? Quòd ſi quis excipiat, tyrannicam fuiſſe illam conſuetudinem, ne id quidem verè dixerit, quum Chriſtus ſic loqui non potuerit quin eum morem vt legitimum approbaret. Neque verò quum hæc dico Oligarchiam volo in Eccleſiam Dei inuehere, ſed doceo Ariſtocratiam Chriſtianam non eſſe nouum aliquod inſtitutum, Dei verbo & democratiæ Eccleſiaſticæ repugnans: ſicut nonnulli ex vnica vocula temere arrepta ſunt arbitrati. Poſtremò obſeruandum etiam eſt Eccleſiæ nomẽ hoc vno loco totius Noui teſtamẽti de Iudæis dici: quorũ generales cœtus ſolẽt Synagogæ peculiari nomine vocari. Itaque Euangeliſta pro Seniorum collegio ἐκκλησίαν dixit. Lucas autem προσεύχεσθαι τῷ λαῷ, 22. v. 66. Vide infrà, Marci 5. v. 22. Quiſpiã Ethnicus, ὁ ἐθνικός. id eſt profanus & alienus à religione. Nam ſolent ſacri ſcriptores ἔθνη & ἐθνικοὺς Græcè vocare eos qui Hebraicè גוים dicuntur. id eſt, qui erãt alieni à Repub. Iſraelis, & fœdere promiſſionis non comprehendebantur: vt ait Paulus Epheſ. 2. c. 12. Latini theologi poſtea (quorum authoritatem libens ſequor) Ethnicos Græco nomine appellarunt. Articulum autẽ conati etiam ſumus exprimere, qui hoc quidem loco eſt ἀόριστος. itaque interpretati ſumus particula indefinita Quiſpiam.

Κεφάλαιον ις΄

Mar. 8.b.11 luc.11.g.54 supra 12.c.39

ΚΑΙ προσελθόντες οἱ Φαρισαῖοι καὶ Σαδδουκαῖοι, πειράζοντες ἐπηρώτησαν αὐτὸν σημεῖον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπιδεῖξαι αὐτοῖς.

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Ὀψίας γενομένης λέγετε, Εὐδία· πυρράζει γὰρ ὁ οὐρανός.

Καὶ πρωΐ, Σήμερον χειμών· πυρράζει γὰρ στυγνάζων ὁ οὐρανός. Ὑποκριταί, τὸ μὲν πρόσωπον τοῦ οὐρανοῦ γινώσκετε διακρίνειν, τὰ δὲ σημεῖα τῶν καιρῶν οὐ δύνασθε;

supra 12.c.34

Γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ· καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου. Καὶ καταλιπὼν αὐτοὺς ἀπῆλθε.

Jonæ 2.d.1

Mar.8.b.14 luc.12.a.1

Καὶ ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὸ πέραν, ἐπελάθοντο ἄρτους λαβεῖν.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Ὁρᾶτε καὶ προσέχετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων.

Οἱ δὲ διελογίζοντο ἐν ἑαυτοῖς, λέγοντες, Ὅτι ἄρτους οὐκ ἐλάβομεν.

Γνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Τί διαλογίζεσθε ἐν ἑαυτοῖς, ὀλιγόπιστοι, ὅτι ἄρτους οὐκ ἐλάβετε;

supra 14.b.17 infra 16.c.9

Οὔπω νοεῖτε, οὐδὲ μνημονεύετε τοὺς πέντε ἄρτους τῶν πεντακισχιλίων, καὶ πόσους κοφίνους ἐλάβετε;

CAP. XVI.

1 ET quum accessissent Pharisæi & Sadducæi, tentantes rogarunt eum vt signum è cælo ipsis ostenderet.

2 Ipse verò respondens dixit eis, Quando serum est diei, dicitis, Serenitas erit: rubet enim cælum,

3 Et manè, Hodie erit tempestas: rubet enim cælum triste. Hypocritæ, faciem quidem cæli nostis discernere, signa verò temporum non potestis?

4 Natio mala & adultera signum requirit: sed signum nō dabitur ei nisi signum Ionæ Prophetæ. Et relictis ipsis abiit.

5 Et quum venissent discipuli eius in vlteriorē ripam, obliti fuerant sumere panes.

6 Iesus autem dixit eis, Videte & cauete à fermēto Pharisæorum & Sadducæorum.

7 Ipsi verò disceptabant inter se, dicentes, Panes non sumpsimus.

8 Id autem quū nosset Iesus dixit eis, Quid disceptatis inter vos, exigua fide præditi, quòd panes non sumpsistis?

9 Nondum intelligitis, neq; meministis quinque illos panes hominum quinquies mille, & quot cophinos acceperitis?

CAP. XVI.

1 ET accesserunt ad eū Pharisæi & Sadducæi, tentantes: & rogauerunt eum vt signū de cælo ostenderet eis.

2 At ille respondens ait illis, Facto uespere dicitis, Serenum erit: rubicundum est enim cælum.

3 Et mane, Hodie tempestas: rutilat enim triste cælum. Faciem ergo cæli dijudicare nostis, signa autem tēporū nō potestis?

4 Generatio mala & adultera signum quærit: & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ Prophetæ. Et relictis illa abiit.

5 Et quum uenissent discipuli eius trans fretū, obliti sunt panes accipere.

6 Qui dixit illis, Intuemini & cauete à fermento Pharisæorum & Sadducæorum.

7 At illi cogitabant inter se, dicentes, Quia panes non accepimus.

8 Sciens autem Iesus dixit, Quid cogitatis inter uos, modicæ fidei, quia panes non habetis?

9 Nondū intelligitis, neque recordamini quinque panum in quinque millia hominum, & quot cophinos sumpsistis?

IN CAPVT XVI.

1 Et quū accessissent, καὶ προσελθόντες. Eras. Et aggressi, καὶ ἐπελθόντες. Vetus autē interpres legit, καὶ προσῆλθον αὐτῷ: & participium πειράζοντες cum his coniungit, addita καὶ coniunctione. Sic enim vertit, Et accesserunt ad eum Pharisæi & Sadducæi tentantes: & rogauerunt, καὶ προσῆλθον αὐτῷ οἱ Φαρισαῖοι καὶ Σαδδουκαῖοι πειράζοντες· καὶ ἐπηρώτησαν. quo modo etiā videtur mollior verborū constructio. Tentantes, πειράζοντες. id est, vt experirentur ecquid hoc posset præstare quod petebāt: sed malo animo ad id petendū ipsos instigante, nempe quòd sperarent se reperturos aliquid in eo vnde iustæ reprehensionis occasionē arriperēt: vel impellēte ipsos diffidētia, aut curiositate importuna. quibus omnibus modis dicitur Deus tentari, id est ad iracundiā prouocari, quasi cum eo velint homines certare. Alioquin dicitur etiam Dominus suos tentare, id est explorare: & diabolus tentare, id est ad malum solicitare. 3 Faciem quidem, τὸ μὲν πρόσωπον. Hebraicè פנים. Quòd si verterimus Vultū, non erit fortasse dictū illepidius quàm illud Maronis 5. Æneidos, Mē ne salis placidi vultum fluctusque quietos Ignorare iubes? Nam ratio carminis ferre potest Faciē, quū tamen poeta disertissimus maluerit Vultū dicere. Quē etiam transferre ad bruta animantia idem nō dubitat, Induerat Circe in vultus ac terga ferarū. Adeo quidem vt vanissimū esse somnium appareat quòd nuper quidam voluerit vultū de faciei tantùm parte dici quæ oculos, frontem & supercilia complectitur, neque de cæteris quoque rebus dici posse. Vulg. Faciē ergo, τὸ μὲν τοῦ προσώπου. Eras. prætermisit μέν. Cæterùm Facies (Hebræorū more) dicitur externa species, & quasi vultus rerū omnium: quo modo etiam Latinè loqui licere Gellius ostendit lib. 13. cap. 28. Sed tamē (ni fallor) τὸ προσώπου nōnisi de homine dictū inuenias apud Græcos disertiores: quo modo etiam Plinius faciē, tantùm hominis esse dicit pro vultu: cætera enim os aut rostrū habere dicuntur. Discernere, διακρίνειν. vel (vt alii vertunt) diiudicare: sed illud videtur Græco vocabulo prorsus respondere. Non potestis? δύνασθε; In vno exēplari scriptum erat γινώσκετε; Non probatis! In quatuor aliis, οἴδατε; Non intelligitis? 4 Signum illud, τὸ σημεῖον. De certo illo & celebri facto loquitur. Itaque articulum ab aliis omissum exprimendum putaui.

Abiit, ἀπῆλθε. Traiecisse lacum cum discipulis declarat apertè Marcus cap. 8. b. 13. quod notandum fuit, vt intelligatur quomodo sequens versiculus cum isto cohæreat. 7 Disceptabant inter se, διελογίζοντο ἐν ἑαυτοῖς. Er pro inter, nō pro intra, seu apud. Nā verisimile est de ea re inter se esse colloquutos. 8 Id autē quū nosset, γνοὺς δέ. Indicāt hæc verba Iesum hīc illorū disceptationē nō cognouisse ex aliis: sed (quæ vis diuinitatis ipsius erat) per se cognouisse qua de re illi inter se cōtenderēt. Non dubiū est enim quin alii in alios culpā reiicerēt.

Sumpsistis, ἐλάβετε. In vno exemplari scriptum erat ἔχετε. id est habetis: sicut etiam vertit Vetus interpres.

9 Meministis, μνημονεύετε. Vulg. Recordamini. id est ἀναμιμνήσκεσθε. Eras. Memoria tenetis. id est διὰ μνήμης

ἐχω. Quinquies quinquies mille, πεντακισχίλιοι. i. quibus paui quinque hominū millia. quod genus dicēdi à vulgi consuetudine petitum est, sicut pleraque alia. Vulgata, quia id obscurius videbatur, vertit, In quinque millia hominum. Erasmus longiore circuitu, Quum homines essent quinquies mille: quasi πεντακισχίλιοι ponatur absolutè

Οὐδὲ τοὺς ἑπτὰ ἄρτους τῶν τετρακισχιλίων, καὶ πόσας σπυρίδας ἐλάβετε;

10 ¶Neque septē illos panes quatet mille hominum, & quot sportas acceperitis?

10 Neque septem panum, & quatuor millium hominum, & quot sportas sumpsistis?

Πῶς οὐ νοεῖτε ὅτι οὐ περὶ ἄρτου εἶπον ὑμῖν, προσέχειν ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων;

11 Quomodo non intelligitis me nō dixisse vobis de pane, vt caueretis à fermēto Pharisæorum & Sadducæorum?

11 Quare non intelligitis quia non de pane dixi vobis, cauete à fermento Pharisæorum & Sadducæorum?

Τότε συνῆκαν ὅτι οὐκ εἶπε προσέχειν ἀπὸ τῆς ζύμης τοῦ ἄρτου, ἀλλ' ἀπὸ τῆς διδαχῆς τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων.

12 Tunc intellexerunt eum nō dixisse vt cauerent à fermento panis, sed à doctrina Pharisæorum & Sadducæorum.

12 Tunc intellexerūt quia non dixerit cauendum à fermento panum, sed à doctrina Pharisæorum & Sadducæorum.

Ἐλθὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς εἰς τὰ μέρη Καισαρείας τῆς Φιλίππου, ἠρώτα τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, λέγων, Τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι, τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου;

Mar. 8.c.27 luc.9.c.18

13 ¶Quum venisset autem Iesus in partes Cæsareæ quæ dicitur Philippi, interrogauit discipulos suos, dicens, Quem me dicūt homines esse, Filium hominis?

13 Venit autem Iesus in partes Cæsareæ Philippi: & interrogabat discipulos suos, dicens, Quem me dicunt homines esse, Filium hominis?

Οἱ δὲ εἶπον, Οἱ μὲν Ἰωάννην τὸν Βαπτιστήν, ἄλλοι δὲ Ἠλίαν, ἕτεροι δὲ Ἰερεμίαν, ἢ ἕνα τῶν προφητῶν.

14 Illi verò dixerunt, Alii quidē Iohānem Baptistam, alii verò Eliam, alii verò Ieremiā, aut vnum ex prophetis.

14 At illi dixerunt, Alij Iohannem Baptistam, alij autem Eliam, alij verò Ieremiam, aut vnum ex Prophetis.

Λέγει αὐτοῖς, Ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι;

15 Dicit eis, Vos autem quem me dicitis esse?

15 Dicit illis Iesus, Vos autem quē me esse dicitis?

Iohan.6.c.69

Ἀποκριθεὶς δὲ Σίμων Πέτρος εἶπε, Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος.

16 ¶Respondēs verò Simon Petrus dixit, Tu es Christus ille Filius Dei viuentis.

16 Respondens Simon Petrus dixit, Tu es Christus filius Dei viui.

supra 15.c.34

11 Quomodo non intelligitis, πῶς οὐ νοεῖτε. πῶς hoc loco non declarat simplicem interrogationē, sed cum admiratione coniunctam. Vulg. Quare non intelligitis id est διὰ τί; Eras. elegantius, Qui fit vt non intelligatis? Ego crassius malui, quum præsertim particula Quomodo, apud ipsum etiam Ciceronem, admirationem declaret. Sic enim scribit lib. de Amicitia, Quomodo (vt alia omittam) mortē filij tulit? De pane, περὶ ἄρτου. In duobus vetustis codicibus, 4. & 8 videlicet, legimus περὶ ἄρτων, de panibus. Dixisse vobis, εἶπον ὑμῖν. Eras. addidit pronomē Illud, vt melius cohæreret sequētia. Sic enim interpretatur, Me nō de pane dixisse vobis illud quod satis per se intelligi puto. Est autem Hebræorū more permutata negans particula in Græcis. Vt caueretis à fermento, προσέχειν ἀπὸ τῆς ζύμης. Duo ex vetustis codicibus scriptum habent, ἵνα οὐ περὶ ἄρτου εἶπον ὑμῖν προσέχητε. προσέχατε Κ. id est, quòd non de pane dixi vobis vt caueretis. cauete verò: vel, sed caueritis vt repetas ἔπειτα, & fit hic sensus, quòd non de pane dixi vobis vt caueretis, sed potius dixi vobis, cauete à fermento.

11 Dixisse vt cauerent. εἶπεν προσέχειν. Vulg. Dixerit cauendum. id est, προσέχειν, vel potius φυλάττειν. Erasmus. Iussisset cauere. id est, εἰπὲν προσέχειν. Nam alibi admonuimus, Dicere pro Iubere sæpe vsurpari in Hebræo sermone.

13 Cæsareæ quæ dicitur Philippi, Καισαρείας τῆς Φιλίππου. Supplendum fuit aliquid ad articulum illum exprimendum, quo videlicet distinguitur hæc Cæsarea ad radicem Libani ædificata à tetrarcha Philippo, vt Tiberio gratificaretur, ab ea quam Herodes Magnus condidit Octauii Augusti memoriæ ad mare mediterraneum. Me, με. In plerisque exemplaribus Veteris versionis, & vno ex nostris Græcis, nō reperimus hoc pronomen: & certè si sustuleris, mollius cum istis connectentur verba illa, τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, Filium hominis. Et Hieronymum constat ex ipsius commentariis in hunc locum hoc pronomē non legisse: adeo vt vel με pronomen, vel hoc totū τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, videri possit redundare, quū Christus de se loquatur vt de tertio quopiam, sicut solet, quoties Filium hominis se vocat: adeo quidem vt excepto hoc vno loco nusquam (ni fallor) reperias addirum pronomen. Sed contrà testatur Eras. se in nōnullis Græcis codicibus duntaxat reperisse scriptum, Quem me dicunt esse. Itaque meritò suspicari possit quispiam hoc pronomen ab aliquo annotatum id albo libri, ne illa verba τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου perinde acciperentur acsi Christus non de se sed de tertio quopiam discipulos interrogaret, postea ab aliquibus fuisse contextui insertum, ab aliis verò perinde acceptum acsi aliqua esset diuersa lectio annotata: qui propterea τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου expunxerint. Neque verò id fuit factu difficile, quū hæc formula loquendi de seipso quasi de tertio aliquo, sit à consuetudine Latini & Græci sermonis aliena: plerique autē ex veteribus etiā eruditissimis sacrarū literarū interpretibus, Hebræorū idioma nō modò nō tenuerint, sed etiā cōtēpserint: quæ res fecit vt plerisque in locis miserabiliter sanè cæcutierint. Quia tamen apud Epiphaniū in Achorato & inveteribus manuscriptis & impressis legimus, ἵνα με λέγωσιν οἱ ἄνθρωποι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, abſit vt quicquā detrahamus. Imò verò per appositionem hoc erit explicandum, acsi diceret Dominus, Videris me nunc vt vnum quempiam ex hominum numero in mundo versari: quid igitur de me sentiunt homines? Deinde etiam omnia cohærebunt si post τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου non simplicem distinctionem scribas, sed accentum interrogantem: & sic interpreteris, Quē me dicunt homines esse? An Filiū illum hominis? id est, promissum illum Messiam? Erit enim subaudienda particula Α Η. quam eclipsin inuenio infrà, 18. c. 11, in duplici etiam interrogatione, sicut hoc loco. Et τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου seruata vi articuli pro Messia positum reperio Luc; 17. c. 16. Sed tamen abſit vt apicem ex nuda coniectura immutem.

Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, Μακάριος εἶ Σίμων βὰρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

17 Tunc reſpondens Ieſus dixit ei, Beatus es Simon bar-Iona: quia caro & ſanguis hæc nō retexit tibi, ſed Pater meus qui eſt in cælis.

17 Reſpondens autem Ieſus dixit ei, Beatus es Simon bar-Iona: quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus qui in cælis eſt.

Iohan.1.f.42

Καγὼ δέ σοι λέγω ὅτι σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν· καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς.

18 ¶ Sed & ego tibi dico, tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo meā Eccleſiam: & portæ inferorum non ſuperabūt eam.

18 Et ego dico tibi quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: & portæ inferi nō præualebunt aduerſus eam.

Iohan.20.c.22

Καὶ δώσω σοι τ�ὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· καὶ ὃ ἐὰν δήσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ ὃ ἐὰν λύσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

19 ¶ Et tibi dabo claues regni cælorum: & quicquid ligaueris in terra, erit ligatum in cælis: & quicquid ſolueris in terra, erit ſolutum in cælis.

19 Et tibi dabo claues regni cælorum: & quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum in cælis: & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum in cælis.

Τότε διεστείλατο τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἵνα μηδενὶ ε�ίπωσιν ὅτι αὐτός ἐστιν Ἰησοῦς ὁ Χριστός.

20 Tunc interdixit diſcipulis ſuis vt nemini dicerent, ipſum eſſe Ieſum illum Chriſtum.

20 Tunc præcepit diſcipulis ſuis vt nemini dicerēt quia ipſe eſſet Ieſus Chriſtus.

Ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς δεικνύειν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ὅτι δεῖ αὐτὸν ἀπελθεῖν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ πολλὰ παθεῖν

21 Ex eo tempore cœpit Ieſus indicare diſcipulis ſuis oportere ſe abire Hieroſolymam, &

21 Exinde cœpit Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis quia oportuit eum ire Hieroſolymam, & mal-

17 Bar-Iona, βὰρ Ἰωνᾶ. Quum Græcè ſcribens Euangeliſta, vocabula peregrina vſurparit, nos quoque retinuimus. Annotat Hieronymus corruptum locum videri, & legendū βὰρ Ἰωαννᾶ: ſicut etiā legitur apud Veterem interpretem in quibuſdam codicibus, & vetuſtis aliquibus exemplaribus Græcis, Iohan.1.f.42. & 21.c.17.

Caro & ſanguis, σὰρξ καὶ αἷμα. Carnis appellatione Hebræis ſæpe homines dicuntur, vt humana imbecillitas ſignificetur, ſicut Pſal.78.d.39. quod & ipſum de equis dicitur Eſa.31.b.3. Sed in Nouo Teſtamento aliquoties caro & ſanguis totam humanam naturam σωματικῶς ſignificant, eámque interdum ita vt eſt corrupta & infirma, ſicut hoc loco & 1.Cor.15.f.50: vel ſimpliciter qualis eſt in ſeſe, ſit à ſpirituali videlicet & excellētiori natura diſtinguatur, vt Gal.1.c.16, & Epheſ.6.b.12, & Hebr.2.b.14. & alibi ſæpe, quum de altera Chriſti natura diſſeritur.

18 Sed & ego, κἀγὼ δέ. Vulgata, Et ego, omiſſa particula δέ, quæ etiam in vno vetere codice deerat. Eraſmus, At ego viciſſim. id eſt κἀγὼ ἀντίστροφον. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ. Dominus Syriacè loquēs, nulla vſus eſt agnominatione, ſed vtrobique dixit Cepha: quemadmodū & vernaculum nomen *Pierre* tam de proprio quàm de appellatiuo dicitur. In Græco quoque ſermone πέτρος & πέτρα non re, ſed terminatione tantùm differunt. Sed videtur Matthæus (aut ſiquis fuit eius interpres) hoc terminationis diſcrimine voluiſſe Petrum (qui pars eſt ædificii) ab ipſa petra cui innititur ædificiū (id eſt à Chriſto ipſo) diſtinguere: ipſúmque adeo Petrum à fidei profeſſione, quæ toti Eccleſiæ eſt communis: quod veteres etiam apertè teſtantur: vt planè ſit ridiculus Antichriſtus, quum ex hoc loco tyrannidem ſuam conatur ſtabilire. Eccleſiam, ἐκκλησίαν. Vocabulo ἐκκλησίας ſignificari ciuium conuentum, nemo eſt qui ignoret: quo modo etiam accipitur Act.19.f.31, & 39. Hebræi קהל, & עדה vocant. Sed poſtea communis loquendi conſuetudo fecit vt pro eorum cœtu accipiatur qui Chriſtum profitentur: ſicut Synagoga de Iudæis propriè & peculiariter dici cœpit. Interdum verò pro Senatu eccleſiaſtico vſurpatur, vt infrà, 18.c.18, quia nimirum cogitur nomine totius Eccleſiæ cui præeſt. Alibi vocatur à Paulo συνέδριον, 1.Tim.4.d.14. Nos igitur receptum vocabulum mutare noluimus, quanuis noſtra ætate nonnulli ſint qui ciuitatis & reipublicæ nominibus vti malint: ſed quos ego ne in eo quidem imitari velim. Portæ inferorum, πύλαι ᾅδου. De aduerſariis Dei & Eccleſiæ perinde loquitur Dominus ac de regno munito: quod interdum σκῆνος, interdum ἄδυτον pari ratione vocat. cuius regni princeps eſt Diabolus. Itaque portarum appellatione vrbes & conſilio & propugnaculis munitas intelligimus. id eſt, quicquid vel conſilio vel viribus poteſt Satan tenebrarum princeps. id denique quod Hebræi vocant שערים, & Paulus ὀχυρώματα, 2.Cor.10.2.4. Superabunt eam, κατισχύσουσιν αὐτῆς. Vulgata, Præualebūt aduerſus eam. Eraſmus, Valebunt aduerſus illam. id eſt ἰσχύσουσι κατ' αὐτῆς. Atqui certum eſt valere aliquid Satanam aduerſus Eccleſiam, à quo ſæpe grauiſſimè premitur, ſed hactenus tamen vt nunquā opprimatur. Quare quum neque (vt exiſtimo) Vulgata verſio ſatis ſit Latina, neque Eraſmica ſatis expreſſa, quærendum fuit aliud vocabulum. Iam verò quum nullum in promptu haberem quod Græco & Hebræo יכל poſſet opponi, vſus ſum ſynonymo, quo res eadem ſignificatur.

19 Claues, τὰς κλεῖς. Hac metaphorica loquutione ſignificatur œconomi poteſtas (ſicut apparet Eſaiæ 22.f.22) qua funguntur omnes miniſtri in Eccleſia Dei, vt apparet infrà, 18.c.18. Miniſterium enim Euangelicū rectè dici poteſt clauis regni cælorum, quum Euangelium ſit virtus Dei ad ſalutem cuiuis credenti: & viciſſim odor mortis in mortem cuiuis non credenti. Oſtendat igitur Antichriſtus hanc clauem, & nos illi credemus. Cæterùm quum poſceret metaphoræ analogia vt Matthæus vteretur aperiendi & claudendi vocabulis, (ſicut fecit Eſaias, & poſt Eſaiam Iohannes Apoc.3.b.7) maluit Spiritus ſanctus ligandi & ſoluendi verba vſurpare: nempe vt intelligamus quàm miſera ſit conditio eorum quibus cælum clauditur: id eſt, quorum retinētur peccata: (ſicut Iohannes interpretatur infrà, 20.c.22.) qui videlicet quum nolint oblatum Chriſtum fide amplecti, manent obſtricti peccatorum vinculis. contrà verò, quàm beati ſint illi quibus apertum eſt cælum, vt qui à filio Dei liberati, ſint ipſius cohæredes, quia Euangelio crediderunt. Quorſum autem hæc ad indulgentiarum fumos, & totam illam Antichriſti tyrannidem?

20 Vt nemini, ἵνα μηδενί. Eraſ. Necui, id eſt μήτινι. Ieſum illum Chriſtum, Ἰησοῦν ὁ Χριστός. In tribus exemplaribus non legebatur Ἰησοῦν: & ſanè videtur abundare, vt annotat Eraſmus.

ἀπὸ τῶν Πρεσβυτέρων καὶ Ἀρχιερέων καὶ Γραμματέων, καὶ ἀποκτανθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθῆναι.

multa pati ᵛà ᵛ Senioribus & principibus Sacerdotum, & Scribis, & occidi, & tertio die ᵛsuſcitari.

multa pati à Senioribꝰ et Scribis & principibus Sacerdotum, & occidi, & tertia die reſurgere.

Καὶ προσλαβόμενος αὐτὸν ὁ Πέτρος ἤρξατο ἐπιτιμᾶν αὐτῷ, λέγων, Ἱλεώς σοι Κύριε· οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο.

11 Et ᵛprehenſum eum Petrus cœpit obiurgare, dicens, Propitius tibi ſis Domine: nequaquam erit tibi hoc.

11 *Et aſſumens eum Petrus, cœpit increpare illum, dicens, Abſit à te Domine, non erit tibi hoc.*

Ὁ δὲ στραφεὶς εἶπε τῷ Πέτρῳ, Ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ, σκάνδαλόν μου εἶ· ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων.

23 At ille conuerſus dixit Petro, ᵛAbſcede à me ᵛ ſatana, ſcandalo es mihi: nam non ᵛſapis quæ ſunt Dei, ſed quæ ſunt hominum.

23 *Qui conuerſus dixit Petro, Vade poſt me ſatana, ſcandalum es mihi: quia non ſapis ea quæ Dei ſunt, ſed ea quæ hominum.*

Τότε ὁ Ἰησοῦς εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι.

24 ‖Tunc Ieſus dixit diſcipulis ſuis, Siquis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, ac ſequatur me.

24 *Tunc Ieſus dixit diſcipulis ſuis, Siquis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuã, & ſequatur me.* *ſuprà 10.d.38 mar.8.d.34 luc.9.c.23.& 14.f.27*

Ὃς γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν· ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, εὑρήσει αὐτήν.

25 ‖Quiſquis enim voluerit ᵛanimam ſuam ſeruare, perdet eam: quiſquis autem perdiderit animam ſuam mea cauſa, ᵛinueniet eam.

25 *Qui enim voluerit animam ſuam ſalvam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam.* *ſuprà 10.d.39 mar.8.d.35 luc.9.c.24.& 17.g.33 iohan.12.d.25*

Τί γὰρ ὠφεληθήσεται ἄνθρωπος ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ; ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ;

26 Quid enim prodeſt cuipiã ſi totũ mundum lucratus fuerit, ᵛanima verò ſua mulctetur? aut quam dabit quiſpiam ᵛcõpenſationem animæ ſuæ?

26 *Quid enim prodeſt homini ſi mundum uniuerſum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua?* *mar.8.d.36 luc.9.c.25*

21 Ἀπὸ τότε pro ἀπὸ iterum hic poſitum eſt, de qua enallage ſuprà diximus, 11.c.19. Senioribus, πρεσβυτέρων. Hebraicè זקנים, vt Deut. 21.a.2. Eſt autem nomen non tam ætatis quàm dignitatis: & eos deſignat penes quos erant iudicia, quæ Hebræi Græco vocabulo vocant Sanhedrin, id eſt συνέδρια. vt ii planè ſint πρεσβύτεροι quos Latini eadem ratione Senatores vocant. Sic apud Homerum aliquoties dicuntur γέροντες iidem qui ἀρεῖοι, vt Iliad. 8. Suſcitari, ἐγερθῆναι. Vulg. Reſurgere ἀναστῆναι. Eraſ. Reſuſcitari. id eſt iterum ſuſcitari.

22 Prehenſum, προσλαβόμενος. i. manu prehẽſum ſeduxiſſet, vt ſolẽt familiarius aliquid dicturi. Eraſ. Abduxiſſet. i. ἀπαγαγών. qui tamẽ in annotationib⁹ in Mar. 8. d. 33. adfert eã interpretationẽ quã ſum ſequut⁹. Vulg. Aſſumẽs. i. προσλαμβάνων. Propitius tibi ſis, ἵλεώς σοι. Sic rectè Eraſ. Latinè dicas, Reſpice te. Vul. Abſit. i. μὴ γένοιτο,

23 Abſcede à me, ὕπαγε ὀπίσω μου. Vulg. Vade poſt me. Eraſ. Abi poſt me. Vide Mar. 8. d. 33. Satana, σατανᾶ. Per antonomaſiã propriè vocatur Satan: (id eſt aduerſarius) ab Hebræis, à verbo שטן, qui à Græcis dicitur διάβολος, id eſt calumniator: & ὁ πειράζων, id eſt tentator, Apoc. 12. b. 9. & 20. Sed hoc nomen iis etiam accommodatur qui Dei voluntati aduerſantur, vel obſtinata malitia, vt Iudas, Iohan. 6. g. 70: vel leuitate quadam aũt arrogantia, vt hoc loco Petrus: cui in hoc quidem cognomine ſucceſſiſſe Antichriſtum libens conceſſero, vtcũque clamitet ſe errare non poſſe, & à nemine iudicandum. Sapis, φρονεῖς. Hoc verbo ſignificatur Petrum arrogantia & falſa quadam de ſe perſuaſione peccaſſe.

25 Animam ſuam ſeruare, τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι. id eſt vitam. niſi malimus animæ appellatione totum hominem comprehẽdi, ſynecdoche Hebræis familiari. Et certè hæc eſt (ni fallor) huius loci germana interpretatio, quam etiam videtur apertè Lucas confirmare cap. 9. c. 25, quum hæc Matthæi & Marci verba, τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ ζημιωθῆναι, id eſt, ſua ipſius anima mulctetur, interpretatur ἑαυτὸν ζημιωθῆναι. id eſt ſi ſeipſo mulctetur. Beliſſimè ergo cohærebunt omnia hoc modo, Siquis ſeipſum voluerit ſeruare (loquitur enim Euangeliſta ex communi hominum opinione, quibus nihil hac vita eſt charius) is ſeipſum perdet. hæc enim præpoſtera cupiditas in æternum exitium ipſum præcipitabit. Contrà verò, qui Chriſti & Euangelii cauſa ſeipſum perderit, (ita enim rurſus loquitur Euangeliſta ex eorum ſenſu qui omnium hominum ſtultiſſimos & miſerrimos eos eſſe opinantur qui vitam malint profundere quàm Chriſtum abnegare) is quũ videatur periiſſe, ſeipſum tandem aliquando recuperabit: quippe qui hoc modo ſeipſum ſeruauerit, alioquin perituru. Inueniet eam, εὑρήσει αὐτήν. id eſt recipiet eam, aut potius ſeipſum lucrifecerit: vt qui ſibi alioquin morituro, æternam vitam parauerit: ſicut Lucas ipſe exponit cap. 17. g. 33. Nam εὑρίσκειν apud Græcos etiam declarat labore ſuo aliquid conſequi: vt exponit Vlpianus in orationem Demoſthenis κατὰ Τιμοκράτους. & Inuenire à Latinis vſurpatur pro parare ſibi & acquirere, teſte Donato in Tereutii Eunuchum. Erit igitur vehemẽtior antitheſis, ſi dixerimus illos, qui vt ſibi conſulant, Chriſtum abnegant, non modò lucrum non facere quod captant, ſed etiam eius rei quã ſeruatam eſſe volunt, (id eſt ſuiipſius) iacturam facere, quod damnum eſt omnium maximum: iſtos verò contrà, qui pro Chriſto mori non dubitant, non modò nullum detrimentum pati, ſed ſeipſos potius lucrifacere, quo lucro nullum maius poſſit homini contingere.

26 Anima verò ſua mulctetur τὴν δὲ ψυχὴν ἑαυτοῦ ζημιωθῆναι; id eſt ſeipſum perdat, vt Lucas interpretatur. Vulgata ζημιωθῆναι vertit Detrimentum pati, Eraſ. Iacturam facere. Ego verò non video cur periphraſis quærenda fuerit, quum de iudicio Dei hic agatur: quemadmodum proximus verſiculus declarat: & ζημιοῦσθαι apud Græcos ſit vocabulum forenſe, ſicut mulctare apud Latinos. Compenſationem animæ ſuæ, ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ. id eſt, quo ſeipſum redimat: quod vernaculo ſermone dicas, *Qu'eſt-ce que l'homme bailleroit en eſchange de ſa perſonne?* Vulgata ad verbum, Commutationem pro anima ſua: quæ interpretatio mihi viſa eſt obſcurior. Eraſ. C u-

ius permutatione redimat animam ſuam: perſpicua periphraſi, ſed non prorſus neceſſaria. Itaque in annotationibus Marci Veterem interpretationem amplectitur.

Μέλλει γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεσθαι ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ· καὶ τότε ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ.

Psal.61.c.13 rom.2.d.6

17 Futurum eſt enim vt Filius hominis veniat cū gloria Patris ſui cum Angelis ſuis: & tunc reddet vnicuique ſecundum facta eius.

17 *Filius enim hominis uenturus eſt in gloria Patris ſui cum Angelis ſuis: & tũc reddet unicuique ſecundum opera eius.*

Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων, οἵτινες οὐ μὴ γεύσωνται θανάτου ἕως ἂν ἴδωσι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ.

Mar.9.d.1 luc.9.c.17

18 Amē dico vobis, ſunt quidam ex his qui hîc adſtant, qui nequaquam guſtabunt mortem, vſquedũ viderint Filiũ hominis venientẽ in regnũ ſuũ.

18 *Amen dico uobis, ſunt quidam de hîc ſtantibus, qui non guſtabunt mortem donec uideant Filiũ hominis uenientem in regno ſuo.*

CAP. XVII.

Mar.9.d.2 luc.9.d.27

Καὶ μεθ' ἡμέρας ἓξ παραλαμβάνει ὁ Ἰησοῦς τὸν Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἀναφέρει αὐτοὺς εἰς ὄρος ὑψηλὸν κατ' ἰδίαν.

1 Sexto verò pòſt die accepit Ieſus Petrum ac Iacobũ & Iohannem fratrẽ eius, & ſubducit eos priuatim in montẽ ſublimem.

1 *Et poſt dies ſex aſſumit Ieſus Petrum et Iacobum & Iohãnem fratrem eius, & ſubducit illos in montem excelſum ſeorſum.*

Καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν· καὶ ἔλαμψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος, τὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο λευκὰ ὡς τὸ φῶς.

2 Transformatúſque eſt coram eis, & ſplenduit facies eius vt ſol: veſtimenta autem eius facta ſunt alba vt lux.

2 *Et transfiguratus eſt ante eos: & reſplenduit facies eius ſicut ſol: veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix.*

Καὶ ἰδοὺ, ὤφθησαν αὐτοῖς Μωσῆς καὶ Ἠλίας, μετ' αὐτοῦ συλλαλοῦντες.

3 Et ecce, conſpecti ſunt eis Moſes & Elias, cum eo colloquentes.

3 *Et ecce, apparuerunt illi Moyſes & Elias, cum eo loquentes.*

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος εἶπε τῷ Ἰησοῦ, Κύριε, καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι· εἰ θέλεις, ποιήσωμεν ὧδε τρεῖς σκηνάς, σοὶ μίαν, καὶ Μωσεῖ μίαν, καὶ μίαν Ἠλίᾳ.

4 Reſpondens autem Petrus dixit Ieſu, Domine, bonum eſt nos hîc eſſe: ſi vis, faciamus hîc tria tabernacula, tibi vnum, & Moſi vnum, & Eliæ vnum.

4 *Reſpondens autem Petrus dixit ad Ieſum, Domine, bonum eſt nos hîc eſſe: ſi uis, faciamus hîc tria tabernacula, tibi unum, & Moyſi unum, & Eliæ unum.*

Ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, ἰδοὺ νεφέλη φωτεινὴ ἐπεσκίασεν αὐτούς· καὶ ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης, λέγουσα, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ εὐδόκησα· αὐτοῦ ἀκούετε.

supra 3.d.17 2.pet.1.d.17

5 Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida inumbrauit eos: & ecce vox è nube, dicens, Hic eſt Filius ille meus dilectus, in quo acquieſco: ipſum audite.

5 *Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos: & ecce uox de nube, dicens, Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipſum audite.*

17 Cum gloria, ἐν δόξῃ. ἐν pro σύν, vt alibi ſæpe. Vide ſuprà, 6.d.19. Angelis, ἁγίων. In ſecundo exẽplari additur ἁγίων. id eſt ſanctis. Secundum facta, κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Eraſmus, luxta facta. Vulgata, Secundum opera. id eſt κατὰ τὰ ἔργα, ſicut etiam legimus in vno exemplari.

28 Amen, ἀμήν. In quodam codice additum erat γάρ, enim. Ex his qui hîc ſtant, τῶν ὧδε ἑστώτων. Vulgata, De hîc ſtantibus. Eraſmus, Hic ſtantes. id eſt τῶνδε ἑστώτων. quod ſcriptum inuenimus in duobus vetuſtis codicibus. Guſtabunt mortem, γεύσονται θανάτου. id eſt morientur. ſicut Heb.2.c.9. In regnum ſuum, ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ. ἐν exiſtimo pro εἰς poſitum eſſe. Cæteri ad verbum interpretantur, In regno ſuo. In vno veteri codice legitur, ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ. id eſt In gloriam ſuam. quibus verbis iſta optimè explicantur de Chriſti aſcenſione, & iis quæ poſtea conſequuta ſunt: de quibus magnificè ſcribit Paulus Epheſ.4.b.10, & 1.Cor.15.c.23. & Dominus ipſe meminit infrà, 28.d.18.

IN CAPVT XVII.

1 Sexto pòſt die, μεθ' ἡμέρας ἓξ. Vulgata & Eraſmus, Poſt ſex dies. Vide Mar.9.a.2. Subducit, ἀναφέρει. id eſt ἀνάγει: quod etiam legimus in quodam exemplari. Nam φέρειν & ἄγειν ſæpe permutantur: vt infrà hoc eodem capite, verſu 17, & ſuprà, 4.a.1.

2 Alba, λευκά. Candidum, quod vſurpat Eraſmus, potius ſignificat ſplendidum & fulgens, id eſt τὸ λαμπρόν: (quod quidẽ propriè de igne dici ſolet, vt author eſt Ariſtoteles ſectione octaua Problematũ) quanuis id poſtea de albo colore dici quoque cœpit, omnium videlicet ſplendidiſſimo. Lux, τὸ φῶς. In quodam exemplari legitur ὁ χιών, nix: quod ſequutus eſt Vetus interpres. Ariſtoteles porro libro primo De coloribus, φῶς colorem ignis eſſe ſcribit his verbis, τὸ δὲ φῶς ἐν πυρός ἐστι χρῶμα, δῆλον ἐκ τῶν μαθημάτων· οὐδὲν γὰρ διαλανθάνει χρῶν, &c. id eſt, Quòd autem lumen, aut lux, ſit color ignis, perſpicuum ex eo eſt, quoniam nullum alium præter hũc, habere colorem reperitur, &c. φῶς autem lucem vertimus, quanquam non dubitem apud philoſophos differentiam lucis & luminis obſeruari: quæ tamen apud reliquos ſcriptores fere negligi ſolet.

5 Conſpecti ſunt, ὤφθησαν. Vulg. Apparuerunt. id eſt ἐφάνησαν. Colloquentes, συλλαλοῦντες. Eraſmus admonet in annotationibus potius verti debuiſſe Confabulantes: à quo tamen verbo quidam meritò refugiũt, quium neque reſpondeat Græco verbo συλλαλεῖν, neque Scripturæ maieſtati conueniat, neque etiam tritum ſit apud Latinos ſcriptores: quanuis fabulari à fando deriuetur.

4 Reſpondens, ἀποκριθεὶς. Hebraiſmus, de quo alibi diximus. nam propriè reſpondent qui ſunt rogati. Lucida, φωτεινή. In quarto codice ſcriptũ erat φωτὸς, lucis, Hebraico idiotiſmo. Filius ille meus, ὁ υἱός μου. Articulum expreſſi, cuius videtur hic eſſe emphaſis maxima, non tam vt diſtinguatur à filiis aliis (quum ſit voi-

genitus)quàm ad dignitatis commendationem. Nos enim non natura, ſed adoptione ſumus filii: qua ratione etiam Chriſtus ipſe dicitur primogenitus inter multos fratres, quia licet vnicus ſit proprio iure, princeps tamen eſt inter multos, quatenus adoptionis fons eſt ac caput.

Καὶ ἀκούσαντες οἱ μαθηταὶ ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν, καὶ ἐφοβήθησαν σφόδρα.

6 Et quum hæc audiſſent diſcipuli, ᵛcecidérunt in faciem ſuam, & ᵛtimuerunt vehementer.

6 *Et audientes diſcipuli cecíderunt in faciem ſuã, & timuerũt valde.*

Καὶ προσελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἥψατο αὐτῶν, καὶ εἶπεν, Ἐγέρθητε, καὶ μὴ φοβεῖσθε.

7 Tunc accedens Ieſus tetigit eos, dixítq;, Surgite, & ne timete.

7 *Et acceſſit Ieſus, & tetigit eos, dixítque eis, Surgite, & nolite timere.*

Ἐπάραντες δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, οὐδένα εἶδον, εἰ μὴ τὸν Ἰησοῦν μόνον.

8 ᵛSublatis autem oculis ſuis neminem viderũt, niſi Ieſum ſolum.

8 *Leuantes autem oculos ſuos neminem viderunt, niſi ſolum Ieſum.*

Καὶ καταβαινόντων αὐτῶν ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἐνετείλατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, λέγων, Μηδενὶ εἴπητε τὸ ὅραμα, ἕως οὗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ.

9 Et deſcendentibus illis de monte, præcepit eis Ieſus, dicens. ᵛNemini dixeritis viſionem, donec Filius hominis à mortuis reſurgat.

9 *Et deſcendentibus illis de monte, præcepit eis Ieſus, dicens. Nemini dixeritis viſionem, donec Filius hominis à mortuis reſurgat.*

Καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες, Τί οὖν οἱ γραμματεῖς λέγουσιν, ὅτι Ἠλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον;

10 Tunc interrogauerũt eum diſcipuli ſui, dicentes, Quid igitur Scribæ dicunt, ‖oportere vt Elias primùm veniat?

10 *Et interrogauerunt eum diſcipuli, dicentes, Quid ergo Scribæ dicũt quòd Eliam oportéat primùm venire?* Mal.4.b.5 *ſupra 11.b.14 mar.9.b.11*

Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Ἠλίας μὲν ἔρχεται πρῶτον, καὶ ἀποκαταστήσει πάντα·

11 Ieſus autem reſpondens dixit eis, Elias quidem veniet primùm, & reſtituet omnia:

11 *At ille reſpõdẽs ait eis, Elias quidem venturus eſt primùm, & reſtituet omnia:*

Λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι Ἠλίας ἤδη ἦλθε, καὶ οὐκ ἐπέγνωσαν αὐτὸν, ἀλλ' ἐποίησαν ἐν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν· οὕτω καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου μέλλει πάσχειν ὑπ' αὐτῶν.

12 Sed dico vobis, Eliam iam veniſſe, ᵛquẽ non agnouerũt, ſed fecerunt ᵛei quæcunque voluerũt: ita futurum eſt vt & Filius hominis patiatur ab eis.

12 *Dico autem vobis quia Elias iam venit, & non agnouerunt eum: ſed fecerunt in eo quæcunque voluerunt. ſic & Filius hominis paſſurus eſt ab eis.*

Τότε συῆκαν οἱ μαθηταὶ ὅτι περὶ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ εἶπεν αὐτοῖς.

13 Tunc intellexerunt diſcipuli eum de Iohanne Baptiſta hæc ſibi dixiſſe.

13 *Tunc intellexerunt diſcipuli quia de Iohanne Baptiſta dixiſſet eis.*

Καὶ ἐλθόντων αὐτῶν πρὸς τὸν ὄχλον, προσῆλθεν αὐτῷ ἄνθρωπος, γονυπετῶν αὐτῷ,

14 Et quum veniſſent ad turbã, adiit eum ᵛquidam, ᵛaccidẽs ei ad genua,

14 *Et quũ venıſſet ad turbam, acceſſit ad eum homo genibus prouolutus ante eum,*

Καὶ λέγων, Κύριε ἐλέησόν μου τὸν υἱόν, ὅτι σεληνιάζεται, καὶ κακῶς πάσχει· πολλάκις γὰρ πίπτει εἰς τὸ πῦρ, καὶ πολλάκις εἰς τὸ ὕδωρ.

15 Et dicens, Domine miſerere filii mei, quoniam ᵛlunaticus eſt, & ᵛmalè afficitur: nam ſæpe cadit in ignem, & ſæpe in aquam.

15 *Dicẽs, Domine miſerere filio meo, quia lunaticus eſt, & malè patitur: nam ſæpe cadit in ignẽ, & crebrò in aquam.*

6 Ceciderunt in faciem ſuam, ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν. Phraſis Hebræa, פנים על־נפל. id eſt prorſus adorarunt. Timuerunt, ἐφοβήθησαν. Eraſmus ſuo more, Territi ſunt, per paſſiuum: quum tamen actiuæ ſit ſignificationis φοβεῖσθαι.

8 Sublatis autem, ἐπάραντες δέ. Vulgata, Leuantes. Eraſmus per periphraſin minimè neceſſariam, Vbi verbò ſuſtuliſſent. Hoc interdum vnico verbo ἀναβλέπειν declaratur: vt ſuprà, 14.b.19.

9 Nemini, μηδενὶ. Eraſ. Necui, μή τινι, vt ſuprà, 16.c.20.

11 Quẽ non agnouerunt, καὶ οὐκ ἐπέγνωσαν αὐτόν. In nono exemplari ſcriptum erat, καὶ οὐκ ἐπίστευσαν αὐτῷ, & non crediderunt ei. Ei, αὐτῷ. ad verbum, In eo. In vetuſtis duobus codicibus decrat præpoſitio ἐν.

14 Quidam, ἄνθρωπος. In duobus exẽplaribus additur πᾶς. id eſt homo quidam: quod expreſſit Eraſmus. Accidens ei ad genua, γονυπετῶν αὐτῷ. Vulg. Prouolutus ante eum. id eſt κυλισθεὶς πρὸ ποδῶν αὐτοῦ. Eraſmus, Flectens genua illi. Atqui γονυπετῶν (vt ipſe Eraſmus obſeruauit in annotationibus) amplius aliquid ſignificat, eum nimirum ſupplicantium geſtum quem depingit elegantiſſimè Homerus Iliad. α, in extremo, vbi Thetidem deſcribit Ioui ſupplicantem.

15 Lunaticus eſt, σεληνιάζεται. Lunatici vocantur qui certis lunæ temporibus comitiali mõrbo, lycanthropia, cynanthropia, & qui ea melancholia morbo laborant quæ Græcis medicis θηριώδεις (id eſt fera & immanis) dicitur, aut alio furoris genere agitantur: de quibus poeta in hunc modum, Quàm multos etiam furiis hinc ſæpe videmus Vexari, ſortémque animo indignamur acerbam. Quorum etiam meminit Iuriſconſultus Paulus in l. Bouem. Tit. de Ædilitio edicto. Cæterùm hoc ita accipiendum eſt hoc quidem loco vt ad morbum naturalem ſciamus diabolicum quoque furorem acceſſiſſe, ſicut indicant ea quæ paulo pòſt commemorantur. Sunt autem hæc diſtinguenda, ne in eorum errorem incidamus qui profanè ridere ſolent quæcunque de dæmoniacis ſacræ literæ teſtantur, quaſi hæc omnia videlicet ad naturales morbos pertineãt: quã ſuprà, 4.d.24, apertè lunatici à dæmoniacis diſtinguantur, & profana illa opinio infinitis Scripturæ locis poſſit conuinci. Malè afficitur, κακῶς πάσχει. In vno codice legimus, κακῶς ἔχει. Vulg. ad verbum, Malè patitur. Eraſ. Miſerè affligitur, ἀθλίως ἔχεται.

procul recedit à Græcis: deinde quia nouum verbum adſciſcit, idque per præteritum imperfectum explicat, nulla coactus neceſſitate. Quinetiam coniunctiuum interpretatur per præſens indicatiui, quum potius per futurum vertendum ſit: niſi propriam ſignificationem ſeruare malis. Poſtremò videtur illud δῶρον poſt articulum collocare: perinde acſi ſcriptum eſſet, ὃ ἐὰν δῶρον ἐξ ἐμοῦ, ὠφεληθῇς αὐτοῦ. Quòd autem in annotationibus dicit ſibi videri potius legendum eſſe ὠφεληθῇς, vt ſit luuaris, (ſunt enim hæc ipſius verba) planè non intelligo. Ergo Veteris interpretis potius ſententiam ſequor. ſupplet enim duntaxat verbum ſubſtantiuum, ecliptſi omnibus linguis familiari. Quid ſi autem ita vertas: Donum eſt quo à me iuuari poſsis. vt ſit hic ſenſus, Donum, id eſt, id quod templo Domini largior, (quod Corban vocat Marcus 7. b. 11) illud demum eſt quo à me iuuari potes. Vel, Donum eſt & templo conſecratum id omne quo à me poteras iuuari. id eſt, Illud omne quo poteras à me iuuari, conſecrani templo. Quam poſtremam interpretationem affert Theophylactus. Vtramuis autem ſequaris, coniungenda erit particula ἐὰν potentialis cum verbo ὠφεληθῇς, neque vllius vocabuli ſignificationem detorſeris. Etiamſi nequaquam honorauerit, καὶ οὐ μὴ τιμήσει. Vulg. Et non honorificabit. Eraſmus, Et non honorabit. Ego verò exiſtimo καὶ pro κἂν poſitum: cuius enallages aliud exemplum habes ſuprà 5. c. 19. Quòd autem idem admonet, ſi per tertiam perſonam interpreteris (ita vt fecit) legendum eſſe τιμήσῃ, id mihi quidem non facilè perſuaſerit. ſolet enim præcedente ἵνα, ſubiunctiuus pro futuro indicatiui etiam apud indoneos authores vſurpari. τιμήσει verò (nam ita legitur in omnibus vetuſtis codicibus, & pleriſque etiam impreſsis) non eſt ſecunda perſona futuri à verbo τιμῶμαι, (ſicut ille videtur exiſtimaſſe) quum ſit eius verbi prorſus diuerſa ſignificatio, ſed tertia potius aoriſti prioris coniunctiui à verbo τιμῶ, quam diximus pro futuro indicatiui ſolere vſurpari. Sed (vt mihi quidem videtur) planior erit ſententia ſi coniunctiui ſignificatione ſeruata, hoc membrum tanquam altera pars traditionis, cum ſuperiore coniungatur, & hic demum expleatur conſtructio, ſicut fecimus. Suppleuimus autem quod viſum eſt accommodatiſſimum, nempe inſons erit: id eſt ἀναίτιος ἔσται. Sic enim ſcriptum eſt ſuprà 12. a. 5. & reſpondet Hebræorum formulæ נקי, cuius exempla paſſim occurrunt, vt Gen. 24. a. 8, & Exodi 21. d. 19. cui opponitur חייב, & חבוש Reſ. Poteſt tamè ita explicari hic locus vt ἐὰν particula pleonaſmo Hebraïs vſitatiſſimo redundet, nec quicquã ſit ſupplendũ. nempe ſi ita interpretemur totum hunc locum, Vos autem dicitis, Quicunque dixerit, &c. non honorabit patrem, &c. id eſt, non tenebitur ex illo præcepto aliquid aliud patri præſtare.

Καὶ ἠκυρώσατε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν.

6 Et irritum feciſtis mandatũ Dei per traditionem veſtram.

6 *Et irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionem veſtram.*

Ὑποκριταί, καλῶς προεφήτευσε περὶ ὑμῶν Ησαΐας, λέγων,

7 Hypocritæ, bene de vobis prophetauit Eſaias, dicens,

7 *Hypocritæ bene prophetauit de vobis Eſaias, dicẽs,*

Ισa. 29. d. 13. Ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς οὗτος τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ τοῖς χείλεσί με τιμᾷ· ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ.

8 Appropinquat mihi populus hic ore ſuo, & labiis me honorat: cor autem eorum procul abeſt à me.

8 *Populus hic labiis me honorat: cor autem eorũ longè eſt à me.*

Μάτην δὲ σέβονταί με, διδάσκοντες διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων.

9 Sed frustra me colunt, docentes doctrinas quæ ſunt mandata hominum.

9 *Sine cauſa autem colunt me, docentes doctrinas mandata hominum.*

Καὶ προσκαλεσάμενος τὸν ὄχλον, εἶπεν αὐτοῖς, Ακούετε καὶ συνίετε. Mar. 7. a. 17

10 Et aduocata turba dixit eis, Audite & intelligite.

10 *Et conuocatis ad ſe turbis, dixit eis, Audite & intelligite.*

Οὐ τὸ εἰσερχόμενον εἰς τὸ στόμα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸ ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ στόματος, τοῦτο κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον.

11 Non quod ingreditur in os, polluit hominem, ſed quod egreditur ex ore, hoc polluit hominem.

11 *Non quod intrat in os, coinquinat hominem: ſed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.*

Τότε προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἶπον αὐτῷ, Οἶδας ὅτι οἱ Φαρισαῖοι ἀκούσαντες τὸν λόγον ἐσκανδαλίσθησαν;

12 Tunc accedentes diſcipuli eius dixerunt ei, Nosti Phariſæos audito ſermone iſto offenſos fuiſſe?

12 *Tunc accedentes diſcipuli eius dixerunt ei, Scis quia Phariſæi, audito verbo hoc, ſcandalizati ſunt?*

6 Irritum feciſtis, ἠκυρώσατε. Deriuatur hoc verbum à κῦρος, quo plena authoritas ac imperium declaratur. Itaque ἀκυροῦν propriè ſignificat omni imperio & authoritate ſpoliare. Apparet igitur eos qui Dei verbo quicquam detrahunt aut adiungunt, quocunque obtentu id faciant, tamen nominus eſſe nocentes quàm ſi Deum ipſum conarentur è ſuo ſolio detrahere. quod vt melius intelligeretur, placuit indicare huius verbi etymon. Eſt autem hoc referendum ad hominum conatus. Nam, quod ad rem ipſam attinet, inuito Satana & ipſius organis fruſtra laborantibus, ſtant Dei præcepta in Eccleſia ipſius.

7 Bene, καλῶς. Eraſmus, Rectè. id eſt ἐρθῶς. Prophetauit, προεφήτευσε. Eraſ. Prædixit. Alii, Vaticinatus eſt, ſicut etiam Eraſ. vertit Mar. 7. a. 6. Ego neque volui, neque (vt opinor) debui vocabulum tam familiare Chriſtianorum auribus immutare. Quòd ſi mihi nouitas placeret (vt quibuſdam, qui vtinam verbis tenus Scripturam profanarent) mallem vti prædicendi verbo, quod Græco vocabulo prorſus reſpondet. Nam vaticinari opponitur potius τῷ μαντεύεσθαι.

8 Appropinquat, ἐγγίζει. Apparet Veterem interpretem legiſſe, ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσί μου τιμᾷ, Populus iſte labiis me honorat. Eraſmus autem exiſtimat ſtudioſum aliquem ſuppleuiſſe cætera ex editione Græcorum. Sed tamen magno conſenſu omnia vetuſta exemplaria cum noſtris Græcis conſentiebant.

9 Fruſtra, μάτην. Vulg. malè, Sine cauſa. Quæ ſũt mãdata, ἐντάλματα. Hæc dicũtur per appoſitionẽ, vt rectè obſeruat Eraſ. Simile exẽplũ habes Rom. 8. g. 13: quia tamẽ id obſcurius erat, addidi quæ ſunt, ad locũ illuſtrandũ.

11 Polluit, κοινοῖ. Koinèi ex Hebræorum idiotiſmo dicitur quod Latini vocant profanum: quaſi commune dicas, id eſt, cuius eſt vſus vulgaris & omnium communis: vel quod promiſcuo omnium vſu veluti inquinatũ eſt ac contaminatum, ſicut exponitur Act. 10. b. 14. A quo deriuatur verbum κοινῶ, pro quo nonnulli communicandi verbo vtuntur, vt Vetus interpres Mar. 7. b. 15. ſed quos nolim imitari. Vulgata vertit Coinquinare. Eraſmus in annotationibus, Impurum reddere. Itaque quod in ipſius verſione legitur Impurat, typographorum incuriam arguit. Idem apud Marcum vertit Inquinare.

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπε, Πᾶσα φυτεία ἣν οὐκ ἐφύτευσεν ὁ πατήρ μου ὁ οὐράνιος, ἐκριζωθήσεται.

Ἄφετε αὐτούς· ὁδηγοί εἰσι τυφλοὶ τυφλῶν. τυφλὸς δὲ τυφλὸν ἐὰν ὁδηγῇ, ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται.

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος εἶπεν αὐτῷ, Φράσον ἡμῖν τὴν παραβολὴν ταύτην.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν, Ἀκμὴν καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε;

Οὔπω νοεῖτε ὅτι πᾶν τὸ εἰσπορευόμενον εἰς τὸ στόμα, εἰς τὴν κοιλίαν χωρεῖ, καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται;

Τὰ δὲ ἐκπορευόμενα ἐκ τοῦ στόματος, ἐκ τῆς καρδίας ἐξέρχεται, κἀκεῖνα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον.

Ἐκ γὰρ τῆς καρδίας ἐξέρχονται διαλογισμοὶ πονηροί, φόνοι, μοιχεῖαι, πορνεῖαι, κλοπαί, ψευδομαρτυρίαι, βλασφημίαι.

Ταῦτά ἐστι τὰ κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον· τὸ δὲ ἀνίπτοις χερσὶ φαγεῖν, οὐ κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον.

Καὶ ἐξελθὼν ἐκεῖθεν ὁ Ἰησοῦς ἀνεχώρησεν εἰς τὰ μέρη Τύρου καὶ Σιδῶνος.

Καὶ ἰδοὺ, γυνὴ Χαναναία ἀπὸ τῶν ὁρίων ἐκείνων ἐξελθοῦσα, ἐκραύγασεν, αὐτῷ λέγουσα, Ἐλέησόν με Κύριε, υἱὲ Δαβίδ, ἡ θυγάτηρ μου κακῶς δαιμονίζεται.

13 Ipſe verò reſpondens dixit, Omnis planta quam non plantauit Pater ille meus cæleſtis, eradicabitur.

14 Sinite eos: duces ſunt cæci cæcorum. porrò ſi cæcus cæco præierit, ambo in foueā cadēt.

15 Reſpondens autem Petrus dixit ei, Ediſſere nobis parabolam iſtam.

16 Ieſus autem dixit, Adhuc & vos ſine intelligentia eſtis?

17 Nondum intelligitis, quicquid ingreditur in os, in ventrem cedere, & in latrinam eiici?

18 Quæ autem proficiſcuntur ex ore, ex ipſo corde egrediuntur, & illa polluunt hominem.

19 Nam ex corde egrediuntur cogitationes malæ, cædes, adulteria, ſcortationes, furta, falſa teſtimonia, obtrectationes.

20 Hæc ſunt quæ polluunt hominem: illotis autem manibus veſci, non polluit hominem.

21 Et egreſſus illinc Ieſus receſſit in partes Tyri & Sidonis.

22 Et ecce, mulier Chananæa à finibus illis egreſſa, clamauit, dicens ei, Miſerere mei Domine, fili Dauid, filia mea malè à dæmonio vexatur.

13 *At ille reſpondens ait, Omnis plantatio quam non plantauit Pater meus cæleſtis, eradicabitur.* Iob.15.v.8

14 *Sinite illos: cæci ſunt duces cæcorum. cæcus autem ſi cæco ducatum præſtet, amboin ſoueam cadunt.* Luc.6.f.39

15 *Reſpondens autem Petrus dixit ei, Ediſſere nobis parabolam iſtam.* Mar.7.b.17

16 *At ille dixit, Adhuc & nos ſine intellectu eſtis?*

17 *Non intelligitis quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in ſecceſſum emittitur?*

18 *Quæ autem proceſſit de ore, de corde exeunt, & ea coinquinãt hominẽ.*

19 *De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ.* Gen.6.a.5. 8.d.21

20 *Hæc ſunt quæ coinquinant hominem: non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem.*

21 *Et egreſſus inde Ieſus ſcaſſit in partes Tyri & Sidonis.* Mar.7.c.24

22 *Et ecce, mulier Chananæa à finibus illis egreſſa, clamauit, dicens ei, Miſerere mei Domine fili Dauid, filia mea malè à dæmonio vexatur.*

14 Cæco præierit, τυφλὸν ὁδηγῶν. Significat ὁδηγῶν ducem eſſe itineris. Itaque præeundi vocabulo ſum vſus vt proximè accederem ad vocabulum Græcum, quo modo etiam antè expreſſi προάγω ſynonymũ. Vulgata, Ducatum præſtet. Eraſmus, Dux fuerit. Foueam, βόθυνον. In vno exemplari legimus βόθρον eodem ſenſu. Norandum eſt autem vtrunque addici exitio, tum eum qui præit, tum eum qui ſequitur, ſicut etiam dicit Dominus Ezech.14.v.10.

16 Sine intelligentia eſtis? ἀσυνέτοί ἐστε, Vulgata, Sine intellectu eſtis? Et apud Marcum, Imprudentes eſtis? Eraſ. Intelligentia caretis?

17 Intelligitis, νοεῖτε. Idem eſt hoc loco νοεῖτε quod συνίετε. Alioquin Cogitare ſignificat & animo verſare. Cedere, χωρεῖ. Vulgata, Vadit, βαδίζει. Eraſ. Abit, ἄπειμι. Latrinam, ἀφεδρῶνα: à ſeorſum ſedendo, ſicut Latinis vocatur Latrina à lauando, ſeu latendo. Vulg. & Eraſ. Receſſum: quod non memini legere hac ſignificatione apud idoneos authores. Græci tamen ἀφεδρὸν, quaſi diuerticulum, ſere vocant.

19 Cogitationes, διαλογισμοί. Hoc modo etiam interpretamur τοὺς διαλογισμούς, quòd melius vocabulum nõ habeamus. Poteſt tamen διαλογισμὸς quibuſdam locis conuerti Ratiocinatio, item Diſceptatio: quod tamen poſtremum reſpondet τῷ διακρίνω. Cædes, φόνοι. Vulgata Homicidia: id eſt ἀνδροφονίαι. Indicat Eraſ. ſcriptum eſſe in nonnullis codicibus φθόνοι, inuidiæ. Scortationes, πορνεῖαι. Vulgata, ſuo more, Fornicationes. Eraſ. Stupra: quo vocabulo magis videtur ſignificari vis mulieri illata. Obtrectationes, βλασφημίαι: id eſt, ſermones quibus aliena fama lædituꝛ. Nam hæc vocabuli Græci vis eſt, ἀπὸ τοῦ τὴν φήμην βλάπτειν. id eſt, à lædenda fama & exiſtimatione. Itaque Demoſthenes & alii paſſim vſurpant pro Calumnia, vt ſuprà annotauimus, cap.9.a.3. Nos in rebus ſacris & ad Deum pertinentibus vocabulum Græcum retinuimus. Hic autem Chriſtus videtur ea duntaxat recenſere quæ ad mutua hominum inter ſe diſſidia ſpectant: itaque Obtrectationes ſumus interpretati. Vulgata, Blaſphemiæ. Eraſ. Conuicia: id eſt λοιδορίαι, vel ὕβρεις. Nos vernacula lingua vocamus *blaſmer*, Græco vocabulo per ſyncopen contracto. Sed ſanè execranda eſt Caſtelſionis audacia qui propterea quòd obtrectationem alicubi Cicero zelotypiam interpretatur, Dominum auſus eſt obtrectatorem vocare: quum obtrectator nunquam niſi in vitio, & eo quidem maximo, ponatur.

21 Partes, τὰ μέρη. id eſt, regiones vicinas Tyro & Sidoni. Partes autem pro regione ipſe etiam Cic. vſurpauit ad Atticum lib.3, Sine te (inquit) non eſſe nobis illas partes tenendas, propter Antonium.

22 Mulier, γυνή. In Complutenſi editione additur τις, quædam. Chananæa, Χαναναία. Legitur Hebraicè כנענית, non autem כנית, à Cana maiore, oppido tribus Aſer: quod tamen in hoc tractu ſitum eſt, vt appareat ex Ioſue 19.a.28. Vt autem ita ſentiam vel hæc ratio me impellit, quòd Χαναναίους vbique per χ ſcribi inuenio: quæ ſcribendi ratio non videtur locum habere poſſe in altero vocabulo quod incipit à π. Clamauit, di-

eens ei, ἐκραύγασεν, ἀυτῇ λέγουσα. Eraſ. Clamauit ad eum, dicens. Ego verò puto à Vetere interprete pronomen ἀυτῇ rectè coniunctum cum participio λέγουσα. In quodam exemplari ſcriptum erat, ἐκραξε τὸν ἰησοῦν ἀυτῇ: id eſt, clamauit poſt eum. quod indicat Ieſum ſeſe ab illa auertiſſe, aut ipſam præ pudore non auſam in ipſius conſpectū venire. Malè, κακῶς. Eraſ. Miſerè: id eſt ἀθλίως. A dæmonio vexatur, δαιμονίζεται. Hoc dicunt Græci vno verbo. Eraſ. A dæmonio agitatur. Caſtellio, Furiata: quam verſionem non probo, nequis morbum naturalem faciat ex malo quod præter naturā eſt. Itaque malui craſsius & apertius loqui: ſicut dixim⁹ ſuprà, 4. v. 24.

Ὁ δὲ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῇ λόγον. Καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἠρώτων αὐτὸν, λέγοντες, Ἀπόλυσον αὐτὴν· ὅτι κράζει ὄπισθεν ἡμῶν.

23 Illè verò non reſpondit ei ᵛquicquam. Tunc accedentes diſcipuli eius ᵛrogarunt eum, dicentes, ᵛDimitte eam: nam clamat poſt nos.

23 Qui non reſpondit ei uerbum. Et accedentes diſcipuli eius rogabant eum, dicentes, Dimitte eam: quia clamat poſt nos.

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, Οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ισραήλ. supra 10. a. 6

24 Ipſe verò reſpondens dixit, ‖Nō ſum miſſus niſi ᵛad oues perditas ᵛdomus Iſrael.

24 Ipſe autem reſpondēs ait, Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael.

Ἡ δὲ ἐλθοῦσα προσεκύνει αὐτῷ, λέγουσα, Κύριε βοήθει μοι.

25 Illa autē venit & adorauit eū, dicēs, Domine ᵛſuccurre mihi.

25 At illa uenit & adorauit eum, dicens, Domine, adiuua me.

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, Οὐκ ἔστι καλὸν λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις.

26 Ipſe verò reſpondens dixit, Non eſt ᵛbonum accipere panem liberorum, & obiicere catellis.

26 Qui reſpōdens ait, Nō eſt bonum ſumere panē filiorum, & mittere canibus.

Ἡ δὲ εἶπε, Ναὶ Κύριε· καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν κυρίων αὐτῶν.

27 Ipſa autem dixit, Etiam Domine: ᵛetenim catelli veſcuntur micis quæ cadunt è menſa dominorum ſuorum.

27 At illa dixit, Etiam Domine: nam & catelli edūt de micis quæ cadunt de menſa dominorū ſuorū.

Τότε ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῇ, Ὦ γύναι, μεγάλη σου ἡ πίστις· γενηθήτω σοι ὡς θέλεις. Καὶ ἰάθη ἡ θυγάτηρ αὐτῆς ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης.

28 Tunc reſpondens Ieſus dixit ei, O mulier, magna eſt fides tua: fiat tibi vt vis. Et ſanata fuit filia eius ab eo momento.

28 Tunc reſpondens Ieſus ait illi, O mulier, magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut uis. Et ſanata eſt filia eius ex illa hora.

Καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν ὁ Ἰησοῦς ἦλθε παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας· καὶ ἀναβὰς εἰς τὸ ὄρος, ἐκάθητο ἐκεῖ. Mar. 7. d. 31.

29 ‖Et digreſſus illinc Ieſus venit iuxta mare Galilææ: & quū aſcendiſſet in montem, ſedit illic.

29 Et quum tranſiſſet inde Ieſus, uenit ſecus mare Galilææ: & aſcendens in mōtē, ſedebat ibi.

Καὶ προσῆλθον αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ, ἔχοντες μεθ' ἑαυτῶν κωφοὺς, τυφλοὺς, κωφοὺς, κυλλοὺς, καὶ ἑτέρους πολλοὺς· καὶ ἔῤῥιψαν αὐτοὺς παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ· καὶ ἐθεράπευσεν αὐτούς· Esa. 35. b. 5

30 ‖Tunc adiit eum turba multa, ᵛhabens ſecum claudos, cæcos, mutos, ᵛmancos, & alios multos: & abiecerunt eos ad pedes Ieſu: & ſanauit eos:

30 Et acceſſerunt ad eū turbæ multæ, habentes ſecum mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos: & proiecerunt eos ad pedes eius: & curauit eos:

23 Quicquam, λόγον. Ad verbum, Sermonē. Sed videtur hic ex Hebræorū idiotiſmo (de quo alibi diximus ſæpe) λόγος poni pro indefinita particula, vt infrà 11. d. 46. Rogarūt, ἠρώτων. i. ἐδέοντο. Nā ſicut apud Latinos Rogandi verbū ambiguum eſt, ita etiā τὸ ἐρωτᾶν apud Græcos: vt Luc. 7. a. 3, & 1. Theſſ. 2. a. 1, & infrà 16. a. 1, τὸ ἐπερωτᾶν eadem ſignificatione accipitur. Dimitte, ἀπόλυσον. De hoc aliquoties diximus. Eraſ. Amitte: quod Latinū quidem eſt, ſed ambiguum. Quamobrem etiam idem paulo pòſt, verſu ſcilicet 32, vertit ἀπολῦσαι, Dimittere.

24 Ad, εἰς εἰ μὴ τὰ πρόβ. Domus Iſrael, οἴκου Ισραὴλ. i. gentis Iſraeliticæ. Habebant enim omnes tribus cōmunē patrem Iſraelem. quod nō puto de vlla alia gente dici poſſe. Nā impropriè Virg. 1. Æneid. Romanos Aſſaraci domū vocauit, ſi Seruii interpretationem ſequamur, in hoc verſu, Quum domus Aſſaraci Phthiam clarāſque Mycenas, Seruitio premet. 25 Succurre, βοήθει μοι. Græcū verbum (vt obſeruat Eraſ.) ſignificat ad vocē alicuius accurrere auxilii ferendi cauſa. Itaque Latino illo vocabulo propriè exprimitur. Vulg. Adiuua. i. ἐπικούρησον. 26 Bonum, καλόν. Eraſ. Honeſtum: quod plerunque pertinet ad decorū, quod Græci τὸ πρέπον vocant. Nam honeſtū pro virtute apud Græcos dicitur τὸ καλόν, adiuncto articulo: fateor tamen honeſtos etiā dici qui boni ſunt, & virtute præditi. Sed quum hic agatur de eo quod iuſtū & fas eſt, & opponatur potius τῷ ἀδίκῳ quàm τῷ ἀσχήμονι, malui Veterem interpretem ſequi. In quodam exemplari ſcriptum erat. οὐκ ἔξεστι. non licet.

27 Etenim, καὶ γάρ. Vulgata, Nam & .i. (vt in quodā exemplari ſcriptum erat) ἀλλὰ καί. Vide Mar. 7. c. 28.

30 Habens, ἔχοντες. Eraſ. Ducentes. Nam id etiam (inquit) ſignificat ἄγω. Atqui nuſquā reperi ab alio annotatā hanc ſignificationem. Obſeruant quidē grammatici vſurpari ἀπὸ τοῦ φέρω, vt in illo Hom. Iliad. α, σῆμα τ' ἔχον ἐν χερσί. Item pro ἐλαύνω. i. ago. Sed hæ omnes ſignificationes ad verbum HABEO referri cōmodè poſſunt, atque etiam debent. Alioqui licebit hoc modo infinitas verborum ſignificationes fingere: quod video libenter facere eos omnes qui Græca lexica ſcripſerunt, non ſine temporis iactura, & maximo ſtudioſorum incōmodo: quum hoc modo Græca lingua non doceatur, ſed fœdiſsimè corrumpatur. Mancos, κωφούς. Vulg. Debiles, ἀδυνάτους. Eraſ. Mutilos. At ego exiſtimo mancos hic vocari non quibus manus eſſet truncata (ſicut propriè dicūtur infrà 18. a. 8) ſed quorum membra debilitata eſſent, vt paralyſi, & aliis id genus morbis: aut etiam naturæ vitio. Id autē partim coniicio ex eo quòd poſtea illis opponit τοὺς ὑγιεῖς. i. ſanos: partim quòd nuſquam legitur Chriſtus aut pedes, aut manus, aut alia mēbra cuiquam largitus: quamuis id illi difficile non fuit. Erſi autem mancus propriè is dicitur qui manu caret, tamē ad cætera etiam membra id interdū transfertur, vt πηρὸν ſignificet. Præterea pro eo quoq; vſurpatur q mēbra habet debilitata: perinde enim eſt ac ſi illis careret. Sic Cic. pro Rabirio perduell. reo, Mācus, inquit, & mēbris omnibus captus, & debilis. qua ſignificatione accipitur hoc loco.

Qui τὸν

Ωστε τοὺς ὄχλους θαυμάσαι, βλέποντας κωφοὺς λαλοῦντας, κυλλοὺς ὑγιεῖς, χωλοὺς περιπατοῦντας, καὶ τυφλοὺς βλέποντας· καὶ ἐδόξασαν τὸν Θεὸν Ισραήλ.

31 Adeò vt turba mirata sit, quũ videret mutos loquentes, mancos sanos, claudos ambulãtes, cæcos videntes: & glorificarunt Deum Israel.

31 Ita ut turbæ mirarẽtur, videntes mutos loquẽtes, claudos ambulantes, cæcos uidentes & magnificabant Deum Israel.

Ο δὲ Ιησοῦς προσκαλεσάμενος τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ εἶπε, Σπλαγχνίζομαι ἐπὶ τὸν ὄχλον· ὅτι ἤδη ἡμέρας τρεῖς προσμένουσί μοι, καὶ οὐκ ἔχουσι τί φάγωσι· καὶ ἀπολῦσαι αὐτοὺς νήστεις οὐ θέλω, μήποτε ἐκλυθῶσιν ἐν τῇ ὁδῷ.

32 Iesus autem aduocatis discipulis suis dixit, Commoueor misericordia erga turbã: quia iam triduum permanent apud me, & non habent quo vescantur: & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via.

Mar.8.a.1

32 Iesus autẽ conuocatis discipulis suis dixit, Misereor turbæ: quia triduo iã perseuerant mecũ, et non habent quod manducent: & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in uia.

Καὶ λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, Πόθεν ἡμῖν ἐν ἐρημίᾳ ἄρτοι τοσοῦτοι, ὥστε χορτάσαι ὄχλον τοσοῦτον;

33 Tunc dicunt ei discipuli eius, Vnde nobis in deserto tot panes vt saturemus turbam tantam?

33 Et dicũt ei discipuli, Vnde ergo nobis in deserto panes tantos, ut saturemus turbam tantam?

Καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ Ιησοῦς, Πόσους ἄρτους ἔχετε; Οἱ δὲ εἶπον, Ἑπτὰ, καὶ ὀλίγα ἰχθύδια.

34 Dicit igitur eis Iesus, Quot panes habetis? Illi autem dixerũt, Septem, & paucos piscículos.

34 Et ait illis Iesus, Quot habetis panes? At illi dixerunt, Septem, & paucos pisciculos.

Καὶ ἐκέλευσε τοῖς ὄχλοις ἀναπεσεῖν ἐπὶ τὴν γῆν.

35 Tunc iussit turbam discumbere humi:

35 Et præcepit turbæ ut discumberent super terram.

Καὶ λαβὼν τοὺς ἑπτὰ ἄρτους καὶ τοὺς ἰχθύας, εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· οἱ δὲ μαθηταὶ τοῖς ὄχλοις.

36 Et acceptis septem illis panibus ac piscibus, quum gratias egisset, fregit, deditque discipulis suis: discipuli verò turbæ.

36 Et accipiens septem panes & pisces, gratias agens fregit, & dedit discipulis suis: & discipuli dederunt populo.

Καὶ ἔφαγον πάντες, καὶ ἐχορτάσθησαν· καὶ ἦραν τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων, ἑπτὰ σπυρίδας πλήρεις.

37 Comederúntque omnes, & saturati sunt: & sustulerunt quod superfuerat fragmentorum, septem sportas plenas.

37 Et comederunt omnes, & saturati sunt: & quod superfuit de fragmentis tulerunt, septem sportas plenas.

Οἱ δὲ ἐσθίοντες ἦσαν τετρακισχίλιοι ἄνδρες, χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδίων.

38 Erant autem qui comederãt, quater mille viri, absque mulieribus & pueruli.

38 Erant autẽ qui manducauerunt, quatuor millia hominum, extra parvulos & mulieres.

Καὶ ἀπολύσας τοὺς ὄχλους, ἐνέβη εἰς τὸ πλοῖον, καὶ ἦλθεν εἰς τὰ ὅρια Μαγδαλά.

39 Tunc dimissa turba inscendit in naulgium: venítque in fines Magdala.

39 Et dimissa turba, ascendit in naviculam: & uenit in fines Magedan.

31 Vt turba] ἵνα τοὺς ὄχλους. In quodam exemplari additur πάντας. id est, tota. Mancos sanos, κωφοὺς ὑγιεῖς. Hieronymus hæc verba non legit, & Eras. supposititia esse arbitratur: reperiuntur tamen in omnibus vetustis exemplaribus. Sed in vno vetere codice pro κωφοὺς λαλοῦντας, legimus κωφοὺς ἀκούοντας, ἀλάλους λαλοῦντας. id est, surdos audientes, mutos loquentes. Glorificarunt, ἐδόξασαν. id est, magnificè extulerunt & collaudarunt. Vulgata, Magnificarunt. id est μεγάλυναν: cuius significatio aut eadem est, aut non multũ diuersa. Vide suprà, 5.b.16.

32 Permanent apud me, προσμένουσί μοι. id est, à meo latere non discedũt. quod alio vocabulo dicunt Græci προσκαθῆσθαι, vnde Parmenones dicti sunt serui qui dominos assectabãtur. Nã hæc etiã vis est præpositionis πρός. Vulgata & Erasmus, Perseuerant, id est διατελοῦσιν, vel προσκαρτεροῦσι. Apud Marcum autem 8.a.1, Vetus interpres vertit, Sustinent, id est ὑπομένουσιν. Erasmus, Manent. Ne, μήποτε. Aliàs vertimus Nequando, sed particula non hoc loco πώποτε. Deficiant, ἐκλυθῶσιν. id est λιποψυχῶσι, vel ἐκλείπωσιν: ad verbum, Exoluãtur. Vide Mar. 8.a.3.

33 Vnde nobis, πόθεν ἡμῖν. Vulgata, Vnde ergo nobis. id est πόθεν οὖν ἡμῖν, sicut scriptum legimus in vno exẽplari. Tot, τοσοῦτον. Hoc vocabulo propriè significatur discreta quantitas. Vulgata, Tantos, id est τηλικούτους, quod declarat quantitatem continuam. Interdum tamen Tantus etiam de discreta dicitur pro Tam multus. Itaque eodem versiculo turbam tantam interpretari sumus. Saturemus, χορτάσαι. Hoc propriè dicitur de armentis. Nam χόρτος Græci vocant gramen aut pabulum: sic Gallico idiotismo repaistre & repas honestè etiam tribuitur hominibus.

35 Discumbere, ἀναπεσεῖν. Græcis (inquit Erasmus) ἀνάπεσις, significat humi considere, non in lectis: sed hoc quidẽ fateor me nusquã legisse. Docet Athenæus lib. 1. ἀνακλίσεις, quum de animo dicitur, idẽ valere quod ἀθυμίαν, id est animo concidere: (vt Budæus ex Cicerone interpretatur) quum verò de corporis habitu, dici de remigibus, qui quum impellunt remos, dicuntur à Græcis προπίπτειν, quòd corpore propendeant in caput: quum remos adducunt, ἀνακλίνειν, quòd corpus resupinent. Inde suspicor factum vt accipiatur pro ἀνακλίνεσθαι, & ἀνακεῖσθαι, id est, accumbere vel recumbere, vel in lectis vel humi, ad cibum capiendum. quod satis declaratur eo quod Lucas de vltimo illo Paschæ conuiuio loquens, ἀνέπεσεν inquit: Matthæus autem, ἀνέκειτο, eadem prorsus significatione.

36 Ac piscibus] καὶ τοὺς ἰχθύας. Hoc deerat in vno codice. Turbæ, τῷ ὄχλῳ. Vulgata, Dederunt populo. id est ἔδωκαν τῷ λαῷ.

37 Quod superfuerat fragmentorum, τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων. Vide suprà, cap. 14. c. 20.

38 Absq; χωρὶς. Vulg. Extra. Eras. Præter id. id est πλὴν. de quo etiã suprà diximus cap. 14. c. 21.

39 Fines, ὅρια. Eras. alicubi dicit se scriptũ repetisse ὄρη. id est montes. Magdala, Μαγδαλά. Vulgata, Magedan. Secundum autem exemplar Μαγεδάν, Magadan. Vnde suspicor hunc tractum esse qui Macedæ sæpe in libro Iosue vocatur.

Κεφάλαιον ις΄

Mar. 8 b.11 luc.11.g.54 supra 12.c.39

ΚΑΙ προσελθόντες οἱ Φαρισαῖοι καὶ Σαδδουκαῖοι, πειράζοντες ἐπηρώτησαν αὐτὸν σημεῖον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπιδεῖξαι αὐτοῖς.

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Ὀψίας γενομένης λέγετε, Εὐδία· πυρράζει γὰρ ὁ οὐρανός.

Καὶ πρωΐ, Σήμερον χειμών· πυρράζει γὰρ στυγνάζων ὁ οὐρανός. Ὑποκριταί, τὸ μὲν πρόσωπον τοῦ οὐρανοῦ γινώσκετε διακρίνειν, τὰ δὲ σημεῖα τῶν καιρῶν οὐ δύνασθε;

supra 12.c.34

Γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ· καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου. Καὶ καταλιπὼν αὐτοὺς ἀπῆλθε.

Jonæ 2.c.1

Mar.8 b.14 luc.11.c.1

Καὶ ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὸ πέραν, ἐπελάθοντο ἄρτους λαβεῖν.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Ὁρᾶτε καὶ προσέχετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων.

Οἱ δὲ διελογίζοντο ἐν ἑαυτοῖς, λέγοντες, Ὅτι ἄρτους οὐκ ἐλάβομεν.

Γνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Τί διαλογίζεσθε ἐν ἑαυτοῖς, ὀλιγόπιστοι, ὅτι ἄρτους οὐκ ἐλάβετε;

supra 14.b.17 iubem.6.c.9

Οὔπω νοεῖτε, οὐδὲ μνημονεύετε τοὺς πέντε ἄρτους τῶν πεντακισχιλίων, καὶ πόσους κοφίνους ἐλάβετε;

CAP. XVI.

1 ET quum accessissent Pharisæi & Sadducæi, tentantes rogarunt eum vt signum è cælo ipsis ostenderet.

2 Ipse verò respondens dixit eis, Quando serum est diei, dicitis, Serenitas erit: rubet enim cælum,

3 Et manè, Hodie erit tempestas: rubet enim cælum triste. Hypocritæ, faciem quidem cæli nostis discernere, signa verò temporum non potestis?

4 Natio mala & adultera signum requirit: sed signum nō dabitur ei nisi signum illud Ionæ Prophetæ. Et relictis ipsis abiit.

5 Et quum venissent discipuli eius in vlteriorē ripam, oblìti fuerant sumere panes.

6 Iesus autem dixit eis, Videte & cauete à fermēto Pharisæorum & Sadducæorum.

7 Ipsi verò disceptabant inter se, dicentes, Panes non sumpsimus.

8 Id autem quū nosset Iesus dixit eis, Quid disceptatis inter vos, exigua fide præditi, quòd panes non sumpsistis?

9 Nondum intelligitis, neq; meministis quinque illos panes hominum quinquies mille, & quot cophinos acceperitis?

CAP. XVI.

1 ET accesserunt ad eū Pharisæi & Sadducæi, tentantes: & rogauerunt eum ut signū de cælo ostenderet eis.

2 At ille respondens ait illis, Facto uespere dicitis, Serenum erit: rubicundum est enim cælum.

3 Et mane, Hodie tempestas: rutilat enim triste cælum. Faciem ergo cæli dijudicare nostis, signa autem tēporū nō possitis?

4 Generatio mala & adultera signum quærit: & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ Prophetæ. Et relicto illo abijt.

5 Et quum uenissent discipuli eius trans fretū, oblìti sunt panes accipere.

6 Qui dixit illis, Intuemini & cauete à fermento Pharisæorum & Sadducæorum.

7 At illi cogitabant inter se, dicentes, Quia panes non accepimus.

8 Sciens autem Iesus dixit, Quid cogitatis inter uos, modicæ fidei, quia panes non habetis?

9 Nondū intelligitis, neque recordamini quinque panum in quinque millia hominum, & quot cophinos sumpsistis?

IN CAPVT XVI.

1 Et quū accessissent, καὶ προσελθόντες. Eras. Et aggressi, καὶ ἐπελθόντες. Vetus autē interpres legit, καὶ προσῆλθον αὐτῷ: & participium πειράζοντες cum his coniungit, addita καὶ coniunctione. Sic enim vertit, Et accesserunt ad eum Pharisæi & Sadducæi tentantes: & rogauerunt, καὶ προσῆλθον αὐτῷ οἱ Φαρισαῖοι καὶ Σαδδουκαῖοι πειράζοντες· καὶ ἐπηρώτησαν. quo modo etiā videtur mollior verborū constructio. Tentantes, πειράζοντες. id est, vt experirentur ecquid hoc posset præstare quod petebāt: sed malo animo ad id petendū ipsos instigante, nempe quòd sperarent se reperturos aliquid in eo vnde iustæ reprehensionis occasionē arriperēt: vel impellēte ipsos diffidētia, aut curiositate importuna. quibus omnibus modis dicitur Deus tentari, id est ad iracundiā prouocari, quasi cum eo velint homines certare. Alioquin dicitur etiam Dominus suos tentare, id est explorare: & diabolus tentare, id est ad malum solicitare. 3 Faciem quidem, τὸ μὲν πρόσωπον. Hebraicè פנים. Quòd si verterimus Vultū, non erit fortasse dictū illepidius quàm illud Maronis 5. Æneidos, Mé ne salis placidi vultum fluctúsque quietos Ignorare iubes? Nam ratio carminis ferre potest Facié, quū tamen poeta disertissimus maluerit Vultū dicere. Quē etiam transferre ad bruta animantia idem nō dubitat, Induerat Circe in vultus ac terga ferarū. Adeo quidem vt vanissimū esse somnium appareat quòd nuper quidam voluerit vultū de faciei tantùm parte dici quæ oculos, frontem & supercilia complectitur, neque de cæteris quoque rebus dici posse. Vulg. Faciē ergo, τὸ μὲν καθ' ὅλου πρόσωπον. Eras. prætermisit μέν. Cæterùm Facies (Hebræorū more) dicitur externa species, & quasi vultus rerū omnium: quo modo etiam Latinè loqui licere Gellius ostendit lib. 13. cap. 28. Sed tamē (ni fallor) τὸ πρόσωπον nōnisi de homine dictū inuenias apud Græcos disertiores: quo modo etiam Plinius facié, tantùm hominis esse dicit, pro vultu: cætera enim os aut rostrū habere dicuntur. Discernere, διακρίνειν. vel (vt alii vertunt) diiudicare: sed illud videtur Græco vocabulo prorsus respondere. Non potestis, οὐ δύασθε. In vno exēplari scriptum erat οὐ δοκιμάζετε: Non probatis. In quatuor aliis, οὐ γινώσκετε Non intelligitis 4 Signum illud, τὸ σημεῖον. De certo illo & celebri facto loquitur. Itaque articulum ab aliis omissum exprimendum putaui.

Abiit, ἀπῆλθε. Traiecisse lacum cum discipulis declarat apertè Marcus cap. 8. b. 13. quod notandum fuit, vt intelligatur quomodo sequens versiculus cum isto cohæreat. 7 Disceptabant inter se, διελογίζοντο ἐν ἑαυτοῖς. Et pro inter, nō pro intra, seu apud. Nā verisimile est de ea re inter se esse colloquutos. 8 Id autē quū nosset, γνοὺς δέ. Indicāt hæc verba Iesum hāc illorū disceptationē nō cognouisse ex aliis: sed (quæ vis diuinitatis ipsius erat) per se cognouisse qua de re illi inter se cōtenderēt. Non dubiū est enim quin alii in alios culpā reiicerēt.

Sumpsistis, ἐλάβετε. In vno exemplari scriptum erat ἔχετε. id est habetis: sicut etiam vertit Vetus interpres.

9 Memini stis, μνημονεύετε. Vulg. Recordamini. id est ἀναμιμνήσκεσθε. Eras. Memoria tenetis. id est διὰ μνήμης

ἔχετε. Hominum quinquies mille, τῶν πεντακισχιλίων. i. quibus paui quinque hominũ millia. quod genus dicẽdi à vulgi consuetudine peritum est, sicut pleraque alia. Vulgata, quia id obscurius videbatur, vertit, In quinque millia hominum. Erasmus longiore circuitu, Quum homines essent quinquies mille: quasi τῶν πεντακισχιλίων ponatur absolutè. supra 15. d. 34

Οὐδὲ τοὺς ἑπτὰ ἄρτους τῶν τετρακισχιλίων, καὶ πόσους σπυρίδας ἐλάβετε;

10 ‖Neque septẽ illos panes quatet mille hominũ, & quot sportas acceperitis?

10 Neque septem panum, & quatuor millium hominum, & quot sportas sumpsistis?

Πῶς οὐ νοεῖτε ὅτι οὐ περὶ ἄρτου εἶπον ὑμῖν, προσέχειν ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων;

11 Quomodo non intelligitis me nõ dixisse vobis de pane, vt caueretis à fermẽto Pharisæorum & Sadducæorum?

11 Quare non intelligitis quia non de pane dixi vobis, cauete à fermento Pharisæorum & Sadducæorum?

Τότε συνῆκαν ὅτι οὐκ εἶπε προσέχειν ἀπὸ τῆς ζύμης τοῦ ἄρτου, ἀλλ' ἀπὸ τῆς διδαχῆς τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων.

11 Tunc intellexerunt eum nõ dixisse vt cauerent à fermento panis, sed à doctrina Pharisæorum & Sadducæorum.

11 Tũc intellexerũt quia non dixerit cauendum à fermento panum, sed à doctrina Pharisæorum & Sadducæorum. Mar. 8. c. 15 luc. 9. c. 18

Ἐλθὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς εἰς τὰ μέρη Καισαρείας τῆς Φιλίππου, ἠρώτα τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, λέγων, Τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου;

13 ‖Quum veniſſet autem Ieſus in partes Cæſareæ quæ dicitur Philippi, interrogauit diſcipulos ſuos, dicens, Quem me dicũt homines eſſe, Filium hominis?

13 Venit autem Ieſus in partes Cæſareæ Philippi: & interrogabat diſcipulos ſuos, dicens, Quem me dicunt homines eſſe, Filium hominis?

Οἱ δὲ εἶπον, Οἱ μὲν Ἰωάννην τὸν Βαπτιστήν, ἄλλοι δὲ Ἠλίαν, ἕτεροι δὲ Ἱερεμίαν, ἢ ἕνα τῶν προφητῶν.

14 Illi verò dixerunt, Alii quidẽ Iohãnem Baptiſtam, alii verò Eliam, alii verò Ieremiã, aut vnum ex prophetis.

14 At illi dixerunt, Alij Iohannem Baptiſtam, alij autem Eliam, alij verò Ieremiam, aut vnum ex Prophetis.

Λέγει αὐτοῖς, Ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι;

15 Dicit eis, Vos autem quem me dicitis eſſe?

15 Dicit illis Ieſus, Vos autem quẽ me eſſe dicitis? Iohan. 6. g. 69

Ἀποκριθεὶς δὲ Σίμων Πέτρος εἶπε, Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος.

16 ‖Reſpondẽs verò Simon Petrus dixit, Tu es Chriſtus ille Filius Dei viuentis.

16 Reſpondens Simon Petrus dixit, Tu es Chriſtus filius Dei viui.

5 11 Quomodo non intelligitis, πῶς οὐ νοεῖτε. πῶς hoc loco non declarat ſimplicem interrogationẽ, ſed cum admiratione coniunctam. Vulg. Quare non intelligitis id eſt διὰ τί; Eraſ. elegantius, Qui fit vt non intelligatis? Ego craſſius malo, quum præſertim particula Quomodo, apud ipſum etiam Ciceronem, admirationem declaret. Sic enim ſcribit lib. de Amicitia, Quomodo (vt alia omittam) mortẽ filii tulit? De pane, περὶ ἄρτου. In duobus vetuſtis codicibus, 4, & 8 videlicet, legimus περὶ ἄρτων, de panibus. Dixiſſe vobis, εἰπον ὑμῖν. Eraſ. addidit pronomẽ Illud, vt melius cohæreret ſequẽtia. Sic enim interpretatur, Me nõ de pane dixiſſe vobis illud quod ſatis per ſe intelligi puto. Eſt autem Hebræorũ more permutata negans particula in Græcis. Vt caueretis à fermento, προσέχειν ἀπὸ τῆς ζύμης. Duo ex vetuſtis codicibus ſcriptum habent, ἔστι οὐ περὶ ἄρτου εἶπον ὑμῖν προσέχειν. προσέχετε Ν. id eſt, quòd non de pane dixi vobis vt caueretis. cauete verò: vel, caueretis ita vt repetas ἔστι, & ſit hic ſenſus, quòd non de pane dixi vobis vt caueretis, ſed potius dixi vobis, cauete à fermento.

15 11 Dixiſſe vt cauerent. εἶπε προσέχειν. Vulg. Dixerit cauendum. id eſt, προσεκτέον, vel potius φυλακτέον. Eraſmus. Iuſſiſſet cauere. id eſt, ἐκέλευσε προσέχειν. Nam alibi admonuimus, Dicere pro Iubere ſæpe vſurpari in Hebræo ſermone.

13 Cæſareæ quæ dicitur Philippi, Καισαρείας τῆς Φιλίππου. Supplendum fuit aliquid ad articulum illum exprimendum, quo videlicet diſtinguitur hæc Cæſarea ad radicem Libani ædificata à tetrarcha Philippo, vt Tiberio gratificaretur, ab ea quam Herodes Magnus condidit Octauii Auguſti memoriæ ad mare mediterraneum. Me, με. In pleriſque exemplaribus Veteris verſionis, & vno ex noſtris Græcis, nõ reperimus hoc pronomen: & certè ſi ſuſtuleris, mollius cum iſtis connectentur verba illa, τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, Filium hominis. Et Hieronymum conſtat ex ipſius commentariis in hunc locum hoc pronomẽ non legiſſe: adeo vt vel με pronomen, vel hoc totũ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, videri poſſit redundare, quũ Chriſtus de ſe loquatur vt de tertio quopiam, ſicut ſolet, quoties Filium hominis ſe vocat: adeo quidem vt excepto hoc vno loco nuſquam (ni fallor) reperias additum pronomen. Sed contrà teſtatur Eraſ. ſe in nõnullis Græcis codicibus duntaxat reperiſſe ſcriptum, Quem me dicunt eſſe. Itaque meritò ſuſpicari poſſit quiſpiam hoc pronomen ab aliquo annotatum in albolibri, ne illa verba τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου perinde acciperentur acſi Chriſtus non de ſe ſed de tertio quopiam diſcipulos interrogaret, poſtea ab aliquibus fuiſſe contextui inſertum, ab aliis verò perinde acceptum acſi aliquà eſſet diuerſa lectio annotata: qui propterea τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου expunxerint. Neque verò id fuit factu difficile, quũ hæc formula loquendi de ſeipſo quaſi de tertio aliquo, ſit à conſuetudine Latini & Græci ſermonis aliena: plerique autẽ ex veteribus etiã eruditiſſimis ſacrarũ literarũ interpretibus, Hebræorũ idioma nõ modò nõ tenuerint, ſed etiã cõtẽpſerint: quæ res fecit vt pleriſque in locis miſerabiliter ſanè cæcutierint. Quia tamen apud Epiphanium in Achorato & inveteribus manuſcriptis & impreſſis legimus, ἵνα με λέγωσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; abſit vt quicquã detrahamus. Imò verò per appoſitionem hoc erit explicandum, acſi diceret Dominus, Videris me nunc vt vnum quempiam ex hominum numero in mundo verſari: quid igitur de me ſentiunt homines? Deinde etiam omnia cohærebunt ſi poſt εἶναι non ſimplicem diſtinctionem ſcribas, ſed accentum interrogantem: & ſic interpreteris, Quẽ me dicunt homines eſſe? At Filiũ illum hominis? id eſt, promiſſum illum Meſſiam? Erit enim ſubaudienda particula Α Η. quam eclipſin inuenio infrà, 18. c. 21, in duplici etiam interrogatione, ſicut hoc loco. Et τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ſeruata vi articuli pro Meſſia poſitum reperio Luc. 17. c. 16. Sed tamen abſit vt apicem ex nuda coniectura immutem.

Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, Μακάριος εἶ Σίμων Βαρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

17 Tunc reſpondens Ieſus dixit ei, Beatus es Simon bar-Iona: quia caro & ſanguis hæc nō retexit tibi, ſed Pater meus qui eſt in cælis.

17 *Reſpondens autem Ieſus dixit ei, Beatus es Simon bar-Iona: quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus qui in cælis eſt.*

Ioban.1.f.42

Κἀγὼ δέ σοι λέγω ὅτι σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν· καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς.

18 ¶ Sed & ego tibi dico, tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo meā Eccleſiam: & portæ inferorum non ſuperabūt eam.

18 *Et ego dico tibi quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: & portæ inferi nō præualebunt aduerſus eam.*

Iohan.20.f.22

Καὶ δώσω σοι τ�ὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· καὶ ὃ ἐὰν δήσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ ὃ ἐὰν λύσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

19 Et tibi dabo claues regni cælorum: & quicquid ligaueris in terra, erit ligatum in cælis: & quicquid ſolueris in terra, erit ſolutum in cælis.

19 *Et tibi dabo claues regni cælorum: & quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum in cælo: & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum in cælis.*

Τότε διεστείλατο τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἵνα μηδενὶ ε�ίπωσιν ὅτι αὐτός ἐστιν Ἰησοῦς ὁ Χριστός.

20 Tunc interdixit diſcipulis ſuis vt nemini dicerent, ipſum eſſe Ieſum illum Chriſtum.

20 *Tunc præcepit diſcipulis ſuis ut nemini dicerēt quia ipſe eſſet Ieſus Chriſtus.*

Ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς δεικνύειν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ὅτι δεῖ αὐτὸν ἀπελθεῖν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ πολλὰ παθεῖν

21 Ex eo tempore cœpit Ieſus indicare diſcipulis ſuis oportere ſe abire Hieroſolymam, &

21 *Exinde cœpit Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis quia oporteret eum ire Hieroſolymam, & mul-*

17 Bar-Iona, Βὰρ Ἰωνᾶ. Quum Græcè ſcribens Euangeliſta, vocabula peregrina vſurparit, nos quoque retinuimus. Annotat Hieronymus corruptum locum videri, & legendū Βὰρ Ἰωανᾶ: ſicut etiā legitur apud Veterem interpretem in quibuſdam codicibus, & vetuſtis aliquibus exemplaribus Græcis, Iohan.1.f.41.& 21.c.17.

Caro & ſanguis, σὰρξ καὶ αἷμα. Carnis appellatione Hebræis ſæpe homines dicuntur, vt humana imbecillitas ſignificetur, ſicut Pſal.78.d.39. quod & ipſum de equis dicitur Eſa.31.b.3. Sed in Nouo Teſtamento aliquoties caro & ſanguis totam humanam naturam σωικδοχικῶς ſignificant, eámque interdum ita vt eſt corrupta & infirma, ſicut hoc loco & 1.Cor.15.f.50: vel ſimpliciter qualis eſt in ſeſe, & à ſpirituali videlicet & excellētiori natura diſtinguatur, vt Gal.1.c.16,& Epheſ.6.b.12, & Hebr.2.b.14.& alibi ſæpe, quum de altera Chriſti natura differitur.

18 Sed & ego, κἀγὼ δέ. Vulgata, Et ego, omiſſa particula δέ, quæ etiam in vno vetere codice deerat. Eraſmus, At ego viciſſim. id eſt κἀγὼ ἀμοιβῆν. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ. Dominus Syriacè loquēs, nulla vſus eſt agnominatione, ſed vtrobique dixit Cepha: quemadmodū & vernaculum nomen *Pierre* tam de proprio quàm de appellatiuo dicitur. In Græco quoque ſermone πέτρος & πέτρα non re, ſed terminatione tantùm differunt. Sed videtur Matthæus (aut ſiquis fuit eius interpres) hoc terminationis diſcrimine voluiſſe Petrum (qui pars eſt ædificii) ab ipſa petra cui innititur ædificiū (id eſt à Chriſto ipſo) diſtinguere: ipſumque adeo Petrum à fidei profeſſione, quæ toti Eccleſiæ eſt communis. quod veteres etiam apertè teſtantur: vt planè ſit ridiculus Antichriſtus, quum ex hoc loco tyrannidem ſuam conatur ſtabilire. Eccleſiam, ἐκκλησίαν. Vocabulo ἐκκλησίας ſignificari ciuium conuentum, nemo eſt qui ignoret: quo modo etiam accipitur Act.19.f.32,& 39. Hebræi קהל, & עדה vocant. Sed poſtea communis loquendi conſuetudo fecit vt pro eorum cœtu acciperetur qui Chriſtum profitentur: ſicut Synagoga de Iudæis propriè & peculiariter dici cœpit. Interdum verò pro Senatu eccleſiaſtico vſurpatur, vt infrà, 18.c.18, quia nimirum cogitur nomine totius Eccleſiæ cui præeſt. Alibi vocatur à Paulo πρεσβυτέριον, 1.Tim.4.d.14. Nos igitur receptum vocabulum mutare noluimus, quanuis noſtra ætate nonnulli ſint qui ciuitatis & reipublicæ nominibus vti malint: ſed quos ego ne in eo quidem imitari velim. Portæ inferorum, πύλαι ᾅδου. De aduerſariis Dei & Eccleſiæ perinde loquitur Dominus ac de regno munito: quod interdum πόλις, interdum ᾅδης pari ratione vocat. cuius regni princeps eſt Diabolus. Itaque portarum appellatione vrbes & conſilio & propugnaculis munitas intelligimus. id eſt, quicquid vel conſilio vel viribus poteſt Satan tenebrarum princeps. id denique quod Hebræi vocant שערי שאול, & Paulus ὑψώματα, 2.Cor.10.2.4. Superabunt eam, κατισχύσουσιν αὐτῆς. Vulgata, Præualebūt aduerſus eam. Eraſmus, Valebunt aduerſus illam. id eſt ἰσχύσουσι κατ' αὐτῆς. Atqui certum eſt valere aliquid Satanam aduerſus Eccleſiam, à quo ſæpe grauiſſimè premitur, ſed hactenus tamen vt nunquā opprimatur. Quare quum neque (vt exiſtimo) Vulgata verſio ſatis ſit Latina, neque Eraſmica ſatis expreſſa, quærendum fuit aliud vocabulum. Iam verò quum nullum in promptu haberem quod Græco & Hebræo שאול poſſet opponi, vſus ſum ſynonymo, quo res eadem ſignificatur.

19 Claues, τὰς κλεῖς. Hac metaphorica loquutione ſignificatur œconomi poteſtas (ſicut apparet Eſaiæ 22.f.22) qua funguntur omnes miniſtri in Eccleſia Dei, vt apparet infrà, 18.c.18. Miniſterium enim Euangelicū rectè dici poteſt clauis regni cælorum, quum Euangelium ſit virtus Dei ad ſalutem cuiuis credenti: & viciſſim odor mortis in mortem cuiuis non credenti. Oſtendat igitur Antichriſtus hanc clauem, & nos illi credemus. Cæterùm quum poſceret metaphoræ analogia vt Matthæus vteretur aperiendi & claudendi vocabulis, (ſicut fecit Eſaias, & poſt Eſaiam Iohannes Apoc.3.b.7) maluit Spiritus ſanctus ligandi & ſoluendi verba vſurpare: nempe vt intelligamus quàm miſera ſit conditio eorum quibus cælum clauditur. id eſt, quorum retinētur peccata: (ſicut Iohannes interpretatur infrà, 20.c.21.) qui videlicet quum nolint oblatum Chriſtum fide amplecti, manent obſtricti peccatorum vinculis. contrà verò, quàm beati ſint illi quibus apertum eſt cælum, vt qui à filio Dei liberati, ſint ipſius cohæredes, quia Euangelio crediderunt. Quorſum autem hæc ad indulgentiarum fumos, & totam illam Antichriſti tyrannidem?

20 Vt nemini, ἵνα μηδενί. Eraſ. Necui, id eſt μήτινι. Ieſum illum Chriſtum, Ἰησοῦν ὁ Χριστός. In tribus exemplaribus non legebatur Ἰησοῦν: & ſanè videtur abundare, vt annotat Eraſmus.

ἀπὸ τῶν Πρεσβυτέρων καὶ Ἀρχιερέων καὶ Γραμματέων, καὶ ἀποκτανθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθῆναι.

multa pati ᵛà ᵛ Senioribus & principibus Sacerdotum, & Scribis, & occidi, & tertio die ᵛsuſcitari.

ti pati à Senioribᵘ et Scribis & principibus Sacerdotum, & occidi, & tertia die reſurgere.

Καὶ προσλαβόμενος αὐτὸν ὁ Πέτρος ἤρξατο ἐπιτιμᾶν αὐτῷ, λέγων, Ἱλεώς σοι Κύριε· οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο.

22 Et ᵛprehenſum eum Petrus cœpit obiurgare, dicens, Propitius tibi ſis Domine: nequaquam erit tibi hoc.

22 Et aſſumens eum Petrus, cœpit increpare illum, dicens. Abſit à te Domine, non erit tibi hoc.

Ὁ δὲ στραφεὶς εἶπε τῷ Πέτρῳ, Ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ, σκάνδαλόν μου εἶ· ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων.

23 At ille conuerſus dixit Petro, ᵛAbſcede à me ᵛ ſatana, ſcandalo es mihi: nam non ᵛſapis quæ ſunt Dei, ſed quæ ſunt hominum.

23 Qui conuerſus dixit Petro, Vade poſt me ſatana, ſcandalum es mihi: quia non ſapis ea quæ Dei ſunt, ſed ea quæ hominum.

Τότε ὁ Ἰησοῦς εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Εἴτις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι.

24 ¶Tunc Ieſus dixit diſcipulis ſuis, Siquis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, ac ſequatur me.

24 Tunc Ieſus dixit diſcipulis ſuis, Siquis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuã, & ſequatur me. *ſupra 10.d.38 mar.8.d.34 luc.9.c.23, & 14.f.27*

Ὃς γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν· ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, εὑρήσει αὐτήν.

25 ¶Quiſquis enim voluerit ᵛanimam ſuam ſeruare, perdet eam: quiſquis autem perdiderit animam ſuam mea cauſa, ᵛinueniet eam.

25 Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. *ſupra 10.d.39 mar.8.d.35 luc.9.c.24. & 17.g.33 iohan.12.d.25*

Τί γὰρ ὠφεληθήσεται ἄνθρωπος ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ; ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ;

26 Quid enim prodeſt cuipiã ſi totũ mundum lucratus fuerit, ᵛanima verò ſua mulctetur? aut quam dabit quiſpiam ᵛcõpenſationem animæ ſuæ?

26 Quid enim prodeſt homini ſi mundum uniuerſum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua? *mar.8.d.36 luc.9.c.25*

21 Ἀπὸ τότε pro ἀπὸ iterum hic poſitum eſt, de qua enallage ſuprà diximus, 11.c.19. Senioribus, πρεσβυτέρων. Hebraicè זקנים, vt Deut.21.a.2. Eſt autem nomen non tam ætatis quàm dignitatis: & eos deſignat penes quos erant iudicia, quæ Hebræi Græco vocabulo vocant Sanhedrin, id eſt συνέδρια. vt ii planè ſint πρεσβύτεροι quos Latini eadem ratione Senatores vocant. Sic apud Homerum aliquoties dicuntur γέροντες iidem qui ἥρωες, vt Iliad.8. Suſcitari, ἐγερθῆναι. Vulg. Reſurgere ἀναστῆναι. Eraſ. Reſuſcitari. id eſt iterum ſuſcitari.

22 Prehenſum, προσλαβόμενος. i. manu prehẽſum ſeduxiſſet, vt ſolẽt familiarius aliquid dicturi. Eraſ. Abduxiſſet. i. ἀπαγαγών. qui tamẽ in annotationib⁹ in Mar.8.d.33. adfert eã interpretationẽ quã ſum ſequut⁹. Vulg. Aſſumẽs. i. προσλαμβάνων. Propitius tibi ſis, ἵλεώς σοι. Sic rectè Eraſ. Latinè dicas, Reſpice te. Vul. Abſit. i. μὴ γένοιτο, ſã. Per antonomaſiã propriè vocatur Satan: (id eſt aduerſarius) ab Hebræis, à verbo שטן, qui à Græcis dicitur διάβολος, id eſt calumniator: & ὁ πειράζων, id eſt tentator, Apoc.12.b.9, & 10. Sed hoc nomen iis etiam accommodatur qui Dei voluntati aduerſantur, vel obſtinata malitia, vt Iudas, Iohan.6.g.70: vel leuitate quadam aũt arrogantia, vt hoc loco Petrus: cui in hoc quidem cognomine ſucceſſiſſe Antichriſtum libens conceſſero, vtcũque clamitet ſe errare non poſſe, & à nemine iudicandum. Sapis, φρονεῖς. Hoc verbo ſignificatur Petrum arrogantia & falſa quadam de ſe perſuaſione peccaſſe.

25 Animam ſuam ſeruare, τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι. id eſt vitam. niſi malimus animæ appellatione totum hominem comprehẽdi, ſynecdoche Hebræis familiari. Et certè hæc eſt (ni fallor) huius loci germana interpretatio, quam etiam videtur apertè Lucas confirmare cap.9.c.25, quum hæc Matthæi & Marci verba, τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ, id eſt, ſua ipſius anima mulctetur, interpretatur ἑαυτὸν ζημιωθεὶς. id eſt ſi ſeipſo mulctetur. Beliſſimè ergo cohærebunt omnia hoc modo, Siquis ſeipſum voluerit ſeruare (loquitur enim Euangeliſta ex communi hominum opinione, quibus nihil hac vita eſt charius) is ſeipſum perdet. hæc enim præpoſtera cupiditas in æternum exitium ipſum præcipitabit. Contrà verò, qui Chriſti & Euangelii cauſa ſeipſum perdiderit, (ita enim rurſus loquitur Euangeliſta ex eorum ſenſu qui omnium hominum ſtultiſſimos & miſerrimos eos eſſe opinantur qui vitam malint profundere quàm Chriſtum abnegare) is quũ videatur periiſſe, ſeipſum tandem aliquando recuperabit: quippe qui hoc modo ſeipſum ſeruauerit, alioquin periturum. Inueniet eam, εὑρήσει αὐτήν. id eſt recipiet eam, aut potius ſeipſum lucrifecerit: vt qui ſibi alioquin morituro, æternam vitam paraueritſicut Lucas ipſe exponit cap.17.g.33. Nam εὑρίσκειν apud Græcos etiam declarat labore ſuo aliquid conferre ſibi & acquirere, teſte Donato in Tereutii Eunuchum. Erit igitur vehemẽtior antitheſis, ſi dixerimus illos, qui vt ſibi conſulant, Chriſtum abnegant, non modò lucrum non facere quod captant, ſed etiam eius rei quã ſeruatam eſſe volunt, (id eſt ſuiipſius) iacturam facere, quod damnum eſt omnium maximum: iſtos verò contrà, qui pro Chriſto mori non dubitant, non modò nullum detrimentum pati, ſed ſeipſos potius lucrifacere, quo lucro nullum maius poſſit homini contingere.

26 Anima verò ſua mulctetur τὴν δὲ ψυχὴν ἑαυτοῦ ζημιωθῇ; id eſt ſeipſum perdat, vt Lucas interpretatur. Vulgata ζημιωθῇ vertit Detrimentum pati, Eraſ. Iacturam facere. Ego verò non video cur periphraſis quæreda fuerit, quum de iudicio Dei hic agatur: quemadmodum proximus verſiculus declarat: & ζημιοῦσθαι apud Græcos ſit vocabulum forenſe, ſicut mulctare apud Latinos. Compenſationem animæ ſuæ, ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ. id eſt, quo ſeipſum redimat: quod vernaculo ſermone dicas, *Qu'eſt-ce que l'homme baillera en eſchange de ſa perſonne?* Vulgata ad verbum, Commutationem pro anima ſua quæ interpretatio mihi viſa eſt obſcurior. Eraſ. Cu-

ius permutatione redimat animam suam: perspicus periphrasi, sed non prorsus necessaria. Itaque in annotationibus Marci Veterem interpretationem amplectitur.

Μέλλει γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεσθαι ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ· καὶ τότε ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ.

Psal.61.c.13 rom.2.d.6

17 Futurum est enim vt Filius hominis veniat cū gloria Patris sui cum Angelis suis: & tunc reddet vnicuique secundum facta eius.

17 Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis: & tunc reddet unicuique secundum opera eius.

Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων, οἵτινες οὐ μὴ γεύσωνται θανάτου ἕως ἂν ἴδωσι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ.

Mar.9.a.1 luc.9.c.17

18 Amē dico vobis, sunt quidam ex his qui hîc adstant, qui nequaquam gustabunt mortem, vsquedū viderint Filiū hominis venientē in regnū suū.

18 Amen dico vobis, sunt quidam de hîc stantibus, qui non gustabunt mortem donec videant Filiū hominis venientem in regno suo.

Κεφάλαιον ιζ΄

CAP. XVII.

Καὶ μετὰ ἡμέρας ἓξ παραλαμβάνει ὁ Ἰησοῦς τὸν Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἀναφέρει αὐτοὺς εἰς ὄρος ὑψηλὸν κατ' ἰδίαν.

Mar.9.a.2 luc.9.d.27

1 Sexto verò pòst die accepit Iesus Petrum ac Iacobū & Iohannem fratrē eius, & subducit eos priuatim in montē sublimem.

1 Et post dies sex assumit Iesus Petrum et Iacobum & Iohannem fratrem eius, & subducit illos in montem excelsum seorsum.

Καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν· καὶ ἔλαμψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος· τὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο λευκὰ ὡς τὸ φῶς.

2 Transformatúsque est coram eis, & splenduit facies eius vt sol: vestimenta autem eius facta sunt alba vt lux.

2 Et transfiguratus est ante eos: & resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix.

Καὶ ἰδοὺ, ὤφθησαν αὐτοῖς Μωσῆς καὶ Ἠλίας, μετ' αὐτοῦ συλλαλοῦντες.

3 Et ecce, conspecti sunt eis Moses & Elias, cum eo colloquentes.

3 Et ecce, apparuerunt illis Moyses & Elias, cum eo loquentes.

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος εἶπε τῷ Ἰησοῦ, Κύριε, καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι· εἰ θέλεις, ποιήσωμεν ὧδε τρεῖς σκηνάς, σοὶ μίαν, καὶ Μωσεῖ μίαν, καὶ μίαν Ἠλίᾳ.

4 Respondens autem Petrus dixit Iesu, Domine, bonum est nos hîc esse: si vis, faciamus hîc tria tabernacula, tibi vnum, & Mosi vnum, & Eliæ vnum.

4 Respondens autem Petrus dixit ad Iesum, Domine, bonum est nos hîc esse: si vis, faciamus hîc tria tabernacula, tibi vnum, & Moysi vnum, & Eliæ vnum.

Ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, ἰδοὺ νεφέλη φωτεινὴ ἐπεσκίασεν αὐτούς· καὶ ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης, λέγουσα, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ εὐδόκησα· αὐτοῦ ἀκούετε.

supra 3.d.17 2.pet.1.d.17

5 Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida inumbrauit eos: & ecce vox è nube, dicens, Hic est Filius ille meus dilectus, in quo acquiesco: ipsum audite.

5 Adhuc eo loquente ecce nubes lucida obumbrauit eos: & ecce vox de nube, dicens, Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite.

17 Cum gloria, ἐν δόξῃ. ὦν pro ων, vt alibi sæpe. Vide suprà, 6.d.19. Angelis, ἀγγέλων. In secundo exēplari additur ἁγίων. id est sanctis. Secundum facta, κατὰ τὰ ἔργα. Erasmus, Iuxta facta. Vulgata, Secundum opera. id est κατὰ τὰ ἔργα, sicut etiam legimus in vno exemplari.

18 Amen, ἀμὴν. In quodam codice additum erat γάρ, enim. Ex his qui hîc stant, τῶν ὧδε ἑστώτων. Vulgata, De hîc stantibus. Erasmus, Hic stantes. id est ὧδε ἑστῶτες. quod scriptum inuenimus in duobus vetustis codicibus. Gustabunt mortem, γεύσονται θανάτου. id est morientur. sicut Heb.2.c.9. In regnum suum, ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ. ἐν existimo pro εἰς positum esse. Cæteri ad verbum interpretantur, In regno suo. In vno veteri codice legitur, ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ. id est In gloriam suam. quibus verbis ista optimè explicantur de Christi ascensione, & iis quæ postea consequuta sunt: de quibus magnificè scribit Paulus Ephes.4.b.10, & 1.Cor.15.c.23. & Dominus ipse meminit infrà, 28.d.18.

IN CAPVT XVII.

1 Sexto pòst die, μεθ' ἡμέρας ἓξ. Vulgata & Erasmus, Post sex dies. Vide Mar.9.a.2. Subducit, ἀναφέρει. id est ἀνάγει: quod etiam legimus in quodam exemplari. Nam φέρειν & ἄγειν sæpe permutantur: vt infrà hoc eodem capite, versu 17, & suprà, 4.a.1.

2 Alba, λευκά. Candidum, quod vsurpat Erasmus, potius significat splendidum & fulgens, id est πεπυρωμένον: (quod quidē propriè de igne dici solet, vt author est Aristoteles sectione octaua Problematū) quanuis id postea de albo colore dici quoque cœpit, omnium videlicet splendidissimo. Lux, τὸ φῶς. In quodam exemplari legitur ὁ χιών, nix: quod sequutus est Vetus interpres. Aristoteles porro libro primo De coloribus, φῶς colorem ignis esse scribit his verbis, τὸ δὲ φῶς ἐν πυρός ἐστι χρῶμα, δεῖκνυσι δὲ τοῦτο μάλιστα ἡ ἐμπύρευσις χρώματος, &c. id est, Quòd autem lumen, aut lux, sit color ignis, perspicuum ex eo est, quoniam nullum alium præter hūc, habere colorem reperitur, &c. φῶς autem lucem vertimus, quanquam non dubitem apud philosophos differentiam lucis & luminis obseruari: quæ tamen apud reliquos scriptores fere negligi solet.

3 Conspecti sunt, ὤφθησαν. Vulg. Apparuerunt. id est ἐφάνησαν. Colloquentes, συλλαλοῦντες. Erasmus admonet in annotationibus potius verti debuisse Confabulantes: id quo tamen verbo quidam meritò refugiūt, quium neque respondeat Græco verbo συλλαλεῖν, neque Scripturæ maiestati conueniat, neque etiam tritum sit apūd Latinos scriptores: quanuis fabulari à fando deriuetur.

4 Respondens, ἀποκριθεὶς. Hebraismus, de quo alibi diximus. nam propriè respondent qui sunt rogati. Lucida, φωτεινή. In quarto codice scriptū erat φωτὸς, lucis, Hebraico idiotismo. Filius ille meus, ὁ υἱός μου. Articulum expressi, cuius videtur hic esse emphasis maxima, non tam vt distinguatur à filiis aliis (quum sit vni-

genitus) quàm ad dignitatis commendationem. Nos enim non natura, ſed adoptione ſumus filii: qua ratione etiam Chriſtus ipſe dicitur primogenitus inter multos fratres, quia licet vnicus ſit proprio iure, princeps tamen eſt inter multos, quatenus adoptionis fons eſt ac caput.

Καὶ ἀκούσαντες οἱ μαθηταὶ ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν, καὶ ἐφοβήθησαν σφόδρα.

6 Et quum hæc audiſſent diſcipuli, ᵛceciderunt in faciem ſuam, & ᵛtimuerunt vehementer.

6 Et audientes diſcipuli ceciderunt in faciem ſuã, & timuerũt valde.

Καὶ προσελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἥψατο αὐτῶν, καὶ εἶπεν, Ἐγέρθητε, καὶ μὴ φοβεῖσθε.

7 Tunc accedens Ieſus tetigit eos, dixitq;, Surgite, & ne timete.

7 Et acceſſit Ieſus, & tetigit eos, dixitque eis, Surgite, & nolite timere.

Ἐπάραντες δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, οὐδένα εἶδον, εἰ μὴ τὸν Ἰησοῦν μόνον.

8 ᵛSublatis autem oculis ſuis neminem viderũt, niſi Ieſum ſolum.

8 Leuantes autem oculos ſuos neminem viderunt, niſi ſolum Ieſum.

Καὶ καταβαινόντων αὐτῶν ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἐνετείλατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, λέγων, Μηδενὶ εἴπητε τὸ ὅραμα, ἕως οὗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ.

9 Et quũ deſcenderent de mõte, mandauit eis Ieſus, dicens, ᵛNemini dixeritis hanc viſionem, vſquequo Filius hominis à mortuis reſurgat.

9 Et deſcendentibus illis de monte, præcepit eis Ieſus, dicens. Nemini dixeritis uiſionem, donec Filius hominis à mortuis reſurgat.

Καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες, Τί οὖν οἱ Γραμματεῖς λέγουσιν, ὅτι Ἠλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον;

10 Tunc interrogauerũt eum diſcipuli ſui, dicentes, Quid igitur Scribæ dicunt, ſoportere vt Elias primùm veniat?

10 Et interrogauerunt eum diſcipuli, dicentes, Quid ergo Scribæ dicũt quòd Eliam oporteat primùm uenire? Mal.4.b.5 ſupra 11.b.14 mar.9.b.11

Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Ἠλίας μὲν ἔρχεται πρῶτον, καὶ ἀποκαταστήσει πάντα·

11 Ieſus autem reſpondens dixit eis, Elias quidem veniet primùm, & reſtituet omnia:

11 At ille reſpõdẽs ait eis, Elias quidem uenturus eſt primùm, & reſtituet omnia:

Λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι Ἠλίας ἤδη ἦλθε, καὶ οὐκ ἐπέγνωσαν αὐτὸν, ἀλλ' ἐποίησαν ἐν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν· οὕτω καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου μέλλει πάσχειν ὑπ' αὐτῶν.

12 Sed dico vobis, Eliam iam veniſſe, ᵛqué non agnouerũt, ſed fecerunt ᵛei quæcunque voluerũt: ita futurum eſt vt & Filius hominis patiatur ab eis.

12 Dico autem uobis quia Elias iam uenit, & non agnouerunt eum: ſed fecerunt in eo quæcunque uoluerunt. ſic & Filius hominis paſſurus eſt ab eis.

Τότε συῆκαν οἱ μαθηταὶ ὅτι περὶ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ εἶπεν αὐτοῖς.

13 Tunc intellexerunt diſcipuli eum de Iohanne Baptiſta hæc ſibi dixiſſe.

13 Tunc intellexerunt diſcipuli quia de Iohanne Baptiſta dixiſſet eis.

Καὶ ἐλθόντων αὐτῶν πρὸς τὸν ὄχλον, προσῆλθεν αὐτῷ ἄνθρωπος, γονυπετῶν αὐτῷ,

14 Et quum veniſſent ad turbã, adiit eum ᵛquidam, ᵛaccidẽs ei ad genua,

14 Et quũ uenuſſet ad turbam, acceſſit ad eum homo genibus prouolutus ante eum,

Καὶ λέγων, Κύριε ἐλέησόν μου τὸν υἱόν, ὅτι σεληνιάζεται, καὶ κακῶς πάσχει· πολλάκις γὰρ πίπτει εἰς τὸ πῦρ, καὶ πολλάκις εἰς τὸ ὕδωρ.

15 Et dicens, Domine miſerere filii mei, quoniam ᵛlunaticus eſt, & ᵛmalè afficitur: nam ſæpe cadit in ignem, & ſæpe in aquam.

15 Dicens, Domine miſerere filio meo, quia lunaticus eſt, & malè patitur: nam ſæpe cadit in ignẽ, & crebrò in aquam.

6 Ceciderunt in faciem ſuam, ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν. Phraſis Hebræa, נפלו על-פניהם. id eſt proni adorarunt. Timuerunt, ἐφοβήθησαν. Eraſmus ſuo more, Territi ſunt, per paſſiuum: quum tamen actiuæ ſit ſignificationis φοβῶ μαι.

8 Sublatis autem, ἐπάραντες δέ. Vulgata, Leuantes. Eraſmus per periphraſin minimè neceſſariam, Vbi verb ſuſtuliſſent. Hoc interdum vnico verbo ἀναβλέπω declaratur: vt ſuprà, 14.b.19.

9 Nemini, μηδενὶ. Eraſ. Necui, μή τινι, vt ſuprà, 16.c.20.

11 Quę non agnouerunt, καὶ οὐκ ἐπέγνωσαν αὐτόν. In nono exemplari ſcriptum erat, καὶ οὐκ ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν, & non crediderunt ei. Ei, εἰς αὐτόν. ad verbum, In eo. In vetuſtis duobus codicibus deerat præpoſitio ἐν.

14 Quidam, εἷς ἄνθρωπος. In duobus exẽplaribus additur τις. id eſt homo quidam: quod expreſſit Eraſmus. Accidens ei ad genua, γονυπετῶν αὐτῷ. Vulg. Prouolutus ante eum. id eſt κυλισθεὶς ἐπὶ τὰ γόνατα αὐτοῦ. Eraſmus, Flectens genua illi. Atqui γονυπετῶν (vt ipſe Eraſmus obſeruauit in annotationibus) amplius aliquid ſignificat, eum nimirum ſupplicantium geſtum quem depingit elegantiſſimè Homerus Iliad. α, in extremo, vbi Thetidem deſcribit Ioui ſupplicantem.

15 Lunaticus eſt, σεληνιάζεται. Lunatici vocantur qui certis lunæ temporibus comitiali morbo, lycanthropia, cynanthropia, & qui ea melancholia morbo laborant quæ Græcis medicis θηριώδης (id eſt fera & immanis) dicitur, aut alio furoris genere agitantur: de quibus poeta in hunc modum, Quàm multos etiam furiis hinc ſæpe videmus Vexari, ſortémque animo indignamur acerbam. Quorum etiam meminit Iuriſconſultus Paulus in l. Bouem. Tit. de Ædilitio edicto. Cæterùm hoc ita accipiendum eſt hoc quidem loco vt ad morbum naturalem ſciamus diabolicum quoque furorem acceſſiſſe, ſicut indicant ea quæ paulo pòſt commemorantur. Sunt autem hæc diſtinguenda, ne in eorum errorem incidamus qui profanè ridere ſolent quæcunque de dæmoniacis ſacræ literæ teſtantur, quaſi hæc omnia videlicet ad naturales morbos pertineãt: quã ſuprà, 4.d.24, apertè lunatici à dæmoniacis diſtinguantur, & profana illa opinio infinitis Scripturæ locis poſſit conuinci. Malè afficitur, κακῶς πάσχει. In vno codice legimus, κακῶς ἔχει. Vulg. ad verbum, Malè patitur. Eraſ. Miſerè affligitur, αἰκίως θλίβεται.

Mar.9.c.14 luc.9.c.37

Καὶ προσήνεγκα αὐτὸν τοῖς μαθηταῖς σου, καὶ οὐκ ἠδυνήθησαν αὐτὸν θεραπεῦσαι.

16 ‖Et ᵛobtuli eum discipulis tuis, nec potuerunt eum sanare.

16 *Et obtuli eum discipulis tuis, & non potuerunt curare eum.*

Infrà 20.b.17 mar.9.c.31 luc.9.f.44

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν, Ὦ γενεὰ ἄπιστος καὶ διεστραμμένη, ἕως πότε ἔσομαι μεθ' ὑμῶν; ἕως πότε ἀνέξομαι ὑμῶν; φέρετέ μοι αὐτὸν ὧδε.

17 Respondens autem Iesus dixit, O natio incredula & ᵛperuersa: ᵛquousque tandé ero vobiscum? quousque tandem ᵛtolerabo vos? adducite mihi eũ huc.

17 *Respondens autem Iesus ait, O generatio incredula & peruersa, quousque ero uobiscum? usquequo patiar uos? afferte huc illum ad me.*

Καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐξῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ τὸ δαιμόνιον· καὶ ἐθεραπεύθη ὁ παῖς ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης.

18 Et ᵛobiurgauit dæmonium Iesus, exiitque illud ab eo: & sanatus est puer ex illo momẽto.

18 *Et increpauit illum Iesus, & exijt ab eo dæmonium: & curatus est puer ex illa hora.*

Τότε προσελθόντες οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰησοῦ κατ' ἰδίαν, εἶπον, Διατί ἡμεῖς οὐκ ἠδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτό;

19 Tunc adeuntes discipuli Iesum priuatim, dixerunt, Quare nos non potuimus illud eiicere?

19 *Tunc accesserunt discipuli ad Iesum secretò, & dixerunt, Quare nos non potuimus ejicere illum?*

Luc.17.b.6

Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Διὰ τὴν ἀπιστίαν ὑμῶν. ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ἐὰν ἔχητε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, ἐρεῖτε τῷ ὄρει τούτῳ, Μετάβηθι ἔνθεν ἐκεῖ, καὶ μεταβήσεται· καὶ οὐδὲν ἀδυνατήσει ὑμῖν.

10 Iesus autẽ dixit eis, Propter incredulitatẽ vestram. ‖amen quippe dico vobis, si habeatis fidem ᵛquantulum est granum sinapis, dicetis monti huic, ᵛDemigra hinc illuc: & demigrabit: & nihil impossibile erit vobis.

10 *Dixit illis Iesus, Propter incredulitatem uestrã. amen quippe dico uobis, si habueritis fidẽ sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Transi hinc illuc: & transibit: & nihil impossibile erit uobis.*

Τοῦτο δὲ τὸ γένος οὐκ ἐκπορεύεται εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ.

21 Hoc verò genus *dæmoniorum* non ᵛegreditur nisi per precationem & ieiunium.

21 *Hoc autem genus non ejicitur nisi per orationẽ & ieiunium.*

Ἀναστρεφομένων δὲ αὐτῶν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Μέλλει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων.

22 ‖Versantibus autem ipsis in Galilæa, dixit eis Iesus, Futurũ est vt Filius hominis tradatur in manus ᵛhominum.

22 *Conuersantibus autem illis in Galilæa, dixit illis Iesus, Filius hominis traditus est in manus hominum.*

Καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτόν, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθήσεται. Καὶ ἐλυπήθησαν σφόδρα.

23 Et trucidabunt eum, sed tertio die suscitabitur. Et ᵛcontristati sunt vehementer.

23 *Et occident eum, & tertia die resurget. Et contristati sunt uehementer.*

Ἐλθόντων δὲ αὐτῶν εἰς Καπερναούμ, προσῆλθον οἱ τὰ δίδραχμα λαμβάνοντες τῷ Πέτρῳ, καὶ εἶπον, Ὁ διδάσκαλος ὑ-

24 Quum autem veniſſent Capernaum, venerunt ad Petrum qui didrachma accipiunt, dixerúntque, Magiſter veſter

24 *Et quum uenissent Capharnaum, accesserunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei, Magister ue-*

16 Obtuli, προσηνέγκα. In duobus veteribus codicibus legitur ἀνήνεγκαν, id est obtulerunt, pro oblatus est. de quo dicendi genere alibi diximus.

17 Peruersa, διεστραμμένη. Sic Cicero, Roscii oculos peruersissimos fuisse dicit, id est διεστραμμένους ὄμματα. Eras. Distorta. Quousque tandem, ἕως πότε. Sic rectè Erasmus, quum Vetus interpres neglexerit particulam πότε: quæ interdum quidem abundat, sed hic habet suam emphasin. Quum autem bis repetatur, Erasmum miror posteriore loco prætermisisse: quum præsertim ista repetitio pondus addat sententiæ. Tolerabo, ἀνέξομαι: vel ad verbum, Sustinebo. Vulgata & Erasmus, Patiar. Sed aliquid amplius videtur significare ἀνέχεσθαι quàm πάσχειν. Multi enim etiam inuiti & repugnantes multa patiuntur. ἀνέχεσθαι autem dicuntur translatitiè qui volentes onus subeunt, & sub eo perdurant.

18 Obiurgauit dæmonium, ἐπετίμησεν αὐτῷ. Hoc exprimit diserte Lucas infrà 6.e.42. vt neque ambigere debuerit Hieronymus, neque rectè Theophylactus ad puerum retulerit. Est autem ex Hebræorum idiotismo relatiuum præpositum antecedenti, vt infrà, 16.v.23.

20 Quantulum *est* granum sinapis, ὡς κόκκον σινάπεως. Vulgata & Erasmus ad verbum, Sicut granum sinapis: quod quum mihi videretur obscurum & ambiguum in Latino sermone, coacti sumus à verbis Græcis aliquantulum deflectere, vt planius loqueremur. Demigra, μετάβηθι, vel Abi. nam Digrediendi vocabulũ, quo solemus vti in transferendo hoc verbo, nullum hic locum habet.

21 Egreditur, ἐκπορεύεται. Vulgata, Eiicitur. id est ἐκβάλλεται.

22 Versantibus, ἀναστρεφομένων, vel fortassis Reuertentibus: quæ significatio huius vocabuli etiã vsitata est, & nõ malè conuenit huic loco. Nam inde digressus rediit Capernaũ per Galilæam, vt constat ex Marci 9.c.30. Hanc autem posteriorem interpretationem si sequaris, ὡς τὴν Γαλιλαίαν pro εἰς τὴν Γαλιλαίαν positum erit, & ita scriptum inuenimus in vno vetere codice. Hominum, ἀνθρώπων. In vno exemplari additur ἁμαρτωλῶν. id est peccatorum: quo vocabulo Gentes intelliguntur à fœdere Dei alienæ. Auget enim hæc quoque circunstantia sceleris atrocitatem.

23 Contristati sunt, ἐλυπήθησαν. Erasmus, Mœrore affecti sunt: qui tamen verterat ἐλυπήθη, indoluit, suprà, 14.a.9.

μὴ οὐ τελῆ τὰ δίδραχμα;

Λέγει, Ναί. Καὶ ὅτε εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον, προέφθασεν αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, λέγων, Τί σοι δοκεῖ, Σίμων; οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς ἀπὸ τίνων λαμβάνουσι τέλη, ἢ κῆνσον; ἀπὸ τῶν υἱῶν αὐτῶν, ἢ ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων;

Λέγει αὐτῷ ὁ Πέτρος, Ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων. Ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἄρα γε ἐλεύθεροί εἰσιν οἱ υἱοί.

Ἵνα δὲ μὴ σκανδαλίσωμεν αὐτούς, πορευθεὶς εἰς τὴν θάλασσαν, βάλε ἄγκιστρον, καὶ τὸν ἀναβαίνοντα πρῶτον ἰχθύν, ἆρον· καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, εὑρήσεις στατῆρα· ἐκεῖνον λαβὼν δὸς αὐτοῖς ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιη.

ΕΝ ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ προσῆλθον οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰησοῦ, λέγοντες, Τίς ἄρα μείζων ἐστὶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν;

Καὶ προσκαλεσάμενος ὁ Ἰησοῦς παιδίον, ἔστησεν αὐτὸ ἐν μέσῳ αὐτῶν,

Καὶ εἶπεν, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ στραφῆτε, καὶ γένησθε ὡς τὰ παιδία, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

Ὅστις οὖν ταπεινώσει ἑαυτὸν ὡς τὸ παιδίον τοῦτο, οὗτός ἐστιν ὁ μείζων ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

Καὶ ὃς ἐὰν δέξηται παιδίον τοιοῦτον ἓν ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἐμὲ δέχεται.

non ᵛsoluit ᵛdidrachma?

Dicit, Etiam. Et quum ingressus fuisset domum, prævenit eum Iesus, dicens, Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributa aut censum? ᵛà filiis suis, an ab alienis?

Dicit ei Petrus, Ab alienis. Ait ei Iesus, ᵛNempe igitur liberi sunt filii.

Sed ne offendamus eos, profectus ad mare, mitte hamum: & eum piscem qui ᵛascenderit primus, tolle: & aperto ore eius, inuenies ᵛstatêrem: acceptum illum da eis ᵛpro me & pro te.

CAP. XVIII.

EO ipso tempore adierunt Iesum discipuli, dicentes, ᵛQuisnam maximus est in regno cælorum?

Et quum aduocasset ᵛpuerulum Iesus, statuit eum in medio eorum,

‖Et dixit, Amen dico vobis, nisi ᵛconuersi fueritis, & fiatis vt pueruli, nequaquam ingrediemini in regnum cælorum.

Quisquis igitur ᵛdemiserit seipsum sicut est puerulus iste, is est maximus ille in regno cælorum.

Et quisquis exceperit aliquē puerulum talem in nomine meo, me excipit.

ſter non ſoluit didrachma?

Ait, Etiam. Et quū intraſſet in domum, præuenit eum Ieſus, dicens, Quid tibi videtur Simō? Reges terræ à quibus accipiunt tributum uel cenſum? à filiis ſuis, an ab alienis?

Et ille dixit, Ab alienis. Dixit illi Ieſus, Ergo liberi ſunt filij.

Vt autem non ſcandalizemus eos, uade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcem qui primus aſcenderit tolle: & aperto ore eius, inuenies ſtatērem: illum ſumens, da eis pro me & te.

CAP. XVIII.

In illa hora accęſſerūt diſcipuli ad Ieſum, dicentes, Quis putas maior eſt in regno cælorum? Mar.9.c.33 luc.9.d.46

Et aduocauit Ieſus paruulum, ſtatuit eum in medio eorum,

Et dixit, Amen dico uobis, niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. Infrà 19.b.24 1.cor.14.d.20

Quiſcunque ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, hic eſt maior in regno cælorum.

Et qui ſuſceperit unum paruulum talem in nomine meo, me ſuſcipit.

14 Non, οὐ. Hæc particula nihil hîc negat, ſed interrogat, vt alibi ſæpe. Eraſmus, Num. quo aduerbio fere vtimur quum negatum eſſe volumus id de quo quærimus. Itaque Non videtur huic loco optimè conuenire. Soluit, τελῶ. id eſt ſoluere ſolet. Didrachmata τὰ δίδραχμα. Hoc eſt ſicli Sanctuarii dimidium, quod Iſraelitæ pendebant olim ex Lege ſcripta Exodi 30.b.13. Romani verò poſtea exegerunt, Iudæis ſubactis. qua de re ſic ſcribit Ioſephus, de Veſpaſiano loquens, Stipendiū vbicunque degerent, Iudæis indixit, quos binas drachmas ſingulis annis inferre in Capitolium iuſſit, ita vt antea Hieroſolymorum templo ſolebant.

25 A filiis ſuis, ἀπὸ τῶν υἱῶν αὐτῶν. Hic mihi dubium non eſt quin Filiorum nomen propriè accipiatur. Nam ſi Hebræorum more filios intelligi dicas pro veris & naturalibus, quos vocant, ſubiectis, quibus opponantur populi vi armorum ſubacti, falſa fuerit Petri reſponſio, quum ne ipſi quidem Romani ciues à tributo eſſent immunes: vt docet Dionyſius libro Antiquitatum quarto.

26 Nempe igitur, ἄρα γε. Vulg. & Eraſ. Ergo. Vide ſuprà 7.c.10.

27 Aſcenderit, ἀναβαίνοντα, ad hamum videlicet. Eraſ. Prodierit. quod reſpondet τῷ προῖόντι, vel ἐξιόντι. Statērem, στατῆρα. Is igitur numus erat tetradrachmus: ſicut etiam veteres teſtantur: ita tamen vt à ſtatēre aureo diſtinguatur, quorum alii vnciales, id eſt octo drachmarum, alii didrachmi fuerunt. Pro, ἀντὶ, id eſt, ὑπέρ. Nam propriè ἀντὶ πινος ſignificat Loco aut vice alicuius. Vide Mar.10.f.45.

IN CAPVT XVIII.

1 Quisnam, τίς ἄρα. Vulg. Quis putas. Eraſ. Quis: omiſſa particula expletiua, quam tamen Latini videntur exprimere, ipſo etiam approbante infrà, 24.d.45.

2 Puerulum, παιδίον. Vulg. Paruulum: quod non tam eſt ætatis quàm ſtaturæ. itaque meritò reprehenditur. Eraſ. Puellum.

3 Conuerſi fueritis, στραφῆτε. Phraſi Hebræa dictum eſt pro reſipueritis, vt alibi docuimus.

4 Demiſerit, ταπεινώσει. Vulgata ad verbum, Humiliauerit. Nam ταπεινὸν grammatici dictum volunt quaſi ἐδαφῶδες: ſicut humilis Latinis ab humo dicitur. Sed humiliandi verbum apud idoneos authores nō legi. Demiſſum autē eundem eſſe cum humili, vel illud Cic. indicat ex 5. Tuſc. Non eſt auſus, inquit, elatè & amplè loqui, quum humiliter demiſſéque ſentiret.

Mar. 9 f. 42 luc. 17 a. 1

Ος δ' ἂν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων τῶν πιστευόντων εἰς ἐμέ, συμφέρει αὐτῷ ἵνα κρεμασθῇ μύλος ὀνικὸς εἰς τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ καταποντισθῇ ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης.

6 ‖Quisquis autem offenderit aliquē ex paruis istis qui in me credunt, præstiterit ei vt suspē datur mola asinaria in collo eius, ac demergatur in profundo maris.

6 Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credūt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.

Οὐαὶ τῷ κόσμῳ ἀπὸ τῶν σκανδάλων. ἀνάγκη γάρ ἐστιν ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα· πλὴν οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ δι' οὗ τὸ σκάνδαλον ἔρχεται.

7 Væ mundo ab offendiculis. necesse est enim vt eueniāt offendicula: veruntamen væ homini illi per quem offendiculum euenit.

7 Væ mundo à scandalis. necesse est enim ut ue niant scandala: uerumtamen uæ hominī illi per quem scandalum uenit.

Supra 5. c. 30 mar. 9. f. 43

Εἰ δὲ ἡ χείρ σου ἢ ὁ πούς σου σκανδαλίζει σε, ἔκκοψον αὐτὰ, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ· καλόν σοί ἐστιν εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν χωλὸν ἢ κυλλόν, ἢ δύο χεῖρας ἢ δύο πόδας ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον.

8 ‖Si verò manus tua vel pes tuus facit vt tu offendas, excinde ea, & abiice abs te. bonum est tibi ad vitam ingredi claudum aut mācum potius quàm duas manus vel duos pedes habentem coniici in ignem æternum.

8 Si autem manus tua uel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & proiice abs te. bonum tibi est ad uitam ingredi debilem uel claudum, quàm duas manus uel duos pedes habentem uti mitti in ignem æternum.

Καὶ εἰ ὁ ὀφθαλμός σου σκανδαλίζει σε, ἔξελε αὐτὸν, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ· καλόν σοί ἐστι μονόφθαλμον εἰς τὴν ζωὴν εἰσελθεῖν, ἢ δύο ὀφθαλμοὺς ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός.

9 Et si oculus tuus facit vt tu offendas, erue eum, & abiice abs te: bonum est tibi luscum ingredi in vitam, potius quàm duos oculos habentem coniici in gehennam ignis.

9 Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proiice abs te: bonum tibi est unumoculum habentem in uitam intrare, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.

Ὁρᾶτε μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τούτων· λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι οἱ ἄγγελοι αὐτῶν ἐν οὐρανοῖς διὰ παντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς.

Psal. 34. b. 8

10 Videte ne contemnatis aliquem ex paruis istis: ‖dico enim vobis, angelos eorum in cælis per omne tempus videre faciem Patris mei qui in cælis est.

10 Videte ne contemnatis unum ex his pusillis: dico enim uobis quia angeli eorum in cælis semper uident faciem Patris mei qui in cælis est.

Luc. 19. b. 10

Ἦλθε γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου σῶσαι τὸ ἀπολωλός.

11 ‖Venit enim Filius hominis vt seruet quod perierat.

11 Venit enim Filius hominis saluare quod perierat.

Luc. 15. a. 4

Τί ὑμῖν δοκεῖ; ἐάν γένηταί τινι ἀνθρώπῳ ἑκατὸν πρόβατα, καὶ πλανηθῇ ἓν ἐξ αὐτῶν, οὐχὶ ἀφεὶς τὰ ἐνενήκοντα ἐννέα, ἐπὶ τὰ ὄρη πορευθεὶς ζητεῖ τὸ πλανώμενον;

12 ‖Quid vobis videtur? si fuerint alicui homini centum oues, & errauerit vna ex eis, nōne relictis ipsis nonagintanouē, profectus in montes, quærit eam quæ aberrauerat?

12 Quid uobis uidetur? si fuerint alicui centum oues, & errauerit una ex eis, nonne relinquit nonaginta nouem in montibus, & uadit quærere eam quæ errauit?

6 Paruis, τῶν μικρῶν. Vulg. & Eras. Pusillis. Præstiterit ei, συμφέρει αὐτῷ. Ad verbum, Confert ei. Sed hoc videtur comparatè accipiendum, sicut fecimus, mutato etiam tempore. Sic etiam paulo pòst videtur καλὸν vsurpari pro ἄμεινον. Vulg. & Eras. Expedit. Asinaria, ὀνικὸς. id est grandis: vt opponatur trusatili, sicut annotat Hilarius. Nonnulli de mola inferiore intelligunt, quæ ὄνος vocatur, & crassior esse solet, quum superiori substernatur. In vno manuscripto exemplari scriptum inuenimus λίθος μυλικὸς, lapis molaris. In, ἐπὶ. Vetusta exemplaria pleraque scriptum habebant εἰς: in vno tamen legimus ἐπὶ, circa. Latini in hoc dicendi genere fere vtuntur præpositione de, vel ex.

Profundo, πελάγει. id est τῇ θαλάσσῃ. Dicitur enim πέλαγος quod Latini altum vocant. postea verò pelagus pro ipso mari cœptum est vsurpari: & ita interpretatus essem nisi adderetur τῆς θαλάσσης.

8 Facit vt tu offendas, σκανδαλίζῃ σε. Vide suprà, 5. c. 29, & 30. Ea, αὐτὰ. Vulgata, Eum. id est αὐτὸν.

Potius quàm, ἤ. Aut καλὸν positum est pro ἄμεινον, aut subauditur μᾶλλον, sicut apud Homerum in illo versiculo, βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι, lib. Iliad. a. Et in illo impio senario, Δίκαι' ὀλέσθαι μᾶλλον ἢ φανῆναι κακός. Sic quoque apud Hebræos fere subauditur particula מִן ante לְ, vt Psal. 118. b. 8, & 9. item Prouerb. 3. b. 13.

In, εἰς. Vulgata & Erasmus, Ad. id est ἐπὶ. Nam etiam permutantur sæpe istæ præpositiones, sicut apud Hebræos ב pro אֶת.

9 Luscum, μονόφθαλμον. Vulgata, Vnum oculum habentem. Ego autem cum Erasmo Luscum interpretari malui. Nam luscus Latinis dicitur qui altero captus est oculo, non is quem Galli vulgò vocant un louche, Latini strabonem, Græco etiam vocabulo.

10 Per omne tempus, διὰ παντός. Subauditur χρόνου, quod ego expressi. Neque video cur minus Latinè dicatur Per omne tempus, quàm Ad omne tempus. Vulgata tamen & Erasmus interpretari solent, Semper. id est ἀεί.

11 Venit enim, ἦλθε γάρ. Tota hæc periodus in nonnullis Græcis codicibus non reperitur.

12 Homini, ἀνθρώπῳ. Vetus interpres vel hoc nō legit, vel prætermisit, sed nulla sensus iniuria: quāuis, nisi exprimas, subaudiri necesse sit, vt vis comparationis intelligatur. Profectus in montes, ἐπὶ τὰ ὄρη πορευθείς. Erasmus Veterem interpretem sequutus vertit, In montibus, & vadit. Coniungit enim ἐπὶ τὰ ὄρη cum

præcedentibus: quo modo etiam legit Theophylactus, per montes cælum intelligens. Sed hoc dicendi genus non ita est vsitatum, & in plerisque antiquis exemplaribus hæc ita distincta sunt vt ἐπὶ πάντα coniungatur cũ participio πορευθείς: quod melius conuenit.

Καὶ ἐὰν γένηται εὑρεῖν αὐτό, ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι χαίρει ἐπ' αὐτῷ μᾶλλον ἢ ἐπὶ τοῖς ἐνενηκονταεννέα τοῖς μὴ πεπλανημένοις.

13 Quod si acciderit vt inueniat eam, amẽ dico vobis, gaudet super ea magis quàm super illis nonagintanouẽ quæ non aberrarunt.

13 *Et si contigerit ut inueniat eam, amen dico uobis quia gaudet super eam magis quàm super nonagintanouẽ quæ nõ erranerunt.*

Οὕτως οὐκ ἔστι θέλημα ἔμπροσθεν τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν οὐρανοῖς ἵνα ἀπόληται ἕνα τῶν μικρῶν τούτων.

14 Ita nõ vult Pater vester qui in cælis est, vt pereat vnus ex paruis istis.

14 *Sic non est uoluntas ante Patrem uestrũ qui in cælis est, ut pereat unus de pusillis istis.*

Ἐὰν δὲ ἁμάρτῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, ὕπαγε καὶ ἔλεγξον αὐτὸν μεταξὺ σοῦ καὶ αὐτοῦ μόνου· ἐάν σου ἀκούσῃ, ἐκέρδησας τὸν ἀδελφόν σου·

15 ‖Si verò peccauerit in te frater tuus, veni, & argue eum inter te & ipsum solum: si te audierit, lucratus es fratrem tuum:

15 *Si autem peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipsum solum: si te audierit, lucratus eris fratrẽ tuum:* Leuit.19.d.17 eccles.19.b.13 luc.17.a.3 iac.5.d.18

Ἐὰν δὲ μὴ ἀκούσῃ, πάρλαβε μετὰ σοῦ ἔτι ἕνα ἢ δύο· ἵνα ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων ἢ τριῶν σταθῇ πᾶν ῥῆμα.

16 Sin verò te non audierit, accipe tecum adhuc vnum aut duos: ‖vt in ore duorum aut trium testium stabile sit omne verbum.

16 *Si autem te non audierit adhuc tecum adhuc unum uel duos: ut in ore duorum uel trium testium stet omne uerbum.* Deut.19.b.5 iohan.8.b.17 2.cor.13.a.1 hebr.10.a.28

Ἐὰν δὲ παρακούσῃ αὐτῶν, εἰπὲ τῇ ἐκκλησίᾳ· ἐὰν δὲ καὶ τῆς ἐκκλησίας παρακούσῃ, ἔστω σοι ὥσπερ ὁ ἐθνικὸς καὶ ὁ τελώνης.

17 Quòd si neglexerit eos audire, dic Ecclesiæ: quòd si Ecclesiam audire neglexerit, sit tibi velut quispiam Ethnicus & publicanus.

17 *Quòd si non audierit eos, dic Ecclesiæ: si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus.* 1.Cor.5.c.9 2.thess.3.d.14

14 Non vult Pater vester, οὐκ ἔστι θέλημα ἔμπροσθεν τοῦ πατρὸς ὑμῶν. Vulg.& Eras. ad verbum, Non est voluntas coram Patre vestro. qui Hebraismus mihi visus est obscurior. Vnus, ἑνός. Ita scriptum reperimus in veteribus codicibus. Erasmus autem mauult legere ἕν, vt subaudiatur πρόσωπον.

15 In te, εἰς σέ. Id est, te tantùm conscio. Falluntur enim qui de priuatis iniuriis hoc accipiunt, quum Christus nihil aliud voluerit his verbis quàm occulta peccata à manifestis distinguere. Itaque peccare in aliquem dicitur non modò qui priuatim eum lædit, sed etiam qui eo tantùm conscio vel in Deum vel in alium quemuis peccat. Veni, ὕπαγε. Vulg. Vade. Ex antecedente intelligitur consequens, Hebræorum more. Vide suprà, 14.v.49.

16 In ore, ἐπὶ στόματος. Hebraicè, פי-על. id est sermone ac testimonio. Sic enim accipitur interdum Oris vocabulum pro sermone & loquutione: vt Num.3.c.16. atque adeo pro tacito etiam testimonio, id est quum res ipsa per se loquitur, vt infrà, 21.v.16. Stabile sit, σταθῇ. id est, ratum firmúmque habeatur: quod Hebræis explicatur verbo יקום. Verbum, ῥῆμα. Hebraicè דבר, id est negotium de quo agitur.

17 Neglexerit audire, παρακούσῃ. id est, non sit audire dignatus, aut se audire dissimularit. Nam hoc significat παρακούειν: sicut παροράν dicuntur qui non dignantur aspicere, vel fingunt se non videre. Vulgata & Erasmus, Non audierit. id est μὴ ἀκούσῃ. Ecclesiæ, ἐκκλησίᾳ. Quidam nuper conuertit Reipublicæ, huc fortasse respiciens quòd in Iudicum consortium etiam Leuitæ & Sacerdotes olim in Repub. Israelitica legebantur, aut quia existimauit de negotiis forensibus hîc agi: quod etiamsi illi concederem, minimè tamen ipsius interpretationem approbarem, quum Reipub. vocabulum pro ipso Senatus aut populi conuentu vsurpari non soleat: vt quid illud sit, dicere Reipub. vix à quoquam intelligi posse videatur. Sed de animi offensionibus hîc agi & Senatu ecclesiastico, (cuius iurisdictio à politici magistratus functione, in Ecclesia præsertim Christiana, apertissimè distinguitur) vel ex eo constat quod de ligando & soluendo postea commemoratur. Neque enim Christus politicas leges præscribit. Hæc autẽ potestas ac iurisdictio penes eos erat qui ἀρχιερωσύνην propterea vocantur Mar.5.v.22. & huius consuetudinis exemplum extat apud Iohã.9.d.22, item 12.f.42. itẽ 16.a.2. vt apud Iudæos idem fuisse videatur pœnæ genus, ἀποσυνάγωγον γίνεσθαι, atque apud Christianos excommunicari. Porro de Ecclesiæ vocabulo diximus suprà, 16.c.18. Sed notandum est turpiter errare qui ex hoc loco confici volunt, de singulis rebus referendum esse ad totius multitudinis cœtum. Aiunt enim Ecclesiæ nomen nusquam aliter accipi: quod vel ex hoc ipso lôco falsum esse conuincitur. Nam certè tanquam de Iudæis hæc dici apparet saltem ex eo quod addit, Sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. Sed iudicia de his rebus penes Seniores fuisse apud Iudæos, nec semper cogi consueuisse totum populi cœtum, omnes illarum rerũ scriptores testantur. & certè nisi Christus ad suorum temporum consuetudinem totum hunc sermonem accommodasset, quis eum loquentem intellexisset? Quòd si quis excipiat, tyrannicam fuisse illam consuetudinem, ne id quidem verè dixerit, quum Christus sic loqui non potuerit quin eum morem vt legitimum approbaret. Neque verò quum hæc dico Oligarchiam volo in Ecclesiam Dei inuehere, sed doceo Aristocratiam Christianam non esse nouum aliquod institutum, Dei verbo & democratiæ Ecclesiasticæ repugnans: sicut nonnulli ex vnica vocula temere arrepta sunt arbitrati. Postremò obseruandum etiam est Ecclesiæ nomẽ hoc vno loco totius Noui testamẽti de Iudæis dici: quorũ generales cœtus solẽt Synagogæ peculiari nomine vocari. Itaque Euangelista pro Seniorum collegio ἐκκλησίαν dixit. Lucas autem προσβυτέριον τοῦ λαοῦ, 22.v.66. Vide infrà, Marci 5.v.22. Quispiã Ethnicus, ὁ ἐθνικός. id est profanus & alienus à religione. Nam solent sacri scriptores ἔθνη & ἐθνικοὺς Græcè vocare eos qui Hebraicè גוים dicuntur. id est, qui erãt alieni à Repub. Israelis, & fœdere promissionis non comprehendebantur: vt ait Paulus Ephes.2.c.12. Latini ecclesiastici postea (quorum authoritatem libens sequor) Ethnicos Græco nomine appellarunt. Articulum autẽ conati etiam sumus exprimere, qui hoc quidem loco est ἀόριστος. itaque interpretati sumus particula indefinita Quispiam.

1.Ioh.20.c.23

Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅσα ἐὰν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένα ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ ὅσα ἐὰν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένα ἐν τῷ οὐρανῷ.

18 Amen dico vobis, ‖quæcunque ligaueritis in terra, erunt ligata in cælo: & quæcũque solueritis in terra, erunt soluta in cælo.

18 *Amen dico uobis, quæcunque alligueritis super terram, erunt ligata & in cælo: & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo.*

Πάλιν λέγω ὑμῖν ὅτι ἐὰν δύο ἐξ ὑμῶν συμφωνήσωσιν ἐπὶ τῆς γῆς, περὶ παντὸς πράγματος οὗ ἐὰν αἰτήσωνται, γενήσεται αὐτοῖς παρὰ τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς.

19 Rursum dico vobis, si duo ex vobis cõsenserint in terra, quodcunque petierint, fiet eis à Patre meo qui in cælis est.

19 *Iterum dico uobis, quòd si duo ex uobis consenserint super terram, de omni re quãcunque petierint, fiet illis à Patre meo qui in cælis est.*

Οὗ γάρ εἰσι δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν.

20 Vbi enim sunt duo vel tres coacti in nomine meo, illic sũ in medio eorum.

20 *Vbi enim sunt duo uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.*

Τότε προσελθὼν αὐτῷ ὁ Πέτρος εἶπε, Κύριε, ποσάκις ἁμαρτήσει εἰς ἐμὲ ὁ ἀδελφός μου, καὶ ἀφήσω αὐτῷ; ἕως ἑπτάκις;

Luc.17.c.4

21 Tunc adiens eum Petrus dixit, Domine, quoties peccabit in me frater meus, & remittã ei? an ‖vsque septies?

21 *Tũc accedẽs Petrus ad eum dixit, Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittã ei? usque septies?*

Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Οὐ λέγω σοι ἕως ἑπτάκις, ἀλλ' ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτά.

22 Dicit ei Iesus, Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies.

22 *Dixit illi Iesus, Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies.*

Διὰ τοῦτο ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ βασιλεῖ, ὃς ἠθέλησε συνᾶραι λόγον μετὰ τῶν δούλων αὐτοῦ.

Luc.17.c.4

23 Propterea simile est regnũ cælorum regi, qui voluit conferre rationem cum seruis suis.

23 *Ideo assimulatũ est regnũ cælorũ homini regi, qui uoluit rationẽ ponere cum seruis suis.*

Ἀρξαμένου δὲ αὐτοῦ συναίρειν, προσηνέχθη αὐτῷ εἷς ὀφειλέτης μυρίων ταλάντων.

24 Et quum cœpisset conferre, oblatus est ei quidam debitor decies mille talentorum.

24 *Et quũ cœpisset rationẽ ponere, oblatus est ei unus qui debebat ei decem millia talenta.*

Μὴ ἔχοντος δὲ αὐτοῦ ἀποδοῦναι, ἐκέλευσεν αὐτὸν ὁ κύριος αὐτοῦ πραθῆναι, καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ τὰ τέκνα, καὶ πάντα ὅσα εἶχε, καὶ ἀποδοθῆναι.

25 Quum autem is non posset hæc reddere, iussit cũ dominus eius venundari, & vxorẽ eius, & liberos, & omnia quæ habebat, & reddi *debitum*.

25 *Quũ autẽ nõ haberet unde redderet, iussit eũ dominus eius uenũdari, & uxorẽ eius, et filios, et omnia quæ habebat, & reddi.*

Πεσὼν οὖν ὁ δοῦλος προσεκύνει αὐτῷ, λέγων, Κύριε, μακροθύμησον ἐπ' ἐμοί, καὶ πάντα σοι ἀποδώσω.

26 Procidens ergo seruus ille adorabat eum, dicens, Domine, differ iram erga me, & omnia tibi reddam.

26 *Procidens autẽ seruus ille orabat eũ, dicens, Patiẽtiam habe in me, & omnia reddam tibi.*

18 In cælo, ἐν τῷ οὐρανῷ. Quæ hoc loco philosophatur Origenes in hoc genere dicendi, quum paulo ante Christus Petrum alloquens, 16.c.19, dixerit plurali numero, ἐν τοῖς οὐρανοῖς, (si quidem hæc sunt Origenis) non modò inepta sunt, sed etiam Hebræorum linguæ summam arguunt imperitiam. Appellant enim Hebræi cælos plurali numero שמים, & in vno vetere exemplari diserte scriptum inuenimus ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Res ipsa denique ostendit istas speculationes prorsus vanas esse & inanes.

19 Rursum, πάλιν. In antiquis omnibus codicibus additum erat ἀμὴν, amen. Consenserint, συμφωνήσωσιν. Translatio est à corpore ad animum. nam de voce & cantu propriè id dicitur. Quodcunque, περὶ παντὸς. Vulg. ad verbum, de omni re, quod etiam videtur coniungi posse cum verbo μφωνήσωσιν, consenserint.

21 An vsque, ἕως. vel, vt Erasmus, Num vsque. Vide suprà, 16.b.13.

22 Septuagies septies, ἑβδομηκοντάκις ἑπτά. Ad verbum, Septuagies septem, videlicet peccata. Sed tamẽ potius videtur ἑπτὰ pro ἑπτάκις positum ex Hebræorum more, apud quos שבע vtrunque declarat.

25 Non posset reddere, μὴ ἔχοντος ἀποδοῦναι, ἔχειν pro ἀποδώσειν (id est habere pro posse) frequẽter ponitur. Itaque hæc interpretatio simplicissima est. Vulg. Non haberet vnde redderet. Erasmus, etiam longius à Græcis recedẽs, Non esset soluẽdo. quod Græcis significat οὐκ εἶναι τῷ ἀποδοῦναι. Reddi *debitum*, ἀποδοθῆναι. Subaudi τὸ ὀφειλόμενον, vt loquitur infrà, d.30. Erasmus, Fieri solutionem, sensu rectè expresso.

26 Ergo, οὖν. Vulgata & Erasmus, Autẽ, id est δέ. Seruus ille, ὁ δοῦλος. In tribus vetustis codicibus, additur ἐκεῖνος, ille. quo modo etiam legit Vetus interpres: quanuis appositus articulus satis declaret αὐτὸν φησὶν. Adorabat, προσεκύνει. Admonet Erasmus se in nonnullis exemplaribus legisse παρεκάλει. id est precabatur. pro quo Vetus interpres, Orabat: nisi corrupta sint exemplaria. Sed suspicor corruptum fuisse locum à sciolo quopiam, qui ciuilem adorationem in Oriente passim vsurpatam, non potuit à Dei cultu distinguere.

Differ iram erga me. μακροθύμησον ἐπ' ἐμοί. Hoc loco θυμὸς iram significat, & quidem præcipitem, quam Galenus propriè ἐξοξυθυμίαν appellat: iræ acerbitatem & præcipitationem dicere possumus: quod Cicero excandescentiam cõmodissimè interpretari videtur: animum autem Horatius in illo versiculo, Ira furor breuis est, animum rege. Vnde & animosi Græcis dicuntur θυμώδεις, vel θυμηδεῖς, atque adeò θυμοί. Est autẽ Galeno nõ parua differentia inter ἐξοξυθυμίαν καὶ χαλεπότητα: quo modo etiam apud Latinos non tantùm inter iram præcipitis, sed etiam inter acerbæ vehementisque iracundiæ homines & animosos differentia maxima est. Iram igitur qui differre & cohibere possunt, dicuntur μακροθύμους: quos nonnulli longanimes vocant, vocabulo parum La-

parum La-

Latino. & μακροθυμία idē penè eſt quod πραότης, lenitas & clementia: quæ tamē à lentitudine, aut animi deſponſione & demiſſione (quàm Græci quoque ἀθυμίαν vocāt) diſtinguitur. Neceſſariò autem periphraſin quæſiui, ſed quæ vocabuli etymon oſtenderet. Vulg. Patientiam habe. Eraſ. Eſto patiens. non ſatis propriè, ni fallor.

Σπλαγχνισθεὶς δὲ ὁ κύριος τοῦ δούλου ἐκείνου ἀπέλυσεν αὐτὸν, καὶ τὸ δάνειον ἀφῆκεν αὐτῷ.

17 Commotus autem miſericordia dominus ſerui illius, dimiſit eum, & mutuū remiſit ei.

17 *Miſertus autem dominus ſerui illius dimiſit eum, & debitum dimiſit ei.*

Ἐξελθὼν δὲ ὁ δοῦλος ἐκεῖνος εὗρεν ἕνα τῶν συνδούλων αὐτοῦ, ὃς ὤφειλεν αὐτῷ ἑκατὸν δηνάρια· καὶ κρατήσας αὐτὸν ἔπνιγε, λέγων, Ἀπόδος μοι εἴ τι ὀφείλεις.

18 Egreſſus verò ſeruus ille inuenit vnum ex conſeruis ſuis, qui debebat ei centum denarios: & prehenſum eū ſuffocabat, dicēs, Redde quod debes.

18 *Egreſſus autem ſeruus ille inuenit unum de cōſeruis ſuis, qui debebat ei centum denarios: & tenens ſuffocabat eum, dicens, Redde quod debes.*

Πεσὼν οὖν ὁ σύνδουλος αὐτοῦ εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, παρεκάλει αὐτὸν, λέγων, Μακροθύμησον ἐπ' ἐμοὶ, καὶ πάντα ἀποδώσω σοι.

19 Proiectus ergo conſeruus eius ad eius pedes, precabatur eum, dicēs, Differ in mē erga me, & omnia reddam tibi.

19 *Et procidens conſervus eius rogabat eum, dicēs, Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.*

Ὁ δὲ οὐκ ἤθελεν· ἀλλ' ἀπελθὼν ἔβαλεν αὐτὸν εἰς φυλακὴν, ἕως οὗ ἀποδῷ τὸ ὀφειλόμενον.

30 Ille verò noluit: ſed abiens coniecit eum in carcerem, quouſque redderet debitum.

30 *Ille autem noluit: ſed abiit, & miſit eum in carcerem, donec redderet debitum.*

Ἰδόντες δὲ οἱ σύνδουλοι αὐτοῦ τὰ γενόμενα, ἐλυπήθησαν σφόδρα· καὶ ἐλθόντες διεσάφησαν τῷ κυρίῳ αὐτῶν πάντα τὰ γενόμενα.

31 Quū autē vidiſſent conſerui eius quæ facta fuerāt, cōtriſtati ſunt vehementer: & quum veniſſent, declararunt domino ſuo omnia quæ facta fuerant.

31 *Videntes autem conſerui eius quæ fiebant, contriſtati ſunt valde: & venerunt, & narrauerunt domino ſuo omnia quæ facta fuerant.*

Τότε προσκαλεσάμενος αὐτὸν ὁ κύριος αὐτοῦ, λέγει αὐτῷ, Δοῦλε πονηρὲ, πᾶσαν τὴν ὀφειλὴν ἐκείνην ἀφῆκά σοι, ἐπεὶ παρεκάλεσάς με·

31 Tunc eo aduocato dominus ipſius dixit ei, Serue male, totū debitum illud remiſi tibi, quia precatus es me:

31 *Tunc vocauit illum dominus ſuus, & ait illi, Serue nequam, omne debitum dimiſi tibi, quoniā rogaſti me:*

οὐκ ἔδει καὶ σὲ ἐλεῆσαι τὸν σύνδουλόν σου, ὡς κἀγώ σε ἠλέησα;

33 Nónne oportuit & te miſereri conſerui tui, vt & ego tui miſertus ſum?

33 *Nónne ergo oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum?*

Καὶ ὀργισθεὶς ὁ κύριος αὐτοῦ παρέδωκεν αὐτὸν τοῖς βασανισταῖς, ἕως οὗ ἀποδῷ πᾶν τὸ ὀφειλόμενον αὐτῷ.

34 Tunc iratus dominus eius tradidit eum tortoribus, vſquequo redderet id omne quod ſibi debebatur.

34 *Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet vniuerſum debitum.*

Οὕτω καὶ ὁ πατήρ μου ὁ ἐπουράνιος ποιήσει ὑμῖν, ἐὰν μὴ ἀφῆτε ἕκαστος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἀπὸ τῶν καρδιῶν ὑμῶν τὰ παραπτώματα αὐτῶν.

35 Ita & Pater meus cæleſtis faciet vobis, niſi remiſeritis ſuo quiſque fratri ex cordibus veſtris, offenſas eorum.

35 *Sic & Pater meus cæleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis unuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris.*

Κεφάλαιον ιθ'

CAP. XIX.

CAP. XIX.

Καὶ ἐγένετο, ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς τοὺς λόγους τούτους, μετῆρεν ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἦλθεν εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰουδαίας, πέραν τοῦ Ἰορδάνου.

1 Et factum eſt, quum finiſſet Ieſus ſermones iſtos, ſoluit à Galilæa, & venit in fines Iudææ, traiecto Iordane.

1 *Et factum eſt, quum conſummaſſet Ieſus ſermones iſtos, migrauit à Galilæa, & venit in fines Iudææ trans Iordanem.* Mar. 10. a.

17 Dimiſit, ἀπέλυσεν. Eraſ. Abſoluit. Atqui (ni fallor) abſoluere dicitur debitor qui ſoluit quod debet: non creditor, qui debitum condonat. Mutuum, δάνειον. Vul. Debitum. ἀφείλημα. Eraſ. Æs alienum.

18 Suffocabat, ἔπνιγε. Eraſm. longo vſus circuitu, Obtorto colle trahebat ſenſu tamen fideliter expreſſo. Quod, ὅ, π. In omnibus vetuſtis legitur ὅτι, ſiquidem: ſed perperam, ni fallor.

19 Ad pedes eius, πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ. Hæc omiſſa ſunt à Vetere interprete & ab Eraſm. quæ tamen in omnibus noſtris vetuſtis codicibus Græcis reperimus. Omnia, πάντα. Hoc deerat in ſex veteribus codicibus, nec tamen videtur redundare. 30 Abiens, ἀπελθών. Vel abundat hoc participiū, ex vulgata loquendi cōſuetudine, ſicut pleraque alia: vel ſimplicem motū declarat. Neque enim exiſtimādus eſt creditor ab illius latere diſcedere, ſed potius illū per vim rapere in carcerem. Itaque rectius fortaſſis verterimus Pergens ꝙ Abiens.

31 Quæ facta fuerant, τὰ γενόμενα. In quibuſdā codicib⁹ legitur γινόμενα, quæ fiebāt: quo modo vertit Eraſ. & Vetus interpres. Declararunt, διεσάφησαν. Vulg. Narrarunt: id eſt, διηγήσαντο.

33 Nónne oportuit, οὐκ ἔδει. In quodam exemplari additur οὖν, ergo. 35 Offenſas eorum, τὰ παραπτώματα αὐτῶν. Hæc non legit Vetus interpres, neque Hieronymus: ſed, niſi addās, abſolutè ponetur verbum ἀφιέναι: quod vix alibi reperias. Præterea in omnibus Græcis codicibus hæc ſcripta inuenimus.

IN CAPVT XIX.

1 Finiſſet, τελέσας. Vulgata & Eraſmus, Conſummaſſet: quod melius reſpondet compoſito συντελῶν. Interdum tamen etiam conſummandi vocabulo vtimur, præſertim in paſſiuo, vt amphiboliam vitemus.

10 Soluit, μετῆρεν. Vulgata, Migrauit. Eraſmus, Demigrauit, id eſt μετῴκησεν: vterque impropriè, quū hic agatur

h.i.

de nauigatione, & proprio vocabulo sit vsus Euangelista. Traiecto Iordane, πέρα τοῦ Ἰορδάνου. Vulgata & Erasmus ad verbum, Trans Iordanem. Sed illo modo malui conuertere, ne existimaret lector Iordanē medium fuisse inter Iudæam & Galilæam. Describitur enim hoc loco non situs Iudææ, sed iter quo Dominus contendit in Iudæam, nimirum per eam regionem quæ Peræa dicitur, vt apertius explicat Marcus, qui addit, πέρα τοῦ Ἰορδάνου, quum posset Christus per Samariam non traiecto lacu, in Iudæam peruenire.

Καὶ ἠκολούθησεν αὐτῷ ὄχλοι πολλοί· καὶ ἐθεράπευσεν αὐτοὺς ἐκεῖ.

2 Et sequuta est eum turba multa, sanauítque eos illic.

2 Et sequuta sunt eum turbæ multæ: & curauit eos ibi.

Καὶ προσῆλθον αὐτῷ οἱ Φαρισαῖοι πειράζοντες αὐτὸν, καὶ λέγοντες αὐτῷ, Εἰ ἔξεστιν ἀνθρώπῳ ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν;

3 Tunc adierunt eum Pharisæi, tentantes eum, & dicentes ei, Licéne homini ᵛ dimittere vxorem suam quauis ex causa?

3 Et accesserunt ad eũ Pharisæi tentantes eum, & dicentes, Si liceat homini dimittere uxorem suã quacunque ex causa?

Gen.1.d.14

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Οὐκ ἀνέγνωτε ὅτι ὁ ποιήσας ἀπ' ἀρχῆς, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς;

4 Ille verò respondens dixit eis, ᵛ Non legistis ‖opificem ab initio fecisse masculum & fœminam?

4 Qui respondens ait eis, Non legistis quia qui fecit ab initio masculum & fœminam fecit eos?

Gen.2.d.24
1.corint.6.d.16
ephes.5.g.31

Καὶ εἶπεν, Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ· καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν.

5 Et dixisse, Propterea ᵛ relinquet homo patrem & matrē, & agglutinabitur vxori suæ: & ᵛ qui duo fuerant, erunt vna caro.

5 Et dixit, Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una.

Ὥστε οὐκέτι εἰσὶ δύο, ἀλλὰ σὰρξ μία. ὃ οὖν ὁ Θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω.

6 Itaque non amplius sunt duo, sed vna caro. quod ergo Deus ᵛ coniunxit, homo ne ᵛ seiungat.

6 Itaque iam non sunt duo, sed una caro. quod ergo Deus coniunxit, homo non separet.

Deut.24.a.1

Λέγουσιν αὐτῷ, Τί οὖν Μωσῆς ἐνετείλατο δοῦναι βιβλίον ἀποστασίου, καὶ ἀπολῦσαι αὐτήν;

7 Dicunt ei, Cur ergo ‖Moses mandauit dare libellum discessionis, & eam dimittere?

7 Dicunt illi, Quid ergo Moyses mandauit dare libellum repudii, & dimittere?

Λέγει αὐτοῖς, Ὅτι Μωσῆς πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν, ἐπέτρεψεν ὑμῖν ἀπολῦσαι τὰς γυναῖκας ὑμῶν· ἀπ' ἀρχῆς δὲ οὐ γέγονεν οὕτω.

8 Dicit eis, Moses ᵛ pro duritia cordis vestri ᵛ permisit vobis dimittere vxores vestras: cæterùm à principio non fuit ita.

8 Ait illis, Quoniã Moyses ad duritiam cordis uestri permisit uobis dimittere uxores uestras: ab initio autem non fuit sic.

supr.4,5.a.32
mar.10.b.11
luc.16.d.18
1.cor.7.b.11

Λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, εἰ μὴ

9 Dico autē vobis, ‖quicunque dimiserit vxorem suã, nisi

9 Dico autem uobis, quia quicunque dimiserit uxo-

3 Dimittere, ἀπολῦσαι. De hoc verbo diximus suprà cap.1.c.19. Erasmus, Diuortium facere: periphrasi minimè (vt opinor) necessaria. Quauis ex causa, κατὰ πᾶσαν αἰτίαν; Vel, In quouis crimine? Nam αἰτία & causam & crimen declarat. In vno exemplari legimus αἰτίαν, peccato.

4 Non, οὐκ. Id est, annon: de quo diximus suprà, capite decimosexto, b.13. Opifex, ὁ ποιήσας. Vulgata & Erasmus ad verbum, Qui fecit: quod perobscurum est, nisi addideris αὐθρωπον: id est hominem. Placuit igitur potius ex Hebræo idiotismo accipere pro participio absoluto, id est ברא vel יוצר, vt loquuntur Hebræi. Græci disertiores dicerent ὁ δημιουργός. Latinè autem verbali nomine hoc explicandum est. Sic etiam suprà 8.d.33, appellatione τοῦ βοσκήματος intelliguntur pastores. Fecisse, ἐποίησεν. Sustulimus pronomen αὐτοὺς, eos: quia sic redundat ex Hebr. idiotismo, vt sensum huius loci possit etiam perturbare in Latino sermone.

5 Relinquet, καταλείψει. Vulgata, Dimittet: quod respondet τῷ ἀφήσει. Erasmus, Deseret. quod durius est, & melius videtur respondere τῷ ἐγκαταλείψει. Agglutinabitur, προσκολληθήσεται. Vulgata, Adhærebit, αἰνίξεται. Erasmus, quem hîc sequor, optimè expressit Græcum vocabulum, quo significatur arctissima coniunctio viri & vxoris, quasi glutine coniunctorum. Qui duo fuerant, erũt vna caro, ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Vulg. & Erasm. ad verbum, Erunt duo in carne vna. vel in carnem vnam. Ego putaui primùm expliçandam esse vim articuli οἱ, quo significatur conditio coniugum ante matrimonium: quod commodissimè exprimeremus totidem verbis vernacula nostra lingua, Les deux seront une personne. Latinè verò non item. Deinde illustrandus est omnino hic Hebraismus, quo vix quicquam dici potest obscurius in Latino sermone. Itaque sciendum est verbum ἔσονται, erunt, accipi pro γενήσονται, id est fient: vt in illis dicendi formulis, Esto mihi in protectorem, Eris nobis in caput. Præterea præpositio à Latinis exprimi non solet in hoc dicendi genere, nisi quum dicimus, Esse pro amico, id est amici loco: quod Hebræi dicerent Esse in amicum. qui sensus huic loco non conuenit. Denique vna caro nihil aliud declarat quàm vnum corpus: vt explicatur 1. Cor.7.b.16. quem Hebraismum retinuimus, quia non est tã obscurus quin facilè intelligi possit: quũ frequentissimè soleat in Sacris scriptoribus occurrere. Hic ergo sensus est, Qui ante duo erãt homines, incipiũt quasi vnus homo esse. quod ipse postea explicat.

6 Coniunxit, συνέζευξεν. Inde coniuges dicti, & coniugium: quod vocabulum Græco penitus respondet, seruata etiam translatione à iugo. Erasmus, Copulauit. Seiungat, χωριζέτω. Vulgata & Erasmus, Separet. quod vocabulum melius exprimitur τῷ ἀφορίζετω, vt alibi diximus. Neque tamen ignoro, seiungere opponi τῷ συνέζευξεν, quo verbo vtitur Euripides de hac eadē re (id est de matrimonii dissolutione) loquens. Sed quũ necessariò quærendum esset synonymum, illud præ cæteris delegi quod cum superiore συνέζευξεν pugnat ex diametro.

8 Pro duritia cordis vestri, πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν. Hoc loco πρὸς accipitur vel pro κατὰ, vt apud Plutarchum, πρὸς ἀρετὴν, id est, habita virtutis ratione, & pro meritis: vel pro διὰ, vt apud Aristophan. πρὸς ταῦτα, pro διὰ ταῦτα, id est idcirco: quæ vtraque significatio conuenit Latinæ præpositioni Pro. Dicunt

enim Latini, Pro amore mutuò, id eſt, Amoris mutui cauſa: & Pro loco vel tempore, id eſt quod ἐπὶ τόπου dicitur pro loci & temporis qualitate. Vulgata & Eraſmus ad verbum, Ad duritiã cordis veſtri. Permiſit, ἐπέτρεψεν. Lex moralis quam vocant, ſimpliciter præcipit bona, & prohibet mala, quoniam conſcientiam ſpectat: leges autem ciuiles, ſi bene ſunt conſtitutæ, nihil quidem præcipiunt quod Deus prohibuerit, & nihil prohibẽt quod Deus præceperit, ſed improbitate hominũ cogũtur multa duntaxat moderari, quæ penitus tollere non poſſũt: & hæc ſunt quæ permitti legibus dicuntur. Exempli cauſa, Fœnerari prohibet Chriſtiana charitas: fœnus tamẽ, propter hominum commercia magiſtratus vident ſe ſimpliciter prohibere non poſſe. Itaque, quod vnum reliquum eſt, fœneris modum certum conſtituunt. An verò propterea fœnerari bona conſcientia licet? Minimè profectò. Neque enim à ciuilibus legibus ſed ex Dei verbo petẽda eſt conſcientiæ regula. Imò ne ciuiles quidem leges probant ſed damnant potius quod duntaxat tolerant, cogente hominum improbitate. Sic etiam Dominus per Moſen ciuiles leges condens, non præcepit diuortia: (ita enim fuiſſet ſibi contrarius) ſed iis à quibus impetrari non poterat vt vxores retinerent, præcepit vt vxoribus darent diuortii libellum, nempe vt iis aduerſus maritorum ſæuitiam conſuleretur. Nec tamen propterea deſinebant adulteri eſſe coram Deo qui vxores repudiabant.

ὅτι πορνείᾳ γαμήσῃ ἄλλην, μοιχᾶται· καὶ ὁ ἀπολελυμένην γαμήσας μοιχᾶται.

ob ſcortationem, & aliã duxerit, eum mœchari: & qui dimiſſam duxerit, mœchari.

9 ob ſcortationem, *ſalua ſit fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimiſſã duxerit, mœchatur.*

Λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, Εἰ οὕτως ἐστὶν ἡ αἰτία τοῦ ἀνθρώπου μετὰ τῆς γυναικός, οὐ συμφέρει γαμῆσαι.

Dicunt ei diſcipuli eius, Si tale eſt negotiũ hominis cum vxore, non expedit contrahere matrimonium.

10 Dicunt ei diſcipuli eius, *Si ita eſt cauſa hominis cum vxore: non expedit nubere.*

Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Οὐ πάντες χωροῦσι τὸν λόγον τοῦτον, ἀλλ' οἷς δέδοται.

Ipſe verò dixit eis, Non omnes capiunt hunc ſermonẽ, ſed quibus datum eſt.

11 Qui dixit illis, *Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt.*

Εἰσὶ γὰρ εὐνοῦχοι οἵτινες ἐκ κοιλίας μητρὸς ἐγεννήθησαν οὕτω· καὶ εἰσὶν εὐνοῦχοι οἵτινες εὐνουχίσθησαν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων· καὶ εἰσὶν εὐνοῦχοι οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω.

Sunt enim eunuchi qui ex matris vtero nati ſunt ita: & ſũt eunuchi qui caſtrati ſunt ab hominibus: & ſũt eunuchi qui ſeipſos caſtrarunt propter regnum cælorum. Qui poteſt capere, capiat.

12 *Sunt enim eunuchi qui de matris vtero ſic nati ſunt: & ſũt eunuchi qui facti ſunt ab hominibus: & ſunt eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnũ cælorũ. Qui poteſt capere, capiat.*

Τότε προσηνέχθη αὐτῷ παιδία ἵνα τὰς χεῖρας ἐπιθῇ αὐτοῖς, καὶ προσεύξηται· οἱ δὲ μαθηταὶ ἐπετίμησαν αὐτοῖς.

[Tunc oblati ſunt ei pueruli vt manus eis imponeret, & precaretur: diſcipuli autem obiurgarunt eos.

13 *Tunc oblati ſunt ei pueruli, vt manus eis imponeret, & oraret: diſcipuli autem increpabãt eos.*

Supra 18.a.13 mar.10.b.13 luc.18.c.15

Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν, Ἄφετε τὰ παιδία, καὶ μὴ κωλύετε αὐτὰ ἐλθεῖν πρός με· τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

Ieſus autem ait, Sinite pueruli, & ne prohibete eos ad me venire. taliũ eſt enim regnum cælorum.

14 *Ieſus verò ait eis, Sinite parvulos, & nolite eos prohibere ad me venire. talium eſt enim regnum cælorum.*

Καὶ ἐπιθεὶς αὐτοῖς τὰς χεῖρας, ἐπορεύθη ἐκεῖθεν.

Et quum impoſuiſſet eis manus, profectus eſt illinc.

15 *Et quum impoſuiſſet eis manus, abiit inde.*

9 Ob ſcortationem, διὰ πορνείαν. Hoc nunquam additurus erat Chriſtus, niſi neglectæ fuiſſent leges in adulteros latæ. Neque enim repudio opus erat vbi capitali ſupplicio dirimebatur matrimoniũ. Vide 1. Corinth. 7. v. 15.

10 Tale eſt, οὕτως ἔχει. Vulgata ad verbum, Ita eſt. Terentius Phormione, Ita ingenium eius fuit. Eraſm. Ad iſtum modum habet. Ἀλλὰ verò non cõuertimus cauſam, ſed negotiũ, vt perſpicuitati ſtuderemus. Contrahere matrimonium, γαμεῖσθαι. Græcis γαμεῖν proprièe de marito dicitur, ſicut γαμίσκεσθαι de vxore: quo modo etiã Latinis vir vxorem ducere dicitur, mulier verò nubere. Sed hoc loco agi videtur de matrimonio in genere. Vide infrà, cap. 22. c. 30.

11 Capiunt, χωροῦσι. Id eſt, recipiunt & admittunt: ſicut tranſlatitiè quoque anguſtum locum dicimus non poſſe res multas capere. vnde χωρητὸς locus dicitur. Alioqui quũ neutrum eſt ὃ χωρεῖ, aliud declarat, vt ſuprà, 15. b. 17. Significat ergo Chriſtus hanc doctrinam in iis locum non habere quibus hoc non datum eſt: quia videlicet non omnium communis, aut in cuiuſuis arbitrio poſita virtus eſt continẽtiæ, ſed rarum eſt donum Spiritus ſanctus: ex quo conſequitur, non temere modò, ſed etiam contra Dei voluntatem facere qui perpetuum cælibatum vouent, quod ipſa etiam experientia oſtendit. Eraſmus per periphraſin, Sunt capaces.

12 Ex vtero, ἐκ κοιλίας. Propriè & ad verbum, E ventre. Certè nemini dubium eſſe poteſt quin de vtero loquatur, vt catachreſis iſta in omnibus linguis locum habeat: ſed quia paulo durior erat Latinis, vt fere ſit poetica, ſequutus ſum Veterem interpretem & Eraſmum. κοιλία porro & μήτρα non modò apud medicos, verumetiam apud reliquos omnes fere ſcriptores, nunc pro ventriculo, nunc pro ventre propriè dicto, nunc pro vtero accipiũtur. Caſtrati ſunt, εὐνουχίσθησαν. Vulgata & Eraſmus, Eunuchi facti ſunt: qui tamen paulo pòſt interpretantur εὐνουχίζειν caſtrare. εὐνοῦχοι autem Græcis medicis (quod etiam inſtitutiones Græcæ libro primo de Adoptionibus teſtantur) generis nomen eſt, quod in ſpadones, thlibias & caſtratos diuiditur. Seipſos caſtrarunt, εὐνούχισαν ἑαυτούς. Id eſt, à coniugio abſtinent, & continentiam ſeruant, ex Dei dono videlicet, vt Deo ſeruiant liberius. Sed hoc ad illam perpetui cælibatus legem non ſpectat.

Mar.10.b.17
Luc.18.d.18

Καὶ ἰδοὺ, εἷς προσελθὼν εἶπεν αὐτῷ, Διδάσκαλε ἀγαθὲ, τί ἀγαθὸν ποιήσω, ἵνα ἔχω ζωὴν αἰώνιον;

16 ‖Et ecce, quidam accedés dixit ei, Magiſter bone, quid boni faciam vt habeam vitam æternam?

16 *Et ecce, vnus accedens ait illi, Magiſter bone, quid bonum faciam vt habeam vitam æternam?*

Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ, Τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεός. εἰ δὲ θέλεις εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν, τήρησον τὰς ἐντολάς.

17 Ipſe verò dixit ei, Cur me ᵛdicis bonum? nullus eſt bonus, niſi vnus, nempe Deus. Si vis autem ad vitã ingredi, ſerua mandata.

17 *Qui dixit ei, Quid me interrogas de bono? vnus eſt bonus, Deus. Si autem vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.*

Λέγει αὐτῷ, Ποίας; Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπε, Τό, Οὐ φονεύσεις, Οὐ μοιχεύσεις, Οὐ κλέψεις, Οὐ ψευδομαρτυρήσεις.

Exod.20.c.13

18 Dicit ei, ᵛQuæ? Ieſus autem dixit, ‖ᵛNõ occides, ᵛNon mœchaberis, Non furaberis, Non dices falſum teſtimonium.

18 *Dicit illi, Quæ? Ieſus autem dixit, Non homicidium facies. Non adulterabis, Non facies furtum, Non falſum teſtimonium dices.*

Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα· καὶ, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν.

19 Honora patrem & ᵛmatrem. ᵛEt, Diliges proximũ tuum vt teipſum.

19 *Honora patrem tuum & matrem tuam. Diliges proximum tuum ſicut teipſum.*

Λέγει αὐτῷ ὁ νεανίσκος, Πάντα ταῦτα ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μου· τί ἔτι ὑστερῶ;

20 Dicit ei adoleſcens, Omnia hæc obſeruauià iuuẽtute mea: ᵛquo adhuc deficior?

20 *Dicit illi adoleſcens, Omnia hæc cuſtodiui à iuuentute mea: quid adhuc mihi deeſt?*

Ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, ὕπαγε, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς· καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ· καὶ δεῦρο, ἀκολούθει μοι.

21 Ait ei Ieſus, Si vis perfectus eſſe, abi, vende ᵛquæ habes, & da ᵛpauperibus: & habebis theſaurum in cælo: & veni, ſequere me.

21 *Ait illi Ieſus, Si vis perfectus eſſe, nade, vende quæ habes, & da pauperibus: & habebis theſaurum in cælo: & veni, ſequere me.*

Ἀκούσας δὲ ὁ νεανίσκος τὸν λόγον, ἀπῆλθε λυπούμενος· ἦν γὰρ ἔχων κτήματα πολλά.

22 Quum audiſſet autem adoleſcẽs eum ſermonem, abiit contriſtatus. ᵛhabebat enim bona multa.

22 *Quum audiſſet autem adoleſcens verbum, abiit triſtis: erat enim habens multas poſſeſſiones.*

17 Dicis, λέγεις. In duobus exemplaribus ita leguntur ſequentia, Τί με ἐρωτᾷς περὶ τοῦ ἀγαθοῦ; εἷς ἐστιν ὁ ἀγαθός. εἰ δὲ θέλεις. id eſt, Quid me interrogas de bono? vnus eſt bonus. Si vis autem, &c. quam lectionem ſequutus eſt Vetus interpres, interpoſito tãtùm Dei nomine. ſic enim vertit, Vnus eſt bonus, Deus. Pro quo mallem dicere, Vnus Deus, bonus eſt: vel addere particulam Nempe, ſicut fecit Eraſmus, ad illuſtrandam ſententiam.

18 Quæ? τίνας, id eſt Ποίας; Nam τὸ ποῖον proprie de qualitate quærit. Sic in vernaculo ſermone vtimur interrogantibus particulis, *quels* & *deſquels*, etiam quum de ſubſtantia quærimus. Non occides, οὐ φονεύσεις: id eſt, Ne occidito. quæ ratio in cæteris præceptis locum habet. Vetus interpres & Eraſmus verterunt per periphraſin, Non facies homicidium. Quod autem attinet ad voculam οὐ, ſolet à Græcis præponi iis quæ πρόσταξις accipiuntur. Non mœchaberis, Οὐ μοιχεύσεις. De hoc alibi diximus.

19 Matrem, μητέρα. In quodam vetere exemplari erat additum pronomen σου, id eſt tuam. Et, καί. Vetus interpres hanc particulam non legit. Origenes autem totum hoc ſuppoſititium eſſe arbitratur, καὶ ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν: primùm, quòd apud Marcum & Lucam nihil addatur eiuſmodi: deinde, quòd res eadem iteretur. Poſtremò, quia quum (vt teſtatur Apoſtolus Rom.13.c.9) his verbis tota Lex contineatur, non conuenit vt dicatur adhuc aliquid ei deeſſe qui hæc omnia præſtiterit. Reſpondeo, Si hoc præſcriptum ſequamur, vt quæ in eadem hiſtoria explicanda apud omnes Euangeliſtas non reperiuntur, ea vt adulterina repudiemus, fore vt bonam Euangeliorum partem deleamus. Deinde hæc iterationis ſpecies facilè excuſari poteſt, nõ modò ſi καὶ dixerimus poni in epexegeſi: (vt in illo Virgilii, Iudicium Paridis, ſpretæque iniuria formæ) ſed etiam ſi rem ipſam ſpectemus. Loquitur enim ὑμαλλαγμένως qui diligere iubet quàm qui vetat dãno afficere. Præterea quanuis in loquendo & ſcribendo frequentius ſoleat præponi totum quidpiam, quod deinde in ſuas partes ſecetur, interdum tamen contrarius ordo inſtituitur, quum nulla ratio prohibeat quominus id rectè fiat. vt 1. Cor.10.g.31. Quod autem ad poſtremam rationem attinet, ea ſatis indicat Origenem non vidiſſe quid hîc ageretur. Neque enim iuuenis iſte verè reſpondit ſeſe præcepta illa omnia impleuiſſe: neque ſua reſponſione hoc illi concedit Dominus: ſed quum longiſsimè abeſſet ab eo quod ſeſe exiſtimabat conſequutum, hunc morbũ in ipſius animo latentem detexit Dominus, propoſito illi veræ charitatis exemplo, ex quo is demum intelligeret quàm temere reſpondiſſet. Sed hîc quoque hallucinatum eſſe Origenem nemo mirabitur, qui ipſius in Epiſtolam ad Romanos commenta legerit, quibus præcipuum religionis noſtræ caput vir ille fœdiſsimè profanauit. Nec minus hallucinantur qui hanc Legis interpretationem accipiũt pro conſilio Euangelico, vt vocant, quod certos quoſdam perfectos obliget. Quaſi verò Chriſtus venerit vt Legem aliquam nouam cõderet, ac nõ potius vt à Legis maledictione nos liberarer.

20 Obſeruaui, ἐφυλαξάμην. Vulg. Cuſtodiui, ſicut & nos ſolemus τὸ φυλάττειν interpretari, ſed diuerſa ſignificatione. Nam cuſtos legum dicitur qui impedit quominus ab aliis violentur. Quo adhuc deficior? Τί ἔτι ὑστερῶ; Ὑστερῶν ſignificat reſtare, & tardius venire. Inde factum vt etiam pro defici accipiatur, neutri abſoluti ſignificatione. Vulgata & Eraſmus, Quid adhuc mihi deeſt?

21 Quæ habes, σου τὰ ὑπάρχοντα. id eſt, bona tua & facultates. Pauperibus, πτωχοῖς. Πτωχοὶ propriè dicũtur mendici: πένητες autem, pauperes, id eſt, qui honeſtam inopiam tolerant. Itaque nonnulli ſuprà 5.a.3, & Lucæ 4.c.8, & 6.c.20, πτωχοὺς malunt conuertere mendicos quàm pauperes. Sed hæc differentia non eſt perpetua. Videtur autem pauperes hîc vocare qui à Solomone dicuntur דלים Prouerb.11.b.9. id eſt, quos inopia totos exedit, qui alia ratione אביונים dicuntur.

22 Habebat enim, ἦν γὰρ ἔχων. Vulg. & Eraſ. ad verbum, Erat enim habens: quem Hebraiſmũ minimè neceſſe

Fuit hoc loco retinere. Bona, κτήματα. Vulgata & Eraſm. ad verbũ, Poſſeſsiones: ſed (ni fallor) apud Latinos nõ tam latè patet hoc vocabulum quàm quæ Græci κτήματα vocant. Illis enim poſſeſsio tantùm fundos declarat, quum κτημάτων appellatione intelligatur quicquid ab aliquo poſsidetur.

Ο δὲ Ἰησοῦς εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι δυσκόλως πλούσιος εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

13 Ieſus autem dixit diſcipulis ſuis, Amen dico vobis, diues difficilè introibit in regnũ cælorum.

13 *Ieſus autem dixit diſcipulis ſuis, Amen dico vobis quia diues difficilè introibit in regnum cælorum.*

Πάλιν δὲ λέγω ὑμῖν, εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος διελθεῖν ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν.

14 Rurſum verò dico vobis, Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire quàm diuitem in regnum Dei introire.

14 *Et iterum dico vobis, Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire quàm diuitẽ intrare in regnũ cælorum.*

Ακούσαντες δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐξεπλήσσοντο σφόδρα, λέγοντες, Τίς ἄρα δύναται σωθῆναι;

15 Hæc autem auditis diſcipuli ſius perculſi ſunt valde, dicentes, Quis ergo poteſt ſeruari?

15 *Auditis autem hiis diſcipuli mirabãtur valde, dicentes, Quis ergo poterit ſaluus eſſe?*

Ἐμβλέψας δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Παρὰ ἀνθρώποις τοῦτο ἀδύνατόν ἐστι· παρὰ δὲ Θεῷ πάντα δυνατά ἐστι.

16 Intuitus autem eos Ieſus dixit eis, Apud homines hoc impoſsibile eſt: apud Deum autẽ omnia poſsibilia ſunt.

16 *Aſpiciens autem Ieſus dixit illis, Apud homines hoc impoſsibile eſt: apud Deum autem omnia poſsibilia ſunt.*

Τότε ἀποκριθεὶς ὁ Πέτρος εἶπεν αὐτῷ, Ἰδοὺ, ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι· τί ἄρα ἔσται ἡμῖν;

17 ‖Tunc reſpondens Petrus dixit ei, Ecce, nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te: quid ergo erit nobis?

17 *Tunc reſpondens Petrus dixit ei, Ecce, nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te: quid ergo erit nobis?* Mat. 10. d. 33 Luc. 18. c. 28

Ο δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ὑμεῖς οἱ ἀκολουθήσαντές μοι, ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ ὅταν καθίσῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, καθίσεσθε καὶ ὑμεῖς ἐπὶ δώδεκα θρόνους, κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ισραήλ.

18 Ieſus autem dixit eis, Amen dico vobis, vos qui ſequuti eſtis me, in regeneratione quũ ſederit Filius hominis in throno gloriæ ſuæ, ſedebitis etiam vos inquam ſuper thronos duodecim, ‖iudicãtes duodecim tribus Iſrael.

18 *Ieſus autem dixit illis, Amen dico vobis, quòd vos qui ſequuti eſtis me, in regeneratione quum ſederit Filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael.* Luc. 22. c. 30

Καὶ πᾶς ὃς ἀφῆκεν οἰκίας, ἢ ἀδελφοὺς, ἢ ἀδελφὰς, ἢ πατέρα, ἢ μητέρα, ἢ γυναῖκα, ἢ τέκνα, ἢ ἀγροὺς, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός μου, ἑκατονταπλασίονα λήψεται, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει.

19 Et quiſquis reliquerit domos, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorẽ, aut liberos, aut agros, cauſa nominis mei, cẽtuplicia accipiet, & vitam æternam hæreditatis iure poſsidebit.

19 *Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorẽ, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam aternam poſsidebit.*

Πολλοὶ δὲ ἔσονται πρῶτοι, ἔσχατοι· καὶ ἔσχατοι, πρῶτοι.

30 ‖Multi autem primi, erunt vltimi: & vltimi, primi.

30 *Multi aũt erũt primi, postremi & nouissimi, primi.* Mar. 10. f. 31 Luc. 13. f. 30

24 Facilius, εὐκοπώτερον, id eſt ἑάδιον. Nam Græcorum copiam aſſequi non poſſumus. Itaque ſæpius quàm velimus vti cogimur ſynonymis. Ad verbum, Leuioris eſt laboris. Camelum κάμηλον. Prouerbialis loquutio, quam apud Thalmudiſtas obſeruauit Caninius. Quidam hoc vocabulo anchoratiũ funem intelligunt, & κάμηλον hac ſignificatione ſcribunt. Ego verò illis aſſentior qui camelum pro animali accipiunt, tantiſper dum illi opinionem ſuam, idonei ſcriptoris alicuius authoritate confirmarint. Introire, εἰσελθεῖν. Eraſmus, Ingredi. quo modo etiam nos pleruque. Sed hic ſtuduimus ſeruare paronomaſiam τῷ διελθεῖν & εἰσελθεῖν. Vtroque tamẽ loco legimus εἰσελθεῖν, in quinque vetuſtis codicibus.

25 Perculſi ſunt, ἐξεπλήσσοντο. Virgilius 9. Æneidos, Obſtupuit magno laudũ perculſus amore Euryalus. Vulgata, Mirabantur, id eſt ἐθαύμαζον. Eraſmus, Expauerunt, id eſt ἐφοβήθησαν. Vide ſuprà, 7. d. 28. Ergo, ἄρα. Hoc loco ἄρα non tãtùm eſt particula interrogans, ſed etiam illatiua, vt grammatici loquũtur. itaque rectè conuerſa eſt quaſi ſcriptum eſſet οὖν: quanuis Eraſmus in annotationibus malit interpretari τίς ἄρα, Quiſnam.

27 Ecce, ἰδοὺ. In quodam exemplari legimus, ἰδοὺ, κύριε, id eſt, Ecce, Domine.

28 In regeneratione, ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ. Hæc ita diſtincta ſunt in quinque veteribus codicibus vt ad ſententiam ſequentem pertineant, quo modo etiam fere legi ſolẽt: in aliis autem ſic vt cum præcedentibus cohæreãt. Si prior illa lectio magis arridet, παλιγγενεσία pro eo die ſumitur quo incipiẽt electi nouam illam vitam viuere, quum videlicet corpore & animo fruentur hæreditate illa cæleſti. Sed ſi cum præcedentibus, id eſt cum participio ἀκολουθήσαντες coniũgamus, regenerationis nomine intelligemus Euangelii prædicationẽ, quod ipſe Chriſtus in terras attulit, quia tum veluti de integro conditus eſt mundus: nec aliter ſolent Prophetæ de Meſsiæ aduentu loqui. Throno, θρόνου. Vulgata & Eraſmus, Sede, id eſt καθέδρας. Thronus autem auguſtius aliquid ſignificare videtur. Gloriæ, δόξης. Hebraiſmus, id eſt glorioſo & maieſtatis pleno.

29 Domos, οἰκίας. In duobus codicibus legimus οἰκίαν, id eſt domum. Centuplicia, ἑκατονταπλασίονα. Vulgata & Eraſmus, Centuplum. Vide Marci 10. b. 30. Hæreditatis iure poſsidebit, κληρονομήσει. Vide ſuprà, 5. a. 5.

Κεφάλαιον κ.

Ομοία γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις ἐξῆλθεν ἅμα πρωῒ μισθώσασθαι ἐργάτας εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ.

Συμφωνήσας δὲ μετὰ τῶν ἐργατῶν ἐκ δηναρίου τὴν ἡμέραν, ἀπέστειλεν αὐτοὺς εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ.

Καὶ ἐξελθὼν περὶ τρίτην ὥραν, εἶδεν ἄλλους ἑστῶτας ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀργούς·

Κἀκείνοις εἶπεν, Ὑπάγετε καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν ἀμπελῶνα, καὶ ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον, δώσω ὑμῖν.

Οἱ δὲ ἀπῆλθον. Πάλιν ἐξελθὼν περὶ ἕκτην καὶ ἐνάτην ὥραν, ἐποίησεν ὡσαύτως.

Περὶ δὲ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν ἐξελθὼν εὗρεν ἄλλους ἑστῶτας ἀργούς, καὶ λέγει αὐτοῖς, Τί ὧδε ἑστήκατε ὅλην τὴν ἡμέραν ἀργοί;

Λέγουσιν αὐτῷ, Ὅτι οὐδείς ἡμᾶς ἐμισθώσατο. Λέγει αὐτοῖς, Ὑπάγετε καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν ἀμπελῶνα, καὶ ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον λήψεσθε.

Ὀψίας δὲ γενομένης λέγει ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος τῷ ἐπιτρόπῳ αὐτοῦ, Κάλεσον τοὺς ἐργάτας, καὶ ἀπόδος αὐτοῖς τὸν μισθόν, ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν ἐσχάτων, ἕως τῶν πρώτων.

Καὶ ἐλθόντες οἱ περὶ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν, ἔλαβον ἀνὰ δηνάριον.

CAP. XX.

1 Simile enim est regnũ cælorũ patrifamiliâs, qui exiit cum prima luce ad conducẽdos operarios quos mitteret in in vineam suam.

2 Pactus autem cũ operariis denario in diem, misit eos in vineam suam.

3 Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stãtes in foro otiosos:

4 Et illis dixit, Abite & vos in vineam, & quodcũque iustum fuerit, dabo vobis.

5 Illi autem abierunt. Rursum egressus circa sextam & nonã horam, fecit itidem.

6 Circa horam autem vndecimam egressus, inuenit alios stantes otiosos, ac dicit eis, Cur hîc statis totum diem otiosi?

7 Dicunt ei, Quia nemo nos cõduxit. Dicit eis, Abite & vos in vineam: & quicquid fuerit iustum accipietis.

8 Quum autem serum diei esset, dicit dominus vineæ procuratori suo, Voca operarios, & redde eis mercedẽ, incipiẽs ab vltimis vsque ad primos.

9 Et quum venissent qui circa vndecimam horam conducti fuerant, acceperunt singuli denarium.

CAP. XX.

1 Similе est regnum cælorum homini patrifamiliâs, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam.

2 Conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam.

3 Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos:

4 Et dixit illis, Ite & vos in vineam, & quodcunque iustum fuerit, dabo vobis.

5 Illi autẽ abierunt. Iterũ autem exiit circa sextam & nonam horam, & fecit similiter.

6 Circa undecimam uerò exiit, & inuenit alios stantes, & dicit illis, Quid hîc statis tota die otiosi?

7 Dicunt ei, Quia nemo nos conduxit. Dicit illis, Ite & vos in vineam.

8 Quũ serò autẽ factum esset, dicit dominus vineæ procuratori suo, Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouissimis vsque ad primos.

9 Quum uenissẽt ergo qui circa undecimã horam uenerant, acceperunt singulos denarios.

IN CAPVT XX.

1 Patrifamiliâs, οἰκοδεσπότῃ. Abundat αὐθρώπῳ, vel pro τινὶ ponitur, ex Hebræi sermonis consuetudine. Sic etiã Herodotus in Thalia dixit αὐτὰρ ἀλωπὸς, Homerus βελεμνήσι αὐδρῶν. Et Salluſtius, Mulier ancilla pro Ancilla quædam. Cũ prima luce, ἅμα πρωΐ. Sic loqui solet Cicero. Nã hoc est quod ait Demosthenes, ἅμα τῇ ἡμέρᾳ. Ad verbum, Cum mane. Vulgatus, Primo mane. Erasmus, Diluculo. id est ὄρθρου. Qui mitteret in vineã suam, εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ. Illud suppleuimus, quoniam deest ex Hebræorum idiotismo, cuius manifestum exemplum inuenio Gen. 45. v. 4.

2 Pactus, συμφωνήσας. Vulgata & Erasmus, Conuentione facta. συμφωνῆσαι (vt diximus 18. c. 19) vocabulum est muſicorum proprium, quum ex diuersis vocibus vnum efficiunt concentum. Inde factum vt pro consentire accipiatur, & in contractibus faciendis communi consensu aliquid pacisci: quo modo etiam Erasmus infrã interpretatur, versu 13. Denario, ἐκ δηναρίου. Vulgata ad verbum, Ex denario. Sed (vt annotat Erasmus) Latini non exprimunt præpositionem. In diem, τὴν ἡμέραν. Subauditur κατὰ distributiua particula: sed cuius non videtur propria significatio hîc vsurpari, quum de vno tantùm die agatur, cui tota vita hominis confertur. Sic Ouidius, Inque diem alipedum ius & moderamen equorũ. Itaque non malè conuertit Vetus interpres Diurno, si sensum spectes. Erasmus autem non item, qui interpretatur, In singulos dies.

3 Egressus, ἐξελθὼν. Quum ter repetatur hoc verbum in hac similitudine, eodem semper modo conuertere malui, quàm modò per participium Egressus, modò per verbum Exiit: sicut video feciſſe Veterem interpretem, quem sequitur Erasmus.

7 Vineam, ἀμπελῶνα. In duobus exemplaribus additum erat μου. id est, meam. Quæ autem sequuntur, καὶ ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον λήψεσθε, id est, Et quicquid fuerit iustum, accipietis: neque apud Veterem interpretem reperitur, neque legitur apud Hieronymum, vt obseruat Erasmus. scriptum tamen inuenimus in omnibus nostris vetustis codicibus.

9 Horam, ὥραν. Subauditur ἦλθον, Venerant in vineam: vel ἐμισθώθησαν, id est, conducti fuerant: quod etiã malo, ne videantur fuisse in mora. Acceperunt singuli denarium, ἔλαβον ἀνὰ δηνάριον. Hoc loco ἀνὰ significat æqualem distributionem, quomodo etiam vsurpatur hodie à medicis in medicamentorum compositionibus. Vulgata, Singulos denarios.

Ελθόντες δὲ οἱ πρῶτοι ἐνόμισαν ὅτι πλείονα λήψονται· καὶ ἔλαβον καὶ αὐτοὶ ἀνὰ δηνάριον.

Λαβόντες δὲ ἐγόγγυζον κατὰ τοῦ οἰκοδεσπότου,

Λέγοντες, ὅτι οὗτοι οἱ ἔσχατοι μίαν ὥραν ἐποίησαν, καὶ ἴσους ἡμῖν αὐτοὺς ἐποίησας, τοῖς βαστάσασι τὸ βάρος τῆς ἡμέρας, καὶ τὸν καύσωνα.

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν ἑνὶ αὐτῶν, Ἑταῖρε, οὐκ ἀδικῶ σε· οὐχὶ δηναρίου συνεφώνησάς μοι;

Ἆρον τὸ σὸν, καὶ ὕπαγε. θέλω δὲ τούτῳ τῷ ἐσχάτῳ δοῦναι ὡς καὶ σοί.

Ἢ οὐκ ἔξεστί μοι ποιῆσαι ὃ θέλω ἐν τοῖς ἐμοῖς; ἢ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρός ἐστιν ὅτι ἐγὼ ἀγαθός εἰμι;

Οὕτως ἔσονται οἱ ἔσχατοι, πρῶτοι· καὶ οἱ πρῶτοι, ἔσχατοι. πολλοὶ γάρ εἰσι κλητοί, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί.

Καὶ ἀναβαίνων ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἱεροσόλυμα, παρέλαβε τοὺς δώδεκα μαθητὰς κατ' ἰδίαν ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ εἶπεν αὐτοῖς,

Ἰδοὺ, ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδοθήσεται τοῖς Ἀρχιερεῦσι καὶ Γραμματεῦσι, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτὸν θανάτῳ·

Καὶ παραδώσουσιν αὐτὸν τοῖς ἔθνεσιν εἰς τὸ ἐμπαῖξαι καὶ μαστιγῶσαι καὶ σταυρῶσαι· καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται.

Τότε προσῆλθεν αὐτῷ ἡ μήτηρ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου, μετὰ τῶν υἱῶν αὐτῆς, προσκυνοῦσα καὶ αἰτοῦσά τι παρ' αὐτοῦ.

Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῇ, Τί θέλεις; Λέγει αὐτῷ, Εἰπὲ ἵνα καθίσωσιν οὗτοι οἱ δύο υἱοί

10 Venientes autem & primi, exiſtimarunt ſe plus eſſe accepturos: ſed acceperũt ipſi quoque ſinguli denarium.

11 Et quum accepiſſent, murmurabãt aduerſus patrẽfamiliâs,

12 Dicentes, Iſti vltimi vnam horam ᵛ opus fecerunt, & eos æquales nobis feciſti, qui portauimus põdus dici, & ᵛ æſtum.

13 Ipſe verò reſpondens dixit vni eorum, ᵛ Amice, non facio tibi iniuriã: nónne denario pactus es mecum?

14 Tolle quod tuum eſt, & abi. volo autem huic vltimo dare vt & tibi.

15 ‖Annon licet mihi quod volo facere ᵛ in meis? an oculus tuus ᵛ malus eſt quia ego bonus ſum?

16 Sic vltimi erunt primi: & primi, vltimi. multi enim ſunt vocati, pauci verò electi.

17 Et aſcendens Ieſus Hieroſolyma, aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos ᵛ priuatim in via, & dixit eis,

18 ‖Ecce, aſcendimus Hieroſolyma, & Filius hominis tradetur principibus Sacerdotũ ac Scribis, & condemnabunt eum morte:

19 ‖Tradéntque eum Gẽtibus, vt illudant, & flagellent, & crucifigant: ᵛ ſed tertia die reſurget.

20 ‖Tunc venit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis ſuis, adorans & petens aliquid ab eo.

21 Ipſe verò dixit ei, Quid vis? Ait ei, Dic vt ſedeãt iſti duo filii

10 Venientes autem & primi, arbitrati ſunt quòd plus eſſẽt acceperi: acceperunt autem & ipſi ſingulos denarios.

11 Et accipientes murmurabant aduerſus patremfamilias,

12 Dicentes, Hi nouiſſimi vnã horam fecerunt, & pares illos nobis feciſti, qui portauimus pondus diei & æſtus.

13 At ille reſpondens vni eorum dixit, Amice, non facio tibi iniuriam: nõne ex denario conuenisti mecum?

14 Tolle quod tuum eſt, & vade. volo autem & huic nouiſſimo dare ſicut & tibi.

15 Aut non licet mihi quod volo facere? an oculus tuus nequam eſt quia ego bonus ſum? *Supra 19.d.13 mar.10.c.31 luc.13.f.40 infrà 22. b. 14*

16 Sic erunt nouiſſimi, primi: & primi, nouiſſimi. multi enim ſunt vocati, pauci verò electi.

17 Et aſcendens Ieſus Ieroſolymam, aſſumpſit duodecim diſcipulos ſecretò, & ait illis,

18 Ecce, aſcendimus Ieroſolymam, & Filius hominis tradetur principibus Sacerdotum & Scribis, & condemnabunt eum morte: *Mar.10 c.33 luc.18.c.31*

19 Et tradent eum Gentibus ad illudẽdum, & flagellendum, & crucifigendum: & tertia die reſurget. *Iſaiæ.18.f.32*

20 Tunc acceſſit ad eum mater filiorum Zebedæi, cũ filiis ſuis adorans, & petens aliquid ab eo. *Mar.10.c.35*

21 Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi, Dic vt ſedeãt hi

11 Opus fecerunt, ἐποίησαν. Hebraicè עבדו. Subauditur autem ἔργον, vt ſit periphraſis, pro ἠργάσαντο. Sic vulgò dicimus, *Qui ont faict une beure*. Vulgata adverbum, Fecerũt. Eraſmus, Fuerunt in opere. Eſt autem illa eclipſis ab Hebræis orta, qui in verbo includunt verbale nomen, vt Pſal.13.b.4, Ne dormiã mortis. videlicet dormitionẽ.

Æſtum, καύσωνα. In duobus exemplaribus ſcriptum eſt hoc vocabulum cum nota interrogationis aut indignationis potius, καύσωνα; æſtum? Solet autem particula καὶ vel ὦν in eiuſmodi dicendi genere, peculiari quadam ſignificatione vſurpari. Sic Virgilius -& quiſquam numen Iunonis adoret Prætereat

13 Amice, ἑταῖρε. Propriè hoc vocabulo ſodalis intelligitur. Neque verò quiſquis ſodalis eſt, amicus eſt: noſtramen alios ſequuti, amicum interpretati ſumus: quòd hoc fere vocabulo ſoleamus ignotos etiam compellare. Sic in vernaculo ſermone quempiam ignorum compellantes, vocamus interdum *compagnon*, Græcam phraſin imitati. Pactus es mecum? ϛυνεφώνησάς μοι; In vno codice legimus, ϛυνεφώνησάς σοι; pactus ſum tecum?

15 In meis τοῖς ἐμοῖς; Si vitare velis amphiboliam, adde appellatiuum cum Eraſmo, In *rebus* meis. id eſt, de meo: ſicut Auguſtinus interpretatur Sermone 59, de Verbis Domini, vt obſeruat Eraſmus. Vetus autem interpres hæc nõ legit. Malus, πονηρός. Id eſt, An inuides iſtis benignitatem meã? Nam Hebræis עין רעה, id eſt, oculus malus, inuidẽtiam declarat, quoniam videlicet elucent huiuſmodi affectus potiſsimùm in oculis. Sed ſuprà 6.c.23, oculus malus pro vitioſo in genere accipi videtur, cui opponitur ſimplex, id eſt purus & ſincerus. quamobrem etiam diſceſſi à Vetere interprete. qui oculum nequam conqueritur.

17 Priuatim in via, &c. κατ' ἰδίαν ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ εἶπεν. In vno exemplari legimus κατ' ἰδίαν· καὶ ἐν τῇ ὁδῷ εἶπεν· id eſt, priuatim: & in via dixit: quam lectionem maximè probo. Vetus autem interpres illud ἐν ὁδῷ non legit.

19 Sed tertia die, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ. Vide ſuprà 13.c.22.

μου, εἷς ἐκ δεξιῶν σου, καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων, ὁ τῇ βασιλείᾳ σου.

mei, vnus ad dextram tuam, & alter ad sinistram, in regno tuo.

dno filii mei, vnus ad dextram tuam, & vnus ad sinistram, in regno tuo.

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν, Οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε. δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον ὃ ἐγὼ μέλλω πίνειν, καὶ τὸ βάπτισμα ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθῆναι; Λέγουσιν αὐτῷ, Δυνάμεθα.

22 Respondens autem Iesus dixit, Nescitis quid petatis. potestis bibere poculum quod ego bibiturus sum, & baptismate quo ego baptizor, baptizari? Dicunt ei, Possumus.

22 Respondens autem Iesus dixit, Nescitis quid petatis. potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Dicunt ei, Possumus.

Καὶ λέγει αὐτοῖς, Τὸ μὲν ποτήριόν μου πίεσθε, καὶ τὸ βάπτισμα ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθήσεσθε· τὸ δὲ καθίσαι ἐκ δεξιῶν μου καὶ ἐξ εὐωνύμων μού, οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται ὑπὸ τοῦ πατρός μου.

23 Tunc dicit eis, Poculum quidem meum bibetis, & baptismate quo ego baptizor, baptizabimini: sedere autem ad dextram meam & sinistram meã, non est meum dare, sed dabitur quibus paratum est à Patre meo.

23 Ait illis, Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam, & sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo.

Καὶ ἀκούσαντες οἱ δέκα ἠγανάκτησαν περὶ τῶν δύο ἀδελφῶν.

Marc.10.g. 41 huc.11.c.15

24 ‖Et quũ hæc audissent alii decem, indignati sunt de duobus fratribus.

24 Et audientes decem indignati sunt de duobus fratribus.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς προσκαλεσάμενος αὐτοὺς, εἶπεν, Οἴδατε ὅτι οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν κατακυριεύουσιν αὐτῶν, καὶ οἱ μεγάλοι κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν.

25 Iesus autem quum eos aduocasset, ait, Scitis principes Gentiũ in eas dominari, & qui magni sunt, licentia vti in eas.

25 Iesus autem vocauit eos ad se: & ait, Scitis quia principes Gentium dominantur eorum: & qui maiores sunt, potestatem exercent in eis.

Οὐχ οὕτως δὲ ἔσται ἐν ὑμῖν· ἀλλ' ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν μέγας γενέσθαι, ἔστω ὑμῶν διάκονος·

26 Verùm non ita erit inter vos: sed quicunque voluerit inter vos magnus fieri, sit vester minister:

26 Non ita erit inter vos: sed quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister:

Καὶ ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν εἶναι πρῶτος, ἔστω ὑμῶν δοῦλος·

27 Et quicunque voluerit inter vos primus esse, sit vester seruus.

27 Et qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus.

Ὡσπερ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι, καὶ

28 Sicut Filius hominis non venit vt sibi ministraretur, sed vt

28 Sicut Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare,

22 Quod ego bibiturus sum, ὃ ἐγὼ μέλλω πίνειν, καὶ τὸ βάπτισμα, &c. In tribus exemplaribus legimus, ὃ ἐγὼ πίνω καὶ τὸ βάπτισμα, &c. quod ego bibo: aut baptismate: in aliis autem duobus, hæc omnia, καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθῆναι; & baptismate quo ego baptizor, baptizari? neque in hoc versiculo, neque in proximo habentur: & iuspicantur nonnulli addita ex Marco, quum apud veterem interpretem non legantur. Sunt autem quasi prouerbialis hæc dicendi genera, quibus fidelium conditio explicatur. Nam primùm omnium metonymicè poculum pro eo accipitur quod poculo continetur. Deinde poculi appellatione intelligitur apud Hebræos modus vel pœnæ quæ peccatis nostris infligitur, (vt Psal. 11. b. 6, & infrà cap. 16. f. 39. vbi Dominus personam nostrã sustinet) vel afflictionis, quæ ad nos probandos & confirmandos immittitur à Deo: vt hoc loco vel lætitiæ, qua cumulantur fideles, vt Psal. 13. a. 5. Significat denique cuiusque sortem & conditionem, vt Psal. 16. a. 5. Porrò Erasmus Veterem interpretẽ meritò in eo reprehendit quòd ποτήριον vertat calicem, id est κύλικα. quod tamen ipse non emendauit infrà, 26. d. 39. Baptismi autem nomen refero ad metaphoram Scripturis familiarem, ac præsertim Dauidi, qui comparantur afflictiones, aquarum gurgitibus, quibus veluti submergantur qui miseriis & calamitatibus vexantur.

23 Dare, δοῦναι. In tribus codicibus legitur, τὸ δοῦναι, id est hoc dare, Hebraica repetitione relatiui. Vetus interpres addit pronomen ὑμῖν, vobis: quã lectionem si sequamur, nihil supplendũ erit in proximo mẽbro. Debitur quibus, οἷς. Erasmus, Iis continget quibus. Sed vocabulum contingentiæ libens refugio, quoties præsertim de iis agitur in quibus decretum Dei æternum nobis proponitur considerandum. Verbũ autem δίδοται, quod in Græco suppletur, Latinè expressi.

24 Alii decem, οἱ δέκα. Addidi particulam Alii, vt vim articuli Græci exprimerem, & amphiboliam Latini sermonis vitarem.

25 In eas dominari, κατακυριεύουσιν αὐτῶν. Cicero de Senectute, Ita enim senectus honesta est, si ad extremum spiritum dominatur in suos. Ita igitur volui exprimere vim præpositionis κατὰ, tum in hoc verbo, tum in eo quod sequitur proximè, resoluta compositione, quod etiam placet Erasmo in annotationibus. Vulgata, Dominantur eorum: duplici errore, quum repetendus sit genitiuus Gentium, & hoc verbum apud Latinos tertio casui iungatur. Sed hoc quoque obseruãdum est quod Erasmus non præteriit, hoc vocabulo, & eo quod proximè consequitur, non quauis dominationem significari, sed cum imperiosa quadam acerbitate coniunctam: quam prohibet Paulus Ephes. 6. b. 9. Sic accipitur Act. 19. c. 16, & 1. Pet. 5. a. 3. Nam alioquin fideles verbi Dei ministri, authoritate funguntur minimè omnium contemnenda, quam paucis explicat Paulus 2. Corinth. 10. a. 4, & deinceps. Ideo etiam interpretatus sum κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν, licentia vtuntur aduersus eas, quum alioquin solemus ἐξουσίαν interpretari authoritatem. Videtur enim licentia plerunque poni in vitio, & tyrannicam illam vocem optimè declarat, Si libet, licet. Potestas autem respondet τῇ δυνάμει. Et Potestatem exercere, quo vtuntur Vetus interpres & Erasmus, non memini legere apud idoneos authores.

26 Sit, ἔστω. In sex vetustis codicibus legimus ἔσται, erit.

δωῦαι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν.

ministraret, darétque animam suam in redemptionis pretium pro multis.

ministrare, & dare animam suam redemptionẽ pro multis. Phil.2.a.7

Καὶ ἐκπορευομένων αὐτῶν ἀπὸ Ιερειχὼ, ἠκολούθησεν αὐτῷ ὄχλος πολύς.

19 ¶Tunc egredientibus ipsis ex Iericho, sequuta est eum turba multa.

19 Et egredientibus illis ab Iericho, sequuta est eum turba multa. Mar.10.g.46 luc. 18.g.35

Καὶ ἰδοὺ, δύο τυφλοὶ καθήμενοι παρὰ τὴν ὁδὸν, ἀκούσαντες ὅτι Ιησοῦς παράγει, ἔκραξαν λέγοντες, Ἐλέησον ἡμᾶς Κύριε, υἱὸς Δαβίδ.

30 Et ecce, duo cæci sedẽtes iuxta viam, quum audissent Iesum prætierire, clamarũt, dicentes. Miserere nostri Domine Fili Dauid.

30 Et ecce, duo cæci sedentes secus viam, audierũt quia Iesus transiret: & clamauerunt, dicentes, Domine miserere nostri, Fili Dauid.

Ὁ δὲ ὄχλος ἐπετίμησεν αὐτοῖς ἵνα σιωπήσωσιν οἱ δὲ μεῖζον ἔκραζον, λέγοντες, Ἐλέησον ἡμᾶς Κύριε υἱὸς Δαβίδ.

31 Turba autẽ obiurgabat eos vt silerent: illi verò magis clamabant, dicentes, Miserere nostri Domine Fili Dauid.

31 Turba autem increpabat eos ut tacerent: at illi magis clamabant, dicentes, Domine miserere nostri, Fili Dauid.

Καὶ στὰς ὁ Ιησοῦς ἐφώνησεν αὐτοὺς, καὶ εἶπε, Τί θέλετε ποιήσω ὑμῖν;

31 Et quũ substitisset Iesus, vocauit eos, & ait, Quid vultis faciam vobis?

31 Et stetit Iesus, & vocauit eos, & ait, Quid vultis ut faciam vobis?

Λέγουσιν αὐτῷ, Κύριε, ἵνα ἀνοιχθῶσιν ἡμῶν οἱ ὀφθαλμοί.

33 Dicũt ei, Domine, vt aperiãtur oculi nostri.

33 Dicunt illi, Domine, ut aperiantur oculi nostri.

Σπλαγχνισθεὶς δὲ ὁ Ιησοῦς ἥψατο τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν· καὶ εὐθέως ἀνέβλεψαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν, καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ.

34 Misericordia autem cõmotus Iesus tetigit oculos eorũ: & statim visum receperunt oculi eorum, & sequuti sunt eum.

34 Misertus autem eorum Iesus tetigit oculos eorũ: & confestim uiderunt, & secuti sunt eum.

Κεφάλαιον κα΄

CAP. XXI.

CAP. XXI.

Καὶ ὅτε ἤγγισαν εἰς Ιερουσαλὴμ, καὶ ἦλθον εἰς Βηθφαγὴ πρὸς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν, τότε ὁ Ιησοῦς ἀπέστειλε δύο μαθητάς,

1 ET quum appropinquassent Hierosolymis, & venissent Beth-phage ad mõtem Olearum, tunc Iesus misit duos discipulos,

1 Et quum appropinquassent Ierosolymis, & uenissent Beth-phage ad montem Oliueti, tunc Iesus misit duos discipulos. Mar.11.a.1 luc.19.d.29

Λέγων αὐτοῖς, Πορεύεσθε εἰς τὴν κώμην τὴν ἀπέναντι ὑμῶν· καὶ εὐθέως εὑρήσετε ὄνον δεδεμένην, καὶ πῶλον μετ' αὐτῆς· λύσαντες ἀγάγετέ μοι.

2 Dicens eis, Ite in vicum qui vobis est ex aduerso, & statim inuenietis asinam ligatam, & pullũ cum ea: soluite, & adducite mihi.

2 Dicens eis, Ite in castellum quod contra uos est. & statim inuenietis asinam alligatam, & pullũ cum ea: soluite & adducite mihi.

Καὶ ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ τι, ἐρεῖτε ὅτι ὁ Κύριος αὐτῶν χρείαν ἔχει· εὐθέως δὲ ἀποστελεῖ αὐτούς.

3 Et siquis vobis aliquid dixerit, dicite. Domino his opus esse: statim enim mittet eos.

3 Et siquis uobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus his opus habet: & confestim dimittet eos.

Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου, λέγοντος,

4 Hoc autem totum factũ est vt impleretur quod dictum est per Prophetam, dicentem,

4 Hoc autem factum est ut adimpleretur quod dictum est per Prophetam, dicentem,

28 In redemptionis pretium, λύτρον. Vulg. Redemptionem. Verùm (vt obseruat Erasmus) τὸ λύτρον ipsam redemptionem non declarat, sed eius pretium: id est, quicquid datur ad eos redimendos qui captiui tenentur. Homerus ἄποινα vocat. Pro multis, ἀντὶ πολλῶν. vide Marci 10.g.45.

29 Egredientibus, ἐκπορευομένων. In vno exemplari legitur in numero singulari, ἐκπορευομένου αὐτοῦ: id est, egrediente eo.

30 Prætierire, παράγει. Vel prætergredi, vt suprà 9.a.9. Sic autem verto vt melius exprimatur præpositio παρά. Vulgata & Erasmus, Transiret: id est, διέρχεται. Domine, Κύριε. Hoc vocabulum in omnibus Græcis codicibus collocatum est post ἡμᾶς. apud Veterem autem interpretem & Erasmum inchoat hoc membrum.

31 Quum restitissent, στάς. Ad verbum, Quum stetisset: quum tamen στάς hoc loco non opponatur sedẽti aut iacenti, sed ambulanti. Vocauit, ἐφώνησεν. Voce videlicet, nõ per alium. Hoc enim potius significat τὸ κελεῦσαι, vel potius τὸ μεταπέμψασθαι.

34 Oculi eorum, αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοί. Hæc non erant in duobus vetustis codicibus, neque etiam reperiuntur apud Veterem interpretem. Vulgata, Viderunt: id est ἐνόησαν. Solent autem Hebræi oculos clausos vocare qui videndi vsu carent, ac proinde dicuntur iis aperiri quibus videndi vsus restituitur.

IN CAPVT XXI.

1 Beth-phage, Βηθφαγὴ. Antiqua omnia legunt Βηθσφαγὴ, id est Bethsphage. Hebræa enim hæc omnia variè sunt à Græcis corrupta. Olearum, ἐλαιῶν. Vulgata, Oliueti, id est ἐλαιῶνος, sicut etiam vocatur Act.1.b.12.

2 Ex aduerso, ἀπέναντι: id est, e regione. Sicut apud Virgilium 1. Æn. Carthago dicitur sita Italiã contra. Sic ab Hebræis quoque vsurpatur נגד.

3 Aliquid dixerit, εἴπῃ τι. In quodam exemplari scriptũ legimus, εἴπῃ, Τί ποιεῖτε; dixerit, Quid facitis? Sta-

tim enim mittet, ἀλλως δὲ χρησιμῶ. Vulgata & Erasmus coniunctionem δὲ interpretantur Etiõn ineptè, modò copulam accipias loco particulæ causalis: quod alibi frequenter occurrit, vt infrà ca. 23. b. 12. sed ego perspicuitati studui, nequem ambiguitas falleret. Porro veteres codices & Theophylactus scriptum habent χρείαν ἔχει, id est, mittit, eodem (vt existimo) sensu, sed mutato tempore futuro in præsens, vt melius significetur illum nullam moram esse interpositurum. Nam ad Iesum & discipulos non placet referre, quum paulo antè dixerit fuisse missos, sed ad dominum asinæ potius, qui auditis discipulis, statim esset illis traditurus asinam cum pullo.

Esa. 62. d. 11. zach. 9. b. 9 iohan. 12. b. 15

Εἰπατε τῇ θυγατρὶ Σιών, Ἰδοὺ, ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι πραΰς, καὶ ἐπιβεβηκὼς ὄνῳ καὶ πώλῳ υἱῷ ὑποζυγίου.

5 ‖Dicite filiæ Sion, Ecce, rex tuus venit tibi mansuetus, & ᵛinsidens asinæ, ac pullo ᵛfilio subiugis asinæ.

5 Dicite filiæ Sion, Ecce, rex tuus venit tibi mansuetus, & ᵛsedens super asinam, & pullum, filium subiugalis.

Πορευθέντες δὲ οἱ μαθηταὶ, καὶ ποιήσαντες καθὼς προσέταξεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς,

6 Profecti sunt autem discipuli, fecerúntque sicut imperarat eis Iesus.

6 Euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit illis Iesus.

Ἤγαγον τὴν ὄνον καὶ τὸν πῶλον, καὶ ἐπέθηκαν ἐπάνω αὐτῶν τὰ ἱμάτια αὐτῶν, καὶ ἐπεκάθισεν ἐπάνω αὐτῶν.

7 Et adduxerunt asinam & pullum, & eis imposuerunt ᵛpallia sua, & ᵛcollocarunt ipsum ᵛsuper ea.

7 Et adduxerunt asinã & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eũ desuper sedere fecerunt.

Ὁ δὲ πλεῖστος ὄχλος ἔστρωσαν ἑαυτῶν τὰ ἱμάτια ἐν τῇ ὁδῷ· ἄλλοι δὲ ἔκοπτον κλάδους ἀπὸ τῶν δένδρων, καὶ ἔστρωνον ἐν τῇ ὁδῷ.

8 Plurima autem turba strauerunt pallia sua in via: alii verò cædebãt ramos ex arboribus, & sternebant in via.

8 Plurima autem turba strauerunt vestimẽta sua in via, alii autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via.

Οἱ δὲ ὄχλοι οἱ προάγοντες καὶ οἱ ἀκολουθοῦντες ἔκραζον, λέγοντες, Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις.

9 Porrò turba ᵛquæ præibat & quæ sequebatur, clamabat, dicẽs, ᵛHosanna Filio Dauid: ᵛbenedictus ᵛqui venit in nomine Domini: hosanna ᵛin excelsis altissimis.

9 Turbæ autem quæ præcedebant & quæ sequebantur, clamabant dicentes, Hosanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine Domini: hosanna in altissimis.

Καὶ εἰσελθόντος αὐτοῦ εἰς Ἱεροσόλυμα, ἐσείσθη πᾶσα ἡ πόλις, λέγουσα, Τίς ἐστιν οὗτος;

10 Et quum introisset Hierosolyma, cõmota est vniuersa vrbs, dicens, Quis est hic?

10 Et quum intrasset Ierosolymam, commota est universa ciuitas, dicens, Quis est hic?

Οἱ δὲ ὄχλοι ἔλεγον, Οὗτός ἐστιν Ἰησοῦς ὁ προφήτης ὁ ἀπὸ Ναζαρὲθ τῆς Γαλιλαίας.

11 Turba autem dicebat, Hic est Iesus ille Propheta ex Nazareth urbe Galilææ.

11 Populi autem dicãt, Hic est Iesus Propheta à Nazareth Galilææ.

5 Filiæ Sion, τῇ θυγατρὶ Σιών. Id est, ciuitati Sion. Nam familiare est Hebræis filiarũ nomen vrbibus ipsis accommodare: cuius phrasis exempla plurima vel vnus Threnorum liber suppeditabit, & aliquoties ita loquitur Pindarus. Insidens asinæ, ἐπιβεβηκὼς ὄνῳ. Propius ad Græcum participium accederet, Conscensa asina: sed quia sub spectaculo exigui temporis Propheta longiorem regni Christi statum descripsit, libenter retinui præsens tempus, quod melius continuum actum (vt loquuntur) exprimit. Nonnulli, propterea quòd hoc loco additur fœmininus articulus, non de asina, sed de asino hoc dictum intelligunt, vt illud χρείαν ἔχει, & pullum, per epexegesin dicatur: quia Christus disertè ab aliis Euangelistis memoratur super pullum sedisse. Et fateor nomẽ עיר quo vtitur Zacharias 9. b. 9, quanuis toti speciei tribuatur, tamen magis proprie de mari intelligi: quum alterum habeant vocabulum Hebræi quo asina significatur, & quo etiam vtitur Propheta in posteriore membro. Sed non temere est quòd Matthæus tum asinæ tum pulli disertè facit mentionem. Iam verò quum in tota hac historia distinguantur ὄνος & πῶλος, necesse non fuit fœmininum articulum exprimere. Quod igitur dicere videtur Propheta Christum super asinam & pullum sedisse, nemo non videt quomodo sit intelligendum. Nam quia pullo quem conscendit Dominus, adiuncta erat asina, pulli videlicet comes, ideo dicitur & matre & pullo vectus fuisse, communi loquendi consuetudine. sicut etiã vernacula nostra lingua dicitur aliquis ire tribus aut quatuor equis, si totidem habeat comites. Filio subiugis ἀσινα, υἱὸν ὑποζυγίου. Subiugalis nomen apud Latinos legere non memini: subiuges autem equas memorat Plinius, sed adiectiuè: ideo expressi appellatiuum. Filii verò vocabulum etiam vsurpat Columella, de onagris loquens, libri 6. c. 37.

7 Pallia, τὰ ἱμάτια. Id est, vestem exteriorem. Vulgata, Vestimenta: quod latius patet, vt alibi diximus. Hic autem videtur de palliis tantùm agi. an enim nudi Christum sequerentur? Collocarunt, ἐπεκάθισεν. Quædã exemplaria legunt, ἐπεκάθισαν, insedit. Et alia rursus ἐκάθισαν, sedit. Super ea, ἐπάνω αὐτῶν. Frobenius excudit ἐπάνω αὐτῆς, super eam, asinam scilicet. Sed ex aliis Euangelistis liquet Dominum vectum fuisse non asina, sed pullo. Lego igitur αὐτῶν plurali numero, & ad vestimenta refero, quibus stratis insedit: vel ad asinam & pullum, vt consentiat Matthæus cum Zacharia'. Quomodo autem intelligendum sit, Dominum vtroque vectum fuisse, quum reliqui Euangelistæ pulli tantùm meminerint, paulo antè diximus. Vetus interpres vertit, Desuper. Itaq; videtur tantùm legisse ἐπάνω, nullo expresso relatiuo.

9 Quæ præibat, προάγοντες. In quodam codice additur αὐτὸν: id est, ei. Hosanna, Ωσαννὰ. Vel Ωσαννὰ, Hosana. Ita enim nos in quibusdam exemplaribus legimus. Nam Hebraicè scriberetur הושענא, vocabulo ex duobus corruptis & per syncopen contractis compositò: quum potius dicendum fuerit הושיעה נא, id est, Serua, vel opitulare quæso. Fuit autem hæc solennis formula acclamationis, ideóque Hebraicè expressa ab Euangelistis: qua vtebantur Iudæi in festo Tabernaculorum, quum ramos gestarent ex Domini mandato, Leuitic. 23. g. 40. Hac de re multa nugatur Plutarchus συμποσιακῶν 4. cap. 5. qui rursus in Thesei vita simile quiddam refert de Athenienſium festo, quod οἰσχοφορία, à gestandis ramis, vocabant: si modò sacra cum profanis licet comparare. In illo igitur festo quum hanc vocem identidem multi ingeminarent, tandem eò ventum est

vt ipſos etiam ſalicum & cæterarum deinceps arborum ramos Hoſanna vocitarent: ſicut quidam noſtri ſeculi vir doctus & diligens obſeruauit ex Rabbinorum libris. Itaque exiſtimat hæc ſignificatione hîc eſſe accipiendum perinde acſi geſtiens turbà declararet ſeſe hos ramos Filio Dauidis ferre, eúmque Deum ac Meſſiam agnoſcere. Nam alioquin (inquit) ſi Hoſanna ſignificat Salua quæſo, quid erit Salua quæſo Filio Dauid? Videtur enim potius dicendum fuiſſe σῶσον δαυίδ, Fili Dauid, vel ὁ ὑὸς δαυίδ, Filium Dauid. At ego malo, propriâ verborum declarationem ſequutus, interpretari, Opitulare quæſo. Neque enim facilè mihi perſuaſerim Chriſtum illo tempore pro Deo habitum, ne ab iis quidem qui eum haberent pro Meſſia. Deinde quæ proximè ſequuntur, ſatis oſtendunt hæc omnia ex Pſalmo 118 eſſe petita, & huiuſmodi acclamationibus plebem proſperum ſucceſſum ſuo Meſſiæ à Domino petiiſſe. Neque eſt cur iſta conſtructio nos moretur, quũ ſæpe etiam reperiatur verbum הושיעה abſolutè poſitum pro opitulari & ſalutem adferre: ſicut liquet ex multis locis, ipſóque adeo verſiculo Pſalmi 118, ex quo hæc eſſe petita diximus. Quinetiam prorſus ſimilis conſtructionis exẽplum habemus Pſalmo 86.c.16. Benedictus, εὐλογημένος. Hebraiſmus, id eſt, Laudandus & extollendus. ſiue, Bene ſit ei qui venit in nomine Domini: quem videlicet Dominus Regem nobis dedit. Qui venit, ὁ ἐρχόμενος. Vel, Is qui venturus erat. Nam (vt alibi annotauimus) hoc verbum etiam tempore præſenti videtur futurum aliquid ſignificare, quum de eo dicatur qui adhuc eſt in via. Et hæc verba fortaſſis reſpiciunt Prophetarum prædictiones de Meſſia. Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις. Hebraiſmus. Quia verò obſcurum erat alioquin hoc dicendi genus, ideo putaui aliquid ſupplendum quo illuſtraretur. Suppleui autem quod maximè viſum eſt accommodatum, quum præſertim ſimilis eclipſis exemplum reperiſſem Pſalmo 148.a.1, & 7. Quòd ſi magis placebit altera ſententia de ſalicum ramis, quos teſtarentur ſe in Dei honorem geſtare, conuertes, Hoſanna *ei qui eſt* in cælis altiſſimis, id eſt Deo.

Καὶ εἰσῆλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐξέβαλε πάντας τοὺς πωλοῦντας καὶ ἀγοράζοντας ἐν τῷ ἱερῷ· καὶ τὰς τραπέζας τῶν κολλυβιστῶν κατέστρεψε, καὶ τὰς καθέδρας τῶν πωλούντων τὰς περιστερὰς.

12 ‖Et introiuit Ieſus in templũ Dei, & eiecit omnes‖ vẽdentes & ementes in templo: mensáſque numulariorum, & cathedras vendẽtium colũbas ˇ ſubuertit.

12 *Et introiuit Ieſus in templum Dei, & eiiciebat omnes vendentes & ementes in templo: & mẽſas numulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit.* Mat.21.b.12 luc.19.g.45 iohan.2.c.13 Deut.4.c.25

Καὶ λέγει αὐτοῖς, Γέγραπται, Ὁ οἶκός μου, οἶκος προσευχῆς κληθήσεται· ὑμεῖς δὲ αὐτὸν ἐποιήσατε σπήλαιον λῃστῶν.

13 Et dixit eis, Scriptum eſt, Domus mea, domus orationis ˇ vocabitur: ‖at vos feciſtis eã ſpeluncam latronum.

13 *Et dicit eis, Scriptum eſt. Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.* Iſa.56.c.7 Ierem.7.d.11

Καὶ προσῆλθον αὐτῷ τυφλοὶ καὶ χωλοὶ ἐν τῷ ἱερῷ· καὶ ἐθεράπευσεν αὐτούς.

14 ‖Tunc venerunt ad eum cæci & claudi in templo: & ſanauit eos.

14 *Et acceſſerunt ad eum cæci & claudi in templo: & ſanauit eos.* Mat.21.c.17 luc.19.g.46

Ἰδόντες δὲ οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς τὰ θαυμάσια ἃ ἐποίησε, καὶ τοὺς παῖδας κράζοντας ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ λέγοντας, Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ, ἠγανάκτησαν.

15 Quum vidiſſent autem principes Sacerdotum & Scribæ mirãda illa quæ fecerat, & pueros clamantes in templo, & dicentes, Hoſanna Filio Dauid, indignati ſunt.

15 *Videntes autem principes Sacerdotum & Scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo & dicẽtes, Hoſanna filio Dauid, indignati ſunt.*

Καὶ εἶπον αὐτῷ, Ἀκούεις τί οὗτοι λέγουσι; Ὁ δὲ Ἰησοῦς λέγει αὐτοῖς, Ναί· οὐδέποτε ἀνέγνωτε, Ὅτι ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον;

16 Et dixerunt ei, Audis quid iſti dicant? Ieſus autem dixit eis, Etiam. nunquam legiſtis, ‖Ex ore infantium & lactentiũ perfeciſti laudem?

16 *Et dixerunt ei, Audis quid iſti dicũt? Ieſus autem dixit eis, Vtique. numquam legiſtis, Quia ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem?* Pſal.8.a.3

Καὶ καταλιπὼν αὐτοὺς, ἐξῆλθεν ἔξω τῆς πόλεως εἰς Βηθανίαν, καὶ ηὐλίσθη ἐκεῖ.

17 Et eis relictis, exiit ˇ extra vrbem in Bethaniam, & diuerſatus eſt illic.

17 *Et relictis illis, abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam, ibíque manſit.*

Πρωΐας δὲ ἐπανάγων εἰς τὴν πόλιν, ἐπείνασε.

18 Manè autem rediens in vrbem, eſuriit.

18 *Manè autem reuertens in ciuitatem, eſuriit.*

Καὶ ἰδὼν συκῆν μίαν ἐπὶ τῆς ὁδοῦ,

19 Et quũ vidiſſet ˇ ficum quan-

19 *Et videns ſici arborem*

12 Subuertit, κατέστρεψε. Idem hic valet κατέστρωσε. Vulgata & Eraſ. Euertit.

13 Vocabitur, κληθήσεται. Id eſt, erit: inde quo Hebraiſmo ſæpe diximus.

16 Etiam, ναί. Vulgata, Vtique. Eraſmus, Quidni? id eſt, πῶς γὰρ οὔ. Perfeciſti, κατηρτίσω: id eſt ἐπλήρωσας. Nam τέλειον idem hic valet quod πλήρη, id eſt, quod omnibus ſuis partibus conſtat, ita vt nihil neque deſit neque ſuperſit: ſumpta nimirum metaphora à numero quem πλήρη appellant geometræ, qui πρὸς ἑαυτὸν μέρισμὸν ἴσον ἔχει. Nam ἄρτιος ἀριθμὸς numerus par dicitur, is nempe qui in duas tantùm æquales partes diuidi poteſt. ἄρτιος autem ἄρτιος pro πλήρει vſurpatur 2. Timoth. 3. d. 17. Vnde καταρτίζειν, ἀπαρτίζειν, ἐξαρτίζειν, quæ frequenter occurrunt, interdum pro πληροῦν, id eſt perfectum & integrum reddere: interdum pro ἁρμόζειν & ἑτοιμάζειν, id eſt aptare & præparare, vt Rom. 9. e. 22, 2. Tim. 3. d. 16, & alibi. Cæterùm quod in Hebræo legitur יסד, ab hac interpretatione non diſſentit. Nam quæ ſunt perfecta, etiam ſunt firmiſſima. Sed & Otiũ vocabulum pro voce & teſtimonio accipitur. Vide ſuprà 18. b. 16.

19 Ficum, συκῆν: arborem videlicet. Itaque Vulgata & Eraſmus per periphraſin interpretantur Arborem ficiã qua tamen periphraſi hoc eodem verſiculo diſceſſerunt, neque certè neceſſaria erat, quum amphibolia omnis poſtea tollatur.

ἦλθεν ἐπ' αὐτὴν, καὶ οὐδὲν εὗρεν ἐν αὐτῇ εἰ μὴ φύλλα μόνον· καὶ λέγει αὐτῇ, Μηκέτι ἐκ σοῦ καρπὸς γένηται εἰς τὸν αἰῶνα. Καὶ ἐξηράνθη παραχρῆμα ἡ συκῆ.

dam in via, venit ad eam, & nihil inuenit in ea nisi folia solùm: tunc dicit ei, ¶ Ne amplius ex te fructus nascatur in æternum. Et exaruit illico ficus.

nullum secus illam, venit ad eam, & nihil inuenit in ea nisi folia tantùm: & ait illi, Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum. Et arefacta est continuò ficulnea.

Καὶ ἰδόντες οἱ μαθηταὶ ἐθαύμασαν, λέγοντες, Πῶς παραχρῆμα ἐξηράνθη ἡ συκῆ;

10 Quum igitur hoc vidissent discipuli, mirati sunt, dicentes, Quomodo illico exaruit ficus?

10 Et videntes discipuli mirati sunt, dicentes, Quomodo cõtinuò aruit

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν ἔχητε πίστιν, καὶ μὴ διακριθῆτε, οὐ μόνον τὸ τῆς συκῆς ποιήσετε, ἀλλὰ καὶ ἂν τῷ ὄρει τούτῳ εἴπητε, Ἄρθητι, καὶ βλήθητι εἰς τὴν θάλασσαν, γενήσεται·

11 Respondens autem Iesus ait eis, Amen dico vobis, si habueritis fidem, neque hæsitaueritis, non solùm hoc quod factum est ficui, facietis, verumetiam si monti isti dixeritis, Tollitor, & proiicitor in mare, fiet:

11 Respondens autem Iesus ait eis, Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non hæsitauerit is non solùm de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis, Tolle, & iacta te in mare, fiet:

Καὶ πάντα ὅσα ἂν αἰτήσητε ἐν τῇ προσευχῇ πιστεύοντες, λήψεσθε.

11 ¶ Et quæcunque precando petieritis, si credideritis, accipietis.

12 Et quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis.

Καὶ ἦλθεν αὐτὸν εἰς τὸ ἱερὸν, προσῆλθον αὐτῷ διδάσκοντι οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ, λέγοντες, Ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς; καὶ τίς σοι ἔδωκε τὴν ἐξουσίαν ταύτην;

13 Et quum venisset in templum, principes Sacerdotum & seniores populi eum docẽtem adierunt, dicentes, Qua authoritate facis ista? & quis tibi dedit istam authoritatem?

13 Et quum venisset in templum, accesserunt ad eũ docentem principes Sacerdotum & seniores populi, dicentes, In quæ potestate hæc facis? & quis tibi dedit hanc potestatẽ?

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Ἐρωτήσω ὑμᾶς κἀγὼ λόγον ἕνα· ὃν ἐὰν εἴπητέ μοι, κἀγὼ ὑμῖν ἐρῶ ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιῶ·

14 Respondens autem Iesus dixit eis, Interrogabo vos & ego rem quandam: quam si dixeritis mihi, dicam & ego vobis qua authoritate ista faciam:

14 Respondẽs Iesus dixit eis, Interrogabo vos & ego unum sermonem: quẽ si dixeritis mihi, & ego vobis dicam in qua potestate hæc facio:

Τὸ βάπτισμα Ἰωάνου πόθεν ἦν; ἐξ οὐρανοῦ, ἢ ἐξ ἀνθρώπων; Οἱ δὲ διελογίζοντο παρ' ἑαυτοῖς, λέγοντες, Ἐὰν εἴπωμεν, Ἐξ οὐρανοῦ· ἐρεῖ ἡμῖν, Διατί οὖν οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ;

15 Baptisma Iohānis vnde erat? è cælo, an ex hominibus? At illi ratiocinabantur apud se, dicentes, Si dixerimus, È cælo: dicet nobis, Quare ergo non credidistis ei?

15 Baptismus Iohannis unde erat? è cælo: an ex hominibus? At illi cogitabant inter se, dicentes, si dixerimus, E cælo: dicet nobis, Quare ergo non credidistis illi?

Ἐὰν δὲ εἴπωμεν, Ἐξ ἀνθρώπων· φοβούμεθα τὸν ὄχλον· πάντες γὰρ ἔχουσι τὸν Ἰωάνην ὡς προφήτην.

16 Sin autem dixerimus, Ex hominibus: timemus turbam. ¶ omnes enim habẽt Iohānem vt Prophetam.

16 Si autem dixerimus, Ex hominibus: timemus turbam, omnes enim habent Iohannẽ sicut Prophetã.

Καὶ ἀποκριθέντες τῷ Ἰησοῦ εἶπον, Οὐκ οἴδαμεν. Ἔφη αὐτοῖς καὶ αὐτὸς, Οὐδὲ

17 Et respõdentes Iesu dixerunt, Nescimus. Ait eis & ipse, Nec

17 Et respondentes Iesu, dixerunt, Nescimus. Ait illis & ipse, Nec ego di-

Mar.11.b.13

Supra 14.a.16

21 Hæsitaueritis, διακριθῆτε. Qui hæsitat, alternantibus sententiis secũ ipse quasi litigat & disceptat: vt annotat doctissimus Budæus in Commentariis: quamobrẽ etiam alicubi vsi sumus disceptandi verbo. Sic etiam accipitur Rom. 4. d. 20. & Act. 10. c. 20. Denique διακρίνεσθαι est quod vernaculo sermone dicimus *faire difficulté*.

Hoc quod factum est ficui, τὸ τῆς συκῆς. Vulgata, De ficulnea. Ad verbum, Illud ficus. Vide suprà 8 c. 13. Erasmus: Quod accidit ficui. Proiicitor, βλήθητι. Sic Erasmus in annotationibus. Vulgus. Iacta te: passiuo per actiuũ expresso, sicut etiam antea γένηται vertit Tolle, pro Tollitor.

22 Precando, ἐν τῇ προσευχῇ. Id est, inter precandum. Vulg. & Eras. ad verbum, In oratione, nimiũ obscurè. Si credideritis, πιστεύοντες. Ad verbum, credentes: sed participium hoc loco conditionem in se includit.

23 Eum adierunt, προσῆλθον αὐτῷ. Hoc ordine hæc verba colloco, Principes Sacerdotum & Scribæ eum docentem adierunt: idque propter amphiboliam quæ in Græco sermone est. nam alioqui videri posset princi pes quarto casu dici. Qua authoritate ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ: siue, Qua potestate. nã inter ista parum interest. Quæsimus autem quod minimè ambiguum videri possit. ποίᾳ verò pro τίνι annotauimus suprà, 19. v. 18.

24 Rem quandam, λόγον ἕνα. Ad verbum, Sermonem vnum. Sed Hebræis (vt iam antè monuimus) דבר rem omnem in genere significat, atque adeo pro particula indefinita vsurpatur: pro quo Græci theologi interdum λόγον, interdum ῥῆμα vsurpant. Poni autem ἕνα (id est vnum) pro τινὰ, sæpe iam est à nobis annotatum. Hoc igitur omnino illud est quod vernaculo sermone dicimus, *te vous demanderay vn mot*.

25 Baptisma, Τὸ βάπτισμα. Sic vocabatur κατ' ἐξοχὴν Iohannis prædicatio, totúmque adeo ministerium. Prædicabat enim Baptismum resipiscentiæ in remissionem peccatorum, Mar. 1. v. 4. Vide Act. 19. v. 3. E cælo, ἐξ οὐρανοῦ: id est à Deo. Ita enim melius apparet antithesis: & cælum pro Deo Syri nè vsurpari, quidam Hebraicæ linguæ peritus obseruat: quod tamẽ est ad imperiũ referendum, vt sursum homines mentem attollant quũ de Deo

de Deo agitur. Ratiocinabantur, διαλογίζονται. Id eſt, Rationes conferebant in vtranque partem, vt conſtat ex ſequente dilemmate. Itaque ſic conuertere malui quim Cogitabant, cum Vetere interprete, quem ſequitur Eraſmus. Suprà tamen idem verbum διαλογίζεσθαι conuerti Diſceptare: id eſt διαπραγματεύεσθαι, vbi de mutua colloquutione agitur, quam Latini Dialogum vocant.

ἐγὼ λέγω ὑμῖν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιῶ.

Τί δὲ ὑμῖν δοκεῖ; Ἄνθρωπος εἶχε τέκνα δύο· καὶ προσελθὼν τῷ πρώτῳ, εἶπε, Τέκνον ὕπαγε, σήμερον ἐργάζου ἐν τῷ ἀμπελῶνί μου.

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, Οὐ θέλω· ὕστερον δὲ μεταμεληθεὶς ἀπῆλθε.

Καὶ προσελθὼν τῷ δευτέρῳ, εἶπεν ὡσαύτως. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, Ἐγώ κύριε· καὶ οὐκ ἀπῆλθε.

Τίς ἐκ τῶν δύο ἐποίησε τὸ θέλημα τοῦ πατρός; Λέγουσιν αὐτῷ, Ὁ πρῶτος· Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι οἱ τελῶναι καὶ αἱ πόρναι προάγουσιν ὑμᾶς εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

Ἦλθε γὰρ πρὸς ὑμᾶς Ἰωάννης ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης καὶ οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ· οἱ δὲ τελῶναι καὶ αἱ πόρναι ἐπίστευσαν αὐτῷ· ὑμεῖς δὲ ἰδόντες οὐ μετεμελήθητε ὕστερον τοῦ πιστεῦσαι αὐτῷ.

Ἄλλην παραβολὴν ἀκούσατε· Ἄνθρωπός τις ἦν οἰκοδεσπότης, ὅστις ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, καὶ φραγμὸν αὐτῷ περιέθηκε, καὶ ὤρυξεν ἐν αὐτῷ ληνὸν, καὶ ᾠκοδόμησε πύργον· καὶ ἐξέδετο αὐτὸν γεωργοῖς, καὶ ἀπεδήμησεν.

Ὅτε δὲ ἤγγισεν ὁ καιρὸς τῶν καρπῶν, ἀπέστειλε τοὺς δούλους αὐτοῦ πρὸς τοὺς γεωργοὺς λαβεῖν τοὺς καρποὺς αὐτοῦ.

Καὶ λαβόντες οἱ γεωργοὶ τοὺς δούλους αὐτοῦ, ὃν μὲν ἔδειραν, ὃν δὲ ἀπέκτειναν, ὃν δὲ ἐλιθοβόλησαν.

Πάλιν ἀπέστειλεν ἄλλους δούλους πλείονας τῶν πρώτων, καὶ ἐποίησαν αὐτοῖς ὡσαύτως.

Ὕστερον δὲ ἀπέστειλε πρὸς αὐτοὺς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, λέγων, Ἐντραπήσονται τὸν υἱόν μου.

Apud ſe, παρ' ἑαυτοῖς. Vulgata, Interſe: id eſt ἐν ἑαυτοῖς.

ego vobis dicam quo iure iſta faciam.

28 Quid autem vobis videtur? Quidam habebat duos filios: & accedens ad priorem, dixit, Fili abi, hodie operare in vinea mea.

29 Ille verò reſpondens ait, Nolo: ſed poſtea ˇquum reſipuiſſet abiit.

30 Et accedens ille ad ſecundũ, dixit itidem. Is verò reſpondẽs ait, ˇEgo abeo domine. Sed non abiit.

31 Vter è duobus fecit quod voluit eius pater? Dicunt ei, Prior. Dicit eis Ieſus, Amen dico vobis, publicani & meretrices ˚præeunt vobis in regnum Dei.

32 Venit enim ad vos Iohannes ˇvia iuſtitiæ, & non credidiſtis ei: publicani verò & meretrices crediderũt ei. vos autem qui hoc vidiſtis, non pœnituiſtis poſtea, ˇvt ei crederetis.

33 ‖Aliã parabolam audite: Fuit quidam paterfamiliâs qui plantauit vineam, & ſepem circumpoſuit ei, foditque in ea torcular, & ædificauit turrim, & ˇelocauit eam agricolis: ac peregre profectus eſt.

34 Quum autem tempus fructuũ appropinquaſſet, miſit ſeruos ſuos ad agricolas, vt eis fructus acciperent.

35 Agricolæ verò, captis eius ſeruis, alium quidem ceciderunt, alium verò trucidarunt, alium autem lapidarunt.

36 Rurſũ miſit alios ſeruos plures priorib˚, & fecerũt eis itidẽ.

37 Poſtremò autem miſit ad eos filium ſuũ, dicens, ˇReuerebuntur filium meum.

ωμοὶ τί μοι φαίνεται; ἄνθρωπος τις εἶχε δύο υἱούς· καὶ προσελθὼν τῷ πρώτῳ εἶπεν, τέκνον ὕπαγε σήμερον ἐργάζου ἐν τῷ ἀμπελῶνί μου.

ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, οὐ θέλω· ὕστερον δὲ μεταμεληθεὶς ἀπῆλθεν.

προσελθὼν δὲ τῷ ἑτέρῳ εἶπεν ὡσαύτως. ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, ἐγώ κύριε· καὶ οὐκ ἀπῆλθεν.

τίς ἐκ τῶν δύο ἐποίησε τὸ θέλημα τοῦ πατρός; λέγουσιν αὐτῷ, ὁ πρῶτος. λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι οἱ τελῶναι καὶ αἱ πόρναι προάγουσιν ὑμᾶς εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

ἦλθε γὰρ πρὸς ὑμᾶς Ἰωάννης ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης καὶ οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ· οἱ δὲ τελῶναι καὶ αἱ πόρναι ἐπίστευσαν αὐτῷ· ὑμεῖς δὲ ἰδόντες οὐ μετεμελήθητε ὕστερον τοῦ πιστεῦσαι αὐτῷ.

ἄλλην παραβολὴν ἀκούσατε· ἄνθρωπός τις ἦν οἰκοδεσπότης, ὅστις ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, καὶ φραγμὸν αὐτῷ περιέθηκε, καὶ ὤρυξεν ἐν αὐτῷ ληνὸν, καὶ ᾠκοδόμησε πύργον· καὶ ἐξέδετο αὐτὸν γεωργοῖς, καὶ ἀπεδήμησεν.

ὅτε δὲ ἤγγισεν ὁ καιρὸς τῶν καρπῶν, ἀπέστειλε τοὺς δούλους αὐτοῦ πρὸς τοὺς γεωργοὺς λαβεῖν τοὺς καρποὺς αὐτοῦ.

καὶ λαβόντες οἱ γεωργοὶ τοὺς δούλους αὐτοῦ, ὃν μὲν ἔδειραν, ὃν δὲ ἀπέκτειναν, ὃν δὲ ἐλιθοβόλησαν.

πάλιν ἀπέστειλεν ἄλλους δούλους πλείονας τῶν πρώτων, καὶ ἐποίησαν αὐτοῖς ὡσαύτως.

ὕστερον δὲ ἀπέστειλε πρὸς αὐτοὺς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, λέγων, ἐντραπήσονται τὸν υἱόν μου.

quid mihi videtur? homo quidam habebat duos filios: & accedens ad primum, dixit, Fili vade, hodie operare in vinea mea.

ille autem respondens ait, Nolo: postea autẽ pœnitentia motus abiit.

accedens autem ad alterum, dixit similiter. At ille respondens ait, Ego domine: & non iuit.

quis ex duobus fecit voluntatẽ patris? Dicũt ei, Prim˚. Dixit illis Iesus, Amen dico vobis quia publicani & meretrices præcedunt vos in regnũ Dei.

venit enim ad vos Iohannes in via iustitiæ, & non credidistis ei: publicani autem & meretrices crediderunt ei. vos autem videntes, nec pœnitentiam habuistis postea, ut crederetis ei.

33 Aliam parabolam audite: Homo erat paterfamiliâs qui plantauit vineam, & sepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis: & peregre profectus est. Esa. 5. a. 1. b. 4. Hiere. 2. d. 21. mar. 12. a. 1. luc. 20. b. 9

34 Quum autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas ut acciperent fructus eius.

35 Et agricolæ apprehensis seruis eius, alium ceciderũt, alium occiderũt, aliũ verò lapidauerũt.

36 Iterum misit alios seruos plures prioribus: & fecerunt illis similiter.

37 Nouissimè autem misit ad eos filiũ suum, dicens, Verebuntur filium meũ.

5 29 Quum reſipuiſſet, μεταμεληθείς. Vulg. & Eraſ. per periphraſin, Pœnitentia motus. Hic autẽ & paulò poſt μεταμέλεσθαι pro μετανοεῖν ponitur: de quo ſuprà diximus 3. a. 2. Hoc eſt quod dicimus vernaculo ſermone, ſe ranciſer. 30 Ego abeo, ἐγὼ ὑπάγω. Subauditur πρόθυμος, quod expreſſi. Origenes legit, καὶ κύριε, Etiã domine: & quædã exemplaria, ἐγὼ ὑπάγω. 31 Præeunt vobis, προάγουσιν ὑμᾶς. i. ceſſantibus & recuſantibus vobis, properant ad regnum Dei, vt vos oportuerit ſaltem eorum exemplum imitari. Itaque præire impropriè hic dicuntur quos
10 nemo ſequatur. 32 Via iuſtitiæ, ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης. Eraſm. eodem ſenſu, Per viam iuſtitiæ. i. vita & moribus integer, in quo nihil reprehendi poſſet. nam דרך pro vita & moribus accipitur. Sed & ἐν ὁδῷ poſſumus accipere pro εἰς ὁδόν, vt ſit hæc ſententia, Iohannem veniſſe qui eos in viam iuſtitiæ induceret. Prior tamen ſenſus magis eſt genuinus. Vt crederetis ei, τῷ πιστεῦσαι αὐτῷ. Iter igitur ad fidẽ eſt μεταμέλεια, quoniã cogit morb˚ vel inuitos ad medicũ cõfugere. 33 Elocauit, ἐξέδετο. Cic. 5. in Verrẽ, Xenõ ad ſe pertinere negabat, elocatum eſſe fun-
15 dũ dicebat. Vulg. & Eraſ. Locauit: nulla quidẽ ſenſus iniuria: ſed oſtẽdere volui nullã eſſe cauſã cur ſimplex pro cõpoſito vſurpem˚. 37 Reuerebũtur, ἐντραπήσονται. i. αἰδέσονται. Orta ſignificatione ex eo quii quos pudet, ſoleãt faciem ab iis auertere quorũ aſpectũ non ſuſtinent. Nonnulli addunt particulã Fortaſſe, vel (vt ipſi loquuntur)

fortè: quia apud Lucam etiam diſertè additur ἐπ' αὐτούς. Alioqui enim (inquiunt) videtur Deus ignorare quid ſit futurum, quum Iudæi Filium ipſius non ſine reuereri. Vnde poſtea curioſæ quæſtiones ortæ ſunt de prouidentia, de quibus multa Eraſmus hoc loco. Ego in nullis Græcis codicibus reperi particulam ἐπ' vel πρὸς additam hoc loco: & quod ad quæſtiones illas attinet, puto inanes eſſe argutias. Loquitur enim hic Deus in perſona patriſfamiliàs, hominum more affirmans quod eſt veriſimile futurum: ſicut pœnitere quoque Deum dicimus, quũ tamen conſilium non mutet.

Οἱ δὲ γεωργοὶ, ἰδόντες τὸν υἱὸν, εἶπον ἐν ἑαυτοῖς, Οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος, δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, καὶ κατάσχωμεν τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ.

Deut 16.a.3 & 17.a.5 Iob.11.g.55

38 Agricolæ verò viſo Filio dixerũt inter ſe, Iſte eſt hæres, venite, trucidemus eum, & obtineamus hæreditatem eius.

38 *Agricolæ autem, videntes Filium, dixerunt intra ſe. Hic eſt hæres, venite, occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius.*

Καὶ λαβόντες αὐτὸν ἐξέβαλον ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος, καὶ ἀπέκτειναν.

39 Tunc captum eum eiecerũt extra vineam, & trucidarunt.

39 *Et apprehenſum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt.*

Ὅταν οὖν ἔλθῃ ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος, τί ποιήσει τοῖς γεωργοῖς ἐκείνοις;

40 Quum igitur venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis?

40 *Quum ergo venerit dominus vineæ, quid facet agricolis illis?*

Λέγουσιν αὐτῷ, Κακοὺς κακῶς ἀπολέσει αὐτούς· καὶ τὸν ἀμπελῶνα ἐκδώσεται ἄλλοις γεωργοῖς, οἵτινες ἀποδώσουσιν αὐτῷ τοὺς καρποὺς ἐν τοῖς καιροῖς αὐτῶν.

41 Dicunt ei, Malos ipſos malè perdet: & vineã ſuam elocabit aliis agricolis, qui reddẽt ei fructum temporibus ſuis.

41 *Aiunt illi, Malos malè perdet: & vineam ſuã locabit aliis agricolis, qui reddent ei fructum temporibus ſuis.*

Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Οὐδέποτε ἀνέγνωτε ἐν ταῖς γραφαῖς, Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας· παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη, καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν;

Pſal.118.c.22 act.4.b.11 rom.9.g.33 1.pet.2.b.7

42 Dicit eis Ieſus, Nunquam legiſtis in Scripturis, Quẽ lapidem reprobarunt ædificantes, is factus eſt caput anguli: A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris?

42 *Dicit illis Ieſus, Nunquam legiſtis in Scripturis, Lapidem quem reprobauerũt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli: A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris?*

Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν ὅτι ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, καὶ δοθήσεται ἔθνει ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς.

43 Propterea dico vobis, fore vt tollatur à vobis regnũ Dei, & detur genti quæ ferat eius fructus.

43 *Ideo dico vobis quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti faciẽti fructus eius.*

Καὶ ὁ πεσὼν ἐπὶ τὸν λίθον τοῦτον, συνθλασθήσεται· ἐφ' ὃν δ' ἂν πέσῃ, λικμήσει αὐτόν.

Iſa.8.c.14

44 Porro qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, conquaſſabitur: ſuper quem verò ceciderit, diſſipabit eum.

44 *Et qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur: ſuper quem verò ceciderit, conteret eum.*

38 Inter ſe, ἐν ἑαυτοῖς. Vulgata, Intra ſe, id eſt Apud ſe. Noſtram interpretationem Eraſmus in annotationibus affert, & ſequentia etiam confirmãt. Nam alioqui ἐν ἑαυτοῖς vtroque modo verti poteſt, vt diximus ſuprà, 3.b.9. Obtineamus, κατάσχωμεν. Idem hic valet ἔχειν quod κρατεῖν. i. vi occupatum aliquid retinere, quod etiam κατέχειν dicitur.

41 Quem lapidem, λίθον ὅν. Mutaui collocationem verborum, quia Latini ab hoc dicendi genere abhorrent. Nam illud Virgilii, Vrbem quam ſtatuo, veſtra eſt, planè eſt poeticum. Ædificantes, οἱ οἰκοδομοῦντες, id eſt architecti, ſicut ſuprà 19.a.4. ponitur ὁ ποιμὴν pro ὁ ποιμὰς, vel ὁ δημιουργὸς, ex Hebræorum conſuetudine. Cæterùm familiaris eſt iſta trãſlatio ſacris ſcriptoribus, ac præſertim Paulo, quoties agitur de Eccleſia. i. de cæleſti Ieruſalem. Is factus eſt caput anguli, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας. Vulgata & Eraſmus ad verbum, Hic factus eſt in caput anguli: quod dicendi genus Hebraicum eſt, pro Cœpit eſſe caput anguli. Nã ita hîc accipitur verbũ γίνεσθαι, vt ſuprà cap. 19.a.5. Caput autem anguli dicitur lapis in angulo præcipuus, qui totius ædificii iũcturam ſuſtinet, ac proinde alibi dicitur ἀκρογωνιαῖος. qua de re vide Epheſ. 3.v.20. Factum eſt iſtud, ἐγένετο αὕτη. Tres ſunt omnino huius relatiui interpretationes, quantum intelligere poſſum. Nam alii cenſent enallagen eſſe Hebræam fœminini relatiui pro neutro, quo Hebræi carent: & perinde interpretantur acſi τοῦτο ſcriptum eſſet, quod referatur ad complexum orationis: vt ſit hic ſenſus, Lapis reiectus ab architectis cœpit eſſe caput anguli: quæ res facta eſt à Domino, & cum ſumma admiratione à nobis ſpectatur. Hæc eſt, inquam, quorũdam interpretatio, quæ mihi ſimpliciſſima videtur. Plerique tamen ex Græcis & Latinis interpretibus (inter quos pauci omnino fuerunt Hebrææ linguæ periti) vel ad caput, vel ad angulum referunt. Nam vtrunque, & κεφαλὴ, id eſt Caput, & γωνία id eſt Angulus, Græcis fœmininum eſt, cum relatiuo conuenient. Hanc poſtremam ſententiam ſi ſequamur, vertendum erit, A Domino factus eſt iſte, videlicet Angulus: quo modo explicat Theophylactus, & poſtea θαυμαστὴ mirabilis. Si autem referas ad κεφαλὴν, id eſt Caput, vertes quidem neutro genere, ſicut fecimus, ſed diuerſo ſenſu. Neque enim relatiuum pertinebit ad totum orationis complexum, ſed ad Caput dũtaxat. Sed (quod veterum pace dixerim) vtraque hæc interpretatio mihi videtur incõmoda, neque aliunde profecta quàm ex Hebraicæ linguæ ignoratione.

43 Quæ ferat fructus eius, ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς. Vulgata & Eraſmus ad verbum, Facienti fructus eius. Nos verò, quia de re iam præſenti non loquitur, in participio conuertendo vſi ſumus periphraſi, & noſtro more, ferre fructum maluimus dicere quàm fructum facere. Cæterùm fructus regni Dei ferre dicuntur qui tota ſua vita ſe regni cæleſtis ciues eſſe comprobant, & fructus illos edunt nõ carnis, ſed Spiritus, de quibus agit Apoſtolus Gal. 5.d.22. 44 Conquaſſabitur, συνθλασθήσεται. Hoc modo & Vetus interpres & Eraſmus conuerterunt apud Lucam, cap. 20.c.18. hîc verò vti maluerunt confringẽdi verbo. Diſſipabit, λικμήσει. Vulg. & Eraſ. Conteret. Ad verbum, Ventilabit: id eſt, ita comminuet vt minutæ partes in auras diſpergantur. Intelligitur enim ex conſequenti antecedens. Cic. in Piſonem, Statuam deturbare, affligere, comminuere, diſſipare.

Καὶ ἀκούσαντες οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι τὰς παραβολὰς αὐτοῦ, ἔγνωσαν ὅτι περὶ αὐτῶν λέγει.

45 Et quum audissent principes sacerdotum ac Pharisæi parabolas eius, cognouerunt hæc de se dici.

45 Et quũ audissent principes sacerdotum & Pharisæi parabolas eius, agnouerunt quòd de ipsis diceret.

Καὶ ζητοῦντες αὐτὸν κρατῆσαι, ἐφοβήθησαν τοὺς ὄχλους, ὅτι ὡς προφήτην αὐτὸν εἶχον.

46 Et quum studerent eũ prehendere, timuerũt turbam, quoniã vt prophetam eum habebat.

46 Et quærentes eum tenere, timuerũt turbas: quoniam sicut prophetam eũ habebant.

CAP. XXII.

CAP. XXII.

Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, πάλιν εἶπεν ἐν παραβολαῖς αὐτοῖς, λέγων,

1 Vnde respondens Iesus, rursum loquutus est eis per parabolas, dicens,

1 Et respõdens Iesus, dixit iterum in parabolis eis, dicens,

1 Et respõdens Iesus, dixit iterum in parabolis eis, dicens, Luc.14.d.16. apoc.19.b.9

Ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ βασιλεῖ, ὅστις ἐποίησε γάμους τῷ υἱῷ αὐτοῦ·

2 Simile est regnum cælorum cuidam regi qui fecit nuptias filio suo.

2 Simile factum est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo:

Καὶ ἀπέστειλε τοὺς δούλους αὐτοῦ καλέσαι τοὺς κεκλημένους εἰς τοὺς γάμους. καὶ οὐκ ἤθελον ἐλθεῖν.

3 Et misit seruos suos qui vocarent vocatos ad nuptias: sed noluerunt venire.

3 Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: & nolebant venire.

Πάλιν ἀπέστειλεν ἄλλους δούλους, λέγων, Εἴπατε τοῖς κεκλημένοις, Ἰδοὺ τὸ ἄριστόν μου ἡτοίμασα, οἱ ταῦροί μου καὶ τὰ σιτιστὰ τεθυμένα, καὶ πάντα ἕτοιμα· δεῦτε εἰς τοὺς γάμους.

4 Rursus misit alios seruos, dicens, Dicite vocatis, Ecce, prandium meum paraui, tauri mei & altilia mactata sũt, & omnia parata: venite ad nuptias.

4 Iterum misit alios seruos, dicens, Dicite inuitatis, Ecce, prãdium meum paraui, tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata: venite ad nuptias.

Οἱ δὲ, ἀμελήσαντες ἀπῆλθον, ὁ μὲν εἰς τὸν ἴδιον ἀγρόν, ὁ δὲ εἰς τὴν ἐμπορίαν αὐτοῦ.

5 Illi autem quum hoc neglexissent, abierunt, alius quidem in agrum suum, alius verò ad mercaturam suam.

5 Illi autem neglexerunt: & abierunt, alius in villam suam, alius verò ad negotiationem suam.

Οἱ δὲ λοιποὶ, κρατήσαντες τοὺς δούλους αὐτοῦ, ὕβρισαν καὶ ἀπέκτειναν.

6 Reliqui verò prehensos seruos eius contumeliis affecerunt, & trucidarunt.

6 Reliqui verò tenuerunt seruos eius, & contumeliis affectos occiderunt.

Ἀκούσας δὲ ὁ βασιλεὺς ὠργίσθη· καὶ πέμψας τὰ στρατεύματα αὐτοῦ, ἀπώλεσε τοὺς φονεῖς ἐκείνους, καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν ἐνέπρησε.

7 Rex autem quum hoc audisset, iratus est: & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & vrbem eorum incendit.

7 Rex autem quum audisset, iratus est, & misit exercitibus suis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit.

Τότε λέγει τοῖς δούλοις αὐτοῦ, Ὁ μὲν γάμος ἕτοιμός ἐστιν, οἱ δὲ κεκλημένοι οὐκ ἦσαν ἄξιοι.

8 Tũc dicit seruis suis, Nuptiæ quidem paratæ sunt: sed qui vocati erant, non erant digni.

8 Tunc ait seruis suis, Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erãt non fuerunt digni.

Πορεύεσθε οὖν ἐπὶ τὰς διεξόδους τῶν ὁδῶν, καὶ ὅσους ἐὰν εὕρητε, καλέσατε εἰς τοὺς γάμους.

9 Ite ergo ad compita viarum, & quotcunque inueneritis, vocate ad nuptias.

9 Ite ergo ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias.

Καὶ ἐξελθόντες οἱ δοῦλοι ἐκεῖνοι εἰς τὰς ὁδοὺς, συνήγαγον πάντας ὅσους εὗρον, πονηρούς τε καὶ ἀγαθούς· καὶ ἐπλήσθη ὁ γάμος ἀνακειμένων.

10 Et egressi serui illi in vias, cõgregarũt omnes quos inuenerũt, malos pariter ac bonos: & impletæ sunt nuptiæ conuiuis.

10 Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos: & impletæ sunt nuptiæ discumbentium.

45 Ac Pharisæi, καὶ οἱ Φαρισαῖοι. In quodam exemplari scriptum erat καὶ οἱ Γραμματεῖς, & Scribæ.

IN CAPVT XXII.

1 Respondens, ἀποκριθείς. Aut improprie accipitur hoc verbum, sicut apud Hebræos sæpe נען, aut (quod verisimilius est) varii hinc & inde agitati sunt sermones, quum ita cœpit loqui Dominus. Loquutus est, εἶπεν, 5 ἐλάλησεν. Hoc enim commodius est propter sequens participium λέγων. Vulgata & Erasmus ad verbum, Dixit.

3 Vocatos, κεκλημένους. Vulg. & Erasm. inuitatos. Atqui in Græco idem est verbum ingeminatum: & vocandi quoque verbum in hoc argumẽto theologis est peculiare, ad res videlicet spirituales translatum. Sed & apud Hebræos קרואים pro inuitatis conuiuis accipitur, vt 1. Sam. 9. b. 13. 4 Altilia, τὰ σιτιστά. σιτίζειν, quod declarat cibare & alere, sicut annotat Erasm. vnde etiam apud Irenæum legitur Saginata. Mactata, τεθυμένα. Hoc 10 verbum θύειν quum de sacrificiis proprie dicatur, postea ad alias etiam epulas tractum est. Sed hoc quoque certũ est, profanos illos principes olim solennia conuiuia fuisse à sacrificiis auspicatos. 5 In agrum suũ, εἰς τὸν ἴδιον ἀγρόν. Vel, rus suũ. Vulg. Villã, quod Erasmus improbat in annotationibus. 7 Rex, ὁ βασιλεύς. In codicibus vetustis additur ἐκεῖνος, ille. 9 Compita, διεξόδους. Vulg. & Eras. ad verbũ, Exitus: quod mihi visum est obscurius. Cõpita autẽ Latini vocant laxiora spatia, in quæ vici atque adeò ambulacra & viæ in hortis plures exi- 15 eunt. i. definũt. Quamobrẽ etiã διέξοδοι hic vocantur, quũ proprie dicantur ἔμφοδα. Alii interpretãtur vicos vrbis frequentes, quos vernaculo sermone vocamus les rues passantes. i. quibus plerique prætereũt. 10 Illi, ἐκεῖνοι. Vulg. Eius. i. αὐτοῦ, quod etiam reprehendit Erasm. in annotat. Nuptiæ, γάμους. In vno exemplari legitur νυμφῶν, i. thalamus: quod melius conuenit. Cõuiuis, ἀνακειμένων. Vulg. & Erasm. ad verbũ, Accubẽtibus. Sed sæpe iam diximus quæ sit istorum participiorum vis apud Hebræos.

Εἰσελθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς θεάσασθαι τοὺς ἀνακειμένους, εἶδεν ἐκεῖ ἄνθρωπον οὐκ ἐνδεδυμένον ἔνδυμα γάμου·

11 Ingressus autem rex vt spectaret cõuiuas, vidit illic hominem non indutum veste nuptiali:

11 Intrauit autem rex vt videret discumbentes: & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali:

Καὶ λέγει αὐτῷ, Ἑταῖρε, πῶς εἰσῆλθες ὧδε μὴ ἔχων ἔνδυμα γάμου; Ὁ δὲ ἐφιμώθη.

11 Tunc dicit ei, Amice, quomodo huc introisti non habẽs vestẽ nuptialem? At illi os occlusum est.

11 Et ait illi. Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialẽ? At ille obmutuit.

Τότε εἶπεν ὁ βασιλεὺς τοῖς διακόνοις, Δήσαντες αὐτοῦ πόδας καὶ χεῖρας, ἄρατε αὐτόν, καὶ ἐκβάλετε εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

13 Tunc dixit rex ministris, Ligatis pedibus & manibus eius, tollite eum, & conicite in tenebras exteriores: illic erit fletus & stridor dentium.

13 Tunc dixit rex ministris, Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium.

supra 8.b.12, & 13.f.42 infra 25.c. 30

Πολλοὶ γάρ εἰσι κλητοί, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί.

14 Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.

14 Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.

supra 10.b

Τότε πορευθέντες οἱ Φαρισαῖοι συμβούλιον ἔλαβον ὅπως αὐτὸν παγιδεύσωσιν ἐν λόγῳ.

15 Tunc profecti Pharisæi consilium ceperunt vt illaquearent eum in sermone.

15 Tunc abeuntes Pharisæi consilium inierunt vt caperent eum in sermone.

Mar. 12.b.13 huc. 20.d.26

Καὶ ἀποστέλλουσιν αὐτῷ τοὺς μαθητὰς αὐτῶν μετὰ τῶν Ἡρῳδιανῶν, λέγοντες, Διδάσκαλε, οἴδαμεν ὅτι ἀληθὴς εἶ, καὶ τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ ἐν ἀληθείᾳ διδάσκεις, καὶ οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενός· οὐ γὰρ βλέπεις εἰς πρόσωπον ἀνθρώπων.

16 Itaque mittunt ad eum discipulos suos cum Herodianis, dicentes, Præceptor, scimus te veracem esse, & viam Dei in veritate docere, nec quenquam curare: non enim respicis in personam hominum:

16 Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicentes, Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate docet, & nõ est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum:

Εἰπὲ οὖν ἡμῖν, τί σοι δοκεῖ; ἔξεστι δοῦναι κῆνσον Καίσαρι, ἢ οὔ;

17 Dic ergo nobis, quid tibi videtur: licet censum dare Cæsari, an non?

17 Dic ergo nobis, quid tibi videtur? Licet censum dare Cæsari, an non?

Γνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς τὴν πονηρίαν αὐτῶν, εἶπε, Τί με πειράζετε ὑποκριταί;

18 Cognita autem Iesus malitia eorum, ait, Quid me tẽtatis hypocritæ?

18 Cognita autem Iesus nequitia eorũ ait, Quid me tentatis hypocritæ?

Ἐπιδείξατέ μοι τὸ νόμισμα τοῦ κήνσου. Οἱ δὲ προσήνεγκαν αὐτῷ δηνάριον.

19 Ostendite mihi numisma cẽsus. Ipsi verò obtulerunt ei denarium.

19 Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium.

11 At illi os occlusum est, ὁ δὲ ἐφιμώθη. Ad verbum, Capistratus est. id est, prorsus obmutuit, quasi capistro aut fræno iniecto. Vulg. & Eras. Obmutuit. Sed hoc eodem capite versu 34, Vetus interpres conuertit ἐφίμωσεν, silentium imposuit. Erasmus, os obthurauit. Certè interdum pro σιωπᾶν accipitur translatitiè, etiam mari accommodatum, vt infrà Marci 4.d.39.

13 Ministris, διακόνοις, id est, iis qui conuiuis ministrabant. Alioqui potius dixisset τοῖς ὑπηρέταις, vt suprà 5.d.25. Tollite eum, ἄρατε αὐτόν. Hæc non legit Vetus interpres: reperimus tamen in omnibus vetustis codicibus, atque etiam apud Theophylactum Romanum.

15 Vt, ὅπως. Vel, Quomodo. Potest enim vel coniunctio esse πῶς, vel pro infinito subiuncto accipi, vt Linacer vocat. Illaquearent, παγιδεύσωσιν. Vulgata, caperent: id est θηρεύσωσιν, vt loquitur Lucas 10.d.20.

16 Herodianis, Ἡρῳδιανῶν. Quinam Herodiani vocentur à Matthæo & Marco, non satis constat. Quidam ita vocatos esse arbitrantur quosdam ex Iudæis qui Herodem haberent pro Messia, quòd alienigenarũ primus apud Iudæos regnarit. quod quum de Herode Magno Antipatri filio fit intelligẽdum, qui iampridem obierat quum hæc agerentur, & ipsi etiam Iudæorum genti maximè fuerat inuisus, non video qua ratione hæc opinio probabilis videri possit. Alii igitur existimant Herodianos appellari eos qui censerent tributa Cæsari soluenda, quibus videlicet colligendis rex Herodes Antipatri filius ab Augusto esset cõstitutus. At ego fateor me nusquam hoc legisse: quanuis non negem Herodem veluti precariò regnum possedisse: idque διαφόρως πως τιμώμενον, vt ait Appianus Ἐμφυλίων lib. 5. Sed vt hoc concedam, quorsum tamen ista nunc factio commemoraretur, mortuo iampridem Herode, & Iudæa in prouinciam redacta? Quantum igitur possum cõiecturis assequi, Herodiani ab Herode illo magno cognominati sunt: qui, vt erat ille homo profanus, nouã quandã religionẽ ex Paganismo & Iudaismo cõflabant. Nec dubiũ est quin Herodes Antipas & reliqui illius liberi paternæ vestigia sequerẽtur. Sed & illud facilè coniici potest siquis cõferat Matth. 16.v.6, cũ Mar. 8.v.6, Sadducæorum opinionibus fauisse Herodem cum suis. Denique probabile est eos qui tributũ Cæsari dandũ non esse defendebãt (quorũ sectæ principes fuerunt Iudas Gaulonites & Sadducus quidã Pharisæus, vt scribit Iosephus li. Antiq. 18, ca. 1.) ab Herode & aulicis assentatoribus sub publicæ libertatis specie fuisse defensos, quatenus quidẽ id tutò facere poterant, quũ videlicet paterno regno se fuisse magna ex parte à Romanis spoliatos ægerrimè paterẽtur magni illius Herodis liberi. Hinc illud fermentũ Herodis, Mar. 8.v.15, & fortasis illæ simultates quarũ fit mentio, Luc. 23.v.12. quæ huc tandẽ deuenerũt vt Herodes Antipas proditionis accusatus Lugdunum deportaretur. In veritate, ἐν ἀληθείᾳ. id est verè & sincerè: quod apud Demosthenem declarat ἐφ' ἀληθείας, apud Hebræos אמת.

17 Censum, κῆνσον. Vocabulũ est Latinũ, quo significatur facultatũ æstimatio, pro cuius ratione in prouinciis vectigalibus tributũ soluebatur. Itaque ipsum tributũ hoc nomine declaratur, vt suprà 17.a.25.

19 Denarium, δηνάριον. Ex his apparet imposita fuisse & exacta tributa in prouinciis Romanis ad denarium, non ad drachmã, quanuis septima duntaxat ponderis parte drachma denariũ superaret. Itaque hoc tri-

buti genus videtur ab eo diuersum cuius facta mentio est suprà 17.v.24.Nam hoc viritim persolutum, templo inferebatur,ex Dei mandato:(Exodi 30.b.13)illud verò pro census ratione Romanis soluebatur.

Καὶ λέγει αὐτοῖς, Τίνος ἡ εἰκὼν αὕτη καὶ ἡ ἐπιγραφή;

Λέγουσιν αὐτῷ, Καίσαρος. Τότε λέγει αὐτοῖς, Ἀπόδοτε οὖν τὰ Καίσαρος, Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ, τῷ Θεῷ.

Καὶ ἀκούσαντες ἐθαύμασαν· καὶ ἀφέντες αὐτὸν ἀπῆλθον.

Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ προσῆλθον αὐτῷ Σαδδουκαῖοι, οἱ λέγοντες μὴ εἶναι ἀνάστασιν· καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν,

Λέγοντες, Διδάσκαλε, Μωσῆς εἶπεν, Ἐάν τις ἀποθάνῃ μὴ ἔχων τέκνα, ἐπιγαμβρεύσῃ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἀναστήσῃ σπέρμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ.

Ἦσαν δὲ παρ' ἡμῖν ἑπτὰ ἀδελφοί· καὶ ὁ πρῶτος, γαμήσας ἐτελεύτησε· καὶ μὴ ἔχων σπέρμα, ἀφῆκε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ.

Ὁμοίως καὶ ὁ δεύτερος, καὶ ὁ τρίτος, ἕως τῶν ἑπτά.

Ὕστερον δὲ πάντων ἀπέθανε καὶ ἡ γυνή.

Ἐν τῇ οὖν ἀναστάσει, τίνος τῶν ἑπτὰ ἔσται γυνή; πάντες γὰρ ἔσχον αὐτήν.

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Πλανᾶσθε, μὴ εἰδότες τὰς γραφὰς, μηδὲ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ.

Ἐν γὰρ τῇ ἀναστάσει οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε ἐκγαμίζονται, ἀλλ' ὡς ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ ἐν οὐρανῷ εἰσι.

10 Tũc dicit eis, Cuius est imago ista & inscriptio?

11 Dicunt ei,Cæsaris.Tunc dicit eit, ‖Reddite ergo quæ sũt Cæsaris, Cæsari,& quæ sũt Dei, Deo.

12 Quum igitur hoc audissent, mirati sunt: & omisso eo abierunt.

13 ‖In illo die adierunt eum Sadducæi, ‖qui dicũt non esse resurrectionem: & interrogarunt eum,

14 Dicẽtes,Magister, ‖Moses dixit, Siquis mortuus fuerit non habens filios,eius frater ducet affinitatis iure vxorem eius, & suscitabit semen fratri suo.

15 Fuerũt autẽ apud nos septem fratres: & primus vxore ducta obiit: & quum non haberet semen,reliquit vxorem suam fratri suo.

16 Similiter etiam secundus & tertius, vsque adillos septem.

17 Post omnes autẽ mortua est & mulier.

18 In resurrectione ergo cuius è septẽ erit vxor? omnes enim habuerunt eam.

19 Respõdens autem Iesus dixit eis, Erratis, nescientes Scripturas,neque potestatem Dei.

20 Nã in resurrectione neque vxores ducũt, neq; nuptũ dãtur: sed sunt vt angeli Dei in cælo.

10 *Et ait illis Iesus, Cuius est imago hæc & superscriptio?*

11 *Dicunt ei,Cæsaris. Tunc ait illis,Reddite ergo quæ sunt Cæsaris,Cæsari: & quæ sunt Dei,Deo.* Rom.13.b.7

12 *Et audientes mirati sunt: & relicto eo abierunt.*

13 *In illo die accesserunt ad eum Sadducæi (qui dicunt non esse resurrectionem)& interrogauerunt eum,* Mar.12.b.19 luc.20.d.27 Act.23.b.8

14 *Dicentes, Magister, Moyses dixit,Si quis mortuus fuerit non habens filium,ut ducat frater eius uxorem illius, & suscitet semen fratri suo.* Deut.25.a.5

15 *Erant autem apud nos septem fratres:& primus uxore ducta defunctus est:& non habens semen, reliquit uxorem suam fratri suo.*

16 *Similiter secundus & tertus, usque ad septimũ.*

17 *Nouissimè autẽ omniũ & mulier defuncta est.*

18 *In resurrectione ergo, cuius erit de septẽ uxorẽ omnes enim habuerũt eã.*

19 *Respondens autem Iesus ait illis, Erratis, nescientes Scripturas,neq; uirtutem Dei.*

20 *In resurrectione enim neque nubent, neque nubentur: sed sunt sicut Angeli Dei in cælo*

21 Reddite,ἀπόδοτε.i.Persoluite,vt suprà 5.v.26.Admonet Erasmus hoc conuerti etiã posse præsenti tẽpore,Redditis:vt intelligamus Christũ arrepta occasione notasse illorum vitam : quasi diceret, Redditis Cæsarí quod illius habet imaginẽ, & illud reddite Deo quod Dei habet inscriptionem atque imaginẽ, nẽpe animam. Sed fateor me non videre quomodo hæc interpretatio cum regulis grammaticæ cohæreat. Omnino enim scribẽdum fuisset, ἀπόδοτε τὰ Καίσαρος Καίσαρι, ἀπόδοτε καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ. nec enim hæc responsio cũ interrogatione cohæreret.

24 Filios.τέκνα. Ad verbum,liberos.τέκνων autem appellatione constat etiã filias intelligi.Sed hic agi de masculà tantũ prole,colligi videtur ex ratione condendæ Legis.Nam siquis filias duntaxat reliquerit,perinde est, quod ad familiæ quidem nomen attinet, acsi orbus decessisset:quum nomen ad posteros per filias transire nõ possit.Præterea Deut.25.b.7,non fit mentio seminis.i.posteritatis in genere(quod Erasmus tamẽ arbitratus est) sed filii & nominis.Cæterũm quũ Vetus interpres conuerterit filiũ,& Erasmus quoque,vt quidẽ extat impressa eius versio:ego plurali numero verti filios,Græca sequutus: quod tamen ita intelligendum est vt sciamus hic agi de specie,non de numero,quũ satis esset vel filiũ reliquisse,vt idẽ Eras.rectè obseruauit. Ducet affinitatis iure, ἐπιγαμβρεύσει. Vulg.& Erasm.Vt ducat.Hoc vocabulũ puto respondere Hebræo יבם, quod non dicitur de quauis vxore,sed de ea demũ quæ ex hac lege ducitur,quia videlicet cognata est.i.affinitate cõiuncta:vt magis speciale quiddã videatur hoc quidẽ loco significare ἐπιγαμβρεύειν quàm γαμεῖν.quo posteriore verbo vtitur Eurip.in Hecuba pro eo quod Latini dicunt Affinitatem cũ aliquo contrahere,& sibi affinem asciscere, Hebræi verò חתן. Itaque adhibẽda fuit periphrasis,vt vis huius verbi explicaretur.Nam etiam γαμεῖν Græcis nõ modò generum,sed affinem etiam in genere significat,atque adeò vxoris interdum fratrẽ,vt apud Sophoclem in Tyranno. Semen,σπέρμα.Hebraicè זרע quo nomine significatur in genere posteritas.Sed quũ in Hebræo fiat mentio non seminis,sed nominis,videtur σπέρμα de mascula tantùm prole hoc loco accipiendum.

26 Etiam secundus,καὶ ὁ δεύτερος.Particulam καὶ omiserunt Vulgata & Erasmus.

30 Vxores ducunt,γαμοῦσιν.Erasm.Matrimonium contrahunt:quod tam mulieri quàm viro cõuenit. Vulgata,Nubent:quod est mulieris tantũ.Atqui γαμεῖν de viris dicitur,sicut γαμεῖσθαι de mulieribus,vt superius monuimus.Itaq; neutrã interpretationẽ sum sequutus. Differentia tamen illa inter γαμεῖν & γαμεῖσθαι perpetua nõ est:(quũ velit Paulus mulieres viduas γαμεῖν,i.nubere,1.Tim.5.c.14: & 1.Cor.7.f.34, mulier dicatur γαμίσκεσθαι pro γαμεῖσθαι) sed hoc tamen loco & plerisque aliis videtur obseruanda. Nuptũ dantur,ἐκγαμίσκονται.Dicũtur.

i. iii.

ἀγαμίζουσιν quis parentes ἀγαμίζουσιν, id est nuptum tradunt & collocãt, 1. Cor. 7. g. 38. Vulgata, Nubentur: quod barbarum est. Erasmus, Elocantur, id est ἐκδίδονται.

Περὶ δὲ τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν οὐκ ἀνέγνωτε τὸ ῥηθὲν ὑμῖν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, λέγοντος,	31 De resurrectione verò mortuorum non legistis quod vobis dictum est à Deo, dicente,	31 De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictũ est à Deo, dicente nobis,
Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ; οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς, Θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων. Exodi 3. b. 6	32 ‖Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac & Deus Iacob? Deus non est Deus mortuorum, sed viuentium.	32 Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob? Non est Deus mortuorum, sed viuentium.
Καὶ ἀκούσαντες οἱ ὄχλοι ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ.	33 Et quum hoc audisset turba, perculsa est ob doctrinam eius.	33 Et audientes turbæ mirabantur in doctrina eius.
Οἱ δὲ Φαρισαῖοι, ἀκούσαντες ὅτι ἐφίμωσε τοὺς Σαδδουκαίους, συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτό. Marci 12. c. 28	34 ‖Pharisæi verò, quum audissent eum ᵛ occlusisse os Sadducæis, coacti sunt ᵛ in vnum:	34 Pharisæi autem, audientes quòd silentium imposuisset Sadducæis, conuenerunt in vnum:
Καὶ ἐπηρώτησεν εἷς ἐξ αὐτῶν νομικὸς, πειράζων αὐτὸν, καὶ λέγων,	35 Tunc interrogauit eum quidam ex ipsis ᵛ Legis interpres, tentans eum, & dicens,	35 Et interrogauit eum unus ex eis Legis doctor, tentans eum,
Διδάσκαλε, ποία ἐντολὴ μεγάλη ἐν τῷ νόμῳ;	36 Magister, quod est mandatũ magnum in Lege?	36 Magister, quod est mandatum magnum in Lege?
Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ σου, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ σου, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ σου. Deut. 6. a. 5 levi. 19. d. 18 mar. 12. c. 31	37 Ieſus autem dixit ei, ‖Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, ᵛ & ex tota cogitatione tua.	37 Ait illi Iesus, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua.
Αὕτη ἐστὶν πρώτη καὶ μεγάλη ἐντολή.	38 Istud est primum & magnũ mandatum.	38 Hoc est maximum & primum mandatum.
Δευτέρα δὲ ὁμοία αὐτῇ, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν.	39 Secundum autem simile est huic, ‖Diliges proximũ tuum vt teipsum.	39 Secundum autem simile est huic, Diliges proximum tuum sicut teipsum.
Ἐν ταύταις ταῖς δυσὶν ἐντολαῖς ὅλος ὁ νόμος κρέμαται καὶ οἱ προφῆται.	40 ᵛ Ab istis duobus mandatis tota Lex & Prophetæ pendent.	40 In his duobus mandatis universa Lex pendet & Prophetæ.
Συνηγμένων δὲ τῶν Φαρισαίων, ἐπηρώτησεν αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς,	41 ‖Coactis autem Pharisæis, interrogauit eos Ieſus,	41 Cõgregatis autem Pharisæis, interrogauit eos Iesus,
Λέγων, Τί ὑμῖν δοκεῖ περὶ τοῦ Χριστοῦ; τίνος υἱός ἐστι; Λέγουσιν αὐτῷ, Τοῦ Δαβίδ. Mar. 12. d. 35 luc. 20. g. 41	42 Dicens, Quid vobis videtur de Christo? ᵛ cuius filius est? Dicunt ei, Dauidis.	42 Dicens, Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? Dicunt ei, Dauid.
Λέγει αὐτοῖς, Πῶς οὖν Δαβὶδ ἐν πνεύματι Κύριον αὐτὸν καλεῖ; λέγων,	43 Dicit eis, Quomodo ergo Dauid ᵛ per Spiritum vocat eũ Dominum? dicens,	43 Ait illis, Quomodo ergo Dauid in Spiritu vocat eum Dominũ? dicens,
Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. Psal. 109. a. 1	44 ‖Dixit Dominus Domino meo, Sede ad dexteram meam vsquedum ᵛ ponam inimicos tuos ᵛ scabellum pedum tuorũ.	44 Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

34 Occlusisset os, ἐφίμωσε. Vide suprà 12. In vnum, ὅτι τὸ αὐτό. Ad verbum, In idem: id est, simul & eodem loco.

35 Legis interpres, νομικὸς. id est Γραμματεὺς, Scriba: vt disertè dicit Marcus 12. c. 28. Hebræi סופרים vocãt. Vnde & תורה ticus Græcis νομικὸς & νόμος sunt παρώνυμα.

37 Ex, ἐν. Ad verbum In: quod miror in hoc primo membro fuisse mutatum, in duobus sequentibus seruatum à Vetere interprete & Erasmo. Et ex tota cogitatione tua, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ σου. In Hebræo legimus, Et totis viribus tuis. Apud Marcum autem & Lucam fit mentio ἰσχύος & διανοίας. Quatuor enim partiũ meminerunt, nempe καρδίας, ψυχῆς, διανοίας, καὶ ἰσχύος, quum in Hebræo Deut. 6. 2. 5, tres tantùm cõmemorentur, nempe לבב נפש מאד: id est, καρδία, ψυχὴ, καὶ ἰσχὺς, siue δύναμις. Cur igitur ἰσχὺς hic prætermittatur, & διάνοια addant Marcus & Lucas, affirmare non possum. Habeo quidem coniecturas cur hic aliquid prætermissum, aliquid rursus additum suspicer: sed quum in omnibus vetustis codicibus ita legatur, nolui quicquam immutare.

40 Ab istis pendent, ἐν ταύταις κρέμαται. Vetus & Erasmus ad verbũ, In his: sic enim apud Hebræos construitur verbum תלה, vt 1. Sam. 18. b. 10. תלה בארח: sed in hac præsertim significatione Latini ita non loquũtur. Fortassis autem hæc respiciunt ad תמהון, quæ appẽdi iusserat Dominus vt legis μυσήρια. de quibus paulò post dicemus.

42 Cuius filius est τίνος ὑιός ἐστι; Quid est, Ex cuius gente & familia ortus est? Ex Hebræorum idiomate, qui posteros omnes vocant filios.

43 Per spiritum, ἐν πνεύματι. Vide Mar. 12. v. 36.

44 Ponam, Sẽ: id est, Faciam vt sint. Hebraicum dicendi genus, de quo alibi diximus. Sic quoque Eu-

rip. in Hecuba, ἐχρῆν σε θεὸν πρὸ ἑλλήβορου φέρειν. erat ἐκκαθαίρειν, id est sub. Vide suprà 5. f. 35.

Εἰ οὖν Δαβὶδ καλεῖ αὐτὸν Κύριον, πῶς υἱὸς αὐτοῦ ἐστί;

Καὶ οὐδεὶς ἐδύνατο αὐτῷ ἀποκριθῆναι λόγον· οὐδὲ ἐτόλμησέ τις ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἐπερωτῆσαι αὐτὸν οὐκέτι.

Κεφάλαιον κγ΄

ΤΟτε ὁ Ἰησοῦς ἐλάλησε τοῖς ὄχλοις καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ,

Λέγων, Ἐπὶ τῆς Μωσέως καθέδρας ἐκάθισαν οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι·

Πάντα οὖν ὅσα ἂν εἴπωσιν ὑμῖν τηρεῖν, τηρεῖτε καὶ ποιεῖτε· κατὰ δὲ τὰ ἔργα αὐτῶν μὴ ποιεῖτε. λέγουσι γὰρ, καὶ οὐ ποιοῦσι.

Δεσμεύουσι γὰρ φορτία βαρέα καὶ δυσβάστακτα, καὶ ἐπιτιθέασιν ἐπὶ τοὺς ὤμους τῶν ἀνθρώπων· τῷ δακτύλῳ αὐτῶν δὲ θέλουσι κινῆσαι αὐτά.

Πάντα δὲ τὰ ἔργα αὐτῶν ποιοῦσι πρὸς τὸ θεαθῆναι τοῖς ἀνθρώποις· πλατύνουσι γὰρ τὰ φυλακτήρια αὐτῶν, καὶ μεγαλύνουσι τὰ κράσπεδα τῶν ἱματίων αὐτῶν.

Scabellum, ὑποπόδιον. In duobus exemplaribus scriptum e-

45 Si ergo Dauid uocat eum Dominum, quomodo filius eius est?

46 Et nemo poterat ei respondere uerbum neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

CAP. XXIII.

1 VNc Iesus loquutus est turbæ & discipulis suis,

2 Dicens, In cathedra Mosis sedent Scribæ & Pharisæi:

3 Omnia ergo quæ dixerint uobis ut seruetis, seruate & facite: sed secundum opera eorum ne facite. dicunt enim, & non faciunt.

4 Ligant enim onera grauia difficiliáque portatu, & imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolũt ea mouere.

5 Omnia uerò opera sua faciunt ut spectentur ab hominibus. dilatãt enim phylacteria sua, & producunt fimbrias palliorum suorum.

45 Si ergo Dauid uocat eum Dominum, quomodo filius eius est?

46 Et nemo poterat ei respondere uerbum neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

CAP. XXIII.

1 VNc Iesus loquutus est ad turbas & ad discipulos suos, 2. Esdr. 8. a. 4

3 Dicens, Super cathedrã Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi:

4 Omnia ergo quæcũque dixerint uobis, seruate & facite: secundum opera uerò eorum nolite facere. dicunt enim, & non faciunt. Luc. 11. f. 46 act. 15. b. 10

5 Alligant enim onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolunt ea mouere.

6 Omnia uerò opera sua faciunt ut uideantur ab hominibus. dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias. Num. 15. d. 38 Deut. 6. b. 8, & 11. b. 18

45 Vocat, καλεῖ. In quatuor vetustis codicibus repetitur ἐν πνεύματι: id est, Spiritus prophetici impulsu.

46 Quicquam, λόγον. Vide suprà 15. c. 23. Neque verò duntaxat apud Hebræos דבר pro qualibet re ponitur, sed etiam λόγος αἰνίττεσθαι ἀσέβημα apud ipsos disertiores Græcos. Sopho. in Trachiniis, —σὲ λόγον δ' οὐ χρὴ φθόνου Τῶν σῶν ἀφεῖναι, ζωὸς ὅτου ἀφίκετον φανῇς.

IN CAPVT XXIII.

1 Sedent, ἐκάθισαν. Vulgata ad verbum, Sederunt. Sed vsurpatur aoristus sæpe pro præsenti, vt suprà 3. d. 17, & alibi sæpe. Significat autem Dominus hunc ordinem interpretandæ Legis (cuius fit mẽtio Numer. 11. b. 16) diuinitus esse constitutum, ac proinde audiendam esse veritatem, etiam ex ore mercenariorum & hypocritarum doctorum. Sicut etiam nostra memoria in Papatu Deus conseruauit Verbum suum & Baptismum. Sed quid si etiam isti Verbum deprauabantiam eis erat credendum? Minimè. Hæc enim non est Mosis sed Satanæ cathedra. Vult ergo credi Dei doctrinæ, etiamsi vitiosissimi sint doctores: sed ita vt à fermento caueatur, sicut dixit suprà 16. v. 6. Ex quo loco restringenda est particula vniuersalis quæ hic vsurpatur. Quòd si quis roget an propterea tolerandi sint mercenarii: certa est responsio, tolerandos quidem esse priuatis, quibus illos coercere non licet, addita tamẽ distinctione vt si qui sint sinceri doctores & siquæ puræ Ecclesiæ in terris, cũ iis nos aggregemus. Itaque non rectè faciunt hodie qui à Papistis petũt vel doctrinam Verbi vel Baptismum, quum alibi, Dei gratia, purè administrentur. Sed interea fidelis magistratus officium est non modò hæreticos sed etiam vitiosos doctores seuerè coercere, & purum Dei cultum inter suos subditos stabilire.

3 Vt seruetis, τηρεῖν. Vetus interpres hoc non legit: deerat quoque in vno vetere exemplari. Ligant enim, δεσμεύουσι γάρ. In eodem exemplari scriptum reperimus, δεσμεύουσι δὲ: id est, ligant verò. Cæterùm non est hoc accipiendum de Verbi diuini corruptelis, quas omnino vitare oportuit: sed de externa illa Legis exactione, in qua plerunque sunt immodici qui sibi maximè indulgent.

5 Vt spectentur, πρὸς τὸ θεαθῆναι. Vulg. Vt videantur: id est ὅπως θεαθῶσι. Ab hominibus, τοῖς ἀνθρώποις. Hoc est quod vernaculo sermone dicimus, des gens, id est palàm & ab omnibus. Dilatant enim, πλατύνουσι δέ: id est, faciunt quamamplissimas: quòd nimirum in his rebus quasi summam pietatis collocarẽt. In quo errore etiam nostro hoc tempore Iudæi versantur. Cæterùm particulam Α tanquam causalem sum interpretatus: nam commodius sic accipi, res ipsa ostendit, & τὸ in vno exemplari legimus. Phylacteria, φυλακτήρια. Ita significauit quæ Moses Exodi 13. c. 16, & Deut. 6. b. 8, טוטפות. Rabbini Chaldaicè vocant תפלין. His igitur vocabulis existimauit Epiphanius significari limbos siue fasciis quibus prætexerentur vestes. Ego verò censeo fuisse potius laminas, aut membranulas quasdam, quas hodie etiamnum Iudæi corio inclusas partim fronti alligant, partim brachio, inscriptis quatuor quas vocant פרשיות, i. lectionibus sacris. Eas autem Græci (nouo nomine nouæ rei quæsito) vocarunt φυλακτήρια, à conseruando: quod nos quidem immutare noluimus. Erat enim hic ritus (quem postea Iudæi suis superstitionibus contaminarunt) à Domino constituta vt esset veluti μνημόσυνον Legis & beneficiorum quæ Dominus in ipsos contulerat. De his qui volet plura cognoscere, & quæ sit in his rebus Iudæorum cæcitas, legat Pauli Fagii hominis diligentissimi annotationes in cap. Exodi 13. Huiusmodi sunt quæ superstitiosi quidam etiamnum hodie pro amuletis ex collo suspendunt, inscripto præsertim initio Euangelii secundum Iohannem: quam magicam superstitionem iam olim damnauit Antiochena Synodus, expresso etiã nomine φυλακτήριον. Et producunt fimbrias, καὶ μεγαλύνουσι τὰ κράσπεδα, i. Faciunt quam longissimas. vel (vt alii interpretari malunt) Magnificè iactant & efferũt quasi certum pietatis argumen-

tum. Sic enim accipitur verbum μεγαλύνω apud Euripidem in Bacchis: & Magnificare apud Varronẽ & Plinium. Illam tamen interpretationem magis probo, quòd cum superiore verbo πλατύνειν melius consentiat. Cæterùm κρασπέδων appellatione intelliguntur contorti quasi cincinni filorum quæ ab extrema vestium ora pẽdebant: & ציצית vocantur, Num. 15. d. 38: cap. verò Deut. 22. b. 12. גדלים grádlim: quanuis non desint qui inter ista discrimen aliquod constituant. Erat autem hæc vestium forma à Deo constituta Israelitis: quæ tamen profanis etiam gentibus non fuit ignota: siquidem non dissimilem vestem tribuit Nestori Homerus Iliad. κ. 5

Φιλοῦσί τε πρωτοκλισίαν ἐν τοῖς δείπνοις, καὶ τὰς πρωτοκαθεδρίας ἐν ταῖς συναγωγαῖς,

Καὶ τοὺς ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς, καὶ καλεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ῥαββί, ῥαββί.

Ὑμεῖς δὲ μὴ κληθῆτε ῥαββί. εἷς γάρ ἐστιν ὑμῶν ὁ καθηγητής, ὁ Χριστός· πάντες δὲ ὑμεῖς ἀδελφοί ἐστε.

Καὶ πατέρα μὴ καλέσητε ὑμῶν ἐπὶ τῆς γῆς· εἷς γάρ ἐστιν ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Μηδὲ κληθῆτε καθηγηταί· εἷς γάρ ὑμῶν ἐστιν ὁ καθηγητής, ὁ Χριστός.

Ὁ δὲ μείζων ὑμῶν ἔσται ὑμῶν διάκονος.

Ὅστις δὲ ὑψώσει ἑαυτόν, ταπεινωθήσεται· καὶ ὅστις ταπεινώσει ἑαυτόν, ὑψωθήσεται.

Matt. 22. d. 38 Luc. 11. f. 43, & 20. g. 46

Malach. 2. b. 6

Luc. 14. c. 11, & 18. c. 14

6 ‖Amántque primos accubitus in cœnis: & primos consessus in synagogis: 6 *Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis:*

7 Et in foris salutationes, & vocari ab hominibus Rabbi, Rabbi. 7 *Et salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi.*

8 Vos autẽ ne vocemini Rabbi. vnus est enim doctor vester, nempe Christus: omnes autem vos, fratres estis. 8 *Vos autem nolite vocari Rabbi. unus est enim magister vester: ônes autem vos, fratres estis.*

9 ‖Et patrem vestrum neminẽ vocetis in terra: vnus est enim Pater vester qui in cælis est. 9 *Et patrem nolite vocare vobis super terram: unus est enim Pater vester qui in cælis est.*

10 Nec vocemini doctores: vnus enim vester est doctor, nempe Christus. 10 *Nec vocemini magistri: quia magister vester unus est, Christus.*

11 Sed qui maximus est vestrũ, sit minister vester. 11 *Qui maior est vestrum, erit minister vester.*

12 ‖Porro qui sese extollet, deprimetur: & qui sese demiserit, extolletur. 12 *Qui autem se exaltauerit, humiliabitur: & qui se humiliauerit, exaltabitur.*

6 Primos consessus, πρωτοκαθεδρίας. quasi præsidentias dicas, vt rectè explicat Erasmus: qui tamen maluit interpretari per modum infinitum, Primo sedere loco. Vulgata, Primas cathedras. Conuentibus, συναγωγαῖς. id est, quando coguntur conuentus & concilia. Neque enim hic designari puto locum ipsum: alioqui retinuissem vocabulum Synagogæ. Vide suprà 6. a. 2.

7 Rabbi, Rabbi, ῥαββὶ ῥαββί. רבי eminentem declarat, & eum qui multorum sit instar. Erat ergo valde fastuosus hic titulus. Quod etiam intelligitur ex repetitione, qua nimirum isti valde capiebantur: sicuti hodie qui Pharisæis & Scribis successerunt, nulla re magis afficiuntur quàm quum salutantur Domini magistri nostri. Obseruarunt præterea nonnulli titulum רב iis fuisse attributum qui in Babylonicis academiis magisterium consequebantur: רבן autem iis qui in regione Israel per impositionem manuum sapientes essent declarati: titulum denique רבן peculiarem fuisse sapientibus domus Dauid.

8 Ne vocemini, μὴ κληθῆτε. id est, Ne ambiatis hunc honorem. Neque enim vetat Christus ne suum honorem exhibeamus magistratui, aut magistris, sed ambitionẽ damnat, vt declarat Augustinus Sermone de Verbis Domini, ex Matth. 11. quod rectè annotauit Erasmus. Doctor, καθηγητής. In duobus codicibus legimus διδάσκαλος, eodem sensu: & fortasse rectius, ne postea videatur eadem inculcare: quanuis aut nullũ, aut certè exiguum sit in re ipsa discrimen. Videtur autem Dominus respicere quod scriptum est Esaiæ 54. c. 13, & Ierem. 31. f. 34. Nempe Christus, ὁ Χριστός. Hoc neglexit Vetus interpres: quod tamen scriptum erat in omnibus nostris vetustis codicibus, si duos tantùm excipias. Erasmus autem rectè addidit particulam Nempè, ad illustrandam sententiã, sicut etiam suprà 19. c. 17. Omnes autem vos, fratres estis, πάντες δὲ ὑμεῖς, ἀδελφοί ἐστε. Totũ hoc deest in vno exemplari, in hoc quidem versiculo: sed additur sequenti, cui etiam videtur melius conuenire.

9 Vestrum neminẽ vocetis, μὴ καλέσητε ὑμῶν. Vulgata & Erasmus, Nolite vocare vobis. legerũt enim ὑμῖν. Sed in omnibus manuscriptis codicibus, & Complutensi editione, atque adeo Theophylacto Romano, legimus ὑμῶν: excepto vno vetusto exemplari, in quo neutrum legebatur. Hæc autem respiciunt Iudæorum consuetudinem: apud quos non modò אבא, id est patres, sed etiam אבותינו, id est patres nostri, salutabantur Rabbini qui prouectioris erant ætatis. Itaque quanuis inter πατέρα ὑμῶν sit aliquid interiectum, tamen non puto ὑμῶν pro ὑμῖν positum, sed pro ὑμέτερον, per traiectionem. cuius aliud exemplum habes suprà 8. v. 8. neque referendum ad καλέσητε, sed ad πατέρα. Particulam autem μὴ conuerti quasi scriptum sit μηδένα, vt perspicuitati studerem. Qui in cælis est, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. In quodam exemplari hæc verba, πάντες δὲ ὑμεῖς ἀδελφοί ἐστε, id est, Vos autem omnes, fratres estis: ex superiore versiculo in hunc erant translata: & sanè videntur isti melius conuenire quàm superiori.

10 Doctores, καθηγηταί. Hebraicè מורים vel מלמדים: de quibus agitur 2. Paral. 17. b. 9. Græci à præeundo καθηγητὰς vocant, qui & διδάσκαλοι dicuntur, à docendo. Apparet autẽ huiusmodi titulos perlibenter fuisse à Scribis vsurpatos. Neque enim temere est quòd Paulus inter cætera hoc quoque illis obiicit, quòd se confiderent ὁδηγοὺς τυφλῶν, id est, cæcorum duces, Rom. 2. c. 19. Quò etiam videtur Dominus respexisse suprà 15. b. 14. & hoc eodem capite, versiculo 16.

11 Sed qui max. ὁ δὲ μείζων. Particulam δὲ prætermittunt Vetus interpres & Erasmus: quæ tamen est necessaria, & additur in omnibus exemplaribus. Eam autem conuertimus tanquã ἄρα, vt melius intelligatur quæ sit vis ipsius hoc loco. De enallage comparatiui pro superlatiuo alibi diximus. Sit, ἔσται. Vulgata & Erasmus ad verbum, Erit. Constat autem futura pro imperatiuis sæpissime ab Hebræis vsurpari: quam enallagẽ nisi serues, certè obscurior erit hic locus. Adde quòd etiam in manuscripto vno exemplari scriptũ erat ἔστω, vt suprà quoque 20. d. 26, & 27.

12 Extollet, ὑψώσει. vel (vt vertit Vulgata & Erasmus) Exaltabit. Ad verbum, Sublimabit: quo vocabulo vtitur

Ennius. Videtur autem Chriſtus alludere ad ipſum Rabbinorum nomen, qui ſic dicuntur à verbo רבה, quaſi magnum dicas. Deprimetur, ταπεινωθήσεται. Vulgata & Eraſmus, ad verbum, Humiliabitur. Vide ſuprà, 18.a.4, vbi demittere ſumus interpretati, actiuo verbo nimirum, ſicut hic quoque in proximo membro.

Οὐαὶ δὲ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταί, ὅτι κλείετε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων· ὑμεῖς γὰρ οὐκ εἰσέρχεσθε, οὐδὲ τοὺς εἰσερχομένους ἀφίετε εἰσελθεῖν.

13 Sed væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quoniam claudi-tis regnum cælorum coram hominibus: vos enim non introitis, nec introeuntes ſinitis introire.

13 Væ autem nobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia claudi-tis regnũ cælorũ ante homines: vos enim non intratis, nec en trocuntes ſimilis intrare. Luc.11.g.52

Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταί, ὅτι κατεσθίετε τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, καὶ προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι· διὰ τοῦτο λήψεσθε περισσότερον κρίμα.

14 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui exeditis domos viduarum, & qui in ſpeciem vtimini longis precibus: propterea auferetis grauius iudicium.

14 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia comeditis domos viduarũ, orationes longas oran tes: propter hoc amplius accipietis iudicium. Mar.12.c.40 luc.20.g.47

Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταί, ὅτι περιάγετε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηράν, ποιῆσαι ἕνα προσήλυτον· καὶ ὅταν γένηται, ποιεῖτε αὐτὸν υἱὸν γεέννης διπλότερον ὑμῶν.

15 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui circuitis mare & aridam vt faciatis vnum proſelytũ: & quũ fuerit factus, facitis eũ filium gehénæ duplo magis quàm vos ſitis.

15 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia circuitis mare & aridam ut faciatis unum proſelytum: & quum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quàm vos.

Οὐαὶ ὑμῖν ὁδηγοὶ τυφλοί, οἱ λέγοντες, Ὃς ἂν ὀμόσῃ ἐν τῷ ναῷ, οὐδέν ἐστιν· ὃς δ' ἂν ὀμόσῃ ἐν τῷ χρυσῷ τοῦ ναοῦ, ὀφείλει.

16 Væ vobis duces cæci, qui dici-tis, Quiſquis iurauerit per tem plum, nihil eſt: quicunque autẽ iurauerit per aurũ tẽpli, debet.

16 Væ vobis duces cæci, qui dicitis, Quicunque iurauerit per templum, nihil eſt: qui autem iurauerit in auro templi, debet.

Μωροὶ καὶ τυφλοί, τίς γὰρ μείζων ἐστίν, ὁ χρυσὸς, ἢ ὁ ναὸς ὁ ἁγιάζων τὸν χρυσόν;

17 Stulti & cæci, vtrũ enim ma-jus eſt, aurum, an templũ quod ſanctificat aurum?

17 Stulti & cæci, quod enim maius eſt, aurũ, an tẽplũ quod ſanctificat aurum?

Καὶ, Ὃς ἂν ὀμόσῃ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, οὐδέν ἐστιν· ὃς δ' ἂν ὀμόσῃ ἐν τῷ δώρῳ τῷ ἐπάνω αὐτοῦ, ὀφείλει.

18 Et, Quiſquis iurauerit per al-tare, nihil eſt: quicunque autem iurauerit per donum quod eſt ſuper ipſum, debet.

18 Et, Quicunque iurauerit in altari, nihil eſt: quicun que autem iurauerit in dono quod eſt ſuper illud, debet.

13 Clauditis, κλείετε. Videtur mihi Chriſtus alludere ad illud traditionum genus quod Thalmudiſtæ vocant סיגת התורה id eſt ſepimentũ Legis, quibus arceri dicunt homines à tranſgreſſione Legis. Contrà verò Chriſtus dicit à vitæ æternæ ingreſſu ſic prohiberi homines, quia nimirum in illis externis ſubſiſtant. Cælorũ, τῶν οὐρανῶν. In quinto codice ſcriptum erat τῶν Θεοῦ, Dei. Coram hominibus, ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων. Huius particulæ ἔμπροσθεν varia eſt ſignificatio, vt etiam oſtendit in Elenchis Ariſtoteles. Itaque nonnulli pro temporis aduerbio accipiunt: vt ſignificetur, iſtos qui videri volebant cæteris aditum in cælum patefacere, nõ modò id non facere, ſed etiam multo antè præcludere cælorum fores. Ego verò malo opponere τῷ ἔμπροσθεν: vt fores cotã hominibus claudere dicãtur qui alioquin ingreſſuris coràm & in os ianuam occludũt: quod vernaculo ſermone dicimus *ſommer Thuis an uẽſage*. Introeuntes, εἰσερχομένους id eſt, iam habentes pedem in limine. Eraſmus, vt planius loqueretur, vertit, Aduenientes, id eſt προσερχομένους.

14 Exeditis, κατεσθίετε. Quæ vis ſit præpoſitionis κατ in his verbis, ſuprà expoſuimus. Vulgata & Eraſmus, Comeditis. Et qui in ſpeciem vtim. &c. καὶ προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι. Ad verbũ, Et prætextu longum precantes. Vetus interpres, Orationes longas orantes: vt planè videatur, expuncta καὶ particula, legiſſe μακρᾷ tertio caſu, & προφάσει interpretari προσευχῇ, id eſt orationem: quum id potius declaret quod illi obtendebant auaritiæ ſuæ. Opponitur enim τῇ πλεονεξίᾳ, etiam apud Paulum, Philip.1.c.18. Et negligenda non fuit coniunctio καὶ, quam Eraſm. interpretatur Idque, acſi duplex notetur iſtorum improbitas: vna, quòd facultates viduarum vorarẽt: altera, qꝫ tãtũ ſcelus pietatis ſtudio tegerẽt. Cæterùm quũ in aliquibus Veteris editionis exẽplaribus nõ hoc tantùm loco, ſed etiam verſiculo ſuperiore & aliquot ſequentibus, nempe 23.25.27.29. ſcriptum ſit Qui, non Quia. i. οἱ, non ὅτι, ſequutus ſum hanc lectionem vt optimam. Sic enim paulo ꝓcẽſt, verſu ſcilicet 16, dicitur, οἱ ὁδηγοὶ τυφλοὶ οἱ λέγοντες. Auferetis grauius iudicium. κρίμα. i. (vt vertit Eraſm.) grauius puniemini. Vulgata ad verbũ, Accipietis amplius iudicium. Sed Accipere iudicium apud Latinos aliud ſignificat. Deflexi tamen à Græcis quamminimum fieri potuit.

15 Aridam, τὴν ξηράν. Ita dicitur Hebræis ea terræ portio ex qua Deꝰ noſtri cauſa aquas repulit: cuius bene ficii recordatio fecit vt hoc nomen non inuitus retinerem. Sed & Phanias in Epigrãmate εἰς ἐχθρὰς, τριμέτρων ἑξ Epigram. Græcorum, ξυρὸν, aut ξυρὸς, ita vſurpat in hoc verſiculo, Ἀκτῖνα καλαμώδη πατὴρ ξυρὸν ἐλάσσατο πίσης. ac. dixit autẽ ξυρὸν pro ξυρὸν poeticè: quod etiam Latinè verti poteſt Siccũ. Virg. Poſtquã exhauſta palus, terræq; ardore dehiſcunt, Exilit in ſiccũ. Et alio in loco, Donec roſtra tenẽt ſiccũ, & ſedere carinæ Omnes innocuæ. Proſelytũ, προσήλυτον. Ita à Græcis vocabãtur qui patria relicta ſuperſtitione Iudaiſmũ erant amplexi, quaſi aduẽtitios dicas: quod vocabulũ, theologis etiã Latinis ſatis familiare, retinendũ putauimus. Hebræi quoq; ſuũ illud גר quo omnis aduena ſignificatur, ad iſtos propriè tranſferũt. Filiũ gehẽnæ, υἱὸν γεέννης. i. exitio & interitu dignũ. Vide ſuprà 5.c.22, & 8.b.12. Duplo magis, διπλότερον. Ad verbũ, duplicius. Colum. lib. 1.ca.8. ſic vtitur abſoluto. Duplicia, inquit, ferramenta, quàm ſeruorũ numerus exigit. i. duplo plura. 16 Per, ἐν. Ad verbũ, In: qui Hebraiſmos eſt à nobis annotatus ſuprà 5.f.34. Debet, ὀφείλει. i. obnoxius eſt multæ: quod Latini dicũt multã cõmitte re: ſicut à Græcis ii quibꝰ impoſita eſt multa, dicũtur εἰσῆλθεν, vel ἀφῆκεν, abſolutè. Sed hæc præſtat ad Syriacã dialectõ referre, qua vſus eſt Dominus. Syriacè autẽ, qui peccat dicitur חב, i. debitor: & peccatũ חובא, i. debitũ, vt apparet ex Chaldaica periphraſi, Gen.50.c.17, & Pſal.1.a.1. Vnde ortũ illud dicendi genus, Et remitte nobis debita noſtra, ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris. 17 Quod ſanctificat, ἁγιάζων. i. facit vt aurum pro

re ſancta habeatur, diuinis nimirum vſibus conſecratum. Hæc autem vna eſt ex ſignificationibus verbi Hebrai קדש, quod Græci vertunt ἁγιάζειν, & Latini quoque theologi Sanctificare.

Μωροὶ καὶ τυφλοί, τί γὰρ μεῖζον, ὁ δῶρον, ἢ τὸ θυσιαστήριον ὃ ἁγιάζον τὸ δῶρον;

19 Fatui ac cæci, vtrũ enim maius eſt, munus, an altare quod ſanctificat munus?

Ὁ οὖν ὀμόσας ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, ὀμνύει ἐν αὐτῷ καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἐπάνω αὐτοῦ.

20 Qui ergo iurauerit per altare, iurat per ipſũ & per omnia quæ ſuper illud ſunt.

Καὶ ὁ ὀμόσας ἐν τῷ ναῷ, ὀμνύει ἐν αὐτῷ καὶ ἐν τῷ κατοικοῦντι αὐτόν.

3.Reg.8.b.13 2.par.6.a.2

21 Et qui iurauerit per templũ, iurat per ipſum & per eum qui habitat in eo.

Καὶ ὁ ὀμόσας ἐν τῷ οὐρανῷ, ὀμνύει ἐν τῷ θρόνῳ τοῦ Θεοῦ καὶ ἐν τῷ καθημένῳ ἐπάνω αὐτοῦ.

22 Et qui iurauerit per cælum, iurat per thronum Dei & per eum qui ſedet ſuper ipſum.

Οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταί, ὅτι ἀποδεκατεύετε τὸ ἡδύοσμον καὶ τὸ ἄνηθον καὶ τὸ κύμινον, καὶ ἀφήκατε τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου, τὴν κρίσιν καὶ τὸν ἔλεον καὶ τὴν πίστιν· ταῦτα ἔδει ποιῆσαι, κἀκεῖνα μὴ ἀφιέναι.

Luc.11.f.42

23 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quoniã decimatis mentham & anethum & cuminum, & omittitis quæ grauiora ſunt Legis, iudicium & miſericordiã ac fidem: hæc oportuit facere, & illa non omittere.

Ὁδηγοὶ τυφλοί, οἱ διυλίζοντες τὸν κώνωπα, τὴν δὲ κάμηλον καταπίνοντες.

24 Duces cæci, qui excolatis culicem: camelum autem deglutitis.

Οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταί, ὅτι καθαρίζετε τὸ ἔξωθεν τοῦ ποτηρίου καὶ τῆς παροψίδος, ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ἐξ ἁρπαγῆς καὶ ἀκρασίας.

Luc.11.f.39

25 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quoniam purgatis exteriorem poculi patinæque partem, intus autem illa plena ſunt rapina & intẽperantia.

Φαρισαῖε τυφλέ, καθάρισον πρῶτον τὸ ἐντὸς τοῦ ποτηρίου καὶ τῆς παροψίδος, ἵνα γένηται καὶ τὸ ἐκτὸς αὐτῶν καθαρόν.

26 Phariſæe cæce, purga primũ quod eſt intra poculum & patinam, vt id quoque quod extra eſt, purum fiat.

Οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταί, ὅτι παρομοιάζετε τάφοις κεκονιαμένοις, οἵτινες ἔξωθεν μὲν φαίνονται ὡραῖοι, ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ὀστέων νεκρῶν καὶ πάσης ἀκαθαρσίας.

27 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quoniam assimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ extrà quidẽ apparent ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſsibus mortuorũ, omniq; immũditia.

Οὕτω καὶ ὑμεῖς ἔξωθεν μὲν φαίνεσθε τοῖς ἀνθρώποις δίκαιοι, ἔσωθεν δέ ἐστε μεστοὶ ὑποκρίσεως καὶ ἀνομίας.

28 Ita & vos extrà quidem apparetis hominibus iuſti, intus autem pleni eſtis hypocriſi & iniquitate.

19 Cæci, quid enim maius eſt, donum, an altare quod ſanctificat donum?

20 Qui ergo iurat in altari, iurat in eo & omnibus quæ ſuper illud ſunt.

21 Et quicunque iurauerit in templo, iurat in illo & in eo qui habitat in ipſo.

22 Et qui iurat in cælo, iurat in throno Dei & in eo qui ſedet ſuper eum.

23 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia decimatis mentham & anethum & cyminum, & reliquiſtis quæ graviora ſunt Legis, iudicium & miſericordiam & fidem: hæc oportuit facere, & illa non omittere.

24 Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes.

25 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia mundatis quod deforis eſt calicis & paropſidis, intus autem plena ſunt rapina & immunditia.

26 Phariſæe cæce, munda prius quod intus eſt calicis & paropſidis, ut fiat & id quod deforis eſt, mundum.

27 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ àforis parẽt hominibus ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſsibus mortuorum, & omni ſpurcitia.

28 Sic & vos àforis quidẽ paretis hominibus iuſti, intus autem pleni eſtis hypocriſi & iniquitate.

19 Fatui ac μωροὶ καί. Hæc deerant hoc loco in duobus exemplaribus. neque etiam reperiuntur apud Veterem interpretem.

23 Omittitis, ἀφήκατε. Vel (vt Vulg. & Eraſ.) Reliquiſtis. Apparet tamen ex præcedẽte verbo ἀποδεκατεύετε, præteritum loco præſentis poſitum eſſe. Fidem, τὴν πίστιν. i. dictorum & conuentorũ conſtantiam ac veritatem, vt definit Cicero: quod explicandum putaui, ad vitandam homonymiam. Nam ſolet alioquin accipi pro fiducia quæ in Chriſtum recumbit. hic autem videtur Chriſtus agere duntaxat de mutuis hominũ inter ſe officiis.

25 Patinæ, παροψίδος. Vulg. Paropſidis: quo vocabulo vtuntur etiã Latini poetæ. Sed paropſis videtur hic generalius accipi: & in duobus vetuſtis exemplaribus legitur τῶν πίνακος. Quare de paropſidis vſu & forma nullus eſt hic (vt opinor) differendi locus. Vide (ſi libet) Athenæum initio libri noni, & Eraſmũ in hunc locum. Plena ſunt, γέμουσιν. Plena ſunt, videlicet pocula & patinæ. Nam alioqui dicendũ fuerat præpoſito articulo, τὰ δὲ ἔσωθεν, interiora verò, ſicut loquitur Lucas 11.f.39. aut certè pro γέμουσιν ſcribendum erat γέμων. Ideo ſuppleui relatiuum. Rapina, ἐξ ἁρπαγῆς. In quatuor antiquis exemplaribus legimus ἁρπαγῆς coniunctè, & (ni fallor) rectius. Reſpondet autem hoc vocabulum Hebræo חמס, quo omne ſceleris genus ſignificatur ad interuertendas res alienas comparatum: itaque latiùs patet quàm Græcum aut Latinum nomen. Intemperantia, ἀκρασίας. In ſeptem vetuſtis codicibus ſcriptum erat ἀδικίας, iniuſtitia. Vulg. legit hic quoque ἀκρασίας. i. immunditia, vt infrà 27. Cæterũ rapinæ & intemperãtiæ nomine dapes intelligit ex alienis interuerſis facultatibꝰ ad luxum comparatas. 27 Aſsimiles eſtis, παρομοιάζετε. Addit aliquid ſignificationi præpoſitio παρά, quam non putaui negligendã. Vulg. & Eraſ. Similes eſtis. Id Græci vno verbo exprimunt: Latini aſsimilare quidẽ dicũt, ſed actiuè. Dealbatis, κεκονιαμένοις. i. opere tectorio indutis: à κονία, quod calcem & tectorium opus declarat, vt explicat doctiſsimus Budæus. Immũditia, ἀκαθαρσίας. Vulg. & Eraſ. ſpurcitia: quod potius reſpondet τῇ ἀνομίᾳ.

28 Hypocriſi, ὑποκρίσεως. i. ſimulatione: ſed Græcum vocabulum vſitatum retinere maluimus.

Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταί, ὅτι οἰκοδομεῖτε τοὺς τάφους τῶν προφητῶν, καὶ κοσμεῖτε τὰ μνημεῖα τῶν δικαίων·

29 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quoniam ædificatis ſepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta iuſtorum:

29 Ve vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia ædificatis ſepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta iuſtorum:

Καὶ λέγετε, Εἰ ἤμεθα ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν πατέρων ἡμῶν, οὐκ ἂν ἤμεθα κοινωνοὶ αὐτῶν ἐν τῷ αἵματι τῶν προφητῶν.

30 Et dicitis, Si fuiſſemus temporibus patrum noſtrorum, non fuiſſemus eorum ſocii in cæde Prophetarum.

30 Et dicitis, Si fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non eſſemus ſocii eorum in ſanguine Prophetarum.

Ὥστε μαρτυρεῖτε ἑαυτοῖς ὅτι υἱοί ἐστε τῶν φονευσάντων τοὺς προφήτας.

31 Itaque teſtamini aduerſus voſmetipſos, vos eſſe filios eorum qui Prophetas occiderũt.

31 Itaque teſtimonio eſtis vobiſmetipſis quia filii eſtis eorum qui Prophetas occiderunt.

Καὶ ὑμεῖς πληρώσατε τὸ μέτρον τῶν πατέρων ὑμῶν.

32 Vos quoque complete menſuram patrum veſtrorum.

32 Et vos implete menſuram patrum veſtrorum.

Ὄφεις, γεννήματα ἐχιδνῶν, πῶς φύγητε ἀπὸ τῆς κρίσεως τῆς γεέννης;

33 Serpentes, progenies viperarum, quomodo effugere poſsitis iudicium gehennæ?

33 Serpentes, generatio viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ?

Διὰ τοῦτο ἰδοὺ, ἐγὼ ἀποστέλλω πρὸς ὑμᾶς προφήτας, καὶ σοφοὺς, καὶ γραμματεῖς· καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενεῖτε καὶ σταυρώσετε, καὶ ἐξ αὐτῶν μαστιγώσετε ἐν ταῖς συναγωγαῖς ὑμῶν, καὶ διώξετε ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν,

34 Propterea ecce, ego mitto ad vos Prophetas & Sapientes, & Scribas, & ex ipſis nonnullos trucidabitis & crucifigetis: & ex ipſis nonnullos flagellabitis in ſynagogis veſtris, & perſequemini ex vrbe in vrbem:

34 Ideo ecce, ego mitto ad vos Prophetas & Sapientes & Scribas: & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris, & perſequemini de ciuitate in ciuitatem.

ὅπως ἔλθῃ ἐφ' ὑμᾶς πᾶν αἷμα δίκαιον ἐκχυνόμενον ἐπὶ τῆς γῆς ἀπὸ τοῦ αἵματος Ἄβελ τοῦ δικαίου ἕως τοῦ αἵματος Ζαχαρίου υἱοῦ Βαραχίου, ὃν ἐφονεύσατε μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου.

35 Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, effuſus ſuper terram à ſanguine Abel iuſti vſque ad ſanguinem Zachariæ filii Barachiæ, ‖quem occidiſtis inter templum & altare.

35 Vt veniat ſuper nos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram à ſanguine Abel iuſti uſque ad ſanguinem Zachariæ filii Barachiæ, quem occidiſtis inter templum & altare. 2.Par.24.ſuæ.

ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἥξει ταῦτα πάντα ἐπὶ τὴν γενεὰν ταύτην.

36 Amen dico vobis, veniẽt hæc omnia ſuper nationem iſtam.

36 Amen dico vobis, venient hæc omnia ſuper generationem iſtam. Luc.13.g.34

Ἰερουσαλὴμ, Ἰερουσαλὴμ, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτὴν, ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου ὃν τρόπον ἐπισυνάγει ὄρνις τὰ νοσσία ἑαυτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε;

37 ‖Ieruſalem, Ieruſalem, quæ trucidas Prophetas, & lapidas eos qui ad te miſsi ſunt, quoties volui congregare liberos tuos ‖ quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſtis?

37 Ieruſalem, Ieruſalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt, quoties nolui congregare filios tuos, quẽadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? 4.Eſdr.1.c.30

Ἰδοὺ, ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος.

38 Ecce, relinquitur vobis domus veſtra deſerta.

38 Ecce, relinquetur nobis domus veſtra deſerta.

Λέγω γὰρ ὑμῖν, Οὐ μή με ἴδητε ἀπ' ἄρτι ἕως ἂν εἴπητε, Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου.

39 Dico enim vobis, nequaquã me videbitis ab hoc tẽpore vſquedũ dicatis, Benedictus qui venit in nomine Domini.

39 Dico enim vobis, Non me videbitis amodo, donec dicatis, Benedictus qui venit in nomine Domini.

30 In cæde, ἐν τῷ αἵματι. Ad verbum, in ſanguine, quod fuiſſet, hoc quidem loco, obſcurum. 31 Vos quoque complete, καὶ ὑμεῖς πληρώσατε. Hebræum prouerbium eſt, cuius hic eſt ſenſus. Pergite vos quoque imitari maiores veſtros, vt tandem veſtra improbitas ad ſummum gradum perueniat. 33 Quomodo, πῶς. In vno vetere codice ſcriptum erat πού, id eſt quo. 34 Ex ipſis nonnullos, ἐξ αὐτῶν. Subauditur τινας, id eſt, Nonnullos: quod expreſsimus etiam in hoc membro. Vide infrà cap. 17. a. 9. 35 Vt veniat, ὅπως ἔλθῃ. Hebræũ dicendi genus, quod imitantur quodammodo Latini iuriſconſulti, quum dicunt noxam caput ſequi. Eſt autem hæc huius loci ſententia, Vt rei & obnoxii ſitis vel, vt in vestrum caput redundet ſanguis iuſtus. Sanguis iuſtus, αἷμα δίκαιον: id eſt, iuſtorũ & innocentum cædes. Occidiſtis, ἐφονεύσατε. In quodam exemplari legimus ἐφόνευσαν, occiderunt. Aſſentior autem iis qui hæc referunt ad ea quæ ſcripta ſunt Paral. 24. v. 30. & Ioiadam binomium fuiſſe exiſtimant. 37 Ad te, πρὸς αὐτήν. In vno codice ſcriptum erat πρός σε, eodem ſenſu. Volui, ἠθέλησα. De externo miniſterio loquitur, & quatenus in genere fuit huic genti ſeruandæ promiſſus, de qua etiam fuit peculiariter, iam inde à promiſsione Abrahamo facta, ſolicitus. Gallina, ὄρνις. Hoc tamen vocabulũ generaliter auem declarat plerunque. Nam gallina propriè dicitur ἀλεκτρίς, præſertim apud poetas.
39 Ab hoc tempore, ἀπ' ἄρτι. Hebraiſmus מעתה Ex nunc. Vulgata ad verbum, Amodo. Vide infrà 26. c. 29.

Κεφάλαιον κδ΄.

Mat.13.a.1 luc.21.c.5, & 19.c.44

ΚΑΙ ἐξῆλθεν ὁ Ἰησοῦς ἐπορεύετο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ· καὶ προσῆλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπιδεῖξαι αὐτῷ τὰς οἰκοδομὰς τοῦ ἱεροῦ.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Οὐ βλέπετε πάντα ταῦτα; ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ ἀφεθῇ ὧδε λίθος ἐπὶ λίθον, ὃς οὐ μὴ καταλυθήσεται.

Καθημένου δὲ αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ ὄρους τῶν ἐλαιῶν, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ κατ' ἰδίαν, λέγοντες, Εἰπὲ ἡμῖν, πότε ταῦτα ἔσται; καὶ τί τὸ σημεῖον τῆς σῆς παρουσίας, καὶ τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος;

Ephes.5.b.6 colos.2.c.18

Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Βλέπετε μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ.

Πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, λέγοντες, Ἐγώ εἰμι ὁ Χριστός· καὶ πολλοὺς πλανήσουσι.

Μελλήσετε δὲ ἀκούειν πολέμους, καὶ ἀκοὰς πολέμων. ὁρᾶτε μὴ θροεῖσθε. δεῖ γὰρ πάντα γενέσθαι, ἀλλ' οὔπω ἐστὶν τὸ τέλος.

Ἐγερθήσεται γὰρ ἔθνος ἐπὶ ἔθνος, καὶ βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν· καὶ ἔσονται λιμοὶ καὶ λοιμοί, καὶ σεισμοὶ κατὰ τόπους.

Πάντα δὲ ταῦτα, ἀρχὴ ὠδίνων.

Supra 10.b.17 luc.21.c.12 Iohan. 15.c.20, & 16.a.2

Τότε παραδώσουσιν ὑμᾶς εἰς θλῖψιν, καὶ ἀποκτενοῦσιν ὑμᾶς· καὶ ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ πάντων τῶν ἐθνῶν διὰ τὸ ὄνομά μου.

Καὶ τότε σκανδαλισθήσονται πολλοί, καὶ ἀλλήλους παραδώσουσι, καὶ μισήσουσιν ἀλλήλους.

CAP. XXIIII.

1 ET egressus Iesus de templo, abibat: & accesserunt discipuli eius, vt ostentarent ei ædificia templi.

2 Iesus autem dixit eis, Nonne videtis hæc omnia? amen dico vobis, non relinquetur hîc lapis super lapidem, qui nō dissoluatur.

3 Sedente autem eo in monte Olearum, adierunt eum discipuli priuatim, dicentes, Dic nobis, quando hæc erunt? & quod erit signum aduentus tui, & consummationis seculi?

4 Et respondens Iesus dixit eis, Videte nequis vos seducat.

5 Multi enim venient in nomine meo, dicētes, Ego sum Christus: multósque seducent.

6 Futurum est autem vt audiatis bella, & rumores bellorum: videte ne turbemini. oportet enim omnia hæc fieri, sed nondum erit finis.

7 Insurget enim gens in gentē, & regnum in regnum: & erunt pestilētiæ, & fames, & terræmotus singulis locis.

8 Hæc autem omnia principiū sunt dolorum.

9 Tunc tradent vos oppressioni, & trucidabunt vos: & odio eritis omnibus gentibus propter nomen meum.

10 Et tunc offendentur multi: & alius alium prodet, & odio habebit alius alium.

CAP. XXIIII.

1 ET egressus Iesus de templo, abibat: & accesserunt discipuli eius vt ostenderent ei ædificationes templi.

2 Ipse autem respondēs dixit illis, Videtis hæc omnia? amen dico vobis, non relinquetur hîc lapis super lapidem, qui non destruatur.

3 Sedente autem eo super montē Oliueti, accesserunt ad eum discipuli secretò, dicentes, Dic nobis quando hæc erunt? & quod signum aduentus tui, & cōsummationis seculi?

4 Et respondens Iesus dixit eis: Videte ne quis vos seducat.

5 Multi enim venient in nomine meo, dicentes, Ego sum Christus: & multos seducent.

6 Audituri enim estis prælia & opiniones prælioru: videte ne turbemini: oportet enim hæc fieri, sed nondum est finis.

7 Consurget enim gens in gentem, & regnum in regnum: & erunt pestilentiæ, & fames, & terræmotus per loca.

8 Hæc autem omnia, initia sunt dolorum.

9 Tunc tradent vos in tribulationem, & occidēt vos: & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum.

10 Et tunc scādalizabūtur multi: & inuicē tradēt, & odio habebūt inuicem.

IN CAPVT XXIIII.

1 E tēplo, abibat, ἐπορεύετο ἀπὸ τοῦ ἱ ρου. Quoddam exēplar legit, ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, ἐπορεύετο: quæ lectio melius conuenit. itaque eam sum sequutus cum Vetere interprete. 2 Iesus autem dixit eis, ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς. In duobus vetustis codicibus scriptum erat, ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς: id est, ipse verò respondens dixit eis. Eam lectionem sequitur Vetus interpres: quem hoc loco immeritò flagellat Erasmus, quum idem ipse suprà annotarit verbum Respondendi ab Hebræis sæpè impropriè accipi, & habitum inter eos sermonem constet antequā hæc diceret Iesus. Nónne, οὐ. Hanc particulam non legit Vetus interpres, & deesse comperimus in quin que vetustis codicibus. Dissoluatur, καταλυθήσεται. In ædificio coniuncti lapides & coagmentati, dicuntur dissolui quum diruuntur. Sic loquitur Cicero de Senect. Opus ipsa suum eadem quæ coagmentauit natura dissoluit. Vulgata & Erasmus interpretantur, Destruatur. 3 Priuatim, κατ' ἰδίαν. Vulgata & Erasmus, Secretò: id est κατ' ἐρημίαν. Aduentus, παρουσίας, id est Adesse, pro Aduenire, sicut etiam infrà accipitur vers. 27. Nam propriè non aduentum, sed præsentiam declarat. Cæterùm in quibusdam vetustis exemplaribus hæc omnia sine interrogatione leguntur. 4 Seducat, πλανήσῃ. Hic πλανᾶν accipitur forma coniugationis Hebrææ Hiphil: nā propriè neutrū est, ideo verti oportuit perinde acsi scriptum esset πλανᾶσθαι. Homer. Ilia. β. οὐ μὰ μάχην πολέμιζεμεν ἀπαντίον. 6 Rumores, ἀκοαί. Vulg. Opiniones: id est δόξας. Nos suprà 4. d. 24, ἀκοὴν, Famam conuertimus. Sed quia plurali numero vtendum erat, synonymum quæsiuimus. Omnia, πάντα. In quo dam exemplari additur ταῦτα, hæc. quod expressimus. Est, Vt. Annorat Eras. fese alicubi legisse ἔστιν, Erit: quam lectionem maximè probo. Est autem hæc sententia, ne illis quidē peractis finem fore malorū. 7 Singulis locis, κατὰ τόπους. i. passim. Nā κατὰ hoc loco distributiuum est. Vulg. Per loca, præpositione non satis expressa. Eras. Variis locis. 9 Gentibus, ἐθνῶν. In vno codice non additur hoc vocabulum, quo etiā sublato videtur plenior esse sententia. 10 Prodet, παραδώσουσι. Vulg. & Eras. ad verbum, Tradēt. Sed τὸ παραδώσει dixi existimo positum ἀντὶ τοῦ παραδοθήσεται, sicut etiā infrà ca. 16. b. 16. Sic etiā Hebræis נתן nō modò tradere, sed etiā prodere significat, vt Isa. 38. c. 19. Odio habebūt, μισήσουσι. Hoc quoq; cōmodius Græci vno vocabulo exprimūt quā Latini. Alius aliū, ἀλλήλους. Hoc Græci vno vocabulo exprimūt. Eras. addit, Inuicē: quod abūdat & magis respondet τῷ ἀλλήλ.

11 Multipl.

Καὶ πολλοὶ ψευδοπροφῆται ἐγερθήσονται, καὶ πλανήσουσι πολλούς.

11 Et multi pſeudoprophetæ ſurgent, ac ſeducent multos.

11 *Et multi pſeudoprophetæ ſurgent, & ſeduent multos.*

Καὶ διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν, ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν.

12 Et quoniam multiplicata erit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum.

12 *Et quoniam abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum.*

Ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται.

13 Sed qui ſuſtinuerit ad finem vſque, is ſeruabitur.

13 *Qui autem perſeuerauerit uſque in finem, hic ſaluus erit.*

Καὶ κηρυχθήσεται τοῦτο τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ εἰς μαρτύριον πᾶσι τοῖς ἔθνεσι· καὶ τότε ἥξει τὸ τέλος.

14 Et prædicabitur iſtud Euangelium regni in vniuerſa terra vt ſit teſtimonio omnibus gentibus: & tunc veniet finis.

14 *Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerſo orbe, in teſtimonium omnibus gentibus: & tunc veniet conſummatio.* ℣

Ὅταν οὖν ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως τὸ ῥηθὲν διὰ Δανιὴλ τοῦ προφήτου, ἑστὸς ἐν τόπῳ ἁγίῳ (ὁ ἀναγινώσκων νοείτω)

15 Quum ergo videritis abominationem illam vaſtatricẽ quæ dicta eſt ‖ à Daniele Propheta, poſitam in loco ſancto: (qui legit, animaduertat)

15 *Quum ergo videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Propheta, ſtantem in loco ſancto: (qui legit, intelligat)* Mat.13.b.14 Luc.21.d.20 Dan.12.d.11

Τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη·

16 Tunc qui in Iudæa ſuerint, fugiant in montes:

16 *Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes:*

Ὁ ἐπὶ τοῦ δώματος, μὴ καταβάτω ἆραί τι ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ·

17 Qui ſupra domum, non deſcendat vt ſumat quicquam è domo ſua:

17 *Et qui in tecto, non deſcendat tollere aliquid de domo ſua.*

Καὶ ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ, μὴ ἐπιστρεψάτω ὀπίσω ἆραι τὰ ἱμάτια αὐτοῦ.

18 Et qui in agro, non reuertatur retrò vt ſumat veſtimenta ſua.

18 *Et qui in agro, non reuertatur tollere tunicam ſuam.*

Οὐαὶ δὲ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις, καὶ ταῖς θηλαζούσαις ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις.

19 Væ autem vterum ferentibus & lactantibus per illos dies.

19 *Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus.*

Προσεύχεσθε δὲ ἵνα μὴ γένηται ἡ φυγὴ ὑμῶν χειμῶνος, μηδὲ ἐν σαββάτῳ.

20 Orate verò ne fiat fuga veſtra hyeme, ‖ neque ſabbathò:

20 *Orate autem vt non fiat fuga veſtra in hyeme, vel ſabbatho.* Act.1.b.16

Ἔσται γὰρ τότε θλῖψις μεγάλη, οἵα οὐ γέγονεν ἀπ' ἀρχῆς κόσμου ἕως τοῦ νῦν, οὐδ' οὐ μὴ γένηται.

21 Erit enim tũc oppreſſio magna, qualis non fuit à principio mundi ad hoc vſque tempus, neque erit.

21 *Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi uſquemodò, neque fiet.*

11 Multiplicata erit, πληθυνθῆναι. Vulgata & Eraſmus, Abundabit, πληθύνει.

13 Qui ſuſtinuerit, ὁ ὑπομείνας. Vulgata & Eraſmus, Qui perſeuerauerit: id eſt ὁ περιμείνας.

14 In vniuerſa terra, ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ. Ad verbum, In vniuerſa habitabili. Vulgata, In vniuerſo orbe: id eſt, ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ τῆς γῆς. Vocat autem Euangelium regni, felicem de regno cælorum nuntiationem. Finis, τὸ τέλος. Vulgata & Eraſmus, Conſummatio: id eſt συντέλεια.

15 Abominationem illam vaſtatricem, βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως. Ad verbum, Abominationem deſolationis: qui Hebraiſmus eſt obſcurior. Sic etiã infrà Apocalypſeos cap.17.a.1, legimus κρίμα τῆς πόρνης: id eſt, Damnationem meretricis illius, pro Damnandam illam meretricem. Eſt autem locus hic petitus ex Dan.11.v.31, vbi Hebraicè legimus ונתנו זרעים מעוזו החללו ושמו שקוץ משומם quod etiam interpretari poſſumus, Abominationem ſtupendam. Sic autem deſignat Propheta profanationem templi, collocatis ibi idolis, & multis pollutis quæ per Legem non licebant: vnde etiam mox ſequutum eſt & templi & vrbis & gentis excidium, vt ex hiſtoriis apparet. Animaduertat, νοείτω: vel, ſecum conſideret. Vulgata & Eraſmus, Intelligat: quæ interpretatio non ſatis videtur conuenire huic loco, quamuis interdum pro σωτηρίαν vſurpetur, vt ſuprà cap.15.b.17, & 16.b.11. In Marco autem, 8.b.17, alterum ab alterò apertè videtur diſtingui.

17 Supra domum, ἐπὶ τοῦ δώματος: id eſt, In ſuperiore ædium parte. Vulgata & Eraſmus, In tecto. Vide ſuprà 10.c.27. Vt ſumat quicquam è domo ſua, ἆραί τι ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ. In veteribus exemplaribus legitur, ἆραι τὰ ἐκ τῆς οἰκίας, (quo modo etiam legit Theophylactus & Valla) id eſt, ad tollenda ea quæ ſunt è domo ſua: nempe res ſuas quas domi habet.

18 Retrò, ὀπίσω. Vel, rurſus: ſicut dixit Virgilius, Rurſus & incipiam in corpora velle reuerti. Veſtimenta, τὰ ἱμάτια. Veſtimentum hoc loco generaliter accipitur, cuius latè patet ſignificatio, vt teſtantur iuriſconſulti. Cæterùm in quatuor vetuſtis exemplaribus legitur in ſingulari τὸ ἱμάτιον: id eſt pallium, nimirum quod fugienti in primis neceſſarium eſt aduerſus aeris iniuriam. Idem ergo de cæteris eiuſmodi rebus ſtatuendum: & ſignificatur ſumma trepidatio & neceſſitas fugæ.

20 Sabbatho, τῷ σαββάτῳ. In quatuor codicibus legimus σαββάτου ſecundo caſu, ſicut paulo antè χειμῶνος.

21 Neque erit, οὐδ' οὐ μὴ γένηται. Triplex negatio eſt adhibita (vt annotat Eraſmus) emphaſeos cauſa, quã Latinis contrà vel duplex negatio affirmet. Cenſet autem idem in annotationibus, verti poſſe, Neque fiat: vt ſit abominantis. Atqui ſi hoc recipimus, potius ſcribendum fuerit, οὐ μὴ γένηται: ex infinitis autem exemplis apparet Coniunctiui præſens in hac conſtructione pro futuro Indicatiui vſurpari ab hoc Euangeliſta.

Καὶ εἰ μὴ ἐκολοβώθησαν αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι, οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σὰρξ· ἀλλὰ διὰ τοὺς ἐκλεκτοὺς κολοβωθήσονται αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι.

22 Et niſi contracti fuiſſent dies illi, periret omnis caro: ſed propter electos contrahentur dies illi.

22 *Et niſi breuiati fuiſſẽt dies illi, non fieret ſalua omnis caro: ſed propter electos breuiabũtur dies illi.*

Τότε ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ, Ἰδοὺ, ὧδε ὁ Χριστός, ἢ ὧδε· μὴ πιστεύσητε.

Mat.23.v.11 luc.17.v.23

23 Tunc ſiquis vobis dixerit, ‖Ecce, hîc Chriſtus, ˇ aut hîc: ne credite.

23 *Tunc ſiquis uobis dixerit, Ecce, hîc eſt Chriſtus, aut illic: nolite credere.*

Ἐγερθήσονται γὰρ ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται, καὶ δώσουσι σημεῖα μεγάλα καὶ τέρατα· ὥστε πλανῆσαι, εἰ δυνατὸν, καὶ τοὺς ἐκλεκτούς.

24 ˇSurgẽt enim pſeudochriſti & pſeudoprophetæˇ, & edẽt ſigna magna & miracula: ita vt ˇ ſeducant (ſi fieri poſsit) etiã electos.

24 *Surgent enim pſeudochriſti & pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna magna & prodigia ita vt in errorem inducantur (ſi fieri poſſit) etiam electi.*

Ἰδοὺ, προεῖπον ὑμῖν.

25 Ecce, prædixi vobis.

25 *Ecce, prædixi uobis.*

Ἐὰν οὖν ε�ίπωσιν ὑμῖν, Ἰδοὺ, ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐστὶν, μὴ ἐξέλθητε· ἰδοὺ ἐν τοῖς ταμείοις, μὴ πιστεύσητε.

26 Itaque ſi dixerint vobis, Ecce, in deſerto eſt: ne egredimini. Ecce, in conclauibus: ne credite.

26 *Si ergo dixerint uobis, Ecce, in deſerto eſt: nolite exire. Ecce, in penetralibus: nolite credere.*

Ὡσπερ γὰρ ἡ ἀστραπὴ ἐξέρχεται ἀπὸ ἀνατολῶν, καὶ φαίνεται ἕως δυσμῶν, οὕτως ἔσται καὶ ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου.

27 Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & apparet vſque in Occidentem: ita erit & aduentus Filii hominis.

27 *Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret uſque in Occidentem: ita erit & aduentus Filii hominis.*

Ὅπου γὰρ ἐὰν ᾖ τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοί.

Luc.17.v.37

28 ‖Vbicũque enim fuerit ˇ cadauer, illuc cõgregabũtur ˇ aquilæ.

28 *Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.*

Εὐθέως δὲ μετὰ τὴν θλῖψιν τῶν ἡμερῶν ἐκείνων ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς, καὶ οἱ ἀστέρες πεσοῦνται ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται.

Mar.13.v.24 luc.21.v.25 eſa.13.b.10 ezech.32.b.7 ioel.2.g.31, & 3.v.15

29 ‖Statim autem poſt oppreſionẽ dierum illorum ſol obſcurabitur, nec dabit luna ſplendorem ſuum, & ſtellæ cadent è cælo, & ˇ poteſtates cælorum ˇ concutientur.

29 *Statim autem poſt tribulationem dierum illorum, ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cælo, & uirtutes cælorum commouebuntur.*

Καὶ τότε φανήσεται τὸ σημεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ τότε

30 Tunc apparebit ſignum Filii hominis ˇ in cælo: & tunc

30 *Et tunc parebit ſignum Filii hominis in cælo:*

22 Omnis caro periret, οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σὰρξ: id eſt, tota gens funditus interiret. Duplex Hebraiſmus. Non ſeruaretur, pro, periret: (nam in his loquutionibus negans particula non cohæret cum ſigno vniuerſali ΟΜΝΙ, ſed cum verbo, vt liquet ex Eph.4.v.29.) & Caro pro homine: ex quibus illũ mutauimus vt obſcuritatem, hunc vt ſatis vſitatum retinuimus.

23 Aut hîc, ἢ ὧδε. In quodam codice legitur ἢ ἐκεῖ, aut illic: idque melius.

24 Surgent, ἐγερθήσονται: id eſt exorientur, vt ſuprà 11.v.13. Et edent ſigna, καὶ δώσουσι σημεῖα. Vulgata & Eraſmus ad verbum, Et dabunt ſigna. Idem autem valet δίδωμι quod ποιῶ: ἐπιδείκνυμι id eſt, palam aliquid deſignare inſigne, quod omnibus ſpectandum proponatur. Sic enim vſurpant Hebræi verbum נתן interdum, vt Nehem.9.b.10.

Seducant, πλανῆσαι. In quodam exemplari ſcriptum erat πλανηθῆναι: id eſt vt ſeducantur, vel (vt conuertit Vetus interpres) In errorem inducantur.

28 Cadauer, τὸ πτῶμα. Vulgata, Corpus: id eſt τὸ σῶμα. qua occaſione arrepta nonnulli Eccleſiam quam falſò vocant, pro Chriſto ipſo ſubſtituunt: quod quidem facilè refelli poteſt etiamſi legamus τὸ σῶμα. Sed certè omnes codices quos mihi videre contigit, ſcriptum habebant τὸ πτῶμα. Ita etiam habet Theophylactus Romanus, & Theodoritus περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος. Sed γὰρ non legit, nec Vetus etiam interpres.

Aquilæ, οἱ ἀετοί. Vulgata, Et aquilæ: redundante copulatiua.

29 Poteſtates cælorum, αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν. Aut (vt alii vertunt) virtutes: modò intelligas non ἀγγέλους, ſed δυνάμεις ſcriptum eſſe. Cæterùm exiſtimo ex Hebraorum idiotiſmo Poteſtates cælorum pro ipſis cælis potentibus dici. Nolui tamen temere quicquã immutare. Cõcutientur, σαλευθήσονται: vel, vacillabunt, inſtar fluctuantis nauis in mari. Vulgata & Eraſmus, Commouebuntur: quod non tantam habet emphaſin: reſpondet enim τὸ σαγευθήσονται.

30 Signum, τὸ σημεῖον. Qui hoc referunt ad crucis figuram, mihi quidem videntur ſine ratione loqui. Deſcribitur enim mox quod ſit futurum hoc ſignum, ſumma gloria videlicet, & maieſtas, quæ teſtabitur Chriſtum illum dominum cæli & terræ (qui, quo tempore hæc dicebat, inter vulgares homines cenſebatur, ac nunc quoque in ſuis membris contemnitur) aduentare, vt orbem terrarum iudicet. In cælo, ἐν τῷ οὐρανῷ. In vno codice legimus, τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, qui eſt in cælis.

κόψονται πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, καὶ ὄψονται τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς.

"omnes tribus terræ" plangent, & videbunt Filium hominis veniẽtem "in nubibus cæli cum potentia & gloria multa.

& tunc plangent omnes tribus terræ, & videbũt Filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa & maiestate. Apoc.1.b.7 dan.7.b.13 zach.12.d.12

Καὶ ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ μετὰ σάλπιγγος φωνῆς μεγάλης· καὶ ἐπισυνάξουσι τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων, ἀπ' ἄκρων οὐρανῶν ἕως ἄκρων αὐτῶν.

31 ‖Et verò mittet Angelos suos cum tubæ "voce magna, & cogent electos eius à quatuor ventis, "à cælorum extremo ad eorum extremum.

Et mittet Angelos suos cum tuba & uoce magna, & congregabunt electos eius à quatuor uentis, à summis cælorum usque ad terminos eorum. 1.Cor.15.g.52 1.Thess.4.d.16

Ἀπὸ δὲ τῆς συκῆς μάθετε τὴν παραβολήν· ὅταν ἤδη ὁ κλάδος αὐτῆς γένηται ἁπαλὸς, καὶ τὰ φύλλα ἐκφύῃ, γινώσκετε ὅτι ἐγγὺς τὸ θέρος·

31 A"ficu autem discite "parabolam: quum iam ramus eius "tener fit, & folia" germinat, nostis propè esse æstatem.

Ab arbore autem fici discite parabolam: quum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitote quia propè est æstas:

Οὕτω καὶ ὑμεῖς, ὅταν ἴδητε πάντα ταῦτα, γινώσκετε ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἐπὶ θύραις.

33 Ita & vos, quùm videritis hæc omnia, scitote illum propè esse & ad fores.

Ita & uos, quum videritis hæc omnia, scitote quia propè est in ianuis.

Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη ἕως ἂν πάντα ταῦτα γένηται.

34 "Amen dico vobis, nequaquam præterierit "ætas hæc vsquedũ omnia ista facta sint.

Amen dico uobis quia non præteribit generatio hæc donec omnia hæc fiant.

Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται· οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι.

35 ‖Cælum & terra præteribũt: sermones autem mei nequaquam præteribunt.

Cælum & terra transibunt: uerba autem mea non præteribunt. Mat.24.d.35

Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν, εἰ μὴ ὁ πατήρ μου μόνος.

36 De die autem illo "& hora nemo scit, ne Angeli quidem cælorũ, "sed Pater meus solus.

De die autem illa & hora nemo sci, neque Angeli cælorum, nisi solus Pater.

Ὡσπερ δὲ αἱ ἡμέραι τοῦ Νῶε, οὕτως ἔσται καὶ ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου.

37 Sicut autem erant dies Noe, ita erit & aduentus Filii hominis.

Sicut autem in diebus Noe, ita erit & aduentus Filii hominis.

Ὡσπερ γὰρ ἦσαν ἐν ταῖς ἡμέραις ταῖς πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ τρώγοντες καὶ πίνοντες, γαμοῦντες καὶ ἐκγαμίζοντες, ἄχρι ἧς ἡμέρας εἰσῆλθε

38 ‖Sicut enim diebus *qui præcesserunt* diluuium "edebant & bibebant, vxores ducẽbant & nuptum dabant, ad eum vsque diem quo ingressus est

Sicut enim erant in diebus ante diluuiũ comedentes & bibẽtes, nubẽtes & nuptui tradẽtes, usq; ad eum diem quo intrauit Luc.17.f.28 gen.7.b.5 1.pet.3.d.20

Omnes tribus, πᾶσαι αἱ φυλαὶ, id est, omnes gentes, seu populi. Alludit enim vel ad dispersionem quæ refertur Gen.10 & 11, vel ad Israeliticæ gentis distributionem. Plangent, κόψονται. Ouidius, Plangere nuda meis conabar pectora palmis. Inde factum vt pro lugere accipiatur absoluta significatione.

In nubibus, ἐπὶ τῶν νεφελῶν: vel, supra nubes, id est nubibus insidentem: quo modo etiam sublatus est in cælum, & pulcherrimè describitur à Dauide Psalmo 104. Est autem totus hic locus translatus ex Danielis 7, & Zachariæ 12.

31 Voce, φωνῆς. In quatuor codicibus vetustis scriptum erat, μετὰ σάλπιγγος καὶ φωνῆς μεγάλης, cum tuba & voce magna: quo modo conuertit Vetus interpres. A cælorum extremo ad eorum extremum, ἀπ' ἄκρων οὐρανῶν ἕως ἄκρων αὐτῶν: id est, ab vno extremo ad alterum, siue, à toto terrarum orbe qui cælo tegitur. Vulg. & Erasmus obscurè, A summis cælorum vsque ad terminos eorum, quam interpretationem meritò Valla reprehendit. Hoc dicendi genus etiam reperies Deut.4.e.32. & 28.g.64.

32 Ficum, συκῆς. Vulgata, arbore fici: quo modo etiam suprà 21.b.19. quia ficus Latinis est anceps. Sed hanc ambiguitatem tollunt ea quæ sequuntur. Parabolam, τὴν παραβολήν. Erasmus, Similitudinem: ne quis (ait) somniet ficũ parabolas dicere. Sed hæc certè amphibolia nimiũ est absurda. Tener, ἁπαλός: vel potius læuis. Hoc enim refero ad corticẽ & librũ, cuius læuor indicat succum illum vitalem è radice ad librum enasisse: quod vernaculo sermone dicimus, *quand la seue est montee*. Erasmus ad gemmam refert, eodem manente sensu. Germinat, ἐκφύῃ: vel, edit. Accipitur autem illud etiam transitiuè: quum apud Plinium lib.7.cap.6, dicatur fœtus capillum germinare: metaphora ab arboribus sumpta. Vulgata, Nata. Erasmus, Enata. id est ἐκφύσαντα: vel, ἐκφύσαν. Ego verò malo actiuè accipere.

34 Amen, ἀμὴν. In quibusdam exemplaribus additur δέ, autem. Ætas, γενεά. Vulgata ad verbum, generatio. Sed γενεὰ (vt obseruat Erasmus) pro eo hic vsurpatur quod Latini ætatem aut seculum vocant: velut quum dicitur Nestor τρεῖς γενεὰς, tres ætates vixisse. Vide suprà 11.b.16.

36 Et hora, καὶ τῆς ὥρας. In vno codice scriptum erat, δὲ τῆς ὥρας, vel hora. Sed, ἀλλά. Vulg. & Eras. ad verbum, Nisi. Vide suprà 12, v.4.

38 Edebant, τρώγοντες: id est ἐσθίοντες, quum illud propriè de brutis dici velint grammatici: vt etiam videatur magna esse huius verbi emphasis, quo significatur homines brutorum instar fore ventri deditos. Nam alioqui edere & bibere, per se non est vitium.

Νῶε εἰς τὴν κιβωτόν·

Καὶ οὐκ ἔγνωσαν ἕως ἦλθεν ὁ κατα-
κλυσμὸς, καὶ ἦρεν ἅπαντας· οὕτως ἔσται καὶ
ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου.

Luc.17.g.35 1.thess.4.d.17 Τότε δύο ἔσονται ἐν τῷ ἀγρῷ· ὁ εἷς παραλαμβάνεται, καὶ ὁ εἷς ἀφίεται.

Δύο ἀλήθουσαι ἐν τῷ μύλωνι· μία παραλαμβάνεται, καὶ μία ἀφίεται.

Mar.13.d.35 Γρηγορεῖτε οὖν, ὅτι οὐκ οἴδατε ποίᾳ ὥρᾳ ὁ κύριος ὑμῶν ἔρχεται.

Luc 12.c.39 2.thess.5.a.2 apoc. 16.c.15 Ἐκεῖνο δὲ γινώσκετε, ὅτι εἰ ᾔδει ὁ οἰκοδεσπότης ποίᾳ φυλακῇ ὁ κλέπτης ἔρχεται, ἐγρηγόρησεν ἄν, καὶ οὐκ ἂν εἴασε διορυχῆναι τὸν οἶκον αὐτοῦ.

Διὰ τοῦτο καὶ ὑμεῖς γίνεσθε ἕτοιμοι· ὅτι ᾗ ὥρᾳ οὐ δοκεῖτε, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται.

Luc 12.c.42 Τίς ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς δοῦλος καὶ φρόνιμος, ὃν κατέστησεν ὁ κύριος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ, τοῦ διδόναι αὐτοῖς τὸν τροφὸν ἐν καιρῷ;

Μακάριος ὁ δοῦλος ἐκεῖνος, ὃν ἐλθὼν ὁ κύριος αὐτοῦ εὑρήσει ποιοῦντα οὕτως.

Ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ καταστήσει αὐτόν.

Ἐὰν δὲ εἴπῃ ὁ κακὸς δοῦλος ἐκεῖνος ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, Χρονίζει ὁ κύριός μου ἐλθεῖν·

Καὶ ἄρξηται τύπτειν τοὺς συνδούλους, ἐσθίῃ δὲ καὶ πίνῃ μετὰ τῶν μεθυόντων·

Ἥξει ὁ κύριος τοῦ δούλου ἐκείνου ἐν ἡμέρᾳ ᾗ οὐ προσδοκᾷ, καὶ ἐν ὥρᾳ ᾗ οὐ γινώσκει.

Noe in arcam:

39 Nec cognouerunt diluuium vſque dum veniſſet, & ſuſtuliſſet omnes: ita erit & aduentus Filii hominis.

40 ‖Tunc duo erunt in agro: vnus ˇaccipietur, & alter relinquetur.

41 Duæ molentes in ˇpiſtrino: vna accipietur, & altera ˇrelinquetur.

42 ‖Vigilate ergo. neſcitis enim qua hora Dominus veſter venturus ſit.

43 ‖Illud autem ſcitote, ſi ſciret paterfamiliâs ˇqua vigilia fur venturus ſit, vigilaret, nec fineret perfodi domum ſuam.

44 Propterea & vos eſtote parati: quia qua hora ˇnon putatis, Filius hominis venturus eſt.

45 ˇ‖Quis igitur eſt fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit dominus ſuper ˇfamulitiũ ſuum, vt det illis alimentum in tempore?

46 Beatus ſeruus ille, quem, quũ venerit dominus eius, inuenerit ita facientem.

47 Amen dico vobis, omnibus bonis ſuis præficiet eum.

48 Quòd ſi dixerit ſeruus ille malus in corde ſuo, ˇTardat dominus meus aduentum:

49 Cœperitque verberare ˇconſeruos, ˇquinetiam edere & bibere cum ebriis:

50 Veniet dominus ſeruí illius die quo non expectat, & hora quâ non nouit.

Noe in arcam:

39 Et non cognouerunt de nec venit diluuium, & tulit omnes: ita erit & aduentus Filii hominis.

40 Tunc duo erũt in agro: unus aſſumetur, & unus relinquetur.

41 Duæ molentes in mola: una aſſumetur, & una relinquetur.

42 Vigilate ergo: quia neſcitis qua hora dominus veſter venturus ſit.

43 Illud autem ſcitote, quoniam ſi ſciret paterfamiliâs qua hora fur venturus eſſet, vigilaret utique, & non ſineret perfodi domum ſuam.

44 Ideo & vos eſtote parati: quia qua neſcitis hora, Filius hominis venturus eſt.

45 Quis putas eſt fidelis ſeruus & prudens, quẽ conſtituit dominus ſuus ſuper familiam ſuam, ut det illis cibum in tempore?

46 Beatus ille ſeruus, quẽ, quum venerit dominus eius, inuenerit ſic facientem.

47 Amen dico vobis quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.

48 Si autem dixerit malus ſeruus ille in corde ſuo, Moram facit dominus meus venire:

49 Et cœperit percutere cẽ ſeruos ſuos, mãducet autem & bibat cũ ebriis:

50 Veniet dominus ſeruí illius in die qua non ſperat, & hora qua ignorat.

40 Accipietur, παραλαμβάνεται. Præſentia pro futuris, vt apparet ex Luca, 17.g.34.

41 Piſtrino, μύλωνι. In tribus codicibus legitur μύλῃ, eodem ſenſu. Vulgata & Eraſmus, Mola: id eſt μύλῃ. Conſueuiſſe verò mulieres tum apud Græcos, tum apud barbaros, molere & coquere, apertè conſtat ex Plutarcho, qui in libro problematum Romanorũ quærit cur id apud Romanos fieri non ſoleret. Relinquetur, ἀφίεται: id eſt ἀφεθήσεται. Quidam codex addit δύο ἔσονται μύλῃ· εἷς παραλαμβάνεται, καὶ εἷς ἀφίεται, Duo erunt in lecto vno: vnus accipietur, & alter relinquetur. 5

43 Qua vigilia, ποίᾳ φυλακῇ. Ad verbum, Qua cuſtodia. Vide ſuprà 14.c.25. Vulgata & Eraſmus, Qua hora, ποίᾳ ὥρᾳ.

44 Non putatis. οὐ δοκεῖτε. Vulgata, Neſcitis, οὐκ οἴδατε. Vide ſuprà 3.b.9.

45 Quis igitur, τίς ἄρα. Vulgata, Quis putas. Eraſmus, Quiſnam. Ego verò exiſtimo particulã ἄρα ita adhiberi in huiuſmodi interrogatione vt ſuperioris ſermonis naſcentem concluſionem declaret, vt infrà 19.a.11 alioquin non video quomodo hæc cohæreant. Famulitium, θεραπείας. In quodam codice legitur οἰκετείας, eodem ſenſu. Vulgata, Familiam: nimium generali nomine. 10

48 Tardat aduentum, χρονίζει ἐλθεῖν. Vulgata, Moram facit venire. Eraſmus, Cunctatur venire.

49 Conſeruos, τοὺς συνδούλους. Quatuor codices addunt αὐτοῦ ſuos, vt vertit Vetus interpres. Quinetiam ede re, ἐσθίειν δέ. Sic puto vertendam hanc particulam hoc loco: ponitur enim pro ἴσον. in quo dicendi genere diſertiores Græci dixiſſent, καὶ ἐσθίειν δέ. Eraſmus in annotationibus legit ἐσθίειν τε. In quatuor autem exemplaribus & Theophylacto ſcriptum eſt, ἐσθίῃ δὲ καὶ πίνῃ, edat autem & bibat: quod legit Vetus interpres. 15

Καὶ διχοτομήσῃ αὐτὸν, καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ὑποκριτῶν θήσει· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ΄.

Τότε ὁμοιωθήσεται ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν δέκα παρθένοις, αἵτινες λαβοῦσαι τὰς λαμπάδας αὐτῶν ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν τοῦ νυμφίου.

Πέντε δὲ ἦσαν ἐξ αὐτῶν φρόνιμοι, καὶ αἱ πέντε μωραί.

Αἵτινες μωραὶ λαβοῦσαι τὰς λαμπάδας ἑαυτῶν, οὐκ ἔλαβον μεθ' ἑαυτῶν ἔλαιον·

Αἱ δὲ φρόνιμοι ἔλαβον ἔλαιον ἐν τοῖς ἀγγείοις αὐτῶν μετὰ τῶν λαμπάδων αὐτῶν.

Χρονίζοντος δὲ τοῦ νυμφίου, ἐνύσταξαν πᾶσαι, καὶ ἐκάθευδον.

Μέσης δὲ νυκτὸς κραυγὴ γέγονεν, Ἰδοὺ, ὁ νυμφίος ἔρχεται, ἐξέρχεσθε εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ.

Τότε ἠγέρθησαν πᾶσαι αἱ παρθένοι ἐκεῖναι, καὶ ἐκόσμησαν τὰς λαμπάδας αὐτῶν.

Αἱ δὲ μωραὶ ταῖς φρονίμοις εἶπον, Δότε ἡμῖν ἐκ τοῦ ἐλαίου ὑμῶν· ὅτι αἱ λαμπάδες ἡμῶν σβέννυνται.

Ἀπεκρίθησαν δὲ αἱ φρόνιμοι, λέγουσαι, Μήποτε οὐκ ἀρκέσῃ ἡμῖν καὶ ὑμῖν· πορεύεσθε δὲ μᾶλλον πρὸς τοὺς πωλοῦντας, καὶ ἀγοράσατε ἑαυτάς.

Ἀπερχομένων δὲ αὐτῶν ἀγοράσαι, ἦλθεν ὁ νυμφίος· καὶ αἱ ἕτοιμοι εἰσῆλθον

51 Et ᵛ separabit eũ, ᵛac partem ei assignabit cum hypocritis: illic erit fletus & stridor dentium.

CAP. XXV.

1 ᵛTunc erit simile regnum cælorum decem virginibus, quæ sumptis lampadibus suis exierunt in occursum ᵛ sponsi.

2 Quinque autem ex eis erant prudentes, & quinque, fatuæ.

3 Quæ erant fatuæ, acceptis lampadibus suis, non ceperãt oleum secum:

4 Prudentes verò ceperant oleum in vasis suis vnà cũ suis lampadibus.

5 Tardante verò sponso, ᵛnictarunt omnes, ac dormierũt.

6 Media autem nocte clamor ortus est *dicentium*, Ecce, sponsus venit, exite in occursum eius.

7 Tunc surrexerunt omnes illæ virgines, & ᵛ præpararunt lampades suas.

8 Fatuæ autem prudentibus dixerunt, Date nobis ex oleo vestro: quia lampades nostræ extinguuntur.

9 Responderunt verò prudẽtes illæ, dicentes, ᵛNequaquam, ne non sufficiat nobis & vobis: ite verò potius ad eos qui vẽdũt, & ipsæ vobis emite.

10 Quum autem irent emptum, venit sponsus: & quæ paratæ erant, introierunt cum

15 Et dimidet eũ, partẽmq; eius ponet cum hypocritis: illic erit fletus & stridor dentium. *supra 13.f.42 infra 25.c.33*

CAP. XXV.

1 Tunc simile erit regnum cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso & sponsæ

2 Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque, prudentes.

3 Sed quinque fatuæ acceptis lampadibus, nõ sumpserunt oleum secũ.

4 Prudentes uerò acceperunt oleum in uasis suis cum lampadibus.

5 Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes, & dormierunt.

6 Media autem nocte clamor factus est, Ecce, sponsus uenit, exite obuiam ei.

7 Tunc surrexerunt omnes uirgines illæ, & ornauerunt lampades suas.

8 Fatuæ autem sapientibus dixerunt, Date nobis de oleo uestro: quia lampades nostræ extinguuntur.

9 Responderunt prudentes, dicentes, Ne forte nõ sufficiat nobis & uobis: ite potius ad uendentes, & emite uobis.

10 Dum autẽ irent emere, uenit sponsus: & quæ paratæ erãt, introierunt

51 Separabit eum, διχοτομήσει αὐτὸν. Vulg. Diuidet. Eras. Dissecabit. Et certè hæc est propria huius vocabuli significatio: vnde luna διχότομος dicitur, quum dimidiata lucet. Sed quod proximè sequitur, satis declarat (opinor) διχοτομῶν hoc loco vsurpari pro ἀφορίζων. Significatur enim fore vt Dominus eum seruũ non habeat in reliquorum numero, sed separatum ita tractet vt dignus est. Hom. Iliad. α, τὸν δὲ βουλήσεται διχοτομεῖν: id est, διχοτομεῖν ἐθέσαι: quũ propriè, βασιλικὸν declaret τὸ διχοτομεῖν, i. ἀμείβεσθαι καὶ διαιρεῖν. Alii putant grauissimũ supplicii hoc vocabulo declarari: cuius exemplũ habemus 1. Sam. 15. g 33. & Dan. 3. d. 29. Ac partem ei assignabit cum hypocritis, καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ὑποκριτῶν θήσει. Hebraismus, pro, Ita tractabit vt solent serui qui boni videri malunt quàm esse. Videtur autem sumptum hoc dicendi genus à dominorum consuetudine in demenso seruis & ancillis assignando, prout se fidos præstabant. Vulg. & Eras. Ponet partem eius cum hypocritis.

IN CAPVT XXV.

1 Sponsi, τοῦ νυμφίου. Vulgata addit, Et sponsæ, καὶ τῆς νύμφης. Solebat autem nuptiarũ pompa noctu fere celebrari, idque à puellis.

5 Nictarunt, ἐνύσταξαν vel dormitarunt, vt Vulgata & Erasmus, sensu rectè expresso. Nam νυστάζειν, est proprie oculis somno grauatis conniuere: tamen quum sequatur ἐκάθευδον, proprium verbum Latinum vsurpare malui.

7 Appararunt, ἐκόσμησαν, id est κατασκεύασαν. Inde κοσμήτορες λαῶν apud Homerum dicuntur duces, ab instruendis ac disponendis copiis.

9 Nequaquam, ne non sufficiat, μήποτε οὐκ ἀρκέσῃ: vel (vt legimus in quatuor codicibus) μήποτε μὲν οὐκ ἀρκέσῃ. Est autem μήποτε particula nõ tam percontantis quàm addubitantis, vt obseruat doctissimus ille Budæus, prolatis exemplis. Ego verò præterea puto eclipticum esse dicendi genus, & supplendum aliquid pro ratione eius de quo agitur, sicut fecit Erasmus hoc loco. Vulgata, Ne fortè non sufficiat. Cæterùm in vno codice pro πορεύεσθε δὲ μᾶλλον, scriptum erat, πορεύεσθε μᾶλλον: quam lectionem si sequamur, nulla erit eclipsis. Ita enim licebit omnia connectere, Ne non sufficiat nobis & vobis, ite potius, &c.

μετ' αὐτοῦ εἰς τοὺς γάμους· καὶ ἐκλείσθη ἡ θύρα.

eo ad nuptias: clauſáque eſt ianua.

cum eo ad nuptias: & clauſa eſt ianua.

Ὕστερον δὲ ἔρχονται καὶ αἱ λοιπαὶ παρθένοι, λέγουσαι, Κύριε κύριε, ἄνοιξον ἡμῖν.

11 Poſtea verò veniunt & reliquæ virgines, dicentes, Domine domine, aperi nobis.

11 Nouiſſimè ueniunt & reliquæ uirgines, dicentes, Domine domine, aperi nobis.

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς.

Ipſe verò reſpondens ait, Amen dico vobis, non noui vos.

12 At ille reſpondens ait, Amen dico uobis, neſcio uos.

supra 24.d.43 mar.13.d.33

Γρηγορεῖτε οὖν, ὅτι οὐκ οἴδατε τὴν ἡμέραν οὐδὲ τὴν ὥραν ἐν ᾗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται.

13 ‖ Vigilate itaque, quia neſcitis diem neque horam ᵛ qua Filius hominis veniet.

13 Vigilate itaque, quia neſcitis diem neque horam.

Luc.19.b.12

Ὡς γὰρ ἄνθρωπος ἀποδημῶν ἐκάλεσε τοὺς ἰδίους δούλους, καὶ παρέδωκεν αὐτοῖς τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ.

14 ‖ ᵛ Ita enim eſt vt quum quiſpiã peregre proficiſcens vocauit ſeruos ſuos, & tradidit eis bona ſua:

14 Sicut enim homo peregrè proficiſcens uocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua.

Καὶ ᾧ μὲν ἔδωκε πέντε τάλαντα, ᾧ δὲ δύο, ᾧ δὲ ἕν, ἑκάστῳ κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν· καὶ ἀπεδήμησεν εὐθέως.

15 Et huic quidem dedit quinque talenta, alii autem duo, alii verò vnum: vnicuique ſecũdum ᵛ ipſius facultatem: & peregre profectus eſt ſtatim.

15 Et uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii uerò unum: unicuique ſecũdum propriam uirtutem: & profectus eſt ſtatim.

Πορευθεὶς δὲ ὁ τὰ πέντε τάλαντα λαβὼν, εἰργάσατο ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐποίησεν ἄλλα πέντε τάλαντα.

16 Profectus autẽ qui quinque talenta acceperat, ᵛ negotiatus eſt ᵛ ex iis: & ᵛ fecit altera quinque talenta.

16 Abiit autẽ qui quinque talenta acceperat, & operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinque.

Ὡσαύτως καὶ ὁ τὰ δύο, ἐκέρδησε καὶ αὐτὸς ἄλλα δύο.

17 Itidem & qui duo acceperat, lucratus eſt & ipſe altera duo.

17 Similiter & qui duo acceperat, lucratus eſt alia duo.

Ὁ δὲ τὸ ἓν λαβὼν, ἀπελθὼν ὤρυξεν ἐν τῇ γῇ, καὶ ἀπέκρυψε τὸ ἀργύριον τοῦ κυρίου αὐτοῦ.

18 Qui autem vnum acceperat, ᵛ abiens defodit illud in terram, & abſcondit pecuniam domini ſui.

18 Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram, & abſcondit pecuniam domini ſui.

Μετὰ δὲ χρόνον πολὺν ἔρχεται ὁ κύριος τῶν δούλων ἐκείνων, καὶ συναίρει μετ' αὐτῶν λόγον.

19 Poſt multum verò tempus venit dominus ſeruorum illorum, & cõfert rationem cũ eis.

19 Poſt multum uerò temporis uenit dominus ſeruorum illorum, & poſuit rationem cum eis.

Καὶ προσελθὼν ὁ τὰ πέντε τάλαντα λαβὼν, προσήνεγκεν ἄλλα πέντε τάλαντα, λέγων, Κύριε, πέντε τάλαντά μοι παρέδωκας, ἴδε, ἄλλα πέντε τάλαντα ἐκέρδησα ἐπ' αὐτοῖς.

20 Tunc accedens is qui quinque talẽta acceperat, attulit altera quinque talenta, dicens, Domine, quinque talẽta tradidiſti mihi, ecce, altera quinque talenta lucratus ſum ᵛ ex eis.

20 Et accedens qui quinque talẽta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens, Domine, quinque talenta tradidiſti mihi, ecce, alia quinque ſuper lucratus ſum.

13 Qua Filius hominis venit, ὃν οὐ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται. Hæc non legit Vetus interpres, neque reperimus in tribus vetuſtis codicibus.

14 Ita enim eſt vt, &c. ὥσπερ γὰρ &c. Res ipſa oſtẽdit, hoc dicendi genus petitum eſſe è medio, ac proinde ſuppleudum eſſe aliquid vt iuſta ſit loquutio. Vulg. & Eraſmus, Sicut enim homo: admodum obſcurè. Vide Mar.13.v34.

15 Ipſius facultatem, τὴν ἰδίαν δύναμιν. Vulg. Virtutem: quod non conuenit huic loco. Facultatem enim hic appellat prudentiã & peritiam in negotiando. ἰδίαν autem, quod alii interpretantur propriã, malui pro relatiuo αὐτοῦ accipere, vitato etiam reciproco propter amphiboliam.

16 Negotiatus eſt, ἠργάσατο. Propriè, ἐργάζεσθαι, in hoc genere dicitur non quiſquis negotiatur, ſed is demum qui lucrum facit: ſicut etiam accipitur infrà Luc.19.c.16. Hic ergo generaliter accipitur pro πραγματεύεσθαι. Plinius medicos dicit animas negotiari, eadem ſignificatione. Ariſt. οἱ τὰ μυρεψικὰ β, τὸ δ' ἔλαιον μέρος τοῦ ἐλαίου ἔλαβε, πῶς ἂν λοιπὸν οὐκ ἐπὶ πλέον ἐργάζοιτο. Vulg. ad verbum, Operatus eſt: quod verbum Latini hac ſignificatione (quod ſciam) nunquã vſurpãt. Galli dicunt, *trafiquer, ou practiquer.* Ex iis, ἐπ' αὐτοῖς. Vulg. ad verbum, In eis. Eraſ. Per ea. Fecit, ἐποίησεν. Cic. 4. in Verrem, Quibuſnam, inquit, rebus in ea prouincia maximam vno anno pecuniam facere poſſet. Eraſ. Confecit. In duobus autem exemplaribus ſcriptum erat ἐκέρδησεν, lucratus eſt: ſicut conuertit Vetus interpres.

18 Abiens, ἀπελθών. Redundat, & deerat in duobus codicibus.

20 Ex eis, ἐπ' αὐτοῖς: vel, per ea: vt rectè vertit Eraſ. Nam in quibuſdam etiam codicibus ſcriptum erat, ὃν αὐτοῖς. Itaque nolui ſic interpretari pro ἀλλ', id eſt præter. Vetus autem interpres hæc non legit: quia videlicet non ἐκέρδησα, ſed ὑπερέδησα ſcriptum habebat, id eſt Superlucratus ſum: vt ipſe conuertit.

Εφη δ' αὐτῷ ὁ κύριος αὐτοῦ, Εὖ δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ὅτι ὀλίγα ἦς πιστὸς, ὅτι πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου.

21 Dixit autem ei dominus eius, Bene habet, serue bone & fidelis: in paucis fuisti fidelis, super multa te constituam: ingredere in gaudiũ domini tui.

21 Ait illi dominus eius, Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui.

Προσελθὼν δὲ καὶ ὁ τὰ δύο τάλαντα λαβὼν εἶπε, Κύριε, δύο τάλαντά μοι παρέδωκας· ἴδε, ἄλλα δύο τάλαντα ἐκέρδησα ἐπ' αὐτοῖς.

22 Accedens autem & qui duo talenta acceperat, ait, Domine, duo talenta tradidisti mihi: ecce, alia duo lucratus sum supra ea.

22 Accessit autem & qui duo talenta acceperat, & ait, Domine, duo talenta tradidisti mihi: ecce, alia duo lucratus sum.

Εφη αὐτῷ ὁ κύριος αὐτοῦ, Εὖ δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ὅτι ὀλίγα ἦς πιστὸς, ὅτι πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου.

23 Ait ei dominus eius, Bene habet, serue bone & fidelis: in paucis fuisti fidelis, super multa te constituam: ingredere in gaudium domini tui.

23 Ait illi dominus eius, Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui.

Προσελθὼν δὲ καὶ ὁ τὸ ἓν τάλαντον εἰληφὼς, εἶπε, Κύριε, ἔγνων σε ὅτι σκληρὸς εἶ ἄνθρωπος, θερίζων ὅπου οὐκ ἔσπειρας, καὶ συνάγων ὅθεν οὐ διεσκόρπισας.

24 Accedẽs autẽ & qui vnũ talẽtũ acceperat, ait, Domine, noueram te hominẽ durum esse, qui metas vbi non seminasti, & inde cogas vbi non sparsisti.

24 Accedens autem & qui unũ talentum acceperat, ait, Domine, scio quia homo durus es, metis ubi non seminasti, & cõgregas ubi nõ sparsisti.

Καὶ φοβηθεὶς, ἀπελθὼν ἔκρυψα τὸ τάλαντόν σου ἐν τῇ γῇ· ἴδε, ἔχεις τὸ σόν.

25 Itaque timens abii & occultaui talentum tuum in terra: ecce, habes quod tuum est.

25 Et timens abii, & abscõdi talentũ tuũ in terra: ecce, habes quod tuũ est.

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ κύριος αὐτοῦ εἶπεν αὐτῷ, Πονηρὲ δοῦλε καὶ ὀκνηρέ, ᾔδεις ὅτι θερίζω ὅπου οὐκ ἔσπειρα, καὶ συνάγω ὅθεν οὐ διεσκόρπισα·

26 Respondens autem dominus eius dixit ei, Serue male & cunctator, sciebas me metere vbi non seminaui, & inde cogere vbi non sparsi:

26 Respondens autem dominus eius dixit ei, Serue male & piger, sciebas quia meto ubi non semino, & congrego ubi non sparsi:

Ἐδει οὖν σε βαλεῖν τὰ ἀργύριά μου τοῖς τραπεζίταις· καὶ ἐλθὼν ἐγὼ ἐκομισάμην ἂν τὸ ἐμὸν, σὺν τόκῳ.

27 Oportuit ergo te committere pecuniam meam mensariis: & veniẽs ego recepissem meum, cum fœnore.

27 Oportuit ergo te committere pecuniam meã numulariis, & veniens ego recepissem utiq; quod meum est, cum usura.

Ἄρατε οὖν ἀπ' αὐτοῦ τὸ τάλαντον, καὶ δότε τῷ ἔχοντι τὰ δέκα τάλαντα.

28 Tollite ergo ab eo talẽtum, & date ei qui habet decem talenta.

28 Tollite itaque ab eo talentũ, & date ei qui habet decem talenta.

(Τῷ γὰρ ἔχοντι παντὶ δοθήσεται, καὶ περισσευθήσεται· ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ ἔχοντος, καὶ ὃ ἔχει, ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ)

29 ‖(Omni enim habenti dabitur, & augebitur: qui verò non habet, etiam quod habet, tolletur ab eo)

29 (Omni enim habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo.) Supra 13.b.12 marci 4.c.25 luc. 8.c.18 & 19.d.26

Καὶ τὸν ἀχρεῖον δοῦλον ἐκβάλλετε εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

30 Et inutilem seruum eiicite ‖in tenebras extimas: illic erit fletus & stridor dentium.

30 Et inutilem seruum eiicite in tenebras exteriores: illic erit fletus & stridor dentium. Supra 8.b.12 & 22.b.13

Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι

31 ‖Quum autem venerit Filius hominis cum gloria sua, & o-

31 Quum autem venerit Filius hominis in maiestate sua, & omnes

21 Bene habet, εὖ: id est, καλῶς ἔχει. Nam subauditur verbũ, quod expressimus declarationis causa. Vulgata, Euge: id est, εὖγε: quod nusquam reperi scriptum in Græcis codicibus. Ingredere in gaudiũ, εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν. Hebræum dicendi genus, quasi diceret, Adesdum vt fructum percipias benignitatis meæ, vt re ipsa sentias quàm sit mihi officium tuum. Simile dicendi genus habes Psal. 69.d.28.

24 Et inde cogas, καὶ συνάγων ὅθεν. Bis idem exprimit, diuersis modis, Hebræorum more: nec dubito quin hæc fuerint vulgò prouerbialiter vsurpata.

26 Cunctator, ὀκνηρέ. Vulg. & Erasm. Piger: id est ῥᾴθυμε.

27 Committere, βαλεῖν, vel potuerat sicut Alphius ille fœnerator apud Flaccũ in Epodo, quærit Calẽdis ponere. Pecuniam, ἀργύριά: id est χρήματα. Nam latiore significatione hic accipitur: sicut vulgò dicimus de l'argent, pro omni pecunia: quo modo etiam Hebræi כסף dicunt.

29 Quod habet, ὃ ἔχει. In quinque vetustis codicibus scriptum erat, ὃ δοκεῖ ἔχειν, quod videtur habere: sed fortassis ex Luca. Vtcunque sit, si legamus ὃ ἔχει, quod habet, explicandum erit per concessionem. Nam quicquid isti habent, euanidum est. Ab eo, ἀπ' αὐτοῦ. Hæc redundant Hebræorum more.

31 Cum gloria, ἐν τῇ δόξῃ: id est, μετὰ δόξης, sicut loquitur noster Euangelista suprà 16.c.27, & 24.c.30. Respõdet igitur particula ב illi ב Hebræorũ, cuius multiplex est significatio: quũ etiam idem valeat quod כ v m vt Exod. 15.c.19, dicitur Pharao ingressus in curru suo & equitibus suis. Vide infrà, Act. 2.b.10.

ἀγγέλοι μετ' αὐτοῦ, τότε καθίσει ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ.

mnes ſancti Angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper thronum gloriæ ſuæ.

Angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ.

Καὶ συναχθήσεται ἔμπροσθεν αὐτοῦ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἀφορίσει αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, ὡσαὐτως ὁ ποιμὴν ἀφορίζει τὰ πρόβατα ἀπὸ τῶν ἐρίφων.

32 Et cogétur coram eo omnes gentes, & ſeparabit eos alteros ab alteris, vt paſtor ſeparat oues ab hœdis.

23 Et congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos alterum ab alterum, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis.

Καὶ στήσει τὰ μὲν πρόβατα ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, τὰ δὲ ἔρίφια ἐξ εὐωνύμων.

33 Et ſtatuet, oues quidem ad dextram ſuam, hœdos autem ad ſiniſtram.

33 Et ſtatuet oues quidem à dextris ſuis, hœdos autem à ſiniſtris.

Τότε ἐρεῖ ὁ βασιλεὺς τοῖς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.

34 Tunc dicet rex his qui ad dextram ipſius erunt, Venite benedicti Patris mei, poſſidete regnum paratum vobis à iactis fundamentis mundi.

34 Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt, Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi.

Esa.58.b.7 Exech.18.b.7

Ἐπείνασα γὰρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με· ξένος ἤμην, καὶ συνηγάγετέ με·

35 ‖Eſuriui enim, & dediſtis mihi quo veſcerer: ſitiui, & dediſtis mihi potum: hoſpes eram, & collegiſtis me:

35 Eſuriui enim, & deliſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere: hoſpes eram, & collegiſtis me:

Exech.7.d.39

Γυμνός, καὶ περιεβάλετέ με· ἠσθένησα, καὶ ἐπεσκέψασθέ με· ἐν φυλακῇ ἤμην, καὶ ἤλθατε πρός με.

36 Nudus, & amiciuiſtis me: ‖ ᵛægrotaui, & inuiſiſtis me: in carcere erã, & veniſtis ad me.

36 Nudus, & operuiſtis me: infirmus, & viſitaſtis me: in carcere eram, & veniſtis ad me.

Τότε ἀποκριθήσονται αὐτῷ οἱ δίκαιοι, λέγοντες, Κύριε, πότε σε εἴδομεν πεινῶντα, καὶ ἐθρέψαμεν; ἢ διψῶντα, καὶ ἐποτίσαμεν;

37 Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes, Domine, quando te vidimus eſurientem, & ᵛaluimus? aut ſitientem, & dedimus tibi potum?

37 Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes, Domine, quando te vidimus eſurientẽ, & pauimus? ſitientẽ, & dedimus tibi potum?

Πότε δέ σε εἴδομεν ξένον, καὶ συνηγάγομεν; ἢ γυμνόν, καὶ περιεβάλομεν;

38 Quando autem te vidimus hoſpitem, & collegimus te? aut nudum, & amiciuimus?

38 Quando autem te vidimus hoſpitem, & collegimus te? aut nudum, & cooperuimus te?

Πότε δέ σε εἴδομεν ἀσθενῆ ἢ ἐν φυλακῇ, καὶ ἤλθομεν πρός σε;

39 Aut quando te vidimus ægrotum aut in carcere, & venimus ad te?

39 Aut quando te vidimus infirmum aut in carcere, & venimus ad te?

Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ βασιλεὺς ἐρεῖ αὐτοῖς, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε.

40 Et reſpondens rex dicet eis, Amen dico vobis, quatenus id feciſtis vni ex iſtis fratribus meis minimis, mihi feciſtis.

40 Et reſpondens rex dicet illis, Amen dico vobis, quandiu feciſtis uni de hu fratribus meis minimis, mihi feciſtis.

Psal.6.c.9. ſupra 7.c.23. Luc.13.f.27.

Τότε ἐρεῖ καὶ τοῖς ἐξ εὐωνύμων, Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ.

41 Tunc dicet etiam iis qui ad ſiniſtram erunt, ‖Maledicti, abite à me in ignem æternum, ᵛqui paratus eſt diabolo & Angelis eius.

41 Tunc dicet & iis qui à ſiniſtris erunt, Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & Angelis eius.

Ἐπείνασα γὰρ, καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ οὐκ ἐποτίσατέ με·

41 Eſuriui enim, & non dediſtis mihi quo veſcerer: ſitiui, & non dediſtis mihi potum:

41 Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare: ſitiui, & non dediſtis mihi potum:

ξένος ἤμην, καὶ οὐ συνηγάγετέ με· γυμνός, καὶ οὐ περιεβάλετέ με· ἀσθενὴς καὶ ἐν φυλακῇ, καὶ οὐκ ἐπεσκέψασθέ με·

43 Hoſpes eram, & non collegiſtis me: nudus, & non amiciuiſtis me: ægrotus & in carcere eram, & non inuiſiſtis me:

43 Hoſpes eram, & non collegiſtis me: nudus, & non operuiſtis me: infirmus & in carcere, & non viſitaſtis me.

34 Benedicti, εὐλογημένοι: id eſt, beati & felices, quos Pater meus ſuis beneficiis cumulauit. Vide ſuprà 5. 8-44. Dicuntur enim homines Deo benedicere quum eius laudes prædicant: contrà verò Deus benedicere hominibus, quum illos beat. A iactis fundamentis ἀπὸ καταβολῆς. Vulgata, A conſtitutione: id eſt ἀπὸ καταστάσεως. Eraſ. Ab exordio: id eſt, ἀπ' ἀρχῆς. Vide ſuprà 13.c.35.

36 Ægrotaui, ἠσθένησα: id eſt, ἠρρώστησα. Sic Plin. lib. 8. cap. 51, ſuem ægrotantẽ vocat inualidam. Vulgata & Eraſ. Infirmus: quod nuſquam legi pro ægrotante poſitum.

37 Aluimus: ἐθρέψαμεν. Vel, Nutriuimus: Vulgata & Eraſmus, Pauimus: id eſt, ἐβοσκήσαμεν. 40 Quatenus: ἐφ' ὅσον. Vul. Quandiu, perperam. quaſi ſubaudiatur χρόνον.

41. Qui paratus eſt, ἡτοιμασμένον. In vno exemplari ſcripti erat, ἑτοίμασεν ὁ πατήρ μου, quem parauit Pater meus.

Τότε ἀποκριθήσονται αὐτῷ καὶ αὐτοὶ, λέγοντες, Κύριε, πότε σε εἴδομεν πεινῶντα, ἢ διψῶντα, ἢ ξένον, ἢ γυμνὸν, ἢ ἀσθενῆ, ἢ ἐν φυλακῇ, καὶ οὐ διηκονήσαμέν σοι;

Τότε ἀποκριθήσεται αὐτοῖς, λέγων, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐφ' ὅσον οὐκ ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων, οὐδὲ ἐμοὶ ἐποιήσατε.

Καὶ ἀπελεύσονται οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον· οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον.

Κεφάλαιον κϛ

ΚΑΙ ἐγένετο ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς πάντας τοὺς λόγους τούτους, εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ,

Οἴδατε ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας τὸ πάσχα γίνεται, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς τὸ σταυρωθῆναι.

Τότε συνήχθησαν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ Ἀρχιερέως τοῦ λεγομένου Καϊάφα.

Καὶ συνεβουλεύσαντο ἵνα τὸν Ἰησοῦν κρατήσωσι δόλῳ, καὶ ἀποκτείνωσιν.

Ἔλεγον δέ, Μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ, ἵνα μὴ θόρυβος γένηται ἐν τῷ λαῷ.

Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γενομένου ἐν Βηθανίᾳ, ἐν οἰκίᾳ Σίμωνος τοῦ λεπροῦ,

Προσῆλθεν αὐτῷ γυνὴ ἀλάβαστρον μύρου ἔχουσα βαρυτίμου, καὶ κατέχεεν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ἀνακειμένου.

44 Tunc ipsi quoque respondebunt ei, dicentes, Domine, quãdo te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut ægrotum, aut in carcere, & nõ ministrauimus tibi?

45 Tunc respõdebit eis, dicens, Amen dico vobis, quatenus *id* non feciſtis vni ex iſtis minimis, nec mihi feciſtis.

46 ‖ Et abibunt iſti in ſuppliciũ æternum: iuſti verò in vitam æternam.

CAP. XXVI.

1 ET factum eſt quum finiſſet Ieſus omnes iſtos ſermones, dixit diſcipulis ſuis,

2 Scitis ᵛ intra duos dies Paſcha ᵛ fore, & Filium hominis tradendum vt crucifigatur.

3 ‖ Tunc coacti ſunt principes Sacerdotũ ᵛ & Scribæ & ſeniores populi ᵛ in aulã Põtificis maximi qui dicebatur Caiapha.

4 Et ᵛ ſimul conſultarũt vt Ieſũ dolo prehenderẽt, & trucidarẽt.

5 Dicebant autem, ᵛ Non in feſto, ne tumultus fiat in populo.

6 ‖ Quum autem Ieſus eſſet Bethaniæ in domo Simonis leproſi,

7 ᵛ Venerat ad eum mulier, habens ᵛ alabaſtrũ vnguenti ᵛ grauis pretii, & effuderat ſuper caput ipſius accumbentis.

44 *Tunc reſpondebunt ei & ipſi, dicentes, Domine, quando te vidimus eſurientem, aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudũ, aut infirmum, aut in carcere, & non miniſtrauimus tibi?*

45 *Tunc reſpondebit illis, dicens, Amen dico vobis, quandiu non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis.* Dan.13.d.1

46 *Et ibunt hi in ſupplicium æternum: iuſti autem in vitam æternam.* Ioan.5.c.29

CAP. XXVI.

1 *ET factum eſt quum conſummaſſet Ieſus ſermones hos omnes, dixit diſcipulis ſuis,* Mar.14.a.1 Luc.22.a.1

2 *Scitis quia poſt biduũ Paſcha fiet, & Filius hominis tradetur vt crucifigatur.*

3 *Tunc congregati ſunt principes Sacerdotum & ſeniores populi in atriũ principis Sacerdotũ qui dicebatur Caiphas.* Ioan.11.f.47

4 *Et conſilium fecerunt vt Ieſum dolo tenerent, & occiderent.*

5 *Dicebant autem, Non in die feſto, ne forte tumultus fieret in populo.*

6 *Quum autem Ieſus eſſet in Bethania, in domo Simonis leproſi,* Mar.14.a.3 Ioan.12.a.2

7 *Acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrum unguenti pretioſi, & effudit ſuper caput ipſius recumbentis.*

IN CAPVT XXVI.

2 Intra duos dies, μετὰ δύο ἡμέρας. Vulg. & Eraſmus, Poſt biduum. Vide Mar.8.d.31. Fore, γίνεται. Vulgata, in futuro, Fiet: id eſt γενήσεται. Et paulo pòſt, Tradetur, pro traditur: vt obſeruat Eraſmus. Apparet tamẽ enallagen eſſe temporis, ex vulgata loquendi conſuetudine petitam, qua dicitur id iam fieri quod mox omnino futurum eſt.

3 Et Scribæ, καὶ οἱ Γραμματεῖς. Hæc deerant in vetuſtis codicibus, neque etiam reperiuntur apud Veterẽ interpretem. In aulam, εἰς τὴν αὐλὴν. Vulgata & Eraſmus, In atrium. Vide Luc.11.v.21.

4 Simul cõſultarunt, συνεβουλεύσαντο. Vulg. Conſilium fecerunt: id eſt, συμβούλιον ἐποίησαν. Eraſmus quoque per periphraſin, Conſilium inierunt.

5 Non in feſto, μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ. Appellatione feſti non dies aliquis certus, ſed totum Azymorum feſtum intelligitur, cuius primus & octauus dies ita erant ſacri vt eſſet ab omni opere abſtinendum. Ideo nolui diem feſtum dicere cum Vetere interprete. Cæterùm non temere ab iſtis iniicitur feſti mentio. Nam quia ſcriptũ eſt Deut.17.v.11, & 13, ita puniendos eſſe qui Pontificis aut iudicum maieſtatem læſerint, vt totus populus eorũ pœnis erudiatur, idcirco hic mos obtinuerat apud Iudæos (ſicut obſervat Fagius ex Maymoni, in tractatu de rebellibus) vt in huiuſmodi reos ſub tribus illis ſolennibus feſtis animaduerteretur. Deliberant ergo Sanhedrin cum primariis ſacerdotibus, an ſint hunc morem ſequuturi. quod quanuis iis non placuit, tamen Dei prouidẽtia ac voluntate ita accidit, vt Chriſtus ſui æterni ſacrificii teſtem totum Iſraelem haberet.

7 Venerat ad eum, προσῆλθεν αὐτῷ. Apparet ex Iohanne 12.a.1, hæc geſta eſſe antequam Chriſtus ingrederetur Ieroſolyma. Nam certè circunſtantiarum varietas tanta non eſt vt diuerſam hanc hiſtoriam ab illa poſſimus conſtituere, cum Oſiandro. Sed quum Euangeliſta accederet ad narrationem proditionis, diſtulit in hũc locum hiſtoriam eius facti, vnde Iudas occaſionem arripuit prodendi Dominum. Ideo conuertimus προσῆλθεν & κατέχεεν per pluſquamperfectum: cuius enallages multa paſſim exempla occurrunt, vt Gene.12.a.1, & ſuprà 25.a.4. & hoc eodem capite verſu 48. Alabaſtrum vnguenti, ἀλάβαστρον μύρου. Alabaſtra dicta ſunt vaſcula vnguentaria, quòd alabaſtritem lapidem veteres plerunque excauarent ad eos vſus: quoniam optimè ſer-

uare vnguenta incorrupta traditur, vt refert Plinius libro 13. cap. 2, & rursus libro 35. cap. 8. Aliam etymologiam planè (vt existimo) ridiculam adfert Erasmus, quanuis ex Suida repetitam: sed hæc ad nostrum scopum nō pertinent. Herodotus quoque in Thalia, inter munera quæ Cambyses per legatos ad regem Æthiopum misit, recenset μύρου ἀλάβαστον. Grauis pretii, βαρυτίμου. Sic loquitur Sallustius. Cœpit (inquit) graue pretium per omnem prouinciam fructibus esse. Nam olim (vt rectè hoc loco annotat Erasmus) ea appendebatur, non numerabatur: ex qua consuetudine orta sunt multa dicendi genera. Idem tamen maluit cum Vetere interprete pretiosum interpretari. i. πύμου. In tribus vetustis codicibus scriptum erat πολυτίμου, magni pretii, vt suprà 13. 6. 46.

Ἰδόντες δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἠγανάκτησαν, λέγοντες, Εἰς τί ἡ ἀπώλεια αὕτη;

8 Videntes autē discipuli eius indignati sunt, dicentes, Quorsum perditio hæc?

8 Videntes autem discipuli indignati sunt, dicentes, Vtquid perditio hæc?

Ἠδύνατο γὰρ τοῦτο τὸ μύρον πραθῆναι πολλοῦ, καὶ δοθῆναι πτωχοῖς.

9 Potuit enim istud vnguentum venundari magno, & dari pauperibus.

9 Potuit enim istud venundari multo, & dari pauperibus.

Γνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Τί κόπους παρέχετε τῇ γυναικί; ἔργον γὰρ καλὸν εἰργάσατο εἰς ἐμέ.

10 Quum autem hoc cognouisset Iesus, ait eis, Quid molestiam exhibetis isti mulieri? opus enim bonum operata est erga me.

10 Sciens autem Iesus ait illis. Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me.

Deut. 15. b. 11

Πάντοτε γὰρ τοὺς πτωχοὺς ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν· ἐμὲ δὲ οὐ πάντοτε ἔχετε.

11 ‖ Semper enim pauperes habetis vobiscum: me verò non semper habebitis.

11 Nam semper pauperes habetis vobiscum. me autem non semper habetis.

Βαλοῦσα γὰρ αὕτη τὸ μύρον τοῦτο ἐπὶ τοῦ σώματός μου, πρὸς τὸ ἐνταφιάσαί με ἐποίησεν.

12 Quòd enim hæc vnguentū hoc iniecit corpori meo, ad sepeliendum me fecit.

12 Mittens enim hæc unguētū hoc in corpus meū, ad sepeliendum me fecit.

Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅπου ἐὰν κηρυχθῇ τὸ εὐαγγέλιον τοῦτο ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, καὶ λαληθήσεται καὶ ὃ ἐποίησεν αὕτη, εἰς μνημόσυνον αὐτῆς.

13 Amen dico vobis, Vbicunque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, etiam quod hæc fecit, dicetur ad memoriam ipsius.

13 Amen dico vobis. Vbicunque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicitur & quod hæc fecit, in memoriam eius.

Mat. 14. b. 11 Luc. 22. a. 7.

Τότε πορευθεὶς εἷς τῶν δώδεκα, ὁ λεγόμενος Ἰούδας Ἰσκαριώτης, πρὸς τοὺς Ἀρχιερεῖς,

14 ‖ Tūc profectus vnus ex duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes, ad principes Sacerdotū,

14 Tunc abiit unus de duodecim qui dicebatur Iudas Iscariotes, ad principes Sacerdotum:

Εἶπε, Τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; Οἱ δὲ ἔστησαν αὐτῷ τριάκοντα ἀργύρια.

15 Ait eis, Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? Ipsi verò appéderunt ei triginta argenteos numos.

15 Et ait illis, Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi cōstituerunt ei triginta argenteos.

Καὶ ἀπὸ τότε ἐζήτει εὐκαιρίαν ἵνα

16 Et ex eo tempore quærebat op-

16 Et exinde quærebat op-

8 Perditio, ἀπώλεια. id est inutilis profusio.

10 Molestiam exhibetis, κόπους παρέχετε: vel, estis labori: id est, molesti estis, vt verterunt Vulgata & Erasmus, sensu expresso. Ad verbum, Laborem præbetis, siue (vt loquitur Liuius) curam. Labórem enim appellat animi molestiam.

11 Semper, πάντοτε. Hæc particula & de loco & de tempore dicitur: quæ postrema significatio conuenit. Commodè autem altero Latino aduerbio (quod sciam) exprimi nō potest. Itaque soleo vertere perinde acti scriptum esset ἀεί. Habebitis, ἔχετε. Vulgata & Erasmus ad verbū Habetis: sed præsens pro futuro videtur positum, sicut etiam suprà 5. 8. 46, & 6. 2. 1.

12 Quòd enim hæc iniecit, βαλοῦσα γὰρ αὕτη. Vulgata, Mittens enim hæc: quæ interpretatio obscura est, neque Græcis respondet. Itaque Erasmi versionem sum sequutus. Ponitur enim βάλλειν pro ἐπιχέειν, quod inliciendi vocabulo videtur melius exprimi.

13 Dicetur, λαληθήσεται: id est λεχθήσεται. Erasmus, Narrabitur. Memoriam, μνημόσυνον: id est μνήμην, vt etiam annotauit Erasmus. In quodam exemplari scriptum erat μαρτύριον: id est testimonium.

15 Appenderunt, ἔστησαν. Vulgata & Erasmus, Constituerunt, id est, pacti sunt, non expressa vi Græci vocabuli. Nam στῆσαι hoc loco respondet Hebræo verbo שָׁקַל. Argenteos numos, ἀργύρια. Ita legitur in omnibus Græcis codicibus: nec dubium est quin ἀργύρια vocet quæ Hebræi כסף: siue denarios Romanos intelligas, siue siclos Hebræos, siue tetradrachma Attica. Iosephus autem libro Antiquitatum secundo ἀργυρῶν meminit, non ἀργυρίων: idque rectius fortassis, vt aliquid subaudias. Sed & Symmachus & Aquila apud Zachariam ἀργυροῦς scribunt, non ἀργύρια. Ioachimus autem Camerarius, vir eruditissimus (quem, sicut debeo, honoris causa nomino) in libello quem inscripsit De Græcorum ac Latinorum numismatis, se didicisse scribit de Græcorū commentariis, singula ἀργύρια valuisse minam Atticam: quod ego quidem optarem idonei alicuius scriptoris authoritate confirmatum. Solet enim Iosephus ἀργυρῶν appellatione siclos intelligere, (vt liquet ex libro 9. cap. 2. si conferantur quæ illic commemorat de fame quæ in Samaria erat, cum capite 6. secundi Regum) eósque πεντεδράχμους, vt ipse diserte dicit libro Antiquitatum 3. capite 9. Quam rationem si sequamur, minam Atticam drachmarum cētum, id est recentiorem, æstimabimus argenteis viginti quinque, ac proinde eodem calculo, trīginta istos argenteos numos tetradrachmos francicis libris plus minus x x 1. Itaque necesse esset ἀργύρια & ἀργυροῦς distinguere: quod vellem à Camerario copiosius explicatum.

αὐτὸν παθεῖν.

portunitatē vt eum proderet.

portunitatem ut eum traderet.

Τῇ δὲ πρώτῃ τῶν ἀζύμων προσῆλθον οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰησοῦ, λέγοντες αὐτῷ, Ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ πάσχα;

17 ¶ Primo autem die Azymorum venerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes ei, Vbi vis paremus tibi ad veſcendum Paſcha?

17 Prima autem Azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes, Vbi vis paremus tibi comedere Pascha? Mar.14.b.12 luc.22.d.7

16 Proderet, παραδῷ. Vulgata & Eraſmus, Traderet. Mihi in tota hac hiſtoria videtur τὸ παραδιδόναι poſitum ἀντὶ τοῦ παραδίδωμι. In vno exemplari additur αὐτοῖς, eis.

17 Primo autem *die*, τῇ δὲ πρώτῃ. Subauditur ἡμέρᾳ: nondum tamen aduenerat decimusquintus dies, qui primus eſt azymorum: ſed quoniam à veſpera eius diei quo hæc geſta ſunt (nimirum decimiquarti) initium capiebat Azymorum feſtum: Romanorum autem more veſpera præcedenti diei coniungitur, non ſequenti: ideo decimusquartus dies vocatur primus Azymorum. Conſtat autem hoc loco Chriſtum obſeruaſſe Legem, quam plerique tranſgreſſi ſunt traditionis cauſa, ſicut alibi dicemus: quod Græci interpretes multi non viderunt, & quidem inter cæteros Nicephorus ille cuius nugæ nuper editæ ſunt, ineptiarum atque adeo impietatis plenæ. Vt autē tota hæc hiſtoria melius intelligatur, & quid quo die ſit geſtum, placuit hoc diagramma ſubnectere, quo res omnis perſpicuè repræſentatur.



Ὁ δὲ εἶπεν, Ὑπάγετε εἰς τὴν πόλιν πρὸς τὸν δεῖνα, καὶ εἴπατε αὐτῷ, Ὁ διδάσκαλος λέγει, Ὁ καιρός μου ἐγγύς ἐστι, πρὸς σὲ ποιῶ τὸ πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου.

18 Ipſe verò dixit, Abite in vrbē ad quēdam, & dicite ei, Magiſter dicit, Tēpus meum propè eſt, apud te faciam Paſcha cum diſcipulis meis.

18 At Iesus dixit, Ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei, Magister dicit, Tempus meum propè est, apud te facio Pascha cum discipulis meis.

Καὶ ἐποίησαν οἱ μαθηταὶ ὡς συνέταξεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· καὶ ἡτοίμασαν τὸ πάσχα.

19 Et fecerunt diſcipuli ſicut præceperat eis Ieſus: & parauerunt Paſcha.

19 Et fecerūt discipuli sicut constituit illis Iesus: & parauerunt Pascha.

Ὀψίας δὲ γενομένης ἀνέκειτο μετὰ τῶν δώδεκα.

20 Quum autem ſerum diei eſſet, recubuit cum duodecim.

20 Vespere autem facto discumbebat cum duodecim discipulis suis.

18 Ad quendam, πρὸς τὸν δεῖνα. Reſtè conuerſum eſt ὁ δεῖνα, quidam, quum certus homo intelligatur, is nimirum qui Iohannis Apoſtoli ædes conduxerat: quas ille paulo antè emerat, permutatis cum Caiapha pōtifice amplis facultatibus, quas in Galilæa poſſederat. Hæc ineptus ille Nicephorus de Iohanne, homine videlicet locupletē, vt qui poſt Chriſti mortem in Galilæam redierit ad piſcationem. Faciam, ποιῶ. Alii, Facio. Ego malo præſens poſitum eſſe pro futuro, ſicut paulo antè dixi verſiculo 11.

19 Præceperat, συνέταξεν. Poſitus eſt aoriſtus pro pluſquamperfecto.

20 Recubuit, ἀνέκειτο: vel accubuit. Etſi diſertis verbis non iubentur Iſraelitæ ſtare in edendo agno, tamen quia ex præſcripto Legis Moſaicæ tum calceati erant, tum etiam baculum geſtabant tanquam feſtinabundi & ad iter accincti: probabilis coniectura eſt, eos tum non recubuiſſe aut accubuiſſe menſæ, quum ex more

patrio, sumpturi cibum, calceos exuebant, vt suprà monuimus. Quum ergo non dubium sit quin omnes veteris Legis ceremonias diligenter obseruarit Dominus, vt omnem pro nobis iustitiam impleret, existimandum est aliter hoc loco dici de cœnâ quæ peracto solenni ritu Paschatis adornata est. Cum duodecim, μετὰ τῶν δώδεκα. In quodam codice additum erat μαθητῶν, discipulis. Vetus interpres etiam addit pronomen Suis.

Mat.14.b.18 Luc.22.b.19 Ioan.13.c.21

Καὶ ἐσθιόντων αὐτῶν εἶπεν, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με.

21 ¶Et edentibus ipsis, dixit, Amen dico vobis, vnus vestrum me prodet.

21 Et edentibus illis, dixit, Amen dico vobis quia unus vestrum me traditurus est.

Καὶ λυπούμενοι σφόδρα, ἤρξαντο λέγειν αὐτῷ ἕκαστος αὐτῶν, Μήτι ἐγώ εἰμι, κύριε;

22 Tunc contristati vehementer, cœperũt dicere singuli eorũ ei, Num ego sum, domine?

22 Et contristati valde, cœperunt singuli dicere, Nunquid ego sum, domine?

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, Ὁ ἐμβάψας μετ' ἐμοῦ τὸ τρύβλιον τὴν χεῖρα, οὗτός με παραδώσει.

23 Ipse verò respondens ait, Qui intingit mecum manum in catino, iste me proditurus est.

23 At ipse respondens ait, Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet.

Ὁ μὲν υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὑπάγει, καθὼς γέγραπται περὶ αὐτοῦ· οὐαὶ δὲ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ δι' οὗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται· καλὸν ἦν αὐτῷ εἰ οὐκ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος.

24 Filius quidem hominis abit, sicut scriptum est de eo: væ autem homini illi per quem Filius hominis proditur: bonũ erat homini illi si natus non fuisset.

24 Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo: væ autem homini illi per quem Filius hominis traditur: bonũ erat ei si natus non fuisset homo ille.

Ἀποκριθεὶς δὲ Ἰούδας ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν, εἶπε, Μήτι ἐγώ εἰμι, ῥαββί; Λέγει αὐτῷ, Σὺ εἶπας.

25 Respondens autem Iudas qui prodebat eum, dixit, Num ego sum, rabbi? Dicit ei, Tu dixisti.

25 Respondens autem Iudas qui tradidit eum, dixit, Nunquid ego sum, rabbi? Ait illi, Tu dixisti.

1.Cor.11.c.24 Ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν, λαβὼν ὁ Ἰησοῦς τὸν ἄρτον, εὐλογήσας, ἔκλασε, καὶ ἔδιδου τοῖς μαθηταῖς· καὶ εἶπε, Λάβετε, φάγετε· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου.

26 ¶Edentibus autem eis, accepit Iesus panem: & quum benedixisset, fregit, deditque discipulis, & ait, Accipite, comedite: hoc est corpus meum.

26 Comentibus autem eis, accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & ait, Accipite, & comedite: hoc est corpus meum.

Καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον, καὶ εὐχαριστήσας, ἔδωκεν αὐτοῖς, λέγων, Πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες.

27 Et accepto poculo, ac gratiis actis, dedit eis, dicẽs, Bibite ex eo omnes.

27 Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis, dicens, Bibite ex hoc omnes.

Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ αἷμά μου, τὸ τῆς 28 Hoc est enim sanguis meus, 28 Hic est enim sanguis

23 Qui intingit, ὁ ἐμβάψας. Erasmus ad verbum, Qui intinxit. Ego tamen malò conuertere per præsens, vt sit Qui intingit, idem atque Qui intingere consueuit. Sic enim vulgò loqui solent: & attingere videtur quod ait Dauid Psal.41.b.10, Qui comedebat panem mecum id est ὁ ἐσθίων μετ' ἐμοῦ, vt loquitur Marcus: is videlicet quem eadem mensa dignabar. Sed & in quodam exemplari scriptum erat, ὁ ἐμβαπτόμενος: sicut etiam legitur Marci 14.b.20: quod tamen non est ita accipiendum quasi eo ipso tempore quo hæc à Domino dicebantur, Iudas manum haberet in patina, (fuisset enim hoc manifestum & indubitatũ signum, vt rectè obseruat Erasmus) sed ad mutuum conuictum referendum est, sicut paulo antè dixi.

24 Homini illi, ἀνθρώπῳ. Præponitur relatiuum antecedenti, Hebræorum more: vt suprà, 17.v.18.

25 Qui prodebat, ὁ παραδιδούς: id est, qui in eo iam totus erat vt proderet: ἐδίδου tamen paulo pòst vsurpatur significatione aoristi secundi.

26 Quum benedixisset, εὐλογήσας. In septem codicibus vetustis legitur εὐχαριστήσας, gratiis actis, eodem sensu & Mar.8.a.6, & 7, hæc duo εὐχαριστεῖν καὶ εὐλογεῖν pro eodem vsurpantur. Itaque non est cur consecrationis (quam vocant) vocabulo magicam aliquam verborum sacramentalium murmurationem intelligamus. Hoc tamen certum est, ratam esse in cœlo ceremoniam quæ ex Dei præcepto in sacramentorum vsu peragitur: ac proinde panem & vinum in sacra illa actione, qualitate mutari, quum fiant corporis & sanguinis Domini symbola: quod neque ex sui natura, neque ex virtute certarum vocum pronuntiatarum habent, sed ex Filii Dei institutione, quæ recitari & explicari debet, vt habeat fides quod amplectatur tum in verbo, tum in elementis.

Est, vt, meronymicè: ita tamen, vt sciamus præter signum à credentibus verè percipi per fidem spirituali modo id quod externo symbolo repræsentatur, totũ videlicet Christum cũ suis donis. Neque tamen vel transubstantiatio, vel realis (quam vocant) coniunctio, vel transfusio, aut commistio cogitanda, sed signi & rei coniunctio symbolica & sacramentalis. Nam illa neque consistere possunt cum veritate humanitatis Christi, neque ad salutem sunt necessaria. Neque enim vt Christi participes fiamus, eius corpus oportet realiter in terris adesse, sed nos potius Spiritus sancti virtute & fide in cœlum ascendere, & illic eum amplecti, vt cum eo consideamus in cœlestibus: in summa, verè nos coniungi & vnum fieri cum toto Christo Deo & homine necesse est, vt salui simus: quod non alio quàm spirituali modo fit per fidem, quæ quidem fides in nobis creatur & confirmatur per Spiritum sanctum ádque prædicatione verbi Dei, & adiunctis prædicationi symbolis, quibus omnes nostri sensus excitantur & percelluntur, vt verè mittamur in Christi ipsius possessionem.

27 Ex eo, ἐξ αὐτοῦ. Vulgata & Erasmus, Ex hoc: id est ἀπ' αὐτοῦ. Omnes, πάντες. Num igitur habendi sunt pro Ecclesiæ pastoribus qui sacramentum dimidium sustulerunt illis quos laicos vocant?

28 Hoc, τοῦτο. Vulgata & Erasmus, Hic: referentes scilicet ad αἷμα, id est sanguinem. Atqui si ita interpretemur,

pretemur, nullum erit huius propoſitionis ſubiectum, præter ipſum ſanguinem qui Chriſti eſſe dicatur. Panem autem & vinum eſſe ſubiecta de quibus prædicentur corpus & panis, apertè liquet ex Luc. 22.c.20, qui addit nomen τοῦτο: ita tamen vt continens pro contento accipiatur, vulgata & trita omnibus linguis conſuetudine loquendi. Clamitabunt autem (ſat ſcio) nonnulli ſacrilegam eſſe meam audaciam: ſed ita certè loquitur Lucas vt ambigi non poſſit quin Chriſtus poculum indicarit quum hæc diceret: vt, velint nolint, tropum agnoſcere cogantur in pronomine demonſtratiuo. Omnino igitur dicendum eſt, HOC, id eſt, poculum ſeu vinum hoc quod ego in manibus teneo, EST SANGVIS MEVS, ſacramentaliter nimirum.

κεχυννόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.	Noui testamenti, qui pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum.	*meus Noui teſtamenti qui pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum.*
Λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι οὐ μὴ πίω ἀπ' ἄρτι ἐκ τούτου τοῦ γενήματος τῆς ἀμπέλου, ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης ὅταν αὐτὸ πίνω μεθ' ὑμῶν καινὸν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρός μου.	29 Dico autem vobis, Non bibam ab hoc tempore ex hoc fructu vitis, vſque ad diem illum quum ipſum bibam vobiſcum nouum in regno Patris mei.	29 *Dico autem vobis, Non bibam amodo de hoc genimine vitis uſque in diē illum quum illud bibam vobiſcum nouum in regno Patris mei.*
Καὶ ὑμνήσαντες ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν.	30 Et quum hymnum ceciniſſent, exierunt in montem Olearum.	30 *Et hymno dicto exierūt in montem Oliueti.*
Τότε λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Πάντες ὑμεῖς σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ. γέγραπται γάρ, Πατάξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσονται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης.	31 ‖Tunc dicit eis Ieſus, Omnes vos iſta nocte offendemini in me. ſcriptum eſt enim, ‖Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues gregis.	31 *Tunc dicit illis Ieſus, Omnes uos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte. ſcriptū eſt enim, Percutiam paſtorē, & diſpergentur oues gregis.* Mat.14.c.27 iohan.16.d.32 & 18.b.8 Zach.13.c.7
Μετὰ δὲ τὸ ἐγερθῆναί με, προάξω ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν.	32 Poſtquam autem ſurrexero, ‖præibo vobis in Galilæam.	32 *Poſtquam autem reſurrexero, præcedam uos in Galilæam.* Mat.14.c.28, & 16.b.7
Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος εἶπεν αὐτῷ, Εἰ καὶ πάντες σκανδαλισθήσονται ἐν σοί, ἐγὼ οὐδέποτε σκανδαλισθήσομαι.	33 Reſpondens verò Petrus dixit ei, Etiamſi omnes offendantur in te, ego nunquam offendar.	33 *Reſpondens autem Petrus ait illi, Etſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor.*
Ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἀμὴν λέγω σοι, ὅτι ἐν ταύτῃ τῇ νυκτὶ, πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ με.	34 Dixit ei Ieſus, ‖Amen dico tibi, iſta nocte antequam gallus vocem mittat, ter me abnegabis.	34 *Ait illi Ieſus, Amen dico tibi, quia in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis,* Iohan.13.d.38
Λέγει αὐτῷ ὁ Πέτρος, Κἂν δέῃ με συναποθανεῖν σοι, οὐ μή σε ἀπαρνήσομαι. Ὁμοίως καὶ πάντες οἱ μαθηταὶ εἶπον.	35 Dicit ei Petrus, Etiamſi oportuerit me mori tecum, non te abnegabo. Similiter & omnes diſcipuli dixerunt.	35 *Ait illi Petrus, Etiamſi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes diſcipuli dixerunt.*
Τότε ἔρχεται μετ' αὐτῶν ὁ Ἰησοῦς εἰς χωρίον λεγόμενον Γεθσημανῆ· καὶ λέγει τοῖς μαθηταῖς, Καθίσατε αὐτοῦ, ἕως οὗ ἀπελθὼν προσεύξωμαι ἐκεῖ.	36 Tunc venit Ieſus cum eis in locū qui dicitur Gethſemane: & dicit diſcipulis, Sedete hîc, vſquequo abiens, precatus fuero illic.	36 *Tunc uenit Ieſus cum illis illam quæ dicitur Gethſemani: & dixit diſcipulis ſuis, Sedete hîc donec nadam illuc, & orem.* Mat.14.d.32 Iuc.22.d.39
Καὶ παραλαβὼν τὸν Πέτρον καὶ τοὺς δύο υἱοὺς	37 Et aſſūpto Petro & duobus filiis	37 *Et aſſumpto Petro & duobus filiis*

Teſtamenti, διαθήκης: vel fœderis. id eſt, quo nouum fœdus vobiſcum ſancitur. Prior interpretatio moritu
10 ro conuenit, & Epiſtolæ ad Hebræos authoritate confirmatur. Rurſus in fœderibus ſanciēdis adhiberi ſolitas fuiſſe & vini libationes & ſanguinis fuſionem, non modò ſacræ, ſed etiam profanæ hiſtoriæ teſtantur. Promeli id eſt ὑπέρ. Vide ſuprà 9.c.36. Effunditur, ἐκχυννόμενον. id eſt effunderur. Loquitur enim de re mox futura, tanquam iam præſenti.

19 Ab hoc tempore, ἀπ' ἄρτι: id eſt καὶ τῦ νῦν. Nam ἄρτι idem etiam valet quod νῦν, vt ſuprà diximus
20 cap.3.d.15. Vulgata barbarè, A modo. Fructu, γενήματος. A γένεσθαι, id eſt gignendo, dicitur γένημα, quod etiam ſtirpibus conuenit. Latini (quod ſciam) aliud commune vocabulum non habent quàm fructum: id eſt καρπόν. Nam genimen, quo vtitur Vetus interpres, barbarum eſt. Columella progeniem vitis dixit, ſed alio ſenſu. Bibam, πίω. Iterum præſens pro futuro. Vide ſuprà 5.g.46. & hoc eodem capite v.11, & 18.

30 Quum hymnum ceciniſſent, ὑμνήσαντες. Vulgata, Hymno dicto: quod rectè mutauit Eraſmus, vt intellī
25 gatur Apoſtolos ipſos vnà cum Chriſto hymnum ceciniſſe.

35 Abnegabo, ἀπαρνήσομαι. In quatuor vetuſtis codicibus ſcriptum erat in ſubiunctiuo ἀπαρνήσωμαι, abnegauero. Vulgata & Eraſmus, Negabo, ἀρνήσομαι.

36 Locum, χωρίον. Sic Valla, & quidem rectè, vt opinor. Vulgata & Eraſmus, Villam.

Ζεβεδαίου, ἤρξατο λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν.

Zebedæi, cœpit contriſtari, & ᵛgrauiſſimè angi.

Zebedæi, cœpit contriſtari & mœſtus eſſe.

Τότε λέγει αὐτοῖς, Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου· μείνατε ὧδε, καὶ γρηγορεῖτε μετ' ἐμοῦ.

38 Tũc dicit eis Ieſus, ᵛVndiquaque triſtis eſt anima mea vſque ad mortem: manete hic, & vigilate mecum.

38 *Tunc ait illis, Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem: ſuſtinete hic, & uigilate mecum.*

Καὶ προελθὼν μικρόν, ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ, προσευχόμενος καὶ λέγων, Πάτερ μου, εἰ δυνατόν ἐστι, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο· πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ.

39 Et progreſſus paululum, procidit in faciem ſuam, precans & dicens, Pater mi, ſi poſſibile eſt, ᵛabeat à me poculum iſtud: veruntamen non vt ego volo, ſed vt tu.

39 *Et progreſſus pusillum, procidit in faciem ſuam, orans & dicens, Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte: ueruntamen non ſicut ego uolo, ſed ſicut tu.*

Καὶ ἔρχεται πρὸς τοὺς μαθητάς, καὶ εὑρίσκει αὐτοὺς καθεύδοντας· καὶ λέγει τῷ Πέτρῳ, Οὕτως οὐκ ἰσχύσατε μίαν ὥραν γρηγορῆσαι μετ' ἐμοῦ;

40 Tunc venit ad diſcipulos, & reperit eos dormientes: & dicit Petro, ᵛItáne non potuiſtis ᵛvnam horam vigilare mecum?

40 *Et uenit ad diſcipulos ſuos, & inuenit eos dormientes: & dicit Petro, Sic non potuiſtis unam horam uigilare mecum?*

Γρηγορεῖτε καὶ προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν. Τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής.

41 Vigilate & orate, ne introeatis in tentationem. ſpiritus quidem promptus, ſed caro infirma eſt.

41 *Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem. ſpiritus quidẽ prõptus eſt, caro autem infirma.*

Πάλιν ἐκ δευτέρου ἀπελθὼν προσηύξατο, λέγων, Πάτερ μου, εἰ οὐ δύναται τοῦτο τὸ ποτήριον παρελθεῖν ἀπ' ἐμοῦ, ἐὰν μὴ αὐτὸ πίω, γενηθήτω τὸ θέλημά σου.

42 ᵛRurſum ſecũdò abiit, & precatus eſt, dicens, Pater mi, ſi non poteſt hoc poculum abire à me ᵛquin bibam ipſum, fiat voluntas tua.

42 *Iterum ſecundò abiit, & orauit, dicens, Pater mi ſi non poteſt hic calix tranſire niſi bibam illũ, fiat uoluntas tua.*

37 Grauiſſimè angi, ἀδημονεῖν. Vulgata, Mœſtus eſſe. Eraſmus, Affici mœſtitudine. Prudẽter verò hæc ſunt intelligenda. nam τὸ ἀδημονεῖν ſignificat præ mœrore conſidere animo, & inopem conſilii eſſe: quæ omnia ſic in Chriſto fuerunt vt tamen ab omni peccato fuerit immunis: has autem horribiles pœnas ſuſtinuerit quòd ſentiret iram Dei in nos accenſam, quorũ peccata in ipſo vlciſcebatur Pater. Vnde etiam profecta eſt vox illa, Deus meus Deus meus, cur dereliquiſti me? Alioqui, niſi hoc diligenter obſerues, videbuntur multi martyres ipſo Chriſto conſtantiores: quod abſit vt cogitemus. Exhorruit ergo Chriſtus non mortem per ſe, ſed iram Dei in peccatum, cuius pondus illi erat noſtra cauſa ſuſtinendum. Quid verò miſeris illis fiet quos Chriſtus non ſubleuabit? Iam igitur Chriſtus inferorum atrium ingreditur, vt ſuos inde liberet.

38 Vndiquaque triſtis, περίλυπος. Præpoſitio περὶ auget ſignificationem. Declarat enim animum vndique mœrore obſeſſum & circumuallatum. Vulgata, Triſtis. Eraſmus, Mœſta.

39 Abeat, παρελθέτω: id eſt, Prætereat me, & intactum relinquat. Vulgata & Eraſmus ad verbum, Tranſeat. quod fortaſſis tolerari poſſet, niſi adderetur præpoſitio. Nam eodem dicendi genere apud Senecam lib. de Benef. 1. cap. 18, dicitur grando peſſimi cuiuſque agros tranſire: id eſt intactos relinquere. Hoc idem exprimunt Hebræi verbo עבר, duplici tamen, eáque contraria ſignificatione. Nam aliquando idem valet quod accedere & capiti incumbere, vt Thren. cap. 4. d. 21. Etiam (inquit Propheta) ſuper te tranſibit calix. Id eſt, etiam ad te perueniet ira & furor Domini. Aliquando verò contrà idem valet quod Prætermittere & intactum relinquere, vt hoc loco: & inſalutatum prætereire, vt Gen. 18. a. 3, Ne tranſeas (inquit Abraham) à ſeruo tuo. Id eſt, ne me inſalutatum prætereas. Sic apud Græcos accipitur τὸ παρελθεῖν, vt in iſtis Anacreontis verſiculis ſanè perlepidis, Ὁ πλοῦτος ὅταν χρυσοῦ Τὸ ζὸν παρῇ θυρίς, Ἐκαρπίσων φυλάσσων, Ἵν' αὖ θανὼν ἐπίλοιπα Λάθῃ π, καὶ παρέλθῃ.

Poculum, ποτήριον. Vulgata & Eraſmus, Calix. Quum autem paulo antè Eraſmus Veterem interpretem flagellarit quòd Græcum vocabulum τριβλίον alio Græco vocabulo conuerterit, & ſuprà etiam 20. c. 22, diſertè hanc verſionem emendarit, miror eum hoc loco idem non feciſſe. Quòd ſi profanis pictoribus hic quoque credendum eſt, hæc omnia ſcilicet ad execrandum illud non Chriſti, ſed Antichriſti ſacrificium pertinent. Nam quia calicis hic fit mentio, inepti pictores totam hanc actionem ita pingunt vt Chriſtus procidens Miſſam illam execrandam obire videatur: nec iſtos pudet imperitorum vulgus tam impiis & tam craſſis erroribus in ſuperſtitionis tenebris retinere. Poculi autem appellatione ex Hebræorum idiotiſmo ſignificatur ira Dei, & ſupplicium pro peccatis noſtris. Vide ſuprà 20. c. 22.

40 Itáne, οὕτως. Vulgata, Sic. Eraſmus, Adeó. Quinque Veteres codices ſic diſtingunt, οὕτως; οὐκ ἰσχύσατε μίαν ὥραν γρηγορῆσαι μετ' ἐμοῦ; id eſt, Itáne? nõ potuiſtis vnam horam vigilare mecum? Quæ repetitio interrogationis, aut expoſtulationis potius, magnam videtur emphaſin habere. Vnam horam, μίαν ὥραν. Vulgata & Eraſmus, Vna hora. Ego malui vertere quarto caſu, quo videlicet tempus continuum declaratur.

41 Rurſum ſecundò, πάλιν ἐκ δευτέρου. Eraſmus, Rurſus altera vice. Ego exiſtimo πάλιν hic ſignificare conuerſionem in contrariam partem, non iterationem: quo modo πάλιν & ἀνάπαλιν ἀναλογία ſumitur apud geometras. Propriè autem Rurſum idem valere quod retro, & Prorſum etiam idem quod ante, Latini grammatici notant. Quòd ſi vtrunque iterationem ſignificare malumus, ſic etiam Latinè Plautus dixit Rurſum denuò.

Quin, ἐὰν μή. Vulgata & Eraſmus, Niſi. Vide Marcum cap. 10. c. 30.

Καὶ ἐλθὼν εὑρίσκει αὐτοὺς πάλιν καθεύδοντας· ἦσαν γὰρ αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ βεβαρημένοι.

43 Et quum veniſſet treperit eos rurſum dormientes: erant enim oculi eorum grauati.

43 Et venit iterum, & inuenit eos dormientes: erant enim oculi eorum grauati.

Καὶ ἀφεὶς αὐτοὺς, ἀπελθὼν πάλιν, προσηύξατο ἐκ τρίτου, τὸν αὐτὸν λόγον εἰπών.

44 Et relictis eis, rurſum abiit: & precatus eſt tertiò, eundem ſermonem dicens.

44 Et relictis illis, iterum abijt: & oranit tertiò, eundem ſermonem dicens.

Τότε ἔρχεται πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, καὶ λέγει αὐτοῖς, Καθεύδετε τὸ λοιπὸν, καὶ ἀναπαύεσθε· ἰδοὺ, ἤγγικεν ἡ ὥρα, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς χεῖρας ἁμαρτωλῶν.

45 Tunc venit ad diſcipulos ſuos, & dicit eis, Dormite quod ſupereſt, & requieſcite: ecce, appropinquauit hora, & Filius hominis traditur in manus peccatorum.

45 Tunc venit ad diſcipulos ſuos, & dicit illis. Dormite iam, & requieſcite: ecce, appropinquauit hora, & Filius hominis tradetur in manus peccatorum.

Ἐγείρεσθε, ἄγωμεν· ἰδοὺ, ἤγγικεν ὁ παραδιδούς με.

46 Surgite, eamus: ecce, appropinquauit qui me prodit.

46 Surgite eamus: ecce, appropinquauit qui me tradit.

Καὶ ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, ἰδοὺ, Ἰούδας εἷς τῶν δώδεκα, ἦλθε, καὶ μετ' αὐτοῦ ὄχλος πολὺς μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων, ἀπὸ τῶν Ἀρχιερέων καὶ πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ.

47 ‖Et adhuc eo loquente, ecce, Iudas, vnus ex duodecim, venit, & cum eo turba multa cum gladiis & fuſtibus, à principibus Sacerdotum & ſenioribus populi.

47 Adhuc eo loquente, ecce Iudas, vnus de duodecim, venit, & cum eo turba multa cum gladiis & fuſtibus, miſſi à principibus Sacerdotum & ſenioribus populi.

Mar. 14. c. 43 luc. 22. c. 47 ioan. 18. a. 3

Ὁ δὲ παραδιδοὺς αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς σημεῖον, λέγων, Ὃν ἂν φιλήσω, αὐτός ἐστι· κρατήσατε αὐτόν.

48 Is verò qui prodebat eum, dederat eis ſignũ, dicẽs, Quemcunque oſculatus fuero, is eſt: prehendite eum.

48 Qui autem tradidit eum, dedit illis ſignum, dicens, Quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt: tenete eum.

Καὶ εὐθέως προσελθὼν τῷ Ἰησοῦ, εἶπε, Χαῖρε ῥαββεί· καὶ κατεφίλησεν αὐτόν.

49 Itaque ſtatim quum veniſſet ad Ieſum, dixit, Aue rabbi. Et deoſculatus eſt eum.

49 Et confeſtim accedens ad Ieſum, dixit, Aue rabbi. Et oſculatus eſt eum.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, Ἑταῖρε, ἐφ' ᾧ πάρει; Τότε προσελθόντες ἐπέβαλον τὰς χεῖρας ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἐκράτησαν αὐτόν.

50 At Ieſus dixit ei, Amice, quorſum ades? Tunc acceſſerunt, & manus iniecerunt in Ieſum, & prehenderunt eum.

50 Dixitque illi Ieſus, Amice, ad quod venisti? Tũc acceſſerunt, & iniecerunt manus in Ieſum, & tenuerunt eum.

Καὶ ἰδοὺ, εἷς τῶν μετὰ Ἰησοῦ, ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἀπέσπασε τὴν μάχαιραν αὐτοῦ· καὶ παίσας τὸν δοῦλον τοῦ Ἀρχιερέως, ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ ὠτίον.

51 Et ecce, vnus ex iis qui erant cum Ieſu, extenſa manu exeruit gladium ſuum: & percuſſo ſeruo Pontificis maximi, abſtulit auriculam eius.

51 Et ecce, vnus ex iis qui erant cum Ieſu, extendens manum, exemit gladium ſuum: & percutiẽs ſeruum principis Sacerdotum, amputauit auriculam eius.

Τότε λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἀπόστρεψόν σου τὴν μάχαιραν εἰς τὸν τόπον αὐτῆς. πάντες γὰρ οἱ λαβόντες μάχαιραν, ἐν μαχαίρᾳ ἀπολοῦνται.

51 Tunc ait ei Ieſus, Conuerte gladium tuum in locum ſuum. ‖quicũque enim acceperint gladium, gladio peribunt.

51 Tunc ait illi Ieſus, Cõuerte gladium tuum in locum ſuum. omnes enim qui acceperint gladiũ, gladio peribunt.

Gen. 9. d. 6 apoc. 13. c. 10

43 Reperit eos rurſum, εὑρίσκει αὐτοὺς πάλιν. In duobus codicibus legimus, καὶ ἐλθὼν πάλιν, εὗρεν αὐτοὺς καθεύδοντας: id eſt, Et quum rurſum veniſſet, inuenit eos dormientes: ſicut conuertit Vetus interpres.

45 Quod ſupereſt, τὸ λοιπόν. Vel, De cætero. Vulgata & Eraſ. Iam, ἤδη.

47 A, ἀπό. Vulgata & Eraſmus addunt participium Miſſi, ἀπεσταλμένης: quod facilè ſubauditur.

48 Prehendite, κρατήσατε, vel retinete, ita vt elabi, ne ſi velit quidem, poſſit. Nam vocabulo Græco ſignificatur vis aliqua afferri.

49 Aue, χαῖρε. Ad verbum, Gaude. Latini Salue aut Aue dicunt. Fuit autem hic ritus oſculo ſalutandi, orientalibus familiaris, cuius ſæpe fit mentio apud Paulum in extremis epiſtolis.

50 Quorſum, ἐφ' ᾧ: id eſt εἰς τί, vt ſuprà dixit verſu 8. Nonnulla exemplaria obſeruat Eraſmus ſcriptum habuiſſe ἐφ' ὅ, & nouè vſurpatum eſſe articulum poſtpoſitiuũ, pro τίνι, vel τί· quum tamen ſic etiam apud Thucydidem vſurpetur, & apud Herodotum legerim ἐφ' οἷσι pro quamobrem. Fateor tamen ἐφ' ᾧ plerunque indefinitè poni, pro οὗτι, vel idem valere quod in quo, vel quoad: id eſt ἐφ' ὅσον.

51 Exeruit, ἀπέσπασε. Ad verbum, Euulſit. Vulgata & Eraſ. Exemit. Abſtulit, ἀφεῖλεν. Cic. ad Quintum fratrem, libro 3, Auriculam fortaſſe mordicus abſtuliſſet. Vulgata & Eraſmus, Amputauit. id eſt ἀπέκοψε.

51 Qui acceperint, οἱ λαβόντες: id eſt, qui vſurparint. Ita enim accipitur interdum apud Hebræos נשא quod reſpondet τῷ λαμβάνειν, vt Exodi 20. b. 7, & Pſalmi 50. c. 16. Sic etiam in vernaculo noſtro ſermone,

Η δοκεῖς ὅτι δύναμαι ἄρτι παρακαλέσαι τὸν πατέρα μου, καὶ παραστήσει μοι πλείους ἢ δώδεκα λεγεῶνας ἀγγέλων;

53 An putas me non posse nunc precari Patrem meum, ᵛqui huc sistat mihi plures quàm duodecim ᵛlegiones Angelorũ?

53 *An putas quia non possum modò rogare Patrem meum, & exhibebit mihi plus quàm duodecim legiones Angelorum?*

Πῶς οὖν πληρωθῶσιν αἱ γραφαί, ὅτι οὕτω δεῖ γενέσθαι;

Esa.53.c.10

54 ᵛQuomodo ergo ᵛimplerentur ‖Scripturæ, *quæ dicunt* ᵛsic oportere fieri?

54 *Quomodo ergo implebuntur Scripturæ, quæ sic oportet fieri?*

Ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς τοῖς ὄχλοις, Ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξήλθατε μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων συλλαβεῖν με. καθ' ἡμέραν πρὸς ὑμᾶς ἐκαθεζόμην διδάσκων ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ οὐκ ἐκρατήσατέ με.

55 In illa hora dixit Iesus turbæ, Vt ᵛaduersus latronem exiuistis cum gladiis & fustibus, ᵛvt comprehenderetis me. quotidie apud vos sedebam docẽs in templo, nec prehendistis me.

55 *In illa hora dixit Iesus turbis, Tanquam ad latronem existis cum gladiis & fustibus comprehendere me. quotidie apud vos sedebam docens in templo, & non me tenuistis.*

Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν ἵνα πληρωθῶσιν αἱ γραφαὶ τῶν προφητῶν. Τότε οἱ μαθηταὶ πάντες ἀφέντες αὐτὸν ἔφυγον.

Supra c.31

56 Hoc autem totum factum est vt implerentur scripturæ Prophetarum. Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugerunt.

56 *Hoc autem totum factũ est ut adimplerentur scripturæ Prophetarum. Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt.*

Οἱ δὲ, κρατήσαντες τὸν Ἰησοῦν ἀπήγαγον πρὸς Καϊάφαν τὸν Ἀρχιερέα, ὅπου οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι συνήχθησαν.

Mar.14.f.53 luc.22.f.54 iob.18. c.14

57 ‖Illi verò prehensum Iesum abduxerunt ad Caiapham Pontificem maximum, vbi Scribæ & seniores coacti erant.

57 *At illi tenentes Iesum, duxerunt ad Caipham principem Sacerdotum, ubi Scribæ & seniores congregati erant.*

Ὁ δὲ Πέτρος ἠκολούθει αὐτῷ ἀπὸ μακρόθεν, ἕως τῆς αὐλῆς τοῦ Ἀρχιερέως· καὶ εἰσελθὼν ἔσω, ἐκάθητο μετὰ τῶν ὑπηρετῶν, ἰδεῖν τὸ τέλος.

Mar.14.f.55

58 Petrus autem sequebatur eum ᵛprocul vsque in aulam Pontificis maximi, & ingressus intrò, sedebat cũ ministris, vt videret finem.

58 *Petrus autem sequebatur eum à longe, usque in atrium principis Sacerdotum: & ingressus intrò, sedebat cum ministris, ut videret finem.*

Οἱ δὲ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι, καὶ τὸ συνέδριον ὅλον ἐζήτουν ψευδομαρτυρίαν κατὰ τοῦ Ἰησοῦ, ὅπως αὐτὸν θανατώσωσι·

59 ‖Principes autem Sacerdotum & seniores & totus consessus quærebant falsum testimonium contra Iesum, vt eum ᵛmorte multarent:

59 *Principes autem Sacerdotum & omne concilium quærebant falsum testimonium contra Iesum, ut eum morti traderent:*

Καὶ οὐχ εὗρον· καὶ πολλῶν ψευδομαρτύρων προσελθόντων, οὐχ εὗρον. ὕστερον δὲ προσελθόντες δύο ψευδομάρτυρες,

60 Et non inuenerunt: ᵛ etiam quum multi falsi testes accessissent, non inuenerunt. ᵛPostremò verò aduenientes duo falsi testes,

60 *Et non inuenerunt, quum multi falsi testes accessissent. Nouissimè autẽ uenerunt duo falsi testes,*

---

mettre la main à l'espee, id est, manum ensi apponere, significat gladium exerere feriendi causa. Dicuntur autem ipsi accipere gladium, quibus à Domino non traditur. id est, qui præter vocationẽ gladio vtuntur. Peribũt, ἀπολοῦνται. In quinque vetustis codicibus ἀποθανοῦνται, morientur.

53 Qui huc sistat mihi, καὶ παραστήσει μοι. Vulgata & Erasmus ad verbum, Et exhibebit mihi: quamuis Exhibere potius respondeat τῷ παρέχει. Cæterùm animaduerti Hebræos in huiusmodi trãsitionibus personarum sæpe vsurpare copulatiuam coniunctionem, contra Græcorum & Latinorum cõsuetudinem, qui simplici pronouocabulo potius vtuntur, vt ex hoc loco apparet. Sic etiam infrà 27.v.53, & alibi sæpe. Legiones, λεγεῶνας. Vocabulum Latinum corruptum, de quo alibi diximus.

54 Quomodo ergo, πῶς οὖν. Præcisa est loquutio: neque enim cum superiore versu videntur ista posse connecti. Respondet igitur tacitæ obiectioni, cur subsidium à Patre non petat in extremo periculo: & ita quidem respondet vt interrogare videatur. quod schema Rhetores vocant ὑπόφορον. Implerentur, πληρωθῶσιν. In vno exemplari legitur πληρωθήσονται, implebuntur. Sic, οὕτω. Subaudiendum videtur participium λέγων: quod expressimus, vt particula ὅτι accipiatur οἰδηθές, sicut annotat Erasmus.

55 Aduersus, ἐπὶ. Vulgata & Erasmus, Ad, id est πρὸς. Vt comprehenderetis me, συλλαβεῖν με. In vetustis omnibus exemplaribus adscripta erat nota interrogationis, vel potius expostulationis.

58 Procul, ἀπὸ μακρόθεν. Vulgata, ad verbum, A longè. Abundat ἀπὸ, quod etiam non erat in tribus vetustis codicibus. Sic tamen reperias apud Homerum ἀπ' οἰκοθεν.

59 Morte multarent, θανατώσωσιν. Vulgata & Erasmus, morti traderent. Vide suprà 10.c.21. In quodam codice scriptum erat ἀπολέσωσιν, perderent.

60 Etiam quum multi, καὶ πολλῶν. In vno vetere exemplari non repetitur οὐχ εὗρον in hoc membro, neque ante πολλῶν adscribitur καὶ: quam lectionem secutus est vetus interpres. mihi tamen non videtur ociosa repetitio. Postremò verò, ὕστερον δὲ: id est, ὑστάτους δὲ. Assentior enim Erasmo, qui comparatiuum pro superlatiuo positum putat.

Εἶπον, Οὗτος ἔφη, Δύναμαι καταλῦσαι τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν οἰκοδομῆσαι αὐτόν.

61 Dixerũt, Iſte dixit, ‖ Poſſum diſſoluere templum Dei, & triduò ipſum ædificare.

61 Et dixerunt, Hic dixit, Poſſum deſtruere templum Dei, & poſt triduum reædificare illud. Ioan.2.c.19

Καὶ ἀναστὰς ὁ Ἀρχιερεὺς εἶπεν αὐτῷ, Οὐδὲν ἀποκρίνῃ; τί οὗτοί σου καταμαρτυροῦσιν;

62 Et ſurgens Pontifex maximus dixit ei, Nihil reſpondes? quid illud eſt quod iſti aduerſum te teſtificantur?

62 Et ſurgens princeps Sacerdotũ ait illi; Nihil reſpondes ad ea quæ iſti aduerſum te teſtificantur?

Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐσιώπα. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἀρχιερεὺς εἶπεν αὐτῷ, Ἐξορκίζω σε κατὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος ἵνα ἡμῖν εἴπῃς εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ.

63 Ieſus autem ſilebat. Et reſpondens Pontifex maximus dixit ei, Adiuro te per Deum viuentem vt dicas nobis an tu ſis Chriſtus ille Filius Dei.

63 Ieſus autem tacebat. Et princeps Sacerdotum ait illi. Adiuro te per Deum viuum ut dicas nobis ſi tu es Chriſtus Filius Dei.

Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Σὺ εἶπας· πλὴν λέγω ὑμῖν, ἀπ' ἄρτι ὄψεσθε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως, καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ.

64 Dicit ei Ieſus, Tu dixiſti: quinetiam dico vobis, Ab hoc tempore videbitis ‖ Filium hominis ſedentem ad dextram potentiæ Dei, & venientem in nubibus cæli.

64 Dicit illi Ieſus, Tu dixiſti. ueruntamen dico uobis, Amodo uidebitis Filium hominis ſedentem à dextris uirtutis Dei. rom.14.b.10 & uenientem in nubibus cæli. Supra 16.d.27 1.theſſ. 4.b.14

Τότε ὁ Ἀρχιερεὺς διέρρηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, λέγων, Ὅτι ἐβλασφήμησεν· τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτύρων; ἴδετε, νῦν ἠκούσατε τὴν βλασφημίαν αὐτοῦ.

65 Tunc Pontifex maximus dirupit veſtimenta ſua, dicens, Blaſphemauit: quid amplius egemus teſtibus? ecce, nunc audiſtis blaſphemiam eius.

65 Tunc princeps Sacerdotum ſcindit neſtimenta ſua, dicens, Blaſphemauit: quid adhuc egemus teſtibus? ecce, nunc audiſtis blaſphemiam.

Τί ὑμῖν δοκεῖ; Οἱ δὲ ἀποκριθέντες εἶπον, Ἔνοχος θανάτου ἐστί.

66 Quid vobis videtur? Ipſi verò reſpondentes dixerunt, Tenetur mortis pœna.

66 Quid uobis uidetur? At illi reſpondentes dixerunt, Reus eſt mortis.

Τότε ἐνέπτυσαν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ ἐκολάφισαν αὐτόν· οἱ δὲ ἐρράπισαν,

67 ‖ Tunc inſpuerunt in faciẽ eius, & colaphos ei inflixerũt, alii verò bacillis eum ceciderunt,

67 Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum cæciderunt: alii autem palmis in faciem eius dederunt, Iſa.50.c.6

Λέγοντες, Προφήτευσον ἡμῖν Χριστέ, τίς ἐστιν ὁ παίσας σε.

68 Dicentes, Vaticinare nobis Chriſte, quis ſit qui te percuſſit.

68 Dicentes, Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt qui te percuſſit.

61 Diſſoluere, καταλῦσαι: id eſt deſtruere. vide ſuprà 14. v.2. Triduò, διὰ τριῶν ἡμερῶν. Sic vulgò Galli en trois iours. vt ſit διὰ poſitum pro ἐν. Plin.lib.9.cap.51, Cæteræ fœminæ in triduo excludunt. Verus interpr. Poſt triduum id eſt μετὰ τρεῖς ἡμέρας. quomodo etiam accipitur Marci 2.2.1, & Galat.1.2.1. Idem infrà Marci 14.f.58, Interpretatur, Per tres dies: & Eraſmus, Tribus diebus. Ædificare, οἰκοδομῆσαι. Vulgata, Reædificare. id eſt ἀνοικοδομῆσαι, quia mentio facta eſt deſtructionis.

62 Quid illud eſt quod, τί. Vulgata, Ad ea quæ: id eſt, πρὸς τί, nulla adſcripta diſtinctione poſt ἀποκρίνῃ: quũ tamen in omnibus codicibus quos mihi videre licuit, iſta dirimãtur duplici interrogatione hoc loco. Eraſmus ad verbum, Quid? Nos verò aliquid addendum putauimus vt magis perſpicua eſſet ſententia. Aduerſum te teſtificabitur? κατὰ σοῦ καταμαρτυροῦσιν; Eraſmus, Teſtimonium dicunt aduerſum te? Videtur enim particulam τί accepiſſe pro aduerbio: vt ſit hic ſenſus, Qui fit vt iſti aduerſum te teſtimonium dicant?

63 Adiuro, ἐξορκίζω: id eſt, Interpoſito iureiurando & Dei authoritate præcipio: vt intelligas te coram Deo conſiſtere, & velut à Deo ipſo rogari. Græcis tamen ſcriptoribus hoc verbum ſignificat iureiurãdo aliquid ſolenniter confirmare, ſicut etiam Latinis Adiurare: apud Theologos autem accipitur pro eo quod vulgò dicunt Coniurare. Vnde in primis illis Eccleſiæ incunabulis exorciſtæ dicti qui miraculorum dono pollentes, inuocato Chriſti nomine, diabolos eiiciebant. Dei, τοῦ Θεοῦ. Quoddam exemplar addit τοῦ ζῶντος, viuentis, formula loquendi admodum vſitata.

64 Quinetiã, πλήν. Vulgata & Eraſ. Veruntamen. Vide ſuprà 11.c.22. Ab hoc tẽpore, ἀπ' ἄρτι, deinceps. ſiue poſthac. Idem enim hic valet quod μετέπειτα: diſtinguitque hæc particula priorem Chriſti aduentum à poſteriore quem expectamus. Vulg.& Eraſ. Amodo. Ad dextram potentiæ Dei, ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως. Nomen Dei ſuppleuimus ex Luca. Idem autem valet Ad dextram poteſtatis Dei, atque, Ad dextram potentis Dei: & Deus hic nobis inſtar principis alicuius proponitur. Nam qui aſſident ad dextram principis, ii ſunt principi longè chariſſimi, atque adeo veluti principis collegæ, quòd honoratiore loco ſedeãt. Vulgata & Eraſmus, A dextris virtutis. In nubibus, ἐπὶ τῶν νεφελῶν. Vide ſuprà 14.c.30.

65 Dirupit, διέρρηξε. Hanc conſuetudinem omnibus fere priſcis gentibus in luctu ſolennem fuiſſe, ex multis Homeri locis conſtat. maximè verò ex illo Iliad.χ, in quo Priamus Hectorem deflet: quod etiam Virgilius imitatus eſt 5. Æneid. his verſiculis, Tum pater Æneas humeris abſcindere veſtem, Auxilióque vocare deos, &c. Atque adeo illud idem Perſis commune fuiſſe oſtendit Herodotus in Thalia, Cambyſæ mortem deſcribẽs. Sed & ludæi id facere tenebantur ſi ab Iſraelita quopiam audiſſent blaſphemiam in Deum: idque ex traditione quæ ſcripta extat in Talmud, volumine De magiſtratibus, Tit. De quadruplici morte.

66 Tenetur mortis pœna, ἔνοχός ἐστι θανάτου. Cic. ad Q. fratrem libro 2, Vt qui non diſceſſiſſent, ea pœna quæ eſt de vi, tenerentur. Id eſt obnoxii eſſent pœnæ. Vulg. & Eraſmus, Reus eſt mortis. Vide ſuprà 5.c.22.

67 Bacillis ceciderunt, ἐῤῥάπισαν. Vide Mar.14.g.65.

68 Vaticinare, προφήτευσον. Vide Mar.14.v.65.

Mar.14.g.66 luc.22.f.55 ioan.18.c.25

Ο δὲ Πέτρος ἔξω ἐκαθήτο ἐν τῇ αὐλῇ· καὶ προσῆλθεν αὐτῷ μία παιδίσκη, λέγουσα, Καὶ σὺ ἦσθα μετὰ Ἰησοῦ τοῦ Γαλιλαίου.

69 ¶Petrus autem ſedebat extrà in aula: & acceſſit ad eum quædam ancillula, dicens, Et tu cum Ieſu Galilæo eras.

69 Petrus verò ſedebat foris in atrio: & acceſſit ad eum una ancilla, dicens, Et tu cum Ieſu Galilæo eras.

Ὁ δὲ ἠρνήσατο ἔμπροσθεν πάντων, λέγων, Οὐκ οἶδα τί λέγεις.

70 Ipſe verò negauit coram omnibus, dicens, Neſcio quid dicas.

70 At ille negauit coram omnibus, dicens, Neſcio quid dicis.

Ἐξελθόντα δὲ αὐτὸν εἰς τὸν πυλῶνα, εἶδεν αὐτὸν ἄλλη· καὶ λέγει τοῖς ἐκεῖ, Καὶ οὗτος ἦν μετὰ Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου.

71 Eum autem egredientem in veſtibulum vidit alia ancilla: & dixit iis qui erant illic, Et iſte erat cum Ieſu Nazareno.

71 Exeunte autem illo ianuam, vidit eum alia: & ait iis qui erant ibi, Et hic erat cum Ieſu Nazareno.

Καὶ πάλιν ἠρνήσατο μετὰ ὅρκου, Ὅτι οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον.

72 Tunc rurſus negauit cum iureiurando, Non noui hominem.

72 Et iterum negauit cum iuramento, Quia non noui hominem.

Μετὰ μικρὸν δὲ προσελθόντες οἱ ἑστῶτες εἶπον τῷ Πέτρῳ, Ἀληθῶς καὶ σὺ ἐξ αὐτῶν εἶ· καὶ γὰρ ἡ λαλιά σου δῆλόν σε ποιεῖ.

73 Paulo pòſt autem acceſſerunt qui aſtabant, & dixerunt Petro, Verè & tu ex ipſis es: nã & loquutio tua te manifeſtum facit.

73 Et poſt puſillum acceſſerunt qui ſtabant, & dixerunt Petro, Verè & tu ex illis es: nam & loquela tua manifeſtum te facit.

Τότε ἤρξατο καταθεματίζειν, καὶ ὀμνύειν, Ὅτι οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον. Καὶ εὐθέως ἀλέκτωρ ἐφώνησε.

74 Tunc cœpit ſeipſum deuouere, & iurare, dicens, Non noui hominem. Et ſtatim gallus miſit vocem.

74 Tunc cœpit deteſtari, & iurare quia non nouiſſet hominẽ. Et ſtatim gallus cantauit.

Καὶ ἐμνήσθη ὁ Πέτρος τοῦ ῥήματος τοῦ Ἰησοῦ, εἰρηκότος αὐτῷ, Ὅτι πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ με. Καὶ ἐξελθὼν ἔξω, ἔκλαυσε πικρῶς.

75 Tunc meminit Petrus verborũ Ieſu, qui dixerat ei, Priuſquam gallus vocem mittat, ter me abnegabis. Et egreſſus extra, fleuit amarè.

75 Et recordatus eſt Petrus verbi Ieſu quod dixerat, Priuſquam gallus cantet, ter me negabis. Et egreſſus foras, fleuit amarè.

Κεφάλαιον κζ

CAP. XXVII.

CAP. XXVII.

Mar.15.a.1 luc.22.g.66 ioan.18.c.28

Πρωΐας δὲ γενομένης, συμβούλιον ἔλαβον πάντες οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ κατὰ τοῦ Ἰησοῦ, ὥστε θανατῶσαι αὐτόν.

1 MAne autem quum eſſet, conſilium ceperũt omnes principes Sacerdotum & ſeniores populi aduerſus Ieſum, vt eum morte multarent.

1 Mane autem facto, conſilium inierũt omnes principes Sacerdotum & ſeniores populi aduerſus Ieſum, ut eum morti traderent.

Καὶ δήσαντες αὐτὸν ἀπήγαγον, καὶ παρέδωκαν αὐτὸν Ποντίῳ Πιλάτῳ τῷ ἡγεμόνι.

2 Et vinctum eum abduxerũt, ac tradiderunt Pontio Pilato præſidi.

2 Et vinctum abduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præſidi.

69 Extra, ἔξω. Extra eum locum videlicet in quo conſederat Pontifex, non autem extra domum, ſiue foris, vt Vulgata & Eraſmus interpretantur. Erat enim in atrium ingreſſus, vt dictum eſt ſuprà verſu 58: & paulo pòſt ex atrio dicitur ſeſe in veſtibulum recepiſſe.

71 Eum autem ingredientem, ἐξελθόντα δὲ αὐτόν. Deeſt pronomen αὐτὸν in vno codice: & certè quum poſtea addatur, abundabit ſecundo loco, niſi vertas tanquam abſolutè poſitum, ſicut fecit Vetus interpres: quem in eo quoque ſequutus ſum, quòd ἐξελθόντα ſum interpretatus præſenti tempore. Exiſtimo enim hæc contigiſſe non iam egreſſo Petro, ſed in ipſo egreſſu. Iis qui erant illic, τοῖς ἐκεῖ. Tria exemplaria legunt, λέγει αὐτοῖς ἐκεῖ ἐκεῖνος, dicit eis, Illic & iſte.

72 Non noui, οὐκ οἶδα. In vno exemplari ſcriptum erat, idque (ni fallor) rectius, λέγων, Οὐκ οἶδα, dicens, Non noui.

73 Paulo pòſt, μετὰ μικρὸν: id eſt μετ' ὀλίγον. Vulgata & Eraſmus, Poſt puſillum. Qui aſtabant, οἱ ἑστῶτες: id eſt οἱ παρεστῶτες, vt loquitur Marcus. Vulgata & Eraſmus ad verbum, Qui ſtabant.

74 Seipſum deuouere, καταθεματίζειν. Ita exprimo vim præpoſitionis κατὰ, quaſi ſcriptũ ſit κατ' ἐαυτὸν. ἀνάθεμα Græci Theologi vocant quod Hebræi חרם. Vnde ἀναθεματίζειν: id eſt, extremis diris & execrationibus deuouere. Vulgata, Deteſtari. Eraſmus, Execrari. Non noui, οὐκ οἶδα. Vulgata, Quia non nouiſſet. Eraſmus, Quòd non noſſet: quaſi ſcriptum ſit, ὅτι οὐκ οἶδε. Ego verò potius exiſtimo particulam ὅτι abundare, & ſubaudiendum participium Dicens, ex Hebræorum idiotiſmo: de quo dicemus Mar. 10. c. 33.

IN CAPVT XXVII.

1 Mane autem quum eſſet, πρωΐας δὲ γενομένης. Ad verbum, Matutino autem facto tempore. Nã ſubaudiatur ὥρας. Latini plerunque ſimpliciter dicunt Mane. Vulgata & Eraſmus, Mane autem facto.

2 Præſidi, ἡγεμόνι. Sic vocant Latini eum qui prouinciæ præeſt: Græci autem plerique ſcriptores ἡγεμόνα & ἔπαρχον. nam ἡγεμὼν proprie ducem ſignificat.

Τότε ἰδὼν Ἰούδας ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν, ὅτι κατεκρίθη, μεταμεληθεὶς ἀπέστρεψε τὰ τριάκοντα ἀργύρια τοῖς Ἀρχιερεῦσι, καὶ τοῖς πρεσβυτέροις,

Λέγων, Ἥμαρτον παραδοὺς αἷμα ἀθῷον. Οἱ δὲ εἶπον, Τί πρὸς ἡμᾶς; σὺ ὄψει.

Καὶ ῥίψας τὰ ἀργύρια ἐν τῷ ναῷ, ἀνεχώρησε· καὶ ἀπελθὼν ἀπήγξατο.

Οἱ δὲ Ἀρχιερεῖς λαβόντες τὰ ἀργύρια εἶπον, Οὐκ ἔξεστι βαλεῖν αὐτὰ εἰς τὸν κορβανᾶν· ἐπεὶ τιμὴ αἵματός ἐστι.

Συμβούλιον δὲ λαβόντες, ἠγόρασαν ἐξ αὐτῶν τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως, εἰς ταφὴν τοῖς ξένοις.

Διὸ ἐκλήθη ὁ ἀγρὸς ἐκεῖνος, ἀγρὸς αἵματος, ἕως τῆς σήμερον.

(Τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, λέγοντος, Καὶ ἔλαβον τὰ τριάκοντα ἀργύρια, τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου, ὃν ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν Ἰσραήλ.

Tunc Iudas qui eum prodiderat, videns eum damnatum esse, pœnitens, retulit triginta argenteos *numos* ad principes Sacerdotum, & seniores,

Dicens, Peccaui prodito sanguine innoxio. At illi dixerunt, Quid ad nos? tu videris.

Et *ipse* abiectis illis *numis* argenteis in templum, secessit: & abiens, ‖ strangulauit *se*se.

Principes autem Sacerdotũ acceptis *numis* illis argenteis, dixerunt, Non licet eos mittere in corbanan, quoniam pretium sanguinis est.

Consilio autem capto, emerunt ex eis agrum illum figuli, ad sepulturam hospitum.

Quapropter vocatus est ager ille, ‖ ager sanguinis, vsque in hodiernum diem.

(Tunc impletum est quod dictum est per Ieremiam Prophetam, dicentem, ‖ Et acceperunt triginta *numos* argẽteos, pretium æstimati, qui æstimatus fuit à filiis Israel.

3 *Tunc videns Iudas qui eum tradidit, quòd damnatus esset, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus Sacerdotum, & senioribus,*

4 *Dicens, Peccaui tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt, Quid ad nos? tu videris.*

5 *Et proiectis argenteis in templo, recessit: & abiens laqueo se suspendit.* Act.1.c.18

6 *Principes autem Sacerdotum acceptis argenteis, dixerunt, Non licet eos mittere in corbanã: quia pretium sanguinis est.*

7 *Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum.*

8 *Propter hoc vocatus est ager ille, Haacl-dama, hoc est ager sanguinis, vsque in hodiernum diem.* Act.1.c.19

6 *(Tũc impletũ est quod dictum est per Ieremiã prophetam, dicentem, Et acceperunt triginta argẽteos, pretium appretiati, quem appretiauerũt à filijs Israel.* Zach.11.c.13

3 Prodiderat, παραδούς: significatione præteriti pluſquamperfecti. In vno codice legitur παραδοὺς, & quidem rectius. Vulgata, Tradidit. Retulit, ἀπέστρεψε: ab Hebræo תשב, id est restituit. Sic in quibusdam Galliæ partibus vulgò dicunt *retourner l'argent*, pro eo quod rectius dicitur, *rendre l'argent*.

4 Innoxio, ἀθῷον. Vulgata, Iuſtum: id est *diuum*, ſicut in quodam codice legimus, eodem ſenſu. Eſt autem Hebraiſmus, quo ſignificat Iudas innocentem hominem à ſe proditum ad cædem.

5 Secessit, ἀνεχώρησε: id est abiit ex hominum conſpectu. Nam ſecretum aliquem locum quæſiuiſſe non dubium eſt, torquente ipſum conſcientia, & adigente ad ſuſpendium. Vulgata & Eraſmus, Receſſit. Strangulauit *ſe*se, ἀπήγξατο. Vide Act.1.c.18.

6 Corbanan, κορβανᾶν: id eſt templi ærarium. Vocabulum eſt Syriacum: quod quum Euangeliſtæ Græcè ſcribentes noluerint mutare, ego quoque retinui. Sanguinis, αἵματος: id eſt vitæ, aut cædis. Tanti enim æſtimant vitam Filii Dei religioſi iſti homines: noſtris Phariſæis planè ſimiles, quibus religio eſt iudiciis capitalibus intereſſe, quum interim pios omnibus modis perſequantur ad necem, & aliis tradant iugulandos quos ſuis præiudiciis damnarunt. Non prorſus diſſimile factum de Chiis refert Herodotus, qui quum Pactyam quendam ipſorum opem implorantem Harpago præfecto dedidiſſent, & proditionis mercedem accepiſſent agrum Atarnenſem, nihil penitus ex eo agro diis rite offerri poſſe ſtatuerunt.

7 Agrum illum figuli, τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως. Quum articulus & quidem duplex à Græcis addatur, putauit hoc non temere eſſe factum, ſed Euangeliſtam de hoc agro loqui vt celebri & omnibus noto, quem etiam deſignaſſet Propheta Zacharias 11.c.13. cuius oraculũ poſtea recitat. Itaque articuli vim expreſſi. Hoſpitum, τῶν ξένων. Ad verbum, hoſpitibus: id eſt peregrinis & exteris: veluti Romanis & aliis, quibus etiam mortuis coniungi, religio erat Iudæis.

9 Ieremiam, Ἱερεμίου. Sic habent conſtanter omnes codices: & hic nodus vetuſtiſſimos quoſque interpretes torſit: quia videlicet teſtimonium ex Zacharia ſumptum eſt, non ex Ieremia, vt planè videatur eſſe ἁμάρτημα μνήμης meæ: ſicut cenſet Auguſtinus libro De conſenſu Euangeliſtarum tertio, cap. 7. itémque Euſebius Θεοφάνειας libro 10. Quòd ſi quis hunc errorem malit vel librariis tribuere, vel (quod potius arbitror) alicuius impe ritiæ, qui Ieremiæ nomen adſcripſerit, quum Euangeliſta, vt alibi ſæpe, ita etiam hoc loco tantùm ſcripſiſſet διὰ τοῦ προφήτου: neceſſe tamen eſt vt fateamur iam olim hunc errorem in ſacros codices irrepſiſſe. Alias multas rationes adfert Eraſmus ex veteribus ſcriptoribus collectas. Sed in iſta poſtrema coniectura illud quoque me confirmat, quòd in Syriaca paraphraſi, (quam ſanè cõſtat non poſſe non eſſe vetuſtiſſimã) non adſcribitur vllius Prophetæ nomen. Deinde in literarũ cõpendiis facilè potuit ῳ in ϛ mutari. Et acceperunt, καὶ ἔλαβον. Quia hoc oraculũ, vt Græcè ſcribitur, parũ videtur reſpondere Hebraicæ veritati, in primis tenendũ eſt, ita plerunque citari ſolere Vetus teſtamentum à ſacris Noui teſtamenti ſcriptoribus, vt ſenſum reſpexerint, & Prophetiæ potius impletionem quàm oraculi ipſius verba recenſuerint. Id autem nemini mirum aut temerarium videbitur, qui ſibi perſuaſerit quod res ipſa conuincit, eundem Spiritum ore Euangeliſtarum loquutum eſſe, qui aperuerit os Prophetarum. Deinde Prophetarum munus fuiſſe, quid futurum eſſet, prædicere: Euangeliſtarum verò, quid ſit factum narrare. Itaquè quum Spiritus Dei illorum oracula in nouo Teſtamento non exſcribat, ſed interpretetur, minimè certè debuit itidem enumerãdis vocabulis aſtringi. Deindè & hoc notandũ eſt,

ἀγγέλοι μετ' αὐτοῦ, τότε καθίσει ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ.

mnes ſancti Angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper thronum gloriæ ſuæ.

Angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ.

Καὶ συναχθήσεται ἔμπροσθεν αὐτοῦ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἀφορίσει αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, ὡσαὐτως ὁ ποιμὴν ἀφορίζει τὰ πρόβατα ἀπὸ τῶν ἐρίφων.

31 Et cogétur coram eo omnes gentes, & ſeparabit eos alteros ab alteris, vt paſtor ſeparat oues ab hœdis.

23 Et congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos alterum ab alterum, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis.

Καὶ στήσει τὰ μὲν πρόβατα ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, τὰ δὲ ἔρίφια ἐξ εὐωνύμων.

33 Et ſtatuet, oues quidem ad dextram ſuam, hœdos autem ad ſiniſtram.

33 Et ſtatuet oues quidem à dextris ſuis, hœdos autem à ſiniſtris.

Τότε ἐρεῖ ὁ βασιλεὺς τοῖς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.

34 Tunc dicet rex his qui ad dextram ipſius erunt, Venite benedicti Patris mei, poſſidete regnum paratum vobis à iactis fundamentis mundi.

34 Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt, Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi.

Ἐπείνασα γάρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με· ξένος ἤμην, καὶ συνηγάγετέ με·

Eſa.58.b.7 Ezech.18.b.7

35 Eſuriui enim, & dediſtis mihi quo veſcerer: ſitiui, & dediſtis mihi potum: hoſpes eram, & collegiſtis me:

35 Eſuriui enim, & deliſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere: hoſpes eram, & collegiſtis me:

Γυμνός, καὶ περιεβάλετέ με· ἠσθένησα, καὶ ἐπεσκέψασθέ με· ἐν φυλακῇ ἤμην, καὶ ἤλθατε πρός με·

Rom.7.d.19

36 Nudus, & amiciuiſtis me: infirmatus, & viſitaſtis me: in carcere eram, & veniſtis ad me.

36 Nudus, & operuiſtis me: infirmus, & viſitaſtis me: in carcere eram, & veniſtis ad me.

Τότε ἀποκριθήσονται αὐτῷ οἱ δίκαιοι, λέγοντες, Κύριε, πότε σε εἴδομεν πεινῶντα, καὶ ἐθρέψαμεν; ἢ διψῶντα, καὶ ἐποτίσαμεν;

37 Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes, Domine, quando te vidimus eſurientem, & aluimus? aut ſitientem, & dedimus tibi potum?

37 Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes, Domine, quando te vidimus eſurientē, & pauimus? ſitientē, & dedimus tibi potum?

Πότε δέ σε εἴδομεν ξένον, καὶ συνηγάγομεν; ἢ γυμνόν, καὶ περιεβάλομεν;

38 Quando autem te vidimus hoſpitem, & collegimus te? aut nudum, & amiciuimus?

38 Quando autem te vidimus hoſpitem, & collegimus te? aut nudum, & cooperuimus te?

Πότε δέ σε εἴδομεν ἀσθενῆ ἢ ἐν φυλακῇ, καὶ ἤλθομεν πρός σε;

39 Aut quando te vidimus ægrotum aut in carcere, & venimus ad te?

39 Aut quando te vidimus infirmum aut in carcere, & venimus ad te?

Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ βασιλεὺς ἐρεῖ αὐτοῖς, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε.

40 Et reſpondens rex dicet eis, Amen dico vobis, quatenus id feciſtis vni ex iſtis fratribus meis minimis, mihi feciſtis.

40 Et reſpondens rex dicet illis, Amen dico vobis, quandiu feciſtis uni de hu fratribus meis minimis, mihi feciſtis.

Τότε ἐρεῖ καὶ τοῖς ἐξ εὐωνύμων, Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ.

Pſal.6.c.9. ſupra 7.c.13. Luc.13.f.27.

41 Tunc dicet etiam iis qui ad ſiniſtram erunt, Maledicti, abite à me in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & Angelis eius.

41 Tunc dicet & iis qui à ſiniſtris erunt, Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & Angelis eius.

Ἐπείνασα γάρ, καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ οὐκ ἐποτίσατέ με·

41 Eſuriui enim, & non dediſtis mihi quo veſcerer: ſitiui, & non dediſtis mihi potum:

41 Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare: ſitiui, & non dediſtis mihi potum:

Ξένος ἤμην, καὶ οὐ συνηγάγετέ με· γυμνός, καὶ οὐ περιεβάλετέ με· ἀσθενὴς καὶ ἐν φυλακῇ, καὶ οὐκ ἐπεσκέψασθέ με.

43 Hoſpes eram, & non collegiſtis me: nudus, & non amiciuiſtis me: ægrotus & in carcere eram, & non inuiſiſtis me:

43 Hoſpes eram, & non collegiſtis me: nudus, & non operuiſtis me: infirmus & in carcere, & non viſitaſtis me.

34 Benedicti, εὐλογημένοι: id eſt, beati & felices, quos Pater meus ſuis beneficiis cumulauit. Vide ſuprà 5. 8.44. Dicuntur enim homines Deo benedicere quum eius laudes prædicant: contrà verò Deus benedicere hominibus, quum illos beat. A iactis fundamentis, ἀπὸ καταβολῆς: Vulgata, A conſtitutione: id eſt ἀπὸ κατασκευῆς. Eraſ. Ab exordio: id eſt, ἀπ' ἀρχῆς. Vide ſuprà 13.c.35.

36 Ægrotaui, ἠσθένησα: id eſt, ἐξέλυσα. Sic Plin. lib. 8. cap. 51, ſuem ægrotantē vocat inualidam. Vulgata & Eraſ. Infirmus: quod nuſquam legi pro ægroto poſitum.

37 Aluimus: ἐθρέψαμεν. Vel, Nutriuimus? Vulgata & Eraſmus, Pauimus: id eſt, ἐβοσκήσαμεν. 40 Quatenus ἐφ' ὅσον. Vul. Quandiu, perperam. quaſi ſubaudiatur χρόνον.

41 Qui paratus eſt, τὸ ἡτοιμασμένον. In vno exemplari ſcripti erat, ἑτοίμασεν ὁ πατήρ μου, quem parauit Pater meus.

Τότε ἀποκριθήσονται αὐτῷ καὶ αὐτοὶ, λέγοντες, Κύριε, πότε σε εἴδομεν πεινῶντα, ἢ διψῶντα, ἢ ξένον, ἢ γυμνὸν, ἢ ἀσθενῆ, ἢ ἐν φυλακῇ, καὶ οὐ διηκονήσαμέν σοι;

44 Tunc ipſi quoque reſpondebunt ei, dicentes, Domine, quãdo te vidimus eſurientem, aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum, aut ægrotum, aut in carcere, & nõ miniſtrauimus tibi?

44 *Tunc reſpondebunt ei & ipſi, dicentes, Domine, quando te vidimus eſurientem, aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudũ, aut infirmum, aut in carcere, & non miniſtrauimus tibi?*

Τότε ἀποκριθήσεται αὐτοῖς, λέγων, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐφ' ὅσον οὐκ ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων, οὐδὲ ἐμοὶ ἐποιήσατε.

45 Tunc reſpondebit eis, dicens, Amen dico vobis, quatenus id non feciſtis vni ex iſtis minimis, nec mihi feciſtis.

45 *Tunc reſpondebit illis, dicens, Amen dico vobis, quandiu non feciſtis uni de minoribus his, nec mihi feciſtis.* Deut.15.a.7

Καὶ ἀπελεύσονται οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον· οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον.

46 ‖ Et abibunt iſti in ſuppliciũ æternum: iuſti verò in vitam æternam.

46 *Et ibunt hi in ſupplicium æternum: iuſti autem in vitam æternam.* Ioan.5.c.29

Κεφάλαιον κϛ

CAP. XXVI.

CAP. XXVI.

ΚΑΙ ἐγένετο ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς πάντας τοὺς λόγους τούτους, εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ,

1 ET factum eſt quum finiſſet Ieſus omnes iſtos ſermones, dixit diſcipulis ſuis,

1 *ET factum eſt quum conſummaſſet Ieſus ſermones hos omnes, dixit diſcipulis ſuis,* Mar.14.a.1 luc.22.a.1

Οἴδατε ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας τὸ πάσχα γίνεται, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς τὸ σταυρωθῆναι.

2 Scitis intra duos dies Paſcha fore, & Filium hominis tradendum vt crucifigatur.

2 *Scitis quia poſt biduũ Paſcha fiet, & Filius hominis tradetur vt crucifigatur.*

Τότε συνήχθησαν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ Ἀρχιερέως τοῦ λεγομένου Καϊάφα.

3 ‖ Tunc coacti ſunt principes Sacerdotũ & Scribæ & ſeniores populi in aulã Põtificis maximi qui dicebatur Caiapha.

3 *Tunc congregati ſunt principes Sacerdotum & ſeniores populi in atriũ principis Sacerdotũ qui diebatur Caiphas.* Ioan 11.f.47

Καὶ συνεβουλεύσαντο ἵνα τὸν Ἰησοῦν κρατήσωσι δόλῳ, καὶ ἀποκτείνωσιν.

4 Et ſimul conſultarũt vt Ieſũ dolo prehenderẽt, & trucidarẽt.

4 *Et conſilium fecerunt ut Ieſum dolo tenerent, & occiderent.*

Ἔλεγον δέ, Μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ, ἵνα μὴ θόρυβος γένηται ἐν τῷ λαῷ.

5 Dicebant autem, Non in feſto, ne tumultus fiat in populo.

5 *Dicebant autem, Non in die feſto, ne forte tumultus fieret in populo.*

Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γενομένου ἐν Βηθανίᾳ, ἐν οἰκίᾳ Σίμωνος τοῦ λεπροῦ,

6 ‖ Quum autem Ieſus eſſet Bethaniæ in domo Simonis leproſi,

6 *Quum autem Ieſus eſſet in Bethania, in domo Simonis leproſi,* Mar.14.a.3 ioan.12.a.2

προσῆλθεν αὐτῷ γυνὴ ἀλάβαστρον μύρου ἔχουσα βαρυτίμου, καὶ κατέχεεν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ἀνακειμένου.

7 Venerat ad eum mulier, habens alabaſtrũ vnguenti grauis pretii, & effuderat ſuper caput ipſius accumbentis.

7 *Acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrum unguenti pretioſi, & effudit ſuper caput ipſius recumbentis.*

IN CAPVT XXVI.

2 Intra duos dies, μετὰ δύο ἡμέρας. Vulg. & Eraſmus, Poſt biduum. Vide Mar.8.d.31. Fore, γίνεσθαι. Vulgata, in futuro, Fieri id eſt γενέσθαι. Et paulo pòſt, Tradetur, pro traditur: vt obſeruat Eraſmus. Apparet tamẽ enallagen eſſe temporis, ex vulgata loquendi conſuetudine petitam, qua dicitur id iam fieri quod mox omnino futurum eſt.

3 Et Scribæ, καὶ οἱ Γραμματεῖς. Hæc deerant in vetuſtis codicibus, neque etiam reperiuntur apud Veterẽ interpretem. In aulam, εἰς τὴν αὐλὴν. Vulgata & Eraſmus, In atrium. Vide Luc.11.v.11.

4 Simul cõſultarunt, συνεβουλεύσαντο. Vulg. Conſilium fecerunt: id eſt, συμβούλιον ἐποίησαν. Eraſmus quoque per periphraſin, Conſilium inierunt.

5 Non in feſto, μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ. Appellatione feſti non dies aliquis certus, ſed totum Azymorum feſtum intelligitur, cuius primus & octauus dies ita erant ſacri vt eſſet ab omni opere abſtinendum. Ideo nolui diem feſtum dicere cum Vetere interprete. Cæterùm non temere ab iſtis iniicitur feſti mentio. Nam quia ſcriptũ eſt Deut.17.v.11,& 13, ita puniendos eſſe qui Pontificis aut iudicum maieſtatem læſerint, vt totus populus eorũ pœnis erudiatur, idcirco hic mos obtinuerat apud Iudæos (ſicut obſeruat Fagius ex Maymoni, in tractatu de rebellibus) vt in huiuſmodi reos ſub tribus illis ſolennibus feſtis animaduerteretur. Deliberant ergo Sanhedrin cum primariis ſacerdotibus, an ſint hunc morem ſequuturi. quod quanuis iis non placuit, tamen Dei prouidẽtia ac voluntate ita accidit, vt Chriſtus ſui æterni ſacrificii teſtem totum Iſraelem haberet.

7 Venerat ad eum, προσῆλθεν αὐτῷ. Apparet ex Iohanne 12.a.1, hæc geſta eſſe antequam Chriſtus ingrederetur Ieroſolyma. Nam certè circunſtantiarum varietas tanta non eſt vt diuerſam hanc hiſtoriam ab illa poſſimus conſtituere, cum Oſiandro. Sed quum Euangeliſta accederet ad narrationem proditionis, diſtulit in hũc locum hiſtoriam eius facti, vnde Iudas occaſionem arripuit prodendi Dominum. Ideo conuertimus προσῆλθεν & κατέχεεν per pluſquamperfectum: cuius enallages multa paſſim exempla occurrunt, vt Gene.11.a.2, & ſuprà 15.a.4. & hoc eodem capite verſu 48. Alabaſtrum vnguenti, ἀλάβαστρον μύρου. Alabaſtra dicta ſunt vaſcula vnguentaria, quòd alabaſtritem lapidem veteres plerunque excauarent ad eos vſus: quoniam optimè ſer-

uare vnguenta incorrupta traditur, vt refert Plinius libro 13. cap. 1, & rursus libro 35. cap. 8. Aliam etymologiam planè (vt existimo) ridiculam adfert Erasmus, quanuis ex Suida repetitam: sed hæc ad nostrum scopum nō pertinent. Herodotus quoque in Thalia, inter munera quæ Cambyses per legatos ad regem Æthiopum misit, recenset μύρου ἀλάβαστον. Grauis pretii, βαρυτίμου. Sic loquitur Sallustius. Cœpit (inquit) graue pretium per omnem prouinciam fructibus esse. Nam olim (vt rectè hoc loco annotat Erasmus) ex appendebatur, non numerabatur: ex qua consuetudine orta sunt multa dicendi genera. Idem tamen maluit cum Vetere interprete pretiosum interpretari. ἐντίμου. In tribus vetustis codicibus scriptum erat πολυτίμου, magni pretii, vt suprà 13. 6. 46.

Ιδόντες δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἠγανάκτησαν, λέγοντες, Εἰς τί ἡ ἀπώλεια αὕτη;

8 Videntes autē discipuli eius indignati sunt, dicentes, Quorsum perditio hæc?

8 Videntes autem discipuli indignati sunt, dicentes, Vt quid perditio hæc?

Ἠδύνατο γὰρ τοῦτο τὸ μύρον πραθῆναι πολλοῦ, καὶ δοθῆναι πτωχοῖς.

9 Potuit enim istud vnguentum venundari magno, & dari pauperibus.

9 Potuit enim istud vnguentum venundari multo, & dari pauperibus.

Γνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Τί κόπους παρέχετε τῇ γυναικί; ἔργον γὰρ καλὸν εἰργάσατο εἰς ἐμέ.

10 Quum autem hoc cognouisset Iesus, ait eis, Quid molestiam exhibetis isti mulieri? opus enim bonum operata est erga me.

10 Sciens autem Iesus ait illis. Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me.

Deut. 15. b. 11

Πάντοτε γὰρ τοὺς πτωχοὺς ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν· ἐμὲ δὲ οὐ πάντοτε ἔχετε.

11 ‖ Semper enim pauperes habetis vobiscum: me verò non semper habebitis.

11 Nam semper pauperes habetis vobiscum. me autem non semper habetis.

Βαλοῦσα γὰρ αὕτη τὸ μύρον τοῦτο ἐπὶ τοῦ σώματός μου, πρὸς τὸ ἐνταφιάσαί με ἐποίησεν.

12 Quòd enim hæc vnguentū hoc iniecit corpori meo, ad sepeliendum me fecit.

12 Mittens enim hæc unguētū hoc in corpus meū, ad sepeliendum me fecit.

Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅπου ἐὰν κηρυχθῇ τὸ εὐαγγέλιον τοῦτο ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, καὶ λαληθήσεται καὶ ὃ ἐποίησεν αὕτη, εἰς μνημόσυνον αὐτῆς.

13 Amen dico vobis, Vbicunque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, etiam quod hæc fecit, dicetur ad memoriam ipsius.

13 Amen dico vobis. Vbicunque prædicatum fuerit hoc Euangelium in tot mundo, dicetur & quod hæc fecit, in memoriam eius.

Mat. 14. b. 12 Luc. 22. a. 7.

Τότε πορευθεὶς εἷς τῶν δώδεκα, ὁ λεγόμενος Ἰούδας Ἰσκαριώτης, πρὸς τοὺς Ἀρχιερεῖς,

14 ‖ Túc profectus vnus ex duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes, ad principes Sacerdotū,

14 Tunc abiit unus de duodecim qui dicebatur Iudas Iscariotes, ad principes Sacerdotum:

Εἶπε, Τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; Οἱ δὲ ἔστησαν αὐτῷ τριάκοντα ἀργύρια.

15 Ait eis, Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? Ipsi verò appéderunt ei triginta argenteos *numos*.

15 Et ait illis, Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi cōstituerunt ei triginta argenteos.

Καὶ ἀπὸ τότε ἐζήτει εὐκαιρίαν ἵνα

16 Et ex eo tēpore quærebat op-

16 Et exinde quærebat op-

8 Perditio, ἀπώλεια. id est inutilis profusio.

10 Molestiam exhibetis, κόπους παρέχετε: vel, estis laboriid est, molesti estis, vt verterunt Vulgata & Erasmus, sensu expresso. Ad verbum, Laborem præbetis, siue (vt loquitur Liuius) curam. Labórem enim appellat animi molestiam.

11 Semper, πάντοτε. Hæc particula & de loco & de tempore dicitur: quæ postrema significatio conuenit. Commodè autem altero Latino aduerbio (quod sciam) exprimi nō potest. Itaque soleo vertere perinde ac si scriptum esset ἀεί. Habebitis, ἔχετε. Vulgata & Erasmus ad verbū Habetis: sed præsens pro futuro videtur positum, sicut etiam suprà 5. g. 46, & 6. a. 1.

12 Quòd enim hæc iniecit, βαλοῦσα γὰρ αὕτη. Vulgata, Mittens enim hæc: quæ interpretatio obscura est, neque Græcis respondet. Itaque Erasmi versionem sum secutus. Ponitur enim βάλλειν pro ἐπιχέειν, quod infliciendi vocabulo videtur melius exprimi.

13 Dicetur, λαληθήσεται id est λεχθήσεται. Erasmus, Narrabitur. Memoriam, ὑπόμνησιν: id est μνήμην, vt etiam annotauit Erasmus. In quodam exemplari scriptum erat μαρτύριον: id est testimonium.

15 Appenderunt, ἔστησαν. Vulgata & Erasmus, Constituerunt, id est, pacti sunt, non expressa vi Græci vocabuli. Nam στῆσαι hoc loco respondet Hebræo verbo שָׁקַל. Argenteos *numos*, ἀργύρια. Ita legitur in omnibus Græcis codicibus: nec dubium est quin ἀργύρια vocet quæ Hebræi כְּסָפִים: siue denarios Romanos intelligas, siue siclos Hebræos, siue tetradrachma Attica. Iosephus autem libro Antiquitatum secundo ἀργυροῦν memi nit, non ἀργύριον: idque rectius fortassis, vt aliquid subaudias. Sed & Symmachus & Aquila apud Zachariam ἀργυροῦς scribunt, non ἀργύρεα. Ioachimus autem Camerarius, vir eruditissimus (quem, sicut debeo, honoris causa nomino) in libello quem inscripsit De Græcorum ac Latinorum numismatis, se didicisse scribit de Græcorū commentariis, singula ἀργύρεα valuisse minam Atticam: quod ego quidem optarem idonei alicuius scriptoris authoritate confirmatum. Solet enim Iosephus ἀργυροῦν appellatione siclos intelligere, (vt liquet ex libro 9. cap. 2. si conferantur quæ illic commemorat de fame quæ in Samaria erat, cum capite 6. secundi Regum) eósque τετραδράχμους, vt ipse diserte dicit libro Antiquitatum 3. capite 9. Quam rationem si sequamur, minam Atticam drachmarum cētum, id est recentiorem, æstimabimus argenteis viginti quinque, ac proinde eodem calculo, triginta istos argenteos numos tetradrachmos francicis libris plus minus x x 1. Itaque necesse esset ἀργύρεα & ἀργυροῦν distinguere: quod vellem à Camerario copiosius explicatum.

αὐτὸν παραδῷ.

portunitatẽ vt eum proderet.

portunitatem ut eum traderet.

Τῇ δὲ πρώτῃ τῶν ἀζύμων προσῆλθον οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰησοῦ, λέγοντες αὐτῷ, Ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ πάσχα;

17 ¶ Primo autem die Azymorum venerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes ei, Vbi vis paremus tibi ad veſcendum Paſcha?

17 Primo autem Azymorum accesserunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes, Vbi uis paremus tibi comedere Paſchaſ. Mar.14.b.12 luc.22.a.7

16 Proderet, παραδῷ. Vulgata & Eraſmus, Tradereet. Mihi in tota hac hiſtoria videtur τὸ παραδιδόναι poſitum ἀντὶ τοῦ παραδίδοσθαι. In vno exemplari additur αὐτὸς, eis.

17 Primo autem die, τῇ δὲ πρώτῃ. Subauditur ἡμέρᾳ: nondum tamen aduenerat decimusquintus dies, qui primus eſt azymorum: ſed quoniam à veſpera eius diei quo hæc geſta ſunt (nimirum decimiquarti) initium capiebat Azymorum feſtum: Romanorum autem more veſpera præcedenti diei coniungitur, non ſequenti: ideo decimusquartus dies vocatur primus Azymorum. Conſtat autem hoc loco Chriſtum obſeruaſſe Legem, quam pleriq; tranſgreſſi ſunt traditionis cauſa, ſicut alibi dicemus: quod Græci interpretes multa non viderunt, & quidem inter cæteros Nicephorus ille cuius nugæ nuper editæ ſunt, ineptiarum atque adeo impietatis plenæ. Vt autẽ tota hæc hiſtoria melius intelligatur, & quid quo die ſit geſtum, placuit hoc diagramma ſubnectere, quo res omnis perſpicuè repræſentatur.



Ὁ δὲ εἶπεν, Ὑπάγετε εἰς τὴν πόλιν πρὸς τὸν δεῖνα, καὶ εἴπατε αὐτῷ, Ὁ διδάσκαλος λέγει, Ὁ καιρός μου ἐγγύς ἐστιν, πρὸς σὲ ποιῶ τὸ πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου.

18 Ipſe verò dixit, Abite in vrbẽ ad quẽdam, & dicite ei, Magiſter dicit, Tẽpus meum propè eſt, apud te faciam Paſcha cum diſcipulis meis.

18 At Ieſus dixit, Ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei, Magiſter dicit, Tempus meum propè eſt, apud te facio Paſcha cum diſcipulis meis.

Καὶ ἐποίησαν οἱ μαθηταὶ ὡς συνέταξεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· καὶ ἡτοίμασαν τὸ πάσχα.

19 Et fecerunt diſcipuli ſicut præceperat eis Ieſus: & parauerunt Paſcha.

19 Et fecerũt diſcipuli ſicut conſtituit illis Ieſus: & parauerunt Paſcha.

Ὀψίας δὲ γενομένης ἀνέκειτο μετὰ τῶν δώδεκα.

20 Quum autem ſerum diei eſſet, recubuit cum duodecim.

20 Veſpere autem facto diſcumbebat cum duodecim diſcipulis ſuis.

18 Ad quendam, πρὸς τὸν δεῖνα. Rectè conuerſum eſt ὁ δεῖνα, quidam, quum certus homo intelligatur, is nimirum qui Iohannis Apoſtoli ædes conduxerat: quas ille paulo antè emerat, permutatis cum Caiapha pontifice amplis facultatibus, quas in Galilæa poſſederat. Hæc ineptus ille Nicephorus de Iohanne, homine videlicet locupleto, vt qui poſt Chriſti mortem in Galilæam redierit ad piſcationem. Faciam, ποιῶ. Alii, Facio. Ego malo præſens poſitum eſſe pro futuro, ſicut paulo antè dixi verſiculo 11.

19 Præceperat, συνέταξεν. Poſitus eſt aoriſtus pro pluſquamperfecto.

20 Recubuit, ἀνέκειτο: vel accubuit. Etſi diſertis verbis non iubentur Iſraelitæ ſtare in edendo agno, tamen quia ex præſcripto Legis Moſaicæ tum calceati erant, tum etiam baculum geſtabant tanquam feſtinabundi & ad iter accincti: probabilis coniectura eſt, eos tum non recubuiſſe aut accubuiſſe menſæ, quum ex more

patrio, sumpturi cibum, calceos exuebant, vt suprà monuimus. Quum ergo non dubium sit quin omnes veteris Legis ceremonias diligenter obseruarit Dominus, vt omnem pro nobis iustitiam impleret, existimandum est αὐτὸν hoc loco dici de cœnâ quæ peracto solenni ritu Paschatis adornata est. Cum duodecim, μετὰ τῶν δώδεκα. In quodam codice additum erat μαθητῶν, discipulis. Vetus interpres etiam addit pronomen Suis.

Mat.14.b.18 luc.22.b.14 ioan.13.c.21

Καὶ ἐσθιόντων αὐτῶν εἶπεν, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με.

21 ‖Et edentibus ipsis, dixit, Amen dico vobis, vnus vestrum me prodet.

21 Et edentibus illis, dixit, Amen dico vobis quia vnus vestrum me traditurus est.

Καὶ λυπούμενοι σφόδρα, ἤρξαντο λέγειν αὐτῷ ἕκαστος αὐτῶν, Μήτι ἐγώ εἰμι, κύριε;

22 Tunc contristati vehementer, cœperũt dicere singuli eorũ ei, Num ego sum, domine?

22 Et contristati valde, cœperunt singuli dicere, Nunquid ego sum, domine?

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, Ὁ ἐμβάψας μετ' ἐμοῦ τὴν χεῖρα ἐν τῷ τρυβλίῳ τοῦτός με παραδώσει.

23 Ipse verò respondens ait, Qui intingit mecum manum in catino, iste me proditurus est.

23 At ipse respondens ait, Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet.

Ὁ μὲν υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὑπάγει, καθὼς γέγραπται περὶ αὐτοῦ· οὐαὶ δὲ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ δι' οὗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται· καλὸν ἦν αὐτῷ εἰ οὐκ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος.

24 Filius quidem hominis abit, sicut scriptum est de eo: væ autem homini illi per quem Filius hominis proditur: bonũ erat homini illi si natus non fuisset.

24 Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo: væ autem homini illi per quem Filius hominis traditur: bonũ erat ei si natus non fuisset homo ille.

Ἀποκριθεὶς δὲ Ἰούδας ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν, εἶπε, Μήτι ἐγώ εἰμι, ῥαββί; Λέγει αὐτῷ, Σὺ εἶπας.

25 Respondens autem Iudas, qui prodebat eum, dixit, Num ego sum, rabbi? Dicit ei, Tu dixisti.

25 Respondens autem Iudas qui tradidit eum, dixit, Nunquid ego sum, rabbi? Ait illi, Tu dixisti.

1 Cor.11.c.24

Ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν, λαβὼν ὁ Ἰησοῦς τὸν ἄρτον, εὐλογήσας, ἔκλασε, καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς· καὶ εἶπε, Λάβετε, φάγετε· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου.

26 ‖Edentibus autem eis, accepit Iesus panem: & quum benedixisset, fregit, deditque discipulis, & ait, Accipite, comedite: hoc est corpus meum.

26 Cœnantibus autem eis, accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & ait, Accipite, & comedite: hoc est corpus meum.

Καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον, καὶ εὐχαριστήσας, ἔδωκεν αὐτοῖς, λέγων, Πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες.

27 Et accepto poculo, ac gratiis actis, dedit eis, dicés, Bibite ex eo omnes.

27 Et accepiens calicem, gratias egit, & dedit illis, dicens, Bibite ex hoc omnes.

Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ αἷμά μου, τὸ τῆς 28 Hoc est enim sanguis meus, 28 Hic est enim sanguis

23 Qui intingit, ὁ ἐμβάψας. Erasmus ad verbum, Qui intinxit. Ego tamen malo conuertere per præsens, vt sit Qui intingit, idem atque Qui intingere consueuit. Sic enim vulgò loqui solent: & attingere videtur quod ait Dauid Psal.41.b.10, Qui comedebat panem mecum: id est ὁ ἐσθίων μετ' ἐμοῦ, vt loquitur Marcus: is videlicet quem eadem mensa dignabar. Sed & in quodam exemplari scriptum erat, ὁ ἐμβαπτόμενος: sicut etiam legitur Marci 14.b.20: quod tamen non est ita accipiendum quasi eo ipso tempore quo hæc à Domino dicebantur, Iudas manum haberet in patina, (fuisset enim hoc manifestum & indubitatũ signum, vt rectè obseruat Erasmus) sed ad mutuum conuictum referendum est, sicut paulo antè dixi.

24 Homini illi, αὐτῷ. Præponitur relatiuum antecedenti, Hebræorum more: vt suprà, 17.v.18.

25 Qui prodebat, ὁ παραδιδούς: id est, qui in eo iam totus erat vt proderet: δίδωμι tamen paulo pòst vsurpatur significatione aoristi secundi.

26 Quum benedixisset, εὐλογήσας. In septem codicibus vetustis legitur εὐχαριστήσας, gratiis actis, eodem sensu: & Mar.8.a.6, & 7, hæc duo εὐχαριστήσας καὶ εὐλογήσας pro eodem vsurpantur. Itaque non est cur consecrationis (quam vocant) vocabulo magicam aliquam verborum sacramentalium murmurationem intelligamus. Hoc tamen certum est, ratam esse in cœlo ceremoniam quæ ex Dei præcepto in sacramentorum vsu peragitur: ac proinde panem & vinum in sacra ista actione, qualitate mutari, quum fiant corporis & sanguinis Domini symbola: quod neque ex sui natura, neque ex virtute certarum vocum pronunciatarum habent, sed ex Filii Dei institutione, quæ recitari & explicari debet, vt habeat fides quod amplectatur tum in verbo, tum in elementis.

Est, ἐστί, metonymicè: ita tamen, vt sciamus præter signum à credentibus verè percipi per fidem spirituali modo id quod externo symbolo repræsentatur, totũ videlicet Christum cũ suis donis. Neque tamen vel transsubstantiario, vel realis (quam vocant) coniunctio, vel transfusio, aut commistio cogitanda, sed signi & rei conuenientis coniunctio symbolica & sacramentalis. Nam illa neque consistere possunt cum veritate humanitatis Christi, neque ad salutem sunt necessaria. Neque enim vt Christi participes fiamus, eius corpus oportet realiter in terras deesse, sed nos potius Spiritus sancti virtute & fide in cœlum ascendere, & illic eum amplecti, vt cum eo conseruemus in cœlestibus: in summa, verè nos coniungi & vnum fieri cum toto Christo Deo & homine necesse est, vt salui simus: quod non alio quàm spirituali modo fit per fidem, quæ quidem fides in nobis creatur & confirmatur per Spiritum sanctum: idque prædicatione verbi Dei, & adiunctis prædicationi symbolis, quibus omnes nostri sensus excitantur & percelluntur, vt verè mittamur in Christi ipsius possessionem.

27 Ex eo, ἐξ αὐτοῦ. Vulgata & Erasmus, Ex hoc: id est ἐκ τούτου. Omnes, πάντες. Num igitur habendi sunt pro Ecclesiæ pastoribus qui sacramentum dimidium sustulerunt illis quos laicos vocant?

28 Hoc, τοῦτο. Vulgata & Erasmus, Hic: referentes scilicet ad αἷμα, id est sanguinem. Atqui si ita interpretemur,

pretemur, nullum erit huius propoſitionis ſubiectum, præter ipſum ſanguinem qui Chriſti eſſe dicatur. Panem autem & vinum eſſe ſubiecta de quibus prædicentur corpus & panis, aperte liquet ex Luc. 22.c.20, qui addit nomen τοῦτο: ita tamen vt continens pro contento accipiatur, vulgata & trita omnibus linguis conſuetudine loquendi. Clamitabunt autem (ſat ſcio) nonnulli ſacrilegam eſſe meam audaciam: ſed ita certè loquitur Lucas vt ambigi non poſſit quin Chriſtus poculum indicarit quum hæc diceret: vt, velint nolint, tropum agnoſcere cogantur in pronomine demonſtratiuo. Omnino igitur dicendum eſt, HOC, id eſt, poculum ſeu vinum hoc quod ego in manibus teneo, EST SANGVIS MEVS, ſacramentaliter nimirum.

κεχυννόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.	Noui testamenti, qui pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum.	meus Noui teſtamenti, qui pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum.
Λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι οὐ μὴ πίω ἀπ' ἄρτι ἐκ τούτου τοῦ γενήματος τῆς ἀμπέλου, ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης ὅταν αὐτὸ πίνω μεθ' ὑμῶν καινὸν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρός μου.	29 Dico autem vobis, Non bibam ab hoc tempore ex hoc fructu vitis, vſque ad diem illum quum ipſum bibam vobiſcum nouum in regno Patris mei.	29 Dico autem vobis, Non bibam amodo de hoc genimine vitis vſque in diē illum quum illud bibam vobiſcum nouum in regno Patris mei.
Καὶ ὑμνήσαντες ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν.	30 Et quum hymnum cecinissent, exierunt in montem Olearum.	30 Et hymno dicto exierūt in montem Oliueti.
Τότε λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Πάντες ὑμεῖς σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ. γέγραπται γάρ, Παταξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσονται τὰ τῆς ποίμνης.	31 Tunc dicit eis Ieſus, Omnes vos iſta nocte offendemini in me. ſcriptum eſt enim, Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues gregis.	31 Tunc dicit illis Ieſus, Omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte. ſcriptū eſt enim, Percutiam paſtorē, & diſpergentur oues gregis. Mat.14.c.27 iohan.16.d.32 & 18.b.8 Zach.13.c.7
Μετὰ δὲ τὸ ἐγερθῆναί με, προάξω ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν.	32 Poſtquam autem ſurrexero, præibo vobis in Galilæam.	32 Poſtquam autem reſurrexero, præcedam vos in Galileam. Mat.14.c.28, & 16.b.7
Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος εἶπεν αὐτῷ, Εἰ καὶ πάντες σκανδαλισθήσονται ἐν σοί, ἐγὼ οὐδέποτε σκανδαλισθήσομαι.	33 Reſpondens verò Petrus dixit ei, Etiamſi omnes offendantur in te, ego nunquam offendar.	33 Reſpondens autem Petrus ait illi, Etſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor.
Ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἀμὴν λέγω σοι, ὅτι ἐν ταύτῃ τῇ νυκτὶ, πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ με.	34 Dixit ei Ieſus, Amen dico tibi, iſta nocte antequam gallus vocem mittat, ter me abnegabis.	34 Ait illi Ieſus, Amen dico tibi, quia in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis. Iohan.13.d.38
Λέγει αὐτῷ ὁ Πέτρος, Καν δέῃ με συνἀποθανεῖν σοι, οὐ μή σε ἀπαρνήσομαι. Ὁμοίως καὶ πάντες οἱ μαθηταὶ εἶπον.	35 Dicit ei Petrus, Etiamſi oportuerit me mori tecum, non te abnegabo. Similiter & omnes diſcipuli dixerunt.	35 Ait illi Petrus, Etiamſi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes diſcipuli dixerunt.
Τότε ἔρχεται μετ' αὐτῶν ὁ Ἰησοῦς εἰς χωρίον λεγόμενον Γεθσημανῆ, καὶ λέγει τοῖς μαθηταῖς, Καθίσατε αὐτοῦ, ἕως οὗ ἀπελθὼν προσεύξωμαι ἐκεῖ.	36 Tunc venit Ieſus cum eis in locū qui dicitur Gethſemane: & dicit diſcipulis, Sedete hîc, vſquequo abiens, precatus fuero illic.	36 Tunc venit Ieſus cum illis in villam quæ dicitur Gethſemani, & dixit diſcipulis ſuis, Sedete hîc donec nadam illuc, & orem. Mat.14.d.32 luc.22.d.39
Καὶ παραλαβὼν τὸν Πέτρον καὶ τοὺς δύο υἱοὺς	37 Et aſſūpto Petro & duobus filiis	37 Et aſſumpto Petro & duobus filiis

Teſtamenti διαθήκης: vel fœderis. id eſt, quo nouum fœdus vobiſcum ſancitur. Prior interpretatio moritu
10 ro conuenit, & Epiſtolæ ad Hebræos authoritate confirmatur. Rurſus in fœderibus ſanciēdis adhiberi ſolitas fuiſſe & vini libationes & ſanguinis fuſionem, non modò ſacras, ſed etiam profanas hiſtoriæ teſtantur. Pro. meiid eſt ὑπὲρ. Vide ſuprà 9.c.36. Effunditur, ἐκχυνόμενον. id eſt effundetur. Loquitur enim de re mox futura, tanquam iam præſenti.

19 Ab hoc tempore, ἀπ' ἄρτι: id eſt ἀπὸ τοῦ νῦν. Nam ἄρτι idem etiam valet quod νῦν, vt ſuprà diximus
20 cap.3.d.15. Vulgata barbarè, A modo. Fructu, γενήματος. A γεννάω, id eſt gignendo, dicitur γέννημα, quod etiam ſtirpibus conuenit. Latini (quod ſciam) aliud commune vocabulum non habent quàm fructum: id eſt καρπόν. Nam genimen, quo vtitur Vetus interpres, barbarum eſt. Columella progeniem vitis dixit, ſed alio ſenſu. Bibam, πίω. Iterum præſens pro futuro. Vide ſuprà 5.g.46. & hoc eodem capite v.11, & 18.

30 Quum hymnum cecinissent, ὑμνήσαντες. Vulgata, Hymno dicto: quod rectè mutauit Eraſmus, vt intelli
25 gatur Apoſtolos ipſos vnà cum Chriſto hymnum cecinisse.

35 Abnegabo, ἀπαρνήσομαι. In quatuor vetuſtis codicibus ſcriptum erat in ſubiunctiuo ἀπαρνήσωμαι, abnegauero. Vulgata & Eraſmus, Negabo, ἀρνήσομαι.

36 Locum, χωρίον. Sic Valla, & quidem rectè, vt opinor. Vulgata & Eraſmus, Villam.

Ζεβεδαίου, ἤρξατο λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν.

Zebedæi, cœpit contriſtari, & grauiſſimè angi.

Zebedæi, cœpit contriſtari & mœſtus eſſe.

Τότε λέγει αὐτοῖς, Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου· μείνατε ὧδε, καὶ γρηγορεῖτε μετ' ἐμοῦ.

38 Tũc dicit eis Ieſus, Vndiquaque triſtis eſt anima mea vſque ad mortem: manete hic, & vigilate mecum.

38 *Tunc ait illis, Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem: ſuſtinete hic, & uigilate mecum.*

Καὶ προελθὼν μικρόν, ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ, προσευχόμενος καὶ λέγων, Πάτερ μου, εἰ δυνατόν ἐστι, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο· πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ.

39 Et progreſſus paululum, procidit in faciem ſuam, precans & dicens, Pater mi, ſi poſſibile eſt, abeat à me poculum iſtud: veruntamen non vt ego volo, ſed vt tu.

39 *Et progreſſus puſillum, procidit in faciem ſuam, orans & dicens, Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte: ueruntamen non ſicut ego uolo, ſed ſicut tu.*

Καὶ ἔρχεται πρὸς τοὺς μαθητάς, καὶ εὑρίσκει αὐτοὺς καθεύδοντας· καὶ λέγει τῷ Πέτρῳ, Οὕτως οὐκ ἰσχύσατε μίαν ὥραν γρηγορῆσαι μετ' ἐμοῦ;

40 Tunc venit ad diſcipulos, & reperit eos dormientes: & dicit Petro, Itáne non potuiſtis vnam horam vigilare mecum?

40 *Et uenit ad diſcipulos ſuos, & inuenit eos dormientes: & dicit Petro, ſic non potuiſtis una hora uigilare mecum?*

Γρηγορεῖτε καὶ προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν. Τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής.

41 Vigilate & orate, ne introcatis in tentationem. ſpiritus quidem promptus, ſed caro infirma eſt.

41 *Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem. ſpiritus quidẽ promptus eſt, caro autem infirma.*

Πάλιν ἐκ δευτέρου ἀπελθὼν προσηύξατο, λέγων, Πάτερ μου, εἰ οὐ δύναται τοῦτο τὸ ποτήριον παρελθεῖν ἀπ' ἐμοῦ, ἐὰν μὴ αὐτὸ πίω, γενηθήτω τὸ θέλημά σου.

41 Rurſum ſecũdò abiit, & precatus eſt, dicens, Pater mi, ſi non poteſt hoc poculum abire à me quin bibam ipſum, fiat voluntas tua.

41 *Iterum ſecundò abiit, & orauit, dicens, Pater mi ſi non poteſt hic calix tranſire niſi bibam illũ, fiat uoluntas tua.*

37 Grauiſſimè angi, ἀδημονεῖν. Vulgata, Mœſtus eſſe. Eraſmus, Affici mœſtitudine. Prudẽter verò hæc ſunt intelligenda. nam τὸ ἀδημονεῖν ſignificat præ mœrore concidere animo, & inopem conſilii eſſe: quæ omnia ſic in Chriſto fuerunt vt tamen ab omni peccato fuerit immunis: has autem horribiles pœnas ſuſtinuerit quòd ſentiret iram Dei in nos accenſam, quorũ peccata in ipſo vlciſcebatur Pater. Vnde etiam profecta eſt vox illa, Deus meus Deus meus, cur dereliquiſti me? Alioqui, niſi hoc diligenter obſerues, videbuntur multi martyres ipſo Chriſto conſtantiores: quod abſit vt cogitemus. Exhorruit ergo Chriſtus non mortem per ſe, ſed iram Dei in peccatum, cuius pondus illi erat noſtra cauſa ſuſtinendum. Quid verò miſeris illis fiet quos Chriſtus non ſubleuabit? Iam igitur Chriſtus inferorum atrium ingreditur, vt ſuos inde liberet.

38 Vndiquaque triſtis, περίλυπος. Præpoſitio περὶ auget ſignificationem. Declarat enim animum vndique mœrore obſeſſum & circumuallatum. Vulgata, Triſtis. Eraſmus, Mœſta.

39 Abeat, παρελθέτω: id eſt, Prætereat me, & intactum relinquat. Vulgata & Eraſmus ad verbum, Tranſeat. quod fortaſſis tolerari poſſet, niſi adderetur præpoſitio. Nam eodem dicendi genere apud Senecam lib. de Benef. 2. cap. 18, dicitur grando peſſimi cuiuſque agros tranſire: id eſt intactos relinquere. Hocidem exprimunt Hebræi verbo עבר, duplici tamen, eáque contraria ſignificatione. Nam aliquando idem valet quod accedere & capiti incumbere, vt Thren. cap. 4. d. 21. Etiam (inquit Propheta) ſuper te tranſibit calix. Id eſt, etiam ad te perueniet ira & furor Domini. Aliquando verò contrà idem valet quod Prætermittere & intactum relinquere, vt hoc loco: & inſalutatum prætereo, vt Gen. 18. a. 3, Ne tranſeas (inquit Abraham) à ſeruo tuo. Id eſt, ne me inſalutatum prætereas. Sic apud Græcos accipitur τὸ παρελθεῖν, vt in iſtis Anacreontis verſiculis ſanè perlepidis, Ὁ πλοῦτος ἄγει χρυσὸν· Τὸ ζῆν παρῆγε θνητούς, Ἐκαρπίμου φιλαύτου, Ἵτ' ἐπ' ἄκρων ἐπίλοφα, Λάβῃ τι, καὶ παρέλθῃ.

Poculum, ποτήριον. Vulgata & Eraſmus, Calix. Quum autem paulo antè Eraſmus Veterem interpretem flagellarit quòd Græcum vocabulum πρόβλιον alio Græco vocabulo conuerterit, & ſuprà etiam 20. c. 22, diſſertè hanc verſionem emendarit, miror eum hoc loco idem non feciſſe. Quòd ſi profanis pictoribus hic quoque credendum eſt, hæc omnia ſcilicet ad execrandum illud non Chriſti, ſed Antichriſti ſacrificium pertinent. Nam quia calicis hic fit mentio, inepti pictores totam hanc actionem ita pingunt vt Chriſtus procidens Miſſam illam execrandam obire videatur: nec iſtos pudet imperitorum vulgus tam impiis & tam craſſis erroribus in ſuperſtitionis tenebris retinere. Poculi autem appellatione ex Hebræorum idiotiſmo ſignificatur ira Dei, & ſupplicium pro peccatis noſtris. Vide ſuprà 20. c. 22.

40 Itáne, οὕτως. Vulgata, Sic. Eraſmus, Adeó. Quinque Veteres codices ſic diſtinguunt, οὕτως; οὐκ ἰσχύσατε μίαν ὥραν γρηγορῆσαι μετ' ἐμοῦ; id eſt, Itáne nõ potuiſtis vnam horam vigilare mecum? Quæ repetitio interrogationis, aut expoſtulationis potius, magnam videtur emphaſin habere. Vnam horam, μίαν ὥραν. Vulgata & Eraſmus, Vna hora. Ego malui vertere quarto caſu, quo videlicet tempus continuum declaratur.

41 Rurſum ſecundò, πάλιν ἐκ δευτέρου. Eraſmus, Rurſus altera vice. Ego exiſtimo πάλιν hic ſignificare conuerſionem in contrariam partem, non iterationem: quo modo πάλιν & ἀνάπαλιν ἀναλογίᾳ ſumitur apud geometras. Propriè autem Rurſum idem valere quod retrò, & Prorſum etiam idem quod ante, Latini grammatici notant. Quòd ſi vtrunque iterationem ſignificare malumus, ſic etiam Latinè Plautus dixit Rurſum denuò.

Quin, ἀλλὰ μή. Vulgata & Eraſmus, Niſi. Vide Marcum cap. 10. c. 30.

Καὶ ἐλθὼν εὑρίσκει αὐτοὺς πάλιν καθεύδοντας· ἦσαν γὰρ αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ βεβαρημένοι.

43 Et quum venisset reperit eos rursum dormientes: erant enim oculi eorum grauati.

43 Et venit iterum, & inuenit eos dormientes: erant enim oculi eorum grauati.

Καὶ ἀφεὶς αὐτοὺς, ἀπελθὼν πάλιν, προσηύξατο ἐκ τρίτου, τὸν αὐτὸν λόγον εἰπών.

44 Et relictis eis, rursum abiit: & precatus est tertiò, eundem sermonem dicens.

44 Et relictis illis, iterum abiit: & oranit tertiò, eundem sermonem dicens.

Τότε ἔρχεται πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, καὶ λέγει αὐτοῖς, Καθεύδετε τὸ λοιπὸν, καὶ ἀναπαύεσθε· ἰδοὺ, ἤγγικεν ἡ ὥρα, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς χεῖρας ἁμαρτωλῶν.

45 Tunc venit ad discipulos suos, & dicit eis, Dormite quod superest, & requiescite: ecce, appropinquauit hora, & Filius hominis traditur in manus peccatorum.

45 Tunc venit ad discipulos suos, & dicit illis. Dormite iam, & requiescite: ecce, appropinquauit hora, & Filius hominis tradetur in manus peccatorum.

Ἐγείρεσθε, ἄγωμεν· ἰδοὺ, ἤγγικεν ὁ παραδιδούς με.

46 Surgite, eamus: ecce, appropinquauit qui me prodit.

46 Surgite eamus: ecce, appropinquauit qui me tradit.

Καὶ ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, ἰδοὺ, Ἰούδας εἷς τῶν δώδεκα, ἦλθε, καὶ μετ' αὐτοῦ ὄχλος πολὺς μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων, ἀπὸ τῶν Ἀρχιερέων καὶ πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ.

47 ‖Et adhuc eo loquente, ecce, Iudas, vnus ex duodecim, venit, & cum eo turba multa cum gladiis & fustibus, à principibus Sacerdotum & senioribus populi.

47 Adhuc eo loquente, ecce Mar. 14. c. 43
Iudas, unus de duodecim, uenit, & cum eo turba multa cum gladiis & fustibus, missi à principibus Sacerdotum & senioribus populi. luc. 22. c. 47 iohan. 18. a. 3

Ὁ δὲ παραδιδοὺς αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς σημεῖον, λέγων, Ὃν ἂν φιλήσω, αὐτός ἐστι· κρατήσατε αὐτόν.

48 Is verò qui prodebat eum, dederat eis signũ, dicẽs, Quemcunque osculatus fuero, is est: prehendite eum.

48 Qui autem tradidit eum, dedit illis signum, dicens, Quemcunque osculatus fuero, ipse est: tenete eum.

Καὶ εὐθέως προσελθὼν τῷ Ἰησοῦ, εἶπε, Χαῖρε ῥαββί· καὶ κατεφίλησεν αὐτόν.

49 Itaque statim quum venisset ad Iesum, dixit, Aue rabbi. Et deosculatus est eum.

49 Et confestim accedens ad Iesum, dixit, Aue rabbi. Et osculatus est eum.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, Ἑταῖρε, ἐφ' ᾧ πάρει; Τότε προσελθόντες ἐπέβαλον τὰς χεῖρας ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἐκράτησαν αὐτόν.

50 At Iesus dixit ei, Amice, quorsum ades? Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & prehenderunt eum.

50 Dixitque illi Iesus, Amice, ad quod uenisti? Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum.

Καὶ ἰδοὺ, εἷς τῶν μετὰ Ἰησοῦ, ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἀπέσπασε τὴν μάχαιραν αὐτοῦ· καὶ παίσας τὸν δοῦλον τοῦ Ἀρχιερέως, ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ ὠτίον.

51 Et ecce, vnus ex iis qui erant cum Iesu, extensa manu exeruit gladium suum: & percusso seruo Pontificis maximi, abstulit auriculam eius.

51 Et ecce, unus ex iis qui erant cum Iesu, extendens manum, exemit gladium suum: & percutiens seruum principis Sacerdotum, amputauit auriculam eius.

Τότε λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἀπόστρεψόν σου τὴν μάχαιραν εἰς τὸν τόπον αὐτῆς· πάντες γὰρ οἱ λαβόντες μάχαιραν, ἐν μαχαίρᾳ ἀπολοῦνται.

51 Tunc ait ei Iesus, Conuerte gladium tuum in locum suum. ‖quicũque enim acceperint gladium, gladio peribunt.

51 Tunc ait illi Iesus, Cõuerte gladium tuum in locum suum. omnes enim qui acceperint gladiũ, gladio peribunt. Gen. 9. b. 6 apoc. 13. c. 10

43 Reperit eos rursum, εὑρίσκει αὐτοὺς πάλιν. In duobus codicibus legimus, καὶ ἐλθὼν πάλιν, εὗρεν αὐτοὺς καθεύδοντας: id est, Et quum rursum venisset, inuenit eos dormientes: sicut conuertit Vetus interpres.

45 Quod superest, τὸ λοιπόν. Vel, De cætero. Vulgata & Erasmus, iam.

47 A, ἀπό. Vulgata & Erasmus addunt participium Missi, ἀπεσταλμένος: quod facilè subauditur.

48 Prehendite, κρατήσατε, vel retinete, ita vt elabi, ne si velit quidem, possit. Nam vocabulo Græco significatur vis aliqua afferri.

49 Aue, χαῖρε. Ad verbum, Gaude. Latini Salue aut Ave dicunt. Fuit autem hic ritus osculo salutandi, orientalibus familiaris, cuius sæpe fit mentio apud Paulum in extremis epistolis.

50 Quorsum, ἐφ' ᾧ: id est πρὸς τί, vt suprà dixit versu 8. Nonnulla exemplaria obseruat Erasmus scriptum habuisse ἐφ' ὅ, & nouè vsurpatum esse articulum postpositiuũ, pro ὅτι, vel ὅτι· quum tamen sic etiam apud Thucydidem vsurpetur, & apud Herodotum legerim ἐπ' οἷσι pro quamobrem. Fateor tamen ἐφ' ᾧ plerunque indefinitè poni, pro ὅτι, vel idem valere quod In quo, vel quoad: id est ἐφ' ἕτερον.

51 Exeruit, ἀπέσπασε. Ad verbum, Euulsit. Vulgata & Eras. Exemit. Abstulit, ἀφεῖλεν. Cic. ad Quintum fratrem, libro 3, Auriculam fortasse mordicus abstulisset. Vulgata & Erasmus, Amputauit. id est ἀπέκοψεν.

51 Qui acceperint, οἱ λαβόντες: id est, qui vsurparint. Ita enim accipitur interdum apud Hebræos נָשָׂא quod respondet τῷ λαμβάνειν, vt Exodi 20. b. 7, & Psalmi 50. c. 16. Sic etiam in vernaculo nostro sermone,

Η δοκεῖς ὅτι δύναμαι ἄρτι παρακαλέσαι τὸν πατέρα μου, καὶ παραστήσει μοι πλείους ἢ δώδεκα λεγεῶνας ἀγγέλων;

53 An putas me non posse nunc precari Patrem meum, ᵛqui huc sistat mihi plures quàm duodecim ᵛlegiones Angelorũ?

53 *An putas quia non possum modò rogare Patrem meum, & exhibebit mihi plus quàm duodecim legiones Angelorum?*

Πῶς οὖν πληρωθῶσιν αἱ γραφαί, ὅτι οὕτω δεῖ γενέσθαι;

Esa.53.c.10

54 ᵛQuomodo ergo ᵛimplerentur ‖Scripturæ, *quæ dicunt* ᵛsic oportere fieri?

54 *Quomodo ergo implebuntur Scripturæ, quæ sic oportet fieri?*

Ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς τοῖς ὄχλοις, Ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξήλθατε μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων συλλαβεῖν με. καθ' ἡμέραν πρὸς ὑμᾶς ἐκαθεζόμην διδάσκων ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ οὐκ ἐκρατήσατέ με.

55 In illa hora dixit Iesus turbæ, Vt ᵛaduersus latronem exiuistis cum gladiis & fustibus, ᵛvt comprehenderetis me. quotidie apud vos sedebam docẽs in templo, nec prehendistis me.

55 *In illa hora dixit Iesus turbis, Tanquam ad latronem existis cum gladiis & fustibus comprehendere me. quotidie apud vos sedebam docens in templo, & non me tenuistis.*

Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν ἵνα πληρωθῶσιν αἱ γραφαὶ τῶν προφητῶν. Τότε οἱ μαθηταὶ πάντες ἀφέντες αὐτὸν ἔφυγον.

Supra c.31

56 Hoc autem totum factum est vt implerentur scripturæ Prophetarum. Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugerunt.

56 *Hoc autem totum factũ est ut adimplerentur scripturæ Prophetarum. Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt.*

Οἱ δὲ, κρατήσαντες τὸν Ἰησοῦν ἀπήγαγον πρὸς Καϊάφαν τὸν Ἀρχιερέα, ὅπου οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι συνήχθησαν.

Mar.14.f.53 Luc.22.f.54 Iob.18. c.14

57 ‖Illi verò prehensum Iesum abduxerunt ad Caiapham Pontificem maximum, vbi Scribæ & seniores coacti erant.

57 *At illi tenentes Iesum, duxerunt ad Caipham principem Sacerdotum, vbi Scribæ & seniores conuenerant.*

Ὁ δὲ Πέτρος ἠκολούθει αὐτῷ ἀπὸ μακρόθεν, ἕως τῆς αὐλῆς τοῦ Ἀρχιερέως· καὶ εἰσελθὼν ἔσω, ἐκάθητο μετὰ τῶν ὑπηρετῶν, ἰδεῖν τὸ τέλος.

Mar.14.f.55

58 Petrus autem sequebatur eum ᵛprocul vsque in aulam Pontificis maximi, & ingressus intrò, sedebat cũ ministris, vt videret finem.

58 *Petrus autem sequebatur eum à longe, usque in atrium principis Sacerdotum: & ingressus intrò, sedebat cum ministris, ut videret finem.*

Οἱ δὲ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι, καὶ ὅλον τὸ συνέδριον ἐζήτουν ψευδομαρτυρίαν κατὰ τοῦ Ἰησοῦ, ὅπως αὐτὸν θανατώσωσι·

59 ‖Principes autem Sacerdotum & seniores & totus consessus quærebant falsum testimonium contra Iesum, vt eum ᵛmorte multarent:

59 *Principes autem Sacerdotum & omne concilium quærebant falsum testimonium contra Iesum, ut eum morti traderent:*

Καὶ οὐχ εὗρον· καὶ πολλῶν ψευδομαρτύρων προσελθόντων, οὐχ εὗρον. ὕστερον δὲ προσελθόντες δύο ψευδομάρτυρες,

60 Et non inuenerunt: ᵛ etiam quum multi falsi testes accessissent, non inuenerunt. ᵛPostremò verò aduenientes duo falsi testes,

60 *Et non inuenerunt, quum multi falsi testes accessissent. Nouissimè autẽ uenerunt duo falsi testes,*

mettre la main à l'espee, id est, manum ensi apponere, significat gladium exerere feriendi causa. Dicuntur autem ipsi accipere gladium, quibus à Domino non traditur. id est, qui præter vocationẽ gladio vtuntur. Peribũt, ἀπολοῦνται. In quinque vetustis codicibus ἀποθανοῦνται, morientur.

53 Qui huc sistat mihi, καὶ παραστήσει μοι. Vulgata & Erasmus ad verbum, Et exhibebit mihi: quanuis Exhibere potius respondeat τῷ παρέχειν. Cæterùm animaduerti Hebræos in huiusmodi trãsitionibus personarum sæpe vsurpare copulatiuam coniunctionem, contra Græcorum & Latinorum cõsuetudinem, qui simplici prouocabulo potius vtuntur, vt ex hoc loco apparet. Sic etiam infrà 17.v.53, & alibi sæpe. Legiones, λεγεῶνας. Vocabulum Latinum corruptum, de quo alibi diximus.

54 Quomodo ergo, πῶς οὖν. Præcisa est loquutio: neque enim cum superiore versu videntur ista posse connecti. Respondet igitur tacitæ obiectioni, cur subsidium à Patre non petat in extremo periculo: & ita quidem respondet vt interrogare videatur. quod schema Rhetores vocant ὑπόφορον. Implerentur, πληρωθῶσιν. In vno exemplari legitur πληρωθήσονται, implebuntur. Sic, ὅτι οὕτω. Subaudiendum videtur participium λεγόμενα: quod expressimus, vt particula ὅτι accipiatur εἰδικῶς, sicut annotat Erasmus.

55 Aduersus, ὡς ἐπὶ. Vulgata & Erasmus, Ad, id est πρός. Vt comprehenderetis me, συνελάβετέ με. In vetustis omnibus exemplaribus adscripta erat nota interrogationis, vel potius expostulationis.

58 Procul, ἀπὸ μακρόθεν. Vulgata, ad verbum, A longè. Abundat ἀπὸ, quod etiam non erat in tribus vetustis codicibus. Sic tamen reperias apud Homerum ἀπ' οὐρανόθεν.

59 Morte multarent, θανατώσωσι. Vulgata & Erasmus, morti traderent. Vide suprà 10.c.11. In quodam codice scriptum erat ἀπολέσωσι, perderent.

60 Etiam quum multi, καὶ πολλῶν. In vno vetere exemplari non repetitur οὐχ εὗρον in hoc membro, neque ante πολλῶν adscribitur καί: quam lectionem sequutus est vetus interpres. mihi tamen non videtur ociosa repetitio. Postremò verò, ὕστερον δέ: id est, ὕστατα δέ. Assentior enim Erasmo, qui comparatiuum pro superlatiuo positum putat.

Εἶπεν, Οὗτος ἔφη, Δυνάμαι καταλῦσαι τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν οἰκοδομῆσαι αὐτόν.

61 Dixerũt, Iſte dixit, ‖ Poſſum ᵛdiſſoluere templum Dei, & ᵛtriduò ipſum ædificare.

61 Et dixerunt, Hic dixit, Poſſum deſtruere templum Dei, & poſt triduum reædificare illud. Ioan.2.c.19

Καὶ ἀναστὰς ὁ Ἀρχιερεὺς εἶπεν αὐτῷ, Οὐδὲν ἀποκρίνῃ; τί οὗτοί σου καταμαρτυροῦσιν;

62 Et ſurgens Pontifex maximus dixit ei, Nihil reſpondes? ᵛquid illud eſt quod iſti ᵛaduerſum te teſtificantur?

62 Et ſurgens princeps Sacerdotũ ait illi, Nihil reſpondes ad ea quæ iſti aduerſũ te teſtificantur?

Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐσιώπα. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἀρχιερεὺς εἶπεν αὐτῷ, Ἐξορκίζω σε κατὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος ἵνα ἡμῖν εἴπῃς εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ.

63 Ieſus autem ſilebat. Et reſpondens Pontifex maximus dixit ei, ᵛAdiuro te per Deum viuentem vt dicas nobis an tu ſis Chriſtus ille Filius ᵛDei.

63 Ieſus autem tacebat. Et princeps Sacerdotum ait illi, Adiuro te per Deum viuum vt dicas nobis ſi tu es Chriſtus Filius Dei.

Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Σὺ εἶπας· πλὴν λέγω ὑμῖν, ἀπ' ἄρτι ὄψεσθε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως, καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ.

64 Dicit ei Ieſus, Tu dixiſti: ᵛquinetiam dico vobis, Ab hoc tempore videbitis ‖ Filium hominis ſedentem ᵛad dextram potentiæ Dei, & venientem in nubibus cæli.

64 Dicit illi Ieſus, Tu dixiſti. ueruntamen dico uobis, Amodo uidebitis Filium hominis ſedentem à dextris uirtutis Dei, & uenientem in nubibus cæli. ſupra 16.c.27 rom.14.b.10 1.theſſ.4.b.14

Τότε ὁ Ἀρχιερεὺς διέρρηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, λέγων, Ὅτι ἐβλασφήμησε· τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτύρων; ἴδε, νῦν ἠκούσατε τὴν βλασφημίαν αὐτοῦ.

65 ·Tunc Pontifex maximus ᵛdirupit veſtimenta ſua, dicens, Blaſphemauit: quid amplius egemus teſtibus? ecce, nunc audiſtis blaſphemiam eius.

65 Tunc princeps Sacerdotum ſcidit veſtimenta ſua, dicens, Blaſphemauit: quid adhuc egemus teſtibus? ecce, nunc audiſtis blaſphemiam.

Τί ὑμῖν δοκεῖ; Οἱ δὲ ἀποκριθέντες εἶπον, Ἔνοχος θανάτου ἐστί.

66 Quid vobis videtur? Ipſi verò reſpondentes dixerunt, Tenetur mortis pœna.

66 Quid nobis videtur? At illi reſpondentes dixerunt, Reus eſt mortis.

Τότε ἐνέπτυσαν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ ἐκολάφισαν αὐτόν· οἱ δὲ ἐρράπισαν,

67 ‖ Tunc inſpuerunt in faciẽ eius, & colaphos ei inflixerũt, alii verò ᵛbacillis eum ceciderunt,

67 Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt: alii autem palmas in faciem eius dederunt, Iſa.50.c.6

Λέγοντες, Προφήτευσον ἡμῖν Χριστέ, τίς ἐστιν ὁ παίσας σε.

68 Dicentes, ᵛVaticinare nobis Chriſte, quis ſit qui te percuſſit.

68 Dicentes, Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt qui te percuſſit.

61 Diſſoluere, καταλῦσαι: id eſt deſtruere. vide ſuprà 14. v.2. Triduò, διὰ τριῶν ἡμερῶν. Sic vulgò Galli en trois iours. vt ſit διὰ poſitum pro ἐν. Plin.lib.9.cap.51, Cæteræ fœminæ in triduo excludunt. Verus interpr. Poſt triduum id eſt μετὰ τρεῖς ἡμέρας. quomodo etiam accipitur Marci 2.2.1, & Galat.1.2.1. Idem infrà Marci 14.f.58, interpretatur, Per tres dies: & Eraſmus, Tribus diebus. Ædificare, οἰκοδομῆσαι. Vulgata, Reædificare. id eſt ἀνοικοδομῆσαι, quia mentio facta eſt deſtructionis.

62 Quid illud eſt quod, τί. Vulgata, Ad ea quæ id eſt, πρὸς τί, nulla adſcripta diſtinctione poſt ἀποκρίνῃ: quũ tamen in omnibus codicibus quos mihi videre licuit, iſta dirimãtur duplici interrogatione hoc loco. Eraſmus ad verbum, Quid: Nos verò aliquid addendum putauimus vt magis perſpicua eſſet ſententia. Aduerſum te teſtificantur, κατὰ σοῦ καταμαρτυροῦσιν. Eraſmus, Teſtimonium dicunt aduerſum te. Videtur enim particulam κατὰ accepiſſe pro aduerbio: vt ſit hic ſenſus, Qui fit vt iſti aduerſum te teſtimonium dicant?

63 Adiuro, ἐξορκίζω. id eſt, Interpoſito iureiurando & Dei authoritate præcipio: vt intelligas te coram Deo conſiſtere, & velut à Deo ipſo rogari. Græcis tamen ſcriptoribus hoc verbum ſignificat iureiurãdo aliquid ſolenniter confirmare, ſicut etiam Latinis Adiurare: apud Theologos autem accipitur pro eo quod vulgò dicunt Coniurare. Vnde in primis illis Eccleſiæ incunabulis exorciſtæ dicti qui miraculorum dono pollentes, inuocato Chriſti nomine, diabolos eiiciebant. Dei, τοῦ Θεοῦ. Quoddam exemplar addit τοῦ ζῶντος, viuentis, formula loquendi admodum vſitata.

64 Quinetiã, πλήν. Vulgata & Eraſ. Veruntamen. Vide ſuprà 11.c.22. Ab hoc tẽpore, ἀπ' ἄρτι, deinceps. ſiue poſthac. Idem enim hîc valet quod μετὰ τοῦτο: diſtinguitque hæc particula priorem Chriſti aduentum à poſteriore quem expectamus. Vulg. & Eraſ. Amodo. Ad dextram potentiæ Dei, ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως. Nomen Dei ſuppleuimus ex Luca. Idem autem valet Ad dextram poteſtatis Dei, atque, Ad dextram potentis Dei: & Deus hîc nobis inſtar principis alicuius proponitur. Nam qui aſſident ad dextram principis, ii ſunt principi longè chariſſimi, atque adeo veluti principis collegæ, quòd honoratiore loco ſedeãt. Vulgata & Eraſmus, A dextris virtutis. In nubibus, ἐπὶ τῶν νεφελῶν. Vide ſuprà 14.c.30.

65 Dirupit, διέρρηξε. Hanc conſuetudinem omnibus fere priſcis gentibus in luctu ſolennem fuiſſe, ex multis Homeri locis conſtat. maximè verò ex illo Iliad.χ, in quo Priamus Hectorem deflet: quod etiam Virgilius imitatus eſt 5. Æneid. his verſiculis, Tum pater Æneas humeris abſcindere veſtem, Auxilióque vocare deos, &c. Atque adeo illud idem Perſis commune fuiſſe oſtendit Herodotus in Thalia, Cambyſæ mortem deſcribẽs. Sed & Iudæi id facere tenebantur ſi ab Iſraelita quopiam audiſſent blaſphemiam in Deum: idque ex traditione quæ ſcripta extat in Talmud, volumine De magiſtratibus, Tit. De quadruplici morte.

66 Tenetur mortis pœna, ἔνοχος θανάτου ἐστί. Cic. ad Q. fratrem libro 2, Vt qui non diſceſſiſſent, ea pœna quæ eſt de vi, tenerentur. Id eſt obnoxii eſſent pœnæ. Vulg. & Eraſmus, Reus eſt mortis. Vide ſuprà 5.c.22.

67 Bacillis ceciderunt, ἐῤῥάπισαν. Vide Mar.14.g.65.

68 Vaticinare, προφήτευσον. Vide Mar.14.v.65.

Mar.14.g.66 luc.22.f.55 ioan.18.c.25

Ο δὲ Πέτρος ἔξω ἐκαθέζετο ἐν τῇ αὐλῇ· καὶ προσῆλθεν αὐτῷ μία παιδίσκη, λέγουσα, Καὶ σὺ ἦσθα μετὰ Ἰησοῦ τοῦ Γαλιλαίου.

69 Petrus autem ſedebat ex-trà in aula: & acceſſit ad eum quædam ancillula, dicens, Et tu cum Ieſu Galilæo eras.

69 Petrus verò ſedebat foris in atrio: & acceſſit ad eum una ancilla, dicens, Et tu cum Ieſu Galilæo eras.

Ὁ δὲ ἠρνήσατο ἔμπροσθεν πάντων, λέγων, Οὐκ οἶδα τί λέγεις.

70 Ipſe verò negauit coram omnibus, dicens, Neſcio quid dicas.

70 At ille negauit coram omnibus, dicens, Neſcio quid dicas.

Ἐξελθόντα δὲ αὐτὸν εἰς τὸν πυλῶνα, εἶδεν αὐτὸν ἄλλη· καὶ λέγει τοῖς ἐκεῖ, Καὶ οὗτος ἦν μετὰ Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου.

71 Eum autem egredientem in veſtibulum vidit alia ancilla: & dixit iis qui erant illic, Et iſte erat cum Ieſu Nazareno.

71 Exeunte autem illo ianuam, vidit eum alia: & ait iis qui erant ibi, Et hic erat cum Ieſu Nazareno.

Καὶ πάλιν ἠρνήσατο μετὰ ὅρκου, Ὅτι οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον.

72 Tunc rurſus negauit cum iureiurando, Non noui hominem.

72 Et iterum negauit cum iuramento, Quia non noui hominem.

Μετὰ μικρὸν δὲ προσελθόντες οἱ ἑστῶτες εἶπον τῷ Πέτρῳ, Ἀληθῶς καὶ σὺ ἐξ αὐτῶν εἶ· καὶ γὰρ ἡ λαλιά σου δῆλόν σε ποιεῖ.

73 Paulo pòſt autem acceſſerunt qui aſtabant, & dixerunt Petro, Verè & tu ex ipſis es: nã & loquutio tua te manifeſtum facit.

73 Et poſt puſillum. acceſſerunt qui ſtabant, & dixerunt Petro, Verè & tu ex illis es: nam & loquela tua manifeſtum te facit.

Τότε ἤρξατο καταθεματίζειν, καὶ ὀμνύειν, Ὅτι οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον. Καὶ εὐθέως ἀλέκτωρ ἐφώνησε.

74 Tunc cœpit ſeipſum deuouere, & iurare, dicens, Non noui hominem. Et ſtatim gallus miſit vocem.

74 Tunc cœpit deteſtari, & iurare quia non nouiſſet hominẽ. Et cõtinuò gallus cantauit.

Καὶ ἐμνήσθη ὁ Πέτρος τοῦ ῥήματος τοῦ Ἰησοῦ, εἰρηκότος αὐτῷ, Ὅτι πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ με. Καὶ ἐξελθὼν ἔξω, ἔκλαυσε πικρῶς.

75 Tunc meminit Petrus verborũ Ieſu, qui dixerat ei, Priuſquam gallus vocem mittat, ter me abnegabis. Et egreſſus extra, fleuit amarè.

75 Et recordatus eſt Petrus verbi Ieſu quod dixerat, Priuſquam gallus cantet, ter me negabis. Et egreſſus foras, fleuit amarè.

Κεφάλαιον κζ

CAP. XXVII.

CAP. XXVII.

Mar.15.a.1 luc.22.g.66 ioan.18.c.28

Πρωΐας δὲ γενομένης, συμβούλιον ἔλαβον πάντες οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ κατὰ τοῦ Ἰησοῦ, ὥστε θανατῶσαι αὐτόν.

1 MAne autem quum eſſet, conſilium ceperũt omnes principes Sacerdotum & ſeniores populi aduerſus Ieſum, vt eum morte multarent.

1 Mane autem facto, conſilium inierũt omnes principes Sacerdotum & ſeniores populi aduerſus Ieſum, ut eum morti traderent.

Καὶ δήσαντες αὐτὸν ἀπήγαγον, καὶ παρέδωκαν αὐτὸν Ποντίῳ Πιλάτῳ τῷ ἡγεμόνι.

2 Et vinctum eum abduxerũt, ac tradiderunt Pontio Pilato præſidi.

2 Et vinctum abduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præſidi.

69 Extra, ἔξω. Extra eum locum videlicet in quo conſederat Pontifex, non autem extra domum, ſiue foris, vt Vulgata & Eraſmus interpretantur. Erat enim in atrium ingreſſus, vt dictum eſt ſuprà verſu 58: & paulò pòſt ex atrio dicitur ſeſe in veſtibulum recepiſſe.

71 Eum autem ingredientem, ἐξελθόντα δὲ αὐτόν. Deeſt pronomen αὐτὸν in vno codice: & certè quum poſtea addatur, abundabit ſecundo loco, niſi vertas tanquam abſolutè poſitum, ſicut fecit Vetus interpres: quem & in eo quoque ſequutus ſum, quòd ἐξελθόντα ſum interpretatus præſenti tempore. Exiſtimo enim hanc contigiſſe non iam egreſſo Petro, ſed in ipſo egreſſu. Iis qui erant illic, τοῖς ἐκεῖ. Tria exemplaria legunt, λέγει αὐτῷ, Καὶ οὗτος, dicit ei, Illic & iſte.

71 Non noui, οὐκ οἶδα. In vno exemplari ſcriptum erat, idque (ni fallor) rectius, λέγων, Οὐκ οἶδα, dicens, Non noui.

75 Paulo pòſt, μετὰ μικρὸν: id eſt μετ' ὀλίγον. Vulgata & Eraſmus, Poſt puſillum. Qui aſtabant, οἱ ἑστῶτες: id eſt οἱ παρεστῶτες, vt loquitur Marcus. Vulgata & Eraſmus ad verbum, Qui ſtabant.

74 Seipſum deuouere, κατεθεματίζειν. Ita exprimo vim præpoſitionis κατὰ, quaſi ſcriptũ ſit κατ' ἐαυτοῦ. ἀνάθεμα Græci Theologi vocant quod Hebræi חרם. Vnde ἀναθεματίζειν id eſt, extremis diris & execrationibus deuouere. Vulgata, Deteſtari. Eraſmus, Execrari. Non noui, οὐκ οἶδα. Vulgata, Quia non nouiſſet. Eraſmus, Quòd non noſſet: quaſi ſcriptum ſit, ὅτι οὐκ οἶδε. Ego verò potius exiſtimo particulam ὅτι abundare, & ſubaudiendum participium Dicens, ex Hebræorum idiotiſmo: de quo dicemus Mar. 10. c. 33.

IN CAPVT XXVII.

1 Mane autem quum eſſet, πρωΐας δὲ γενομένης. Ad verbum, Matutino autem facto tempore. Nã ſubaudiatur ὥρας. Latini plerunque ſimpliciter dicunt Mane. Vulgata & Eraſmus, Mane autem facto.

2 Præſidi, ἡγεμόνι. Sic vocant Latini eum qui prouinciæ præeſt: Græci autem plerique ſcriptores ἡγεμόνα & ἔπαρχον. nam ἡγεμὼν propriè ducem ſignificat.

Τότε ἰδὼν Ἰούδας ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν, ὅτι κατεκρίθη, μεταμεληθεὶς ἀπέστρεψε τὰ τριάκοντα ἀργύρια τοῖς Ἀρχιερεῦσι, καὶ τοῖς πρεσβυτέροις,

Λέγων, Ἥμαρτον παραδοὺς αἷμα ἀθῷον. Οἱ δὲ εἶπον, Τί πρὸς ἡμᾶς; σὺ ὄψει.

Καὶ ῥίψας τὰ ἀργύρια ἐν τῷ ναῷ, ἀνεχώρησε· καὶ ἀπελθὼν ἀπήγξατο.

Οἱ δὲ Ἀρχιερεῖς λαβόντες τὰ ἀργύρια εἶπον, Οὐκ ἔξεστι βαλεῖν αὐτὰ εἰς τὸν κορβανᾶν· ἐπεὶ τιμὴ αἵματός ἐστι.

Συμβούλιον δὲ λαβόντες, ἠγόρασαν ἐξ αὐτῶν τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως, εἰς ταφὴν τοῖς ξένοις.

Διὸ ἐκλήθη ὁ ἀγρὸς ἐκεῖνος, ἀγρὸς αἵματος, ἕως τῆς σήμερον.

(Τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, λέγοντος, Καὶ ἔλαβον τὰ τριάκοντα ἀργύρια, τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου, ὃν ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν Ἰσραήλ.

Tunc Iudas qui eum prodiderat, videns eum damnatum esse, pœnitens, retulit triginta argenteos *numos* ad principes Sacerdotum, & seniores,

Dicens, Peccaui prodito sanguine innoxio. At illi dixerunt, Quid ad nos? tu víderis.

Et *ipse* abiectis illis *numis* argenteis in templum, secessit: & abiens, strangulauit *sese*.

Principes autem Sacerdotũ acceptis *numis* illis argenteis, dixerunt, Non licet eos mittere in corbanan, quoniam pretium sanguinis est.

Consilio autem capto, emerunt ex eis agrum illum figuli, ad sepulturam hospitum.

Quapropter vocatus est ager ille, ager sanguinis, vsque in hodiernum diem.

(Tunc impletum est quod dictum est per Ieremiam Prophetam, dicentem, Et acceperunt triginta *numos* argẽteos, pretium æstimati, qui æstimatus fuit à filiis Israel.

3 *Tunc videns Iudas qui eum tradidit, quòd damnatus esset, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus Sacerdotum, & senioribus,*

4 *Dicens, Peccaui tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt, Quid ad nos? tu videris.*

5 *Et proiectis argenteis in templo, recessit: & abiens laqueo se suspendit.* Act.1.c.18

6 *Principes autem Sacerdotum acceptis argenteis dixerunt, Non licet eos mittere in corbanã: quia pretium sanguinis est.*

7 *Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum.*

8 *Propter hoc vocatus est ager ille, Haceldama, hoc est ager sanguinis, vsque in hodiernum diem.* Act.1.c.19.

9 *(Tũc impletũ est quod dictum est per Ieremiã prophetam, dicentem, Et acceperunt triginta argẽteos, pretium appretiati, quem appretiauerũt à filijs Israel.* Zach.11.c.13

3 Prodiderat, παραδιδοὺς: significatione præteriti pluſquamperfecti. In vno codice legitur παραδοὺς, & quidem rectius. Vulgata, Tradidit. Retulit, ἀπέστρεψε: ab Hebræo השיב, id est restituit. Sic in quibusdam Galliæ partibus vulgò dicunt *retourner l'argent*, pro eo quod rectius dicitur, *rendre l'argent*.

4 Innoxio, ἀθῷον. Vulgata, Iustum: id est δίκαιον, sicut in quodam codice legimus, eodem sensu. Est autem Hebraismus, quo significat Iudas innocentem hominem à se proditum ad cædem.

5 Secessit, ἀνεχώρησε: id est abiit ex hominum conspectu. Nam secretum aliquem locum quærsuisse non dubium est, torquente ipsum conscientia, & adigente ad suspendium. Vulgata & Erasmus, Recessit. Strangulauit *sese*, ἀπήγξατο. Vide Act.1.c.18.

6 Corbanan, κορβανᾶν: id est templi ærarium. Vocabulum est Syriacum: quod quum Euangelistæ Græcè scribentes noluerint mutare, ego quoque retinui. Sanguinis, αἵματος: id est vitæ, aut cædis. Tanti enim æstimant vitam Filii Dei religiosi isti homines nostris Pharisæis planè similes, quibus religio est iudiciis capitalibus intereſſe, quum interim pios omnibus modis persequantur ad necem. & aliis tradant iugulandos quos suis præiudiciis damnarunt. Non prorsus dissimile factum de Chiis refert Herodotus, qui quum Pactyam quendam ipsorum opem implorantem Harpago præfecto dedidissent, & proditionis mercedem accepissent agrum Atarnensem, nihil penitus ex eo agro diis rite offerri posse statuerunt.

7 Agrum illum figuli, τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως. Quum articulus & quidem duplex à Græcis addatur, putauit hoc non temere esse factum, sed Euangelistam de hoc agro loqui vt celebri & omnibus noto, quem etiam designasset Propheta Zacharias 11.c.13. cuius oraculũ postea recitat. Itaque articuli vim expressi. Hospitum, τῶν ξένων. Ad verbum, hospitibus: id est peregrinis & exteris: veluti Romanis & aliis, quibus etiam mortuis coniungi, religio erat Iudæis.

9 Ieremiam, Ἱερεμίου. Sic habent constanter omnes codices: & hic nodus vetustissimos quosque interpretes torsit: quia videlicet testimonium ex Zacharia sumptum est, non ex Ieremia, vt planè videatur esse ἁμάρτημα μνήμης: sicut censet Augustinus libro De consensu Euangelistarum tertio, cap.7: itémque Eusebius Θεοφιλέστερον libro 10. Quòd si quis hunc errorem malit vel librariis tribuere, vel (quod potius arbitror) alicuius impetitæ, qui Ieremiæ nomen adscripserit, quum Euangelista, vt alibi sæpe, ita etiam hoc loco tantùm scripsisset διὰ τοῦ προφήτου: necesse tamen est vt fateamur iam olim hunc errorem in sacros codices irrepsisse. Alias multas rationes adfert Erasmus ex veteribus scriptoribus collectas. Sed in ista postrema coniectura illud quoque me confirmat, quòd in Syriaca paraphrasi, (quam sanè cõstat non posse non esse vetustissimã) non adscribitur vllius Prophetæ nomen. Deinde in literarũ cõpendiis facilè potuit ιη in ζη mutari. Et acceperunt, καὶ ἔλαβον. Quia hoc oraculũ, vt Græcè scribitur, parũ videtur respondere Hebraicæ veritati, in primis tenendũ est, ita plerunque citari solere Vetus testamentum à sacris Noui testamenti scriptoribus, vt sensum respexerint, & Prophetiæ potius impletionem quàm oraculi ipsius verba recensuerint. Id autem nemini mirum aut temerarium videbitur, qui sibi persuaserit quod res ipsa conuincit, eundem Spiritum ore Euangelistarum loquutum esse, qui aperuerit os Prophetarum. Deinde Prophetarum munus fuisse, quid futurum esset, prædicere: Euãgelistarum verò, quid sit factum narrare. Itaque quum Spiritus Dei illorum oracula in nouo Testamento non exscriberet, sed interpretetur, minimè certè debuit itidem enumerãdis vocabulis astringi. Deinde & hoc notandũ est,

versionem illam Græcam Prophetarum quæ extat sub nomine Septuaginta interpretum, vel supposititiciam esse, (quod partim ex Iosepho, partim ex infinitis, & iis quidē crassissimis erroribus licet intelligere) vel certè aliam & plerunque diuersam ab ea qua vtuntur noui Testamēti scriptores: quod vel ex hoc loco licet intelligere: quem tamen constat variis modis fuisse conuersum. Nam vt cætera omittam de quibus copiosè agit Eusebius libro κανονικῶν τ, Septuaginta interpretes, & Symmachus, pro eo quod Euangelista mentionem facit ωρ μέως, verterunt χωνευτήριον, id est Fornacem: in qua videlicet aurum & argentum exploratur. Aquila verò rē consentiens cum nostro Euangelista, κλίβανον interpretatur. Sed nunc age, ad rem accedamus. Zacharias sic habet ad verbum, Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit Dominus ad me, Proiice illud ad figulum, honestum pretium quo æstimatus sum ab eis. Accepi igitur triginta argenteos, & proieci eos in domo Domini ad figulum. Nunc cum illis conferamus Euangelistæ verba, quæ sic habent, Et acceperunt triginta argenteos, pretium illius æstimati quem filii Israel æstimarunt, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus. Hæc autem si quis conferat, intelliget Euangelistam non tam vaticinium ipsum Prophetæ repetere quàm eius impletionem narrare: quanuis videatur in ipsius Prophetæ persona loqui. Itaque Zacharias de seipso loquens, vtitur prima persona, Accepi & Proieci; Euangelista verò cōtrà, narrās quod ab aliis est factū, tertiis personis vtitur ἔλαβον & ἔδωκαν. Deinde narrat Zacharias quid ipse fecerit Domini iussu. Euāgelista verò neque de Zacharia Propheta, neque de Iuda loquitur, sed narrat quid fecerint Iudæi: eos nimirū accepisse triginta illos argenteos à Iuda proiectos in domum Domini: & ex iis agrum emisse à figulo quodam. Explicat igitur quomodo impletum fuerit illud quod à Prophera dictum est, Proieci eos ad figulum. Id est, quos futurū erat vt darent figulo. Ex quo etiam apparet יקר accipi à Propheta propria significatione: & eos falli qui Kimhi authoritatem sequuti, putant in eo vocabulo mutatum esse ק in י, vt significet eum qui præerat templi rario: id est seniores & Sacerdotes quibus restituti fuerunt triginta argentei. Neque enim melior interpres quærendus quàm Euāgelista, qui disertè facit figuli mentionem: ita vt hæc verba Prophetæ, Ad figulum, Gallicè verti debeant, pour un potier, potius quàm au potier. Cæterūm hæc verba Prophetæ, Honestum pretium quo æstimatus sum ab eis, Euangelista his verbis expositi, Pretium illius æstimati quem filii Israel æstimarunt: mutata prima persona in tertiam, quia inducit Propheta Deum ipsum loquentem: Euangelista verò ipse in persona sua loquitur. Deinde passiuum dicendi genus in actiuum transfert. Postremò explicat emphasin relatiui Eis, quo vtitur Propheta ad rei indignitatem amplificandam. Significatur enim Dominus triginta tantūm argenteis æstimatus: idque ab iis ipsis quos Dominus pro populo peculiari complexus erat. Et hæc quidē hactenus de huius loci explicatione. Cæterum quod ad verborum interpretationem attinet, hæc verba, ὃν ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν Ισραὴλ, interpretatur Erasmus, Quem æstimatum emerunt (Pharisæi scilicet) à filiis Israel: id est à Iuda Israelita. Vulgata, Quem appretiauerunt à filiis Israel. At ego puto cōmodius sic verti posse, Quem æstimarūt qui sunt ex filiis Israel: id est, qui æstimatus fuit à filiis Israel. perinde acsi dixisset, ὃν τιμῆς, vel εἰ ἀπὸ υἱῶν Ισραὴλ. Nam ita conueniunt Græca cum Hebræis. Deinde ἠγόρασαν, pro Emere rem æstimatam, nusquam legi. Præterea præpostio Latinorum A in illo dicendi genere quod vsurpat Erasmus, fere respondet τῶν υἱῶν. Vix enim dicere licet ἀγοράζω τινὰ παρά τινος, sed potius ἀπό τινος. Itaque mihi videtur subaudiendus articulus οἱ, vel υἱῶν, ante ἀπὸ, vt hæc verba, ἀπὸ υἱῶν Ισραὴλ, ordine constructionis præponantur verbo ἐτιμήσαντο, non subsequantur: ἀπὸ autem idem valeat quod ἐξ, vt infrà 21. In quo dicēdi genere etiam hæc eclipsis est bis vsurpata suprà 23. d. 34, καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενεῖτε, καὶ ἐξ αὐτῶν σταυρώσετε, pro ποιὰς ἐξ αὐτῶν: id est Occidetis ex ipsis, & crucifigetis ex ipsis, pro Nonnullos ex ipsis. Sed & multo apertius in recto casu eadem omnino eclipsis apparet, Actorum. 21. c. 16, & Ioh. 16, v. 17.

Καὶ ἔδωκαν αὐτὰ εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως, καθὰ συνέταξέ μοι Κύριος.)

10 Et dederunt eos ad *emendum* agrum figuli, sicut cōstituit mihi Dominus.)

10 *Et dederunt eos in agrum figuli, sicut cōstituit mihi Dominus.)*

Mar. 15. 4. 3 luc. 23. 4. 3 ioh. 18. f. 33

Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἔστη ἔμπροσθεν τοῦ ἡγεμόνος, καὶ ἐπηρώτησεν αὐτὸν ὁ ἡγεμών, λέγων, Σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἔφη αὐτῷ, Σὺ λέγεις.

11 ‖Iesus autem stetit corā præside, & interrogauit eum præses, dicens, Tú ne es rex ille Iudæorum? Dixit autem ei Iesus, Tu dicis.

11 *Iesus autem stetit ante præsidem, & interrogauit eum præses, dicēs, Tu es rex Iudæorum? Dixit illi Iesus, Tu dicis.*

Καὶ ἐν τῷ κατηγορεῖσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν Ἀρχιερέων καὶ τῶν πρεσβυτέρων, οὐδὲν ἀπεκρίνατο.

11 Et quū ipse accusaretur à principibus Sacerdotum & senioribus, nihil respondit.

11 *Et quum accusaretur à principibus Sacerdotum & senioribus, nihil respondit.*

Τότε λέγει αὐτῷ ὁ Πιλάτος, Οὐκ ἀκούεις πόσα σου καταμαρτυροῦσι;

13 Tunc dicit ei Pilatus, Non audis quàm multa aduersum te testificentur?

13 *Tunc dicit illi Pilatus, Non audis quantasdam aduersum te dicūt testimonia?*

Καὶ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῷ πρὸς οὐδὲ ἓν ῥῆμα· ὥστε θαυμάζειν τὸν ἡγεμόνα λίαν.

14 Et non respondit ei ad vllum verbum: ita vt miraretur præses valde.

14 *Et non respondit ei ad vllum verbum: ita vt mirarētur præses nebeneuolentiam.*

Κατὰ δὲ ἑορτὴν εἰώθει ὁ ἡγεμὼν ἀπολύειν ἕνα τῷ ὄχλῳ δέσμιον, ὃν ἤθελον.

15 Præses autē in festo consuerat turbæ dimittere vnū vinctum, quem voluissent.

15 *Per diem autem solemnem consueuerat præses populo dimittere vnum vinctum, quē voluissēt.*

Εἶχον δὲ τότε δέσμιον ἐπίσημον, λεγόμενον Βαραββᾶν.

16 Habebant verò tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas.

19 *Habebat autem tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas.*

Συνηγμένων οὖν αὐτῶν, εἶπεν αὐτοῖς ὁ

17 Ipsis igitur coactis, dixit eis

17 *Cōgregatis ergo illis, di-*

11 Túne es rex ille, σὺ εἶ ὁ βασιλεύς. Ad verbum, Tu es illerex. Sed adiuuanda est interrogatio pronūtiatione: ideo addidi particulam N E, vt hic locus corrumpi facilè non possit. Vim quoque articuli seruaui, sicut Erasmo placuit in annotationibus.

16 Habebant, εἶχον. Vulgata & Erasmus, Habebat, εἶχεν.

Πιλάτος, Τίνα ἐθέλετε ἀπολύσω ὑμῖν; Βαραββᾶν, ἢ Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστόν;

Pilatus, Vtrum vultis dimittã vobis? Barabban, an Iesum qui dicitur Christus?

dixit Pilatus, Quem vultis dimittam vobis? Barabban, an Iesum qui dicitur Christus?

Ηδει γὰρ ὅτι διὰ φθόνον παρέδωκαν αὐτόν.

18 Sciebat enim quòd per inuidiam tradidissent eum.

18 *Sciebat enim quòd per invidiam tradidissent eum.*

Καθημένου δὲ αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ βήματος, ἀπέστειλε πρὸς αὐτὸν ἡ γυνὴ αὐτοῦ, λέγουσα, Μηδὲν σοὶ καὶ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ· πολλὰ γὰρ ἔπαθον σήμερον κατ' ὄναρ δι' αὐτόν.

19 Sedente autem eo pro tribunali, misit ad eum vxor eius, dicens, Nihil tibi rei sit cum iusto illo: multa enim passa sum hodie in somniis propter eum.

19 *Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum uxor eius, dicens, Nihil tibi & iusto illi: multa enim passa sum hodie per visum propter eum.*

Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἔπεισαν τοὺς ὄχλους ἵνα αἰτήσωνται τὸν Βαραββᾶν, τὸν δὲ Ἰησοῦν ἀπολέσωσιν.

20 Principes autem Sacerdotum & seniores persuaserũt turbæ vt peteret Barabban, Iesum verò perderet.

20 *Principes autem Sacerdotum & seniores persuaserunt populo ut peterẽt Barabban, Iesum verò perderent.*

Marc. 15.c.11 luc.23.c.18 iohan.18.g.40 act.3.c.14

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἡγεμὼν εἶπεν αὐτοῖς, Τίνα θέλετε ἀπὸ τῶν δύο ἀπολύσω ὑμῖν; Οἱ δὲ εἶπον, Βαραββᾶν.

21 Respondens autem præses dixit eis, Vtrũ è duobus illis vultis vt vobis dimittam? Ipsi verò dixerunt, Barabban.

21 *Respõdens autem præses ait illis, Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt, Barabban.*

Λέγει αὐτοῖς ὁ Πιλάτος, Τί οὖν ποιήσω Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστόν; Λέγουσιν αὐτῷ πάντες, Σταυρωθήτω.

22 Dixit eis Pilatus, Quid igitur faciam Iesu qui dicitur Christus? Dicunt ei omnes, Crucifigatur.

22 *Dixit illis Pilatus, Quid igitur faciam de Iesu qui dicitur Christus? Dicũt ẽnes, Crucifigatur.*

Ὁ δὲ ἡγεμὼν ἔφη, Τί γὰρ κακὸν ἐποίησε; Οἱ δὲ περισσῶς ἔκραζον, λέγοντες, Σταυρωθήτω.

23 Præses autem ait, Enimuero quid mali fecit? At illi amplius clamabant, dicentes, Crucifigatur.

23 *Ait illi præses, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, dicentes, Crucifigatur.*

Ἰδὼν δὲ ὁ Πιλάτος ὅτι οὐδὲν ὠφελεῖ, ἀλλὰ μᾶλλον θόρυβος γίνεται, λαβὼν ὕδωρ ἀπενίψατο τὰς χεῖρας ἀπέναντι τοῦ ὄχλου, λέγων, Ἀθῷός εἰμι ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ δικαίου τούτου· ὑμεῖς ὄψεσθε.

24 Videns autem Pilatus se nihil proficere, sed maiorem tumultũ fieri, accepta aqua abluit manus coram turba, dicẽs, Innoxius ego sum à sanguine huius iusti: vos videritis.

24 *Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, acceptã aquã lauit manus coram populo, dicẽs, Innocẽs ego sum à sanguine iusti huius: vos videritis.*

Καὶ ἀποκριθεὶς πᾶς ὁ λαὸς εἶπε, Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν.

25 Et respondens vniuersus populus dixit, Sãguis eius super nos & super filios nostros.

25 *Et respondens uniuersus populus dixit, Sanguis eius super nos, & super filios nostros.*

Τότε ἀπέλυσεν αὐτοῖς τὸν Βαραββᾶν· τὸν δὲ Ἰησοῦν φραγελλώσας παρέδωκεν ἵνα σταυρωθῇ.

26 Tunc dimisit eis Barabban: Iesum autem flagellatum tradidit vt crucifigeretur.

26 *Tunc dimisit illis Barabbã: Iesum autem flagellatum tradidit eis ut crucifigeretur.*

21 E duobus illis, ἀπὸ τῶν δύο. Particula ἀπὸ manifestè hic ponitur pro ἐκ, sicut suprà, hoc eodem capite, versu nono. Sic etiam Appianus, ἐμφυλίων ā, Μέτελλός τε καὶ πολλοὶ ἄλλοι ἔφευγον ἀπὸ τῆς βουλῆς τοῦ Σύλλα ἀνδρῶν, ἐφ' ὑβρει τῇ πολιτικῇ. Id est, Metellum & alios è Senatu quotquot cum Sylla erant, hostes iudicauit.

21 Iesu, Ἰησοῦν. Ad verbum Iesum, quarto casu. Est autem Hellenismus. Vulgata, De Iesu.

23 Amplius, περισσῶς. Vulgata, Magis: id est μᾶλλον. Vide suprà 5.g.47.

24 Se nihil proficere, ὅτι οὐδὲν ὠφελεῖ. Vel, hoc nihil eum iuuare. vt nõ subaudiatur αὐτὸν, sed ὅτι. Sed maiorem tumultum fieri, ἀλλὰ μᾶλλον θόρυβος γίνεται. vel, sed potius tumultum oriri. Vulgata & Erasm. Sed quòd magis tumultus fieret. Abluit manus, ἀπενίψατο τὰς χεῖρας. Similis quædam cæremonia instituitur Deut. 21. b.6. ad quam tamen non sit mihi verisimile Pilatum respexisse. Triclinius verò Sophoclis interpres, versiculum illum ex Aiace explicans, οὐ γὰρ ἔμοι φαίη τις ἐναντία, &c. ita scribit, ὅτι ἐπὶ τοῖς μιαιφόνοις καὶ ἀνοσίοις ἀνδράσι τὸ ἀπονίζεσθαι καὶ χεῖρας νίπτειν καὶ ῥαίνειν τὸ μιάσμα τοῦτο. Id est, Veteribus mos erat, in hominum cæde aggressum & cæde recenti Attrectare nefas, donec meflumine viuo Abluero. Coram turba, ἀπέναντι τοῦ ὄχλου. ἀπέναντι hoc loco accipio pro ἔμπροσθεν. Vulgata & Erasmus, Coram populo. A sanguine, ἀπὸ τοῦ αἵματος. id est cæde, ex Hebræorum consuetudine: quod tamen dicendi genus etiam apud Euripidem in Hecuba reperitur.

25 Sanguis eius, τὸ αἷμα αὐτοῦ. Hebraismus non ita facilis ad explicandum, nisi longo circuitu. Est enim hic sensus, Siquid peccabitur in eo occidendo, nos & posteritas nostra pœnas luamus.

26 Flagellatum, φραγελλώσας. Quod scribit in hunc locum Erasmus, Christum à Pilato virgis cæsum,

quòd damnatos, ante vltimum ſupplicium virgis cædere, ex more eſſet Romano, id (ni fallor) huic loco nõ conuenit, quum neque damnatus adhuc eſſet à Pilato Chriſtus, neque etiam alia ratione fuerit ab eo flagellatus quàm vt rationem inueniret eius liberandi, ſi Iudæorũ crudelitati aliqua ex parte ſatisfeciſſet, ſicut ex Ioanne conſtat.

Mar.15.b.16 iob.19.a.1

Τότε οἱ στρατιῶται τοῦ ἡγεμόνος παραλαβόντες τὸν Ἰησοῦν εἰς τὸ πραιτώριον, συνήγαγον ἐπ' αὐτὸν ὅλην τὴν σπεῖραν.

17 ‖Tunc milites præſidis, ᵛquũ abduxiſſent Ieſum in prætoriũ, coegerunt ad eum vniuerſam ᵛcohortem.

17 *Tunc milites præſidis ſuſcipientes Ieſum in prætorium, congregauerunt ad eum vniuerſam cohortem.*

Καὶ ἐκδύσαντες αὐτόν, περιέθηκαν αὐτῷ χλαμύδα κοκκίνην·

18 Et quum exuiſſent eum, ᵛcircumpoſuerunt ei chlamydem coccinam:

18 *Et exuentes eũ, chlamydem coccineam circumdederunt ei:*

Καὶ πλέξαντες στέφανον ἐξ ἀκανθῶν, ἐπέθηκαν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ κάλαμον ἐπὶ τὴν δεξιὰν αὐτοῦ· καὶ γονυπετήσαντες ἔμπροσθεν αὐτοῦ, ἐνέπαιζον αὐτῷ, λέγοντες, Χαῖρε ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων.

19 Et coronam è ſpinis ᵛcontextam impoſuerunt eius capiti, & arundinem in dextram eius: & genu ᵛante eum ſummiſſo, illudebant ei, dicentes, Aue ᵛrex Iudæorum.

19 *Et plectentes coronam de ſpinis, poſuerunt ſuper caput eius, & arũdinem in dextra eius: & genu flexo ante eũ, illudebant ei, dicentes, Aue rex Iudæorum.*

Καὶ ἐμπτύσαντες εἰς αὐτόν, ἔλαβον τὸν κάλαμον, καὶ ἔτυπτον εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.

30 Et quum inſpuiſſent in eum, ceperunt arũdinem illã, & ᵛverberabant ᵛcaput eius.

30 *Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius.*

Καὶ ὅτε ἐνέπαιξαν αὐτῷ, ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν χλαμύδα, καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ· καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν εἰς τὸ σταυρῶσαι.

31 Et quum illuſiſſent ei, exuerũt eum chlamyde, induerúntque veſtimentis ſuis: & abduxe runt eum vt crucifigerent.

31 *Et poſtquam illuſerunt ei, exuerunt eum chlamydem, & induerunt eum veſtimentis eius: & duxerunt eum ut crucifigerent.*

Mar.15.b.21 luc.23.d.26

Ἐξερχόμενοι δὲ εὗρον ἄνθρωπον Κυρηναῖον, ὀνόματι Σίμωνα· τοῦτον ἠγγάρευσαν ἵνα ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ.

32 ‖Exeuntes autem inuenerunt quendam Cyrenæum, nomine Simonem: hunc ᵛ angariauerũt vt portaret crucem eius.

32 *Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem: hunc angariauerunt ut tolleret crucem eius.*

Mar.15.b.22 luc.23.c.32 iob.19.c.16

Καὶ ἐλθόντες εἰς τόπον λεγόμενον Γολγοθᾶ, ὅς ἐστι λεγόμενος κρανίου τόπος,

33 ‖Et quum veniſſent in locũ qui dicitur ᵛ Golgotha, ᵛquod eſt Caluariæ locus,

33 *Et uenerunt in locum qui dicitur Golgotha, quod eſt Caluariæ locus,*

Ἔδωκαν αὐτῷ πιεῖν ὄξος μετὰ χολῆς μεμιγμένον· καὶ γευσάμενος, οὐκ ἤθελε πιεῖν.

34 Dederunt ei ᵛacetum bibendum cum felle miſtum: & quũ guſtaſſet, noluit bibere.

34 *Et dederunt ei uinum bibere cum felle miſtum: & quum guſtaſſet, noluit bibere.*

Mar.15.b.24

Σταυρώσαντες δὲ αὐτόν, διεμερίσαντο τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, βάλλοντες κλῆρον· ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ προ-

35 ‖Poſtquam autem crucifixerunt eum, partiti ſunt eius veſtimenta, ſortem iacientes: ᵛvt impleretur quod dictũ eſt à Pro-

35 *Poſtquam autem crucifixerunt eum, diuiſerũt veſtimenta eius, ſortem mittentes: ut impleretur quod dictum eſt per Pro-*

17 Quum abduxiſſent, ἀπαγαγόντες. Vulgata & Eraſm. ad verbum, Suſcipientes. Ego verò arbitror ex antecedente intelligi conſequens, ſicut diximus ſuprà 4.v.5. Cohortem, σπεῖραν. Spira contortum funem declarat ex multiplicibus funiculis, ita circumuolutis vt in ſe non recurrant. Inde factum vt pro militum caterua accipiatur hoc loco, & apud Ennium, vt Feſtus teſtatur. Sed & apud Appianum, ἐμφολίαν ἄ. Sic etiã Hebræis idem vocabulum חיל funem proprie declarat, tranſlatitiè verò pro caterua & cœtu accipitur: vt primo Samuelis cap.10.a.5.

18 Circumpoſuerunt, περιέθηκαν. Ita loquitur quia ſuperiniicitur chlamys & circumuoluitur, carẽs ni mirum manicis. Vulgata & Eraſmus, Circumdederunt.

19 Contextam, πλέξαντες: id eſt Implexis ſpinis concinnatam. Apparet igitur milites per laſciuiam & ludibrium regiam quandam ſpeciem Chriſto affinxiſſe. Ante, ἔμπροσθεν. Vertere ſolemus ἔμπροσθεν Coram, ſed hic aliquid amplius videtur ſignificari. Rex, ὁ βασιλεύς pro, ὦ βασιλεῦ. Vide ſuprà 11.d.26.

30 Verberabant, ἔτυπτον. Vulgata & Eraſmus, Percutiebant, ἐπάταξαν. Caput, εἰς τὴν κεφαλήν. Ad verbum In caput: quo modo etiam Gallicè loquentes dicimus, *en la teſte*. Latini omittunt præpoſitionem.

31 Angariauerunt, ἠγγάρευσαν. Vide ſuprà 5.f.41.

33 Golgotha, γολγοθᾶ. Ita reperimus ſcriptum in omnibus codicibus, perperam tamen, pro γολγολθᾶ, altero λ detracto. Quod eſt, ὅς ἐστι λεγόμενος. Ad verbum, Qui eſt dictus. In quodam codice legitur, ὅπερ μεθερμηνεύεται. i. Quod eſt, ſi interpreteris: ſicut ſuprà 1.d.23.

34 Acetum, ὄξος. In quodam exemplari legimus οἶνον, id eſt Vinum: ſicut etiam conuertit Vetus interpres. Sed illa lectio melius quadrat vaticinio Dauidis. Vide Ioh.19.v.29.

35 Vt impleretur, ἵνα πληρωθῇ. Totum hoc membrum cum Prophetæ teſtimonio in nullis veteribus codicibus reperimus.

φήτ, Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον.

Καὶ καθήμενοι ἐτήρουν αὐτὸν ἐκεῖ.

Καὶ ἐπέθηκαν ἐπάνω τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ τὴν αἰτίαν αὐτοῦ γεγραμμένην, ΟΥΤΟΣ ΕΣΤΙΝ ΙΗΣΟΥΣ Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΩΝ ΙΟΥΔΑΙΩΝ.

Τότε σταυροῦνται σὺν αὐτῷ δύο λῃσταί, εἷς ἐκ δεξιῶν, καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων.

Οἱ δὲ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμουν αὐτόν, κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν,

Καὶ λέγοντες, Ὁ καταλύων τὸν ναὸν, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν, σῶσον σεαυτόν· εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, κατάβηθι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ.

Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ Ἀρχιερεῖς, ἐμπαίζοντες μετὰ τῶν Γραμματέων καὶ πρεσβυτέρων, ἔλεγον,

Ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι. εἰ βασιλεὺς Ἰσραὴλ ἐστὶ, καταβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, καὶ πιστεύσομεν αὐτῷ.

Πέποιθε ἐπὶ τὸν Θεὸν, ῥυσάσθω νῦν αὐτὸν, εἰ θέλει αὐτόν. εἶπε γάρ, Ὅτι Θεοῦ εἰμι υἱός.

Τὸ δ' αὐτὸ καὶ οἱ λῃσταὶ οἱ συσταυρωθέντες αὐτῷ, ὠνείδιζον αὐτόν.

Ἀπὸ δὲ ἕκτης ὥρας σκότος ἐγένετο ἐφ' ὅλην τὴν γῆν, ἕως ὥρας ἐνάτης.

Περὶ δὲ τὴν ἐνάτην ὥραν ἀνεβόησεν ὁ Ἰησοῦς φωνῇ μεγάλῃ, λέγων, Ηλὶ, Ηλὶ, λαμὰ σαβαχθανί; τοῦτ' ἔστι, Θεέ μου, Θεέ μου, ἱνατί με ἐγκατέλιπες;

pheta, ‖ Partiti sunt sibi vestimẽta mea, & super vestem meam iecerunt sortem.

36 Et sedentes seruabant eum illic.

37 Et imposuerunt super caput eius ᵛ crimen ipsius scriptum, HIC EST IESVS REX ILLE IVDAEORVM.

38 Tunc crucifiguntur cum eo duo latrones: vnus ad dextrã, & alter ad sinistram.

39 Qui verò præteribant conuiciabantur ei, mouentes capita sua,

40 Et dicentes, ‖ Tu qui ᵛ destruis templum, & triduò ædificas, seruа temetipsum: si Filius Dei es, descendas è cruce.

41 Similiter autem etiam principes Sacerdotum illudentes cum Scribis ᵛ & senioribus, dicebant,

42 Alios seruauit, seipsum non potest ᵛ seruare. si rex Israel est, descendat nunc è cruce, & credemus ᵛ ei.

43 ‖ Confidit in Deo, liberet eũ nunc, ᵛ si vult eum. dixit enim, Filius Dei sum.

44 ᵛ Idipsum autem etiam latrones qui crucifixi erant cum eo, exprobrabant ei.

45 A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super ᵛ vniuersam regionem, vsque adhoram nonã.

46 Circiter verò horam nonã ᵛ exclamauit Iesus voce magna, dicẽs, ‖ Eli, Eli, ᵛ lama sabachthani? Hoc est, Deus meus, Deus meus, cur deseruisti me?

pheta, dicentem, Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Psal.21.c.19

36 Et sedentes seruabant eum.

37 Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam, HIC EST IESVS REX IVDAEORVM.

38 Tũc crucifixi sũt cũ eo duo latrones: unus à dextris, & unus à sinistris.

39 Prætereuntes autem blasphemabant eum, mouentes capita sua,

40 Et dicentes, Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud reædificas, saluа temetipsum: si Filius Dei es, descende de cruce. Iob.2.c.19

41 Similiter & principes Sacerdotum illudentes cũ Scribis & senioribus, dicebant,

42 Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credemus ei.

43 Confidit in Deo, liberet nunc eum, si vult. dixit enim, Quia Filius Dei sum. Psal.21.b.9 sap.2.d.18

44 Idipsum autem & latrones qui crucifixi erãt cum eo, improperabãt ei.

45 A sexta autem hora tenebræ factæ sũt super universam terrã, usque ad horam nonam.

46 Et circa horam nonam clamauit Iesus voce magna, dicens, Eli, Eli, lama sabachthani? Hoc est, Deus meus, Deus meus, utquid dereliquisti me? Psal.21.a.2

37 Crimen, αἰτίαν. Vulgata & Erasmus, Causam: quod etiam declarat Græcis αἰτία, sed illa tamen significatio videtur huic loco melius conuenire.

40 Qui dissoluis, ὁ καταλύων. In quodam codice additur καὶ, quod rectè Vulgata conuertit Vah. Est enim χαλεπῶς. Ponitur autem ἐκβατικῶς quasi in vocandi casu, vt paulo antè annotauimus, 13.b.14.

41 Et senioribus, καὶ πρεσβυτέρων. In vetustis omnibus addebatur, καὶ Φαρισαίων, & Pharisæis.

42 Seruare, σῶσαι. Addita erat nota interrogationis, aut ridiculæ potius percontationis, in sex vetustis codicibus. Ei, αὐτῷ. Vetusta exemplaria pleraque scriptum habebant ἐπ' αὐτῷ. quoddam etiam, ἐν αὐτῷ, vt non videantur vsqueadeo inter se differre, Credere Deo, & Credere in Deum. Hoc enim discrimen pòtius statuerem inter Credere Deo, & Credere Deum.

43 Si vult eum, εἰ θέλει αὐτόν. Id est, Si est ei gratus. Nã θέλειν sic interdum accipitur, ex Hebræorum more, qui sæpissime ex antecedente intelligunt consequens, & ex consequente antecedens, in vocabulorũ significatione. Sic dicitur Deus nolle iniquitatem, id est non approbare, vtpote quam puniat.

44 Idipsum autem, Τὸ δ' αὐτό. Integrum hunc versiculum non reperimus in vno vetere codice: sed sublatum puto à quopiam qui hæc pugnare censuerit cum ijs quæ tradit Lucas de altero latronum.

45 Vniuersam regionem, πᾶσαν τὴν γῆν. Vulg. & Erasm. Vniuersam terram, quasi omnes mũdi plagæ fuerint obscuratæ. Vide Mar.15.v.33.

46 Exclamauit, ἀνεβόησεν. Nam ἀνὰ vim addit verbo, quæ non fuit negligenda. Vulgata & Erasm. Clamauit. Lama, λαμά. In tribus exemplaribus legimus λεμά, in septem λημά, in vno λιμά: quæ variatio nata est partim ex ignoratione linguæ Hebraicæ, partim ex diuersa apud ipsos Hebræos vocalium pronuntiatione.

Deseruisti, ἐγκατέλιπες. In hac tanta calamitate videlicet. Nam plus est (vt notat Erasmus) ἐγκαταλιπεῖν, quàm καταλιπεῖν: sicut deserere plus videtur esse quàm derelinquere, quo posteriore vsus est Vetus interpres.

47 Τινὲς δὲ τῶν ἐκεῖ ἑστώτων ἀκούσαντες ἔλεγον, Οτι Ηλίαν φωνεῖ οὗτος.

47 Quidam autem ex iis qui illic stabant, quum hoc audissent, dicebant, Eliam vocat iste.

47 Quidam autem illic stantes & audientes dicebant, Eliã vocat iste.

48 Καὶ εὐθέως δραμὼν εἷς ἐξ αὐτῶν, καὶ λαβὼν σπόγγον, πλήσας τε ὄξους, καὶ περιθεὶς καλάμῳ, ἐπότιζεν αὐτόν.

Psal. 69. v. 22

48 Et statim currens quidam ex eis, quum acceptam spõgiam impleuisset aceto, & circũposu isset calamo, dedit eivt biberet.

48 Et continuò currens vnus ex eis acceptam spongiam implens aceto, & imposuit arũdini, & dabat ei bibere.

49 Οἱ δὲ λοιποὶ ἔλεγον, Αφες, ἴδωμεν εἰ ἔρχεται Ηλίας σώσων αὐτόν.

49 Reliqui verò dicebant, Sine, videamus an veniat Elias seruaturus eum.

49 Ceteri verò dicebãt, Sine, videamus an veniat Elias liberans eum.

50 Ο δὲ Ιησοῦς πάλιν κράξας φωνῇ μεγάλῃ, ἀφῆκε τὸ πνεῦμα.

50 Iesus autẽ quum rursum clamasset voce magna, emisit spiritum.

50 Iesus autem iterum clamans voce magna, emisit spiritum.

51 Καὶ ἰδοὺ, τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη εἰς δύο ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω· καὶ ἡ γῆ ἐσείσθη, καὶ αἱ πέτραι ἐσχίσθησαν.

2. Par. 3. d. 14

51 Et ecce, aulæum templi fissum est in duas partes à sũmo vsque ad imum: & terra mota est, & petræ fissæ sunt.

51 Et ecce, velum templi fissum est in duas partes à summo vsque deorsum: & terra mota est, & petræ scissæ sunt:

52 Καὶ τὰ μνημεῖα ἀνεῴχθησαν· καὶ πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθη.

52 Et monumenta aperta sunt: & multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt.

52 Et monumenta aperta sunt: & multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt.

53 Καὶ ἐξελθόντες ἐκ τῶν μνημείων μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτοῦ, εἰσῆλθον εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ ἐνεφανίσθησαν πολλοῖς.

53 Qui egressi è monumentis post resurrectionem eius, introierunt in sanctam vrbẽ, & apparuerunt multis.

53 Et exeuntes de monumentis post resurrectionẽ eius, venerunt in sanctã ciuitatem, & apparuerunt multis.

54 Ο δὲ ἑκατόνταρχος καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ τηροῦντες τὸν Ιησοῦν, ἰδόντες τὸν σεισμὸν καὶ τὰ γενόμενα, ἐφοβήθησαν σφόδρα, λέγοντες, Αληθῶς Θεοῦ υἱὸς ἦν οὗτος.

54 Centurio verò & qui cum eo erant seruantes Iesum, viso terræmotu & iis quæ facta fuerãt, timuerunt vehementer, dicentes, Verè Filius Dei erat iste.

54 Centurio autem, & qui cum eo erant custodientes Iesum, viso terræmotu & ea quæ fiebant, timuerunt valde, dicẽtes, Verè Filius Dei erat iste.

55 Ησαν δὲ ἐκεῖ γυναῖκες πολλαὶ ἀπὸ

55 Erant autem illic mulieres

55 Erãt autem ibi mulieres

47 Eliam, Ηλίαν. Alludunt isti (vt solent irrisores) ad nomen Eli, quod significat Deus meus, non imperitia linguæ, sed quòd profanus & crudelis animus huc eos impelleret. Non posset autem amarissima ista paronomasia intelligi nisi Euangelista Hebræa illa verba recitasset.

48 Et circumposuisset, καὶ περιθεὶς i. δοὺς δυσί, imposuisset, extremo nimirum calamo circumuolutam. Calamum autem potius quàm arundinem interpretor hoc loco, non modò quia vsitatum est Latinis vocabulum: sed etiam quia fortassis hyssopi culmum declarat, sicut videtur apparere ex Iohannis 19. c. 28. vt illic quasi arborescere hyssopum oporteat, sicut & sinapi, suprà 13. v. 32: quemadmodum etiam sesamam & milium Herodorus seriò testatur, vt oculatus testis, in Babylonia in proceram arborem assurgere. Hoc tamen affirmare non ausim, quum 1. Sam. 4. v. 33. videatur, tanquam inter herbas humillima, cedris arborum procerissimis opponi.

49 Seruaturus, σώσων. Vulgata, Liberans: id est σώζων, aut potius ἐλευθερῶν. Erasmus, Liberaturus: id est ἐλεύθερώσων, vel ῥυσόμενος. Cæterùm in duobus vetustis codicibus, post σώσων αὐτὸν, additum erat, ἄλλος δὲ λαβὼν λόγχην, ἔνυξεν αὐτοῦ τὴν πλευρὰν, καὶ ἐξῆλθεν ὕδωρ καὶ αἷμα. id est, Alius autẽ accepta lancea confodit ipsius latus, & exiit aqua & sanguis. Quæ opinor ex Iohanne annotata, postea librariorum culpa in contextum irrepsisse: idque alieno loco, quum hæc sint Christi mortem consequuta, vt ex Iohanne apparet.

51 Aulæum, τὸ καταπέτασμα. Aulæum illud intelligit quo suspenso dirimebãtur Sancta sanctorum à Sancto. Fissum est, ἐσχίσθη. Vulgata & Erasmus, Scissum est, id est ἐρράγη.

52 Aperta sunt, ἀνεῴχθησαν. Contextus narrationis huc nos deducit vt fissis petris, intelligamus aperta fuisse sepulchra, quæ videlicet testarentur Christi morte deuictam fuisse mortem. Quæ verò postea referuntur de sanctorum quorundam resurrectione & apparitione, etsi continenter ab Euangelista narrantur, ne vnius & eiusdem facti historiã veluti discerperet, tamẽ Christi resurrectionẽ esse consequuta, ex proximè sequenti versiculo apparet.

53 Qui egressi, καὶ ἐξελθόντες. Erasmus ad verbum, Et egressi. Vide suprà 26. c. 55. Introierunt, εἰσῆλθον. Vulgata & Erasmus, Venerunt, ἦλθον. Apparuerunt, ἐνεφανίσθησαν. In quodam codice legimus ὑπεφάνησαν, eodẽ sensu. Declarat autem hæc apparitio istos non resurrexisse vt iterum inter homines versarentur, rursus morituri, sicut Lazarus, & alii, sed potius vt in vitam æternã Christum, cuius virtute resurrexerant, comitarentur: idque vt viuificæ Christi virtutis certa testimonia extarent. Quòd siquis roget quibus apparuerint, quos sermones habuerint, an & quando in cælum ascenderint, dicam me hæc omnia quæ Deus nos celauit, libenter ignorare.

54 Seruantes, τηροῦντες. Vulgata & Erasmus, Custodientes, φυλάττοντες.

55 Mulieres, γυναῖκες. In duobus vetustis codicibus scriptum erat, καὶ γυναῖκες. Etiam mulieres.

57 Discipulus,

μακρόθεν θεωροῦσαι, αἵτινες ἠκολούθησαν τῷ Ἰησοῦ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, διακονοῦσαι αὐτῷ.

multæ procul spectãtes, quæ sequutæ fuerant Iesum à Galilæa, ministrantes ei.

multæ alĩgè, quæ sequutæ erant Iesum à Galilæa, ministrantes ei.

Ἐν αἷς ἦν Μαρία ἡ Μαγδαληνή, καὶ Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου καὶ Ἰωσῆ μήτηρ, καὶ μήτηρ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου.

56 Inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Ioſe mater, & mater filiorum Zebedæi.

56 Inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Ioſeph mater, & mater filiorũ Zebedæi.

Ὀψίας δὲ γενομένης ἦλθεν ἄνθρωπος πλούσιος ἀπὸ Ἀριμαθαίας, τοὔνομα Ἰωσήφ, ὃς καὶ αὐτὸς ἐμαθήτευσε τῷ Ἰησοῦ·

57 Quum autem serò factum esset, venit homo diues ab urbe Arimathæa, nomine Ioseph, qui & ipse discipulus fuerat Iesu:

57 Quum autem serò factum esset, venit quidã homo diues ab Arimathea, nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu:

Mar.15.d.42 luc. 23.g.50 ioh.19.d.38

Οὗτος προσελθὼν τῷ Πιλάτῳ, ἠτήσατο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ. Τότε ὁ Πιλᾶτος ἐκέλευσε ἀποδοθῆναι τὸ σῶμα.

58 Is adiit Pilatum, & petiit corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus.

58 Hic accessit ad Pilatũ, & petiit corpus Iesu. Tũc Pilatus iussit reddi corp⁹.

Καὶ λαβὼν τὸ σῶμα ὁ Ἰωσὴφ, ἐνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι καθαρᾷ·

59 Et Ioseph quũ accepisset corpus, inuoluit illud sindone pura:

59 Et accepto corpore, Ioseph inuoluit illud in sindone munda.

Καὶ ἔθηκεν αὐτὸ ἐν τῷ καινῷ αὐτοῦ μνημείῳ, ὃ ἐλατόμησεν ἐν τῇ πέτρᾳ· καὶ προσκυλίσας λίθον μέγαν τῇ θύρᾳ τοῦ μνημείου, ἀπῆλθεν.

60 Posuítque in monumẽto suo nouo quod excíderat in petra: & aduoluto saxo magno ad ostium monumenti, abiit.

60 Et posuit illud in monumento suo nouo quod excíderat in petra, & aduolut saxum magnum ad ostium monumenti, & abiit.

Ἦν δὲ ἐκεῖ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ ἡ ἄλλη Μαρία, καθήμεναι ἀπέναντι τοῦ τάφου.

61 Erat autem illic Maria Magdalene & altera Maria, sedẽtes contra sepulchrum.

61 Erant autem ibi Maria Magdalene & altera Maria, sedentes contra sepulchrum.

Τῇ δὲ ἐπαύριον, ἥτις ἐστὶ μετὰ τὴν παρασκευήν, συνήχθησαν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι πρὸς Πιλάτον,

61 Postero autem die quæ sequitur Parasceuen, coacti sunt principes Sacerdotum & Pharisæi ad Pilatum,

61 Altera autem die quæ est post Parasceuẽ, conuenerunt principes Sacerdotum & Pharisæi ad Pilatum,

Λέγοντες, Κύριε, ἐμνήσθημεν ὅτι ἐκεῖνος ὁ πλάνος εἶπεν ἔτι ζῶν, Μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι.

63 Dicentes, Domine, meminimus planum illum dixisse quũ adhuc viueret, Tertio post die surgam.

63 Dicentes, Domine, recordati sumꝰ quia seductor ille dixit adhuc viuens, Post tres dies resurgam.

Κέλευσον οὖν ἀσφαλισθῆναι τὸν τάφον ἕως τῆς τρίτης ἡμέρας· μήποτε ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ νυκτὸς κλέψωσιν αὐτὸν, καὶ εἴπωσι τῷ λαῷ, Ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν· καὶ ἔσται ἡ ἐσχάτη πλάνη χείρων τῆς πρώτης.

64 Iube ergo muniri sepulchrũ vsque in diem tertium: nequando veniant discipuli eius nocte, & furentur eum, dicántque populo, Surrexit à mortuis: & erit vltimus error peior priore.

64 Iube ergo custodiri sepulchrum usque indiem tertium: ne forte veniãt discipuli eius, & furentur eum, & dicãt plebi, Surrexit à mortuis: & erit nouissimus error peior priore.

Ἔφη δὲ αὐτοῖς ὁ Πιλᾶτος, Ἔχετε κουστωδίαν· ὑπάγετε, ἀσφαλίσασθε ὡς οἴδατε.

65 Dixit eis Pilatus, Habetis custodiã: abite, munite sicut scitis.

65 Ait illis Pilatus, Habetis custodiam: ite, custodite sicut scitis.

Οἱ δὲ, πορευθέντες ἠσφαλίσαντο τὸν τάφον, σφραγίσαντες τὸν λίθον, μετὰ τῆς κουστωδίας.

66 Ipsi autem profecti munierunt sepulchrum, obsignato lapide, cum custodia.

66 Illi autem abeũtes munierunt sepulchrum, signantes lapidem, cum custodibus.

57 Discipulus fuerat, ἐμαθήτευσε. Vulgata & Erasmus, Discipulus erat: id est ἐμαθήτευε. Est autem hoc verbum interdum etiam transitiuum pro docere, vt infrà 28.d.19. à quo passiuum deducitur μαθητεύομαι, quod vsurpatur suprà 13.g.51. 61 Contra, ἐναντίον. i. Eregione. vt in illo Virgilii loco, Vrbs antiqua fuit, (Tyrii tenuere coloni) Carthago, Italiã cõtra, Tyberinúsque lõgè Ostia, &c. 63 Planum, πλάνος. i. Præstigiator, quem γόητα Græci vocãt. qualem fuisse Christum Iudæi etiam hodie dicere non verentur. Vocabulum hoc Græcum vsurpat Cicero pro Cluentio, & Horatius libro 1. Epist. Vulgata, Seductor, non malè, ἀπὸ τοῦ πλανᾶν.

Surgam, ἐγείρομαι. Vulgata, Resurgam, ἀναστήσομαι. præsens pro futuro. Interpretor autem μετὰ τρεῖς ἡμέρας, tertio pòst die, vel intra tres dies, vt annotauimus Mar. 8.d.31. 64 Nocte, νυκτός. Hoc deest in Vulgata, neq; scriptum erat in duobus vetustis codicibus. 65 Habetis, ἔχετε. Potest etiam imperandi modo verti, Habete, vt notat Erasmus: sed malo per indicatiuum interpretari. Custodiam, κουστωδίαν. id est, Præsidiarios milites, templi nimirum custodiæ designatos. Itaque sæpe commemoratur in Actis Apostolorum à τοῦ ἱεροῦ, & Pharisæis ac Pontificibus adiungitur. Mirum est autem istos superstitiosissimos homines nulla magni illius Sabbathi religione inductos fuisse vt à muniendo & obsignando sepulchro abstinerent, quod per Legem vix eis licuisset. Hæc enim gesta fuisse incunte iam Sabbatho, apparet ex versu 61.

Κεφάλαιον κη΄

Mar.16.b.6 iob.26.c.11

Ὀψὲ δὲ σαββάτων τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων, ἦλθε Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, καὶ ἡ ἄλλη Μαρία, θεωρῆσαι τὸν τάφον.

Καὶ ἰδοὺ, σεισμὸς ἐγένετο μέγας. ἄγγελος γὰρ Κυρίου καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ, προσελθὼν ἀπεκύλισε τὸν λίθον ἀπὸ τῆς θύρας, καὶ ἐκάθητο ἐπάνω αὐτοῦ.

Ἦν δὲ ἡ ἰδέα αὐτοῦ ὡς ἀστραπὴ, καὶ τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ λευκὸν ὡσεὶ χιών.

Ἀπὸ δὲ τοῦ φόβου αὐτοῦ ἐσείσθησαν οἱ τηροῦντες, καὶ ἐγένοντο ὡσεὶ νεκροί.

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἄγγελος εἶπε ταῖς γυναιξί, Μὴ φοβεῖσθε ὑμεῖς· οἶδα γὰρ ὅτι Ἰησοῦν τὸν ἐσταυρωμένον ζητεῖτε.

Οὐκ ἔστιν ὧδε· ἠγέρθη γάρ, καθὼς εἶπε. δεῦτε, ἴδετε τὸν τόπον ὅπου ἔκειτο ὁ Κύριος.

CAP. XXVIII.

1 EXtremo autẽ Sabbatho, quum lucesceret in primũ *diem* hebdomadis, venit Maria Magdalene & altera Maria vt spectarent sepulchrum:

2 Et ecce, terræmotus factus est magnus. Angelus enim Domini quum descendisset è cælo, & accessisset, deuoluit lapidem ab ostio, sedebátque super eum.

3 Erat autem visus eius vt fulgur, & vestimentum eius albũ sicut nix.

4 Custodes autem perculsi sunt præ ipsius timore, & facti sunt sicut mortui.

5 Respõdens autem Angelus dixit mulieribus, Vos *verò* ne timete: scio enim vos Iesum crucifixum quærere.

6 Non est hîc: surrexit enim prout dixit. Venite, videte locum vbi iacebat Dominus.

CAP. XXVIII.

1 VEspere autem Sabbathi quæ lucescit in prima Sabbathi, venit Maria Magdalene & altera Maria videre sepulchrum.

2 Et ecce, terræmotus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de cælo, & accedens revolvit lapidem, & sedebat super eum.

3 Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & vestimentum eius sicut nix.

4 Præ timore autẽ eius exterriti sunt custodes & facti sunt velut mortui.

5 Respondens autem Angelus dixit mulieribus, Nolite timere vos. Scio enim quòd Iesũ qui crucifixus est quæritis.

6 Non est hîc: surrexit enim, sicut dixit. Venite, videte locum ubi positus erat Dominus.

IN CAPVT XXVIII.

1 Extremo autem Sabbatho, ὀψὲ δὲ σαββάτων. i. Exeunte iam Sabbatho, quod excipitur à primo die sequentis hebdomadis. Nam ὀψὲ absolutè positum idem valet quod serò, aut vespere. i. ἑσπέρας: & ita sumus sem per interpretati. quum autem habet casum adiunctum, idem valet quòd ἐν ὀψέ. i. In extremo. Itaque hoc loco extremam partem Sabbathi significat, Romanorum more, qui diem naturalem ab ortu solis ad sequentem ortum numerant: non autem Hebræorum, qui à vespera diem inchoant. Iam enim corrupta erat maxima ex parte veterum consuetudo. quam etiam ob causã suprà diximus decimumquartum diem vocatum esse primũ diẽ azymorum. Quod quum non obseruaret Osiander, existimauit vesperam hic Hebræorum more vocari extremã festi partem. i. initium noctis quæ inter Sabbathum & primum à Sabbatho diem (quem Dominicum vocamus) intercedit: ideóque in iis quæ sequuntur, non subaudit ἡμέρᾳ, vt sit plena hæc loquutio, τῇ ἡμέρᾳ ἐπιφωσκούσῃ: sed contrà subintelligit νυκτί, docétque ex Thalmudis quodam loco, lucis appellatione interdum noctis initium. i. primam facem, intelligi. Ego verò malo ad diluculum hæc referre, aut certè tempus diluculo proximũ, quòd mihi videatur hæc interpretatio simplicissima, & cũ aliorũ Euangelistarum narratione consentiens. Eras. Vespera autem Sabbathorum: quam interpretationem repudiauit: primũ quia Euangelista (vt antè dixi) non primã noctis partem, quæ vespera dicitur, sed vltimam designat, quam diluculum vocat: aut eam certè quæ proxima est diluculo. Deinde quòd τὰ σάββατα conuertere potius oportuit singulari numero, quum hic sit enallage numeri, de qua diximus suprà 11.a.1. aut certè Sabbathum pro festo Paschæ accipiatur. Quum lucesceret in primum *diem* hebdomadis, τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων. Id est, Quum iam primus à sabbatho dies immineret, siue Primi à sabbatho diei lucescente diluculo. Cæterùm sciendũ est (quanuis diuersum existimet Osiander) subintelligi ἡμέρᾳ ante illud τῇ ἐπιφωσκούσῃ. Nam alioquin ista cohærere cum superioribus nõ possunt: sicut tamen videtur velle Vetus interpres, & eũ sequutus Eras. qui interpretantur, Quæ lucescit: quasi scripserit Mat. ἑσπέρᾳ τῇ ἐπιφωσκούσῃ. Sic autẽ plenè loquitur Herod. in Thalia, ἐμὶ ἡμέρη ἤδη ἐπιφωσκούσῃ ὁ ἕξ, καὶ ἐπ' ἑσπέρην, πρῆσσον. i. Quũ primùm autẽ diluxisset dies, sex illi, sicut constituerant, affuerunt. Nam & hoc sciendum, ἡμέρην hic vsurpari pro luce: sicut dies interdum apud Latinos quoque accipitur. Itaque potuissem interpretari, Die lucescente: vel, Quum dies lucesceret. sed malui præcisè dicere, Quum lucesceret: quo modo etiam Terẽtius loquitur. Postremò sciendum μίαν σαββάτων dici diem à Sabbatho proximum, quem Dominicum vocamus. i. hebdomadis sequẽtis primum. μία enim pro πρώτη accipitur Hebræorum more. i. Vna pro Prima. (quam enallagẽ etiam apud Homerum Iliados ω annotat Eustathius) idque ita esse liquet ex Mar. 16. v. 9. Denique σαββάτων vocabulo nõ iam septimus dies, (vt paulo antè) nec singuli dies hebdomadis, (quos communi nomine solẽt Ferias vocare) sed ipsa potius septimana intelligitur: vocabulo etiam deducto ab Hebræis, apud quos plurali numero שבתות vocatur septimana, vt Leuit. 23. c. 15, & 25. a. 8. 3 Visus, ἰδέα. Eras. in annotationibus speciem siue formam interpretatur: quæ videntur mihi latius patere, quum hic de facie tãtùm agatur: imò verò ne de facie quidem tota, sed de oculorum radiis. Vulgata, Aspectus: idque non malè, nisi vsurparetur potius pro actione ipsa videndi, quàm pro specie & acie oculorum. Possumus tamen per synecdochen interpretari Vultum, qui hac ratione εἶδος quoque dicitur à Græcis. 4 Præ timore, ἀπὸ τοῦ φόβου. Ἀπὸ pro ὑπὸ, vt suprà diximus 13. f. 44. Custodes, οἱ τηροῦντες. i. φύλακες. Ad verbum, Ii qui seruabant, subauditur τὸν τάφον, sepulchrum. 5 Respondens, ἀποκριθεὶς. Sæpe iam annotaui huiusmodi participia apud Hebræos redundare, ac præterea verbum נען quod Græci vertunt ἀποκρίνεσθαι, etiã dici de eo qui sermonem inchoet. Vos verò ne timete. μὴ φοβεῖσθε δὲ ὑμεῖς. Videtur magna esse emphasis pronominis ὑμεῖς, quam conatus sum exprimere. Apparet enim Angelum voluisse perterritis custodibus mulieres cõfirmare: acsi diceret, Illis quidem terrorem, vobis autẽ consolationẽ affero. 6 Prout dixit, καθὼς εἶπε. In quodam exemplari additur ὑμῖν, vobis. Iacebat, ἔκειτο. Vulgata & Eras. Positus erat: quo modo etiam vertimus suprà 3. c. 10, & 5. b. 14. Sed quũ hoc loco propria significatione accipiatur, minimè necesse fuit synonymon quærere.

Καὶ ταχὺ πορευθεῖσαι εἴπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ὅτι ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν, καὶ ἰδοὺ προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν· ἐκεῖ αὐτὸν ὄψεσθε. ἰδοὺ, εἶπον ὑμῖν.

7 Et citò profectæ dicite discipulis eius eũ surrexisse à mortuis. Et ecce præit vobis in Galilæam, illic eum videbitis. ecce dixi vobis.

7 Et citò euntes dicite discipulis eius quia surrexit. Et ecce præcedit vos in Galilæam, ibi eum videbitis. ecce prædixi vobis.

Καὶ ἐξελθοῦσαι ταχὺ ἀπὸ τοῦ μνημείου μετὰ φόβου καὶ χαρᾶς μεγάλης, ἔδραμον ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ.

8 Tunc egressæ citò à monumento cum timore & gaudio magno, currebant vt renuntiarent discipulis eius.

8 Et exierunt citò de monumento cum timore & gaudio magno, currentes nunciare discipulis eius.

Ὡς δὲ ἐπορεύοντο ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, καὶ ἰδοὺ ὁ Ἰησοῦς ἀπήντησεν αὐταῖς, λέγων, Χαίρετε. Αἱ δὲ προσελθοῦσαι ἐκράτησαν αὐτοῦ τοὺς πόδας, καὶ προσεκύνησαν αὐτῷ.

9 Quũ autem proficiscerẽtur vt renuntiarẽt discipulis eius, ecce, Iesus occurrit eis, dicẽs, Auete. Illæ autẽ, accesserunt, & prehenderunt pedes eius, & adorauerunt eum.

9 Et ecce, Iesus occurrit illis, dicens, Auete. Illæ autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adoraverunt eum.

Τότε λέγει αὐταῖς ὁ Ἰησοῦς, Μὴ φοβεῖσθε· ὑπάγετε, ἀπαγγείλατε τοῖς ἀδελφοῖς μου ἵνα ἀπέλθωσιν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, κἀκεῖ με ὄψονται.

10 Tunc ait eis Iesus, Ne timete: abite, annunciate fratribus meis vt abeant in Galilæam, illic me videbunt.

10 Tunc ait illis Iesus. Nolite timere: ite, nunciate fratribus meis ut eant in Galilæam, ibi me videbunt.

Πορευομένων δὲ αὐτῶν ἰδού τινες τῆς κουστωδίας ἐλθόντες εἰς τὴν πόλιν, ἀπήγγειλαν τοῖς ἀρχιερεῦσι ἅπαντα τὰ γενόμενα.

11 Proficiscentibus autem ipsis, ecce, quidam ex custodia venerunt in vrbem, & nunciauerunt principibus Sacerdotũ omnia quæ facta fuerant.

11 Quæ quum abiissent, ecce, quidam de custodibus venerunt in civitatem, & nunciaverunt principibus Sacerdotum ônia quæ facta fuerãt.

Καὶ συναχθέντες μετὰ τῶν πρεσβυτέρων, συμβούλιόν τε λαβόντες, ἀργύρια ἱκανὰ ἔδωκαν τοῖς στρατιώταις,

11 Tũc coacti cum senioribus, consilio capto, pecuniam multam dederunt militibus,

11 Et congregati cum senioribus, consilio accepto pecuniam copiosam dederunt militibus,

Λέγοντες, Εἴπατε, Ὅτι οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ νυκτὸς ἐλθόντες ἔκλεψαν αὐτὸν ἡμῶν κοιμωμένων.

13 Dicentes, Dicite, Discipuli eius nocte venerũt, & furati sunt nobis dormientibus.

13 Dicentes, Dicite, Quia discipuli eius nocte venerũt, & furati sunt eum, nobis dormientibus.

Καὶ ἐὰν ἀκουσθῇ τοῦτο ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος, ἡμεῖς πείσομεν αὐτὸν, καὶ ὑμᾶς ἀμερίμνους ποιήσομεν.

14 Quòd si hoc auditum fuerit apud præsidem, nos persuadebimus ei, & securos vos præstabimus.

14 Et, si hoc auditum fuerit à præside, nos suadebimus ei, & securos vos faciemus.

Οἱ δὲ λαβόντες τὰ ἀργύρια, ἐποίησαν ὡς ἐδιδάχθησαν. καὶ διεφημίσθη ὁ λόγος οὗτος παρὰ Ἰουδαίοις μέχρι τῆς σήμερον.

15 Ipsi verò accepta pecunia fecerunt sicut erant edocti: & diuulgatus est iste sermo apud Iudæos vsque ad hodiernum diem.

15 At illi accepta pecunia fecerunt sicut erant edocti: & divulgatum est verbum istud apud Iudæos usque in hodiernum diem.

9 Quum autem proficiscerentur vt ren. dis. eius, ὡς δὲ ἐπορεύοντο ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. Illud ὡς melius exprimimus Gallicè hoc modo, comme elles alloyent. Sic Plautus in Menæchmis, Nam rus vt ibat. quod ferè Græci dicunt ὡς ἐπορεύετο. Ita etiam Lucas Act. 1. b. 10. Deest autem totum hoc membrum apud Veterem interpretem, & in quodam exemplari. ac certè videtur, etiamsi fustuleris, integra manere sententia.

9 Ecce, καὶ ἰδοὺ. Hebraicè nam. Vulgata & Erasmus ad verbum, Et ecce: & rectè quidem Vetus interpres, qui præcedens membrum non legit: Eras. autem qui legit & interpretatus est, debuit omittere copulatiuã hoc loco redundantem, sicut suprà 3. a. 10, & infinitis locis apud Lucam, qui hoc pleonasmi Hebraici genere mirum in modum delectatur.

10 Fratribus meis, τοῖς ἀδελφοῖς μου. In quodam exemplari scriptum erat τοῖς μαθηταῖς μου, Discipulis meis. Illic, κἀκεῖ. Erasmus ad verbum, Et illic: sed videtur iterum abundare καί: ideo Veterem interpretem sum sequutus.

11 Quæ facta fuerant, τὰ γενόμενα. Erasm. Quæ acciderant. i. τὰ συμπεπτωκότα.

11 Pecuniam multam, ἀργύρια ἱκανά. In quodam codice legitur ἀρκέσαντα ἱκανὰ, idque (ni fallor) rectius. ἱκανὸς autem quum propriè declaret sufficientem, accipitur hoc loco & alibi sæpe pro πολύς. quod hoc quidem loco Gallicè ita exprimeremus, donner de l'argent à l'aduenant.

13 Nobis dormientibus, ἡμῶν κοιμωμένων. Hanc lectionem cum Veteribus codicibus consentientem sequuti, non expressimus particulam ἐν præcedentem. Ea verò non redũdabit si legeris ὑμῶν κοιμωμένων, vobis dormientibus, vt excudit Colinæus.

14 Apud præsidem, ἐπὶ ἡγεμόνος i. à Præside, siue Coram præside: vt dixit Lucianus ἐπὶ Ῥαδαμάνθυος, coram Rhadamantho. Vide 1. Timoth. 6. c. 13, & Apoc. 10. v. 11. Nam periculum erat ne hoc nomine milites apud Pilatum deferrentur. Vulgata & Eras. ad verbum, Sub præside.

Οἱ δὲ ἕνδεκα μαθηταὶ ἐπορεύθησαν εἰς τὸ Γαλιλαίαν, εἰς τὸ ὄρος οὗ ἐτάξατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς.

16 Vndecim autē diſcipuli profecti ſunt in Galilæam, in montem vbi conſtituerat eis Ieſus.

16 *Vndecim autem diſcipuli abierunt in Galilæam, in montem vbi conſtituerat illis Ieſus.*

Καὶ ἰδόντες αὐτὸν, προσεκύνησαν αὐτῷ· οἱ δὲ ἐδίστασαν.

17 Et quum vidiſſent eum, adorauerunt eum: quidam autem dubitauerunt.

17 *Et videntes eum, adorauerunt: quidam autē dubitauerunt.*

Καὶ προσελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἐλάλησεν αὐτοῖς, λέγων, Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς.

Ioh.17.a.2 heb.1.6.2

18 Et accedens Ieſus loquutus eſt eis, dicēs, ‖Data eſt mihi omnis authoritas in cælo & in terra:

18 *Et accedens Ieſus loquutus eſt eis, dicens, Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.*

Πορευθέντες οὖν μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος·

Mat.16.c.15

19 ‖Profecti ergo docete omnes gentes, baptizātes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti·

19 *Euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti.*

Διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν· καὶ ἰδοὺ, ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. ἀμήν.

20 Docentes eos ſeruare omnia quæ mandaui vobis. & ecce, ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationē ſeculi. Amen.

20 *Docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui vobis: & ecce, ego vobiſcū ſum omnib⁹ diebus uſque ad conſummationem ſeculi.*

19 Ergo, οὖν. Deerat in noſtris vetuſtis codicibus. In nomine, εἰς τὸ ὄνομα. Id eſt, Inuocato Patre, Filio, & Spiritu ſancto. Vel In nomen. Nam Baptiſmo conſecramur Deo, quoniam ibi noſtra adoptio in Chriſto per Spiritum ſanctum ſancitur.

20 Omnibus diebus, πάσας τὰς ἡμέρας. Id eſt, In omne tempus. Alloquitur enim Eccleſiam. Quum autem idem ipſe Dominus paulo antè dixerit, Me verò non ſemper habebitis, & mox in cælum aſcenderit, apparet diſtinguendum eſſe præſentiæ & abſentiæ modum, vt qui corpore eſt abſens, virtute tamen ſit totus præſentiſſimus, qua & ſeipſum & ſua omnia nobis verè per fidem ſpiritualiter communicat.

Euangelium ſecundum Marcum. Τὸ κατὰ Μάρκον εὐαγγέλιον.

Κεφάλαιον α'

ΑΡΧΗ τοῦ εὐαγγελίου Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ.

Ὡς γέγραπται ἐν τοῖς προφήταις, Ἰδοὺ, ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου.

Mal.3.a.1

Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ.

Esaie 40.a.3 iob.1.c.15 luc.3.a.4

NOVA INTERPR.

CAP. I.

1 RIncipium Euangelii Ieſu Chriſti Filii Dei:

2 Vt ſcriptum eſt ‖in Prophetis, ‖Ecce, ego ‖mitto ‖nunciū meū ‖ante faciem tuam, qui parabit ‖viam tuam coram te.

3 ‖Vox clamantis in deſerto, Parate viam Domini, complanate ſemitas eius.

VETVS.

CAPVT I.

1 *Initium Euangelii Ieſu Chriſti Filii Dei:*

2 *Sicut ſcriptum eſt in Eſaia Propheta, Ecce, ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.*

3 *Vox clamantis in deſerto: Parate viam Domino, rectas facite ſemitas eius.*

ANNOTATIONES, IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

2 In Prophetis, ἐν τοῖς προφήταις. Ita ſcriptum reperimus in omnibus noſtris codicibus vetuſtis, exceptis duobus, in quibus legimus ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ: id eſt In Eſaia propheta: quo modo interpretatus eſt hunc locū Vetus interpres, & citat quoque Hieronymus ad Pammachium De optimo genere interpretandi. Hinc nata illa quæſtio, cur geminum vaticinium adducens Euangeliſta, vnum videlicet ex Malachia, alterum ex Eſaia, hunc tamen vnum nominet. In quo nodo explicando ne fruſtra laboremus, præſtat plurali numero legere, ἐν προφήταις, quòd tot veterum codicum ac ipſius etiam Theophylacti authoritas conſentiat. Illud

quidem conſtat,appellatione Prophetarum intelligi ipſorum libros:quòd tamen dicendi genus præcipuè vſurpatur quum ex minoribus Propheris aliquod teſtimonium petitur,etiamſi vnus tantũ ex illis citetur, vt Act. 7.c.42.nempe quod hi duodecim eſſent in vnum volumen compoſiti, vt docent Hebræorum interpretes.

Mitto,ἀποστέλλω. Loquitur Malachias tanquam de re iam præſenti,vt ſolent etiam alii Prophetæ: nimirum de re futura tam certi quàm ſi eam oculis cernerent.In Græca tamen editione legitur ἐξαποστελῶ,Mittam. Nuncium meum,τὸν ἄγγελόν μου. Vulgata,Angelum:ſed hoc quidẽ loco de homine agitur,vt rectè annotat Eraſmus: qui tamen certum aliquem nuncium deſignari putat articulo,quum omnes alioqui Prophetæ venturum Chriſtum nunciarint. Sed reſponderi poteſt,hanc potius emphaſin eſſe in his verbis πρὸ προσώπου σου,id eſt Ante faciem tuam:quibus indicatur hic agi de eo demum nuncio qui Meſſiam non procul poſitum, (vt alii) ſed præſentem commõſtraret. Ante faciem tuam,πρὸ προσώπου σου. In Hebræis & Græca editione legitur Meam,& hoc loco nõ ponitur,ſed poſt verba ſequentia,vbi legimus ἔμπροσθέν σου, Ante te.quibus verbis Hebraiſmus ille explicatur. Sumpta enim eſt metaphora à regum conſuetudine, qui ſolent habere ſuos anteambulones.

Viam tuam,τὴν ὁδόν σου. In Hebræo non additur pronomẽ,& pro κατασκευάσει in Græca editione legitur ἐπιβλέψεται.i.Inſpiciet:non ſatis rectè,quum in Hebræo non legatur פנה panah in Cal, ſed נבט nabat in Pihel, quod idem verbum in Eſaia verterunt ἐμβλέψονται. Itaque cum ex hoc loco tum ex aliis multis liquet Euangeliſtas non vſos fuiſſe Græca illa interpretatione quæ nunc circunfertur.

Ἐγένετο Ἰωάννης βαπτίζων ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.

4 ‖ Baptizabat Iohãnes in deſerto, & prædicabat baptiſmũ reſipiſcentiæ ad remiſſionem peccatorum.

4 *Fuit Iohannes in deſerto baptizans, & prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum.* Mar.3.a.14

Καὶ ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν πᾶσα ἡ Ἰουδαία χώρα, καὶ οἱ Ἱεροσολυμῖται· καὶ ἐβαπτίζοντο πάντες ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ ὑπ' αὐτοῦ, ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.

5 ‖ Et exibat ad eũ tota Iudææ regio ac Ieroſolymitæ: & baptizabantur omnes ab eo in Iordane flumine, confitentes peccata ſua.

5 *Et egrediebatur ad eũ omnis Iudææ regio & Ieroſolymitæ vniuerſi: & baptizabantur ab illo in Iordanis flumine, confitentes peccata ſua.* Matth.3.a.5

Ἦν δὲ Ἰωάννης ὁ δὲ ἔνδυμα αὐτοῦ ἀπὸ τριχῶν καμήλου, καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ, καὶ ἐσθίων ἀκρίδας καὶ μέλι ἄγριον.

6 Induebatur autem Iohãnes pilis camelorum, & zona pellicea circa lumbos ſuos: ‖ & edebat locuſtas & mel ſylueſtre.

6 *Et erat Iohannes veſtitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos eius: & locuſtas & mel ſylueſtre edebat.* Leuit.11.c.22

Καὶ ἐκήρυσσε, λέγων, Ἔρχεται ὁ ἰσχυρότερός μου ὀπίσω μου, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς κύψας λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ.

7 ‖ Et prædicabat, dicens, Venit ponè me qui validior me eſt, cuius non ſum dignus qui incuruatus ſoluam corrigiam ſolearum.

7 *Et prædicabat, dicens, Veniet fortior me poſt me, cuius nõ ſum dignus procumbens ſoluere corrigiam calceamentorum eius.* Mar.3.c.11 luc.3.c.16. Ioh.1.d.27

4 Baptizabat,ἐβάπτιζεν. Verbum ἐγένετο nonnulli ad ἀρχὴ referunt,vt teſtimonia Prophetarum parentheſi includantur:ſed primũ verſiculum ego malo ſeorſum legere:quod & Eraſmo placet. Sic enim vetuſtiſſimi quique ſcriptores Hebræi, & ex Græcis quoque Herodotus, Thucydides & Ephorus libros hiſtoriarum inchoant. Cæterùm exiſtimat Valla verbum ἐγένετο à ſequentibus eſſe ſeparandum,vt ſit hæc ſententia, quẽdã Iohannem extitiſſe qui in deſerto baptizaret. Nam(inquit)incipiendum fuit à nuncupatione viri potius quàm ab eius actione,tãquam de eius nomine fuiſſet iam facta mentio:vt apud Iohannẽ,Fuit homo miſſus à Deo cui nomẽ erat Iohãnes.nec dicitur,Fuit homo miſſus,ſed Fuit homo:deinde,miſſus à Deo.i.qui miſſus fuit à Deo. At ego exiſtimo,ſi hoc verum eſſet,addendum fuiſſe poſt ἐγένετο, vel ἦν,vel αὐτῷ ὄνομα. Quod autem Marcus à Iohannis prædicatione perinde exorditur acſi mentionem eius aliquam antea feciſſet, id commune habet cum Matthæo.Erat enim Iohannis nomen celebrius quàm vt eſſet exordium altius petendum. Sed hanc tamen partem egregiè perſequutus eſt Lucas.Eraſmus igitur rectè coniunxit verbum ἐγένετο cum participio βαπτίζων, periphraſi Græcis etiam familiari pro ἐβάπτιζεν.i. Erat baptizãs,pro Baptizabat:ſicut dixit Plautus in Curcul.Sũt bibentes,pro Bibunt.Vetus interpres maluit cum ἐν τῇ ἐρήμῳ connectere.vt ſit hæc ſententia, Fuiſſe (id eſt verſatum eſſe)Iohannem in deſerto,vbi baptizaret & prædicaret.Sed repugnat verborum ſeries. Dicendum enim fuiſſet,ἐγένετο Ἰωάννης ἐν τῇ ἐρήμῳ βαπτίζων,vt paulo pòſt,nempe verſiculo 13. Ad remiſſionem,εἰς ἄφεσιν. vel,In remiſſionem.Sed εἰς præpoſitio præparationem ſignificat,non effectum,inquit Eraſmus. At ego(quod veterum pace dixerim)non putoreſipiſcentiam poſſe à remiſſione peccatorum ſeparari, nec alium fuiſſe Iohannis baptiſmum quàm Chriſti ipſius arbitror. Quòd autem Eraſmus ſubiungit, Iohannem prius baptizaſſe,deinde prædicaſſe Baptiſmum,eiuſmodi eſt vt ne refutatione quidem videatur indigere. Quid enim quum diceret Iohannes,Pœnitentiam agite,appropinquat enim regnum cælorum: non docebat quos erat baptizaturus? Imò verò niſi prius docuiſſet in quem finem baptizaret,quis tandem ad eius baptiſmum acceſſiſſet? Certè quum ſacramẽta ſint σημεῖα, neceſſe eſt vt præeat doctrina quã obſignent. Neq; eſt cur Catabaptiſtæ hæc arripiãt aduerſus pædobaptiſmum, quum hîc negocium Iohanni fuerit cum adultis:ac ne tũ quidem quum infantes baptizantur,verbum à ſigno ſeparetur in Eccleſia Dei.

5 Omnes,πάντες. In quodam codice non ſcribitur πάντες,hoc loco,ſed poſt Ἱεροσολυμῖται, in mẽbro præcedenti.& forteſſe rectius.

7 Venit,ἔρχεται. Tam in præſenti quàm futuro accipi hoc poteſt,vt alibi diximus: ſed præſentis ſignificatio magis conuenit:vt Chriſtum intelligas iam eſſe in via,& Veniſſe pro Adeſſe poſitum. Qui validi. me eſt,ὁ ἰσχυρότερός μου. Rectè articulum expreſsit Eraſmus,à Vetere interprete prætermiſſum. Dignus,ἱκανὸς, Vide Matth.8.a.8.Eraſ.Idoneus,id eſt ἀξιόλογος. Incuruatus,κύψας.Vulg.& Eraſm.Procũbens:id eſt σχεθὼν ἑαυτόν. Voluit enim Euangeliſta infimi ſerui conditionem ſignificare. Deerat tamen hoc participium in vno vetere codice.

Act.1.a.5,& 2 a.4,& 11.c. 10,& 19.a.4

Ἐγὼ μὲν ἐβάπτισα ὑμᾶς ἐν ὕδατι, αὐτὸς δὲ βαπτίσει ὑμᾶς ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.

8 ¶Ego quidem baptizaui vos aqua: ipse verò baptizabit vos Spiritu ſancto.

8 *Ego baptizaui uos aqua, ille uerò baptizabit uos Spiritu ſancto.*

Mat.3.d.14 luc.3.d.21 iob.1.a.33

Καὶ ἐγένετο ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις, ἦλθεν Ἰησοῦς ἀπὸ Ναζαρὲθ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἐβαπτίσθη ὑπὸ Ἰωάννου εἰς τὸν Ἰορδάνην.

9 ¶Et factum eſt diebus illis, venit Ieſus à Nazareth vrbe Galilææ, & baptizatus eſt in Iordane à Iohanne.

9 *Et factum eſt in diebus illis, uenit Ieſus à Nazareth Galilææ, & baptizatus eſt à Iohanne in Iordane.*

Καὶ εὐθὺς ἀναβαίνων ἀπὸ τοῦ ὕδατος, εἶδε σχιζομένους τοὺς οὐρανοὺς, καὶ τὸ Πνεῦμα ὡσεὶ περιστερὰν, καταβαῖνον ἐπ' αὐτόν.

10 Et ſtatim aſcendens ex aqua, vidit findi cælos, & Spiritum tanquam columbam deſcēdere ſuper eum.

10 *Et ſtatim aſcendens de aqua, uidit cælos apertos, & Spiritum tanquam columbam, deſcendentē & manentem in ipſo.*

Καὶ φωνὴ ἐγένετο ἐκ τῶν οὐρανῶν, Σὺ εἶ ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν σοὶ εὐδόκησα.

11 Et vox extitit è cælis, Tu es Filius ille meus dilectus, in quo acquieſco.

11 *Et uox facta eſt de cælis, Tu es Filius meus dilectus, in te complacui.*

Mar.4.a.1 luc.4.a.1

Καὶ εὐθὺς τὸ Πνεῦμα αὐτὸν ἐκβάλλει εἰς τὴν ἔρημον.

12 ¶Statímque Spiritus eū expellit in deſertum.

12 *Et ſtatim Spiritus expulit eum in deſertum.*

Καὶ ἦν ἐκεῖ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἡμέρας τεσσαράκοντα, πειραζόμενος ὑπὸ τοῦ σατανᾶ· καὶ ἦν μετὰ τῶν θηρίων· καὶ οἱ ἄγγελοι διηκόνουν αὐτῷ.

13 Et fuit illic in deſerto dies quadraginta, tentante eum Satana: erátque cum feris: & Angeli miniſtrabant ei.

13 *Et erat in deſerto quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & tentabatur à Satana: erátq; cum beſtiis: & Angeli miniſtrabant illi.*

8 Quidem, μέν. Hanc particulam à Vetere interprete intēpeſtiuè prætermiſſam in antitheſi, reſtè Eraſmus reſtituit: quanquam animaduertimus illā in vno vetere exemplari non adſcribi. Baptizaui, ἐβάπτισα. In vno codice, ſicut apud Matthæum & Lucam, hic quoq; legitur βαπτίζω quod indicat in media actione hæc eſſe dicta à Iohanne, vt totam Baptiſmi vim doceret à Chriſto manare, qui interius baptizat. i. vt rem ipſam à ſigno diſtingueret. Aqua, ἐν ὕδατι. De pleonaſmo præpoſitionis ἐν, alibi diximus: qui quidē notandus eſt hoc loco, nequis prorſus imperitus, In aqua pro Intra aquam accipiat: cuiuſmodi ineptiis pleni ſunt Sophiſtarum libri.

9 Vrbe Galilææ, Γαλιλαίας. Suppleui quod deerat conſtructioni. Eſt autem hoc additum nō diſcriminis alicuius cauſa, (ſicut in vrbe Cana factum eſt Ioh.2.a.1), ſed ad ſitum vrbis exprimendum. Hoc verò pertinet nō modò ad fidem faciendam hiſtoriæ, ſed etiam ad intelligendum cur Ieſus diceretur Nazarenus & Galilæus per contumeliam, vt eum vocabat Iulianus ille apoſtata, Iudæos ſequutus, quorum ſit mētio Ioh.7.g.52. In Iordane, εἰς τὸν Ἰορδάνην. De hac enallage εἰς pro ἐν ſæpe iā diximus. Demoſth. ἀλλ' ἐκ τῶν ἐμοὶ παρόντων πολὺ μᾶλλον ἢ σὺ πάντα ἀλλ' ἢ οὐδὲν, pro ἐν οὐδενὶ πάντες i. tanto in his rebus quas dico præſtantior eius fui.

10 Et ſtatim aſcendens, καὶ εὐθὺς ἀναβαίνων. Videlicet Iohannes. Deſcenderat enim cum Ieſu in aquā, vt Philippus cum Eunucho, Act.8.v.38. Eraſmus, Et ſtatim quum aſcēderet. Exiſtimauit enim ἀναβαίνων pro ἀναβαίνοντος poſitum, ad Ieſum poſſe referri: verbum autem εἶδε, ad Iohannem: quum ipſa ratio conſtructionis declaret participium eſſe cum verbo coniungendum, vt vtrunque ad eandem perſonam pertineat. Videtur ergo mollior verborum ſyntaxis ſi de Ieſu hæc omnia accipias: quum præſertim vox illa cæleſtis ad eum dirigatur, vt quidem hic refertur à Marco. Sed quum ipſius potiſſimùm Iohannis cauſa ſit editum hoc ſignum, vt appareret Ioh.1.e.33,& 34, (quam etiam ob cauſam Matthæum opinor hæc ita deſcribere, vt Pater è cælo Iohannē & circunſtantes potius quàm Filium ipſum videatur compellare) non dubito quin relatiuum quod ſubauditur, ad Iohannem pertineat, qui hæc dicatur vidiſſe. Ac, ne lōgius abeamus, ſimilem in relatiuo amphiboliam reperies infrà 2.b.13, vbi αὐτὸς, quod ante verbum ἔχειν ſubauditur, non refertur ad paralyticum, cuius mentio proximè facta illic erat, ſed ad Ieſum, ab octauo vſque verſiculo repetitum. Simile exemplum extat infrà 11.a.6 & 7, vbi quum tria hæc verba εἶπον, ἀφῆκαν, ἦγαγον, ita connectantur vt ad eandem perſonam omnino videantur pertinere: apparet tamen εἶπον & ἦγαγον, de diſcipulis dici, ἀφῆκαν verò de iis qui diſcipulos interpellarent. Poſtremò (vt ad rem redeam) aduerbium εὐθὺς, ex Matthæo didici non eſſe cū verbo εἶδε, ſed cum participio ἀναβαίνων coniūgendū, vt etiam conuerti potuerit, εὐθὺς ἀναβαίνων, pro εὐθὺς ἀναβάς, ſimulac aſcendiſſet: id eſt ἅμα τῷ ἀναβῆναι.

Findi, σχιζομένους. Participium poſitum eſt loco verbi, Atticorum more. In quodam exemplari ſcriptum erat διοιγομένους. i. Apertos, ſicut conuertit Vetus interpres. Super eum, ἐπ' αὐτόν. In quodam codice ſcriptum reperimus ἐν' αὐτῷ, cōſtructione magis vſitata: niſi fortaſſis quartū caſum ideo vſurpauit quòd ſignificetur motus ad locū. Cæterū quod apud Veterē interpretē additur, Et manentē, καὶ μένον, additū videtur ex Iohanne 1.e.33.

11 In quo, ἐν ᾧ. Vulg. In te, ἐν σοὶ: quæ lectio videtur melius cōuenire, vt videtur mutatio perſonæ, quam tumuis apud Hebræos frequens. Certè ita ſcriptum erat in tribus vetuſtis exemplaribus. Cur autem εὐδόκησα verterimus Acquieſco, diximus Matth.3.d.17.

12 Spiritus, τὸ Πνεῦμα. In quodam exemplari additur ἅγιον, ſanctus, quod vocabulum magnam lucem affert huic loco. Nam ne illud quidem quod additur apud Matthæum, ſubductum fuiſſe à Spiritu vt tentaretur à diabolo, ſatis videtur omnem amphiboliam tollere, quum apud Hebræos ſæpe antecedens relatiui loco repetatur, vt Pſal.48.a.1: nec regula illa Didymi ſit perpetua quæ tradit τὸ ὄνομα nec appellatione Spiritum ſanctū intelligi, quoties illi præponitur articulus, vt liquet ex Ioh.1.a.8, & aliis locis. Expellit, ἐκβάλλει. Vallæ viſa eſt hæc expoſitio paulo durior. Et certè conſtat τὸ ἐκβάλλειν interdū idē valere atque τὸ ἐκλέγειν καὶ ἐκπέμπειν, vt Mat. 12.e.35, Ioh.10.a.4. Sed videtur hic notari hoc verbo repētina quædam mutatio, quum Chriſtus, quia adhuc inter homines tāquam plebeius & priuatus vixerat, quaſi noua quadam perſona induitur, & cæleſti planè ratione non modò proximæ luctæ præparatur, ſed etiam toti ſuo muneri inauguratur. Non eſt igitur exiſtimandum, fuiſſe illum quaſi inuitū & reluctantē extruſum, ſed diuinæ potius virtutis in ipſo corporaliter habitātis motu & impulſu ad tempus ex hominum conſpectu abreptum: idque noſtra cauſa, vt nobis ſanctificatus, carnem & diabolum ſuperaret.

13 Fuit, ἦν. Vulgata & Eraſmus, Erat. Mihi verò videtur huic loco melius cōuenire ſignificatio aoriſti

posterioris. In deserto, ἐν τῇ ἐρήμῳ. Hæc addere non fuit necesse, quum præcedat relativum ἐκεῖ. Itaque comperimus vetustos codices hic variare, quum in vno hæc deessent, quemadmodum etiam in editione Vulgata: in altero verò ὀκτὼ non esset adscriptum. Dies quadrag. τεσσεράκοντα ἡμέρας. Addit Vulgata, Et quadraginta noctibus, καὶ τεσσεράκοντα νύκτας: quod in vno etiam vetere exemplari scriptum legimus. Tentante, πειραζόμενος. Hoc participium ita conuertendum fuit, tum quòd à Latinis rarò vsurpetur præsentis temporis passiuum participium: tum verò quia verbum ω non sic cohæret cum πειραζόμενος, vt pro præterito imperfecto ἐπειράζετο ponatur, vt suprà versu 6. imò verò significatur, in eo deserto tentatum fuisse Christum in quo quadraginta dies & quadraginta noctes sit versatus. Feris, θηρίων. Θηρίον apud Græcos non minus latè patet quàm bestia apud Latinos: sed pro feris bestiis hic accipitur, quæ in desertis illis versantur. Itaque Erasmi versionem sum secutus.

Μετὰ δὲ τὸ παραδοθῆναι τὸν Ἰωάννην, ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν Γαλιλαίαν, κηρύσσων τὸ Εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ·	14 ¶ Postquam autem traditus fuit Iohãnes in custodiam, venit Iesus in Galilæam, prædicans Euangelium regni Dei:	14 *Postquã autem traditus est Iohannes, venit Iesus in Galilæã, prædicans Euangelium regni Dei:*	*Mar.4.b.12 luc.4.c.14 Iohan.4.f.43*
Καὶ λέγων, Ὅτι πεπλήρωται ὁ καιρὸς, καὶ ἤγγικεν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ· μετανοεῖτε, καὶ πιστεύετε ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ.	15 Et dicens, Impletum est tempus, & appropinquauit regnum Dei: resipiscite, & credite Euangelio.	15 *Et dicens, Quoniam impletum est tempus, & appropinquauit regnũ Dei: & panitemini, & credite Euangelio.*	
Περιπατῶν δὲ παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας, εἶδε Σίμωνα καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, βάλλοντας ἀμφίβληστρον ἐν τῇ θαλάσσῃ, (ἦσαν γὰρ ἁλιεῖς)	16 ¶ Ambulans autem ad mare Galilææ, vidit Simonem & Andream fratrem eius, iacientes rete in mare, (erant enim piscatores)	16 *Et prætereiens secus mare Galilææ, vidit Simonem & Andream fratrem eius, mittentes retia in mare, (erant enim piscatores)*	*Matth.4.c.18 luc.5.a.2*
Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς γενέσθαι ἁλιεῖς ἀνθρώπων.	17 Et dixit eis Iesus, Sequimini me, & faciam vt sitis piscatores hominum.	17 *Et dixit eis Iesus, Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum.*	
Καὶ εὐθέως ἀφέντες τὰ δίκτυα αὐτῶν, ἠκολούθησαν αὐτῷ.	18 Et ipsi statim omissis retibus suis, sequuti sunt eum.	18 *Et protinus relictis retibus, secuti sunt eum.*	
Καὶ προβὰς ἐκεῖθεν ὀλίγον, εἶδε Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ αὐτοὺς ἐν τῷ πλοίῳ καταρτίζοντας τὰ δίκτυα·	19 Tunc progressus illinc paulum, vidit Iacobum *filium* Zebedæi, & Iohannem fratrem eius, qui & ipsi in nauigio sarciebant retia:	19 *Et progressus inde pusillum, vidit Iacobum Zebedæi & Iohannem fratrem eius, & ipsos componentes retia in naui:*	
Καὶ εὐθέως ἐκάλεσεν αὐτούς· καὶ ἀφέντες τὸν πατέρα αὐτῶν Ζεβεδαῖον ἐν τῷ πλοίῳ μετὰ τῶν μισθωτῶν, ἀπῆλθον ὀπίσω αὐτοῦ.	20 Statimque vocauit eos: & ipsi omisso patre suo Zebedæo in nauigio cum mercenariis, sequuti sunt eum.	20 *Et statim vocauit illos: & relicto patre suo Zebedæo in naui cum mercenariis, secuti sunt eũ.*	
Καὶ εἰσπορεύονται εἰς Καπερναούμ· καὶ εὐθέως τοῖς σάββασιν εἰσελθὼν εἰς τὴν συναγωγὴν, ἐδίδασκε.	21 ¶ Et ingrediuntur Capernaũ: statimque sabbatho ingressus Iesus in synagogam, docebat.	21 *Et ingrediuntur Capharnaum: & statim sabbathis ingressus in synagogam, docebat eos.*	*Matth.4.b.23 luc.4.c.31*

14 Postquam traditus esset, μετὰ τὸ παραδοθῆναι, in custodiam videlicet: vt diximus suprà Mat.4.b.12. Vsurpari autem hoc vocabulum sæpe cum eclipsi, quæ pro ratione eius de quo agitur supplenda sit, vel illud exemplum docet Demosthenis κατὰ Νεαίρας, Περὶ ἐκείνου δὲ λέγειν οὐδὲν δεῖν τοὺς δικαστάς: id est, Postulaui vt ancillas traderet, nimirum ad quæstionem habendam.

15 Euangelio, ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ. Præpositio ἐν hoc loco abundat, nisi malimus existimare ἐν pro εἰς positum esse: sicut Credere Deo, & Credere in Deum dicunt theologi.

16 Ambulans, περιπατῶν. In duobus exemplaribus legitur παράγων, id est, præteriens: quod sequitur Vetus interpres.

17 Sequimini me, δεῦτε ὀπίσω μου: id est ἀκολουθήσατέ μοι, vt rectè conuertit Erasmus. Vt sitis, γενέσθαι. Γίγνεσθαι accipio pro εἶναι: id est esse, potius quàm pro fieri, vel effici. Sic Homerus Deos vocat αἰνήτους: id est semper existentes. Ita verò construitur verbum ποιῶ apud Græcos: quum Latini per subiunctiuum hoc efferant cũ vt ποιήσω. Dicunt enim Faciam vt sitis. Galli phrasin Græcam sequuntur, *ie vous feray estre*. Sic Demosthenes εἰ δὲ μή. Τοῦτο ῥῆμα οὐ πάνυ τῇ πόλει ἀξιοῦσιν εἰπεῖν ὑμᾶς ἐπαινοῦντες.

19 Sarciebant, καταρτίζοντας. Ad verbum, Redintegrantes. nam ἄρτιον dicitur quod perfectum est & integrum, quum alioquin ex multis partibus constet. Vnde etiam factum vt pro coagmentare & componere accipiatur Rom.9.c.22. & pro complere, & omnibus suis numeris absolutum reddere, vt nihil desit aut redundet: vt 2. Tim.3.vt.17. Vulgata, Componentes. Erasmus, Reconcinnabant.

20 Sequuti sunt eum, ἀπῆλθον ὀπίσω αὐτοῦ. Id est ἠκολούθησαν αὐτῷ: quod etiam scriptum inuenimus in quodam exemplari.

21 Et ingrediũtur, καὶ εἰσπορεύονται. In quodam exemplari scriptum erat, καὶ εἰσπορεύεται, tunc ingreditur.

Et paulo pòst pro ἐπλήσσοντο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ, legimus ἐδίδασκεν ἐν τῇ συναγωγῇ αὐτῶν, docebat in ſynagoga, abſque participio ἐπλήσσοντο. Item in proximo verſiculo poſt ἐξεπλήσσοντο, additum erat πάντες, omnes. Sabbato, τοῖς σάββασιν. Vulgata & Eraſmus, Sabbatis. Sed ſatis apparet pluralem numerum poſitum pro ſingulari, vt diximus Matth. 12.a.1, & Act. 16.c.13. quæ permutatio videtur in Latino ſermone obſcurior.

Matth. 7.d.28 Luc. 4.c.32

Καὶ ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ. ἦν γὰρ διδάσκων αὐτοὺς ὡς ἐξουσίαν ἔχων, καὶ οὐχ ὡς οἱ γραμματεῖς.

22 ‖Et perçellebantur ſuper doctrina eius. docebat enim eos vt authoritatem habens, & nō vt Scribæ.

22 Et ſtupebant ſuper doctrina eius. erat enim docens eos quaſi poteſtatē habens, & non ſicut Scribæ.

Luc. 4.c.33

Καὶ ἦν ἐν τῇ συναγωγῇ αὐτῶν ἄνθρωπος ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ, καὶ ἀνέκραξε,

23 ‖Erat autem in ſynagoga eorum quidam ᵛ in quo erat ſpiritus impurus: qui exclamauit,

23 Et erat in ſynagoga eorum homo in ſpiritu immundo, & exclamauit,

Λέγων, Ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοί, Ἰησοῦ Ναζαρηνέ; ἦλθες ἀπολέσαι ἡμᾶς; οἶδά σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ.

24 Dicens, ᵛAh, quid nobis tecum Ieſu ᵛNazarene? veniſti vt perderes nos? ᵛnoui te quis ſis, ᵛnimirum Sanctus ille Dei.

24 Dicens, Quid nobis & tibi, Ieſu Nazarene? venisti perdere nos? ſcio quis ſis, Sanctus Dei.

Καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, λέγων, Φιμώθητι, καὶ ἔξελθε ἐξ αὐτοῦ.

25 Et obiurgauit eum Ieſus, dicens, Obmutesce, & exi ab eo.

25 Et commentatus eſt ei Ieſus, dicens, Obmutesce, & exi de homine.

Καὶ σπαράξαν αὐτὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον, καὶ κράξαν φωνῇ μεγάλῃ, ἐξῆλθεν ἐξ αὐτοῦ.

26 Tunc, ᵛquum diſcerpſiſſet eū ſpiritus impurus, & clamaſſet voce magna, exiit ab eo.

26 Et diſcerpens eum ſpiritus immundus, & exclamans voce magna, exiit ab eo.

Καὶ ἐθαμβήθησαν πάντες, ὥστε συζητεῖν πρὸς αὐτούς, λέγοντας, Τί ἐστι τοῦτο; τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη, ὅτι κατ' ἐξουσίαν καὶ τοῖς πνεύμασι τοῖς ἀκαθάρτοις ἐπιτάσσει, καὶ ὑπακούουσιν αὐτῷ;

27 Et expauerunt omnes, ᵛita vt mutuò quærerent inter ſe, dicentes, Quid eſt hoc: quæ doctrina noua hæc, ᵛvt ᵛper poteſtatem imperet etiam ſpiritibus impuris, & ᵛauſcultent ei?

27 Et miràti ſunt omnes: ita ut conquirerent inter ſe, dicentes, Quidnam eſt hoc? quænam doctrina hæc noua, quia in poteſtate & ſpiritibus immundis imperat, & obediunt ei?

Ἐξῆλθε δὲ ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ εὐθὺς εἰς ὅλην τὴν περίχωρον τῆς Γαλιλαίας.

28 Peruenit autē fama eius ſtatim in totam regionem ᵛcircumiacentem Galilææ.

28 Et prouaſſit rumor eius ſtatim in omnem regionem Galilææ.

23 In quo erat ſpiritus impurus, ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ, ſic infrà, 5.v.5. Quo genere dicendi vtentes Græci, dicunt ἐν ἐγκλήματι εἶναι: & Latini, in culpa eſſe. Sed tamē nimis obſcura fuerit interpretatio ſi vertas ad verbum, In ſpiritu immundo, cum Vetere interprete: ſicut vulgò dicimus, effre enſorcelure, pro eo quod Latini dicunt, Febre teneri. Ideo Eraſmus maluit interpretari, obnoxius ſpiritui: ſenſu ita expreſſo vt diſcedat à Græcis, à quibus ſtuduimus propius abeſſe. Ita etiam infrà loquitur cap. 5.a.1. Cæterùm quòd initio huius verſiculi καὶ interpretati ſumus Autem, nemo (opinor) reprehendet qui varium huius particulæ vſum in ſacris ſcriptoribus obſeruarit. Itaque in hoc eodem verſiculo eiuſdem particulæ loco ſubſtituimus prouocabulum, vt melius cohæreret oratio.

24 Ah, ἔα. vel Hem. quæ particulæ conueniunt exclamationi, partim à dolore, partim à rei nouitate proficiſcenti. Ad verbum, ſine, ἄφες: ſed multa verba in aduerbia degenerant, vt ἄγε, ἄπαγε, & pleraque eiuſmodi. Vetus interpres aut nō legit, aut prætermiſit. Valla legit πᾶ. Nazarene, Ναζαρηνέ. Alibi Ναζωραῖος dicitur Ieſus nomine gentili, à Nazareth Galilææ ciuitate & patria Mariæ, in quam ſe receperat Ioſeph: vnde factū vt (ſicut prædictum erat) Nazarenus ſit Chriſtus vocatus, Matth. 2.d.13. Conſiderāda eſt igitur fraus Satanæ, qui quum illum ſciret eſſe natum in Bethleem, vt Prophetæ prædixerant de Meſſia, & Sanctum illum Domini eſſe fateretur, populi tamen errorem fouebat, ne Chriſtum, quē ſciebāt omnes in Bethlehem naſciturū ex familia Dauid, (Matth. 2.a.5.) pro Meſſia haberent. Neque Satanam fefellit hæc expectatio, vt apparet Iohan. 7.f.42.

Noui te quis ſis, οἶδά σε τίς εἶ. Helleniſmus, pro, Noui quis tu ſis. Sic Terentius in And. Obſerua filiū quid agat. In quodam codice legitur εἰ δαλθε, ſcimus. Nimirum Sanctus ille Dei, ὁ ἅγιος. Particula NIMIRVM rectè addita eſt ab Eraſmo ad leniendam tranſitionem. Simile dicendi genus extat Matthæi 19.c.17. Alludit autem Satan ad nomen illud quod Pontificis maximi tiāræ inſcriptum erat, vt ſcriptum eſt Exod. 28.f.36.

26 Quum diſcerpſiſſet, σπαράξαν. Vide infrà cap. 9.c.20.

27 Ita vt mutuò quærerent inter ſe, ὥστε συζητεῖν πρὸς αὐτούς. Conquirendi verbum (quo vſus eſt poſt Veterem interpretem Eraſmus) Latinis ſignificat diligenter aliquid inueſtigare. συζητεῖν autem hoc loco eſt homi num attonitorum, qui mutuò ſeſe rogitant & interpellāt. Sed in συζητεῖν vtraque pars interdum idem quærit, interdum quod alius oppugnat, alter tuetur: vnde factum vt συζητῶ interdum vertamus altercari. Vt, ἐν. Sic etiam hæc particula accipitur infrà cap. 4.d.41, & 6.a.2. Vulgata & Eraſmus, Quis, barbaré. Per poteſtatem, κατ' ἐξουσίαν. Cicero 6. in Verr. Non per præſtigias, ſed palām per poteſtatē vno imperio oſtiatim totū oppidum compilarit. Id eſt pro ſuo iure & authoritate, ſeu pro imperio, vt loquitur Terentius. Alioquin ἐξουσίαν fere ſolemus interpretari authoritatem, & δυνάμιν poteſtatem. Vetus interpres vertit, In poteſtate: id eſt (vt ſæpe alibi ſcriptum reperitur) ἐν ἐξουσίᾳ. Nam κατὰ hoc loco eſt nota cauſalis: velut etiam quum dicunt Græci κατὰ τύχην, id eſt (vt vernaculo ſermone loquuntur) par fortune. Eraſmus, Cum authoritate: id eſt μετ' ἐξουσίας, vt Act. 26.c.12.

Auſcultant, ὑπακούουσιν. Vulgata & Eraſmus, Obediunt: id eſt πείθονται.

28 Circumiacentem Galilææ, περίχωρον τῆς Γαλιλαίας. Vulgata, Regionem Galilææ: id eſt, χώραν τῆς Γαλιλαίας: quum tamen ſubaudiatur χωρῶ ante περίχωρον: & ita dicatur fama Ieſu non modò per totam Galilæam, ſed etiam in vicinas regiones ſparſa.

Καὶ εὐθὺς ἐκ τῆς συναγωγῆς ἐξελθόντες, ἦλθον εἰς τὴν οἰκίαν Σίμωνος καὶ Ἀνδρέου, μετὰ Ἰακώβου καὶ Ἰωάννου.

19 ¶Et ſtatim è ſynagoga egreſſi, venerunt domum Simonis & Andreæ cum Iacobo & Iohanne.

19 *Et protinus egredientes de ſynagoga, venerũt in domum Simonis & Andreæ cum Iacobo & Iohanne.* Matth.8.b.14 luc.4.f.31

Ἡ δὲ πενθερὰ Σίμωνος κατέκειτο πυρέσσουσα· καὶ εὐθὺς λέγουσιν αὐτῷ περὶ αὐτῆς.

30 Socrus autem Simonis decumbebat febricitans: & ſtatim dicunt ei de illa.

30 *Decumbebat autem ſocrus Simonis febricitans: & ſtatim dicũt ei de illa.*

Καὶ προσελθὼν ἤγειρεν αὐτὴν, κρατήσας τῆς χειρὸς αὐτῆς· καὶ ἀφῆκεν αὐτὴν ὁ πυρετὸς εὐθέως, καὶ διηκόνει αὐτοῖς.

31 Tunc accedens erexit eam, prehenſa manu eius: & dimiſit eam febris ſtatim, & miniſtrauit eis.

31 *Et accedens elenauit eã, apprehenſa manu eius: & continuò dimiſit eam febris, & miniſtrabat ei.*

Ὀψίας δὲ γενομένης, ὅτε ἔδυ ὁ ἥλιος, ἔφερον πρὸς αὐτὸν πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας, καὶ τοὺς δαιμονιζομένους.

31 Quum autem ſerum dici eſſet, occidente ſole, adducebãt ad eum omnes malè affectos & dæmoniacos.

31 *Veſpere autem facto, quum occidiſſet ſol, afferebant ad eum omnes malè habentes, & dæmonia habentes.*

Καὶ ἦν ὅλη ἡ πόλις ἐπισυνηγμένη πρὸς τὴν θύραν.

33 Et vrbs tota coacta erat ad oſtium.

33 *Et erat omnis ciuitas congregata ad ianuam.*

Καὶ ἐθεράπευσε πολλοὺς κακῶς ἔχοντας ποικίλαις νόσοις· καὶ δαιμόνια πολλὰ ἐξέβαλε, καὶ οὐκ ἤφιε λαλεῖν τὰ δαιμόνια ὅτι ᾔδεισαν αὐτόν.

34 Et ſanauit multos malè affectos variis morbis: & dæmonia multa eiecit: & nõ ſinebat loqui dæmonia quòd ipſum noſſent.

34 *Et curauit multos qui nexabantur uariis languoribus: & dæmonia multa eiiciebat, & non ſinebat ea loqui quoniam ſciebant eum.*

Καὶ πρωῒ ἔννυχον λίαν ἀναστὰς ἐξῆλθε, καὶ ἀπῆλθεν εἰς ἔρημον τόπον, κἀκεῖ προσηύχετο.

35 Et mane, valde multa nocte, quum ſurrexiſſet exiit, & abiit in deſertum locum, & illic precabatur.

35 *Et diluculo ualde ſurgens, egreſſus abiit in deſertum locum: illique orabat.*

Καὶ κατεδίωξαν αὐτὸν ὁ Σίμων καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ.

36 Et proſequuti ſunt eum Simon & qui cum ipſo erant.

36 *Et proſecutus eſt eum Simon & qui cum illo erant.*

Καὶ εὑρόντες αὐτὸν, λέγουσιν αὐτῷ, Ὅτι πάντες ζητοῦσί σε.

37 Et quum inueniſſent eum, dicunt ei, Omnes te quærunt.

37 *Et quum inuenissent eum dixerunt ei, Quia omnes quærunt te.*

Καὶ λέγει αὐτοῖς, Ἀγωμὲν εἰς τὰς ἐχομένας κωμοπόλεις, ἵνα κἀκεῖ κηρύξω· εἰς τοῦτο γὰρ ἐξελήλυθα.

38 Tunc dicit eis, Eamus in cõtigua oppidula, vt & illic prædicem. ad hoc enim ſum egreſſus.

38 *Et ait illis, Eamus in proximas uicas & ciuitates, ut & ibi prædicem. ad hoc enim ueni.*

32 Occidente ſole, δύντος τοῦ ἡλίου. Ad verbum, Quum occideret ſol. Sed noluimus repetere particulam Quum. Dicuntur autem δύνειν & καταδύνειν quæ aquam ſubeunt: vt appareat hoc dicendi genus profectum ex vulgi opinione, qui ſolem mergi putabat Oceano: ſicut ex alio non minus inepto errore, in vernaculo noſtro ſermone dicimus, ſolem, quum occidit, ire cubitum, & occidentem ſolem appellamus cubantem. Vulgata & Eraſmus, Quum occidiſſet, ſignificatione aoriſti poſterioris: quum optimus Marci interpres Lucas 4.g.40, vtatur participio præſenti, δύνοντος. quanquam, quod ad rem ipſam attinet, aut nullum, aut paruum eſt diſcrimẽ. Significatur enim in genere, extremũ diem, ipſumque adeo crepuſculum ſanandis ægrotis fuiſſe cõſumptum.

33 Tota, ὅλη. Vulgata, Omnis: id eſt πᾶσα. quod rectè mutauit Eraſmus, ne omnes ciuitates concurriſſe intelligas. Interdum tamen πᾶς etiam in quantitate diſcreta vſurpari conſtat, vt infrà cap.1.b.13.

34 Eiecit, ἐξέβαλε. Vulgata & Eraſmus, Eiiciebat: id eſt ἐξέβαλλε. Sed illud melius conuenit, quia mollius cum ſuperiore verbo cohæret. Sinebat, ἤφιε. Ita habẽt omnia exemplaria, quum potius dici ſoleat ἀφίει. puto igitur aoriſtum ſecundum eſſe ab ἵημι non ἀφίημι. Sic infrà capite 11.b.16. Quòd ipſum noſſent, ὅτι ᾔδεισαν αὐτόν. Poſſent hæc ita explicari, vt non ſit paſſus eos dicere, ſibi cognitum eſſe Ieſum: vel, non paſſum omnino loqui, idque propterea quòd ipſum ſciebat eſſe Meſſiam. Nam quatuor codices addũt Χριστὸν εἶναι, ſicut ſcribit Lucas, 4.g.41. Cauſa autem huius interdicti eſt (ſi credimus Eraſmo) ne id ante tempus effutirent. Ego verò aliam potius rationem eſſe puto, quòd videlicet diaboli munus non ſit prædicare Euangelium. Quamobrem etiam Paulus ægrè fert Pythonis teſtimonium, Act.16.d.18.

35 Manè valde multa nocte, πρωῒ ἔννυχον λίαν. Vulgata, Diluculo valde: prætermiſſo aduerbio ἔννυχα, vel ἔννυχα, vt legimus in tribus veteribus codicibus, quo ſignificatur tempus adhuc veluti intra noctem latens. Nos verò quum hoc exprimere altero vocabulo Latino non poſſemus, neceſſariò receſſimus à Græcis. Eraſmus pro λίαν vertit adhuc, id eſt ἔτι.

36 Et proſequuti ſunt, καὶ κατεδίωξαν: videlicet velut fugientem, vt ſæpe ſolebat ad precandum ſolitudinem captare. Vulgata & Eraſmus legerunt κατεδίωξεν, ſingulari numero, ſicut in duobus veteribus codicibus ſcriptum legimus.

38 Contigua, τὰς ἐχομένας: id eſt (vt vertit Vulgata & Eraſmus) proxima: ἔχεσθαι, quod hærere & quaſi affixũ eſſe ſignificat. Legimus autem in vno codice, ἄγωμεν ἀλλαχοῦ εἰς τὰς ἐχομένας κωμοπόλεις, Eamus aliò in cõtigua oppidula. Oppidula, κωμοπόλεις. Ita vocat compoſito nomine quæ neque merentur duntaxat vici nomen, neque etiam dici poſſunt vrbes, quòd non ſint mœnibus cinctæ: ideóque vſi ſumus diminutiuo quo vtcunque id explicaretur. Nam pagi nomen latius patere exiſtimo. Hebræi כְּפָרִים, Galli *bourgades* appellant.

Erat autem ſcriptum in ſecundo exemplari εἰς τοὺς ἐγγὺς κώμας καὶ εἰς τοὺς πόλεις: id eſt, in propinquos vicos & ciuitates: quam lectionem ſequutus eſt Vetus interpres. Ad hoc, εἰς τὸν. Poſita eſt εἰς αὐτὴν τὴν ὁρίς: id eſt IN pro AD. Sic Columel. lib. 7. cap. 8, Sub vmbra, inquit, cratibus in hoc factis: id eſt, ad eum vſum. Egreſſus ſum, ἐξῆλθα. Tertius codex legit ἐλήλυθα, id eſt veni: & ita conuertit Vetus interpres.

39 Καὶ ἦν κηρύσσων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, εἰς ὅλην τὴν Γαλιλαίαν, καὶ τὰ δαιμόνια ἐκβάλλων.

39 Et prædicabat in ſynagogis eorum in tota Galilæa: & dæmonia eiiciebat.

39 Et erat prædicans in ſynagogis eorum, & in omni Galilæa: & dæmonia eiiciens.

Matth. 8. a. 2 Luc. 5. c. 12

40 Καὶ ἔρχεται πρὸς αὐτὸν λεπρὸς παρακαλῶν αὐτὸν, καὶ γονυπετῶν αὐτὸν, καὶ λέγων αὐτῷ, Ὅτι ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι.

40 ¶ Venítque ad eum leproſus precans eum, eíque ad genua accidens, ac dicens ei, ᵛSi velis, potes me purgare.

40 Et venit ad eum leproſus deprecans eum, & genu flexo dicit ei, Si vis, potes me mundare.

41 Ὁ δὲ Ἰησοῦς σπλαγχνισθείς, ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἥψατο αὐτοῦ, καὶ λέγει αὐτῷ, Θέλω· καθαρίσθητι.

41 Ieſus autem miſericordia cõmotus, extenſa manu, tetigit eum, & dixit ei, Volo: purgator.

41 Ieſus autem miſertus eius extendit manum ſuam, & tangens eum, ait illi, Volo: mundare.

42 Καὶ εἰπόντος αὐτοῦ, εὐθέως ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ ἡ λέπρα, καὶ ἐκαθαρίσθη.

42 Et ᵛquum hæc dixiſſet, ſtatim abiit ab eo lepra, & purgatus fuit.

42 Et quum dixiſſet ſtatim diſceſſit ab eo lepra, & mundatus eſt.

43 Καὶ ἐμβριμησάμενος αὐτῷ, εὐθέως ἐξέβαλεν αὐτόν·

43 Et grauiter interminatus ei Ieſus, ſtatim ᵛablegauit eum:

43 Et comminatus eſt ei, ſtatimque eiecit illum:

44 Καὶ λέγει αὐτῷ, Ὅρα μηδενὶ μηδὲν εἴπῃς· ἀλλ' ὕπαγε, σεαυτὸν δεῖξον τῷ ἱερεῖ, καὶ προσένεγκε περὶ τοῦ καθαρισμοῦ σου ἃ προσέταξε Μωσῆς, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς.

Leuit. 14. a. 4

44 Dixitque ei, Vide ᵛne nemini quicquam dicas: ſed abi, oſtende teipſum ᵛſacerdoti, & offer ᵛpro purgatione tui quæ ¶imperauit Moſes, vt hoc ſit eis teſtimonio.

44 Et dicit ei, Vide nemini dixeris: ſed vade, oſtende te principi Sacerdotum, & offer pro emũdatione tua quæ præcepit Moyſes, in teſtimoniũ illis.

Luc. 5. d. 28

45 Ὁ δὲ ἐξελθὼν ἤρξατο κηρύσσειν πολλὰ, καὶ διαφημίζειν τὸν λόγον, ὥστε μηκέτι αὐτὸν δύνασθαι φανερῶς εἰς πόλιν εἰσελθεῖν· ἀλλ' ἔξω ἐπ' ἐρήμοις τόποις ἦν, καὶ ἤρχοντο πρὸς αὐτὸν πανταχόθεν.

45 ¶ Ille verò egreſſus cœpit prædicare multa, & ᵛrem ᵛdiuulgare, ita vt iam ᵛnon poſſet ᵛIeſus manifeſtè introire in ciuitatẽ: ſed foris in deſertis locis erat, & veniebant ad eum vndique.

45 At ille egreſſus cœpit prædicare & diffamare ſermonem: ita vt iam nõ poſſet manifeſtè introire in ciuitatem, ſed foris in deſertis locis eſſet: & conuenichãt ad eum vndique.

Κεφάλαιον βʹ

CAP. II.

CAP. II.

Matt. 9. a. 2

1 Καὶ πάλιν εἰσῆλθεν εἰς Καπερναοὺμ δι' ἡμερῶν, καὶ ἠκούσθη ὅτι εἰς οἶκόν ἐστι.

1 ¶ Et rurſus intrauit Capernaũ ᵛinteriectis *aliquot* diebus, & auditũ eſt eũ ᵛdomi eſſe.

1 Et iterum intrauit Capharnaum poſt dies, & auditũ eſt quòd in domo eſſet.

40 Si velis, ἐὰν θέλῃς. Ad verbum, Quòd ſi velis. Particula ὅτι (vt alibi in infinitis locis) abundat. Sed eius loco ſcriptum erat in quodam exemplari, Κύριε, Domine.

41 Quum *hæc* dixiſſet, εἰπόντος αὐτοῦ. Hæc deerant in vetuſtis duobus exemplaribus.

43 Ablegauit, ἐξέβαλεν. Eiiciendi verbum, quo vſus eſt Vetus interpres, non quadrat: & tamen videtur aliquid amplius ſignificare Euangeliſta quàm declaret verbum emittere: quod vſurpat Eraſmus, quia additur interminatio. placuit igitur quod medium erat.

44 Vt nemini, μηδενί. Subauditur particula ἵνα, quam expreſſi. Quòd autem negationes duas adſcripſerit habemus, Atticiſmus eſt alienus à Latino idiomate, vbi duæ negationes fortius negant. Sacerdoti, τῷ ἱερεῖ. Vulgata, Principi Sacerdotum: id eſt Ἀρχιερεῖ. Nec video cur ita conuerterit Vetus interpres, niſi fortaſſis quia additur articulus. Sed liquet ex Leuit. 13. a. 2. non modò penes ipſum ſummum Pontificem, ſed etiã penes omnes ex Aaronis poſteritate Sacerdotes fuiſſe iudicium de lepra. Itaque articulus hoc loco non ponitur διαφορικῶς, ſed potius (vt ex Magentino Budæus obſeruauit) ἀναφορικῶς τῷ προειρημένῳ τὸ κατὰλον: veluti ſi de tota hominis ſpecie loquens dicas ὁ ἄνθρωπος. Pro, ὑπὲρ: id eſt περὶ, vt annotauimus Matth. 9. d. 36, & 16. c. 18.

45 Rem, τὸν λόγον. Ad verbum, ſermonem. Sed Hebraiſmus eſt, de quo iam ſæpe diximus. Diuulgare, διαφημίζειν. Vulgata, Diffamare. Sed hoc verbum à Latinis ſemper in vitio ponitur. Non poſſet, μὴ δύνασθαι. Intellige tantam turbam fuiſſe vt periculum ſæpe incurrerit ne elideretur: & paratam idcirco nauiculam habere ipſum oportuerit, vt explicatur infrà cap. 3. b. 9. Ieſus αὐτὸς. Ad verbum, ipſe. Sed quum hoc ita Græcè ſcriptum ſit vt dubitare poſſis an ad purgatum leproſum, an verò ad Ieſum pertineat, rectè Eraſmus (quem ſequuti ſumus) pro relatiuo ipſum antecedens poſuit.

IN CAPVT II.

1 Interiectis *aliquot* diebus, δι' ἡμερῶν. Sic Lucas Act. 24. c. 17, δι' ἐτῶν δὲ πλειόνων, pluribus autem annis interiectis. Vulg. Poſt dies. Eraſ. Poſt aliquot dies: id eſt μετ' ἡμέρας, quo modo etiam loquitur Marcus noſter infrà cap. 9. a. 2, & 14. f. 58, ſed addito dierum numero. Paulus quoque hoc dicendi genus (id eſt præpoſitionem διὰ pro μετὰ) vſurpat Galat. 2. a. 1. & Matthæus 26. f. 61, ſed expreſſo certo dierum numero: quum tamen abſolutè di-

cant διὰ πολλοῦ. id eſt,multo interiecto tempore.Sed & in veteribus Latinis codicibus teſtatur Eraſmus ſe legiſſe ſcriptum, Poſt dies octo, quanuis eam lectionem ipſe non probet. Ego verò hoc dicendi genus puto ex Hebræorum idiomate profectum, qui ita ſolent dicere indefinitè מקץ ימים, vt Gen.4.2.3. Ita enim exponi à Græcis ἡμέρας oſtendemus infrà cap.8.d.31. Sed & Danielis 8,ver.vltimo, ſic ponitur ימים abſolutè, pro Aliquot diebus. Addidimus autem particulam indefinitam ex Eraſmo,& præpoſitionem διὰ vertimus per participium Interiectis : quòd eius ſignificatio ita videatur hoc loco melius expreſſa quàm ſi veteras Poſt,id eſt μετὰ. quanuis quod ad ſenſum attinet, etiamſi ita interpreteris, ſententiam nihil immutes. Domi, εἰς οἶκον. Ad verbum,in domo,id eſt ἐν οἴκῳ,vt etiam legimus in vno exemplari. Intelligit autem domum eam in qua commorari ſolebat. nam eam vrbem ſibi delegerat, relicta Nazareth,vt ſcribitur Matth.4.d.13.

Καὶ διὰ πολλοῦ συνήχθησαν πολλοί, ὥστε μηκέτι χωρεῖν μηδὲ τὰ πρὸς τὴν θύραν. καὶ ἐλάλει αὐτοῖς τὸν λόγον.

2 Statímque coacti ſunt multi, adeo vt iam nō caperent eos ne ea quidem loca quæ erant ad oſtium : & loquebatur eis ſermonem Euangelii.

2 Et conuenerunt multi, ita vt non caperet neque ad ianuam: & loquebatur eis verbum.

Καὶ ἔρχονται πρὸς αὐτὸν, παραλυτικὸν φέροντες, αἰρόμενον ὑπὸ τεσσάρων.

3 Tunc veniunt ad eum ferentes paralyticum, qui à quatuor portabatur.

3 Et veniunt ad eum ferentes paralyticum, qui à quatuor portabatur.

Καὶ μὴ δυνάμενοι προσενέγκαι αὐτῷ διὰ τὸν ὄχλον, ἀπεστέγασαν τὴν στέγην ὅπου ἦν· καὶ ἐξορύξαντες χαλῶσι τὸν κράβαττον ἐφ' ᾧ ὁ παραλυτικὸς κατέκειτο.

4 Et quum non poſſent ei appropinquare propter turbam, detexerūt tectum ædium in quibus erat, eóque perfoſſo, funibus demiſerunt grabatum in quo paralyticus iacebat.

4 Et quum non poſſent offerre eum illi præ turba, nudauerunt tectum vbi erat, & patefacientes submiſerunt grabatum in quo paralyticus iacebat.

Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς τὴν πίστιν αὐτῶν, λέγει τῷ παραλυτικῷ, Τέκνον, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου.

5 Quum autem vidiſſet Ieſus fidem eorū,dixit paralytico, Fili, remiſſa ſunt tibi peccata tua.

5 Quum autem vidiſſet Ieſus fidem illorum, ait paralytico, Fili, dimittuntur tibi peccata tua.

Ἦσαν δέ τινες τῶν Γραμματέων ἐκεῖ καθήμενοι, καὶ διαλογιζόμενοι ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν,

6 Erant autem illic quidam ex Scribis ſedentes, & ratiocinantes in cordibus ſuis,

6 Erant autem illic quidam de Scribis ſedentes, & cogitantes in cordibus ſuis,

Τί οὗτος οὕτω λαλεῖ βλασφημίας; τίς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός;

7 Quid iſte ita loquitur blaſphemias? quis poteſt remittere peccata, niſi ſolus Deus?

7 Quid hic ſic loquitur? blaſphemat. Quis potest dimittere peccata, niſi ſolus Deus? Eſa.43.d.25 Ioh.10.c.4

1 Ne ea quidem,μηδὲ τά. Vulgata,Neque. Eraſmus, Nec illa. Sed particula μηδὲ in hoc dicendi genere id declarat quod Latinè,Ne quidem. Loca quæ erant ad oſtium,τὰ πρὸς τὴν θύραν. Vulgata,Ad ianuam:omiſſo articulo τά. Senſus planus eſt,nempe nec domum ipſam, nec veſtibulum & loca veſtibulo vicina capere potuiſſe multitudinem quæ ad eum audiendum conuenerat. Sermonem,τὸν λόγον. Euangelii ſermonem intelligit, quod expreſſi. Nam ideo addit articulum,neque enim mihi pleonaſmus eſſe videtur.

4 Appropinquare, προσενέγκαι. In quodam codice ſcriptum erat, προσενεγκεῖν,id eſt offerre,in ipſius videlicet conſpectum,vt explicat Lucas 5.d.19.Ita etiam conuertit Vetus interpres. Propter turbam,διὰ τὸν ὄχλον. Vulgata & Eraſmus,Præ turba: id eſt,ἀπὸ vel ὑπὸ τοῦ ὄχλου. Sic enim vſurpata eſt particula ἀπὸ Matth.18.a.4,& Lucæ 22.c.45. Detexerunt tectum, ἀπεστέγασαν τὴν στέγην. Ita expreſſit Eraſmus in annotationibus paronomaſiam, quæ non apparet,ſi cum Vetere interprete conuertas, Nudauerunt tectum : id eſt, ἐξέμαξαν τὴν στέγην. Ædium in quibus,ἔνθα. Vulg.ad verbum, Vbi erat,nimium obſcurè, quū Chriſtus nō eſſet in ipſo tecto,ſed in loco inferiore. Ita enim erant ædes conſtructæ(ſicut alibi docuimus) vt ſuperior pars eſſet plana. Ea igitur perfoſſa, demiſerunt paralyticum in inferiorem locum in quo Ieſus concionabatur : quòd perrumpere alioqui in ipſius conſpectum non poſſet. Eóque perfoſſo. καὶ ἐξορύξαντες. Vulgata, Et pate facientes:id eſt, καὶ ἀνοίξαντες. Eraſ Perfoſſóque tecto. Funibus demiſerunt, χαλῶσι. Vulgata, Submiſerūt. Eraſmus,quē ſequor,vſus eſt periphraſi,vt vim Græci vocabuli exprimeret. Eſt autem præſens pro præterito , quæ enallage narrationibus conuenit,& Marco eſt familiaris. Grabatum,τὸν κράβαττον. Ita vocant Latini propriè lectos viliores,in quibus meridiari ſolebant veteres, non autem vel accumbere ad menſam , vel nocte quieſcere. Latini à Græcis hoc vocabulum mutuati ſunt, ſed correpta antepenultima & penultima producta: vt in illo Martialis, Sed ſi nec focus eſt,nudi nec ſponda grabati. Nam etiam in quibuſdam Græcis exemplaribus ſcriptum erat κράββατον,in aliis rurſum,κράττατον.

5 Remiſſa ſunt,ἀφίενται:id eſt ἀφεῖνται,vt poſt Herodianum interpretatur Budæus in Commentariis. Sed & accipi poteſt pro Remiſſa ſunto,vel Remittuntur:tertia videlicet perſona plurali coniunctiui pro ἀφέωνται: quem modum Diomedes Mandatiuum vocat. vt ἀφίη pro ἀφῇ dicitur παρὰ τὸ ι, Iliad.α, ſicut diſertè in eum locum ſcribit Euſtathius : & ἀφίωσι pro ἀφῶσι,vt idem ſcribit Odyſſ.γ. Itaque nulla cauſa erat cur Eraſmus ab eo ſe deceptum quereretur, qui quærenti reſponderat conuerti poſſe Remittuntur. Vulgata,Remittuntur, id eſt,ἀφίενται, ſicut in Aldino exemplari Herodoti in Euterpe legimus κάτοπτα,non κάτωπτα.

6 Ratiocinantes, διαλογιζόμενοι. Vulgata & Eraſmus,cogitantes.id eſt διανοούμενοι. Neque ignoro διαλογίζεσθαι ſæpe pro διανοεῖσθαι poni, vt alibi diximus: ſed tamē quum proprium verbum haberem,nolui ſynonymum quærere. Eſt autem διαλογίζεσθαι idem omnino quod ratiocinari: id eſt, rationes ſecum vel cum aliquo ſubducere:vnde factum vt pro cogitare & animo verſare accipiatur. Nam qūi ſecum aliquid in vtranque partem verſat,duplicem quodammodo perſonam ſuſtinet. Vide Matth.21.c.25.

Καὶ εὐθὺς γνοὺς ὁ Ἰησοῦς τῷ πνεύματι αὐτοῦ, ὅτι οὕτως διαλογίζονται ἐν ἑαυτοῖς, εἶπεν αὐτοῖς, Τί ταῦτα διαλογίζεσθε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν;

8 Et quum ſtatim cognouiſſet Ieſus ſpiritu ſuo, eos ita ratiocinari apud ſe, dixit eis, Quid iſta ratiocinamini in cordibus veſtris?

8 Quo ſtatim cognito Ieſus ſpiritu ſuo quæ ſic cogitarent intra ſe, dixit illis, Quid iſta cogitatis in cordibus veſtris?

Τί ἐστιν εὐκοπώτερον, εἰπεῖν τῷ παραλυτικῷ, Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι· ἢ εἰπεῖν, Ἔγειραι, καὶ ἆρόν σου τὸν κράβαττον, καὶ περιπάτει;

9 Vtrum eſt facilius, dicere paralytico, Remiſſa ſunt tibi peccata: an dicere, Surge, & tolle graabtum tuum, & ambula?

9 Quid eſt facilius, dicere paralytico, Dimittũtur tibi peccata: an dicere Surge, tolle grabatũ tuũ, & ambula?

Ἵνα δὲ εἰδῆτε ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀφιέναι ἐπὶ τῆς γῆς ἁμαρτίας (λέγει τῷ παραλυτικῷ)

10 Vt autem ſciatis Filium hominis præditum eſſe authoritate remittendi peccata in terra, (ait paralytico)

10 Vt autem ſciatis quòd Filius hominis habet poteſtatẽ in terra remittendi peccata (ait paralytico)

Σοὶ λέγω, ἔγειραι, καὶ ἆρον τὸν κράβαττόν σου, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου.

11 Tibi dico, ſurge, ac tolle grabatum tuum, & abi domum tuam.

11 Tibi dico, Surge, tolle grabatum tuum, & abi in domum tuam.

Καὶ ἠγέρθη εὐθὺς, καὶ ἄρας τὸν κράβαττον ἐξῆλθεν ἔναντίον πάντων· ὥστε ἐξίστασθαι πάντας, καὶ δοξάζειν τὸν Θεὸν, λέγοντας, Ὅτι οὐδέποτε οὕτως εἴδομεν.

12 Tunc *ille* ſtatim ſurrexit: ſublatóque grabato, egreſſus eſt coram omnibus: adeo vt obſtupeſcerent omnes, & glorificarent Deum, dicentes, Nunquam tale quicquam vidimus.

12 Et ſtatim ſurrexit ille, & ſublato grabato abiit coram omnibus: ita ut mirarentur omnes & honorificarent Deum, dicentes, Quia nunquam ſic vidimus.

Καὶ ἐξῆλθε πάλιν παρὰ τὴν θάλασσαν· καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἤρχετο πρὸς αὐτὸν, καὶ ἐδίδασκεν αὐτούς.

Matth. 9.a.9 Luc.5.c.27

13 Et egreſſus eſt rurſus ad mare: totáque turba veniebat ad eum, ac docebat eos.

13 Et egreſſus eſt rurſus ad mare: omnisque turba veniebat ad eum, ac docebat eos.

Καὶ παράγων εἶδε Λευὶν τὸν τοῦ Ἀλφαίου καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον, καὶ λέγει αὐτῷ, Ἀκολούθει μοι. Καὶ ἀναστὰς ἠκολούθησεν αὐτῷ.

14 Et quum prætergrederetur, vidit Leuin Alphæi *filium* ſedẽtem ad telonium: dixitque ei, Sequere me. Et *is* ſurgens ſequutus eſt eum.

14 Et quum præteriret, vidit Leuin Alphæi ſedentem ad telonium: & ait illi, Sequere me. Et ſurgens ſequutus eſt eum.

Καὶ ἐγένετο κατακεῖσθαι αὐτὸν ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ, καὶ πολλοὶ τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοὶ συνανέκειντο τῷ Ἰησοῦ, καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· ἦσαν γὰρ πολλοὶ, καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ.

15 Et factum eſt quum Ieſus accũberet in domo illius, multi etiam publicani & peccatores ſimul diſcumbebant cum Ieſu & diſcipulis eius: erãt enim multi, & ſequuti fuerant eum.

15 Et factum eſt, quum accumberet in domo illius, multi publicani & peccatores ſimul diſcumbebãt cum Ieſu & diſcipulis eius. erant enim multi, qui & ſequebãtur eum.

Καὶ οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι ἰδόντες αὐτὸν ἐσθίοντα μετὰ τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἔλεγον τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Τί ὅτι μετὰ τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίει καὶ πίνει;

16 Quúmque Scribæ ac Phariſæi vidiſſent eum edẽtem cum publicanis & peccatoribus, dixerunt diſcipulis eius, Quid eſt quòd cum publicanis & peccatoribus edit ac bibit?

16 Et Scribæ & Phariſæi videntes quia mãducaret cum publicanis & peccatoribus, dicebant diſcipulo eius, Quare cũ publicanis & peccatoribus manducat & bibit magiſter veſter?

Καὶ ἀκούσας ὁ Ἰησοῦς λέγει αὐτοῖς, Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κα-

17 Et quum hoc audiſſet Ieſus, dicit eis, Iis qui valent non opus eſt medico, ſed iis qui ma

17 Hoc audito Ieſus ait illis, Non neceſſe habent ſani medico, ſed qui ma-

12 Obſtupeſcerent, ἐξίστασθαι. Vel, Percellerentur. Vulgata, Mirarentur, θαυμάζειν. Nam ἔκστασις Græcis ſignificat mentem alicuius veluti loco emouere: quod etiam ſignificatur verbo græco ἐκπλήττειν, & Latino percellere: vt in illo Ciceronis pro Milone, Martem cõmunem adde, qui ſæpe ſpoliantem iam & exultantem euertit & perculit. Idem Pro domo ſua, Deſinant homines iiſdem machinis ſperare me reſtitutum poſſe labefactari quibus ſtantem perculerunt. Tale quicquam, οὕτως. Vide Matth. 9. d. 33.

14 Leuin, Λευὶν. Hoc fuiſſe alterum ipſius nomen (quum ipſe ſeſe Matthæum etiam vocet ſuprà 9.a.9) diſertè dicit Lucas 5.c.27. Itaque Caninius non rectè videtur exiſtimaſſe Matthæum fuiſſe Leuitam. Baſilienſis editio habet Λάβι, ſed Λάβὶ ſcriptum reperimus in omnibus vetuſtis codicibus.

15 Quum ipſe accum. ἐν τῷ κατακεῖσθαι αὐτόν. Ad verbum, In diſcumbere ipſum. vbi IN PRO INTER ponitur. Latini autem in hoc dicendi genere nomen aut pronomen ab anteriore parte non vſurpant. Dicũt enim Inter diſcumbendum, Inter prandendum, abſolutè: à poſteriore verò interdum, vt Liuius, Inter ſpoliãdum corpus hoſtis veruto percuſſus. Itaque neceſſariò mutanda fuit phraſis Græca. Sequuti fuerant, ἠκολούθησαν. Vulgata, Sequebantur id eſt ἠκολούθουν· quod etiam ſcriptum inuenimus in quodam exemplari.

16 Quid eſt quòd, τί ὅτι. Vulgata, Quare id eſt διατί ſicut etiam legimus in quodã codice. Edit ac bibit, ἐσθίει καὶ πίνει. In quodam exemplari additur, ὁ διδάσκαλος ὑμῶν, magiſter veſter. quod etiam [illegible]. Vetus interpres, vt in quibuſdam exemplaribus impreſſis legitur.

17 Iis qui valent, οἱ ἰσχύοντες id eſt, Qui ſunt integris viribus. Vulgata, Sani id eſt ὑγιαίνοντες. Eraſmus, Qui bene

bene valent. Ad reſipiſcentiam, εἰς μετάνοιαν. Eraſmus, Ad pœnitentiam: de quo alibi diximus. hæc autem nō legit Vetus interpres, neque etiam duo ex vetuſtis exemplaribus.

οὐκ ἔχοντες. Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν.

lè affecti ſunt. ‖ non veni vt vocarem iuſtos, ſed peccatores ᵛad reſipiſcentiam.

lè habent. non enim venit vocare iuſtos, ſed peccatores. 1.Tim.1.c.15

Καὶ ἦσαν οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου καὶ οἱ τῶν Φαρισαίων νηστεύοντες· καὶ ἔρχονται καὶ λέγουσιν αὐτῷ, Διατί οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου καὶ οἱ τῶν Φαρισαίων νηστεύουσιν, οἱ δὲ σοὶ μαθηταὶ οὐ νηστεύουσι;

18 Diſcipuli autem Iohannis ᵛac Phariſæorum ieiunabant: veniunt igitur & dicunt ei, Quare diſcipuli Iohannis & Phariſæorum ieiunant, tui autem diſcipuli non ieiunant?

18 Et erant diſcipuli Iohannis & Phariſæi ieiunantes: & veniunt & dicunt illi, Quare diſcipuli Iohannis & Phariſæorum ieiunant: tui autem diſcipuli non ieiunant?

Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Μὴ δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος, ἐν ᾧ ὁ νυμφίος μετ' αὐτῶν ἐστι, νηστεύειν; ὅσον χρόνον μεθ' ἑαυτῶν ἔχουσι τὸν νυμφίον, οὐ δύνανται νηστεύειν.

19 ‖ Tunc ait eis Ieſus, Num poſſunt filii thalami ᵛ quo *tempore* cum ipſis eſt ſponſus, ieiunare? quandiu habent ſecum ſponſum, non poſſunt ieiunare.

19 Et ait illis Ieſus, Numquid poſſunt filii nuptiarum, quandiu ſponſus cum illis eſt, ieiunare? Quanto tempore habent ſecum ſponſum, non poſſunt ieiunare. Matth.9.b.14 luc.5.f.33.

Ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, καὶ τότε νηστεύσουσιν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις.

20 Aderunt autem dies quum tolletur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt illis diebus.

20 Veniene autem dies quum auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt in illis diebus.

Καὶ οὐδεὶς ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου ἐπιῤῥάπτει ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ· εἰ δὲ μή, αἴρει τὸ πλήρωμα αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ, καὶ χεῖρον σχίσμα γίνεται.

21 ᵛSed nemo pannículum im pexum ᵛinſuit veſtimento vete ri: alioquin, illud ipſius ſupplementū nouū detrahit *aliquid* ex vetere *veſtimēto*, & fit peior fiſſura.

21 Nemo aſſumentū pannū rudis aſſuit veſtimento veteri: alioquin auferet ſupplementum nouum & veteri, & maior ſaſſura fit.

Καὶ οὐδεὶς βάλλει οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς· εἰ δὲ μή, ῥήσει ὁ οἶνος ὁ νέος τοὺς ἀσκούς, καὶ ὁ οἶνος ἐκχεῖται, καὶ οἱ ἀσκοὶ ἀπολοῦνται· ἀλλὰ οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς καινοὺς βλητέον.

22 Et nemo ĵniicit vinum nouum in vtres veteres: alioquin vinū nouum diſrumpit vtres, & vinū effunditur, & vtres pereunt: ſed ᵛ vinum nouum in vtres recentes iniiciendum eſt.

22 Et nemo mittit vinum nouum in utres veteres: alioquin dirumpet vinū utres, & vinum effundetur, & utres peribunt: ſed vinum nouum in utres nouos mitti debet.

Καὶ ἐγένετο αὐτὸν ἐν τοῖς σάββασι διὰ τῶν σπορίμων, καὶ ἤρξαντο οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ὁδὸν ποιεῖν τίλλοντες τοὺς στάχυας.

23 ‖ Factum eſt autem ᵛ vt ipſe præteriret Sabbatho per ſata, & cœperunt diſcipuli eius ᵛiter faciendo vellere ſpicas.

23 Et factum eſt iterum quum Sabbathis ambularet per ſata, & diſcipuli eius cœperunt progredi & vellere ſpicas. Matth.12.a.1, & luc.6.a.1

Καὶ οἱ Φαρισαῖοι ἔλεγον αὐτῷ, Ἴδε, τί ποιοῦσι τοῖς σάββασι ὃ οὐκ ἔξεστι;

24 Tunc Phariſæi dixerunt ei, Ecce, cur faciũt Sabbatho quod non licet?

24 Phariſæi autem dicebant ei, Ecce, quid faciunt ſabbathis quod nō licet?

18 Ac Phariſæorum, καὶ τῶν Φαρισαίων: videlicet diſcipuli. In quibuſdam codicibus legitur, καὶ οἱ Φαρισαῖοι, & Phariſæi, eodem ſenſu. Nam Phariſæorum diſcipuli, & ipſi Phariſæi erant. Quod autem putat Eraſmus hæc etiam conuerti ſic poſſe, Et qui ſunt ex Phariſæis: id eſt ex factione Phariſaica: ſenſum quidem eundem habet, ſed non ſatis conuenit. Dixiſſet enim Euangeliſta οἱ ὄντες τῶν Φαρισαίων, ſicuti ſæpe in Actis loquitur Lucas: & apud Paulum reperias τῆς ὁσίας αἱρέσεως.

19 Quo *tempore*, ἐν ᾧ. Subaudi χρόνῳ quæ eclipſis eſt Græcis in hoc dicendi genere familiaris. Eraſmus, In quo: vt repetatur νυμφῶνι: id eſt thalamo. Sed illa interpretatio videtur melius conuenire cum iis quæ proxime conſequuntur. Subiicitur enim ἔσον χρόνον id eſt quanto tempore, ſiue quandiu. Itaque idem Eraſmus Luc.5.f.33, ἐν ᾧ interpretatur Dum, pro Interim dum.

21 Sed nemo, καὶ οὐδείς. καὶ deeſt in quinque exemplaribus. Inſuit, ἐπιῤῥάπτει. Vulg. & Eraſmus, Affuit. quod neque memini legere apud idoneos authores, neque ſenſum huius loci declarat: vt copioſius oſtendimus Matth.9.b.16. vnde petenda ſunt quæ ad hunc verſiculum pertinent.

21 Vinum iniic. eſt, τὸν οἶνον βλητέον. Græcis τὸν οἶνον, id eſt vinum, ponitur quarto caſu. Dicunt enim, καλέον μοι ἐπιστολήν, id eſt, ſcribendum eſt mihi epiſtolam: quod dicendi genus imitatus Virgilius dixit, - pacem Troiano à rege petendum. Et Cicero, Iterandum eadem iſta mihi. Sed hæc ſunt Latinis admodum rara.

23 Vt ipſe præteriret, ὃν παρέπεσθαι αὐτόν. In quodā exēplari legitur (quo modo etiā vertit Vulg.) πάλιν αὐτὸν ἐν τοῖς σάββασι διαπορεύεσθαι. i. vt rurſus ipſe Sabbatho iret, vel iter faceret. Nā παρέπεσθαι pro *itinere* hic accipitur, ſicut & Matth.12.a.1. Alii legunt ἐν τῷ σάββατα παρέπεσθαι αὐτόν. i. quū ipſe præteriret. Iter faciēdo, ὁδὸν ποιεῖν. Vel ὁδοποιεῖν vnico verbo, vt legit Theophylactus. Videtur autem permutata verborum collocatio. nam planior erit oratio ſi dicas, Iter faciendo vellere ſpicas: quàm ſi ad verbū interpreteris, Iter facere vellendo ſpicas. Itaque illo modo malui conuertere. Vulgata, Progredi. i. μεταβαίνειν. Eraſ. Inter viam: id eſt ἐν τῇ ὁδῷ, vel ἐπὶ τὴν ὁδόν.

24 Facitne, ποιεῖ. In quodam codice additur οἱ μαθηταί σου, diſcipuli tui: quod tamen addere non erat neceſſarium, quum præſentes eos commonſtrarent Phariſæi.

n4

Καὶ αὐτὸς ἔλεγεν αὐτοῖς, Οὐδέποτε ἀνέγνωτε τί ἐποίησε Δαβὶδ ὅτε χρείαν ἔσχε, καὶ ἐπείνασεν αὐτὸς καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ;

1.Reg.21.b.6

15 Et ipse dixit eis, Nunquam legistis quid fecerit Dauid quũ egeret, & esuriret ipse & qui cum eo erant?

15 Et ait illis, Nunquam legistis quid fecit Dauid quando necessitatem habuit, & esurijt ipse & qui cum eo erant?

Πῶς εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ ἐπὶ Ἀβιάθαρ τοῦ Ἀρχιερέως, καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔφαγεν, οὓς οὐκ ἔξεστι φαγεῖν εἰ μὴ τοῖς ἱερεῦσι, καὶ ἔδωκε καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ οὖσι;

Exod.29.c.33 Leuit.8.f.31. & 24.b.9

16 Quomodo ingressus sit domũ Dei sub Abiathar Pontifice maximo, & panes propositionis ederit, quos non licet edere ſnisi Sacerdotibus, & dederit etiam iis qui secum erant?

16 Quomodo introiuit in domum Dei sub Abiathar principe Sacerdotum, & panes propositionis manducauit, quos non licebat manducare nisi Sacerdotibus, & dedit eis qui cũ eo erant?

Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, Τὸ σάββατον διὰ τὸν ἄνθρωπον ἐγένετο, οὐχ ὁ ἄνθρωπος διὰ τὸ σάββατον.

17 Dixit etiam eis, Sabbathum propter hominem factum est, nõ homo propter Sabbathum.

17 Et dicebat eis, Sabbathum propter hominem factum est, & non homo propter Sabbathum.

Ὥστε κύριός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ σαββάτου.

18 Itaque Filius hominis est etiam Sabbathi dominus.

18 Itaque dominus est Filius hominis etiam Sabbathi.

Κεφάλαιον γ'

CAP. III.

CAP. III.

Matth.12.a.9 hic.6.a.6

Καὶ εἰσῆλθε πάλιν εἰς τὴν συναγωγήν· καὶ ἦν ἐκεῖ ἄνθρωπος ἐξηραμμένην ἔχων τὴν χεῖρα.

1 ET introiuit rursus in synagogam: erátque illic quidã aretactam manum habens:

1 Et introiuit iterum in synagogam: & erat ibi homo habens manum aridam:

Καὶ παρετήρουν αὐτὸν εἰ τοῖς σάββασι θεραπεύσει αὐτόν· ἵνα κατηγορήσωσιν αὐτοῦ.

2 Et obseruabant an Sabbathis sanaturus esset eum: vt ipsum accusarent.

2 Et obseruabant eum si Sabbathis curaret, vt accusarent illum.

Καὶ λέγει τῷ ἀνθρώπῳ τῷ ἐξηραμμένην ἔχοντι τὴν χεῖρα, Ἔγειραι εἰς τὸ μέσον.

3 Tunc ait homini habenti manum arefactam, Surge in medium.

3 Et ait homini habenti manum aridã, Surge in medium.

Καὶ λέγει αὐτοῖς, Ἔξεστι τοῖς σάββασιν ἀγαθοποιῆσαι, ἢ κακοποιῆσαι; ψυχὴν σῶσαι, ἢ ἀποκτεῖναι; Οἱ δὲ ἐσιώπων.

4 Eis autem dixit, Licet Sabbathis benefacere, an malefacere *cuipiam*? hominẽ seruare, aut trucidare? Ipsi verò silebant.

4 Et dicit eis, Licet Sabbatha benefacere, an malè? animam saluam facere, an perdere? At illi tacebant.

Καὶ περιβλεψάμενος αὐτοὺς μετ' ὀργῆς, συλλυπούμενος ἐπὶ τῇ πωρώσει

5 Et quũ circũspexisset eos cũ ira, cõdolescens quòd occalluisset

5 Et circũspiciẽs eos cũ ira, cõtristatus super cæcitate

15 Quum egeret, ἔσχε χρείαν. Χρείαν ἔχειν fere interpretamur opus esse, ex Columellæ authoritate. Hîc autem synonymum quæsiuimus necessariò, quia absolutè ponitur.

16 Sub Abiathar Pontifice max. ἐπὶ Ἀβιάθαρ τοῦ Ἀρχιερέως. Ita scriptum inuenimus in omnibus codicibus, quum 1. Sam.21.a.1. Pontifex vocetur Achimelech, pater autem ipsius Abiathar. Sed præterquam quòd apparet ex 1. Paralip.24.a.1 & 3, duos fuisse Pontifices qui vicissim fungerentur sacerdotio, (quanuis vnus præcipuus esset, alter verò ab eo secũdus, vt liquet ex 2.Reg.24.c.18) si quis hûc locum Paralipomenon, & præterea, 1. Sam.8.d.17 contulerit cum 1.Sam.15.f.19.g.35, & 1.Reg.2.e.26.27. & 2.Reg.15.v.18: comperiet & patrem & filium binomios fuisse, quũ vterque modò Achimelech, modò Abiathar dicatur.

18 Sabbathi dominus, κύριος σαββάτου. Id est, Sabbathum habet in sua potestate, vt possit pro suo imperio illi moderari. Videtur autem mihi propter particulam ὥστε, sumptum esse argumentum à comparatis. Nam si Sabbathum propter hominem constitutum est, ac proinde maior est habenda vitæ hominis ratio quàm Sabbathi, multo magis Sabbathum debet Christo subiici.

IN CAPVT III.

4 Benefacere, ἀγαθοποιῆσαι: id est beneficio afficere: qua significatione rarò vsurpatur verbum illud apud Latinos: tametsi ab eo dicuntur benefici homines, & benefacta & beneficia. Ideò addidi pronomen CVIPIAM, ne posset locus depraui. Paulus 1.Tim.6.b.18, eadem significatione vtitur verbo ἀγαθοεργεῖν. In quodam codice legitur εἰ ἔξεστι τοῖς σάββασιν: id est, quid Sabbathis liceat: vtrumque sit interrogatio in hoc versiculo. Hominem seruare, an trucidare ψυχὴν σῶσαι, ἢ ἀποκτεῖναι? Vetus interpres suo more vertit σῶσαι, saluã facere, & ἀποκτεῖναι, perdere: id est ἀπολέσαι, vt etiã scriptũ inuenimus in duobus exemplaribus. Cæterùm Animæ vocabulũ vel provita accipi potest, vel Hebraica synecdoche, pro homine. Illo modo si accipias, durior erit loquutio, Trucidare vitam. Itaque Animæ vocabulũ non repetes τοῖς σάββασιν, sed τὴν ἀποκτεῖναι oppones his duobus coniunctis, ψυχὴν σῶσαι. Sin autem pro homine accipias (vt ego interpretor) plana erit sententia.

5 Condolescens, συλλυπούμενος. Est (ni fallor) peculiaria quædam vis hoc loco præpositionis σύν: neque ideò valet συλλυπούμενος quod simplex participium λυπούμενος, sicut apud Latinos condolere & condolescere

accipiuntur:ſed ſignificatur Dominus minimè iratus hominum more, in quibus ira nihil aliud eſt quàm vindicandæ iniuriæ ſumma appetitio. Ideo cum maleuolentia ſemper coniuncta eſt,& cum dolore quidem,ſed quem ex iniuria nobis facta concipimus,non autem ex eius vel improbitate vel imprudentia à quo lædimur. At contrà Dominus ita iratus erat ipſorum malitiæ vt ſimul eum caperet commiſeratio aduerſariorum,& nihil prætermitteret quo illos reuocaret ad officium:tantum aberat vt vlciſcendi rabie ferretur. Quòd occalluiſſet cor eorum, διὰ τὴν πώρωσιν τῆς καρδίας αὐτῶν. Vulg.& Eraſ. Super excitate cordis eorũ. Atqui πώρωσις aliud eſſe quàm πήρωσις,conſtat vel ex capite Iohannis 12.f.40.Declarat enim πῆρος callum & duritiem in articulis,vnde oritur πηροῦσθαι,id eſt callum obducere,& πήρωσις:quod poſtremum quum altero vocabulo Latino nõ poſſem interpretari,vſus ſum periphraſi ſubſidio.Videtur autẽ Vetus interpres non πωρώσει, ſed πηρώσει legiſſe, aut hæc duo cõfudiſſe,cum hoc in loco,tum aliis plurimis.Quidam nuper vertit torporem, quaſi tarditas & ſopor hic accuſetur in Iudæis,ſicut alibi ſæpe in Apoſtolis,ac non potius ſumma contumacia & obduratus animus.

τῆς καρδίας αὐτῶν, λέγει τῷ ἀνθρώπῳ, Ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου. Καὶ ἐξέτεινε· καὶ ἀπεκατεστάθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη.	cor eorum, dicit homini, Extende manum tuam. Et is extendit: reſtitutáque eſt manus eius ſana vt altera.	cordis eorũ,dicit homini, Extende manum tuam.Et extendit: & reſtituta eſt manus illi.
Καὶ ἐξελθόντες οἱ Φαρισαῖοι, εὐθέως μετὰ τῶν Ἡρῳδιανῶν συμβούλιον ἐποίουν κατ' αὐτοῦ, ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσι.	6 Tunc egreſſi Phariſæi, ſtatim cum Herodianis conſilium inierunt aduerſus eum, vt eum perderent.	6 Exeuntes autem Phariſæi, ſtatim cum Herodianis conſilium faciebãt aduerſus eum, quomodo eum perderent.
Καὶ ὁ Ἰησοῦς ἀνεχώρησε μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ πρὸς τὴν θάλασσαν· καὶ πολὺ πλῆθος ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἠκολούθησεν αὐτῷ, καὶ ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας,	7 Sed Ieſus cum diſcipulis ſuis ſeceſſit ad mare:& magna multitudo ſequuta eſt eum à Galilæa, & à Iudæa,	7 Ieſus autem cum diſcipulis ſuis ſeceſſit ad mare: & multa turba à Galilæa & Iudæa ſequuta eſt eum,
Καὶ ἀπὸ Ἱεροσολύμων, καὶ ἀπὸ τῆς Ἰδουμαίας, καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου· καὶ οἱ περὶ Τύρον καὶ Σιδῶνα, πλῆθος πολύ, ἀκούσαντες ὅσα ἐποίει, ἦλθον πρὸς αὐτόν.	8 Et ab Hieroſolymis, & ab Idumæa, & regione quæ eſt trans Iordanem: & qui circa Tyrum ac Sidonem habitabant, magna multitudine, quum audiſſent quanta faceret, venerunt ad eum.	8 Et ab Ieroſolymis, & ab Idumæa, & trans Iordanem: & qui circa Tyrum & Sidonem multitudo magna, audientes quæ faciebat, venerunt ad eũ.
Καὶ εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἵνα πλοιάριον προσκαρτερῇ αὐτῷ, διὰ τὸν ὄχλον, ἵνα μὴ θλίβωσιν αὐτόν.	9 Ipſe autem dixit diſcipulis ſuis vt nauigiolum ſibi ſemper adeſſet propter turbã, ne ipſum opprimerent.	9 Et dixit diſcipulis ſuis ut nauicula ſibi deſeruiret propter turbam, ne eũ primerent eum.
Πολλοὺς γὰρ ἐθεράπευσεν, ὥστε ἐπιπίπτειν αὐτῷ ἵνα αὐτοῦ ἅψωνται ὅσοι εἶχον μάστιγας.	10 Multos enim ſanauerat, adeo vt ruerẽt in eum vt ipſum tangerent quotquot tenebantur flagellis.	10 Multos enim ſanabat, ita ut irruerent in eum ut illum tangerent quotquot habebant plagas.

6 Cum Herodianis, μετὰ τῶν Ἡρῳδιανῶν. Vide Matth.22.v.16.

7 Et à Iudæa, καὶ ἀπὸ Ἰουδαίας. Hieroſolyma, cuius ſtatim fit mentio, in ea regione ſita eſt quæ Iudææ nomine peculiariter intelligitur:ſed digna erat cuius ſpeciatim fieret mentio. Sic infrà 16.v.7, Dicite, inquit Angelus, diſcipulis & Petro.

8 Et regione quæ eſt trans Iordanem, καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Vulg.& Eraſ. Et trans Iordanem : quod dicendi genus certè obſcurum eſt, quum repetenda ſit præpoſitio ἀπό, vt(ſi vitare volueris amphiboliam) dicendum fuerit, Et à trans Iordanẽ. Nos igitur ſuppleuimus aliquid,ſtudentes perſpicuitati, perinde acſi ſcriptum eſſet, καὶ ἀπὸ τῆς πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Intelligit autem regionem quæ à Ioſepho Peræa dicitur. Et qui circa Tyrum,&c. Οἱ περὶ Τύρον καὶ Σιδῶνα. Hæc ita diſtinguenda ſunt vt pertineant ad verbum ἦλθον, quod ſequitur,ſicut ſuperiora cohærent cũ verbo ἠκολούθησεν, quod in pleriſque codicibus impreſſis non eſt obſeruatũ:neque etiam ab Eraſmo, qui ideirco coactus eſt repetere paulo pòſt prouocabulum Qui. Vertit enim ἀκούσαντες, qui quum audiſſent : perinde acſi ſcriptum eſſet οἱ ἀκούσαντες. Magna multitudine, πολὺ πλῆθος. Vulgata & Eraſmus,Multitudo magna,per appoſitionem.Ego per ſextum caſum malui,vt ſubaudiatur præpoſitio κατὰ. Quanta,ὅσα. id eſt,quàm immenſa & quàm mirifica.Nam ὅσος & πλῆθος ſæpe permutantur:& verior eſt ſenſus ſi ad qualitatem potius quàm ad multitudinẽ referas. Vulgata & Eraſmus,Quæ,id eſt ἃ. Nam ſæpe accipitur ὅσος loco prouocabuli,præſertim apud Atticos : ſed ita vt plerunque præcedat τὸ πᾶν, vel aliquid eiuſmodi. Mallem igitur interpretari vel quanta,(ſicut fecimus)vel quæcunque.Sic etiam accipitur infrà cap.5.b.18.

9 Vt ſemper adeſſet, ἵνα προσκαρτερῇ. Vulg.& Eraſmus, Deſeruiret: quod non reſpondet Græco vocabulo.Significat enim προσκαρτερεῖν,in re aliqua aut apud aliquem perſeuerare,ita vt ſemper præſtò ſis:ideóque de pediſſequis dicitur:neque tamen hinc conſequitur idem valere quod deſeruire. Budæus Græcæ linguæ doctiſſimus vertit,Vt aſſidua comes eſſet.Alibi verò etiam pro perdurare accipitur, vt Act.1.c.14. Opprimerent,θλίβωσιν. Vulgata, Comprimerent.Eraſmus,Premerent : quod (inquit) Latinius eſt & accommodatius ad Græcum ſermonem. Atqui neque θλίβειν ſimpliciter ſignificat Premere, ſed ita premere vt opprimas, vt diximus Matth.13.c.11. neque recuſabat premi Chriſtus. Nam quod infrà cap.5.c.24 & 31,& aliis aliquot locis, συνθλίβειν dicitur Chriſtus & ἀπὸθλίβεσθαι,quum tamen eliſus non fuerit: apparet per hyperbolen dictum eſſe, propterea quòd tam grauiter premebatur vt penè opprimeretur.

10 Ruerent, ἐπιπίπτειν.Sic loquitur Cicero pro Plancio,Non illum accuſo(inquit) qui eſt in ſumma ſacra via quum ad Fabium fornicem impellor, ſed eum qui in meipſum incurrit & incidit. Vulgata & Eraſmus

irruerent: id est ἐφορμᾶν. Tenebantur flagellis, ἔχοντο μάστιγας: id est, morbis tanquam flagellis à Deo corripiebantur. Sic etiam infrà 5.c.19. Vulg. Habebant plagas. Eras. Affligebatur. Ego malui retinere flagelli vocabulũ. Nam in hoc loquendi genere magna quædam emphasis esse videtur: ex quo intelligimus quæ vera sit morborum origo, & quo consilio à Deo immittantur: qua de re agit Apostolus 1. Cor. 11. g. 30, & Hebr. 12. b. 6: eodẽ etiã vocabulo vsurpato. Itaque nouum hoc dicendi genus malui retinere quàm Latinorum consuetudini seruiendo, non tam pie loqui.

Καὶ τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα ὅταν αὐτὸν ἐθεώρει, προσέπιπτεν αὐτῷ, καὶ ἔκραζε, λέγοντα, Ὅτι σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ.

11 Et ſpiritus impuri quum eũ conſpexerant, accidebant ei ad pedes, & clamabant, dicentes, Tu es Filius ille Dei.

11 *Et ſpiritus immundi quum illum videbant, procidebant ei, & clamabant, dicentes, Tu es Filius Dei.*

Καὶ πολλὰ ἐπετίμα αὐτοῖς ἵνα μὴ αὐτὸν φανερὸν ποιήσωσι.

12 Ipſe verò multum interminabatur eis ne ipſum palàm facerent.

11 *Et vehementer comminabatur eis ne manifeſtum eum illum.*

Καὶ ἀναβαίνει εἰς ὄρος, καὶ προσκαλεῖται οὓς ἤθελεν αὐτός· καὶ ἀπῆλθον πρὸς αὐτόν.

13 ‖ Tunc aſcendit in montẽ, & aduocauit ad ſe quos ipſe voluit: & venerunt ad eum.

Infrà 6.a.7 matth.10.a.1 luc.9.a.1

13 *Et aſcendit in mõtem, vocauit ad ſe quos voluit ipſe: & venerunt ad eũ.*

Καὶ ἐποίησε δώδεκα, ἵνα ὦσι μετ' αὐτοῦ, καὶ ἵνα ἀποστέλλῃ αὐτοὺς κηρύσσειν,

14 Et conſtituit duodecim qui ſecum eſſent, & quos mitteret vt prædicarent,

14 *Et fecit vt eſſent duodecim cum illo, & vt mitteret eos prædicare:*

Καὶ ἔχειν ἐξουσίαν θεραπεύειν τὰς νόσους, καὶ ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια.

15 Haberéntque poteſtatem ſanandi morbos, & eiiciendi dæmonia.

15 *Et dedit illis poteſtatem curandi infirmitates, & eiiciendi dæmonia.*

Καὶ ἐπέθηκε τῷ Σίμωνι ὄνομα Πέτρον·

16 Primum Simonem, (cui impoſuit nomen Petrum)

16 *Et impoſuit Simoni nomen Petrum.*

Καὶ Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν τοῦ Ἰακώβου (καὶ ἐπέθηκεν αὐτοῖς ὀνόματα Βοανεργές, ὅ ἐστιν υἱοὶ βροντῆς)

17 Et Iacobum *filium* Zebedæi, & Iohannem fratrem Iacobi, (& impoſuit eis nomina Boanerges, quod eſt filii tonitrui)

17 *Et Iacobum Zebedæi, & Iohannem fratrem Iacobi: & impoſuit eis nomina Boanerges, quod eſt filii tonitrui:*

Καὶ Ἀνδρέαν, καὶ Φίλιππον, καὶ Βαρθολομαῖον, καὶ Ματθαῖον, καὶ Θωμᾶν, καὶ Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ἀλφαίου, καὶ Θαδδαῖον, καὶ Σίμωνα τὸν Καναναῖτην,

18 Et Andream, & Philippum, & Bartholomæũ, & Matthæũ, & Thomam, & Iacobum Alphæi *filium*, & Thaddæum, & Simonem Cananiten.

18 *Et Andream, & Philippum, & Bartholomæũ & Matthæum, & Thomam, & Iacobũ Alphæi, & Thaddæum, & Simonem Cananæum.*

11 Spiritus, πνεύματα. In iis videlicet quos inuaſerant. Accidebant ei *ad pedes*, προσέπιπτεν αὐτῷ. Addidi πρὸς τοὺς πόδας, ad pedes, vt planior & magis Latina eſſet oratio: quum ſic etiam ſcribatur infrà cap. 7. c. 25. Vulg. & Eraſ. Procidebant ei.

12 Multum, πολλά. Vulgata & Eraſ. Vehementer. id eſt σφόδρα.

13 Tunc aſcendit, καὶ ἀναβαίνει. Ita placuit conuertere coniunctionem καὶ, vt melius cohæreret oratio. Nam penè infinitum eſſe huius particulæ vſum, quæ reſpondet literæ Hebræorum ו vocabulis præpoſitæ, iam ſæpe diximus. Venerunt, ἀπῆλθον. Compoſitum pro ſimplici poſitum, vt Luc. 23. c. 33.

14 Et cõſtituit duodecim, &c. καὶ ἐποίησε δώδεκα, ἵνα ὦσι μετ' αὐτοῦ. Eraſ. Veterem interpretem ſequutus, quum putaret eſſe traiectionem particulæ ἵνα, interpretatur, Fecitque vt duodecim ſecũ eſſent. Ego verò malo exiſtimare ex vulgi conſuetudine petitum eſſe hoc genus loquendi, Fecit duodecim: id eſt elegit ac deſignauit duodecim qui ſecum familiariter verſarentur. quod ſatis indicat particulæ ἵνα repetitio: & quidem copulatiua interiecta, quæ indicat verbum ἐποίησε repetendum eſſe κατὰ τὸ κοινόν. Senſus autem nullus erit ſi in hoc quoque membro, vt in ſuperiore, particulam ἵνα per traiectionẽ explices. Accipitur ergo τὸ ποιῶ pro καθιστάνω, vt Iohan. 6. b. 15. quod vt melius intelligeretur, maluimus interpretari Cõſtituit, quàm Fecit: quum alioquin, quoad eius fieri poteſt, non ſoleamus à Græcis diſcedere. Teſtatur autem Eraſmus poſt διώδεκα ſe legiſſe in nonnullis exemplaribus οὓς καὶ ἀποστόλους ὠνόμασεν, quos etiam Apoſtolos vocauit: quæ verba ſi adiicias, noſtram interpretationem valde confirmabunt: quanuis videri poſſint adiecta ex Lucæ 6. b. 13.

15 Haberéntque, καὶ ἔχειν. Tranſitio erit durior propter mutatum modum, ſi ſubaudias ἄρξη: quod fecit Eraſ. qui interpretatur, Vtque haberent, quum antè verterit κηρύσσειν Ad prædicandum: vt hic quoque debuerit potius interpretari Et ad habendum. Nam quod exiſtimat cum ſuperioribus poſſe cohærere, quaſi ſcriptum ſit ἔχειν pro ἵνα ἔχωσι, eiuſmodi eſt vt ne refutatione quidem indigere videatur. Neceſſe eſt ergo repetere κατὰ τὸ κοινὸν verbum ἀποστέλλῃ, & ita potius conuertere, Eóſque mitteret vt prædicarent & poteſtatem haberẽt. Vulg. Et dedit: vt legiſſe videatur καὶ ἔδωκεν.

16 Primũ Simonem, πρῶτον Σίμωνα. Hæc verba teſtatur Eraſ. in nonnullis Græcis codicibus extare, & ex Matthæo deſumpta arbitratur. Ego verò non dubito quin hæc ſit germana lectio. nam præterquam quòd ita loquitur Matthæus & Lucas, niſi ita legas, verſiculus proximus incipiens à particula καὶ, cum duobus ſequentibus, nullum prorſus verbum habebit cum quo connecti poſſit. Neque eſt quòd quiſquam miretur poſt πρῶτον non ſequi δεύτερον, πρίτον, & ſimiles particulas, quum ſæpe occurrat eiuſmodi dicendi genus, vt Matth. 10. a. 2. Act. 26. c. 10. Rom. 1. a. 8, & 3. a. 1. Deinde quòd pro ἐπέθηκεν αὐτῷ, ſcriptum eſt ἐπέθηκε Σίμωνι, natum eſt ex Hebræorum idiotiſmo, apud quos ſæpe repetitur antecedens loco relatiui, vt Pſal. 48. a. 1. quamobrem etiam iſta ſum interpretatus vt ſi ſcriptum eſſet ᾧ ἐπέθηκε.

17 Boanerges, Βοανεργές. Ita ſcriptum erat hoc nomen in omnibus codicibus, pro בני־רגז, vt facilè appareat expungendum eſſe ε. Sed vix vllum peregrinum vocabulum inuenias Græcis literis incorrupte ſcriptũ.

18 Thaddæum, Θαδδαῖον. In quodam codice legitur Λεββαῖον, Lebbæum, cui videlicet cognomen fuit

Thaddæo: qui idē & Iudas (vt ex Luca apparet) dictus est: adeo vt trinomius fuerit. Itaque Iudas proditor, vt ab eo distinguatur, vbique dicitur ὁ Ἰσκαριώτης. Cananiten, καναναῖτην. Vide Mat. 10.2.4.

Καὶ Ἰούδαν Ἰσκαριώτην, ὃς καὶ παρέδωκεν αὐτόν. καὶ ἔρχονται εἰς οἶκον.

19 Et Iudam Iscariotem, qui & prodidit eum. venérúntque domum:

19 Et Iudam Iscariotem, qui & tradidit illum. & veniunt ad domum.

Καὶ συνέρχεται πάλιν ὄχλος, ὥστε μὴ δύνασθαι αὐτοὺς μήτε ἄρτον φαγεῖν.

20 Conuenit autem rursum turba, adeo vt ne capere quidē cibum possent.

20 Et conuenit iterum turba, ita vt non possent neque panem manducare.

Καὶ ἀκούσαντες οἱ παρ' αὐτοῦ, ἐξῆλθον κρατῆσαι αὐτόν· ἔλεγον γάρ, Ὅτι ἐξέστη.

21 Et quum hæc audissent ipsius propinqui, venerunt vt prehenderét eum: dicebāt enim eum apud se non esse.

21 Et quum audissent sui, exierunt tenere eum. dicebant enim, Quoniam in furorem versus est.

Καὶ οἱ γραμματεῖς οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων καταβάντες ἔλεγον, Ὅτι Βεελζεβοὺλ ἔχει, καὶ ὅτι ἐν τῷ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια.

22 Scribæ verò qui Hierosolymis descenderant, dicebant eum habere Beelzebul, & per principem dæmoniorum eiicere dæmonia.

22 Et Scribæ qui ab Ierosolymis descenderant, dicebant, Quoniam Beelzebub habet, & quia in principe dæmoniorum eicit dæmonia. Matth. 9.d.34; & 12.b.24 luc. 11.b.14

Καὶ προσκαλεσάμενος αὐτοὺς, ἐν παραβολαῖς ἔλεγεν αὐτοῖς, Πῶς δύναται σατανᾶς σατανᾶν ἐκβάλλειν;

23 Quum autem eos aduocasset, dixit eis per parabolas, Quomodo potest Satanas Satanam eiicere?

23 Et conuocatis eis, in parabolis dicebat illis, Quomodo potest Satanas Satanam eiiarer?

Καὶ ἐὰν βασιλεία ἐφ' ἑαυτὴν μερισθῇ, οὐ δύναται σταθῆναι ἡ βασιλεία ἐκείνη.

24 Neque si regnū aduersus sese dissideat, potest stare regnū illud

24 Et si regnum in se diuidatur, non potest regnum illud stare:

Καὶ ἐὰν οἰκία ἐφ' ἑαυτὴν μερισθῇ, οὐ δύναται σταθῆναι ἡ οἰκία ἐκείνη.

25 Neque si domus contra semetipsam dissidat, potest stare domus illa.

25 Et si domus super semetipsam dispertiatur, nō potest domus illa stare:

Καὶ εἰ ὁ σατανᾶς ἀνέστη ἐφ' ἑαυτὸν καὶ μεμέρισται, οὐ δύναται στῆναι, ἀλλὰ τέλος ἔχει.

26 Sic quoq; si Satanas insurrexit & dissidet aduersus semetipsum, stare non potest, sed finē habet.

26 Et si Satanas consurrexerit in semetipsum, dispertitus est, & non potest stare, sed finem habet,

19 Venerúntque domum, καὶ ἔρχονται εἰς οἶκον. Quum hæc soleant cum sequente versiculo connecti, nos contrà superioribus adiunximus. Omnino enim videtur hæc esse sententia, duodecim illos, quum essent à Domino selecti ex reliqua discipulorum turba, vt posthac cum eo versarēntur, domum cū eo reuertisse: quod antè facere non solebant, quum ipsos Dominus in suum contubernium nondum adsciuisset. Copulandum est igitur verbum ἔρχονται cum ἦλθον, quod positum est versiculo 14. Nam illa, ἵνα ὦσι μετ' αὐτοῦ, & quæ consequuntur vsque ad ἀφιέναι, construenda sunt ἐξῆλθον κρατῆσαι, vt loquuntur grammatici. Neque nos offendere debet tēporis mutatio, Hebræis, ac Marco præsertim, familiaris: quamobrem etiam prius ἔρχονται sum interpretatus Venerūt, nēquem offenderet hæc enallage Latinis non ita frequens.

20 Adeo vt ne, &c. ὥστε μὴ δύνασθαι αὐτοὺς μήτε ἄρτον φαγεῖν. Frequēs Hebraïs. Edere panē, pro Cibū capere.

21 Ipsius propinqui, οἱ παρ' αὐτοῦ. Ad verbum, Qui ab eo erant: quo modo vernaculo sermone dicimus, *Ceux qui luy estoyent quelque chose*: id est, ipsius gentiles & agnati: qui quàm parum æqui fuerint Christo, liquet ex Iohanne 7.2.3.4.5. In hoc tamen dicendi genere Græci fere vruntur præpositione παρὰ, & cognatos καὶ φίλους nōnullos, vel πρὸς φίλους ἄμα καὶ συγγενεῖς appellant. Nonnulli de iis hoc accipiunt qui quum domi apud ipsum essent, exierunt vt furentem turbam compescerent. Nam relatiuum αὐτὸν & ἐν ἑαυτῷ, ad turbam referunt, non ad Iesum. Sed vt taceam quæ de cognatorum Christi incredulitate ac maleuolentia narrat Iohānes, certè ea quæ in hoc extremo capite narrantur de iisdem Christum accersentibus, quos ipse contempsit, videntur indicare de ipsius cognatis hæc quoque esse accipienda: quos tamen facilè concedo non omnes in hoc fuisse conspiratos, quum paulo pòst inter eos etiam Maria ipsius mater recensetur: de qua absit vt tale quicquam cogitem. Deinde & etiam verbum κρατῆσαι, quo vis quædam significatur, impedit quominus illi sententiæ assentiar. Quis enim studeat furentem multitudinem vi coercere? Quod etiam si concederem, tamen non erat eo tempore tantus discipulorum zelus, vt hoc ipsis vel in mentem veniret. Vulgata, εἰ παρ' αὐτῶν interpretatur Sui: quod vocabulum nimium latè patet. Erasmus, Qui ad eum attinebant: quum potius dicendum fuisse videatur, Qui eum sanguine attingebant. Conuenit igitur hæc Iudæorum consuetudo cum lege x 11. Tab. qua cauetur vt qui furiosi sunt & mente capti, ad agnatos & gentiles deducantur. Quod autem attinet ad verbum ἐξέστη, vel pro simplici accipiendum est, (quo modo etiam sumus interpretati tum hoc loco, tum etiam infrà cap. 8. b. 11, & 11. b. 11) vel certè ad Nazareth referendum est, totámque eam regionē, (quæcunque tandem ea fuerit) ex qua isti eo consilio sunt profecti vt Iesum quasi insanum abducerent, cogerénque domi se continere: veriti fortassis Herodem & Pharisæos, ipsósque adeo Romanos, si quis hac occasione tumultus oriretur. Nam etiam non deerant qui Christum vellent regem creare, vt docetur Iohan. 6. b. 15. Eum apud se non esse, ἔξω ἑαυτοῦ ἐστιν. Vel, exposita re exisse. Sic enim Cicero 3. Tuscul. vt Budæus obseruauit, Exisse, inquit, ex potestate qui dicuntur, idcirco dicuntur quia non sunt in potestate mentis, cui regimen totius animi à natura tributum est. Conatus sum tamē hunc eundem sensum ita explicare vt à Græco vocabulo propius abessem, quum ἐξίστημι ad verbum declaret Extra se esse, Suprà 2. b. 12. Alibi sæpe idem hoc verbum conuertimus Obstupescere, quando idem valet quod ἐκπλήττεσθαι. Vulgata & Erasmus, In furorem versus est: id est ἐμάνη: vel potius, ἐκστατικὸς ἐγένετο.

14 Neque si regnum, καὶ ἐὰν βασιλεία. Vulgata & Erasmus, Et si regnum. Ego verò quum viderem particulam καὶ neque in hoc versiculo, neque in proximo satis cohærere posse, & duas istas similitudines probandæ superiori negationi adhibitas, putaui καὶ cum οὐ, quod proximè consequitur; prorsus coniungendum vt sit καὶ οὐ pro οὐδὲ positum.

26 Sic quoque si Satanas, καὶ εἰ ὁ σατανᾶς. Vulgata & Erasmus ad verbum, Et si Satanas: sed nemo non

a iii.

videt, ne hoc quidem loco ſatis commodè poſſe copulationem vſurpari, quum declaret ſimilitudinis accommodationem. Sciendum eſt igitur Hebraicam eſſe enallagen pro , quæ ſæpiſſime in Prouerbiorum libro vſurpatur, vt 15.d.25, & 16.b.9, & 17.c.15. niſi malimus ſubaudire ὅπως, vt Matth.6.b.10.

Οὐ δύναται οὐδεὶς εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἰσχυροῦ, εἰσελθὼν εἰς τὰ σκεύη αὐτοῦ, διαρπάσαι, ἐὰν μὴ πρῶτον τὸν ἰσχυρὸν δήσῃ· καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσει.

17 Non poteſt quiſquam validi alicuius vaſa, ingreſſus domum eius, diripere, niſi primò validũ illum vinxerit: & tũc domum eius diripiet.

17 Nemo poteſt vaſa fortis, ingreſſus in domum eius, diripere, niſi prius fortem alliget: & tunc domum eius diripiet.

Matth.12.c.38 luc.12.b.10 1.iohan.5.d.16

Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι πάντα ἀφεθήσεται τὰ ἁμαρτήματα τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, καὶ βλασφημίαι ὅσας ἂν βλασφημήσωσιν·

18 Amen dico vobis, quæuis peccata remittentur filiis hominum, & blaſphemiæ quibuſcunque blaſphemarint:

18 Amen dico vobis, quoniam omnia dimittentur filiis hominum peccata, & blaſphemiæ quibus blaſphemauerint:

Ὃς δ' ἂν βλασφημήσῃ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἔχει ἄφεσιν εἰς τὸν αἰῶνα, ἀλλ' ἔνοχός ἐστιν αἰωνίου κρίσεως.

19 Sed quicunque blaſphemarit in Spiritum ſanctum, non habet remiſſionem in æternum, ſed tenetur æterno iudicio.

19 Qui autem blaſphemauerit in Spiritum ſanctum, non habet remiſſionem in æternum, ſed reus erit æterni delicti.

Ὅτι ἔλεγον, Πνεῦμα ἀκάθαρτον ἔχει.

30 Dicebant enim, Spiritum impurum habet.

30 Quoniam dicebant, Spiritum immundum habet.

Matth.12.d.46 luc.8.c.19

Ἔρχεται οὖν οἱ ἀδελφοὶ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ· καὶ ἔξω ἑστῶτες, ἀπέστειλαν πρὸς αὐτὸν φωνοῦντες αὐτόν.

31 Veniunt igitur fratres & mater eius: & foris ſtantes, miſerunt ad eũ, & eum vocarũt.

31 Et veniunt mater eius & fratres: & foris ſtantes, miſerunt ad eum, vocantes eum.

Καὶ ἐκάθητο ὄχλος περὶ αὐτόν. εἶπον δὲ αὐτῷ, Ἰδοὺ, ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἔξω ζητοῦσί σε.

32 Sedebat autem circa eum turba. illi verò dixerunt ei, Ecce, mater tua & fratres tui foris quærunt te.

32 Et ſedebat circa eum turba. & dicunt ei, Ecce, mater tua & fratres tui foris quærunt te.

Καὶ ἀποκριθεὶς αὐτοῖς, λέγων, Τίς ἐστιν ἡ μήτηρ μου, ἢ οἱ ἀδελφοί μου;

33 Tunc reſpondit eis, dicens, Quæ eſt mater mea, aut fratres mei?

33 Et reſpondens eis ait, Quæ eſt mater mea & fratres mei?

Καὶ περιβλεψάμενος κύκλῳ τοὺς περὶ αὐτὸν καθημένους, λέγει, Ἴδε ἡ μήτηρ μου καὶ οἱ ἀδελφοί μου.

34 Et quum circunſpexiſſet in circuitu circum ſe diſcipulos ſedentes, ait, Ecce mater mea & fratres mei.

34 Et circunſpiciens eos qui in circuitu eius ſedebant, ait, Ecce mater mea & fratres mei.

Ὃς γὰρ ἂν ποιήσῃ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, οὗτος ἀδελφός μου καὶ ἀδελφὴ μου καὶ μήτηρ ἐστί.

35 Quicũque enim fecerit quod Deus vult, is eſt frater meus, & ſoror mea, & mater.

35 Qui enim fecerit voluntatem Dei, hic frater meus & ſoror mea & mater eſt.

17 Diripiet, διαρπάσει. In quinque codicibus ſcriptum erat διαρπάσει, quod ſanè melius cohæret cum præcedẽtibus. Nã alioquin præciſum erit dicendi genus, Et tũc diripiet, pro, Quod ſi fecerit, tum demum diripiet.

18 Filiis hominum, τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. Hebraiſmus: id eſt hominibus. vt Homerus υἷας Ἀχαιῶν, Achiuos vocat.

19 Iudicio, κρίσεως: id eſt κατακρίσεως, condemnatione, vt ſæpe alibi κρίσις pro κατακρίσει. In quodam codice legimus ἁμαρτίας: id eſt peccato. quam lectionem ſequutus Vetus interpres, interpretatur Delicti. Vocare autem videtur æternum delictum, quod nunquam deletur.

30 Dicebant enim, ἔλεγον γάρ. Verba ſunt Euangeliſtæ cauſam afferentis cur Ieſus mentionem feciſſet peccati in Spiritum ſanctum. Itaque præciſum eſt hoc dicendi genus: quo etiam vtitur Marcus noſter infrà cap.5.a.8.

31 Veniunt igitur, ἔρχονται οὖν. Vulg. & Eraſmus legerunt, καὶ ἔρχονται, Et veniunt. Eſt autem hoc loco particula οὖν ἐπαναληπτικὸν nota. Redit enim Marcus ad hiſtoriam quam narrare cœperat verſu 21. de ipſius propinquis. Fratres & mater eius, οἱ ἀδελφοὶ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ. Vulgata & Eraſmus, Mater eius & fratres: quem etiam ordinem ſeruat editio Græca Baſilienſis. Nos tamen in veteribus omnibus, atque adeo in Complutenſi editione, item apud Theophylactum, fratres inuenimus priores appellatos hoc quidem loco, ſicut paulo pòſt cõtrà, priore loco mater nominatur. Neque verò huius rei mentionem feciſſem, niſi ſuſpicarer veterem lectionem ſuperſtitione quorundam inuerſam, qui magnam putant iniuriam matri Domini fieri, niſi nomen ipſius cæteris præponatur. Illud autẽ omnibus notum eſſe credo, fratrum & ſororũ appellatione apud Hebræos paſſim intelligi omnes qui eiuſdẽ ſint cognationis. Et vocarunt, φωνοῦντες: id eſt accerſentes. Eraſmus, Qui euocarent. id eſt φωνήσοντας.

31 Illi verò dixerunt ei, οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ. Vulg. & Eraſ. Et dicunt, καὶ λέγουσιν. quod in vno tantùm codice ſcriptum inuenimus. itaque alterum ſumus amplexi. Neque enim hæc dicta ſunt à circunſtante turba, ſed ab iis quos miſerant propinqui vt eum accerſerent. Et fratres tui, καὶ οἱ ἀδελφοί σου. In quinque vetuſtis exemplaribus additum erat, καὶ αἱ ἀδελφαί σου, & ſorores tuæ.

33 Aut fratres mei? ἢ οἱ ἀδελφοί μου; Vulg. & Eraſ. legunt, καὶ οἱ ἀδελφοί μου; & fratres mei?

34 Et quum circunſpexiſſet in circuitu, &c. ὁ περιβλεψάμενος κύκλῳ τοὺς περὶ αὐτὸν καθημένους. Vulg. legit, τοὺς κύκλῳ αὐτὸν καθημένους id eſt, eos qui in circuitu ipſius ſedebant. Eraſ. autem, τοὺς κύκλῳ περὶ αὐτὸν μαθητὰς καθημένους. i. in circuitu circum ſe diſcipulos ſedentes. Sed quancunque harum lectionũ ſequaris, eadẽ manebit ſententia.

Κεφάλαιον δ΄.

ΚΑΙ πάλιν ἤρξατο διδάσκειν παρὰ τὴν θάλασσαν· καὶ συνήχθη πρὸς αὐτὸν ὄχλος πολύς, ὥστε αὐτὸν ἐμβάντα εἰς τὸ πλοῖον, καθῆσθαι ἐν τῇ θαλάσσῃ. καὶ πᾶς ὁ ὄχλος πρὸς τὴν θάλασσαν ἐπὶ τῆς γῆς ἦν.

Καὶ ἐδίδασκεν αὐτοὺς ἐν παραβολαῖς πολλά, καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ·

Ἀκούετε, ἰδοὺ ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπείραι·

Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ σπείρειν, ὃ μὲν ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδόν, καὶ ἦλθε τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατέφαγεν αὐτό·

Ἄλλο δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὸ πετρῶδες, ὅπου οὐκ εἶχε γῆν πολλήν· καὶ εὐθέως ἐξανέτειλε, διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος γῆς·

Ἡλίου δὲ ἀνατείλαντος ἐκαυματίσθη, καὶ διὰ τὸ μὴ ἔχειν ῥίζαν, ἐξηράνθη.

Καὶ ἄλλο ἔπεσεν εἰς τὰς ἀκάνθας· καὶ ἀνέβησαν αἱ ἄκανθαι, καὶ συνέπνιξαν αὐτό, καὶ καρπὸν οὐκ ἔδωκε.

Καὶ ἄλλο ἔπεσεν εἰς τὴν γῆν τὴν καλήν· καὶ ἐδίδου καρπὸν ἀναβαίνοντα καὶ αὐξάνοντα· καὶ ἔφερεν ἓν τριάκοντα, καὶ ἓν ἑξήκοντα, καὶ ἓν ἑκατόν.

Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.

Ὅτε δὲ ἐγένετο κατὰ μόνας, ἠρώτησαν αὐτὸν οἱ περὶ αὐτὸν σὺν τοῖς δώδεκα, τὴν παραβολήν.

Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, Ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὸ μυστήριον τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ· ἐκείνοις δὲ τοῖς ἔξω, ἐν παραβολαῖς

CAP. IIII.

1 ET rursus cœpit docere iuxta mare: & coacta est ad eũ turba multa, adeo vt ipse nauigiũ ingressus, sederet in mari. tota autem turba iuxta mare in terra erat.

2 Et docebat eos per parabolas multa, dicebãtque eis in doctrina sua:

3 Audite, Ecce, quidam qui semi nabat, exiit ad seminandum:

4 Et factum est in seminando, aliud quidem cecidit iuxta viã: venerúntque volucres cæli; & deuorauerunt illud:

5 Aliud verò cecidit in petrosa, vbi non habebat terrã multam: & statim exortum est, propterea quòd non habebat profundam terrãm:

6 Sole autem exorto, torrefactum est, & propterea quod non habebat radicem, exaruit.

7 Et aliud cecidit in spinas: & assurrexerunt spinæ, ac suffocarunt illud, & fructum nõ dedit.

8 Et aliud cecidit in terram bonam, deditque fructum assurgẽtem ac crescẽtem: & tulit aliud tricena, & aliud sexagena, & aliud centena.

9 Tunc dixit eis, Qui habet aures ad audiendum, audiat.

10 Quum autem esset solus, interrogarunt eum qui circa eum erant cum duodecim, de parabola.

11 Et dixit eis, Vobis datũ est nosse mysterium regni Dei: iis autẽ qui foris sunt, per parabolas

CAP. IIII.

2 ET iterum cœpit docere ad mare: & congregata est ad eũ turba multa, ita ut navem ascẽdens sederet in mari, & omnis turba circa mare superterram erat. Mat. 13. a. 1 luc. 8. a. 4

2 Et docebat eos in parabolis multis, & dicebat illis in doctrina sua:

3 Audite, Ecce, exiit seminans ad seminandum:

4 Et dum seminat, aliud cecidit circa viam: & venerunt volucres cæli, & comederunt illud.

5 Aliud verò cecidit super petrosa, vbi non habuit terram multam: & statim exortum est, quoniam non habebat altitudinem terræ:

6 Et quãdo exortus est sol, exæstuauit, & eo quòd nõ habebat radicẽ, exaruit.

7 Et aliud cecidit in spinas: & asscenderunt spinæ, & suffocauerunt illud, & fructũ non dedit.

8 Et aliud cecidit in terram bonam & dabat fructum ascendẽtem & crescentem: & afferebat unum triginta, & unum sexagenum, & unũ centũ.

9 Et dicebat, Qui habet aures audiendi, audiat.

10 Et quum esset singularis, interrogauerunt eũ ij qui cum eo erant duodecim, parabolam.

11 Et dicebat eis, Vobis datum est nosse mysterium regni Dei: illis autem qui foris sũt, in parabolis

IN CAPVT IIII.

1 In doctrina sua, ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ. Accipio διδαχὴ pro actione verbi διδάσκειν, vt perinde sit acsi dixisset Marcus, ἐν τῷ διδάσκειν, inter docendum.

5 Petrosa, πετρῶδες, i. πολυπετρώδη, vt infrà versu 16.

8 Aliud tricena, ἓν τριάκοντα. Omnes nostri vetusti codices scriptum habebant ἓν τριάκοντα, id est cum tricesimo, ἓν ἑξήκοντα, cum sexagesimo, ἓν ἑκατόν, cũ centesimo, vt loqui solẽt rei rusticæ scriptores. sed malui quidem ego ἓν legere, ita vt distributiuè accipiatur, & subaudiatur μέρος.

10 Solus, κατὰ μόνας. Ad verbum Solitariè. Est enim aduerbium, sed commodius vertitur per nomen. Vulgata, Singularis. Qui circum illum erant, οἱ περὶ αὐτόν. Vel (vt Vulgata) qui cum eo erant. Codex Erasmi scriptum habuit, οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, eodem (ni fallor) sensu. Nam eleganter etiam Græci περὶ τινα appellant eos qui sunt cuiptam dediti & addicti, ita vt eum sectentur, sintque ipsius velut factionis. Æsch. κατὰ Κτησ. Φίλιππος μὲν τῷ δήμῳ ἐλπίδας τινὰς, ἀναισθήτοις δὲ ἀγγέλοις καὶ πᾶς περὶ αὐτόν. i. Populo quidem vanam spem afferentes, Demostheni autem & eius sectatoribus, pecuniam. Sic etiam (vt citat Budæus) Plutarch. in Demetrio, περὶ Φαλαρίαν vocat eos qui Phalarei partes sequebãtur. Igitur hoc loco minimè significantur externi aliqui homines quà Christo adessent, (curbam enim amandarat) sed ii demum qui solebant eum assectari, & discipuli ipsius erant: quales habuit quidem, præter selectos illos duodecim, etiam alios multos. Isti igitur eum vel domum, vel in desertum sequuti, quæsierunt de parabola.

11 Iis qui foris sunt, τοῖς ἔξω id est exteris. Sicut autem Ecclesia siue domus Dei interdum omnes com-

prehendit qui veram religionem profitentur, etiamsi hypocritæ sint plerique: interdum verò electos duntaxat & verè credentes: ita etiam exterorum appellatione intelliguntur modò quicunque non accensentur cœtui fidelium, (vt 1. Corinth. 5. d. 12.) modo verò ii qui vt in Ecclesia sint, tamẽ ex vera Ecclesia nõ sunt: de quibus agitur hoc loco, & Rom. 9. b. 9.

τὰ πάντα γένεται.

Isa. 6. c. 9 mat. 13. b. 14 luc. 8. b. 10 iob. 12. f. 40 act. 28. f. 26 rom. 11. a. 8

Ἵνα βλέποντες βλέπωσι, καὶ μὴ ἴδωσι· καὶ ἀκούοντες, ἀκούσωσι, καὶ μὴ συνιῶσι· μήποτε ἐπιστρέψωσι, καὶ ἀφεθῇ αὐτοῖς τὰ ἁμαρτήματα.

omnia *ista* fiunt:

12 ‖Vt videntes videant, & non cernant: & audientes audiant, & non intelligant: nequando conuertantur, & remittãtur eis peccata.

omnia fiunt:

12 Vt videntes videant, & non videant: & audientes audiant, & non intelligant: nequando cõuertantur, & dimittantur eis peccata.

Καὶ λέγει αὐτοῖς, Οὐκ οἴδατε τὴν παραβολὴν ταύτην; καὶ πῶς πάσας τὰς παραβολὰς γνώσεσθε;

13 Præterea dixit eis, Nescitis parabolam istã? & quomodo omnes parabolas cognoscetis?

13 Et ait illis, Nescitis parabolam hanc? & quomodo omnes parabolas cognoscetis?

Ὁ σπείρων τὸν λόγον σπείρει.

14 Seminator ille, sermonem seminat.

14 Qui seminat, verbum seminat.

Οὗτοι δέ εἰσιν οἱ παρὰ τὴν ὁδόν, ὅπου σπείρεται ὁ λόγος· καὶ ὅταν ἀκούσωσιν, εὐθέως ἔρχεται ὁ σατανᾶς, καὶ αἴρει τὸν λόγον τὸν ἐσπαρμένον ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν.

15 Istrautem sunt qui iuxta viã semen excipiunt, in quibus *nideliter* seminatur sermo: sed postquam audierũt, statim venit Satanas, & tollit sermonem seminatum in cordibus eorum.

15 Hi autem sunt qui circa viam, vbi seminatur verbum, & quum audierint, confestim venit Satanas, & aufert verbum quod seminatum est in cordibus eorum.

Καὶ οὗτοί εἰσιν ὁμοίως οἱ ἐπὶ τὰ πετρώδη σπειρόμενοι, οἵτινες ἀκούσαντες τὸν λόγον, εὐθέως μετὰ χαρᾶς λαμβάνουσιν αὐτόν.

16 Et isti sunt similiter qui in petrosa semen excipiunt: qui *nideliter*, quum audierint sermonẽ, statim cũ gaudio accipiunt eũ:

16 Et hi sunt similiter qui super petrosa seminãtur, qui, quum audierint verbum, statim cum gaudio accipiunt illud:

Καὶ οὐκ ἔχουσι ῥίζαν ἐν ἑαυτοῖς, ἀλλὰ πρόσκαιροί εἰσιν· εἶτα γενομένης θλίψεως ἢ διωγμοῦ διὰ τὸν λόγον, εὐθέως σκανδαλίζονται.

17 Et non habent radicem in se, sed temporarii sunt: deinde orta oppressione aut persequutione propter sermonem, statim offenduntur.

17 Et non habent radicem in se, sed temporales sunt: deinde orta tribulatione & persecutione propter verbum, confestim scandalizantur.

Καὶ οὗτοί εἰσιν οἱ εἰς τὰς ἀκάνθας σπειρόμενοι· οὗτοί εἰσιν οἱ τὸν λόγον ἀκούοντες·

18 ‖Hi sunt autẽ qui in spinas semen excipiũt, hi sunt *inquam* qui sermonem audiunt:

18 Et alii sunt qui in spinis seminantur, hi sunt qui verbum audiunt:

καὶ αἱ μέριμναι τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ ἡ ἀπάτη τοῦ πλούτου, καὶ αἱ περὶ τὰ λοιπὰ ἐπιθυμίαι εἰσπορευόμεναι συμπνίγουσι τὸν λόγον, καὶ ἄκαρπος γίνεται.

1. Tim. 6. d. 17

19 Sed solicitudines seculi huius, & fallacia ‖ diuitiarũ, & cupiditates quæ in cæteris rebus versantur, introeũtes suffocãt sermonẽ, ‖ isque redditur infructuosus.

19 Et aerumnæ seculi, & deceptio diuitiarum, & circa reliqua concupiscentiæ introeuntes suffocant verbum, & sine fructu efficitur.

καὶ ἐκεῖνοί εἰσιν οἱ ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλὴν σπαρέντες, οἵτινες ἀκούουσι τὸν λόγον, καὶ παραδέχονται, καὶ καρποφοροῦσιν, ἓν τριάκοντα, καὶ ἓν ἑξήκοντα, καὶ ἓν ἑκατόν.

20 Hi sunt verò qui in terrã bonam semen exceperunt, qui *nideliter* audiunt sermonem, & accipiunt: & fructum ferũt, aliud tricenum, aliud sexagenum, aliud cẽtenum.

20 Et hi sunt qui super terram bonam seminati sunt, qui audiunt verbum & suscipiunt: & fructificant, unum triginta, & unum sexaginta, & unum centum.

Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, Μήτι ὁ λύχνος ἔρχεται ἵνα ὑπὸ τὸν μόδιον τεθῇ, ἢ ὑπὸ τὴν κλίνην; οὐχ ἵνα ἐπὶ τὴν λυχνίαν τεθῇ;

Mat. 5. b. 15 luc. 8. c. 16, & 11. a. 33

21 Dixit etiam eis ‖ Num lucerna venit vt subter modium ponatur, aut subter lectum? nónne vt candelabro imponatur?

21 Et dicebat illis, Numquid venit lucerna ut sub medio ponatur, aut sub lecto? nónne ut super candelabrum ponatur?

13 Præterea dixit eis καὶ λέγει αὐτοῖς. vide infrà, ver. 14. Et quomodo, καὶ πῶς. Id est, Quomodo igitur? Est autem petitum à vulgo hoc dicendi genus, vt suprà diximus, Mat. 3. c. 14. Sic Homerus Iliad. α, Καὶ πῶς ἐγὼ δυναίμην Σὸν θεσπέσιον ἀγέρωχον. Virg. Et quisquã numen Iunonis adoret Præterea. 15 In quibus, ἐπὶ οἷς. Vulg. & Eras. Vbi, quæ interpretatio obscura est. Neque enim hoc aduerbium refertur ad εὐθὺς, sed ad eos qui viæ comparantur. Itaque perspicuitati studere malui, quum præsertim in quodam codice legerim ὅτε, quibus.

18 Hi sunt autem, καὶ οὗτοί εἰσιν. Vulgata & Erasmus, Et alii sunt, καὶ ἄλλοι εἰσίν. sicut etiam scriptum legimus in quodã exemplari. Cæterùm quòd bis repetitur οὗτοί εἰσιν, vel excusandum est per epanalepsin, vel potius alterum redundat. nam si tollas, planior erit sententia. Et posteriore loco non erat in quatuor vetustis codicibus. 19 Seculi huius, τοῦ αἰῶνος τούτου. Id est, Ad huius vitæ negotia pertinentes. Infructuosus, ἄκαρπος. Vulg. Sine fructu, ambiguè, quũ non sit infructuosum quicquid est sine fructu. Eras. Infructifer, novo vocabulo. 20 Aliud tricenum, ἓν τριάκοντα. Subauditur participium τὸ καρποφοροῦν. Alioqui dicendum fuerat potius ἓν, in accommodatione parabolæ. 21 Venit, ἔρχεται. Id est affertur. In quodam codice scriptum

erat ἄδηλον, id est Accenditur, vt vertit Erasmus: quum tamen in Basilienſi editione legatur καίεται, id est Ardet.

Οὐ γὰρ ἔστί τι κρυπτὸν ὃ ἐὰν μὴ φανερωθῇ· οὐδὲ ἐγένετο ἀπόκρυφον, ἀλλ' ἵνα εἰς φανερὸν ἔλθῃ.

Εἴ τις ἔχει ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.

Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, Βλέπετε τί ἀκούετε· ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν, καὶ προστεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν.

Ὃς γὰρ ἂν ἔχῃ, δοθήσεται αὐτῷ· καὶ ὃς οὐκ ἔχει, καὶ ὃ ἔχει ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ.

Καὶ ἔλεγεν, Οὕτως ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ὡς ἐὰν ἄνθρωπος βάλῃ τὸν σπόρον ἐπὶ τῆς γῆς,

Καὶ καθεύδῃ, καὶ ἐγείρηται νύκτα καὶ ἡμέραν· καὶ ὁ σπόρος βλαστάνῃ καὶ μηκύνηται ὡς οὐκ οἶδεν αὐτός.

22 ¶Non eſt enim quicquam occultum quod non manifeſtandum ſit: vel quod abſcõdatur, ſed oporteat vt palam proferatur.

23 Siquis habet aures ad audiendum, audiat.

24 Præterea dixit eis, Videte quid audiatis: qua menſura metimini, alii vobis metientur, & adiicietur vobis qui auditis.

25 ¶Qui enim habet, dabitur ei: & qui non habet, etiã quod habet, tolletur ab eo.

26 Item dicebat, Ita eſt regnum Dei vt ſi quiſpiam iaciat ſemẽ in terram,

27 Et dormiat, & exurgat nocte ac die: & ſemen germinet, & aſſurgat quomodo ipſe neſcit.

22 Non eſt enim aliquid abſconditum quod non manifeſtetur: nec factum eſt occultum, ſed vt in palam veniat. Mar.10.c.26 luc.8.c.17 & 12.a.2

23 Siquis habet aures audiendi, audiat.

24 Et dicebat illis, Videte quid audiatis. in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis. Mar.7.a.2 luc.6.f.38

25 Qui enim habet, dabitur illi: & qui non habet, etiam quod habet, auferetur ab eo. Mar.13.b.11 & 15.c.29 luc.8.c.18 & 19.d.26

26 Et dicebat, Sic eſt regnum Dei quemadmodum ſi homo iaciat ſemẽtem in terram,

27 Et dormiat, & exurgat nocte & die: & ſemẽ germinet, & increſcat dum neſcit ille.

22 Non manifeſtandum ſit, ἵνα μὴ φανερωθῇ. Vel, Non manifeſtetur: modò intelligas eſſe modum potentialem. ponitur enim ἵνα pro ἄν. Quod autẽ Eraſmus in annotationibus legit εἰ μὴ ἵνα φανερωθῇ, neque in vetuſtis codicibus reperimus, neque videtur conuenire. Vel quod abſcondatur: ſed oporteat vt in apertum veniat, οὐδὲ ἐγένετο ἀπόκρυφον, ἀλλ' ἵνα εἰς φανερὸν ἔλθῃ. Quanuis plana ſit huius loci ſententia, (præſertim ſi conferatur cum capite Lucæ 8. c.17.) tamen quomodo cohæreat verborum conſtructio non facilè iudicari poteſt. Eſt enim eclipſis in hac oratione, quam nonnulli vel neglexerunt, vel non animaduerterunt, nonnulli parum commodè videntur expleuiſſe. Vulgata igitur ita vertit, Nec factum eſt occultum, ſed vt in palam veniat. Eraſmus hoc modo, Neque fuit ſecretum, ſed vt in propatulum veniat. Sic autem ſuppler in annotationibus, Neque factum eſt occultum *vt maneat occultum*, ſed vt in apertum veniat. Atqui nemo eſt qui nonvideat aliquid præterea deeſſe quod à parte anteriore coniungatur cum illo Factum eſt. Deinde ſi ita libeat pro arbitrio ſupplere integras ſententias, non video quid non tandem nobis corrumpere liceat. Caſtellio nimis audacter (vt pleraque alia) ſic interpretatus eſt, Neque quicquam tam arcanè fit quod non palàm futurum ſit: id eſt, οὐδὲ ἔστιν οὕτως κεκαλυμμένον ὃ οὐ μὴ φανερὸν ὡς φανερὸν ἔλθῃ. Ego verò hanc licentiam nolui imitari. Primùm igitur particulam *nedũ* interpretatus ſum Vel, vt melius cohæreret oratio. Nam ſæpe iam admonui, plures negantes particulas à Græcis negandæ vni rei adhiberi, contrà quã facere Latini ſoleant. Deinde relatiuũ ὃ repetii ἀπὸ τοῦ πρώτου. Eſt enim (vt opinor) ſtatim eclipſis minimè coacta, aut à Vulgata loquendi conſuetudine remotæ & mutationem temporis facilè excuſat Hebraiſmus. Illud autem, ἐγένετο ἀπόκρυφον, quum potuiſſemus ad verbum interpretari, factum vel redditum ſit abſconditum: malui vertere per verbum cuius eſt periphraſis: perinde ac ſi ſcriptum eſſet ἀποκρύπτεται. Bis enim idem dicit Euangeliſta noſter, quum μὴ φανερωθῆναι, id eſt Non manifeſtari, idem valeat atque ἀποκρύπτεσθαι, id eſt Abſcondi. Poſtremò ſupplendum fuit aliquid neceſſariò, cui ſubiungatur ἵνα. Id igitur ſuppleuimus quod maximè viſum eſt eſſe accommodatum, nempe δεῖ oportet: cuius eclipſis exemplum habes infrà cap. 9. b.11, & 14.c.49. item 1. Iohannis 2.c.19, & quidem eodem prorſus dicendi genere. Palàm proferatur, εἰς φανερὸν ἔλθῃ. Vulg. In palam veniat. Eraſ. In propatulum veniat.

24 Præterea dixit eis, καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς. Familiaris eſt Marco iſta tranſitio, qua vel diuerſos ſermones, vel diuerſas eiuſdem ſermonis partes connectit, ſicut infinitis locis in Deuteronomio legimus, ET DIXIT MOSES. Solemus autem in hoc præſertim ſcriptore particulam καὶ non tantùm per copulam & interpretari, ſed etiam per tum, autem, præterea, etiam, igitur, verò, prout requirit ſententia. Videte quid audiatis, βλέπετε τί ἀκούετε. i. Attendite diligenter iſtis quæ vobis dicuntur. Pars iſta huius verſiculi cum ſequente toto, non vno modo legitur in exemplaribus Græcis. Sic enim in nonnullis ſcriptum eſt. βλέπετε τί ἀκούετε· καὶ ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε ὑμῖν μετρηθήσεται ὑμῖν καὶ προστεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν. ὃς γὰρ ἂν ἔχῃ δοθήσεται αὐτῷ, καὶ ὃς οὐκ ἔχει, καὶ ὃ ἔχει ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ. ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν, καὶ προστεθήσεται ὑμῖν. id eſt, Videte quid audiatis: ſetiam adiicietur vobis qui auditis. Nam qui habet, ei dabitur: & qui non habet, etiam quod habet, tolletur ab eo. qua menſura metimini, alii metientur vobis qui auditis, & adiicietur vobis. Theophylactus Romanus, & omnia veruſta noſtra exemplaria conſentiebant in lectione quam ſequuti ſumus: vt mirer Eraſmum in Theophylacto diuerſam lectionem annotaſſe. Tantùm in duobus codicibus pro μετρηθήσεται legebatur ἀντιμετρηθήσεται, ſicut apud Matthæum, id eſt, Viciſſim alii metientur: & in alio codice deerant iſta, καὶ προστεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν. quæ etiam Vetus interpres non legit.

26 Ita vt, οὕτως ὡς. Sic Plautus, Vt voles eſſe me, ita ero. Vulgata & Eraſ. Sic quemadmodum.

27 Et dormiat, ac exurgat nocte & die, καὶ καθεύδῃ, καὶ ἐγείρηται νύκτα καὶ ἡμέραν. Id eſt, Semente facta, tranſigat ſecurus noctes & dies, minimè videlicet dubitans quin ſemen germinet. Eſt autem prouerbiale illud dicendi genus Hebræis, cuius exemplum habemus Pſalmo 3.a.6. Nam quòd Eraſmus exiſtimat referri illud καὶ ἐγείρηται, ad ſemen, non poteſt conuenire propter copulam interiectam. dicendum enim fuerat, καὶ ἐγείρηται νύκτα καὶ ἡμέραν· ὁ σπόρος, &c. Deinde illud ἐγείρεσθαι certum eſt opponi τῷ καθεύδειν. vt ſit ſimile quiddam ei quod dicũt Hebræi Exire & Introire, pro Verſari in loco aliquo, & officium ſuum facere. de quo dicemus, Act.1.d.21.

Aſſurgat, αὐξάνεται: id eſt, Creſcat & adoleſcat. Ad verbum, Prolongetur. Vulgata, Increſcat, ἐπαύξεται. Eraſmus, Surgat in altum. rectè quidem, quum ſic loquatur Columella: ſed vno verbo ſatis id potuit declarari.

Quomodo ipſe neſcit, ὡς οὐκ οἶδεν αὐτός. Ex his verbis intelligimus, miniſtrorum officiũ eſſe agrum ſtudioſè excolere, cætera Domino commendare, qui pro bona ſua voluntate dabit ſucceſſum. Debent igitur agricolturæ tantùm culpam præſtare: atque vt fructus non reſpondeat animi voto, non eſt quòd vana ægritudine ſeipſos macerent, ſi quidem officio ſuo ſint defuncti. Vis enim illa qua ſemen in iis qui filii Dei ſunt, adoleſcit, ſicut ab vno ſancto Spiritu promanat, ita etiam eſt hominibus tam occulta vt nonniſi ex fructu poſſit apparere. Itaque accipitur ὡς indefinitè pro ὅπως. Vulgata & Eraſmus, Dum neſcit ille. Nam hac quoque ſignificatione accipitur ἕως, vt Mat. 26.d.36. nempe pro Interim dum. Sed alia interpretatio certior eſt, & magis cõgruit cum proximo verſiculo. Annotat Eraſmus αὐτὸς etiam ad αὐτόματον. i. ſemen, referri poſſe, quòd exurgat vi naturæ, quum ipſum hoc neſciat: ſed quorſum hoc cuiquam in mentem veniat?

28 Αὐτόματος γὰρ ἡ γῆ καρποφορεῖ πρῶτον χόρτον, εἶτα στάχυν, εἶτα πλήρη σῖτον ἐν τῷ στάχυϊ.

28 ῾Sponte enim terra fructum fert, primùm herbam, deinde ſpicam, deinde plenum frumentum in ſpica.

28 *Vltro enim terra fructificat, primùm herbam, deinde ſpicã, deinde plenum frumẽtum in ſpica.*

29 Ὅταν δὲ παραδῷ ὁ καρπός, εὐθέως ἀποστέλλει τὸ δρέπανον, ὅτι παρέστηκεν ὁ θερισμός.

29 Quum autem ῾prodiderit ſeſe fructus, ſtatim mittit falcẽ: quoniam adeſt meſſis.

29 *Et quum produxerit fructus, ſtatim mittit falcem, quoniam adeſt meſſis.*

Matth.13.d.31 luc.13.d.19

30 Καὶ ἔλεγε, Τίνι ὁμοιώσωμεν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ; ἢ ἐν ποίᾳ παραβολῇ παραβάλωμεν αὐτήν;

30 ¶Dicebat etiã, ῾Cui rei aſſimilabimus regnũ Dei? aut qua collatione ῾conferemus illud?

30 *Et dixabat, Cui aſſimilabimus regnum Dei? aut cui parabolæ comparabimus illud?*

31 Ὡς κόκκῳ σινάπεως· ὃς ὅταν σπαρῇ ἐπὶ τῆς γῆς, μικρότερος πάντων τῶν σπερμάτων ἐστὶ τῶν ἐπὶ τῆς γῆς·

31 ῾Velut grano ſinapis: quod quũ ſeminatur in terra, minimum eſt omnium ſeminum quæ in terra ſunt:

31 *Sicut granum ſinapis: quod quum ſeminatum fuerit in terra, minus eſt omnibus ſeminibus quæ ſunt in terra:*

32 καὶ ὅταν σπαρῇ, ἀναβαίνει, καὶ γίνεται πάντων τῶν λαχάνων μείζων· καὶ ποιεῖ κλάδους μεγάλους, ὥστε δύνασθαι ὑπὸ τὴν σκιὰν αὐτοῦ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνοῦν.

32 Sed quum ſeminatum fuerit, aſſurgit, & fit maximum omniũ olerũ: editque ramos magnos, itavt poſſint ſub eius vmbra volucres cæli nidulari.

32 *Et quum ſeminatum fuerit, aſcendit, & fit maius omnibus oleribus, & facit ramos magnos, ita ut poſſint ſub umbra eius nidi cæli habitare.*

Matth.13.c.34

33 Καὶ τοιαύταις παραβολαῖς πολλαῖς ἐλάλει αὐτοῖς τὸν λόγον, καθὼς ἠδύναντο ἀκούειν.

33 ¶Et talibus multis parabolis loquebatur eis ſermonẽ, ῾prout poterant audire.

33 *Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbum, prout poterant audire.*

34 Χωρὶς δὲ παραβολῆς οὐκ ἐλάλει αὐτοῖς· κατ' ἰδίαν δὲ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἐπέλυε πάντα.

34 Abſque parabola verò non loquebatur eis: priuatim autem diſcipulis ſuis ῾explicabat omnia.

34 *Sine parabola autem non loquebatur eis: ſeorſum autem diſcipulis ſuis diſſerebat omnia.*

Mat.8.c.23 luc.8.c.22

35 Καὶ λέγει αὐτοῖς ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ὀψίας γενομένης, Διέλθωμεν εἰς τὸ πέραν.

35 ¶Dixit autem eis die illo, quum ſerum ῾diei eſſet, Tranſeamus ῾in vlteriorem *ripam*.

35 *Et ait illis in illa die, quum ſero eſſet factum, Tranſeamus contrà.*

36 Καὶ ἀφέντες τὸν ὄχλον παραλαμ-

36 Dimiſſa igitur turba ῾accepe-

36 *Et dimittentes turbã, aſſu-*

28 Sponte, αὐτόματος. Nomen pro aduerbio αὐτομάτως, quo ſignificatur aliquid fieri vi quadam ſeipſam mouente. Vulgata & Eraſmus, Vltro: id eſt ἐκουσίως: quod de ſolo dici vix poteſt, quum prius coli & ſeri oporteat.

29 Prodiderit ſeſe, παραδῷ. Forma huius verbi, vt μεταβάλλειν, καταφέρειν, ἀναιτεῖν, & aliorum aliquot, reſpondet coniugationi Hebræorum Hithpael: quod vt melius intelligeretur, malui exprimere reciprocum quàm per paſſiuum interpretari. Vulgata, Produxerit: nisi eſt παραγάγῃ, vel παραφέρῃ, & quidem abſolutè: quod nuſquam memini legere, niſi pro ὁ καρπὸς legas τοὺς καρπούς. Eraſ. Productus fuerit.

30 Cui rei, τίνι. In duobus codicibus ſcriptum erat τίνας, quomodo. Vulgata & Eraſmus, Cui. Nos vertimus, Cui rei, vt neutrum eſſe intelligatur. Conferemus, παραβάλωμεν. In quibuſdam codicibus notat Eraſ. legi συμβάλωμεν. i. Componemus, eodem ſenſu. Sed pro ἐμοιώσωμεν καὶ παραβάλωμεν, rectius ſcriptum legimus in nõnullis exemplaribus, ὁμοιώσωμεν καὶ παραβάλωμεν.

31 Velut grano, ὡς κόκκῳ. Vulgata & Eraſmus, Sicut granum: id eſt ὡς κόκκος. In ſex codicibus ſcriptum erat, ὡς κόκκον, quarto caſu. Sed neutra lectio cum ſuperioribus ſatis cohæret, niſi multa ſubaudias.

33 Prout, καθὼς. Hoc eſt quod barbarè dicunt, Secundum quod. Latini dicere ſolent Prout, vel Vt. Cicero, Pro ſe quiſque, vt in quo erat authoritatis plurimum, ad populum loquebatur. Vide Act. 2. a. 4.

34 Explicabat, ἐπέλυεν: nempe tanquam ænigmatum nodos. Vulgata, Ediſſerebat. i. ἐφερμήνευε: vt Mat. 13. c. 36. Eraſmus, Exponebat.

35 In vlteriorem ripam, εἰς τὸ πέραν. Vulgata, Contrà. i. εἰς τοὐναντίον, vel εἰς τὸ κατέναντι.

36 Acceperunt, παραλαμβάνουσιν. i. In altum prouehere incipiunt. Superiorem enim ſermonem habuerat ex nauí.

Καὶ ἦσαν σὺν αὐτῷ ἄλλα πλοῖα.

runt eum & alia nauigiola erant cum eo.

mant eum ita ut erat in naui: & alia nauicu lę erãt cum illo.

37 Καὶ γίνεται λαῖλαψ ἀνέμου μεγάλη, καὶ τὰ κύματα ἐπέβαλλεν εἰς τὸ πλοῖον, ὥστε ἤδη γεμίζεσθαι.

37 Tunc oritur turbo venti magnus, fluctúsque irruebãt in nauigium, ita vt iam impleretur.

37 *Et facta eſt procella magna ventj, & fluctus mittebat in nauem, ita ut impleretur nauis.*

38 Καὶ ἦν αὐτὸς ἐπὶ τῇ πρύμνῃ ἐπὶ τὸ προσκεφάλαιον καθεύδων· καὶ διεγείρουσιν αὐτὸν, καὶ λέγουσιν αὐτῷ, Διδάσκαλε, οὐ μέλει σοι ὅτι ἀπολλύμεθα;

38 Erat autem ipſe in puppi, ceruicali indormiens: tunc expergefaciunt eum, dicúntque ei, Magiſter, nõ eſt tibi curæ quòd perimus?

38 *Et erat ipſe in puppi ſuper arrucal dormiens: & excitant eum, & dicunt illi, Magiſter, nõ ad te pertinet quia perimꝰ?*

39 Καὶ διεγερθεὶς ἐπετίμησε τῷ ἀνέμῳ, καὶ εἶπε τῇ θαλάσσῃ, Σιώπα, πεφίμωσο. Καὶ ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος· καὶ ἐγένετο γαλήνη μεγάλη.

39 Experrectus igitur obiurgauit ventum, dixítque mari, Sile, obmutesce. Tum quieuit ventus: factáque eſt tranquillitas magna.

39 *Et exurgens cõminatus eſt uento, & dixit mari, Tace, obmuteſce. Et aſſauit uentus, & facta eſt tranquillitas magna.*

40 Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Τί δειλοί ἐστε οὕτω; πῶς οὐκ ἔχετε πίστιν;

40 Dixit autem eis, Quid ita timidi eſtis? quomodo fidē non habetis?

40 *Et ait illis, Quid timidi eſtis? nec dum habetis fidem?*

41 Καὶ ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν, καὶ ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους, Τίς ἄρα οὗτός ἐστιν, ὅτι καὶ ὁ ἄνεμος καὶ ἡ θάλασσα ὑπακούει αὐτῷ;

41 Et timuerũt timore magno, dicebántque alius ad aliũ, Quiſnam iſte eſt, vt etiam vẽtus & mare auſcultent ei?

41 *Et timuerunt timore magno, & dicebant ad alterutrum, Quis, putas, eſt iſte, quia uẽtus & mare obediunt ei?*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε.

CAP. V.

CAP. V.

Matth. 8. d. 28 luc. 8. d. 26.

1 ΚΑΙ ἦλθον εἰς τὸ πέραν τῆς θαλάσσης, εἰς τὴν χώραν τῶν Γαδαρηνῶν.

1 ET ‖venerunt in vlteriorẽ ripam maris, in regionem Gadarenorum.

1 *ET uenerũt trans fretum maris in regionẽ Geraſenorum.*

2 Καὶ ἐξελθόντι αὐτῷ ἐκ τοῦ πλοίου, εὐθέως ἀπήντησεν αὐτῷ ἐκ τῶν μνημείων ἄνθρωπος ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ·

2 Egreſſóque ei è nauigio, ſtatim occurrit è monumentis homo in quo erat ſpiritus impurus:

2 *Et exeunti ei de naui ſtatim occurrit de monumẽtis homo in ſpiritu immundo:*

3 Ὃς τὴν κατοίκησιν εἶχεν ἐν τοῖς μνήμασι, καὶ οὔτε ἁλύσει οὐδεὶς ἠδύνατο αὐτὸν δῆσαι·

3 Qui domicilium habebat in monumẽtis, & ne catenis quidem quiſquam poterat eũ vincire:

3 *Qui domicilium habebat in monumẽtis, & neque catenis iam quiſquã poterat cum ligare:*

4 Διὰ τὸ αὐτὸν πολλάκις πέδαις καὶ ἁλύσεσι δεδέσθαι, καὶ διεσπάσθαι ὑπ' αὐτοῦ τὰς ἁλύσεις, καὶ τὰς πέδας συντετρίφθαι· καὶ οὐδεὶς αὐτὸν ἴσχυε δαμάσαι.

4 Propterea quòd ſæpe pedicis & catenis vinctus fuerat, ſed diſcerptæ fuerãt ab eo catenæ, & pedicæ contritæ: neque quiſquam potuerat eum domare.

4 *Quoniam ſæpe compedibus & catenis uinctus, dirupiſſet catenas, & compedes comminuiſſet: & nemo poterat cũ domare.*

37 Turbo, λαῖλαψ. Vulgata & Eraſ. Procella. i. δίνωσις. Impleretur, γεμίζεσθαι. i. πληροῦσθαι. In vno codice ſcriptum erat βυθίζεσθαι. i. In profundum iret, ſiue mergeretur.

40 Quid ita timidi eſtis? quomodo fidem non habetis? τί δειλοί ἐστε οὕτως; οὐκ ἔχετε πίστιν; Hæc ego quidẽ ita legó vt obiurgantis ſint potius quàm interrogantis: ſed ita vt admirationem habeant connexã. Sed in duobus vetuſtis codicibus ſcriptum ſic erat, τί δειλοί ἐστε οὕτως οὐκ ἔχετε πίστιν. Quid timidi eſtis? nondum habetis fidem? quo modo etiam conuertit Vulgata. Valla diſtinctè legit hoc modo, τί δειλοί ἐστε; οὔπω οὐκ ἔχετε πίστιν. Quid timidi eſtis? itáne? quomodo non habetis fidem?

41 Alius ad alium, πρὸς ἀλλήλους. Vulgata, Ad alterutrum: idque barbarè, vt Valla obſeruauit. Eraſmus, Inter ſeſe. i. πρὸς ἑαυτούς. Vt, ὅτι. Vulgata, Quia. Eraſm. Quoniam. Vide ſuprà 1. c. 17.

IN CAPVT V.

1 Venerunt, ἦλθον. In duobus codicibus legimus ἦλθε, Venit. Gadarenorum, Γαδαρηνῶν. In duobus exemplaribus legitur Γεργεσηνῶν, Gergeſenorum: in alio verò γερασηνῶν, Geraſenorum: ſicut etiam vertit Vetus interpres. Quibus nominibus vna regio ſignificatur in tribu Manaſſe ſita trans Iordanem, vt liquet ex Luca 6. d. 16. Eam vocat Strabo Gadarida lib. 16.

1 Egreſſóque ei. καὶ ἐξελθόντι αὐτῷ. Duo vetuſti codices ſcriptum habebant, καὶ ἐξελθόντος αὐτοῦ, Et egreſſo eo: alius verò καὶ ἐξελθόντων αὐτῶν, Et egreſſis ipſis. Vtrumuis autem ſequaris, non abũdabit αὐτῷ, quod ſequitur.

In quo erat ſpiritus, ἐν πνεύματι. Vide ſuprà 1. c. 23. vbi diximus ideo dici quempiam in ſpiritu, quòd eum ſpiritus quaſi incluſum teneat ac deuinctum.

3 Et ne catenis quidem, καὶ οὐκ ἁλύσεσι. Vulg. & Eraſm. Et neque catenis: quum in hoc dicẽdi genere οὐδὲ nõ ſignificet Neque, ſed Ne quidem. In vno codice additur οὐκέτι, Amplius. Alioqui δέσαι nõ ſignificabit ſimpliciter vincire, ſed vinctum continere.

4 Diſcerptæ fuerant, διεσπάσθαι. Vel Diſtractæ. Sic enim Cicero, Conueniunt, inquit, bonorum empto-

res ad reliquias vitæ lacerandas ac diſtrahendas. Vulg. Dirupiſſet. quod reſpondet τὸ ἁλύσεις διεσπάσθαι. Ab eo, ἀπ' αὐτοῦ. In quodam manuſcripto exemplari ſcriptum erat ἀπ' αὐτοῦ: quod confirmat has duas particulas interdum permutari, ſicut annotauimus ſuprà, Matth. 11. c. 19.

Καὶ ἦν διὰ παντὸς νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ ἐν τοῖς μνήμασιν ἦν κράζων, καὶ κατακόπτων ἑαυτὸν λίθοις.

5 Et per omne tempus die ac nocte in montibus & in monumentis erat clamans, & concidens ſeipſum lapidibus.

5 Et ſemper die ac nocte in monumentis & in montibus erat clamans, & concidens ſe lapidibus.

Ἰδὼν δὲ τὸν Ἰησοῦν ἀπὸ μακρόθεν, ἔδραμε καὶ προσεκύνησεν αὐτῷ.

6 Quum vidiſſet autem Ieſum procul, cucurrit & adorauit eũ:

6 Videns autem Ieſum à longè, cucurrit & adorauit eum:

Καὶ κράξας φωνῇ μεγάλῃ εἶπε, Τί ἐμοὶ καὶ σοί Ἰησοῦ υἱὲ τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου; ὁρκίζω σε τὸν Θεὸν μή με βασανίσῃς.

7 Et clamans voce magna dixit, Quid mihi tecum Ieſu Fili Dei altiſſimi? adiuro te per Deũ ne me torqueas.

7 Et clamans uoce magna dixit, Quid mihi & tibi Ieſu Fili Dei ſummi? adiuro te per Deum ne me torqueas.

(Ἔλεγε γὰρ αὐτῷ, Ἔξελθε τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον ἐκ τοῦ ἀνθρώπου)

8 (Dicebat enim ei, Exi ſpiritus impure ex iſto homine)

8 (Diabat enim illi, Exi ſpiritus immunde ab homine)

Καὶ ἐπηρώτα αὐτόν, Τί σοι ὄνομα; Καὶ ἀπεκρίθη λέγων, Λεγεὼν ὄνομά μοι· ὅτι πολλοί ἐσμεν.

9 Tunc interrogauit eũ, Quod tibi nomen eſt? Et reſpondit dicens, Legio mihi nomen eſt: quia multi ſumus.

9 Et interrogabat eum, Quod tibi nomen eſt? Et dicit ei, Legio mihi nomen eſt: quia multa ſumus.

Καὶ παρεκάλει αὐτὸν πολλὰ ἵνα μὴ αὐτοὺς ἀποστείλῃ ἔξω τῆς χώρας.

10 Et multum precabatur eũ ne mitteretur extra illam regionem.

10 Et deprecabatur eũ multum ne ſe expelleret extra regionem.

Ἦν δὲ ἐκεῖ πρὸς τῷ ὄρει ἀγέλη χοίρων μεγάλη βοσκομένη.

11 Erat autem illic ad montes grex porcorum magnus paſcens.

11 Erat autem ibi circa mõtem grex porcorum magnus paſcens.

Καὶ παρεκάλεσαν αὐτὸν πάντες οἱ δαίμονες, λέγοντες, Πέμψον ἡμᾶς εἰς τοὺς χοίρους, ἵνα εἰς αὐτοὺς εἰσέλθωμεν.

12 Et precati ſunt eum omnes illi dæmones, dicentes, Mitte nos in porcos, vt in eos introcamus.

12 Et deprecabantur eum ſpiritus, dicentes, Mitte nos in porcos, ut in eos introeamus.

Καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς εὐθέως ὁ Ἰησοῦς. Καὶ ἐξελθόντα τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα εἰσῆλθον εἰς τοὺς χοίρους· καὶ ὥρμησεν ἡ ἀγέλη κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν θάλασσαν, (ἦσαν δὲ ὡς δισχίλιοι) καὶ ἐπνίγοντο ἐν τῇ θαλάσσῃ.

13 Et permiſit eis ſtatim Ieſus. Et egreſſi ſpiritus illi impuri introierunt in porcos: & ruit ille grex è præcipitio in mare, (erãt autem quaſi bis mille) & ſuffocati ſunt in mari.

13 Et annuit eis ſtatim Ieſus. Et exeuntes ſpiritus immundi introierunt in porcos: & magno impetu grex præcipitatus eſt in mare, ad duo millia: & ſuffocati ſunt in mari.

Οἱ δὲ βόσκοντες τοὺς χοίρους ἔφυγον, καὶ ἀπήγγειλαν εἰς τὴν πόλιν καὶ εἰς τοὺς ἀγρούς. Καὶ ἐξῆλθον ἰδεῖν τί ἐστι τὸ γεγονός.

14 Qui verò paſcebant porcos, fugerunt, & renuntiarunt in vrbẽ & in agros. Et illi egreſſi ſunt vt viderẽt quid illud eſſet quod factum fuerat.

14 Qui autem paſcabant eos, fugerunt, & nunciauerunt in ciuitatem & in agros. Et egreſſi ſunt uidere quid eſſet factũ.

5 Erat, ἦν. Id eſt verſabatur. Neque enim ponitur ἦν κράζων, pro ἔκραζεν: id eſt erat clamans, pro clamabat. Nam etiam in vetuſtis codicibus poſt ἦν addita erat diſtinctio. 5

7 Adiuro te per Deum, ὁρκίζω σε τὸν Θεόν. id eſt Confirma mihi interpoſito per Dei nomen iureiurando, fore vt non me vexes. Nam ὁρκίζειν ſignificat iuſiurandum ab aliquo exigere, vt tibi caueas. Inde factum vt etiam acciperetur pro imperare aliquid, diuini numinis authoritate interpoſita, vt accipitur Act. 19. c. 13, & 1. Theſſ. 5. d. 27.

10 Precabatur, παρεκάλει. Is videlicet dæmon eum precaturqui legatione fungebatur etiam pro cæteris: quod notandũ eſt propter relatiuũ αὐτοὺς, quod proximè ſequitur. Mitteretur, ἀποσταλῇ Vulgata, Expelleret: id eſt ἐκβάλῃ. Mutaui actiuam loquutionem in paſſiuam, vt reciproci pronominis amphiboliam effugerem in Latino ſermone. 10

11 Ad montes, πρὸς τῷ ὄρει. Ad, pro Apud. Cicero, Ad Marcum Leccam habitare. In vetuſtis codicibus legitur, ἐν τῷ ὄρει: id eſt Ad montem. Eſt autem tota hæc regio maxima ex parte aſpera, intercurſantibus montibus Galaad. Paſcens, βοσκομένη. In vno codice ſcriptum erat βοσκομένων, paſcentium. 15

12 Omnes, πάντες. Deerat hæc particula in tribus codicibus, & apud Veterem interpretem. & fortaſſis aliquos offendit vniuerſalis particula qui non conſiderarunt vim articuli ſequentis ἀναφορικοῦ: quãobrem etiã expreſſi pronomen ILLI.

13 In mare, εἰς τὴν θάλασσαν. Exiſtimat Zieglerus in deſcriptione Palæſtinæ (quod mihi veriſimile videtur) hic nõ intelligi lacum Geneſareth, ſiue Tiberiadis, quem Iordanis influit, ſed eius regionis ſtagnum quoddam infame, de quo ſic Strabo lib. 16. Ἐν δὲ καὶ ἐν τῇ Γαδαρίδι ὕδωρ μοχθηρὸν λιμναῖον, οὗ τὰ γευόμενα κτήνη πτοᾶται καὶ ὀκνεῖ καὶ κίνδυνος ἀποθανεῖν: id eſt, Eſt etiam in Gadaride regione ſtagnum aquæ peſſimæ, qua deguſtata, pecora pilos, vngulas & cornua amittunt. Quaſi bis mille, ὡς δισχίλιοι. Vel, vt Vulgata vertit, Ad duo millia: quanuis in hoc dicẽdi genere haud ſatis ſcio an ſupplẽda ſit potius particula. Vſque, & ceteri numeri ſignificetur. Ponitur autẽ ὡς pro ἀσχεῖσθαι, vel κεῖσθαι, quæ enallage in noſtro vulgato ſermone locũ habet. diceremus enĩ, Il y en auoit comme deux mille, c'eſt à dire, environ deux mille. Sic eadẽ particula vſurpatur Luc. 8. f. 42, & Act. 1. c. 15. Vide infrà 6. b. 44. 10 15

Sanæ

Καὶ ἔρχονται πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ θεωροῦσι τὸν δαιμονιζόμενον καθήμενον καὶ ἱματισμένον, καὶ σωφρονοῦντα, τὸν ἐσχηκότα τὸν λεγιῶνα· καὶ ἐφοβήθησαν.

15 Veniunt igitur ad Ieſum, & conſpiciunt cum qui fuerat dæmoniacus, ſedentem ac veſtitũ, & ſanæ mẽtis, cum inquam qui habuerat legionem: & timuerunt.

15 Et veniunt ad Ieſum, & vident illum qui a dæmone vexabatur, ſedentem, veſtitum, & ſanæ mentis: & timuerunt.

Καὶ διηγήσαντο αὐτοῖς οἱ ἰδόντες, πῶς ἐγένετο τῷ δαιμονιζομένῳ, καὶ περὶ τῶν χοίρων.

16 Et qui id viderant, narrauerunt eis quomodo actum eſſet cum dæmoniaco, & de porcis.

16 Et narrauerunt illis, qui viderant, qualiter factum eſſet ei qui dæmonium habuerat, & de porcis.

Καὶ ἤρξαντο παρακαλεῖν αὐτὸν ἀπελθεῖν ἀπὸ τῶν ὁρίων αὐτῶν.

17 Tunc illi cœperunt eum rogare vt abiret ex finibus ipſorum.

17 Et rogare cœperunt eum ut diſcederet de finibus eorum.

Καὶ ἐμβαίνοντος αὐτοῦ εἰς τὸ πλοῖον, παρεκάλει αὐτὸν ὁ δαιμονισθεὶς ἵνα ᾖ μετ' αὐτοῦ.

18 Ipſo verò ingreſſo in nauigium, rogabat eum ille qui fuerat dæmoniacus vt eſſet cum ipſo.

18 Quúmque aſcenderet navim, cœpit illum deprecari qui a dæmonio vexatus fuerat ut eſſet cum illo.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς οὐκ ἀφῆκεν αὐτόν, ἀλλὰ λέγει αὐτῷ, Ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου πρὸς τοὺς σούς, καὶ ἀνάγγειλον αὐτοῖς ὅσα σοι ὁ Κύριος ἐποίησε, καὶ ἠλέησέ σε.

19 Ieſus autem non permiſit ei, ſed ei dixit, Abi domum tuã ad tuos, & eis renuntia quanta tibi Dominꝰ præſtiterit, & quãtopere miſertus ſit tui.

19 Et non admiſit eum, ſed ait illi, Vade in domũ tuam ad tuos, & annuntia illis quanta tibi Dominus fecerit, & miſertus ſit tui.

Καὶ ἀπῆλθε, καὶ ἤρξατο κηρύσσειν ἐν τῇ Δεκαπόλει ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· καὶ πάντες ἐθαύμαζον.

20 Abiit igitur ille, & cœpit prædicare in Decapoli quanta ipſi feciſſet Ieſus: & omnes mirabãtur.

20 Et abiit, & cœpit prædicare in Decapoli quãta ſibi feciſſet Ieſus: & omnes mirabantur.

Καὶ διαπεράσαντος τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ πλοίῳ πάλιν εἰς τὸ πέραν, συνήχθη ὄχλος πολὺς ἐπ' αὐτὸν· καὶ ἦν παρὰ τὴν θάλασσαν.

21 Et quum Ieſus rurſum traiecciſſet nauigio in vlteriorem ripam, coacta eſt turba multa ad eum: erátque apud mare.

21 Et quum tranſtradiſſet Ieſus in navi rurſum trans fretum, congregata eſt turba multa ad eum: & erat circa mare.

Καὶ ἰδοὺ, ἔρχεται εἷς τῶν ἀρχισυναγώγων, ὀνόματι Ἰάϊρος· καὶ ἰδὼν αὐτὸν, πίπτει πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ.

22 Et ecce, venit vnus ex principibus ſynagogæ, nomine Iairus: & quum vidiſſet eum, accidit ad pedes eius.

22 Et venit quidam de archiſynagogis, nomine Iairus: & videns eum procidit ad pedes eius. Matth.9.v.18 Luc.8.f.41

Καὶ παρεκάλει αὐτὸν πολλὰ, 23 Et multum precabatur eum, 23 Et deprecabatur eũ multũ

15 Sanæ mentis, σωφρονοῦντα. Participium Græcum hac periphraſi optimè exprimitur. Nam σωφρονεῖν dicitur περὶ τὰ σῶα καὶ ὑγιᾶ φρονεῖν. Quamobrẽ etiã Paulus Act.26.v.25, opponit σωφρονοῦντα τῇ μανίᾳ. Eũ inquã qui habuerat legionem, τὸν ἐσχηκότα τὸν λεγιῶνα. Hæc non erant in quodam codice, neque etiam expreſſa ſunt à Vetere interprete, quum tamen non ſint fruſtra appoſita. conferunt enim multum ad emphaſin miraculi, vt prudenter notat Eraſmus. Nam iſta (opinor) coniungenda ſunt cum καὶ σωφρονοῦντα. id eſt & ſanæ mentis. ſicut in ſuperiore membro, is qui dæmoniacus fuerat, (id eſt miſerrimè vexatus) adeo vt immaniſſimæ belluæ ſimilior eſſet quàm hominis, opponitur homini quieto & compoſito. Neque tamen duo homines inter ſe comparantur, ſed eiuſdem hominis diſpares atque adeo prorſus contrarii habitus. Quanquam fortaſſis hæc poſſunt non inepte accipi per epexegeſin. vel epanalepſin. Nam ſimiles loquendi formulæ ſæpe apud hunc noſtrum occurrunt, vt infrà capite 11 d. 44.

16 Et qui id viderant, narrauerũt eis, καὶ διηγήσαντο αὐτοῖς οἱ ἰδόντες. Vulgata & Eraſmus, Et narrauerunt illis, qui viderant: qui ordo in Græcis etiam ſeruatur, ſed abſque amphibolia: quam vt in Latino ſermone vitaremus, collocationem verborum neceſſariò mutauimus. In quibuſdam exemplaribus ſcriptum erat, διηγήσατο δὲ, &c. id eſt, Qui autem viderant, narrarunt eis. Quomodo actum eſſet &c. πῶς ἐγένετο τῷ δαιμονιζομένῳ. Vulgata, Qualiter factum eſſet. Eraſmus, Qualiter accidiſſet ei qui dæmonium habuerat.

19 Quanta, ὅσα. Vide ſuprà 3.b.8. Et quantopere, &c. καὶ ἠλέησέ σε. Ad verbum, Et miſertus ſit tui: quod certè parum videtur cohærere cum præcedentibus, vt etiam annotat Eraſmus. Putaui igitur repetendam eſſe τοῦ κυρίου particulam ὅσα: ſed ita vt quum priore loco ſit nomẽ, hic degeneret in aduerbium, aut certè ſubaudiatur κατὰ. Apparet enim Marcum fuiſſe breuitatis amantẽ, quæ res fecit vt omnium Euangeliſtarum meritò videri poſſit difficillimus.

21 Apud mare, περὶ τὴν θάλασσαν. Eraſ. & Vulgata, Circa mare id eſt ἀπὸ.

22 Vnus ex principibus ſynagogæ, τῶν ἀρχισυναγώγων. Hinc apparet non temere cõueniſſe cœtus ſingulis Sabbathis; ſed certos homines ſolitos fuiſſe multitudini moderari in ſingulis ſynagogis, vbi Moſes explicabatur (Act.14.v.21) à doctoribus, qui Phariſæi & Scribæ dicuntur Matth. 23.v.2. Hi ſunt igitur qui archiſynagogi dicuntur, qui particularium etiam Eccleſiarum negotia adminiſtrabant, & propterea cenſentur Eccleſiæ nomine, Matth.18.v.17.

λέγων, Ὅτι τὸ θυγάτριόν μου ἐσχάτως ἔχει· ἵνα ἐλθὼν ἐπιθῇς αὐτῇ τὰς χεῖρας, ὅπως σωθῇ· καὶ ζήσεται.

dicens, Filiola mea ᵛin extremũ adducta est: ᵛrogo vt venias, & imponas ei manus, vt seruetur: & ᵛviuet.

diam', Quoniam filia mea in extremis est, Veni, impone manus super eã, ut salua sit & viuat.

Καὶ ἀπῆλθε μετ' αὐτοῦ· καὶ ἠκολούθει αὐτῷ ὁ ὄχλος πολύς, καὶ συνέθλιβον αὐτόν.

14 Abiit igitur Iesus cum eo: & sequebatur eum turba multa, & comprimebant eum.

14 *Et abiit cum illo: & sequebatur eum turba multa, & cõprimebant eum.*

(Καὶ γυνή τις οὖσα ἐν ῥύσει αἵματος ἔτη δώδεκα·

15 (Tunc mulier quædam ᵛquæ erat ᵛ in fluxione sanguinis ᵛ ab annis duodecim:

15 (*Et mulier quæ erat in profluuio sanguinis annis duodecim:*

Καὶ πολλὰ παθοῦσα ὑπὸ πολλῶν ἰατρῶν, καὶ δαπανήσασα τὰ παρ' ἑαυτῆς πάντα, καὶ μηδὲν ὠφεληθεῖσα, ἀλλὰ μᾶλλον εἰς τὸ χεῖρον ἐλθοῦσα·

16 Fuerátque multa perpessa à multis medicis, & expenderat omnia sua, & nihil adiuta fuerat, sed potius in deterius venerat:

16 *Et fuerat multa perpessa à complurib⁹ medicis, & erogauerat omnia sua, nec quicquã profecerat, sed magis deterius habebat:*

Ἀκούσασα περὶ τοῦ Ἰησοῦ, ἐλθοῦσα ἐν τῷ ὄχλῳ ὄπισθεν, ἥψατο τοῦ ἱματίου αὐτοῦ.

17 Quum audisset de Iesu, venit in turba à tergo, & tetigit vestimentum eius.

17 *Quum audisset de Iesu, venit in turba retro, & tetigit vestimẽtũ eius.*

Ἔλεγε γὰρ, Ὅτι κἂν τῶν ἱματίων αὐτοῦ ἅψωμαι, σωθήσομαι.

18 Dicebat enim, Si vel vestimẽta eius tetigero, seruabor.

18 *Dicebat enim, Quia si vel vestimentum eius tetigero, salua ero.*

Καὶ εὐθέως ἐξηράνθη ἡ πηγὴ τοῦ αἵματος αὐτῆς· καὶ ἔγνω τῷ σώματι ὅτι ἴαται ἀπὸ τῆς μάστιγος.

19 Et statim exaruit fons sanguinis eius: & ᵛsenſit corpore se sanatam esse ᵛex eo flagello.

19 *Et confestim siccatus est fons sanguinis eius: & sensit corpore quia sanata esset à plaga.*

Καὶ εὐθέως ὁ Ἰησοῦς ἐπιγνοὺς ἐν ἑαυτῷ τὴν ἐξ αὐτοῦ δύναμιν ἐξελθοῦσαν, ἐπιστραφεὶς ἐν τῷ ὄχλῳ, ἔλεγε, Τίς μου ἥψατο τῶν ἱματίων;

20 Statim autẽ Iesus quũ ᵛapud se cognouisset vim ᵛ quæ ex ipso exierat, cõuersus in turba, dixit, Quis tetigit vestimenta meat

20 *Et statim Iesus in semetipso cognoscens virtutem quæ exierat de illo, conuersus ad turbã, aiebat, Quis tetigit vestimenta mea?*

Καὶ ἔλεγον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, Βλέπεις τὸν ὄχλον συνθλίβοντά σε, καὶ λέγεις, Τίς μου ἥψατο;

21 Et dixerunt ei discipuli ipsius Vides turbam te opprimẽtem, & dicis, Quis me tetigit?

21 *Et dixerunt ei discipuli sui, Vides turbã cum prementem te, & dicis, Quis me tetigit?*

Καὶ περιεβλέπετο ἰδεῖν τὴν τοῦτο ποιήσασαν.

22 Ipse verò circunspiciebat vt videret eam quæ hoc fecerat.

22 *Et circũspiciebat videre eã quæ hoc fecerat:*

Ἡ δὲ γυνὴ φοβηθεῖσα καὶ τρέμουσα, εἰδυῖα ὃ γέγονεν ἐπ' αὐτῇ, ἦλθε, καὶ προσέπεσεν αὐτῷ, καὶ εἶπεν αὐτῷ πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν.

23 Mulier autem timens & tremens, quum sciret quod in se factum fuerat, venit, & ᵛaccidit ei *ad pedes*, dixítque ei ᵛomnem veritatem.

23 *Mulier uerò timens & tremens, sciens quod factum esset in se, uenit, & procidit ante eum, & dixit ei omnem ueritatem.*

Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῇ, Θύγατερ, ἡ πί-

24 Ille autem dixit ei, Filia, fi-

24 *Ille autẽ dixit ei, Filia, fi-*

23 In extremũ adducta est, ἐσχάτως ἔχ. Ad verbum, Extremè habet. Sic enim loquũtur Græci. Vulg. & Erasmus, In extremis est: obscurè. Rogo vt venias, ἵνα ἐλθὼν. In quodam exemplari legitur, ἐλθὲ, ἵνα ἐλθὼν, veni, vt quum veneris, imponas ei manus. quam lectionem si cum Vetere interprete sequamur, nulla eclipsi opus erit, quæ alioquin est prorsus necessaria, sed tamen non ita frequens: vt planè mirer ab Erasmo non fuisse annotatam. Viuet, ζήσεται. Vulgata, Viuat: id est ζήσῃ: quod etiam legimus in quodã codice: sed præstat legere ζήσεται, ne sit παυτολογία, Marci breuitati parũ cõueniens. Denique ex Mat. 9. c. 18, apparet hanc esse germanã lectionẽ.

25 Quæ erat, οὖσα. Erasmus, Quæ fuerat. Ego veterem interpretationem restitui, quia de eo tempore hæc narrantur quo nondum eo morbo laborare desierat. In fluxione, ἐν ῥύσει. Sic Cic. 3 & 4. Tusc. sanos opponit iis qui sunt in morbo: id est, qui morbo aliquo tenentur. ῥύσις autem verti fluxionem, Plinium sequutus lib. 20. cap. 14. Erasmus, Obnoxia profluuio sanguinis: quæ interpretatio præterquam quòd à Græcis discedit, etiam videtur non satis indicare perpetuum fuisse morbum, & significationi verborum multum detrahit.

Ab annis duodecim, ἔτη δώδεκα. Vide Mat. 9. c. 20.

29 Senſit, ἔγνω. Ad verbum, Cognouit: sed illud magis proprium est hoc loco. Verbum autem γινώσκω nõ minus latè patet quàm αἰσθάνομαι. Ex eo flagello, ἀπὸ τῆς μάστιγος. Sic rectè cõuertit Erasmus expresso articulo. Quid autem flagelli appellatione intelligatur, suprà diximus, cap. 3. b. 10. Vulgata, A plaga. id est ἀπὸ τῆς πληγῆς. Complutensis editio addit αὐτῆς, suæ.

30 Apud se, ἐν ἑαυτῷ. Erasmus, In semetipso: quod obscurum est, & (ni fallor) parũ Latinum. Quæ ex ipso exierat, τὴν ἐξ αὐτοῦ ἐξελθοῦσαν. Erasmus, Ex sese prodiisse: non expresso articulo, vt planè mirer ab eo reprehensum esse hoc loco Veterem interpretem.

31 Opprimentem, συνθλίβοντα. Vide suprà cap. 3. b. 9. 23 Accidit ei *ad pedes*, προσέπεσεν αὐτῷ. Vulg. Procidit ante eum, ἔμπροσθεν αὐτοῦ. Erasmus, Accidit ei. Vide suprà 3. b. 11. Omnem veritatem, πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν: id est, rem totam ita vt gesta erat: quo modo etiam vulgò dicimus, *Toute la verité*. Erasmus testatur se legisse, τὸν πάντα τὸν ἀρθμὸν αὐτῆς, totam causam suam: & in nonnullis etiam exemplaribus additum fuisse ἔμπροσθεν πάντων, coram omnibus.

σις σου σέσωκέ σε· ὕπαγε εἰς εἰρήνην, καὶ ἴσθι ὑγιὴς ἀπὸ τῆς μάστιγός σου)

des tua te ſeruauit: abi in pace & eſto ſana ex flagello tuo)

dei tua te ſalua fecit: uade in pace, & eſto ſana à plaga tua)

Ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, ἔρχονται ἀπὸ τοῦ ἀρχισυναγώγου, λέγοντες, Ὅτι ἡ θυγάτηρ σου ἀπέθανε· τί ἔτι σκύλλεις τὸν διδάσκαλον;

35 Adhuc eo loquente veniunt quidam à principe ſynagogæ, dicētes, Filia tua mortua eſt: quid amplius vexas magiſtrum?

35 Adhuc eo loquente uenerunt ab archiſynagogo, dicentes, Quia filia tua mortua eſt: quid ultrà uexas magiſtrum?

Ὁ δὲ Ἰησοῦς, εὐθέως ἀκούσας τὸν λόγον λαλούμενον, λέγει τῷ ἀρχισυναγώγῳ, Μὴ φοβοῦ, μόνον πίστευε.

36 Ieſus autem, ſtatim vt audiit hunc ſermonem qui dicebatur, dicit præfecto ſynagogæ, Ne metue, ſolummodo crede.

36 Ieſus autem, audito uerbo quod dicebatur, ait archiſynagogo, Noli timere, tantum modo crede.

Καὶ οὐκ ἀφῆκεν οὐδένα αὐτῷ συνακολουθῆσαι, εἰ μὴ Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν Ἰακώβου.

37 Neque permiſit vt quiſquam ipſum cōſequeretur niſi Petrum & Iacobum & Iohānem frater Iacobi.

37 Et non admiſit quemquam ſe ſequi, niſi Petrum & Iacobum & Iohannem fratrem Iacobi.

Καὶ ἔρχεται εἰς τὸν οἶκον τοῦ ἀρχισυναγώγου, καὶ θεωρεῖ θόρυβον, κλαίοντας καὶ ἀλαλάζοντας πολλά.

38 Tunc venit domum præfecti ſynagogæ, & tumultum conſpicit, flētes & eiulantes multum.

38 Et uenerunt in domū archiſynagogi, & uidit tumultum, & flentes, & eiulantes multum.

Καὶ εἰσελθὼν λέγει αὐτοῖς, Τί θορυβεῖσθε καὶ κλαίετε; τὸ παιδίον οὐκ ἀπέθανεν, ἀλλὰ καθεύδει.

39 Et ingreſſus dicit eis, Quid tumultuamini & fletis? puella nō eſt mortua, ſed dormit.

39 Et ingreſſus ait illis, Quid turbamini & plorat is? puella non eſt mortua, ſed dormit.

Καὶ κατεγέλων αὐτοῦ. Ὁ δὲ, ἐκβαλὼν ἅπαντας, παραλαμβάνει τὸν πατέρα τοῦ παιδίου καὶ τὴν μητέρα, καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ, καὶ εἰσπορεύεται ὅπου ἦν τὸ παιδίον ἀποκείμενον.

40 Et deridebant eum. Ipſe verò, eiectis omnibus, accipit patrem & matrem puellæ, & eos qui ſecum erant, & ingreditur eò vbi puella erat iacens.

40 Et irridebant eum. Ipſe uerò, eiectis omnibus, aſſumit patrem & matrem puellæ, & qui ſecum erant, & ingreditur ubi puella erat iacēs.

Καὶ κρατήσας τῆς χειρὸς τοῦ παιδίου, λέγει αὐτῇ, Ταλιθὰ κοῦμι· ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, Τὸ κοράσιον (σοὶ λέγω) ἔγειραι.

41 Prehenſāque manu puellæ, dicit ei, Talitha cumi: quod eſt, ſi interpreteris, Puella (tibi dico) ſurge.

41 Et tenens manū puellæ, ait illi, Talitha cumi: quod eſt interpretatum, Puella (tibi dico) ſurge.

Καὶ εὐθέως ἀνέστη τὸ κοράσιον, καὶ περιεπάτει· ἦν γὰρ ἐτῶν δώδεκα. καὶ ἐξέστησαν ἐκστάσει μεγάλῃ.

42 Et ſtatim ſurrexit puella, & ambulabat: erat enim annorum duodecim. & obſtupuerunt ſtupore magno.

42 Et confeſtim ſurrexit puella, & ambulabat: erat autē annorum duodecim. & obſtupuerunt ſtupore magno.

Καὶ διεστείλατο αὐτοῖς πολλὰ ἵνα μηδεὶς γνῷ τοῦτο· καὶ εἶπε δοθῆναι αὐτῇ φαγεῖν.

43 Ipſe verò multum imperauit eis nequis id reſciret: dixitque vt daretur puellæ quo veſceretur.

43 Et præcepit illis uehemēter ne nemo id ſciret: & dixit dari illi manducare.

34 In pace, εἰς εἰρήνην, pro ἐν εἰρήνῃ quo modo etiam ſcriptum erat in vetuſto quodam exemplari: id eſt σωὶ εἰρήνῃ, cum pace. Sicut Hebræi dicunt שלום לך, i. Samuelis 1. c. 17. pro eo quod Latini dicunt, feliciter.

35 A principe ſynagogæ, ἀπὸ τοῦ ἀρχισυναγώγου: id eſt, ab ædibus principis ſynagogæ. nam Iairus ipſe cum Ieſu erat. Quod dicendi genus non ſatis intellectum, obiecit nonnullis errorem qui pro Ab archiſynagogo, legunt Ad archiſynagogum, vt eruditè admonet Eraſmus: cui tamen in eo non aſſentior quòd præciſum hunc ſermonem eſſe putat, veluti quum Græci dicunt ἀπ' οἴκου, quum ad verbum ſic loquatur Terentius in Hecyra, Sed quid Bacchidem à noſtro affine exeuntem video? id eſt, ab affinis domo. Idem Phorm. Quæ hæc eſt ānus exanimata, à fratre quæ egreſſa eſt meo? id eſt, à domo fratris, vt Donatus explicat.

40 Eos qui ſecū erant, τοὺς μετ' αὐτοῦ. Vulgata & Eraſmus, Qui erāt cumillo: videlicet patre. Ego verò hoc dictum accipio de tribus diſcipulis, quos certè minimè introduxerat vt poſtea eiiceret. poſitum eſt igitur αὐτοῦ pro ἑαυτοῦ. Ἐὰν ὅπου, ἔνθα. Vulgata ad verbum, Vbi: quod Latinis durius eſt, niſi exprimas antecedens ἐκεῖ, eò. Itaque Eraſmum ſum in eo ſequutus. Erat iacens, ἐπὶ κεκλιμένον: id eſt iacebat. cōpoſitum pro ſimplici. Nam alioqui τὸ κατακεῖσθαι ſignificat recumbere & diſcumbere, vt alibi diximus: & κεκλιμένον ſcriptum erat in vetuſtis exemplaribus duobus.

41 Εἰ, αὐτῇ. In vetuſto quodam codice legimus ἀυτοῖ: idque (ni fallor) rectius: certè magis accommodatè ad regulas grammatices, quum præceſſerit παιδίου: quod nomen diminutionis forma deducitur à παῖς, & tam de puero quàm de puella dicitur. Sic etiam interdum loqui ſolent Attici, vt Thucydides, Ἦλθον ἀφικόμενοι ἔρημα κατέδαντες πόλιν Αἰολικίδες, λεγόμενον μὲν αὐτοῖς πολίσματι ἓν καὶ πεντήκοντα ἦσαν. quaſi in priore membro pro νῆες præcedat τίσμα.

43 Multum, πολλά. Vulgata & Eraſmus; Vehementer: id eſt δριμῶς, vel σφόδρα.

Κεφάλαιον ς'

Matth.13.g.54 luc.4.c.16

Καὶ ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν, καὶ ἦλθεν εἰς τὴν πατρίδα αὐτοῦ· καὶ ἀκολουθοῦσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.

Καὶ γενομένου σαββάτου ἤρξατο ἐν τῇ συναγωγῇ διδάσκειν· καὶ πολλοὶ ἀκούοντες ἐξεπλήσσοντο, λέγοντες, Πόθεν τούτῳ ταῦτα; καὶ τίς ἡ σοφία ἡ δοθεῖσα αὐτῷ, ὅτι καὶ δυνάμεις τοιαῦται διὰ τῶν χειρῶν αὐτοῦ γίνονται;

Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τέκτων, ὁ υἱὸς Μαρίας, ἀδελφὸς δὲ Ἰακώβου καὶ Ἰωσῆ καὶ Ἰούδα καὶ Σίμωνος; καὶ οὐκ εἰσὶν αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ ὧδε πρὸς ἡμᾶς; Καὶ ἐσκανδαλίζοντο ἐν αὐτῷ.

Iohan.4.f.44

Ἔλεγε δὲ αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ὅτι οὐκ ἔστι προφήτης ἄτιμος εἰ μὴ ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ, καὶ ἐν τοῖς συγγενέσι, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ.

CAP. VI.

1 ET egressus est illinc, venítque in patriam suam: & sequuti sunt eum discipuli eius.

2 ᵛQuúmque aduenisset Sabbathum, cœpit in synagoga docere: multíque audientes ᵛpercellebantur, dicẽtes, Vnde huic ᵛista? & quæ est ᵛhæc sapientia quæ data est ei, ᵛvt etiam virtutes tales per manus eius edantur?

3 Nónne iste est ᵛfaber ille, filius Mariæ, frater Iacobi & ᵛIoſe & Iudæ & Simonis? nónne & ᵛsorores eius hîc sunt ᵛapud nos? Et offendebantur in ipso.

4 Dicebat autẽ eis Iesus, ‖Non est Propheta ᵛinhonoratus nisi in patria sua, & ᵛinter cognatos, & in domo sua.

CAP. VI.

1 EGressus inde, abiit in patriam suã, & sequebantur eum discipuli sui.

2 Et facto Sabbatho cœpit in synagoga docere: & multi audientes admirabantur in doctrina eius, dicentes, Vnde huic hæc omnia? & quæ est sapientia quæ data est illi, & virtutes tales quæ per manus eius efficiuntur?

3 Nónne hic est faber, filius Mariæ, frater Iacobi & Ioſephi & Iudæ & Simonis? nónne & sorores eius hîc nobiſcum sunt? Et scandalizabantur in illo.

4 Et dicebat illis Ieſus, Quia non est Propheta sine honore nisi in patria sua & in domo sua, & in cognatione sua.

IN CAPVT VI.

2 Quúmque aduenisset, καὶ γενομένου. Vulgata ad verbum, Et facto Sabbatho. Sed γίνεσθαι accipitur hoc loco pro aduenire, vt in illa dicendi formula quæ sæpe occurrit, ἐγένετο γενομένης. quãuis etiam accipi commodè possit γενομένης pro οὔσης, & γενομένου pro ὄντος, vel παρόντος: id est quum adesset, vt interpretatur Erasmus. Mihi tamen videtur altera significatio, hoc quidem loco, magis propria, quũ ita accipiatur τὸ γίνεσθαι, Iohan.6. b.20.21. Sic etiam Herodotus in Clio, (exemplo tamen non prorsus simili) ἐγένετο δὲ ὁ Κῦρος παρελάσας ἐπὶ πᾶσι Βαβυλῶνα, ἐγένετο ἔτει τριτεῖ μετὰμῶ: id est, quum Cyrus Babylonem contendens, ad Gyndem fluuium peruenisset. Sic etiam legimus Exodi 10.d.13, חנקר חיה, id est mane fuit. Percellebantur, ἐξεπλήσσοντο: id est obstupefiebant. In quodam codice & apud Veterem interpretem additur, ἔτει τῇ διδαχῇ αὐτοῦ: id est super doctrina eius. Ista πόθεν; Vulgata addit Omnia τούτῳ; Hæc sapientia, ἡ σοφία. Vulgata & Erasmus prætermittunt articulum, qui tamen mihi videtur omnino fuisse exprimendus, quum ponatur ἐξοχὴν ironiæ. Vt etiam virtutes tales per manus eius edãtur? ἢ καὶ δυνάμεις τοιαῦται διὰ τῶν χειρῶν αὐτοῦ γίνονται; Vulgata vertit, Et virtutes tales quæ per manus ejus efficiuntur: vt subaudiatur τίνες εἰσὶ: perinde acsi tertia hæc sit interrogatio, atque ita scriptum, καὶ δυνάμεις τοιαῦται αἱ διὰ τῶν χειρῶν αὐτοῦ γινόμεναι: quod etiam scriptum erat in vno vetere exemplari: quanquam melius fortasse conueniet hæc lectio, si pro τοιαῦται legas τοῦται, id est istæ. Erasmus autem ita legit vt nos, sublata tantùm particula ἅν, quæ tamen omnino videtur necessaria. Complectitur enim hoc membrum rationem superioris admirationis: neque post αὐτοῦ proximè præcedens, scribẽda est interrogationis nota, sed simplex distinctio: sicut etiam scriptum habent omnia tum vetera manuscripta, tum impressa exemplaria quæ vidimus. alioqui non video quo modo cum præcedentibus ista cohærere possint. Ergo vt redeam ad nostram interpretationem, ὅτι particula hoc loco accipitur sicut etiam suprà capite primo c.17 & 4.d.41. δυνάμεις autem vocãtur mirifica illa Christi facta, quæ diuinam ipsius virtutem ac potestatem declarabant: sicut admonuimus Matthæi capite 27.c.12. Superest vt admoneam, in duobus vetustis exemplaribus legi ἵνα καί, id est vt etiã, & γίνωνται, id est fiant quæ propius accedunt ad Latinam loquendi rationem. Posita enim erit coniunctio ἵνα pro ὥστε. Denique Per manus eius, Hebræorum more, significat eius opera & virtute.

3 Faber ille, filius, ὁ τέκτων, ὁ υἱός. Erasmus legit in nonnullis codicibus, ὁ τοῦ τέκτονος υἱὸς καὶ Μαρίας, filius ille fabri illius & Mariæ. Sed omnia nostra vetusta exemplaria in priore lectione consentiebant, quam fortasse mutauit aliquis, existimans hãc artem Christi maiestati parum conuenire. Sed vt præterea vetustorum codicum consensum, Iustinus antiquissimus scriptor, diserte testatur fabrum fuisse lignarium, & aratra ac iuga cæteráque eiusmodi fabricasse. Ioſe, Ἰωσῆ. Vulgata, Ioseph. Nonnulla Græca exemplaria Ἰωσήφ, Ioſetis. Sorores eius, αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ. In quodam exemplari additur πᾶσαι, omnes. More autem Iudæorum agnati & cognati, fratres & sorores dicebãtur. Apud nos, πρὸς ἡμᾶς: id est παρ' ἡμῖν, sicut Iohan.1.a.1, πρὸς τὸν Θεόν, apud Deũ, & 1. Corinth.16.b.6. Vulgata & Erasmus, Nobiscum. id est μεθ' ἡμῶν.

4 Inhonoratus, ἄτιμος. Vel expers honoris, sicut ἄλογος expers rationis. Videtur tamẽ hoc loco eũ significare cui tantum abest vt iustus honos tribuatur, vt etiam afficiatur contumelia. Vulgata vertit, Sine honore: & Erasmus, Cõtemptui. id est καταφρονητός. Inter cognatos, ἐν τοῖς συγγενέσιν. Vetus interpres, In cognatione sua: id est ἐν τῇ συγγενείᾳ αὐτοῦ, permutato etiam ordine, qui restituendus videtur, quum ita vt nos vertimus habeant omnia tum manuscripta, tum impressa exemplaria: & in hac enumeratione videatur Euangelista ordinem sequi à natura institutum: quem pulchrè describit Aristoteles initio primi libri De republica. Itaque οἰκίαν non conuerti familiam, sed domum, ne bis idem inculcare videatur. Puto enim domum hoc loco minus latè patére quàm συγγένειαν, id est gentem ac familiam totam: quum alioquin sæpe his omnibus vocabulis idem declaretur.

Καὶ οὐκ ἠδυνάτο ἐκεῖ δύναμίαν δυνάμει τινῶσαι, εἰμὴ ὀλίγοις ἀῤῥώστοις ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας, ἐθεράπευσε.

5 Neque potuit illic virtutem vllam edere, ſed quum paucis ægrotis impoſuiſſet manus, ſanauit eos.

5 Et nō poterat ibi virtutē vllam facere: niſi paucos infirmos impoſitis manibus curaret.

Καὶ ἐθαύμαζε διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν, καὶ περιῆγε τὰς κώμας κύκλῳ, διδάσκων.

6 Mirabatúrque propter incredulitatem eorum, & circuibat vicos in orbem, docens.

6 Et mirabatur propter incredulitatem eorum: & circuibat caſtella in circuitu, docens. Matth.9.d.33 luc.13.c.22

Καὶ προσκαλεῖται τοὺς δώδεκα, καὶ ἤρξατο αὐτοὺς ἀποστέλλειν δύο δύο, καὶ ἐδίδου αὐτοῖς ἐξουσίαν τῶν πνευμάτων τῶν ἀκαθάρτων.

7 Tunc aduocauit duodecim illos, cœpitque eos mittere binos, deditque eis poteſtatem aduerſus ſpiritus impuros.

7 Et vocauit duodecim, & cœpit eos mittere binos: & dabat illis poteſtatem ſuper ſpiritum immundorum. Matth.10.a.1 ſupra 3.b.14 luc.9.a.1

Καὶ παρήγγειλεν αὐτοῖς ἵνα μηδὲν αἴρωσιν εἰς ὁδόν, εἰ μὴ ῥάβδον μόνον, μὴ πήραν, μὴ ἄρτον, μὴ εἰς τὴν ζώνην χαλκόν·

8 Et præcepit eis vt nihil ſumerent ad iter, niſi virgam tantùm, non peram, nō panem, non æs in zona:

8 Et præcepit eis ne quid tollerent in via niſi virgam tantùm: non peram, non panem, neque in zona æs:

Ἀλλὰ ὑποδεδεμένους σανδάλια· καὶ μὴ ἐνδύσασθαι δύο χιτῶνας.

9 Sed vt calcearētur ſandaliis: & ne inducrentur binis tunicis.

9 Sed calceatos ſandaliis: & ne induerentur duabus tunicas. Act.12.b.8

Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, Ὅπου ἐὰν εἰσέλθητε εἰς οἰκίαν, ἐκεῖ μένετε ἕως ἂν ἐξέλθητε ἐκεῖθεν.

10 Et dicebat eis, Vbicunque introieritis domum, illic manete vſquedum exeatis illinc.

10 Et dicebat eis: Quocūque introieritis in domum, illic manete donec exeatis inde.

Καὶ ὅσοι ἂν μὴ δέξωνται ὑμᾶς, μηδὲ ἀκούσωσιν ὑμῶν, ἐκπορευόμενοι

11 Et quicunque nō receperint vos, neque audierint vos, egreſſi

11 Et quicunque non receperint vos, exeuntes Matth.10.b.14 luc.9.a.5

5 Neque potuit, καὶ οὐκ ἠδυνάτο: id eſt Noluit. Sic contrà ſcribit Corinthus ἀλλ' ἐβούλετο, Ἀ'βούλ καὶ οὐ θέλων αὐτὸ τὸ δυνατὸν· ὡς ὁ Πλάτων, Τὰ χωλὰ δύναμαι μ' ἰθέλειν διδάσκειν. Itaque Hieronymus dialogo aduerſus Pelagianos ſecundo, hunc locum manifeſtè torquet, quum ex eo colligit à comparatis, humanæ naturæ imbecillitatem in regeneratis. Sed tamen notandum eſt hoc dicendi genus, quo ſignificatur homines incredulos & ingratos quaſi Deo manus vincire, ne ipſis opem ferat. Sed, εἰ μή. Vulg. Niſi. Eraſ. Niſi quòd. Vide Gal.1.b.7

Sanauit τοὺς, ἐθεράπευσεν. Relatiuum ſuppleui quam eclipſin vt vitaret Vetus interpres, conuertit, Paucos infirmos impoſitis manibus curauit: perinde acſi ſcriptum ſit, ὀλίγους ἀῤῥώστους, ὅτι ἐπὶ τὰς χεῖρας, ἐθεράπευσεν: quo modo etiam legi poteſt eadem manente ſententia.

6 In orbem, κύκλῳ. Vel, vt Vulgata, In circuitu. Eraſmus, Vndique circumiacentes: id eſt πανταχόθεν καθ' ὅλας. Ego verò malui ἐν κύκλῳ referre ad verbum περιῆγεν, (quum articulum non habeat adiunctum) quàm ad κώμας.

7 Duodecim illos, τοὺς δώδεκα. In vno codice additum erat, μαθητὰς αὐτοῦ, diſcipulos ſuos. Expreſſimus autem articulum vt planior eſſet ſententia. Binos, δύο δύο. Ad verbum, Duos duos. Nam Hebræi diſtributiuis carent. Vide infrà v.39. Aduerſus ſpiritus, τῶν πνευμάτων. Vulg. ad verbum, Spirituum. Sed omnino videtur ſubaudienda præpoſitio χατ', vt diximus Matthæi 10.a.1, & 12.c.31.

8 Vt nihil, ἵνα μηδὲν. Vt Vulgata & Eraſmus, Nequid: id eſt μήτε. Ad iter, εἰς ὁδόν. Vulg. In via, ἐν τῇ ὁδῷ. Vide Mat.10.a.10 Virgam, ῥάβδον. Vide Matth.10.a.10.

9 Calcearentur, ὑποδεδεμένους. Ad verbum, Calceatos eſſe. Nam ſubauditur εἶναι, vt ſit periphraſis pro ὑποδεδέσθαι: vnde dicta ſunt ὑποδήματα, quaſi ſubligacula dicas, quòd ſolerent loris & vinculis accommodari: de quibus Virg. lib.8, Et Tyrrhena pedum circūdat vincula plantis. Quod autē videtur Marcus à Matthæo diſſentire, facilè explicari poteſt. Neque enim ſimpliciter prohibet Dominus Apoſtolis apud Matthæum ne ſint calceati, non magis quàm vt ſint veſtiti, ſed non vult vllis ſarcinis onerari, inter quas numerat perā, veſtes, calceos, virgas, & cætera eiuſmodi, vt in Matthæo diximus. Sandaliis, σανδάλια. Vocabulum Græcum, quod Terentius ipſe vſurpauit, nos quoque poſt alios interpretes non inuiti retinuimus. Teſtantur autem Græci autho res ita vocari muliebre calceamentum. Sed tum ex hoc loco, tum etiam ex Act.12.b.8, apparet Euangeliſtas inter ὑποδήματα & σανδάλια, nullum poſuiſſe diſcrimen, vt rectè obſeruauit Eraſmus. Et ne induerentur, καὶ μὴ ἐνδύσασθαι. In duobus codicibus legimus eodē ſenſu ἐνδεδύσθαι, id eſt indutos eſſe. Nonnulli verò legunt, καὶ μὴ ἐνδύσησθε, & ne induamini: quod durius videtur. Quanquam apud Hebræos frequentes ſunt eiuſmodi perſonarum mutationes. Cæterùm indui ſimul binis tunicis, nemo (vt opinor) conſueuerat. Eſt igitur ſpectanda ſententia potius quàm dictum ipſum, ſicut in pleriſque idiotiſmis facere neceſſe eſt: vt binis tunicis indui dicātur qui vna non contenti, alteram etiam habent, vt modò hac, modò illa vtantur. Fuiſſe verò eiuſmodi aliquod veſtium genus quas propterea Hebræi מחלפות, id eſt mutatorias vocant, ex plurimis Scripturæ locis apparet. Cæterùm conſiderandus eſt Chriſti ſcopus, vt videlicet nullo prorſus impedimento retardētur Apoſtoli, quos vult omnino ad hanc obeundam peregrinationem velut ad curſum paratos & expeditos eſſe.

10 Vbicunque, ὅπου: id eſt, quocunque loco cōſtiteritis. Ponitur enim ὅπου ἐὰν εἰσέλθητε pro καταλύσητε, id eſt diuertere, & hoſpitium ſibi deligere: quum alioquin εἰς οἰκίαν videatur redundare. Simile dicendi genus occurrit infrà cap.7.c.24. Illinc, ἐκεῖθεν: id eſt ex eo loco. Vetat enim hoſpitium mutare in iſta veluti pernoctatione. Nonnulli referunt non ad ὅπου ſed ad οἰκίαν, ſenſu prorſus inepto.

11 Et quicunque, καὶ ὅσοι. Anantapodoton ex vulgi ſermone petitum. nam ſi ita loquāris, Quicunque non crediderit, condemnabitur: tum demum plena & iuſta eſt oratio. Sic Virgilius, Quicquid erit, ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt.

Act.13.5.51.& 18.b.6

ἐκεῖθεν, ἐκτινάξατε τὸν χοῦν τὸν ὑποκάτω τῶν ποδῶν ὑμῶν, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀνεκτότερον ἔσται Σοδόμοις ἢ Γομόρροις ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ.

illinc, ‖ excutite puluerem qui ſubeſt pedibus veſtris, *vt hoc ſit* teſtimonio aduerſus eos. Amen dico vobis, tolerabilior erit Sodomorum *conditio* ſiue Gomorrhorum in die iudicii, quàm vrbis illius.

inde, excutite puluerē de pedibus veſtris, in teſtimonium illis.

Καὶ ἐξελθόντες ἐκήρυσσον ἵνα μετανοήσωσι.

12 ᵛEgreſſi igitur *illi* prædicabāt vt reſipiſcerent *homines*.

12 *Et exeuntes prædicabant vt pœnitentiam agerent.*

Καὶ δαιμόνια πολλὰ ἐξέβαλλον, καὶ ἤλειφον ἐλαίῳ πολλοὺς ἀῤῥώστους· καὶ ἐθεράπευον.

Iac.5.c.14

13 Et dæmonia multa eiiciebāt, ‖ ᵛvngebántque oleo multos ægrotos: & ſanabant *eos*.

13 *Et dæmonia multa eiiciebant, & vngebant oleo multos ægros, & ſanabant.*

Καὶ ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς Ἡρῴδης, (φανερὸν γὰρ ἐγένετο τὸ ὄνομα αὐτοῦ) καὶ ἔλεγεν, Ὅτι Ἰωάννης ὁ βαπτίζων ἐκ νεκρῶν ἠγέρθη, καὶ διὰ τοῦτο ἐνεργοῦσιν αἱ δυνάμεις ἐν αὐτῷ.

Matth.14.a.1 Luc.9.a.7

14 ‖ Audiuit autem *hæc* rex ᵛHerodes, (ᵛclarum enim ᵛ factum erat nomen eius) dixitque, Iohannes ᵛ ille qui baptizabat, ſurrexit à mortuis, & propterea ᵛvirtutes agunt in eo.

14 *Et audiuit rex Herodes. (manifeſtum enim factum eſt nomen eius) & dicebat, Quia Iohannes Baptiſta reſurrexit à mortuis, & propterea virtutes operantur in illo.*

Ἄλλοι δὲ ἔλεγον, Ὅτι Ἠλίας ἐστίν· ἄλλοι δὲ ἔλεγον, Ὅτι προφήτης ἐστὶν, ὡς εἷς τῶν προφητῶν.

15 Alii dicebant, Elias eſt. Alii verò dicebant, Propheta eſt, ᵛvel vnus ex Prophetis illis.

15 *Alii autem dicebant, Quia Helias eſt. Alii verò dicebant, Quia Propheta eſt, quaſi unus ex Prophetis.*

Ἀκούσας δὲ ὁ Ἡρῴδης εἶπεν, Ὅτι ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα Ἰωάννην, οὗτος ἐστὶν· αὐτὸς ἠγέρθη ἀπὸ νεκρῶν.

Luc.3.d.19

16 ‖ Quum igitur *hæc* audiſſet Herodes, ait, ᵛHic eſt Iohannes quē ego decollaui: ipſe ſurrexit à mortuis.

16 *Quo audito Herodes ait, Quem ego decollaui Iohannem, hic à mortuis reſurrexit.*

Amen, ἀμὴν. Hanc periodum in omnibus noſtris exemplaribus Græcis legimus, exceptis tantùm duobus. in vulgata tamen verſione prætermittitur, & fortaſſis ex Matthæo adſcripta fuit.

11 Egreſſi igitur *illi*, ἐξελθόντες. Vulgata ad verbum, Et exeuntes. Eraſmus, Et egreſſi. Ego verò exiſtimo καὶ hoc loco & aliis multis pro ὧν vſurpari: quam enallagen ſæpe iam diximus inde ortam eſſe quòd Hebræorum varias habeat ſignificationes.

13 Vngebántque, ἤλειφον. Fuit igitur oleum ſymbolum mirificæ iſtius virtutis, non autem medicamentum quo morbos curarent. Iam verò quum temporaria hæc dona iampridem ceſſarint, quorſum hæc ceremonia retineatur?

14 Herodes, Ἡρῴδης. Quoddam exemplar habebat, τὴν ἀκοὴν Ἰησοῦ: id eſt auditionem, ſiue rumorem qui de Ieſu ferebatur. quod niſi addas, non modò manca fuerit conſtructio, ſed etiam hæc pertinere videbuntur ad prodigia illa per Apoſtolos edita, quorum proximè meminit: quum potius ad Chriſtum ipſum pertineant, vt declarant ſequentia. Quòd autem Herodes ab Euangeliſta ornatur regis nomine, quum duntaxat eſſet Tetrarcha, ad vulgi ac præſertim aulicorum morem referendum eſt. Clarum, φανερὸν. Eraſmus, Innotuerat: id eſt ἐγνωρίσθη. Vulgata, Manifeſtum. quo modo etiam ſolemus alibi interpretari. Factum erat, γέγονεν. Vel, erat: quum γίγνεσθαι & εἶναι ſæpe permutentur. Ille qui baptizabat, ὁ βαπτίζων. In vno codice legimus eodem ſenſu, ὁ Βαπτιστὴς, Baptiſta: id eſt baptizator. Solent enim (vt ſæpe diximus) Hebræi participia vſurpare loco nominum quæ verbalia vocamus: & Vetus interpres ita legit. Virtutes agunt in eo, ἐνεργοῦσιν αἱ δυνάμεις ἐν αὐτῷ. Sic Eraſ. vertit: in eo tantùm diſſentiens à Venere interprete quòd maluit agendi verbo vti quàm operandi. Vocat autem Marcus δυνάμεις hoc loco, non (vt paulo antè) facta illa Chriſti mirifica & vim omnem humanam ſuperantia, ſed ipſam potius vim & faculatem illa efficiendi. Quòd ſi pro factis ipſis accipere libeat, videtur etiam hic locus cōmodè ſic poſſe paſſiuo verbo explicari, Efficiuntur iſtæ virtutes ab eo. Nam verbum ἐνεργοῦσι pro ἐνεργοῦνται, accipi paſſiua ſignificatione poteſt, vt ἀκούειν pro ἀκούεσθαι, apud Xenophontem: & τὰς ἐπιτειχισμένας, pro ἐπιτειχισθείσας, apud Herodotum. ἐν αὐτῷ verò, pro ὑπ' αὐτοῦ vel δι' αὐτοῦ intelligi etiam poteſt, quum ב apud Hebræos (cui reſpondet præpoſitio Græca ἐν) omne cauſarum genus declaret.

15 Vel vnus ex Prophetis illis, ἢ ὡς εἷς τῶν προφητῶν. Hic locus varias recipit interpretationes. Sic enim Vulgata, Quaſi vnus ex Prophetis, omiſſa particula ἤ, quā etiam in ſex vetuſtis exemplaribus non legimus. vt ſit hic ſenſus, Quoſdam habuiſſe Ieſum pro Propheta, eóque minimè vulgari: ſed qui cum excellentiſſimo quouis veterum illorum conferri iure potuerit. Eraſmus autem conuertit, Vel tanquam vnus ex Prophetis. vt ſit hæc ſententia, Alios dixiſſe Eliam eſſe, alios Prophetam in genere: alios neque pro Iohanne, neque pro Elia habuiſſe, ſed admiratos ipſius facta, cunctabundos pronuntiaſſe, ipſum videri poſſe aliquem ex veteribus illis Prophetis qui reſurrexiſſet. Vt autem dicā quod ſentio, ego malo ὡς pro ὅτι poſitum eſſe, & ita quidem vt ſit παρέλκον, ſicut τὸ ὅτι, in ſuperioribus tribus membris: diſiunctiuam autem exiſtimo eſſe neceſſariam, vt quadruplex fuerit opinio: vna Herodis, qui exiſtimabat Iohannem eſſe: altera, eorum qui pro Elia habebant: tertia, eorum qui Prophetam eſſe arbitrabantur: quarta demum eorum qui ſentiebant vnum eſſe ex veteribus illis Prophetis, quicunque tandem is eſſet.

16 Iſte eſt Iohannes quem ego decollaui, οὗτος ἐστὶν Ἰωάννης, ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα. Ad verbum, Quem ego decollaui Iohannem, iſte eſt: Græca conſtructione, ſicut dixit Quintilianus, Ne, quos porrexerim cibos, venena fiant. Vetus interpres, Quem ego decollaui Iohannem, hic à mortuis reſurrexit. Nam non legit οὗτος ἐστὶν, & pro αὐτὸς ἠγέρθη, legit οὗτος ἠγέρθη, ſicut etiam in vno vetuſto exemplari ſcriptum legimus. Eraſmus, Cui

ego præcidi caput, Iohannes iſte eſt: id eſt, ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα τοῦτον ἠγέρθη. Cæterùm illud ἀκούσας δέ, interpretatus ſum, Quum igitur audiſſet, potius quàm, Quum audiſſet autem, cum Eraſmo: vel, Quo audito, cũ Vetere interprete: quia exiſtimo hæc eſſe dicta per epanalepſin. Apparet enim Euangeliſtam, ex his Herodis verbis, deſcribendæ mortis Iohannis occaſionem quæſiuiſſe.

Αὐτὸς γὰρ ὁ Ἡρῴδης, ἀποστείλας ἐκράτησε τὸν Ἰωάννην, καὶ ἔδησεν αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ διὰ Ἡρῳδιάδα τὴν γυναῖκα Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, ὅτι αὐτὴν ἐγάμησεν.

17 Ipſe enim Herodes miſſis ſatellitibus prehenderat Iohannem, & vinxerat eum in carcere, propter Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui, quia duxerat eam vxorem.

17 Ipſe enim Herodes miſit, ac tenuit Iohannem, & vinxit eum in carcerem, propter Herodiadem uxorem Philippi fratris ſui, quia duxerat eam.

Ἔλεγε γὰρ ὁ Ἰωάννης τῷ Ἡρῴδῃ, Οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν τὴν γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ σου.

18 Dicebat enim Iohannes Herodi, Non licet tibi habere vxorem fratris tui.

18 Dicebat enim Iohannes Herodi, Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Leuit.18.d.16

Ἡ δὲ Ἡρῳδιὰς ἐνεῖχεν αὐτῷ, καὶ ἤθελεν αὐτὸν ἀποκτεῖναι· καὶ οὐκ ἠδύνατο.

19 Herodias autem imminebat ei, & cupiebat eum trucidare: nec poterat.

19 Herodias autem inſidiabatur illi, & volebat occidere eum: nec poterat.

Ὁ γὰρ Ἡρῴδης ἐφοβεῖτο τὸν Ἰωάννην, εἰδὼς αὐτὸν ἄνδρα δίκαιον καὶ ἅγιον, καὶ συνετήρει αὐτόν· καὶ ἀκούσας αὐτοῦ πολλὰ ἐποίει, καὶ ἡδέως αὐτοῦ ἤκουε.

20 Herodes enim metuebat Iohannem: ſciens eum eſſe virũ iuſtum ac ſanctum, & obſeruabat eum: auditóque eo multa faciebat, & libẽter eũ audiebat.

20 Herodes enim metuebat Iohannem: ſciens eũ virũ iuſtum & ſanctum, & cuſtodiebat eum: & audito eo multa faciebat, & libenter eũ audiebat. Matth.14.c.16

Καὶ γενομένης ἡμέρας εὐκαίρου, ὅτε Ἡρῴδης τοῖς γενεσίοις αὐτοῦ δεῖπνον ἐποίει τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτοῦ καὶ τοῖς χιλιάρχοις καὶ τοῖς πρώτοις τῆς Γαλιλαίας·

21 Quum igitur dies opportunus adeſſet, quo tempore Herodes in natalitiis ſuis cœnam faciebat proceribus ſuis ac chiliarchis & primariis Galilææ:

21 Et quum dies opportunus accidiſſet, Herodes in natali ſuo, cœnam fecit principibus & tribunis & primis Galilææ:

Καὶ εἰσελθούσης τῆς θυγατρὸς αὐτῆς τῆς Ἡρῳδιάδος, καὶ ὀρχησαμένης, καὶ ἀρεσάσης τῷ Ἡρῴδῃ καὶ τοῖς συνανακειμένοις, εἶπεν ὁ βασιλεὺς τῷ κορασίῳ, Αἴτησόν με ὃ ἐὰν θέλῃς, καὶ δώσω σοί.

22 Et introiſſet filia ipſius Herodiadis, ac ſaltaſſet, placuiſſétque Herodi & ſimul accumbentibus, rex ait puellæ, Pete à me quodcunque volueris, & dabo tibi.

22 Quúmque introiſſet filia ipſius Herodiadis, & ſaltaſſet, & placuiſſet Herodi, ſimúl que recumbẽtibus, rex ait puellæ, Pete à me quod uis, & dabo tibi.

Καὶ ὤμοσεν αὐτῇ, Ὅτι ὃ ἐάν με αἰτήσῃς, δώσω σοί, ἕως ἡμίσους τῆς βασιλείας μου.

23 Iurauítque ei, Quodcunque à me petieris, dabo tibi, vſque ad dimidium regni mei.

23 Et iurauit illi, Quia quicquid petieris, dabo tibi, licet dimidium regni mei.

17 Ipſe enim Herodes, αὐτὸς γὰρ ὁ Ἡρῴδης. In quodam exemplari ſcripti erat, ὁ γὰρ Ἡρῴδης, Herodes enim idque fortaſſis rectius.

19 Imminebat ei, ἐνεῖχεν αὐτῷ. Vulgata & Eraſmus, Inſidiabatur: id eſt ἐνεδρεύων αὐτῷ. Ego verò nuſquam memini legere ἐνέχειν pro inſidiari. Interpretatur Heſychius ἐνέχειν: ſed aliquid etiam amplius videtur ſignificare, nempe ſummam offenſionem, quæ facit vt omnes captemus occaſiones quibus cupiam noceamus: quod Latini tranſlatitiè declarant verbo Imminere. Itaque melius (opinor) explicat Euſtathius Odyſſ. τ, κακὰ μνηστῆρσι ἔνεχε, vt hic noſter loquitur infrà 11.d.25, & Iohannes Apoc.12.a.4.d.14.g.10. ſed addito caſu. Galli (vt opinor) hoc exprimunt, quum dicunt, en auoir à quelcun.

20 Auditóque eo, καὶ ἀκούσας αὐτοῦ. In quodam codice legimus, καὶ ἀκούων αὐτοῦ, & eum audiens. Multa faciebat, πολλὰ ἐποίει. In quodam codice legitur, πολλὰ ἠπόρει: id eſt, multum hæſitabat: vt qui animo eſſet ancipiti & dubio, vt planè neſciret quò ſe verteret. Hæc enim eſt vis verbi Dei vt conſcientias excitet, neque ſinat reprobos torpere, quin ſæpiùs exagitent eos anxiæ cogitationes, donec in barathrum deſperationis præcipitentur. prior tamen lectio magis eſt recepta. Libenter, ἡδέως, id eſt ἀσμένως. Mirum eſt tyrannum libẽter audiiſſe ſententiam Domini in ſe latam. Sed ea eſt vis veritatis vt etiam qui illam peſſimè oderũt, tamen reuereantur: nec dubium eſt quin aliquos bonos motus habuerit Herodes: ſed cadebat ſemen in ſaxoſa loca, itaque radices non egit.

21 Proceribus, τοῖς μεγιστᾶσιν. Vulgata, Principibus. Eraſmus, Primatibus: quod non memini apud idoneos authores legere. Nonnulli, magnates vocant, vocabulo (vt ego equidem exiſtimo) parum Latino. Apparet autem in Oriente Megiſtanas appellatos qui à Latinis proceres vocantur, quaſi maximates dicas. Itaque non modò Sueronius, de Perſarum rege loquens, Græcum vocabulum retinuit (vt obſeruauit Eraſmus) ſed etiam Cornelius Tacitus de Armeniis agens. Primariis, τοῖς πρώτοις. Vulg. Primis. Eraſmus, Primoribus: quum illud vocabulum hac ſignificatione magis Latinum ſit, & Græco optimè reſpondeat.

22 Filia ipſius Herodiadis, τῆς θυγατρὸς αὐτῆς τῆς Ἡρῳδιάδος. In quodã exemplari ſcriptum erat αὐτοῦ: quam lectionem ſi ſequaris, conuertes hoc modo, Filia eius ſcilicet Herodis Herodias. Sed apparet ex Matthæo, Herodiadem eſſe matris ipſius nomen: quam etiam teſtantur omnes veteres non ex Herode Antipa, ſed ex marito Philippo hanc filiam ſuſtuliſſe. Eius autem filiæ nomen Euangeliſtæ quidem non exprimunt, ſed Ioſephus Salomen vocat: in eo diſſentiens à noſtris, id eſt à veritate, quòd Herodiadem dicit non Philippo, ſed Herodi ſecundo nuptam fuiſſe, quum eam Herodes iſte cognominatus Antipas abduceret à marito.

Η δὲ ἐξελθοῦσα εἶπε τῇ μητρὶ αὐτῆς, Τί αἰτήσομαι; Η δὲ εἶπε, Τὴν κεφαλὴν Ιωάνου τοῦ Βαπτιστοῦ.

24 At illa ᵛ egressa dixit matri suæ, Quid petam? Illa verò dixit, Caput Iohannis Baptistæ.

24 Quæ quum exiisset dixit matri suæ, Quid petam? At illa dixit, Caput Iohannis Baptistæ.

Καὶ εἰσελθοῦσα εὐθὺς μετὰ σπουδῆς πρὸς τὸν βασιλέα, ἠτήσατο, λέγουσα, Θέλω ἵνα μοι δῷς ἐξ αὐτῆς ἐπὶ πίνακι τὴν κεφαλὴν Ιωάνου τοῦ Βαπτιστοῦ.

25 Puella igitur ᵛcupidè statim ad regem ingressa, id petiit, dicens, ᵛVelim vt ᵛiam nunc des mihi in patina caput Iohannis Baptistæ.

25 Quúmque introisset statim cum festinatione ad regem, petiit, dicens, Velim protinus des mihi in disco caput Iohannis Baptistæ.

Καὶ περίλυπος γενόμενος ὁ βασιλεὺς, διὰ τοὺς ὅρκους καὶ τοὺς συνανακειμένους, οὐκ ἠθέλησεν αὐτὴν ἀθετῆσαι.

26 Rex autem ᵛ valde tristis factus, ᵛ noluit ᵛtamen, propter iusiurandum & eos qui simul accumbebant, eam ᵛreiicere.

26 Et contristatus est rex: propter iusiurandum & propter simul discumbentes, noluit eã contristare:

Καὶ εὐθέως ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς σπεκουλάτορα, ἐπέταξεν ἐνεχθῆναι τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.

27 ᵛEt statim rex misso ᵛspiculatore, imperauit ᵛ vt afferretur caput eius.

27 Sed misso spiculatore præcepit afferri caput eius in disco.

Ο δὲ ἀπελθὼν ἀπεκεφάλισεν αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ· καὶ ἤνεγκε τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἐπὶ πίνακι, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν τῷ κορασίῳ, καὶ τὸ κοράσιον ἔδωκεν αὐτὴν τῇ μητρὶ αὐτῆς.

28 Ille verò abiit, ac decollauit eum in carcere: attulitque caput eius in patina, & dedit illud puellæ, & puella dedit illud matri suæ.

28 Et decollauit eum in carcere: & attulit caput eius in disco, & dedit illud puellæ, & puella dedit illud matri suæ.

Καὶ ἀκούσαντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἦλθον, καὶ ἦραν τὸ πτῶμα αὐτοῦ, καὶ ἔθηκαν αὐτὸ ἐν μνημείῳ.

29 Quúmque hoc audissent discipuli eius, venerunt, & sustulerũt ᵛcadauer eius, & posuerunt in monumento.

29 Quo audito, discipuli eius venerunt, & tulerunt corpus eius, & posuerunt illud in monumento.

Luc. 9. b. 10

Καὶ συνάγονται οἱ ἀπόστολοι πρὸς τὸν Ιησοῦν, καὶ ἀπήγγειλαν αὐτῷ πάντα, καὶ ὅσα ἐποίησαν, καὶ ὅσα ἐδίδαξαν.

30 ¶Coacti sunt autem Apostoli ad Iesum, & annuntiauerunt ei omnia, & quæ egerant, & quæ docuerant.

30 Et annuentes Apostoli ad Iesum, renuntiauerunt ei omnia quæ egerant & docuerant.

Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Δεῦτε ὑμεῖς αὐτοὶ κατ' ἰδίαν εἰς ἔρημον τόπον, καὶ ἀναπαύεσθε ὀλίγον. Ἦσαν γὰρ οἱ ἐρχόμενοι καὶ οἱ ὑπάγοντες πολλοί· καὶ οὐδὲ φαγεῖν εὐκαίρουν.

31 Et dixit eis, ᵛVenite vos priuatim in desertum locum, & requiescite paululum. Erãt enim multi venientes & abeuntes: & ne cibum quidem capere ipsis vacabat.

31 Et ait illis, Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum. Erant enim qui veniebant & redibant, multi: & nec spatium manducandi habebant.

Egressa, ἐξελθοῦσα. rectè. Nec enim solebant mulieres cum viris accumbere, vt etiam liquet ex Balthasaris conuiuio, quod apud Danielem describitur.

25 Cupidè, μετὰ σπουδῆς. Ad verbũ, Cũ studio. σπουδὴ enim Græcis dicitur studiũ, id est (vt Cic. interpretatur) assidua & vehemens ad aliquam rem magna cum voluntate applicatio. Vulgata & Erasmus, Cum festinatione. Velim, θέλω. Vulgata & Erasmus, Volo: quod Latinis videtur imperiosum. Vide infrà 10.c.35. Iam nunc, ἐξ αὐτῆς. Ad verbum, ex hac, videlicet hora. subauditur enim ὥρας. quod aliquando exprimitur, vt Matth.15.v.28. Vulgata & Erasmus, Protinus: quod aduerbium est variæ significationis, ideóque à nobis repudiatum. Deerant autem hæc duo vocabula in duobus vetustis exemplaribus, & sanè rarò occurrũt. Vsurpantur tamen etiam à Paulo Philip.1.c.23.

26 Valde tristis factus, περίλυπος γενόμενος. Vulgata, Contristatus est: id est λυπηθὴς. Erasmus, Dolore affectus. Neuter satis expressit vim præpositionis περὶ. de qua diximus suprà Matth.26.d.38. Noluit tamen, οὐκ ἠθέλησεν. Particula quam addidimus videtur sententiam illustrare, & sæpe apud Hebræos desideratur, vt diximus Matth.2.v.6. Propter, διὰ. Hoc refertur ad sequens verbum ἠθέλησεν, non autem ad præcedentia: & post ὁ βασιλεὺς, in quodam exemplari additum erat, οὐς ἤκουσε, vt audiuit. Reiicere, ἀθετῆσαι. Vulgata, Contristare: id est κατηφῆ. Hoc vocabulum propriè rei inanimatæ tribuitur: & opponitur τῷ κλίναι, id est ponere & statuere. Nam ἀθετεῖν νόμον, declarat legem irritam facere, & quasi deponere. Inde factum vt acciperetur pro reiicere & contemnere.

27 Et statim, & εὐθέως. In vno codice legimus ἀλλ' εὐθέως, Sed statim. Vetus quoque interpres legit ἀλλὰ: sed prætermisit ὁ βασιλεὺς, tanquam minimè necessarium. Spiculatore, σπεκουλάτορα. Vox Latina corrupta, ι in ε mutato, sicut pleraque alia passim reperiuntur, de quibus diximus Matth.5.d.26. vt λεπτὸν, in quo vocabulo eadem fit vocalium permutatio. Erant autem spiculatores, priorũ pars satellites, sic dicti à gerendis spiculis: quorum mentionem facit Cornelius Tacitus. Vnde Spiculatoria caliga apud Suetonium in Caligula. sicut Bayfius rectè emendauit. Vt afferretur, ἐνεχθῆναι. Erasmus, Inferri: quòd accumberet videlicet: quasi iusserit Herodes caput mensæ vt ferculum aliquod inferri. Vetus autem interpres post ἐνεχθῆναι legit ἐν δίσκῳ, vel πίνακι, in disco: quum id hoc loco non reperiatur in Græcis codicibus.

29 Cadauer, πτῶμα. Vulgata, Corpus: id est σῶμα, sicut apud Matthæum scribitur 14.b.12. nullo quidem discrimine, si grammaticis credimus, qui σῶμα propriè dici volunt τὸ ἄψυχον. Sed nimirum hoc ferre non possunt aures quorundam, ne cadauera videantur adorare.

31 Venite vos priuatim, δεῦτε ὑμεῖς αὐτοὶ κατ' ἰδίαν. In quodam codice legimus, δεῦτε, ἐπ' ἐρημίαν, Venite,

eamus. Vulgata omisit ὑμεῖς αὐτοί. Erasmus interpretatur, Vos soli: hoc est, dimissis cæteris. Positum enim est (inquit) αὐτοὶ pro soli, quemadmodum καθ' ἑαυτὸν esse dicitur qui solus est absque arbitris. quam expositionem iudico planè esse violentam. Itaque putarim potius alterum redundare, vel etiam ὑμεῖς ex albo irrepsisse in contextum. Et ne cibum quidem capere ipsis vacabat, καὶ οὐδὲ φαγεῖν εὐκαίρουν. Vulgata, Et nec spatium manducandi habebant: quum in hoc genere dicendi μηδὲ idem valeat quod nequidem: & εὔκαιρον aliquid amplius significet quàm spatium habere. In quodam codice legimus, οὐδὲ φαγεῖν εὔκαιρος ἦν, eodem sensu.

Καὶ ἀπῆλθον εἰς ἔρημον τόπον τῷ πλοίῳ κατ' ἰδίαν.

32 ‖ Abierunt igitur in desertũ locum nauigio seorsim.

32 Et abscendentes in nauim, abierunt in desertum locum seorsum. Matth. 14.b.13 luc.9.b.10.

Καὶ εἶδον αὐτοὺς ὑπάγοντας οἱ ὄχλοι· καὶ ἐπέγνωσαν αὐτὸν πολλοὶ καὶ πεζῇ ἀπὸ πασῶν τῶν πόλεων συνέδραμον ἐκεῖ, καὶ προῆλθον αὐτοὺς, καὶ συνῆλθον πρὸς αὐτόν.

33 Vidit autem eos abeuntes turba, & agnouerunt eũ multi: & pedibus ex omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc, præuenerúntque eos, & conuenerunt ad eum.

33 Et viderunt eos abeuntes, & cognouerunt multi: & pedestres de omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc, & præcesserunt eos.

Καὶ ἐξελθὼν εἶδεν ὁ Ἰησοῦς πολὺν ὄχλον, καὶ ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτοῖς, ὅτι ἦσαν ὡς πρόβατα μὴ ἔχοντα ποιμένα· καὶ ἤρξατο διδάσκειν αὐτοὺς πολλά.

34 ‖ Tunc egressus vidit turbam multam Iesus, & misericordia commotus est super eis, quoniam erant vt oues non habentes pastorem: cœpítque eos docere multa.

34 Et exiens vidit turbã multam Iesus, & misertus est super eos, quia erant sicut oues non habentes pastorem: & cœpit illos docere multa. Matth. 9.d.36, & 14.b.14 luc.9.b.11

Καὶ ἤδη ὥρας πολλῆς γενομένης, προσελθόντες αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ λέγουσιν, Ὅτι ἔρημός ἐστιν ὁ τόπος, καὶ ἤδη ὥρα πολλή·

35 ‖ Quum autem iam multus dies esset, adierunt eum discipuli eius, dicentes, Desertus est locus, & iã multus dies est:

35 Et quum iam hora multa fieret, accesserunt discipuli eius, dicentes, Desertus est locus hic, & iam hora præteriit: Matth. 14.b.15

Ἀπόλυσον αὐτούς, ἵνα ἀπελθόντες εἰς τοὺς κύκλῳ ἀγροὺς καὶ κώμας, ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς ἄρτους· τί γὰρ φάγωσιν οὐκ ἔχουσιν.

36 Dimitte eos, vt profecti in circumiacentes agros ac vicos, emant sibi panes: nam quo vescantur non habent.

36 Dimitte illos, ut euntes in proximas villas & vicos, emant sibi cibos quos manducent.

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Δότε ὑμεῖς αὐτοῖς φαγεῖν. Καὶ λέγουσιν αὐτῷ, Ἀπελθόντες ἀγοράσωμεν δηναρίων διακοσίων ἄρτους, καὶ δώσομεν αὐτοῖς φαγεῖν;

37 At ille respondens dixit eis, Date vos ipsis quo vescantur. Tunc dicunt ei, Num ne profecti emamus ducentis denariis panes, & demus eis quo vescantur?

37 Et respondens ait illis, Date illis uos manducare. Et dixerunt ei, Euntes emamus duentis denariis panes, & dabimus illis manducare?

32 Abierunt igitur, καὶ ἀπῆλθον. Eras. legit ἀπῆλθε, abiit, singulari numero. Aliter hoc legit Vet. interp.

33 Turba, εἶδον. Hoc non legit Vetus interpres, neque etiam in veteribus codicibus reperimus. Agnouerunt eum, ἐπέγνωσαν αὐτόν. In quatuor exemplaribus scriptum erat αὐτοὺς, eos: quod videtur legisse Vetus interpres, quia noluit repetere tanquam superuacuum. Pedibus, πεζῇ. Vulgata, Pedestres: id est πεζοὶ, sicut etiam legimus in vetustis duobus exemplaribus. Erasmus, Pedestri itinere, vt subaudias ὁδῷ. Et conuenerunt ad eum, καὶ συνῆλθον πρὸς αὐτόν. In vno codice, pro πρὸς αὐτὸν, scriptum erat αὐτῷ, id est εἰς. Vetus autem interp. totum hoc membrũ non legit. Cõplutenses verò pro συνῆλθον cõuenerunt, impresserunt ἦλθον, venerunt.

35 Quum autem iam multus dies esset, καὶ ἤδη ὥρας πολλῆς γενομένης. Vulgata ad verbum, Et quum iam hora multa fieret: quæ versio est obscura & parum Latina. Dicunt enim Latini multum diem, non multam horam. Cicero Attico, Multus sermo ad multum diem. Item Cæsar, Multo die cognouit à suis montem teneri. Itaque miror Erasmum sic maluisse interpretari, Et quum iam multum diei præteriisset: id est, καὶ ἤδη πολλῆς ὥρας, vel ἡμέρας διελθούσης. Iam multus dies est, ἤδη ὥρα πολύ. Vulgata, Hora præteriit: id est ὥρα παρῆλθε. vt loquitur Matth. 14.b.15. Erasmus, Multum temporis effluxit: quæ Græcis non respondent. Quoddam exemplar pro ἤδη, scriptum habebat articulum fœmininum ἡ.

36 Circumiacentes agros, πρὸς κύκλῳ ἀγρούς. Hic videtur κύκλῳ quodammodo degenerare in aduerbium paulo aliter tamẽ quàm suprà hoc eodem capite versu 6, vbi vertimus, In orbẽ, quoniam articulũ nõ habebat adiunctum. Hic autem videtur ecliptica esse oratio, quam sic explere possis, πρὸς ἀγροὺς κυκλόθεν: id est ἀμφίχωρα. Vulgata vertit, Proximas: id est πρὸς ἐγγύτατα, quod etiam scriptum erat in quodam exemplari. ἀγροὺς verò conuenti agros potius quàm villas: id est ἀγρόκλας: qua de re diximus aliquid Matth. 21. a. 5. Emant sibi panes: nam quo vescantur non habent, ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς ἄρτους· τί γὰρ φάγωσιν οὐκ ἔχουσι. Positum videtur τί pro ὅ, τι. Vetus interpres, Emant sibi cibos quos manducent. Nam etiam in quodam codice scriptum erat, ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς τί φάγωσιν.

37 Num ne profecti emamus, ἀπελθόντες ἀγοράσωμεν. Quanuis in nõnullis codicibus hæc periodus legatur absque nota interrogante, tamẽ quũ hæc à discipulis dicantur non inter sese deliberantibus, sed alloquentibus Dominũ, existimo cũ interrogationis aut admirationis potiꝰ nota legi oportere. Est enim interrogatio, sed cũ admiratione, atque adeo cum ironia quadam coniuncta: quo dicendi genere vtimur etiam quum indignantes aliquid negamus nos facturos: vt supplere necesse sit quippiam, sicut hoc loco fecimus. Quòd si ἀγοράσωμεν legas, & paulo pòst δώσωμεν, sicut etiam in duobus vetustis codicibus scriptum erat, subaudienda tantùm erit particula interrogans, quæ sæpe prætermittitur, adiuuante pronuntiationem accentu: & ita conuertemus,

Num abeuntes emimus panes ducentis denariis, & dabimus eis ad veſcendum? quæ lectio mihi quidem ſimpliciſſima videtur. Quod autem ad ducentorum denariorum ſummam attinet, ſi ex Budæi calculo ſingulos denarios tribus aſſibus regiis & ſemiſſe æſtimemus, fient vnciæ quas turonos vocamus, 8400, vt ſatis appareat ſufficere nullo modo potuiſſe quinque virorum millibus, præter mulieres & pueros. Sed ex coniectura loquuti ſunt diſcipuli, quum turbam non recenſuiſſent. quod poſtea facile fuit facere, illis per centenos & quinquagenos diſtributis.

Matth.14.b.17 Luc.9.b.13 ioban. 6.a.9

38 Ὁ δὲ λέγει αὐτοῖς, Πόσους ἄρτους ἔχετε; ὑπάγετε καὶ ἴδετε. Καὶ γνόντες, λέγουσι, Πέντε, καὶ δύο ἰχθύας.

38 Ipſe verò dicit eis, Quot panes habetis? abite & videte. ‖ Et illi re cognita, dixerunt, Quinque, & duos piſces.

38 Et dicit eis, Quot panes habetis? ite & videte. Et quum cognouiſſent dicit, Quinque, & duos piſces.

39 Καὶ ἐπέταξεν αὐτοῖς ἀνακλῖναι πάντας συμπόσια συμπόσια ἐπὶ τῷ χλωρῷ χόρτῳ.

39 Tunc iuſſit eos facere vt accumberent omnes per conuiuia ſuper viridi gramine.

39 Et præcepit illis vt accumbere faarent omnes ſecundum contubernia ſuper viride fœnum.

40 Καὶ ἀνέπεσον πρασιαὶ πρασιαί, ἀνὰ ἑκατὸν καὶ ἀνὰ πεντήκοντα.

40 Accubuerũt igitur ſigillatim per areolas, partim centeni & partim quinquageni.

40 Et diſcubuerunt in partes per centenos & quinquagenos.

41 Καὶ λαβὼν τοὺς πέντε ἄρτους καὶ τοὺς δύο ἰχθύας, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, εὐλόγησε, καὶ κατέκλασε τοὺς ἄρτους· καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἵνα παραθῶσιν αὐτοῖς· καὶ τοὺς δύο ἰχθύας ἐμέρισε πᾶσι.

41 Et acceptis quinque illis panibus, ac duobus illis piſcibus, ſuſpiciens in cælum, benedixit, ac fregit panes: deditque diſcipulis ſuis vt illis apponerent: & duos piſces partitus eſt omnibus.

41 Et acceptis quinque panibus & duobus piſcibus, intuentes cælũ, benedixit, & fregit panes: & dedit diſcipulis ſuis vt ponerent ante eos: & duos piſces diuiſit omnibus.

42 Καὶ ἔφαγον πάντες, καὶ ἐχορτάσθησαν.

42 Comederúntque omnes, & ſaturati ſunt.

42 Et manducauerunt omnes, & ſaturati ſunt.

43 Καὶ ἦραν κλασμάτων δώδεκα κοφίνους πλήρεις, καὶ ἀπὸ τῶν ἰχθύων.

43 Et ſuſtulerunt fragmentorũ duodecim cophinos plenos, & ex piſcibus.

43 Et ſuſtulerunt reliquias fragmentorũ, duodecim cophinos plenos, & de piſcibus.

44 Καὶ ἦσαν οἱ φαγόντες τοὺς ἄρτους, ὡσεὶ πεντακισχίλιοι ἄνδρες.

44 Erant autem qui comederãt, quaſi quinquies mille viri.

44 Erant autem qui manducauerũt, quinque millia virorum.

45 Καὶ εὐθέως ἠνάγκασε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ ἐμβῆναι εἰς τὸ πλοῖον, καὶ προάγειν εἰς τὸ πέραν πρὸς Βηθσαϊδάν, ἕως αὐτὸς ἀπολύσῃ τὸν ὄχλον.

45 Et ſtatim coegit diſcipulos ſuos inſcendere nauigium, & præire Bethſaidam in vlteriorem ripam, dum ipſe dimitteret turbam.

45 Et ſtatim coegit diſcipulos ſuos aſcẽdere nauim, vt præcederent cum trãſ fretum ad Bethſaidam, dum ipſe dimitteret populum.

38 Re cognita, γνόντες, ſub. τὸν, nempe quot panes haberent. Vulg.& Eraſm. Et quum cognouiſſent nimium obſcurè.

39 Facere vt accumberent, ἀνακλῖναι. Hoc verbum quum propriè neutrum ſit, hîc degenerat in formam coniugationis Hiphil. In editione verò Baſilienſi legitur ἀνακλιθῆναι paſſiua ſignificatione, quaſi dicas, reclinari. Vulg.& Eraſ. Vt facerent accũbere. Vide infrà 7.v.37. Per conuiuia, συμπόσια συμπόσια. Vulgata, Secundum contubernia. Eraſmus, Diſtributis conuiuiis. Neuter ſatis commodè, ni fallor. Hebræi, pro diſtributiuis, quibus carent, vti ſolent vocabulis geminatis. veluti ſi binos intelligant, dicunt δύο δύο, vt ſuprà 6.a.7. id eſt, vt vernaculo ſermone dicimus, deux à deux. Græci verò adhibent in eum vſum præpoſitionem κατά. Itaque conuerti perinde ac ſi ſcriptum eſſet κατὰ συμπόσια, & paulo pòſt πρασιαὶ πρασιαί, id eſt κατὰ πρασιάς. συμπόσια autem (id eſt conuiuia) vocat quæ vulgò vocamus tables: id eſt, numerum hominum quantum poteſt vna menſa capere. Neceſſe enim fuit tantam multitudinem in varias tanquam turmas conuiuarum diſtribui. Hoc vidit Eraſmus, ſed obſcurè admodum explicauit. Super, ἐπὶ. Eraſmus, In. Sed illa certè interpretatio melius conuenit, & propria eſt huic præpoſitioni, quoties tertio caſui iungitur. Itaque Vulgatam verſionem retinui.

40 Per areolas, πρασιαὶ πρασιαί. Vel, vno vocabulo, Areolatim. Dicũtur enim πρασιαὶ, hortorum areolæ. Diſtributis igitur turmis conuiuarum ſuper viridi gramine, videri poterant prata in totidem veluti areolas diſtincta. Vulgata, Per partes: id eſt κατὰ μέρη. Eraſmus, Diuiſi in viridaria: id eſt κατὰ κήπους. Partim centeni, & partim quinquageni, ἀνὰ ἑκατὸν, καὶ ἀνὰ πεντήκοντα. De ἀνὰ præpoſitione diximus Matth.20.a.9. Vulgata, Per centenos & quinquagenos. Eraſmus, Centeni & quinquageni: quæ vtraque verſio ſic poſſet intelligi quaſi ſingulæ conuiuarum cæteruæ centum quinquaginta conuiuas fuerint complexæ. Itaque vt eam amphiboliam vitarem, quæ non eſt in Græco ſermone, addidi particulam partim. Quanuis autem in ea re parum eſſe momenti quibuſdam videri poſſit, nemini tamen hæc diligentia diſplicere debet.

41 Benedixit, εὐλόγησεν: id eſt, gratias egit Deo patri, & nomen eius inuocauit: etiamſi ex Luca τοὺς ἄρτους commodè repeti poteſt κατὰ τὸ κωτοῦ, vt dicemus Luc.9.b.16. Hoc autem placuit admonere, quia multi verbum Benedicendi, quoties occurrit, nimis cupidè ſine iudicio arripiunt, vt transferant in alienum ſenſum: præſertim ſuperſtitioſi, qui pro ſuo more imaginantur ſignum crucis in aerem ſparſum. quod quidem non minus hic eſt abſurdum quàm ſiquis eum dicat iſtis panibus egiſſe gratias. Nam εὐλογεῖν hoc loco idem valere quod εὐχαριστεῖν, nemo dubitabit qui hunc verſiculum compararit cum cap.8.v.6.

44 Qui comederant, οἱ φαγόντες. Complutẽſis addit τοὺς ἄρτους, panes illos. Quaſi, ὡσεὶ. i. fere. Terentius, Quaſi ad talenta decem coegi. Vetus interpres hanc particulam non legit, neque etiam vetuſti codices adſcriptam habebant.

Καὶ ἀποταξάμενος αὐτοῖς, ἀπῆλθεν 46 ¶Et quum amandasset eos, 46 Et quum dimisisset eos, abiit in montem ad orare.
εἰς τὸ ὄρος προσεύξασθαι.
abiit in montem ad precandũ.

Καὶ ὀψίας γενομένης ἦν τὸ πλοῖον ἐν 47 ¶Quum autem serum diei ad- 47 Et quum serò esset, erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra. Matth.14.c.23 iohan.6.b.16
μέσῳ τῆς θαλάσσης, καὶ αὐτὸς μόνος ἐπὶ
esset, erat nauigium in medio mari, & ipse solus in terra.
τῆς γῆς.

Καὶ εἶδεν αὐτοὺς βασανιζομένους ἐν τῷ 48 Vidítque eos vexatos ¶in na- 48 Et uidens eos laborantes in remigando: (erat enim uentus contrarius eis) & circa quartam uigiliam noctis uenit ad eos, ambulans supra mare: & uolebat præterire eos.
ἐλαύνειν· (ἦν γὰρ ὁ ἄνεμος ἐναντίος αὐ-
uigio prouehendo: (erat enim
τοῖς) καὶ περὶ τετάρτην φυλακὴν τῆς
ventus eis contrarius) ¶& circa
νυκτὸς ἔρχεται πρὸς αὐτούς, περιπατῶν
quartam vigiliam noctis venit
ἐπὶ τῆς θαλάσσης· καὶ ἤθελε παρελθεῖν
ad eos, ambulans super mare:
αὐτούς.
volebátque eos præterire.

Οἱ δὲ, ἰδόντες αὐτὸν περιπατοῦντα ἐπὶ 49 Illi verò viso eo ambulante 49 At illi ut uiderunt eũ ambulantem supra mare, putauerunt phantasma esse: & exclamauerunt:
τῆς θαλάσσης, ἔδοξαν φάντασμα εἶναι·
super mare, putarunt spectrum
καὶ ἀνέκραξαν·
esse: & exclamauerunt:

(Πάντες γὰρ αὐτὸν εἶδον, καὶ ἐταράχθησαν) 50 (Omnes enim videbãt eum, & turbati sunt) sed statim loquutus est cum eis, & eis dixit, Confidite, ego sum, ne timete. 50 (Omnes enim uiderunt eum, & cõturbati sunt) & statim loquutus est cũ eis, & dicit eis, Confidite, ego sum, nolite timere.
καὶ εὐθέως ἐλάλησε μετ' αὐτῶν,
καὶ λέγει αὐτοῖς, Θαρσεῖτε, ἐγώ εἰμι, μὴ
φοβεῖσθε.

Καὶ ἀνέβη πρὸς αὐτοὺς εἰς τὸ πλοῖον· 51 Tunc ascendit ad eos in na- 51 Et ascendit ad illos in nauim: & cessauit uentus, & plus magis intra se stupebant.
καὶ ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος· καὶ λίαν ἐκ περισσοῦ
uigium, quieuítque ventus: ¶& ipsi multo magis apud sese ob-
ἐν ἑαυτοῖς ἐξίσταντο, καὶ ἐθαύμαζον.
stupescebant, & mirabátur.

Οὐ γὰρ συνῆκαν ἐπὶ τοῖς ἄρτοις· ἦν γὰρ 52 ¶Non enim intellexerãt quod factum fuerat illis panibus: quoniam cor eorũ stupidum erat. 52 Non enim intellexerunt de panibus: erat enim cor eorum obcæcatum.
ἡ καρδία αὐτῶν πεπωρωμένη.

Καὶ διαπεράσαντες ἦλθον ἐπὶ τὴν γῆν 53 Et quum traiecissent venerunt in terram Genezaret: & ¶appulerunt. 53 Et quum trãsfretassent uenerunt in terram Genezareth: & applicuerunt.
Γεννησαρέτ· καὶ προσωρμίσθησαν.

46 Et quum amandasset eos, καὶ ἀποταξάμενος αὐτοῖς: vel, Et quum valedixisset eis. Nam hoc idem verbum etiam significat valedicere: sed de iis propriè dicitur quibuscum nihil amplius commercii simus habituri: sicut etiam in vernaculo sermone dicimus, *dire à dieu*, vt Luc.9.g.61. quod tamẽ non esse perpetuũ apparet, tum ex hoc loco, tum etiam ex Luc.9.g.61. Act.18.e.21, & 2.Corin.2.d.13. Vulgata & Erasmus, Quum dimisisset. i. ἀποτάξας, vel potius ἀποταξάμενος. Eos αὐτοῖς. Discipulos videlicet. Nã quanuis ad turbam etiam referri posse videatur, tamen verisimile est de discipulis intelligendum, quos iusserat traiicere: quum subducere se potius à turba soleat, quàm palàm illi valedicere.

48 In prouehendo, ἐν τῷ ἐλαύνειν, subaudi τὸ πλοῖον, nauigio. Est enim τὸ ἐλαύνειν nautarum, qbus remis prouehunt nauem: & metaphoricè ad equites & aurigas transfertur. Verbo autem Prouehendi vtitur etiam absolutè Plinius lib.11.cap.13, In Hispania, inquit, mulis prouehunt. loquens de nauibus, quibus imposita alueraria proue huntur. Vulgata & Eras. In remigando. i. ἐν τῷ ἐρέσσειν, vel κωπηλατῶν. Et circa quartam vigiliã, ἢ περὶ τετάρτην φυλακήν. Eras. pro καὶ vertit At, quod non videtur huic loco satis cõuenire. Certè in vetusto quodam exemplari, initio huius versiculi, pro καὶ ἤθελε scriptum erat καὶ ἰδὼν, neque hoc loco repetita erat copula: quæ lectio non est repudianda.

51 Et multo magis, καὶ λίαν ἐκ περισσοῦ. i. καὶ σφόδρα μᾶλλον. Vulg. Et plus magis. quod est barbarè & obscurè dictum. Erasmus, Et vehementer supra modum: id est, καὶ ὑπερβαλλόντως. Cæterùm λίαν idem valet quod σφόδρα: ἐκ περισσοῦ verò, est Ex abundanti, pro quo etiam vulgò dicimus *d'abondant*. quasi dicat Euangelista, tantũ abfuisse vt quum cognouissent spectrum non esse, desierint obstupescere, vt etiam multo magis quàm antea sint perculsi, quũ viderent ventos ac mare ipsius imperio acquieuisse. Et mirabantur, καὶ ἐθαύμαζον. Hæc derant in vetusto vno codice: & sanè videri possunt adiectitia. quod etiam suspicatus est Erasmus. nisi dicamus idem valere atque, Præ admiratione. Nam ἐξίστασθαι longè plus est quàm θαυμάζειν.

51 Non enim intellexerant *quod factum fuerat* illis panibus, οὐ γὰρ συνῆκαν ἐπὶ τοῖς ἄρτοις. id est, Miraculum illud quinque panum vel non perceperant, vel non satis consideraverant, adeo vt ista Christi virtus illis non minus esset noua quàm si miraculo illi recens facto non interfuissent. Vulg. & Eras. Non enim intellexerant de panibus: id est, περὶ τῶν ἄρτων. Ego malui aliquid supplere. Nam alioqui noua est ista constructio verbi συνιέναι. Itaque sic videntur etiam Græca explenda, οὐ γὰρ συνῆκαν τὸ προσηκόντως τῶν ἄρτων. Quòd si non placet hæc ellipsis, accipies τὸ συνιέναι ἀπὸ τοῦ προσέχειν τὸν νοῦν, & ita conuertes, Non enim animum aduerterant ad panes illos: i. ad miraculũ illud quinque panum. Stupidum erat, ἦν πεπωρωμένη. Vulg. & Eras. Erat obcæcatũ: id est ἦν γὰρ πεπωρωμένη. Suprà autem cap.3.a.5, docui πήρωσιν aliud esse quum πήρωσιν, adeo quidem vt aliquid etiam amplius quàm σκληροκαρδίαν declaret. quanuis hoc in loco stupiditatem & vecordiam duntaxat significet. Cæterùm in tribus vetustis codicibus pro ἦν γὰρ, scriptum erat, ἀλλ' ἦν πεπωρωμένη, id est sed occalluerat.

53 Appulerunt, προσωρμίσθησαν. Vulgata, Applicuerunt: quod verbum latius patet quàm προσορμίζεσθαι: id est ὁρμιζόμενοι. Quamobrem etiam Erasmus vertit, Applicuerunt in portum. Ego verò malui verbo Ap-

pellendi vti, quod & ipsum propriè dicitur, quum ex pelago aut freto aliquis πρὸς ἴρμον (id est ad littus) accesserit: vt ait idoneus author Donatus.

Καὶ ἐξελθόντων αὐτῶν ἐκ τοῦ πλοίου,	54 Tunc ipsis egressis è nauigio,	54 Quumque egressi essent de nauí, cognouerunt eum:
εὐθέως ἐπιγνόντες αὐτόν,	statim agnito eo,	
περιδραμόντες ὅλην τὴν χώραν ἐκείνην, ἤρξαντο ἐπὶ τοῖς κραβάττοις τοὺς κακῶς ἔχοντας περιφέρειν, ὅπου ἤκουον ὅτι ἐκεῖ ἐστίν.	55 Quum percurrissent totã illam circumiacentem regionẽ, cœperunt in grabatis malè affectos circunferre vbi audiebãt eum esse.	55 Et percurrentes uniuersam regionem illam, cœperunt in grabbatis eos qui se malè habebãt circunferre, vbi audiebant eum esse.
Καὶ ὅπου ἂν εἰσεπορεύετο εἰς κώμας, ἢ πόλεις, ἢ ἀγροὺς, ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἐτίθουν τοὺς ἀσθενοῦντας· καὶ παρεκάλουν αὐτὸν ἵνα κἂν τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ ἅψωνται· καὶ ὅσοι ἂν ἥπτοντο αὐτοῦ, ἐσώζοντο.	56 Et quocunque introisset in vicos, aut vrbes, aut agros, in foris ponebant ægrotos: & precabantur eum vt vel fimbriam pallii ipsius tangerent: & quotquot tangebant eum, seruabantur.	56 Et quocunque introibat in uicos, uel in uillas, aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent: & quotquot tangebant eũ, salui fiebant.

Κεφάλαιον ζ'

CAP. VII.

CAP. VII.

Matth.15.a.1

Καὶ συνάγονται πρὸς αὐτὸν οἱ Φαρισαῖοι, καί τινες τῶν Γραμματέων, ἐλθόντες ἀπὸ Ἱεροσολύμων.	1 Vnc coguntur ad eum Pharisæi, & quidam ex Scribis, qui venerant Hierosolymis.	1 Et conuenunt ad eum Pharisæi, & quidam de Scribis, uenientes ab Ierosolymis.
Καὶ ἰδόντες τινὰς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ κοιναῖς χερσὶ, τοῦτ' ἔστιν ἀνίπτοις, ἐσθίοντας ἄρτους, ἐμέμψαντο.	2 Et quum vidissent quosdam ex discipulis eius pollutis manibus (id est illotis) edere panem, conquesti sunt.	2 Et quũ uidissent quosdam ex discipulis eius communibus manibus (id est non lotis) manducare panes, uituperauerunt.
Οἱ γὰρ Φαρισαῖοι καὶ πάντες οἱ Ἰουδαῖοι, ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται τὰς χεῖρας, οὐκ ἐσθίουσι, κρατοῦντες τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων.	3 Nam Pharisæi & omnes Iudæi, nisi pugno lauerint manus, non edunt, tenentes traditionem seniorum.	Pharisæi enim & omnes Iudæi, nisi crebrò lauerint manus, non mã duant, tenentes traditionem seniorum.

55 Quum percurrissent, περιδραμόντες. In quodam codice additum erat, οἱ ἀπ' ἐκεῖ τοῦ τόπου, id est eius loci homines. quod apud Matthæum etiam habetur: & fanè, si addatur, mollior erit iunctura duorum participiorum, ἐπιγνόντες & περιδραμόντες: alioqui cogemur supplere coniunctionem, quam expressit etiam Erasmus. Nisi potius περιδραμὼν legas, id est percurrerunt: sicut in vno vetusto codice scriptum erat. & paulo pòst, καὶ ἤρξαντο, addita videlicet copula. Vbi audiebant eum esse, ὅπου ἤκουον ὅτι ἐκεῖ ἐστι. Erasmus, Quum audissent eũ illic esse. Putauit enim ὅπου esse aduerbium temporis, sicut apud Latinos interdum Vbi pro Postquam accipitur: quasi hoc sit ad eos referendum qui quum Iesum agnouissent, statim cæteris nuntiarint illum adesse: illi verò quum hæc audissent, ægrotos ad eum adduxerint. Sed τὸν περιφέρειν, ostendit istos huc & illuc discursasse, eò nimirum vbi Iesum esse intelligebant, qui regionem illam peragrabat. Deinde quod paucis dixerat Marcus, sequenti versiculo pluribus explicatur: vt minimè dubium sit quin Vetus interpretatio retinenda sit. Nam aduerbium τοῦ ex idiotismo Hebræorum redundat, & in vno etiam vetusto exemplari scriptum non erat.

56 In foris, ἐν ταῖς ἀγοραῖς. Vulg. In plateis, id est ἐν πλατείαις: sicut in quodã exemplari legimus. Quanquam (vt annotat Erasmus) paruum in eo sit discrimen, quum platea pro foro esse possit. Tangebant eũ, ἥπτοντο αὐτοῦ, vel, tangebant eam, videlicet fimbriam. Potest enim vel ad κράσπεδον referri, vel ad ipsum Christum. Nam de ea quæ vestimentum illius tetigerat, dicit Dominus, Quis me tetigit?

IN CAPVT VII.

1 Tunc coguntur, ἢ συνάγονται. Vulg. & Erasmus, Et conueniunt: id est καὶ συνέρχονται. quum plerunque τὸ συναθροίζεσθαι vertant congregari. Particulam autem καὶ expressi (vt alibi sæpe) per aduerbium temporis. Nam præterquam quòd ea significatio melius videtur conuenire, Matthæus quoque cap.15.a.1, scriptũ habet, τότε προσέρχονται.

2 Pollutis, κοιναῖς. Vulg. & Erasmus, ad verbum Communibus: id est (vt ipse explicat) illotis. Neque tamen nostra interpretatio falsa est. Nam idcirco Pharisæi illotis manibus cibum capi nolebant, quòd illas communi rerum attrectatione pollui existimarẽt. Vide Mat.15.b.11. Edere panem, ἐσθίοντας ἄρτους. Apud Græcos sæpe participia pro infinitis verborum modis ponuntur. Edere autem panem, Hebræorum idiotismo, idẽ valet quod cibum capere, vt alibi diximus. Conquesti sunt, ἐμέμψαντο. Vulg. Vituperauerunt. Eras. Incusabant, siue accusarunt. quas omnes significationes admittit verbum Græcum μέμφεσθαι: quia nimirum eos de quibus conquerimur, vituperare & accusare solemus. Ego eam significationem sum amplexus quæ huius verbi propria est, ni fallor: præsertim quoties absolutè ponitur: quam etiam Erasmus annotauit.

5 Pugno, πυγμῇ. Vulg. & Erasmus verterunt, Crebrò: vt meritò suspicetur Erasmus Veterem interpretem legisse non πυγμῇ, sed πυκνᾷ. Verùm præterquam quòd hæc lectio nullius veteris codicis authoritate fulcitur, & hoc aduerbium non minus est inusitatum quàm πυγμῇ, (potius enim dicimus πυκνὰ vel πυκνὸς) vereor vt ipsa etiam sententia aliam interpretationem postulet. Theophyl. interpretatur πυγμῇ, τουτέστι μέχρι τοῦ ἀγκῶνος, id est

ad cubitum

ad cubitum vſque: quaſi cubitaliter dicas. Sed πυγμὴ neque πῆχυς declarat, id eſt cúbitum, (niſi pro cubiti menſura eáque decurtata accipias: quanuis aliter ſcribat Eraſmus) neque ἀγκῶνα, id eſt ipſam lacerti iunctura vbi os exterius eminet, quod nonnulli volunt ab Hippocrate κύβιτα vocari. Deinde huius ritus ac conſuetudinis nulla (quod ſciam) apud alios ſcriptores fit mentio, vt hæc Theophylacti interpretatio ne veriſimilis quidem mihi videatur. Ego igitur ſimplicem Græci vocabuli ſignificationem ſequutus ſum, ex quo intelligamus ſummo ſtudio affectatas fuiſſe iſtas ablutiones à Iudæis, vt facere ſolent qui manum manui affricant, & pugnum inferunt alterius palmæ. Id verò quàm bene conueniat, conſtabit ex iis quæ Monſterus de his rebus annotauit in Deuteron. 8. ex Centum benedictionum libro. Tradunt, inquit, manus primùm abluendas & tergendas: alioqui panis qui comeditur, immundus iudicatur. Et mox, Fundenda eſt aqua tribus vicibus ſuper manus: in prima fuſione ſunt digiti ſurſum leuandi, in poſterioribus leuandi. Sunt manus ſimul lauandæ, non vna poſt alteram. Denique opus eſt vt in ablutione manuum, ſiniſtra tanquam famula, ſubſeruiat dextræ. Tenentes, κρατοῦντες. ſtudioſe ac pro viribus obſeruantes. quod etiam obtinendi verbo ſignificatur: vt in illo Terentii, Antiquum obtines. Eſt autem quædam emphaſis τῷ κρατεῖν, hoc loco: quam optimè videtur Cicero his verbis explicare pro Flacco, O morem, inquit, præclarum, diſciplinámque quã à maioribus accepimus, ſi quidem teneremus: ſed neſcio quo pacto iam de manibus elabitur. Declaratur enim hoc verbo vis quædam quæ à Græcis κράσις vocatur. Ideo interdum ſignificat vi capere, quod vnó verbo dicimus Prehendere: interdum verò coercere: interdum etiam totis viribus retinere, vt hoc loco. Quod autem attinet ad Traditiones & Seniorum nomen, vide Matth. v. 2.

Καὶ ἀπ' ἀγορᾶς, ἐὰν μὴ βαπτίσωνται, οὐκ ἐσθίουσι. καὶ ἄλλα πολλά ἐστιν ἃ παρέλαβον κρατεῖν, βαπτισμοὺς ποτηρίων καὶ ξεστῶν καὶ χαλκίων καὶ κλινῶν.

4 Et ἀ foro nenientes, niſi ἵloti fuerint, ἵnon edunt. Et alia multa ſunt quæ ἵacceperunt tenenda, nempe lotiones poculorũ, ἵ& ſextariorum, & æramentorum & lectorum.

4 Et à foro, niſi baptizentur, non comedunt. Et alia multa ſunt quæ tradita ſunt illis ſeruare, baptiſmata calicum & urnarum & æramentorum & lectorum.

Επειτα ἐπερωτῶσιν αὐτὸν οἱ Φαρισαῖοι καὶ οἱ Γραμματεῖς, Διατί οἱ μαθηταί σου οὐ περιπατοῦσι κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων, ἀλλὰ ἀνίπτοις χερσὶν ἐσθίουσι τὸν ἄρτον;

5 Deinde interrogarunt eum Phariſæi & Scribæ, Quare diſcipuli tui ἵnon ambulant ſecũdum ἵtraditionem ſeniorum, ſed illotis manibus edunt panem?

5 Et interrogabant eum Phariſæi & ſcribæ, Quare diſcipuli tui non ambulant iuxta traditionem ſeniorum, ſed communibus manibus manducant panem?

Ο δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Ὅτι καλῶς προεφήτευσεν Ησαΐας περὶ ὑμῶν τῶν ὑποκριτῶν· ὡς γέγραπται, Οὗτος ὁ λαὸς τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία

6 Ille verò reſpondens dixit eis, Enimuero bene prophetauit Eſaias de vobis hypocritis: vt ſcriptum eſt, ‖ Populus iſte labiis me honorat, cor autem

6 At ille reſpondens dixit eis, Bene prophetauit Eſaias de vobis hypocritis: ſicut ſcriptum eſt, Populus hic labiis me honorat, cor autem Eſa. 29. d. 13

4 A foro nenientes, ἀπ' ἀγορᾶς. In quodam exemplari additum reperimus, ἐὰν μὴ λάβωσι, quod in quibuſdam Veteris editionis exemplaribus eſt expreſſum. Loti fuerint, βαπτίσωνται. Vulg. Baptizentur. quod meritò mutauit Eraſ. quum de ſolenni illa ablutione non agatur, cui (vt antè dixi) longa iam conſuetudine Gentium omnium dicata & conſecrata eſt Baptiſmi appellatio. Plus autẽ eſt βαπτίζεσθαι hoc in loco quàm χερνίβτεσθαι, quòd illud videatur de corpore vniuerſo, iſtud de manibus duntaxat intelligendum. Neque verò τὸ βαπτίζειν ſignificat lauare, niſi à conſequenti. Nam propriè declarat tingendi cauſa immergere. Plut. περὶ δεισιδαιμονίας, Βαπτίζουσι ναυτικοὶς σκάφεσι. Nazianz. oratione εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα, Μὴ βρυσὶ μεθῆτε χειροπάστοις καὶ χερνίβεσι, μηδὲ φορυτῷ πολλῷ καὶ τῷ διὰ μιᾶς φέροντι, ἵνα μὴ αὐτὸς ἅμα τῷ ῥύπῳ βαπτισθῇς, ἢ τὸ χάλκεια ταπεινὸν ἀνάψῃς. Ideo etiam tranſlatitiè accipitur pro μεθύσκεσθαι apud Plat. in Symp. Sicut Latinis qui ebrius eſt, madidus interdum vocatur: cui opponitur ſiccus, id eſt ſobrius. Non edunt, οὐκ ἐσθίουσι. Vulgata ſuperiore verſiculo vertit, Non manducant: hoc antẽ loco, Non comedunt. Eraſmus, qui hanc Veteris inconſtantiam reprehendit, priore loco interpretatur, Capiunt cibũ: poſteriore, Non comedunt. Ego verò iã antè admonui, pro φαγεῖν, nos veſci dicere, pro ἔσθειν, edere: niſi quũ Latinæ linguæ ratio nos cogit iſta permutare. Acceperunt tenenda, παρέλαβον κρατεῖν. Quid propriè declaret τὸ παραλαμβάνειν, admonet hoc loco Eraſmus, & nos expoſuimus Matth. 1. d. 20. Vulgata, Quæ tradita ſunt illis ſeruare. Eraſmus, Quæ ſuſceperunt ſeruanda. ex cuius annotationibus apparet nonnullos codices non κρατεῖν, ſed τηρεῖν ſcriptum habere, eodem tamen ſenſo ſeruato. Ab hac autem conſuetudine de qua hic agitur; Phariſæi peculiari epitheto vocantur βαπτισταὶ, à Iuſtino in dialogo πρὸς Τρύφωνα. Et ſextariorum, & ξεστῶν. Vulg. & Eraſmus, Vrceorum. Ξέστης Romanam eſſe vocem corruptam, vel ex Galeno conſtare poteſt, qui lib. 1. De compoſitione medicamentorum ſecundum genera, ſic ait, de Andromacho iuniore loquens, κρᾶμα δεκαπλάσιον αὐτῷ πρὸς ὕδωρ βέβληται, αὐτὸ τοῦτο οἰόμενος ποιεῖν. Ἔστι γὰρ ἡ τοιαύτη ἴσχυσις τὸ τρίτον μέρος τοῦ ξέστου, καὶ τὸ τῆς ὑάλου. Idem, ἐν δὲ τῷ Δ. βιβλίῳ τῶν τοῦ Ἀσκληπιάδου ὑπομνημάτων, ὅτι τὸ μέγιστον ἐδόθη, οὐκ ἔλαττον τοῦ Ῥωμαϊκοῦ ξέστου. Ξέστης igitur (qui Latinis ſextarius) partim menſuram declarat duarum heminarum apud Romanos capacem, vt docet harum rerum peritiſſimus Georgius Agricola: partim etiam vas eius menſuræ capax, cuius appellatione hoc loco cætera tum maiora, tũ minora quotidianis vſibus deſtinata comprehenduntur, ex quibus videlicet vinum aut aqua fundebatur: ſicut κεράμιον nomine exiſtimo comprehendi vaſa ex quibus potatur. Itaque mirari ſubit Eraſmum maluiſſe ξύλινα deriuare à neutro ξύλον, & lignea vaſa intelligere, ſic appellata, inquit, quòd torno poliantur, aut quòd ſculpturis ornata ſint: quæ ipſius interpretatio longiore refutatione non indiget. Nam ſi à verbo ξύειν deriuare placet, (vnde λιθοξόοι lapidicidæ vocantur) mallem de hydriis intelligere, quæ ex more Iudæorum lapideæ erant, de quibus agit Iohannes capite 2. v. 6.

5 Non ambulant, οὐ περιπατοῦσι. i. non inſtituunt vitam, ex Hebræorum idiotiſmo, apud quos ambulare idem valet quod viuere: & via dicitur vitæ genus quod aliquis tanquam viam ſequatur: quò pertinet ille Philippi, ſiue (vt alii volunt) Cratetis verſiculus, πάντα τὰ βιώσιμα τῶν μετρίων. Traditionem, παράδοσιν. Eraſ. Ritũ traditum. qui paulo antè verterat Inſtituta. & hoc eodem capite verſibus 9 & 10, Conſtitutionem. Vide Matth. 15. 2. 3. Illotis, ἀνίπτοις. Vulg. Communibus, κοιναῖς, quod in vetuſto quodam exemplari ſcriptum erat.

αὐτῶν πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ.

Μάτην δὲ σέβονταί με, διδάσκοντες διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων.

Ἀφέντες γὰρ τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, κρατεῖτε τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων, βαπτισμοὺς ξεστῶν καὶ ποτηρίων καὶ ἄλλα παρόμοια τοιαῦτα πολλὰ ποιεῖτε.

Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, Καλῶς ἀθετεῖτε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, ἵνα τὴν παράδοσιν ὑμῶν τηρήσητε.

Exod.20.b.12 deut.5.b.16 ephes.6.a.2 Exod.21.c.17 levit.20.b.9 prou.20.a.20

Μωσῆς γὰρ εἶπε, Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου· καί, Ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα, θανάτῳ τελευτάτω.

Ὑμεῖς δὲ λέγετε, Ἐὰν εἴπῃ ἄνθρωπος τῷ πατρὶ ἢ τῇ μητρὶ, κορβᾶν (ὅ ἐστι, δῶρον) ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ, ὠφεληθῇς.

Καὶ οὐκέτι ἀφίετε αὐτὸν οὐδὲν ποιῆσαι τῷ πατρὶ αὐτοῦ ἢ τῇ μητρὶ αὐτοῦ·

Ἀκυροῦντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ τῇ παραδόσει ὑμῶν ἣν παρεδώκατε· καὶ παρόμοια τοιαῦτα πολλὰ ποιεῖτε.

Matth. 15. b. 10 Καὶ προσκαλεσάμενος πάλιν τὸν ὄχλον, ἔλεγεν αὐτοῖς, Ἀκούετέ μου πάντες, καὶ σύνετε.

Οὐδέν ἐστιν ἔξωθεν τοῦ ἀνθρώπου εἰσπορευόμενον εἰς αὐτὸν, ὃ δύναται αὐτὸν κοινῶσαι· ἀλλὰ τὰ ἐκπορευόμενα ἀπ' αὐτοῦ, ἐκεῖνά ἐστι τὰ κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον.

Εἴτις ἔχει ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.

corum procul abeſt à me.

7 Fruſtra verò me colunt, docentes doctrinas quæ ſunt mandata hominum.

8 Nam omiſſo mandato Dei, tenetis traditionem hominum, lotiones ſextariorum & poculorum: aliáque ᵛ ſimilia eiuſmodi multa facitis.

9 Præterea dixit eis, ᵛ ſanè bene ᵛ abrogatis mandatum Dei, vt traditionem veſtram ſeruetis.

10 Moſes enim dixit, ‖ Honora patrem tuum & matrem tuam: &, ‖ Qui maledixerit patri vel matri, ᵛ morte moriatur.

11 Vos autem dicitis, Si dixerit quiſpiam patri vel matri ᵛ Corban (id eſt munus) quodcunque ex me erit, tibi proderit: *inſons erit.*

12 Nec permittitis amplius eum quicquam præſtare patri ſuo aut matri ſuæ:

13 Abrogantes ſermonem Dei traditione veſtra quam tradidiſtis: & ſimilia huiuſmodi multa facitis.

14 ‖ Præterea aduocata ᵛ tota turba, dixit eis, Audite me omnes, & intelligite.

15 Nihil eſt extra hominẽ quod ingrediens in eum, poſſit eum ᵛ polluere: ſed ᵛ quæ egrediuntur ex eo, illa ſunt quæ polluũt hominem.

16 Siquis habet aures ad audiendum, audiat.

eorum longe abeſt à me.

7 *In vanum autem me colunt, docentes doctrinas, præcepta hominum.*

8 *Relinquentes enim mandatum Dei, tenetis traditiones hominum, baptiſmata vrceorum & calicum: & alia ſimilia his facitis multa.*

9 *Et dicebat illis, Bene irritum facitis præceptũ Dei, vt traditionem veſtram ſeruetis.*

10 *Moyſes enim dixit, Honora patrem tuum & matrem tuam: &, Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur.*

11 *Vos autem dicitis, Si dixerit homo patri aut matri, Corban (quod eſt donum) quodcunque ex me, tibi profuerit.*

12 *Et vltrà non dimittitis eum quicquam facere patri ſuo aut matri:*

13 *Reſcindentes verbum Dei per traditionem veſtram quam tradidiſtis: & ſimilia huiuſmodi multa facitis.*

14 *Et aduocans iterũ turbam, dicebat illis, Audite me omnes, & intelligite,*

15 *Nihil eſt extra hominem introiens in eum, quod poſſit eum coinquinare: ſed quæ de homine procedunt, illa ſunt quæ cõmunicãt hominẽ.*

16 *Siquis habet aures audiendi, audiat.*

6 Abeſt, ἀπέχει vel diſtat id eſt, ἄπωθεν. ſicut ſcriptum legimus in quodam vetere codice.

8 Similia eiuſmodi, παρόμοια τοιαῦτα. Vulg. & Eraſ. Similia his: id eſt παρόμοια, vel, vt quidam excuderunt, παροίμια τούτοις: quod poſtremum in nullis codicibus reperimus. Quanquam ſi παροίμια legas, videtur alterum abundare. Sed tamen ita legunt omnes & interpretantur paulo pòſt, verſiculo 13.

9 *Sanè* bene, καλῶς. Vulg. & Eraſmus, Bene. Nos autem particulam SANE addidimus, vt ironia melius intelligeretur. Sic enim loquitur Terentius in Adel. vt annotat Donatus. Et Ariſtophanes quoque ironicè dicere ſolet, πάνυ καλῶς: & in vno codice manuſcripto, vt paulo antè verſu 6, ita hic quoque legimus ὀρθῶς καλῶς. quæ particula videtur non abundare, ſed reſpondere cauſali coniunctioni Hebræorum כי, quæ ſæpe ponitur confirmationis cauſa, præpoſita hac particula ἢ, vt 2. Sam. 13. c. 19. Sic etiam interdum Græci vſurpant: vt in illo Platonis in Apologia, οἶδ' ὅτι ἦν κακὸν ἴσως, eorum quæ certò ſcio eſſe mala. Itaque commodè etiam conuertere licuit, vt ſuprà verſu 6, Enimuero bene. Cæterùm nonnulli poſt καλῶς ſubiiciunt diſtinctionem, vt ſubaudiendum ſit aliquid: quaſi dicat Dominus, Rectè ſanè facitis. Sed hoc non ſatis probo. Neque enim ſatis rectè cohæreret ſequens verbum, niſi præterea ſubaudias particulam aliquam. Itaque coniungo cum ἀθετεῖν, ſicut legitur in veteribus omnibus codicibus. Rurſus nonnulli hæc interpretantur ex idiomate Gallico, à quo Latini prorſus abhorrent. Sic enim Galli, *Vous reiettez bien*: id eſt, vos bene reiicitis. pro, at vos: vel, vos verò reiicitis. Abrogatis, ἀθετεῖτε. Eraſmus, Reiicitis, adſtipulante Cypriano. Ego verò exiſtimo τὸ ἀθετεῖν idem hic ſignificare quod τὸ ἀκυροῦν infrà, verſu 3. & Matth. 15. a. 6. Vide ſuprà cap. 6. d. 16.

10 Morte moriatur, θανάτῳ τελευτάτω: id eſt Abſque vlla ſpe veniæ impetrandæ morte mulctetur. Eſt enim hæc emphaſis Hebraica, quam tamen melius exprimas ad verbum, ſi dicas, θανάτῳ θανατούσθω: id eſt, מות יומת ſeruata paronomaſia.

11 Corban, κορβᾶν. Vide Matth. 15. a. 5.

14 Tota, πάντα. Vulgata, Iterum: id eſt πάλιν: quod in duobus vetuſtis codicibus legimus.

15 Polluere, κοινοῦν. Vide Matth. 15. b. 11. Quæ egrediuntur ex eo, τὰ ἐκπορευόμενα ἀπ' αὐτοῦ. Vulg. & Eraſmus, Quæ de homine procedunt: id eſt τὰ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου ἐκπορευόμενα: quod in vno manuſcripto codice legimus. Sed videtur procedendi vocabulum reſpondere τῷ προσχωροῦν.

Καὶ ὅτε εἰσῆλθεν εἰς οἶκον ἀπὸ τοῦ ὄχλου, ἐπηρώτων αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ τὴν παραβολήν.

17 Et quum introisset domum, digressus à turba, interrogarunt eum discipuli eius de parabola.

17 Et quum introisset in domum à turba, interrogabant eum discipuli eius parabolam.

Καὶ λέγει αὐτοῖς, Οὕτω καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε; οὐ νοεῖτε ὅτι πᾶν τὸ ἔξωθεν εἰσπορευόμενον εἰς τὸν ἄνθρωπον, οὐ δύναται αὐτὸν κοινῶσαι;

18 Tunc dicit eis, Itáne & vos desipitis? non intelligitis quicquid extrinsecus ingreditur in hominem, non posse eum polluere?

18 Et ait illis, Sic & nos imprudentes estis? Non intelligitis quia omne extrinsecus introiens in hominem, non potest eum communicare?

Ὅτι οὐκ εἰσπορεύεται αὐτοῦ εἰς τὴν καρδίαν, ἀλλ' εἰς τὴν κοιλίαν· καὶ εἰς τὸν ἀφεδρῶνα ἐκπορεύεται, καθαρίζον πάντα τὰ βρώματα.

19 Non enim ingreditur in cor eius, sed in ventrem: & in latrinam abit, purgans omnes escas.

19 Quia non intrat in cor eius, sed in ventrem vadit: & in secessu exit, purgans omnes escas.

Ἔλεγε δὲ ὅτι Τὸ ἐκ τοῦ ἀνθρώπου ἐκπορευόμενον, ἐκεῖνο κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον.

20 Dicebat autem, quod ex homine egreditur, illud polluere hominem.

20 Dicebat autem, quoniam quæ de homine exeunt, illa communicant hominem.

Ἔσωθεν γὰρ ἐκ τῆς καρδίας τῶν ἀνθρώπων οἱ διαλογισμοὶ οἱ κακοὶ ἐκπορεύονται, μοιχεῖαι, πορνεῖαι, φόνοι,

21 Intus enim ex corde hominum malæ cogitationes egrediuntur, adulteria, scortationes, cædes,

21 Abintus enim de corde hominum malæ cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia,

Κλοπαί, πλεονεξίαι, πονηρίαι, δόλος, ἀσέλγεια, ὀφθαλμὸς πονηρός, βλασφημία, ὑπερηφανία, ἀφροσύνη.

22 Furta, auaritiæ, scelera, dolus, proteruia, oculus malus, obtrectatio, superbia, amentia.

22 Furta, auaritiæ, nequitiæ, dolus, impudicitiæ, oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia.

Πάντα ταῦτα τὰ πονηρὰ ἔσωθεν ἐκπορεύεται, καὶ κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον.

23 Omnia hæc scelera intus exeunt, & polluunt hominem.

23 Omnia hæc mala abintus procedunt, & communicant hominem.

Καὶ ἐκεῖθεν ἀναστὰς ἀπῆλθεν εἰς τὰ μεθόρια Τύρου καὶ Σιδῶνος· καὶ εἰσελθὼν εἰς τινὰ οἰκίαν, οὐδένα ἤθελε γνῶναι· καὶ οὐκ ἠδυνήθη λαθεῖν.

24 Et illinc surgens abiit in confinia Tyri ac Sidonis: & ingressus domum, neminem volebat hoc scire: sed non potuit latêre.

24 Et inde surgens abiit in fines Tyri & Sidonis: & ingressus domum, neminem voluit scire: & non potuit latêre. Matth.15.c.21

17 A turba, ἀπὸ τοῦ ὄχλου. Erasmus, Semotus à turba. Significat enim ἀπὸ, vel (vt alii scribunt) ἄπο, absentiam & separationem, vt in illo Homerico, αἴ γὰρ δὴ νῶϊν ἄπο ἔμβαλε ἔπος.

18 Itáne & vos sine intelligentia estis? οὕτω καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε Erasmus, Adeo & vos: qui tamen in annotationibus eam versionem præfert quam nos sequuti sumus. Vide Matth.15.b.16. Non, οὐ. Erasmus, Nondum: legit enim οὔπω.

19 Abit, ἐκπορεύεται. Vulgata, Vadit, βαδίζει. Erasmus, Exit. Intelligitur autem ex antecedente consequens, sicut εἰσέρχεσθαι ponitur pro regredi Luc.17.a.7. Purgans, καθαρίζον. Erasmus legit Expurgans, ἐκκαθαίρεσθαι, eodem sensu. Dicitur enim id quod in latrinam eiicitur, expurgare omnes cibos, quoniam est cibi fex & purgamentum: vt videri etiam possit actiuum pro passiuo vsurpatum. Nam certè purgamentum potius dici videtur quod expurgetur quàm quod expurget.

21 Intus, ἔσωθεν: id est ex corde vt mox explicatur. Sic autem hæc particula sæpe vsurpatur à Plauto vt motum ex loco declaret: veluti in Cistellaria, Dic me orare vt aliquis intus prodeat.

22 Auaritiæ, πλεονεξίαι. Ita significantur infinita versutiarum genera, quibus alii ex aliorum incommodis sua captant commoda, dum nemo sua sorte contentus manet. Notandum enim est non tam affectus illos prauos significari quàm eorum effecta, siue actiones ex illis promanantes, quæ sunt multiplices: quam ob causam vsus est Euangelista multitudinis numero. Scelera, πονηρίαι. Πονηρὸν propriè vocant Græci (vt alibi diximus) hominem ad malè agendum exercitatum. Itaque πονηρία inueteratam malitiam declarat, omniũ scelerum matrem. Vulgata, Nequitiæ: quo vocabulo libidinosæ illecebræ & inertiæ significantur. Erasmus, Fraudes: i. πανουργίαι. Proteruia, ἀσέλγεια, vel, Nequitia. Quòd si plurali numero legas ἀσελγείαι (sicut scriptũ erat in tribus veteribus codicibus) malim conuertere flagitia, quàm impudicitiæ, cum Vetere interprete, i. ἀκολασίαι, vel ἀκρασίαι. Oculus malus, ὀφθαλμὸς πονηρός. Hebraismus, pro inuidia. Vide Mat.20.b.15. Obtrectatio, βλασφημία. Vide Matth.15.c.19. Amentia, ἀφροσύνη. Vulg. & Eras. Stultitia: id est μωρία.

24 Surgens, ἀναστὰς: i. Profectus, ἀπελθὼν, ex Hebræorum idiotismo. In confinia, εἰς τὰ μεθόρια. Vulg. In fines: i. εἰς τὰ ἔθνη. quod legimus in vno codice. nam sic etiam paulo pòst loquitur versu 31, & pro μεθόρια Matthæus dicit μέρη. Intelligit igitur extremos Palæstinæ fines quibus à Tyro & Sidone, id est à Phœnicia, dirimitur. quod quidem annotare placuit, nequis existimet Dominum in eam regionem venisse quæ inter Tyrum & Sidonem intercedit: quod opinatur Eras. Neque enim superioris Galilææ fines vnquam est egressus, vt ad profanas gentes proficisceretur. Ac Sidonis, καὶ Σιδῶνος. Hæc deerant in vno vetere exemplari: sed ab aliquo deleta esse opinor qui nõ intellexerit quid μεθόριον appellatione hoc loco intelligatur. Ingressus domũ, εἰσελθὼν εἰς οἰκίαν: i. quum in hospitium aliquod diuertisset: quicunque tãdem eius hospes fuit. Neque enim hic habitabat, sed in Capernaũ potius. Itaque quum quidã excuderint εἰς τινὰ οἰκίαν, expungendũ putauimus articulũ, nequis τὴν ἐρχέσθαι εἰς οἰκίαν, opponat τῇ κατοικίᾳ. sicut accipitur Matth.9.d.28. quum hic potius declaret τὴν κατοικίαν, vt etiam annotauimus suprà 6.b.10. Sed, καί. Vulg. & Eras. Nec: id est οὐδέ. Vide Matth.13.c.21.

Ακουσασα γὰρ γυνὴ περὶ αὐτοῦ, ἧς εἶχε τὸ θυγάτριον αὐτῆς πνεῦμα ἀκάθαρτον, ἐλθοῦσα προσέπεσε πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ·

25 ᵛQuum enim de eo audisset mulier cuius filiola habebat spiritum impurum, venit & accidit ad pedes eius:

25 *Mulier enim statim vt audiuit de eo, cuius filia habebat spiritum immundum, intrauit, & procidit ad pedes eius:*

(Ἡ δὲ γυνὴ ἦν Ἑλληνὶς, συροφοινίκισσα τῷ γένει) καὶ ἠρώτα αὐτὸν ἵνα τὸ δαιμόνιον ἐκβάλῃ ἐκ τῆς θυγατρὸς αὐτῆς.

26 (ᵛErat autem mulier ᵛGraeca, ᵛSyrophœnissa genere) & rogauit eum vt dæmonium eiiceret ex filia sua.

26 (*Erat enim mulier Gentilis, Syrophœnissa genere*) *& rogabat eum vt dæmonium eiiceret de filia eius.*

Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῇ, Ἄφες πρῶτον χορτασθῆναι τὰ τέκνα· οὐ γάρ καλόν ἐστι λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις.

27 Iesus autē dixit ei, Sine prius saturentur liberi: non est enim bonum accipere panem liberorum, & ᵛobiicere ᵛcatellis.

27 *Qui dixit illi, Sine prius saturari filios: non est enim bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.*

Ἡ δὲ ἀπεκρίθη, καὶ λέγει αὐτῷ, Ναὶ Κύριε· καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ὑποκάτω τῆς τραπέζης ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν παιδίων.

28 Ipsa verò respondit, & dixit ei, Etiam Domine: ᵛetenim catelli edunt sub mensa ex micis puerorum.

28 *At illa respondit, & dixit illi, Vtique Domine: nam & catelli comedunt sub mensa de micis puerorum.*

Καὶ εἶπεν αὐτῇ, Διὰ τοῦτον τὸν λόγον ὕπαγε· ἐξελήλυθε τὸ δαιμόνιον ἐκ τῆς θυγατρός σου.

29 Tunc dixit ei, Propter istum sermonem abi: exiit dæmoniū ex filia tua.

29 *Et ait illi, Propter hūc sermonem vade: exiit dæmonium à filia tua.*

Καὶ ἀπελθοῦσα εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς εὗρε τὸ δαιμόνιον ἐξεληλυθός, καὶ τὴν θυγατέρα βεβλημένην ἐπὶ τῆς κλίνης.

30 Quum autem *illa* abiisset domum suam, inuenit dæmoniū exisse, & filiam proiectam super lectum.

30 *Et quum abiisset domum suam, inuenit puellam iacentem supra lectū, & dæmoniū exisse.*

Καὶ πάλιν ἐξελθὼν ἐκ τῶν ὁρίων Τύρου καὶ Σιδῶνος, ἦλθε πρὸς τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας, ἀνὰ μέσον τῶν ὁρίων Δεκαπόλεως.

31 Tunc ᵛregressus ᵛè finibus Tyri ac Sidonis, venit ad mare Galilææ, per medios fines ᵛDecapolis.

31 *Et iterum exiens de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilææ, inter medios fines Decapoleos.*

25 Quum enim audisset, ἀκούσασα γάρ. Vulgata & Erasmus, Mulier enim statim vt audiuit: id est ὡς γὰρ ἀκούσασα γυνή: vt scriptum inuenimus in quodam codice, nisi quòd pro γὰρ legebatur ἀπό, verùm.

26 Erat autem, ἦν δέ. Vulgata & Erasmus, Erat enim, id est ἦν γάρ: quod non conuenit. Erasmus quoque in annotationibus legit, ἦν δέ. Græca, ἑλληνίς. Vulgata, Gentilis: id est religione profana, ἐθνική. Nam qua ratione posset Græca dici quæ ex Syrophœnice erat? Notum autem est ex Paulo, omnes Gentes profanas & diuersæ à Mosaica religionis, eo tempore à Iudæis generali Græcorum nomine fuisse comprehensas. Syrophœnissa, συροφοίνισσα. Syrophœnice regiuncula fuit, cui testatur non modò Tertullianus lib. in Marcionem 3, (vt Erasmus annotat) sed etiam Iustinus dialogo cum Tryphone habito, attributam fuisse Damascum. Matthæus hanc eandem ex vetusto totius illius tractus nomine, vel, ex Iudæorum more, Chananæam vocat. Cæterùm in veteribus codicibus duobus scriptum erat συροφοινίκισσα, eodem sensu. Rursus in septem aliis exemplaribus & Complutensi editione legitur σύρα φοίνισσα, duobus distinctis vocabulis, quorum altero videtur totum quiddam significari, altero verò pars illius. Latè enim patet Syriæ nomen, adeo vt ipsam etiam Babyloniam & Mesopotamiam complectatur, vt scribit Plinius libri quinti capite duodecimo. Itaque miror cur hanc lectionem mendosam esse scripserit in hunc locum Erasmus. Nam quòd regionem Phœnicem arbitratur fuisse Iudæorum, id oportuerat idonei alicuius scriptoris authoritate confirmari. Theophylactus autem legit duntaxat, ἑλληνὶς τῷ γένει.

27 Obiicere, βάλειν. Vulgata, Mittere: quam interpretationem nemo non videt parum conuenire. Erasmus, Proiicere: quod & ipsum, quanuis sit tolerabilius, tamen non satis quadrat. Itaque rectius videtur idem conuertisse Obiicere, Matth. 15. c. 26. Catellis, κυναρίοις. Vulg. Canibus. Erasmus autem rectè expressit diminutiuum, quo vsus videtur Dominus vt maiore cum contemptu loqui videretur.

28 Etenim, ναί γάρ. Vulgata, Nam &. Erasmus, Nam quoque. Vtraque interpretatio (ni fallor) parum est commoda. Confirmat enim his verbis mulier quod Christus dixerat, quasi id non impediat quominus illi cōcedatur quod petit. Ita se res habet, inquit illa, vt tu dicis. nam satis esse debet catellis si vel micas excipiāt. micas igitur peto, non filiorum panem.

31 Regressus, πάλιν ἐξελθών. Vetus interpres, Iterum exiens. Eras. Rursum egressus. Neuter (vt opinor) sensum expressit. Eum enim semel egressum esse oportet qui rursum egreditur. Sciendum est igitur, πάλιν hoc loco non significare iterationē, sed idem valere quod εἰς πολίτον: vt πάλιν ἐξελθὼν declaret ex illis finibus egressum, vt eò reuerteretur vnde initio digressus erat. Quum enim ad extremos Israelitarum fines peruenisset, progredi amplius non poterat, nisi vellet externis etiā Gētibus annūtiare Euangeliū. Itaq; significatur eū protinus ad oues perditas Israelis rediisse. Erat enim (vt ait Paulus) Circuncisionis minister. E finibus Tyri ac Sidonis, venit ad mare, ἐκ τῶν ὁρίων Τύρου & Σιδῶνος ἦλθε πρὸς τὴν θάλασσαν. Vulg. E finibus Tyri venit per Sidonē ad mare. i. ἐκ τῶν ὁρίων Τύρου ἦλθε διὰ Σιδῶνος: quo modo scriptū erat in duobus codicibus. Sed deprauatā esse hanc lectionem, ex eo primùm constat & Christum nusquā legimus Israelitarum fines egressum. Nam quorsum id faceret Tyrū enim & Sidonē profanæ Gentes incolebāt. Deinde quū Sidon à Galilæa sit remotior quàm Tyrus,

Septentrionem versus, qui dici potest per Sidonem in Galilæam reuertisse? Decapolis, δεκάπολις. Regiuncula est à numero decem vrbium sic vocata, quas (inquit Plinius lib. 3. capite 18) intercursant & cingunt tetrarchiæ: vt per medios eius regionis fines Christum reuertisse, minimè sit mirandum.

Καὶ φέρουσιν αὐτῷ κωφὸν μογιλάλον, καὶ παρακαλοῦσιν αὐτὸν ἵνα ἐπιθῇ αὐτῷ τὴν χεῖρα.

32 Et offerunt ei surdum, difficulter loquentem: & precantur eum vt imponat ei manum.

32 *Et adducunt ei surdũ & mutum: & deprecabantur eum vt imponat illi manum.*

Καὶ ἀπολαβόμενος αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὄχλου κατ' ἰδίαν, ἔβαλε τοὺς δακτύλους αὐτοῦ εἰς τὰ ὦτα αὐτοῦ· καὶ πτύσας ἥψατο τῆς γλώσσης αὐτοῦ.

33 Ipse verò quum abduxisset eum è turba priuatim, misit digitos suos in auriculas eius: & quum spuisset, tetigit linguam eius.

33 *Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius: & expuens tetigit linguam eius.*

Καὶ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, ἐστέναξε, καὶ λέγει αὐτῷ, Εφφαθὰ, ὅ ἐστι, Διανοίχθητι.

34 Ac suspiciens in cælum, ingemuit, dixitque ei, Ephphatha, quod est, Adaperitor.

34 *Et suspiciens in cælum ingemuit, & ait illi, Ephphetha, quod est, adaperire.*

Καὶ διηνοίχθησαν αὐτοῦ αἱ ἀκοαί· καὶ ἐλύθη ὁ δεσμὸς τῆς γλώσσης αὐτοῦ, καὶ ἐλάλει ὀρθῶς.

35 Et statim adapertæ sunt eius aures: & solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur rectè.

35 *Et statim apertæ sunt aures eius: & solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur rectè.*

Καὶ διεστείλατο αὐτοῖς ἵνα μηδενὶ εἴπωσιν. ὅσον δὲ αὐτὸς αὐτοῖς διεστέλλετο, μᾶλλον περισσότερον ἐκήρυσσον.

36 Et interdixit eis necui dicerent. sed quantũcunque ipse eis interdixisset, multo magis hoc prædicabant.

36 *Et præcepit illis ne cui dicerent. quanto autẽ eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant.*

Καὶ ὑπερπερισσῶς ἐξεπλήσσοντο, λέγοντες, Καλῶς πάντα πεποίηκε· καὶ τοὺς κωφοὺς ποιεῖ ἀκούειν, καὶ τοὺς ἀλάλους λαλεῖν.

37 Et supramodum percellebantur, dicentes, Bene omnia fecit: facit vt & surdi audiant, & muti loquantur.

37 *Et eo amplius admirabantur, dicentes, Bene omnia fecit: & surdos fecit audire, & mutos loqui.*

32 Offerunt, φέρουσιν. Vulgata & Erasmus, Adducunt. Et certè constat φέρειν & ἄγειν sæpe permutari, vt infrà 9. c. 17. sed seruanda est propria verborum significatio quoad eius fieri potest. Malo igitur simplex φέρειν pro cõpositο προσφέρειν positum esse, quo plerunque vti solet Matthæus, 8. b. 16. itẽ 9. a. 2. item 12. b. 22. Difficulter loquentem, μογιλάλον. Vulg. Et mutũ, καὶ ἄλαλον: & videtur pro hac interpretatione facere quod dicit turba vltimo huius capitis versu. Sed videndum est num de balbo potius quàm de muto loquatur. Primùm, quia hæc est propria huius vocabuli significatio: deinde, quia si de muto hic ageretur, hoc addi nihil erat necesse, quum qui natura surdus est, idem etiam mutus esse intelligatur. Præterea paulo pòst non dicit simpliciter Euangelista eum loqui cœpisse, sed rectè loqui. ex quo probabilis saltem coniectura elicitur, eum etiam antea potuisse loqui, sed admodum impedité. Quòd autem turba mentionẽ facit τοῦ ἀλάλου, idcirco fit quia communi loquẽdi vsu, qui difficulter loquitur, absolutè dicitur loqui nõ posse: vel quòd præter hunc balbum alios prorsus mutos sanasset Dominus, sicut Matthæus indicat cap. 15. c. 30. Nam alioquin de vno loquentes, singularem numerum vsurpassent.

33 Quum abduxisset, ἀπολαβόμενος: id est, ab illorum manibus acceptum abduxisset. Nam ex antecedente intelligitur consequens, Hebræorum more. Vulg. Apprehendens. Eras. Quum apprehendisset: id est ἀπολαβόμενος, vt legitur in Complutensi editione. Quum spuisset, πτύσας. Vulg. Expuens, id est πτύσας: quod est auersantis & abominantis. Eras. per periphrasin, Sputo emisso.

34 Adaperitor, διανοίχθητι. Quidam in hunc locũ annotauit ex Syriaci sermonis idiomate, διανοίχθητι idem valere quod Græcum vocabulum ἀναβλέψατε, id est visum recipere: & eum à Syris vocari apertum quem Græci ἀναβλέποντα dicunt: id est qui visum habet oculorum. Id ego quidem illi concedo: sed quorsum hoc, quum de surdo ac non de cæco hic agatur?

36 Sed quantumcunque ipse eis imperasset, ὅσον δὲ αὐτὸς αὐτοῖς διεστέλλετο. Vulg. Quanto autem eis præcipiebat. Eras. Sed quo magis ipse eis præceperat. Existimarunt igitur ὅσον hic poni cõparatiuè, quod non possum probare. Omnino enim dicendum fuisset ὅσῳ, & comparatiuum aliquod adiungendum. Deinde etiam subiungendum fuisset τοσούτῳ, vt appareret esse ἀντίθεσιν: cuius exempla profert Hermogenes De inuentione, tomo 4. cap. περὶ ἀφελείας. Superest ergo vt aduerbium esse dicamus indefinitè positum, vel certè nomen, vt ita conuertas, Sed quicquid ipse eis inhibuisset, multo amplius prædicabant. sicut in illo Horatii, Quicquid delirãt reges, plectuntur Achiui. Sic etiam vernaculo nostro sermone, *Mais quelque chose qu'il leur eust defendu, ils le publioyent tant plus.* Multo magis, μᾶλλον περισσότερον: subaudi, quàm si ille non prohibuisset: quæ eclipsis in huiusmodi generibus dicendi est omnibus linguis vsitata. Cæterùm abundat quidem particula μᾶλλον: (sicut in illo Euripidis versiculo ὁ τλήσας, Θανὼν δ' ἂν ἧσσον ἢ τὸν χρήσιμον. de quo pleonasmo diximus Matth. 6. d. 26.) sed tamen quia hoc dicendi genus videtur aliqua emphasi non carere, nos perinde sumus interpretati acsi scriptũ esset, πολὺ περισσότερον. Vulgata, Tanto magis plus. Eras. Hoc potius amplius. Existimauit enim supplendum τοσούτῳ, & μᾶλλον hic poni in cõrectione. Atqui non præcessit ὅσῳ: & quoties legitur μᾶλλον pro imò vel potius, fere adiungitur aliqua particula, vt μᾶλλον δὲ, vel μᾶλλον γάρ. Denique hanc interpretationem quiuis (opinor) intelligere potest Græcis non respondere.

37 Supramodũ. ὑπερπερισσῶς. i. ὑπερμέτρως. Ad verbum, Superabundanter. Vulg. Eo amplius. i. τοσούτῳ μᾶλλον. Facit vt & surdi audiant, καὶ τοὺς κωφοὺς ποιεῖ ἀκούειν. Vul. Et surdos fecit audire: quã interpretationẽ meritò reprehendit in annotationibus Eras. Latinis enim Facio, cum infinito modo, id significat quod fingo vel pono: id est ὑποτίθημι.

Κεφάλαιον ηʹ

Matth.15.d.32

Ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις παμπόλλου ὄχλου ὄντος, καὶ μὴ ἐχόντων τί φάγωσι, προσκαλεσάμενος ὁ Ἰησοῦς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, λέγει αὐτοῖς,

Σπλαγχνίζομαι ἐπὶ τὸν ὄχλον· ὅτι ἤδη ἡμέρας τρεῖς προσμένουσί μοι, καὶ οὐκ ἔχουσι τί φάγωσι.

Καὶ ἐὰν ἀπολύσω αὐτοὺς νήστεις εἰς οἶκον αὐτῶν, ἐκλυθήσονται ἐν τῇ ὁδῷ. τινὲς γὰρ αὐτῶν μακρόθεν ἥκασι.

Καὶ ἀπεκρίθησαν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, Πόθεν τούτους δυνήσεταί τις ὧδε χορτάσαι ἄρτων ἐπ' ἐρημίας;

Καὶ ἐπηρώτα αὐτούς, Πόσους ἔχετε ἄρτους; Οἱ δὲ εἶπον, Ἑπτά.

Καὶ παρήγγειλε τῷ ὄχλῳ ἀναπεσεῖν ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ λαβὼν τοὺς ἑπτὰ ἄρτους, εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἵνα παραθῶσι· καὶ παρέθηκαν τῷ ὄχλῳ.

Καὶ εἶχον ἰχθύδια ὀλίγα· καὶ εὐλογήσας, εἶπε παρατεθῆναι καὶ αὐτά.

Ἐφαγον δὲ, καὶ ἐχορτάσθησαν· καὶ ἦραν περισσεύματα κλασμάτων, ἑπτὰ σπυρίδας.

Ἦσαν δὲ οἱ φαγόντες ὡς τετρακισχίλιοι· καὶ ἀπέλυσεν αὐτούς.

Matth.15.d.39

Καὶ εὐθέως ἐμβὰς εἰς τὸ πλοῖον μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, ἦλθεν εἰς τὰ μέρη Δαλμανουθά.

CAP. VIII.

1 In diebus illis iterum quum turba multa esset, nec haberent quod manducarent: conuocatis discipulis, ait illis,

2 Misereor super turbam: quia ecce, iam triduò sustinent me, nec habent quod manducent.

3 Et si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via. quidam enim ex eis de longè uenerunt.

4 Et responderunt ei discipuli sui, Vnde istos quispiam possit hic satiare panibus in solitudine?

5 Et interrogauit eos, Quot panes habetis? Qui dixerunt, Septem.

6 Et præcepit turbæ discumbere super terram: & accepit septem panes, gratias agens fregit: & dabat discipulis suis ut apponerent: & apposuerunt turbæ.

7 Et habebant pisciculos paucos: & benedixit, & iussit apponi.

8 Et manducauerunt, & saturati sunt: & sustulerunt quod superauerat de fragmentis, septem sportas.

9 Erant autem qui manducauerant, quasi quatuor millia: & dimisit eos.

10 Et statim ascendens nauim cum discipulis suis, uenit in partes Dalmanutha.

CAP. VIII.

1 Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις πάλιν πολλοῦ ὄχλου ὄντος, καὶ μὴ ἐχόντων τί φάγωσι, προσκαλεσάμενος τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ ὁ Ἰησοῦς, λέγει αὐτοῖς,

2 Σπλαγχνίζομαι ἐπὶ τὸν ὄχλον· ὅτι ἤδη ἡμέρας τρεῖς προσμένουσί μοι, καὶ οὐκ ἔχουσι τί φάγωσι.

3 Καὶ ἐὰν ἀπολύσω αὐτοὺς νήστεις εἰς οἶκον αὐτῶν, ἐκλυθήσονται ἐν τῇ ὁδῷ· τινὲς γὰρ αὐτῶν μακρόθεν ἥκασι.

4 Καὶ ἀπεκρίθησαν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, Πόθεν τούτους δυνήσεταί τις ὧδε χορτάσαι ἄρτων ἐπ' ἐρημίας;

5 Καὶ ἐπηρώτα αὐτούς, Πόσους ἔχετε ἄρτους; Οἱ δὲ εἶπον, Ἑπτά.

6 Καὶ παρήγγειλε τῷ ὄχλῳ ἀναπεσεῖν ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ λαβὼν τοὺς ἑπτὰ ἄρτους, εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἵνα παρατιθῶσι· καὶ παρέθηκαν τῷ ὄχλῳ.

7 Καὶ εἶχον ἰχθύδια ὀλίγα· καὶ εὐλογήσας, εἶπε παρατεθῆναι καὶ αὐτά.

8 Ἐφαγον δὲ, καὶ ἐχορτάσθησαν· καὶ ἦραν περισσεύματα κλασμάτων, ἑπτὰ σπυρίδας.

9 Ἦσαν δὲ οἱ φαγόντες ὡς τετρακισχίλιοι· καὶ ἀπέλυσεν αὐτούς.

10 Καὶ εὐθέως ἐμβὰς εἰς τὸ πλοῖον μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, ἦλθεν εἰς τὰ μέρη Δαλμανουθά.

IN CAPVT VIII.

1 Multa omnino, πολλοῦ. Sic Cicero hanc particulam cum superlatiuo coniungit interdum, vt 1. Offic. Miserrima est omnino ambitio, honorúmque contentio. id est, πολλὴ δὲ καὶ περὶ ταῦτα καὶ φιλονικία. Vulgata, Iterum multa: id est πάλιν πολλοῦ, sicut scriptum legimus in exemplaribus duobus. Erasmus, Admodum multa: id est πάνυ πολλοῦ.

3 Deficient, ἐκλυθήσονται. Ad verbum, Exoluentur: quòd in deliquio animi, nerui resoluantur: aliquin ἐκλύεσθαι etiam dissipari declarat, vt Matth. 9. d. 36.

4 Vnde, πόθεν. Id est, quo ex loco: quumvidelicet in solitudine versemur. Cæterùm in vno codice additum erat ὧν, cuius aliqua vis est in interrogatione: vt ita conuerti possit, Nam vnde possit quispiam istos satiare panibus in deserto? vt in illo Virgilii, Nam quis te iuuenum confidentissime, nostras iussit adire domos? Panibus, ἄρτων. Panis appellatione apud Hebræos sæpe iam admonuimus omnem cibum significari: hic tamen id ipsum intelligi puto quod panem vocamus: vt sit argumentum à comparatis sumptum. quasi dicerent discipuli, ne panes quidem posse eo loco satis multos inueniri, nedum aliquid opsonii tantæ laudæ multitudini.

7 Quum benedixisset, εὐλογήσας. Vide Matth. 14. b. 19, & 26. c. 26. Vt apponerent, παρατεθῆναι. Vulg. & Eras. Apponi: id est παρατεθῆναι. Nam mendosè legitur in annotationibus Eras. παρατιθῶσιν.

9 Quasi, ὡς. Vide suprà 5. b. 13.

10 Dalmanutha, Δαλμανουθά. Annotat Erasmus quendam Græcum codicem habuisse Μαγδαλά, cuius meminit Matthæus, siue (vt quidam legunt) Magedam. Augustinus autem scribit plerosque codices habuisse Mageda. Sed & in quodam codice pro εἰς τὰ μέρη Δαλμανουθά, scriptum erat, εἰς τὰ ἅγια Μαδιγαδά, in fines Madegada.

Καὶ ἐξῆλθον οἱ Φαρισαῖοι, καὶ ἤρξαντο συζητεῖν αὐτῷ, ζητοῦντες παρ' αὐτοῦ σημεῖον ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, πειράζοντες αὐτόν.

Καὶ ἀναστενάξας τῷ πνεύματι αὐτοῦ, λέγει, Τί ἡ γενεὰ αὕτη σημεῖον ἐπιζητεῖ; ἀμὴν λέγω ὑμῖν, εἰ δοθήσεται τῇ γενεᾷ ταύτῃ σημεῖον.

Καὶ ἀφεὶς αὐτοὺς, ἐμβὰς πάλιν εἰς τὸ πλοῖον, ἀπῆλθεν εἰς τὸ πέραν.

Καὶ ἐπελάθοντο λαβεῖν ἄρτους· καὶ εἰ μὴ ἕνα ἄρτον οὐκ εἶχον μεθ' ἑαυτῶν ἐν τῷ πλοίῳ.

Καὶ διεστέλλετο αὐτοῖς, λέγων, Ὁρᾶτε, βλέπετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων, καὶ τῆς ζύμης Ἡρῴδου.

Καὶ διελογίζοντο πρὸς ἀλλήλους, λέγοντες, Ὅτι ἄρτους οὐκ ἔχομεν.

Καὶ γνοὺς ὁ Ἰησοῦς λέγει αὐτοῖς, Τί διαλογίζεσθε ὅτι ἄρτους οὐκ ἔχετε; οὔπω νοεῖτε, οὐδὲ συνίετε; ἔτι πεπωρωμένην ἔχετε τὴν καρδίαν ὑμῶν;

Ὀφθαλμοὺς ἔχοντες οὐ βλέπετε; καὶ ὦτα ἔχοντες οὐκ ἀκούετε; καὶ οὐ μνημονεύετε;

11 ¶ Et venerunt Phariſæi, cœperúntque ᵛ altercari cum eo, quærentes ab eo ſignum è cælo, tentantes eum.

12 Ipſe verò ᵛ quum altè ingemuiſſet ſpiritu ſuo, dixit, ᵛ Cur natio iſta ſignũ requirit? amen dico vobis, ſi dabitur nationi iſti ſignum.

13 ¶ Et eis relictis, ingreſſus rurſus nauigiũ, abiit in vlteriorẽ ripam.

14 ¶ Fuerant autem obliti diſcipuli ſumere panes, ᵛ & panem non habebant niſi vnum ſecũ in nauigio.

15 Tunc interdixit eis, dicens, ¶ Videte, ᵛ cauete à fermento Phariſæorum, & fermento Herodis.

16 Diſceptabant igitur ᵛ alii aduerſus alios, dicentes, Panes nõ habemus.

17 ᵛ Id autem quum nouſſet Ieſus, dixit eis, Quid diſceptatis quòd panes non habetis? nondum ᵛ animum aduertitis, nec intelligentia præditi eſtis? adhuc ᵛ ſtupidum habetis cor veſtrum?

18 Quum oculos habeatis non cernitis? & quũ aures habeatis, nõ auditis? ᵛ nec meminiſtis?

11 *Et exierũt Phariſæi: & cœperunt conquirere cũ eo, quærentes abillo ſignum de cælo, tentantes cum.* Matth.16.a.1

12 *Et ingemiſcens ſpiritu, ait, Quid generatio iſta ſignum quærit? amen dico vobis, ſi dabitur generationi iſti ſignum.*

13 *Et dimittens eos, aſcẽdit iterum nauim, & abiit trans fretum.* Matth.16.a.4

14 *Et obliti ſunt panes ſumere: & niſi vnum panem non habebant ſecum in naui.* Matth.16.a.5

15 *Et præcipiebat eis, dicens, Videte, & cauete à fermento Phariſæorum, & fermento Herodis.* Matth.16.a.6

16 *Et cogitabãt ad alterutrum, dicentes, Quia panes non habemus.*

17 *Quo cognito ait illis Ieſus, Quid cogitatis quia panes non habetis? nondum cognoſcitis, nec intelligitis? adhuc cæcatum habetis cor veſtrum.*

18 *Oculos habentes non videtis? & aures habentes non auditis? nec recordamini?*

11 Et venerunt, καὶ ἐξῆλθον. Vulgata, Et exierunt. Eraſmus, Et egreſſi ſunt. vterque ad verbum. Eſt autem hoc dicendi genus Hebræis familiare, quo ſignificatur Phariſæos eo conſilio profectos domo vt eum aggrederentur: vel ex antecedente intelligitur conſequens. Priuſquam enim ad Ieſum veniant, neceſſe eſt vt domo egrediantur. Inde factum vt προέρχομαι, ἀπέρχομαι & εἰσέρχομαι ſæpe ponantur pro ſimplici ἔρχομαι. Vide ſuprà 3.c.21, & infrà 11.b.11. Altercari cum eo, συζητεῖν αὐτῷ. Vulg. Conquirere, Eraſ. Diſputare. Vide ſup.1.c.27.

12 Quum altè ingemuiſſet ſpiritu ſuo, καὶ ἀναστενάξας τῷ πνεύματι αὐτοῦ. Vulgata, Ingemiſcens ſpiritu. Nam etiam in vno Græco exemplari deerat αὐτοῦ. Eraſmus, Quum ingemuiſſet ſpiritu ſuo: rectè obſeruata temporis aoriſti ratione. Cæterùm στενάζειν (teſte Aphrodiſæo) à cordis angustia dicitur: eſtque στενάζειν καὶ στενάχιζειν quod Latini dicunt gemere & ſuſpirare. Addidi aduerbium altè, quia præpoſitio ἀνὰ non videtur otioſa, ſed idem valere quod αὖω: vt intelligamus Dominum tanta iſtorum infidelitate vehementer offenſum, intus æſtuaſſe. Quamobrem etiam Euangeliſta addidit τῷ πνεύματι αὐτοῦ, ſpiritu ſuo: vt ſciamus ex intimo corde & ipſis animi penetralibus profecta hæc ſuſpiria. Cur, &c. Tota huius orationis indoles intelligitur ex pronũtiatione. Neque enim hoc loco ſimpliciter interrogat Dominus, ſed potius expoſtulat de tanta peruicacia, & quidem ſummo cum dolore, quòd illos videret ſibiipſis perniciem accerſere. Si, &c. Hæc ſunt per apoſiopeſin dicta: quæ figura cõuenit grauiter commotis, ſicut Pſal.95.b.11. Solet autem particula ΝΗ ab Hebræis adhiberi in iureiurando, imprecationis loco: quia qui iurat, Deum ſimul aduocat vltorem. Deus quum per ſeipſum iurat, de fide & gloria ſua permittit iudicium fieri ex verbis quæ affirmat. Chriſtus autem ſuam denuntiationem hoc loco ita confirmat, acſi diceret, Patiar haberi mendax ac impoſtor, vel aliquid ſimile. Quum plenam ſententiam concipiunt Hebræi, imprecatio ipſa diſertè ponitur, Hæc faciat mihi Dominus: pro quo dicunt profani homines, Emoriar, vel diſpeream: quod fidelibus, nedum Chriſto ipſi, parum conuenit. Sed tamen in vno codice ſcriptum erat, οὐ δοθήσεται, non dabitur.

14 Et panem non habebant niſi vnum, καὶ οὐκ εἶχον ἄρτον εἰ μὴ ἕνα. Sic Vetus interpres, quem nos ſequuti ſumus, mutata tantùm verborum collocatione. Eraſmus, Nec præter vnum panem habebant. Sic autem loquitur vt nos fecimus, Cicero De amicitia, Sed hoc primùm, inquit, ſentio, nõniſi in bonis amicitiã eſſe poſſe.

15 Cauete, βλέπετε: id eſt (vt ait Matth.16.a.6) προσέχετε. Nam βλέπειν quum de oculis propriè dicatur, hoc loco ad animum transfertur. Herodis, Ἡρῴδου. Annotat Eraſmus quoſdam codices pro Ἡρῴδου habere Ἡρωδιανῶν, Herodianorum, cuius factionis fit mentio ſuprà 3.a.6. Nos de iis diximus Matth.22.b.16.

16 Alii aduerſus alios, πρὸς ἀλλήλους. Vulg.barbarè, Ad alterutrum. Eraſmus, Inter ſeſe. Ego verò ſum dui Græci pronominis tanquam veſtigia ſectari.

17 Id autem quum nouſſet, καὶ γνοὺς. Vide Matth.16.a.8. Animum aduertitis, νοεῖτε. Vulgata, Cogitatis. Eraſmus, vno verbo, Animaduertitis. Sed hoc vtrunque rarò ponitur abſolutè. Cæterùm νοεῖν interdum pro εὐνοεῖν accipitur, vt ſuprà cap. 7.b.18. Hic autem quum vtrunque addatur, videtur illud minus quidpiam ſignificare. Neque enim quicquid conſideramus, ſtatim intelligimus. Reprehendit autem Dominus diſcipulorum incogitantiam, qui non ſatis attentum animũ haberent ad ea conſideranda quæ ab ipſo fiebant: ex quo conſequebatur vt ea non intelligerent. Stupidum, πεπωρωμένην. Vide ſuprà 6.v.52.

18 Nec meminiſtis? μνημονεύετε; In nonnullis codicibus, & Romano Theophylacto non adſcribitur

nota interrogationis, ſed coniungitur hoc verbum cum proximo verſiculo, ſicut etiam apud Matth. cap. 16. b. 9. Sed Apoſtolorum reſponſio, & repetita ſimilis interrogatio ver. 10, ſatis oſtendit ita diſtinguendum eſſe hūc locum vt nos feçimus, Frobenianam editionem ſequuti.

Ioan. 6. a. 11

Οτε τοὺς πέντε ἄρτους ἔκλασα εἰς τοὺς πεντακισχιλίους, πόσους κοφίνους πλήρεις κλασμάτων ἤρατε; Λέγουσιν αὐτῷ, Δώδεκα.

Οτε δὲ τοὺς ἑπτὰ εἰς τοὺς τετρακισχιλίους, πόσων σπυρίδων πληρώματα κλασμάτων ἤρατε; Οἱ δὲ εἶπον, Ἑπτά.

Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, Πῶς οὐ συνίετε;

Καὶ ἔρχεται εἰς Βηθσαϊδάν· καὶ φέρουσιν αὐτῷ τυφλὸν, καὶ παρακαλοῦσιν αὐτὸν ἵνα αὐτοῦ ἅψηται.

Καὶ ἐπιλαβόμενος τῆς χειρὸς τοῦ τυφλοῦ, ἐξήγαγεν αὐτὸν ἔξω τῆς κώμης· καὶ πτύσας εἰς τὰ ὄμματα αὐτοῦ, ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας αὐτῷ, ἐπηρώτα αὐτὸν εἴ τι βλέπει.

Καὶ ἀναβλέψας ἔλεγε, Βλέπω τοὺς ἀνθρώπους· ὅτι ὡς δένδρα ὁρῶ περιπατοῦντας.

Εἶτα πάλιν ἐπέθηκε τὰς χεῖρας ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι καὶ ἀποκατεστάθη, καὶ ἐνέβλεψε τηλαυγῶς ἅπαντας.

19 ¶Quum quinque illos panes fregi in homines quinquies mille, quot cophinos fragmentis plenos ſuſtuliſtis? Dicunt ei, Duodecim.

20 Quum autem ſeptē illos homines quater mille, quot ſportas fragmētis plenas ſuſtuliſtis? Illi verò dixerunt, Septem.

21 Tunc dixit eis, Quomodo hæc non intelligitis?

22 Venit autem Bethſaidan: & obtulerunt ei cæcum, & precati ſunt eum vt ipſum tangeret.

23 Tunc prehenſa manu cæci, eduxit eum extra vicum: & quū inſpuiſſet in oculos eius, impoſuiſſétque ei manus, interrogauit eum ecquid videret.

24 Qui quum oculos ſuſtuliſſet, dixit, Video homines: nā cerno inſtar arborum ambulātes.

25 Deīde rurſum impoſuit manus oculis eius, fecitque vt denuò oculos attolleret: & reſtitutus eſt, viditque procul & dilucidè omnes.

19 Quando quinque panes fregi in quinque millia, & quot cophinos fragmentorum plenos ſuſtuliſtis? Dicunt ei, Duodecim.

20 Et quando & ſeptem panes in quatuormillia, quot ſportas fragmentorum tuliſtis? Et dicunt ei, Septem.

21 Et dicebat eis, Quomodo nondum intelligitis?

22 Et veniunt Bethſaidā: & adducunt ei cæcum, & rogabant eum vt illum tangeret.

23 Et apprehenſa manu cæci, eduxit eum extra vicum: & expuens in oculos eius, impoſitis manibus ſuis, interrogauit eū ſiquid videret.

24 Et aſpiciens ait, Video homines velut arbores ambulantes.

25 Deinde iterum impoſuit manus ſuper oculos eius, & cœpit videre: & reſtitutus eſt, ita vt clarè videret omnia.

19 Quinque illos panes, τοὺς πέντε ἄρτους. Vulgata & Eraſmus hoc quoque loco prætermittunt articulū, quem nos in tota illa hiſtoria putamus habere vim ἀναφορικὴν, vel (vt loquuntur grammatici) βασιλικὴν γνώμης. Itaque putauimus exprimendum.

20 Quot ſportas fragmentorum plenas, πόσων σπυρίδων πληρώματα κλασμάτων. Ad verbum, Quot ſportarum complementa fragmentorum: quod nemo intelligeret. Itaque Vulg. interpretatur, Quot ſportas fragmentorum: id eſt, πόσας σπυρίδας κλασμάτων, vel πόσων σπυρίδων κλάσματα. Eraſmus autem conuertit, Quot ſportas ex reliquiis fragmentorum. Putat enim πληρώματα idem valere quod περισσεύματα: quod ego quidem non auſim affirmare.

21 Quomodo hæc non intelligitis? πῶς οὐ συνίετε; Id eſt, Qui fieri poteſt vt tam aperta támque manifeſta non intelligatis? Vid. Matth. 16. b. 11. Frobeniana editio habet, πῶς οὐ νοεῖτε; Quomodo non aduertitis animum? Sed & in tribus vetuſtis codicibus ſcriptum erat, οὔπω συνίετε, nondum intelligitis? Rurſus in alio quodam, πῶς οὔπω συνίετε, quomodo nondū intelligitis? quæ quidē non ſunt interrogātis, ſed admirātis ſimul & expoſtulātis.

22 Obtulerunt, φέρουσι: vel (vt Vulg. & Eraſ.) Adducunt. Cæcum enim adduci oportuit.

24 Qui quum oculos ſuſtuliſſet, καὶ ἀναβλέψας, vel Quum reſpexiſſet. Eraſmus, Et recepto viſu. Ego verò exiſtimo particulam καὶ vim habere relatiui pronominis, vel potius relatiuum οὗτος ſubaudiendum, vt ita cōuerteras, Et quum is aſpexiſſet. vel, Quum autem is aſpexiſſet. de quo dicendi genere alibi diximus. Ἀναβλέψαντα verò hic non declarat videndi facultatē amiſſam recuperare, vt alibi ſæpe: (neque enim adhuc viſum receperat, niſi tenuiter admodum, ſicut ex ipſius reſponſo apparet) ſed exprimit ipſum cæci geſtum & habitum, oculos attollentis, & explorātis ecquid oculorum aciem recepiſſet. Aut idem valet quod ſimplex βλέψαντα, declarans ipſam videndi actionem. Itaque exprimi etiam poterat verbo Aſpicere abſolutè poſito. Sic Plinius, Cancri, inquit, in obliquum aſpiciunt. & ita etiam accipitur ἀναβλέψαντα infrà 10. 21. 4. Nam cerno inſtar arborum ambulantes, ὅτι ὡς δένδρα ὁρῶ περιπατοῦντας. Eraſmus, Quoniam velut arbores cerno ambulantes: quod etiam ſic accipi poteſt quaſi participium ambulantes, ad arbores pertineat. Hæc enim oſtendunt cæcum iſtum potuiſſe motum hominum percipere, nō autem formam ipſam diſtinguere: quaſi diceret, Video corpora reſtæ ſtaturæ, ſed quæ mouentur, quum arbores ſint immobiles. Ego igitur, vt amphiboliam vitarem, (quæ nulla eſt in Græco ſermone) ὡς δένδρα, cōuerti, Inſtar arborum. Vetus interpres, Video homines velut arbores ambulantes. Coniunxit enim hoc membrum cum ſuperiore, & ita legit, βλέπω τοὺς ἀνθρώπους ὡς δένδρα περιπατοῦντας: quam lectionem maximè probo, quū præſertim Cōplutenſis editionis atque adeo vnius codicis vetuſti authoritate cōfirmetur.

25 Fecitque vt denuò oculos attolleret, καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι, id eſt, Iterū iuſſit vt reipſa exploraret an perſpicuè iā cerneret. Itaque particulā πάλιν repeto ex ἐπέθηκε πάλιν τὰς χεῖρας, & ἀναβλέψαι accipio ſicut in verſiculo ſuperiore. nam etiam in vno vetuſto codice ſcriptum erat βλέψαι, non ἀναβλέψαι. Eraſmus, Et fecit vt viſum reciperet. quā interpretationem non probo. nam proximè ſequitur καὶ ἐνέβλεψε. Itaque inanis hic eſſet battologia. Marcę breuitati minimè conueniens. Vetus interpres, Et cœpit videre. Legit enim καὶ ἤρξατο ἀναβλέψαι: (ſicut etiam in quodam codice legimus) quod mallem interpretari, Et cœpit aſpicere: repetita (ut antè dixi) particula πάλιν, &c

verbo ἀναβλέψαι similiter expoſito, ſicut & paulo pòſt accipitur. Cæterùm τηλαυγῶς ponitur hoc loco pro authorem eſſe cuipiam alicuius rei faciendæ, vt etiam accipitur Act.3.b.11. Sic vernaculo ſermone dicimus, *Ile ſeit regarder*, quæ eſt circumloquutio coniugationis Hiphil. Viditque, καὶ ἐνέβλεψε. In quinque vetuſtis exemplaribus & editione Complutenſi ſcribitur ἀνέβλεψε: quod Eraſmus interpretatur, Ac denuò videbat: idque (ni fallor) non ſatis commodè. Omnino enim hic ponitur compoſitum pro ſimplici ἔβλεψε, vt liquet ex particula ἅπαντας adiuncta. Vulgata, Ita vt videret, ὥστε ἀναβλέψαι, ſicut habebat quoddam exemplar. Sed mihi placet in primis Frobeniana editio, quæ habet διέβλεψε, id eſt peruidit. Initio enim non niſi ex parte aliqua vſum receperat. Procul & dilucidè, τηλαυγῶς. Vulg. Claré. Eraſmus, Dilucidé. Nos verò ſuduimus Græci aduerbii ſignificationem paulo clarius explicare. Componitur enim ex τῆλε, id eſt eminus, & αὐγὴ, quod lucem & ſplendorem declarat. In vno vetere exemplari ſcriptum erat ἀπαυγῶς: id eſt perſpicuè, ſiue pellucidè. Omnes, ἅπαντας. Vulgata, Omnia, id eſt πάντα: quod annotatum erat in quodam exemplari.

Καὶ ἀπέστειλεν αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, λέγων, Μηδὲ εἰς τὴν κώμην εἰσέλθῃς, μηδὲ εἴπῃς τινὶ ἐν τῇ κώμῃ.

16 Tunc Ieſus miſit eum domũ ſuam, dicens, Neque in vicum illum ingreditor, neque hæc dicito cuiquam in vico.

16 *Et miſit illum in domum ſuam, dicens, Vade in domum tuam, & ſi in vicum introieris, nemini dixeris.*

Καὶ ἐξῆλθεν ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὰς κώμας Καισαρείας τῆς Φιλίππου· καὶ ἐν τῇ ὁδῷ ἐπηρώτα τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, λέγων αὐτοῖς, Τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι;

17 Ingreſſus eſt autem Ieſus ac diſcipuli eius in vicos Cæſareæ quæ cognominatur Philippi: & in via interrogauit diſcipulos ſuos, dicens eis, Quem me dicunt homines eſſe?

17 *Et egreſſus eſt Ieſus & diſcipuli eius in caſtella Cæſareæ Philippi: & in via interrogabat diſcipulos ſuos, dicens eis, Quem me dicunt eſſe homines?* Matth. 16.b.13 luc.9.c.19

Οἱ δὲ ἀπεκρίθησαν, Ἰωάννην τὸν Βαπτιστήν· καὶ ἄλλοι Ἠλίαν· ἄλλοι δὲ ἕνα τῶν προφητῶν.

18 Illi verò reſponderunt, Iohãnem Baptiſtam: & alii Eliam: alii verò vnum ex Prophetis.

18 *Qui reſponderunt illi, dicentes, Iohãnem Baptiſtam: alii Eliam: alii verò quaſi vnum de prophetis.*

Καὶ αὐτὸς λέγει αὐτοῖς, Ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι; Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος λέγει αὐτῷ, Σὺ εἶ ὁ Χριστός.

19 Tunc ipſe dixit eis, Vos autẽ quẽ me dicitis eſſe? Reſpondens verò Petrus dicit ei, Tu es ille Chriſtus.

19 *Tunc dicit illis, Vos verò quem me eſſe dicitis? Reſpondens Petrus ait ei, Tu es Chriſtus.*

Καὶ ἐπετίμησεν αὐτοῖς ἵνα μηδενὶ λέγωσι περὶ αὐτοῦ.

30 Tunc interminatus eſt vt nulli id dicerent de ſe.

30 *Et cõminatus eſt eis ne cui dicerent de illo.*

Καὶ ἤρξατο διδάσκειν αὐτοὺς ὅτι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων καὶ Ἀρχιερέων καὶ Γραμματέων, καὶ ἀποκτανθῆναι· καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀναστῆναι.

31 Et cœpit eos docere quòd oporteret Filium hominis multa pati, & reprobari à ſenioribus, principibúſque Sacerdotum, ac Scribis, & trucidari: & tribus poſt diebus reſurgere.

31 *Et cœpit docere eos quoniam oportet Filium hominis multa pati, & reprobari à ſenioribus & à ſummis Sacerdotibus & Scribis, & occidi: & poſt tres dies reſurgere.*

16 Neque in vicum illum, μηδὲ εἰς τὴν κώμην. Omnino fuit exprimendus articulus, ne videretur generale Chriſti interdictum. Totus autem hic locus ad finem vſque verſiculi variè legitur in Græcis exemplaribus. Nam teſtatur Eraſmus ſe codicem habuiſſe in quo poſt λέγων ſcriptum eſſet, καὶ εἰς τὴν κώμην εἰσέλθῃς μηδὲ εἴπῃς, μηδὲ τῇ κώμῃ: id eſt, Si in vicum introieris, nemini dixeris, ne in vico quidem. Veterem autem interpretem legiſſe apparet, λέγων, Ὑπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου. καὶ ἐὰν εἰς τὴν κώμην εἰσέλθῃς, μηδενὶ εἴπῃς. Sic enim conuertit, Dicens, Vade domum tuam: & ſi in vicum introieris, nemini dixeris. Denique in vno vetuſto codice deerat totum illud, μηδὲ εἴπῃς τινὶ ἐν τῇ κώμῃ. quem ſi ſequamur, vertendum erit, Ne ingreditor quidem in vicum illum. Certè videtur poſterius hoc membrum abundare, niſi pro τῇ κώμῃ, legas ἐκ τῆς κώμης: quod tamen nuſquam reperi.

18 Vnum, ἕνα. Vulgata, Quaſi vnum id eſt ὡσεὶ ἕνα.

19 Ille Chriſtus, ὁ Χριστός. Rectè hic Eraſmus articulum expreſſit, à Vetere interprete prætermiſſum. Additum autem reperimus in vno vetuſto exemplari ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, Filius Dei.

30 Interminatus eſt, ἐπετίμησεν. Vide Matth.8.d.26, & 12.b.16. Id eſt, adhibitis minis prohibuit. Terẽt. in And. Interminatus ſum ne id faceres. Paulo pòſt accipitur pro obiurgare, vt alibi ſæpe. *Id dicerent*, λέγωσι.

Addidi relatiuum pronomen, quod ſæpe alibi prætermittitur: hic autem omnino ſupplendum putaui, nõ modò quia dicere de ſe, pro, loqui de ſe, videtur obſcurius dictum: ſed etiam quia ex Matthæo apparet cap.16.c.20, & ex Luca 9.c.21, hoc Chriſti interdictum non eſſe generale, ſed ad ea referendum quæ proximè præceſſerunt.

31 A, ὑπὸ, id eſt ἀπό. Vide Matth.11.c.19. In vno tamen codice ſcriptum erat ἀπό. Rurſus autem in alio quodã legimus, ὑπὸ τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων τῶν πρεσβυτέρων, à filiis hominum ſenioribus. Tribus poſt diebus, μετὰ τρεῖς ἡμέρας. Vulgata & Eraſmus ad verbũ, Poſt tres dies: quæ interpretatio non modò eſt obſcura hoc quidem loco, ſed etiam (vt exiſtimo) falſa. Itaque magnas peperit controuerſias inter doctiſſimos viros, qui hunc locum cum aliis multis conciliare ſtudent: in quibus diſertè dicitur Chriſtus non poſt tres dies, ſed ipſo die tertio reſurrecturus. Dicam igitur & ego quod ſentio, vt eruditiores iudicent. Qui ad ſynecdochen confugiunt, non penitus expediunt nodum: quia nemo Latinè dicet poſt tres dies fieri quod fit intra illud tempus. Quid ergo? Certè genus dicendi quo vſus eſt Dominus in ſuo ſermone, minimè ambiguum fuiſſe, declarat Phariſæorum oratio, Matth.27.g.64: petentium à Pilato vt iubeat muniri ſepulchrum in tertiũ vſque diem: quia (inquiũt) meminimus impoſtorem illum dixiſſe, quum adhuc viueret, μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι. Hoc igitur dicendi genus ſi ambiguum fuiſſet, trium dierum mentionem non feciſſent Phariſæi, quibus elapſis ſe nihil metuere teſtantur, quum in id duntaxat ſpatium à Pilato præſidium petunt. Hoc igitur quum videret Stapuleuſis, homo tam pius quàm eruditus, alia via aggreſſus eſt hunc nodum explicare. Oſtendit enim ex Apollonio gram-

matico præpoſitionem μϛ interdum poni pro ὲν apud Græcos, veluti quum dicunt μϛ χθες ἐχθ, pro ἐν χρόν: id eſt in manibus habere. Sed hoc fateor non ſatis conuenire, quum in eiuſmodi exemplis (qualia permulta reperiuntur) nullum temporis interuallum ſignificetur. Eraſmus igitur aliam excogitat rationem, nempe vt triduũ ſupputetur à captiuitate Chriſti, non ab occiſione: ſed hanc interpretationem ſatis refutat illud quod ex Phariſæorum oratione collegimus. Deinde quum reſurrectio morti opponatur, conſtat tẽpus futuræ reſurrectioni conſtitutum, potius ab ipſa morte quàm à captiuitate initium ducere. Quid igitur? Nempe hoc affirmare nõ dubito, fieri non poſſe vt in hoc dicendi genere & ſimilibus μϛ reſpondeat Latinæ præpoſitioni Poſt cũ quarto caſu. Nam primùm omnium (vt in propoſito nobis exemplo maneamus) qui poſt tres dies futurum aliquid pronuntiat, nullum certum diem conſtituit, non quartum, non quintum, non ſextum, non ſeptimum, non deinceps vllum alium. Itaque nemo ſic loqui ſolet: neque (vt opinor) creditor vllus eſt qui mutui ſolutionem velit hac formula ſtipulari. Deinde id ipſum liquet ex illa Phariſæorum petitione. Nam ſi μϛ τρεῖς ἡμέρας, declarat Poſt tres dies, quid tãdem ineptius fingi poteſt hac oratione, Iube muniri ſepulchrum in tertium vſque diem, quia iſte poſt tres dies ſeſe dixit reſurrecturum? Nam potius ante tertium diem exactum nihil illis metuẽ dum fuiſſe, aut certè poſt tertium diem maximè fuiſſe cuſtodiendum ſepulchrum, ea loquutio declarat. Ex quo efficitur, interpretationem illam ſtare non poſſe. Tandem igitur, vt ad noſtram accedamus, dico ב præpoſitum vocabulis apud Hebræos, quum propriè reſpondeat Græcæ præpoſitioni ἐν, & Latinæ In, tamen interdum idẽ valere quod μϛ, id eſt poſt: idque interdum, ita vt res non poſt tempus exactum, ſed intra ipſum geri dicatur: ſicuti accipitur Leuit. 11. a. 6. Quinetiã interdum pro μϛ accipitur, ita vt tempus præteritũ excludatur, vt Deut. 4. g. 46, & eiuſdem libri 9. a. 4, & Eſa. 10. a. 1. Itaque quum in hoc dicendi genere, ἐν τρισὶν ἡμέραις ſit locus ב Hebræorum, nihil mirum eſt Euangeliſtas, ita Græcè ſcribentes vt plerunque hebraiſſent, illud ב modò per ἐν, modò per μϛ expreſſiſſe: eodem tamen ſenſu. Denique hoc etiam dico, apud ipſos diſertiores Græcos præpoſitionem μϛ ſæpe pro ἐν & εἰς vſurpari, idque etiam quum certum aliquod tempus nondum præteritum declaratur: vt in illo verſiculo Homeri, Odyſſ. χ. μνηστῆρας ἀνιέντας μϛ δαῖτα, id eſt ἐν δαιτί, ſeu potius μετεξὺ δαιτὸς, aut ἅμα δαίτῃ: pro quo Latini dicerent, Inter prandendum, aut in prandio: non autem, poſt prandium. Sic Euripides Βάκχας, τὰ δ' ἐς ἑσπέρ' τύχτορ ἢ μαθ' ἡμέραν πλέον: id eſt interdiu. quod & apud Ariſtophanem & apud Plutarchum reperias in dialogo, πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, vbi de ranis loquitur. Apparet igitur μϛ non ſemper declarare cõſequens tempus, ſed etiam interiectum, & adhuc vigens. Quamobrem Deut. 31. c. 10. pro eo quod in Hebræo legitur, A fine ſeptem annorum, Græcus interpres vertit, μετὰ ἑπτὰ ἔτη, quum tamen de anno remiſſionis (id eſt de ipſo anno ſeptimo) agatur, ſicut declarant ea quæ proximè conſequuntur: quanuis nonnulli Hebræorum interpretes aliter ſentiant. Videtur enim etiam illud ἀπὸ reſpondere præpoſitioni μετὰ, pro ἐν vſurpatæ, in hoc quidem dicendi genere: quod Galli ſic ad verbum exprimerent, Au bout de ſept ans, ſeptimum ipſum annum intelligentes, cùmque vel inchoatum, ſicut accipitur manifeſtè Deut. 15. a. 1: vel penè peractum, vt eo loco quem paulo antè citaui. Græci verò hoc exprimunt nonnunquam per μετὰ, vt modò oſtendimus: interdum per ἐν, vt infrà 15. c. 19, ἐν τρισὶν ἡμέραις: vel per ἀπὸ, vt Deut. 15. a. 1, & infrà 14. f. 58, & Matth. 26. f. 61, ἀπὸ τριῶν ἡμερῶν: vel per εἰς, præſertim quum de futuro agitur, vt Æſchines, εἰς ἑκτὸν ἡμέραν πορεύεσθαι. Itaque (vt ad rem redeam) μετὰ τρεῖς ἡμέρας, idem omnino declarat atque ἐν τρισὶν ἡμέραις: vel ἀπὸ τριῶν ἡμερῶν, vel εἰς τρίτον ἡμέραν: id eſt (vt ipſe Matthæus explicat, 16. c. 21) τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ: id eſt (vt loquuntur Latini) tertio poſt die, vel tribus poſt diebus. quam interpretationem germanam eſſe vel illud declarat, quòd, ſi eam ſequaris, optimè cohærebit illa Phariſæorum petitio, nempe vt ad diem vſque tertium muniatur ſepulchrum, eo quòd dixiſſet ille ſeſe tribus poſt diebus reſurrecturum. His enim loquendi formulis tertium ipſum diem à Latinis intelligi, ſatis conſtat ex oppoſitis dicẽdi generibus, in quibus nimirum vſurpatur præpoſitio antè. Veluti quum dicimus præcisè III, IIII, vel V. Nonas, Idus, Calendas, & ſic deinceps, quum ſit plena loquutio III, vel IIII, vel V. die ante Nonas, Idus, Calendas: ſicut loquitur Cornelius Tacitus lib. II: quum, in quam, id dicimus, præpoſitio antè, non excludit diem ipſum Nonarum, Iduum, Calendarum, ſed ſignificatur dies II, vel III, vel IIII ante Nonas, Idus, Calendas. Sic etiam Priſcianus, quum ita loquimur, Annos x natus, exiſtimat ſubaudiri præpoſitionem antè: quum tamen id de eo dicatur qui decimum ipſum annum agit. Vtramuis igitur harum interpretationum ſequaris, nempe Intra tres dies, vel Tribus poſt diebus, ſiue Tertio poſt die, rectè (ni fallor) expreſſeris illud μϛ τρεῖς ἡμέρας. Quamobrẽ aliis aliquot locis eandem loquutionem ſimiliter conuertimus.

Καὶ προσλαβόμενος τὸν λόγον ἐλάλει. Καὶ προσλαβόμενος αὐτὸν ὁ Πέτρος ἤρξατο ἐπιτιμᾶν αὐτῷ.

32 Et apertè eum ſermonem loquebatur. Tunc prehendit eum Petrus, cœpitque obiurgare.

32 Et palàm verbum loquebatur. Et apprehendẽs eum Petrus, cœpit increpare eum.

Ὁ δὲ ἐπιστραφεὶς, καὶ ἰδὼν τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, ἐπετίμησε τῷ Πέτρῳ, λέγων, Ὕπαγε ὀπίσω μου, σατανᾶ· ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων.

33 Ipſe verò conuerſus, & intuitus diſcipulos ſuos, obiurgauit Petrum, dicens, Abſcedè à me Satana: nam non ſapis quæ Dei ſunt, ſed quæ ſunt hominum.

33 Qui cõuerſus & uidẽs diſcipulos ſuos cõminatus eſt Petro, dicens, Vade retro me Satana: quoniã non ſapis quæ Dei ſunt, ſed quæ ſunt hominum.

Καὶ προσκαλεσάμενος τὸν ὄχλον σὺν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς, Ὅστις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι.

Matt. 10. d. 38, & 16. d. 24, Luc 9. c. 23, & 17. f. 34

34 Et quum aduocaſſet turbam cũ diſcipulis ſuis, dixit eis, Quicunque vult me ſequi, abneget ſemetipſum, & tollat crucẽ ſuã, ac ſequatur me.

34 Et conuocans turbã cũ diſcipulis ſuis, dixit eis, Siquis uult me ſequi, deneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

32 Et apertè eum ſermonem loquebatur, καὶ παρρησίᾳ τὸν λόγον ἐλάλει. Vulg. Et palàm verbum loquebatur. Atqui ſoli diſcipuli aderant quum hæc diceret. Rectius igitur Eraſmus παρρησίᾳ vertit apertè, id eſt ex ſermone minimè obſcuro vel ambiguo. Cæterùm quòd Vetus interpres vertit verbum, & Eraſmus ſermonem planè obſcurum erat, ex Hebræorũ videlicet idiomate. Itaque expreſſimus articulum, quo generalis illa ſignificatio ad id reſtringitur de quo differebat Dominus.

33 Abſcede à me, ὕπαγε ὀπίσω μου. Vulgata, Vade retro me. Videtur enim hæc Chriſti verba ita accepiſſe quaſi Petrus non præire, ſed ſequi iubeatur, ſicut diſcipulum decet. Præire autem velle videbatur qui præce-

ptorem reprehendere auderet. Ita etiam ex ſuo illo Origene expoſuit hunc locũ Eraſmus in annotationibus in 4. Matthæi caput. Atqui ὕπαγε (vt ipſe quoque rectè annotauit) nõ ſignificat Vade, (id eſt βάδιζε, vel ἴθι) ſed ἄπελθε, id eſt abi, ſiue diſcede. Is autem qui nos ſequitur à tergo, certè non diſcedit à nobis: & Chriſtus tanta Petri temeritate meritò commotus, nõ modò iubet Petrum locum mutare, ſed à ſe faceſſere tanquam à Dei regno alienum: minimè id quidem vt hac acerbiſſima obiurgatione diſcipulum abigeret, ſed vt ille deinceps ſele diſceret modulo ſuo metiri. Itaque illud ὀπίσω μου Vetus interpres non rectè conuertit Retro me: quod dicendi genus ne Latinum quidẽ eſt. Nec totum dicit Eraſmus, quum interpretatur Poſt me. neque enim ὀπίσω idem hic valet quod ponè & à tergo, (ſicut Matth. 4. c. 19, δεῦτε ὀπίσω μου, venite poſt me. & 1. Tim. 5. c. 15, ὀπίσω Σατανᾶ, ſequutæ Satanã. & 1. Pet. 1. b. 10, τὰς ὀπίσω σαρκός, qui carnis veſtigia ſequuntur: ſicut denique vſurpatur verſu proximo) ſed abſceſſionem & diſceſſionem declarat, propter verbum ὑπάγειν adiunctum. Nam qui prorſus diſcedit à nobis, tuerſus in contrariam partem veſtigiis abit: ſicut in vernaculo noſtro ſermone, *Aller derriere quelqu'un*, aliud declarat quàm *Aller arriere de quelqu'un*: quod vtrunque tamen à Græcis vna particula ὀπίσω exprimi poteſt pro ὕπαγε poſita: & quidem adiecto caſu, ſicut dixit Herodianus, ἔρεσκε ἑαυτὴ πρὸς ἡλίου, retrorſum currere. quod vernacula lingua diceremus, *courir en arriere*. vnde boues ὀπισθεύειν, quos Plinius retro paſcentes vocat. Vſus ſum igitur abſcedẽdi verbo, quod mihi videtur illud ὑπάγειν ὀπίσω optimè exprimere, tranſlatitia ſignificatione, ſicut hic accipitur, nimirum pro abire ex alicuius conſpectu. Sapis, φρονεῖς. Vide Mat. 16. d. 23.

Ος γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν· ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ τοῦ Εὐαγγελίου, οὗτος σώσει αὐτήν.

35 ¶Nam quiſquis voluerit animam ſuam ſeruare, perdet eã: quiſquis autem perdiderit animam ſuam cauſa mea & Euangelii, is ſeruabit eam.

35 *Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere perdet eam: qui autem perdiderit animam ſuam propter me & Euangelium, ſaluam faciet eam.* Matth. 10. d. 39 & 16. d. 25 luc. 9. c. 24. & 17. g. 33 ioan. 12. d. 25

Τί γὰρ ὠφελήσει ἄνθρωπον ἐὰν κερδήσῃ τὸν κόσμον ὅλον, καὶ ζημιωθῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ;

36 Quid enim profuerit cuipiã ſi lucratus fuerit mũdum totũ, & anima ſua mulctetur?

36 *Quid enim proderit homini ſi lucretur mundum totum, & detrimentum animæ ſuæ faciat?*

Ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ;

37 Aut quam dabit quiſpiam compenſationem animæ ſuæ?

37 *Aut quid dabit homo commutationis pro anima ſua?*

Ος γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους ἐν τῇ γενεᾷ ταύτῃ τῇ μοιχαλίδι καὶ ἁμαρτωλῷ, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσεται αὐτὸν ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀγγέλων τῶν ἁγίων.

38 ¶Nam quẽcunque puduerit mei ac meorũ ſermonum in natione iſta adultera & peccatrice, Filium etiã hominis pudebit eius, quãdo venerit cũ gloria Patris ſui cũ Angelis illis ſanctis.

38 *Qui enim me cõfuſus fuerit & verba mea in generatione iſta adultera & peccatrice, & Filius hominis confundetur cũ quum venerit in gloria Patris ſui cum Angelis ſanctis.* Matth. 10. d. 33 luc. 10. c. 16, & 12. b. 8

Κεφάλαιον θ'ς

CAP. IX.

CAP. IX.

Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων οἵτινες οὐ μὴ γεύσωνται θανάτου ἕως ἂν ἴδωσι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ἐληλυθυῖαν ἐν δυνάμει.

1 ¶Ræterea dixit eis, Amẽ dico vobis, ſunt quidã ex iis qui hîc adſtãt, qui nequaquam guſtabũt mortem, vſquedum viderint regnum Dei veniſſe cum potentia.

1 *Et dicebat illis, Amẽ dico vobis, quia ſunt quidam de hîc ſtantibus qui non guſtabunt mortem donec videant regnum Dei veniens in virtute.* Matth. 16. d. 28 luc. 9. d. 27

Καὶ μεθ' ἡμέρας ἓξ παραλαμβάνει ὁ Ἰησοῦς τὸν Πέτρον καὶ τὸν Ἰάκωβον καὶ τὸν

2 ¶Sexto verò pòſt die accepit Ieſus Petrum & Iacobum &

2 *Et poſt dies ſex aſſumit Ieſus Petrũ & Iacobũ* Matth. 17. d. 1 luc. 9. d. 28

35 Is, οὗτος. Deerat hoc loco pronomen in vno veruſto codice, & à Vetere interprete non exponitur. Mihi tamen videtur magna eſſe emphaſis huius repetitionis, quam grammatici epanalepſin vocant.

36 Profuerit cuipiam. Vſurpat Euangeliſta ἄνθρωπον indefinitè pro τινά, ſicut alibi ſæpe obſeruauimus. Pro ὠφελήσῃ Frobenius excudit ὠφέλησε, ſed nuſquam legi ὠφελῶ neutropaſſiui forma vſurpatum. Vetus quidam codex legit ὠφεληθῇ, iuuat.

37 Aut quam dabit, ἢ τί δώσει. In quodam vetere exemplari ſcriptum erat, τί γὰρ δῷ, quam enim dederit & fortaſſis rectius.

38 Puduerit, ἐπαισχυνθῇ. Vulg. Cõfuſus fuerit: barbarè omnino. Infrà autem Luc. 9. d. 26, vſus eſt erubeſcẽdi verbo. Angelis illis ſanctis, τῶν ἀγγέλων τῶν ἁγίων. Repetitio articuli à nobis expreſſa eſt, qua vtitur (ni fallor) Euangeliſta, vt maieſtatis illius amplitudinem oculis noſtris ſubiiciat, alludens fortaſſis ad celebrem illam Eſaiæ viſionem.

IN CAP. IX.

1 Qui hîc adſtant, τῶν ὧδε ἑστώτων: id eſt τῶν ὧδε παρόντων, qui hîc adſunt. Ponitur enim ἑστάναι pro ἥκειν, vt apud Latinos adſtare dicitur quiſpiam, etiamſi ſedeat. Sic accipitur Act. 7. g. 55, & paulo pòſt, infrà 11. 2. 5, & d. 19. Cum potentia, ἐν δυνάμει. Vulgata & Eraſmus δύναμιν vertunt virtutem, de quo alibi dicemus. Regnum autem Dei vocat tempus illud quo Deus in Eccleſia ſua patefacto Euangelio, regnum ſuum veluti inchoaturus erat: quod ſtatim à reſurrectione fieri cœpit, fruſtra ringente & fremente mundo. Antea verò, quum Chriſtus adhuc infimus hominum eſſet, paucis quibuſdam diſcipulis, iiſque infirmiſſimis cum affectantibus, quodammodo ſepulta erat immenſa Regis noſtri poteſtas.

2 Sexto pòſt die, μεθ' ἡμέρας ἓξ, vel Sex pòſt diebus. Vulgata & Eraſmus, Poſt dies ſex: quo dicendi genere

nu illum certum tempus significari ostendimus superiore capite, versu 33. Hæc igitur gesta sunt sexto die ab eo quo Dominus sermonem præcedentem habuerat, gesta inquam sunt sexto ipso die, & quidem sub vesperam. Hoc enim est quod ait Lucas, non octauo, sed fere octauo: ò δὲ die ista euenisse: quia videlicet inchoante iam die septimo gesta sunt. Numerat enim Lucas eum etiam diem quo superiorem sermonem Christus habuerat: & præterea tempus obseruat quo in montem ascenderunt: imminente nimirum nocte, quæ octauum diem auspicabatur, quo tempore Dominus de more in montem conscendit vt oraret: nontamen solus, vt fere solebat, sed tribus assumptis discipulis. Id que vel ex eo liquet, quòd idem Lucas narrat discipulorum oculos somno fuisse grauatos, & postero demum die, octauo videlicet, è monte descendisse: in quo nimirum pernoctarant. Scio tamē Chrysostomum alia ratione Lucam cum Matthæo & Marco cōciliare: quasi toti sex isti dies inter sermonem habitum & trāsformationem Domini interfuerint: quia particulam ὡσεὶ non ad initium octaui diei, vt ego, sed ad finem refert.

Ιωάνλεν, καὶ ἀναφέρει αὐτοὺς εἰς ὄρος ὑψηλὸν κατ' ἰδίαν μόνους· καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν.

Καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο στίλβοντα, λευκὰ λίαν ὡς χιών, οἷα γναφεὺς ἐπὶ τῆς γῆς οὐ δύναται λευκᾶναι.

Καὶ ὤφθη αὐτοῖς Ηλίας σὺν Μωσεῖ, καὶ ἦσαν συλλαλοῦντες τῷ Ιησοῦ.

Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Πέτρος λέγει τῷ Ιησοῦ, Ραββεί, καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι· καὶ ποιήσωμεν σκηνὰς τρεῖς, σοὶ μίαν, καὶ Μωσεῖ μίαν, καὶ Ηλίᾳ μίαν.

Οὐ γὰρ ᾔδει τί λαλήσῃ· ἦσαν γὰρ ἔκφοβοι.

Καὶ ἐγένετο νεφέλη ἐπισκιάζουσα αὐτοῖς· καὶ ἦλθε φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης, λέγουσα, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, αὐτοῦ ἀκούετε.

Καὶ ἐξάπινα περιβλεψάμενοι, οὐκέτι οὐδένα εἶδον, ἀλλὰ τὸν Ιησοῦν μόνον μεθ' ἑαυτῶν.

Καταβαινόντων δὲ αὐτῶν ἀπὸ τοῦ ὄρους, διεστείλατο αὐτοῖς ἵνα μηδενὶ διηγήσωνται ἃ εἶδον, εἰ μὴ ὅταν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ. Matth. 17.9

Καὶ τὸν λόγον ἐκράτησαν πρὸς ἑαυτοὺς, συζητοῦντες τί ἐστι τὸ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι.

Iohannē, & subduxit eos solos in mōtem sublimem priuatim: & trāsformatus fuit coram eis.

3 Et vestimēta eius facta sunt coruscātia, cādida valde vtnix, qualia non potest fullo in terra dealbare.

4 Et visus est eis Elias cum Mose, qui colloquebantur cum Iesu.

5 Tunc respondens Petrus dicit Iesu, Rabbi, bonū est nos hīc esse: faciamus igitur tabernacula tria, tibi vnum, & Mosi vnum, & Eliæ vnum.

6 Nec enim sciebat quid loqueretur: erant enim exterriti.

7 Et extitit nubes quæ inumbrauit eos: venitq; vox è nube, dicens, Hic est Filius ille meus dilectus, ipsum audite.

8 Et repentè quum circunspexissent, non amplius viderunt quēquam, sed solum Iesum secum.

9 Quum verò descēderent è monte, interdixit eis ne cui narrarent quæ viderant, nisi quum Filius hominis à mortuis resurrexisset.

10 Ipsi igitur id continuerunt apud se, mutuò quærētes quid illud esset, A mortuis resurgere.

& Iohannem, & duxit illos in montem excelsum seorsum solos: & transfiguratus est coram ipsis.

3 Et vestimenta eius facta sunt splendentia, & cādida nimis velut nix: qualia fullo non potest super terrā candida facere.

4 Et apparuit illis Elias cum Moyse, & erant loquentes cum Iesu.

5 Et respondens Petrus ait Iesu, Rabbi, bonum est nos hīc esse: & faciamus tria tabernacula, tibi vnum, & Moysi vnū, & Eliæ vnum.

6 Non enim sciebat quid diceret: erant enim timore exterriti.

7 Et facta est nubes obumbrans eos: & venit vox de nube, dicens, Hic est Filius meus charissimus, audite illum.

8 Et statim circunspicientes, neminem amplius viderunt, nisi Iesum tantùm secum.

9 Et descendentibus illis de monte, præcepit illis ne cui quam quæ viderāt narrarēt, nisi quū Filius hominis à mortuis resurrexerit.

10 Et verbum continuerunt apud se, conquirentes quid esset, Quum à mortuis resurrexerit.

Coruscantia, στίλβοντα. Vulgata & Erasmus, Splendentia, vel splendida: id est λαμπρά. Mihi verò videtur verbum στίλβειν aliquid amplius significare quàm λάμπειν. Qualia, οἷα, qualia. Erasmus, Quàm, nomine in aduerbium mutato, vt (inquit) vitetur sermonis absurditas: quam ego quidem non video. In terra, ἐπὶ τῆς γῆς, vel (vt Vulgata & Erasmus) super terram: id est, nullus prorsus fullo. Hoc enim additum est ex vulgò vsurpata loquendi consuetudine, vt omnes semel fullones excipiantur. Sic nos quoque vernaculo nostro sermone diceremus, *Il n'y a foulon au monde*. Vel, *Il n'y a foulon sur la terre*. Dealbare, λευκᾶναι. Vulgata & Erasmus, Cādida facere: periphrasi (vt ego quidem existimo) minimè necessaria.

5 Faciamus igitur, καὶ ποιήσωμεν. Vel, Faciemus igitur, id est, καὶ ποιήσομεν, vt in vno vetere codice legimus. Ponitur autē καὶ pro ὡδὶ, vt alibi sæpe. Erasmus etiā alicubi legit, Θέλεις ποιήσωμεν, id est Vis faciamus: quod optimè quadrat: sed addenda erit interrogationis nota. Mosi, Μωσεῖ. In hoc nomine scribendo, sicut in plerisque Hebraicis & Syriacis, mirum in modum variare comperimus vetera exemplaria. Quædam enim μωσῆ, quædam μωσεῖ, alia μωσῆν, alia μωσεῖν scriptum habebant.

6 Loqueretur, λαλήσῃ. Vel potius (vt in quatuor exemplaribus legimus) λαλῇ. Hoc (inquit Euangelista) dixit Petrus, quòd nesciret quid sibi dicendum esset: quod vernaculo sermone diceremus, *Il ne sauoit que dire*. Exterriti, ἔκφοβοι: id est, præ metu apud se non erant, ἐκ φόβου ἦσαν. Id enim valet præpositio ἐκ. In Complutensi editione legitur ἔμφοβοι: id est metu occupati. Erasmus, Expauefacti: id est ἐκπεφοβημένοι.

10 Ipsi igitur id continuerunt, καὶ τὸν λόγον ἐκράτησαν πρὸς ἑαυτούς. Eras. ad verbum, Hoc tenuerūt. Tenere enim risum & linguam

lãguam dicimus, pro cõtinere & coercere. Indicat autem τὸ κρατῆσαι (ſi Græci vocabuli etymologiã ſpectemus) diſcipulos non ſine vi quadam & labore hoc arcanum tandiu tacuiſſe. Nam cæteros probabile eſt ex iis quæ fiuiſſe ecquid in monte geſtum eſſet, & quos ſermones habuiſſet. Cæterùm τίνα λόγον conuertimus per pronomen τὸ, nequis hæc referret ad illud duntaxat quod dixerat Dominus, quũ de tota hiſtoria tranſformationis potius ſit intelligendum. Expreſſimus etiam relatiuum ad molliendam tranſitionem. Mutuò quærentes, συζητοῦντες. Vulg. Conquirentes. Eraſ. Diſputantes. Nos pro συζητεῖν dicere ſolemus Altercari, quando perſonæ caſus illi adiungitur: vt συζητεῖ τινι, vel μετά τινος, ſicut ſuprà annotauimus 1. c. 27. Hic autem maluimus per periphraſin interpretari. Quid illud eſſet, A mortuis reſurgere, τί ἐστὶ τὸ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι. Vul. Quid eſſet, Quum à mortuis reſurrexerit, id eſt, τί ἐστιν ὅταν ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ. Eraſ. Quid eſſet hoc quod dixerat, A mortuis reſurgere: longiore vſus circuitu, vt articulum explicaret, à Vetere interprete omiſſum. Hæc autem quæſtio de qua hic diſceptatur inter tres illos Chriſti primarios diſcipulos, non eſt ſimpliciter accipienda, quaſi de futura reſurrectione dubitarent: (nam etſi erant admodum rudes, tamen non ita erant, opinor, imperiti, vt hominis felicitatem huius vitæ ſpatio terminari putarent) ſed quum nullam corporum reſurrectionem præter illam vniuerſalem intelligerent, & Phariſaicis opinionibus eſſent imbuti de terreſtri Meſſiæ regno & Eliæ aduentu, non poterant capere quod Chriſtus dixerat de ſingulari illa & peculiari ſua reſurrectione tertio die futura. Quamobrem etiam quum Dominus iam eſſet in cælum conſcenſurus, non verentur ex eo quærere an eſſet eo tempore regnum Iſraelis reſtituturus, Act. 1. a. 6. vt intelligamus quàm neceſſe ſit Chriſtum corpore à nobis abeſſe, vt eum non in terra, ſed in cælo quærere diſcamus.

Καὶ ἐπηρώτων αὐτὸν λέγοντες, Ὅτι λέγουσιν οἱ Γραμματεῖς ὅτι Ἠλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον;

11 Et interrogarunt eum dicentes, Cur Scribæ dicunt oportere vt Elias prius veniat?

11 *Et interrogabant eũ, dicentes, Quid ergo dicunt Phariſæi & Scribæ quia Eliam oportet venire primùm?* *Malach. 4. b. 3*

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Ἠλίας μὲν ἐλθὼν πρῶτον, ἀποκαθιστᾷ πάντα· καὶ πῶς γέγραπται ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα πολλὰ πάθῃ, καὶ ἐξουδενωθῇ.

12 Ipſe verò reſpondens dixit eis, Elias quidem prius veniens, reſtituet omnia: & vt ſcriptum eſt de Filio hominis, oportet vt multa patiatur, & pro nihilo habeatur.

12 *Qui reſpondens ait illis, Elias quum venerit primò, reſtituet omnia:* *Eſa. 53. a. 4* *& quomodo ſcriptum eſt in Filium hominis, vt multa patiatur & contemnatur.*

Ἀλλὰ λέγω ὑμῖν ὅτι καὶ Ἠλίας ἐλήλυθε, καὶ ἐποίησαν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν, καθὼς γέγραπται ἐπ' αὐτόν.

13 Sed dico vobis, & Eliam veniſſe, & iſtos ei feciſſe quæcũque voluerunt, ſicut ſcriptum eſt de eo.

13 *Sed dico vobis quia & Elias venit, & fecerũt illi quæcunq; voluerũt, ſicut ſcriptum eſt de eo.*

Καὶ ἐλθὼν πρὸς τοὺς μαθητάς, εἶδεν ὄχλον πολὺν περὶ αὐτοὺς, καὶ Γραμματεῖς συζητοῦντας αὐτοῖς.

14 Et quum veniſſet ad diſcipulos ſuos, vidit turbam multã circa eos, & Scribas cum eis altercantes.

14 *Et veniens ad diſcipulos ſuos, vidit turbam magnam circa eos, & Scribas conquirentes cũ illis.* *Matth. 17. c. 14* *luc. 9. c. 38*

Καὶ εὐθὺς πᾶς ὁ ὄχλος ἰδὼν αὐτὸν ἐξεθαμβήθη, καὶ προστρέχοντες ἠσπάζοντο αὐτόν.

15 Et ſtatim tota turba viſo eo expauit: & accurrentes ſalutauerunt eum.

15 *Et confeſtim omnis populus videns Ieſum, ſtupefactus eſt, & expauerunt: & accurrentes ſalutabant eum.*

Καὶ ἐπηρώτησε τοὺς Γραμματεῖς, Τί συζητεῖτε πρὸς αὐτούς;

16 Tunc interrogauit Scribas, Quid altercamini inter vos?

16 *Et interrogauit eos, Quid inter vos conquiritis.*

Καὶ ἀποκριθεὶς εἷς ἐκ τοῦ ὄχλου εἶπε, Διδάσκαλε, ἤνεγκα τὸν υἱόν μου πρός σε, ἔχοντα πνεῦμα ἄλαλον.

17 Et reſpondens quidã è turba dixit, Magiſter, adduxi filium meum ad te, habentem ſpiritũ mutum.

17 *Et reſpondens unus de turba, dixit, Magiſter, attuli filiũ meũ ad te, habentẽ ſpiritũ mutum.*

11 Cur, ὅτι. Vulg. Quid ergo, τί οὖν. Eraſmus, Quid eſt quòd, τί ἐστιν ὅτι. Atqui ὅτι particula interdum pro διὰ τί accipitur, etiam indefinitè: ſicut paulo pòſt verſiculo 28, iidem interpretes rectè expoſuerunt. Sic etiam apud Homerum Odyſſ. τ. ὃ δ' ἐξερέεινεν ὅτεο Οὐλιξεὺς ἔβη πάρος.

12 Reſtituet, ἀποκαθιστᾷ. Notandum hoc dicendi genus, forma quadam conceſſionis dictum: quaſi diceret Dominus, Verum quidem eſt quod illi dicunt, Eliam videlicet (vt prædixit Malachias) primùm venturum, qui inſtauret omnia: ſed vobis dico iſta iam eſſe completa. Et vt, καὶ πῶς. Locus hic eſt obſcurus. nuſquam enim legi πῶς pro ὡς vel ὅπως poſitum, & tamen neceſſe eſt (ni fallor) vt ita accipiatur. Deinde deeſt verbum cui ſubiiciatur particula ἵνα: quod quidem nos ex ſuperioris capitis verſu 31, & Luc. 9. c. 22, ſupplendum putauimus. Cæterùm in quodam vetuſto codice ſcriptum erat ποῦ καὶ πῶς, ſed καθὼς: quod maximè probarem niſi viderem copulatiuam coniunctionem neceſſariò hic requiri. Hoc denique obſeruandum eſt, ἵνα hoc loco non eſſe πολλὰ, ſed εἰς πολὺ potius. periphraſis enim eſt infiniti, ſicut in illo Homeri Iliad. α, ἦ ὄφελες ἔρος αὐτὸς ἔχειν χόλος. pro ἦ ὄφελες αὐτὸς ἔχειν χόλον. Sequitur enim, αὐτάρ ἐμὲ αὖτις ἔπειτα δύναιτο. De Filio hominis, ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου: vel, ſuper Filio hominis. Sic vſurpauit hanc particulam Herodotus initio Thaliæ, Κῦρος ἐπὶ τοῦτο ἐμηχανήσατο πρὸς Λυδοὺς ἔλθεῖν στρατόν. Cyrus enim eum eſſe qui ad Amaſin ſuper filia legatos miſerit. Pro nihilo habeatur, ἐξουδενωθῇ. Vulgata & Eraſmus, Contẽnatur, id eſt καταφρονηθῇ: quod verbum eſt minimis dilutum. Alludit tamen (opinor) ad illum Pſalmi 21, verſiculum, Vermis ſum, & non homo.

14 Ad diſcipulos, πρὸς τοὺς μαθητάς. Reliquos diſcipulos intelligit quos pridie eius diei reliquerat quum in montem aſcenderet cum Petro Iohanne & Iacobo.

16 Inter vos? πρὸς αὐτούς; Frobeniana editio habet πρὸς αὐτοὺς, aduerſus eos, nimirum aduerſus diſcipulos ſuos. quam lectionem magis probo.

Καὶ ὅπου ἂν αὐτὸν καταλάβῃ, ῥήσσει αὐτόν· καὶ ἀφίζει, καὶ τρίζει τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ, καὶ ξηραίνεται. καὶ εἶπον τοῖς μαθηταῖς σου ἵνα αὐτὸ ἐκβάλωσι, καὶ οὐκ ἴσχυσαν.

18 Qui vbicunque eum corripuerit, lacerat eum: ipse verò ſpumat, & ſtridet dẽtibus ſuis, & exareſcit: & dixi diſcipulis tuis vt eiicerent, ſed non potuerunt.

18 Qui vbicunque eum apprehenderit, allidit illum: & ſpumat, & ſtridet dentibus, & areſcit. Et dixi diſcipulis tuis ut eiicerent illum, & non potuerunt.

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς αὐτῷ λέγει, Ὦ γενεὰ ἄπιστος, ἕως πότε πρὸς ὑμᾶς ἔσομαι; ἕως πότε ἀνέξομαι ὑμῶν; φέρετε αὐτὸν πρός με.

19 Ipſe verò reſpondens ei dixit, O natio incredula, quouſque tandẽ apud vos ero? quouſque tandem tolerabo vos? adducite eum ad me.

19 Qui reſpondens eis dixit, O generatio incredula, quandiu apud vos ero? quandiu vos patiar? Afferte illum ad me.

Καὶ ἤνεγκαν αὐτὸν πρὸς αὐτόν. καὶ ἰδὼν αὐτόν, εὐθέως τὸ πνεῦμα ἐσπάραξεν αὐτόν· καὶ πεσὼν ἐπὶ τῆς γῆς, ἐκυλίετο ἀφίζων.

20 Illum igitur adduxerunt ad eum. Quum autem eum vidiſſet, continuò ſpiritus diſcerpſit eum: & ille quum cecidiſſet in terram, voluebatur ſpumãs.

20 Et attulerunt eum. Et quum vidiſſet eum, ſtatim ſpiritus conturbauit illum: & eliſus in terram, volutabatur ſpumans.

Καὶ ἐπηρώτησε τὸν πατέρα αὐτοῦ, Πόσος χρόνος ἐστὶν ὡς τοῦτο γέγονεν αὐτῷ; Ὁ δὲ εἶπε, Παιδιόθεν.

21 Tunc interrogauit Ieſus patrem eius, Quantum temporis eſt ᵛ quòd hoc accidit ei? Ipſe verò ait, ᵛ Ab infante.

21 Et interrogauit patrẽ eius, Quantum temporis eſt ex quo ei hoc accidit? At ille ait, Ab infantia.

Καὶ πολλάκις αὐτὸν καὶ εἰς πῦρ ἔβαλε καὶ εἰς ὕδατα, ἵνα ἀπολέσῃ αὐτόν. ἀλλ' εἴ τι δύνασαι, βοήθησον ἡμῖν, σπλαγχνισθεὶς ἐφ' ἡμᾶς.

22 Et ſæpe eum in ignem abiecit & in aquas, vt perderet eũ. Sed ſiquid potes, ᵛ ſuccurre nobis, miſericordia commotus erga nos.

22 Et frequenter eum in ignem & in aquas miſit, ut eũ perderet. Sedſi quid potes, adiuua nos, miſertus noſtri.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, Τὸ εἰ δύνασαι πιστεῦσαι, πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι.

23 Ieſus autem dixit ei, ᵛ Si potes hoc credere, omnia ᵛ fieri poſſunt credenti.

23 Ieſus autem ait illi, Si potes credere, omnia poſſibilia ſunt credenti.

Καὶ εὐθέως κράξας ὁ πατὴρ τοῦ παιδίου μετὰ δακρύων ἔλεγε, Πιστεύω Κύριε, βοήθει μου τῇ ἀπιστίᾳ.

24 Pater verò ᵛ pueri ſtatim clamans cum lacrymis dixit, Credo, Domine: ſuccurre incredulitati meæ.

24 Et continuò exclamãs pater pueri cum lacrymis aiebat, Credo Domine: adiuua incredulitatem meam.

18 Vbicunque, ὅπου ἄν. Eraſmus, Quandocunque. Sed hoc quidem loco rectè mihi videtur Vetus interpres propriam huius aduerbii ſignificationem amplexus. melius enim ex circunſtantia loci, quàm temporis, declaratur huius periculi magnitudo. Lacerat, ῥήσσει. Vulgata, Allidit: id eſt ῥάσσει, ſiue συντρίβει, quod etiam optimè conuenit. Eſt autem hæc laceratio ad internum dolorem viſcerum referenda, quòd ſpiritu illum inuadente (ſicut in colico dolore accidit) non aliter afficeretur quàm ſi reuera ſentiret viſcera diſcerpi. Cicero verò ad Atticum ſcribens, etiam ad animi dolorem tranſtulit, quum ſeſe diceret mœrore ſuo lacerari.

19 Quouſque tandem, ἕως πότε. Vulgata, Quandiu. Eraſmus, Quouſque. Vide Matth. 17. c. 17.

20 Quum autem eum vidiſſet, καὶ ἰδὼν αὐτόν. Eraſmus, Et viſo illo. Significatur, ſimulatque Ieſus puerum in conſpectum ſuum adductum aſpexiſſet, ſpiritum cœpiſſe pro ſuo more ſæuire, ſicut Græca manifeſtè oſtendunt: quia ἰδὼν eſt maſculinum, πνεῦμα neutrum. Diſcerpſit, ἐσπάραξεν, ſeu vellicauit, ſed cum ſenſu grauiſſimo. Idem enim hoc loco valet σπαράττειν quod ῥήσσειν, de quo diximus paulo antè. niſi de totius corporis conuulſione intelligere malis, quam Græci σπασμὸν vocant. Vulg. conturbauit: id eſt ἐτάραξεν. Nam hæc quoque ſignificatio τοῦ σπαράττειν tribuitur ab Heſychio: & in duobus veteribus codicibus ſcriptum legimus ἐσπάραξεν.

21 Quòd, ἐκ. Plinius, Tertius hic dies eſt quòd audiui. Vulgata, ex quo, ἐκ οὗ, ſicut etiam in quodam exemplari ſcriptum inuenimus. Ab infante, παιδόθεν. Vulgata, Ab infantia, ſeruato quidem ſenſu, ſed non ſine mutatione, quæ minimè fuit neceſſaria. Sic enim loquitur Columella lib. 1. capite octauo: Eligendus, inquit, ruſticis operibus ab infante duratus. Eraſmus, à puero: id eſt παιδόθεν.

22 Succurre, βοήθησον. Vulgata, Adiuua. Eraſmus, Subueni. Vide Matth. cap. 15. c. 25.

23 Si potes hoc credere, τὸ εἰ δύνασαι πιστεῦσαι. Vulgata prætermiſit articulum, qui tamen maximo cõſenſu in omnibus exemplaribus reperitur, & quidem cum verbo πιστεῦσαι coniunctus: vt eorum ſententiam probare non poſſim qui cum ſuperiore verbo αἴτει connectunt. Poſitum eſt igitur τὸ pro τοῦτο, & hæc Chriſti verba cum illius petitione optimè cohærent. Quum enim dixiſſet ille, Si potes, ſuccurre nobis: reſpondet viciſſim Dominus, Si tu hoc potes credere, me nimirum tibi poſſe ſuccurrere, nihil eſt quod à me non impetres. Fieri poſſunt, δυνατά. Vulgata & Eraſmus, Poſſibilia. Ego verò ſtudui amphiboliam vitare. Neque enim Chriſtus (vt opinor) ſignificat, eum qui fide ſit præditus omnia poſſe, quod tamen rectè intellectum, verum eſt: ſed potius, nihil eſſe quod ipſe non poſſit ac velit eius cauſa qui ipſius verbis fidem habuerit.

24 Pueri, παιδίου: id eſt παιδός. Nam παιδίον (teſte Hippocrate) de primo vitæ ſeptennio dicitur, παῖς autem de ſecundo. Hunc verò iam puerum extitiſſe declarat patris reſponſio, verſ. 19. & diſertè etiam παῖς vocatur, non παιδίον, apud Matthæum & Lucam.

Ιδὼν δὲ ὁ Ιησοῦς ὅτι ἐπισυντρέχει ὁ ὄχλος, ἐπετίμησε τῷ πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ, λέγων αὐτῷ, Τὸ πνεῦμα τὸ ἄλαλον καὶ κωφόν, ἐγώ σοι ἐπιτάσσω, Ἔξελθε ἐξ αὐτοῦ, καὶ μηκέτι εἰσέλθῃς εἰς αὐτόν.

15 Quum vidisset autem Iesus turbam ᵛ simul accurrere, obiurgauit spiritum illum impurũ, dicens ei, ᵛ Tu spiritus mute & surde, ego tibi impero, Exi ab eo, & ne amplius ingreditor in eum.

15 Et quum vidisset Iesus concurrentem turbam, comminatus est spiritui immundo, dicens illi, Surde & mute spiritus, ego præcipio tibi, Exi ab eo, & amplius ne introeas in eum.

Καὶ κράξας, καὶ πολλὰ σπαράξας αὐτὸν, ἐξῆλθε· καὶ ἐγένετο ὡσεὶ νεκρός, ὥστε πολλοὺς λέγειν, Ὅτι ἀπέθανεν.

26 Et quum clamasset spiritus, multúmque discerpsisset eum, exiuit: & ille factus est quasi mortuus, adeo vt multi dicerent mortuum esse.

26 Et exclamans & multum discerpens eum, exiit ab eo & factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerent, Quia mortuus est.

Ὁ δὲ Ιησοῦς κρατήσας αὐτὸν τῆς χειρὸς, ἤγειρεν αὐτόν· καὶ ἀνέστη.

27 Iesus verò prehensa manu eius, erexit eum: & ille surrexit.

27 Iesus autem tenens manum eius, elevauit eum: & surrexit.

Καὶ εἰσελθόντα αὐτὸν εἰς οἶκον, οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπηρώτων αὐτὸν κατ' ἰδίαν, Ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἠδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτό;

28 Et quum esset ingressus domum, discipuli eius interrogarunt eum priuatim, Cur nos non potuimus *spiritum* illũ eicere?

28 Et quum introisset in domũ, discipuli eius secretò interrogabant eũ, Quare nos non potuimus eiicere eum?

Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Τοῦτο τὸ γένος ἐν οὐδενὶ δύναται ἐξελθεῖν εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ.

29 Ipse verò dixit eis, Hoc genus *dæmoniorum* ᵛ nulla re potest exire nisi per precationem & ieiunium.

29 Et dixit illis, Hoc genus in nullo potest exire nisi in oratione & ieiunio.

Καὶ ἐκεῖθεν ἐξελθόντες παρεπορεύοντο διὰ τῆς Γαλιλαίας· καὶ οὐκ ἤθελεν ἵνα τις γνῷ.

30 ‖Et illinc egressi, ᵛ vnà iter faciebant per Galilæam: nec volebat vt quisquam *id* sciret.

30 Et inde profecti prætergrediebantur Galilæam: nec volebat quẽquam scire. Matth.17.d.22 luc.9.c.22

Ἐδίδασκε γὰρ τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, Ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς χεῖρας ἀνθρώπων, καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτόν· καὶ ἀποκτανθεὶς, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται.

31 Docebat enim discipulos suos, & dicebat eis, Filius hominis ᵛ tradetur in manus ᵛ hominum, qui trucidabunt eum: sed trucidatus, tertio die resurget.

31 Docebat autem discipulos suos, & dicebat illis, Quoniam Filius hominis tradetur in manus hominum, & occident eũ & occisus, tertia die resurget.

Οἱ δὲ ἠγνόουν τὸ ῥῆμα, καὶ ἐφοβοῦντο αὐτὸν ἐπερωτῆσαι.

32 Ipsi verò ignorabant ᵛ hoc dictum, & timebant eum interrogare.

32 At illi ignorabant verbum, & timebant interrogare eum.

Καὶ ἦλθεν εἰς Καπερναούμ. καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ γενόμενος, ἐπηρώτα αὐτούς, Τί ἐν τῇ ὁδῷ πρὸς ἑαυτοὺς διελογίζεσθε;

33 ‖Venit igitur Capernaũ. ᵛ & quum venisset domum, interrogauit eos, Quid in via inter vos disceptabatis?

33 Et venerunt Capharnaum. qui quum domi esset, interrogabat eos, Quid in via tractabatis? Matth.18.a.2 luc.9.f.45.

15 Simul accurrere, ὅτι ἐπισυντρέχει. Vulg. cõcurrendi vocabulo vtitur, quod respõdet τῷ συντρέχειν. Re ipsa autem Eras. vt emphasin præpositionis ἐπὶ exprimeret, compositionẽ resoluit. Tu spiritus, τὸ πνεῦμα. In Græco non est pronomen, sed id addidi vt vim articuli minimè otiosi exprimerem. Spiritum autem mutum & surdum ab effectu vocat.

19 Nulla re, ἐν οὐδενὶ: id est, nulla alia ratione. Abundat enim ἐν addita casui instrumenti, ex Hebræorũ idiotismo. Vulgata, In nullo: quæ interpretatio est nimium obscura.

30 Vnà iter faciebant, παρεπορεύοντο: id est, Adiunctis sibi discipulis suis, iter fecit per Galilæam. Vulg. Prætergrediebantur. Erasmus, Iter fecerunt. Idem autem existimat ex præpositione παρὰ intelligendum illos clam, aut celeriter, & velut obiter fecisse iter per Galilæã, ita vt nec aperirent se vsquam, nec commorarentur. & videri poterant (inquit ille) declinasse Galilæam in discessu, nisi obstaret præpositio διὰ. At ego quanuis confitear παρὰ præpositionem in quibusdam verbis hanc vim habere, tamen nusquam legi παραπορεύεσθαι in ea significatione positum, sed pro παρεμπορεύεσθαι, id est, vnà & quasi ad latus incedere: vel pro adambulare, id est, ambulando proximè iter facere: sicut accipitur infrà 11.c.16. Quum autem Cæsarea Philippi venirent Capernaum, omnino fuit ipsis obeunda Galilæa, nisi Iordane traiecto maluissent regionem admodum inculeam peragrare. Celerem verò & veluti clandestinam fuisse hanc profectionem, ex iis quæ sequuntur satis intelligi potest: sed ita vt aliquandiu tamen illic sint versati, quum Matthæus cap.17.d.22, vtatur verbo ἀναστρέφεσθαι.

31 Tradetur, παραδίδοται. Iterum de re mox futura loquens, præsenti vtitur pro futuro, vt sæpe alibi. Hominum ἀνθρώπων. In quodam exemplari additum erat ἁμαρτωλῶν, peccatorum.

32 Hoc dictum, τὸ ῥῆμα. Vulg. Verbum. quæ interpretatio est perobscura. Eras. Quod dixerat, ἐῤῥέθη.

33 Et quum venisset domum, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ γενόμενος. Erasmus, Et quum venisset in domum, siue in ædes, inquit, non vtique suas. Atqui cuiuscũque essent ædes istæ, eas sibi pro domicilio delegerat Dominus, sicut intelligimus ex Matthæo 4.b.11. Itaque nunc dicitur ἐν τῇ οἰκίᾳ γενόμενος, id est, ad verbum, Factus domi: Capernaum scilicet reuersus, in qua vrbe domicilii sui sedem posuerat: vt quum ea abesset, domo abesse videretur. De verbo γίνεσθαι vide suprà 6.a.1.

Οἱ δὲ ἐσιώπων· πρὸς ἀλλήλους γὰρ διε- 34
λέχθησαν ἐν τῇ ὁδῷ, τίς μείζων.

Καὶ καθίσας ἐφώνησε τοὺς δώδεκα, καὶ 35
λέγει αὐτοῖς, Εἴτις θέλει πρῶτος εἶναι, ἔσται πάντων ἔσχατος, καὶ πάντων διάκονος.

Καὶ λαβὼν παιδίον, ἔστησεν αὐτὸ ἐν μέσῳ αὐτῶν· καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτό, εἶπεν αὐτοῖς, 36

Ος ἐὰν ἓν τῶν τοιούτων παιδίων δέξηται 37
ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἐμὲ δέχεται· καὶ ὃς ἐὰν ἐμὲ δέξηται, οὐκ ἐμὲ δέχεται, ἀλλὰ τὸν ἀπεσταλκότα με.

Luc.9.f.49 Ἀπεκρίθη δὲ αὐτῷ ὁ Ἰωάννης, λέγων, 38
Διδάσκαλε, εἴδομέν τινα τῷ ὀνόματί σου ἐκβάλλοντα δαιμόνια, ὃς οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν· καὶ ἐκωλύσαμεν αὐτόν, ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπε, Μὴ κωλύετε αὐτόν· 39
οὐδεὶς γάρ ἐστιν ὃς ποιήσει δύναμιν ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, καὶ δυνήσεται ταχὺ κακολογῆσαί με.

2.Cor.12.d.3

Ος γὰρ οὐκ ἔστι καθ' ὑμῶν, ὑπὲρ ὑμῶν 40
ἐστιν.

Matth.10.d.42 Ος γὰρ ἂν ποτίσῃ ὑμᾶς ποτήριον ὕδα- 41
τος ἐν τῷ ὀνόματί μου, ὅτι Χριστοῦ ἐστέ, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ.

34 Ipsi verò siluerunt: nam alii aduersus alios disserebant in via, quis esset cæteris maior.

35 Et quum consedisset, vocauit duodecim illos, & dixit eis, Si quis vult primus esse, erit omnium vltimus, & omnium minister.

36 Et acceptum puerulum statuit in medio eorum: eóque in vlnas recepto, dixit eis,

37 Quisquis vnum ex talibus puerulis exceperit nomine meo, me excipit: & quicunque me exceperit, non me excipit, sed eum qui misit me.

38 Respondit autem ei Iohannes, dicens, Magister, vidimus quendã per nomẽ tuũ eiiciẽtem dæmonia, qui non sequitur nos: & prohibuimus eũ, quia nõ sequitur nos.

39 Iesus autẽ ait, Ne illum prohibete: nullus enim est qui edat virtutem per nomen meum, & possit citò maledicere mihi.

40 Nam qui non est cõtra nos, pro nobis est.

41 Quisquis enim potum dederit vobis poculum aquæ in nomine meo, id est quòd sitis Christi, amẽ dico vobis, nequaquam perdiderit mercedem suam.

34 *At illi tacebant: siquidem in via inter se disputauerant quis eorum maior esset.*

35 *Et residens vocauit duodecim, & ait illis, Si quis vult primus esse, erit omnium nouissimus, & omnium minister.*

36 *Et accipiens puerum, statuit eum in medio eorũ: quem quum complexus esset, ait illis,*

37 *Quisquis vnum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit: & quicunque me susceperit, non me suscipit, sed eum qui misit me.*

38 *Respondit illi Iohannes, dicens, Magister, vidimus quendam in nomine tuo eiicientem dæmonia, qui non sequitur nos: & prohibuimus eum.*

39 *Iesus autem ait, Nolite prohibere eũ. nemo est enim qui faciat virtutem in nomine meo, & possit citò malè loqui de me.*

40 *Qui enim nõ est aduersum nos, pro nobis est.*

41 *Quisquis enim potum dederit vobis calicem aquæ in nomine meo, quia Christi estis, amen dico vobis, non perdet mercedem suam.*

34 Quis esset cæteris maior, τίς μείζων. Vulgata, Quis eorum maior esset: id est, τίς μειζων γένηται αὐτῶν, sicut in quodam exemplari erat annotatum. Ponitur autem μείζων, maior, pro μέγιστος, maximus.

35 Erit, ἔσται. In quodam exemplari scriptum erat ἔστω, esto: & mihi quidem videtur vberior sensus si hãc lectionem sequamur: nisi malimus futurũ indicatiui pro imperandi modo positum esse ex Hebræorum idiomate. nolui tamen temere quicquam mutare. Idem obseruandum est infrà 10.f.43.

36 Eo in vlnas recepto, ἐναγκαλισάμενος. Erasmus rectè pluribus verbis Græci vocabuli vim expressit. Sic enim etiam Lucas explicat capite 2.d.18. Vulgata, Amplexus. Nos quidem in hoc scribendo vocabulo comperimus Græca exemplaria tum hoc loco, tum etiam proximo capite, non consentire: sed hanc esse germanam lectionem non dubium est.

37 Nomine meo, ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου id est mea causa, quòd mihi hunc honorem habeat. Paulo pòst autem aliter accipitur. Non me excipit, sed eum qui misit me, οὐκ ἐμὲ δέχεται, ἀλλὰ τὸν ἀποστείλαντά με. Erasmus testatur nonnullos Græcos codices scriptum habuisse, οὐκ ἐμὲ δέχεται μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀποστείλαντά με, id est, non me solum recipit, sed etiam eum qui me misit. In quo dicendi genere particula μόνον interdum subauditur, vt Rom. 4.b.9. Sed recepta lectio mihi magis probatur. nec enim hic negatio (vt ab illo eruditè obseruatũ est) illud remouet, sed corrigit potius: quasi dicat, Nõ tam me recipit, quàm eum qui misit me. Sic etiam accipitur Iohan. 5.c.30, & 6.d.37.

38 Vidimus, εἴδομεν. In quodam vetere exemplari scriptum erat εἴδαμεν, nouimus. Per nomen tuũ, τῷ ὀνόματί σου. Erasmus ad verbũ, Nomine tuo: quæ interpretatio visa est mihi obscurior hoc loco. Neque enim hoc dicendi genere idem hic significatur quod paulo antè. itaque aliter sumus interpretati, quum præsertim in duobus vetustis codicibus addatur præpositio ἐν, quam certum est ex Hebræorũ idiomate idem valere quod ἐπὶ, vel cum accusatiuo (quum videlicet significatur causa propter quã fit aliquid, vt in versiculo superiore:) vel cum genitiuo, sicut hoc loco, & quoties agitur de causa per quam fit quidpiam: vt illic quidem ἐν τῷ ὀνόματι ponatur pro διὰ τὴν ἔνσταση, hic verò pro διὰ τὴν ὁσίωσιν. quod discrimen Erasmus paulo pòst animaduertit. Quia non sequitur nos, ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν. Hæc non legit Vetus interpres, & in quodam Græco codice non legimus.

40 Contra nos, pro nobis, καθ' ἡμῶν, ὑπὲρ ἡμῶν. Vulgata, Contra vos, pro vobis, καθ' ὑμῶν, ὑπὲρ ὑμῶν, sicut legitur in plurimis tum manuscriptis, tum etiam excusis exemplaribus. Sed altera illa lectio mihi quidem magis probatur.

41 Quòd sitis Christi, διὰ τὸ Χριστοῦ εἶναι. Hæc verba explicant quid apud Matthæum significet, εἰς ὄνομα μαθητοῦ, 10.d.42.

Καὶ ὃς ἂν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τού- 42 ‖Et quisquis offenderit vnum ex paruis istis qui credunt in me, bonum esset ei potius si circumponeretur saxum molare circa collum eius, & proiiceretur in mare.

42 Et quisquis scandalizauerit vnum ex his pusillis credentibus in me, bonum est ei magis si circundaretur mola asinaria collo eius, & in mare mitteretur. Matth.18.a.6] luc. 17.a.2

Καὶ εἰ ἡ χείρ σου σκανδαλίζει σε, ἀπό- 43 ‖Quòd si manus tua facit vt tu offendas, abscinde eam: bonũ est tibi ad vitam ingredi mancum, *potius* quàm duas manus habentem abire in gehennam, in ignem inextinguibilem:

43 Et si scandalizauerit te manus tua, abscinde illam: bonum est tibi debilem introire in vitam, quàm duas manus habentem ire in gehennã, in ignẽ inextinguibilẽ: Matth.5.c.29, & 18.a.8

Ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ, καὶ 44 ‖Vbi vermis eorum non interit, & ignis non extinguitur.

44 Vbi vermis eorum nõ moritur, & ignis non extinguitur. Isa.66.g.24

Καὶ εἰ ὁ πούς σου σκανδαλίζει σε, ἀ- 45 Et si pes tuus facit vt tu offendas, abscinde eum: bonum est tibi ingredi in vitam claudum, *potius* quàm duos pedes habẽtem proiici in gehennam, in ignem inextinguibilem:

45 Et si pes tuus te scandalizat, amputa illum: bonum est tibi claudum introire in vitam aeternam, quàm duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis:

Ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ, καὶ 46 Vbi vermis eorum non interit, & ignis non extinguitur.

46 Vbi vermis eorum non moritur, & ignis nõ extinguitur.

Καὶ εἰ ὁ ὀφθαλμός σου σκανδαλίζει 47 Et si oculus tuus facit vt tu offendas, erue eum: bonum est tibi introire in regnum Dei luscum, *potius* quàm duos oculos habẽtem proiici in gehennam ignis:

47 Quòd si oculus tuus scandalizat te, eiice eũ: bonum est tibi luscum introire in regnum Dei, quàm duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis.

Ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ, καὶ 48 Vbi vermis eorum non obit, & ignis non extinguitur.

48 Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

Πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται· καὶ πᾶσα 49 Nam omnis *homo* igne salietur: & omnis oblatio sale salietur.

49 Omnis enim igne salietur: & omnis victima sale salietur. Leuit.2.c.13

Καλὸν τὸ ἅλας· ἐὰν δὲ τὸ ἅλας ἄναλον 50 ‖Bonus est sal: si verò sal insulsus fuerit, quónam ipsum condietis? habete in vobis ipsis salem, & pacẽ habete inter vos mutuó.

50 Bonum est sal: quòd si sal insulsum fuerit, in quo illud condietis? Habete in nobis sal, & pacem habete inter nos. Matth.5.b.13 luc.14.g.34

Κεφάλαιον ιζ

CAP. X.

Καὶ ἐκεῖθεν ἀναστὰς ἔρχεται εἰς τὰ ὅρια 1 ‖Et quum illinc surrexisset, venit in fines Iudææ per regionem quæ est trans Iordanem:

CAP. X.

1 Et inde exurgens venit in fines Iudeæ ultra Iordanem: Matth.19.a.1

41 Bonum esset ei potius, καλὸν ἦν αὐτῷ μᾶλλον. Erasmus, Melius foret ei: id est, ἄμεινον ἂν ἦν αὐτῷ. Cõiunxit enim particulam μᾶλλον cum absoluto καλόν, vt sit periphrasis τοῦ ἄμεινον. Sed hæc traiectio sanè dura est, nec (vt ego quidem arbitror) necessaria.

43 Quòd si, καὶ εἰ. Vulgata & Erasmus ad verbum Et si. Sed nemo non videt idem valere γὰρ ἐάν, & εἰ δὲ quo vtitur Matthæus. Hæc caula cur καὶ sæpe etiam interpretati simus Autem & Verò, quando sententias potius quàm verba connectit. 44 Eorum, αὐτῶν. Eorum videlicet qui in illam flammam fuerint proiecti. Relatiuum ergo ponitur absque antecedente expresso, ex Hebræorum more, vt Psal.87.v.1.

49 Oblatio, θυσία. Heb. מנחה Vulg.& Eras. Victima. Sale salietur, ἁλισθήσεται. Id est, salienda est, vt placeat sacrificium. Sic quoque quũ dicit omnes esse sale saliendos, non prædicit aliquid futurũ, sed ostendit quid ab omnibus requiratur, nempe vt verbo incorrupto conditi, sese Deo consecrent.

50 Bonus est sal, καλὸν τὸ ἅλας. Erasmus, Bona res est sal: eodem manente sensu. Idem tamen ita vertit vt nos fecimus, Lucæ 14.f.34.

IN CAPVT X.

1 Quum surrexisset, ἀναστάς: id est, profectus, seu digressus, ex Hebræorum dialecto: apud quos Sedere idem valet quod habitare & manere aliquo in loco: & Surgere, idem quod abire, siue proficisci. Per *regionem quæ est trans Iordanem*, διὰ τοῦ πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Vulgata, Trans Iordanem, sensu non expresso. neque

enim hîc describitur ſitus Iudææ, ſed iter quo Dominus in Iudæam venit: traiecto videlicet Iordane per regionem quæ Peræa dicitur, quum per Samariam poſſet rectâ ex Galilæa illuc contendere. Vide Matth.19.a.1.

καὶ συμπορεύονται πάλιν ὄχλοι πρὸς αὐτόν· καὶ, ὡς εἰώθει, πάλιν ἐδίδασκεν αὐτούς.

& conuenit rurſum turba ad eum: &, vt conſueuerat, rurſum docebat eos.

& conuenium iterum turbæ ad eum: & ſicut conſueuerat, iterum docebat illos.

Καὶ προσελθόντες οἱ Φαρισαῖοι ἐπηρώτησαν αὐτὸν, Εἰ ἔξεστιν ἀνδρὶ γυναῖκα ἀπολῦσαι; πειράζοντες αὐτόν.

2 Tunc accedentes Phariſæi interrogarunt eum an liceret viro vxorem dimittere: tentantes eum.

2 Et accedentes Phariſæi interrogabant eum, Si licet viro vxorem dimittere? tentantes eum.

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Τί ὑμῖν ἐνετείλατο Μωσῆς;

3 Ipſe verò reſpondens dixit, Quid vobis mandauit Moſes?

3 At ille reſpondens dixit eis, Quid nobis præcepit Moyſes?

Οἱ δὲ εἶπον, Μωσῆς ἐπέτρεψε βιβλίον ἀποστασίου γράψαι, καὶ ἀπολῦσαι.

Deut.24.a.1

4 Ipſi autem dixerunt, ‖ Moſes permiſit libellum abſceſſionis ſcribere, & dimittere vxorem.

4 Qui dixerunt, Moyſes permiſit libellum repudii ſcribere, & dimittere.

Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἔγραψεν ὑμῖν τὴν ἐντολὴν ταύτην.

5 Tunc reſpondens Ieſus dixit eis, Pro duritia cordis veſtri ſcripſit vobis mandatum iſtud.

5 Quibus reſpondens Ieſus ait, Additum cordis veſtri ſcripſit vobis præceptum iſtud.

Ἀπὸ δὲ ἀρχῆς κτίσεως, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτοὺς ὁ Θεός.

Geneſ.1.d.27 matth.19.c.4 Geneſ.2.d.24 2.cor.6.d.16 epheſ.5.g.31

6 A principio verò creationis, ‖ maſculum & fœminam fecit Deus.

6 Ab initio autem creaturæ, maſculum & fœminam fecit eos Deus.

Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ·

7 ‖Propterea relinquet homo patrem ſuum & matrem, & agglutinabitur vxori ſuæ:

7 Propter hoc relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhærebit ad vxorem ſuam:

Καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. ὥστε οὐκέτι εἰσὶ δύο, ἀλλὰ μία σάρξ.

1.Cor.7.b.10

8 Et qui duo *ſuerant*, erunt caro vna. Itaque nõ ſunt amplius duo, ſed vna caro.

8 Et erunt duo in carne una. itaq; iam non ſunt duo, ſed una caro.

Ὃ οὖν ὁ Θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω.

9 ‖Quod ergo Deus coniunxit, homo ne ſeiungat.

9 Quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet.

Καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ πάλιν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ περὶ τοῦ αὐτοῦ ἐπηρώτησαν αὐτόν.

10 Et domi rurſum diſcipuli eius eadem de re interrogarunt eum.

10 Et in domo iterum diſcipuli eius de eodem interrogauerunt eum.

Καὶ λέγει αὐτοῖς, Ὃς ἐὰν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ γαμήσῃ ἄλλην, μοιχᾶται ἐπ' αὐτήν.

Matth.5.c.32 & 19.b.9 mar.10.b.11 luc.16.d.18 1.cor.7.b.10

11 Ipſe verò dixit eis, ‖Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, & duxerit aliam, mœchatur aduerſus eam.

11 Et ait illis, Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, & aliam duxerit, adulterium committit ſuper eam.

Καὶ ἐὰν γυνὴ ἀπολύσῃ τὸν ἄνδρα αὐτῆς, καὶ γαμηθῇ ἄλλῳ, μοιχᾶται.

12 Et, ſi mulier dimiſerit virũ ſuũ, & nupſerit alteri, mœchatur.

12 Et ſi uxor dimiſerit virum ſuum, & alii nupſerit, mœchatur.

Καὶ προσέφερον αὐτῷ παιδία, ἵνα ἅψηται αὐτῶν· οἱ δὲ μαθηταὶ ἐπετίμων τοῖς προσφέρουσιν.

Matth. 19.b.13 luc.18.a.15

13 ‖Tunc obtulerunt ei pueruloſ vt tangeret eos: diſcipuli verò obiurgabant eos qui offerebant.

13 Et offerebant illi parvulos, vt tangeret illos: diſcipuli autem cõminabantur offerentibus.

Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς ἠγανάκτησε, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ἄφετε τὰ παιδία ἔρχεσθαι πρός με, καὶ μὴ κωλύετε αὐτά· τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ.

14 Quod quum vidiſſet Ieſus, indignatus eſt, & dixit eis, Sinite puerulos venire ad me, & ne prohibete eos. talium enim eſt regnum Dei.

14 Quos quum uideret Ieſus, indignè tulit, & ait illis, Sinite parvulos venire ad me, & ne prohibueritis eos. talium enim eſt regnum Dei.

Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὃς ἐὰν μὴ δέξηται τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ὡς παιδίον, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς αὐτήν.

15 Amen dico vobis, quicunque non exceperit regnum Dei vt puerulus, nequaquam in id ingredietur.

15 Amen dico uobis, quiſquis non recæperit regnũ Dei uelut parvulus, non intrabit in illud.

Καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτὰ, κατευλογεῖ τιθεὶς τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτά, κατευλόγει αὐτά.

16 Et quum accepiſſet eos in vlnas, impoſitis in eos manibus, benedixit eis.

16 Et amplexans eos, & imponens manus ſuper illos, benedicebat eos.

5 Mandatum, τὴν ἐντολήν. Mandatum videlicet de ſcribendo diuortii libello, ſi quis pro ſua duritia nõ poſſet vxorem ferre. Neque enim Moſes præceptum dedit de repudiandis vxoribus, ſed vxoribus potius contra inflexibilem maritorum duritiem proſpexit. Vide Matth.19.v.8.

5

Καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ εἰς ὁδὸν, προσδραμὼν εἷς καὶ γονυπετήσας αὐτὸν, ἐπηρώτα αὐτὸν, Διδάσκαλε ἀγαθὲ, τί ποιήσω ἵνα ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω;

Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, Τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεός.

Τὰς ἐντολὰς οἶδας, Μὴ μοιχεύσῃς, Μὴ φονεύσῃς, Μὴ κλέψῃς, Μὴ ψευδομαρτυρήσῃς, Μὴ ἀποστερήσῃς, Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα.

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῷ, Διδάσκαλε, ταῦτα πάντα ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μου.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐμβλέψας αὐτῷ, ἠγάπησεν αὐτὸν, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ἓν σοι ὑστερεῖ· ὕπαγε, ὅσα ἔχεις πώλησον, καὶ δὸς τοῖς πτωχοῖς· καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ· καὶ δεῦρο, ἀκολούθει μοι, ἄρας τὸν σταυρόν.

Ὁ δὲ, συγκάσας ἐπὶ τῷ λόγῳ, ἀπῆλθε λυπούμενος· ἦν γὰρ ἔχων κτήματα πολλά.

Καὶ περιβλεψάμενος ὁ Ἰησοῦς λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Πῶς δυσκόλως οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελεύσονται.

17 Et egrediente eo *ut ſe daret* in viam, quidam, quum accurriſſet, & accidiſſet ei ad genua, interrogauit eum, Magiſter bone, quid faciam vt vitam æternam poſſideam?

18 Ieſus autem dixit ei, Cur me dicis bonum? nullus eſt bonus, niſi vnus, *nempe* Deus.

19 Mandata noſti, Ne mœchare, Ne occidito, Ne furare, Ne falſum teſtimoniũ dicito, Ne damno afficito *quenquam*, Honora patrem tuum & matrem.

20 Ille verò reſpondens dixit ei, Magiſter, hæc omnia obſeruaui à iuuentute mea.

21 Ieſus autem eum intuitus, dilexit eum, & dixit ei, Vnum te deficit: abi, quæcunque habes vende, & da pauperibus: & habebis theſaurum in cælo: & veni, ſequere me, ſublata *in humeros* cruce.

22 Ille verò mœſtus factus propter hunc ſermonem, abiit contriſtatus: habebat enim bona multa.

23 Et quum circunſpexiſſet Ieſus dicit diſcipulis ſuis, Quàm difficilè qui opes habent, in regnum Dei introibunt.

17 *Et quum egreſſus eſſet in viam, procurrens quidam genu flexo ante eum, rogabat eum, Magiſter bone, quid faciam vt vitam æternam poſſidebam?* Matth.19.b.16 luc.18.d.18

18 *Ieſus autem dixit ei, Quid me dicis bonũ? nemo bonus niſi vnus, Deus.*

19 *Præcepta noſti, Ne adulteres, Ne occidas, Ne furaris, Ne falſum teſtimonium dixeris, Ne fraudẽ feceris, Honora patrem tuum & matrem.* Exodi 20.d.13

20 *At ille reſpondens ait illi, Magiſter hæc omnia obſeruaui à iuuentute mea.*

21 *Ieſus autem intuitus eum, dilexit eum: & dixit ei, Vnum tibi deeſt: nade, quæcunque habes vẽde, & da pauperibus: & habebis theſaurum in cælo: & veni, ſequere me.*

22 *Qui contriſtatus in verbo, abiit mœrens: erat enim habens multas poſſeſſiones.*

23 *Et circunſpiciens Ieſus ait diſcipulis ſuis, Quàm difficilè qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt.*

17 Et egrediente eo *ut ſe daret* in viam, καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ εἰς ὁδὸν. Vulgata, Et quum egreſſus eſſet in viam. Videtur enim viam accepiſſe pro vico, vt Egredi in viam, idem valeat atque foras exire, & domo progredi in publicum. At ego ſignificari puto hæc eſſe geſta quum domo egreſſus, ad iter ſe compararet, atque adeo iter ipſum iniret. Scribit enim Matthæus, poſtquam pueris bene precatus eſſet, eum illinc eſſe profectũ cap.19.b.15. Quidam, quũ accurriſſet, προσδραμὼν εἷς. In quodã exẽplari ſcriptũ erat, ἰδού τις πλούσιος προσδραμών, ecce quidam diues quum accurriſſet. In Complutenſi verò editione pro εἷς ſcriptum erat τὶς, de quo diximus Matth.8.c.19. Et accidiſſet ei ad genua, καὶ γονυπετήσας αὐτόν. In quodam exemplari ſcriptum reperimus αὐτῷ, & fortaſſe rectius. Vide Matthæum 17.b.14. Alius codex pro αὐτὸν habet ἔμπροσθεν αὐτοῦ, coram eo, vt legit Vetus interpres. Poſſideam? κληρονομήσω; Vulgata, Percipiam? De huius verbi propria ſignificatione diximus Matthæi 5.2.5. Hic autem tranſlatitiè accipitur ab eo τὴν κτῆσιν, ſicut in vernaculo noſtro ſermone omne genus prædiorum & poſſeſſionum ſolemus hæreditates vocare.

19 Ne damno afficito *quenquam*, μὴ ἀποστερήσῃς. Vulgata, Ne fraudem feceris. & alibi ſæpe, ἀποστερεῖν, fraudare. Atqui fraudare propriè is dicitur qui per fraudem interuertit aliena. Verbum autem ἀποστερῶ latius patet apud Græcos. ſignificat enim quempiam re ſua priuare, ſiue eam retineas, ſiue fraude aut vi eripias. Itaque generali vocabulo conuertimus, Damno afficere, Eraſmi interpretationem ſequuti, 1. Cor. 6.b.8. ſed addito quarto caſu. Cæterùm videtur hoc mandatum compendio quodam ſuperiora omnia complecti. Deerat tamẽ in vno manuſcripto codice, & fortaſſis redundat.

20 Iuuentute mea, νεότητός μου. In quodam codice additur, ἐκ τῶν ὑστερῶν quo adhuc deficior?

21 Sublata *in humeros* cruce, ἄρας τὸν σταυρόν. Hæc non legit Vetus interpres. Addidit autem Eraſmus, In humeros, vt amphiboliam vitaret. Vnus codex poſt σταυρόν addit σου tua: & in hoc verſiculo poſt ὑστερῖ, additum reperio in duobus codicibus, οὐ πλήρης εἶναι, ſi vis eſſe perfectus.

22 Mœſtus factus, συγκάσας id eſt κατηφήσας, ſicut loquitur Matthæus cap.19.d.22. Eraſmus, Moleſtia affectus: id eſt χαλεπαίνων. Atqui moleſtiam à triſtitia differre puto, ſicut cauſa ab affectu diuerſa eſt: adeo quidẽ vt moleſtia ſæpe iram potius quàm triſtitiam gignat. Propter hunc ſermonem, ἐπὶ τῷ λόγῳ. Vulgata, In verbo. quæ interpretatio & barbara eſt & obſcura, vt taceã. Verbum potius declarare τὸ ῥῆμα quàm τὸν λόγον. Eraſmus, Propter ſermonem: rectè quidem expreſſa præpoſitione, (ponitur enim ἐπὶ pro διὰ, ſicut iterum verſu 24) ſed omiſſo articulo.

23 Opes, χρήματα. Vulgata & Eraſmus, Pecunias. Sed pecuniæ appellatione, etiam quum latiſſimè patet, bona nonniſi mouentia appellantur: vt propriè id declaret quod vernaculo ſermone dicimus *chenance*. Græcum autem vocabulum (vt ait Ariſtoteles Ethicorum 4) ea omnia complectitur ὅσων ἡ ἀξία νομίσματι μετρεῖται, id eſt, quorum pretium numis æſtimatur. Sic enim appellantur ἀπὸ τοῦ χρῆσθαι ἔναι, vt docet Budæus ex Xenophontis Œconomico.

Οἱ δὲ μαθηταὶ ἐθαμβοῦντο ἐπὶ τοῖς λόγοις αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἰησοῦς πάλιν ἀποκρίνεται λέγει αὐτοῖς, Τέκνα, πῶς δύσκολόν ἐστι τοὺς πεποιθότας ἐπὶ τοῖς χρήμασιν, εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν.

14 Discipuli verò expauerunt ad hos sermones ipsius. Iesus autem rursum respondens dixit eis, Filii, quàm difficile est vt qui cõfidunt opibus, in regnum Dei ingrediantur.

14 *Discipuli autem obstupescebant in verbis eius. At Iesus rursus respondẽs ait illis, Filioli, quàm difficile est confidentes in pecuniis, in regnum Dei introire.*

Εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τῆς τρυμαλιᾶς τῆς ῥαφίδος διελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν.

15 Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem in regnum Dei ingredi.

15 *Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum Dei.*

Οἱ δὲ περισσῶς ἐξεπλήσσοντο, λέγοντες πρὸς ἑαυτούς, Καὶ τίς δύναται σωθῆναι;

16 Illi verò amplius percellebantur, dicẽtes inter se, Et quis potest seruari?

16 *Qui magis admirabantur, dicentes ad semetipsos, Et quis potest saluus fieri?*

Ἐμβλέψας δὲ αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς λέγει, Παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατον, ἀλλ' οὐ παρὰ τῷ Θεῷ· πάντα γὰρ δυνατά ἐστι παρὰ τῷ Θεῷ.

17 Intuitus autem eos Iesus dicit, Apud homines *hoc est* impossibile, sed non apud Deum: nã omnia possibilia sũt apud Deũ.

17 *Et intuens illos Iesus ait, Apud homines impossibile est, sed non apud Deum: omnia enim possibilia sunt apud Deum.*

Matth.19. d.27 luc.18.c.28

Καὶ ἤρξατο ὁ Πέτρος λέγειν αὐτῷ, Ἰδοὺ, ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι.

18 Tunc Petrus cœpit ei dicere, Ecce, nos reliquimus omnia & sequuti sumus te.

18 *Et cœpit ei Petrus dicere, Ecce, nos dimisimus omnia, & secuti sumus te.*

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτις ἐστὶν ὃς ἀφῆκεν οἰκίαν, ἢ ἀδελφοὺς, ἢ ἀδελφάς, ἢ πατέρα, ἢ μητέρα, ἢ γυναῖκα, ἢ τέκνα, ἢ ἀγροὺς, ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ τοῦ Εὐαγγελίου,

19 Respondens autem Iesus ait, Amẽ dico vobis, nullus est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, vxorem, aut liberos, aut agros, mea causa & Euangelii,

19 *Respondens Iesus ait, Amen dico vobis, nemo est qui reliquerit domũ, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros, propter me & propter Euãgeliũ,*

30 Quin accipiat centuplicia nunc isto tempore, domos & fratres & sorores, & matres, & liberos, & agros, cum persequutionibus, & in seculo venturo vitam æternam.

50 *Qui non accipiet centies tantum nunc in tempore hoc, domos, & fratres & sorores, & matres, & filios, & agros, cũ persequutionibus, & in seculo futuro vitam æternam.*

14 Vt qui confidunt, τοὺς πεποιθότας. Vulgata, Confidentes. Sed rectè monet Erasmus ex Cicerone, cõfidentem apud Latinos participium non esse, sed nomen, & aliud declarare. Itaque quæren da fuit periphrasis.

15 Transire, διελθεῖν. Erasmus, Ingredi, εἰσελθεῖν, sicut in plerisque codicibus legitur. Sed & Complutensis editio post εἰσελθεῖν addit γάρ, enim: & ista quæ sequuntur ad finem vsque versiculi, nempe, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν, animaduertimus in duobus vetustis codicibus deesse. Nam etiam vt non addas, subaudiuntur ex præcedenti versiculo.

18 Et quis potest: καὶ τίς δύναται. Coniunctio ε τ hoc loco & aliis similibus non est copulatiua, sed illatiua potius: sed cum interrogatione semper, vt Mat.3.d.14. Sic Virgilius Æneid.1, Et quisquam numen Iunonis adoret Præterea? In quo tamen genere dicendi Græci fere vsurpant particulam ἤπου, vt Aristophanes in Pluto, ἢ μαστίζεσθαι οὐδεμιᾶς ἀπορίας ἔστ' ἐκείνῃς Πλοῦτος ὤν; Sceleratissime virorũ omnium, & tu filebas, Plutus quũ sis?

19 Aut vxorem, ἢ γυναῖκα. Hæc suspicatur Erasmus ex Matthæo & Luca perperam à quopiam addita, propterea quòd mox quum repetuntur res relictæ, nulla fit vxorum mentio. reperimus tamen in omnibus exemplaribus.

30 Quin, ἐὰν μή. Vulgata, Qui non: id est, ὃς οὐ μή, sicut scribitur Luc.18.f.30. Omnia tamen exemplaria constanter ἐὰν μή scriptum habebant hoc loco. Et simile exemplum occurrit Matth.26.d.42. & apud Homerum Iliad.β, in his versiculis, Οὐ γάρ πω νηῶν γε μετὰ στίχας οἶδ' ἀλέγοντα, Εἰ μὴ νὺξ ἐλθοῦσα ἐφέσχησίν γε μάχης αἰδῆται. Videtur autem id esse quod Hebræi dicunt כי אם vt Amos 3.a.4. Centuplicia, ἑκατονταπλασίονα: id est, centies tantundem, nempe quo ad verum vsum & commoda huius etiam vitæ attiner, si modò illa non ex copiis & cupiditate nostra, sed ex Dei nostri voluntate (quæ vna est certissima bonorum regula) metiamur: adeò vt fideles in media etiam egestate huius promissionis euentum sentiant. Itaque perridiculus erat Iulianus ille Apostata, quum hũc locum exagitans, quæreret num centum etiam vxores habituri essent Christiani. Nunc isto tempore, νῦν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ. Hæc verba in Theophylacti Romani codice cum sequentibus connectuntur, adscripta distinctione post ἑκατονταπλασίονα: vt primùm sit in genere proposita promissio centuplicis compensationis, quæ deinde duas diuersorum bonorum species complectatur, nimirum præsentis huius vitæ commoda, & perpetuam æternæ vitæ hæreditatem. Itaque hanc distinctionem probo. Et matres, καὶ μητέρας. In tribus vetustis scriptum legimus, καὶ πατέρα καὶ μητέρα, & patrem & matrem. Neque certè verisimile est Christum in hac promissione id quod vel præcipuum erat prætermisisse. Ego verò legendum puto καὶ πατέρας καὶ μητέρας plurali numero, vt omnia centuplicia promittantur: & Theophylactũ ita legisse apparet ex ipsius interpretatione. Cũ persequutionibus, μετὰ διωγμῶν. Non promittit persequutiones Dominus, (quod absurdum esset) sed fore dicit vt in

mediis etiam perſequutionibus centuplo ſint feliciores quàm vnquā antea, qui Chriſtum omnibus huius vitæ commodis antepoſuerint.

Πολλοὶ δὲ ἔσονται πρῶτοι, ἔσχατοι, καὶ οἱ ἔσχατοι, πρῶτοι.

31 [Multi autem primi, erũt vltimi: & vltimi, primi.

31 *Multi autē erunt primi, nouiſſimi: & nouiſſimi, primi.* Matth.19.d.30 Luc.13.f.03

Ἦσαν δὲ ἐν τῇ ὁδῷ ἀναβαίνοντες εἰς Ἱεροσόλυμα· καὶ ἦν προάγων αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐθαμβοῦντο, καὶ ἀκολουθοῦντες ἐφοβοῦντο. Καὶ παραλαβὼν πάλιν τοὺς δώδεκα, ἤρξατο αὐτοῖς λέγειν τὰ μέλλοντα αὐτῷ συνβαίνειν.

32 [Erant autem in via aſcendẽtes Hieroſolyma: & præibat eis Ieſus, & expaueſcebant, & ſequẽtes timebant. Et ipſe, aſſumptis rurſum duodecim, cœpit eis dicere quæ ſibi erant euentura.

32 *Erant autē in uia aſcẽdentes Ieroſolymam: & præcedebat illos Ieſus, & ſtupebant, & ſequentes timebant. Et aſſumens iterum duodecim, cœpit illis dicere quæ eſſent ei euentura.* Matth.20.b.17 Luc.18.f.31

Ὅτι ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδοθήσεται τοῖς Ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς Γραμματεῦσι, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτὸν θανάτῳ, καὶ παραδώσουσιν αὐτὸν τοῖς ἔθνεσι·

33 ᵛDicens, Ecce, aſcendimus Hieroſolyma, & Filius hominis tradetur principibus Sacerdotum & Scribis: & condemnabunt eũ morte, tradẽtque eũ Gentibus:

33 *Quia ecce aſcendimus Ieroſolymam, & Filius hominis tradetur principibus Sacerdotum & Scribis & ſenioribus: & damnabunt eum morte, & tradent eum Gentibus:*

Καὶ ἐμπαίξουσιν αὐτῷ, καὶ μαστιγώσουσιν αὐτὸν, καὶ ἐμπτύσουσιν αὐτῷ, καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτόν· καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται.

34 Quæ illudent ei, & flagellabũt eum, & inſpuent in eum, & trucidabunt eum: ſed tertia die reſurget.

34 *Et illudent ei, & conſpuent eum, & flagellabunt eum, & interficient eũ: & tertia die reſurget.*

Καὶ προσπορεύονται αὐτῷ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης οἱ υἱοὶ Ζεβεδαίου, λέγοντες, Διδάσκαλε, θέλομεν ἵνα ὃ ἐὰν αἰτήσωμέν ποιήσῃς ἡμῖν.

35 [Tunc accedũt ad eum Iacobus & Iohannes filii Zebedæi, dicentes, Magiſter, ᵛ velimus vt quicquid petierimus, præſtes nobis.

35 *Et accedunt ad eum Iacobus & Iohannes filii Zebedæi dicentes, Magiſter, uolumus ut quodcunque petierimus, facias nobis.* Matth.20.c.20

Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Τί θέλετε ποιῆσαί με ὑμῖν;

36 Ipſe verò dixit eis, Quid me vultis vobis præſtare?

36 *At ille dixit eis, Quid uultis ut faciam uobis?*

Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, Δὸς ἡμῖν ἵνα εἷς ἐκ δεξιῶν σου καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων σου καθίσωμεν ἐν τῇ δόξῃ σου.

37 Illi autem dixerunt ei, Da nobis vt vnus ad dextram tuam & alter ad ſiniſtram tuam ſedeamus in gloria tua.

37 *Et dixerunt, Da nobis ut unus ad dextram tuã & alius ad ſiniſtrã tuam ſedeamus in gloria tua.*

Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε. δύνασθε πεῖν τὸ ποτήριον ὃ ἐγὼ πίνω, καὶ τὸ βάπτισμα ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθῆναι;

38 Ieſus autem dixit eis, Neſcitis quid petatis. poteſtis bibere poculum quod ego bibo, ᵛ & baptiſmo quo ego baptizor, baptizari?

38 *Ieſus autem ait eis, Neſcitis quid petatis: poteſtis bibere calicem quem ego bibo, aut baptiſmo quo ego baptizor, baptizari?*

Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, Δυνάμεθα. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Τὸ μὲν ποτήριον ὃ ἐγὼ πίνω, πίεσθε, καὶ τὸ βάπτισμα ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθήσεσθε·

39 Ipſi verò dixerunt ei, Poſſumus. Ieſus autẽ dixit eis, Poculum quidem quod ego bibo, bibetis: & baptiſmate quo ego baptizor, baptizabimini:

39 *At illi dixerunt ei, Poſſumus. Ieſus autẽ ait eis, Calicem quidem quẽ ego bibo, bibetis, & baptiſmo quo ego baptizor, baptizabimini:*

Τὸ δὲ καθίσαι ἐκ δεξιῶν μου καὶ ἐξ εὐωνύμου μού, οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται.

40 Sed ſedere ad dextram meã & ᵛ ad ſiniſtram meam, non eſt meum dare, ſed *dabitur* quibus paratum eſt.

40 *Sedere autẽ ad dexteram meã uel ad ſiniſtram, nõ eſt meũ dare. ſed quibus paratum eſt.*

35 Dicens, Ecce, ἐπὶ λόγου: id eſt, כי הנה, vt loquuntur interdum Hebræi, etiam in initiis: vt Amos 4.a.3, vbi videtur eadem vſurpari tranſitio ab oratione recta ad obliquam, ſubaudito לאמר, quod hic expreſſimus. Vide infrà 11.d.31, & 14.g.70.

35 Velimus, θέλομεν. Ad verbum, Volumus, id eſt optamus. Eſt enim rogandi, non imperandi ſignificatione poſitum. Cicero, Eum honorem deos tibi fortunare volo. Sic autem ſolent Græci conuertere verbum Hebræum שאל, per θέλειν vel ζητεῖν, vt Malach.3.a.1.

38 Et baptiſmo, καὶ τὸ βάπτισμα. Vulgata, Aut baptiſmo, ἢ τὸ βάπτισμα, vt legimus in quodam exemplari. Quid autem ſignificetur hoc dicendi genere, diximus Matth.10.v.16.

40 Et ad ſiniſtram, καὶ ἐξ εὐωνύμων. Hic iterum Vulgata pro καὶ legit ἢ, & ita etiam inuenimus ſcriptũ in quodam exemplari, ſed perperam, ni fallor.

Καὶ ἀκούσαντες οἱ δέκα ἤρξαντο ἀ- 41 Et quum hæc audiſſent alii de- 41 Et audientes decem cœperunt indignari de Iacobo & Iohanne.
γανακτεῖν περὶ Ἰακώβου καὶ Ἰωάννου. cem, cœperunt indignari de Iacobo & Iohanne.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς προσκαλεσάμενος αὐτοὺς, 42 Ieſus autem quum eos ad- 42 Ieſus autem vocans eos,
λέγει αὐτοῖς, Οἴδατε ὅτι οἱ δοκοῦντες ἄρ- uocaſſet, dixit eis, ‖Scitis eos ˇqui ait illis, Scitis quia ij qui
Luc.22.c.25 χειν τῶν ἐθνῶν, κατακυριεύουσιν αὐτῶν· καὶ bus placet imperare Gentibus, videntur principari gen
οἱ μεγάλοι αὐτῶν, κατεξουσιάζουσιν dominari in eas: & qui magni tibus, dominentur eis: &
αὐτῶν. ſunt inter eas, licẽtia in eas vti. principes eorum potestatem habent ipsorum.

Οὐχ οὕτω δὲ ἔσται ἐν ὑμῖν· ἀλλ' ὃς ἐὰν 43 Verùm nõ ita erit inter vos: 43 Non ita est autem in
θέλῃ γενέσθαι μέγας ἐν ὑμῖν, ἔσται διά- ſed quicunque voluerit fieri ma nobis: sed quicunque
κονος ὑμῶν· gn° iter vos, erit miniſter veſter: voluerit fieri maior, erit ve
ster minister:

Καὶ ὃς ἂν θέλῃ ὑμῶν γενέσθαι πρῶ- 44 Et quicũque voluerit ex vobis 44 Et quicunque voluerit in vobis primus esse, erit omnium seruus.
τος, ἔσται πάντων δοῦλος. fieri primus, ſit omniũ ſeruus.

Καὶ γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε 45 Nam & Filius hominis non 45 Nam & Filius hominis
διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι, καὶ δοῦ- venit vt ſibi miniſtraretur, ſed non venit ut ministraretur
ναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν. vt miniſtraret, & daret animã ei, sed ut ministraret, & daret animam suam re
ſuam redemptionis pretium demptionem pro multis.
Matth.19.d.19 ˇpro multis.
Luc.18.f.35

Καὶ ἔρχονται εἰς Ἰεριχώ· καὶ ἐκπο- 46 Tunc veniunt Hiericho: ‖eó- 46 Et veniunt Iericho:
ρευομένου αὐτοῦ ἀπὸ Ἰεριχὼ, καὶ τῶν μα- queegrediente ab Hiericho, ac & proficiscente eo de Ie
θητῶν αὐτοῦ, καὶ ὄχλου ἱκανοῦ, υἱὸς Τι- diſcipulis eius, & turba multa richo, & discipulis eius,
μαίου Βαρτίμαιος ὁ τυφλὸς ἐκάθητο ˇfilius Timæi Bartimæus cæ & plurima multitudine,
παρὰ τὴν ὁδὸν προσαιτῶν. cus ſedebat iuxta viam men filius Timæi Bartimæus
dicans. cæcus sedebat iuxta viã mendicans.

Καὶ ἀκούσας ὅτι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖός 47 Et quum audiſſet ipſum eſ- 47 Qui quum audisset
ἐστι, ἤρξατο κράζειν, καὶ λέγειν, Ὁ υἱὸς Δα- ſe Ieſum illum Nazarenum, quia Ieſus Nazarenus
βὶδ Ἰησοῦ, ἐλέησόν με. cœpit clamare, & dicere, ˇFili est, cœpit clamare, & di
Dauid Ieſu miſerere mei. cere, Ieſu fili Dauid mi
serere mei.

Καὶ ἐπετίμων αὐτῷ πολλοὶ ἵνα σιωπή- 48 Et obiurgabant eum multi 48 Et comminabantur ei
σῃ· ὁ δὲ πολλῷ μᾶλλον ἔκραζεν, υἱὲ Δα- vt ſileret: ille verò multo ma multi ut taceret: at ille
βὶδ, ἐλέησόν με. gis clamabat, Fili Dauid miſe multo magis clamabat, Fi
rere mei. li Dauid miserere mei.

Καὶ στὰς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτὸν φωνη- 49 Tunc Ieſus ˇquum ſubſtitiſ- 49 Et stans Ieſus præcepit illum vocari & vocãt
θῆναι. καὶ φωνοῦσι τὸν τυφλὸν, λέγοντες ſet, ˇiuſſit eum vocari. vocant i cæcũ, dicẽtes ei, Animæ
αὐτῷ, Θάρσει, ἔγειραι· φωνεῖ σε. gitur cæcum, dicentes ei, Con quior esto, surge: vocat te.
fide, ſurge: vocat te.

Ὁ δὲ, ἀποβαλὼν τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ, ἀνα- 50 Ipſe verò abiecto pallio ſuo 50 Qui proiecto vestimento suo, exiliens, venit ad
στὰς ἦλθε πρὸς τὸν Ἰησοῦν. ˇquum ſurrexiſſet, venit ad Ie eum.
ſum.

41 Quibus placet, οἱ δοκοῦντες: vel, Quibus conſtitutum eſt ac decretum. Illud enim (vt opinor) ſignificat τὸ δοκεῖν hoc loco, ſicut dixi Matth.3.b.9. & Philip.3.a.4. niſi poſteriorem interpretationem ſequi malimus. Sic enim Xenophon lib. Κύρου παιδείας ſecundo, εἰς δὲ τοῦτο ἀρίστους, καλὸν μὴ φόβον ἐδόκει: id eſt, quibus hæc placeret, iis conſtitutum eſt vt arundinem geſtarent. Scimus autem nullos imperioſius aut crudelius dominari quàm ii faciant qui imperio delectantur, vel quibus ſemel decretum eſt imperium non amittere. Vulg. & Eraſmus, Qui videntur: quam interpretationem non poſſum probare. Neque enim hic agitur de iis qui videtur ſibi reges aut imperatores, quũ tales reipſa non ſint: ſed de iis qui verè dominantur aliis, & quorũ poteſtas nõ eſt imaginaria.

43 Erit, ἔστω. In vno codice ſcriptum erat ἔστω, eſto. idque rectius, ni fallor: ſicut etiam legitur apud Mat. 20.d.16, & paulo antè annotauimus 9.c.35.

45 Pro multis, ἀντὶ πολλῶν: id eſt, multorum vice. Subiit enim vicem noſtram, & peccata noſtra portauit. Vel pro multis, id eſt multorum cauſa, vt ἀντὶ pro ὑπὲρ vel ἕνεκα ponatur: veluti quum dicimus ἀντ' ἄλλου, id eſt ὑπὲρ ἄλλου, quo modo etiam accipitur Matth.17.d.27.

46 Filius Timæi, υἱὸς Τιμαίου. Non dubito quin hæc explicatio nominis Syriaci Bartimæi, ex alio libri in contextum irrepſerit. Non temere autem videtur nomen cæci iſtius expreſſum, quum dicatur poſtea Ieſum ſequutus, vt probabile ſit celebratum fuiſſe ipſius nomen inter diſcipulos.

47 Fili, υἱὲ. Rectus pro vocandi caſu, ſicut alibi annotauimus. Scriptum erat tamen hoc etiam loco in duobus vetuſtis codicibus υἱέ, & nomen Ιησοῦ in vno deerat. Sed & in alio quodam hæc quæ ſequenti verſu legimus, nõ habentur, ὁ δὲ πολλῷ μᾶλλον ἔκραζεν, υἱὲ Δαβὶδ, ἐλέησόν με, Ille verò multo magis clamabat, Fili Dauid miſerere mei.

49 Quum ſubſtitiſſet, στάς. Vulgata & Eraſmus Standi vocabulo vtuntur. Ego vti illo malui, vt melius intelligatur opponi τῷ καθίσθαι. Iuſſit, εἶπεν. Ad verbum, Dixit: ex Hebræorum idiotiſmo, de quo diximus Mat. 4.a.3. In duobus autem codicibus ſcriptum legimus, εἶπεν, Φωνήσατε αὐτὸν, dixit, Vocate eum.

50 Quum ſurrexiſſet, ἀναστάς. In quodam codice ſcriptum erat ἀναπηδήσας, exiliens, vt Vetus interpres conuertit.

Καὶ ἀποκριθεὶς λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Τί θέλεις ποιήσω σοι; Ὁ δὲ τυφλὸς εἶπεν αὐτῷ, Ραββονὶ, ἵνα ἀναβλέψω.

51 Et reſpondens dixit ei Ieſus, Quid vis tibi præſtem? Cæcus autē ait ei, Rabboni, vt viſum recipiam.

51 Et reſpondens Ieſus dixit illi, Quid tibi vis faciam? Cæcus autem dixit ei, Rabboni, vt videam.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, Ὕπαγε, ἡ πίστις σου σέσωκέ σε. Καὶ εὐθέως ἀνέβλεψε, καὶ ἠκολούθει τῷ Ἰησοῦ ἐν τῇ ὁδῷ.

52 Ieſus autem dixit ei, Abi, fides tua te ſeruauit. Statim igitur recepit viſum, & ſequebatur Ieſum per viam.

52 Ieſus autem ait illi, Vade, fides tua te ſaluum fecit. Et confeſtim vidit, & ſequebatur eum in via.

Κεφάλαιον ια΄

CAP. XI.

CAP. XI.

Καὶ ὅτε ἐγγίζουσιν εἰς Ἱερουσαλὴμ, εἰς Βηθφαγὴ καὶ Βηθανίαν πρὸς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν, ἀποστέλλει δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ,

1 Quum autem appropinquarent Hieroſolymis Bethphage & Bethaniæ ad montem Olearum, miſit duos è diſcipulis ſuis,

1 Et quum appropinquarent Ieroſolymæ & Bethaniæ ad montem Olivarum, mittit duos ex diſcipulis ſuis, Matth.21.ad luc.19.d.29

Καὶ λέγει αὐτοῖς, Ὑπάγετε εἰς τὴν κώμην τὴν κατέναντι ὑμῶν· καὶ εὐθέως εἰσπορευόμενοι εἰς αὐτὴν, εὑρήσετε πῶλον δεδεμένον, ἐφ' ὃν οὐδεὶς ἀνθρώπων κεκάθικε· λύσαντες αὐτὸν ἀγάγετε.

2 Et dicit eis, Abite in vicum qui vobis eſt ex aduerſo: & ſtatim vt ingrediemini in eum, inuenietis pullum ligatum, ſupra quem nullus hominum ſedit: ſoluite eum & adducite.

2 Et ait illis, Ite in caſtellum quod contra vos eſt: & ſtatim introeuntes illuc, inuenietis pullum ligatum, ſuper quem nemo adhuc hominum ſedit: ſoluite illum & adducite.

Καὶ ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ, Τί ποιεῖτε τοῦτο; εἴπατε, Ὅτι ὁ Κύριος αὐτοῦ χρείαν ἔχει· καὶ εὐθέως αὐτὸν ἀποστελεῖ ὧδε.

3 Quòd ſiquis vobis dixerit, Cur hoc facitis? dicite Dominum eo opus habere: & eum ſtatim huc mittet.

3 Et ſiquis vobis dixerit, Quid facitis? dicite, Quia Domino neceſſarius eſt: & continuò illum dimittet huc.

Ἀπῆλθον δὲ καὶ εὗρον τὸν πῶλον δεδεμένον πρὸς τὴν θύραν ἔξω ἐπὶ τοῦ ἀμφόδου· καὶ λύουσιν αὐτόν.

4 Abierunt autem & inuenerunt pullum ligatum apud oſtium foris in biuio: & ſoluerunt eum.

4 Et abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio: & ſoluunt eum.

Καί τινες τῶν ἐκεῖ ἑστηκότων ἔλεγον αὐτοῖς, Τί ποιεῖτε λύοντες τὸν πῶλον;

5 Tunc quidam eorum qui illic adſtabant, dixerũt eis, Quid facitis qui ſolutis pullum?

5 Et quidam de illic ſtantibus dicebant illis, Quid facitis ſoluentes pullum?

Οἱ δὲ εἶπον αὐτοῖς καθὼς ἐνετείλατο ὁ Ἰησοῦς· καὶ ἀφῆκαν αὐτούς.

6 Ipſi verò dixerũt eis prout mãdarat Ieſus: & illi dimiſerũt eos.

6 Qui dixerunt eis ſicut præceperat illis Ieſus: & dimiſerunt eos.

51 Rabboni, ῥαββονί. Legitur alicubi ῥαββουνὶ perperam: quanuis hoc diſcrimen non ſit poſitum in re ipſa, ſed in pronuntiatione, quã ego video inter Iudæos eſſe multiplicem. Annotat autem Caninius Ribbon Syriacè dici non quemuis dominum, ſed κυριεύοντα, & ſoli Deo propriè tribui: quod ſi verum eſt, certè hic cæcus multo apertius Chriſti diuinitatem aſſeruit quàm quiſquã alius ante ipſius reſurrectionem. Nam quod idẽ Caninius tradit, Chriſtum ante mortẽ à nemine fuiſſe vocatum Rabboni, ex hoc loco refelli poteſt. Itaque mihi ſit veriſimile, differentiã illam inter Rabbi & Rabboni inanẽ eſſe. Neque enim Deus ſimpliciter vocatur Ribbon, ſed cum adiectione ונ-קיר. Et Iohannes Rabboni non aliter quàm διδάσκαλον interpretatur 20.d.16.

IN CAPVT XI.

1 Bethphage, εἰς Βαθφαγή. Munſterus ſcribit בית פגי, & tradit magiſtros etiam Hebræorum hunc locũ commemorare. Vtcunque ſit, hic quoque produnt Græci librarii Hebraicæ linguæ imperitiam. nam in omnibus vetuſtis codicibus, atque adeo apud Theophylactum, perperam ſcriptum reperimus Ἐλαιῶνα. Vetus autem interpres hæc non legit. Sed idem rectè (vt opinor) εἰς Βηθανίαν interpretatur Bethaniæ interpretatur. Puto enim vtrobique eſſe circumloquutionem tertii caſus: vt ſignificentur hæc geſta quum Dominus non procul abeſſet ab his tribus locis, nimirum Hieroſolymis, Bethphage, & Bethania. Eraſmus autem εἰς Ἱερουσαλὴμ conuertit Hieroſolymis: in aliis duobus præpoſitionem εἰς ſeruauit αἰὼν τῆς ἀφῆς, vt qui interpretetur Ad Bethphage & Bethaniã, id eſt, circiter aut verſus Bethphage & Bethaniam.

2 Vicum, κώμην. In quodam exemplari legimus πόλιν, vrbem: & video nonnullis placuiſſe hæc intelligere de ipſa Hieruſalem: quorum tamen ſententiã non probo. Multi quoque imperiti homines multa hic garriunt de eo quod addidit Dominus, κατέναντι ὑμῶν, qui contra vos eſt: quum κατέναντι idem valeat quod ex regione & ex aduerſo. Statim vt ingrediemini, εὐθέως εἰσπορευόμενοι. Ita ſum interpretatus, vt offenderẽ particulam εὐθέως coniungendam cum participio εἰσπορευόμενοι: quod alioquin videbitur redundare: qui pleonaſmus eſt Hebræis familiaris, ſed tamen (vt arbitror) non neceſſarius hoc loco. Vulgata & Eraſmus, Statim ingredientes: ſenſu aliquantulum diuerſo, aut loquutione (ni fallor) parum Latina. Nullus hominum, οὐδεὶς ἀνθρώπων: id eſt nullus prorſus. Abũdat enim alioquin genitiuus ἀνθρώπων. veluti quũ Latini Nemo homo dicunt, & Nuſquã gẽtium. Vetus interpres, Nemo adhuc hominum. Legit enim οὔπω οὐδεὶς ἀνθρώπων, ſicut in duobus exemplaribus ſcriptum inuenimus: mallem tamen conuertere, Nondum quiſquam hominum. vel, Nondum vllus homo.

3 Hoc τοῦτο. Vulgata, Quid facitis? τοῦτο expuncta hac particula.

5 Qui ſoluitis, λύοντες. Sic loquuntur Latini per periphraſin participii. Vulgata & Eraſmus, Soluentes.

Iohan.12.b.14

Καὶ ἤγαγον τὸν πῶλον πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἐπέβαλον αὐτῷ τὰ ἱμάτια αὐτῶν· καὶ ἐκάθισεν ἐπ' αὐτῷ.

7 ‖Adduxerunt igitur pullum ad Ieſum, & iniecerunt ei pallia ſua, ſeditque ſuper eum.

7 Et duxerunt pullum ad Ieſum, & imposuerunt illi veſtimenta ſua: & ſedit ſuper eum.

Πολλοὶ δὲ τὰ ἱμάτια αὐτῶν ἔστρωσαν εἰς τὴν ὁδόν· ἄλλοι δὲ στοιβάδας ἔκοπτον ἐκ τῶν δένδρων, καὶ ἐστρώννυον εἰς τὴν ὁδόν.

8 Multi verò pallia ſua ſtrauerunt per viam: alii autem frondes cædebant ex arboribus, & ſternebant in viam.

8 Multi autem veſtimenta ſua ſtrauerunt in via: alii autem frondes cædebant de arboribus, & ſternebant in via.

Καὶ οἱ προάγοντες καὶ οἱ ἀκολουθοῦντες ἔκραζον, λέγοντες, Ὡσαννά, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου.

9 Et qui præibant, quíque ſequebantur, clamabãt dicentes, Hoſanna, benedictus qui venit in nomine Domini.

9 Et qui præibant, & qui ſequebantur clamabant, dicentes, Hoſanna benedictus qui venit in nomine Domini.

Εὐλογημένη ἡ ἐρχομένη βασιλεία ἐν ὀνόματι Κυρίου, τοῦ πατρὸς ἡμῶν Δαβίδ· ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις.

10 Benedictum regnum patris noſtri Dauid, quod venit in nomine Domini: hoſanna in excelſis altiſſimis.

10 Benedictum quod venit regnum patris noſtri Dauid: hoſanna in excelſis.

11 Καὶ εἰσῆλθεν εἰς Ἱεροσόλυμα ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἰς τὸ ἱερόν· καὶ περιβλεψάμενος πάντα, ὀψίας ἤδη οὔσης τῆς ὥρας, ἐξῆλθεν εἰς Βηθανίαν μετὰ τῶν δώδεκα.

Matth. 21.d.10 luc. 19.g.45

11 ‖Et ingreſſus eſt Hieroſolymam Dominus, & in templum: quúmque circũſpexiſſet omnia, & veſpera iam hora eſſet, venit Bethaniam cum duodecim.

11 Et introiuit Ieroſolymam in templum: & circunſpectis omnibus, quũ iam veſpera eſſet hora, exiit in Bethaniam cum duodecim.

12 Καὶ τῇ ἐπαύριον ἐξελθόντων αὐτῶν ἀπὸ Βηθανίας, ἐπείνασε.

Matth. 21.b.19

12 ‖Et poſtero die quum exiſſent Bethania, eſuriit.

12 Et alia die quũ exirẽt à Bethania, eſuriuit.

13 Καὶ ἰδὼν συκῆν μακρόθεν, ἔχουσαν φύλλα, ἦλθεν εἰ ἄρα εὑρήσει τι ἐν αὐτῇ· καὶ ἐλθὼν ἐπ' αὐτῇ, οὐδὲν εὗρεν εἰ μὴ φύλλα. οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων.

13 Quúmque procul vidiſſet ficum habentem folia, venit viſurus videlicet num inueniret aliquid in ea: & quum veniſſet ad eam, nihil inuenit niſi folia. non enim erat tempus ficuum.

13 Quúmque uidiſſet à longè ficum habentem folia, uenit, ſi quid fortè inueniret in ea: & quum uenisſet ad eã, nihil inuenit præter folia: non enim erat tẽpus ficorum.

7 Super eum, ἐπ' αὐτῷ, id eſt ſuper pullum. Frobenius excudit ἐπ' αὐτῶν, eodem manente ſenſu. Theophylacti codex Romanus habet ἐπ' αὐτῶν, ſuper ea, videlicet veſtimenta, ſicut in Matthæo diximus. Annotat præterea Eraſmus quoſdam codices habere ἐπ' αὐτὴν, vt ad aſinam referatur, quod (inquit) cum Matthæo cõſentit. Sed nos illic eam lectionem deprauatam eſſe oſtendimus, quum Lucas & Iohannes ſolius pulli mentionem faciant quo veſtus fuerit Dominus.

8 Ex arboribus, ἐκ τῶν δένδρων. In vno exemplari ſcriptum erat ἐκ τῶν ἀγρῶν, ex agris. Nam etiam nonnullis placet στιβὰς herbæ ſeu fruticis genus eſſe quo ſolebant tori infarciri: quos idcirco στιβάδας, vel στιβάδας, vocabant. Malo tamen veterem lectionem ſequi, vt Marcus cum Matthæo prorſus conſentiat.

9 Benedictus, εὐλογημένος. Hebraiſmus, id eſt Bene ſit ei qui ad nos venit. In nomine Domini, ἐν ὀνόματι Κυρίου, id eſt diuinitus, & à Deo miſſus. Omnia autem hæc reſpiciunt promiſſiones de venturo Meſſia, quãuis quod ipſius regnum eſſet non intelligerent.

10 Benedictum, εὐλογημένη. Id eſt felix ac proſperum ſit. In nomine Domini, ἐν ὀνόματι Κυρίου. Hæc verba in hoc quidẽ verſiculo deerant in vno vetuſto exemplari, & fortaſſis ab aliquo ſunt expũcta qui hos titulos Domini & patris Dauidi tribui exiſtimauit, quum tamen ad participium ἐρχομένη pertineant iſta ἐν ὀνόματι Κυρίου, illa verò τοῦ πατρὸς ἡμῶν Δαβίδ, ad βασιλεία referantur, ſicut oſtendit diſtinctio in codicibus emendatis adſcripta poſt Κυρίου. Niſi exiſtimare malimus genitiuum τοῦ πατρὸς regi à Κυρίου, vt ſit hic ſenſus, Benedictum regnũ quod venit in nomine eius qui Dominus eſt patris noſtri Dauid. Solet enim ſæpe Dauid in Pſalmis Meſſiam vocare Dominum, vt Chriſtus ipſe paulo pòſt explicat cap. 12. d. 36. Sed illa ſententia longè eſt planior. Itaque vt omnem ambiguitatem vitarem, auſus ſum verborum Græcorum collocationem mutare. Nam in Græcis nulla eſt eiuſmodi amphibolia, quoniam ſcriptum non eſt τῷ Κυρίῳ καὶ πατρὶ, vel τῷ Κυρίῳ πατρὶ, ſed Κυρίου, τῷ πατρὶ &c.

11 Et veſpera, &c. ὀψίας ἤδη οὔσης τῆς ὥρας. Eraſmus ὥραν recte annotat pro tempore vſurpari, & tempus veſpertinum interpretatur. Ego verò cum Vetere interprete Græcam loquutionem integram ſeruaui, quòd Latinos etiam videam ab iſta enallage non abhorrere. Plinius libro 19, His horæ rigandi, matutina & veſpera. ὀψίας verò conuerti perinde ac ſi ſcriptum eſſet ὀψιαίας: quia ſerotinum apud Latinos non veſpertinum, ſed tardum declarat. Venit, ἦλθεν. Sic. Vulgata, Exiit. Eraſmus, Egreſſus eſt. Vide ſuprà 3.c.21, & 8.b.11.

12 Et poſtero die, καὶ τῇ ἐπαύριον: id eſt (vt loquuntur Hebræi) In craſtino. Nam diſertiores Græci dicũt τῇ ὑστεραίᾳ, vel τῇ ἑξῆς. Vulgata, Alia die: quod dicendi genus idem interpres exponit modò Altera die, vt Mat. 27.g.62, id eſt Secunda, vt etiam loquitur Liuius: modò In craſtinum, vt Iohan. 1.f.43. modò Sequẽti die, vt Act. 10.d.23, modò Poſtero die, vt nos hic fecimus. Ita enim loquuntur Latini.

13 Viſurus videlicet num inueniret, εἰ ἄρα εὑρήσει. De εἰ in ſubiectione poſito, alibi diximus. Subauditur autem participium Viſurus: vt in illo Virgilii, equidẽ per littora certos Dimittã, & Libyæ luſtrare extrema iubebo, Siquibus eiectus ſyluis aut montibus errat. Sic etiam Homerus Iliad. α, Εἰ μ' αὖτε πρὸς ἶλιον αὖτις ἀφίξεσθαι ἀνώγοι, ἄλλα εἰδότες. Expreſſimus igitur quod ſubaudiebatur, & ſimile eſt exemplum Act. 27. v. 12.

Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῇ, Μηκέτι ἐκ σοῦ εἰς τὸν αἰῶνα μηδεὶς καρπὸν φάγοι. Καὶ ἤκουον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.

14 Tunc respondens Iesus dixit ficui, Ne amplius ex te in seculum quisquam fructum comedat. Et hoc audierunt discipuli eius.

14 Et respondens dixit ei, Iam non amplius in aeternum ex te fructum quisquam manducet. Et audiebant discipuli eius.

Καὶ ἔρχονται εἰς Ἱεροσόλυμα. Καὶ εἰσελθὼν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸ ἱερὸν, ἤρξατο ἐκβάλλειν τοὺς πωλοῦντας καὶ ἀγοράζοντας ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ τὰς τραπέζας τῶν κολλυβιστῶν, καὶ τὰς καθέδρας τῶν πωλούντων τὰς περιστερὰς κατέστρεψε.

15 Veniunt igitur Hierosolymam. Et ingressus Iesus in templum, cœpit eiicere eos qui vendebant & emebant in templo, & mensas numulariorum, & cathedras vendentium columbas subuertit.

15 Et veniunt Ierosolymã. Et quum introisset in templum, cœpit eiicere vendentes & ementes in templo, & mensas numulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit.

Καὶ οὐκ ἤφιεν ἵνα τις διενέγκῃ σκεῦος διὰ τοῦ ἱεροῦ.

16 Nec sinebat vt quisquam deportaret vas per templum.

16 Et non sinebat ut quisquã transferret vas per templum.

Καὶ ἐδίδασκε λέγων αὐτοῖς, Οὐ γέγραπται, Ὅτι ὁ οἶκός μου, οἶκος προσευχῆς κληθήσεται πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν; ὑμεῖς δὲ ἐποιήσατε αὐτὸν σπήλαιον λῃστῶν.

17 Et docebat dicens eis, Nonne scriptum est ‖ domum meã, domum precationis vocatum iri ab omnibus Gentibus? ‖ vos autem eam feciſtis, ſpeluncam latronum.

17 Et docebat dicẽs eis, Nõne ſcriptum eſt, Quia domus mea, domus orationis vocabitur omnibus Gẽtibus: nos autẽ fecistis eam, ſpeluncam latronũ. Esa.56.c.7. Ierem.7.b.11

Καὶ ἤκουσαν οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ ἐζήτουν πῶς αὐτὸν ἀπολέσουσι. ἐφοβοῦντο γὰρ αὐτὸν, ὅτι πᾶς ὁ ὄχλος ἐξεπλήσσετο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ.

18 Et hoc audierunt Scribæ & principes Sacerdotum, & quærebant quomodo eum perderent. timebant enim eum, quia tota turba percellebatur ſuper doctrina ipſius.

18 Quo audito, principes Sacerdotum & Scribæ quærebant quomodo eũ perderent. timebant enim eum, quoniam uniuersa turba admirabatur super doctrina eius.

Καὶ ὅτε ὀψὲ ἐγένετο, ἐξεπορεύετο ἔξω τῆς πόλεως.

19 Quum verò veſpera eſſet, egreſſus eſt Ieſus ex vrbe.

19 Et quum uespera facta esset, egrediebatur de ciuitate.

Καὶ παρὰ τὴν ἐκπορευόμενοι εἶδον τὴν συκῆν ἐξηραμμένην ἐκ ῥιζῶν.

20 ‖ Et manè adambulantes ficui, viderunt eam exaruiſſe radicitus.

20 Et quum manè transirent, viderunt ficum aridam factam à radicibus. Matth.21.b.19

Καὶ ἀναμνησθεὶς ὁ Πέτρος λέγει αὐτῷ, Ραββὶ, ἴδε, ἡ συκῆ ᾗ κατηράσω, ἐξήρανται.

21 Tunc recordatus Petrus dixit ei, Rabbi, ecce, ficus illa cui imprecatus es, exaruit.

21 Et recordatus Petrus dixit ei, Rabbi, ecce, ficus cui maledixiſti, aruit.

Καὶ ἀποκριθεὶς Ἰησοῦς λέγει αὐτοῖς, Ἔχετε πίστιν Θεοῦ.

22 Et reſpondens Ieſus dixit eis, Habete fidem Dei.

22 Et reſpondens Ieſus ait illis, Habete fidem Dei.

14 Reſpondens, ἀποκριθείς. Hic manifestè apparet Hebraiſmus, de quo alibi diximus. Quis enim dicatur ficui reſpondere? Abundat igitur hoc participium, & de eo quoque dicitur qui loqui incipit.

15 Veniunt, ἔρχονται. Quoddam exemplar habebat additum πάλιν, rurſum.

16 Nec ſinebat, καὶ οὐκ ἤφιεν. Ita reperi ſcriptum in omnibus codicibus. Neceſſe eſt autem vt ab aoriſto poſteriori verbi ἀφίημι deducatur, addito præpoſitionis augmento, ſicut in ἔπεμψα ab πέμπω, ἐνεχείρησα ab ἐγχειρέω, & quibuſdã aliis verbis, quæ tamen pauca ſunt. Sic etiam ſuprà 1.c.34. Vas, σκεῦος. Id eſt inſtrumentum vllum, profanum videlicet, cuiuſmodi plurima habebant iſti quibus atrium templi eſſe cœperat pro foro. Extat etiam de hoc abuſu Canon 87 Synodi Conſtantinopolitanæ ſub Iuſtiniano coactæ.

17 Vocatum iri, κληθήσεται: id eſt, palàm erit & habebitur: de quo Hebraiſmo alibi diximus.

18 Timebant enim eum, ἐφοβοῦντο γὰρ αὐτὸν. Ita ſcriptum erat in omnibus vetuſtis codicibus, vno excepto, qui non habebat αὐτὸν: & ſanè videtur abundare.

20 Adambulantes, παρερχόμενοι: id eſt, iuxta ipſam ficum iter facientes. Erat enim in via, vt dicit Matthæus. Itaque παρὰ idem valet quod apud Latinos præpoſitio AD, id eſt iuxta, in compoſitione. Vulg. Quum tranſirent: id eſt διερχόμενοι. Eraſ. Prætereuntes. Vide ſuprà 9.c.30.

21 Imprecatus es, κατηράσω. Vulg. Maledixiſti: quod reſpondet τῇ κακολογίᾳ. Eraſmus, Execratus es. Nos (vt opinor) magis propriè vertimus imprecari. Nam ἀρᾶσθαι idem valet quod εὔχεσθαι, precari: & tam in vitio quàm in laude vſurpatur. Itaque apud Homerum Iliad. α, Chryſes promiſcuè dicitur ἀρᾶσθαι & ἰέσθαι.

22 Habete fidem Dei, ἔχετε πίστιν Θεοῦ. In quodam exemplari ſcripta erat interrogatio poſt Θεοῦ. Sed præſtat indefinitè legere. quod liquet ex verſiculo 24, in quo explicatur hæc ſententia: ex quo etiam apparet, fidem Dei paſſiuè dici, quæ Deo habetur. Eraſmus, Confidite Deo: id eſt πίστιν τοῦ Θεῷ, ſenſu tamen rectè expreſſo. Nam fidem Dei habere, nihil aliud declarat quàm certum eſſe, Deum præſtiturum quod promiſit.

Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ὅτι ὃς ἂν εἴπῃ τῷ ὄρει τούτῳ, Ἄρθητι, καὶ βλήθητι εἰς τὴν θάλασσαν· καὶ μὴ διακριθῇ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, ἀλλὰ πιστεύσῃ ὅτι ἃ λέγει γίνεται, ἔσται αὐτῷ ὃ ἐὰν εἴπῃ.

Matth.7.c.17 luc.11.b.9

Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, πάντα ὅσα ἂν προσευχόμενοι αἰτεῖσθε, πιστεύετε ὅτι λαμβάνετε· καὶ ἔσται ὑμῖν.

Matth.6.b.14

Καὶ ὅταν στήκητε προσευχόμενοι, ἀφίετε εἴ τι ἔχετε κατά τινος· ἵνα καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀφῇ ὑμῖν τὰ παραπτώματα ὑμῶν.

Εἰ δὲ ὑμεῖς οὐκ ἀφίετε, οὐδὲ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀφήσει τὰ παραπτώματα ὑμῶν.

Matth.21.b.14 luc.19.a.1

Καὶ ἔρχονται πάλιν εἰς Ἱεροσόλυμα· καὶ ἐν τῷ ἱερῷ περιπατοῦντος αὐτοῦ, ἔρχονται πρὸς αὐτὸν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι

Καὶ λέγουσιν αὐτῷ, Ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς; καὶ τίς σοι τὴν ἐξουσίαν ταύτην ἔδωκεν ἵνα ταῦτα ποιῇς;

Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Ἐπερωτήσω ὑμᾶς κἀγὼ ἕνα λόγον· καὶ ἀποκρίθητέ μοι, καὶ ἐρῶ ὑμῖν ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιῶ.

Τὸ βάπτισμα Ἰωάννου ἐξ οὐρανοῦ ἦν, ἢ ἐξ ἀνθρώπων; ἀποκρίθητέ μοι.

Καὶ ἐλογίζοντο πρὸς ἑαυτούς, λέγοντες, Ἐὰν εἴπωμεν, Ἐξ οὐρανοῦ· ἐρεῖ, Διατί οὖν οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ;

Ἀλλ' ἐὰν εἴπωμεν, Ἐξ ἀνθρώπων· ἐφοβοῦντο τὸν λαόν. ἅπαντες γὰρ εἶχον τὸν Ἰωάννην, ὅτι ὄντως προφήτης ἦν.

23 Amen enim dico vobis, quicunque dixerit monti huic, Tollitor & proiicitor in mare: nec hæsitauerit in corde suo, sed crediderit futura quæ dicit, erit ei quicquid dixerit.

24 Propterea dico vobis, quæcunque precantes petitis, credite vos accepturos: & erunt vobis.

25 Et quum adstiteritis precantes, remittite siquid habetis aduersus aliquem: vt & Pater ille vester qui in cælis est, remittat vobis offensas vestras.

26 Nam si vos non remiseritis, nec Pater ille vester qui in cælis est, remittet offensas vestras.

27 Tunc veniunt rursus Hierosolyma: & quum ipse ambularet in templo, veniunt ad eum principes Sacerdotum, & Scribæ & seniores:

28 Et dicunt ei, Qua authoritate ista facis? & quis tibi dedit authoritatem istam, vt hæc facias?

29 Iesus autem respondens dixit eis, Interrogabo vos & ego rem quandam. Respondete igitur mihi, & dicam vobis qua authoritate hæc faciam.

30 Baptisma Iohannis è cælo erat, an ex hominibus? respondete mihi.

31 Ratiocinabantur autem apud se, dicentes, Si dixerimus, E cælo: dicet, Quare ergo non credidistis ei?

32 Sed si dicamus, Ex hominibus: timemus populum. omnes enim sentiebant de Iohanne, eũ verè Prophetam fuisse.

23 *Amen dico vobis, quia quicunque dixerit huic monti, Tollere & mittere in mare: & non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit quia quodcunque dixerit, fiat: fiet ei.*

24 *Propterea dico vobis, Omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis: & euenient vobis.*

25 *Et quum stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis aduersus aliquem: ut & Pater vester qui in cælis est, dimittat vobis peccata vestra.*

26 *Quòd si vos non dimiseritis, nec Pater vester qui in cælis est, dimittet vobis peccata vestra.*

27 *Et venerunt rursus Ierosolymam. Et quum ambularet in templo, accedunt ad eum summi Sacerdotes & Scribæ & seniores:*

28 *Et dicunt ei, In qua potestate hæc facis? & quis dedit tibi hanc potestatem ut ista faciasi?*

29 *Iesus autem respondens ait illis, Interrogabo vos & ego vnum verbum, & respondete mihi: & dicam vobis in qua potestate hæc faciam.*

30 *Baptismus Iohannis de cælo erat, an ex hominibus? respondete mihi.*

31 *At illi cogitabant secũ, dicentes, Si dixerimus, De cælo: dicet, Quare ergo non credidistis ei?*

32 *Si dixerimus, Ex hominibus: timebamus populum. omnes enim habebant Iohannem quia verè Prophetam esset.*

23 Amen enim dico vo. ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν. Vulg. & Eras. nõ legerũt particulã γὰρ, aut putarũt redundare.

24 Accepturos, λαμβάνετε. Ad verbum, Accipitis. Sed de hac temporum enallage sæpe iam diximus, cuius tamen aliqua videtur esse emphasis. Loquitur enim de re certò futura, tanquam iam esset præsens. Sed & in vno vetusto codice scriptum erat Prophetarum more, ἐλάβετε, quod etiam est ὑμφανικῶτερον. In alio tamen exemplari legimus λήψεσθε, quemadmodum scribitur Matth. 21. b. 22.

25 Et quum adstiteritis orantes, καὶ ὅταν στήκητε προσευχόμενοι: id est, quum apparueritis coram altari Domini preces vestras fundentes. Vulg. & Eras. stantes interpretantur stabitis. & ex hoc etiã loco colligit Eras. Israelitas stantes precari solitos: quum potius verisimile sit, si non semper, at certè plerunque solenni ritu, flexis genibus orasse, vt apparet ex Dan. 6. b. 10. adeo quidem vt Flectere genua pro toto Dei cultu interdum accipiatur, vt 1. Reg. 19. d. 18. Mich. 6. b. 6, & alibi sæpe. Itaque τὸ στῆναι declarat τὸ παρεῖναι καὶ ὑπῆρχειν: id est, sistere se in conspectum & adesse, siue stes, siue sedeas: cuius significationis exẽpla passim occurrunt, vt Exodi 33. b. 10, & 2. Paral. 34. f. 31. Esa. 3. b. 13, & alibi. Vide suprà 9. a. 1. 10

26 Nam si, εἰ δὲ. Vulg. & Eras. Quòd si. Sed præstat δὲ pro γὰρ accipere, vt in illo Homeri Iliad. π, (apud quem etiam frequens est ista enallage,) Μὴ νύ γ' ἄνδρα ἑὸν ὑμῖν κλαίετε μαψιδίως. Τρωὶ φίλοι πολέμιζε· ἀκήριος δέ μοι ἔσται. Annotat autem Eras. in plerisque Græcis codicibus totum hunc versiculum non addi, & à Theoph. etiã non legi. Nos tamẽ in plerisque vetustis exẽplaribus reperimus, atque adeo in Theophylacto Romano. 25

28 Et quis tibi, καὶ τίς σοι. In vno codice scriptum erat, ἢ τίς σοι, aut quis tibi. In aliis autem duobus totum hoc membrum non additur.

32 Sed si dicamus, ἀλλ' ἐὰν εἴπωμεν. Veteres omnes codices & Complutensis editio non habent ἐὰν

& poſt ἀφῶμεν adſcribunt interrogationem, vt ſit deliberantium & adhuc incertorum hominum oratio. Sed mihi magis arridet recepta lectio, quam etiam ſequitur Theophylactus. Apparet autem ab iis corruptam fuiſſe qui offenſi ſunt ſubita iſta tranſitione orationis rectæ ad obliquam. Potius enim dicendum videbatur (vt etiam conuertimus) ἐκβάλλωμεν, vt ſcribitur apud Matthæum 11.c.26, quàm ἐφιέμεθα. Sed huiuſmodi tranſitiones Hebraïs ſunt familiares, quarũ alia exempla habemus Luc.5.c.14, & 7.a.4, & 5. item Act.15.b.5. quanuis Lucas multo minus hebraiſſet quàm Marcus. Vide ſuprà 10.c.33. Sentiebant de Ioanne, ἦν γὰρ τοῦ Ἰωάννου: id eſt, ἦν ἐκ τοῦ Ἰωάννου. ſic enim potius loquuntur Græci. Vulg. & Eraſ. Habebant Iohannem: quæ interpretatio non ſatis videtur conuenire cum iis quæ ſequuntur. Fuiſſe, ἦ. Vulg. Eſſet, quod rectè emendauit Eraſmus, quum hæc ſint geſta poſt Iohannis mortem.

Καὶ ἀποκριθέντες λέγουσι τῷ Ἰησοῦ, Οὐκ οἴδαμεν. Καὶ ὁ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς λέγει αὐτοῖς, Οὐδὲ ἐγὼ λέγω ὑμῖν ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιῶ.	33 Tunc reſpondentes dicunt Ieſu, Neſcimus. Et Ieſus reſpondens dicit eis, Nec ego dicam vobis qua authoritate hæc faciam.	33 *Et reſpondentes dicunt Ieſu, Neſcimus. Et reſpondens Ieſus ait illis, Neque ego dico vobis in qua poteſtate hæc faciam.*
Κεφάλαιον ιβ.	CAP. XII.	CAP. XII.
ΚΑΙ ἤρξατο αὐτοῖς ἐν παραβολαῖς λέγειν, Ἀμπελῶνα ἐφύτευσεν ἄνθρωπος, καὶ περιέθηκε φραγμόν, καὶ ὤρυξεν ὑπολήνιον, καὶ ᾠκοδόμησε πύργον, καὶ ἐξέδοτο αὐτὸν γεωργοῖς· καὶ ἀπεδήμησε.	1 ET cœpit eis per parabolas dicere, Vineam plantauit quidam, & circumpoſuit ſepem, & fodit lacum, & ædificauit turrim, & elocauit eam agricolis: ac peregre profectus eſt.	1 *ET cœpit illis in parabolis loqui. Vineam plantauit homo, & circumdedit ſepem, & fodit lacum, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis: & peregre profectus eſt.* Matth.21.c.33 Iſa.5.a.1 Ierem.2.d.21
Καὶ ἀπέστειλε πρὸς τοὺς γεωργοὺς τῷ καιρῷ δοῦλον, ἵνα παρὰ τῶν γεωργῶν λάβῃ ἀπὸ τοῦ καρποῦ τοῦ ἀμπελῶνος.	2 Miſitque ſeruum ad agricolas ſuo tempore, vt ab agricolis acciperet ex fructu vineæ.	2 *Et miſit ad agricolas in tempore ſeruum, vt ab agricolis acciperet de fructu vineæ.*
Οἱ δὲ λαβόντες αὐτὸν ἔδειραν, καὶ ἀπέστειλαν κενόν.	3 Illi verò captum eum cæciderunt, ac remiſerunt inanem.	3 *Qui apprehenſum eũ cæciderunt, & dimiſerunt vacuum.*
Καὶ πάλιν ἀπέστειλε πρὸς αὐτοὺς ἄλλον δοῦλον· κἀκεῖνον λιθοβολήσαντες ἐκεφαλαίωσαν, καὶ ἀπέστειλαν ἠτιμωμένον.	4 Et rurſum miſit ad eos aliũ ſeruum, & illi huic quoque lapidato caput vulnerarunt, & remiſerunt dedecoratum.	4 *Et iterum miſit ad illos alium ſeruum: & illum in capite vulnerauerunt, & contumelijs affecerunt.*
Καὶ πάλιν ἄλλον ἀπέστειλε· κἀκεῖνον ἀπέκτειναν· καὶ πολλοὺς ἄλλους, τοὺς μὲν δέροντες, τοὺς δὲ ἀποκτέννοντες.	5 Et rurſum alium miſit, & illum trucidarunt: multóſque alios, hos quidem cædentes, illos verò trucidantes.	5 *Et rurſum alium miſit, & illum occiderunt: & plures alios, quoſdam cædentes, alios verò occidentes.*

IN CAPVT XII.

1 Per parabolas, ἐν παραβολαῖς. Parabola dicitur paſſim in Euangelio non tam comparatio, aut collatio, quales adhiberi à pleriſque ſcriptoribus ſolent ad ea illuſtranda quæ alioquin videri poſſent obſcurius dicta, quàm allegoria & ænigma: quòd non facilè ab omnibus intelligatur. Hebræi משל & חידה vocant. Siquis autem roget cur ἐν παραβολαῖς dixerit Marcus potius quàm ἐν παραβολῇ, quum vnam tantùm parabolam hic recenſeat: reſpondeo, quanuis vnam duntaxat commemoret, multas tamen fuiſſe à Domino propoſitas, quæ copioſè à Matthæo referuntur. Deinde etiam exiſtimo, his verbis non tam multitudinem parabolarum ſignificari, quàm genus ipſum orationis quo Chriſtus vſus eſt, ob eam cauſam quam ipſe explicat Matth.13.c.35. vt ἐν παραβολαῖς, idem valeat quod παραβολικῶς, vt loquitur Nonnus: id eſt δι' αἰνιγμάτων. Dicere, λέγειν. Quædam exemplaria habent λαλεῖν, loqui, vt conuerterunt Vulgata & Eraſmus: quam lectionem ſi ſequaris addendum erit participium, λέγων, dicens, eclipſi Hebræis familiari, de qua diximus aliquid ſuprà 10.c.33.

2 Suo tempore, τῷ καιρῷ. Eraſmus, Quum opportunum eſſet: id eſt ὅτε ἦν εὔκαιρον. Vulg. In tempore, ſenſu nonnihil diuerſo. Nam in tempore ſignificat *bien à propos*: ſuo tempore verò, *en ſa ſaiſon*, id eſt, tempore quo colligi fructus ſolent.

3 Inanem, κενόν: vel, vacuum, vt rectè conuertit Eraſmus. Sed quia cæteris fere locis inanem interpretantur, eandem vbique rationem ſeruare maluimus.

4 Lapidato, λιθοβολήσαντες. Hanc eſſe ſignificationem propriam verbi Lapidare, Quintilianus innuit lib.8.cap.2, nempe pro Lapides in aliquem conijcere. Sed ſciendum eſt, βάλλειν de eo dici propriè apud Græcos qui non modò ictu petit, ſed etiam collimat. Vetus interpres hoc non legit, & animaduertimus etiam in duobus vetuſtis codicibus deeſſe. Caput vulnerarunt, ἐκεφαλαίωσαν. Eraſmus, Comminuerunt caput: quod non ſine hyperbole intelligi poteſt. Maluimus ergo paucis mutatis Vulgatam editionem retinere, quũ præſertim Lucas in hac eadem parabola vtatur verbo τραυματίζειν. Mentionem autem facit Marcus vulnerũ capitis, quaſi grauiſſimorum. Sed noua eſt hæc ſignificatio verbi κεφαλαιόω, vt hoc planè ſit quod Græci dicunt ἄκρῳ λιγέλλειν. Itaque Theophylactus ἐκεφαλαίωσαν interpretatur ζωοπλήκτως καὶ ἐπαρίστως πληγώσαντες: id eſt, omni contumeliæ genere quaſi in ſummam quandam redacto affecerunt, omnémque iniuriam in eo veluti conſumpſerunt. Ego verò fictum vocabulum eſſe puto à κεφαλὴ, ſicut à γόνατα fit γονατίζειν, & ab οὖς fit ὠσὶ ζειν, & ſimilia. Dedecoratum, ἠτιμωμένον. Verbum ἀτιμάζειν, cui *inſidiantur* τὸ ἀτιμοῦν, video tot modis partim à Vetere interprete, partim ab Eraſmo conuerti, contumelia afficere, id eſt ὀνείδιζειν: ignominia afficere, quod

mihi non displicet: contemptui habere, id est καταφρονῆσαι: inhonorare, dehonestare, exhonorare: quæ non memini legere apud idoneos authores quanuis inhonoratum Latinè dicamus eum cui honos non est habitus. Theophylacti codex scriptum habet ἀτιμωθέντα: quod verbum, si Eustathio credimus, Homericũ est. Vetus autem interpres pro καὶ ἀτιμάσαντες ἀτιμωθέντας, legit καὶ ἀτιμάσαντες, & ignominia affecerunt: sicut in quodam codice scriptum repesimus.

Ετι οὖν ἕνα υἱὸν ἔχων ἀγαπητὸν αὐτοῦ, ἀπέστειλε καὶ αὐτὸν πρὸς αὐτοὺς ἔσχατον, λέγων, Οτι ἐντραπήσονται τὸν υἱόν μου.

6 Quum ergo vnum adhuc haberet filium suum dilectũ, misit etiam illum vltimum ad eos, dicens, Reuerebuntur filium meum.

6 *Adhuc ergo vnum habens filium charissimum, & illum misit ad eos nouissimũ, dicens, Quia reuerebuntur filium meum.*

Ἐκεῖνοι δὲ οἱ γεωργοὶ εἶπον πρὸς ἑαυτούς, Οτι οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος· δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, καὶ ἡμῶν ἔσται ἡ κληρονομία.

7 Illi verò agricolæ dixerunt inter se, Iste est hæres: venite, trucidemus eum, & nostra erit hæreditas.

7 *Coloni autem dixerũt adinuicem, Hic est heres: uenite, occidamus eum, & nostra erit hereditas.*

Καὶ λαβόντες αὐτὸν ἀπέκτειναν, καὶ ἐξέβαλον ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος.

8 Et captum eum trucidarunt, & eiecerunt extra vineam.

8 *Et apprehẽdẽtes eum occiderunt, & eiecerunt extra uineam.*

Τί οὖν ποιήσει ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος; Ελεύσεται, καὶ ἀπολέσει τοὺς γεωργοὺς, καὶ δώσει τὸν ἀμπελῶνα ἄλλοις.

9 Quid ergo faciet Dominus vineæ? Veniet, & perdet agricolas, & dabit vineam aliis.

9 *Quid ergo faciet dominus uineæ? Veniet & perdet colonos, & dabit uineam aliis.*

Οὐδὲ τὴν γραφὴν ταύτην ἀνέγνωτε; Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας·

10 Ne hanc quidem Scripturam legistis? ‖Quem lapidem reprobauerunt ædificantes, is factus est caput anguli:

10 *Nec Scripturam hanc legistis, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli:*

Psal. 118.v.22 esa.28.d.18 matth.21.d.42 act.4.b.11 rom.9.g.33 1.per.2.a.8

Παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη, καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν;

11 A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris?

11 *A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris?*

Καὶ ἐζήτουν αὐτὸν κρατῆσαι, καὶ ἐφοβήθησαν τὸν ὄχλον· ἔγνωσαν γὰρ ὅτι πρὸς αὐτοὺς τὴν παραβολὴν εἶπε. καὶ ἀφέντες αὐτὸν ἀπῆλθον.

11 Studebant igitur eum prehendere, sed timuerunt turbam: norant enim eum aduersus ipsos illam parabolam dixisse. itaque omisso eo abierunt.

11 *Et quærebant eum tenere, & timuerunt turbam: cognouerunt enim quoniam ad eos parabolam hanc dixerit Et relicto eo abierunt.*

Matth.22.b.15 luc.20.d.20

Καὶ ἀποστέλλουσι πρὸς αὐτόν τινας τῶν Φαρισαίων καὶ τῶν Ηρῳδιανῶν, ἵνα αὐτὸν ἀγρεύσωσι λόγῳ.

13 ‖Et miserunt ad eum quosdam è Pharisæis & Herodianis, vt eum captarent sermone.

13 *Et mittunt ad eum quosdam ex Pharisæis & Herodianis, ut eum capiant in uerbo.*

7 Agricolæ, οἱ γεωργοί. Quoddam exemplar hæc addita habebat, ἰδόντες αὐτὸν ἐρχόμενον πρὸς αὐτούς, id est, quum vidissent eum venientem ad se.

8 Et captum eum, καὶ λαβόντες αὐτόν. Vulgata, Et apprehendentes eum, καὶ κρατήσαντες αὐτόν. Erasmus, Et arreptum eum, καὶ ἁρπάσαντες αὐτόν.

9 Agricolas, τοὺς γεωργούς. In quodam codice additur τούτους, istos.

11 Istud, αὕτη: id est res ista. Est enim Hebraismus manifestus, de quo diximus Matth.21.d.42. Errant igitur qui vel ad κεφαλὴν, vel ad γωνίας referunt: ac multo etiam magis qui legit, Factus est iste, vt ad lapidem & Christum referatur.

11 Studebant, ἐζήτουν: id est affectabant, & mirificè cupiebant. Id enim declarat apud Latinos verbũ Studere cum quarto casu coniunctum, cuius vice hic ponitur infinitus modus. Respondet ergo ζητεῖν hac significatione verbo בקש. Vulg. & Erasm. ad verbum, Quærebant. Enim, γάρ. Non pertinet hæc ratio ad proximum verbum ἐφοβήθησαν, sed ad ἐζήτουν: & rursus, καὶ ἀφέντες pertinet ad ἐφοβήθησαν, quod est remotius. Quæ synchysis vt melius intelligatur, & quamobrem καὶ primo & tertio loco conuerterimus vt συμπλοκὴν, secundo verò vt διάκρισιν: ita disponendum puto hunc versiculum, docendi gratia, alioquin nonnihil obscurum, καὶ ἐζήτουν αὐτὸν κρατῆσαι· ἔγνωσαν γὰρ ὅτι πρὸς αὐτοὺς τὴν παραβολὴν ταύτην εἶπε, καὶ ἐφοβήθησαν τὸν ὄχλον. καὶ ἀφέντες αὐτὸν, ἀπῆλθον: id est, Studebant igitur eum prehendere: norant enim quòd aduersus ipsos parabolam illam dixisset: sed timuerunt turbam. itaque omisso eo abierunt. Aduersus ipsos, πρὸς αὐτούς. Sic rectius conuertit Erasmus quàm Vetus interpres Ad eos. Declarat enim πρὸς hoc loco ἀναφώνησιν, vt in illo Chrysostomi πρὸς σφοντυλοῦς, καὶ λινοπέδιλοι πρὸς τὸν Θεὸν ἁμαρτίας.

13 Captarent, ἀγρεύσωσι: vel, caperent. Nam ἀγρεύειν, quod propriè declarat venari, etiam de eo dicitur qui prædam cepit quam venabatur. Sic Isiodorus in Epigrammatibus, ἀγρεύεις δ' ἔγρευσε: id est ὃν δ' ἄλλος, vt ab aliis est annotatum. Secundum exemplar scriptum habebat, eodem sensu, παγιδεύσωσι, illaquearent.

Sermone, λόγῳ. Vulgata, Verbo: id est ῥήματι, vt alibi dictum est. Potest autem hoc referri vel ad eorum orationem qui Christo insidiabantur, vel ad Christi responsionem, qua illi sperabant fore vt sese in laqueos indueret, vel ad vtrosque.

Οἱ δὲ ἐλθόντες λέγουσιν αὐτῷ, Διδάσκαλε, οἴδαμεν ὅτι ἀληθὴς εἶ, καὶ οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενός· οὐ γὰρ βλέπεις εἰς πρόσωπον ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐπ' ἀληθείας τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ διδάσκεις· Ἔξεστι κῆνσον Καίσαρι δοῦναι, ἢ οὔ; δῶμεν, ἢ μὴ δῶμεν;

14 Illi verò, quum veniſſet, dicunt ei, Magiſter, ſcimus te veracem eſſe, neque curare quenquam: non enim reſpicis in perſonam hominum, ſed in veritate viam Dei doces: Licet cenſum Cæſari dare, an non? demus, an non demus?

14 Qui venientes dicũt ei, Magiſter, ſcimus quia verax es, & non curas quenquam: nec enim reſpicis in faciem hominũ, ſed in veritate uiã Dei docꝛs: Licet dare tributũ Cæſari, an non dabimus?

Ὁ δὲ εἰδὼς αὐτῶν τὴν ὑπόκρισιν, εἶπεν αὐτοῖς, Τί με πειράζετε; Φέρετέ μοι δηνάριον, ἵνα ἴδω.

15 Ipſe verò, quum ſciret eorũ hypocriſin, dixit eis, Quid me tentatis? proferte mihi denarium, vt videam.

15 Qui ſciens nerſutiam illorum, ait illis, Quid me tentatis? afferte mihi denarium, ut uideam.

Οἱ δὲ ἤνεγκαν. Καὶ λέγει αὐτοῖς, Τίνος ἡ εἰκὼν αὕτη καὶ ἡ ἐπιγραφή; Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, Καίσαρος.

16 Illi verò protulerũt. Tunc dicit eis, Cuius eſt imago iſta & inſcriptio? Illi verò dixerunt ei, Cæſaris.

16 At illi attulerunt ei. Et ait illis, Cuius eſt imago hæc & inſcriptio? Dicunt ei, Cæſaris.

Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Ἀπόδοτε τὰ Καίσαρος, Καίσαρι· καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ, τῷ Θεῷ. Καὶ ἐθαύμασαν ἐπ' αὐτῷ.

17 Et reſpondens Ieſus dixit eis, ‖Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ Dei ſunt, Deo. Et admirati ſunt ſuper eo.

17 Reſpondens autem Ieſus dixit illis, Reddite igitur quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſũt Dei, Deo. Et mirabantur ſuper eo.

Rom.13.b.7

Καὶ ἔρχονται Σαδδουκαῖοι πρὸς αὐτόν, οἵτινες λέγουσιν ἀνάστασιν μὴ εἶναι· καὶ ἐπηρώτησαν αὐτόν, λέγοντες,

18 ‖Tunc veniunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non eſſe reſurrectionem: & interrogarunt eum, dicentes,

18 Et venerunt ad eum Sadducæi, qui dicũt reſurrectionem non eſſe: & interrogabant eum, dicentes,

Matth.22.c.23 luc.20.c.27

Διδάσκαλε, Μωσῆς ἔγραψεν ἡμῖν ὅτι ἐάν τινος ἀδελφὸς ἀποθάνῃ, καὶ καταλίπῃ γυναῖκα, καὶ τέκνα μὴ ἀφῇ, ἵνα λάβῃ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἐξαναστήσῃ σπέρμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ.

19 Magiſter, ‖Moſes ſcripſit nobis, vt ſi cuius frater mortuus ſit, ac reliquerit vxorẽ, & filios non reliquerit, accipiat ipſius frater vxorem eius, & excitet ſemen fratri ſuo.

19 Magiſter, Moyſes nobis ſcripſit, ut ſi cuius frater mortuus fuerit, & dimiſerit uxorem, & filios non reliquerit, accipiat frater eius uxorẽ ipſius, & reſuſcitet ſemen fratri ſuo.

Deut.25.a.5.

Ἑπτὰ οὖν ἀδελφοὶ ἦσαν· καὶ ὁ πρῶτος ἔλαβε γυναῖκα, καὶ ἀποθνήσκων οὐκ ἀφῆκε σπέρμα.

20 Septem ergo fratres fuerũt: ac primus accepit vxorem, & moriens non reliquit ſemen.

20 Septem ergo fratres erant: & primus accepit uxorem, & mortuus eſt, non relicto ſemine.

14 In perſonam, εἰς πρόσωπον. Vulgata, In faciem. Nam hoc propriè declarat ὑπόκρισιν, ſeu vera ſit, ſeu fictitia: niſi mauis os aut vultum interpretari. Sed & hoc nomine ſignificantur qualitates tum animi, tum corporis, tum etiam rerum externarum, quæ à rhetoribus vocantur perſonæ attributa: ſeu vera ſint illa, ſeu ficta, & ad tempus quæſita, vt in theatris fieri ſolet. Errant igitur, & quidẽ periculoſo errore, qui vbi mentio ſit προσωποληψίας, agi putant de ipſis (vt vulgò loquimur) perſonis, id eſt, ipſis hominibus: & hoc teſtimonio eludunt quæcunque de æterna prædeſtinatione non minus ſanctè quàm verè traduntur. Errant & illi qui quum alioquin Perſonæ appellatione rectè intelligant ſignificari qualitates illas de quibus diximus, tamen non animaduertunt non damnari perſonarum omnium diſcrimina: (quod fieri non poteſt quin ſumma rerum omnium ἀπρέπεια inuehatur) ſed eam demum προσωποληψίαν dici & reprehendi quæ tenebras offundit veritati. Sed hæc fortaſſe παρέργως: quæ tamen placuit ſemel annotare, vt quæ vis ſit horum vocabulorum intelligatur. Viam Dei, τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ. Hebraicè דרך יהוה quo dicendi genere interdũ ſignificatur via qua ad Deũ peruenitur, id eſt, ſancti mores, & cum Lege Dei cõſentientes, vt hoc loco & alibi ſæpe: interdum verò ipſa Dei facta & geſta, vt Pſalmo 18.c.31. plurali præſertim numero. Licet, ἔξεστι. In duobus codicibus ante ἔξεστι legimus εἰπὲ οὖν ἡμῖν, die ergo nobis: quod fortaſſis irrepſit ex Matthæo. Aὴ non τὸ δοῦναι, Totum hoc, δοῦναι δῶμεν, deeſt apud Veterem interpretem. Simpliciter enim conuertit, Licet dare tributum Cæſari, an non dabimus? Sed iteratam interrogationem in omnibus codicibus & apud Theophylactum quoque inuenimus. Ponitur autem δῶμεν potentiali modo: quaſi dicas, Debemus dare, an non debemus dare? quod rectè Eraſmus obſeruauit.

15 Hypocriſin, ὑπόκρισιν. Vulgata, Verſutiam: id eſt πανουργίαν, vel potius πολυτροπίαν.

19 Reliquerit, καταλίπῃ. Vulgata, Dimiſerit: quæ interpretatio melius conuenit Diuortio. Ita enim conuertere ſolet τὸ ἀπολύειν. Sed vſus eſt Vetus interpres Dimittendi verbo propter ſequens verbum ἀφῇ, quod ipſum exponere cogimur Reliquerit. neque enim poſſumus Græcorum copiam aſſequi. Filios, τέκνα. Eraſmus, Liberos: quam interpretationem cur non probem, dixi Matth.22.c.24. Sed in vno vetere exemplari ſcriptum inuenimus τέκνον, & apud Matthæum quoque conſtanter legitur in Vulgata editione Filium, ſingulari numero: quam lectionem maximè probo. Satis enim erat vel vnum filium reliquiſſe, vt abſolueretur frater à ſuſcitandi fraterni ſeminis lege.

20 Septem ergo, ἑπτὰ οὖν. Eraſmus non legit particulam οὖν, quæ tamẽ videtur requiri, vt narrationis

exordium declaret. Addidimus igitur, partim ex Veteris interpretis authoritate, partim quia in vno vetusto codice scriptam inuenimus.

Καὶ ὁ δεύτερος ἔλαβεν αὐτὴν, καὶ ἀπέθανε, καὶ οὐδὲ αὐτὸς ἀφῆκε σπέρμα· καὶ ὁ τρίτος ὡσαύτως.

21 Et secundus accepit eam, & mortuus est, & ne ipse quidem reliquit semen: & tertius itidem.

21 *Et secundus accepit eam, & mortuus est, & nec ipse reliquit semen: & tertium similiter.*

Καὶ ἔλαβον αὐτὴν οἱ ἑπτὰ, καὶ οὐκ ἀφῆκαν σπέρμα· ἐσχάτη πάντων ἀπέθανε καὶ ἡ γυνή.

22 Et acceperunt eam septem illi, neque reliquerunt semen: vltima omnium mortua est & mulier.

22 *Et acceperunt eam similiter septem, & nō reliquerunt semen: nouissima omnium defuncta est & mulier.*

Ἐν τῇ οὖν ἀναστάσει, ὅταν ἀναστῶσι, τίνος αὐτῶν ἔσται γυνή; οἱ γὰρ ἑπτὰ ἔσχον αὐτὴν γυναῖκα.

23 In resurrectione ergo, quum resurrexerint, cuius eorum erit vxor? nam septem habuerunt eam vxorem.

23 *In resurrectione ergo, quum resurrexerint, cuius de ijs erit uxor? septem enim habuerunt eam uxorem.*

Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Οὐ διὰ τοῦτο πλανᾶσθε μὴ εἰδότες τὰς γραφὰς μηδὲ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ;

24 Tunc respondens Iesus dixit eis, Nónne propterea erratis quòd nesciatis Scripturas, neque potentiam Dei?

24 *Et respondens Iesus ait illis, Nónne ideo erratis non scientes Scripturas, neque uirtutem Dei?*

Ὅταν γὰρ ἐκ νεκρῶν ἀναστῶσιν, οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε γαμίσκονται· ἀλλ' εἰσὶν ὡς ἄγγελοι οἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

25 Postquā enim à mortuis resurrexerint, neque vxores ducūt, neque nuptū dātur: sed sunt vt Angeli qui in cælis sunt.

25 *Quum enim à mortuis resurrexerint, neq; nubent, neque nubentur: sed sunt sicut Angeli in cælis.*

Περὶ δὲ τῶν νεκρῶν, ὅτι ἐγείρονται, οὐκ ἀνέγνωτε ἐν τῇ βίβλῳ Μωσέως, ὅτι τῆς βάτου ὡς εἶπεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, λέγων, Ἐγὼ ὁ Θεὸς Ἀβραάμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ;

Exodi 3.b.6 matth. 22. c. 32

26 De mortuis verò, quòd suscitandi sint, non legistis in libro Mosis, quomodo in rubo loquutus sit ei Deus, dicens, Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob?

26 *De mortuis autē quòd resurgant, non legistis in libro Moysi, super rubum quomodo dixerit illi Deus, inquiens, Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob?*

Οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ Θεὸς ζώντων· ὑμεῖς οὖν πολὺ πλανᾶσθε.

27 Non est Deus mortuorum, sed Deus viuentium: vos ergo multum erratis.

27 *Non est Deus mortuorum, sed uiuorum: uos ergo multum erratis.*

Καὶ προσελθών εἷς τῶν Γραμματέων, ἀκούσας αὐτῶν συζητούντων, εἰδὼς ὅτι καλῶς αὐτοῖς ἀπεκρίθη, ἐπηρώτησεν αὐτὸν, Ποία ἐστὶ πρώτη πασῶν ἐντολή;

Matth. 22.d.35

28 Et quum accessisset quidam è Scribis qui audierat eos disceptātes, & sciebat eum bene illis respondisse, interrogauit eum quod esset primum omnium mandatum.

28 *Et accessit unus de Scribis qui audierat illos conquirentes: & uidens quoniā bene illis respondisset, interrogauit eum quod esset primum omnium mandatum.*

Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπεκρίθη αὐτῷ, Ὅτι πρώτη πασῶν τῶν ἐντολῶν, Ἄκουε Ἰσραὴλ, Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, Κύριος εἷς ἐστι·

Deut. 6.a.4

29 Iesus autem respondit ei, Primum omnium mandatorum est, Audi Israel, Dominus Deus noster, Dominus vnus est:

29 *Iesus autē respōdit ei, Quia primum omnium mādatū est, Audi Israel, Dominus Deus noster, Dominus unus est:*

Καὶ ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου. αὕτη πρώτη ἐντολή.

30 Diliges igitur Dominū Deū tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota cogitatione tua, & ex totis viribus tuis. hoc est primum mandatum.

30 *Et diliges Dominum Deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mēte tua, & ex tota uirtute tua. Hoc est primū mādatū.*

21 Et ne ipse, &c. καὶ οὐδὲ αὐτὸς, &c. In vno exemplari legimus, μὲ᾽ ἑαυτοῦ σπέρμα, non relicto semine.

22 Mulier. γυνή. Erasmus, Vxor. Est enim ambiguum nomen γυναικός. Sed illam interpretationem melius conuenire liquet ex conclusione quæstionis.

23 Postquam resurrexerint, ὅταν ἀναστῶσι. Hoc deerat in duobus codicibus, & potest expungi, nulla sensus iniuria.

24 Nónne propterea, διὰ τοῦτο πλανᾶσθε. Sic solent Hebræi per interrogationem enuntiare quod maximè volunt haberi pro vero. Deest tamen in Theophylacto particula οὐ, & interrogationis nota. Quòd nesciatis, μὴ εἰδότες. Vulgata ad verbum, Non scientes. Sed quia præcessit διὰ τοῦτο, necesse fuit aliquantulum à verbis deflectere: quum ne sic quidem Græci loqui soleant.

26 Quomodo, ὡς, vel πῶς, vt in vno codice legimus. Est autem per traiectionem construendum hoc membrum, vt post ἀνέγνωτε subiiciatur ἐπὶ τῆς βάτου. Similis traiectionis exemplum occurrit Rom. 11.a.3.

29 Primum, πρώτη. Id est primarium ac præcipuum. Neque enim hic scriba, siue legis doctor, cum Pharisæis sentiebat, qui summam pietatem in externis ritibus ponebant.

30 Diliges igitur, καὶ ἀγαπήσεις. Vulg. & Eras. Et diliges. Sed apparet καὶ positam esse pro οὖν: quæ

enallage etiã apud Græcos diſertiores reperitur. Demoſthenes οἱ δὲ χαλεπώτεροι διὰ τὸ πίνειν μέρος τῶν ψόφων οὐκ ἀκούεται, καὶ μὴ λέγειν ἅπαντα τὰ ῥήματα. Sic quoque paulo pòſt accipitur verſu 37. Cogitatione, τῆς διανοίας id eſt συνέσεως, vt Scriba reſponſo ſuo explicat. Vide Matth. 22. d. 37.

Καὶ δευτέρα ὁμοία, αὕτη, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. μείζων τούτων ἄλλη ἐντολὴ οὐκ ἔστι.

31 Et ſecũdum *illi* ſimile, hoc eſt, Diliges proximum tuum vt teipſum. maius iſtis aliud mandatum non eſt.

31 *Secundum autem ſimile eſt illi, Diliges proximum tuum tanquam teipſum. Maius horum aliud mandatum non eſt.* Leuit. 19. d. 18 matth. 22. d. 39 rom. 13. c. 9 gal. 5. c. 14 iacob. 2. b. 8

Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Γραμματεύς, Καλῶς, διδάσκαλε ἐπ' ἀληθείας εἶπας ὅτι εἷς ἐστι Θεός, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν αὐτοῦ.

32 Tunc dixit ei Scriba ille, Bene, magiſter, in veritate dixiſti. nam vnus eſt Deus, nec alius eſt præter eum:

32 *Et ait illi Scriba, Bene magiſter, in veritate dixiſti, quia vnus eſt Deus, & non eſt alius præter eum:*

Καὶ τὸ ἀγαπᾶν αὐτὸν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ ἐξ ὅλης τῆς συνέσεως, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος· καὶ τὸ ἀγαπᾶν τὸν πλησίον ὡς ἑαυτόν, πλεῖόν ἐστι πάντων τῶν ὁλοκαυτωμάτων καὶ τῶν θυσιῶν.

33 Et diligere eum ex toto corde, & ex tota intelligentia, & ex tota anima, & ex totis viribus, ac diligere proximum vt ſeipſum, plus eſt quàm omnia holocautomata & ſacrificia.

33 *Et vt diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximum tanquã ſeipſum, maius eſt omnibus holocaustomatibus & ſacrificiis.*

Καὶ ὁ Ἰησοῦς ἰδὼν αὐτὸν ὅτι νουνεχῶς ἀπεκρίθη, εἶπεν αὐτῷ, Οὐ μακρὰν εἶ ἀπὸ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. Καὶ οὐδεὶς οὐκέτι ἐτόλμα αὐτὸν ἐπερωτῆσαι.

34 Tum Ieſus quum vidiſſet eũ cordatè reſpondiſſe, dixit ei, Nõ longè es à regno Dei. Et nemo amplius audebat eum interrogare.

34 *Ieſus autem videns quòd ſapienter reſpondiſſet, dixit illi, Non es lõgè a regno Dei. Et nemo iam audebat eum interrogare.*

Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς ἔλεγε, διδάσκων ἐν τῷ ἱερῷ, Πῶς λέγουσιν οἱ Γραμματεῖς ὅτι ὁ Χριστὸς υἱός ἐστι Δαβίδ;

35 Et reſpondẽs Ieſus dicebat, docens in templo, Quomodo dicunt Scribæ Chriſtum eſſe filium Dauid?

35 *Et reſpondens Ieſus dicebat, docens in templo, Quomodo dicunt Scribæ Chriſtum filium eſſe Dauid?* Matth. 22. d. 42 luc. 20. g. 41

Αὐτὸς γὰρ Δαβὶδ εἶπεν ἐν τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ, Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.

36 Nam ipſe Dauid dixit per Spiritum ſanctum, Dixit Dominus Domino meo, Sede ad dextrã meam, vſquedum poſuero inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.

36 *Ipſe enim Dauid dicit in Spiritu ſancto, Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis, donec ponã inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.* Pſal. 109. a. 1

Αὐτὸς οὖν Δαβὶδ λέγει αὐτὸν κύριον· καὶ πόθεν υἱὸς αὐτοῦ ἐστι; Καὶ ὁ πολὺς ὄχλος ἤκουεν αὐτοῦ ἡδέως.

37 Ipſe ergo Dauid dicit eũ Dominũ: vnde igitur filius eius eſt? Et multa turba audiebat eum libenter.

37 *Ipſe ergo Dauid dicit eum Dominũ, & vnde eſt filius eius? Et multa turba eum libenter audiuit.*

Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ, Βλέπετε ἀπὸ τῶν Γραμματέων τῶν θελόντων ἐν στολαῖς περιπατεῖν, καὶ ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς,

38 Ipſe autem dicebat eis in doctrina ſua, Cauete à Scribis, qui volunt ſtolati ambulare, & amant ſalutationes in foris,

38 *Et dicebat eis in doctrina ſua, Cauete à Scribis, qui volũt in ſtolis ambulare, & ſalutari in foro.* Matth. 23. a. 6 luc. 11. f. 43 & 20. g. 45

31 Hoc eſt, αὕτη. Subaudi id eſt. Vulgata, Illi: id eſt αὐτῷ, quo modo ſcriptũ erat in duobus codicibus vetuſtis.

33 Plus eſt, πλεῖόν ἐστι. Vulg. Maius eſt, μεῖζόν ἐστι. In quodã codice legimus περισσότερον, amplius. Holocautomata & ſacrificia, τῶν ὁλοκαυτωμάτων καὶ θυσιῶν. Holocautomata vel holocauſta interpretãtur Græci id ſacrificiorũ genus in quo tota victima Deo adolebatur, vt ipſa verbi notatio declarat. Hebræi עולות vocãt. Θυσίας autẽ appellant ea ſacrificia quæ ab Hebræis dicuntur זבחים: in quibus pars aliqua Sacerdotibus & conuiuio decidebatur, vt rectè notat Hieronymus in caput Eſaiæ 56. Comprehenditur verò his duobus ſacrificiorum generibus vniuerſus ille cæremonialis cultus, in quo nonnulli hypocritæ ſummam pietatis collocabant.

34 Amplius, οὐκέτι. Abundat negatio, vt alibi diximus. Vulgata, Iam, ἤδη. Eraſmus, Poſt illa, ὑστέρα.

35 Reſpondens, ἀποκριθεὶς id eſt verba faciens, vt alibi docuimus. Seruari tamen poteſt propria huius verbi ſignificatio. Nam ſcribit Matthæus fuiſſe in templo coactos Phariſæos, quum hæc diceret Chriſtus. Eſt autem veriſimile multum vtrinque habitum ſermonem, cuius concluſionem duntaxat ſcripſerint Euangeliſtæ.

36 Per Spiritum ſanctum, ἐν τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ. Vel, In Spiritu ſancto. Eſt enim quædam in hoc dicendi genere energia, quo ſignificatur non tam Dauidem loquutum fuiſſe, quàm Spiritum Dei, qui quodammodo Dauidem ipſum poſſederit. Dicitur, inquam, neſcio quomodo ἐμφατικώτερον Dauid in Spiritu loquutus, quàm Spiritus in Dauide. Ne quis tamẽ hoc arbitretur ſubtilius conſideratũ, ſolemus interpretari Per Spiritũ.

38 In doctrina ſua, ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ: id eſt, inter docendum, ἐν τῷ διδάσκειν. Vide ſuprà capite 4. 2. 2.

Cauete, βλέπετε: id eſt φυλάττεσθε: vt infrà cap. 13. b. 9. Sic apud Latinos quoque Videre pro Cauere accipitur, ſed diuerſa conſtructione ab ea quæ hic vſurpatur. Cicero 4. Academic. Sapientis hanc cenſet Arceſilas vim eſſe maximam, cauere ne capiatur, ne fallatur videre.

Qui volunt, τῶν θελόντων id est τῶν φιλούντων, (vt loquitur Matthæus 23.a.4) qui amant, ideóque ſummo ſtudio expetunt & ambiunt. Reſpondet enim τὸ θέλειν verbo ἀγαπᾶν, vt diximus ſuprà 10.c.35, quo ſignificatur voluntas cum ſumma cupiditate coniuncta, vt Gen.34.c.19. Cæterùm hoc quoque notandum eſt, articulum hic poni ἀντὶ κτητικῶν, ſicut Rom.1.b.18. perinde enim eſt ac ſi dixiſſet Marcus, θέλουσιν γάρ, volunt enim. Stolati, ἐν στολαῖς: id eſt ἐσταλμένοι. Idem autem valet ſtola quod veſtis in genere: quanuis poſtea de muliebri veſte ad talos vſque demiſſa, ſolenni cœpit, vt rectè obſeruat Bayfius. Hic tamen videtur exterior illa veſtis fimbriata ſignificari, cuius ſit mentio Deut.22.b.12. Vulgata ad verbum, In ſtolis: ſicut alibi annotauimus Suetonium ſcripſiſſe, Caligulam modò in crepidis vel cothurnis, modò in ſpiculatoria caliga proceſſiſſe in publicum. id eſt crepidarum, vel caligarum. Et ἀσπασμούς ἐν ταῖς ἀγοραῖς, ſalutationes in foro. Quia dura erat tranſitio à verbo ad nomẽ, Eraſmus rectè addidit verbum ex Luca petitum.

Καὶ πρωτοκαθεδρίας ἐν ταῖς συναγωγαῖς, καὶ πρωτοκλισίας ἐν τοῖς δείπνοις.

39 Primóſque conſeſſus in cõuentibus, & primos accubitus in cœnis.

39 Et in primis cathedris ſedere in ſynagogis, & primos diſcubitus in cœnis.

Matth. 23.b.14 luc. 20.g.47

Οἱ κατεσθίοντες τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, καὶ προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι· οὗτοι λήψονται περισσότερον κρίμα.

40 Qui deuorant domos viduarum, & in ſpeciem vtuntur longis precibus: iſti auferẽt grauius iudicium.

40 Qui deuorant domos viduarum ſub obtentu prolixæ orationis: hi accipient prolixius iudicium.

Luc.21.a.1

Καὶ καθίσας ὁ Ἰησοῦς κατέναντι τοῦ γαζοφυλακίου, ἐθεώρει πῶς ὁ ὄχλος βάλλει χαλκὸν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον. καὶ πολλοὶ πλούσιοι ἔβαλλον πολλά.

41 Et quum ſediſſet Ieſus ex aduerſo gazophylacii, ſpectabat quomodo turba mitteret æs in gazophylacium. multi igitur diuites mittebant multa.

41 Et ſedens Ieſus contra gazophylacium aſpiciebat quomodo turba iactaret æs in gazophylacium. & multa diuites iactabãt multa.

Καὶ ἐλθοῦσα μία χήρα πτωχὴ ἔβαλε λεπτὰ δύο, ὅ ἐστι κοδράντης.

41 Et quum veniſſet quædam vidua pauper, miſit minuta duo, quod eſt quadrans.

41 Quum veniſſet autem vidua una pauper, miſit duo minuta, quod eſt quadrans.

Καὶ προσκαλεσάμενος τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, λέγει αὐτοῖς, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἡ χήρα αὕτη ἡ πτωχὴ πλεῖον πάντων βέβληκε τῶν βαλόντων εἰς τὸ γαζοφυλάκιον.

43 Tunc ille, quum aduocaſſet diſcipulos ſuos, dixit eis, Amen dico vobis, vidua hæc pauper plus miſit quàm omnes qui miſerunt in gazophylacium.

43 Et conuocans diſcipulos ſuos ait illis, Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus miſit qui miſerunt in gazophylacium.

Πάντες γὰρ ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς ἔβαλον· αὕτη δὲ ἐκ τῆς ὑστερήσεως αὐτῆς πάντα ὅσα εἶχε ἔβαλεν, ὅλον τὸν βίον αὐτῆς.

44 Nam omnes ex eo quod ipſis redundat, miſerunt: hæc verò è penuria ſua miſit omnia quæ habebat, totum inquam victum ſuum.

44 Omnes enim ex eo quod abũdabat illi, miſerunt: hæc verò de penuria ſua omnia quæ habuit miſit, totum victum ſuum.

39 Primóſque conſeſſus, καὶ πρωτοκαθεδρίας. Vulgata, Et in primis cathedris ſedere: nomine in verbum conuerſo. Eraſmus, Primáſque ſellas: quum tamen accipiendum ſit Græcum vocabulum non de ſellis ipſis, ſed de ſeſſione. Primos accubitus, πρωτοκλισίας. Hic rectè reprehendit Eraſmus Veterem interpretem quòd, vt ſibi conſtaret, non potius verterit, Primi accumbere, nomine per verbum expreſſo. Sed quod hic reprehendit, ipſe ſuprà admiſit, Matth.23.a.6, & qui ſem mutata Vetere editione.

40 Qui deuorant, οἱ κατεσθίοντες. Bellè quidem conueniunt Latina, quia verſu 30 conuertimus τῶν δειπνούντων, qui voluntin Græcis verò manifeſtum eſt ſolœcum, quum potius dicendũ fuerit τῶν κατεσθιόντων καὶ προσευχομένων, vel οἱ κατεσθίοντες καὶ προσεύχεσθε, vt loquitur Lucas 20.g.47. Nam οὗτοι quod ſequitur, non minus pertinere exiſtimo ad verſiculum 38 & 39, quàm ad hunc 40. Similia verò dicendi genera etiam apud diſertiores ſcriptores reperiuntur, vt Homerus Iliad.α, quum exorſus eſſet hanc comparationem à recto caſu. Τρῶες δ' ὡς τ' αἶγας μελανόμμυκες αἰόλος ἀνὴρ, ſubiicit hanc ἀπόδοσιν, diuerſo caſu, Ὣς Τρῶων ἀλαλητὸς ἀϋτὴ ἐφέπεν διὰ νύκτα. Idem Iliad.Ε, Θωὺς δ' οὔ τι κατέδυσαν ὑπαὶ λόφον Κρονίωνα Ἀσχάλλοντα θεῷ ἐναλίγκιον ἔγχεϊ δῖον, ἀλλ' ἀμφὶς σίμαντα φάνεν, pro ἀσχάλλοντα & φαίνετο: vbi Euſtathius ſimilia nonnulla in Euripide & Sophocle obſeruat. Sed & Paulus 1. Tim.4.a.2, & 1, videtur pro rectis genitiuos ter vſurpare. Et in ſpeciem, καὶ προφάσει. Vide Matth.23.b.14.

41 Ex aduerſo, κατέναντι: ſiue Contrà, vt vertit Vulgata. Accipitur autem interdum pro ἔμπροσθεν: id eſt coram & in oculis: vt fere loquuntur Hebræi, vt Rom.4.c.17. Æs, χαλκὸν: id eſt pecuniam ex quocunque metallo nempe ex Romanorum conſuetudine, apud quos initio fuit æs ſignatum, vt docet Plinius lib. 34. cap.1. Terentius, Ancillam ære emptam ſuo. Nã ſi chalcos intelligeret, qui ſinguli ſeptenis λεπτοῖς, id eſt minutis, eſſi mantur, potius ſcripſiſſet χαλκοῦς quàm χαλκόν.

41 Quadrans, κοδράντης. Hunc locum citat doctiſſimus Budæus lib. De aſſe quinto, ſed non explicat. Eſt autem hæc ſuppuratio (quantum quidem ipſe de his rebus poſſum iudicare) prorſus contraria omnium ſcriptorum iudicio & authoritati: vt non prorſus vana ſit ſuſpicio, vel corruptum eſſe numerum τῶν λεπτῶν, vel potius hoc totum ὃ ἐστι κοδράντης, quum perperam ab aliquo annotatum eſſet, poſtea ex albo in contextum, culpa librariorum, irrepſiſſe: de quo tamen nihil temere affirmo. Illud quidem conſtat, drachmam, quæ proximè ad denarium Romanum accedit, communi omnium doctorum calculo, & ſine vlla (quod ſciam) controuerſia, ſex obolis æſtimari, obolum autem ſex chalcis, chalcum autem ſeptem λεπτοῖς, quæ nos quoque conuertimus Minuta: ex quo efficitur, ſi drachmam pro denario accipiamus, in quo ſunt quadrantes quadraginta, ſingulos quadrantes valere minuta ſex, & duodecim præterea minuta explendæ totí ſummæ ſupereſſe.

44 Ex eo quod ipſis redundat, ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς. Vulgata, Ex eo quod abũdat illis. Eraſmus, Ex eo quod ipſis ſupererat. Hæc enim eſt vis τοῦ περισσεύοντος, de qua diximus Matth.5.f.37. Legimus in quodam codice ἐκ τοῦ περισσεύματος αὐτῶν, eodem quidem ſenſu, ſed tamen rectius fortaſſis, quum poſtea legatur ἐκ τῆς ὑστερήσεως, nõ autem ἐκ τοῦ ὑστερουμένου.

Κεφάλαιον ιγ'

CAP. XIII.

CAP. XIII.

Καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ ἐκ τοῦ ἱεροῦ, λέγει αὐτῷ εἷς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, Διδάσκαλε, ἴδε ποταποὶ λίθοι καὶ ποταπαὶ οἰκοδομαί.

1 ET quum egrederetur è templo, dixit ei quidam è discipulis eius, Magister, vide quales lapides, & qualia ista sint ædificia.

1 ET quum egrederetur de templo, ait illi unus ex discipulis suis, Magister, aspice quales lapides, & quales structuræ. Matth.24.a.1 luc.21.a.5

Καὶ ὁ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῷ, Βλέπεις ταύτας τὰς μεγάλας οἰκοδομάς; οὐ μὴ ἀφεθῇ λίθος ὧδε ἐπὶ λίθῳ, ὃς οὐ μὴ καταλυθῇ.

2 Tunc Iesus respondens dixit ei, ‖ Vides ista magna ædificia? ᵛ non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur.

2 Et respondens Iesus ait illi, Vides has omnes magnas ædificationes? nō relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur. Luc.19.g.43

Καὶ καθημένου αὐτοῦ εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν κατέναντι τοῦ ἱεροῦ, ἐπηρώτων αὐτὸν κατ' ἰδίαν Πέτρος καὶ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης καὶ Ἀνδρέας,

3 Et quum sederet in mōte Olearū ex aduerso templi, interrogarunt eum priuatim Petrus & Iacobus & Iohannes & Andreas,

3 Et quū sederet in mōte Olivarum contra templum, interrogabant eum separatim Petrus & Iacobus & Iohannes & Andreas,

Εἰπὲ ἡμῖν πότε ταῦτα ἔσται, καὶ τί τὸ σημεῖον ὅταν μέλλῃ πάντα ταῦτα συντελεῖσθαι.

4 Dic nobis quando hæc erūt, & quod signum erit quando futurum est vt omnia hæc consummentur.

4 Dic nobis quando ista fient, & quod signum erit quādo hæc omnia incipient consummari?

Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς αὐτοῖς, ἤρξατο λέγειν, Βλέπετε μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ.

5 Iesus autem eis respondens cœpit dicere, ‖ Videte nequis vos seducat.

5 Et respondens Iesus cœpit dicere illis, Videte nequis nos seducat.

Πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, λέγοντες, Ὅτι ἐγώ εἰμι· καὶ πολλοὺς πλανήσουσιν.

6 Multi enim venient ᵛ in nomine meo, dicentes, ᵛ Ego sum Christus: multósque seducent.

6 Multi enim venient in nomine meo, dicentes, Quia ego sum: & multos seducent. Ephes.5.b.6 2.Thess.2.a.3

Ὅταν δὲ ἀκούσητε πολέμους καὶ ἀκοὰς πολέμων, μὴ θροεῖσθε· δεῖ γὰρ γενέσθαι. Ἀλλ' οὔπω τὸ τέλος.

7 Quum autem audieritis bella & rumores bellorum, ne turbamini: oportet enim ᵛ ista fieri. at ᵛ nondum erit finis.

7 Quum autem audieritis autē bella & opiniones bellorū, ne timueritis: oportet enim fieri. sed nondum finis.

Ἐγερθήσεται γὰρ ἔθνος ἐπὶ ἔθνος, καὶ βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν· καὶ ἔσονται σεισμοὶ κατὰ τόπους, καὶ ἔσονται λιμοὶ καὶ ταραχαί.

8 Surget enim gens in gētem, & regnum in regnum: erúntque terræmotus singulis locis, & erunt fames ac turbæ.

8 Exurget enim gens cōtra gentem, & regnum super regnum: & erunt terræmotus per loca, & fames.

Ἀρχαὶ ὠδίνων ταῦτα. Βλέπετε δὲ ὑμεῖς ἑαυτούς· παραδώσουσι γὰρ ὑμᾶς εἰς συνέδρια καὶ εἰς συναγωγὰς δαρήσεσθε, καὶ ἐπὶ ἡγεμόνων καὶ βασιλέων σταθήσεσθε ἕνεκεν ἐμοῦ, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς.

9 Principia dolorum ista. sed cauete vos vobisipsis: tradent enim vos in consessus ᵛ & synagogas: cædemini, ᵛ & coram præsidibus ac regibus ᵛ sistemini mea causa, ut hoc sit testimonio aduersus eos.

9 Initium dolorum hæc. videte autem vosmetipsos: tradent enim vos in concilia & in synagogis: vapulabitis, & ante præsides & reges stabitis propter me, in testimoniū illis.

IN CAPVT. XIII.

1 Vides, βλέπεις. Nonnulli (vt testatur Erasmus) legunt βλέπει. Sic enim respondet Dominus quasi ab vno prouocatus communi cæterorum nomine. Non relinquetur, οὐ μὴ ἀφεθῇ. In duobus codicibus vetustis additur ὧδε, hic, quod & apud Matthæum legitur.

6 In nomine meo, ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου. Id est, qui nomen meum mutuabuntur. Ego sum Christus, ἐγώ εἰμι. Præcisa est oratio, quam rectè ex Matthæo videtur expleuisse Erasmus. Nam quod idem obseruat hæc ita posse accipi quasi dicat, Multi venturi sunt, dicentes se eum esse qui ego sum, eodem prorsus sensu dicitur: sed mihi non placet, propter longiorem circuitum, & duriorem eclipsin.

7 Ista fieri, γενέσθαι. In quodam codice additur τοῦτο: quod exprimendum putauimus. Nondum, οὔπω: id est οὐκ εὐθέως, non statim, vt explicat Lucas 11.a.9.

9 Cauete vobis, βλέπετε ἑαυτούς: id est φυλάττεσθε ἑαυτούς, vt diximus suprà 11.d.38. Vulgata, Videte vosmetipsos: & barbarè & obscurè. Sed hoc notādum est, quum φυλάττεσθαί τινα Græcis fere declaret, Cauere ab aliquo, hic contrà accipi βλέπειν: id est φυλάττεσθαι ἑαυτούς, pro Cauere sibiipsis. Apud Lucam ἀπὸ & φυλάττεσθε vnà coniungūtur, cap.12.b.15. Et synagogis, καὶ εἰς συναγωγάς. Pleraque exemplaria post συναγωγάς distinctionem adscribunt, quæ sequuti sumus. Nonnulla tamen cum verbo δαρήσεσθε hæc coniungunt, ita vt εἰς pro ἐν accipiatur. Sed & in quodam codice scriptum inuenimus, καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν δαρήσεσθε, & in synagogis ipsorum cædemini: quæ lectio prorsus consentit cum Matthæo 10.c.17. Et coram præsidibus, καὶ ἐπὶ ἡγεμόνων. In duobus codicibus legitur, καὶ ἔτι ἡγεμόνων δέ, sed & coram præsidibus. Ponitur autem ἔτι pro Coram vel Ante, vt etiam accipitur 1. Tim.6.c.13. Sistemini, σταθήσεσθε. Vulgata, Stabitis. Erasmus, Ducemini, ἀχθήσεσθε, vt legitur in Theophylacti commentariis. Sed hanc lectionem si sequamur, positum videbitur ἔτι ἡγεμόνων pro ἔτι

ἡγεμόνας id est ad reges, vt loquitur Matthæus. Vt hoc sit testimonio aduersus eos, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς. Id est, vt nobis auditis, tanto magis conuincantur, nec possint ignorantiam prætexere. Vulgata & Erasmus, ad verbum, In testimonium ipsis: nimium obscurè.

Καὶ εἰς πάντα τὰ ἔθνη δεῖ πρῶτον κηρυχθῆναι τὸ εὐαγγέλιον.

10 Et apud omnes gentes oportet primùm prædicari Euangelium.

10 Et in omnes gentes primùm oportet prædicari Euangelium.

Matth.10.b.19 Luc.12.b.11, & 21.c.14

Ὅταν δὲ ἀγάγωσιν ὑμᾶς παραδιδόντες, μὴ προμεριμνᾶτε τί λαλήσητε, μηδὲ μελετᾶτε· ἀλλ' ὃ ἐὰν δοθῇ ὑμῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, τοῦτο λαλεῖτε· οὐ γάρ ἐστε ὑμεῖς οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

11 ¶Quum autem vos traditos duxerint, ne antè soliciti estote quid dicturi sitis, neque meditamini: sed quicquid datum fuerit vobis illo momẽto, id loquimini. nõ enim estis vos qui loquimini, sed Spiritus sanctus.

11 Et quum duxerint vos tradentes nolite præcogitare quid loquamini: sed quod datum uobis fuerit illa hora, id loquimini: non enim uos estis loquentes, sed spiritus sanctus.

Παραδώσει δὲ ἀδελφὸς ἀδελφὸν εἰς θάνατον, καὶ πατὴρ τέκνον· καὶ ἐπαναστήσονται τέκνα ἐπὶ γονεῖς, καὶ θανατώσουσιν αὐτούς.

12 Tradet autem frater fratrem ad mortem, & pater filium: & insurgent liberi aduersus parentes, & eos curabunt morte mulctandos.

12 Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & insurgent filii in parentes, & uocare afficient eos.

Καὶ ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ πάντων διὰ τὸ ὄνομά μου· ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται.

13 Et eritis exosi omnibus propter nomẽ meum: sed qui perseuerauerit, ad finem vsque is seruabitur.

13 Et eritis odio omnibus propter nomen meum: qui autem sustinuerit in finẽ, hic saluus erit.

Matth.24.b.15, Dan.9.g.27 Luc.21.d.20

Ὅταν δὲ ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Δανιὴλ τοῦ προφήτου, ἑστὼς ὅπου οὐ δεῖ, (ὁ ἀναγινώσκων νοείτω) τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη·

14 ¶Quum autem videritis abominationem illam vastatricẽ, quæ dicta est à ¶Daniele Propheta, positam vbi non oportet, (qui legit, animaduertat) ¶tũc qui *fuerint* in Iudæa, fugiat in montes:

14 Quum autem uideritis abominationem desolationis stantem ubi non debet, (qui legit intelligat) tunc qui in Iudæa sunt, fugiant in montes:

Luc.17.d.10

Ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ δώματος, μὴ καταβάτω εἰς τὸν οἶκον, μηδὲ εἰσελθέτω ἆραί τι ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ·

15 Qui verò *fuerit* supra domũ, ne descẽdat domum, nec ingrediatur vt quicquam sumat è domo sua.

15 Et qui super tectum, ne descendat in domũ, nec introeat ut tollat quid de domo sua.

Καὶ ὁ εἰς τὸν ἀγρὸν ὤν, μὴ ἐπιστρεψάτω εἰς τὰ ὀπίσω, ἆραι τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ.

16 Et qui fuerit in agro, ne reuertatur retro vt sumat palliũ suũ.

16 Et qui in agro erit, non reuertatur retrorsum tollere uestimentum suum.

Οὐαὶ δὲ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις καὶ ταῖς θηλαζούσαις ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις.

17 Væ autem vterum ferentibus & lactantibus per illos dies.

17 Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus.

Προσεύχεσθε δὲ ἵνα μὴ γένηται ἡ φυγὴ ὑμῶν χειμῶνος.

18 Orate verò ne fiat fuga vestra hyeme.

18 Orate uero ut hyeme non fiant.

10 Apud omnes gentes, εἰς πάντα τὰ ἔθνη. Sic Demosthenes ἀλλ' ἐπὶ τοῦτο. Καὶ παρελθὼν ἔτυχε εἰς ὑμᾶς, Et progressus dixi apud vos. Vulgata, In omnes gentes: quam interpretationem si sequamur, vertemus κηρυχθῆναι, promulgari.

11 Ne antè soliciti estote, μὴ προμεριμνᾶτε. Ita rectè explicat Erasmus in annotationibus. Nam præcogitandi vocabulum, quod Vetus interpres vsurpat, neque Erasmus repudiat, non memini apud idoneos authores legere. Deinde non prohibetur cogitatio, sed solicitudo illa & anxietas quæ à diffidentia proficiscitur, vt diximus Matth. sexto d.27. Neque meditamini. μελετᾶτε. Hoc ego refero ad artificiosam illam dicendi rationem, cuiusmodi multa oratores tradunt exercendis suis discipulis in declamationibus fictitiis, quas μελέτας vocant. Vult ergo Christus suos quantumuis indoctos & rudes, in cælum respicere, vt Dei fide & causæ bonitate freti, aliunde quàm ab humana eloquentia præsidiũ expectent. Cæterùm in quodam codice scriptum erat προμελετᾶτε, præmeditamini, quod melius videtur conuenire, quum præcesserit προμεριμνᾶτε.

15 Propter nomen meum, ἕνεκα τοῦ ὀνόματός μου id est, propter me, cuius doctrinam annuntiabitis.

14 Quæ dicta est, &c. τὸ ῥηθὲν, &c. Hoc membrum non legit Vetus interpres, neque etiam inuenimus in duobus codicibus. Positam, ἑστὼς. Vel, stantem. Videtur tamen illa interpretatio commodior. Est autem huius loci hæc sententia, fore vt profanæ gentes ciuitatem Dei ipsumque templum non modò contaminent ac polluãt suo ingressu, sed etiã funditus euertant. Cæterùm in vetustis nostris exẽplaribus omnibus legitur ἑστὼς, vno tantùm excepto & editione Complutensi, quam sequi maluimus, & quodam alio præterea, in quo scriptum legimus ἑστὸς. Vbi non oportet, ὅπου οὐ δεῖ. In vno exemplari legimus, ὃν οὐκ ἄγιον, in loco sancto.

16 Retro, εἰς τὰ ὀπίσω. Erasmus, Ad ea quæ reliquit à tergo: ideſt εἰς τὰ ὄπισθεν κατὰ νῶτον ἀφέντα. Atqui sæpe apud Græcos aduerbia pluraliter efferuntur: & εἰς τὸν πόνον idem declarat quod εἰς πόνον simplex.

18 Ne fiat fuga vestra hyeme, μὴ γένηται ἡ φυγὴ ὑμῶν χειμῶνος. In quodam codice scriptum erat, μὴ χειμῶνος τοῦτο γένηται, ἢ ἐν σαββάτῳ, ne hyeme fiant istha, vel sabbatho. Vulgata expungit τοῦτο, & ἢ σαββάτῳ.

Εσονται γὰρ αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι θλῖψις, οἵα οὐ γέγονε τοιαύτη ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως ἧς ἔκτισεν ὁ Θεὸς, ἕως τοῦ νῦν, καὶ οὐ μὴ γένηται.

19 Erunt enim dies illi *talis* oppreſſio, qualis non fuit à principio rerum conditarum quas condidit Deus, vſque ad hoc tẽpus, nec erit.

19 *Erunt enim dies illi tribulationes tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ quam condidit Deus, uſque nunc, neque fient.*

Καὶ εἰ μὴ Κύριος ἐκολόβωσε τὰς ἡμέρας, οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ· ἀλλὰ διὰ τοὺς ἐκλεκτοὺς οὓς ἐξελέξατο, ἐκολόβωσε τὰς ἡμέρας.

20 Et niſi Dominus contraxiſſet dies illos, omnis caro periret: ſed propter electos quos elegit, contraxit dies illos.

20 *Et niſi breuiaſſet Dominus dies, non fuiſſet ſalua omnis caro: ſed propter electos quos elegit, breuiauit dies.*

Καὶ τότε ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ, Ἰδοὺ, ὧδε ὁ Χριστός, ἢ, ἰδοὺ ἐκεῖ· μὴ πιστεύσητε.

21 Ac tum ſiquis vobis dixerit, Ecce hîc Chriſtus, vel, ecce illic, ne credite.

21 *Et tunc ſiquis vobis dixerit, Ecce, hîc eſt Chriſtus, ecce illic: ne credideritis.*

Matth. 24.b.23 Luc. 21.b.8

Ἐγερθήσονται γὰρ ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται· καὶ δώσουσι σημεῖα καὶ τέρατα πρὸς τὸ ἀποπλανᾶν, εἰ δυνατὸν, καὶ τοὺς ἐκλεκτούς.

22 Surgent enim pſeudochriſti & pſeudoprophetæ: & edent ſigna ac miracula ad ſeducendũ, ſi fieri poſſit, etiam electos.

22 *Exurgent enim pſeudochriſti & pſeudoprophetæ: & dabunt ſigna & portenta ad ſeducendos, ſi fieri poteſt, etiam electos.*

Ὑμεῖς δὲ βλέπετε. Ἰδοὺ, προείρηκα ὑμῖν πάντα.

23 Vos autem cauete. Ecce, prædixi vobis omnia.

23 *Vos ergo videte: ecce, prædixi vobis omnia.*

Ἀλλ' ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις, μετὰ τὴν θλῖψιν ἐκείνην, ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς.

24 Cæterùm per illos dies, poſt oppreſſionem illam, ſol obſcurabitur, nec dabit luna ſplendorem ſuum.

24 *Sed in illis diebus poſt tribulationem illam ſol contenebrabitur, & luna nõ dabit ſplendorem ſuũ.*

Exech. 32.b.7 Eſa. 13.b.10 Ioel. 2.b. 10.g.3 & 3.c.15

Καὶ οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ ἔσονται ἐκπίπτοντες, καὶ αἱ δυνάμεις αἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς σαλευθήσονται.

25 Et ſtellæ cæli excident, & poteſtates quæ in cælis ſunt concutientur.

25 *Et ſtellæ cæli erunt decidentes, & virtutes quæ in cælo ſunt mouebuntur.*

Καὶ τότε ὄψονται τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν νεφέλαις μετὰ δυνάμεως πολλῆς καὶ δόξης.

26 Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus cum potentia multa & gloria.

26 *Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa & gloria.*

Καὶ τότε ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, καὶ ἐπισυνάξει τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων, ἀπ' ἄκρου γῆς ἕως ἄκρου οὐρανοῦ.

27 Ipſe verò tunc mittet Angelos ſuos, & ſuos electos coget à quatuor ventis, ab extremo terræ vſque ad extremum cæli.

27 *Et tunc mittet Angelos ſuos, & congregabit electos ſuos à quatuor ventis, à ſummo terræ uſque ad ſummum cæli.*

Ἀπὸ δὲ τῆς συκῆς μάθετε τὴν παραβολήν. ὅταν ἤδη ὁ κλάδος αὐτῆς ἁπαλὸς γένηται, καὶ ἐκφύῃ τὰ φύλλα, γινώσκετε ὅτι ἐγγὺς τὸ θέρος ἐστίν.

28 A ficu verò diſcite parabolã, Quum ramus eius iam tener fit, & germinat folia, noſtis propè eſſe æſtatem:

28 *A ficu autem diſcite parabolã. Quũ iam ramus eius tener fuerit, & nata fuerint folia, cognoſcitis quia in proximo ſit æſtas:*

Οὕτω καὶ ὑμεῖς, ὅταν ταῦτα ἴδητε γινόμενα, γινώσκετε ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἐπὶ θύραις.

29 Ita & vos, quum hæc videritis fieri, agnoſcite propè eſſe & ad fores regnum Dei.

29 *Sic & uos, quũ videritis hæc fieri, ſcitote quòd proximo ſit in oſtiis.*

Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη μέχρις οὗ πάντα ταῦτα γένηται.

30 Amen dico vobis, nequaquã præterierit hæc ætas vſquedũ facta ſint hæc omnia.

30 *Amen dico vobis quoniã non tranſibit generatio hæc donec omnia iſta fiãt.*

19 Erunt enim, ἔσονται γάρ. Hebraeum dicendi genus, cuius magna eſt emphaſis: ita enim ſignificatur fore vt toto illo tempore calamitas calamitatem excipiat: perinde acſi tempus ipſum nihil aliud eſſet quàm ipſiſſima (vt ita dicam) miſeria. Sic Amos 5.c.20, dicit diem Domini fore tenebras, non lucem. Sic à Latinis interdũ ſceleratiſſimus aliquis homo dicitur ſcelus. Legit autẽ Vetus interpres θλῖψις πολλὴ, & quæ cõſequũtur, plurali numero: ſicut etiam hæc ſcripta inuenimus in quodam exẽplari. Rerum conditarum, κτίσεως. Vulgata ad verbum, Creaturæ, quod vocabulũ nullo modo quadrat. Significat autem κτίσις interdum conditionẽ ac creationem mundi, vt ſuprà 10.a.6. interdum res creatas, vt hoc loco, & Rom. 8. d. 11. interdum omnes conditos homines, vt infrà cap. 16.b.15.

27 Et coget, καὶ ἐπισυνάξει. In quodam codice ſcriptum erat, καὶ ἐπισυνάξουσι: id eſt, qui cogant. de qua formula loquendi diximus alibi.

28 Germinat, ἐκφύῃ. Vulg. Nata fuerint, ἐκφυῶσι: quod ratiò dicitur.

Ο οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι.

31 Cælum & terra præteribunt, ſermones autem mei nequaquam præteribunt.

31 *Cælum & terra trãſbunt, uerba autem mea non tranſibunt*

Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι οἱ ἐν οὐρανῷ, οὐδὲ ὁ υἱός, εἰ μὴ ὁ πατήρ.

32 Sed de die illo ac hora nemo ſcit, ne Angeli quidē qui in cælo ſunt, nec ipſe Filius, ſed ſolus Pater.

32 *De die autem illo uel hora nemo ſcit, neque Angelis in cælo, neque Filius niſi Pater.*

Matth.24.d.13

Βλέπετε, ἀγρυπνεῖτε καὶ προσεύχεσθε· οὐκ οἴδατε γὰρ πότε ὁ καιρός ἐστιν.

33 ¶Cauete, vigilate & orate: neſcitis enim quando tempus illud ſit futurum.

33 *Videte, vigilate, & orate: neſcitis enim quando tempus ſit.*

Ὡς ἄνθρωπος ἀπόδημος ἀφεὶς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ, καὶ δοὺς τοῖς δούλοις αὐτοῦ τὴν ἐξουσίαν, καὶ ἑκάστῳ τὸ ἔργον αὐτοῦ, καὶ τῷ θυρωρῷ ἐνετείλατο ἵνα γρηγορῇ.

34 Nam Filius hominis ita eſt vt quiſpiam qui peregre agens reliꝯta domo ſua, datáque ſeruis ſuis poteſtate, ac ſuo cuique opere, ianitori mandauit vt vigilaret.

34 *Sicut homo qui peregre profectus reliquit domum ſuam, & dedit ſeruis ſuis poteſtatem cuiuſque operis, & ianitori præcepit ut uigilet.*

Γρηγορεῖτε οὖν· (οὐκ οἴδατε γὰρ πότε ὁ κύριος τῆς οἰκίας ἔρχεται, ὀψέ, ἢ μεσονυκτίου, ἢ ἀλεκτοροφωνίας, ἢ πρωΐ)

35 Vigilate igitur: (neſcitis enim quando dominus domus veniet, veſpere, an media nocte, an in gallicinio, an manè)

35 *Vigilate ergò. Neſcitis enim quando dominus domus ueniat: ſerò, an media nocte, an gallicinio, an manè.)*

Μὴ ἐλθὼν ἐξαίφνης, εὕρῃ ὑμᾶς καθεύδοντας.

36 Ne quum repentè venerit, inueniat vos dormientes.

36 *Ne quum uenerit repentè, inueniat uos dormientes.*

Ἃ δὲ ὑμῖν λέγω, πᾶσι λέγω, Γρηγορεῖτε.

37 Quæ autem dico vobis, omnibus dico, Vigilate.

37 *Quod autem uobis dico, omnibus dico, Vigilate.*

Κεφάλαιον ιδ΄

CAP. XIIII.

CAP. XIIII.

Matth.26.a.1 Luc.22.a.1

Ἦν δὲ τὸ πάσχα καὶ τὰ ἄζυμα μετὰ δύο ἡμέρας· καὶ ἐζήτουν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Γραμματεῖς πῶς αὐτὸν ἐν δόλῳ κρατήσαντες ἀποκτείνωσιν.

1 ¶Erat autem Paſcha, & azyma duobus pòſt diebus, & quærebant principes Sacerdotum & Scribæ quomodo eum dolo prehenſum trucidarent.

1 *Erat autem Paſcha & azyma poſt biduum: & quærebant ſummi Sacerdotes & Scribæ quomodo eum dolo tenerent & occiderent.*

Ἔλεγον δέ, Μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ, μήποτε θόρυβος ἔσται τοῦ λαοῦ.

2 Dicebant autem, Non in feſto, ne tumultus ſit populi.

2 *Dicebant enim, Non in die feſto, ne forte tumultus fieret populi.*

Καὶ ὄντος αὐτοῦ ἐν Βηθανίᾳ ἐν τῇ οἰκίᾳ Σίμωνος τοῦ λεπροῦ, κατακειμένου αὐτοῦ, ἦλθε γυνὴ ἔχουσα

3 Quũ autẽ Ieſus eſſet Bethaniæ in domo Simonis Leproſi, accũbente eo venerat mulier habẽs

3 *Et quum eſſet Bethaniæ in domo Simonis Leproſi, & recumberet, uenit mulier habens*

31 Ac hora, καὶ τῆς ὥρας. Nos etiam alibi ſæpe Momentum vertimus, eodem ſenſu. Rectè quoque Eraſmus interpretatur, Ac tempore id eſt καὶ τῆς καιροῦ. quo vocabulo vtitur Euangeliſta paulo póſt. Sed in ſex vetuſtis codicibus ſcriptum erat ἡμέρας. vel hora, vt Vetus etiam interpres conuertit: vt facilè appareat non eſſe cur ſubtiliter hìc inter diem & horam diſtinguamus, quum vtroque hoc vocabulo intelligatur in genere punctum illud temporis à Deo conſtitutum ſecundo Chriſti aduentui. Hoc autem placuit annotare propter fanaticos quoſdam, qui iam inde à multis ſeculis ſe torſerunt, vt futuri iudicii tempus ex Scripturis elicerent: quibus ſi obiicias hæc Chriſti verba, reſpondere ſolent, incertum quidem eſſe diem & horam, tempus autem & annum minimé. Quaſi verò ratio illa propter quam noluit Deus vt hoc tempus cuiquam eſſet cognitum, (nempe vt de re ipſa certi, cuius euentum ignoramus, perpetuò in excubiis ageremus) minus valeat in tempore & anno, quàm in die & hora. Sed furentes iſtos vates partim præterita ſecula conuincunt, partim etiam futura redarguent. Piis autem omnibus hæc Chriſti doctrina ſufficiet, vt eius aduentum religioſè expectent, in Dei verò arcana curioſè non inquirant. Neque verò poſſum diſſimulare mihi non probari eorum ſententiam qui dictũ illud tanquã diuinum oraculũ inculcare ſolent „Duo annorũ millia ante Legem, duo millia ſub Lege, duo millia poſt Legem. Nam vt de præteritorum annorum calculo nihil dicam, quí poteſt dictũ illud cum his Chriſti verbis, ſine manifeſto cauillo, conſentire? Eliæ verò prophetiam hanc eſſe ſi negaro, vt ego ſanè pernego, vnde tandem probabitur? Nempe ex antiqua traditione. Quaſi verò non ſatis ſint notæ Iudæorum nugæ, aut quaſi nunc primùm cœperint homines audacter mentiri, & licentioſè quiduis audere. Sed, *ni μή*. Vulgata & Eraſmus, Niſi. Vide Matth.11.v.4, & Gal.1.v.16.

34 Vt quiſpiam, *ὡς ἄνθρωπος*. Nemo eſt qui non videat multa explendæ non modò ſententiæ, ſed etiam conſtructioni deeſſe, quæ ab aliis interpretibus omiſſa ſuppleuimus. Quis igitur paulo antè facta erat mẽtio Filii hominis venientis in nubibus (quem etiam paulo pòſt vocat *τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου*) ideo in ſupplenda *ὥσπερ ἄν*, Filium hominis exprimendum putauimus. Eclipſin verò non diſſimilem annorauimus Matth.15.a.14. Poteſtate, *τῇ ἐξουσίᾳ*. Annorat Eraſmus ſe alicubi legiſſe *τῷ ἰδίοις*, id eſt, bonis & facultatibus ſuis. quod fortaſſis melius conuenit. Ianitori, *καὶ τῷ θυρωρῷ*. Particulam *καὶ* abundare oſtendit ratio Græcæ cõſtructionis. Itaque expungendam putauimus. Vide Mat.18.b.9. Eſt autem hoc dicendi genus petitum ex veterum conſuetudine, qui atrienſes ſeruos & ianitorem in primis habere conſueuerant, abundante ſeruorum multitudine.

IN CAPVT XIIII.

2 In feſto, *ἐν τῇ ἑορτῇ*. Vide Matth.26.v.5.

3 Liquidæ

ἀλάβαστρον μύρου, νάρδου πιστικῆς πολυτελοῦς· καὶ συντρίψασα τὸ ἀλάβαστρον, κατέχεεν αὐτοῦ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς.

4 Ησαν δέ τινες ἀγανακτοῦντες πρὸς ἑαυτοὺς, καὶ λέγοντες, Εἰς τί ἡ ἀπώλεια αὕτη τοῦ μύρου γέγονεν,

5 Ηδύνατο γὰρ τοῦτο πραθῆναι ἐπάνω τριακοσίων δηναρίων, καὶ δοθῆναι τοῖς πτωχοῖς. Καὶ ἐνεβριμῶντο αὐτῇ.

6 Ο δὲ Ιησοῦς εἶπεν, Αφετε αὐτήν· τί αὐτῇ κόπους παρέχετε; καλὸν ἔργον εἰργάσατο εἰς ἐμέ.

7 Πάντοτε γὰρ τοὺς πτωχοὺς ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν, καὶ ὅταν θέλητε, δύνασθε αὐτοῖς εὖ ποιῆσαι· ἐμὲ δὲ οὐ πάντοτε ἔχετε.

8 Ο εἶχεν αὕτη, ἐποίησε· προέλαβε μυρίσαι μου τὸ σῶμα εἰς τὸν ἐνταφιασμόν.

9 Αμὴν λέγω ὑμῖν, ὅπου ἐὰν κηρυχθῇ τὸ εὐαγγέλιον τοῦτο εἰς ὅλον τὸν κόσμον, καὶ ὃ ἐποίησεν αὕτη, λαληθήσεται εἰς μνημόσυνον αὐτῆς.

10 Καὶ ὁ Ιούδας ὁ Ισκαριώτης, εἷς τῶν δώδεκα, ἀπῆλθε πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς, ἵνα παραδῷ αὐτὸν αὐτοῖς.

11 Οἱ δέ, ἀκούσαντες ἐχάρησαν· καὶ ἐπηγείλαντο αὐτῷ ἀργύριον δοῦναι. καὶ ἐζήτει πῶς εὐκαίρως αὐτὸν παραδῷ.

12 Καὶ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῶν ἀζύμων, ὅτε τὸ πάσχα ἔθυον, λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, Ποῦ θέλεις ἀπελθόντες ἑτοιμάσωμέν σοι ἵνα φάγῃς τὸ πάσχα;

alabaſtrum vnguenti nardi ᵛliquidæ multi pretii: & confracto alabaſtro, effuderat ei in caput.

4 Quidam autem indignabantur apud ſeſe,& dicebant,Quorſum profuſio iſta vnguenti facta eſt?

5 Nam poterat hoc vēdi ᵛamplius quàm ᵛtrecentis denariis, & dari pauperibus. Et ᵛfremebant in eam.

6 Ieſus autem ait, Omittite eam: quid ei moleſtiam exhibetis? bonum opus operata eſt erga me.

7 Semper enim pauperes habebitis vobiſcum, & quandocunque volueritis, poteſtis eis benefacere:me verò non ſemper habebitis.

8 Hæc quod potuit fecit: ᵛoccupauit enim vngere meum corpus ad ſepulturam.

9 Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit Euangelium hoc in toto mundo, etiam id quod iſta fecit, dicetur in memoriam ipſius.

10 ¶Tunc Iudas Iſcariotes, vnus ex duodecim, venit ad principes Sacerdotum, vt eum ipſis proderet.

11 Illi verò eo audito gauiſi ſunt: & polliciti ſunt ſe pecuniam ei daturos. Quærebat igitur quomodo opportunè eũ proderet.

12 ¶Ac primo die Azymorum, ᵛquando ᵛpaſcha ᵛmactabant, dicũt ei diſcipuli ipſius, Vbi vis vt profecti paremus vt edas paſcha?

alabaſtrum vnguenti nardi ſpicati pretioſi: & fracto alabaſtro, effudit ſuper caput eius.

4 *Erant autem quidam indignè ferentes intra ſemetipſos, & dicentes. Vtquid perditio iſta vnguenti facta eſt?*

5 *Poterat enim vnguentũ iſtud venundari plus quàm trecentis denariis, & dari pauperibus. Et fremebant in eam.*

6 *Ieſus autem dixit, Sinite eam: quid illi moleſti eſtis? bonum opus operata eſt in me.*

7 *Semper enim pauperes habetis vobiſcum, & quum volueritis, poteſtis illis benefacere: me autem non ſemper habetis.*

8 *Quod habuit hæc, fecit: præuenit ungere corpus meum in ſepulturã.*

9 *Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit Euangelium iſtud in vniuerſo mũdo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam eius.*

10 *Et Iudas Iſcariotes, vnus de duodecim, abiit ad ſummos Sacerdotes, vt proderet eum illis.* Matth. 26.b.14 Luc.22.a.4

11 *Qui audientes gauiſi ſunt: & promiſerunt ei pecuniam ſe daturos. Et quærebat quomodo illũ opportunè traderet.*

12 *Et prima die Azymorum quando paſcha immolabant, dicunt ei diſcipuli, Quò vis eamus, & paremus tibi vt manducas paſcha?* Matth. 26.b.17 Luc.22.a.7

3 Liquidæ, μυρου. Id eſt, μυρου, ὑγρὸν πολύν, quaſi potabilem dicas. Nardum enim pro ipſo nardino vnguento vſurpat etiam Athenæus libro ιγ. & conuiuiis liquida vnguenta conueniunt quibus perfundantur conuiuæ, non autem ſpiſſa quibus liniantur: quod tamẽ inuexit tandem luxuria, vt apparet ex his Plinii verbis, lib.13.cap.3, Quoſdam, inquit, craſſitudo maximè delectat, linique iam, non ſolùm perfundi, vnguentis gaudent. Æſchylus autem ὑγρὰ διαμύστα, vocat φάσμα καὶ μύρα liquida & quæ potanda præbentur, non aliter quàm ζωμὸν quæ vorãtur, & χρίσματα quibus inungimur. Theophylactus μεταλῶ interpretatur ἀδόλωτον, id eſt germanam & minimè adulteratam. Nardinum enim multipliciter fuiſſe corruptum obſeruat Plinius lib.13.cap.1. Sed μύρον à μύρτος deriuatum, ea quidem ſignificatione, nuſquam legi. Sunt denique qui μεταλῶ corrupto Latino vocabulo pro Spicata accipiant: quod aliquãdo etiam credidi, ſicut penula à Paulo φαιλὸν vel etiam (vt alii ſcribunt) φαινόλιον vocatur 2. Tim.4.v.13. Laudatur enim maximè in vnguentis (inquit Plinius) ea nardi ſpecies quæ in ariſtas aſſurgit. Galenus ναρδόσταχυν, Plinius Nardi ſpicam, officinæ Spicam nardi vocant.

5 Amplius, ὑπέρ. Ad verbum, Suprà. Sic Horatius, Paulatim mercaris agrum fortaſſe trecentis, Aut etiam ſupra numorum millibus empeum. Trecentis denariis, τριακοσίων δηναρίων. Id eſt libris Francicis quinquaginta duabus cum dimidia, ſi Budæi calculum ſequamur. Fremebant in eam, ἐνεβριμῶντο αὐτῇ. Sic rectè Vetus interpres, diuiſa verbi compoſitione. Apparet enim Latinum verbum Fremere à Græco βρίμειν ſeu βρεμᾶσθαι aut βρεμᾶν deduci. Alibi frequenter ἐμβριμᾶσθαι vertimus Interminari, quoties videlicet pro ὀδυρμῷ vel ἀπειλῇ accipitur. Hic autem murmur & fremitus indignantium ſignificatur, potius quàm interminatio.

8 Occupauit, προέλαβε, id eſt φθάσαι. Vulg. & Eraſ. Præuenit. Liuius, Occupat Tullius in agrum Sabinum tranſire. Quod dicendi genus mihi viſum eſt proximè ad hoc Græcum accedere.

12 Quando, ὅτε, id eſt quo die, nimirum ad veſperam, quæ initium erat diei decimiquinti, ſicut pluribus oſtendimus Matth. 16.b.17. Eraſmus, Quum paſcha immolarent: quam interpretationem vt ambi-

guam reieci. Ita enim videretur significari, hæc gesta esse inter conuiuium ipsum Paschæ.

Pascha, τὸ πάσχα. id est, agnum illũ cuius mactatio in festo Paschæ certis ritibus fiebat. Neque enim hic accipitur pro ipso die festo Paschæ: sed manifesta est metonymia, sacramentis peculiaris, qua rei ipsius nomen signo tribuitur. Simili ratione Christus etiam ipse à Paulo Pascha nostrum vocatur, 1. Corinth. 5. c. 7.

Mactabant, ἔθυον: id est mactare solebant, vt infrà cap. 15. a. 6. Dimittebat, pro dimittere solebat. Marcus enim nullam habet rationem Iudaicæ traditionis, cuius meminimus Matth. 16. v. 17. sed respicit partim Dei cõstitutionem, partim quod frequentius fieri à Iudæis etiam ipsis solebat. Neque enim erat traditioni locus nisi quum primus Azymorum dies, id est decimusquintus primi mensis, incidebat in προσάββατον, sicut hoc ipso anno cógitisse liquet ex passionis historia. Vsus sum autem mactandi potius quàm sacrificandi verbo, vt conuiuia Paschæ domestica à sacrificiis illis discernam quæ in templo perigebantur à sacerdotibus.

Καὶ ἀποστέλλει δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ λέγει αὐτοῖς, Ὑπάγετε εἰς τὴν πόλιν· καὶ ἀπαντήσει ὑμῖν ἄνθρωπος κεράμιον ὕδατος βαστάζων· ἀκολουθήσατε αὐτῷ·

13 Tunc mittit duos è discipulis suis, & dicit eis, Abite in vrbem: & occurret vobis quidam portans ˇ amphoram aquæ: sequimini eum:

13 *Et mittit duos ex discipulis suis, & dicit eis, Ite in ciuitatem: & occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans: sequimini eum:*

Καὶ ὅπου ἐὰν εἰσέλθῃ, εἴπατε τῷ οἰκοδεσπότῃ, ὅτι ὁ διδάσκαλος λέγει, Ποῦ ἐστὶ τὸ κατάλυμά ὅπου τὸ πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου φάγω;

14 Et quocunque introierit, dicite patrifamiliâs, Magister dixit, Vbi est diuersorium vbi pascha cum discipulis meis edã?

14 *Et quocunque introierit, dicite domino domus, Quia Magister dicit, vbi est refectio mea vbi pascha cum discipulis meis manducem?*

Καὶ αὐτὸς ὑμῖν δείξει ἀνάγαιον μέγα ἐστρωμένον, ἕτοιμον· κἀκεῖ ἑτοιμάσατε ἡμῖν.

15 Tunc ipse vobis indicabit ˇ cœnaculum magnum stratum, paratum: illic parate nobis *pascha*.

15 *Et ipse ostendet vobis cenaculum grande stratum: & illic parate nobis.*

Καὶ ἐξῆλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ ἦλθον εἰς τὴν πόλιν, καὶ εὗρον καθὼς εἶπεν αὐτοῖς· καὶ ἡτοίμασαν τὸ πάσχα.

16 ˇ Abierunt igitur discipuli eius, venerúntque in ciuitatem, & ˇ inuenerunt *omnia* prout dixerat eis: & parauerunt pascha.

16 *Et abierunt discipuli eius, & venerunt in ciuitatem, & inuenerunt sicut dixerat illis: & parauerunt pascha.*

17 Et quum serum *diei* esset, venit cum duodecim.

17 *Vespere autem facto, venit cum duodecim.*

Matth. 26. b. 20 luc. 22. b. 14 iohan. 13. c. 21

Καὶ ἀνακειμένων αὐτῶν καὶ ἐσθιόντων, εἶπεν ὁ Ἰησοῦς, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με, ὁ ἐσθίων μετ' ἐμοῦ.

18 ‖ Quúmque accubuissent, & ederent, ait Iesus, Amen dico vobis, vnus ex vobis prodet me, qui edit mecum.

18 *Et discumbentibus eis & manducantibus, ait Iesus, Amen dico vobis, quia unus ex nobis tradet me, qui manducat mecum.*

Οἱ δὲ ἤρξαντο λυπεῖσθαι καὶ λέγειν αὐτῷ εἷς καθ' εἷς, Μήτι ἐγώ; Καὶ ἄλλος, Μήτι ἐγώ;

19 Ipsi verò cœperunt contristari & ei dicere ˇ sigillatim, Nũ ego? Et alius, Num ego?

19 *At illi cœperunt contristari, & dicere ei singulatim, Nunquid ego?*

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Εἷς ἐκ τῶν δώδεκα, ὁ ἐμβαπτόμενος μετ' ἐμοῦ εἰς τὸ τρυβλίον.

20 Ipse autem respondens dixit eis, Vnus ex duodecim ˇ qui *manum* intingit mecum in catinum, *me prodet*.

20 *Qui ait illis, Vnus ex duodecim qui intingit mecum in catino.*

13 Amphoram, κεράμιον. Ita Græci vocant amphoras, quòd fere fictiles essent, vt apparet ex hoc Horatii versiculo, -- amphora cœpit Institui currente rota, cur vrceus exit? Vetus interpres, Lagenam: qui tamen Lucæ 22. a. 10, amphoram rectè conuertit. Erasmus, Hydriam. Idem apud Iucam Vas testaceum, ὀστράκινον interpretatur. Videtur enim in genere pro fictili vase vsurpari. Sed præstat seruare significationem magis vsitatam, vt κεράμιον & ὑδρία distinguantur, propter sequens verbum βαστάζων, quod propriè de grauibus oneribus dici opinor.

15 Cœnaculum, ἀνάγαιον. Græca vox declarat contignationem ædium superiorem, cuicunque tandem vsui sit destinata, vt ex Varrone & Vitruuio liquet. Quia verò moris erat in ea domus parte cœnare, ideo cœnaculum dici cœpit. quod quum obseruarit Erasmus, miror eum maluisse triclinium, id est Græcum vocabulum altero Græco, interpretari. Paratum, ἕτοιμον. Hoc deerat in quodam exemplari, & sanè videtur initio fuisse scriptum in albo, vt explicaretur illud ἐστρωμένον quod præcesserat.

16 Abierunt, ἐξῆλθον. Erasmus ad verbum, Exierunt. Sed apparet posterius esse ἐξῆλθον pro ἀπῆλθον, quo vtitur Lucas. Inuenerunt *omnia*, εὗρον. Addidimus quod explendæ constructioni deesse videbatur. In vno codice scriptum legimus ἐποίησαν, fecerunt, fortassis ex Matthæo.

19 Sigillatim, εἷς καθ' εἷς. Ita scriptum vbique legimus, vno exemplari excepto, in quo scriptum erat καθεῖς. Ego verò existimo scribendum esse καθεῖς, sicut legitur Iohan. 8. a. 6. vel, si distinguere libet vocabula, καθ' εἷς. Est enim καθεῖς ex ᾧ ἕν contractum, vt εἷς καθ' εἷς ad verbum declaret vnum & deinde vnum: quod vernaculo sermone dicimus Vn à vn. Vel L'vn apres l'autre. Vetus interpres in Iohãne conuertit, Vnum post vnum. Et alius, Num ego? καὶ ἄλλος, Μήτι ἐγώ. Hæc deerant in duobus codicibus, & sanè videntur redundare.

20 Qui *manum* intingit, ὁ ἐμβαπτόμενος: id est, qui mecum vesci consueuit. vt exposuimus Matthæi 26. b 23. Supplemus autem ex Matthæo quæ omnino requiruntur vt plena sit sententia.

Ο μὲν υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὑπάγει, καθὼς γέγραπται περὶ αὐτοῦ· οὐαὶ δὲ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ δι' οὗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται· καλὸν ἦν αὐτῷ εἰ οὐκ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος.

21 Filius quidem hominis abit, prout ſcriptum eſt de eo: ſed væ homini illi per quẽ Filius hominis proditur: bonum erat homini illi ſi natus non fuiſſet.

21 Et Filius quidem hominis vadit, ſicut ſcriptũ eſt de eo: væ autem homini illi per quem Filius hominis tradetur: bonum erat ei ſi non eſſet natus homo ille.

Καὶ ἐσθιόντων αὐτῶν, λαβὼν ὁ Ἰησοῦς ἄρτον, εὐλογήσας ἔκλασε· καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς, καὶ εἶπε, Λάβετε, φάγετε· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου.

22 ¶Et edentibus ipſis, quum accepiſſet Ieſus panem, & benedixiſſet, fregit: deditque eis, & ait, Accipite, edite: hoc eſt corpus meum.

Matth.26.b.26
1.cor.11.c.24

22 Et manducantibus illis, accepit Ieſus panem, & benedicens fregit: & dedit eis, & ait, Sumite: hoc eſt corpus meum.

Καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον, εὐχαριστήσας ἔδωκεν αὐτοῖς· καὶ ἔπιον ἐξ αὐτοῦ πάντες.

23 Et accepto poculo, quum gratias egiſſet, dedit eis: & biberunt ex eo omnes.

23 Et accepto calice, gratias agens dedit eis: & biberunt ex illo omnes.

Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον.

24 Et dixit eis, Hoc eſt ſanguis meus Noui illius teſtamenti, qui pro multis effunditur.

24 Et ait illis, Hic eſt ſanguis meus Noui teſtamenti, qui pro multis effundetur.

Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐκέτι οὐ μὴ πίω ἐκ τοῦ γενήματος τῆς ἀμπέλου ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης ὅταν αὐτὸ πίνω καινὸν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ.

25 Amen dico vobis, non bibã amplius ex fructu vitis vſque ad diem illum quum ipſum bibam nouum in regno Dei.

25 Amen dico vobis, quia iam non bibam de genimine vitis vſque in diem illum quum illud bibam nouum in regno Dei.

Καὶ ὑμνήσαντες ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν.

26 Et quum hymnum cecinissent, exierunt in montem olearum.

26 Et hymno dicto exierunt in montem oliarum.

Καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ὅτι πάντες σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ. ὅτι γέγραπται, Παταξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσεται τὰ πρόβατα.

27 ¶Tunc dicit eis Ieſus, Omnes offendemini in me nocte iſta. Nam ſcriptum eſt, ¶ Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues.

Iohan.16.d.32
Zach.13.c.7.

27 Et ait eis Ieſus, Omnes ſcandalizabimini in me in nocte iſta. quia ſcriptum eſt, Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues.

Αλλὰ μετὰ τὸ ἐγερθῆναί με, προάξω ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν.

28 ¶ Sed poſtquam ſurrexero, præibo vobis in Galilæam.

Infrà 16.b.7

28 Sed poſtquam reſurrexero, præcedam vos in Galilæam.

Ὁ δὲ Πέτρος ἔφη αὐτῷ, Καὶ εἰ πάντες σκανδαλισθήσονται, ἀλλ' οὐκ ἐγώ.

29 Petrus autẽ dixit ei, Etiamſi omnes offendantur, at non ego.

29 Petrus autem ait illi, Etſi omnes ſcandalizati fuerint, ſed non ego.

Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἀμὴν λέγω σοι, ὅτι σήμερον ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ, πρὶν ἢ δὶς ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ με.

30 Tunc dicit ei Ieſus, Amen dico tibi, hodie nocte iſta, priuſquam bis gallus vocem miſerit, ter abnegabis me.

30 Et ait illi Ieſus, Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac priuſquã gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus.

Ὁ δὲ ἐκ περισσοῦ ἔλεγε μᾶλλον, Ἐάν με δέῃ συναποθανεῖν σοι, οὐ μή σε ἀπαρνήσομαι. Ωσαύτως δὲ καὶ πάντες ἔλεγον.

31 At ille multo magis dicebat, Si me oportuerit commori tibi, haudquaquam te abnegabo. Itidem autem etiam omnes dicebant.

31 At ille amplius loquebatur, Etſi oportuerit me ſimul commori tibi, non te negabo. Similiter autẽ & omnes dicebant.

21 Homini illi, αὐτῷ. Vide Matth.26.v.24.

27 Oues, τὰ πρόβατα. In quodam codice additur τῆς ποίμνης, gregis. fortaſſis ex Matthæo. Certè non additur apud Zachariam.

29 Offendantur, σκανδαλισθήσονται. Complutenſis editio addit ἐν σοι, In te.

30 Hodie, σήμερον. In duobus exemplaribus legimus σὺ σήμερον, tu hodie: cuius pronominis videtur nõ contemnenda emphaſis. Nam ideo etiam non contentus dixiſſe σήμερον, addit τῇ νυκτὶ ταύτῃ.

31 Multo magis, ἐκ περισσοῦ μᾶλλον. Ad verbum, Magis ex abundanti. Vulgata non legit μᾶλλον, aut reiecit tanquam περίλλον. Nam certè redundat: ſed ita tamen vt iſta conduplicatio magis exprimat vehementem Petri aſſeuerationem: ſicut Eraſmus rectè obſeruat. Nos igitur vt hanc emphaſin oſtenderemus, conuertimus Multo magis; acſi ſcriptum eſſet πολλῷ μᾶλλον, vel πολλῷ περισσοτέρως. Eraſmus autem diſtinguit poſt ἔλεγε, & μᾶλλον annectit iis quæ conſequuntur, ideóque interpretatur, Imò ſi me oportuerit, &c. Sed præterquã quòd hæc aliter diſtincta in omnibus codicibus reperiuntur, vix etiam (opinor) reperias μᾶλλον pro Imò vel Potiùs poſitum alicuius membri initio, niſi addatur particula δὲ: ſicut in Matthæo annotauimus.

Matth.26.d.30 Luc.22.d.39

Καὶ ἔρχονται εἰς χωρίον οὗ ὄνομα Γεθσημανῆ· καὶ λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Καθίσατε ὧδε ἕως προσεύξωμαι.

32 ¶ Veniunt igitur in locum cuius nomen est Gethsemane. Tunc dicit discipulis suis, Sedete hîc vsquedum precatus fuero.

32 Et veniunt in prædiũ cui nomen Gethsemani: & ait discipulis suis, Sedete hîc donec orem.

Καὶ παραλαμβάνει τὸν Πέτρον καὶ τὸν Ἰάκωβον καὶ Ἰωάνην μεθ' ἑαυτοῦ· καὶ ἤρξατο ἐκθαμβεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν.

33 Et assumit Petrum & Iacobum & Iohannem secum: cœpitque expauescere & grauissimè angi.

33 Et assumit Petrum & Iacobum & Iohannem secum: & cœpit pauere & tædere.

Καὶ λέγει αὐτοῖς, Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου· μείνατε ὧδε, καὶ γρηγορεῖτε.

34 Et dixit eis, Vndiquaque tristis est anima mea vsque ad mortẽ: manete hîc, & vigilate.

34 Et ait illis, Tristis est anima mea vsque ad mortem: sustinete hîc, & vigilate.

Καὶ προελθὼν μικρόν, ἔπεσεν ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ προσηύχετο ἵνα, εἰ δυνατόν ἐστι, παρέλθῃ ἀπ' αὐτοῦ ἡ ὥρα.

35 Progressúsque paululũ, procidit in terram: & orauit vt, si possibile esset, abiret ab ipso hora illa.

35 Et quum processisset paululum, procidit super terram: & orabat ut, si fieri posset, transiret ab eo hora.

Καὶ ἔλεγεν, Ἀββᾶ ὁ πατήρ, πάντα δυνατά σοι· παρένεγκε τὸ ποτήριον ἀπ' ἐμοῦ τοῦτο. Ἀλλ' οὐ τί ἐγὼ θέλω, ἀλλὰ τί σύ.

36 Dixítque, Abba, Pater, omnia possibilia sunt tibi: transfer à me istud poculum. verùm nõ quid ego velim, sed quid tu.

36 Et dixit, Abba, pater, omnia tibi possibilia sunt: transfer calicem hunc à me. sed non quod ego volo, sed quod tu.

Καὶ ἔρχεται καὶ εὑρίσκει αὐτοὺς καθεύδοντας· καὶ λέγει τῷ Πέτρῳ, Σίμων, καθεύδεις; οὐκ ἴσχυσας μίαν ὥραν γρηγορῆσαι;

37 Tunc venit & inuenit eos dormiẽtes: dicítque Petro, Simon dormis? non potuisti vnã horam vigilare?

37 Et venit & inuenit eos dormẽtes: & ait Petro, Simon, dormis? non potuisti una hora vigilare?

Γρηγορεῖτε καὶ προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν. Τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής.

38 Vigilate & precamini, ne introcatis in tentationem. spiritus quidem promptus est, sed caro infirma.

38 Vigilate & orate ut non intretis in tentationem. Spiritus quidẽ prõptus est, caro uerò infirma.

Καὶ πάλιν ἀπελθὼν προσηύξατο, τὸν αὐτὸν λόγον εἰπών.

39 Et quum rursum abiisset, precatus est, & eundem sermonem dixit.

39 Et iterum abiens orauit, eundem sermonem dicens.

Καὶ ὑποστρέψας εὗρεν αὐτοὺς πάλιν καθεύδοντας, (ἦσαν γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν βεβαρημένοι) καὶ οὐκ ἤδεισαν τί αὐτῷ ἀποκριθῶσι.

40 Et reuersus inuenit eos rursum dormiẽtes, (erant enim oculi eorum grauati) neque sciebant quid ei responderent.

40 Et reuersus, denuò inuenit eos dormientes, (erant enim oculi eorum grauati) & ignorabãt quid responderẽt ei.

Καὶ ἔρχεται τὸ τρίτον, καὶ λέγει αὐτοῖς, Καθεύδετε τὸ λοιπὸν καὶ ἀναπαύεσθε· ἀπέχει, ἦλθεν ἡ ὥρα· ἰδοὺ, παραδίδοται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου εἰς τὰς χεῖρας τῶν ἁμαρτωλῶν.

41 Et venit tertiò, dicítque eis, Dormite quod supereſt, & requiescite: sufficit, venit hora: ecce, traditur Filius hominis in manus peccatorum.

41 Et venit tertiò, & ait illis, Dormite iam, & requiescite: sufficit, venit hora: ecce, Filius hominis tradetur in manus peccatorum.

Ἐγείρεσθε, ἄγωμεν· ἰδοὺ ὁ παραδιδούς με ἤγγικε.

42 Surgite, eamus: ecce, qui prodit me, appropinquauit.

42 Surgite, eamus: ecce, qui me tradet, prope est.

34 Et dixit eis, καὶ λέγει αὐτοῖς. In quatuor exemplaribus hæc coniunguntur præcedentibus: & pro λέγει scribitur λέγει, dicere. Vigilate, γρηγορεῖτε. Complutensis liber addit μετ' ἐμοῦ, mecum.

36 Abba, pater, ἀββᾶ ὁ πατήρ. Vnum istorum est Syriacum, alterum Græcum, vt videri possit posterius additum esse vt prius illud peregrinum declararet. Sed ego puto potius inter illas gentes quarum idioma ex variarum gentium lingua & moribus erat conflatum, fuisse hanc ἀναλήψιν receptam, vt si Gallicè dicas, Monsieur mon pere. Non quid ego, &c. οὐ τί ἐγὼ θέλω ἀλλὰ τί σύ. Hunc locum variis modis depravatũ inuenimus in plerisque codicibus scriptis. Omnino enim plenior esset sententia si pro τί legeremus ὅ, τι, vel ὡς, quod testatur Erasmus se in quibusdam exemplaribus legisse. vt subaudiatur βούλησιν, quod à Matthæo & Luca exprimitur. Sententiam verò, quamuis imperfectam, idcirco non expleuimus quòd hæc apostopesis non videatur sua emphasi carere in oratione tam ardenti.

40 Et reuersus, καὶ ὑποστρέψας. In quodam codice scriptum erat καὶ πάλιν ἐλθὼν, & quum denuò venisset. πάλιν autem quod ante καθεύδοντας hic positum est, erat expunctum. Vulgata, Et reuersus, denuò inuenit eos dormientes, καὶ ὑποστρέψας, πάλιν εὗρεν αὐτοὺς καθεύδοντας.

41 Sufficit, ἀπέχει. Dubitanti mihi de hac interpretatione, tãdem occurrit locus Anacreontis in Odario, Λιθοζωγράφου ἄθυρμα, vbi postquam multa pictori præcepit, tandem veluti perfecta imagine, subiicit, Ἀπέχει

πλέον ἢ αὐτό. Id eſt, Sufficit. iam enim ipſam intueor. Eraſmus annotat ſe in quibuſdam codicibus legiſſe ἀπέχει τὸ τέλος, quod interpretarer, Abeſt finis: id eſt, ſolus iam finis ſupereſt. vel, Habent finem, iſta videlicet quæ de me prædicta ſunt, vt Luc. 22. v. 37. Traditur, παραδίδοται. Vulgata, Tradetur: quam interpretationem non probo. Eſt enim omnino ſeruanda præſentis temporis ſignificatio hoc loco. Sic in proximo verſiculo, ὁ παραδιδούς, non rectè interpretatus eſt, Qui tradet.

43 Καὶ εὐθέως, ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, παραγίνεται Ἰούδας, εἷς ὢν τῶν δώδεκα, καὶ μετ' αὐτοῦ ὄχλος πολὺς μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων, παρὰ τῶν Ἀρχιερέων καὶ τῶν Γραμματέων καὶ τῶν πρεσβυτέρων.

43 ¶Et ſtatim, adhuc eo loquente, adeſt Iudas qui erat vnus è duodecim, & cum eo turba multa cum gladiis & fuſtibus, à principibus Sacerdotum & Scribis & ſenioribus.

43 *Et adhuc eo loquente venit Iudas Iſcariotes vnus de duodecim, & cū eo turba multa cum gladiis & lignis, à ſummis Sacerdotibus & Scribis & ſenioribus.* Matth. 26. v. 47. luc. 22. v. 47. ioan. 18. a. 3

44 Δεδώκει δὲ ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν σύσσημον αὐτοῖς, λέγων, Ὃν ἂν φιλήσω, αὐτός ἐστι· κρατήσατε αὐτὸν, καὶ ἀπαγάγετε ἀσφαλῶς.

44 Dederat autem eis iſte qui eum prodebat, commune ſignum, dicens, Quemcunque oſculatus fuero, is eſt: comprehendite eum, & abducite tutò.

44 *Dederat autem traditor eius ſignum eis, dicens: Quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt: tenete eū, & ducite cautè.*

45 Καὶ ἐλθὼν, εὐθέως προσελθὼν αὐτῷ, λέγει, Ραββεὶ, ῥαββεί· καὶ κατεφίλησεν αὐτόν.

45 Quum igitur veniſſet, ſtatim accedit ad eum, dicitque ei, Rabbi, rabbi: ac deoſculatus eſt eum.

45 *Et quum veniſſet, ſtatim accedens ad eum ait, Rabbi: & oſculatus eſt eum.*

46 Οἱ δὲ ἐπέβαλον ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας αὐτῶν, καὶ ἐκράτησαν αὐτόν.

46 Illi verò iniecerunt in eum manus, & ceperunt eum.

46 *At illi manus iniecerunt in eum: & tenuerunt eum.*

47 Εἷς δέ τις τῶν παρεστηκότων σπασάμενος τὴν μάχαιραν, ἔπαισε τὸν δοῦλον τοῦ Ἀρχιερέως, καὶ ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ ὠτίον.

47 Quidam autem adſtantium exerto gladio percuſſit ſeruum Pontificis maximi, & abſtulit eius auriculam.

47 *Vnus autem quidā de circumſtantibus eduxit gladium, percuſſitque ſeruū ſummi Sacerdotis, & amputauit illi auriculā.*

48 Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξήλθετε μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων συλλαβεῖν με,

48 Et reſpondens Ieſus dixit eis, Vt aduerſus latronem exiſtis cum gladiis & fuſtibus ad comprehendendum me?

48 *Et reſpondens Ieſus ait illis, Tanquam ad latronem exiſtis cum gladiis & lignis comprehendere me?*

49 Καθ' ἡμέραν ἤμην πρὸς ὑμᾶς ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκων, καὶ οὐκ ἐκρατήσατέ με. Ἀλλ' ἵνα πληρωθῶσιν αἱ γραφαί.

49 Quotidie eram apud vos in templo docens, nec cepiſtis me. Sed oportet vt impleantur Scripturæ.

49 *Quotidie eram apud vos in templo docens, & non me tenuiſtis. Sed vt impleantur Scripturæ.*

50 Καὶ ἀφέντες αὐτὸν, πάντες ἔφυγον.

50 Tunc relicto eo, omnes fugerunt.

50 *Tunc diſcipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt.*

51 Καὶ εἷς τις νεανίσκος ἠκολούθει αὐτῷ, περιβεβλημένος σινδόνα ἐπὶ γυμνοῦ· καὶ κρατοῦσιν αὐτὸν οἱ νεανίσκοι.

51 Quidam autem iuuenis ſequebatur eum, amictus ſindone ſuper nudum corpus: & prehenderunt eum iuuenes.

51 *Adoleſcens autem quidam ſequebatur eum, amictus ſindone ſuper nudo: & tenuerunt eum.*

52 Ὁ δὲ καταλιπὼν τὴν σινδόνα, γυμνὸς ἔφυγεν ἀπ' αὐτῶν.

52 Ipſe verò derelicta ſindone, nudus effugit ab illis.

52 *At ille relicta ſindone nudus profugit ab eis.*

43 Adeſt, παραγίνεται: id eſt πάρεστι. Videtur enim, ſi ita accipias τὸν παραγινόμενον, vberior eſſe ſenſus. Iudas, Ἰούδας. In quodam codice & Vulgata editione additur Ἰσκαριώτης, Iſcariotes.

44 Turò, ἀσφαλῶς: id eſt, ita diligenter & tanto cum prætidio vt elabi non poſſit. adeo ſibi metuit mala conſcientia, quam illis poſtea Chriſtus exprobrat verſu 48. Vulgata, Cautè: id eſt περιλαγῶς, vel εὐλαβῶς.

45 Rabbi, ῥαββεί. In duobus exemplaribus ſemel tantùm hoc ſcriptū inuenimus, in cæteris repetitum.

47 Quidam autem, εἷς δέ τις. In hoc genere dicendi vel τις redundat, vel (quum addatur ſecundus caſus) tranſlationi locus eſt: acſi ſcriptum eſſet, τις ἐκ τῶν παρεστώτων: id eſt, quidam verò qui vnus erat ex circunſtantibus. Sed poſtponitur τις, quia eſt encliticum. Vulgata, Vnus autem quidam. Eraſmus, Vnus autem quiſpiam. Cicero dicere ſolet Vnus aliquis: ſed tum demum quum incerta eſt perſona. Hic autem certus & notus homo deſignatur. Neque enim quis hic eſſet ignorabat Marcus, præſertim ſi verum eſt quod magno conſenſu tradunt veteres, cum videlicet ex ipſo Petro hoc Euangelium excepiſſe. quod tamen nolim affirmare.

49 Sed oportet vt, ἀλλ' ἵνα. Vide ſuprà 4. c. 12.

50 Omnes, πάντες. omnes videlicet diſcipuli, vt exprimit Matthæus, & Vetus etiam interpres: ne de illis agere Marcus videatur quos Ieſus ſuperiore oratione compellarat.

51 Super nudum corpus, ἐπὶ γυμνοῦ. Sic vernaculo ſermone dicimus, *ſur le nud*. Latinos verò non exiſtimo ita loqui. Addidimus ergo aliquid, quanuis nō ſumma hīc à nobis habeatur Latinitatis ratio. Ad ſindonem autem quod attinet, ſic puto vocari linteum quo amictus ille, audito nocturno tumultu, repentè accurrerat. Nec enim iſta alio conſilio narrantur ab Euangeliſta quàm vt intelligatur qua licentia iſti latrones fuerint in quoſuis graſſati.

Matth.26.f.57. Luc.22.f.54 Iohan. 18.c.24.

Καὶ ἀπήγαγον τὸν Ἰησοῦν πρὸς τὸν Ἀρχιερέα· καὶ συνέρχονται αὐτῷ πάντες οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ Γραμματεῖς.

53 ‖Tunc abduxerunt Ieſum ad Pontificem maximum: & conuenerunt cum eo omnes principes Sacerdotum, & ſenio-res, & Scribæ.

53 *Et adduxerunt Ieſum ad ſummum Sacerdo-tem: & conuenerunt o-mnes Sacerdotes, & Scri bæ, & ſenatores.*

Καὶ ὁ Πέτρος ἀπὸ μακρόθεν ἠκολούθησεν αὐτῷ ἕως ἔσω εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ Ἀρχιερέως· καὶ ἦν συνκαθήμενος μετὰ τῶν ὑπηρετῶν, καὶ θερμαινόμενος πρὸς τὸ φῶς.

54 Petrus autem procul ſequu-tus eſt eum intrò vſque in au-lam Pontificis maximi: & erat conſidens cum miniſtris, & ca-lefaciens ſeſe ad ignem.

54 *Petrus autem à longè ſequutus eſt eũ uſque intrò in atrium ſummi Sa acrdotis: & ſedebat cũ miniſtris ad ignem, & calefaciebat ſe.*

Matth.26.f.59. Οἱ δὲ Ἀρχιερεῖς καὶ ὅλον τὸ συνέδριον ἐζήτουν κατὰ τοῦ Ἰησοῦ μαρτυρίαν, εἰς τὸ θανατῶσαι αὐτόν· καὶ οὐχ εὕρισκον.

55 ‖Principes autem Sacerdo-tum & totus conſeſſus quære-bant teſtimonium aduerſus Ie ſum, vt eum morte mulctarẽt: nec inueniebant.

55 *Summi uerò Sacerdo-tes & omne concilium quærebant aduerſus Ie ſum teſtimonium, ut eũ morti traderent: nec inuenicbant.*

Πολλοὶ γὰρ ἐψευδομαρτύρουν κατ' αὐτοῦ· καὶ ἴσαι αἱ μαρτυρίαι οὐκ ἦσαν.

56 Nam multi falſum teſtimo-nium dicebant aduerſus eum: ſed non erant paria ipſorum teſtimonia.

56 *Multi enim teſtimoniũ falſum dicebãt aduerſus eum: & conuenientia teſtimonia non erant.*

Καί τινες ἀναστάντες ἐψευδομαρτύρουν κατ' αὐτοῦ, λέγοντες,

57 Tunc quidam ſurrexerunt, & falſa teſtati ſunt aduerſus eum, dicentes,

57 *Et quidam ſurgentes, falſum teſtimonium fe-rebant aduerſus eum, dicentes,*

Ὅτι ἡμεῖς ἠκούσαμεν αὐτοῦ λέγοντος, Ὅτι ἐγὼ καταλύσω τὸν ναὸν τοῦτον τὸν χειροποίητον, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν ἄλλον ἀχειροποίητον οἰκοδομήσω.

Iohan.2.c.19.

58 Nos audiuimus eum dicen-tem, ‖Ego deſtruam templum hoc quod eſt manibus factum, & triduò aliud abſque manibus factum ædificabo.

58 *Quoniam nos audi-imus eum dicentem, Ego diſſoluam templum hoc manufactum, & per tri-duum aliud non manu factum ædificabo.*

Καὶ οὐδὲ οὕτως ἴση ἦν ἡ μαρτυρία αὐτῶν.

59 Sed ne ſic quidem par erat teſtimonium eorum.

59 *Et non erat conueniens teſtimonium illorum.*

Καὶ ἀναστὰς ὁ Ἀρχιερεὺς εἰς τὸ μέσον, ἐπηρώτησε τὸν Ἰησοῦν, λέγων, Οὐκ ἀποκρίνῃ οὐδέν; τί οὗτοί σου κατα μαρτυροῦσιν;

60 Tum Pontifex maximus quũ aſſurrexiſſet in medium, inter-rogauit Ieſum, dicens, Non re-ſpondes quicquam? quid *illud eſt quod* iſti aduerſum te teſtifi-cantur?

60 *Et exurgens ſummus Sa acrdos in medium, interrogauit Ieſum, dicens, Non reſpondes quicquã ad ea quæ tibi obijciuntur ab his?*

Ὁ δὲ ἐσιώπα, καὶ οὐδὲν ἀπεκρίνατο. Πάλιν ὁ Ἀρχιερεὺς ἐπηρώτα αὐτὸν, καὶ λέγει αὐτῷ, Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ εὐλογητοῦ;

61 Ipſe verò ſilebat, & nihil re-ſpondit. Rurſum Pontifex ma-ximus eum interrogauit, & di-xit ei, Túne es ille Chriſtus Filius Dei benedicti?

61 *Ille autem tacebat, & nihil reſpondit. Rurſum ſummus Sacerdos interrogabat eum, & dixit ei, Tu es Chriſtus Filius Benedicti?*

53 Omnes, πάντες. Rectè. cogi enim oportebat ſummum concilium, quum accuſaretur Chriſtus vt blaſphemus & pſeudopropheta. Nam tertium crimen, læſæ Cæſareæ maieſtatis, tandem fraude ſacerdotum cõparatum eſt in illum, vt Pilatum ad eum damnandum adigerent.

54 Ad ignem, πρὸς τὸ φῶς: id eſt πρὸς τὸ πῦρ. Nam φῶς appellatione etiam ignem intelligi teſtatur Heſychius, à conſequenti videlicet. Vulgata hoc prætermiſit. Eraſmus interpretatur, Ad lumen, referétque ad participium συγκαθήμενος. Siquidem, inquit, lumen illum prodidit. Sed nimium eſt inſolens hæc traiectio.

56 Sed non erant, καὶ οὐκ ἦσαν. Vulgata, Et non erãt. Eraſmus, Nec erãt. Sed ſi καὶ pro ἀλλὰ accipias, vt alibi ſæpe, planior erit ſententia. Paria, ἴσα: id eſt, cohærentia, ſiue, (vt non malè ſenſum expreſſit Vetus interpres) Conuenientia. quod rectè explicat Eraſmus in annotationibus. Idem tamen conuertit, Satis idonea: id eſt ἱκανὰ, nempe propter verſiculum 59. Sed πρὸς ἴσον nuſquam legi hac ſignificatione vſurpatum.

59 Par, ἴσον. Videntur tamen hæc ita fuiſſe paulo antè commemorata quaſi prorſus conueniret inter teſtes. Itaque Eraſmus iterum ἴσα conuertit, Satis idonea. I egit enim iſta plurali numero, contra veruſtorum codicum fidem. Sed ſi Euangeliſtas inter ſe comparemus, apparebit cur iſtorum teſtimonium Marcus impar fuiſſe ſcribat. Nam ſcribit Matthæus iſtos eſſe teſtatos ſe ex Chriſto audiuiſſe quòd poſſet templum deſtruere, & aliud ædificare: Marcus verò, quòd deſtructurus eſſet templum, & intra triduum inſtauraturus: quæ plurimum inter ſe differunt. Poterat enim illud pro inani duntaxat iactantia accipi. Iam verò quum duos teſtes fuiſſe diſertè dicat Matthæus, neceſſe eſt (opinor) vt fateamur imparia fuiſſe ipſorum teſtimonia.

61 Benedicti, τοῦ εὐλογητοῦ: id eſt Dei, qui omni laude dignus eſt. Hoc autem eſt Dei nomen, quod ſæpe in Hebræorum commentariis reperias ברוך הוא, quum alioquin ſoleat Dei nomen diſertè exprimi. Eſtque εὐλογητὸς nomen à participio εὐλογημένος diſtinguendum. quod diſcrimen non video qui ſatis commodè poſſimus Latinè exprimere, niſi ſynonyma vel periphraſin quæras. Sed maluimus tritum apud Theologos vocabulum vſurpare. In quodam codice pro εὐλογητοῦ, ſcriptum erat τοῦ Θεοῦ ζῶντος: id eſt Dei viuentis.

Ο δὲ Ἰησοῦς εἶπεν, Ἐγώ εἰμι. καὶ ὄψεσθε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως, καὶ ἐρχόμενον μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ.

62 Ieſus autem dixit, Ego ſum. & videbitis Filiũ hominis ſedentem ad dextram potentiæ dei, & venientem cum nubibus cæli.

62 Ieſus autẽ dixit illi, Ego ſum: & videbitis Filium hominis ſedentem à dextris virtutis, & venientem cum nubibus cæli. Matth.24.c.30

Ο δὲ ἀρχιερεὺς διαῤῥήξας τοὺς χιτῶνας αὐτοῦ, λέγει, Τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτύρων;

63 Pontifex maximus verò diruptis veſtibus ſuis dixit, Quid adhuc nobis opus eſt teſtibus?

63 Summus autem Sacerdos ſcindens veſtimenta ſua, ait, Quid adhuc deſideramus teſtes?

Ηκούσατε τῆς βλασφημίας· τί ὑμῖν φαίνεται; Οἱ δὲ πάντες κατέκριναν αὐτὸν εἶναι ἔνοχον θανάτου.

64 Audiſtis blaſphemiã: quid vobis videtur? Illi verò omnes contra eum iudicarunt, ipſum teneri mortis pœna.

64 Audiſtis blaſphemiam: quid nobis videtur? Qui omnes condemnarunt eum eſſe reum mortis.

Καὶ ἤρξαντό τινες ἐμπτύειν αὐτῷ, καὶ περικαλύπτειν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ κολαφίζειν αὐτὸν καὶ λέγειν αὐτῷ, Προφήτευσον· καὶ οἱ ὑπηρέται ῥαπίσμασιν αὐτὸν ἔβαλλον.

65 Et cœperunt quidam conſpuere in eum: & obtegere faciem eius, & colaphos ei infligere, & dicere ei, Vaticinare: miniſtri verò bacillorum ictibus eum cædebant.

65 Et cœperunt quidam conſpuere eum, & velare faciem eius, & alaphis eum cædere: & dicere ei, Prophetiza: & miniſtri alapis eum cædebant.

Καὶ ὄντος τοῦ Πέτρου ἐν τῇ αὐλῇ κάτω, ἔρχεται μία τῶν παιδισκῶν τοῦ Ἀρχιερέως· 66 Quum verò Petrus eſſet in aula inferius, venit quædam ex ancillis Pontificis maximi:

66 Et quum eſſet Petrus in atrio deorſum, venit una ex ancillis ſummi Sacerdotis: Matth.26.g.69 Luc.22 f.55 Iohan.18.c.25

Καὶ ἰδοῦσα τὸν Πέτρον θερμαινόμενον, ἐμβλέψασα αὐτῷ, λέγει, Καὶ σὺ μετὰ τοῦ Ναζαρηνοῦ Ἰησοῦ ἦσθα. 67 Et viſo Petro qui ſe calefaciebat, intuita in eũ, dixit, Et tu cũ Nazareno Ieſu eras.

67 Et quum vidiſſet Petrum calefacientem ſe, aſpiciens illum, ait, Et tu cum Ieſu Nazareno eras.

Ὁ δὲ ἠρνήσατο, λέγων, Οὐκ οἶδα, οὐδὲ ἐπίσταμαι τί σὺ λέγεις. Καὶ ἐξῆλθεν ἔξω εἰς τὸ προαύλιον· καὶ ἀλέκτωρ ἐφώνησεν. 68 Ipſe verò negauit, dicens, Nõ noui, neque ſcio quid tu dicas. Et exiuit extra in veſtibulum: & gallus vocem miſit.

68 At ille negauit, dicens, Neque ſcio, neque noui quid dicas. Et exiit foras ante atrium: & gallus canebat.

61 Potentiæ Dei, τῆς δυνάμεως. Per antonomaſiam intelligitur potentia Dei: id eſt, potens ille Deus. Itaque articulus τῆς ponitur ἀντὶ τοῦ ὀνόματος ἐκείνου: quem quum exprimere non poſſemus, ſuppleuimus, Dei nomen ex Lucæ 22.g.69. Videtur autem Marcus ab Hebræorum conſuetudine mutuatus hanc Dei appellationem. Sic enim eorum magiſtri Deum interdum vocant הגבורה.

64 Audiſtis, ἠκούσατε. In quodam codice additur πάντες, omnino. Rurſus in quodam alio poſt βλασφημίας adſcripta erat nota interrogationis. Contra eũ iudicarunt, κατέκριναν αὐτόν. Vulgata & Eraſmus, Condemnarunt: quod non ſatis cohæret cum iis quæ conſequuntur. ideò diſſoluimus compoſitionem.

65 Vaticinare, προφήτευσον. Vulgata, Prophetiza: cuius vocabuli formam repudio. Itaque προφητεύειν vertere ſoleo Prophetare, quod & ipſum fateor Latinum non eſſe. Sed profanos vates placuit à ſacris ita diſtinguere, vt alibi dixi. Hic tamen, vt amphiboliam verbi & nominis vitarem, malui interpretari Vaticinare quàm Propheta, quanuis vaticinãdi verbum potius reſpondeat τῷ μαντεύεσθαι. Eraſmus, Diuina: quæ etiam interpretatio eſt ambigua. Cæterùm in vno codice additur, τίς ἐστιν ὁ παίσας σε, quis ſit qui te percuſſit, ex Matthæo fortaſſis. Bacillorum ictibus eum cædebant, ῥαπίσμασιν αὐτὸν ἔβαλλον. Oſtendimus ex Plutarcho, Matth. 5.f.39, eos dici ῥαπίζειν qui fuſte aut virga quempiam feriunt: vt illis non poſſim aſſentiri qui de iis hoc dici putant qui alapam (vt loquuntur) infligunt: niſi fortaſſis alicubi καταχρηστῶς ita vſurpetur. Videtur autem hic locus noſtram interpretationem optimè confirmare. Nam ὑπηρέτας vocat præſidis apparitores, qui in prouinciis ῥαβδοῦχοι, ſiue ῥαβδοφόροι, id eſt (vt idem Plutarchus in Romulo diſertè explicat) bacillos geſtabant: vnde etiam ῥαβδοῦχοι vocantur, Act. 16.g.35. Meritò igitur de iſtis loquens Marcus, hoc verbo vtitur, quod nos quoque ob eam cauſam vertimus per periphraſin, bacillorum ictibus cædere. Nam τὸ βάπτειν pro πατάσσειν accipitur tũ etiam quando cominus infligitur vulnus, vt ex his Homeri verſiculis apparet Iliad. 8, Τὸν μὲν Φυλείδης δουρικλυτὸς ἐγχεϊ βαλὼν ἰὸν ἔπαιξε Βοιωτὸν παρὰ μαζὸν, κατὰ ῥῆγος ἐξέσ δουπεῖ.

66 Inferius, κάτω. Vulgata, Deorſum, prorſus ineptè. Notandum tamen eſt, hic non agi de contignatione inferiore, quaſi Chriſtus in ſuperiore cauſam dixerit. Nam ſi id ita eſſet, non ſatis eſſet (opinor) probabile quod narrat Lucas 22.g.61, Chriſtum poſt tertiam abnegationem reſpexiſſe Petrum: niſi Petrum dicamus poſt ſecundam abnegationem, quæ in ipſo veſtibulo contigit, ſeſe in eum ipſum locum recepiſſe vbi Chriſti cauſa agebatur. quod mihi idcirco non videtur veriſimile, quòd ſimulatque ſe deprehenſum agnouit, ſe recepit in veſtibulum, cogitans nimirum de fuga ſi amplius vrgeretur. Deſcribitur ergo ipſius aulæ ſitus, habita totius ædificii ratione, vel fortaſſis aliquot duntaxat gradibus ſupra aulam eminebat locus in quo ſedebat Pontifex cum ſuis.

68 In veſtibulum, εἰς τὸ προαύλιον. Veſtibulum vocat locum portæ proximum, & ipſi aulæ oppoſitum, qui tamen intra ædes ipſas eſſet. Ideo enim hoc addidit Marcus vt explicaret aduerbium ἔξω, nequis Petrum exiſtimaret domo exiiſſe: quod demum fecit poſt tertiam abnegationem.

Matth.27.g.71 luc.22.f.56 iohan.18.e.25

Καὶ ἡ παιδίσκη ἰδοῦσα αὐτὸν πάλιν, ἤρξατο λέγειν τοῖς παρεστηκόσιν, Οτι οὗτος ἐξ αὐτῶν ἐστιν.

69 ¶Tunc ancilla quum ˇrursus vidisset eũ, cœpit dicere iis qui adstabãt, Hic est unus ˇex ipsis.

69 Rursus autem quum vidisset illum ancilla, cœpit dicere circunstantibus, Quia hic ex illis est.

Ο δὲ πάλιν ἠρνήσατο. Καὶ μετὰ μικρὸν πάλιν οἱ παρεστῶτες ἔλεγον τῷ Πέτρῳ, Αληθῶς ἐξ αὐτῶν εἶ· καὶ γὰρ Γαλιλαῖος εἶ, καὶ ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει.

70 Ipse verò rursum negauit. Et rursus paulo pòst qui adstabant dixerunt Petro, Verè ex ipsis es: etenim Galilæus es, ˇ& loquutio tua similis est.

70 At ille iterum negauit. Et post pusillum rursus qui astabant, dicebant Petro, Verè ex illis es: nam & Galilæus es.

Ο δὲ ἤρξατο ἀναθεματίζειν καὶ ὀμνύειν, Οτι οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον τοῦτον ὃν λέγετε.

71 Ipse autẽ cœpit execrari & iurare, ˇdicens, Nó noui hominem istum quem dicitis.

71 Ille autem cœpit anathematizare & iurare, Quia nescio hominem istum quem dicitis.

Matth.27.g.57 iohan.13.d.38

Καὶ εὐθὺς δευτέρου ἀλέκτωρ ἐφώνησε. καὶ ἀνεμνήσθη ὁ Πέτρος τοῦ ῥήματος οὗ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ιησοῦς, Οτι πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι δίς, ἀπαρνήσῃ με τρίς. Καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε.

72 ˇ¶Tunc secundò gallus vocẽ misit. & recordatus est Petrus verborum quæ dixerat ei Iesus, Priusquam gallus vocem bis miserit, ter me abnegabis. Et ˇquum erupisset, fleuit.

72 Et statim gallus iterũ canebat, & recordatus est Petrus verbi quod dixerat ei Iesus, Priusquam gallus canet bis, ter me negabis. Et cœpit flere.

Κεφάλαιον ιε΄

CAP. XV.

CAP. XV.

Matth.27.a.1 luc.22.g.66

ΚΑΙ εὐθέως ἐπὶ τὸ πρωὶ συμβούλιον ποιήσαντες οἱ Αρχιερεῖς μετὰ τῶν πρεσβυτέρων καὶ Γραμματέων, καὶ ὅλον τὸ συνέδριον, δήσαντες τὸν Ιησοῦν ἀπήνεγκαν, καὶ παρέδωκαν τῷ Πιλάτῳ.

1 ¶Tatim autem diluculo, consilio inito, summi sacerdotes cum senioribus & Scribis ac toto consessu, vinctum Iesum abduxerũt, ˇtraditerũtque Pilato.

1 Et cõfestim manè consilium facientes summi Sacerdotes cum senioribus & Scribis, & universo concilio, vinciente Iesum duxerunt, & tradiderunt Pilato.

Καὶ ἐπηρώτησεν αὐτὸν ὁ Πιλάτος, Σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ιουδαίων; Ο δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῷ, Σὺ λέγεις.

2 Tunc interrogauit eum Pilatus, Túne es ille rex Iudæorum? Ipse verò respondens dixit ei, Tu dicis.

2 Et interrogauit eum Pilatus, Tu es rex Iudæorum? At ille respondens ait illi, Tu dicis.

Καὶ κατηγόρουν αὐτοῦ οἱ Αρχιερεῖς πολλά.

3 Et ˇmultum accusabant eum principes Sacerdotum.

3 Et accusabant eũ summi Sacerdotes in multis.

Mar.27.b.12 luc.23.e.3 iohan. 18.f.33

Ο δὲ Πιλάτος πάλιν ἐπηρώτησεν αὐτὸν, λέγων, Οὐκ ἀποκρίνῃ οὐδέν; ἴδε πόσα σου κατα μαρτυροῦσιν.

4 ¶Pilatus autem rursus interrogauit eum, dicens, Non respondes quicquam? ecce, quàm multa aduersus te testificantur.

4 Pilatus autem rursum interrogauit eum, dicens, Non respondes quicquid ad ea quæ te accusãt.

Ο δὲ Ιησοῦς οὐκέτι οὐδὲν ἀπεκρίθη, ὥστε θαυμάζειν τὸν Πιλάτον.

5 Iesus autẽ nihil amplius respõdit, adeo vt miraretur Pilatus.

5 Iesus autem amplius nihil respondit, ita ut miraretur Pilatus.

69 Rursus, πάλιν. Hæc particula coniungitur ab Erasmo cum verbo ἤρξατο, contra omnium codicum fidem. Videtur autem, vt hæc ita distingueret, eo adductus quòd disertè testetur Matthæus 26.g.71, alteram hanc ancillam fuisse. Sed si quis Euangelistas inter se conferat, reperiet Petrum fuisse simul à pluribus agnitum, suggerentibus ancillis: quamobrem etiam apud Lucam vbi agitur de secunda abnegatione, fit mentio seruæ, non ancillæ. Ex ipsis, ἐξ αὐτῶν. Sic solent interdum Hebræi subiicere relatiua earum rerum quarum nulla antè facta est mentio. Sed tamen opinor hæc indicare aliquem habitum esse de Christo & ipsius discipulis sermonem inter seruos & ancillas, priusquam deprehenderetur Petrus.

70 Et loquutio tua similis est, καὶ ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει. Hoc non legit Vetus interpres.

71 Dicens, Non noui, οὐκ οἶδα. Vel est mutatio personæ Hebræis familiaris: vel subaudiendum est participium, quod expressi. Vide suprà capite 10.e.33.

72 Tunc secundò, καὶ εὐθὺς δευτέρου. Vulgata, Et statim, καὶ δὶς: quod legimus in quodam codice. Erasmus, Et iterum, καὶ πάλιν. Quum erupisset, ἔξω ἐπιβαλών. Id est quum foras se proripuisset, vt ex Matthæo apparet. Nam præpositio ἔξω refertur ad plateam ædibus Pontificis proximam, in quam se proiecit Petrus quũ sese ancillæ excusasset. Vulgata, Cœpit flere. Erasmus, Prorupit in fletum, id est ἐπὶ πολὺ ἔκλαιεν. Possit etiam aliquis interpretari ἔξω ἐπιβαλών, Quum animum adiecisset, id est re perpensa. Fuerat enim Petrus intuitu Christi & galli clamore velut ex profundissimo somno expergefactus.

IN CAPVT XV.

1 Tradiderunt, παρέδωκαν. Tradunt Christum Iudæi Pilato præsidi prouinciæ, quoniam illum omnino constituerant capitali supplicio afficere. quod ipsis non licebat, quoniam capitalium criminum cognitio fuerat eis erepta primùm ab Herode Magno, deinde à Romanis, anno (vt ipsi Iudæi tradunt) 40 ante templi euersionem, id est biennio antequam Christus crucifigeretur. Siquidem Dominus annum agens 34 fuit crucifixus, & euersum est templum anno ab ipsius ortu 72.

3 Multum, πολλά: vel, vt Vulgata & Erasmus, De multis: id est περὶ πολλῶν. Addit Complutensis editio, πρὸς δὲ οὐδὲν ἀπεκρίνατο, ipse verò nihil respondit: idque videtur optimè conuenire cum iis quæ subiiciuntur.

Κατὰ δὲ ἑορτὴν ἀπέλυεν αὐτοῖς ἕνα δέσμιον, ὃν παρῃτοῦντο.

Ἦν δὲ ὁ λεγόμενος Βαραββᾶς μετὰ τῶν συστασιαστῶν δεδεμένος, οἵτινες ἐν τῇ στάσει φόνον πεποιήκεισαν.

Καὶ ἀναβοήσας ὁ ὄχλος ἤρξατο αἰτεῖσθαι καθὼς ἀεὶ ἐποίει αὐτοῖς.

Ὁ δὲ Πιλᾶτος ἀπεκρίθη αὐτοῖς λέγων, Θέλετε ἀπολύσω ὑμῖν τὸν βασιλέα τῶν Ἰουδαίων;

(Ἐγίνωσκε γὰρ ὅτι διὰ φθόνον παραδεδώκεισαν αὐτὸν οἱ Ἀρχιερεῖς)

Οἱ δὲ Ἀρχιερεῖς ἀνέσεισαν τὸν ὄχλον ἵνα μᾶλλον τὸν Βαραββᾶν ἀπολύσῃ αὐτοῖς.

Ὁ δὲ Πιλᾶτος ἀποκριθεὶς, πάλιν εἶπεν αὐτοῖς, Τί οὖν θέλετε ποιήσω ὃν λέγετε βασιλέα τῶν Ἰουδαίων;

Οἱ δὲ πάλιν ἔκραξαν, Σταύρωσον αὐτόν.

Ὁ δὲ Πιλᾶτος ἔλεγεν αὐτοῖς, Τί γὰρ κακὸν ἐποίησε; Οἱ δὲ περισσοτέρως ἔκραξαν, Σταύρωσον αὐτόν.

Ὁ δὲ Πιλᾶτος βουλόμενος τῷ ὄχλῳ τὸ ἱκανὸν ποιῆσαι, ἀπέλυσεν αὐτοῖς τὸν Βαραββᾶν, καὶ παρέδωκε τὸν Ἰησοῦν φραγελλώσας, ἵνα σταυρωθῇ.

Οἱ δὲ στρατιῶται ἀπήγαγον αὐτὸν ἔσω τῆς αὐλῆς, ὅ ἐστι πραιτώριον, καὶ συγκαλοῦσιν ὅλην τὴν σπεῖραν.

Καὶ ἐνδύουσιν αὐτὸν πορφύραν, καὶ περιτιθέασιν αὐτῷ πλέξαντες ἀκάνθινον στέφανον.

Καὶ ἤρξαντο ἀσπάζεσθαι αὐτόν, Χαῖρε βασιλεῦ τῶν Ἰουδαίων.

Καὶ ἔτυπτον αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν καλάμῳ, καὶ ἐνέπτυον αὐτῷ, καὶ τιθέντες τὰ γόνατα προσεκύνουν αὐτῷ.

Καὶ ὅτε ἐνέπαιξαν αὐτῷ, ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν πορφύραν, καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια

6 In feſto autem dimittebat eis vnum ex vinctis, quemcunque poſtulaſſent.

7 Erat verò quidam qui dicebatur Barabbas, vinctus cum ſeditionis ſociis, qui cædem per ſeditionem fecerant.

8 Et vociferans turba cœpit petere vt faceret prout ſemper ipſis fecerat.

9 Pilatus autem reſpondit eis, dicens, Vultis dimittam vobis regem illum Iudæorum?

10 (Nouerat enim eum per inuidiam traditum fuiſſe à Principibus ſacerdotum)

11 Principes verò ſacerdotum concitarunt turbam vt potius Barabbam ipſis dimitteret.

12 Tum Pilatus reſpondens, rurſum dixit eis, Quid ergo vultis faciam iſto quem dicitis regem Iudæorum?

13 Ipſi verò rurſum clamauerunt, Crucifige eum.

14 Pilatus autem dicebat eis, Nā quid mali fecit? Illi autem amplius clamarunt, Crucifige eū.

15 Pilatus autem volens turbæ ſatiſfacere, dimiſit eis Barabbā, & Ieſum flagellatum tradidit vt crucifigeretur.

16 Milites verò abduxerunt eū intra aulam, id eſt prætorium, & cōuocarunt totam cohortē.

17 Et induerunt eum purpura, & circumpoſuerunt ei contextam coronam ſpineam.

18 Et cœperunt eum ſalutare, dicentes, Aue rex Iudæorum.

19 Et verberabant eius caput calamo, & inſpuebant in eum, ac ſummiſſis genibus adorabant eum.

20 Quum autem illuſiſſent ei, exuerunt eum purpura, & induxerunt eū veſtimentis ipſius:

6 *Per diem autem feſtum ſolebat dimittere illi vnum ex vinctis quēcunque petiſſent.*

7 *Erat autem qui dicebatur Barabbas, qui cum ſeditioſis erat vinctus, qui in ſeditione fecerat homicidium.*

8 *Et quum aſcēdiſſet turba, cœpit rogare ſicut ſēper faciebat illis.*

9 *Pilatus autem reſpondit eis, & dixit, Vultis dimittam vobis regem Iudæorum?*

10 *(Sciebat enim quòd per inuidiā tradidiſſent eū ſummi Sacerdotes)*

11 *Pontifices autem concitauerunt turbā vt magis Barabbā dimitteret eis.*

12 *Pilatus autem iterum reſpōdens ait illis, Quid ergo vultis faciam regi Iudæorum?*

13 *At illi iterum clamauerunt, Crucifige eum.*

14 *Pilatus verò dicebat illis, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, Crucifige eum.*

15 *Pilatus autem, volens populo ſatisfacere, dimiſit illis Barabbam: & tradidit Ieſum flagellis cæſum vt crucifigeretur.*

16 *Milites autem duxerunt eum in atrium prætorii, & conuocant totam cohortem:*

17 *Et induunt eum purpura, & imponūt capiti eius ſpineam coronam:*

18 *Et cœperunt ſalutare eum, Aue rex Iudæorū.*

19 *Et percutiebant caput eius arundine, & conſpuebant eum, & ponentes genua, adorabant eum.*

20 *Et poſtquam illuſerūt ei, exuerunt illum purpura, & induerunt eum veſtimentis ſuis:*

6 Dimittebat, ἀπέλυεν. Vel, Abſoluebat: id eſt abſoluere & liberare ſolebat, vt planius explicat Matthæus. Simile dicendi genus annotauimus ſuprà capite 14. b. 11.

7 Seditionis ſociis, στασιαστῶν. Ad verbum, Conſeditioſis. Itaque nec Vetus interpres qui conuertit, Seditioſis: nec Eraſmus qui interpretatur, Seditionis authoribus, Græcum vocabulum expreſſerunt. Cæterque legiſſe ἔτι ἐπαναστάσει: quanuis repugnet Frobenii editio. Cæterùm in vetuſtis codicibus ſcriptum conſtanter reperimus πεπαναστάσει pro ἐπαναστάσει, vno excepto in quo legebatur πεπόνθει.

8 Vociferans, ἀναβοήσας. Vulgata, Quum aſcendiſſet: id eſt ἀναβάς. Nam ἀναβοήσας, quod annotat Eraſmus, nuſquam memini legere. Vt *ſaceret* prout, καθώς. Eclipſin ex vulgi ſermone petitā reſtè Eraſmus ſupplet, quam Vetus interpres neglexit.

18 Eum ſalutare, *dicentes*, ἀσπάζεσθαι αὐτόν. Eclipſin huius participii ſuprà annotauimus cap. 10. c. 33, & 14. g. 71. Complutenſis autem editio addit καὶ λέγειν, & dicere.

τια τὰ ἱδια· καὶ ἐξάγουσιν αὐτὸν ἵνα σταυρώσωσιν αὐτόν.

eduxerúntque vt crucifigerent eum.

& educunt illum vt crucifigerent eum.

Matth.27.d.32 luc.23.d.26

Καὶ ἀγγαρεύουσι παράγοντά τινα Σίμωνα Κυρηναῖον (ἐρχόμενον ἀπ' ἀγροῦ, τὸν πατέρα Ἀλεξάνδρου καὶ Ῥούφου) ἵνα ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ.

21 ¶Prætereà angariarunt prætereuntem quẽdam Simonem Cyrenæum (venientem rure, patrem Alexandri & Rufi) vt portaret crucem eius.

21 *Et angariauerũt prætereuntem quempiam Simonem Cyrenæum (venientem de villa, patrẽ Alexandri & Rufi) vt tolleret crucem eius.*

Matth.27. d. 3 luc.23 d.33 iohan.19.d. 23

Καὶ φέρουσιν αὐτὸν ἐπὶ Γολγοθᾶ τόπον· ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, κρανίου τόπος.

22 ¶Duxerúntque eum in locum Golgotha: quod est, si interpreteris, Caluariæ locus.

22 *Et perducunt illum in Golgotha locum: quod est interpretatum, Caluariæ locus.*

Καὶ ἐδίδουν αὐτῷ πιεῖν ἐσμυρνισμένον οἶνον· ὁ δὲ οὐκ ἔλαβε.

23 Et dederunt ei bibendum myrrhatum vinum: ipse verò non sumpsit.

23 *Et dabant ei bibere myrrhatum vinum: & non accepit.*

Mat.27.d.35 luc.23.d.33 iohan. 19. d. 23

Καὶ σταυρώσαντες αὐτὸν, διεμερίζοντο τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, βάλλοντες κλῆρον ἐπ' αὐτὰ, τίς τί ἄρῃ.

24 ¶Quúmque crucifixissent eũ, partiti sunt vestimenta eius, iacta sorte super ea, quis quid tolleret.

24 *Et crucifigentes eum, diuiserunt vestimenta eius, mittentes sortem super eũ, quis quid tolleret.*

Ἦν δὲ ὥρα τρίτη· καὶ ἐσταύρωσαν αὐτόν.

25 Erat autem hora tertia quãdo crucifixerunt eum.

25 *Erat autem hora tertia: & crucifixerunt eum.*

Καὶ ἦν ἡ ἐπιγραφὴ τῆς αἰτίας αὐτοῦ ἐπιγεγραμμένη, Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΩΝ ΙΟΥΔΑΙΩΝ.

26 Erátque inscriptio criminis ipsius inscripta *his verbis*, REX ILLE IVDAEORVM.

26 *Et erat titulus causæ eius inscriptus*, REX IVDAEORVM.

Καὶ σὺν αὐτῷ σταυροῦσι δύο λῃστάς· ἕνα ἐκ δεξιῶν, καὶ ἕνα ἐξ εὐωνύμων αὐτοῦ.

27 Crucifixerunt etiam cum eo duos latrones: vnum ad dextram, & alterum ad eius sinistram.

27 *Et cum eo crucifigũt duos latrones: vnum à dextris, & alium à sinistris eius.*

21 Et Rufi, καὶ Ῥούφου. In quibusdam codicibus legit Erasmus τοῦ Ῥούφου: id est, qui filius erat Rufi: vt Rufus iste videlicet auus fuerit Alexandri, pater autem Simonis. Nam hoc ita ille explicat: quod nõ video qui possit conuenire, nisi perperam illic impressum est τοῦ Ῥούφου, pro τὸν Ῥούφον. Cæterùm notos & celebres in Ecclesia Dei istos fuisse oportet, quorum nuda nomina Marcus exposuerit. Mentio quidem fit Alexandri Act. 19. f. 33, & Rufi, Rom. 16. b. 13: sed incertũ est an hi sint quorũ hic fit mẽtio: neque de eo magnopere solicitos esse nos oportet.

22 Golgotha, Γολγοθᾶ. Nonnulla exemplaria scriptum habebãt Γολγοθὰν: Græca videlicet inflexione, apud quos hæc nomina mirum in modum sunt corrupta, propter Hebraicæ & Syriacæ linguæ imperitiam. Nam propriè scribendum fuit Golgotha.

23 Myrrhatum, ἐσμυρνισμένον. Id est Myrrha conditum. Vide Iohan. 19. v. 29.

25 Hora tertia, ὥρα τρίτη. Ita scriptum inuenimus summo consensu in omnibus nostris codicibus tum manuscriptis, tum impressis: & ex veteribus (vt Augustino & Hieronymo) apparet iampridem eam lectionem fuisse receptam, quanuis in speciem non videatur consentire cum eo quod scribitur Iohan. 19. c. 14. circiter horam sextam fuisse condemnatum à Pilato Christum. Laborat igitur Augustinus libri de consensu Euangelistarum tertii cap. 13, in eo explicando nodo: sed (quod tanti viri pace dictum esse velim) satis infeliciter, vt eius opinionem minimè necesse sit commemorare. Duplici autem ratione soluitur. Primùm enim ex consueto loquendi modo hora tertia esse dicitur quum tertium signum datum est: & tertiam horam vocamus illud potius spatium quod inter tertiam & quartam intercedit quàm quod inter secundam & tertiam: quum tamen hæc verè pro hora tertia sit habenda. Deinde & hoc notandum est, veteres, quanuis in duodecim vncias singulos dies diuiderent, id est totum illud spatium quod inter ortum solis & occasum intercipitur: tamen interdum has vncias in quatuor quadrantes solitos diuidere, sicut & noctem pariter secabant. Sed noctis quadrantes vocabant φυλακάς, id est custodias: quod nulla probatione indiget: diei verò quadrantes sumebant eius horæ nomen à qua exordiebantur. Hac ergo ratione primus quadrans, primæ horæ nomine interdum intelligebatur, secundus tertiæ, tertius sextæ, quartus nonæ: vt minimè pugnet quod dicit Marcus, horam fuisse tertiam quũ crucifigeretur Christus, cum eo quod scribit Iohannes, damnatum fuisse circiter horam sextam. Imò verò ita explicat Iohãnes quod obscurius dixerat Marcus, quũ hora tertia cõplectatur horas, quartã, quintã, sextam, vel potius, (vt vulgum loqui diximus) tertiam, quartam, quintam, quam cõsequitur sexta, quæ propriè septima est. Ita vero solitos fuisse veteres diem distinguere, apparet ex parabola quæ scribitur Mat. 20. a. 1: vbi dies in istos quadrantes secatur, ex recepta nimirum consuetudine. Altera solutio violentior est, nempe si à librariis corruptus locus dicatur. Nam quum à Græcis designentur numeri per notas, & hac nota γ pingatur hora tertia, hoc autem signo ϛ hora sexta, lubricus fuit vtrinque lapsus. Hæc opinio est Hieronymi Psalmo 77, sicut Erasmus obseruauit. Quòd si libet existimare depraua tam esse numeri notam, quod ad me quidem attinet, malim existimare apud Iohannem potius reponendum esse ὥραν τρίτην, quàm apud Marcum ὥραν ἕκτην. Nam si hora erat penè sexta quum damnatus est Christus, qui potuit tam breui spatio abduci, crucifigi cum latronibus, ita otiosè deridere à prætereuntibus? Necesse est enim vt his omnibus vix dimidium horæ tribuamus, quum à sexta ad nonam tenebræ terram inuoluerint. Ergo verisimile est, quum primo diluculo ad Pilatum ductus fuerit Christus, tres penè horas in ipsius causæ cognitione consumptas, quum hora penè tertia damnatus fuerit: deinde hora tertia crucifixum, ad horam vsque sextam fuisse omnium ludibriis expositum, sicut copiosè explicant Euangelistæ: & hora demum nona post trium horarum tenebras, mortuum: quod autem dicit superfuit, fuisse sepul-

turæ datum. Sed liberum hic cuiuis iudicium eſto. Quando crucifixerunt, καὶ ἐσταύρωσαν. Vulgata & Eraſmus ad verbum, Et crucifixerunt: ſed καὶ pro ὅτι poſitum eſſe, apparet ex Hebraeorum idiotiſmo, apud quos ו interdum ponitur pro כאשר, vt docent grammatici.

Καὶ ἐπληρώθη ἡ γραφὴ ἡ λέγουσα, Καὶ μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη.

18 Et impleta eſt ſcriptura quæ dicit, ‖Et cum ſceleratis numeratus eſt.

18 *Et impleta eſt ſcriptura quæ dicit, Et cum iniquis reputatus eſt.* Eſa.53.d.12

Καὶ οἱ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμουν αὐτὸν, κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ λέγοντες, Οὐά, ὁ καταλύων τὸν ναὸν, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν·

19 Et qui prætereunt, conuitiabantur ei, mouentes capita ſua, ac dicentes, Vah, ‖Tu qui deſtruis templum, & triduò ædificas:

19 *Et prætereuntes blaſphemabant eum, mouentes capita ſua, & dicentes, Vah qui deſtruis templum, & in tribus diebus reædificas:* Iohan.2.c.19

Σῶσον σεαυτὸν, καὶ κατάβα ἀπὸ τοῦ σταυροῦ.

30 Serua teipſum, & deſcende è cruce.

30 *Saluum fac temetipſum, deſcendens de cruce.*

Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἀρχιερεῖς ἐμπαίζοντες, πρὸς ἀλλήλους μετὰ τῶν Γραμματέων, ἔλεγον, Ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι.

31 Similiter autem & principes Sacerdotum illudentes dicebant alii ad alios cum Scribis, Alios ſeruauit, ſeipſum ſeruare non poteſt.

31 *Similiter & ſummi Sacerdotes illudentes ad alterutrum cũ Scribis, dicebant. Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere.*

Ὁ Χριστὸς ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραὴλ καταβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, ἵνα ἴδωμεν καὶ πιστεύσωμεν. Καὶ οἱ συνεσταυρωμένοι αὐτῷ ὠνείδιζον αὐτόν.

31 Chriſtus ille rex Iſrael deſcendat nunc è cruce, vt videamus & credamus. Et qui crucifixi erant cum eo, probris afficiebant eum.

31 *Chriſtus rex Iſrael deſcẽdat nunc de cruce, ut videamus & credamus. Et qui cum eo crucifixi erant, conuitiabantur ei.*

Γενομένης δὲ ὥρας ἕκτης, σκότος ἐγένετο ἐφ' ὅλην τὴν γῆν ἕως ὥρας ἐνάτης.

33 Quum verò aduenisſet hora ſexta, tenebræ factæ ſunt ſuper totam regionem vſque ad horam nonam.

33 *Et facta hora ſexta, tenebræ factæ ſunt per totam terram vſque in horam nonam*

Καὶ τῇ ὥρᾳ τῇ ἐνάτῃ ἐβόησεν ὁ Ἰησοῦς φωνῇ μεγάλῃ, λέγων, Ελωὶ Ελωὶ, λεμμὰ σαβαχθανεί; ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, Ὁ Θεός μου, ὁ Θεός μου, εἰς τί με ἐγκατέλιπες;

34 Et hora nona clamauit Ieſus voce magna, dicens, ‖Eloi, Eloi, lamma ſabacthani? quod eſt, ſiquis interpretetur, Deus meus, Deus meus, cur me deſeruiſti?

34 *Et hora nona exclamauit Ieſus voce magna, dicẽs, Eloi, Eloi, lamma ſabacthani? quod eſt interpretatum, Deus meus, Deus meus, vtquid dereliquiſti me?* Pſal.21.a.2 matth.27.c.46

18 Cum ſceleratis numeratus eſt, μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη. Ἀνόμους vocat πὲ ἀθεμίτους: quid eſt legis prævaricatores, quaſi exleges, aut extra legis orbitam ambulantes, quos Hebræi dicunt פושעים. Cæterùm verbum λογίζομαι, quod Vetus interpres vertit Reputare, Eraſmus, Deputare, vel ipſum vocabulum τῆς λογιστικῆς, quæ ſpecies eſt Arithmetices, indicat interdum pro ἀριθμεῖσθαι vſurpari: quam ſignificationem hic ſeruandam fuiſſe inde apparet quòd reſpondet verbo מנה quo vtitur Eſaias capite 53.d.12, ex quo petitum eſt hoc teſtimonium: & hiſtoria etiam ipſa (ni fallor) oſtendit. Dicitur enim Chriſtus non modò habitus fuiſſe pro impio & peccatore, (qualis etiamnũ habetur hodie à Iudæis) ſed vnà cum latronibus numeratus: quia nimirum quũ publicè inter duos latrones pẽderet, pro tertio latrone propter pœnæ ſimilitudinẽ numerabatur. Denique plus eſt inter ipſos latrones coram cõſpici & numerari, quàm haberi pro latrone. Supereſt vt ex Vigilii antiqui & eruditi ſcriptoris libris aduerſus Eutychen, annotemus, hunc locum ab Eutychianis fuiſſe impudentiſſimè depravatum, quũ ad ſtabiliendum ſuum errorem de voica Chriſti natura, pro μετὰ ἀνόμων legerent μετὰ νεκρῶν, cum mortuis: vt inde colligerent non fuiſſe verè mortuum, ſed pro mortuo habitum.

19 Vah, οὐά. Eraſmus, Væ, id eſt οὐαὶ: cuius particulæ vſus eſt potius in maledicendo quàm irridendo.

Tu qui deſtruis, ὁ καταλύων. Hieronymus, Qui deſtruit, vt Eraſmus obſeruat. Sed ſequens verbum σῶσον ſatis indicat accipienda hæc eſſe vocandi caſu: quod vt melius intelligeretur, pronomen Tu expreſſimus. Similem loquendi formam annotauimus Matth. 23.b.14.

30 Et deſcende, καὶ κατάβα. Atticus imperatiuus pro καταβῆθι, vt ἀνάβα pro ἀναβήθι. Vulgata, Deſcendens: id eſt καταβάς: ſicut etiam legimus in vno codice.

31 Illudentes, ἐμπαίζοντες. Illudentes videlicet Chriſto. Eſt enim poſt hoc participium adſcribenda diſtinctio, vt μετὰ ἀλλήλους connectatur cum ἔλεγον, ſicut rectè legitur in Theophylacto: alioquin pro ἐμπαίζοντες potius dicendum erat συμπαίζοντες, vt ſignificetur ipſos vnà inter ſe luſiſſe. Itaque ne poſthac poſſet hic locus corrumpi, vitauimus verborum traiectionem. Seruare, σῶσαι. In vetuſtis codicibus & Theophylacto adſcripta eſt interrogationis nota, quæ quidem magnum addit pondus ironiæ, vel ſarcaſmo potius.

32 Credamus, πιστεύσωμεν. In quodam codice additur αὐτῷ, ei.

33 Totam, ὅλην. Apud Matthæum legitur πᾶσαν. Quæritur autem à multis an de Iudæa duntaxat, an verò potius de vniuerſo orbe terrarum hæc ſint accipienda: quod poſterius amplectitur Tertullianus Apolog. cap.21, hoc ſolis deliquium vocans mundi caſum, quem Romani in ſuis archiuis habeant. Sed ego iis potius aſſentior qui de Ieruſalem & tota vicina regione hoc dictum accipiunt. Nam familiare eſt ſacris ſcriptoribus, terræ appellatione, etiamſi nihil adiiciatur, intelligere terram Chanaan: & γῆν pro χώραν, id eſt terram pro regione reperimus alibi: vt Matth. 9.c.16, & Luc. 4.d.25, vt ego quidem exiſtimo. Confert autem hoc ad prodigii nouitatẽ, ſi intellexerimus nõ modò in Paſcha, id eſt in plenilunio, accidiſſe hãc ſolis eclipſin, ſed etiã reliquũ orbẽ illuſtrante ſole, atque adeo in ipſo meridie, hunc vnũ orbis terrarũ angulum in quo tantũ facinus patra-

batur, in denſiſſimis tenebris delituiſſe. Nam quod de Dionyſio illo refertur quem Areopagitam vocant, apud me non minus fide caret quàm multæ aliæ fabulæ quæ eiuſdem authoris nomen præferunt: & ſi vniuerſale fuiſſet hoc prodigium, eſſet proculdubio omnium aſtrologorum monimentis celebratum.

Καί τινες τῶν παρεστηκότων ἀκούσαντες, ἔλεγον, Ἰδοὺ, Ἠλίαν φωνεῖ.

35 Et quidam adſtantium quũ audiſſent, dicebant, Ecce, Eliã vocat.

35 Et quidam de circunſtantibus audiencez, dicẽt, Ece, Eliam uocat.

Δραμὼν δὲ εἷς, καὶ γεμίσας σπόγγον ὄξους, καλαμίῳ τε περιθεὶς, ἐπότιζεν αὐτὸν, λέγων, Ἄφετε· ἴδωμεν εἰ ἔρχεται Ἠλίας καθελεῖν αὐτόν.

Psal. 69. c. 22

36 Cucurrit autem quidam, & impleta ſpongia aceto, & circũpoſita calamo, dedit ei potum, dicens, Sinite: videamus an veniat Elias ad detrahendũ eũ.

36 Currens autem unus, & implens ſpongiam aceto, circumponẽnſque ea lamo, potum dabat ei, dicens, Sinite: uide amus ſi ueniat Elias ad deponẽdum eum.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀφεὶς φωνὴν μεγάλην, ἐξέπνευσε.

37 Ieſus autem emiſſa voce magna, expirauit.

37 Ieſus autem emiſſa uo ce magna, expirauit.

Καὶ τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη εἰς δύο, ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω.

38 Et aulæum templi fiſſum eſt in duas partes, à ſummo vſque ad imum.

38 Et uelum templi ſciſſum eſt in duo, à ſummo uſque deorſum.

Ἰδὼν δὲ ὁ ἑκατοντάρχων ὁ παρεστηκὼς ἐξ ἐναντίας αὐτοῦ, ὅτι οὕτως κράξας ἐξέπνευσεν, εἶπεν, Ἀληθῶς ὁ ἄνθρωπος οὗτος, υἱὸς ἦν Θεοῦ.

39 Quum vidiſſet autem Centurio qui adſtabat ipſi ex aduerſo, eum ita emiſſo clamore expiraſſe, dixit, Verè homo iſte Filius erat Dei.

39 Videns autem Centurio qui ex aduerſo ſtabat, quia ſic clamãs expiraſſet, ait, Verè hic homo Filius Dei erat.

Ἦσαν δὲ καὶ γυναῖκες ἀπὸ μακρόθεν θεωροῦσαι· ἐν αἷς καὶ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, καὶ Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου τοῦ μικροῦ καὶ Ἰωσῆ μήτηρ, καὶ Σαλώμη·

40 Erant autem etiã & mulieres procul ſpectantes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi parui & Ioſe mater, & Salome:

40 Erant autem & mulieres de longè aſſiſtentes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris & Ioſeph mater, & Salome.

Αἳ καὶ ὅτε ἦν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, ἠκολούθουν αὐτῷ, καὶ διηκόνουν αὐτῷ· καὶ ἄλλαι πολλαὶ αἱ συναναβᾶσαι αὐτῷ εἰς Ἱεροσόλυμα.

Luc. 8. a. 1.

41 Quæ, etiam quum eſſet in Galilæa, ‖ ſequutæ fuerant eum, & miniſtrauerãt ei, aliæque multæ quæ ſimul cum eo aſcenderant Hieroſolyma.

41 Et quum eſſet in Galilea, ſequebantur eum, & miniſtrabant ei: & aliæ multæ quæ ſimul cum eo aſcenderant Ieroſolymam.

Καὶ ἤδη ὀψίας γενομένης, (ἐπεὶ ἦν παρασκευὴ, ὅ ἐστι προσάββατον)

Matth. 27. g. 57 Luc. 23. g. 50 Iohan. 19. g. 38

41 ‖Quum autem ſerum diei iã eſſet, (quoniam erat paraſceue, hoc eſt, antecſabbathum)

41 Et quumiam ſerò eſſet factum, (quia erat paraſceue, quod eſt Anteſabbatum)

Ἦλθεν Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας, εὐσχήμων βουλευτὴς, ὃς καὶ αὐτὸς ἦν προσεδέχετο τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, τολμήσας εἰσῆλθε πρὸς Πιλάτον, καὶ ᾐτήσατο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ.

43 Veniens Ioſeph ortus ex Arimathæa, honeſtus Senator, qui & ipſe expectabat regnum Dei, fidenti animo introiit ad Pilatum, & petiit corpus Ieſu.

43 Venit Ioſeph ab Arimathea, nobilis decurio, qui & ipſe erat expectans regnum Dei, & audacter introiuit ad Pilatum, & petiit corpus Ieſu.

Ὁ δὲ Πιλάτος ἐθαύμασεν εἰ ἤδη τέθνηκε· καὶ προσκαλεσάμενος τὸν

44 Pilatus autem miratus eſt ſi iam mortuus eſſet: & aduocato

44 Pilatus autẽ mirabatur ſi iam obiiſſet, & accer

35 Adſtantium, τῶν παρεστώτων: id eſt τῶν παρόντων, præſentium, de quo alibi diximus. Aderat autem Cẽturio cum ſuis, nequis videlicet pendentibus opẽ aliquam adferret, vt intelligere licet ex Mat. 27. d. 36, & f. 54.

41 Anteſabbathum, προσάββατον: id eſt dies quæ ſabbathum antegreditur. Vetus Eccleſia Vigiliam olim vocabat. Eſt autem nouum hoc vocabulum in re noua, ſed non infeliciter (vt opinor) à Vetere interprete confictum. Eraſmus, Quæ præcedit Sabbathum: quæ interpretatio non ſatis videtur explicare quid ſit προσάββατον: ſed potius ita accipi poteſt quaſi aliqua eſſet paraſceue quæ non præcederet Sabbathum, à qua diſtingueretur iſta cuius hic fit mentio.

43 Veniens, ἐλθών. Ita legimus ex quodam codice. Nam ſi legas ἦλθε, (vt in omnibus aliis exemplaribus legitur) omnino addenda erit particula καὶ ante τολμήσας. Honeſtus, εὐσχήμων: id eſt plenus grauitatis & authoritatis. Vulgata, Nobilis: id eſt βουλευτὴς: Senatorem autem intelligo vnum ex eorum numero quos Senhedrin vocant Hebræi. Niſi malimus fuiſſe etiam in concilĩ adſcitum à Pilato: ſicut mos erat præſidibus prouinciarum, ex ipſis prouincialibus aliquos interdum in cõcilium adſciſcere, ad explicãdas priuatorum controuerſias. Fidenti animo, τολμήσας. Ad verbum, Audens. Vulgata, Audacter. Eraſmus, Sumpta audacia. Ego audaciæ nomen repudiaui, quia in vitio ponitur. Idem autem valet hoc loco τολμήσας, quod θαῤῥῶν, vel πεπεισμένος. Et certè mira fuit iſtius hominis fiducia. Nam corpus Ieſu poſtulare non poterat quin ſeſe non modò Iudæis omnibus, ſed ipſi etiam Pilato palàm opponeret: & tamen eo tempore videbatur actum eſſe de Chriſto. Itaque miror noſtro ſeculo aliquos inueniri poſſe tam impudentes vt audeant Ioſeph & Nicodemi exempla ſuæ diffidentiæ prætexere. Hunc enim illi in ſepultura Ieſu comitem adiungit Iohannes.

44 Si, ἤδη. Sic Terentius, Mirabar, hoc ſi ſic abiret. Adhuc enim dubitabat Pilatus. Itaque non ponitur ſi pro

tur ἦν pro ἦν, vt rectè obſeruauit Eraſmus. Iamdudum, πάλαι. Vulgata, iam, id eſt ἤδη: quod etiam teſtatur Eraſmus ſcriptum eſſe in nonnullis exemplaribus.

κεντυρίωνα, ἐπηρώτησεν αὐτὸν εἰ πάλαι ἀπέθανε.

Centurione, interrogauit eum an ſiamdudú mortuus fuiſſet.

ſito Centurione interrogauit eum ſi iam mortuus eſſet.

45 Καὶ γνοὺς ἀπὸ τοῦ κεντυρίωνος, ἐδωρήσατο τὸ σῶμα τῷ Ἰωσήφ.

45 Et re cognita ex Centurione, donauit corpus ipſi Ioſeph.

45 Et quum cognouiſſet à Centurione, donauit corpus Ioſeph.

Καὶ ἀγοράσας σινδόνα, καὶ καθελὼν αὐτὸν, ἐνείλησε τῇ σινδόνι· καὶ κατέθηκεν αὐτὸν ἐν μνημείῳ ὃ ἦν λελατομημένον ἐκ πέτρας· καὶ προσεκύλισε λίθον ἐπὶ τὴν θύραν τοῦ μνημείου.

46 Is autem emit ſindonem, & detractum eum inuoluit ſindone: depoſuitque in monumento quod erat exciſum è petra: & aduoluit ſaxum ad oſtium monumenti.

46 Ioſeph autem mercatus ſindonem, & deponens eum, inuoluit ſindone: & poſuit eum in monumento quod erat excuſum de petra: & aduoluit lapidem ad oſtium monumenti.

Ἦν δὲ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ Μαρία Ἰωσῆ ἐθεώρουν ποῦ τίθεται.

47 Maria Magdalene verò & Maria Ioſe mater, ſpectabant vbi poneretur.

47 Maria autem Magdalene & Maria Ioſephi aſpiciebãt vbi poneretur.

Κεφάλαιον. ις.

CAP. XVI.

CAP. XVI.

Καὶ διαγενομένου τοῦ σαββάτου, Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου καὶ Σαλώμη ἠγόρασαν ἀρώματα, ἵνα ἐλθοῦσαι ἀλείψωσιν αὐτόν.

1 ET quú exactum eſſet Sabbathum, Maria Magdalene, & Maria Iacobi mater, & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent eum.

1 ET quum tranſiſſet Sabbathum, Maria Magdalene & Maria Iacobi & Salome emerũt aromata, vt venientes vngerent Ieſum.

Luc.24.a.1 ioban.20.a.1

Καὶ λίαν πρωῒ τῆς μιᾶς σαββάτων ἔρχονται ἐπὶ τὸ μνημεῖον, ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου.

2 Itaque valde mane, primo die hebdomadis veniũt ad monumentum, exorto ſole.

2 Et valde mane una Sabbatorum veniunt ad monumentum, orto iam ſole.

Καὶ ἔλεγον πρὸς ἑαυτάς, Τίς ἀποκυλίσει ἡμῖν τὸν λίθον ἐκ τῆς θύρας τοῦ μνημείου;

3 Dicebántque inter ſeſe, Quis deuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti?

3 Et dicebant ad inuicem, Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti?

Καὶ ἀναβλέψασαι θεωροῦσιν ὅτι ἀποκεκύλισται ὁ λίθος· ἦν γὰρ μέγας σφόδρα.

4 Et intuitæ, conſpiciunt lapidem eſſe deuolutum: nam erat magnus valde.

4 Et reſpicientes viderunt reuolutum lapidẽ: erat quippe magnus valde.

Καὶ εἰσελθοῦσαι εἰς τὸ μνημεῖον, εἶδον νεανίσκον καθήμενον ἐν τοῖς δεξιοῖς, περιβεβλημένον στολὴν λευκήν· καὶ ἐξεθαμβήθησαν.

5 Ingreſſæ igitur in monumentum, viderunt iuuenem ſedẽtem ad dextram, amictum ſtola candida: & expauerunt.

5 Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem ſedentem in dextris, operturn ſtola candida: & obſtupuerunt.

Matth.28.a.5 ioban.20.c.12

46 Sindonem, σινδόνα: id eſt ὀθόνιον, linteum, vt intelligimus ex Iohan.19.g.40.

IN CAPVT XVI.

1 Exorto, ἀνατείλαντος. Quomodo hæc inter ſe conſentiant, iampridem à multis quæritur. Nam ſi orto demum ſole venerunt ad ſepulchrum, cur dixit λίαν πρωΐ: & Lucas etiam, βαθέως: id eſt profundo diluculo: & rurſum Iohannes, σκοτίας ἔτι οὔσης, hoc eſt, quum adhuc tenebræ eſſent? Ad hoc igitur reſponderi ſolet, ſummo quidem mane profectas eſſe, ſed ad ſepulchrum non ita manè peruenìſſe. Atqui Euangeliſtæ, ac præſertim Iohannes, omnino videntur indicare illud ipſum momentum quo peruenerunt ad ſepulchrum. Deinde oportuiſſet procul ab vrbe diſſitum eſſe monumentum, ſi quum ante lucem exiſſent, nonniſi poſt ortum ſolis eò peruenerunt. Nam quòd rurſus excipiunt nonnulli, mulieres militum metu in itinere ſubſtitiſſe vſquedum diluxiſſet, ſola coniectura nititur. Ego igitur, quod ad me attinet, depraua tum eſſe hunc locum exiſtimo. Germanæ autem lectionis veſtigia adhuc ſupererant in tertio codice, in quo ſcriptum erat, ἔτι ἀνατείλαντος quo modo etiam citatur hic locus ab Euſebio libro χανονικῶν.τ.κεφ.ε. pro quo Vetus interpres habet, orto iam ſole, quaſi ἔτι pro ἤδη poſitum ſit, ſequente videlicet aoriſto. Videbat enim commodè verti non poſſe, orto adhuc ſole. At ego ſuſpicor omiſſam particulam οὐκ, quum ſcripſiſſet Marcus οὐκέτι ἀνατείλαντος ἡλίου: id eſt nondũ orto ſole: ita nimirum explicans quod dixerat λίαν πρωΐ. Ex quo etiam optimè intelligitur cur ſcripſerit Matthæus, τῇ ἐπιφωσκούσῃ, & Lucas, ὄρθρου βαθέως, & Iohannes σκοτίας ἔτι οὔσης, vt omnes inter ſe optimè conſentiant. Neque verò hic duntaxat omiſſa eſt negans particula οὐ, ſed etiam ſuprà Matth.8.d.30, ſiquis eum locũ diligenter conſideret. Quòd ſicui placet integram veterem lectionem ſeruare, interpretari licebit, Adhuc oriente ſole, quaſi ſcriptum ſit ἀνατέλλοντος: vt intelligamus mulieres ſub primam auroram veniſſe. Nam certè niſi iam illuxiſſet, non potuiſſent eminus animaduertere reuolutum eſſe lapidem. Cæterùm in tanta varietate placuit nihil prorſus mutare, vt ſuum cuique iudicium liberum maneat.

4 Et intuitæ, ἀναβλέψασαι, id eſt ἐμβλέψασαι: quum ſepulchrum verſus conuertiſſent oculos. Vide ſuprà 8.c.24.

5 In monumentum, εἰς τὸ μνημεῖον. Id eſt, in ſpeluncam, in qua exciſum erat ſepulchrum.

Ο δὲ λέγει αὐταῖς, Μὴ ἐκθαμβεῖσθε· Ἰησοῦν ζητεῖτε τὸν Ναζαρηνὸν τὸν ἐσταυρωμένον· ἠγέρθη, οὐκ ἔστιν ὧδε· ἴδε ὁ τόπος ὅπου ἔθηκαν αὐτόν.

6 Ipse verò dixit eis, Ne expauescite: Iesum illum quæritis Nazarenũ ˇqui fuit crucifixus: resurrexit, non est hîc: ecce locus vbi posuerunt eum.

6 Qui dicit illis, Nolite expauescere: Iesũ quæritis Nazarenum crucifixum: surrexit, non est hîc: ecce locus ubi posuerunt eum.

Αλλ' ὑπάγετε, εἴπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, καὶ τῷ Πέτρῳ, ὅτι προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν· ἐκεῖ αὐτὸν ὄψεσθε, καθὼς εἶπεν ὑμῖν.

Matth. 26.c.32 supra 14.c.28

7 Sed abite, dicite discipulis eius & Petro, ipsũ præire vobis in Galilæam: illic eum videbitis, ‖prout dixit vobis.

7 Sed ite, dicite discipulis eius & Petro quia præcedit uos in Galilæam: ibi eum uidebitis, sicut dixit uobis.

Καὶ ἐξελθοῦσαι ταχὺ ἔφυγον ἀπὸ τοῦ μνημείου· εἶχε γὰρ αὐτὰς τρόμος καὶ ἔκστασις. καὶ οὐδενὶ οὐδὲν εἶπον· ἐφοβοῦντο γάρ.

8 Tunc abeuntes ˇcitò, fugerũt à monumento: tenebat enim eas tremor & stupor. neque cuiquam quicquam dicebant: timebant enim.

8 At illæ exeuntes, fugerunt de monumento: inuaserat enim eas tremor & pauor & nemini quicquam dixerunt: timebãt enim.

Ἀναστὰς δὲ πρωΐ πρώτῃ σαββάτου, ἐφάνη πρῶτον Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ, ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια.

Ioan. 20.d.16 Luc. 8.a.2

9 ˇQuum autem resurrexisset Iesus, manè, primo die hebdomadis ‖apparuit primùm Mariæ Magdalenæ, ‖ex qua ejecerat septem dæmonia.

9 Surgens autem manè prima sabbathi, apparuit primò Mariæ Magdalenæ, de qua ejecerat septem dæmonia.

Ἐκείνη πορευθεῖσα ἀπήγγειλε τοῖς μετ' αὐτοῦ γενομένοις, πενθοῦσι καὶ κλαίουσι.

10 Illa profecta annuntiauit iis qui cum ipso fuerant, lugentibus ac flentibus.

10 Illa uadens nuntiauit iis qui cum eo fuerant, lugentibus & flentibus.

Κἀκεῖνοι ἀκούσαντες ὅτι ζῇ, καὶ ἐθεάθη ὑπ' αὐτῆς, ἠπίστησαν.

11 Illi verò quum audissent eũ viuere & conspectum fuisse ab ea, non crediderunt.

11 Et illi audientes quia uiueret, & uisus esset ab ea, non crediderunt.

Luc. 24.b.13

Μετὰ δὲ ταῦτα δυσὶν ἐξ αὐτῶν περιπατοῦσιν ἐφανερώθη ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ, πορευομένοις εἰς ἀγρόν.

12 Postea autem ‖ duobus ex ipsis ambulãtibus apparuit ˇalia forma, quũ rus proficiscerẽtur.

12 Postea autem duobus ex his ambulantibus ostensus est in alia effige, euntibus in uillam.

Κἀκεῖνοι ἀπελθόντες ἀπήγγειλαν τοῖς λοιποῖς· οὐδὲ ἐκείνοις ἐπίστευσαν.

13 Et illi abierunt, & annuntiauerunt reliquis: qui ne illis quidẽ crediderunt.

13 Et illi cunctis nuntiauerunt cæteris: nec illis crediderunt.

Luc. 24.c.36 iohan. 20.c.19

Ὕστερον, ἀνακειμένοις αὐτοῖς τοῖς ἕνδεκα ἐφανερώθη, καὶ ὠνείδισε τὴν ἀπι-

14 ‖ ˇPostremò, ˇvnà sedentibus ipsis vndecim exhibuit sese, & exprobrauit incredulitatem

14 Nouissimè, recumbentibus illis undecim apparuit, & exprobrauit incredulitatem

6 Qui fuit crucifixus, ὃν ἐσταυρωμένον. Vulgata, Crucifixum. Eraſ. autẽ rectè vſus eſt periphraſi: vt ſignificetur agi de re præterita. Nam apud Latinos hæc participia etiam paulo aliter vſurpantur. Erat autem adiecta interrogationis nota in duobus codicibus. Sed præſtat (ni fallor) indefinitè legere, vt melius appareat Angelum declarare quod illi in animo habebant. Vnus tamen Deus eſt κρυπτογράφος. Sed hoc potuerat Angelus ex manifeſtis etiam ſignis colligere: & legationis ſuæ rationem proculdubio ex eo intellexerat à quo fuerat huic muneri deſtinatus.

8 Citò, ταχύ. Hoc deerat in vetuſtis codicibus. Enim, δὲ pro γὰρ, quã enallage ſæpe iã annotauimus.

9 Quum autem reſurrexiſſet, ἀναστὰς δέ. In Complutenſi editione additur ὁ Ἰησοῦς, Ieſus. Admonet autẽ Theophylactus adſcribẽdam eſſe diſtinctionem, qua ſignificetur πρωΐ, ad ſequentia pertinere. Quod ante eum obſeruarat Hieronymus in Epiſtola ad Hedibiam, quæſtione tertia, vt Eraſmus in annotationibus docet. Cauſam verò huic diſtinctioni quærendæ præbuit quòd alioquin videatur Marcus contraria cæteris Euangeliſtis narrare. Nam Matthæus (inquit Hieronymus) ſcribit, Veſpere Sabbathi illuceſcente in vnam Sabbathi, Dominũ ſurrexiſſe. Marcus autem, manè reſurrectionem eius factam eſſe commemorat. Hunc igitur nodum vt ſoluat, recurrit ad illam diſtinctionem de qua antè dixi: aut (inquit) Marci teſtimonium non recipimus quod in raris fertur Euangeliis, omnibus penè Græciæ libris hoc capitulum in fine non habentibus. Hæc Hieronymus. Ego verò in hoc capite nihil animaduerto quod cum cæterorum Euangeliſtarum narratione pugnet, vel diuerſi authoris ſtylum arguat: & teſtor in omnibus vetuſtis codicibus quæ nobis videre contigit, hoc caput inueniri. Reperimus tamen in vno codice quædam interiecta. Nam poſt ἐφοβοῦντο γάρ, hæc addita erant eadem manu in ipſo contextu, πάντα δὲ τὰ παρηγγελμένα τοῖς περὶ τὸν Πέτρον συντόμως ἐξήγγειλαν. μετὰ δὲ ταῦτα καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ ἀνατολῆς καὶ ἄχρι δύσεως ἐξαπέστειλε δι' αὐτῶν τὸ ἱερὸν καὶ ἄφθαρτον κήρυγμα τῆς αἰωνίου σωτηρίας. id eſt, Omnia autem quæ ipſis fuerãt imperata, celeriter Petro & ipſius comitibus renuntiarunt. Poſtea verò etiam Ieſus ipſe ab Oriente ad Occidentem per eos ſacrum illum & incorruptum æternæ ſalutis nuntium promulgauit. Sed quis hæc nõ animaduertat à diuerſo prorſus authore profecta? Quod autem ad illam quæſtionem attinet, non eſt quòd in ea ſoluenda multum laboremus. Nata enim eſt ex falſa verborum Matthæi interpretatione, de qua ſuo loco diximus: quam etiam ſi admitterem, tamen nuſquam reperio Matthæum, aut alium quempiam Euangeliſtã ſcripſiſſe, veſperẽne Sabbathi, an verò circa diluculum primi diei hebdomadis, quem nũc Dominicum vocamus, Chriſtus reſurrexerit: probabilius tamen eſt ex iis quæ narrantur Matth. 28.a.1.3.4, diluculo reſurrexiſſe, atque adeo circa auroram, vt diſertè ſcribit Euſebius eo loco quem paulo antè citaui, receptam nimirum à Græcis opinionem commemorans.

11 Alia forma, ἑτέρᾳ μορφῇ. Vide Luc. 24.v.16.

14 Poſtremò, ὕστερον. Vulgata, Nouiſſimè. Eraſmus, Poſtea, μετέπειτα. Ita enim alium nodum ſoluit, quem nectit Auguſtinus libri de conſenſu Euangeliſtarum 3. cap. 25. Nam exiſtimat hæc eueniſſe antequam

appareret Chriſtus ad mare Tiberiadis, ſicut refert Iohannes: ideóq; quærit qua ratione hæc apparitio dici poſſit poſtrema. Reſpondeo, Marcum ſummo iudicio, vt breuitati ſtuderet, declarationem reſurrectionis Domini in tres veluti partes diſtribuiſſe. Primùm enim narrat quomodo mulieribus apparuerit: quod quidem non ſemel factum fuiſſe, ex aliis Euangeliſtis intelligitur. Marcus verò hæc omnia in vnum velut corpus coniungit. Deinde exponit quomodo eodem die fuerit duobus illis conſpectus qui rus ibant. In poſtrema demũ parte commemorat quomodo diſcipulis apparuerit, incipiens à prima illa apparitione quæ facta eſt in eo ipſo die quo reſurrexit, quam aliæ poſtea mulæ conſequutæ ſunt. Sed eas omnes rurſus in vnam velut hiſtoriam contrahit: ideóque poſtremam hanc apparitionem vocat, quæ ab ipſo die reſurrectionis ad aſcenſionẽ vſque porrigitur, vt liquet ex verſiculo 19. Eandem prorſus rationem ſequitur Lucas poſtremo capite, in quo ita cõnectit primam illam apparitionem cum poſtrema, vt niſi quis hoc quod dixi conſideret, ſit exiſtimaturus Dominum eo ipſo die quo primùm apparuit diſcipulis, (id eſt quo reſurrexerat) in cælum aſcendiſſe, quum dies XL intercedant, vt ipſemet refert Act. 1. 2. 3. Vnà ſedentibus, ἀνακειμένοις: id eſt, quũ vnà domi eſſent. Vulg. & Eraſ. de accubitu interpretantur, & ita adhuc conuertimus τῶ ἀνακειμένω. Hic autem non agi de accubitu, quaſi ipſis cœnantibus interuenerit Dominus, ſatis videtur declarare temporis circunſtantia quam explicat Lucas. Nam duo illi quibus in via apparuit Dominus, quum iam appeteret veſpera, domum ingreſſi ſunt; vbi tempus aliquod incipiendæ cœnæ datum eſt. Inde, agnito Domino, ſtatim reuerſi ſunt Hieroſolymam, vt iſta diſcipulis nuntiarent. Iam verò quum Emmaus, vnde regreſſi ſunt, ſexaginta ſtadĩs ab vrbe diſtaret, vt diſertè dicit Lucas, certè vt maximè etiam properarint, nonniſi valde profunda iam nocte potuerunt ad diſcipulos peruenire: in quod tempus vix fieri poteſt vt diſcipuli cœnam reiecerint. vt maximè ſit probabile Chriſtum ipſis lugentibus & precantibus, potius quàm cœnantibus interueniſſe. Itaque exiſtimo ἀνακειμένοις optimè hoc loco explicari poſſe συνανακειμένοις, vel συνοῦσιν: quibus verbis vtuntur Lucas & Iohannes eandem hiſtoriam narrantes. Ponitur enim κεῖσθαι pro εἶναι interdum, ſicut in iſto Homeri verſiculo, Iliad. α, χωόμενον κεῖσθαι ἀνὰ ἤθεα. Vt τὸ ἀνακεῖσθαι idem valeat quòd συγκεῖσθαι, quod etiam declarat ſimul & vnà eſſe, vt in illo Sophoclis, βαλὼν χ' ἡμᾶς πρὸς ἑστιῶν ξυγκεκλῃσμένους.

σίαν αὐτῶν, καὶ σκληροκαρδίαν· ὅτι τοῖς θεασαμένοις αὐτὸν ἐγηγερμένον οὐκ ἐπίστευσαν.

tatem eorum, & cordis duritiem: quòd iis qui ipſum conſpexerant excitatum non credidiſſent.

tatem eorum, & duritiã cordis: quia iis qui uiderant eum reſurrexiſſe non crediderunt.

Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Πορευθέντες εἰς τὸν κόσμον ἅπαντα, κηρύξατε τὸ εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ κτίσει.

15 Et dixit eis, ‖Profecti in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ.

15 *Et dixit eis, Euntes in mundum uniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ.* *Matth. 28. d. 19*

Ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς, σωθήσεται· ὁ δὲ ἀπιστήσας, κατακριθήσεται.

16 Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſeruabitur: ‖qui verò nõ crediderit, condemnabitur.

16 *Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui uerò non crediderit, condemnabitur.* *Iohan. 11. g. 48*

Σημεῖα δὲ τοῖς πιστεύσασι, ταῦτα παρακολουθήσει· ἐν τῷ ὀνόματί μου δαιμόνια ἐκβαλοῦσι. γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς·

17 Signa autem eos qui crediderint, hæc ſubſequentur, ‖Per nomen meum dæmonia eicient: ‖linguis loquentur nouis:

17 *Signa autem eos qui crediderint, hæc ſequẽtur, In nomine meo dæmonia eiicient: linguis loquentur nouis:* *Act. 16. d. 18* *Act. 2. a. 4. & 10. g. 46*

Ὄφεις ἀροῦσι· κἂν θανάσιμόν τι πίωσιν, οὐ μὴ αὐτοὺς βλάψῃ· ἐπὶ ἀρρώστους χεῖρας ἐπιθήσουσι, καὶ καλῶς ἕξουσι.

18 ‖Serpentes tollent: & ſiquid lethale biberint, nequaquam nocebit eis: ‖ægrotis manus imponent, & bene habebunt.

18 *Serpentes tollent: & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit: ſuper ægros manus imponẽt, & bene habebũt.* *Act. 28. a. 5* *Act. 28. b. 8*

Ὁ μὲν οὖν Κύριος μετὸ λαλῆσαι αὐτοῖς, ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ.

19 ‖Dominus igitur poſtquam loquutus fuiſſet eis, ſurſum receptus eſt in cælum, & ſedit ad dextram Dei.

19 *Et Dominus quidem Ieſus poſtquam locutus eſt eis, aſſũptus eſt in cælũ, & ſedit à dextris Dei.* *Luc. 24. g. 51*

Ἐκεῖνοι δὲ ἐξελθόντες ἐκήρυξαν πανταχοῦ, τοῦ Κυρίου συνεργοῦντος,

20 Illi verò egreſſi prædicarunt vbiq;, ‖Domino vnà operante,

20 *Illi autem profecti prædicauerunt ubique, Domino cooperante,* *Heb. 2. a. 4*

15 Non credidiſſent, οὐκ ἐπίστευσαν. Hic obſeruat Eraſ. ex Hieronymi dialogo ſecundo aduerſus Pelagianos, in quibuſdã Marci exemplaribus, & maximè in Græcis codicibus hæc ſcripta fuiſſe, Et illi ſatisfaciebant, dicentes, Seculũ iſtud iniquitatis & incredulitatis ſubſtantia eſt, quæ non ſinit per immundos ſpiritus veram Dei apprehendi virtutem: idcirco iam nunc reuela iuſtitiam tuam. Sed quàm patrũ hæc verba cõueniant Apoſtolorum perſonæ, & quàm impudenter Marco tribuantur, non eſt (opinor) cur pluribus oſtendere conemur.

15 Omni creaturæ, πάσῃ τῇ κτίσει. Suprà 13. c. 19, annotauimus varium vſum huius vocabuli in his libris. Hic quidem accipitur pro homine: ſed tamen ſi conuerterimus, omni homini, vel omnibus hominibus, magis quidem Latinum id erit, verùm non expreſſerimus emphaſin quæ in hoc dicendi genere latet. Nam vocabulo κτίσις ſimul indicatur loquentis dignitas: perinde acſi diceret Dominus, ſibi iam decretum eſſe, ſicut omniũ hominum conditor eſt, ita etiam per vniuerſum orbem terrarum promulgare gratuitæ remiſſionis nuntium: quum antea vnam duntaxat gentem Iudæorum hoc beneficio eſſet dignatus, quaſi non etiam reliquas gentes condidiſſet. Denique ſignificatur hoc dicendi genere (quod explicat Petrus Act. 10. e. 34, & 35. & quod Galat. 3. d. 28 dicit Paulus) in Euangelio non eſſe Iudæum neque Græcum, non ſeruum neque liberum, non maſculũ aut fœminam. Præterea declaratur his verbis, Apoſtolicam functionem, quæ tunc demum eſt duodecim diſcipulis mandata, non vnius aut alterius Eccleſiæ anguſtiis terminari, ſed totius orbis terrarum finibus comprehendi: neque tamen hoc munus fuit aut vni Petro demandatum, aut in Eccleſia Dei perpetuum.

17 Nouis, καιναῖς. Nouas linguas appellat, non recenter fabricatas, ſed peregrinas, & quas nunquam antea noſſent, qui ſingulari Spiritus munere repentè euadebant earũ periti. Planius ergo loquitur Lucas Act. 2. 2. 4, quum ἑτέραις, id eſt alias & diuerſas, vocat.

τὸν λόγον βεβαιοῦντες ἀφ' ἧς ἐπαχολουθούντων σημείων. & ſermonem confirmante per ſigna ſubſequentia. *& ſermonem cõfirmante ſequentibus ſignis.*

10 Subſequentia, ἐπακολουθούντων. Subſequentia videlicet eorum doctrinam, quæ iſtis tanquam ſigillis obſignabatur. Neque enim hæc ad ſubſequẽtem aliquem librum referri poſſunt. Ex ſignificatione verò huius vocabuli obſeruandum eſt, oportere cum ſignis ſemper coniungere doctrinam: & ita quidem vt illi priores partes ſemper tribuamus, cui nimirum confirmandæ iſta adhibeantur: vt ſi falſa eſt doctrina, idem quoque de ſignis & prodigiis ipſis ſtatuamus, quemadmodum docet Dominus Deut. 13. a. 1

Euangelium ſecundum Lucam. Τὸ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγέλιον.

Κεφάλαιον α'

ΕΠΕΙΔΗΠΕΡ πολλοὶ ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι διήγησιν περὶ τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων,

NOVA INTERPR. CAP. I.

1 Voniã multi aggreſſi ſunt componere narrationem earum rerũ quarum plena fides nobis facta eſt,

VETVS. CAP. I.

1 *Quoniam quidẽ multi conati ſunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ ſunt, rerum,*

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 Aggreſſi ſunt, ἐπεχείρησαν. Vulgata, Conati ſunt. Significat autem τὸ ἐπιχείρειν (vt rectè obſeruat Eraſ.) aliquid in manus ſumere: quod Latini, ratione non prorſus diſſimili, Aggrediendi vocabulo declarant: tranſlatione non à manibus, ſed à pedibus ſumpta. quæ ſignificatio diligenter eſt annotanda, nempe vt iſtos qui ſcribendi occaſionẽ noſtro Euangeliſtæ præbuerant, ſciamus minimè id præſtitiſſe quod erant aggreſſi. Nam alioquin quid aliud Lucas teſtaretur quàm ſe velle actum (quod aiunt) agere? Ergo nec Matthæus, nec Marcus ante Lucam ſcripſerunt: de quibus proculdubio magis honorificè eſſet loquutus. & qui putidas quaſdam nugas ſub Nicodemi, Nazaræorum, Thomæ, Ægyptiorum, Proteuangelii titulis, iampridem ex Eccleſia Dei extruſas, rurſum obtrudunt, viderint quàm bene de Eccleſia Dei mereantur. Cõponere, ἀνατάξασθαι. Vulg. Ordinare. Eraſ. Contexere, & digerere: quæ vt tranſlatitia repudiaui. Budæus, Adſtruere: quod nuſquã memini legere ea ſignificatione vſurpatum quæ poſſit huic loco accommodari. Ego verò exiſtimo ἀνατάξασθαι pro ζωὴν ποιῆσαι, vt diximus Marci 16. c. 14, & ἀνατίθεσθαι idem declarare atque τὴν ζωὴν τίθεσθαι, id eſt componere, ſiue conſcribere & conficere. Narrationem, διήγησιν. Diſtinguere oportet, authore Aphthonio, διήγησιν & διήγημα, vt totũ & partẽ. Itaque διηγήσεως appellatione Lucas intelligit libros ipſos de Chriſti dictis ac factis conſcriptos, quẽad modũ ipſe explicat Act. 1. a. 1, vt ἀνατάξασθαι διήγησιν, nihil aliud declaret quàm hiſtoriã conſcribere. Earũ rerũ quarũ plena fides nobis facta eſt, περὶ τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων. Ad verbum, De rebus quæ inter nos fuerunt prorſus certificatæ, vel certioratæ. neque enim poſſum Græcum vocabulũ πληροφορεῖσθαι, altero Latino explicare. Vulgata, Quæ in nobis completæ ſunt rerum. quæ interpretatio Græcis non reſpondet. Neque enim τὸ πληροφορεῖν declarat τὸ πληροῦν, id eſt implere, ſed plenè certiorare, vt ſæpe loquitur Vlpianus Iuriſconſultus: vnde πληροφορεῖσθαι, quum ad perſonam refertur, ſignificat certiorem ab aliquo fieri, ita vt de re quapiam nulla ſit amplius dubitatio. ſin autem ad res ipſas accommodetur, πεπληροφορημένα πράγματα dicuntur quæ certis teſtimoniis ita ſunt comprobata vt de iis ambigi non poſſit, niſi quis velit apertam veritatẽ inficiari. Inde factum vt Paulus πληροφορίαν vocet partim quidem teſtimonium illud Spiritus ſancti, per quem in corda electorum effunditur dilectio qua nos Deus dilexit, quum peccatores eſſemus: partim verò illius teſtimonii efficaciam in nobis, cuius vi certò ſcimus fore vt nihil nos poſſit ſeparare à dilectione illa qua nos Deus in Chriſto dilexit ab æterno. Huic autem πληροφορίᾳ coniuncta eſt ὑποστάσις illa quæ facit vt in mediis afflictionibus glorianter, cum fiducia clamemus, Abba, Pater: ſuntque hi proprii & peculiares in electis effectus fidei, à qua fideles appellamur. Itaque qui hanc doctrinam oppugnant, ſciant ſeſe ipſi Chriſto & toti Chriſtianæ religioni bellum indixiſſe. Vetus autem interpres, quanuis alioqui videatur ſumma religione ſacros libros interpretatus, tamẽ quæ ſignificatio ſit horum vocabulorum non videtur cognouiſſe, nedum vt vim illorum intellexerit. Eraſ. verò paucis quidem expoſuit verborum germanam ſignificationem: ſed (quod mirum eſt tanto viro in tam felici ſeculo contingere potuiſſe) fidei πληροφορίαν aut non intellexit, aut certè diſſimulauit. Fidem enim dici putauit aſſenſionem qua Chriſti hiſtoriæ aſſentimur: quum tamen quoties de ea fide differitur qua Chriſtum apprehendimus, & quæ filiis Dei propria & peculiaris eſt, certam perſuaſionem declaret gratuitæ & æternæ electionis noſtræ in Chriſto, quæ per Spiritum ſanctum in nobis agentem, quotidie magis ac magis obſignatur. Ita verò Eraſmum ſenſiſſe vt dixi, liquet ex ipſius libello De præparatione ad mortẽ, in quo præcipuam illam pacis ac conſolationis noſtræ baſin non modò non fulcit, ſed etiam pro viribus conuellit. quod ego quidẽ nullo hominis odio, ſed commiſeratione potius annotaui: vt qui plus æquo ſunt illius ſcriptis addicti, meliorem ſibi in his quidem rebus præceptorem quærendum eſſe intelligant. Sed ad rem redeo. Eraſmus igitur cõuertit hunc locum his verbis, Earum quæ inter nos certiſſimæ fidei ſunt rerum id eſt, (vt ipſe in annotationibus explicat) Quæ ſunt indubitatis argumentis perſuaſæ. Budæus autem interpretatur, De rebus inter nos exploratis. Atqui (ni fallor) Lucas huc non reſpexit, neque dicere voluit fidem adhibitam eſſe Apoſtolorum teſtimonio, ſed de iis rebus ſe ſcripturum eſſe quarum plena fides antè ſit facta, & quidem ab oculatis teſtibus. Neque enim hic quæritur ſitne creditum Apoſtolorum teſtimonio, annon: ſed quàm certo teſtimonio poſſint ea confirmari de quibus ipſe dicturus eſt, quum ſint alioquin credibilia.

Καθὼς παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου·

Ἔδοξε κἀμοὶ παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς, καθεξῆς σοι γράψαι κράτιστε Θεόφιλε·

Ἵνα ἐπιγνῷς περὶ ὧν κατηχήθης λόγων τὴν ἀσφάλειαν.

1 Prout tradiderunt nobis qui à principio ſpectatores ipſi & miniſtri fuerunt ſermonis:

3 Viſum eſt etiã mihi, omnia altè *repetita* penitus conſequuto, ordine *de iis* ad te ſcribere, præſtãtiſſime Theophile:

4 Vt agnoſcas earũ rerũ veritatem quas auditione accepiſti.

1 *Sicut tradiderunt mobis qui ab initio ipſi viderunt, & miniſtri fuerũt ſermonis:*

3 *Viſũ eſt & mihi, aſſecuto omnia à principio diligenter, ex ordine tibi ſcribere, optime Theophile:*

4 *Vt cognoſcas eorum verborum de quibus eruditus es, veritatem.*

1 Prout tradiderunt, καθὼς παρέδοσαν. Ex hoc loco apparet Lucam ea ſcripſiſſe quæ auditione acceperat, non tam à Paulo(vt ſerorum nonnulli tradunt) quàm ab Apoſtolis qui cum Chriſto iam inde ab initio erant verſati. Deinde hoc quoque videtur eorum ineptias refellere qui Lucam ſcribunt vnum fuiſſe ex ſeptuagintaduobus diſcipulis, cui cum Cleopa apparuerit Dominus. Hæc autem ſomnia nobis peperit quorundam αἱρεσιάρχια, qua iampridem vſus eſt Satanas, vt (ſi fieri poſſet)ſacris ſcriptoribus omnem fidem adimeret. Et fuit hoc fortaſſis, patrum memoria, commiſeratione potius quàm inſectatione dignum, quum denſiſſimæ tenebræ omnem lucis conſpectum hominibus eripuiſſent: nunc verò in tam manifeſta luce veritatis, quid non illi merentur quos non pudet Eccleſiæ Dei iſta ſomnia obtrudere, quibus ipſa Euangelii veritas in dubium reuocatur? Spectatores ipſi, αὐτόπται: id eſt ὄμματα. Sic enim ſatis commodè mihi videtur conuerti poſſe Græcum illud vocabulum, quo ſignificatur qui ſuis oculis aliquid vidit: quem Plautus oculatum teſtẽ feſtiuè vocat, & teſti aurito opponit. Neque enim quiſquã alienis oculis propriè dicitur quidpiã cõtemplari. Vulgata, Qui ipſi viderunt. Eraſ. Qui oculis ſuis viderant. Huc autem pertinet quod ſcribitur 1.Iohan.1.v. 1,& 3. Miniſtri, ὑπηρέται. Ita vocat Apoſtolos honeſto vocabulo, qui nimirum Chriſto adfuerunt, publicã Euangelii prædicatione occupato: ita tamen vt ipſe potius illis miniſtrarit, quanuis illorum magiſter eſſet ac Dominus, vt teſtatur infrà, 22.v.27. Sermonis, τοῦ λόγου. Sicui placet de Filio Dei intelligere, qui ὁ λόγος etiam à Luca vocetur, non reclamo: quia alioquin Lucas non meminerit eius de quo ſcribere conſtituit, ſed in genere dixerit ſe ſcripturum eſſe de rebus quibuſdam quas ab idoneis teſtibus acceperit. quod exordium obſcurum ac fortaſſe vitioſum videri poſſet. Et Epiphanius aduerſus Marcellianos, ſic diſertè exponit. Eraſmus interpretatur, Eorum quæ narrabant: vt ſignificet ſe hæc didiciſſe ex iis qui rebus ipſis non modò interfuerint, ſed etiam pars eorum magna fuerint, vt loquitur Æneas ille Virgilianus, quoniam apud Hebræos ת, interdum id declarat, vt mox verſu quarto.

3 Omnia, πάντα. Hoc nonnulli ad Apoſtolos referunt, quos aſſectatus fuerit Lucas, vt rem totam ex ipſis cognoſceret. Sed præſtat ad ea referre de quibus ſe ſcripturum profitetur. Altè *repetita*, ἄνωθεν. Sic à Latinis dicuntur procemia altè repetita quæ à primis initiis & ipſa vſque origine ducuntur. Vulgata & Eraſmus, Ab initio: id eſt ἀπ' ἀρχῆς. Alii, Denuò: quæ interpretatio non conuenit cum participio παρηκολουθηκότι. Budæus interpretatur Pridem: id eſt πάλαι. Sed res ipſa oſtendit quomodo hoc aduerbium ſit accipiendum hoc loco, quum Lucas multo altius quàm cæteri Euangeliſtæ hanc hiſtoriam ſit exorſus. Addidi autem participium Repetita, partim vt planior eſſet ſententia, partim vt mollius cohærerent duo aduerbia ἄνωθεν & ἀκριβῶς. Penitus, ἀκριβῶς. Græcum hoc vocabulum (vt etymologia oſtendit) illi Latino prorſus reſpondet. Penitus enim Latinis idem declarat atque Intrinſecus, & ad intima vſque, vt apud Virgilium Æneidos 3, —& penitus cauſas tentare latentes. ἀκριβῶς autem à Græcis dicitur ἀφ' ὧν εἰς ἄκρον βαίνει, id eſt quòd ab imo ad ſummum aſcendatur: quod eſt exquiſitæ & perfectæ diligentiæ. Vulgata, Exactè: quæ interpretatio eſt planè barbara. Eraſmus, Exacta diligentia: quæſita periphraſi propter aduerbium ἄνωθεν proximè præcedens. Quidam, Accuratè: id eſt ἐπιμελῶς. Alii, Diligenter. Conſequuto, παρηκολουθηκότι, id eſt κατεμαθόντι καὶ παρεσχηκότι, quum perdidicerim & intellexerim: vt rectè (mea quidem ſententia) explicat Budæus in Commentariis. Nam verum quidem eſt quod Eraſmus tradit, τὸ ἀκολουθεῖν propriè ſignificare aliquem aſſectari, vt Græci loquuntur, τὸ ἀφ' ἡλίκης ἀκολουθεῖν καὶ συνεπαιδεύεσθαι: & de rebus etiã ipſis dici, quas qui ita conſectetur vt nihil prætermittat, dicatur ἀκολουθεῖσθαι. Sed Lucam opinor aliquid amplius ſignificare, ſe nimirum ita hæc eſſe conſectatum vt etiam perdidicerit. Nam alioquin non omnia conſequimur quæ conſectamur aut perueſtigamus: vt accipiendum eſt illud Ciceronis 1. in Verr. Habeo autem certam viam atque rationem qua omnes illorum conatus inueſtigare & conſequi poſſim. Itaque non puto ſatis exprimi Lucæ ſententiam ab iis qui vel Conſectandi vel perueſtigandi vocabulo vti maluerunt: quum alioquin τὸ ἀκολουθεῖν multis locis optimè poſſimus eo etiam modo interpretari: & Perueſtigare potius reſpondeat τῷ διώκειν, quo vtitur Lycophron initio Alexandræ. Vide 1. Timoth. 3.v.10. Ordine, καθεξῆς, id eſt diſtinctè & diſtributè, vt ii ſolent qui ad ſcribendã hiſtoriam aliquod iudicium adferunt: quam laudem Ambroſius meritò tribuit Lucæ. Vulgata, Ex ordine. Eraſmus, Deinceps. Græcum autem aduerbium propriè declarat Cohærenter, ἀφ' οὗ τι ἔχεται. Præſtantiſſime, κράτιστε. Vulgata & Eraſmus, Optime: id eſt ἄριστε. Annotat tamen Eraſmus diuerſas interpretationes. Poteſt enim κράτιστος deduci vel à κράτος, quod robur & imperium declarat: vel à κρατῶ, id eſt vincere, ſiue compotem eſſe, quaſi plurimum pollentem aut potentiſſimum dicas: vel à κρείττων, quod etiam potentiorem & potiorem ſignificat: quam poſtremam expoſitionem vt ſimpliciſſimam ſelegi. Conuenit autem hoc epitheton viris principibus, & qui magna ſunt authoritate. Itaque tribuitur Felici Act. 23.f.26, & Feſto, Act. 26.f.25, vtrique Iudææ præſidi. Fuit igitur hic Theophilus, cui Lucas vtrunque ſuum librum inſcribit, vir quiſpiam ampliſſimæ dignitatis, quales paucos ſemper habuit Eccleſia Dei. Adiunctum enim epitheton omnino videtur oſtendere proprium alicuius nomen eſſe: neque inde efficitur, vni duntaxat homini Lucam, aut potius Spiritum ſanctum, iſta ſcripſiſſe.

4 Agnoſcas, ἐπιγνῷς. Vulgata, Cognoſcas, id eſt γνῷς. quod rectè emendauit Eraſmus, Theophylacti authoritatem ſequutus, qui hoc verbum ita expoſuit, vt ſignificet eius rei quam vtcunque ſemel cognoueris, maiorem deinceps cognitionem nãciſci. Earum rerum veritatem quas auditione accepiſti, περὶ ὧν κατηχήθης λόγων τὴν ἀσφάλειαν. Λόγους vocat (Hebræorum more) idipſum de quo dicturus eſt. Κατηχῆσθαι autẽ declarat vocem aliquid ſignificare, & κατηχοῦσθαι dicuntur qui ex aliorum relatu quippiam acceperunt, vt Act. 21.v.21, & 24. Vnde factum vt in genere pro τοῖς ἀμύητος διδάσκειν accipiatur, vt 1.Cor.14.v.19. Act.18.v.25. Ro.2.v.18. Gal.6.v.6. Sed poſtea de iis demùm dici cœpit qui prima religionis rudimenta in Eccleſia docebant, quorum diſcipuli propterea κατηχούμενοι vocabantur. Meminit etiam Porphyrius initio ἐμμενετῶν ζητημάτων, καθ' οὓς κατηχούμενος: quod annotare placuit propter eos qui apud profanos ſcriptores hoc vocabulum negant inueniri.

Cæterùm ἀφέλειαν non conuerti Certitudinem, cum Eraſmo, (nam hoc vocabulum apud idoneos authores non legi) ſed veritatem, id eſt ἀλήθειαν, cum Vetere interprete, quanuis firmitatem propriè declaret. Neque enim hic quæritur (opinor) quàm firma, ſed quàm vera ſit Euangelii doctrina: quæ duo vt ſeparari vix poſſint, diſtingui tamen debent.

Ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις Ἡρῴδου τοῦ βασιλέως τῆς Ἰουδαίας, ἱερεύς τις ὀνόματι Ζαχαρίας, ἐξ ἐφημερίας Ἀβιά· καὶ ἡ γυνὴ αὐτῷ ἐκ τῶν θυγατέρων Ἀαρών, καὶ τὸ ὄνομα αὐτῆς Ἐλισάβετ.

1. Paral. 24. a. 1

FVit diebus Herodis illius regis Iudææ Sacerdos quidam nomine Zacharias, ‖ ex vice Abia: vxor verò ipſius erat ex filiabus Aaron, & nomen eius Eliſabet.

FVit in diebus Herodis regis Iudææ. Sacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abiæ: & vxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Eliſabeth.

Ἦσαν δὲ δίκαιοι ἀμφότεροι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, πορευόμενοι ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς καὶ δικαιώμασι τοῦ Κυρίου ἄμεμπτοι.

Erant autem iuſti ambo in conſpectu Dei, incedentes in omnibus mandatis & conſtitutionibus Domini inculpaté.

Erant autem iuſti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iuſtificationibus Domini ſine querela.

Καὶ οὐκ ἦν αὐτοῖς τέκνον, καθότι ἡ Ἐλισάβετ ἦν στεῖρα, καὶ ἀμφότεροι προβεβηκότες ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν ἦσαν.

Nec erat ipſis proles, eo quòd eſſet Eliſabet ſterilis, & ambo proiecti iam eſſent ætate.

Et non erat illis filius, eo quòd eſſet Elisabeth ſterilis, & ambo proiecti eſſent in diebus ſuis.

Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ἱερατεύειν αὐτὸν ἐν τῇ τάξει τῆς ἐφημερίας αὐτοῦ ἔναντι τοῦ Θεοῦ,

Factum eſt autem quum is ſacerdotio fungeretur in ordine vicis ſuæ ante Deum,

Factum eſt autem quū ſacerdotio fungeretur in ordine vicis ſuæ ante Deum,

5 Diebus, ἐν ταῖς ἡμέραις. Id eſt temporibus: pro quo diſertiores Græci dicerent ἐπὶ Ἡρῴδου. Illum autem Hebraiſmum libens retineo: quo nimirum optimè exprimitur quàm breuis & caduca ſit bonorum etiam regum poteſtas, nedum vt ſit perpetua quorundam tyrannis. Illius regis, τοῦ βασιλέως. Articulum expreſſi, cuius vis eſt hoc loco δεικτικὴ. Voluit enim (ni fallor) Lucas Herodem illum magnum Iudææ regem ab Herode Galilææ Tetrarcha diſtinguere. Ex vice, ἐξ ἐφημερίας. Quod Hebræi vocant משמרת & פקודה & מחלקה, id Græci interpretes non modò διάταξιν, διάκοσμον & κόσμον, id eſt diſtributionem ſiuè claſſem, munus & ſortem conuertunt, ſed etiam ἐφημερίαν: idcirco nimirum quòd ſorte diſtributis ſacerdotibus ex poſteritate Aaron, (vt ſcribitur 1. Paral. 24. a. 1) ſingulæ familiæ certis dierum vicibus ſacerdotii munus obibant. Ex filiabus, ἐκ θυγατέρων: id eſt ex poſteritate. quod Hebræorum idioma alibi expoſuimus. Minimè autem mirandum eſt Eliſabet cognatam fuiſſe Mariæ, quæ ex tribu Dauidis erat. Lex enim illa qua cauetur vt filiæ nubant viris ex ſua tribu, (ſicut ſcriptum eſt Num. 36. b. 8) quum huc ſpectaret ne tribuum diſtributiones confunderentur, non impediebat quominus cæteræ tribus cum Leuitica affinitatem inirent, quia Leuitis nulla propriè aſſignata fuerat portio.

6 In conſpectu, ἐνώπιον. Hebraicè נגני יהוה, id eſt in oculis Domini. Vulgata, Ante: id eſt ἐναντίον. Eſt autem hic Hebraiſmus diligenter obſeruandus, & planè dignus qui omnibus linguis vſurpetur. Ita enim optimè diſtinguitur vera illa & germana pietas à falſa & adulterina: vt eos demum ſciamus bonos viros eſſe qui non ex opinione aut longa conſuetudine, ſed ex verbo Dei vitam inſtituunt: deinde qui quales videri volunt, tales ſunt re ipſa in intimo animi receſſu, quouſque penetrare vni Deo licet. Hæc inquam eſt huius Hebraiſmi emphaſis. Qui verò ex hoc loco & ſimilibus conantur iuſtitiam operum ſtabilire, quorum meritis ſalus noſtra vel in ſolidum, vel ex aliqua parte nitatur, illi ſe & indoctos & blaſphemos eſſe ſciant, quum tota Scriptura ipſis repugnet. Incedẽtes, πορευόμενοι, id eſt viuentes. Sic enim accipitur hoc loco περιπατεῖν, & in epiſtolis Petri & Iudæ ſæpe: quum reliqui potius vtantur verbo ἀναστρέφεσθαι, pro quo dicunt Hebræi חלך. Eraſmus, Verſantes: id eſt ἀναστρεφόμενοι. Nos hunc quoque Hebraiſmum ſeruauimus: ex quo perſpicuè intelligitur, mãdata Dei quaſi inſtar vitæ eſſe probis & integris hominibus, intra quorum fines ſeſe contineant: vt neque ad dextram, neque ad ſiniſtram deflectant, donec perueniant ad metam. In omnibus mandatis & conſtitutionibus, ἐν πάσαις ἐντολαῖς καὶ δικαιώμασι. Sæpe in ſacris literis vbi agitur de Lege Dei, tria hæc vocabula coniunguntur מצות חוקים משפטים: quæ Græci interpretes conuertunt ἐντολὰς, δικαιώματα, κρίματα. Videtur autẽ mihi eorum opinio probabilis, qui quoties iſta coniunguntur, τὰ μὲν πολλὰ: exponunt eam Legis partem quam Moralem vocant, in qua præcipitur quid Deo, quid proximo debeamus: δικαιώματα verò ſacros ritus totámque adeo ceremonialem Legem: κρίματα denique eam partem quæ ad ciuilem politiam & forenſes controuerſias pertinet, quam Iudicialem appellant. Cauſa autem manifeſta eſt cur Lucas non ſolùm mentionem fecerit τῶν ἐντολῶν, ſed etiam τῶν δικαιωμάτων: quia nimirum Zacharias vnus erat ex Sacerdotum principibus. item cur tertiam ſpeciem Legis præterierit: quia videlicet iudicia maxima ex parte penes Romanos erant. Cæterùm τὰ δικαιώματα propriè apud Græcos declarant quæcunque profert aliquis vt ius ſuum tueatur: vt apud Thucydidem libro primo, Δικαιώματα μὲν οὖν τὰ ἐφ' ὑμῖν ἔχοντι ἱκανὰ καὶ τὰ τῶν ἐναντίων κωλύειν. Demoſthenes adſcripſit vocat τὰ δίκαια, & Terentius in Phormione Iuſta interpretatur. Sed Græci Bibliorum interpretes hoc vocabulum poſtea ad totam Legem Dei ac præſertim ad ſacros ritus tranſtulerunt, ita nimirum maximè commendata Lege quòd certa ſit omnis iuſtitiæ regula. Itaque vulgò ſolent ad verbũ conuertere Iuſtificationes: quã interpretationem idcirco tantùm reieci vt hanc quoque occaſionem calumniandæ iuſtificationis ex fide præciderem: quum alioquin τὸ δικαιοῦν iuſtificare, & τὸ δικαίωσις iuſtificationem interpretari malim, quàm noua vocabula quærere cum infirmorum offenſione. Quidam conuertit Inſtituta: ſed hoc vocabulo videtur ſignificari conſuetudo non perſcripta, quæ vſu potius quàm legiſlatoris authoritate ſtauit: vt apparet ex illo Ciceronis loco in Piſonem, Qui eius ciuitatis, in qua in principum numero vultis eſſe, non leges, non inſtituta, non mores, non iura noritis. Hic verò agitur de ritibus ſacrorum à Deo acceptis, & à Moſe promulgatis ac perſcriptis, vt ipſa Hebraici vocabuli notatio declarat.

Inculpatè, ἄμωμοι, id est ἀμώμητοι, vt loquitur Homerus: eiusmodi quos nemo iure posset culpare, quum sint (vt Erasmus conuertit) irreprehensibiles, id est ἀνεπίληπτοι, vt loquitur Paulus 1. Timoth. 3. a. 2. Nomen autem cōuerti per aduerbium, vt amphiboliam vitarem. Vulgata, Sine querela, id est de quibus nemo vnquam questus fuerat: quam laudem Erasmus maiorem esse putat quàm si quis innoxius dicatur, id est ἀναίτιος. At ego contrà, quum non sit æstimanda probitas ex vulgi iudicio, qui fere optimos quosque persequitur, magis laudabilem eius vitam esse puto qui nihil admiserit iusta reprehensione dignum, & millies tamen sit accusatus, quàm qui flagitiosè vixerit, & nullum inuenerit reprehensorem. Itaque ἀμεμπτον dici puto non qui improbis etiam ipsis satisfecerit, sed qui verè fuerit (vt inquit ille) Integer vitæ, scelerisque purus: qualis verè fuit Christus Dominus noster, toties ab improbis vexatus. Sed hic obseruandum est quod Paulus scribit Rom. 4. a. 1, Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet quod glorietur, sed non apud Deum. Item 1. Corinth. 4. a. 4, Nullius mihi sum conscius, sed non in hoc iustificatus sum. Quum enim quæritur de ea iustitia quæ nos facit Christi cohæredes, tota eius laus Christo in solidum tribuenda est: qui quidem nobis per fidem gratuitò imputatur, vt stet illud Dauidis firmum, Non iustificabitur in conspectu tuo vllus viuens: & illud Pauli Galat. 2. d. 21, Si ex Lege est iustitia, frustra nimirum Christus mortuus est. Denique hoc loco & similibus aliis sciamus iustitiæ ipsius fructus duntaxat & testimonia, non autem efficientem causam aut materiam describi.

Κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἱερατείας, ἔλαχε τοῦ θυμιάσαι, εἰσελθὼν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Κυρίου.

9 Secundum ritum functionis sacerdotalis, sortitus est munus suffimenti faciendi, postquā ingressus esset in tēplū Domini.

9 *Secundum consuetudinem sacerdotii, sors exiit ut incensum poneret, ingressus in templum Domini.*

Καὶ πᾶν τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ ἦν προσευχόμενον ἔξω τῇ ὥρᾳ τοῦ θυμιάματος.

10 ¶ Et tota multitudo populi foris precabatur tempore suffitus.

10 *Et omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi.* Leuit. 16. d. 17. exod. 30. a. 7

Ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος Κυρίου, ἑστὼς ἐκ δεξιῶν τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ θυμιάματος.

11 Visus autem est ei Angelus Domini, stans ad dextram altaris suffitus.

11 *Apparuit autem illi Angelus Domini stans à dextris altaris incensi.*

Καὶ ἐταράχθη Ζαχαρίας ἰδὼν, καὶ φόβος ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτόν.

12 Et Zacharias eo viso turbatus est, & pauor incidit in eum.

12 *Et Zacharias turbatus est, uidens, & timor irruit super eum.*

Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ ἄγγελος, Μὴ φοβοῦ Ζαχαρία. διότι εἰσηκούσθη ἡ δέησίς σου· καὶ ἡ γυνή σου Ελισάβετ γεννήσει υἱόν σοι, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰωάννην.

13 Dixit autem ei Angelus, Ne time Zacharia. Nam exaudita est deprecatio tua: vxórque tua Elisabet gignet tibi filium, & vocabis nomen eius Iohannem.

13 *Ait autem ad illum Angelus, Ne timeas Zacharia: quoniam exaudita est deprecatio tua: & uxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & uocabis nomen eius Iohannē.*

Καὶ ἔσται χαρά σοι καὶ ἀγαλλίασις, καὶ πολλοὶ ἐπὶ τῇ γενέσει αὐτοῦ χαρήσονται.

14 Et erit tibi gaudio & exultationi, multique super eius natiuitate gaudebunt.

14 *Et erit gaudium tibi & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebūt.*

Ἔσται γὰρ μέγας ἐνώπιον τοῦ Κυρίου, καὶ οἶνον καὶ σίκερα οὐ μὴ πίῃ· καὶ Πνεύματος ἁγίου πλησθήσεται ἔτι ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ·

15 Erit enim magnus in conspectu Domini, & vinū sicerámque non bibet: & Spiritu sancto implebitur etiam ab vtero matris suæ:

15 *Erit enim magnus coram Domino, & uinum & siceram non bibet: & Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ:*

9 Sortitus est, ἔλαχε. Vulgata, Sorte exiit. Erasmus, Sorte illi obuenit. Ego non video cur quærenda fuerit periphrasis, quum apud Latinos Sortiri, quemadmodum apud Græcos λαγχάνειν, non modò significet sortem proiicere, sed etiam sortitione aliquid cōsequi. Liuius libro quarto belli Maced. Illa tacita fuberat cura ne nouus cōsul Græciam prouinciam sortiretur. Munus suffimenti faciendi, τῷ θυμιάσαι. Vulgata, Vt incensum poneret. Solet enim pro suffimento incensum dicere. Erasmus, Vt odores incenderet. Ego eam interpretationem sum sequutus quæ propius abest à Græcis. Docent enim grāmatici, quando τοῦ λαγχάνειν cōiungitur secundo casui, subaudiendum esse μέρος vel ἔργον, quod nos expressimus: ideóque in sequente participio conuertendo vsi sumus periphrasi. In templum, εἰς τὸν ναόν. Hic manifestè distinguit atrium à Templo, quod in Sanctum & in Sanctum sanctorum diuidebatur. Dicitur enim populus foris fuisse, extra Sanctum videlicet, in quo erat ara suffimenti collocata, quum populo non liceret Atrii fines egredi. Atrium autem ipsum vocatur ἱερὸν Matth. 21. a. 12. & in Actis Apostolorum sæpe.

14 Gaudio, χαρά. Vulgata & Erasmus ad verbum, Gaudium. Sed puto nomen Iohannis repetendū ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, vt locus sit appositioni & Hebræis & Græcis familiari, quam Latini exprimunt tertio casu.

15 In conspectu Domini, ἐνώπιον τοῦ Κυρίου. Hebraismus, quo significatur singularis quædam præstantia, vt Genes. 10. b. 9, dicitur Nembrod גבור צייד לפני יהוה, id est robustissimus venator cora Domino. Siceram, σίκερα. Vocabulum Hebræum retinuimus quo significatur, vt inquit Basilius χρῆσις μεθύοντος, ποτὸν τὸ δεινάζοντα μέθην ἐμποιοῦσα, à שכר quod declarat inebriare, vt rectè obseruat Erasmus. Inde fortassis Galli potionem illam quam conficiunt ex pomis vocant *sidre*. Sed quòd quidam (vt etymologiam Hebræam adumbraret) temetum conuertit, mihi non placet. Sicera enim manifestè hoc loco distinguitur à vino, vt Leuit. 10. b. 9. Temetum autem antiquū fuisse nomen quo significabatur vinū, declarat Plin. 14. cap. 13. Etiam, ἔτι. Vulgata, Adhuc: quæ interpretatio non conuenit, nisi pro ἐκ κοιλίας, ex vtero, legas ἐν κοιλίᾳ, in vtero. Fortassis enim respicit quod postea refertur versu 41. Sed omnes codices constanter scriptum habebant ἐκ κοιλίας. Eras. Iam inde ab vtero, vt videatur ἔτι accepisse pro ἤδη, quam enallagen admitterem si idonei authoris testimonio esset confirmata. Mihi autem videtur ἔτι hoc loco esse particula παρέλκουσα, quæ respōdet Hebræo aduerbio גם, sicut vsurpatur Psal. 14. a. 3, aut certè accipi pro Præterea, ita vt cohæreat cum verbo πλησθήσεται, quasi scriptum sit καὶ ἔτι πλησθήσεται Πνεύματος ἁγίου ἐκ κοιλίας, & præterea implebitur Spiritu sancto ab vtero.

Malach.4.b.5 • matth.11.b.14

Καὶ πολλοὺς τῶν υἱῶν Ισραὴλ ἐπιστρέ- 16
ψει ἐπὶ Κύριον τὸν Θεὸν αὐτῶν.

Καὶ αὐτὸς προελεύσεται ἐνώπιον 17
αὐτοῦ ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ηλίου,
ἐπιστρέψαι καρδίας πατέρων ἐπὶ τέκνα,
καὶ ἀπειθεῖς ἐν φρονήσει δικαίων· ἑτοιμά-
σαι Κυρίῳ λαὸν κατεσκευασμένον.

Καὶ εἶπε Ζαχαρίας πρὸς τὸν ἄγγε- 18
λον, Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο; ἐγὼ γάρ εἰ-
μι πρεσβύτης, καὶ ἡ γυνή μου προβεβη-
κυῖα ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῆς.

¶Multósque filiorum Iſrael 16 *Et multos filiorum Iſrael conuertet ad Dominum Deum ipſorum.*
ᵛconuertet ad Dominum Deũ
ipſorum.

Nam ipſe præcedet ᵛin con- 17 *Et ipſe præcedet ante illum in ſpiritu & uirtute Eliæ, ut conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iuſtorum: parare Domino plebem perfectam.*
ſpectu eius, ᵛcum ſpiritu & virtute Eliæ, ᵛvt conuertat corda patrum in filios, & ᵛrebelles ᵛad prudentiam iuſtorum: vt paret Domino ᵛpopulum inſtructum.

Tunc dixit Zacharias An- 18 *Et dixit Zacharias ad Angelum, Vnde hoc ſciã? ego enim ſum ſenex, & uxor mea ᵛprouecta eſt ætate.*
gelo, ᵛQuo *argumento* iſtud noſcam? ego enim ſum ſenex, & vxor mea ᵛprouecta eſt ætate.

16 Conuertet, ἐπιστρέψει. Id eſt, Faciet vt multi reſipiſcentes ſe conuertãt ad Deum à quo deſciuerant. Nam (vt alibi oſtendimus) reſipiſcentia vocatur ab Hebræis cõuerſio: quod in vernaculo noſtro ſermone retinuimus. Caſtellio vertit, Reconciliabit: qui quamobrem à Græcis diſceſſerit, neſcio. Nam ſi proprium vocabulum quærebat, non video quem potuerit meliorem Latinitatis authorem ſequi Cicerone, qui ſic loquitur lib. de Natura deorum primo, Quo facilius (inquit) animos imperitorum ad deorum cultum à vitæ prauitate conuerterent. Deinde improprie loqui exiſtimo qui Iohannem dicat Iſraelitas Deo reconciliaſſe. Hoc enim vnius Chriſti eſt, quanuis Deus in ore miniſtrorum Euangelii poſuerit reconciliationis ſermonem: neque vſquã (vt opinor) ita loquitur Spiritus ſanctus.

17 In conſpectu eius, ἐνώπιον αὐτοῦ: id eſt, ita vt ſolent qui reges & principes antegrediuntur. Solent enim habere qui antecedant: quos vbi conſpexeris, ſtatim intelligas regem non procul abeſſe. Loquitur ergo ἐμφατικῶτερον quàm ſi dixiſſet, Antecedet eum, vt nuper Caſtellio interpretatus eſt, ne hebraiſſare videretur. Nam omnes Prophetæ anteceſſerunt Chriſtum: ſed vnus Iohannes quaſi apparitoris vice fuit, vt annotauimus Mar. 1.a.2. Cum ſpiritu & virtute Eliæ, ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ηλίου. De enallage præpoſitionis ἐν pro σὺν alibi diximus. Spiritum autem per metonymiam vſitatum eſt ſacris ſcriptoribus vſurpare pro gratuitis donis quæ in nobis efficit Spiritus ſanctus. Additur δυνάμεως ad ſignificandam illorum donorum præſtantiam quæ in Elia fuerunt, quem vnum cum Iohanne confert Angelus, non modò habita perſonarum ratione, ſed etiam eorum temporum in quæ vterque incidit, & eius rationis vitæ quam vterque fuit ſequutus. Mira enim eſt inter tempora Eliæ & Iohánis, inter Achabum & Herodem, inter Iezabelem & Herodiadem ſimilitudo. Vt conuertat, ἐπιστρέψαι. In editione Græca veteris Teſtamenti legimus ἵνα καταστήσῃ, id eſt in priſtinum ſtatũ reſtituet, eodem ſenſu. Placuit tamen hoc annotare, vt ſciamus illam editionem qua nunc vtimur, diuerſam eſſe ab ea qua vſi ſunt Apoſtoli: vt facilè intelliget qui vtramque compararit. Cæterùm quia quod hic dicitur de Iohannis munere, cum eo videtur prorſus pugnare quod Chriſtus de ſe dicit infrà 12.g.51, & 53, ſciendum eſt hic agi de vero & proprio Euangelii fine: illic autem Chriſtum differere de prædicationis Euangelicæ euentu, quæ longè maximam mundi partem offendit. Sed hoc tribui Euangelio non poteſt niſi χρ' συμβάσεως, quum ſit doctrina veræ concordiæ ac pacis, ſicut Angeli è cælo teſtati ſunt. Significat igitur Propheta, fore vt Iohannes ille Chriſti apparitor vehementiſſima ſua oratione homines compellat ad reſipiſcentiam, vt concordibus animis Euangelii nuntium accipiant: quum antea nec patribus cum filiis, nec filiis cum patribus conueniret: reſidentque & illi paternæ charitatis, & iſti ſuæ in parentes pietatis immemores. Commemorauit enim Propheta eas inimicitias ex quibus maximam in humana ſocietate perturbationem oriri neceſſe eſt, vt cæteræ quoque ἀνωμαλίαι intelligantur. Rebelles, ἀπειθεῖς. Vulgata, Incredulos, id eſt ἀπίστους, quemadmodum ἀπειθεῖν & ἀπιστεῖν ſæpe confundit. Sunt autem (fateor) hæc vitia coniuncta, ſed tamen diſtinguenda, hoc præſertim loco vbi agitur de filiorum erga patres officio: vt nemo non videat de filiorum contumacia potius quàm de diffidentia loqui Prophetam. Eraſmus Inobedient es conuertit: quod vocabulum non legi apud idoneos authores. Ad verbum Imparentes, quod reperias apud Feſtum. Sed malui ſynonymon quàm obſoletam vocem vſurpare. Nam inobſequentes apud vnum Senecam reperio, immorigeros nuſquam. Ad prudentiam iuſtorum, ἐν φρονήσει δικαίων. Nonnulli interpretantur, Prudentia iuſtorum: id eſt, non vi, vt homines inconſiderati faciunt: ſed prudenti & ſobria oratione, vt boni viri ſolent. Sed hanc interpretationem non admitto: primùm quia nihil tale legitur in Malachia, vnde petitus eſt hic locus: deinde quia hoc membrum ita videtur explicandum vt ſuperiori reſpondeat. Malo igitur ἐν pro πρὸς poſitum eſſe, vt infrà 23.f.42: ſicut in hunc locũ obſeruat Eraſmus, & nos ſæpe iam annotauimus. Idem autem valet πρὸς quod ὅτι in ſuperiore membro, id eſt πρὸς, ſicut Latinè In, pro Erga vel Aduerſus, poni ſolet. Pulchrè igitur Angelus ita citat vaticinium Prophetæ, vt ſimul explicet. Nam pro eo quod ſcripſit Malachias, Erga patres, dixit Angelus, Ad prudẽtiam iuſtorum: attingens nimirum duas illas res quibus adduci poſſunt filii ad reuerendos patres: nempe ſi & prudẽtes & bonos viros eſſe cognouerint, quales nimirum illos effectura erat Iohannis prædicatio, vt viciſſim his artibus ſibi filios adiungerent: nempe vt Dominus paulo pòſt ſuccedens, paratos haberet auditorum animos. Neque enim locus eſſe poteſt Euangelio vbi nec patres nec filii officium faciunt: id eſt, vbi pacis ac concordiæ ſpiritus non regnat. Ideo etiam Angelus hanc appendicem adiunxit, quæ apud Prophetam non extat, vt huius coniunctionis ſcopus ac finis intelligeretur. Caſtellio ἐν φρονήσει interpretatur Ad frugalitatẽ, id eſt εἰς σωφροσύνην: quam rectè ipſe viderit. Ad me quidẽ quod attinet, πρόνοιαν αἰδοῦς πρὸς σωφροσύνης nuſquã legi: neque de frugalitate hic agi puto. Populũ inſtructum, λαὸν κατεσκευασμένον. Vulgata, Plebem perfectã, id eſt δῆμον καταρτισμένον: quod neque vſquam legimus, neque putamus conuenire. Quanuis enim Baptiſmus Iohannis nõ fuerit nudum reſipiſcentiæ ſymbolum, ſed annexam habuerit peccatorum remiſſionem in ſanguine Chriſti protinus venturi: tamen conſtat ipſius miniſterium, ſi cum Chriſti prædicatione conferatur, quaſi rudem fuiſſe doctrinæ Euangelicæ informationem, vt populum perfeciſſe dici non poſſit, ſed viam tantùm Domino venienti præparaſſe.

18 Quo *argumento*, κατὰ τί: id eſt τίνι, vel ἐκ τίνος. Vulgata, Vnde, id eſt πόθεν, ſenſu rectè expreſſo. Prouecta eſt ætate, προβεβηκυῖα ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῆς. Vulgata ad verbum, Proceſſit in diebus ſuis, vt ſuprà quoque verſu 7: quem Hebraiſmum non putaui neceſſariò retinendum.

Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἄγγελος εἶπεν αὐτῷ, Ἐγώ εἰμι Γαβριὴλ ὁ παρεστηκὼς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ· καὶ ἀπεστάλην λαλῆσαι πρός σε, καὶ εὐαγγελίσασθαί σοι ταῦτα.

19 Et respondens Angelus dixit ei, Ego sum Gabriel qui adsto in cōspectu Dei: missúsque sum vt te alloquar, & hæc tibi læta nuntiem.

19 Et respondens Angelus dixit ei, Ego sum Gabriel qui adsto ante Deum, & missus sum loqui ad te, & hæc tibi euāgelizare.

Καὶ ἰδοὺ, ἔσῃ σιωπῶν καὶ μὴ δυνάμενος λαλῆσαι, ἄχρι ἧς ἡμέρας γένηται ταῦτα· ἀνθ' ὧν οὐκ ἐπίστευσας τοῖς λόγοις μου, οἵτινες πληρωθήσονται εἰς τὸν καιρὸν αὐτῶν.

20 Et ecce, silebis, nec loqui poteris ad eum vsque diem quo hæc fiant: eo quòd non credidisti sermonibus meis, qui implebuntur tempore suo.

20 Et ecce eris mutus, & non poteris loqui vsque in diem quo hæc fiant: pro eo quòd non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo.

Καὶ ἦν ὁ λαὸς προσδοκῶν τὸν Ζαχαρίαν· καὶ ἐθαύμαζον ἐν τῷ χρονίζειν αὐτὸν ἐν τῷ ναῷ.

21 Erat autē populus expectās Zachariam: & mirabantur quòd is tardaret in templo.

21 Et erat plebs expectāns Zachariam: & mirabantur quòd tardaret ipse in templo.

Ἐξελθὼν δὲ οὐκ ἠδύνατο λαλῆσαι αὐτοῖς· καὶ ἐπέγνωσαν ὅτι ὀπτασίαν ἑώρακεν ἐν τῷ ναῷ. καὶ αὐτὸς ἦν διανεύων αὐτοῖς· καὶ διέμεινε κωφός.

22 Ille verò egressus non poterat eis loqui: & cognouerunt eū visionem vidisse in templo. Nam ipse innuebat eis: permansitque mutus.

22 Egressus autem non poterat loqui ad illos: & cognouerunt quòd visionem vidisset in templo. Et ipse erat innuens illis & permansit mutus.

Καὶ ἐγένετο ὡς ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τῆς λειτουργίας αὐτοῦ, ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ.

23 Et factum est, vt impleti sunt dies ministerii ipsius, abiit domum suam.

23 Et factum est ut impleti sunt dies officii eius, abiit in domum suam.

Μετὰ δὲ ταύτας τὰς ἡμέρας συνέλαβεν Ἐλισάβετ ἡ γυνὴ αὐτοῦ· καὶ περιέκρυβεν ἑαυτὴν μῆνας πέντε, λέγουσα,

24 Post illos autem dies concepit Elisabet vxor eius: & occultauit se mensibus quinque, dicens,

24 Post hos autem dies concepit Elisabeth uxor eius, & occultabat se mensibus quinque dicens,

Ὅτι οὕτω μοι πεποίηκεν ὁ Κύριος ἐν ἡμέραις αἷς ἐπεῖδεν ἀφελεῖν τὸ ὄνειδός μου ἐν ἀνθρώποις.

25 Nempe ita mihi fecit Dominus diebus quibus me intuitus est, vt auferret probrum illud meum inter homines.

25 Quia sic fecit mihi Dominus in diebus quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines.

Ἐν δὲ τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς πόλιν τῆς Γαλιλαίας ᾗ ὄνομα Ναζαρέτ,

26 Mense autem sexto missus est Angelus Gabriel à Deo in vrbem Galilææ cui nomen Nazaret,

26 In mense autem sexto missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ cui nomen Nazareth,

Πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ ᾧ ὄνομα Ἰωσήφ, ἐξ οἴκου Δαυίδ· καὶ τὸ ὄνομα τῆς παρθένου, Μαριάμ.

27 Ad virginem desponsam viro cui nomen erat Ioseph, ex domo Dauid: nomen autem virginis erat Maria.

27 Ad virginem desponsatam uiro cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid: & nomen virginis, Maria. Matth.1.c.18

19 Qui adsto, ἐνώπιον τοῦ θεοῦ id est, Qui appareo Domino, vt Latini loquuntur. Erasmus, Qui adstiti. Sed non video cur mutanda fuerit Vetus interpretatio. Vtitur enim præterito perfecto, quasi dicat Adstare consueuit quia vbicūque sunt Angeli, sunt in Dei conspectu, parati videlicet ad capessenda eius imperia. Sic enim Hebræi de regum & principum ministris loqui solent, quemadmodum à Latinis vocantur apparitores qui in magistratus conspectu solent apparere.

21 Erat autem, καὶ ἦν. De vario vsu literæ ν apud Hebræos non attinet repetere quæ toties iam diximus. Verbum autem ἦν, quanuis videatur ἐπὶ παρελθόντος positum, vt sit ἦν προσδοκῶν, pro προσδοκᾶν, tamen seruaui, quòd videatur longiorem quandam moram significare: quasi dicas, Manebat vel perseuerabat expectans.

27 Desponsam, μεμνηστευμένην, id est sponsione promissam. neque enim adhuc Ioseph us eam duxerat domum. Ideóque quum cogitaret de ipsa repudianda, iussus est ab Angelo eam accipere, id est ducere vxorem, vt in Matthæo expoſuimus. Quod autem Erasmus hic tradit, μνηστεύεσθαι Græcis propriè declarare sponsam proco tradere, eiusmodi est vt ne refutatione quidem indigeat. Ex domo, ἐξ οἴκου. Erasmus annotat, Chrysostomum homilia in Matthæum secunda addere, καὶ φυλῆς, id est & familiæ: sicut etiam additur infrà, 2.2.4. Eadem addita nos quoque reperimus in vno vetere codice: & certè quum Christus disertè dicatur filius Dauid, addendum fuisse videtur nomen τῆς φυλῆς, vt intelligeretur ex ipsis Dauidis posteris natus. Nam domus appellatio etiam eos comprehendit qui vel cognatione attingebant familiam Dauidis, vel ex ipsius fratribus erant oriundi. Quod autem de Ioſepho dicitur, de Maria quoque intelligendum est: alioquin Christus non posset dici ex lumbis Dauidis prodiisse

Καὶ εἰσελθὼν ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτὴν εἶπε, Χαῖρε κεχαριτωμένη· ὁ Κύριος μετὰ σοῦ· εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν.

28 Ingreſſus igitur Angelus ad eam, dixit, ᵛAue ᵛgratis dilecta: Dominus ᵛtecum eſt:ᵛ benedicta tu inter mulieres.

28 Et ingreſſus Angelus ad eam, dixit, Aue gratia plena: Dominus tecũ: benedicta tu in mulieribus.

Ἡ δὲ ἰδοῦσα διεταράχθη ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ· καὶ διελογίζετο ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος.

29 Illa verò ᵛquum eam vidiſſet, perturbata eſt ſuper eiᵒ ſermone:& cogitabat ᵛqualis eſſet ſalutatio iſta.

29 Quæ quum uidiſſet, turbata eſt in ſermone eius: & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio.

Καὶ εἶπεν ὁ ἄγγελος αὐτῇ, Μὴ φοβοῦ Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ.

30 Tunc dixit ei Angelus, Ne timeᵒ me Maria: ᵛes enim in gratia apud Deum.

30 Et ait Angelus ei, Ne timeas Maria: inueniſti enim gratiam apud Deũ.

Eſa.7.c.14 Infrà 1.c.31 matth.1.d.21

Καὶ ἰδοὺ, συλλήμψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱόν· καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν.

31 ‖Et ecce,concipies ᵛ in vtero, & paries filium: ‖& vocabis nomen eius Ieſum.

31 Ecce, concipies in utero, & paries filium: & uocabis nomen eius Ieſum.

Οὗτος ἔσται μέγας, καὶ υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται, καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.

32 Hic erit magnus,& Filius ᵛAltiſſimi ᵛvocabitur, dabítque ei Dominus Deus ſedem Dauid patris ipſius.

32 Hic erit magnus, & Filius Altiſſimi uocabitur, & dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius.

Dan.7 c.14 g.17 mach.4.b.7

Καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος.

33 ‖Regnabítque ſuper domum Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.

33 Et regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.

18 Aue, χαῖρε: id eſt Gaude. Nam Auere(vt ait Feſtus)etiam ſignificat gaudere. Eſt autem hoc omnibus gentibus familiare vt in primo congreſſu ſoleant occurrentibus bene precari. Gratis dilecta, κεχαριτωμένη. Hebraicè חנונה: quod participium Lucas nouo Græco vocabulo expreſſit.id eſt, quam Deus pro ſua gratuita bonitate,gratam & acceptam habuit. Ad verbum, Gratificata: participio paſſiuo deducto à verbo χαριτόω, quo vtitur Paulus Epheſ.1.b.6. Et hoc quidem quum animaduerterit Eraſmus,miror cur gratioſam ſit interpretatus,id eſt κεχαριτωμένην. Etſi enim hoc epitheto exprimitur propenſus Dei fauor,tamen negligitur quod præcipuũ erat,ex quo videlicet intelligi poſſit huius fauoris cauſam in ſola Dei gratuita beneuolentia, atque adeo in eo ipſo Chriſto reſidere,cuius mater erat futura. Vulgata conuertit,Gratia plena:quæ interpretatio nõ reſpondet Græcis,& multis occaſionem præbuit multa parum appoſitè in hunc locum ſcribendi. Caſtellio interpretatus eſt Acceptam:ſed ne hoc quidem ſatis oſtendit quæ ſit huius gratiæ origo. Mallem igitur conuertere, Gratiam conſequutam. quum præſertim Angelus paulo pòſt velut hoc participium explicans,ipſam dicat χάριν εὑρηκέναι. Sed participium paſſiuum altero paſſiuo malui interpretari: & quia noſtris propriè laboribus aut certè conatibus dicimur aliquid conſequi,ideo quæſiui vocabula quibus omnem falſæ interpretationis anſam præciderem. Tecum eſt, μετὰ σοῦ. Expreſſi verbũ ἐστι, quod deerat, nequis ſuppleat ἔσται, id eſt ſit. Videtur enim Angelus narrare potius & gratulari beneficium præſens, quàm futurum precari. Nihil tamen prohibet quominus hoc etiam modo interpretemur. Scriptum eſt enim, Qui iuſtificatus eſt, iuſtificetur adhuc: & ipſis ſanctis Paulus gratiam ac pacem vbique ſolet optare. Benedicta, εὐλογημένη. Benedicta videlicet à Deo: id eſt, felix & beata effecta præ cæteris mulieribus. Itaque non videtur ſatis conuenire Eraſmi opinio,qui Laudatam interpretatur,& de qua omnes bene loquantur:quod & ipſum verum eſſe,non inficior. Quis enim vltro nõ fateatur Mariam inſinitis partibus omnium mulierum præſtãtiam ſuperare? Sed mihi videtur Angelus potius explicare quid ſit illud κεχαριτωμένη: ſicut conſueuerunt Hebræi bis idem inculcare, partim emphaſeos,partim perſpicuitatis cauſa.

29 Quum eam vidiſſet, ἰδοῦσα. Deerat hoc participium in quodam codice. In quibuſdam autem veteris editionis exemplaribus legitur, Quum audiſſet, ἀκούσασα, ſublata nimirum meliore interpretatione à quopiam qui ita legendum putarit, vt iſta quæ ſequuntur melius cohærerent. Sed facilè intelligi poteſt Mariam, conſpecto Angelo,(in quo proculdubio maieſtas aliqua cæleſtis apparebat) deinde etiam audita mirifica iſta ſalutatione,veraque re tam inſolenti fuiſſe non mediocriter commotam. Nam quòd nonnulli exiſtimant vel aſſuetam fuiſſe virginem his viſionibus,vel tam blandã ſalutationem ſuſpectã habuiſſe,mihi non probatur. Quali, ποταπὸς, id eſt, quò tandem ſpectaret,& quæ eſſet huius ſalutationis ſententia. Vel cuias,id eſt vnde profecta. Voluit enim probare ſpiritum.

30 Es enim in gratia. εὗρες γὰρ χάριν. Vel,(vt Vulgata & Eraſmus,ad verbũ) Inueniſti, ſiue, nacta es enim gratiam. Hebraicè autem מצאת: id eſt inueniſſe gratiam dicitur qui eſt in gratia cum aliquo. neque hic quicquam valet quod de meritis quidam nugantur. Nam ne Græcis quidem, παρὰ τῷ Θεῷ, ſemper dicitur de eo quod labore tuo vel collatis beneficiis fueris adeptus, (quemadmodũ explicatur ab Vlpiano grammatico, & vſurpatur Rom.4.a.1) ſed interdum etiam de eo quod tibi nihil tale quærenti vel ſperanti obtigerit, nedum vt ſtudueris promereri. Sic Gregorius de Saule loquens Iſraelis rege deſignato præter omnẽ ſpem & expectationem, ὃς οὐκ ἐκ τῆς τῶν πατρῴων ἦν ζητῶν βασιλείαν ἔδρεπεν. Neque tamen caſum aut fortunam vllam hic agnoſco, ſed hoc potius conſtituo quod ait Paulus, nos eſſe dilectos à Domino, quum peccatores eſſemus, vt quiſquis gloriatur, in Domino glorietur.

31 In vtero, ἐν γαστρὶ. Hebræus pleonaſmus.

31 Altiſſimi, τοῦ ὑψίστου. Hebraiſmus. nam inter cætera nomina quæ Deo tribuuntur, apud Hebræos etiam dicitur עליון: id eſt ſummus vel ſupremus. Vocabitur, κληθήσεται. Filius Dei vocabitur, quia re vera Filius Dei eſt ab æterno vnigenitus, ſuo tamen tempore manifeſtatus in carne. Non eſt ergo quod יקרא ſimpliciter ita accipiamus pro יהיה, cũ impio illo Serueto, qui Samoſateni errorem renouauit: ſed potius manifeſtationem æterni Filii Dei ſciamus hoc vocabulo declarari.

Εἶπε δὲ Μαριὰμ πρὸς τὸν ἄγγελον, Πῶς ἔσται τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω;

34 Dixit autem Maria ad Angelum, Quomodo erit istud, quādoquidem virum non sum cognitura?

34 *Dixit autem Maria ad Angelum, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognoscã?*

34 Quomodo, πῶς. Quidam admirationem Mariæ obstupefactæ rei nouitate, nec prorsus assentientis Angelo: quidam verò simplicem quæstionem esse volunt, cupientis amplius erudiri. Ego vtranque opinionem coniungo: ita tamen vt hanc admirationem non à diffidentia profectam, sed ex eo potius ortam esse credam quòd quum verbis Angeli credidisset, ipsa rei magnitudo cogeret scisciscitari qua tandem ratione id fieri posset. Vt autem ita credam, eò etiam adducor, quòd duntaxat de modo cõceptionis quærit. ex quo intelligitur non fuisse hoc vnum quæsituram, nisi cæteris credidisset, quæ magis etiam erant incredibilia: imò verò idcirco percontatam esse quomodo hunc posset concipere, quòd intellexisset atque credidisset fore vt Filium Dei æternum illum regem ac Messiam pareret. alioquin cur miraretur Virgo desponsa & breui nuptura, se cõceptura ac paritura? Erit, ἔσται. Vulgata, Fiet, γενήσεται, eodem sensu. In tribus autem codicibus additum erat pronomen μοι, mihi: quod nisi exprimatur, necessariò fuerit subaudiendum. Virum, ἄνδρα. Viri nomen hoc loco sexum declarat, neque (vt arbitror) maritum Ioſephum significat. Dixisset enim potius τὸν ἄνδρα, aut τὸν ἄνδρα μου, addito etiam pronomine. Non sum cognitura, οὐ γινώσκω. Quia hoc verbum paulo aliter conuerti quàm vulgò soleant, & difficilis est hic locus, visum est paulo copiosius meam sententiam explicare: quã tamen Ecclesiæ authoritati libens subiicio. Quidam igitur, etiam ex veteribus, adferri putant à Maria rationem cur penè incredibilis videretur Angeli narratio: vt sit hæc sententia, Tu quidem dicis fore vt concipiam ac pariam: quod fieri non potest, nisi cum viro congrediar, cui sum desponsa. Atqui adhuc ab eo abstinui, & porro consilium est abstinere. Quomodo tandem igitur credibile est fore quod dicis? Hanc autem interpretationem multis de causis non possum amplecti. Vana enim probabitur Mariam eo tempore fuisse viro traditam, quum duntaxat dicatur μεμνηστευμένη, & disertè iubeatur Ioſephus longo pòst tempore, quum iam intumuisset eius venter, illam ἀπολαμβάνειν. Item, vnde hoc seruandæ virginitatis propositum in muliere desponsa, quod omni exemplo & testimonio careret? Deinde quum intelligeret Maria cur sit institutum matrimonium, & innupta manẽs, multo liberius ac tutius posset virginitatem seruare, cur matrimonii nomine abutereturi? Quòd si post desponsionem demum de ea re cogitarat, nónne tamen mutuum viri consensum interuenire oportuit? Cõsensisse autem Ioſephum, aut vllam eius rei mentionem inter eos factam vnde tandem colligemus? nimirum ex Pro teuangelio (quod vocant) libro certè impurissimo, & planè eiusmodi vt inter Christianos sine flagitio ne nominari quidem possit, quum à Matthæo & Luca, id est à veritate, apertè dissentiat. Postremò vt etiam ita esse demus, cur non potius ex Angeli sermone colligit Maria mutandum esse hoc consilium? cur non potius miratur qui fieri possit vt ex infimæ sortis hominibus talis tantúsque puer nascatur? Quidam igitur paulo aliter explicant. Volunt enim simplicem esse interrogationem: perinde ac si dixisset Maria, Assentior quidem tibi: sed dic obsecro, quis sit eius rei modus futurus. Nam nunc quidem integra sum à viro, vtpote quæ nulli mortalium adhuc nupserim. Num igitur erit mihi cum Ioſepho sponso meo consuescendũ, aut alia quapiã ratione fiet quod dicis? nam certè quæ narras, vix possim à mortali quopiam sperare. Videtur autem hæc expositio satis simplex & apposita. sed repugnat omnium codicum consensus, in quibus scriptam interrogationis notam reperio, nõ post τοῦτο, (vt certè debuit, si ita interpretari placet) sed post γενήσεται. Fuisset autem ita potius distinguendus & cõuertendus hic locus, Quomodo erit istud? nam virum non cognosco: id est, nondũ nupsi, & adhuc integra sunt omnia. Præterea particula ἐπεὶ quum αἰτιολογικῶς ponitur, plerunque declarat connexum esse sermonem, (vt in cõiuncto syllogismo) cui nullum locum relinquit ista interpretatio. Id autem liquebit si non à conclusione, (vt fecit Maria) sed ab antecedente exordiaris, naturalem ordinem sequutus: hoc modo videlicet, Quum virum nõ cognoscam, quomodo fiet istud? Quam orationem non possis illo modo explicare. Itaque non desunt qui tertiam expositionem adferant, quasi Maria μεμνηστευμένη, id est desponsa, prius dicta sit κατ' ἐξοχήν, cuiusmodi multa etiam in communi sermone interdum dici solent. Mariam igitur aiunt ad istam conceptus & partus mẽtionem meritò fuisse admonitam, quum de matrimonio nondum cogitasset. Verùm probabile non est, Mariam, accepto hoc nuntio, fœdus matrimonii fuisse inituram. Neque enim id facere poterat quin & marito suo imponeret, & matrimonio abutereturi quin denique seſe in maximum discrimen adduceret. à quibus sceleribus nõ dubito quin sanctissima & castissima virgo lõgissimè abfuerit. Quid igitur? mihi quidem de his rebus diu multúmque cogitanti simplicissima & maximè consentanea visa est interpretatio, quam sum sequutus. Venerat autem illa mihi iampridem in mentem, sed nunc demum in ea acquieui quum eam reperissem in optimi mei parentis & præstantissimi theologi D. Iohannis Caluini commentariis annotatam. Conabor autem (quod alibi sæpe facere studui) paulo fusius explicare quæ ille suo more, breuiter ac præcisè tradidit. Maria quum in Prophetarũ lectione valde esset exercitata, (id enim vel ille nobilis ipsius hymnus satis superque ostẽdit) Messiã nimirum eo ipso tempore expectabat qui redempturus esset Israelem: & vt concedam perobscurũ adhuc fuisse tum ipsius personæ Christi, tum etiam futuri regni mysterium, tamen animo conceperat, Messiam fore extra omnium hominum sortem, cui nimirum tam multa passim in Prophetis tribuantur quæ humanæ naturæ non conueniant. Sed & in ipso vulgo sparsa erant eiusmodi multa de Messia, veluti quod refertur Iohannis septimo d. 17, fore vt quum ille veniret, nemo sciret vnde veniſſet, aut quibus ortus esset parentibus. Maria igitur, præter hæc omnia, quum esset ex stirpe Dauid, & disertè audisset ex Angelo, se illam esse quã Deus singulari & omnibus seculis inaudito gratiæ exemplo delegisset, ex qua Filius ille Altissimi & Rex æternus nasceretur, rectè statim colligit ex Angeli sermone, hic agi de mirifica aliqua concipiendi ratione. Hoc igitur assumens, ex Spiritus sancti & fidei virtute, & nihilominus tamen tãti mysterii magnitudine perculsa, percõtatur his verbis qui tandem hoc fieri possit. quandoquidem (inquit) virum non sum cognitura: id est, Quandoquidem in eo quod polliceris, nullus locus est vulgari & consuetæ matrimonii coniunctioni, age, qua tandem ratione fiet quod narrasti? Hac igitur expositione non video quid dici possit accommodatius. Latini verò in hoc dicendi genere vtuntur participiali nomine in rus, quo rectè obseruant grammatici non innui tempus, sed qualitatem vel animi voluntatem. Ea verò soleat per debeo, vel volo, vel possum, (sicut in potentiali modo) explicari: vt in illo Fabii exemplo, Detinet atque obruit ingenia melius aliis vacaturas commodissimè hoc participiale nomen expo sueris, Quæ possent aut deberẽt vacare. Itaque pro γενήσεσθαι dixi, Sum cogniturai: quod etiamsi libuerit futuri significatione accipere, nouum videri non debet. Est enim hæc enallage futuri pro præsenti sæpe iam à nobis annotata. Sic Virgilius. Progeniem sed enim Troiano à sanguine duci Audierat. pro, ducendam esse. Et Aristophanes, τί δράσω pro, τί δράσωμι? quid sum facturus? Atque adeo, ne longius abeamus, sic in proximo versiculo τί γένω-

γεώμενον non declarat quod naſcitur, ſed quod naſceretur: ideſt, (vt vernaculo ſermone dicimus) *ce qui doit naiſtre*. Et ſimili prorſus exemplo, Iohan. 7. d. 17, οὐδεὶς γινώσκει, non rectè trãſfertur, Nemo ſcit, quum potius dicendũ fuerit, Nemo cognoturus eſt, id eſt, (vt Galli vulgò loquuntur) *nul ne pourra cognoiſtre*. Supereſt vt annotemus ex Hebræorum idiomate יָדַע, id eſt cognoſcere, honeſtè dici de mariti cum vxore & viciſſim vxoris cum marito, conſuetudine. Itaque intempeſtiuè philoſophatur in hoc verbo Epiphanius in Antidicomarianitas, quod tamẽ rectè expoſuit in libro quem inſcripſit ἀγκυρωτόν.

Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἄγγελος εἶπεν αὐτῇ, 35 Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σε, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον, κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ.	Et reſpondens Angelus dixit 35 ei, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi inumbrabit te: propterea id etiam quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei.	*Et reſpondens Angelus dixit ei, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Ideóque & quod naſcetur ſanctum, vocabitur Filius Dei.*
Καὶ ἰδοὺ, Ἐλισάβετ ἡ συγγενίς σου, 36 καὶ αὐτὴ συνείληφεν υἱὸν ἐν γήρει αὐτῆς· καὶ οὗτος μὴν ἕκτος ἐστὶν αὐτῇ τῇ καλουμένῃ στείρᾳ.	Et ecce, Eliſabet cognata tua, 36 & ipſa concepit filium in ſenectute ſua: & hic menſis eſt ſextus ipſi quæ vocabatur ſterilis.	*Et ecce, Elizabet cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua & hic menſis ſextus eſt illi quæ vocatur ſterilis.*
Ὅτι οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τοῦ Θεοῦ 37 πᾶν ῥῆμα.	Quia apud Deum non erit 37 impoſſibile vllum verbum.	*Quia non erit impoſſibile apud Deum omne verbum.*

35 Superueniet, ἐπελεύσεται. Hoc vocabulo aptiſſimè ſignificatur fore vt Spiritus ſancti virtus, id eſt vis & efficacia, (ſic enim Δύναμις hoc loco accipitur) quaſi patris generantis vices ſuppleat. Sed in eo ſum. mum eſt diſcrimen, quòd homines corrupti, ex ſua ſubſtantia filios gignunt in corruptis mulieribus: in hoc autem myſterio quod humana ratione comprehendi non poteſt, Spiritus ſanctus à Patre & Filio vnigenito procedens, carnem Chriſti non gignit ex ſeſe, ſed creat ex ſelectæ virginis ſubſtantia, cui deinde animam indit, vtrãque ipſe ſua vi ſanctificans: cui deinde (eodem tamen momento) æternus ille Dei Patris Filius Deus in vnam eandémque perſonam coniungitur: vt nec Deus in hominem, nec homo in Deũ mutetur: nec rurſus duo Chriſti conſtituantur, quorum vnus ſit Dei, alter verò Mariæ Filius: ſed vnus ſit Filius Dei in carne manifeſtatus, & vnus inter Deum & homines mediator. Caſtellio ἐπελεύσεται vertit Inuadet: quod verbum mihi non probatur hoc loco. Solet enim plerunque in vitio vſurpari, neque ſatis videtur exprimere diſcrimen illud inter ἐπέρχεσθαι & εἰσέρχεσθαι, quod rectè obſeruat his verbis Epiphanius aduerſus Theodotianos, Εἰ Γαβριὴλ εἶπεν, Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σε, οὐκέτι ἤδη τὸ Θεοῦ ἰδίωμα ἐν σοὶ ἔσται, ἀλλὰ Πνεῦμα ἅγιον ἐν σοὶ ἐλεύσεται: id eſt, Si Gabriel dixiſſet, Spiritus ſanctus veniet in te, non iam liceret exiſtimare Filium in carne veniſſe, ſed Spiritum ſanctum. Hæc Epiphanius. Ex quo apparet quanta fuerit impuri illius Serueti audacia, qui libro de Trinitate primo, quum hunc locum citaret, pro Spiritu ſancto ſubſtituit τὸν λόγον, quaſi λόγος hoc loco dicatur ἅγιον Πνεῦμα; ac non potius vtriuſque hypoſtaſes ſint diſtinctæ. In quo etiam errore fuit ille cuius extant commentarii in Matthæum in quinquaginta quatuor Homilias diſtributi, & falsò inſcripti Chryſoſtomo, vt Eraſmus ſua in eum librũ præfatione rectè obſeruauit. Propterea *id* etiam quod naſcetur, διὸ καὶ τὸ γεννώμενον: vel quod gignetur. Poteſt enim τὸ γεννᾶσθαι, vel ad cõceptum, vel ad partum accõmodari. Particulam autem καὶ annotarunt veteres non pertinere ad verbũ κληθήσεται, ſed ad τὸ γεννώμενον. qua de re libet eiuſdem Epiphanii verba ſubiicere cum iis cohærentia quæ modò citauimus. Gabriel (inquit) εἰκὸς ἦν μείζονα, διὸ τὸ γεννώμενον, οὐκοῦν διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἵνα δηλῇ αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον καὶ τὸν μέντοι γεννώμενον καὶ τοῦτο ἐκ παρθένου. id eſt, Non dixit ſolùm, Propterea quòd gignetur: ſed Propterea etiam quòd gignetur, vt oſtenderet Deum verbum qui eſt ex alto, etiam in vtero genitum quum homo fieret. Hæc Epiphanius, oſtendens hac particula deſignari vtriuſque naturæ in vna Filii Dei perſona coniunctionem. quæ emphaſis vt melius intelligeretur, volui exprimere antecedens. Ex te, ἐκ σοῦ. Ita ſcripturam inuenimus in nonnullis veteris editionis codicibus, item in libro Complutenſi, ſed & pluribus locis apud Epiphanium. Athanaſius denique in epiſtola quadam ad Epictetum Corinthiorum epiſcopum, ita legendum eſſe, his verbis oſtendit, ὁ Γαβριὴλ μεφαλῶς διαγγελλει τῇ Μαρίᾳ, λέγων οὐχ ἁπλῶς, Τὸ γεννώμενον ἐν σοὶ ἅγιον μὴ ἐξουσιάσῃ τις τὸ γεννώμενον αὐτῆς σῶμα τοῦ σωτῆρος λέγειν· ἀλλ' Ἐκ σοῦ ἅγιον φύσει τὸ γεννώμενον ἐξ αὐτῆς εἶναι πιστεύεται. Hoc eſt, Gabriel planè ac certò nuntium expoſuit Mariæ, quum non ſimpliciter diceret, Quod gignetur in te, ne quis exiſtimaret corpus in ipſam foris introductum: ſed, Ex te, nempe vt natura fore ex ipſa crederemus quod gignetur. Hæc Athanaſius aduerſus Dimœritas, qui corpus Chriſti cẽſebant eſſe ipſius diuinitati coeſſentiale: quorum errorem poſtea ſequuti ſunt Eutychiani & Monothelitæ. Minimè igitur dubitaui hæc verba reſtituere, ex Græcis & Latinis pleriſque codicibus aut temere aut malitioſè expuncta. nec dubito quin idem factus fuerit Eraſmus ſi Athanaſii locum illum obſeruaſſet. Sanctum, ἅγιον: id eſt, quum purum ſit, & ab omni peccato prorſus immune, templum denique Dei in ipſo corporaliter habitantis. Nam (vt rectè dicit Auguſtinus) eum oportuit ſine peccato concipi & naſci, qui venit vt mundi tolleret peccatum. Vocabitur, κληθήσεται. Hic quoque (quemadmodum ſuprà verſu 32) Vocandi verbo manifeſtatio intelligi debet potius quàm eſſentiæ principium, vt rectè in Seruetum doctiſſimus Caluinus obſeruauit. Neque enim qui ex Maria natus eſt, duntaxat homo eſt, ſed Deus in carne manifeſtatus. Quamobrem rectè conſtituit Eccleſia aduerſus Neſtorium, vt Maria θεοτόκος diceretur: & Cyrillus hoc verbum Vocabitur, ſic explicat lib. in Ioh. 2. cap. 3. Vide 1. Ioh. 3 a. 1.

35 Et hic menſis, καὶ οὗτος μὴν. Hebraicè id eſt, ſextum iam menſem agit à concepiu. Dicit autem vocatam fuiſſe ſterilem, quòd nimirum ſterilem adhuc fuiſſet inter omnes conſtaret, & ætate iam eſſet prouectiore.

37 Vllum, πᾶν. Vulgata & Eraſmus, Omne. Solent enim Hebræi, quoties enuntiatio generaliter negat, pro nullo dicere כל-לא, collocata tamẽ ante verbum negante particula. Sed apud Græcos & Latinos, Non omne declarat orationem ſpecialem & indefinitam potius quàm generalem negationem. Verbum, ῥῆμα: id eſt, quicquid Deus ſemel futurum dixerit. Vel, res vlla, vt quidam ſunt non malè interpretati. Sed illam tamen interpretationem prætuli, quòd melius videatur conuenire Gabrielis nuntio, & Mariæ ipſius reſponſioni.

Εἶπε δὲ Μαριάμ, Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυ- 38 Dixit autem Maria, Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum. Et abiit ab ea Angelus.

38 *Dixit autem Maria, Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum. Et diſceſſit ab illa Angelus.*

ρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου. Καὶ ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτῆς ὁ ἄγγελος.

Ἀναστᾶσα δὲ Μαριὰμ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις, ἐπορεύθη εἰς τὸ ὀρεινὸν μετὰ σπουδῆς εἰς πόλιν Ἰούδα.

Καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον Ζαχαρίου, καὶ ἠσπάσατο τὴν Ἐλισάβετ.

Καὶ ἐγένετο ὡς ἤκουσεν ἡ Ἐλισάβετ τὸν ἀσπασμὸν τῆς Μαρίας, ἐσκίρτησε τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς· καὶ ἐπλήσθη Πνεύματος ἁγίου ἡ Ἐλισάβετ.

Καὶ ἀνεφώνησε φωνῇ μεγάλῃ, καὶ εἶπεν, Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου.

Καὶ πόθεν μοι τοῦτο, ἵνα ἔλθῃ ἡ μήτηρ τοῦ Κυρίου μου πρός με;

Ἰδοὺ γὰρ, ὡς ἐγένετο ἡ φωνὴ τοῦ ἀσπασμοῦ σου εἰς τὰ ὦτά μου, ἐσκίρτησεν ἐν ἀγαλλιάσει τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ μου.

Καὶ μακαρία ἡ πιστεύσασα· ὅτι ἔσται τελείωσις τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ παρὰ Κυρίου.

39 Quum autem ſurrexiſſet Maria per eos dies, profecta eſt in montanam *regionem* cum feſtinatione in vrbem Iuda.

39 *Exurgens autem Maria in diebus illis, abiit in montana cum feſtinatione in ciuitatem Iuda.*

40 Et ingreſſa eſt domum Zachariæ, & ſalutauit Eliſabet.

40 *Et intrauit in domum Zachariæ, & ſalutauit Eliſabeth.*

41 Et factum eſt, vt audiuit Eliſabet ſalutationem Mariæ, ſaliit fœtus in vtero eius, & repleta eſt Spiritu ſancto Eliſabet.

41 *Et factum eſt vt audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultauit infans in vtero eius: & repleta eſt Spiritu ſancto Eliſabeth.*

41 Exclamauítque voce magna, & dixit, Benedicta tu inter mulieres, quia benedictus fructus vteri tui.

41 *Et exclamauit voce magna, & dixit, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus vteri tui.*

43 Et vnde hoc mihi, vt veniat máter Domini mei ad me?

43 *Et vnde hoc mihi vt veniat mater Domini mei ad me?*

44 Ecce enim, vt peruenit vox ſalutationis tuæ ad aures meas, ſaliit fœtus exultans in vtero meo.

44 *Ecce enim, vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo.*

45 Et beata quæ credidit: nam perficientur ea quæ dicta ſunt ei à Domino.

45 *Et beata quæ credidit: quoniam perficientur ea quæ dicta ſunt ei à Domino.*

38 Ecce ancilla Domini, ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου. Petitum eſt hoc dicendi genus ex conſuetudine Hebræorum, qui de ſe perinde ac tertio quopiam loquentes, dicere ſolent, Ecce ſeruus Domini mei. Sed hic loquitur Maria ex animo, quum plerique in ore potius id habeant quàm in pectore.

39 In montanā *regionem*, εἰς τὸ ὀρεινόν. Vulgata & Eraſmus, In montana. Intelligit autem montes Iudæ expoſitos ad Meridiem Hieroſolymorum, vt paulo pòſt declarabimus. In vrbem Iuda, εἰς πόλιν Ἰούδα. In nullis codicibus inuenimus adſcriptum ciuitatis nomen. In vno tamen exemplari ſcriptum erat, εἰς πόλιν Δαβίδ, quaſi appellatione ciuitatis Iudæ ſignificetur vel Bethlehem, vel ipſa Hieruſalem Iudææ metropolis: quæ & ciuitas Dauid dicitur propter arcem Mello in ea conditam, vt ſcribitur 2. Sam. 5. b. 9. Sed hoc planè repudio. Cogitanti verò mihi cur Euangeliſta non adſcripſerit ciuitatis nomen, venit fortaſſis in mentem id quod res eſt. Scribitur Ioſuæ cap. 21. b. 9, in ſorte Leuitarum, filiis Aaronis data fuiſſe nouem oppida de tribu Iudæ & Simeon, inter quæ primo loco nominatur Ciriath-arba, quæ & Hebron dicitur, & diſertè etiam adijcitur ſitam fuiſſe in monte Iudæ, quemadmodum copioſius refertur eiuſdem libri cap. 14. Quum igitur Zacharias ex familia Aaronis eſſet, & vna hæc vrbs ſacerdotum commemoretur in montibus Iudæ, non fuit neceſſe vt Euangeliſta de Zachariæ domicilio loquens, eius vrbis nomen diſertè exprimeret, quum nemo eſſet quin vbi mentio fieret ſacerdotum & ciuitatis Iudæ, ſatis intelligeret Hebronem intelligi.

41 Fœtus, βρέφος: id eſt ἔμβρυον. Nam proprièdicitur βρέφος de partu recens edito. Hæc interdum apud alios etiam authores permutantur. Aphrodiſæus, ἐν μὲν τῷ ἕκτῳ μετεωρολογικῶν βρέφος φησὶ μόνον. Dioſcorides, πῶμα δὲ τὸ βρέφος ὀνομάζουσιν. Phocylides autem vtrunque coniunxit in hoc verſiculo. Μηδὲ γυνὴ φθεῖρα βρέφος ἔμβρυον ἐκβάλῃ γαστός, vt eſt ab aliis annotatum. Sed fortaſſis vſus eſt Lucas nomine βρέφους, potius quàm ἐμβρύου, vt hunc motum inuſitatum fuiſſe oſtenderet, & puerò iam nato magis conuenientem quàm adhuc intra vterum delitescenti. Nam alioquin minimè nouum eſt fœtus in vtero ſubſilire. Sed tamen hunc motum à Spiritu ſancto profectum eſſe, ſatis etiam per ſe teſtatur Elizabetæ oratio de Chriſti conceptu vaticinantis, cui non interfuerat, & quem aliunde cognoſcere non potuerat.

42 Quia benedictus, καὶ εὐλογημένος. Benedictus dicitur Chriſtus humanæ naturæ ratione: id eſt quatenus vnctus eſt, accepto Spiritu ſupra omnem menſuram, vt primogenitus ſit inter multos fratres. Particulam autem καὶ tanquam cauſalem conuerti, Theophylactum ſequutus, qui ita interpretatur, & prolatis exemplis hanc enallagen confirmat, de qua alibi diximus. Videtur autem vberior ſenſus ſi ita accipiamus, vt intelligatur benedictionem Mariæ ab eo manare quem in vtero geſtabat.

44 Peruenit, ἐγένετο. Vulgata & Eraſmus ad verbum, Facta eſt. Vide Mar. 9. c. 33, & Iohan. 6. b. 19, & 21.

45 Quæ credidit, ἡ πιστεύσασα. In quibuſdam Vulgatæ editionis codicibus legitur, Quæ credidiſti: & paulo pòſt, Fient tibi: quaſi ſcriptum ſit σοὶ pro αὐτῇ. Sunt autem frequentes apud Hebræos iſtæ perſonarum mutationes. Nam, ἔσται. Vel, perfectum iri, vt poſt πεπληρωμένα non adſcribatur diſtinctio, & ἔσται non αἰνιγματικῶς, ſed ἀπλῶς accipiatur, ſicut explicat Theophylactus. A Domino, παρὰ Κυρίου: id eſt quod barbarè vulgò dicunt, ex parte Dei. Diſtingui enim debet παρὰ ab ἔσται. quanquam, quod ad rem ipſam attinet, nullum eſt diſcrimen. Dicitur enim Deus ipſe facere quod ipſius miniſtri faciunt eius mandato.

Καὶ εἶπε Μαριάμ, Μεγαλυνεῖ ἡ ψυ 46 χή μου τὸν Κύριον,

Tunc ait Maria, Magnificat 46 anima mea Dominum,

Et ait Maria, Magnificat anima mea Dominum,

Καὶ ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ 47 τῷ Θεῷ τῷ σωτῆρί μου.

Et exultat ſpiritus meus ſuper Deo ſeruatore meo. 47

Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.

Ὅτι ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν 48 τῆς δούλης αὐτοῦ, ἰδοὺ γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί·

Quia reſpexit humilem ancillam ſuam. ecce enim ex hoc tempore beatam me prædicabũt omnes ætates: 48

Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes:

Ὅτι ἐποίησέ μοι μεγαλεῖα ὁ δυνατὸς, 49 καὶ ἅγιον τὸ ὄνομα αὐτοῦ·

Quia magnificè mecum egit potens ille, cuius ſanctum eſt nomen: 49

Quia fecit mihi magna qui potens eſt: & ſanctum nomen eius:

Καὶ ἔλεος αὐτοῦ εἰς γενεὰς γενεῶν τοῖς 50 φοβουμένοις αὐτόν.

Et cuiũs miſericordia in omnes ætates parata eſt timentibus ipſum. 50

Et miſericordia eius à progenie in progenies, timentibus eum.

Eſa.51.b.9 Ποίησε κράτος ἐν βραχίονι αὐτοῦ: Pſal.33.b.10 διεσκόρπισεν ὑπερηφάνους διανοίᾳ καρ- Eſa.29.c.15 δίας αὐτῶν.

Fortè facinus fecit brachio ſuo: ‖ diſſipauit ſuperbos cogitatione cordis ipſorum. 51

Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.

46 Magnificat, μεγαλυνει: id eſt altè & magnificè prædicat, quod Hebræi declarant verbo גידל. Vide Matth.23.2.5.

47 Exultat, ἠγαλλίασε. Vulgata & Eraſmus ad verbum, Exultauit. Sed manifeſta eſt temporis enallage, niſi καὶ iterum malis pro δὲ, id eſt, Et pro Enim accipere. Nam oportuit præire intelligentiam Spiritus de tanto beneficio exultantis, vnde poſtea natum gaudium, quo totus eſt animus ita perfuſus vt lingua in apertas Dei laudes erumperet. Super Deo. ἐπὶ τῷ Θεῷ. Vulgata & Eraſmus, In Deo, quaſi ἐπὶ pro ἐν ponatur. Ego malo ἐπὶ declarare cauſam, ipſamque adeo gaudii materiam. Seruatore, σωτῆρι. Vulgata, Salutari: id eſt σωτηρίῳ, vt ſcriptum legimus in quodam codice, eodem ſenſu.

48 Quia reſpexit, ὅτι ἐπέβλεψεν. Reſpicere pro diligere & gratuito fauore complecti, etiam à Latinis vſurpatur. Solent enim homines, ſicuius ipſos capit commiſeratio, in eum intueri: ſiquem autem aſpernantur, ab eo auertere oculos. Itaque eoſdem etiam habitus Deo tribuunt eo tropo qui dicitur ἀπὸ μέρους. Humilem ancillam ſuam, ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ. Vulgata & Eraſmus ad verbum, Ad humilitatem ancillæ ſuæ. Sed humilitas ancillæ pro humili ancilla ponitur ex Hebræorum idiotiſmo: de quo diximus Matth.24.b.15. Significat autem ταπείνωσις humilitatem, id eſt vilem & abiectam conditionem, qualis eſt nimirum vilium ſeruulorum. Itaque inepti ſunt qui modeſtiam cæteráſque Mariæ virtutes hoc loco prædicant: quaſi ταπείνωσις illud ſit quod Græci ταπεινοφροσύνην vocant, Galli verò vernaculo ſermone *humilité*: quaſi denique Maria vlla ſua merita, ac non potius infinitam Dei miſericordiam collaudet, vt rectè obſeruat Eraſmus in hunc locum. Profert autem Theophylacti verba: quæ iterum libuit exſcribere, vt præpoſteri iſti Mariæ cultores intelligant, ſiquid illis mentis ac cordis ſupereſt, ſanis hominibus nunquam placuiſſe iſta quæ ipſi tam pertinaciter tuentur. Sic igitur ille, Ἡ παρθένος, πλουσίαν παρεσκευάσατο δοξολογὴν τῷ Θεῷ τὸ θαῦμα, οὐχ ἑαυτῇ ἀνατιθεῖσα γάρ, φησὶν, ἐπέβλεψεν ἐπ' ἐμὲ τὴν ταπεινὴν, οὐκ ἐγὼ ἐκείνου ἀπεδεξάμην· ἐκεῖνός με ἠγάπησεν, οὐκ ἐγὼ αὐτόν· ἐζήτησε. καὶ οὐκ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί· οὐ μόνον Ἐλισάβετ, εἶπε καὶ αἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν γενεαί. ἆρ' οὐ δῆλον τὴν ὑμνῳδίαν οὐχὶ ἑαυτῆς εἶναι, ἀλλὰ τοῦ ἐπὶ τούτοις μετ' ἐμοῦ μεγαλύναντος Θεοῦ: id eſt, Virgo plenius edocta glorificat Deum, illi miraculum adſcribens, non ſibi. Ille enim, inquit, reſpexit ad me humilem, non ego illum ſuſpexi: ille mei miſertus eſt, non ego illum quæſiui: & ex hoc tempore beatam me dicent omnes generationes. non ſola verò Eliſabet, ſed & omnes credentium generationes. Sed quam ob cauſam beatam me dicent? num propter meam virtutem? Non: ſed quia mihi magnifica fecit Deus. Hactenus Theophylactus, & quidem Romæ excuſus annis abhinc tredecim. Ætates, γενεαί. Hebraicè דורות, vt diximus Matth.11.b.16. Quidam Nationes interpretantur: quaſi dicat Maria fore vt vniuerſus orbis terrarum hoc Dei beneficium celebret. Sed illud malo.

49 Quia magnificè mecum egit, ἐποίησέ μοι μεγαλεῖα. Hebr. עשה גדולות, vt Pſal.98.v.1, ad quem locum videtur Maria reſpexiſſe. Deflexi autem aliquantulum à verbis ipſis, tum in hoc Mariæ cantico, tum etiam in altero Zachariæ, vt obſcuriores Hebraiſmos illuſtrarem. Potens ille, ὁ δυνατός. Articulus hoc loco præſtantiam declarat, & ὁ δυνατὸς Deum Græcis ſignificat, ſicut האל Hebræis: pro quo tamen Græci interpretes τὸν ἰσχυρὸν plerunque dicunt. Annotandus præterea Hebraiſmus, quo repetitur antecedens loco relatiui. Videbatur enim potius dicendum αὐτὸς, vel ἐκεῖνος: id eſt ipſe vel ille. Cuius nomen, καὶ ἅγιον τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Hebr. ושמו. Vulgata & Eraſmus ad verbum, Et nomẽ eius. Apparet autem Hebraiſmum eſſe à Græcorum & Latinorum idiomate alienum, nempe quòd ſoleant Hebræi ſua quæ vocant affixa nominibus ſubiicere.

50 In omnes ætates, εἰς γενεὰς γενεῶν. Vel, in omnem poſteritatem. In quibuſdam codicibus legitur eodem ſenſu, εἰς γενεὰν καὶ γενεάν. Significatur autẽ γενεᾶς appellatione id quod Heb. דור, vel עד, vel קדם vocãt, Græci etiam αἰῶνα, Latini æuum, vel ſeculum, vel ætatem: vt intelligamus promiſſiones Dei complecti perennia ac perpetua bona: denique nunquam excidere verbum Dei, quemadmodum loquitur Paulus: vt illud ſit quod Hebræi dicunt לדור ודורים, aut לעולם קדמים. Vel hoc vocabulo declarantur nepotes, cæterique deinceps poſteri: vt ſit hæc ſententia, tantam eſſe Dei miſericordiam vt non ſolos credentes, ſed etiam eorum poſteros faciat bonorum ſuorum participes in mille vſque progenies, quemadmodum ipſe teſtatur Exodi 20.b.6. Quòd ſi hanc interpretationẽ ſequamur cum Vetere interprete, qui vertit, A progenie in progenies, id eſt ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεάν, & cum Eraſmo, qui ad verbum interpretatus eſt, In progeniem & progeniem: tum demum εἰς γενεὰς γενεῶν idem declarabit atque לבני בנים: id eſt in filios filiorum. Reſpicit autem Maria, atque adeo totidem verbis repetit quod ſcriptum eſt Pſal.103.c.17. vbi vtriuſque interpretationis exemplum extat. Timentibus, φοβουμένοις: id eſt religioſè ac reuerenter ipſum colentibus. Nam apud Hebræos יראה totum Dei cultum declarat. Verbum autem ſuppleui quod explendæ conſtructioni deerat.

51 Forte facinus fecit, ἐποίησε κράτος. Sic apud Hebræos עשה חיל, vt Pſal.118.c.16. Vulgata, Fecit potẽ-

tiam. Eraſmus, Præſtitit robur: vterque nimium obſcurè, quum eiuſmodi enallage vix habeat locum in Latino ſermone. Videtur autem ab hoc dicendi genere non multũ diſſidere Homericũ illud Iliad. β, --αὐτὰρ καὶ Διὸς ἀγγέλῳ ἐτράπετο ἐν ὤμοισι ἰδὲ χερσὶν ὑπέρθετο, εἶδε καὶ οὖκα. Brachio ſuo, ἐν βραχίονι αὐτοῦ. Pleonaſmus hic eſt maximæ energiæ, & Hebræis familiaris, apud quos etiam זרוע accipitur pro robore. Diſſipauit, διεσκόρπισεν: id eſt בזר, tralatione ſumpta à turbine, qui paleas abreptas huc & illuc ſpargit: quæ ſimilitudo frequenter occurrit in Pophetis, & optimè declarat fore vt ſuperborum conſilia à ventis (quod aiunt) auferantur: id eſt tanquam res inaniſſimæ pereant, vt ſcribitur Eſaiæ capite viceſimonono: quod quidem caput videtur Maria hoc ſuo cantico quaſi commentariis quibuſdam illuſtrare. Vel התפרץ id eſt, ita comminuit vt fruſtra hinc & inde diſſilierint: quæ interpretatio videtur reſpondere illi quod paulo antè dixerat ἐπόησε κράτος. Id autem Latini etiam Diſpergendi verbo declarant, vt apud Terentium, An tibi mauis cerebrum diſpergi? Itaque non reprehendo Veterem interpretem quod ad ſententiam attinet: ſed tamen hoc vocabulum repudiaui vt ambiguum. Quid ſi verò διανοίᾳ idem valeat atque apud Hebræos זדון? Video enim in ſententia prorſus ſimili hoc vocabulum frequenter vſurpari, vt Pſal. 33. b. 10, & 2. Sam. 15. d. 34. & Iob 5. b. 12. Quocunque autem modo accipias, videtur Diſſipandi vocabulum optimè conuenire. Cogitatione, διανοίᾳ. Accommodari hoc poteſt diuerſo ſenſu ad verbum διεσκόρπισεν, vt ſignificetur à Domino diſſipari ſuperbos, idque iis ipſis conſiliis & artibus quibus conantur alios euertere: (comprehendit enim eos Dominus in aſtutia ſua, & malum conſilium (vt aiunt) ipſi conſultori peſſimum eſſe ſolet) aut diſſipari ſuperbos cum ſuis conſiliis, aut denique propter praua eorum conſilia. Vel coniungi poteſt cum nomine ὑπερηφάνους: vt ſit hæc ſententia, eos à Domino diſſipari qui ſibi in conſiliis ſuis placent. Mihi verò ſatis fuit Græca ſimpliciter conuertiſſe, vt nulli expoſitioni præiudicium adferrem.

Καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ θρόνων, καὶ ὕψωσε ταπεινούς.	52 Detraxit potentes è thronis, & extulit humiles.	52 *Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles.*
Πεινῶντας ἐνέπλησε ἀγαθῶν, καὶ πλουτοῦντας ἐξαπέστειλε κενούς.	53 ‖ Famelicos impleuit bonis, & diuites ablegauit inanes.	53 *Eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit manes.* 1 Reg. 2. a. 6 pſal. 34. b. 11
Ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ, μνησθῆναι ἐλέους	54 ‖ Suſcepit Iſrael puerum ſuum, vt memor eſſet miſericordiæ	54 *Suſcepit Iſrael puerum ſuum, memorari miſericordiæ ſuæ* Eſa. 30. d. 18, & 41. b. 8, & 54. b. 5
(Καθὼς ἐλάλησε πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν, τῷ Ἀβραὰμ, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ) εἰς τὸν αἰῶνα.	55 ‖ (Prout loquutus eſt patribus noſtris, *nimirum* Abrahamo, & ſemini eius) in æternum.	55 (*Sicut loquutus eſt ad patres noſtros, Abraham & ſemini eius*) *in ſæcula.* ierr. 31. a. 3. d. 10 Geneſ. 17. c. 19, & 22. c. 15 pſal. 132. b. 11
Ἔμεινε δὲ Μαριὰμ σὺν αὐτῇ ὡσεὶ μῆνας τρεῖς· καὶ ὑπέστρεψεν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς.	56 Manſit autem Maria cum illa quaſi menſes tres: & poſtea reuertit domum ſuam.	56 *Manſit autem Maria cum illa quaſi menſibus tribus: & reuerſa eſt in domum ſuam.*

52 Potentes, δυνάστας. Græco vocabulo vtitur ipſe Cicero Philippica vndecima, & Seneca in Thyeſte, Anxius ſceptrum tenet, & mouentes Cuncta dynaſtas, &c. adeo vt appareat in Oriente ita vocatos qui principes quidem eſſent, ſed regibus & tetrarchis inferiores: iidem fortaſſe atque illi quos Perſæ ſatrapas vocabant. Nos tamen hic noluimus nimium eſſe curioſi, quum ſatis conſtet ex antitheſi, quoſuis hic ſignificari qui opibus aut genere ſint inſignes: id eſt δυνάστας potius quàm ἔχοντας. Ethronis, ἀπὸ θρόνων vel è ſolijs. Videtur enim his nominibus auguſtius aliquid ſignificari quàm ſedis appellatione declaretur: quo tamen vocabulo Vetus interpres & Eraſmus vti maluerunt. Humiles, ταπεινούς: id eſt vilis & abiectæ conditionis homines. quod placuit rurſus obſeruare, neqeis inter ταπεινοὺς & πτωχοὺς nullum diſcrimen conſtituat: quanuis hoc quidem loco πτωχοὶ dicantur qui non modò inter homines ſunt infimi, ſed etiã coram Deo nihil prorſus ſibi tribuunt: qui denique verè pauperes ſunt ſpiritu.

53 Famelicos, πεινῶντας. Vulgata & Eraſmus ad verbum, Eſurientes: quibus opponuntur πλουτοῦντας. Sed apparet participia loco nominum, quæ verbalia vocant, eſſe poſita, Hebræorum more. Deinde verò oſtendit antitheſis non vocari famelicos, id eſt רעבים eos qui ſimpliciter eſuriant, (poſſunt enim eſurire etiam qui ditiſſimi ſunt) ſed eos qui ad extremam inopiam redacti ſunt, quos Hebræi אביונים vocant ab אוה quod concupiſcere & deſiderare declarat. Eſt igitur vehementior antitheſis quàm ſi πένητας oppoſuiſſet πλουσίους. Cõueniunt autem hæc Mariæ verba cum iis quæ ab Hanna referuntur 1. Sam. 2. 2. 6. Ablegauit, ἐξαπέστειλε. Vulg. & Eraſmus, Dimiſit: id eſt ἀφῆκεν, vel ἀπέλυσεν. Vtendum autem fuit vocabulo duriore, quale eſt Ablegare à ſe, & amandare.

54 Suſcepit, ἀντελάβετο: id eſt proſtratum, porrecta manu ſubleuauit. Eſt enim (vt inquit Galenus) τὸ ἀντιλαμβάνεσθαι, manus proprium, & ex antecedente intelligitur conſequens. quod Hebræi declarant verbo תמך, vtiturque eo Eſaias c. 41. b. 10. quem locum videtur Maria cantico ſuo accommodare. Cicero ſic ſolet hæc duo SVSCIPERE & TVERI, coniungere. Puerum ſuum, παῖδος αὐτοῦ: id eſt ſeruum ſuum: quanquam etiam vocatur filius, & quidem primogenitus, Exodi. 4. c. 22. Sed videtur Maria (vt modò dixi) iſta repetere ex Eſa. 41. b. 8, & 9. vbi diſertè dicitur Iſrael à Domino עבדי, id eſt ſeruus meus. Simpliciter tamen Græca conuerti, vt ſuum cuique iudicium integrum manear.

55 Loquutus eſt, ἐλάλησε: id eſt pollicitus eſt. Sic enim etiam accipitur apud Hebræos אמר. Nimirum Abrahamo, τῷ Ἀβραάμ. Rectè annotat Eraſmus Lucam variaſſe conſtructionem verbi ἐλάλησε: quod vt planius eſſet, adiecit particulam Nimirum, & Abrahamo Latina terminatione conuertit. Et ſemini eius, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ. Hebr. ולזרעו: id eſt poſteritati eius, vt alibi diximus. Intelligit autem Iſaacum, Iacobum, Dauidem, quibus nominatim Dominus renouauit promiſſionem factam Abrahamo, niſi aliter placeat explicare, vt ſtatim dicam. In æternum, εἰς τὸν αἰῶνα. In quibuſdam codicibus legitur ἕως αἰῶνος, in æternum vſque. Cæterùm in vetuſtis exemplaribus, atque adeo in Theophylacto Romano, iſta ſic diſtinguuntur vt hæc omnia κατὼς ἐλάλησε πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ, includantur parentheſi, & εἰς τὸν αἰῶνα connectatur cum ſuperiore verſiculo. Ego verò quanuis nihil immutarim contra tot exemplariũ cõſenſum, tamen puto hæc poſſe etiam legi ſine parẽtheſi. Neqi enim video cur nõ potius Lucas hæc annexuiſſet ipſi

versiculo superiore. Fortassis igitur hæc est sententia, Dominum misertum esse Israelis extremo hoc tempore, vt ostenderet se memorem esse misericordiæ, quemadmodum pollicitus est maioribus, sese videlicet misericordia vsurum tum erga Abrahamum, tum erga ipsius posteros: idque non ad certum vsque gradum posteritatis, sed in infinitum vsque.

Τῇ δὲ Ελισάβετ ἐπλήσθη ὁ χρόνος τοῦ τεκεῖν αὐτὸν καὶ ἐγέννησεν υἱόν. 57

Elisabetæ verò impletum est tempus pariendi: & peperit filium. 57

Elisabeth autem impletum est tempus pariendi: & peperit filiũ. 57

Καὶ ἤκουσαν οἱ περίοικοι καὶ οἱ συγγενεῖς αὐτῆς ὅτι ἐμεγάλυνε Κύριος τὸ ἔλεος αὐτοῦ μετ' αὐτῆς· καὶ συνέχαιρον αὐτῇ. 58 *supra 1.14*

Et audierunt accolæ & cognati eius Dominum magnifica misericordia sua vsum esse erga eam, ‖ & ei gratulabantur. 58

Et audierunt vicini & cognati eius quia magnificauit Dominus misericordiam suam cum illa: & congratulabantur ei. 58

Καὶ ἐγένετο, ἐν τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ ἦλθον περιτεμεῖν τὸ παιδίον, καὶ ἐκάλουν αὐτὸ ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, Ζαχαρίαν. 59

Et factum est; die octauo venerunt vt circuciderent puerulum, & vocabant eum ex nomine patris ipsius, Zachariam. 59

Et factum est, in die octauo venerunt circumcidere puerum, & vocabant eum nomine patris sui Zachariam. 59

Καὶ ἀποκριθεῖσα ἡ μήτηρ αὐτοῦ εἶπεν, Οὐχί· ἀλλὰ κληθήσεται Ἰωάννης. 60

Sed respondens mater eius ait, Nequaquam; sed vocabitur Iohannes. 60

Et respondens mater eius, dixit, Nequaquã: sed vocabitur Iohannes. 60

Καὶ εἶπον πρὸς αὐτὴν, Οὐδείς ἐστιν ἐν τῇ συγγενείᾳ σου ὃς καλεῖται τῷ ὀνόματι τούτῳ. 61

Et dixerunt ad eam, Nemo est in cognatione tua qui vocetur isto nomine. 61

Et dixerunt ad illam, Quia nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomine. 61

Ἐνένευον δὲ τῷ πατρὶ αὐτοῦ, τί ἂν θέλοι καλεῖσθαι αὐτό. 62

Innuebant autem patri eius quid vellet eum vocari. 62

Innuebant autem patri eius quem vellet vocari eum. 62

Καὶ αἰτήσας πινακίδιον, ἔγραψε, λέγων, Ἰωάννης ἐστὶν ὄνομα αὐτοῦ. Καὶ ἐθαύμασαν πάντες. 63 *supra 1.13*

Isque postulatis tabellis scripsit, dicens, ‖ Iohannes est nomen eius. Et mirati sunt omnes. 63

Et postulans pugillarem scripsit, dicens, Iohannes est nomen eius. Et mirati sunt universi. 63

Ἀνεῴχθη δὲ τὸ στόμα αὐτοῦ παραχρῆμα, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτοῦ· καὶ ἐλάλει εὐλογῶν τὸν Θεόν. 64

Apertum est autem os eius illico, & lingua eius: & loquebatur benedicens Deo. 64

Apertum est autem illicò os eius, & lingua eius, & loquebatur benedicens Deum. 64

Καὶ ἐγένετο φόβος ἐπὶ πάντας τοὺς περιοικοῦντας αὐτοὺς· καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ὀρεινῇ τῆς Ἰουδαίας διελαλεῖτο πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα. 65

Ortus est igitur timor omnibus accolis eorum: & in tota montana regione Iudææ diuulgata sunt omnia verba ista. 65

Et factus est timor super omnes vicinos eorum: & super omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc. 65

58 Magnifica misericordia sua vsum esse, ἐμεγάλυνε τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Vulg. Magnificauit misericordiam suam: id est, (vt loquuntur Hebræi) הגדיל חסדו עמה: sicut scriptum est Genes. 19. d. 19.

61 Innuebant, ἐνένευον: id est, signis & nutibus petebant. quod loquendi genus ortum est ex vulgi cõsuetudine, vt alia multa. veluti quod paulo antè vsurpauit, quum diceret, venisse vt circuciderent puerum, pro, venisse vt circuncisioni pueri interessent. Quid, τί: id est quo nomine. Abundat autem articulus, pleonasmo Atticis familiari, vt in illo Aristoph. exemplo quod citat Budæus, τὸν δὲ πῶϊ ἐμοί. Σκαφεῦ τὸ δί.

63 Dicens, λέγων: id est in hæc verba: vel est pleonasmus, quem alibi diximus Hebræis esse familiarem, apud quos infinitis locis abundat לאמור.

64 Apertum est, ἀνεῴχθη: id est, restitutus est illi vsus vocis quem amiserat. Videtur enim quodammodo illius os occlusum qui loqui non possit: qua ratione dicuntur etiam cæcorum oculi, & surdorum aures aperiri, vt scribitur Esa. 35. a. 5. Lingua eius, ἡ γλῶσσα αὐτοῦ. In editione Complutensi additur διηνοίχθη: quo verbo significatur soluta fuisse linguæ vincula, vt iam posset articulatè & distinctè loqui. Sed videtur repeti posse verbum ἀνεῴχθη, id est נתרו, quod apud Hebræos etiam significatur solui ac liberari è vinculis, vt Iob 12. b. 14.

65 Ortus est, ἐγένετο. Vulgata, Factus est. Erasmus, Peruasit, id est ἐπῆλθε. Infrà verò Act. 5. a. 5, ita vertit vt nos hoc loco. Accolis, τοῖς περιοικοῦσιν. Sic Cicero Ennenses, Siciliæ populum, vocat Cereris accolas, quòd apud eos Ceres diceretur habitare. Vulgata & Erasmus Vicinos interpretantur, id est γείτονας. cuius vocabuli visa est nimis angusta significatio. Dicuntur enim hoc loco Perioeci, id est accolæ, omnes illi qui totũ illum regionis tractum incolebant, vt declarat sequens membrum. Alioquin apud geographos multo latius patet perioecorum appellatio, qua intelliguntur omnes ii qui sub eodem parallelo habitant. Diuulgata sunt, διελαλεῖτο: id est ad verbum, sermonibus omniũ celebrata sunt. pro quo dixit Matth. 28. c. 15, διαφημίζεται. Positus enim hic est περιπατικὸς αἰὼν ἀορίστου. Omnia verba ista, πάντα ῥήματα ταῦτα: id est, quicquid hic dictum aut factum fuerat.

Καὶ ἔθηκαν πάντες οἱ ἀκούσαντες, ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν, λέγοντες, Τί ἄρα τὸ παιδίον τοῦτο ἔσται; Καὶ χεὶρ Κυρίου ἦν μετ' αὐτοῦ.

66 Et omnes qui audierunt, reposuerunt ea in corde suo, dicentes, Quisnam puerulus hic erit? Manus autem Domini erat cum eo.

66 *Et posuerunt omnes qui audierant, in corde suo, dicentes, Quis, putas, puer iste erit? Etenim manus Domini erat cum illo.*

Καὶ Ζαχαρίας ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐπλήσθη Πνεύματος ἁγίου καὶ προεφήτευσε, λέγων,

67 Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu sancto: prophetauitque, dicens,

67 *Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu sancto: & prophetauit, dicens,*

Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραήλ, ὅτι ἐπεσκέψατο καὶ ἐποίησε λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ.

68 Benedictus Dominus Deus Israel, quòd inuiserit & redemerit populum suum:

68 *Benedictus Dominus Deus Israel: quia visitauit & fecit redemptionem plebi suæ.*

infrà 1.d.30 matth.1.d.21

Καὶ ἤγειρε κέρας σωτηρίας ἡμῖν ἐν τῷ οἴκῳ Δαβὶδ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ.

69 Et erexerit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui:

69 *Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui:*

Psal.131.c.17

Καθὼς ἐλάλησε διὰ στόματος τῶν ἁγίων τῶν ἀπ' αἰῶνος προφητῶν αὐτοῦ,

70 Prout loquutus est per os sanctorum, qui à seculo fuerunt, Prophetarum suorum,

70 *Sicut loquutus est per os sanctorum, qui à seculo sunt, Prophetarum eius,*

Psal.131.c.18 ierem.23.a.6, & 30.b.19

Σωτηρίαν ἐξ ἐχθρῶν ἡμῶν, καὶ ἐκ χειρὸς πάντων τῶν μισούντων ἡμᾶς.

71 Fore ut nos seruaret ex inimicis nostris, & è manu omnium qui oderunt nos.

71 *Salutē ex inimicis nostris, & de manu omniū qui oderunt nos.*

66 Reposuerunt, ἔθηκαν. Hebraicè שמו: id est diligenter & attentè considerarunt, & velut infixerunt animo. Sic apud Homerum sæpe, — ἐν δ' ἐτὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσι. pro quo Virgilius, Sensibus hæc imis (res est non parua) reponas. Et alibi,— memori quæ condita mente teneto. Item,--manet alta mente repostum Iudicium Paridis. Manus autem Domini, &c. καὶ χεὶρ Κυρίου, &c. Hebraicè יד יהוה היתה עליו, præsens Dei fauor & singularis quædam virtus in eo apparebat, sicut Ezechielis 1.a.3. appellatione Manus Dei intelligitur Spiritus prophetiæ. Non dissimili ratione Pindarus Olymp. 10, dixit, Θεοῦ ζωὰ παλάμᾳ: id est τῷ τὰ Θεοῦ δυνάμει καὶ βουλῇσι. Cæterùm Vulg. conuertit Etenim manus, ᾗ γὰρ χείρ: quod etiam scriptum legimus in quodam codice, & videtur non malè conuenire.

68 Benedictus, Εὐλογητός. Subauditur ἔστω. Perinde enim est acsi dixisset, ἐυφημείσθω, vel δόξα ἐστίω: id est, Et laudetur ac prædicetur. Vel Εὐλογητὸς declarat omni gloria & laude dignum, vt incipiat Zacharias ab epiphonemate. Nos autem libenter retinuimus hoc etiam loco Benedicendi vocabulum, tanquam theologis familiare, cuius significationem alibi exposuimus. Quòd inuiserit, ἐπεσκέψατο. Hebraicè פקד: id est quòd se memorem esse declarauerit populi sui: adeo quidem vt ipse è cælo descenderit vt præsens eos inuiseret, & infinito pretio redimeret. Ita enim loquitur Dominus Exodi 3.c.8. quem locum videtur respexisse Zacharias; simul tamen designans Deum re ipsa iam præstitisse quod olim adumbrarat, id est è cælis verè descendisse, vt verum Israelem à captiuitate diaboli, peccati & mortis, sanguine suo redemptum sibi acquireret. Itaque propriam significationem verbi פקד retinendam putaui, quo ipsa Filii Dei in carne manifestatio & præsentia disertè exprimuntur. Castellio nuper, admodum frigidè & ambiguè totū hunc locū est interpretatus, quū diceret Deum procurasse populi sui liberationem. Nam (vt emphasin verbi ἐπισκέπτεσθαι præteream, de qua modò dixi) vel Christi beneficium quantum in nos extet, non satis intelligit, vel nimium parcè illud prædicat, qui ex Iesu, id est vno & solo nostræ salutis authore, facit salutis nostræ procuratorem. Denique nimium ieiunè Deum laudat qui ab eo dicit id esse procuratum aut etiam administratum, quod ipse solus vltro & inchoauit & perfecit. Redemerit, ἐποίησε λύτρωσιν. Hebraicè עשה פדות. Est autem periphrasis quam vno verbo maluimus explicare, vt constructio quæ Hebræa potius est quàm Græca vel Latina, melius cohæreret. Nam solere interdum diuersas constructiones sic coniungi ab Hebræis, vel illud Ierem. 3.v.16, satis ostendit לא יזכרו בו ולא יפקדו id est, nec recordabuntur eius, nec visent, eam videlicet. Sed hoc obseruandū est, quum multæ sint liberationis species, eam demum significari ἀνθρώπου nomine, quæ nec vi, (vt olim contigit, quum Dominus populum eriperet Pharaoni) nec cum bona hostium gratia (vt quum populus Babylone reuerteretur) sed iusto persoluto pretio impetratur. Ideo toties repetit Apostolus nos sanguine Christi redēptos, ingenti videlicet illo pretio quod olim adumbrabatur victimarum cruore, vt de salute nostra dubitare sit nefas. Hoc itaque videtur idē Castellio nuper nō satis cōsideraſſe, quū λύτρωσιν interpretaretur liberationem.

69 Erexerit cornu salutis, ἤγειρε κέρας σωτηρίας. Hebr. הרים קרן ישועה. Est autem totum hoc dicendi genus translatitium, quo significatur, quum planè collapsæ viderentur vires Israelis, ac in primis actum esse videretur de magnificis illis promissis Dauidi factis, Dominum excitasse Christum illum suum, sicut scriptū est Amos 9, qui inuicto suo robore, tanquam cornu quodam, proſtratis aduersariis Israelis, æternum illud regnum assereret. Est autem Hebræis familiare קרן, id est cornu, pro vi & robore vsurpare, translatione sumpta ab animalibus cornupetis, vt 1. Sam. 11.a.3, & quidē adiecto verbo הרים, quod respondet τῷ ἐγείρειν, quum agitur de amissæ potestatis aut virium instauratione, vt 1. Samuelis 2.b.10, & nominatim etiam vbi agitur de Messia, vt Psal. 131.d.17.

70 Loquutus est, ἐλάλησε. Hebr. אמר: id est diserè promisit, vt suprà diximus versu 55. A seculo, ἀπ' αἰῶνος. Hebr. מעולם, id est à condito mundo, vt Psalm. 119.52, & Act. 3.d.21. Interdum verò idem declarat ἀπ' αἰῶνος quod ab æterno, vt Psalm. 91.a.2, & alibi sæpe.

71 Fore ut nos seruaret ex inimicis, σωτηρίαν ἐξ ἐχθρῶν. Vulgata ad verbum, Salutem ex inimicis. Refertur autem σωτηρίαν ad verbum ἐλάλησε, quemadmodum & sequentes versiculi duo. Sed quia durior videri posset ista traiectio, rectè fecit Erasmus qui quæsita periphrasi studuerit illam emollire. Sed in ipsa periphrasi ab eo dissentio. Interpretatur enim, Fore vt seruaremur ab inimicis: cuius interpretationis amphiboliam nemo nō videt. Malui igitur vti verbo ἀνασωσασθαι, & seruare præpositionem ἐκ, quum sic scripserit Virgilius, Seruatum ex vndis, Strophadum me littora primùm Accipiunt.

Ποιῆσαι ἔλεος μετὰ τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ μνησθῆναι διαθήκης ἁγίας αὐτοῦ.

71 Vt vteretur misericordia erga patres nostros, ac memor esset Testamenti sui sancti:

71 Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari Testamenti sui sancti:

Gen.22.c.16 item.31.f.33 Ieb.6.c.13.d.17

Ὅρκον ὃν ὤμοσε πρὸς Ἀβραὰμ τὸν πατέρα ἡμῶν, τοῦ δοῦναι ἡμῖν,

73 Et iurisiurandi quod iurauit Abrahamo patri nostro, nimirum se daturum nobis,

73 Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrē nostrū, daturū se nobis,

Ἀφόβως, ἐκ χειρὸς τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν ῥυσθέντας, λατρεύειν αὐτῷ

74 Vt sine metu, è manu inimicorum nostrorum liberati, seruiremus ipsi

74 Vt sine timore, de manu inimicorum nostrorū liberati, seruiamus illi

1 Pet.1.c.15

Ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ ἐνώπιον αὐτοῦ, πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ἡμῶν.

75 Cum sanctitate & iustitia in ipsius cōspectu, cunctos dies vitæ nostræ.

75 In sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris.

Καὶ σὺ παιδίον, προφήτης ὑψίστου κληθήσῃ. προπορεύσῃ γὰρ πρὸ προσώπου Κυρίου, ἑτοιμάσαι ὁδοὺς αὐτοῦ·

76 Tu verò puerule, Propheta Altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini, vt pares vias eius:

76 Et tu puer, Propheta Altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare vias eius:

Τοῦ δοῦναι γνῶσιν σωτηρίας τῷ λαῷ αὐτοῦ, ἐν ἀφέσει ἁμαρτιῶν αὐτῶν.

77 Et des cognitionem salutis populo eius, per remissionem peccatorum ipsorum.

77 Ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorum.

Διὰ σπλάγχνα ἐλέους

78 Propter viscera misericordiæ

78 Per viscera misericordiæ

71 Vt vteretur misericordia, ποιῆσαι ἔλεος. Vulgata ad verbum, Ad faciendam misericordiā. Sic Hebr. לעשות חסד, quod esset in Latino sermone obscurius. Memor esset, μνησθῆναι: id est, re ipsa declararet se memorem esse: quomodo etiam accipitur hoc verbum suprà versu 54. Testamenti, διαθήκης, vel potius, pacti & fœderis, id est ברית: quanuis Testamenti vocabulum sua emphasi non caret, vt docet Epistola ad Hebræos. Itaque nolui quicquam mutare.

73 Et iurisiurandi quod iurauit, ὅρκον ὃν, &c. Apud Theophylactum legitur ὅρκου ὃν, & rectius, (opinor) vitata videlicet mutatione constructionis. Nam etiamsi legas quarto casu ὅρκον, non videtur tamen subaudienda præpositio κατ', (quæ eclipsis in hoc dicendi genere est prorsus inusitata) sed erit potius mutatio constructionis Hebraica. Hebræis enim verbū זכר, iungitur & genitiuo casui, absque articulo videlicet & accusatiuo, vt Græcis μέμνημαι, & Latinis memini: apud quos tamen vix reperias diuersas eiusdem verbi in eadem periodo constructiones, nisi varietur etiam significatio. Ponitur ergo ὅρκον vel ὅρκου in appositione, quod aiunt: vt explicetur vocabulum διαθήκης præcedens. Ideo addidimus coniunctionem Et, vt intelligatur epexegesis.

Se daturū nobis, τοῦ δοῦναι ἡμῖν. Hebraicè ולתת לנו. Eras. Vt daret nobis: vt videatur etiā τοῦ μνησθῆναι retuliſſe ad verbū ἐλεῆσαι, quod non possum probare. Apparet enim potius explicari his verbis iusiurandū ipsum, id est quid illud sit quod Deus iureiurando promiserat Patribus. Ideo hæc accipio ἀπλῶς potius ᾗ πλαγίως. Nam etsi videtur articulus τοῦ indicare subintelligendum esse ὅτι καί, (quæ particula finem declarat) tamen hoc ego nihil moror. Puto enim Hebraismum esse, & articulum τοῦ respondere seruili literæ ל, quæ non minus accipitur ἀπλῶς quàm πλαγίως. Itaque Deut.4.c.21, quod Hebraicè legimus ולכלת יבוא & ולבלתי עבור, Græci verterunt ὅτα μὴ διελθῶ, & ὅτα μὴ εἰσέλθω, pro ὅτι μὴ διελεύσομαι & ὅτι μὴ εἰσελεύσομαι. Itaque τοῦ δοῦναι perinde conuerti acsi scriptum esset δώσειν, vel ὅτι ἡμῖν δώσει. Veterem interpretem sequutus: à quo tamen in ea re dissentio quòd hæc videatur præcedentibus coniunxisse, vt nunc quidem ista imperitè in templis cantantur, quum potius pertineant ad sequentia.

74 Sine metu, ἀφόβως. Hebraicè נתלכנו: id est (vt loquitur Paulus Ephes.4.c.11) ἐν πεποιθήσει. Neque enim φόβον hic vocat religiosum illum timorem qui alio vocabulo dicitur δέος τιμῆς, & præcipua pars est pietatis: sed futuri mali ægritudinem, quam Latini metum vocant. Ea verò pugnat ex diametro cum fiducia illa filiorum Dei, qui fide iustificati pacem habent, vt loquitur Paulus Rom.5.a.1. Hæc igitur vt distinguerem, ἀφόβως potius conuerti Absque metu, quàm Sine timore, cum Vetere interprete & Erasmo. Cæterùm Theophylactus hoc aduerbium coniungit cum participio ῥυσθέντας, & interpretatur ἀκινδύνως: id est sine vllo nostro periculo. Christus enim, inquit, quiescentibus nobis crucifixus est. Sed vberior erit sensus & minus coacta interpretatio si ad λατρεύειν potius retulerimus.

75 In ipsius conspectu, ἐνώπιον αὐτοῦ. Hebraicè לפניו quam ipse Deus animorum scrutator approbet vt minimè simulatam, vt diximus suprà 6. Vitæ nostræ, τῆς ζωῆς ἡμῶν. In duobus codicibus deerat τῆς ζωῆς: neque etiam Vetus interpres legit.

76 Tu verò, σὺ δέ. Videtur δὲ omnino accipi pro δή hoc loco, vt alibi sæpe. Ita enim melius notatur apostrophe. In quodam codice scriptum legimus, καὶ σὺ δέ, Sed & tu. Puerule, παιδίον. Vulgata & Erasmus, Puer. Videtur autē aliqua esse emphasis diminutiui, hoc saltē loco minimè negligenda, perinde acsi diceret Zacharias, Tu verò puerule qui nunc tantillus es, tamen in hoc Christi regno veluti primas tenebis. Eris enim Altissimi prænuntius, & viā ad salutē cæteris præmunies. Altissimi, ὑψίστου. Hebraicè העליון, id est Dei, vt diximus suprà versu 35. Vocaberis, κληθήσῃ: id est eris, & quidem publico testimonio. Vide Matth.5.a.9, & 1.Iohan.3.v.1.

77 Et des, τοῦ δοῦναι. Iterum putaui particulam Et adiiciendam, vt intelligatur epexegesis. Explicat enim quomodo Iohannes præparaturus sit viam Domino, nimirum quòd annuntiaturus esset salutem in sanguine agni illius quem etiam erat commonstraturus digito. Dare autem cognitionem, ex Hebræorum idiomate, id est לתת מדע, hoc loco dicitur qui aliis aditum patefacit ad rem quampiam cognoscendam. Nam quum idem dicitur de Deo, longè maiorem habet emphasin, vt Dan.1.c.17. Per remissionem, ἐν ἀφέσει. Hebraicè סלחות. Nam alioquin admodum rarò additur præpositio huic casui, quum causam declarat instrumentalem aut quasi instrumentalem. Est autem remissio peccatorum, modus ipse per quem Deus Pater nos in Filio seruat, vt docet Paulus Rom.4.a.7, ex illo Dauidis versu, Beati quorum remissæ sunt iniquitates. Vulg. In remissionem. i. εἰς ἄφεσιν. Nam sæpe permutantur ἐν & εἰς sed præstat accipere ἐν ἀφέσει pro διὰ ἄφεσιν.

78 Propter viscera misericordiæ, διὰ σπλάγχνα ἐλέους. Hebraicè ברחמי חסדו: id est propter intimam & in ipsis visceribus hærentem misericordiam. Alii putant hoc dicendi genere declarari cum amorem quo

ſolent matres complecti ſua viſcera: id eſt ſuos natos. quæ interpretatio ſenſum eundem gignit atque ſuperior. Sed videtur hic adumbrare Zacharias Chriſti σπλάγχνα, qui ex ipſo Patris ſinu ad nos miſſus eſt. Eſt igitur magna vis huius Hebraiſmi: quem idcirco libenter retinuimus, & ſuprà etiam attigimus, quum explicaremus verbum σπλαγχίζεσθαι, quod reſpondet Hebræorum verbo רחם. Cæterum Vulgata & Eraſmus conuerterunt Per viſcera: id eſt διὰ σπλάγχνα: quanquam, quod ad ſententiam attinet, exiguum eſt in iſtis diſcrimen, niſi quum ſubtilius diſtinguendæ ſunt cauſæ ſalutis noſtræ.

Θεοῦ ἡμῶν, ἐν οἷς ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους·	Dei noſtri, ᵛquibus inuiſit nos ᵛ[Germen ex alto:	*Dei noſtri, in quibus viſitauit nos Oriens ex alto:* *Mal'ach.4.a.2 zach.3.d.9 & 4.c.11*
Ἐπιφᾶναι τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις, τοῦ κατευθῦναι τοὺς πόδας ἡμῶν εἰς ὁδὸν εἰρήνης.	79 ᵛVt appareat iis qui in tenebris & ᵛvmbra mortis poſiti ſunt, ad dirigendos pedes noſtros ᵛin viam paucis.	79 *Illuminare iis qui in tenebris & in umbra mortis ſedent, ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.* *ſupra.b.17*
Τὸ δὲ παιδίον ηὔξανε καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι· καὶ ἦν ἐν ταῖς ἐρήμοις ἕως ἡμέρας ἀναδείξεως αὐτοῦ πρὸς τὸν Ισραήλ.	80 Ipſe autem puerulus creſcebat & corroborabatur Spiritu: fuitque in deſertis ᵛad eum vſque diem quo ſe oſtenderet apud Iſraelem.	80 *Puer autem creſcebat, & confortabatur Spiritu: & erat in deſertis uſque in diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael.*
Κεφάλαιον βʹ	CAP. II.	CAP. II.
Ἐγένετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ἐξῆλθε δόγμα παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου, ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην.	1 FActum eſt autem, diebus illis ᵛvenit edictum à Cæſare Auguſto, ᵛvt deſcriberetur ᵛtota terra.	1 *Factum eſt autem in diebus illis, exiit edictum à Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur vniuerſus orbis.*
(Αὕτη ἀπογραφὴ, πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου)	2 (Hæc deſcriptio ᵛprima facta eſt præſide Syriæ Cyrenio)	2 *(Hæc deſcriptio prima facta eſt à præſide Syriæ Cyrino)*

Quibus, ἐν οἷς: id eſt per quæ viſcera, & qua miſericordia impellente. Vulgata ad verbum, In quibus, nimium obſcurè. Abundat autem iterum præpoſitio ἐν ex Hebræorum idiomate, quod paulo antè expoſuimus.

Germen, ἀνατολή. Hebraicè צמח. vocatur enim hoc nomine Meſſias ipſo etiam teſte Chaldæo paraphraſte, Ierem.23.a.5. Zach.3.c.8, & 6.c.12. quibus locis Græci interpretes conuerterunt ἀνατολὴ, impropriè quidem, vt exiſtimo. Nam ἀνατολὴ quum de ſole dicitur, vel ipſum ſolis exortum, vel eam cæli partem declarat vnde ſol exoritur: quum autem plantis & cæteris huiuſmodi rebus, aut etiam ipſorum hominum ortui tranſlatitiè tribuitur (vt Hebr.7.c.14. dicitur Dominus ἀνατεταλκέναι ἐξ Ιούδα) nihil aliud declarat quàm earum rerum exortū. In illis autem locis Ieremiæ & Zachariæ, & hic quoque idipſum quod exoritur, vocatur צמח, Græci verò diſertiores (quod ſciam) ἀνατελῶ nuſquam, ſed βλαστὸν vel βλάστημα vocant. Homerus autem ἔζον ſæpe appellat, vt Latini Stirpem. Neque verò dubito quin eò reſpexerit alter hic Zacharias in hoc ſuo cantico, & Filii Dei manifeſtationē in carne, & diuinum ipſius conceptus & ortus arcanum his verbis indicarit. Addit enim ἐξ ὕψους: id eſt ex alto. pro quo Hebræi dicūt ממרום è cælo videlicet, vt ſit antitheſis cæterarum velut plantarum, quæ omnes è terra germinant: hæc autem è cælo, vnde panis ille viuus in partes inferiores terræ deſcendit. Vulgata & Eraſmus Orientem interpretantur, quos deinde alii multi ſequuti ſunt: idcirco nimirum quia paulo pòſt ſit tenebrarum & lucis mentio. Sed nihil obſtat quominus dicamus Zachariam, quum ad diuerſas prophetias reſpiceret, diuerſas etiam tranſlationes coniunxiſſe, ſicut Pſal.97.v.11, lux dicitur ſata eſſe iuſto. Certè non video quomodo vel Hebraicum illud צמח quod Græcos oſtendi impropriè conuertere ἀνατελῶ, vel Græcum ipſum vocabulum ἀνατολὴ, vel Oriens Latinum, poſſis aut pro ſole, aut pro luce accipere, niſi valde coacta interpretatione: quod & ſemel tantùm fortaſſe apud poetam reperias. ſic enim Æneid.5. Et me, inquit, ſæuus equis oriens afflauit anhelis. Cæterum in quodam codice Argentoratenſis editionis ſcriptum legi ἀνατολῇ tertio caſu, vt ſit hæc ſententia, Dominum nos reſpexiſſe ſuo exortu ex alto: qui ſenſus bene quidem conuenit, ſed repugnat ſummus reliquorum exemplarium etiam manuſcriptorum conſenſus: & manifeſta eſt alluſio huius loci ad vaticinia illa Ieremiæ & Zachariæ quæ paulo antè citaui, in quibus Meſſias dicitur ἀνατολὴ recto caſu, & quaſi proprio nomine.

79 Vt appareat, ἐπιφᾶναι. Hic germen illud è cælo exoriens confertur cum ſole, quēmadmodum ſæpe Sol iuſtitiæ & Lux ipſa in vtroque Teſtamento dicitur: alioquin etiam in genere apud Hebræos Tenebrarum appellatione calamitas intelligitur, ac viciſſim Lucis nomine liberatio, & quæ illam conſequitur felicitas. Vmbra mortis, σκιᾷ θανάτου: id eſt vmbroſa & tenebricoſa morte. Vide Matth.4.c.16. In viam pacis, εἰς ὁδὸν εἰρήνης: id eſt, in eam viam quæ ad veram felicitatem ducit. Nam Hebræi Pacis appellatione eum ſtatum intelligunt in quo aliquis meritò acquieſcat. Etſi autem multi multos ſibi & diuerſos fines proponunt, tamen res ipſa oſtendit, eos demum rectam vitam ingredi qui Chriſtum ducem ſequuti, ad alteram illam vitam contendunt.

80 Ad eum vſque diem quo ſe oſtenderet, ἕως ἡμέρας ἀναδείξεως αὐτοῦ. Vulgata ad verbum, Vſque ad diem oſtenſionis ſuæ. Ego vt perſpicuitati ſtuderem, à Græcis aliquantulum deflexi, nulla ſenſus iniuria

IN CAPVT II.

1 Venit, ἐξῆλθε. Vel, vt Vulg. & Eraſ. Exiit, id eſt in publicū emanauit. Vide Mar.8.b.11. Vt deſcriberetur, ἀπογράφεσθαι, id eſt vt deſcripris omnium ciuitatum capitibus, intelligeretur quæ cuiuſque regionis, vrbis, familiæ, domus facultates eſſent. Ideóque vertit Eraſmus, Vt cenſeretur: rectè quidem: ſed tamen hoc potius reſpondet τὸ ἀπογράφεσθαι: & Latini etiam Deſcribendi vocabulo vtuntur eadem ſignificatione qua Græci τὸ ἀπογράφεσθαι. Tota terra, πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. Ad verbum, Tota habitabilis, ita vt ſubaudias χώραν terra. Sed hoc dictum eſt καταχρηστικῶς, quum ſignificetur ea duntaxat terræ portio quæ Romanis parebat. Regnabat autē in Iudæa Herodes, ſed precariò, & ὑπὸ φόρου τινὸς, vt teſtatur Appianus.

2 Prima, πρώτη. Hoc vocabulum alii coniungunt cum ἀπογραφὴ, vt intelligamus primam hanc fuiſſe

deſcriptionem Iudæa: alii cum ἐγένετο, vt ſignificetur duas fuiſſe factas à Cyrenio deſcriptiones, quarum prior hic commemoretur, ea videlicet cuius nulla fit mentio à Ioſepho, qui poſteriorem duntaxat commemorat ab eodem Cyrenio factam, quum pulſo Archelao, Iudæa in prouinciam redigeretur. Notandum tamen eſt, Lucam non ſcripſiſſe ἐπὶ Κυρηνίου, quanuis Vetus interpres conuerterit A Cyrino: ſed ſimpliciter Κυρηνίου ἡγεμονεύοντος, id eſt quum præſidé Cyriæ ageret Cyrenius: vt videri poſſit explicare potius quando ſit facta hæc deſcriptio quàm à quo ſit facta. Cyrenio, Κυρηνίῳ. Ita ſcribitur hoc nomẽ in omnib⁹ exẽplaribus Græcis quæ vidi, atque adeo in Iuſtino & Ioſepho Græco. Sed Dionis libro 54, legimus Κυείντιον, & in Latino Coſs. catalogo, P. Sulpitium Quirinum: vt mihi quidem emendatiſſimè videatur ſcriptum eſſe Κυρείνιον in Romano Theophylacto. Is autem eſt Quirinus de quo multa Corn. Tacitus libro tertio. Sed aliunde maior oboritur difficultas, de qua etiam mihi putaui aliquid dicendum. Apparet enim ex Ioſepho non Cyrenium, ſed Quintilium Varum, qui poſtea cæſus eſt ab Arminio in Germania, vltimis Herodis annis fuiſſe Syriæ præſidem, & quidem Saturnino ſucceſſorem datum: nequis exiſtimet inter Saturninum & Varum poſſe locũ aliquem Cyrenio concedi. Deinde idem Ioſephus meminit quidem deſcriptionis factæ à Cyrenio, ſed quæ prorſus ſit diuerſa. nam hæc noſtra deſcriptio vniuerſalis eſt, illa verò Cyrenii ad Iudæam duntaxat pertinet: hæc viuente Herode, illa minimùm nouem annis interiectis, pulſo in exilium Archelao, fuit inſtituta: vt planè cum in pleriſque aliis, tum verò in hoc quoque infantiam ſuam prodiderit Nicephorus ille cuius magnum volumen nugarum & mendaciorum plenum nuper quidam edidit. Quid igitur? Nempe quod ad poſteriorem nodum attinet, facilè ſolui poteſt, ſi dicamus duas diuerſas deſcriptiones fuiſſe à Cyrenio factas. Sed hic nos inuoluet prior ille nodus, quum tempore naſcentis Chriſti, (ſi Ioſephum ſequamur) non Cyrenius, ſed Varus, vel certè Saturninus Syriæ præfuerit. Ioſephũ autẽ in re tam celebri & ex actis publicis cognita, mirũ eſt potuiſſe tam turpiter hallucinari. Præterea vix (opinor) hoc ferre poteſt imperii Romani cõſuetudo vt vnus idẽ pacatæ prouinciæ duobus tẽporib⁹ diuerſis præfuerit. Neceſſe eſt tamẽ vt Euãgeliſtæ ſua cõſtet authoritas. Ita q; ſupereſt vt vel in Syriæ præſidibus enumerandis errauerit Ioſephus, vel potius vt quẽadmodũ ipſe libro Antiquitatũ 16, Volumnium adiungit Saturnino quaſi collegam in Syriæ adminiſtratione, (quem tamen libro primo de bello Iudaico procuratorem Cæſaris fuiſſe dicit) ſic etiam exiſtimemus, huius deſcriptionis tempore Varum quidem fuiſſe Syriæ præſidem, ſed ei adiunctum fuiſſe Cyrenium: qui quum in Herodis regno non poſſet dici Iudææ præſes, neque tamen ſimplici procuratoris Cæſaris titulo videretur ſatis honeſtari, Syriæ etiam præſes diceretur. Quid ſi verò potius totum hoc αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου, quum ab aliquo eſſet in albo libri annotatum qui Cyrenii deſcriptionem cum iſta confuderit, poſtea in contextum irrepſit? Sed hoc quidem eſt nodum ſecare potius quàm ſoluere. Abſit autem vt vel apicem vnum immutem, vel nodum quicquam detraham. Quod autem ad hanc orbis deſcriptionem attinet, libuit etiam quædam παρίστασθαι ſubiicere, à nemine (quod ſciam) animaduerſa. Scribit Dion lib. 56, quum Auguſtus alendis exercitibus, quibus imperium Romanum continebatur, viceſimam inſtituiſſet, & id tributum omnes ægerrimè ferrent, adeo vt quiduis potius paſſuri viderentur, cõſtituiſſe tributũ ex agris & ædibus colligere. Statim igitur, inquit, μαθὼν αὐτὸν, μᾶλλον ἔστιν μᾶλλον ἢ ὅτι καὶ αὐτὸ δι' ἑαυτοῦ, ἵνα μὴ ἄλλος ἄλλα πρός τι τῶν ἰδιωτικῶν ἢ καὶ τῶν πολιτικῶν μέρων χαριζόμενος, id eſt, Quum nõ diciſſet vel quantum, vel quemadmodum illud daretur, alios alió miſit qui priuatorum hominum ipſarúmque ciuitatum bona deſcriberent. Poſſent igitur hæc Dionis verba videri ad hanc orbis deſcriptionẽ pertinere cuius mentionem facit Lucas, niſi repugnaret temporis ſeries. Id enim ipſe refert in annum imperii Auguſti penultimum, quum Chriſtus annum iam ageret decimumquartum. Itaque ſiquis hic eſt coniecturæ locus, exiſtimarim Auguſtum pro ſuo iure, quum Romani imperii breuiarium conficeret, huiuſmodi deſcriptionem inſtituiſſe: non vt noua tributa exigeret, ſed vt totius imperii facultates, copias, vires, ac prouentus quotidianos intelligeret. quamobrem etiam nullus eſt eo tempore in Iudæa excitatus tumultus, ſicut poſtea factum eſt, quum Archelao pulſo, & Iudæa à Cyrenio in prouinciam redacta, tributa à Romanis exigerentur. Neque enim alia ratione confici potuit hoc breuiarium, de quo poſt Suetonium ſic ſcribit Dion eodem libro, Ab auguſti morte, inquit, prolata ſunt quatuor ipſius volumina, quorum tertium, τὰ μὲν πραχθέντα καὶ ὑπ' αὐτοῦ καὶ ὑπὸ τῶν ἀλλοτρίων ὑπ' αὐτοῦ δημοσίων, τὰ δὲ καὶ ὑπὸ τῶν ἰδιωτικῶν χρημάτων, & eſt ἄλλα ποσότητα εἰς τὸν ἡγεμονίαν φέροντα ὧν ἔχει: id eſt, Complectebatur quæ ad milites, quæque ad reditus ſumptúſque publicos pertinebant, item quanta pecuniæ ſumma in fiſcis eſſet, & quæcunque eiuſmodi ad imperium ſpectabant. Sed de his hactenus.

Καὶ ἐπορεύοντο πάντες ἀπογράφεσθαι, ἕκαστος εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν.	3 Ibant igitur omnes vt deſcriberẽtur, in ſuam quiſque vrbẽ.	3 *Ibant omnes vt profiterentur, ſinguli in ſuã ciuitatem.*
Ἀνέβη δὲ καὶ Ἰωσὴφ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, ἐκ πόλεως Ναζαρὲτ, εἰς τὴν Ἰουδαίαν, εἰς πόλιν Δαβὶδ ἥτις καλεῖται Βηθλεέμ, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβίδ·	4 Ascendit autẽ etiã Ioſeph à Galilæa, ex vrbe Nazaret, in Iudæam, in vrbem Dauid quæ vocatur Bethlehem, propterea quòd eſſet ex domo & familia Dauid:	4 *Aſcendit autem & Ioſeph à Galilæa, de ciuitate Nazaret, in Iudæã, in ciuitatem Dauid quæ vocatur Bethlebẽ, eo quòd eſſet de domo & familia Dauid:*
Ἀπογράψασθαι σὺν Μαριὰμ τῇ μεμνηστευμένῃ αὐτῷ γυναικί, οὔσῃ ἐγκύῳ.	5 Vt deſcriberetur cum Maria deſponſa ſibi vxore, quæ erat prægnans.	5 *Vt profiteretur cum Maria deſponſata ſibi vxore, prægnante.*
Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐκεῖ, ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτήν.	6 Factum eſt autem quum eſſent illic, cõpleti ſunt dies quibus ipſa pareret.	6 *Factum eſt autem quũ eſſent ibi, impleti ſunt dies vt parceret.*

Iohan. 7. f. 42

4 Aſcendit, ἀνέβη. Hebraicè עלה, id eſt profectus eſt. Sunt tamen qui putent haberi rationem ſitus Hieroſolymorum, vel templi potius.

5 Deſponſa, μεμνηστευμένῃ. Differre τὸ μνηστεύεσθαι & τὸ γαμεῖν non minus quàm Sponſalia à nuptiis, alibi diximus. Cur igitur, dices, μεμνηστευμένη vocatur Maria quum iam nupſiſſet? nam probabile eſt ante profectionem apparuiſſe Ioſepho Angelum à quo iuſſus eſt eam ducere. Reſpondeo, fieri poſſe vt in ipſa profectione Ioſephus eam deprehenderit eſſe grauidam, & admonitus ſit ab Angelo: vel, etiamſi nupſiſſet, tamen Lucam maluiſſe deſponſam vocare quàm nuptam, propterea quòd Ioſeph ab Angelo præmonitus, non ſecus

abſtineret ab ea quàm ſi nondum eam duxiſſet. Poſſunt autem hæc coniungi vel cum ἐπορεύθησαν, vel cum ἀνέβη.

Καὶ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτὸν, καὶ ἀνέκλινεν αὐτὸν ἐν τῇ φάτνῃ· διότι οὐκ ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ καταλύματι.	7 Peperit igitur filium ſuum primogenitum, & faſciis eum inuoluit, reclinauitque eum in præſepi: eo quòd non erat eis locus in diuerſorio.	7 *Et peperit filium ſuum primogenitum, & pannis eum involuit, & reclinauit eũ in præſepio: quia non erat eis locus in diuerſorio.*
Καὶ ποιμένες ἦσαν ἐν τῇ χώρᾳ τῇ αὐτῇ ἀγραυλοῦντες, καὶ φυλάσσοντες φυλακὰς τῆς νυκτὸς ἐπὶ τὸν ποίμνιον αὐτῶν.	8 Erant autem paſtores in eadem regione ᵛexcubantes, & ᵛagentes vigilias ᵛnoctis ſuper gregem ſuum.	8 *Et paſtores erant in regione eadem vigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuũ.*
Καὶ ἰδοὺ, ἄγγελος Κυρίου ἐπέστη αὐτοῖς, καὶ δόξα Κυρίου περιέλαμψεν αὐτούς· καὶ ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν.	9 Et ecce, Angelus Domini ᵛſuperuenit ipſis, & ᵛgloria Domini circunfulſit eos: & timuerunt timore magno.	9 *Et ecce, Angelus Domini ſtetit iuxta illos, & claritas Dei circunfulſit illos: & timuerunt timore magno.*
Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ ἄγγελος, Μὴ φοβεῖσθε· ἰδοὺ γὰρ εὐαγγελίζομαι ὑμῖν χαρὰν μεγάλην, ἥτις ἔσται παντὶ τῷ λαῷ·	10 Tunc dixit eis Angelus, Ne timete: ecce enim euangelizo vobis gaudium magnũ, quod erit toto populo:	10 *Et dixit illis Angelus, Nolite timere: ecce enim euangelizo vobis gaudiũ magnum, quod erit omni populo:*
ὅτι ἐτέχθη ὑμῖν σήμερον σωτὴρ, ὅς ἐστι Χριστὸς Κύριος ἐν πόλει Δαβίδ.	11 ᵛNempe natum eſſe vobis hodie Seruatorẽ, qui eſt Chriſtus Dominus, in vrbe Dauid.	11 *Quia natus eſt vobis hodie Saluator qui eſt Chriſtus Dominus, in ciuitate Dauid.*
Καὶ τοῦτο ὑμῖν τὸ σημεῖον, Εὑρήσετε βρέφος ἐσπαργανωμένον, κείμενον ἐν τῇ φάτνῃ.	12 Hoc autem vobis ſignum erit, Inuenietis infantem faſciis inuolutum, iacentem in præſepi.	12 *Et hoc vobis ſignum, Inuenietis infantem pannis involutum, & poſitũ in præſepio.*
Καὶ ἐξαίφνης ἐγένετο σὺν τῷ ἀγγέλῳ πλῆθος στρατιᾶς οὐρανίου, αἰνούντων τὸν Θεὸν, καὶ λεγόντων,	13 Et repentè ᵛadfuit cum Angelo multitudo exercituum cæleſtium, laudantium Deum, & dicentium,	13 *Et ſubitò facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cæleſtis, laudantiũ Deũ, & dicentium,*
Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία.	14 ᵛGloria ᵛin *cælis* altiſſimis Deo, & in terra pax, ᵛin hominibus ᵛbeneuolentia.	14 *Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax, in hominibus bonæ voluntatis.*

8 Excubantes, ἀγραυλοῦντες. Sic apud Heſiodum in Theogonia, ποιμένες ἄγραυλοι cognominantur ἐπ' ἀγροῦ αὐλιζόμενοι, vt hic explicat Theophylactus. quod Latini ſimili ratione declarant Excubandi verbo, quaſi extrà cubare dicas, id eſt foris atque adeo ſub dio pernoctare. Idem etiam aliter interpretatur ἀγραυλοῦντες, ποιμένες ἀγροικοῖς αὐλοῖς νύκτα, quaſi ruſticis cantibus noctem tranſegerint paſtores: quam interpretationem planè repudio. Vulgata & Eraſmus, Vigilantes, id eſt γρηγοροῦντες. Agentes vigilias, φυλάσσοντες φυλακάς. Ad verbum, Cuſtodientes cuſtodias, quam paronomaſiam vt explicatet Eraſmus conuertit, Excubantes excubias. Noctis, τῆς νυκτός. Hebræus eſt pleonaſmus: neque enim vllæ ſunt diei vigiliæ. Eraſmus, Nocte, id eſt νυκτός: non addito articulo.

9 Superuenit, ἐπέστη. id eſt repentè venit, quum nihil minus expectarent. Nam inter omnes verbi ἐφίστημι ſignificationes hæc mihi viſa eſt huic loco maximè accommodata. Sic autem Latini Superueniendi verbo vtuntur: vt Horatius, Grata ſuperueniet quæ non ſperabitur hora. Vulgata, Stetit iuxta illos: & Eraſmus, Adſtitit: id eſt παρέστη. Idem tamen in annotationibus explicat, Inminuit ex alto: quia nimirum cælitus apparuit Angelus, & ἐπὶ etiam declarat Super vel Suprà. Gloria, δόξα. Vulgata, Claritas, nempe vt amphibolia vitaretur, quia interdum apud Hebræos כבוד יהוה pro ipſo glorioſo Deo accipitur, vt Exodi. 16. c. 10, & alibi ſæpe.

11 Nempe natum eſſe, ὅτι ἐτέχθη. Vulg. & Eraſmus, Quia natus eſt, quaſi ὅτι accipiatur αἰτιολογικῶς. At ego malo εἰδικῶς interpretari.

13 Adfuit, ἐγένετο: id eſt παρεγένετο. Vulgata & Eraſmus, Facta eſt: quæ interpretatio non conuenit huic loco. Exercituum cæleſtium, στρατιᾶς οὐρανίου. Ita vocantur ab Hebræis copiæ Angelorum, quibus circunſepta eſt Dei, tanquam potentiſſimi cuiuſdam monarchæ, maieſtas. Vulgata & Eraſmus, Militiæ cæleſtis. Ego verò militiam pro exercitu nuſquam legi. Deinde, vt melius conuenirent ſequentia, ſingularem numerum per pluralem conuerti.

14 Gloria, δόξα. Subauditur ἔστω vel ἐστί, id eſt eſto, vel eſt, ſenſu aliquantulum diuerſo propter ſequens membrum. Nam ſi Eſto ſubaudias, aut videbuntur Angeli non tam annuntiare factam pacem quàm futurã precari: aut καὶ pro ὅ accipias neceſſe eſt: quo modo etiam Theophylactus explicat. vt ſit hæc ſententia, Gloria ſit Deo, quòd pax in terris ſit hominibus conceſſa. Quòd ſi vtrobique ſubaudiamus ἐστί, Angeli videbuntur & Deo ipſi magnam ipſius gloriæ amplificationem, & hominibus ſingulare Dei beneficium gratulari.

In *cælis* altiſſimis, ἐν ὑψίστοις. Hebraicè במרומים, de quo aliquid diximus Matth. 21. 9. Non deſunt etiam qui conuertant, Gloria Deo qui eſt in cælis, quaſi ſcriptum ſit τῷ ἐν ὑψίστοις. Sed interpretatio quam ſequuti ſumus, videtur melius conuenire ſequenti antitheſi. Nam alioquin ſimili ratione non dicendum eſſet, Pax hominibus

bus qui ſunt in terrâ. In hominibus, ἐν ἀνθρώποις, vel inter homines Sed malo ἐν pro εἰς accipere: quam enallagen ſæpe iam annotauimus. Alioquin ſi ἐν ἀνθρώποις conuertamus, In hominibus, aut coniungenda hæc erunt membro ſuperiori, vt εὐδοκία ſeorſim legatur: aut certè abundabit præpoſitio ἐν, vt alibi ſæpe: niſi pro εὐδοκία legamus εὐδοκίαν, eo ſenſu quem paulo pòſt explicabimus. Annotat etiam Eraſmus, hanc præpoſitionem in nonnullis Græcis codicibus hoc loco non addi, & in pleriſque veteris editionis codicibus deeſſe conſtat. Benevolentia, εὐδοκία. Hanc particulam omnia Græca exemplaria quæ vidimus, atque adeo Theophylactus & Euſebius libro κατὰ μέρος ἡ, & Epiphanius κατ' Ἐλπιδίου, & Chryſoſtomus tomo quinto, homil. 56, quæ eſt De monachorum vita, & in Epiſtolam ad Coloſſ. connectunt cum ἐν τοῖς ἀνθρώποις, ita vt tria ſint huius gratulationis membra. Alii ſeorſim legunt, vt poſt ἐν τοῖς ἀνθρώποις adſcripta diſtinctione, εὐδοκία ſeorſim veluti pacis illius fons & origo prædicetur. Significat autem εὐδοκία idipſum quod Hebræi רצון, Latini benevolẽtiam (id eſt propenſam animi volũtatem) vocant, dicitúrque tum de gratuito & infinito illo Dei amore in electos, quos ipſe prior ante tempora æterna in Filio dilexit, vt Epheſ. 1. a. 5, & b. 9, pro quo Vetus interpres ſolet Beneplacitum dicere: tũ verò de mutua hominum inter ſe amicitia, qua fit vt alii aliorum commodis ſtudeant, vt Rom. 10 a. 1: atque adeo de ea charitate qua homines ipſum Deum diligunt, vt Philip. 1. b. 15. quam poſtremam notionem Eraſmus videtur non animaduertiſſe. Sed idem rectè eos reprehendit qui putarunt hic agi de hominum εὐδοκία, quum potius gratulentur Angeli hominibus gratuitam Dei cum ipſis reconciliationem. Rectè igitur Chryſoſtomus ad Coloſſ. εὐδοκίαν interpretatur καταλλαγήν: quanuis hæc ab illa differat vt conſequens à cauſa. Non malè etiã Theophylactus ἐνωθέντες, modò intelligamus Deũ non in ipſis hominibus, ſed in vno Filio acquieſcere, in quo vno dilectos ſuos ἐχαρίτωσεν. Cæterùm Origines homilia in Lucam 13, itémque Chryſoſtomus plurimis locis, vt Homilia in Mat. 36, item in Sermone De aſcenſione Domini, item Homilia De natiuitate Domini, Vetus denique interpres, pro εὐδοκία legerunt εὐδοκίας. Hebræos autem nemo eſt qui neſciat ſolere adiectiuorum loco vti genitiuis appellatiuorum. Sic filii promiſſionis, electionis, vaſa iræ, vaſa miſericordiæ, vaſa electionis, Hebraicè dicuntur ii quibus Deus deſtinauit promiſſiones, quos elegit, in quos iram vel miſericordiam decreuit exercere, quorum opera in rebus magnis vti cõſtituit. Ita igitur hoc loco (ſicut rectè Eraſmus annotauit) vocãtur οἱ ἄνθρωποι εὐδοκίας, id eſt ad verbum, Homines beneplaciti, vel (vt Vetus interpres conuertit) homines bonæ voluntatis, quos Hebraicè dicas אנשי רצון, id eſt, quos Deus ex gratuito ſuo propoſito diligit & complectitur in Filio. ſicut Daniel dicitur איש חמודות, id eſt vir deſideriorum, pro viro multis modis deſiderato. Sed hunc Hebraiſmum veteres (quod cum eorum pace ac venia dictum eſſe velim) quum non conſiderarent, variè corruperunt. Nam alii, vt Origenes (de quo quid ſentirem, in præfatione dixi) εὐδοκίας coniungunt cum εἰρήνη, traiectione prorſus violenta: Chryſoſtomus in ſermone De natiuitate Domini, manifeſtè ad bonam hominum voluntatem retulit. Veteres Latini ita etiam ſunt interpretati, & eum errorem recentiores Sophiſtæ auxerunt. Ad me verò quod attinet, quanuis (vt antè dixi) in omnibus exemplaribus legerim εὐδοκία, & ita ſim interpretatus tamen Origenis, Chryſoſtomi, Veteris interpretis authoritatem, ipſam denique rationem ſequutus, nõ recuſem legere εὐδοκίας. & totam hanc orationem in duo tantùm membra partiri, hoc modo, Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη ἐν ἀνθρώποις εὐδοκίας: id eſt, Gloria in cœlis altiſſimis Deo, & in terra pax in hominibus dilectis, vel complaciris. Neque enim hæc pax ad omnes pertinet, ſed ad eos demum quos Deus gratia ſua dignatur. Certè hoc modo plana erit omnium membrorum antitheſis, & nihil prorſus hiulcum aut detortum apparebit.

15 Καὶ ἐγένετο, ὡς ἀπῆλθον ἀπ' αὐτῶν εἰς τὸν οὐρανὸν οἱ ἄγγελοι, καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ ποιμένες εἶπον πρὸς ἀλλήλους, Διέλθωμεν δὴ ἕως Βηθλεέμ, καὶ ἴδωμεν τὸ ῥῆμα τοῦτο τὸ γεγονὸς, ὃ ὁ Κύριος ἐγνώρισεν ἡμῖν.

15 Et factum eſt, vt diſceſſerunt ab eis Angeli in cælum, tum paſtores illi dixerunt alii ad alios, Eamus ſanè Bethlehem vſque, & videamus factum iſtud quod Dominus notum fecit nobis.

15 *Et factum eſt, vt diſceſſerunt ab eis Angeli in cælum, paſtores loquebantur ad inuicem. Tranſeamus uſque Bethlehem, & uideamus hoc uerbum quod factũ eſt, quod fecit Dominus & oſtendit nobis.*

16 Καὶ ἦλθον σπεύσαντες, καὶ ἀνεῦρον τήν τε Μαριὰμ καὶ τὸν Ἰωσὴφ, καὶ τὸ βρέφος κείμενον ἐν τῇ φάτνῃ.

16 Venerunt igitur feſtinantes, & inuenerunt Mariam & Ioſeph, & infantem iacentem in præſepi.

16 *Et uenerunt feſtinantes, & inuenerunt Mariam & Ioſeph, & infantem poſitum in præſepio.*

15 Tum paſtores illi, καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ ποιμένες. Duplex hîc eſt hebraiſmus. Primùm enim ponitur καὶ pro ἐν, in ſubiectione, vt apud Hebræos יו pro את. niſi malimus καὶ abundare: de quo pleonaſmo diximus Mat. 18. b. 9. Deinde appoſitio eſt ſpeciei ad genus, pro quo dicunt Hebræi אנשים חרוצים: quod dicendi genus imitantur quidem interdũ Græci & Latini, vt alibi obſeruauimus, ſed raró. Itaque Veterem interpretẽ ſequutus, prætermiſi οἱ ἄνθρωποι tanquam redundans. Eraſmus autem ad verbum conuertit. Et homines paſtores, neglecto articulo, quem putaui potius exprimendum. Eamus, διέλθωμεν. Hebraicè נעבור. Vulgata & Eraſmus ad verbum, Tranſeamus. Sed apparet compoſitum pro ſimplici accipiendum eſſe vt Act. 11. v. 22, ſicut aliquoties apud Terentium verbum Tranſeo ſimili ſignificatione vſurpatur. Nunquam tamen apud Græcos differiores διέρχεσθαι legi pro ἰέναι καὶ πορεύεσθαι. Sanè, δή. Vulgata hanc particulam vt abundantem prætermiſit. Eraſmus conuertit, Iam: id eſt δὴ vel νῦν. Sed Latinos conſtat ſimiliter vſurpare aduerbium Sanè, præſertim in conceſſione.

Factum iſtud, τὸ ῥῆμα τοῦτο τὸ γεγονός. Hebraicè הדבר הזה אשר היה. Vulgata, Hoc verbum quod factum eſt. Eraſmus, Hoc quod audiuimus accidiſſe. Putauit enim ῥῆμα, id eſt (vt Hebræi loquuntur) דבר, dici rem nouam quæ rumore diuulgetur: quod vt interdũ verũ ſit, (ſicut apud Latinos nonnunquã rumor pro eo dicitur quod ipſo rumore ſpargitur) tamen non eſt perpetuũ. Imò verò hoc vocabulũ non minus latè patet apud Hebræos quàm πρᾶγμα apud Græcos, & Res apud Latinos: & ita hoc loco vſurpari credo, quum præſertim addatur participium γεγονός. Poſſumus tamen pro ipſo Angelorum nuntio accipere, & interpretari, Iſtud de quo nobis facta ſunt verba: vt ſequentia per epexegeſin explicentur. Ideo etiam in vno codice expunctum erat participium γεγονός, quaſi redundans. Notum fecit, ἐγνώρισεν. Hebraicè הודיע. Nam propriè apud Græcos γνωρίζειν ſignificat τὸ γνώριμον vel δῆλον ποιεῖν. Interdum tamen accipitur, vt hoc loco, pro eo quod Ouidius vno verbo dixit Notificare: vt apud Athenæum dicitur rex Perſarum præmia propoſuiſſe τῷ βουλομένῳ αὐτῷ γνωρίζειν. Vulgata, Oſtendit: id eſt δείκνυμι. Eraſmus, Aperuit: id eſt ἀνοίγω.

Ιδόντες δὲ διεγνώρισαν περὶ τοῦ ῥήματος τοῦ λαληθέντος αὐτοῖς περὶ τοῦ παιδίου τούτου.

17 Quum vidiſſent autem, diuulgauerunt id quod dictum fuerat ipſis de puerulo illo.

17 Videntes autem cognouerunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc.

Καὶ πάντες οἱ ἀκούσαντες ἐθαύμασαν περὶ τῶν λαληθέντων ὑπὸ τῶν ποιμένων πρὸς αὐτούς.

18 Et omnes qui audierunt, mirati ſunt ea quæ ipſis dicta fuerunt à paſtoribus.

18 Et omnes qui audierunt mirati ſunt de his quæ dicta erant à paſtoribus ad ipſos.

Ἡ δὲ Μαριὰμ πάντα συνετήρει τὰ ῥήματα ταῦτα, συμβάλλουσα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς.

19 Maria verò iſta omnia conſeruabat, conferens ea in corde ſuo.

19 Maria autem conſeruabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo.

Καὶ ἐπέστρεψαν οἱ ποιμένες, δοξάζοντες καὶ αἰνοῦντες τὸν Θεὸν ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἤκουσαν καὶ εἶδον, καθὼς ἐλαλήθη πρὸς αὐτούς.

20 Reuerſi ſunt autem paſtores, glorificantes & laudantes Deum ſuper omnibus quæ audierant & viderant, prout ipſis dictum fuerat.

20 Et reuerſi ſunt paſtores, glorificantes & laudantes Deum in omnibus quæ audierant & viderant, ſicut dictum eſt ad illos.

Καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν ἡμέραι ὀκτὼ τοῦ περιτεμεῖν τὸ παιδίον, καὶ ἐκλήθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦς, τὸ κληθὲν ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου πρὸ τοῦ συλληφθῆναι αὐτὸν ἐν τῇ κοιλίᾳ.

21 ‖ Et quum aduenisſet dies octauus vt circumciderent puerulum, tunc ‖vocatum eſt nomen eius Ieſus, quod vocatum fuerat ab Angelo priuſquam ipſe in vtero conciperetur.

21 Et poſtquam conſummati ſunt dies octo vt circumcideretur puer, vocatum eſt nomen eius Ieſus, quod vocatum eſt ab Angelo priuſquam in vtero conciperetur. Gen.17.b.18 Leuit.12.a.3. Supra,1.c.31 matth.1.d.21 iohan.7.c.22

Καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῆς κατὰ τὸν νόμον Μωσέως, ἀνήγαγον αὐτὸν εἰς Ἱεροσόλυμα, παραστῆσαι τῷ Κυρίῳ,

22 Et quum impleti fuiſſent dies purgationis Mariæ ‖ſecundum legem Moſis, adduxerunt eum Hieroſolymam, vt ſiſterent eum Domino,

22 Et poſtquam impleti ſunt dies purgationis eius ſecundum legem Moyſi, tulerunt illum in Ieruſalem, vt ſiſterent eum Domino, Leuit.12.b.6

(Καθὼς γέγραπται ἐν νόμῳ Κυρίου, Ὅτι πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν, ἅγιον τῷ Κυρίῳ κληθήσεται)

23 (Prout ſcriptum eſt in lege Domini, ‖Omnis maſculus primogenitus, ſanctus Domino erit)

23 (Sicut ſcriptum eſt in lege Domini, Quia omne maſculinum adaperiens vulvam, ſanctum Domino vocabitur) Exodi 13.a.2 numer.8.c.6

Καὶ τοῦ δοῦναι θυσίαν, κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν νόμῳ Κυρίου, Ζεῦγος τρυγόνων, ἢ δύο νεοσσοὺς περιστερῶν.

24 Et vt darent oblationem, ‖ſecundum id quod dictum eſt in Lege Domini, par turturũ, aut duos pullos columbarum.

24 Et vt darent hoſtiam ſecundum quod dictum eſt in Lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. Leuit.12.b.16

17 Diuulgauerunt, διεγνώρισαν id eſt διεφήμισαν, vt Marci 1.d.45. Vulgata, Cognouerũt. pro quo Eraſmus in annotationibus ſubſtituit Pernouerunt: vt ſignificetur, paſtores tum demum pernoſſe quod antè audierant ex Angelis. Sed prior expoſitio mihi videtur multo ſimplicior. Id, περὶ τοῦ ῥήματος. Hebraicè קל הדבר pro קול-הדבר, vt Thren.1.d.14. Vulgata & Eraſmus, De verbo. Sic in proximo verſiculo ἐθαύμασαν περὶ τῶν λαληθέντων, pro ἐθαύμασαν ἐπὶ λαλήσει: in quo dicendi genere alii Euangeliſtæ fere vſurpant præpoſitionem περί.

19 Conferens ea, συμβάλλουσα. Vel redundat hoc participium, vel ſupplendum eſt relatiuum quod expreſſimus: vt in illo Virgilii, -clypeóque ſiniſtram Inſertabam aptans. συμβάλλειν autem dicitur Maria, vel quòd ſimul ea omnia in animo veluti reponeret, vel quòd ſingula diligenter ſecum expenderet.

21 Et quum aduenisſet dies octauus, καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν ἡμέραι ὀκτώ. Vulgata & Eraſmus, Et poſtquam conſummati ſunt dies octo. Vide Act.1.a.1. Tunc vocatum eſt, καὶ ἐκλήθη. Iterum καὶ pro ὅτι, niſi malimus abundare. Vide ſuprà, verſu 15.

21 Mariæ, αὐτῆς. Vulgata, Eius, Mariæ videlicet. Oportuit enim impleri Legem, quanuis Maria Chriſti partu potius eſſet ſanctificata. Expreſſimus autem ipſum antecedens, vt vitaremus ambiguitatem. In pleriſque codicibus legitur αὐτοῦ, & ita etiam legit Origenes, quem ſequitur Eraſmus. Sed non video qui hoc conueniat, quum lex purificationis ad ſolam matrem pertineat. Itaque veterem editionem ſequi malui, cui Complutenſis editio adſtipulatur. Vt ſiſterent, παραστῆσαι. Vel Vt commendarent, inquit Eraſmus. Ego verò nuſquam legi hoc verbum in ea ſignificatione. Et tamen ſi hoc concederem, apparet παραστῆσαι reſpondere verbo הקטיר, quo vtitur Moſes Exodi 13.b.12: quod ad verbum declarat tranſire facere: id eſt, ſiſtere in conſpectum.

23 Primogenitus, διανοῖγον μήτραν. Ad verbum, Adaperiens matricem, Hebraicè פטר רחם: id eſt πρωτότοκον. Neque enim ſimpliciter declarat eum qui naſcitur, (vt putauit Eraſmus) ſed eum demum qui primus naſcitur. Itaque hunc Hebraiſmum vt obſcuriorem non retinui. Erit, κληθήσεται. Vel ad verbum, Vocabitur. Ponitur autem futurum indicatiui pro imperatiuo, eſto. Sed vtrunque hunc Hebraiſmum ſæpe iam expoſuimus.

24 Oblationem, θυσίαν. Hebraicè מנחה, id eſt προσφορὰν: niſi ſacrificium malimus vocare. Nam alioquin plurali numero dicendum erat, hoſtias. Quod dictum eſt, τὸ εἰρημένον: id eſt, quod eſt mandatum. Ponitur enim אמר pro אוה, vt alibi annotauimus. In quodam exemplari legimus τὸ γεγραμμένον, quod ſcriptum eſt.

Καὶ ἰδοὺ, ἦν ἄνθρωπος ἐν Ἰερουσαλὴμ ᾧ ὄνομα Συμεών· καὶ ὁ ἄνθρωπος οὗτος, δίκαιος καὶ εὐλαβὴς, προσδεχόμενος παράκλησιν τοῦ Ἰσραήλ. καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἦν ἐπ' αὐτόν.

25 Et ecce, quidam erat in Hierusalem cui nomen Simeon: erátque homo iſteiuſ:us ac˙ religioſus, expectans conſolationem Iſrael: & Spiritus ſanctus erat ˙ſuper eum.

25 Et ecce, homo erat in Ierusalem cui nomen Simeon: & homo iſte, iuſtus & timoratus, expectans consolationem Israel: & Spiritus sanctus erat in eo.

Καὶ ἦν αὐτῷ κεχρηματισμένον ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, μὴ ἰδεῖν θάνατον πρὶν ἢ ἴδῃ τὸν Χριστὸν Κυρίου.

26 Fuerátque ipſi ˙diuinitus nuntiatum à Spiritu ſancto, ipſum ˙non viſurum mortem, priuſquam vidiſſet ˙Chriſtum illum Domini.

26 Et responsum acceperat à Spiritu sancto, non uisurum se mortem nisi prius uideret Christum Domini.

Καὶ ἦλθεν ἐν τῷ Πνεύματι εἰς τὸ ἱερόν. καὶ ἐν τῷ εἰσαγαγεῖν τοὺς γονεῖς τὸ παιδίον Ἰησοῦν, τοῦ ποιῆσαι αὐτοὺς κατὰ τὸ εἰθισμένον τοῦ νόμου περὶ αὐτοῦ.

27 Is igitur venit ˙ impulſore Spiritu in tẽplum. & quum introducerent puerulum Ieſum ˙parentes, vt eius cauſa facerẽt ˙quod ex Lege conſueuerant:

27 Et uenit in Spiritum templum. Et quum inducerent pueruum Iesum parentes eius, ut faceret secundum consuetudinẽ Legis pro eo:

Καὶ αὐτὸς ἐδέξατο αὐτὸ εἰς τὰς ἀγκάλας αὐτοῦ, καὶ εὐλόγησε τὸν Θεὸν, καὶ εἶπε,

28 ˙Tunc ipſe accepit eum in vlnas ſuas, & benedixit Deo, ac dixit,

28 Et ipse accepit eum in ulnas suas, & benedixit Deum, & dixit,

Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου, ἐν εἰρήνῃ·

29 Nunc ˙dimittis ˙ſeruum tuum Domine, ˙ſecundum verbum tuum, ˙in pace:

29 Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum uerbum tuum, in pace:

Ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου,

30 Quia˙viderunt oculi mei ˙ſalutem tuam,

30 Quia uiderunt oculi mei salutare tuum,

25 Religioſus, εὐλαβής. Vulgata barbarè, Timoratus: qua de re copioſius dicemus Hebr. 5. b. 7. Eraſmus conuertit Pius, id eſt ὅσιος: quod ſcriptum inuenimus in duobus codicibus vetuſtis. Super eum, ἐπ' αὐτόν. Hebraicè יעליו: quo genere dicendi declaratur, vim illam Spiritus ſancti cælitus illabi. Appellatione autem Spiritus familiare eſt ſacris ſcriptoribus per metonymiam ipſa Spiritus ſancti dona ſignificare. Itaque nolumus à verbis vſitatis diſcedere.

26 Diuinitus nuntiatum, κεχρηματισμένον. Vide Matth. 2. b. 12. Accidit autem proculdubio Simeoni plenitudinem temporũ religioſè ſcrutanti, illud ipſum quod Danieli, Dan. cap. 9. v. 2. Nõ viſurum mortẽ, μὴ ἰδεῖν θάνατον. id eſt mortem non ſenſurum. Hebræa periphraſis ולהתי ראות חמות, pro כי לא ימות, vt Pſal. 89. g. 49. Latini non diſſimili forma loquendi, Somnum non vidiſſe dicunt pro non dormiuiſſe. Chriſtum illum Domini, τὸν Χριστὸν Κυρίου. Hebraicè המשיח יהוה. Eſt autem hæc appellatio omnibus regib˙ communis apud Hebræos, qua nimirum ſignificatur quod ait Solomon Proverb. 8. b. 15, reges à Domino accipere imperium, vt ipſe quoque Homerus multis locis agnouit. Sed Meſſiæ (id eſt Chriſti & regis) nomen peculiari ratione conuenit Ieſu Seruatori. Ideo expreſſimus articulum.

27 Impulſore Spiritu, ἐν τῷ Πνεύματι. Eraſmus, Per Spiritum. Vulgata ad verbum, In Spiritu, id eſt ברוח: quem Hebraiſmum retinuimus Matth. 12. d. 43. Hic verò propter amphibolium explicuimus, ne quis arbitretur iſta non re vera, ſed per ſpiritualem aliquam viſionem euenìſſe. Parentes, οἱ γονεῖς. Ita ſcriptum inuenimus in omnibus codicibus hoc loco, & paulo pòſt, verſu 41: ſed non dubium eſt quin Euangeliſta ſpectet vulgi opinionem potius quàm quod res erat. Nam (vt poſtea cõmemorat) habebatur Ioſephus pro Chriſti patre. Et paulo pòſt, verſu 33 & 48, ita appellatur: quũ tamen (vt pulchrè dicit Nazianzenus) Chriſtus, quatenus Deus eſt, ἀμήτωρ exiſtat, quatenus homo, ἀπάτωρ: & rurſus, Quia vnus eſt, vnum tantùm patrem & vnam matrem habeat: ſed illum quidem, Deum: hanc autem, hominem, quia in ipſo diuerſæ diſtinctæque naturæ in vnam perſonam coaluerunt. Itaque non eſt cur Hebionitæ aut alii hæretici ex hoc loco & aliis ſimilibus concludant Ieſum fuiſſe Ioſephi filium. In Vulgata editione additur relatiuum eius, αὐτοῦ. Quod ex Lege conſueuerant, κατὰ τὸ εἰθισμένον τοῦ νόμου. Vulgata & Eraſmus ad verbum, Secundum conſuetu dinem Legis, obſcurè.

28 Tunc ipſe, καὶ αὐτός. Vulgata, Et ipſe. Eraſmus, Ipſe quoque: quaſi videlicet alii quoque ſint Chriſtum amplexi: quod non puto. Vide ſuprà, verſu 15.

29 Dimittis, ἀπολύεις: id eſt, diſcedendi poteſtatem facis ex hac vita, vt patribus meis adiũgar, ſiue, vt ad te redeam: nam Dominus eum ad æternã pacem properantem velut è medio curſu reuocarat. Sanctos ſanè emorientes Deus à ſe non ablegat, ſed ad ſe potius reuocat: ſicut princeps quiſpiam qui legatis facit copiam ex prouincia reuertendi. Vel τὸν ἀπολύειν reſpondet verbo חניח, quod etiã ſignificat ſtatuere & collocare. vt ſit hæc ſententia, Nunc demum Domine ſeruum tuum in vera pace ac tranquillitate conſtituis, vt qui præſens oculis ſuis conſpexerit tuum Meſſiam: id eſt, illum ipſum à quo vno felicitas omnis eſt expectanda. Seruũ tuum, τὸν δοῦλόν σου. Hebraicè עבדך: id eſt, me qui ſum ſeruus tuus. Secundum verbum tuum, κατὰ τὸ ῥῆμά σου. Hebraicè, כאמרתך: id eſt, quemadmodum mihi pollicitus es. Reſpicit enim illud quod diuinitus intellexerat, vt paulo antè narrauit Lucas. In pace, ἐν εἰρήνῃ. Hebr. בשלום: id eſt feliciter & beatè, vt alibi expoſuimus.

30 Viderunt oculi mei, εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου. Heb. ראו עיני. Eſt autem huius pleonaſmi magna emphaſis, vt quum Latinè dicimus, His ego oculis vidi, vt videri poſſit pleonaſmus non eſſe. Nam animo quoque & opinione dicimur aliquid videre. Hic autem de corporeo Chriſti conſpectu ſibi gratulatur Simeon: quem tamẽ antea fide iam erat verè complexus, vt Abrahamus dicitur diem Domini vidiſſe, Ioh. 8. v. 56. Apud Homerum Vlyſſes Circen alloquens, vt verum conſpectum à falſo & imaginario diſtingueret, Λέξον, inquit, ἴν' ὀφθαλμοῖσιν ἴδω ἰείρας ἐπέρρας. Salutem tuam, σωτήριόν σου. Hebraicè ישועתך, vt Pſal. 78. d. 22, id eſt eum quem ſeruandis electis tuis deſtinaſti: vnde etiam factum vt vocetur Ieſus. quod nomen Simeon adumbrat. Vulgata & Eraſmus, Sa

lutare

Tuare tuum. Sed lidem rectius Ephes.6.c.17 salutem interpretantur. Siquis obiiciat Salutem tuam posse etiam passiuè accipi, respondeo absurdiorem esse hanc amphiboliam quàm vt vitanda fuerit.

Ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν·	31 Quam parasti ˇ in oculis omnium populorum:	31 *Quod parasti ante faciem omnium populorũ:*
Φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, καὶ δόξαν λαοῦ σου Ισραήλ.	32 Lumẽ ˇ patefaciendum Gentibus, & gloriã populi tui Israel.	32 *Lumen ad reuelationem Gentium, & gloriã plebis tuæ Israel.*
Καὶ ἦν Ιωσὴφ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ θαυμάζοντες ἐπὶ τοῖς λαλουμένοις περὶ αὐτοῦ.	33 Pater autem & mater eius mirabantur super iis quæ dicebantur de eo.	33 *Et erat pater eius & mater eius mirantes super iis quæ dicebantur de illo.*
Καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς Συμεὼν, καὶ εἶπε πρὸς Μαριὰμ τὴν μητέρα αὐτοῦ, Ἰδοὺ, οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ισραήλ, καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον	34 Et benedixit eis Simeon, dixítque Mariæ matri eius, Ecce ˇ positus est iste in ˇ casum & resurrectionem multorum in Israel, & ˇ in signum cui contradicatur:	34 *Et benedixit illi Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius, Ecce, positus est hic in ruinam & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur:* *Esa.8.c.14 rom.9.g.32 1 per.2.b.8*
(Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία) ὅπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοί.	35 (Quin & tuam ipsius animã ˇ traiiciet gladius) vt detegantur ex multis cordibꝰ cogitationes.	35 *(Et tuam ipsius animã pertransibit gladius) ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes.*
Καὶ ἦν Ἅννα προφῆτις θυγάτηρ Φανουὴλ ἐκ φυλῆς Ασήρ· αὕτη προβεβηκυῖα ἐν ἡμέραις πολλαῖς, ζήσασα ἔτη μετὰ ἀνδρὸς ἀπὸ τῆς παρθενίας αὐτῆς.	36 Erat etiam *quædam* Anna prophetissa, filia Phanuel, ex tribu Aser: hæc processerat in multã ætatẽ, postquã vixisset cũ viro annis septem à virginitate sua.	36 *Et erat Anna prophetissa filia Phanuel, de tribu Aser: hæc processerat in diebus multis, & uixerat cum uiro suo annis septem à uirginitate sua.*
Καὶ αὕτη χήρα ὡς ἐτῶν ὀγδοήκοντα τεσσάρων, ἣ οὐκ ἀφίστατο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, νηστείαις καὶ δεήσεσι λατρεύουσα νύκτα καὶ ἡμέραν.	37 ˇ Et *quum esset* vidua quasi annorum octogintaquatuor, non abscedebat à templo, ieiuniis ac ˇ deprecationibus ˇ seruiens Deo noctem ac diem.	37 *Et hæc uidua usque ad annos octoginta quatuor, quæ non discedebat de templo, ieiuniis & obsecrationibus seruiens nocte ac die.*

31 In oculis, κατὰ πρόσωπον. Hebr. לעיני: id est (vt alicubi dixit Virgilius) Ante ora. Sic Homer. Odyss. κ, Πρὸς κύματ' ἐσσεῖται ἰούσης, καὶ ἐφ' ἁλὸς οἴσεται ἰθύς. Vulg. ad verbum, Ante faciem: id est, tanquam signum aliquod edito loco positum, quo conuertantur omnium oculi: Alioquin κατὰ πρόσωπον accipitur pro eo quod barbari dicunt Secundum apparentiam, vt 2. Cor. 10. a. 2.

32 Reuelandum Gentibus, εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, Chald. לגלאה לעממיא: id est, lucem quæ Gentibus manifestetur & illucescat. Alludit enim ad Psal. 98. a. 2, & Esa. 9. a. 2, & 42. a. 6, & 49. b. 6. Vulgata & Erasmus ad verbum, Ad reuelationem Gentium. quæ interpretatio nimium est obscura.

34 Positus est, κεῖται. Hebraicè שת: id est, pro scopo est constitutus & destinatus à Deo, cui sic placet gloriæ suæ consulere. Sed tamen inter reproborum casum & Dei consilium interuenit ipsorum corruptio & spontanea infidelitas: quæ res facit vt totam exitii sui culpam meritò sustineant, quum Deus non aliter exequatur suum consilium quàm ipsorum scelera iustè vindicando. Casum & resurrectionem, πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν. In casum videlicet reproborum sua ipsorum culpa pereuntium, & in resurrectionem electorum, quibus datur vt credant. quod multo antè prædixit Esaias 8. c. 14 & 15. Nam vocabulum מוקש sigillatim est applicandũ, non coniunctim. Sed operæpretium est hoc loco considerare sacrilegam Castellionis audaciã, qui vtrunque Testamentum nuper ita conuertit vt suo arbitrio quiduis non modò detraxerit aut addiderit, sed etiam mutarit. Is igitur quia inter cæteros errores hunc etiam tuetur qui homini liberum arbitrium concedit, à cuius voluntate pendeat diuini consilii constantia, id est qui causarum ordinem prorsus inuertit: videbat autem verbum κεῖται non posse sine violenta interpretatione ad solum euentum referri, sed potius æternam Dei destinationem declarare, idcirco in locum vnius copulatiuæ coniunctionis, duas disiunctiuas substituit, & totum hunc locum ita interpretatur, Scito hunc multorum vel casui, vel resurrectioni in Israelitis destinatum esse. Hoc est scilicet diuinæ prouidentiæ religiosè patrocinari. In signũ, εἰς σημεῖον. Hebraicè, למטרה, vt Thren. 3. b. 12. Significat igitur Christum veluti scopum fore, quem omnes certatim figere contendant. Sed paulo pòst discedit à translatione. Origenes autem suo more planè ridiculus est, sic explicans hunc locum, Rom. 4. Contradicebatur, inquit, signo in quo Christus venerat, quia aliud in eo videbatur, aliud intelligebatur: caro videbatur, & aliud credebatur.

35 Traiiciet, διελεύσεται. Vulg. Pertransibit: quã interpretationem non reiicerẽ, nisi (vt rectè obseruat Eras.) inde arripuisset occasionẽ Augustinus parũ aptæ expositionis, quasi significare voluerit Simeon fore vt hic dolor non infideret animo Mariæ, sed pertransiret duntaxat. Atqui Græcè non scriptum est διαπερᾶσαι, sed διελεύσεται. Itaque Erasmus, vt hoc incommodum vitaret, maluit Penetrandi vocabulum vsurpare. Sed ne hæc quidem interpretatio Græco verbo respondet. Nam ferrum quidem quod traiicit, idem etiam penetrat: sed non contrà, quodcunque penetrat, illud etiam dici potest traiicere: quo verbo significauit Simeon penitus vulnerandum esse ipsius animum acerbissimis doloribus.

37 Et *quum esset* vidua, καὶ αὕτη χήρα. Vulg. & Eras. Et hæc vidua. Apparet Hebraicã esse repetitionem in

αὐτὸν & ἅ, quã noluimus imitari, ne nõ ſatis cohæreret oratio: ſed duplicis relatiui loco expreſſimus participiũ ὄν, quod in Græco ſermone ſubauditur. Eiuſmodi verò honeſtæ viduæ quarũ fierividetur mẽtio 1. Sam. c. 1. v. 22, quotidianis tẽpli & pauperũ miniſteriis multis occupabãtur: quẽ morẽ aliquatenꝰ poſtea retinuerũt Apoſtoli. Quaſi, ὡς. Vulgata, Vſque ad: id eſt ἕως, quod ſcriptũ legimus in duobus codicibus. Deprecationibus, λύτρωσιν. Sic rectè Eraſmus, vt annotabimus Act. 1. c. 14. Vulgata, Obſecrationibus: quum Græcis Obſecrare ſignificet τὸ παρακαλεῖν, vt idem Eraſmus in hunc locum annotauit. Seruiens Deo, λατρεύουσα. Quid ſit λατρεύειν, diximus Matth. 4. b. 10. Addidimus autem tertium caſum, vt amphiboliam vitaremus.

38 Καὶ αὐτὴ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἐπιστᾶσα ἀνθωμολογεῖτο τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐλάλει περὶ αὐτοῦ πᾶσι τοῖς προσδεχομένοις λύτρωσιν ἐν Ιερουσαλήμ.

38 Hæc igitur eo ipſo momento quum ſuperueniſſet, viciſſim confitebatur Domino, & loquebatur de eo omnibus qui expectabant redemptionem in Hieruſalem.

38 Et hæc, ipſa hora ſuperueniens, confitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionẽ in Ieruſalem.

39 Καὶ ὡς ἐτέλεσαν ἅπαντα τὰ κατὰ τὸν νόμον Κυρίου, ὑπέστρεψαν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, εἰς τὴν πόλιν ἑαυτῶν Ναζαρέτ.

39 At illi vt perfecerunt omnia ſecundum Legem Domini, reuerſi ſunt in Galilæam, in vrbẽ ſuam Nazaret.

39 Et vt perfecerũt omnia ſecundum Legem Domini, reuerſi ſunt in Galilæam, in ciuitatem ſuam Nazareth.

40 Τὸ δὲ παιδίον ηὐξανε καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι, πληρούμενον σοφίας· καὶ χάρις Θεοῦ ἦν ἐπ' αὐτό.

40 Puerulus autem creſcebat, & corroborabatur Spiritu ſimplebatúrque ſapiẽtia: & Dei gratia ipſi inerat.

40 Puer autem creſcebat, & confortabatur Spiritu, plenus ſapiẽtia: & gratia Dei erat in illo.

41 Καὶ ἐπορεύοντο οἱ γονεῖς αὐτοῦ κατ' ἔτος εἰς Ιερουσαλὴμ τῇ ἑορτῇ τοῦ πάσχα.

Deut. 16. a. 1

41 Ibant verò parẽtes eius quotannis Hieroſolymam ‖ in feſto Paſchæ.

41 Et ibant parentes eius per omnes annos in Ieruſalem, in die ſolenni Paſchæ.

42 Καὶ ὅτε ἐγένετο ἐτῶν δώδεκα, ἀναβαινόντων αὐτῶν εἰς Ιερουσόλυμα κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἑορτῆς,

42 Quũ igitur factus eſſet annorũ duodecĩ, aſcenderũt ipſi Hieroſolymã ſecundũ ritum feſti:

42 Et quum factus eſſet annorum duodecim, aſcendentibus illis in Ieroſolymam ſecundum conſuetudinem diei feſti:

43 Καὶ τελειωσάντων τὰς ἡμέρας, ἐν τῷ ὑποστρέφειν αὐτούς, ὑπέμεινεν Ιησοῦς ὁ παῖς ἐν Ιερουσαλήμ· καὶ οὐκ ἔγνω Ιωσὴφ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ.

43 Peractiſque eius diebus, quum reuerterentur illi, remanſit puer Ieſus in Hieruſalem: quod neſciuit Ioſeph nec mater eius.

43 Conſummatiſque diebus, quum redirent, remanſit puer Ieſus in Ieruſalem: & non cognouerunt parentes eius.

44 Νομίσαντες δὲ αὐτὸν ἐν τῇ συνοδίᾳ ἐλθεῖν ἡμέρας ὁδόν· καὶ ἀνεζήτουν αὐτὸν ἐν τοῖς συγγενέσι καὶ ἐν τοῖς γνωστοῖς.

44 Exiſtimantes autem eum eſſe in comitatu, ierunt viam vnius diei: & requirebant eum inter cognatos & inter notos.

44 Exiſtimantes autem illum eſſe in comitatu, uenerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos & notos.

45 Καὶ μὴ εὑρόντες αὐτὸν ὑπέστρεψαν εἰς Ιερουσαλὴμ, ζητοῦντες αὐτόν.

45 Et quum eum non inueniſſẽt, reuerſi ſunt in Hieruſalem, quærentes eum.

45 Et non inuenientes regreſſi ſunt in Ieruſalẽ, requirentes eum.

46 Καὶ ἐγένετο, μεθ' ἡμέρας τρεῖς εὗρον αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ καθεζόμενον ἐν μέσῳ τῶν διδασκάλων, καὶ ἀκούοντα αὐτῶν καὶ ἐπερωτῶντα αὐτούς.

46 Et factum eſt, triduo pòſt inuenerunt eum in templo, ſedentem in medio magiſtrorum, & audientem eos & eos interrogantem.

46 Et factum eſt, poſt triduum inuenerunt illum in templo, ſedentem in medio doctorum, audientem illos & interrogantem eos.

47 Ἐξίσταντο δὲ πάντες οἱ ἀκούοντες αὐτοῦ, ἐπὶ τῇ συνέσει καὶ ταῖς ἀποκρίσεσιν αὐτοῦ.

47 Obſtupeſcebant autẽ omnes qui eum audiebant, ſuper intelligentia & reſponſis eius.

47 Stupebant autẽ omnes qui eum audiebant, ſuper prudentia & reſponſis eius.

48 Καὶ ἰδόντες αὐτὸν, ἐξεπλάγησαν· καὶ πρὸς αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ εἶπε, Τέκνον, τί ἐποίησας ἡμῖν οὕτως; ἰδοὺ,

48 Et viſo eo fuerunt attoniti: & dixit mater eius ad eum, Fili, cur ita feciſti nobis? ecce,

48 Et uidentes admirati ſunt, & dixit mater eius ad illum, Fili, quid feciſti nobis ſic? ecce,

38 Eo ipſo momento, αὐτῇ τῇ ὥρᾳ. Vide Matth. 9. c. 22. Viciſſim confitebatur: id eſt ἀντωμολογεῖτο. Vulg. Confitebatur. ἐξωμολογεῖτο. Sed (vt rectè obſeruat Eraſmus) non erat negligenda particula ἀντί, qua ſignificatur Annam quaſi ſuccinuiſſe Simeoni in prædicando Meſſiæ aduentu, uel palàm & in omnium conſpectu præſentiam Chriſti annuntiaſſe. In Hieruſalem, ἐν Ἰερουσαλήμ. In vno codice ſcriptũ legimus ἐν τῇ Ἰσραὴλ, in Iſrael. Sed & in nonnullis exemplaribus Latinis ſimpliciter legitur, Redemptionem Iſrael.

40 Implebatúrque, πληρούμενον. Vulgata, Plenus, πλήρης. Eraſmus autem rectè expreſſit vim participii, quo ſignificatur diuinæ naturæ infinita illa vis pro ætatis progreſſu ſeſe in homine Chriſto exeruiſſe.

44 Ierunt, ἦλθον. Vulgata & Eraſmus, Venerunt. Apparet autem ἐλθεῖν poſitum eſſe pro ἰέναι: id eſt iter facere.

ὁ πατήρ σου κἀγὼ ὀδυνώμενοι ἐζητοῦμέν σε.

pater tuus & ego cruciati quærebamus te.

pater tuus & ego dolentes quærebamus te.

49 Καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς, Τί ὅτι ἐζητεῖτέ με, οὐκ ᾔδειτε ὅτι ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου δεῖ εἶναί με;

49 Tunc dixit ad eos, Quid eſt quòd quærebatis me? an neſciebatis quòd in iis quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe?

49 *Et ait ad illos, Quid eſt quòd me quærebatis? neſciebatis quia in iis quæ Patris mei ſunt oportet me eſſe?*

50 Καὶ αὐτοὶ οὐ συνῆκαν τὸ ῥῆμα ὃ ἐλάλησεν αὐτοῖς.

50 Sed ipſi non intellexerunt verba quæ loquutus eſt eis.

50 *Et ipſi non intellexerunt verbum quod loquutus eſt ad eos.*

51 Καὶ κατέβη μετ' αὐτῶν, καὶ ἦλθεν εἰς Ναζαρέτ· καὶ ἦν ὑποτασσόμενος αὐτοῖς. Καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ διετήρει πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς.

51 Deſcendit autem cum eis, venítque Nazaret: & erat eis ſubiectus. Et mater eius conſeruabat omnia hæc in corde ſuo.

51 *Et deſcendit cum eis, & venit Nazareth: & erat ſubditus illis. Et mater eius conſeruabat omnia verba hæc in corde ſuo.*

52 Καὶ Ἰησοῦς προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ, καὶ χάριτι παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις.

52 Ieſus autem proficiebat ſapientia, & ſtatura, ac gratia apud Deum & homines.

52 *Et Ieſus proficiebat ſapientia & ætate, & gratia apud Deum & homines.*

Κεφάλαιον γ΄

CAP. III.

CAP. III.

1 ΕΝ ἔτει δὲ πεντεκαιδεκάτῳ τῆς ἡγεμονίας Τιβερίου Καίσαρος, ἡγεμονεύοντος Ποντίου Πιλάτου τῆς Ἰουδαίας, καὶ τετραρχοῦντος τῆς Γαλιλαίας Ἡρῴδου, Φιλίππου δὲ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ τετραρχοῦντος τῆς Ἰτουραίας καὶ Τραχωνίτιδος χώρας, καὶ Λυσανίου τῆς Ἀβιληνῆς τετραρχοῦντος,

1 ANno autē decimoquinto imperii Tiberii Cæſaris, Pontio Pilato præſide Iudææ, tetrarcha Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regionis, & Lyſania Abilenes tetrarcha,

1 *ANno autē quintodecimo imperij Tiberii Cæſarii, procurante Pontio Pilato Iudeā, tetrarcha autē Galileæ Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regionis, & Lyſania Abilinæ tetrarcha,*

2 Ἐπ' Ἀρχιερέως Ἄννα καὶ Καϊάφα, ἐγένετο ῥῆμα Θεοῦ ἐπὶ Ἰωάννην τὸν τοῦ Ζαχαρίου υἱὸν, ἐν τῇ ἐρήμῳ.

2 ¶ Sub Pontificibus maximis Anna & Caiapha, factum eſt verbum Domini ad Iohannem Zachariæ filium, in deſerto.

2 *Sub principibus Sacerdotum Anna & Caipha, factum eſt verbum Domini ſuper Iohannem Zachariæ filium, in deſerto.* *Act.4.a.6*

3 Καὶ ἦλθεν εἰς πᾶσαν τὴν περίχωρον τοῦ Ἰορδάνου, κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν·

3 ¶ Venit igitur in omnem regionem circumiacentem Iordani, prædicans Baptiſmum reſipiſcentiæ in remiſſionem peccatorum:

3 *Et venit in omnem regionem Iordanis, prædicans Baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum:* *Matth.3.a.2 mar.1.a.4*

4 Ὡς γέγραπται ἐν βίβλῳ λόγων Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος,

4 Vt ſcriptū eſt in libro ſermonum Eſaiæ Prophetæ, dicentis,

4 *Sicut ſcriptum eſt in libro ſermonum Eſaiæ Prophetæ,*

48 Cruciati, ὀδυνώμενοι. Vulgata & Eraſmus, Dolentes, λυπούμενοι. Sed πεὶ δυνᾶσθαι videtur ipſe auctor per.

51 Et ſtatura, καὶ ἡλικίᾳ. Hæc deerant in vno vetere exemplari. Puto autem ab aliquo fuiſſe expuncta qui ἡλικίαν pro ætate accepit. Satis enim intelligitur ætas illius augeri qui pergit viuere. Malè igitur Vetus interpres & Eraſmus ἡλικίαν hoc loco ætatem interpretantur, quum accipiatur pro ipſa corporis ſtatura, vt diximus Matth.6.d.17. Idem error admiſſus eſt infrà Epheſ.4.c.13. In alio quodam exemplari primo loco ſcriptum erat ἐν τῇ ἡλικίᾳ, deinde σοφίᾳ & χάριτι, qui ordo melius videtur conuenire.

IN CAPVT III.

1 Decimoquinto, πεντεκαιδεκάτῳ. Ita reperitur ſcriptum ſummo conſenſu in omnibus exemplaribus: quod placuit annotare, vt intelligamus non conuenire Epiphanii ſupputationem, qui quatuor Herodis magni poſtremos annos Chriſti vitæ tribuit. Nam ſi verum eſt Archelaum Herodis ſucceſſorem nouem annis partim regem, partim tetrarcham Iudææ fuiſſe, cui deinde tres præſides per ſex annos vſque ad annum Tiberii primum ſucceſſerint, vt intelligimus ex Ioſepho: neceſſe eſt dicamus, cui annus tricesimus in annum decimumquintum Tiberii incidit, vltimo anno Herodis & natum eſſe, & in Ægyptum deportatum, vnde redierit quum iam Archelaus in patris regnum ſucceſſiſſet. Imperii, ἡγεμονίας. Apparet Lucam minimè fuiſſe ſolicitum de Tiberii imperio à Pilati præfectura diſtinguendo. Itaque nemo mirari debet quòd contra meū morem idem vocabulum in eodem verſiculo diuerſis modis ſim interpretatus. Sed & Græcos reliquos authores, qui Cæſarum vitas ſcripſerunt, video ſibi non conſtare. Nam pro imperio interdum ἡγεμονίαν, interdum ἀρχὴν, modò αὐτοκράτειαν ἀρχὴν, modò αὐτοκρατείαν dicunt. Præſides autem prouinciarum fere vocant ἐπάρχους vel ὑπατικούς, nonnunquam etiam ἡγεμόνας.

2 Ad Iohannem, ἐπὶ Ἰωάννην: id eſt πρὸς Ἰωάννην, vt Hebræi vſurpant עַל pro אֶל.

Esa.40.a.3 Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, Ετοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ.

|Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, complanate semitas eius.

Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas eius.

Marc.1.a.3 Iohan.1.c.23

5 Πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται, καὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται· καὶ ἔσται τὰ σκολιὰ εἰς εὐθείας, καὶ αἱ τραχεῖαι εἰς ὁδοὺς λείας.

5 Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis deprimetur: & quæ curua sunt, fient *in* rectas, & asperæ viæ ˇ *fient* planæ.

5 Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur: & erunt prana, in directa: & aspera, in vias planas:

6 Καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ.

6 Videbitque omnis caro ˇ salutem Dei.

6 Et videbit omnis caro salutare Dei.

Matth.3.b.7 7 Ελεγεν οὖν τοῖς ἐκπορευομένοις ὄχλοις βαπτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ, Γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς;

7 Dicebat igitur turbæ ˇ venienti vt baptizaretur ab ipso, |Progenies viperarũ, quis præmonstrauit vobis vt fugeretis à futurà ira?

7 Dicebat ergo ad turbas quæ exibant vt baptizarentur ab ipso, Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira?

8 Ποιήσατε οὖν καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας· καὶ μὴ ἄρξησθε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς, Πατέρα ἔχομεν τὸν Αβραάμ. λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι δύναται ὁ Θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Αβραάμ.

8 Ferte igitur fructus dignos iis qui resipuerint, & ˇ ne cœperitis dicere apud vosipsos, Patrem habemus Abrahã. Dico enim vobis, posse Deum etiam ex lapidibus istis excitare liberos Abrahamo.

8 Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ: & ne cœperitis dicere, Patrẽ habemus Abrahamũ. dico enim nobis quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.

9 Ἤδη δὲ καὶ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται· πᾶν οὖν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν, ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται.

9 Iam verò & securis ad radicem arborum posita est: omnis ergo arbor non ferens fructum bonum, exciditur, & in ignem abiicitur.

9 Iam enim securis ad radicem arborum posita est: omnis ergo arbor nõ faciens fructum bonum, exciditur, & in ignem mittitur.

10 Καὶ ἐπηρώτων αὐτὸν οἱ ὄχλοι, λέγοντες, Τί οὖν ποιήσωμεν;

10 Tunc interrogauit eum turba, dicens, ˇ Quid igitur faciemus?

10 Et interrogabant eum turbæ, dicentes, Quid ergo faciemus?

Iacobi 2.c.15 Iohan.3.c.17 11 Ἀποκριθεὶς δὲ λέγει αὐτοῖς, Ὁ ἔχων δύο χιτῶνας, μεταδότω τῷ μὴ ἔχοντι· καὶ ὁ ἔχων βρώματα, ὁμοίως ποιείτω.

11 Respondens autem dixit eis, |Qui habet duas tunicas, ˇ impertiat non habenti: & qui habet escas, similiter faciat.

11 Respondens autem dicebat illis, Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat.

12 Ἦλθον δὲ καὶ τελῶναι βαπτισθῆναι· καὶ εἶπον πρὸς αὐτὸν, Διδάσκαλε, τί ποιήσωμεν;

12 Venerunt autem & publicani vt baptizarentur: & dixerunt ei, Magister quid faciemus?

12 Venerunt autem & publicani vt baptizarentur: & dixerunt ad illum, Magister quid faciemus?

13 Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτούς, Μηδὲν πλέον παρὰ τὸ διατεταγμένον ὑμῖν πράσσετε.

13 Ipse verò dixit eis, ˇ Nihil amplius quàm quod constitutũ est vobis, exigite.

13 At ille dixit ad eos, Nihil amplius quã quod constitutum est vobis, faciatis.

Fient, ἔσται. Hebr. יהי: id est γενήσονται, fient, vt diximus Matth. 19. a. 5. vbi tres Hebraismos exposuimus qui hoc quoque loco vsurpantur. Ponitur enim Esse pro Fieri, & additur præpositio contra Græcæ & Latinæ linguæ consuetudinem: caro denique pro homine accipitur.

6 Salutem Dei, σωτήριον Θεοῦ: id est Messiam, salutis vnicum organum, à Deo non vni duntaxat genti Iudæorum, sed toti mundo exhibitum. Vulgata & Erasmus, Salutare Dei: de quo diximus suprà, capitis secundi versu tricesimo.

7 Venienti, ἐκπορευομένοις: id est, quæ domo profecta, ad eum venerat: vt diximus Marci 8. b. n. Nam familiare est Hebræis, posito vno verbo alterum consequens intelligere, quum Græci & Latini potius soleãt ex consequenti sumere antecedens, vt Prouerb. 15. c. 22, גחלים אתה חותה על ראשו: id est, carbones tu accipies super caput eius: id est accipies & pones.

8 Ne cœperitis dicere, μὴ ἄρξησθε λέγειν. In quodam codice scriptum erat, μὴ δόξητε λέγειν, sicut apud Matthæum legimus: id est, ne putetis nobis dicendum.

10 Quid igitur faciemus? τί οὖν ποιήσωμεν; In eodem exemplari additur ἵνα σωθῶμεν: vt seruemur

11 Impertiat, μεταδότω. Vulg. Det, id est δότω, sensu aliquantulum diuerso.

13 Exigite, πράσσετε. Vulg. Faciatis: quæ est altera verbi πράσσειν significatio. Sed illam melius conuenire, vel illud offendit quòd paulo pòst cap. 19. g. 58, πράκτορες vocantur qui multas exigunt: vt obseruat Erasmus, & probat Budæus in Commentariis.

Επηρώτων δὲ αὐτὸν καὶ στρατευόμενοι, λέγοντες, Καὶ ἡμεῖς τί ποιήσομεν; καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς, Μηδένα διασείσητε, μηδὲ συκοφαντήσητε· καὶ ἀρκεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις ὑμῶν.

14 Interrogarunt autem eum etiam ˇ milites, dicentes, Et nos quid faciemus? Et ait eis, Neminem concutite, neque calumniemini: & contenti eſtote ſtipendiis veſtris.

14 Interrogabant autem eum & milites, dicentes, Quid faciemus & nos? Et ait illis, Neminem concutatis, neque calumniam faciatis: & contenti eſtote ſtipendiis veſtris.

Προσδοκῶντος δὲ τοῦ λαοῦ, καὶ διαλογιζομένων πάντων ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν περὶ τοῦ Ἰωάννου, μήποτε αὐτὸς εἴη ὁ Χριστός,

15 Expectante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus ſuis de Iohãne, númnam ipſe eſſet Chriſtus ille,

15 Exiſtimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus ſuis de Iohanne, ne forte ipſe eſſet Chriſtus,

Ἀπεκρίνατο ὁ Ἰωάννης ἅπασι λέγων, Ἐγὼ μὲν ὕδατι βαπτίζω ὑμᾶς· ἔρχεται δὲ ὁ ἰσχυρότερός μου, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ· αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί.

16 Reſpondit Iohannes, dicens omnibus, ‖ Ego quidẽ baptizo vos aqua: ſed venit qui validior me eſt, cuius non ſum dignus qui ſoluam corrigiam ſolearum: ipſe vos baptizabit Spiritu ſancto & igni.

16 Reſpondit Iohannes dicens omnibus, Ego quidẽ aqua baptizo vos: venient autem fortior me, cuius non dignus ſolvere corrigiam calceamentorum eius: ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto, & igni. Matth.3.c.11 mar.1.c.8 ioban.1.d.26 eſt.1.c.5. & 8.4.4. & 11.b.16. & 19.c.4

Οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ· καὶ συνάξει τὸν σῖτον εἰς τὴν ἀποθήκην αὐτοῦ, τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ.

17 Cuius ventilabrum in manu ipſius, & perpurgabit aream ſuam: & coget triticum in horreum ſuum, paleas autem exuret igni inextinguibili.

17 Cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream ſuam: & congregabit triticum in horreum ſuum, paleas autem comburet igni inextinguibili.

Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἕτερα παρακαλῶν εὐηγγελίζετο τὸν λαόν.

18 Multa igitur etiam alia ˇ exhortans euangelizabat populo.

18 Multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo.

Ὁ δὲ Ἡρῴδης ὁ τετράρχης ἐλεγχόμενος ὑπ' αὐτοῦ περὶ Ἡρῳδιάδος τῆς γυναικὸς Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, καὶ περὶ πάντων ὧν ἐποίησε πονηρῶν ὁ Ἡρῴδης,

19 ‖ Herodes autem tẽtrarcha quum argueretur ab eo de Herodiade vxore Philippi fratris eius, déque omnibus ſceleribus quæ ipſe fecerat,

19 Herodes autem tetrarcha quum arriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris ſui Philippi, & de omnibus malis quæ fecit Herodes, Matth.14.a.3 mar.6.c.17

Προσέθηκε καὶ τοῦτο ἐπὶ πᾶσι, καὶ κατέκλεισε τὸν Ἰωάννην ἐν τῇ φυλακῇ.

20 Adiecit & hoc ſupra omnia, ˇ quòd incluſit Iohannem in carcere.

20 Adiecit & hoc ſuper omnia, & incluſit Iohannem in carcerem.

Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ βαπτισθῆναι ἅπαντα τὸν λαόν, καὶ Ἰησοῦ βαπτισθέντος καὶ προσευχομένου, ἀνεῳχθῆναι τὸν οὐρανόν

21 ‖ Factum eſt autem quum baptizaretur omnis populus, & Ieſus baptizatus eſſet & precaretur, vt apertum ſit cælum:

21 Factum eſt autem quũ baptizaretur omnis populus, & Ieſu baptizato & orante, apertum eſt cælum: Matth.3.d.13 mar.1.a.9 ioban.1.c.38

14 Milites, στρατευόμενοι: id eſt στρατιῶται. Nam alibi admonuimus Hebræos vti participiis loco nominum quæ verbalia grammatici vocant. Stipendiis veſtris, ὀψωνίοις ὑμῶν. Quid opſonii appellatione intelligatur, omnes norunt. Hic autem pro ſtipendio militari accipitur, quia non modò pecunia, ſed etiam cibaria militibus dabantur. Polyb. lib. 6. Ὀψώνιον δ' εἰς μὲν πεζοὺς ἀμφέρεται τοῖς ἡμέραις δύο ὀβολοί, εἰς δὲ πεξίππους δραχμαί, οἱ δ' ἡγεμόνες ἀρχιτέκτονες διπλοῦν, οἱ δ' ἱππεῖς δραχμήν. σιτομετρεῖται δ' οἱ μὲν πεζοὶ τριῶν ἀττικῶν μεδίμνων τοῖς μησὶ τοὺς μὲν πλείστους ἕνα καὶ τρίτον μέρος, τοὺς δ' ἱππεῖς μεδίμνους ἑπτά, τοῖς δὲ συμμάχοις οἱ μὲν πεζοὶ τοὺ ἴσου, οἱ δ' ἱππεῖς, τοῖς μὲν μείζονος ἕνα καὶ τρίτον μέρος, τοῖς δὲ δύο. τὰ δὲ συμμαχικὰ οἱ μὲν πεζοὶ τοὺ ἴσου, οἱ δ' ἱππεῖς, τοῖς μὲν μείζονος ἕνα καὶ τρίτον μέρος, τοῖς δὲ δύο. δίδοται δὲ τοῖς μὲν ζευγοφόροις τὸν ἐν ἀμφορεῖ τῶν δὲ Ῥωμαίων τῷ μὲν σίτου καὶ τοῖς ἑξῆς, κἂν ποτε φορεσιλογῶσι, παντὸς τούτου ὁ ταμίας ποιεῖται τὴν ἐκλογήν· τῷ δ' ὀψωνίου τὸν λογισμόν). Id eſt, Stipendium accipiunt pedites, obolos duos ſingulis diebus, duſtores ordinum, duplum, equites drachmam. Triticum autem datur peditibus, Attici medimni ex tribus duæ circiter partes: equitibus ordei ſeptem medimni, ſingulis menſibus, tritici, duo. Sociis, pediti æqua portio, equiti, tritici medimnus & tertia pars, ordei quinque medimni: datúrque id ſociis muneri: ſed Romanis, ſi frumento, veſte aut armis aliquibus egerint, quæſtor conſtitutum earum omnium rerum pretium ex eorum ſtipendiis ſubducit. Hæc ille, ex quibus intelligi poteſt quæ fuerit olim ipſorum quoque militum Romanorum frugalitas. Nam drachma circiter tribus aſſibus regiis & ſemiſſe, obolus ſeptem denariolis, medimnus ſex modiis Romanis æſtimatur.

18 Exhortans, παρακαλῶν. Παρακαλεῖν interdum etiam precari, interdum conſolari declarat. Hoc autem loco idem valet atque τὸ παραινεῖν.

19 Ipſe, ὁ Ἡρῴδης. Hebræa repetitio antecedentis loco relatiui, de qua alibi dictum eſt à nobis.

20 Quòd incluſit, καὶ κατέκλεισε. Vulgata & Eraſmus, Et incluſit: ita vt videãtur iſta non ſatis cohærere. Puto igitur καὶ pro ὅτι vſurpari hoc loco, vt interdum apud Hebræos ו pro ש, vel זש.

Καὶ καταβῆναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον σωματικῷ εἴδει, ὡσεὶ περιστερὰ, ἐπ' αὐτὸν· καὶ φωνὴν ἐξ οὐρανοῦ γενέσθαι, λέγουσαν, Σὺ εἶ ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν σοὶ εὐδόκησα.

22 Ac deſcenderet Spiritus ſanctus corporea ſpecie tanquam columba, ſupra eum: & vox de cælo exiſteret, dicens, Tu es filius ille meus dilectus, in te acquieſco.

22 *Et deſcendit Spiritus ſanctus corporali ſpecie ſicut columba in ipſum: et vox de cælo facta eſt, Tu es filius meus dilectus: in te complacui mihi.*

Καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος, ὢν, ὡς ἐνομίζετο, υἱὸς Ἰωσὴφ, τοῦ Ἡλὶ,

23 Ipſe autem Ieſus incipiebat eſſe quaſi annorum triginta, filius (vt exiſtimabatur) Ioſeph, qui fuit *filius* Heli,

23 *Et ipſe Ieſus erat incipiens quaſi annorum triginta, ut putabatur filius Ioſeph, qui fuit Heli,*

Τοῦ Ματθὰτ, τοῦ Λευὶ, τοῦ Μελχὶ, τοῦ Ἰαννὰ, τοῦ Ἰωσὴφ,

24 Qui fuit Matthat, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Ianna, qui fuit Ioſeph,

24 *Qui fuit Matthat, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Lanne, qui fuit Ioſeph,*

Τοῦ Ματταθίου, τοῦ Ἀμὼς, τοῦ Ναοὺμ, τοῦ Ἐσλὶ, τοῦ Ναγγαὶ,

25 Qui fuit Mattathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Eſli, qui fuit Naggæ,

25 *Qui fuit Mattathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naũ, qui fuit Heſli, qui fuit Nagge,*

Τοῦ Μαάθ, τοῦ Ματταθίου, τοῦ Σεμεὶ, τοῦ Ἰωσὴφ, τοῦ Ἰούδα,

26 Qui fuit Maath, qui fuit Mattathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Ioſeph, qui fuit Iuda,

26 *Qui fuit Mahath, qui fuit Matthathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Ioſeph, qui fuit Iuda,*

Τοῦ Ἰωαννᾶ, τοῦ Ῥησὰ, τοῦ Ζοροβαβὲλ, τοῦ Σαλαθιὴλ, τοῦ Νηρὶ,

27 Qui fuit Ioanna, qui fuit Rheſa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri,

27 *Qui fuit Iohanna, qui fuit Reſa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel qui fuit Neri,*

Τοῦ Μελχὶ, τοῦ Ἀδδὶ, τοῦ Κωσὰμ, τοῦ Ἐλμωδὰμ, τοῦ Ἤρ,

28 Qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Coſam, qui fuit Elmodam, qui fuit Er,

28 *Qui fuit Melchi, qui fuit Adai, qui fuit Coſã, qui fuit Elmadam, qui fuit Her,*

Τοῦ Ἰωσὴ, τοῦ Ἐλιέζερ, τοῦ Ἰωρεὶμ, τοῦ Ματθὰτ, τοῦ Λευὶ,

29 Qui fuit Ioſe, qui fuit Eliezer, qui fuit Iorim, qui fuit Matthat, qui fuit Leui,

29 *Qui fuit Ieſu, qui fuit Eliezer, qui fuit Iorim qui fuit Matthat, qui fuit Leui,*

Τοῦ Συμεὼν, τοῦ Ἰούδα, τοῦ Ἰωσὴφ, τοῦ Ἰωνὰμ, τοῦ Ἐλιακείμ,

30 Qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioſeph, qui fuit Ionam, qui fuit Eliacim,

30 *Qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioſeph qui fuit Ionæ, qui fuit Eliacim,*

Τοῦ Μελεᾶ, τοῦ Μαϊνὰ, τοῦ Ματταθὰ, τοῦ Ναθὰν, τοῦ Δαυὶδ,

31 Qui fuit Melea, qui fuit Mænan, qui fuit Mattatha, qui fuit Nathan, qui fuit Dauid,

31 *Qui fuit Melchæ, qui fuit Menna, qui fuit Mattatha, qui fuit Nathan, qui fuit Dauid.*

Τοῦ Ἰεσσὰ, τοῦ Ὠβὴδ, τοῦ Βοὸζ, τοῦ Σαλμὼν, τοῦ Ναασσὼν,

32 Qui fuit Ieſſæ, qui fuit Obed, qui fuit Boos, qui fuit Salmon, qui fuit Naaſſon,

32 *Qui fuit Ieſſe, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naaſſon,*

13 Ipſe autem Ieſus, &c. καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς. Hic locus paulo aliter citatur ab Epiphanio καὶ Ἐλεγόμενον, & bis καὶ ἦν αἰνίττεται. Legit enim, ὢν δὲ Ἰησοῦς ἀρχόμενος ὡς ἐτῶν τριακοντα, ὢν ὡς ἐνομίζετο, τοῦ Ἰωσήφ. id eſt, Ieſus autem incipiebat eſſe quaſi triginta annorum, filius (vt exiſtimabatur) Ioſephi. Hanc autem lectionem maximè probo, quia ſi ὢν coniungas cum ἀρχόμενος, vt ſcriptum ſit ἦν ἀρχόμενος ὢν, durior erit hæc loquendi formula, pro ἤρχετο ὤν, vel ἦν. Eadem tamen eſt ſententia, vtramuis lectionem ſequamur. Qui fuit *filius* Heli, τοῦ ΗΛΙ. De hac eclipſi alibi diximus. Non deſunt qui γαμβρὸς malint ſubaudire, quod mihi non placet. Videtur enim eadem potius ratione eclipſis ſupplenda in hoc membro, atque in aliis qui ſequuntur: neque etiam nouum aut à ratione alienum eſt vt generi vocentur ſocerorum filii, quum nurus ſuas Noemi filias vocet. Ruth. 1. 11. Deinde ſũt aliæ etiã rationes quib⁹ Matthæus & Lucas in hac genealogia cõciliẽtur, quæ ex aliis peti poſſunt. Nũc verò ſatiſfeciſſe videbor officio meo ſi diuerſas duntaxat lectiones annotaro, quæ quidem alicuius ſunt momenti. Nam comperio in his ſcribendis nominibus infinitam eſſe codicum varietatem, partim propter ſummam Hebrææ linguæ imperitiam in pleriſque non modò librariis, ſed etiam interpretibus alioquin piis & eruditis: partim etiam quia puncta vocalia non omnes Hebræi eodem modo pronuntiant.

24 Qui fuit Ianna, τοῦ Ἰαννά. In vno codice inter Ianna & Ioſeph ſcriptum legimus τοῦ Ἐλιέζερ, τοῦ Φαρὲς, qui fuit Eliezer, qui fuit Phares. Deinde inter Ioſeph & Mattathiam, τοῦ Ἰορὶμ, τοῦ Ἰούδα, qui fuit Iorim, qui fuit Iuda.

25 Qui fuit Mattathiæ, τοῦ Ματταθίου. In eodẽ exemplari inter Mattathiã & Amos legitur τοῦ Ματθὰθ, τοῦ Ἰακὼβ, qui fuit Mattath, qui fuit Iacob. Deinde inter Amos & Naum interiicitur τοῦ Λευὶ, τοῦ Ἰσαὰκ, qui fuit Leui, qui fuit Iſaac. Præterea inter Naum & Eſli ſcribitur, τοῦ Συμεὼν, τοῦ Ἀβραὰμ, qui fuit Simeon, qui fuit Abraham. Poſtremò inter Eſli & Nagge interpoſitum erat, τοῦ Ἰούδα, τοῦ Θάρρα. qui fuit Iuda, qui fuit Thara.

28 Qui fuit Elmodam, τοῦ Ἐλμωδὰμ. In vno exemplari legimus Ἐλμαδὰμ.

29 Qui fuit Ioſe, τοῦ Ἰωσῆ. Alibi ſcriptum erat Ἰωσῆ, Ieſo: alibi Ἰησοῦ, Ieſu.

Τοῦ Ἀμιναδάβ, τοῦ Ἀράμ, τοῦ Ἐσ-
ρώμ, τοῦ Φαρές, τοῦ Ἰούδα,

33 Qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Eſron, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ,

33 Qui fuit Aminadab, q fuit Aram, qui fuit Eſron, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ,

Τοῦ Ἰακώβ, τοῦ Ἰσαάκ, τοῦ Ἀβραάμ,
τοῦ Θάρα, τοῦ Ναχώρ,

34 Qui fuit Iacob, qui fuit Iſaac, qui fuit Abrahã, qui fuit Thara, qui fuit Nachor,

34 Qui fuit Iacob, qui fuit Iſaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit Thare, qui fuit Nachor,

Τοῦ Σαρούχ, τοῦ Ραγαῦ, τοῦ Φαλέκ,
τοῦ Ἑβέρ, τοῦ Σαλά,

35 Qui fuit Saruch, qui fuit Ragau, qui fuit Phalec, qui fuit Heber, qui fuit Sale,

35 Qui fuit Sarug, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sale,

Τοῦ Καϊνάμ, τοῦ Ἀρφαξάδ, τοῦ Σήμ,
τοῦ Νῶε, τοῦ Λάμεχ,

36 Qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech,

36 Qui fuit Cainã, q fuit Arphaxad, qui fuit Sẽ, q fuit Noe, qui fuit Lamech,

Τοῦ Μαθουσάλα, τοῦ Ἐνώχ, τοῦ Ἰαρέδ
τοῦ Μαλελεήλ, τοῦ Καϊνάμ,

37 Qui fuit Mathuſala, qui fuit Henoch, qui fuit Iared, qui fuit Mahalaleel, qui fuit Cænan,

37 Qui fuit Mathuſale, qui fuit Henoch, qui fuit Iared, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainan,

Τοῦ Ἐνώς, τοῦ Σήθ, τοῦ Ἀδάμ, τοῦ
Θεοῦ.

38 Qui fuit Henos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

38 Qui fuit Henos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

Κεφάλαιον δ.

CAP. IIII.

CAP. IIII.

Ἰησοῦς δὲ Πνεύματος ἁγίου πλήρης
ὑπέστρεψεν ἀπὸ τοῦ Ἰορδάνου· καὶ ἤγετο
ἐν τῷ Πνεύματι εἰς τὴν ἔρημον,

1 IEſus autem plenus Spiritu ſancto reuertit à Iordane, & actus eſt ab eodem Spiritu in deſertum,

1 IEſus autem plenus Spiritu ſancto regreſſus eſt à Iordane: & agebatur in Spiritu in deſerto, Matth.4.a.1 marci 1.b.12

Ἡμέρας τεσσεράκοντα πειραζόμε-
νος ὑπὸ τοῦ διαβόλου. Καὶ οὐκ ἔφαγεν
οὐδὲν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις· καὶ συντε-
λεσθεισῶν αὐτῶν, ὕστερον ἐπείνασε.

2 Dies quadraginta tentante eum diabolo. Neque comedit quicquam per illos dies, ſed iis exactis poſtea eſurit.

2 Diebus quadraginta, & tentabatur à diabolo. Et nihil manducauit in diebus illis: & conſummatis illis, poſtea eſuriit.

Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ διάβολος, Εἰ υἱὸς εἶ τοῦ
Θεοῦ, εἰπὲ τῷ λίθῳ τούτῳ ἵνα γένηται ἄρτος.

3 Tunc dixit ei diabolus, Si Filius es Dei, dic iſti lapidi vt fiat panis.

3 Dixit autem illi diabolus: Si Filius Dei es, dic lapidi huic vt panis fiat.

Καὶ ἀπεκρίθη Ἰησοῦς πρὸς αὐτὸν, λέ-
γων, Γέγραπται ὅτι οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ
ζήσεται ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ
ῥήματι Θεοῦ.

4 Et reſpondit ei Ieſus dicens, Scriptum eſt, non pane ſolo viuturum hominem, ſed omni verbo Dei.

4 Et reſpondit ad illum Ieſus, Scriptum eſt, Quia non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo Dei. Deut.8.a.3 matth.4.a.4

35 Qui fuit Arphaxad, τοῦ Ἀρφαξάδ. Ante hoc nomẽ legitur τοῦ Καϊνάμ, quod non dubitaui expũgere, ſequuti authoritatem Moſis Gen.11.b.12.

38 Qui fuit Dei, τοῦ Θεοῦ. Videlicet Filius, nõ quòd ab eo vel ex eo ſit genitus, ſed quia ab eo factus. Nam hac quoque ratione Deus interdum ſeſe patrem vocat, vt Deut.32.a.6.c.18, & 19.

IN CAPVT IIII.

1 Ab eodem Spiritu, ἐν τῷ Πνεύματι. A Spiritu ſancto videlicet, cuius mentio facta eſt in ſuperiore membro. Nam articulus vim habet αἰσφορᾶς: aut etiam repetitur antecedens pro relatiuo, Hebræorum more, vt ſuprà 3.v.19. Vulgata, In ſpiritu, id eſt בְּרוּחַ. Solent enim Hebræi (vt ſæpe iam diximus) cauſarum omne genus interdum exprimere præfixa litera ב, quæ pro varia cauſæ ratione explicanda eſt. Hic autem nemo nõ videt ἐν τῷ Πνεύματι idem declarare atque ὑπὸ τοῦ Πνεύματος. Eraſmus, Per ſpiritum id eſt ἀφ' οὗ τὸ Πνεῦμα ἐστιν. quæ expoſitio nõ ſatis conuenit, & videtur etiam ambigua. Poſſet enim ita accipi quaſi non re vera, ſed κατ' εἰκασίαν, id eſt imaginariè, fuerit actus in deſertum, vt etiam annotauimus ſuprà, cap.2.d.16.

1 Dies quadraginta, τεσσεράκοντα ἡμέρας. Vetus interpres hæc conſungit cum verbo ἦγετο, contra fidem omnium exemplarium quæ vidimus. Ita tamen diſtinguit Euſebius Demonſtr.9.cap.C, & mihi quoque non diſplicet hæc diſtinctio, ſi modò ex Marco ſuppleas quod hic deeſſe videtur perficiendæ ſententiæ: actũ ſcriptum ſit, Et actus eſt ab eodem Spiritu in deſertum, fuitque illic dies quadraginta, tentante eum diabolo. Tentante enim diabolo, πειραζόμενος ὑπὸ τοῦ διαβόλου. Vulgata & Eraſmus, Et tentabatur à diabolo. Annotauimus Marci 1.b.13, rarò à Latinis vſurpari paſſiuum participium præſentis temporis, qua de re adhuc inter grammaticos certatur. Itaque multo cõmodius exprimitur, paſſiuo in actiuum mutato, vt hic fecimus. & paulo pòſt verſu 15.

4 Et reſpondit ei, καὶ ἀπεκρίθη πρὸς αὐτόν. Hebraicè, ויאמר אליו, pro אמר לו: quam conſtructionem Latini & Græci quoque reſpuunt, niſi quum de re agitur. Dicimur enim reſpondere ad aliquid, nõ ad aliquem. Nam illud Plinii, Quum ad eos reſpondiſſem, fortaſſis eſt πρὸς ἐκείνους ἀποκριθέντα. Sed & apud vnum Lucam reperias hanc conſtructionem verbi ἀποκρίνεσθαι, cùmque non ita frequenter, nimirum infrà cap.6.a.3, & 14.a.5, & Act.15, d.16. Pane, ἐν ἄρτῳ. Hebraicè בַּלֶּחֶם, pro quo Vetus interpres ad verbum, In pane. Sed Latinos conſtat in hoc dicendi genere omittere præpoſitionem.

Καὶ ἀναγαγὼν αὐτὸν ὁ Διάβολος εἰς ὄρος ὑψηλόν, ἔδειξεν αὐτῷ πάσας τὰς βασιλείας τῆς οἰκουμένης ἐν στιγμῇ χρόνου.

5 Tunc quum ſubduxiſſet eum diabolus in montem ſublimē, oſtendit ei omnia regna terræ ᵛpuncto temporis.

5 *Et duxit illum diabolus in montem excelſum, & oſtendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis.*

Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Διάβολος, Σοὶ δώσω τὴν ἐξουσίαν ταύτην ἅπασαν, καὶ τὴν δόξαν αὐτῶν· ὅτι ἐμοὶ παραδέδοται, καὶ ᾧ ἐὰν θέλω, δίδωμι αὐτήν.

6 Et ait ei diabolus, Tibi dabo ᵛpoteſtatem hanc vniuerſam, & gloriam illorum *regnorum.* nā mihi ᵛtradita eſt, & cuicunque voluero, do eam.

6 *Et ait illi, Tibi dabo poteſtatem hanc vniuerſam, & gloriam illorum: quia mihi tradita ſunt, & cui volo, do illa.*

Σὺ οὖν ἐὰν προσκυνήσῃς ἐνώπιόν μου, ἔσται σοῦ πᾶσα.

7 Itaque ᵛſi tu adoraueris me, erunt tua ᵛomnia.

7 *Tu ergo ſi adoraueris coram me, erunt tua omnia.*

Καὶ ἀποκριθεὶς αὐτῷ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς, Ὕπαγε ὀπίσω μου Σατανᾶ· γέγραπται γάρ, Προσκυνήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις.

Deut.6.c.16, & 10.d.10

8 Reſpondens autē Ieſus dixit ei, ᵛAbſcede à me Satana: ſcriptum eſt enim, ‖Adorabis Dominum Deum tuum, & ei ſoli ſeruies.

8 *Et reſpondens Ieſus dixit illi, Scriptum eſt, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.*

Καὶ ἤγαγεν αὐτὸν εἰς Ἰερουσαλήμ, καὶ ἔστησεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ· καὶ εἶπεν αὐτῷ, Εἰ ὁ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, βάλε σεαυτὸν ἐντεῦθεν κάτω.

9 Tū duxit eum in Hieruſalē, & eum ſtatuit ſupra pinnas templi: & dixit ei, Si Filius Dei es, iace teipſum hinc deorſum.

9 *Et duxit illum in Ieruſalem, & ſtatuit eum ſuper pinnam templi: & dixit illi, Si Filius Dei es, mitte te hinc deorſum.*

Γέγραπται γάρ, Ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, τοῦ διαφυλάξαι σε·

Pſal.91.c.12

10 Scriptum eſt enim, ‖Angelis ſuis mandabit de te, vt cuſtodiant te.

10 *Scriptum eſt enim, quòd Angelis ſuis mandauit de te, ut conſeruent te:*

Καὶ ὅτι ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου.

11 Et in manus tollent te, nequando offendas ad lapidem pedem tuum.

11 *Et quia in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.*

Καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ὅτι εἴρηται, Οὐκ ἐκπειράσεις Κύριον τὸν Θεόν σου.

Deut.6.c.16

12 Reſpondens autem Ieſus dixit ei, Dictum eſt, ‖Non tentabis Dominum Deum tuum.

12 *Et reſpondens Ieſus ait illi, Dictum eſt, Non tentabis Dominum Deū tuū.*

Καὶ συντελέσας πάντα πειρασμὸν ὁ διάβολος, ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ ἄχρι καιροῦ.

13 Et finita omni tentatione, diabolus abſceſſit ab eo ad tēpus.

13 *Et conſummata omni tentatione, diabolus receſſit ab illo uſque ad tempus.*

5 **Puncto temporis,** ἐν στιγμῇ χρόνου. Hebræi בְּרֶגַע id eſt momento temporis, vt vertit Vetus interpres, diuerſa tamen tranſlatione, nimirum à ponderibus ſumpta. Momentū enim puto id eſſe quod Græci ῥοπὴν vocant. Sed vereor vt in hoc dicendi genere explicando non rectè ſentiat Eraſmus, ſumptam eſſe metaphoram à puncto Mathematico. Neque enim vulgò Geometræ ſuum punctum vocant στιγμὴν, ſed σημεῖον. vt videatur potius orta tranſlatio à ſcribis & librariis, apud quos στιγμὴ in pingēdis literarum notis videtur eſſe id cuius apud Geometras σημεῖον in lineis animo concipiendis idea quædam eſt.

6 **Poteſtatem,** ἐξουσίαν. Poteſtatem vocat Satanas metonymicè, (vt opinor) non tam ius ipſum monarchiæ quàm ipſas regiones orbis terrarum: quo modo Romanum imperium dicitur tota ditio Romano imperatori ſubiecta. Nam alioquin dicendum erat, Dabo tibi poteſtatem in hæc omnia. **Tradita eſt,** παραδέδοται. Tradita eſt, videlicet hæc poteſtas & gloria. Verè hactenus Satan, qui princeps eſt huius mundi, Ioh.12.v.31, & 16.v.11 ſed quod colligit, falſum eſt. Neque enim pleno iure princeps eſt mundi, ſed precariò duntaxat, & quidē deſtinata poteſtate. Vulgata & Eraſmus, Tradita ſunt: quæ interpretatio nō reſpondet Græcis, niſi pro αὐτῷ ſcribas αὐτά, vt etiam legit Vetus interpres.

7 **Si tu adoraueris me,** ἐὰν οὖν προσκυνήσῃς ἐνώπιόν μου. Vulgata ad verbum, Si adoraueris coram me. Eraſmus, Si adoraueris *proſtratus* coram me. Ego malui ἐνώπιόν μου accipere pro ſimplici pronomine, vt ſæpe apud Hebræos בְּ־ ponitur ſimplicis affixi loco. Sed notanda eſt traiectio pronominis σοῦ, quam miror ſeruatam fuiſſe ab interpretibus, quū in Latino ſermone diuerſam requirat cōſtructionem. Referretur enim ad verbum poſterius, vt omnino dicendum fuerit, Tu igitur ſi adoraueris me, omnia poſſidebis. In vno codice additum erat πεσὼν procidens. **Omnia,** πᾶσα. Ita loquitur Satan, quia totius mundi regna illi oſtentabat ex montis vertice: quod tamen non ita accipio quaſi vel ſit vllus mons tam ſublimis vt ex eo deſpici poſſit vniuerſus mundus, vel imaginariè hæc facta ſint, vt putat Theophylactus: ſed quòd ex edriſſimo monte Satan ſubiecta regione ampliſſima, ſitum regionum per ſingulas mundi partes Chriſto commonſtraret. Sed pro πάντα in omnibus vetuſtis codicibus legimus πᾶσα: quod videtur melius cohærere cum ſuperiore verſiculo, vt conuertas ἔσται σοῦ πᾶσα, tota tua erit, ſcilicet gloria illa quam dixi mihi eſſe traditam.

8 **Abſcede à me Satana,** ὕπαγε ὀπίσω μου Σατανᾶ. Vide Marci 8.d.33. Cæterùm in vulgata editione & in tribus vetuſtis codicibus hæc non legimus. In reliquis tamen exemplaribus & apud Theophylactum reperiuntur. **Enim,** γάρ. Hæc particula deerat in codicibus quorum paulo antè memini. **Seruies,** λατρεύσεις. Eraſmus, Coles. Vide Matth.4.b.10.

Καὶ ὑπέστρεψεν ὁ Ἰησοῦς ἐν τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος εἰς τὴν Γαλιλαίαν· καὶ φήμη ἐξῆλθε καθ' ὅλης τῆς περιχώρου περὶ αὐτοῦ.

14 Reuersus est autem Iesus cũ virtute Spiritus in Galilæam: & fama de eo exiit in totam circumiacentem regionem.

14 Et regressus est Iesus in virtute Spiritus in Galilæam: & fama exiit per uniuersam regionẽ de illo.

Καὶ αὐτὸς ἐδίδασκεν ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, δοξαζόμενος ὑπὸ πάντων.

15 Et ipse docebat in synagogis eorum, omnibus ipsum glorificantibus.

15 Et ipse docebat in synagogis eorum: & magnificabatur ab omnibus.

Καὶ ἦλθεν εἰς τὴν Ναζαρὲτ οὗ ἦν τεθραμμένος· καὶ εἰσῆλθε κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων εἰς τὴν συναγωγήν· καὶ ἀνέστη ἀναγνῶναι.

16 Venit igitur Nazaret vbi fuerat nutritus: & intrauit vt cõsueuerat, die Sabbathi, in synagogam: & surrexit vt legeret.

16 Et venit Nazareth ubi erat nutritus: & introibat secundum consuetudinem suam die Sabbathi in synagogam: & surrexit legere. Matth.13.g.54 Marci 6.a.1 Iohan.4.f.43

Καὶ ἐπεδόθη αὐτῷ βιβλίον Ἡσαΐου τοῦ προφήτου· καὶ ἀναπτύξας τὸ βιβλίον, εὗρε τὸν τόπον οὗ ἦν γεγραμμένον,

17 Tunc datus est ei liber Esaiæ prophetæ: quúmq; explicuisset librum, inuenit locum in quo scriptum erat,

17 Et traditus est illi liber Esaiæ prophetæ. Et ut revolvit librum, invenit locum ubi scriptum erat,

Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμέ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με· εὐαγγελίζεσθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει·

18 Spiritus Domini super me, propterea quòd vnxit me: vt euangelizem pauperibus misit me, vt sanem contritos corde, vt prædicem captiuis dimissionem, & cæcis visus recuperationem, vt confractos emittam in libertatem:

18 Spiritus Domini super me, propter quòd unxit me: evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captivis remissionem, & cæcis visum: dimittere confractos in remissionem: Esa.61.a.1

Κηρύξαι ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτόν.

19 Vt prædicem annum Domini acceptum.

19 Prædicare annum acceptum, & diem retributionis.

15 Et ipse, καὶ αὐτὸς. Fortassis καὶ ponitur Hebræorum more pro Quia.

16 Sabbathi, τῶν σαββάτων. Eraſmus, Sabbathorum. Sed rectius conuertit Vetus interpres. Eſt enim enallage. de qua diximus Matth. 11. a. 1, niſi poſt τῶν σαββάτων adſcribatur diſtinctio, vt hæc cohæreant cum participio εἰωθὸς, quemadmodum in Theophylacto Romanò hæc diſtinguuntur.

17 Quúmque explicuisset, καὶ ἀναπτύξας. In vno codice legimus καὶ ἀνοίξας, & quum aperuiſſet. Eſt autem vtrunque hoc participium referendum ad eius temporis morem, quo libri non ita erant diſtincti in foliis compacti vt nunc ſunt, ſed terete baculo circunuoluti: cuius extrema vocabant vmbilicos, ſeu quòd vmbilici formam præferrent, ſeu quòd circumuoluto libro inſtar cuiuſdam vmbilici in medio ſita apparerent.

18 Pauperibus, πτωχοῖς. Sic verterunt Græci, quũ in Hebræo non legatur עניים, ſed ענוים. Verùm quod ad ſenſum attinet, nihil intereſt. Dimiſſionem, ἄφεσιν. Vulgata & Eraſmus, Remiſſionem, quod non videtur conuenire. Nam remittuntur debita, dimittuntur captiui. Viſus recuperationem, ἀνάβλεψιν. Vulgata, Viſum: quum ἀνάβλεψις potius declaret redditum viſum, quaſi reuidẽtiam dicas, vt Eraſmus obſeruat in annotationibus. De hoc autem membro quid mihi videatur, ſtatim dicam. Vt confractos emittam in libertatem, ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει. Putauit Eraſmus hoc membrum abundare: & certè neceſſe eſt vt vel redundet, vel quod proximè præceſſit: id eſt καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν. quod facilè intelliget quiſquis Hebræa cum Græcis contulerit. Certè Ambroſius hoc poſterius non legit, quantum ex eius interpretatione colligi poteſt. Euſebius quoque quum in libris Θεοφανείων hoc teſtimonium citet quinquies aut ſexies, nuſquam tamen hæc addidit, niſi vno tantùm loco. Ego verò non dubito quin hic factum ſit quod alibi ſæpe, vt quum ad marginem editionis Septuaginta (quam vocant) vel annotata eſſet diuerſa aliqua eiuſdem loci interpretatio, Aquilæ puta, aut Symmachi, aut Theodotionis, vel non diſſimilis ſententiæ teſtimonium adſcriptum, librarii deinde hæc omnia promiſcuè in ipſo contextu deſcripſerint. Sic igitur habent Hebræa קוח פקח, וראסורים, pro quibus Septuaginta interpretes verterunt, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν. Acceperunt enim פקח קוח pro vno vocabulo, ſicut etiã interpretatur Kimhi: & quia de oculorũ apertione propriè dicitur, idcirco אסורים putarũt trãſlatitiè ſignificare עורים, id eſt cæcos, vt conſtaret antitheſis, quia nimirũ qui vinCti tenentur in carceris tenebris, nõ multo maiorẽ habẽt vſũ lucis quàm qui oculis ſunt orbati, vt declaratur Eſaiæ 42. b. 7. Hanc igitur interpretationẽ quũ quiſpiã vel nõ intelligeret, vel putaret Hebræis non reſpondere, annotauit aliũ locũ quo putauit iſtũ poſſe illuſtrari, petitum ex eiuſdẽ Prophetæ capite 58. b. 6, vbi in Hebræo legitur פתח רשעים חבשים, in Græcis autẽ λύσασθαι πεπεδημένους ἐν δεσμοῖς: quæ deinde in contextum irrepſerunt, mutato tantùm verbo λύσασθαι in ἀνοῖξαι, quòd alioquin non cohæreret conſtructio. Sed quiſquis hunc locum primus annotauit ad marginem, res ſanè diſſimillimas inter ſe comparauit: vt nulla poſſit ſubeſſe ſuſpicio, duo eiuſdẽ Prophetæ teſtimonia coniungi. Poterat autem quiſquis ille fuit, alium locum prorſus ſimilem conferre ex capite 42. b. 7, vbi pro eo quod in Hebræis legitur להוציא ממסגר אסיר מבית כלא יושבי חשך, Græci habent ἀνοῖξαι ἐφθαλμοὺς τυφλῶν, ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν δεδεμένους, id eſt, Vt aperias oculos cæcorum, & educas ex vinculis vinctos. qui locus hunc optimè explicat, quum in vtroque agatur de Chriſti officio. Hæc igitur mea ſententia eſt. Sed mihi tamen religio fuit vel minimum apicem detrahere.

19 Acceptum, δεκτὸν. In Hebræo legitur רצון, id eſt δεδεκτὸν, vt ſuprà 2. b. 14. Addit autem Vulgata editio, Et diem retributionis: id eſt καὶ ἡμέραν ἀνταποδόσεως: quæ verba in Hebræis quidem habentur, ſed in nullis Græcis codicibus à me reperta ſunt hoc in loco.

Καὶ πτύξας τὸ βιβλίον, ἀποδοὺς τῷ ὑπηρέτῃ, ἐκάθισεν. καὶ πάντων ἐν τῇ συναγωγῇ οἱ ὀφθαλμοὶ ἦσαν ἀτενίζοντες αὐτῷ.

10 Et complicatum librum quum reddidisset ministro, sedit, & omnium in synagoga oculi erant ᵛintenti in eum.

10 *Et quum plicuisset librum, reddidit ministro & sedit: & omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum.*

Ἤρξατο δὲ λέγειν πρὸς αὐτούς, Ὅτι σήμερον πεπλήρωται ἡ γραφὴ αὕτη ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν.

11 Cœpit autem eis dicere, Hodie impleta est hæc Scriptura ᵛaudientibus vobis.

11 *Cœpit autem dicere ad illos: Quia hodie impleta est hæc Scriptura in auribus vestris.*

Καὶ πάντες ἐμαρτύρουν αὐτῷ, καὶ ἐθαύμαζον ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος τοῖς ἐκπορευομένοις ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ ἔλεγον, Οὐχ υἱός ἐστιν Ἰωσήφ;

12 Et omnes ᵛtestimonium ei dabant, ᵛac mirabantur ᵛsuper sermonibus *plenis* gratia, qui procedebant ex ore ipsius, dicebántque, Nonne iste est filius Ioseph?

12 *Et omnes testimonium illi dabant, & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebãt de ore ipsius, & dicebant, Nónne hic est filius Ioseph?*

Καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς, Πάντως ἐρεῖτέ μοι τὴν παραβολὴν ταύτην, Ἰατρέ, θεράπευσον σεαυτόν· ὅσα ἠκούσαμεν γενόμενα ἐν τῇ Καπερναούμ, ποίησον καὶ ὧδε ἐν τῇ πατρίδι σου.

13 Et dixit ad eos, Omnino dicetis mihi hoc prouerbium, Medice, cura teipsum: quæcunque audiuimus facta fuisse in Capernaum, fac etiam hic in patria tua.

13 *Et ait illis, Vtiquedicetis mihi hanc similitudinem, Medice, cura teipsum: quanta audiuimus facta in Capharnaũ, fac & hic in patria tua.*

Εἶπε δέ, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐδεὶς προφήτης δεκτός ἐστιν ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ.

Iohan. 4. f. 44

14 Dixit autẽ, Amen dico vobis, ‖nemo Propheta acceptus est ī patria sua.

14 *Ait autem, Amen dico vobis quia nemo Propheta acceptus est in patria sua.*

Ἐπ' ἀληθείας δὲ λέγω ὑμῖν, πολλαὶ χῆραι ἦσαν ἐν ταῖς ἡμέραις Ἠλίου ἐν τῷ Ἰσραήλ, ὅτε ἐκλείσθη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ ἔτη τρία καὶ μῆνας ἕξ, ὡς ἐγένετο λιμὸς μέγας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν·

1. Reg. 17. b. 9 iac. 5. d. 17

15 Sed ᵛin veritate dico vobis, ‖multæ viduæ erant diebus Eliæ in Israel, quãdo clausum est cælum ad tres annos & sex menses, ᵛadeo vt fuerit fames magna per ᵛtotam regionem:

15 *In veritate dico vobis, multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israel, quando clausum est cælum annis tribus & mẽsibus sex, quum facta esset fames magna in omni terra:*

Καὶ πρὸς οὐδεμίαν αὐτῶν ἐπέμφθη Ἠλίας, εἰ μὴ εἰς Σάρεπτα τῆς Σιδῶνος, πρὸς γυναῖκα χήραν.

16 Sed ad nullam illarũ missus est Elias, nisi ᵛSareptam *urbem* ᵛSidoniæ, ad ᵛmulierẽ viduam.

16 *Et ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniæ, ad mulierem viduam.*

10 Intenti, ἀτενίζοντες. Vulgata, Intendentes. Erasmus, Defixi. Vide Act. 1. b. 10.

11 Audientibus vobis, ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν. Heb. באזניכם: id est, (vt Vetus interpres & Erasmus ad verbum interpretantur) In auribus vestris. Sic interdum reperias בעיניכם: id est in oculis vestris, pro Videntibus vobis. Sed hoc dicendi genus Latini quoque vsurpant, illud repudiant.

12 Testimonium suum ei dabant, ἐμαρτύρουν αὐτῷ: id est approbabant cõmuni consensu ac voce de quibus ipse differebat. Nam μαρτυρεῖν hoc loco & aliis multis non declarat simpliciter testari de aliquo, vt solent testes à iudice rogati: sed publica professione quidpiam ita testari vt non modò assentiaris, sed etiam laudes ac comprobes. Itaque mihi quidem videtur respondere verbo Hebræo יהד, pro quo sæpe sacri scriptores vsurpant verbum ὁμολογεῖν, vnde תודה, id est μαρτυρία καὶ ὁμολογία, vt 1. Tim. 6. c. 12 & 13. Sic apud Xenophontem lib. Κυρουπαιδ. α, Κἀγὼ μαρτυρῶ πάνυ: id est, Ego quoque testimonio meo hæc approbo. Ac mirabantur, καὶ ἐθαύμαζον. In quodam codice additum erat οἱ ὄχλοι, turbæ. Hinc autem licet duo colligere, quæ si fuissent conseruata, non tam facilè quibusdam licuisset tyrannidem suam constituere: nempe isti collationi Scripturarum non solos doctores, sed ipsam quoque plebem interfuisse, & vernaculum sermonem in hac actione fuisse vsurpatum, vt quiuis omnia intelligere, quiuis etiam rogare ac respondere posset: rite tamen & certo ordine constituto, vt liquet ex Act. 13. c. 15. quem optimum Ecclesiæ morem quum Satan iam cœpisset Pauli ætate depravare, restituit fidelis Apostolus, 1. Cor. 14. c. 16. & deinceps. Super sermonibus plenis gratiæ, ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος. Vulgata perobscurè, In verbis gratiæ. Neque enim gratia hoc loco (id est, vt Hebræi loquuntur, חן) declarat gratuitam reconciliationem, sed vim illam planè diuinam quæ in Christi verbis totóque habitu inerat, vt qui illum audiebant, nisi qui planè erant ἀνάξιοι, non possent non illum amare, suspicere, complecti: quod etiam apparuit in illis quorum fit mentio Iohan. 7. g. 46. vt prædictum erat Psal. 45. a. 3. Erasmus, Super gratia sermonum, ita vt sit hypallage, integro tamen sensu.

13 Hoc prouerbium, τὴν παραβολὴν ταύτην. Heb. את המשל הזה. Vulg. Hanc similitudinẽ. Nos verò alibi Græcũ vocabulũ seruauimus, quũ videlicet allegorica quædã narratio instituitur: hic autẽ nemo non videt παραβολὴν dici quod Latini Prouerbiũ vocãt, quia nimirũ in plerisque prouerbiis, cuiusmodi hoc est, locus est similitudini & allegoriæ: quam rationem sequuti sunt Donatus ac Diomedes in Paræmia definienda.

15 In veritate, ἐπ' ἀληθείας. Sic loquitur etiã Quintilianus: de qua re diximus Mat. 22. b. 16. Adeo vt fuerit, ὡς γενέσθαι. Vulg. & Eras. Quum facta esset, vt ὡς pro ὥστε vel ὥστ' accipitur. Sed præstat (opinor) accipere pro ὥστε, quod à Græcis ἀποβατικῶς vocatur, & interdũ etiã cum indicatiuo iungitur: quanuis frequẽtius construatur cũ infinitiuo. Totam regionem, πᾶσαν τὴν γῆν. Vulg. & Eras. Omnem terrã interpretantur. Ego verò non dubito quin ad vnicã Israeliticã regionẽ hoc factũ pertinuerit, vt γῆ pro χώρᾳ ponatur, sicut etiã accipitur Mat. 27. v. 45.

16 Sareptam, σάρεπτα. Heb. צרפתה, pro quo leginus in quibusdam codicibus σάρεφθα, & in aliis σάρεπτα,

ſicut etiam apud Stephanum. Sidonix, τῆς Σιδῶνος: vel Sidoniorum. Eſt enim metonymia: vel ſubauditur χώρας, vel πόλεως, quo nomine apud Græcos non vrbs modò ſignificatur, ſed hominum cœtus quorum vnum eſt corpus, etiamſi per varios pagos habitent. Eraſmus, Sidonis: id eſt ad Sidona ſpectantem, ſiue quæ erat in Sidoniorum agro & ditione: eodem quidem ſenſu, ſed dicendi genere parum vſitato. Mulierem viduam, γυναῖκα χήραν. Hebraicè, אשה אלמנה: de quo pleonaſmo diximus ſuprà, cap. 2. b. 15.

Καὶ πολλοὶ λεπροὶ ἦσαν ἐν τῷ Ἰσραὴλ ἐπὶ Ἐλισαίου τοῦ προφήτου· καὶ οὐδεὶς αὐτῶν ἐκαθαρίσθη, εἰ μὴ Νεεμὰν ὁ Σύρος.

17 ¶Et multi leproſi erant in Iſrael ſub Eliſæo propheta: ſed nemo eorum purgatus eſt, niſi Naaman Syrus.

17 Et multi leproſi erant in Iſrael ſub Eliſæo propheta: & nemo eorũ mundatus eſt, niſi Naaman Syrus. 2. Reg. 5. d. 14

Καὶ ἐπλήσθησαν πάντες θυμοῦ ἐν τῇ συναγωγῇ, ἀκούοντες ταῦτα.

18 Tum repleti ſunt omnes excandeſcentia in ſynagoga, hæc audientes.

18 Et repleti ſunt omnes in ſynagoga ira, hæc audientes.

Καὶ ἀναστάντες ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω τῆς πόλεως, καὶ ἤγαγον αὐτὸν ἕως τῆς ὀφρύος τοῦ ὄρους ἐφ' οὗ ἡ πόλις αὐτῶν ᾠκοδόμητο, εἰς τὸ κατακρημνίσαι αὐτόν.

19 Et quũ ſurrexiſſent, ejecerũt eum extra vrbem, & duxerunt eum vſque ad ſuperciliũ montis ſuper quem vrbs ipſorũ erat ædificata, vt præcipitarẽt eum.

19 Et ſurrexerunt & ejecerunt illum extra ciuitatem, & deduxerunt illum uſque ad ſuperciliũ mõtis ſuper quẽ ciuitas illorum erat ædificata, ut præcipiterent eũ.

Αὐτὸς δὲ διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν, ἐπορεύετο.

20 Ipſe verò quum trãſiſſet per medium eorum, profectus eſt.

20 Ipſe autem tranſiens per mediũ illorum, ibat.

Καὶ κατῆλθεν εἰς Καπερναοὺμ πόλιν τῆς Γαλιλαίας· καὶ ἦν διδάσκων αὐτοὺς ἐν τοῖς σάββασι.

21 Et deſcendit in Capernaum vrbem Galilææ, ibique docebat eos Sabbathis.

21 Et deſcendit in Capharnaum ciuitatẽ Galilææ, ibique docebat illos Sabbathis. Matth. 4. b. 13 marci 1. c. 21

Καὶ ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ, ὅτι ἐν ἐξουσίᾳ ἦν ὁ λόγος αὐτοῦ.

22 ¶Et percellebantur ſuper doctrina eius. Erat enim ſermo ipſius cum authoritate.

22 Et ſtupebant in doctrina eius: quia in poteſtate erat ſermo ipſius. Matt. 7. d. 29 marci 1. c. 22

Καὶ ἐν τῇ συναγωγῇ ἦν ἄνθρωπος ἔχων πνεῦμα δαιμονίου ἀκαθάρτου, καὶ ἀνέκραξε φωνῇ μεγάλῃ,

23 ¶Erat autẽ in ſynagoga quidam habens ſpiritum dæmoniacum impurum, qui exclamauit voce magna,

23 Et in ſynagoga erat homo habens dæmonium immundum: & exclamauit voce magna, Marci 1. c. 23

Λέγων, Ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοί, Ἰησοῦ Ναζαρηνέ; ἦλθες ἀπολέσαι ἡμᾶς; οἶδά σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ.

24 Dicens, Ah, quid nobis tecũ Ieſu Nazarene? veniſti vt perderes nos? noui te quis ſis, nimirum Sanctus ille Dei.

24 Dicens, Sine, quid nobis & tibi Ieſu Nazarene? venisti perdere nos? ſcio te qui ſis, Sanctus Dei.

Καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, λέγων, Φιμώθητι, καὶ ἔξελθε ἐξ αὐτοῦ. Καὶ ῥίψαν αὐτὸν τὸ δαιμόνιον εἰς τὸ μέσον, ἐξῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ, μηδὲν βλάψαν αὐτόν.

25 Et obiurgauit eum Ieſus, dicens, Obmuteſce, & exi ab eo. Tunc dæmonium, abiecto illo in mediũ, exiit ab eo, nihilque ei nocuit.

25 Et increpauit illum Ieſus, dicens, Obmutesce, & exi ab eo. Et quũ proiecisset illum dæmonium in medium, exiit ab illo, nihilque illum nocuit.

Καὶ ἐγένετο θάμβος ἐπὶ πάντας, καὶ συνελάλουν πρὸς ἀλλήλους, λέγοντες, Τίς ὁ λόγος οὗτος, ὅτι ἐν ἐξουσίᾳ καὶ δυνάμει ἐπιτάσσει τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι, καὶ ἐξέρχονται;

26 Et obortus eſt pauor in omnibus: & colloquebantur alii cum aliis, dicentes, Quid hoc rei eſt, quòd cum authoritate ac poteſtate imperat impuris ſpiritibus, & exeunt?

26 Et factus eſt pauor in omnibus: & colloquebantur ad inuicem, dicentes, Quid eſt hoc verbũ quia in poteſtate & virtute imperat immundis ſpiritibus, & exeunt?

27 Sub Eliſæo, ἐπὶ Ἐλισσαίου. Id eſt, quo tempore Eliſæus functus eſt munere Prophetæ.

28 Excandeſcentia, θυμοῦ. Vulgata & Eraſmus, Ira: id eſt ὀργῆς.

29 Quum ſurrexiſſent, ἀναστάντες: id eſt, dimiſſo conuentu, egreſſi ex ſynagoga. Eraſmus, Inſurrexerunt, id eſt ἀναστάντες.

31 Cum authoritate, ἐν ἐξουσίᾳ. Vulgata ad verbum, In poteſtate. Sæpe autem annotauimus ἐν pro ἐνὶ poni, & nomen ἐξουσίας expoſuimus Matth. 7. d. 29, & Marci 1. c. 27.

33 Spiritum dæmoniacum impurum, πνεῦμα δαιμονίου ἀκαθάρτου. Vulgata, Dæmonium immundum, ſenſu rectè expreſſo. Eraſmus ad verbum, Habẽs ſpiritum dæmonii impuri. quæ interpretatio tolerabilis eſt si πνεῦμα pro impulſu & afflatu accipias, quo modo ſæpe accipi conſtat in vtroque Teſtamento: vt quum dicitur Daniel habuiſſe Spiritum deorum ſanctorum, Dan. 4. a. 5. 6, & 5. c. 11. d. 14. Sed malo Hebræam eſſe geminationẽ: vt ſi ſpiritum diabolicum pro diabolo ipſo dicas. Sic enim reperias שד שד lutum cœni, pro luto cœnoſo: id eſt, cœno profundiſſimo, Pſal. 40. a. 3. & ארמת עפר, terra pulueris, pro puluere terreſtri, id eſt humo, Dan. 11. a. 1. Idem dicendi genus reperio Apoc. 16. c. 14. alibi verò nuſquã in Nouo teſtamento. Qui exclamauit, καὶ ἀνέκραξε. De hoc dicendi genere diximus Mar. 1. a. 10. Poteſt autem relatiuum referri ad ſpiritum illum, vel ad hominem qui erat dæmonii organum.

36 Quid hoc rei eſt, τίς ὁ λόγος οὗτος: Vulgata, Quod eſt hoc verbum: Eraſmus, Quis ſermo hic eſt? Mi-

hi verò videtur planior interpretatio quam ſumus ſequuti: quanuis poſſit hoc etiam referri ad ipſum Chriſti ſermonem, vt interpretatur Theophylactus.

Καὶ ἐξεπορεύετο ἦχος περὶ αὐτοῦ εἰς 37 Et peruenit rumor de eo in o- 37 Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum
πάντα τόπον τῆς περιχώρου. mnem locum circúiacentis regionis. regionis.

Matth.8.b.14 marci 1.c.30 Ἀναστὰς δὲ ἀπὸ τῆς συναγωγῆς, εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν Σίμωνος· πενθερὰ δὲ τοῦ Σίμωνος ἦν συνεχομένη πυρετῷ μεγάλῳ· καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν περὶ αὐτῆς. 38 ¶Quum ſurrexiſſet autem Ieſus è ſynagoga, introiuit domũ Simonis: ſocrus verò Simonis detinebatur febri magna: & rogauerunt eum pro illa. 38 Surgens autem Ieſus de ſynagoga, introiuit in domum Simonis: ſocrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: & rogauerunt illum pro ea.

Καὶ ἐπιστὰς ἐπάνω αὐτῆς, ἐπετίμησε τῷ πυρετῷ· καὶ ἀφῆκεν αὐτήν. παραχρῆμα δὲ ἀναστᾶσα διηκόνει αὐτοῖς. 39 Tunc ipſe adſtans ſuprà eam, obiurgauit febrim: & febris eam dimiſit. illa verò quum illico ſurrexiſſet, miniſtrauit eis. 39 Et ſtans ſuper illam imperauit febri: & dimiſit illam. Et continuò ſurgens miniſtrabat illis.

Δυόντος δὲ τοῦ ἡλίου, πάντες ὅσοι 40 Occidẽte autem ſole, omnes qui habebant ægrotantes morbis variis, ducebant ipſos ad eũ: ille verò vnicuique ipſorũ impoſitis manibus, ſanauit eos. 40 Quum autem ſol occidiſſet, omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum: at ille ſingulis manus imponens, curabat eos.

marci 1.d.35 Ἐξήρχετο δὲ καὶ δαιμόνια ἀπὸ πολλῶν, κράζοντα καὶ λέγοντα, Ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἐπιτιμῶν οὐκ εἴα αὐτὰ λαλεῖν, ὅτι ᾔδεσαν τὸν Χριστὸν αὐτὸν εἶναι. 41 ¶Exibant autem etiam dæmonia ex multis, clamantia ac dicentia, Tu es Chriſtus ille Filius Dei. Sed ipſe obiurgãs, non ſinebat ea loqui, quòd ſcirent ipſum eſſe Chriſtum. 41 Exibant autem dæmonia à multis, clamantia & dicentia, Quia tu es Filius Dei. Et increpãs non ſinebat ea loqui, quia ſciebant ipſum eſſe Chriſtum.

Γενομένης δὲ ἡμέρας ἐξελθὼν ἐπορεύθη εἰς ἔρημον τόπον, καὶ οἱ ὄχλοι ἐζήτουν αὐτὸν, καὶ ἦλθον ἕως αὐτοῦ· καὶ κατεῖχον αὐτὸν τοῦ μὴ πορεύεσθαι ἀπ' αὐτῶν. 42 Orto autem die egreſſus, profectus eſt in deſertum locum: & turba quærebat eum, venerúntque vſque ad ipſum: & retinebant eum ne ab ipſis diſcederet. 42 Factũ autem die, egreſſus ibat in deſertum locũ: & turbæ requirebant eum, & venerunt uſque ad ipſum: & detinebant illum ne diſcederet ab eis.

Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτούς, Ὅτι καὶ ταῖς ἑτέραις πόλεσιν εὐαγγελίσασθαί με δεῖ τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ· ὅτι εἰς τοῦτο ἀπέσταλμαι. 43 Ille verò dixit eis, Certè etiã aliis vrbibus oportet me euangelizare regnũ Dei: nam ad hoc miſſus ſum. 43 Quibus ille ait, Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei: quia ideo miſſus ſum.

Καὶ ἦν κηρύσσων εἰς τὰς συναγωγὰς τῆς Γαλιλαίας. 44 Et prædicabat in ſynagogis Galilææ. 44 Et erat prædicans in ſynagogis Galilææ.

Κεφάλαιον ε'

CAP. V. CAP. V.

Matth.4.c.18 marci 1.b.16 Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ τὸν ὄχλον ἐπικεῖσθαι αὐτῷ τῇ ἀκοῇ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ αὐτὸς ἦν ἑστὼς παρὰ τὴν λίμνην Γεννησαρέτ. 1 FActum eſt autẽ, quum turba immineret ei, audiendi verbi Dei cauſa, ipſe ſtabat apud ſtagnum Genezaret. 1 Factum eſt autem quũ turbæ irruerent in eũ ut audirent verbum Dei, & ipſe ſtabat ſecus ſtagnum Genezareth.

Καὶ εἶδε δύο πλοῖα ἑστῶτα παρὰ τὴν λίμνην· οἱ δὲ ἁλιεῖς ἀποβάντες ἀπ' αὐτῶν ἀπέπλυναν τὰ δίκτυα. 2 Viditque duo nauigia quæ ad ſtagnum erant: piſcatores verò quum ex iis deſcendiſſent, abluebant retia. 2 Et vidit duas naues ſtantes ſecus ſtagnum: piſcatores autem deſcenderant, & lauabant retia.

37 Rumor ἦχος: id eſt φήμη. Sic idem ſcriptor vſurpauit τὴν φωνὴν Act.2.v.6.

39 Adſtans ſupra eam, ἐπιστὰς ἐπάνω αὐτῆς. Sic deſcribitur geſtus Chriſti ſeſe ad lecti fulcrum inclinãtis, vt febricitantem alleuaret. Dicunt enim alii Euangeliſtæ Chriſtum prehendiſſe ipſius manum.

41 Quòd ſcirent, τὸν εἶναι αὐτόν. Vel, ſe ſcire. Vide Mar.1.v.34.

42 Orto autem die, ἡμέρας δὲ γενομένης. Id eſt cum prima luce, eáque adhuc aduentante, vt liquet ex Mar.1.ver.35.

IN CAPVT V.

1 Quum immineret, τοῦ ἐπικεῖσθαι: id eſt, quum quaſi in illum incumberet præ viſendi & audiendi ſtudio: quæ res fecit vt cogeretur è naui docere. Hoc enim declarat τῷ ἐπικεῖσθαι hoc loco: quum alioquin etiam accipiatur pro inſtare, vt infrà cap.23.c.23. Vulgata, Quum irruerent: id eſt ἐπιπίπτειν.

Εμβας δὲ εἰς ἓν τῶν πλοίων ὃ ἦν τοῦ Σίμωνος, ἠρώτησεν αὐτὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἐπαναγαγεῖν ὀλίγον· καὶ καθίσας ἐδίδασκεν ἐκ τοῦ πλοίου τοὺς ὄχλους.

3 Ingressus autem in vnum istorum nauigiorum, quod erat Simonis, rogauit eum vt à terra ᵛproueheret paululũ: quúmque cõsedisset, docebat turbam ex nauigio.

3 Ascendens autem in vnam nauem quæ erat Simonis, rogauit eum vt terra reduceret pusillum: & sedem docebat de nauicula turbas.

Ως δὲ ἐπαύσατο λαλῶν, εἶπε πρὸς τὸν Σίμωνα, Ἐπαναγαγὲ εἰς τὸ βαθος, καὶ χαλάσατε τὰ δίκτυα ὑμῶν εἰς ἄγραν.

4 Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem, Prouehito in altum, & ᵛdemittite retia vestra ad capturam.

4 Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem, Duc in altum, & laxate retia vestra in capturã.

Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Σίμων εἶπεν αὐτῷ, Ἐπιστάτα, δι' ὅλης τῆς νυκτὸς κοπιάσαντες, οὐδὲν ἐλάβομεν· ἐπὶ δὲ τῷ ῥήματί σου χαλάσω τὸ δίκτυον.

5 Tum respondens Simon ait ei, ᵛMagister, ᵛquum per totam noctem nos fatigauerimus, nihil cepimus: tamen ᵛex tuo iussu demittam rete.

5 Et respondens Simon dixit illi, Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete.

Καὶ τοῦτο ποιήσαντες, συνέκλεισαν ἰχθύων πλῆθος πολύ· διερήγνυτο δὲ τὸ δίκτυον αὐτῶν.

6 Et quum hoc fecissent, conclusérunt piscium multitudinem magnam. dirumpebatur autẽ rete eorum.

6 Et quum hoc fecissẽt, concluserũt piscium multitudinem copiosam: rumpebatur autem rete eorum.

Καὶ κατένευσαν τοῖς μετόχοις τοῖς ἐν τῷ ἑτέρῳ πλοίῳ, τοῦ ἐλθόντας συλλαβέσθαι αὐτοῖς· καὶ ἦλθον, καὶ ἔπλησαν ἀμφότερα τὰ πλοῖα, ὥστε βυθίζεσθαι αὐτά.

7 Et innuerunt sociis qui erant in altero nauigio vt venirent, ᵛ& ipsis opitularentur. Venerũt igitur, & impleuerũt ambas naues, ita ᵛvt mergerentur.

7 Et annuerunt sociis qui erant in alia naui ut venirent & adiuuarent eos. Et venerunt & impleuerũt ambas naues, ita ut mergerẽtur.

Ἰδὼν δὲ Σίμων Πέτρος προσέπεσε τοῖς γόνασι τοῦ Ἰησοῦ, λέγων, Ἔξελθε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι ἀνὴρ ἁμαρτωλός εἰμι, Κύριε.

8 Quum autem hæc vidisset Simon Petrus, accidit ad genua Iesu, dicens, Discede à me. Nam homo peccator sum, Domine.

8 Quod quum videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu, dicens, Exi à me, quia homo peccator sum, Domine.

Θάμβος γὰρ περιέσχεν αὐτὸν καὶ πάντας τοὺς σὺν αὐτῷ, ἐπὶ τῇ ἄγρᾳ τῶν ἰχθύων ἣν συνέλαβον.

9 Pauor enim ᵛoccuparat eum & omnes qui cum eo erant, ᵛsuper captura piscium quam cõprehenderant:

9 Stupor enim circumdederat eum & omnes qui cũ illo erãt, in capturã piscũ quam ceperãt,

Ὁμοίως δὲ καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην, υἱοὺς Ζεβεδαίου, οἳ ἦσαν κοινωνοὶ τῷ Σίμωνι. Καὶ εἶπε πρὸς τὸν Σίμωνα ὁ Ἰησοῦς, Μὴ φοβοῦ· ἀπὸ τοῦ νῦν ἀνθρώπους ἔσῃ ζωγρῶν.

10 Similiter autem & Iacobum & Iohannem filios Zebedæi, qui erant socii Simoni. Tunc ait ad Simonem Iesus, Ne metue: ab hoc *tempore* homines viuos capies.

10 Similiter autem Iacobum & Iohannem filios Zebedæi, qui erant socii Simonis. Et ait ad Simonem Iesus, Noli timere: ex hoc iam homines eris capiens.

Καὶ καταγαγόντες τὰ πλοῖα ἐπὶ τὴν γῆν, ἀφέντες ἅπαντα, ἠκολούθησαν αὐτῷ.

11 Illi autem quum subduxissẽt in terrã nauigia, relictis omnibus, sequuti sunt eum.

11 Et subductis ad terrã nauibus, relictis omnibus, secuti sunt eum.

3 Proueheret, ἐπαναγαγεῖν id est ἀναγαγεῖν, cui opponitur τὸ καταγαγεῖν, quo vtitur paulo pòst, id est τὸ κατενεγκεῖν. Neque enim ἀνὰ iterationem declarat in hoc verbo, vt putauit Vetus interpres, qui vertit Reducere: sed idem valet atque ἄνω. Eras. Abduceret, ἀπάγειν.

4 Demittite, χαλάσατε. Vulgata & Erasmus, Laxate: quod nullo modo respondet Græco vocabulo, de quo diximus Mar. 1. 2. 4.

5 Magister, ἐπιστάτα. Ἐπιστάτης proprie declarat eum qui rei cuipiam sit præfectus, quem vocant Hebræi נציב, vel נשיא. Sed & in eadem significatione interdum ponitur רב, sicut Dan. 2. g. 48, vt minimè dubitem ἐπιστάτην à Luca dici quem cæteri Euangelistæ Hebraico nomine seruato רבי appellant. Quũ nos fatigauerimus, κοπιάσαντες. Vulg. & Eras. Laborantes. Vide Mat. 6. d. 28. Ex tuo iussu, ἐπὶ τῷ ῥήματί σου. Heb. כרצונך, iuxta verbũ tuum, pro quo Vulgata ad verbum, In verbo tuo, id est, (vt vernaculo sermone exprimimus) A nostre parole. Ponitur autem ἐπὶ pro ἐν, vt apud Platonem in Epist. legimus ἐπὶ τῷ pro ἐν τοιούτῳ id est ex animi sententia: & ῥῆμα pro mandato ponitur, sicut Dicere pro Iubere, vt alibi annotauimus.

7 Vt opitularẽtur, τοῦ συλλαβέσθαι, id est, vt vnà secum manus admouerent reti, quod simili translatione dicũt Græci συναίρεσθαι. Vulg. & Eras. A diuuãdi vocabulo vtũtur, quod respõdet τῷ ἐπικουρῆσαι. Ita vt mergerentur, ὥστε βυθίζεσθαι. In quodam codice additum erat ϖϖ n, pro quo in nonnullis Veteris editionis codicibus legitur Pené.

9 Occuparat, περιέσχε. Heb. בעת, vel אחז, id est vndique concluſum tenebat, sicut Tacitus dixit Inuehere pauores. Super captura, ἐπὶ τῇ ἄγρᾳ. Capturam hoc loco vocat ipsos pisces captos, vt ostendit relatiuum proximum. Nam alioqui dicendum erat ἧς, non ᾗ. Sic Latini iactum retis interdum appellant quicquid piscium vno retis iactu capitur, & ipsum capturæ nomen sic vsurpatur pro re capta, apud Plinium lib. 16, capite 40, vt auctorarunt grammatici.

Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν μιᾷ τῶν πόλεων, καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ πλήρης λέπρας· καὶ ἰδὼν τὸν Ἰησοῦν, πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον, ἐδεήθη αὐτοῦ, λέγων, Κύριε, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι.

Matth.8.a.4. mar.1.d.40

12 Et factum est, quum esset in quadam vrbe, tum ecce adfuit quidam plenus lepra: ac viso Iesu procidens in faciem, rogauit eum, dicens, Domine, si velis, potes me purgare.

12 Et factum est, quum esset in una ciuitatum, & ecce vir plenus lepra: & videns Iesum, procidens in faciem, rogauit eum, dicens, Domine, si vis, potes me mundare.

Καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἥψατο αὐτοῦ, εἰπών, Θέλω, καθαρίσθητι. Καὶ εὐθέως ἡ λέπρα ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ.

13 Iesus autem extensa manu tetigit eum, dicens, Volo, purgator. Et statim lepra abiit ab eo.

13 Et extendens manum tetigit eum, dicens, Volo, mundare. Et confestim lepra discessit ab illo.

Καὶ αὐτὸς παρήγγειλεν αὐτῷ μηδενὶ εἰπεῖν· ἀλλὰ ἀπελθὼν δεῖξον σεαυτὸν τῷ ἱερεῖ, καὶ προσένεγκε περὶ τοῦ καθαρισμοῦ σου, καθὼς προσέταξε Μωσῆς, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς.

Leuit.14.a.4

14 Ipse verò præcepit ei vt nulli hoc diceret: sed vade, inquit, ostende teipsum sacerdoti, & offer pro purgatione tui, prout præcepit Moses, in testimonium illis.

14 Et ipse præcepit illi ne nemini diceret: sed vade, ostende te sacerdoti, & offer pro emundatione tua, sicut præcepit Moyses, in testimonium illis.

Διήρχετο δὲ μᾶλλον ὁ λόγος περὶ αὐτοῦ· καὶ συνήρχοντο ὄχλοι πολλοὶ ἀκούειν, καὶ θεραπεύεσθαι ὑπ' αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἀσθενειῶν αὐτῶν.

15 Dimanabant autem eo magis sermones de eo: & conuenie bat turba multa vt audirent, & per eum sanarētur à morbis suis.

15 Perambulabat autem magis sermo de illo, & conueniebant turbæ multæ, vt audirent & curarentur ab infirmitatibus suis.

Αὐτὸς δέ ἦν ὑποχωρῶν ἐν ταῖς ἐρήμοις, καὶ προσευχόμενος.

16 Ipse autem secedens, erat in desertis, & precabatur.

16 Ipse autem secedebat in desertum, & orabat.

Καὶ ἐγένετο ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν, καὶ αὐτὸς ἦν διδάσκων· καὶ ἦσαν καθήμενοι Φαρισαῖοι καὶ νομοδιδάσκαλοι, οἳ ἦσαν ἐληλυθότες ἐκ πάσης κώμης τῆς Γαλιλαίας καὶ Ἰουδαίας καὶ Ἱερουσαλήμ· καὶ δύναμις Κυρίου ἦν εἰς τὸ ἰᾶσθαι αὐτούς.

17 Et factum est ᵛ quodam die, ᵛquū ipse doceret, essentque Pharisæi sedentes ac Legis doctores, qui venerant ex omnibus vicis Galilææ & Iudææ & ex Hierusalem: & potentia Domini adesset ei ad sanandum illos:

17 Et factum est in una dierum, & ipse sedebat docens: & erant Pharisæi sedentes & Legis doctores, qui venerant ex omni oppido Galilææ & Iudææ & Hierusalem: & virtus Domini erat ad sanandum eos:

Καὶ ἰδοὺ ἄνδρες φέροντες ἐπὶ κλίνης ἄνθρωπον ὃς ἦν παραλελυμένος· καὶ ἐζήτουν αὐτὸν εἰσενεγκεῖν, καὶ θεῖναι ἐνώπιον αὐτοῦ.

Matth.9.a.2. mar.2.a.3

18 ¶ Tunc ecce adfuerunt quidam ferentes in lecto hominem qui erat paralyticus: & studebant cū inferre, & ponere in ipsius conspectu.

18 Et ecce viri portantes in lecto hominem qui erat paralyticus: & quærebant eum inferre, & ponere ante eum.

Καὶ μὴ εὑρόντες ἀπὸ ποίας εἰσενέγκωσιν αὐτόν, ἀπὸ τοῦ ὄχλου, ἀναβάντες ἐπὶ τὸ δῶμα, διὰ τῶν κεράμων καθῆκαν αὐτὸν σὺν τῷ κλινιδίῳ εἰς τὸ μέσον, ἔμπροσθεν τοῦ Ἰησοῦ.

19 Et quum non inuenissent qua parte eum inferrēt, propter turbam, ascenderunt supra domū, & per tegulas demiserunt eum cum lectulo in medium, ante Iesum.

19 Et non inuenientes qua parte illum inferrēt præ turba, ascēderunt supra tectum: & per tegulas summiserunt eum cum lecto in medium, ante Iesum.

Καὶ ἰδὼν τὴν πίστιν αὐτῶν, εἶπεν αὐτῷ, Ἄνθρωπε, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου.

20 Qui fide eorum ᵛ visa, dixit, ᵛHeus tu, remissa sūt tibi peccata tua.

20 Quorum fidem vt vidit, dixit. Homo remittuntur tibi peccata tua.

Καὶ ἤρξαντο διαλογίζεσθαι οἱ Γραμ-

21 Tūc cœperūt ratiocinari Scri

17 Quodam die, ἐν μιᾷ ἡμερῶν. Hebraicè מאחד הימים, pro quo Vetus interpres ad verbum, In vna dierum id est, vt vulgò loquimur, Vna illarum. Ponitur autē ἐν pro ἐκ, vt etiam αὐτὸν & αὐτοὺς, sicut sæpe annotauimus. Sic paulo antè, v.11, ἐν μιᾷ τῶν πόλεων, in quadam ciuitate. Quum ipse, καὶ αὐτὸς. Καὶ pro καὶ ex Hebræorum idiotismo interdum vsurpari, sæpe iam diximus: hic autem vel redundat, vel poni videtur כיו pro כאשר, id est pro ὅτι, vt respondeat initio versiculi sequentis, sicut Exodi 1.d.11, & alibi sæpe. Ad sanandum eos, εἰς τὸ ἰᾶσθαι αὐτούς. In vno codice pro αὐτοὺς legimus αὐτόν: quā lectionē si sequamur, αὐτὸν referet Iesū, & à parte anteriore cōstruetur, vt sit hic sensus, Virtutem Domini ad sanandum (id est χάρισμα ἰαμάτων, vt loquitur Apostolus 1. Corinth. 12. a. 9) fuisse eo tempore exeruisse in Christo alioquin pronomen αὐτὸν referēdum est ad eos quorum facta est mentio versu 15.

18 Tunc ecce adfuerunt, καὶ ἰδοὺ. Supplentimus constructionem hoc loco, vt paulo antè.

20 Visa, ἰδών. Videre pro cognoscere, translatione Hebræis familiari. Heus tu, ἄνθρωπε. Vulgata & Erasmus ad verbum, Homo, pro quo sæpe apud Ezechielem occurrit, Fili hominis.

ματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι, λέγοντες, Τίς ἐστιν οὗτος ὃς λαλεῖ βλασφημίας; τίς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ μόνος ὁ Θεός;

bæ & Phariſæi, dicẽtes, Quis eſt iſte qui loquitur blaſphemias? Quis poteſt remittere peccata, niſi ſolus Deus?

bæ & Phariſæi, dicentes, Quis eſt hic qui loquitur blaſphemias? Quis poteſt dimittere peccata niſi ſolus Deus?

Ἐπιγνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς τοὺς διαλογισμοὺς αὐτῶν, ἀποκριθεὶς εἶπε πρὸς αὐτούς, Τί διαλογίζεσθε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν;

22 Ieſus autem quum noſſet eorum ratiocinationes, reſpondens dixit eis, Quid ratiocinamini in cordibus veſtris?

22 Vt cognouit autem Ieſus cogitationes eorum, reſpondens dixit ad illos, Quid cogitatis in cordibus veſtris?

Τί ἐστιν εὐκοπώτερον; εἰπεῖν, Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου· ἢ εἰπεῖν, Ἔγειραι καὶ περιπάτει;

23 Vtrum eſt facilius? dicere, Remiſſa ſunt tibi peccata: an dicere, Surge & ambula.

23 Quid eſt facilius? dicere, Dimittuntur tibi peccata: an dicere, Surge & ambula?

Ἵνα δὲ εἰδῆτε ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας, (εἶπε τῷ παραλελυμένῳ) Σοὶ λέγω, ἔγειραι, καὶ ἆρας τὸ κλινίδιόν σου, πορεύου εἰς τὸν οἶκόν σου.

24 Vt autem ſciatis Filium hominis præditum eſſe authoritate in terra remittendi peccata, (ait paralytico) Tibi dico, ſurge, & ſublato lectulo tuo, proficiſcere domum tuam.

24 Vt autem ſciatis quia Filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata, (ait paralytico) Tibi dico, ſurge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.

Καὶ παραχρῆμα ἀναστὰς ἐνώπιον αὐτῶν, ἆρας ἐφ' ὃ κατέκειτο, ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, δοξάζων τὸν Θεόν.

25 Is autẽ illico quum ſurrexiſſet in conſpectu eorum, ſublato eo in quo iacuerat, abiit domũ ſuam, glorificans Deum.

25 Et confeſtim conſurgẽs coram illis, tulit in quo iacebat: & abiit in domum ſuam, magnificans Deũ.

Καὶ ἔκστασις ἔλαβεν ἅπαντας, καὶ ἐδόξαζον τὸν Θεόν· καὶ ἐπλήσθησαν φόβου, λέγοντες, Ὅτι εἴδομεν παράδοξα σήμερον.

26 Et ſtupor cepit omnes, & glorificabant Deum: & repleti ſunt timore, dicẽtes, Certè vidimus inopinata hodie.

26 Et ſtupor apprehendit omnes, & magnificabant Deum: & repleti ſunt timore, dicentes, Quia vidimus mirabilia hodie.

Καὶ μετὰ ταῦτα ἐξῆλθε, καὶ ἐθεάσατο τελώνην ὀνόματι Λευὶν, καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ἀκολούθει μοι.

27 Poſthæc verò exiit, & cõſpexit publicanum nomine Leui, ſedẽtem ad telonium, & dixit ei, Sequere me.

27 Et poſt hæc exiit, & vidit publicanum nomine Leui, ſedentem ad telonium, & ait illi, Sequere me. Matth. 9. a. 9 marci. 2. b. 14

Καὶ καταλιπὼν ἅπαντα, ἀναστὰς ἠκολούθησεν αὐτῷ.

28 Et ille relictis omnibus ſurrexit, & ſequutus eſt eum.

28 Et relictis omnibus, ſurgens ſequutus eſt eum.

Καὶ ἐποίησε δοχὴν μεγάλην ὁ Λευὶς αὐτῷ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ· καὶ ἦν ὄχλος τελωνῶν πολὺς, καὶ ἄλλων οἳ ἦσαν μετ' αὐτῶν κατακείμενοι.

29 Et fecit ei Leui epulum magnum domi ſuæ: erátque turba multa publicanorum, & aliorum qui cum ipſis accumbebant.

29 Et fecit ei conuiuium magnum Leui in domo ſua: & erat turba multa publicanorum & aliorũ qui cum illis erant diſcũbentes.

Καὶ ἐγόγγυζον οἱ Γραμματεῖς αὐτῶν καὶ οἱ Φαρισαῖοι πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, λέγοντες, Διατί μετὰ τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίετε καὶ πίνετε;

30 Qui autem ex eis erant Scribæ ac Phariſæi, murmurabant aduerſus diſcipulos eius, dicentes, Quare cũ publicanis & peccatoribus editis & bibitis?

30 Et murmurabant Phariſæi & Scribæ eorum, dicentes ad diſcipulos eius, Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis?

Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπε πρὸς αὐτούς, Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες.

31 Et reſpondẽs Ieſus dixit eis, Non opus eſt iis qui ſani ſunt, medico: ſed iis qui malè affecti ſunt.

31 Et reſpondens Ieſus dixit ad illos, Nõ egent quẽ ſani ſunt, medici: ſed quẽ malè habent.

21 In cordibus veſtris, ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. In quibuſdam Veteris editionis codicibus additur Mala: & in ſecundo Græco exemplari πονηραῖς.

26 Inopinata, παράδοξα. Sic Quintilianus ex παράδοξον interpretatur libro 9. Vulgata, Mirabilia, Syrus, Eraſmus, Incredibilia, ἀπίστευτα.

29 Epulum, δοχὴν. id eſt ad verbum, acceptionem, quòd paſſim in eo omnes accipiãtur. Annotat autem Eraſmus ex libro Athenæi δείπνων. ϛ, ſplendidum epulum δοχὴν appellari.

30 Qui autem ex eis erant Scribæ, οἱ δὲ Γραμματεῖς αὐτῶν. Eraſmus non legit αὐτῶν, ſed reperitur apud Veterem interpretem, & in vetuſtis codicibus. Eſt autem hoc pronomen connectendum cum οἱ, non autem cum Γραμματεῖς.

1.Tim.1.c.15 Οὐκ ἐλήλυθα καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν.

32 ¶Non veni vt vocarem iustos, sed peccatores ad resipiscentiã.

32 Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.

Matth.9.b.14 mar.2.c.18 Οἱ δὲ εἶπον πρὸς αὐτόν, Διατί οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου νηστεύουσι πυκνὰ, καὶ δεήσεις ποιοῦνται, ὁμοίως καὶ οἱ τῶν Φαρισαίων· οἱ δὲ σὸν ἐσθίουσι καὶ πίνουσιν;

33 ¶Ipsi verò dixerunt ei, Quare discipuli Iohannis ieiunãt crebrò, & deprecationes faciunt, similiter & discipuli Pharisæorum: tui verò edunt & bibunt?

33 At illi dixerunt ad eũ, Quare discipuli Iohannis ieiunant frequẽter, & obsecrationes faciunt, similiter & Pharisæorũ: tui autẽ edũt & bibunt?

Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτούς, Μὴ δύνασθε τοὺς υἱοὺς τοῦ νυμφῶνος, ἐν ᾧ ὁ νυμφίος μετ' αὐτῶν ἐστι, ποιῆσαι νηστεύειν;

34 Ipse autem dixit eis, Num potestis facere vt filii thalami, quo tempore cum ipsis est sponsus, ieiunent?

34 Quibus ipse ait, Nunquid potestis filios sponsi, dum cum illis est sponsus, facere ieiunare?

Ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι καὶ ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, τότε νηστεύσουσιν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις.

35 Aderunt autem dies ¶ quum tolletur ab eis Sponsus, tunc ieiunabunt illis diebus.

35 Venient autem dies & quum ablatus fuerit ab illis sponsus, tunc ieiunabunt in illis diebus.

Ἔλεγε δὲ καὶ παραβολὴν πρὸς αὐτούς, Ὅτι οὐδεὶς ἐπίβλημα ἱματίου καινοῦ ἐπιῤῥάπτει ἐπὶ ἱμάτιον παλαιόν· εἰ δὲ μήγε, καὶ τὸ καινὸν σχίζει, καὶ τῷ παλαιῷ οὐ συμφωνεῖ ἐπίβλημα τὸ ἀπὸ τοῦ καινοῦ.

36 Dicebat autem eis etiam per parabolam, Nemo pãniculum noui vestimenti immittit in vestimentum vetus: alioqui & illud nouum findit vestis, & veteri non conuenit panniculus sumptus ex nouo.

36 Dicebat autem & similitudinẽ ad illos, Quia nemo commissuram a nouo vestimento immittit in vestimentum vetus: alioquin & nouum rumpit, & veteri non conuenit commissura a nouo.

Καὶ οὐδεὶς βάλλει οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς· εἰ δὲ μήγε, ῥήξει ὁ νέος οἶνος τοὺς ἀσκοὺς, καὶ αὐτὸς ἐκχυθήσεται, καὶ οἱ ἀσκοὶ ἀπολοῦνται.

37 Et nemo iniicit vinum nouum in vtres veteres: alioqui disrumpet vinum nouum vtres, & ipsum effũdetur, & vtres peribunt.

37 Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres: alioquin rumpet vinum nouum vtres, & ipsum vinum effundetur, & vtres peribunt.

Ἀλλὰ οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς καινοὺς βλητέον· καὶ ἀμφότερα συντηροῦνται.

38 Sed vinum nouum in vtres recentes iniiciendum est: & vtraque conseruantur.

38 Sed vinum nouum in vtres nouas mittendũ est: & vtraque conseruãtur.

Καὶ οὐδεὶς πιὼν παλαιὸν, εὐθέως θέλει νέον. λέγει γάρ, Ὁ παλαιὸς χρηστότερός ἐστι.

39 Et nemo qui biberit vetus, statim vult nouum. dicit enim, Vetus vtilius est.

39 Et nemo bibens vetus, statim vult nouum. dicit enim, Vetus melius est.

Κεφάλαιον ϛ

CAP. VI.

CAP. VI.

Mark.11.a.5 mar.3.a.11 Ἐγένετο δὲ ἐν σαββάτῳ διαπορεύεσθαι αὐτὸν διὰ σπορίμων· καὶ ἔτιλλον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ τοὺς στάχυας, καὶ ἤσθιον, ψώχοντες ταῖς χερσί.

1 FActum est verò vt sabbatho altero primo pertrãsiret per sata. Vellebant autem discipuli spicas, edebántque, confricãtes manibus.

1 Factum est autem in sabbatho secundoprimo, quum transiret per sata, vellebant discipuli eius spicas, & manducabant confricantes manibus.

Τινὲς δὲ τῶν Φαρισαίων εἶπον αὐτοῖς, Τί ποιεῖτε ὃ οὐκ ἔξεστι ποιεῖν ἐν τοῖς σάββασι;

2 Quidam autem Pharisæorũ dixerunt eis, Cur facitis quod non licet facere Sabbathis?

2 Quidam autem Pharisæorum dicebant illis, Quid facitis quod non licet in Sabbathis?

1.Reg.21.b.6 Καὶ ἀποκριθεὶς πρὸς αὐτοὺς εἶπεν ὁ Ἰησοῦς, Οὐδὲ τοῦτο ἀνέγνωτε ὃ ἐποίησε Δαβὶδ ὅτε ἐπείνασεν αὐτὸς καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ὄντες;

3 Tunc respondens Iesus dixit eis, ¶ Ne hoc quidem legistis quod fecit Dauid quum esuriret ipse & qui cum eo erant?

3 Et respondens Iesus ad eos dixit, Nec hoc legistis quod fecit Dauid, quum esuriisset ipse & qui cum illo erant?

33 Deprecationes, δεήσεις. Vide Act.1.c.14.

35 Quum tolletur, καὶ ὅταν ἀπαρθῇ. In secundo codice deerat καί: & sanè vel redũdat vel est transposita hæc particula, quum potius debeat construi cum ἀπ', sicut apud alios Euangelistas.

39 Vtilius est, χρηστότερος. Id est salubrius. Vulgata & Eras. Melius, id est ἀμείνων. Vide infrà, 6.v.35.

IN CAPVT VI.

1 Altero primo, δευτεροπρώτῳ. Duæ erant Sabbathorum species: vna eorum quæ septimo quoque die recurrebant, altera eorum quibus ex peculiari Dei mandato feriandum erat, solennibus videlicet festis. Iã verò in festo plurium dierum (vt Paschæ & tabernaculorũ) duo erãt Sabbatha, primus nimirum eius festi dies, & vltimus, cãdem parique prorsus ceremonia, vt disertè cauet Dominus Leuit. 23. Commodè igitur Lucas

posterius illud Sabbathū,id eſt vltimū diem Azymorū(id enim intelligitur ex eo quòd ſit mentio ſpicarū,vt rectè notat Epiph.κγ' τῶν αἱρέσεων)vocat ſabbathū ſecundoprimū, quem alterū primū Latinè voces licebit. Sed hæc aliáque multa licebit ex variis cōmentariis petere : volui tamen paucis indicare quā ſententiam maximè probarem.

Ὡς εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔλαβε, καὶ ἔφαγε, καὶ ἔδωκε καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ ; οὓς οὐκ ἔξεστι φαγεῖν εἰ μὴ μόνους τοὺς ἱερεῖς;

4 Quomodo introierit domū Dei,& panes propoſitionis ſumpſerit,ederitque, ac dederit etiā iis qui ſecum erant: quos panes non licet edere niſi ſolis Sacerdotibus?

4 Quomodo intrauit in domū Dei,& panes propoſitionis ſumpſit,& mādauit,& dedit iis quæ ipſo erant : quos non licet manducare niſi tantùm Sacerdotibus?

Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, Ὅτι κύριός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ σαββάτου.

5 Et dicebat eis,Filius hominis dominus eſt etiam Sabbathi.

5 Et dicebat illis.Quia dominus eſt Filius hominis etiam Sabbathi.

Ἐγένετο δὲ καὶ ἐν ἑτέρῳ σαββάτῳ εἰσελθεῖν αὐτὸν εἰς τὴν συναγωγὴν, καὶ διδάσκειν· καὶ ἦν ἐκεῖ ἄνθρωπος, καὶ ἡ χεὶρ αὐτοῦ ἡ δεξιὰ ξηρά.

6 Factum eſt verò etiam alio ſabbatho vt ipſe ingrederetur in ſynagogam, ac doceret. Erat autem ibi quidam cuius manus dextera erat arida.

6 Factū eſt autē & in alio ſabbatho ut intraret in ſynagogā, & doceret. Et erat ibi homo,& manus eius dextera erat arida. Matth.12.v.9 mar.3.v.1

Παρετήρουν δὲ αὐτὸν οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι εἰ ἐν τῷ σαββάτῳ θεραπεύσει· ἵνα εὕρωσι κατηγορεῖν αὐτοῦ.

7 Obſeruabant autem eum Scribæ ac Phariſæi an Sabbatho ſanaturus eſſet illum, vt inuenirēt accuſationem aduerſus eū.

7 Obſeruabant autem Scribæ & Phariſæi ſi in Sabbatho curaret : ut inuenirent unde accuſarent eum.

Αὐτὸς δὲ ᾔδει τοὺς διαλογισμοὺς αὐτῶν· καὶ εἶπε τῷ ἀνθρώπῳ τῷ ξηρὰν ἔχοντι τὴν χεῖρα, Ἔγειραι, καὶ στῆθι εἰς τὸ μέσον. Ὁ δὲ ἀναστὰς ἔστη.

8 At ipſe norat cogitationes eorum:& dixit homini qui habebat manum aridam, Surge, & ſta in medio. Ille verò ſurgens ſtetit.

8 Ipſe uerò ſciebat cogitationes eorum.& ait homini qui habebat manū aridam. Surge,& ſta in medium. Et ſurgens ſtetit.

Εἶπεν οὖν ὁ Ἰησοῦς πρὸς αὐτούς, Ἐπερωτήσω ὑμᾶς, τί ἔξεστι τοῖς σάββασιν, ἀγαθοποιῆσαι, ἢ κακοποιῆσαι ; ψυχὴν σῶσαι, ἢ ἀπολέσαι;

9 Dixit igitur eis Ieſus, Interrogabo vos quiddam, Licet Sabbathis benefacere,an malefacere *cuipiam* ? hominem ſeruare, an perdere?

9 Ait autem ad illos Ieſus,Interrogabo uos ſi licet Sabbathis benefacere. an malè? animam ſaluam facere,an perdere.

Καὶ περιβλεψάμενος πᾶσι τοῖς αὐτοῖς, εἶπε τῷ ἀνθρώπῳ, Ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου. Ὁ δὲ ἐποίησεν οὕτως· καὶ ἀπεκατεστάθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη.

10 Et quū eos omnes circunſpexiſſet,ait homini, Extende manum tuam. Ille autem ita fecit: & reſtituta eſt manus eius ſana ſicut altera.

10 Et circunſpectis omnibus,dixit homini,Extende manum tuam. Fecitq; ita & reſtituta eſt manus eius.

Αὐτοὶ δὲ ἐπλήσθησαν ἀνοίας· καὶ διελά-

11 Ipſi autē repleti ſūt amētia: &

11 Ipſi autem repleti ſunt inſipientia: &

5 5 Etiam Sabbathi,καὶ τῷ σαββάτῳ. In vno exemplari addita hæc reperimus, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ θεασάμενός τινα ἐργαζόμενον τῷ σαββάτῳ, εἶπεν αὐτῷ. Ἄνθρωπε, εἰ μὲν οἶδας τί ποιεῖς, μακάριος εἶ· εἰ δὲ μὴ οἶδας, ἐπικατάρατος καὶ παραβάτης εἶ τοῦ νόμου: id eſt, Eodem die quum quendam conſpexiſſet operantē Sabbatho,dixit ei, Heus tu, ſi quidem ipſe noſti quid agas,beatus es : ſin autem non noſti,execrabilis es & Legis tranſgreſſor.Sed hæc in Eccleſia nō leguntur,neque mihi quidem videntur ſapere maieſtatem aut etiam veritatem Euangelicam. Vide Mar.1.v.28.

6 Cuius manus,καὶ ἡ χεὶρ αὐτοῦ Hebraiſmus.de quo diximus ſuprà,capite 1.c.49.

7 Accuſationem *aduerſus* eum,κατηγορεῖν αὐτοῦ. Vulg.& Eraſmus,Vnde accuſarent eum,ἵνα κατηγορεῖσωσιν αὐτοῦ,ſenſu tamen rectè expreſſo. Addidimus autem præpoſitionem Aduerſus,id eſt κγ', quæ hic neceſſariò ſubauditur, vt ſuprà Mat.10.a.1 quinetiam exprimitur apud Theophylactum,item in editione Frobeniana, & tribus vetuſtis codicibus.

9 Interrogabo vos quiddam,ἐπερωτήσω ὑμᾶς τι. Triplex eſſe poteſt huius loci diſtinctio. Nam aut coniungitur τι cum ἐπερωτήσω:quam lectionem,vt ſimpliciſſimam,ſequuti ſumus:aut ſequentibus adiungitur, idque duplici ratione.Nam Theophylactus poſt τι adſcribit diſtinctionem,vt ita conuertas, Interogabo vos: quidt licet ſabbathis benefacere,an malefacere? In pleriſque autem codicibus τι connectitur cū ſequentibus ſine diſtinctione,& pro ἐπερωτῶ accipitur,hoc modo.Interrogabo vos ecquid licet, &c. Eſt autem illud ἐπερωτῶ τινα ὑμᾶς, dicendi genus,à quo nos quoque in vernaculo ſermone noſtro ſæpe auſpicamur interroganrem orationem. Sic enim totum hunc locum explicaremus, Ie vous demande, S'eſt-il loiſible,&c. Vetus interpres pro ἐπερωτήσω legit ἐπερωτῶ, interrogo: & pro τι videtur ſcripſiſſe εἰ, id eſt Si,pro An:quam lectionem in vno demum exemplari reperimus. Benefacere,καλῶς ποιῆσαι. Benefacere legendum eſt coniunctim,vno vocabulo, ſicut etiam malefacere,quod reſponder τῷ κακοποιῆσαι. quod notādum eſt,nequis putet Chriſtū ſimpliciter quærere num quid boni facere liceat Sabbatho.Id enim erat extra cōtrouerſiam:& qui precationi aut concioni aut lectioni vacat,dicitur in genere rem bonam facere.Sed percontatur Chriſtus ecquid liceat Sabbatho charitatis officia proximo præſtare. Vide Mar.3.a.4. Perdere,ἀπολέσαι. Ergo qui non iuuat proximū,quū iuuare poſſit, interficit.

10 Ille autem ita fecit,ὁ δὲ ἐποίησεν οὕτω. Vulg. Et extendit,καὶ ἐξέτεινε. vt legitur apud Matthæū & Marcū,& hic quoque in quodam codice. Eraſmus,Ille autem fecit, prætermiſſa particula οὕτω, quam adiecit Stephanus noſter ex editione Complutenſi,cum qua conſentiebant quinque alii codices vetuſti. Sana ſicut altera,ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη. Totum hoc deerat in quodam codice,neque reperitur in Vulgata editione.

λειν πρὸς ἀλλήλους, τί ἂν ποιήσειε τῷ Ἰησοῦ.

colloquebantur alii cum aliis, quidnam facerent Iesu.

alloquebãtur adinuicem, quidnam faceret Iesu.

Ἐγένετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις, ἐξῆλθεν εἰς τὸ ὄρος προσεύξασθαι, καὶ ἦν διανυκτερεύων ἐν τῇ προσευχῇ τοῦ Θεοῦ.

12 Factum est autem illis diebus, abiit in montem ad precãdum, & pernoctauit *illic* precans Deum.

12 Factum est autem in illis diebus, exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei.

Infrà 9.a.28 matth.10.a.2 mar. 3.b.13 & 6.a.7

Καὶ ὅτε ἐγένετο ἡμέρα, προσεφώνησε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ· καὶ ἐκλεξάμενος ἀπ' αὐτῶν δώδεκα, οὓς καὶ ἀποστόλους ὠνόμασε·

13 Et quum dies ortus esset, aduocauit discipulos suos, & quũ ex ipsis elegisset duodecim, quos & Apostolos nominauit,

13 Et quum dies factus esset, vocauit discipulos suos: & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit:

(Σίμωνα, ὃν καὶ ὠνόμασε Πέτρον, καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην, Φίλιππον καὶ Βαρθολομαῖον,

14 (Nempe Simonem, quem etiam nominauit Petrum, & Andream fratrem eius, Iacobum & Iohannem, Philippum & Bartholomæum,

14 Simonem, quem & nominauit Petrum, & Andream fratrem eius, Iacobum & Iohannem, Philippum & Bartholomæum,

Ματθαῖον καὶ Θωμᾶν, Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ἀλφαίου καὶ Σίμωνα τὸν καλούμενον Ζηλωτήν,

15 Matthæum & Thomam: Iacobum Alphæi *filium* & Simonem qui vocatur Zelotes,

15 Matthæum & Thomam, Iacobũ Alphæi & Simonem qui vocatur Zelotes,

Ἰούδαν Ἰακώβου καὶ Ἰούδαν Ἰσκαριώτην, ὃς καὶ ἐγένετο προδότης)

16 Iudam Iacobi *fratrem* & Iudã Iscarioten, qui etiam fuit proditor)

16 Et Iudam Iacobi & Iudam Iscariotẽ, qui fuit proditor.

Καὶ καταβὰς μετ' αὐτῶν, ἔστη ἐπὶ τόπου πεδινοῦ· καὶ ὄχλος μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ πλῆθος πολὺ τοῦ λαοῦ ἀπὸ πάσης τῆς Ἰουδαίας καὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ τῆς παραλίου Τύρου καὶ Σιδῶνος, οἳ ἦλθον ἀκοῦσαι αὐτοῦ, καὶ ἰαθῆναι ἀπὸ τῶν νόσων αὐτῶν.

17 Descendit cum eis, stetitque in loco campestri: turbáque discipulorum eius, & multitudo magna plebis ex tota Iudæa & Hierusalem, & à maritima regione Tyri & Sidonis, qui venerant vt audirent eum, & sanarentur à morbis suis:

17 Et descendens cum illis, stetit in loco cãpestri: & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa & Ierusalem, & maritima Tyri & Sidonis, qui venerant vt audirent eum, & sanarentur à languoribus suis:

Καὶ οἱ ὀχλούμενοι ἀπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων· καὶ ἐθεραπεύοντο.

18 Et qui torquebantur à spiritibus impuris: & sanabantur.

18 Et qui vexabãtur à spiritibus immundis, curabãtur.

Καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἐζήτει ἅπτεσθαι αὐτοῦ· ὅτι δύναμις παρ' αὐτοῦ ἐξήρχετο, καὶ ἰᾶτο πάντας.

19 Et tota turba studebat eum tangere: quia virtus ab eo exibat, & sanabat omnes.

19 Et omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.

Matth.5.a.2

Καὶ αὐτὸς ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ εἰς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, ἔλεγε, Μακάριοι οἱ πτωχοί· ὅτι ὑμετέρα ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ.

20 Ipse verò sublatis oculis suis in discipulos, dicebat, Beati pauperes: quia vestrum est regnum Dei.

20 Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos, dicebat, Beati pauperes: quia nostrum est regnum Dei.

13 Et pernoctauit illic precans Deum, καὶ ἦν διανυκτερεύων ἐν τῇ προσευχῇ τοῦ Θεοῦ. Vulgata & Erasmus ad verbum, Et erat pernoctans in oratione (vel deprecatione) Dei. Ego verò malui aliquantulum à Græcis deflectere, vt planius loquerer.

13 Et quum elegisset, καὶ ἐκλεξάμενος. Vulgata & Erasmus, Et elegit. At ego existimo hunc versiculum decimumtertium cum decimoseptimo coniungendum esse, ita vt tres interiecti includantur parenthesi. Simile hyperbaton est Marci 3.c.19.

17 Maritima *regione* Tyri, τῆς παραλίου Τύρου. Vetus interpres, Et maritima Tyri, quum explere debuerit constructionem. Sed Erasmi explicationem non probo, qui existimat hanc esse sententiã, venisse nonnullos à maritima parte Tyri & Sidonis, hoc est, ab extrema parte quæ spectat ad mare: aut à maritima parte Iudææ, nempe Tyro & Sidone. Ego verò puto Tyrum & Sidonem vocari non ipsas vrbes, sed ipsis vicinam regionem, & totum illum maris tractum qui Syrophœnicia dicitur. Itaque genitiuos seruaui Tyri & Sidonis, quum ipse conuerterit, Maritima Tyro & Sidone. Neque enim video cur addendum fuerit τῆς παραλίου, nisi per appositionem id explices, sicut ipse fecit. verùm hæc appositio non satis videtur cohærere.

18 Qui torquebantur, οἱ ὀχλούμενοι. Ad verbum, molestabantur. quo verbo vtitur Modestinus Iurisconsul. si modò is Latinè scripsit. Vulgata & Erasmus, Qui vexabantur: id est οἱ βασανιζόμενοι, eodem tamen sensu. Videtur enim hic esse μείωσις in verbo ὀχλοῦντας, quo vnus Lucas vtitur, & quidem duobus tantùm locis, hic & mimirũ, & Act.5.c.16.

Μακάριοι οἱ πεινῶντες νῦν· ὅτι χορτασθήσεσθε. Μακάριοι οἱ κλαίοντες νῦν· ὅτι γελάσετε.

21 ¶Beati qui nunc eſuritis: quia ſaturabimini. ¶Beati qui nunc fletis: quia ridebitis.

21 *Beati qui nunc eſuritis: quia ſaturabimini. Beati qui nunc fletis: quia ridebitis.* Eſa.65.c.13 Eſa.61.a.3.& c.7

Μακάριοί ἐστε ὅταν μισήσωσιν ὑμᾶς οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὅταν ἀφορίσωσιν ὑμᾶς, καὶ ὀνειδίσωσι, καὶ ἐκβάλωσι τὸ ὄνομα ὑμῶν ὡς πονηρὸν, ἕνεκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου.

22 ¶Beati eritis quum vos oderint homines, & ſeparauerint vos, & conuiciati fuerint *nobis*, & nomen veſtrum vt malum ciecerint, propter Filium hominis.

22 *Beati eritis quum nos oderint homines, & cum̃ ſeparauerint nos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen veſtrum tanquam malum, propter Filium hominis.* Matth.5.a.3

Χάρητε ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ καὶ σκιρτήσατε. ἰδοὺ γὰρ, ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τῷ οὐρανῷ· κατὰ ταῦτα γὰρ ἐποίουν τοῖς προφήταις οἱ πατέρες αὐτῶν.

23 Gaudete illo die, & ſalite. Ecce enim, merces veſtra multa eſt in cælis: nam itidem faciebant Prophetis patres eorum.

23 *Gaudete in illa die & exultate. ecce enim merces veſtra multa eſt in cælo: ſecundum hec enim faciebant Prophetis patres eorum.*

Πλὴν οὐαὶ ὑμῖν τοῖς πλουσίοις· ὅτι ἀπέχετε τὴν παράκλησιν ὑμῶν.

24 ¶Sed væ vobis diuitibus: nã reportatis conſolationem veſtram.

24 *Verumtamen væ vobis diuitibus: quia habetis conſolationem veſtram.* Amos 6.a.1 eccleſ.31.a.8

Οὐαὶ ὑμῖν οἱ ἐμπεπλησμένοι· ὅτι πεινάσετε. Οὐαὶ ὑμῖν οἱ γελῶντες νῦν· ὅτι πενθήσετε καὶ κλαύσετε.

25 ¶Væ vobis qui impleti eſtis: nam eſurietis. Væ vobis qui ridetis nunc: nam lugebitis & flebitis.

25 *Væ vobis qui ſaturati eſtis: quia eſurietis. Væ vobis qui ridetis nunc: quia lugebitis & flebitis.* Eſa.65.c.13

Οὐαὶ ὅταν ὑμᾶς καλῶς εἴπωσι πάντες οἱ ἄνθρωποι· κατὰ ταῦτα γὰρ ἐποίουν τοῖς ψευδοπροφήταις οἱ πατέρες αὐτῶν.

26 Væ vobis quum bene vobis dixerint omnes homines: nã itidem faciebant pſeudoprophetis patres eorum.

26 *Væ quum benedixerint vobis omnes homines: ſecundum hec enim faciebant pſeudoprophetis patres eorum.*

Ἀλλ' ὑμῖν λέγω τοῖς ἀκούουσιν, Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν· καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς.

27 ¶Sed vobis dico qui auditis: Diligite inimicos veſtros: benefacite iis qui vos oderunt.

27 *Sed nobis dico qui auditis, Diligite inimicos veſtros: benefacite iis qui oderunt nos.* Matth.5.g.44

Εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμῖν· καὶ προσεύχεσθε περὶ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς.

28 Benedicite iis qui deuouent vos, & precamini pro iis qui infeſtant vos.

28 *Benedicite maledicentibus nobis: & orate pro calumniantibus nos.*

Τῷ τύπτοντί σε ἐπὶ τὴν σιαγόνα, πάρεχε καὶ τὴν ἄλλην· καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντός σου τὸ ἱμάτιον, καὶ τὸν χιτῶνα μὴ κωλύσῃς.

29 ¶Et qui tibi verberauerit maxillam, præbe & alteram: ¶& ab eo qui tollit tibi pallium, etiam tunicam ne prohibeto.

29 *Et qui te percutit in maxillam, præbe & alteram: & ab eo qui aufert tibi veſtimentum, etiam tunicam noli prohibere.* Mat.5.f.39 1. Cor.6.b.7

Παντὶ δὲ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου, καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντος τὰ σὰ, μὴ ἀπαίτει.

30 Cuiuis autem petenti abs te da: & ab eo qui tollit res tuas, ne repetito.

30 *Omni autem petenti te, tribue, & qui aufert quæ tua ſunt, ne repetas.*

11 Separauerint, ἀφορίσωσιν: id eſt ἀποσυναγώγους ποιήσωσιν, ex ſynagoga eiecerint, vt explicatur Iohan. 16.a.2. Sed & paulo pòſt Lucas ipſe exponit quæ ſit iſta ſeparatio, quũ videlicet nomen alicuius expungitur è populo Dei: ſicut apud Latinos dicebantur capitis diminutionẽ pati qui ex albo à cẽſoribus expũgebãtur. Eſt autem hæc pœna omnium maximè formidabilis in Eccleſia Dei: ſed ita demum ſi cenſores fuerint Dei inſtrumenta, id eſt, ſi ex verbo Dei quiſpiam legitimo veræ Eccleſiæ iudicio damnetur: alioquin multo præſtat ex impiorum conſortio eiici quàm inter eos numerari, vt etiam explicat Dauid Pſal.1.a.1 & 2.

23 Salite, σκιρτήσατε. Dicuntur laſciuientes pecudes σκιρτᾶν. quod Hebræis ſignificat רקד, vt Pſal.114.a.4. Latinis verò geſtire, tranſlatitiè de iis dicitur qui præ nimia lætitia non poſſunt ſe continere quin varios geſtus edant, hinc & inde ſubſilientes. Vulgata & Eraſmus, Exultate: eodem quidem ſenſu, ſed tamen verbo ſynonymo, quod potius reſpondet τῷ ἀγαλλιᾶσθαι. Itidem, καὶ πάντα: id eſt οὐδέν τινος. Vulgata & Eraſmus ad verbum, Secundum hoc. Exiſtimo autem ταῦτα pro τὰ αὐτὰ poſitum, ſicut in vno codice ſcriptum legimus infrà verſu 26.

24 Sed, πλὴν. Vulgata & Eraſmus, Veruntamen. Vide Matth.11.c.22. Reportatis, ἀπέχετε: id eſt quicquid boni vnquam vobis poteſt accidere, hoc totum iam ex veſtris opibus conſequimini. itaque nõ eſt quòd aliam felicitatem ſperetis. Vide Matth.6.a.2, vbi huius vocabuli vim declarauimus. Vulgata & Eraſmus, Habetis: id eſt ἔχετε.

25 Qui impleti eſtis, ἐμπεπλησμένοι. Virg. Implentur veteris Bacchi, pinguiſque ferinæ. Vulg. & Eraſ. Qui ſaturati eſtis, κεκορεσμένοι, eodem tamen ſenſu. Sed in Theophylacti codice Romano additur νῦν, nũc, ſicut in ſuperioribus verſiculis.

26 Omnes, πάντες. Hæc particula deerat in vetuſtis codicibus omnibus.

Matth. 7. v. 12 reb. 4. c. 16

Καὶ καθὼς θέλετε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς ὁμοίως.

31 ¶Et prout vultis vt faciant vobis homines, vos etiam facite eis similiter.

31 *Et prout vultis ut faciant nobis homines, & vos facite illis similiter.*

Matth. 5. g. 46

Καὶ εἰ ἀγαπᾶτε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, ποία ὑμῖν χάρις ἐστί; καὶ γὰρ οἱ ἁμαρτωλοὶ τοὺς ἀγαπῶντας αὐτοὺς ἀγαπῶσι.

32 ¶Nam si diligitis eos qui vos diligunt, quæ vobis erit gratia? nam peccatores etiam diligunt eos à quibus diliguntur.

32 *Et si diligitis eos qui vos diligunt, quæ nobis est gratia? nam & peccatores diligunt se diligunt.*

Καὶ ἐὰν ἀγαθοποιῆτε τοῖς ἀγαπῶσιν ὑμᾶς, ποία ὑμῖν χάρις ἐστί; καὶ γὰρ οἱ ἁμαρτωλοὶ τὸ αὐτὸ ποιοῦσι.

33 Et si benefeceritis iis qui vobis benefaciunt, quæ vobis erit gratia? nam & peccatores etiã idem faciunt.

33 *Et si benefeceritis iis qui nobis benefaciunt, quæ nobis est gratia? siquidem & peccatores hoc faciunt.*

Matth. 5. g. 42 deut. 15. b. 8

Καὶ ἐὰν δανείζητε παρ' ὧν ἐλπίζετε ἀπολαβεῖν, ποία ὑμῖν χάρις ἐστί; καὶ γὰρ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἁμαρτωλοῖς δανείζουσιν, ἵνα ἀπολάβωσι τὰ ἴσα.

34 ¶Et si mutuum dederitis *iis* à quibus speratis vos recepturos, quæ gratia erit vobis? nam & peccatores peccatoribus dant mutuum, vt recipiant paria.

34 *Et si mutuum dederitis iis à quibus speratis recipere, quæ gratia est nobis? nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, ut recipiãt æqualia.*

Πλὴν ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καὶ ἀγαθοποιεῖτε, καὶ δανείζετε, μηδὲν ἀπελπίζοντες· καὶ ἔσται ὁ μισθὸς ὑμῶν πολύς, καὶ ἔσεσθε υἱοὶ τοῦ ὑψίστου· ὅτι αὐτὸς χρηστός ἐστι καὶ τοὺς ἀχαρίστους καὶ πονηρούς.

35 Itaque diligite inimicos vestros, & benefacite, & mutuum date, nihil inde sperantes: & erit merces vestra multa, ¶ac filii eritis illius Altissimi: nam ipse benignus est erga ingratos & malos.

35 *Verumtamen diligite inimicos vestros, benefacite & mutuum date, nihil inde sperantes: & erit merces vestra multa, & eritis filii Altissimi: quia ipse benignus est super ingratos & malos.*

Matth. 5. g. 45

Γίνεσθε οὖν οἰκτίρμονες, καθὼς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν οἰκτίρμων ἐστί.

36 Estote ergo misericordes, prout & Pater vester misericors est.

36 *Estote ergo misericordes, sicut & Pater vester misericors est.*

31 Nam si, καὶ si. Omnino poscit sententia vt καὶ pro γὰρ accipiatur. Vulgata & Erasmus, Et si. Quæ vobis erit gratia? ποία ὑμῖν χάρις ἐστί; id est, quid est in hoc vestro opere quod Deo gratum esse possit? vel, quid gratiæ possitis à Deo consequi hoc vestro facto? Videtur enim hæc ita explicare Matthæus, quã inquit, τίνα μισθὸν ἴσχητε; quam mercedem referetis? Ex quibus etiam verbis apparet nonnullos frustra somniare mutuum inter meritum & mercedem relationem, quum idipsum à Luca χάρις dicatur quod μισθὸς à Matthæo. Possumus tamen hoc aliter etiam explicare, nempe si χάρις ad homines ipsos referrelimus, vt sit hæc sententia, Quæ vobis est gratia? id est, quæ est vestra in ea re liberalitas ac beneficentia? Nam qui eum diligit à quo vicissim diligitur, non potest dici quippiam largiri, sed reddere potius quod debet: adeo vt nisi id faciat, non possit vir bonus videri. Postremò qui eum demum diligit à quo se diligi putat, is profectò videtur non tam amicum quàm seipsum diligere, ideóque non aliis, sed sibiipsi gratificatur. Sed videtur mihi prima interpretatio maximè conuenire: quamobrem etiam καὶ verti per futurum, sicut apud Matthæum ἴσχητε interpretatus sum habebitis, id est ἕξετε: quia de beneficiorum mercede differit Christus ex hypothesi: quasi diceret, Si in amando spectatis vestra commoda, quærite ea commoda quæ verè commoda sunt. diligite igitur inimicos vestros. Nam ita ostendetis vos ea commoda expectare quæ non ab hominibus, sed à Deo proficiscuntur, quum homines propter Deum diligatis. alioquin si amicos duntaxat diligatis, non à Deo, sed ab ipsis amicis paria expectate, vt profani homines solent. Est autem insignis hic locus, in quo apertè ostenditur discrimen præceptorum Euangelii ac philosophiæ, quum alioquin etiam Plato de diligendis inimicis præcipiat.

35 Inde sperantes, ἀπελπίζοντες. Fateor me nusquam alibi legisse ἀπελπίζειν in hac significatione, quum proprie declaret τὴν ἐλπίδα κόπτειν, id est desperare. Et certè videri possit Dominus hoc loco consiederare quid plerunque soleat homines deterrere ne fratri inopi pecuniam credant, (quia nimirum metuunt ne pereat quod inopi creditur) ideóque nobis istum metum velle extorquere, & nos huc adducere, vt quoties proximum in nomine Dei iuuerimus, nunquam illa cogitatio nostros animos subeat, nostro damno id esse à nobis factũ: quum Deus ipse quasi vadem & sponsorem se interponat, fore vt multo etiam cum fœnore, quicquid crediderimus, recipiamus. Hanc autem interpretationem si sequamur, pro Inde sperantes, dicendum erit, Desperantes. Sed tamen nolui ex recepta interpretatione quicquam mutare, quum & ipsa commodum sensum habeat, & in multis verbis similem vim esse appareat præpositionis ἀπό, vt in ἀπέχει & ἀπολαμβάνειν, id est ab alio accipere, & ἀπογράφειν, ab alio describere, & aliis plurimis. Itaque iubemur mutuum dare non quia nos postea mutuum recepturos sciamus, sed solo iuuandi proximi affectu impulsi. Falluntur enim qui hunc locum ad fœnoris prohibitionem detorquent, quasi prohibeat Christus quicquã supra sortem pacisci vel exigere. Illud tamen certum est, si iuuandus est proximus, etiam nulla recipiendæ sortis habita ratione, multo magis prohiberi fœneratorias pactiones. Benignus, χρηστός. Hoc vocabulum tribus omnino modis interpretamur. Nam quum de re dicitur, aliquando id declarat quo facilè quis vti possit, vt Matth. 11. d. 30, Christus testatur iugum suum esse χρηστὸν, id est facile: quo videlicet facilè & minima aut nulla potius cum molestia vtamur. Interdum verò declarat τὸ χρήσιμον, id est vtile & vsui nostro maximè accommodatum: quæ significatio vt non multũ sit à superiore diuersa, tamen diuerso vocabulo exprimitur à Latinis, vt suprà, 5. g. 39, ὁ γὰρ παλαιός, id est vinum vetus dicitur χρηστότερος, vtilius & magis salubre. Postremò quum personis accommodatur χρηστὸς, eum declarat qui facilè sui vsum aliis præbet, quem Latini benignum ac beneficum appellant vt hoc loco, & Rom. 2. c. 4, & Ephes. 4. g. 32. vnde χρηστότης toties ab Apostolo laudata, quam nos benignitatem ac facilitatem interpretamur.

Καὶ μὴ κρίνετε, καὶ οὐ μὴ κριθῆτε· μὴ 37 ‖Ne iudicate,& non iudicabi 37 *Nolite iudicare, & nō iudicabimini: nolite cōdemnare, & non condemnabimini: dimittite, & dimittemini:* Mat.7.c.1
κατακρίνετε, καὶ οὐ μὴ κατακριθῆτε· ἀπολύετε, καὶ ἀπολυθήσεσθε·

mini: ne condemnate, & non condemnabimini: absoluite, & absoluemini:

Δίδοτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν· μέτρον 38 Date, & dabitur vobis. ‖men 38 *Date, & dabitur nobis. mensuram bonam & confertam & agitatam & superfluentem dabunt* Mat.7.c.2 marci 4.c.24
καλὸν πεπιεσμένον καὶ σεσαλευμένον καὶ ὑπερεκχυνόμενον δώσουσιν εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν. τῷ γὰρ αὐτῷ μέτρῳ ᾧ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν.

suram inquam bonam, preſſam, agitatam,& ſuperfluentem dabunt in ſinum veſtrum. Eadem enim menſura qua metimini, viciſſim metientur vobis *alii.*

eſt in ſinum veſtrum. Eadem quippe mēſura qua mēſi fueritis, remetientur vobis.

Εἶπε δὲ παραβολὴν αὐτοῖς, Μήτι 39 Dicebat autem eis paraboldυνατὸν τυφλὸς τυφλὸν ὁδηγεῖν, οὐχὶ ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται;

lam, ‖Num poteſt cæcus cæco præire? nōne ambo in foueam cadent?

39 *Dicebat autem illis & ſimilitudinem: Nunquid poteſt cæcus cæcū ducere? nónne ambo in foueā cadunt?* Mat.15.b.14

Οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ· κατηρτισμένος δὲ πᾶς ἔσται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ.

‖Non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum ſuum: ſed quiſquis *erit* perfectus *diſcipulus,* erit vt magiſter.

40 *Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum: perfectus autem omnis erit ſi ſit ſicut magiſter eius.* Mat.10.c.24 ioh.13.b.16, & 15.c.20

Τί δὲ βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου, τὴν δὲ δοκὸν τὴν ἐν τῷ ἰδίῳ ὀφθαλμῷ οὐ κατανοεῖς;

‖Quid autem aſpicis feſtucā quæ *eſt* in oculo fratris tui, trabem autem quæ eſt in oculo proprio, non animaduertis?

41 *Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui, trabem autem quæ in oculo tuo eſt, non conſideras?* Mat.7.c.2

Ἢ πῶς δύνασαι λέγειν τῷ ἀδελφῷ σου, Ἀδελφέ, ἄφες ἐκβάλω τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου, αὐτὸς τὴν ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου δοκὸν οὐ βλέπων; Ὑποκριτά, ἔκβαλε πρῶτον τὴν δοκὸν ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου· καὶ τότε διαβλέψεις ἐκβαλεῖν τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου.

Aut quomodo potes dicere fratri tuo,Frater,ſine eiiciam feſtucam quæ in oculo tuo eſt: quum ipſe trabem quæ eſt in oculo tuo, nō reſpicias? Hypocrita, eiice primùm trabem illam ex oculo tuo: & tum diſpicies vt eiicias feſtucam quæ eſt in oculo fratris tui.

42 *Aut quomodo potes dicere fratri tuo, Frater, ſine eiiciam feſtucam de oculo tuo: ipſe in oculo tuo trabem non videns? Hypocrita, eiice primùm trabem de oculo tuo, & tunc perſpicax ut educas feſtucam de oculo fratris tui.*

Οὐ γάρ ἐστι δένδρον καλὸν ποιοῦν καρπὸν σαπρόν· οὐδὲ πάλιν δένδρον σαπρὸν ποιοῦν καρπὸν καλόν.

‖Non eſt enim arbor bona quæ ferat fructum putrem, neque arbor putris quæ ferat fructum bonum.

43 *Non eſt enim arbor bona quæ faciat fructus malos: neque arbor mala faciens fructum bonum.* Mat.7.b.17.

37 Abſoluite, ἀπολύετε. Vel, Remittite, & remittetur vobis. Sed abſoluēdi verbum mihi magis placuit propter antitheſin. Quum autem hic non agatur de politicis iudiciis, conſtat abſoluendi verbo ſignificari benitatem & æquitatem illam qua vtuntur Chriſtiana charitate præditi in ferendis atque adeo condonandis iniuriis-cuius exemplum inſigne cernimus in Ioſepho, quum fratres à quibus tantam iniuriam acceperat, de vita ſua penè deſperantes alloqueus, Vos (inquit,& quidem cum lacrymis) non miſiſtis me huc,ſed Deus.

38 Preſſam, πεπιεσμένον. Vulgata & Eraſmus, Confertam: à conſequenti videlicet. Nam epitheta hæc omnia petita ſunt ab eorum conſuetudine qui res aridas, vt frumentum, vel legumina, vel aliquid eiuſmodi, liberaliter metiuntur. Solent enim idipſum quod admetiuntur, comprimere, deinde modium ſuccutere, poſtremò etiam cumulare, adeo vt ſupra iuſtam menſuram aliquid redundet. In ſinum veſtrum, εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν, Hebraicè, חיקם: quæ loquutio Hebræis eſt familiaris, vt Pſal.79.d.12.

39 Parabolam, παραβολὴν. Apud Theophylactum reperio καὶ παραβολὴν, etiam parabolam, quemadmodum legit Vetus interpres.

40 Sed quiſquis *erit* perfectus *diſcipulus,* erit vt magiſter, καταρτισμένος δὲ πᾶς ἔσται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ: id eſt, Tum demum diſcipulus eſt perfectus quum præceptori ſuo par euaſit. Itaque Vetus interpres ſententiam rectè expreſſit, quum hunc locum ita interpretaretur, Perfectus autem omnis erit ſi ſit ſicut magiſter eius. Eraſmus autem ἔσται videtur accipere pro ἴσον, id eſt ſit, Theophylactum ſequutus. Putat enim his Domini verbis prohiberi diſcipulo ne vſurpet ſibi quæ præceptor non vſurpauerit: nam ita perfectum fore ſi per omnia ſuū præceptorem imitetur. Rurſus non incommodè poſſis ἔσται cum καταρτισμένος connectere, & conformem, id eſt σύμμορφον, nempe ad eandem veluti formam ac ſpeciem compoſitum, interpretari: vt conueniat hæc ſententia cum eo quod ſcribitur Rom.8.f.29, & ſimilitudo non autem perfectio ſignificetur. Epiphanius χῆ ἐξηγούμενος ita etiam legit & explicat hunc locum, οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ. ἵνα δὲ καταρτισμένος χῆ πᾶς ὁ μαθητὴς ὡς ὁ διδάσκαλος. τοῦτ' ἔστιν ἴσους εἰς διαγωγὴν καὶ κακοηθείαν, καὶ πᾶν ὅσον οὔπω δύναται ἐξεφικέσθαι. Sed omnino mihi videtur nō conuenire hæc explicatio huic loco, quum de perſequutionibus hic non agatur, ſed de iis reprehenſoribus qui non modò nihil proſunt, verumetiam nocent: perinde videlicet ac ſi quis cæcus velit cæco præire, aut ſiquis indoctus velit alios erudire. Quid enim aliud inde cōſequi poſſit quàm vt vterque cæcus in præcipitium ruat, & diſcipulus ſub tali præceptore indoctior euadat? Siquidem diſcipuli ſunt infra magiſtros, & ſumma laus eſt diſcipulorum tales eſſe quales ſunt ipſorum magiſtri. Dicuntur autem iſta omnia præcipuè in Scribarum inſcitiam cum inſigni faſtu coniunctam: qua de re vide Rom.1.v.17.

Mat.7.c.16 mar.11.c.33

Εκαστον γὰρ δένδρον ἐκ τοῦ ἰδίου καρ-
ποῦ γινώσκεται. οὐ γὰρ ἐξ ἀκανθῶν συλ-
λέγουσι σῦκα, οὐδὲ ἐκ βάτου τρυγῶσι
σταφυλήν.

44 ¶ Vnaquæque enim arbor ex fructu proprio cognoscitur. Neque enim è spinis colligunt ficus, neque è rubo vindemiant vuam.

44 Vnaquæque enim arbor de fructu suo agnoscitur. Neque enim de spinis colligunt ficus: neque de rubo vindemiant uuam.

Ο ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγα-
θοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ προ-
φέρει τὸ ἀγαθόν· καὶ ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος
ἐκ τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας αὐ-
τοῦ προφέρει τὸ πονηρόν. ἐκ γὰρ τοῦ περισσεύ-
ματος τῆς καρδίας λαλεῖ τὸ στόμα αὐτοῦ.

45 Bonus homo ex bono thesauro cordis sui profert bonũ: & malus homo ex malo thesauro cordis sui profert malũ. ex abundantia enim cordis loquitur os eius.

45 Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum: & malus homo de malo thesauro profert malum. Ex abundantia enim cordis os loquitur.

Mat.7.c.21 rom.2.b.13 iac.1.d.22

Τί δέ με καλεῖτε Κύριε, Κύριε, καὶ
οὐ ποιεῖτε ἃ λέγω;

46 ¶ Quid autem vocatis me Domine, Domine: & non facitis quæ dico?

46 Quid autem vocatis me Dominе, Domine: & nõ facitis quæ dico?

Πᾶς ὁ ἐρχόμενος πρός με, καὶ ἀκού-
ων μου τῶν λόγων, καὶ ποιῶν αὐτούς, ὑπο-
δείξω ὑμῖν τίνι ἐστὶν ὅμοιος.

47 Quisquis venit ad me, & audit sermones meos, & eos præstat, indicabo vobis cui similis sit.

47 Omnis qui uenit ad me, & audit sermones meos, & facit eos, ostendam uobis cui similis sit.

Ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδομοῦντι
οἰκίαν, ὃς ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε, καὶ ἔθη-
κε θεμέλιον ἐπὶ τὴν πέτραν. πλημμύ-
ρας δὲ γενομένης, προσέρηξεν ὁ ποταμὸς
τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ, καὶ οὐκ ἴσχυσε σαλεῦσαι
αὐτήν· τεθεμελίωτο γὰρ ἐπὶ τὴν πέτραν.

48 Similis est cuipiam ædificanti domum, qui ᵛfodit & excauauit, posuitque fundamentum super petram. Vbi autem venit inundatio, illisum est flumen domui illi, sed non potuit eam ᵛquatere: fundata enim erat super petram.

48 Similis est homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentum supra petram. Inundatione autem facta, illisum est flumen domui illi, & non potuit eam mouere: fundata enim erat supra petram.

Ο δὲ ἀκούσας καὶ μὴ ποιήσας, ὅμοιός
ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδομήσαντι οἰκίαν ἐ-
πὶ τὴν γῆν χωρὶς θεμελίου· ᾗ προσέρηξεν ὁ ποταμός· καὶ εὐθέως ἔπεσε, καὶ ἐγέ-
νετο τὸ ῥῆγμα τῆς οἰκίας ἐκείνης μέγα.

49 Qui autem eos audiuit, nec præstitit, similis est cuipiam qui ædificauit domum suam super solum absque fundamẽto: cui illisum est flumen: itaque statim cecidit, fuitque ruina domus illius magna.

49 Qui autem audit & non facit, similis est homini ædificanti domum suã supra terram sine fundamento: in quam illisus est fluuius: & continuò cecidit, & facta est ruina domus illius magna.

Κεφάλαιον ζ

CAP. VII.

CAP. VII.

Mat.8.a.5

Επεὶ δὲ ἐπλήρωσε πάντα τὰ ῥήματα
αὐτοῦ εἰς τὰς ἀκοὰς τοῦ λαοῦ, εἰσ-
ῆλθεν εἰς Καπερναούμ.

1 Q ¶ Vum autẽ ᵛfiniſſet omnia verba sua, ᵛaudiente populo, ingressus est Capernaum.

1 Quum autem impleſſet omnia uerba ſua in aures plebis, intrauit Capharnaum.

Εκατοντάρχου δέ τινος δοῦλος κα-
κῶς ἔχων, ἤμελλε τελευτᾶν· ὃς ἦν αὐ-
τῷ ἔντιμος.

1 Centurionis autem cuiusdã ᵛseruus malè affectus ᵛmoribũdus erat: qui erat ipsi ᵛpretiosus.

1 Centurionis autem cuiuſdam ſeruus malè habens, erat moriturus: quod illi erat pretioſum.

48 Fodit & excauauit, ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε. Creſcit oratio. plus enim est excauare quàm fodere. Vulgata & Eraſ. Fodit in altum: id est ἔσκαψε εἰς βάθος, sensu tamen rectè expresso. Quatere, σεῖσαι. Paulo antè & alibi etiam aliquoties idem verbum conuertimus Agitare: hic autem quia amplius quiddam significat, nimirum agitando subuertere, aliud vocabulum quæsiuimus. Vulg. & Eraſ. Mouere: id est κινῆσαι.

IN CAPVT VII.

1 Finiſſet, ἐπλήρωσε: id est ἐπλησε. Vulgata ad verbum, Impleuiſſet: quam interpretationem, vt ambiguam, reieci. Audiente populo, εἰς τὰς ἀκοὰς τοῦ λαοῦ. Vide suprà, 4.d.11.

1 Seruus, δοῦλος. Hinc colligit Eraſ. apud Matthæum cap. 5, παῖδος appellatione non filium, sed seruum necessariò intelligi: sed non desunt qui negent quod assumit Eraſmus, eandem videlicet historiam à Matthæo & Luca commemorari: quibus tamen non assentior. Moribundus erat, ἤμελλε τελευτᾶν. Vulgata ad verbum, Erat moriturus. Ego verò malui moribundum dicere. Eraſ. Agebat animam. sensu quidem eleganter expresso, sed ita vt recedat à verbis Lucæ. Pretiosus, ἔντιμος: id est, quem plurimi faciebat. Ponitur enim ἔντιμος pro πρίμος, cui opponitur εὔτιμος: id est vilis, & paruí pretii. Eraſmus Charum mauult interpretari: quia, inquit, pretiosus de re dicitur, de homine non item, nisi translatitiè. Atqui constat mancipia in bonis numerari.

Ακηύσας ὖ περὶ τῦ Ιησοῦ, ἀπέςειλε πρὸς αὐτὸν πρεσβυτέρους τῶν Ιουδαίων, ἐρωτῶν αὐτὸν ὅπως ἐλθὼν διασώσῃ τὸν δοῦλον αὐτῦ.

3 Is verò quum audisset de Iesu, misit ad eum seniores Iudæorum, rogans eum vt veniret & seruaret seruum suum.

3 Et quum audisset de Iesu, misit ad eum seniores Iudæorum, rogãs eum ut ueniret & saluaret seruum eius.

Οἱ δὲ παραγενόμενοι πρὸς τὸν Ιησοῦν, παρεκάλουν αὐτὸν σπουδαίως, λέγοντες ὅτι ἄξιός ἐςιν ᾧ παρέξῃ τῦτο.

4 Isti autem quum venissent ad Iesum, precati sunt eum studiosè, dicentes ᵛ dignum esse cui hoc præberet.

4 At illi quum uenissent ad Iesum, rogabant eũ solicitè, dicẽtes ei, Quia dignus est ut hoc illi præstes.

Αγαπᾷ γὰρ τὸ ἔθνος ἡμῶν, καὶ τὴν συναγωγὴν αὐτὸς ᾠκοδόμησεν ἡμῖν.

5 ᵛDiligit enim, aiebant, gentẽ nostram, & synagogam ædificauit nobis.

5 Diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse ædificauit nobis.

Ο ὖν Ιησοῦς ἐπορεύετο σὺν αὐτοῖς. ἤδη δὲ αὐτῦ οὐ μακρὰν ἀπέχοντος ἀπὸ τῆς οἰκίας, ἔπεμψε πρὸς αὐτὸν ὁ ἑκατόνταρχος φίλους, λέγων αὐτῷ, Κύριε, μὴ σκύλλυ· οὐ γὰρ εἰμὶ ἱκανὸς ἵνα ὑπὸ τὴν στέγην μου εἰσέλθῃς.

6 ᵛIesus ergo proficiscebatur cũ eis. Et quum iam nõ longè abesset domo, misit ad eum Centurio ille amicos, ᵛdicens ei, Domine, ne vexare: neque enim sum dignus vt tectum meum subeas:

6 Iesus autem ibat cum illis. Et quum iam non longè esset à domo, misit ad eum Centurio amicos, dicens, Domine, noli uexari: non enim sum dignus ut sub tectum meũ intres.

Διὸ οὐδὲ ἐμαυτὸν ἠξίωσα πρὸς σε ἐλθεῖν· ἀλλὰ εἰπὲ λόγῳ, καὶ ἰαθήσεται ὁ παῖς μου.

7 Ideo ne meipsum quidem sum dignum arbitratus qui venirem ad te: sed ᵛ dic verbo, & sanabitur puer meus.

7 Propter quod & meipsum non sum dignum arbitratus ut uenirem ad te: sed dic uerbo, & sanabitur puer meus.

Καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν τασσόμενος, ἔχων ὑπ' ἐμαυτὸν στρατιώτας, καὶ λέγω τούτῳ, Πορεύθητι, καὶ πορεύεται· καὶ ἄλλῳ, Ερχου, καὶ ἔρχεται· καὶ τῷ δούλῳ μου, Ποίησον τῦτο, καὶ ποιεῖ.

8 Etenim ego homo sum ᵛsub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic, Proficiscere, & proficiscitur: & alteri, Veni, ac venit: & seruo meo, Fac hoc, ac facit.

8 Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic, Vade, & uadit: & alii, Veni, & uenit: & seruo meo, Fac hoc, & facit.

Ακηύσας ὖ ταῦτα ὁ Ιησοῦς, ἐθαύμασεν αὐτὸν, καὶ στραφεὶς τῷ ἀκολουθοῦντι αὐτῷ ὄχλῳ εἶπε, Λέγω ὑμῖν, οὐδὲ ἐν τῷ Ισραὴλ τοσαύτην πίστιν εὗρον.

9 Auditis autem his, Iesus admiratus est eum: & conuersus dixit turbæ quæ ipsum sequebatur, Dico vobis, ne in Israel quidem tantam fidem inueni.

9 Quo audito Iesus mirratus est: & conuersus, sequentibus se turbis dixit. Amen dico uobis, nec in Israel tantam fidem inueni.

Καὶ ὑποστρέψαντες οἱ πεμφθέντες, εἰς τὸν οἶκον, εὗρον τὸν ἀσθενοῦντα δοῦλον, ὑγιαίνοντα.

10 Et domum reuersi qui missi fuerant, sanum inuenerunt seruum qui ægrotus fuerat.

10 Et reuersi qui missi fuerant, domum, inuenerũt seruum qui languerat, sanum.

Καὶ ἐγένετο τῇ ἑξῆς, ἐπορεύετο εἰς πόλιν καλουμένην Naΐν· καὶ συνεπορεύοντο αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἱκανοὶ, καὶ ὄχλος πολύς.

11 Et factum est ᵛdie sequẽti, proficiscebatur in ciuitatem quæ vocatur Nain: & proficiscebãtur cum eo discipuli eius ᵛmulti, turbáque multa.

11 Et factum est deinceps, ibat Iesus in ciuitatem quæ uocatur Nain: & ibant cum eo discipuli eius, & turba copiosa.

4 Dignum esse, ἵνα ἄξιός ἐςιν. Sensum infiniti conuertimus per ipsum infinitum, vt melius intelligatur obliquam esse orationem: quod neque Vetus interpres neque Erasmus videntur confideraſſe, vt qui conuerterint παρέξῃ, præstes, quasi scriptum sit παρέξῃς, in secunda futuri à παρέχομαι. Nam mihi non sit verisimile Lucam Atticorum more scripsisse παρέξῃ pro παρέξῃς.

5 Diligit enim, αἰεβαν, ἀγαπᾷ γάρ. Transitio est duriuscula ab obliqua oratione ad rectam: cuius tamẽ exemplum extat prorsus simile suprà, 5.c.14. Eam igitur vt emollirem, addidi verbum Aiebant, sicut illo loco Erasmus rectè suppleuit verbum Inquit.

6 Iesus ergo, Ιησοῦς δέ. Hoc loco δὲ pro σὺν accipi commodè (ni fallor) potest, sicut rursus in sequenti membro videtur pro ἀλλὰ vsurpari. Ita enim melius cohæret tota oratio. Dicens ei, λέγων αὐτῷ: id est, qui ei suo nomine hæc dicerent. Solent enim Hebræi (vt alibi etiam annotauimus) dialogis potius quàm obliquis sermonibus res gestas explicare. Est autem hæc consuetudo notanda hoc loco, vt Matthæus cum Luca concilietur in huius historiæ narratione.

7 Dic verbo, εἰπὲ λόγῳ: id est, solo duntaxat verbo iube vt ita fiat. Nam dicere pro iubere accipi, sæpe iam annotauimus. Vide Matth.8.v.8.

8 Sub potestate, ὑπ' ἐξουσίαν. Vide Matth.8.v.9.

11 Die sequenti, τῇ ἑξῆς. subauditur ἡμέρᾳ: vt quum dicimus τῇ ὑστεραίᾳ. In quibusdam codicibus atque adeo apud Theophylactum, legitur, τῷ τῆς ἑξῆς, subaudi χρόνῳ (vt initio sequentis capitis) id est postea, vel

deinceps: vt exposuit Eras. cum Vetere interprete. Multi, καὶ. Deerat in octauo exemplari, neque est in editione Vulgata.

Ὡς δὲ ἤγγισε τῇ πύλῃ τῆς πόλεως, καὶ ἰδοὺ, ἐξεκομίζετο τεθνηκὼς, υἱὸς μονογενὴς τῇ μητρὶ αὐτοῦ, καὶ αὐτὴ χήρα. καὶ ὄχλος τῆς πόλεως ἱκανὸς σὺν αὐτῇ.

11 Vt autem appropinquauit portæ ciuitatis, ecce, defunctus efferebatur, qui vnigenitus erat matri suæ, & ipsi quidem viduæ: turbáque ciuitatis multa erat cum ea.

11 Quum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce, defunctus efferebatur, filius unicus matri suæ: & hæc, vidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa.

Καὶ ἰδὼν αὐτὴν ὁ Κύριος, ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτῇ, καὶ εἶπεν αὐτῇ, Μὴ κλαῖε.

13 Et Dominus eam intuitus, misericordia commotus est super ea, & dixit, Ne fleto.

13 Quam quum vidisset Dominus, misericordia motus super eam, dixit illi, Noli flere.

Καὶ προσελθὼν ἥψατο τῆς σοροῦ· (οἱ δὲ βαστάζοντες ἔστησαν) καὶ εἶπε, Νεανίσκε, σοὶ λέγω, ἐγέρθητι.

14 Quúmq; accessisset, tetigit loculum: (ii verò qui portabant, substiterunt) & dixit, Adolescẽs, tibi dico, surge.

14 Et accessit, & tetigit loculum: (ii autem qui portabant steterunt) & ait, Adolescens, tibi dico, surge.

Καὶ ἀνεκάθισεν ὁ νεκρὸς, καὶ ἤρξατο λαλεῖν, καὶ ἔδωκεν αὐτὸν τῇ μητρὶ αὐτοῦ.

15 Tunc resedit qui fuerat mortuus, & cœpit loqui: & ille dedit eum matri suæ.

15 Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui: & dedit illũ matri suæ.

Ἔλαβε δὲ φόβος ἅπαντας, καὶ ἐδόξαζον τὸν Θεὸν, λέγοντες, Ὅτι προφήτης μέγας ἠγέρθη ἐν ἡμῖν, καὶ ὅτι ἐπεσκέψατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ.

16 Cœpit autem omnes timor: & glorificabant Deum, dicentes, Certè Propheta magnus surrexit inter nos, & certè Deus respexit populum suum.

16 Accepit autem omnes timor: & magnificabant Deũ, dicẽtes, Quia Propheta magnus surrexit in nobis & quia Deus visitauit plebem suam.

Καὶ ἐξῆλθεν ὁ λόγος οὗτος ἐν ὅλῃ τῇ Ἰουδαίᾳ περὶ αὐτοῦ, καὶ ἐν πάσῃ τῇ περιχώρῳ.

17 Peruenítque iste de eo sermo in totam Iudæam, & in totam regionem circumiacentem.

17 Et exiit hic sermo in universam Iudæam de eo, & in omnem circũ regionem.

Matth. 11. a. 2 Καὶ ἀπήγγειλαν Ἰωάνῃ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ περὶ πάντων τούτων. Καὶ προσκαλεσάμενος δύο τινὰς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ὁ Ἰωάνης,

18 ¶Et annuntiarunt Iohanni discipuli ipsius de his omnibus. qui conùocatos duos quosdam è discipulis suis

18 Et nuntiauerunt Iohanni discipuli eius de omnibus his. Et conuocauit duos de discipulis suis Iohannes:

Ἔπεμψε πρὸς τὸν Ἰησοῦν, λέγων, Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἄλλον προσδοκῶμεν;

19 Misit ad Iesum, dicens, Túne is es qui venturus erat, an alium expectabimus?

19 Et misit ad Iesum, dicens, Tu es qui venturus es, an alium expectamus?

Παραγενόμενοι δὲ πρὸς αὐτὸν οἱ ἄνδρες, εἶπον, Ἰωάνης ὁ βαπτιστὴς ἀπέσταλκεν ἡμᾶς πρός σε, λέγων, Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἄλλον προσδοκῶμεν;

20 Quum igitur venissent ad eũ viri illi, dixerunt, Iohannes Baptista misit nos ad te, dicens, Túne is es qui venturus erat, an alium expectabimus?

20 Quum autem venissent ad eum viri, dixerunt, Iohannes Baptista misit nos ad te, dicẽs, Tu es qui venturus es, an alium expectamus?

Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ὥρᾳ ἐθεράπευσε πολλοὺς ἀπὸ νόσων καὶ μαστίγων καὶ πνευ-

21 Eadẽ autẽ hora multos sanauit à morbis & flagellis & spi

21 In ipsa autem hora multos curauit à languoribus & plagis & spi

11 Qui vnigenitus erat, μονογενὴς. Vulg. & Eras. Vnicus: id est μόνος. Exposui autem participiũ ὤν, quod in Græco sermone commodè subauditur, vt melius cohæreant sequentia. Et ipsi quidem vidua, καὶ αὐτὴ χήρα. Huius loci triplicem lectionem inuenio in manuscriptis codicibus. Quidam enim habent, καὶ αὐτὸν ἰδὼν χήραν, καὶ ὄχλος τῆς πόλεως ἱκανὸς ἰδὼν αὐτήν, id est (vt conuerterunt Vetus interpres & Eras.) Et hæc vidua erat, & turba ciuitatis multa cum ea. Sed hanc lectionem si sequamur, nemo non videt duram esse repetitionem verbi ἰδὼν in vltimo membro, quum illud ἰδὼν non sit coniungendũ cum αὐτὸν, sed cum καὶ ἰδοὺ, ἐξεκομίζετο. Itaque nonnulli codices habent ἰδὼν posteriore loco, non autem priore: id est post ἱκανὸς, non autem post αὐτὸν: & pro καὶ αὐτὸν χήραν, legunt αὐτῇ χήρᾳ. quam lectionem multo tolerabiliorem puto. Sed vtrique antepono eam quam sum secutus in nonnullis exemplaribus repertam, hanc videlicet, υἱὸς μονογενὴς τῇ μητρὶ αὐτοῦ καὶ αὐτῇ χήρᾳ, καὶ ὄχλος τῆς πόλεως ἱκανὸς ἰδὼν αὐτήν.

16 Surrexit, ἠγέρθη. Id est, exortus est, vt diximus Matthæi 11. b. 11. Certè, ὅτι. Sæpe quidem redundat hæc particula, sed interdum tamen sua vi non caret: vt hoc loco non videtur otiosa, quum præsertim bis repetatur.

18 Qui. καὶ ὁ Ἰωάνης. Vulg. & Eras. ad verbum, Et Iohannes. Est autem Hebræa repetitio antecedentis pro relatiuo, quæ repetitio vt vitari posset, inuenta esse pronomina testatur Apollonius.

20 Viri illi, οἱ ἄνδρες. Vulg. & Eras. prætermittunt articulum, cuius vis est αὐτοπρεπῆ hoc loco. Sed tamen hæc deesse comperimus in vno vetusto codice, nulla sensus iniuria.

21 Eadem autem hora, ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ὥρᾳ: id est, eo ipso tempore quo ad Iesum venerunt. Neque enim ὥρα hic accipitur pro duodecima diei parte, quam etiam ob causam alibi conuertimus momentum. Sed & in vno exemplari scriptum legimus, ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. illo die.

ματων πονηρων· καὶ τυφλοῖς πολλοῖς ἐχαρίσατο βλέπειν.

ritibꝰ malis & cæcis multis visum gratificatus est.

ritibꝰ malis & cæcis multis donauit usum.

Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ιησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Πορευθέντες ἀπαγγείλατε Ιωάνῃ ἃ εἴδετε καὶ ἠκούσατε· ὅτι τυφλοὶ ἀναβλέπουσι, χωλοὶ περιπατοῦσι, λεπροὶ καθαρίζονται, κωφοὶ ἀκούουσι, νεκροὶ ἐγείρονται, πτωχοὶ εὐαγγελίζονται.

22 Et ꝰ respondens Iesus dixit eis, Profecti annuntiate Iohanni quæ vidistis & audistis: cæcos visum recipere, claudos ambulare, leprosos purgari, surdos audire, mortuos excitari, pauperibus euangelizari.

22 Et respondens dixit illis, Euntes renuntiate Iohanni quæ audistis & vidistis: quia cæci vident, claudi ambulant, lepro si mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur.

Καὶ μακάριός ἐστιν ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί.

23 Et beatus est quicunque non fuerit offensus in me.

23 Et beatus est quicunque non fuerit scandalizatus in me.

Ἀπελθόντων δὲ τῶν ἀγγέλων Ιωάνου, ἤρξατο λέγειν πρὸς τοὺς ὄχλους περὶ Ιωάνου, Τί ἐξεληλύθατε εἰς τὴν ἔρημον θεάσασθαι; κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμενον;

24 Et quum abiissent nuntii Iohannis, cœpit de Iohanne dicere ad turbam, Quid existis ꝰ in desertum vt spectaretis? arundinem quæ vento agitetur?

24 Et quum discessissent nuntii Iohannis, cœpit de Iohanne dicere ad turbas, Quid existis in desertum videre? arundinem vento motam?

Ἀλλὰ τί ἐξεληλύθατε ἰδεῖν; ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον; ἰδοὺ, οἱ ἐν ἱματισμῷ ἐνδόξῳ καὶ τρυφῇ ὑπάρχοντες, ἐν τοῖς βασιλείοις εἰσίν.

25 Sed quid existis vt videretis? hominem mollibus vestimentis amictum? ecce, qui vestitu ꝰ honorifico & luxu vtuntur, sunt in palatiis regum.

25 Sed quid existis videre? hominem mollibus vestimentis indutum? ecce, qui in veste pretiosa sunt & deliciis, in domibus regum sunt.

Ἀλλὰ τί ἐξεληλύθατε ἰδεῖν; προφήτην; ναὶ λέγω ὑμῖν, καὶ περισσότερον προφήτου.

26 Sed quid existis vt videretis? Prophetam? certè dico vobis, etiam ꝰ amplius quàm prophetam.

26 Sed quid existis videre? Prophetam? Vtique dico vobis, & plusquam Prophetam.

Οὗτός ἐστιν περὶ οὗ γέγραπται, Ἰδοὺ, ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου.

27 Hic est de quo scriptum est, ‖Ecce, mitto nuntium meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam coram te.

27 Hic est de quo scriptũ est, Ecce, mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Malach.3.a.1

Λέγω γὰρ ὑμῖν, μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν προφήτης Ιωάνου τοῦ Βαπτιστοῦ οὐδείς ἐστιν· ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ, μείζων αὐτοῦ ἐστιν.

28 Nam dico vobis, inter eos qui gignuntur è mulieribus, nemo est maior Propheta Iohãne Baptista: sed qui minimus est in regno Dei, maior est eo.

28 Dico enim vobis, maior inter natos mulierũ Propheta Iohanne Baptista nemo est: qui autem minor est in regno Dei, maior est illo.

Καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἀκούσας καὶ οἱ τελῶναι ἐδικαίωσαν τὸν Θεὸν, βαπτισθέντες τὸ βάπτισμα Ιωάνου.

29 Et *his* auditis, totus populus & publicani ‖iustificarunt Deũ, qui baptizati fuerant baptismo Iohannis.

29 Et omnes populus audiens & publicani iustificauerunt Deum, baptizati baptismo Iohannis.

Gratificatus est, ἐχαρίσατο. Vulg. & Eras. Donauit, ἐδωρήσατο: eodem quidem sensu: sed quum gratificandi verbum ita vsurpetur frequenter ab ipso Cicerone, vt prorsus respondeat verbo χαρίζεσθαι tum significatione, tum etiam constructione, nulla est ratio cur synonymum quæramus. Itaque deinceps interpretabimur hoc modo, præsertim in Pauli epistolis.

22 Respondens Iesus, ἀποκριθεὶς ὁ Ιησοῦς. Theophylactus hoc loco non habet ὁ Ιησοῦς, & certè videtur potius superiori versiculo conuenire.

24 In desertum, εἰς τὴν ἔρημον. Annotat Erasmus, in nonnullis Latinis exemplaribus post hæc verba subiici notam interrogationis, vt θεάσασθαι coniungatur sequentibus: quæ distinctio mihi non displicet.

25 Honorifico, ἐνδόξῳ id est, quo vtuntur viri nobiles, & suis opibus illustres. Eras. Splendido, λαμπρῷ. Vulg. Pretioso, id est πολυτελεῖ.

26 Amplius quàm prophetam, περισσότερον προφήτου. In tribus vetustis exemplaribus, & apud Theophylactum non additur προφήτου, neque etiam apud Matthæum.

29 Iustificarunt, ἐδικαίωσαν id est, Deum vt iustum, bonum ac fidelem, & misericordem prædicarunt. Nam apud Hebræos sæpe צדק fidem, benignitatem ac misericordiam declarat: adeo vt Septuaginta illi, quos vulgò vocant, interpretes, interdum ἐλεημοσύνην interpretentur. Itaque δικαιόω hoc loco penè idem declarat atque ὁμολογῶ, δοξολογῶ, δόξαν δίδωμι, quæ verba alibi frequenter occurrunt. Nisi fortassis malimus dici Deum ab iis iustificari (id est iustum declarari) qui fide amplexi ipsius promissiones, cæteris hominibus præbent luculentum iustitiæ ac bonitatis diuinæ specimen. Eos enim gratis iustificat Dominus in Christi sanguine, vt iustitiam suam declaret, Rom.3.d.25. Vide Matth.11.c.19.

Οἱ δὲ Φαρισαῖοι καὶ οἱ νομικοὶ τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ ἠθέτησαν εἰς ἑαυτούς, μὴ βαπτισθέντες ὑπ' αὐτοῦ.

30 Pharisæi autem & Legis interpretes consilium Dei reiecerunt aduersus semetipsos, non baptizati ab eo.

30 Pharisæi autem & Legis periti consilium Dei spreuerunt in semetipsos, nō baptizati ab eo.

Matt.11.b.16

Εἶπε δὲ ὁ Κύριος, Τίνι οὖν ὁμοιώσω τοὺς ἀνθρώπους τῆς γενεᾶς ταύτης; καὶ τίνι εἰσὶν ὅμοιοι;

31 Dixit autem Dominus, Cui ergo assimilabo homines nationis istius? & cui rei similes sunt?

31 Ait autem Dominus, Cui ergo similes dicam homines generationis huius? & cui similes sunt?

Ὁμοιοί εἰσι παιδίοις τοῖς ἐν ἀγορᾷ καθημένοις, καὶ προσφωνοῦσιν ἀλλήλοις, καὶ λέγουσιν, Ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρχήσασθε· ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐκλαύσατε.

31 Similes sunt pueruli sedentibus in foro, & qui acclamant alii aliis, & dicunt, Cecinimus vobis tibiis, & non saltastis: lamentati sumus vobis, & non fleuistis.

31 Similes sunt pueris sedentibus in foro, & loquentibus ad inuicem, & dicentibus, Cantauimus vobis tibijs, & non saltastis: lamentauimus, & non plorastis.

Ἐλήλυθε γὰρ Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς μήτε ἄρτον ἐσθίων, μήτε οἶνον πίνων· καὶ λέγετε, Δαιμόνιον ἔχει.

33 Venit enim Iohannes Baptista, neque edens panem, neque bibens vinū: & dicitis, Dæmonium habet.

33 Venit autem Iohannes Baptista, neque manducans panem, neque bibēs vinum: & dicitis, Dæmonium habet.

Ἐλήλυθεν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐσθίων καὶ πίνων· καὶ λέγετε, Ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος καὶ οἰνοπότης, τελωνῶν φίλος καὶ ἁμαρτωλῶν.

34 Venit Filius hominis edens ac bibens, & dicitis, Ecce homo edax & vini potor, amicus publicanorum ac peccatorum.

34 Venit Filius hominis manducans & bibens: & dicitis, Ecce homo deuorator & bibens vinum, amicus publicanorum & peccatorum.

Καὶ ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ πάντων τῶν τέκνων αὐτῆς πάντων.

35 Sed iustificata est sapientia à filiis suis omnibus.

35 Et iustificata est sapientia ab omnibus filiis suis.

Ἠρώτα δέ τις αὐτὸν τῶν Φαρισαίων ἵνα φάγῃ μετ' αὐτοῦ· καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Φαρισαίου, ἀνεκλίθη.

36 Rogauit autem eū quidā ex Pharisæis vt cum ipso vesceretur: itaque ingressus domum Pharisæi, discubuit.

36 Rogabat autem illum quidam de Pharisæis ut manducaret cum illo: & ingressus domum Pharisæi, discubuit.

Καὶ ἰδοὺ, γυνὴ ἥτις ἦν ἐν τῇ πόλει ἁμαρτωλός, ἐπιγνοῦσα ὅτι κατάκειται ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Φαρισαίου, κομίσασα ἀλάβαστρον μύρου,

37 Et ecce, mulier quæ fuerat in vrbe peccatrix, quum cognouisset eum accubuisse in domo Pharisæi, allato alabastro vnguenti,

37 Et ecce, mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, ut cognouit quòd accubuisset in domo Pharisæi, attulit alabastrum unguenti,

Matt.15.d.40 ioan.20.a.11

Καὶ στᾶσα παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ ὀπίσω, κλαίουσα, ἤρξατο βρέχειν τοὺς πόδας αὐτοῦ τοῖς δάκρυσι, καὶ ταῖς θριξὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς ἐξέμασσε, καὶ κατεφίλει τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ ἤλειφε τῷ μύρῳ.

38 Et stans apud pedes eius retro, flens cœpit lacrymis rigare pedes eius, & capillis capitis sui extergebat, & deosculabatur pedes eius, & vnguento vngebat.

38 Et stans retro secus pedes eius, lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & unguento ungebat.

30 Reiecerunt, ἠθέτησαν. Sic accipitur verbum ἀθετεῖν Gal.1.d.11. Castellio conuertit Reseiderunt. Sed alibi testatur Paulus verbum Domini non posse excidere: & absit vt de Deo minus diuinè sentiamus quàm de suo Ioue Homerus, quum sic eum loquentem inducit, --οὐ γὰρ ἐμὸν παλάσσεται, οὐδ' ἀποπλάγξει, Οὐδ' ἀποπλήξει γ', ὅπ κεν κεφαλῇ κατανεύσω. Itaque quanuis soli homines in culpa sint quoties nullum beneficentiæ Dei locum relinquunt, tamen consilium Dei rescindi posse nego. Aduersus semetipsos, εἰς ἑαυτούς: id est suo maximo damno. Neque enim Deum, sed seipsos lædunt qui Dei gratiam aspernantur. Potest tamen etiam accipi εἰς pro ὡς, vt εἰς ἑαυτοὺς significet, Apud ser quia videlicet isti non audebant palàm Iohannis doctrinam asperari, quòd populum metuerent, vt traditur Matth.21.c.26. Castellio conuertit εἰς ἑαυτούς, Quantum in se fuit: quod genus dicendi nusquam memini legere, nec puto reperiri nisi præposito articulo, vt τὸ εἰς ἐμέ, vel τὸ κατ' ἐμέ. Poterat tamen videri hoc modo ista conuertisse vt leniret præcedentem interpretationem verbi ἀθετεῖν, nisi omnes nossent ita eum sentire de quibusdam Dei consiliis vt eorum firmitatem velit in hominis esse arbitrio ac potestate. Actum enim erat scilicet de Dei iustitia nisi eius patrocinium bonus vir iste susscepisset.

31 Dixit autem Dominus, εἶπε δὲ ὁ Κύριος. Hæc verba deerant in omnibus vetustis codicibus, quæ tamen prorsus videntur requiri, nisi duos versiculos proximè præcedentes includamus parenthesi, aut suo more Lucas ab oratione obliqua transeat ad rectam, vt suprà versu 5.

35 Omnib', πάντων. Hoc nō legim' in quodā codice, & in Vulgata quadā editione. Vide Mat.11.c.19.

37 Quum cognouisset, ἐπιγνοῦσα, id est γνοῦσα. Nam alioquin τὸ ἐπιγνῶναι interpretamur Agnoscere.

38 Et stans, καὶ στᾶσα, id est adstans ac manens ad pedes. Nam τὸ στῆναι non opponitur τῷ κάθησθαι

hoc loco, ſed nihil aliud declarat quàm παρῆται: ſicut etiam accipitur Act. 7. g. 46, & alibi ſæpè. Itaque non aſſentior Eraſmo, qui ex hoc loco colligit, thorum tam altè fuiſſe extructum vt ſtans attigerit accumbentis pedes.

Ιδὼν δὲ ὁ Φαρισαῖος ὁ καλέσας αὐτὸν, εἶπεν ἐν ἑαυτῷ, λέγων, Οὗτος εἰ ἦν προφήτης, ἐγίνωσκεν ἂν τίς καὶ ποταπὴ ἡ γυνὴ ἥτις ἅπτεται αὐτοῦ· ὅτι ἁμαρτωλός ἐστι.

39 Quum autem id vidiſſet Phariſæus qui vocauerat eum, dixit apud ſe, Hic ſi eſſet Propheta, noſſet quæ & qualis ſit ea mulier quæ tangit ipſum: nam eſt peccatrix.

39 Videns autem Phariſæus qui vocauerat eũ, ait intra ſe, dicens, Hicſi eſſet Propheta, ſaret vtique quæ & qualis eſt mulier quæ tangit eum, quia peccatrix eſt.

Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπε πρὸς αὐτὸν, Σίμων, ἔχω σοί τι εἰπεῖν. Ὁ δέ φησι, Διδάσκαλε, εἰπέ.

40 Tunc reſpondens Ieſus dixit eis, Simon, habeo quiddam quod tibi dicam. At ille ait, Magiſter, dic.

40 Et reſpondens Ieſus dixit ad illum, Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait, Magiſter, dic.

Δύο χρεοφειλέται ἦσαν δανιστῇ τινι· ὁ εἷς ὤφειλε δηνάρια πεντακόσια, ὁ δὲ ἕτερος πεντήκοντα.

41 Duo debitores, inquit Ieſus, erant cuidam creditori: vnus debebat denarios quingentos, alter verò quinquaginta:

41 Duo debitores erant cuidam fœneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta:

Μὴ ἐχόντων δὲ αὐτῶν ἀποδοῦναι, ἀμφοτέροις ἐχαρίσατο. Τίς οὖν αὐτῶν, εἰπέ, πλεῖον αὐτὸν ἀγαπήσει;

41 Quum autem illi non eſſent ſoluendo, gratificatus eſt vtriſque. Horum igitur dic vter eũ plus diliget.

41 Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtriſque. Quis ergo eũ plus diliget?

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Σίμων εἶπεν, Ὑπολαμβάνω ὅτι ᾧ τὸ πλεῖον ἐχαρίσατο. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ, Ὀρθῶς ἔκρινας.

43 Reſpondens verò Simon dixit, Exiſtimo eum cui plus gratificatus eſt. At ille dixit ei, Rectè iudicaſti.

43 Reſpondens Simon dixit, Æſtimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei, Rectè iudicaſti.

Καὶ στραφεὶς πρὸς τὴν γυναῖκα, τῷ Σίμωνι ἔφη, Βλέπεις ταύτην τὴν γυναῖκα; εἰσῆλθόν σου εἰς τὴν οἰκίαν, ὕδωρ ἐπὶ τοὺς πόδας μου οὐκ ἔδωκας· αὕτη δὲ τοῖς δάκρυσι ἔβρεξέ μου τοὺς πόδας, καὶ ταῖς θριξὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς ἐξέμαξε.

44 Et conuerſus ad mulierem, dixit Simoni, Vides hanc mulierem? ingreſſus ſum domum tuam, aquam pedibus meis nõ dediſti: hæc autem lacrymis rigauit pedes meos, & capillis capitis ſui exterſit.

44 Et conuerſus ad mulierem, dixit Simoni, Vides hanc mulierem? intraui in domum tuam, aquã pedibus meis non dediſti: hæc autem lacrymis rigauit pedes meos, & capillis ſuis terſit.

Φίλημά μοι οὐκ ἔδωκας· αὕτη δὲ ἀφ' ἧς εἰσῆλθον, οὐ διέλιπε καταφιλοῦσά μου τοὺς πόδας.

45 Oſculum mihi non dediſti: hæc autem, ex quo intraui, non intermiſit deoſculari pedes meos.

45 Oſculum mihi non dediſti: hæc autem ex quo intraui, non ceſſauit oſculari pedes meos.

Ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου οὐκ ἤλειψας· αὕτη δὲ μύρῳ ἤλειψέ μου τοὺς πόδας.

46 Oleo caput meum non vnxiſti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos.

46 Oleo caput meum non vnxiſti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos.

Οὗ χάριν, λέγω σοι, ἀφέωνται αἱ ἁμαρτίαι αὐτῆς αἱ πολλαί, ὅτι ἠγάπησε πολύ· ᾧ δὲ ὀλίγον ἀφίεται, ὀλίγον ἀγαπᾷ.

47 Cuius rei gratia, dico tibi remiſſa eſſe peccata eius multa. Nam dilexit multum: cui autem paululum remittitur, paululum diligit.

47 Propter quod dico tibi, remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum: cui autem minus dimittitur, minus diligit.

39 Dixit, εἶπεν. In participio λέγων, quod ſtatim ſubiicit, eſt Hebræus pleonaſmus verbi אמר. Sic infrà, 10. a. 1. Eſt peccatrix, ἁμαρτωλός ἐστι. Reſpicit Phariſæus legem de eorum pollutione qui alios pollutos contigiſſent.

40 Reſpondens, ἀποκριθεὶς. Reſpondere dicitur apud Hebræos etiam qui ſermonem inchoat, vt ſæpe iam obſeruauimus: ſed hoc loco res ipſa oſtendit Chriſtum, vt verum Deum & καρδιογνώστην, Phariſæum iſtũ ſic compellaſſe vt interea ipſius cogitationibus reſponderit.

41 Inquit Ieſus. Hoc ſuppleuimus perſpicuitatis cauſa.

47 Dico tibi remiſſa eſſe, &c. λέγω σοι, ἀφέωνται. Particulam ὅτι expreſſi, quæ deeſſe videbatur hoc loco, & adſcripta etiam erat in vno vetuſto codice. Sic etiam paulo antè verſu 9, & Mar. 6. a. 5. Nam dilexit, ὅτι ἠγάπησεν. Vulgata & Eraſmus, Quoniam dilexit. Ego verò malui illo modo interpretari, vt facilius intelligatur, in his verbis non oſtendi cauſam remiſſionis peccatorum, ſed potius ex conſequente colligi antecedens. Deus enim prior nos dilexit, quum adhuc peccatores eſſemus. Itaque qui hoc loco abutuntur ad euertendam gratuitam ex ſola fide iuſtificationem, non modò ſummam impudentiam, ſed etiam infantiam ſuam patefaciunt. Negat enim Chriſtus hanc eſſe peccatricem, ſicut iſte Phariſæus temere iudicarat. Teſtatur enim remiſſa ipſi fuiſſe vitæ prioris peccata: idque probat ex eo quod peccatorum remiſſionem conſequitur, nempe ex charitate quam publicè erat teſtata. Charitas igitur non eſt iuſtificationis cauſa efficiens, ſed effectum.

Εἶπε δὲ αὐτῇ, Ἀφέωνταί σου αἱ ἁ- 48 μαρτίαι.

Dixit autem ei, Remissa sunt 48 tibi peccata.

Dixit autem ad illam, Remittuntur tibi peccata.

Καὶ ἤρξαντο οἱ συνανακείμενοι λέγειν 49 ἐν ἑαυτοῖς, Τίς οὗτός ἐστιν ὃς καὶ ἁμαρτίας ἀφίησιν;

Et cœperunt qui simul accumbebãt, dicere inter se, Quis est hic qui etiam peccata remittit?

Et cœperunt qui simul accumbebant, dicere intra se, Quis est hic qui etiam peccata dimittit?

Εἶπε δὲ πρὸς τὴν γυναῖκα, Ἡ πίστις 50 σου σέσωκέ σε· πορεύου εἰς εἰρήνην.

Dixit autem ad mulierem, 50 Fides tua te seruauit: vade in pace.

Dixit autem ad mulierem, Fides tua te saluam fecit: vade in pace.

Κεφάλαιον ηʹ

CAP. VIII.

CAP. VIII.

Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ καθεξῆς, καὶ αὐ- 1 τὸς διώδευε κατὰ πόλιν καὶ κώμην, κηρύσσων καὶ εὐαγγελιζόμενος τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ· καὶ οἱ δώδεκα σὺν αὐτῷ·

Et factum est deinceps, ipse 1 iter faciebat per singulas vrbes & vicos, prædicans & euangelizans regnum Dei. & duodecim illi erãt cum eo:

Et factum est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates & castella, prædicans & euangelizans regnũ Dei. & duodecim cum illo:

Καὶ γυναῖκές τινες αἳ ἦσαν τεθερα- 2 πευμέναι ἀπὸ πνευμάτων πονηρῶν καὶ ἀσθενειῶν, Μαρία ἡ καλουμένη Μα- Mat.16.b.9 γδαληνή, ἀφ' ἧς δαιμόνια ἑπτὰ ἐξε- ληλύθει,

Et quædam mulieres ᵛ quas 2 sanauerat à spiritibus malis & morbis, Maria quæ vocabatur Magdalene, ‖ ex qua septem dæmonia exierant,

Et mulieres aliquæ quæ erant curatæ à spiritibus malignis & infirmitatibus, Maria quæ uocatur Magdalene, de qua septẽ dæmonia exierant,

Καὶ Ἰωάννα γυνὴ Χουζᾶ ἐπιτρόπου 3 Ἡρῴδου, καὶ Σουσάννα, καὶ ἕτεραι πολλαί, αἵτινες διηκόνουν αὐτοῖς ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων αὐταῖς.

Et Iohanna vxor Chuzæ 3 procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ quæ ministrabant ᵛ ei ex facultatibus suis.

Et Iohanna uxor Chuzæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ quæ administrabant ei de facultatibus suis.

Συνιόντος δὲ ὄχλου πολλοῦ, καὶ τῶν 4 κατὰ πόλιν ἐπιπορευομένων πρὸς αὐτόν, εἶπε διὰ παραβολῆς, Mat.13.a.3 mar.4.a.1

‖ Quum autem multa turba 4 conueniret, & qui in singulis vrbibus erant, ᵛ proficiscerẽtur ad eum, dixit per parabolam,

Quum autem turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarẽt ad eũ, dixit per similitudinem,

Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι τὸν 5 σπόρον αὐτοῦ· καὶ ἐν τῷ σπείρειν αὐτὸν, ὃ μὲν ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδόν, καὶ κατεπατήθη, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατέφαγεν αὐτό·

Quidam qui seminabat, exiit 5 ad seminandum semen suũ: & in seminando aliud cecidit in viam, & conculcatum est, & volucres cæli deuorarunt illud:

Exiit qui seminat, ſeminare semen suum: & dum seminat, aliud cecidit secus uiam, & conculcatum est, & uolucres cæli comederunt illud:

Καὶ ἕτερον ἔπεσεν ἐπὶ τὴν πέτραν, 6 καὶ φυὲν ἐξηράνθη, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἰκμάδα.

Et aliud cecidit super petrã, 6 & enatum exaruit, quia non habebat humorem:

Et aliud cecidit supra petram, & natum aruit, quia non habebat humorem.

Καὶ ἕτερον ἔπεσεν ἐν μέσῳ τῶν ἀκανθῶν· 7 καὶ συμφυσσαι αἱ ἄκανθαι ἀπέπνιξαν αὐτό·

Et aliud cecidit inter spinas: 7 & simul enatæ spinæ suffocarunt illud:

Et aliud cecidit inter spinas: & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud:

Καὶ ἕτερον ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν τὴν 8 ἀγαθὴν, καὶ φυὲν ἐποίησε καρπὸν ἑκατονταπλασίονα. Ταῦτα λέγων ἐφώνει, Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.

Et aliud cecidit in terram bo- 8 uam: & quum enatũ esset, edidit fructum cẽtuplum. Hæc dicens clamabat, Qui habet aures ad audiendum, audiat.

Et aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum. Hæc dicens clamabat. Qui habet aures audiendi, audiat.

Ἐπηρώτων δὲ αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, 9 λέγοντες τίς εἴη ἡ παραβολὴ αὕτη.

Interrogabant autem eum 9 discipuli eius, ᵛ dicentes quæ esset ista parabola.

Interrogabant autem eũ discipuli eius quæ esset hæc parabola.

IN CAPVT VIII.

1 Quas sanauerat, αἳ ἦσαν τεθεραπευμέναι. Passiuum expressimus per actiuum, vt amphiboliam vitaremus.

3 Ei, αὐτοῖς. In quatuor vetustis codicibus legimus αὐτῆς, eius: id est Christo & eius discipulis.

4 Proficiscerentur, ἐπιπορευομένων. Vulgata & Erasmus, Properarent, festinarent.

9 Dicentes, λέγοντες. Hoc participium neque in veteribus codicibus duobus, neque in Vulg. editione repetitur: & certè videtur non posse conuenire nisi pro οὖν legas ὅτι, vt sic recta oratio.

Ο δὲ εἶπεν, Ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ· τοῖς δὲ λοιποῖς ἐν παραβολαῖς, ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι, καὶ ἀκούοντες μὴ συνιῶσιν.

10 Ipſe verò dixit *eis*, Vobis datum eſt noſſe myſteria regni Dei: reliquis autem per parabolas *loquor*, vt ‖videntes non videant, & audientes non intelligant.

10 *Quibus ipſe dixit*, *Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei: cæteris autem in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant.* Eſa.6.v.9 mar.13.b.14 mar.4.b.12 ioan.12.f.40 act.28.f.26 rom.11.a.8 Mat.13.b.18 mar.4.b.15

Ἔστι δὲ αὕτη ἡ παραβολή. Ὁ σπόρος, ἐστὶν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ·

11 ‖Eſt autem hæc parabola, Semen, eſt ſermo Dei:

11 *Eſt autem hæc parabola: Semen, eſt verbum Dei:*

Οἱ δὲ παρὰ τὴν ὁδόν, εἰσὶν οἱ ἀκούσαντες· εἶτα ἔρχεται ὁ διάβολος, καὶ αἴρει τὸν λόγον ἀπὸ τῆς καρδίας αὐτῶν, ἵνα μὴ πιστεύσαντες σωθῶσιν.

12 Qui autem in viam, ii ſunt qui audiunt: deinde venit diabolus, & tollit ſermonem è corde eorum, ne, quum crediderint, ſeruentur.

12 *Qui autem ſecus uiã, hi ſunt qui audiunt: deinde uenit diabolus, & tollit uerbum de corde eorum, ne credentes ſalui fiant.*

Οἱ δὲ ἐπὶ τῆς πέτρας, οἵτινες ὅταν ἀκούσωσι, μετὰ χαρᾶς δέχονται τὸν λόγον· καὶ οὗτοι ῥίζαν οὐκ ἔχουσιν, οἱ πρὸς καιρὸν πιστεύουσι, καὶ ἐν καιρῷ πειρασμοῦ ἀφίστανται.

13 Qui verò ſuper petram, *ii ſunt* qui quum audierint, cum gaudio excipiunt ſermonem: ſed iſti radices non habent, qui ad tempus credunt, & tempore tentationis abſcedunt.

13 *Nam qui ſupra petrã, qui quum audierint, cũ gaudio ſuſcipiunt uerbum: & hi radices non habent, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.*

Τὸ δὲ εἰς τὰς ἀκάνθας πεσόν, οὗτοί εἰσιν οἱ ἀκούσαντες, καὶ ὑπὸ μεριμνῶν καὶ πλούτου καὶ ἡδονῶν τοῦ βίου πορευόμενοι συμπνίγονται, καὶ οὐ τελεσφοροῦσι.

14 Quod autem in ſpinas cecidit, ii ſunt qui audierunt: ſed profecti, à ſolicitudinibus & diuitiis ac voluptatibus vitæ ſuffocantur, nec fructum perferunt.

14 *Quod autem in ſpinas accidit, hi ſunt qui audierunt, & à ſolicitudinibus & diuitiis & uoluptatibus uitæ cunctes ſuffocantur, & non referũt fructum.*

Τὸ δὲ εἰς τὴν καλὴν γῆν, οὗτοί εἰσιν οἵτινες ἐν καρδίᾳ καλῇ καὶ ἀγαθῇ, ἀκούσαντες τὸν λόγον, κατέχουσι, καὶ καρποφοροῦσιν ἐν ὑπομονῇ.

15 Quod autem in bonam terram *cecidit*, ii ſunt qui in corde honeſto ac bono auditum ſermonem retinẽt, & fructum adferunt per patientiam.

15 *Quod autem in bonam terram, hi ſunt qui in corde bono & optimo audientes uerbum retinẽt, & fructum adferunt in patientia.*

Οὐδεὶς δὲ λύχνον ἅψας, καλύπτει αὐτὸν σκεύει, ἢ ὑποκάτω κλίνης τίθησιν· ἀλλ' ἐπὶ λυχνίας ἐπιτίθησιν, ἵνα οἱ εἰσπορευόμενοι βλέπωσι τὸ φῶς.

16 ‖Nemo porrò lucernam accenſam operit vaſe, aut ſubter lectum ponit: ſed candelabro imponit, vt qui ingrediuntur videant lumen.

16 *Nemo autem lucernã accendens, operit eam uaſe, aut ſubtus lectum ponit: ſed ſupra candelabrum ponit, ut intrantes uideant lumen.* Infrà, 11.c.33 mar.5.b.15 mar.4.c.22

Οὐ γάρ ἐστι κρυπτὸν ὃ οὐ φανερὸν γενήσεται· οὐδὲ ἀπόκρυφον ὃ οὐ γνωσθήσεται, καὶ εἰς φανερὸν ἔλθῃ.

17 ‖Non eſt enim *quicquam* occultum quod non ſit futurum manifeſtum: nec abſconditum, quod non ſit cognoſcendum, & venturum in apertum.

17 *Non eſt enim occultũ quod non manifeſtetur: nec abſconditum quod non agnoſcatur, & in palam ue niat.* Infrà, 12.a.2 mat.10.c.26 mar.4.c.22

10 Per parabolas *loquor*, ἐν παραβολαῖς. Suppleui verbum ex Matth.13.v.13.

14 Profecti, πορευόμενοι. Id eſt, ſimulatque audito verbo redierunt ad curanda ſua negotia. Eſt enim per traiectionem explicandum hoc participium, quæ figura apud Lucam ſingulis penè verſiculis occurrit. Itaque (quod tanti viri pace dixerim) non erat, opinor, cur Eraſmus in hoc explicando nimium ſe torqueret, quaſi ſit paſſiuum participium à verbo πορεύω: quod, inquit, haud ſcio an ſignificet Copiam adfero, vt ſignificetur, copia diuitiarum obrui. Atqui non modò πορεύω ita nunquam, quod ſciam, accipitur, ſed ne πορὸς quidem aut πορὶς vſquam memini legere pro abundare, vel copiam adferre: ſed διπορῶ potius aut διπορέομαι: quod miror ipſi non veniſſe in mentem. Sed & altera expoſitio nihilo eſt magis accommodata, quaſi πορευόμενοι dictum ſit pro ὑποπορευόμενοι, vt ad negotiatores pertineat. Caſtellio conuertit, Eò veniunt, quaſi πορευόμενοι ad progreſſum temporis referatur: quam etiam expoſitionem adfert Eraſmus, ſed ego ineptiſſimam eſſe exiſtimo. Fructum perferunt, τελεσφοροῦσι. Sic Columella lib.3.cap.10, videtur Græcum hoc vocabulum eleganti periphraſi explicare. Puto autem deriuari non à τέλος, vt exiſtimat Eraſ. ſed à πλῆς & φέρω, vt declaret fructum perfectum & abſolutum ferre: id eſt vſque eò vt matureſcat.

15 Honeſto ac bono, καλῇ καὶ ἀγαθῇ. Vulgata, Bono & optimo. quam interpretationem rectè quidem emendauit Eraſmus, ſed fortaſſis non ſatis feliciter expoſuit. Putat enim Hebraicam eſſe conduplicationem pro egregiè bono, nempe ſicut Ier.24.a.5, התאנים הטובות טובות, ficus bonas bonas vocat Propheta, ficus valde bonas. At ego puto merè Græcum eſſe hoc dicendi genus, & quidem ex ipſis philoſophiæ adytis petitum. quanuis id etiam vulgus in ore haberet. Quis enim alia ſunt externa, fortunæ videlicet (vt vocant) & corporis, alia verò animi bona, hominem his omnibus ornatum Græci καλὸν κἀγαθὸν vocant, quanuis τὸ καλὸν interdum latius pateat. Huc autem loco ita eſt accommodandum hoc dicendi genus vt intelligamus poſtre-

mum hoc hominum genus comparari primùm cum iis, qui quum externam quandam ſpeciem fructus præ ſe ferant inſitio, tamen ad bonam frugem non perueniunt: (de quibus etiam vernaculum extat prouerbium, Inutilem eſſe pulchritudinem abſque bonitate) deinde cum iis qui nullum prorſus fructum ferunt. Iſti igitur è contrario dicuntur καλοὶ κάγαθοί, id eſt, qui non modò videri, ſed etiam reipſa boni eſſe ſtudeant: vt καλοὶ ad externam vitam, ἀγαθοὶ ad veras animi virtutes referatur. Retinent, κατέχουσι. Notanda vis eſt huius vocabuli, quo ſignificatur, non ſine magno certamine poſſe iſtud bonum ſemen aſſeruari, luctante carne ac diabolo aduerſus Spiritum Dei, nouum hoſpitem & capitalem ipſorum inimicum. Ideo etiam addit ἐν ὑπομονῇ, quia nimirum ſancti patiendo vincunt. Sed & in vno vetuſto codice adſcriptum erat πολλῇ, multa.

Mat.13.b.12, & 25.c.29 mar.4.c.25 infrà, 19.d.26

Βλέπετε οὖν πῶς ἀκούετε. ὃς γὰρ ἂν ἔχῃ, δοθήσεται αὐτῷ· καὶ ὃς ἂν μὴ ἔχῃ, καὶ ὃ δοκεῖ ἔχειν, ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ.

18 Videte ergo ᵛ quomodo audiatis. ‖ quiſquis enim habet, dabitur ei: & quicunque non habet, etiam quod ᵛ videtur habere, tolletur ab eo.

18 *Videte ergo quomodo audiatis. qui enim habet, dabitur illi: & qui non habet, etiam quod putat ſe habere, auferetur ab illo.*

Mat.12.d.46 mar.3.d.32

Παρεγένοντο δὲ πρὸς αὐτὸν ἡ μήτηρ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἠδύναντο συντυχεῖν αὐτῷ διὰ τὸν ὄχλον.

19 ‖ Venerunt autem ad eum mater & fratres eius, & non poterant eum ᵛ conuenire propter turbam.

19 *Venerunt autem ad illum mater & fratres eius, & non poterant adire eum præ turba.*

Καὶ ἀπηγγέλη αὐτῷ, λεγόντων, Ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἑστήκασιν ἔξω, ἰδεῖν σε θέλοντες.

20 Et annuntiatum eſt ei, ᵛ dicentibus *nonnullis*, Mater tua & fratres tui ſtant foris, cupientes te videre.

20 *Et nuntiatum eſt illi, Mater tua & fratres tui ſtant foris, volentes te videre.*

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπε πρὸς αὐτούς, Μήτηρ μου καὶ ἀδελφοί μου οὗτοί εἰσιν οἱ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ ἀκούοντες, καὶ ποιοῦντες αὐτόν.

21 Ipſe verò reſpondens dixit eis, Mater mea, & fratres mei, ii ſunt qui ſermonem Dei audiunt, & eum præſtant.

21 *Qui reſpondens dixit ad eos, Mater mea & fratres mei hi ſunt qui verbum Dei audiũt & faciunt.*

Mat.8.c.23 mar.4.d.36

Καὶ ἐγένετο ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν, καὶ αὐτὸς ἐνέβη εἰς πλοῖον, καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς, Διέλθωμεν εἰς τὸ πέραν τῆς λίμνης. Καὶ ἀνήχθησαν.

22 ‖ Factum eſt autem quodam die, ipſe ingreſſus eſt in nauigiũ, ac diſcipuli eius: & dixit eis, Tranſeamus in vlteriorem ripam ſtagni. Et ᵛ prouecti ſunt.

22 *Factum eſt autem in una dierum, & ipſe aſcendit in nauiculam, & diſcipuli eius: & ait ad illos. Tranſfretemus trãs ſtagnum. Et aſcenderũt.*

Πλεόντων δὲ αὐτῶν ἀφύπνωσε· καὶ κατέβη λαῖλαψ ἀνέμου εἰς τὴν λίμνην· καὶ συνεπληροῦντο, καὶ ἐκινδύνευον.

23 Nauigantibus autem eis ᵛ ſopitus eſt: & deſcendit turbo venti in ſtagnum: & ᵛ complebantur, ac periclitabantur.

23 *Et nauigantibus illis obdormiuit: & deſcendit procella uenti in ſtagnum: & complebantur, & periclitabantur.*

Προσελθόντες δὲ διήγειραν αὐτὸν, λέγοντες, Ἐπιστάτα, ἐπιστάτα, ἀπολλύμεθα. Ὁ δὲ ἐγερθεὶς ἐπετίμησε τῷ ἀνέμῳ καὶ τῷ κλύδωνι τοῦ ὕδατος· καὶ ἐπαύσαντο, καὶ ἐγένετο γαλήνη.

24 Accedentes autem expergefecerunt eum, dicentes, Magiſter, magiſter, perimus. Ipſe verò experrectus obiurgauit ventum ac fluctuationem aquæ: & ceſſauerunt, factáque eſt tranquillitas.

24 *Accedentes autem ſuſcitauerunt eum, dicentes. Præceptor, perimus. At ille ſurgens increpauit uentum & tempeſtatem aquæ: & ceſſauit, & facta eſt tranquillitas.*

18 Quomodo audiatis, πῶς ἀκούετε. Id eſt, quomodo affecti ad audiendum Dei verbum accedatis, & eo audito, quomodo vos geratis. Videtur, δοκεῖ: videtur, nimirum aut ſibi aut aliis, vt rectè notat Eraſmus: vel potius & ſibi & aliis. Nam hoc hominum genere nihil eſt ſuperbius, ſiquis videat quod intus celant, aut magis comparatum ad fallendos homines. Vulg. Putat ſe habere: quæ interpretatio vnum tantùm ſenſum admittit.

19 Cõuenire, συντυχεῖν id eſt συντυγχάνειν, quo modo etiam accipitur interdum τὸ ἐντυγχάνειν. Vulgata, Adire, προσελθεῖν.

20 Dicentibus nonnullis, λεγόντων. Heb. לאמר. Nõ legimus hoc participiũ in quodã codice & in Vulgata editione: in duobus autem exemplaribus additur αὐτῷ, quod relatiuum ad turbas refertur. Rarò certè reperias hoc dicendi genus, cuius tamẽ apud Plutarchũ in Dialogo πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, penè ſimile exemplũ reperio, vbi miram cuiuſdam canis hiſtoriam commemorat, Παρὼν γὰρ ὁ κύων μέρος τοῦ λόγου ἔλεγεν ἁμαρτάνοιεν καὶ παραπαίοιεν οἱ λέγοντες, ἅπας τὸ μυθῶδες ἀποδιδοὺς τοῖς ὑπὸ κυνοφιλίας ἀφηγουμένοις καὶ πιθανὸν ἀφαιρούντες, καὶ φαιμένου τοῦ κυνὸς τὸν ἄρτον ἐδήξατο. & paulo pòſt, ἔστιν ἅπαντα θαυμαστὰ ταῦτα, εἰ μὴ ἀφαιρεῖ τὸ ἄπιστον ἡ ἕξις. & ſuprà, §. 2. 3. Vulgata, Aſcenderunt, ἀνέβησαν. Eraſmus, Soluerunt: id eſt ἀνῆχθαι.

23 Sopitus eſt, ἀφύπνωσε. Vulgata & Eraſmus, Obdormiuit, ἐκάθευδε, eodem ſenſu: quanquam fortaſſis Lucas magis propriè loquutus eſt quàm Matthæus & Marcus. Teſtantur enim Grammatici τὸ ὑπνοῦν amplius quiddam ſignificare quàm τὸ καθεύδειν: & profundiſſimum fuiſſe hunc ſoporem, declarat geminata illa inclamatio diſcipulorum in ipſo excitando. Complebantur, συνεπληροῦντο. Hoc dicendi genus, vt alia multa, petitum eſt è medio. Neque enim (ſi rem propius ſpectes) ipſi complebantur, ſed nauis potius, quæ illos vehebat.

Εἶπε δὲ αὐτοῖς, Ποῦ ἐστιν ἡ πίστις ὑμῶν; Φοβηθέντες δὲ ἐθαύμασαν, λέγοντες πρὸς ἀλλήλους, Τίς ἄρα οὗτός ἐστιν, ὅτι καὶ τοῖς ἀνέμοις ἐπιτάσσει καὶ τῷ ὕδατι, καὶ ὑπακούουσιν αὐτῷ;

15 Dixit autem eis, Vbi eſt fides veſtra? Timentes autem mirati ſunt, dicentes alii ad alios, Quiſnam iſte eſt, vt ventis quoque & aquæ imperet, & auſcultent ei?

15 *Dixit autem illis, Vbi eſt fides veſtra? Qui timentes mirati ſunt, ad inuicem dicentes, Quis, putas, hic eſt, quia & uentis & mari imperat, & obediunt ei?*

Καὶ κατέπλευσαν εἰς τὴν χώραν τῶν Γαδαρηνῶν, ἥτις ἐστὶν ἀντιπέρα τῆς Γαλιλαίας.

16 Et nauigarunt in regionem Gadarenorum, quæ eſt in oppoſita ripa Galilææ.

16 *Et nauigauerunt ad regionem Geraſenorum, quæ eſt contra Galilæã.* Mar.8.d.8 mar.5.a.4

Ἐξελθόντι δὲ αὐτῷ ἐπὶ τὴν γῆν, ὑπήντησεν αὐτῷ ἀνήρ τις ἐκ τῆς πόλεως, ὃς εἶχε δαιμόνια ἐκ χρόνων ἱκανῶν, καὶ ἱμάτιον οὐκ ἐνεδιδύσκετο, καὶ ἐν οἰκίᾳ οὐκ ἔμενεν, ἀλλ' ἐν τοῖς μνήμασιν.

17 Ipſi autem egreſſo in terrã, occurrit ex vrbe vir quidam qui habebat dæmonia à temporibus multis, & veſtimento non induebatur, neque in vlla domo manebat, ſed in monumentis.

17 *Et quum egreſſus eſſet ad terram, occurrit illi vir quidã qui habebat dæmonium tam temporibus multis, & veſtimento non induebatur, neque in domo manebat, ſed in monumentis.*

Ἰδὼν δὲ τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἀνακράξας, προσέπεσεν αὐτῷ, καὶ φωνῇ μεγάλῃ εἶπε, Τί ἐμοὶ καὶ σοί Ἰησοῦ υἱὲ τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου; δέομαί σου μή με βασανίσῃς.

18 Is ergo quum vidiſſet Ieſum, & exclamaſſet, accidit ei ad pedes, & voce magna dixit, Quid mihi tecum Ieſu Fili Dei altiſſimi? rogo te ne me torqueas.

18 *Is ut vidit Ieſum, procidit ante illum, & exclamans voce magna dixit, Quid mihi & tibi eſt Ieſu Fili Dei altiſſimi? obſecro te ne me torqueas.*

Παρήγγελε γὰρ τῷ πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ, ἐξελθεῖν ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου. πολλοῖς γὰρ χρόνοις συνηρπάκει αὐτόν· καὶ ἐδεσμεύετο ἁλύσεσι καὶ πέδαις φυλασσόμενος· καὶ διαῤῥήσσων τὰ δεσμὰ, ἠλαύνετο ὑπὸ τοῦ δαιμονίου εἰς τὰς ἐρήμους.

19 Præcipiebat enim ſpiritui impuro vt exiret ab eo homine. nam à multo tempore corripuerat eum: itaque vinctus ille catenis & pedicis, cuſtodiebatur: ſed diruptis vinculis agitabatur à dæmone in deſerta.

19 *Præcipiebat enim ſpiritui immundo vt exiret ab homine. multis enim temporibus arripiebat illum: & uinciebatur catenis & compedibus cuſtodiendus: & ruptis uinculis agebatur à dæmonio in deſerta.*

Ἐπηρώτησε δὲ αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, λέγων, Τί σοί ἐστιν ὄνομα; Ὁ δὲ εἶπε, Λεγεών· ὅτι δαιμόνια πολλὰ εἰσῆλθεν εἰς αὐτόν.

30 Interrogauit autem eum Ieſus, dicens, Quod tibi nomen eſt? Ipſe verò dixit, Legio. Nam dæmonia multa ingreſſa erant in eum.

30 *Interrogauit autẽ illũ Ieſus, dicẽs, Quod tibi nomen eſt? At ille dixit, Legio. quia intrauerant dæmonia multa in eum.*

Καὶ παρεκάλει αὐτὸν ἵνα μὴ ἐπιτάξῃ αὐτοῖς εἰς τὴν ἄβυσσον ἀπελθεῖν.

31 Et rogabant eum ne imperaret ipſis vt abirent in abyſſum.

31 *Et rogauerunt illum ne imperaret illis ut in abyſſum irent.*

Ἦν δὲ ἐκεῖ ἀγέλη χοίρων ἱκανῶν βοσκομένων ἐν τῷ ὄρει· καὶ παρεκάλεσαν αὐτὸν ἵνα ἐπιτρέψῃ αὐτοῖς εἰς ἐκείνους εἰσελθεῖν. Καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς.

32 Erat autem ibi grex porcorum multorum paſcentium in monte: & rogabant eum dæmonia vt permitteret ipſis in illos ingredi. Et permiſit eis.

32 *Erat autem ibi grex porcorum multorum paſcentium in monte: & rogabant eum ut permitteret eis in illos ingredi. Et permiſit illis.*

Ἐξελθόντα δὲ τὰ δαιμόνια ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, εἰσῆλθον εἰς τοὺς χοίρους· καὶ ὥρμησεν ἡ ἀγέλη κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν λίμνην, καὶ ἀπεπνίγη.

33 Egreſſa autem dæmonia ex eo homine, ingreſſa ſunt in porcos: & grex ruit è præcipitio in ſtagnum: & ſuffocatus eſt.

33 *Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos: & impetu abiit grex per præceps in ſtagnum, & ſuffocatus eſt.*

27 Dæmonia, δαιμόνια. Ita legitur in omnibus codicibus.

29 Nam à multo tempore, πολλοῖς γὰρ χρόνοις: id eſt iampridem. Videtur autem hæc interpretatio melius conuenire cum eo quod paulo antè dixerat, ἐκ χρόνων ἱκανῶν. Eraſmus, Frequenter, id eſt ſæpiſſime: quam etiã interpretationem non improbo. Itaque vinctus ille, καὶ ἐδεσμεύετο. Vulg. Et vinciebatur. Ego verò ſtudui vitare amphiboliam quæ ex Hebræo idiomate naſcitur. Agitabatur, ἠλαύνετο: id eſt cum impetu impellebatur, vt eques calcaribus equum agitat. Sic enim loquitur Plautus in Aſin. Vulg. & Eraſ. Agebatur, ἤγετο. quod verbum nimis eſt dilutum hoc loco.

31 In abyſſum, εἰς τὴν ἄβυσσον. Græcum vocabulum retinuimus, quod in noſtrum etiam (id eſt Gallicũ) idioma tranſiit. Significat autem immenſæ profunditatis voraginem, id eſt eum ipſum locum quem idem Lucas infrà, 6.e.23, ἄβυσσον vocat, in quo nimirum dæmones conſtricti tenentur caliginis tenebris, 2. Pet.2.a.4. quod ne profani quidem ſcriptores ignorarunt. Sed videndum eſt vt in iſtis ſobriè ſapiamus ex Dei verbo, ne pro veritate aniles fabulas ſubſtituamus, quales multas Gregorius ille in ſuis Dialogis commemorat.

Ιδόντες δὲ οἱ βόσκοντες τὸ γεγονὸς 34 Quum autem paſtores vidiſ- 34 *Quod ut viderunt factum qui paſcebant, fugerunt: & nuntiauerãt in ciuitatem & in villas.*
ἔφυγον· καὶ ἀπελθόντες ἀπήγγειλαν ſent quod factum fuerat, fuge-
εἰς τὴν πόλιν καὶ εἰς τοὺς ἀγρούς. runt: & profecti annuntiarunt
in vrbem & in agros.

Ἐξῆλθον δὲ ἰδεῖν τὸ γεγονός· καὶ ἦλ- 35 Exierunt igitur vt viderent 35 *Exierunt autem videre quod factum est: & venerunt ad Iesum, & inuenerunt hominem sedẽtem à quo dæmonia exierant, vestitum, & sanæ mẽtis, ad pedes eius, & timuerunt.*
θον πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ εὗρον καθήμε- quod factum erat: venerúnt-
νον τὸν ἄνθρωπον ἀφ' οὗ τὰ δαιμόνια ἐξε- que ad Iesum, & inuenerunt ho
ληλύθει, ἱματισμένον καὶ σωφρονοῦντα minem illum à quo dæmonia
παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ· καὶ ἐφο- exierant, vestitum, ac sanæ mẽ-
βήθησαν. tis, sedentem ad pedes Iesu: &
timuerunt.

Ἀπήγγειλαν δὲ αὐτοῖς καὶ οἱ ἰδόντες, 36 Annũtiauerũt autẽ ipſis etiã ii 36 *Nuntiauerunt autem illis & qui viderãt quomodo saluus factus esset à legione.*
πῶς ἐσώθη ὁ δαιμονισθείς. qui viderãt, quomodo liberatus
fuiſſet qui fuerat dæmoniacus.

Καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν ἅπαν τὸ πλῆθος 37 Et rogauit eum tota multitu- 37 *Et rogauerunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorum ut discederet ab ipsis: quia magno timore tenebantur. Ipse autem ascendens nauim, reuersus est.*
τῆς περιχώρου τῶν Γαδαρηνῶν, ἀπελ- do circumiacentis regionis Ga-
θεῖν ἀπ' αὐτῶν, ὅτι φόβῳ μεγάλῳ συνει- darenorum vt diſcederet ab i-
χοντο· αὐτὸς δὲ ἐμβὰς εἰς τὸ πλοῖον, ipſis, quia magno timore tene-
ὑπέστρεψεν. bantur: ipſe autem ingreſſus na
uigium reuerſus eſt.

Ἐδέετο δὲ αὐτοῦ ὁ ἀνὴρ ἀφ' οὗ ἐξεληλύ- 38 Rogauit autem eum vir il- 38 *Et rogabat illum vir à quo dæmonia exierant, vt esset cum eo: sed dimisit eum Iesus, dicens,*
θει τὰ δαιμόνια, εἶναι σὺν αὐτῷ· ἀπέλυσε le à quo dæmonia exierant, vt
δὲ αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, λέγων, eſſet cum eo: ſed dimiſit eum
Ieſus, dicens,

Ὑπόστρεφε εἰς τὸν οἶκόν σου, καὶ διηγοῦ 39 Reuertere domum tuam, & 39 *Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecit Deus. Et abiit per uniuersam ciuitatem, prædicans quanta illi fecisset Iesus.*
ὅσα ἐποίησέ σοι ὁ Θεός. Καὶ ἀπῆλθε, narra quanta tibi præſtiterit
καθ' ὅλην τὴν πόλιν κηρύσσων ὅσα ἐ- Deus. Abiit igitur prædicãs per
ποίησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς. totam vrbem quanta ipſi præ-
ſtitiſſet Ieſus.

Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ὑποστρέψαι τὸν Ἰη- 40 Factum eſt autem quum re- 40 *Factum est autem quum rediisset Iesus, excepit illum turba: erant enim omnes expectantes eum.*
σοῦν, ἀπεδέξατο αὐτὸν ὁ ὄχλος· ἦσαν uertiſſet Ieſus, excepit eum tur-
γὰρ πάντες προσδοκῶντες αὐτόν. ba: nam omnes expectabant e-
um.

Mat. 9. c. 18 mar. 5. c. 22 Καὶ ἰδοὺ, ἦλθε ἀνὴρ ᾧ ὄνομα Ἰάϊρος, 41 Et ecce, venit quidam cui no- 41 *Et ecce, venit vir cui nomen Iairus, & ipse princeps synagogæ erat: & cecidit ad pedes Iesu, rogans eum ut intraret in domum eius:*
καὶ αὐτὸς ἄρχων τῆς συναγωγῆς ὑπῆρ- men Iairus, qui erat præfectus
χε· καὶ πεσὼν παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰη- ſynagogæ: quúmque accidiſſet
σοῦ, παρεκάλει αὐτὸν εἰσελθεῖν εἰς τὸν ad pedes Ieſu, rogabat eum vt
οἶκον αὐτοῦ· ingrederetur domum ipſius:

Ὅτι θυγάτηρ μονογενὴς ἦν αὐτῷ ὡς 42 Quoniam erat ei vnigenita 42 *Quia unica filia erat ei fere annorum duodecim, & hoc moriebatur. (Et contigit dum iret, à turbis comprimebatur.*
ἐτῶν δώδεκα, καὶ αὕτη ἀπέθνησκεν. (Ἐν filia quaſi annorum duodecim,
δὲ τῷ ὑπάγειν αὐτὸν, οἱ ὄχλοι συνέπνι- cáque moriebatur. (Inter eundũ
γον αὐτόν. verò turba coarctabat eum:

Καὶ γυνὴ οὖσα ἐν ῥύσει αἵματος 43 Et mulier quæ erat in fluxio- 43 *Et mulier quædam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos eroguerat omnem substantiam suam, nec ab vllo potuerat curari,*
ἀπὸ ἐτῶν δώδεκα, ἥτις εἰς ἰατροὺς προ- ne ſanguinis ab annis duode-
σαναλώσασα ὅλον τὸν βίον, οὐκ ἴσχυσεν cim, & in medicos impẽderat
ὑπ' οὐδενὸς θεραπευθῆναι· totum victum, nec ab vllo po-
tuerat curari,

38 Rogauit autem, ἐδέετο δ'. Eraſ. Rogauerat enim: id eſt ἐδέετο γάρ. Nã etiã ita impreſſit Frobenius.

39 Quanta, ὅσα, vel quæcunque. Poſſumus enim vel ad multitudinem, vel ad qualitatem referre. Eraſmus illud maluit, ego poſterius delegi. Per totam vrbem, καθ' ὅλην τὴν πόλιν. Vrbem Gadarenorũ proculdubio intelligit, ex qua hunc fuiſſe dixit ſuprà, ver. 17. Quod autem narrat Marcus iſtum in Decapoli prædicaſſe, non pugnat cum eo quod Lucas hoc loco commemorat, quum Plin. lib. 5. cap. 18, inter Decapolitanæ regionis oppida numeret etiam Gadara: fuit igitur Decapolis partim cis Iordanem, partim trans Iordanem ſita.

40 Quum reuertiſſet, ἐν τῷ ὑποστρέψαι: id eſt μετὰ τὴν ὑποστροφήν. Vide Act. 2. a. 1.

43 Totum victum, ὅλον τὸν βίον: id eſt, id omne ex quo antè victitabat. Nam apud idoneos etiam authores βίος prouincia ponitur. Sed ſi Euſebio credimus, non fuit iſta tam inops quin ſuperfuerit vnde ſtatuam æneam ſibi & Chriſto poneret Cæſareæ Philippi: vnde nonnulli non minus futile quàm inceptum argumentum

colligũt constituẽdæ suæ idolomaniæ. Curari, θεραπεύειν. Alibi σώζεσθαι vertere solemus Sanare: sed hoc loco propriè accipitur, quũ agatur de remediis quibus ad curandos morbos vtũtur medici. Vide Mat. 4. d. 23.

Προσελθοῦσα ὄπισθεν, ἥψατο τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ· καὶ παραχρῆμα ἔστη ἡ ῥύσις τοῦ αἵματος αὐτῆς.

44 Quum accessisset à tergo, tetigit fimbriam pallii ipsius: & illico substitit fluxio sanguinis eius.

44 Accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti eius: & cõtinuò stetit fluxus sanguinis eius.

Καὶ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς, Τίς ὁ ἁψάμενός μου; Ἀρνουμένων δὲ πάντων, εἶπεν ὁ Πέτρος καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, Ἐπιστάτα, οἱ ὄχλοι συνέχουσί σε καὶ ἀποθλίβουσι, καὶ λέγεις, Τίς ὁ ἁψάμενός μου;

45 Tunc ait Iesus, Quis est qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus & qui cum eo erant, Magister, turbæ te constringit & opprimit, & dicis, Quis est qui me tetigit?

45 Et ait Iesus, Quis est qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui cum illo erant, Præceptor, turbæ te cõprimunt & affligunt, & dicis, Quis me tetigit?

Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν, Ἥψατό μου τις· ἐγὼ γὰρ ἔγνων δύναμιν ἐξεληλυθυῖαν ἀπ' ἐμοῦ.

46 Iesus autem ait, Tetigit me aliquis. nam ego cognoui virtutem à me exiisse.

46 Et dixit Iesus, Tetigit me aliquis: nam ego noui virtutem de me exisse.

Ἰδοῦσα δὲ ἡ γυνὴ ὅτι οὐκ ἐλάνθανε, τρέμουσα ἦλθε, καὶ προσπεσοῦσα αὐτῷ, δι' ἣν αἰτίαν ἥψατο αὐτοῦ ἀπήγγειλεν αὐτῷ ἐνώπιον παντὸς τοῦ λαοῦ, καὶ ὡς ἰάθη παραχρῆμα.

47 Quum autem mulier illa vidisset se non latuisse, tremens venit, & accidens ei ad pedes, declarauit ei in conspectu totius populi quam ob causam tetigisset eum, & quomodo sanata fuerat illico.

47 Videns autem mulier quòd non lateret, tremens venit, & procidit ante pedes eius, & ob quam causam tetigerit eũ, indicauit coram omni populo, & quemadmodum confestim sanata sit.

Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῇ, Θάρσει, θύγατερ, ἡ πίστις σου σέσωκέ σε· πορεύου εἰς εἰρήνην.)

48 Ipse verò dixit ei, Confide filia, fides tua te seruauit: vade cum pace.)

48 At ipse dixit ei, Filia, fides tua saluam te fecit: vade in pace.)

Ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, ἔρχεταί τις παρὰ τοῦ ἀρχισυναγώγου, λέγων αὐτῷ, Ὅτι τέθνηκεν ἡ θυγάτηρ σου· μὴ σκύλλε τὸν διδάσκαλον.

49 Adhuc eo loquẽte, venit quidam à præfecto synagogæ, dicens ei, Mortua est filia tua: ne vexa magistrum.

49 Adhuc illo loquente, venit quidam ad principem synagogæ, dicens ei, Quia mortua est filia tua, noli vexare illum.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀκούσας ἀπεκρίθη αὐτῷ, λέγων, Μὴ φοβοῦ· μόνον πίστευε, καὶ σωθήσεται.

50 Iesus autem hoc audito, respondit ei, Ne metue: crede solùmmodo, & seruabitur.

50 Iesus autem audito hoc verbo, respondit patri puellæ, Noli timere: crede tantùm, & salua erit.

Εἰσελθὼν δὲ εἰς τὸν οἶκον, οὐκ ἀφῆκεν εἰσελθεῖν οὐδένα, εἰ μὴ Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην, καὶ τὸν πατέρα τῆς παιδὸς καὶ τὴν μητέρα.

51 Ingressus verò domum, non permisit ingredi quenquam, nisi Petrum & Iacobum & Iohannem, & patrem ac matrem puellæ.

51 Et quum venisset domum non permisit intrare secum quenquam nisi Petrum & Iacobum & Iohannem, & patrẽ & matrem puellæ.

Ἔκλαιον δὲ πάντες καὶ ἐκόπτοντο αὐτήν. Ὁ δὲ εἶπε, Μὴ κλαίετε· οὐκ ἀπέθανεν, ἀλλὰ καθεύδει.

52 Flebant autem omnes, & plãgebant eam: ipse verò dixit, Ne flete: non est mortua, sed dormit.

52 Flebant autem omnes & plangebant illam. At ille dixit, Nolite flere: nõ est mortua puella, sed dormit.

Καὶ κατεγέλων αὐτοῦ, εἰδότες ὅτι ἀπέθανεν.

53 Et deridebant eum, quòd scirent esse mortuam.

53 Et deridebant eum, sciẽtes quòd mortua esset.

Αὐτὸς δὲ ἐκβαλὼν ἔξω πάντας, καὶ κρατήσας τῆς χειρὸς αὐτῆς, ἐφώνησε λέγων, Ἡ παῖς, ἔγειρου.

54 Ipse verò eiectis foras omnibus, & prehensa manu eius, clamauit dicens, Puella, surge.

54 Ipse autem tenens manum eius, clamauit dicens, Puella, surge.

46 Cognoui, ἔγνων: id est sensi, & percepi. Vulg. & Eras. Noui id est οἶδα.

50 Respondit ei, ἀπεκρίθη αὐτῷ: id est principi synagogæ, non autem ipsius seruo: quod quia ambiguum est, Vulgatus & Erasmus maluerunt exprimere antecedens.

54 Eiectis foras omnibus, ἐκβαλὼν ἔξω πάντας. Vetus interpres hæc non legit: reperimus tamen in omnibus nostris vetustis codicibus, si duos excipias, quorum mirificus est cũ Vulg. editione consensus. Erasmus ex Marco addita suspicatur. Nam, inquit, iam antè refertus est Lucas Iesum non passum esse quenquam eò ingredi vbi funus erat puellæ, præter patrem & matrem & tres discipulos. Verùm (quod Erasmi pace dixerim) vt hoc concedam, non tamen consequi videtur hæc addi non debuisse. Refertur enim illud ad eã turbam quæ cũ Iesu aduenerat. Quid igitur illis fiet quos plurimos domi reperit flentes ac eiulantes, vt diserte scribit Matæus? Hi sunt igitur à quibus deridebatur, & quos ideirco domo eiecit. Hoc quum non consideraret Erasmus, alium hic nodum nectit, quomodo possit turba dici eiecta quam non passus sit ingredi. Sed, inquit, fieri potuit vt in

vestibulo constiterit turba, funus in interioribus ædibus positum fuerit. At ego existimo alios non esse passum ingredi, alios verò intus repertos domo eiecisse.

Καὶ ἐπέστρεψε τὸ πνεῦμα αὐτῆς, καὶ ἀνέστη παραχρῆμα· καὶ διέταξεν αὐτῇ δοθῆναι φαγεῖν.

55 Et reuersus est spiritus eius, ac surrexit illico: & ipse præcepit vt ei daretur cibus.

55 Et reuersus est spiritus eius: & surrexit cõtinuò. Et iussit illi dare mandu care.

Καὶ ἐξέστησαν οἱ γονεῖς αὐτῆς· ὁ δὲ παρήγγειλεν αὐτοῖς μηδενὶ εἰπεῖν τὸ γεγονός.

56 Et obstupuerunt parentes eius: ipse verò præcepit eis vt nulli dicerent quod factum fuerat.

56 Et stupuerunt parentes eius: quibus præcepit ne alicui diarent quod factum erat.

Κεφάλαιον θ΄

CAP. IX.

CAP. IX.

Matth.10.a.1 marci 3.b.13 & 6.a.7

Συγκαλεσάμενος δὲ τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ, ἔδωκεν αὐτοῖς δύναμιν καὶ ἐξουσίαν ἐπὶ πάντα τὰ δαιμόνια, καὶ νόσους θεραπεύειν.

1 ¶Conuocatis autem Iesus duodecim discipulis suis, dedit eis vim & potestatem in omnia dæmonia, & morbos sanandi.

1 Conuocatis autem duodecim Apostolis, dedit illis virtutem & potestatem super omnia dæmonia, & vt languores curarent.

Matth.10.a.7

Καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς κηρύσσειν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἰᾶσθαι τοὺς ἀσθενοῦντας.

2 ¶Misitque eos vt prædicarẽt regnum Dei, & sanarent ægrotos.

2 Et misit illos prædicare regnum Dei, & sanare infirmos.

Matth.10.a.9 marci 6.b.8

Καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς, Μηδὲν αἴρετε εἰς τὴν ὁδόν, μήτε ῥάβδους, μήτε πήραν, μήτε ἄρτον, μήτε ἀργύριον, μήτε ἀνὰ δύο χιτῶνας ἔχειν.

3 ¶Et dixit eis, Nihil sumite ad iter, neque virgas, neque peram, neque panem, neque pecuniam: neque ¯binas tunicas habete.

3 Et ait ad illos, Nihil tuleritis in uiã, neque uirgam, neque perã, neque panem, neque pecuniã, neque duas tunicas habeatis.

Καὶ εἰς ἣν ἂν οἰκίαν εἰσέλθητε, ἐκεῖ μένετε, καὶ ἐκεῖθεν ἐξέρχεσθε.

4 Et in quamcunque domum intraueritis, illic manete, ¯& illinc exite.

4 Et in quamcunque domum intraueritis, ibi manete, & inde exeatis.

Exod.10.b.21 matth.10.b.14 marci 6.b.11 act.13.g.51

Καὶ ὅσοι ἂν μὴ δέξωνται ὑμᾶς, ἐξερχόμενοι ἀπὸ τῆς πόλεως ἐκείνης, καὶ τὸν χοῦν τὸν ἀπὸ τῶν ποδῶν ὑμῶν ἀποτινάξατε εἰς μαρτύριον ἐπ' αὐτούς.

5 ¶Et quicunque nõ receperint vos, exeuntes exvrbe illa, etiam puluerem à pedibus vestris excutite, ut sit testimonio aduersus eos.

5 Et quicunque non receperint uos, exeuntes de ciuitate illa, etiam pulue rem pedum nestrorum excutite in testimonium supra illos.

Εξερχόμενοι δὲ διήρχοντο κατὰ τὰς κώμας, εὐαγγελιζόμενοι καὶ θεραπεύοντες πανταχοῦ.

6 Exeuntes igitur ¯obibant ¯singulos vicos, euangelizantes & sanantes vbique.

6 Egressi autem circumibant per castella, euãgelizãtes & curãtes ubique.

55 Surrexit, ἀνέστη. Iacent cadauera: puella verò, recepta vita, vt verè illam non modò reuixisse, sed etiam ab omni morbo liberatam esse constaret, surrexit è lecto.

IN CAPVT IX.

1 Duodecim discipulis suis, πρὸς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ. In octauo codice legimus πρὸς δώδεκα ἀποστόλους, id est duodecim Apostolis, sensu nihil variato. Placuit tamen hoc annotare, nequis temere Veterem interpretem reprehendat. Theophylactus autem simpliciter legit πρὸς δώδεκα.

2 Et sanarent, καὶ ἰᾶσθαι. Hic libuit quasi παρέργως subiicere quæ Theophylactus in hunc locum annotauit, his verbis, Δῶκεν τὴν τῶν δαιμονίων ἐκχώρησιν, καὶ κηρύσσειν καὶ θεραπεύειν τὰ νοσήματα. τὸ δὲ κήρυγμα ἦν ἁπλῶς θεραπεία, ὡς τὰ θεράματα ἦν τὰ κηρύγματος, οὐκοῦν ἀφ' ὧν πράξεις θεράματα ἐποίουν τοῖς δαιμονίοις, δῆλον ὅτι καὶ τὰ θεράματα αὐτῶν ἦσαν θεοῦ. Hæc considerent qui miracula separant à verbo.

3 Virgas, ῥάβδους. Sic scriptum inuenimus in omnibus vetustis exemplaribus, præter vnum, quod cum Vetere editione legit ῥάβδον, id est virgam. Vide Mat. 10. b. 10. Binas tunicas, ἀνὰ δύο χιτῶνας. Particula ἀνὰ distributionem declarat hoc loco: deerat tamen in vno codice. Habete, ἔχειν, id est ἔχεν, enallage Græcis familiari: quanuis sanè dura sit, quum præcedat ἄρητε, & ἔχετε subsequatur. Itaque in vno codice scriptum legimus ἔχεν, in alio verò simpliciter scriptum erat, μὴν ἀνὰ δύο χιτῶνας, ita videlicet vt ἄρητε repetatur ἀπὸ τοῦ κατωτέρω.

4 Et illinc exite, καὶ ἐκεῖθεν ἐξέρχεσθε. In quodam codice scribitur, καὶ ἐκεῖθεν μὴ ἐξέρχεσθε, & ne illinc exeatis: quod in nonnullis etiam Veteris editionis exemplaribus legitur, & à Valla & Erasmo reprehenditur. Mihi verò, etiamsi negationem addideris, videtur eadem manere sententia. Nam in summa prohibet Dominus ne hospitium mutent: iubet igitur vt ex ciuitate aliqua discessuri, illinc exeant quò primùm diuerterint: aut vetat ne quum aliquò semel ingressi fuerint, inde exeant ad alium quærendum hospitem: quoniam videlicet ista promulgatio Euangelii per Apostolos, erat duntaxat veluti discursio quædam, nequis in Iudæa posset ignorantiam aduentus Christi prætexere.

6 Obibant, διήρχοντο, Vulg. & Erasmus, Circumibant, id est περιῆρχον. Cæterùm τὸ διέρχεσθαι alibi vertimus Transire: hìc interpretari maluimus obire, quòd paulò melius videatur huic loco conuenire hæc significatio.

Singulos vicos, κατὰ κώμας. Vulgata & Erasmus, Per castella. Ego exprimendam putaui particulam distributiuam.

Ηκουσε δὲ Ηρῴδης ὁ τετράρχης πάντα τὰ γινόμενα ὑπ' αὐτοῦ πάντα· καὶ διηπόρει, διὰ τὸ λέγεσθαι ὑπό τινων ὅτι Ιωάννης ἐγήγερται ἐκ νεκρῶν

7 ¶Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo: & hæsitabat, propterea quòd dicebatur à quibusdam Iohannem excitatum esse à mortuis:

7 *Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebãt ab eo: & hæsitabat, eo quòd diceretur à quibusdã, Quia Iohannes surrexit a mortuis:* Matth.14.a.1 marci 6.b.14

Ὑπό τινων δὲ, ὅτι Ηλίας ἐφάνη· ἄλλων δὲ ὅτι προφήτης εἷς τῶν ἀρχαίων ἀνέστη.

8 A quibusdam verò, Eliam apparuisse: ab aliis autem, Prophetam quempiam ex antiquis resurrexisse.

8 *A quibusdam verò, Quia Elias apparuit: ab aliis autem, Quia Propheta unus de antiquis surrexit.*

Καὶ εἶπεν ὁ Ηρῴδης, Ιωάννην ἐγὼ ἀπεκεφάλισα· τίς δέ ἐστιν οὗτος περὶ οὗ ἐγὼ ἀκούω τοιαῦτα; Καὶ ἐζήτει ἰδεῖν αὐτόν.

9 Tunc ait Herodes, Iohannem ego decollaui: quis est autem iste de quo ego talia audio? Et studebat eum videre.

9 *Et ait Herodes, Iohannem ego decollaui: quis est autem iste de quo ego talia audio? Et quærebat videre eum.*

Καὶ ὑποστρέψαντες οἱ ἀπόστολοι διηγήσαντο αὐτῷ ὅσα ἐποίησαν. καὶ παραλαβὼν αὐτοὺς, ὑπεχώρησε κατ' ἰδίαν εἰς τόπον ἔρημον πόλεως καλουμένης Βηθσαϊδά.

10 Reuersi autem Apostoli narrauerunt ei quæcunque fecerãt. ¶Et ipse assumptis illis, secessit priuatim in locum desertum ᵛrbis quæ vocatur Bethsaida.

10 *Et reuersi Apostoli narrauerunt illi quæcunque fecerunt. Et assumptis illis secessit seorsum in locum desertum qui est Bethsaidæ.* Mar.14.b.13 marci 6.f.35

Οἱ δὲ ὄχλοι γνόντες, ἠκολούθησαν αὐτῷ· καὶ δεξάμενος αὐτοὺς, ἐλάλει αὐτοῖς περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς χρείαν ἔχοντας θεραπείας ἰᾶτο.

11 Quod quum cognouisset turba, sequuta est eum: ipse autem excepit eos, & loquebatur eis de regno Dei: & eos quibus sanatione opus erat, sanabat.

11 *Quod quum cognouisset turbæ, secutæ sunt illum: & excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos qui curatione indigebant sanabat.*

Η δὲ ἡμέρα ἤρξατο κλίνειν· προσελθόντες δὲ οἱ δώδεκα εἶπον αὐτῷ, Απόλυσον τὸν ὄχλον, ἵνα ἀπελθόντες εἰς τὰς κύκλῳ κώμας καὶ τοὺς ἀγροὺς, καταλύσωσι, καὶ εὑρωσιν ἐπισιτισμόν· ὅτι ὧδε ἐν ἐρήμῳ τόπῳ ἐσμέν.

12 ¶Dies autem cœperat inclinare: & accedentes duodecim dixerunt ei, Dimitte turbam, vt abeuntes in circumiacentes vicos & agros, illuc diuertant, & inueniant ᵛcibaria: nam hîc in loco deserto sumus.

12 *Dies autem cœperat declinare: & accedentes duodecim dixerunt illi, Dimitte turbas, ut euntes in castella mulásque quæ circa sunt, diuertant & inueniãt escas: quia hîc in loco deserto sumus.* Mat.14.b.16 marci 6.f.35 i.Mac.6.a.5

Εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς, Δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν. Οἱ δὲ εἶπον, Οὐκ εἰσὶν ἡμῖν πλέον ἢ πέντε ἄρτοι καὶ δύο ἰχθύες, εἰ μήτι πορευθέντες ἡμεῖς ἀγοράσωμεν εἰς πάντα τὸν λαὸν τοῦτον βρώματα.

13 Ipse verò dixit eis, Date ipsis vos quo vescantur. Ipsi verò dixerunt, Non sunt nobis plus quàm quinque panes & duo pisces, nisi nos profecti emamus ᵛtoti huic populo escas.

13 *Ait autem ad illos, Vos date illis manducare. At illi dixerunt, Non sunt nobis plus quàm quinque panes & duo pisces, nisi forte nos eamus & emamus in omnem hanc turbam escas.*

7. Hæsitabat, διηπόρει. Hæsitandi verbum videtur potius respondere τῷ ἀπορεῖσθαι: sed tamen satis commodè exprimit τὸ ἀδιέξοδον, quum de iis dicatur qui ita perplexi & impediti quasi in luto tenentur, vt exitum non inueniãt, quod Græcis declarat πόρος καὶ διέξοδος. Huius rei verũ exemplum qui requirit, consideret quid moliti sint aduersarii veritatis nostræ memoria, & quàm varia subinde consilia frustra capterint.

10 Vrbis quæ vocatur Bethsaida, πόλεως καλουμένης Βηθσαϊδά. Vulgata, Qui est Bethsaidæ, τῆς Βηθσαϊδά. In nonnullis codicibus legimus Βηθσαϊδάν. Cæterùm dicitur desertum esse eius ciuitatis à qua cognominabatur, quòd vel in eius agro censeretur, vel occurreret iis qui Tiberiade proficiscebantur in eam vrbem. Quomodo autem accipiẽda sit dictio πόλεως apud alios Euangelistas in huius historiæ narratione, & qua ratione Matthæus & Marcus cum Iohanne concilientur, dicemus Iohan. 6.

11 Illuc diuertant, καταλύσωσι. Alibi τὸ καταλύειν cõuertimus dissoluere: quæ est propria huius verbi declaratio. Translatitiè autem accipitur pro recipere se in diuersoriũ: sed de iis tamen propriè dicitur qui curru iter conficiunt, quia nimirum equos soluunt quum ad diuersorium vẽtum est: qua significatione videtur Martialis vti Interiungendi vocabulo. Apud Latinos autem, qui in hospitium aut potius tabernam concedunt, dicuntur diuertere, quòd de via deflectant: & hospitia ipsa, diuersoria vocantur simili ratione. Cibaria, ἐπισιτισμόν. Vulgata & Erasmus, Escas, βρώματα. Est autẽ ἐπισιτισμὸς propriè (vt existimo) militare vocabulum, & id declarat quod Latini frumentationem dicunt.

13 Plus, πλέον. Erasmus, Plures, id est πλείους: quum in Frobenii editione legatur πλεῖον. Cic. Opiniones quum tam variæ sint, alterum fieri potest, vt earum nulla: alterum certè non potest, vt plus vna vera sit. Terentius, Ancillas secum adduxit plus decem. Nisi, εἰ μήτι. Sic sæpe in eclipsi adhibentur eiusmodi particulæ ex communi vsu loquendi. Potest autem hoc modo expleri sententia, Non sunt nobis plus quàm quinque panes & duo pisces. Itaque non possumus eis dare quo vescantur, nisi fortè profecti, &c. Sed hoc præterea notandum est, hanc formulam loquendi fere vsurpari quoties absurdum quippiam aut ἀδύνατον sequi significatur: ideo subiicitur, ἐπεὶ γάρ, aderant enim: quibus verbis Lucas causam adfert cur hoc discipuli tam absurdũ iudicarint.

Toti huic populo, πρὸς πάντα τὸν λαὸν τοῦτον. Heb. לכל־העם הזה, id est quòd toti huic populo sufficiat. Vulg. & Eras. ad

verbũ,In omnẽ hũc populũ,qua ſignificatione interdũ etiã vſurpatur præpoſitio In apud Latinos: ſed ita fere vt rei potius quàm perſonæ declarandæ adhibeatur:vt apud Terent.reperias,Emptos piſciculos in cœnam ſenis.

Ησαν γὰρ ὡσεὶ ἄνδρες πεντακισχίλιοι. εἶπε δὲ πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, Κατακλίνατε αὐτοὺς κλισίας ἀνὰ πεντήκοντα.

14 ¶Aderant enim quaſi viri quinquies mille. Ait autem diſcipulis ſuis, Facite vt diſcumbant per ſingulos quoſque diſcubitus quinquageni.

14 *Erant autem fere viri quinque millia. Ait autẽ ad diſcipulos ſuos, Facite illos diſcumbere per cõtubia quinquagenos.*

Καὶ ἐποίησαν οὕτω· καὶ ἀνέκλιναν ἅπαντας.

15 Ipſi igitur ita fecerunt, & ¶ diſcubuerunt *illi* omnes.

15 *Et ita fecerunt: & ſecubere omnes diſcumbere omnes.*

Λαβὼν δὲ τοὺς πέντε ἄρτους καὶ τοὺς δύο ἰχθύας, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, εὐλόγησεν αὐτοὺς· καὶ κατέκλασε, καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς, παρατιθέναι τῷ ὄχλῳ.

16 Ipſe verò acceptis quinque illis panibus & duobus piſcibus, ſuſpiciens in cælum, benedixit eis:& fregit, deditque diſcipulis vt apponerent turbæ.

16 *Acceptis autem quinq; panib⁹ & duob⁹ piſcibus, reſpexit in cælum, & benedixit illis: & fregit, & diſtribuit diſcipulis ſuis vt ponerent ante turbas.*

Καὶ ἔφαγον, καὶ ἐχορτάσθησαν πάντες· καὶ ἦρθη ὃ περισσεῦσαν αὐτοῖς κλασμάτων, κόφινοι δώδεκα.

17 Comederunt igitur omnes illi, & ſaturati ſunt: & ſublatum eſt quod ſuperfuit ipſis fragmẽtorum,cophini duodecim.

17 *Et manducauerunt omnes, & ſaturati ſunt: & ſublatum eſt quod ſuperfuit illis, fragmentorum cophini duodecim.*

Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν προσευχόμενον κατὰμόνας, συνῆσαν αὐτῷ οἱ μαθηταί· καὶ ἐπηρώτησεν αὐτοὺς, λέγων, Τίνα με λέγουσιν οἱ ὄχλοι εἶναι;

Matth.16.b.31 marci 8.c.27

18 ¶Et factum eſt, quum ipſe ſolus precaretur,erant cum eo diſcipuli:interrogauitque eos, dicens,Quem me dicit eſſe turba?

18 *Et factum eſt quum ſolus eſſet orans,erant cũ illo & diſcipuli: & interrogauit illos, dicens,Quẽ me dicunt eſſe turbæ?*

Οἱ δὲ ἀποκριθέντες εἶπαν, Ἰωάννην τὸν Βαπτιστήν· ἄλλοι δὲ Ἠλίαν· ἄλλοι δὲ, ὅτι προφήτης τις τῶν ἀρχαίων ἀνέστη.

19 Ipſi autem reſpondentes dixerunt, Iohannem Baptiſtam: alii autem Eliam:alii verò, Prophetam quempiam ex antiquis reſurrexiſſe.

19 *At illi reſpondentes dixerunt, Iohannem Baptiſtum: alii autem Eliam: alii verò, quod unus Prophetarum de prioribus ſurrexit.*

Εἶπε δὲ αὐτοῖς, Ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι; Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος εἶπε, Τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ.

20 Dixit autem eis,Vos verò quẽ me eſſe dicitis? Reſpondens autem Petrus dixit,Chriſtum illum Dei.

20 *Dixit autem illis,Vos autem quem me eſſe dicitis? Reſpondens Simon Petrus dixit,Chriſtum Dei.*

Ὁ δὲ ἐπιτιμήσας αὐτοῖς, παρήγγειλε μηδενὶ εἰπεῖν τοῦτο·

21 Ipſe verò interminatus eis, præcepit vt nulli hoc dicerent;

21 *At ille increpans illos, præcepit nequi dicerent hoc:*

Εἰπὼν, Ὅτι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων καὶ Ἀρχιερέων καὶ Γραμματέων, καὶ ἀποκτανθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθῆναι.

Matth.17.d.22, marci 8.c.31

22 Dicens, ¶Oportet Filium hominis multa pati, & reprobari à ſenioribus & principibus Sacerdotum & Scribis,& trucidari,& tertia die excitari.

22 *Dicens, Quia oportet Filium hominis multa pati, & reprobari à ſenioribus & principibus Sacerdotum & Scribis, & occidi: & tertia die reſurgere.*

14 Aderant enim,ἦσαν γάρ. Vulg. & Eraſ. Erant autem,ἦσαν δέ,contra omnium codicum fidem. Per ſingulos quoſque diſcubitus quinquageni,κλισίας ἀνὰ πεντήκοντα. Κλισίας vocat Lucas quæ συμπόσια vocantur Marci 6.c.39,vbi expoſuimus hanc loquendi formulam.

15 Diſcubuerunt *illi* omnes,καὶ ἀνέκλιναν ἅπαντες. Sic ſcriptum inuenio in Veteris editionis pleriſque exemplaribus:quam lectionem magis probo quàm ſi ἅπαντας legas,& interpretetis,Fecerunt omnes diſcumbere:quanuis eiuſmodi repetitiones ſint Hebræis familiares.

16 Benedixit eis,εὐλόγησεν αὐτούς. In quodam codice legimus, εὐχαριστήσας καὶ κατέκλασε, precatus eſt & fregit. Apud Iohannem verò in huius hiſtoriæ narratione c.b.11,ſcriptũ eſt, καὶ εὐχαριστήσας ἔδωκε, & gratiis actis, dedit. Itaque non dubium eſt quin εὐλογεῖν hoc loco ſignificet τὸ εὐχαριστεῖν, id eſt gratias agere. Quia tamen additur relatiuum αὐτούς, & nimis abſurdum fuerit cogitare Chriſtum egiſſe panibus gratias, aut precatum eſſe panes ac piſces, emolliendæ eſt hæc interpretatio. Dicitur ergo panibus benedixiſſe, id eſt de his panibus ac piſcibus gratias egiſſe Deo Patri,& ſimul cùm precatus vt tantilla panum ac piſcium copia tantam multitudinem paſceret: denique vt totum hoc conuiuium ad Dei gloriam referretur. Sic de Samuele dicitur Sam. 9.b.13, ויברך הזבח id eſt benedicere ſolet ſacrificio: & à Paulo 1.Tim.4.b.5,cibus dicitur ſanctificari verbo & oratione, ſiue gratiarum actione. Verunque enim ibi coniungit Apoſtolus, vt hîc quoque coniungẽdum eſt. Nam partim pro cibo præſtito aguntur Deo gratiæ: partim autem petitur vt purè & ſobriè eo vti liceat, vt reliquam vitam in Dei cultu conſumamus. Inde factum vt Chriſtiani dicantur benedicere menſæ,& conſecrare menſam, quũ tamen hæc benedictio non ad ipſos cibos, ſed ad Deum potius & conuiuas pertineat. In poculo verò benedictionis, cui benedicimus, (vt ſcribitur 1.Cor.10.d.16) vt ipſum benedicendi verbum poſſit eodem modo explicari, tamen prorſus diuerſus eſt benedictionis finis, vt ſuo loco explicabimus. Deditque, καὶ ἐδίδου. Vulgata & Eraſmus, Et diſtribuit, καὶ μετεδίδου.

18 Solus,κατὰμόνας, id eſt ſeparatus à turba: niſi malimus exponere ὡς τὸ εἶναι, quum fuiſſet, vt ſuprà 8.f. 40, ὡς δὲ ἐγένοντο ἐκεῖ, quũ reuertiſſet. aut fortaſſis quũ ſolus oraret, interuenerũt diſcipuli. Diſcipuli, οἱ μαθηταί. Vul. & Eraſ. Et diſcipuli, & οἱ μαθηταί, quũ ne in Frobeniana quidẽ editione addatur ζ, cui certè nullus hîc locus eſt. Nam ita ſignifis atur alios præterea adfuiſſe: quod ſi verum eſt, qui dici poſſit Chriſtus fuiſſe κατὰμόνας?

13 Quotidie,

Ελεγε δὲ πρὸς πάντας, Εἴ τις θέλει 23 ‖ Dicebat autē omnibus, Si- 23 Dicebat autē ad omnes, Infrà, 14.f.27
ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, quis vult me ſequi, abneget ſe- Si quis vult poſt me ue- matth.10.d.38
καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ καθ' ἡμέραν, metipſum, & tollat crucem ſuā nire, abneget ſemetipſū, & 16.d.24
καὶ ἀκολουθείτω μοι. quotidie, & ſequatur me. & tollat crucē ſuā quoti- marci 8.d.35
die, & ſequatur me.

Ος γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, 24 ‖ Quiſquis enim voluerit ani- 24 Qui enim voluerit a- Infrà, 17.g.33
ἀπολέσει αὐτήν· ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυ- mā ſuā ſeruare, perdet eam: quiſ- numam ſuam ſaluam fa- matth.10.d.39
χὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, οὗτος σώσει αὐτήν. quis verò perdiderit animam ſuā mea cauſa, is ſeruabit eam. cere, perdet illam. nam & 16.d.25
quæ perdiderit animam marci 8.d.35
ſuam propter me, ſaluā iohan.12.d.25
facet illam.

Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος κερδή- 25 ‖ Quid enim prodeſt cuipiam 25 Quid enim proficit ho- Matth.16.d.26
σας τὸν κόσμον ὅλον, ἑαυτὸν δὲ ἀπολέσας, ſi lucretur vniuerſū mundū, ſe mo ſi lucretur uniuerſū marci 9.d.36
ἢ ζημιωθείς; ipſum autem perdat, ſiue ſeipſo mundū, ſe autē ipſū per-
multetur? dat, & detrimētum ſui
facat?

Ος γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με καὶ τοὺς ἐμοὺς 26 ‖ Quem enim puduerit mei 26 Nā qui me erubuerit & Infrà, 12.b.9
λόγους, τοῦτον ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυ- ac meorum ſermonum, eius pu- meos ſermones, hunc Fi- matth.10.d.33
νθήσεται, ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ καὶ τοῦ debit Filium hominis, quando lius hominis erubeſcet marci 8.d.38
πατρὸς, καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων. venerit cū gloria ſua & Patris, quū venerit in maieſtate 2.tim.2.b.12
ſanctorúmque Angelorum. ſua & Patris, & ſanctō-
rum Angelorum.

Λέγω δὲ ὑμῖν ἀληθῶς, εἰσί τινες τῶν ὧ- 27 ‖ Dico autem vobis verè, ſunt 27 Dico autem uobis uerè, Matth. 16.d.28
δε ἑστηκότων οἳ οὐ μὴ γεύσωνται θανά- quidā ex iis qui hic adſtant qui ſunt aliqui hic ſtantes marci 9.a.1
του ἕως ἂν ἴδωσι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. nequaquam guſtabūt mortem qui non guſtabunt mortē
vſquedum viderint regnū Dei. donec uideāt regnū Dei.

Ἐγένετο δὲ μετὰ τοὺς λόγους τούτους ὡ- 28 ‖ Factum eſt autem, poſt hæc 28 Factum eſt autem poſt Matth.17.a.1
σεὶ ἡμέραι ὀκτὼ, καὶ παραλαβὼν τὸν Πέ- verba quaſi dies octo interaſſe- hæc uerba ferè dies octo, marci 9.a.1
τρον καὶ Ἰωάννην καὶ Ἰάκωβον, ἀνέβη εἰς rant, quum aſſumptis Petro & Io & aſſumpſit Petrū & Ia
τὸ ὄρος προσεύξασθαι. hanne & Iacobo, aſcēdit in mō cōbū & Iohannē, & aſcē
tem vt precaretur. dit in montē ut oraret.

Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ προσεύχεσθαι αὐτὸν 29 Et facta eſt inter precandum 29 Et factum eſt, dum oraret,
τὸ εἶδος τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἕτερον, καὶ ſpecies vultus eius alia, & veſti- ſpecies uultus eius altera,
ὁ ἱματισμὸς αὐτοῦ λευκὸς ἐξαστράπτων. tus eius albus ac emicans. & neſtitus eius albus &
refulgens.

Καὶ ἰδοὺ, ἄνδρες δύο συνελάλουν αὐ- 30 Et ecce, duo viri colloqueban- 30 Et ecce, duo uiri loque-
τῷ, οἵτινες ἦσαν Μωσῆς καὶ Ἠλίας· tur cū eo, qui erāt Moſes & Elias: bantur cū illo: erant autē
Moyſes & Elias
Οἳ ὀφθέντες ἐν δόξῃ, ἔλεγον τὴν ἔξο- 31 Qui viſi cum gloria, dicebant 31 Viſi in maieſtate: & di-
δον αὐτοῦ, ἣν ἤμελλε πληροῦν ἐν Ιερου- ipſius exitum, quo futurum e- cebāt exaſſumptionē eius quē
σαλήμ. rat vt defūgeretur in Hieruſalē. completurus erat in Ieru
ſalem.

Ὁ δὲ Πέτρος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἦσαν βε- 32 Petrus verò & qui cum ipſo 32 Petrus uerò & qui cū
βαρημένοι ὕπνῳ· διαγρηγορήσαντες δὲ erant, grauati erāt ſomno: quū illo erant, grauati erant
εἶδον τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ τοὺς δύο ἄνδρας autē euigilaſſent, viderūt glo- ſōno: & euigilantes, uide
τοὺς συνεστῶτας αὐτῷ. riā eius, & duos illos viros qui runt maieſtatem eius.
ſtabant cum eo. & duos uiros qui ſtabāt
cum illo.

23 Quotidie, καθ' ἡμέραν. Hoc neque apud alios Euangeliſtas additur, neque legitur in Complutenſi editione & quinque vetuſtis codicibus, neque explicatur à Theophylacto. Eſt tamen magna horum verborum emphaſis, quibus videlicet ſignificatur fore vt ſicut dies diem conſequitur, ita crux crucem excipiat.

25 Si lucretur, κερδήσας: id eſt ἐὰν κερδήσῃ, vt Matthæus & Marcus loquuntur. Sic enim reſoluendum eſt interdum participium apud Græcos, vt in illo Homeri verſiculo Iliad. ι, ἴσον μοι τῷ κεύθητι: id eſt ἐὰν κεύθῃ. Subiicitur enim καὶ τίμαλφα πὴς πατρίζα.

26 Puduerit, ἐπαισχυνθῇ. Vulgata, Erubuerit. Optarim (inquit in hunc locum Eraſmus) Latinum eſſe quod poſuit Vetus interpres. Atqui ſic loquitur Virgilius Æneid. 1, ſed iura fidémque Supplicis erubuit. Sed hoc tamen eſt μακαίτερον.

28 Dies octo interceſſerant, ἡμέραι ὀκτώ. Eraſmus, Diebus octo, ἡμέραις ὀκτώ. Ego malui conſtructionem explere. Quomodo verò cum Matthæo & Marco conciliandus ſit Lucas, diximus Marci 9. a. 1.

31 Exitum, τὴν ἔξοδον. Vulg. & Eraſ. Exceſſum, rectè quidem & eleganter, ſed ambiguè. Itaque nonnulli hac ambiguitate decepti, quòd Græca ignorarent, perinde ſunt interpretati acſi ἔκστασιν declararet: nonnulli rurſus, tanquam excellentiam ac præſtantiam, id eſt ἔξοχὴν aut ὑπεροχὴν, ſignificet. Accipitur autem Exitus pro morte apud idoneos etiam authores, vt annotat Valla. Quo futurum erat vt defungeretur, ἣν ἤμελλε πληροῦν. Vulg. & Eraſ. ad verbum, Quem completurus erat. Ego malui ſynonymum quærere, quo tamen optimè declaratur verbi Græci emphaſis. Fuit enim mors illa omnium acerbiſſima inſtar muneris impoſita Chriſto, quo ipſe non minus promptè quàm fideliter eſt defunctus, ita vt omnes Mediatoris partes impleuerit.

32 Quum autem euigilaſſent, διαγρηγορήσαντες δέ. Vulgata & Eraſmus, Experrecti, διυπνίσθεντες.

Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ διαχωρίζεσθαι αὐτοὺς ἀπ' αὐτοῦ, εἶπεν ὁ Πέτρος πρὸς τὸν Ἰησοῦν, Ἐπιστάτα, καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι· καὶ ποιήσωμεν σκηνὰς τρεῖς, μίαν σοι, καὶ Μωσεῖ μίαν, καὶ μίαν Ἠλίᾳ· μὴ εἰδὼς ὃ λέγει.

33 Et factum est quum illi discederẽt ab eo, dixit Petrus ad Iesũ, Magister, bonũ est nos hic esse: atque adeo faciamus tria tabernacula, vnum tibi, & vnũ Mosi, & vnum Eliæ nesciens quid diceret.

33 Et factum est quũ discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum, Præceptor, bonum est nos hic esse: & faciamus tria tabernacula, vnum tibi, & vnum Moysi, & vnum Eliæ: nescius quid diceret.

Ταῦτα δὲ αὐτοῦ λέγοντος, ἐγένετο νεφέλη, καὶ ἐπεσκίαζεν αὐτοῖς· ἐφοβήθησαν δὲ ἐν τῷ εἰσελθεῖν εἰς τὴν νεφέλην.

34 Hæc autem ipso dicente, extitit nubes quæ inumbrauit eos: timuerũt autem dum ingrederentur in nubem.

34 Hæc autem illo loquente, facta est nubes, & obumbrauit eos: & timuerunt intrantibus illis in nubem.

Καὶ φωνὴ ἐγένετο ἐκ τῆς νεφέλης, λέγουσα, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός· αὐτοῦ ἀκούετε.

35 Et vox extitit è nube, dicens, Hic est filius ille meus dilectus: ipsum audite.

35 Et vox facta est de nube, diens, Hic est filius meus dilectus: ipsum audite.

Καὶ ἐν τῷ γενέσθαι τὴν φωνὴν εὑρέθη Ἰησοῦς μόνος· καὶ αὐτοὶ ἐσίγησαν, καὶ οὐδενὶ ἀπήγγειλαν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις ἃ ἑωράκασιν.

36 Et ˇpostquam vox illa extitisset, inuentus est Iesus solus: ipsi autem siluerũt, & nulli declararunt ˇper id tempus quicquam eorum quæ viderant.

36 Et dum fieret vox, inuentus est Iesus solus: & ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex ijs quæ viderant.

Matth. 17. b. 14 marci 9. c. 57

Ἐγένετο δὲ ἐν τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ, κατελθόντων αὐτῶν ἀπὸ τοῦ ὄρους, συνήντησεν αὐτῷ ὄχλος πολύς.

37 ¶Factum est autem sequenti die, quum ipsi descendissent de mõte, occurrit ei turba multa.

37 Factum est autem insequenti die, descendentibus illis de monte, occurrit illi turba multa.

Καὶ ἰδοὺ, ἀνὴρ ἀπὸ τοῦ ὄχλου ἀνέκραξε, λέγων, Διδάσκαλε, δέομαί σου, ἐπίβλεψον ἐπὶ τὸν υἱόν μου, ὅτι μονογενής μοί ἐστι·

38 Et ecce, quidam è turba exclamauit, dicens, Magister, rogo te, respice ad filium meum: nã vnigenitus est mihi.

38 Et ecce, vir de turba exclamauit, dicens, Magister, obsecro te, respice in filium meum, quia unicus est mihi.

Καὶ ἰδοὺ, πνεῦμα λαμβάνει αὐτόν, καὶ ἐξαίφνης κράζει, καὶ σπαράσσει αὐτὸν μετὰ ἀφροῦ, καὶ μόγις ἀποχωρεῖ ἀπ' αὐτοῦ, συντρῖβον αὐτόν.

39 Et ecce, spiritus arripit eum, & repẽtè clamat, & discerpit eũ cum spuma, & vix discedit ab eo, ˇconterens eum.

39 Et ecce, spiritus apprehendit eum, & subitò clamat, & elidit, & dissipat eum cum spuma, & vix discedit, dilanians eum.

Καὶ εἶπα τοῖς μαθηταῖς σου ἵνα ἐκβάλωσιν αὐτό, καὶ οὐκ ἠδυνήθησαν.

40 Et rogaui discipulos tuos vt ipsum eicerent: sed non potuerunt.

40 Et rogaui discipulos tuos ut eiicerent illum: & non potuerunt.

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν, Ὦ γενεὰ ἄπιστος καὶ διεστραμμένη, ἕως πότε ἔσομαι πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἀνέξομαι ὑμῶν; Προσάγαγε ὧδε τὸν υἱόν σου.

41 Respondens autem Iesus ait, O natio incredula & peruersa, quousque tãdem ero apud vos, & tolerabo vos? Adduc filium tuum huc.

41 Respondens autem Iesus dixit, O generatio infidelis & peruersa, usquequo ero apud uos & patiar uos? Adduc huc filium tuum.

Ἔτι δὲ προσερχομένου αὐτοῦ, ἔρρηξεν αὐτὸν τὸ δαιμόνιον, καὶ συνεσπάραξεν· ἐπετίμησε δὲ ὁ Ἰησοῦς τῷ πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ, καὶ ἰάσατο τὸν παῖδα, καὶ ἀπέδωκεν αὐτὸν τῷ πατρὶ αὐτοῦ.

41 Quum autem adhuc accederet, ˇlacerauit eũ dæmonium, & discerpsit: obiurgauit autem Iesus spiritum impurũ, & sanauit puerum: & reddidit eum patri suo.

41 Et quum accederet, elisit illum dæmonium, & dissipauit. Et increpauit Iesus spiritum immundum, & sanauit puerum: & reddidit illum patri eius.

36 Postquam vox illa ˇextitisset, ἐν τῷ γενέσθαι τὴν φωνήν: id est μετὰ τὸ γενέσθαι, cuius enallages exemplũ aliud occurrit infrà, 11. versu 37. Itaque non videtur Vetus interpres rectè conuertisse, Dum fieret vox.

Per id tempus, ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις. Vulgata & Erasmus ad verbum, In diebus illis. Hunc autem Hebraismum quum alibi sæpe retinuerimus, hîc mutauimus, quòd disertè dicat Marcus discipulos non aliquot diebus duntaxat tacuisse, sed vsquequo Christus resurrexisset.

39 Conterens, συντρῖβον. Vulgata & Erasmus, Dilanians, διασπαράσσον. In nonnullis codicibus legit Erasmus συντρίβοντος, id est atterente seu conterente. Nam vt in morbo etiam comitiali accidit, solent ifti in membrorum conuulsione caput exteráque membra terræ illidere, ita vt sese totos atterant.

41 Lacerauit, ἔρρηξεν. Vulgata, Elisit, id est ἔρριψεν, vt existimat Erasmus, vel potius ἔξέβαλεν.

Ἐξεπλήσσοντο δὲ πάντες ἐπὶ τῇ με- 43 Percellebantur igitur omnes 43 *Stupebant autẽ omnes*
γαλειότητι τοῦ Θεοῦ. Πάντων δὲ θαυμα super magnifica Dei virtute. *in magnitudine Dei. O-*
ζόντων ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, omnibus verò mirantibus ſu- *mnibúſque mirãtibus in*
εἶπε πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, per omnibus quæ faciebat, dixit *omnibus quæ faciebat,*
diſcipulis ſuis, *dixit ad diſcipulos ſuos,*

Θέσθε ὑμεῖς εἰς τὰ ὦτα ὑμῶν τοὺς λό- 44 ¶Reponite vos in aures ve- 44 *Ponite uos in cordibus*
γους τούτους· ὁ γὰρ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου μέλ ſtras ſermones iſtos: futurum eſt *neſtros ſermones iſtos. Fi-* Matth. 17. d. 22
λει παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων. enim vt Filius hominis tradatur in manus hominum. *lius enim hominis futurum eſt ut tradatur in manus hominum.* marci 9. c. 35

Οἱ δὲ ἠγνόουν τὸ ῥῆμα τοῦτο, καὶ 45 Ipſi verò ignorabant dictum 45 *At illi ignorabant uerbum iſtud, & erat uelatum ante eos, ut non ſentirent illud: & timebant eum interrogare de hoc uerbo.*
ἦν παρακεκαλυμμένον ἀπ' αὐτῶν, ἵνα iſtud, erátque ipſis occultum, adeo vt illud non ſentirent: & timebant eum interrogare de hoc dicto.
μὴ αἴσθωνται αὐτό· καὶ ἐφοβοῦντο ἐρωτῆ
σαι αὐτὸν περὶ τοῦ ῥήματος τούτου.

Εἰσῆλθε δὲ διαλογισμὸς ἐν αὐτοῖς, τὸ, 46 ¶Incidit autem diſceptatio 46 *Intrauit autem cogitatio* Matth. 18. a. 1
τίς ἂν εἴη μείζων αὐτῶν. inter eos, quis eſſet eorum maximus. *in eos, quis eorum* marci 9. c. 33
maior eſſet.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἰδὼν τὸν διαλογισμὸν τῆς 47 Ieſus autem viſa cogitatione 47 *At Ieſus uidens cogita-*
καρδίας αὐτῶν, ἐπιλαβόμενος παιδίου, cordis ipſorum, acceptum puerulum ſtatuit apud ſe: *tiones cordis illorum, apprehendit puerum, & ſtatuit illum ſecus ſe:*
ἔστησεν αὐτὸ παρ' ἑαυτῷ·

Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ὃς ἐὰν δέξηται τοῦ- 48 Et dixit eis, Quicunque exce- 48 *Et ait illis, Quicunque*
το τὸ παιδίον ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἐμὲ perit puerulum hunc nomine *ſuſceperit puerum iſtum*
δέχεται· καὶ ὃς ἐὰν ἐμὲ δέξηται, δέχεται meo, me excipit: & quicunque *in nomine meo, me recipit: & quicunque me re-*
τὸν ἀποστείλαντά με. ὁ γὰρ μικρότερος me exceperit, excipit eum qui *ceperit, recipit eum qui*
ἐν πᾶσιν ὑμῖν ὑπάρχων, οὗτος ἔσται μέγας. me miſit. nam qui minimus eſt *me miſit. nam qui minor*
inter vos omnes, is erit magnus. *eſt inter uos omnes, hic*
maior eſt.

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰωάννης εἶπεν, Ἐπι- 49 ¶Reſpondens autem Iohan- 49 *Reſpondens autem Io-* Marci 9. f. 38
στάτα, εἴδομέν τινα ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου nes ait, Magiſter, vidimus quen- *hannes dixit, Præceptor,*
ἐκβάλλοντα τὰ δαιμόνια, καὶ ἐκωλύ dam ſub nomine tuo eiicientẽ *uidimus quendam in no-*
σαμεν αὐτόν, ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ μεθ' ἡ dæmonia, & prohibuimus eum, *mine tuo eiicientem dæ-*
μῶν. quia non ſequitur nobiſcum. *monia, & prohibuimus*
eum, quia non ſequitur
nobiſcum.

Καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, Μὴ κω 50 Et dixit ei Ieſus, Ne prohibe- 50 *Et ait ad illum Ieſus,*
λύετε· ὃς γὰρ οὐκ ἔστι καθ' ὑμῶν, ὑπὲρ te illum: qui enim non eſt aduerſum nos, pro nobis eſt. *Nolite prohibere: qui enim nõ eſt aduerſus nos,*
pro nobis eſt.

43 Magnifica virtute, μεγαλειότητι. Vulgata, Magnitudine, μεγέθει. Eraſmus, Magnificentia, μεγαλοπρεπείᾳ. Ego periphraſin vſurpaui neceſſariò. Nam vt ſolent mirifica illa Chriſti facta vocari μεγαλεῖα, ita virtus illa cæleſtis iſtorum operum effectrix, μεγαλειότης dicitur.

44 In aures veſtras, εἰς τὰ ὦτα ὑμῶν: id eſt, attendite diligenter, & ſemel audita conſeruate. Vulgata, In cordibus veſtris, εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, pro quo dicere ſolet Homerus, σὺ δ' ὦ φίλε θέσθαι ἐνὶ φρεσὶ σῇσιν. & Virgilius, memori quæ condita mente teneto.

45 Occultũ ipſis, παρακεκαλυμμένον ἀπ' αὐτῶν. Sic vſurpatur apud Hebræos נעלם, vt Pſal. 68. a. 6, quum Latini potius tertio caſu vtãtur. Vulgata, Et erat velatum ante eos, vt legiſſe videatur ἦν μεμυημένον αὐτοῖς. Eraſmus, Abſconditum ab illis: quæ interpretatio etiam ambigua eſt.

46 Incidit autem diſceptatio, εἰσῆλθε δὲ διαλογισμός. Vulg. & Eraſ. Intrauit autẽ cogitatio. Atqui apparet ex Mar. 9. v. 34, habitã fuiſſe in via diſputationem de ea re inter diſcipulos, vbi vtitur Euangeliſta verbo διαλογίζεσθαι. Itaque εἰς αὐτοὺς non rectè conuertit Vetus interpres In eos, quum apud Marcum ſcriptum ſit πρὸς ἀλλήλους.

47 Viſa, εἰδὼν. Quod oculorum eſt, ad animum transfertur: quemadmodum etiam paulo antè poſitum eſt αἰσθάνεσθαι, pro συνιέναι, id eſt ſentire pro intelligere. In nonnullis autem codicibus legitur εἰδὼς, quum ſciret. Cogitatione, τὸν διαλογισμόν. Superiore verſiculo Diſceptationem ſum interpretatus: ſed pro Cogitatione hic accipi, ſatis indicat cordis nomen. Nam ita in via de hac re diſceptarunt diſcipuli vt Chriſtum id celatum vellent.

48 Erit, ἔσται. Vulgata legit ἐστὶν, eſt, in præſenti: quam lectionem magis ſinceram eſſe puto. Sed & pro τῶν νηπίων, hunc puerulum, fortaſſis legendum eſt τοῦτον νήπιον, huiuſmodi puerulum.

50 Ne prohibete illum, μὴ κωλύετε. In duobus exemplaribus ſtatim ſubiicitur, οὐ γὰρ ἔστι καθ' ὑμῶν, non eſt enim contra vos. deinde ſubiicitur, ὃς γὰρ οὐκ ἔστι, &c

Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὰς ἡμέρας τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐστήριξε τοῦ πορεύεσθαι εἰς Ἱερουσαλήμ.

51 Factum est autem, quum impleretur tempus quo sursum reciperetur, tum ipse sese obfirmauit vt proficisceretur in Hierusalem.

51 Factum est autem dum complerentur dies assumptionis eius, & ipse faciem suam firmauit ut iret in Ierusalem.

Καὶ ἀπέστειλεν ἀγγέλους πρὸ προσώπου αὐτοῦ· καὶ πορευθέντες εἰσῆλθον εἰς κώμην Σαμαρειτῶν, ὥστε ἑτοιμάσαι αὐτῷ.

51 Misitque nuntios ante faciē suam: qui profecti ingressi sunt in vicum Samaritanorum, vt pararent ei hospitium.

51 Et misit nuntios ante conspectum suum, & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum, ut pararent illi.

4. Reg. 8. 5. 10, & 12

Καὶ οὐκ ἐδέξαντο αὐτόν, ὅτι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἦν πορευόμενον εἰς Ἱερουσαλήμ.

53 Sed illi non receperunt eum, quòd habitum præferret proficiscentis in Hierusalem.

53 Et non receperunt eū, quia facies eius erat euntis in Ierusalem.

Ἰδόντες δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης, εἶπον, Κύριε, θέλεις εἴπωμεν πῦρ καταβῆναι ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἀναλῶσαι αὐτούς, ὡς καὶ Ἠλίας ἐποίησε;

54 Quum autem hoc vidissent discipuli eius Iacobus & Iohannes, dixerunt, Domine, vis dicamus vt ignis descendat è cælo, & consumat eos, vt etiam Elias fecit?

54 Quum uidissent autem discipuli eius Iacobus & Iohannes, dixerūt, Domine, uis dicamus ut ignis descendat de cælo, & consumat illos?

Στραφεὶς δὲ ἐπετίμησεν αὐτοῖς, καὶ εἶπεν, Οὐκ οἴδατε οἵου πνεύματός ἐστε ὑμεῖς.

55 Sed conuersus Iesus obiurgauit eos, dicens, Nescitis cuius spiritus vos sitis.

55 Et conuersus increpauit illos, dicens, Nescitis cuius spiritus estis.

Mat. 8. c. 19

Ὁ γὰρ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε ψυχὰς ἀνθρώπων ἀπολέσαι, ἀλλὰ σῶσαι. Καὶ ἐπορεύθησαν εἰς ἑτέραν κώμην.

56 Filius autem hominis non venit vt perderet animas hominum, sed vt seruaret. Abierunt igitur in alium vicum.

56 Filius hominis non uenit animas perdere, sed saluare. Et abierunt in alium uicum.

51 Tempus quo sursum reciperetur, καὶ ἡμέρας τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ. Vulgata & Erasmus, Dies assumptionis eius. Sed (vt rectè obseruauit idem Erasmus Act. 1. a. 2) Assumi potius respondet τῷ ἀνεσταλαι Ca. 24. 51. cui tamen in eo non assentior quòd in ἀνάληψις putet præpositionem ἀνὰ declarare τὸ πάλιν, id est rursum: quum potius ascensum in superiorem locum significet. quod vt exprimerē, coactus sum periphrasin quærere, & à Græcis aliquantulum deflectere. Cæterùm quia apud Græcos ἀναλαμβάνειν τὸν πατέρα, opponitur τῷ ἀποκηρύττειν, sicut apud Latinos Agnitio liberorum contraria est Abdicationi: existimat doctissimus Budæus ἀνάληψιν hoc loco significare id tempus quo Christus antea velut à Patre abdicatus, ab eodem est agnitus, & in paternam domum receptus. Sed hæc argutia mihi non placet Sese obfirmauit, τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐστήριξε. Hebraicè, נתן פנו, תכן פנו, vt Ezech. 4. 2. 3. Nā נתן פנו non lego nisi in vitio positum, vt Prouerb. 21. d. 29. Significatur autem hoc genere dicendi, Christum certo iam proposito moriendi sese dedisse in viam, & deposito omni mortis terrore iter ingressum. Nām qui aliquò proficiscitur, eò conuertat vultum necesse est: sed verbo תכן aliquid etiam amplius significatur quàm vt simpliciter dicatur vultum suum direxisse Hierusalem versus. Quia verò obscurior visa est interpretatio si dicamus ad verbum, Obfirmauit faciem suam, perinde conuerti acsi scriptum esset, ἐστήριξεν ἑαυτὸν, quum alioquin apud Hebræos sæpe hæc periphrasis vsurpetur simplicis affixi loco, vt versiculo sequenti, Ante faciem suam, nihil aliud declarat quàm Ante se. In summa, hæc est sententia, Christum, quum ipsius hora venisset, obfirmato animo iter ingressum esse.

52 In vicum, εἰς κώμην. In quibusdam codicibus legitur εἰς πόλιν, in vrbem: quam lectionem sequutus est Vetus interpres. Sed illam præfero: quia postea sequitur εἰς ἑτέραν κώμην, in alium vicum. Non fit igitur hoc loco mētio ipsius Samariæ metropolis, quam Euangelista non vocasset κώμην, quum iam esset magnificè constructa ab Herode Antipatri filio, qui Sebasten illam ab Augusto cognominauit: sed potius vicus aliquis obscurus eius regionis significatur. Vt pararent ei hospitium, ἑτοιμάσαι αὐτῷ. Sic apud Hebræos vsurpari solent verba καταπαύειν & ita ponitur τὸ ἀποκαθίστημι Act. 10. b. 10.

53 Quòd habitum præferret proficiscentis, ὅτι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἦν πορευόμενον. Ad verbum, Quia facies eius erat vadens. Sed, (inquit Erasmus) sicut oculi loqui dicuntur qui innuunt quod dictum velis, ita facies ire dicitur quæ præ se ferat iter aliquò destinatum esse. Ego verò per πρόσωπον intelligo totum habitum, ex quo facilè perspicere potuerunt Samaritani, Christū cum suis Iudæum esse, & Hierosolymam ad diem festum Paschæ proficisci. Norūt autem omnes quæ fuerit Samaritanorū hæresis de templo Hierosolymitano, quæ paucis explicatur Iohan. 4. c. 20.

54 Dicamus, εἴπωμεν: id est iubeamus: quem Hebraismum sæpe iam exposuimus. Vt etiam Elias fecit ὡς καὶ Ἠλίας ἐποίησεν; Hæc non legimus in quodam codice & in Vulgata editione: minimè tamen videntur expungenda, quum insignem doctrinam cōtineant peruersæ quorundam κακοζηλίας. Reperiuntur etiam & explicantur apud Theophylactum.

55 Cuius spiritus sitis, οἵου πνεύματός ἐστε. Spiritum vocat, Hebræorum more, animi motum, qui partim ab interiore, partim ab externo aliquo afflatu proficiscitur, puta vel à Spiritu sancto, vel à spiritu malo. Inde factū vt dona Dei vocentur Spiritus: & econtrario quoque vitia hoc etiam nomine appellentur, vt spiritus auaritiæ, superbiæ, furoris, & eiusmodi multa quæ passim occurrunt.

56 Animas hominū, ψυχὰς ἀνθρώπων. Heb. נפש אדם: id est, homines ipsos, aut hominū vitā. Cōperimus

autē hæc omnia, καὶ ἄλλοι, οὐκ εἰσὶν ἐν πολλοῖς ἀντιγράφοις. ὁ δὲ ἰδὼν τὸν ἀνθρώπον οὐκ ἔλαβε ψυχὰς ἀνθρώπων ἀπολέσαι, ἀλλὰ σῶσαι, deesse in quinque vetustis codicibus. Rursum in quibusdam annotat Erasmus non addi ἀνθρώπων, quod etiā omittitur in Vetere editione.

Ἐγένετο δὲ πορευομένων αὐτῶν, εἶπέ τις πρὸς αὐτὸν, Ἀκολουθήσω σοι ὅπου ἐὰν ἀπέρχῃ, Κύριε.

57 Factum est autem proficiscē tibus ipsis, quidam in via dixit ei, Sequar te quocunque ieris, Domine.

57 *Factum est autem ambulantibus illis, in via dixit quidam ad illum, Sequar te quocūque ieris, Domine.*

Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι, καὶ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, κατασκηνώσεις· ὁ δὲ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ.

58 Dixit autem ei Iesus, Vulpes lustra habent, & volucres cæli, nidos: Filius autē hominis non habet vbi caput inclinet.

58 *Et dixit illi Iesus, Vulpes foueas habent, & volucres cæli, nidos: Filius autem hominis non habet vbi caput reclinet.*

Εἶπε δὲ πρὸς ἕτερον, Ἀκολούθει μοι. Ὁ δὲ εἶπε, Κύριε, ἐπίτρεψόν μοι ἀπελθόντι πρῶτον θάψαι τὸν πατέρα μου.

59 ‖Ait autem ad alium quendam, Sequere me. Ille verò dixit, Domine, permitte mihi vt prius abeā ac sepeliam patrem meū.

59 *Ait autem ad alterum, Sequere me. Ille autem dixit, Domine, permitte mihi primùm ire, & sepelire patrem meum.* Matth.8.c.22

Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς· σὺ δὲ ἀπελθὼν διάγγελλε τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

60 Dixit autem ei Iesus, Sine vt mortui sepelīāt mortuos suos: tu verò profectus annuntia regnum Dei.

60 *Dixitque ei Iesus, Sine ut mortui sepeliant mortuos suos: tu autem vade, annūtia regnum Dei.*

Εἶπε δὲ καὶ ἕτερος, Ἀκολουθήσω σοι Κύριε, πρῶτον δὲ ἐπίτρεψόν μοι ἀποτάξασθαι τοῖς εἰς τὸν οἶκόν μου.

61 Dixit autem etiam alius, Sequar te Domine: sed permitte mihi prius vt valedicam iis qui sunt domi meæ.

61 *Et ait alter, Sequar te Domine: sed permitte mihi primùm renuntiare iis qui domi sunt.*

Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, Οὐδεὶς ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον, καὶ βλέπων εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

62 Ait autem ei Iesus, Nemo qui manu sua admota aratro, respexerit ad ea quæ retro sunt, appositus est ad regnum Dei.

62 *Ait ad illum Iesus, Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei.*

Κεφάλαιον ιʹ

CAP. X.

Μετὰ δὲ ταῦτα ἀνέδειξεν ὁ Κύριος καὶ ἑτέρους ἑβδομήκοντα, καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς ἀνὰ δύο πρὸ προσώπου αὐτοῦ, εἰς πᾶσαν πόλιν καὶ τόπον οὗ ἔμελλεν αὐτὸς ἔρχεσθαι.

1 POst hæc autem designauit Dominus etiam alios ᵛ septuaginta, misitque eos binos ante faciem suam in omnē vrbem & locum quò futurum erat vt ipse veniret.

1 *Post hæc autem designauit Dominus & alios septuagintaduos, & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum quò erat ipse venturus.*

Ἔλεγεν οὖν πρὸς αὐτούς, Ὁ μὲν θερισμὸς πολύς, οἱ δὲ ἐργάται ὀλίγοι· δεήθητε οὖν τοῦ Κυρίου τοῦ θερισμοῦ ὅπως ἐκβάλλῃ ἐργάτας εἰς τὸν θερισμὸν αὐτοῦ.

2 Dicebat ergo eis, ‖Messis quidem multa, sed operarii pauci: rogate ergo dominū messis vt emittat operarios in messem suam.

2 *Et dicebat illis, Messis quidem multa, operarii autem pauci: rogate ergo Dominum messis vt mittat operarios in messem.* Mat.9.d.37

Ὑπάγετε, ἰδοὺ, ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς ἄρνας ἐν μέσῳ λύκων.

3 ‖Abite, ecce, ego mitto vos vt agnos in medium luporum.

3 *Ite, ecce, ego mitto vos sicut agnos inter lupos.* Mat.10.b.16

Μὴ βαστάζετε βαλλάντιον, μὴ πήραν, μηδὲ ὑποδήματα· καὶ μηδένα κατὰ τὴν ὁδὸν ἀσπάσησθε.

4 Ne portate crumenā, neque peram, neque calceamenta: ‖& neminem in via salutaueritis.

4 *Nolite portare sacculū, neque peram, neque calceamenta: & neminē per viam salutaueritis.* 2.Reg.c.13

61 Vt valedicam, ἀποτάξασθαι. Vulgata, Renuntiare. Vide Mar.6.f.46.

IN CAPVT X.

1 Septuaginta, ἑβδομήκοντα. In vetere editione legimus Septuaginta duos, cæsūne an errore, nescio, quū vetustissimi quique interpretes 70 tantùm recenseant, vt copiosius ostendit Erasmus in hunc locum. Sed in vno codice additum reperimus μαθητάς, discipulos: quo fit vt suspicer, in Vetere editione quū scriptū esset ΟΥΣ. (vt sæpe librarii indocti ista cōpendia quæsierunt) postea nonnullos ex ΟΥΣ, duos fecisse: qui deinde versiculum 17 corruperunt, quum ex huius capitis initio vellent eum emendare. Verùm in eodem illo codice scriptum erat ΟΓΔΟΜΗΚΟΝΤΑ. Nō, vt planè nihil certi habeā quod constituam, nisi quòd præstat (opinor) septuaginta legere, quū cætera exemplaria in ea lectione consentiant. Nam quod veteres huc adferunt de duodecim fontibus & 70 palmis, nihil habet solidi: neque verò res ista tanti est momenti vt de ea contendere oporteat.

4 Neminē in via salutaueritis, μηδένα κατὰ τὴν ὁδὸν ἀσπάσησθε. Hyperbolica loquutio qua vtūtur Hebræi quū alicui præcipitur vt celeriter & nulla prorsus interiecta mora aliquid obeat, 1.Reg.4.v.29. Alioqui comes & humanæ salutationes inter Christiana quoque officia numerātur. Hæc omnia igitur sunt κατὰ τὸν καιρόν, & habita temporis ratione explicanda. vt planè ridiculi sint Monachi, quū votū illud ficticiæ paupertatis quā vocant, & Anabaptistæ quoque quū suam illam κοινωνίαν conantur hoc testimonio confirmare.

Matth. 10. b. 12 marci 6. b. 10

Εἰς ἣν δ' ἂν οἰκίαν εἰσέρχησθε, πρῶτον λέγετε, Εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ.

5 ‖In quamcunque domum ingrediamini, primùm dicite, Pax huic domui.

5 *In quamcunque domũ intraueritis, primùm dicite, Pax huic domui.*

Καὶ ἐὰν μὲν ᾖ ἐκεῖ ὁ υἱὸς εἰρήνης, ἐπαναπαήσεται ἐπ' αὐτὸν ἡ εἰρήνη ὑμῶν· εἰ δὲ μήγε, ἐφ' ὑμᾶς ἀνακάμψει.

6 Quòd si fuerit illic ᵛquispiam filius pacis, requiescet super eũ pax vestra: sin minus, ad vos reuertetur.

6 *Et ſi ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra: ſin autem, ad nos reuertetur.*

Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ οἰκίᾳ μένετε, ἐσθίοντες καὶ πίνοντες τὰ παρ' αὐτῶν· ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ ἐστί. Μὴ μεταβαίνετε ἐξ οἰκίας εἰς οἰκίαν.

Deut. 24. c. 14 matth. 10. b. 10 1. tim. 5. c. 18

7 ᵛManete autem ᵛin ea ipſa domo, edentes & bibentes ᵛquæ ab ipſis *appoſita fuerint*: ‖dignus enim eſt operarius mercede ſua. Ne trãſite ᵛè domo in domum.

7 *In eadem autem domo manete edentes & bibentes quæ apud illos ſunt: dignus eſt enim operarius mercede ſua. Nolite trãſire de domo in domũ.*

Matth. 10. b. 11

Καὶ εἰς ἣν δ' ἂν πόλιν εἰσέρχησθε, καὶ δέχωνται ὑμᾶς, ἐσθίετε τὰ παρατιθέμενα ὑμῖν·

8 ‖ᵛSed & in quamcunque vrbem ingreſſi fueritis, & exceperint vos, edite quæ apponuntur vobis:

8 *Et in quãcunque ciuitatẽ intraueritis, & ſuſceperint uos, manducate quæ apponũtur uobis.*

Καὶ θεραπεύετε τοὺς ἐν αὐτῇ ἀσθενεῖς, καὶ λέγετε αὐτοῖς, Ἤγγικεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ.

9 Et ſanate ægrotos qui in ea fuerint, & dicite eis, Appropinquauit ᵛad vos regnum Dei.

9 *Et curate infirmos qui illa ſunt: & dicite illis, Appropinquauit uobis regnum Dei.*

Εἰς ἣν δ' ἂν πόλιν εἰσέρχησθε, καὶ μὴ δέχωνται ὑμᾶς, ἐξελθόντες εἰς τὰς πλατείας αὐτῆς, εἴπατε,

10 In quamcunque autem vrbẽ ingreſſi fueritis, & non exceperint vos, egreſſi in plateas eius, dicite,

10 *In quãcunque autẽ ciuitatẽ intraueritis, & nõ ſuſceperint uos, exeũtes in plateas eius, dicite.*

supra, 9. c. 5 act. 13. g. 51, & 18. b. 6.

Καὶ τὸν κονιορτὸν τὸν κολληθέντα ἡμῖν ἐκ τῆς πόλεως ὑμῶν, ἀπομασσόμεθα ὑμῖν· πλὴν τοῦτο γινώσκετε, ὅτι ἤγγικεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ.

11 ‖Etiam puluerem qui adhæſit nobis ex vrbe veſtra, ᵛvobis abſtergimus: tamẽ hoc ſcitote, appropinquaſſe ad vos regnũ Dei.

11 *Etiam puluerem qui adhæſit nobis de ciuitate veſtra, extergimus uobis: tamẽ hoc ſcitote, quòd appropinquauit regnũ Dei.*

6 Quiſpiam filius pacis, ὁ υἱὸς εἰρήνης. Videtur non fuiſſe hoc loco prætermittendus articulus, cuius quidem vis eſt ἀφορισμένης, quum fere ſoleat vel ἀναφορικῶς, vel κατ' ἐξοχήν poni. Filius autem pacis Hebraico more vocatur qui faueat doctrinæ pacis ſiue Euangelii.

7 Manete, μένετε: id eſt, hoſpitium vobis deligite. quod Græci dicunt καταλύειν. Neque enim τὸ μένειν hîc propriè accipitur pro שכן, id eſt habitare, & ſedes ponere, aut diutius hærere: ſed pro לין, id eſt diuertere & in hoſpitio tantiſper morari dum quieueris, vt cœptum iter perſequaris. Vnde manſionis vocabulum pro hoſpitio & diuerſorio vſurpatum à Suetonio & Plinio, pro quo Hebræi dicunt מלון. In ea autem ipſa domo, ἐν αὐτῇ δὲ τῇ οἰκίᾳ. Vulg. & Eraſ. In eadem autem domo, ἐν τῇ αὐτῇ δὲ οἰκίᾳ. quæ interpretatio etiam ambigua eſt. Poſſunt enim hæc ita accipi quaſi omnes iubeantur eundem habere hoſpitem, vel quaſi prohibeãtur hoſpitiũ mutare: quod paulo pòſt ſubiicitur: adeo vt ſi ita interpreteris, vix poſſit hæc battologia excuſari. Erit autem plana ſententia ſi à Græcis non diſceſſeris. Nemo enim erit qui nõ intelligat præcipi diſcipulis ne de quærendo commodo hoſpite laborent, vti faciunt videlicet qui vel in aliquo loco conſtituerunt diutius cõmorari, vel delicias ac voluptates, commoda denique ſua captant. Iubet igitur econtrario Chriſtus vt diſcipuli in quamcunque domum fuerint ingreſſi, id eſt quæcunque domus illis veniẽtibus patuerit, eam ipſam pro hoſpitio deligant. Neque enim hic inſtituitur ſolennis quædam prædicatio Euangelii, qualis fuit à diſcipulis vſurpata quũ iam Eccleſias conſtituerent: ſed mittuntur iſti tanquam Chriſti apparitores, qui eum ſignificarent aduentare Hieroſolymã, & verum ac vltimum Iubileum promulgarent, nempe vt Chriſtus ſupremarum ſuarum concionum, & paſſionis item ac reſurrectionis plurimos teſtes haberet. Nam quod ad me attinet, ego hæc exiſtimo geſta eſſe in vltima Chriſti profectione, quia ſuperiore cap. verſu 51, addidit Lucas, ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὰς ἡμέρας τῆς ἀναλήμψεως αὐτοῦ: id eſt, quum impleretur tempus quo futurum erat vt ſurſum reciperetur. Quæ ab ipſis *appoſita fuerint*, τὰ παρ' αὐτῶν: ſubaudi ἐσθιόμενα, quod participium exprimitur ſequenti verſiculo. Vulgata Quæ apud illos ſunt: id eſt τὰ παρ' αὐτοῖς, vt Eraſmus rectè annotauit: quanuis quod ad ſententiam attinet, minimum interſit. E domo in domum, ἐξ οἰκίας εἰς οἰκίαν. Hîc demum vetãtur hoſpitium mutare, ob eam cauſam quam paulo antè dixi. & bellè quidem ſcilicet hoc quadrat Mendicantium, quos vocant, fratrum aut ventrum potius inſtituto, quos tamen non pudet profiteri ſe Apoſtolicam vitam agere, quòd hoſtiatim victum mendicare ſoleant.

8 Sed & in quãcunque, καὶ εἰς ἣν ἂν πόλιν. Vulg. & Eraſ. Et in quãcunque, καὶ εἰς ἣν πόλιν ἄν, quum in emendationibus exemplaribus addatur particula ἄν, & ita fere loqui ſoleant diſertiores Græci. Nequis verò exiſtimet hoc verſiculo repeti quod ſuperiore dictum fuerat, ac proinde inanem eſſe battologiam, cõſideranda eſt ratio ſuperiori verſiculo adiuncta. Quũ enim dixiſſet Dominus, Edite & bibite quæ ab hoſpitibus appoſita fuerint, addit rationem, Quia, inquit, dignus eſt operarius mercede ſua. Perinde eſt igitur ac ſi dixiſſet, poſſe ipſos bona conſcientia veſci hoſpitis bonis, etiamſi non haberent vnde ſoluerent, (mittebat enim eos ab omnibus rebus imparatos) quum ali etiam mercenarii ſoleant. Hic autem alius eſt finis ipſi propoſitus. Vult enim vt contenti ſint non modò quouis hoſpitio quod ipſis patuerit, ſed etiam quouis appoſito cibo, nempe ne ſeipſos quærãt, eorum exemplo quorum Deus venter eſt.

9 Ad vos, ἐφ' ὑμᾶς. Vulg. & Eraſ. In vos. Sed conſtat ἐπὶ vſurpari ἀντὶ τοῦ πρός, vt ſuprà etiam annotauimus 3. a. 2. Vrgentur autẽ hæc enallage nõ modò Hebræi, ſed etiam diſertiores Græci. Sic enim Hom. Iliad. κ, ἐγὼ δ' ἐπὶ Νέστορα δῖον ἔβην. 11 Vobis, ὑμῖν. Id eſt aduerſum vos, vt explicatur ſuprà, 9. a. 5. Vulg. & Eraſ. In vos.

Λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι Σοδόμοις ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἀνεκτότερον ἔσται ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ.

11 Dico autem vobis, Sodomorum conditionem die illo tolerabiliorem fore quàm vrbis illius.

11 Dico vobis quia Sodomis in die illa remissius erit quàm illi ciuitati.

Οὐαί σοι Χωραζίν, οὐαί σοι Βηθσαϊδά· ὅτι εἰ ἐν Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἐγένοντο αἱ δυνάμεις αἱ γενόμεναι ἐν ὑμῖν, πάλαι ἂν ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ καθήμενοι μετενόησαν.

13 ¶Væ tibi Chorazin, væ tibi Beth-saida. nam si in Tyro & Sidone editæ fuissent virtutes quæ editæ sunt apud vos, olim cum sacco & cinere sedentes resipuissent.

13 Væ tibi Chorozaim, Matth.11.c.13
væ tibi Beth-saida: quia si in Tyro & Sidone factæ fuissẽt virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere sedentes pœnituerent.

Πλὴν Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἀνεκτότερον ἔσται ἐν τῇ κρίσει, ἢ ὑμῖν.

14 Ideo Tyri & Sidonis tolerabilior erit conditio in iudicio quàm vestra.

14 Veruntamen Tyro & Sidoni remissius erit in iudicio quàm vobis.

Καὶ σύ Καπερναοὺμ μὴ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθήσῃ, ἕως ᾅδου καταβιβασθήσῃ.

15 Et tu Capernaum quæ vsque ad cælum sublata es, vsque ad inferos deprimêris.

15 Et tu Capharnaum usque ad cælum exaltata, usque ad infernum demergeris.

Ὁ ἀκούων ὑμῶν, ἐμοῦ ἀκούει· καὶ ὁ ἀθετῶν ὑμᾶς, ἐμὲ ἀθετεῖ· ὁ δὲ ἐμὲ ἀθετῶν, ἀθετεῖ τὸν ἀποστείλαντά με.

16 ¶Qui vos audit, me audit: & qui vos reiicit, me reiicit: qui verò me reiicit, reiicit eum qui misit me.

16 Qui vos audit, me audit. Mat. 10.d.40
& qui vos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. Iohan.13.c.20

Ὑπέστρεψαν δὲ οἱ ἑβδομήκοντα μετὰ χαρᾶς, λέγοντες, Κύριε, καὶ τὰ δαιμόνια ὑποτάσσεται ἡμῖν ἐν τῷ ὀνόματί σου.

17 Reuersi sunt autem septuaginta cum gaudio, dicentes, Domine, etiam dæmonia subiiciuntur nobis per nomen tuũ.

17 Reuersi sunt autem septuaginta cum gaudio, dicentes, Domine, etiam dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo.

Εἶπε δὲ αὐτοῖς, Ἐθεώρουν τὸν Σατανᾶν, ὡς ἀστραπὴν, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα.

18 Ipse autem dixit eis, Spectabã Satanam, vt fulgur, è cælo cadentem.

18 Et ait illis, Videbam Satanam, sicut fulgur, de cælo cadentem.

Ἰδοὺ, δίδωμι ὑμῖν τὴν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ· καὶ οὐδὲν ὑμᾶς οὐ μὴ ἀδικήσῃ.

19 Ecce, do vobis potestatem calcandi serpentes & scorpiones, & supra omnem vim inimici: & nihil vos lædet.

19 Ecce, dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit.

Πλὴν ἐν τούτῳ μὴ χαίρετε, ὅτι τὰ πνεύματα ὑμῖν ὑποτάσσεται· χαίρετε δὲ μᾶλλον ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγγέγραπται ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

20 Sed de eo ne gaudete quòd spiritus vobis subiiciantur: gaudete verò potius quòd nomina vestra scripta sint in cælis.

20 Veruntamen in hoc nolite gaudere quia spiritus vobis subiiciuntur: gaudete autem quòd nomina vestra scripta sunt in cælis.

Ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἠγαλλιάσατο τῷ πνεύματι ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν, Ἐξομολογοῦμαί σοι πάτερ, Κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις· ναὶ ὁ πατὴρ, ὅτι οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου.

21 Eo ipso momento exultauit Iesus spiritu, & dixit, Cõfiteor tibi Pater, Domine cæli & terræ, quòd hæc absconderis à sapientibus & intelligentibus, & detexeris ea infantibus: etiam Pater, quia ita placuit tibi.

21 In ipsa hora exultauit spiritu & dixit, Confiteor tibi Pater, Domine cæli & terræ, quòd abscondidisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea parunlis: etiam Pater, quoniam sic placuit ante te.

14 Ideo, πλήν. Vulgata & Erasmus, Veruntamen. Vide Matth.11.c.22.

16 Reiicit, ἀθετεῖ. Vide Marci 6.d.26.

17 Per nomen tuum, ἐν τῷ ὀνόματί σου. Recté. Nec enim discipuli in edendis miraculis plena illa potestate & summo imperio vtebantur, ficut ex Actis Apostolicis liquet, sed Christi nomen innocabant, cuius se duntaxat ministros esse fatebantur.

18 Spectabam, ἐθεώρουν. Annotat Erasmus se in quibusdam codicibus legisse, Videbant: quam interpretationem planè repudio. Cadentem, πεσόντα. Collocatur Satan in aere cum suis Angelis, Ephes.6.v.12. Inde verò dicitur detrudi, & quidem cum impetu, quando voce Euangelii potestas ipsius aboletur.

19 Nihil vos lædet, οὐδὲν ὑμᾶς οὐ μὴ ἀδικήσῃ: vel (vt Vulgata & Erasmus) Nihil vobis nocebit. Ponitur enim οὐ μὴ ἀδικήσῃ ἀντὶ τοῦ βλάψει, quum alioquin dicatur ἀδικεῖν quisquis etiam aliquid præter iustum & æquum facere conatur: & omnium iniuriis nulli sint æquè expositi atque ii quibus hoc vnum est curæ vt Deum religiosè colant.

21 Spiritu, τῷ πνεύματι, id est animo. Quanuis enim in tribus vetustis codicibus addatur τῷ ἁγίῳ, id est

ſancto, vt in nonnullis etiam vetuſtis codicibus Latinis legitur :tamen hanc eſſe germanam lectionem puto, nec magis commodè hæc poſſe exponi de Spiritu ſancto quàm quod dicitur Iohan. 13.c.21.turbatus fuiſſe ſpiritu : qui locus optimè explicatur Matth. 26.d.38. Quod autem exiſtimat Eraſmus, de Spiritu ſancto hæc intelligi, quia adiunctus eſt articulus, non ſatis firma ratione nititur, vt alibi oſtendimus. Ita placuit tibi, τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἠγαλλιάσατο εἶπεν. Vide Matth.11.d.26. Cæterùm in vetuſtis codicibus additur, καὶ στραφεὶς πρὸς τοὺς μαθητὰς, εἶπε, & conuerſus ad diſcipulos, dixit : quæ verba non legit Vetus interpres, & ſanè puto hic redundare, quanuis aliter ſentiat Valla.

Παντα παρεδόθη μοι ὑπὸ τοῦ πατρός μου· καὶ οὐδεὶς γινώσκει τίς ἐστιν ὁ υἱός, εἰ μὴ ὁ πατήρ· καὶ τίς ἐστιν ὁ πατὴρ, εἰ μὴ ὁ υἱός, καὶ ᾧ ἐὰν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι.

22 Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo : & nemo nouit quis ſit Filius, niſi Pater : & quis ſit Pater, niſi Filius, & cuicunque voluerit Filius detegere.

22 *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo. Et nemo ſcit quis ſit Filius, niſi Pater : & quis ſit Pater, niſi Filius, & cui voluerit Filius reuelare.*

Matth.13.b.16

Καὶ στραφεὶς πρὸς τοὺς μαθητὰς, κατ' ἰδίαν εἶπε, Μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ οἱ βλέποντες ἃ βλέπετε.

23 Tunc conuerſus ad diſcipulos, ſeorſim dixit, ‖Beati oculi qui vident quæ vos videtis.

23 *Et conuerſus ad diſcipulos ſuos, dixit, Beati oculi qui vident quæ nos videtis.*

Λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι πολλοὶ προφῆται καὶ βασιλεῖς ἠθέλησαν ἰδεῖν ἃ ὑμεῖς βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδαν· καὶ ἀκοῦσαι ἃ ἀκούετε, καὶ οὐκ ἤκουσαν.

24 Dico enim vobis, multos Prophetas & reges cupiuiſſe videre quæ vos videtis, nec vidiſſe : & audire quæ auditis, nec audiuiſſe.

24 *Dico enim vobis quòd multi Prophetæ & reges voluerunt videre quæ nos videtis, & non viderunt : & audire quæ auditis, & non audierunt.*

Mat.22.d.35 marc.12.c.28

Καὶ ἰδοὺ, νομικός τις ἀνέστη, ἐκπειράζων αὐτὸν, καὶ λέγων, Διδάσκαλε, τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω;

25 ‖Tum ecce, quidam Legis interpres ſurrexit, tentans eum, & dicens, Magiſter, quid faciendo, vitam æternam poſſidebo?

25 *Et ecce, quidam Legis peritus ſurrexit, tentans illum, & dicens, Magiſter, quid faciendo, vitam æternam poſſidebo?*

Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτὸν, Ἐν τῷ νόμῳ τί γέγραπται; πῶς ἀναγινώσκεις;

26 At ille dixit ei, In Lege quid ſcriptum eſt ? quomodo legis?

26 *At ille dixit ad eum, In Lege quid ſcriptum eſt ? quomodo legis ?*

Deut.6.e.5

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου· καὶ τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν.

Leuit.19.d.18

27 Ille verò reſpondens dixit, ‖Diliges Dominum Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis, & ex tota cogitatione tua: ‖& proximum tuum vt teipſum.

27 *Ille reſpondens dixit, Diliges Dominum Deum tuum ex toto cor de tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua, & proximum tuum ſicut teipſum.*

Εἶπε δὲ αὐτῷ, Ὀρθῶς ἀπεκρίθης· τοῦτο ποίει, καὶ ζήσῃ.

28 Tum ipſe dixit ei, Rectè reſpondiſti: hoc fac, & viues.

28 *Dixitque illi, Rectè reſpondiſti : hoc fac, & vives.*

Ὁ δὲ θέλων δικαιῶσαι ἑαυτὸν, εἶπε πρὸς τὸν Ἰησοῦν, Καὶ τίς ἐστί μου πλησίον;

29 Ille autem volens ſeiuſtificare ſeipſum, dixit Ieſu, Et quis eſt meus proximus?

29 *Ille autem volens iuſtificare ſeipſum, dixit ad Ieſum, Et quis eſt meus proximus ?*

Ὑπολαβὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν, Ἄνθρωπός τις κατέβαινεν ἀπὸ Ἰερουσαλὴμ εἰς Ἰεριχὼ, καὶ λῃσταῖς περιέπεσεν, οἳ καὶ ἐκδύσαντες αὐτὸν, καὶ πληγὰς ἐπιθέντες, ἀπῆλθον, ἀφέντες ἡμιθανῆ τυγχάνοντα.

30 Excipiens autem Ieſus dixit, Quidã deſcendebat ab Hieruſalem in Iericho, & incidit in latrones, qui expoliato eo & plagis impoſitis abierunt, eo ſeminece relicto.

30 *Suſcipiens autem Ieſus dixit, Homo quidam deſcendebat ab Ieruſalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam deſpoliauerunt eum, & plagis impoſitis abierunt, ſemiuiuo relicto.*

23 Seorſim, κατ' ἰδίαν. Hoc deeſt in Vulgata editione. videtur autem additum quia peculiariter pertinet ad diſcipulos quod dicturus eſt.

29 Iuſtificare ſeipſum, δικαιῶσαι ἑαυτόν : id eſt, ſeipſum à iuſtitia commendare, ſiue ſeſe vt iuſtum approbare. Sic dicitur Iacobo Abraham non modò ex fide, ſed etiam ex operibus iuſtificatus: quam homonymiam qui non animaduerterunt, conati ſunt gratuitã ex fide iuſtificationem eiuſmodi teſtimoniis euertere.

30 Excipiens, ὑπολαβὼν: id eſt (vt loquitur Plato in Euthydemo) ἐκδεξάμενος. pro quo in vernaculo noſtro ſermone diceremus, *prenant la parolle*. Sic Virgilius lib. Æneid. 9, vtitur excipiendi verbo abſolutè poſito, vt annotauit Valla, prolato etiam Xenophontis exemplo. Idem igitur declarat ὑπολαβὼν hoc loco atque ἀποκριθεὶς apud Homerum. quamobrem Eraſmus conuertit, Reſpondens, id eſt ἀποκριθεὶς : quum alioquin etiam ſignificet Exiſtimare, vt ſæpe ſumus interpretati, & Surſum rapi, vt Act.1.b.9. ſiue Suſcipere: quã poſtremam notionem ſequutus hoc loco Vetus interpres, quum conuertiſſet ὑπολαβὼν ſuſcipiens, ſciolus quiſpiam mutauit in Suſpiciens, quaſi hæc Chriſtus dixerit ſublatis in cælum oculis. Plagis impoſitis, πληγὰς

γὰς ἀθῶνης. Sic Latinè conuertit Vetus interpres, quum hoc dicendi genere vtatur Cic. pro Sestio, & alibi sæpe, vt minimè necesse fuerit à Græcis deflectere.

Κατὰ συγκυρίαν δὲ ἱερεύς τις κατέβαινεν ἐν τῇ ὁδῷ ἐκείνῃ· καὶ ἰδὼν αὐτὸν, ἀντιπαρῆλθεν.

31 Fortè autem Sacerdos quidam descendit per eandem viam: qui viso eo, ex aduerso præteriit.

31 Accidit autem vt Sacerdos quidam descenderet eadem via: & viso illo præterijret.

Ὁμοίως δὲ καὶ Λευίτης, γενόμενος κατὰ τὸν τόπον, ἐλθὼν καὶ ἰδὼν, ἀντιπαρῆλθεν.

32 Similiter & Leuita, quum venisset ad eum locum, & illum vidisset, præteriit ex aduerso.

32 Similiter & Leuita, quum esset secus locum, & videret eum, pertransijt.

Σαμαρείτης δέ τις ὁδεύων, ἦλθε κατ' αὐτὸν, καὶ ἰδὼν αὐτὸν, ἐσπλαγχνίσθη.

33 Samaritanus autem quidā iter faciens, venit ad eū, & eo viso, misericordia cōmotus est.

33 Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eū: & videns eū, misericordia motus est.

Καὶ προσελθὼν κατέδησε τὰ τραύματα αὐτοῦ, ἐπιχέων ἔλαιον καὶ οἶνον· ἐπιβιβάσας δὲ αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἴδιον κτῆνος, ἤγαγεν αὐτὸν εἰς πανδοχεῖον, καὶ ἐπεμελήθη αὐτοῦ.

34 Et accedens obligauit eius vulnera, infundens oleum ac vinum: & ipsum impositū suo iumento, duxit in diuersorium, & eius curam egit.

34 Et appropinquās alligauit vulnera eius, infundēs oleū & vinum: & imponens illum in iumentū suum, duxit in stabulū, & curam eius egit.

Καὶ ἐπὶ τὴν αὔριον ἐκβαλὼν, ἐξένεγκε δύο δηνάρια ἔδωκε τῷ πανδοχεῖ, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ἐπιμελήθητι αὐτοῦ· καὶ ὅ,τι ἂν προσδαπανήσῃς, ἐγὼ ἐν τῷ ἐπανέρχεσθαί με, ἀποδώσω σοι.

35 Postero autem die abiens, prolatos duos denarios dedit hospiti, & dixit ei, Curam ipsius age: & quodcunque præterea insumpseris, ego quum rediero, reddam tibi.

35 Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait, Curā illius habe: & quodcūq; supererogaueris, ego quū rediero, reddam tibi.

Τίς οὖν τούτων τῶν τριῶν δοκεῖ σοι πλησίον γεγονέναι τοῦ ἐμπεσόντος εἰς τοὺς λῃστάς;

36 Quis igitur horum trium tibi videtur proximus fuisse illi qui incidit in latrones?

36 Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones?

Ὁ δὲ εἶπεν, Ὁ ποιήσας τὸ ἔλεος μετ' αὐτοῦ. Εἶπεν οὖν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Πορεύου, καὶ σὺ ποίει ὁμοίως.

37 Ille autem dixit, Is qui vsus est misericordia erga eum. Ait igitur ei Iesus, Abi, & tu fac similiter.

37 At ille dixit, Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus, Vade, & tu fac similiter.

Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ πορεύεσθαι αὐτοὺς, καὶ αὐτὸς εἰσῆλθεν εἰς κώμην τινά· γυνὴ δέ τις ὀνόματι Μάρθα ὑπεδέξατο αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς.

38 Factum est verò inter eundū, ipse ingressus est in quendam vicum: mulier autem quædam Martha nomine excepit eum domum suam.

38 Factum est autem dū irent, & ipse intrauit in quoddam castellum: & mulier quædā Martha nomine excepit illum in domum suam.

Καὶ τῇδε ἦν ἀδελφὴ καλουμένη Μαρία, ἣ καὶ παρακαθίσασα παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, ἤκουε τὸν λόγον αὐτοῦ.

39 Et huic erat soror quæ vocabatur Maria, quæ etiam assidens ad pedes Iesu, audiebat ipsius sermonem.

39 Et huic erat soror nomine Maria, quæ etiā sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius.

Ἡ δὲ Μάρθα περιεσπᾶτο περὶ πολλὴν διακονίαν· ἐπιστᾶσα δὲ εἶπε, Κύριε, οὐ μέλει σοι ὅτι ἡ ἀδελφή μου μόνην με κατέλιπε διακονεῖν; εἰπὲ οὖν αὐτῇ ἵνα μοι συναντιλάβηται.

40 Martha verò distrahebatur circa frequens ministerium: superueniens igitur ait, Domine, non est tibi curæ quòd soror mea reliquit me vt sola ministrem? dic ergo ei vt mihi vicissim opituletur.

40 Martha autem satagebat circa frequens ministerium: quæ stetit, & ait, Domine, non est tibi curæ quòd soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi vt me adiuuet.

31 Fortè, κατὰ συγκυρίαν id est κατὰ συμβεβηκὸς, pro quo vulgò dicimus ad verbum *par rencontre*. quod tamen ita est accipiendum vt sciamus hominum quidem consilium ac deliberationem, non autem prouidentiam Dei excludi, quæ ita moderatur rebus omnibus vt casui ac fortunæ nullus prorsus locus relinquatur.

Ex aduerso præteriit, ἀντιπαρῆλθεν. Vulg. & Erasmus, Præterijt, id est παρῆλθεν. Sed non erat (opinor) negligenda particula ἀντὶ, qua significatur, illum non modò non accessisse, sed etiam deflexisse de via, nēpe quòd ei esset religio vel illum contingere, ne cadaueris contactu polluereretur.

32 Quum venisset ad eum locum, ἐλθὼν κατὰ τὸν τόπον. Vulgata, Quum esset secus locum. Erasmus, Quum iret iuxta locum. Vide Marci 6.a.2, & Iohan. 6.b.10. vbi τὸ γίνεσθαι ponitur pro τὸ ἔρχεσθαι. Itaque videtur participium ἐλθὼν, quod in plerisque codicibus additur, redundare, neque etiam conuersum est à Vulgato interprete.

33 Ad eum, κατ' αὐτὸν id est eò loci vbi ille iacebat. aliud enim est κατ' αὐτὸν quàm πρὸς αὐτὸν: ideo Vetus interpres conuertit Secus eum.

40 Superueniens, ἐπιστᾶσα. Vide suprà, 2.b.9. Vt vicissim mihi opituletur, ἵνα μοι συναντιλάβηται: vel, vt

vestibulo constiterit turba, funus in interioribus ædibus positum fuerit. At ego existimo alios non esse passum ingredi, alios verò intus repertos domo eiecisse.

Καὶ ἐπέστρεψε τὸ πνεῦμα αὐτῆς, καὶ ἀνέστη παραχρῆμα· καὶ διέταξεν αὐτῇ δοθῆναι φαγεῖν.

55 Et reuersus est spiritus eius, ac surrexit illico: & ipse præcepit vt ei daretur cibus.

55 Et reuersus est spiritus eius: & surrexit cõtinuò. Et iussit illi dare manducare.

Καὶ ἐξέστησαν οἱ γονεῖς αὐτῆς· ὁ δὲ παρήγγειλεν αὐτοῖς μηδενὶ εἰπεῖν τὸ γεγονός.

56 Et obstupuerunt parentes eius: ipse verò præcepit eis vt nulli dicerent quod factum fuerat.

56 Et stupuerunt parentes eius: quibus præcepit ne alicui dicerent quod factum erat.

Κεφάλαιον θ΄

CAP. IX.

CAP. IX.

Matth.10.a.1 marci 3.b.13 & 6.a.7

Συγκαλεσάμενος δὲ τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ, ἔδωκεν αὐτοῖς δύναμιν καὶ ἐξουσίαν ἐπὶ πάντα τὰ δαιμόνια, καὶ νόσους θεραπεύειν.

1 ¶Conuocatis autem Iesus duodecim discipulis suis, dedit eis vim & potestatem in omnia dæmonia, & morbos sanandi.

1 Conuocatis autem duodecim Apostolis, dedit illis virtutem & potestatem super omnia dæmonia, & vt languores curarent.

Matth.10.a.7

Καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς κηρύσσειν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἰᾶσθαι τοὺς ἀσθενοῦντας.

2 ¶Misitque eos vt prædicarẽt regnum Dei, & sanarent ægrotos.

2 Et misit illos prædicare regnum Dei, & sanare infirmos.

Matth.10.a.9 marci 6.b.8

Καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς, Μηδὲν αἴρετε εἰς τὴν ὁδόν, μήτε ῥάβδους, μήτε πήραν, μήτε ἄρτον, μήτε ἀργύριον, μήτε ἀνὰ δύο χιτῶνας ἔχειν.

3 ¶Et dixit eis, Nihil sumite ad iter, neque virgas, neque peram, neque panem, neque pecuniam: neque binas tunicas habete.

3 Et ait ad illos: Nihil tuleritis in uiã, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniã, neque duas tunicas habeatis.

Καὶ εἰς ἣν ἂν οἰκίαν εἰσέλθητε, ἐκεῖ μένετε, καὶ ἐκεῖθεν ἐξέρχεσθε.

4 Et in quamcunque domum intraueritis, illic manete, & illinc exite.

4 Et in quamcunque domum intraueritis, ibi manete, & inde exeatis.

Exod.10.b.11 matth.10.b.14 marci 6.b.11 act.13.g.51

Καὶ ὅσοι ἂν μὴ δέξωνται ὑμᾶς, ἐξερχόμενοι ἀπὸ τῆς πόλεως ἐκείνης, καὶ τὸν κονιορτὸν ἀπὸ τῶν ποδῶν ὑμῶν ἀποτινάξατε εἰς μαρτύριον ἐπ' αὐτούς.

5 ¶Et quicunque nõ receperint vos, exeuntes exvrbe illa, etiam puluerem à pedibus vestris excutite, in testimonio aduersus eos.

5 Et quicunque non receperint uos, exeuntes de ciuitate illa, etiam pulueres pedum uestrorum excutite in testimonium super illos.

Ἐξερχόμενοι δὲ διήρχοντο κατὰ τὰς κώμας, εὐαγγελιζόμενοι καὶ θεραπεύοντες πανταχοῦ.

6 Exeuntes igitur obibant singulos vicos, euangelizantes & sanantes vbique.

6 Egressi autem circumibant per castella, euãgelizãtes & curãtes ubique.

55 Surrexit, ἀνέστη. Iacent cadauera: puella verò, recepta vita, vt verè illam non modò reuixisse, sed etiam ab omni morbo liberatam esse constaret, surrexit è lecto.

IN CAPVT IX.

1 Duodecim discipulis suis, τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ. In octauo codice legimus τοὺς δώδεκα ἀποστόλους, id est duodecim Apostolis, sensu nihil variato. Placuit tamen hoc annotare, nequis temere Veterem interpretem reprehendat. Theophylactus autem simpliciter legit τοὺς δώδεκα.

2 Et sanarent, καὶ ἰᾶσθαι. Hic libuit quasi παρέργως subiicere quæ Theophylactus in hunc locum annotauit, his verbis, Δῶκε τὴν τῶν διδασκάλων ἰσχυροποιεῖ δόσιν, καὶ κηρύσσειν καὶ θαυματουργεῖν. τὸ γὰρ κήρυγμα δεῖ θαύμασι βεβαιοῦσθαι, ἵνα θαύματα ᾖ τὸ κηρύγματος. πολλοὶ γὰρ πολλὰς θαύματα ἐποίησαν καὶ δαιμόνων, ἀλλ' οὐκ ἦν αὐτοῖς τὸ κήρυγμα θεῖον. διὸ οὐδὲ τὰ θαύματα αὐτῶν καὶ Θεοῦ. Hæc considerent qui miracula separant à verbo.

3 Virgas, ῥάβδους. Sic scriptum inuenimus in omnibus vetustis exemplaribus, præter vnum, quod cum Vetere editione legit βακτηρίαν, id est virgam. Vide Mat.10.b.10. Binas tunicas, ἀνὰ δύο χιτῶνας. Particula ἀνὰ distributionem declarat hoc loco: deerat tamen in vno codice. Habete, ἔχειν: id est ἔχητε, enallage Græcis familiari: quanuis sanè dura sit, quum præcedat αἴρητε, & μήτε subsequatur. Itaque in vno codice scriptum legimus ἔχειν, in alio verò simpliciter scriptum erat, μήτε ἀνὰ δύο χιτῶνας, ita videlicet vt αἴρητε repetatur κατὰ τὸ κοινόν.

4 Et illinc exite, καὶ ἐκεῖθεν ἐξέρχεσθε. In quodam codice scribitur, καὶ ἐκεῖθεν μὴ ἐξέρχεσθε, & ne illinc exeatis: quod in nonnullis etiam Veteris editionis exemplaribus legitur, & à Valla & Erasmo reprehenditur. Mihi verò, etiamsi negationem addideris, videtur eadem manere sententia. Nam in summa prohibet Dominus ne hospitium mutent: iubet igitur vt ex ciuitate aliqua discessuri, illinc exeant quò primùm diuerterint: aut vetat ne quum aliquò semel ingressi fuerint, inde exeant ad alium quærendum hospitem: quoniam videlicet ista promulgatio Euangelii per Apostolos, erat duntaxat veluti discursio quædam, nequis in Iudæa posset ignorantiam aduentus Christi prætexere.

6 Obibant, διήρχοντο, Vulg. & Erasmus, Circumibant, id est περιῄεσαν. Cæterùm τὸ διέρχεσθαι alibi vertimus Transire: hic interpretari maluimus obire, quòd paulò melius videatur huic loco conuenire hæc significatio.

Singulos vicos, κατὰ κώμας. Vulgata & Erasmus, Per castella. Ego exprimendam putaui particulam distributiuam.

Ηκουσε δὲ Ηρῴδης ὁ τετράρχης πάντα τὰ γινόμενα ὑπ' αὐτοῦ πάντα· καὶ διηπόρει, διὰ τὸ λέγεσθαι ὑπό τινων ὅτι Ιωάννης ἐγήγερται ἐκ νεκρῶν

7 ¶Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo: & hæsitabat, propterea quòd dicebatur à quibusdam Iohannem excitatum esse à mortuis:

7 *Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebãt ab eo: & hæsitabat, eo quòd diceretur à quibusdã, Quia Iohãnes surrexit a mortuis:* Matth.14.a.1 marci 6.b.14

Ὑπό τινων δὲ, ὅτι Ηλίας ἐφάνη· ἄλλων δὲ ὅτι προφήτης εἷς τῶν ἀρχαίων ἀνέστη.

8 A quibusdam verò, Eliam apparuisse: ab aliis autem, Prophetam quempiam ex antiquis resurrexisse.

8 *A quibusdam verò, Quia Elias apparuit: ab aliis autem, Quia Propheta unus de antiquis surrexit.*

Καὶ εἶπεν ὁ Ηρῴδης, Ιωάννην ἐγὼ ἀπεκεφάλισα· τίς δέ ἐστιν οὗτος περὶ οὗ ἐγὼ ἀκούω τοιαῦτα; Καὶ ἐζήτει ἰδεῖν αὐτόν.

9 Tunc ait Herodes, Iohannem ego decollaui: quis est autem iste de quo ego talia audio? Et studebat eum videre.

9 *Et ait Herodes, Iohannem ego decollaui: quis est autem iste de quo ego talia audio? Et quærebat videre eum.*

Καὶ ὑποστρέψαντες οἱ ἀπόστολοι διηγήσαντο αὐτῷ ὅσα ἐποίησαν. καὶ παραλαβὼν αὐτοὺς, ὑπεχώρησε κατ' ἰδίαν εἰς τόπον ἔρημον πόλεως καλουμένης Βηθσαϊδά.

10 Reuersi autem Apostoli narrauerunt ei quæcunque fecerãt. ¶Et ipse assumptis illis, secessit priuatim in locum desertum urbis quæ vocatur Bethsaida.

10 *Et reuersi Apostoli narrauerunt illi quæcunque fecerunt. Et assumptis illis secessit seorsum in locum desertum qui est Bethsaidæ.* Mar.14.b.13 marci 6.c.35

Οἱ δὲ ὄχλοι γνόντες, ἠκολούθησαν αὐτῷ· καὶ δεξάμενος αὐτοὺς, ἐλάλει αὐτοῖς περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς χρείαν ἔχοντας θεραπείας ἐποιεῖτο.

11 Quod quum cognouissent turba, secuta est eum: ipse autem excepit eos, & loquebatur eis de regno Dei: & eos quibus sanatione opus erat, sanabat.

11 *Quod quum cognouissent turbæ, secutæ sunt illum: & excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos qui curandi gebant sanabat.*

Η δὲ ἡμέρα ἤρξατο κλίνειν· προσελθόντες δὲ οἱ δώδεκα εἶπον αὐτῷ, Απόλυσον τὸν ὄχλον, ἵνα ἀπελθόντες εἰς τὰς κύκλῳ κώμας καὶ τοὺς ἀγροὺς, καταλύσωσι, καὶ εὕρωσιν ἐπισιτισμόν· ὅτι ὧδε ἐν ἐρήμῳ τόπῳ ἐσμέν.

12 ¶Dies autem cœperat inclinare: & accedentes duodecim dixerunt ei, Dimitte turbam, vt abeuntes in circumiacentes vicos & agros, illuc diuertant, & inueniant cibaria: nam hîc in loco deserto sumus.

12 *Dies autem cœperat declinare: & accedentes duodecim dixerunt illi, Dimitte turbas, ut euntes in castella mullásque quæ circa sunt, diuertant & inueniãt escas: quia hîc in loco deserto sumus.* Mar.14.b.16 marci 6.c.35 i.Reg.6.a.5

Εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς, Δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν. Οἱ δὲ εἶπον, Οὐκ εἰσὶν ἡμῖν πλέον ἢ πέντε ἄρτοι καὶ δύο ἰχθύες, εἰ μήτι πορευθέντες ἡμεῖς ἀγοράσωμεν εἰς πάντα τὸν λαὸν τοῦτον βρώματα.

13 Ipse verò dixit eis, Date ipsis vos quo vescantur. Ipsi verò dixerunt, Non sunt nobis plus quàm quinque panes & duo pisces, nisi nos profecti emamus toti huic populo escas.

13 *Ait autem ad illos, Vos date illis manducare. At illi dixerunt, Non sunt nobis plus quàm quinque panes & duo pisces, nisi fortè nos eamus & emamus in omnem hanc turbam escas.*

7. Hæsitabat, διηπόρει. Hæsitandi verbum videtur potius respondere τῷ ἀπορεῖσθαι: sed tamen satis commodè exprimit τὸ ἀμηχανεῖν, quum de iis dicatur qui ita perplexi & impediti quasi in luto tenentur, vt exitum non inueniãt, quod Græcis declarat πόρος καὶ διέξοδος. Huius rei verũ exemplum qui requirit, consideret quid moliti sint aduersarii veritatis nostræ memoris, & quàm varia subinde consilia frustra capiant.

10 Vrbis quæ vocatur Bethsaida, πόλεως καλουμένης Βηθσαϊδά. Vulgata, Qui est Bethsaidæ, τοῦ Βηθσαϊδά. In nonnullis codicibus legimus Βηθσαϊδάν. Cæterùm dicitur desertum esse eius ciuitatis à qua cognominabatur, quòd vel in eius agro censeretur, vel occurreret iis qui Tiberiade proficiscebantur in eam vrbem. Quomodo autem accipiẽda sit dictio τόπου apud alios Euangelistas in huius historiæ narratione, & qua ratione Matthæus & Marcus cum Iohanne concilientur, dicemus Iohan. 6.

11 Illuc diuertant, καταλύσωσιν. Alibi τὸ καταλύειν cõuertimus dissoluere: quæ est propria huius verbi declaratio. Translatitiè autem accipitur pro recipere se in diuersoriũ: sed de iis tamen propriè dicitur qui curruum iter conficiunt, quia nimirum equos soluunt quum ad diuersorium vẽtum est: qua significatione videtur Martialis vti Interiungendi vocabulo. Apud Latinos autem, qui in hospitium aut potius tabernam concedunt, dicuntur diuertere, quòd de via deflectant: & hospitia ipsa, diuersoria vocantur simili ratione. Cibaria, ἐπισιτισμόν. Vulgata & Erasmus, Escas, βρώματα. Est autẽ ἐπισιτισμὸς propriè (vt existimo) militare vocabulum, & id declarat quod Latini frumentationem dicunt.

13 Plus, πλέον. Erasmus, Plures, id est πλείους: quum in Frobenii editione legatur πλέον. Cic. Opiniones quum tam variæ sint, alterum fieri potest, vt earum nulla: alterum certè non potest, vt plus vna vera sit. Terentius, Ancillas secum adduxit plus decem. Nisi, εἰ μήτι. Sic sæpe in eclipsi adhibentur eiusmodi particulæ ex communi vsu loquendi. Potest autem hoc modo expleri sententia, Non sunt nobis plus quàm quinque panes & duo pisces. Itaque non possumus eis dare quo vescantur, nisi fortè profecti, &c. Sed hoc præterea notandum est, hanc formulam loquendi fere vsurpari quoties absurdum quippiam aut ἀδύνατον sequi significatur: ideo subiicitur, εἰ μὴ τι, aderant enim quibus verbis Lucas causam adfert cur hoc discipuli tam absurdũ iudicarint.

Toti huic populo, εἰς πάντα τὸν λαὸν τοῦτον. Heb. לכל העם הזה, id est qui toti huic populo sufficiat. Vulg. & Eras. ad

verbū, In omnē hūc populū, qua ſignificatione interdū etiā vſurpatur præpoſitio In apud Latinos: ſed ita ferē vt rei potius quàm perſonæ declaradæ adhibeatur: vt apud Terent. reperias, Emptos piſciculos in cœnam ſeni.

Ησαν γὰρ ὡσεὶ ἄνδρες πεντακισχίλιοι. εἶπε δὲ πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, Κατακλίνατε αὐτοὺς κλισίας ἀνὰ πεντήκοντα.

14 Aderant enim quaſi viri quinquies mille. Ait autem diſcipulis ſuis, Facite vt diſcumbant per ſingulos quoſque diſcubitus quinquageni.

14 Erant autem fere viri quinque millia. Ait autē ad diſcipulos ſuos, Facite illos diſcumbere per manipula quinquageni.

Καὶ ἐποίησαν οὕτω· καὶ ἀνέκλιναν ἅπαντας.

15 Ipſi igitur ita fecerunt, & diſcubuerunt *illi* omnes.

15 Et ita fecerunt: & fecerunt diſcumbere omnes.

Λαβὼν δὲ τοὺς πέντε ἄρτους καὶ τοὺς δύο ἰχθύας, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, εὐλόγησεν αὐτοὺς· καὶ κατέκλασε, καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς, παρατιθέναι τῷ ὄχλῳ.

16 Ipſe verò acceptis quinque illis panibus & duobus piſcibus, ſuſpiciens in cælum, benedixit eis: & fregit, deditque diſcipulis vt apponerent turbæ.

16 Accepit autem quinque panes & duos piſces, reſpexit in cælum, & benedixit illis: & fregit & diſtribuit diſcipulis ſuis vt ponerent ante turbas.

Καὶ ἔφαγον, καὶ ἐχορτάσθησαν πάντες· καὶ ἦρθη τὸ περισσεῦσαν αὐτοῖς κλασμάτων, κόφινοι δώδεκα.

17 Comederunt igitur omnes illi, & ſaturati ſunt: & ſublatum eſt quod ſuperfuit ipſis fragmẽtorum, cophini duodecim.

17 Et manducauerunt omnes, & ſaturati ſunt: & ſublatum eſt quod ſuperfuit illis, fragmentorum cophini duodecim.

Matth. 16. b. 31 marci 8. c. 27

Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν προσευχόμενον κατὰ μόνας, συνῆσαν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ· καὶ ἐπηρώτησεν αὐτοὺς, λέγων, Τίνα με λέγουσιν οἱ ὄχλοι εἶναι;

18 ¶Et factum eſt, quum ipſe ſolus precaretur, erant cum eo diſcipuli: interrogauitque eos, dicens, Quem me dicit eſſe turba?

18 Et factum eſt quum ſolus eſſet orans, erant cū illo & diſcipuli: & interrogauit illos, dicens, Quē me dicunt eſſe turbæ?

19 Ipſi autem reſpondentes dixerunt, Iohannem Baptiſtam: alii autem Eliam: alii verò, Prophetam quempiam ex antiquis reſurrexiſſe.

19 At illi reſpondentes, & dixerunt, Iohannem Baptiſtam: alii autem Eliam: alii verò quod a nemo Prophetæ de prioribus ſurrexit.

Οἱ δὲ ἀποκριθέντες εἶπαν, Ἰωάννην τὸν Βαπτιστήν· ἄλλοι δὲ Ἠλίαν· ἄλλοι δὲ, ὅτι προφήτης τις τῶν ἀρχαίων ἀνέστη.

20 Dixit autem eis, Vos verò quẽ me eſſe dicitis? Reſpondens autem Petrus dixit, Chriſtum illum Dei.

20 Dixit autem illis, Vos autem quem me eſſe dicitis? Reſpondens Simon Petrus dixit, Chriſtum Dei.

Εἶπε δὲ αὐτοῖς, Ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι; Ἀποκριθεὶς δὲ Πέτρος εἶπε, Τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ.

21 Ipſe verò interminatus eis, præcepit vt nulli hoc dicerent:

21 At ille increpans illos, præcepit nemi dicere hoc:

Ὁ δὲ ἐπιτιμήσας αὐτοῖς, παρήγγειλε μηδενὶ εἰπεῖν τοῦτο·

Matth. 17. d. 22 marci 8. c. 31

Εἰπὼν, Ὅτι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων καὶ Ἀρχιερέων καὶ Γραμματέων, καὶ ἀποκτανθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθῆναι.

22 Dicens, ¶Oportet Filium hominis multa pati, & reprobari à ſenioribus & principibus Sacerdotum & Scribis, & trucidari, & tertia die excitari.

22 Dicens, Quia oportet Filium hominis multa pati, & reprobari à ſenatoribus & principibus Sacerdotum & Scribis, & occidi: & tertia die reſurgere.

14 Aderant enim, ἦσαν γὰρ. Vulg. & Eraſ. Erant autem, ἦσαν δέ, contra omnium codicum fidem. Per ſingulos quoſque diſcubitus quinquageni, κλισίας ἀνὰ πεντήκοντα. Κλισίας vocat Lucas quæ σπυρίδας vocantur Marci 6. c. 39, vbi expoſuimus hanc loquendi formulam.

15 Diſcubuerunt *illi* omnes, καὶ ἀνέκλιναν ἅπαντες. Sic ſcriptum inuenio in Veteris editionis pleriſque exemplaribus: quam lectionem magis probo quàm ſi ἄνωθεν legas, & interpretetis, Fecerunt omnes diſcumbere: quanuis eiuſmodi repetitiones ſint Hebræis familiares.

16 Benedixit eis, εὐλόγησεν αὐτούς. In quodam codice legimus, εὐχαριστήσας καὶ κατέκλασε, precatus eſt & fregit. Apud Iohannem verò in huius hiſtoriæ narratione 6. b. 11, ſcriptū eſt, καὶ εὐχαριστήσας ἔδωκε, & gratias actis, dedit. Itaque non dubium eſt quin εὐλογεῖν hoc loco ſignificet τὸ εὐχαριστεῖν, id eſt gratias agere. Quia tamen additur relatiuum αὐτοὺς, & nimis abſurdum fuerit cogitare Chriſtum egiſſe panibus gratias, aut precatum eſſe panes ac piſces, emollienda eſt hæc interpretatio. Dicitur ergo panibus benedixiſſe, id eſt de his panibus ac piſcibus gratias egiſſe Deo Patri, & ſimul eùm precatus vt tantilla panum ac piſcium copia tantam multitudinem paſceret: denique vt totum hoc conuiuium ad Dei gloriam referretur. Sic de Samuele dicitur Sam. 9. b. 13. ויברך הזבח: id eſt benedicere ſolet ſacrificio: & à Paulo 1. Tim. 4. b. 5, cibus dicitur ſanctificari verbo & oratione, id eſt gratiarum actione. Vtrunque enim ibi coniungit Apoſtolus, vt hìc quoque coniungẽdum eſt. Nam partim pro cibo præſtito aguntur Deo gratiæ: partim autem petitur vt purè & ſobriè eo vti liceat, vt reliquam vitam in Dei cultu conſumamus. Inde factum vt Chriſtiani dicantur benedicere menſæ, & conſecrare menſam, quū tamen hæc benedictio non ad ipſos cibos, ſed ad Deum potius & conuiuas pertineat. In poculo verò benedictionis, cui benedicimus, (vt ſcribitur 1. Cor. 10. d. 16) vt ipſum benedicendi verbum poſſit eodem modo explicari, tamen prorſus diuerſus eſt benedictionis finis, vt ſuo loco explicabimus. Deditque, καὶ ἐδίδου. Vulgata & Eraſmus, Et diſtribuit, καὶ μετέδωκεν.

18 Solus, κατὰ μόνας, id eſt ſeparatus à turba: niſi malimus exponere ὡς πρὸς ἑαυτὸν, quum fuiſſet, vt ſuprà 3. f. 40, ὡς ἐπὶ ἑαυτοῦ ἦν, quū reuertiſſet. aut fortaſſis quū ſolus oraret, interuenerūt diſcipuli. Diſcipuli, οἱ μαθηταὶ. Vul. & Eraſ. Et diſcipuli, & οἱ μαθηταὶ, quū ne in Frobeniana quidē editione addatur ς, cui certè nullus hic locus eſt. Nam ita ſignificatur alios præterea adfuiſſe: quod ſi verum eſt, qui dici poſſit Chriſtus fuiſſe κατὰ μόνας?

13 Quoddi-

Ελεγε δὲ πρὸς πάντας, Εἴ τις θέλει 23 ‖Dicebat autē omnibus, Si quis vult me ſequi, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuā ᵛquotidie, & ſequatur me.

23 Dicebat autē ad omnes, Si quis vult poſt me ire, abneget ſemetipſū, & tollat crucē ſuā quotidie, & ſequatur me. Infrà, 14.f.27 matth.10.d.38 & 16.d.24 marci 8.d.35

ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ καθ' ἡμέραν, καὶ ἀκολουθείτω μοι.

Ος γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν· ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, οὗτος σώσει αὐτήν.

24 ‖Quiſquis enim voluerit animā ſuā ſeruare, perdet eam: quiſquis verò perdiderit animam ſuā mea cauſa, is ſeruabit eam.

24 Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet illam. nam qui perdiderit animam ſuam propter me, ſaluā faciet illam. Infrà, 17.f.33 matth.10.d.39 & 16.d.25 marci 8.d.35 ioban.12.d.25

Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος κερδήσας τὸν κόσμον ὅλον, ἑαυτὸν δὲ ἀπολέσας, ἢ ζημιωθείς;

25 ‖Quid enim prodeſt cuipiam ſi lucretur vniuerſū mundū, ſe ipſum autem perdat, ſiue ſeipſo multetur?

25 Quid enim proficit homo ſi lucretur vniuerſum mundū, ſe autē ipſū perdat, & detrimētum ſui faciat? Matth.16.d.26 marci 9.d.36

Ος γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους, τοῦτον ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσεται, ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ καὶ τοῦ πατρὸς, καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων.

26 ‖Quem enim ᵛpuduerit mei ac meorum ſermonum, eius pudebit Filium hominis, quando venerit cū gloria ſua & Patris, ſanctorúmque Angelorum.

26 Nā qui me erubuerit & meos ſermones, hunc Filius hominis erubeſcet quū venerit in maieſtate ſua & Patris, & ſanctorum Angelorum. Infrà, 12.b.9 matth.10.d.33 marci 8.d.38 2.tim.2.b.12

Λέγω δὲ ὑμῖν ἀληθῶς, εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων οἳ οὐ μὴ γεύσωνται θανάτου ἕως ἂν ἴδωσι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

27 ‖Dico autem vobis verè, ſunt quidā ex iis qui hīc adſtant qui nequaquam guſtabūt mortem vſquedum viderint regnū Dei.

27 Dico autem vobis verè, ſunt aliqui hīc ſtantes qui non guſtabunt mortē donec videāt regnū Dei. Matth. 16.d.28 marci 9.a.1

Ἐγένετο δὲ μετὰ τοὺς λόγους τούτους ὡσεὶ ἡμέραι ὀκτώ, καὶ παραλαβὼν τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην καὶ Ἰάκωβον, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος προσεύξασθαι.

28 ‖Factum eſt autem, poſt hæc verba quaſi ᵛdies octo *interaſſe-rant*, quum aſſumptis Petro & Iohanne & Iacobo, aſcēdit in mōtem vt precaretur.

28 Factum eſt autem poſt hæc verba ſere dies octo, & aſſumpſit Petrū & Iacobū & Iohannē, & aſcēdit in montē ut oraret. Matth.17.a.2 marci 9.a.1

Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ προσεύχεσθαι αὐτὸν τὸ εἶδος τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἕτερον, καὶ ὁ ἱματισμὸς αὐτοῦ λευκὸς ἐξαστράπτων.

29 Et facta eſt inter precandum ſpecies vultus eius alia, & veſtitus eius albus ac emicans.

29 Et factū eſt, dum oraret, ſpecies vultus eius altera, & veſtitus eius albus & refulgens.

Καὶ ἰδοὺ, ἄνδρες δύο συνελάλουν αὐτῷ, οἵτινες ἦσαν Μωσῆς καὶ Ἠλίας·

30 Et ecce, duo viri colloquebantur cū eo, qui erāt Moſes & Elias:

30 Et ecce, duo viri loquebantur cū illo: erant autē Moyſes & Elias:

Οἳ ὀφθέντες ἐν δόξῃ, ἔλεγον τὴν ἔξοδον αὐτοῦ, ἣν ἤμελλε πληροῦν ἐν Ἰερουσαλήμ.

31 Qui viſi cum gloria, dicebant ipſius ᵛexitum, quo futurum erat vt defūgeretur in Hieruſalē.

31 Viſi in maieſtate: & dicēbāt exceſſum eius quē completurus erat in Ieruſalem.

Ὁ δὲ Πέτρος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἦσαν βεβαρημένοι ὕπνῳ· διαγρηγορήσαντες δὲ εἶδον τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ τοὺς δύο ἄνδρας τοὺς συνεστῶτας αὐτῷ.

32 Petrus verò & qui cum ipſo erant, grauati erāt ſomno: ᵛquū autem euigilaſſent, viderūt gloriā eius, & duos illos viros qui ſtabant cum eo.

32 Petrus verò & qui cū illo erant, grauati erant ſōno: & euigilantes, vidēruntmaieſtatem eius, & duos viros qui ſtabāt cum illo.

23 Quotidie, καθ' ἡμέραν. Hoc neque apud alios Euangeliſtas additur, neque legitur in Complutenſi editione & quinque veteſtis codicibus, neque explicatur à Theophylacto. Eſt tamen magna horum verborum emphaſis, quibus videlicet ſignificatur fore vt ſicut dies diem conſequitur, ita crux crucem excipiat.

25 Si lucretur, κερδήσας: id eſt ἐὰν κερδήσῃ, vt Matthæus & Marcus loquuntur. Sic enim reſoluendum eſt interdum participium apud Græcos, vt in illo Homeri verſiculo Iliad. ι, ἴσον μοι ἔχει κἠείποντι: id eſt ἐὰν πορεύῃ. Subiicitur enim καὶ εἰμάλα πὴς φιλέῃσι.

16 Puduerit, ἐπαισχυνθῇ. Vulgata, Erubuerit. Optarim (inquit in hunc locum Eraſmus) Latinum eſſe quod poſuit Vetus interpres. Atqui ſic loquitur Virgilius Æneid. 1, ſed iura fidémque Supplicis erubuit. Sed hoc tamen eſt μακκόνηρον.

18 Dies octo *interceſſerant*, ἡμέραι ὀκτώ. Eraſmus, Diebus octo, ἡμέραις ὀκτώ. Ego malui conſtructionem explere. Quomodo verò cum Matthæo & Marco conciliandus ſit Lucas, diximus Marci 9. a. 1.

31 Exitum, τὴν ἔξοδον. Vulg. & Eraſ. Exceſſum, rectè quidem & eleganter, ſed ambiguè. Itaque nonnulli hac ambiguitate decepti, quòd Græca ignorarent, perinde ſunt interpretati acſi ἔκβασιν declararet: nonnulli rurſus, tanquam excellentiam ac præſtantiam, id eſſe ἐξοχὴν aut ὑπεροχὴν, ſignificet. Accipitur autem Exitus pro morte apud idoneos etiam authores, vt annotat Valla. Quo futurum erat vt defungeretur, ἣν ἤμελλε πληροῦν. Vulg. & Eraſ. ad verbum, Quem completurus erat. Ego malui ſynonymum quærere, quo tamen optimè declaratur verbi Græci emphaſis. Fuit enim mors illa omnium acerbiſſima inſtar muneris impoſita Chriſto, quo ipſe non minus promptè quàm fideliter eſt defunctus, ita vt omnes Mediatoris partes impleuerit.

32 Quum autem euigilaſſent, διαγρηγορήσαντες δέ. Vulgata & Eraſmus, Experrecti, διαγρήσης.

Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ διαχωρίζεσθαι αὐτοὺς ἀπ' αὐτοῦ, εἶπεν ὁ Πέτρος πρὸς τὸν Ἰησοῦν, Ἐπιστάτα, καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι· καὶ ποιήσωμεν σκηνὰς τρεῖς, μίαν σοι, καὶ Μωσεῖ μίαν, καὶ μίαν Ἡλίᾳ· μὴ εἰδὼς ὃ λέγει.

33 Et factum eſt quum illi diſcederét ab eo, dixit Petrus ad Ieſũ, Magiſter, bonũ eſt nos hic eſſe: atque adeo faciamus tria tabernacula, vnum tibi, & vnũ Moſi, & vnum Eliæ neſciens quid diceret.

33 Et factum eſt quũ diſcederent ab illo, ait Petrus ad Ieſum, Præceptor, bonum eſt nos hic eſſe: & faciamus tria tabernacula, vnum tibi & vnum Moyſi, & vnum Eliæ: neſciens quid diceret.

Ταῦτα δὲ αὐτοῦ λέγοντος, ἐγένετο νεφέλη, καὶ ἐπεσκίαζεν αὐτοῖς· ἐφοβήθησαν δὲ ἐν τῷ εἰσελθεῖν εἰς τὴν νεφέλην.

34 Hæc autem ipſo dicente, extitit nubes quæ inumbrauit eos: timuerũt autem dum ingrederentur in nubem.

34 Hæc autem illo loquente, facta eſt nubes, & obumbrauit eos: & timuerunt intrantibus illis in nubem.

Καὶ φωνὴ ἐγένετο ἐκ τῆς νεφέλης, λέγουσα, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός· αὐτοῦ ἀκούετε.

35 Et vox extitit è nube, dicens, Hic eſt filius ille meus dilectus: ipſum audite.

35 Et vox facta eſt de nube, dicens, Hic eſt filius meus dilectus: ipſum audite.

Καὶ ἐν τῷ γενέσθαι τὴν φωνὴν εὑρέθη Ἰησοῦς μόνος· καὶ αὐτοὶ ἐσίγησαν, καὶ οὐδενὶ ἀπήγγειλαν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις ἃ εἶδον ἑωράκασιν.

36 Et poſtquam vox illa extitiſſet, inuentus eſt Ieſus ſolus: ipſi autem ſiluerũt, & nulli declararunt per id tempus quicquam eorum quæ viderant.

36 Et dum fieret vox, inuentus eſt Ieſus ſolus: & ipſi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex ijs quæ viderant.

Matth. 17. b. 14 marci 9. a. 17

Ἐγένετο δὲ ἐν τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ, κατελθόντων αὐτῶν ἀπὸ τοῦ ὄρους, συνήντησεν αὐτῷ ὄχλος πολύς.

37 Factum eſt autem ſequenti die, quum ipſi deſcendiſſent de mõte, occurrit ei turba multa.

37 Factum eſt autem inſequenti die, deſcendentibus illis de monte, occurrit illi turba multa.

Καὶ ἰδοὺ, ἀνὴρ ἀπὸ τοῦ ὄχλου ἀνεβόησε, λέγων, Διδάσκαλε, δέομαί σου, ἐπίβλεψον ἐπὶ τὸν υἱόν μου, ὅτι μονογενής μοί ἐστι.

38 Et ecce, quidam è turba exclamauit, dicens, Magiſter, rogote, reſpice ad filium meum: nã vnigenitus eſt mihi.

38 Et ecce vir de turba exclamauit, dicens, Magiſter, obſecro te, reſpice in filium meum, quia unicus eſt mihi.

Καὶ ἰδοὺ, πνεῦμα λαμβάνει αὐτόν, καὶ ἐξαίφνης κράζει, καὶ σπαράσσει αὐτὸν μετ' ἀφροῦ, καὶ μόγις ἀποχωρεῖ ἀπ' αὐτοῦ, συντρίβον αὐτόν.

39 Et ecce, ſpiritus arripit eum, & repẽtè clamat, & diſcerpit eũ cum ſpuma, & vix diſcedit ab eo, conterens eum.

39 Et ecce ſpiritus apprehendit eum, & ſubitò clamat, & elidit, & diſſipat eum cum ſpuma, & vix diſcedit, dilanians eum.

Καὶ ἐδεήθην τῶν μαθητῶν σου ἵνα ἐκβάλωσιν αὐτό, καὶ οὐκ ἠδυνήθησαν.

40 Et rogaui diſcipulos tuos vt ipſum eiicerent: ſed non potuerunt.

40 Et rogaui diſcipulos tuos ut eiiarent illum: & non potuerunt.

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν, Ὦ γενεὰ ἄπιστος καὶ διεστραμμένη, ἕως πότε ἔσομαι πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἀνέξομαι ὑμῶν; Προσάγαγε ὧδε τὸν υἱόν σου.

41 Reſpondens autem Ieſus ait, O natio incredula & peruerſa, quouſque tãdem ero apud vos, & tolerabo vos? Adduc filium tuum huc.

41 Reſpondens autem Ieſus dixit, O generatio infidelis & peruerſa, uſquequo ero apud uos & patiar uos? Adduc huc filium tuum.

Ἔτι δὲ προσερχομένου αὐτοῦ, ἔρρηξεν αὐτὸν τὸ δαιμόνιον, καὶ συνεσπάραξεν· ἐπετίμησε δὲ ὁ Ἰησοῦς τῷ πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ, καὶ ἰάσατο τὸν παῖδα, καὶ ἀπέδωκεν αὐτὸν τῷ πατρὶ αὐτοῦ.

41 Quum autem adhuc accederet, lacerauit eũ dæmonium, & diſcerpſit: obiurgauit autem Ieſus ſpiritum impurũ, & ſanauit puerum: & reddidit eum patri ſuo.

41 Et quum accederet, eliſit illum dæmonium, & diſſipauit. Et increpauit Ieſus ſpiritum immundum, & ſanauit puerum: & reddidit illum patri eius.

36 Poſtquam vox illa extitiſſet, ἐν τῷ γενέσθαι τὴν φωνήν: id eſt μετὰ τὸ γενέσθαι, cuius enallages exemplũ aliud occurrit infrà, 11. verſu 37. Itaque non videtur Vetus interpres rectè conuertiſſe, Dum fieret vox.

Per id tempus, ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις. Vulgata & Eraſmus ad verbum, In diebus illis. Hunc autem Hebraiſmum quum alibi ſæpe retinuerimus, hîc mutauimus, quòd diſertè dicat Marcus diſcipulos non aliquot diebus duntaxat tacuiſſe, ſed vſquequo Chriſtus reſurrexiſſet.

39 Conterens, συντρίβον. Vulgata & Eraſmus, Dilanians, διασπαράσσον. In nonnullis codicibus legit Eraſmus συντρίβοντος, id eſt atterente ſeu conterente. Nam vt in morbo etiam comitiali accidit, ſolent iſti in membrorum conuulſione caput cæteráque membra terræ illidere, ita vt ſeſe totos atterant.

41 Lacerauit, ἔρρηξεν. Vulgata, Eliſit, id eſt ἔρριψεν, vt exiſtimat Eraſmus, vel potius ἔξέβαλεν.

Ἐξεπλήσσοντο δὲ πάντες ἐπὶ πᾶσι τῇ με-
γαλειότητι τοῦ Θεοῦ. Πάντων δὲ θαυμα
ζόντων ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς,
εἶπε πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ,

43 Percellebantur igitur omnes ſuper magnifica Dei virtute. omnibus verò mirantibus ſuper omnibus quæ faciebat, dixit diſcipulis ſuis,

43 *Stupebant autẽ omnes in magnitudine Dei. Omnibúſque mirãtibus in omnibus quæ faciebat, dixit ad diſcipulos ſuos,*

Θέσθε ὑμεῖς εἰς τὰ ὦτα ὑμῶν τοὺς λό-
γους τούτους· ὁ γὰρ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου μέλ
λει παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων.

44 Reponite vos in aures veſtras ſermones iſtos: futurum eſt enim vt Filius hominis tradatur in manus hominum.

44 *Ponite vos in cordibus veſtris ſermones iſtos. Filius enim hominis futurum eſt vt tradatur in manus hominum.*

Matth. 17. d. 22 marci 9. f. 35

Οἱ δὲ ἠγνόουν τὸ ῥῆμα τοῦτο, καὶ
ἦν παρακεκαλυμμένον ἀπ' αὐτῶν, ἵνα
μὴ αἴσθωνται αὐτὸ· καὶ ἐφοβοῦντο ἐρωτῆ-
σαι αὐτὸν περὶ τοῦ ῥήματος τούτου.

45 Ipſi verò ignorabant dictum iſtud, erátque ipſis occultum, adeo vt illud non ſentirent: & timebant eum interrogare de hoc dicto.

45 *At illi ignorabant verbum iſtud, & erat velatum ante eos, ut non ſentirent illud: & timebant eum interrogare de hoc verbo.*

Εἰσῆλθε δὲ διαλογισμὸς ἐν αὐτοῖς, τὸ
τίς ἂν εἴη μείζων αὐτῶν.

46 Incidit autem diſceptatio inter eos, quis eſſet eorum maximus.

46 *Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum maior eſſet.*

Matth. 18. a. 1 marci 9. f. 33

Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἰδὼν τὸν διαλογισμὸν τῆς
καρδίας αὐτῶν, ἐπιλαβόμενος παιδίου,
ἔστησεν αὐτὸ παρ' ἑαυτῷ·

47 Ieſus autem viſa cogitatione cordis ipſorum, acceptum puerulum ſtatuit apud ſe:

47 *At Ieſus videns cogitationes cordis illorum, apprehendit puerum, & ſtatuit illum ſecus ſe:*

Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ὃς ἐὰν δέξηται τοῦ-
το τὸ παιδίον ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἐμὲ
δέχεται· καὶ ὃς ἐὰν ἐμὲ δέξηται, δέχεται
τὸν ἀποστείλαντά με. ὁ γὰρ μικρότερος ἐν
πᾶσιν ὑμῖν ὑπάρχων, οὗτος ἔσται μέγας.

48 Et dixit eis, Quicunque exceperit puerulum hunc nomine meo, me excipit: & quicunque me exceperit, excipit eum qui me miſit. nam qui minimus eſt inter vos omnes, is erit magnus.

48 *Et ait illis, Quicunque ſuſceperit puerum iſtum in nomine meo, me recipit: & quicunque me receperit, recipit eum qui me miſit. nam qui minor eſt inter vos omnes, hic maior eſt.*

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰωάννης εἶπεν, Ἐπι-
στάτα, εἴδομέν τινα ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου
ἐκβάλλοντα τὰ δαιμόνια, καὶ ἐκωλύ-
σαμεν αὐτόν, ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ μεθ' ἡ-
μῶν.

49 Reſpondens autem Iohannes ait, Magiſter, vidimus quendam ſub nomine tuo eiicientẽ dæmonia, & prohibuimus eum, quia ſe non ſequitur nobiſcum.

49 *Reſpondens autem Iohannes dixit, Præceptor, vidimus quendam in nomine tuo eiicientem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non ſequitur nobiſcum.*

Marci 9. f. 38

Καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, Μὴ κω
λύετε· ὃς γὰρ οὐκ ἔστι καθ' ὑμῶν, ὑπὲρ
ὑμῶν ἐστιν.

50 Et dixit ei Ieſus, Ne prohibete illum: qui enim non eſt aduerſum nos, pro nobis eſt.

50 *Et ait ad illum Ieſus, Nolite prohibere: qui enim nõ eſt aduerſus nos, pro nobis eſt.*

43 Magnifica virtute, μεγαλειότητι. Vulgata, Magnitudine, μεγέθει. Eraſmus, Magnificentia, μεγαλοπρεπείᾳ. Ego periphraſin vſurpaui neceſſarió. Nam vt ſolent mirifica illa Chriſti facta vocari μεγαλεῖα, ita virtus illa cæleſtis iſtorum operum effectrix, μεγαλειότης dicitur.

44 In aures veſtras, εἰς τὰ ὦτα ὑμῶν: id eſt, attendite diligenter, & ſemel audita conſeruate. Vulgata, In cordibus veſtris, εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν. pro quo dicere ſolet Homerus, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν. & Virgilius, memori quæ condita mente teneto.

45 Occultũ ipſis, παρακεκαλυμμένον ἀπ' αὐτῶν. Sic vſurpatur apud Hebræos נכחד, vt Pſal. 68. a. 6, quum Latini potius tertio caſu vtãtur. Vulgata, Et erat velatum ante eos, vt legiſſe videatur ἦν μεμυσταγωγημένον αὐτοῖς. Eraſmus, Abſconditum ab illis: quæ interpretatio etiam ambigua eſt.

46 Incidit autem diſceptatio, εἰσῆλθε δὲ διαλογισμός. Vulg. & Eraſ. Intrauit autẽ cogitatio. Atqui apparet ex Mar. 9. v. 34, habitã fuiſſe in via diſputationem de ea re inter diſcipulos, vbi vtitur Euangeliſta verbo διαλογίζεσθαι. Itaque εἰς αὐτοὺς non rectè conuertit Vetus interpres In eos, quum apud Marcum ſcriptum ſit πρὸς ἀλλήλους.

47 Viſa, ἰδών. Quod oculorum eſt, ad animum tranſfertur: quemadmodum etiam paulo antè poſitum eſt αἰσθάνεσθαι pro συνιέναι, id eſt ſentire pro intelligere. In nonnullis autem codicibus legitur εἰδώς, quum ſciret. Cogitatione, τὸν διαλογισμόν. Superiore verſiculo Diſceptationem ſum interpretatus: ſed pro Cogitatione hic accipi, ſatis indicat cordis nomen. Nam ita in via de hac re diſceptarant diſcipuli vt Chriſtum id celatum vellent.

48 Erit, ἔσται. Vulgata legit ἐστὶν, eſt, in præſenti: quam lectionem magis ſinceram eſſe puto. Sed & pro τῶν πάντων μείζων, hunc puerulum, fortaſſis legendum eſt τούτων πάντων μείζων, huiuſmodi puerulum.

50 Ne prohibete illum, μὴ κωλύετε. In duobus exemplaribus ſtatim ſubiicitur, οὐ γὰρ ἔστι καθ' ὑμῶν, non eſt enim contra vos. deinde ſubiicitur, ὃς γὰρ οὐκ ἔστι, &c

Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὰς ἡμέρας τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐστήριξε τοῦ πορεύεσθαι εἰς Ἱερουσαλήμ.

51 Factum est autem, quum impleretur ᵛtempus quo sursum reciperetur, tum ipse ᵛsese obfirmauit vt proficisceretur in Hierusalem.

51 *Factum est autem dum complerentur dies assumptionis eius, & ipse faciem suam firmauit ire Hierusalem.*

Καὶ ἀπέστειλεν ἀγγέλους πρὸ προσώπου αὐτοῦ· καὶ πορευθέντες εἰσῆλθον εἰς κώμην Σαμαρειτῶν, ὥστε ἑτοιμάσαι αὐτῷ.

52 Misitque nuntios ante faciē suam: qui profecti ingressi sunt ᵛin vicum Samaritanorum, ᵛvt pararent ei *hospitium*.

52 *Et misit nuntios ante conspectum suum, & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum, ut pararent illi.*

4. Reg. 8. 10, & 12

Καὶ οὐκ ἐδέξαντο αὐτόν, ὅτι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἦν πορευόμενον εἰς Ἱερουσαλήμ.

53 ‖Sed *illi* non receperunt eum, ᵛquòd habitum præferret proficiscentis in Hierusalem.

53 *Et non receperunt eum, quia facies eius erat euntis in Ierusalem.*

Ἰδόντες δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης, εἶπον, Κύριε, θέλεις εἴπωμεν πῦρ καταβῆναι ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἀναλῶσαι αὐτούς, ὡς καὶ Ἠλίας ἐποίησε;

54 Quum autem hoc vidissent discipuli eius Iacobus & Iohannes, dixerunt, Domine, vis ᵛdicamus vt ignis descendat è cælo, & consumat eos, ᵛvt etiam Elias fecit?

54 *Quum uidissent autem discipuli eius Iacobus & Iohannes, dixerunt, Domine, uis dicamus ut ignis descendat de cælo, & consumat illos?*

Στραφεὶς δὲ ἐπετίμησεν αὐτοῖς, καὶ εἶπεν, Οὐκ οἴδατε οἵου πνεύματός ἐστε ὑμεῖς.

55 Sed conuersus Iesus obiurgauit eos, dicens, Nescitis ᵛcuius spiritus vos sitis.

55 *Et conuersus increpauit illos, dicens, Nescitis cuius spiritus estis.*

Luc. 8. c. 19

Ὁ γὰρ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε ψυχὰς ἀνθρώπων ἀπολέσαι, ἀλλὰ σῶσαι. Καὶ ἐπορεύθησαν εἰς ἑτέραν κώμην.

56 ‖Filius autem hominis non venit vt perderet ᵛanimas hominum, sed vt seruaret. Abierunt igitur in alium vicum.

56 *Filius hominis non uenit animas perdere, sed saluare. Et abierunt in aliud castellum.*

51 Tempus quo sursum reciperetur, τὰς ἡμέρας τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ. Vulgata & Erasmus, Dies assumptionis eius. Sed (vt rectè obseruauit idem Erasmus Act. 1. a. 2.) Assumi potius respondet τῷ ἀναλημφθῆναι. Cæterùm quia apud Græcos ἀναλαμβάνεσθαι τὸν οὐρανὸν, opponitur τῷ καταβῆναι, sicut apud Latinos Agnitio liberorum contraria est Abdicationi: existimat doctissimus Budæus ἀνάλημψιν hoc loco significare id tempus quo Christus antea velut à Patre abdicatus, ab eodem est agnitus, & in paternam domum receptus. Sed hæc argutia mihi non placet Sese obfirmauit, τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐστήριξε. Hebraicè, נתן פניו, vt Ezech. 4. a. 3. Nā נתן פנין non lego nisi in vitio positum, vt Prouerb. 21. d. 29. Significatur autem hoc genere dicendi, Christum certo iam proposito moriendi sese dedisse in viam, & deposito omni mortis terrore iter ingressum. Nām qui aliquò proficiscitur, eò conuertat vultum necesse est: sed verbo נתן aliquid etiam amplius significatur quàm vt simpliciter dicatur vultum suum direxisse Hierusalem versus. Quia verò obscurior visa est interpretatio si dicamus ad verbum, Obfirmauit faciem suam, perinde conuerti acsi scriptum esset, ἐστήριξεν ἐαυτὸν, quum alioquin apud Hebræos sæpe hæc periphrasis vsurpetur simplicis affixi loco, vt versiculo sequenti, Ante faciem suam, nihil aliud declarat quàm Ante se. In summa, hæc est sententia, Christum, quum ipsius hora veniisset, obfirmato animo iter ingressum esse.

52 In vicum, εἰς κώμην. In quibusdam codicibus legitur εἰς πόλιν, in vrbem: quam lectionem sequutus est Vetus interpres. Sed illam præfero: quia postea sequitur εἰς ἑτέραν κώμην, in alium vicum. Non fit igitur hoc loco mētio ipsius Samariæ metropolis, quam Euangelista non vocasset κώμην, quum iam esset magnificè constructa ab Herode Antipatri filio, qui Sebasten illam ab Augusto cognominauit: sed potius vicus aliquis obscurus eius regionis significatur. Vt pararent ei *hospitium*, ἑτοιμάσαι αὐτῷ. Sic apud Hebræos vsurpari solent verba לכונן ולהכין: & ita ponitur τὸ ἑτοιμάσαι Act. 10. b. 10.

53 Quòd habitum præferret proficiscentis, ὅτι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἦν πορευόμενον. Ad verbum, Quia facies eius erat vadens. Sed, (inquit Erasmus) sicut oculi loqui dicuntur qui innuunt quod dictum velis, ita facies ire dicitur quæ præ se ferat iter aliquò destinatum esse. Ego verò per πρόσωπον intelligo totum habitum, ex quo facilè perspicere potuerunt Samaritani, Christū cum suis Iudæum esse, & Hierosolymam ad diem festum Paschæ proficisci. Norūt autem omnes quæ fuerit Samaritanorū hæresis de templo Hierosolymitano, quæ paucis explicatur Iohan. 4. c. 10.

54 Dicamus, εἴπωμεν: id est iubeamus: quem Hebraismum sæpe iam exposuimus. Vt etiam Elias fecit ὡς καὶ Ἠλίας ἐποίησεν; Hæc non legimus in quodam codice & in Vulgata editione: minimè tamen videntur expungenda, quum insignem doctrinam cōtineant peruersæ quorundam καταζηλίας. Reperiuntur etiam & explicantur apud Theophylactum.

55 Cuius spiritus sitis, οἵου πνεύματός ἐστε. Spiritum vocat, Hebræorum more, animi motum, qui partim ab interiore, partim ab externo aliquo afflatu proficiscitur, puta vel à Spiritu sancto, vel à spiritu malo. Inde factū vt dona Dei vocentur Spiritus: & econtrario quoque vitia hoc etiam nomine appellentur, vt spiritus auaritiæ, superbiæ, furoris, & eiusmodi multa quæ passim occurrunt.

56 Animas hominū, ψυχὰς ἀνθρώπων. Heb. נפש אדם: id est, homines ipsos, aut hominū vitā. Cōperimus

autē hæc omnia, καὶ ἄπιστι, οὐκ οἶδα πῶ μάμας ἐστὶν ὑμῖν. ὁ δὲ ὑὸς τῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔλθη ψυχὰς ἀνθρώπων ἀπολέσαι, ἀλλὰ σῶσαι, deesse in quinque vetustis codicibus. Rursum in quibusdam annotat Erasmus non addi ἀνθρώπων, quod etiā omittitur in Vetere editione.

Ἐγένετο δὲ πορευομένων αὐτῶν, εἶπέ τις πρὸς αὐτὸν, Ακολουθήσω σοι ὅπου ἐὰν ἀπέρχῃ, Κύριε.

57 Factum est autem proficiscē tibus ipsis, quidam in via dixit ei, Sequar te quocunque ieris, Domine.

57 *Factum est autem ambulantibus illis, & quidam dixit ad illum, Sequar te quocūque ieris, Domine.*

Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ιησοῦς, Αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, κατασκηνώσεις· ὁ δὲ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ.

58 Dixit autem ei Iesus, Vulpes lustra habent, & volucres cæli, nidos: Filius autē hominis non habet vbi caput inclinet.

58 *Et dixit illi Iesus, Vulpes foueas habent, & volucres cæli, nidos: Filius autem hominis non habet vbi caput reclinet.*

Εἶπε δὲ πρὸς ἕτερον, Ακολούθει μοι. Ο δὲ εἶπε, Κύριε, ἐπίτρεψόν μοι ἀπελθόντι πρῶτον θάψαι τὸν πατέρα μου.

59 ‖Ait autem ad alium quendam, Sequere me. Ille verò dixit, Domine, permitte mihi vt prius abeā ac sepeliam patrem meū.

59 *Ait autem ad alterum, Sequere me. Ille autem dixit, Domine, permitte mihi primùm ire, & sepelire patrem meum.* Matth.8.c.21

Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Ιησοῦς, Ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς· σὺ δὲ ἀπελθὼν διάγγελλε τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

60 Dixit autem ei Iesus, Sine vt mortui sepeliāt mortuos suos: tu verò profectus annuntia regnum Dei.

60 *Dixitque ei Iesus, Sine ut mortui sepeliant mortuos suos: tu autem vade, annūtia regnum Dei.*

Εἶπε δὲ καὶ ἕτερος, Ακολουθήσω σοι Κύριε, πρῶτον δὲ ἐπίτρεψόν μοι ἀποτάξασθαι τοῖς εἰς τὸν οἶκόν μου.

61 Dixit autem etiam alius, Sequar te Domine: sed permitte mihi prius vt valedicam iis qui sunt domi meæ.

61 *Et ait alter, Sequar te Domine: sed permitte mihi primùm renuntiare iis quæ domi sunt.*

Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Ιησοῦς, Οὐδεὶς ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον, καὶ βλέπων εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

62 Ait autem ei Iesus, Nemo qui manu sua admota aratro, respexerit ad ea quæ retro sunt, appositus est ad regnum Dei.

62 *Ait ad illum Iesus, Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei.*

Κεφάλαιον ιʹ

CAP. X.

CAP. X.

Μετὰ δὲ ταῦτα ἀνέδειξεν ὁ Κύριος καὶ ἑτέρους ἑβδομήκοντα, καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς ἀνὰ δύο πρὸ προσώπου αὐτοῦ, εἰς πᾶσαν πόλιν καὶ τόπον οὗ ἔμελλεν αὐτὸς ἔρχεσθαι.

1 POst hæc autem designauit Dominus etiam alios [x] septuaginta, misitque eos binos ante faciem suam in omnē vrbem & locum quò futurum erat vt ipse veniret.

1 *Post hæc autem designauit Dominus & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum quò erat ipse venturus.*

Ελεγεν οὖν πρὸς αὐτούς, Ο μὲν θερισμὸς πολύς, οἱ δὲ ἐργάται ὀλίγοι· δεήθητε οὖν τοῦ Κυρίου τοῦ θερισμοῦ ὅπως ἐκβάλλῃ ἐργάτας εἰς τὸν θερισμὸν αὐτοῦ.

2 Dicebat ergo eis, ‖Messis quidem multa, sed operarii pauci: rogate ergo dominū messis vt emittat operarios in messem suam.

2 *Et dicebat illis, Messis quidem multa, operarii autem pauci: rogate ergo Dominum messis vt mittat operarios in messem.* Mat.9.d.37

Υπάγετε, ἰδοὺ, ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς ἄρνας ἐν μέσῳ λύκων.

3 ‖Abite, ecce, ego mitto vos vt agnos in medium luporum.

3 *Ite, ecce, ego mitto vos sicut agnos inter lupos.* Mat.10.b.16

Μὴ βαστάζετε βαλλάντιον, μὴ πήραν, μηδὲ ὑποδήματα· καὶ μηδένα κατὰ τὴν ὁδὸν ἀσπάσησθε.

4 Ne portate crumenā, neque peram, neque calceamenta: ‖& neminem in via salutaueritis.

4 *Nolite portare sacculū, neque peram, neque calceamenta: & neminē per viam salutaueritis.* 2.Reg.c.13

61 Vt valedicam, ἀποτάξασθαι. Vulgata, Renuntiare. Vide Mar.6.f.46.

IN CAPVT X.

1 Septuaginta, ἑβδομήκοντα. In vetere editione legimus Septuagintaduos, cassūne an errore, nescio, quū vetustissimi quique interpretes 70 tantùm recensеant, vt copiosius ostendit Erasmus in hunc locum. Sed in vno codice additum reperimus μαθητάς, discipulos: quo fit vt suspicer, in Vetere editione quū scriptū esset δύος, (vt sæpe librarii indocti ista cōpendia quæsierunt) postea nonnullos ex δύος, duos fecisse: qui deinde versiculum 17 corruperunt, quum ex huius capitis initio vellent eum emendare. Verùm in eodem illo codice scriptum erat ἑβδομήκοντα δύο, vt planè nihil certi habeā quod constituam, nisi quòd præstat (opinor) septuaginta legere, quū cætera exemplaria in ea lectione consentiant. Nam quod veteres huc adferunt de duodecim fontibus & 70 palmis, nihil habet solidi: neque verò res ista tanti est momenti vt de ea contendere oporteat.

4 Neminē in via salutaueritis, μηδένα κατὰ τὴν ὁδὸν ἀσπάσησθε. Hyperbolica loquutio qua vtūtur Hebræi quū alicui præcipitur vt celeriter & nulla prorsus interiecta mora aliquid obeat, 1.Reg.4.v.29. Alioqui comes & humanæ salutationes inter Christiana quoque officia numerātur. Hæc omnia igitur sunt κατὰ τὸν, & habita temporis ratione explicanda. vt planè ridiculi sint Monachi, quū votū illud ἀκτητικὸν paupertatis quā vocant, & Anabaptistæ quoque quū suam illam κοινωνίαν conantur hoc testimonio confirmare.

Matth. 10. b. 12 marci 6. b. 10

Εἰς ἣν δ' ἂν οἰκίαν εἰσέρχησθε, πρῶτον λέγετε, Εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ.

5 ‖In quamcunque domum ingrediamini, primùm dicite, Pax huic domui.

5 *In quamcunque domũ intraueritis, primùm dicite, Pax huic domui.*

Καὶ ἐὰν μὲν ᾖ ἐκεῖ ὁ υἱὸς εἰρήνης, ἐπαναπαήσεται ἐπ' αὐτὸν ἡ εἰρήνη ὑμῶν· εἰ δὲ μήγε, ἐφ' ὑμᾶς ἀνακάμψει.

6 Quòd si fuerit illic ᵛquispiam filius pacis, requieſcet ſuper eũ pax veſtra: ſin minus, ad vos reuertetur.

6 *Et ſi ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra: ſin autem, ad nos reuertetur.*

Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ οἰκίᾳ μένετε, ἐσθίοντες καὶ πίνοντες τὰ παρ' αὐτῶν· ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ ἐστί. Μὴ μεταβαίνετε ἐξ οἰκίας εἰς οἰκίαν.

Deut. 24. c. 14 matth. 10. b. 10 1. tim. 5. c. 18

7 ᵛManete autem ᵛin ea ipſa domo, edentes & bibentes ᵛquæ ab ipſis *apponi* ſuerint: ‖dignus enim eſt operarius mercede ſua. Ne trãſite ᵛè domo in domum.

7 *In eadem autem domo manete edentes & bibentes quæ apud illos ſunt: dignus eſt enim operarius mercede ſua. Nolite trãſire de domo in domũ.*

Matth. 10. b. 11

Καὶ εἰς ἣν δ' ἂν πόλιν εἰσέρχησθε, καὶ δέχωνται ὑμᾶς, ἐσθίετε τὰ παρατιθέμενα ὑμῖν·

8 ‖ᵛSed & in quamcunque vrbem ingreſſi fueritis, & exceperint vos, edite quæ apponuntur vobis:

8 *Et in quãcunque cõmutatẽ intraueritis, & ſuſceperint vos, manducate quæ apponũtur vobis.*

Καὶ θεραπεύετε τοὺς ἐν αὐτῇ ἀσθενοῦντας, καὶ λέγετε αὐτοῖς, Ἤγγικεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ.

9 Et ſanate ægrotos qui in ea fuerint, & dicite eis, Appropinquauit ᵛad vos regnum Dei.

9 *Et curate infirmos qui illic ſunt: & dicite illis, Appropinquauit in vos regnum Dei.*

Εἰς ἣν δ' ἂν πόλιν εἰσέρχησθε, καὶ μὴ δέχωνται ὑμᾶς, ἐξελθόντες εἰς τὰς πλατείας αὐτῆς, εἴπατε,

10 In quamcunque autem vrbẽ ingreſſi fueritis, & non exceperint vos, egreſſi in plateas eius, dicite,

10 *In quãcunque autẽ ciuitatẽ intraueritis, & nõ ſuſceperint uos, exeũtes in plateas eius, dicite.*

Supra, 9. c. 5 act. 13. g. 51, & 18. b. 6.

Καὶ τὸν κονιορτὸν τὸν κολληθέντα ἡμῖν εἰς τὸν πόλεως ὑμῶν, ἀπομασσόμεθα ὑμῖν· πλὴν τοῦτο γινώσκετε, ὅτι ἤγγικεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ.

11 ‖Etiam puluerem qui adhæſit nobis ex vrbe veſtra, ᵛvobis abſtergimus: tamẽ hoc ſcitote, appropinquaſſe ad vos regnũ Dei.

11 *Etiam puluerem qui adhæſit nobis de ciuitate veſtra, excutimus uobis: tamẽ hoc ſcitote, quia appropinquauit regnũ Dei.*

6 Quiſpiam filius pacis, ὁ υἱὸς εἰρήνης. Videtur non fuiſſe hoc loco prætermittendus articulus, cuius quidem vis eſt ἀόριστος, quum fere ſoleat vel ἀπροσωπόλητος, vel κατ' ἐξοχὴν poni. Filius autem pacis Hebraico more vocatur qui faueat doctrinæ pacis ſiue Euangelii.

7 Manete, μένετε: id eſt, hoſpitium vobis deligite. quod Græci dicunt καταλύειν. Neque enim τὸ μένειν hic propriè accipitur pro שבת, id eſt habitare, & ſedes ponere, aut diutius hærere: ſed pro שהה, id eſt diuertere & in hoſpitio tantiſper morari dum quieueris, vt cœptum iter perſequaris. Vnde manſionis vocabulum pro hoſpitio & diuerſorio vſurpatum à Suetonio & Plinio, pro quo Hebræi dicunt שהות. In ea autem ipſa domo, ἐν αὐτῇ τῇ οἰκίᾳ. Vulg. & Eraſ. In eadem autem domo, ἐν τῇ αὐτῇ δὲ οἰκίᾳ. quæ interpretatio etiam ambigua eſt. Poſſunt enim hæc ita accipi quaſi omnes iubeantur eundem habere hoſpitem, vel quaſi prohibeãtur hoſpitiũ mutare: quod paulo pòſt ſubiicitur: adeo vt ſi ita interpreteris, vix poſſit hæc battologia excuſari. Erit autem plana ſententia ſi à Græcis non diſceſſeris. Nemo enim erit qui nõ intelligat præcipi diſcipulis ne de quæren do commodo hoſpite laborent, vti faciunt videlicet qui vel in aliquo loco conſtituerunt diutius cõmorari, vel delicias ac voluptates, commoda denique ſua captant. Iubet igitur econtrario Chriſtus vt diſcipuli in quamcunque domum fuerint ingreſſi, id eſt quæcunque domus illis veniẽtibus patuerit, eam ipſam pro hoſpitio deligant. Neque enim hic inſtituitur ſolennis quædam prædicatio Euangelii, qualis fuit à diſcipulis vſurpata quũ iam Eccleſias conſtituerent: ſed mittuntur iſti tanquam Chriſti apparitores, qui eum ſignificarent aduentare Hieroſolymã, & verum ac vltimum Iubileum promulgarent, nempe vt Chriſtus ſupremarum ſuarum concionum, & paſſionis item ac reſurrectionis plurimos teſtes haberet. Nam quod ad me attinet, ego hæc exiſtimo geſta eſſe in vltima Chriſti profectione, quia ſuperiore cap. verſu 51, addidit Lucas, ὡς τοῦ συμπληροῦσθαι τὰς ἡμέρας τῆς ἀναλήμψεως αὐτοῦ: id eſt, quum impleretur tempus quo futurum erat vt ſurſum reciperetur. Quæ ab ipſis *apponi* ſuerint, τὰ παρ' αὐτῶν: ſubaudi παρατιθέμενα, quod participium exprimitur ſequenti verſiculo. Vulgata Quæ apud illos ſunt: id eſt τὰ παρ' αὐτοῖς, vt Eraſmus rectè annotauit: quanuis quod ad ſententiam attinet, minimum interſit. E domo in domum, ἐξ οἰκίας εἰς οἰκίαν. Hic demum vetãtur hoſpitium mutare, ob eam cauſam quam paulo antè dixi. & bellè quidem ſcilicet hoc quadrat Mendicantium, quos vocant, fratrum aut ventrum potius inſtituto, quos tamen non pudet profiteri ſe Apoſtolicam vitam agere, quòd hoſtiatim victum mendicare ſoleant.

8 Sed & in quãcunque, καὶ εἰς ἣν δ' ἂν. Vulg. & Eraſ. Et in quãcunque, καὶ εἰς ἣν ἄν, quum in emendationibus exemplaribus addatur particula ἂν, & ita fere loqui ſoleant diſertiores Græci. Nequis verò exiſtimet hoc verſiculo repeti quod ſuperiore dictum fuerat, ac proinde inanem eſſe battologiam, cõſideranda eſt ratio ſuperiori verſiculo adiuncta. Quũ enim dixiſſet Dominus, Edite & bibite quæ ab hoſpitibus appoſita fuerint, addit rationem, Quia, inquit, dignus eſt operarius mercede ſua. Perinde eſt igitur acſi dixiſſet, poſſe ipſos bona conſcientia veſci hoſpitis bonis, etiamſi non haberent vnde ſoluerent, (mittebat enim eos ab omnibus rebus imparatos) quum ali etiam mercenarii ſoleant. Hic autem alius eſt finis ipſi propoſitus. Vult enim vt contenti ſint non modò quouis hoſpitio quod ipſis patuerit, ſed etiam quouis appoſito cibo, nempe ne ſeipſos quærãt, eorum exemplo quorum Deus venter eſt.

9 Ad vos, ἐφ' ὑμᾶς. Vulg. & Eraſ. In vos. Sed conſtat ἐπὶ vſurpari ἀντὶ τοῦ πρὸς, vt ſuprà etiam annotauimus 3. a. 2. Vtuntur autẽ hac enallage nõ modò Hebræi, ſed etiam diſertiores Græci. Sic enim Hom. Iliad. κ, ἐπὶ δ' ἐπὶ Νέστορα δίον ἔειπε. 11 Vobis, ὑμῖν. Id eſt aduerſum vos, vt explicatur ſuprà, 9. a. 5. Vulg. & Eraſ. In vos.

Λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι Σοδόμοις ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἀνεκτότερον ἔσται ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ.

11 Dico autem vobis, Sodomorum conditionem die illo tolerabiliorem fore quàm vrbis illius.

11 Dico vobis quia Sodomis in die illa remissius erit quàm illi ciuitati.

Οὐαί σοι Χωραζίν, οὐαί σοι Βηθσαϊδά· ὅτι εἰ ἐν Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἐγένοντο αἱ δυνάμεις αἱ γενόμεναι ἐν ὑμῖν, πάλαι ἂν ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ καθήμενοι μετενόησαν.

13 ‖Væ tibi Chorazin, væ tibi Beth-saida. nam si in Tyro & Sidone editæ fuissent virtutes quæ editæ sunt apud vos, olim cum sacco & cinere sedentes resipuissent.

13 Væ tibi Chorazaim, Matth.11.c.21
væ tibi Beth-saida: quia si in Tyro & Sidone factæ fuissẽt virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere sedentes pœnitentiam.

Πλὴν Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἀνεκτότερον ἔσται ἐν τῇ κρίσει, ἢ ὑμῖν.

14 Ideo Tyri & Sidonis tolerabilior erit conditio in iudicio quàm vestra.

14 Verumtamen Tyro & Sidoni remissius erit in iudicio quàm vobis.

Καὶ σύ Καπερναοὺμ μὴ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθήσῃ, ἕως ᾅδου καταβιβασθήσῃ.

15 Et tu Capernaum quæ vsque ad cælum sublata es, vsque ad inferos deprimêris.

15 Et tu Capharnaum usque ad cælum exaltata, usque ad infernum demergeris.

Ὁ ἀκούων ὑμῶν, ἐμοῦ ἀκούει· καὶ ὁ ἀθετῶν ὑμᾶς, ἐμὲ ἀθετεῖ· ὁ δὲ ἐμὲ ἀθετῶν, ἀθετεῖ τὸν ἀποστείλαντά με.

16 ‖Qui vos audit, me audit: & qui vos reiicit, me ˇ reiicit: qui verò me reiicit, reiicit eum qui misit me.

16 Qui vos audit, me audit: Mar. 10.d.40
& qui vos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. Ioan.13.c.20

Ὑπέστρεψαν δὲ οἱ ἑβδομήκοντα μετὰ χαρᾶς, λέγοντες, Κύριε, καὶ τὰ δαιμόνια ὑποτάσσεται ἡμῖν ἐν τῷ ὀνόματί σου.

17 Reuersi sunt autem septuaginta cum gaudio, dicentes, Domine, etiam dæmonia subiiciuntur nobis ˇ per nomen tuũ.

17 Reuersi sunt autem septuaginta cum gaudio, dicentes, Domine, etiam dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo.

Εἶπε δὲ αὐτοῖς, Ἐθεώρουν τὸν Σατανᾶν, ὡς ἀστραπὴν, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα.

18 Ipse autem dixit eis, ˇ Spectabã Satanam, vt fulgur, è cælo ˇ cadentem.

18 Et ait illis, Videbam Satanam, sicut fulgur, dè cælo cadentem.

Ἰδοὺ, δίδωμι ὑμῖν τὴν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ· καὶ οὐδὲν ὑμᾶς οὐ μὴ ἀδικήσῃ.

19 Ecce, do vobis potestatem calcandi serpentes & scorpiones, & supra omnem vim inimici: & ˇ nihil vos lædet.

19 Ecce, dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit.

Πλὴν ἐν τούτῳ μὴ χαίρετε, ὅτι τὰ πνεύματα ὑμῖν ὑποτάσσεται· χαίρετε δὲ μᾶλλον ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγγέγραπται ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

20 Sed de eo ne gaudete quòd spiritus vobis subiiciantur: gaudete verò potius quòd nomina vestra scripta sint in cælis.

20 Verumtamen in hoc nolite gaudere quia spiritus vobis subiiciuntur: gaudete autem quòd nomina vestra scripta sunt in cælis.

Ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἠγαλλιάσατο τῷ πνεύματι ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν, Ἐξομολογοῦμαί σοι πάτερ, Κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις· ναὶ ὁ πατὴρ, ὅτι οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου.

21 Eo ipso momento exultauit Iesus ˇ spiritu, & dixit, Cófiteor tibi Pater, Domine cæli & terræ, quòd hæc absconderis à sapientibus & intelligentibus, & detexeris ea infantibus: etiam Pater, quia ˇ ita placuit tibi.

21 In ipsa hora exultauit spiritu & dixit, Confiteor tibi Pater, Domine cæli & terræ, quòd abscondidisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis: etiam Pater, quoniam sic placuit ante te.

14 Ideo, καὶ. Vulgata & Erasmus, Veruntamen. Vide Matth.11.c.22.

16 Reiicit, ἀθετεῖ. Vide Marci 6.d.26.

17 Per nomen tuum, ἐν τῷ ὀνόματί σου. Rectè. Nec enim discipuli in edendis miraculis plena illa potestate & summo imperio vtebantur, sicut ex Actis Apostolicis liquet, sed Christi nomen innocabant, cuius se duntaxat ministros esse fatebantur.

18 Spectabam, ἐθεώρουν. Annotat Erasmus se in quibusdam codicibus legisse, Videbam: quam interpretationem planè repudio. Cadentem, πεσόντα. Collocatur Satan in aere cum suis Angelis, Ephes.6.v.12. Inde verò dicitur detrudi, & quidem cum impetu, quando voce Euangelii potestas ipsius aboletur.

19 Nihil vos lædet, οὐδὲν ὑμᾶς οὐ μὴ ἀδικήσῃ: vel (vt Vulgata & Erasmus) Nihil vobis nocebit. Ponitur enim τὸ ἀδικεῖν ἀντὶ τοῦ βλάπτειν, quum aliquin dicatur ἀδικεῖν quisquis etiam aliquid præter iustum & æquum facere conatur: & omnium iniuriis nulli sint æquè expositi atque ii quibus hoc vnum est curæ vt Deum religiosè colant.

21 Spiritu, τῷ πνεύματι, id est animo. Quanuis enim in tribus vetustis codicibus addatur τῷ ἁγίῳ, id est

Ιδόντες δὲ οἱ βόσκοντες τὸ γεγονὸς ἔφυγον· καὶ ἀπελθόντες ἀπήγγειλαν εἰς τὴν πόλιν καὶ εἰς τοὺς ἀγρούς.

34 Quum autem pastores vidisſent quod factum fuerat, fugerunt: & profecti annuntiarunt in vrbem & in agros.

34 Quod ut viderunt factum qui pascebant, fugerunt & nuntiauerunt in ciuitatem & in villas.

Ἐξῆλθον δὲ ἰδεῖν τὸ γεγονὸς· καὶ ἦλθον πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ εὗρον καθήμενον τὸν ἄνθρωπον ἀφ' οὗ τὰ δαιμόνια ἐξεληλύθει, ἱματισμένον καὶ σωφρονοῦντα παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ· καὶ ἐφοβήθησαν.

35 Exierunt igitur vt viderent quod factum erat: venerúntque ad Ieſum, & inuenerunt hominem illum à quo dæmonia exierant, veſtitum, ac ſanæ métis, ſedentem ad pedes Ieſu: & timuerunt.

35 Exierunt autem videre quod factum eſt. & venerunt ad Ieſum, & inuenerunt hominem ſedentem à quo demonia exierant, veſtitum, ac ſana mente, ad pedes eius, & timuerunt.

Ἀπήγγειλαν δὲ αὐτοῖς καὶ οἱ ἰδόντες, πῶς ἐσώθη ὁ δαιμονισθείς.

36 Annũtiauerũt autẽ ipſis etiã ii qui viderãt, quomodo liberatus fuiſſet qui fuerat dæmoniacus.

36 Nuntiauerunt autem illis & qui viderãt quomodo ſanus factus eſſet à legione.

Καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν ἅπαν τὸ πλῆθος τῆς περιχώρου τῶν Γαδαρηνῶν, ἀπελθεῖν ἀπ' αὐτῶν, ὅτι φόβῳ μεγάλῳ συνείχοντο· αὐτὸς δὲ ἐμβὰς εἰς τὸ πλοῖον, ὑπέστρεψεν.

37 Et rogauit eum tota multitudo circumiacentis regionis Gadarenorum vt diſcederet ab ipſis, quia magno timore tenebantur: ipſe autem ingreſſus nauigium reuerſus eſt.

37 Et rogauerunt illum omnis multitudo regionis Geraſenorum ut diſcederet ab ipſis: quia magno timore tenebantur. Ipſe autem aſcendens nauim, reuerſus eſt.

Ἐδέετο δὲ αὐτοῦ ὁ ἀνὴρ ἀφ' οὗ ἐξεληλύθει τὰ δαιμόνια, εἶναι σὺν αὐτῷ· ἀπέλυσε δὲ αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, λέγων,

38 Rogauit autem eum vir ille à quo dæmonia exierant, vt eſſet cum eo: ſed dimiſit eum Ieſus, dicens,

38 Et rogabat illum vir à quo dæmonia exierant, ut cum eo eſſet: dimiſitque eum Ieſus, dicens,

Ὑπόστρεφε εἰς τὸν οἶκόν σου, καὶ διηγοῦ ὅσα ἐποίησέ σοι ὁ Θεός. Καὶ ἀπῆλθε, καθ' ὅλην τὴν πόλιν κηρύσσων ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς.

39 Reuertere domum tuam, & narra quanta tibi præſtiterit Deus. Abiit igitur prædicãs per totam vrbem quanta ipſi præſtitiſſet Ieſus.

39 Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecit Deus. Et abiit per uniuerſam ciuitatem, prædicans quanta illi feciſſet Ieſus.

Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ὑποστρέψαι τὸν Ἰησοῦν, ἀπεδέξατο αὐτὸν ὁ ὄχλος· ἦσαν γὰρ πάντες προσδοκῶντες αὐτόν.

40 Factum eſt autem quum reuertiſſet Ieſus, excepit eum turba: nam omnes expectabant eum.

40 Factum eſt autem quum redijſſet Ieſus, excepit illum turba: erant enim omnes expectantes eum.

Mat. 9. c. 18 mar. 5. c. 22

Καὶ ἰδοὺ, ἦλθε ἀνὴρ ᾧ ὄνομα Ἰάϊρος, καὶ αὐτὸς ἄρχων τῆς συναγωγῆς ὑπῆρχε· καὶ πεσὼν παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, παρεκάλει αὐτὸν εἰσελθεῖν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ.

41 ¶Et ecce, venit quidam cui nomen Iairus, qui erat præfectus ſynagogæ: quúmque accidiſſet ad pedes Ieſu, rogabat eum vt ingrederetur domum ipſius:

41 Et ecce, venit vir cui nomen Iairus, & ipſe princeps ſynagogæ erat: & cadit ad pedes Ieſu, rogans eum ut intraret in domum eius:

Ὅτι θυγάτηρ μονογενὴς ἦν αὐτῷ ὡς ἐτῶν δώδεκα, καὶ αὕτη ἀπέθνησκεν. (Ἐν δὲ τῷ ὑπάγειν αὐτὸν, οἱ ὄχλοι συνέπνιγον αὐτόν.

42 Quoniam erat ei vnigenita filia quaſi annorum duodecim, eáque moriebatur. (Inter eundũ verò turba coarctabat eum:

42 Quia unica filia erat ei fere annorum duodecim, & hæc moriebatur. (Et contigit dum iret, à turbis comprimebatur.

Καὶ γυνὴ οὖσα ἐν ῥύσει αἵματος ἀπὸ ἐτῶν δώδεκα, ἥτις εἰς ἰατροὺς προσαναλώσασα ὅλον τὸν βίον, οὐκ ἴσχυσεν ὑπ' οὐδενὸς θεραπευθῆναι·

43 Et mulier quæ erat in fluxione ſanguinis ab annis duodecim, & in medicos impẽderat totum victum, nec ab vllo potuerat curari,

43 Et mulier quædam erat in fluxu ſanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogauerat omnem ſubſtantiam ſuam, nec ab vllo potuit curari

38 Rogauit autem, ἐδέετο N. Eraſ. Rogauerat enim: id eſt ἐδέετο ἦν. Nã etiã ita impreſſit Frobenius.

39 Quanta, ὅσα, vel quæcunque. Poſſumus enim vel ad multitudinem, vel ad qualitatem referre. Eraſmus illud maluit, ego poſterius delegi. Per totam vrbem, καθ' ὅλην τὴν πόλιν. Vrbem Gadarenorũ proculdubio intelligit, ex qua hunc fuiſſe dixit ſuprà, ver. 17. Quod autem narrat Marcus iſtum in Decapoli prædicaſſe, non pugnat cum eo quod Lucas hoc loco commemorat, quum Plin. lib. 5. cap. 18, inter Decapolitanæ regionis oppida numeret etiam Gadara. fuit igitur Decapolis partim cis Iordanem, partim trans Iordanem ſita.

40 Quum reuertiſſet, ἐν τῷ ὑποστρέψαι, id eſt μετὰ τὸ ὑποστρέψαι. Vide Act. 1. a. 1.

43 Totum victum, ὅλον τὸν βίον: id eſt, id omne ex quo antè victitabat. Nam apud idoneos etiam authores βίος pro οὐσία ponitur. Sed ſi Euſebio credimus, non fuit iſta tam inops quin ſuperfuerit vnde ſtatuam æneam ſibi & Chriſto poneret Cæſarea Philippi: vnde nonnulli non minus futile quàm ineptum argumentum

colligũt constituẽdæ suæ idolomaniæ. Curari, θεραπεύεσθαι. Alibi τὸ θεραπεύειν vertere solemus Sanare: sed hoc loco propriè accipitur, quũ agatur de remediis quibus ad curandos morbos vtũtur medici. Vide Mat. 4. d. 23.

Προσελθοῦσα ὄπισθεν, ἥψατο τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ· καὶ παραχρῆμα ἔστη ἡ ῥύσις τοῦ αἵματος αὐτῆς.

44 Quum accessisset à tergo, tetigit fimbriam pallii ipsius: & illico substitit fluxio sanguinis eius.

44 Accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti eius: & cõtinuò stetit fluxus sanguinis eius.

Καὶ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς, Τίς ὁ ἁψάμενός μου; Ἀρνουμένων δὲ πάντων, εἶπεν ὁ Πέτρος καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, Ἐπιστάτα, οἱ ὄχλοι συνέχουσί σε καὶ ἀποθλίβουσι, καὶ λέγεις, τίς ὁ ἁψάμενός μου;

45 Tunc ait Iesus, Quis est qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus & qui cum eo erant, Magister, turba te constringit & opprimit, & dicis, Quis est qui me tetigit?

45 Et ait Iesus, Quis est qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui cum illo erant, Præceptor, turbæ te cõprimunt & affligunt, & dicis, Quis me tetigit?

Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν, Ἥψατό μου τις· ἐγὼ γὰρ ἔγνων δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἀπ' ἐμοῦ.

46 Iesus autem ait, Tetigit me aliquis: nam ego ᵛcognoui virtutem à me exiisse.

46 Et dixit Iesus, Tetigit me aliquis: nam ego noui virtutem de me exisse.

Ἰδοῦσα δὲ ἡ γυνὴ ὅτι οὐκ ἔλαθε, τρέμουσα ἦλθε, καὶ προσπεσοῦσα αὐτῷ, δι' ἣν αἰτίαν ἥψατο αὐτοῦ ἀπήγγειλεν αὐτῷ ἐνώπιον παντὸς τοῦ λαοῦ, καὶ ὡς ἰάθη παραχρῆμα.

47 Quum autem mulier illa vidisset se non latuisse, tremens venit, & accidens ei ad pedes, declarauit ei in conspectu totius populi quam ob causam tetigisset eum, & quomodo sanata fuerat illico.

47 Videns autem mulier quòd non latuit, tremens venit, & procidit ante pedes eius, & ob quam causam tetigerit eũ, indicauit coram omni populo, & quemadmodum confestim sanata sit.

Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῇ, Θάρσει θύγατερ, ἡ πίστις σου σέσωκέ σε· πορεύου εἰς εἰρήνην.)

48 Ipse verò dixit ei, Confide filia, fides tua te seruauit: vade cum pace.)

48 At ipse dixit ei, Filia, fides tua saluam te fecit: vade in pace.)

Ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, ἔρχεταί τις παρὰ τοῦ ἀρχισυναγώγου, λέγων αὐτῷ, Ὅτι τέθνηκεν ἡ θυγάτηρ σου· μὴ σκύλλε τὸν διδάσκαλον.

49 Adhuc eo loquẽte, venit quidam à præfecto synagogæ, dicens ei, Mortua est filia tua: ne vexa magistrum.

49 Adhuc illo loquente, venit quidam ad principem synagogæ, dicens ei, Quia mortua est filia tua, noli vexare illum.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀκούσας ἀπεκρίθη αὐτῷ, λέγων, Μὴ φοβοῦ· μόνον πίστευε, καὶ σωθήσεται.

50 Iesus autem hoc audito, ᵛrespondit ei, Ne metue: crede solummodo, & seruabitur.

50 Iesus autem audito hoc verbo, respondit patri puellæ, Noli timere: crede tantùm, & salua erit.

Εἰσελθὼν δὲ εἰς τὸν οἶκον, οὐκ ἀφῆκεν εἰσελθεῖν οὐδένα, εἰ μὴ Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην, καὶ τὸν πατέρα τῆς παιδὸς καὶ τὴν μητέρα.

51 Ingressus verò domum, non permisit ingredi quenquam, nisi Petrum & Iacobum & Iohannem, & patrem ac matrem puellæ.

51 Et quum venisset domum non permisit intrare secum quenquam nisi Petrum & Iacobum & Iohannem, & patrẽ & matrem puellæ.

Ἔκλαιον δὲ πάντες καὶ ἐκόπτοντο αὐτήν. Ὁ δὲ εἶπε, Μὴ κλαίετε· οὐκ ἀπέθανεν, ἀλλὰ καθεύδει.

52 Flebant autem omnes, & plãgebant eam: ipse verò dixit, Nolite flere: non est mortua, sed dormit.

52 Flebant autem omnes & plangebant illam. At ille dixit, Nolite flere: nõ est mortua puella, sed dormit.

Καὶ κατεγέλων αὐτοῦ, εἰδότες ὅτι ἀπέθανεν.

53 Et deridebant eum, quòd scirent esse mortuam.

53 Et deridebant eum, scientes quòd mortua esset.

Αὐτὸς δὲ ἐκβαλὼν ἔξω πάντας, καὶ κρατήσας τῆς χειρὸς αὐτῆς, ἐφώνησε λέγων, Ἡ παῖς, ἔγειρου.

54 Ipse verò ᵛeiectis foras omnibus, & prehensa manu eius, clamauit dicens, Puella, surge.

54 Ipse autem tenens manum eius, clamauit dicens, Puella, surge.

46 Cognoui, ἔγνων: id est sensi, & percepi. Vulg. & Eras. Noui: id est οἶδα.

50 Respondit ei, ἀπεκρίθη αὐτῷ: id est principi synagogæ, non autem ipsius seruo: quod quia ambiguum est, Vulgata & Erasmus maluerunt exprimere antecedens.

54 Eiectis foras omnibus, ἐκβαλὼν ἔξω πάντας. Vetus interpres hæc non legit: reperimus tamen in omnibus nostris vetustis codicibus, si duos excipias, quorum mirificus est cũ Vulg. editione consensus. Erasmus ex Marco addita suspicatur. Nam, inquit, iam antè testatus est Lucas Iesum non passum esse quenquam eò ingredi vbi funus erat puellæ, præter patrem & matrem & tres discipulos. Verùm (quod Erasmi pace dixerim) vt hoc concedam, non tamen consequi videtur hæc addi non debuisse. Refertur enim illud ad eã turbam quæ cũ Iesu aduenerat. Quid igitur illis fiet quos plurimos domi reperit flentes ac eiulantes, vt diserte scribit Matæus? Hi sunt igitur à quibus deridebatur, & quos idcirco domo eiecit. Hoc quum non consideraret Erasmus, alium hic nodum nectit, quomodo possit turba dici eiecta quam non passus sit ingredi. Sed, inquit, fieri potuit vt in

vestibulo constiterit turba, funus in interioribus ædibus positum fuerit. At ego existimo alios non esse passum ingredi, alios verò intus repertos domo eiecisse.

Καὶ ἐπέστρεψε τὸ πνεῦμα αὐτῆς, καὶ ἀνέστη παραχρῆμα· καὶ διέταξεν αὐτῇ δοθῆναι φαγεῖν.

55 Et reuersus est spiritus eius, ac surrexit illico: & ipse præcepit vt ei daretur cibus.

55 Et reuersus est spiritus eius: & surrexit cõtinuò. Et iussit illi dare manducare.

Καὶ ἐξέστησαν οἱ γονεῖς αὐτῆς· ὁ δὲ παρήγγειλεν αὐτοῖς μηδενὶ εἰπεῖν τὸ γεγονός.

56 Et obstupuerunt parentes eius: ipse verò præcepit eis vt nulli dicerent quod factum fuerat.

56 Et stupuerunt parentes eius: quibus præcepit ne alicui diicerent quod factum erat.

Κεφάλαιον θ'

CAP. IX.

CAP. IX.

Matth.10.a.1 marci 3.b.13 & 6.a.7

Συγκαλεσάμενος δὲ τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ, ἔδωκεν αὐτοῖς δύναμιν καὶ ἐξουσίαν ἐπὶ πάντα τὰ δαιμόνια, καὶ νόσους θεραπεύειν.

1 ¶Conuocatis autem Iesus duodecim discipulis suis, dedit eis vim & potestatem in omnia dæmonia, & morbos sanandi.

1 Conuocatis autem duodecim Apostolis, dedit illis virtutem & potestatem super omnia dæmonia, & vt languores curarent.

Matth.10.a.7

Καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς κηρύσσειν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἰᾶσθαι τοὺς ἀσθενοῦντας.

2 ¶Misitque eos vt prædicarẽt regnum Dei, & sanarent ægrotos.

2 Et misit illos prædicare regnum Dei, & sanare infirmos.

Matth.10.a.9 marci 6.b.8

Καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς, Μηδὲν αἴρετε εἰς τὴν ὁδόν, μήτε ῥάβδους, μήτε πήραν, μήτε ἄρτον, μήτε ἀργύριον, μήτε ἀνὰ δύο χιτῶνας ἔχειν.

3 ¶Et dixit eis, Nihil sumite ad iter, neque virgas, neque peram, neque panem, neque pecuniam: neque binas tunicas habete.

3 Et ait ad illos, Nihil tuleritis in uiã, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniã, neque duas tunicas habeatis.

Καὶ εἰς ἣν ἂν οἰκίαν εἰσέλθητε, ἐκεῖ μένετε, καὶ ἐκεῖθεν ἐξέρχεσθε.

4 Et in quamcunque domum intraueritis, illic manete, & illinc exite.

4 Et in quamcunque domum intraueritis, ibi manete, & inde exeatis.

Infrà 10.b.11 matth.10.b.14 marci 6.b.11 act.13.g.51

Καὶ ὅσοι ἂν μὴ δέξωνται ὑμᾶς, ἐξερχόμενοι ἀπὸ τῆς πόλεως ἐκείνης, καὶ τὸν κονιορτὸν ἀπὸ τῶν ποδῶν ὑμῶν ἀποτινάξατε εἰς μαρτύριον ἐπ' αὐτούς.

5 ¶Et quicunque nõ receperint vos, exeuntes exvrbe illa, etiam puluerem à pedibus vestris excutite, in testimonio aduersus eos.

5 Et quicunque non receperint uos, exeuntes de ciuitate illa, etiam pulueremm pedum uestrorum excutite in testimonium supra illos.

Ἐξερχόμενοι δὲ διήρχοντο κατὰ τὰς κώμας, εὐαγγελιζόμενοι καὶ θεραπεύοντες πανταχοῦ.

6 Exeuntes igitur obibant singulos vicos, euangelizantes & sanantes vbique.

6 Egressi autem circumibant per castella, euangelizãtes & curãtes ubique.

55 Surrexit, ἀνέστη. Iacent cadauera: puella verò, recepta vita, vt verè illam non modò reuixisse, sed etiam ab omni morbo liberatam esse constaret, surrexit è lecto.

IN CAPVT IX.

1 Duodecim discipulis suis, τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ. In octauo codice legimus τοὺς δώδεκα τοὺς ἀποστόλους, id est duodecim Apostolis, sensu nihil variato. Placuit tamen hoc annotare, nequis temere Veterem interpretem reprehendat. Theophylactus autem simpliciter legit τοὺς δώδεκα.

2 Et sanarent, καὶ ἰᾶσθαι. Hic libuit quasi παρέργως subiicere quæ Theophylactus in hunc locum annotauit, his verbis, Διὰ τοῦτο τῷ διδασκάλῳ ἐγκεχείρικεν ὁρᾶν, καὶ κηρύσσειν καὶ θαυματουργεῖν. τὸ μὲν κήρυγμα δεῖ θαυμάτων βεβαίωσιν, ἵνα τὰ θαύματα δεῖξῃ τὸ κηρύγματος. πολλοὶ γὰρ πολλὰς θαύματα ἐποίησαν παρὰ θεῷ γενέσθαι, ἀλλ' οὐκ ἐδέξαντο τὸ κήρυγμα ὑμῶν. διὸ οὐδὲ τὰ θαύματα ἐκείνων ἴσχυσε Θεοῦ. Hæc considerent qui miracula separant à verbo.

3 Virgas, ῥάβδους. Sic scriptum inuenimus in omnibus vetustis exemplaribus, præter vnum, quod cum Vetere editione legit ῥάβδον, id est virgam. Vide Mat. 10.b.10. Binas tunicas, ἀνὰ δύο χιτῶνας. Particula ἀνὰ distributionem declarat hoc loco: deerat tamen in vno codice. Habete, ἔχειν: id est ἔχειν, enallage Græcis familiari: quanuis sanè dura sit, quum præcedat ἆραι, & μὴ ἔχειν subsequatur. Itaque in vno codice scriptum legimus ἔχειν, in alio verò simpliciter scriptum erat, μήτε ἀνὰ δύο χιτῶνας, ita videlicet vt ἆραι repetatur ἔχειν τὸν κοινόν.

4 Et illinc exite, καὶ ἐκεῖθεν ἐξέρχεσθε. In quodam codice scribitur, καὶ ἐκεῖθεν μὴ ἐξέρχεσθε, & ne illinc exeatis: quod in nonnullis etiam Veteris editionis exemplaribus legitur, & à Valla & Erasmo reprehenditur. Mihi verò, etiamsi negationem addideris, videtur eadem manere sententia. Nam in summa prohibet Dominus ne hospitium mutent. iubet igitur vt ex ciuitate aliqua discessuri, illinc exeant quò primùm diuerterint: aut vetat ne quum aliquò semel ingressi fuerint, inde exeant ad alium quærendum hospitem: quoniam videlicet ista promulgatio Euangelii per Apostolos, erat duntaxat veluti discursio quædam, nequis in Iudæa posset ignorantiam aduentus Christi prætexere.

6 Obibant, διήρχοντο, Vulg. & Erasmus, Circumibant, id est περιῆρχον. Cæterùm τὸ διέρχεσθαι alibi vertimus Transire: hic interpretari maluimus obire, quòd paulò melius videatur huic loco conuenire hæc significatio.

Singulos vicos, κατὰ κώμας. Vulgata & Erasmus, Per castella. Ego exprimendam putaui particulam distributiuam.

Ηκουσε δὲ Ηρῴδης ὁ τετραάρχης πάντα τὰ γινόμενα ὑπ' αὐτοῦ πάντα· καὶ διηπόρει, διὰ τὸ λέγεσθαι ὑπό τινων ὅτι Ἰωάννης ἐγήγερται ἐκ νεκρῶν.

7 ¶Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo: & hæsitabat, propterea quòd dicebatur à quibusdam Iohannem excitatum esse à mortuis:

7 *Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebãt ab eo: & hæsitabat, eo quòd diceretur à quibusdã, Quia Iohannes surrexit a mortuis:* Matth.14.a.1 marci 6.b.14

Ὑπό τινων δὲ, ὅτι Ηλίας ἐφάνη· ἄλλων δὲ ὅτι προφήτης εἷς τῶν ἀρχαίων ἀνέστη.

8 A quibusdam verò, Eliam apparuisse: ab aliis autem, Prophetam quempiam ex antiquis resurrexisse.

8 *A quibusdam verò, Quia Elias apparuit: ab aliis autem, Quia Propheta unus de antiquis surrexit.*

Καὶ εἶπεν ὁ Ηρῴδης, Ἰωάννην ἐγὼ ἀπεκεφάλισα· τίς δέ ἐστιν οὗτος περὶ οὗ ἐγὼ ἀκούω τοιαῦτα; Καὶ ἐζήτει ἰδεῖν αὐτόν.

9 Tunc ait Herodes, Iohannem ego decollaui: quis est autem iste de quo ego talia audio? Et studebat eum videre.

9 *Et ait Herodes, Iohannem ego decollaui: quis est autem iste de quo ego talia audio? Et quærebat videre eum.*

Καὶ ὑποστρέψαντες οἱ ἀπόστολοι διηγήσαντο αὐτῷ ὅσα ἐποίησαν. καὶ παραλαβὼν αὐτοὺς, ὑπεχώρησε κατ' ἰδίαν εἰς τόπον ἔρημον πόλεως καλουμένης Βηθσαϊδά.

10 Reuersi autem Apostoli narrauerunt ei quæcunque fecerãt. ¶Et ipse assumptis illis, secessit priuatim in locum desertum urbis quæ vocatur Bethsaida.

10 *Et reuersi Apostoli narrauerunt illi quæcunque fecerunt. Et assumptis illis secessit seorsum in locum desertum qui est Bethsaidæ.* Mar.14.b.13 marci 6.c.35

Οἱ δὲ ὄχλοι γνόντες, ἠκολούθησαν αὐτῷ· καὶ δεξάμενος αὐτοὺς, ἐλάλει αὐτοῖς περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς χρείαν ἔχοντας θεραπείας ἰᾶτο.

11 Quod quum cognouisset turba, secuuta est eum: ipse autem excepit eos, & loquebatur eis de regno Dei: & eos quibus sanatione opus erat, sanabat.

11 *Quod quum cognouissent turbæ, secutæ sunt illum: & excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos qui curatione indigebant sanabat.*

Ἡ δὲ ἡμέρα ἤρξατο κλίνειν· προσελθόντες δὲ οἱ δώδεκα εἶπον αὐτῷ, Ἀπόλυσον τὸν ὄχλον, ἵνα ἀπελθόντες εἰς τὰς κύκλῳ κώμας καὶ τοὺς ἀγροὺς, καταλύσωσι, καὶ εὑρωσιν ἐπισιτισμόν· ὅτι ὧδε ἐν ἐρήμῳ τόπῳ ἐσμέν.

12 ¶Dies autem cœperat inclinare: & accedentes duodecim dixerunt ei, Dimitte turbam, vt abeuntes in circumiacentes vicos & agros, illuc diuertant, & inueniant cibaria: nam hîc in loco deserto sumus.

12 *Dies autem cœperat declinare: & accedentes duodecim dixerunt illi, Dimitte turbas, vt euntes in castella vllásque quæ circa sunt, diuertant & inueniãt escas: quia hîc in loco deserto sumus.* Mar.14.b.16 marci 6.c.35 i.Reg.9.a.5

Εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς, Δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν. Οἱ δὲ εἶπον, Οὐκ εἰσὶν ἡμῖν πλέον ἢ πέντε ἄρτοι καὶ δύο ἰχθύες, εἰ μήτι πορευθέντες ἡμεῖς ἀγοράσωμεν εἰς πάντα τὸν λαὸν τοῦτον βρώματα.

13 Ipse verò dixit eis, Date ipsis vos quo vescantur. Ipsi verò dixerunt, Non sunt nobis plus quàm quinque panes & duo pisces, nisi nos profecti emamus toti huic populo escas.

13 *Ait autem ad illos, Vos date illis manducare. At illi dixerunt, Non sunt nobis plus quàm quinque panes & duo pisces, nisi forte nos eamus & emamus in omnem hanc turbam escas.*

7 Hæsitabat, διηπόρει. Hæsitandi verbum videtur potius respondere τῷ ἀπορεῖσθαι sed tamen satis commodè exprimit τὸ διῃρῆσθαι, quum de iis dicatur qui ita perplexi & impediti quasi in luto tenentur, vt exitum non inueniãt, quod Græcis declarat πόρος καὶ διέξοδος. Huius rei verũ exemplum qui requirit, consideret quid moliti sint aduersarii veritatis nostræ memoria, & quàm varia subinde consilia frustra capterint.

10 Vrbis quæ vocatur Bethsaida, πόλεως καλουμένης Βηθσαϊδά. Vulgata, Qui est Bethsaidæ, τοῦ Βηθσαϊδά. In nonnullis codicibus legimus Βηθσαϊδάν. Cæterùm dicitur desertum esse eius ciuitatis à qua cognominabatur, quòd vel in eius agro censeretur, vel occurreret iis qui Tiberiade proficiscebantur in eam vrbem. Quomodo autem accipiẽda sit dictio πόλεως apud alios Euangelistas in huius historiæ narratione, & qua ratione Matthæus & Marcus cum Iohanne concilientur, dicemus Iohan. 6.

11 Illuc diuertant, καταλύσωσι. Alibi τὸ καταλύειν cõuertimus dissoluere: quæ est propria huius verbi declaratio. Translatitiè autem accipitur pro recipere se in diuersoriũ: sed de iis tamen propriè dicitur qui curruum iter conficiunt, quia nimirum equos soluunt quum ad diuersorium vẽtum est: qua significatione videtur Martialis vti Interiungendi vocabulo. Apud Latinos autem, qui in hospitium aut potius tabernam concedunt, dicuntur diuertere, quòd de via deflectant: & hospitia ipsa, diuersoria vocantur simili ratione. Cibaria, ἐπισιτισμόν. Vulgata & Erasmus, Escas, βρώματα. Est autẽ ἐπισιτισμὸς propriè (vt existimo) militare vocabulum, & id declarat quod Latini frumentationem dicunt.

13 Plus, πλέον. Erasmus, Plures, id est πλείους: quum in Frobenii editione legatur πλέον. Cic. Opiniones quum tam variæ sint, alterum fieri potest, vt earum nulla: alterum certè non potest, vt plus vna vera sit. Terentius, Ancillas secum adduxit plus decem. Nisi, εἰ μήτι. Sic sæpe in eclipsi adhibentur eiusmodi particulæ ex communi vsu loquendi. Potest autem hoc modo expleri sententia, Non sunt nobis plus quàm quinque panes & duo pisces. Itaque non possumus eis dare quo vescantur, nisi fortè profecti, &c. Sed hoc præterea notandum est, hanc formulam loquendi fere vsurpari quoties absurdum quippiam aut ἀδύνατον sequi significatur: ideo subiicitur, πάντα γάρ, aderant enim: quibus verbis Lucas causam adfert cur hoc discipuli tam absurdũ iudicarint.

Toti huic populo, εἰς πάντα τὸν λαὸν τοῦτον. Heb. לכל־העם הזה, id est qui toti huic populo sufficiat. Vulg. & Eras. ad

verbũ, In omnẽ hũc populũ, qua ſignificatione interdũ etiã vſurpatur præpoſitio In apud Latinos: ſed ita fere vt rei potius quàm perſonæ declaràdæ adhibeatur: vt apud Terent. reperias, Emptos piſciculos in cœnam ſenis.

Ησαν γὰρ ὡσεὶ ἄνδρες πεντακισχίλιοι. εἶπε δὲ πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, Κατακλίνατε αὐτοὺς κλισίας ἀνὰ πεντήκοντα.

14 Aderant enim quaſi viri quinquies mille. Ait autem diſcipulis ſuis, Facite vt diſcumbant per ſingulos quoſque diſcubitus quinquageni.

14 Erant autem fere viri quinque millia. Ait autẽ ad diſcipulos ſuos, Facite illos diſcumbere per cõmunia quinquagenos.

Καὶ ἐποίησαν οὕτω· καὶ ἀνέκλιναν ἅπαντας.

15 Ipſi igitur ita fecerunt, & diſcubuerunt *illi* omnes.

15 Et ita fecerunt: & fecerunt diſcumbere omnes.

Λαβὼν δὲ τοὺς πέντε ἄρτους καὶ τοὺς δύο ἰχθύας, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, εὐλόγησεν αὐτοὺς· καὶ κατέκλασε, καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς, παρατιθέναι τῷ ὄχλῳ.

16 Ipſe verò acceptis quinque illis panibus & duobus piſcibus, ſuſpiciens in cælum, benedixit eis: & fregit, deditque diſcipulis vt apponerent turbæ.

16 Acceptis autem quinque panibus & duobus piſcibus, reſpexit in cælum, & benedixit illis: & fregit, & diſtribuit diſcipulis ſuis vt ponerent ante turbas.

Καὶ ἔφαγον, καὶ ἐχορτάσθησαν πάντες· καὶ ἤρθη ὃ περισσεῦσαν αὐτοῖς κλασμάτων, κόφινοι δώδεκα.

17 Comederunt igitur omnes illi, & ſaturati ſunt: & ſublatum eſt quod ſuperfuit ipſis fragmẽtorum, cophini duodecim.

17 Et manducauerunt omnes: & ſaturati ſunt: & ſublatum eſt quod ſuperfuit illis, fragmentorum cophini duodecim.

Matth. 16. b. 31 marci 8. c. 27

Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν προσευχόμενον κατὰμόνας, συνῆσαν αὐτῷ οἱ μαθηταί· καὶ ἐπηρώτησεν αὐτοὺς, λέγων, Τίνα με λέγουσιν οἱ ὄχλοι εἶναι;

18 Et factum eſt, quum ipſe ſolus precaretur, erant cum eo diſcipuli: interrogauitque eos, dicens, Quem me dicit eſſe turba?

18 Et factum eſt quum ſolus eſſet orans, erant cũ illo & diſcipuli: & interrogauit illos, dicens, Quẽ me dicunt eſſe turbæ?

Οἱ δὲ ἀποκριθέντες εἶπαν, Ἰωάννην τὸν Βαπτιστήν· ἄλλοι δὲ Ἠλίαν· ἄλλοι δὲ, ὅτι προφήτης τις τῶν ἀρχαίων ἀνέστη.

19 Ipſi autem reſpondentes dixerunt, Iohannem Baptiſtam: alii autem Eliam: alii verò, Prophetam quempiam ex antiquis reſurrexiſſe.

19 At illi reſpondentes dixerunt, Iohannem Baptiſtum: alii autem Eliam: alii verò, quia unus Prophetarum de prioribus ſurrexit.

Εἶπε δὲ αὐτοῖς, Ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι; Ἀποκριθεὶς δὲ Πέτρος εἶπε, Τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ.

20 Dixit autem eis, Vos verò quẽ me eſſe dicitis? Reſpondens autem Petrus dixit, Chriſtum illum Dei.

20 Dixit autem illis, Vos autem quem me eſſe dicitis? Reſpondens Simon Petrus dixit, Chriſtum Dei.

Ὁ δὲ ἐπιτιμήσας αὐτοῖς, παρήγγειλε μηδενὶ εἰπεῖν τοῦτο·

21 Ipſe verò interminatus eis, præcepit vt nulli hoc dicerent:

21 At ille increpans illos, præcepit neci dicerent hoc:

Matth. 17. d. 22 marci 8. c. 31

Εἰπὼν, Ὅτι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων καὶ Ἀρχιερέων καὶ Γραμματέων, καὶ ἀποκτανθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθῆναι.

22 Dicens, Oportet Filium hominis multa pati, & reprobari à ſenioribus & principibus Sacerdotum & Scribis, & trucidari, & tertia die excitari.

22 Dicens, Quia oportet Filium hominis multa pati, & reprobari à ſenioribus & principibus Sacerdotum & Scribis, & occidi: & tertia die reſurgere.

14 Aderant enim, ἦσαν γάρ. Vulg. & Eraſ. Erant autem, ἦσαν δέ, contra omnium codicum fidem. Per ſingulos quoſque diſcubitus quinquageni, κλισίας ἀνὰ πεντήκοντα. Κλισίας vocat Lucas quæ συμπόσια vocantur Marci 6. c. 39, vbi expoſuimus hanc loquendi formulam.

15 Diſcubuerunt *illi* omnes, καὶ ἀνέκλιναν ἅπαντες. Sic ſcriptum inuenio in Veteris editionis pleriſque exemplaribus: quam lectionem magis probo quàm ſi ἔκλιναν legas, & interpretetis, Fecerunt omnes diſcumbere: quanuis eiuſmodi repetitiones ſint Hebræis familiares.

16 Benedixit eis, εὐλόγησεν αὐτούς. In quodam codice legimus, εὐχαριστήσας καὶ κατέκλασε, precatus eſt & fregit. Apud Iohannem verò in huius hiſtoriæ narratione 6. b. 11, ſcriptũ eſt, καὶ διδοὺς ἔδωκε, & gratiis actis dedit. Itaque non dubium eſt quin εὐλογεῖν hoc loco ſignificet τὸ εὐχαριστεῖν, id eſt gratias agere. Quia tamen additur relatiuum αὐτοῖς, & nimis abſurdum fuerit cogitare Chriſtum egiſſe panibus gratias, aut precatum eſſe panes ac piſces, emollienda eſt hæc interpretatio. Dicitur ergo panibus benedixiſſe, id eſt de his panibus ac piſcibus gratias egiſſe Deo Patri, & ſimul eum precatus vt tantilla panum ac piſcium copia tantam multitudinem paſceret: denique vt totum hoc conuiuium ad Dei gloriam referretur. Sic de Samuele dicitur Sam. 9. b. 13, ברך הזבח: id eſt benedicere ſolet ſacrificio: & à Paulo 1. Tim. 4. b. 5, cibus dicitur ſanctificari verbo & oratione, ſiue gratiarum actione. Vtrunque enim ibi coniungit Apoſtolus, vt hîc quoque coniungẽdum eſt. Nam partim pro cibo præſtito aguntur Deo gratiæ: partim autem petitur vt purè & ſobriè eo vti liceat, vt reliquam vitam in Dei cultu conſumamus. Inde factum vt Chriſtiani dicantur benedicere menſæ, & conſecrare menſam, quũ tamen hæc benedictio non ad ipſos cibos, ſed ad Deum potius & conuiuas pertineat. In poculo verò benedictionis, cui benedicimus, (vt ſcribitur 1. Cor. 10. d. 16) vt ipſum benedicendi verbum poſſit eodem modo explicari, tamen prorſus diuerſus eſt benedictionis finis, vt ſuo loco explicabimus. Deditque, καὶ ἐδίδου. Vulgata & Eraſmus, Et diſtribuit, καὶ μεταδίδου.

18 Solus, κατὰμόνας, id eſt ſeparatus à turba: niſi malimus exponere ὡς τὸ ἔτυχε, quum fuiſſet, vt ſuprà 8. f. 40, ὡς τὸ συντυχὸν, quũ reuertiſſet. aut fortaſſis quũ ſolus oraret, interuenerũt diſcipuli. Diſcipuli, οἱ μαθηταί. Vul. & Eraſ. Et diſcipuli, καὶ οἱ μαθηταί, quũ ne in Frobeniana quidẽ editione addatur καὶ, cui certè nullus hîc locus eſt. Nam ita ſignificatur alios præterea adfuiſſe: quod ſi verum eſt, qui dici poſſit Chriſtus fuiſſe κατὰμόνας

13 Quotidie,

Ελεγε δὲ πρὸς πάντας, Εἴ τις θέλει
ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν,
καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ καθ' ἡμέραν,
καὶ ἀκολουθείτω μοι.

23 ¶Dicebat autē omnibus, Si quis vult me ſequi, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuā ᵛquotidie, & ſequatur me.

23 Dicebat autē ad omnes, Si quis vult poſtme ue nire, abneget ſemetipſū, & tollat crucē ſuā quoti die, & ſequatur me. *Infrà, 14.f.27 matth.10.d.38 & 16.d.24 marci 8.d.35*

Ος γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι,
ἀπολέσει αὐτήν· ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυ-
χὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, οὗτος σώσει αὐτήν.

24 ¶Quiſquis enim voluerit animā ſuā ſeruare, perdet eam: quiſ quis verò perdiderit animam ſuā mea cauſa, is ſeruabit eam.

24 Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam fa cere, perdet illam. nam qui perdiderit animam ſuam propter me, ſaluā faciet illam. *Infrà, 17.f.33 matth.10.d.39 & 16.d.25 marci 8.d.35 ioban.12.d.25*

Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος κερδή-
σας τὸν κόσμον ὅλον, ἑαυτὸν δὲ ἢ ἀπολέσας,
ἢ ζημιωθείς;

25 ¶Quid enim prodeſt cuipiam ſi lucretur vniuerſū mundū, ſe ipſum autem perdat, ſiue ſeipſo multetur?

25 Quid enim proficit homo ſi lucretur vniuerſum mūdū, ſe autē ipſū perdat, & detrimētum ſui faciat? *Matth.16.d.26 marci 9.d.36*

Ος γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με καὶ τοὺς ἐμοὺς
λόγους, τοῦτον ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυ-
νθήσεται, ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ καὶ τοῦ
πατρὸς, καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων.

26 ¶Quem enim ᵛpuduerit mei ac meorum ſermonum, eius pudebit Filium hominis, quando venerit cū gloria ſua & Patris, ſanctorúmque Angelorum.

26 Nā qui me erubuerit & meos ſermones, hunc Filius hominis erubeſcat quū uenerit in maieſtate ſua & Patris, & ſanctorum Angelorum. *Infrà, 12.b.9 matth.10.d.33 marci 8.d.38 2.tim.2.b.12*

Λέγω δὲ ὑμῖν ἀληθῶς, εἰσί τινες τῶν ὧδε
ἑστηκότων οἵτινες οὐ μὴ γεύσωνται θανάτου
ἕως ἂν ἴδωσι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

27 ¶Dico autem vobis verè, ſunt quidā ex iis qui hīc adſtant qui nequaquam guſtabūt mortem vſquedum viderint regnū Dei.

27 Dico autem uobis uerè, ſunt aliqui hīc ſtantes qui non guſtabunt mortē donec uiderīt regnū Dei. *Matth. 16.d.28 marci 9.a.1*

Ἐγένετο δὲ μετὰ τοὺς λόγους τούτους ὡ-
σεὶ ἡμέραι ὀκτὼ, καὶ παραλαβὼν τὸν Πέ-
τρον καὶ Ἰωάννην καὶ Ἰάκωβον, ἀνέβη εἰς
τὸ ὄρος προσεύξασθαι.

28 ¶Factum eſt autem, poſt hæc verba quaſi ᵛdies octo interueniſſent, quum aſſumptis Petro & Iohanne & Iacobo, aſcēdit in mōtem vt precaretur.

28 Factum eſt autem poſt hæc uerba ſere dies octo, & aſſumpſit Petrū & Iacobū & Iohannē, & aſcēdit in montē ut oraret. *Matth.17.a.1 marci 9.a.1*

Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ προσεύχεσθαι αὐτὸν
τὸ εἶδος τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἕτερον, καὶ
ὁ ἱματισμὸς αὐτοῦ λευκὸς ἐξαστράπτων.

29 Et facta eſt inter precandum ſpecies vultus eius alia, & veſtitus eius albus ac emicans.

29 Et factū eſt, dum oraret, ſpecies uultus eius altera, & ueſtitus eius albus & refulgens.

Καὶ ἰδοὺ, ἄνδρες δύο συνελάλουν αὐ-
τῷ, οἵτινες ἦσαν Μωσῆς καὶ Ἠλίας·

30 Et ecce, duo viri colloquebantur cū eo, qui erāt Moſes & Elias:

30 Et ecce, duo uiri loquebantur cū illo: erant autē Moyſes & Elias:

Οἳ ὀφθέντες ἐν δόξῃ, ἔλεγον τὴν ἔξο-
δον αὐτοῦ, ἣν ἤμελλε πληροῦν ἐν Ἰερου-
σαλήμ.

31 Qui viſi cum gloria, dicebant ipſius ᵛexitum, quo futurum erat vt defūgeretur in Hieruſalē.

31 Viſi in maieſtate: & dicebāt excaſſum eius quē completurus erat in Ieruſalem.

Ὁ δὲ Πέτρος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἦσαν βε-
βαρημένοι ὕπνῳ· διαγρηγορήσαντες δὲ
εἶδον τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ τοὺς δύο ἄνδρας
τοὺς συνεστῶτας αὐτῷ.

32 Petrus verò & qui cum ipſo erant, grauati erāt ſomno: ᵛquū autem euigilaſſent, viderūt gloriā eius, & duos illos viros qui ſtabant cum eo.

32 Petrus uerò & qui cū illo erant, grauati erant ſōno: & euigilantes, uiderunt maieſtatem eius. & duos uiros qui ſtabāt cum illo.

13 Quotidie, καθ' ἡμέραν. Hoc neque apud alios Euangeliſtas additur, neque legitur in Complutenſi editione & quinque veteribus codicibus, neque explicatur à Theophylacto. Eſt tamen magna horum verborum emphaſis, quibus videlicet ſignificatur fore vt ſicut dies diem conſequitur, ita crux crucem excipiat.

15 Si lucretur, κερδήσας: id eſt ἐὰν κερδήσῃ, vt Matthæus & Marcus loquuntur. Sic enim reſoluendum eſt interdum participium apud Græcos, vt in illo Homeri verſiculo Iliad. ι, ἴσην μοι ἴσα δάσσατο: id eſt ἐὰν δάσσηται. Subiicitur enim καὶ τίμαλφα πολλά τε κτλ. ζῶ.

16 Puduerit, ἐπαισχυνθῇ. Vulgata, Erubuerit. Optarim (inquit in hunc locum Eraſmus) Latinum eſſe quod poſuit Vetus interpres. Atqui ſic loquitur Virgilius Æneid. 1, ſed iura fidémque Supplicis erubuit. Sed hoc tamen eſt μετωνυμικῶτερον.

28 Dies octo *interceſſerant*, ἡμέραι ὀκτώ. Eraſmus, Diebus octo, ὡσεὶ ἡμέραι ὀκτώ. Ego malui conſtructionem explere. Quomodo verò cum Matthæo & Marco conciliandus ſit Lucas, diximus Marci 9. a. 1.

31 Exitum, τὴν ἔξοδον. Vulg. & Eraſ. Exceſſum, rectè quidem & eleganter, ſed ambiguè. Itaque nonnulli hac ambiguitate decepti, quòd Græca ignorarent, perinde ſunt interpretati acſi ἔκστασιν declararet: nonnulli rurſus, tanquam excellentiam ac præſtantiam, id eſt ἔξοχὴν aut ὑπεροχὴν, ſignificet. Accipitur autem Exitus pro morte apud idoneos etiam authores, vt annotat Valla. Quo futurum erat vt defungeretur, ἣν ἤμελλε πληροῦν. Vulg. & Eraſ. ad verbum, Quem completurus erat. Ego malui ſynonymum quærere, quo tamen optimè declaratur verbi Græci emphaſis. Fuit enim mors illa omnium acerbiſſima inſtar muneris impoſita Chriſto, quo ipſe non minus promptè quàm fideliter eſt defunctus, ita vt omnes Mediatoris partes impleuerit.

31 Quum autem euigilaſſent, διαγρηγορήσαντες δέ. Vulgata & Eraſmus, Experrecti, διαγρηγορήσας.

Καὶ ἐλάλουν πρὸς ἀλλήλους διαλογιζόμενοι τίς ἂν εἴη μείζων.

33 Et factum est quum illi discederét ab eo, dixit Petrus ad Iesũ, Magister, bonũ est nos hic esse: atque adeo faciamus tria tabernacula, vnum tibi, & vnũ Mosi, & vnum Eliæ: nesciens quid diceret.

33 Et factum est quũ discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum, Præceptor, bonum est nos hic esse: & faciamus tria tabernacula, unum tibi & unum Moysi, & unum Eliæ: nesciens quid diceret.

Ταῦτα δὲ αὐτοῦ λέγοντος, ἐγένετο νεφέλη, καὶ ἐπεσκίαζεν αὐτοῖς· ἐφοβήθησαν δὲ τοῖς ἀνθρώποις εἰσελθεῖν εἰς τὴν νεφέλην.

34 Hæc autem ipso dicente, extitit nubes quæ inumbrauit eos: timuerũt autem dum ingrederentur in nubem.

34 Hæc autem illo loquente, facta est nubes, & obumbrauit eos: & timuerunt intrantibus illis in nubem.

Καὶ φωνὴ ἐγένετο ἐκ τῆς νεφέλης, λέγουσα, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός· αὐτοῦ ἀκούετε.

35 Et vox extitit è nube, dicens, Hic est filius ille meus dilectus: ipsum audite.

35 Et vox facta est de nube, dicens, Hic est filius meus dilectus: ipsum audite.

Καὶ τὸ γενέσθαι τὴν φωνὴν εὑρέθη Ἰησοῦς μόνος· καὶ αὐτοὶ ἐσίγησαν, καὶ οὐδενὶ ἀπήγγειλαν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις ἃ ἑωράκασιν.

36 Et postquam vox illa extitisset, inuentus est Iesus solus: ipsi autem siluerũt, & nulli declararunt per id tempus quicquam eorum quæ viderant.

36 Et dum fieret vox, inuentus est Iesus solus: & ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex ijs quæ viderant.

Matth. 17. b. 24 marci 9. a. 57

Ἐγένετο δὲ τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ, κατελθόντων αὐτῶν ἀπὸ τοῦ ὄρους, συνήντησεν αὐτῷ ὄχλος πολύς.

37 Factum est autem sequenti die, quum ipsi descendissent de mõte, occurrit ei turba multa.

37 Factum est autem in sequenti die, descendentibus illis de monte, occurrit illi turba multa.

Καὶ ἰδοὺ, ἀνὴρ ἀπὸ τοῦ ὄχλου ἀνεβόησε, λέγων, Διδάσκαλε, δέομαί σου, ἐπίβλεψον ἐπὶ τὸν υἱόν μου, ὅτι μονογενής μοί ἐστι·

38 Et ecce, quidam è turba exclamauit, dicens, Magister, rogote, respice ad filium meum: nã vnigenitus est mihi.

38 Et ecce, vir de turba exclamauit, dicens, Magister, obsecro te, respice in filium meum, quia unicus est mihi.

Καὶ ἰδοὺ, πνεῦμα λαμβάνει αὐτόν, καὶ ἐξαίφνης κράζει, καὶ σπαράσσει αὐτὸν μετὰ ἀφροῦ, καὶ μόγις ἀποχωρεῖ ἀπ' αὐτοῦ, συντρίβον αὐτόν.

39 Et ecce, spiritus arripit eum, & repẽtè clamat, & discerpit eũ cum spuma, & vix discedit ab eo, conterens eum.

39 Et ecce, spiritus apprehendit eum, & subito clamat, & elidit, & dissipat eum cum spuma, & vix discedit, dilaniatum eum.

Καὶ εἶπα τοῖς μαθηταῖς σου ἵνα ἐκβάλωσιν αὐτό, καὶ οὐκ ἠδυνήθησαν.

40 Et rogaui discipulos tuos vt ipsum eicerent: sed non potuerunt.

40 Et rogaui discipulos tuos ut eiicerent illum: & non potuerunt.

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν, Ὦ γενεὰ ἄπιστος καὶ διεστραμμένη, ἕως πότε ἔσομαι πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἀνέξομαι ὑμῶν; Προσάγαγε ὧδε τὸν υἱόν σου.

41 Respondens autem Iesus ait, O natio incredula & peruersa, quousque tãdem ero apud vos, & tolerabo vos? Adduc filium tuum huc.

41 Respondens autem Iesus dixit, O generatio infidelis & peruersa, usquequo ero apud uos & patiar uos? Adduc hũc filium tuum.

Ἔτι δὲ προσερχομένου αὐτοῦ, ἔρρηξεν αὐτὸν τὸ δαιμόνιον, καὶ συνεσπάραξεν· ἐπετίμησε δὲ ὁ Ἰησοῦς τῷ πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ, καὶ ἰάσατο τὸν παῖδα· καὶ ἀπέδωκεν αὐτὸν τῷ πατρὶ αὐτοῦ.

41 Quum autem adhuc accederet, lacerauit eũ dæmonium, & discerpsit: obiurgauit autem Iesus spiritum impurũ, & sanauit puerum: & reddidit eum patri suo.

41 Et quum accederet, elisit illum dæmonium, & dissipauit. Et increpauit Iesus spiritum immũdum, & sanauit puerum: & reddidit illum patri eius.

36 Postquam vox illa extitisset, ἐν τῷ γενέσθαι τὴν φωνήν: id est μετὰ τὸ γενέσθαι, cuius enallages exemplũ aliud occurrit infrà, 11. versu 37. Itaque non videtur Vetus interpres rectè conuertisse, Dum fieret vox.

Per id tempus, ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις. Vulgata & Erasmus ad verbum, In diebus illis. Hunc autem Hebraismum quum alibi sæpe retinuerimus, hic mutauimus, quòd diserte dicat Marcus discipulos non aliquot diebus duntaxat tacuisse, sed vsquequo Christus resurrexisset.

39 Conterens, συντρίβον. Vulgata & Erasmus, Dilanians, διασπῶν. In nonnullis codicibus legit Erasmus συντρίβοντος, id est atterente seu conterente. Nam vt in morbo etiam comitiali accidit, solent isti in membrorum conuulsione caput cæteráque membra terræ illidere, ita vt sese totos atterant.

42 Lacerauit, ἔρρηξεν. Vulgata, Elisit, id est ἔρριψεν, vt existimat Erasmus, vel potius ἔξέβαλεν.

Ἐξεπλήσσοντο δὲ πάντες ἐπὶ πᾶσι τῇ με- 43 Percellebantur igitur omnes 43 *Stupebant autẽ omnes*
γαλειότητι τοῦ Θεοῦ. Παίντων δὲ θαυμα- super ᵛ magnifica Dei virtute. *in magnitudine Dei. O-*
ζόντων ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, omnibus verò mirantibus ſu- *mnibuſque mirãtibus in*
εἶπε πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, per omnibus quæ faciebat, dixit *omnibus quæ faciebat,*
diſcipulis ſuis, *dixit ad diſcipulos ſuos,*

Θέσθε ὑμεῖς εἰς τὰ ὦτα ὑμῶν τοὺς λό- 44 ‖Reponite vos ᵛin aures ve- 44 *Ponite uos in cordibus*
γους τούτους· ὁ γὰρ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου μέλ- ſtras ſermones iſtos: futurum eſt *meſtru ſermones iſtos. Fi-* Matth. 17. d. 22
λει παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων. enim vt Filius hominis trada- *lius enim hominis futu-* marci 9. c. 35
tur in manus hominum. *rum eſt ut tradatur in*
manus hominum.

Οἱ δὲ ἠγνόουν τὸ ῥῆμα τοῦτο, καὶ 45 Ipſi verò ignorabant dictum 45 *At illi ignorabant uer-*
ἦν παρακεκαλυμμένον ἀπ' αὐτῶν, ἵνα istud, erátque ipſis ᵛoccultum, a- *bum iſtud, & erat uela-*
μὴ αἴσθωνται αὐτό· καὶ ἐφοβοῦντο ἐρωτῆ- deo vt illud non ſentirent: & ti- *tum ante eos, ut non ſen-*
σαι αὐτὸν περὶ τοῦ ῥήματος τούτου. mebant eum interrogare de *tirent illud: & timebant*
hoc dicto. *eum interrogare de hoc*
uerbo.

Εἰσῆλθε δὲ διαλογισμὸς ἐν αὐτοῖς, τὸ 46 ‖Incidit autem diſceptatio 46 *Intrauit autem cogi-* Matth. 18. a. 1
τίς ἂν εἴη μείζων αὐτῶν. inter eos, quis eſſet eorum ma- *tatio in eos, quis eorum* marci 9. c. 33
ximus. *maior eſſet.*

Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἰδὼν τὸν διαλογισμὸν τῆς 47 Ieſus autem ᵛviſa ᵛcogitatione 47 *At Ieſus uidens*
καρδίας αὐτῶν, ἐπιλαβόμενος παιδίου, cordis ipſorum, acceptum puc- *cogitationes cordis illorum, ap-*
ἔστησεν αὐτὸ παρ' ἑαυτῷ· rulum ſtatuit apud ſe: *prehendit puerum, &*
ſtatuit illum ſecus ſe:

Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ὃς ἐὰν δέξηται τοῦ- 48 Et dixit eis, Quicunque ᵛexce- 48 *Et ait illis, Quicunque*
το τὸ παιδίον ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἐμὲ perit puerulum hunc nomine *ſuſceperit puerum iſtum*
δέχεται· καὶ ὃς ἐὰν ἐμὲ δέξηται, δέχεται meo, me excipit: & quicunque *in uocabulo meo, me recę-*
τὸν ἀποστείλαντά με. ὁ γὰρ μικρότερος ἐν me exceperit, excipit eum qui *pit: & quicunque me re-*
πᾶσιν ὑμῖν ὑπάρχων, οὗτος ἔσται μέγας. me miſit. nam qui minimus eſt *ceperit, recipit eum qui*
inter vos omnes, is ᵛerit magnus. *me miſit. nam qui minor*
eſt inter uos omnes, hic
maior eſt.

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰωάννης εἶπεν, Ἐπι- 49 ‖Reſpondens autem Iohan- 49 *Reſpondens autem Io-* Marci 9. f. 38
στάτα, εἴδομέν τινα ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου nes ait, Magiſter, vidimus quen- *hannes dixit, Præceptor,*
ἐκβάλλοντα τὰ δαιμόνια, καὶ ἐκωλύ- dam ſub nomine tuo eiicientẽ *uidimus quendam in no-*
σαμεν αὐτόν, ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ μεθ' ἡ- dæmonia, & prohibuimus eum, *mine tuo eiicientem dæ-*
μῶν. quia ſe non ſequitur nobiſcum. *monia, & prohibuimus*
eum, quia non ſequitur
nobiſcum.

Καὶ εἶπεν πρὸς αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, Μὴ κω- 50 Et dixit ei Ieſus, ᵛNe prohibe- 50 *Et ait ad illum Ieſus,*
λύετε· ὃς γὰρ οὐκ ἔστι καθ' ὑμῶν, ὑπὲρ te illum: qui enim non eſt aduer- *Nolite prohibere: qui e-*
ὑμῶν ἐστιν. ſum nos, pro nobis eſt. *nim nõ eſt aduerſus nos,*
pro nobis eſt.

43 Magnifica virtute, μεγαλειότητι. Vulgata, Magnitudine, μεγαλωσύνῃ. Eraſmus, Magnificentia, μεγαλοπρεπείᾳ. Ego periphraſin vſurpaui neceſſariò. Nam vt ſolent mirifica illa Chriſti facta vocari μεγαλεῖα, ita virtus illa cæleſtis iſtorum operum effectrix, μεγαλειότης dicitur.

44 In aures veſtras, εἰς τὰ ὦτα ὑμῶν: id eſt, attendite diligenter, & ſemel audita conſeruate. Vulgata, In cordibus veſtris, εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν. pro quo dicere ſolet Homerus, σὺ δ' ἐν φρεσὶ βάλλεο σῇσιν. & Virgilius, memori quæ condita mente teneto.

45 Occultũ ipſis, παρακεκαλυμμένον ἀπ' αὐτῶν. Sic vſurpatur apud Hebræos נכח, vt Pſal. 68. a. 6, quum Latini potius tertio caſu vtãtur. Vulgata, Et erat velatum ante eos, vt legiſſe videatur ἦν μεμαρτυρημένον αὐτῶν. Eraſmus, Abſconditum ab illis: quæ interpretatio etiam ambigua eſt.

46 Incidit autem diſceptatio, εἰσῆλθε δὲ διαλογισμός. Vulg. & Eraſ. Intrauit autẽ cogitatio. Atqui apparet ex Mar. 9. v. 34, habitã fuiſſe in via diſputationem de ea re inter diſcipulos, vbi vtitur Euangeliſta verbo διαλογίζεσθαι. Itaque εἰς αὐτοὺς non rectè conuertit Vetus interpres In eos, quum apud Marcum ſcriptum ſit πρὸς ἀλλήλους.

47 Viſa, ἰδὼν. Quod oculorum eſt, ad animum tranſfertur: quemadmodum etiam paulo antè poſitum eſt εἰδότα, pro συνιέναι, id eſt ſentire pro intelligere. In nonnullis autem codicibus legitur εἰδὼς, quum ſciret. Cogitatione, τὸν διαλογισμόν. Superiore verſiculo Diſceptationem ſum interpretatus: ſed pro Cogitatione hic accipi, ſatis indicat cordis nomen. Nam ita in via de hac re diſceptarant diſcipuli vt Chriſtum id celatum vellent.

48 Erit, ἔσται. Vulgata legit ἐστὶν, eſt, in præſenti: quam lectionem magis ſinceram eſſe puto. Sed & pro τὸν τὸ παιδίον, hunc puerulum, fortaſſis legendum eſt τοιοῦτον παιδίον, huiuſmodi puerulum.

50 Ne prohibete illum, μὴ κωλύετε. In duobus exemplaribus ſtatim ſubiicitur, οὐ γὰρ ἔστι καθ' ὑμῶν, non eſt enim contra vos. deinde ſubiicitur, ὃς γὰρ οὐκ ἔστι, &c

Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὰς ἡμέρας τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐστήρισε τοῦ πορεύεσθαι εἰς Ἱερουσαλήμ.

51 Factum est autem, quum impleretur ᵛtempus quo sursum reciperetur, tum ipse ᵛsese obfirmauit vt proficisceretur in Hierusalem.

51 *Factum est autem dum implerentur dies assumptionis eius, & ipse faciem suam firmauit ire in Ierusalem.*

Καὶ ἀπέστειλεν ἀγγέλους πρὸ προσώπου αὐτοῦ· καὶ πορευθέντες εἰσῆλθον εἰς κώμην Σαμαρειτῶν, ὡς ἑτοιμάσαι αὐτῷ.

51 Misitque nuntios ante faciē suam: qui profecti ingressi sunt ᵛin vicum Samaritanorum, ᵛvt pararent ei *hospitium*.

51 *Et misit nuntios ante conspectum suum, & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum, ut pararent illi.*

4. Reg. 23. 10, & 12

Καὶ οὐκ ἐδέξαντο αὐτὸν, ὅτι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἦν πορευόμενον εἰς Ἱερουσαλήμ.

53 ‖Sed *illi* non receperunt eum, ᵛquòd habitum præferret proficiscentis in Hierusalem.

53 *Et non receperunt eū, quia facies eius erat eūtis in Ierusalem.*

Ἰδόντες δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης, εἶπον, Κύριε, θέλεις εἴπωμεν πῦρ καταβῆναι ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἀναλῶσαι αὐτούς, ὡς καὶ Ἠλίας ἐποίησε;

54 Quum autem hoc vidissent discipuli eius Iacobus & Iohannes, dixerunt, Domine, vis ᵛdicamus vt ignis descendat è cœlo, & consumat eos, ᵛvt etiam Elias fecit?

54 *Quum uidissent autem discipuli eius Iacobus & Iohannes, dixerūt, Domine, uis dicamus ut ignis descendat de cœlo, & consumat illos?*

Στραφεὶς δὲ ἐπετίμησεν αὐτοῖς, καὶ εἶπεν, Οὐκ οἴδατε οἵου πνεύματός ἐστε ὑμεῖς.

55 Sed conuersus Iesus obiurgauit eos, dicens, Nescitis ᵛcuius spiritus vos sitis.

55 *Et conuersus increpauit illos, dicens, Nescitis cuius spiritus estis.*

Luc. 8. c. 19

Ὁ γὰρ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε ψυχὰς ἀνθρώπων ἀπολέσαι, ἀλλὰ σῶσαι. Καὶ ἐπορεύθησαν εἰς ἑτέραν κώμην.

56 ‖Filius autem hominis non venit vt perderet ᵛanimas hominum, sed vt seruaret. Abierunt igitur in alium vicum.

56 *Filius hominis non uenit animas perdere, sed saluare. Et abierunt in alium castellum.*

51 Tempus quo sursum reciperetur, τὰς ἡμέρας τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ. Vulgata & Erasmus, Dies assumptionis eius. Sed (vt rectè obseruauit idem Erasmus Act. 1. a. 2.) Assumi potius respondet τῷ ἀνελήμφθαι. cui tamen in eo non assentior quòd in ἀνάληψις putet præpositionem ἀνὰ declarare τὸ πάλιν, id est rursum: quum potius ascensum in superiorem locum significet. quod vt exprimerē, coactus sum periphrasin quærere, & à Græcis aliquantulum deflectere. Cæterùm quia apud Græcos ἀναλαμβάνειν τὸν υἱὸν, opponitur τῷ ἀποκηρύττειν, sicut apud Latinos Agnitio liberorum contraria est Abdicationi: existimat doctissimus Budæus ἀνάληψιν hoc loco significare id tempus quo Christus antea velut à Patre abdicatus, ab eodem est agnitus, & in paternam domum receptus. Sed hæc argutia mihi non placet Sese obfirmauit, τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐστήρισε. Hebraicè, חכין פניו, vt Ezech. 4. a. 3. Nī חכין פניו non lego nisi in vitio positum, vt Prouerb. 21. d. 29. Significatur autem hoc genere dicendi, Christum certo iam proposito moriendi sese dedisse in viam, & deposito omni mortis terrore iter ingressum. Nīm qui aliquò proficiscitur, eò conuertat vultum necesse est: sed verbo חכין aliquid etiam amplius significatur quàm vt simpliciter dicatur vultum suum direxisse Hierusalem versus. Quia verò obscurior visa est interpretatio si dicamus ad verbum, Obfirmauit faciem suam, perinde conuerti ac si scriptum esset, ἐστήριξεν ἑαυτὸν, quum alioquin apud Hebræos sæpe hæc periphrasis vsurpetur simplicis affixi loco, vt versiculo sequenti, Ante faciem suam, nihil aliud declarat quàm Ante se. In summa, hæc est sententia, Christum, quum ipsius hora veniisset, obfirmato animo iter ingressum esse.

51 In vicum, εἰς κώμην. In quibusdam codicibus legitur εἰς πόλιν, in vrbem: quam lectionem sequutus est Vetus interpres. Sed illam præfero: quia postea sequitur εἰς ἑτέραν κώμην, in alium vicum. Non sit igitur hoc loco mētio ipsius Samariæ metropolis, quam Euangelista non vocasset κώμην, quum iam esset magnificè constructa ab Herode Antipatri filio, qui Sebasten illam ab Augusto cognominauit: sed potius vicus aliquis obscurus eius regionis significatur. Vt pararent ei *hospitium*, ἑτοιμάσαι αὐτῷ. Sic apud Hebræos vsurpari solent verba ἀπαντήσεως: & ita ponitur τὸ ἀπήντησεν ἡμῖν Act. 10. b. 10.

53 Quòd habitum præferret proficiscentis, ὅτι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἦν πορευόμενον. Ad verbum, Quia facies eius erat vadens. Sed, (inquit Erasmus) sicut oculi loqui dicuntur qui innuunt quod dictum velis, ita facies ire dicitur quæ præ se ferat iter aliquò destinatum esse. Ego verò per πρόσωπον intelligo totum habitum, ex quo facilè perspicere potuerunt Samaritani, Christū cum suis Iudæum esse, & Hierosolymam ad diem festum Paschæ proficisci. Norūt autem omnes quæ fuerit Samaritanorū hæresis de templo Hierosolymitano, quæ paucis explicatur Iohan. 4. c. 10.

54 Dicamus, εἴπωμεν: id est iubeamus: quem Hebraismum sæpe iam exposuimus. Vt etiam Elias fecit, ὡς καὶ Ἠλίας ἐποίησεν; Hæc non legimus in quodam codice & in Vulgata editione: minimè tamen videntur expungenda, quum infiguem doctrinam cōtineant peruersæ quorundam καινοτομίας. Reperiuntur etiam & explicantur apud Theophylactum.

55 Cuius spiritus sitis, οἵου πνεύματός ἐστε. Spiritum vocat, Hebræorum more, animi motum, qui partim ab interiore, partim ab externo aliquo afflatu proficiscitur, puta vel à Spiritu sancto, vel à spiritu malo. Inde factū vt dona Dei vocentur Spiritus: & econtrario quoque vitia hoc etiam nomine appellentur, vt spiritus auaritiæ, superbiæ, furoris, & eiusmodi multa quæ passim occurrunt.

56 Animas hominū, ψυχὰς ἀνθρώπων. Heb. נפש אדם: id est, homines ipsos, aut hominū vitā. Cōperimus

autē hæc omnia, καὶ οὔπω, οὐκ οἶδα εἰς πόλεμός ἐστιν ὑμῖν. ὁ γὰρ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε ψυχὰς ἀπολέσαι, ἀλλὰ σῶσαι, deeſſe in quinque vetuſtis codicibus. Rurſum in quibuſdam annotat Eraſmus non addi ἀπόστολον, quod etiā omittitur in Vetere editione.

Ἐγένετο δὲ πορευομένων αὐτῶν, εἶπέ τις πρὸς αὐτόν, Ἀκολουθήσω σοι ὅπου ἐὰν ἀπέρχῃ, Κύριε.

57 Factum eſt autem proficiſcentibus ipſis, quidam in via dixit ei, Sequar te quocunque ieris, Domine.

57 *Factum eſt autem ambulantibus illis, & ait dixit quidam ad illum, Sequar te quocūque ieris. Domine.*

Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, κατασκηνώσεις· ὁ δὲ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ.

58 Dixit autem ei Ieſus, Vulpes luſtra habent, & volucres cæli, nidos: Filius autē hominis non habet vbi caput inclinet.

58 *Et dixit illi Ieſus, Vulpes foueas habent, & aues lucres cæli, nidos: Filius autem hominis non habet vbi caput reclinet.*

Εἶπε δὲ πρὸς ἕτερον, Ἀκολούθει μοι. Ὁ δὲ εἶπε, Κύριε, ἐπίτρεψόν μοι ἀπελθόντι πρῶτον θάψαι τὸν πατέρα μου.

59 Ait autem ad alium quendam, Sequere me. Ille verò dixit, Domine, permitte mihi vt prius abeā ac ſepeliam patrem meū.

59 *Ait autem ad alterum, Sequere me. Ille autem dixit, Domine, permitte mihi primùm ire, & ſepelire patrem meum.* Matth. 8. c. 21

Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς· σὺ δὲ ἀπελθὼν διάγγελλε τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

60 Dixit autem ei Ieſus, Sine vt mortui ſepeliāt mortuos ſuos: tu verò profectus annuntia regnum Dei.

60 *Dixitque ei Ieſus, Sine ut mortui ſepeliant mortuos ſuos: tu autem vade, annūtia regnum Dei.*

Εἶπε δὲ καὶ ἕτερος, Ἀκολουθήσω σοι Κύριε, πρῶτον δὲ ἐπίτρεψόν μοι ἀποτάξασθαι τοῖς εἰς τὸν οἶκόν μου.

61 Dixit autem etiam alius, Sequar te Domine: ſed permitte mihi prius vt valedicam iis qui ſunt domi meæ.

61 *Et ait alter, Sequar te Domine: ſed permitte mihi primùm renuntiare iis qui domi ſunt.*

Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, Οὐδεὶς ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον, καὶ βλέπων εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

62 Ait autem ei Ieſus, Nemo qui manu ſua admota aratro, reſpexerit ad ea quæ retro ſunt, appoſitus eſt ad regnum Dei.

62 *Ait ad illum Ieſus, Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei.*

Κεφάλαιον ιʹ

CAP. X.

Μετὰ δὲ ταῦτα ἀνέδειξεν ὁ Κύριος καὶ ἑτέρους ἑβδομήκοντα, καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς ἀνὰ δύο πρὸ προσώπου αὐτοῦ, εἰς πᾶσαν πόλιν καὶ τόπον οὗ ἔμελλεν αὐτὸς ἔρχεσθαι.

1 POſt hæc autem deſignauit Dominus etiam alios ˣ ſeptuaginta, miſitque eos binos ante faciem ſuam in omnē vrbem & locum quò futurum erat vt ipſe veniret.

1 *POſt hæc autem deſignauit Dominus & alios ſeptuagintaduos, & miſit illos binos ante faciem ſuam in omnem ciuitatem & locum quò erat ipſe venturus.*

Ἔλεγεν οὖν πρὸς αὐτούς, Ὁ μὲν θερισμὸς πολύς, οἱ δὲ ἐργάται ὀλίγοι· δεήθητε οὖν τοῦ Κυρίου τοῦ θερισμοῦ ὅπως ἐκβάλῃ ἐργάτας εἰς τὸν θερισμὸν αὐτοῦ.

2 Dicebat ergo eis, Meſſis quidem multa, ſed operarii pauci: rogate ergo dominū meſſis vt emittat operarios in meſſem ſuam.

2 *Et dicebat illis, Meſſis quidem multa, operarii autem pauci: rogate ergo Dominum meſſis ut mittat operarios in meſſem.* Mat. 9. d. 37

Ὑπάγετε, ἰδοὺ, ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς ἄρνας ἐν μέσῳ λύκων.

3 Abite, ecce, ego mitto vos vt agnos in medium luporum.

3 *Ite, ecce, ego mitto vos ſicut agnos inter lupos.* Mat. 10. d. 16

Μὴ βαστάζετε βαλλάντιον, μὴ πήραν, μηδὲ ὑποδήματα· καὶ μηδένα κατὰ τὴν ὁδὸν ἀσπάσησθε.

4 Ne portate crumenā, neque peram, neque calceamenta: & neminem in via ſalutaueritis.

4 *Nolite portare ſacculū, neque peram, neque calceamenta: & neminē per viam ſalutaueritis.* 2. Reg. c. 18

61 Vt valedicam, ἀποτάξασθαι. Vulgata, Renuntiare. Vide Mar. 6. f. 46.

IN CAPVT X.

1 Septuaginta, ἑβδομήκοντα. In vetere editione legimus Septuaginta duos, caſūne an errore, neſcio, quū vetuſtiſſimi quique interpretes 70 tantùm recenſeant, vt copioſius offendit Eraſmus in hunc locum. Sed in vno codice additum reperimus μαθητάς, diſcipulos: quo fit vt ſuſpicer, in Vetere editione quū ſcriptū eſſet δύος. (vt ſæpe librarii indocti iſta cōpendia quæſierunt) poſtea nonnullos ex δύος, duos feciſſe: qui deinde verſiculum 17 corruperunt, quum ex huius capitis initio vellent eum emendare. Verùm in eodem illo codice ſcriptum erat ἑβδομήκοντα δύο, vt planè nihil certi habeā quod conſtituam, niſi quòd præſtat (opinor) ſeptuaginta legere, quū cætera exemplaria in ea lectione conſentiant. Nam quod veteres huc adferunt de duodecim fontibus & 70 palmis, nihil habet ſolidi: neque verò res iſta tanti eſt momenti vt de ea contendere oporteat.

4 Neminē in via ſalutaueritis, μηδένα κατὰ τὴν ὁδὸν ἀσπάσησθε. Hyperbolica loquutio qua vtūtur Hebræi quū alicui præcipitur vt celeriter & nulla prorſus interiecta mora aliquid obeat, 1. Reg. 4. v. 29. Alioqui comes & humanæ ſalutationes inter Chriſtiana quoque officia numerātur. Hæc omnia igitur ſunt κατὰ τὸ πρέπον, & habita temporis ratione explicanda. vt planè ridiculi ſint Monachi, quū votū illud fictitiæ paupertatis quā vocant, & Anabaptiſtæ quoque quū ſuam illam κοινωνίαν conantur hoc teſtimonio confirmare.

Matth. 10. b. 12 marci 6. b. 10

Εἰς ἣν δ' ἂν οἰκίαν εἰσέρχησθε, πρῶτον λέγατε, Εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ.

Καὶ ἐὰν μὲν ᾖ ἐκεῖ ὁ υἱὸς εἰρήνης, ἐπαναπαήσεται ἐπ' αὐτὸν ἡ εἰρήνη ὑμῶν· εἰ δὲ μήγε, ἐφ' ὑμᾶς ἀνακάμψει.

Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ οἰκίᾳ μένετε, ἐσθίοντες καὶ πίνοντες τὰ παρ' αὐτῶν· ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ ἐστί. Μὴ μεταβαίνετε ἐξ οἰκίας εἰς οἰκίαν.

Deut. 24. c. 14 matth. 10. b. 10 1. tim. 5. c. 18

Matth. 10. b. 11

Καὶ εἰς ἣν δ' ἂν πόλιν εἰσέρχησθε, καὶ δέχωνται ὑμᾶς, ἐσθίετε τὰ παρατιθέμενα ὑμῖν·

Καὶ θεραπεύετε τοὺς ἐν αὐτῇ ἀσθενεῖς, καὶ λέγετε αὐτοῖς, Ἤγγικεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ.

Εἰς ἣν δ' ἂν πόλιν εἰσέρχησθε, καὶ μὴ δέχωνται ὑμᾶς, ἐξελθόντες εἰς τὰς πλατείας αὐτῆς, εἴπατε,

Καὶ τὸν κονιορτὸν τὸν κολληθέντα ἡμῖν ἐκ τῆς πόλεως ὑμῶν, ἀπομασσόμεθα ὑμῖν· πλὴν τοῦτο γινώσκετε, ὅτι ἤγγικεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ.

supra, 9. c. 5 act. 13. g. 51, & 18. b. 6.

5 ‖In quamcunque domum ingrediamini, primùm dicite, Pax huic domui.

6 Quòd ſi fuerit illic quiſpiam filius pacis, requieſcet ſuper eũ pax veſtra: ſin minus, ad vos reuertetur.

7 Manete autem in ea ipſa domo, edentes & bibentes quæ ab ipſis apposita fuerint: ‖dignus enim eſt operarius mercede ſua. Ne trãſite è domo in domum.

8 ‖Sed & in quamcunque vrbem ingreſſi fueritis, & exceperint vos, edite quæ apponuntur vobis:

9 Et ſanate ægrotos qui in ea fuerint, & dicite eis, Appropinquauit ad vos regnum Dei.

10 In quamcunque autem vrbẽ ingreſſi fueritis, & non exceperint vos, egreſſi in plateas eius, dicite,

11 ‖Etiam puluerem qui adhæſit nobis ex vrbe veſtra, vobis abſtergimus: tamẽ hoc ſcitote, appropinquaſſe ad vos regnũ Dei.

5 *In quamcunque domũ intraueritis, primùm dicite, Pax huic domui.*

6 *Et ſi ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra: ſin autem, ad nos reuertetur.*

7 *In eadem autem domo manete edentes & bibentes quæ apud illos ſunt: dignus eſt enim operarius mercede ſua. Nolite trãſire de domo in domũ.*

8 *Et in quãcunque ciuitatẽ intraueritis, & ſuſceperint vos, manducate quæ apponũtur vobis.*

9 *Et curate infirmos qui illa ſunt: & dicite illis, Appropinquauit in vos regnum Dei.*

10 *In quãcunque autẽ ciuitatẽ intraueritis, & nõ ſuſceperint vos, exeũtes in plateas eius, dicite.*

11 *Etiam puluerem qui adhæſit nobis de ciuitate veſtra, extergimus in vos: tamẽ hoc ſcitote, quia appropinquauit regnũ Dei.*

6 Quiſpiam filius pacis, ὁ υἱὸς εἰρήνης. Videtur non fuiſſe hoc loco prætermittendus articulus, cuius quidem vis eſt ἐπιτατικὴ, quum fere ſoleat vel ἀναφορικῶς, vel κατ' ἐξοχὴν poni. Filius autem pacis Hebraico more vocatur qui faueat doctrinæ pacis ſiue Euangelii.

7 Manete, μένετε: id eſt, hoſpitium vobis deligite. quod Græci dicunt καταλύειν. Neque enim τὸ μένειν hîc propriè accipitur pro ישב, id eſt habitare, & ſedes ponere, aut diutius hærere: ſed pro לין, id eſt diuertere & in hoſpitio tantiſper morari dum quieueris, vt cœptum iter perſequaris. Vnde manſionis vocabulum pro hoſpitio & diuerſorio vſurpatum à Suetonio & Plinio, pro quo Hebræi dicunt מלון. In ea autem ipſa domo, ἐν αὐτῇ δὲ τῇ οἰκίᾳ. Vulg. & Eraſ. In eadem autem domo, ἐν τῇ αὐτῇ δὲ οἰκίᾳ. quæ interpretatio etiam ambigua eſt. Poſſunt enim hæc ita accipi quaſi omnes iubeantur eundem habere hoſpitem, vel quaſi prohibeãtur hoſpitiũ mutare: quod paulo pòſt ſubiicitur: adeo vt ſi ita interpreteris, vix poſſit hæc battologia excuſari. Erit autem plana ſententia ſi à Græcis non diſceſſeris. Nemo enim erit qui nõ intelligat præcipi diſcipulis ne de quæren do commodo hoſpite laborent, vti faciunt videlicet qui vel in aliquo loco conſtituerunt diutius cõmorari, vel delicias ac voluptates, commoda denique ſua captant. Iubet igitur e contrario Chriſtus vt diſcipuli in quamcunque domum fuerint ingreſſi, id eſt quæcunque domus illis veniẽtibus patuerit, eam ipſam pro hoſpitio deligant. Neque enim hîc inſtituitur ſolennis quædam prædicatio Euangelii, qualis fuit à diſcipulis vſurpata quũ iam Eccleſias conſtituerent: ſed mittuntur iſti tanquam Chriſti apparitores, qui eum ſignificarent aduentare Hieroſolymã, & verum ac vltimum Iubileum promulgarent, nempe vt Chriſtus ſupremarum ſuarum concionum, & paſſionis item ac reſurrectionis plurimos teſtes haberet. Nam quod ad me attinet, ego hæc exiſtimo geſta eſſe in vltima Chriſti profectione, quia ſuperiore cap. verſu 51, addidit Lucas, ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὰς ἡμέρας τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ: id eſt, quum impleretur tempus quo futurum erat vt ſurſum reciperetur. Quæ ab ipſis apposita fuerint, τὰ παρ' αὐτῶν: ſubaudi παρατιθέμενα, quod participium exprimitur ſequenti verſiculo. Vulgata Quæ apud illos ſunt: id eſt τὰ παρ' αὐτοῖς, vt Eraſmus rectè annotauit: quanuis quod ad ſententiam attinet, minimum interſit. E domo in domum, ἐξ οἰκίας εἰς οἰκίαν. Hîc demum vetãtur hoſpitium mutare, ob eam cauſam quam paulo antè dixi. & bellè quidem ſcilicet hoc quadrat Mendicantium, quos vocant, fratrum aut ventrum potius inſtituto, quos tamen non pudet profiteri ſe Apoſtolicam vitam agere, quòd hoſtiatim victum mendicare ſoleant.

8 Sed & in quãcunque, καὶ εἰς ἣν δ' ἄν. Vulg. & Eraſ. Et in quãcunque, καὶ εἰς ἣν ἄν, quum in emendatioribus exemplaribus addatur particula δέ, & ita fere loqui ſoleant diſertiores Græci. Nequis verò exiſtimet hoc verſiculo repeti quod ſuperiore dictum fuerat, ac proinde inanem eſſe battologiam, cõſideranda eſt ratio ſuperiori verſiculo adiuncta. Quũ enim dixiſſet Dominus, Edite & bibite quæ ab hoſpitibus apposita fuerint, addit rationem, Quia, inquit, dignus eſt operarius mercede ſua. Perinde eſt igitur ac ſi dixiſſet, poſſe ipſos bona conſcientia veſci hoſpitis bonis, etiamſi non haberent vnde ſoluerent, (mittebat enim eos ab omnibus rebus imparatos) quum ali etiam mercenarii ſoleant. Hîc autem alius eſt finis ipſi propoſitus. Vult enim vt contenti ſint non modò quouis hoſpitio quod ipſis patuerit, ſed etiam quouis appoſito cibo, nempe ne ſeipſos quærãt, eorum exemplo quorum Deus venter eſt.

9 Ad vos, ἐφ' ὑμᾶς. Vulg. & Eraſ. In vos. Sed conſtat ἐπὶ vſurpari ἀντὶ τοῦ πρός, vt ſuprà etiam annotauimus 3. a. 5. Vtuntur autẽ hac enallage nõ modò Hebræi, ſed etiam diſertiores Græci. Sic enim Hom. Iliad. κ, ἐγὼ δ' ἐπὶ Νέστορα δῖον ἔπω. 11 Vobis, ὑμῖν. Id eſt aduerſum vos, vt explicatur ſuprà, 9. a. 5. Vulg. & Eraſ. In vos.

Λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι Σοδόμοις ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἀνεκτότερον ἔσται ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ.

11 Dico autem vobis, Sodomorum conditionem die illo tolerabiliorem fore quàm vrbis illius.

11 Dico nobis quia Sodomis in die illa remissius erit quàm illi ciuitati.

Οὐαί σοι Χωραζίν, οὐαί σοι Βηθσαϊδά· ὅτι εἰ ἐν Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἐγένοντο αἱ δυνάμεις αἱ γενόμεναι ἐν ὑμῖν, πάλαι ἂν ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ καθήμενοι μετενόησαν.

13 ¶Væ tibi Chorazin, væ tibi Beth-saida. nam si in Tyro & Sidone editæ fuissent virtutes quæ editæ sunt apud vos, olim cum sacco & cinere sedentes resipuissent.

13 Væ tibi Chorazaim, Matth.11.c.13
væ tibi Beth-saida: quia si in Tyro & Sidone factæ fuissẽt virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere sedentes pœnituerent.

Πλὴν Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἀνεκτότερον ἔσται ἐν τῇ κρίσει ἢ ὑμῖν.

14 Ideo Tyri & Sidonis tolerabilior erit conditio in iudicio quàm vestra.

14 Veruntamen Tyro & Sidoni remissius erit in iudicio quàm nobis.

Καὶ σύ Καπερναούμ μὴ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθήσῃ, ἕως ᾅδου καταβιβασθήσῃ.

15 Et tu Capernaum quæ vsque ad cælum sublata es, vsque ad inferos deprimêris.

15 Et tu Capharnaum usque ad cælum exaltata, usque ad infernum demergeris.

Ὁ ἀκούων ὑμῶν ἐμοῦ ἀκούει· καὶ ὁ ἀθετῶν ὑμᾶς, ἐμὲ ἀθετεῖ· ὁ δὲ ἐμὲ ἀθετῶν, ἀθετεῖ τὸν ἀποστείλαντά με.

16 ¶Qui vos audit, me audit: & qui vos reiicit, me reiicit: qui verò me reiicit, reiicit eum qui misit me.

16 Qui vos audit, me audit. Mar.10.d.40
et qui vos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. Iohan.13.c.20

Ὑπέστρεψαν δὲ οἱ ἑβδομήκοντα μετὰ χαρᾶς, λέγοντες, Κύριε, καὶ τὰ δαιμόνια ὑποτάσσεται ἡμῖν ἐν τῷ ὀνόματί σου.

17 Reuersi sunt autem septuaginta cum gaudio, dicentes, Domine, etiam dæmonia subiiciuntur nobis per nomen tuũ.

17 Reuersi sunt autem septuaginta cum gaudio, dicentes, Domine, etiam dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo.

Εἶπε δὲ αὐτοῖς, Ἐθεώρουν τὸν Σατανᾶν, ὡς ἀστραπὴν, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα.

18 Ipse autem dixit eis, Spectabã Satanam, vt fulgur, è cælo cadentem.

18 Et ait illis, Videbam Satanam, sicut fulgur, de cælo cadentem.

Ἰδοὺ, δέδωκα ὑμῖν τὴν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ· καὶ οὐδὲν ὑμᾶς οὐ μὴ ἀδικήσῃ.

19 Ecce, do vobis potestatem calcandi serpentes & scorpiones, & supra omnem vim inimici: & nihil vos lædet.

19 Ecce, dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit.

Πλὴν ἐν τούτῳ μὴ χαίρετε, ὅτι τὰ πνεύματα ὑμῖν ὑποτάσσεται· χαίρετε δὲ μᾶλλον ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγγέγραπται ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

20 Sed de eo ne gaudete quòd spiritus vobis subiiciantur: gaudete verò potius quòd nomina vestra scripta sint in cælis.

20 Veruntamen in hoc nolite gaudere quia spiritus vobis subiiciuntur: gaudete autem quòd nomina vestra scripta sunt in cælis.

Ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἠγαλλιάσατο τῷ πνεύματι ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν, Ἐξομολογοῦμαί σοι πάτερ, Κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις· ναὶ ὁ πατὴρ, ὅτι οὕτως εὐδοκία ἐγένετο ἔμπροσθέν σου.

21 Eo ipso momento exultauit Iesus spiritu, & dixit, Cófiteor tibi Pater, Domine cæli & terræ, quòd hæc abscondêris à sapientibus & intelligentibus, & detexeris ea infantibus: etiam Pater, quia ita placuit tibi.

21 In ipsa hora exultauit spiritu & dixit, Confiteor tibi Pater, Domine cæli & terræ, quòd abscondidisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea parvulis: etiam Pater, quoniam sic placuit ante te.

14 Ideo, πλήν. Vulgata & Erasmus, Veruntamen. Vide Matth.11.c.22.

16 Reiicit, ἀθετεῖ. Vide Marci 6.d.26.

17 Per nomen tuum, ἐν τῷ ὀνόματί σου. Recte. Nec enim discipuli in edendis miraculis plena illa potestate & summo imperio vtebantur, sicut ex Actis Apostolicis liquet, sed Christi nomen inuocabant, cuius se dum taxat ministros esse fatebantur.

18 Spectabam, ἐθεώρουν. Annotat Erasmus se in quibusdam codicibus legisse, Videbant: quam interpretationem planè repudio. Cadentem, πεσόντα. Collocatur Satan in aere cum suis Angelis, Ephes.6.v.12. Inde verò dicitur detrudi, & quidem cum impetu, quando voce Euangelii potestas ipsius aboletur.

19 Nihil vos lædet, οὐδὲν ὑμᾶς οὐ μὴ ἀδικήσῃ: vel (vt Vulgata & Erasmus) Nihil vobis nocebit. Ponitur enim τὸ ἀδικεῖν ἀντὶ τοῦ βλάπτειν, quum alioquin dicatur ἀδικεῖν quisquis etiam aliquid præter iustum & æquum facere conatur: & omnium iniuriis nulli sint æquè expositi atque ii quibus hoc vnum est curæ vt Deum religiosè colant.

21 Spiritu, τῷ πνεύματι, id est animo. Quanuis enim in tribus vetustis codicibus addatur τῷ ἁγίῳ, id est

ſancto, vt in nonnullis etiam vetuſtis codicibus Latinis legitur :tamen hanc eſſe germanam lectionem puto, nec magis commodè hæc poſſe exponi de Spiritu ſancto quàm quod dicitur Iohan. 13.c.21.turbatus fuiſſe ſpiritu: qui locus optimè explicatur Matth. 26.d.38. Quod autem exiſtimat Eraſmus, de Spiritu ſancto hæc intelligi, quia adiunctus eſt articulus, non ſatis firma ratione nititur, vt alibi oſtendimus. Ita placuit tibi, εὐδόκησας τοῖς νηπίοις ἀποκαλύψαι αὐτά. Vide Matth.11.d.26. Cæterùm in vetuſtis codicibus additur, καὶ στραφεὶς πρὸς τοὺς μαθητὰς, εἶπε, & conuerſus ad diſcipulos, dixit: quæ verba non legit Vetus interpres, & ſanè puto hic redundare, quanuis aliter ſentiat Valla.

Πάντα παρεδόθη μοι ὑπὸ τοῦ πατρός μου· καὶ οὐδεὶς γινώσκει τίς ἐστιν ὁ υἱὸς, εἰ μὴ ὁ πατήρ· καὶ τίς ἐστιν ὁ πατὴρ, εἰ μὴ ὁ υἱὸς, καὶ ᾧ ἐὰν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι.

22 Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo: & nemo nouit quis ſit Filius, niſi Pater: & quis ſit Pater, niſi Filius, & cuicunque voluerit Filius detegere.

22 *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo. Et nemo ſcit quis ſit Filius, niſi Pater: & quis ſit Pater, niſi Filius, & cui voluerit Filius reuelare.*

Matth.13.b.16

Καὶ στραφεὶς πρὸς τοὺς μαθητὰς, κατ' ἰδίαν εἶπε, Μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ οἱ βλέποντες ἃ βλέπετε.

23 Tunc conuerſus ad diſcipulos, ſeorſim dixit, ‖Beati oculi qui vident quæ vos videtis.

23 *Et conuerſus ad diſcipulos ſuos, dixit, Beati oculi qui vident quæ nos videtis.*

Λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι πολλοὶ προφῆται καὶ βασιλεῖς ἠθέλησαν ἰδεῖν ἃ ὑμεῖς βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδαν· καὶ ἀκοῦσαι ἃ ἀκούετε, καὶ οὐκ ἤκουσαν.

24 Dico enim vobis, multos Prophetas & reges cupiuiſſe videre quæ vos videtis, nec vidiſſe: & audire quæ auditis, nec audiuiſſe.

24 *Dico enim vobis quòd multi Prophetæ & reges voluerunt videre quæ nos videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt.*

Mat.22.d.35 mar.12.c.28

Καὶ ἰδοὺ, νομικός τις ἀνέστη, ἐκπειράζων αὐτὸν, καὶ λέγων, Διδάσκαλε, τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω;

25 ‖Tum ecce, quidam Legis interpres ſurrexit, tentans eum, & dicens, Magiſter, quid faciendo, vitam æternam poſſidebo?

25 *Et ecce, quidam Legis peritus ſurrexit, tentans illum, & dicens, Magiſter, quid faciendo, vitam æternam poſſidebo?*

Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτὸν, Ἐν τῷ νόμῳ τί γέγραπται; πῶς ἀναγινώσκεις;

26 At ille dixit ei, In Lege quid ſcriptum eſt? quomodo legis?

26 *At ille dixit ad eum, In Lege quid ſcriptum eſt? quomodo legis?*

Deut.6.a.5

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου· καὶ τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν.

Leuit.19.d.18

27 Ille verò reſpondens dixit, ‖Diliges Dominum Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis, & ex tota cogitatione tua: ‖& proximum tuum vt teipſum.

27 *Ille reſpondens dixit, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua, & proximum tuum ſicut teipſum.*

Εἶπε δὲ αὐτῷ, Ὀρθῶς ἀπεκρίθης· τοῦτο ποίει, καὶ ζήσῃ.

28 Tum ipſe dixit ei, Rectè reſpondiſti: hoc fac, & viues.

28 *Dixitque illi, Rectè reſpondiſti: hoc fac, & viues.*

Ὁ δὲ θέλων δικαιοῦν ἑαυτὸν, εἶπε πρὸς τὸν Ἰησοῦν, Καὶ τίς ἐστί μου πλησίον;

29 Ille autem volens iuſtificare ſeipſum, dixit Ieſu, Et quis eſt meus proximus?

29 *Ille autem volens iuſtificare ſeipſum, dixit ad Ieſum, Et quis eſt meus proximus?*

Ὑπολαβὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν, Ἄνθρωπός τις κατέβαινεν ἀπὸ Ἰερουσαλὴμ εἰς Ἰεριχὼ, καὶ λῃσταῖς περιέπεσεν, οἳ καὶ ἐκδύσαντες αὐτὸν, καὶ πληγὰς ἐπιθέντες, ἀπῆλθον, ἀφέντες ἡμιθανῆ τυγχάνοντα.

30 Excipiens autem Ieſus dixit, Quidã deſcendebat ab Hieruſalem in Iericho, & incidit in latrones, qui expoliato eo & plagis impoſitis abierunt, eo ſeminece relicto.

30 *Suſcipiens autem Ieſus dixit, Homo quidam deſcendebat ab Ieruſalem in Iericho, & incidit in latrones. qui etiam deſpoliauerunt eum, & plagis impoſitis abierunt, ſemiuiuo relicto.*

13 Seorſim, κατ' ἰδίαν. Hoc deeſt in Vulgata editione. videtur autem additum quia peculiariter pertinet ad diſcipulos quod dicturus eſt.

19 Iuſtificare ſeipſum, δικαιοῦν ἑαυτόν: id eſt, ſeipſum à iuſtitia commendare, ſiue ſeſe vt iuſtum approbare. Sic dicitur Iacobo Abraham non modò ex fide, ſed etiam ex operibus iuſtificatus: quam homonymiam qui non animaduerterunt, conati ſunt gratuitã ex fide iuſtificationem eiuſmodi teſtimoniis euertere. 10

30 Excipiens, ὑπολαβὼν: id eſt (vt loquitur Plato in Euthydemo) ἐκ δεξιᾶς μέσος. pro quo in vernaculo noſtro ſermone diceremus, *prenant la parolle*. Sic Virgilius lib. Æneid. 9, vtitur excipiendi verbo abſolutè poſito, vt annotauit Valla, prolato etiam Xenophontis exemplo. Idem igitur declarat ὑπολαβὼν hoc loco atque ἀναμιμνήσκων apud Homerum. quamobrem Eraſmus conuertit, Reſpondens, id eſt ἀποκριθείς: quum alioquin etiam ſignificet Exiſtimare, vt ſæpe ſumus interpretati, & Surſum rapi, vt Act.1.b.9. ſiue Suſcipere: quã poſtremam notionem ſequutus hoc loco Vetus interpres, quum conuertiſſet ὑπολαβὼν ſuſcipiens, ſciolus quiſpiam mutauit in Suſpiciens, quaſi hæc Chriſtus dixerit ſublatis in cælum oculis. Plagis impoſitis, πλη-

χαὶ ὅθ. ἥτις. Sic Latinè conuertit Vetus interpres, quum hoc dicendi genere vtatur Cic. pro Sestio, & alibi sæpe, vt minimè necesse fuerit à Græcis deflectere.

Κατὰ συγκυρίαν δὲ ἱερεύς τις κατέβαινεν ἐν τῇ ὁδῷ ἐκείνῃ, καὶ ἰδὼν αὐτὸν, ἀντιπαρῆλθεν.

31 Fortè autem Sacerdos quidam descendit per eandem viam: qui viso eo, ex aduerso prætriit.

31 Accidit autem vt Sacerdos quidam descenderet eadem via: & viso illo præterijt.

Ὁμοίως δὲ καὶ λευίτης, γενόμενος κατὰ τὸν τόπον, ἐλθὼν καὶ ἰδὼν, ἀντιπαρῆλθεν.

32 Similiter & Leuita, quum veniſſet ad eum locum, & illum vidiſſet, prætriit ex aduerſo.

32 Similiter & Leuita, quum eſſet ſecus locum, & uideret eum, pertranſijt.

Σαμαρείτης δέ τις ὁδεύων, ἦλθε κατ' αὐτὸν, καὶ ἰδὼν αὐτὸν, ἐσπλαγχνίσθη.

33 Samaritanus autem quidā iter faciens, venit ad eū, & eo viſo, miſericordia cōmotus eſt.

33 Samaritanus autem quidam iter faciens, uenit ſecus eū, & uidēs eū, miſericordia motus eſt.

Καὶ προσελθὼν κατέδησε τὰ τραύματα αὐτοῦ, ἐπιχέων ἔλαιον καὶ οἶνον· ἐπιβιβάσας δὲ αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἴδιον κτῆνος, ἤγαγεν αὐτὸν εἰς πανδοχεῖον, καὶ ἐπεμελήθη αὐτοῦ.

34 Et accedens obligauit eius vulnera, infundens oleum ac vinum: & ipſum impoſitū ſuo iumento, duxit in diuerſorium, & eius curam egit.

34 Et appropinquāſ alligauit uulnera eius, infundēs oleū & uinum: & imponens illum in iumentū ſuum, duxit in ſtabulū, & curam eius egit.

Καὶ ἐπὶ τὴν αὔριον ἐκβαλὼν, ἐξέβαλεν δύο δηνάρια ἔδωκε τῷ πανδοχεῖ, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ἐπιμελήθητι αὐτοῦ· καὶ ὅ,τι ἂν προσδαπανήσῃς, ἐγὼ ἐν τῷ ἐπανέρχεσθαί με, ἀποδώσω σοι.

35 Poſtero autem die abiens, prolatos duos denarios dedit hoſpiti, & dixit ei, Curam ipſius age: & quodcunque præterea inſumpſeris, ego quum rediero, reddam tibi.

35 Et altera die protulit duos denarios, & dedit ſtabulario, & ait, Curā illius habe: & quodcūq; ſupererogaueris, ego quū rediero, reddam tibi.

Τίς οὖν τούτων τῶν τριῶν δοκεῖ σοι πλησίον γεγονέναι τοῦ ἐμπεσόντος εἰς τοὺς λῃστάς;

36 Quis igitur horum trium tibi videtur proximus fuiſſe illi qui incidit in latrones?

36 Quis horum trium uidetur tibi proximus fuiſſe illi qui incidit in latrones?

Ὁ δὲ εἶπεν, Ὁ ποιήσας τὸ ἔλεος μετ' αὐτοῦ. Εἶπεν οὖν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Πορεύου, καὶ σὺ ποίει ὁμοίως.

37 Ille autem dixit, Is qui vſus eſt miſericordia erga eum. Ait igitur ei Ieſus, Abi, & tu fac ſimiliter.

37 At ille dixit, Qui fecit miſericordiam in illum. Et ait illi Ieſus, Vade, & tu fac ſimiliter.

Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ πορεύεσθαι αὐτοὺς, καὶ αὐτὸς εἰσῆλθεν εἰς κώμην τινά· γυνὴ δέ τις ὀνόματι Μάρθα ὑπεδέξατο αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς.

38 Factum eſt verò inter eundū, ipſe ingreſſus eſt in quendam vicum: mulier autem quædam Martha nomine excepit eum domum ſuam.

38 Factum eſt autem dū irent, & ipſe intrauit in quoddam caſtellum: & mulier quædā Martha nomine excepit illum in domum ſuam.

Καὶ τῇδε ἦν ἀδελφὴ καλουμένη Μαρία, ἣ καὶ παρακαθίσασα παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, ἤκουε τὸν λόγον αὐτοῦ.

39 Et huic erat ſoror quæ vocabatur Maria, quæ etiam aſſidens ad pedes Ieſu, audiebat ipſius ſermonem.

39 Et huic erat ſoror nomine Maria, quæ etiā ſedens ſecus pedes Domini, audiebat uerbum illius.

Ἡ δὲ Μάρθα περιεσπᾶτο περὶ πολλὴν διακονίαν· ἐπιστᾶσα δὲ εἶπε, Κύριε, οὐ μέλει σοι ὅτι ἡ ἀδελφή μου μόνην με κατέλιπε διακονεῖν; εἰπὲ οὖν αὐτῇ ἵνα μοι συναντιλάβηται.

40 Martha verò diſtrahebatur circa frequens miniſterium: ſuperueniens igitur ait, Domine, non eſt tibi curæ quòd ſoror mea reliquit me vt ſola miniſtrem? dic ergo ei vt mihi viciſſim opituletur.

40 Martha autem ſatagebat circa frequens miniſterium: quæ ſtetit, & ait, Domine, non eſt tibi curæ quòd ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare? dic ergo illi ut me adiuuet.

31 Fortè, κατὰ συγκυρίαν: id eſt κατὰ συμβεβηκὸς, pro quo vulgò dicimus ad verbum par rencontre. quod tamen ita eſt accipiendum vt ſciamus hominum quidem conſilium ac deliberationem, non autem prouidentiam Dei excludi, quæ ita moderatur rebus omnibus vt caſui ac fortunæ nullus prorſus locus relinquatur.

Ex aduerſo prætriit, ἀντιπαρῆλθεν. Vulg. & Eraſmus, Prætriit, id eſt παρῆλθεν. Sed non erat (opinor) negligenda particula ἀντὶ, qua ſignificatur, iſtum non modò non acceſſiſſe, ſed etiam deflexiſſe de via, nempe quòd ei eſſet religio vel illum contingere, ne cadaueris contactu polluereturr.

31 Quum veniſſet ad eum locum, ἐλθὼν κατ' αὐτόν. Vulgata, Qum eſſet ſecus locum. Eraſmus, Quum iret iuxta locum. Vide Marci 6.a.1, & Iohan. 6.b.10. vbi τὸν γίγνεσθαι ponitur pro παραγίγνεσθαι. Itaque videtur participium ἐλθὼν, quod in pleriſque codicibus additur, redundare, neque etiam conuerſum eſt à Vulgato interprete.

33 Ad eum, κατ' αὐτόν: id eſt eò loci vbi ille iacebat. aliud enim eſt κατ' αὐτὸν quàm πρὸς αὐτόν: ideo Vetus interpres conuertit Secus eum.

40 Superueniens, ἐπιστᾶσα. Vide ſuprà, 1.b.9. Vt viciſſim mihi opituletur, ἵνα μοι συναντιλάβηται: vel, vt

vnà mecum manus admoueat operi. Eſt enim metaphora ab oneribus ſumpta quæ vtrinque admotis manibus ſubleuantur. Vulgata & Eraſmus, Vt me adiuuet, id eſt ἵνα μοι ἀντιλάβηται.

Ἀποκριθεὶς δὲ εἶπεν αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Μάρθα Μάρθα, μεριμνᾷς, καὶ τυρβάζῃ περὶ πολλά·

41 Respondens autem dixit ei Iesus, Martha, Martha, solicita es, & satagis de multis:

41 Et respondens dixit illi Dominus, Martha Martha, solicita es, & turbaris ergo plurima.

Ἑνὸς δέ ἐστι χρεία. Μαρία δὲ τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο, ἥτις οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς.

42 Atqui vna re opus eſt. Maria verò bonam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

42 Porro vnum eſt neceſſarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

Κεφάλαιον ια΄

CAP. XI.

CAP. XI.

Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν τόπῳ τινὶ προσευχόμενον, ὡς ἐπαύσατο, εἶπέ τις τῶν μαθητῶν αὐτοῦ πρὸς αὐτόν, Κύριε, δίδαξον ἡμᾶς προσεύχεσθαι, καθὼς καὶ Ἰωάννης ἐδίδαξε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ.

1 ET factum eſt quum ipſe precaretur quodam in loco, vt ceſſauit, dixit ei quidam ex eius diſcipulis, Domine, doce nos precari prout & Iohannes docuit diſcipulos ſuos.

1 Et factum eſt quum eſſet in quodam loco orans, vt ceſſauit, dixit vnus ex diſcipulis eius ad eum, Domine, doce nos orare, ſicut docuit & Iohannes diſcipulos ſuos.

Εἶπε δὲ αὐτοῖς, Ὅταν προσεύχησθε, λέγετε, ΠΑΤΕΡ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου· ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου· γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς.

Mat. 6. b. 4

2 Dixit autē eis, Quum precamini, dicite, PATER noſter qui es in cælis, ſanctificetur nomē tuum: veniat regnum tuum: fiat voluntas tua, ſicut in cælo, etiam in terra.

2 Et ait illis, Quū oratis, dicite, PATER, ſanctificetur nomen tuum: adueniat regnum tuum: fiat voluntas tua, ſicut in cælo, ſic in terra.

Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δίδου ἡμῖν τὸ καθ' ἡμέραν.

3 Panem noſtrum quotidianū da nobis in diem.

3 Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.

Καὶ ἄφες ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν· καὶ γὰρ αὐτοὶ ἀφίεμεν παντὶ ὀφείλοντι ἡμῖν. καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ.

4 Et remitte nobis peccata noſtra: etenim ipſi remittimus omnibus qui nobis debent. Et ne nos inducas in tentationē, ſed libera nos à malo.

4 Et dimitte nobis peccata noſtra, ſiquidem & ipſi dimittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem.

Καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς, Τίς ἐξ ὑμῶν ἕξει φίλον, καὶ πορεύσεται πρὸς αὐτὸν μεσονυκτίου, καὶ εἴπῃ αὐτῷ, Φίλε, χρῆσόν μοι τρεῖς ἄρτους·

5 Dixit etiam eis, Quis veſtrum habebit amicum, & proficiſcetur ad eum media nocte, & dicet ei, Amice, da mihi mutuò tres panes:

5 Et ait ad illos, Quis veſtrum habebit amicū, & ibit ad illū media nocte, & dicat illi, Amice, commoda mihi tres panes:

Ἐπειδὴ φίλος μου παρεγένετο ἐξ ὁδοῦ πρός με, καὶ οὐκ ἔχω ὃ παραθήσω αὐτῷ·

6 Quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod apponam ei.

6 Quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum.

IN CAPVT XI.

1 Noſter qui es in cælis, ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Hæc non legit hoc loco Vetus interpres.

3 In diem, τὸ καθ' ἡμέραν: id eſt, quanto in hunc diem opus eſt: nempe vt apud Quintilianum, declamatione 13. feræ ac volucres dicuntur præſentis modò cibi memores, in diem viuere: ad quorum exemplum nos reuocat Chriſtus, non vt honeſtam curam tuendæ huius vitæ nobis eximat, ſed potius ſolicitudinem illam & ægritudinem animi cum diffidentia coniunctam, qua ſe plerique conficiunt. Hanc igitur interpretationem ſi ſequamur, idem declarabit τὸ καθ' ἡμέραν, atque apud Matthæum σήμερον. ſed illud tamen multo eſt expreſſius: quamobrem nolui cum Vetere interprete conuertere, Hodie. Poſſumus tamen τὸ καθ' ἡμέραν etiam exponere In ſingulos dies, id eſt quotidie, vt legitur in Veteris editionis quibuſdam codicibus, & in Eraſmi verſione: vt illud ſit quod vulgò dicimus, *iour à iour*. Sed non probo quod idem Eraſmus adfert in annotationibus, nimirum hic peti craſtinum panem. Nam, inquit, qui veſperi orat pro victu poſtridiano, quid aliud petit quàm victum quotidianum? Rectè ſanè, quaſi veſpere dumtaxat ſit huic precationi locus.

4 Etenim ipſi, καὶ γὰρ αὐτοί, vel, καὶ γὰρ καὶ αὐτοί. id eſt, etenim & ipſi, vt in vno vetuſto codice ſcriptum legimus. Vulg. & Eraſ. Siquidem & ipſi: vt ſit καὶ καθ' αὑτούς. Sed libera nos à malo, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Hanc quoque particulam non legit Vetus interpres.

5 Da mihi mutuò, χρῆσόν μοι. Vulgata, Commoda mihi, impropriè, quia hic adfertur exemplum earum rerum quæ vſu conſumuntur, quanuis Plautus ſemel atque iterū ita loquutus reperiatur: & χρῆσιν Græcis tam de commodato quàm de mutuo dicatur. Meritò igitur eam interpretationem reprehendit Valla, cuius veſtigia ſequutus eſt Eraſmus. Caſtellio vertit, Mutua: quod verbum non memini legere in ea ſignificatione apud idoneos authores.

Κἀκεῖνος ἔσωθεν ἀποκριθεὶς εἴπῃ, Μή μοι κόπους πάρεχε· ἤδη ἡ θύρα κέκλεισται, καὶ τὰ παιδία μου μετ' ἐμοῦ εἰς τὴν κοίτην εἰσίν· οὐ δύναμαι ἀναστὰς δοῦναί σοι.

7 Et ille intus reſpondens dicat, Ne mihi moleſtiam exhibe: iā oſtium clauſum eſt, & pueruli mei mecum ſunt in cubili: non poſſū ſurgere & dare tibi.

7 *Et ille deintus reſpondens dicat, Noli mihi moleſtus eſſe: iam oſtium clauſū eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili: non poſſum ſurgere, & dare tibi.*

Λέγω ὑμῖν, εἰ καὶ οὐ δώσει αὐτῷ ἀναστὰς διὰ τὸ εἶναι αὐτοῦ φίλον· διά γε τὴν ἀναίδειαν αὐτοῦ ἐγερθεὶς, δώσει αὐτῷ ὅσων χρῄζει.

8 Dico vobis, etiamſi non dederit ei ſurgens, eo quòd amicus eius ſit: at certè propter importunitatem eius ſurget, ac dabit ei quotquot ſunt ei opus.

8 *Dico vobis, etſi non dabit illi ſurgens, eo quòd amicus eius ſit, propter improbitatem tamen eius ſurget, & dabit illi quæcunque habet neceſſarios.*

Κἀγὼ ὑμῖν λέγω, Αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν· ζητεῖτε, καὶ εὑρήσετε· κρούετε, καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν.

9 ‖ Et ego dico vobis, Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis.

9 *Et ego dico vobis, Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis.* Mat.7.a.7, & 21.c.22 mar.11.c.24 ioban.14.b.13 & 16.c.24 iacob.1.a.10

Πᾶς γὰρ ὁ αἰτῶν λαμβάνει· καὶ ὁ ζητῶν εὑρίσκει· καὶ τῷ κρούοντι ἀνοιγήσεται.

10 ‖ Quiſquis enim petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur.

10 *Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur.* Mat.7.b.7

Τίνα δὲ ὑμῶν τὸν πατέρα αἰτήσει ὁ υἱὸς ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ; εἰ καὶ ἰχθύν, μὴ ἀντὶ ἰχθύος ὄφιν ἐπιδώσει αὐτῷ;

11 ‖ Ecquis autem ex vobis patri, ſi filius ab eo petierit panem, lapidem ei dabit? aut ſi piſcem, num pro piſce dabit ei ſerpentē?

11 *Quis autem ex vobis patrē petit panem, nunquid lapidem dabit illi? aut piſcem, nūquid pro piſce ſerpentē dabit illi?* Mat.9.d.32, & 12.b.22 mar.3.c.20

Ἢ καὶ ἐὰν αἰτήσῃ ᾠόν, ἐπιδώσει αὐτῷ σκορπίον;

12 Aut ſi petierit ouum, num dabit ei ſcorpium?

12 *Aut ſi petierit ouum, nunquid porriget illi ſcorpionem?*

Εἰ οὖν ὑμεῖς πονηροὶ ὑπάρχοντες, οἴδατε ἀγαθὰ δόματα διδόναι τοῖς τέκνοις ὑμῶν, πόσῳ μᾶλλον ὁ πατὴρ ὁ ἐξ οὐρανοῦ δώσει Πνεῦμα ἅγιον τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν;

13 Si vos igitur quum ſitis mali, noſtis bona dona dare liberis veſtris, quanto magis Pater veſter cæleſtis dabit Spiritum ſanctum iis qui ab eo petierint?

13 *Si ergo nos quum ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris, quāto magis Pater veſter cæleſtis dabit Spiritum bonum petentibus ſe?*

Καὶ ἦν ἐκβάλλων δαιμόνιον, καὶ αὐτὸ ἦν κωφόν· ἐγένετο δὲ τοῦ δαιμονίου ἐξελθόντος, ἐλάλησεν ὁ κωφός· καὶ ἐθαύμασαν οἱ ὄχλοι.

14 ‖ Eiecit etiam dæmonium quod erat mutum: factum eſt autem, egreſſo dæmonio, loquutus eſt mutus, & mirata eſt turba.

14 *Et erat eiiciens dæmonium, & illud erat mutum: & quum eiecisſet dæmonium, loquutus eſt mutus, & admiratæ ſunt turbæ.* Mat.9.d.33, & 12.b.22 mar.3.c.20

Τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν εἶπον, Ἐν Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια.

15 Quidam verò ex eis dixerunt, ‖ Per Beelzebul principem dæmoniorum eiicit dæmonia.

15 *Quidam autem ex eis dixerunt, In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia.* Matth.9.d.24

Ἕτεροι δὲ πειράζοντες, σημεῖον παρ' αὐτοῦ ἐζήτουν ἐξ οὐρανοῦ.

16 Et alii tentantes, ſignum è cælo petebant ab eo.

16 *Et alii tentantes, ſignū de cælo quærebant ab eo.*

8 At certè propter importunitatem, διά γε τὴν ἀναίδειαν. Particulam γε conuerterunt Vetus interpres, & Eraſ. Tamen, id eſt μέντοι: quum potius ſignificet Quidē certè, vel At certé. Rurſus quòd ἀναίδειαν exponunt Improbitatem, mihi non probatur. Improbitas enim declarat potius πονηρίαν vel κακίαν. neque puto ad rem pertinere quòd Virgilius laborem improbum vocauit. Significat autem in genere ἀναίδειαν impudentiam: ſed quia de certa ſpecie impudentiæ hic agitur, eorum videlicet qui nullo reſponſo poſſunt abigi quominus moleſtè vrgeant, ideo importunitatem vertimus: quanquam, ſi ſpectemus quod hac ſimilitudine Chriſtus adumbrauit, hæc importunitas & quaſi impudentia in Deo aſſiduè & ſingulis momentis die ac nocte rogando, vitium non eſt: imò verò in piis hominibus maximè commendatur.

11 Ecquis autem, &c. τίνα δέ. In quibuſdam codicibus legitur, τίς δὲ ὑμῶν. Sed quomodocunque legas, non vitaris ἀναίδειαν, cuius ſimile exemplum habemus Exodi 32.a.1. Itaque vt planior eſſet oratio, non vertimus κατὰ πόδας, ſed paulum defleximus: ita tamen (ni fallor) vt minus procul diſceſſerimus quàm alii interpretes quos nobis videre contigit. Videtur verò hoc fuiſſe vulgatum prouerbium, cui reſpondet Plautinum illud quod Eraſmus obſeruat, Altera manu fert lapidem, panem oſtentat altera. Illi autem quod proximè ſequitur, reſpondet Græcorum illud, ἀντὶ πέρκης σκορπίον: id eſt pro perca ſcorpium: quod idem Eraſmus in Chiliadibus commemorat.

13 Cæleſtis, ὁ ἐξ οὐρανοῦ. Malui receptæ interpretationi aſſentiri quàm quicquam mutare: ſed mihi tamen non prorſus propriè videtur Deus Pater dici ὁ ἐξ οὐρανοῦ, quum potius dicatur ὁ ἐν τῷ οὐρανῷ. Puto igitur expuncto articulo, ita potius legendum, πόσῳ μᾶλλον ὁ πατὴρ ὑμῶν (additum enim hoc pronomen inueni in

vno codice & in Vulg. editione) ἐξ οὐρανοῦ δώσει πνεῦμα ἅγιον τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν; id est, quanto magis Pater ille veſter dabit è cælo Spiritũ ſanctũ iis qui ab eo petierint? Nihil tamẽ ſum auſus mutare ex coniecturâ. Sanctum, ἅγιον. In Vulgata editione legitur bonum, id eſt ἀγαθόν. contrà verò in omnibus Græcis codicibus legimus ἅγιον, exceptis duobus, qui cum Vulg. editione conſentiebant.

Matt. 12. b. 25 Marci 3. c. 24

17 Αὐτὸς δὲ εἰδὼς αὐτῶν τὰ διανοήματα, εἶπεν αὐτοῖς, Πᾶσα βασιλεία ἐφ' ἑαυτὴν διαμερισθεῖσα ἐρημοῦται, καὶ οἶκος ἐπὶ οἶκον πίπτει.

17 Ipſe verò quum ſciret cogitationes eorum, dixit eis, ¶ Omne regnum diſſidens aduerſus ſeſe, vaſtatur: & domus aduerſus ſeſe diſſidens, cadit.

17 *Ipſe autem ut vidit cogitationes eorum, dixit eis, Omne regnum in ſe ipſum diuiſum, deſolatur: & domus ſupra domum cadit.*

18 Εἰ δὲ καὶ ὁ Σατανᾶς ἐφ' ἑαυτὸν διεμερίσθη, πῶς σταθήσεται ἡ βασιλεία αὐτοῦ; ὅτι λέγετε, ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλειν με τὰ δαιμόνια.

18 Quòd ſi etiã Satanas aduerſus ſeipſum diſſidet, quomodo ſtabit regnum eius? Nam dicitis, per Beelzebul eiicere me dæmonia.

18 *Si autem & Satanas in ſeipſum diuiſus eſt, quomodo ſtabit regnum eius? quia dicitis, in Beelzebub me eiicere dæmonia.*

19 Εἰ δὲ ἐγὼ ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τίνι ἐκβάλλουσι; διὰ τοῦτο κριταὶ ὑμῶν αὐτοὶ ἔσονται.

19 Quòd ſi ego per Beelzebul eiicio dæmonia: filii veſtri per quem eiiciunt? propterea ipſi erunt veſtri iudices.

19 *Si autem ego in Beelzebub eiicio dæmonia, filii veſtri in quo eiiciunt? ideo ipſi iudices veſtri erunt.*

20 Εἰ δὲ ἐν δακτύλῳ Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ.

20 Sin autem digito Dei eiicio dæmonia, nempe peruenit ad vos regnum Dei.

20 *Porrò ſi in digito Dei eiicio dæmonia, profectò peruenit in nos regnum Dei.*

21 Ὅταν ὁ ἰσχυρὸς καθωπλισμένος φυλάσσῃ τὴν ἑαυτοῦ αὐλήν, ἐν εἰρήνῃ ἐστὶ τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ.

21 Quum validus quiſpiam armatus cuſtodit aulam ſuam, in pace ſunt ea quæ habet:

21 *Quum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea quæ poſſidet:*

22 Ἐπὰν δὲ ὁ ἰσχυρότερος αὐτοῦ ἐπελθὼν νικήσῃ αὐτόν, τὴν πανοπλίαν αὐτοῦ αἴρει ἐφ' ᾗ ἐπεποίθει, καὶ τὰ σκῦλα αὐτοῦ διαδίδωσιν.

22 Poſtquam verò quiſpiam eo validior inuadens vicerit eum, totam armaturam eius aufert qua confidebat, & ſpolia eius diſtribuit.

22 *Si autem fortior eo ſuperueniens vincerit eum, vniuerſa arma eius auferet in quibus cõfidebat, & ſpolia eius diſtribuet.*

23 Ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ, κατ' ἐμοῦ ἐστι· καὶ ὁ μὴ συνάγων μετ' ἐμοῦ, σκορπίζει.

23 Qui non eſt mecum, contra me eſt: & qui non cogit mecũ, ſpargit.

23 *Qui non eſt mecum, contra me eſt: & qui non colligit mecum, diſſpergit.*

Matth. 12. d. 43

24 Ὅταν τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα ἐξέλθῃ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, διέρχεται δι' ἀνύδρων τόπων, ζητοῦν ἀνάπαυσιν· καὶ μὴ εὑρίσκον, λέγει, Ὑποστρέψω εἰς τὸν οἶκόν μου ὅθεν ἐξῆλθον.

24 ¶ Quum impurus ſpiritus exierit à quopiam, tranſit per arida loca, quærens requiem: & non inueniens, dicit, Reuertar domum meam vnde exiui.

24 *Quum immundus ſpiritus exierit de homine, perambulat per loca ſine aquoſa, quærens requiem: & non inueniens dicit, Reuertar in domum meam unde exiui.*

25 Καὶ ἐλθὸν εὑρίσκει σεσαρωμένον καὶ κεκοσμημένον.

25 Veniens igitur inuenit eam verſam & ornatam.

25 *Et quum uenerit, inuenit ſcopis emundatam & ornatam.*

17 Et domus aduerſus ſeſe diſſidens, cadit, καὶ οἶκος ἐπὶ οἶκον πίπτει. Vulgata & Eraſmus, Et domus ſuper domum cadit. At ego puto poſt ἐπὶ οἶκον repetendum eſſe per ſyllepſin participium μεριζόμενος, quod & ſententia ipſa oſtendit, & ex Matthæi ac Marci collatione liquet. Nam Matthæus quum de regno diuiſo mentionem feciſſet, ſubiicit, καὶ πᾶσα πόλις ἢ οἰκία μερισθεῖσα καθ' ἑαυτὴν. Marcus autem, καὶ ἐὰν οἰκία ἐφ' ἑαυτὴν μερισθῇ. Sed & Theophylactus hunc locum explicans, repetit participium, Siue, inquit, de familia, ſiue de ipſius ædificii ſtructura hoc accipias. Dixit autem Lucas πίπτει pro πεσεῖται, Hebraica repetitione antecedentis pro relatiuo. Aduerſus ſeſe, ἐφ' ἑαυτόν. Valla potius conuertendum putat in ſeipſo, vel ſupra ſeipſum: ſed meritò reprehenditur ab Eraſmo. Ponitur enim ἐπὶ pro κατὰ, vt in ὑπὲρ ἐμοῦ pro κατ' ἐμοῦ, & ἐπὶ ἐπὶ Θεῷ, quæ eſt Æſchyli Tragœdia, pro ἐπὶ κατὰ Θεῶν, vt rectè emendat Euſtathius, quum vulgò legant ἐπὶ ἐπὶ Θεῷ. 5 10

10 Digito Dei, ἐν δακτύλῳ Θεοῦ. Hebraicè באצבע אלהים, vt Exod. 8. b. 17. id eſt virtute ac poteſtate diuina. Eſt autem Patris ac Filii virtus, Spiritus ſanctus. Ideo apud Matthæum legimus pro digito Dei, Spiritum Dei. 15

11 Aulam, τὴν αὐλήν: id eſt regiam ſuam. Vulgata & Eraſmus, Atrium. Id enim propriè declarat αὐλὴ, locum videlicet apertum & vacuum ante ipſas ædes expoſitum, quem Galli vulgò Cortem vocant. Inde factum vt pro regum ac principum palatiis acciperetur, ſicut notat Athenæus: quæ ſignificatio optimè conuenit huic loco. In pace, ἐν εἰρήνῃ. Heb. בשלום: id eſt, tranquillè ac beatè ſuis bonis perfruitur. 15

12 Inuadens, ἐπελθὼν: vel (vt Vetus interpres conuertit) Superueniens, id eſt ex inopinato veniens, vt apud Hom. Odyſſ. ε, τῇ μὲν δὴ ἐπῆλθε. Sed illud eſt ἐμφατικώτερον.

19 Scelerata

Τότε πορεύεται καὶ παραλαμβάνει ἑπτὰ ἕτερα πνεύματα πονηρότερα ἑαυτοῦ, καὶ εἰσελθόντα κατοικεῖ ἐκεῖ· καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου χείρονα τῶν πρώτων.

16 Tunc proficiſcitur & accipit ſeptem alios ſpiritus peiores quàm ſit ipſe, & ingreſſi habitant illic: ‖ fitque vltima conditio hominis illius deterior priore.

16 Tunc vadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi: & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Heb.6.a.4 1.pet.2.d.20

Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ λέγειν αὐτὸν ταῦτα, ἐπάρασά τις γυνὴ φωνὴν ἐκ τοῦ ὄχλου, εἶπεν αὐτῷ, Μακαρία ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε, καὶ μαστοὶ οὓς ἐθήλασας.

17 Factum eſt autem quum hæc diceret, attollens vocem quædam mulier è turba, dixit ei, Beatus vterus qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti.

17 Factum eſt autē quum hæc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi, Beatus uenter qui te portauit, & ubera quæ ſuxiſti.

Αὐτὸς δὲ εἶπε, Μενοῦνγε μακάριοι οἱ ἀκούοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ φυλάσσοντες αὐτόν.

18 Ipſe autem dixit, Imò verò beati qui audiunt ſermonem Dei, & eum obſeruant.

18 At ille dixit, Quinimo beati qui audiunt uerbum Dei, & cuſtodiunt illud.

Τῶν δὲ ὄχλων ἐπαθροιζομένων ἤρξατο λέγειν, Ἡ γενεὰ αὕτη πονηρά ἐστι· σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου.

19 ‖ Quum autem turba congregaretur apud eum, cœpit dicere, Natio hæc ſcelerata eſt: ſignum requirit: ſed ſignum non dabitur ei, ‖ niſi ſignum illud Ionæ Prophetæ,

19 Turbis autem concurrentibus cœpit dicere, Generatio hæc, generatio nequam eſt: ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ Prophetæ. Mat.12.c.38 Ione 2.a.1

Καθὼς γὰρ ἐγένετο Ἰωνᾶς σημεῖον τοῖς Νινευίταις, οὕτως ἔσται καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου τῇ γενεᾷ ταύτῃ.

30 Nam prout fuit Ionas ſignũ Niniuitis, ita etiã erit Filius hominis nationi iſti.

30 Nam ſicut fuit Ionas ſignum Niniuitis, ita erit & Filius hominis generationi iſti.

Βασίλισσα νότου ἐγερθήσεται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῶν ἀνδρῶν τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινεῖ αὐτούς· ὅτι ἦλθεν ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς ἀκοῦσαι τὴν σοφίαν Σολομῶντος· καὶ ἰδοὺ, πλεῖον Σολομῶντος ὧδε.

31 ‖ Regina Auſtri ſurget in iudicio cum viris nationis huius, & condemnabit eos: quòd venerit à terminis terræ vt audiret ſapientiam Solomonis: & ecce, plus quàm Solomõ eſt hoc in loco.

31 Regina Auſtri ſurget in iudicio cum uiris generationis huius, & cõdemnabit illos: quia uenit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis: & ecce, plus quàm Salomon hîc. 3.Reg.10.a.1 2.paral.9.a.1

Ἄνδρες Νινευῖται ἀναστήσονται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτήν· ὅτι μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ· καὶ ἰδοὺ, πλεῖον Ἰωνᾶ ὧδε.

32 Viri Niniuitæ reſurgent in iudicio cum hac natione, & condemnabunt eam: ‖ quòd ad prædicationem Ionæ reſipuerint: & ecce plus quàm Ionas eſt hoc in loco.

32 Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt illam: quia pœnitentiam egerunt ad prædicationem Ionæ: & ecce, plus quàm Ionas hîc. Ione 3.b.5

Οὐδεὶς δὲ λύχνον ἅψας, εἰς κρυπτὸν τίθησιν, οὐδὲ ὑπὸ τὸν μόδιον, ἀλλ' ἐπὶ τὴν λυχνίαν, ἵνα οἱ εἰσπορευόμενοι τὸ φέγγος βλέπωσιν.

33 ‖ Nullus verò lucernam accenſam in occulto ponit, neque ſubter modium: ſed in cãdelabrum, vt qui ingrediũtur, ſplendorem videant.

33 Neque lucernam accendit, & in abſcondito ponit, neque ſub modio: ſed ſupra candelabrum, ut qui ingrediuntur, lumen uideant. Supra 8.b.16 mar.4.b.15 mar.4.c.22

Ὁ λύχνος τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμός σου· ὅταν ὁ ὀφθαλμός σου ἁπλοῦς ᾖ, καὶ ὅλον τὸ σῶμά σου φωτεινόν ἐστιν· ἐὰν δὲ πονηρὸς ᾖ, καὶ τὸ σῶμά σου σκοτεινόν.

34 ‖ Lucerna corporis eſt oculus: quum igitur oculus tuus fuerit ſimplex, totum quoque corpus tuum lucidum erit: quũ verò malus fuerit, etiam corpus tuum tenebroſum erit.

34 Lucerna corporis tui, eſt oculus tuus: ſi oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit: ſi autem nequam fuerit, etiam corpus tuũ tenebroſum erit. Mat.6.c.22

19 Scelerata eſt, πονηρὰ Er. Cur πονηρὸν interdum malimus ſceleratum quàm malum dicere, alibi expoſuimus. Cæterùm apud Veterem interpretem & in duobus codicibus Græcis repetitur γενεὰ, natio. Natio hæc, eſt ſcelerata natio.

33 In occulto, εἰς κρυπτὸν. Sic loquitur Cæſar. Vulgata & Eraſmus, In abſcondito, quod nuſquam legi. In omnibus autem codicibus vetuſtis legimus εἰς κρυπτὴν, & forteaſſe magis accommodatè. Crypras enim & cryproporticus vocabant olim abditos & concameratos locos, quos vulgò dicimus caueas. Splendorem, τὸ φέγγος: vel τὸ φῶς lumen, vt legerunt & interpretati ſunt alii, eodem ſenſu.

Σκόπει οὖν μὴ τὸ φῶς τὸ ἐν σοί, σκότος ἐστίν.

35 Considera ergo num lumẽ quod in te est, tenebræ sint.

35 *Vide ergo ne lumẽ quod in te est, tenebræ sint.*

Εἰ οὖν τὸ σῶμά σου ὅλον φωτεινόν, μὴ ἔχον τι μέρος σκοτεινόν, ἔσται φωτεινὸν ὅλον, ὡς ὅταν ὁ λύχνος τῇ ἀστραπῇ φωτίζῃ σε.

36 Itaque si corpus tuum totum lucidum *fuerit*, non habens aliquam partem tenebrosam: *sic* erit lucidum totum, vt quũ lucerna fulgore te illustrat.

36 *Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidũ totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te.*

Ἐν δὲ τῷ λαλῆσαι, ἠρώτα αὐτὸν Φαρισαῖός τις ὅπως ἀριστήσῃ παρ' αὐτῷ· εἰσελθὼν δὲ ἀνέπεσεν.

37 Postquam autem loquutus esset, rogauit eum quidam Pharisæus vt pranderet apud se. Ingressus igitur discubuit.

37 *Et quum loqueretur, rogauit illum quidam Pharisæus ut prãderet apud se. Iesus autem ingressus recubuit.*

Ὁ δὲ Φαρισαῖος ἰδὼν ἐθαύμασεν ὅτι οὐ πρῶτον ἐβαπτίσθη πρὸ τοῦ ἀρίστου.

38 Pharisæus autem quum hoc vidisset, admiratus est eum nõ prius ablutũ fuisse ante prãdiũ.

38 *Pharisæus autem cœpit intra se reputans dicere quare non baptizatus esset ante prandiũ.*

Εἶπεν δὲ ὁ Κύριος πρὸς αὐτόν, Νῦν ὑμεῖς οἱ Φαρισαῖοι τὸ ἔξωθεν τοῦ ποτηρίου καὶ τοῦ πίνακος καθαρίζετε· τὸ δὲ ἔσωθεν ὑμῶν γέμει ἁρπαγῆς καὶ πονηρίας.

Mat. 23. c. 25

39 Dixit autem Dominus ei, Vos quidem Pharisæi exterior em poculi patinæque partem purgatis: sed quod intra vos est, plenum est rapina & scelere.

39 *Et ait Dominus ad illũ, Nunc vos Pharisæi quod déforis est calicis & catini mũdatis: quod autem intus est vestrum, plenũ est rapina & iniquitate.*

Ἄφρονες, οὐχ ὁ ποιήσας τὸ ἔξωθεν, καὶ τὸ ἔσωθεν ἐποίησε;

40 Dementes, nónne qui fecit quod foris est, etiam id quod intus est fecit?

40 *Stulti, nónne qui fecit quod déforis est, etiam id quod dentus est, fecit?*

Πλὴν τὰ ἐνόντα δότε ἐλεημοσύνην· καὶ ἰδοὺ, πάντα καθαρὰ ὑμῖν ἐστιν.

41 Immo, ea quæ adsunt date in eleemosynam: & ecce, omnia erunt vobis pura.

41 *Verũtamen quod superest, date eleemosynam: & ecce, omnia munda sunt vobis.*

35 Nũ sint, μή *Vat.* Vul. Ne sint, μὴ δέ. Quẽ errorẽ quũ Valla animaduerterit, miror nõ correctũ ab Eras.

38 Quum *hoc* vidisset, admiratus est, ἰδὼν ἐθαύμασεν. In vno exemplari scriptum legimus ἤρξατο διανοεῖσθαι ἐν ἑαυτῷ λέγων, quam lectionem sequutus Vetus interpres conuertit, Cœpit intra se reputans dicere: quum τὸ διανοεῖσθαι alibi interpretetur hæsitare, vt Mar. 11. c. 23. Eum non prius, &c. ὅτι οὐ πρῶτον ἐβαπτίσθη. Vulg. Quòd non baptizatus esset, prætermissa particula πρῶτον, quæ videri etiam potest redundare. Sed τὸ βαπτίζεσθαι idem hîc declarat atque τὸ λούεσθαι καὶ χεῖρας νίπτειν, vt diximus Mar. 7. 2. 4.

39 Vos quidem, νῦν ὑμεῖς, Vulg. & Eras. Nunc vos. Verùm particula νῦν hoc loco non videtur esse tẽporis aduerbium, sed potius coniunctio expletiua: nisi malimus interpretari, At vos: vel, Vos verò. Sic enim sæpe solet à Demosthene vsurpari in assumptionibus argumentorum. Quod intra vos est, τὸ ἔσωθεν: id est animus vester. Vulg. Quod intus est vestrũ. Eras. Vallã sequutus, Quod intus est vestri. Cæterùm si conferamus cum hoc loco ea quæ scribuntur Matth. 23. c. 26, videri possit particula ὑμῶν potius pertinere ad ἁρπαγῆς καὶ πονηρίας, per traiectionem, quæ huic nostro Euangelistæ est familiarissima. vt sic interpretari possimus, Sed quod intus est, (nempe intra patinam) plenum est vestra rapina. Matthæus enim apertè dicit patinas & pocula referta esse ipsorum rapinis. Agitur autẽ de puro ciborum vsu, contra Pharisæorũ sententiã, qui putabant mundatis patinis omnia esse munda. Quasi verò (inquit Dominus) non sit potius habenda ratio eius quod intra patinam est quàm ipsius patinæ. Atqui dapes istæ quas apponitis, quamuis vobis mundæ videantur, quoniam patinas mundastis, & sunt ex earum genere quarum vsus in Lege conceditur: tamen alia ratione sunt immundæ, quia nimirum per rapinam & scelus bona vestra comparastis. Scelere, πονηρίας. Vulg. Iniquitate: id est ἀδικίας. Theophyl. inuidia interpretatur. Est enim hoc vitiũ semper cũ mala mente & malo animo coniunctũ.

41 Immo date, πλὴν δότε: vel, Quin potius: vt rapinæ & sceleri, quæ impediebant quominus purè vesci possent, opponatur charitas, qua futurũ sit vt sanctificetur quod intra patinã est, etiamsi ablutæ nõ fuerint patinæ. Est enim varius ac multiplex vsus istius particulæ, vt diximus Matth. 11. c. 12. Vulg. & Eras. Veruntamẽ dare: vt sit hæc sententia, Impurè quidẽ vescimini, vt nũc facitis, & hallucinamini magnopere: sed tamẽ remediũ huic malo adferri potest: puta si ex vestris istis faculatibus per fraudem partis, dederitis eleemosynam. Atqui nõ hîc agitur (opinor) quo pretio possint pro rapinis & fraudib⁹ satisfacere, (vna enim nostra satisfactio est Christus) sed peruersa eorũ opinio reprehẽditur de legitimo ac puro ciborũ vsu. Itaq; hãc expositionẽ planè repudio. Quod autẽ attinet ad verbũ δότε, adfert alterã etiã interpretationẽ Eras. puta si significet Datis, indicandi modo: vt sit hic sensus, Quod quũ ita sit. i. quum intus abũdetis rapina & scelere, Dominus autẽ animi potius quàm patinarũ purificationẽ requirat, tamẽ ita estis stulti, vt vos existimetis liberari ab omni rapina, si paululũ ex ea cõtuleritis in pauperes. Sed væ vobis, &c. Nã alioquin (inquit idẽ Eras.) duriusculè cohæret hæc adhortatio cũ iis quæ præcedũt ac sequũtur. Qui enim cõuenit vt quos modò fecerit ita sceleroſos, subitò, data eleemosyna, velit vndiquaq; mũdos videri? Hæc ille. Atqui non videtur hæc pati posse grãmaticorũ regulæ, vt δότε pro δόσθε accipiatur, neq; mihi facilè persuaserim vsquã extare similis enallages exẽplũ. Deinde hæc verba, Et ecce omnia munda sunt vobis, ironicè essent explicãda: quod fieri vix potest quin coacta sit interpretatio. Neq; vero duriusculè cohæret hæc adhortatio, quũ nihil magis sit consentaneũ quàm explicato morbo adhibere remediũ: quod quidẽ quale sit, nõ videtur Eras. (quod cũ bona ipsius venia dictũ esse velim) satis attẽtè cõsidẽrasse.

Ea quæ adsunt, τὰ ἐνόντα: vel, Pro facultatibus, ita vt χρῆσθαι subaudiatur, & τὸ ἐνόντα vocet τὸ ὑπάρχοντα, vt infrà 12. v. 33. Imò etiam fortassis τὸ ἐνόντα vocat τὸ ἔσωθεν τοῦ ποτηρίου καὶ πίνακος, id est quibus pocula & patinas replebant: acsi diceret Christus, Pro eo q̃ rapina & malis artibus quæritis vnde viuatis, estote potius liberales in egenos, ex iis quæ vobis ad victum suppetunt. Vetus interpres cõuertit, Quod superest, id est τὸ λοιπὸν, seu potius τὸ ἀφειλόμενον, quod nõ probo. Theophyl. rectè quidem τὸ ἐνόντα interpretatur τὰ ὑπάρχοντα ὑμῶν, id

eſt quæ vobis adſunt, ſiue facultates veſtras: ſed quòd exiſtimat Chriſtum maluiſſe dicere τὰ ἐνόντα quàm τὰ ἔνοντα, vt Phariſæorum auaritiam notaret, quia nimirum diuitiæ inſunt atque adeo inſident auari hominis animo, id mihi quidem ſubtilius videtur quam vt admitti poſſit. Adfert Eraſmus aliã interpretationẽ, vt τὰ ἐνόντα poſitũ ſit abſolutè pro τὰ ὄντα, vt intelligas, quæ facta ſũt, fieri infecta nõ poſſe: illud autẽ reſtare, quod ſit in eorum poteſtate, vt rapinas penſent eleemoſynis. quod non eſt concedendum, niſi commoda interpretatione explicetur, ita videlicet vt reſtituto, quoad eius fieri poteſt, quod malis artibus quæſiuimus, de noſtro ſimus liberales. Neque enim exiſtimãdum eſt eum facere quod Deo gratum eſſe poſſit, qui ex malè quæſitis partẽ ſibi ſeruet, partem pauperibus aut Deo etiam ipſi decidat, nedum vt hac ratione pro peccatis ſatisfaciat. Hinc illæ querelæ toties apud Prophetas repetitæ aduerſus eos qui externo cultu putabant ſe Dei fauorem mereri, quemcunque animum ad hæc ſacra attuliſſent, quum (vt rectè ſcribitur Eccleſiaſtici 34.d.24) qui è bonis pauperum ſacrificat, ſimilis ſit eius qui mactat filium corã patre. In eleemoſynam, ἐλεημοσύνην. Cohæret ἐλεημοσύνην cum τὰ ἐνόντα, per appoſitionem non modò Hebræis, ſed etiam Græcis familiarem. Sic Iſocrat. ad Demonicum, κἂν τὰ καλὰ σοι πάνθ' ὑπάρχῃ, πλείονος μὲν τῆς παρὰ σοῦ φιλίας, ἧττον δὲ τῆς παρὰ τῶν ἄλλων εὐνοίας. Sic etiam Plautus in Trinumo, Eſt ager (inquit) ſub vrbe nobis, eum dabo dotem ſorori. In qua conſtructione interdum etiam additur præpoſitio, ſicut nos hic expreſſimus. Sin verò τὰ ἐνόντα interpretemur pro facultatibus, δὸν ἐλεημοσύνην conuertemus ad verbum, Date eleemoſynam. de quo vocabulo diximus Matth.6.v.1. Erunt, ὅπερ id eſt ἔσται, vt etiam ſcriptum legimus in quodam exemplari, quanuis retineri etiam poſſit præſentis temporis ſignificatio.

41 Πλὴν οὐαὶ ὑμῖν τοῖς Φαρισαίοις, ὅτι ἀποδεκατοῦτε τὸ ἡδύοσμον καὶ τὸ πήγανον καὶ πᾶν λάχανον, καὶ παρέρχεσθε τὴν κρίσιν καὶ τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ. ταῦτα ἔδει ποιῆσαι, κἀκεῖνα μὴ ἀφιέναι.

41 Sed væ vobis Phariſæis, quoniam decimatis mentham & rutam, & quoduis olus, ſed præteritis iudicium & charitatem Dei. Hæc autem oportuit facere, & illa nõ omittere.

41 *Sed væ nobis Phariſæis quia decimatis mentham & rutam & omne olus, & præteritis iudicium & charitatẽ Dei. hæc autem oportuit facere, & illa non omittere.*

43 Οὐαὶ ὑμῖν τοῖς Φαρισαίοις, ὅτι ἀγαπᾶτε τὴν πρωτοκαθεδρίαν ἐν ταῖς συναγωγαῖς, καὶ τοὺς ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς.

43 ‖Væ vobis Phariſæis, quoniã diligitis primum conſeſſum in conuentibus, & ſalutationes in foris.

43 *Væ nobis Phariſæi, quia diligitis primas cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro.* *Infrà, 20.g.46* *mar.12.a.6* *mar.12.d.38*

44 Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταί, ὅτι ἐστὲ ὡς τὰ μνημεῖα τὰ ἄδηλα, καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ περιπατοῦντες ἐπάνω οὐκ οἴδασιν.

44 ‖Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ: quoniam eſtis vt monumenta quæ non apparent, & quæ neſciunt ii qui ſuper ea ambulant.

44 *Væ nobis, quia eſtis vt monumenta quæ non apparent, & homines ambulantes ſuprà, neſciunt.* *Mat.23.c.27*

45 Ἀποκριθεὶς δέ τις τῶν νομικῶν λέγει αὐτῷ, Διδάσκαλε, ταῦτα λέγων καὶ ἡμᾶς ὑβρίζεις.

45 Reſpondens autem quidam ex Legis interpretibus, ait ei, Magiſter, quum hæc dicis, etiã nos afficis iniuria.

45 *Reſpondens autem quidam ex Legiſperitis, ait illi, Magiſter, hæc dicẽs, etiam contumeliam nobis facis.*

46 Ὁ δὲ εἶπε, Καὶ ὑμῖν τοῖς νομικοῖς οὐαί, ὅτι φορτίζετε τοὺς ἀνθρώπους φορτία δυσβάστακτα, καὶ αὐτοὶ ἑνὶ τῶν δακτύλων ὑμῶν οὐ προσψαύετε τοῖς φορτίοις.

46 Ipſe autem ait, ‖Væ vobis quoq; Legis interpretibus, quoniam oneratis homines oneribus difficilibus portatu, ſed ipſi vno ex digitis veſtris non attingitis onera.

46 *At ille ait, Et nobis Legiſperitis væ, quia onerati homines oneribus quæ portare non poſſunt, & ipſi vno digito veſtro non tangitis ſarcinas.* *Mat.23.c.4* *act.15.b.10*

47 Οὐαὶ ὑμῖν, ὅτι οἰκοδομεῖτε τὰ μνημεῖα τῶν προφητῶν, οἱ δὲ πατέρες ὑμῶν ἀπέκτειναν αὐτούς.

47 Væ vobis, quoniam ædificatis monumenta Prophetarum, patres autem veſtri trucidarunt eos.

47 *Væ nobis, quia ædificatis monumenta Prophetarum, patres autem veſtri occiderunt illos.*

41 Sed væ vobis, ἀλλ' οὐαὶ ὑμῖν. Optimè hæc cohærent cum ſuperioribus, vt minimè dubium ſit quin ἀλλὰ ſic conuerti oporteat. Quum enim mentionem feciſſet beneficentiæ, futurum erat vt hic Phariſæi ſuas decimas obiicerent. Oſtendit igitur Dominus quantum abſint à vera liberalitate, quantumuis externã illius ſpeciem præ ſe ferant. Huc pertinet quod ait Paulus 1.Cor.1.a.3. Quoniam, ὅτι. In pleriſque Vulgatæ editionis codicibus non legitur Quia, ſed Qui, tum hoc verſiculo, tum etiam aliis ſequentibus: quam lectionem germanam eſſe puto, & ab iis deprauatam qui, quum ſcriptum eſſet vt vides in iſto margine, & hoc literarũ compendium ignorarent, pro οἱ legerunt ὅτι. Neque verò mirum hoc cuiquam videbitur qui manuſcripta exemplaria cum impreſſis conulerit, in quibus permulta ſimilia errata tam ſæpe occurrunt, vt nemini dubium eſſe poſſit ex vno loco infinitos alios poſtea fuiſſe deprauatos, & ex vno aliquo exemplari errorem in alia plurima emanaſſe. Nihil tamen volui mutare contra vetuſtorũ codicũ fidem. Decimatis, δεκατοῦτε. i. decimam partem deciditis, nimirum ex Dei Lege perſoluendam: quemadmodũ Latinis dicebatur legio decimari quum decimus quiſque ad ſupplicium legebatur ex militari diſciplina vt infrà, 18.b.12. Alii contrà ad auaritiã Phariſæorum hoc referunt, qui ex quibuſuis colligerent decimas. Et certè hoc etiam ſenſu accipitur verbum δεκατεύειν Heb.7.a.5. Sed priorem interpretationẽ potius recipio. Mentionem autem fieri inter olera, mẽthæ & rutæ, quarum hodie rarus eſt in cibis vſus, nemo mirabitur qui Plinium, ipſumque adeo Apitium legerit.

Et quoduis olus, καὶ πᾶν λάχανον: vel, quoduis olus id eſt omne genus olerum, vt rectè explicat Auguſt. in Enchiridio ad Laurẽtium, cap. 99. ſimili ratione docẽs exponi oportere quod ait Apoſtolus 1.Timoth.2.a.4. Deũ velle omnes homines ſaluos fieri.

Iudicium, κλῶ κρίσιν. Hebraicè מִשְׁפָּט, id eſt quod iuſtum & æquum eſt. Complectitur enim hoc vocabulum alterã illam partẽ iuris gentiũ, QVOD TIBI FIERI NOLIS, ALTERI NE FACIAS. Charitas autem Dei ad primam tabulam ſpectat, quæ quidem præcipua eſt, adeo vt illa ab hac diuelli nullo modo poſſit. Eraſmus autem iudicium facit duplex: vnum hominum, quando ex cultu externo metimur pietatem: alterum Dei, quum ex animi affectu pietas æſtimatur. Duplicem item charitatem: vnam hominum, quum leuiculo beneficio afficitur proximus: alteram Dei, quum in iis ſuccurritur homini quæ ad æternam illius ſalutem pertinent. Sed hæc (vt opinor) ad hunc locum non ſpectant. Nam neque iudicium hic accipitur pro animi opinione, aut ſententia: neque vocabulum Θεοῦ eſt repetendum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ: neque charitas Dei aliud hic declarat quàm eum amorem quem Deo debemus. Hæc autem oportuit, ταῦτα δὲ ἔδει. Ita interpretatur Vulg. editio, & particulam δὲ additam reperimus in duobus codicibus vetuſtis. Eraſmus, Imò oportuit, μᾶλλον δὲ ἔδει. Dicit autem Chriſtus oportuiſſe illa fieri, quoniam ex Lege debebantur decimæ Leuitis.

48 Ἄρα μαρτυρεῖτε καὶ συνευδοκεῖτε τοῖς ἔργοις τῶν πατέρων ὑμῶν· ὅτι αὐτοὶ μὲν ἀπέκτειναν αὐτούς, ὑμεῖς δὲ οἰκοδομεῖτε αὐτῶν τὰ μνημεῖα.

48 Nempe teſtimonio veſtro comprobatis facta patrum veſtrorum: quoniam illi quidem eos trucidarunt, vos autem ædificatis eorum monumenta.

48 Profectò teſtificamini quòd cõſentitis operibus patrum veſtrorum: quoniam ipſi quidem eos occiderunt, uos autem ædificatis eorum ſepulchra.

49 Διὰ τοῦτο καὶ ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ εἶπεν, Ἀποστελῶ εἰς αὐτοὺς προφήτας καὶ ἀποστόλους, καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενοῦσι καὶ ἐκδιώξουσιν·

49 Propterea etiam Sapientia Dei dixit, Mittam ad eos Prophetas & Apoſtolos, & ex ipſis quoſdam trucidabunt, & quoſdam expellent:

49 Propterea & Sapientia Dei dixit, Mittam ad illos Prophetas & Apoſtolos, & ex illis occident, & perſequentur:

50 ἵνα ἐκζητηθῇ τὸ αἷμα πάντων τῶν προφητῶν, τὸ ἐκκεχυμένον ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης,

50 Vt à natione iſta requiratur ſanguis omnium Prophetarũ, effuſus à iactis fundamentis mundi,

50 Vt inquiratur ſanguis omnium Prophetarũ qui effuſus eſt à conſtitutione mundi, à generatione iſta,

Gen. 4. 8. 2. Paral. 24. 21.

51 ἀπὸ τοῦ αἵματος Ἅβελ ἕως τοῦ αἵματος Ζαχαρίου τοῦ ἀπολομένου μεταξὺ τοῦ θυσιαστηρίου καὶ τοῦ οἴκου· ναὶ λέγω ὑμῖν, ἐκζητηθήσεται ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης.

51 ‖A ſanguine Abel vſque ad ſanguinẽ ‖Zachariæ, qui periit inter altare & ædem: etiam dico vobis, requiretur ab hac natione.

51 A ſanguine Abel, uſque ad ſanguinem Zachariæ, qui periit inter altare & ædem: ita dico uobis, requiretur ab hac generatione.

52 Οὐαὶ ὑμῖν τοῖς νομικοῖς, ὅτι ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως· αὐτοὶ οὐκ εἰσήλθετε, καὶ τοὺς εἰσερχομένους ἐκωλύσατε.

52 Væ vobis Legis interpretibus, quoniam ſuſtuliſtis clauẽ cognitionis: ipſi non introiſtis, & eos qui introibant prohibuiſtis.

52 Væ uobis Legiſperitis, quia tuliſtis clauẽ ſcientiæ: ipſi non introiſtis, & eos qui introibant prohibuiſtis.

53 Λέγοντος δὲ αὐτοῦ ταῦτα πρὸς αὐτοὺς, ἤρξαντο οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι δεινῶς ἐνέχειν, καὶ ἀποστοματίζειν αὐτὸν περὶ πλειόνων·

53 Quum autem hæc eis diceret, cœperunt Scribæ & Phariſæi vehementer *ipſi* imminere, & eum allicere ad loquendum de multis:

53 Quum autem hæc ad illos diceret, cœperunt Phariſæi & Legiſperiti grauiter inſiſtere, & os eius opprimere de multis:

48 Teſtimonio veſtro comp. μαρτυρεῖτε καὶ συνευδοκεῖτε. Vulgata, Teſtificamini quòd conſentitis. i. μαρτυρεῖτε ἐστε συνευδοκοῦντες. vide ſuprà, 4. d. 22. Teſtimonium autem hoc non ſumit Chriſtus à præpoſtera illa cura exornandi martyrum ſepulchra, ſed ab ipſorum Phariſæorum moribus, vt qui patrum exemplo contra veros Dei ſeruos furerent, ac proinde, quauis pietatis ſtudium prætexerent, reuera tamen Prophetarum monimenta exornando, tanquam trophæa quædam auitæ crudelitatis erigerent.

49 Ex ipſis quoſdam, ἐξ αὐτῶν. Subauditur τινὰς in Græco, quod Latinè expreſſimus, vt Matthæi 23. d. 24. & 17. b. 9. & Act. 11. c. 16. Expellent, ἐκδιώξουσιν: id eſt, ita inſectabuntur vt tandem expellant. Vulgata & Eraſmus, Perſequentur, id eſt διώξουσιν. Ita enim etiam excudit Frobenius. ſed veteres codices legunt ἐκδιώξουσιν: quod quidem eſt multo ἐμφατικώτερον.

50 Vt requiratur ſanguis, ἵνα ἐκζητηθῇ τὸ αἷμα. Heb. דם כל-הנביאים יורש: id eſt, vt ratio à vobis repoſcatur, atque adeo pœnæ exigantur ſuſi ſanguinis Prophetarum. Cæterùm illud ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης, id eſt, à natione iſta, quum in Græcis ponatur in extremo verſiculo, collocauimus potius in principio, vt ſtuderemus perſpicuitati, nequis videlicet connectat cum participio ἐκκεχυμένον. Nam potius cohærere cum ἐκζητηθῇ, apparet ex fine proximi verſiculi. Effuſus, τὸ ἐκκεχυμένον. Eraſ. Qui effũditur. At qui rectius (ni fallor) Vetus interpres animaduerrit præſens pro præterito, aut potius pro futuro exacto vſurpatum.

51 Suſtuliſtis, ἤρατε: id eſt ἀπεκρύψατε καὶ ἀφανίσατε, abſcondiſtis & ſuſtuliſtis è medio, vt nuſquam cõpareant. Sic enim rectè (meo quidem iudicio) interpretatur Theophylactus. Nam quòd Eraſmus exiſtimat potius ſignificari Scribas tuliſſe, id eſt in ſe recepiſſe & geſtandas ſuſcepiſſe claues cognitionis, quia nimirum ſibi ſolis cognitionem Legis & docendi munus arrogabant: quauis verè dicatur, tamen non poſſum probare. Neque enim verbum ἄρειν, ſed αἴρεσθαι potius hac ſignificatione ſolet à Græcis vſurpari.

53 Quum autem, &c. λέγοντος δὲ αὐτοῦ ταῦτα πρὸς αὐτούς. In quodam codice ſcriptum erat, καὶ ἀκούσαντος ἐξελθόντος αὐτοῦ, & eo illinc egreſſo. Imminere, ἐνέχειν. Vulgatâ & Eraſmus, Inſiſtere. vide Marci 6. c. 19. In Complutẽſi editione & quodam alio codice legimus συνέχειν, id eſt vrgere & quaſi cõprimere. Et eum allicere ad loquen. ἀποστοματίζειν αὐτόν. Sic legimus in omnibus noſtris vetuſtis codicibus, ſi duos tãtùm excipias in quibus

ſcriptum erat ἐπιστομίζειν, eadem (vt opinor) manente ſententia. Sed vtrouis modo legat, rectè (vt arbitor) Eraſmus in eo reprehendit Veterem interpretem quòd ἐπιστομίζειν verterit, os opprimere, quum id potius declaret τὸ δεδ. στομίζειν, quo vtitur Apoſtolus Tit.1.c.11. neque vlla ratione videatur hæc expoſitio poſſe conuenire. Nam qui ex cuiuſpiam ore aliquid aucupatur vnde creet illi periculum, potius eum conatur ad loquendum prouocare quàm os ipſi occludere. Theophylactus aliam præterea interpretationem adfert, quaſi ἐπιστομίζειν declaret ἀπὸ τῦ στόματος κρατῆσαι: id eſt, vt vernaculo noſtro ſermone optimè explicamus, *prendre par le bec*. Sed neque hoc verbum vſquã reperio vſurpatum ea ſignificatione, neque hæc expoſitio admitti poteſt quin fateamur Lucam valde impropriè loquutum, vt qui dicat Scribas cœpiſſe ipſum ἐπιστομίζειν, id eſt (ſi hanc interpretationem recipiamus) in ſermone illaqueare: quum potius dicendum fuerit ipſos id eſſe conatos quod tamen nunquam vel minima ex parte obtinuerunt. Quid igitur? Eraſmus in hunc locum multa annotat eruditè: ſed quid potiſſimùm ſequatur non oſtendit. Ego verò ingenuè dicam quod ſentio. ἐπιστομίζειν reperio apud Athenæum pro memoriter aliquid referre, cuius exemplum profert Eraſmus: apud Platonem autem in Euthydemo, accipitur ἀμαθῶς, dicitúrque de grammaticis qui pueris ore ſuo verba præfantur, vt ſubſequantur illi, aut dictata excipiant: vnde Horatius, Occidit miſeros crambe repetita magiſtros. Ioquens nimirum ἀεὶ τὰ ἐπιστομιζόμενον, id eſt de iis quæ præceptor viua voce ſolet diſcentibus inculcare. quo verbo vtitur etiam in ea ſignificatione Ariſtoteles Elench. cap.3. Poſtremò apud Plutarchum in Theſeo vſurpatur μιδασπικῶς pro eo quod Latini dicunt Recitare & ore ſuo pronuntiare, ſed cum quadam energia: vt furentes vates fingũtur ſuos verſus cum impetu repentè profundere. Loquitur enim de quadam Sibyllæ prædictione. Hæc autem omnia quum inter ſe comparò, venio in eam opinionem vt hoc loco putem ἐπιστομίζειν accipi forma Hebraæ coniugationis Hiphil, ſicut paſſim alia multa obſeruauimus: & eo ſignificari quod ſequenti verſiculo declaratur, nempe conatos fuiſſe Phariſæos, multis ac variis propoſitis quæſtionibus, varia ab ipſius ore reſponſa elicere: quòd fore ſperarent vt aliquid aut nimium liberè, aut ambiguè, aut denique non ſatis conſideratè effutiret, vnde arriperent calumniandi occaſionem. Itaque conuerti ἐπιστομίζειν αὐτὸν, eum allicere ad dicendum, vel loquendum, vt Græci vocabuli vim aliquatenus ſaltem adumbrarem. Eraſmus interpretatur, Captioſè eum interrogare: quæ interpretatio fere eandem habet ſententiam, ſed à Græci verbi genuina explicatione paulo lõgius diſcedit, vt ſequẽs verſiculus oſtẽdit. Nã (vt paucis dicã) ἐπιστομίζειν αὐτὸν, nihil aliud declarat quàm θηρᾶσθαι τι ἀπὸ τῦ στόματος αὐτῦ: id eſt, venari quippiã ab ipſius ore. quod ſtatim ſubiicitur.

Ενεδρεύοντες αὐτὸν, καὶ ζητοῦντες θηρεῦσαί τι ἐκ τῦ στόματος αὐτῦ, ἵνα κατηγορήσωσιν αὐτῦ.	54 Inſidiantes ei, & cupidè venantes aliquid ex ipſius ore, vt eum accuſarent.	54 *Inſidiãtes ei, & quærentes aliquid capere de ore eius, vt accuſarẽt eum.*

Κεφάλαιον ιβ'

CAP. XII.

CAP. XII.

ΕΝ οἷς ἐπισυναχθεισῶν τῶν μυριάδων τῦ ὄχλου, ὥστε καταπατεῖν ἀλλήλους, ἤρξατο λέγειν πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτῦ, Πρῶτον προσέχετε ἑαυτοῖς ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων, ἥτις ἐστὶν ὑπόκρισις.	1 INterea quum coacta eſſet permulta turba, adeo vt alii alios conculcarent, cœpit dicere diſcipulis ſuis, In primis cauete vobis à fermento Phariſæorum, quod eſt hypocriſis.	1 Mvltis autem turbis circunſtantibus, ita vt ſe inuicem conculcarent, cœpit dicere ad diſcipulos ſuos, Attendite à fermento Phariſæorum, quod eſt hypocriſis. Mat.16.c.15 mar.8.b.14
Οὐδὲν δὲ συγκεκαλυμμένον ἐστὶν, ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται· καὶ κρυπτὸν, ὃ οὐ γνωσθήσεται.	2 Nihil enim opertum eſt, quod non ſit detegendum: neque occultum, quod non ſit cognoſcendum.	2 *Nihil autem opertum eſt, quod non reuelẽtur: neque abſconditum, quod non ſciatur.* Mat.10.c.26 mar.4.c.22 ſupra, 8.c.17
Ἀνθ' ὧν ὅσα εἰς τὴν σκοτίαν εἴπατε, ἐν τῷ φωτὶ ἀκουσθήσεται· καὶ ὃ πρὸς τὸ οὖς ἐλαλήσατε ἐν τοῖς ταμείοις, κηρυχθήσεται ἐπὶ τῶν δωμάτων.	3 Propterea quæ in tenebris dixiſtis, in luce audientur: & quod in aurem loquuti eſtis in conclauibus, prædicabitur ſupra domos.	3 *Quoniam quæ in tenebris dixiſtis, in lumine dicentur: & quod in aurem loquuti eſtis in cubiculis, prædicabitur in tectis.*
Λέγω δὲ ὑμῖν τοῖς φίλοις μου, Μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, καὶ μετὰ ταῦτα μὴ ἐχόντων περισσότερόν τι ποιῆσαι.	4 Dico autem vobis amicis meis, Ne timete *vobis* ab iis qui truci dant corpus, & poſtea non habent quod amplius faciant.	4 *Dico autem vobis amicis meis, Ne terreamini ab iis qui occidunt corpus, & poſt hæc non habent amplius quid faciant.* Mat.10.c.28

54 Cupidè venantes, ζητοῦντες θηρεῦσαι. Vulg. Quærentes capere. Eraſ. Quærentes venari: vterque nimium obſcurè.

IN CAPVT XII.

1 Interea, ἐν οἷς. Hoc eſt omnino quod vernaculo ſermone dicimus, *en ces entrefaictes*. Vulg. & Eraſmus, Autem, id eſt δέ. Quum coacta eſſet, ἐπισυναχθεισῶν. Vulgata, Circunſtantibus, περιεστώτων. Eraſmus, Quum conueniſſet, ζωυλισθεισῶν. Permulta multitudo, *μυριάδων*. Sic rectè Valla. poſitus eſt enim definitus numerus pro infinito. Vulgata, Multis, quod eſt nimis dilutum. Eraſ. Innumera turbæ multitudo.

3 Propterea, ἀνθ' ὧν. Vulgata & Eraſmus, Quoniam: quaſi ſit ratio ſuperioris dicti, quum potius ſit cõſequutio quæ inde colligitur.

4 Timete, φοβηθῆτε. Vulgata & Eraſmus, Terreamini: ſenſu non multum diuerſo, ſed tamen non ſatis rectè, quum φοβεῖσθαι nunquam (quod ſciam) paſſiuè accipiatur.

Υποδείξω δὲ ὑμῖν τίνα φοβηθῆτε· φοβήθητε τὸν μετὰ τὸ ἀποκτεῖναι, ἐξουσίαν ἔχοντα ἐμβαλεῖν εἰς τὴν γέενναν· ναὶ λέγω ὑμῖν, τοῦτον φοβηθῆτε.

5 Præmonſtrabo autem vobis quem timeatis: timete eum qui poſtquam trucidarit, præditus eſt authoritate iniiciendi in gehennã: etiam dico vobis, hũc timete.

5 Oſtendam autem vobis quem timeatis: timete eum qui poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam: ita dico vobis, hunc timete.

Matth.10.c.29

Οὐχὶ πέντε στρουθία πωλεῖται ἀσσαρίων δύο, καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐκ ἔστιν ἐπιλελησμένον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ;

6 Nonne quinque paſſerculi væneunt aſſariis duobus, & vnus ex iis non eſt in obliuione apud Deum?

6 Nõne quinque paſſeres væneunt dipondio, & unus ex illis non eſt in obliuione coram Deo?

Ἀλλὰ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς ὑμῶν πᾶσαι ἠριθμημέναι εἰσί. μὴ οὖν φοβεῖσθε· πολλῶν στρουθίων διαφέρετε.

7 Quinetiam capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt. ne igitur timete: multis paſſerculis præſtatis.

7 Sed & capilli capitis veſtri omnes numerati ſũt. Nolite ergo timere: multis paſſeribus pluris eſtis.

Supra 9.d.26 mar.10.c.32 2.Tim.2.b.12

Λέγω δὲ ὑμῖν, Πᾶς ὃς ἂν ὁμολογήσῃ ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὁμολογήσει ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ·

8 Dico autem vobis, Quiſquis me confeſſus fuerit coram hominibus, Filius quoque hominis confitebitur eum coram Angelis Dei:

8 Dico autem vobis, Omnis quicunque confeſſus fuerit me coram hominibus, & Filius hominis confeſſurus eſt illum coram Angelis Dei:

Ὁ δὲ ἀρνησάμενός με ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, ἀπαρνηθήσεται ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ.

9 Qui verò negauerit me in conſpectu hominum, abnegabitur in conſpectu Angelorum Dei.

9 Qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei.

Mar.11.c.31 mar.3.c.28 1.Ioh.5.d.16

Καὶ πᾶς ὃς ἐρεῖ λόγον εἰς τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ· τῷ δὲ εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα βλασφημήσαντι οὐκ ἀφεθήσεται.

10 Et quiſquis dicet quippiam in Filiũ hominis, ei remittetur: ei verò qui in Spiritum ſanctũ blaſphemauerit, nõ remittetur.

10 Et omnis qui dicit verbum in Filium hominis, remittetur illi: ei autem qui in Spiritum ſanctum blaſphemauerit, non remittetur.

Matth.10.c.19 mar.13.b.11

Ὅταν δὲ προσφέρωσιν ὑμᾶς ἐπὶ τὰς συναγωγὰς καὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, μὴ μεριμνᾶτε πῶς ἢ τί ἀπολογήσησθε, ἢ τί εἴπητε·

11 Quum autem adduxerint vos ad ſynagogas & ad magiſtratus ac poteſtates, ne ſoliciti eſtote quomodo aut quid pro defẽſione allaturi aut quid dicturi ſitis:

11 Quum autem adduxerint vos in ſynagogas & ad magiſtratus & poteſtates, nolite ſolliciti eſſe qualiter aut quid reſpondeatis, aut quid dicatis:

Τὸ γὰρ ἅγιον Πνεῦμα διδάξει ὑμᾶς ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, ἃ δεῖ εἰπεῖν.

12 Spiritus enim ſanctus docebit vos eo ipſo momento, quæ oporteat dicere.

12 Spiritus enim ſanctus docebit vos in ipſa hora quid oporteat vos dicere.

Εἶπε δέ τις αὐτῷ ἐκ τοῦ ὄχλου, Διδάσκαλε, εἰπὲ τῷ ἀδελφῷ μου μερίσασθαι μετ' ἐμοῦ τὴν κληρονομίαν.

13 Dixit autem ei quidam è turba, Magiſter, dic fratri meo vt partiatur mecum hæreditatem.

13 Ait autem ei quidam de turba, Magiſter, dic fratri meo ut dividat mecum hereditatem.

Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ, Ἄνθρωπε, τίς με κατέστησε δικαστὴν ἢ μεριστὴν ἐφ' ὑμᾶς;

14 Ipſe verò dixit ei, Heus tu, quis me vobis iudicem aut partitorem præfecit?

14 At ille dixit ei, Homo, quis me conſtituit iudicem aut diuiſorem ſuper vos?

Εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς, Ὁρᾶτε καὶ φυλάσσεσθε ἀπὸ τῆς πλεονεξίας· ὅτι οὐκ ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐστιν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ.

15 Dixit igitur eis, Videte, & cauete ab auaritia. neque enim quum bona cuipiam redundant, vita ipſi conſtat ex bonis ſuis.

15 Dixitque ad illos, Videte & cauete ab omni auaritia: quia non in abundantia cuiuſquam vita eius eſt ex iis quæ poſſidet.

5 Præmonſtrabo, ὑποδείξω. De impendentibus periculis monet, quoniam improuiſa vehementius feriunt. Itaque non eſt otioſa præpoſitio, quam tamen neglexerunt Vetus interpres & Eraſmus. Vide Matth.3.b.7.

6 Aſſariis, ἀσσαρίων. Vulgata, Dipondio, id eſt aſſibus duobus. Eraſmus, Minutis aſſibus. Neuter videtur intellexiſſe quid ſit aſſarius, de quo diximus Matth.10.c.29.

8 Me, ἐν ἐμοὶ vt paulo pòſt ἐν αὐτῷ declarat αὐτὸν, eum, vt ex Matthæo liquet. Itaque quæ in hunc locum commentatur Theophylactus, certè ad rem non pertinent.

14 Heus tu, ἄνθρωπε. Vulgata & Eraſmus, ad verbum, Homo. Vide ſuprà, 5. v. 20.

15 Auaritia, τῆς πλεονεξίας. Vulgata, Omni auaritia, id eſt πάσης πλεονεξίας, vt in quodam codice ſcriptum inuenimus. Significat autem πλεονεξίαν immodicam acquirendi cupiditatẽ, etiã cum aliorum detrimẽto. Itaque latius patet quàm φιλαργυρία. Neque enim quũ, &c. ἐν οὐκ ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐστιν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ. Quidam codices ἐστὶν proximè coniungunt cum negante particula: & rectius, vt opinor. Nam

alioquin omnino videri posset membrum alterum deesse, in quo declaretur qua in re vita sit posita, si in bonis sita non est. Præterea quædam exemplaria legunt ἐν τῷ ζωῆ αὐτοῦ, pro ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ: quædam etiam ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ, eadem tamen manente sententia. Quia verò ita collocata sunt vocabula in hoc membro vt nonnulla sit huius loci obscuritas, aliorum sententias paucis explicabimus, & nostram quoque confirmabimus, nequis nouitate offendatur. Quidam igitur τοῦ construunt cum δοκεῖ. quorum sententiam si sequamur, necesse est (opinor) dicamus relatiuum αὐτοῦ, quod sequitur post ζωῆ, abundare ex Hebræorum idiotismo. Quidam coniungunt cū ἀφειδώνιον, sed ita vt sit neutrius generis, neque de persona, sed de re dicatur, vt ἀφειδώνιον τοῦ, significet re quapiam abundare: quorum sententiam multis de causis repudio. Coniungo tamen τοῦ cum ἀφειδώνιον, ita vt prono casu positum αὐτοῦ non redundet, & ἐν τῷ ἀφειδώνιον τοῦ, idem declaret atque ἐν τῷ ἀφειδώνιον πατρί: id est, quum quispiam abundat. Puto enim ἀφειδώνιον vel impersonaliter poni, vt in illo Philostrati in Heroicis, ἀφειδώνιον σοφίας αὐτῷ: id est, abundat sapientia: vel, si hoc cuipiam videtur durius, subaudiendum esse cognatum casum, puta κλῆμα τι, vel ὄγκον τινά, quod etiam expressimus, vt planior esset hic locus. Quòd igitur nōnulli putant Christū significare, nullius vitam in eo positam esse quod ipsi redundat ex facultatibus suis, mihi non probatur. Nam hoc modo damnaretur tantùm redundantia, & quidem duntaxat tanquam inutilis ad tolerandam vitam: quod non conuenit cum proxima parabola, neque respondet huius sermonis grauitati. Deinde, ὧν τοῦ ὑπαρχόντων αὐτῷ, connectendum esse cum ἐν τῷ ἀφειδώνιον, per traiectionem: quæ mihi quidem videtur nimium violenta. Non desunt igitur qui putent hic damnari auarorum ingenium, qui plerunque inter medias opes esuriunt, quo nomine iubeat Christus vt auaritiam detestemur. Sed præter quam quòd ne hoc quidem cohæret cum sequente similitudine, videtur etiam detorta expositio si hæc verba, Nō est ipsi vita ex facultatibus suis, interpreteris, Nō fruitur bonis suis. Theophylactus autem eorum hoc, ὧν τοῦ ὑπαρχόντων αὐτῷ, in cōmentario non attingit: & illud ζωὴ ἔστι, exponit de vitæ prorogatione: quia (inquit) οὐ συμπαταται τὸ πλῆθος ζωῆς μέτρον τῇ ἀφειδώνιᾳ: id est, vitæ modus non producitur vnà cum facultatum incremento. quæ interpretatio quamuis videatur non malè congruere cum adiuncto exemplo, tamen mihi non satisfacit. Existimo enim illud, ὧν τοῦ ὑπαρχόντων αὐτῷ, non redundare, sed potius ostendere aliquid amplius significari. Est igitur (vt arbitror) germana hæc sententia: Christus vt suos ab ista immodica opum cupiditate deterreat, euertit illud ipsum quo nituntur eiusmodi hominum consilia. Iam verò nemo est (opinor) tam amens vt vitam diuturniorem ab opibus expectet. Ergo nō huc spectant Christi verba. Quorsum igitur? Nēpe solent homines vitæ suæ præsidia in opibus collocare, adeo vt quo quisque ditior est, eo minus omnia pericula atque adeo ipsam mortem reformidet. Hinc illa diuitum arrogantia & supinitas, quasi Deum ipsum in cistis & horreis inclusum habeant in potestate. Contrà verò ostendit Dominus, vt quispiam sit locupletissimus, adeo vt omni opum genere redundet, tamen quòd viuit, hoc minimè debere acceptum ferre opibus suis, quum ipsius vitam ne temporis quidem momento possint vllæ bonorum copiæ conseruare. Vnus enim Deus qui vitam dedit, eam quoque quandiu libuit, & fouere & extinguere pro suo iure potest. Quorsum igitur quisquam à diuitiis pendeat, vt is solent qui de iis accumulandis tantopere sunt solicitii? Hanc autem esse germanam sententiam, vel ex consequenti exemplo satis opinor liquere.

Εἶπε δὲ παραβολὴν πρὸς αὐτοὺς, λέγων, Ἀνθρώπου τινὸς πλουσίου εὐφόρησεν ἡ χώρα.

16 Dixit autem eis parabolam in hæc verba: Hominis cuiusdam diuitis exuberarat regio:

16 Dixit autem similitudinem ad illos, dicens, Hominis cuiusdam diuitis uberes fructus ager attulit: Eccle.11.c.18

Καὶ διελογίζετο ἐν ἑαυτῷ, λέγων, Τί ποιήσω, ὅτι οὐκ ἔχω ποῦ συνάξω τοὺς καρπούς μου;

17 Itaque ratiocinabatur apud se, dicens, Quid faciam? nec enim habeo vbi cogam fructus meos.

17 Et cogitabat intra se, dicēs, Quid faciā, quia nō habeo quò congregem fructus meos?

Καὶ εἶπε, Τοῦτο ποιήσω· καθελῶ μου τὰς ἀποθήκας, καὶ μείζονας οἰκοδομήσω· καὶ συνάξω ἐκεῖ πάντα τὰ γενήματά μου, καὶ τὰ ἀγαθά μου·

18 Et dixit, Hoc faciam: destruā horrea mea, & maiora ædificabo: & illic cogam omnes fructus meos, & bona mea:

18 Et dixit, Hoc faciā: destruā horrea mea, & maiora faciā: & illuc cōgre gabo omnia quæ nata sunt mihi, & bona mea.

Καὶ ἐρῶ τῇ ψυχῇ μου, Ψυχή, ἔχεις πολλὰ ἀγαθὰ κείμενα εἰς ἔτη πολλά· ἀναπαύου, φάγε, πίε, εὐφραίνου.

19 Et dicam animæ meæ, Anima, habes multa bona reposita in annos multos: requiesce, comede, bibe, oblectare.

19 Et dicā animæ meæ, Anima, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare.

Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Θεός, Ἄφρων, ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ· ἃ δὲ ἡτοίμασας, τίνι ἔσται;

20 Dixit autem ei Deus, Demens, hac nocte animam tuā repetunt abs te: quæ verò parasti, cuius erunt?

20 Dixit autem illi Deus, Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem parasti, cuius erunt?

Οὕτως ὁ θησαυρίζων ἑαυτῷ, καὶ μὴ εἰς Θεὸν πλουτῶν.

21 Ita est qui thesaurum congerit sibi, nec est in Deo diues.

21 Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum dives.

16 In hæc verba, κώμη. Hebraicus pleonasmus, vt infrà, 14. v. 3. Exuberarat, εὐφόρησεν. Vulg. & Eras. per periphrasin, Vberes fructus attulit. Regio, ἡ χώρα. Vulg. & Eras. Ager, id est χωρίον. Videtur autē emphasis esse in hoc verbo, quam etiam annotat Theophylactus, quasi iste non fundum quempiam, sed totam aliquam regionem possederit, vt in solent qui domum domo, agrum agro coniungunt, de quibus Esaias 5. b. 8

17 Ratiocinabatur, διελογίζετο. Mirè conuenit verbum λογίζεσθαι, quoniam iftiusmodi homines totam vitam in subducendis rationibus consumunt.

19 Oblectare, ἀναπαύου. Vulg. Epulare, quod non satis latè patet. Eras. Gaude, χαῖρε. Est autem hæc sui ipsius compellatio Hebræis familiaris. Sic etiam apd Homerum Vlysses seipsum adhortatur his verbis, τέτλαθι δὴ κραδίη.

21 Sibi, ἑαυτῷ: id est, sese respiciens, aut seipso fretus. In vno codice legimus ἐν ἑαυτῷ, ex quo intelli-

gitur quomodo dicatur aliquis πλούτειν εἰς Θεόν, quando videlicet omnia præſidia in vno Deo collocat, vt εἰς Θεὸν idem declaret atque ἐν Θεῷ, cui opponitur ἐν ἑαυτῷ. In Deo, εἰς Θεόν. vel apud Deum, id eſt Dei reſpectu. Iubet enim nos Deus theſaurizare in cælis, ac proinde ab vnica eius prouidentia pendere: qua de re Apoſtolus 1. Tim. 6. d. 17. 18. 19. Vulg. In Deum. Eraſmus, Erga Deum. Vtranque interpretationem repudio, nequis ex ea occaſionem arripiat ſtatuendi operum merita, quanuis bonis operibus gratuitam mercedem conſtitutam eſſe non negẽ. Cæterùm in quinque vetuſtis codicibus poſt πάντων, id eſt diues eſt, ſubiicitur, ταῦτα λέγων, ἐφώνει, Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω, Hæc dicens, clamabat, Qui habet aures ad audiendum, audiat.

Εἶπε δὲ πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, Διὰ τοῦτο ὑμῖν λέγω, μὴ μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ ὑμῶν, τί φάγητε· μηδὲ τῷ σώματι, τί ἐνδύσησθε.

Matth. 6. c. 25. 1. per. 5. b. 7. pſal. 54. d. 23

22 Dixit autem diſcipulis ſuis, ‖Propterea dico vobis, ne ſoliciti eſtote de anima veſtra, quid eſuri ſitis: neque de corpore, quare ſitis induendi.

22 Dixitque ad diſcipulos ſuos, Ideo dico vobis, nolite ſoliciti eſſe animæ veſtræ quid manducetis: neque corpori, quid induamini.

Ἡ ψυχὴ πλεῖόν ἐστι τῆς τροφῆς, καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος.

23 Anima plus eſt quàm alimẽtum, & corpus quàm veſtitus.

23 Anima plus eſt quàm eſca, & corpus plꝰ quàm veſtimentum.

Κατανοήσατε τοὺς κόρακας, ὅτι οὐ σπείρουσιν, οὐδὲ θερίζουσιν· οἷς οὐκ ἔστι ταμεῖον οὐδὲ ἀποθήκη, καὶ ὁ Θεὸς τρέφει αὐτούς· πόσῳ μᾶλλον ὑμεῖς διαφέρετε τῶν πετεινῶν;

24 Conſiderate coruos. nec enim ſeminant, neque metunt: quibus non eſt ᵛcella neque horreum, ᵛ& tamen Deus alit eos: quanto vos præſtatis volucribus?

24 Conſiderate coruos, quia non ſeminant, neque metunt: quibus non eſt allarium neque horreum, & Deus paſcit illos: quanto magis vos pluris eſtis illis?

Τίς δὲ ἐξ ὑμῶν μεριμνῶν δύναται προσθεῖναι ἐπὶ τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ πῆχυν ἕνα;

25 Quis autem ex vobis ſolicitè cogitãdo poteſt apponere ad ſtaturam ſuam cubitum vnũ?

25 Quis autem veſtrum cogitando poteſt adiicere ad ſtaturam ſuam cubitum unum?

Εἰ οὖν οὐδὲ ἐλάχιστον δύνασθε, τί περὶ τῶν λοιπῶν μεριμνᾶτε;

26 Itaque ſi ne id quidem quod minimum eſt poteſtis, quid de cæteris ſoliciti eſtis?

26 Si ergo neque quod minimum eſt poteſtis, quid de cæteris ſolliciti eſtis?

Καταμάθετε τὰ κρίνα πῶς αὐξάνει· οὐ κοπιᾷ, οὐδὲ νήθει· λέγω δὲ ὑμῖν, οὐδὲ Σολομὼν ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ περιεβάλετο ὡς ἓν τούτων.

27 Conſiderate lilia, quomodo creſcãt: nõ fatigãtur, neque nẽt: dico autem vobis, ne Solomonem quidem cum omni gloria ſua amictũ fuiſſevt vnum ex iis.

27 Conſiderate lilia quomodo creſcunt non laborant, neque nent: dico autem vobis, nec Salomon in omni gloria ſua veſtiebatur ſicut unũ ex iſtis.

Εἰ δὲ τὸν χόρτον τὸν σήμερον ὄντα, καὶ αὔριον εἰς κλίβανον βαλλόμενον ὁ Θεὸς οὕτως ἀμφιέννυσι, πόσῳ μᾶλλον ὑμᾶς, ὀλιγόπιστοι;

28 Quòd ſi herbam quæ hodie eſt in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus ita circumueſtit: quanto magis vos ẽ exigua fide prædĩti?

28 Si autem fœnum quod hodie eſt in agro, & cras in clibanũ mittitur, Deus ſic veſtit, quanto magis vos, puſillæ fidei?

Καὶ ὑμεῖς μὴ ζητεῖτε τί φάγητε, ἢ τί πίητε· καὶ μὴ μετεωρίζεσθε.

29 Vos igitur ne quærite quid eſuri ſitis, aut quid bibituri: & ᵛne ſuſpenſo animo eſtote.

29 Et nos nolite quærere quid mãducetis, aut quid bibatis: & nolite in ſublime tolli.

Ταῦτα γὰρ πάντα τὰ ἔθνη τοῦ κόσμου ἐπιζητεῖ· ὑμῶν δὲ ὁ πατὴρ οἶδεν ὅτι χρῄζετε τούτων.

30 Hæc enim omnia gentes mũdi requirunt: Pater autem veſter nouit vos iſtis ᵛindigere.

30 Hæc autem omnia gentes mundi quærunt: Pater autem veſter ſcit quoniam his indigetis.

24 Cella, ταμεῖον: vel cellarium, vt vertit Verus interpres. ſed illud eſt magis viſitatum. Eraſmus, Penuarium, quod vocabulum non memini legere. Alibi ταμεῖον vertimus Conclaue, in re non prorſus ſimili.

Et tamen Deus, καὶ ὁ Θεός. Eclipſin particulæ aduerſatiuæ non diſſimilem obſeruauimus Matth. 12. c.

19 Ne ſuſpenſo animo eſtote, μὴ μετεωρίζεσθε. Quidam τὸ μετεωρίζεσθαι interpretantur In ſublime tolli, nempe vt ex aſtrorum curſu in futurum ſibi conſulant homines: quam interpretationem miror potuiſſe ab Eraſmo approbari. Quidam de diuitum arrogantia explicant, vt idem declaret atque Altum ſapere. Quidam ad inſtabilem illam hominum cupiditatem referunt qui ſemper inhiant altioribus. Suum cuique liberum iudicium eſto. Ad me verò quod attinet, quia μετέωρος Græcis non eum modò declarat qui poſitus eſt in ſublimi, (vt Socrates ille apud Ariſtophanẽ ἀεροβατῶν καὶ περὶ τὸν ἥλιον περιφορούμενος) ſed etiam à conſequenti ſignificat τὸν ἔμπλεων νυέμβων καὶ ἀνίσων ἔχοντα, id eſt eum cuius animus velut in aere ſuſpenſus, modò huc, modò illuc inclinat: ideo exiſtimo τὸ μετεωρίζεσθαι accipi pro eo quod Latini dicunt Animi pendẽre, & dubio ac ſuſpenſo animo eſſe: quod iis eueniat neceſſe eſt qui de præſente vita ſoliciti, in humana duntaxat præſidia reſpiciunt.

30 Indigere, χρῄζετε. Clemens Alexandrinus in Pædagogo hæc omnia explicat ἀπὸ τῆς τῶν ἀναγκαίων ἐπιθυμίας, id eſt de cupiditate qua appetimus quæ minimè ſunt neceſſaria, & in eam ſententiam ſuperiore verſiculo Chriſtum dixiſſe putat, μὴ μετεωρίζεσθε. Nam (inquit) μετεώρους λέγει τοὺς ἀλαζονείας ἀλαζονείᾳ & τρυφὴν μισεῖ. Sed hoc vocabulum χρῄζετε & ταῦτα πάντα, quod ſequitur in proximo verſiculo, indicant hanc Chriſti doctrinam longius porrigi. Reprehendit enim Dominus eos omnes qui præſenti vitæ ita ſunt addicti vt beatam illam ac ſempiternam vitam vel prorſus obliuiſcantur, vel illi certè poſtponant. Item qui huius vitæ neceſſaria præſidia vel im

aliis hominibus, vel in ſua diligentia ac induſtria collocant. et quo fit vt plerique anxii & irrequieti ne huius quidem vitæ commodis fruantur: quorum omnium vitiorum radix eſt diffidentia. Eam igitur his verbis Chriſtus conatur ſuis eximere, non vt officio ſuo deſint, ſed vt in primis quærant quod præcipuum eſſe debet, & ita laborent vt impiam illam animi ægritudinem vitent, omnes denique cogitationes in Patrem cæleſtem reiiciant, vt monetur 1. Pet. 5. b. 7.

Πλὴν ζητεῖτε τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν.

31 Quin potius quærite regnum Dei, & hæc omnia adiicientur vobis.

31 Veruntamen quærite regnum Dei, & hæc omnia adiicientur vobis.

Μὴ φοβοῦ, τὸ μικρὸν ποίμνιον· ὅτι εὐδόκησεν ὁ πατὴρ ὑμῶν δοῦναι ὑμῖν τὴν βασιλείαν.

32 Ne time, ô parue grex: nam viſum eſt Patri veſtro dare vobis regnum.

32 Nolite timere, puſillus grex: quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum.

Πωλήσατε τὰ ὑπάρχοντα ὑμῶν, καὶ δότε ἐλεημοσύνην. Ποιήσατε ἑαυτοῖς βαλλάντια μὴ παλαιούμενα, θησαυρὸν ἀνέκλειπτον ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ὅπου κλέπτης οὐκ ἐγγίζει, οὐδὲ σὴς διαφθείρει.

33 Vendite bona veſtra, & date eleemoſynã. Parate vobis crumenas quæ non veteraſcunt, theſaurum in cælis qui nunquã deficiat, quò fur non appropinquat, & vbi tinea nõ corrumpit.

33 Vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynã. Facite vobis ſaculos qui non veteraſcant, theſaurũ non deficientẽ in cælis, quòſur nõ appropiat, neque tinea corrumpit. Matth. 6. c. 20

Ὅπου γάρ ἐστιν ὁ θησαυρός ὑμῶν, ἐκεῖ καὶ ἡ καρδία ὑμῶν ἔσται.

34 Vbi enim theſaurus veſter eſt, illic & cor veſtrum erit.

34 Vbi enim theſaurus veſter eſt, ibi & cor veſtrũ erit.

Ἔστωσαν ὑμῶν αἱ ὀσφύες περιεζωσμέναι, καὶ οἱ λύχνοι καιόμενοι·

35 Sint lumbi veſtri præcincti, & veſtræ lucernæ accenſæ:

35 Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardẽtes: 1. Pet. 1. c. 13

Καὶ ὑμεῖς ὅμοιοι ἀνθρώποις προσδεχομένοις τὸν κύριον ἑαυτῶν, πότε ἀναλύσῃ ἐκ τῶν γάμων· ἵνα ἐλθόντος, καὶ κρούσαντος, εὐθέως ἀνοίξωσιν αὐτῷ.

36 Et vos ſimiles eſtote iis qui expectant quando dominus ſuus reuerſurus ſit à nuptiis, vt quũ venerit, ac pulſauerit, ſtatim aperiant ei.

36 Et vos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum quando reuertatur à nuptijs: vt quum venerit, & pulſauerit, confeſtim aperiant ei.

Μακάριοι οἱ δοῦλοι ἐκεῖνοι οὓς ἐλθὼν ὁ κύριος εὑρήσει γρηγοροῦντας. ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι περιζώσεται, καὶ ἀνακλινεῖ αὐτοὺς, καὶ παρελθὼν διακονήσει αὐτοῖς.

37 Beati ſerui illi, quos quum venerit dominus, inuenerit vigilãtes. amẽ dico vobis, præcinctus faciet vt diſcumbant, & prodiens miniſtrabit eis.

37 Beati ſerui illi quos quum venerit dominus, inuenerit vigilantes. amẽ dico vobis quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiẽs miniſtrabit illis.

Καὶ ἐὰν ἔλθῃ ἐν τῇ δευτέρᾳ φυλακῇ, καὶ ἐν τῇ τρίτῃ φυλακῇ ἔλθῃ, καὶ εὕρῃ οὕτω, μακάριοί εἰσιν οἱ δοῦλοι ἐκεῖνοι.

38 Et ſi venerit ſecunda vigilia, & ſi tertia vigilia venerit, atque ita inuenerit, beati ſunt ſerui illi.

38 Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati ſunt serui illi.

Τοῦτο δὲ γινώσκετε, ὅτι εἰ ᾔδει ὁ οἰκοδεσπότης ποίᾳ ὥρᾳ ὁ κλέπτης ἔρχεται, ἐγρηγόρησεν ἄν, καὶ οὐκ ἂν ἀφῆκε διορυχθῆναι τὸν οἶκον αὐτοῦ.

39 Hoc autem ſcitote, ſi ſciret paterfamiliãs qua hora fur vẽturus ſit, vigilaret, nec fineret perfodi domum ſuam.

39 Hoc autem ſcitote quoniam ſi ſciret paterfamiliãs qua hora fur veniret, vigilarẽt vtique, & non ſineret perfodi domum ſuam. Mat. 24. d. 43 apoc. 16. c. 15

Καὶ ὑμεῖς οὖν γίνεσθε ἕτοιμοι· ὅτι ᾗ οὐ δοκεῖτε, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται.

40 Et vos igitur eſtote parati: quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet.

40 Et vos eſtote parati: quia qua hora nõ putatis, Filius hominis venit.

Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Πέτρος, Κύριε, πρὸς ἡμᾶς τὴν παραβολὴν ταύτην λέγεις, ἢ καὶ πρὸς πάντας;

41 Dixit autem ei Petrus, Domine, nobis dicis iſtam parabolã, an etiam omnibus?

41 Ait autẽ ei Petrus, Domine, ad nos dicis hãc parabolã, an & ad omnes?

31 Quin potius, πλὴν. Vulg. Veruntamen. Vide ſuprà cap. 11. f. 41, & Mat. 11. c. 12. Omnia, πάντα. Derat hæc particula in tribus vetuſtis codicibus: ſed mihi tamen videtur minimè otioſa. 36 Reuerſurus ſit, ἀναλύσῃ: id eſt ἀναχθῇ, tranſlatione à nautis ſumpta: qua ratione qui diſcedit, dicitur ſoluere. Solebant autem nuptiæ nocte celebrari, vt alibi diximus. 37 Prodiens, παρελθὼν. Vulg. & Eraſ. Trãſiens, quæ ſignificatio nõ videtur cõuenire huic loco, niſi eb referas, quòd qui miniſtrant conuiuis, eos ſubinde oporteat locum mutare. Sed præſtat (ni fallor) illo modo interpretari, vt idem declaret atque περιζώσεται, vt etiã accipitur infrà, cap. 17. b. 7, vbi tamen agitur non de miniſtro, ſed de eo qui ad menſam accũbit. Abundat autẽ huiuſmodi participia ex Hebræorũ idiotiſmo, vt in illis dicendi formulis, Reſpõdens dixit, Surgens abiit, Profectus venit, & ſimilibus. Sic tamẽ loquuntur etiã diſertiores Græci, quũ ſignificare volũt repentè & præter expectationẽ aliquẽ prodiiſſe in publicũ. Æſchines, ὁ δὲ σιωπῶν πάνυ παρελθὼν, ἤρξατο λέγειν. Demoſth. ἐφαίνω πάντων ὑμῶν ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἐγκαλῶν παρελθὼν ἅπασι τοῖς ὑμῶν, &c. quæ emphaſis fortaſſe non eſt hoc loco negligenda.

39 Si ſciret, εἰ ᾔδει. Vel Sciuiſſet, & mox, vigilaſſet, & ſiuiſſet, vt agatur de eo cuius domus iam ſit perfoſſa.

Εἶπε δὲ ὁ Κύριος, Τίς ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς οἰκονόμος καὶ φρόνιμος, ὃν καταστήσῃ ὁ κύριος ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ, τοῦ διδόναι ἐν καιρῷ τὸ σιτομέτριον;

41 Dixit autē Dominus, Quisnam ᵛ est fidus dispensator ac prudens, quem dominus præficiet famulitio suo, vt in tempore det ᵛ demensum?

41 Dixit autem Dominus, Quis. putas, est fidelis dispensator & prudens, quem constituet dominus supra familiam suam, ut det illis in tempore, tritam mensuram?

Μακάριος ὁ δοῦλος ἐκεῖνος, ὃν ἐλθὼν ὁ κύριος αὐτοῦ εὑρήσῃ ποιοῦντα οὕτως.

43 Beatus ille seruus quem, quū venerit dominus, inuenerit ita facientem.

43 Beatus ille seruus quem quum venerit dominus, inuenerit ita facientem.

Ἀληθῶς λέγω ὑμῖν ὅτι ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ καταστήσει αὐτόν.

44 Verè dico vobis, omnibus suis bonis præficiet eum.

44 Verè dico vobis quoniā supra omnia quæ possidet constituet illum.

Ἐὰν δὲ εἴπῃ ὁ δοῦλος ἐκεῖνος ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, Χρονίζει ὁ κύριός μου ἐλθεῖν· καὶ ἄρξηται τύπτειν τοὺς παῖδας καὶ τὰς παιδίσκας, ἐσθίειν τε καὶ πίνειν καὶ μεθύσκεσθαι·

45 Quòd si dixerit seruus ille in corde suo, Tardat dominus meus aduentum: cœperítque verberare seruos & ancillas, & edere & bibere & inebriari:

45 Quòd si dixerit seruus ille in corde suo, Morā facit dominus meus venire. & coperit percutere seruos & ancillas, & edere & bibere & inebriari:

Ἥξει ὁ κύριος τοῦ δούλου ἐκείνου ἐν ἡμέρᾳ ᾗ οὐ προσδοκᾷ, καὶ ἐν ὥρᾳ ᾗ οὐ γινώσκει· καὶ διχοτομήσει αὐτόν, καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀπίστων θήσει.

46 Veniet dominus serui illius die quo non expectat, & qua hora non nouit: & separabit eum, partémque cum infidis ei assignabit.

46 Veniet dominus serui illius in die qua nō sperat, & hora qua nescit: & diuidet eū, partémque eius cū infidelibus ponet.

Ἐκεῖνος δὲ ὁ δοῦλος ὁ γνοὺς τὸ θέλημα τοῦ κυρίου ἑαυτοῦ, καὶ μὴ ἑτοιμάσας, μηδὲ ποιήσας πρὸς τὸ θέλημα αὐτοῦ, δαρήσεται πολλάς·

47 Ille autem seruus qui nouit voluntatem domini sui, nec se comparauit, nec fecit ex voluntate eius, cædetur multis *plagis*:

47 Ille autem seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & non præparauit, & non fecit secundū voluntatem eius, vapulabit multis:

Ὁ δὲ μὴ γνούς, ποιήσας δὲ ἄξια πληγῶν, δαρήσεται ὀλίγας· παντὶ δὲ ᾧ ἐδόθη πολύ, πολὺ ζητηθήσεται παρ' αὐτοῦ· καὶ ᾧ παρέθεντο πολύ, περισσότερον αἰτήσουσιν αὐτόν.

48 Qui verò non nouit & fecit digna plagis, cædetur *plagis* paucis. Porro cuicunque multū datum est, multum repetetur ab eo, & apud quem depositerunt multa, amplius reposcēt ab eo.

48 Qui autem non agnouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Omni autem cui multum datum est, multum quæretur ab eo: & cui cōmendauerunt multum, plus petent ab eo.

Πῦρ ἦλθον βαλεῖν εἰς τὴν γῆν, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη;

49 Ignem veni mittere in terram, & quid volo ᵛ si iam accensus est?

49 Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut accendatur?

Βάπτισμα δὲ ἔχω βαπτισθῆναι, καὶ πῶς συνέχομαι ἕως οὗ τελεσθῇ;

50 Sed baptismo ᵛ oportet me baptizari, & ᵛ quomodo constringor vsquequo hoc perficiatur?

50 Baptismū autē habeo baptizari, & quomodo coarctor, usq; dū perficiatur?

41 Est, ἐστὶν. In vno exemplari scriptum erat, ἔσται erit. Demensum, σιτομέτριον Serui (inquit Donatus in Phormionem) quaternos modios frumenti accipiebant in mensem, & id demēsum dicebatur. Vulgata, Mensuram frumenti. Erasmus, Demensum cibum, vt loquitur Plautus in Sticho.

48 Amplius, περισσότερον. Amplius videlicet quàm ab eo cui non tam multa commissa sunt: non autem amplius quàm sit ipsi commissum. Theophylactus autem hoc discrimen cōstituit in verbis δίδωμι & παρατίθημι. Illud enim accipit de miraculorum donis, hoc verò de Verbi ministerio. Legit autem καὶ ᾧ παρέθεντο πολύ, idque (vt opinor) rectius. Nam præterquam quòd pro commendare alicui & fidei committere, potius dicunt Græci παρακατατίθεσθαι, Paulus etiam donum Spiritus sancti παραθήκην eleganter vocat 1. Tim. 6. d. 20, & 2. Tim. 1. d. 14. Sic tamē vsurpauit verbum παρατίθημι noster Lucas infrà, 15. f. 46, & in Actis Apostolorū aliquoties.

49 Si iam accensus ἐκκαίω Suida legitur in omnibus vetustis codicibus quos vidimus, & apud Theophylactum, quem tamen miror, τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη, interpretari, τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη? Neque enim video quomodo hæc cohæreant, nisi potius legas ἀνήφθη, vt εἰ pro ἵνα accipiatur, quemadmodum apud Homerum sæpe & interpreteris, Quantopere velim vt iam accendatur? Sed ne hoc quidem mihi satis placet. Vulgata, Nisi vt accendatur. Videtur enim legisse, καὶ τί θέλω εἰ μὴ ἀνήφθη; vel potius, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη; id est, & quid aliud velim quàm iam esse accensum? vel rectè coniicit Erasmus.

50 Oportet me baptizari, ἔχω βαπτισθῆναι. Vulgata & Erasmus, Habeo baptizari: quo dicendi genere vtitur Suetonius: itaque non repudio, sed malui planius loqui. Cæterùm in hoc versiculo comperi Epiphaniū plurimùm variare ab omnibus codicibus quos mihi cōrigit inspicere. Sic enim ille κατ' Ἀποσυναγωγὴν hunc locum citat, πεπίεσται ἔχω πῶς, καὶ τί σπεύδω ἕως οὗ πίω αὐτός; καὶ βάπτισμα ἔχω βαπτισθῆναι, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἐβαπτίσθην; id est, Poculum habeo bibendum, & quid festino donec ipsum biberot? & baptismo oportet me baptizari, & quid volo si iam sum baptizatus? Sed existimo vel hunc locum esse in Græco Epiphanio depravatum: vel doctissimum hominem, quum hæc scriberet, memoria sua confisum, & de sententia potius ipsa quàm de verbis solicitum, ipsa exemplaria non consuluisse. Est enim hoc veteribus omnibus familiare, vt in præfatione admonuimus: adeo vt eum oporteat summo iudicio præditum esse qui velit exemplaria nostra ex ipsorum scriptis emendare.

Quomodo, πῶς: id est πόσον, quantopere: neque est interrogantis, sed exclamantis.

Δοκεῖτε ὅτι εἰρήνην παρεγενόμην δοῦναι ἐν τῇ γῇ; οὐχί, λέγω ὑμῖν, ἀλλ' ἢ διαμερισμόν.

51 Putatis me aduenisse pacem daturum in terra? non, dico vobis, imò ᵛdissidium.

53 Putatis quia pacē uenī dare in terrā? Non, dico uobis, sed separationem.

Ἔσονται γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν πέντε ἐν οἴκῳ ἑνὶ διαμεμερισμένοι, τρεῖς ἐπὶ δυσὶ, καὶ δύο ἐπὶ τρισί.

52 Erunt enim ex hoc tempore quinque in vna domo dissidentes, tres ᵛaduersus duos, & duo aduersus tres.

52 Erūt enim ex hoc, quinque in domo una diuisi. tres in duos, & duo in tres.

Διαμερισθήσεται πατὴρ ἐφ' υἱῷ, καὶ υἱὸς ἐπὶ πατρί· μήτηρ ἐπὶ θυγατρί, καὶ θυγάτηρ ἐπὶ μητρί· πενθερὰ ἐπὶ τὴν νύμφην αὐτῆς, καὶ νύμφη ἐπὶ τὴν πενθερὰν αὐτῆς.

53 Dissidebit pater aduersus filium, & filius aduersus patrem: mater aduersus filiam, & filia aduersus matrem: socrus aduersus nurum suā, & nurus aduersus socrum suam.

53 Diuidetur pater in filium, & filius in patrem suum: mater in filiā, & filia in matrem: socrus in nurum suam, & nurus in socrum suam.

Ἔλεγε δὲ καὶ τοῖς ὄχλοις, Ὅταν ἴδητε τὴν νεφέλην ἀνατέλλουσαν ἀπὸ δυσμῶν, εὐθέως λέγετε, Ὄμβρος ἔρχεται· καὶ γίνεται οὕτω.

54 ‖Dicebat autē etiam turbæ, Quum videritis nubem exoriētem ab Occasu, statim dicitis Imber venit: & ita fit.

54 Dicebat autem & ad turbas, Quū uideritis nubem orientem ab Occasu, statim dicitis, Nimbus uenit: & ita fit. Matth.16.a.2

Καὶ ὅταν νότον πνέοντα, λέγετε, Ὅτι καύσων ἔσται· καὶ γίνεται.

55 Et quum Austrum flantem, dicitis, AEstus erit: & fit æstus.

55 Et quum Austrum flantem dicitis, Quia æstus erit: & fit.

Ὑποκριταί, τὸ πρόσωπον τῆς γῆς καὶ τοῦ οὐρανοῦ οἴδατε δοκιμάζειν· τὸν δὲ καιρὸν τοῦτον πῶς οὐ δοκιμάζετε;

56 Hypocritæ, faciem cæli & terræ nostis probare: hoc autem tēpus quī fit vt non probetis?

56 Hypocritæ, faciem cæli & terræ nostis probare: hoc autem tempus quomodo non probatis?

Τί δὲ καὶ ἀφ' ἑαυτῶν οὐ κρίνετε τὸ δίκαιον;

57 Cur autem & per vos ipsos non ᵛiudicatis quod iustum est?

57 Quid autem & a uobisipsis nō iudicatis quod iustum est?

Ὡς γὰρ ὑπάγεις μετὰ τοῦ ἀντιδίκου σου ἐπ' ἄρχοντα, ἐν τῇ ὁδῷ δὸς ἐργασίαν ἀπηλλάχθαι ἀπ' αὐτοῦ· μήποτε κατασύρῃ σε πρὸς τὸν κριτήν, καὶ ὁ κριτής σε παραδῷ τῷ πράκτορι, καὶ ὁ πράκτωρ σε βάλῃ εἰς φυλακήν.

58 ‖Enimuero dum abis cum aduersario tuo ad magistratū, ᵛda operam in via vt libereris ab eo: ne ᵛpertrahat te ad iudicē, & iudex tradat te ᵛexactori, & exactor coniiciat te in carcerem.

58 Quū autem uadis cum aduersario tuo ad principem, in uia da operam liberari abillo: ne forte trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. Matth.5.d.25

Λέγω σοι, οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν ἕως ἀποδῷς καὶ τὸ ἔσχατον λεπτὸν ἀποδῷς.

59 Dico tibi, non exibis illinc vsquequò vltimum etiam ᵛminutum reddideris.

59 Dico tibi, non exies inde donec etiam nouissimum minutum reddas.

Κεφάλαιον ιγ

CAP. XIII.

CAP. XIII.

Παρῆσαν δέ τινες ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ ἀπαγγέλλοντες αὐτῷ περὶ τῶν Γαλιλαίων, ὧν τὸ αἷμα Πιλάτος ἔμιξε μετὰ τῶν θυσιῶν αὐτῶν.

1 ADfuerunt autē eo ipso tempore quidam annuntiātes ei de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuerat cum ipsorum sacrificiis.

1 Aderant autem quidam ipso tempore, nuntiantes illi de Galileis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificiis eorum.

51 Dissidium, διαμερισμόν. Vulgata & Erasmus, Separationem: recte quidem, nisi mauis Disparationem dicere. nam dispertitionem non dicimus. Sed Separare oppono τῷ ἀφορίζειν, ob eam causam quam alibi exposuimus: alioquin Dissidere respondet τῷ διίστασθαι.

51 Aduersus duos, ἐπὶ δυσί. Vulgata, In duos: quæ interpretatio est obscura propter præcedens participium διαμεμερισμένοι, quod vertit Diuisi. Ponitur autem tertius casus pro quarto, vt in illo Homeri versiculo Iliados γ, Οἳ πρὶν μὲν ἐπ' ἀλλήλοισιν μάχοντο πολέμοιο κακοῖσιν: pro ἐπ' ἀλλήλους, id est κατ' ἀλλήλων. Sic Lucas paulo pòst ἐπὶ τῷ νύμφῳ & ἐπὶ τὸν πενθερόν.

57 Iudicatis, κρίνετε. In quodam codice legitur διακρίνετε, discernitis. 58 Enimuero, τοί. Hanc particulam constat hoc loco causalem non esse, nec certè meminī alibi eam legere cum imperandi modo. Itaque vel est expletiua, vel ponitur pro οὖν, Igitur. Da operam, δὸς ἐργασίαν. Notandum hoc dicendi genus, quod non meminī alibi legere. Vide suprà, cap. 3. c. 13. Pertrahat, κατασύρῃ. Ambrosius legit, Condemnet: id est reū paragat: vt planè videatur pro κατασύρῃ, legisse κατακρίνῃ, sicut Erasmus rectè coniicit. Exactori, πράκτορι: id est, ei qui mulctas exigit, cuiusmodi erant cōstitutæ in temere litigantes, iure Romanorum ciuili. Denique damnatos reos cogunt magistratuū ministri ad persoluendū quod debent, idque interdū etiam addita non tantū impensarum sed etiam carceris pœna in rebelles.

59 Minutum, λεπτόν. Vide Mar. 12. d. 42. Qui autem ex hoc loco statuūt purgatoriū, saltem legant Theophylacti commentaria, Romæ ipsius Pontificis auspiciis excusa.

Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Δοκεῖτε ὅτι οἱ Γαλιλαῖοι οὗτοι ἁμαρτωλοὶ παρὰ πάντας τοὺς Γαλιλαίους ἐγένοντο, ὅτι ταῦτα πεπόνθασιν;

1 Et reſpondens Ieſus dixit eis, Putatis hos Galilæos ᵛ præ omnibus Galilæis peccatores fuiſſe, quoniam talia paſſi ſunt?

1 Et reſpondens dixit illi, Putatis quòd hi Galilæi præcæteris Galilæis peccatores fuerint, quia talia paſſi ſunt?

Οὐχί, λέγω ὑμῖν· ἀλλ' ἐὰν μὴ μετανοῆτε, πάντες ὡσαύτως ἀπολεῖσθε.

3 Non, dico vobis: imò niſi reſipiſcatis, omnes itidem peribitis.

3 Non, dico vobis: ſed niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis,

Ἢ ἐκεῖνοι οἱ δέκα καὶ ὀκτώ, ἐφ' οὓς ἔπεσεν ὁ πύργος ἐν τῷ Σιλωὰμ, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτούς, δοκεῖτε ὅτι αὐτοὶ ὀφειλέται ἐγένοντο παρὰ πάντας τοὺς κατοικοῦντας ἐν Ἰερουσαλήμ;

4 Aut illi decem & octo, ſupra quos cecidit turris ᵛ in Siloam, & trucidauit eos: putatis ᵛ debitores fuiſſe præ omnibus hominibus qui habitãt in Hieruſalẽ?

4 Sicut illi decem & octo ſupra quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos: putatis quia & ipſi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Ieruſalem?

Οὐχί, λέγω ὑμῖν· ἀλλ' ἐὰν μὴ μετανοῆτε, πάντες ὁμοίως ἀπολεῖσθε.

5 Non, dico vobis: imò niſi reſipiſcatis, omnes itidem peribitis.

5 Non, dico vobis: ſed ſi pœnitẽtiam non egeritis, omnes ſimiliter peribitis.

Ἔλεγε δὲ ταύτην τὴν παραβολήν, Συκῆν εἶχέ τις τὸ πεφυτευμένην ἐν τῷ ἀμπελῶνι αὐτοῦ· καὶ ἦλθε καρπὸν ζητῶν ἐν αὐτῇ, καὶ οὐχ εὗρεν.

6 Dixit autem hanc parabolã, Ficum habebat quidam plantatã in vinea ſua: & venit quærés fructũ in ea, neque inuenit.

6 Dicebat autem hanc ſimilitudinem, Arborem ficã habebat quidam plãtatam in vinea ſua: & venit quærens fructum in illa, & non inuenit.

Εἶπεν δὲ πρὸς τὸν ἀμπελουργόν, Ἰδοὺ, τρία ἔτη ἔρχομαι ζητῶν καρπὸν ἐν τῇ συκῇ ταύτῃ, καὶ οὐχ εὑρίσκω· ἔκκοψον αὐτήν· ἱνατί καὶ τὴν γῆν καταργεῖ;

7 Dixit autem vinatori, Ecce, anni tres ſunt ᵛ ex quo ᵛ venio quærens fructum in ficu iſta, & non inuenio: excinde eam: ᵛ quorſum etiam terram inutilem reddit?

7 Dixit autem ad colonũ vineæ, Ecce, anni tres ſunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio: ſuccide ergo illam: vt quid etiam terram occupat?

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς λέγει αὐτῷ, Κύριε, ἄφες αὐτὴν καὶ τοῦτο τὸ ἔτος, ἕως ὅτου σκάψω περὶ αὐτὴν, καὶ βάλω κοπρίαν·

8 Ille verò reſpondens dixit ei, Domine, dimitte eam etiam hoc anno, vſquequo ᵛ fodero circum eam, & miſero ſtercus:

8 At ille reſpondens dicit illi, Domine, dimitte illam & hoc anno, vſque dum fodiam circa illam, & mittam ſtercora:

Καὶ μὲν ποιήσῃ καρπὸν εἰ δὲ μήγε, εἰς τὸ μέλλον ἐκκόψεις αὐτήν.

9 ᵛ Et ſi quidem tulerit fructũ, *dimitte*: ſin minus, in futurum excindes eam.

9 Et ſi quidem fecerit fructum: ſin autem non, in futurum ſuccides eam.

Ἦν δὲ διδάσκων ἐν μιᾷ τῶν συναγωγῶν ἐν τοῖς σάββασι.

10 Docebat autem in quadam ſynagoga Sabbatho.

10 Erat autem docens in ſynagoga eorũ Sabbatho.

IN CAPVT XIII.

1 Præ omnibus Galilæis, παρὰ πάντας τοὺς Γαλιλαίους. In hoc dicendi genere, quod etiam paulo pòſt reperitur, neceſſariò ſubauditur ἄλλους, vel λοιποὺς, vt ſit plena loquutio, Præ reliquis, vel, aliis omnibus Galilæis. Sic Plinius de obeliſcis loquens, Omnibus (inquit) quæ in mari viſa ſunt mirabiliorem. Pro, omnibus aliis.

4 In Siloam, ἐν τῷ Σιλωάμ. Subauditur πύργῳ, vel πυργῷ, propter adiũctum articulum. Fuit enim Siloam riuulus vnde aquæductus in vrbem ferebatur, cuius meminit Iohannes 9.b.7, & Eſaias 8.b.6, vbi Hebraicè vocatur שילוח. Itaque hoc nomen nihil pertinet ad vrbem πόλιν, quam Græci vocãt Σιλὼμ, iam olim vaſtatam, vt liquet ex Ieremiæ 7. cap. Exiſtimandum eſt potius ad ipſam piſcinam fuiſſe extructam turrim quampiam, aut ipſius aquæductus caſtellum, quod repentè proſtratum aliquot homines occiderit, ſub hoc tempus quo Chriſtus hunc habuit ſermonem. Debitores, ὀφειλέται: id eſt ἁμαρτωλοί, peccatores. Vide Matth. 23.b.16.

7 Ex quo, ἀφ' οὗ. Hoc quoque legimus expreſſum in quodam codice: quod alioquin ſubaudiendum eſt, niſi malimus ſic loquutum Lucam vt ſcripſit Virgilius libro Æneidos 1, -vna cum gente tot annos Bella gero. Venio, ἔρχομαι: id eſt veni, vel venire ſoleo. Similem loquendi formulam obſeruauimus Matth. 26.b. 13. Quorſum etiam terram, &c. ἱνατί καὶ τὴν γῆν καταργεῖ; Vulgata, Vtquid etiam terram occupat? Eraſmus, Ad quid vel terrã occupatr id eſt onerat, ſed inutili onere. hoc eſt enim (inquit) propriè καταργεῖν. At ego fateor me nuſquam legiſſe καταργεῖν pro inutiliter onerare vel occupare. Hoc quidem cõſtat, τὸ ἀργὸν ſignificare quod eſt ignauum & iners, ac nullis prorſus viribus: vnde τὸ καταργεῖν ſæpe apud Paulum occurrit pro eneruare & caſſum ac irritum reddere: deinde etiam metaphoricè τὸ καταργεῖσθαι pro liberari. Exiſtimo igitur hîc dici ficum τὴν γῆν καταργεῖν, quæ præterquam quòd erat infructuoſa, eam etiam terræ partem quam occupabat, ſterilem reddebat: quæ alioquin vitibus conſita, non fuiſſet inutilis. Cæterùm in quodam exemplari ſcriptum legimus, ἵνα μὴ καὶ τὴν γῆν καταργῇ: id eſt, vt ne terram etiam inertem reddat.

8 Fodero circum eam, σκάψω περὶ αὐτήν. Hoc eſt quod Latini vno verbo dicunt Ablaqueare.

9 Et ſi quidẽ tulerit fructũ, *dimitte*, κἂν μὲν ποιήσῃ καρπόν. Hoc (inquit doctiſſimus Budæus) mutilatũ videtur ijs qui Græcè neſciunt. Eſt enim ſchema Græcũ quod anantapodoton dicitur, Atticæ linguæ propriũ, oratio videlicet vno mẽbro defecta. Hæc Budæus. quæ prolatis etiã ex Ariſtophane & Cicerone, exẽplis cõfirmat, annotationibus prioribus in Pandectas. Me verò non piguit explere quod deerat, vt perſpicuitati ſtuderem.

11 Adfuit,

Καὶ ἰδοὺ, γυνὴ ἣν πνεῦμα ἔχουσα ἀσθενείας ἔτη δέκα καὶ ὀκτὼ· καὶ ἦν συγκύπτουσα, καὶ μὴ δυναμένη ἀνακύψαι εἰς τὸ παντελές.

11 Et ecce, mulier adfuit, habens ſpiritum inualetudinis ab annis decẽ & octo: erátque incurua, nec prorſus ſeſe poterat recuruare.

11 Et ecce mulier quæ habebat ſpiritum infirmitatis annis decem & octo & erat inclinata, nec omnino poterat ſurſum reſpicere.

Ἰδὼν δὲ αὐτὴν ὁ Ἰησοῦς, προσεφώνησε, καὶ εἶπεν αὐτῇ, Γύναι, ἀπολέλυσαι τῆς ἀσθενείας σου.

12 Ipſam autem quum vidiſſet Ieſus aduocauit, & dixit ei, Mulier, abſoluta es ab inualetudine tua.

12 Quam quum uideret Ieſus, uocauit eam ad ſe: & ait illi, Mulier, dimiſſa es ab infirmitate tua.

Καὶ ἐπέθηκεν αὐτῇ τὰς χεῖρας· καὶ παραχρῆμα ἀνορθώθη, καὶ ἐδόξαζε τὸν Θεόν.

13 Et impoſuit ei manus: & illico ſurrecta eſt, & glorificabat Deum.

13 Et impoſuit illi manus, & confeſtim erecta eſt, & glorificabat Deum.

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἀρχισυνάγωγος, ἀγανακτῶν ὅτι τῷ σαββάτῳ ἐθεράπευσεν ὁ Ἰησοῦς, ἔλεγε τῷ ὄχλῳ, Ἓξ ἡμέραι εἰσὶν ἐν αἷς δεῖ ἐργάζεσθαι· ἐν ταύταις οὖν ἐρχόμενοι θεραπεύεσθε, καὶ μὴ τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου.

14 Reſpondens autem præfectus ſynagogæ, indignans quòd Sabbatho ſanaſſet Ieſus, dixit turbæ, Sex dies ſunt quibus oportet operari: his ergo diebus venite & ſanamini, & non die Sabbathi.

14 Reſpondens autem archiſynagogus, indignans quia Sabbatho curaſſet Ieſus, dicebat turbæ, Sex dies ſunt in quibus oportet operari: in his ergo uenite, & curamini: & nõ in die Sabbathi.

Ἀπεκρίθη οὖν αὐτῷ ὁ Κύριος, καὶ εἶπεν, Ὑποκριτά, ἕκαστος ὑμῶν τῷ σαββάτῳ οὐ λύει τὸν βοῦν αὐτοῦ ἢ τὸν ὄνον ἀπὸ τῆς φάτνης, καὶ ἀπαγαγὼν ποτίζει;

15 Reſpondit ergo ei Dominus, & dixit, Hypocrita, vnuſquiſque veſtrum Sabbatho nónne ſoluit bouem ſuum aut aſinã à præſepi, & ducit aquatum?

15 Reſpondens autem ad illum Dominus, dixit, Hypocrita, unuſquiſque ueſtrum Sabbatho non ſoluit bouem ſuum aut aſinum à præſepio, & ducit adaquare?

Ταύτην δὲ θυγατέρα Ἀβραὰμ οὖσαν, ἣν ἔδησεν ὁ Σατανᾶς ἰδοὺ δέκα καὶ ὀκτὼ ἔτη, οὐκ ἔδει λυθῆναι ἀπὸ τοῦ δεσμοῦ τούτου τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου;

16 Hanc autem filiam Abrahæ, quam vinxerat Satanas ecce decem & octo annos, nõ oportuit à vinculo iſto ſolui die Sabbathi?

16 Hanc autem filiã Abrahæ, quam alligauit Satanas ecce decem & octo annis, non oportuit ſolui à uinculo iſto, die Sabbathi?

Καὶ ταῦτα λέγοντος αὐτοῦ, κατῃσχύνοντο πάντες οἱ ἀντικείμενοι αὐτῷ· καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἔχαιρεν ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἐνδόξοις τοῖς γινομένοις ὑπ' αὐτοῦ.

17 Et quum hæc diceret, pudore afficiebantur omnes qui ſe opponebant ei: ſed tota turba gaudebat ſuper omnibus gloriosis rebus quæ fiebant ab eo.

17 Et quum hæc diceret, erubeſcebant omnes aduerſarii eius: & omnis populus gaudebat in uniuerſis quæ gloriosè fiebant ab eo.

Ἔλεγε δέ, Τίνι ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, καὶ τίνι ὁμοιώσω αὐτήν;

18 Dixit autem Ieſus, Cui rei ſimile eſt regnum Dei, & cui illud aſſimilabo?

18 Diabat ergo. Cui ſimile eſt regnũ Dei, & cui ſimile aſſimabo illud? Matth.13.d.31 marci 4.c.31

Ὁμοία ἐστὶ κόκκῳ σινάπεως, ὃν λαβὼν ἄνθρωπος ἔβαλεν εἰς κῆπον ἑαυτοῦ·

19 Simile eſt grano ſinapis, quod acceptũ quiſpiã miſit ĩ hortũ ſuũ:

19 Simile eſt grano ſinapis, quod acceptum homo miſit in hortum ſuum:

11 Adfuit, ἦν id eſt πάρῃν. Sic enim malo accipere quàm coniungere cum participio ἔχουσα. Habens ſpiritũ inualetudinis, πνεῦμα ἔχουσα ἀσθενείας, id eſt, morbo à Satana inflicto laborans, vt explicatur poſtea verſu 16. Sic ſpiritus auaritiæ, dicitur ſpiritus ad auaritiam impellẽs, & ſimilia multa paſſim occurrunt, de quibus alibi diximus. Incurua, συγκύπτουσα, id eſt κατακύπτουσα. Vulgata, Inclinata: huius vocabuli vi non ſatis expreſſa. Eraſmus, Contracta: quod rectè quidem explicat in Annotationibus, ſed tamen non ſatis conuenit. Cõtractus enim eſſe poteſt qui minimè ſit deorſum incuruus, imò verò qui ſit etiam reſupinatus. Huic opponitur ἀνακύψαι, id eſt recuruare. Nã recuruus aduerſatur incuruo, ſicut apud Græcos ἀναπεφὼς τῷ συγκεκυφότι.

11 Abſoluta es, ἀπολέλυσαι. Vulgata, Dimiſſa es. Eraſmus, Liberata es. Vterque Græci vocabuli propriam ſignificationem neglexit, quam tamen ſeruare oportuerat. Tenebatur enim Satanæ quaſi vinculis conſtricta, vt ne attollere quidem caput totis octodecim annis potuerit, ſicut Dominus ipſe poſtea loquitur. Vtitur ergo verbo ἀπολύειν compoſito pro ſimplici, ſicut à Latinis etiam interdum Abſoluere pro Soluere vſurpatur.

13 Surrecta eſt, ἀνορθώθη, vel ſubrecta. Nam vtroque hoc participio vtuntur idonei authores. Vulgata & Eraſmus, Erecta eſt. Erigimus autem iacentia, ſurrigimus quæ deorſum pendent.

14 Præfectus ſynagogæ, ἀρχισυνάγωγος. Vnus videlicet eorum qui ſynagogæ illi præerant. Plures enim Archiſynagogos fuiſſe apparet ex Marci capite quinto, verſu 22, & Act. 13. v. 15.

15 Hypocrita, ὑποκριτά. Complutenſis editio cum quatuor vetuſtis codicibus legunt ὑποκριτὰ, hypocritæ ita vt omnes doctores Chriſtus appellet, quum ſequatur ἕκαστος ὑμῶν, vnuſquiſque veſtrum.

καὶ πύξησε, καὶ ἐγένετο εἰς δένδρον μέγα, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατεσκήνωσεν ἐν τοῖς κλάδοις αὐτοῦ.

& creuit, & euasit in arborem magnam, & volucres cæli nidulati sunt in eius ramis.

& creuit, & factum est in arborem magnam, & volucres cæli requieuerunt in ramis eius.

Matth.13.c.33

Καὶ πάλιν εἶπε, Τίνι ὁμοιώσω τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ;

10 ¶Et rursum dixit, Cui rei assimilabo regnum Dei?

10 Et iterum dixit, Cui simile assimabo regnum Dei?

Ὁμοία ἐστὶ ζύμῃ ἣν λαβοῦσα γυνὴ ἐνέκρυψεν εἰς ἀλεύρου σάτα τρία, ἕως οὗ ἐζυμώθη ὅλον.

11 Simile est fermento quod acceptum mulier condidit in farinæ satis tribus, vsquequo fermẽtaretur tota.

11 Simile est fermẽto quod acceptum mulier abscondit in farinæ sata tria, donec fermentaretur totum.

Matth.9.d.35 marci 6.a.6

Καὶ διεπορεύετο κατὰ πόλεις καὶ κώμας διδάσκων, καὶ πορείαν ποιούμενος εἰς Ἱερουσαλήμ.

11 ¶Tranſibat igitur ſingulas vrbes & vicos, docens, & iter faciens Hieroſolymam.

11 Et ibat per ciuitates & castella docens, & iter faciens in Ierusalem.

Εἶπε δέ τις αὐτῷ, Κύριε, εἰ ὀλίγοι οἱ σῳζόμενοι; Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτούς,

13 Dixit autem ei quidam, Domine, num pauci ſunt qui ſeruẽtur? Ipſe verò dixit eis,

13 Ait autem illi quidam, Domine, Si pauci sunt qui saluantur? Ipse autem dixit ad illos,

Matth.7.b.13

Ἀγωνίζεσθε εἰσελθεῖν διὰ τῆς στενῆς πύλης· ὅτι πολλοί, λέγω ὑμῖν, ζητήσουσιν εἰσελθεῖν, καὶ οὐκ ἰσχύσουσιν.

14 ¶Contendite intrare per angustam portam: quia multi, dico vobis, ſtudebunt intrare, & non poterunt:

14 Contendite intrare per angustam portam: quia multi, dico vobis, quærẽt intrare, & non poterũt.

Ἀφ' οὗ ἂν ἐγερθῇ ὁ οἰκοδεσπότης, καὶ ἀποκλείσῃ τὴν θύραν, καὶ ἄρξησθε ἔξω ἑστάναι, καὶ κρούειν τὴν θύραν, λέγοντες, Κύριε, Κύριε, ἄνοιξον ἡμῖν· καὶ ἀποκριθεὶς ἐρεῖ ὑμῖν, Οὐκ οἶδα ὑμᾶς πόθεν ἐστέ.

15 ¶Ex quo *videlicet* ſurrexerit paterfamilias, & occluſerit oſtiũ, & cœperitis foris ſtare, & pulſare oſtium, dicẽtes, Domine, Domine, aperi nobis: qui reſpondẽs dicet vobis, Neſcio vnde vos ſitis.

15 Quum autem intrauerit paterfamilias, & clauserit ostium, & incipietis foris stare, & pulsare ostium, dicentes, Domine, aperi nobis: & respondens dicet vobis, Nescio vos unde sitis:

16 Tunc incipietis dicere, Edimus in tui cõſpectu & bibimus, & in plateis noſtris docuiſti.

16 Tunc incipietis dicere, Manducauimus coram te & bibimus, & in plateis nostris docuisti.

Τότε ἄρξεσθε λέγειν, Ἐφάγομεν ἐνώπιόν σου καὶ ἐπίομεν, καὶ ἐν ταῖς πλατείαις ἡμῶν ἐδίδαξας.

Matth.7.c.13 & 25.d.41 Psal.6.c.13

Καὶ ἐρεῖ, Λέγω ὑμῖν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς πόθεν ἐστέ· ἀπόχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ πάντες οἱ ἐργάται τῆς ἀδικίας.

17 ¶Et dicet, Dico vobis, neſcio vnde vos ſitis: ¶abſcedite à me omnes qui facitis quod iniuſtũ eſt.

17 Et dicet vobis, Nescio vos unde sitis: discedite à me omnes operarii iniquitatis.

Ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων, ὅταν ὄψησθε Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ, ὑμᾶς δὲ ἐκβαλλομένους ἔξω.

18 Illic erit fletus & ſtridor dentium, quum videritis Abraham & Iſaac & Iacob & omnes Prophetas in regno Dei, vos autẽ expelli foras.

18 Ibi erit fletus & stridor dentium: quum uideritis Abraham & Isaac & Iacob & omnes Prophetas in regno Dei, uos autem expelli foras.

Καὶ ἥξουσιν ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν, καὶ ἀπὸ βορρᾶ καὶ νότου καὶ ἀνακλιθήσονται ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ.

19 Tunc venient *multi* ab Oriẽte, & Occidente, & Borea, & Auſtro: & diſcumbent in regno Dei.

19 Et uenient ab Oriente & Occidente & Aquilone & Austro, & accumbent in regno Dei.

Matth.19.d.30 & 20.b.16 marci 10.d.31

Καὶ ἰδοὺ, εἰσὶν ἔσχατοι οἳ ἔσονται πρῶτοι, καὶ εἰσὶ πρῶτοι οἳ ἔσονται ἔσχατοι.

30 ¶Et ecce, ſunt vltimi qui erũt primi, & ſunt primi qui erunt vltimi.

30 Et ecce, sunt nouissimi qui erunt primi, & sunt primi qui erũt nouissimi.

Ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ προσῆλθόν τινες Φαρισαῖοι, λέγοντες αὐτῷ, Ἔξελθε, καὶ πορεύου ἐντεῦθεν· ὅτι Ἡρῴδης θέλει σε ἀποκτεῖναι.

31 Eo ipſo die acceſſerunt quidã Phariſæorum, dicentes ei, Exi, & abi hinc: nam Herodes vult te trucidare.

31 In ipsa die accesserũt quidam Pharisæorum, dicentes illi, Exi, & uade hinc: quia Herodes uult te occidere.

19 Et euaſit, ἐγένετο. Vulg. & Eraſ. ad verbum, Et factum eſt.

25 Ex quo, ἀφ' οὗ. Cohærent iſta cum præcedente verbo, & cauſa adfertur cur volentibus ingredi nõ patebit aditus, quia nimirum ſerò venient, occluſis iam foribus. Vulgata & Eraſmus, Poſtquam autem: quaſi noua inchoetur periodus.

Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Πορευθέντες εἴπατε τῇ ἀλώπεκι ταύτῃ, Ἰδοὺ ἐκβάλλω δαιμόνια, καὶ ἰάσεις ἀποτελῶ σήμερον καὶ αὔριον, καὶ τῇ τρίτῃ τελειοῦμαι.

Πλὴν δεῖ με σήμερον καὶ αὔριον καὶ τὴν ἐχομένην πορεύεσθαι· ὅτι οὐκ ἐνδέχεται προφήτην ἀπολέσθαι ἔξω Ἱερουσαλήμ.

Ἱερουσαλήμ, Ἱερουσαλήμ, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτήν, ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυνάξαι τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ὄρνις τὴν ἑαυτῆς νοσσιὰν ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε;

Ἰδοὺ, ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος· ἀμὴν δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐ μή με ἴδητε ἕως ἥξῃ ὅτε εἴπητε, Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου.

Κεφάλαιον ιδ΄

ΚΑΙ ἐγένετο ἐν τῷ ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς οἶκόν τινος τῶν ἀρχόντων τῶν

32 Tunc ait eis, Profecti dicite vulpi illi, Ecce, ejiciam dæmonia, & ſanationes peragam hodie & cras, & tertia die conſummabor.

33 Veruntamen oportet me hodie & cras & perendie iter facere: quia fieri non poteſt vt Propheta pereat extra Hieruſalem.

34 Hieruſalem, Hieruſalé, quæ trucidas Prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt, quoties volui cogere liberos tuos, quêadmodum gallina pulliciem ſuam ſub alas, & noluiſtis?

35 Ecce, relinquitur vobis domus veſtra deſerta. Amen autem dico vobis, non videbitis me, vſquedum venerit tempus quum dicatis, Benedictus qui venit in nomine Domini.

CAP. XIIII.

1 ET factum eſt, quũ veniſſet domũ cuiuſdã ex primo-

32 *Et ait illis. Ite & dicite vulpi illi, Ecce, ejicio dæmonia, & ſanitates perficio hodie & cras, & tertia die conſummor.*

33 *Veruntamen oportet me hodie & cras & ſequenti ambulare: quia non capit Prophetam perire extra Ieruſalem.*

34 *Ieruſalem, Ieruſalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te: quoties volui congregare filios tuos quemadmodum auis nidum ſuum ſub pennis, & noluiſti?* Matth. 23. d. 37

35 *Ecce, relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Dico autem vobis quia non videbitis me donec veniat quum dicatis, Benedictus qui venit in nomine Domini.*

CAP. XIIII.

1 *ET factum eſt quum intraret Ieſus in domum cuiuſdam prin-*

32 Eiiciam, ἐκβάλλω. Vulg. & Eraſ. ad verbũ, Eiicio. Mihi verò videtur eſſe enallage præſẽtis pro futuro, quæ tamen ſua emphaſi non caret. Ita enim declarat ſe iã eſſe in ipſo opere, neque vel Phariſæorũ inuidia, qui obiecto Herodis metu volebant eum abigere, nec Herodis conatibus & vllis conſiliis poſſe impediri quominus quod ſemel eſt exorſus, ad finem perducat. Itaque Veterẽ etiam interpretationem non planè repudio.

Sanationes peragam, ἰάσεις ἀποτελῶ. Vulg. & Eraſ. Sanitates perficio: quaſi ἴασις & ὑγεία idem declarent. Hodie & cras, σήμερον καὶ αὔριον. Prouerbialiter dici hoc videtur pro Exiguo tẽporis ſpatio, vt interpretatur Theophylactus. Contigerunt enim hæc omnia in vltima Chriſti profectione, vt ego quidem arbitror. Nam quod ad hiſtoriæ ſeriem attinet, Lucam cenſeo quaſi pro regula nobis eſſe proponendum, ad quam deinde Matthæi & Marci ſcripta accommodentur: quum ipſe diſertè teſtetur in proœmio, ſe in hiſtoria ordine digerenda plurimum operæ poſuiſſe. Sed hæc παρέργως. Poteſt tamen hoc dicendi genus etiam accipi ſenſu prorſus diuerſo quaſi dicat ſeſe, quicquid aduerſarii moliantur, nihilominus tamen & hodie & cras, id eſt & in præſenti & in poſterum, quandiu nimirum libuerit, ſuo munere functurum. Poſtremò notandum, hoc ita dici quaſi nuntii in ipſius Chriſti perſona loquantur, qui mos eſt Hebræis familiaris. Sed fere proponi ſolet aliquid ex quo id poſſit intelligi, vt apud Prophetas כה אמר יהוה, id eſt Hæc dicit Dominus: & in Iohãnis Apocalypſi, τάδε λέγει ὁ πρῶτος καὶ ἔσχατος, hæc dicit primus & nouiſſimus: deinde inducitur Deus ipſe loquens. Itaque tale quidpiam hoc loco ſupplendum videtur. Conſummabor, τελειοῦμαι. Iterum præſens pro futuro ponitur, vt etiam annotat Eraſmus: cui tamen in eo nõ aſſentior, quòd τελειοῦμαι putat actiuè poſſe accipi pro τελειῶ id eſt finiam ſiue, abſoluam opus meum. Nam etſi hæc ſententia bene conuenit, tamen τελειοῦμαι non memini legere actiuè poſitum: & vt ita vſurpari poſſe concedam, abſolutè tamen poni non potuit. Hoc quidem certum eſt, Chriſti mortem intra triduum futuram, (id eſt iam proximam & inſtantem) hic deſignari, quæ vltima fuit peregrinationis Chriſti clauſula, quum à reſurrectione inducrit immortalitatem. Sed malui Conſummandi quàm Finiendi vocabulo vti: quia Finiri proprie dicuntur ea quæ impoſito fine amplius nõ extant: (vt Finiri vita, dolor, morbus dicitur) mors autem Chriſti neque Chriſto ipſi, neque ipſius officio finem proprie impoſuit, ſed Chriſtum potius conſummauit: adeo quidem vt eadem hac oblatione ſuos dicatur conſummaſſe, idque in perpetuum, quũ ſit etiam æternus ſacerdos. Quinetiam fortaſſis vſus eſt Dominus verbo כלה quod ſacrificiis quoque conuenit: & Græcis Theologis dicuntur τελειοῦσθαι qui in mortem Chriſti baptizantur: & peculiariter τελειότης abſolutè vocantur qui pro Chriſto ſanguinem fuderunt. quæ ſignificatio an huc pertineat, & an hac ratione fideles dicantur in Chriſto τετελειῶσθαι, iudicium penes lectorem eſto.

33 Veruntamen, πλήν. Hæc nonnulli cum ſuperioribus cõiunguot, quaſi iubeat Chriſtus hæc quoque Herodi nuntiari. Sed malo diſtinguere: vt ſit hic ſenſus, Quanuis quod mihi dicitis Herodem minari, non poſſit me impedire quominus fortiter pergam in eo quod cœpi, tamen non eſt quòd metuatis ne hic maneam. Diſcedam ſanè, & quum aliquandiu oberraro, ipſam Hieroſolymam breui perueniam, vbi re ipſa declarabitis quo ſtudio me admoneatis vt mihi ab Herode caueam. Fieri non poteſt, οὐκ ἐνδέχεται. Vulgata, Non capit: ſicut apud Græcos ἐγχωρεῖ accipitur pro ἔξεστι, licet. Docent autem ſubtilius Dialectici & Phyſici quomodo inter ſe differant τὸ ἀνενδεχόμενον & τὸ ἀδύνατον.

34 Pulliciem, τὴν νοσσιάν. Sic loquitur Columella plurimis locis, proprii in his rebus ſermonis obſeruantiſſimus. Vulg. & Eraſ. Nidum id eſt καλιάν. Sic tamen Virgilius lib. 4, -ipſáſque volantes Ore ferunt, dulcem nidis immitibus eſcam. In duobus autem codicibus legimus τοὺς ἑαυτῆς νοσσούς, pullos ſuos.

IN CAPVT XIIII.

1 Ex primorib. Phar. τῶν ἀρχόντων τῶν Φαρ. Vel eos quos Sanhedrĩ vocabãt, vel prĩcipes Synagogæ ĩtelligo: quoniã

inuenio apud Matthæum 9. versu 18, ἄρχων simpliciter vocari qui ἀρχισυναγωγὸς dicitur Mar. 5. v. 22. & hi rursus distinguũtur à senioribus & Scribis, & à Principibus sacerdotũ, infrà, 14. v. 10, & Act. 4. v. 5. Sed & illud probabile est, distincta fuisse politicorum magistratuum & Archisynagogorum munera, sicut Deut. 29. v. 15, distinguit Moses. Non erant enim omnes Archisynagogi Pharisæi, sicut apparet ex Iohanne 7. v. 48, quum Pharisæus sit secta nomen: sed Pharisæos tum fuisse in magna existimatione liquet ex tota Euangelica historia.

Φαρισαίων σαββάτῳ φαγεῖν ἄρτον, καὶ αὐτοὶ ἦσαν παρατηρούμενοι αὐτόν.

ribus Pharisæis Sabbatho ad capiendum cibum, ipsi obseruabant eum.

ꝓ Pharisæorum Sabbatho manducare panẽ, & ipsi obseruabant eum.

Καὶ ἰδοὺ, ἄνθρωπός τις ἦν ὑδρωπικὸς ἔμπροσθεν αὐτοῦ.

1 Et ecce, quidam hydropicus erat coram eo.

2 Et ecce homo quidã hydropicus erat ante illũ.

Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπε πρὸς τοὺς νομικοὺς καὶ Φαρισαίους, λέγων, Εἰ ἔξεστι τῷ σαββάτῳ θεραπεῦσαι;

3 Tum respondens Iesus dixit Legis interpretib⁹ & Pharisæis, ⁷in hæc verba, Licétne sanare Sabbatho?

3 Et respondens Iesus dixit ad Legis peritos & Pharisæos, dicens. Si licet Sabbatho curare?

Οἱ δὲ ἡσύχασαν. Καὶ ἐπιλαβόμενος ἰάσατο αὐτὸν, καὶ ἀπέλυσε.

4 Ipsi verò tacuerunt. Tũ ipse prehẽsum eũ sanauit, & dimisit.

4 At illi tacuerunt. Ipse uerò apprehensum sanauit eum, ac dimisit.

Καὶ ἀποκριθεὶς πρὸς αὐτοὺς, εἶπε, Τίνος ὑμῶν ὄνος ἢ βοῦς εἰς φρέαρ ἐμπεσεῖται, καὶ οὐκ εὐθέως ἀναβήσεται αὐτὸν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου;

5 Et respõdens eis, dixit, ⁷Quis vestrum si ipsius asinus aut bos in puteum incidat, non statim extrahet eum die Sabbathi?

5 Et respondens ad illos, dixit. Cuius uestrum asinus aut bos in puteũ cadet, & nõ continuò extrahet illum die Sabbathi.

Καὶ οὐκ ἴσχυσαν ἀνταποκριθῆναι αὐτῷ πρὸς ταῦτα.

6 Et non poterant ei ex aduerso ad ista respondere.

6 Et non poterant ad hæc respondere illi.

Ἔλεγε δὲ πρὸς τοὺς κεκλημένους παραβολὴν, ἐπέχων πῶς τὰς πρωτοκλισίας ἐξελέγοντο, λέγων πρὸς αὐτούς,

7 Dixit autem parabolam iis qui vocati fuerant, ⁷attendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens eis,

7 Dicebat autem & ad inuitatos parabolam intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos,

Ὅταν κληθῇς ὑπό τινος εἰς γάμους, μὴ κατακλιθῇς εἰς τὸν πρωτοκλισίαν, μήποτε ἐντιμότερός σου ᾖ κεκλημένος ὑπ' αὐτοῦ·

8 Quum vocatus fueris ab aliquo ad nuptias, ne accumbito primo loco: ne fortè honoratior te sit vocatus ab eo:

8 Quum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco: ne fortè honoratior te sit inuitatus ab illo:

Καὶ ἐλθὼν ὁ σὲ καὶ αὐτὸν καλέσας, ἐρῇ σοι, Δὸς τούτῳ τόπον· καὶ τότε ἄρξῃ μετ' αἰσχύνης τὸν ἔσχατον τόπον κατέχειν.

Et is qui te & illum vocauit veniens, dicat tibi, Da huic locũ: & tunc incipias cum pudore vltimum locum obtinere.

9 Et ueniens is qui te & illum vocauit, dicat tibi, Da huic locum: & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere.

Prou. 25. a. 7

Ἀλλ' ὅταν κληθῇς, πορευθεὶς ἀνάπεσον εἰς τὸν ἔσχατον τόπον· ἵνα ὅταν ἔλθῃ ὁ κεκληκώς σε, εἴπῃ σοι, Φίλε, προσανάβηθι ἀνώτερον· τότε ἔσται σοι δόξα ἐνώπιον πάντων συνανακειμένων σοί.

10 ‖Sed quum vocatus fueris, vade discubitum in vltimũ locum, vt quũ venerit qui te vocauit, dicat tibi, Amice, ascende superius. tunc erit tibi gloria in conspectu eorum qui tecũ discumbunt.

10 Sed quum uocatus fueris, recumbe in nouissimo loco: ut quum uenerit qui te inuitauit, dicat tibi, Amice, ascende superius. tũc erit tibi gloria coram simul discumbentibus.

Infrà, 18. c. 14 matth. 23. a. 12

Ὅτι πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται· καὶ ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται.

11 ‖Nam omnis qui se extollit, deprimetur: & qui se demiserit, extolletur.

11 Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & q̃ se humiliat, exaltabitur.

Tob. 4. b. 7 prouerb. 3. b. 9

Ἔλεγε δὲ καὶ τῷ κεκληκότι αὐτόν, Ὅταν ποιῇς ἄριστον ἢ δεῖπνον, μὴ φώνει τοὺς φίλους σου, μηδὲ τοὺς ἀδελφούς σου, μηδὲ τοὺς συγγενεῖς σου, μηδὲ γείτονας πλουσίους, μήποτε καὶ αὐτοί σε ἀντικαλέσωσι, καὶ γένηταί σοι ἀνταπόδομα.

12 Dicebat autem etiam ei qui ipsum vocauerat, ‖Quum facis prandium aut cœnã, ne vocato amicos tuos, neq; fratres tuos, neque cognatos tuos, neque vicinos diuites: nequando & ipsi te iicissim voc ent, ac retribuatur tibi gratia.

12 Dicebat autẽ & ei qui se inuitauerat. Q̃n̄ facis prandiũ aut cœnam, noli uocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque uicinos diuites: ne fortè ꝛc & ipsi remuner̃ẽt, & fiat tibi retributio.

3 In hæc verba, λέγων. Pleonasmus est huius participii, de quo diximus suprà, 12. v. 16.

5 Quis vestrum, τίνος ὑμῶν. Permutata est constructio verborum in hac periodo, ex Hebræorum idiotismo, quem exposuimus suprà, 11. b. 11. Ideo maluimus à Græcis aliquãtulum deflectere quàm verbum reddere pro verbo.

7 Attẽdẽs, ἐπέχων: id est προσέχων, quomodo etiã accipi ἐπέχειν obseruat Eustathius in Homerũ Odyss. 7.

Αλλ' ὅταν ποιῇς δοχὴν, κάλει πτωχοὺς, ἀναπήρους, χωλοὺς, τυφλούς·

13 Sed quũ facis epulũ, voca pauperes, mancos, claudos, cæcos:

Sed quum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos:

Καὶ μακάριος ἔσῃ, ὅτι οὐκ ἔχουσιν ἀνταποδοῦναί σοι· ἀνταποδοθήσεται γάρ σοι ἐν τῇ ἀναστάσει τῶν δικαίων.

14 Et beatus eris, quia non possunt *gratiam* retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum.

14 Et beatus eris, quia nõ habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione iustorũ.

Ακούσας δέ τις τῶν συνανακειμένων ταῦτα, εἶπεν αὐτῷ, Μακάριος ὃς φάγεται ἄρτον ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ.

15 Hæc autem quum audisset quidam ex iis qui simul accumbebant, dixit ei, Beatus qui comedit panem in regno Dei.

15 Hæc quũ audisset quidam de simul discumbẽtibus, dixit illi, Beatus qui manducat panem in regno Dei.

Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ, Ἄνθρωπός τις ἐποίησε δεῖπνον μέγα, καὶ ἐκάλεσε πολλούς·

16 ‖Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos:

16 At ipse dixit ei, Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos. Mat.22.a. apoc.19.b.9

Καὶ ἀπέστειλε τὸν δοῦλον αὐτοῦ τῇ ὥρᾳ τοῦ δείπνου εἰπεῖν τοῖς κεκλημένοις, Ἔρχεσθε, ὅτι ἤδη ἕτοιμά ἐστι πάντα.

17 Misitque seruum suum hora cœnæ, vt diceret vocatis, Venite, quia iam parata sunt omnia.

17 Et misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent: quia iã parata sunt omnia.

Καὶ ἤρξαντο ἀπὸ μιᾶς πάντες παραιτεῖσθαι. Ὁ πρῶτος εἶπεν αὐτῷ, Ἀγρὸν ἠγόρασα, καὶ ἔχω ἀνάγκην ἐξελθὼν ἰδεῖν αὐτόν· ἐρωτῶ σε, ἔχε με παρῃτημένον.

18 Et omnes cœperunt vno ore se excusare. Primus dixit ei, Agrũ emi, & necesse habeo exire, & eum inspicere: rogo te, habe me excusatum.

18 Et cœperũt simul omnes excusare. Primus dixit ei, Villam emi, & necesse habeo exire & videre illã: rogote, habe me excusatũ.

Καὶ ἕτερος εἶπε, Ζεύγη βοῶν ἠγόρασα πέντε, καὶ πορεύομαι δοκιμάσαι αὐτά· ἐρωτῶ σε, ἔχε με παρῃτημένον.

19 Et alter dixit, Iuga boum emi quinque, & proficiscor ad probandũ ea: rogo te, habe me excusatum.

19 Et alter dixit, Iuga boum emi quinque, & eo probare illa: rogote, habe me excusatum.

Καὶ ἕτερος εἶπε, Γυναῖκα ἔγημα, καὶ διὰ τοῦτο οὐ δύναμαι ἐλθεῖν.

20 Et alius dixit, Vxorem duxi, & propterea nõ possum venire.

20 Et alius dixit, Vxorem duxi, & ideo non possum venire.

Καὶ παραγενόμενος ὁ δοῦλος ἐκεῖνος ἀπήγγειλε τῷ κυρίῳ αὐτοῦ ταῦτα. Τότε ὀργισθεὶς ὁ οἰκοδεσπότης εἶπε τῷ δούλῳ αὐτοῦ, Ἔξελθε ταχέως εἰς τὰς πλατείας καὶ ῥύμας τῆς πόλεως, καὶ τοὺς πτωχοὺς καὶ ἀναπήρους καὶ χωλοὺς καὶ τυφλοὺς εἰσάγαγε ὧδε.

21 Quum igitur seruus aduenisset, annũtiauit ista domino suo. Tunc iratus paterfamilias dixit seruo suo, Abi citò in plateas & vicos vrbis, & pauperes ac mãcos, claudósque & cæcos huc introducito.

21 Et reuersus seruus nũtiauit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamilias dixit seruo suo, Exi citò in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes ac debiles & cæcos & claudos introduc huc.

Καὶ εἶπεν ὁ δοῦλος, Κύριε, γέγονεν ὡς ἐπέταξας, καὶ ἔτι τόπος ἐστί.

22 Et ait seruus, Domine, factũ est vt imperasti, & adhuc locus est.

22 Et ait seruus, Domine factum est ut imperasti, & adhuc locus est.

Καὶ εἶπεν ὁ κύριος πρὸς τὸν δοῦλον, Ἔξελθε εἰς τὰς ὁδοὺς καὶ φραγμούς, καὶ ἀνάγκασον εἰσελθεῖν, ἵνα γεμισθῇ ὁ οἶκός μου.

23 Tunc ait dominus seruo, Abi in vias & sepes, & coge ingredi, vt impleatur domus mea.

23 Et ait dominus seruo, Exi in vias & sepes & cõpelle intrare, ut impleatur domus mea.

Λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι οὐδεὶς τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων τῶν κεκλημένων γεύσεταί μου τοῦ δείπνου.

24 Dico enim vobis neminem virorum illorum qui vocati fuerant, gustaturum cœnam meam.

24 Dico autem vobis quòd nemo virorum illorũ qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.

Συνεπορεύοντο δὲ αὐτῷ ὄχλοι πολλοί· καὶ στραφεὶς εἶπε πρὸς αὐτούς,

25 Ibat autem turba multa cũ eo: & conuersus dixit eis,

25 Ibant autẽ turbæ multæ cum eo: & conuersus dixit ad illos, sup 2.9.c.23 & 16.d.24 mat.10.d.13

Εἴ τις ἔρχεται πρός με, καὶ οὐ μισεῖ τὸν πατέρα ἑαυτοῦ καὶ τὴν μητέρα,

26 ‖Siquis venit ad me, & nõ odit patrem suum & matrem,

26 Si quis uenit ad me & nõ odit patrẽ suũ & matrẽ,

18 Vno ore, ἀπὸ μιᾶς id est ἐξ ἑνὸς συνθήματος, inquit Theophylactus, quasi ex compacto & constituto. pro quo dicimus vernaculo nostro sermone, d'vn accord, expressa etiam præpositione ἀπό. Quanuis enim isti aliquantulum diuersas causas adferant, tamen in eo conueniunt omnes quòd sua negotia prætexunt ne ad cœnam adsint. Potest autem commodissimè suppleri γνώμης, aut βουλῆς id est sententia vel consilio, sicut in illo Homeri versiculo Iliad. β, ἀλλ' ἴτε κατὰ λαὸν ἐμὸν βουλήν περ, pro quo Latini dicunt, vno ore. Itaque Castellio qui nuper ἀπὸ μιᾶς cõuertit Ad vnũ, nõ videtur sensũ assequutus, neq; Vetus interpres qui Simul interpretatur, id est ἅμα.

καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὰ τέκνα, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς καὶ τὰς ἀδελφὰς, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, οὐ δύναταί μου μαθητὴς εἶναι.

& vxorem & liberos, & fratres & sorores, atque adeo etiam animam suam, non potest meus esse discipulus.

& uxorem & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suã, non potest meus esse discipulus.

Matth.10.d.38 & 16.d.24 marci 8.d.34

Καὶ ὅστις οὐ βαστάζει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἔρχεται ὀπίσω μου, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής.

17 ¶Et quisquis non portat crucé suam, & non sequitur me, nõ potest meus esse discipulus.

17 *Et qui nõ baiulat crucem suam, & uenit post me, non potest meus esse discipulus.*

Τίς γὰρ ἐξ ὑμῶν, θέλων πύργον οἰκοδομῆσαι, οὐχὶ πρῶτον καθίσας ψηφίζει τὴν δαπάνην, εἰ ἔχει τὰ πρὸς ἀπαρτισμόν;

18 Quis enim ex vobis, si velit turrim ædificare, non prius ˇsedens computat sumptus, an habeat quæ ad perfectionem *operis requiruntur?*

18 *Quis enim ex uobis, uolens turrim ædificare, nõ prius sedens cõputet sumptus qui necessarii sint, si habeat ad perficiendum?*

Ἵνα μήποτε θέντος αὐτοῦ θεμέλιον, καὶ μὴ ἰσχύοντος ἐκτελέσαι, πάντες οἱ θεωροῦντες ἄρξωνται ἐμπαίζειν αὐτῷ,

19 Ne, postquã posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui spectarint, incipiant ei illudere:

19 *Ne postquam posuerit fundamentum, & nõ potuerit perficere, omnes qui uidere incipiant illudere ei,*

Λέγοντες, Ὅτι οὗτος ὁ ἄνθρωπος ἤρξατο οἰκοδομεῖν, καὶ οὐκ ἴσχυσεν ἐκτελέσαι.

30 Dicẽtes, Homo iste cœpit ædificare, & non potuit *ædificium* perficere.

30 *Dicentes, Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare.*

Ἢ τίς βασιλεὺς πορευόμενος συμβαλεῖν ἑτέρῳ βασιλεῖ εἰς πόλεμον, οὐχὶ καθίσας πρῶτον βουλεύεται εἰ δυνατός ἐστι τοῖς δέκα χιλιάσιν ἀπαντῆσαι τῷ μετὰ εἴκοσι χιλιάδων ἐρχομένῳ ἐπ' αὐτόν;

31 Aut quis rex proficiscens vt committat prælium aduersus alterũ regem, sedẽs prius nõ ˇcõsultat an possit cũ decem millibus occurrere ei qui cum viginti millibus venit aduersus ipsũ?

31 *Aut quis rex iturus cõmittere bellum aduersus alium regem, non sedens prius cogitat si possit cum decem millibus occurrere ei qui cum uiginti millibus uenit ad se?*

Εἰ δὲ μήγε, ἔτι αὐτοῦ πόρρω ὄντος, πρεσβείαν ἀποστείλας, ἐρωτᾷ τὰ πρὸς εἰρήνην.

32 Alioquin, quũ adhuc ille procul est, legatione missa, rogat ea quæ ad pacem *pertinent.*

32 *Alioquin adhuc ille longe agente, legationem mittens, rogat ea quæ pacis sunt.*

Οὕτως οὖν πᾶς ἐξ ὑμῶν ὃς οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ ὑπάρχουσιν, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής.

33 Sic ergo quisquis vestrum nõ valedicit omnibus bonis suis, nõ potest meus esse discipulus.

33 *Sic ergo omnis ex uobis qui nõ renuntiat omnibꝰ quæ possidet, nõ potest meus esse discipulus.*

Marc.9.b.13 marci 9.g.50

Καλὸν τὸ ἅλας· ἐὰν δὲ τὸ ἅλας μωρανθῇ, ἐν τίνι ἀρτυθήσεται;

34 ¶Bonus est sal: si verò sal infatuatus fuerit, quo condietur?

34 *Bonũ est sal: si aũt sal euanuerit, in quo cõdietur?*

Οὔτε εἰς γῆν οὔτε εἰς κοπρίαν εὔθετόν ἐστιν· ἔξω βάλλουσιν αὐτό. Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.

35 Neque ad terrã neque ad ster quilinũ ˇappositus est: foras eũ abiiciunt. Qui habet aures ad audiendum, audiat.

35 *Neque in terrã neque in sterquilinũ utile est: sed foras mittitur. Qui habet aures audiendi, audiat.*

Κεφάλαιον ιε

CAP. XV.

CAP. XV.

Ἦσαν δὲ ἐγγίζοντες αὐτῷ πάντες οἱ τελῶναι καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ, ἀκούειν αὐτοῦ·

1 ACcedebant autem ad eũ omnes publicani & peccatores, vt eum audirent:

1 *Erant autem appropinquantes ei publicani & peccatores ut audirent illum.*

Καὶ διεγόγγυζον οἵ τε Φαρισαῖοι καὶ οἱ Γραμματεῖς, λέγοντες, Ὅτι οὗτος ἁμαρτωλοὺς προσδέχεται, καὶ συνεσθίει αὐτοῖς.

2 Et murmurabant Pharisæi & Scribæ, dicentes, Iste peccatores recipit, & vescitur cum eis.

2 *Et murmurabant Pharisæi & scribæ, dicẽtes, Quia hic peccatores recipit, & mãducat cũ illis.*

Εἶπε δὲ πρὸς αὐτοὺς τὴν παραβολὴν ταύτην, λέγων,

3 Ipse verò loquutus est ad eos hanc parabolam, dicens,

3 *Et ait ad illos parabolam istam dicens,*

Matth.18.b.12

Τίς ἄνθρωπος ἐξ ὑμῶν ἔχων ἑκατὸν πρόβατα, καὶ ἀπολέσας ἓν ἐξ αὐτῶν,

4 ¶Quis ex vobis, si habeat centũ oues, & perdiderit vnã ex illis,

4 *Quis ex nobis homo qui habet cẽtum oues, & si perdiderit unã ex illis,*

28 Sedens, καθίσας. Domi videlicet omnia supputans, antequam opus aggrediatur.

31 Consultat, βουλεύεται: consultat, adhibitis nimirum etiam aliis in consilium, quum de rege hic agatur ac suscipienda expeditione. Vulg. & Eras. Cogitat, id est λογίζεται, vel ἐνθυμεῖται.

35 Appositus, εὔθετον, id est aptus & accommodatus: vt Varro agrum dixit appositum ad vitem: & Cicero dies ad agendum appositos. Vulgata & Erasmus, Vtilis, id est χρήσιμον.

ὃ κατα λείπει τὰ ἐνενηκονταεννέα ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ πορεύεται ἐπὶ τὸ ἀπολωλὸς, ἕως εὕρῃ αὐτό;

non relinquit illas nonagintanouem in deſerto, & pergit ad eam quæ periit, vſquedum eam inueniat?

nónne dimittit nonagintanouem in deſerto, & vadit ad illam quæ perierat donec inueniat eam?

Καὶ εὑρὼν ἐπιτίθησιν ἐπὶ τοὺς ὤμους ἑαυτοῦ χαίρων;

5 Et inuentam imponit in humeros ſuos gaudens?

5 Et quum inuenerit eã, imponit in humeros ſuos gaudens?

Καὶ ἐλθὼν εἰς τὸν οἶκον, συγκαλεῖ τοὺς φίλους καὶ τοὺς γείτονας, λέγων αὐτοῖς, Συγχάρητέ μοι, ὅτι εὗρον τὸ πρόβατόν μου τὸ ἀπολωλός.

6 Veniénſque domum, conuocat amicos & vicinos: dicens eis, Gratulamini mihi: nam inueni ouem meam quæ perierat.

6 Et veniens domum, cõuocat amicos & vicinos? dicens illis, Congratulamini mihi, quia inueni ouẽ meã quæ perierat.

Λέγω ὑμῖν ὅτι οὕτω χαρὰ ἔσται ἐν τῷ οὐρανῷ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι, ἢ ἐπὶ ἐνενηκονταεννέα δικαίοις, οἵτινες οὐ χρείαν ἔχουσι μετανοίας.

7 Dico vobis ita fore gaudiũ in cælo ſuper vno peccatore reſipiſcente, [v] maius quàm ſuper nonagintanouem iuſtis, [v] quibus nó opus eſt reſipiſcẽtia.

7 Dico nobis quòd ita gaudium erit in cælo ſuper uno peccatore pœnitentiã agente quàm ſuper nonagintanouem iuſtis qui non indigẽt pœnitentia.

Ἢ τίς γυνὴ δραχμὰς ἔχουσα δέκα, ἐὰν ἀπολέσῃ δραχμὴν μίαν, οὐχὶ ἅπτει λύχνον, καὶ σαροῖ τὴν οἰκίαν, καὶ ζητεῖ ἐπιμελῶς, ἕως οὗ εὕρῃ;

8 Aut quæ mulier, ſi habeat drachmas decem, & perdiderit drachmam vnam, non accendit lucernam, & [v] verrit domũ, quæritque accuratè, vſquequo eam inueniat:

8 Aut quæ mulier habẽs drachmas decem, ſi perdiderit drachmam unã, nónne accẽdit luceruã, & euerrit domum, & quærit diligenter donec inueniat:

Καὶ εὑροῦσα συγκαλεῖ τὰς φίλας καὶ τὰς γείτονας, λέγουσα, Συγχάρητέ μοι, ὅτι εὗρον τὴν δραχμὴν ἣν ἀπώλεσα.

9 Et quum inuenerit, conuocat amicas ac vicinas? dicens, Gratulamini mihi: nam inueni drachmam quam perdideram.

9 Et quum inuenerit, cõuocat amicas & vicinas? dicens, Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram.

Οὕτω, λέγω ὑμῖν, χαρὰ γίνεται ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι.

10 Ita, dico vobis, gaudium eſt [v] apud Angelos Dei ſuper vno peccatore reſipiſcente.

10 Ita, dico uobis, gaudiũ eſt coram Angelis Dei ſuper uno peccatore pœnitentiam agente.

Εἶπε δέ, Ἄνθρωπός τις εἶχε δύο υἱούς·

11 Ait autem, Quidam habebat duos filios:

11 Ait autem, Homo quidam habuit duos filios:

Καὶ εἶπεν ὁ νεώτερος αὐτῶν τῷ πατρί, Πάτερ, δός μοι τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας. Καὶ διεῖλεν αὐτοῖς τὸν βίον.

12 Quorum iunior dixit patri, Pater, da mihi partem ſubſtantiæ *mihi* contingentem. Ille igitur diuiſit eis [v] facultates.

12 Et dixit adoleſcentior ex illis patri, Pater da mihi portionem ſubſtantiæ quæ me contingit. Et diuiſit illis ſubſtantiam.

Καὶ μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας συναγαγὼν ἅπαντα ὁ νεώτερος υἱὸς ἀπεδήμησεν εἰς χώραν μακράν· καὶ ἐκεῖ διεσκόρπισε τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, ζῶν ἀσώτως.

13 Poſt dies autem non multos, quum omnia coegiſſet iunior ille filius, peregrè profectus eſt in regionem longinquam: & illic diſſipauit ſubſtantiam ſuã, [v] profuſè viuendo.

13 Et non poſt multos dies congregatis omnibus adoleſcentior filius peregrè profectꝰ eſt in regionẽ longinquã: & ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuã, uiuendo luxurioſè.

IN CAPVT XV.

7 Maius quàm, ἤ. Sic apud Hebræos interdum omittitur particula מן, ſicut apud Græcos μᾶλλον, de quo alibi diximus. Quibus non opus eſt, οἵτινες οὐ χρείαν ἔχουσι. Quod ſimpliciter dicitur, intelligendum eſt κατὰ χρείαν, eorum videlicet reſpectu qui penitus ſunt à Deo auerſi.

8 Verrit, σαροῖ. In vetuſtiſſimis codicib⁹ Vulgatæ editionis (vt poſt Vallam Eraſmus annotauit) perperam ſcriptum eſt Euertit pro Euerrit: qui error Gregorio põtifici Romano & aliis Græcæ linguæ imperitis occaſionem præbuit multa in hunc locum parum appoſitè comminiſcendi.

10 Apud Angelos, ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων. Vulg. & Eraſ. ſeruato obſcuro Hebraiſmo, Coram Angelis. Leuiculum autem eſt quòd pro γίνεται, eſt, interpretantur Erit, γενήσεται. quæ enallage etiam occurrit infrà, 10. f. 33 10

11 Partem contingẽtem, τὸ ἐπιβάλλον μέρος. Sic loquitur Caius Iuriſconſultus in l. nomino. D. de Senatuſc. Sylleiano. Alioquin conuertere etiam licuit, quæ ad me pertinet, id eſt τὸ κατ' ἐμὲ μέρος: vel, quæ mihi debetur. Nam ſic quoque accipitur τὸ ἐπιβάλλον. ſed illa interpretatio prorſus reſpondet Græco vocabulo. Eraſ. Quæ ad me redit. Facultates, τὸν βίον. Βίος (vt alibi diximus) tum vitam, tum illud ipſum declaræ quo vitam tuemur. Ideo conuertimus interdum Vitam, interdum Victum, nonnunquam Subſtantiam, poſt Quintilianũ, vt facturi eramus hoc loco, niſi in eodem hoc verſiculo occurreret οὐσία. 15

13 Profuſè, ἀσώτως. Deriuant grammatici ἄσωτος ab α & σῴζω, vt cum declaret qui nihil ſibi ſeruat: quem Latini effuſum vel profuſum ſimili ratione vocant. Vulg. & Eraſ. Luxurioſè, id eſt ἀσελγῶς.

Δαπανήσαντος δὲ αὐτοῦ πάντα, ἐγένετο λιμὸς ἰσχυρὸς κατὰ τὴν χώραν ἐκείνην· καὶ αὐτὸς ἤρξατο ὑστερεῖσθαι.

14 Omnibus verò ab eo conſumptis, orta eſt fames valida in regione illa: & ipſe cœpit egere.

14 Et poſtquam omnia diſſipaſſet, facta eſt fames validà in regione illa: & ipſe cœpit egere.

Καὶ πορευθεὶς ἐκολλήθη ἑνὶ τῶν πολιτῶν τῆς χώρας ἐκείνης· καὶ ἔπεμψεν αὐτὸν εἰς τοὺς ἀγροὺς αὐτοῦ βόσκειν χοίρους.

15 Abiit igitur & adhæſit vni ex ciuibus regionis illius: qui miſit eum in agros ſuos vt paſceret porcos.

15 Et abiit & adhæſit uni ciuiũ regionis illius: & miſit illum in villã ſuam ut paſceret porcos.

Καὶ ἐπεθύμει γεμίσαι τὴν κοιλίαν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν κερατίων ὧν ἤσθιον οἱ χοῖροι· καὶ οὐδεὶς ἐδίδου αὐτῷ.

16 Et deſiderabat implere ventrem ſuum ſiliquis quas edebãt porci: & nemo ei dabat.

16 Et cupiebat implere uentrem ſuum de ſiliquis quas porci mãducabãt: et nemo illi dabat.

Εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐλθών, εἶπε, Πόσοι μίσθιοι τοῦ πατρός μου περισσεύονται ἄρτων, ἐγὼ δὲ λιμῷ ἀπόλλυμαι·

17 Quum autem ad ſe rediiſſet, dixit, Quot mercenarii patris mei abundant panibus, ego verò fame pereo!

17 In ſe autem reuerſus dixit, Quanti mercenarii patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo?

Ἀναστὰς πορεύσομαι πρὸς τὸν πατέρα μου, καὶ ἐρῶ αὐτῷ, Πάτερ, ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐνώπιόν σου·

18 Surgens proficiſcar ad patrem meum, & dicam ei, Pater, peccaui in cælum & aduerſum te:

18 Surgam & ibo ad patrẽ meum, & dicam ei, Pater, peccaui in cælum & coram te:

Καὶ οὐκέτι εἰμὶ ἄξιος κληθῆναι υἱός σου· ποίησόν με ὡς ἕνα τῶν μισθίων σου.

19 Neque amplius ſum dignus vocari filius tuus: fac me vt vnum ex mercenariis tuis.

19 Iam non ſum dignus uocari filius tuus: fac me ſicut unum de mercenariis tuis.

Καὶ ἀναστὰς ἦλθε πρὸς τὸν πατέρα ἑαυτοῦ. Ἔτι δὲ αὐτοῦ μακρὰν ἀπέχοντος, εἶδεν αὐτὸν ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ ἐσπλαγχνίσθη· καὶ δραμὼν ἐπέπεσεν ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ κατεφίλησεν αὐτόν.

20 Surgens igitur venit ad patrem ſuum. Quum autem adhuc longè abeſſet, vidit eum pater ipſius, ac miſericordia motus eſt: & accurrẽs incidit in collũ eius, & deoſculatus eſt eum.

20 Et ſurgens uenit ad patrem ſuum. Quum autẽ adhuc longè eſſet, uidit illum pater ipſius, & miſericordia motus eſt: & accurrens cecidit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum.

Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ υἱός, Πάτερ, ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἐνώπιόν σου, καὶ οὐκέτι εἰμὶ ἄξιος κληθῆναι υἱός σου.

21 Dixit autem ei filius, Pater, peccaui in cælũ & aduerſum te, neque amplius ſum dignus vocari filius tuus.

21 Dixitque ei filius, Pater peccaui in cælum & coram te, iam non ſum dignus uocari filius tuus.

Εἶπε δὲ ὁ πατὴρ πρὸς τοὺς δούλους αὐτοῦ, Ἐξενέγκατε τὴν στολὴν τὴν πρώτην, καὶ ἐνδύσατε αὐτὸν, καὶ δότε δακτύλιον εἰς τὴν χεῖρα αὐτοῦ, καὶ ὑποδήματα εἰς τοὺς πόδας·

22 Dixit verò pater ad ſeruos ſuos, Promite ſtolam illã præcipuam, & induite eum, & date annulum in manum eius, & ſoleas in pedes:

22 Dixit autem pater ad ſeruos ſuos, Citò proferte ſtolã primã, & induite illum, & date annulũ in manum eius, & calceamenta in pedes eius.

Καὶ φέρετε τὸν μόσχον τὸν σιτευτὸν θύσατε· καὶ φαγόντες εὐφρανθῶμεν·

23 Et adductum vitulum illũ ſaginatum mactate: & veſcentes oblectemur.

23 Et adducite uitulum ſaginatum & occidite, & mãducemus & epulemur.

Ὅτι οὗτος ὁ υἱός μου νεκρὸς ἦν, καὶ ἀνέζησε· καὶ ἀπολωλὼς ἦν, καὶ εὑρέθη. Καὶ ἤρξαντο εὐφραίνεσθαι.

24 Quia filius iſte meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus eſt. Cœperunt igitur oblectari.

24 Quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat & inuentus eſt. Et cœperunt epulari.

Ἦν δὲ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ πρεσβύτερος ἐν ἀγρῷ· καὶ ὡς ἐρχόμενος ἤγγισε τῇ οἰκίᾳ, ἤκουσε συμφωνίας καὶ χορῶν.

25 Erat autem filius eius ſenior in agro: qui vt veniens appropinquauit domui, audiuit concentum & choros.

25 Erat autem filius eius ſenior in agro: & quũ ueniret & appropinquaret domui, audiuit ſymphoniã & choros.

Καὶ προσκαλεσάμενος ἕνα τῶν παίδων ἐπυνθάνετο τί εἴη ταῦτα.

26 Et vocatum vnum ex pueris percontatus eſt quid iſtud eſſet.

26 Et uocauit unum de ſeruis, & interrogauit quid hæc eſſent.

18 Peccaui in cælum, ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανόν: id eſt, peccaui in Deum. Sic enim potius Hebræi dicunt חטאתי בשמים, adeo quidem vt in vtriuſque Teſtamenti contextu non putem reperiri huius loquutionis aliud exemplum. Puto autem hanc formulam ex eo ortam quòd Rabinorum ſermone interdum cælorum appellatione Deus ipſe in cælis habitans intelligitur, vt annotauimus Matth. 21. c. 25.

26 Vnum ex pueris, ἕνα τῶν παίδων. Frobenii codex addit αὐτοῦ, id eſt ſuis, quod videtur expungendum. Apud Theophylactum autem legitur, ἕνα τῶν παίδων δούλων: ac mihi quidem dubium non eſt quin δούλων culpa librarii ex albo libri in contextum irrepſerit.

Ο δὲ εἶπεν αὐτῷ, Ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἦκει· καὶ ἔθυσεν ὁ πατήρ σου τὸν μόσχον τὸν σιτευτόν· ὅτι ὑγιαίοντα αὐτὸν ἀπέλαβεν.

27 Is verò dixit ei, Frater tuus venit: & mactauit pater tuus vitulum illum ſaginatũ: quòd valentem illum receperit.

27 Iſque dixit illi, Frater tuus venit: & occidit pater tuus vitulũ ſaginatum: quia ſalvum illum recepit.

Ὠργίσθη δέ, καὶ οὐκ ἤθελεν εἰσελθεῖν. ὁ οὖν πατὴρ αὐτοῦ ἐξελθὼν, παρεκάλει αὐτόν.

28 Indignatus eſt autem ille, nec voluit introire. Pater ergo ipſius egreſſus, hortatus eſt eum.

28 Indignatus eſt autem, & nolebat introire. Pater ergo illius egreſſus, cepit rogare illum.

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπε τῷ πατρί, Ἰδοὺ, τοσαῦτα ἔτη δουλεύω σοι, καὶ οὐδέποτε ἐντολήν σου παρῆλθον, καὶ ἐμοὶ οὐδέποτε ἔδωκας ἔριφον, ἵνα μετὰ τῶν φίλων μου εὐφρανθῶ.

29 Ipſe verò reſpondens dixit patri, Ecce, tot annos ſeruio tibi, nec vnquam mandatum tuũ ſum tranſgreſſus, nec vnquam dediſti mihi hœdum, vt cum amicis meis oblectarer:

29 At ille reſpondens dixit patri ſuo, Ecce, tot annos ſeruo tibi, & nunquam mandatum tuum præterimi, & nunquam dediſti mihi hœdum, vt cũ amicis meis epularer:

Ὅτε δὲ ὁ υἱός σου οὗτος ὁ καταφαγών σου τὸν βίον μετὰ πορνῶν, ἦλθεν, ἔθυσας αὐτῷ τὸν μόσχον τὸν σιτευτόν.

30 Sed poſtquam filius iſte tuus qui deuorauit facultates tuas cum meretricibus, venit, mactaſti ei vitulum illum ſaginatum.

30 Sed poſtquam filius tuus hic, qui deuorauit ſubſtantiam ſuam cũm meretricibus, venit, occidiſti illi vitulum ſaginatum.

Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ, Τέκνον, σὺ πάντοτε μετ' ἐμοῦ εἶ, καὶ πάντα τὰ ἐμὰ, σά ἐστιν.

31 Ipſe verò dixit ei, Fili, tu ſemper mecum es, & omnia mea, tua ſunt.

31 At ipſe dixit illi, Fili, tu ſemper mecum es, & omnia mea, tua ſunt.

Εὐφρανθῆναι δὲ καὶ χαρῆναι ἔδει, ὅτι ὁ ἀδελφός σου οὗτος νεκρὸς ἦν, καὶ ἀνέζησε· καὶ ἀπολωλὼς ἦν, καὶ εὑρέθη.

31 Oblectari autem & gaudere ſe oportebat, quòd frater tuus hic mortuus erat, & reuixit: perierátque, & inuentus eſt.

31 Epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuꝰ erat, & reuixit: perierat, & inuentus eſt.

Κεφάλαιον ιϛ.

CAP. XVI.

CAP. XVI.

Ἔλεγε δὲ καὶ πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, Ἄνθρωπός τις ἦν πλούσιος, ὃς εἶχεν οἰκονόμον· καὶ οὗτος διεβλήθη αὐτῷ, ὡς διασκορπίζων τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ.

1 DIxit autem etiam diſcipulis ſuis, Fuit homo quidam dtues, qui habebat diſpenſatorem: & is delatus eſt apud eum, vt qui diſſiparet ipſius bona.

1 Dicebat autem & ad diſcipulos ſuos, Homo quidam erat dives qui habebat villicum: & hic diffamatus eſt apud illum, quaſi diſſipaſſet bona ipſius.

Καὶ φωνήσας αὐτὸν, εἶπεν αὐτῷ, Τί τοῦτο ἀκούω περὶ σοῦ; ἀπόδος τὸν λόγον τῆς οἰκονομίας σου· οὐ γὰρ δυνήσῃ ἔτι οἰκονομεῖν.

2 Vocauit eum igitur, & dixit ei, Quid hoc audio de te? redde rationem diſpenſationis tuæ. nõ enim poteris amplius eſſe diſpenſator.

2 Et vocauit illum, & ait illi, Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ. iam enim non poteris villicare.

Εἶπε δὲ ἐν ἑαυτῷ ὁ οἰκονόμος, Τί ποιήσω, ὅτι ὁ Κύριός μου ἀφαιρεῖται τὴν οἰκονομίαν ἀπ' ἐμοῦ; σκάπτειν οὐκ ἰσχύω, ἐπαιτεῖν αἰσχύνομαι.

3 Dixit autem apud ſe diſpenſator, Quid faciam, quum dominus meus auferat à me diſpenſationem? fodere non poſſum, mendicare pudet.

3 Ait autem villicus intra ſe, Quid faciã, quia dominus meus aufert à me villicationem? Fodere non valeo, mendicare erubeſco.

Ἔγνων τί ποιήσω, ἵνα ὅταν μεταστᾶσθῶ τῆς οἰκονομίας, δέξωνταί με εἰς τοὺς οἴκους ἑαυτῶν.

4 Noui quid ſim facturus, vt quum amotus fuero à diſpenſatione, recipiant me *aliqui* domos ſuas.

4 Scio quid faciam, vt quum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos ſuas.

29 Sum tranſgreſſus, παρῆλθον: id eſt ὑπερέβην, vel præterii, id eſt contempſi: quia quæ aſpernamur, ne aſpicere quidem ſuſtinemus. Theophylactus legit παρῶν, deſpexi.

30 Facultates tuas, σοῦ τὸν βίον. Vulgata, Subſtantiam ſuam, id eſt τὸν αὐτοῦ βίον. Sed illud eſt ὑμφανιώτερον, & Græci omnes codices in eo conſentiunt.

IN CAPVT XVI.

2 Non enim poteris, οὐ γὰρ δυνήσῃ: id eſt, tibi non fiet à me poteſtas. Nã alioquin diſpenſator eſſe poterat ſi hoc dominus ipſi conceſſiſſet. Eſſe diſpenſator, οἰκονομεῖν. Vulgata, Villicare. quod haud ſatis ſcio an aliud declaret quàm ruſticari: certè non tam latè patet quàm τὸ οἰκονομεῖν, quod ſignificat rem domeſticam curare. Eraſmus, Diſpenſare. quod quidem non legi abſolutè poſitum.

Καὶ προσκαλεσάμενος ἕνα ἕκαστον τῶν χρεωφειλετῶν τοῦ κυρίου ἑαυτοῦ, ἔλεγε τῷ πρώτῳ, Πόσον ὀφείλεις τῷ κυρίῳ μου;

5 Conuocatis itaque ſingulis debitoribus domini ſui, dixit primo, Quantum debes domino meo?

5 Conuocatis itaque ſingulis debitoribus domini ſui, dicebat primo, Quantum debes domino meo?

Ὁ δὲ εἶπεν, Ἑκατὸν βάτους ἐλαίου. Καὶ εἶπεν αὐτῷ, Δέξαι σου τὸ γράμμα, καὶ καθίσας ταχέως γράψον πεντήκοντα.

6 Is autem ait, Centum batos olei. Tum ille dixit ei, Accipe tabulas tuas, & ſede citò, & ſcribe quinquaginta.

6 At ille dixit, Centum cados olei. Dixitque illi, Accipe cautionem tuã, & ſede, citò ſcribe quinquaginta.

Ἔπειτα ἑτέρῳ εἶπε, Σὺ δὲ πόσον ὀφείλεις; Ὁ δὲ εἶπεν, Ἑκατὸν κόρους σίτου. Καὶ λέγει αὐτῷ, Δέξαι σου τὸ γράμμα, καὶ γράψον ὀγδοήκοντα.

7 Deinde alii dixit, Tu verò quantum debes? Is autem ait, Centum coros tritici. Tum ipſe dixit ei, Accipe tabulas tuas, & ſcribe octoginta.

7 Deinde alii dixit, Tu verò quantum debes? Qui ait, Centum cores tritici. Ait illi, Accipe literas tuas, & ſcribe octoginta.

Καὶ ἐπῄνεσεν ὁ κύριος τὸν οἰκονόμον τῆς ἀδικίας, ὅτι φρονίμως ἐποίησεν. ὅτι οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου φρονιμώτεροι ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τοῦ φωτὸς εἰς τὴν γενεὰν ἑαυτῶν εἰσι.

8 Et laudauit dominus diſpenſatorem iniuſtum, quòd prudenter feciſſet. quamobrem filii huius ſeculi prudentiores ſunt filiis lucis in ſuo genere.

8 Et laudauit dominus nullum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filii huius ſeculi prudentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt.

Κἀγὼ ὑμῖν λέγω, Ποιήσατε ἑαυτοῖς φίλους ἐκ τοῦ μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας· ἵνα ὅταν ἐκλίπητε, δέξωνται ὑμᾶς εἰς τὰς αἰωνίους σκηνάς.

9 Et ego vobis dico, Facite vobis amicos ex mamona iniuſto, vt quum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

9 Et ego uobis dico, Facite uobis amicos de mammona iniquitatis: ut quũ defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula.

6 Batos, βάτος. Vulgata, Cados: & rectè quidem. Nam, vt apertè probat doctiſſimus Georgius Agricola, apud Hebræos בת menſura fuit rerum liquidarum, prorſus reſpondens Atticæ amphoræ, quæ Græcè non modò μετρητὴς, ſed etiam κάδος & κεράμιον dicitur. quod neque Epiphanius, neque Hieronymus cognouit. Sed & in vetuſtis duobus codicibus, ſecundo & octauo, ſcriptum erat κάδους. Immeritò igitur Eraſmus hoc quidem loco Veterem interpretem reprehendit. Tabulas, γράμμα. Sic vocant Latini obligationis inſtrumentum, vt vel ex eo liquet quòd ipſi tabulas nouas appellãt. Vulgata, Cautionem, quo vocabulo ſic vtitur etiam Seneca.

7 Coros, κόρους. Apud Hebræos (vt hoc quoque μαρίσσῃς dicamus) כור (pro quo Græci interpretes & ipſe quoque Ioſephus κόρον dicunt) menſura fuit rerum aridarum, quæ decem Atticos medimnos capiebat, vt teſtatur idem Ioſephus libri Antiquitatum 15. cap. 12. Locus igitur quem ex eodem citat Eraſmus ex libri tertii vltimo capite, in quo videtur Corus æſtimari medimnis Atticis quadraginta vno, omnino deprauatus eſt vel in numeri nota, vel in eo quod pro ἀπὸ, ſcribendum eſt ἐπὶ, vt rectè obſeruat Georgius Agricola, homo (meo quidem iudicio) omnium qui de his rebus ad hunc diem ſcripſerunt, diligentiſſimus.

8 Iniuſtum, τῆς ἀδικίας. Heb. רשׁע, id eſt iniquitatis, vt vertit Vulgata. Sed fortaſſis hic diſpenſator ſic vocatur, non quòd ex domini incommodis ſua quæreret commoda, ſed quòd malus antea fuiſſet diſpenſator: id eſt, non bene adminiſtraſſet hoc munus, vt qui bona patriſſamiliãs dilapidaſſet. Videtur enim hæc interpretatio magis accommodata, ne videatur paterfamiliãs diſpenſatoris iniquum factum laudare, quum potius prudentiam approbet, qui ſibi voluerit in futurum proſpicere. Oporteret autem inter homines valde humanum ac liberalem eſſe patremfamiliãs qui eiuſmodi œconomum laudaret. Spectandum eſt igitur illud quod hac ſimilitudine adumbratur, ne putemus probari eum qui ſit ex alieno liberalis. eſſet enim hic potius habendus pro fure. Sed Deum repræſentat hic paterfamiliãs, qui prodigos bonorum ſuorum diſpenſatores laudat potius quàm parcos & auaros. Prodigos autem appello qui quarum rerum velut œconomi ſunt à Deo conſtituti, eas cum pauperibus libenter ac benignè communicant. Hãc igitur interpretationem ſi amplectamur, præſtiterit τῆς ἀδικίας interpretari malum quàm iniquum, vt malus œconomus is ſit omnino quem vulgò vocamus *un mauuais meſnager*. Quanquam, ſi ſcopum huius parabolæ ſpectemus, plana erunt omnia, quocunque modo accipias. Ineptum enim eſt inſiſtere in ſingulis eius partibus, quum hoc vnum velit Chriſtus hac parabola docere, cautiores eſſe profanos homines in curandis huius vitæ negotiis quàm Filii Dei ſoliciti ſint de vita æterna. Quamobrem, ὅτι. Vulgata & Eraſmus, Quia. Mihi autem videtur in iis quæ ſequuntur, collatio eſſe ſimilitudinis, ita vt à comparatis argumentetur. Filii huius ſeculi, οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου. Sic apud Rabinos בני חלדים הזה, id eſt homines præſenti vitæ addicti, quos vocat Apoſtolus σκηνικούς, & opponit νοημάτων, qui hoc loco dicuntur filii lucis, id eſt בני אורה, quos Dominus ſui ſpiritus luce illuſtrauit. In ſuo genere, εἰς τὴν γενεὰν ἑαυτῶν. Alicubi γενεὰ nationem, generationem, progeniem, ætatem denique expoſuimus. eſt enim multiplex huius vocabuli declaratio. Sed mihi quidem videtur hic accipi pro certo genere ac ſpecie hominum, & εἰς pro ἐν vſurpari. Virgilius, Parce pio generi. Idem, Quod genus hoc hominum? Vulgata, In generatione ſua. Eraſmus, In natione ſua. Nam Cicero quoque in hac ſignificatione nationem candidatorum & nationem optimatium dicit. Sed illud planius eſt & magis tritum.

9 Iniuſto, τῆς ἀδικίας. id eſt רשׁע, vel עול, quibus vocabulis quum ſignificetur etiam afflictio, (quæ Latinis quoque malum dicitur) conſiderandum relinquo num ἀδικία id declararet hoc loco, ex Hebræorum idiotiſmo: vt dicatur μαμωνᾶς τῆς ἀδικίας, ab effectu, quem deſignauit Horatius quum ſolicitas opes vocaret.

niſi malimus ornatas eſſe diuitias hoc epitheto: vel quòd (vt verè ſcripſit Ouidius) ſint malorũ irritamenta: vel quòd (vt vulgato prouerbio iactatur) fere quiſquis eſt diues, aut ſit iniquus, aut iniqui hæres. Sed ſuperior expoſitio videtur paulo melius conuenire huic loco: quia hæc omnia ſunt dicta in eos qui quum verum diuitiarum vſum hunc eſſe neſciant vt in pauperes munifici ac liberales, Deo gratiſimus, ex ſuis bonis nihil præter curam ac dolorem percipiunt. Quid ſi verò τὸν μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας, interpretemur מעשר עולה, id eſt falſas aut mendaces opes? Nam paulo pòſt ἄδικον μαμωνᾶν opponit τῷ ἀληθινῷ. Nolui tamen quicquam audere quod exteris interpretationibus nullum locum relinqueret. Hoc quidem conſtat, Mamonam iniuſtitiæ intelligi non poſſe diuitias fraude aut ſcelere partas, quum ex infinitis locis conſtet, Deo non placere liberalitatem quæ ex puro fonte nõ proficiſcatur. Probabilior eſſet opinio Theophylacti, qui ſic exiſtimat vocari facultates quibus vel per auaritiam vel per luxum antè abuſus fuerat œconomus.

Ὁ πιστὸς ἐν ἐλαχίστῳ, καὶ ἐν πολλῷ πιστός ἐστι· καὶ ὁ ἐν ἐλαχίστῳ ἄδικος, καὶ ἐν πολλῷ ἄδικός ἐστιν.

10 Qui fidelis eſt in pauciſſimis, etiam in multis fidelis eſt: & qui in pauciſſimis iniuſtus eſt, etiã in multis eſt iniuſtus.

10 Qui fidelis eſt in minimo, & in maiori fidelis eſt: & qui in modico iniquus eſt, & in maiori iniquus eſt.

Εἰ οὖν ἐν τῷ ἀδίκῳ μαμωνᾷ πιστοὶ οὐκ ἐγένεσθε, τὸ ἀληθινὸν τίς ὑμῖν πιστεύσει;

11 Si ergo in iniuſto mamona fideles non fuiſtis, verum mamona quis credet vobis?

11 Si ergo in iniquo mammona fideles non fuiſtis, quod verum eſt quis credet vobis?

Καὶ εἰ ἐν τῷ ἀλλοτρίῳ πιστοὶ οὐκ ἐγένεσθε, τὸ ὑμέτερον τίς ὑμῖν δώσει;

11 Et ſi in alieno fideles non fuiſtis, quod veſtrum eſt quis dabit vobis?

11 Et ſi in alieno fideles non fuiſtis, quod veſtrũ eſt quis dabit vobis?

Οὐδεὶς οἰκέτης δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν· ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει, καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει· ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται, καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει. οὐ δύνασθε Θεῷ δουλεύειν καὶ μαμωνᾷ.

13 ‖Nullus ſeruus poteſt duobus dominis ſeruire: aut enim vnũ odio habebit, & alterum diliget: aut vni adhærebit, & alterum contemnet. non poteſtis Deo ſeruire & mamonæ.

13 Nemo ſeruus poteſt duobus dominis ſeruire: aut enim unum odiet, & alterum diliget: aut uni adhærebit, & alterum contemnet. non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ. Matth.6.v.24

Ἤκουον δὲ ταῦτα πάντα καὶ οἱ Φαρισαῖοι, φιλάργυροι ὑπάρχοντες· καὶ ἐξεμυκτήριζον αὐτόν.

14 Audiebant autem hæc omnia etiam Phariſæi, qui erant auari: & ſannis eum excipiebant.

14 Audiebant autem omnia hæc Phariſæi, qui erant auari: & deridebant illum.

Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ὑμεῖς ἐστε οἱ δικαιοῦντες ἑαυτοὺς ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων· ὁ δὲ Θεὸς γινώσκει τὰς καρδίας ὑμῶν· ὅτι τὸ ἐν ἀνθρώποις ὑψηλὸν, βδέλυγμα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἐστιν.

15 Tunc dixit eis, Vos eſtis qui iuſtificatis voſipſos in hominũ conſpectu: Deus autem nouit corda veſtra: quia quod apud homines ſublime eſt, abominationi eſt in conſpectu Dei.

15 Et ait illis, Vos eſtis qui iuſtificatis uos coram hominibus: Deus autem nouit corda ueſtra. quia quod hominibus altum eſt, abominatio eſt ante Deum.

Ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννου· ἀπὸ τότε ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ εὐαγγελίζεται, καὶ πᾶς εἰς αὐτὴν βιάζεται.

16 ‖Lex & Prophetæ vſque ad Iohannem: ab eo tempore regnum Dei annuntiatur, & quiuis in illud vi irrumpit.

16 Lex & Prophetæ uſque ad Iohannem: ex eo regnum Dei euangelizatur, & omnis in illud um facit. Matth.11.b.12

Εὐκοπώτερον δέ ἐστι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν παρελθεῖν, ἢ τοῦ νόμου μίαν κεραίαν πεσεῖν.

17 ‖Facilius eſt autem cælum & terram prætereire quàm Legis vnum apicem excidere.

17 Facilius eſt autem cælum & terram præterire quàm de Lege unum apiam cadere. Matth.5.c.18

Πᾶς ὁ ἀπολύων τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ γαμῶν ἑτέραν, μοιχεύει· καὶ πᾶς ὁ ἀπολελυμένην ἀπὸ ἀνδρὸς γαμῶν, μοιχεύει.

18 ‖Quiſquis dimittit vxorem ſuam, & alteram ducit, mœchatur: & qui à viro dimiſſam ducit, mœchatur.

18 Omnis qui dimittit uxorem ſuam, & alterã ducit, mœchatur: & qui dimiſſam à uiro ducit, mœchatur. Mat.5.c.32, & 19.b.9 1.cor.7.b.11

10 In pauciſſimis, ἐν ἐλαχίστῳ. Quia τὸ ἐλάχιστον hic opponitur τῷ πολλῷ, ideo non ſum interpretatus In minimo. Fuiſſet enim ſubiiciendum ἐν μεγάλῳ, id eſt in magnis. Neque tamen ignoro πολὺ & ὀλίγον interdum de continua etiam quantitate dici. Sed puto ſignificari illud ipſum quod Dominus declarauit ſimilitudine talentorum, Matth.25.b.23, & c.29, vbi iiſdem penè verbis vtitur.

11 Verum mamona, τὸν ἀληθινόν. Μαμωνᾶ, quod puto eſſe indeclinabile, repetii ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. Omnino enim id poſtulare videtur antitheſis vt veræ opes, cæleſtes videlicet ac diuinæ, fluxis ac caducis opponãtur. In proximo verſiculo ſimilis eſt antitheſis. Nam quæ profani homines bona fortunæ & externa vocant, Chriſtus appellat aliena, noſtræ nimirum fidei commiſſa: eáque opponit iis quæ qui ſunt conſequuti, verè poſſunt ſua dicere, quia pars hæc optima nunquam ab illis aufertur.

13 Nullus ſeruus, οὐδεὶς οἰκέτης. Vide Matth.6.v.24.

14 Sannis excipiebant, ἐξεμυκτήριζον. Vulgata, Deridebant, καταγέλων. Eraſmus in annotationibus, Subſannabant. quod non memini legere apud idoneos authores.

18 Dimiſſam, ἀπολελυμένην. Qui hinc colligũt, poſt repudium nullum eſſe ſecundo matrimonio locum,

altera parte ſuperſtite, ineptè colligunt. Loquitur enim Dominus de repudiis apud Iudæos vſitatis, inter quæ numerari non poteſt repudium ob adulterium, quum adulteros ex Lege oporteret capitali pœna plecti. Et certè ſi valerent Leges, huic quæſtioni nullus eſſet inter Chriſtianos locus.

Ἄνθρωπος δέ τις ἦν πλούσιος, καὶ ἐνεδιδύσκετο πορφύραν καὶ βύσσον, εὐφραινόμενος καθ' ἡμέραν λαμπρῶς.

19 Cæterùm quidã erat diues, & induebatur purpura & byſſo, & ſe oblectabat quotidie ſplendidè.

19 Homo quidam erat dives, & induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendidè.

Πτωχὸς δέ τις ἦν ὀνόματι Λάζαρος, ὃς ἐβέβλητο πρὸς τὸν πυλῶνα αὐτοῦ ἡλκωμένος·

20 Erat verò quidam mendicus nomine Lazarus, qui proiectus erat ad veſtibulum eius, vlceroſus:

20 Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus:

καὶ ἐπιθυμῶν χορτασθῆναι ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τοῦ πλουσίου· ἀλλὰ καὶ οἱ κύνες ἐρχόμενοι ἀπέλιχον τὰ ἕλκη αὐτοῦ.

21 Et deſiderans ſaturari micis quæ cadebant è menſa diuitis: ſed & canes veniebant ac lingebant eius vlcera.

21 Cupiens ſaturari de micis quæ cadebant de menſa diuitis: ſed & canes veniebant & lingebant vlcera eius.

Ἐγένετο δὲ ἀποθανεῖν τὸν πτωχὸν, καὶ ἀπενεχθῆναι αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἀγγέλων εἰς τὸν κόλπον τοῦ Ἀβραάμ· ἀπέθανε δὲ καὶ ὁ πλούσιος, καὶ ἐτάφη.

22 Factum eſt autem vt moreretur mendicus, & aſportaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ: mortuus eſt verò etiam diues ille, ac ſepultus eſt.

22 Factum eſt autem ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ: mortuus eſt autem & diues, & ſepultus eſt.

Καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, ὑπάρχων ἐν βασάνοις, ὁρᾷ τὸν Ἀβραὰμ ἀπὸ μακρόθεν, καὶ Λάζαρον ἐν τοῖς κόλποις αὐτοῦ.

23 Et apud inferos ſublatis oculis ſuis, quũ eſſet in tormentis, vidit Abraham procul, & Lazarum in ſinu eius.

23 In inferno. Eleuans autem oculos ſuos, quum eſſet in tormentis, vidit Abrahã à lõgè, & Lazarum in ſinu eius.

Καὶ αὐτὸς φωνήσας εἶπε, Πάτερ Ἀβραάμ, ἐλέησόν με, καὶ πέμψον Λάζαρον, ἵνα βάψῃ τὸ ἄκρον τοῦ δακτύλου αὐτοῦ ὕδατος, καὶ καταψύξῃ τὴν γλῶσσάν μου· ὅτι ὀδυνῶμαι ἐν τῇ φλογὶ ταύτῃ.

24 Tum ipſe clamans dixit, Pater Abraham, miſerere mei, & mitte Lazarum vt intingat extremum digitum ſuum in aquam, & refrigeret linguam meam: quoniam crucior in iſta flamma.

24 Et ipſe clamans dixit, Pater Abrahã, miſerere mei, & mitte Lazarum ut intinget extremum digiti ſui in aquã, ut refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma.

Εἶπε δὲ Ἀβραάμ, Τέκνον, μνήσθητι ὅτι ἀπέλαβες σὺ τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου, καὶ Λάζαρος ὁμοίως τὰ κακά· νῦν δὲ ὧδε παρακαλεῖται, σὺ δὲ ὀδυνᾶσαι.

25 Dixit autem Abraham, Fili memento te bona tua recepiſſe in vita tua, & Lazarũ ſimiliter mala: nunc autem hic ſolatio fruitur, tu verò cruciaris.

25 Et dixit illi Abraham, Fili, recordare quia recepiſti bona in uita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic conſolatur, tu uerò cruciaris.

Καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις, μεταξὺ ἡμῶν καὶ ὑμῶν χάσμα μέγα ἐστήρικται, ὅπως οἱ θέλοντες διαβῆναι ἐντεῦθεν πρὸς ὑμᾶς, μὴ δύνωνται, μηδὲ οἱ ἐκεῖθεν πρὸς ἡμᾶς διαπερῶσιν.

26 Et ad hæc omnia, inter nos & vos hiatus ingens conſtitutus eſt, vt ii qui volunt hinc tranſire ad vos, non poſſint, neque iſtinc huc tranſire.

26 Et in his omnibus, inter nos & uos chaos magnum firmatum eſt: ut ij qui uolunt hinc tranſire ad nos, non poſſint, neque inde huc tranſmeare.

19 Cæterùm quidam, ἄνθρωπός δέ τις. In quodam exemplari legimus, εἶπε δὲ καὶ ἑτέραν παραβολὴν, Ἄνθρωπός τις ἦν, Dixit autem aliam etiam parabolam, Quidam erat, &c.

23 Et apud inferos, καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ. Vulgata omiſit præpoſitionem καὶ: qui error in cauſa fuit cur ex veteribus nonnulli parum appoſitè diſputarint de ſepultura diuitis in inferno. Sed hoc quidem verum eſt, in iſta narratione proponi nobis res ſpirituales ſub figuris ſenſui noſtro accommodatis, ac proinde velut in mediis illis flammis collocari diuitis illius ſepulchrum: quò etiam ſpectat quod de colloquio cum Abrahamo, & mittendo in aquam digito ſubiicitur.

26 Ad hæc omnia, ἐπὶ πᾶσι τούτοις: id eſt πρὸς τούτοις, præter hæc. Vulgata, In iis omnibus: quod Eraſmus recte correxit. Hiatus, χάσμα, id eſt vaſta vorago, βαθὺ καὶ χάσκον. Sic Virgilius, --quæ nunc ſatis ima dehiſcat Terra mihi. Vulg. Chaos, librariorum errore, vt Budæus exiſtimat. Conſtitutus eſt, ἐστήρικται. Vulgata & Eraſmus, Firmatus eſt: quod non ſatis conuenit huic loco, quum agatur de re minimè firma ac ſolida, ſed vacua potius ac inani: quæ tamen dicitur στηρίζεσθαι, id eſt firmo & conſtanti Dei robore ſtabilita, vt diffluere non poſſit. Fortaſſis vſus eſt Dominus verbo פקע, quod quum propriè ſignificet expandere, Græci interpretes vertere ſolent στερεοῦν, quod parum differt à στηρίζειν. vnde פקיע ipſi στερέωμα, id eſt firmamentum, appellant. niſi malimus στηρίζειν opponere Hebræorum verbo נכן, quod & ipſum commodè interpretari poſſumus, conſtituere & collocare. vnde מכון, id eſt ſedes firma ac ſtabilis.

31 Adducentur

Εἶπε δέ, Ἐρωτῶ οὖν σε πάτερ ἵνα πέμψῃς αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου.

27 Dixit autem ille, Rogo ergo te pater vt eum mittas domũ patris mei.

27 Et ait, Rogo ergo te pater vt mittas eum in domum patris mei.

Ἔχω γὰρ πέντε ἀδελφοὺς, ὅπως διαμαρτύρηται αὐτοῖς, ἵνα μὴ καὶ αὐτοὶ ἔλθωσιν εἰς τὸν τόπον τοῦτον τῆς βασάνου.

28 Habeo enim quinque fratres, vt teſtificetur eis, ne & ipſi veniant in hunc locum tormenti.

28 Habeo enim quinque fratres, vt teſtetur illis, ne & ipſi veniant in hunc locum tormentorum.

Λέγει αὐτῷ Ἀβραάμ, Ἔχουσι Μωσέα καὶ τοὺς προφήτας· ἀκουσάτωσαν αὐτῶν.

29 Dicit ei Abraham, Habent Moſen & Prophetas: audiant eos.

29 Et ait illi Abraham, Habent Moyſen & Prophetas: audiant illos.

Ὁ δὲ εἶπεν, Οὐχί, πάτερ Ἀβραάμ· ἀλλ' ἐάν τις ἀπὸ νεκρῶν πορευθῇ πρὸς αὐτοὺς, μετανοήσουσιν.

30 Ille verò dixit, Non, pater Abraham: ſed ſiquis ex mortuis abierit ad eos, reſipiſcent.

30 At ille dixit, Non, pater Abraham: ſed ſiquis ex mortuis iverit ad eos, pœnitentiam agent.

Εἶπε δὲ αὐτῷ, Εἰ Μωσέως καὶ τῶν προφητῶν οὐκ ἀκούουσιν, οὐδὲ ἐάν τις ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ, πεισθήσονται.

31 Abraham autem dixit ei, Si Moſen & Prophetas non audiunt, ne ſi quidem quiſpiam ex mortuis excitetur, [v] aſſentientur.

31 Ait autem illi, Si Moyſen & Prophetas non audiunt, neque ſiquis ex mortuis reſurrexerit, credent.

Κεφάλαιον ιζ

CAP. XVII.

CAP. XVII.

Εἶπε δὲ πρὸς τοὺς μαθητάς, Ἀνένδεκτόν ἐστι τοῦ μὴ ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα· οὐαὶ δι' οὗ ἔρχεται.

1 Alit autem diſcipulis, [v] Fieri non poteſt quin eueniant ſcandala: ſed væ illi per quem eueniunt.

1 Et ait ad diſcipulos ſuos, Impoſſibile eſt vt non veniant ſcandala: væ autem illi per quẽ veniunt. Mat.18.a.7 mar.9.f.42

Λυσιτελεῖ αὐτῷ εἰ μύλος ὀνικὸς περίκειται περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ ἔρριπται εἰς τὴν θάλασσαν, ἢ ἵνα σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων.

2 Expedit ei ſi mola aſinaria circumponatur collo eius, & abiectus fuerit in mare, potius quàm vt offẽdat vnum ex paruis iſtis.

2 Valius eſt illi ſi lapis molaris imponatur circa collum eius, & proiiciatur in mare, quàm vt ſcandalizet vnum de puſillis iſtis.

Προσέχετε ἑαυτοῖς. Ἐὰν δὲ ἁμάρτῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, ἐπιτίμησον αὐτῷ· καὶ ἐὰν μετανοήσῃ, ἄφες αὐτῷ.

3 Cauete vobis. ¶ Si peccauerit in te frater tuus, obiurga eum: & ſi reſipuerit, remitte ei.

3 Attendite nobis. Si peccauerit frater tuus, increpa illũ: & ſi pœnitentiam egerit, dimitte illi. Mat.18.c.21

Καὶ ἐὰν ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ἁμάρτῃ εἰς σὲ, καὶ ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ἐπιστρέψῃ πρός σε, λέγων, Μετανοῶ· ἀφήσεις αὐτῷ.

4 ¶ Et, ſi ſepties in die peccauerit in te, & ſepties vno die reuertatur ad te, dicens, Reſipui: remittes ei.

4 Et ſi ſepties in die peccauerit in te, & ſepties in die cõuerſus fuerit ad te, dicẽs, Pœnitet me: dimitte illi. Mat.18.c.21

Καὶ εἶπον οἱ ἀπόστολοι τῷ Κυρίῳ, Πρόσθες ἡμῖν πίστιν.

5 Tunc dixerunt Apoſtoli Domino, [v] Adde nobis fidem.

5 Et dixerunt Apoſtoli Domino, Adauge nobis fidem.

Εἶπε δὲ ὁ Κύριος, Εἰ ἔχετε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, ἐλέγετε ἂν τῇ συκαμίνῳ ταύτῃ, Ἐκριζώθητι, καὶ φυτεύθητι ἐν τῇ θαλάσσῃ· καὶ ὑπήκουσεν ἂν ὑμῖν.

6 Dixit autem Dominus, ¶ Si haberetis fidem [v] quantulum eſt granum ſinapis, diceretis huic [v] ſycamino, Eradicator, & plantator in mari: & obediret vobis.

6 Dixit autem Dominus, Si haberetis fidem ſicut granum ſinapis, diceretis huic arbori muro, Eradicare, & tranſplantare in mare: & obediret vo- Mat.16.c.20
bis.

31 Aſſentientur, πεισθήσονται. Ad verbum, Perſuadebuntur. Vulg. & Eraſ. Credent.

IN CAPVT XVII.

1 Fieri non poteſt. ἀνένδεκτόν ἐστι: id eſt, aliter non poteſt contingere. ſiue, neceſſe eſt, vt loquitur Mat. 18.a.7. In tribus exemplaribus poſt μαθητάς, i. diſcipulos, additur αὐτοῦ, id eſt ſuos. Item deerat articulus τῷ in 5 vno exemplari.

5 Adde, πρόσθες. Vulg. & Eraſ. Adauge, id eſt αὔξησον.

6 Quantulum eſt granum ſinapis, ὡς κόκκον σινάπεως. Cur à Græcis aliquantulum deflexerimus, diximus Matth. 17.c.20. Miror autem potuiſſe cuipiam in mentem venire quod in hunc locum Eraſmus ſcripſit, Neſcio, inquit, an Interpres vſurparit κόκκον neutro genere. Nec enim eſſet ſenſus (mea ſententia) abſurdus,
10 coccum velut habere fidem, quod in ſpeciem humile & abiectum, non antè prodit vigorem ſuum quàm attritu prouocatum. Sic alibi vocat nos ad exemplum paſſerculorum ac liliorum. Hæc ille. Atqui κόκκον nuſquam memini legere neutro genere. Deinde quis non videt granum ſinapis pro re minima, prouerbiali figura, vſurpari? Perinde enim eſt acſi diceret Dominus, Si vel tantillum fidei nobis ineſſet quantulum eſt granum ſinapis. Ergo quod de ſinapis natura fuit traditur, planè eſt ἀνωφελὲς λόγιον. Sycamino, τῇ συκαμίνῳ: vel (vt alii vo-
15 lunt) ſycomoro. Dioſcorides enim cap. 144. lib. 1, ſycomorum nonnullis eandem eſſe ſcribit quæ & ſycaminus dicitur: nihilominus tamen ſycaminum morum interpretatur: quæ etiam Galeni ſententia eſt libro ſecundo

De alimentis, capite de Sycaminis. Atque adeo paulo pòst singulari capite de sycomoris disputat, quas inter ficum arborem & morum medias collocat: indéque nomen ipsis arbitratur esse positum, non autem (vt Dioscorides scribit) ἀπὸ τῆς ἀκαρπίας, id est propter inefficacem gustum: quasi fatuam ficum dixeris. Eandem ipsam arborem (quã etiã veluti non admodum frequentem, Galenus in Alexandria se vidisse scribit) dictionibus inuersis Cellus Morosycon appellat. Quare quum certò apud Galenum scriptorem tum doctissimũ tum diligentissimum constet sycaminum diuersam esse à sycomoro, Erasmi sententiam non recipio: vt qui perperam sycaminum obseruasse videatur eandem esse quam συκομωραίαν infrà 19.2.4. appellat Lucas. Propius enim vero est, quum diuersis nominibus vtatur Euangelista, diuersas quoque arbores notari: & sycaminum quidem morum significare, (quam etiam opinionem sequutus est Vetus interpres) sycomorum verò vel συκομωραίαν, eam quæ inter ficum & morum media est, quocunque tandem à Latinis nomine appelletur: quamquam Plinio ficus Ægyptia sit. Sed hæc tamen fateor non esse huius loci.

Τίς δὲ ἐξ ὑμῶν δοῦλον ἔχων ἀροτριῶντα ἢ ποιμαίνοντα, ὃς εἰσελθόντι ἐκ τοῦ ἀγροῦ ἐρεῖ αὐτῷ, Παρελθὼν ἀνάπεσαι;

7 Quis autem vestrum habet seruum arantem, aut pascẽtem, qui regresso ab agro, dicat statim, Prodi, & discumbe?

7 Quis autẽ nestrum habens seruum arantem aut pascentem, qui regresso de agro dicat illi, Statim transi, recumbe:

Ἀλλ' οὐχὶ ἐρεῖ αὐτῷ, Ἑτοίμασον τί δειπνήσω, καὶ περιζωσάμενος διακόνει μοι, ἕως φάγω καὶ πίω, καὶ μετὰ ταῦτα φάγεσαι καὶ πίεσαι σύ;

8 Imò nonne dicet ei, Para quod cœnem, & præcinctus mini stra mihi vsquedum edero ac bibero: & post hæc edito tu & bibito?

8 Et non dicit ei, Para quod cœnem, & præcinge te, & ministra mihi donec manducem & bibam: & post hæc tu manducabis & bibes.

Μὴ χάριν ἔχει τῷ δούλῳ ἐκείνῳ ὅτι ἐποίησε τὰ διαταχθέντα αὐτῷ; οὐ δοκῶ.

9 Num gratiam habet seruo illi quia fecit quæ ipsi præcepta fuerant? non puto.

9 Nunquid gratiam habet seruo illi quia fecit quæ ei imperauerat? non puto.

Οὕτω καὶ ὑμεῖς, ὅταν ποιήσητε πάντα τὰ διαταχθέντα ὑμῖν, λέγετε, Ὅτι δοῦλοι ἀχρεῖοί ἐσμεν· ὃ ὠφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν.

10 Ita & vos quum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumꝰ: nam quod debuimꝰ facere, fecimus.

10 Sic & nos quum feceritis omnia quæ præcepta sunt nobis, dicite, Serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus.

Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ πορεύεσθαι αὐτὸν εἰς Ἰερουσαλήμ, καὶ αὐτὸς διήρχετο διὰ μέσου Σαμαρείας καὶ Γαλιλαίας.

11 Et factum est, inter eundum Hierosolymam, ipse transibat per mediã Samariam & Galilæam.

11 Et factum est dum iret in Ierusalem, transibat per mediam Samariam & Galilæam.

Καὶ εἰσερχομένου αὐτοῦ εἴς τινα κώμην, ἀπήντησαν αὐτῷ δέκα λεπροὶ ἄνδρες, οἳ ἔστησαν πόρρωθεν.

12 Et quũ ingrederetur in quendam vicum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt procul.

12 Et quum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi qui steterunt à longè.

Καὶ αὐτοὶ ἦραν φωνὴν, λέγοντες, Ἰησοῦ ἐπιστάτα, ἐλέησον ἡμᾶς.

13 Et extulerunt vocem, dicentes, Iesu magister miserere nostri.

13 Et leuauerunt vocem, dicentes, Iesu præceptor miserere nostri.

Leuit. 14. a. 2

Καὶ ἰδὼν εἶπεν αὐτοῖς, Πορευθέντες ἐπιδείξατε ἑαυτοὺς τοῖς ἱερεῦσι. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ὑπάγειν αὐτοὺς, ἐκαθαρίσθησαν.

14 Qui quum eos vidisset dixit eis, Profecti ‖ostendite vos Sacerdotibus. Et factum est vt inter eundem purgati sint.

14 Quos vt vidit, dixit. Ite, ostendite vos sacerdotibus. Et factum est dum irent, mundati sunt.

Εἷς δὲ ἐξ αὐτῶν ἰδὼν ὅτι ἰάθη, ὑπέστρεψε, μετὰ φωνῆς μεγάλης δοξάζων τὸν Θεόν.

15 Vnus autem ex ipsis vt vidit se sanatum esse, reuertit, glorificans Deum voce magna.

15 Vnus autem ex illis vt vidit quia mundatus est, regressus est, cum magna voce magnificans Deum.

Καὶ ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ, εὐχαριστῶν αὐτῷ· καὶ αὐτὸς ἦν Σαμαρείτης.

16 Et procidit in faciem ad pedes eius, gratias ei agẽs: erátque iste Samaritanus.

16 Et cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens: & hic erat Samaritanus.

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν, Οὐχὶ οἱ δέκα ἐκαθαρίσθησαν; οἱ δὲ ἐννέα ποῦ;

17 Respondens autem Iesus dixit, Nónne decem illi purgati sunt? nouem autem illi vbi sunt?

17 Respondens autem Iesus dixit, Nonne decem mundati sunt? & nouem vbi sunt?

Οὐχ εὑρέθησαν ὑποστρέψαντες δοῦναι δόξαν τῷ Θεῷ, εἰ μὴ ὁ ἀλλογενὴς οὗτος.

18 Non sunt reperti qui redierint vt tribuerent gloriam Deo, nisi alienigena iste.

18 Non est inuentus qui rediret & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena.

Καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ἀναστὰς πορεύου· ἡ πίστις σου σέσωκέ σε. 19 Et dixit ei, Surge & abi: fides tua te seruauit. 19 Et ait illi, Surge, vade: quia fides tua te salvum fecit.

Ἐπερωτηθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν Φαρισαίων πότε ἔρχεται ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ· ἀπεκρίθη αὐτοῖς, καὶ εἶπεν, Οὐκ ἔρχεται ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ μετὰ παρατηρήσεως· 20 Interrogatus autem à Phariſæis quando venturum eſſet regnum Dei: reſpondit eis, & dixit, Non veniet regnum Dei ita vt obſeruari poſſit: 20 Interrogatus autem à Phariſæis quando veniret regnum Dei, reſpondit eis, & dixit, Non venit regnum Dei cum obſeruatione:

Οὐδὲ ἐροῦσιν, Ἰδοὺ ὧδε, ἢ, ἰδοὺ ἐκεῖ· ἰδοὺ γὰρ ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν. 21 Neque dicent, Ecce hîc, aut, ecce illic. ecce enim, regnũ Dei intus habetis. 21 Neque dicent, Ecce hic, aut, ecce illic: ecce enim regnum Dei intra vos eſt.

Εἶπεν δὲ πρὸς τοὺς μαθητάς, Ἐλεύσονται ἡμέραι ὅτε ἐπιθυμήσετε μίαν τῶν ἡμερῶν τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἰδεῖν· καὶ οὐκ ὄψεσθε. 22 Dixit autem diſcipulis, Veniet tempus quum deſiderabitis videre vnum ex diebus Filii hominis: nec videbitis. 22 Et ait ad diſcipulos ſuos, Venient dies quãdo deſideretis videre vnum diem Filii hominis: & non videbitis.

Καὶ ἐροῦσιν ὑμῖν, ἰδοὺ ὧδε, ἢ, ἰδοὺ ἐκεῖ· μὴ ἀπέλθητε, μηδὲ διώξητε. 23 Et dicent vobis, Ecce hîc, aut, ecce illic: ſed ne abite, neque proſequimini. 23 Et dicent nobis, ecce hic, & ecce illic. Nolite ire, neque ſectemini. Mat.24.b.23 mar.13.c.21

10 Ita vt obſeruari poſſit, μετὰ παρατηρήσεως: id eſt, cum externo quopiam maieſtatis ſplendore, ex quo poſſit agnoſci. Alioquin ex manifeſtis etiam multis ſignis potuit intelligi, Chriſtum eſſe Meſſiam illum cuius regnum tandiu fuerat expetitum. Sed de iis ſignis & notis hoc accipiendum eſt quæ Phariſæi animo conceperant, qui terrenum quoddam regnum Meſſiæ expectabant: in quo errore Iudæi etiamnum hodie verſantur. Theophylactus mauult ad tempus referre quod obſeruari non poſſit: quia, inquit, regno Dei non eſt aliquod tempus conſtitutum, ſed ſemper eſt præſens ei qui velit credere, & viuere vt fidelem decet. Nonnulli demum παρατήρησιν putant vocari παράδοσεις: id eſt traditiones, in quibus illi ſummam pietatem ponebant: quaſi Chriſtus neget regnum Dei in iſtis externis rebus poſitum eſſe, ſed potius in animo per fidem purgato. Ex his autem interpretationibus primam maximè probo, quòd ſimpliciſſima videatur, & quæſtioni propoſitæ in primis accommodata. Itaque non placuit ad verbum interpretari μετὰ παρατηρήσεως, cum obſeruatione, ne nimis obſcurè loquerer.

21 Intus habetis, ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν. Hebraicè בקרבכם: id eſt ad verbum בתוככם, in medio veſtri. quod nihil aliud declarat quàm ἐν ὑμῖν, vt fere ſemper conuerterunt Græci in Vetere teſtamento, pro בתוך ὑμῶν, id eſt apud vos, vt loquuntur Latini: niſi quòd particulæ ἐντὸς hæc videtur eſſe emphaſis, vt ſignificetur, Meſſiam ita apud eos eſſe vt minimè lateat, ſed in medio verſetur, omnium conſpectui expoſitus, vt loquitur Iohãnes 1.d.27. Vel fortaſſis ita declaratur, eos non modò propinquum, ſed intus etiam, id eſt domi ſuæ, Meſſiam habere: vt niſi peruerſa illa opinio de terreno illius regno ipſis offunderet tenebras, non potuerint ipſum non agnoſcere. Denique teſtatur eos vt abſentem quærere quem domi præſentem reiicerent: & fontem eius erroris aperit, ſicut etiam teſtatur Iohannes 1.b.11, Chriſtum veniſſe in ſua, & à ſuis non agnitum. Ideo malui ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν interpretari, Intus habetis: quàm Apud vos, aut In vobis, aut Inter vos eſt. Sunt quæ malint ad verbum exponere, Intra vos eſt, quaſi ſignificetur regnum Chriſti ſpirituale eſſe, non autem terrenum, vt Phariſæi imaginabantur. quæ ſententia vt vera ſit, fortaſſis tamen non eſt huic loco ſatis accommodata, tribus de cauſis. Primùm enim videtur mihi violenta hæc expoſitio, Regnum Dei intra vos eſt: id eſt, poſitum eſt in iis quæ ad animum pertinent, non autem in externo illo ſplendore. Cæterum igitur aliquod exemplum proferri, non quo ſententia hæc confirmaretur, (de cuius veritate non dubito) ſed ex quo intelligeretur, hoc dicendi genus ita eſſe explicandum. Deinde non dicit ſimpliciter ἐντός ἐστιν, intus eſt, vel ἐν τοῖς ἐντὸς ἐστιν, eſt in iis quæ intus ſunt, vel ἐντὸς ἀνθρώπου ἐστὶν, intra hominem eſt, ſed ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν, intra vos eſt. Omnino autem habenda eſt ratio eorum quos alloquitur, nimirum Phariſæorum, à quibus certè non eſt veriſimile Chriſtum ſumere voluiſſe hypotheſin in regni ſui natura explicanda. Poſtremò non hic agitur (opinor) de regno Chriſti in Eccleſia, ſed de ipſius aduentu in mundum. Itaque Chriſti reſponſum huc quoque accommodandum eſt: ex quo tamen poſtea rectè colligi poteſt generalis doctrina, quum eadem ſit conditio membrorum & capitis.

22 Vnum ex diebus Filii hominis, μίαν τῶν ἡμερῶν τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. Cur vnum ex diebus malim interpretari quàm vnum dierum, alibi expoſuimus. Loquitur autem de priore Chriſti aduentu in mundum, & tempus fore dicit quo diſcipuli ipſum abſentem magna cum animi triſtitia fruſtra requirant. Nam quid non perpeſſos fuiſſe probabile eſt ab ea nocte qua captus fuit, ad eum vſque diem quo ſeſe rediuiuum ipſis exhibuit, imò verò vſquedum à Spiritu ſancto confirmarentur? Sed paulo pòſt, diem Filii hominis appellat diem poſterioris aduentus Domini, quem ait fulguris inſtar tum repentinum, tum etiam clariſſimum fore: ita vt nullus ſit angulus terræ tam remotus quò non is fulgor perueniat. Itaque non eſſe audiendos eos qui vel hic vel illic Chriſtum dixerint latitare: ſicut hodie loquuntur qui Chriſtum è cælo eliciunt. Sed tamen hunc poſteriorem aduentum poſſumus à promulgato inter Gentes Euangelio auſpicari. Tum enim cœpit Eccleſia in vniuerſo orbe terrarum, quam ideirco catholicam vocamus. Ex eo, inquam, cœpit Chriſtus inter ſuos regnare: nec prius pugnare aduerſus hoſtes deſinet quàm ſubactis tandem damnatiſque omnibus impiis, Deus ſit omnia in omnibus.

23 Aut, ecce illic, ἢ, ἰδοὺ ἐκεῖ. Vetus interpres legit καὶ ἰδοὺ ἐκεῖ, & ecce illic: eadem quidem manente ſententia: ſed tamen placuit hoc annotare quòd alibi videantur interdum permutatæ hæ particulæ obſcuritatem nonnullam adferre, vt Rom.4.c.13. ſicut etiam annotauimus Matth.11.c.37. Cæterùm in duobus exemplaribus poſt ἐκεῖ additum reperimus ὁ Χριστός, Chriſtus.

Ωσπερ γὰρ ἡ ἀστραπὴ ἡ ἀστράπτουσα ἐκ τῆς ὑπ' ὐρανὸν, εἰς τὸν ὑπ' ὐρανὸν λάμπει· οὕτως ἔσται καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ ἡμέρᾳ αὐτοῦ.

24 Nam ſicut fulgur coruſcans ex una regione quæ ſub cælo eſt, in alteram quæ ſub cælo eſt ſplendet: ita erit & Filius hominis die ſuo.

24 Nam ſicut fulgur coruſcans de ſub cælo, in ea quæ ſub cælo ſunt fulget: ita erit Filius hominis in die ſua.

Πρῶτον δὲ δεῖ αὐτὸν πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης.

25 Sed prius oportet eum multa pati, & reprobari à natione iſta.

25 Primùm autem oportet illum multa pati, & reprobari à generatione hac.

Genes.7.b.5 mar.14.d.38 1.pet.3.d.20

Καὶ καθὼς ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ Νῶε, οὕτως ἔσται καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου.

26 ¶Et prout factum eſt in diebus Noe, ita erit etiam diebus Filii hominis.

26 Et ſicut factum eſt in diebus Noe, ita erit & in diebus Filii hominis.

Ἤσθιον, ἔπινον, ἐγάμουν, ἐξεγαμίζοντο, ἄχρι ἧς ἡμέρας εἰσῆλθε Νῶε εἰς τὴν κιβωτὸν· καὶ ἦλθεν ὁ κατακλυσμὸς, καὶ ἀπώλεσεν ἅπαντας.

27 Edebant, bibebãt, vxores ducebant, & dabantur nuptum, ad eum vſque diem quo introiit Noe in arcam: venítque diluuium, & perdidit omnes.

27 Edebãt, & bibebant, uxores ducebant, & dabantur ad nuptias, uſque in diem qua intrauit Noe in arcam: & uenit diluuium, & perdidit omnes.

Ὁμοίως καὶ ὡς ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις Λώτ· ἤσθιον, ἔπινον, ἠγόραζον, ἐπώλουν, ἐφύτευον, ᾠκοδόμουν·

28 Similiter etiam vt accidit in diebus Lot: edebant, bibebant, emebant, vendebant, plantabant, ædificabant:

28 Similiter ſicut factum eſt in diebus Lot: edebant & bibebant, emebant & uendebant, plantabant & ædificabant:

Genes.19.c.24

Ἧ δ' ἡμέρᾳ ἐξῆλθε Λὼτ ἀπὸ Σοδόμων, ἔβρεξε πῦρ καὶ θεῖον ἀπ' ὐρανοῦ, καὶ ἀπώλεσεν ἅπαντας·

29 ‖Quo autem die Lot exiit Sodomis, pluit igni & ſulphure è cælo, & omnes perdidit:

29 Qua die autem exiit Lot à Sodomis, pluit ignem & ſulphur de cælo, & omnes perdidit:

Κατὰ ταῦτα ἔσται ἧ ἡμέρᾳ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀποκαλύπτεται.

30 Secundum hæc erit dies quo Filius hominis detegetur.

30 Secundum hæc erit qua die Filius hominis reuelabitur.

Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ὃς ἔσται ἐπὶ τοῦ δώματος, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ ἐν τῇ οἰκίᾳ, μὴ καταβάτω ἆραι αὐτά· καὶ ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ, ὁμοίως μὴ ἐπιστρεψάτω εἰς τὰ ὀπίσω.

31 In illo die ſiquis fuerit ſupra domum, & vaſa eius in ipſa domo, ne deſcendat ad ea ſumenda: & qui in agro, ſimiliter nõ reuertatur retro.

31 In illa hora, qui fuerit in tecto, & uaſa eius in domo, ne deſcendat tollere illa: & qui in agro, ſimiliter non redeat retro.

Genes.19.c.26

Μνημονεύετε τῆς γυναικὸς Λώτ.

32 ‖Memineritis vxoris Lot.

32 Memores eſtote uxoris Lot.

Supr.2,9.c.24 mar.10.d.39 mar.8.d.35 iohan.12.d.25

Ὃς ἐὰν ζητήσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν· καὶ ὃς ἐὰν ἀπολέσῃ αὐτὴν, ζωογονήσει αὐτήν.

33 ‖Quicunque quæſierit animam ſuam ſeruare, perdet eam: & quicũque eam perdiderit, viuificabit eam.

33 Quicunque quæſierit animam ſuam ſaluam facere, perdet illã: & quicunque perdiderit illam, uiuificabit eã.

Mat.24.d.41

Λέγω ὑμῖν, ταύτῃ τῇ νυκτὶ ἔσονται δύο ἐπὶ κλίνης μιᾶς· ὁ εἷς παραλημφθήσεται, καὶ ὁ ἕτερος ἀφεθήσεται.

34 ‖Dico vobis, illa nocte erũt duo in lecto vno: vnus accipietur, & alter relinquetur.

34 Dico uobis, in illa nocte erunt duo in lecto uno: unus aſſumetur & alter relinquetur.

Δύο ἔσονται ἀλήθουσαι ἐπὶ τὸ αὐτό· μία παραλημφθήσεται, καὶ ἡ ἑτέρα ἀφεθήσεται.

35 Duæ erunt molentes ſimul: vna accipietur, & altera relinquetur.

35 Duæ erunt molentes in unum: una aſſumetur, & altera relinquetur.

Δύο ἔσονται ἐν τῷ ἀγρῷ· ὁ εἷς παραλημφθήσεται, καὶ ὁ ἕτερος ἀφεθήσεται.

36 ‖Duo erunt in agro: vnus accipietur, & alter relinquetur.

36 Duo in agro: unus aſſumetur, & alter relinquetur.

Καὶ ἀποκριθέντες λέγουσιν αὐτῷ, Ποῦ Κύριε; Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς,

37 Tũc reſpõdentes dicunt ei, Vbi Domine? Ipſe verò dixit eis,

37 Reſpondentes dicunt illi, Vbi Domine? Qui dixit illis.

33 Viuificabit, ζωογονήσει, id eſt ζωοποιήσει, pro quo dicit Matthæus σώσει, ſeruabit. Nam hæc vita eſt ſalus æterna. Eraſ. Vitam illi parabit.

36 Duo erunt in agro, δύο ἔσονται ἐν τῷ ἀγρῷ. Hunc verſiculum omiſit Eraſmus tanquam ex Matthæo adiectum: reperimus tamen in editione Complutenſi & quatuor vetuſtis codicibus.

Οπου δ σῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοί.

Κεφάλαιον ιη.

Ελεγε δ καὶ παραβολὴν αὐτοῖς 1 πρὸς τὸ δεῖν πάντοτε προσεύχεσθαι, καὶ μὴ ἐκκακεῖν,

Λέγων, Κριτής τις ἦν ἔν τινι πόλει τὸν Θεὸν μὴ φοβούμενος, καὶ ἄνθρωπον μὴ ἐντρεπόμενος·

Χήρα δ ἦν ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ, καὶ ἤρχετο πρὸς αὐτὸν, λέγουσα, Ἐκδίκησόν με ἀπὸ τοῦ ἀντιδίκου μου.

Καὶ οὐκ ἤθελεν ἐπὶ χρόνον· μετὰ δ ταῦτα εἶπεν ἐν ἑαυτῷ, Εἰ καὶ τὸν Θεὸν οὐ φοβοῦμαι, καὶ ἄνθρωπον οὐκ ἐντρέπομαι·

Διά γε τὸ παρέχειν μοι κόπον τὴν χήραν ταύτην, ἐκδικήσω αὐτὴν· ἵνα μὴ εἰς τέλος ἐρχομένη ὑπωπιάζῃ με.

Εἶπε δὲ ὁ Κύριος, Ακούσατε τί ὁ κριτὴς τῆς ἀδικίας λέγει·

Ο δὲ Θεὸς οὐ μὴ ποιήσῃ τὴν ἐκδίκησιν τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ τῶν βοώντων πρὸς αὐτὸν ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καὶ μακροθυμεῖ ἐπ' αὐτοῖς;

Vbi corpus, illuc cogentur & aquilæ.

CAP. XVIII.

1 DIxit autem eis etiam parabolam, hoc spectantem quòd oportereat ipsos semper precari, nec segnescere,

2 Dicens, Iudex quidam erat in quadam vrbe qui Deum nō timebat, nec quenquam reuerebatur:

3 Erat autem in illa vrbe quædam vidua, quæ venit ad eum, dicens, Vindica me ab aduersario meo.

4 Ille autem noluit per multum tempus: post hæc verò dixit apud se, Etsi Deum non timeo, nec quenquam reuereor:

5 Tamen quia molestiam mihi exhibet vidua ista, vindicabo eam, ne ad extremum veniens, obtundat me.

6 Ait autem Dominus, Audite quid iudex ille iniustus dicat:

7 Deus autem non vindicabit electos suos, clamantes ad ipsum die ac nocte, etiamsi irā differat super ipsis?

Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Mat. 24.c.28

CAP. XVIII.

1 DIcebat autem & parabolam ad illos, quoniam oportet semper orare, & non deficere, Eccl.18.c.22 rom.12 b.12 1.thess.5.c.17

2 Diens, Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerebatur:

3 Vidua autem quædam erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum, dicens, Vindica me de aduersario meo.

4 Et nolebat per multum tempus: post hæc autem dixit intra se, Etsi Deum non timeo, nec hominem reuereor:

5 Tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in nouissimo veniens sugillet me.

6 Ait autem Dominus, Audite quid iudex iniquitatis dicit:

7 Deus autem non faciet vindictam electorū suorum clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis?

37 Corpus, σῶμα. In vno exemplari & apud Theophylactum scriptum est πτῶμα, id est cadauer: sicut etiam in nonnullis codicibus testatur se legisse Eras. videturque hæc lectio magis accommodata similitudini à carnivoris auibus sumptæ. Vide Matthæum 24.c.28.

IN CAPVT XVIII.

1 Hoc spectantem, quòd oporteret, πρὸς τὸ δεῖν. Sic rectè Erasmus, vt Hellenismum explicaret. Vulgata, Quoniam oporteret, ὅτι δεῖ. Segnescere, ἐκκακεῖν: vel, afflictionibus & malis cedere. Nam κακὸς propriè dicitur de segni & meticuloso, qui pedem referat in certamine, ἀπὸ τοῦ χαίτου, vt annotat Eustathius. Vulg. Deficere, id est ἐκλύεσθαι. Eras. Defatigari, id est ἐκκάμνειν.

2 Quenquam, ἄνθρωπον. Vel, homines. vt sit enallage numeri. Sed ἄνθρωπος sæpe pro particula τις, po ficum. iam antea obseruauimus. Puto igitur id esse quod vernaculo nostro sermone dicimus, *Il ne craignoit homme.* vel, *Il ne craignoit personne.* Sed & hoc placet παρέργως annotare (nequis miretur, impium & iniquissimum iudicem cum Deo comparari) hoc loco paria inter se non conferri, sed minus cum maiore: quasi dicat Dominus, Si etiam ab iniquissimis iudicibus per importunitatem ius obtinetur, quanto magis piorum assiduæ preces apud Deum valebunt?

4 Per multum tempus, ἐπὶ χρόνον. Eras. Aliquandiu. quam interpretationem non prorsus repudio: sed tamen quia χρόνος interdum de longo temporis spacio dicitur, & ea significatio melius repræsentat eam μακροθυμίαν cuius postea fit mentio, Veterem interpretem sum sequutus. Nam etiam apud Homerum Odyss. ξ. reperio ἐπὶ χρόνον ita vsurpatum vt non paruum temporis spacium declaret.

5 Obtundat me, ὑπωπιάζῃ με. Sic omnino oportuit hunc locum interpretari, potius quàm vt Vetus interpres aut Erasmus, qui verterunt, Sugillet, id est vituperet ac derogat, vt Erasmus explicat. Quorsum enim hoc adferat qui nec Deum timet, nec homines reueretur? Imò verò ὑπωπιάζειν propriè dicuntur pugiles quum pugnis aut cæstibus antagonistam obtundunt. vnde ὑπώπια dicuntur vulnera ex contusione accepta, præsertim in facie, (vt grammatici tradunt) liuida nimirum ex collecto ad cutim sanguine. Inde factum vt accipiatur pro domare & quasi validis ictibus subiicere reluctantem, vt accipitur 1. Cor. 9. d. 27. vbi Paulus comparationem à pugilibus sumptam prosequitur. Hic verò de ea molestia dicitur quam sustinet quispiam, cuius aures ab importuno aliquo flagitatore quasi verberantur: sicut apud Latinos simili prorsus translatione vsurpatur verbum Obtundere. quod & ipsum propriè de pugilibus dici ostendit illud Plauti in Amphitryone, Fateor, nam sum obtusus pugnis pessimè. In quibusdam igitur exemplaribus non videtur rectè legi ὑπωπιάζῃ. siue, vt scriptum est in Romano Theophylacto, ὑπωπιάζῃ: id est opprimat aut affligat.

7 Etiamsi iram differat super ipsis καὶ μακροθυμεῖ ἐπ' αὐτοῖς i. quantumuis tardus videatur in vlciscendis ipsorum iniurijs. Omnino enim accipitur καὶ pro κἂν siue κἄν, vt rectè explicat Theophylactus: quam etiam enallagen annotauimus Matth. 5. c. 19, & 15. a. 6. Chrysostomus tamen in oratione posteriore ἀλλ' ἐφεστηκώς, legit, καὶ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς; id est, & iram differet super ipsis: quam lectionem sequutus Vetus interpres conuertit, Et patientiam habebit super illis: quasi neget Dominus se iram dilaturū, vt suos vlciscatur.

Ωσπερ γὰρ ἡ ἀστραπὴ ἡ ἀστράπτουσα ἐκ τῆς ὑπ' οὐρανὸν, εἰς τὴν ὑπ' οὐρανὸν λάμπει· οὕτως ἔσται καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ ἡμέρᾳ αὐτοῦ.

24 Nam ſicut fulgur coruſcans ex una regione quæ ſub cælo eſt, in alteram quæ ſub cælo eſt ſplendet: ita erit & Filius hominis in die ſuo.

24 Nam ſicut fulgur coruſcans de ſub cælo, in ea quæ ſub cælo ſunt fulget: ita erit Filius hominis in die ſua.

Πρῶτον δὲ δεῖ αὐτὸν πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης.

25 Sed prius oportet eum multa pati, & reprobari à natione iſta.

25 Primùm autem oportet illum multa pati, & reprobari à generatione hac.

Genes.7.b.5 ſuper.24.d.38 1.per.3.d.10

Καὶ καθὼς ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ Νῶε, οὕτως ἔσται καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου.

26 ¶Et prout factum eſt in diebus Noe, ita erit etiam diebus Filii hominis.

26 Et ſicut factum eſt in diebus Noe, ita erit & in diebus Filii hominis.

Ἤσθιον, ἔπινον, ἐγάμουν, ἐξεγαμίζοντο, ἄχρι ἧς ἡμέρας εἰσῆλθε Νῶε εἰς τὴν κιβωτὸν, καὶ ἦλθεν ὁ κατακλυσμὸς, καὶ ἀπώλεσεν ἅπαντας.

27 Edebãt, bibebãt, vxores ducebant, & dabantur nuptum, ad eum vſque diem quo introiit Noe in arcam: venitque diluuium, & perdidit omnes.

27 Edebãt, & bibebant, uxores ducebant, & dabantur ad nuptias, uſque in diem qua intrauit Noe in arcam: & uenit diluuium, & perdidit omnes.

Ὁμοίως καὶ ὡς ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις Λώτ· ἤσθιον, ἔπινον, ἠγόραζον, ἐπώλουν, ἐφύτευον, ᾠκοδόμουν·

28 Similiter etiam vt accidit in diebus Lot: edebant, bibebant, emebant, vendebant, plantabant, ædificabant:

28 Similiter ſicut factum eſt in diebus Lot: edebant & bibebant, emebant & uendebant, plantabant & ædificabant:

Genes.19.c.24

Ἧ δὲ ἡμέρᾳ ἐξῆλθε Λὼτ ἀπὸ Σοδόμων, ἔβρεξε πῦρ καὶ θεῖον ἀπ' οὐρανοῦ, καὶ ἀπώλεσεν ἅπαντας·

29 ¶Quo autem die Lot exiit Sodomis, pluit igni & ſulphure è cælo, & omnes perdidit:

29 Qua die autem exiit Lot à Sodomis, pluit ignem & ſulphur de cælo, & omnes perdidit:

Κατὰ ταῦτα ἔσται ᾗ ἡμέρᾳ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀποκαλύπτεται.

30 Secundum hæc erit dies quo Filius hominis detegetur.

30 Secundum hæc erit qua die Filius hominis reuelabitur.

Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ὃς ἔσται ἐπὶ τοῦ δώματος, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ ἐν τῇ οἰκίᾳ, μὴ καταβάτω ἆραι αὐτά· καὶ ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ, ὁμοίως μὴ ἐπιστρεψάτω εἰς τὰ ὀπίσω.

31 In illo die ſiquis fuerit ſupra domum, & vaſa eius in ipſa domo, ne deſcendat ad ea ſumenda: & qui in agro, ſimiliter nõ reuertatur retro.

31 In illa hora, qui fuerit in tecto, & uaſa eius in domo, ne deſcendat tollere illa: & qui in agro, ſimiliter non redeat retro.

Genes.19.c.26

Μνημονεύετε τῆς γυναικὸς Λώτ.

32 ¶Memineritis vxoris Lot.

32 Memores eſtote uxoris Lot.

Supr.2,9.c.24 mar.10.d.39 mar.8.d.35 iohan.12.d.25

Ὃς ἐὰν ζητήσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν· καὶ ὃς ἐὰν ἀπολέσῃ αὐτὴν, ζωογονήσει αὐτήν.

33 ¶Quicunque quæſierit animam ſuam ſeruare, perdet eam: & quicúque eam perdiderit, viuificabit eam.

33 Quicunque quæſierit animam ſuam ſaluam facere, perdet illã: & quicunque perdiderit illam, uiuificabit eã.

Mar.14.d.41

Λέγω ὑμῖν, ταύτῃ τῇ νυκτὶ ἔσονται δύο ἐπὶ κλίνης μιᾶς· ὁ εἷς παραλημφθήσεται, καὶ ὁ ἕτερος ἀφεθήσεται.

34 ¶Dico vobis, illa nocte erũt duo in lecto vno: vnus accipietur, & alter relinquetur.

34 Dico uobis, in illa nocte erunt duo in lecto uno: unus aſſumetur & alter relinquetur.

Δύο ἔσονται ἀλήθουσαι ἐπὶ τὸ αὐτό· μία παραλημφθήσεται, καὶ ἡ ἑτέρα ἀφεθήσεται.

35 Duæ erunt molentes ſimul: vna accipietur, & altera relinquetur.

35 Duæ erunt molentes in unum: una aſſumetur, & altera relinquetur.

Δύο ἔσονται ἐν τῷ ἀγρῷ· ὁ εἷς παραλημφθήσεται, καὶ ὁ ἕτερος ἀφεθήσεται.

36 Duo erunt in agro: vnus accipietur, & alter relinquetur.

36 Duo in agro: unus aſſumetur, & alter relinquetur.

Καὶ ἀποκριθέντες λέγουσιν αὐτῷ, Ποῦ Κύριε; Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς,

37 Tũc reſpõdentes dicunt ei, Vbi Domine? Ipſe verò dixit eis,

37 Reſpondentes dicunt illi, Vbi Domine? Qui dixit illis.

33 Viuificabit, ζωογονήσει, id eſt ζωοποιήσει, pro quo dicit Matthæus σώσει, ſeruabit. Nam hæc vita eſt ſalus æterna. Eraſ. Vitam illi parabit.

36 Duo erunt in agro, δύο ἔσονται ἐν τῷ ἀγρῷ. Hunc verſiculum omiſit Eraſmus tanquam ex Matthæo adiectum: reperimus tamen in editione Complutenſi & quatuor veteribus codicibus.

Οπου δ σῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοί.

Κεφάλαιον ιη.

Ελεγε δ καὶ παραβολὴν αὐτοῖς πρὸς τὸ δεῖν πάντοτε προσεύχεσθαι, καὶ μὴ ἐκκακεῖν,

Λέγων, Κριτής τις ἦν τις ἐν τινι πόλει τὸν Θεὸν μὴ φοβούμενος, καὶ ἄνθρωπον μὴ ἐντρεπόμενος.

Χήρα δ ἦν ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ, καὶ ἤρχετο πρὸς αὐτὸν, λέγουσα, Ἐκδίκησόν με ἀπὸ τοῦ ἀντιδίκου μου.

Καὶ οὐκ ἤθελεν ἐπὶ χρόνον· μετὰ δ ταῦτα εἶπεν ἐν ἑαυτῷ, Εἰ καὶ τὸν Θεὸν οὐ φοβοῦμαι, καὶ ἄνθρωπον οὐκ ἐντρέπομαι·

Διά γε τὸ παρέχειν μοι κόπον τὴν χήραν ταύτην, ἐκδικήσω αὐτήν· ἵνα μὴ εἰς τέλος ἐρχομένη ὑπωπιάζῃ με.

Εἶπε δὲ ὁ Κύριος, Ἀκούσατε τί ὁ κριτὴς τῆς ἀδικίας λέγει·

Ὁ δὲ Θεὸς οὐ μὴ ποιήσῃ τὴν ἐκδίκησιν τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ τῶν βοώντων πρὸς αὐτὸν ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καὶ μακροθυμεῖ ἐπ' αὐτοῖς;

Vbi corpus, illuc cogentur & aquilæ.

CAP. XVIII.

1 DIxit autem eis etiam parabolam, *hoc ſpectantem* quòd oportéret ipſos ſemper precari, nec segneſcere,

2 Dicens, Iudex quidam erat in quadam vrbe qui Deum nō timebat, nec quenquam reuerebatur:

3 Erat autem in illa vrbe quædam vidua, quæ venit ad eum, dicens, Vindica me ab aduerſario meo.

4 Ille autem noluit per *multum* tempus: poſt hæc verò dixit apud ſe, Etſi Deum non timeo, nec quenquam reuereor:

5 Tamen quia moleſtiam mihi exhibet vidua iſta, vindicabo eam, ne ad extremum veniens, obtundat me.

6 Ait autem Dominus, Audite quid iudex ille iniuſtus dicat:

7 Deus autem non vindicabit electos ſuos, clamantes ad ipſum die ac nocte, etiamſi irā differat ſuper ipſis?

Vbicunque fuerit corpus, *Matt. 24.c.28* illuc congregabuntur & aquilæ.

CAP. XVIII.

1 DIcebat autem & parabolam ad illos, quoniam oportet ſemper orare, & non deſicere, *Eccl.18.c.22 rom.12 b.12 1.theſſ.5.c.17*

2 Dicens, Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerebatur:

3 Vidua autem quædam erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum, dicens, Vindica me de aduerſario meo.

4 Et nolebat per multum tempus: poſt hæc autem dixit intra ſe, Etſi Deum non timeo, nec hominem reuereor:

5 Tamen quia moleſta eſt mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in nouiſſimo veniens ſugillet me.

6 Ait autem Dominus, Audite quid iudex iniquitatis dicat:

7 Deus autem non faciet vindictam electorū ſuorum clamantium ad ſe die ac nocte, & patientiam habebit in illis?

37 Corpus, σῶμα. In vno exemplari & apud Theophylactum ſcriptum eſt πτῶμα, id eſt cadauer: ſicut etiam in nonnullis codicibus teſtatur ſe legiſſe Eraſ. videtúrque hæc lectio magis accommodata ſimilitudini à carniuoris auibus ſumptæ. Vide Matthæum 24.c.28.

IN CAPVT XVIII.

1 2 *Hoc ſpectantem*, quòd oportéret, πρὸς τὸ δεῖν. Sic rectè Eraſmus, vt Helleniſmum explicaret. Vulgata, Quoniam oportet, ὅτι δεῖ. Segneſcere, ἐκκακεῖν: vel, afflictionibus & malis cedere. Nam κακὸς propriè dicitur de ſegni & meticuloſo, qui pedem referat in certamine, πρὸς τὸ μάχεσθαι, vt annotat Euſtathius. Vulg. Deficere, id eſt ἐκλύεσθαι. Eraſ. Defatigari, id eſt ἀποκάμνειν.

2 Quenquam, ἄνθρωπον. Vel, homines. vt ſit enallage numeri. Sed ἄνθρωπον ſæpe pro particula τινὰ poſitum. iam antea obſeruauimus. Puto igitur id eſſe quod vernaculo noſtro ſermone dicimus, *Il ne craignoit homme*, vel, *Il ne craignoit perſonne*. Sed & hoc placet παρέργως annotare (nequis putetur, impium & iniquiſſimum iudicem cum Deo comparari) hoc loco paria inter ſe non conferri, ſed minus cum maiore: quaſi dicat Dominus, Si etiam ab iniquiſſimis iudicibus per importunitatem ius obtinetur, quanto magis piorum aſſiduæ preces apud Deum valebunt?

4 Per *multum* tempus, ἐπὶ χρόνον. Eraſ. Aliquandiu. quam interpretationem non prorſus repudio: ſed tamen quia χρόνος interdum de longo temporis ſpacio dicitur, & ea ſignificatio melius repræſentat eam μακροθυμίαν cuius poſtea fit mentio, Veterem interpretem ſum ſequutus. Nam etiam apud Homerum Odyſſ. ξ. reperio ἐπὶ χρόνον ita vſurpatum vt non paruum temporis ſpacium declaret.

5 Obtundat me, ὑπωπιάζῃ με. Sic omnino oportuit hunc locum interpretari, potius quàm vt Vetus interpres aut Eraſmus, qui verterunt, Sugillet, id eſt viruperet ac deroget, vt Eraſmus explicat. Quorſum enim hoc adferat qui nec Deum timet, nec homines reuereatur? ἐὰν verò ὑπωπιάζῃ propriè dicuntur pugiles quum pugnis aut cæſtibus antagoniſtam obtundunt. vnde ὑπώπια dicuntur vulnera ex contuſione accepta, præſertim in facie, (vt grammatici tradunt) liuida nimirum ex collecto ad cutim ſanguine. Inde factum vt accipiatur pro domare & quaſi validis ictibus ſubiicere reluctantem, vt accipitur 1. Cor. 9. d. 27. vbi Paulus comparationem à pugilibus ſumptam proſequitur. Hic verò de ea moleſtia dicitur quam ſuſtineret quiſpiam, cuius aures ab importuno aliquo flagitatore quaſi verberantur: ſicut apud Latinos ſimili prorſus tranſlatione vſurpatur verbum Obtundere. quod & ipſum propriè de pugilibus dici oſtendit illud Plauti in Amphitryone, Fateor. nam ſum obtuſus pugnis peſſimè. In quibuſdam igitur exemplaribus non videtur rectè legi ὑπωπιάζῃ. ſiue, vt ſcriptum eſt in Romano Theophylacto, ὑπωπιάζῃ: id eſt opprimat aut affligat.

7 Etiamſi iram differat ſuper ipſis? καὶ μακροθυμεῖ ἐπ' αὐτοῖς; i. quantumuis tardus videatur in vlciſcendis ipſorum iniurijs. Omnino enim accipitur καὶ pro κἂν ſiue κἄν, vt rectè explicat Theophylactus: quam etiam enallagen annotauimus Matth. 5. c. 19, & 15. a. 6. Chryſoſtomus tamen in oratione poſteriore ἀδὲ ἐφεξῆς, legit, καὶ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς; id eſt, & iram differet ſuper ipſis? quam lectionem ſequutus Vetus interpres conuertit, Et patientiam habebit ſuper illis? quaſi neget Dominus ſe iram dilaturū, vt ſuos vlciſcatur.

quia nimirum ſequitur, eum vindicaturum ſuos ὡς τάχος: quod alioquin pugnare videtur cum illa μακροθυμίᾳ. At ego non poſſum hanc ſententiam ampleƈti, quũ & vniuerſa Scriptura & ſanƈtorum innumerabiles hiſtoriæ teſtentur, à Domino interdum diũ differri ſupplicium in impios & Eccleſiæ aduerſarios conſtitutum: vnde illæ Dauidis & Prophetarum querelæ, & vox illa martyrum quæ commemoratur Apoc.6.c.10. Sic enim placet Domino ſuos exercere, & patientiam etiam erga vaſa ad interitum compaƈta commendare: vt loquitur Apoſtolus Rom.9.c.22. Alioquin quorſum iuberet Dominus vt in precando ſimus velut importuni, ſi ſtatim ad vindicandos ſuos proueret? Quomodo autem intelligendum ſit illud ὡς τάχος tum in proximo verſiculo, tum verò aliis multis Scripturæ locis, indicatur 1.Pet.3.b.8. & 9. Niſi malimus interpretari repentè aut ſubitò, vel ad iræ Dei acerbitatem referre, quæ quidem tanta futura eſt vt ſimulatque momentum illud aduenerit perdendis impiis conſtitutum, ſtatim eos penitus abſumat: vt canit Dauid Pſal.37.b.20, & 73.c.19, & 20. Caſtellio verò pro ſua intolerabili audacia, manifeſtè hunc etiam locum corrupit, quum ſic interpretaretur, Et tam erit in eos difficilis?

Λέγω ὑμῖν ὅτι ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν αὐτῶν ἐν τάχει. πλὴν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐλθὼν ἆρα εὑρήσει τὴν πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς;

8 Dico vobis, vindicabit eos citó. Veruntamen Filius hominis quum venerit, num reperturus eſt fidem in terra?

8 Dico vobis quia citò faciet vindictam illorum. Veruntamen Filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra?

Εἶπε δὲ καὶ πρός τινας τοὺς πεποιθότας ἐφ' ἑαυτοῖς ὅτι εἰσὶ δίκαιοι, καὶ ἐξουθενοῦντας τοὺς λοιποὺς, τὴν παραβολὴν ταύτην·

9 Dixit autem etiam quibuſdam qui ſibi perſuaſerant ſe iuſtos eſſe, & pro nihilo habebant reliquos, parabolam iſtam:

9 Dixit autem & ad quoſdam qui in ſe confidebant tanquam iuſti, & aſpernabantur cæteros, parabolam iſtam:

Ἄνθρωποι δύο ἀνέβησαν εἰς τὸ ἱερὸν προσεύξασθαι· ὁ εἷς Φαρισαῖος, καὶ ὁ ἕτερος τελώνης.

10 Duo homines aſcenderant in templum vt precarentur, vnus Phariſæus, & alter publicanus:

10 Duo homines aſcendebant in templum vt orarent: unus Phariſeus, & alter publicanus:

Ὁ Φαρισαῖος σταθεὶς πρὸς ἑαυτὸν ταῦτα προσηύχετο, Ὁ Θεός εὐχαριστῶ σοι ὅτι οὐκ εἰμὶ ὡσπερ οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, ἅρπαγες, ἄδικοι, μοιχοὶ, ἢ καὶ ὡς οὗτος ὁ τελώνης.

11 Phariſæus ſtans hæc apud ſe precabatur, Deus, gratias ago tibi quòd non ſim vt reliqui homines, rapaces, iniuſti, mœchi: vel etiam vt iſte publicanus.

11 Phariſeus ſtans hæc apud ſe orabat. Deus gratias ago tibi quia non ſum ſicut cæteri hominum, raptores, iniuſti, adulteri: velut etiam hic publicanus.

Νηστεύω δὶς τοῦ σαββάτου, ἀποδεκατεύω πάντα ὅσα κτῶμαι.

12 Ieiuno bis hebdomade, decimo quæcunque poſſideo.

12 Ieiuno bis in Sabbatho, decimas do omnium quæ poſſideo.

Καὶ ὁ τελώνης μακρόθεν ἑστὼς οὐκ ἤθελεν οὐδὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν ἐπᾶραι· ἀλλ' ἔτυπτεν εἰς τὸν στῆθος αὐτοῦ, λέγων, Ὁ Θεός ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ.

13 Publicanus autem procul ſtans, nolebat vel oculos in cœlum attollere: ſed percutiebat pectus ſuum, dicens, Deus, propitius eſto mihi peccatori.

13 Et publicanus à longè ſtans nolebat nec oculos ad cœlum leuare: ſed percutiebat pectus ſuũ, dicens, Deus propitius eſto mihi peccatori.

Λέγω ὑμῖν, κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἢ ἐκεῖνος· ὅτι πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται· ὁ δὲ ταπεινῶν ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται.

supra, 14.c.11 mat.23.c.12

14 Dico vobis, deſcendit iſte iuſtificatus domum ſuam potius quàm ille: quia quicunque ſe extollit, deprimetur: & qui ſe deprimit, extolletur.

14 Dico vobis, deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuã ab illo: quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur.

8 Dico vobis, vindicabit eos, λέγω ὑμῖν ὅτι ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν αὐτῶν. In Complutenſi codice & manuſcripto alio exemplari legitur καὶ λέγω, Etiam dico. Rurſus annotat Eraſmus, in quodam codice extremam partem ſuperioris verſiculi cum iſto connecti, hoc modo, καὶ λέγω, μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν: id eſt, Eraſmo interprete, Etiam dico, longanimis ſuper illis faciet vindictam. Sed receptam lectionem ampleƈti malo.

11 Hebdomade, τοῦ σαββάτου. Vulg. & Eraſ. Sabbatho: quæ interpretatio neque ſatis plana eſt, neque huic loco conuenit. Vide Matth.12.a.1.

14 Potius quàm ille, ἢ ἐκεῖνος. De eclipſi particulæ μᾶλλον alibi diximus. Sed quod Hieronymus aduerſus Pelagianos vertit, Plus quàm ille, & Auguſtinus epiſtola octogeſimaſexta, Magis quàm ille: mihi quidem non placet. Stat enim illud Dauidis, Non iuſtificabitur in conſpectu tuo vllus viuens. Item illud, Cor contritum Deus non abiicies: ex quibus efficitur, non fuiſſe ambobus iſtis communem iuſtitiam. Cæterùm in duobus codicibus manuſcriptis, ſcriptum legimus παρ' ἐκεῖνον, eadem manente ſententia. Sic enim Heb.9.f.23, ponitur θυσίαις pro ἢ τούτοις. Itaque non aſſentior Eraſmo qui παρ' ἐκεῖνον conuertit Præ illo. Vetus autem interpres videtur potius legiſſe παρ' ἐκείνου, vt qui interpretatus ſit, Ab illo, ſententia prorſus inepta, quanuis eum conetur Eraſ. excuſare, prolato Gellii exemplo. Sed quod plerique Græci codices ſcriptum habent ἢ ἐκεῖνος, ſanè non intelligo, niſi dicamus ἢ redundare: & hunc locum ſuſpicor variè fuiſſe depravatum, quod inſignem doƈtrinam continet aduerſus operum fiduciam. Nam hoc illud eſt quod facit vt mundus Euangelio tam pertinaciter reſiſtat, quia nimirum arguitur de peccato.

Προσέφερον δὲ αὐτῷ καὶ τὰ βρέφη, ἵνα αὐτῶν ἅπτηται· ἰδόντες δὲ οἱ μαθηταὶ, ἐπετίμησαν αὐτοῖς.

15 ‖Adferebant autem ad eum etiam infantes, vt eos tangeret: quum autem hoc vidissent discipuli, ᵛobiurgarunt eos.

15 *Adferebant autem ad illum & infantes, ut eos tangeret: quod quum uiderent discipuli, increpabant illos.* Matthæi 19.b.13 marci 10.b.13

Ὁ δὲ Ἰησοῦς προσκαλεσάμενος αὐτὰ, εἶπεν, Ἄφετε τὰ παιδία ἔρχεσθαι πρός με, καὶ μὴ κωλύετε αὐτά· τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ.

16 Iesus verò ᵛquum puerulos aduocasset, dixit, Sinite puerulos venire ad me, & eos non prohibete. talium est enim regnum Dei.

16 *Iesus autem conuocans illos, dixit, Sinite pueros uenire ad me, & nolite uetare eos: talium est enim regnum Dei.*

Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὃς ἐὰν μὴ δέξηται τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ὡς παιδίον, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς αὐτήν.

17 Amen dico vobis, quicunque non acceperit regnum Dei tanquam puerulus, nequaquam introibit in illud.

17 *Amen dico uobis, quicũque non acceperit regnũ Dei sicut puer, nõ intrabit in illud.*

Καὶ ἐπηρώτησέ τις αὐτὸν ἄρχων, λέγων, Διδάσκαλε ἀγαθέ, τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω;

18 ‖Tunc interrogauit eum quidam ᵛex primoribus, dicens, Magister bone, quid faciendo, vitã æternam possidebo?

18 *Et interrogauit eum quidam princeps, dicens, Magister bone, quid faciens uitam æternam possidebo?* Matth.19.b.16 marci.10.b.17

Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεός.

19 Dixit autem ei Iesus, ᵛCur me dicis bonum? nemo bonus nisi vnus, *nempe* Deus.

19 *Dixit autem ei Iesus, Quid me dicis bonũ? nemo bonus nisi solus Deus.*

Τὰς ἐντολὰς οἶδας, Μὴ μοιχεύσῃς, Μὴ φονεύσῃς, Μὴ κλέψῃς, Μὴ ψευδομαρτυρήσῃς. Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου.

20 Mandata nosti, ‖Ne mœchare, Ne occidito, Ne furare, Ne falsum testimoniũ dicito. Honora patrẽ tuũ & matrẽ tuam.

20 *Mandata nosti, Non mœchaberis, Non occides, Non furtum facies, Nõ falsum testimonium dices. Honora patrem tuum & matrem.* Exodi 20.c.13

Ὁ δὲ εἶπε, Ταῦτα πάντα ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μου.

21 Ille autem dixit, Hæc omnia obseruaui à iuuentute mea.

21 *Qui ait, Hæc omnia custodiui à iuuẽtute mea.*

Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, Ἔτι ἕν σοι λείπει· πάντα ὅσα ἔχεις πώλησον, καὶ διάδος πτωχοῖς, καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ· καὶ δεῦρο, ἀκολούθει μοι.

22 Iesus verò his auditis dixit ei, Adhuc vnum tibi deest: quæcũque habes, vende, & distribue pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: & veni, sequere me.

22 *Quo audito Iesus ait ei, Adhuc unũ tibi deest: omnia quæcunque habes, uende, & da pauperibus, & habebis thesaurũ in cælo & ueni, sequere me.*

Ὁ δὲ ἀκούσας ταῦτα, περίλυπος ἐγένετο· ἦν γὰρ πλούσιος σφόδρα.

23 At ille his auditis, valde tristis factus est: nam diues erat valde.

23 *His ille auditis contristatus est: quia diues erat ualde.*

Ἰδὼν δὲ αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς περίλυπον γενόμενον, εἶπε, Πῶς δυσκόλως οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες εἰσελεύσονται εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

24 Quum autem vidisset Iesus eum valde tristem factum, dixit, Quàm difficilè qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt.

24 *Videns autem Iesus illum tristem factum, dixit, Quàm difficilè qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt?*

Εὐκοπώτερον γάρ ἐστι κάμηλον διὰ τρυμαλιᾶς ῥαφίδος εἰσελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν.

25 Facilius est enim camelum per foramẽ acus introire quàm diuitem introire in regnum Dei.

25 *Facilius est enim camelum per foramen acus transire quàm diuitem intrare in regnum Dei.*

Εἶπον δὲ οἱ ἀκούσαντες, Καὶ τίς δύναται σωθῆναι;

26 Qui verò hoc audierant, dixerunt, Et quis potest saluus fieri?

26 *Et dixerunt qui audiebant, Et quis potest saluus fieri?*

15 Obiurgarunt illos, ἐπετίμησαν αὐτοῖς: id est eos à quibus adferebantur τὰ βρέφη, vt explicatur Marci 10.b.13, teneri nimirum & adhuc ab vberibus pendẽtes pueruli. Est enim aduersus hostes pædobaptismi seruanda propria significatio verbi προσφέρειν & nominis βρέφος, vt liquet ex eo quòd Dominus dicitur eos ἀναγκαλίσασθαι, id est in vlnas seu gremium recepisse, Marci 10.b.16: deinde ex iis quæ scribuntur infrà versu 17, & explicantur 1. Pet. 2. a. 2. quanuis alioqui βρέφος nomen sit generalius.

16 Quum puerulos aduocasset, προσκαλεσάμενος αὐτά. Fateor relatiuũ αὐτὰ ad puerulos referri (quod vt melius intelligeretur, expressi ipsum antecedens) sed ex eo non conficitur, Dominum cõpellasse ipsos puerulos, ac proinde eos iam fuisse natu grandiores. Imò ex vulgata loquendi consuetudine dicitur puerulum ad se vocare qui nutricem accersit quæ infantem ipsum adferat. Itaque sic est hoc accipiẽdum vt sciamus eos à quibus adferebantur pueruli, quos discipuli abigebant, iussos fuisse à Domino propius accedere, vnà cum infantibus quos gestabant.

18 Ex primoribus, ἄρχων. Vide suprà, 14. v. 1.

19 Cur me dicis bonum? &c. τί με λέγεις ἀγαθόν? &c. Marcionem, qui vnius Lucæ Euangelium admitdd. iiii.

tebat,ſed plurimis locis diminutum & corruptum;teſtatur Epiphanius hunc locum ſic deprauaſſe,μή με λέγε ἀγαθόν· οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεὸς ὁ πατήρ: id eſt, Ne me dicas bonum:vnus bonus eſt,nempe Deus Pater. Deinde in proximo verſiculo pro εἵδας noſti,ſubſtituerat εἶδε, nouit.

Ο δὲ εἶπε, Τὰ ἀδύνατα παρὰ ἀνθρώποις, δυνατά ἐστι παρὰ τῷ Θεῷ.

27 Ipſe autem dixit,Quæ impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia ſunt apud Deum.

27 *Ait illis, Quæ impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia ſunt apud Deū.*

Matth.19.d.27 marci 10.c.28

Εἶπε δὲ ὁ Πέτρος, Ἰδοὺ, ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι.

28 ‖Dixit autē Petrus,Ecce, nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te.

28 *Ait autem Petrus, Ecce nos dimiſimus omnia, & ſequuti ſumus te.*

Ο δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐδείς ἐστιν ὃς ἀφῆκεν οἰκίαν, ἢ γονεῖς, ἢ ἀδελφοὺς, ἢ γυναῖκα, ἢ τέκνα, ἕνεκεν τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ,

29 Ipſe verò dixit eis, Amen dico vobis,nemo eſt qui reliquerit domum,aut parẽtes,aut fratres,aut vxorem,aut liberos,regni Dei cauſa,

29 *Qui dixit eis, Amen dico vobis,nemo eſt qui reliquerit domum,aut parentes,aut fratres,aut vxorem,aut filios,propter regnum Dei,*

Ος οὐ μὴ ἀπολάβῃ πολλαπλασίονα ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ, καὶ ἐν τῷ αἰῶνι τῷ ἐρχομένῳ ζωὴν αἰώνιον.

30 Qui non recepturus ſit multiplicia hoc tempore,& in ſeculo venturo vitam æternam.

30 *Et nō recipiat multo plura in hoc tempore, & in ſeculo uenturo uitam æternam.*

Marth.20.b.17 marci 10.c.32

Παραλαβὼν δὲ τοὺς δώδεκα, εἶπεν αὐτοῖς, Ἰδοὺ, ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ τελεσθήσεται πάντα τὰ γεγραμμένα διὰ τῶν προφητῶν, τῷ υἱῷ τοῦ ἀνθρώπου.

31 ‖Ieſus autem aſſumptis illis duodecim, dixit eis,Ecce, aſcēdimus Hieroſolymam, & perficientur Filio hominis omnia quæ ſcripta ſunt per Prophetas.

31 *Aſſumpſit autem Ieſus duodecim,& ait illis,Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & conſummabuntur omnia quæ ſcripta ſunt per Prophetas de Filio hominis.*

Παραδοθήσεται γὰρ τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐμπαιχθήσεται, καὶ ὑβρισθήσεται, καὶ ἐμπτυσθήσεται.

31 Tradetur enim Gentibus, & illudetur,& contumeliis afficietur,& conſpuetur.

31 *Tradetur enim Gentibus,& illudetur, & flagellabitur, & conſpuetur.*

Καὶ μαστιγώσαντες ἀποκτενοῦσιν αὐτόν· καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ ἀναστήσεται.

33 Et poſtquam eum flagellauerint, trucidabũt:ſed die tertia reſurget.

33 *Et poſtquam flagellauerint, occident eum:& tertia die reſurget.*

Καὶ αὐτοὶ οὐδὲν τούτων συνῆκαν· καὶ ἦν τὸ ῥῆμα τοῦτο κεκρυμμένον ἀπ' αὐτῶν, καὶ οὐκ ἐγίνωσκον τὰ λεγόμενα.

34 Ipſi verò nihil horum intellexerunt: erántque iſta verba ipſis occulta, nec cognouerunt quæ dicebantur.

34 *Et ipſi nihil horum intellexerunt:& erat uerbum iſtud abſconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur.*

Marth.20.d.29 marci 10.d.46

Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ἐγγίζειν αὐτὸν εἰς Ἱερειχὼ, τυφλός τις ἐκάθητο παρὰ τὴν ὁδὸν προσαιτῶν.

35 ‖Factum eſt autem dum ipſe appropinquaret Iericho, cæcus quidam ſedebat iuxta viam, mendicans.

35 *Factum eſt autem quum appropinquaret Iericho, cæcus quidã ſedebat ſecus uiam, mendicans.*

Ακούσας δὲ ὄχλου διαπορευομένου, ἐπυνθάνετο τί εἴη τοῦτο.

36 Quum igitur is audiſſet turbã prætereuntem, percontabatur quid hoc eſſet.

36 *Et quum audiret turbã prætereuntem,interrogabat quid hoc eſſet.*

Απήγγειλαν δὲ αὐτῷ, Ὅτι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος παρέρχεται.

37 Nuntiauerũt autem ei Ieſum Nazarenum tranſire.

37 *Dixerũt autem ei quòd Ieſus Nazarenus tranſiret.*

Καὶ ἐβόησε, λέγων, Ἰησοῦ υἱὲ Δαβὶδ, ἐλέησόν με.

38 Tunc clamauit dicens, Ieſu Fili Dauid miſerere mihi.

38 *Et clamauit dicens, Ieſu fili Dauid miſerere mei.*

Καὶ οἱ προάγοντες ἐπετίμων αὐτῷ ἵνα σιωπήσῃ· αὐτὸς δὲ πολλῷ μᾶλλον ἔκραζε, Υἱὲ Δαβὶδ, ἐλέησόν με.

39 Et qui præibant, obiurgabãt eum vt ſileret:ipſe verò multo magis clamabat,FiliDauid miſerere mei.

39 *Et qui præibant,increpabant eum ut taceret:ipſe uerò multo magis clamabat,Fili Dauid miſerere mei.*

31 Filio hominis,τῷ υἱῷ τοῦ ἀνθρώπου. Vetus interpres habet,De Filio hominis.Putauit enim deeſſe præpoſitionem,& τῷ υἱῷ conſtrui oportere cum participio γεγραμμένα,quum potius pertineant ad verbum τελεσθήσεται. Eſt enim in Græco contextu tranſlectio Lucæ familiaris,quam in Latina interpretatione mutauimus.

32 Contumeliis afficietur,ὑβρισθήσεται. Vulg. Flagellabitur,id eſt μαστιγωθήσεται. Dicitur autem ὕβρις omnis maior improbitas ac flagitium per impotentiam perpetratum.Itaque non tantùm ad id pertinet quòd flagellatus eſt Dominus,ſed etiam quòd colaphis & bacillis cæſus eſt:imò verò ſeorſum ſit mentio flagellationis in proximo verſiculo.

34 Ipſis,αὐτῷ. Heb. מהם ab ipſis:id eſt,ita vt quaſi ab ipſorum conſpectu eſſent remota:quod poſtea ad animum tranſfertur.Expunximus autem præpoſitionem,vt vitaremus amphiboliam.

Σταθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀχθῆναι πρὸς αὐτόν· ἐγγίσαντος δὲ αὐτοῦ ἐπηρώτησεν αὐτὸν,

40 Iesus autem quum substitisset,iussit eũ adduci ad se: & quũ is appropinquasset, interrogauit eum,

Λέγων, Τί σοι θέλεις ποιήσω; Ὁ δὲ εἶπε, Κύριε, ἵνα ἀναβλέψω.

41 Dicens,Quid tibi vis faciam? Ille verò dixit,Domine, vt visũ recipiam.

Καὶ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, Ἀνάβλεψον· ἡ πίστις σου σέσωκέ σε.

42 Et Iesus dixit ei, Recipito visum:fides tua te seruauit.

Καὶ παραχρῆμα ἀνέβλεψε, καὶ ἠκολούθει αὐτῷ δοξάζων τὸν Θεόν· καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἰδὼν, ἔδωκεν αἶνον τῷ Θεῷ.

43 Illico igitur visum recepit,ac sequebatur eum, glorificans Deum:& totus populus quum hoc vidisset,tribuit laudem Deo.

Κεφάλαιον ιθ'

CAP. XIX.

Καὶ εἰσελθὼν διήρχετο τὴν Ἰεριχώ.

1 Ἰesus autem ingressus Iericho, transibat:

Καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ὀνόματι καλούμενος Ζακχαῖος· καὶ αὐτὸς ἦν ἀρχιτελώνης, καὶ αὐτὸς ἦν πλούσιος·

2 Et ecce,quidam qui nomine vocabatur Zacchæus, magister publicanorum, & diues:

καὶ ἐζήτει ἰδεῖν τὸν Ἰησοῦν τίς ἐστι· καὶ οὐκ ἠδύνατο ἀπὸ τοῦ ὄχλου, ὅτι τῇ ἡλικίᾳ μικρὸς ἦν.

3 Studebátque videre quis esset Iesus: nec poterat præ turba, quòd statura paruus esset:

καὶ προδραμὼν ἔμπροσθεν, ἀνέβη ἐπὶ συκομωραίαν, ἵνα ἴδῃ αὐτόν· ὅτι δι' ἐκείνης ἤμελλε διέρχεσθαι.

4 Præcurrens ascendit in sycomorum,vt eum videret: quoniam futurum erat vt illac transiret.

Καὶ ὡς ἦλθεν ἐπὶ τὸν τόπον, ἀναβλέψας ὁ Ἰησοῦς εἶδεν αὐτὸν, καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν, Ζακχαῖε, σπεύσας κατάβηθι· σήμερον γὰρ ἐν τῷ οἴκῳ σου δεῖ με μεῖναι.

5 Vt autem venit ad eum locũ, suspiciens Iesus eum vidit, & dixit ei,Zacchæe,festinans descẽde.hodie enim domi tuæ oportet me manere.

Καὶ σπεύσας κατέβη, καὶ ὑπεδέξατο αὐτὸν χαίρων.

6 Tum is festinans descendit, & excepit eum gaudens.

Καὶ ἰδόντες ἅπαντες διεγόγγυζον, λέγοντες, Ὅτι παρὰ ἁμαρτωλῷ ἀνδρὶ εἰσῆλθε καταλῦσαι.

7 Et omnes quum hoc vidissẽt murmurabant, dicentes eũ ingressum esse ad hominem peccatorem vt ibi diuersaretur.

Σταθεὶς δὲ Ζακχαῖος εἶπε πρὸς τὸν Κύριον, Ἰδοὺ τὰ ἡμίσιά μου τῶν ὑπαρχόντων μου, Κύριε, δίδωμι τοῖς πτωχοῖς· καὶ εἴ τινός τι ἐσυκοφάντησα, ἀποδίδωμι τετραπλοῦν.

8 Adstans autem Zacchæus dixit Domino,Ecce, dimidiũ bonorum meorum,Domine, do pauperibus: & siquid cuipiã per calũniã eripui,reddo quadruplũ.

40 *Stans autem Iesus iussit illum adduci ad se. Et quum appropinquasset, interrogauit illum,*

41 *Dicens,Quid tibi vis faciam? At ille dixit,Domine,vt videam.*

42 *Et Iesus dixit illi, Respice: fides tua te saluum fecit.*

43 *Et confestim vidit, & sequebatur illum magnificãs Deũ: & omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.*

CAP. XIX.

1 *Et ingressus perambulabat Iericho:*

2 *Et ecce vir nomine Zacheus, & hic princeps erat Publicanorum, & ipse diues:*

3 *Et quærebat videre Iesum quis esset: & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat:*

4 *Et præcurrens ascendit in arborẽ syconorum, vt videret eum: quia inde erat transiturus.*

5 *Et quum venisset ad locum,suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad eum, Zacchæe,festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere.*

6 *Et festinans descendit: & excepit illum gaudens.*

7 *Et quum viderẽt omnes murmurabant, dicentes quòd ad hominem peccatorem diuertisset.*

8 *Stans autem Zacheus dixit ad Dominum,Ecce, dimidium meorum bonorum do pauperibus: & si quid aliquem defraudaui,reddo quadruplum.*

IN CAPVT XIX.

1 Ἰesus autem ingressus, καὶ εἰσελθών. Suppleuimus Iesu nomen,vt magis perspicua esset oratio.

2 Magister publicanorum,ἀρχιτελώνης. Intellige magistrum fuisse eius societatis quæ ibi coierat. Erant enim publicani necessariò in societates distributi,quæ suos habebant magistros,vt ex infinitis penè locis orationum Ciceronis apparet. Vulgata & Erasmus,Principem publicanorum,impropriè interpretantur.

4 Præcurrens,προδραμὼν. In Complutensi editione & manuscripto quodam codice legimus, προελθὼν ἔμπροσθεν, & quum antè accurrisset: quã lectionem magis amplector.nam alioquin abundabit aduerbium ἔμπροσθεν. Sycomorum,συκομωραίαν. De hoc arboris genere diximus nonnulla capite 17.& multa commemorat in hunc locum Erasmus,quæ ex eo petere licebit. Sed hoc placuit annotare,in hoc nomine scribendo miram esse vetustorum codicum varietatem. Nam præter συκομωραίαν,legimus etiam συκομορέαν, & συκομορέαν & συκομοράαν. Illac, δι' ἐκείνης. Sic rectè Erasmus . nam subauditur ὁδοῦ: quæ eclipsis in Græcis scriptoribus frequenter occurrit.Nisi malis repetere συκομωραίαν.Vulgata,Inde,id est ἐκεῖθεν, quod non videtur posse conuenire.

8 Siquid cuipiam per calumniam eripui,εἴ τινός τι ἐσυκοφάντησα. Sic placuit explicare Græcum vocabulum συκοφαντῶ: cuius propria significatio videtur optimè conuenire personæ magistri publicanorum. Istis

enim fere mos eſt, ſuis latrocinijs prætexere reipublicæ commoda, & hoc obtentu ita impudenter prædari, vt ſiquis ſeſe illorum rapacitati opponat, iniuriam ſibi ac reipublicæ fieri clamitent. Vulgata & Eraſmus. Siquid aliquem defraudauiſque interpretatio mihi videtur nimiũ eſſe generalis, neque ſatis expreſſè declarare illorum hominum ſummam in latrocinando impudentiam.

Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, Ὅτι σήμερον σωτηρία τῷ οἴκῳ τούτῳ ἐγένετο, καθότι καὶ αὐτὸς υἱὸς Ἀβραάμ ἐστιν.

9 Dixit autem ei Ieſus, Hodie ſalus domui huic contigit, eo quòd ipſe quoque eſt filius Abraham.

9 Ait Ieſus ad eum, Quia hodie ſalus domui huic factũ eſt eo quòd & ipſe filius ſit Abrahæ.

Ἦλθε γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ζητῆσαι καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλός.

Matth. 18.b.11

10 Venit enim Filius hominis vt quæ rat & ſeruet quod perierat.

10 Venit enim Filius hominis quærere & ſalũ facere quod perierat.

Ἀκουόντων δὲ αὐτῶν ταῦτα, προσθεὶς εἶπε παραβολήν, διὰ τὸ ἐγγὺς εἶναι Ἰερουσαλὴμ αὐτὸν, καὶ δοκεῖν αὐτοὺς ὅτι παραχρῆμα μέλλει ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἀναφαίνεσθαι.

11 Hæc autem ipſis audiẽtibus, pergens, dixit parabolam, eo quòd eſſet prope Hieruſalem, & quòd putarent fore vt illico regnum Dei appareret.

11 Hæc illis audiẽtibus, adiiciens dixit parabolã, eo quòd eſſet prope Ieruſalem, & quia exiſtimarent quòd confeſtim regnũ Dei manifeſtaretur.

Εἶπεν οὖν, Ἄνθρωπός τις εὐγενὴς ἐπορεύθη εἰς χώραν μακρὰν, λαβεῖν ἑαυτῷ βασιλείαν, καὶ ὑποστρέψαι.

Matth. 25.a.14

11 Dixit ergo, Homo quidam nobilis profectus eſt in regionẽ lõginquam, vt acciperet ſibi regnum, ac reuerteretur.

11 Dixit ergo, Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam accipere ſibi regnum, & reuerti.

Καλέσας δὲ δέκα δούλους ἑαυτοῦ, ἔδωκεν αὐτοῖς δέκα μνᾶς, καὶ εἶπε πρὸς αὐτοὺς, Πραγματεύσασθε ἕως ἔρχομαι.

13 Vocatis autem decem ſeruis ſuis, dedit eis decem minas, & dixit eis, Negotiamini donec veniam.

13 Vocatis autem decem ſeruis ſuis, dedit eis decem minas, & ait ad illos, Negotiamini dum venio.

Οἱ δὲ πολῖται αὐτοῦ ἐμίσουν αὐτὸν, καὶ ἀπέστειλαν πρεσβείαν ὀπίσω αὐτοῦ, λέγοντες, Οὐ θέλομεν τοῦτον βασιλεῦσαι ἐφ' ἡμᾶς.

14 Ciues autem eius oderant eum, miſerúntque legationem poſt eum, dicentes, Nolumus hunc regnare in nos.

14 Ciues autem eius oderant eum, & miſerunt legationem poſt illum, dicentes, Nolumus hunc regnare ſuper nos.

Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἐπανελθεῖν αὐτὸν λαβόντα τὴν βασιλείαν, καὶ εἶπε φωνηθῆναι

15 Et factum eſt quũ rediſſet, accepto regno, tum iuſſit vocari

15 Et factum eſt vt rediret accepto regno, & iuſſit vocari

9 Eo quòd, καθότι. Vel Quatenus pro Quandoquidem, vt apud Quintilianum lib. 4. Sed quatenus, inquit, ſorte quæ deuenimus ad difficilius narrationum genus, iam de iis loquamur. Itaque καθότι hoc loco cauſalis eſt particula, ponitúrque pro διότι: ſicut Rom. 8.a.3, ἐφ' ᾧ idem declarat atque διό, vt ſuo loco dicemus.

Ipſe quoque es filius Abrahã, καὶ αὐτὸς υἱὸς Ἀβραάμ ἐστιν. Filium eſſe Abrahæ, nihil aliud declarat quàm gratis electum eſſe, Rom. 9.b.8. & veſtigijs fidei Abrahæ inſiſtere, Rom. 4.b.12. & opera Abrahæ facere, Ioh. 8.c.39. ex quibus demum rectè colligitur certa futuræ ſalutis expectatio, Rom. 8.f.19. Quòd autem ex antecedente particulari Dominus nectit vniuerſalem concluſionem, id eſt, quòd ex Zacchæi fide colligit totius familiæ ſalutem, æſtimandum eſt ex ratione fœderis quod cum ipſo Abrahamo ita ſancitum eſt vt eius etiam familiam comprehenderet: id enim ex fœderis teſſera liquet, quæcum tota Abrahami familia fuit communicata: ita tamen vt Domino interim maneat libera eligendi vel reprobandi facultas. Itaque frigida eſt ratio quam Eraſmus adfert, domum vocari filiam Abrahæ, quòd talis eſſe ſolet familia qualis eſt paterfamiliãs. Et abſurdum quoque puto quod exiſtimant nonnulli, appellatione Domus ſignificari Zacchæum. Quòd autem Eraſmus hunc locum ſic interpretatur, Eo quòd & ipſa filia ſit Abrahæ, ea demum ratione nititur quòd proconfeſſo aſſumpſerit pronomen αὐτὸς referri ad υἱὸν, quod vocabulum apud Græcos maſculinum eſt, quum Latinis domus fœmineo genere dicatur: quamobrem etiam pro υἱὸς, id eſt filius, conuertit filia, id eſt θυγάτηρ. Eadẽ quoque ratio perſuaſit Theophylacto & aliis (opinor) vt per domum intelligerẽt Zacchæum ipſum, quia durè de familia dicatur, ipſam eſſe filium Abrahæ. Verùm quod ad Eraſmum attinet, licet confitear hoc loco domum accipi pro familia, tamen eius interpretationem non recipio, quia υἱὸς non poteſt filiam ſignificare: quamuis filiorum appellatione obſeruent Iuriſc. etiam filias comprehendi: neque (vt arbitror) vſquam hoc dicendi genus vſurpatur. Deinde cur non potius Lucas vteretur vocabulo οἰκίας & θυγατρός? Puto igitur αὐτὸς non referri ad υἱὸν, ſed pro σὺ poſitum eſſe, ſicut etiam cõuertimus, perinde nimirum acſi ſcriptum eſſet καθότι καὶ σὺ υἱὸς Ἀβραάμ εἶ. Excuſatur autem hæc enallage duplici ratione. Sic enim alloquitur Dominus Zacchæum vt rationem habeat circunſtantium. Itaque quum initio Zacchæum ipſum alloqueretur, poſtea ad illos ſe conuertit: quam perſonæ mutationem conati ſumus emollire, quòd non ita frequenter ſoleat à Græcis aut Latinis vſurpari, niſi quum à recta oratione ad obliquam tranſitur, aut contrà. Sic tamen videtur Iſocrates in Nicoclis perſona loquutus, his verbis, ἵν' ὑπόλοιπον ἦν τοῖς πολίταις τὸν βασιλέα, ὃς οὐ μόνον ἄλλα καὶ δι' ἡμᾶς πρᾳότερος, ἀλλὰ καὶ δι' ἑαυτὸν, ἀπὸ τοιούτων ἐπὶ τοιούτους ἦλθε τρόπους, ubi fit tranſitus in eadem orationis ſpecie à tertia perſona ad primam, contrà quàm hoc loco à prima ad tertiam. Deinde nequis de hac enallage amplius dubitet, ſimile prorſus exemplum reperitur Pſal. 11. f. 16, vbi ponitur יראו pro יראוך. Et Eſaiæ 6. b. 10, vſurpatur ורפא לו pro ורפאתי, & 48. v. 14, & Abd. v. 7.

11 Pergens, προσθείς. Vulgata & Eraſmus ad verbum, Adiiciens. Sed apparet hoc dicendi genus eſſe ab Hebræis petitum, qui ſic vſurpare ſolent verbum יסף quod reſpondet τῷ προσθεῖναι. Sed apud vnum Lucã reperio hunc Hebraiſmum, & quidem tribus præterea locis vſurpatum, nempe infrà, 20. b. 11 & 12, & Act. 12. a. 3. alibi, in Nouo quidem teſtamento, nuſquam.

αὐτῷ τοὺς δούλους τούτους οἷς ἔδωκα τὸ ἀργύριον· ἵνα γνῷ τίς τί διεπραγματεύσατο.

seruos illos ad se quibus dederat pecuniam: vt cognosceret quis quid negotiatus esset.

seruos quibus dedit pecuniam: ut sciret quantum quisque negotiatus esset.

Παρεγένετο δὲ ὁ πρῶτος, λέγων, Κύριε, ἡ μνᾶ σου προσηργάσατο δέκα μνᾶς.

16 Adfuit autem primus, dicés, Domine, mina tua decem minas lucrifecit.

16 Venit autem primus, dicens, Domine, mina tua decem minas acquisiuit.

Καὶ εἶπεν αὐτῷ, Εὖ ἀγαθὲ δοῦλε· ὅτι ἐν ἐλαχίστῳ πιστὸς ἐγένου, ἴσθι ἐξουσίαν ἔχων ἐπάνω δέκα πόλεων.

17 Ille autem ait ei, Bene habet serue bone: quia in minimo fuisti fidelis, habeto potestatem super decem vrbes.

17 Et ait illi, Euge bone serue: quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem ciuitates.

Καὶ ἦλθεν ὁ δεύτερος, λέγων, Κύριε, ἡ μνᾶ σου ἐποίησε πέντε μνᾶς.

18 Et alter venit, dicens, Domine, mina tua confecit quinque minas.

18 Et alter uenit, dicés, Domine, mina tua fecit quinque minas.

Εἶπε δὲ καὶ τούτῳ, Καὶ σὺ γίνου ἐπάνω πέντε πόλεων.

19 Ille verò & isti dixit, Tu quoque præsto quinque vrbibus.

19 Et huic ait, Et tu esto super quinque ciuitates.

Καὶ ἕτερος ἦλθε, λέγων, Κύριε, ἰδοὺ ἡ μνᾶ σου ἣν εἶχον ἀπεκειμένην ἐν σουδαρίῳ.

20 Et alius venit, dicens, Domine, ecce mina tua quam habui sepositam in sudario:

20 Et alter uenit, dicens, Domine, ecce mina tua quam habui repositã in sudario.

Ἐφοβούμην γάρ σε, ὅτι ἄνθρωπος αὐστηρός εἶ· αἴρεις ὃ οὐκ ἔθηκας, καὶ θερίζεις ὃ οὐκ ἔσπειρας.

21 Timui enim te, quòd homo sis austerus: aufers quod nõ deposuisti, & metis quod non seminasti.

21 Timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti.

Λέγει δὲ αὐτῷ, Ἐκ τοῦ στόματός σου κρινῶ σε, πονηρὲ δοῦλε· ἤδεις ὅτι ἐγὼ ἄνθρωπος αὐστηρός εἰμι, αἴρων ὃ οὐκ ἔθηκα, καὶ θερίζων ὃ οὐκ ἔσπειρα·

22 Tum ille dixit ei, Ex ore tuo te iudicabo, serue male: sciebas me hominẽ austerum esse, qui auferam quod non deposui, & metam quod non seminaui:

22 Dicit ei, De ore tuo te iudico serue nequam: sciebas quòd ego homo austerus sum, tollens quod nõ posui, & metẽs quod nõ seminaui:

Καὶ διατί οὐκ ἔδωκάς τὸ ἀργύριόν μου ἐπὶ τράπεζαν, καὶ ἐγὼ ἐλθὼν σὺν τόκῳ ἂν ἔπραξα αὐτό;

23 Quare igitur non dedisti pecuniam meam apud mensam, & ego veniens, cum vsuris eam exegissem?

23 Et quare non dedisti pecuniam meam ad mẽsam, & ego veniens, cũ usuris utique exegissem illam.

Καὶ τοῖς παρεστῶσιν εἶπεν, Ἄρατε ἀπ' αὐτοῦ τὴν μνᾶν, καὶ δότε τῷ τὰς δέκα μνᾶς ἔχοντι.

24 Et astantibus dixit, Tollite ab eo minam, & date ei qui decem minas habet.

24 Et astantibus dixit, Auferte ab illo mnã, & date illi q decem mnas habet.

Καὶ εἶπον αὐτῷ, Κύριε, ἔχει δέκα μνᾶς.

25 Illi verò dixerunt ei, Domine, habet decem minas.

25 Et dixerunt ei, Domine, habet decem mnas.

Λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι παντὶ τῷ ἔχοντι δοθήσεται· ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ ἔχοντος, καὶ ὃ ἔχει, ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ.

26 At ille, Nam, inquit, dico vobis, Omni habẽti dabitur: ei autem qui non habet, etiã quod habet adimetur.

26 Dico autem uobis, quia omni habenti dabitur: ab eo autem qui non habet, & quod habet auferetur ab eo.

supra, 8. c. 18 marth. 13. b. 12 & 15. c. 29 mar. 4. c. 25

Πλὴν τοὺς ἐχθρούς μου ἐκείνους, τοὺς μὴ θελήσαντάς με βασιλεῦσαι ἐπ' αὐτούς, ἀγάγετε ὧδε· καὶ κατασφάξατε μπροσθέν μου.

27 Quinetiam meos illos inimicos qui noluerũt me regnare supra se, adducite huc, & iugulate coram me.

27 Verumtamen inimicos meos illos qui noluerũt me regnare super se, adducite huc: & interficite ante me.

Καὶ εἰπὼν ταῦτα, ἐπορεύετο ἔμπροσθεν, ἀναβαίνων εἰς Ἱεροσόλυμα.

28 Et his dictis, antegrediebatur ascendens Hierosolymam.

28 Et hũ dictis, præcedebat ascendẽs Ierosolymam.

16 Lucrifecit, προσηργάσατο. Ad verbum, Adoperata est. Nos vocabulũ quæsiuimus illi Græco proximum. Nam Græcis elegãter dicitur pecunia ἐργαζομένη vel ἐργάσιμος, quæ fœnori data est: & contrà ἀργός, id est otiosa, quæ domi asseruatur. Vulgata & Erasmus, Acquisiuit, προσεκτήσατο.

23 Apud mensam, ἐπὶ τὴν τράπεζαν: id est πρὸς τραπεζίτας, apud mensarios, vt legitur in Complutensi editione.

26 At ille, Nam, inquit, dico vobis, λέγω γὰρ ὑμῖν. Necessariò fuit adiiciendum aliquid vt cohæreret hic versiculus cum superiore. Sic autẽm vsurpaui particulam Nam vt apud Virgilium positam inuenio, Æn. 8, Nã quis te iuuenum confidentissime nostras Iussit adire domos? Quum nihil præcesserit expressum cuius ratio adferatur: sed subaudiendum sit aliquid ad id de quo agitur accommodatum. Non dissimilis autem eclipsis exemplum inuenies 1. Reg. 10. v. 15, & Ioh. 1. v. 22.

27 Quinetiam, πλήν. Vide Matth. 11. c. 22.

28 Antegrediebatur, ἐπορεύετο ἔμπροσθεν. Sic quoque Vetus interpres hoc accipit vt sit periphrasis

verbi προσγωδω. quam expoſitionem maximè amplector. Nam hoc arguit ſingularem animi magnitudinem in Chriſto, ita alacriter ad mortem pergente, (quanuis iam cum terrore mortis & iudicio Dei luctaretur) vt etiam timentibus diſcipulis præiret, ſicut diſertè refertur Marci 4. e. 31. Eraſmus, Ibat pergēs. Nam Græcis interdum εἰς πῆμα προγωδω προϊέναι accipitur αὐτὸ τὸ προπίπτειν: id eſt promouere & pergere. Sed illa interpretatio mihi quidem plenior & vberior videtur.

Matth.21.a.1 mar.11.a.1

Καὶ ἐγγίζοντος αὐτοῦ εἰς Βηθφαγὴ καὶ Βηθανίαν, πρὸς τὸ ὄρος τὸ καλούμενον ἐλαιῶν, ἀπέστειλε δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ,

29 ¶Et factum eſt quum appropinquaſſet Bethphage & Bethaniæ, ad montem qui vocatur Olearum, miſit duos ex diſcipulis ſuis,

29 Et factū eſt quū appropinquaſſet ad Bethphagē & Bethaniam, ad montem qui vocatur Oliueti, miſit duos diſcipulos ſuos,

Εἰπὼν, Ὑπάγετε εἰς τὴν κατέναντι κώμην· ἐν ᾗ εἰσπορευόμενοι εὑρήσετε πῶλον δεδεμένον, ἐφ' ὃν οὐδεὶς πώποτε ἀνθρώπων ἐκάθισε· λύσαντες αὐτὸν ἀγάγετε.

30 Dicens, Abite in vicum qui eſt ex aduerſo: in quem introeuntes, inuenietis pullum alligatum, cui nemo vnquam hominum inſedit: ſolutum eum adducite.

30 Dicens, Ite in caſtellum quod contrà eſt: in quod introeuntes, inuenietis pullum aſinæ alligatum, cui nemo vnquam hominum ſedit: ſoluite illum & adducite.

Καὶ ἐάν τις ὑμᾶς ἐρωτᾷ, Διὰ τί λύετε; οὕτως ἐρεῖτε αὐτῷ, Ὅτι ὁ Κύριος αὐτοῦ χρείαν ἔχει.

31 Et ſiquis vos interrogauerit, Quare ſoluitis? Sic dicetis ei, Quoniã eo opus eſt Domino.

31 Et ſiquis uos interrogauerit, Quare ſoluitis? Sic dicatis ei, Quia Dominꝰ operã ei deſiderat.

Ἀπελθόντες δὲ οἱ ἀπεσταλμένοι, εὗρον καθὼς εἶπεν αὐτοῖς.

32 Profecti autem qui miſſi erãt, inuenerunt prout eis dixerat.

32 Abierunt autem qui miſſi erant: & inuenerunt ſicut dixit illis, ſtantem pullum.

Λυόντων δὲ αὐτοῦ τὸν πῶλον, εἶπον οἱ κύριοι αὐτοῦ πρὸς αὐτούς, Τί λύετε τὸν πῶλον;

33 Soluentibus autem ipſis pullum, dixerunt eis domini eius, Quare ſoluitis pullum?

33 Soluẽtibꝰ autẽ illis pullũ, dixerunt domini eius ad illos, Quid ſoluitis pullũ?

Οἱ δὲ εἶπον, Ὁ Κύριος αὐτοῦ χρείαν ἔχει.

34 Ipſi verò dixerunt, Quoniã eo opus eſt Domino.

34 At illi dixerũt, Quia Dominus eum neceſſariũ habet.

Matth.21.a.7 ioh.12.b.14

Καὶ ἤγαγον αὐτὸν πρὸς τὸν Ἰησοῦν. Καὶ ἐπιῤῥίψαντες ἑαυτῶν τὰ ἱμάτια ἐπὶ τὸν πῶλον, ἐπεβίβασαν τὸν Ἰησοῦν.

35 ¶Duxerunt igitur eum ad Ieſũ. Et palliis ſuis pullo iniectis, impoſuerunt Ieſum.

35 Et duxerunt illum ad Ieſum. Et iactantes veſtimenta ſua ſupra pullum, impoſuerunt Ieſum.

Πορευομένου δὲ αὐτοῦ, ὑπεστρώννυον τὰ ἱμάτια αὐτῶν ἐν τῇ ὁδῷ.

36 Eunte autem ipſo, ſubſterne bant pallia ſua in via.

36 Eunte autem illo, ſubſternebant veſtimẽta ſua in uia.

Ἐγγίζοντος δὲ αὐτοῦ ἤδη πρὸς τῇ καταβάσει τοῦ ὄρους τῶν ἐλαιῶν, ἤρξαντο ἅπαν τὸ πλῆθος τῶν μαθητῶν χαίροντες αἰνεῖν τὸν Θεὸν φωνῇ μεγάλῃ περὶ πασῶν ὧν εἶδον δυνάμεων,

37 Et quum iã appropinquaret ad deſcenſum montis Olearũ, cœpit omnis multitudo diſcipulorum gaudentium laudare Deum voce magna de omnibus quas viderant virtutibus,

37 Et quum appropinquaret iam ad deſcenſum montis Oliueti, cœperunt omnes turbæ diſcentium gaudenter laudare Deum uoce magna, ſuper omnibus quas uiderant uirtutibus,

Λέγοντες, Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος βασιλεὺς ἐν ὀνόματι Κυρίου· εἰρήνη ἐν οὐρανῷ, καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις.

38 Dicentes, Benedictus Rex ille qui venit in nomine Domini: pax in cælo, & gloria in locis altiſſimis.

38 Dicentes, Benedictus qui uenit Rex in nomine Domini: pax in cælo, & gloria in excelſis.

Καί τινες τῶν Φαρισαίων ἀπὸ τοῦ ὄχλου εἶπον πρὸς αὐτὸν, Διδάσκαλε, ἐπιτίμησον τοῖς μαθηταῖς σου.

39 Tum quidam Phariſæorum è turba dixerũt ei, Magiſter, obiurga diſcipulos tuos.

39 Et quidam Phariſæorum de turbis dixerunt ad illum, Magiſter increpa diſcipulos tuos.

Καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Λέγω ὑμῖν ὅτι ἐὰν οὗτοι σιωπήσωσιν, οἱ λίθοι κεκράξονται.

40 Et ipſe reſpondens dixit eis, Dicovobis, ſi ſiluerint iſti, mox lapides clamaturos.

40 Quibus ipſe ait, Dico nobiſquia ſi hi tacuerint, lapides clamabunt.

Καὶ ὡς ἤγγισεν, ἰδὼν τὴν πόλιν, ἔκλαυσεν ἐπ' αὐτῇ,

41 Et vt appropinquauit, viſa vrbe, fleuit ſuper ea,

41 Et ut appropinquauit, uidens ciuitatem, flenit ſuper illam,

40 Mox clamaturos, κεκράξονται. Sic Eraſmus, vt emphaſin exprimat temporis paulo pòſt futuri. Legimus tamen in quodam codice κράξουσι, id eſt clamabunt.

Λέγων, Ὅτι εἰ ἔγνως καὶ σὺ, καί γε ἐν 42 τῇ ἡμέρᾳ σου ταύτῃ, τὰ πρὸς εἰρήνην σοι· νῦν δὲ ἐκρύβη ἀπὸ ὀφθαλμῶν σου.

42 Dicens, Nempe si vel tu nôsses vel hoc saltē tuo die, quæ ad pacem tuam pertinent. Sed ea nunc occulta sunt oculis tuis.

42 Dicens, Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Infrà, 21.a.6 mar.14.a.1 marci 13.a.2

Ὅτι ἥξουσιν ἡμέραι ἐπὶ σε, καὶ περι- 43 βαλοῦσιν οἱ ἐχθροί σου χάρακά σοι, καὶ περικυκλώσουσί σε, καὶ συνέξουσί σε πάντοθεν·

43 Nam veniet tempus aduersum te, quo circunicient tibi inimici tui vallum, & circuncingent te, & constringent vndique:

43 Quia uenient dies in te. & circundabunt te inimici tui uallo, & circũdabunt te, & angustiabunt te undique.

Καὶ ἐδαφιοῦσί σε, καὶ τὰ τέκνα σου 44 ἐν σοί· καὶ οὐκ ἀφήσουσιν ἐν σοὶ λίθον ἐπὶ λίθῳ· ἀνθ' ὧν οὐκ ἔγνως τὸν καιρὸν τῆς ἐπισκοπῆς σου.

44 Téque solo æquabunt, & filios tuos intus: neque relinquent in te lapidem super lapidem: eo quòd non noueris tempus illud visitationis tuæ.

44 Et ad terram proster-nent te, & filios tuos qui in te sunt: & non relinquent in te lapidem super lapidem: eo quòd non cognoueris tempus uisitationis tuæ.

Καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸ ἱερὸν, ἤρξατο ἐκ- 45 βάλλειν τοὺς πωλοῦντας ἐν αὐτῷ καὶ ἀγοράζοντας,

45 Et ingressus in templum, cœpit eiicere eos qui vendebant in eo & emebant,

45 Et ingressus in templũ cœpit eijcere uendentes in illo, & ementes, Mat.21.b.12 marci 11.b.15

Λέγων αὐτοῖς, Γέγραπται, Ὁ οἶκός 46 μου, οἶκος προσευχῆς ἐστιν· ὑμεῖς δὲ αὐτὸν ἐποιήσατε σπήλαιον λῃστῶν.

46 Dicens eis, Scriptum est, Domus mea, domus precationis est: vos autem reddidistis eam, speluncam latronum.

46 Dicẽs illis. Scriptum est, Quia domus mea, domus orationis est: uos autem fecistis illam spelunacam latronum, Esa.56.c.7 Ierem.7.b.11

Καὶ ἦν διδάσκων τὸ καθ' ἡμέραν ἐν 47 τῷ

47 Et docebat quotidie in

47 Et erat docẽs quotidie in

41 Nempe si nosses, εἰ καὶ σὺ ἔγνως. Doctissimus Budæus prioribus in Pãdectas annotationibus, rectè observat orationem esse defectiuam, hominis partim commiserantis instantem vrbis cladem, partim inauditam perfidiam ac contumaciam ipsi exprobrantis. Hanc igitur germanam esse huius loci sententiam non dubito. Quidam tamen interpretantur, Vtinam nosses: & fateor nonnunquàm coniunctionem εἰ sic explicari, sed ita vt vel optãdi modo vel subiunctiuo cõiungatur, aut certè sequatur ἄν particula. Vel tu, καὶ σύ. Vulgata & Erasmus, Et tu. Ego verò nonvideo quis hîc locus esse possit copulatiuæ coniunctioni. Neque enim (opinor) deplorat Dominus quòd Hierusalem quoque non accepisset Euangelium, quod aliæ vrbes accepissent: sed hoc potius deflet quòd ne ipsa quidem liberatorem agnosceret tibi quasi propriè præ cæteris vrbibus ad peculiariter destinatum: vnde futurum denuntiat vt multo acerbiores det pœnas contempti Messiæ quàm vrbes reliquæ nisi quòd videtur nõ dissimilia interminatus Chorazin & Bethsaidæ, & Capernaum, in quibus oppidis plerunque fuerat minimo cum fructu versatus. Ponitur ergo particula καὶ sicut apud Latinos Vel pro Saltem. Vel saltem, καί γε: id est, Si post tot Prophetas interfectos, & me quoque Prophetarum dominum toties repulsum, nunc saltem hac extrema profectione, aliquam tuiipsius rationẽ haberes. Ergo hîc quoque particula καὶ accipienda est vt paulo antè quod etiam liquet ex particula γε adiuncta. Vulgata, Et tu. Erasmus quoque similiter interpretatur, sed in annotationibus vehementer fallitur, nisi ego potius fallor. Putauit enim verbum ἔγνως absolutè poni, & in posteriore membro supplendum verbum, cui subiiciantur à tergo τὰ πρὸς εἰρήνην σοι: vt sit hæc sententia, Si aliqua intelligentia tu quoque prædita esses, saltem hoc tuo die curares quæ ad pacem tuam pertinent. Alii verò nonnulli, sed recentiores, post ἔγνως subaudiunt aliquid, nempe imminentia tibi mala: & in posteriore membro itidem aliud verbum subaudiunt. Sed hæc nullius (quod sciam) interpretis idonei authoritate nituntur, & totam huius orationis emphasin enervant: deinde si ita libeat verba foris accersere, quem locum non liceat hæreticis depravare Origenem autem annotat Erasmus non legere καί γε, quarũ tamen particularum maximum esse pondus rectè observat. Hoc tuo die, ἐν τῇ ἡμέρᾳ σου ταύτῃ. Dies huius vrbis dicitur (Hebræorum more) tempus illud quo Dominus singulari beneficio eã dignatus erat, nisi ipsum non eminus vocantem, sed iam præsentem contempsisset. Quæ ad pacem tuam pertinent τὰ πρὸς εἰρήνην σοι. id est, ea in quibus posita est tota tua felicitas. Nam extra Christum non est salus: ex quo efficitur, nullos sibi prius consulere quàm qui oblatum Christum nolũt in se regnare. Quod igitur Gregorius Pacis nomine intelligit huius mundi delicias, & alii quoque aliter interpretantur, ne refutatione quidem indiget. Sunt autem hæc (vt modò dixi) cum verbo ἔγνως, quod in hac oratione vnicum est, coniungenda, vt non ineptè possis totam hanc orationem sic explere, Si vel tu vel hoc saltem tuo die eum agnosceres à quo vno tota pax & salus tua dependet, quàm felix esses ac beata. Sed longè vehementiorem orationem efficit posterioris membri apoſiopesis.

43 Nam veniet tempus, ὅτι ἥξουσιν ἡμέραι. Theophylactus hæc ita connectit cum superioris versiculi fine, vt ὅτι ponatur ἀιδιῶς, in explanatione videlicet, hoc modo. Sed ea nunc sunt oculis tuis tecta, quoniam tempus imminet quo tui hostes, &c. Possemus etiam (ni fallor) ὅτι accipere pro διότι, ita vt sit conclusio ex superioribus nascens, & sic conuertas, Sed ea nunc tecta sunt oculis tuis. Quamobrem veniet tempus quo, &c. Sed præstat (ni fallor) pro causali coniunctione accipere, vt sit altera apoſiopesis in fine versiculi superioris, cuius maximam esse energiam diximus. Sic igitur possit expleri sententia, Sed hæc tibi iam sunt ignota. Itaque peribis. Nam venient tempus, &c.

44 Tempus illud visitationis tuæ, τὸν καιρὸν τῆς ἐπισκοπῆς σου: id est, hoc temporis punctũ quo Deus ipse te inuisit. Puto etiam habendam esse rationem propriæ significationis τῆς ἐπισκοπῆς, vt annotauimus suprà, 1.f.68. Nam alioquin Hebræis פקדה, pro quo Græci reddunt ἐπισκοπὴ, multo latius patet.

47 Quotidie, τὸ καθ' ἡμέραν: vel Interdiu. Nam vesperi solebat se extra vrbem recipere, vt apparet ex Matthæo & Marco.

τῷ ἱερῷ. οἱ δὲ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Γραμματεῖς ἐζήτουν αὐτὸν ἀπολέσαι, καὶ οἱ πρῶτοι τοῦ λαοῦ.

templo. Principes autem sacerdotum & Scribæ, & primores plebis studebant eum perdere:

templo. Principes autem Sacerdotum & Scribæ & primores plebis quærebant illum perdere:

Mat.21.b.13 marci 11.c.17

Καὶ οὐχ εὕρισκον τί ποιήσωσιν· ὁ λαὸς γὰρ ἅπας ἐξεκρέματο αὐτοῦ ἀκούων.

48 Nec inueniebant quid facerẽt: totus enim populus pendebat ab ipso, quum eum audiret.

48 Et non inueniebant quid facerent illi: omnis enim populus suspensus erat audiens illum.

Κεφάλαιον κ.

CAP. XX.

CAP. XX.

Mat.21.c.23 marci 11.d.27

Καὶ ἐγένετο ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν ἐκείνων, διδάσκοντος αὐτοῦ τὸν λαὸν ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ εὐαγγελιζομένου, ἐπέστησαν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Γραμματεῖς σὺν τοῖς πρεσβυτέροις,

1 ¶ Et factum est quodam dierum illorum quum ipse doceret populum in templo, & euangelizaret, superuenerũt principes Sacerdotum & Scribæ, cũ Senioribus,

1 Et factum est in una dierum, docente illo populum in templo, & euangelizante, conuenerunt principes Sacerdotum & Scribæ cum Senioribus,

Καὶ εἶπον πρὸς αὐτὸν, λέγοντες, Εἰπὲ ἡμῖν ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς, ἢ τίς ἐστιν ὁ δούς σοι τὴν ἐξουσίαν ταύτην.

2 Et dixerunt ei, Dic nobis qua auctoritate ista facis, aut quis ille sit qui dedit tibi istam auctoritatem.

2 Et aiunt, dicentes ad illum, Dic nobis in qua potestate hæc facis, aut quis est qui dedit tibi hãc potestatem.

Ἀποκριθεὶς δὲ εἶπε πρὸς αὐτούς, Ἐρωτήσω ὑμᾶς κἀγὼ ἕνα λόγον· καὶ εἴπατέ μοι,

3 Respondens autem Iesus dixit eis, Interrogabo vos & ego rem quandã. Dicite igitur mihi,

3 Respondens autem Iesus dixit ad illos, Interrogabo vos & ego unum verbum: respondete mihi,

Τὸ βάπτισμα Ἰωάνου ἐξ οὐρανοῦ ἦν, ἢ ἐξ ἀνθρώπων;

4 Baptismus Iohannis è cælo erat, an ex hominibus?

4 Baptismus Iohannes de cælo erat, an ex hominibus?

Οἱ δὲ συνελογίσαντο πρὸς ἑαυτοὺς, λέγοντες, Ὅτι ἐὰν εἴπωμεν, Ἐξ οὐρανοῦ, ἐρεῖ, Διὰ τί οὖν οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ;

5 At illi ratiocinati sunt apud se, dicentes, Si dixerimus, E cælo: dicet, Quare ergo non credidistis ei?

5 At illi cogitabant inter se, dicentes, Quia si dixerimus De cælo: dicet, Quare ergo non credidistis illi?

Ἐὰν δὲ εἴπωμεν, Ἐξ ἀνθρώπων· πᾶς ὁ λαὸς καταλιθάσει ἡμᾶς· πεπεισμένος γάρ ἐστιν Ἰωάνην προφήτην εἶναι.

6 Sin autem dixerimus, Ex hominibus: tota plebs lapidabit nos. persuasum enim est ei, Iohannem Prophetam esse.

6 Si autẽ dixerimus, Ex hominibus: plebs universa lapidabit nos. certa sũt enim habãt Prophetã esse.

Καὶ ἀπεκρίθησαν μὴ εἰδέναι πόθεν.

7 Responderunt igitur se nescire vnde esset.

7 Et responderunt se nescire unde esset.

Καὶ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Οὐδὲ ἐγὼ λέγω ὑμῖν ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιῶ.

8 Tum Iesus dixit eis, Neque ego dicam vobis qua auctoritate hæc faciam.

8 Et Iesus ait illis, Neque ego dico vobis in qua potestate hæc facio.

Ἤρξατο δὲ πρὸς τὸν λαὸν λέγειν τὴν παραβολὴν ταύτην, Ἄνθρωπός τις ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, καὶ ἐξέδετο αὐτὸν γεωργοῖς· καὶ ἀπεδήμησε χρόνους ἱκανούς.

Esa.5.a.1 ier.2.d.21 mat.21.d.33 marci 12.a.1

9 Cœpit autem dicere ad plebẽ parabolam hãc, ¶Quidam plãtauit vineam, & elocauit eam agricolis: & peregre abfuit multum tempus.

9 Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hãc, Homo quidam plãtauit vineã, & locauit eã colonis: & ipse peregrè fuit multis temporibus.

Καὶ τῷ καιρῷ ἀπέστειλε πρὸς τοὺς γεωργοὺς δοῦλον, ἵνα ἀπὸ τοῦ καρποῦ τοῦ ἀμπελῶνος δώσιν αὐτῷ. Οἱ δὲ γεωργοὶ δείραντες αὐτὸν ἐξαπέστειλαν κενόν.

10 Et in tempore misit seruum ad illos agricolas, vt darent ex fructu vineæ: qui cæsum illum ablegarunt inanem.

10 Et in tempore misit ad cultores seruum, ut de fructu vineæ darent illi: qui cæsum dimiserunt eum inanem.

Καὶ προσέθετο πέμψαι ἕτερον δοῦλον· οἱ δὲ κἀκεῖνον δείραντες καὶ ἀτιμάσαντες ἐξαπέστειλαν κενόν.

11 Ille verò perrexit alterum seruum mittere: at ipsi hunc quoque cæsum & contumelia affectum ablegarunt inanem.

11 Et addidit alterum seruum mittere. Illi autem hunc quoque cædentes, & afficientes contumelia dimiserunt inanem.

Primores populi, οἱ πρῶτοι τοῦ λαοῦ. Hi sunt qui paulo pòst vocantur Seniores, & Seniores populi, Mat. 21. v. 23, & ἀρχιερεῖς alibi, vt diximus suprà, 14. v. 1.

IN CAPVT XX.

1 Superuenerunt, ἐπέστησαν. Vulgata, Conuenerunt, συνῆλθον. Erasmus in annotationibus, Adorti sunt, id est ἐπῆλθον. Vide suprà, 2 b. 9. 2 Dixerunt, εἶπον. Participium λέγοντες quod subiicitur, redundat ex Hebræorum idiotismo, vt diximus suprà, 7. v. 39.

Καὶ προσέθετο πέμψαι τρίτον· οἱ δὲ καὶ τοῦτον τραυματίσαντες ἐξέβαλον.

11 Et perrexit mittere tertium: at illi & iſtum vulneratum eiecerunt.

11 Et addidit tertium mittere: & illum vulneratum & eiecerunt.

Εἶπε δὲ ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος, Τί ποιήσω; πέμψω τὸν υἱόν μου τὸν ἀγαπητόν· ἴσως τοῦτον ἰδόντες ἐντραπήσονται.

13 Dixit igitur dominus vineæ, Quid faciam? mittam filium meum dilectum: forſitã quum hunc viderint, reuerebuntur.

13 Dixit autem Dominus vineæ. Quid faciam? mittam filium meum dilectũ: forſitan quum hunc viderint, verebuntur.

Ἰδόντες δὲ αὐτὸν οἱ γεωργοὶ, διελογίζοντο πρὸς ἑαυτοὺς, λέγοντες, Οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος· δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, ἵνα ἡμῶν γένηται ἡ κληρονομία.

14 Viſo autem eo agricolæ colloquuti ſunt inter ſe, dicentes, Iſte eſt hæres: venite, trucidemus eum, vt noſtra fiat hæreditas.

14 Quem quum vidiſſent coloni, cogitauerunt intra ſe, dicentes, Hic eſt hæres: occidamus illum, vt noſtra fiat hæreditas.

Καὶ ἐκβαλόντες αὐτὸν ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος, ἀπέκτειναν. Τί οὖν ποιήσει αὐτοῖς ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος;

15 Et eiectum eum extra vineã, trucidarunt. Quid ergo faciet eis dominus vineæ?

15 Et eiectum illum extra vineam occiderũt. Quid ergo faciet illis dominus vineæ?

Ἐλεύσεται καὶ ἀπολέσει τοὺς γεωργοὺς τούτους, καὶ δώσει τὸν ἀμπελῶνα ἄλλοις. Ἀκούσαντες δὲ εἶπον, Μὴ γένοιτο.

16 Veniet & perdet agricolas iſtos, & dabit vineam aliis. Hoc autem quum audiſſent, dixerũt, Abſit.

16 Veniet & perdet colonos iſtos, & dabit vineam aliis. Quo audito dixerunt illi, Abſit.

Ὁ δὲ ἐμβλέψας αὐτοῖς εἶπε, Τί οὖν ἐστὶ τὸ γεγραμμένον τοῦτο, Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας;

17 Ille verò intuitus eos ait, Quid illud eſt ergo quod ſcriptũ eſt, ‖Quem lapidem reprobauerũt ædificantes, is factus eſt caput anguli?

17 Ille autẽ aſpiciens eos, ait, Quid eſt ergo hoc quod ſcriptum eſt, Lapidem quem reprobauerũt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli? Pſal.117.c.22 eſa.28.d.16 act.4.b.11 rom.9.g.33 1.pet.2.a.8

Πᾶς ὁ πεσὼν ἐπ' ἐκεῖνον τὸν λίθον, συνθλασθήσεται· ἐφ' ὃν δ' ἂν πέσῃ, λικμήσει αὐτόν.

18 Quiſquis ceciderit ſuper illũ lapidem, conquaſſabitur: ſuper quem autem ceciderit, diſſipabit eum.

18 Omnis qui ceciderit ſuper illũ lapidẽ, cõquaſſabitur, ſuper quẽ autem ceciderit, cõminuet illum.

Καὶ ἐζήτησαν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Γραμματεῖς ἐπιβαλεῖν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ· καὶ ἐφοβήθησαν τὸν λαόν· ἔγνωσαν γὰρ ὅτι πρὸς αὐτοὺς τὴν παραβολὴν ταύτην εἶπε.

19 Tum ſtuduerunt principes Sacerdotum & Scribæ iniicere in eum manus eo ipſo momento: ſed timuerunt plebem: cognouerunt enim eum aduerſus ipſos dixiſſe ſimilitudinem iſtã.

19 Et quaerebant principes Sacerdotum & Scribæ mittere in illum manus illa hora: & timuerunt populum: agnouerũt enim quòd ad ipſos dixerit ſimilitudinẽ hãc.

Καὶ παρατηρήσαντες ἀπέστειλαν ἐγκαθέτους, ὑποκρινομένους ἑαυτοὺς δικαίους εἶναι· ἵνα ἐπιλάβωνται αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ παραδοῦναι αὐτὸν τῇ ἀρχῇ καὶ τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ ἡγεμόνος.

20 Itaque obſeruantes eum, miſerunt inſidiatores, qui ſe iuſtos eſſe ſimularent: vt carperẽt eius ſermonem, traduri eum imperio & poteſtati Præſidis.

20 Et obſervantes miſerũt inſidiatores qui ſe iuſtos ſimularent: ut caperent eum in ſermone, ut traderent illum principatui & poteſtati Præſidis.

Καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν, λέγοντες, Διδάσκαλε, οἴδαμεν ὅτι ὀρθῶς λέγεις καὶ διδάσκεις, καὶ οὐ λαμβάνεις πρόσωπον, ἀλλ' ἐπ' ἀληθείας τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ διδάσκεις·

21 ‖Qui interrogauerunt eum, dicentes, Magiſter, ſcimus te rectè dicere & docere, nec accipere perſonam, ſed viam Dei in veritate docere:

21 Et interrogauerunt eũ, dicentes, Magiſter, ſcimus quia rectè dicis & doces, & non accipis perſonam, ſed viam Dei in veritate docis: Matth.22.b.16 marci 12.b.13

20 Itaque obſeruantes eum, καὶ παρατηρήσαντες, id eſt captantes. Ponitur enim τὸ παρατηρεῖν hoc loco in vitio: niſi libeat ſubaudire τὸν καιρὸν, & ſeruata aoriſti ſignificatione, interpretari, Et obſeruato tẽpore opportuno. Vt carperent eius ſermonem, ἵνα ἐπιλάβωνται αὐτοῦ λόγου, id eſt, vt aliquid ex ipſius ſermone arriperent, & hac occaſione calumniam ei ſtruerent. Sic enim hoc loco explicandum eſt τὸ ἐπιλαμβάνεσθαι. Vulgata & Eraſmus, Vt caperent eum in ſermone: pro quo dicere maluiſſem, Vt interciperent eum. Legerunt autem λόγῳ, & nos in quibuſdam codicibus legimus λόγον & λόγῳ. Sed magis eſt vſitata conſtructio quam ſumus ſequuti, & confirmatur etiam ſimili exemplo paulo pòſt, verſu 26. Imperio & poteſtati Præſidis, τῇ ἀρχῇ καὶ ἐξουσίᾳ τοῦ ἡγεμόνος: id eſt, Præſidi, penes quem erat imperium ac poteſtas. Sic ἀξίωμα Cæſaream maieſtatem pro ipſo Cæſare dicimus. Vulg. & Eraſmus, Principatui.

21 Accipere, λαμβάνεις, id eſt rationem habere. Perſonam autem appellat exteras, quas vocant, circunſtantias, quas ſi quis reſpiciat, paria de paribus non conſtituat.

Ἔξεστι ἡμῖν Καίσαρι φόρους δοῦναι, ἢ οὔ; 22 Licet nobis cenſum dare Cæſari, an non? 22 Liceat nobis tributum dare Cæſari, an non?

Κατανοήσας δὲ αὐτῶν τὴν πανουργίαν, εἶπε πρὸς αὐτούς, Τί με πειράζετε; 23 Animaduerſa autem eorum calliditate, dixit eis, Quid me tentatis? 23 Conſiderans autē dolum illorū, dixit ad eos, Quid me tentatis?

Ἐπιδείξατέ μοι δηνάριον· τίνος ἔχει εἰκόνα καὶ ἐπιγραφήν; Ἀποκριθέντες δὲ εἶπον, Καίσαρος. 24 Oſtendite mihi denarium: cuius habet imaginem & inſcriptionem? Reſpondentes autem dixerunt, Cæſaris. 24 Oſtendite mihi denariū: cuius habet imaginē & inſcriptionē? Reſpon dētes dixerūt, Cæſaris.

Rom.13.b.7 Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Ἀπόδοτε οὖν τὰ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ. 25 Tunc dixit eis, ‖ Reddite igitur quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo. 25 Et ait illis, Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo.

Καὶ οὐκ ἴσχυσαν ἐπιλαβέσθαι αὐτοῦ ῥήματος ἐναντίον τοῦ λαοῦ· καὶ θαυμάσαντες ἐπὶ τῇ ἀποκρίσει αὐτοῦ, ἐσίγησαν. 26 Itaque non potuerunt verba eius carpere coram populo: & mirati ſuper eius reſponſo, ſiluerunt. 26 Et non potuerunt uerbum eius reprehendere coram plebe: & mirati in reſponſo eius, tacuerunt.

Matth.22.c.23 marci 12.b.18 Προσελθόντες δέ τινες τῶν Σαδδουκαίων (οἱ ἀντιλέγοντες ἀνάστασιν μὴ εἶναι) ἐπηρώτησαν αὐτὸν, 27 ‖Accedentes autem quidam Sadducæorum, (qui negant eſſe reſurrectionem) interrogarunt eum, 27 Acceſſerunt autē quidā Sadducæorum, (qui negunt eſſe reſurrectionem) & interrogauerunt eum,

Deut.25.a.5 Λέγοντες, Διδάσκαλε, Μωσῆς ἔγραψεν ἡμῖν, Ἐάν τινος ἀδελφὸς ἀποθάνῃ ἔχων γυναῖκα, καὶ οὗτος ἄτεκνος ἀποθάνῃ, ἵνα λάβῃ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ τὴν γυναῖκα, καὶ ἐξαναστήσῃ σπέρμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ. 28 Dicentes, Magiſter, ‖ Moſes ſcripſit nobis, Si cuius frater mortuus fuerit habens uxorē, & ſine liberis mortuus fuerit, vt eius frater accipiat uxorem illam, & excitet ſemē fratri ſuo. 28 Dicentes, Magiſter, Moyſes ſcripſit nobis, Si frater alicuius mortuus fuerit habens uxorem, & hic ſine liberis fuerit, ut accipiat eam frater eius uxorem, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo.

Ἑπτὰ οὖν ἀδελφοὶ ἦσαν· καὶ ὁ πρῶτος, λαβὼν γυναῖκα, ἀπέθανεν ἄτεκνος. 29 Septem ergo fratres fuerunt, quorum primus accepta uxore mortuus eſt ſine liberis. 29 Septem ergo fratres erant: & primus acepit uxorem, & mortuus eſt ſine filijs.

Καὶ ἔλαβεν ὁ δεύτερος τὴν γυναῖκα, καὶ οὗτος ἀπέθανεν ἄτεκνος. 30 Accepit igitur eam ſecundus, qui & ipſe mortuus eſt ſine liberis. 30 Et ſequens acepit illam, & ipſe mortuus eſt ſine filio.

Καὶ ὁ τρίτος ἔλαβεν αὐτήν· ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ ἑπτὰ οὐ κατέλιπον τέκνα, καὶ ἀπέθανον. 31 Deinde tertius accepit eam: itidem autem & illi ſeptem: nec reliquerunt liberos, & mortui ſunt. 31 Et tertius acepit illam: ſimiliter & omnes ſeptem: & non reliquerunt ſemen, & mortui ſunt.

Ὕστερον δὲ πάντων ἀπέθανε καὶ ἡ γυνή. 32 Poſt omnes autem mortua eſt & mulier. 31 Nouiſſimè omniū mortua eſt & mulier.

Ἐν τῇ οὖν ἀναστάσει, τίνος αὐτῶν γίνεται γυνή; οἱ γὰρ ἑπτὰ ἔσχον αὐτὴν γυναῖκα. 33 In reſurrectione ergo, cuius eorum erit vxor? nam illi ſeptē habuerunt eam vxorem. 33 In reſurrectione ergo cuius eorum erit uxor? ſiquidem ſeptem habuerunt eam uxorem.

Καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου γαμοῦσι καὶ γαμίσκονται· 34 Tum reſpondens dixit eis Ieſus, Filii huius ęui ducunt vxores, & nuptum dantur: 34 Et ait illi Ieſus, Filij huius ſeculi nubunt, & tradūtur ad nuptias:

23 Animaduerſa, κατανοήσας. Vulg. Cōſiderās, id eſt ἐννοῶν, vel συνιδών. Eraſ. Intellecta, id eſt συνοίς. Calliditate, πανουργίαν. Vul. Dolo, nō ſatis expreſſē. Significat enim πανουργία quandā ad malè agendū ſolertiā, longo vſu & tractādis rebus omnibus quæſitā: ſicut Latinis callidus dicitur à callēdo, vel ab eo quòd vſu artis callum duxerit. Eraſ. Verſutia, id eſt πολυτροπία. Nam Cicero πολύτροπον verſutum interpretatur.

26 Carpere, ἐπιλαβέσθαι, id eſt reprehendere, vt Vulgata & Eraſmus interpretātur. Sic Plato in Gorgia, ἐμοῦ δὲ λέγοντος, ἆρ' ἐπιλαμβάνῃ τοῦ λόγου;

28 Sine liberis mortuus fuerit, ἄτεκνος ἀποθάνῃ. Omnia quæ vidi exemplaria ita ſcriptum habent. Vetus tamen interpres habet, Sine liberis fuerit, ἄτεκνος ᾖ, & quidem rectius, vt opinor.

34 Filii huius ęui, οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου. Vulg. & Eraſ. Filii huius ſeculi. Hebraiſmus eſt quē ſuprà expoſuimus 16.b.8, qui tamen hoc loco paulo aliter accipitur. Nā illic vocātur Filii huius ſeculi qui præſenti vitæ ſunt addicti, & filiis lucis opponuntur: hic verò dicuntur hoc nomine quicunque in hoc mundo adhuc verſantur. alioquin videretur matrimonium ad filios Dei non pertinere, vt impius ille Cyricius Papa docuit, contra tot manifeſta Scripturæ teſtimonia, ac præſertim contra id quod ſcribitur Heb.13.a.4.

Οἱ δὲ καταξιωθέντες τοῦ αἰῶνος ἐκείνου τυχεῖν καὶ τῆς ἀναστάσεως τῆς ἐκ νεκρῶν, οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε ἐκγαμίσκονται·

35 Qui verò digni habiti fuerint qui æuum illud conſequantur, & reſurrectionem ex mortuis, neque ducunt vxores, neque nuptum dantur:

35 *Illi verò qui digni habebũtur ſeculo illo & reſurrectione ex mortuis, neque nubunt, neque ducũt vxores:*

Οὔτε γὰρ ἀποθανεῖν ἔτι δύνανται· ἰσάγγελοι γάρ εἰσι· καὶ υἱοί εἰσι τοῦ Θεοῦ, τῆς ἀναστάσεως υἱοὶ ὄντες.

36 Neque enim mori poſſunt amplius. pares enim Angelis ſunt: & filii ſunt Dei, quum ſint filii reſurrectionis.

36 *Neque ultrà mori poterunt: æquales enim Angelis ſunt: & filii ſunt Dei, quum ſint filij reſurrectionis.*

Ὅτι δὲ ἐγείρονται οἱ νεκροὶ, καὶ Μωϋσῆς ἐμήνυσεν ἐπὶ τῆς βάτου, ὡς λέγει Κύριον τὸν Θεὸν Ἀβραὰμ, καὶ τὸν Θεὸν Ἰσαὰκ, καὶ τὸν Θεὸν Ἰακώβ.

37 Mortuos autem excitari, etiã ‖Moſes indicauit apud rubum, quum dicit Dominum Deum Abraham, & Deum Iſaac, & Deum Iacob.

37 *Quia verò reſurgunt mortui, & Moyſes oſtendit ſecus rubum, ſicut dicit Dominum Deũ Abraham, & Deum Iſaac, & Deum Iacob.* Exodi 3.b.6

Θεὸς δὲ οὐκ ἔστι νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων· πάντες γὰρ αὐτῷ ζῶσιν.

38 Nam Deus nõ eſt mortuorum, ſed viuorum: omnes enim viuunt ei.

38 *Deus autem non eſt mortuorum ſed viuorum: omnes enim viuunt ei.*

Ἀποκριθέντες δέ τινες τῶν Γραμματέων εἶπον, Διδάσκαλε, καλῶς εἶπας.

39 Reſpondentes autem ei quidam ex Scribis dixerunt, Magiſter, bene dixiſti.

39 *Reſpondentes autem quidam Scribarum, dixerunt ei, Magiſter, bene dixiſti.*

Οὐκέτι γὰρ ἐτόλμων ἐπερωτᾶν αὐτὸν οὐδέν.

40 Nec amplius audebant eum quicquam interrogare.

40 *Et amplius non audebant eum quicquam interrogare.*

Εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς, Πῶς λέγουσι τὸν Χριστὸν υἱὸν Δαβὶδ εἶναι;

41 ‖Dixit autem eis, Quomodo dicunt Chriſtum filium eſſe Dauid:

41 *Dixit autem ad illos, Quomodo dicunt Chriſtum filium eſſe Dauid:* Matth. 22.d.44 mar. 12.d.35

Καὶ αὐτὸς Δαβὶδ λέγει ἐν βίβλῳ ψαλμῶν, Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου,

42 Et ipſe Dauid dicit in libro Pſalmorum, Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis,

42 *Et ipſe Dauid dicit in libro Pſalmorum, Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis,* pſal.109.a.1

Ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου;

43 Vſquedum poſuero inimicos tuos ſcabellũ pedum tuorum?

43 *Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum?*

Δαβὶδ οὖν Κύριον αὐτὸν καλεῖ, καὶ πῶς υἱὸς αὐτοῦ ἐστι;

44 Dauid ergo Dominũ eum vocat, & quomodo filius eius eſt?

44 *Dauid ergo Dominum illum vocat, & quomodo filius eius eſt?*

Ἀκούοντος δὲ παντὸς τοῦ λαοῦ, εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ,

45 Audiente verò toto populo, dixit diſcipulis ſuis,

45 *Audiente autem omni populo, dixit diſcipulis ſuis,*

Προσέχετε ἀπὸ τῶν Γραμματέων τῶν θελόντων περιπατεῖν ἐν στολαῖς, καὶ φιλούντων ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς, καὶ πρωτοκαθεδρίας ἐν ταῖς συναγωγαῖς, καὶ πρωτοκλισίας ἐν τοῖς δείπνοις.

46 ‖Cauete à Scribis, qui volunt ambulare ſtolati, & amant ſalutationes in foris, ac primos cõſeſſus in conuentibus, & primos accubitus in cœnis.

46 *Attendite à Scribis, qui volunt ambulare in ſtolis, & amant ſalutationes in foro, & primas cathedras in ſynagogis, & primos diſcubitus in conuiuijs.* Supra.12.f.43 matth.23.a.6 mar.12.d.38

36 Filii reſurrectionis, υἱοὶ τῆς ἀναστάσεως: id eſt homines reſurrectionis participes. Eſt enim Hebraiſmus, quem ſæpe iam expoſuimus. Sicut autem verè dicuntur victuri qui æterna illa felicitate perfruentur, ita verè cenſentur reſurgere qui invitam æternam reſurgunt: quum alioquin ſi reſurrectionem in genere & per ſe conſideremus, ex plurimis aliis Scripturæ teſtimoniis conſtet etiam impios reſurrecturos vt æternum exitium ſubeant: quod quidem non vita, ſed mors dicitur: quia vita tam infelix, propriè dici vita non debet.

38 Nam Deus, Θεὸς γάρ. Δὲ pro γὰρ, vt alibi quoque obſeruauimus. Ei, αὐτῷ: id eſt, quod ad ipſum attinet cui omnia futura ſunt præſentia. Itaque niſi futurum eſſet vt Abrahã, Iſaac & Iacob reſurgerent, Deus non ſe vocaret eorum Deum. Quòd ſiquis obiiciat, Deum non dicere ſe illorum Deum fore, ſed eſſe: ex quo cõſequeretur, aut iam illos reſurrexiſſe, aut hæc non pertinere ad corporum reſurrectionem, ſed ad animi vitam: ſic reſpondet huic obiectioni Chriſtus, vt dicat, Deo iam viuere qui ſuo tẽpore ſunt reſurrecturi, ideóque Deũ de re certò futura non aliter quàm de re præſenti loqui. Quãuis enim animi immortalitas nec debeat nec poſſit à corporis reſurrectione in hoc argumẽto ſeparari, tamen iis aſſentior qui hæc dicta accipiunt de corporũ reſurrectione potius quàm de animi immortalitate, de qua quæſitũ non erat. Oſtendit autem particula γὰρ ita tractandum eſſe hoc membrum vt ſit ad tacitam obiectionem reſponſio. Nam alioquin potius dicendum fuerat πάντες ὧν: id eſt omnes igitur, quàm πάντες γάρ, omnes enim.

41 Dicunt, λέγουσι. In duobus codicibus additur τινὲς, quidam. Sed fortaſſis tertia perſona poſita eſt ſecundo loco, vt diximus ſuprà, 19.b.3. niſi malimus hæc non tam ad Scribas quàm de Scribis dicta: ad quorum mentem dicitur oratio dirigi, propterea quòd ipſi præſentes aderant quum Chriſtus hunc ſermonem haberet.

Οἱ κατεσθίοντες τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, 47 καὶ προφάσει μακρὰ προσεύχονται· οὗτοι λήψονται περισσότερον κρίμα.

Qui deuorant domos viduarum, & in ſpeciem precibus lõgis vtuntur: iſti auferẽt g rauius iudicium.

47 *Qui deuorant domos viduarum, ſimulantes longam orationem: hi accipient damnationẽ maiorem.*

Κεφάλαιον κα'

CAP. XXI.

CAP. XXI.

Ἀναβλέψας δὲ εἶδε τοὺς βάλλοντας τὰ δῶρα αὐτοῦ εἰς τὸ γαζοφυλάκιον πλουσίους. Mar.12.d.41

1 Intuitus autem vidit diuites mittentes munera ſua in gazophylacium.

1 Reſpiciens autem vidit eos qui mittebãt munera ſua in gazophylacium diuites.

Εἶδε δέ τινα χήραν πενιχρὰν βάλλουσαν ἐκεῖ δύο λεπτά.

2 Vidit autem etiam quandã viduam pauperculam mittentem illuc minuta duo.

2 Vidit autem & quandam viduam pauperculam mittentem aera minuta duo.

Καὶ εἶπεν, Ἀληθῶς λέγω ὑμῖν ὅτι ἡ χήρα ἡ πτωχὴ αὕτη πλεῖον πάντων ἔβαλεν.

3 Et dixit, Verè dico vobis, vidua hæc pauper miſit amplus quàm omnes.

3 Et dixit, Verè dico vobis quia vidua hæc pauper plus quãomnes miſit.

Ἅπαντες γὰρ οὗτοι ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς ἔβαλον εἰς τὰ δῶρα τοῦ Θεοῦ· αὕτη δὲ ἐκ τοῦ ὑστερήματος αὐτῆς ἅπαντα τὸν βίον ὃν εἶχεν ἔβαλε.

4 Nam omnes hi ex eo quod ipſis redundat, miſerunt quod donarent Deo: hæc autem miſit ex penuria ſua totum victum quem habebat.

4 Nam omnes hi ex abundanti ſibi miſerunt in munera Dei: hæc autem ex eo quod deeſt illi, omnem victum ſuum quẽ habuit, miſit.

Καί τινων λεγόντων περὶ τοῦ ἱεροῦ, ὅτι λίθοις καλοῖς καὶ ἀναθήμασι κεκόσμηται, εἶπε, supra.19.g.34 matth.24.a.1 mar.13.a.1

5 Et quibuſdam dicentibus de templo, quòd pulchris lapidibus ac donariis ornatum eſſet, dixit,

5 Et quibuſdam dicentibus de templo, quòd bonis lapidibus & donis ornatum eſſet, dixit,

Ταῦτα ἃ θεωρεῖτε, ἐλεύσονται ἡμέραι ἐν αἷς οὐκ ἀφεθήσεται λίθος ἐπὶ λίθῳ ὃς οὐ καταλυθήσεται.

6 Hæccine ſpectatis? venient dies quibusnõ relinquetur lapis ſuper lapidẽ qui nõ deſtruatur.

6 Hæc quæ videtis, venient dies in quibus nõ relinquetur lapis ſuper lapidẽ qui non deſtruatur.

Ἐπηρώτησαν δὲ αὐτὸν, λέγοντες, Διδάσκαλε, πότε οὖν ταῦτα ἔσται; καὶ τί τὸ σημεῖον ὅταν μέλλῃ ταῦτα γίνεσθαι;

7 Interrogauerunt autem eum, dicentes, Magiſter, quando hæc erunt? & quod ſignum quando futurum eſt vt iſta fiant?

7 Interrogauerunt eum dicentes, Præceptor quãdo hæc erũt? & quod ſignũ quũ fieri incipiẽt?

Ὁ δὲ εἶπε, Βλέπετε μὴ πλανηθῆτε· πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται Eph.5.b.6 2.theſſ.2.a.3

8 Ipſe verò dixit, Videte ne ſeducamini: multi enim venient

8 Qui dixit, Videte ne ſeducamini: multi enim ve

47 In ſpeciem precibus longis vtuntur, προφάσει μακρὰ προσεύχονται. Vulgata, Simulantes longam orationem, ſenſu rectè expreſſo: neque enim legendum opinor μακρᾷ, ſed μακρὰ, ſicut ſcribitur in Matthæo & Marco, accedente etiam duorum codicum fide. Quanquã ſi μακρᾷ legas, facilè ſubaudietur ex Hebræorum idiotiſmo, verbale nomen προσευχῇ.

IN CAPVT XXI.

1 Intuitus autem, ἀναβλέψας, id eſt βλέψας, vel ἔβλεψας, vt expoſuimus Mar.8.c.24. Vulgata, Reſpiciens. quod quidem declarat flexis in tergum oculis aſpicere. Eraſmus, Sublatis oculis, quaſi gazophylacium in edito loco eſſet, aut quòd antea ſuos intuitus, oculos ſuſtulerit in eos qui longius aberant.

4 Ex eo quod ipſis ſupereſt, ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς. In quodam codice ſcriptum legimus ἐκ τοῦ περισσεύματος αὐτῶν, eodem quidem ſenſu, ſed fortaſſis accommodatius, quia ſequitur ἐκ τοῦ ὑστερήματος. Quod donarent Deo, εἰς τὰ δῶρα τοῦ Θεοῦ. Hebraicè, תרומת יהוה, ita vt ל cauſam finalem declaret. Et commodè etiam explicare poſſis, Ad dandum Deo, τοῦ δοθῆναι τῷ Θεῷ. Nam dona Dei paſſiuè hîc dicuntur quæ Deo conſecrantur, vt fides Dei quæ Deo habetur. Et apud Hebræos verbalia interdum pro infinitis verborum ponuntur, ſuntque per gerundi modũ explicanda, vt Eſa.7.a.1. קוֹח רצין מוך ארם ובקח בן רמליהו מלך ישראל לסלחמה עליה, pro לסלחם. Sed & εἰς τὰ δῶρα poſitum eſt fortaſſis pro ἐν τοῖς δώροις, id eſt inter dona. Aut Lucas τὰ δῶρα vocat ipſum tẽpli ærarium ſeu gazophylacium, id eſt arculam ab Hebræis dictam אוצר, cuius fit mentio 1.Reg.11.10: idque Chaldæorum idiomate, qui ſimili ratione hoc ærarium vocabant Corbanam, vt Matth.17.a.6, quum קורבן propriè declaret τὸ δῶρον, id eſt donum. Vulg. & Eraſ. In munera Dei: quæ interpretatio nimium eſt obſcura.

5 Donariis, ἀναθήμασιν. Græci ἀναθήματα vocant donaria quæ templorum ærariis conſecrantur, ἢ ἀνατιθέασι, id eſt. (vt nonnulli explicant) quòd eiuſmodi dona ſoleant ex reliquis bonis excepta conſecrari: vel (vt quoſdam malle video) quòd ſoleãt de parietibus aut columnis templi ſuſpendi. Hebræi hæc eadem (opinor) תרומה vocant à רום, quod & ipſum declarat ſurſum attollere: ita vt ſolebat ſolẽni ritu ſacerdos oblationes quas manu geſtabat, quaſi coram Dei conſpectu attollere. Sed ἀνάθημα diuerſæ ſignificationis vocabulum, quanuis ab eodem verbo ἀνατίθημι deriuetur, id declarat quod Hebræi חרם appellant, de quo dicemus Rom.9.a.3. quod diſcrimen rectè obſeruauit Budæus, neglexit autem Eraſmus, quum in hunc locum ſcriberet.

6 Hæccine ſpectatis? ταῦτα ἃ θεωρεῖτε. Vnus codex legit ταῦτα θεωρεῖτε. Ad verbum, Hæccine ſunt quæ ſpectatis? Quanuis enim in Græcis codicibus non addatur interrogatio, (quæ etiam apud Hebræos ſæpe omittitur) tamen non dubitaui eam apponere ex Matthæo & Marco. Eraſmus, Ex his quæ videtis: quæ interpretatio non video quomodo cohæreat.

ὅτι τῷ ὀνόματί μου, λέγοντες, Ὅτι ἐγώ εἰμι· καὶ ὁ καιρὸς ἤγγικε· μὴ οὖν πορευθῆτε ὀπίσω αὐτῶν.

in nomine meo, dicentes, Ego ſum Chriſtus: & tempus illud appropinquat. Ne igitur ſequimini eos.

in nomine meo, dicentes quia ego ſum: & tempus appropinquauit: nolite ergo ire poſt eos.

Ὅταν δὲ ἀκούσητε πολέμους καὶ ἀκαταστασίας, μὴ πτοηθῆτε· δεῖ γὰρ ταῦτα γενέσθαι πρῶτον, ἀλλ' οὐκ εὐθέως τὸ τέλος.

9 Quum verò audieritis bella & ſeditiones, ne terremini: oportet enim iſta primùm fieri, ſed non ſtatim erit finis.

9 Quum autem audieritis prælia & ſeditiones, nolite terreri: oportet primùm hæc fieri, ſed nondum ſtatim finis.

Τότε ἔλεγεν αὐτοῖς, Ἐγερθήσεται ἔθνος ἐπὶ ἔθνος, καὶ βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν·

10 Tunc dixit eis, Inſurget gēs in gentem, & regnum in regnum:

10 Tunc dicebat illis. Surget gens contra gentem, & regnum aduerſus regnum:

Σεισμοί τε μεγάλοι κατὰ τόπους καὶ λιμοὶ καὶ λοιμοὶ ἔσονται, φόβητρά τε καὶ σημεῖα ἀπ' οὐρανοῦ μεγάλα ἔσται.

11 Et magni terræmotus erunt ſingulis locis, & fames ac peſtilentiæ, & terriculamenta, & ſigna è cælo magna erunt.

11 Et terræmotus magni erunt per loca, & peſtilentiæ & fames, terroréſque de cælo & ſigna magna erunt.

Πρὸ δὲ τούτων πάντων ἐπιβαλοῦσιν ἐφ' ὑμᾶς τὰς χεῖρας αὐτῶν, καὶ διώξουσι, παραδιδόντες εἰς συναγωγὰς καὶ φυλακάς, ἀγομένους ἐπὶ βασιλεῖς καὶ ἡγεμόνας, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός μου.

12 ‖Sed ante hæc omnia iniicient vobis manus, & vos perſequentur, tradentes in ſynagogas & carceres, adductos ad reges ac præſides, nominis mei cauſa.

12 Sed ante hæc omnia iniicēt vobis manus ſuas, & perſequentur, tradentes in ſynagogas & cuſtodias, trahentes ad reges & præſides, propter nomen meum. Mar.13.a.9 mar.13.b.9

Ἀποβήσεται δὲ ὑμῖν εἰς μαρτύριον.

13 Hæc autem cedent vobis teſtimonio.

13 Continget autem vobis in teſtimonium.

Θέσθε οὖν εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν μὴ προμελετᾶν ἀπολογηθῆναι·

14 ‖Habete igitur fixum in cordibus veſtris, non eſſe præmeditandam defenſionem.

14 Ponite ergo in cordibus veſtris non præmeditari quemadmodum reſpondeatis. Supra 12.b.11 mar.10.b.19 mar.13.b.11

Ἐγὼ γὰρ δώσω ὑμῖν στόμα, καὶ σοφίαν ᾧ οὐ δυνήσονται ἀντειπεῖν οὐδὲ ἀντιστῆναι πάντες οἱ ἀντικείμενοι ὑμῖν.

15 Ego enim dabo vobis os, & ſapientiam cui non poterunt contradicere neque reſiſtere omnes qui ſe vobis opponent.

15 Ego enim dabo vobis os, & ſapientiam cui nō poterunt reſiſtere & cōtradicere omnes aduerſarii veſtri.

Παραδοθήσεσθε δὲ καὶ ὑπὸ γονέων καὶ ἀδελφῶν καὶ συγγενῶν καὶ φίλων· καὶ θανατώσουσιν ἐξ ὑμῶν·

16 Prodemini autem etiam à parentibus & fratribus & cognatis & amicis: & morte mulctabunt quoſdam ex vobis:

16 Trademini autem à parentibus & fratribus & cognatis & amicis, & mortē affacient ex vobis:

Καὶ ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ πάντων διὰ τὸ ὄνομά μου.

17 Et eritis exoſi omnibus propter nomen meum.

17 Et eritis odio omnibus propter nomen meum.

Καὶ θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς ὑμῶν οὐ μὴ ἀπόληται.

18 ‖Sed pilus capitis veſtri non peribit.

18 Et capillus de capite veſtro non peribit. Mat.10.c.30

Ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν.

19 ‖Per patientiam veſtrā poſſidete animas veſtras.

19 In patiētia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Matth.10.c.22

8 In nomine meo, ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου. Id eſt, nomen meum vſurpantes, vt ipſe paulo pòſt explicat. Nā alioquin dicuntur in nomine Chriſti venire pſeudoprophetæ qui ſe fingunt à Chriſto miſſos.

10 Tunc, τότε. Hoc ego refero ad verbum ἐγερθήσεται, inſurget, ita vt ἔλεγε αὐτοῖς, dixit eis, vtrinque diſpungatur.

11 Adductos, ἀγομένους. Vulg. & Eraſ. Trahentes, quaſi ſcriptum ſit ἄγοντες: quam lectionem ſi ſequaris, ſubaudienda erit copulatiua καὶ, qua connectantur duo hæc participia.

13 Hæc autem cedent, ἀποβήσεται Ν. Id eſt, Is autem erit iſtarum rerum exitus, vt coram Deo & hominibus teſtata ſit veſtrorum hoſtium perfidia & crudelitas, ac veſtra viciſſim conſtantia. Vulg. & Eraſ. Contingēt autem, id eſt συμβήσεται Ν. Nos verò cur Contingentiæ vocabulum fugiamus, alibi expoſuimus.

14 Habete igitur fixum, θέσθε οὖν. Sic Eraſmus rectè expreſſit hoc dicendi genus, ipſis etiam Græcis diſertioribus familiare. hoc enim eſt quod ſæpe apud Homerum occurrit, ζὸν δ' ἐν φρεσὶ βάλλεο σῇσιν, pro quo Virg.--memori quæ condita mente reneto. Vulgata, Ponite.

19 Poſſidete animas veſtras, κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν. Id eſt, Quantumuis multa vos vndique mala circunſtent, fruimini nihilominus virtute veſtra, hæc omnia fortiter ſuſtinendo. Nam vt mundus & Satan aduerſus Eccleſiam coniurarint. & extrema quæque experiantur, non poteſt tamen ipſius pacem ac tranquillitatem perturbare, quum ex ipſis doloribus arripiat lætitiæ & exultationis argumentum, vt ſcribitur Rom. 5. 2. 1. & 3. Hanc igitur expoſitionem ſi ſequamur, Poſſidere animam nihil aliud declarabit quàm vita felice ac beata perfrui. Nonnulli verò perinde hæc explicant acſi ſignificet In hac vita verſari: ſenſu non multum diſſ.

uerſo à ſuperiore. Alii accipiunt pro vitam ſuam & animum regere: quo modo iubet Paulus vt quiſque vas ſuũ poſſideat cum honore, 1. Theſſ. 4. a. 4. i. quiſque corpus ſuum ab omni labe purum conſeruet. Alii demum κτᾶσθαι τὴν ψυχὴν putant idem declarare atque ſaluti ſuæ conſulere: & (ſicut hic noſter Lucas alibi ſcribit) ſeipſum lucrifacere. nam (vt ſcribunt Matthæus & Marcus) qui perſeuerauerit ad finem vſque, ſeruabitur. Quamuis autem iſtæ interpretationes parum varient, tamen quia nonnihil differunt, integrum Hebraiſmum ſeruare maluimus quàm cuiuſquam opinioni præiudicium adferre.

Mat. 24. b. 15 mar. 13. b. 14 dan. 9. g. 17

Ὅταν δὲ ἴδητε κυκλουμένην ὑπὸ στρατοπέδων τὴν Ἱερουσαλὴμ, τότε γνῶτε ὅτι ἤγγικεν ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς.

10 ¶Quum autem videritis Ieruſalem cingi ab exercitibus, tunc agnoſcite appropinquare vaſtationem eius.

10 Quum autem videritis circundari ab exercitu Ieruſalem, tunc ſcitote quia appropinquauit deſolatio eius.

Τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη· καὶ οἱ ἐν μέσῳ αὐτῆς, ἐκχωρείτωσαν· καὶ οἱ ἐν ταῖς χώραις, μὴ εἰσερχέσθωσαν εἰς αὐτήν.

11 Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant in montes: & qui in medio eius, excedant: & qui ᵛin agris, non ingrediantur in eam.

11 Tunc qui in Iudæa ſunt fugiant ad montes: & qui in mediocribus, deſcedant: & qui in regionibus, non introeant eam.

Ὅτι ἡμέραι ἐκδικήσεως αὗταί εἰσι, τοῦ πλησθῆναι πάντα τὰ γεγραμμένα.

22 Nam hi ſunt dies vltionis, vt impleantur omnia quæ ſcripta ſunt.

22 Quia dies vltionis hi ſunt, vt impleantur omnia quæ ſcripta ſunt.

Οὐαὶ δὲ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις καὶ ταῖς θηλαζούσαις ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις. ἔσται γὰρ ἀνάγκη μεγάλη ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ὀργὴ τῷ λαῷ τούτῳ.

23 Væ autem vterum ferentibus & lactantibus in illis diebus. erit enim neceſſitas magna ᵛin hac regione, & ᵛira in populo iſto.

23 Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. erit enim preſſura magna ſuper terram, & ira populo huic.

Καὶ πεσοῦνται στόματι μαχαίρης, καὶ αἰχμαλωτισθήσονται εἰς πάντα τὰ ἔθνη· καὶ Ἰερουσαλὴμ ἔσται πατουμένη ὑπὸ ἐθνῶν, ἄχρι πληρωθῶσι καιροὶ ἐθνῶν.

24 Et cadent ᵛacie gladii, & captiui ducentur in omnes Gentes: & Hieruſalem calcabitur à Gentibus vſquequo impleantur tempora ᵛGentium.

24 Et cadent in ore gladii, & captiui ducentur in omnes Gentes: & Ieruſalē calcabitur à Gentibus donec impleantur tempora nationum.

Esa. 13. b. 10 ezech. 32. b. 7 mar. 24. c. 29 mar. 13. c. 24

Καὶ ἔσται σημεῖα ἐν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ ἄστροις· καὶ ἐπὶ τῆς γῆς συνοχὴ ἐθνῶν ἐν ἀπορίᾳ, ἤχους θαλάσσης καὶ σάλου·

25 ¶Tunc erũt ſigna in ſole & luna ᵛ& ſideribus: & in terra anguſtia Gentium ᵛin conſilii inopia, reſonante mari & ſalo:

25 Et erunt ſigna in ſole & luna & ſtellis: & in terris preſſura Gētium, præ confuſione ſonantis maris & fluctuum:

Ἀποψυχόντων ἀνθρώπων ἀπὸ φόβου καὶ προσδοκίας τῶν ἐπερχομένων τῇ οἰκουμένῃ. αἱ γὰρ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται.

26 Exanimatis hominibus præ timore & expectatione malorum inuadẽtium orbem terrarum. nam poteſtates cælorum agitabuntur.

26 Arefcentibus hominibus præ timore & expectatione quæ ſuperuenient uniuerſo orbi. nam uirtutes cælorum mouebuntur.

Καὶ τότε ὄψονται τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν νεφέλῃ μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς.

27 Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum potentia & gloria multa.

27 Et tunc uidebunt Filium hominis uenientem in nube cum poteſtate magna & maieſtate.

21 In agris, ἐν τοῖς χώραις. Vulgata & Eraſ. In regionibus: quæ interpretatio nimium eſt obſcura. videtur enim Lucas hoc nomine intelligere, hoc quidem loco, villas, oppidula, prædia, ex quibus fere ſolent ſeſe belli tempore in munitiorem locum recipere.

21 In hac regione, ἐπὶ τῆς γῆς. Vulgata & Eraſmus, Super terram, non ſatis dilucidè, hoc quidem loco. Ira, ὀργή. Iram vocat, Hebræorum more, eas calamitates quæ ab irato Deo immittuntur: alioquin ἐν τῷ λαῷ τούτῳ conuertiſſem, In hunc populum.

24 Acie, στόματι. Vulgata ad verbum, Ore. Nam Hebræi gladiorum aciem vocant חד פי, & Græci quoque στόμα, quòd ea parte quaſi mordeat, vel ſanguinem hauriat: vnde etiam gladius anceps dicitur à Græcis δίστομος. Gentium, ἐθνῶν. In quodam exemplari deerat hoc vocabulum.

25 Tunc erunt, καὶ ἔσται: id eſt poſtquam exacta fuerint tempora Gentium ſaluti & Iudæorum vltioni conſtituta: qua de re copioſè Paulus Rom. 11. c. 25. Eſt autem notanda hæc particula, vt intelligamus qua ratione Chriſtus ab excidio Hieroſolymitano tranſeat ad futuri illius vniuerſalis ac ſupremi iudicii narrationẽ. Hæc particula καὶ oportuit hoc loco, ſi vſquam aliàs, per temporis aduerbium explicari. Et ſideribus, καὶ ἄστροις. Vulg. & Eraſ. Et ſtellis. Atqui conſtat ἀστέρα & ἄστρον inter ſe differre, vt partem & totũ: quanuis quod ad ſenſum attinet huius loci, nullius ſit momenti hoc diſcrimen. In conſilii inopia, ἐν ἀπορίᾳ. Vulgata, Præ confuſione. Eraſmus, Per deſperationem. neuter ſatis propriè: neque etiam video qua ratione Vetus interpres & Eraſmus potuerint hæc connectere cum participio ἠχούσης.

Αρχομένων δὲ τούτων γίνεσθαι, ἀνακύψατε καὶ ἐπάρατε τὰς κεφαλὰς ὑμῶν, διότι ἐγγίζει ἡ ἀπολύτρωσις ὑμῶν.

28 Quum autem hæc fieri incipient, erigite & attollite capita vestra, quoniã appropinquat redemptio vestra.

28 His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita uestra: quoniam appropinquat redemptio uestra. Rom.8.d.23

Καὶ εἶπε παραβολὴν αὐτοῖς, Ἴδετε τὴν συκῆν καὶ πάντα τὰ δένδρα·

29 Dixit etiam eis hanc parabolam, Videte ficum & omnes arbores:

29 Et dixit illis similitudinem, Videte ficulneam & omnes arbores:

Ὅταν προβάλωσιν ἤδη, βλέποντες, ἀφ' ἑαυτῶν γινώσκετε ὅτι ἤδη ἐγγὺς τὸ θέρος ἐστίν.

30 Quum iam ᵛ emiserint folia, uos ea cernentes, per vos ipsos agnoscitis iam propè esse æstatem:

30 Quum producunt iã ex se fructum, scitis quoniam propè est æstas:

Οὕτω καὶ ὑμεῖς, ὅταν ἴδητε ταῦτα γινόμενα, γινώσκετε ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ.

31 Ita & vos quũ videritis hæc fieri, agnoscite propè esse regnũ Dei.

31 Ita & uos quum uideritis hæc fieri, scitote quoniam propè est regnum Dei.

Ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη ἕως ἂν πάντα γένηται.

32 Amen dico vobis, nequaquã præterierit hæc ætas quousque ᵛ hæc omnia facta fuerint.

32 Amen dico uobis quia non præteribit generatio hæc donec omnia fiant.

Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι.

33 Cælum & terra præteribunt, verba autem mea nequaquam præteribunt.

33 Cælum & terra trãsibunt, uerba autem mea non transibunt.

Προσέχετε δὲ ἑαυτοῖς, μήποτε βαρηθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι ἐν κραιπάλῃ καὶ μέθῃ καὶ μερίμναις βιωτικαῖς, καὶ ἐπιστῇ ἐφ' ὑμᾶς ἐξαίφνιδιος ἐφ' ὑμᾶς ἡ ἡμέρα ἐκείνη.

34 Cauete autẽ vobis, nequando grauentur corda vestra crapula & ebrietate, & curis huius vitæ: & repentè vobis superueniat dies ille.

34 Attendite autem uobis ne forte grauentur corda uestra in crapula & ebrietate & curis huius uitæ: & superueniat in uos repentina dies illa. Rom.13.d.13

Ὡς παγὶς γὰρ ἐπελεύσεται ἐπὶ πάντας τοὺς καθημένους ἐπὶ προσώπου πάσης τῆς γῆς.

35 Nam vt laqueus, inuadet in omnes ᵛ qui habitant in superficie totius terræ.

35 Tanquam laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem omnis terræ.

Ἀγρυπνεῖτε οὖν, ἐν παντὶ καιρῷ δεόμενοι ἵνα καταξιωθῆτε ἐκφυγεῖν ταῦτα πάντα τὰ μέλλοντα γίνεσθαι, καὶ σταθῆναι ἔμπροσθεν τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου.

36 Excubate igitur, omni tẽpore rogantes ᵛ vt digni habeamini qui effugiatis ista omnia quæ futura sunt, & ᵛ consistatis corã Filio hominis.

36 Vigilate itaque, omni tẽpore orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sunt, & stare ante Filium hominis.

Ἦν δὲ τὰς ἡμέρας ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκων, τὰς δὲ νύκτας ἐξερχόμενοςηὐλίζετο εἰς τὸ ὄρος τὸ καλούμενον ἐλαιῶν.

37 Docebat autem interdiu in templo: noctu verò exiens, diuersabatur in monte qui vocatur Olearum.

37 Erat autem diebus docens in templo: noctibus uerò exiens, morabatur in monte qui uocatur Oliueti.

Καὶ πᾶς ὁ λαὸς ὤρθριζε πρὸς αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ ἀκούειν αὐτοῦ.

38 Et totus populus ᵛ diluculo veniebat ad eum, vt eũ audiret in templo.

38 Et omnis populus mane ibat ad eum in templo, audire eum.

30 Emiserint *folia*, προβάλωσιν. Lucas τὸ προβάλλειν hoc loco absolutè pro ἐκφύειν seu βλαστᾶν vsurpat. Itaque Erasmus, vt constructionem expleret, suppleuit gemmas, quas Græci ἐφθαλμοὺς vocant. Vetus interpres ad fructum retulit, & ἀφ' ἑαυτῶν coniunxit cum προβάλωσιν, neque legit participium βλαστήσαντες, contra omnium codicum fidem. Castellio conuertit, Pullularint, quod planè est ἀνιμᾶσθαι. Ego verò quod constructioni deerat suppleui ex Matthæo & Marco.

31 Hæc omnia, πάντα. Addidimus ταῦτα ex Matthæo, quanuis in nullis vetustis codicibus scriptum inuenerimus.

35 Qui habitant in superficie terræ, τοὺς καθημένους ἐπὶ προσώπου πάσης τῆς γῆς: id est in omnes homines, vbicunque tandem fuerint. Ponitur enim verbum καθῆσθαι pro sedes ponere, sicut ab Hebræis vsurpatur שבת, vt diximus Matth.4.c.16 & πρόσωπον τῆς γῆς illud est quod Hebræi פני הארץ, Latini superficiem terræ vocant.

36 Vt digni habeamini, ἵνα καταξιωθῆτε. Magna est huius verbi emphasis, ex quo intelligimus omnia deberi gratuitæ Dei electioni, qui nos prior dilexit. Erasmus igitur non satis expressè vertit, Vt liceat vobis, ἵνα ἐξῇ ὑμῖν. In duobus tamen codicibus legimus ἵνα κατισχύσητε ἐκφυγεῖν, vt valeatis effugere, nimirum per gratiam Dei quæ vobis aderit. Consistatis, σταθῆναι: id est ita appareatis vt intrepidè possitis vultum & sententiam iudicis sustinere. Hæc enim est filiorum Dei παῤῥησία & παῤῥησιάζεσθαι, quam pulchrè describit Paulus Rom. 8.f.33, & 34. Consistere igitur & Cadere opponuntur hoc loco: quemadmodum etiam Standi vocabulum à Terentio vsurpatur: quod tamen vt ambiguum repudiaui. Sic Psal.1.b.5, dicit David, Impii in iudicio לא יקומו, id est non consistent: pro quo Græcus interpres perperam reddidit, οὐκ ἀναστήσονται. vnde postea emanauit eorum error qui impios resurrecturos negarunt. tanti est momenti veram vocabulorum significationẽ tenere.

38 Diluculo veniebat, ὤρθριζε. Sic solent Septuaginta, quos vocant, interpretes, explicare verbũ He-

braeum משכים, quaſi dicas, Diluculari: pro quo in Veteri editione aliquoties legitur barbarum vocabulum Manicare, quod ipſum etiam Auguſtinum offendit, vt Eraſmus in hunc locum obſeruauit. Neque tamen ἐρθρίζειν declarat diluculo venire, ſed diluculo ſurgere: qua etiam ſignificatione reperio participium ἐρθριακός apud Lucianum in Gallo. Sed (vt ſæpe iam annotauimus, veluti Mar.8.b.11,& ſuprà 3.b.7) Hebraeis eſt familiare, poſito vno verbo intelligere conſequens.

Κεφάλαιον κβ΄

Mar.16.a.1 mar.14.a.1
Ἤγγιζε δὲ ἡ ἑορτὴ τῶν ἀζύμων, ἡ λεγομένη πάσχα·

1 APpropinquabat autem feſtum azymorũ, quod dicitur paſcha:

1 Appropinquabat autem dies feſtus azymorum, qui dicitur paſcha:

Καὶ ἐζήτουν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς τὸ πῶς ἀνέλωσιν αὐτόν· ἐφοβοῦντο γὰρ τὸν λαόν.

2 Et quærebant principes Sacerdotum & Scribæ quomodo eum ᵛtollerent *è medio*: timebant enim plebem.

2 Et quærebant principes Sacerdotum & Scribæ quomodo eum interfierent: timebant verò plebem.

Mar.16.c.14 mar.14.b.10
Εἰσῆλθε δὲ ὁ Σατανᾶς εἰς Ἰούδαν τὸν ἐπικαλούμενον Ἰσκαριώτην, ὄντα ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν δώδεκα.

3 ‖Introiit autem Satanas in Iudam cognominatum Iſcariotem qui erat è numero duodecim.

3 Intrauit autem Satanas in Iudam qui cognominabatur Iſcariotes, unum de duodecim.

Καὶ ἀπελθὼν συνελάλησε τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς στρατηγοῖς τὸ πῶς αὐτὸν παραδῷ αὐτοῖς.

4 Qui abiens colloquutus eſt cum principibus Sacerdotum ᵛac præfectis *templo*, quomodo ipſis eum traderet.

4 Et abiit & loquutus eſt cum principibus Sacerdotum & magiſtratibus, quemadmodum illum traderet eis.

Καὶ ἐχάρησαν· καὶ συνέθεντο αὐτῷ ἀργύριον δοῦναι.

5 Qui gauiſi ſunt: ac pacti ſunt ſe daturos ei pecuniam.

5 Et gauiſi ſunt: & pactiſunt pecuniã illi dare.

Καὶ ὡμολόγησε· καὶ ἐζήτει εὐκαιρίαν τοῦ παραδοῦναι αὐτὸν αὐτοῖς ἄτερ ὄχλου.

6 Et *ipſe* ᵛ ſpopondit: quærebátque opportunitatem vt traderet eum ipſis ᵛabſque turba.

6 Et ſpopondit: & quærebat opportunitatem ut traderet illum ſine turba.

Mar.16.b.17 mar.14.b.13
Ἦλθε δὲ ἡ ἡμέρα τῶν ἀζύμων, ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ πάσχα.

7 ‖Venit autem dies azymorũ, qua ᵛoportebat mactari ᵛpaſcha.

7 Venit autem dies azymorum, in qua neceſſe erat cædi paſcha.

Καὶ ἀπέστειλε Πέτρον καὶ Ἰωάννην, εἰπών, Πορευθέντες ἑτοιμάσατε ἡμῖν τὸ πάσχα, ἵνα φάγωμεν.

8 Et miſit Petrum & Iohannẽ, dicens, Profecti parate nobis paſcha vt veſcamur.

8 Et miſit Petrum & Iohannem, dicens, Euntes parate nobis paſcha, ut manducemus.

Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, Ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμεν;

9 Ipſi verò dixerunt ei, Vbi vis paremus *illud*?

9 At illi dixerunt, Vbi vis paremus?

Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Ἰδοὺ, εἰσελθόντων ὑμῶν εἰς τὴν πόλιν, συναντήσει ὑμῖν ἄνθρωπος κεράμιον ὕδατος βαστάζων· ἀκολουθήσατε αὐτῷ εἰς τὴν οἰκίαν ὅπου εἰσπορεύεται.

10 At ille dixit eis, Ecce, poſtquã introieritis in vrbem, occurret vobis quidam aquæ amphoram baiulans: ſequimini eum domum in quam ingredietur.

10 Et dixit ad eos, Ecce, introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo amphoram aquæ portans: ſequimini eum in domum in quam intrat.

Καὶ ἐρεῖτε τῷ οἰκοδεσπότῃ τῆς οἰκίας, Λέγει σοι ὁ διδάσκαλος, Ποῦ ἐστὶ

11 Et dicite patrifamiliãs ædiũ, Dicit tibi Magiſter, Vbi eſt

11 Et dicetis patrifamilids domus, Dicit tibi Magiſter, vbi eſt

IN CAPVT XXII.

1 Tollerent *è medio*, ἀνέλωσιν. Addidi E medio, vt vitarem amphiboliam in Latino ſermone. Alibi vſi ſumus verbo Interimendi, quod non videtur conuenire vltimo ſupplicio, quod Magiſtratus ſententia interueniente de aliquo ſumitur. Quamobrem etiam Necandi verbum vſurpauimus infrà, 23.v.32. & inuidioſe videtur poſitũ πολίτῃ Act.1.d.23,& 10.f.39.vt ſignificetur Chriſtus velut à latronibus potius quàm à iudicibus per ſummum ſcelus interfectus.

4 Ac præfectis *templo*, στρατηγοῖς. Vulg.& Eraſ. Et Magiſtratibus, quo nomine potius intellexerim ἕως πρεσβυτέρους. Vocatos autem fuiſſe στρατηγοὺς eos qui templi cuſtodiæ præerant, (cuius fit mentio Matth.27.g.65) & diſtinctos fuiſſe à preſbyteris & à principibus Sacerdotum, liquet ex verſu 52 huius capitis. Caſtellio Antiſtites conuertit: quàm rectè, ipſe viderit.

6 Spopondit, ὡμολόγησε. Alibi τὸ ὡμολογεῖσθαι declarat palàm profiteri: hic autem ad mutuam ſtipulationem refertur, in qua vnus rogat, Spondes? alter reſpondet, Spondeo. Nam ὁμολογεῖν ad verbum declarat, paribus verbis loqui, vt ii ſolent qui petentibus aſſentiuntur. Abſque turba, ἄτερ ὄχλου. i. ſine tumultu, vel clam turba quæ eum ſolebat affectari. quamobrem etiam id tempus obſeruauit quo ſolum eſſe ſciebat in horto.

7 Oportebat, ἔδει. Oportebat, nimirum ex Legis præſcripto. Sed hoc quoque Dei mandatum Iudæi plerique traditionibus ſuis violabant, vt annotauimus Matth. 16.b.17. Vulgata & Eraſmus, Neceſſe erat,

ἀάγνω ἵνα. Paſcha, τὸ πάσχα: id eſt Agnum qui figura erat ipſius Phaſe: quæ metonymia alibi eſt à nobis annotata.

ὃ κατάλυμα ὅπου ὁ πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου φάγω;

diuerſorium vbi paſcha cum diſcipulis meis edam?

diuerſorium vbi paſcha cum diſcipulis meis manducem?

Κἀκεῖνος ὑμῖν δείξει ἀνάγαιον μέγα ἐστρωμένον· ἐκεῖ ἑτοιμάσατε.

11 Tunc ipſe oſtẽdet vobis cœnaculum magnum ſtratum: illic parate *paſcha*.

11 *Et ipſe oſtendet vobis cœnaculũ magnum ſtratum: & ibi parate.*

Ἀπελθόντες δὲ εὗρον καθὼς εἴρηκεν αὐτοῖς· καὶ ἡτοίμασαν τὸ πάσχα.

13 Profecti autẽ inuenerunt omnia prout dixerat eis: & parauerunt paſcha.

13 *Euntes autem inuenerunt ſicut dixit illis: & parauerunt paſcha.*

Καὶ ὅτε ἐγένετο ἡ ὥρα, ἀνέπεσε, καὶ οἱ δώδεκα ἀπόστολοι σὺν αὐτῷ.

14 ‖Quum igitur adeſſet ᵛ*conſtitutum* illud tempus, diſcubuit, & duodecim Apoſtoli cum eo.

14 *Et quum facta eſſet hora, diſcubuit, & duodecim Apoſtoli cum eo.* Mat.26.b.20 mar.14.b.18.

Καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς, Ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν πρὸ τοῦ με παθεῖν.

15 Et dixit eis, ᵛ Deſiderio deſideraui hoc paſcha veſci vobiſcum, antequam ego ᵛ patiar.

15 *Et ait illis, Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum antequam patiar.*

Λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι οὐκέτι οὐ μὴ φάγω ἐξ αὐτοῦ, ἕως ὅτου πληρωθῇ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ.

16 Dico enim vobis me non amplius comeſturum ex eo, quouſque compleatur in regno Dei.

16 *Dico enim vobis quia ex hoc non manducabo illud donec impleatur in regno Dei.*

Καὶ δεξάμενος ποτήριον, εὐχαριστήσας εἶπε, Λάβετε τοῦτο, καὶ διαμερίσατε ἑαυτοῖς.

17 Et accepto poculo, quum gratias egiſſet, dixit, Accipite hoc, & partimini vobis ipſis.

17 *Et acepto calice, gratias egit, & dixit, Accipite, & dimidiate inter vos.*

Λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι οὐ μὴ πίω ἀπὸ τοῦ γενήματος τῆς ἀμπέλου, ἕως οὗ ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἔλθῃ.

18 Dico enim vobis me non bibiturum ex fructu vitis, vſquequo regnum Dei venerit.

18 *Dico enim vobis quòd non bibam de generatione mea, donec regnum Dei veniat.*

Καὶ λαβὼν ἄρτον εὐχαριστήσας ἔκλασε· καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς, λέγων, Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν.

19 ‖Et accepto pane, quum gratias egiſſet, fregit: & dedit eis, dicens, Hoc eſt corpus meum quod pro vobis datur: hoc facite in mei recordationem.

19 *Et acepto pane gratias egit, & fregit: & dedit eis, dicens, Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meã commemorationem.* Mat.26.c.26 mar.14.c.22 1.cor.11.c.24

Ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον μετὰ τὸ δεῖπνησαι, λέγων, Τοῦτο τὸ ποτήριον, ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον.

20 Itidem etiam *dedit eis* poculum, ᵛ poſtquã cœnaſſet, dicẽs, ᵛ Hoc poculum *eſt* Nouum illud teſtamentum per ſanguinẽ meum, ᵛ qui pro vobis effunditur.

20 *Similiter & calicem poſtquam cœnauit, dicens, Hic eſt calix Nouũ teſtamentum in ſanguine meo, qui pro nobis fundetur.*

14 *Conſtitutum* illud tempus, τὴν ὥραν. Tot vocabulis libuit τὴν ὥραν interpretari, vt planius loquerer. Ita enim ſignificatur veſpertinum crepuſculum, intra quod oportuit hanc cœnam peragi. Quod non ſatis videatur exprimere ſi cum Vetere interprete conuertas, Quum facta eſſet hora: vel cum Eraſmo, Quum iam eſſet tempeſtiuum.

15 Deſiderio deſideraui, ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα. Hebr. תאוה תאויתי, pro ſummopere deſideraui. Hunc autem verſiculum teſtatur Epiphanius ſic fuiſſe ab Hebionæis depraua tum, μὴ ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν; id eſt, Nũ deſideraui deſiderio hoc paſcha carne veſci vobiſcum? Patiar, πάσχω: id eſt ſupplicio mortis afficiar. Libenter autem retinuimus hoc vocabulum, Eccleſiæ Dei familiare.

20 Poſtquam cœnaſſet, μετὰ τὸ δειπνῆσαι. Hic libuit ſubiicere ex rituum Iudaicorum volumine quod ipſi כל-בו vocant, ceremoniam panis & poculi quæ ſumunt Iudæi ſub finem cœnæ agni paſchalis. Ea igitur eiuſmodi eſt, Emanuele Tremelio, homine doctiſſimo, interprete, Paterfamilias initio conuiuii ſumit panem azymum integrum, quem in duas partes diuidit: quarum vni ſic benedicit, Benedictus es Domine Deus noſter, Rex vniuerſi, qui educis panem è terra. (Vel ſic, Benedictus es Domine Deus noſter, Rex vniuerſi, in eſu panis azymi) Alteram autem partem recondit ſub mappa, vt videntes pueruli rogent cur panem azymum abſcondamus, & eum differamus comedere: deinde ne, ſi eum videant, comedant inter cœnandum imprudentes: poſtea peragit cœnã ſuã quiſque lætus. qua peracta, reſumit paterfamilias partẽ illam quam ſub mappa abſconderat, & ex ea recumbens comedit tantillum quanta eſt oliua, diſtribuitque ſingulis accumbentibus, in Paſchæ memoriam: nec quicquam cibi deinceps ea nocte guſtant, vt guſtus panis azymi maneat in ore ipſorum. Deinde ad eundem modum diſcumbens bibit, & recitat gratiarum actiones, quibus ſumpto cibo ſolenne gratias agere Deo. Hæc eſt igitur illorum ceremonia, ad quam non deſunt qui putent Chriſtum reſpexiſſe quum ſacroſanctam ſynaxin inſtitueret: quod ſi verum eſt (neque enim hoc facilè conceſſerim) longè tamen aliter iudicandum eſt de ſancta & ſolẽni inſtitutione qua in ipſius Chriſti poſſeſſionem mittimur, quàm de externo illo ritu & traditione. Hoc poculum *eſt*, τοῦτο τὸ ποτήριον. Verbum ſubſtantiuum quod hic deeſt, rectè ſuppletur ex 1. Cor. 11. c. 25, ſed à Vetere interprete non eſt poſitum ſuo loco. Vertit enim,

Hic eſt calix, pro Hic calix eſt. Eſt autem hoc loco duplex metonymia, quam agnoſcere coguntur etiam ii qui in hac formula non deſinunt τὸ ἐστὶν vrgere, vt quod ſemel tuendum ſuſceperunt, omnibus modis defendant. Primùm enim ponitur continens (vt grammatici loquuntur) pro contento, poculũ videlicet pro vino quod ipſo póculo continetur. Deinde vinum dicitur eſſe ipſum fœdus, quum ſit duntaxat fœderis, aut eius potius quo fœdus ſancitur, (nimirum ſanguinis Domini) ſymbolum ac teſſera: vera quidem illa & minimè inanis, ſed tamen ab eo diſtinguenda quod ipſa repræſentat. Non eſt igitur quòd è cælo Chriſtum eliciamus, vel Chriſti corpus immenſum & inuiſibile comminiſcamur, vt propriam ſignificationem verbi Eſt conſeruemus. Eſt autem hæc metonymia non modò in Sacris literis frequens, vt eſt ab eruditiſſimis hominibus toties inculcatum, ſed etiam ab ipſo Homero vſurpata. Sic enim ille vbi mentionem facit fœderis inter Græcos & Troianos multis cæremoniis ſanciti, libro Iliad. γ. Κήρυκες δ' ἀνὰ ἄστυ θοὰς φέρον ἔρκεα πιστὰ, Ἀρνειὸν δ' ἕνα τε τμῆξαι καὶ ἐπεύξασθαι ἀρούρης Λευκῷ ἐν ἀργίνῳ. In quibus verſiculis nemo non videt (liceat enim nobis profana cum ſacris hactenus comparare) agnis & vino, quæ fœderis duntaxat ſymbola erant, tribui ipſam fœderis appellationem, ſimili prorſus dicendi genere quo hic vſus Lucas poculum vocauit Nouum teſtamentum. Certum eſt enim Chriſtum vſum eſſe formulis dicendi, ipſi vulgo vſitatis, in hac præſertim ceremonia quam volebat ab omnibus intelligi. Nouum illud teſtamentum, ἡ καινὴ διαθήκη: vel potius fœdus. Nam mihi quidem videtur hæc interpretatio melius conuenire, vt plenior ſit veteris fœderis & noui collatio: neque tamen auſus ſum quicquam hic mutare. Sed putaui exprimendum articulum, qui additus videtur, vt diſcipulis veniret in mentem quod pollicitus fuerat Dominus iam olim, Ierem. 31. f. 34. quam promiſſionem probabile eſt in populo Dei celebrem fuiſſe, quanuis à Scribis & Phariſæis non rectè explicaretur. Qui pro vobis effunditur, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον. Quum hæc verba, ſi conſtructionem ſpectemus, neceſſariò non ad ſanguinem, ſed ad poculum pertineant, neque tamen de vino (nedum de poculo) intelligi poſſint, aut manifeſtum eſt ſolœcophanes, quum dicendum fuerit τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον, vt legit Baſilius in Ethicis, ἔργον ϛ̄: aut potius quum hæc eſſent ad marginem annotata ex Matthæo & Marco, poſtea in contextum irrepſerunt: quod eo quidem facilius eſt admiſſum quòd quũ in ſuperiore verſiculo adſcriptum eſſet τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον, id eſt, Quod pro vobis datur, ſimile quippiam videtur adiiciẽdum fuiſſe vbi agitur de ſanguine. Sed neque hoc additur apud Paulum 1. Cor. 11. c. 25. (qui tamen videtur ex hoc loco deſcripſiſſe Cœnæ inſtitutionem) neque cauſam video cur ſolœcophanes Lucas vſurparet. Omnes tamen veruſti noſtri codices ita ſcriptum habebant.

Mat. 26. b. 21 mar. 14. b. 19 ioban. 13. b. 18

Πλὴν ἰδοὺ ἡ χεὶρ τοῦ παραδιδόντος με μετ' ἐμοῦ ἐπὶ τῆς τραπέζης.

21 ‖Veruntamen ecce manus eius qui me prodit, mecũ eſt in menſa.

21 *Veruntamen ecce manus tradentis me mecum eſt in menſa.*

Καὶ ὁ μὲν υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου πορεύεται κατὰ τὸ ὡρισμένον· πλὴν οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ δι' οὗ παραδίδοται.

Pſal. 40. c. 11

22 Et filius quidem hominis ‖prout definitum eſt, vadit: veruntamen væ homini illi per quem proditur.

22 *Et quidem filius hominis ſecundum quod definitum eſt, vadit: veruntamen væ homini illi per quem traditur.*

Καὶ αὐτοὶ ἤρξαντο συζητεῖν πρὸς ἑαυτοὺς τὸ τίς ἄρα εἴη ἐξ αὐτῶν ὁ τοῦτο μέλλων πράσσειν.

23 Tunc ipſi cœperunt mutuò quærere inter ſe quiſnam eſſet ex ipſis qui hoc facturus eſſet.

23 *Et ipſi cœperunt quærere inter ſe quis eſſet ex eis qui hoc facturus eſſet.*

Ἐγένετο δὲ καὶ φιλονεικία ἐν αὐτοῖς, τὸ, τίς αὐτῶν δοκεῖ εἶναι μείζων.

24 Orta eſt autem etiam contentio inter eos, quis eorum videretur eſſe maior.

24 *Facta eſt autem & cõtentio inter eos, quis eorũ uideretur eſſe maior.*

Mar. 10. d. 25 mar. 10. f. 42

Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Οἱ βασιλεῖς τῶν ἐθνῶν κυριεύουσιν αὐτῶν· καὶ οἱ ἐξουσιάζοντες αὐτῶν, εὐεργέται καλοῦνται.

25 Ipſe verò dixit eis, ‖Reges gentium dominantur eis, & qui poteſtatem habent in eas, ᵛ benefici vocantur.

25 *Dixit autem eis, Reges gentium dominantur eorum: & qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici uocantur.*

Ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως· ἀλλ' ὁ μείζων ἐν ὑμῖν, γενέσθω ὡς ὁ νεώτερος· καὶ ὁ ἡγούμενος, ὡς ὁ διακονῶν.

26 Vos autem non ita: ſed qui maximus eſt inter vos, ſit ſicut ᵛqui minimus eſt, & qui princeps eſt, ſicut qui miniſtrat.

26 *Vos autem non ſic: ſed qui maior eſt in uobis, fiat ſicut iunior: & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator.*

22 Definitũ eſt, τὸ ὡρισμένον. Sic loquitur Spiritus ſanctus Act. 4. c. 17, & quidem apertius aliquanto nominans manum ac conſiliũ Dei. Viderint igitur præpoſteri quidam iuſtitiæ Dei vindices ſcilicet ac patroni, qua fronte, quum de peccatis hominum agitur, prouidentiam Dei à conſilio & decreto ſeparent. Nempe, inquiunt, ne Deum faciamus mali authorem. Quid verò? Chriſtum prodere, deridere, crucifigere, ſcelus non fuit? & tamen dicit ipſe Chriſtus, dicunt Apoſtoli id eſſe à Deo definitum, id inquam Dei manu & conſilio prius, id eſt ab æterno, fuiſſe conſtitutum. ſic, inquam, loquitur Deus ipſe cuius authoritatem qui ſequitur, emendatè ſanè loquitur. Ergo, inquies, Deus fuit huius ſceleris author? Abſit. Clemens enim & bonus eſt Deus noſter, mundum in Chriſto reconcilians ſibi: & iuſtus quoque peccatorum noſtrórum iudex, in eo qui factus eſt execratio pro nobis: ſceleratus autẽ eſt Iudas, qui innocentiſſimum hominẽ prodit vt auaritiæ ſuæ ſeruiat: ſceleratus Iudæi, qui Seruatorem ſuum poſtulant ad necem: ſceleratus Pilatus, qui repugnante conſcientia inſontem damnat. Diſtingue igitur Dei conſilium ac decretum à cauſis mediis, id eſt ab iſtorum malis conſcientiis, & in vno eodémque facto, Dei iuſtitiam & bonitatem cole, diaboli & hominum iniquitatem & improbitatem deteſtaberis.

25 Benefici vocantur, Μεγάλοις καλοῦνται: id eſt magnificis titulis ornantur. Sic enim mos ſemper fuit principes aliquibus cognomentis honeſtare, quæ poſtea tranſierunt etiam ad hæredes. Nominatim verò inter Ægypti reges numerantur duo Euergetæ. Sed & ab Hebræis principes generali nomine נדיבים (id eſt munifici & liberales) dicuntur per antonomaſiam. quòd videtur Lucas reſpexiſſe.

26 Qui minimus eſt, ὁ νεώτερος. Propriè dicitur de ætate, cuius tamen diſcrimina Dominus non tollit, ni-

lit, niſi haſtenus vt ſtulta & vana ambitio vitetur. Malo tamen πώποτε accipere in genere pro eo qui minimæ eſt authoritatis: ſicut apud Hebræos interdum vſurpatur vocabulum אין.

Τίς γὰρ μείζων, ὁ ἀνακείμενος, ἢ ὁ διακονῶν; οὐχὶ ὁ ἀνακείμενος; Ἐγὼ δὲ εἰμὶ ἐν μέσῳ ὑμῶν ὡς ὁ διακονῶν.

27 Nam vter maior eſt, qui accumbit, an qui miniſtrat? nónne qui accumbit? At ego ſum in medio veſtrum vt qui miniſtrat.

27 Nam quis maior eſt, qui recúbit, an qui miniſtrat? nónne qui recúbit? Ego autem in medio veſtrũ ſum ſicut qui miniſtrat.

Ὑμεῖς δέ ἐστε οἱ διαμεμενηκότες μετ' ἐμοῦ ἐν τοῖς πειρασμοῖς μου.

28 Vos porro ii eſtis qui permãſiſtis mecum in tentationibus meis.

28 Vos autẽ eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis.

Κἀγὼ διατίθεμαι ὑμῖν, καθὼς διέθετό μοι ὁ πατήρ μου, βασιλείαν,

29 Ego igitur paciſcor vobis, prout pactus eſt mihi Pater meus, regnum,

29 Et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus, regnum,

Ἵνα ἐσθίητε καὶ πίνητε ἐπὶ τῆς τραπέζης μου ἐν τῇ βασιλείᾳ μου, καὶ καθίσησθε ἐπὶ θρόνων, κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ.

30 Vt edatis & bibatis in menſa mea in regno meo, & ſedeatis ſuper thronos, iudicantes duodecim tribus Iſrael.

30 Vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo, & ſedeatis ſuper thronos, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Mat.19.d.28

Εἶπε δὲ ὁ Κύριος, Σίμων, Σίμων, ἰδοὺ, ὁ σατανᾶς ἐξῃτήσατο ὑμᾶς, τοῦ σινιάσαι ὡς τὸν σῖτον·

31 Dixit etiã Dominus, Simon, Simon, ecce, Satanas appetiit vos quos ventilaret ſicut triticũ:

31 Ait autem Dominus, Simon, Simon, eae, Satanas expetiuit uos vt cribraret ſicut triticum: 1.Pet.5.c.8

Ἐγὼ δὲ ἐδεήθην περὶ σοῦ, ἵνα μὴ ἐκλείπῃ ἡ πίστις σου· καὶ σύ ποτε ἐπιστρέψας, στήριξον τοὺς ἀδελφούς σου.

31 Sed ego rogaui pro te, ne deficiat fides tua: tu igitur aliquãdo conuerſus, confirma fratres tuos.

31 Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos.

Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ, Κύριε, μετὰ σοῦ ἕτοιμός εἰμι καὶ εἰς φυλακὴν καὶ εἰς θάνατον πορεύεσθαι.

33 Ipſe verò dixit ei, Domine tecũ paratus ſum & in carcerẽ & ad mortem proficiſci.

33 Qui dixit ei, Domine, tecum paratus ſum & in carcerẽ & in mortẽ ire.

Ὁ δὲ εἶπε, Λέγω σοί, Πέτρε, οὐ μὴ φωνήσῃ σήμερον ἀλέκτωρ ἕως τρίς ἀπαρνήσῃ μὴ εἰδέναι με.

34 At ille dixit, Dico tibi Petre, non mittet vocem hodie gallus, priuſquam ter neges me tibi notum eſſe.

34 Et ille dixit, Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus, donec ter abneges noſſe me. Mat.26.c.34 Mar.14.c.30 Iohan.13.d.38

Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ὅτε ἀπέστειλα ὑμᾶς ἄτερ βαλαντίου καὶ πήρας καὶ ὑποδημάτων, μή τινος ὑστερήσατε; Οἱ δὲ εἶπον, Οὐδενός.

35 Dixit etiam eis, Quando miſi vos abſque crumena & pera & ſoleis, num quid defuit vobis? Ipſi verò dixerunt, Nihil.

35 Et dixit eis, Quando miſi uos ſine ſaculo & pera & calceamentis, nunquid aliquid defuit uobis? At illi dixerunt, Nihil. Mat.10.d.9

27 In medio veſtrum, ἐν μέσῳ ὑμῶν. i. inter vos: pro quo dicunt Hebræi בקרבכם, vt alibi annotauimus.

29 Paciſcor, διατίθεμαι. Vel, lego, teſtamento meo videlicet: quæ interpretatio conuenit morituro, & Græco etiam vocabulo non repugnat: deinde etiam vtitur authoritate Epiſtolæ ad Hebræos cap. 9. c. 17. Sed tamen quia ſimili ratione non poteſt dici Pater Filio regnum legaſſe, hoc autem loco ſignificat Chriſtus ſeſe iuſ illud Filii nobiſcum communicare, (quod quidem eiuſmodi eſt vt Filius viuente etiam Patre ſit ipſius bonorum particeps, præſertim ſi pater ita cum eo pactus fuerit) ideo ad ius illud pacti referri malo quo in vitæ æternæ conſortiũ aſciti ſumus. Itaq; locus ille Epiſtolæ ad Hebræos fortaſſis pro allusione potius quam pro genuina interpretatione accipiẽdus eſt. Neq; obſtat quòd vita æterna toties dicitur hæreditas, & Chriſti dicimur cohæredes. Nam in genere τὸ κληρονομῆσαι accipitur pro Poſſidere, & κληρονομία pro eo quod poſſidemus, ſicut apud Hebræos accipitur נחלה & נחל: quibus tamen vocabulis vti videtur Scriptura vt declaret nos non vllis noſtris meritis, ſed gratuita adoptione vitam æternam conſequi. Pendet autem hæc adoptio non à teſtamento, ſed à fœdere, ſeu pacto, quod quidem non ipſius Patris qui nos adoptauit, & mori non poteſt, ſed Filii potius in quo adoptati ſumus, morte ſancitur. Itaque ſimili ratione dicimur hæredes Dei qua cohæredes Chriſti: quia nimirum filii ſumus, ex fœdere tamen, non ex teſtamento: alioquin Patrem à quo adoptati ſumus, oporteret mori antequam hæreditatem acciperemus. Certè ſic iſta dicuntur de fœdere cum Abrahamo inito Act. 3. d. 25. quod vocatur vbique ברית. Theophylactus quoque διατίθεμαι ὑμῖν interpretatur συντίθεμαι ὑμῖν: à quo tamen in eo diſſentio quòd βασιλείαν connectit cum verbo διέθετο, hoc modo videlicet, Prout igitur Pater mihi pactus eſt regnum, ita vobiſcum paciſcor, vt edatis & bibatis, &c. Ego verò malo poſt ὁ πατήρ μου adſcribere diſtinctionem quæ in pleriſque exemplaribus reperitur, & verſiculum ſequentem accipere pro huius declaratione.

31 Quos ventilaret, τοῦ σινιάσαι: id eſt agitaret & diſpergeret, vel etiã excuteret. Vulgata & Eraſmus, Vt cribraret. Ambroſius lib. 1. De vocatione Gentium cap. vlt. Vt cerneret. Sed hic agitur de illo Satanæ ſtudio quo totus ardet Eccleſiæ cœtum modis omnibus agitatum ac vexatum diſſipãdi, fidem denique nobis excutiẽdi. Cribrandi autem & cernendi ſignificatio tum demum conuenit vbi de Dei conſiliis agitur in Eccleſia ſua non perdenda, ſed repurganda. Theophylactus interpretatur σείσαι καὶ διελθεῖν, id eſt turbare & lædere; quod potius reſpondet verbo διασῶσαι.

Εἶπεν οὖν αὐτοῖς, Ἀλλὰ νῦν ὁ ἔχων 36 Dixit ergo eis, At nunc, qui 36 *Dixit ergo eis, Sed*
βαλάντιον, ἀράτω, ὁμοίως καὶ πήραν· καὶ crumenam habet, ſumat eam, *nunc, qui habet ſaccu-*
ὁ μὴ ἔχων, πωλησάτω τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ, similiter & peram: & qui non *lum, tollat, ſimiliter &*
καὶ ἀγορασάτω μάχαιραν. habet, vendat pallium ſuum, *peram: & qui non ha-*
& emat gladium. *bet, vendat tunicã ſuã,*
& emat gladium.

Λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι ἔτι τοῦτο τὸ γε- 37 Dico enim vobis, adhuc o- 37 *Dico enim vobis quo-*
γραμμένον δεῖ πληρωθῆναι ἐν ἐμοί, τό, portere in me perfici ‖ ſcriptum *niam adhuc hoc quod*
Esa.53.d.12 Καὶ μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη. Καὶ γὰρ τὰ illud, Et cum ſceleratis numeratus eſt. Nã ea quæ *ſcriptum eſt, oportet*
περὶ ἐμοῦ τέλος ἔχει. ſcripta ſunt de me, finem habent. *impleri in me, Et cum i-*
niquis deputatus eſt. Et-
enim ea quæ ſunt de
me, finem habent.

Οἱ δὲ εἶπαν, Κύριε, ἰδοὺ μάχαιραι ὧ- 38 At illi dixerunt, Domine, 38 *At illi dixerunt, Do-*
δε δύο. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Ἱκανόν ἐστι. ecce duo gladii hîc. Ipſe verò di- *mine, ecce duo gladii*
xit eis, Satis eſt. *hîc. At ille dixit eis, Sa-*
tis eſt.

Καὶ ἐξελθὼν ἐπορεύθη κατὰ τὸ ἔθος εἰς 39 ‖ Et egreſſus, profectus eſt ex 39 *Et egreſſus ibat ſe-*
Mat.26.d.36 mar.14.d.32 luc.22.a.1 τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν· ἠκολούθησαν δὲ more in montem Oliuarum: *cundum conſuetudinem*
αὐτῷ καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. ſequuti ſunt autem eum etiam *in montem Oliuarum:*
diſcipuli eius. *ſequuti ſunt autem illum*
& diſcipuli.

Γενόμενος δὲ ἐπὶ τοῦ τόπου, εἶπεν αὐτοῖς, 40 Quum verò peruenſſet ad 40 *Et quum peruenſſet*
Mat.26.d.41 mar.14.d.38 Προσεύχεσθε μὴ εἰσελθεῖν εἰς πει- eum locum, dixit eis, precami- *ad locum, dixit illis, O-*
ραςμόν. ne intretis in tentationem. *rate ne intretis in tenta-*
tionem.

Καὶ αὐτὸς ἀπεσπάσθη ἀπ' αὐτῶν ὡσεὶ 41 Tum ipſe auulſus eſt ab eis 41 *Et ipſe auulſus eſt ab*
λίθου βολήν, καὶ θεὶς τὰ γόνατα προ- quaſi ad iactum lapidis, poſitiſ- *eis quantum iactus eſt*
ηύχετο, que genibus precatus eſt, *lapidis, & poſitis genu-*
bus orabat.

Λέγων, Πάτερ, εἰ βούλει παρένεγκε 42 Dicens, Pater, ſi vis, tranſfer 42 *Dicens, Pater, ſi uis,*
τοῦτο τὸ ποτήριον ἀπ' ἐμοῦ· πλὴν μὴ poculum hoc à me: veruntamen *tranſfer calicem iſtum*
τὸ θέλημά μου ἀλλὰ τὸ σὸν γινέσθω. non mea voluntas ſed tua fiat. *à me: uerumtamen non*
mea uoluntas ſed tua
fiat.

Ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος ἀπ' οὐρανοῦ 43 Viſus eſt autem ei Angelus è 43 *Apparuit autem illi*
ἐνισχύων αὐτόν. cælo corroborans eum. *Angelus de cælo confor-*
tans eum.

Καὶ γενόμενος ἐν ἀγωνίᾳ, ἐκτενέ- 44 Et ipſe conſtitutus in angore, 44 *Et factus in agonia,*
στερον προσηύχετο. ἐγένετο δὲ ὁ ἱδρὼς intentius orabat. Erat autem *prolixius orabat: &*
αὐτοῦ ὡσεὶ θρόμβοι αἵματος καταβαί- ſudor eius quaſi grumi ſan- *factus eſt ſudor eius ſicut*
νοντες ἐπὶ τὴν γῆν. guinis deſcendentes in ter- *guttæ ſanguinis decur-*
ram. *rentis in terram.*

36 Sumat, ἀράτω, nimirum vt eius pretio gladium redimat, ſicut omnino apparet ex iis quæ ſubiiciuntur de pallio. Niſi malimus poſt ὁ μὴ ἔχων ſubaudire μάχαιραν, quod ex Hebræorum conſuetudine, priore loco omiſſum, exprimitur in poſteriore, vice relatiui: vt ſit hic ſenſus, Et qui non habet gladium, vendat pallium, & gladium emat. Hanc interpretationem ſequutus eſt Theophylactus, qui ἀράτω interpretatur βαστάζέτω, id eſt ferat, quaſi ſuos moneat Dominus ea tempora inſtare quibus ipſi ſibi debeant humanis etiam præſidijs proſpicere, quum antea præſente Domino, ſola ipſius prouidentia tuti eſſent ac ſecuri. Ego verò neque hoc prorſus admitto, neque video quid torquere debuerit veteres in hoc loco explicando, quaſi de gladii aut belli iure hîc agatur. Oſtendunt omnes circunſtantiæ Chriſtum Apoſtolis ſuis denunciare tempus illud inſtare quo non, vt antea, quietè ſecum eſſent verſaturi, (minantibus potius quàm reipſa pugnantibus aduerſarijs) ſed in extremum periculum venturi tum huius vitæ, tum etiam fidei amittendæ. Itaque totus hic ſermo allegoricus eſt: quaſi dicat, Vixiſtis adhuc in pace, commilitones, nunc verò bellum inſtat acerrimum, & cæteris rebus omiſſis, de vnis armis cogitandum. Quænam autem illa ſint arma, ipſe, quum in horto precaretur, & Petrum gladio ferientem reprehenderet, ſuo exẽplo docere maluit quàm importunè hoc loco ſtupidis adhuc & ad res iſtas non ſatis attentis diſcipulis explicare. Cæterùm in ſeptem codicibus vetuſtis pro ἀράτω, πωλησάτω, ἀγορασάτω legimus, αἴρω, πωλῶ, ἀγοράζω, id eſt tollo, vendo, emo: quam lectionem annotat etiam Eraſmus ex Baſilio, ita vt ſermo ſit prædicentis imminentem afflictionem, non autem exhortantis ad parandum commeatum aut armaturam. Ego verò priorem & magis receptam lectionem potius amplector: quam etiam ſuſpicor depraua tam à quopiam, qui non aliter potuerit hunc nodum expedire.

37 Numeratus eſt, ἐλογίσθη. Vulg. & Eraſ. Deputatus eſt. Vide Mar.15.c.28.

40 Quum peruenſſet, γενόμενος. Vide Mar.6.a.2, & ſuprà, 10.f.32.

44 Conſtiturus in angore, γενόμενος ἐν ἀγωνίᾳ. Vulgata ad verbum, Et factus in agonia: quæ interpretatio nimium eſt obſcura. Significat autem ἀγωνία ſummam Chriſti luctantis anguſtiam. Neque enim cum mortis duntaxat terroribus luctabatur Chriſtus, vt cæteri homines ſolent, (alioquin videri poſſent multi martyres ipſo Chriſto conſtantiores) ſed cum terribili Patris irati iudicio, quo nihil formidabilius cogitari poteſt: quia nimirum peccatorum noſtrorum onus in ſe receperat. Itaque in hac Chriſti deiectione conſiſtit noſtræ conſolationis ſumma: tãtum abeſt vt propterea quicquam de ipſius maieſtate diminuatur. Nam, vt diuinè prorſus ait Nazianzenus, μὴ δι' ὃν ἄτιμος, ἦν ἄρα καὶ πρότερον; Id eſt, Nũ propterea honore ſuo ſpoliãdus eſt, quia

propter te humilis factus? Intentius, ἐκτενέστερον. Vulg. & Eraſ. Prolixius. Ego verò malo ad ipſam orationis qualitatem referre, tum hoc loco tum & alibi. Grumi, θρόμβοι. Vulg. & Eraſmus Guttæ: quæ interpretatio non ſatis eſt expreſſa. alioqui nolim eos imitari quos non pudet multa comminiſci vt mulierculas non tam ad reſipiſcentiam ac fidem excitent quàm ad mollem quandam & inanem commiſerationem commoueant id eſt, vt Iudæos ac Pilatum potius quàm ſua peccata diſcant execrari. Sed viciſſim digni ſunt magna re prehenſione qui, ne videantur Chriſto tribuere tam inſignia humanæ infirmitatis argumenta, partim iſta extenuant, in quibus tamen poſita eſt noſtræ pacis & cum Deo reconciliationis ſumma: partim etiam eò impudentiæ proiecti ſunt vt nonnulla tanquã ab hæreticis infarta expunxerint. Siquidem (vt eſt ab Eraſmo annotatum) Hieronymus lib. contra Pelagianos ſecundo, & Hilarius lib. de Trinitate decimo, indicant in pleriſque Græcorum ac Latinorum codicibus non fieri mentionem neque de ſudore ſanguineo, neque de Angelo confortante. At ego ſacrilegam eorum audaciam execror qui hæc deleuerunt. Deicendentes, καταβαίνοντες. Vel deſcendentis. id eſt καταβαίνοντος, vt in nonnullis codicibus legit Eraſmus.

Καὶ ἀναστὰς ἀπὸ τῆς προσευχῆς, ἐλθὼν πρὸς τοὺς μαθητὰς, εὗρεν αὐτοὺς κεκοιμημένους ἀπὸ τῆς λύπης.

45 Et quum ſurrexiſſet à precatione, veniſſétque ad diſcipulos ſuos, inuenit eos dormientes præ triſtitia.

45 *Et quum ſurrexiſſet ab oratione, & veniſſet ad diſcipulos ſuos, inuenit eos dormientes præ triſtitia.*

Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Τί καθεύδετε; ἀναστάντες προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν.

46 Et dixit eis, Quid dormitis? ſurgite, & precamini, ne introeatis in tentationem.

46 *Et ait illis, Quid dormitis? ſurgite, orate ne intretis in tentationem.*

Ἔτι δὲ αὐτοῦ λαλοῦντος, ἰδοὺ ὄχλος, καὶ ὁ λεγόμενος Ἰούδας, εἷς τῶν δώδεκα, προήρχετο αὐτοὺς, καὶ ἤγγισε τῷ Ἰησοῦ φιλῆσαι αὐτόν.

47 Adhuc autem eo loquente, ecce turba, & is qui dicebatur Iudas, vnus è duodecim, præibat eis, & appropinquauit Ieſu vt oſcularetur eum.

47 *Adhuc eo loquente, ecce turba, & qui vocabatur Iudas, vnus de duodecim, antecedebat eos, & appropinquauit Ieſu vt oſcularetur eum.*

Mat.26.f.47 mar.14.f.43 iohan.18.a.3

Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, Ἰούδα, φιλήματι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παραδίδως;

48 Ieſus autem dixit ei, Iuda, oſculo Filium hominis prodis?

48 *Ieſus autem dixit illi, Iuda, oſculo Filium hominis tradis?*

Ἰδόντες δὲ οἱ περὶ αὐτὸν τὸ ἐσόμενον, εἶπον αὐτῷ, Κύριε, εἰ παταξομεν ἐν μαχαίρᾳ;

49 Videntes autem il qui circa ipſum erant, quod futurum erat, dixerunt ei, Domine, percutiemúſne gladio?

49 *Videntes autem ij qui circa ipſum erant quod futurum erat, dixerunt ei, Domine, ſi percutimus in gladio?*

Καὶ ἐπάταξεν εἷς τις ἐξ αὐτῶν τὸν δοῦλον τοῦ Ἀρχιερέως, καὶ ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ οὖς τὸ δεξιόν.

50 Et quidam ex ipſis percuſſit ſeruum Pontificis maximi, & abſtulit auriculam eius dextram.

50 *Et percuſſit unus ex illis ſeruum principis Sacerdotum: & amputauit auriculam eius dexteram.*

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν, Ἐᾶτε ἕως τούτου. Καὶ ἁψάμενος τοῦ ὠτίου αὐτοῦ, ἰάσατο αὐτόν.

51 Reſpondens autem Ieſus dixit, Sinite huc vſque. Et tacta illius auricula, ſanauit eum.

51 *Reſpondens autem Ieſus ait, Sinite uſq. huc. Et quum tetigiſſet auriculam eius, ſanauit eũ.*

Εἶπε δὲ ὁ Ἰησοῦς πρὸς τοὺς παραγενομένους ἐπ' αὐτὸν Ἀρχιερεῖς καὶ στρατηγοὺς τοῦ ἱεροῦ, καὶ πρεσβυτέρους, Ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξεληλύθατε μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων;

52 Dixit autem Ieſus eis qui ad ipſum venerant, nempe principibus Sacerdotum, & præfectis templo, & ſenioribus, Vt aduerſus latronem exiiſtis cum gladiis ac fuſtibus?

52 *Dixit autem Ieſus ad eos qui venerant ad ſe, principes Sacerdotum & magiſtratus templi, & ſenatores, Quaſi ad latronem exiiſtis cum gladiis & fuſtibus?*

Καθ' ἡμέραν ὄντος μου μεθ' ὑμῶν ἐν τῷ ἱερῷ, οὐκ ἐξετείνατε τὰς χεῖρας ἐπ' ἐμέ· ἀλλ' αὕτη ὑμῶν ἐστιν ἡ ὥρα, καὶ ἡ ἐξουσία τοῦ σκότους.

53 Quum quotidie vobiſcum fuerim in templo, non extendiſtis manus in me: ſed hæc eſt hora illa veſtra, & poteſtas tenebrarum.

53 *Quum quotidie vobiſcum fuerim in templo, non extendiſtis manus in me: ſed hæc eſt hora veſtra & poteſtas tenebrarum.*

Συλλαβόντες δὲ αὐτὸν ἤγαγον, καὶ εἰσήγαγον αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Ἀρχιερέως. Ὁ δὲ Πέτρος ἠκολούθει μακρόθεν.

54 Comprehenſum autem eũ duxerunt, & introduxerunt domũ Pontificis maximi. Petrus verò ſequebatur procul.

54 *Comprehendẽtes autem eum, duxerunt ad domum principis Sacerdotum. Petrus verò ſequebatur à longè.*

Mat.26.f.57 mar.14.f.53 iohan.18.e.24

Ἁψάντων δὲ πῦρ ἐν μέσῳ τῆς αὐλῆς, καὶ συγκαθισάντων αὐτῶν, ἐκάθητο ὁ Πέτρος ἐν μέσῳ αὐτῶν.

55 Quúmque accendiſſent ignẽ in medio aulæ, atque vnà conſediſſent, ſedit & Petrus inter eos.

55 *Accenſo autem igne in medio atrii, & circumſedentibus illis, erat Petrus in medio eorum.*

Mat.26.g.69 mar.14.g.66 iohan.18.e.26

Ιδοῦσα δέ αὐτὸν παιδίσκη τις καθήμενον πρὸς τὸ φῶς, καὶ ἀτενίσασα αὐτῷ, εἶπε, Καὶ οὗτος σὺν αὐτῷ ἦν.

56 Quum verò eum vidisset ancilla quædam sedentem ad ignem, intentis in eum oculis dixit, Et iste cum eo erat.

56 Quem quum vidisset ancilla quædam sedentem ad lumen, & cũ fuisset intuita, dixit, Et hic cum illo erat.

Ὁ δὲ ἠρνήσατο αὐτὸν, λέγων, Γύναι, οὐκ οἶδα αὐτόν.

57 Ipse autem abnegauit eum, dicens, Mulier non noui eum.

57 At ille negauit eum, dicens: Mulier, non noui illum.

Καὶ μετὰ βραχὺ ἕτερος ἰδὼν αὐτὸν ἔφη, Καὶ σὺ ἐξ αὐτῶν εἶ. Ὁ δὲ Πέτρος εἶπεν, Ἄνθρωπε, οὐκ εἰμί.

58 Et paulo pòst alius videns eum, dixit, Et tu ex ipsis es. Petrus verò ait, Heus tu non sum.

58 Et post pusillum alius videns eum dixit, Et tu de illis es. Petrus verò ait, O homo, non sum.

Καὶ διαστάσης ὡσεὶ ὥρας μιᾶς, ἄλλος τις διϊσχυρίζετο, λέγων, Ἐπ' ἀληθείας καὶ οὗτος μετ' αὐτοῦ ἦν· καὶ γὰρ Γαλιλαῖός ἐστιν.

59 Et interposita quasi hora vna, alius quidam affirmabat, dicens, Verè & iste cum illo erat: etenim Galilæus est.

59 Et intermissa quasi horæ vnius, alius quidam affirmabat, dicens, Verè & hic cum illo erat: nam & Galilæus est.

Εἶπε δὲ ὁ Πέτρος, Ἄνθρωπε, οὐκ οἶδα ὃ λέγεις. Καὶ παραχρῆμα, ἔτι λαλοῦντος αὐτοῦ ἐφώνησεν ὁ ἀλέκτωρ.

60 Ait autem Petrus, Heus tu nescio quid dicas. Et illico, adhuc ipso loquente, vocem misit gallus.

60 Et ait Petrus, Homo, nescio quid dicis. Et continuò adhuc illo loquente cantauit gallus.

Καὶ στραφεὶς ὁ Κύριος ἐνέβλεψε τῷ Πέτρῳ· καὶ ὑπεμνήσθη ὁ Πέτρος τοῦ λόγου τοῦ Κυρίου, ὡς εἶπεν αὐτῷ, Ὅτι πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, ἀπαρνήσῃ με τρίς.

Mat.26.c.34 iohan.13.d.31

61 Tum conuersus Dominus intuitus est Petrum: & recordatus est Petrus sermonis Domini, quomodo *nimirum* dixerat ipsi, ‖ Priusquam gallus vocem miserit, ter me abnegabis.

61 Et conuersus Dominus respexit Petrum: & recordatus est Petrus verbi Domini, sicut dixerat, Quia prius quam gallus canet, ter me negabis.

Καὶ ἐξελθὼν ἔξω ὁ Πέτρος ἔκλαυσε πικρῶς.

62 Et egressus foras Petrus fleuit amaré.

62 Et egressus foras Petrus, flevit amarè.

Καὶ οἱ ἄνδρες οἱ συνέχοντες τὸν Ἰησοῦν, ἐνέπαιζον αὐτῷ, δέροντες·

Mat.26.g.67 mar.14.g.65

63 ‖ At ii qui vnà tenebant Iesum, et illudebant, cædentes eum:

63 Et viri qui tenebant Iesum, illudebant ei cædentes:

Καὶ περικαλύψαντες αὐτὸν, ἐτυπτον αὐτοῦ τὸ πρόσωπον· καὶ ἐπηρώτων αὐτὸν, λέγοντες, Προφήτευσον τίς ἐστιν ὁ παίσας σε.

64 Et quum eum obuoluissent, verberabant faciem eius, & interrogabant eum, dicentes, Vaticinare quis sit qui te percussit.

64 Et velauerunt eum, & percutiebant faciem eius: & interrogabant eum, dicentes, Prophetiza, quis est qui te percussit?

Καὶ ἕτερα πολλὰ βλασφημοῦντες ἔλεγον εἰς αὐτόν.

65 Et alia multa conuiciantes dicebant in eum.

65 Et alia multa blasphemantes dicebant in eum.

Καὶ ὡς ἐγένετο ἡμέρα, συνήχθη τὸ πρεσβυτέριον τοῦ λαοῦ, Ἀρχιερεῖς τε καὶ Γραμματεῖς, καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν εἰς τὸ συνέδριον ἑαυτῶν,

Mat.27.a.1 mar.15.a.1 iohan.18.c.28

66 ‖ Et vt ortus est dies, conuenit ordo seniorum populi, & principes Sacerdotum & Scribæ, & adduxerunt eum in suum consessum,

66 Et vt factus est dies, conuenerunt seniores plebis, & principes Sacerdotum & Scribæ, & duxerunt illum in concilium suum,

Λέγοντες, Εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστός; εἰπὲ ἡμῖν. Εἶπε δὲ αὐτοῖς, Ἐὰν ὑμῖν εἴπω, οὐ μὴ πιστεύσητε·

67 Dicentes, ˇNum tu es ille Christus? dic nobis. Dixit autem eis, Si vobis dixero, nequaquam credetis:

67 Dicentes, Si tu es Christus, dic nobis. Et ait illis, Si vobis dixero, non credetis mihi:

Ἐὰν δὲ καὶ ἐρωτήσω, οὐ μὴ ἀποκριθῆτέ μοι, ἢ ἀπολύσητε.

68 Quòd si etiam interrogauero, nequaquam respondebitis mihi, neque dimittetis.

68 Si autem & interrogauero, non respondebitis mihi, neque dimittetis.

Ἀπὸ τοῦ νῦν ἔσται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καθήμενος ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ.

69 ˇAb hoc tempore erit Filius hominis sedens ad dextram potentiæ Dei.

69 Ex hoc autem erit Filius hominis sedens à dextris virtutis Dei.

67 Num tu es. οὐ σὺ εἶ: vel, si tu es. Nam in vetustis codicibus duobus nulla erat adscripta interrogationis nota.

69 Ab hoc tempore, ἀπὸ τοῦ νῦν: id est deinceps.

Εἶπον δὲ πάντες, Σὺ οὖν εἶ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ; Ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς ἔφη, Ὑμεῖς λέγετε, ὅτι ἐγώ εἰμι.

Οἱ δὲ εἶπον, Τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτυρίας; αὐτοὶ γὰρ ἠκούσαμεν ἀπὸ τοῦ στόματος αὐτοῦ.

Κεφάλαιον κγ΄

ΚΑΙ ἀναστὰν ἅπαν τὸ πλῆθος αὐτῶν ἤγαγεν αὐτὸν ἐπὶ τὸν Πιλάτον.

Ἤρξαντο δὲ κατηγορεῖν αὐτοῦ, λέγοντες, Τοῦτον εὕρομεν διαστρέφοντα τὸ ἔθνος, καὶ κωλύοντα Καίσαρι φόρους διδόναι, λέγοντα ἑαυτὸν Χριστὸν βασιλέα εἶναι.

Ὁ δὲ Πιλάτος ἐπηρώτησεν αὐτὸν, λέγων, Σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς αὐτῷ ἔφη, Σὺ λέγεις.

Ὁ δὲ Πιλάτος εἶπε πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ τοὺς ὄχλους, Οὐδὲν εὑρίσκω αἴτιον ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ.

Οἱ δὲ ἐπίσχυον, λέγοντες, Ὅτι ἀνασείει τὸν λαὸν, διδάσκων καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἕως ὧδε.

Πιλάτος δὲ ἀκούσας Γαλιλαίαν ἐπηρώτησεν εἰ ὁ ἄνθρωπος Γαλιλαῖός ἐστι.

Καὶ γνοὺς ὅτι ἐκ τῆς ἐξουσίας Ἡρῴδου ἐστὶν, ἀνέπεμψεν αὐτὸν πρὸς Ἡρῴδην, ὄντα καὶ αὐτὸν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις.

Ὁ δὲ Ἡρῴδης ἰδὼν τὸν Ἰησοῦν, ἐχάρη λίαν· ἦν γὰρ θέλων ἐξ ἱκανοῦ ἰδεῖν αὐτὸν, διὰ τὸ ἀκούειν πολλὰ περὶ αὐτοῦ· καὶ ἤλπιζέ τι σημεῖον ἰδεῖν ὑπ' αὐτοῦ γινόμενον.

Ἐπηρώτα δὲ αὐτὸν ἐν λόγοις ἱκανοῖς· αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἀπεκρίνατο αὐτῷ.

Εἰστήκεισαν δὲ οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Γραμματεῖς εὐτόνως κατηγοροῦντες αὐτοῦ.

70 Dixerunt autem omnes, Tu ergo es Filius Dei? Ipse verò dixit eis, Vos dicitis me esse.

71 At illi dixerunt, Quid amplius egemus testimonio? Ipsi enim audiuimus ex ore ipsius.

CAP. XXIII.

1 TVm surgens vniuersa multitudo eorum, duxit eum ad Pilatum.

2 Cœperunt autem eum accusare, dicentes, Comperimus istum peruertere ᵛ gentem, ‖ & vetare tributa dare Cæsari, quòd dicat se ᵛ Christum, *id est* regem esse.

3 ‖ Pilatus autē interrogauit eū, dicens, Tú ne es Rex Iudæorū? Ipse verò respondens ei dixit, Tu dicis.

4 Ait verò Pilatus ad principes Sacerdotum & turbam, Nullam inuenio ᵛ noxam in hoc homine.

5 At illi ᵛ inualescebant, dicentes, Concitat populum, docens per vniuersam Iudæam, exorsus à Galilæa huc vsque.

6 Pilatus verò, audita Galilæa, interrogauit nū Galilæus esset.

7 Et quum cognouisset eum ad Herodis potestatem pertinere, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat per eos dies.

8 Herodes autem viso Iesu, gauisus est valde. cupiebat enim à multo *tempore* eum videre, eo quòd audiret multa de eo: & sperabat se signum aliquod visurum ab eo fieri.

9 Interrogauit autem eū multis sermonibus: sed ipse nihil ei respondit.

10 Stabant autem principes Sacerdotum & Scribæ magna cōtentione eum accusantes.

70 *Dixerunt autem omnes, Tu ergo es Filius Dei? Qui ait, Vos dicitis, quia ego sum.*

71 *At illi dixerūt, Quid adhuc desideramus testimonium? ipsi enim audiuimus de ore eius.*

CAP. XXIII.

1 *ET surgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum ad Pilatū.*

2 *Cœperunt autē illū accusare, dicentes, Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dare Cæsari, & dicentem se Christum regem esse.* Mat.22.b.22 mar.12.b.17

3 *Pilatus autem interrogauit eum, dicens, Tu es rex Iudæorum? At ille respondens illi, ait, Tu dicis.* Mat.27.b.11 mar.15.a.2 iohan.18.f.33

4 *Ait autem Pilatus ad principes Sacerdotum & turbas, Nihil inuenio causæ in hoc homine.*

5 *At illi inualescebant, dicentes, Commouet populum, docens per universam Iudæā, incipiēs à Galilæa usque huc.*

6 *Pilatus autē audiens Galilæam, interrogauit si homo Galilæus esset.*

7 *Et ut cognouit quòd de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Ierosolymis erat illis diebus.*

8 *Herodes autem viso Iesu, gauisus est valde: erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quòd audiret multa de eo: & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri.*

9 *Interrogabat autem eum multis sermonibus: at ipse nihil illi respondebat.*

10 *Stabāt autem principes Sacerdotum & Scribæ constanter accusantes eum.*

IN CAPVT XXIII.

2 Gentem, ἔθνος. In tribus codicibus manu scriptis additum erat ἡμῶν, nostram, & ita legit Vetus interpres. Christum, *id est* regem. Χριστὸν βασιλέα. Vel, vnctum regem.

4 Noxam, αἴτιον. Vocabulum Causæ quo vtitur Vetus interpres, nimium latè patet. Differentia autem illa inter noxam & noxiam, quæ hoc loco repetitur ab Erasmo, infinitis idoneorum scriptorum testimoniis refutatur.

5 Inualescebant, ἐπίσχυον. Vel, contrà nitebantur. nam vtrunque potest hoc verbo intelligi.

Ἐξουθενήσας δὲ αὐτὸν ὁ Ἡρῴδης σὺν τοῖς στρατεύμασιν αὐτοῦ, καὶ ἐμπαίξας, περιβαλὼν αὐτὸν ἐσθῆτα λαμπρὰν, ἀνέπεμψεν αὐτὸν τῷ Πιλάτῳ.

11 Herodes autem cum militibus ſuis, quũ eũ pro nihilo habuiſſet, & illuſiſſet ei, amictum veſte ſplendida remiſit ad Pilatum.

11 Sprevit autem illum Herodes cum exercitu ſuo, & illuſit indutum veſte alba, & remiſit ad Pilatum.

Ἐγένοντο δὲ φίλοι ὅ, τε Πιλάτος καὶ ὁ Ἡρῴδης ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ μετ' ἀλλήλων· προϋπῆρχον γὰρ ἐν ἔχθρᾳ ὄντες πρὸς ἑαυτούς.

12 Et facti ſunt amici inter ſeſe Pilatus & Herodes eo ipſe die: nam antea inimici erant inter ſe.

12 Et facti ſunt amici Herodes & Pilatus ipſa die: nam antea inimici erant ad inuicem.

Πιλάτος δὲ, συγκαλεσάμενος τοὺς Ἀρχιερεῖς καὶ τοὺς ἄρχοντας καὶ τὸν λαόν,

13 Pilatus verò, cõuocatis principibus Sacerdotum & magiſtratibus ac populo,

13 Pilatus autem, conuocatis principibus Sacerdotum & magiſtratibus & plebe,

Εἶπε πρὸς αὐτούς, Προσηνέγκατέ μοι τὸν ἄνθρωπον τοῦτον ὡς ἀποστρέφοντα τὸν λαόν· καὶ ἰδοὺ, ἐγὼ ἐνώπιον ὑμῶν ἀνακρίνας, οὐδὲν εὗρον ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ αἴτιον, ὧν κατηγορεῖτε κατ' αὐτοῦ·

Mat.27.c.23 mar.15.b.14 luc.23.g.38, & 19.d.4

14 ¶ Dixit eis, Obtuliſtis mihi hunc hominem vt qui auertat populum: & ecce, ego in veſtri conſpectu quæſtione habita, nullam noxam inueni in homine iſto, ex iis de quibus accuſatis eum:

14 Dixit ad illos, Obtuliſtis mihi hũc hominem quaſi auertentem populum: & ecce, ego ardẽ veſtris interrogans, nullam cauſam inueni in homine iſto ex his in quibus eum accuſatis:

Ἀλλ' οὐδὲ Ἡρῴδης· ἀνέπεμψα γὰρ ὑμᾶς πρὸς αὐτὸν, καὶ ἰδοὺ, οὐδὲν ἄξιον θανάτου ἐστὶ πεπραγμένον αὐτῷ.

15 Sed ne Herodes quidem: nã remiſi vos ad illum, & ecce, nihil dignum morte factum eſt ab eo.

15 Sed neque Herodes: nam remiſi vos ad illum, & ecce, nihil dignum morte actum eſt ei.

Παιδεύσας οὖν αὐτὸν ἀπολύσω.

16 Caſtigatum ergo eum dimittam.

16 Emendatum ergo illum dimittam.

Ἀνάγκην δὲ εἶχεν ἀπολύειν αὐτοῖς κατὰ ἑορτὴν ἕνα·

17 Neceſſe autem habebat dimittere eis in feſto vnum quempiam;

17 Neceſſe autem habebat dimittere eis per diẽ feſtum, vnum:

Ἀνέκραξαν δὲ παμπληθεὶ, λέγοντες, Αἶρε τοῦτον, ἀπόλυσον δὲ ἡμῖν τὸν Βαραββᾶν.

18 Exclamauit autem ſimul vniuerſa turba, dicens, Tolle hunc, dimitte verò nobis Barabbam.

18 Exclamauit autem ſimul vniuerſa turba, dicẽs, Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam.

Οἵτινες ἦν διὰ στάσιν τινὰ γενομένην ἐν τῇ πόλει καὶ φόνον, βεβλημένος εἰς φυλακήν.

19 Qui erat propter ſeditionem quandam & cædem factã in vrbe, conjectus in carcerem.

19 Qui erat propter ſeditionem quandam factam in ciuitate & homicidium, miſſus in carcerem.

Πάλιν οὖν ὁ Πιλάτος προσεφώνησε, θέλων ἀπολῦσαι τὸν Ἰησοῦν.

20 Rurſus ergo Pilatus alloquutus eſt eos, volens dimittere Ieſum.

20 Iterum autem Pilatus loquutus eſt ad eos, volens dimittere Ieſum.

Οἱ δὲ ἐπεφώνουν, λέγοντες, Σταύρωσον, σταύρωσον αὐτόν.

21 Ipſi verò reclamabant, dicentes, Crucifige, crucifige eũ.

21 At illi ſuccla mabãt, dicentes, Crucifige, crucifige eum.

Ὁ δὲ τρίτον εἶπε πρὸς αὐτούς, Τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν οὗτος; οὐδὲν αἴτιον θανάτου εὗρον ἐν αὐτῷ· παιδεύσας οὖν αὐτὸν ἀπολύσω.

22 Ille autem tertiò dixit eis, Quid enim iſte mali fecit? nullam noxam capitalem inueni in eo: caſtigatum ergo eũ dimittam.

22 Ille autem tertiò dixit ad illos, Quid enim mali fecit iſte? nullam cauſam mortis inueni in eo: corripiam ergo illum, & dimittam.

11 Cum militibus ſuis. Σὺν τοῖς στρατεύμασιν αὐτοῦ. Vel copiis. Nam exercituum nomen videtur nimiũ militare. Στράτευμα verò tranſlatitiè hic acceptum pro multitudine ſatellitum & nobilium qui Herodem è Galilæa ſequuti erant: ſicut apud Latinos agmen, manus, acies, copiæ, ſimili tranſlatione vſurpantur. Nam alioquin Pilatus non ſuſtinuiſſet Herodem armatum cum ſuis in Iudæam ingredi.

13 Et magiſtratibus, καὶ τοὺς ἄρχοντας. Loquitur proculdubio de iis quos Iudæi Sanhedrin (id eſt Senatores) vocant. Ideo Magiſtratus rectè conuertit Vetus interpres. Alibi verò aliquoties (vt ſuprà 14.a.1, & 18.v.18) Primores dixi, quoniam incertum eſt Senatorémne an præfecti Synagogæ eo nomine illic ſignificẽtur.

15 Nam remiſi vos ad illum, ἀνέπεμψα γὰρ ὑμᾶς πρὸς αὐτόν. In tribus codicibus ſcriptum legimus, ἀνέπεμψε γὰρ αὐτὸν πρὸς ἡμᾶς, remiſit enim eum ad nos: quæ lectio mihi videtur optimè conuenire. Illud enim completitur ex quo intelligi poſſit, ne Herodem quidem vllum in eo crimen comperiſſe. Nam, inquit, eum ad nos remiſit: quod facturus alioquin non erat ſi dignum eſſe comperiſſet in quem animaduerteret.

Οἱ δὲ ἐπέκειντο φωναῖς μεγάλαις αἰτούμενοι αὐτὸν σταυρωθῆναι· καὶ κατίσχυον αἱ φωναὶ αὐτῶν καὶ τῶν Ἀρχιερέων.

23 At illi instabant vocibus magnis, petentes vt crucifigeretur: & inualescebant voces eorum ac principum Sacerdotum.

23 At illi instabant, vocibus magnis postulantes ut crucifigeretur: & inualescebāt uoces eorum.

Ὁ δὲ Πιλᾶτος ἐπέκρινε γενέσθαι τὸ αἴτημα αὐτῶν.

24 Tum Pilatus iudicauit vt fieret quod ipsi petebant.

24 Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum.

Ἀπέλυσε δὲ αὐτοῖς τὸν διὰ στάσιν καὶ φόνον βεβληθέντα εἰς φυλακήν, ὃν ἠτοῦντο· τὸν δὲ Ἰησοῦν παρέδωκε τῷ θελήματι αὐτῶν.

25 Dimisit autem eis illum qui propter seditionem & cædem coniectus fuerat in carcerem, quem petierant: Iesum verò tradidit eorum cupiditati.

25 Dimisit autem illis eū qui propter homicidium & seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant: Iesum uerò tradidit uoluntati eorum.

Καὶ ὡς ἀπήγαγον αὐτόν, ἐπιλαβόμενοι Σίμωνός τινος Κυρηναίου τοῦ ἐρχομένου ἀπ' ἀγροῦ, ἐπέθηκαν αὐτῷ τὸν σταυρόν, φέρειν ὄπισθεν τοῦ Ἰησοῦ.

26 ¶Quum igitur abducerent eū, prehenso Simone quodam Cyrenæo, qui veniebat rure, imposuerunt ei crucem ferēdam post Iesum.

26 Et quum ducerent eū, apprehenderunt Simonem quendam Cyrenensem uenientē de uilla: & imposuerunt illi crucem portare post Iesum.

Matth.27.d.32 marci 15.b.21

Ἠκολούθει δὲ αὐτῷ πολὺ πλῆθος τοῦ λαοῦ, καὶ γυναικῶν· αἳ καὶ ἐκόπτοντο καὶ ἐθρήνουν αὐτόν.

27 Sequebatur autem eum magna multitudo populi & mulierum: quæ & plangebant & lamentabantur eum.

27 Sequebatur autē illum multa turba populi & mulierum: quæ plangebāt & lamentabātur eū.

Στραφεὶς δὲ πρὸς αὐτὰς ὁ Ἰησοῦς, εἶπε, Θυγατέρες Ἰερουσαλήμ, μὴ κλαίετε ἐπ' ἐμέ, πλὴν ἐφ' ἑαυτὰς κλαίετε, καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ὑμῶν.

28 Conuersus autem ad eas Iesus dixit, ¶Filiæ Hierusalē, ne flete super me, verùm super vobisipsis flete, & super liberis vestris:

28 Conuersus autem ad illas Iesus dixit, Filiæ Ierusalem, nolite flere super me. sed superuos ipsas flete, & super filios uestros:

Ὅτι ἰδοὺ ἔρχονται ἡμέραι ἐν αἷς ἐροῦσι, Μακάριαι αἱ στεῖραι, καὶ κοιλίαι αἳ οὐκ ἐγέννησαν, καὶ μαστοὶ οἳ οὐκ ἔθρεψαν.

29 Nam ecce venient dies quibus dicent, Beatæ steriles, & vteri qui non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt.

29 Quoniam ecce uenient dies in quibus dicent, Beatæ steriles, & uentres q non genuerunt, & ubera quæ nō lactauerunt.

Τότε ἄρξονται λέγειν τοῖς ὄρεσι, Πέσετε ἐφ' ἡμᾶς· καὶ τοῖς βουνοῖς, Καλύψατε ἡμᾶς.

30 Tum incipient dicere montibus, ¶Cadite super nos: & collibus, Operite nos.

30 Tunc incipiēt dicere montibus, Cadite super nos: & collibus, Operite nos.

Isa.2.d.19 osee 10.b.8 apoc.6.d.16.

Ὅτι εἰ ἐν τῷ ὑγρῷ ξύλῳ ταῦτα ποιοῦσιν, ἐν τῷ ξηρῷ τί γένηται;

31 ¶Nam si in virente lignoista faciunt, in arido quid fiet?

31 Quia si in uirēti ligno hæc faciunt, in arido quidfiet?

1.Pet.4.d.17

Ἤγοντο δὲ καὶ ἕτεροι δύο κακοῦργοι σὺν αὐτῷ ἀναιρεθῆναι.

32 ¶Ducebantur autē etiam alii duo malefici vt cum eo necarentur.

32 Ducebātur autem & alii duo nequam cum eo, ut interficerentur.

Mat.27.d.38 marci 15.b.27 iohan.19.c.18

Καὶ ὅτε ἀπῆλθον ἐπὶ τὸν τόπον τὸν καλούμενον Κρανίον, ἐκεῖ ἐσταύρωσαν αὐτὸν, καὶ τοὺς κακούργους· ὃν μὲν ἐκ δεξιῶν, ὃν δὲ ἐξ ἀριστερῶν.

33 Quum igitur ᵛ veniſſent in locum qui vocatur Caluaria, illic crucifixerunt eum, & malefícos: vnum ad dextram, alterum ad finiſtram.

33 Et postquam uenerunt in locum qui uocatur Caluariæ: ibi crucifixerunt eum & latrones: unum à dextris & alterum à sinistris.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἔλεγε, Πάτερ, ἄφες αὐτοῖς· οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσι. Διαμεριζόμενοι δὲ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, ἔβαλον κλῆρον.

34 Iesus autem dicebat, Pater, remitte eis: nesciunt enim quid faciant. Partientes verò vestimēta eius, iecerunt sortem.

34 Iesus autem dicebat, Pater, dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt. Diuidentes uero uestimenta eius, miserunt sortes.

Καὶ εἱστήκει ὁ λαὸς θεωρῶν. Ἐξεμυκτήριζον δὲ καὶ οἱ ἄρχοντες σὺν αὐτοῖς, λέγοντες, Ἄλλους ἔσωσε, σωσάτω ἑαυτὸν, εἰ οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ ὁ ἐκλεκτός.

35 Et stabat populus spectans. Iſannis autē excipiebant eū etiā ᵛ primores cum eis, dicentes, Alios seruauit, seruet seipsum, si hic est ille Christus ᵛ Dei electus.

35 Et stabat populus spectans. Et deridebant eū principes cum eis, dicētes, Alios saluos fecit, se saluū faciat, si hic est Christus Dei electus.

18 Filiæ Hierusalem, Θυγατέρες Ἰερουσαλήμ. Hebraicè, תבנות ירושלם: id est, vos Hierosolymitanæ mulieres.

33 Veniſſent, ἀπῆλθον: id est ἦλθον, vt suprà, Marci 3. v. 13.

35 Primores, οἱ ἄρχοντες. Generale est hoc nomen hoc in loco. Comprehendit enim ipsos etiam Sacerdotum principes, & quicunque in populo aliqua erant dignitate. Vulg. & Eraſ. Principes, quod nomen videtur angustioris significationis. Cum eis, σὺν αὐτοῖς. Hoc deest in vno exemplari. Dei electus, ὁ τοῦ Θεοῦ

ἀλλοίως. Heb. בחיר יהוה, id est, quem Deus præteritis cæteris hominibus hoc fauore cõplexus est, vt ipsum designarit Messiam. Alioqui solent electi Dei vocari quos Dominus ad vitam æternam ab æterno selegit.

Ενέπαιζον δὲ αὐτῷ καὶ οἱ στρατιῶται, προσερχόμενοι καὶ ὄξος προσφέροντες αὐτῷ·

36 Illudebant autem etiam ei milites, accedentes & acetum ei offerentes:

36 *Illudebant autem ei & milites, accedentes & acetum offerentes ei:*

Καὶ λέγοντες, Εἰ σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ιουδαίων, σῶσον σεαυτόν.

37 Dicentésque, Si tu es Rex Iudæorum, serua temetipsum.

37 *Et dicentes, Si tu es rex Iudæorum, saluum te fac.*

Ἦν δὲ καὶ ἐπιγραφὴ γεγραμμένη ἐπ' αὐτῷ γράμμασιν Ἑλληνικοῖς καὶ Ῥωμαϊκοῖς καὶ Ἑβραϊκοῖς, ΟΥΤΟΣ ΕΣΤΙΝ Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΩΝ ΙΟΥΔΑΙΩΝ.

38 Erat autem etiam inscriptio scripta super eum literis Græcis & Romanis & Hebraicis, HIC EST REX ILLE IVDAEORVM.

38 *Erat autem & superscriptio scripta super eũ literis Græcis & Latinis & Hebraicis,* HIC EST REX IVDAEORVM.

Εἷς δὲ τῶν κρεμασθέντων κακούργων ἐβλασφήμει αὐτόν, λέγων, Εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς σῶσον σεαυτὸν καὶ ἡμᾶς.

39 Vnus autem ex maleficis qui erant suspensi, conuiciabatur ei, dicens, Si tu es Christus ille, serua teipsum & nos.

39 *Vnus autem de ijs qui pendebant latronibus, blasphemabat eũ, dicẽs, Si tu es Christus, saluũ fac temetipsum & nos.*

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἕτερος ἐπετίμα αὐτῷ, λέγων, Οὐδὲ φοβῇ σὺ τὸν Θεόν, ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι εἶ;

40 Respondens autem alter obiurgauit eum, dicens, Ne Deum quidem times, quòd in eadem es damnatione?

40 *Respondens autem alter increpabat eum, dicens, Neque tu times Deũ, quòd in eadem damnatione es?*

Καὶ ἡμεῖς μὲν δικαίως· ἄξια γὰρ ὧν ἐπράξαμεν ἀπολαμβάνομεν· οὗτος δὲ οὐδὲν ἄτοπον ἔπραξε.

41 Et nos quidem iustè: nam digna factis recipimus: iste verò nihil insolens fecit.

41 *Et nos quidem iustè: nã digna factis recipimus: hic verò nihil mali gessit.*

Καὶ ἔλεγε τῷ Ἰησοῦ, Μνήσθητί μου Κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

42 Dixítque Iesu, Domine, memento mei quum veneris in regnum tuum.

42 *Et dicebat ad Iesum, Domine, memento mei quũ veneris in regnum tuum.*

Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἀμὴν λέγω σοι, σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ.

43 Tum dixit ei Iesus, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.

43 *Et dixit illi Iesus, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.*

Ἦν δὲ ὡσεὶ ὥρα ἕκτη, καὶ σκότος ἐγένετο ἐφ' ὅλην τὴν γῆν ἕως ὥρας ἐνάτης.

44 Erat autem quasi hora sexta, & tenebræ factæ sunt super totam regionem vsque ad horã nonam.

44 *Erat autem fere hora sexta, & tenebræ factæ sunt in vniuersam terrã vsque in horam nonam.*

Καὶ ἐσκοτίσθη ὁ ἥλιος, καὶ ἐρράγη τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ μέσον.

45 Et obscuratus est sol, & velum templi fissum est mediũ.

45 *Et obscuratus est sol, & velum templi scissum est medium.*

Καὶ φωνήσας φωνῇ μεγάλῃ ὁ Ἰησοῦς εἶπε, Πάτερ, εἰς χεῖράς σου παρατίθεμαι τὸ πνεῦμά μου. Καὶ τοῦτο εἰπὼν ἐξέπνευσεν.

Psal.30.a.6

46 Quúmque clamasset voce magna Iesus, ait, Pater, in manus tuas depono spiritum meum. Et quum hæc dixisset expirauit.

46 *Et clamans uoce magna Iesus, ait: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicens expirauit.*

39 Vnus autem, εἷς δέ. Matthæus, alterius latronis præterita historia, vtrunque pari scelere inuoluit: quod Augustinus per numeri heterosin excusat. Fuit enim in genere propositum Matthæo narrare, à Christo conuiciis lacerando nullum genus hominum abstinuisse. Sed & verisimile est alterum ex latronibus saltem silentio suo aliquandiu visum alteri conuiciatori consentire, donec victus aduersariorum Christi extrema improbitate, qui semimortuum, & non modò ad hæc omnia nihil respondentem, sed etiam pro ipsis orantem, exagitare non desinebant, in præclaram illam & sempiterna memoria dignam confessionem erumperet.

41 Insolens, ἄτοπον. Vulg. & Eras, Malum: sicut etiã ἄτοπα & πονηρὰ videtur pro iisdem aut certè nõ multum dissimilibus accipi, 1. Thes. 3. a. 2. Hic porro videtur ἄτοπον dici quicquid fit præter officium, quod non malè videtur insolentis nomine exprimi.

43 Hodie, σήμερον. Quærit Theophylactus qui hoc conueniat cum iis quæ dicuntur Heb. 11. g. 40, veteres illos sanctos, quorum illic fit mentio, non accepisse promissionem: & ad hunc nodum explicandum multa sanè absurda commemorat, quæ non attingo, ne à scopo videar aberrare. Tantùm dico, nimium audaces fuisse qui particulam σήμερον adiecta distinctione coniunxerunt cum verbo λέγω, quum in omnibus codicibus connectatur cum verbo ἔσῃ, & in quodam etiam exemplari legatur ἔσῃ σήμερον. Quomodo verò locus ille sit explicandus, dicemus suo loco, & item alter ille Petri, cuius falsa interpretatio nobis genuit quem vocãt Limbum. Vide de Paradiso 2. Corinth. 12. b. 4.

46 Depono, παρατίθεμαι. Vel commendo id est σώζειν. Sed illud magis est proprium, & huius loci sententiæ accommodatius. Erasmus, Commendabo. Nam etiam Psal. 31. b. 6, vnde petita sunt hæc Christi verba, legitur אפקיד futuro tempore. Sed præterquam quòd familiares sunt Hebræis omnium temporum permu-

tationes, res ipsa ostendit significationem præsentis melius conuenire. Deinde in vetustis codicibus duobus & Theophylacto Romano scriptum est πρὸ ἑνὸς σαββάτου, & in aliis tribus πρὸ ἑνὸς σαββάτων.

Ἰδὼν δὲ ὁ ἑκατόνταρχος τὸ γενόμενον, ἐδόξασε τὸν Θεὸν, λέγων, Ὄντως ὁ ἄνθρωπος οὗτος δίκαιος ἦν.

47 Quum vidisset autem Centurio quod factum fuerat, glorificauit Deum, dicens, Verè hic homo iustus erat.

47 Videns autem Centurio quod factum fuerat, glorificauit Deũ, dicens, Verè hic homo iustus erat.

Καὶ πάντες οἱ συμπαραγενόμενοι ὄχλοι τὸν θεωρίαν ταύτην, θεωροῦντες τὰ γενόμενα, τύπτοντες ἑαυτῶν τὰ στήθη ὑπέστρεφον.

48 Et omnis turba quæ simul ad hoc spectaculum accesserat, spectans quæ facta fuerant, verberans pectora sua reuertebatur.

48 Et omnis turba eorum qui simul aderãt ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua reuertebantur.

Εἱστήκεισαν δὲ πάντες οἱ γνωστοὶ αὐτοῦ μακρόθεν, καὶ γυναῖκες αἱ συνακολουθοῦσαι αὐτῷ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, ὁρῶσαι ταῦτα.

49 Stabant autem omnes noti eius procul, & mulieres quæ erant eum consequutæ à Galilæa, videntes ista.

49 Stabant autem omnes noti eius à longè: & mulieres quæ secutæ eũ erant à Galilæa, hæc videntes.

Καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ὀνόματι Ἰωσὴφ, βουλευτὴς ὑπάρχων, ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ δίκαιος·

50 Tũ ecce vir nomine Ioseph, senator, vir bonus ac iustus:

50 Et ecce vir nomine Ioseph qui erat decurio, vir bonus & iustus: Matth.27.g.57 marci 15.d.43 iohan.19.g.38

Οὗτος οὐκ ἦν συγκατατεθειμένος τῇ βουλῇ καὶ τῇ πράξει αὐτῶν, ἀπὸ Ἀριμαθαίας πόλεως τῶν Ἰουδαίων· ὃς καὶ προσεδέχετο καὶ αὐτὸς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ·

51 Qui non suffragatus fuerat consilio ac facto eorum, ex Arimathæa ciuitate Iudæorum: qui expectabat & ipse regnum Dei:

51 Hic non consenserat cõsilio & actibus eorum, ab Arimathea ciuitate Iudææ, qui expectabat & ipse regnum Dei:

Οὗτος προσελθὼν τῷ Πιλάτῳ, ἠτήσατο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ.

52 Hic, inquam, adiens Pilatum, petiit corpus Iesu.

52 Hic accessit ad Pilatũ, & petiit corpus Iesu,

Καὶ καθελὼν αὐτὸ συνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι, καὶ ἔθηκεν αὐτὸ ἐν μνήματι λαξευτῷ, οὗ οὐκ ἦν οὐδέπω οὐδεὶς κείμενος.

53 Et detractum inuoluit sindone, posuitque illud in monumẽto quod erat ex lapide excisũ, in quo nondum quisquam positus fuerat.

53 Et depositum inuoluit sindone, & posuit illud in monumento excisõ, in quo nondum quisquam positus fuerat.

Καὶ ἡμέρα ἦν παρασκευῆς, καὶ σάββατον ἐπέφωσκε.

54 Porro dies erat Parasceues, & Sabbathi dies succedebat.

54 Et dies erat Parasceues, & Sabbathum illucescebat.

Κατακολουθήσασαι δὲ καὶ γυναῖκες, αἵτινες ἦσαν συνεληλυθυῖαι αὐτῷ ἐκ τῆς Γαλιλαίας, ἐθεάσαντο τὸ μνημεῖον, καὶ ὡς ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ.

55 Subsequutæ etiam mulieres quæ cum eo venerant ex Galilæa, spectarunt monumentum, & quomodo positum esset corpus eius.

55 Subsequutæ autem mulieres quæ cum eo venerant de Galilæa, videruntmonumẽtũ, & quẽadmodum positum erat corpus eius.

Ὑποστρέψασαι δὲ ἡτοίμασαν ἀρώματα καὶ μύρα· καὶ τὸ μὲν σάββατον ἡσύχασαν, κατὰ τὴν ἐντολήν.

56 Reuersæ verò parauerunt aromata & vnguenta: ac Sabbatho quidem quieuerunt, secundum mandatum.

56 Et reuertentes parauerunt aromata & vnguẽta: & Sabbatho quidem silucrunt, secundũm mãdatum.

CAP. XXIIII.

Τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων, ὄρθρου βαθέος ἦλθον ἐπὶ τὸ μνῆμα, φέρουσαι ἃ ἡτοίμασαν ἀρώματα· καί τινες σὺν αὐταῖς.

1 PRimo autem die hebdomadis, profundo diluculo venerunt ad monumentum, ferentes quæ parauerant aroma ta: & nonnullæ cum ipsis.

CAP. XXIIII.

1 VNa autem Sabbathi valde diluculo venerunt ad monumentum, portantes quæ paraverant aromata. Marci 16.c.1 iohan.20.a.1

51 Expectabat, προσεδέχετο. Vel exceperat, & amplexus fuerat: quæ est propria huius vocabuli significatio.

54 Parasceues, παρασκευὴ. Malo cum Vetere interprete legere παρασκευῆς, quanuis illud excusari possit per appositionem, quam vocant. Et Sabbathi dies succedebat καὶ σάββατον ἐπέφωσκε. Vul. & Eras. ad verbũ, Et Sabbathũ illucescebat: quæ interpretatio est perobscura, nisi siquis Osiandrũ sequutus, vesperã proximã à qua inchoabant Sabbathũ, puret appellatione φωτὸς intelligi. Ego verò existimo Lucã hæc addidisse vt explicaret nomen Parasceues, & ἐπὶ pro Post accipiendum-quod ita sum interpretatus vt perspicuitati studerem.

IN CAPVT XXIIII.

1 Primo autem *die* hebdomadis, τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων. Vulg. Vna autem Sabbathi. Eras. Vno autẽ Sabbathorum. Nostram interpretationem hoc loco confirmat Theophylacti authoritas. Vide Matth.28.a.1.

Profundo diluculo, ὄρθρου βαθέος. Id est (vt inquit Marcus) valde mane, siue, (vt ait Iohannes) quum adhuc te-

nebræ eſſent, id eſt, quum vixdum incipieret luceſcere. Diuiditur enim crepuſculum matutinum à Græcis in multas partes. Nam ὄρθρον propriè vocant primum diluculi punctum: vnde gallus dicitur ὀρθρεία, quòd lucē prænuntiet primo ſtatim diluculo. Huic ſuccedit πλατεῖα χίς, quum dubia iam lux eſt, quam excipit aurora. Totum autem crepuſculum matutinum vocant ἀκόλουθον ἑσπέραν, & interdum quoque ὄρθρον: quam obrem Lucas addidit βαθέος, vt primam diluculi partem apertius declararet. Sed & Marcus quum dixiſſet πρωΐ, (quo vocabulo declaratur non modò crepuſculum totum matutinum, ſed etiam prima diei pars) addidit λίαν, id eſt valde: ſicut Hom. Iliad. σ, quum extremam partem crepuſculi deſcribens vſus eſſet vocabulo πρωΐ, ſubiunxit ἔτι νύκτος, vt planius loqueretur. Rectè ergo Iohannes dixit, σκοτίας ἔτι οὔσης, neque ab aliis Euangeliſtis diſſentit: & iſta (ni fallor) confirmant noſtram coniecturam, de qua diximus Marci decimoſexto a. 2. Et nonnullæ cum ipſis, καὶ ὄψε σαββάτων ἀνέτειλε. Hæc deerant in vno vetere exemplari, neque habentur in Vulgata editione.

Εὗρον δὲ τὸν λίθον ἀποκεκυλισμένον ἀπὸ τοῦ μνημείου·

1 Inuenerunt autem lapidem deuolutum à monumento:

1 *Et inuenerunt lapidē reuolutum à monumēto:*

Καὶ εἰσελθοῦσαι οὐχ εὗρον τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ.

3 Et ingreſſæ non inuenerunt corpus Domini Ieſu.

3 *Et ingreſſæ nō inuenerunt corpus Domini Ieſu.*

Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ διαπορεῖσθαι αὐτὰς περὶ τούτου, καὶ ἰδοὺ, δύο ἄνδρες ἐπέστησαν αὐταῖς ἐν ἐσθῆτι ἀστραπτούσῃ·

4 Et factum eſt dum conſternatæ in ea re hæſitarent, ecce, duo viri ſuperuenerunt eis, induti veſtibus fulgurantibus:

4 *Et factum eſt dum mente conſternatæ eſſent de iſto caſu, duo viri ſuperuenerunt eis: illas in veſte fulgēte:*

Ἐμφόβων δὲ γενομένων αὐτῶν, καὶ κλινουσῶν τὰ πρόσωπα εἰς τὸ γῆς, εἶπον πρὸς αὐτάς, Τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν;

5 Quum autem expauefactæ inclinarent faciem in terram, dixerunt eis, Quid inter mortuos quæritis eum qui viuit?

5 *Quum timerent autē, & declinarent multum in terram: dixerunt ad illas, Quid quæritis mecum eum mortuis?*

Οὐκ ἔστιν ὧδε, ἀλλ' ἠγέρθη. μνήσθητε ὡς ἐλάλησεν ὑμῖν, ἔτι ὢν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ,

6 Non eſt hîc, ſed ſurrexit. mementote vt loquutus ſit vobis quum adhuc in Galilæa eſſet,

6 *Non eſt hîc, ſed ſurrexit: recordamini qualiter loquutus eſt vobis quū adhuc in Galilæa eſſet,*

Supra, 9. c. 22. marth. 17. d. 23. marci 9. c. 31.

Λέγων, Ὅτι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παραδοθῆναι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων ἁμαρτωλῶν, καὶ σταυρωθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι.

7 Dicens, Oportet Filium hominis tradi in manus hominū peccatorum, & crucifigi: & die tertio reſurgere.

7 *Dicens, Quia oportet Filiū hominis tradi in manus hominum peccatorū, & crucifigi, & die tertia reſurgere.*

Καὶ ἐμνήσθησαν τῶν ῥημάτων αὐτοῦ.

8 Recordatæ ſunt igitur verborum illius.

8 *Et recordatæ ſunt verborum eius.*

Καὶ ὑποστρέψασαι ἀπὸ τοῦ μνημείου ἀπήγγειλαν ταῦτα πάντα τοῖς ἕνδεκα, καὶ πᾶσι τοῖς λοιποῖς.

9 Et reuerſæ à monumēto annuntiauerunt hæc omnia illis vndecim, & reliquis omnibus.

9 *Et regreſſæ à monumēto nuntiauerunt hæc omnia illis undecim, & cæteris omnibus.*

Ἦσαν δὲ ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία καὶ Ἰωάνα καὶ Μαρία Ἰακώβου, καὶ αἱ λοιπαὶ σὺν αὐταῖς, αἱ ἔλεγον πρὸς τοὺς ἀποστόλους ταῦτα.

10 Maria autem Magdalene, & Iohanna, & Maria Iacobi mater, & reliquæ cum eis erant quæ hæc dicebant Apoſtolis.

10 *Erat autem Maria Magdalene, & Iohanna, & Maria Iacobi: & cæteræ quæ cum eis erant, quæ dicebāt ad Apoſtolos hæc.*

Καὶ ἐφάνησαν ἐνώπιον αὐτῶν ὡσεὶ λῆρος τὰ ῥήματα αὐτῶν, καὶ ἠπίστουν αὐταῖς.

11 Sed viſa ſunt apud eos quaſi deliramentum, verba earum, neque crediderunt eis.

11 *Et viſa ſunt apud illos ſicut deliramentum verba iſta, & non crediderunt illis.*

Iohan. 20. b. 6.

Ὁ δὲ Πέτρος ἀναστὰς ἔδραμεν ἐπὶ τὸ μνημεῖον· καὶ παρακύψας βλέπει τὰ

12 Petrus autem ſurgens cucurrit ad monumentum: & quum introſpexiſſet, videt

12 *Petrus autē ſurgens cucurrit ad monumentū: & procumbens videt*

4 Dum conſternatæ in ea re hæſitarent, ἐν τῷ διαπορεῖσθαι αὐτὰς περὶ τούτου. Vulg. & Eraſ. Dum mente conſternatæ eſſent de hoc. De verbo διαπορεῖν diximus ſuprà, 9. a. 7: ſed rectè annotat doctiſſimus Budæus διαπορεῖσθαι plus eſſe quàm διαπορεῖν, ſicut rurſus ἐκπορεύεσθαι aliquid amplius declarare videtur quàm πορεύεσθαι, 2. Cor. 4. b. 8. Ideo addidimus participium Conſternatæ. Veſtibus, ἐσθῆτι. Sic habent omnes codices, quanuis annotent grammatici nomen poeticum eſſe ἐσθής pro ἐσθῆτι.

5 Inter mortuos, μετὰ τῶν νεκρῶν. Vulg. & Eraſ. Cum mortuis. ſed præſtat pro μετὰ accipere: quanuis in hac ſignificatione fere iungatur cum tertio caſu. Deinde ſciendum eſt hoc pertinere ad verbum ζητεῖτε. Abundat enim Lucas verborum traiectionibus, quæ ſæpenumero ſententiam reddunt obſcuriorem.

6 Mementote, μνήσθητε. Μνήσθητε, inquit Eraſmus in hunc locum, anceps eſt, Imperatiuine ſit modi an Indicatiui. Id verò quid ſit, & quomodo probabile ſit, non video.

10 Cum eis, σὺν αὐταῖς. Vulg. & Eraſ. Quæ cum eis erant: id eſt αἱ σὺν αὐταῖς.

11 Quum introſpexiſſet, παρακύψας. Vetus interpres, Procumbens, id eſt παρεστηκώς. Idem Iohan. 20. b. 5.

& c.11,vertit, Quum ſe inclinaſſet,magis propriè, ni fallor. Alibi,id eſt Iac.1.c.25,& 1.Pet.1.b.12,vti maluit verbo Proſpiciendi,quod hic quoque ſubſtituit Eraſmus:quum Proſpicere aliud prorſus declaret,nimirum procul conſpicere:quod quidem ſit diuerſo corporis geſtu ab eo qui hoc verbo declaratur. Nam παρακύπτειν à conſequenti ſignificat,prono capite & propenſo collo diligẽtius introſpicere,niſi quum abiectionem ac contemptum. Tunc enim declarat,obiter & quaſi prætereũdo limis oculis aſpicere:vt ſi prætereũs alicuius ædes,caput immittas, & eo vix conſpecto,ſtatim diſcedas:pro quo Latini dicunt,A limine ſalutare. Eſt igitur Procumbendi vocabulum nimis generale,Proſpiciendi verò improprium. Neque verò hæc obſeruatio inanis eſt. ita enim ſignificatur,Petrum rem totam diligenter eſſe perſcrutatum:quo minus eſt nobis dubitandum de huius hiſtoriæ fide.

ὀθόνια κείμενα μόνα· καὶ ἀπῆλθε, πρὸς ἑαυτὸν θαυμάζων τὸ γεγονός.

linteа ſola illic iacẽtia: abiitque, apud ſemetipſum mirans hoc factum.

linteamina ſola poſita: & abiit, ſecum mirans quod factum fuerat.

Καὶ ἰδοὺ, δύο ἐξ αὐτῶν ἦσαν πορευόμενοι ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ εἰς κώμην ἀπέχουσαν σταδίους ἑξήκοντα ἀπὸ Ἰερουσαλήμ, ᾗ ὄνομα Ἐμμαούς·

13 ¶Et ecce,duo ex iis ibant eo ipſo die in vicum diſtantem ſtadiis ſexaginta ab Hieruſalem, cui nomen eſt Emmaus:

13 *Et ecce,duo ex illis ibãt ipſa die in caſtellũ quod erat in ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Ieruſalem, nomine Emmaus:* Mar.16.c.12

Καὶ αὐτοὶ ὡμίλουν πρὸς ἀλλήλους περὶ πάντων τῶν συμβεβηκότων τούτων.

14 Et colloquebantur inter ſe de iis omnibus quæ euenerant.

14 *Et ipſi loquebantur ad inuicem de iis omnibus quæ acciderant.*

Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ὁμιλεῖν αὐτοὺς καὶ συζητεῖν, καὶ αὐτὸς Ἰησοῦς ἐγγίσας συνεπορεύετο αὐτοῖς.

15 Et factum eſt dum colloquerentur, & ſe mutuò rogitarent, ipſe Ieſus acceſſit, & vnà iter faciebat cum ipſis.

15 *Et factum eſt dum fabularentur,& ſecum quærerent,& ipſe Ieſus appropinquans ibat cũ illis.*

Οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἐκρατοῦντο τοῦ μὴ ἐπιγνῶναι αὐτόν.

16 Oculi autem eorum tenebantur ne eum agnoſcerent.

16 *Oculi autẽ illorum tenebantur ne eum agnoſcerent.*

Εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς, Τίνες οἱ λόγοι οὗτοι, οὓς ἀντιβάλλετε πρὸς ἀλλήλους περιπατοῦντες, καὶ ἐστὲ σκυθρωποί;

17 Dixit autem eis, Qui ſunt hi ſermones quos confertis inter vos ambulantes? & quid eſtis tetrico vultu?

17 *Et ait ad illos, Qui ſũt hi ſermones quos confertis adinuicem ambulantes, & eſtis triſtes?*

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ εἷς ᾧ ὄνομα Κλεόπας εἶπε πρὸς αὐτόν, Σὺ μόνος παροικεῖς Ἰερουσαλὴμ, καὶ οὐκ ἔγνως τὰ γενόμενα ἐν αὐτῇ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις;

18 Reſpondens autem alter, cui nomen Cleopas, dixit ei, Tu ſolus commoraris in urbe Hieruſalem, & ignoras quæ in ea facta ſunt his diebus?

18 *Et reſpondens unus cui nomen Cleophas, dixit ei, Tu ſolus peregrinus es in Ieruſalem, & non cognouiſti quæ facta ſunt in illa his diebus?*

15 13 Sexaginta, ἑξήκοντα. Sic in omnibus noſtris codicibus legimus. Itaque apud Ioſephum libri de bello Iudaico 7.cap.26,nõ rectè ſcribuntur ſtadia triginta.

14 Colloquebantur, ὡμίλουν. Eraſmus,Confabulabantur:à quo verbo libens abſtineo,ne fabulas narraſſe iſti videantur. Quanuis non ignorem Fabulari apud Plautum ſæpe de omni ſermone dici, vtpote quod à fando deducatur. Verbum autem ὁμιλῶ propriè quidẽ & ὑπομιμνήσκω ſignificat vnà verſari, ſed hic accipitur pro συλλαλῶ, quo verbo vtitur Nazianzenus.

16 Tenebantur, ἐκρατοῦντο: id eſt retinebantur & impediebantur, ita nimirum ſtatuente Domino. Ex hoc autem loco apparet quàm inconſideratè faciant qui corpori Domini glorificato ea tribuunt quæ vero corpori non poſſunt conuenire: veluti qui inuiſibile, nulla quantitate, nullo loco circunſcriptum imaginantur. Non multo minus errant qui Chriſtum exiſtimant à reſurrectione varios vultus induiſſe: quia, inquiunt, corpus erat ſpirituale. Quanto melius Auguſtinus ad Conſentium, corpus animale definit quod propter mortis diſſolutionem & corruptionem cæteris animantibus ſimile eſt: ſpirituale verò, quod iam cum ſpiritu eſt immortale? Et paulo pòſt, Sicut, inquit, animale corpus non eſt anima, ſed corpus: ita & ſpirituale corpus non ſpiritum debemus putare, ſed corpus. Quid quòd idem in epiſtola ad Dardanum, ne animæ quidẽ Chriſti tribuit, nedum corpori, vt duobus ſimul locis exiſtere potuerit? Quod autem ad formæ & characteris mutationem attinet, ſi ita eſt vt vultum & ſtaturam mutarit Dominus, quid neceſſe fuit iſtorum oculos tenere? Quod igitur Theophylactus citat ex Marci 16.c.12, Chriſtum duobus iſtis apparuiſſe ἑτέρᾳ μορφῇ, ita explicandum eſt vt vel μορφὴ pro ipſo habitu & veſtitu corporis accipiatur, (apparuit enim illis tanquam & ipſe ad iter accinctus: ſicut Mariæ viſus hortulani ſpecie, non antè eſt ab ea agnitus quàm nominatim eam compellaret) vel referatur ad eam formam qua ipſis viſus eſt, non qua ipſe eſſet reuera. Hactenus enim tenebantur ipſorum oculi, non vt nullam in eo formam viderent, ſed vt veram non perſpicerent, vnde agnoſci poſſet: ex quo efficitur, caligantibus eorum oculis diuerſæ formæ imaginem fuiſſe obiectam, quum reuera, ſicut idem erat corpus, eadem etiã eſſet eius forma.

17 Et *quid* eſtis tetrico vultu, καὶ ἐστὲ σκυθρωποί; Addidi particulam quæ omnino ad explendam ſententiã requiritur. Sed in vno exemplari ſcriptum inuenimus, καὶ ἔστην σκυθρωποὶ, quod ego interpretarer, At *illi* conſtiterunt triſtes. Nam neque addita erat interrogationis nota, neque hæc cum ſuperioribus erant coniuncta: & ſanè germanam hanc lectionem eſſe arbitror, quanuis nihil ſim auſus immutare. Quod autem attinet ad σκυθρωποὶ, rectè quidem Vetus interpres hoc loco triſtes interpretatur: ſed quum triſtitia propriè ſit animi, & de vultus habitu hìc agatur, ſtudui planius loqui, & vocabulum Græcum paulo expreſſius declarare.

18 Cleopas, Κλεόπας. Alterum, fuiſſe hunc noſtrum Lucam, quidam ex veteribus arbitrantur, quorum opinio videtur refelli ex præfatione Actis Apoſtolorum præpoſita. Epiphanius autem aduerſus Saturnilianos Nathanaelem fuiſſe tradit. Ita neceſſe vt repugnantia ſcribant qui curioſas quæſtiones tractant ex coniecturis.

Commoraris, παροικεῖς. Differre παροικεῖν à κατοικεῖν, ſicut apud Latinos Commorari & Habitare, obſeruauimus Matth.1.d.23.Sed hoc quidem loco nolim eam differentiam ſubtilius obſeruare. Sicut tamen hoc placuerit,ita licebit interpretari, Tu ſolus aduena,*hoc nideliceet die feſto*, in Hieruſalē veniſti, qui hæc non noueris? Niſi forte malimus παροικεῖν interpretari Accolere, vt ita exponātur, Tūne ſolus accolis Hieruſalem,& iſta nō noſtri? In vno codice legimus, παροικεῖς Ἱερουσαλήμ, non addita propoſitione ἐν: & iſtos veriſimile eſt ſuſpicatos eſſe, eum quem non agnoſcebant, quique ſtatim à ſolenni die ex vrbe profectus eſſet, ex vicino aliquo pago veniſſe ad quem ſeſe reciperet. Vulgata & Eraſmus, Tu ſolus peregrinus es in Hieruſalem: vt παροικεῖν idem declaret atque τὸν ξένον ἀγαπῶν, quo vtitur Lucas Act.1.b.10. Sed mihi non ſatis placet eorum expoſitio qui addunt particulā Adeo, vt ſit hæc ſententia, Tūne ſolus es adeo peregrinus & hoſpes in Hieruſalem vt iſta non cognoueris? Nam trāſlatitiè dicitur hoſpes eſſe in aliqua ciuitate qui ignorat quod cæteri illic norint. Sic Cic. pro Milone, An verò, Iudices, vos ſoli ignoratis, vos hoſpites in hac vrbe verſamini, veſtræ peregrinantur aures, neque in hoc peruagato ciuitatis ſermone verſantur? Sed hoc dicendi genus neſcio quomodo videtur à communi loquendi vſu remotius quàm vt Lucas eò reſpexerit. Deinde iſta interpretandi libertas in his quidem libris mihi non placet, ne tum quidem quum de ſententia nihil detrahitur.

Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ποῖα, Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, Τὰ περὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου, ὃς ἐγένετο ἀνὴρ προφήτης, δυνατὸς ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ ἐναντίον τοῦ Θεοῦ καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ.

19 Ipſe verò dixit eis, Quæ? At illi dixerunt ei, Quæ facta ſunt Ieſu Nazareno, qui fuit Propheta, potens operibus & ſermonibus corā Deo & toto populo.

19 Quib⁹ ille dixit, Quæ? Et dixerunt. De Ieſu Nazareno, qui fuit vir Prophetes, potens in opere & ſermone coram Deo & omni populo

Ὅπως τε παρέδωκαν αὐτὸν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ ἄρχοντες ἡμῶν εἰς κρίμα θανάτου, καὶ ἐσταύρωσαν αὐτόν.

20 Et quomodo eum tradiderunt principes Sacerdotum & magiſtratus noſtri vt morte damnaretur, & crucifixerūt eū.

20 Et quomodo eum tradiderunt ſummi ſacerdotes & principes noſtri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum.

Ἡμεῖς δὲ ἠλπίζομεν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραήλ· ἀλλά γε σὺν πᾶσι τούτοις τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει σήμερον ἀφ' οὗ ταῦτα ἐγένετο.

21 Nos autem ſperabamus illū eſſe qui redempturus eſſet Iſrael: atqui præter hæc omnia, tertium hunc diem agit hodie ex quo hæc facta ſunt.

21 Nos autem ſperabamus quia ipſe eſſet redēpturus Iſrael: & nunc ſuper haec omnia, tertia dies eſt hodie quòd haec facta ſunt.

Ἀλλὰ καὶ γυναῖκές τινες ἐξ ἡμῶν ἐξέστησαν ἡμᾶς, γενόμεναι ὄρθριαι ἐπὶ τὸ μνημεῖον·

22 Sed & mulieres quædam ex nobis obſtupefeceruntnos, quæ diluculo venerunt ad monumentum:

22 Sed & mulieres quædam ex noſtris terruerūt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum:

καὶ μὴ εὑροῦσαι τὸ σῶμα αὐτοῦ, ἦλθον λέγουσαι καὶ ὀπτασίαν ἀγγέλων ἑωρακέναι, οἳ λέγουσιν αὐτὸν ζῆν.

23 Et non inuento eius corpore venerunt, dicentes ſe etiam viſionem Angelorum vidiſſe, qui dicunt eum viuere.

23 Et non inuento corpore eius, venerunt, dicentes ſe etiam viſionem Angelorum vidiſſe, qui dicunt eum viuere.

Καὶ ἀπῆλθόν τινες τῶν σὺν ἡμῖν ἐπὶ τὸ μνημεῖον, καὶ εὗρον οὕτως καθὼς καὶ αἱ γυναῖκες εἶπον, αὐτὸν δὲ οὐκ εἶδον.

24 Et abierunt quidam eorum qui erant nobiſcum, ad monumentum, & ita inuenerunt prout mulieres dixerant, ipſum verò non viderunt.

24 Et abierunt quidam ex noſtris ad monumentum: & ita inuenerunt ſicut mulieres dixerunt, ipſū verò non inuenerūt.

Καὶ αὐτὸς εἶπε πρὸς αὐτούς, Ὦ ἀνόητοι καὶ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ τοῦ πιστεύειν ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἐλάλησαν οἱ προφῆται,

25 Tum ipſe dixit eis, O amentes & tardi corde ad credēdum omnibus quæ loquuti ſunt Prophetæ,

25 Et ipſe dixit ad eos, O ſtulti & tardi corde ad credēdū in omnibus quæ loquuti ſunt Prophetæ,

Οὐχὶ ταῦτα ἔδει παθεῖν τὸν Χριστόν, καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ;

26 Nónne hæc oportuit pati Chriſtū, & introire in gloriā ſuā

26 Nónne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita introire in gloriam ſuam?

19 Propheta, ἀνὴρ προφήτης. Ad verbum, Homo propheta, de quo pleonaſmo ſæpe iam diximus. Cæterùm ſatis arguit Propheræ nomen Cleopam vix tenuiſſe prima Chriſtianiſmi rudimenta: niſi Prophetæ nomen late ſignificatione accipiamus, ſicut vſurpatur Act.7.v.22. Hunc autem dicit operibus & ſermonibus, id eſt doctrina, totāque vita exceluiſſe, idque teſte ipſo Deo & approbantibus hominibus.

20 Magiſtratus, ἀρχιερεῖς καὶ ἄρχοντες. Vide ſuprà, 22.b.3 Vt morte dānaretur, εἰς κρίμα θανάτου vel vt Vulg. & Eraſ. In condemnationem mortis. Nam κρίμα pro κατάκριμα dici res ipſa oſtendit, quum ii qui tradiderunt eum Pilato, noluerint in eum inquiri, ſed vt conuicti damnari, & quidē capitali iudicio, præſide fruſtra repugnante.

21 Atqui, ἐλπίζομεν. Vulg. Et nunc, καὶ νῦν. Tertium hunc diem agit, τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει. Agit, videlicet ille quē ſperabamus fore Iſraelis liberatorem. Quanuis enim duriuſculè hoc dicatur de eo quem ipſi adhuc mortuum eſſe putabant, tamen multo planior eſt hic ſenſus, & mollior ellipſis, quàm ſi cum nonnullis ſubaudias χρόνος, id eſt tempus: deinde hac etiam ratione poteſt hoc excuſari, quòd ab eo dicatur qui ambigeret num reſurrexerit: & in eam quoque ſententiā videatur nonnihil propendere, vt ex ſequentibus apparet. Vulg. & Eraſ. Tertius hic dies eſt. Atqui hoc non eſt nodum expedire, ſed ſecare potius.

22 Ex nobis, ἐξ ἡμῶν: id eſt noſtri gregis. Itaque Vetus interpres, ſi ſenſum ſpectes, eleganter conuertit, Ex noſtris: tum hoc loco, tum etiam verſu 24.

26 Et introire, καὶ εἰσελθεῖν. Vulgata legit, καὶ οὕτω εἰσελθεῖν, Et ita introire.

Καὶ ἀρξάμενος ἀπὸ Μωσέως καὶ ἀ-
πὸ πάντων τῶν προφητῶν, διηρμήνευεν
αὐτοῖς ἐν πάσαις ταῖς γραφαῖς τὰ περὶ
ἑαυτοῦ.

27 Et exorsus à Moſe & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis quæ de ipſo ſcripta erant.

27 Et incipiens à Moſe & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis quæ de ipſo erant.

Καὶ ἤγγισαν εἰς τὴν κώμην οὗ ἐπο-
ρεύοντο· καὶ αὐτὸς προσεποιήσατο πορρώτε-
ρω πορεύεσθαι.

28 Appropinquarunt autem vico in quem proficiſcebatur, & ipſe fingebat ſe longiùs ire.

28 Et appropinquauerũt caſtello quò ibant: & ipſe ſe finxit longius ire.

Καὶ παρεβιάσαντο αὐτὸν, λέγοντες,
Μεῖνον μεθ' ἡμῶν, ὅτι πρὸς ἑσπέραν ἐστὶ,
καὶ κέκλικεν ἡ ἡμέρα. Καὶ εἰσῆλθε τοῦ
μεῖναι σὺν αὐτοῖς.

29 Sed ipſi adegerunt eum, dicentes, Mane nobiſcum: quoniam adueſperaſcit, & inclinata eſt dies. Ingreſſus eſt igitur vt maneret cum eis.

29 Et coegerunt illum, dicentes, Mane nobiſcum quoniam adueſperaſcit, & inclinata eſt iam dies. Et intrauit cum illis.

Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κατακλιθῆναι αὐ-
τὸν μετ' αὐτῶν, λαβὼν τὸν ἄρτον εὐλόγησε,
καὶ κλάσας ἐπεδίδου αὐτοῖς.

30 Et factum eſt quum accubuiſſet cum eis, ſumpto pane benedixit, & fractum dedit eis.

30 Et factum eſt dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis.

Αὐτῶν δὲ διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ,
καὶ ἐπέγνωσαν αὐτὸν· καὶ αὐτὸς ἄφαντος
ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν.

31 Adaperti ſunt autẽ oculi eorum, & agnouerunt eum: ſed ipſe ablatus eſt ex eorum conſpectu.

31 Et aperti ſunt oculi eorum, & cognouerunt eum: & ipſe euaniit ex oculis eorum.

Καὶ εἶπον πρὸς ἀλλήλους, Οὐχὶ ἡ καρ-
δία ἡμῶν καιομένη ἦν ἐν ἡμῖν, ὡς ἐλά-
λει ἡμῖν ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ ὡς διήνοιγεν ἡμῖν
τὰς γραφάς;

32 Tum inter ſe dixerunt, Nónne cor noſtrum ardebat in nobis dũ loqueretur nobis in via, & quum adaperiret nobis Scripturas?

32 Et dixerunt adinuicẽ, Nónne cor noſtrum ardens erat in nobis dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas?

Καὶ ἀναστάντες αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, ὑπέστρε-
ψαν εἰς Ἰερουσαλὴμ, καὶ εὗρον συνη-
θροισμένους τοὺς ἕνδεκα καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς·

33 Et ſurgentes eo ipſo momẽto, reuerſi ſunt in Hieruſalem, & inuenerunt congregatos Vndecim, & eos qui cum ipſis erãt,

33 Et ſurgentes eadẽ hora, regreſſi ſunt in Ieruſalem: & inuenerunt congregatos Vndecim, & eos qui cum illo erant,

Λέγοντας, Ὅτι ἠγέρθη ὁ Κύριος ὄντως, 34 Dicentes, Surrexit Dominus verè, & conſpectus eſt Simoni. 34 Dicentes quòd ſurrexit Dominus verè, & apparuit Simoni.

καὶ ὤφθη Σίμωνι.

Καὶ αὐτοὶ ἐξηγοῦντο τὰ ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ 35 Tum ipſi expoſuerunt quæ geſta erãt in via, & vt fuerat agnitus ab ipſis in fractione panis. 35 Et ipſi narrabant quæ geſta erant in via, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis.

ὡς ἐγνώσθη αὐτοῖς ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου.

Ταῦτα δὲ αὐτῶν λαλούντων, αὐτὸς ὁ 36 ‖Hæc autem ipſis loquẽtibus, ſtetit ipſe Ieſus in medio eorũ, & dixit eis, Pax vobis. 36 Dum autem hæc loquũtur ſtetit Ieſus in medio eorum, & dixit eis, Pax vobis: ego ſũ, nolite timere Marci 16.c.14. Iohan. 20.c.19

Ἰησοῦς ἔστη ἐν μέσῳ αὐτῶν, καὶ λέγει αὐ-
τοῖς, Εἰρήνη ὑμῖν.

Πτοηθέντες δὲ καὶ ἔμφοβοι γενόμενοι 37 Territi verò illi & expauefacti putabant ſe ſpiritũ cõſpicere. 37 Conturbati verò & cõterriti exiſtimabant ſe ſpiritum videre.

ἐδόκουν πνεῦμα θεωρεῖν.

Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Τί τεταραγμένοι ἐ- 38 Tum dixit eis, Quid turbati eſtis, & quare diſceptationes ſubeunt corda veſtra? 38 Et dixit eis, Quid turbati eſtis, & cogitationes aſcendũt in corda veſtra?

στὲ, καὶ διατὶ διαλογισμοὶ ἀναβαίνουσιν
ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν;

Ἴδετε τὰς χεῖράς μου καὶ τοὺς πόδας 39 Videte manus meas & pedes 39 Videte manus meas & pe

31 Ablatus eſt extra conſpectum ipſorum, ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν. Vulgata, Euaniit ab oculis eorum. Sed rectè admonet Eraſmus Euaneſcendi vocabulũ non ſatis conuenire, quũ hic nõ de ſpectro, ſed de vero corpore fiat mentio. Quòd autem idem interpretatur, Subduxit ſeſe ab oculis eorum, non ſatis videtur repentinã illam corporis ſubdũctionem declarare. Cæterùm ἐμφανέστερον dixit Lucas ἀπ' αὐτῶν, quàm ſi dixiſſet αὐτῆς, nẽque ſic nequis exiſtimet præſentem quidem Chriſtum cum ipſis manſiſſe, ſed corpore quod cerni non poſſet. Itaque dicere malui, Extra ipſorum conſpectum, quàm ipſorum conſpectui aut oculis ablatum.

31 Ardebat, καιομένη ἦν. In vno exemplari ſcriptum legimus κεκαυμένη ἦν, obtectum erat.

35 In fractione panis, ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου id eſt, quum panem frangeret: qui mos erat huius gentis, atque etiamnum hodie à Iudæis ſeruatur conuiuii initio, adhibita precatione. Eraſ. Ex fractione panis, quaſi ex hoc facto Chriſtus ab illis agnitus dicatur, quum tempus potius declaretur quo Chriſtum agnouerunt.

38 Diſceptationes, διαλογισμοὶ. Id eſt, varix & perplexæ ambages, quales ſolent in mentẽ venire quum aliquid nouum & parum per ſe probabile occurrit.

μου· ὅτι αὐτὸς ἐγώ εἰμι· ψηλαφήσατέ με καὶ ἴδητε, ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα.

meos: nam ego ipse sum: contrectate me,& videte: nam spiritus carnem & ossa non habet, prout me conspicitis habere.

der: quia ego ipse sũ: palpate & videte: quia spiritus carnem & ossa nõ habet, sicut me videtis habere.

40 Καὶ τοῦτο εἰπὼν ἐπέδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας.

40 Et quum hæc dixisset, ostẽdit eis manus ac pedes.

40 Et quũ hoc dixisset, ostẽdit eumanus & pedes.

41 Ἔτι δὲ ἀπιστούντων αὐτῶν ἀπὸ τῆς χαρᾶς, καὶ θαυμαζόντων, εἶπεν αὐτοῖς, Ἔχετέ τι βρώσιμον ἐνθάδε;

Adhuc autem ipsis non credentibus præ gaudio,& mirantibus, dixit eis, Habetis hic esculentum aliquid?

41 Adhuc autem illis non credentibꝫ, & mirãtibus præ gaudio dixit, Habetis hic aliquid quod mãducetur?

42 Οἱ δὲ ἐπέδωκαν αὐτῷ ἰχθύος ὀπτοῦ μέρος, καὶ ἀπὸ μελισσίου κηρίου.

42 Tum ipsi dederunt ei partem piscis assi, & aliquid ex fauo apiario.

42 At illi obtulerũt ei partem pisces assi. & favum mellis.

43 Καὶ λαβὼν ἐνώπιον αὐτῶν ἔφαγεν.

43 Quæ ille accepit,& in eorũ cõspectu comedit,

43 Et quũ mandvcasset coram eis, sumens reliquias dedit eis.

44 Εἶπε δὲ αὐτοῖς, Οὗτοι οἱ λόγοι οὓς ἐλάλησα πρὸς ὑμᾶς ἔτι ὢν σὺν ὑμῖν, ὅτι δεῖ πληρωθῆναι πάντα τὰ γεγραμμένα ἐν τῷ νόμῳ Μωσέως, καὶ προφήταις, καὶ ψαλμοῖς περὶ ἐμοῦ.

44 Dixit que eis, Hi sunt sermones quos loquutus sum vobis quum adhuc essem vobiscum: oportere impleri omnia quæ scripta sũt in lege Mosis,& Prophetis,& Psalmis de me.

44 Et dixit ad eos, Hæc sunt verba quæ loquutus sum ad vos quũ adhuc essem vobiscum, quoniã necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in Lege Moysi, & Prophetis & Psalmis de me.

45 Τότε διήνοιξεν αὐτῶν τὸν νοῦν, τοῦ συνιέναι τὰς γραφάς,

45 Tunc aperuit eorũ mentem, vt intelligerent Scripturas.

45 Tũc aperuit illis sẽsum, vt intelligerẽt Scripturas,

46 Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ὅτι οὕτως γέγραπται, καὶ οὕτως ἔδει παθεῖν τὸν Χριστὸν, καὶ ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ·

46 Et dixit eis, Ita scriptum est,& ita oportuit Christũ pati, & resurgere à mortuis tertio die:

46 Et dixit eis, Quoniã sic scriptũ est, & sic oportebat Christũ pati, & resurgere à mortuis tertia die.

47 Καὶ κηρυχθῆναι ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ μετάνοιαν εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν εἰς πάντα τὰ ἔθνη, ἀρξάμενον ἀπὸ Ἰερουσαλήμ.

47 Et prædicari in eius nomine resipiscentiam ac remissionem peccatorum apud omnes Gentes, incipiendo ab Hierusalem.

47 Et prædicari in nomine eius pœnitentiã, & remissionẽ peccatorũ in omnes gentes, incipientib. ab Ierosolyma.

48 Ὑμεῖς δέ ἐστε μάρτυρες τούτων.

48 Vos autẽ estis horum testes.

48 Vos autẽ testes estis horũ.

Isaiæ. 55. d. 16 act. 1. c. 4

49 Καὶ ἰδοὺ, ἐγὼ ἀποστέλλω τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πατρός μου ἐφ' ὑμᾶς· ὑμεῖς δὲ καθίσατε ἐν τῇ πόλει Ἰερουσαλὴμ ἕως οὗ ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους.

49 ‖Et ecce, ego mittam promissum Patris mei super vos: vos autem ˇmanete in vrbe Hierusalem vsquequo ˇinduamini virtute ex alto.

49 Et ecce, ego mitto ꝓmissũ Patris mei in vos: vos autẽ sedete in ciuitate quoadusque induamini virtute ex alto.

50 Ἐξήγαγε δὲ αὐτοὺς ἔξω ἕως εἰς Βηθανίαν· καὶ ἐπάρας τὰς χεῖρας αὐτοῦ, εὐλόγησεν αὐτούς.

50 Eduxit autem eos foras Bethaniam vsque: & sublatis manibus suis, benedixit eis.

50 Eduxit autẽ eos foras in Bethaniã, & eleuatis manibus suis benedixit eis.

Matth. 10. d. 19 act. 1. b. 9

51 Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εὐλογεῖν αὐτὸν αὐτοὺς, διέστη ἀπ' αὐτῶν, καὶ ἀνεφέρετο εἰς τὸν οὐρανόν.

51 ‖Et factum est, dũ ipse benediceret eis, ˇdisiũctus ab eis, sursum ferebatur in cælum.

51 Et factũ est dũ benedicerẽt illi, recessit ab eis, & ferebatur in cælum.

52 Καὶ αὐτοὶ προσκυνήσαντες αὐτὸν, ὑπέστρεψαν εἰς Ἰερουσαλὴμ μετὰ χαρᾶς μεγάλης.

52 Ipsi autem adorato eo reuersi sunt in Hierusalem cum gaudio magno.

52 Et ipsi adorantes regressi sunt in Ierusalẽ cum gaudio magno.

47 Incipiendo, ἀρξάμενον. Vulg. Incipientibus id est ἀρξαμένοις, videlicet, ὑμῖν vobis. Sed apud Græcos interdum quartus etiam casus absolutè ponitur: quod omnes norunt. Quòd autem Erasmus existimat ad Christum posse referri, non ob eam tãtùm causam repudiandum est quam ipse commemorat, id est quia Christus non cœpit ab Hierusalẽ, sed Apostoli: verumetiã quia κηρυχθῆναι dixit, non κηρύσσειν: & res ipsa clamat Christum hic agere de Apostolorum munere.

49 Manere, καθίσατε. Vulgata & Erasmus ad verbum, Sedete: id est moramini, quieti expectate. Sic enim apud Hebræos accipitur verbum ישב, quod huic Græco opponitur, vt alibi obseruauimus. Induamini virtute ex alto, ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους: id est, vsquequo Spiritus sanctus è cælo in vos illabatur. Sic enim loquũtur Hebræi, vt Iud. 6. f. 34. Nos autẽ hunc quoque Hebraismũ, quia perelegans videtur, libenter retinuimus.

51 Disiunctus, διέστη. Vulgata & Erasmus, Recessit, ἀνεχώρησεν.

Καὶ ἦσαν διὰ παντὸς ἐν τῷ ἱερῷ, αἰνοῦντες καὶ εὐλογοῦντες τὸν Θεόν. Amen. 53 Erántque ſemper in templo, laudantes & benedicentes Deũ. Amen. 53 *Et erant ſemper in templo, laudantes & benedicentes Deum. Amen.*

Euangelium ſecundum Iohannem. Τὸ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγέλιον.

Κεφάλαιον α.

	NOVA INTERPR. CAP. I.	VETVS. CAP. I.
1 Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος.	1 ¶N principio ¶erat ¶Sermo ille, ¶& Sermo ille erat apud Deum, ¶erátque ille Sermo, Deus.	1 *IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deũ, & Deus erat Verbum.*

ANNOTATIONES, IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 In principio, ἐν ἀρχῇ: id eſt ἀπ' ἀρχῆς, à principio, vt loquitur idem noſter Iohannes ſuæ epiſtolæ 1. 2. c. quod putaui obſeruandum, vt appareat non ſatis appoſitam eſſe eorum interpretationem qui ſeruata propria ſignificatione præpoſitionis ἐν, principium interpretantur Patrem in quo erat Sermo. Eſt autem hæc ſententia, Sermonem non cœpiſſe exiſtere quum Deus initium faceret creandi quicquid conditum eſt. Nam, inquit Iohannes, iam tum exiſtebat Sermo ille quum res creatæ condi cœperunt, ac proinde ante omnium rerũ principium iam erat. Alioqui dicitur etiam diabolus homicida fuiſſe ab initio, infrà, 8. f. 44 ridiculum eſt, quum primus homo eſſet conditus, ſiue à primo homine condito, antequam videlicet genus humanum propagaretur. Nam nondum exiſtente homine, qui potuit eſſe homicida? Hic autem agitur de eo quod omnium rerum creaturam exordiũ præcedit, ſicut liquet ex iis quæ conſequũtur. Itaque locum illũ de diabolo & ſimiles alios fruſtra citãt hæretici, vt hæc Iohannis verba eludant, quibus æterna Filii hypoſtaſis manifeſtò confirmatur. Erat, ἦν: id eſt ὑφίστατο, ſubſiſtebat, vt rectè explicant Græci. Eſt enim proprietas ipſius verbi εἶναι obſeruanda: quod quidem vni Deo propriè conuenit, qui ideirco ab Hebræis יהוה, à Græcis ὁ ὤν dicitur: neque ideam quandã declarat, (vt Samoſatenus exiſtimabat, & qui eius errorem renouauit Seruetus) ſed quod reuera exiſtit. Et habenda etiam in primis ratio præteriti imperfecti, quo videlicet ſignificatur Sermonis hypoſtaſis. id eſt æterna Filii generatio, principio caruiſſe, vt qui iam exiſteret quum conderetur quicquid conditum eſt, vt ipſe de ſe teſtatur infrà, 17. 2. 5. Sermo ille, ὁ λόγος. Vulgata, Verbum: id eſt ῥῆμα, quod rectè mutauit Eraſmus, veterum etiam fretus authoritate, puta Cypriani, Lactãcii, Hilarii, Hieronymi, Ambroſii, Auguſtini. Sed apud Græcos latè patet λόγος. Nam & orationem & rationem & definitionem, & alia nonnulla declarat: vnde factum vt Græci præſertim theologi quorum veſtigia ſequuti ſunt Latini, variè hunc locum ſint interpretati, dum explicare volunt qua ratione Filius dicatur λόγος: quæ omnia videtur Nãzianzenus his paucis verbis diligenter & perſpicuè explanaſſe Concione 1: ἀλλὰ τίνα δὴ μυσταγωγεῖ ἡμᾶς λόγος ὧν πρὸ τοῦ τὰ πάντα ἦν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι λόγος. ἐμήνυσε δήπου τὰ ἀπόῤῥητα τῆς θεότητος, μᾶλλον καὶ τὸ σωματοειδὲς καὶ τὸ ἀδιάληπτον τῆς ἀκοῆς ἡμῶν ὅτι καθ' ὅσον ἔφικτο τὰ ἐκείνου δέδωκεν, ἐπειδὴ καὶ ἡ τῶν λόγων λόγος, ὁ τῶν ὅλων φημὶ, πρὸς τὸν τῶν ὅλων (τῶν μὲν γὰρ ὅλων τὸ ὑπερκόσμιον) πατέρα καὶ σωτῆρος ἔχει διάθεσιν καὶ βούλεται τὸν πατέρα, καὶ σωτῆριος ἐκείνῳ καὶ βούλεται τὰς τῶν πάντων φύσεις ἐμφύσας. βούλημα γὰρ ἅπαν τὸ γεννητικὸν σωτῆρος λόγος. Id eſt, Sermo dicitur, quòd eam rationem habeat cũ Patre quem ſermo cum mente non ſolùm quia ſit à Patre citra omnem perfectionem genitus, ſed etiam quòd Patri ſit coniunctus, eúmque exprimat. Sed & fortaſſis dicere poſſit aliquis, eandem eſſe Filii cum Patre rationem quæ finitionis cum definito. nam λόγος etiam finitionem declarat. Etenim qui mente complexus eſt Filium, (id enim eſt pro quo dixit, Qui vidit) is & Patrem complexus eſt: vt iam Filius non ſit aliud quàm breuis ac facilis quædam demonſtratio naturæ Patris. Siquidem omnis fœtus, eſt ceu tacita quædam expreſſio eius à quo productus eſt. Hæc ille. Baſilius autem alias etiam rationes adfert Homilia in hunc locum ſcripta. Sed quanuis de rebus omnium abſtruſiſſimis loquatur Iohannes, & hæc teſtimonia de Filio Dei verè ac ſapienter dicta agnoſcã, mihi tamen non ſit veriſimile tam ſubtiliter illum voluiſſe hoc loco differere. Deinde habenda potius fuit (opinor) ratio idiomatis Hebræi quàm Græci. Quanuis enim Iohannes Græcè ſcripſerit, tamen in tradenda theologia, ac præſertim in iſtis declarandis arcanis, neque à verbis neque à loquutionibus receſſit: quæ in verbo Dei & in ſynagogis erant ita vſitatæ vt ab ipſo etiam vulgo ſi non res ipſæ, at certè vocabula intelligerentur. Iam verò in editione Chaldaica (quam opinor populari ſermoni maximè fuiſſe accommodatam) innumeris penè locis pro eo quod in contextu ſcribitur מימרא, ſcriptum inuenimus ממ״ר, vt mihi veriſimile videatur Iohannem hoc nomen veluti è medio ſumpſiſſe, quo ſoliti fuerint veteres illi Meſſiam vocare: quaſi eum dicas de quo loquutus eſt, ſiue quem pollicitus eſt Dominus. Nam Iudæi de Meſſiæ diuinitate non prius cœperunt diſputare quàm planè fuerunt excæcati, vt facilè cognoſcet quiſquis veterum Rabbinorum ſcripta cum recentiorum cõmentariis compararit. Fecit enim implacabile in Chriſtum odium, & iuſtum vicißim Chriſti in eos iudicium, vt in torquendis Scripturæ locis qui pro Chriſti vtraque natura apertè faciunt, eos nõ pudeat ab ipſis etiam maioribus ſuis apertè diſſentire. Ergo (vt ad rem redeam) ὁ λόγος benedictum illud ſemẽ declarat de quo Adæ, Abrahæ, Iſaaco, Iacobo, Dauidi & electis omnibus loquutus eſt Dominus, quaſi Sermonem ſeu promiſſum Dei voces. Niſi malis huc referre, quòd ſit vnicus Patris interpres: qua ratione etiam Angelus interdũ appellatur, per quẽ videlicet Pater ipſe ſemper loquutus, tandẽ extremis temporibus ſeipſum mũdo patefecit, vt infrà declaratur verſu 18. Sed tamẽ poſtrema hæc notatio videtur nonnihil impropria, quòd λόγος nuſquam alibi (quod ſciam) accipitur pro interprete ſeu pro eo qui loquatur, ſed pro eo potius quod aliquis loquatur.

Cæterùm verò significationes huius vocabuli, quas Græci & Latini theologi tam cupidè arripiũt, Chaldaico vocabulo מימר, non possunt vlla probabili ratione conuenire. Sed tamen hæc omnia atque adeo meipsum libens Ecclesiæ subiicio. Porrò quod annotant veteres Græci, additum esse articulum vt hic Sermo ab aliis discernatur, (nam alioqui & Legem & Prophetas, & omnia Dei mandata Sermonem Dei vocamus) quia videtur cõmodè & suo loco obseruatum, nullo modo negligendum censuimus: quanuis frequens illa pronominis Ille repetitio nonnullis fortasse parum placebit. 6 Et sermo ille erat apud Deum, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν. Repetitur antecedens loco relatiui, non modò ex idiomate Hebræorum, sed etiam vt magis perspicua sit oratio. Præpositio autem πρὸς hypostasin Filii ab hypostasi Patris distinguit, aduersus Sabellium: ideóque nõ dixit ὁ τοῦ Θεοῦ, vt rectè obseruat Basilius Homilia εἰς τὸ κατ' Ἰωάννην Ἅγιον, & κατ' Εὐσταθιανῶν: quanuis vt τὸ ὁμοούσιον indicet, alibi se in Patre esse dicat, infrà, 10. g. 38, quod tamen accipi potest de diuinæ in Christo potentiæ manifestatione. Non desunt etiam qui præpositionē πρὸς existiment significare μίμησιν τινα καὶ ἰσότητα, id est assimilationē quandam, vt πρὸς τὸν Θεὸν idem declaret atque κατὰ Θεόν: veluti quum scribit Philo de Mundo, κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγονὼς ἀληθῶς ἄλλος κόσμος: id est, ad imaginem & exemplar Dei conditum esse hominem: in qua opinione is est qui libellum scripsit εἰς σωσιπάτρου, præferentem Basilii Magni nomen. Est enim Filius Patris character & imago prorsus ἀπαράλλακτος: quæ interpretatio hypostases distinguit, & eandem οὐσίαν confirmat, quũ in Deo nihil non οὐσιῶδες consideretur. Sed tamē hoc mihi subtilius videtur, quum in plurimis locis hæc præpositio simpliciter accipiatur pro Apud, vt Mar. 6. a. 3 & 6. c. 19. Rom. 15. g. 30. 1. Cor. 16. a. 6, pro quo dixit ipse Christus παρὰ σοί, de Patre loquens, infrà, 17. a. 5. 10 Erátque ille sermo Deus, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος. In Græco sermone additus articulus manifestè ostēdit τὸν λόγον habere subiecti rationem, Θεὸς verò attributi, vt etiam infrà, 4. d. 24 & Hebræ. v. 10. quod omnino fuit annotandum, quia alioqui si inuersa enuntiatione dicas καὶ ὁ Θεὸς ἦν ὁ λόγος, & Deus ille erat Sermo, personam Patris & Filii confuderis, quia vis articuli est ἀναφορική. Deinde impropriè dicas Deum esse sermonem, quia ὁ Θεὸς in Scripturis vel ipsam οὐσίαν declarat, quæ tribus hypostasibus vna & eadem est: vel certè distinctam Patris hypostasin significat, quoties videlicet inter se cõparãtur hypostases, vt in superiore mẽbro. Itaque vt vitaremus periculosam amphiboliam, quæ non est in Græco sermone, naturalem ordinem constructionis sequuti, priore loco subiectum, posteriore attributum collocauimus.

Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν. 2 ᵛHic *Sermo* erat in principio ᵛapud Deum. 2 *Hoc erat in principio apud Deum.*

Coloss. 1. b. 3 Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν ὃ γέγονεν. 3 ‖Omnia ᵛper hunc *Sermonem* facta sunt, & ᵛabsque eo factum est ᵛnihil quod factum sit. 3 *Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil quod factum est.*

2 Hic *Sermo*, οὗτος. Expressi ipsum antecedens, nequis τὸν Θεὸν repetendũ putet. Nã rectè quidẽ dicas Deũ ex Deo genitũ: Deũ autẽ apud Deũ, impropriè, quia πρὸς declarat hypostasis distinctionẽ. Filius autem non distinguitur à Patre, quatenus Deus est, sed quatenus Filius. Coniunctim tamen dicere licebit, Hic Sermo Deus, erat apud Deum, vt is rectè notat cuius aliquot extant in nostrum hunc Euangelistam Homiliæ sub Origenis nomine. Etsi autem iis assentior qui in his verbis putant epilogum quendam esse superiorum ἀξιωμάτων, tamẽ etiam existimo necesse fuisse hæc addi vt intelligeremus illud ἐν ἀρχῇ repetendum esse τὸν πρὸς τὸν Θεὸν in duobus posterioribus membris, quasi scriptum sit, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ ἐν ἀρχῇ Θεὸς ἦν ὁ λόγος. quæ obseruatio, & Sabellii, & Samosateni, & Arrii, & vetustiorum, nempe Hebionis & Cerinthi, hæreses manifestè conuincit. Annotat Augustinus libri de doctrina Christiana 3. capite 1, quosdam posse καὶ Θεὸς ἦν adscripta distinctione, ὁ λόγος cõiungere cũ οὗτος, quasi ita scripserit Iohãnes, In principio erat Sermo, & Sermo erat apud Deum, erátque Deus. Sermo ille erat in principio apud Deum. Quæ distinctio mihi nõ videtur peruertere sententiam, si modò ante tertium Erat, repetas ὁ λόγος, ita vt Deus à parte posteriore construatur, tanquam attributum. Nam alioqui de Sermonis diuinitate testimonium impiè corruperis. Apud Deum, πρὸς τὸν Θεόν. Quũ non contentus Iohannes dixisse ἐν ἀρχῇ, hæc etiam addat, neque tamen verisimile sit eum voluisse περισσολογῆσαι, apparet non satis solidam esse Cyrilli sententiam, qui In principio interpretatur In Patre, qui est principium. Nam quæ esset hæc sententia, Sermo erat in Patre apud Deum?

3 Per eum *Sermonem*, δι' αὐτοῦ. Iterum expressi antecedens, vt planior esset oratio. Quod autem Arriani ex hoc loco inæqualitatem Filii arguebant, quasi διὰ non causam efficientem, sed instrumentalem duntaxat declaret, eruditè & eleganter refutatur à Basilio Magno, libri de Spiritu sancto capite 50, ex Scripturæ authoritate, quæ ἐξ οὗ & δι' οὗ, tum Patri, tum Filio, tum etiam Spiritui sancto tribuit, vt Rom. 11. d. 36. Ephes. 4. d. 16. Colos. 1. d. 19. Infrà, 1. a. 6. Rom. 5. a. 5, & alibi sæpe. Quomodo autem explicandus sit hic locus, nemo diuinius possit docere quàm Paulus Col. 1. b. 15 & 16. Absque eo, χωρὶς αὐτοῦ. Is cuius extant Homiliæ sub Origenis nomine, interpretatur Extra eũ, (nam χωρὶς etiam declarat seorsum ac separatim) & eius expositionis causam nescio quam adfert. Quia, inquit, quum Extra audis, nihil omnino relinquis quod in ipso & per ipsum factum non sit. Hilarius quoque libro De Trinitate primo obscuram quãdam adfert huius loci interpretationem. Ego existimo Iohannem, quum dixisset omnia per ipsum condita, (quibus verbis, τὸ ὁμοούσιον καὶ ἰσοδυναμοῦν declarat) nunc iterum hypostasin distinguere, quum Filium adiungit Patri συνεργὸν, vt ipse de se testatur infrà, 5. c. 17 & 19. Nihil quod factum sit, οὐδὲ ἕν ὃ γέγονεν: id est, ex iis quæ facta sunt, nihil factum est absque eo, sine (vt Epiphanii verbis vtar) τοῦ ἐμφυσήσαντος, δι' αὐτοῦ ὑφάναντος. Itaque obseruatio illa Vallæ distinguentis ὃ γέγονεν, nullius est momenti. Magis etiã sunt importuni qui appellationem Nihili putant peccatum aut malitiã intelligi. Fuit autem hic locus varia distinctione corruptus, præsertimà Latinis. Coniungunt enim ὃ γέγονεν, quod factũ est, cũ sequenti versiculo: quem rursus trifariam distinguũt. Alii enim legunt, Quod factũ est, in ipso vita erat. id est, quicquid factũ est, subsistit etiam in eo, non in sese. Quam distinctionẽ sequitur ex Græcis Clemens in Pædagogo lib. 1. cap. 6. & Cyrillus, & Latini fere omnes. Vel, Quicquid factum, iam erat vita in eo, id est iam in ipso quodammodo viuebat. quod Augustino non displicet. Alii legunt, Quod factum est in ipso, vita erat: quã lectionem non rectè tribuit Augustino Erasmus in hunc locum scribens, quum disertè eã reprehendat lib. 5 de Genesi ad literam, cap. 13. Non, inquit, ita pronuntiare oportet, Quod factum est in illo, vita est. quid enim non in illo factũ est? Theophylactus demum tertiam distinctionem adfert cuiusdam ex veteribus qui legerit, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ὃ γέγονεν ἐν αὐτῷ: id est, & sine ipso factum est nihil, quod factum est in ipso: deinde adscripto puncto subnectit, Vita erat, & vita erat lux hominum. Chrysost. verò omnes has distinctiones reprehendit, aduersus eos disserẽs qui cõtendebant Spiritũ sanctum, quem ipsũ inter res creatas enumerabãt, intelligi in eo quod dicitur, Quod factũ est, & ὃ γέγονεν ostẽdit ad οὐδὲ ἕν pertinere, ita vt ἐν αὐτῷ sit sequẽtis versiculi initiũ. Nazianzenus quoque idem sentit in Oratione εἰς τὰ Πεντήκοστα: vt planè mirer quid Erasmo in mentẽ veneris

vt eum exiſtimaret cũ Cyrillo ſentire. Hæc ſunt autẽ ipſius verba, ἀνάγκη ἑκάστου φοβεῖσθαι, τὸ πάντα διὰ τοῦ ἰδίου γεγονέναι λέγεσθαι, ὡς ἐτέρᾳ φύσει τῶν πάντων ὄντος καὶ τοῦ λόγου. Πνεύματος γὰρ ὄντος γεγονέναι αὐτοῦ, οὐχ ἁπλῶς ἅπαντα. οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ, οὐδ' ὅτι μὴ γέγονεν. Hæc ille, quæ manifeſtè oſtẽdunt eũ coniunxiſſe ὃ γέγονεν cũ οὐδὲν ἦν, tanquã exceptionẽ, qua res creatæ à non creatis diſtinguantur. Epiphanius quoque contra Ariomanitas, & in Anchorato, duobus locis eũ diſertè reprehendit qui aliter diſtinguunt, vitiato tamen exemplari Græco, vt res ipſa oſtendit. Idem καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο aperte poſt ὃ γέγονεν diſtinguit. Præterea in omnibus manuſcriptis codicibus, vno duntaxat excepto, hanc diſtinctionẽ inuenimus. Theophylactus quoque pro nobis facit. Itaque non dubitauimus hanc lectionẽ cæteris anteponere, quia planam habet ſentẽtiam, & doctiſſimorum interpretũ Græcorum authoritate nititur. Quod autem adfert Eraſmus, ſibi magis placere lectionem quam hodie vulgò ſequitur Latinorũ vſus (quia apud hũc Euangeliſtam fere ſemper ex proximo membro ſumitur gradus ſequentis, vt, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Et paulo pòſt, In ipſo vita erat, & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt: quaſi idcirco etiam legendum ſit, Et ſine eo factum eſt nihil: quod factum eſt, in ipſo vita erat,) id non eſt eiuſmodi vt magnopere nos debeat mouere.

Ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων·	4 In ipſo vita erat, & vita erat Lux illa hominum:	4 In ipſo uita erat: & uita erat Lux hominum:
Καὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβεν.	5 Et Lux iſta in tenebris lucet, ſed tenebræ eam non comprehenderunt.	5 Et lux in tenebris luget, & tenebræ eam non comprehenderunt.
Ἐγένετο ἄνθρωπος ἀπεσταλμένος παρὰ Θεοῦ, ὄνομα αὐτῷ Ἰωάννης·	6 Fuit quidam miſſus à Deo, cui nomen Iohannes:	6 Fuit homo miſſus à Deo cui nomen erat Iohannes. *Matth.3.a.1 marci 1.a.2 luc.3.a.2*
Οὗτος ἦλθεν εἰς μαρτυρίαν, ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός, ἵνα πάντες πιστεύσωσι δι' αὐτοῦ.	7 Is venit ad *dandum* teſtimonium, *id eſt* vt teſtaretur de Luce, vt omnes per eum crederent	7 Hic uenit in teſtimonium, ut teſtimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illũ.
Οὐκ ἦν ἐκεῖνος τὸ φῶς, ἀλλ' ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός.	8 Non erat ille Lux illa, ſed miſſus fuit vt teſtaretur de illa Luce.	8 Non erat ille Lux, ſed ut teſtimonium perhiberet de Lumine.
Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον.	Hi cerat Lux illa vera quæ illuminat omnem hominẽ venientem in mundum.	9 Erat Lux uera quæ illuminat omnem hominẽ uenientem in mundum.

4 In ipſo, ἐν αὐτῷ: id eſt Per ipſum, ipſius videlicet vi & efficacia. Idem enim vitam indidit qui fecit vt exiſterent. Itaque præpoſitio ἐν idem declarat atque διὰ in ſuperiore membro, & cauſam vitæ effectricem a conſeruatricem declarat, ex idiotiſmo Hebræorũ, quẽ ſæpe iam obſeruauimus. Nam ſubtilius quàm par ſit argutantur qui vitã explicant in Sermone fuiſſe antequam res conderentur, Platonicas ideas reuocando: quæ argutiæ mihi non placent. At illi impiè de Deo ſentiunt qui vitã in eo eſſe exiſtimant, quaſi ipſius eſſentia rebus permiſceatur: quã blaſphemiam non puduit noſtra memoria impuriſſimos illos Poſtellũ & Seruetum affirmare. tanti eſt vocũlæ vnius obſeruatio. Et tamen vel ipſe quotidianus ſermo potuerat illos erudire. nam quũ vitam ac ſalutem noſtram in aliquo homine ſitam eſſe dicimus, quis eſt cui in mentem veniat iſta naturæ permiſtio? ac quis nõ potius de poteſtate, virtute, authoritate alicuius hominis cogitet? Itaque Cyrillus quũ hunc locum rectè explicaret, non ſimpliciter dixit ipſum cunctis cõmiſtum, vitã eorum fieri, ſed quaſi commiſtum: quam particulam Eraſmus, quum eius ſententiam annotaret, certè non debuit prætermittere. Eadem ratio eſt explicandi illius quod ait Paulus Act.17.f.28, nos in Deo viuere, moueri & eſſe. Vita, ζωὴ. Additus articulus diſtinguit id vitæ genus de quo dicturus eſt, nimirum vitam humanam, ab ea quam indefinitè ζωὴν vocarat, cõmunem omnibus animantibus. Sed hæc diſtinctio nõ videtur ſatis propriè hoc loco exprimi in Latino ſermone potuiſſe. Nam ſi dicas, Vita illa, quũ vitæ nomẽ præceſſerit, videbitur huius pronominis vis eſſe ἀναφορικὴ potius quàm δεικτική. Poteſt etiam Sermo dici ἡ ζωή, id eſt vita, ab effectu, quia videlicet is eſt qui viuificat.

Erat, ἦν: Erat, videlicet iam tum quũ per eum eſſent facta omnia: alioquin dixiſſet ἐστίν, eſt. Erat, ἦν, Iterum habenda eſt ratio præteriti imperfecti, quod vſurpauit Euãgeliſta potius quàm præſens aut præteritũ, vt ſignificaret lucem iſtam homini præluxiſſe ab ipſo ſtatim initio ipſius conditi. Lux illa, τὸ φῶς: id eſt, vis illa rationis & intelligentiæ in hominum animis accenſa ad ipſum tanti boni authorem agnoſcendum: niſi rurſus malimus vitam illam, id eſt Sermonem viuificantem, ab effectu Lucem vocari, quòd hominem rationis luce donarit: quæ interpretatio nititur veterum authoritate, & optimè cohæret cum iis quæ proximè ſubiiciuntur. Siue autem pro huius lucis authore, ſiue pro ipſo lucis munere accipias, adiunctus erit articulus declarãdæ vel authoritatis vel muneris præſtantiæ. Nam alioqui dicendũ erat, ἡ ζωὴ ἦν φῶς ἀνθρώπων, ſicut dixit, ἐν λόγῳ ἦν Θεός.

5 Et lux iſta, καὶ τὸ φῶς: id eſt, Quæ lux. Solent enim Hebræi loco relatiui ſæpe copulariuam coniunctionem vſurpare, adiecto aut ſuppleto antecedente, vt annotauimus Marci 1.a.10, & alibi ſæpe. Non comprehenderunt, οὐ κατέλαβεν: id eſt percipere non potuerunt, vt ab ea illuſtrarentur, atque adeo non agnouerunt, vt ipſe paulo pòſt loquitur verſu decimo, cuius rei cauſam adfert Paulus Rom.1.c.21.

7 Per eum, δι' αὐτοῦ. Per ipſum videlicet Iohannem. Nam quem de Chriſto ipſo agitur, vſurpari potius ſolet particula οὗ vel ᾧ vel ὃν pro οὗτος, præcedente verbo πιστεύειν, vt infrà, 12.f.36. Act.9.g.42. Rom.9.f.33.

8 Lux illa, τὸ φῶς. Lux illa videlicet de qua diximus, id eſt Chriſtus, qui vnus poteſt noſtras tenebras illuſtrare, vt infrà, 8.b.12. Eſt ergo vis articuli ἀναφορικὴ. Nam alioqui additur etiam articulus Mat.5.b.14: vbi dicit Dominus Apoſtolis ſuis, Vos eſtis τὸ φῶς: id eſt lux mundi. Et, Lucerat τὸ φῶς, id eſt lux veſtra. Item infrà, c.f.34: vbi de hoc ipſo Iohanne loquens Dominus, Ille, inquit, erat ὁ λύχνος ὁ καιόμενος: id eſt lucerna illa ardens, additis articulis duobus: quod miror non fuiſſe à Cyrillo annotatum.

9 Lux illa vera, τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν: id eſt, quæ verè & propriè meretur Lucis nomen, quum natura luceat, non participatione. Cæterùm hæc omnia accipio pro attributo. Itaque ante verbum ἦν ſubaudio οὗτος, vt ſit hæc integra propoſitio, Iſte, de quo nimirum hîc agitur, & qui cum Iohanne comparatur, eſt Lux illa vera,

Vetus interpres ad verbum, Erat Lux vera, neglectis etiam articulis. Eraſmus, Erat Lux illa, lux vera: quaſi ſcriptum ſit, τὸ φῶς ἐκεῖνο τὸ ἀληθινόν, ſcilicet φῶς: quæ verborum traiectio nimis eſt violenta: quanuis ſententiã ipſam rectè alioqui expreſſerit, præſertim in Annotationibus. Venientem in mundum, ἐρχόμενον εἰς κόσμον, id eſt naſcentem, vt explicat Chriſtus ipſe hoc dicendi genus infrà, 17. g. 57. Quod autem nonnulli participium ἐρχόμενον putant poſſe ad τὸ φῶς referri, vt ita conuertas, Hæc eſt Lux illa vera quæ veniens in mundum illuminat omnem hominem: id inquam nimis eſt violentum, & tractationẽ huius argumenti, id eſt manifeſtationis Chriſti, confundit. Significatur ergo, nullum hominem naſci huius Lucis expertem. Nam infantes etſi vſum rationis non habent, aut certè perexiguum, tamen animo ipſo ſunt præditi qui ſuapte natura iam tum aptus eſt ad intelligendum ac ratiocinandum, vt alicubi rectè docet Lactantius: quanuis quominus officium faciat, inſtrumentorum corporis infirmitas impediat. Apparet enim ex iis quæ ſequuntur, hoc eſſe accipiendum de beneficio Chriſti toti humanæ genti communi, vt minimè neceſſe fuerit nodum hunc nectere, qua ratione dicatur omnem hominem illuminare Chriſtus, quum tam multi in tenebris maneant: quaſi de regenerationis gratia hic agatur, quæ filiis Dei peculiariter eſt deſtinata.

Ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω.

Εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον.

Ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτόν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ.

Οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν.

Heb. 11. a. 4

10 In mundo erat, & mundus per eum factus eſt: ſed mundus eum non agnouit.

11 Ad ſuos venit, & ſui eum nõ acceperunt.

12 Quotquot autem eum acceperunt, dedit eis hanc dignitatẽ vt Filii Dei fierent, nempe iis qui credunt in nomen eius:

13 Qui non ex ſanguine, neque ex libidine carnis, neque ex libidine viri, ſed ex Deo geniti ſunt.

10 *In mundo erat, & mũdus per ipſum factus eſt: & mundus eum non agnouit.*

11 *In propria venit, & ſui eum non receperunt.*

12 *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, iis qui credunt in nomine eius:*

13 *Qui non ex ſanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, ſed ex Deo nati ſunt.*

10 Et mundus per ipſum factus eſt, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο: vel, nam mundus. Hoc enim additũ eſt ad explicandũ & confirmandum illud, In mundo erat: nam, inquit, mundus per ipſum factus eſt: itaque tota ipſius diſpoſitio, imò verò ſingularum mundi partium conſideratio, æternam opificis potentiam ac diuinitatẽ oculis hominum obiiciebat, vt ſcriptum eſt Pſal. 19. a. 1, & Rom. 1. c. 19 & 20. Ideo rurſus verbum ἦν explicandũ eſt per præteritum imperfectum, quo ſignificatur hic agi de Filii manifeſtatione, quæ cum ipſo mundo cœpit, elucẽte ipſius gloria ac maieſtate in rebus omnibus ab ipſo conditis. Alterã verò, qua manifeſtatus eſt in carne, aggredietur proximo verſiculo. Per eum, δι' αὐτοῦ. Per eum qui eſt vera illa Lux. Neque enim ſubaudiendũ eſt φωτὸς, quia dura eſſet loquutio, mundum factum eſſe per Lucem. quamobrem etiam in hoc verſiculo & duobus ſequentibus non vſurpauit pronomen αὐτὸς in neutro genere, ſed αὐτός. Itaque intio verſiculi nouã non ſupplenda eſt, ſed οὗτος: neque conuerti, Hæc erat Lux illa vera, ſed, Hic erat Lux illa vera. Non agnouit, οὐκ ἔγνω. Vulg. & Eraſ. Non cognouit. Ego malui vſurpare vocabulum Agnoſcendi: quia quanuis homines in denſis illis tenebris verſantes, quas peccatum inuexit, Deum propriè non cognouerint, tamen hactenus cognouerunt vt ſuo ipſorum teſtimonio conuincantur, quòd eum quem cognouerant, ne pro ſuæ quidem cognitionis modo agnouerint, id eſt coluerint & gloria affecerint, vt declarat Apoſtolus Rom. 1. c. 21, & Act. 14. c. 16 & 17

11 Ad ſuos, εἰς τὰ ἴδια. Siue, Ad populum ſuũ, (fuit enim Iſrael populus Domino peculiaris) vel, Ad terram ſuam: ſicut Pſal. 84. a. 1, Terra Iſraeli à Deo tradita, in qua vna verus Deus coleretur, Terra Dei peculiari nomine dicitur, quum alioqui Domini ſit terra vniuerſa, & quicũque terram incolunt. Vulg. In propria. Eraſ. In ſua. nam τὰ ἴδια idem declarat atque τὰ ἑαυτοῦ. Sed vtraque hæc interpretatio in Latino ſermone videtur perobſcura, quum hoc dicendi genere nihil aliud declaretur quàm quod expreſſimus, vt etiã accipitur infrà, 17. d. 32, & Act. 21. a. 6, pro quo dicunt Hebræi לקחת, vel אל ארצו. Infrà verò 19. e. 27, ſignificat אל ביתו id eſt domum ſuam, vel אל עירו, id eſt ad ſe, & 1. Theſſ. 4. c. 11, πράσσειν τὰ ἴδια, declarat, ſua negotia curare. Acceperunt, παρέλαβον. De propria ſignificatione verbi παραλαμβάνειν diximus Mat. 1. d. 20, quam hic puto obſeruandam. Ita enim ſignificatur quod ipſe Chriſtus alibi explicat, ſe nimirum à Patre exiiſſe, à Patre miſſum, à Patre datum, vt qui credit non pereatnec quibus manifeſtò intelligitur, hinc incipere Euangeliſtam loqui de Chriſti in carne manifeſtatione. Neque obſtat quod mox vtitur ſimplici verbo ἔλαβον. Eſt enim hoc ex Hebræorum idiomate explicandum, qui eiuſmodi cõpoſitis verbis carent: quamobrem etiam paulo antè verſu 10, poſitum eſt ἔγνω pro ἐπέγνω.

12 Hanc dignitatem, ἐξουσίαν: id eſt, hoc iure & hac dignitate eos dignatus eſt, vt eos pro filiis adoptaret, ſicut & Cyrillus explicat. Nam hoc totum nihil aliud declarat quàm gratiam υἱοθεσίας, quam meritò vocat ἐξουσίαν, id eſt dignitatem, vt ſcribit Paulus 1. Theſſ. 1. v. 5 & 11, quum hac ratione ſimus Dei hæredes, cohæredes autem Chriſti. Itaque Caſtellio & alii eiuſdem farinæ, qui ἐξουσίαν interpretantur quaſi duntaxat ſignificet eligẽdi poteſtatem, & hoc loco abutuntur vt liberum ſuum arbitrium ſtabiliant, (quod & ipſum dicunt à gratia nõ penitus præſtari, ſed præueniri duntaxat & adiuuari) ii nunquam intellexerunt quid beneficii per Chriſtum ſi de conſequamur: nempe vt non modò filii Dei eſſe poſſimus ſi velimus, ſed velimus & ſimus. Vulg. Poteſtatem filios Dei fieri. Quidam etiam authoritatem conuertũt: quæ interpretationes poſſunt etiam rectè explicari, ſed tamen quum alibi ſæpe ἐξουσίαν conuerterimus poteſtatẽ & authoritatem, vtrunque hoc loco repudiauimus: quia nõ agitur de poteſtate quã habemus in alios inferiores, ſed de eo dignitatis gradu quem obtinemus apud eum qui eſt ſupra omnia. Eraſ. Vt liceret filios Dei fieri, Sophiſtas forteſſis ſequutus, & ſuum in primis Origenẽ quorum opinionem antea reiecimus. Idem tamen in Paraphr. & piè & eleganter totum hunc locum expoſuit.

In nomen eius, εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Poterat dicere εἰς αὐτόν, in eum. Sed illud dicendi genus videtur tacitè includere Euangelii prædicationem, quæ ſit fidei obiectum.

13 Ex ſanguine, ἐξ αἱμάτων. Heb. מדמים, vt Ezech. 6 aliquoties. Malo enim hoc referre ad ſanguinẽ quo fœtus in vtero alitur ac confirmatur, & quo infectus naſcitur, quàm vel ad cognationem, vel ad ipſius viri ſemen. Neque verò hæc ſunt indigna quæ hoc loco ſaltem attingantur, quũ abiſtis nõ abhorreãt ipſi etiã Prophetæ, vt oculis hominum ſubiiciant miſeram & ſordidam ipſorũ originem. Hic autem nemo non videt ſpiritualem

illam & ſanctam ex gratia in Chriſto ἀναγέννητον cum impuro illo & naturali hominis ortu conferri: de quo quum loqueretur Dauid, Ecce, inquit, in iniquitate ſum formatus, & in peccatis concepit me mater mea. Cæterùm quod Auguſtinus de ſeminis paterni ac materni commiſtione diſſerit, quaſi ideirco Euangeliſta ſit vſus multitudinis numero, medicis relinquo: certè non videtur hoc ſuo loco obſeruatum, quum ſit potius enallage numeri ex Hebraico idiotiſmo. Ex libidine carnis, ἐκ θελήματος σαρκός. Alibi annotauimus θέλημα accipi pro βουλῇ. Itaque quum de cupiditate omnium vehementiſſima hic agatur, Voluntatis nomen quo vſi ſunt Vetus interpres & Eraſmus, non dubitaui expungere, tanquam non ſatis expreſſum. Quod autem nonnulli Carnis appellatione fœminam intelligunt, nimirum quia ſubiecit Iohannes οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρός, non video cur approbem, quanuis nonnihil eiuſmodi adferat etiam Theophylactus. Imò verò Carnis nomine intelligitur craſſa illa & impura hominis natura, quæ ſpiritui opponitur paſſim, ac præſertim infrà, 3. a. 6. Nam tota illa Chriſti cum Nicodemo diſputatio huc pertinet.

Καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, (καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός) πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας.	14 Et ſermo ille ᵛ Caro factus eſt, & ᵛ cõmoratus eſt ᵛ inter nos, (& ſpectauimus gloriam eius, ᵛ gloriam inquam ᵛ vt vnigeniti ᵛ egreſſi à Patre) ᵛ plenus gratiæ ac veritatis.	14 Et verbũ caro factum eſt, & habitauit in nobis, (& vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre) plenum gratiæ & veritatis. Mat. 1. c. 16 luc. 1. a. 7
Ἰωάννης μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ, καὶ κέκραγε,	15 Iohãnes ᵛ teſtatᵘ eſt de eo, & cla	15 Iohannes teſtimoniũ perhibet de ipſo, & cla

14 Caro, σὰρξ. Heb. בשר, id eſt Homo, per ſynecdochen, vt Eſa. 40. b. 5, & Ioel. 2. g. 28. Itaque non minus ineptus quàm impius erat Apollinaris quum ex hoc loco vrgeret animam hominis non fuiſſe à Chriſto aſſumptam: quod ſi verum eſſet, adhuc hæreret animus noſter in ea maledictione cui eſt obnoxius. Commoratus eſt, ἐσκήνωσεν, id eſt περιφέρεται, de quo diximus Matth. 2. d. 23. Videtur autem alludere ad veteris tabernaculi figuram. Eſt enim hoc vocabulum à tabernaculis ſeu tentoriis deductum: ex quo intelligitur, Chriſti moram apud nos temporariam fuiſſe. Nam quod nonnulli ex veteribus appellatione Tabernaculi, corpus intelligunt, (ſicut etiam accipitur 2. Pet. 1. c. 13 & 14) putántque ita diſtingui duas in vno Chriſto naturas, quum alius ſit qui habitat, alius in quo habitatur, mihi quidem non placet. Scimus enim Neſtorium hac arrepta occaſione, Chriſtum in duas perſonas diſcerpſiſſe: & violenta eſt hæc expoſitio. Primùm, quia σκηνοῦν & συνοικεῖν, non minus differunt quàm in tabernaculo commorari, & tabernaculum ipſum conſtruere: quod diſcrimen Eraſmus in ſuis Annotationibus confundit. Deinde hæc eadem expoſitio cogit nos interpretari, In nobis, id eſt in corpore huic noſtro ſimili: quam declarationem nemo non videt (opinor) eſſe detortam, quanuis quorundam veterum authoritate nitatur. Certè quum Paulus de diuinitate Chriſti loquitur Coloſſ. 1. b. 9, non dicit diuinitatem commoratam eſſe in ipſius corpore, ſed ipſam Deitatem corporaliter (id eſt οὐσιωδῶς) habitare in Chriſto. Chriſti autem nomen, totum Chriſtum declarat, qui his verbis ſignificatur verè & reipſa Deus eſſe, non participatione aut nuda ſanctificatione, quaſi diuinitas tanquam hoſpitio vſa ſit ipſius corpore. Deinde vtitur verbo κατοικεῖν, quo fixum & perenne domicilium declaratur: neque dicit κατῴκησεν, ſed κατοικεῖ, præſenti tempore vtens, quum Iohannes vtatur verbo σκηνοῖ, quod (vt antè dixi) temporariam commorationem non autem habitationem declarat: & quidem præterito tempore ἐσκήνωσεν, quia deſiit iſta commoratio Chriſti inter nos, quum iam in cæleſtibus ſedeat, vbi nobis quærendus eſt per fidem. Ergo Pauli locus ille non rectè poteſt cum iſto conferri. Inter nos, ἐν ἡμῖν. Vulg. In nobis: quam interpretationem proxima annotatione refutauimus: & hoc etiam quod ſubiicitur, Et ſpectauimus eius gloriam, ſatis refellit. Hoc quum rectè annotaſſet Eraſm. poſtea à ſeipſo viſus eſt diſſentire, quum ſic interpretatur ἐσκήνωσεν quaſi ſignificet, Habitaculum ſiue domicilium fecit in nobis, vt (inquit) intelligamus eum cœpiſſe habitare in nobis, nec tamen deſiiſſe. Hoc verò quid aliud eſt quàm Chriſti corpus adhuc in terris collocare: quod tamen Petrus teſtatur fore vt cæli capiãt vſque ad tempora reſtitutionis omnium? Neque tamen Chriſti præſentiam tollimus ex Eccleſia, cum qua ſe perpetuò futurum dixit: ſed ita, vt virtute Spiritus ſancti, præſentiæ carnis modus definiatur, ne imaginariam Chriſti in cælum aſcenſionem conſtituamus. Gloriam, δόξαν. Sic vocat quicquid in Chriſto diuinam maieſtatem velut hominum oculis ſubiecit. Caſtellio, Splendorem interpretatur, & ad Chriſti transfigurationem reſtringit. ſed ineptè, vt alia pleraque, ſicut liquet ex iis quæ ſcribuntur infrà, ver. 49, & 2. v. 11, & aliis innumerabilibus locis. Vt, ὡς. Hoc eſt quod Heb. vocant את־יהוה כי, qua particula videlicet nõ ſimilitudo duntaxat, ſed ipſa rei veritas ſignificatur. Egreſſi à Patre, παρὰ πατρός. Suppleui participium ἐξελθόντος, quo vtitur ipſe Chriſtus infrà, 16. d. 27 & 28. item 17. b. 8. Licuit etiam interpretari. Qui eſſet à Patre, ſubaudito participio ὄντος. ſic enim & ipſe loquitur infrà, 7. d. 29. Cyrillus tamen, & Valla ac Eraſmus eum ſequuti, malunt παρὰ πατρὸς coniungere cum δόξαν, vt ita conuertas, Gloriam vt vnigeniti à Patre, videlicet profectam. Sed hæc traiectio mihi videtur parum neceſſaria. Deinde quod idem Eraſ. poſt Vallam μονογενοῦς putat cõuerti poſſe Vnicum, mihi quidem non placet. nam vnicus etiam dici poteſt qui ex multis fratribus ſolus patri ſupereſt: vnigenitus autem dicitur Chriſtus, diuinæ propriè naturæ reſpectu, non humanæ: niſi quatenus humana natura cum diuina vnita eſt, vt vnus tantùm ſit Dei Filius, Deus & homo. Plenus, πλήρης. Sic ſcriptum inueni in omnibus noſtris manuſcriptis exemplaribus, excepto duobus, in quibus ſcriptum erat πλήρωμα: quæ lectio non video quomodo cohærere poſſit, niſi ad ἐθεασάμεθα referamus, ita vt maior fuerit habita ratio ſententiæ quàm verborum, vt in illo Hom. Iliados 7. Καὶ νημερτὴς κηρύσσω, καὶ οὐ ψεύδεται ἀνήρ· Ἀνδρὶ ἐοικὼς ἄλλον, ὅτις τ' ἐπίστηται εἰδέναι. Sed malo πλήρης legere, & connectere cum ἐλάλησε, ita vt illud καὶ ἐθεασάμεθα vſque ad παρὰ includatur parentheſi. Vetus interpres conuertit, Plenum, ſed nominandi caſu, vt rectè obſeruauit Valla, quia τὸν λόγον interpretatur Verbum. Quod autem Eraſmus coniectat poſſe hæc connecti cum ſequente verſiculo, quaſi his titulis ornetur Iohannes, poſſet fortaſſis etiam confirmari etymologia ipſius nominis, quia יוחנן declarat gratioſum. Sed iſtæ argutiæ fruſtra captantur, & præterquam quòd hæc diſtinctio nullius exemplaris authoritate confirmatur, ea quæ ſequuntur ſatis indicant hæc ornamenta ad Chriſtum pertinere, & ita accipienda vt ipſa gratiæ & veritatis vnctum fuiſſe Chriſtum intelligamus.

15 Teſtatus eſt, μεμαρτύρηκε. Vulgata & Eraſmus, Teſtatur. Sed exiſtimo temporis eſſe enallagen Hebræis familiarem, vt infrà, 4. d. 28. Sed durior eſt tamen tranſitus à præſenti ad præteritum. Ideo Cyrilli interpres vertit, Teſtatur & clamat. Chryſoſtomi verò interpres ſibi non conſtat. Nec verò mihi diſplicet quod ab aliis annotatur, vſurpatum eſſe tempus præſens ab Euangeliſta, vt ſignificetur perennis authoritas huius teſtimonii: quaſi etiamnum hodie hæc teſtaretur Iohannes. quam emphaſin ſiquis ſeruatam voluerit, conuertat

hoc modo, Iohannes teſtatur de eo, & clamauit, dicens, &c.

λέγων, Οὗτος ἦν ὃν εἶπον, Ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἔμπροσθέν μου γέγονεν· ὅτι πρῶτός μου ἦν.

Καὶ ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν, καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος·

Coloſſ.1.c.19, & 2.b.9

mauit, dicens, ᵛ Hic eſt ᵛ de quo dicebam, ᵛ Is qui ponè me venit, ᵛ prælatus eſt mihi, ᵛ quia præſtantior me eſt.

16 ‖ ᵛ Et ex plenitudine ipſius omnes accepimus, & ᵛ gratiam pro gratia:

mat, dicens, Hic erat quẽ dixi, Qui poſt me venturus eſt, ante me factus eſt: quia prior me erat.

16 Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia:

Hic eſt, οὗτος ἦν. Vetus interpres & Eraſmus, Hic erat. Ego verò non video quis locus ſit præterito imperfecto in hoc ſermone. Certè Cyrilli interpres vtitur præſenti in libro de Fide ad reginas, & hanc enallagen τοῦ ἦν pro τοῦ ἐστὶ doctiſſimus Budæus annotauit, citans hæc verba Aphrodiſ. in primum Topicorũ, vbi explicat Ariſtotelicũ illud, τὸ πῦρ ἦν ἔσῃ. Τοῦτο ἦν, inquit, οὐχ ὡς παρελήλυθος χρόνου δηλωτικὸν λέγεται τοῦτο, ἀλλ' αὐτὸ τὸ εἶναι σημαῖνον δι' ὑπερβατοῦ χρόνου. ὅταν λέγωμεν τὸν Ἴππαρχον ἦν, ἵνα μὴ λέγωμεν τὸν Ἴππαρχον ἐστὶν, ἢ ὅταν λέγωμεν, ὡς ὁ κύριος ἦν τῶν ὅλων, ἢ ἔστι ὁ κύριος, λέγομεν. De quo, ait: id eſt οὗτος, vt ipſe explicãt infrà, verſu 31. Sic Ariſtophanes, λέγε τί σοι δοκεῖ λακυθίζωμεν, pro ἀκυθίζωμεν. Is qui ponè me venit, ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος: id eſt, is ante quem ſum miſſus, viam illi paraturus. Quamobrem qui ad Chriſti ætatem hæc referunt, (in qua opinione video eſſe non tantùm Auguſtinum, ſed etiam Epiphanium aduerſus Ariomanitas, quoniam videlicet Iohannes ſex menſibus maior natu fuit quàm Chriſtus) ii etſi nihil falſum aut impium tradunt, tamen non ſatis aptè hunc locum explicant. Quorſum enim hoc ad amplificandam Iohannis authoritatem, quòd aliquot menſibus maior natu eſſet quàm Chriſtus? Rectius ergo Chryſoſtomus & Cyrillus ad prædicationis munus referunt. Videbat enim Iohannes quæ eſſet Iudæorum de ſe opinio, à qua quum ipſos vellet reuocare, Quid in me obſtupeſcitis? inquit: imo verò ſcitote poſt me venturum qui vt tempore poſterior, ita reipſa eſt infinitis partibus prior. Illum igitur creſcere oportet, me verò minui, vt ipſe apertè dixit infrà, 1.d.30. Cæterùm addidi particulam Is, vt perſpicuitati ſtuderem. Neque enim Eraſmus rectè conuertit, Qui quum me ſequeretur, quum hæc non cohæreant cum ἔρχεται, ſed cum verbo ἦν. Nam alioqui ὃς ἐρχόμενος dicendum fuerat potius quàm ὁ ἐρχόμενος. Deinde quod ad participium ἐρχόμενος attinet, poteſt quidem etiam conuerti per futurum tempus, vt diximus Matth.3.c.11, & ita interpretantur Chryſoſtomus & Vetus interpres: (hæc enim quæ nunc præſente Chriſto recitat Iohannes, procul dubio dixerat antequam Chriſtus ipſe Iohanni conſpiceretur) ſed tamen illud malui explicare præſenti tempore, vt Iohannem ſciamus de eo loqui cuius proximus ſit aduentus, atque adeò qui iam ſit in via. Prælatus eſt mihi, ἔμπροσθέν μου γέγονεν. Sic Auguſtinus rectiſſimè omnium explicat hæc verba Loquutionum lib.7. Chryſoſtomus quoque & Cyrillus in eandem ſententiam differunt. Eſt autem ortum hoc dicendi genus ex eo quòd illis qui dignitate excellunt, prior locus tribui ſoleat. Nam ἔμπροσθεν propriè ordinis eſt ſeu loci, nõ temporis: quo modo etiam hic accipitur. Itaque Epiphanius χρ Αρειομανιτῶν, non ſatis aptè hæc explicat de eo præſentiæ modo quo æternus ſermo ſeſe mundo conſpiciendum præbuit, antequam homo fieret: qua de re dictum eſt ſuprà, verſu 10. Ineptiſſimè autem ille Pſeudorigenes hæc perinde accipit acſi Iohannes diceret Chriſtum ſibi obiectum ac cognitum fuiſſe iampridem, nempe quum Maria inuiſeret Eliſabetam: quæ hiſtoria refertur Luc.1.d.41. Sed non eſt negligendum quod Chryſoſtomus obſeruat, Iohannem, quanuis de re futura loquatur, (adhuc enim erat obſcura Chriſti fama quum Iohannes hæc diceret) tamen præterito vti, ex Prophetarum conſuetudine, quam & ipſam alibi obſeruauimus. Vulg. conuertit ad verbum, Ante me factus eſt, perobſcurè profectò & improprié. Neque enim vſquam dici ſolet Chriſtus factus eſſe, quin aliquid adiiciatur ex quo poſſit intelligi quatenus ei conueniat verbum γίγνεσθαι, vt Rom.1.a.1. Gal.4.a.3, & alibi. Deinde poſſet imperitus aut malitioſus aliquis vrgere participium Factus eſt, vt Arriani quondam Græcum verbum ἐγένετο: quaſi hic agatur de Chriſti ortu, aut quaſi hæc perpetua vis ſit verbi γίνεσθαι, vt naturæ alicuius conditæ originem declaret. Sic enim iſti interpretabantur, ἔμπροσθέν μου ἐγένετο, ſiue γέγονεν, (vt ſcribitur infrà verſu 31) quaſi ſignificet πρὸ ἐμοῦ ἐκτίσθη, creatus eſt priuſquam ego. At ego iſtos libenter rogem vt vel vnum ex noui Teſtamenti libris exemplum proferant in quo ἔμπροσθεν tempus declaret. Deinde ſi quoties verbum γίγνεσθαι occurret, ſingulis initium imaginemur, quot vnius hominis creationes imaginabimur? Sed hæc petere ex aliis licebit.

Quia præſtantior me eſt, ὅτι πρῶτός μου ἦν. Vulgata & Eraſmus, Quia prior me erat. Et certè πρῶτος abſolutum pro comparatiuo πρότερος poſitum eſſe, id oſtendit quòd de duobus eſt ſermo. Nam alinqui principem & primarium declarat, vt Luc.19.g.47. Act.2 5.a.1, & alibi ſæpe. quamobrem etiam nonnulli πρῶτός μου interpretantur princeps meus: quod mihi quidẽ durum & inſolens videtur. Sed & illis non aſſentior qui πρῶτος i. πρότερος putant Chriſtũ vocari temporis ordine, quòd æternus ſit Dei Filius: quo modo video veteres hunc locũ interpretari. Exiſtimo potius cauſam adferri cur quũ poſterior venerit, ſit priori prælatus. Quia, inquit Iohannes, agnoſco hoc mereri ipſius præſtantiam, vt mihi anteponatur. Iterum ergo accipio ἦν pro ἐστὶ, vt oratio tota melius cohæreat: & πρῶτος non ad tempus, ſed ad dignitatem ac præſtantiam perſonæ refero. Quòd ſi libeat ἦν interpretari Erat, bene etiam quadrabit ſententia. Excellentior enim erat Iohanne Chriſtus, etiam antequam homines eum Iohanni præferrent. Nam eius præſtantia ab hominũ fama ac iudicio non pendebat.

16 Et ex plenitudine ipſius, ὃς ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ. In duobus codicibus pro ὃς ſcriptũ legimus ἕν, id eſt nam: quam lectionem ſequitur etiam Nonnus. Videntur enim iſta cum proximè præcedentibus ita poſſe cohærere, vt vel complectantur alteram rationem cur Chriſtus fuerit Iohanni prælatus, vel declarent qua ratione Chriſtus ſit Iohãne præſtantior: quod poſterius probabilius eſt. Præſtantior me eſt Chriſtus, inquit Iohannes, nam & ego & omnes alii doctores, quicquid habuimus, ex hoc perenni fonte hauſimus. Sic igitur explicat Theophylactus. Sed lectori expendendum relinquo annon ſint potius iſta Euangeliſtæ verba, perinde acſi in ſuperiore verſiculo vſus eſſet obliqua oratione in Baptiſtæ teſtimonio commemorando. Eſt enim familiare Hebræis rectam loquutionem pro obliqua vſurpare, & ab illa ad hanc tranſire, vt infrà, verſu 19 & 20, & alibi ſæpe. Deinde, quod hic ſubiicitur de Chriſti plenitudine, Ex qua omnes ſumpſimus, videri poteſt multo probabilius & conuenientius connecti cum eo quod ſine controuerſia dixerat Euangeliſta, Et habitauit in nobis plenus gratia & veritate. Deinde quia de ea gratia loquens quæ in homines eſt effuſa per Chriſti prædicationem, Nos omnes, inquit, de plenitudine eius accepimus, & gratiam pro gratia. Atqui ii quos alloquitur Baptiſtæ, Chriſtum adhuc ignorabant: & vt Chriſti officium nonnulli didiciſſent, tamen perobſcura erat hæc cognitio: vt cauſa non videatur fuiſſe ſatis idonea cur vteretur particula vniuerſali, & quidem præterito tempore

potius quàm præſenti aut futuro. Quòd ſi malimus ad eos Prophetas & ſanctos referre qui Baptiſtam præceſſerunt, quanuis vera erit ſententia (vidit enim Abraham diem Domini, & gauiſus eſt) tamen paulo longius petita videbitur, quia totus contextus oſtendit hic agi de gratiæ copia in fideles nonniſi poſt Chriſti aſcenſionem effuſæ: & manifeſtè Moſes ac cum Moſe omnes ſancti qui ſub Lege vixerunt, comparantur cum Chriſto, & iis qui in temporis plenitudinem inciderunt: vt ipſe quoque Chriſtus apertè docet Matth. 11.b.11. & 12. quæ antitheſis perierit ſi hæc de Baptiſta & prioribus Prophetis accipias. Poſtremò, quum vtatur præteritis, ἐλάβομεν, ἐγένετο, ἐθεασάμεθα, minus coactè iſta accipiuntur dicta ab Euangeliſta de ſe & iis omnibus qui quum hæc ſcriberet, in Chriſtum crediderant, & ampliſſimis donis Spiritus ſancti fuerant donati. Ex quibus certiſſimè apparet Chriſti hominis diuinitas, cuius teſtimonia hoc loco ab Euangeliſta colliguntur. Huc enim pertinet quod ſcriptum eſt Marci 16.d.17, Lucæ. 24.g.49. infrà, 7.f.39. Act. 1.a.5, & 2.e.33. Fateor tamen hæc poſſe excuſari ea ratione quam attulimus paulo antè, quum explicaremus illud ἐμαρτύρησεν ὁ ἅγιος, quòd ſoleant Prophetæ de re futura loqui tanquam de re quæ iam acciderit. Sed nolim ad hanc ſolutionem confugere niſi coactus. Itaque (vt tandē abſoluam) ſi hæc accipiamus non pro Baptiſtæ, ſed pro Euangeliſtæ verbis, totum hunc locum ſic interpretabimur. Et Sermo ille caro factus eſt, & habitauit inter nos, plenus gratia ac veritate, & ſpectauimus gloriam eius vt Vnigeniti egreſſi à Patre. Iohannes de eo teſtatus eſt & clamauit, dicens eum eſſe de quo dixiſſet, illum qui poſt ſe veniret, ſibi eſſe prælatum, vt qui eſſet præſtantior. Et de ipſius plenitudine nos omnes ſumpſimus. Gratiam pro gratia, χάριν ἀντὶ χάριτος: id eſt (vt quidam vir eruditus explicat) חן על חן, gratiam ſupra gratiam: pro quo eleganter dixeris, gratiam gratia cumulatam, vt ſignificentur Spiritus ſancti dona pleno cornu per Chriſtum è cælis in ſuos effuſa. Sed etiamſi concederem, apud Hebræos præpoſitionem תחת (quæ propriè reſpõdet præpoſitioni ὑπό, vt Eſa. 19.a.1, & 30.a.1) interdum poni pro תחת, id eſt ἀντὶ, quod ipſum nuſquam inueni: tamen non ſequitur ἀντὶ poſſe permutari cum ὑπέρ, niſi quis huius Hebraiſmi exemplum proferat. Ego verò apud idoneos Græcæ linguæ ſcriptores duplicem tantùm reperio ſignificationem huius particulæ: quarum vna eſt propria, quum accipitur pro vice ſeu loco, vt ἀντὶ βοῦς, loco pueri, ἀντὶ πολλῶν, multorum loco, ἀντὶ βοῶν, Heb. 12.d.16. id eſt ad verbũ, pro edulio: (agitur enim de permutatione) altera tranſlatitia, quum accipitur pro διά, id eſt propter: ita tamen vt cauſam non finalem, ſed quæ velut origo eſt, declaret: veluti quum dicimus ἀνθ' ὅλων & ἀνθ' ὧν, vt Luc. 19.g.44. Act. 12.d.23. & ἀντὶ τούτου, vt Epheſ. 5.g.31. Hic duas alias adiungo quas ſacris ſcriptoribus peculiares opinor: vnam, quum accipitur pro ὑπέρ, & commodum ac vtilitatem declarat: qua ſignificatione reperio poſitum tribus locis, & quidem ſemper perſonæ coniunctum, non rei: nempe Matth. 17.d.27, & 20.d.28. Item Mar. 10.f.45. alteram, quum finem deſignat, quo modo reperio duobus duntaxat locis vſurpatum, nempe Corinth. 11.c.15, & Heb. 12.a.2. Ex his quatuor ſignificationibus (neque enim plures reperio) deligat prudens lector quam volet. Ad me quidem quod attinet, ego Chryſoſtomo, Cyrillo & Theophylacto aſſentior, qui primam ex his quatuor appoſitiſſimam putarunt. Nam præterquam quòd propria eſt & maximè vſitata, ſequens verſiculus, in quo vetus fœdus ac ſacerdotium cum nouo comparantur, ſicut Ierem. 31.f.31-32.33.34. & in tota ad Hebræos Epiſtola, additus omnino videtur ad horum verborum explicationem, vt liquet ex particula cauſali.

Ὅτι ὁ νόμος διὰ Μωϋσέως ἐδόθη· ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο.	17 Nam Lex per Moſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum ᵃ extitit.	17 *Quia Lex per Moyſen data eſt: gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.*
Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε· ὁ μονογενὴς υἱός, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρός, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο.	18 ¶Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus ille Filius qui eſt ᵃ in ſinu Patris, ille *nobis* ᵃ expoſuit.	18 *Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus Filius qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit.* 1. Iohan. 4.c.12. 1. eiusd. 4.d.16
Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία τοῦ Ἰωάννου, ὅτε ἀπέστειλαν οἱ Ἰουδαῖοι ἐξ Ἱεροσολύμων ἱερεῖς καὶ Λευίτας, ἵνα ἐρωτήσωσιν αὐτὸν, Σὺ τίς εἶ;	19 ᵃEt hoc eſt teſtimonium Iohannis, quãdo miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis Sacerdotes & Leuitas, vt interrogarent eum, Tu quis es?	19 *Et hoc eſt teſtimonium Iohannis, quando miſerunt Iudæi ab Ieroſolymis Sacerdotes & Leuitas ad eũ, vt interrogarẽt eum, Tu quis es?*
Καὶ ὡμολόγησεν, καὶ οὐκ ἠρνή-	20 Et ᵃconfeſſus eſt, ᵃneque ne-	20 *Et cõfeſſᵃ eſt, & nõ ne-*

17 Extitit, ἐγένετο. Sic Vetus interpres. Eraſmus, Exorta eſt: quod non videtur ſatis expreſſum. Oppoſuit autem Legi gratiam & veritatem, quoniam Lex morbum indicabat quem ſanat Chriſtus, & tantùm adumbrabat quod Chriſtus reipſa præſtat.

18 In ſinu, εἰς τὸν κόλπον: id eſt, qui Patri eſt intimus ac coniunctiſſimus, non modò amoris, ſed etiam naturæ coniunctione atque adeo vnione. Sic enim nobis loqui licèat, vt id exprimamus cui non poſſunt ſatis idonea vocabula inueniri. Alibi quæ chariſſima ſunt, vt liberi & vxores, dicuntur ab Hebræis eſſe בחיק, id eſt in ſinu, vt Num. 11.c.11. Deut. 13.b.6, & alibi ſæpe. Sed multo maiorem eſſe horum verborum emphaſin hoc loco, contextus ipſe declarat. Nam ſi nemo Deum vidit, ne Filius quidem vidit, niſi vnum cum Patre Deum eſſe cõcedas, qui vnus ſeipſum videt, ideóque vnus ſeipſum potuit patefacere. Expoſuit, ἐξηγήσατο. i. antea Legis vmbris occultatum, & humanæ mentis aciem effugientem detexit, & ſpectãdum exhibuit. Nam qui ipſum videt, videt & Patrem, à quo ſeparari non poteſt Spiritus ſanctus, cuius gratia & veritas in Chriſto etiam cæcis illuxit. Eſt igitur notanda emphaſis verbi ἐξηγεῖσθαι, quod de eo dicitur qui res alioqui latentes & obſcuras planè ac dilucidè declarat, vt rectè annotat Eraſmus: quanuis hic perſonæ tribuatur. Huc quoque pertinet quod Sophoclis Græcus interpres obſeruat, ἐξηγεῖσθαι propriè de rebus diuinis & excellentibus, ἑρμηνεύειν de vulgaribus & paſſim obuiis dici. Et hoc fortaſſis eò ſpectat vt ſignificetur Filium propterea vocari Patris λόγον, interpretem videlicet ſiue enarratorem, vt annotauimus ſuprà verſu 1.

19 Et hoc eſt, καὶ αὕτη ἐστίν. Exiſtimo Euangeliſtam, quum quædam de ſuo interpoſuiſſet, quibus Chriſti hominis diuinitatem confirmat, reuerti ad pleniorem narrationem eius teſtimonii Iohannis Baptiſtæ, quam duntaxat attigerat ſuprà, verſu 15. Quòd ſi quis maluerit totum ſuperiorem ſermonem vni Baptiſtæ tribuere, vt hæc hiſtoria nouum teſtimonium aut potius idem repetitum complectatur, illi licebit interpretari. Hoc etiam eſt teſtimonium, &c.

20 Confeſſus eſt, ὡμολόγησεν id eſt palàm & apertè agnouit ac dixit. Vide Matth. 10.c.32. Neque

negauit, καὶ οὐκ ἠρνήσατο. Pleonaſmus Hebræus, cuius tamen magna eſt emphaſis, vt Pſal.40.b.10.11.12. & Eſa. 38.a.1. Quinetiam ſtatim repetit, καὶ ὡμολόγησεν, vt eo apertius & Iohannis modeſtiam ſingularem, & ij ſius ſimplicem ac planam reſponſionem, tum etiam Iudæorum improbitatem declaret.

σατο· καὶ ὡμολόγησεν, Ὅτι οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ὁ Χριστός.

gauit: confeſſus eſt inquam ſe non eſſe Chriſtum illum.

gauit: & confeſſus eſt, Quia non ſum ego Chriſtus.

Καὶ ἠρώτησαν αὐτόν, Τί οὖν; Ἠλίας εἶ σύ; Καὶ λέγει, Οὐκ εἰμί. Ὁ προφήτης εἶ σύ; Καὶ ἀπεκρίθη, Οὔ.

21 Tunc interrogauerũt eum, Quid ergo es? Túne es Elias? Ipſe verò dixit, Non ſum. Et illi, Es tu Propheta? Qui reſpondit, Non.

21 Et interrogauerunt eum, Quid ergo? Elias es tu? Et dixit, Non ſum. Propheta es tu? Et reſpondit, Non.

Εἶπον οὖν αὐτῷ, Τίς εἶ; ἵνα ἀπόκρισιν δῶμεν τοῖς πέμψασιν ἡμᾶς· τί λέγεις περὶ σεαυτοῦ;

22 Dixerunt ergo ei, Quis es? vt reſponſum demus iis qui miſerunt nos: quid dicis de teipſo?

22 Dixerunt ergo ei, Quis es? ut reſponſum demus iis qui miſerunt nos? quid dicis de teipſo?

Ἔφη, Ἐγὼ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, Εὐθύνατε τὴν ὁδὸν Κυρίου· καθὼς εἶπεν Ἡσαΐας ὁ προφήτης.

Eſa.40.a.3 mat.3.a.3 luc.3.a.4

23 Ait, Ego ſum vox clamantis in deſerto, ‖ Cóplanate viam Domini, prout dixit Eſaias Propheta.

23 Ait, Ego vox clamantis in deſerto, Dirigite viam Domini ſicut dixit Eſaias propheta.

Καὶ οἱ ἀπεσταλμένοι ἦσαν ἐκ τῶν Φαρισαίων.

24 Porro qui miſſi fuerant, erãt ex Phariſæis.

24 Et qui miſſi fuerant, erant ex Phariſæis.

Καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν, καὶ εἶπον αὐτῷ, Τί οὖν βαπτίζεις, εἰ σὺ οὐκ εἶ ὁ Χριστὸς, οὔτε Ἠλίας, οὔτε ὁ προφήτης;

25 Et interrogauerunt eum, ac dixerunt ei, Cur ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus, neque Elias, neque Propheta?

25 Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei, Quid ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus, neque Elias, neque Propheta?

Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰωάννης, λέγων, Ἐγὼ βαπτίζω ἐν ὕδατι· μέσος δὲ ὑμῶν ἕστηκεν ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε·

26 Reſpondit ei Iohannes, dicens, Ego baptizo aqua: ſed in medio veſtrum ſtat quem vos neſcitis:

26 Reſpondit eis Iohannes, dicens, Ego baptizo in aqua: medius autem veſtrum ſtetit quem vos neſcitis:

Mat.3.c.11 mar.1.a.7 luc.3.c.16 act.13.a.25, & 19.c.16, & 19.a.4

Αὐτός ἐστιν ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν· οὗ ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἄξιος ἵνα λύσω αὐτοῦ τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος.

27 ‖Hic ille eſt qui poſt me venit, qui prælatus eſt mihi: cuius ſolearum ego non ſum dignus vt ſoluam corrigiam.

27 Ipſe eſt qui poſt me uẽit veniens, qui ante me factus eſt: cuius ego non ſum dignus vt ſoluam eius corrigiã calceamenti.

Ταῦτα ἐν Βηθαβαρᾷ ἐγένετο

28 Hæc in Bethabara facta ſunt

28 Hæc in Bethania facta

Se non eſſe Chriſtum illum, ὅτι οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ὁ Χριστός. Vulg. & Eraſ. ad verbum, Non ſum ego Chriſtus. Ego verò etiam in hõc verſiculo, ſicut in ſuperiore, pro recta oratione ſubſtitui obliquam, vt perſpicuitati ſtuderem. Deinde articulum expreſſi, quo ſummum aliquid ſignificatur. Sic apud Virgilium, Tũne ille Æneas? & apud Hebræos quoque הוא׃

21 Propheta, ὁ προφήτης. Id eſt à Deo miſſus, ſicut olim ſolebant Prophetæ. Vel, Propheta ille? Nam videtur poſcere linguæ Græcæ ratio vt de vno & certo quopiam propheta hæc accipiantur, qui eximatur ex exterorum turbâ. De Chriſto tamen ipſos non rogitare, ex duabus cauſis apertè intelligitur. Iam enim ab initio palàm & ſine ambagibus dixerat Iohannes ſe Chriſtum non eſſe: cur igitur de eo iterum quæreret? Deinde quod infrà ſubiiciunt verſu 25, Si neque Chriſtus, neque Elias, neque es Propheta ille, & c. omnino oſtendit ipſos à Chriſto diſtinguere eum Propheтam de quo percontantur. Itaque mihi non diſplicet Chryſoſtomi, Cyrilli & Theophylacti opinio, qui Iudæos traduxit in eo errore fuiſſe verſatos, (quod etiam videtur confirmari ex eo quod ſcriptum eſt infrà, 7.v.40. & 41. & 6.v.14) vt non modò Eliæ illius, Theſbitæ προφήτου expectarent, ex loco Malach. 4.b.5, perperam expoſito: ſed etiam venturum quendam Prophetam ſperarent Moſi ſimilem, huc detorquentes quod Moſes ſcripſit Deut. 10.c.15, & 18. quod tamen de omnibus Prophetis, & ipſo in primis Prophetarum capite, nimirum de Chriſto, eſt accipiendum. Illud verò Malachiæ teſtimonium ad Iohannem quidem pertinebat, ſed alio ſenſu quàm ipſi in animo haberent: vt nihil mirum ſit Iohannem ipſum, quum ex eorum ſenſu loqueretur quibuſcum erat ei negotium, negare ſe Eliam eſſe, quod tamen de eo Chriſtus affirmat, Matth. 11.b.14.

23 Complanate, εὐθύνατε. Vulg. & Eraſmus, Dirigite. Diximus Matth. 3.a.3, εὐθὺς declarare quod & planum eſt & æquabile. Itaque non dubito quin εὐθύνειν τὴν ὁδὸν, id ſit hoc loco quod Latinè dicitur, Viam complanare ſeu purgare. Nam, inquit Vlpianus, purgare viam propriè dicitur ad libramentum proprium redigere, ſublato eo quod ſupereſt.

25 Cur ergo baptizas? τί οὖν βαπτίζεις; Hinc apparet Iudæos non ignoraſſe mutationem aliquam fore in religione ſub Meſſia, quod ex Ieremiæ cap. 31, apertè diſcere potuerant.

26 In medio veſtrum, μέσος ὑμῶν: id eſt palàm & inter vos, vt alibi expoſuimus. Stat, ἕστηκεν. Vulgata, Stetit, ſtaque nonnulli hoc referunt ad hiſtoriam quæ refertur Luc. 2.g.46. ſed parum accommodatè, ni fallor. Loquitur enim de re præſenti: & ἕστηκεν ſignificationem præſentis habere, ex plurimis locis liquidò apparet, vt Luc. 8.c.20. Act. 1.b.11. Rom. 5.a.2, & alibi ſæpe.

28 In Bethabara, ἐν Βηθαβαρᾷ. Vulgata, In Bethania, ἐν Βηθανίᾳ: quo modo etiam ſcriptum legimus in omnibus vetuſtis codicibus. Sic etiam legit Cyrillus, & eam lectionem annotat Epiphanius κατὰ αἱρέσεων. Sed tamen præſtat aſſentiri Chryſoſtomo, qui hanc lectionem emendat. Conſtat enim Bethaniam Iudææ reſpe-

ſus ſitum fuiſſe cis Iordanem ſtadiis ab Hieruſalē quindecim, vt ſcribitur infrà, 11. b. 18. Fit quidem mentio loci eiuſdem ad Iordanem Iudicū 7. g. 14. Sed à Ioſepho trans Iordanē ponitur regio Batanæa, quæ ad Bethaniæ nomen proximè accedit. In tanta nominum varietate non habeo quod potiſſimùm ſequar.

πέραν τοῦ Ιορδάνου, ὅπου ἦν Ιωάνης βαπτίζων.

trans Iordanem, vbi Iohannes baptizabat.

ſunt trans Iordanem, vbi erat Iohannes baptizans.

Τῇ ἐπαύριον βλέπει ὁ Ιωάνης τὸν Ιησοῦν ἐρχόμενον πρὸς αὐτὸν, καὶ λέγει, Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου.

19 Poſtero die videt Iohannes Ieſum venientem ad ſe, & ait, Ecce Agnus ille Dei qui tollit peccatum mundi.

19 *Poſtera die videt Iohannes Ieſum venientem ad ſe, & ait, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.*

Οὗτός ἐστι περὶ οὗ ἐγὼ εἶπον, Ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν· ὅτι πρῶτός μου ἦν.

30 Hic eſt de quo dicebam, Poſt me venit vir qui prælatus eſt mihi: quia præſtantior me eſt.

30 *Hic eſt de quo dixi, Poſt me venit vir qui ante me factus eſt: quia prior me erat.*

Κἀγὼ οὐκ ἤδειν αὐτόν· ἀλλ' ἵνα φανερωθῇ τῷ Ισραὴλ, διὰ τοῦτο ἦλθον ἐγὼ ἐν ὕδατι βαπτίζων.

31 Et ego non noueram eum: ſed vt manifeſtus fiat Iſraeli, propterea veni ego baptizans aqua.

31 *Et ego neſciebam eum, ſed vt manifeſtetur Iſraeli, propterea veni ego in aqua baptizans.*

Καὶ ἐμαρτύρησεν Ιωάνης, λέγων, Ὅτι τεθέαμαι τὸ πνεῦμα καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἔμεινεν ἐπ' αὐτόν.

32 Tum *inquam* teſtatus eſt Iohannes, dicens, Conſpexi Spiritum deſcendentem quaſi columbam de cælo, *qui* etiã manſit ſuper eum.

32 *Et teſtimonium perhibuit Iohannes, dicens, Quia vidi Spiritum deſcendentem quaſi columbam de cælo, & manſit ſuper eum.*

Mar. 3. d. 16 mar. 1. b. 10 luc. 3. d. 22

Κἀγὼ οὐκ ἤδειν αὐτόν· ἀλλ' ὁ πέμψας με βαπτίζειν ἐν ὕδατι, ἐκεῖνός μοι εἶπεν, Ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ πνεῦμα καταβαῖνον καὶ μένον ἐπ' αὐτόν, οὗτός ἐστιν ὁ βαπτίζων ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.

33 Et ego non noueram eum, ſed qui miſit me vt baptizarem aqua, ille mihi dixerat, Super quem videris Spiritum deſcendentem ac manentem ſuper eũ, hic eſt qui baptizat Spiritu ſancto.

33 *Et ego neſciebam eum, ſed qui miſit me vt baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris Spiritum deſcendentem, & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto.*

29 Videt, βλέπει. Sic legunt emendatiores codices vetuſtæ editionis, quos neque Valla vidit, neque Eraſmus, & pro Altera die, Poſtera die. Agnus ille, ὁ ἀμνός. Articulus adiunctus (vt ex Chryſoſtomo & Theophylacto Eraſmus obſeruauit) emphaſin habet non modò dignitatis, vt à typico agno & cæteris legalibus victimis diſtinguatur, ſed etiam relationis. Renocat enim in mentem prophetias Eſaiæ, & aliorum.

Qui tollit, ὁ αἴρων. Vide ne pro tollit legas toller. Nam ita ſignificatur hanc vim perpetuam ac natiuam Agno iſti ineſſe: vt ſi dicas elleborum purgare cerebrum, nullum tempus certum declaras, ſed vim potius elleboro inſitam. Hæc Eraſmus Chryſoſtomum ſequutus: recte ſanè & appoſitè. Cæterùm Tollendi vocabulum ad temporis circunſtantiam accommodo. Quia igitur externo baptiſmate, in quo occupatus erat Iohannes quum hæc diceret, abluuntur corporis ſordes, ſignificatur vocabulo Agni, ſacrificium, cuius ſanguine deleto chirographo, expiamur: verbo autem Tollendi, naturalis illius labis ac maculæ ſublatio deſignatur, quum Chriſto per internum baptiſmum inſitis nobis, vetus homo moritur, & nouus induitur. Illud ergo ad Iuſtificationem, hoc autem ad Sanctificationem pertinet, in quæ velut membra diſtribuere licet omne Chriſti in nos collatum beneficium. Peccatum, τὴν ἁμαρτίαν. Sic conſtanter ſcriptum habebant omnes noſtri codices vetuſti, quibus aſſentitur Auguſtinus libri aduerſus Fauſtum duodecimi cap. 30, & Theophylactus quoque. Chryſoſtomus tamen videtur legiſſe ἁμαρτίας, id eſt peccata. Cyrilli autem interpres ſibi non conſtat. Ego verò non dubito quin legendum ſit ſingulari numero τὴν ἁμαρτίαν: neque tamen arbitror articulum ſignificare ἀφορισμὸν τῆς κεφαλῆς, id eſt rationem peccati formalem quam vocant: quaſi ſcriptum ſit τὴν τοῦ ἁμαρτίας, id eſt omnia peccata, (vt explicat Theoph.) ſed arbitror potius illam peccatorum omnium radicem, originale videlicet peccatum quod vocant, ac proinde ex conſequenti fructus quoque huius ita declarari. quod quidem peccatum in iis mortificatur per Chriſti Spiritum qui Chriſtum baptiſmo induerunt, vetere illo homine in ipſis crucifixo, mortuo, ac ſepulto. qua de re copioſiſſimè differit Apoſtolus toto capite 6 & 7 Epiſtolæ ad Romanos, vtique ſcribens τὴν ἁμαρτίαν numero ſingulari: quia ibi non agit de peccatorum remiſſione, quæ pars eſt altera iuſtificationis, ſed de inchoata in nobis ſanctificatione: quæ vt ſeparari non poſſint, diſtingui tamen debent.

31 Non noueram eum, οὐκ ἤδειν αὐτόν. non noueram, videlicet de facie. Nam alioquin nō poterat ignorare Iohannes Meſſiam pro foribus eſſe quin vocationem ſuam ignoraret. Sed tamen ad eum diem non fuerat ipſi vlla cum Chriſto conſuetudo, vel vt ipſum poſſet ex vultu agnoſcere: veluti nec poſtea videntur vnà fuiſſe diutius, nempe ita conſtituente Dei prouidentia, ne res ex compoſito inter ipſos geri videretur. Cæterùm quod dicit Iohannes, Non noueram eum, ad id tempus referendum eſt quod præceſſit Chriſti aduentũ ad Iohannem, vt ab ipſo baptizaretur: qua de re ſcripſerunt alii Euangeliſtæ. Antea igitur illum non norat, ſed quum ille ad baptiſmum accederet, monitus eſt à Deo Iohannes, eum qui accedebat, Chriſtum illum eſſe cui viam muniret, adiuncto etiam, de more, externo ſigno, quo hæc reuelatio confirmaretur. Iohannes igitur etiam ante ſignum præſtitum, ex ea videlicet reuelatione, Chriſtum aduentantem agnouit: ideóque illum ad baptiſmum venientem conſpicatus. Imò verò, inquit, ego ſum abs te baptizandus, & tu ad me venis? quæ verba ſanè cum iis non pugnant quæ Iohannes hoc loco commemorat.

32 Tum *inquam* teſtatus eſt, καὶ ἐμαρτύρησεν. Eandem hiſtoriam narrari puto. Neque obſtat huic expoſitioni quòd nouum ſermonem videatur inchoare. nam ſæpe apud Euangeliſtas in media oratione ſolent

eiuſmodi verba interponi, vt Mat.14.a.9,& aliis plurimis locis. Siquis tamen hanc hiſtoriam malit à ſuperiore diſtinguere,is conuertat, Teſtatus eſt etiam Iohannes.

Κἀγὼ ἑώρακα, καὶ μεμαρτύρηκα ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ.

34 Ego igitur vidi, ᵛ& teſtor hunc eſſe ᵛFilium illum Dei.

34 Et ego vidi, & teſtimonium perhibui quòd hic eſt Filius Dei.

Τῇ ἐπαύριον πάλιν εἱστήκει ὁ Ἰωάννης, καὶ ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ δύο·

35 Poſtero die iterum ſtabat Iohannes, & ex diſcipulis eius duo:

35 Altera die iterum ſtabat Iohannes, & ex diſcipulis eius duo.

Καὶ ἐμβλέψας τῷ Ἰησοῦ περιπατοῦντι, λέγει, Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ.

36 Et intuitus Ieſum ambulantem, dixit, Ecce Agnus ille Dei.

36 Et reſpiciens Ieſum ambulantem, dicit, Ecce Agnus Dei.

Καὶ ἤκουσαν αὐτοῦ οἱ δύο μαθηταὶ λαλοῦντος, καὶ ἠκολούθησαν τῷ Ἰησοῦ.

37 Audierunt autem eum duo illi diſcipuli loquentem, & ſequuti ſunt Ieſum.

37 Et audierũt eum duo diſcipuli loquentem, & ſequuti ſunt Ieſum.

Στραφεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, καὶ θεασάμενος αὐτοὺς ἀκολουθοῦντας, λέγει αὐτοῖς,

38 Conuerſus verò Ieſus, & conſpicatus eos ſequentes ſe, dicit eis,

38 Conuerſus autem Ieſus, & videns eos ſequentes ſe, dicit eis,

Τί ζητεῖτε; Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, Ῥαββὶ (ὃ λέγεται, ἑρμηνευόμενον, διδάσκαλε) ποῦ μένεις;

39 Quid quæritis? Illi verò dixerunt ei, Rabbi (quod dicitur, ſi interpreteris, Magiſter) ᵛubi moraris?

39 Quid quæritis? Qui dixerunt ei, Rabbi (quod dicitur, interpretatum, Magiſter) ubi habitas?

Λέγει αὐτοῖς, Ἔρχεσθε καὶ ἴδετε. Ἦλθον καὶ εἶδον ποῦ μένει, καὶ παρ' αὐτῷ ἔμειναν τὴν ἡμέραν ἐκείνην. ὥρα δὲ ἦν ὡς δεκάτη.

40 Dicit eis, Venite & videte. Venerunt viderúntque vbi moraretur: & apud eum manſerũt die illo. ᵛhora enim erat ᵛquaſi decima.

40 Dicit eis, Venite, & videte. Venerunt & viderunt ubi maneret: & apud eum manſerunt die illo. hora autem erat quaſi decima.

Ἦν Ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς Σίμωνος Πέτρου, εἷς ἐκ τῶν δύο τῶν ἀκουσάντων παρὰ Ἰωάννου, καὶ ἀκολουθησάντων αὐτῷ.

41 Erat Andreas frater Simonis Petri, vnus ex duobus qui audierant *illa* ex Iohanne, & ſequuti fuerant eum:

41 Erat autem Andreas frater Simonis Petri, unus ex duobus qui audierant à Iohanne, & ſequuti fuerant eum:

Εὑρίσκει οὗτος πρῶτος τὸν ἀδελφὸν τὸν ἴδιον Σίμωνα, καὶ λέγει αὐτῷ, Εὑρήκαμεν τὸν Μεσσίαν, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον ὁ Χριστός.

41 Inuenit hic ᵛ prior fratrem ſuum Simonem, & dixit ei, Inuenimus Meſſiam, quod eſt, ſi interpreteris, ᵛChriſtus.

41 Inuenit hic primùm fratrem ſuum Simonem, & dicit ei, Inuenimus Meſſiam, quod eſt interpretatum Chriſtus.

Καὶ ἤγαγεν αὐτὸν πρὸς τὸν Ἰησοῦν. Ἐμβλέψας ὁ Ἰησοῦς εἶπε, Σὺ εἶ Σίμων ὁ υἱὸς Ἰωνᾶ· σὺ κληθήσῃ Κηφᾶς, ὃ ἑρμηνεύεται Πέτρος.

Mat.16.a.18

42 Et adduxit eum ad Ieſum. Intuitus autem eum Ieſus dixit, Tu es Simon filius ᵛ Iona: ‖tu ᵛvocaberis Cephas, quod declaratur Petra.

42 Et adduxit eum ad Ieſum. Intuitus autem eum Ieſus dixit, Tu es Simon filius Iona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.

Τῇ ἐπαύριον ἠθέλησεν ὁ Ἰησοῦς ἐξελθεῖν εἰς τὴν Γαλιλαίαν· καὶ εὑρίσκει Φίλιππον, καὶ λέγει αὐτῷ, Ἀκολούθει μοι.

43 Poſtero die voluit Ieſus abire in Galilæam: inuenit autem Philippum, & dixit ei, Sequere me.

43 In craſtinum voluit exire in Galilæam: & invenit Philippum. & dicit ei Ieſus, Sequere me.

34 Et teſtor, καὶ μεμαρτύρηκα. Hic rurſus, quia de re præſenti loquitur Iohannes, præteritum per tempus præſens putaui exprimẽdum: quanquam hoc etiam poteſt ad tempus ipſum huius viſionis exprimendum referri. Filiũ illum, ὁ υἱός. Ne hic quidem (vt rectè notat Chryſoſt. Homilia 17) omittendus fuit articulus, cuius ea vis eſt tum vt ſummum aliquid declaret, tum vt iſtum ab iis diſtinguat qui paſſim à Moſe & Prophetis filii Dei & filii Excelſi dicuntur: quod & Cyrillus obſeruauit.

39 Vbi moraris? ποῦ μένεις; id eſt, Vbi tuum eſt hoſpitium? ſeu, Quò te recipis? Nam in Nazareth habitabat: itaque eo in loco peregrinus erat. Niſi quis exiſtimet ad oppidum Nazareth hæc eſſe geſta: quod non arbitror, quum dicatur infrà verſu 43, hinc reuertiſſe in Galilæam. Vulgata & Eraſmus, Vbi habitas? τοῦ κατοικεῖς; Vide Luc.10.b.7.

40 Hora enim erat, ὥρα δὲ ἦν. Vulg. & Eraſmus, Hora autẽ erat. Ego verò arbitror cauſam adferri cur totum illum diem apud Ieſum manſerint: quia nimirum adueſperaſcebat, quum Chriſtum conuenirẽt, à quo in diuerſorium deducti, non potuerunt eo ipſo die ad Iohannem reuerti: qua occaſione pro ſua prouidentia vſus eſt Deus ad illos diutius retinendos cum Chriſto. Quaſi, ὡς. Vide Mar. 5.b.13.

41 Prior, πρῶτος. Vulg. Primùm, id eſt πρώτως, vt ſcriptum erat in duobus vetuſtis codicibus & Theophylacto Romano. Chriſtus, ὁ Χριστός. Eraſmus, Vnctus, rectè quidem: ſed nomen illud, quanuis Græcum, tamen magis in omnibus idiomatibus vſitatum, malui retinere.

41 Iona, Ἰωνᾶ. In vno codice ſcriptum legimus Ἰωάννου. Vide Matth.16.c.17. Vocaberis, κληθήσῃ. Alibi ſæpe καλεῖσθαι pro εἶναι, id eſt Vocari pro eſſe accipitur. Sed hoc loco ſeruatur propria huius vocabuli notatio, (quanuis res ſit nomini reſponſura) & præterea futuri temporis ſignificatio obſeruanda. Nam hoc nomen

men non tam illi nunc imponit, quàm ſe impoſiturum pollicetur. Lapis, πέτρος. Vulgata, Petrus: quæ interpretatio propterea non conuenit quia Petrus Latinus nomen eſt proprium duntaxat, Græcis verò πέτρος etiam appellatiuum eſt, vt diximus Matth. 16. c. 17.

Ἦν δὲ ὁ Φίλιππος ἀπὸ Βηθσαϊδά, ἐκ τῆς πόλεως Ἀνδρέου καὶ Πέτρου.

44 Erat verò Philippus ex Bethſaida, ciuitate Andreæ & Petri.

44 Erat autem Philippus à Bethſaida, ciuitate Andreæ & Petri.

Εὑρίσκει Φίλιππος τὸν Ναθαναὴλ, καὶ λέγει αὐτῷ, Ὃν ἔγραψε Μωσῆς ἐν τῷ νόμῳ καὶ οἱ προφῆται, εὑρήκαμεν Ἰησοῦν τὸν υἱὸν τοῦ Ἰωσὴφ τὸν ἀπὸ Ναζαρέθ.

45 Inuenit Philippus Nathanaelem, & dicit ei, Inuenimus illum de quo ſcripſit Moſes in Lege, & Prophetæ, nempe Ieſum filium Ioſeph illum Nazarenum.

45 Inuenit Philippus Nathanael, & dicit ei, Quem ſcripſit Moyſes in Lege, & Prophetæ, inuenimus Ieſum filiũ Ioſeph à Nazareth.

Gen. 49. b. 10 deut. 18. c. 18 Iſa. 4. a. 1, & 40. b. 10, & 45 b. 8. Ierem. 23. a. 5, & 23. c. 24 ezech. 34. f. 23, & 37. f. 24 dan. 9. f. 24

Καὶ εἶπεν αὐτῷ Ναθαναὴλ, Ἐκ Ναζαρὲθ δύναταί τι ἀγαθὸν εἶναι; Λέγει αὐτῷ Φίλιππος, Ἔρχου καὶ ἴδε.

46 Tum dixit ei Nathanael, A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? Dicit ei Philippus, Veni & vide.

46 Et dixit ei Nathanael, A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? Dicit ei Philippus. Veni & vide.

Εἶδεν ὁ Ἰησοῦς τὸν Ναθαναὴλ ἐρχόμενον πρὸς αὐτὸν, καὶ λέγει περὶ αὐτοῦ, Ἴδε ἀληθῶς Ἰσραηλίτης ἐν ᾧ δόλος οὐκ ἔστι.

47 Vidit Ieſus Nathanaelem venientem ad ſe, & dixit de eo, Ecce verè Iſraelita in quo dolus non eſt.

47 Vidit Ieſus Nathanael venientem ad ſe, & dicit de eo, Ecce verè Iſraelita in quo dolus non eſt.

Λέγει αὐτῷ Ναθαναὴλ, Πόθεν με γινώσκεις; Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Πρὸ τοῦ σε Φίλιππον φωνῆσαι ὄντα ὑποκάτω τῆς συκῆς, εἶδόν σε.

48 Dicit ei Nathanael, Vnde me noſti? Reſpondit Ieſus, & dixit ei, Priuſquam te Philippus vocaret, quum eſſes ſub ficu, videbam te.

48 Dicit ei Nathanael, Vnde me noſti? Reſpondit Ieſus, & dixit ei, Priuſquam te Philippus vocaret, quum eſſes ſub ficu, vidi te.

Ἀπεκρίθη Ναθαναὴλ, καὶ λέγει αὐτῷ, Ῥαββεί, σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ.

49 Reſpõdit Nathanael, & dixit ei, Rabbi, tu es ille Filius Dei, tu es ille Rex Iſrael.

49 Reſpondit ei Nathanael, & ait, Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Iſrael.

Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ὅτι εἶπόν σοι, εἶδόν σε ὑποκάτω τῆς συκῆς, πιστεύεις; μείζω τούτων ὄψῃ.

50 Reſpondit Ieſus & dixit ei, Quia dixi tibi, Vidi te ſub ficu, credis? maiora his videbis.

50 Reſpondit Ieſus & dixit ei, Quia dixi tibi, Vidi te ſub ficu, credis? maiora his videbis.

Καὶ λέγει αὐτῷ, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, Ἀπ' ἄρτι ὄψεσθε τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγότα, καὶ τοὺς ἀγγέλους τοῦ Θεοῦ ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου.

51 Præterea dixit ei, Amen amen dico vobis, Deinceps videbitis cælum apertum, & Angelos Dei aſcendentes ac deſcendentes ſuper Filium hominis.

51 Et dicit ei, Amen amen dico vobis, Amodo videbitis cælum apertum, & Angelos Dei aſcendentes & deſcendentes ſupra Filium hominis.

Κεφάλαιον βʹ

CAP. II.

CAP. II.

Καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ γάμος ἐγένετο ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας· καὶ ἦν ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ ἐκεῖ.

1 POrro die tertio nuptiæ factæ ſunt in Cana oppido Galilææ: erátque mater Ieſu illic.

1 ET die tertia nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ: & erat mater Ieſu ibi.

Ἐκλήθη δὲ καὶ ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὸν γάμον.

2 Vocatus eſt autem etiam Ieſus ac diſcipuli eius ad nuptias.

2 Vocatus eſt autem & Ieſus & diſcipuli eius ad nuptias.

45 Illum de quo ſcripſit, ἐν ᾧ ἔγραψε. Vulgata, Quem ſcripſit. Vide ſuprà, verſu 15. Mutauimus autem verborum collocationem, vt planior eſſet conſtructio. Notanda quoque eſt emphaſis verbi εὑρίσκειν, quod à Græcis de lucro etiam inſperato & repentè oblato dicitur, quod ipſi idcirco εὕρημα vocant: quæ ſignificatio videtur hic obſeruanda, quanuis Chryſoſtomus dicat ζήτησιν eſſe eius qui quærat: quod certè non eſt perpetuum.

50 Credis? πιστεύεις; Nonnulli codices indefinitè legunt, ſed in pleriſque inuenimus additam interrogationis notam, quam etiam approbat Chryſoſtomus.

51 Aſcendentes ac deſcendentes ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας. Ita ſignificat diuinam virtutem quæ in loco ipſius miniſterio erat conſpicua futura, miniſtrantibus ei Angelis vt Eccleſiæ capiti.

IN CAPVT II.

1 Die tertio, τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ. Die nimirum tertio ex quo profectus erat à Iohanne, vel ex quo in Galilæam peruenerat. Exactiorem autem horum dierum ſupputationem ſiquis requirat, conſulat Epiphanium κατὰ τῶν Ἀλογίων.

Καὶ ὑστερήσαντος οἴνου, λέγει ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ πρὸς αὐτὸν, Οἶνον οὐκ ἔχουσι.

Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Τί ἐμοὶ καὶ σοὶ γύναι; οὔπω ἥκει ἡ ὥρα μου.

Λέγει ἡ μήτηρ αὐτοῦ τοῖς διακόνοις, Ὅ,τι ἂν λέγῃ ὑμῖν ποιήσατε.

Ἦσαν δὲ ἐκεῖ ὑδρίαι λίθιναι ἓξ κείμεναι κατὰ τὸν καθαρισμὸν τῶν Ἰουδαίων, χωροῦσαι ἀνὰ μετρητὰς δύο ἢ τρεῖς.

Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Γεμίσατε τὰς ὑδρίας ὕδατος. Καὶ ἐγέμισαν αὐτὰς ἕως ἄνω.

Καὶ λέγει αὐτοῖς, Ἀντλήσατε νῦν, καὶ φέρετε τῷ ἀρχιτρικλίνῳ. Καὶ ἤνεγκαν.

Ὡς δὲ ἐγεύσατο ὁ ἀρχιτρίκλινος τὸ ὕδωρ οἶνον γεγενημένον, (καὶ οὐκ ᾔδει πόθεν ἐστὶν· οἱ δὲ διάκονοι ἤδεισαν οἱ ἠντληκότες τὸ ὕδωρ) φωνεῖ τὸν νυμφίον ὁ ἀρχιτρίκλινος,

Καὶ λέγει αὐτῷ, Πᾶς ἄνθρωπος πρῶτον τὸν καλὸν οἶνον τίθησι, καὶ ὅταν μεθυσθῶσι, τότε τὸν ἐλάσσω· σὺ τετήρηκας τὸν καλὸν οἶνον ἕως ἄρτι.

3 Et quum defeciſſet vinum, mater Ieſu dixit ei, Vinũ non habent.

4 Dicit ei Ieſus, Quid mihi tecum mulier? nondũ venit hora mea.

5 Dicit eius mater miniſtris, Quodcũq; dixerit vobis facite.

6 Erant autem ibi lapideæ hydriæ ſex poſitæ ſecundum purificationem Iudæorum, capientes ſingulæ amphoras binas aut ternas.

7 Dicit eis Ieſus, Implete has hydrias aqua. Impleuerunt eas igitur vſque ad ſummum.

8 Tunc dicit eis, Haurite nunc, & offerte architriclino. Obtulerunt igitur.

9 Vt autem guſtauit architriclinus aquam illam quæ facta fuerat vinum, (neſciebat autẽ vnde eſſet: ſed miniſtri ſciebãt qui hauſerant aquam) vocat ſponſum architriclinus,

10 Et dicit ei, Omnes primo loco bonum vinum apponunt, & quum conuiuæ ſitim expleuerint, tunc id quod deterius eſt: tu ſeruaſti bonum vinum vſque adhuc.

3 Et deficiente uino dicit mater Ieſu ad eum, Vinum non habent.

4 Et dicit ei Ieſus, Quid mihi & tibi eſt mulier? nondũ uenit hora mea.

5 Dicit mater eius miniſtris, Quodcunque dixerit uobis facite.

6 Erant autem ibi lapideæ hydriæ ſex, poſitæ ſecundum purificationem Iudæorũ, capientes ſingulæ metretas binas uel ternas.

7 Dicit eis Ieſus, Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas uſque ad ſummum.

8 Et dicit eis Ieſus, Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerunt.

9 Vt autem guſtauit architriclinus aquam unam factam, (& non ſciebat unde eſſet: miniſtri autem ſciebãt qui hauſerant aquam) uocat ſponſum architriclinus,

10 Et dicit ei, Omnis homo primùm bonum uinum ponit, & quum inebriati fuerint, tunc id quod deterius eſt: tu autem ſeruaſti bonum uinum uſque adhuc.

4 Quid mihi tecum, τί ἐμοὶ καὶ σοί: id eſt, Quid mihi negotii tecum eſt? ut diximus Matth. 8. d. 29. Vulgata, Quid mihi & tibi? Quod nonnullos fefellit, ita lenientes huius reſponſi aſperitatem, quaſi diceret Dominus, Quid hoc ad nos pertinet quòd vinum non habeant? quum res ipſa clamet Chriſtum longè aliò reſpexiſſe, nempe vt à carnali matris ſuæ reſpectu ad contemplandam in futuro miraculo Dei gloriam conuiuas reuocaret. Quamobrem etiam mulieri illi acclamanti, Beata viſcera quæ ſuxiſti, reſpondit, Imò beati qui audiunt verbum Dei & cuſtodiunt illud. Quò etiam ſpectant quæ ſcribuntur Luc. 1. v. 49, & Matth. 12. v. 48. 5

6 Hydriæ, ὑδρίαι: id eſt Aquales, vt explicat Varro libro quarto de lingua Latina. Retinuimus tamẽ Græcum vocabulum, quòd Cicero ipſe frequenter eo vtatur in orationibus in Verrem. Cæterùm oſtendit ipſa notatio nominis non vino, ſed aquæ deſtinata fuiſſe hæc vaſa: quod ad fidem hiſtoriæ faciendam pertinet, nequis aut fæces aut vini quippiam intus reſediſſe ſuſpicetur, quod poſtea infuſæ aquæ vini colorem ac ſaporem indiderit. Eiuſmodi autem vaſa in quibus ſedentes lauabant, Latinis ſolia dicebantur. Secundum purificationem, κατὰ τὸν καθαρισμὸν: id eſt ſecundum ritum purificationis. Quòd ſi malimus conuertere, Ad purificationem Iudæorum, id eſt purificandis Iudæis, κατὰ poſita fuerit pro εἰς, quæ enallage frequenter occurrit. De hac autem Iudæorum ſuperſtitione, quam poſtea in Eccleſiam Dei inuehere conatus eſt Hebion, atque adeo reipſa in Chriſtianorum templa intulit Satan, pluribus differitur Mar. 7. a. 3. Amphoras, μετρητὰς: ſeu metretas, ſeu cados. Nam vtroque hoc vocabulo vtuntur Latini etiam ſcriptores. Illud tamen malui, vt Latinis magis vſitatum. Sed amphoras Atticas accipe, non Romanas, quæ dimidio, id eſt vrna, illas ſuperant. Capiebant autem ſingulæ hydriæ ducenas aut trecenas vini libras, pondo ſingulas vnciarum duodecim. Pondus enim metretæ vini, centum libris æſtimat doctiſſimus ac diligentiſſimus harum rerum ſcrutator Georgius Agricola. Ex his igitur intelligimus, Chriſtum ſuppeditaſſe magnam vini copiam, nimirum ad libras mille octingentas: quæ res pertinet ad miraculi dignitatem ac magnitudinem. 10 15 20

8 Architriclino, ἀρχιτρικλίνῳ. Ita vocat eum qui totum conuiuium curabat. Nonnulli cum eo confundunt qui Magiſter conuiuii dicebatur à Latinis, à Græcis συμποσίαρχος, vt conuertit Gaza libro De ſenectute, vbi ſit iſtorum magiſteriorum mentio: quorum munus quale fuerit, diſcere licet ex Plutarchi libri συμποσιακῶν α. κεφ. β. Fuit hic potius quem Græci ἐπὶ τοῦ τραπέζης vocabant, ἀπὸ τοῦ τὰς ἐδωδίμους, qui & ἀνεπίσκεψις erat, id eſt præguſtator, & ἀρχίτρης: id eſt cuius officium erat dapes conuiuis apponere. quæ pulchrè explicantur Athenæi libro quarto. in Græcis autem dictionariis prætermiſſa ſunt, quemadmodum & alia infinita. Is eſt denique qui Gen. 43. d. 16, dicitur אשר על בית, & à nobis ſimili prorſus ratione *maiſtre d'hoſtel*. 25

10 Omnes, πᾶς ἄνθρωπος. Vulgata & Eraſmus ad verbum, Omnis homo. Sic paulo pòſt πᾶς ἄνθρωπος, ponit: nos verò, Apponunt, vt minus inculta eſſet oratio. Quum conuiuæ ſitim expleuerint, ὅταν μεθυσθῶσι. Vulgata & Eraſmus, Quum inebriati fuerint. Ego verò ſuppleui quod deerat explendæ conſtructioni: deinde mollius verbum quæſiui. Neque enim apud Hebræos שכר, quod reſpondet Græco verbo μεθύειν, ſemper in vitio ponitur, vt Geneſ. 9. c. 21, ſed interdum declarat liberalem vini vſum, qui tamen modum non excedat, vt Geneſ. 43. g. 34. 30 35

Ταύτην ἐποίησε τὴν ἀρχὴν τῶν σημείων ὁ Ἰησοῦς ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἐφανέρωσε τὴν δόξαν αὐτοῦ· καὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.

11 Hoc initium ſignorum fecit Ieſus in Cana oppido Galilææ, & manifeſtam fecit gloriam ſuam: & crediderunt in eum diſcipuli eius.

11 Hoc fecit initium ſignorum Ieſus in Cana Galilææ, & manifeſtauit gloriam ſuam: & crediderunt in eum diſcipuli eius.

Μετὰ τοῦτο κατέβη εἰς Καφαρναοὺμ αὐτὸς καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· καὶ ἐκεῖ ἔμειναν οὐ πολλὰς ἡμέρας.

12 Poſtea deſcendit Capernaum ipſe & mater, & fratres & diſcipuli eius: manſerúntque illic non multos dies:

12 Poſt hoc deſcendit Capharnaum ipſe & mater eius & fratres eius & diſcipuli eius: & ibi manſerunt non multis diebus.

Καὶ ἐγγὺς ἦν τὸ Πάσχα τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἀνέβη εἰς Ἱεροσόλυμα ὁ Ἰησοῦς.

13 Nam propè erat Paſcha Iudæorum. Aſcendit igitur Ieſus Hieroſolymam.

13 Et propè erat Paſcha Iudæorum, & aſcendit Ieſus Ieroſolymam.

Καὶ εὗρεν ἐν τῷ ἱερῷ τοὺς πωλοῦντας βόας καὶ πρόβατα καὶ περιστερὰς, καὶ τοὺς κερματιστὰς καθημένους.

14 Et inuenit in templo venditores boum & ouium & columbarum, & numularios ſedentes.

14 Et inuenit in templo uendentes boues & oues & columbas, & numularios ſedentes.

Καὶ ποιήσας φραγέλλιον ἐκ σχοινίων, πάντας ἐξέβαλεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, τά τε πρόβατα καὶ τοὺς βόας, καὶ τῶν κολλυβιστῶν ἐξέχεε τὸ κέρμα, καὶ τὰς τραπέζας ἀνέστρεψε·

15 Factóque flagello è funiculis, omnes eiecit è templo, & oues & boues, & argentariorum numulos effudit, menſáſque ſubuertit.

15 Et quum feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque & boues, & numulariorum effudit æs, & menſas ſubuertit.

Καὶ τοῖς τὰς περιστερὰς πωλοῦσιν εἶπεν, Ἄρατε ταῦτα ἐντεῦθεν· μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου, οἶκον ἐμπορίου.

16 Et columbarum venditoribus dixit, Tollite hinc iſta: ne facite domum Patris mei, domum mercatus.

16 Et ijs qui columbas uendebãt, dixit, Auferte iſta hinc: & nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis.

Ἐμνήσθησαν δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ὅτι γέγραμμένον ἐστίν, Ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με.

17 Recordati ſunt autem eius diſcipuli, ſcriptum eſſe, ‖ Zelus domus tuæ deuorauit me.

17 Recordati ſunt uero diſcipuli eius quia ſcriptum eſt, Zelus domus tuæ comedit me. Pſal.68.b.10

Ἀπεκρίθησαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ

18 Reſponderunt ergo Iudæi,

18 Reſpõderũt ergo Iudæi.

11 In Cana, ἐν Κανᾷ. Coniungenda hæc ſunt cum verbo ἐποίησε, non autem cum ἀρχὴν τῶν σημείων, id eſt principium ſignorum, nequis cum nonnullis ineptis interpretibus exiſtimet hoc primum fuiſſe ſignum non omnium quæ edidit Ieſus. ſed eorum duntaxat quæ edidit in Cana. quorſum enim hoc? Ergo vt amphiboliã vitarem, quæ quidem in Græco ſermone nulla eſt, verborum collocationem mutaui.

12 Et fratres, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ. Frequẽs illa repetitio reſtitui. Eius reſpõdet Hebræorũ affixis, quæ vocãt: nos verò ſine vlla ſenſus iniuria interdũ illa expunximus. Fratres autẽ vocat cognatos, Hebræorũ more.

13 Nam propè erat, καὶ ἐγγὺς ἦν. Vulgata, Et propè erat. Atqui vberior eſt ſententia ſi καὶ accipias pro ὅτι, quam particulam toties iam obſeruauimus reſpondere Hebræorum ו, ideóque non modò copulatiuam eſſe, ſed interdum quoque cauſalem, & diſcretiuam, atque adeo illatiuam, vt in hoc eodem verſiculo.

15 Argentariorum numulos, τῶν κολλυβιστῶν τὸ κέρμα. Collybiſtas vocat eos qui ex collybo, id eſt pecuniæ permutatione quæſtum faciebant, quos in Matthæo & Marco numularios ſumus interpretati: hic verò malui dicere argentarios, quia κέρμα τοῦ ſuperiore verſiculo conuerti numularios: nempe nequis idem vocabulum in Græco repeti putet, quanuis nihil interſit quod ad ſententiam attinet. Cæterùm κέρμα quod alii æs, exponunt, ego numulos interpretari malui, quia à κείρειν deriuatur, quod declarat in minuta fruſta concidere.

17 Zelus, ὁ ζῆλος. Hoc vocabulũ & alia ab eo deriuata, vt ζηλῶ & ζηλωτὴς, obſeruaui variis ſignificationibus in nouo Teſtamento vſurpari, quas omnes placuit compendii cauſa ſemel annotare. Interdum igitur ζῆλος honeſtum illud ac laudabile ſtudium declarat quo accendimur ad alicuius virtutes imitandas aut etiam ſuperandas, ſine vllo tamen ipſius odio, vt 1. Corinth. 12. d. 31. Item 14. a. 1. c. 12. g. 39. 2. Corinth. 9. a. 2. Galat. 4. c. 18. Tit. 2. d. 14. Interdum verò Inuidiam ac liuorem, vt Act. 5. c. 17, & 7. b. 9, & 13. g. 45, & 17. b. 5, Rom. 13. d. 13, 1. Corinth. 3. a. 3, & 13. b. 4, 2. Cor. 12. f. 20, Gal. 5. d. 20, Iac. 3. c. 14, & 4. a. 2. Tertiò, accipitur pro ſancta quadam zelotypia, quæ non proficiſcitur à cuiuſquam odio, verùm ab eorum amore quos non noſtri, ſed ipſorum potius cauſa amamus, vt 2. Cor. 11. a. 2. Quartò, pro ſui ipſius amore, cui ſancta illa zelotypia præexiſtit, vt Gal. 4. c. 17. Quintò, pro animi æſtu ex indignatione de iis concepta quæ indignè fiunt aduerſus eum quem amamus, puta vel aduerſus homines nobis charos, vt 2. Corinth. 7. b. 7, Coloſſ. 4. c. 13, vel aduerſus Deum ipſum. Eſt autem hic zelus duplex: vnus nimirum, cum voluntatis Dei cognitione ac vera in eum fide coniunctus, qualis eſt Chriſti zelus de quo hic agitur: item qui commendatur 2. Corinth. 7. cap. 11, & Apocalyp. 3. d. 19. alter verò qui non eſt ſecundum ſcientiam, & cæcus potius impetus ac furor dici debet, vt Rom. 10. a. 2. Philip. 3. b. 6. Act. 21. d. 20, & 22. a. 3. Galat. 1. c. 14. Hinc demum ſexta ſignificatio orta eſt, quum ζῆλος ad ignis ardorem tranſfertur, vt Heb. 10. c. 27.

καὶ εἶπον αὐτῷ, Τί σημεῖον δεικνύεις ἡμῖν ὅτι ταῦτα ποιεῖς;

& dixerunt ei, Quod signum ostendis nobis vt ista facias?

& dixerunt ei, Quod signũ ostendis nobis quia hæc facis?

Mat.26.f.61, & 27.c.40 mar.14.f.58, & 15.c.29

Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν.

19 Respondit Iesus & dixit eis, Destruite templum hoc, & tribus diebus erigam illud.

19 Respondit Iesus & dixit eis, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.

Εἶπον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι, Τεσσαρακοντα καὶ ἓξ ἔτεσιν οἰκοδομήθη ὁ ναὸς οὗτος, καὶ σὺ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερεῖς αὐτόν;

20 Dixerunt ergo Iudæi, Quadraginta & sex annis ædificatum est templum istud, & tu tribus diebus illud eriges?

20 Dixerunt ergo Iudæi, Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud?

Ἐκεῖνος δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ.

21 At ille loquebatur de templo corporis sui.

21 Ille autem dicebat de templo corporis sui.

Ὅτε οὖν ἠγέρθη ἐκ νεκρῶν, ἐμνήσθησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ὅτι τοῦτο ἔλεγεν αὐτοῖς· καὶ ἐπίστευσαν τῇ γραφῇ, καὶ τῷ λόγῳ ᾧ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς.

22 Quum ergo surrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius quòd hoc dixisset eis: & crediderunt Scripturæ, & sermoni quem Iesus dixerat.

22 Quum ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius quia hoc dicebat: & crediderunt Scripturæ, & sermoni quem dixit Iesus.

Ὡς δὲ ἦν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐν τῷ Πάσχα ἐν τῇ ἑορτῇ, πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, θεωροῦντες αὐτοῦ τὰ σημεῖα ἃ ἐποίει.

23 Quum autem esset Hierosolymis in Pascha die festo, multi crediderunt in nomen eius, conspicientes signa quæ edebat.

23 Quum autem esset Ierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, videntes signa eius quæ faciebat.

Αὐτὸς δὲ ὁ Ἰησοῦς οὐκ ἐπίστευεν ἑαυτὸν αὐτοῖς, διὰ τὸ αὐτὸν γινώσκειν πάντας·

24 Ipse autem Iesus non credebat eis semetipsum, eo quòd nosset omnes:

24 Ipse autem Iesus non credebat semetipsũ eis, eo quòd ipse nosset omnes

καὶ ὅτι οὐ χρείαν εἶχεν ἵνα τις μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ ἀνθρώπου· αὐτὸς γὰρ ἐγίνωσκεν τί ἦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ.

25 Nec opus esset vt quisquam ei testaretur de homine. ipse enim sciebat quid esset in homine.

25 Et quia opus ei non erat ut quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine.

Κεφάλαιον γ.

CAP. III.

CAP. III.

Ἦν δὲ ἄνθρωπος ἐκ τῶν Φαρισαίων, Νικόδημος ὄνομα αὐτῷ, ἄρχων τῶν Ἰουδαίων·

1 ERat autem quidam ex Pharisæis cui nomen erat Nicodemo, ex primoribus Iudæorum:

1 Erat autem homo ex Pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorum:

Οὗτος ἦλθε πρὸς τὸν Ἰησοῦν νυκτὸς, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ῥαββί, οἴδαμεν ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐλήλυθας διδάσκαλος· οὐδεὶς γὰρ ταῦτα τὰ σημεῖα δύναται ποιεῖν ἃ σὺ ποιεῖς ἐὰν μὴ ᾖ ὁ Θεὸς μετ' αὐτοῦ.

2 Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei, Rabbi, scimus te à Deo venisse magistrum: nemo enim potest hæc signa edere quæ tu edis nisi Deus sit cum eo.

2 Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei, Rabbi, scimus quia à Deo venisti magister: nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis nisi fuerit Deus cum eo.

18 Signum, σημεῖον. Quia Christus hoc facto non modò rem nouam facit, sed etiam repurgationem templi ac cultus diuini restitutionem aggreditur, deinde etiam templum vocarat Patris sui domum, isti signum quærunt, id est miraculum aliquod ex quo posset intelligi virtus ipsius ac authoritas cælestis, quæ ius illi tribueret tum ita loquendi, tum ista etiam faciendi. Quidam σημεῖον interpretantur argumentum, vt sit hic sensus, Quodnam nobis argumentum adfers quo comprobes tibi ista licere? Sed prior illa expositio est verior, & melius quadrat Christi responso. Cæterùm quòd Castellio interpretatus est, Quod nobis exemplum præbes: quasi videlicet isti querantur Christum hoc suo facto homines ad quæuis licentiam concitare: non modò frigidum est, sed etiam Græcis vocabulis vim adfert. Vt, &c. ἵνα, &c. Vel, Cur ista facis? vt ἵνα pro διὰ τί accipiatur. Vel, Quandoquidem ista facis? Petitum est autem è medio hoc dicendi genus, vt alia multa.

21 De templo corporis sui, περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ: id est de corpore suo, quod templum vocarat, idque iure, quum in eo (vt ait Apost. Coloss.2.b.9) omnis plenitudo deitatis corporaliter habitaret.

24 Omnes, πάντας. In vno codice scriptum legimus πάντα, omnia.

IN CAPVT III.

1 Ex primoribus, ἄρχων. Vide Luc.14.v.1.

2 Magistrum, διδάσκαλος: id est, Scimus te missum diuinitus ad nos erudiendos. Vulg. Scimus quia à Deo venisti magister. Ego verò verti per infinitum modum, vt amphiboliam vitarem, ne quis nimirum acciperet Magister vocandi casu. Edere, ποιεῖν. Sic etiam vertit ipse Erasmus suprà, 2.d.23. quum alioquin edere opponatur potius verbo κατεσθίειν. Nisi Deus sit cum eo, ἐὰν μὴ ᾖ ὁ Θεὸς μετ' αὐτοῦ. Ex Hebræorum idiotismo dicitur Deus esse cum illis in quibus diuina quædam præstantia elucet: quos simili ratione Græci vocant θείους καὶ δαιμονίους, id est diuinos, & quasi alteros deos. Quòd si Nicodemus Christum bene nosset, non modò dixisset Deum cum ipso esse, quasi ipsius συνεργὸν: sed Deum esse in ipso, vt loquitur Paulus 1.Cor.5.d.19.

Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἄνωθεν, οὐ δύναται ἰδεῖν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

3 Respondit Iesus & dixit ei, Amen amen dico tibi, nisi quis fuerit genitus denuò, non potest videre regnum Dei.

3 Respondit Iesus & dixit ei, Amen amen dico tibi, nisi quis natus fuerit denuò, non potest videre regnum Dei.

Λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ Νικόδημος, Πῶς δύναται ἄνθρωπος γεννηθῆναι γέρων ὤν; μὴ δύναται εἰς τὴν κοιλίαν τῆς μητρὸς αὐτοῦ δεύτερον εἰσελθεῖν, καὶ γεννηθῆναι;

4 Dicit ei Nicodemus, Quomodo potest homo gigni qui sit senex? num potest in uterũ matris suæ secundò introire, ac gigni?

4 Dicit ad eum Nicodemus, Quomodo potest homo nasci quum sit senex? numquid potest in ventrẽ matris suæ iterum introire, & nasci?

Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

5 Respondit Iesus, Amen amen dico tibi, nisi quis fuerit genitus ex aqua & Spiritu, non potest introire in regnum Dei.

5 Respondit Iesus, Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest introire in regnum Dei.

Τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς, σάρξ ἐστι· καὶ τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ Πνεύματος, πνεῦμά ἐστι.

6 Quod genitum est ex carne, caro est: & quod genitum est ex Spiritu, spiritus est.

6 Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex Spiritu, spiritus est.

Μὴ θαυμάσῃς ὅτι εἶπόν σοι, Δεῖ ὑμᾶς γεννηθῆναι ἄνωθεν.

7 Ne mireris me dixisse tibi, Oportet vos gigni denuó.

7 Non mireris quia dixi tibi, Oportet vos nasci denuó.

Τὸ πνεῦμα ὅπου θέλει πνεῖ, καὶ τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἀκούεις, ἀλλ' οὐκ οἶδας πόθεν ἔρχεται, καὶ ποῦ ὑπάγει· οὕτως ἐστὶ πᾶς ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ Πνεύματος.

8 Vẽtus quò vult spirat, & sonum eius audis, sed nescis vnde veniat & quò vadat: ita est quisquis genitus est è Spiritu.

8 Spiritus ubi vult spirat, & vocem eius audis sed nescis unde veniat & quò vadat: sic est omnis qui natus est ex Spiritu.

3 Fuerit genitus, γεννηθῇ. Vulgata & Erasmus, Natus fuerit. Ego verò in tota hac historia malui vti Gignendi quàm Nascendi verbo, quia de noua quodammodo hominis creatione hic agitur. Denuò, ἄνωθεν. Hebraicè עוד. Sic enim Vetus interpres (meo iudicio) rectius intellexit quàm Erasmus, qui interpretatur E supernis, id est מסרומים. Nam etsi Græca vox ἄνωθεν vtroque modo accipi potest, tamen considerandum fuit, hanc amphiboliam non esse in eo sermone quo vsus est Dominus. Nam responsum Nicodemi arguit Christum vsum esse vocabulo quo nihil aliud quàm iteratio significatur. Itaque Augustinus libri de Peccatorum remissione 1. cap. 17. ita hunc locum citat. Chrysostomus quoque quanuis vtranque interpretationem annotet, tamen non obscurè indicat se illam amplecti quam sequuti sumus: à qua miror cur defecerit Theophylactus, alioquin Chrysostomo prorsus addictus. Maluit Erasmus Cyrillum & suum illum Origenem sequi. Videre regnum Dei, ἰδεῖν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ: id est introire in regnum Dei, vt explicatur infrà, versu 5. Regnum autem Dei non tam vocatur (opinor) ipse Christus (quanuis ita explicarint nonnulli ex veteribus) aut ipsa etiam vita æterna ad quam contendimus, quàm Ecclesia in qua Deus regnat. Differit enim Christus qua ratione ius ciuitatis Dei nanciscamur: Gratuito, inquit, adoptione per Spiritum sanctum, quo regeneramur in ipso Christo fidè apprehenso.

4 Qui sit senex γέρων ὤν; Vulgata & Erasmus, Quum sit senex? quæ interpretatio planè est ἄνθρωπος hoc loco. Neque enim omnis homo senex est: quod tamen videtur affirmare qui sic loquitur. Sciendum est autem, Nicodemum perinde respõdere acsi Christi verba ad se vnum pertinerent: id est quod in genere Christus dixerat, ad hypothesin reuocare. Itaque sic omnino vertendus est hic locus.

5 Ex aqua & Spiritu, ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος. Vide infrà, 4. b. 10.

6 Caro est, σάρξ ἐστι: id est carnalis, totus nimirum impurus & iræ Dei obnoxius. Neque enim carnis appellatione hoc posteriore loco significatur carnea illa corporis moles, sed tum animi, tum corporis humani natura, peccato & morti addicta. idque ita esse vel ex eo liquet quòd Apostolus carni tribuit φρόνημα, Rom. 8. b. 7. Caro igitur pro carnali ponitur, vt apud Hebræos sæpe appellatiua pro adiectiuis vsurpantur, atque adeo apud Græcos & Latinos, vt quum quispiam dicitur κρῖμα, id est scelus, pro scelerato: & miseram hominis totius conditionem designat, vt Psal. 56. b. 5. & 78. d. 39. Poscit autẽ ratio antitheseos vt vicissim Spiritus nomine posteriore loco non intelligamus hominis animum, sed totum hominem spiritualem, id est Spiritus sancti gratia Christo insitum, ac proinde in eo renouatum, qui & ipse Spiritus dicitur, vt natura ipsius perennis pura ac immortalis significetur: quanuis adhuc supersit lucta carnis, adeo vt vnus & idem homo fidelis, quandiu hic versatur, & caro & spiritus diuersis respectibus dici possit, vt suo exemplo elegantissimè describit Paulus Epist. ad Rom. cap. 7.

7 Vos, ὑμᾶς. In quatuor codicibus scriptum legimus ἡμᾶς, nos, ita videlicet vt sese Christus aggreget hominibus reliquis. Sed quum sciamus nunquam in eo fuisse peccatum, vt qui ex Spiritu sancto fuerit conceptus, mihi videtur omnino altera lectio retinenda.

8 Ventus, τὸ πνεῦμα, id est ἄνεμος. Arist. de Mundo, ἄνεμος οὐδέν ἐστι πολὺ ἀὴρ πολὺς ῥέων καὶ αὔρας, ὅσος ὅμως καὶ πνεῦμα πάσχειν. λέγεται δὲ καὶ ὑπὸρ πνεύματος ἐν φυτοῖς καὶ ζώοις καὶ ὅλῳ κόσμῳ διάκενον ἔμψυχός τε καὶ γόνιμος οὐσία. Apud Hebræos verò רוח magis etiam multiplicem habet significationem, apud quos etiam pro Spiritu illo Dei omnia vinificante accipitur, vt & apud Græcos ac Latinos theologos, qui ex Hebræorum fontibus hauserunt. Quia igitur Spiritus nomen est πολύσημον, & rarò etiam à Latinis pro vento accipitur, ventũ malui interpretari

quàm Spiritum. Nam hac ſignificatione πνεῦμα hoc loco explicandum eſſe, apertè tradunt veteres, vt Chryſoſtomus, Cyrillus, Theophylactus, Auguſtinus De quæſtionibus Veteris & noui Teſtamenti, quæſtione 59. & id quoque manifeſtè probat quod de ſonitu poſtea commemoratur. Regulam enim Didymi, tradentis πνεῦμα Spiritum ſanctum declarare propter additum articulum, iam antè oſtendimus non eſſe perpetuam, quum prætermittatur etiam articulus ſuprà, verſu 5. vbi tamen conſtat agi de Spiritu ſancto. Quò vult, ὅπου θέλει: id eſt libero & vago impetu. Eſt enim tranſlatio ab iis animantibus ſumpta in quibus propriè dicitur eſſe voluntas. Simili figura vtitur Paulus Rom. 8. d. 19. 20. 21. 22. Sonum, φωνὴν id eſt πνεῦμα, vt Matth. 24. c. 31. item 1. Corinth. 14. b. 7 & 8. Sic etiam apud Hebræos accipitur רוח, vt 1. Reg. 6. g. 31. Ezech. 43. a. 1.

Ἀπεκρίθη Νικόδημος καὶ εἶπεν αὐτῷ, Πῶς δύναται ταῦτα γενέσθαι;

9 Reſpondit Nicodemus, & dixit ei, Quomodo poſſunt hæc fieri?

9 Reſpondit Nicodemus & dixit ei, Quomodo poſſunt hæc fieri?

Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῷ, Σὺ εἶ ὁ διδάσκαλος τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ταῦτα οὐ γινώσκεις;

10 Reſpondit Ieſus & dixit ei, Tu es magiſter Iſraelis, & hæc non noſti?

10 Reſpondit Ieſus & dixit ei, Tu es magiſter in Iſrael, & hæc ignorat?

Ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ὅτι ὃ οἴδαμεν λαλοῦμεν, καὶ ὃ ἑωράκαμεν μαρτυροῦμεν· καὶ τὴν μαρτυρίαν ἡμῶν οὐ λαμβάνετε.

11 Amen, amen dico tibi, quod ſcimus loquimur, & quod vidimus teſtamur: ſed teſtimoniũ noſtrum non recipitis.

11 Amen amen dico tibi, quia quod ſcimus loquimur, & quod vidimus teſtamur: & teſtimoniũ noſtrum non accipitis.

Εἰ τὰ ἐπίγεια εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐ πιστεύετε, πῶς ἐὰν εἴπω ὑμῖν τὰ ἐπουράνια, πιστεύσετε;

12 Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo ſi dixero vobis cæleſtia, credetis?

12 Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo ſi dixero vobis cæleſtia, credetis?

Καὶ οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ.

13 Nullus enim aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit è cælo, nempe Filius hominis qui eſt in cælo.

13 Et nemo aſcendit in cælum niſi qui deſcendit de cælo, Filius hominis qui eſt in cælo.

Καὶ καθὼς Μωσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου

Ioſué, 21. a. 32 num. 21. c. 9

14 Prout autem Moſes extulit ſerpentem in deſerto, ita extolli oportet Filium hominis:

14 Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet Filium hominis:

Ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον.

15 Vt quiſquis credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.

15 Vt omnis qui credit in ipſo, non pereat, ſed habeat vitam æternam.

10 Magiſter ille, ὁ διδάσκαλος. Hoc quoque loco videtur articulus ſuum pondus habere, quo ſignificatur Nicodemum non modò pro doctore, ſed etiam pro excellenti doctore habitum fuiſſe ab Iſraelitis.

11 Sed teſtimonium, καὶ μαρτυρίαν. Vulg. & Eraſ. Et teſtimonium. Sed hìc quoque poni καὶ pro ἀλλὰ, ſenſus ipſe oſtendit. Eſt autem tacita quædam antitheſis in his verbis diligenter (meo quidem iudicio) obſeruanda. Vos, inquit, tractatis ac docetis quæ non intelligitis, & creditur vobis: at ego certa & cognita doceo, & tamen doctrinam meam non admittitis. Non recipitis, οὐ λαμβάνετε, id eſt non admittitis. Id enim eſt pro quo poſtea dicit, non creditis. Nonnulli interpretantur, Non accipitis, vel non capitis, pro, non eſtis idonei ad intelligendum. quam amphiboliam vt vitaremus, vertimus potius Recipitis quàm Accipitis. Chryſoſtomus autem videtur legiſſe οὐδεὶς λαμβάνει, id eſt nemo accipit.

12 Non creditis, οὐ πιστεύετε. In vno exemplari ſcriptum erat οὐκ ἐπιστεύσατε, non credidiſtis: & paulò poſt pro πιστεύσετε, id eſt credetis, in alio quodam inuenimus πιστεύσητε, id eſt crediturí ſitis, eadem tamẽ manente ſententia.

13 Nullus enim, καὶ οὐδεὶς. id eſt οὐδεὶς γάρ, vt ſuprà, 1. b. 13, & alibi ſæpe. Reddit enim cauſam cur & ipſe cæleſtia poſſit ſuo iure docere, & homines doctrinam cæleſtem non admittant: deinde hanc ipſam doctrinam explicat. Alioquin ſi cum Vetere interprete & Eraſmo conuertas, Et nemo, non facilè poſſis æſtimare quomodo tota hæc oratio cohæreat. Aſcendit in cælum, ἀναβέβηκεν εἰς οὐρανόν. id eſt ſpiritualis intelligentiæ luce prædituſ eſt, vel vnquã fuit: niſi Filius ille qui homo factus ad nos vſque ſe dimiſit, vt nos in cælum ſecum attollat. Nempe Filius hominis, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. Abundat Iohannes huiuſmodi appoſitionibus in ſubiectione poſitis, vt ſuprà, 1. b. 11, & f. 45. Quod autẽ Chriſtus ſe è cælo deſcẽdiſſe dicit, primùm ad diuinæ naturæ incarnationẽ, deinde etiam ad ipſum cõceptionis modũ referendum eſt, non ad corporis materiam, vt Apollinaris & alii hæretici exiſtimarunt, & qui errorẽ eorũ noſtra memoria renouauit Schuenfeldius. Deinde quòd ſe Filiũ hominis (i. hominẽ) in cælo eſſe docet, apertè duas naturas diſtinguit, & vnam hypoſtaſin cõfirmat. Qui eſt in cælo, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ. Vel, qui erat in cælo, vt idẽ ipſe Chriſtus loquitur infrà, 6. g. 62. Certum eſt tamen, quum Chriſtus, quatenus homo eſt, cœperit exiſtere à cõceptu, impropriã eſſe hãc loquutionẽ. Impropriã dico, ſi quis naturas ſigillatim conſideret. nam alioquin maximè propria eſt loquutio, vt ſumma illa duarũ in vno Chriſto naturarũ cõiunctio ſignificetur. Chriſtus enim adeo vnus eſt vt quod vnius naturæ eſt propriũ, interdũ toti Chriſto tribuatur, ſecundũ perſonæ vnitatẽ, vt quum dicimus Chriſtum natũ, paſſum, ſepultũ, &c. interdũ verò quod vnius eſt, ad alterã tranſferatur, vt quũ dicitur Dominus gloriæ crucifixus, 1. Cor. 2. b. 8. quam formulã omnes veteres theologi vocarunt idiomatum (i. proprietatum) cõmunicationem. Sed hæc fortaſſis neſcio quo modo planius explicarẽtur per ſynecdochen, quæ quidẽ modò ſimplex eſt, modò duplex. Simplex, quũ duntaxat ſubiecto toti tribuitur quod ad partem tantùm propriè ſpectat, vt ſi dicas Chriſtum paſſum eſſe pro nobis: altera duplex, quum & in ſubiecto pars pro toto ponitur, & in attributo tribuitur toti quod vnius & quidẽ alterius partis propriũ eſt, vt quũ dicitur Dominus gloriæ crucifixus, Deus acquiſiuiſſe Eccleſiã ſanguine ſuo, Filius hominis fuiſſe in cælo antequã deſcẽderet. Nã in his totus Chriſtus eſt ſubiectũ, quãuis vna dũtaxat ipſius

natura nominentur:& in attributo,toti Chriſto tribuitur quod vel hominis vel Dei proprium eſt:nempe vt Spiritus ſanctus nos doceat Chriſti naturas ita diſtinguere vt tamen alteram ab altera non ſeparemus. Nam niſi idem ille Chriſtus qui paſſus eſt,Deus eſt æternus,& vicißim niſi idem Deus ille æternus paſſus eſt in carne ſua, vbi fides noſtra:Nã nec ſeruare poteſt,niſi Deus ſit:nec redimere,niſi fit homo:& neutrũ poteſt,niſi vnus & idem ſit Deus & homo.Itaque(vt ad rem redeam)tam licet nobis cõuertere ἐὰν Qui erat,quàm Qui eſt. Libuit autem hæc paucis annotare aduerſus eos homines quos non pudet noſtro hoc ſeculo nefandos illos errores Neſtorii & Eutychetis, iam olim totius Eccleſiæ tam aperto ac perpetuo conſenſu & tantis veterum omnium Patrum laboribus ac vigiliis damnatos,ab inferis reuocare.

Οὕτω γὰρ ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον ὥςτε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιςεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον.

16 ¶ Ita enim Deus dilexit mundum vt Filium ſuum vnigenitũ dederit,vt quiſquis credit in eũ non pereat,ſed habeat vitam æternam.

16 *Sic enim Deus dilexit mundum vt Filium ſuũ vnigenitum daret,vt omnis qui credit in eum, non pereat,)ſed habeat vitam æternam.* 1.Iohan.4.b.9

Οὐ γὰρ ἀπέςτειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ εἰς τὸν κόσμον ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ.

17 ¶Non enim miſit Deus Filiũ ſuum in mundum ᵛvt condemnet mundum, ſed ᵛ vt ſeruetur mundus per eum.

17 *Non enim miſit Deus Filium ſuũ in mundum vt iudicet mũdum,ſed vt ſaluetur mũdus per ipſũ.* Infrà 3.g.17, & 12.g.47

Ὁ πιςεύων εἰς αὐτὸν, οὐ κρίνεται· ὁ δὲ μὴ πιςεύων ἤδη κέκριται, ὅτι μὴ πεπίςευκεν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ.

18 Qui credit in eum, non condemnatur:qui verò non credit, iam condemnatus eſt:quia non credidit in nomen vnigeniti Filii Dei.

18 *Qui credit in eum, nõ iudicatur:ꝙ autẽ non credit, iã iudicatus eſt,quia nõ credidit in nomine vnigenitũ Filij Dei.*

Αὕτη δέ ἐςτιν ἡ κρίσις, ὅτι τὸ φῶς ἐλήλυθεν εἰς τὸν κόσμον, καὶ ἠγάπησαν οἱ ἄνθρωποι μᾶλλον τὸ σκότος ἢ τὸ φῶς· ἦν γὰρ πονηρὰ αὐτῶν τὰ ἔργα.

19 Hæc eſt autem ᵛcõdemnatio, ¶quòd Lux venit in mundum, ſed dilexerunt homines ᵛpotius tenebras quàm Lucẽ: quia ſunt eorum mala opera.

19 *Hoc eſt autem iudiciũ: quia Lux venit in mundum,& dilexerunt homines magis tenebras quàm Luxm:erant enim eorũ mala opera.* Supra 3.a.4

Πᾶς γὰρ ὁ φαῦλα πράσσων, μισεῖ τὸ φῶς, καὶ οὐκ ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, ἵνα μὴ ἐλεγχθῇ τὰ ἔργα αὐτοῦ·

20 Quiſquis enim peruerſè agit, odit lucem,nec venit ad lucem, ne arguantur ᵛopera ipſius:

20 *Omnis enim qui mala agit, odit luxm, & non venit ad luxm,ut non arguantur opera eius:*

Ὁ δὲ ποιῶν τὴν ἀλήθειαν, ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, ἵνα φανερωθῇ αὐτοῦ τὰ ἔργα, ὅτι ἐν Θεῷ ἐςτιν εἰργασμένα.

21 ᵛQui verò ſincerè agit, venit ad lucem: vt manifeſta fiant facta ipſius, quòd ᵛ ſecundũ Deũ facta ſint.

21 *Qui autem facit veritatẽ, venit ad lucẽ,ut ma nifeſtentur opera eius, quia in Deo ſunt facta.*

Μετὰ ταῦτα ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὴν Ἰουδαίαν γῆν·

22 Poſtea venit Ieſus & diſcipuli eius ᵛin Iudæx territorium:

22 *Poſt hæc venit Ieſus & diſcipuli eiꝰ in Iudæã ter*

16 Ita enim,οὕτω γάρ. Exiſtimat Eraſmus,ab hoc loco videri poſſe Euangeliſtæ verba,explanantis ſermonem quem Chriſtus cum Nicodemo habuerat: ſed non video quamobrem hoc ſit commiſiſcendum. Imò verò Chriſtum oportuit hæc omnia ſubiicere,niſi vellet ſermonem in medio veluti curſu abrumpere.

17 Vt condemnet,ἵνα κρίνῃ:id eſt ἵνα κατακρίνῃ,vt diximus alibi. Vulg. Vt iudicet: quæ interpretatio planè eſt repudianda propter amphiboliam.ſcimus enim Dominũ iudicaturum viuos & mortuos. Hoc igitur Eraſmus rectè emendauit.Sed præterea annotandum fuit,Condemnandi verbum non ſignificare ipſam actionem,ſed ipſius condemnationis cauſam:veluti ſi dicas maleficum quempiam à ſua improbitate ſuiſque ſceleribus damnari,non autem à legibus,quæ per ſe bonæ ſunt & ſanctæ:neque à magiſtratu, qui ciues omnes bonos eſſe optaret. Sic igitur Chriſtus non condemnat,id eſt condemnationis cauſa nõ eſt,(qui enim poſſit mors à vita proficiſci?)ſed Chriſti potius contemptus & peccata noſtra nos condemnant.Et tamen Chriſtus iuſtus iudex in reprobos ſententiam feret.Denique condemnare nihil aliud hoc loco declarat quàm perdere, vt liquet ex verbo Seruandi,quod ipſi opponitur. Vt ſeruetur mundus,ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος:id eſt non vna Iudæorũ gens, ſed quicunque crediderit in eum,vt dixit ſuperiore verſiculo. Mũdus ergo opponitur vni genti:& ineptè (nequid acerbius dicam)faciunt qui ejuſmodi teſtimonia cirant vt æternam Dei prædeſtinationem euertant.

19 Condemnatio,ἡ κρίσις,id eſt condemnationis cauſa, ſicut ſuprà expoſuimus ipſum verbum κρίνειν. Nam quod Oſeas de Iſraelitis dixerat 13.1.9,Perditio tua ex te eſt,hoc Chriſtus in omnes incredulos pronuntiat. Sed qui propterea æternum Dei conſilium tollit,perinde facit acſi negaret reprobos Dei voluntate naſci, quia ab hominibus gignuntur. Potius,μᾶλλον. Vulg.& Eraſ. Magis:quæ interpretatio ſic poſſet accipi quaſi & lucem & tenebras dilexerint homines,ſed magis tamen tenebras quàm lucem,quum potius declaret Chriſtus homines contempta luce tenebras eſſe amplexos.Non diſſimilem errorem annotauimus Luc.18.c.14.

20 Opera ipſius,τὰ ἔργα αὐτοῦ. In vno codice additum erat ὅτι πονηρὰ ἦν, quia mala ſunt:quod membrũ videtur opponi illi quod in proximo verſiculo additur,ὅτι ἐν Θεῷ ἐςτιν εἰργασμένα:id eſt,quòd ſecundum Deum facta ſint. 21 Qui verò ſincerè agit,ὁ ποιῶν τὴν ἀλήθειαν. Heb. עשה האמת:id eſt(vt ad verbum conuertit Vetus interpres & Eraſmus) Qui facit veritatem. Veritatis autem nomen hoc loco declarat vitam verè bonam & omnis fraudis expertem:cui quum opponatur φαῦλα πράσσων,malui interpretari Peruerſè quàm Malè agentem, vt melius appareat antitheſis. Hic enim notatur animus ſibi malè conſcius,nempe qui à recta via deflectit, & aliud ſimulat,aliud agit. Secundum Deum,ἐν Θεῷ. Heb. את אלהים,id eſt cum Deo,vt Gen.6.b.9.Deo veluti duce,præeunte,id eſt κατὰ Θεὸν,vel ὑπὸ Θεοῦ. Alii interpretantur,Per Deum,quia Deus efficit in nobis velle & operari:ſed illa expoſitio eſt ſimplicior & accommodatior.

22 In Iudæx territorium,εἰς τὴν Ἰουδαίαν γῆν. Vulg. In Iudæam terram. Eraſ. In terram Iudæam. Eſt enim

negauit, καὶ οὐκ ἠρνήσατο. Pleonaſmus Hebræus, cuius tamen magna eſt emphaſis, vt Pſal. 40. b. 10. 11. 12. & Eſa. 38. a. 1. Quinetiam ſtatim repetit, καὶ ὡμολόγησεν, vt eo apertius & Iohannis modeſtiam ſingularem, & ipſius ſimplicem ac planam reſponſionem, tum etiam Iudæorum improbitatem declaret.

σατο· καὶ ὡμολόγησεν, Ὅτι οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ὁ Χριστός.

gauit: confeſſus eſt *inquam* ſe non eſſe Chriſtum illum.

gauit: & confeſſus eſt, Quia non ſum ego Chriſtus.

Καὶ ἠρώτησαν αὐτόν, Τί οὖν; Ἠλίας εἶ σύ; Καὶ λέγει, Οὐκ εἰμί. Ὁ προφήτης εἶ σύ; Καὶ ἀπεκρίθη, Οὔ.

21 Tunc interrogauerũt eum, Quid ergo es? Túne es Elias? Ipſe uerò dixit, Non ſum. Et *illi*, Es tu Propheta? Qui reſpondit, Non.

21 *Et interrogauerunt eum, Quid ergo? Elias es tu? Et dixit, Non ſum. Propheta es tu? Et reſpondit, Non.*

Εἶπον οὖν αὐτῷ, Τίς εἶ; ἵνα ἀπόκρισιν δῶμεν τοῖς πέμψασιν ἡμᾶς· τί λέγεις περὶ σεαυτοῦ;

22 Dixerunt ergo ei, Quis es? vt reſponſum demus iis qui miſerunt nos: quid dicis de teipſo?

22 *Dixerunt ergo ei, Quis es? ut reſponſum demus iis qui miſerunt nos? quid dicis de ipſo?*

Ἔφη, Ἐγὼ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, Εὐθύνατε τὴν ὁδὸν Κυρίου· καθὼς εἶπεν Ἡσαΐας ὁ προφήτης.

Eſa. 40. a. 3. matt. 3. a. 3. luc. 3. a. 4.

23 Ait, Ego *ſum* vox clamantis in deſerto, ‖ Cóplanate viam Domini, prout dixit Eſaias Propheta.

23 *Ait, Ego vox clamantis in deſerto, Dirigite viam Domini: ſicut dixit Eſaias propheta.*

Καὶ οἱ ἀπεσταλμένοι ἦσαν ἐκ τῶν Φαρισαίων.

24 Porro qui miſſi fuerant, erãt ex Phariſæis.

24 *Et qui miſſi fuerant, erant ex Phariſæis.*

Καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν, καὶ εἶπον αὐτῷ, Τί οὖν βαπτίζεις, εἰ σὺ οὐκ εἶ ὁ Χριστὸς, οὔτε Ἠλίας, οὔτε ὁ προφήτης;

25 Et interrogauerunt eum, ac dixerunt ei, Cur ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus, neque Elias, neque Propheta?

25 *Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei, Quid ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus, neque Elias, neque Propheta?*

Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰωάννης, λέγων, Ἐγὼ βαπτίζω ἐν ὕδατι· μέσος δὲ ὑμῶν ἕστηκεν ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε·

26 Reſpondit ei Iohannes, dicens, Ego baptizo aqua: ſed in medio veſtrum ſtat quem vos neſcitis:

26 *Reſpondit eis Iohannes, dicens, Ego baptizo in aqua: medius autem veſtrum ſtetit quem vos neſcitis:*

Αὐτός ἐστιν ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν· οὗ ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἄξιος ἵνα λύσω αὐτοῦ τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος.

Mat. 3. c. 11. mar. 1. a. 7. luc. 3. c. 16. act. 1. a. 5. & 11. c. 16. & 19. a. 4.

27 ‖Hic ille eſt qui ponè me venit, qui prælatus eſt mihi: cuius ſolearum ego non ſum dignus vt ſoluam corrigiam.

27 *Ipſe eſt qui poſt me nẽ tarus eſt, qui ante me factus eſt: cuius ego non ſum dignus ut ſolucm eius corrigiã calceamenti.*

Ταῦτα ἐν Βηθαβαρᾷ ἐγένετο

28 Hæc in Bethabara facta ſunt

28 *Hæc in Bethania facta*

Se non eſſe Chriſtum illum, ὅτι οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ὁ Χριστός. Vulg. & Eraſ. ad verbum, Non ſum ego Chriſtus. Ego verò etiam in hõc verſiculo, ſicut in ſuperiore, pro recta oratione ſubſtitui obliquam, vt perſpicuitati ſtuderem. Deinde articulum expreſſi, quo ſummum aliquid ſignificatur. Sic apud Virgilium, Túne ille Æneas? & apud Hebræos quoque הַמָּשִׁיחַ.

21 Propheta, ὁ προφήτης. Id eſt à Deo miſſus, ſicut olim ſolebant Prophetæ. Vel, Propheta ille? Nam videtur poſcere linguæ Græcæ ratio vt de vno & certo quopiam propheta hæc accipiantur, qui eximatur ex exterorum turba. Et Chriſto tamen ipſos non rogitare, ex duabus cauſis apertè intelligitur. Iam enim ab initio palàm & ſine ambagibus dixerat Iohannes ſe Chriſtum non eſſe: cur igitur de eo iterum quæreretur? Deinde quod infrà ſubiiciunt verſu 25, Si neque Chriſtus, neque Elias, neque es Propheta ille, &c. omnino oſtendit ipſos à Chriſto diſtinguere eum Propheram de quo percontantur. Itaque mihi non diſplicet Chryſoſtomi, Cyrilli & Theophylacti opinio, qui Iudæos traduut in eo errore fuiſſe verſatos, (quod etiam videtur confirmari ex eo quod ſcriptum eſt infrà, 7. v. 40. & 41. & 6. v. 14) vt non modò Eliæ illius, Theſbitæ προσωπεῖον expectarent, ex loco Malach. 4. b. 5, perperam expoſito: ſed etiam venturum quendam Propheram ſperarent Moſi ſimilem, huc detorquentes quod Moſes ſcripſit Deut. 10. c. 15. & 18. quod tamen de omnibus Prophetis, & ipſo in primis Prophetarum capite, nimirum de Chriſto, eſt accipiendum. Illud verò Malachiæ teſtimonium ad Iohannem quidem pertinebat, ſed alio ſenſu quàm ipſi in animo haberent: vt nihil mirum ſit Iohannem ipſum, quum ex eorum ſenſu loquatur quibuſcum erat ei negotium, negare ſe Eliam eſſe, quod tamen de eo Chriſtus affirmat, Matth. 11. b. 14.

23 Complanate εὐθύνατε. Vulg. & Eraſmus, Dirigite. Diximus Matth. 3. a. 3, εὐθεῖς declarare quod & planum eſt & æquabile. Itaque non dubito quin εὐθύνειν τὰς ὁδοὺς, id ſit hoc loco quod Latinè dicitur, Viam complanare ſeu purgare. Nam, inquit Vlpianus, purgare viam propriè dicitur ad libramentum propriam redigere, ſublato eo quod ſupereſt.

25 Cur ergo baptizas? τί οὖν βαπτίζεις; Hinc apparet Iudæos non ignoraſſe mutationem aliquam fore in religione ſub Meſſia, quod ex Ieremiæ cap. 31. apertè diſcere potuerant.

26 In medio veſtrum, μέσος ὑμῶν: id eſt palàm & inter vos, vt alibi expoſuimus. Stat, ἕστηκεν. Vulgatus, Stetit. Itaque nonnulli hoc referunt ad hiſtoriam quæ refertur Luc. 2. g. 46. ſed parum accommodatè, ni fallor. Loquitur enim de re præſenti: & ἕστηκεν ſignificationem præſentis habere, ex plurimis locis liquidò apparet, vt Luc. 8. c. 20. Act. 1. b. 11. Rom. 5. a. 2. & alibi ſæpe.

28 In Bethabara, ἐν Βηθαβαρᾷ. Vulgatus, in Bethania, ἐν Βηθανίᾳ: quo modo etiam ſcriptum legimus in omnibus vetuſtis codicibus. Sic etiam legit Cyrillus, & eam lectionem annotat Epiphanius κατὰ αἱρέσεων. Sed tamen præſtat aſſentiri Chryſoſtomo, qui hanc lectionem emendat. Conſtat enim Bethaniam Iudææ reſpe-

ſitu ſitam fuiſſe cis Iordanem ſtadiis ab Hieruſalē quindecim, vt ſcribitur infrà, 11.b.18. Fit quidem mentio loci בית־ארבה ad Iordanem Iudicū 7.g.24. Sed à Ioſepho trans Iordanē ponitur regio Batanæa, quæ ad Bethaniæ nomen proximè accedit. In tanta nominum varietate non habeo quod potiſſimùm ſequar.

πέραν τοῦ Ιορδάνου, ὅπου ἦν Ἰωάννης βαπτίζων.

trans Iordanem, vbi Iohannes baptizabat.

ſume trans Iordanem, ubi erat Iohannes baptizans.

Τῇ ἐπαύριον βλέπει ὁ Ἰωάννης τὸν Ἰησοῦν ἐρχόμενον πρὸς αὐτὸν, καὶ λέγει, Ἰδὲ ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὰς ἁμαρτίας τοῦ κόσμου.

29 Poſtero die videt Iohannes Ieſum venientem ad ſe, & ait, Ecce Agnus ille Dei qui tollit peccatum mundi.

29 *Poſtera die videt Iohannes Ieſum venientem ad ſe, & ait, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.*

Οὗτός ἐστιν ὑπὲρ οὗ ἐγὼ εἶπον, Ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν· ὅτι πρῶτός μου ἦν.

30 Hic eſt de quo dicebam, Poſt me venit vir qui prælatus eſt mihi: quia præſtant ior me eſt.

30 *Hic eſt de quo dixi, Poſt me venit vir qui ante me factus eſt: quia prior me erat.*

Κἀγὼ οὐκ ἤδειν αὐτόν· ἀλλ' ἵνα φανερωθῇ τῷ Ἰσραὴλ, διὰ τοῦτο ἦλθον ἐγὼ ἐν ὕδατι βαπτίζων.

31 Et ego non noueram eum: ſed vt manifeſtus fiat Iſraeli, propterea veni ego baptizans aqua.

31 *Et ego neſciebam eum, ſed vt manifeſtetur Iſraeli, propterea veni ego in aqua baptizans.*

Καὶ ἐμαρτύρησεν Ἰωάννης, λέγων, Ὅτι τεθέαμαι τὸ πνεῦμα καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἔμεινεν ἐπ' αὐτόν.

32 Tum inquam teſtatus eſt Iohannes, dicens, ‖Conſpexi Spiritum deſcendentem quaſi columbam de cælo, qui etiã manſit ſuper eum.

32 *Et teſtimonium perhibuit Iohannes, dicens, Quia vidi Spiritum deſcendentem quaſi columbam de cælo, & manſit ſuper eum.* Mar.3.d.16 mar.1.b.10 luc.3.d.22

Κἀγὼ οὐκ ἤδειν αὐτόν· ἀλλ' ὁ πέμψας με βαπτίζειν ἐν ὕδατι, ἐκεῖνός μοι εἶπεν, Ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ πνεῦμα καταβαῖνον καὶ μένον ἐπ' αὐτὸν, οὗτός ἐστιν ὁ βαπτίζων ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.

33 Et ego non noueram eum, ſed qui miſit me vt baptizarem aqua, ille mihi dixerat, Super quem videris Spiritum deſcendentem ac manentem ſuper eũ, hic eſt qui baptizat Spiritu ſancto.

33 *Et ego neſciebam eum, ſed qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris Spiritum deſcendentem, & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto.*

29 Videt, βλέπει. Sic legunt emendatiores codices vetuſtæ editionis, quos neque Valla vidit, neque Eraſmus, & pro Altera die, Poſtera die. Agnus ille, ὁ ἀμνός. Articulus adiunctus (vt ex Chryſoſtomo & Theophylacto Eraſmus obſeruauit) emphaſin habet non modò dignitatis, vt à typico agno & cæteris legalibus victimis diſtinguatur, ſed etiam relationis. Reuocat enim in mentem prophetias Eſaiæ, & aliorum.

Qui tollit, ὁ αἴρων. Vide ne pro tollit legas tollet. Nam ita ſignificatur hanc vim perpetuam ac natiuam Agno iſti ineſſe: vt ſi dicas elleborum purgare cerebrum, nullum tempus certum declaras, ſed vim potius elleboro inſitam. Hæc Eraſmus Chryſoſtomum ſequutus: recte ſanè & appoſitè. Cæterùm Tollendi vocabulum ad temporis circunſtantiam accommodo. Quia igitur externo baptiſmate, in quo occupatus erat Iohannes quum hæc diceret, abluuntur corporis ſordes, ſignificatur vocabulo Agni, ſacrificium, cuius ſanguine deleto chirographo, expiamur: verbo autem Tollendi, naturalis illius labis ac maculæ ſublatio deſignatur, quum Chriſto per internum baptiſmum inſitis nobis, vetus homo moritur, & nouus induitur. Illud ergo ad iuſtificationem, hoc autem ad Sanctificationem pertinet, in quæ velut membra diſtribuere licet omne Chriſti in nos collatum beneficium. Peccatum, τὴν ἁμαρτίαν. Sic conſtanter ſcriptum habebant omnes noſtri codices vetuſti, quibus aſſentitur Auguſtinus libri aduerſus Fauſtum duodecimi cap. 30, & Theophylactus quoque. Chryſoſtomus tamen videtur legiſſe ἁμαρτίας, id eſt peccata. Cyrilli autem interpres ſibi non conſtat. Ego verò non dubito quin legendum ſit ſingulari numero τὴν ἁμαρτίαν: neque tamen arbitror articulum ſignificare προσδιορισμὸν τῆς κακίας, id eſt rationem peccati formalem quam vocant: quaſi ſcriptum ſit τὴν τῆς ἁμαρτίας, id eſt omnia peccata, (vt explicat Theoph.) ſed arbitror potius illam peccatorum omnium radicem, originale videlicet peccatum quod vocant, ac proinde ex conſequenti fructus quoque huius ita declarari. quod quidem peccatum in iis mortificatur per Chriſti Spiritum qui Chriſtum baptiſmo induerunt, vetere illo homine in ipſis crucifixo, mortuo, ac ſepulto. qua de re copioſiſſimè diſſerit Apoſtolus toto capite 6 & 7 Epiſtolæ ad Romanos, vtique ſcribens τὴν ἁμαρτίαν numero ſingulari: quia ibi non agit de peccatorum remiſſione, quæ pars eſt altera iuſtificationis, ſed de inchoata in nobis ſanctificatione: quæ vt ſeparari non poſſint, diſtingui tamen debent.

31 Non noueram eum, οὐκ ἤδειν αὐτόν. non noueram, videlicet de facie. Nam alioquin nõ poterat ignorare Iohannes Meſſiam pro foribus eſſe quin vocationem ſuam ignoraret. Sed tamen ad eum diem non fuerat ipſi vlla cum Chriſto conſuetudo, vel vt ipſum poſſet ex vultu agnoſcere: veluti nec poſtea videntur vnà fuiſſe diutius, nempe ita conſtituente Dei prouidentia, ne res ex compoſito inter ipſos geri videretur. Cæterùm quod dicit Iohannes, Non noueram eum, ad id tempus referendum eſt quod præceſſit Chriſti aduentũ ad Iohannem, vt ab ipſo baptizaretur: qua de re ſcripſerunt alii Euangeliſtæ. Antea igitur illum non norat, ſed quum ille ad baptiſmum accederet, monitus eſt à Deo Iohannes, eum qui accedebat, Chriſtum illum eſſe cui viam muniret, adiuncto etiam, de more, externo ſigno, quo hæc reuelatio confirmaretur. Iohannes igitur etiam ante ſignum præſtitum, ex ea videlicet reuelatione, Chriſtum aduentantem agnouit: ideóque illum ad baptiſmum venientem conſpicatus. Imò verò, inquit, ego ſum abs te baptizandus, & tu ad me venis? quæ verba ſanè cum iis non pugnant quæ Iohannes hoc loco commemorat.

32 Tum inquam teſtatus eſt, καὶ ἐμαρτύρησεν. Eandem hiſtoriam narrari puto. Neque obſtat huic expoſitioni quòd nouum ſermonem videatur inchoare. nam ſæpe apud Euangeliſtas in media oratione ſolent

eiuſmodi verba interponi, vt Mar.4.a.9,& aliis plurimis locis. Siquis tamen hanc hiſtoriam malit à ſuperiore diſtinguere,is conuertat, Teſtatus eſt etiam Iohannes.

Κἀγὼ ἑώρακα, καὶ μεμαρτύρηκα ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ.

34 Ego igitur vidi, ᵛ& teſtor hunc eſſe ᵛFilium illum Dei.

34 Et ego vidi, & teſtimonium perhibui quòd hic eſt Filius Dei.

Τῇ ἐπαύριον πάλιν εἱστήκει ὁ Ἰωάννης, καὶ ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ δύο·

35 Poſtero die iterum ſtabat Iohannes, & ex diſcipulis eius duo:

35 Altera die iterum ſtabat Iohannes, & ex diſcipulis eius duo.

Καὶ ἐμβλέψας τῷ Ἰησοῦ περιπατοῦντι, λέγει, Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ.

36 Et intuitus Ieſum ambulantem, dixit, Ecce Agnus ille Dei.

36 Et reſpiciens Ieſum ambulantem, dicit, Ecce Agnus Dei.

Καὶ ἤκουσαν αὐτοῦ οἱ δύο μαθηταὶ λαλοῦντος, καὶ ἠκολούθησαν τῷ Ἰησοῦ.

37 Audierunt autem eum duo illi diſcipuli loquentem, & ſequuti ſunt Ieſum.

37 Et audierũt eum duo diſcipuli loquentem, & ſequuti ſunt Ieſum.

Στραφεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, καὶ θεασάμενος αὐτοὺς ἀκολουθοῦντας, λέγει αὐτοῖς,

38 Conuerſus verò Ieſus, & conſpicatus eos ſequentes ſe, dicit eis,

38 Conuerſus autem Ieſus, & videns eos ſequentes ſe, dicit eis,

Τί ζητεῖτε; Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, Ραββεὶ (ὃ λέγεται, ἑρμηνευόμενον, διδάσκαλε) ποῦ μένεις;

39 Quid quæritis? Illi verò dixerunt ei, Rabbi (quod dicitur, ſi interpreteris, Magiſter) ᵛvbi moraris?

39 Quid quæritis? Qui dixerunt ei, Rabbi (quod dicitur, interpretatum, Magiſter) vbi habitas?

Λέγει αὐτοῖς, Ἔρχεσθε καὶ ὄψεσθε. Ἦλθον οὖν καὶ εἶδον ποῦ μένει· καὶ παρ' αὐτῷ ἔμειναν τὴν ἡμέραν ἐκείνην. ὥρα ἦν ὡς δεκάτη.

40 Dicit eis, Venite & videte. Venerunt viderúntque vbi moraretur: & apud eum manſerũt die illo. ᵛhora enim erat ᵛquaſi decima.

40 Dicit eis, Venite, & videte. Venerunt & viderunt vbi maneret: & apud eum manſerunt die illo. hora autem erat quaſi decima.

Ἦν Ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς Σίμωνος Πέτρου, εἷς ἐκ τῶν δύο τῶν ἀκουσάντων παρὰ Ἰωάννου, καὶ ἀκολουθησάντων αὐτῷ·

41 Erat Andreas frater Simonis Petri, vnus ex duobus qui audierant *illa* ex Iohanne, & ſequuti fuerant eum:

41 Erat autem Andreas frater Simonis Petri, vnus ex duobus qui audierant à Iohanne, & ſequuti fuerant eum:

Εὑρίσκει οὗτος πρῶτον τὸν ἀδελφὸν τὸν ἴδιον Σίμωνα, καὶ λέγει αὐτῷ, Εὑρήκαμεν τὸν Μεσσίαν, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον ὁ Χριστός.

41 Inuenit hic ᵛ prior fratrem ſuum Simonem, & dixit ei, Inuenimus Meſſiam, quod eſt, ſi interpreteris, ᵛChriſtus.

41 Inuenit hic primùm fratrem ſuum Simonem, & dicit ei, Inuenimus Meſſiam, quod eſt interpretatum Chriſtus.

Καὶ ἤγαγεν αὐτὸν πρὸς τὸν Ἰησοῦν. Ἐμβλέψας ὁ Ἰησοῦς εἶπε, Σὺ εἶ Σίμων ὁ υἱὸς Ἰωνᾶ· σὺ κληθήσῃ Κηφᾶς, ὃ ἑρμηνεύεται Πέτρος.

Mat.16.a.18

42 Et adduxit eum ad Ieſum. Intuitus autem eum Ieſus dixit, Tu es Simon filius ᵛ Iona: ‖tu ᵛvocaberis Cephas, quod declaratur Petra.

42 Et adduxit eum ad Ieſum. Intuitus autem eum Ieſus dixit, Tu es Simon filius Iona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.

Τῇ ἐπαύριον ἠθέλησεν ἐξελθεῖν εἰς τὴν Γαλιλαίαν· καὶ εὑρίσκει Φίλιππον, καὶ λέγει αὐτῷ, Ἀκολούθει μοι.

43 Poſtero die voluit Ieſus abire in Galilæam: inuenit autem Philippum, & dixit ei, Sequere me.

43 In craſtinum voluit exire in Galilæam: & inuenit Philippum. & dixit ei Ieſus, Sequere me.

34 Et teſtor, καὶ μεμαρτύρηκα. Hic rurſus, quia de re præſenti loquitur Iohannes, præteritum per tempus præſens puteui exprimẽdum: quanquam hoc etiam poteſt ad tempus ipſum huius viſionis exprimendum referri. Filiũ illum, υἱὸς. Ne hic quidem (vt rectè notat Chryſoſt. Homilia 17) omittendus fuit articulus, cuius ea vis eſt tum vt ſummum aliquid declaret, tum vt iſtum ab iis diſtinguat qui paſſim à Moſe & Prophetis filii Dei & filii Excelſi dicuntur: quod & Cyrillus obſeruauit.

39 Vbi moraris? ποῦ μένεις; id eſt, Vbi tuum eſt hoſpitium? ſeu, Quò te recipis? Nam in Nazareth habitabat: itaque eo in loco peregrinus erat. Niſi quis exiſtimet ad oppidum Nazareth hæc eſſe geſta: quod non arbitror, quum dicatur infrà verſu 43, hinc reuertiſſe in Galilæam. Vulgata & Eraſmus, Vbi habitas? περὶ κατοικεῖς; Vide Luc.10.b.7.

40 Hora enim erat, ὥρα δὲ ἦν. Vulg. & Eraſmus, Hora autẽ erat. Ego verò arbitror cauſam adferri cur totum illum diem apud Ieſum manſerint: quia nimirum adueſperaſcebat, quum Chriſtum conuenirẽt, à quo in diuerſorium deducti, non potuerunt eo ipſo die ad Iohannem reuerti: qua occaſione pro ſua prouidentia vſus eſt Deus ad illos diutius retinendos cum Chriſto. Quaſi, ὡς. Vide Mar. 5.b.13.

41 Prior, πρῶτος. Vulg. Primùm, id eſt πρῶτον, vt ſcriptum erat in duobus vetuſtis codicibus & Theophylacto Romano. Chriſtus, ὁ Χριστός. Eraſmus, Vnctus, rectè quidem: ſed nomen illud, quanuis Græcum, tamen magis in omnibus idiomatibus vſitatum, malui retinere.

41 Iona, Ἰωνᾶ. In vno codice ſcriptum legimus Ἰωάννου. Vide Matth.16.c.17. Vocaberis, κληθήσῃ. Alibi ſæpe καλεῖσθαι pro εἶναι, id eſt Vocari pro eſſe accipitur. Sed hoc loco ſeruatur propria huius vocabuli notatio, (quanuis res ſit nomini reſponſura) & præterea futuri temporis ſignificatio obſeruanda. Nam hoc nomen

men non tam illi nunc imponit, quàm ſe impoſiturum pollicetur. Lapis, πέτρος. Vulgata, Petrus: quæ interpretatio propterea non conuenit quia Petrus Latinis nomen eſt proprium duntaxat, Græcis verò πέτρος etiam appellatiuum eſt, vt diximus Matth. 16. c. 17.

Ἦν δὲ Φίλιππος ἀπὸ Βηθσαϊδὰ, ἐκ τῆς πόλεως Ἀνδρέου καὶ Πέτρου.

44 Erat verò Philippus ex Bethſaida, ciuitate Andreæ & Petri.

44 *Erat autem Philippus à Bethſaida, ciuitate Andreæ & Petri.*

Εὑρίσκει Φίλιππος τὸν Ναθαναὴλ, καὶ λέγει αὐτῷ, Ὃν ἔγραψε Μωσῆς ἐν τῷ νόμῳ καὶ οἱ προφῆται, εὑρήκαμεν Ἰησοῦν τὸν υἱὸν τοῦ Ἰωσὴφ τὸν ἀπὸ Ναζαρέθ.

45 Inuenit Philippus Nathanaelem, & dicit ei, Inuenimus *illum* de quo ſcripſit ‖ Moſes in Lege, & ‖ Prophetæ, *nempe* Ieſum filium Ioſeph illum Nazarenum.

45 *Inuenit Philippus Nathanael, & dicit ei, Quem ſcripſit Moyſes in Lege, & Prophetæ, inuenimus Ieſum filiũ Ioſeph à Nazareth.*

Gen. 49. b. 10 deut. 18. c. 18 Eſa. 4. a. 1, & 40. b. 10, & 45 b. 8. ierem. 23. a. 5, & 23. c. 14 ezech. 34. f. 23, & 37. f. 24 dan. 9. f. 24

Καὶ εἶπεν αὐτῷ Ναθαναὴλ, Ἐκ Ναζαρὲθ δύναταί τι ἀγαθὸν εἶναι; Λέγει αὐτῷ Φίλιππος, Ἔρχου καὶ ἴδε.

46 Tum dixit ei Nathanael, A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? Dicit ei Philippus, Veni & vide.

46 *Et dixit ei Nathanael, A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? Dicit ei Philippus, Veni & vide.*

Εἶδεν ὁ Ἰησοῦς τὸν Ναθαναὴλ ἐρχόμενον πρὸς αὐτὸν, καὶ λέγει περὶ αὐτοῦ, Ἴδε ἀληθῶς Ἰσραηλίτης ἐν ᾧ δόλος οὐκ ἔστι.

47 Vidit Ieſus Nathanaelem venientem ad ſe, & dixit de eo, Ecce verè Iſraelita in quo dolus non eſt.

47 *Vidit Ieſus Nathanael venientem ad ſe, & dicit de eo, Ecce verè Iſraelita in quo dolus non eſt.*

Λέγει αὐτῷ Ναθαναὴλ, Πόθεν με γινώσκεις. Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Πρὸ τοῦ σε Φίλιππον φωνῆσαι ὄντα ὑπὸ τὴν συκῆν, εἶδόν σε.

48 Dicit ei Nathanael, Vnde me noſti? Reſpondit Ieſus, & dixit ei, Priuſquam te Philippus vocaret, quum eſſes ſub ficu, videbam te.

48 *Dixit ei Nathanael, Vnde me noſti? Reſpondit Ieſus, & dixit ei, Priuſquam te Philippus vocaret, quum eſſes ſub ficu, vidi te.*

Ἀπεκρίθη Ναθαναὴλ, καὶ λέγει αὐτῷ, Ῥαββὶ, σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ.

49 Reſpondit Nathanael, & dixit ei, Rabbi, tu es ille Filius Dei, tu es ille Rex Iſrael.

49 *Reſpondit ei Nathanael, & ait, Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Iſrael.*

Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ὅτι εἶπόν σοι, εἶδόν σε ὑποκάτω τῆς συκῆς, πιστεύεις; μείζω τούτων ὄψῃ.

50 Reſpondit Ieſus & dixit ei, Quia dixi tibi, Vidi te ſub ficu, credis? maiora his videbis.

50 *Reſpondit Ieſus & dixit ei, Quia dixi tibi, vidi te ſub ficu, credis? maiora his videbis.*

Καὶ λέγει αὐτῷ, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, Ἀπ' ἄρτι ὄψεσθε τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγότα, καὶ τοὺς ἀγγέλους τοῦ Θεοῦ ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου.

51 Præterea dixit ei, Amen amen dico vobis, Deinceps videbitis cælum apertum, & Angelos Dei aſcendentes ac deſcendentes ſuper Filium hominis.

51 *Et dixit ei, Amen amen dico vobis, Amodo videbitis cælum apertum, & Angelos Dei aſcendentes & deſcendentes ſupra Filium hominis.*

Κεφάλαιον βʹ

CAP. II.

CAP. II.

Καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ γάμος ἐγένετο ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας· καὶ ἦν ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ ἐκεῖ.

1 PORro die tertio nuptiæ factæ ſunt in Cana oppido Galilææ: erátque mater Ieſu illic.

1 *ET die tertia nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ: & erat mater Ieſu ibi.*

Ἐκλήθη δὲ καὶ ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὸν γάμον.

2 Vocatus eſt autem etiam Ieſus ac diſcipuli eius ad nuptias.

2 *Vocatus eſt autem & Ieſus & diſcipuli eius ad nuptias.*

45 *Illum* de quo ſcripſit, ὃν ἔγραψε. Vulgata, Quem ſcripſit. Vide ſuprà, verſu 15. Mutauimus autem verborum collocationem, vt planior eſſet conſtructio. Notanda quoque eſt emphaſis verbi εὑρίσκειν, quod à Græcis de lucro etiam inſperato & repentè oblato dicitur, quod ipſi idcirco εὕρημα vocant: quæ ſignificatio videtur hic obſeruanda, quanuis Chryſoſtomus dicat εὑρίσκειν eſſe eius qui quærat: quod certè non eſt perpetuum.

50 *Credis?* πιστεύεις; Nonnulli codices indefinitè legunt, ſed in pleriſque inuenimus additam interrogationis notam, quam etiam approbat Chryſoſtomus.

51 Aſcendentes ac deſcendentes, ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας. Ita ſignificat diuinam virtutem quæ in loco ipſius miniſterio erat conſpicua futura, miniſtrantibus ei Angelis vt Eccleſiæ capiti.

IN CAPVT II.

1 Die tertio, τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ. Die nimirum tertio ex quo profectus erat à Iohanne, vel ex quo in Galilæam peruenerat. Exactiorem autem horum dierum ſupputationem ſiquis requirat, conſulat Epiphanium κατὰ αἱρέσεις.

Καὶ ὑστερήσαντος οἴνου, λέγει ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ πρὸς αὐτόν, Οἶνον οὐκ ἔχουσι.

Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Τί ἐμοὶ καὶ σοί, γύναι; οὔπω ἥκει ἡ ὥρα μου.

Λέγει ἡ μήτηρ αὐτοῦ τοῖς διακόνοις, Ὅ,τι ἂν λέγῃ ὑμῖν ποιήσατε.

Ἦσαν δὲ ἐκεῖ ὑδρίαι λίθιναι ἓξ κείμεναι κατὰ τὸν καθαρισμὸν τῶν Ἰουδαίων, χωροῦσαι ἀνὰ μετρητὰς δύο ἢ τρεῖς.

Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Γεμίσατε τὰς ὑδρίας ὕδατος. Καὶ ἐγέμισαν αὐτὰς ἕως ἄνω.

Καὶ λέγει αὐτοῖς, Ἀντλήσατε νῦν, καὶ φέρετε τῷ ἀρχιτρικλίνῳ. Καὶ ἤνεγκαν.

Ὡς δὲ ἐγεύσατο ὁ ἀρχιτρίκλινος τὸ ὕδωρ οἶνον γεγενημένον, (καὶ οὐκ ᾔδει πόθεν ἐστίν· οἱ δὲ διάκονοι ᾔδεισαν οἱ ἠντληκότες τὸ ὕδωρ) φωνεῖ τὸν νυμφίον ὁ ἀρχιτρίκλινος,

Καὶ λέγει αὐτῷ, Πᾶς ἄνθρωπος πρῶτον τὸν καλὸν οἶνον τίθησι, καὶ ὅταν μεθυσθῶσι, τότε τὸν ἐλάσσω· σὺ τετήρηκας τὸν καλὸν οἶνον ἕως ἄρτι.

3 Et quum defeciſſet vinum, mater Ieſu dixit ei, Vinũ non habent.

4 Dicit ei Ieſus, Quid mihi tecum mulier? nondum venit hora mea.

5 Dicit eius mater miniſtris, Quodcũq; dixerit vobis facite.

6 Erant autem ibi lapideæ hydriæ ſex poſitæ ſecundum purificationem Iudæorum, capientes ſingulæ amphoras binas aut ternas.

7 Dicit eis Ieſus, Implete has hydrias aqua. Impleuerunt eas igitur vſque ad ſummum.

8 Tunc dicit eis, Haurite nunc, & offerte architriclino. Obtulerunt igitur.

9 Vt autem guſtauit architriclinus aquam illam quæ facta fuerat vinum, (neſciebat autẽ vnde eſſet: ſed miniſtri ſciebãt qui hauſerant aquam) vocat ſponſum architriclinus,

10 Et dicit ei, Omnes primo loco bonum vinum apponunt, & quum conuiuæ ſitim expleuerint, tunc id quod deterius eſt: tu ſeruaſti bonum vinum vſque adhuc.

3 *Et deficiente vino dicit mater Ieſu ad eum, Vinum non habent.*

4 *Et dicit ei Ieſus, Quid mihi & tibi eſt mulier? nondũ uenit hora mea.*

5 *Dicit mater eius miniſtris, Quodcunque dixerit uobis facite.*

6 *Erant autem ibi lapideæ hydriæ ſex, poſitæ ſecundum purificationem Iudæorũ, capientes ſingulæ metretas binas uel ternas.*

7 *Dicit eis Ieſus, Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas uſque ad ſummum.*

8 *Et dicit eis Ieſus, Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerunt.*

9 *Vt autem guſtauit architriclinus aquam uinum factum, (& non ſciebat unde eſſet: miniſtri autem ſciebant qui hauſerant aquam) uocat ſponſum architriclinus,*

10 *Et dicit ei, Omnis homo primùm bonum uinum ponit, & quum inebriati fuerint, tunc id quod deterius eſt: tu autem ſeruaſti bonum uinum uſque adhuc.*

4 Quid mihi tecum, τί ἐμοὶ καὶ σοί: id eſt, Quid mihi negotii tecum eſt? vt diximus Matth. 8. d. 29. Vulgata, Quid mihi & tibi? Quod nonnullos fefellit, ita lenientes huius reſponſi aſperitatem, quaſi diceret Dominus, Quid hoc ad nos pertinet quòd vinum non habeant? quum res ipſa clamet Chriſtum longè aliò reſpexiſſe, nempe vt à carnali matris ſuæ reſpectu ad contemplandam in futuro miraculo Dei gloriam conuiuas reuocaret. Quamobrem etiam mulieri illi acclamanti, Beata viſcera quæ ſuxiſti, reſpondit, Imò beati qui audiunt verbum Dei & cuſtodiunt illud. Quò etiam ſpectant quæ ſcribuntur Luc. 1. v. 49, & Matth. 12. v. 48. 6

6 Hydriæ, ὑδρίαι: id eſt Aquales, vt explicat Varro libro quarto de lingua Latina. Retinuimus tamẽ Græcum vocabulum, quòd Cicero ipſe frequenter eo vtatur in orationibus in Verrem. Cæterùm oſtendit ipſa notatio nominis non vino, ſed aquæ deſtinata fuiſſe hæc vaſa: quod ad fidem hiſtoriæ faciendam pertinet, nequis aut fæces aut vini quippiam intus reſediſſe ſuſpicetur, quod poſtea infuſæ aquæ vini colorem ac 10
ſaporem indiderit. Eiuſmodi autem vaſa in quibus ſedentes lauabant, Latinis ſolia dicebantur. Secundum purificationem, κατὰ τὸν καθαρισμόν: id eſt ſecundum ritum purificationis. Quòd ſi malimus conuertere, Ad purificationem Iudæorum, id eſt purificandis Iudæis, κατὰ poſita fuerit pro εἰς, quæ enallage frequenter occurrit. De hac autem Iudæorum ſuperſtitione, quam poſtea in Eccleſiam Dei inuehere conatus eſt Hebion, atque adeo reipſa in Chriſtianorum templa intulit Satan, pluribus differitur Mar. 7. a. 3. Amphoras, μετρητὰς: ſeu 15
metretas, ſeu cados. Nam vtroque hoc vocabulo vtuntur Latini etiam ſcriptores. Illud tamen malui, vt Latinis magis vſitatum. Sed amphoras Atticas accipe, non Romanas, quæ dimidio, id eſt vrna, illas ſuperant. Capiebant autem ſingulæ hydriæ ducenas aut trecenas vini libras, pondo ſingulas vnciarum duodecim. Pondus enim metretæ vini, centum libris æſtimat doctiſſimus ac diligentiſſimus harum rerum ſcrutator Georgius Agricola. Ex his igitur intelligimus, Chriſtum ſuppeditaſſe magnam vini copiam, nimirum ad libras mil- 20
le octingentas: quæ res pertinet ad miraculi dignitatem ac magnitudinem.

8 Architriclino, ἀρχιτρικλίνῳ. Ita vocat eum qui totum conuiuium curabat. Nonnulli eum eo confundunt qui Magiſter conuiuii dicebatur à Latinis, à Græcis συμποσίαρχος, vt conuenerit Gaza libro De ſenectute, vbi fit iſtorum magiſteriorum mentio: quorum munus quale fuerit, diſcere licet ex Plutarchi libri συμποσιακῶν α, κεφ. β. Fuit hic potius quem Græci ἐπὶ τοῦ τρικλίνου vocabant, διακονῶν τῇ τάξει ἡγούμενος, qui & οἰνοχόος erat, id 25
eſt præguſtator, & οἰνόχοος: id eſt cuius officium erat dapes conuiuis apponere. quæ pulchrè explicantur Athenæi libro quarto. in Græcis autem dictionariis prætermiſſa ſunt, quemadmodum & alia infinita. Is eſt denique qui Gen. 43. d. 16, dicitur אשר על בתו, & à nobis ſimili prorſus ratione *maiſtre d'hoſtel*.

10 Omnes, πᾶς ἄνθρωπος. Vulgata & Eraſmus ad verbum, Omnis homo. Sic paulo pòſt τίθησι, ponit: nos verò, Apponunt, vt minus inculta eſſet oratio. Quum conuiuæ ſitim expleuerint, ὅταν μεθυσθῶσι. Vulgata 30
& Eraſmus, Quum inebriati fuerint. Ego verò ſuppleui quod deerat explendæ conſtructioni: deinde mollius verbum quæſiui. Neque enim apud Hebræos שכר, quod reſpondet Græco verbo μεθύειν, ſemper in vitio ponitur, vt Geneſ. 9. c. 21, ſed interdum declarat liberalem vini vſum, qui tamen modum non excedat, vt Geneſ. 43. g. 34.

Ταύτην ἐποίησε τὴν ἀρχὴν τῶν σημείων ὁ Ἰησοῦς ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἐφανέρωσε τὴν δόξαν αὐτοῦ· καὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.

11 Hoc initium signorum fecit Iesus in Cana oppido Galilææ, & manifestam fecit gloriam suam: & crediderunt in eum discipuli eius.

11 Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ, & manifestauit gloriam suam: & crediderunt in eum discipuli eius.

Μετὰ τοῦτο κατέβη εἰς Καπερναοὺμ αὐτὸς καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· καὶ ἐκεῖ ἔμειναν οὐ πολλὰς ἡμέρας.

12 Postea descendit Capernaum ipse & mater, & fratres & discipuli eius: manseruntque illic non multos dies:

12 Post hoc descendit Capharnaum ipse & mater eius & fratres eius & discipuli eius: & ibi manserunt non multis diebus.

Καὶ ἐγγὺς ἦν τὸ Πάσχα τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἀνέβη εἰς Ἱεροσόλυμα ὁ Ἰησοῦς.

13 Nam propè erat Pascha Iudæorum. Ascendit igitur Iesus Hierosolymam.

13 Et propè erat Pascha Iudæorum, & ascendit Iesus Ierosolymam.

Καὶ εὗρεν ἐν τῷ ἱερῷ τοὺς πωλοῦντας βόας καὶ πρόβατα καὶ περιστερὰς, καὶ τοὺς κερματιστὰς καθημένους.

14 Et inuenit in templo venditores boum & ouium & columbarum, & numularios sedentes.

14 Et inuenit in templo vendentes boues & oues & columbas, & numularios sedentes.

Καὶ ποιήσας φραγέλλιον ἐκ σχοινίων, πάντας ἐξέβαλεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, τά τε πρόβατα καὶ τοὺς βόας, καὶ τῶν κολλυβιστῶν ἐξέχεε τὸ κέρμα, καὶ τὰς τραπέζας ἀνέστρεψε·

15 Factóque flagello è funiculis, omnes eiecit è templo, & oues & boues, & argentariorum numulos effudit, mensásque subuertit.

15 Et quum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque & boues, & numulariorum effudit æs, & mensas subuertit.

Καὶ τοῖς τὰς περιστερὰς πωλοῦσιν εἶπεν, Ἄρατε ταῦτα ἐντεῦθεν· μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου, οἶκον ἐμπορίου.

16 Et columbarum venditoribus dixit, Tollite hinc ista: ne facite domum Patris mei, domum mercatus.

16 Et iis qui columbas vendebãt, dixit, Auferte ista hinc: & nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis.

Ἐμνήσθησαν δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ὅτι γεγραμμένον ἐστὶν, Ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με.

17 Recordati sunt autem eius discipuli, scriptum esse, ‖ Zelus domus tuæ deuorauit me.

17 Recordati sunt vero discipuli eius quia scriptum est, Zelus domus tuæ comedit me. Psal.68.b.10

Ἀπεκρίθησαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ

18 Responderunt ergo Iudæi,

18 Respõderũt ergo Iudæi.

11 In Cana, ἐν Κανᾷ. Coniungenda hæc sunt cum verbo ἐποίησε, non autem cum ἀρχὴν τῶν σημείων, id est principium signorum, nequis cum nonnullis ineptis interpretibus existimet hoc primum fuisse signum non omnium quæ edidit Iesus. sed eorum duntaxat quæ edidit in Cana. quorsum enim hoc? Ergo vt amphiboliã vitarem, quæ quidem in Græco sermone nulla est, verborum collocationem mutaui.

12 Et fratres, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ. Frequẽs illa repetitio relatiui Eius respõdet Hebræorũ affixis, quæ vocãt: nos verò sine vlla sensus iniuria interdũ illa expunximus. Fratres autẽ vocat cognatos, Hebræorũ more.

13 Nam propè erat, καὶ ἐγγὺς ἦν. Vulgata, Et propè erat. Atqui vberior est sententia si καὶ accipias pro ἐπεὶ quam particulam toties iam obseruauimus respondere Hebræorum ו, ideóque non modò copulatiuam esse, sed interdum quoque causalem, & differentiam, atque adeo illatiuam, vt in hoc eodem versiculo.

15 Argentariorum numulos, τῶν κολλυβιστῶν τὸ κέρμα. Collybistas vocat eos qui ex collybo, id est pecuniæ permutatione quæstum faciebant, quos in Matthæo & Marco numularios fumus interpretati: hic verò malui dicere argentarios, quia κέρμα non superiore versiculo conuerti numularios: nempe nequis idem vocabulum in Græco repeti putet, quanuis nihil interfit quod ad sententiam attinet. Cæterùm κέρμα quod alii æs exponunt, ego numulos interpretari malui, quia à κείρειν deriuatur, quod declarat in minuta frusta concidere.

17 Zelus, ὁ ζῆλος. Hoc vocabulũ & alia ab eo deriuata, vt ζηλῶ & ζηλωτὴς, obseruaui variis significationibus in nouo Testamento vsurpari, quas omnes placuit compendii causa semel annotare. Interdum igitur ζῆλος honestum illud ac laudabile studium declarat quo accendimur ad alicuius virtutes imitandas aut etiam superandas, sine vllo tamen ipsius odio, vt 1. Corinth. 12. d. 31. Item 14. a. 1. c. 11. g. 39. 2. Corinth. 9. a. 2. Galat. 4. c. 18. Tit. 2. d. 14. Interdum verò Inuidiam ac liuorem, vt Act. 5. c. 17, & 7. b. 9, & 13. g. 45, & 17. b. 5, Rom. 13. d. 13, 1. Corinth. 3. a. 3, & 13. b. 4, 2. Cor. 11. f. 20, Gal. 5. d. 20, Iac. 3. c. 14, & 4. a. 11. Tertiò, accipitur pro sancta quadam zelotypia, quæ non proficiscitur à cuiusquam odio, verùm ab eorum amore quos non nostri, sed ipsorum potius causa amamus, vt 2. Cor. 11. a. 2. Quartò, pro sui ipsius amore, cui sancta illa zelotypia prætexitur, vt Gal. 4. c. 17. Quintò, pro animi æstu ex indignatione de iis concepta quæ indignè fiunt aduersus eum quem amamus, puta vel aduersus homines nobis charos, vt 2. Corinth. 7. b. 7, Coloss. 4. c. 13, vel aduersus Deum ipsum. Est autem hic zelus duplex: vnus nimirum, cum voluntatis Dei cognitione ac vera in eum fide coniunctus, qualis est Christi zelus de quo hic agitur: item qui commendatur 2. Corinth. 7. cap. 11, & Apocalyps. 3. d. 19. alter verò qui non est secundum scientiam, & cæcus potius impetus ac furor dici debet, vt Rom. 10. a. 2. Philip. 3. b. 6. Act. 21. d. 20, & 22. a. 3. Galat. 1. c. 14. Hinc demum sexta significatio orta est, quum ζῆλος ad ignis ardorem transfertur, vt Heb. 10. c. 27.

καὶ εἶπον αὐτῷ, Τί σημεῖον δεικνύεις ἡμῖν ὅτι ταῦτα ποιεῖς;

& dixerunt ei, Quod signum ostendis nobis vt ista facias?

& dixerunt ei, Quod signũ ostendis nobis quia hæc facis?

Mat.26.f.61, & 27.c.40 mar.14.f.58, & 15.c.29

Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν.

19 Respondit Iesus & dixit eis, ¶Destruite templum hoc, & tribus diebus erigam illud.

19 Respondit Iesus & dixit eis, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.

Εἶπον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι, Τεσσαρακοντα καὶ ἓξ ἔτεσιν ᾠκοδομήθη ὁ ναὸς οὗτος, καὶ σὺ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερεῖς αὐτόν;

20 Dixerunt ergo Iudæi, Quadraginta & sex annis ædificatum est templum istud, & tu tribus diebus illud eriges?

20 Dixerunt ergo Iudæi, Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud?

Ἐκεῖνος δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ.

21 At ille loquebatur de templo corporis sui.

21 Ille autem dicebat de templo corporis sui.

Ὅτε οὖν ἠγέρθη ἐκ νεκρῶν, ἐμνήσθησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ὅτι τοῦτο ἔλεγεν αὐτοῖς· καὶ ἐπίστευσαν τῇ γραφῇ, καὶ τῷ λόγῳ ᾧ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς.

22 Quum ergo surrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius quòd hoc dixisset eis: & crediderunt Scripturæ, & sermoni quem Iesus dixerat.

22 Quum ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius quia hoc dicebat: & crediderunt Scripturæ, & sermoni quem dixit Iesus.

Ὡς δὲ ἦν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐν τῷ Πάσχα ἐν τῇ ἑορτῇ, πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, θεωροῦντες αὐτοῦ τὰ σημεῖα ἃ ἐποίει.

23 Quum autem esset Hierosolymis in Pascha die festo, multi crediderunt in nomen eius, conspicientes signa quæ edebat.

23 Quum autem esset Ierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, videntes signa eius quæ faciebat.

Αὐτὸς δὲ ὁ Ἰησοῦς οὐκ ἐπίστευεν ἑαυτὸν αὐτοῖς, διὰ τὸ αὐτὸν γινώσκειν πάντας·

24 Ipse autem Iesus non credebat eis semetipsum, eo quòd nosset omnes:

24 Ipse autem Iesus non credebat semetipsũ eis, eo quòd ipse nosset omnes

καὶ ὅτι οὐ χρείαν εἶχεν ἵνα τις μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ ἀνθρώπου· αὐτὸς γὰρ ἐγίνωσκεν τί ἦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ.

25 Nec opus esset vt quisquam ei testaretur de homine. ipse enim sciebat quid esset in homine.

25 Et quia opus ei non erat ut quis testimonii perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine.

Κεφάλαιον γ΄

CAP. III.

CAP. III.

Ἦν δὲ ἄνθρωπος ἐκ τῶν Φαρισαίων, Νικόδημος ὄνομα αὐτῷ, ἄρχων τῶν Ἰουδαίων·

1 ERat autem quidam ex Pharisæis cui nomen erat Nicodemo, ex primoribus Iudæorum:

1 Erat autem homo ex Pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorum:

οὗτος ἦλθε πρὸς τὸν Ἰησοῦν νυκτὸς, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ραββί, οἴδαμεν ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐλήλυθας διδάσκαλος· οὐδεὶς γὰρ ταῦτα τὰ σημεῖα δύναται ποιεῖν ἃ σὺ ποιεῖς ἐὰν μὴ ᾖ ὁ Θεὸς μετ' αὐτοῦ.

2 Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei, Rabbi, scimus te à Deo venisse magistrum: nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis nisi Deus sit cum eo.

2 Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei, Rabbi, scimus quia à Deo venisti magister: nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis nisi fuerit Deus cum eo.

18 Signum, σημεῖον. Quia Christus hoc facto non modò rem nouam facit, sed etiam repurgationem templi ac cultus diuini restitutionem aggreditur, deinde etiam templum vocarat Patris sui domum, isti signum quærunt, id est miraculum aliquod ex quo possit intelligi virtus ipsius ac authoritas cælestis, quæ ius illi tribueret tum ita loquendi, tum ista etiam faciendi. Quidam σημεῖον interpretantur argumentum, vt sit hic sensus, Quodnam nobis argumentum adfers quo comprobes tibi ista licere? Sed prior illa expositio est vberior, & melius quadrat Christi responso. Cæterùm quòd Castellio interpretatus est, Quod nobis exemplum præbes quasi videlicet isti querantur Christum hoc suo facto homines ad quauis licentiam concitare: non modò frigidum est, sed etiam Græcis vocabulis vim adfert. Ve, &c. ἴσθι, &c. Vel, Cur ista facias? vt ἴσθι pro διὰ accipiatur. Vel, Quandoquidem ista facis? Petitum est autem è medio hoc dicendi genus, vt alia multa.

21 De templo corporis sui, περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ: id est de corpore suo, quod templum vocarat, idque iure, quum in eo (vt ait Apost. Coloss. 2. b. 9) omnis plenitudo deitatis corporaliter habitaret.

24 Omnes, πάντας. In vno codice scriptum legimus πάντα, omnia.

IN CAPVT III.

1 Ex primoribus, ἄρχων. Vide Luc. 14. v. 1.

2 Magistrum, διδάσκαλος: id est, Scimus te missum diuinitus ad nos erudiendos. Vulg. Scimus quia à Deo venisti magister. Ego verò verti per infinitum modum, vt amphiboliam vitarem, ne quis nimirum accipere t Magister vocandi casu. Edere, ποιεῖν. Sic etiam vertit ipse Erasmus suprà, 2. d. 23. quum alioquin edere opponatur potius verbo πίνειν. Nisi Deus sit cum eo, ἐὰν μὴ ᾖ ὁ Θεὸς μετ' αὐτοῦ. Ex Hebræorum idiotismo dicitur Deus esse cum illis in quibus diuina quædam præstantia elucet: quos simili penè ratione Græci vocant θείους καὶ ἀνθρώπους, id est diuinos, & quasi alteros deos. Quòd si Nicodemus Christum bene nosset, non modò dixisset Deum cum ipso esse, quasi ipsius συνεργόν: sed Deum esse in ipso, vt loquitur Paulus 2. Cor. 5. d. 19.

Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἄνωθεν, οὐ δύναται ἰδεῖν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

3 Respondit Iesus & dixit ei, Amen amen dico tibi, nisi quis ᵛfuerit genitus ᵛdenuò, non potest ᵛvidere regnum Dei.

3 Respondit Iesus & dixit ei, Amen amen dico tibi, nisi quis natus fuerit denuò, non potest videre regnum Dei.

Λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ Νικόδημος, Πῶς δύναται ἄνθρωπος γεννηθῆναι γέρων ὤν; μὴ δύναται εἰς τὴν κοιλίαν τῆς μητρὸς αὐτοῦ δεύτερον εἰσελθεῖν, καὶ γεννηθῆναι;

4 Dicit ei Nicodemus, Quomodo potest homo gigni ᵛqui sit senex? num potest in vterũ matris suæ secundò introire, ac gigni?

4 Dicit ad eum Nicodemus, Quomodo potest homo natus quum sit senex? numquid potest in uentrẽ matris suæ iterum introire, & nasci?

Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

5 Respondit Iesus, Amen amen dico tibi, nisi quis fuerit genitus ᵛex aqua & Spiritu, non potest introire in regnum Dei.

5 Respondit Iesus, Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest introire in regnum Dei.

Τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς, σάρξ ἐστι· καὶ τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ Πνεύματος, πνεῦμά ἐστι.

6 Quod genitum est ex carne, ᵛcaro est: & quod genitum est ex Spiritu, spiritus est.

6 Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex Spiritu, spiritus est.

Μὴ θαυμάσῃς ὅτι εἶπόν σοι, Δεῖ ὑμᾶς γεννηθῆναι ἄνωθεν.

7 Ne mireris me dixisse tibi, Oportet ᵛvos gigni denuò.

7 Non mireris quòd dixi tibi, Oportet nos nasci denuò.

Τὸ πνεῦμα ὅπου θέλει πνεῖ, καὶ τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἀκούεις, ἀλλ' οὐκ οἶδας πόθεν ἔρχεται, καὶ ποῦ ὑπάγει· οὕτως ἐστὶ πᾶς ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ Πνεύματος.

8 ᵛVetus ᵛquò vult spirat, & ᵛsonum eius audis, sed nescis vnde veniat & quò vadat: ita est quisquis genitus est è Spiritu.

8 Spiritus ubi vult spirat, & uocem eius audis sed nescis unde ueniat & quò uadat: sic est omnis qui natus est ex Spiritu.

3 Fuerit genitus, γεννηθῇ. Vulgata & Erasmus, Natus fuerit. Ego verò in tota hac historia malui vti Gignendi quàm Nascendi verbo, quia de noua quodammodo hominis creatione hic agitur. Denuò, ἄνωθεν. Hebraicè שנית. Sic enim Vetus interpres (meo iudicio) rectius intellexit quàm Erasmus, qui interpretatur E supernis, id est מסמרומים. Nam etsi Græca vox ἄνωθεν vtroque modo accipi potest, tamen considerandum fuit, hanc amphiboliam non esse in eo sermone quo vsus est Dominus. Nam responsum Nicodemi arguit Christum vsum esse vocabulo quo nihil aliud quàm iteratio significatur. Itaque Augustinus libri de Peccatorum remissione 1. cap. 17, ita hunc locum citat. Chrysostomus quoque quanuis vtranque interpretationem annotet, tamen non obscurè indicat se illam amplecti quam sequuti sumus: à qua miror cur defecerit Theophylactus, alioquin Chrysostomo prorsus addictus. Maluit Erasmus Cyrillum & suum illum Origenem sequi. Videre regnum Dei, ἰδεῖν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ: id est introire in regnum Dei, vt explicatur infrà, versu 5. Regnum autem Dei non tam vocatur (opinor) ipse Christus (quanuis ita explicarint nonnulli ex veteribus) aut ipsa etiam vita æterna ad quam contendimus, quàm Ecclesia in qua Deus regnat. Differit enim Christus qua ratione ius ciuitatis Dei nanciscamur: Gratuita, inquit, adoptione per Spiritum sanctum, quo regeneramur in ipso Christo fidè apprehenso.

4 Qui sit senex γέρων ὤν; Vulgata & Erasmus, Quum sit senex? quæ interpretatio planè est ἄνθρωπος hoc loco. Neque enim omnis homo senex est: quod tamen videtur affirmare qui sic loquitur. Sciendum est autem, Nicodemum perinde respõdere acsi Christi verba ad se vnum pertinerent: id est quod in genere Christus dixerat, ad hypothesin reuocare. Itaque sic omnino vertendus est hic locus.

5 Ex aqua & Spiritu, ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος. Vide infrà, 4. b. 10.

6 Caro est, σάρξ ἐστι: id est carnalis, totus nimirum impurus & iræ Dei obnoxius. Neque enim carnis appellatione hoc posteriore loco significatur carnea illa corporis moles, sed tum animi tum corporis humani natura, peccato & morti addicta. idque ita esse vel ex eo liquet quòd Apostolus carni tribuit φρόνημα, Rom. 8. b. 7. Caro igitur pro carnali ponitur, vt apud Hebræos sæpe appellatiua pro adiectiuis vsurpantur, atque adeo apud Græcos & Latinos, vt quum quispiam dicitur κεκηλῖδα, id est scelus, pro scelerato: & miseram hominis totius conditionem designat, vt Psal. 56. b. 5, & 78. d. 39. Poscit autẽ ratio antitheseos vt vicissim Spiritus nomine posteriore loco non intelligamus hominis animum, sed totum hominem spiritualem, id est Spiritus sancti gratia Christo insitum, ac proinde in eo renouatum, qui & ipse Spiritus dicitur, vt natura ipsius perennis pura ac immortalis significetur: quanuis adhuc superfit lucta carnis, adeo vt vnus & idem homo fidelis, quandiu hic versatur, & caro & spiritus diuersis respectibus dici possit, vt suo exemplo elegantissimè describit Paulus Epist. ad Rom. cap. 7.

7 Vos, ὑμᾶς. In quatuor codicibus scriptum legimus ἡμᾶς, nos, ita videlicet vt sese Christus aggreget hominibus reliquis. Sed quum sciamus nunquam in eo fuisse peccatum, vt qui ex Spiritu sancto fuerit conceptus, mihi videtur omnino altera lectio retinenda.

8 Ventus, τὸ πνεῦμα, id est ἄνεμος. Arist. de Mundo, ἄνεμος οὐδὲν ἕτερόν ἐστι πολλὰ ἀέρος πολὺς ἐπὶ γῆν καὶ ὑπ' ἀέρος, ἔστις ἅμα καὶ πνεῦμα κέκληται. κέκληται δὲ καὶ ὑπὸ τινων πνεῦμα, ὅτι ἐν φυτοῖς καὶ ζῴοις καὶ ὅλῳ τῷ κόσμῳ διήκουσα ἔμψυχός τε καὶ γόνιμος οὐσία. Apud Hebræos verò רוח magis etiam multiplicem habet significationem, apud quos etiam pro Spiritu illo Dei omnia viuificante accipitur, vt & apud Græcos ac Latinos theologos, qui ex Hebræorum fontibus hauserunt. Quia igitur Spiritus nomen est πολύσημον, & rarò etiam à Latinis pro vento accipitur, ventũ malui interpretari

quàm Spiritum. Nam hac ſignificatione πνεῦμα hoc loco explicandum eſſe, apertè tradunt veteres, vt Chryſoſtomus, Cyrillus, Theophylactus, Auguſtinus De quæſtionibus Veteris & noui Teſtamenti, quæſtione 59. & id quoque manifeſtè probat quod de ſonitu poſtea commemorat. Regulam enim Didymi, tradentis πνεῦμα Spiritum ſanctum declarare propter additum articulum, iam antè offendimus non eſſe perpetuam, quum prætermittatur etiam articulus ſuprà, verſu 5. vbi tamen conſtat agi de Spiritu ſancto. Quò vult, τὸ πνεῦμα id eſt libero & vago impetu. Eſt enim tranſlatio ab iis animantibus ſumpta in quibus propriè dicitur eſſe voluntas. Simili figura vtitur Paulus Rom. 8. d. 19. 20. 21. 22. Sonum, φωνὴν id eſt πνεῦμα, vt Matth. 24. c. 31. item 1. Corinth. 14. b. 7 & 8. Sic etiam apud Hebræos accipitur רוח, vt 2. Reg. 6. g. 32. Ezech. 43. a. 2.

Ἀπεκρίθη Νικόδημος καὶ εἶπεν αὐτῷ, Πῶς δύναται ταῦτα γενέσθαι;

9 Reſpondit Nicodemus, & dixit ei, Quomodo poſſunt hæc fieri?

9 Reſpondit Nicodemus & dixit ei, Quomodo poſſunt hæc fieri?

Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῷ, Σὺ εἶ ὁ διδάσκαλος τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ταῦτα οὐ γινώσκεις;

10 Reſpondit Ieſus & dixit ei, Tu es magiſter Iſraelis, & hæc non noſti?

10 Reſpondit Ieſus & dixit ei, Tu es magiſter in Iſrael, & hæc ignorasti?

Ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ὅτι ὃ οἴδαμεν λαλοῦμεν, καὶ ὃ ἑωράκαμεν μαρτυροῦμεν· καὶ τὴν μαρτυρίαν ἡμῶν οὐ λαμβάνετε.

11 Amen, amen dico tibi, quod ſcimus loquimur, & quod vidimus teſtamur: ſed teſtimoniũ noſtrum non recipitis.

11 Amen amen dico tibi, quia quod ſcimus loquimur, & quod vidimus teſtamur: & teſtimoniũ noſtrum non accipitis.

Εἰ τὰ ἐπίγεια εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐ πιστεύετε, πῶς ἐὰν εἴπω ὑμῖν τὰ ἐπουράνια, πιστεύσετε;

12 Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo ſi dixero vobis cæleſtia, credetis?

12 Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo ſi dixero vobis cæleſtia, credetis?

Καὶ οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ.

13 Nullus enim aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit è cælo, nempe Filius hominis qui eſt in cælo.

13 Et nemo aſcendit in cælum niſi qui deſcendit de cælo, Filius hominis qui eſt in cælo.

Infrà, 12. c. 32 num. 21. c. 9

Καὶ καθὼς Μωσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου·

14 Prout autem Moſes extulit ſerpentem in deſerto, ita extolli oportet Filium hominis:

14 Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet Filium hominis:

Ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον.

15 Vt quiſquis credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.

15 Vt omnis qui credit in ipſo, non pereat, ſed habeat vitam æternam.

10 Magiſter ille, ὁ διδάσκαλος. Hoc quoque loco videtur articulus ſuum pondus habere, quo ſignificatur Nicodemum non modò pro doctore, ſed etiam pro excellenti doctore habitum fuiſſe ab Iſraelitis.

11 Sed teſtimonium, καὶ μαρτυρίαν. Vulg. & Eraſ. Et teſtimonium. Sed hic quoque poni καὶ pro ἀλλὰ, ſenſus ipſe oſtendit. Eſt autem tacita quædam antitheſis in his verbis diligenter (meo quidem iudicio) obſeruanda. Vos, inquit, tractatis ac docetis quæ non intelligitis, & creditur vobis: at ego certa & cognita doceo, & tamen doctrinam meam non admittitis. Non recipitis, οὐ λαμβάνετε, id eſt non admittitis. Id enim eſt pro quo poſtea dicit, non creditis. Nonnulli interpretantur, Non accipitis, vel non capitis, pro, non eſtis idonei ad intelligendum. quam amphiboliam vt vitaremus, vertimus potius Recipitis quàm Accipitis. Chryſoſtomus autem videtur legiſſe οὐδεὶς λαμβάνει, id eſt nemo accipit.

11 * Non creditis, οὐ πιστεύετε. In vno exemplari ſcriptum erat οὐκ ἐπιστεύσατε, non credidiſtis: & paulò pòſt pro πιστεύσει, id eſt credetis, in alio quodam inuenimus πιστεύσειν, id eſt credituri ſitis, eadem tamẽ manente ſententia.

13 Nullus enim, καὶ οὐδεὶς. id eſt οὐδεὶς γὰρ, vt ſuprà, 1. b. 13, & alibi ſæpe. Reddit enim cauſam cur & ipſe cæleſtia poſſit ſuo iure docere, & homines doctrinam cæleſtem non admittant: deinde hanc ipſam doctrinam explicat. Alioquin ſi cum Vetere interprete & Eraſmo conuertas, Et nemo, non facilè poſſis æſtimare quomodo tota hæc oratio cohæreat. Aſcendit in cælum, ἀναβέβηκεν εἰς οὐρανὸν. id eſt ſpiritualis intelligentiæ luce præditus eſt, vel vnquã fuit: niſi Filius ille qui homo factus ad nos vſque ſe dimiſit, vt nos in cælum ſecum attollat. Nempe Filius hominis, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. Abundat Iohannes huiuſmodi appoſitionibus in ſubiectione poſitis, vt ſuprà, 1. b. 12, & f. 45. Quod autẽ Chriſtus ſe è cælo deſcẽdiſſe dicit, primùm ad diuinæ naturæ incarnationẽ, deinde etiam ad ipſum cõceptionis modũ referendum eſt, non ad corporis materiam, vt Apollinaris & alii hæretici exiſtimarunt, & qui errorẽ eorũ noſtra memoria renouauit Schuenfeldius. Deinde quòd ſe Filiũ hominis (i. hominẽ) in cælo eſſe docet, apertè duas naturas diſtinguit, & vnam hypoſtaſin cõfirmat. Qui eſt in cælo, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ. Vel, qui erat in cælo, vt idẽ ipſe Chriſtus loquitur infrà, 6. g. 62. Certum eſt tamen, quum Chriſtus, quatenus homo eſt, cœperit exiſtere à cõceptu, impropriã eſſe hãc loquutionẽ. Impropriã dico, ſiquis naturas ſigillatim conſideret. nam alioquin maximè propria eſt loquutio, vt ſumma illa duarũ in vno Chriſto naturarũ cõiunctio ſignificetur. Chriſtus enim adeo vnus eſt vt quod vnius naturæ eſt propriũ, interdũ toti Chriſto tribuatur, ſecundũ perſonæ vnitatẽ, vt quum dicimus Chriſtum natũ, paſſum, ſepultũ, &c. interdũ verò quod vnius eſt, ad alterã transferatur, vt quũ dicitur Dominus gloriæ crucifixus, 1. Cor. 1. b. 8. quam formulã omnes veteres theologi vocarunt idiomatum (i. proprietatum) cõmunicationem. Sed hæc fortaſſis neſcio quo modo planius explicarẽtur per ſynecdochen, quæ quidẽ modò ſimplex eſt, modò duplex. Simplex, quũ duntaxat ſubiecto toti tribuitur quod ad partem tantùm propriè ſpectat, vt ſi dicas Chriſtum paſſum eſſe pro nobis: altera duplex, quum & in ſubiecto pars pro toto ponitur, & in attributo tribuitur toti quod vnius & quidẽ alterius partis propriũ eſt, vt quũ dicitur Dominus gloriæ crucifixus, Deus acquiſiuiſſe Eccleſiã ſanguine ſuo, Filius hominis fuiſſe in cælo antequã deſcẽderet. Nã in his totus Chriſtus eſt ſubiectũ, quãuis vna dũtaxat ipſius

natura nominetur:& in attributo,toti Chriſto tribuitur quod vel hominis vel Dei proprium eſt:nempe vt Spiritus ſanctus nos doceat Chriſti naturas ita diſtinguere vt tamen alteram ab altera non ſeparemus. Nam niſi idem ille Chriſtus qui paſſus eſt,Deus eſt æternus,& viciſſim niſi idem Deus ille æternus paſſus eſt in carne ſua, vbi fides noſtra nō nec ſeruare poteſt,niſi Deus ſit:nec redimere,niſi ſit homo:& neutrū poteſt,niſi vnus & idem ſit Deus & homo.Itaque(vt ad rem redeam)tam licet nobis cōuertere ἐὰν Qui erat,quàm Qui eſt. Libuit autem hæc paucis annotare aduerſus eos homines quos non pudet noſtro hoc ſeculo nefandos illos errores Neſtorii & Eutychetis, iam olim totius Eccleſiæ tam aperto ac perpetuo conſenſu & tantis veterum omnium Patrum laboribus ac vigiliis damnatos,ab inferis reuocare.

Οὕτω γὰρ ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον.

16 ‖ Ita enim Deus dilexit mundum vt Filium ſuum vnigenitū dederit,vt quiſquis credit in eū non pereat,ſed habeat vitam æternam.

16 *Sic enim Deus dilexit mundum vt Filium ſuū vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum, non pereat,)ſed habeat vitam æternam.* 1.Iohan.4.b.9

Οὐ γὰρ ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ εἰς τὸν κόσμον ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ.

17 ‖Non enim miſit Deus Filiū ſuum in mundum ᵛvt condemnet mundum, ſed ᵛ vt ſeruetur mundus per eum.

17 *Non enim miſit Deus Filium ſuū in mundum vt iudicet mūdum,ſed vt ſaluetur mūdus per ipſū.* Infrà,3.g.39, & 12.g.47

Ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, οὐ κρίνεται· ὁ δὲ μὴ πιστεύων ἤδη κέκριται, ὅτι μὴ πεπίστευκεν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ.

18 Qui credit in eum, non condemnatur:qui verò non credit, iam condemnatus eſt:quia non credidit in nomen vnigeniti Filii Dei.

18 *Qui credit in eum, nō iudicatur:q autē non credit, iā iudicatus eſt:quia nō credidit in nomine vnigeniti Filij Dei.*

Αὕτη δέ ἐστιν ἡ κρίσις, ὅτι τὸ φῶς ἐλήλυθεν εἰς τὸν κόσμον, καὶ ἠγάπησαν οἱ ἄνθρωποι μᾶλλον τὸ σκότος ἢ τὸ φῶς· ἦν γὰρ πονηρὰ αὐτῶν τὰ ἔργα.

19 Hæc eſt autem ᵛcōdemnatio, ‖quòd Lux venit in mundum, ſed dilexerunt homines ᵛpotius tenebras quàm Lucē: quia ſunt eorum mala opera.

19 *Hoc eſt autem iudiciū: quia Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm Lucem:erant enim eorū mala opera.* Supra,3.a.4

Πᾶς γὰρ ὁ φαῦλα πράσσων μισεῖ τὸ φῶς, καὶ οὐκ ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, ἵνα μὴ ἐλεγχθῇ τὰ ἔργα αὐτοῦ·

20 Quiſquis enim peruerſè agit, odit lucem,nec venit ad lucem, ne arguantur ᵛopera ipſius:

20 *Omnis enim qui mala agit, odit lucem, & non venit ad lucem,vt non arguantur opera eius:*

Ὁ δὲ ποιῶν τὴν ἀλήθειαν, ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, ἵνα φανερωθῇ αὐτοῦ τὰ ἔργα, ὅτι ἐν Θεῷ ἐστιν εἰργασμένα.

21 ᵛQui verò ſincerè agit, venit ad lucem: vt manifeſta fiant facta ipſius, quòd ᵛſecundū Deū facta ſint.

21 *Qui autem facit veritatē,venit ad lucē,vt manifeſtentur opera eius, quia in Deo ſunt facta.*

Μετὰ ταῦτα ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὴν Ἰουδαίαν γῆν·

22 Poſtea venit Ieſus & diſcipuli eius ᵛin Iudææ territorium:

22 *Poſt hæc venit Ieſus & diſcipuli eius in Iudæā ter-*

16 Ita enim,οὕτω γάρ. Exiſtimat Eraſmus,ab hoc loco videri poſſe Euangeliſtæ verba,explanantis ſermonem quem Chriſtus cum Nicodemo habuerat: ſed non video quamobrem hoc ſit commiſiſcendum. Imò verò Chriſtum oportuit hæc omnia ſubiicere,niſi vellet ſermonem in medio veluti curſu abrumpere.

17 Vt condemnet,ἵνα κρίνῃ:id eſt ἵνα κατακρίνῃ,vt diximus alibi. Vulg. Vt iudicet : quæ interpretatio planè eſt repudianda propter amphiboliam.ſcimus enim Dominū iudicaturum viuos & mortuos. Hoc igitur Eraſmus rectè emendauit.Sed præterea annotandum fuit,Condemnandi verbum non ſignificare ipſam actionem,ſed ipſius condemnationis cauſam:veluti ſi dicas maleficum quempiam à ſua improbitate ſuiſque ſceleribus damnari,non autem à legibus,quæ per ſe bonæ ſunt & ſanctæ:neque à magiſtratu, qui ciues omnes bonos eſſe optaret. Sic igitur Chriſtus non condemnat,id eſt condemnationis cauſa nō eſt,(quî enim poſſit mors à vita proficiſcit)ſed Chriſti potius contemptus & peccata noſtra nos condemnant.Et tamen Chriſtus iuſtus iudex in reprobos ſententiam feret.Denique condemnare nihil aliud hoc loco declarat quàm perdere, vt liquet ex verbo Seruandi,quod ipſi opponitur. Vt ſeruetur mundus,ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος:id eſt non vna Iudæorū gens, ſed quicunque crediderit in eum,vt dixit ſuperiore verſiculo. Mūdus ergo opponitur vni genti:& ineptè (nequid acerbius dicam)faciunt qui ejuſmodi teſtimonia citant vt æternam Dei prædeſtinationem euertant.

19 Condemnatio,ἡ κρίσις,id eſt condemnationis cauſa, ſicut ſuprà expoſuimus ipſum verbum κρίνειν. Nam quod Oſeas de Iſraelitis dixerat 13.1.9,Perditio tua ex te eſt,hoc Chriſtus in omnes incredulos pronuntiat. Sed qui propterea æternum Dei conſilium tollit,perinde facit acſi negaret reprobos Dei voluntate naſci, quia ab hominibus gignuntur. Potius,μᾶλλον. Vulg.& Eraſ. Magis:quæ interpretatio ſic poſſet accipi quaſi & lucem & tenebras dilexerint homines,ſed magis tamen tenebras quàm lucem,quum potius declaret Chriſtus homines contempta luce tenebras eſſe amplexos.Non diſſimilem errorem annotauimus Luc.18.c.14.

20 Opera ipſius,τὰ ἔργα αὐτοῦ.In vno codice additum erat ὅτι πονηρὰ ἦσαν,quia mala ſunt:quod membrū videtur opponi illi quod in proximo verſiculo additur,ὅτι ἐν Θεῷ ἐστιν εἰργασμένα:id eſt,quòd ſecundum Deum facta ſint. 21 Qui verò ſincerè agit,ὁ ποιῶν τὴν ἀλήθειαν.Heb. עשה האמת:id eſt(vt ad verbum conuertit Vetus interpres & Eraſmus) Qui facit veritatem.Veritatis autem nomen hoc loco declarat vitam verè bonam & omnis fraudis expertem:cui quum opponatur φαῦλα πράσσων,malui interpretari Peruerſè quàm Malè agentem, vt melius appareat antitheſis. Hic enim notatur animus ſibi malè conſcius,nēpe qui à recta via deflectit, & aliud ſimulat,aliud agit. Secundum Deum,ἐν Θεῷ. Heb. את אלהים,id eſt cum Deo,vt Gen.6.b.9.Deo veluti duce,præeunte,id eſt κατὰ Θεόν,vel κατ' Θεόν. Alii interpretantur, Per Deum,quia Deus efficit in nobis velle & operariſed illa expoſitio eſt ſimplicior & accommodatior.

21 In Iudææ territorium,εἰς τὴν Ἰουδαίαν γῆν. Vulg.In Iudæam terram. Eraſ.In terram Iudæam. Eſt enim

mollior collocatio, si totū præcedat, pars sequatur. Sed Euangelistam opinor aliò respexisse. nā quum ex Iudææ metropoli exiret Iesus, non poterat simpliciter dici exire in Iudæam: ideo additur γῆν, quo vocabulo territoriū ipsius Hierusalem, adeóque ipsa regio Iudææ verbi circūiecta declaratur. Maluimus ergo territorium conuertere quàm terram. Sicut autem hoc dicendi genus nouum est, adeo vt putem esse ἀνωμαλίαν, quod aiunt: ita vix (vt opinor) vsquam reperias qui annotarit quamobrem fit ab Euāgelista vsurpatum. Quinetiam in quodam vetusto codice comperimus simpliciter scriptum esse εἰς τὴν Ἰουδαίαν: quam lectionem si sequaris, in aliam difficultatem incides multo maiorem, quomodo videlicet Christus ex Iudæa in Iudæam dicatur profectus.

καὶ ἐκεῖ διέτριβε μετ' αὐτῶν, καὶ ἐβάπτιζεν.	& illic degebat cum eis, & ‖baptizabat.	ram: & illic demorabatur cū eis, & baptizabat.
Ἦν δὲ καὶ Ἰωάννης βαπτίζων ἐν Αἰνὼν ἐγγὺς τοῦ Σαλείμ, ὅτι ὕδατα πολλὰ ἦν ἐκεῖ, καὶ παρεγίνοντο καὶ ἐβαπτίζοντο.	23 Baptizabat autem etiam Iohannes in AEnon prope Salim, quòn iam aquæ multæ erant illic, & veniebant ac baptizabantur.	23 Erat autem & Iohannes baptizans in AEnon iuxta Salim: quia aquæ multæ erant illic, & veniebant & baptizabantur.
Οὔπω γὰρ ἦν βεβλημένος εἰς τὴν φυλακὴν ὁ Ἰωάννης.	24 Nondum enim coniectus fuerat Iohannes in carcerem.	24 Nondum enim missus fuerat Iohannes in carcerē.
Ἐγένετο οὖν ζήτησις ἐκ τῶν μαθητῶν Ἰωάννου μετὰ Ἰουδαίων περὶ καθαρισμοῦ.	25 Orta est ᵛigitur quæstio quibusdam ex discipulis Iohannis ᵛcum Iudæis de purgatione.	25 Facta est autem quæstio ex discipulis Iohannis cū Iudæis de purificatione.
Καὶ ἦλθον πρὸς τὸν Ἰωάννην, καὶ εἶπον αὐτῷ, Ῥαββεί, ὃς ἦν μετὰ σοῦ πέραν τοῦ Ἰορδάνου, ᾧ σὺ μεμαρτύρηκας, ἴδε, οὗτος βαπτίζει, καὶ πάντες ἔρχονται πρὸς αὐτόν.	26 Venerúntque ad Iohannem, & dixerunt ei, Rabbi, is qui tecū erat trās Iordanem, cui tu ᵛ‖testimonium dedisti, ecce baptizat, & omnes veniunt ad eum.	26 Et venerunt ad Iohānē, & dixerunt ei, Rabbi, qui erat tecū trās Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti ecce, hic baptizat, & omnes veniunt ad eum.
Ἀπεκρίθη Ἰωάννης καὶ εἶπεν, Οὐ δύναται ἄνθρωπος λαμβάνειν οὐδὲν ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ.	27 Respondit Iohannes & dixit, ᵛHomo non potest ᵛrecipere quicquam nisi fuerit ei datum è cælo.	27 Respondit Iohannes & dixit. Nō potest homo accipere quicquam nisi fuerit ei datum de cælo.
Αὐτοὶ ὑμεῖς μοι μαρτυρεῖτε ὅτι εἶπον, Οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ὁ Χριστός, ἀλλ' ὅτι ἀπεσταλμένος εἰμὶ ἔμπροσθεν ἐκείνου.	28 Vos ipsi mihi testes estis me dixisse, Non sum ego Christus, sed missus sum ᵛqui apparerem coram eo.	28 Ipsi uos mihi estis mecum perhibetis quòd dixerim, Non sum ego Christus, sed quia missus sum ante illum.
Ὁ ἔχων τὴν νύμφην, νυμφίος ἐστίν· ὁ δὲ φίλος τοῦ νυμφίου ὁ ἑστηκὼς καὶ ἀκούων αὐτοῦ, χαρᾷ χαίρει διὰ τὴν φωνὴν τοῦ νυμφίου. αὕτη οὖν ἡ χαρὰ ἡ ἐμὴ πεπλήρωται.	29 Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem spōsi qui stat & audit eū, ᵛgaudio gaudet propter vocem spōsi. hoc ergo gaudium meum impletum est.	29 Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter uocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est.

25 Igitur, δέ. Vulg. & Eras. Autem, rectè quidem, si sensum spectes: sed tamē interdum apud Latinos quoque istæ particulæ quanuis propriè accommodentur significandis cōclusionibus, sermonis ingressum declarant, vt infrà, 4.a.9. Sic apud Virgilium Egloga 7, Alternis igitur contendere versibus ambo Cœperunt.

Cum Iudæis, μετὰ Ἰουδαίων. In veteribus omnibus nostris codicibus scriptum erat μετὰ Ἰουδαίου, id est cum Iudæo, videlicet quodam: & ita videtur legisse Chrysostomus.

26 Testimonium dedisti, μεμαρτύρηκας. Vide Luc. 4.d.22.

27 Homo, ἄνθρωπος. Quidam hoc videntur ad Christum referre, vt pro relatiuo positum sit: quasi diceret Iohannes, Ille cui inuidetis, non excelleret tantis virtutibus nisi id esset cælitus consequutus: itaque Dei ipsius liberalitati inuidetis. Sed ad hanc exprimendam sententiam omnino dicendum fuerat ἐκείνου: vt Mat. 26.g.72 & 74. Existimo potius generalem esse sententiam, quæ tamen non modò Christum non complectatur, sed etiam reliquos omnes homines, vt per se omnibus viribus destitutos, illi opponat: vt sit hæc sentētia, Quid conamini meæ conditioni aliquid adiicere? hæc sors est omnium hominum: vt ex se ne tantillum quidem possint consequi, sed quicquid eximium habent, ex Dei liberalitate tribui necesse sit. Quæ sit autem illius præstantia, ipsi fatemini vos ex me intellexisse, & item quæ sit muneris mei ratio: illum videlicet esse Christum illū cui sum missus apparitor. Quid ergo me vultis cum illo committere? imò æquum est vt illius præstantia paulatim emineat, ego verò paulatim deficiam. Mihi quidem nihil possit hac re iucundius accidere: & tantum abest vt vos deterream quo minus & ipsi ad eum transeatis, vt contrà moneam diligenter vt ab eo vno tanquam verè salutis authore toti pendeatis. Recipere quicquam, λαμβάνειν τι δίδν, vel quicquam accipere. Sed illo verbo vti malui propterea quòd (vt modò dixi) non significat Iohannes quid velint aut qūid conentur homines, sed quid istis conatibus obtinere ac consequi possint.

28 Qui apparerem coram eo, ἔμπροσθεν ἐκείνου. Vulg. & Eras. Ante illū: quæ loquutio est ambigua. Iam autē admonui ἔμπροσθεν nunquam reperiri in nouo Testamento pro temporis aduerbio. Sed & si conuertas, Missus sum coram eo: diuersa erit sententia. Itaque necessariò fuit supplendum, ex quo intelligatur Iohannem missum vt quasi apparitoris officio fungeretur.

29 Gaudio gaudet, χαρᾷ χαίρει. Heb. שמח ישמח, pro eo quod Latinè dicas, mirificam quandam volu-

ptatem capit ex ipſius ſponſi ſermone. Terent. Nam hunc ſcio mea ſolidè gauiſurum gaudia. Plautus, Bene ei quihoc gaudio gaudet. Ideo hanc paronomaſiam libenter ſeruauimus.

Ἐκεῖνον δεῖ αὐξάνειν, ἐμὲ δὲ ἐλαττοῦσθαι.	30 Illum oportet creſcere, me verò minui.	30 *Illum oportet creſcere, me autem minui.*
Ὁ ἄνωθεν ἐρχόμενος, ἐπάνω πάντων ἐστίν· ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς, ἐκ τῆς γῆς ἐστι, καὶ ἐκ τῆς γῆς λαλεῖ· ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐρχόμενος, ἐπάνω πάντων ἐστίν.	31 Qui ſupernè venit, ſupra omnes eſt: qui è terra eſt, terrenus eſt, & terrena loquitur: qui è cælo venit, ſupra omnes eſt.	31 *Qui de ſurſum uenit, ſuper omnes eſt: qui eſt de terra, de terra eſt, & de terra loquitur: qui de cælo uenit, ſuper omnes eſt.*
Καὶ ὃ ἑώρακε καὶ ἤκουσε, τοῦτο μαρτυρεῖ· καὶ τὴν μαρτυρίαν αὐτοῦ οὐδεὶς λαμβάνει.	32 Et quod vidit & audiuit, hoc teſtatur: ſed teſtimonium eius nemo recipit.	32 *Et quod uidit & audiuit, hoc teſtatur: & teſtimonium eius nemo accipit.*
Ὁ λαβὼν αὐτοῦ τὴν μαρτυρίαν, ἐσφράγισεν ὅτι ὁ Θεὸς ἀληθής ἐστιν.	33 Qui recipit eius teſtimoniũ, is obſignauit quòd Deus verax ſit.	33 *Qui accipit eius teſtimonium, ſignauit quia Deus uerax eſt.* Rom. 3. d. 4
Ὃν γὰρ ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς, τὰ ῥήματα τοῦ Θεοῦ λαλεῖ· οὐ γὰρ ἐκ μέτρου δίδωσι τὸ πνεῦμα.	34 Nam is quem miſit Deus, verba Dei loquitur. non enim huic admetitur Deus ſpiritum.	34 *Quem enim miſit Deus, uerba Dei loquitur. non enim ad menſuram dat Deus Spiritum.*
Ὁ πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν υἱὸν, καὶ πάντα δέδωκεν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ.	35 Pater diligit Filiũ, & omnia dedit in manum eius.	35 *Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu eius.* Matth. 11. d. 27
Ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν, ἔχει ζωὴν αἰώνιον· ὁ δὲ ἀπειθῶν τῷ υἱῷ, οὐκ ὄψεται ζωήν, ἀλλ' ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ μένει ἐπ' αὐτόν.	36 Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui verò non credit Filio, nõ videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum.	36 *Qui credit in Filium, habet uitam æternam: qui autem non credulus eſt Filio, non uidebit uitam, ſed ira Dei manet ſuper eum.* Habac. 2. d. 4 1. Iohan. 5. b. 10

Κεφάλαιον δ'. CAP. IIII. CAP. IIII.

Ὡς οὖν ἔγνω ὁ Κύριος ὅτι ἤκουσαν οἱ Φαρισαῖοι ὅτι Ἰησοῦς πλείονας μαθητὰς ποιεῖ καὶ βαπτίζει ἢ Ἰωάννης·	1 VT ergo cognouit Dominus Phariſæos audiſſe ipſum plures diſcipulos facere & baptizare quàm Iohannem:	1 *VT ergo cognouit Ieſus quia audierunt Phariſæi quòd Ieſus plures diſcipulos facit & baptizat quàm Iohannes:* Supra 3. c. 22

31 Supernè, ἄνωθεν. Vulgata & Eraſmus, Ex ſupernis: quod nuſquam memini legere apud idoneos authores. Qui è terra eſt, ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς id eſt, qui nihil aliud eſt quàm homo, terrenæ videlicet fæcis opificium. Ita que ἐκ hoc loco originem declarat: ſed paulo pòſt, quum ſubiicitur ἐκ τῆς γῆς ἐστι, non ſignificatur ipſa origo, ſed quæ originem ſequuntur incommoda, nempe corruptio, ignorantia, tarditas, carnis rebellio: & ea quidem eiuſmodi vt verè ſentiatur à ſolis regeneratis, qualis erat Iohannes. Itaque ſecundo loco ἐκ τῆς γῆς ἐστι, recte conuertit Eraſmus Terrenum eſſe, vt omnis obſcuritas & ἀσαφολογία vitetur: quam etiam ab cauſam exiſtimo Auguſtinum alicubi legere, Terra eſt. ſicut ſuprà verſu 6, caro eſſe dicitur qui carnalis eſt. Poſtremò ἐκ τῆς γῆς λαλεῖ, fructum iſtorum incommodorum declarat, nempe vt ab homine, qui propterea quòd è terra eſt, terrenus eſt, nihil niſi terrenum, id eſt abiectum, humile, & quod hominis infirmam ac imbecillam naturam coarguat, poſſit proficiſci. Hæ ſunt laudes quas ſibi tribuit is quo nullus maior extitit inter eos qui è mulieribus gignuntur. Et tamen certum eſt, Deum incluſiſſe magnum theſaurum in vaſis iſtis fictilibus: verùm quicquid hoc eſt, ſi cũ illis Chriſti diuitiis conferatur (de quibus hic agitur) perinde eſt ac ſiquis guttulam aquæ cum immenſo mari comparet.

32 Quod vidit & audiuit, ὃ ἑώρακε καὶ ἤκουσεν. Id eſt, quod plenè & perfectè cognitum habet.

34 Admetitur, ἐκ μέτρου δίδωσιν. Ad verbum, Dat ex menſura, quæ periphraſis illo vnico verbo clarius exprimitur. Vulgata & Eraſmus, Dat ad menſuram: id eſt ἐν μέτρῳ, vel κατὰ μέτρον δίδωσιν. Recte autem, meo iudicio, Eraſmus ſuppleuit pronomen αὐτοῦ ei, videlicet Filio quem miſit: quanuis nõ deſint qui hæc in genere explicent, quaſi dicatur Deus non dare ex menſura, id eſt non depromere quaſi ex vaſe ſua dona, quum ſit veluti fons inexhauſtus. Sed hæc ad vnum Filium pertinere ſatis liquet ex verſiculo proximo.

35 Dedit in manũ eius, δέδωκεν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ id eſt, arbitrio ac poteſtati eius permiſit, vt ipſe Chriſtus explicat Matth. 28. d. 18. Altera autem interpretatio, quaſi ſignificetur omnia dare Pater per manum Filii, etſi veriſſima eſt, tamen non videtur accommodata, vel ob eam cauſam quòd potius dicendum fuiſſet δέδωκεν quàm δέδωκε.

36 Non credit, ἀπειθῶν: ſiue, qui non eſt dicto Filii audiens, vt conuertit Cyprianus libro aduerſus Iudæos 2. cap. 16, ſicut Eraſmus obſeruauit. Vide infrà, Act. 14. a. 2. Non videbit vitam, οὐκ ὄψεται ζωήν. Hebraiſmus, pro, vita non fruetur, vt alibi expoſuimus. Manet, μένει. Theophylactus legit μενεῖ, id eſt manebit: & ita citat Cyprianus eo loco quem modò citaui. Cyrillus quoque ita legit, niſi falſus eſt interpres.

30 IN CAPVT IIII.

1 Ipſum, ἑαυτοῦ. Vulgata & Eraſmus, Quòd Ieſus. Eſt autem antecedentis repetitio pro relatiuo, ex Hebræorum idiotiſmo, vt Pſal. 48. a. 1.

(Καίτοιγε Ιησοῦς αὐτὸς οὐκ ἐβάπτιζεν, ἀλλ' οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ)

2 (Quanquam Iesus ipse nō baptizabat, sed discipuli eius)

2 (Quanquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius)

Ἀφῆκε τὴν Ιουδαίαν, καὶ ἀπῆλθε πάλιν εἰς τὴν Γαλιλαίαν.

3 Reliquit Iudæā, & abiit rursum in Galilæam.

3 Reliquit Iudeam, & abijt iterum in Galilæam.

Ἔδει δὲ αὐτὸν διέρχεσθαι διὰ τῆς Σαμαρείας.

4 Oportebat autē eum transire per Samariam.

4 Oportebat autem eum transire per Samariam.

Ἔρχεται οὖν εἰς πόλιν τῆς Σαμαρείας λεγομένην Συχάρ, πλησίον τοῦ χωρίου ὃ ἔδωκεν Ιακὼβ Ιωσὴφ τῷ υἱῷ αὐτοῦ.

5 Venit ergo in vrbem Samariæ quæ dicitur Sichar, iuxta prædium quod dedit Iacob Ioſepho filio ſuo.

5 Venit ergo in ciuitatem Samariæ quæ dicitur Sichar, iuxta prædiū quod dedit Iacob Ioſeph filio ſuo.

Gen.33.d.19, & 48.c.22 ioſue 24.g.32

Ἦν δὲ ἐκεῖ πηγὴ τοῦ Ιακώβ. ὁ οὖν Ιησοῦς κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, ἐκαθέζετο οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ· ὥρα ἦν ὡσεὶ ἕκτη.

6 Erat autem ibi fons Iacob. Ieſus ergo fatigatus ex itinere, ſic ſedit ad fontem. hora enim erat quaſi ſexta.

6 Erat autem ibi fons Iacob. Ieſus ergo fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſupra fontem. hora erat quaſi ſexta.

Ἔρχεται γυνὴ ἐκ τῆς Σαμαρείας ἀντλῆσαι ὕδωρ. λέγει αὐτῇ ὁ Ιησοῦς, Δός μοι πεῖν.

7 Venit mulier Samaritana vt hauriret aquam: dicit ei Ieſus, Da mihi potum.

7 Venit mulier de Samaria haurire aquam: dicit ei Ieſus, Da mihi bibere.

Οἱ γὰρ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀπεληλύθεισαν εἰς τὴν πόλιν, ἵνα τροφὰς ἀγοράσωσι.

8 Nam diſcipuli eius abierant in vrbem vt cibos emerent.

8 Diſcipuli enim eius abierant in ciuitatem ut cibos emerent.

Λέγει οὖν αὐτῷ ἡ γυνὴ ἡ Σαμαρῖτις, Πῶς σὺ Ἰουδαῖος ὢν παρ' ἐμοῦ πεῖν αἰτεῖς, οὔσης γυναικὸς Σαμαρίτιδος; οὐ γὰρ συγχρῶνται Ἰουδαῖοι Σαμαρίταις.

9 Dicit ergo ei mulier illa Samaritana, Quomodo tu Iudæus quum ſis, potum à me poſcis quæ ſum mulier Samaritana? non enim vtuntur Iudæi Samaritanis.

9 Dicit ergo ei mulier illa Samaritana, Quomodo tu Iudæus quum ſis, bibere à me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana? non enim contuntur Iudæi Samaritanis.

Ἀπεκρίθη Ιησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῇ, Εἰ ἤδεις τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ, καὶ τίς ἐστιν ὁ λέγων σοι, Δός μοι πεῖν· σὺ ἂν ᾔτησας αὐτὸν, καὶ ἔδωκεν ἂν σοι ὕδωρ ζῶν.

10 Reſpondit Ieſus & dixit ei, Si ſcires donum illud Dei, & quis ſit qui dicit tibi, Da mihi potū: tu petiiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam.

10 Reſpondit Ieſus & dixit ei, Si ſcires donum Dei, & quis eſt qui dicit tibi, Da mihi bibere: forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam.

Λέγει αὐτῷ ἡ γυνή, Κύριε, οὔτε ἄντλημα ἔχεις, καὶ τὸ φρέαρ ἐστὶ βαθύ· πόθεν οὖν ἔχεις τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν;

11 Dicit ei mulier, Domine, neque quo haurias habes, & puteus profundus eſt: vnde ergo habes aquam illam viuam?

11 Dicit ei mulier, Domine, neque in quo hauries habes, & puteus altus eſt: unde ergo habes aquā viuam?

Μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν

12 Num tu maior es patre noſtro

12 Nūquid tu maior es patre

7 Ita, οὖν: id eſt, ita vt laſſus erat, vel idcirco quia laſſus erat. Sic enim hæc particula reperitur vſurpata Act.10.b.11, atque adeo apud Terentium & alios idoneos authores, vt Eraſmus obſeruauit: neque video qua ratione poſſit διηκριβῶς aut μεμετρῶς accipere, quum hæc non dicantur forma dialogi. Hora enim erat, ὥρα ἦν. Apparet ex Cyrillo, Chryſoſtomo & Theophylacti commentario, ſcriptum fuiſſe in ipſorum codicibus ὥρα δὲ ἦν, vt ſuprà, 1.f.39: ita vt δὲ pro γὰρ accipiatur. Ita enim explicatur ratio cur ad fontem ſederit: Quia (inquit) laſſus erat de via, & inſtabat meridies, maximus videlicet diei æſtus. Non dubitaui igitur cauſalem particulam ſupplere, quum alioquin in narrationibus iſtæ particulæ non ſine quadā etiam græcia omitti ſoleant, à noſtro præſertim Euangeliſta, vt ſuprà, 1.d.17 & 30, & f.39.40.41.42, & g.45.47, & in omnibus penè narrationibus. 7

10 Ergo, οὖν. Vide ſuprà, 3.c.15. Sic etiam accipitur infrà verſu 28. Vtuntur, συγχρῶνται. Vulgata, Contuntur, quod vocabulum planè eſt barbarum & obſcurum. Eraſmus, Commercium habent, recedens à Græcis, vbi minimè neceſſe eſt. Nam Vtendi verbum ſimili prorſus ſignificatione vſurpant Latini, vt vel ex illo Ciceronis loco apparet, Sextum, inquit, Alphenum propinquum noſtrum, quo iſte vtebatur plurimum. 10

11 Donum illud, τὴν δωρεάν. Non dicit indefinitè δωρεάν, donum, neque plurali numero τὰς δωρεάς, donas: itaque additus articulus oſtendit Chriſtum de eximio aliquo dono differere, de ſeipſo videlicet quē Pater huic mulierculæ offerebat: & illud καὶ τίς ἐστιν accipiendum eſt pro epexegeſi. Aquam viuam, ὕδωρ ζῶν. Hic quidem non dubium eſt quin allegoricè per aquam intelligatur immenſa illa charitas Dei erga nos in Filio effuſa in corda noſtra per Spiritum ſanctum in vitam æternam, cuius fit mentio Rom.5.a.5: neque video cur aliter ſit explicandum quod ſcriptum eſt ſuprà, 3.a.5. Cæterùm aquam viuam appellat quæ perpetuò ſcaturiat, ita vt quiſquis eam habet, perennem in ſe fontem habeat, neque aliam aquam ſitiat: opponēs eam aquæ ex puteo hauſtæ, quæ in perpetuum vſum non poſſit ſufficere. Deinde ab effectu ſic apellat, quòd illa vitam æternam adferat, hæc verò caducam hāc vitam ad tempus reficiat. Sunt autem hæ metaphoræ Hebraïs familiares, vt Ieſem.2.a.13, Ioel.3.d.18, Zach.13.a.1. 11 12

Ιακώβ, ὃς ἔδωκεν ἡμῖν τὸ φρέαρ, καὶ αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ ἔπιε, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ τὰ θρέμματα αὐτοῦ;

Iacob, qui dedit nobis hunc puteum, ex quo ipse bibit, & filii eius, & eius pecora?

nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit & filii eius, & pecora eius?

Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῇ, Πᾶς ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος τούτου, διψήσει πάλιν·

Respondit Deus & dixit ei, Quisquis bibit ex aqua ista, sitiet rursus.

13 Respondit Iesus & dixit ei, Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum.

Ὃς δ' ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσει εἰς τὸν αἰῶνα· ἀλλὰ τὸ ὕδωρ ὃ δώσω αὐτῷ, γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον.

Quisquis autem biberit ex aqua illa quam ego ei dabo, non sitiet in æternum: sed aqua illa quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.

14 Qui autē biberit ex aqua quam ego dabo ei, nō sitiet in æternum: sed aqua quā ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.

Λέγει πρὸς αὐτὸν ἡ γυνή, Κύριε, δός μοι τοῦτο τὸ ὕδωρ, ἵνα μὴ διψῶ, μηδὲ διέρχωμαι ἐνθάδε ἀντλεῖν.

Dicit ei mulier, Domine, da mihi aquam istam, vt nō sitiā, neque veniam huc ad hauriēdum.

15 Dicit ad eum mulier Domine, da mihi hanc aquam, vt non sitiam, neque veniam huc haurire.

Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Ὕπαγε, φώνησον τὸν ἄνδρα σου, καὶ ἐλθὲ ἐνθάδε.

Dicit ei Iesus, Vade, voca virum tuum, & veni huc.

16 Dicit ei Iesus, Vade, voca virū tuū, & veni huc.

Ἀπεκρίθη ἡ γυνὴ καὶ εἶπεν, Οὐκ ἔχω ἄνδρα. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Καλῶς εἶπας, Ὅτι ἄνδρα οὐκ ἔχω.

Respondit mulier & dixit ei, Non habeo virum. Dicit ei Iesus, Bene dixisti, Non habeo virum.

17 Respondit mulier & dixit, Non habeo virū. Dicit ei Iesus, Bene dixisti. Quia non habeo virum.

Πέντε γὰρ ἄνδρας ἔσχες· καὶ νῦν ὃν ἔχεις, οὐκ ἔστι σου ἀνήρ· τοῦτο ἀληθὲς εἴρηκας.

Quinque enim viros habuisti: & nunc quem habes, non est tuus vir. hoc verè dixisti.

18 Quinque enim viros habuisti: & nunc quem habes, nō est tuus vir. hoc verè dixisti.

Λέγει αὐτῷ ἡ γυνή, Κύριε, θεωρῶ ὅτι προφήτης εἶ σύ.

Dicit ei mulier, Domine, video te Prophetam esse.

19 Dicit ei mulier, Domine, video quia Propheta es tu.

Οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν τῷ ὄρει τούτῳ προσεκύνησαν· καὶ ὑμεῖς λέγετε ὅτι ἐν Ἱεροσολύμοις ἐστὶν ὁ τόπος ὅπου δεῖ προσκυνεῖν.

Patres nostri in hoc monte adorauerūt: & vos dicitis Hierosolymis esse locum illum vbi oporteat adorare.

20 Patres nostri in monte hoc adorauerunt: & vos dicitis quia Ierosolymis est locus vbi adorare oportet. Deut. 12. d. 6

Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Γύναι, πίστευσόν μοι ὅτι ἔρχεται ὥρα ὅτε οὔτε ἐν τῷ ὄρει τούτῳ, οὔτε ἐν Ἱεροσολύμοις προσκυνήσετε τῷ πατρί.

Dicit ei Iesus, Mulier, crede mihi, venit hora quādo neque in mōte hoc neque Hierosolymis adorabitis Patrem.

21 Dicit ei Iesus, Mulier, crede mihi, quia venit hora quando neque in mōte hoc, neque in Ierosolymis adorabitis Patrem.

Ὑμεῖς προσκυνεῖτε ὃ οὐκ οἴδατε, ἡμεῖς προσκυνοῦμεν ὃ οἴδαμεν· ὅτι ἡ σωτηρία ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστίν.

Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus: quia salus ex Iudæis est.

22 Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus: quia salus ex Iudæis est. 4. Reg. 17. f. 29

Ἀλλ' ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ προσκυνήσουσι τῷ πατρὶ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ· καὶ γὰρ ὁ πατὴρ τοιούτους ζητεῖ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτόν.

Sed venit hora, & nunc est, quum veri adoratores adorabunt Patrem Spiritu ac veritate: etenim Pater tales quærit qui ipsum adorent.

23 Sed venit hora, & nūc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & veritate: nā & Pater tales quærit qui adorent eum.

Πνεῦμα ὁ Θεός, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν.

Deus est Spiritus: & qui adorant eum, oportet vt Spiritu ac veritate adorent.

24 Spiritus est Deus: & eos qui adorant eum, in Spiritu & veritate oportet adorare. 2. Cor. 3. d. 17

23 Spiritu ac veritate, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ. Abundat præpositio ἐν Hebræorum more, de quo diximus Matth. 3. c. 11. Spiritum autem opponit mandato quod carnale dicitur Heb. 7. c. 16, in sese videlicet consideratum, & signo à re ipsa seiuncto: ac simili prorsus ratione veritati confert non mēdacium, sed Legis cerimonias externas, quæ duntaxat adumbrabant quod reipsa præstat Christus. Itaque quæ de vero & falso Dei cultu, item de vtraque vita hic differit Theophylactus, ad rem non pertinent.

24 Deus est Spiritus, Πνεῦμα ὁ Θεός. Iterum adiunctus articulus ostendit, Deum esse subiectum, Spiritum verò attributum, quemadmodum suprà, 1. a. 1. quod vt facilius intelligeretur, sequuti sumus naturalem

conſtructionis ordinem. Cæterùm Spiritus appellatio naturæ diuinæ in vniuerſum tribuitur, nequis de tertia hypoſtaſi propriè hic agi putet.

Λέγει αὐτῷ ἡ γυνή, Οἶδα ὅτι Μεσσίας ἔρχεται ὁ λεγόμενος Χριστός· ὅταν ἔλθῃ ἐκεῖνος, ἀναγγελεῖ ἡμῖν πάντα.

Dicit ei mulier, Scio Meſſiã venturum, qui dicitur Chriſtus: quum venerit ille, nobis annũtiabit omnia.

Dicit ei mulier, Scio quia Meſſias uenit, qui dicitur Chriſtus: quum ergo uenerit, ille nobis annuntiabit omnia.

Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Ἐγώ εἰμι, ὁ λαλῶν σοι.

Dicit ei Ieſus, Ego *is* ſum, qui loquor tibi.

Dicit ei Ieſus, Ego ſum, qui loquor tecum.

Καὶ ἐπὶ τούτῳ ἦλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ ἐθαύμασαν ὅτι μετὰ γυναικὸς ἐλάλει· οὐδεὶς μέντοι εἶπε, Τί ζητεῖς; ἢ, τί λαλεῖς μετ' αὐτῆς;

Interea autem venerunt eius diſcipuli, & mirati ſunt quòd cum muliere loqueretur: nemo tamen dixit, Quid quæris? aut, quid loqueris cum ea?

Et continò uenerũt diſcipuli eius: & mirabantur quia cum muliere loquebatur: nemo tamen dixit, Quid quæris? aut, quid loqueris cum ea?

Ἀφῆκεν οὖν τὴν ὑδρίαν αὐτῆς ἡ γυνή, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν πόλιν, καὶ λέγει τοῖς ἀνθρώποις,

Reliquit ergo hydriam ſuam mulier, & abiit in vrbem, dixitque eius loci hominibus,

Reliquit ergo hydriam ſuam mulier, & abiit in ciuitatem, & dicit illis hominibus,

Δεῦτε, ἴδετε ἄνθρωπον ὃς εἶπέ μοι πάντα ὅσα ἐποίησα· μήτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός;

Venite, videte hominem qui dixit mihi quæcunque feci: nũ iſte eſt Chriſtus?

Venite & uidete hominẽ qui dixit mihi omnia quæcunque feci: nũquid ipſe eſt Chriſtus?

Ἐξῆλθον οὖν ἐκ τῆς πόλεως, καὶ ἤρχοντο πρὸς αὐτόν.

Exierunt ergo ex vrbe, & venerunt ad eum.

Exierũt ergo de ciuitate, & uenichant ad eum.

Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ ἠρώτων αὐτὸν οἱ μαθηταί, λέγοντες, Ῥαββί, φάγε.

Interim autẽ rogabãt eũ diſcipuli, dicẽtes, Rabbi, manducа.

Interea rogabant eum diſcipuli, dicẽtes, Rabbi, manducа.

Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Ἐγὼ βρῶσιν ἔχω φαγεῖν ἣν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε.

Ille autẽ dixit eis, Ego cibum habeo quo veſcar, quẽ vos neſcitis.

Ille autem dixit eũ, Ego cibum habeo manducare quem uos neſcitis.

Ἔλεγον οὖν οἱ μαθηταὶ πρὸς ἀλλήλους, Μή τις ἤνεγκεν αὐτῷ φαγεῖν;

Dicebant ergo diſcipuli alii ad alios, Nũ quis attulit ei quo veſcatur?

Dicebant ergo diſcipuli ad inuicẽ, Nũquid aliquis attulit ei mãducare?

Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἐμόν βρῶμά ἐστιν ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, καὶ τελειώσω αὐτοῦ τὸ ἔργον.

Dicit eis Ieſus, Eſca mea eſt exequi voluntatem eius qui miſit me, & perficere ipſius opus.

Dicit eis Ieſus, Meus cibus eſt ut faciam uoluntatem eius qui miſit me, ut perficiam opus eius.

Οὐχ ὑμεῖς λέγετε ὅτι ἔτι τετράμηνόν ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται; Ἰδοὺ λέγω ὑμῖν, ἐπάρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ θεάσασθε τὰς χώρας ὅτι λευκαί εἰσι πρὸς θερισμὸν ἤδη.

Matth. 9. d. 37 Luc. 10. a. 2

Nónne vos dicitis, Adhuc quadrimeſtre ſpatium ſupereſt, & meſſis aderit? Ecce, dico vobis, attollite oculos veſtros, & ſpectate regiones: nam albæ iam ſunt ad meſſem.

Nónne uos dicitis quòd adhuc quatuor menſes ſunt, & meſſis uenit? Ecce, dico uobis, leuate oculos neſtros, & uidete regiones, quia albæ ſunt iam ad meſſem.

Καὶ ὁ θερίζων, μισθὸν λαμβάνει, καὶ συνάγει καρπὸν εἰς ζωὴν αἰώνιον· ἵνα καὶ ὁ σπείρων ὁμοῦ χαίρῃ, καὶ ὁ θερίζων.

Porro qui metit, mercedem accipit, & cogit fructum in vitã æternã: vt & qui ſeminat, ſimul gaudeat, & qui metit.

Et qui metit, mercedem accipit, & cõgregat fructũ in uitã æternã: ut & qui ſeminat ſimul gaudeat, & qui metit.

27 Interea, διὰ τοῦτο. hoc eſt omnino quod ad verbũ dicimus in vernaculo ſermone, *ſur cela*, vel, *ſur ce propos*. Cum muliere, μετὰ γυναικός: id eſt, inquit Eraſmus, cũ ea, quæ nimirum Samaritana eſſet: quo modo etiã video hunc locum à pleriſque explicari. Sed (vt mihi quidem videtur) exprimendæ huic ſententiæ dicendum erat cum articulo μετὰ τῆς γυναικός, vt infrà, verſu 39 & 41, quod etiam annotauimus ſuprà, 3. d. 27. Deinde cur tantopere offenderentur colloquio Chriſti cum Samaritana, qui ex ipſa vrbe venirent, vbi ex Samaritanis cibum emerant? Mirantur ergo potius, ſolum cum ſola muliere extranea colloqui. Habenda enim eſt ratio temporis & loci: quum alioquin non repudiaret Chriſtus etiam mulieres alloqui, vtpote quæ ſunt illum Hieruſalẽ ſequutæ, & ipſi miniſtrabant: ſed tamen neque temere id fecit, neque frequenter, neque alloquutus eſt quaſuis, neque vbiuis: ſed ita vt omnis maledicendi occaſio quantumuis ſuſpicioſis hominibus eriperetur.

28 Eius loci hominibus, τοῖς αὐθρώποις. Hic demum valet quod in ſuperiorem verſiculum non ita appoſitè Eraſmus annotarat. Si tamen ſimplici relatiuo vſus eſſet Euangeliſta, obſcurè eſſet loquutus. Conati autem ſumus articuli αὐτοῦ ἀφορμὴ paulo clarius exponere.

35 Adhuc quadrimeſtre *ſpatium* ſupereſt, ἔτι τετράμηνόν ἐστι. Vulgata & Eraſmus ad verbum. Adhuc quatuor menſes ſunt. Sic autem loquuntur Hebræi, ex quorum idiotiſmo hoc petitum eſt, vt Geneſ. 40. b. 12, & c. 18, Ionæ 3. b. 4, & infrà, 7. c. 33.

36 Simul gaudeat, ὁμοῦ χαίρῃ. Hoc eſt (opinor) quod ſcriptum eſt Heb. 11. g. 40.

37 Dictum

Ει γὰρ τούτῳ ὁ λόγος ὅτι ἀληθινός, 37 ὅτι ἄλλος ὅστιν ὁ σπείρων, καὶ ἄλλος ὁ θερίζων.

Nam in hoc dictū illud verum est, Alius est qui seminat, & alius qui metit.

37 In hoc enim est uerbū uerum, quia alius est qui seminat, & alius est qui metit.

Ἐγὼ ἀπέστειλα ὑμᾶς θερίζειν ὃ οὐχ 38 ὑμεῖς κεκοπιάκατε· ἄλλοι κεκοπιάκασι, καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν κόπον αὐτῶν εἰσεληλύθατε.

Ego misi vos ad id metendū in quo vos non laborastis: alii laborauerunt, & vos in labores eorum introistis.

38 Ego misi uos meare quoa uos non laborastis: aly laborauerūt, & uos in labores eorum introistis.

Ἐκ δὲ τῆς πόλεως ἐκείνης πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν τῶν Σαμαρειτῶν, διὰ τὸν λόγον τῆς γυναικὸς μαρτυρούσης, Ὅτι εἶπέ μοι πάντα ὅσα ἐποίησα.

Ex vrbe autē illa multi Samaritanorum crediderunt in eum propter sermonem mulieris, testātis eum ipsū dixisse quæcunque ipsa fecerat.

39 Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eū Samaritanorum, propter uerbum mulieris testimoniū perhibētis, Quia dixit mihi omnia quæcunque feci.

Ὡς οὖν ἦλθον πρὸς αὐτὸν οἱ Σαμαρῖται, ἠρώτων αὐτὸν μεῖναι παρ' αὐτοῖς· καὶ ἔμεινεν ἐκεῖ δύο ἡμέρας.

Quum ergo venissent ad eū Samaritani, rogarunt eum vt apud ipsos maneret: & mansit ibi duos dies.

40 Quū uenissent ergo ad illum Samaritani, rogauerūt eū ut ibi maneret: & mansit ibi duos dies.

Καὶ πολλῷ πλείους ἐπίστευσαν διὰ 41 τὸν λόγον αὐτοῦ.

Ac multo plures crediderūt propter sermonem ipsius.

41 Et multo plures crediderunt propter sermonem eius.

Τῇ τε γυναικὶ ἔλεγον, Ὅτι οὐκέτι διὰ 42 τὴν σὴν λαλιὰν πιστεύομεν· αὐτοὶ γὰρ ἀκηκόαμεν, καὶ οἴδαμεν ὅτι οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ σωτὴρ τοῦ κόσμου ὁ Χριστός.

Et mulieri dicebant, Non amplius propter tuos sermones credimus: ipsi enim audiuimus, & scimus hunc esse verè Seruatorem illum mundi, Christum.

42 Et mulieri dicebant, Quia iā non propter tuā loquelā credimus: ipsi enim audiuimus, & scimus quia hic est uerè Saluator mundi.

Μετὰ δὲ τὰς δύο ἡμέρας ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν.

Duobus autem pòst diebus exiit inde, & abiit in Galilæam.

43 Post duos autem dies exiit inde, & abiit in Galilæam.

Αὐτὸς γὰρ ὁ Ἰησοῦς ἐμαρτύρησεν ὅτι 44 προφήτης ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι τιμὴν οὐκ ἔχει.

Ipse enim Iesus ‖ testatus fuerat, Prophetā in sua patria honorem non habere.

44 Ipse enim Iesus testimonium perhibuit quia Propheta in sua patria honorem non habet. Matth.13.g.58 marci 6.c.4 luc.4.d.2

Ὅτε οὖν ἦλθεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, 45 ἐδέξαντο αὐτὸν οἱ Γαλιλαῖοι, πάντα ἑωρακότες ἃ ἐποίησεν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐν τῇ ἑορτῇ· καὶ αὐτοὶ γὰρ ἦλθον εἰς τὴν ἑορτήν.

Quum ergo venisset in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, quum omnia vidissent quæ fecerat Hierosolymis die festo: nā & ipsi venerāt ad diem festum.

45 Quū autem uenisset in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, quæ omnia uidissent quæ fecerat Ierosolymis in die festo: & ipsi enim uenerant ad diem festum.

Ἦλθεν οὖν ὁ Ἰησοῦς πάλιν εἰς τὴν 46 Κανὰ τῆς Γαλιλαίας, ὅπου ἐποίησε τὸ ὕδωρ οἶνον. Καὶ ἦν τις βασιλικὸς, οὗ ὁ υἱὸς ἠσθένει ἐν Καπερναούμ.

Venit igitur Iesus rursū ‖ Cana oppidum Galilææ vbi fecerat ex aqua vinum. Erat autem ᵛ in Capernaum ᵛ regius quidā, cuius filius ægrotabat.

46 Venit ergo iterū in Cana Galilææ, ubi fecit aquā uinū. Et erat quidā regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaū. supra.2.a.2. b.12

1

37 Dictum illud, ὁ λόγος: id est paræmia seu prouerbium illud, vt ex Chrysostomo disertè explicat Theophylactus. Cicero de Oratore, Bona dicta, quæ falsa sint: nam ea, dicta appellantur proprio ismi nomine.

Verum, ἀληθινός. Vulgò legitur ὁ ἀληθινός. Sed in Theophylacto Romano nullus est additus articulus, & quisquis Græcè vel mediocriter nouit, facilè iudicare potest nullùm hic esse locum articulo.

42 Propter tuos sermones, διὰ τὴν σὴν λαλιάν. Hoc loco nō videtur λαλιὰ declarare loquacitatem (quæ propria est huius vocabuli significatio) neque idioma seu loquutionem, (vt accipitur Mat.26.g.73. & Mar.14.g.70) sed idem prorsus quod λόγος. quo vsus est Euangelista suprà ver.39. Vetus autem interpres barbarè loquelā interpretatus est: Erasmus, Orationem: quod vocabulum vt ambiguum hoc loco repudiauit.

44 Testatus fuerat, ἐμαρτύρησεν. Si ita conuertas, perspicuum erit locus, alioquin valde obscurus, quique valde torsit plerosque interpretes. Erit enim hæc sententia, Profectus est in Galilæam Christus: nempe Canam, Galilææ opidum, non autē in Nazareth patriā suā. Inde enim fuerat eiectus, adeo vt testatus esset Christus ex vetere prouerbio, Prophetas à suis nōn agnosci. Cæterùm nequis forsan moueatur quòd præterito perfecto tribuamus significationem plusquamperfecti, manifestum simili enallages exemplum suggeret proximus versiculus, in quo necesse est vt ἐποίησεν & ἦλθον interpreteris, fecerat & venerant: & rursus altero sequente versiculo, ἐποίησεν, fecerat.

46 In Capernaum, εἰς Καπερναούμ. Hoc ego per traiectionem connecto cum verbo ἦν, quòd omnino id videatur postulare proximi versiculi sententia. Ideo vt traiectionem vitarem, mutaui verborum collocationem. Regius quidam, τις βασιλικὸς: id est ex Herodis aulicis, & eorum numero qui plurimum apud eum

poterant. Quanuis enim Herodes non regis, ſed tetrarchæ nomen haberet, tamen ſi nominis ambitionẽ exci pias, rex erat, ac ſaltem à vulgo rex dicebatur, vt apparet Mar. 6. b. 14. Vulgata Regulum interpretatur, qui à Græcis non βασιλεὺς, ſed βασιλίσκος dicitur.

Οὗτος ἀκούσας ὅτι Ἰησοῦς ἥκει ἐκ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Γαλιλαίαν, ἀπῆλθε πρὸς αὐτὸν, καὶ ἠρώτα αὐτὸν ἵνα καταβῇ καὶ ἰάσηται αὐτοῦ τὸν υἱὸν· ἤμελλε γὰρ ἀποθνήσκειν.

47 Is quum audiſſet Ieſum venisse ex Iudæa in Galilæam, abiit ad eum, & eum rogauit vt deſcenderet ac ſanaret ipſius filiũ: erat enim moribundus.

47 Hic quũ audiſſet quia Ieſus aduenisset à Iudea in Galilæam, abiit ad eum, & rogabat eum vt deſcenderet, & ſanaret filium eius: incipiebat enim mori.

Εἶπεν οὖν ὁ Ἰησοῦς πρὸς αὐτὸν, Ἐὰν μὴ σημεῖα καὶ τέρατα ἴδητε, οὐ μὴ πιστεύσητε.

48 Dixit ergo Ieſus ei, Niſi ſigna & miracula videritis, non credetis.

48 Dixit ergo Ieſus ad eũ, Niſi ſigna & prodigia videritis, non credetis.

Λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ βασιλικὸς, Κύριε, κατάβηθι πρὶν ἀποθανεῖν τὸ παιδίον μου.

49 Dicit ei regius ille, Domine, deſcende priuſquam moriatur filius meus.

49 Dicit ad eum regulus, Domine, deſcende priuſ quam moriatur filius meus.

Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Πορεύου, ὁ υἱός σου ζῇ. Καὶ ἐπίστευσεν ὁ ἄνθρωπος τῷ λόγῳ ᾧ εἶπεν αὐτῷ Ἰησοῦς· καὶ ἐπορεύετο.

50 Dicit ei Ieſus, Vade, filius tuus viuit. Credidit homo ſermoni quem dixerat ei Ieſus: & profectus eſt.

50 Dicit ei Ieſus, Vade, filius tuus viuit. Credidit homo ſermoni quem dixit ei Ieſus: & ibat.

Ἤδη δὲ αὐτοῦ καταβαίνοντες, οἱ δοῦλοι αὐτοῦ ἀπήντησαν αὐτῷ, καὶ ἀπήγγειλαν, λέγοντες, Ὅτι ὁ παῖς σου ζῇ.

51 Iam autem eo deſcendente, ſerui occurrerunt ei, & annuntiauerunt dicentes, Filius tuus viuit.

51 Iam autem eo deſcendẽte, ſeruiocurrerunt ei, & nuntiauerunt dicentes quia filius eius viueret.

Ἐπύθετο οὖν παρ' αὐτῶν τὴν ὥραν ἐν ᾗ κομψότερον ἔσχε· καὶ εἶπον αὐτῷ, Ὅτι χθὲς ὥραν ἑβδόμην ἀφῆκεν αὐτὸν ὁ πυρετός.

52 Percontatus eſt ergo ab eis horam qua melius habuerat: & dixerunt ei, Heri circiter horã ſeptimam dimiſit eum febris.

52 Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerit. Et dixerunt ei, Quia heri hora ſeptima reliquit eum febris.

Ἔγνω οὖν ὁ πατὴρ ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ ἐν ᾗ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ὅτι ὁ υἱός σου ζῇ. καὶ ἐπίστευσεν αὐτὸς καὶ ἡ οἰκία αὐτοῦ ὅλη.

53 Agnouit ergo pater id factum eſſe illa ipſa hora qua dixerat ei Ieſus, Filius tuus viuit. & credidit ipſe ac domus eius tota.

53 Cognouit ergo pater quia illa hora erat in qua dixit ei Ieſus, Filius tuus viuit. & credidit ipſe & domus eius tota.

Τοῦτο πάλιν δεύτερον σημεῖον ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἐλθὼν ἐκ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Γαλιλαίαν.

54 Hoc ſecundum ſignum rurſus edidit Ieſus, quum veniſſet ex Iudæa in Galilæam.

54 Hoc iterum ſecundum ſignum fecit Ieſus, quũ venisset à Iudæa in Galilæam.

Κεφάλαιον ε'

CAP. V.

CAP. V.

Exhin. 24. a. 1 deut. 16. a. 1

Μετὰ ταῦτα ἦν ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἀνέβη ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἱεροσόλυμα.

1 POſt hæc erat dies feſtus Iudæorum, & aſcẽdit Ieſus Hieroſolymam.

1 POſt hæc erat dies feſtus Iudæorũ, & aſcẽdit Ieſus Ieroſolymam.

Ἔστι δὲ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐπὶ τῇ προβατικῇ κολυμβήθρᾳ, ἡ ἐπιλεγομένη Ἑβραϊστὶ Βηθεσδὰ, πέντε στοὰς ἔχουσα.

2 Eſt autem Hieroſolymis ad forum pecuariũ, piſcina quæ nominatur Hebraicè Beth-eſda, quinque porticus habens.

2 Eſt autem Ieroſolymis ſuper Probatica, piſcina quæ agnominatur Hebraicè Bethſaida quinque porticus habens.

47 Vt deſcenderet, ἵνα καταβῇ id eſt veniret. Sic enim vtuntur Hebræi verbis Aſcendere ac Deſcendere, etiam non habita ſitus locorum ratione. Nam vrbs Capernaum erat in monte ſita. Erat enim moribundus ἤμελλε γὰρ ἀποθνήσκειν. Vide Luc. 7. 2. 1. 50 Viuit, ζῇ id eſt valet, ex Hebræorum idiotiſmo. Huc pertinet quod ait quidam, Non eſt viuere, ſed valere, vita.

51 Melius habuiſſet, κομψότερον ἢ ἔχει, id eſt ὅτι κομψότερον. Erit ergo κομψῶς ἔχειν id omnino quod Latini dicunt bellè habere. Sed hoc tamen eſt ἅπαξ λεγόμενον.

IN CAPVT V.

2 Ad *forum* pecuarium, πρὸς τῇ προβατικῇ. Subaudio ἀγορᾷ potius quàm aliud quippiam, ſi modò ita legendum eſt. Nam mihi quidem magis probatur vt legamus cum Theophylacto, ὧν δὲ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις προβατικὴ κολυμβήθρα: quam lectionem apparet habuiſſe Cyrilli & Chryſoſtomi exemplaria. Sic igitur conuertendus eſt (opinor) hic locus, Erat autem Hieroſolymis pecuaria piſcina. id eſt ex qua potare & in qua merſari pecudes ſolebant, quarum magnum numerum Hieroſolymis eſſe oportuit. Neque enim eſt quòd κολυμβήθρας vocabulum

ad vrinatores referamus, non magis quàm ad pisces piscinas, de quibus agit Columella lib. 1. cap. 5, nisi quis fortassis animi causa solebat illic natare. Beth-esda, Βηθ-εσδὰ: id est domus effusionis, à fundendo (vt aiunt) victimarum sanguine: vnde etiam factum vt nonnulli ἐκ τῶν Ἑπτὰ victimariam fine interpretati. At ego non puto victimas extra templum fuisse iugulatas, & in piscinam effusum sanguinem. Itaque malim ab aquarum effusione sic fuisse dictam hanc piscinam, fortassis quòd pluribus tubulis ac canalibus impleretur. Corruptè verò in Vulgata editione legitur Bethsaida, & in Theophylacto Romano Βηθσαϊδά.

Ἐν ταύταις κατέκειτο πλῆθος πολὺ τῶν ἀσθενούντων, τυφλῶν, χωλῶν, ξηρῶν, ἐκδεχομένων τὴν τοῦ ὕδατος κίνησιν.

3 In his iacebat multitudo magna ægrotorum, cæcorũ, claudorum, aridorum, expectantiũ aquæ motum.

3 In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorũ, aridorum, expectantium aquæ motum.

Ἄγγελος γὰρ κατὰ καιρὸν κατέβαινεν ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ, καὶ ἐτάρασσε τὸ ὕδωρ· ὁ οὖν πρῶτος ἐμβὰς μετὰ τὴν ταραχὴν τοῦ ὕδατος, ὑγιὴς ἐγίνετο ᾧ δήποτε κατείχετο νοσήματι.

4 Angelus enim descendebat certo momẽto in piscinam, & turbabat aquam: itaque qui primus descendisset post aquæ turbationem, sanus fiebat à quocũque detineretur morbo.

4 Angelus autem Domini descendebat secundum tẽpus in piscinã, & mouebatur aqua: & qui prior descendisset in piscinam post motionẽ aquæ, sanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate.

Ἦν δέ τις ἄνθρωπος ἐκεῖ τριάκοντα καὶ ὀκτὼ ἔτη ἔχων ἐν τῇ ἀσθενείᾳ.

5 Erat autẽ quidã illic triceſimũ octauũ annũ agens in morbo.

5 Erat autẽ quidã homo ibi triginta & octo annos habens in infirmitate sua

Τοῦτον ἰδὼν ὁ Ἰησοῦς κατακείμενον, καὶ γνοὺς ὅτι πολὺν ἤδη χρόνον ἔχει, λέγει αὐτῷ, Θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι;

6 Hunc quum vidiſſet Ieſus decumbentem, & cognouiſſet eũ iam multum temporis egiſſe in morbo, dicit ei, Cupis ſanus fieri?

6 Hunc quũ vidisset Ieſus iacentem, & cognouisset quia iam multum tempus haberet, dicit ei Vis sanus fieri?

Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ ἀσθενῶν, Κύριε, ἄνθρωπον οὐκ ἔχω ἵνα ὅταν ταραχθῇ τὸ ὕδωρ, βάλῃ με εἰς τὴν κολυμβήθραν· ἐν ᾧ δὲ ἔρχομαι ἐγώ, ἄλλος πρὸ ἐμοῦ καταβαίνει.

7 Reſpondit ei ægrotus ille, Domine, nullum habeo qui, quum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: ſed interim dum ego venio, alius ante me deſcendit.

7 Respondit ei languidus, Domine, hominẽ non habeo ut quũ turbata fuerit aqua, mittat me in piscinã: dũ ueniuo enim ego, alius ante me descendit.

Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἔγειραι, ἆρον τὸν κράβαττόν σου, καὶ περιπάτει.

8 Dicit ei Ieſus, Surge, tolle grabatum tuum, & ambula.

8 Dicit ei Ieſus, Surge, tolle grabatũ tuũ, & ambula.

Καὶ εὐθέως ἐγένετο ὑγιὴς ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἦρε τὸν κράβαττον αὐτοῦ, καὶ περιεπάτει. Ἦν δὲ σάββατον ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ.

9 Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille: & ſuſtulit grabatũ ſuũ, & ambulabat. erat autem Sabbathum die illo.

9 Et ſtatim ſanus factus est homo ille: & ſuſtulit grabatum ſuum, & ambulabat. erat autẽ Sabbathum in die illo.

Ἔλεγον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι τῷ τεθεραπευμένῳ, Σάββατόν ἐστιν, οὐκ ἔξεστί σοι ἆραι τὸν κράβαττον.

10 Iudæi ergo dicebant ei qui ſanatus fuerat, Sabbathum eſt, non licet tibi tollere grabatũ.

10 Dicebant ergo Iudæi illi q̃ sanatus fuerat, Sabbathum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Ierem. 17. c. 1

Ἀπεκρίθη αὐτοῖς, Ὁ ποιήσας με ὑγιῆ, ἐκεῖνός μοι εἶπεν, Ἆρον τὸν κράβαττόν σου, καὶ περιπάτει.

11 Reſpõdit eis, Qui me ſanum fecit, is mihi dixit, Tolle grabatum tuum, & ambula.

11 Respondit eis, Qui me sanũ fecit, ille mihi dixit, Tolle grabatũ tuum, & ambula.

Ἠρώτησαν οὖν αὐτόν, Τίς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ὁ εἰπών σοι, Ἆρον τὸν κράβαττόν σου, καὶ περιπάτει;

12 Interrogauerunt eum ergo, Quis ille eſt qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum, & ambula?

12 Interrogauerunt ergo eũ, Quis est ille homo q̃ dixit tibi, Tolle grabatũ tuum, & ambula?

Ὁ δὲ ἰαθεὶς οὐκ ᾔδει τίς ἐστιν· ὁ γὰρ Ἰησοῦς ἐξένευσεν ὄχλου ὄντος ἐν τῷ τόπῳ.

13 Is autẽ qui ſanatus fuerat, neſciebat quis eſſet: Ieſus enim euaſerat ex turba quæ erat in illoloco.

13 Is autẽ qui sanus fuerat ſcibat nesciebat quis esset: Ieſus enim declinauit turba constituta in loco.

4 Angelus enim, ἄγγελος γάρ. In duobus codicibus additum erat Κυρίου Domini. Certo tempore, κατὰ καιρόν. Sic Eraſmus. nam καιρὸς propriè certum & conſtitutum temporis articulũ declarat. Vulg. barbarè & ambiguè, Secundum tempus. Vide Act. 1. b. 7.

5 Agens in morbo, ἔχων ἐν ἀσθενείᾳ. Vulg. ad verbum, Habens in infirmitate. Eraſ. Morbo tenebatur, paulo longius recedens à Græcis. Ego ſpectani quid vſus Latinæ linguæ ferret tum hoc loco, tum etiam in proximo verſiculo. ἀσθένεια autem vocauit morbum, ab effectu, quonimirum ita erat debilitatus vt conſiſtere non poſſet.

7 Qui mittat, ἵνα βάλῃ. Heb. וישליכני pro quo dicunt fere Græci τὸν βάλλοντα, vel ὃς βάλλει.

13 Euaſerat, ἐξένευσεν. Hoc vocabulum nuſquam in nouo Teſtamẽto reperitur niſi hoc vno loco. Significat autem clàm euadere, & ſe quodammodo ſurripere è turba: quum propriè dicatur de iis qui ex vndis enatant: fortaſſis quòd qui clam nititur ex turba elabi, corpus non aliter ſummittat quàm qui ex vndis emergat: vnde etiam ἀνένευσαν dicitur ratione tranſlationis non diſſimili, qui veluti ſe emergens, in locum aliquem ſubit & irrepit: cui opponitur τὸ ἀνένευσαν. Sed & vſitatum eſt, confertam & in varias partes velut exundantem multitudinem commoto mari conferre: vnde qui ſe recipiat, meritò dicatur quaſi enatare;

Quod autem arbitratur Eraſmus, potius deducendum eſſe ἐξέβαινεν à verbo ἐκβαίνω, quod declarat velut peregrinum & ignotum fieri, mihi quidem non poteſt probari. Vulgata, Declinauit. Nam ἐκκλίνειν etiam hoc declarat: vnde viarum diuerticula dicuntur ἐκκλίσεις. Sed vtẽdum erat pluſquam perfecto, & ſuperior ſignificatio videtur expreſſior. Et turba quæ erat in illo loco, ἔχλου ὄντος ἐν τῷ τόπῳ. Hæc (vt opinor) præſtat coniungere cũ ἐξέβαινεν quàm accipere vt abſolutè poſita. Nam quod exiſtimat Eraſmus fuiſſe potius dicendum ἔχλου τῶ ὄντος, non puto magni eſſe momenti.

Μετὰ ταῦτα εὑρίσκει αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ἴδε, ὑγιὴς γέγονας· μηκέτι ἁμάρτανε, ἵνα μὴ χεῖρόν τι σοὶ γένηται.

14 Poſtea inuenit eum Ieſus in templo, & dixit ei, Ecce, ſanus factus es: ne pecca amplius, vt nequid deterius tibi contingat.

14 *Poſtea inuenit eum Ieſus in templo, & dixit illi, Ecce, ſanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.*

Ἀπῆλθεν ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἀνήγγειλε τοῖς Ἰουδαίοις ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ ποιήσας αὐτὸν ὑγιῆ.

15 Abiit ille, & nuntiauit Iudæis Ieſum eſſe qui ſanum eum fecerat.

15 *Abiit ille homo, & nũtiauit Iudæis quia Ieſus eſſet qui fecit eum ſanũ.*

Καὶ διὰ τοῦτο ἐδίωκον τὸν Ἰησοῦν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ ἐζήτουν αὐτὸν ἀποκτεῖναι, ὅτι ταῦτα ἐποίει ἐν σαββάτῳ.

16 Ac propterea perſequebãtur Iudæi Ieſum, & ſtudebant eum trucidare, quòd iſta feciſſet Sabbatho.

16 *Propterea perſequebãtur Iudæi Ieſũ, quia hæc faciebat in Sabbatho.*

Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπεκρίνατο αὐτοῖς, Ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι.

17 Ieſus autem reſpondit eis, Pater meus vſque adhuc operatur, & ego operor.

17 *Ieſus autem reſpondit eis, Pater meus uſque modò operatur, & ego operor.*

Διὰ τοῦτο οὖν μᾶλλον ἐζήτουν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι ἀποκτεῖναι, ὅτι οὐ μόνον ἔλυε τὸ σάββατον, ἀλλὰ καὶ πατέρα ἴδιον ἔλεγε τὸν Θεόν, ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ Θεῷ.

18 ‖Propterea ergo magis ſtudebant eum Iudæi trucidare, quia non ſolùm ſoluiſſet Sabbathũ, ſed & Patrẽ ſuum dixiſſet Deũ, parem ſe faciens Deo.

18 *Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere, quia non ſolùm ſoluebat Sabbathũ, ſed & Patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe faciens Deo.*

Luc. 6. v. 9

Ἀπεκρίνατο οὖν ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ δύναται ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδὲν, ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα· ἃ γὰρ ἂν ἐκεῖνος ποιῇ, ταῦτα καὶ ὁ υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ.

19 Reſpondit ergo Ieſus, & dixit eis, Amen amen dico vobis, non poteſt Filius à ſemetipſo operari, id eſt niſi viderit Patrẽ operantem: quæcunque enim ille facit, hæc etiam Filius pariter facit.

19 *Reſpondit itaque Ieſus, & dixit eis, Amẽ amẽ dico uobis, nõ poteſt Filius à ſe facere quicquam, niſi quod uiderit Patrem facientẽ: quæcunque enim ille fecerit, hæc & Filius ſimiliter facit.*

Ὁ γὰρ πατὴρ φιλεῖ τὸν υἱὸν, καὶ πάντα δείκνυσιν αὐτῷ ἃ αὐτὸς ποιεῖ· καὶ μείζονα τούτων δείξει αὐτῷ ἔργα, ἵνα ὑμεῖς θαυμάζητε.

20 Pater enim diligit Filium, & omnia demonſtrat ei quæ ipſe facit: & opera iſtis maiora demonſtrabit ei, vt vos miremini.

20 *Pater enim diligit Filium, & omnia demonſtrat ei quæ ipſe facit, & maiora his demonſtrabit ei opera, ut uos miremini.*

Ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ.

21 Sicut enim Pater excitat mortuos & viuificat, ita & Filius quos vult viuificat.

21 *Sicut enim Pater ſuſcitat mortuos & uiuificat, ſic & Filius quos uult uiuificat.*

18 Suum, ἴδιον: id eſt ſibi propriũ ac peculiarem. Hoc autem illud eſt quo maximè offendebantur Iudæi, quum alioquin toti Iſraeli liceret Deum patris nomine compellare, vt Exo. 4. e. 22. Verùm quum ſibi Chriſtus idipſum vendicaret quod Iudæi ad vnum Deum pertinere ſciebant, nempe ſummam ac perpetuam huius mundi adminiſtrandi poteſtatẽ, (id enim ſignificatur Operandi vocabulo, quod Chriſtus & Patri & ſibi cõmune eſſe dixerat) rectè colligunt illi, Chriſtum propria quadã ratione ſe Filiũ Dei dicere, cui etiam ſe parem faceret. Rectè, inquam, illi colligunt: ſed quia Chriſtum ex hominis duntaxat ſpecie metiuntur, & impedit ipſorũ prauitas quominus Dei gloriam in tanto ipſius opere elucentem cernant: ideo quod verè dixit Chriſtus, blaſphemiam eſſe iudicant.

19 Non poteſt, οὐ δύναται. Annotauimus Mar. 6. a. 5, τὸ μὴ δύνασθαι interdũ poni pro μὴ θέλειν, id eſt, Non poſſe, pro nolle. Nam inter ſpecies τοῦ ἀδυνάτου rectè numerat τὸ ἀβούλητον Nanzianzenus ὀρ. β, εἰς ἑαυτόν. Sed hoc loco agitur de eo quod omnibus modis ac propriè eſt ἀδύνατον. Neque tamen hoc arguit vllam in Chriſto ἀσθενείαν, ſiue hæc diuinæ naturæ, ſiue humanæ tribuatur: niſi quis hoc accipiat pro imbecillitatis argumento, quòd Chriſtus nihil aut velit aut poſſit quod Pater per ipſum & ipſe cum Patre non velit aut poſſit. A ſemetipſo, ἀφ' ἑαυτοῦ: id eſt ſine Patris non modò authoritate, ſed etiã vi ac potentia effectrice. Nã alioquin vitã etiã habet in ſeipſo, ſed quia à Patre accepit, vt infrà, ver. 21 & 26. Sic apud Ciceronem de Oratore dicitur à ſe promere qui ab aliis non ſumit. Eſt autem illa interpretatio notanda. Neque enim his verbis reprehenditur voluntatum in Chriſto diſtinctio, ſed ſeparatio: neque ſimpliciter negat ſe ſua vi & authoritate, atque adeo pro ſuo iure operari, ſed ex Iudæorum hypotheſi, qui ipſum à Patre ſeparabant, & nihil aliud quàm hominem eſſe putabant: qua de re plura dicemus infrà, verſu 21.

Nisi nisi viderit, ἐὰν μή τι βλέπῃ. Vulgata, Nisi quod viderit, vt pro τι videatur legisse ῥ. Admonet Erasmus posse etiam expungi particulam τι, quæ sæpenumero apud Græcos redundat. Sed τι τοῦτο pro ἐργάζεσθαι, absolutè positum non temere reperias: quanquam id potest vtcunque excusari idiotismo Hebræorum, de quo diximus Matth. 10. b. 11. Itaque supplendum esset ἄλλο τι, id est illud, quod nimirum facit Filius. Sed maior hic oritur scrupulus. ea enim est natura particulæ Nisi, vt si conditionem ponas quam tollit, simul totum præcedens membrum vel ponatur, si neget: vel tollatur, si affirmet. Nam si dicas, Nemo venit ad me nisi Pater meus traxerit eū, consequitur aliquos venire si Pater eos traxerit, imò verò omnes quos traxerit, vt explicat diserte Christus infrà, 6. d. 37: & c. 45. Item, si dicas, Mors manet super omnes, nisi Christo crediderint, efficitur, mortem non manere super quenquā qui crediderit. Sic igitur hoc loco, si ita hæc conuertas, Filius non potest à seipso quicquam facere nisi quid [vel nisi quod] viderit Patrem facientem: videbitur consequi, Filium à seipso facere quod vidit Patrem facientem. Sunt autem hæc inter se contraria ex diametro, vt simul consistere non possint. Quid si igitur dicamus particulā Nisi non cōstituere totum membrum præcedens, sed eius priorem partē duntaxat vt si argumentationem ita nectas, Filius non potest à seipso quicquam facere, nisi quid prius viderit Patrem facientem. Ergo Filius facit id quod facientem Patrem viderit: nempe vt illud A seipso non repetatur in conclusione contraria. Sed hoc planè durum est. Relinquitur ergo totum illud, Nisi quid viderit Patrem facientem, non esse partem propositionis alicuius hypotheticæ, sed potius epexegesin & interpretationem eius quod dixerat ἀφ' ἑαυτοῦ, id est à seipso. Itaque vt planior esset sententia, alioquin difficilis & impedita, nō dubitaui particulam exegeticam supplere, quum præsertim viderem passim eiusmodi eclipses inueniri, vt infrà, versu 30, & 6. c. 17 & 7. a. 4. Postremò verò putaui illud quoque annotandum, οὐδὲν ποιεῖν nihil aliud declarare quàm οὐκ ἐργάζεσθαι. ex quo etiam apparet τὸ ποιεῖν, idem prorsus significare quod simplex ἐργάζεσθαι. quod opponitur verbo ῥεῖν, id est feriari, vnde Sabbathum dictum est: de cuius quiete violata Christus accusatus sese purgat. Ideo vt perspicuitati studerem, cōuerti οὐδὲν ποιεῖν, non operari, & τὸ ποιοῦντα, operantem, sicut in nostro vulgato sermone, *Ne faire rien, & ne besongner point*, synonyma sunt, item *faire quelque chose, & besongner*. Viderit Patrem operātem, βλέπειν τὸν πατέρα τὸ ποιοῦντα. In hoc sermone duo verba vsurpantur quæ se mutuò respiciunt, Demonstrare & Videre illud Patri, hoc Filio tribuitur: & quidem (vt opinor) humanæ naturæ respectu, quatenus quidem cū diuina hypostaticè coaluit. Nam si simpliciter & per se ad diuinā naturam hæc referas, præterquam quòd subtilissimè hæc erunt explicanda, (vt facilè apparet ex ils quæ veteres Græci, ac præsertim Nanzianzenus, in hūc locum aduersus Arrianos differunt) videbitur etiam Christus non magnam habuisse rationem ruditatis eorum quos alloquitur. Præterea sicut veteres fatentur propriè humanæ naturæ respectu Filium dici missum in carnem, & Patrem illi iudicium dedisse, Filio datam esse cæli & terræ potestatem, & similia: sic etiam opinor propriè dici Patrem Filio demonstrare opera sua, item Filium videre Patrem operantem, quatenus videlicet Filius homo factus Spiritum accepit sine mensura: quum plenitudo deitatis in ipso habitet corporaliter. Nam Demonstrare idem declarat atque Docere: quo vocabulo vtitur infrà, 8. d. 18, id est vim ac potestatem, suam denique deitatem Filio communicare: & Videre idem valet atque Intelligere ac discere: id est illam vim recipere: quod idem paulo pòst significatur Audiendi verbo. Ergo (vt paucis omnia complectar) testatur Christus nihil prorsus à se fieri cuius authorem nō habeat Patrem, à quo impellatur ac regatur omnibus in rebus, & quanuis hæc ita dicat vt sese Iudæorum captui accommodans, omnia Patri in solidum tribuat, quemadmodū & aliis plurimis locis, séque veluti discipulum in artificis officina eruditum proponat: tamen diuinam suam maiestatem fortiter asserit, quum Deum Patrem vocat, quum sese dicit pariter cum eo operari, quum se vitæ ac mortis æternæ potestatem habere, se mundi gubernatorem constitutum, suam denique gloriam à Patris gloria separari non posse profitetur. Pariter, ὁμοίως: id est simili ratione, atque adeo vnà & coniunctim. Nam hoc, inquit Nanzianzenus, non est accipiendum κατὰ τὴν προσθήκην ὁμοίωσιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἕνωσιν καὶ κοινωνίαν: id est, quasi res à Patre factas Filius, similes alias faciendo, exprimat: sed quod in agendo par ac coniuncta sit Patris ac Filii virtus ac dignitas. Hæc ille, sanctè quidem & piè, nequis Patris ac Filii bina opera inter se conferri putet: sed tamen quia (vt modò dixi) hæc referenda potius opinor ad Filium, non simpliciter quatenus Deus est, sed quatenus homo factus, diuina illa vi, qua totus plenus est, regitur ac impellitur: idcirco existimarim Christum in superiore illa magistri ac discipuli similitudine permanere. Sūt igitur, inquit, Pater ac Filius in vna veluti officina pares ac coniuncti: eorundem operum artifices, adeo vt quicquid facit Pater, hoc non faciat solus, sed Filius etiam vnà cum ipso, & pari quidem ratione: nequis quanuis similia, tamen diuersa Patris ac Filii opera esse putet, aut aliquod discrimen imaginetur inter Patris ac Filii in agendo consilium ac virtutem. Sic igitur Filius de se vt homine loquitur, qui apud Patrem omnia viderit, & separatim à Patre nihil agat. Itaque nequis putaret Patris ac Filii opera non modò distingui, sed etiam separari, ὁμοίως malui conuertere Pariter quàm Similiter, vel Itidem.

Οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ υἱῷ·	22 Neque enim Pater iudicat quenquam, sed omne iudiciū dedit Filio:	22 *Neque enim Pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit Filio:*

22 Neque enim Pater iudicat quenquam, οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ κρίνει οὐδένα. Iudicandi verbum hoc loco, & paulo pòst versu 27 & 30, respondet verbo דין, quo videlicet significatur κοσμοδιοικεῖν plenum imperium ac summa mundi administrandi potestas: vt planè in duobus versiculis superioribus videatur sibi tribuere nomē illud Dei דין, in hoc autem versiculo alludere ad nomen אלהים. Annotat etiam Erasmus, Cyprianum duobus locis ita citare hunc locum vt eum appareat pro οὐδένα legisse οὐδέν, id est nihil: quæ lectio sanè aptior videtur quàm altera. Noluimus tamen quicquam contra omnium codicum fidem mutare. Denique, vt semel hæc dicēdi genera explicentur quæ in speciem videri possent absurda, & apud hunc Euangelistam plurimis locis inculcantur: sciendum est, has negantes orationes non simpliciter aliquid negare, sed κατ' ὑπόθεσιν, id est ex eorum hypothesi ad quos dirigitur oratio. Sic negat Christus à Patre administrari hunc mūdum, ita videlicet vt Iudæi arbitrabantur, qui Patrem à Filio separabant, quum Pater contrà nonnisi in persona Filii manifestati in carne, mundum regat. Ergo non simpliciter remouetur Pater à mundi imperio, sed corrigitur in ea re Iudæorum error. Sic dicit se non venisse vt faceret voluntatem suam, sed voluntatem Patris, infrà, versu 30, & capite 6. d. 38: sic dicit hanc doctrinam suam non esse, sed eius à quo erat missus, infrà, 7. c. 16: neutrum simpliciter, sed ex eorum sensu qui ipsum à Patre separabant, quum reuera vna sit Patris & ipsius potestas ac doctrina. Sic dicit cæcum illum aut parentes eius nō peccasse, infrà, 9. a. 3: hactenus videlicet vt abiis peccatis orta esset eius cæcitas, quum alioquin & ille & parentes eius peccatores essent, quia homines erant, vt explicatur Rom. 5. versu 12, & 1. Iohan. 1. d. 8.

Ινα πάντες τιμῶσι τὸν υἱὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν πατέρα· ὁ μὴ τιμῶν τὸν υἱὸν, οὐ τιμᾷ τὸν πατέρα τὸν πέμψαντα αὐτόν.

23 Vt omnes honorent Filium, prout honorant Patrem: qui nō honorat Filium, non honorat Patrem qui misit eum.

23 Vt omnes honorificent Filium sicut honorificãt Patrem: qui non honorificat Filiũ, non honorificat Patrẽ qui misit illũ.

Αμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ὁ τὸν λόγον μου ἀκούων, καὶ πιστεύων τῷ πέμψαντί με, ἔχει ζωὴν αἰώνιον· καὶ εἰς κρίσιν οὐκ ἔρχεται, ἀλλὰ μεταβέβηκεν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωήν.

24 Amen amen dico vobis, qui sermonem meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, & in ᵛcondemnationem non venit: sed ᵛtransiuit à morte in vitam.

24 Amen amẽ dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam: & in iudiciũ nõ venit: sed transit à morte in vitam.

Αμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε οἱ νεκροὶ ἀκούσουσι τῆς φωνῆς τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ· καὶ οἱ ἀκούσαντες ζήσονται.

25 Amen amen dico vobis, venit tempus, & nunc est, quum mortui audient vocẽ Filii Dei: & qui audierint, viuent.

25 Amen amen dico vobis, quia venit hora & nũc est, quando mortui audient vocem Filij Dei: & qui audierint viuent.

Ωσπερ γὰρ ὁ πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, οὕτως ἔδωκε καὶ τῷ υἱῷ ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ.

26 Sicut enim Pater habet vitam in seipso, sic dedit & Filio ᵛhabere vitam in seipso.

26 Sicut enim Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & Filio habere vitã in semetipso.

Καὶ ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτῷ καὶ κρίσιν ποιεῖν, ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστί.

27 Et ᵛauthoritatem dedit ei etiã ᵛiudicium exercẽdi, ᵛquatenus Filius hominis est.

27 Et potestatem dedit ei etiam iudicium facere, quia Filius hominis est.

Μὴ θαυμάζετε τοῦτο· ὅτι ἔρχεται ὥρα ἐν ᾗ πάντες οἱ ἐν τοῖς μνημείοις, ἀκούσονται τῆς φωνῆς αὐτοῦ.

28 Ne hoc miramini: nam veniet hora qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem eius.

28 Nolite mirari hoc: quia venit hora in qua omnes qui in ista monumentis sunt, audient vocem eius.

24 Condemnationem, κρίσιν, id est κατάκρισιν, vt annotauimus etiam suprà, 3.b.17. Id autem apparet ex antitheſi. Nam Condemnari & Habere vitam æternam, contraria ſunt. Eſt autem hæc Hebræorum conſuetudo, vt quum volunt quippiam certiſſimè affirmare, iſtas antitheſes vſurpent, vt ſuprà, 1.c.10, & 3.b.15.16.17, & d. 36. Tranſiuit, μεταβέβηκεν. In quibuſdam Veteris editionis codicibus perperam legitur Tranſibit. Vtitur enim præterito perfecto Chriſtus, vt quod nondum niſi ſpe poſſidemus, tam certò ſciamus futurum æſi iam nobis reipſa datum eſſet. Sic loquitur Paulus Eph.1.b.5 & 6, & alibi ſæpe. Itaque non eſt quòd grammatici vllam hic ſomnient temporis enallagen.

16 Habere in ſeipſo, ἔχειν ἐν ἑαυτῷ. Vide ſuprà, verſu 19 & 21.

17 Authoritatem, ἐξουσίαν: id eſt ſummum ius. Vulgata & Eraſmus, Poteſtatem: rectè quidem, ſed ambiguè. Iudicium exercendi, κρίσιν ποιεῖν: id eſt gubernandi & adminiſtrandi omnia, adeo vt vitæ ac necis poteſtatem habeat. Quatenus Filius hominis eſt, ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστί. Filium hominis nihil aliud quàm humanam naturam in genere declarare quam Filius aſſumpſit, ideóque non eſſe additum articulum, rectè obſeruat Eraſmus, conſentientibus veteribus, Chryſoſtomo, Cyrillo, Auguſtino, Theophylacto. Sed quod ad diſtinctionem attinet, Chryſoſtomus & qui eius quaſi epitomen confecit Theophylactus, obſeruant hæc eſſe coniũgenda cum ſequenti verſiculo, & poſt πάντες plenum punctum eſſe adſcribendum: quanuis in Romano codice Theophylacti aliter ſit diſtinctus contextus: vt ſit hæc ſententia, Quia Filius hominis eſt, nolite hoc mirari. Id eſt, ne miremini tantam homini datam eſſe poteſtatem. Nam idem homo eſt etiam Filius Dei. Filiũ autem Dei eſſe, apparet ex generali mortuorum reſurrectione. Hæc illi in ſumma, niſi quòd etiam addunt, impium illum Samoſatenum hæc coniunxiſſe cum præcedentibus, quæ ad ſequentia pertineant. At ego certè non video cur hæc non multo melius cum præcedentibus connectantur: neque Samoſatenum puto huius diſtinctionis authorem fuiſſe, quanuis falſa declaratione hunc locum corruperit. Certè coactam eſſe Chryſoſtomi expoſitionem, & verborum collocatio & ſermonis ipſa ſeries oſtendit: & Auguſtinus eam diſtinctionem ſequitur quam ille Samoſateno tribuit: vt planè appareat Latinam Eccleſiam ita ſemper legiſſe. Conſentiunt veteres omnes Græci codices quos vidimus. Cyrillus quoque non aliter diſtinguit: cuius verba Eraſmus in hunc locum vel non ſatis attentè legit, vel non bona fide deſcripſit. Sic enim ille ad verbum, Nolite, inquit, mirari ſi quum me homine videatis, ſuſcitaturum tamen mortuos me pollicear, & in iudicium deducturum miniter: dedit enim mihi viuificandi virtutem Pater, dedit iudicandi poteſtatem. Sed vt lubricam Iudæorum mentem his retinere ſtuduit, ſic aliorum quoque curam non paruam habuit. Quapropter cauſam quare hæc ſibi data à Patre dixerit, illico ſubiecit, dicens, Quia Filius hominis eſt. Vt intelligamus omnia ſibi data fuiſſe vt homini: qui quum creatura ſit, nihil habet à ſeipſo. Hæc Cyrillus: ex quibus nemo non videt ipſum non modò iſta connectere cũ præcedentibus, id eſt cum verbo ἔδωκεν: ſed etiam ita explicare illud μὴ θαυμάζετε τοῦτο, vt ad præcedentia referat. Aſſentior igitur Cyrillo, Auguſtino, & veteribus codicibus, atque adeo receptæ lectioni, & à Chryſoſtomo diſſentio in huius loci diſtinctione. Sed in ipſa explicanda ſententia ingenuè profiteor me non videre cur illorum opinionem ſequar. Referunt enim ὅτι ad verbum ἔδωκεν, ita vt cauſa reddatur quamobrem dicatur Pater iudicandi poteſtatem dediſſe Filio, ſitque veluti reſponſio tacitæ obiectioni oppoſita, quia nimirum idem Filius Deus, etiam homo eſt, qui neceſſe eſt vt aliunde accipiat quod ex ſe non habet. At ego nõ dubito quin potiùs referendum ſit ad illud quod propinquius: vt ſit hic ſenſus, Patrem dediſſe hoc ius Filio, vt quia homo eſt, etiam iudicet mundum: vel, vt etiam quia homo eſt, iudicet mundum: id eſt Filium, non modò quatenus Deus vnus eſt cum Patre, (quod myſterium ignorabant Iudæi) eſſe mundi iudicem, ſed hanc poteſtatem à Patre accepiſſe, vt etiam iudicet mundũ, quatenus eſt homo: ſicut rectè hunc locũ expoſuit doctiſſimus

interpres. Hanc autem expoſitionem confirmat particula καὶ addita, quæ alioquin videbitur redundare. Deinde (vt rectè notat Chryſoſtomus) ſi ideo dicatur iudicandi poteſtatem accepiſſe quia homo eſt, nihil prohibuiſſet omnes homines iudices eſſe. Hoc enim abſurdum illam expoſitionem ſequi vidit ille, ideóque aliam diſtinctionem quæſiuit, de qua diximus: quia veram interpretationem non vidit. Poſtremò Chriſtus, quum hæc diceret, totus in eo erat vt ſe oſtenderet hominem quidem eſſe, ſed tamen diuina ac pari cum Patre poteſtate præditum: ad quem finem qui hunc locum non referunt, certè à ſcopo aberrant. Nam de ſua (id eſt Filii) hypoſtaſi æterna, nullam hic mentionem niſi ex conſequenti facit Chriſtus, id eſt quatenus manifeſtata eſt in carne, Iudæorum videlicet captui ſeſe accommodans. Ergo germana hæc eſt huius loci diſtinctio & interpretatio: quæ vt melius intelligeretur, ὅτι = conuerti Quatenus, quaſi καθότι vel καθὼς ſcriptum ſit: à qua interpretatione neque Auguſtinus neque Cyrillus hactenus diſſentiunt, quum ille exponat καθὼς ὡς ἀνθρώπου ὤν, velut homo eſt: iſte verò, Vt homo eſt & creatura.

Καὶ ἐκπορεύσονται, οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες, εἰς ἀνάστασιν ζωῆς· οἱ δὲ τὰ φαῦλα πραξάντες, εἰς ἀνάστασιν κρίσεως.	29 ‖ Et prodibunt, qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in reſurrectionem condemnationis.	29 *Et prodient qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in reſurrectionem iudicij.* Matth.25.d.46
Οὐ δύναμαι ἐγὼ ποιεῖν ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐδέν· καθὼς ἀκούω, κρίνω· καὶ ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ δικαία ἐστίν· ὅτι οὐ ζητῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με πατρός.	30 Non poſſum ego à meipſo facere quicquam: prout audio iudico: & iudicium meũ iuſtum eſt: quia non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me, id eſt Patris.	30 *Non poſſum ego à meipſo facere quicquam: ſicut audio, iudico: & iudicium meum iuſtum eſt: quia non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me.*
Ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθής.	31 ‖ Si ego teſtor de meipſo, teſtimonium meum non eſt idoneum.	31 *Si ego teſtimoniũ perhibeo de meipſo, teſtimonium meum non eſt verum.* Infrà,8.b.14
Ἄλλος ἐστὶν ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμοῦ, καὶ οἶδα ὅτι ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία ἣν μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ.	32 ‖ Alius eſt qui teſtatur de me, & ſcio verum eſſe teſtimonium quod teſtatur de me.	32 *Alius eſt qui teſtimonium perhibet de me, & ſcio quia verum eſt teſtimoniũ quod perhibet de me.* Matth.3.d.17
Ὑμεῖς ἀπεστάλκατε πρὸς Ἰωάννην, καὶ μεμαρτύρηκε τῇ ἀληθείᾳ.	33 ‖ Vos miſiſtis ad Iohannem, & is teſtimonium dedit veritati.	33 *Vos miſiſtis ad Iohannem, & teſtimoniũ perhibuit veritati.* Supr.d,1.c.27
Ἐγὼ δὲ οὐ παρὰ ἀνθρώπου τὴν μαρτυρίαν λαμβάνω· ἀλλὰ ταῦτα λέγω ἵνα ὑμεῖς σωθῆτε.	34 Ego autem ab homine teſtimonium non capto: ſed hæc dico vt vos ſeruemini.	34 *Ego autem non ab homine teſtimonium accipio: ſed hæc dico vt vos ſalui ſitis.*
Ἐκεῖνος ἦν ὁ λύχνος ὁ καιόμενος καὶ φαίνων· ὑμεῖς δὲ ἠθελήσατε ἀγαλλιαθῆναι πρὸς ὥραν ἐν τῷ φωτὶ αὐτοῦ.	35 Ille erat lucerna ardens & lucens: vos autem voluiſtis ad tempus exultare in eius luce.	35 *Ille erat lucerna ardens & lucens: vos autẽ voluiſtis ad horam exultare in luce eius.*

29 Prodibunt, ἐκπορεύσονται: vel, exibunt, è ſepulchris videlicet. Vulgata, Procedent: id eſt σπουδῇ χωρήσουσι. Rectè autem annotat Eraſmus, poſt ἐκπορεύσονται addendam eſſe hypodiaſtolen, vt intelligamus non ſolùm bonos prodituros, ſed omnes qui in monumentis fuerint: deinde ſubnectantur duæ partes, vna bonorũ, altera malorum. In reſurrectionem vitæ, εἰς ἀνάστασιν ζωῆς: id eſt, eam reſurrectionem quam perennis vita conſequatur: quaſi vitalem dicas, ex Hebræorum idiotiſmo, qui adiectiuorum loco vtuntur genitiuis appellationum, vt ſæpe iam diximus. Huic opponitur reſurrectio condemnationis, id eſt damnatoria.

30 Non poſſum ego à meipſo facere, οὐ δύναμαι ἐγὼ ποιεῖν ἀπ' ἐμαυτοῦ. Vide ſuprà, verſu 19 & 22. Prout audio, καθὼς ἀκούω: id eſt, vt Deus mihi ſuggerit, intra me videlicet habitans. Vide ſuprà, verſu 19, in hæc verba, Viderit Patrem operantem. Iudico, κρίνω. Vide ſuprà, verſu 22. Id eſt Patris, τοῦ πέμψαντος. Deerat in duobus codicibus. Præſtat autem (ni fallor) exegeticam particulam ſupplere quàm coniungere cum τοῦ πέμψαντος. Similem epexegeſin expoſuimus ſuprà, verſu 19, in hæc verba, Niſi viderit.

31 Teſtor, μαρτυρῶ. Eraſ. vertit, Si teſtimonium perhiberem. Et paulo pòſt, οὐκ ἔστιν, non eſſet. Atqui μεμαρτύρηκε iſta dicuntur à Chriſto, quaſi ſibiipſi hæc opponat in aduerſariorum perſona: neque immeritò, quũ hæc eadem poſtea diſertè fuerint ipſi ab illis obiecta, vt ſcribitur infrà, 8.b.13. Malui igitur præſens tempus ſeruare, vt iſta μίμησις clarius appareat. Non eſt idoneum, οὐκ ἔστιν ἀληθής. Vulg. & Eraſ. ἀληθὴς interpretantur verum, fortaſſis non ſatis appoſitè: quia hîc (vt opinor) verum non opponitur falſo, vt in proximo verſiculo. Fieri enim poteſt vt quod aliquis de ſe teſtatur, verum ſit, & rurſus quod quiſpiam in aliquem teſtatur, ſit falſum: & tamen illud non erit idoneum, hoc verò contrà ratum habebitur, niſi quis firmam exceptionem adferat. Verum igitur hoc loco dicitur quod Hebræi vocant אֱמוּנָה, id eſt fidele, dignum videlicet cui fides habeatur, & planè validum ac firmum. Latini idoneum vocant. Erat tamen (fateor) Chriſti teſtimonium idoneum, etiamſi ſolus ipſe teſtis eſſet, ſed habuit Chriſtus eorum rationem quos alloquebatur, adeo vt hoc etiam ipſis largiatur, ne ſibi credant, niſi alios idoneos authores ac teſtes laudarit. Quomodo autem hoc conſentiat cum eo quod ſcribitur infrà, 8.b.14, ſuo loco dicemus.

35 Teſtimonium dedit, μεμαρτύρηκε. Diuerſa conſtructio diuerſam ſignificationem arguit, de qua diximus Luc.4.d.22.

Ἐγὼ δὲ ἔχω τὴν μαρτυρίαν μείζω τοῦ Ἰωάνου· τὰ γὰρ ἔργα ἃ ἔδωκέ μοι ὁ πατὴρ ἵνα τελειώσω αὐτά, αὐτὰ τὰ ἔργα ἃ ἐγὼ ποιῶ, μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ ὅτι ὁ πατήρ με ἀπέσταλκε.

36 At ego teſtimonium habeo maius *teſtimonio* Iohānis: opera enim quæ dedit mihi Pater vt ea perficerem, ipſa *inquam* opera quæ ego facio, teſtantur de me quòd Pater miſerit me.

36 Ego autem habeo teſtimonium maius Iohanne: opera enim quæ dedit mihi Pater ut perficiam ea, ipſa opera quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me quia Pater miſit me.

Matth.3.d.17, & 17.a.5 Deut.4.b.12

Καὶ ὁ πέμψας με πατὴρ, αὐτὸς μεμαρτύρηκε περὶ ἐμοῦ· Οὔτε φωνὴν αὐτοῦ ἀκηκόατε πώποτε, οὔτε εἶδος αὐτοῦ ἑωράκατε.

37 Et qui miſit me Pater, ipſe teſtatus eſt de me. Neque vocē eius vnquam audiſtis, neque ſpeciem eius vidiſtis.

37 Et qui miſit me Pater, ipſe teſtimonium perhibuit de me. Neque vocē eius vnquam audiſtis, neq; ſpeciē eius vidiſtis.

Καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ οὐκ ἔχετε μένοντα ἐν ὑμῖν· ὅτι ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος, τούτῳ ὑμεῖς οὐ πιστεύετε.

38 Et ſermonem eius non habetis in vobis manentem: quia quem miſit ille, huic vos non creditis.

38 Et verbum eius non habetis in nobis manens: quia quem miſit ille, huic nos non creditis.

Ἐρευνᾶτε τὰς γραφάς, ὅτι ὑμεῖς δοκεῖτε ἐν αὐταῖς ζωὴν αἰώνιον ἔχειν· καὶ ἐκεῖναί εἰσιν αἱ μαρτυροῦσαι περὶ ἐμοῦ·

39 Scrutamini Scripturas: nam vos videmini vobis in ipſis vitam æternam habere: & illæ ſunt quæ teſtificantur de me:

39 Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere: & illæ ſunt quæ teſtimoniū perhibēt de me:

Καὶ οὐ θέλετε ἐλθεῖν πρός με, ἵνα ζωὴν ἔχητε.

40 Nec vultis venire ad me, vt vitam habeatis.

40 Et non vultis venire ad me, ut vitā habeatis.

Δόξαν παρὰ ἀνθρώπων οὐ λαμβάνω.

41 Gloriam ab hominibus nō capio:

41 Claritatem ab hominibus non accipio:

Ἀλλ' ἔγνωκα ὑμᾶς ὅτι τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς.

41 Sed noui vos charitatem Dei non habere in vobis.

41 Sed cognoui uos, quia dilectionem Dei non habetis in nobis.

Ἐγὼ ἐλήλυθα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρός μου, καὶ οὐ λαμβάνετέ με· ἐὰν ἄλλος ἔλθῃ ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἰδίῳ, ἐκεῖνον λήψεσθε.

43 Ego veni nomine Patris mei, nec recipitis me: ſi venerit alius nomine ſuo, illum recipietis.

43 Ego ueni in nomine Patris mei, & non accipitis me: ſi alius uenerit in nomine ſuo, illum accipietis.

Πῶς δύνασθε ὑμεῖς πιστεῦσαι, δόξαν παρὰ ἀλλήλων λαμβάνοντες, καὶ τὴν δόξαν τὴν παρὰ τοῦ μόνου Θεοῦ οὐ ζητεῖτε;

44 Quomodo vos poteſtis credere, quum gloriam alii ab aliis captetis, & gloriam quæ à ſolo Deo proficiſcitur, non quæratis?

Infrà, 12.f.43

44 Quomodo uos poteſtis credere, qui gloriā ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis?

Μὴ δοκεῖτε ὅτι ἐγὼ κατηγορήσω ὑμῶν πρὸς τὸν πατέρα· ἔστιν ὁ κατηγορῶν ὑμῶν, Μωσῆς, εἰς ὃν ὑμεῖς ἠλπίκατε.

45 Ne putate me accuſaturum vos apud Patrem: eſt qui accuſet vos, Moſes, in quo vos ſperatis.

45 Nolite putare quia ego accuſaturus ſim uos apud Patrem: eſt qui accuſat uos, Moyſes, in quo uos ſperatis.

Εἰ γὰρ ἐπιστεύετε Μωσῇ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν.

Gen.3.c.15, & 22.d.18, & 49.b.10 Deut.18.c.15

46 Si enim crederetis Moſi, crederetis mihi: de me enim ille ſcripſit.

46 Si enim crederetis Moyſi, crederetis forſitā & mihi: de me enim ille ſcripſit.

Εἰ δὲ τοῖς ἐκείνου γράμμασιν οὐ πιστεύετε, πῶς τοῖς ἐμοῖς ῥήμασι πιστεύσετε;

47 Quòd ſi illius ſcriptis non creditis, quomodo verbis meis credetis?

47 Si autem illius literis non creditis, quomodo uerbis meis credetis?

36 Maius *teſtimonio* Iohannis, μείζω τῆς Ἰωάνου. Vulgata, Maius Iohanne. quod meritò emendauit Eraſ. neque enim teſtimonium Patris cum Iohanne ipſo comparatur, ſed teſtimonium Patris cum teſtimonio Iohannis. Itaque deeſt articulus. plena enim loquutio erat μείζω ἐκείνης Ἰωάνου, quæ eclipſis non obſeruata, multis locis pleroſque interpretes fefellit, vt Rom.8.a.1, & Iac.1.d.15, & 1. Pet.1.b.7. Ipſa *inquam* opera, αὐτὰ τὰ ἔργα. Gaudet Iohannes huiuſmodi epanalepſi, cuius exemplum habes ſuprà, 1.c.10, & d.18, & g.45.

41 Noui vos non habere, ἔγνωκα ὑμᾶς ὅτι οὐκ ἔχετε. Hunc helleniſmum alibi obſeruauimus. Sic Terentius in Andria, Obſernes filium quid agat. Sed nihil vetat planius loqui.

44 Captetis, λαμβάνοντες. Vulg. & Eraſ. Qui accipitis. Ego Captandi vocabulo vti malo vbi de ſtudio & conatu agitur. Itaque ſic etiam ſum interpretatus ſuprà, verſu 34 & 41.

45 Ne putate, &c. μὴ δοκεῖτε. Hoc quoque dicendi genus è medio petitum eſt, & diuerſum quippiam declarat quàm verba ipſa præ ſe ferant. Neque enim negatio prorſus id remouet quod dicitur, ſed corrigit: quaſi diceret Chriſtus ipſos nullum habituros acriorem accuſatorem Moſe, cuius patrocinio confidebant. quēadmodum ſiquis hodie obiiciat hoſtibus Euangelii id quod res eſt, nullos ipſis fore magis infeſtos in iudicio quàm Mariam virginem & totum fidelium cœtum, quibus tamen vnis confidunt: neque tamen hoc impedit quominus & Chriſtus & conſcientia reprobos omnes accuſent. Simile dicendi genus extat Mar.9.c.37.

Κεφάλαιον ϛ.

CAP. VI.

CAP. VI.

Μετὰ ταῦτα ἀπῆλθεν ὁ Ἰησοῦς πέραν τῆς θαλάσσης τῆς Γαλιλαίας τῆς Τιβεριάδος.

1 POst hæc abiit Ieſus trans mare Galilææ, quod eſt Tiberiadis.

1 Post hæc abiit Ieſus trãs mare Galilæa, quod eſt Tiberiadis.

Καὶ ἠκολούθει αὐτῷ ὄχλος πολύς, ὅτι ἐθεώρουν αὐτοῦ τὰ σημεῖα ἃ ἐποίει ἐπὶ τῶν ἀσθενούντων.

2 Et ſequebatur eũ turba multa, quia videbãt eius ſigna quæ edebat in ægrotis.

2 Et ſequebatur eum multitudo magna, quia videbant ſigna quæ faciebat ſuper iis qui infirmabantur.

Ἀνῆλθε δὲ εἰς τὸ ὄρος Ἰησοῦς, καὶ ἐκεῖ ἐκάθητο μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ.

3 Subiit autem in montem Ieſus, & ibi ſedit cum diſcipulis ſuis.

3 Subiit ergo in montẽ Ieſus, & ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis.

Ἦν δὲ ἐγγὺς τὸ Πάσχα, ἡ ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων.

4 Propè autem erat Paſcha, ‖ feſtum Iudæorum.

4 Erat autem proximum Paſcha, dies feſtus Iudæorum.

Leuit.23.a.1 deut.16.a.1 Matth.14.b.16 mar.6.c.38 luc.9.b.13

Ἐπάρας οὖν ὁ Ἰησοῦς τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ θεασάμενος ὅτι πολὺς ὄχλος ἔρχεται πρὸς αὐτὸν, λέγει πρὸς τὸν Φίλιππον, Πόθεν ἀγοράσωμεν ἄρτους, ἵνα φάγωσιν οὗτοι;

5 ‖Quum ergo ſuſtuliſſet oculos Ieſus, & conſpexiſſet multam turbam ad ſe venire, dicit Philippo, Vnde ememus panes vt iſti veſcantur?

5 Quum ſublevaſſet ergo oculos Ieſus, & vidiſſet quia multitudo maxima venit ad eum, dicit ad Philippum, Vnde ememus panes vt manducent hi?

(Τοῦτο δὲ ἔλεγε πειράζων αὐτόν· αὐτὸς γὰρ ἤδει τί ἔμελλε ποιεῖν)

6 (Hoc autem dicebat tentans eum: ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus)

9 (Hoc autem dicebat tentans eũ: ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus)

Ἀπεκρίθη αὐτῷ Φίλιππος, Διακοσίων δηναρίων ἄρτοι οὐκ ἀρκοῦσιν αὐτοῖς, ἵνα ἕκαστος αὐτῶν βραχύ τι λάβῃ.

7 Reſpondit ei Philippus, Ducentorum denariorum panes non ſufficiunt eis, vt ſinguli eorum paululum quiddam accipiant.

7 Reſpondit ei Philippus, Ducentorum denariorum panes non ſufficiunt eis, vt vnuſquiſque modicum quid accipiat.

Λέγει αὐτῷ εἷς ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, Ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς Σίμωνος Πέτρου,

8 Dicit ei vnus ex diſcipulis eius, nempe Andreas frater Simonis Petri,

8 Dicit ei vnus ex diſcipulis eius, Andreas frater Simonis Petri,

Ἔστι παιδάριον ἓν ὧδε ὃς ἔχει πέντε ἄρτους κριθίνους καὶ δύο ὀψάρια· ἀλλὰ ταῦτα τί ἐστιν εἰς τοσούτους;

9 Eſt hîc puerulus quidam qui habet quinque panes hordeaceos & duos ‖ piſciculos: ſed hæc quid ſunt inter tã multos?

9 Eſt puer vnus hîc qui habet quinque panes ordeaceos & duos piſces: ſed hæc quid ſunt inter tantos?

Εἶπεν δὲ ὁ Ἰησοῦς Ποιήσατε τοὺς ἀνθρώπους ἀναπεσεῖν. Ἦν δὲ χόρτος πολὺς ἐν τῷ τόπῳ. Ἀνέπεσον οὖν οἱ ἄνδρες τὸν ἀριθμὸν ὡσεὶ πεντακισχίλιοι.

10 Dixit autem Ieſus, Facite vt iſti diſcumbãt. Erat autem gramen multum in eo loco. Diſcubuerũt ergo viri, numero quaſi quinquies mille.

10 Dixit ergo Ieſus, Facite homines diſcumbere. Erat autem fœnum multum in loco. Diſcubuerunt ergo viri numero quaſi quinque millia.

Ἔλαβε δὲ τοὺς ἄρτους ὁ Ἰησοῦς, καὶ εὐχαριστήσας διέδωκε τοῖς μαθηταῖς· οἱ δὲ μαθηταὶ τοῖς ἀνακειμένοις· ὁμοίως καὶ ἐκ τῶν ὀψαρίων ὅσον ἤθελον.

11 Accepit autem panes illos Ieſus, & actis gratiis ‖ diſtribuit diſcipulis: diſcipuli verò accumbentibus: ſimiliter etiam ex piſciculis illis ‖ quantũ volebant.

11 Accepit ergo Ieſus panes, & quum gratias egiſſet, diſtribuit diſcumbentibus: ſimiliter & ex piſcibus quantum volebant.

IN CAPVT VI.

1 **Trans mare, πέραν τῆς θαλάσσης.** Siquis diligenter reliquos Euangeliſtas cum hoc noſtro comparet, nempe Matth.14.b.15.c.21.d.34.Mar.6.c.31,& 23.f.45.g.53.Luc.9.b.10, comperiet in hac hiſtoria particulam πέραν non declarare aduerſum litus, quò perueniri non poſſet niſi traiecto lacu: ſed has omnes regiones, nempe Tiberiadem, Deſertum, Bethſaida, Capernaum, cis lacum ſitas fuiſſe, Galilææ reſpectu. Vſus eſt tamen Euangeliſta aduerbio πέραν, & mentionem fecit traiectionis, quia propter amplos ſinus nauigatio quaſi compendium itineris erat: deinde quia ex vno ſinus anfractu in alium traiectio fiebat, vt in hunc locum ſcripſit doctiſſimus interpres. Galilææ quod eſt Tiberiadis, τῆς Γαλιλαίας ἡ Τιβεριάδος. In vno codice ſcriptum inuenimus duntaxat ἡ Τιβεριάδος, id eſt Tiberiadis, ita vt τῆς articulus non referat θαλάσσης.

9 **Piſciculos, ὀψάρια.** Sic piſces vocat ὄψον πολλοῦ, id eſt ab aſſando, quos nimirum moris erat aſſare, ac fortaſſis etiam aſſatos diuendere: quales ſunt quos in Heluetia vocant *Albeli*: idque ita eſſe liquet ex iis quæ infrà capite 10 ſcribuntur. Errant igitur qui hoc nomen deriuant ἀπὸ τοῦ ὀψὲ, hoc eſt ſerò, vel quòd veſperi tantùm iis veſcerentur, vel quòd ſerò tandem voluptatis gratia in vſum venerint. Sic nimirum ſolent multi in confingendis etymologiis ludere: alioquin ὀψάριον pro condimento atque adeo pro opſonio ac omni cibo qui pani adiicitur, vſurpari ſolet, vt apud Athenæum lib.8.

11 **Diſtribuit diſcipulis: diſcipuli verò diſcumbentibus, διέδωκε τοῖς μαθηταῖς· οἱ δὲ μαθηταὶ τοῖς ἀνακει-**

ἀῤῥ ς. Vulgata, Diſtribuit diſcumbentibus, id eſt διέδωκε τοῖς ἀνακειμένοις, contra omnium noſtrorum codicum fidem: quibus etiam accedit Cyrilli ac Theophylacti authoritas. Quantum volebant, ὅσον ἤθελον. In quibuſdam impreſſis exemplaribus legitur ὅσον ἤθελεν, quantum volebat, ipſe videlicet Ieſus. ſed non dubito quin illud ſit retinendum.

Ως δὲ ἐνεπλήσθησαν, λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Συναγάγετε τὰ περισσεύσαντα κλάσματα, ἵνα μή τι ἀπόληται.

Συνήγαγον οὖν, καὶ ἐγέμισαν δώδεκα κοφίνους κλασμάτων ἐκ τῶν πέντε ἄρτων τῶν κριθίνων, ἃ ἐπερίσσευσε τοῖς βεβρωκόσιν.

Οἱ οὖν ἄνθρωποι ἰδόντες ὃ ἐποίησε σημεῖον ὁ Ἰησοῦς, ἔλεγον, Ὅτι οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ προφήτης ὁ ἐρχόμενος εἰς τὸν κόσμον.

Ἰησοῦς οὖν γνοὺς ὅτι μέλλουσιν ἔρχεσθαι καὶ ἁρπάζειν αὐτὸν ἵνα ποιήσωσιν αὐτὸν βασιλέα, ἀνεχώρησε πάλιν εἰς τὸ ὄρος αὐτὸς μόνος.

Matth. 14.c.15 mar.6.f.47

Ως δὲ ὀψία ἐγένετο, κατέβησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπὶ τὴν θάλασσαν.

Καὶ ἐμβάντες εἰς τὸ πλοῖον, ἤρχοντο πέραν τῆς θαλάσσης εἰς Καπερναούμ. καὶ σκοτία ἤδη ἐγεγόνει, καὶ οὐκ ἐληλύθει πρὸς αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς.

Ἡ τε θάλασσα, ἀνέμου μεγάλου πνέοντος, διηγείρετο.

Ἐληλακότες οὖν ὡς σταδίους εἰκοσιπέντε ἢ τριάκοντα, θεωροῦσι τὸν Ἰησοῦν περιπατοῦντα ἐπὶ τῆς θαλάσσης, καὶ ἐγγὺς τοῦ πλοίου γινόμενον· καὶ ἐφοβήθησαν.

Ὁ δὲ λέγει αὐτοῖς, Ἐγώ εἰμι, μὴ φοβεῖσθε.

Ἤθελον οὖν λαβεῖν αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον· καὶ εὐθέως τὸ πλοῖον ἐγένετο ἐπὶ τῆς γῆς εἰς ἣν ὑπῆγον.

12 Vt autem expleti ſunt, dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Cogite quæ ſuperfuerunt fragmenta, ne quid pereat.

13 Coegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentis ex quinque illis panibus hordeaceis, quæ ſuperfuerant iis qui comederant.

14 Illi ergo quum vidiſſent ſignum quod Ieſus ediderat, dicebant, Hic eſt verè Propheta ille qui vēturus erat in mundum.

15 Ieſus ergo quum noſſet futurum vt venirent, & ipſum correptum facerent regem, ſeceſſit rurſus in montem ſolus.

16 Vt autem ſerum *diei* factum eſt, deſcenderunt diſcipuli eius ad mare.

17 Et ingreſſi nauigium, ibant trans mare verſus Capernaum. iam autem tenebræ erant, nec venerat ad eos Ieſus.

18 Et mare, vento magno flante, inſurgebat.

19 Quum ergo prouecti fuiſſent quaſi ſtadia vigintiquinque aut triginta, conſpiciunt Ieſum ambulantem ſuper mare, & appropinquantem naui: & timuerūt.

20 Ille verò dixit eis, Ego ſum, ne timete.

21 Cupidè ergo receperunt eū in nauigium: & ſtatim nauigium peruenit ad regionem in quam ibant.

12 Vt autem impleti ſint, dixit diſcipulis ſuis, Colligite quæ ſuperauerunt fragmenta, ne pereant.

13 Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus ordeaceis, qui ſuperfuerāt his qui manducauerant.

14 Illi ergo homines quū vidiſſent quod Ieſus fecerat ſignum, dicebant, Quia hic eſt verè Propheta qui venturus eſt in mundum.

15 Ieſus ergo quum cognouiſſet quia venturi eſſent ut raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipſe ſolus.

16 Vt autem ſerò factum eſt, deſcenderunt diſcipuli eius ad mare.

17 Et quum aſcendiſſent nauim, venerunt trans mare in Capharnaum. & tenebræ iam factæ erant, & non venerat ad eos Ieſus.

18 Mare autem, vento magno flante, exurgebat.

19 Quum remigaſſent ergo quaſi ſtadia viginti quinque aut triginta, vident Ieſum ambulantem ſuper mare, & proximum naui fieri: & timuerunt.

20 Ille autem dixit eis. Ego ſum, nolite timere.

21 Voluerunt ergo accipere eum in nauim: & ſtatim nauis fuit ad terram quam ibant.

12 Nequid pereat, ἵνα μή τι ἀπόληται. Vulgata, Ne pereant, quaſi videlicet particula τι redundet.

14 Qui venturus erat, ὁ ἐρχόμενος. Vulgata & Eraſmus, Qui venturus eſt. Atqui, ſi iam venerat, improprie dicitur eſſe venturus. Vide ſuprà, 7. v. 22.

17 Ibant trans mare, verſus Capernaum, ἤρχοντο πέραν τῆς θαλάσσης εἰς Καπερναούμ. Vulgata & Eraſmus conuertunt ἤρχοντο, venerunt. Atqui nondum eò venerant, ſed viam tantùm erāt ingreſſi. itaque debuit ſeruari propria ſignificatio præteriti imperfecti, vt vir ſanctæ memoriæ M. Bucerus in hunc locum annotauit. Deinde πέραν τῆς θαλάσσης Eraſmus nimium expreſſè conuertit, traiecto mari, quum (vt antè docui) non traiectus ſit lacus, ſed ſinus duntaxat. Poſtremò εἰς Καπερναούμ declarat demum quò contenderet. Nam quod ſcribitur Mar. 6. f. 45, iuſſos fuiſſe præire Bethſaida, ideo dictum eſt quòd Bethſaida in via occurrebat proficiſcentibus Capernaum: & fortaſſis Chriſtus dixerat ſe illuc ad eos venturum. Ideo malui interpretari Verſus Capernaū quàm In Capernaum, cum Vetere interprete & Eraſmo.

21 Cupidè ergo receperunt eum, ἤθελον οὖν λαβεῖν αὐτόν. Vulg. & Eraſ. Voluerunt ergo recipere eum. Atqui ex Matth. 14. d. 31 & 33, item Marci 6. g. 51, omnino apparet eum eſſe ingreſſum nauim, & ſedata tempeſtate, ab iis adoratum qui vnà vehebantur. Ergo illa interpretatio non videtur conuenire, quæ videtur innuere ipſos quidem paratos fuiſſe illum excipere, ſed nauim ſtatim appuliſſe: quod non conuenit cum aliorum Euangeliſtarum narratione. Puto igitur verbum ἤθελον opponi illi quod antè dixerat, eos fuiſſe perterritos: ex quo intelligitur ipſos initio fuiſſe eum auerſatos: nūc igitur agnita eius voce, & mutatis animis, cum quem fugiebant, cupidè accipiunt in nauim. Nam ἤθελον alibi ſæpe obſeruauimus aliquid amplius ſignificare quàm

simplet Velle. Sic igitur hunc locum in vernaculo nostro sermone interpretarer, *Ils furent contens de le receuoir dans le bastean.* Peruenit, ἐγένετο. Vulgata ad verbum, Fuit: sicut in vernaculo sermone dicimus, *Elle fut au lieu ou ils vouloyent aller*, pro, *elle arriua*. Erasmus, Appulerat. putauit enim appulisse nauim eo ipso momento quo Christus parabat in eam conscendere: quod falsum esse ex aliis Euangelistis apparet.

Τῇ ἐπαύριον ὁ ὄχλος ὁ ἑστηκὼς πέραν τῆς θαλάσσης, ἰδὼν ὅτι πλοιάριον ἄλλο οὐκ ἦν ἐκεῖ εἰ μὴ ἓν ἐκεῖνο εἰς ὃ ἐνέβησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ ὅτι οὐ συνεισῆλθεν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸ πλοιάριον, ἀλλὰ μόνοι οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀπῆλθον·

12 Postero die turba quæ stabat trans mare, vt vidit illic nō esse aliud nauigiolum nisi vnum illud in quod ingressi fuerant discipuli eius, & Iesum nō introisse cum discipulis suis in nauigium, sed solos eius discipulos abiisse:

12 *Alytra die turba quæ stabat trans mare, vidit quia nauicula alia non erat ibi nisi una, & quia non introisset cum discipulis suis Iesus in nauim, sed soli discipuli eius abiissent:*

Ἄλλα ἦλθεν πλοιάρια ἐκ Τιβεριάδος ἐγγὺς τοῦ τόπου ὅπου ἔφαγον τὸν ἄρτον, εὐχαριστήσαντος τοῦ Κυρίου·

13 Alia verò nauigiola Tiberiade venisse ˇ prope locum vbi comederant panem, posteaquam gratias egisset Dominus:

13 *Aliæ verò supervenerunt naues à Tiberiade iuxta locum ubi manducauerant panem, gratias agente Domino:*

Ὅτε οὖν εἶδεν ὁ ὄχλος ὅτι Ἰησοῦς οὐκ ἔστιν ἐκεῖ, οὐδὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἐνέβησαν αὐτοὶ εἰς τὰ πλοιάρια, καὶ ἦλθον εἰς Καπερναοὺμ, ζητοῦντες τὸν Ἰησοῦν.

14 Quum ergo vidisset turba Iesum illic non esse, neque discipulos eius, ingressi sunt & ipsi in nauigia, & venerunt Capernaum, quærentes Iesum.

14 *Quum ergo vidisset turba quia Iesus non esset ibi, neque discipuli eius, ascenderunt in naviculas, & venerunt Capharnaum, quærentes Iesum.*

Καὶ εὑρόντες αὐτὸν πέραν τῆς θαλάσσης, εἶπον αὐτῷ, Ῥαββί, πότε ὧδε γέγονας;

15 Et eo inuento trans mare, dixerunt ei, Rabbi, quando huc peruenisti?

15 *Et quum inuenissent eum trans mare, dixerunt ei, Rabbi, quando huc venisti?*

Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ζητεῖτέ με οὐχ ὅτι εἴδετε σημεῖα, ἀλλ' ὅτι ἐφάγετε ἐκ τῶν ἄρτων, καὶ ἐχορτάσθητε.

16 Respondit eis Iesus, & dixit, Amen amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia comedistis panes illos, & saturati estis.

16 *Respondit eis Iesus, & dixit, Amen amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis.*

Ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην, ἀλλὰ τὴν βρῶσιν τὴν μένουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον, ἣν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὑμῖν δώσει· τοῦτον γὰρ ὁ πατὴρ ἐσφράγισεν ὁ Θεός.

17 ˇ Operemini non cibo qui perit, sed cibo illi qui permanet in vitam æternam, ˇ quem Filius hominis dabit vobis: ‖ hūc enim Pater ˇ obsignauit, ˇ *id est* Deus.

17 *Operamini non cibū qui perit, sed qui permanet in vitam æternā, quem Filius hominis dabit vobis: hunc enim Pater signauit Deus.* *supra, 1. d. 32. matth. 3. d. 17. & 17. d. 3.*

Εἶπον οὖν πρὸς αὐτόν, Τί ποιῶμεν ἵνα ἐργαζώμεθα τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ;

18 Dixerunt ergo ad eum, Quid faciemus vt operemur ˇ opera Dei?

18 *Dixerunt ergo ad eū, Quid faciemus ut operemur opera Dei?*

23 Prope locum, ἐγγὺς τοῦ τόπου. Series ipsa historiæ ostendit, naues postridie, traiecto sinu, Tiberiade venisse propè desertum Bethsaida, vbi editum fuerat illud signum.

27 Operemini non cibo, &c. ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν. Vulgata & Erasmus, Operemini non cibum, &c. quod planè barbarum est. Respondet autem hoc loco τὸ ἐργάζεσθε verbo Hebræo עבר, quod significat operam suam ac cultum impendere. Quem, ὃν: vel quam, vt ad ζωὴν referatur. Obsignauit, ἐσφράγισεν: id est, quem indita virtute sua, quasi impresso sigillo, tum à cæteris hominibus distinxit, vt in eo tanquam antitypo Deus Pater appareat: tum etiam (quod Christo proprium est) huic muneri inaugurauit, Deo videlicet homines reconciliandi in vitam æternam. Hanc expositionem video Cyrillo & aliis multis eruditis interpretibus probari: quam etiam confirmat similis huius verbi vsus, quod ad priorem quidem partem attinet, 2. Corinth. 1. d. 22, & Ephes. 1. c. 13. Nam hic quoque Christus sese ad Iudæorum captum accommodans, omnia ad Patrem refert, nulla sui propriè facta mentione, quatenus Deus est: propriè inquam: nam ex consequenti diuinitatem quoque suam asserit, quæ à Patre separari non potest. Chrysostomus & Theophylactus hoc referre malunt ad testimonia quibus Pater tum Christum ipsum pro Filio se habere ostendit, tum etiam ipsius munus confirmauit. Opera enim Christi, in quibus diuina illa virtus clarè eminebat, aperta erant testimonia quibus, tanquam appositio sigillo, Pater Filium approbabat. Simili ratione vsurpatum est verbum σφραγίζειν suprà, 3. d. 33.

Id est Deus, ὁ Θεός. Vide suprà, 5. d. 19, in hæc verba, Nisi viderit, & c. 30.

28 Opera Dei τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ; Heb. pro operibus diuinis: id est quæ Deus exigit à nobis, siue quæ Deo sint grata. Nam quia operandi mentio facta erat & vitæ æternæ, ideo isti (vt homines solent) statim cogitant vitam æternam ab implendæ Legis conditione pendere. Nesciunt enim quæ sit Dei iustitia, dum suam volunt stabilire: neque Christum habent pro mediatore, sed pro insigni aliquo legislatore aut legis interprete. Itaque Christus eos ad fidem & ad mediatoris officium, id est gratuitam reconciliationem reuocat, de qua Paulus

quoque differuit Epiſtolæ ad Romanos capitis tertii verſu 10 & 11.

1.Iohan.3.d.23

Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Τοῦτό ἐστι τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ ἵνα πιστεύσητε εἰς ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος.

29 Reſpondit Ieſus & dixit eis, ‖Hoc illud eſt ᵛ opus Dei, vt credatis in eum quem miſit ille.

29 Reſpondit Ieſus & dixit eis, Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum quẽ miſit ille.

Εἶπον οὖν αὐτῷ, Τί οὖν ποιεῖς σὺ σημεῖον, ἵνα ἴδωμεν καὶ πιστεύσωμέν σοι; τί ἐργάζῃ;

30 Dixerunt ergo ei, Quod ergo tu ſignum edis, vt videamus & credamus tibi? quid operaris?

30 Dixerũt ergo ei. Quod ergo tu facis ſignum, vt videamus & credamus tibi? Quid operaris?

Οἱ πατέρες ἡμῶν τὸ μάννα ἔφαγον ἐν τῇ ἐρήμῳ, καθώς ἐστι γεγραμμένον, Ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς φαγεῖν.

Exo.16.c.14 num.11.b.7 pſal.77.c.24 ſap.16.c.20

31 Patres noſtri comederunt manna in deſerto: ſicut ſcriptũ eſt, ‖ᵛ Panem cœleſtem dedit eis vt veſcerentur.

31 Patres noſtri manducauerunt manna in deſerto: ſicut ſcriptum eſt. Panem de cœlo dedit eis manducare.

Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, Οὐ Μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· ἀλλ' ὁ πατήρ μου δίδωσιν ὑμῖν τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὸν ἀληθινόν.

32 Dixit ergo eis Ieſus, Amen amen dico vobis, non dedit vobis Moſes ᵛ panem illum cœleſtem: ſed Pater meus dat vobis panem illum verè cœleſtem.

32 Dixit ergo eis Ieſus, Amen amen dico uobis, nõ Moyſes dedit uobis panem de cœlo: ſed Pater meus dat uobis panem de cœlo uerum.

Ὁ γὰρ ἄρτος τοῦ Θεοῦ ἐστιν ὁ καταβαίνων ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ.

33 Panis enim ille Dei is eſt qui de cœlo deſcendit, & dat vitam mundo.

33 Panis enim Dei eſt qui de cœlo deſcendit, & dat vitam mundo.

Εἶπον οὖν πρὸς αὐτόν, Κύριε, πάντοτε δὸς ἡμῖν τὸν ἄρτον τοῦτον.

34 Dixerunt ergo ei, Domine, da nobis ſemper panem iſtum.

34 Dixerunt ergo ad eum, Domine ſemper da nobis panem hunc.

Εἶπεν δὲ αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς· ὁ ἐρχόμενος πρός με, οὐ μὴ πεινάσῃ· καὶ ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ, οὐ μὴ διψήσῃ πώποτε.

Iſai.14.c.19

35 Dixit autem eis Ieſus, Ego ſum panis ille ᵛ vitæ: qui venit ad me, nequaquam eſuriet: ‖& qui credit in me, non ſitiet vnquam.

35 Dixit autem eis Ieſus, Ego ſum panis uitæ: qui uenit ad me, nõ eſuriet: & qui credit in me, nõ ſitiet unquam.

Ἀλλ' εἶπον ὑμῖν ὅτι καὶ ἑωράκατέ με, καὶ οὐ πιστεύετε.

36 Sed dixi vobis, Etiam vidiſtis me, nec creditis.

36 Sed dixi uobis quia & uidiſtis me, & non creditis.

19 Opus Dei, τοῦτο ἔργον τοῦ Θεοῦ. Id eſt, Hoc demum opus eſt quod à nobis Deus flagitat, vt mihi credatis. Fidem ergo impropriè vocat opus, vt legem fidei Paulus Rom.3.v.17. Et fortaſſis etiam hoc dicendi genus petitum eſt è medio, & per μίμησιν explicandum. veluti ſi quis ad medicum accedens, ab eo petat quanta accepta pecunia velit ſibi remedium adferre, & medicus his verbis reſpondeat, Omnis pecunia quàm à te peto hæc eſt, vt mihi confidas, & tibi perſuadeas me nihil aliud quàm ſalutem tuam quærere. Si medicus, inquam, ita reſpondeat, quis ex hoc reſponſo eliciat, pecuniam eſſe iſtam confidentiam quam medicus ab ægroto flagitat, vt ſanis conſiliis obſequatur? Sunt igitur planè ridiculi (vt alios paralogiſmos omittam) qui ex hoc loco eliciunt fidem eſſe opus, & nos per opera iuſtificari.

31 Panem cœleſtem, ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Vulg. & Eraſ. E cœlo: quaſi nimirum hoc pertineat ad verbum δίδωκεν, vt ſit hæc conſtructio, Panem ipſis dedit è cœlo. Inde orta quæſtio quomodo Chriſtus neget in proximo verſiculo panem à Moſe datum è cœlo. Atqui Pſalmo 78.c.24, vnde petitum eſt hoc teſtimonium, manna non dicitur datum è cœlo, ſed vocatur דגן שמים: id eſt frumentum cœlorum, ſeu cœleſte. Ergo non agitur de loco vnde datum ſit manna, (quod tamẽ è cœlo & nubibus pluiſſe conſtat) ſed quæritur an hic panis verè ſit cœleſtis. Hoc negat Chriſtus. & ſe vnum potius dicit verè cœleſtem panem eſſe, vt qui in cœleſtem (id eſt ſempiternam ac verè beatam) vitam paſcat. Mannam tamen fateor, quatenus Chriſtum adumbrabat, rectè à Paulo ſpiritualem eſcam dici. Sed hic rurſus loquitur Chriſtus ex eorum hypotheſi quibuſcum differit: qua de re copioſè ſuprà diximus 5.d.11. Eſt igitur (meo quidem iudicio) duplex in proximo verſiculo inſtituta collatio: vna Moſis, qui ſuos Iſraelitas pauerit manna, cum cœleſti Patre qui ſuis & ipſe panem cœleſtem miſeritat. altera, ipſius mannæ cum Chriſto. Manna non propriè deſcendit è cœlo, ſed ex nubibus: Chriſtus autem verè deſcendit è cœlo, nempe è ſinu Patris. Manna hanc duntaxat vitam ſuſtinebat, eámque ad tempus: Chriſtus ſuos in vitam æternam paſcit.

31 Panem illum cœleſtem, τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Rectè annotat Eraſmus additum articulum quo hic panis, nempe Chriſtus, à manna diſtinguitur. Sed fuit etiam hoc notandum, ante ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ſubaudiendum eſſe articulum, quaſi ſcriptum ſit τὸν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, id eſt τὸν οὐράνιον: ſiue τὸν ὄντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, hoc eſt cœleſtem, ſiue qui eſt è cœlo, nequis putet coniungendum cum verbo δίδωκεν. Similis eclipſis exemplum habes ſuprà, 5.f.36. Rom.8.a.1, & Iacob.1.d.16. Eſt autem tranſpoſita particula οὖν, vt etiam infrà, verſu 38. alioquin deerit ἀντίθεσις: dicendum enim fuiſſet, Non Moſes dedit vobis panem illum cœleſtem, id eſt manna, ſed Pater meus, qui idem nunc vobis panem verè cœleſtem præbet. Chriſtus autem non ita loquitur, neque hoc loco inſtituit eos reprehendere qui Moſi tribuerent quod ad vnum Deum pertinebat: ſed oſtendit potius verum illius ſigni vſum, quod ipſi in medium protulerant. Manna enim ſymbolũ erat Chriſti, vt docuerat Apoſtolus. Itaq; Chriſtus tanto erat excellentior quàm manna, quanto res ipſa ſigno præſtat. At illi nihil aliud quàm ventrẽ ſpectabãt.

35 Vitæ, τῆς ζωῆς: id eſt viuificum, ſeu vitalem, ex Hebræorum idiotiſmo ſæpe iam à nobis annotato.

38 Non

Πᾶν ὃ δίδωσί μοι ὁ πατὴρ, πρὸς ἐμὲ ἥξει· καὶ τὸν ἐρχόμενον πρός με οὐ μὴ ἐκβάλω ἔξω·

37 Quicquid dat mihi Pater, ad me veniet: & eum qui venit ad me, non eiicio foras:

37 Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet: & eum qui venit ad me nō eiiciam foras:

Ὅτι καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμόν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με.

38 Quia descendi è cælo vt faciam non voluntatem meā, sed voluntatem eius qui misit me.

38 Quia descendi de cælo non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.

Τοῦτο δέ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με πατρός, ἵνα πᾶν ὃ δέδωκέ μοι, μὴ ἀπολέσω ἐξ αὐτοῦ, ἀλλὰ ἀναστήσω αὐτὸ ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.

39 Hæc est autem voluntas eius qui misit me, id est Patris, vt quicquid mihi dederit, nō perdam ex eo, sed suscitem illud in vltimo illo die.

39 Hæc est enim voluntas eius qui misit me Patris, vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die.

Τοῦτο δέ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, ἵνα πᾶς ὁ θεωρῶν τὸν υἱὸν, καὶ πιστεύων εἰς αὐτὸν, ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον· καὶ ἀναστήσω αὐτὸν ἐγὼ τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.

40 Hæc est autem voluntas eius qui misit me, vt omnis qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam: ego verò suscitabo eum vltimo illo die.

40 Hæc est autem voluntas Patris mei qui misit me, vt omnes qui vident Filium, & credit in eū, habeat vitam æternam & ego resuscitabo eum in nouissimo die.

Ἐγόγγυζον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι περὶ αὐτοῦ, ὅτι εἶπεν, Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ καταβὰς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ.

41 Murmurabant ergo Iudæi de eo, quia dixerat, Ego sum panis ille qui è cælo descendi.

41 Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixisset, Ego sum Panis qui de cælo descendi.

Καὶ ἔλεγον, Οὐχ οὗτός ἐστιν Ἰησοῦς ὁ υἱὸς Ἰωσὴφ, οὗ ἡμεῖς οἴδαμεν τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα; Πῶς οὖν λέγει οὗτος, ὅτι ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβέβηκα;

42 Et dicebant, ¶ Nónne hic est Iesus, filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrem? quomodo ergo dicit iste, E cælo descendi?

42 Et dicebant, Nónne hic est filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrem? Quomodo ergo dicit hic, Quia de cælo descendi? Mat.13.g.55

Ἀπεκρίθη οὖν ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Μὴ γογγύζετε μετ' ἀλλήλων.

43 Respondit ergo Iesus & dixit eis, Ne murmurate inter vos.

43 Respondit ergo Iesus & dixit eis, Nolite murmurare inuicem.

Οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με ἐὰν μὴ ὁ πατὴρ ὁ πέμψας με ἑλκύσῃ αὐτὸν, κἀγὼ ἀναστήσω αὐτὸν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.

44 Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum: ego verò suscitabo eū vltimo illo die.

44 Nemo potest venire ad me nisi Pater qui misit me, traxerit eum, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.

Ἔστι γεγραμμένον ἐν τοῖς προφήταις, Καὶ ἔσονται πάντες διδακτοὶ τοῦ Θεοῦ. Πᾶς οὖν ὁ ἀκούσας παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ μαθὼν, ἔρχεται πρός με.

45 Est scriptum in Prophetis, ¶ Et erunt omnes docti à Deo. Quisquis ergo audiuit à Patre & didicit, venit ad me.

45 Est scriptum in Prophetis, Et erunt omnes docibiles Dei Omnis qui audiuit à Patre & didicit, venit ad me. Esaiæ 54.c.13 ieremi. 31.f.33

38 Non voluntatem meam, οὐ τὸ θέλημα τὸ ἐμόν. Quomodo hoc sit intelligendum, exposuimus suprà, 5.d.11. Annotat etiam Nanzianzenus concione δευτέρᾳ secunda, in huiusmodi dicendi generibus sæpe nihil poni, sed negari duntaxat omnia: veluti si dicas Christum non esse traditum in mortem propter sua peccata, sed propter nostra: non tamen ponis vllum in Christo fuisse peccatum. Item quum dicit Paulus Tit.3.a.5, nos nō esse seruatos ex operibus iustis quæ nos fecerimus, sed ex Dei misericordia, non ponit vlla in nobis iusta opera, quibus nostra salus tanquam causa nitatur: quod exemplum citat Nanzianzenus eo loco. Sic igitur negat Christus se venisse vt voluntatem suam faceret, id est propriam quandam voluntatem à Patris voluntate separatā: quā certè nullā habuit. Nā quæcunque in ipso fuit voluntas humana (nā de diuina nō loquor) distincta quidem fuit in sese à Patris voluntate: at non separata, sicut Iudæi imaginabantur, vt qui Christum non intelligerent esse ex Spiritu sancto conceptum, ideóque ab omni peccati labe purum. Cæterùm in hoc versiculo transposita est negans particula, vt etiam suprà, versu 31. Erasmus quoque τὸ θέλημά μου elegantius vertit, Quod ego volo. Idem tamen ab hac simplicitate loquendi non abhorruit Matth. 7.c.21, & 12.d.49.

40 Qui videt, ὁ θεωρῶν. Annotat Lactantius ex Trismegisto θεωρίαν propriè dici diuinarum rerum contemplationem: quæ significatio haud scio an conueniat. Sed notandum est ex hoc loco, duplicem esse cognitionem Christi, vnam vniuersalem, qua etiam præditi diaboli dicuntur credere, Iac.2.d.19: alteram fideliū propriam, qua sibi applicant promissiones generales. Ideo quum dixisset Iohannes ὁ θεωρῶν, addit & πιστεύων.

41 Nónne hic est Iesus, οὐχ οὗτός ἐστιν Ἰησοῦς. In Vulg. editione omittitur nomen Iesus, quod tamen non videtur sua carere emphasi. Ita enim indicant illi se eum optimè nosse, atque adeo de ipso nomine, vt falli non possint. Cyrillus quoque & Chrysostomus ita legunt, quanuis hanc rationem non adferant.

45 In Prophetis, ἐν τοῖς προφήταις. Ita scriptum habebant omnes nostri codices, quanuis ex vno Esaia sit petitus hic locus. Sed facilis est hic nodus ad explicandum. Notum est enim Hebræos diuidere Vetus testamentum in tres ordines, videlicet תורה Legem, נביאים Prophetas, & כתובים scripta, siue hagiographa. Hic igitur citatur secunda sectio illa Veteris testamenti, cuius pars est Esaias. Omnes, πάντες. Omnes videlicet filii Ecclesiæ, vt disertè additur Esa.54.c.13, id est ordinati ad vitam, Act.13.g.48. Nam ne omnes quidem audiunt,

si de singulis accipias, nedum vt omnes accipiant credendi (vt vulgò dicunt sophistæ) possibilitatem. Qui ergo abutuntur hoc testimonio vt tollant discrimen inter vasa honoris & vasa contumeliæ destinata, aut nimium imprudenter, aut admodum impudenter faciunt. Docti à Deo, δεδιδαγμένοι ὑπὸ Θεοῦ. Plus est διδακτὸν esse quàm μαθητὸν. multi enim discipuli discedunt quia non didicerunt, vt infrà, versu 66. Is demum autem est διδακτὸς qui trahitur: cui datum est & audire & discere, id est per fidem venire ad Filium, à quo nunquam ejicietur foras. Vulgata, Docibiles Dei, barbarè & nimium obscurè.

Mat.11.d.27

Οὐχ ὅτι τὸν πατέρα τις ἑώρακε εἰ 46
μὴ ὁ ὢν παρὰ τοῦ Θεοῦ· οὗτος ἑώρακε τὸν
πατέρα.

46 ᵛNon quòd Patrem viderit quisquã, ‖nisi is ᵛqui est à Deo: hic vidit Patrem,

46 *Non quia Patrem vidit quisquã, nisi is qui est à Deo: hic vidit Patrem.*

Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ πιστεύων 47
εἰς ἐμὲ, ἔχει ζωὴν αἰώνιον.

47 Amen dico vobis, ᵛqui credit in me, habet vitam æternã.

47 *Amen amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam.*

Ego sum panis ille vitæ. 48

48 *Ego sum panis vitæ.*

Exo.16.c.15

Οἱ πατέρες ὑμῶν ἔφαγον τὸ μάννα 49
ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ἀπέθανον.

Patres vestri comederunt ‖manna in deserto, & mortui sunt.

49 *Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt:*

Οὗτός ἐστιν ὁ ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ 50
καταβαίνων, ἵνα τις ἐξ αὐτοῦ φάγῃ καὶ
μὴ ἀποθάνῃ.

ᵛHic est panis ille qui è cælo descendit, vt qui eo vescitur, non moriatur.

50 *Hic est panis de cælo descendens, vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur.*

Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν ὁ ἐκ τοῦ οὐρα- 51
νοῦ καταβάς· ἐάν τις φάγῃ ἐκ τούτου τοῦ
ἄρτου, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ ὁ ἄρτος
δὲ ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μού ἐστιν, ἣν ἐγὼ
δώσω ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς.

Ego sum panis ᵛviuificus qui è cælo descendi: si quis ederit ᵛex hoc pane, viuet in æternũ: & panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita.

51 *Ego sum panis viuus qui de cælo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita.*

Ἐμάχοντο οὖν πρὸς ἀλλήλους οἱ Ἰου- 52
δαῖοι, λέγοντες, Πῶς δύναται οὗτος ἡμῖν
δοῦναι τὴν σάρκα φαγεῖν;

Pugnabant ergo Iudæi alii aduersus alios, dicentes, Quomodo potest hic nobis carnem *suam* dare qua vescamur?

52 *Litigabant ergo Iudæi ad inuicem, dicentes, Quo modo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?*

Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἀμὴν 53
ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα
τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε αὐτοῦ
τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς.

Dixit ergo eis Iesus, Amen amen dico vobis, nisi ederitis carnem Filii hominis, & biberitis eius sanguinem, ᵛnon habetis vitam in vobis.

53 *Dixit ergo eis Iesus, Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem Filii hominis, & biberitis eius sanguinẽ, nõ habebitis vitã in vobis.*

46 Non quòd, οὐχ ὅτι. Hæc oratio planè videtur mutila, qualia multa in communi ac populari sermone dicuntur. Est autem plena hæc sententia, Omnes qui audierunt à Patre, & didicerunt, veniunt ad me. neque tamen existimandum est quenquam Patrem vidisse, à quo audiat ac discat. Nam nemo vidit Patrem nisi vnus Filius. Itaque Pater nonnisi per eum ipsum nos docet ad quem nos vocat. Qui est à Deo, ὁ ὢν παρὰ τοῦ Θεοῦ. Quum hic agatur de cognitione Dei, quam ait propriam esse Filio, non dubium est quin ex communi hominum sorte se eximat. Ideo scripsit noster Euangelista suprà, 1.v.18, Filium qui in sinu Patris est, nobis enarrare Patrem. Itaque παρὰ τοῦ Θεοῦ aliquid amplius declarare puto quàm simplicem missionem à Deo. vt infrà, 7.d.29. Nam παρὰ veluti cognationem & coniunctionem declarat, vt Mar. 3.c.21. Quid enim patri cõiunctius quàm filius? Sensim igitur Christus istos reuocat à contemptibili hominis specie ad contemplationẽ diuinæ naturæ cum homine coniunctæ: cuius tamen plenitudinem non in seipso, sed in Patre ipsis proponit, ad illorum captum suam orationem accommodans.

47 Qui credit in me, ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ. Hic nescio quid venerit in mentem Erasmo vt contra suum morem verteret, Qui confidit mihi. Certè confidentia ea est quam πληροφορίαν vocat Paulus, & à fide non minus distinguenda est quàm effecta distinguuntur ab efficientibus causis.

50 Hic est, οὗτός ἐστιν. Δοκητικῶς hæc sunt accipienda. nam quum hoc dicit, seipsum commonstrat, vt etiam infrà, versu 58.

51 Viuificus, ὁ ζῶν: id est qui vitam dat mundo, vt suprà exposuit, versu 34. Itaque malui Viuificum interpretari quàm viuum, aut viuentem: quia vt aliquis viuat, non tamen necessariò intelligitur hanc vitam aliis impertiri: qui verò viuificus est, idẽ etiã viuat necesse est. Nam plus est ζωοποιῶ quàm ποτίζειν. suprà ramẽ 4.b.10. ὕδωρ ζῶν aquam vivam conuerti, vt seruaretur antithesis aquæ ex puteo hauſtæ. Ex hoc pane, ἐκ τούτου τοῦ ἄρτου. Hilarium annotat Erasmus libro de Trinitate 10, ita hunc locum citare vt legisse videatur ἐκ τοῦ ἄρτου μου, ex pane meo. Quod autem idem Erasmus panis appellatione doctrinam intelligit, in eo non possum illi assentiri, quum Christus ipse apertissimè declaret seipsum potius esse illum panem de quo hic agitur. imò verò ne fructus quidem ipsos, quos ex Christo percipimus, puto panem dici. Quanuis enim non alium Christum agnoscam quàm eum qui verbo Dei docetur, neque aliunde petam sapientiam, iustitiam, sanctificationem, redemptionem, quàm à Christo: tamen Christum ipsum & à doctrina & à symbolis, atque adeo à suis donis ac beneficiis distinguo. Agi autem hic de ipso Christo, cuius nos oporteat per fidem fieri participes, apertius esse puto quàm vt quisquam insicietur qui hanc concionem attentè legerit.

53 Non habetis, οὐκ ἔχετε. Quidã conuertũt, Habebitis, vt Matth. 26.a.11. Sed mihi quidẽ videtur maxima esse emphasis tẽporis præsentis. Namsi futurũ vsurpasset, videri poterat Christus non dare vitã, sed dunta-

xat conſeruare: quaſi dixiſſet, vitam deinceps non habituros, id eſt amiſſuros. At quum dicit eos vitam non habere in ſe, id eſt eos non viuere, qui Filium hominis non poſſideant, intelligimus Chriſtum eſſe vitæ authorem: ſiquidem eius præſentiam vita comitatur, & vbi non eſt, ibi mors regnat. Non eſt ergo temporis catachreſis, vt Eraſmus exiſtimauit. Cæterùm in vno codice vetuſto mirum quiddam deprehendimus. nam poſt
5 τὴν ἐσχάτην, qui eſt finis verſiculi 56, adſcripta hæc erant, καθὼς ἐν ἐμοὶ ὁ πατὴρ, κἀγὼ ἐν τῷ πατρί· οὕτω ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ λάβητε τὸ σῶμα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, οὐκ ἔστιν ζωὴ ἐν ὑμῖν· id eſt, Sicut in me Pater eſt, ita & ego in Patre. Amen amen dico vobis, niſi acceperitis corpus Filii hominis vt panem vitæ, non habetis vitam in ipſo. Hæc ego ſicut temere non expunxerim, ac præſertim priorem partem, quæ totidem verbis alibi repetitur: ita non facilè admiſerim, quum in vno illo exemplari ſint à nobis reperta. Certè alteram partem ſuppo-
10 ſitam eſſe ſuſpicor, quia ſimile nihil alibi inuenio. Neque enim vſquam fit mentio ſumendi corporis, præterito ſanguine: & exemplar illud vnde hæc deſumpſimus, fuerat in Italia collatum, vbi facile fuit aliquid ſubiicere in Boemorum (id eſt Euangelii) odium.

54 Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἔχει ζωὴν αἰώνιον· καὶ ἐγὼ ἀναστήσω αὐτὸν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.

54 Qui edit carnem meam, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam: & ego excitabo eum in vltimo illo die.

54 *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternã: & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.* 1. Cor. 11. f. 29

55 Ἡ γὰρ σάρξ μου ἀληθῶς ἐστι βρῶσις, καὶ τὸ αἷμά μου ἀληθῶς ἐστι πόσις.

55 Caro enim mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus.

55 *Caro enim mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus.*

56 Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ.

56 Qui edit meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo.

56 *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo.*

57 Καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ ζῶν πατὴρ, κἀγὼ ζῶ διὰ τὸν πατέρα· καὶ ὁ τρώγων με, κἀκεῖνος ζήσει δι' ἐμέ.

57 Sicut miſit me viuens ille Pater, & ego viuo per Patrem: ita etiam qui ederit me, viuet ipſe quoque per me.

57 *Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipſe viuet propter me.*

58 Οὗτός ἐστιν ὁ ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς· οὐ καθὼς ἔφαγον οἱ πατέρες ὑμῶν τὸ μάννα, καὶ ἀπέθανον. ὁ τρώγων τοῦτον τὸν ἄρτον, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα.

58 Hic eſt panis ille qui de cælo deſcendit: non prout comederunt Patres veſtri manna, & mortui ſunt. qui ederit hunc panem, viuet in æternum.

58 *Hic eſt panis qui de cælo deſcendit: non ſicut manducauerunt Patres veſtri manna, & mortui ſunt. qui manducat hunc panem, viuet in æternum.*

59 Ταῦτα εἶπεν ἐν συναγωγῇ, διδάσκων ἐν Καπερναούμ.

59 Hæc dixit in ſynagoga, quũ doceret in Capernaum.

59 *Hæc dixit in ſynagoga docens in Capharnaum.*

54 Et ego, καὶ ἐγώ: id eſt quia ego. Nam καὶ hoc loco pro cauſali particula ponitur.

57 Viuens ille Pater, ὁ ζῶν πατήρ. Articulum neglexit Vetus interpres, & Eraſmus quoque, minimè tamen otioſum hoc loco. Quum enim oſtendere vellet Chriſtus vtrũ de manaret vita illa perennis quam ſuis impertitur, auditores ſuo more relegat ad Patrem, à quo ſignificat ſe, quatenus videlicet manifeſtatur in carne, vim iſtã viuificam accepiſſe. Ergo primo loco diſtinguendus fuit Pater à cæteris patribus: quod quidem factũ eſt addito Viuentis epitheto, quod propriè vni Deo æterno & immutabili conuenit. Pendet autẽ hæc diſtinctio ab articulo. Et ego viuo, κἀγὼ ζῶ. Particula ב, id eſt ita, in accõmodatione cõparationis ſæpe deeſt apud Hebræos, vt alibi annotauimus. Eam igitur nonnulli hoc loco ſupplentes, conuerterunt, Ita & ego viuo. Atqui ſi hæc eſſet altera pars collationis, dicendũ fuerat potius, Sicut viuit Pater qui me miſit, ita & ego viuo: quemadmodũ etiã Caſtellio nuper auſus eſt interpretari. Ego verò id facere non auſim. ſequor igitur Cyrillũ, qui alteram partem collationis differt in proximum membrũ, vt ſit hæc ſententia, Miramini quòd carni meæ ac ſanguini (i. mihi qui homo ſum) vim iſtam viuificandi tribuã, adeo vt extra me vita nulla ſit: miſſus ſum à Patre, qui fons eſt vitæ, atque adeo vita ipſa, neque alia eſt vita mea quàm Patris. quid mirum eſt igitur ſi quemadmodum Pater meus vita eſt, & me viuificat, ita & ego eadẽ vi polleam erga eos in quibus habito? Neque enim duntaxat ſum profectus à Patre, ſed ab eo ſum miſſus. Cui tandẽ reit Nẽpe viuificãdis aliis, ſicut ille me viuificauit. Per Patrem, διὰ τὸν πατέρα. Vulg. & Eraſ. Propter Patrẽ. Sed & Cyrillus diſertè annotat, ſignificari æternam duntaxat Filii generationẽ, vt διὰ τὸν πατέρα nõ declaret, quia vitã à Patre recipiat, ſed propterea quòd naturaliter ex viuente Patre ſit genitus. Sic enim vir iſte nõ minus doctus quàm pius diuinitatis Chriſti aſſertor, reſpondendum putauit illis qui abutentes hoc teſtimonio, Chriſtũ Deũ faciebant Patre minorẽ. At ego (quod veterum pace dixerim) in ea ſum opinione vt Chriſtum credã de ſe vt in carne manifeſtato loqui: quod tota eõcionis ſeries oſtẽdit, & crebra illa carnis ac ſãguinis repetitio. Deinde ratio antitheſis poſcit vt διὰ τὸν πατέρα nõ aliter interpreteris quàm δι' ἐμέ, quod proximè ſequitur. Sed & res ipſa clamat, huc pertinere totã hanc cõcionẽ non vt ſciamus nos propter Chriſtũ viuere, ſed vt cognoſcamus nos per Chriſtũ viuere. i. ab vno Chriſto vitam æternã haurire, ſi fide ipſum amplectamur. Itaq; non dubito quin διὰ τὸν πατέρα poſitũ ſit pro διὰ τὸν πατέρα, vt δι' ἐμὲ pro δι' ἐμοῦ. Nã (vt obiter hunc locũ explicẽ, alioqui ſatis difficilẽ) Chriſtus ſignificat ſe, quãuis homo eſſet, tamen viuificã carnem habere, non ex ipſa carnis natura per ſe, ſed quia caro illa ſua per Patrem viuebat: id eſt vim illam viuificam à Patre hauriebat, à quo miſſa erat, ex eius videlicet Spiritu concepta, & ſeruandis fidelibus deſtinata. At enim dices, Iſta carnis Chriſti viuificatio à natura diuina oriebatur ipſi vnita, non autẽ ſimpliciter à Patris perſona, ſed κατὰ οἰκονομίαν, quatenus videlicet Filius, vnus Deus eſt cũ Patre ac Spiritu ſancto. Fateor quidem ita eſſe: ſed (vt ſæpe iam repetii) Chriſtus, quanuis diuinam ſuam naturam ſimpliciter non declaret, Iudæorum ruditati hoc condonans, omniáque Patri referat accepta, reipſa tamen ſe Deum pronuntiat, quum Deum Patrem vocat, quum ſe è cælo deſcendiſſe, ſe vitam quam à Patre acceperit, ita habere in ſemetipſo dicit vt ille in ſemetipſo habet. id eſt minimè extrinſecam, aut κατ' ἐπίκτησιν, ſed ita aduentitiã,

quod ad carnem attinet, vt naturaliter tamen intus ſit, & ſuapte vi ſit efficax. quod vno verbo abſoluit Paulus quum diceret plenitudinem deitatis in Chriſto corporaliter habitare. Hæc autem qui cognouerit, facilè intelliget quid illud ſit quod inquit paulo pòſt, Carnem non prodeſſe quicquam, ſed Spiritum, eum eſſe qui viuificet: & quàm parum appoſitè nónulli eum locum ſint interpretati. Spiritus enim vim illam declarat à diuinitate manantem, quæ facit vt caro Chriſti, quæ alioqui per ſe nihil eſſet quàm caro, & in ſe viuat & in nobis ſit viuifica.

Πολλοὶ οὖν ἀκούσαντες ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, εἶπον, Σκληρός ἐστιν οὗτος ὁ λόγος· τίς δύναται αὐτοῦ ἀκούειν;

60 Multi ergo ex diſcipulis eius cùm audiſſent, dixerunt, Durus eſt hic ſermo: quis poteſt eum audire?

60 Multi ergo audientes ex diſcipulis eius, dixerunt, Durus eſt hic ſermo: & quis poteſt eum audire?

Εἰδὼς δὲ ὁ Ἰησοῦς ἐν ἑαυτῷ ὅτι γογγύζουσι περὶ τούτου οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς, Τοῦτο ὑμᾶς σκανδαλίζει;

61 Sciens autē Ieſus apud ſe diſcipulos ſuos de hoc murmurare, dixit eis, Hoc vos offendit?

61 Sciens autem Ieſus apud ſemetipſum quia murmurarent de hoc diſcipuli eius, dixit eis, Hoc uos ſcandalizat?

Ἐὰν οὖν θεωρῆτε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἀναβαίνοντα ὅπου ἦν τὸ πρότερον;

62 Quid ſi igitur conſpiceretis Filium hominis aſcendentem eò vbi erat prius?

62 Si ergo uideritis Filiũ hominis aſcendentem ubi erat prius?

supra 3.b.13 Τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν, ἡ σὰρξ οὐκ ὠφελεῖ οὐδέν· τὰ ῥήματα ἃ ἐγὼ λελάληκα ὑμῖν, πνεῦμά ἐστι καὶ ζωή ἐστιν.

63 Spiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quicquam: verba quæ ego loquor vobis, ſpiritus ſunt & vita ſunt.

63 Spiritus eſt qui uiuificat, caro non prodeſt quicquam: uerba quæ ego loquutus ſum uobis, ſpiritus & uita ſunt.

Ἀλλ' εἰσὶν ἐξ ὑμῶν τινες οἱ οὐ πιστεύουσιν. Ἤδει γὰρ ἐξ ἀρχῆς ὁ Ἰησοῦς τίνες εἰσὶν οἱ μὴ πιστεύοντες, καὶ τίς ἐστιν ὁ παραδώσων αὐτόν.

64 Sed ſunt quidam ex vobis qui non credunt. nouerat enim à principio Ieſus quinam eſſent qui non credebant, & quis eum proditurus eſſet.

64 Sed ſunt quidã ex uobis qui non credunt. Sciebat enim ab initio Ieſus qui non eſſent credẽtes, & quis traditurus eſſet eũ.

Καὶ ἔλεγε, Διὰ τοῦτο εἴρηκα ὑμῖν ὅτι οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ πατρός μου.

65 Et dicebat, Propterea dixi vobis neminem poſſe venire ad me niſi fuerit ei datum à Patre meo.

65 Et diebat, Propterea dixi uobis quia nemo poteſt uenire ad me niſi fuerit ei datũ à Patre meo.

Ἐκ τούτου πολλοὶ ἀπῆλθον τῶν μαθητῶν αὐτοῦ εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ οὐκέτι μετ' αὐτοῦ περιεπάτουν.

66 Ex eo multi diſcipulorum eius pedem retulerunt, nec amplius cum eo verſabantur.

66 Ex hoc multi diſcipulorum eius abierunt retrò: & iam non cum illo ambulabant.

Εἶπεν οὖν ὁ Ἰησοῦς τοῖς δώδεκα, Μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε ὑπάγειν;

67 Dixit ergo Ieſus duodecim illis, Num & vos vultis abire?

67 Dixit ergo Ieſus ad duodecim, Nunquid & uos uultis abire?

Ἀπεκρίθη οὖν αὐτῷ Σίμων Πέτρος. Κύριε, πρὸς τίνα ἀπελευσόμεθα; ῥήματα ζωῆς αἰωνίου ἔχεις·

68 Reſpondit ergo ei Simon Petrus, Domine, ad quem abibimus? verba vitæ æternæ habes:

68 Reſpondit ergo ei Simõ Petrus, Domine, ad quem ibimus? uerba uitæ æternæ habes:

καὶ ἡμεῖς πεπιστεύκαμεν, καὶ ἐγνώκαμεν ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος.

69 Et nos credimus, & cognouimus te eſſe Chriſtum illum Filium Dei viuentis.

69 Et nos credimus, & cognouimus quia tu es Chriſtus Filius Dei.

Mat.16.c.16 Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Οὐκ ἐγὼ ὑμᾶς τοὺς δώδεκα ἐξελεξάμην, καὶ ἐξ ὑμῶν εἷς διάβολός ἐστιν.

70 Reſpondit eis Ieſus, Nónne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis eſt diabolus?

70 Reſpondit eis Ieſus, Nónne ego uos duodecim elegi, & ex uobis unus diabolus eſt?

Ἔλεγε δὲ τὸν Ἰούδαν Σίμωνος Ἰσκαριώτην· οὗτος γὰρ ἤμελλεν αὐτὸν παραδιδόναι, εἷς ὢν ἐκ τῶν δώδεκα.

71 Loquebatur autem de Iuda Simonis *filio* Iſcariota: futurum enim erat vt hic proderet eum, quum eſſet vnus ex illis duodecim.

71 Dicebat autem Iudam Simonis Iſcariotem: hic enim erat traditurus eũ, quum eſſet unus ex duodecim.

64 Qui non credebant, οἱ μὴ πιστεύοντες. In vno codice ſcriptum erat οἱ πιστεύοντες, qui credebant, & ita legit Cyrilli interpres, & Chryſoſtomi quoque.

66 Pedem retulerunt, ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω. Vulgata ad verbum, Abierunt retro. Eraſmus, Deſciuerunt, eo relicto. Ego ſtudui non tam procul recedere à Græcis quin ipſam formulam tranſlatitiè ſaltem exprimerem. Nam quod hic philoſophatur Chryſoſtomus, allegoricum eſt, nec ſatis (vt opinor) accommodatum.

67 Duodecim illis. τοῖς δώδεκα. Hic omnino videtur fuiſſe exprimendus articulus, quia iſtos duodecim opponit reliquis, tanquam ſelectos. Sic etiam infrà verſu 71.

70 Nonne ego, οὐκ ἐγώ: id eſt, Ego certè. Solent enim Hebræi in huiuſmódi affirmationibus adhibere interrogationem.

Κεφάλαιον ζ

CAP. VII.

CAP. VII.

Καὶ περιεπάτει ὁ Ἰησοῦς μετὰ τοῦτα ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ· οὐ γὰρ ἤθελεν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ περιπατεῖν, ὅτι ἐζήτουν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι ἀποκτεῖναι.

Ἦν δὲ ἐγγὺς ἡ ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων ἡ σκηνοπηγία.

Εἶπον οὖν πρὸς αὐτὸν οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, Μετάβηθι ἐντεῦθεν, καὶ ὕπαγε εἰς τὴν Ἰουδαίαν, ἵνα καὶ οἱ μαθηταί σου θεωρήσωσι τὰ ἔργα σου ἃ ποιεῖς.

Οὐδεὶς γάρ ἐν κρυπτῷ τι ποιεῖ, καὶ ζητεῖ αὐτὸς ἐν παρρησίᾳ εἶναι· εἰ ταῦτα ποιεῖς, φανέρωσον σεαυτὸν τῷ κόσμῳ.

Οὐδὲ γὰρ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ ἐπίστευον εἰς αὐτόν.

Λέγει οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ὁ καιρὸς ὁ ἐμὸς οὔπω πάρεστιν· ὁ δὲ καιρὸς ὁ ὑμέτερος πάντοτέ ἐστιν ἕτοιμος.

Οὐ δύναται ὁ κόσμος μισεῖν ὑμᾶς· ἐμὲ δὲ μισεῖ, ὅτι ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ αὐτοῦ ὅτι τὰ ἔργα αὐτοῦ πονηρά ἐστιν.

Ὑμεῖς ἀνάβητε εἰς τὴν ἑορτὴν ταύτην· ἐγὼ οὔπω ἀναβαίνω εἰς τὴν ἑορτὴν ταύτην, ὅτι ὁ καιρὸς ὁ ἐμὸς οὔπω πεπλήρωται.

1 VErſabatur autem Ieſus poſt hæc in Galilæa: non enim volebat in Iudæa verſari, quia ſtudebant eum Iudæi trucidare.

2 Propè autem erat feſtum Iudæorum ‖ Scenopegia.

3 Dixerunt igitur ad eum fratres eius, Digredere hinc, & vade in Iudæam, vt diſcipuli tui conſpiciãt opera tua quæ facis.

4 Nemò enim in occulto facit aliquid, & quærit ipſe celebris eſſe: ſi hæc facis, patefacito teipſum mundo.

5 Nam ne fratres quidem eius credebant in eum.

6 Dicit ergo eis Ieſus, Tempus meum nondum adeſt: tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum.

7 Non poteſt mundus vos odiſſe: me autem odit, quoniam ego teſtor de eo, opera eius mala eſſe.

8 Vos aſcendite ad feſtum hoc: ego nondum aſcendo ad hoc feſtum, ‖ quia tempus meum nondum impletum eſt.

1 POſt hæc autem ambulabat Ieſus in Galilæam: non enim volebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eum Iudæi interfare.

2 Erat autem in proximo dies feſtus Iudæorum Lenit.23.f.34 Sanopegia.

3 Dixerunt autem ad eum fratres eius: Tranſi hinc, & vade in Iudæã, vt & diſcipuli tui videãt opera tua quæ facis.

4 Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipſe in palàm eſſe: ſi hæc facis, manifeſta teipſum mundo.

5 Neque enim fratres eius credebant in eum.

6 Dicit ergo eis Ieſus, Tẽpus meum nondum aduenit: tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum.

7 Non poteſt mundus odiſſe vos: me autem odit, quia ego teſtimonium perhibeo de illo quòd opera eius mala ſunt.

8 Vos aſcendite ad diem feſtum hunc: ego nondum aſcendo ad diem feſtum iſtum, quia meum tempus nondũ impletum eſt. Infrà,8.c.20

IN CAPVT VII.

1 Verſabatur, περιεπάτει, id eſt ἀνεστρέφετο. Sic etiam accipitur ſuprà,6.g.66,& in hoc eodem verſiculo. Non enim volebat, οὐ γὰρ ἤθελεν. Sic habebant omnes noſtri codices. Apparet tamen Chryſoſtomum legiſſe οὐκ ἠδύνατο, vel οὐκ ἐξῆν αὐτῷ, id eſt non poterat, ſicut rectè obſeruauit Iraſmus. ſic quoque videtur legiſſe Auguſtinus. de Cyrillo nihil certi poſſum ex ipſius interpretatione colligere. Sed, vtcunque ſit, eadem manet ſententia. Nam idcirco non poterat quia nolebat: vt diximus Mar.6.a.5. quam ſpeciem ἀδυνάτου Nanzianzenus ἀκουσίαν appellat.

2 Scenopegia, σκηνοπηγία. Sic dicitur à Græcis hoc feſtũ à figẽdis tabernaculis, ab Hebræis מסכות, quòd ſub tabernaculis totos ſeptem dies agerent, ex Domini mandato, Lenit.cap.23. Itaque miſerabilis eſt eorum inſcitia qui Scenophagia legunt, & interpretantur. Cæterùm qui de hac re volet multas nugas audire, legat Plutarchum libri συμποσιακῶν δ. καφ.ε.

4 Celebris, ἐν παῤῥησίᾳ. Ad verbum, Cum celebritate. Nam παῤῥησία quum propriè declaret publicam ac ingenuam loquendi libertatem, paſſiuè hìc videtur accipi, vt is dicatur eſſe ἐν παῤῥησίᾳ qui publicè omniũ ſermonibus celebratur. Sed & aliter licebit interpretari ἐν παῤῥησίᾳ, haberi pro eo qui liberè & ingenuè dicat quod res eſt. quod de Chriſto profitentur ipſi eius aduerſarii, Matth.11.b.16. Vulg. In palàm, quia videlicet παῤῥησία interdum aduerbialiter accipitur pro φανερῶς, vt Mar.8.d.31,& infrà, verſu 13.

8 Ego nondum aſcendo, ἐγὼ οὔπω ἀναβαίνω. In vno codice deerat totum hoc membrum, ἐγὼ οὔπω ἀναβαίνω εἰς τὴν ἑορτὴν ταύτην: in quibuſdam verò non legitur ταύτην. Ego hanc varietatem lectionum inde ortam ſuſpicor quòd in nonnullis codicibus ſcriptum erat ἐγὼ οὐκ ἀναβαίνω, ego non aſcendo. quam lectionem ſequitur etiam Cyrillus. Theophylactus videtur neſcio quid diuerſum legiſſe. Nam in ipſius Romano exemplari vitioſè ſcriptum eſſe puto οὖν. Quia igitur Chriſtus paulo pòſt ad feſtum profectus eſt, multi in hoc explicando nodo ſe torſerunt. Cyrillus ita hæc conciliat, vt Ieſum dicat non aſcendiſſe vt feſtum ageret, ſed vt Iudæos moneret. Alii expunxerunt ταύτην, quaſi ita impoſuerit cognatis, non deſignato feſto ad quod ſe non venturum diceret. Nonnulli etiam totum hoc membrum vt adulterinum reiecerunt. Ego verò, (vt meum quoque ſymbolum conferam) niſi in pleriſque (id eſt in quindecim) vetuſtis codicibus ſcriptum reperiſſem οὔπω, quam lectionem diſertè etiam approbat Chryſoſtomus, ſanè legendum cenſerem ἐγὼ οὐκ ἀναβαίνω, ego non aſcendo, & ita quidem vt ſeruetur propria præſentis ſignificatio. Nam qui dicit, Nondum aſcendo, occaſionem præbet auditori quærendi quando igitur ſit aſcenſurus. quod non videntur fuiſſe prætermiſſuri iſti qui Chriſto tantopere inſtabant. Qui verò dicit, Non aſcendo, non planè negat ſe aſcenſurum, ſed ſignificat ſibi nondum eſſe conſtitutum an ſit aſcenſurus nécne. quæ interpretatio nullum locum relinquit inconſtantiæ, aut fallaciæ, aut mendacio: à quibus vitiis ſcimus Chriſtum longiſſimè abfuiſſe. Cæterùm, quinam hìc

vocentur Chriſti fratres, video inter veteres non conſtare. Alii enim fratres Chriſti hos fuiſſe volunt ἐμ μαθείας, Ioſephi ex alia vxore filios: quod in primis tradit Epiphanius: alii verò duntaxat cognatos intelligunt, ex Hebræorum idiotiſmo omnibus noto. quorum opinionem potius amplector, vt qui videm veteres in illis tradendis inter ſe non conſentire.

Ταῦτα δὲ εἰπὼν αὐτὸς, ἔμεινεν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ.

9 Hæc autem quùm eis dixiſſet, manſit in Galilæa.

9 Hæc quum dixiſſet ipſe, manſit in Galilæa.

Ὡς δὲ ἀνέβησαν οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, τότε καὶ αὐτὸς ἀνέβη εἰς τὴν ἑορτὴν, οὐ φανερῶς, ἀλλ' ὡς ἐν κρυπτῷ.

10 Vt aſcenderũt autem fratres eius, tunc & ipſe aſcendit ad feſtum, non manifeſtè, ſed velut in occulto.

10 Vt autem aſcenderũt fratres eius, tunc & ipſe aſcendit ad diem feſtum, non manifeſtè, ſed quaſi in occulto.

Οἱ οὖν Ἰουδαῖοι ἐζήτουν αὐτὸν ἐν τῇ ἑορτῇ, καὶ ἔλεγον, Ποῦ ἐστιν ἐκεῖνος;

11 Iudæi ergo quærebant eum in feſto, & dicebant, Vbi eſt ille?

11 Iudæi ergo quærebãt eum in die feſto, & dicebant, Vbi eſt ille?

Καὶ γογγυσμὸς περὶ αὐτοῦ ἦν ἐν τοῖς ὄχλοις. οἱ μὲν ἔλεγον, ὅτι ἀγαθός ἐστιν· ἄλλοι δὲ ἔλεγον, Οὐ· ἀλλὰ πλανᾷ τὸν ὄχλον.

11 Et murmur multum erat in turba de eo. alii quidem dicebant, Vir bonus eſt: alii autem dicebant, Non, ſed turbam ſeducit.

11 Et murmur multum erat in turba de eo. quidã enim dicebant, Quia bonus eſt: alii autem dicebant, Non, ſed ſeducit turbas.

Οὐδεὶς μέντοι παρρησίᾳ ἐλάλει περὶ αὐτοῦ, διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων.

13 Nullus tamen παλàm loquebatur de eo, propter metum Iudæorum.

13 Nemo tamen palàm loquebatur de illo, propter metum Iudæorum.

Ἤδη δὲ τῆς ἑορτῆς μεσούσης, ἀνέβη ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ ἐδίδασκε.

14 Feſto autem iam medio, aſcendit Ieſus in templum, ac docebat.

14 Iam autem die feſto mediante aſcendit Ieſus in templum, & docebat.

Καὶ ἐθαύμαζον οἱ Ἰουδαῖοι, λέγοντες, Πῶς οὗτος γράμματα οἶδε, μὴ μεμαθηκώς;

15 Et mirabantur Iudæi, dicentes, Quomodo iſte literas nouit, quum non didicerit?

15 Et mirabantur Iudæi, dicentes, Quomodo hic literas ſcit, quum non didicerit?

Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν, Ἡ ἐμὴ διδαχὴ οὐκ ἔστιν ἐμὴ, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με.

16 Reſpondit eis Ieſus & dixit, Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me.

16 Reſpondit eis Ieſus & dixit, Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me.

Ἐάν τις θέλῃ τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιεῖν, γνώσεται περὶ τῆς διδαχῆς, πότερον ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν, ἢ ἐγὼ ἀπ' ἐμαυτοῦ λαλῶ.

17 Siquis voluerit eius voluntatem exequi, cognoſcet de doctrina, vtrum ex Deo ſit, an ego à meipſo loquar.

17 Siquis voluerit voluntatem eius facere, cognoſcet de doctrina, vtrum ex Deo ſit, an ego à meipſo loquar.

Ὁ ἀφ' ἑαυτοῦ λαλῶν, τὴν δόξαν τὴν ἰδίαν ζητεῖ· ὁ δὲ ζητῶν τὴν δόξαν τοῦ πέμψαντος αὐτὸν, οὗτος ἀληθής ἐστι, καὶ ἀδικία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν.

18 Qui à ſemetipſo loquitur, gloriam propriam quærit: qui autem quærit gloriam eius qui miſit ipſum, hic verax eſt, & iniuſtitia in eo non eſt.

18 Qui à ſemetipſo loquitur, gloriam propriã quærit: qui autem quærit gloriam eius qui miſit eum, hic verax eſt, & iniuſtitia in illo non eſt.

Exo. 24. d. 3

Οὐ Μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὸν νόμον, καὶ οὐδεὶς ἐξ ὑμῶν ποιεῖ τὸν νόμον; Τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι;

Supra, 5. c. 18

19 ‖Nónne Moſes dedit vobis Legem, & *tamen* nemo ex vobis præſtat Legem? ‖quid me ſtudetis trucidare?

19 Nónne Moyſes dedit nobis Legem, & nemo ex nobis facit Legem? Quid me quæritis interficere

Ἀπεκρίθη ὁ ὄχλος καὶ εἶπε, Δαιμόνιον ἔχεις· τίς σε ζητεῖ ἀποκτεῖναι;

20 Reſpondit turba & dixit, Dæmonium habes: quis te ſtudet trucidare?

20 Reſpondit turba & dixit. Dæmonium habes: quis te quærit interficere?

Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ἓν ἔργον ἐποίησα, καὶ πάντες θαυμάζετε.

21 Reſpondit Ieſus & dixit eis, Vnum opus edidi, & omnes miramini.

21 Reſpondit Ieſus & dixit eis, Vnum opus feci, & omnes miramini.

13 Palàm, παῤῥησίᾳ: vel, liberè: ex quo intelligimus Iudæorum principes nihil magis optaſſe quàm ſepeliri eius famam. Hi ſunt enim quos vocat Iudæos, opponens eos Galilæis, & rudi vulgo qui ad feſtum conuenerat.

14 Feſto, ἑορτῆς. Hoc intelligi poteſt vel de altero ſolenni feſtorũ dierum, puta primo (quã vltimi poſtea fiet mentio) vel potius de toto Tabernaculorum feſto, cui octo dies erant attributi, vt iſta circiter quartum diem geſta ſint.

16 Non eſt mea, οὐκ ἔστιν ἐμὴ: id eſt mihi non eſt laboribus quæſita & ex doctorum diſciplina, ſed data mihi diuinitus à Patre: quam vulgò ſcientiam infuſam vocant: quod Platoni præbuit occaſionem commiſcendæ illius ἀναμνήσεως tantopere à nonnullis Platonicis potius quàm Chriſtianis celebratæ. Loquitur ergo Chriſtus non ſimpliciter, ſed ex Iudæorum hypotheſi, vt diximus ſuprà, 5. d. 22.

19 Præſtat, πεποίηκε. Vulg. ad verbum, Facit. Sed Latinis facere dicitur legem qui legem imponit.

Διὰ τοῦτο Μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὴν περιτομήν, (οὐχ ὅτι ἐκ τοῦ Μωσέως ἐστίν, ἀλλ' ἐκ τῶν πατέρων) καὶ ἐν σαββάτῳ περιτέμνετε ἄνθρωπον.

Εἰ περιτομὴν λαμβάνει ἄνθρωπος ἐν σαββάτῳ, ἵνα μὴ λυθῇ ὁ νόμος Μωσέως, ἐμοὶ χολᾶτε ὅτι ὅλον ἄνθρωπον ὑγιῆ ἐποίησα ἐν σαββάτῳ;

Μὴ κρίνετε κατ' ὄψιν, ἀλλὰ τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνατε.

Ἔλεγον οὖν τινὲς ἐκ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν, Οὐχ οὗτός ἐστιν ὃν ζητοῦσιν ἀποκτεῖναι;

Καὶ ἴδε, παρρησίᾳ λαλεῖ, καὶ οὐδὲν αὐτῷ λέγουσι· μήποτε ἀληθῶς ἔγνωσαν οἱ ἄρχοντες ὅτι οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ Χριστός;

Ἀλλὰ τοῦτον οἴδαμεν πόθεν ἐστίν· ὁ δὲ Χριστὸς ὅταν ἔρχηται, οὐδεὶς γινώσκει πόθεν ἐστίν.

Ἔκραξεν οὖν ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκων ὁ Ἰησοῦς, καὶ λέγων, Κἀμὲ οἴδατε, καὶ οἴδατε πόθεν εἰμί· καὶ ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλήλυθα, ἀλλ' ἔστιν ἀληθινὸς ὁ πέμψας με, ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε.

22 ᵛAttamen Moſes dedit vobis circunciſionem (non quòd ex Moſe ſit, ‖ſed quia ex Patribus) & Sabbatho circunciditis hominem.

23 Si circunciſionem accipit homo Sabbatho, vt non ſoluatur ᵛLex Moſis, mihi indignamini quòd totum hominem ſanum fecerim Sabbatho?

24 ‖Ne iudicate ᵛſecundum ſpeciem, ſed iuſto iudicio iudicate.

25 Dicebat ergo quidã ex Hieroſolymitanis, Nónne hic eſt quem ſtudent trucidare?

26 At ecce, palàm loquitur, & nihil ei dicunt: num verè cognouerunt primores hunc verè eſſe Chriſtum?

27 Sed nouimus vnde hic ſit: quum autem venerit Chriſtus, nemo ᵛcogniturus eſt vnde ſit.

28 Clamabat ergo Ieſus in templo, docens ac dicens, Et me noſtis, & vnde ſim noſtis: & à meipſo non veni, ſed eſt verax qui miſit me, quem vos non noſtis.

22 *Propterea Moyſes dedit vobis circunciſionem, (nõ quia ex Moſe eſt, ſed ex Patribus) & in Sabbatho circunciditis hominẽ.* Leuit.12.d.3 Gen.17.b.10

23 *Si circunciſionem accipit homo in Sabbatho vt non ſoluatur Lex Moyſi, mihi indignamini quia totum hominem ſanum fecerim Sabbatho?*

24 *Nolite iudicare ſecundũ faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate.* Deut.1.c.18

25 *Dicebãt ergo quidam ex Ieroſolymis, Nónne hic eſt quem quærunt interficere?*

26 *Et ecce, palàm loquitur, & nihil ei dicunt: nonquid verè cognouerunt principes quia hic eſt Chriſtus?*

27 *Sed hunc ſcimus vnde ſit: Chriſtus autem quum venerit, nemo ſcit vnde ſit.*

28 *Clamabat ergo Ieſus in templo, docens & dicens, Et me ſcitis, & vnde ſim ſcitis, & à meipſo nõ veni, ſed eſt verus qui miſit me, quem vos neſcitis.*

12 Attamen, ἀλλ' ὅτι. Vel, Atqui. Vulgata & Eraſmus, Propterea. Iraque hic locus multos exercuit, dum quærunt cuius rei adferatur ratio. Chryſoſtomus non attingit: alii quoque multi tranſiluunt. Cyrillus obſcurè refert ad id quod ſequitur, Circunciſionem non eſſe ex Moſe, ſed ex Patribus, quum hoc ſit extra cauſſam ſtatum, & dicti tantùm correctio: alii etiam aliud adferunt. Mihi verò in primis placet perturbatam eſſe diſtinctionem, & ἀλλ' ὅτι eſſe ſuperiori verſiculo adiungendum, vt legamus καὶ τοῦτο συμβαίνει ἀλλ' ὅτι. Id eſt & omnes de eo [vel propterea] admiraminiſ: deinde ſequatur Μωσῆς δέδωκεν, Moſes dedit, &c. Hæc coniectura pridem mihi in mentem venerat, quum ecce in Theophylacto Romano diſertè ita ſcriptum & diſtinctum hunc locum inuenio: quæ res in ea coniectura magnopere me confirmauit, quum præſertim ſimilis conſtructio verbi συμβαίνει occurrat Mar.6.a.6. Nihil tamen volui in recepta lectione mutare, quum alia ratione poſſit etiam perſpicuus ſenſus elici, nempe ſi ἀλλ' ὅτι accipiamus non tanquam illatiuam particulam quam vocant, (id eſt quæ ex præcedentibus aliquid colligi oſtendat) ſed pro aduerſatiua, Atqui, Attamen, vel Sed tamen, ſicut nos conuertimus. Nam conſtat inchoari nouum argumentum, quo aduerſariorum opinio conuellatur. Eſt autem hæc ſignificatio petenda ex Hebræorum idiotiſmo, apud quos כי quum propriè ſignificet ἀλλ' ὅτι, ſeu ἀλλά, vel ἀέν, id eſt Ideo vel Idcirco: interdum tamen accipitur pro Atqui & Attamen, vt Gen.4.c.15, & Oſee 2.c.14: vbi quum Dominus adulteræ vxoris ſcelera commemoraſſet, & multa eſſet illi comminatus, ſtatim ſubiicit, Attamẽ ego blanditiis alliciam eam. qui locus videtur non ſatis fideliter adhuc fuiſſe expreſſus.

23 Lex Moſis, ὁ νόμος Μωσέως: id eſt, ſi Lex circunciſionis à Moſe data tanti ſit apud vos vt non dubitetis etiam Sabbatho circuncidere hominem, num meritò apud vos reprehendor quòd hominem totum ſanarim Sabbatho? Vera igitur & germana eſt hæc diſtinctio, quam etiam ſequuntur eſſe Epiphanium apparet ex iis quæ ſcripſit κατ' Ἐβιωναίων, non procul à fine. Cyrillus tamen exiſtimat iſta aliter collocanda, hoc modo videlicet, Si circunciſionem accipit homo Sabbatho, mihi indignamini quòd totũ hominem ſanum fecerim Sabbatho, vt nõ ſoluatur Lex Moſis? Quæ diſtinctio poſtea coegit illum neſcio quid cõminiſci de curatione vulneris circunciſionis, quæ opponatur hominis curationi. Sed quorſum hæc? Fefellit autem illum hoc vnum quòd putauit Legem Moſis vocari Legem Sabbathi, quum agatur de Lege circunciſionis, quæ quomodo & quatenus dicatur Lex Moſis, præcedens verſiculus oſtendit.

24 Secundum ſpeciem, κατ' ὄψιν: id eſt, ex eo quod præ me fero. Videor enim nihil aliud eſſe quàm Galilæus, vilis & contempti fabri filius: ſed ſpectate attentius rem ipſam, & ex fructibus arborem æſtimate. ὄψις igitur vocat idipſum quod ſæpe εἶδος alibi dicitur: vnde ἀναισθησία quæ iuſto iudicio opponitur, vt diximus Mar.11.b.14. Vulgata & Eraſmus Aſpectum interpretantur. Sed hoc eſt potius quod Latini ſimili prorſus ratione ſpeciem vocant. Primores, οἱ ἄρχοντες. Vide Luc. 23.v.13.

27 Cogniturus eſt, γινώσκων. Vulg. & Eraſ. Scit: quũ manifeſta ſit temporis enallage, de qua diximus Luc.1.d.34. Hauſerant autẽ hunc errorem Iudæi ex Prophetarum teſtimoniis perperam intellectis, vt ex eo quod ſcriptum eſt Matth.5.verſu 2, & Eſa.5.3.verſu 8.

Ἐγὼ δὲ οἶδα αὐτὸν, ὅτι παρ' αὐτοῦ εἰμι, κἀκεῖνός με ἀπέστειλεν.

29 ¶Ego verò noui eum, quia ab ipso sum, & ille me misit.

29 Ego scio eũ, quia ab ipso sum, & ipse me misit.

Ἐζήτουν οὖν αὐτὸν πιάσαι· καὶ οὐδεὶς ἐπέβαλεν ἐπ' αὐτὸν τὴν χεῖρα, ὅτι οὔπω ἐληλύθει ἡ ὥρα αὐτοῦ.

30 Studebant ergo eum ¶prehẽdere: sed nemo iniecit in eum manum, quia nondum venerat hora eius.

30 Quærebant ergo eum apprehendere: & nemo misit in illũ manus, quia nõdũ venerat hora eius.

Πολλοὶ δὲ ἐκ τοῦ ὄχλου ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν, καὶ ἔλεγον, Ὁ Χριστὸς ὅταν ἔλθῃ, μήτι πλείονα σημεῖα τούτων ποιήσει ὧν οὗτος ἐποίησεν;

31 Ex turba autem multi crediderunt in eũ, & dicebant, Christus quum venerit, num signa plura edet iis quæ hic edidit?

31 De turba autem multi crediderunt in eũ, & dicebant, Christus quũ venerit, nunquid plura signa faciet quam quæ hic fecit?

Ἤκουσαν οἱ Φαρισαῖοι τοῦ ὄχλου γογγύζοντος περὶ αὐτοῦ ταῦτα, καὶ ἀπέστειλαν οἱ Φαρισαῖοι καὶ οἱ Ἀρχιερεῖς ὑπηρέτας, ἵνα πιάσωσιν αὐτόν.

32 Audierunt Pharisæi turbam ista murmurantem de eo, & miserunt Pharisæi ac principes Sacerdotum ministros vt cũ prehenderent.

32 Audierunt Pharisæi turbam murmurantẽ de illo hæc, & miserunt principes Sacerdotum & Pharisæi ministros, ut apprehẽderent eum.

Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἔτι μικρὸν χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ ὑπάγω πρὸς τὸν πέμψαντά με.

33 Dixit ergo eis Iesus, Adhuc pauliſper ero vobiscum, deinde abibo ad eum qui me misit.

33 Dixit ergo eis Iesus, Adhuc modicum tẽpus vobiscũ sum, & vado ad eum qui me misit.

Infrà, 13.d.33 Ζητήσετέ με, καὶ οὐχ εὑρήσετε· καὶ ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν.

34 ¶Quæretis me, nec inuenietis: & vbi ego ero, cò vos non poteritis venire.

34 Quæretis me, & nõ inuenietis: & vbi ego sum, vos non potestis venire.

Εἶπον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι πρὸς ἑαυτούς, Ποῦ οὗτος μέλλει πορεύεσθαι, ὅτι ἡμεῖς οὐχ εὑρήσομεν αὐτόν; μὴ εἰς τὴν διασπορὰν τῶν Ἑλλήνων μέλλει πορεύεσθαι, καὶ διδάσκειν τοὺς Ἕλληνας;

35 Dixerunt ergo Iudæi inter ſeſe, Quò futurũ eſt vt iſte proficiſcatur, ¶vt nos non inueniamus eum? num ad eos qui diſperſi ſunt inter Græcos iturus eſt, & Græcos doctur us?

35 Dixerunt ergo Iudæi ad semetipsos, Quò hic iturus est, quia non inuenemus eum? nunquid in dispersionem Gentium iturus est, & docturus Gentes?

Τίς ἐστιν οὗτος ὁ λόγος οὗ εἶπε, Ζητήσετέ με, καὶ οὐχ εὑρήσετε· καὶ ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν;

36 Quis eſt hic ſermo quem dixit, Quæretis me, & non inuenietis: & vbi ego ero, vos non poteritis venire?

36 Quis est hic sermo quẽ dixit, Quæretis me, & non inuenietis: & vbi sũ ego, vos non potestis venire?

Leuit. 23.f.36 Ἐν δὲ τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῇ μεγάλῃ τῆς ἑορτῆς εἱστήκει ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἔκραξε, λέγων, Ἐάν τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω.

37 ¶Vltimo autẽ die illo magno feſti ſtetit Ieſus, & clamauit, dicens, Siquis ſitit, veniat ad me, & bibat.

37 In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat Iesus, & clamabat, dicens, Si quis sitit, veniat ad me & bibat.

Isaiæ 55.a.1 Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, καθὼς εἶπεν ἡ γραφὴ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος.

38 ¶Qui credit in me, ¶ſicut dixit Scriptura, flumina aquæ viuæ fluent ex ventre eius.

38 Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.

29 Ego verò noui eum, ἐγὼ δὲ οἶδα αὐτόν. In quibuſdam Vulgatæ editionis codicibus excuſis ſic legitur hic verſiculus, Ego ſcio eum: & ſi dixero me eum neſcire, ero ſimilis vobis, mendax. Id eſt, ἐγὼ οἶδα αὐτόν. κὰν εἴπω ὅτι οὐκ οἶδα αὐτὸν, ὅμοιος ὑμῶν ψεύστης. Sed hæc omnia ex margine irrepſerunt in cõtextum, nec in ſcriptis codicibus Latinis leguntur, ſuntque petita ex cap. 8. g. 54. vt Eraſmus rectè annotauit.

30 Prehendere, πιάσαι. Hoc vocabulo vti ſolet Iohannes pro eo quod reliqui Euangeliſtæ vſurpant κρατῶν. Dicitur autem propriè de iis quos fugientes arripimus, vt Prehendere apud Latinos, manu videlicet iniecta. 33 Ero, εἰμὶ. Sic ὑπάγω pro ὑπάξω, & iterum εἰμὶ pro ἔσομαι, & δύνασθε pro δυνήσεσθε.

35 Vt, ἵν. Heb. ל, vt 2. Sam. 7. c. 10. quæ formula petita eſt è medio. Vide Mat. 8. c. 17. & ſuprà, 2. d. 18. Ad eos qui ſparſi ſunt inter Græcos, πρὸς τὴν διασπορὰν τῶν Ἑλλήνων. Vulg. & Eraſ. In diſperſionẽ Gentium, ſeruato Hebraiſmo, qui frequentiſſimè occurrit apud Prophetas. Diſperſionis autẽ nomine alii ipſas profanas Gentes hinc & inde ſparſas volunt ſignificari: alii Iudæos per orbem terrarum diſperſos: quorum ſententiam amplector. Vix enim conueniret ipſis indigenis populis nomen διασπορᾶς, vt eruditè obſeruat doctiſſimus interpres: quod etiam confirmatur authoritate Iac. 1. v. 1. & Pet. 1. v. 1. Græcos, τοὺς Ἕλληνας. Vel ſic vocãt Iudæos ipſos per prouincias diſperſos, vel ex communi loquendi cõſuetudine ſic appellant profanas ipſas gentes, vt aliquid amplius hoc membrũ ſignificetur quàm ſuperiore.

37 Magno, μεγάλῃ: id eſt ſolenni. Primo enim & vltimo die feſti ſolennes cœtus in templo habebantur, interiectis autem aliis non item.

38 Sicut dixit Scriptura, καθὼς εἶπεν ἡ γραφή. Hæc nonnulli præcedentibus coniungunt, vt Chryſoſtomus & Theophylactus: alii ſequentibus, quos potius ſequor: puto tamen nullum locum propriũ hic citari,

ſed quæcunque in Prophetis toties repetuntur de donis Spiritus ſancti inſtar aquæ effundendis, ac quidem in primis quod ſcribitur Eſa.55.v.1,huc pertinere.

(Τοῦτο δὲ εἶπε περὶ τοῦ Πνεύματος 39 (Hoc autem dixit de Spiritu 39 (Hoc autē dixit de Spiritu Ioel.2.g.28
οὗ ἔμελλον λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες εἰς quem accepturi erāt credentes ritu quem accepturi erāt act.2.c.17
αὐτόν· οὔπω γὰρ ἦν Πνεῦμα ἅγιον, ὅτι ὁ in eum. Nondū enim erat Spi- credentes in eum. nōdū
Ἰησοῦς οὐδέπω ἐδοξάσθη) ritus ſanctus, quia Ieſus nondū enim erat Spiritus ſan-
erat glorificatus) ctus, quia Ieſus nondum
fuerat glorificatus)

Πολλοὶ οὖν ἐκ τοῦ ὄχλου ἀκούσαντες 40 Multi ergo è turba quum au- 40 Ex illa ergo turba quī
τὸν λόγον, ἔλεγον, Οὗτός ἐστιν ἀλη- diſſent hunc ſermonē, dicebāt, audiſſent hos ſermones
θῶς ὁ προφήτης. Verè hic eſt Propheta ille. eius, dicebant, Hic eſt ue
rè Propheta. Deut.18.c.15

Ἄλλοι ἔλεγον, Οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός. 41 Alii dicebant, Hic eſt Chriſtus 41 Alij dicebant, Hic eſt
Ἄλλοι δὲ ἔλεγον, Μὴ γὰρ ἐκ τῆς Γαλι- Quidam autem dicebant, Nū Chriſtus. Quidam autē
λαίας ὁ Χριστὸς ἔρχεται; enim è Galilæa veniet Chriſtus? dicebant, Nunquid à Ga
lilæa venit Chriſtus?

Οὐχὶ ἡ γραφὴ εἶπεν ὅτι ἐκ τοῦ σπέρ- 42 Nónne Scriptura dicit, ex 42 Nónne Scriptura di
ματος Δαβὶδ καὶ ἀπὸ Βηθλεὲμ τῆς κώ- ſemine Dauid, & ex vico Beth- cit quia ex ſemine Da- Mich.5.a.2
μης ὅπου ἦν Δαβὶδ, ὁ Χριστὸς ἔρχεται; lehem vbi erat Dauid, ventu- uid & de Bethlehē caſtel matth.2.a.5
rum Chriſtum? lo vbi erat Dauid, uenit
Chriſtus

Σχίσμα οὖν ἐν τῷ ὄχλῳ ἐγένετο δι' 43 Diſſidium ergo ortum eſt in 43 Diſſenſio itaque facta
αὐτόν. turba propter eum. eſt in turba propter eum.

Τινὲς δὲ ἤθελον ἐξ αὐτῶν πιάσαι αὐ- 44 Quidam autem ex ipſis vol- 44 Quidā autem ex ipſis
τόν· ἀλλ' οὐδεὶς ἐπέβαλεν ἐπ' αὐτὸν τὰς bant eum prehēdere, ſed nemo nolebant apprehendere
χεῖρας. iniecit in eum manus. eum: ſed nemo miſit ſu-
per eum manus.

Ἦλθον οὖν οἱ ὑπηρέται πρὸς τοὺς Ἀρ- 45 Venerunt ergo miniſtri ad 45 Venerūt ergo miniſtri ad
χιερεῖς καὶ Φαρισαίους· καὶ εἶπον αὐτοῖς ἐ- pontifices & Phariſæos: qui di- Pōtifices & Phariſæos,
κεῖνοι, Διὰ τί οὐκ ἠγάγετε αὐτόν; xerunt eis, Quare non adduxi- & dixerūt eis illi, Quare non adduxiſtis illum?
ſtis eum?

Ἀπεκρίθησαν οἱ ὑπηρέται, Οὐδέποτε 46 Reſponderunt miniſtri, Nun- 46 Reſponderunt miniſtri, Nunquā ſic loquutus eſt homo iſte, ſicut hic homo loquitur.
οὕτως ἐλάλησεν ἄνθρωπος ὡς οὗτος ὁ quam ita loquutus eſt homo
ἄνθρωπος. vt homo iſte.

Ἀπεκρίθησαν οὖν αὐτοῖς οἱ Φαρισαῖοι, 47 Reſponderunt ergo eis Pha- 47 Reſponderunt ergo eis Phariſæi, Numquid & nos ſeducti eſtis?
Μὴ καὶ ὑμεῖς πεπλάνησθε; riſæi, Num & vos ſeducti eſtis?

Μή τις ἐκ τῶν ἀρχόντων ἐπίστευσεν 48 Num quis ex primoribus cre- 48 Numquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Phariſæis?
εἰς αὐτόν, ἢ ἐκ τῶν Φαρισαίων; didit in eum, aut ex Phariſæis?

Ἀλλ' ὁ ὄχλος οὗτος ὁ μὴ γινώσκων τὸν 49 Sed turba hæc quæ nō nouit Legem, execrabilis eſt. 49 Sed turba hæc quæ nō nouit Legem, maledicti ſunt.
νόμον, ἐπίκατάρατοί εἰσι.

Λέγει Νικόδημος πρὸς αὐτούς, ὁ ἐλ- 50 Dicit eis Nicodemus, (is qui 50 Dixit Nicodemus ad eos, ille q̄ uenit adeū no ctē, q̄ unus erat ex ipſis. supra,3.a.2
θὼν νυκτὸς πρὸς αὐτὸν, εἷς ὢν ἐξ αὐτῶν, venerat ad eum nocte, & vnus
erat ex illis,

Μὴ ὁ νόμος ἡμῶν κρίνει τὸν ἄνθρωπον, 51 Num Lex noſtra cōdemnat 51 Numquid Lex noſtra iu
ἐὰν μὴ ἀκούσῃ πρῶτον παρ' αὐτοῦ καὶ quempiam, niſi prius audierit dicat hominē, niſi prius
γνῷ τί ποιεῖ; ab ipſo, & cognouerit quid audierit ab ipſo, & cō-
faciat? gnouerit quid faciat Deut.17.d.8,& 19.d.15

Ἀπεκρίθησαν καὶ εἶπον αὐτῷ, Μὴ καὶ 51 Reſponderunt & dixerunt ei, 51 Reſponderunt & dixerunt ei, Numquid & tu Galilæus es? ſcrutare
σὺ ἐκ τῆς Γαλιλαίας εἶ; ἐρεύνησον Nónne & tu Galilæus es? ſcrutare

39 Nondum erat Spiritus ſanctus, οὔπω ἦν Πνεῦμα ἅγιον. Quid Spiritum ſanctum vocet, ipſe eodem verſiculo expoſuit, nempe viſibilia illa dona quæ initio naſcentis Eccleſiæ excellenter viguerunt, vt prædictum erat Ioel 1, & μεταφορικῶς intelligitur Spiritus ſancti appellatione quæ ſint eius effecta in nobis, vt docet Apoſtolus 1.Cor.cap.12, penè integro, & Act.19.a.2, & deinceps, & plurimis aliis locis. Quidam pro ἅγιον, id eſt ſanctus, ſubſtituerunt Datus, veriti nimirum ne hic locus pro iis faceret qui Spiritum ſanctum numerārint inter res creatas: quaſi verò de ipſa Spiritus eſſentia hic agatur.

40 Propheta ille, ὁ προφήτης. Ne hoc quidem loco poteſt otioſus eſſe articulus, & planè offendere videtur hic locus Iudæos inſignem aliquem Prophetam expectaſſe diuerſum à Meſſia: ſicut diximus ſuprà, 1.c.21.

48 Ex primoribus, ἐκ τῶν ἀρχόντων. Vide Luc.23.f.35. 51 Audierit ab ipſo, ἀκούσῃ παρ' αὐτοῦ. Hæc quoque formula loquendi petita eſt è medio. Neque enim lex ipſa, ſed iudex cognoſcit: ideo Nonnus ſupplevit δικαστὴς. Quid faciat, τί ποιεῖ ſiue, Quid patrauerit is videlicet qui defertur.

καὶ ἴδε ὅτι προφήτης ἐκ τῆς Γαλιλαίας οὐκ ἐγήγερται.

& vide ex Galilæa Prophetam non ſurrexiſſe.

& vide quia à Galilæa Prophetæ non ſurrexit.

Καὶ ἐπορεύθη ἕκαστος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. 53 Et profectus eſt vnuſquiſque domum ſuam.

53 Et reuerſi ſunt vnuſquiſque in domum ſuã.

Κεφάλαιον ηζ

CAP. VIII.

CAP. VIII.

Ἰησοῦς δὲ ἐπορεύθη εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν.

1 Ieſus autem profectus eſt in montem Oliuarum.

1 *Ieſus autem perrexit in montem Oliueti.*

Ὀρθρου δὲ πάλιν παρεγένετο εἰς τὸ ἱερόν, καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἤρχετο πρὸς αὐτόν, καὶ καθίσας ἐδίδασκεν αὐτούς.

2 Et ᵛdiluculo rurſus adfuit in templo, & totus populus venit ᵛad eum, & ſedens docebat eos.

2 *Et diluculo iterum venit in templum, & omnes populus venit ad eum, & ſedens docebat eos:*

Ἄγουσι δὲ οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι πρὸς αὐτὸν γυναῖκα ἐπὶ μοιχείᾳ κατειλημμένην καὶ στήσαντες αὐτὴν ἐν μέσῳ,

3 Adducũt autem ad eum Scribæ & Phariſæi mulierem in adulterio deprehẽſam: & quum ſtatuiſſent eam in medio,

Adducunt autem Scribæ & Phariſæi mulierẽ in adulterio deprehenſam, & ſtatuerunt eam in medio:

Λέγουσιν αὐτῷ, Διδάσκαλε, αὕτη ἡ γυνὴ κατειλήφθη ἐπαυτοφώρῳ μοιχευομένη·

4 ᵛDicunt ei, Magiſter, hæc mulier deprehẽſa eſt in ipſo facto, quum mœcharetur:

4 *Et dixerũt ei, Magiſter hæc mulier modò deprehenſa eſt in adulterio:*

Leuit. 20. d. 10 Ἐν δὲ τῷ νόμῳ Μωσῆς ἡμῖν ἐνετείλατο τὰς τοιαύτας λιθοβολεῖσθαι· σὺ οὖν τί λέγεις;

5 ¶ InLege autem Moſes mandauit nobis vt tales ᵛlapidarentur: tu ergo ᵛquid dicis?

5 *In Lege autem Moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare: tu ergo quid dicis?*

Τοῦτο δὲ ἔλεγον πειράζοντες αὐτόν, ἵνα ἔχωσι κατηγορεῖν αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἰησοῦς κάτω κύψας, τῷ δακτύλῳ ἔγραφεν εἰς τὴν γῆν.

6 Hoc autem dicebant tentantes eum, vt poſſent ᵛeum accuſare. Ieſus autem incuruatus deorſum, digito ſcribebat ᵛin terra.

6 *Hoc autem dicebant tentantes eũ, vt poſſent accuſare eũ. Ieſus autẽ inclinans ſe deorſum, digito ſcribebat in terra.*

Ὡς δὲ ἐπέμενον ἐρωτῶντες αὐτόν, ἀνακύψας εἶπε πρὸς αὐτούς, Ὁ ἀναμάρτητος ὑμῶν, πρῶτος τὸν λίθον ἐπ' αὐτῇ βαλέτω.

Deut. 17. d. 7

7 Quum autem perſeuerarent eum interrogare, erexit ſe, & dixit eis, ¶Qui veſtrum immunis eſt à peccato, ᵛprimus in eam iaciat lapidem.

7 *Quũ ergo perſeuerarent interrogantes eum, erexit ſe, & dixit eis, Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat.*

53 Et profectus eſt, καὶ ἐπορεύθη. Verſiculus iſte, & quæ ab eo intercedunt vſque ad πάλιν αὖ ὁ Ἰησοῦς, id eſt ad verſum ſequentis capitis duodecimum, neque apud Chryſoſtomum, neque apud Theophylactũ extant. Euſebius quoque in extremo libro tertio Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ apertè dicit à quodam Papia hanc hiſtoriam de muliere adultera ſcriptam fuiſſe, quæ habeatur in Euangelio quod dicitur ſecundum Hebræos: ſed & apud Nonnũ nulla eius mentio. Teſtatur denique Hieronymus dialogo aduerſus Pelagianos ſecundo, in nõnullis codicibus non fuiſſe deſcriptam. Ex vetuſtis noſtris codicibus ſeptemdecim vnus duntaxat illam nõ habebat: in reliquis ſcripta quidem erat, ſed ita vt mira eſſet lectionis varietas, quam placuit bona fide ſuis locis annotare. Ad me quidem quod attinet, non diſſimulo mihi meritò ſuſpectum eſſe quod veteres illi tanto conſenſu vel reiecerunt, vel ignorarũt. Deinde quòd narrat Ieſum ſolũ fuiſſe relictum cũ muliere in tẽplo, neſcio quàm ſit probabile: & quod ſcribit, Ieſum digito ſcripſiſſe in terra, nouũ mihi & inſolens videtur, nec poſſum coniicere quomodo poſſit ſatis commodè explicari. Tanta denique lectionis varietas facit vt de totius hiſtoriæ narrationis fide dubitem.

IN CAPVT VIII.

1 Diluculo autem rurſus adfuit, ὄρθρου δὲ πάλιν παρεγένετο. In duobus codicibus additur βαθέος, profundo: & pro παρεγένετο legitur ἦλθεν, venit. Totus populus, πᾶς ὁ λαός. In vno codice ſcribitur πᾶς ὁ ὄχλος, tota turba. Ad eum, πρὸς αὐτόν. Hoc deeſt in duobus exemplaribus.

3 Ad eum, πρὸς αὐτόν. Et hoc deeſt in duobus codicibus.

4 Dicunt ei, λέγουσιν αὐτῷ. Vnus codex addit πειράζοντες, tentantes. Hæc mulier, αὕτη ἡ γυνή. Quinque exemplaria ſcriptum habent, ταύτην εὕρομεν ἐπαυτοφώρῳ μοιχευομένην. Hanc deprehendimus adulteram in ipſo facto: & aliud quoddam non habet μοιχευομένην.

5 In Lege autem Moſes mandauit nobis, ἐν δὲ τῷ νόμῳ ἡμῖν Μωσῆς ἐνετείλατο. Duo codices ſcriptum habent, καὶ ἐν τῷ νόμῳ ὑμῶν, & in Lege noſtra. Rurſus in quinque aliis deeſt ἡμῖν. Lapidarentur, λιθοβολεῖσθαι. In quinque codicibus legimus λιθάζειν: in aliis quinque λιθάζεσθαι. Quid dicis? τί λέγεις: Tres codices addunt οἱ αὐτῆς fide eat

6 Accuſare eum, κατηγορεῖν αὐτοῦ. Quinque exemplaria habent κατηγορίαν κατ' αὐτοῦ, accuſationem aduerſus eum. In terra, εἰς τὴν γῆν. In quinque codicibus additur μὴ προσποιούμενος, id eſt diſſimulans.

7 Erexit ſe, ac dixit eis, ἀνακύψας εἶπε πρὸς αὐτούς. In vno codice legitur ἀνακλίνας εἶπε αὐτοῖς, ſuſpiciens dixit eis. Primus, πρῶτος. Duo codices habent πρῶτον, primùm.

Καὶ πάλιν κάτω κύψας, ἔγραφεν εἰς τὴν γῆν.

Οἱ δὲ, ἀκούσαντες, καὶ ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι, ἐξήρχοντο εἷς καθ' εἷς, ἀρξάμενοι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων ἕως τῶν ἐσχάτων· καὶ κατελείφθη μόνος ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἡ γυνὴ ἐν μέσῳ ἑστῶσα.

Ἀνακύψας δὲ Ἰησοῦς, καὶ μηδένα θεασάμενος πλὴν τῆς γυναικὸς, εἶπεν αὐτῇ, Ἡ γυνὴ, ποῦ εἰσιν ἐκεῖνοι οἱ κατήγοροί σου; οὐδείς σε κατέκρινεν;

Ἡ δὲ εἶπεν, Οὐδείς, Κύριε. Εἶπε δὲ αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Οὐδὲ ἐγώ σε κατακρίνω. πορεύου, καὶ μηκέτι ἁμάρτανε.

Πάλιν οὖν ὁ Ἰησοῦς ἐλάλησε, λέγων, Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου· ὁ ἀκολουθῶν ἐμοὶ, οὐ μὴ περιπατήσῃ ἐν τῇ σκοτίᾳ, ἀλλ' ἕξει τὸ φῶς τῆς ζωῆς.

Εἶπον οὖν αὐτῷ οἱ Φαρισαῖοι, Σὺ περὶ σεαυτοῦ μαρτυρεῖς· ἡ μαρτυρία σου οὐκ ἔστιν ἀληθής.

Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Κἂν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία μου· ὅτι οἶδα πόθεν ἦλθον, καὶ ποῦ ὑπάγω· ὑμεῖς δὲ οὐκ οἴδατε πόθεν ἔρχομαι, καὶ ποῦ ὑπάγω.

Ὑμεῖς κατὰ τὴν σάρκα κρίνετε, ἐγὼ οὐ κρίνω οὐδένα.

8 Et rursum incuruatus deorsum, scribebat in terra.

9 Auditis autem his, arguente ipsos conscientia, singulatim alius post alium exibant, incepto facto à senioribus vsque ad vltimos: & relictus est solus Iesus, & mulier in medio stans.

10 Quum autem erexisset se Iesus, & neminem conspiceret præter mulierem, dixit ei, Mulier, vbi sunt illi tui accusatores? nemo te condemnauit?

11 Ipsa verò dixit, Nemo, Domine. Dixit autem ei Iesus, Nec ego te condemno: vade, & ne amplius pecces.

12 Rursum ergo Iesus loquutus est eis, dicens, Ego sum lux mũdi: qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ.

13 Pharisæi igitur dixerunt ei, Tu de teipso testaris, testimonium tuum non est idoneum.

14 Respondit Iesus & dixit eis, Etiamsi ego testor de meipso, idoneũ est testimonium meũ: quia scio vnde venerim, & quò vadam: vos autem nescitis vnde venerim, & quò vadam.

15 Vos secundum carnem iudicatis, ego non iudico quenquã.

8 *Et iterum se inclinãs scribebat in terra.*

9 *Audientes autem, unus post unum exibant, incipientes à senioribus: & remansit solus Iesus & mulier in medio stans.*

10 *Erigens autem se Iesus dixit ei. Mulier, ubi sũt qui te accusabant? nemo te condemnauit?*

11 *Quæ dixit, Nemo, Domine. Dixit autem Iesus, Nec ego te condemnabo. Vade, & iam amplius noli peccare.*

12 *Iterũ ergo loquutus est eis Iesus, dicens, Ego sum lux mundi: qui sequitur me, nõ ambulabit i tenebris, sed habebit lumẽ vitæ.* *Supra, 1.a.4* *infrà, 9.a.5*

13 *Dixerunt ergo ei Pharisæi. Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuũ nõ est verũ.*

14 *Respondit Iesus & dixit eis, Etsi ego testimoniũ perhibeo de meipso, verum est testimonium meum: quia scio unde ne, & quò vadam: vos autem nescitis unde veniam, aut quò vadam.* *Supra, 5.e.31*

15 *Vos secundum carnem iudicatis, ego non iudico quenquam.*

9 Arguente ipsos conscientia, ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι. Hoc deest in editione Basilienſi, cuius etiam alias varias lectiones neglexi, vt κατακύψας pro κάτω κύψας, & κατέγραφεν pro ἔγραφεν. Εἷς καθ' εἷς, id est εἷς καὶ εἷς, vnus & deinde vnus. Gallicè, Vn à vn. Vsque ad vltimos, ἕως τῶν ἐσχάτων. Deest hoc quoque in duobus codicibus & in editione Basilienſi.

10 Et neminem videret præter mulierẽ, dixit ei, Mulier, καὶ μηδένα θεασάμενος πλὴν τῆς γυναικὸς, εἶπεν αὐτῇ, Ἡ γυνή. In duobus exemplaribus ſcribitur, εἶδεν κύψας, καὶ εἶπεν, Γυναῖ: id est, vidit eam, & dixit, Mulier. Mulier, ἡ γυνή. Deest in quatuor exemplaribus. Illi, ἐκείνοι. Deest in quatuor exemplaribus.

11 Ne amplius, μηκέτι. Sex codices habent, ἀπὸ τοῦ νῦν μηκέτι, ab hoc tempore ne amplius. Cæterùm qui ex his colligunt non esse puniendas adulteris, non minus sunt inepti quàm si dicerent diuidendas non esse hæreditates, quoniam Christus noluit diuidere, Luc. 12. v. 14.

13 Idoneum, ἀληθής. Vulgata & Eraſmus, Verum. Atqui hæc cõsequutio nimium esset inepta, Tu testaris de teipso: ergo falsum est quod testaris. Accipitur ergo ἀληθὴς pro eo quod Hebræi אמת vel יציב, vt diximus suprà. 5. e. 31.

14 Etiamsi, κἄν. Ergo quod antè negarat 5. e. 31, accipiendũ est per μίμησιν & concessionem. Causam verò quam addit cur suum testimonium sit idoneum, non puto eo tantùm niti quòd suprà communem hominum sortem ipse emineret, etiam quatenus homo est: sed hîc puto Christum altius conscendere quàm in superiore concione, quæ de eadem re habita fuit, cap. 5. Videtur enim hîc apertè diuinitatem suam asserere, humanitati coniunctam quando ipse sese considerat duplici ac distincto respectu, nempe & vt testẽ, cui Patrem coniungit, vt iam duo sint testes: & vt eum de quo dicatur testimoniũ, tum à seipso vt teste, tum etiam à Patre. Perinde est igitur ac si diceret, Solus hîc vobis videor, ideóque testimoniũ meũ nõ admittitis, quum præsertim videar de meipso testari. atqui tres sumus. Nam ego veluti duplex sum, Deus videlicet & homo, & tamen vnus. Itaque mihi Deo licet de me homine testari. sic vnum testem habetis. Accedit demum Patris testimoniũ. ergo duo adsunt de me idonei testes. Quòd si secundum Legem tenemini duorum hominum testimonium admittere, quanto magis Patris ac Filii, qui non sunt homines, sed vnus Deus? At enim, dices, vbi est illud testimonium? Nempe pro testimonio erat hoc ipsum opus quod reprehendebant Pharisæi, in quo & Patris & Filii diuina virtus palàm elucebat. Huic igitur probationi hoc fundamentũ substernit, quòd à Patre venerit: id est, quòd ita sit homo vt sit etiam Deus: quod illi ignorabant. Nam iudicabant secundum carnem: id est nihil amplius in eo agnoscebant quàm quod cernebant oculis, ideóque damnabant tanquam blasphemum & impium. Sic enim accipitur hoc loco verbum Iudicandi.

15 Ego non iudico quenquã, ἐγὼ οὐ κρίνω οὐδένα. Pseudocyrillus putat ἀπὸ τοῦ νῦν repetendum ex ὑμεῖς,

ſecundum carnem. Plerique verò laborant in hoc explicando, quomodo Chriſtus neminem iudicet. Atqui plana eſt doctiſsimi interpretis expoſitio. Perinde enim eſt acſi Chriſtus diceret, Vos de me ſententian-tertis, & quidem planè iniquam, quia ex ſpecie externa iudicatis: atqui nunc ego vos ſimpliciter doceo, neminem veſtrum condemno: & tamen ſi id facere libeat, ſanè pro meo iure faciam, & longè certiore iudicio. Hæc autem extra cauſæ ſtatum dicuntur: ſed ratio quæ ſubiicitur, tum ad cauſam ipſam teſtimonii, tum ad digreſſionem pertinet. Neque enim (inquit) ſolus ſum quem cernitis, ſed mecũ eſt Pater ille meus qui verè iudex eſt mundi. Quum autem me dico, eum etiam comprehendo quem vos non cernitis, quia ſecundum carnem iudicatis.

Καὶ ἐὰν κρίνω δὲ ἐγὼ, ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ ἀληθής ἐστιν· ὅτι μόνος οὐκ εἰμὶ, ἀλλ' ἐγὼ καὶ ὁ πέμψας με πατήρ.

16 Quòd ſi etiam iudicem ego, iudicium meum firmũ eſt: quia ſolus non ſum, ſed ego & qui miſit me Pater.

16 Et ſi iudico ego, iudicium meum verum eſt: quia ſolus non ſum, ſed ego & qui miſit me Pater.

Καὶ ἐν τῷ νόμῳ δὲ τῷ ὑμετέρῳ γέγραπται, ὅτι δύο ἀνθρώπων ἡ μαρτυρία ἀληθής ἐστιν.

Deut. 17. c. 6, & 19. c. 15 matth. 18. c. 16 2. cor. 13. c. 1 hebr. 10. c. 28

17 Sed & in Lege veſtra ſcriptũ eſt, duorum hominum teſtimonium idoneum eſſe.

17 Et in Lege veſtra ſcriptum eſt, quia duorũ hominum teſtimonium verum eſt.

Ἐγώ εἰμι ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμαυτοῦ, καὶ μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ ὁ πέμψας με πατήρ.

18 Ego ſum qui teſtor de me ipſo, & teſtatur de me qui miſit me Pater.

18 Ego ſum qui teſtimonium perhibeo de meipſo, & teſtimonium perhibet de me qui miſit me Pater.

Ἔλεγον οὖν αὐτῷ, Ποῦ ἐστιν ὁ πατήρ σου; Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς, Οὔτε ἐμὲ οἴδατε, οὔτε τὸν πατέρα μου· εἰ ἐμὲ ἤδειτε, καὶ τὸν πατέρα μου ἂν ἤδειτε.

19 Dicebãt ergo ei, Vbi eſt tuus ille Pater? Reſpondit Ieſus, Neque me noſtis, neque Patrem meum: ſi me noſſetis, Patrem quoque meum noſſetis.

19 Diebant ergo ei, Vbi eſt Pater tuus? Reſpondit Ieſus, Neque me ſcitis, neque Patrem meũ: ſi me ſciretis, forſitan & Patrem meum ſciretis.

Ταῦτα τὰ ῥήματα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς ἐν τῷ γαζοφυλακίῳ, διδάσκων ἐν τῷ ἱερῷ· καὶ οὐδεὶς ἐπίασεν αὐτὸν, ὅτι οὔπω ἐληλύθει ἡ ὥρα αὐτοῦ.

20 Hæc verba loquutus eſt Ieſus in gazophylacio, docens in templo: & nemo prehendit eum, quia nondũ venerat hora eius:

20 Hæc verba loquutus eſt Ieſus in gazophylacio, docens in templo: & nemo apprehẽdit eum quia nondum venerat hora eius.

Εἶπεν οὖν πάλιν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἐγὼ ὑπάγω, καὶ ζητήσετέ με, καὶ ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ ὑμῶν ἀποθανεῖσθε· ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν.

21 Dixit ergo iterum eis Ieſus, Ego vado, & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini: quò ego vado, vos non poteſtis venire.

21 Dixit ergo iterum eis Ieſus, Ego vado, & quæretis me & in peccato veſtro moriemini. quo ego vado, vos non poteſtis venire.

Ἔλεγον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι, Μήτι ἀποκτενεῖ ἑαυτὸν, ὅτι λέγει, Ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν;

22 Dicebant ergo Iudæi, Num trucidabit ſeipſum, qui dicat, Quò ego vado, vos nõ poteſtis venire?

22 Dicebant ergo Iudæi. Nunquid interficiet ſemetipſũ, quia dicit, Quò ego vado, vos non poteſtis venire?

Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, Ὑμεῖς ἐκ τῶν κάτω ἐστὲ, ἐγὼ ἐκ τῶν ἄνω εἰμί· ὑμεῖς ἐκ τοῦ κόσμου τούτου ἐστὲ, ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου.

23 Tunc dixit eis, Vos ex inferis eſtis, ego ex ſupernis ſum: vos ex hoc mundo eſtis, ego non ſum ex hoc mundo.

23 Et dicebat eis. Vos de deorſum eſtis, ego de ſupernis ſum. Vos de mũdo hoc eſtis, ego non ſum de hoc mundo.

Εἶπον οὖν ὑμῖν ὅτι ἀποθανεῖσθε ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν· ἐὰν γὰρ μὴ πιστεύσητε ὅτι ἐγώ εἰμι, ἀποθανεῖσθε ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν.

24 Ideo vobis dixi vos morituros in peccatis veſtris. Nam niſi crediderit is meum eſſe, moriemini in peccatis veſtris.

24 Dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis veſtris: ſi enim non credideritis quia ego ſum, morietis in peccato veſtro.

Ἔλεγον οὖν αὐτῷ, Σὺ τίς εἶ; Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Τὴν ἀρχὴν ὅ, τι καὶ λαλῶ ὑμῖν.

25 Dixerunt ergo ei, Tu quis es? Tum dixit eis Ieſus, Id quod à principio dico vobis.

25 Dicebant ergo ei, Tu quis es? Dixit eis Ieſus, Principium qui & loquor vobis.

27 Sed &, καὶ δὲ. id eſt ἀλλὰ καί. Vulg. prætermittit particulam δὲ, quæ tamen eſt neceſſaria. Oſtendit enim applicandam eſſe rationem ſuperiorẽ non modò præcedenti digreſſioni de iudicio quod ipſe in eos non exerceret, ſed etiã in primis ipſi cauſæ de qua agitur, id eſt confirmando ſuo teſtimonio quod illi oppugnabãt.

28 Ego *ſum*, ἐγώ εἰμι. Hic apertè diſtinguitur diuinitas ab humanitate. Nam alioqui duo teſtes non eſſent, quum reus inter teſtes non numeretur: & tamen, ne duo Filii conſtituantur, Ego (inquit) *ſum* qui teſtor de meipſo. Id verò facit vt ipſe de ſeipſo poſſit meritò teſtari, quia non tantùm homo eſt, (vt aduerſarii temere atque adeo impiè iudicabant) ſed homo Deus, & Deus homo.

20 In gazophylacio, ἐν τῷ γαζοφυλακίῳ. Ita vocat aliquam templi regionem conferendis oblationibus deſtinatam. Caſtelli o fiſcum interpretatur. Ego ſiquid mutare velim, ærarium malim vocare.

25 Id quod à principio dico vobis, τὴν ἀρχὴν ὅ, τι καὶ λέγω ὑμῖν. Hanc expoſitionem etiam adfert Stapulenſis: ſed quia hic locus infinitis penè modis fuit expoſitus, & vera eius explicatio à ſignificatione verborũ pendet

pendet, primùm explicabo cum bona lectoris venia diuersas interpretationes: deinde pauca dicã quomodo putem esse intelligendum. Augustinus ergo (vt Eras. obseruauit) τὴν ἀρχὴν putat nomen esse. & quia videt parũ conuenire quartum casum interrogationis formulæ, sic conatur hoc excusare, vt dicat illud, Tu quis es, perinde valere acti dixissent Iudæi, Quem te esse dicis tuum, Quem te esse credemus? Et quasi sic interrogassent, Christum respondisse quarto casu, Principium. Id est Quæritis quid debeatis credere? credite me esse principium. Deinde particulam ὅτι pro causali interpretatur, hoc modo, Quia & loquor vobis, id est, quia humilis propter vos factus, ad ista verba descendo. Nam si principium sicuti est, maneret apud Patrem, & non acciperet formam serui, & homo loqueretur hominibus, quomodo ei crederẽt, quũ infirma corda intelligibile verbum sine voce sensibili audire non possint? Ergo credite, inquit, me esse principium: quod vt credatis, non solùm sum, sed & loquor vobis. Hæc ille, quæ sanè sunt magis detorta quàm vt refutatione indigeant. Ambrosius (vt idem Eras. annotat) in eadem est sententia, nisi quòd pro Quia legit Qui, id est ὅς vel ὅστις, repugnante omnium codicum fide. Is cuius Commentariorum in Iohãnem libros quatuor Clichtoueus ille sophista sub Cyrilli nomine edidit, eandem prorsus interpretationem adfert atque Ambrosius. Reliqui omnes eruditi quos mihi contigit inspicere, τὴν ἀρχὴν accipiũt pro aduerbio, (vt omnino poscit linguæ Græcæ ratio) sed diuerso sensu. Alii enim explicant, Principio, id est primo loco, id vobis videlicet respondeo, me eum esse qui vobiscum loquar. Verùm hæc expositio & coacta est, & frigidam sententiam habet: denique etiam Græcis codicibus repugnat, in quibus legitur ὅτι, non ὅς. Alii sic exponunt, Principio id sum quod etiam dico vobis. id est, non statim vobis indignis explico quicquid sum, sed hoc primùm dico, dum aptiores eritis reliquis audiendis, me missum esse à Patre, & præconem vitæ. Sed hæc quoque expositio (nequid aliud dicã) longius est petita. Quid Chrysostomus & Theophylactus senserint, difficile est explicare, quia singulis verbis non insistunt, & obscurè sanè hæc connectunt videntur autem in summa sic interpretari, Quæritis quis simus indigni estis quibus id dicam, sed digni quos grauiter arguam. ac quidem in primis quòd vobis sim loquutus, quo beneficio ostenditis vos esse indignos. Atqui hæc etiam expositio non video quomodo cum verbis Euangelistæ consentiat. Erasmus præter omnes istas interpretationes, existimat posse etiam hæc connecti cum eo quod dixerat, In peccatis vestris moriemini: vt sit hic sensus, In peccatis vestris moriemini: primùm ob id ipsum quòd hæc loquar vobis. Deinde pro eo quòd subiici oportuit secũdam & tertiam aliquam rationem, addit in genere, Multa habeo de vobis dicere. Sed quor sum, ista interrogatione spreta, tam obscurè loquatur Dominus? Quidam denique ex recentioribus exponit, Prorsus id quod loquor vobiscum: id est, planè illud ipsum verbum sum quod loquor vobiscum. quia Christus est Verbũ Patris, & quia se esse Verbũ testatur, vult in Verbo cognosci. Hæc verò interpretatio multo planior est quàm cæteræ omnes superiores, neque vllum verbum detorquet. Nam apud Græcos constat τὴν ἀρχὴν interdum declarare παντελῶς καὶ ὅλως. Sed mihi tamen videtur nimis arguta, si eos spectemus quos alloquebatur Dominus, quorũ etiam ruditati omnibus modis sese accommodat. Deinde cur non potius dixisset ὃς καὶ λαλῶ, vel ἐκεῖνός ἐστιν ὃν λαλῶ ὑμῖν, id est, qui loquor vobis? quum præsertim ὁ λέγων apud Græcos masculino genere efferatur? Superest vna Nonni expositio, (neque enim omnes libuit commemorare) quam vltimo loco adscripsi quòd eam cæteris anteponã. Quæsierunt (inquit) Iudæi, Τίς σὺ πλάνης καὶ Χριστὸς καὶ ἀρχή, Ὃ καὶ αὐτὸς ὑμῖν ἐξ ἀρχῆς εἰδέναι ἐδίδαξεν, ἅ μοι τέκεσμα δικάζειν· Καὶ λαλιὴν ἀπὸ σοῦ πᾶσι ἐπάκουσας ὅς με βροτὸν ἦκα· Ἀτρεμὲς ἀμφότερα. Hi sunt illius versiculi, quos eo libẽtius adscripsi quòd vulgò legantur corruptissimi, & videam à plerisque non fuisse cõmodè explicatos. Apparet autem ex illis τὴν ἀρχὴν nihil aliud declarare quàm ἐξ ἀρχῆς, idque per traiectionem construendum esse cum verbo λαλῶ, deinde ὅ, π scribendum esse, ita vt non sit coniunctio, sed prouocabulum. Postremò repetendũ esse τοῦτό ἐστιν ὅπερ verbum εἰμὶ, vt in summa intelligamus, Christum, quærentibus Iudæis quis esset, respondere se id esse quod ab initio ipsis dixisset: id est quod iampridem toties & tot modis illis inculcarat. Quid enim aliud toẽ concionibus conatus est illis exponere quàm & quis esset, & vnde esset, & cur in hunc mundum venisset? Cur autem hãc expositionem præ cæteris amplectetur, plurimis rationibus sum adductus. Nam quod ad rem ipsam attinet, plana est sententia, neque subtilis, neque detorta, sed ad quæstionem maximè accommodata. Deinde verò in verborũ explicatione seruatur genuina ac propria explicatio. Nam quod ad traiectionẽ attinet, infinita penè similia exẽpla occurrunt, quæ passim annotauimus, vt Rom. 11. 3. & apud Lucam sæpe, & infrà versu 45. ὅ, π verò non ὅτι scribendum esse docet maxima pars superiorum interpretationum, & ita etiam legitur in Theophylacto Romano. Postremò hæc est natura responsionum vt in iis repetatur verbum positum in quæstione: vt hoc loco planè sit germana repetitio verbi substantiui quod fuerat in quæstione vsurpatum. Quod autem attinet ad particulam καὶ, quanuis ea posset non incommodè accipi pro Etiam: tamen malui tanquã redundantem præterire. Est enim hic pleonasmus in Græco sermone non modò vsitatus, sed etiã elegans, idque in eodẽ prorsus dicẽdi genere & eodẽ sequente verbo, vt apud Synesiũ, Ὃ καὶ λέγω, vt sciamus quid ille dicat. Sic apud Gregoriũ sæpe, Ὃ καὶ λέγω. Deinde vtitur præsenti tempore λαλῶ Euangelista, nõ sine emphasi: quasi diceret, Ego id sum quod ab initio dixi vobis, & nũc etiã dico, nimirũ Lux, Vita, Veritas, &c.

Πολλὰ ἔχω περὶ ὑμῶν λαλεῖν καὶ κρίνειν, ἀλλ' ὁ πέμψας με, ἀληθής ἐστι, κἀγὼ ἃ ἤκουσα παρ' αὐτοῦ, ταῦτα λέγω εἰς τὸν κόσμον.

26 Multa habeo quæ de vobis loquar ac iudicem: sed qui me misit, verax est: & ego, quæ audiui ab eo, hæc loquor mundo.

26 *Multa habeo de vobis loqui & iudicare: sed qui me misit, verax est, & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo.*

Οὐκ ἔγνωσαν ὅτι τὸν πατέρα αὐτοῖς ἔλεγεν.

27 Non cognouerunt eum de Patre ipsis loqui.

27 *Et non cognouerunt quia Patrem eis dicebat Deum.*

Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ὅταν ὑψώσητε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, τότε γνώσεσθε ὅτι ἐγώ εἰμι, καὶ ἀπ' ἐμαυτοῦ ποιῶ οὐδέν, ἀλλὰ καθὼς ἐδίδαξέ με ὁ πατὴρ μου, ταῦτα λαλῶ.

28 Dixit ergo eis Iesus, Quum extuleritis Filium hominis, tũc agnoscetis me cum esse, & ex meipso nihil facere, sed prout docuit me Pater hæc loqui.

28 *Dixit ergo eis Iesus, Quũ exaltaueritis Filiũ hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à meipso facio nihil, sed sicut docuit me Pater, hæc loquor.*

27 Eum de Patre ipsis loqui, ὅτι τὸν πατέρα αὐτοῖς ἔλεγεν. Vulgata, Quia Patrem eis dicebat Deum, id est, ὅτι πατέρα αὐτοῖς ἔλεγεν τὸν Θεόν, quo modo scriptum inuenimus in vno codice, si duo tantùm vocabula excipias. nam pro αὐτοῖς ἔλεγεν scriptum erat αὐτῷ λέγω. Ego verò pro his interpretarer, Quòd de Deo

Patre ipſis loquèretur, vel quòd Deum, Patrem ſuum diceret. Non diſſimili ſignificatu vſurpatum eſt verbum λέγων ſuprà, 6. g. 71.

Καὶ ὁ πέμψας με, μετ' ἐμοῦ ἐστιν. οὐκ ἀφῆκέ με μόνον ὁ πατήρ, ὅτι ἐγὼ τὰ ἀρεστὰ αὐτῷ ποιῶ πάντοτε.

29 Nam qui me miſit, mecum eſt. non reliquit me ſolum Pater, quia ego quæ placita ſunt ei facio ſemper.

29 Et qui me miſit, mecū eſt: & non reliquit me ſolum, quia ego quæ placita ſunt ei, facio ſemper.

Ταῦτα αὐτοῦ λαλοῦντος πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν.

30 Hæc illo loquente multi crediderunt in eum.

30 Hæc illo loquente multi crediderunt in eum.

Ἔλεγεν οὖν ὁ Ἰησοῦς πρὸς τοὺς πεπιστευκότας αὐτῷ Ἰουδαίους, Ἐὰν ὑμεῖς μείνητε ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐμῷ, ἀληθῶς μαθηταί μου ἐστέ.

31 Dicebat ergo Ieſus iis Iudæis qui crediderant ipſi, Si vos mãſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli mei eritis.

31 Diebat ergo Ieſus ad eos qui crediderunt ei Iudæos, Si vos manſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli mei eritis.

Καὶ γνώσεσθε τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἡ ἀλήθεια ἐλευθερώσει ὑμᾶς.

31 Et cognoſcetis Veritatem, & Veritas vos in libertatem vindicabit.

31 Et cognoſcetis Veritatẽ, & Veritas liberabit vos.

Ἀπεκρίθησαν αὐτῷ, Σπέρμα Ἀβραάμ ἐσμεν, καὶ οὐδενὶ δεδουλεύκαμεν πώποτε· πῶς σὺ λέγεις, Ὅτι ἐλεύθεροι γενήσεσθε;

33 Reſponderunt ei, Semen Abrahæ ſumus, neque cuiquam ſeruiuimus vnquam: quomodo tu dicis nos in libertatẽ vindicandos?

33 Reſponderunt ei, Semẽ Abrahæ ſumus, & nemini ſeruiuimus vnquam: quomodo tu dicis, Liberi eritis?

Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας.

34 Reſpondit eis Ieſus, Amẽ amẽ dico vobis, quiſquis cõmittit peccatũ, ſeruus eſt peccati.

34 Reſpondit eis Ieſus, Amẽ amẽ dico vobis quia omnis qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati.

Rom. 6. d. 20. 2. pet. 2. d. 19.

Ὁ δὲ δοῦλος οὐ μένει ἐν τῇ οἰκίᾳ εἰς τὸν αἰῶνα· ὁ υἱὸς μένει εἰς τὸν αἰῶνα.

35 Seruus autem non manet in domo in æternum: filius manet in æternum.

35 Seruus autem non manet in domo in æternũ, filius autem manet in æternum.

Ἐὰν οὖν ὁ υἱὸς ὑμᾶς ἐλευθερώσῃ, ὄντως ἐλεύθεροι ἔσεσθε.

36 Itaque ſi vos Filius in libertatẽ vindicarit, verè liberi eritis.

36 Si ergo vos Filius liberauerit, verè liberi eritis.

Οἶδα ὅτι σπέρμα Ἀβραάμ ἐστε· ἀλλὰ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι, ὅτι ὁ λόγος ὁ ἐμὸς οὐ χωρεῖ ἐν ὑμῖν.

37 Scio vos ſemen Abrahæ eſſe, ſed ſtudetis me trucidare: quia ſermo meus non habet locum apud vos.

37 Scio quia filij Abrahæ eſtis: ſed quæritis me interfare, quia ſermo meus non capit in vobis.

Ἐγὼ ὃ ἑώρακα παρὰ τῷ πατρί μου, λαλῶ, καὶ ὑμεῖς οὖν ὃ ἑωράκατε παρὰ τῷ πατρὶ ὑμῶν, ποιεῖτε.

38 Ego loquor quod vidi apud Patrẽ meũ, & vos facitis quod vidiſtis apud patrem veſtrum.

38 Ego quod vidi apud Patrem, loquor, & vos quæ vidiſtis apud patrem veſtrum, facitis.

Ἀπεκρίθησαν καὶ εἶπον αὐτῷ, Ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἀβραάμ ἐστι. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Εἰ τέκνα τοῦ Ἀβραάμ ἦτε, τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ἐποιεῖτε ἄν.

39 Reſponderũt & dixerunt ei, Pater noſter Abraham eſt. Dicit eis Ieſus, Si filii Abrahæ eſſetis, opera Abrahæ faceretis.

39 Reſponderunt & dixerũt ei, Pater noſter Abraham eſt. Dicit eis Ieſus, Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ faciẽ.

Νῦν δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι, ἄνθρωπον ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα, ἣν ἤκουσα παρὰ τοῦ Θεοῦ· τοῦτο Ἀβραὰμ οὐκ ἐποίησεν.

40 Nunc autem ſtudetis me interficere, hominem qui veritatem vobis loquutus ſum, quam audiui à Deo: hoc Abraham non fecit.

40 Nunc autẽ quæritis me interfare, hominem qui veritatẽ vobis loquutus ſum, quã audiui à Deo: hoc Abrahã non fecit.

31 In libertatẽm vindicabit, ἐλευθερώσει. Vulgata, Liberabit. Eraſmus, Liberos faciet: quæ nimium latè patent, neque proximæ obiectioni videntur locum relinquere. Manumittendi autem vocabulum non quadrat, quia dominus is eſt qui ſeruum manumittit. In hac autem ſpecie, peccatum, cuius ſerui eramus, non poteſt aptè dici nos manumittere, ſed Veritas, ab ipſius ſeruitute in libertatem nos vindicare.

38 Quod vidiſtis apud patrem veſtrum, ὃ ἑωράκατε παρὰ τῷ πατρὶ ὑμῶν. In tribus codicibus ſcriptum erat ἃ ἠκούσατε παρὰ τοῦ πατρὸς ὑμῶν, quæ audiuiſtis à Patre veſtro. Sic legit etiam Chryſoſtomus: eodem tamẽ ſenſu, quum & ipſe Chriſtus de ſe loquens, Audiendi vocabulum vſurparit ſuprà, 5. f. 30, & infrà, verſu 4, nequis Videre & Audire putet inter ſe opponi. Loquitur autem ἀνθρωποπαθῶς, quia nulla apud nos exempla in vtranque partem plus valent quàm domeſtica.

39 Eſſetis, ἦτε. Vetus interpres, Eſtis, id eſt ἐστέ, & paulo pòſt etiam pro ποιεῖτε ἄν, faceretis, legit ποιεῖτε, facite, contra fidem noſtrorum vetuſtorum codicum.

40 Nunc autem, νῦν δέ. Particula Nunc, non eſt temporis aduerbium hoc loco, ſed coniunctio quæ aſſumptionibus ſolet adhiberi, non modò à Græcis, ſed etiam à Latinis, vt Valla obſeruauit libri Elegantiarum 1. capite 51.

Υμεῖς ποιεῖτε τὰ ἔργα τοῦ πατρὸς ὑμῶν. 41 Vos facitis opera patris ve-
Εἶπον οὖν αὐτῷ, Ημεῖς ἐκ πορνείας οὐ γεγεννήμεθα· ἕνα πατέρα ἔχομεν τὸν Θεόν.

stri. Itaque dixerunt ei, Nos ex fornicatione nō ſumus geniti: vnū patrē habemus, nempe Deū.

41 Vos facitis opera patris veſtri. Dixerunt itaque ei, Nos ex fornicatione nō ſumus geniti: vnum patrē habemus Deum.

Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ιησοῦς, Εἰ ὁ Θεὸς πατὴρ ὑμῶν ἦν, ἠγαπᾶτε ἂν ἐμέ· ἐγὼ γὰρ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθον καὶ ἥκω· οὐ γὰρ ἀπ' ἐμαυτοῦ ἐλήλυθα, ἀλλ' ἐκεῖνός με ἀπέστειλε.

Διατί τὴν λαλιὰν τὴν ἐμὴν οὐ γινώσκετε; ὅτι οὐ δύνασθε ἀκούειν τὸν λόγον τὸν ἐμόν.

Dixit ergo eis Ieſus, Si Deus pater veſter eſſet, diligeretis me: ego enim à Deo profectus ſum & veni: neque enim à meipſo veni, ſed ille me miſit.

42 Dixit ergo eis Ieſus, Si Deus pater veſter eſſet, diligeretis utique me: ego enim ex Deo profectus & veni: neque enim a meipſo veni, ſed ille me miſit.

Quare loquutionem iſtam meam non agnoſcitis? quia nō poteſtis audire ſermonē meū.

43 Quare loquelam meā non agnoſcitis? quia nō poteſtis audire ſermonē meum.

Υμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ διαβόλου ἐστέ, καὶ τὰς ἐπιθυμίας τοῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν. ἐκεῖνος ἀνθρωποκτόνος ἦν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐκ ἔστηκεν· ὅτι οὐκ ἔστιν ἀλήθεια ἐν αὐτῷ. ὅταν λαλῇ τὸ ψεῦδος, ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ· ὅτι ψεύστης ἐστὶ, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ.

1. Iohan. 3. b. 8

Vos ex patre diabolo eſtis, & cupiditates patris veſtri vultis explere. Ille fuit homicida à principio, & in veritate non perſtitit: nō eſt enim veritas in eo. Quotieſcūque loquitur mendacium, de ſuo loquitur, quia mendax eſt, & mendacii pater.

44 Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere. Ille homicida erat ab initio & in veritate nō ſtetit: quia nō eſt veritas in eo. Quū loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax eſt, & pater eius.

41 Ex ſcortatione, ἐκ πορνείας. Vulg. Ex fornicatione. Eraſmus, E ſtupro. Vide Mat. 15. b. 19. Nempe Deum, τὸν Θεόν. Vide Matth. 19. c. 17.

43 Loquutionem, τὴν λαλιάν: id eſt idioma, ſeu etiam linguam. Eſt enim hæc expoſitio magis expreſſa quàm ſi accipias pro eo quod verbis ipſis ſignificatur, vt ſuprà, 4. f. 41. Nam perinde eſt acſi diceret Dominus, Qui ſit vt quod dico, non magis intelligatis quàm ſi ignota ac peregrina lingua vobiſcum loquerer? Quia non poteſtis, ὅτι οὐ δύνασθε. Vel, vt non poſſitis, ſi quidem libeat legere vno contextu, & interrogationem reiicere in finem huius membri: nam ſic quoque accipitur ὅτι particula, vt annotauimus ſuprà, 1. c. 18. Nihil tamen mutare volui contra fidem exemplarium. Eſt autem illud quoque obſeruandum, quanuis ſimus prorſus inepti ad Deum audiendum, niſi ipſe pro ſua bonitate nobis nouas aures tribuat, nóſque adeo totos quaſi deintegro fingat, tamen τοῦ δύνασθαι hoc loco non propriè huc pertinere, ſed declarare potius ſum mam Iudæorū peruicaciam, adeo vt ne aures quidē Chriſto audiendo vellent accōmodare.

44 Fuit, ἦν. Vulgata & Eraſmus, Erat, im proprié. Neque enim ſemper fuit homicida, quum homo ſemper non fuerit, ſed ſtatim ab initio, conditi ſcilicet mundi, & creati hominis, quem vixdum creatum ſuo mendacio præcipitauit in mortem. A principio, ἀπ' ἀρχῆς. Quotieſcunque ſit principii mentio, ſignificationem illius ad id de quo agitur, accommodare neceſſe eſt. Quum ergo hic agatur de homicidio cuius arguitur reus Satan ab initio, certè neceſſe eſt vt (quod etiam facit Nonnus) ad ipſius mundi atque adeo hominis initium referas, non autē ad Satanæ ipſius initiū, niſi quatenus cœpit eſſe homicida: modum vt hinc conſtituas ab æterno diabolū talē extitiſſe, aut illud teſtimoniū de Filii Dei æternitate eludas, de quo dictū eſt ſuprà, 1. a. 1. Neque enim hīc ſimpliciter dicitur diabolus fuiſſe ab initio, vt quum dicitur Sermo ab initio fuiſſe (id eſt extitiſſe) & quidem per præteritum imperfectum, vt ſciamus eius hypoſtaſin antiquiorē omnium rerum creatione (id eſt æternā) eſſe: nihil, inquam, eiuſmodi hīc dicitur de diabolo, ſed de qualitate ipſius agitur, quam dicitur iam inde ab initio creati mundi induiſſe, quum factus eſt homicida. Auguſtinus, quem etiam Pſeudocyrillus citat, ad initium peccati refert: verè id quidem, ſi rem ipſam ſpectes (ſiquidem quum Satan per peccatum hominem interemerit, hinc demum cœpit eſſe homicida, quum peccatum ingreſſum eſt in mundum) ſed tamen ſubtilius. Malo igitur paulo craſſius hæc interpretari de ipſius humanæ gentis exordiis. neque rurſus ſubtiliter hæc refero ad illud primum momentum quo creatus eſt homo, ſed principium hoc etiam extendo ad tempus creationi mundi ac ipſius hominis vicinū, quo videlicet homo eſt à diabolo occiſus. In veritate, ἐν τῇ ἀληθείᾳ. Heb. אמת, quo vocabulo ſignificatur vel fidelitas quā nō ſeruauit diabolus ſuo opificī: vel quod opponitur mēdacio, ad quod videlicet defecit Satā, aut poti⁹ quod ipſe prim⁹ excogitauit. Sed & fortaſſis, In veritate illud eſt pro quo ſcribitur Iob 2. a. 3, בתמתו: vt Veritatis vocabulo ſignificetur integritas illa naturæ in qua cōditus Angelus ille cū ſuis, poſtea nō ſeruauit originē ſuā, vt ſcribitur Iudæ 2. 6. Non perſtitit, οὐκ ἔστηκεν: id eſt non permānſit, nec conſtāter perſeuerauit, quod apud Hebræos ſignificatur etiā verbo עמד, vt Pſal. 19. c. 10, quod alioqui reſpondet verbo ἰσχύω. cuius quū ſit multiplex ſignificatio, nōnulli hūc locū peruertere conati ſunt varia interpretatione: quanquā fortaſſis nō minus rectè cōueniat huic loco verbū אמן, vt Pſal. 78. d. 37, ſi connectī poſſit cū eo quod ſequitur. Sed germanā eſſe hāc expoſitionē liquet ex eo quod ſcribitur 1. Pet. 1. a. 4, & Iudæ 1. 6. Vulg. & Eraſ. Non ſtetit: rectè quidē, quū verbū Standi ſic etiā apud Latinos accipiatur, vt alibi diximus: ſed ſtuduimus omnē amphibolīā vitare. Non eſt enim, ὅτι οὐκ ἔστιν. Vulg. & Eraſ. Quia. Atqui hæc verba nō oſtendūt cauſā cur diabolus in veritate nō perſtiterit, ſed conſequutionē, ex qua rectè collegit Dominus à conſequētī, illū à ſua origine defeciſſe. Simile exemplū occurrit Luc. 7. g. 47. De ſuo, ἐκ τῶν ἰδίων, id eſt ἀφ' ἑαυτοῦ, ex ſuo vnius inſtinctu, & ex ſuo propriè ingenio, vel quod verè ſuū ac ſibi propriū eſt. Et mendacii pater, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ. Non ſimpliciter dicitur πατὴρ, ſed addito articulo ὁ πατήρ: non vt ab aliis patribus diſtinguatur, (ſolus enim diabolus mēdaciū genuit) ſed vt ſiqua eſt in vitiis excellētia ac præſtātia, hæc omnis illi in ſolidū tribuatur. Sic Dido apud Virg. Tūne ille Æneas? Hāc autē emphaſin nō poſſis ſine aliqua ſpecie amphiboliæ explicare hoc loco. Sed & pro relatiuo αὐτοῦ ſubſtituim⁹ antecedēs, quod cauſa nulla erat cur Caſtellio in ſuis annotationib⁹ ſubtili quadā ratione ſupplerer, quaſi in nomine ψεύστης ſit incluſū, quū in præcedēte mēbro diſertè exprimatur. Suppleuimus igitur illud, vt magis perſpicua eſſet oratio. Nam hoc quoq; videtur Nonnū fefelliſſe, quū hæc ita interpretaretur, ψεύστης ὢν, ψεύδεσιν ὡς γενέτορος. Epiphanius κατ' ἀρχοντικὸν & κατ' Καϊανοὺς aliter legit hunc

locum, hoc modo ſcilicet, ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ διαβόλου ἐστέ, καὶ τὰ ἡδονὰς τοῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν. λαλεῖ, ὅτι καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ψεύστης ἐστὶν. & paulo pòſt, ὅταν λαλῇ τὸ ψεῦδος ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ, ὅτι καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ψεύστης ἐστὶ καὶ τὰ ἑξῆς. Verùm eſt, Vos ex patre diabolo eſtis, quia mẽdax eſt: quum loquitur mendacium, ex ſuo loquitur, quia pater eius eſt mendax. nam & pater ipſius mendax eſt. Sed totus hic locus in Græco Epiphanii exemplari mendoſè legitur: neque minus incommoda eſt interpretatio quã ipſe adfert in hunc locum, quaſi videlicet diabolus hoc loco ſit Iudas, cuius pater ſit Cain, & rurſus Caini pater ſit Satan, imitatione non propagatione, vt illi Caiani tradebant. Ad me quidẽ quod attinet, receptã lectionem exiſtimo veram eſſe ac germanam, ſed ſuſpicor ab aliquibus hæreticis addito articulo ſcriptum eſſe ὁ πατήρ. Nam certè planior erit ſenſus ſi πατὴρ legamus ſine articulo. 5

Ἐγὼ δὲ ὅτι τὴν ἀλήθειαν λέγω, οὐ πιστεύετέ μοι. 45 Vos autem, quia ego veritatẽ dico, non creditis mihi. 45 Ego autẽ quia veritatẽ dico, non creditis mihi.

Τίς ἐξ ὑμῶν ἐλέγχει με περὶ ἁμαρτίας; εἰ δὲ ἀλήθειαν λέγω, διὰ τί ὑμεῖς οὐ πιστεύετέ μοι; 46 Quis ex vobis arguit me de peccato? ſi veritatem dico, quare vos non creditis mihi? 46 Quis ex nobis arguit me de peccato? ſi veritatẽ dico, quare nos non creditis mihi?

3. Iohan. 4. a. 6 Ὁ ὢν ἐκ τοῦ Θεοῦ, τὰ ῥήματα τοῦ Θεοῦ ἀκούει· διὰ τοῦτο ὑμεῖς οὐκ ἀκούετε ὅτι ἐκ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἐστέ. 47 Qui ex Deo eſt, verba Dei audit: propterea vos non auditis quia ex Deo non eſtis. 47 Qui ex Deo eſt, verba Dei audit: propterea nos nõ auditis, quia ex Deo non eſtis.

Ἀπεκρίθησαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι καὶ εἶπον αὐτῷ, Οὐ καλῶς λέγομεν ἡμεῖς ὅτι Σαμαρείτης εἶ σὺ, καὶ δαιμόνιον ἔχεις; 48 Reſponderunt ergo Iudæi & dixerũt ei, Nónne bene dicimus te Samaritanum eſſe, & dæmonium habere? 48 Reſponderunt ergo Iudæi & dixerũt ei. Nónne bene dicimꝰ nos quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?

Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς, Ἐγὼ δαιμόνιον οὐκ ἔχω, ἀλλὰ τιμῶ τὸν πατέρα μου, καὶ ὑμεῖς ἀτιμάζετέ με. 49 Reſpondit Ieſus, Ego dæmonium non habeo, ſed honoro Patrem meum, & vos contumelia afficitis me. 49 Reſpõdit Ieſus, Ego dæmonium non habeo, ſed honorifico Patrẽ meum, & nos inhonoraſtis me.

Ἐγὼ δὲ οὐ ζητῶ τὴν δόξαν μου· ἔστιν ὁ ζητῶν καὶ κρίνων. 50 Ego verò non quæro gloriã meã: eſt qui quærat & iudicet. 50 Ego autẽ nõ quæro gloria meam: eſt qui quærat & iudicat.

Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐάν τις τὸν λόγον τὸν ἐμὸν τηρήσῃ, θάνατον οὐ μὴ θεωρήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα. 51 Amen amẽ dico vobis: ſiquis ſermonẽ meũ ſeruauerit, mortem nõ conſpiciet in æternum. 51 Amen amen dico vobis, ſiquis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum.

Εἶπον οὖν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι, Νῦν ἐγνώκαμεν ὅτι δαιμόνιον ἔχεις. Ἀβραὰμ ἀπέθανε καὶ οἱ προφῆται, καὶ σὺ λέγεις, Ἐάν τις τὸν λόγον μου τηρήσῃ, οὐ μὴ γεύσεται θανάτου εἰς τὸν αἰῶνα; 52 Dixerunt ergo ei Iudæi, Nũc cognouimus te dæmonium habere. Abraham mortuus eſt, & Prophetæ: & tu dicis, Siquis ſermonem meum ſeruauerit, non guſtabit mortem in æternum? 52 Dixerunt ergo Iudæi, Nunc cognouimus quia dæmonium habes. Abraham mortuus eſt & Prophetæ, & tu dicis, Siquis ſermonem meũ ſeruauerit, non guſtabit mortem in æternum.

Μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ, ὅστις ἀπέθανε; καὶ οἱ προφῆται ἀπέθανον· τίνα σεαυτὸν σὺ ποιεῖς; 53 Num tu maior es patre illo noſtro Abraham, qui mortuus eſt? etiã Prophetæ mortui ſunt: quem tu teipſum facis? 53 Nunquid tu maior es patre noſtro Abraham, qui mortuus eſt? & Prophetæ mortui ſunt: quem teipſum facis?

Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς, Ἐὰν ἐγὼ δοξάζω ἐμαυτόν, ἡ δόξα μου οὐδέν ἐστιν· ἔστιν ὁ πατήρ μου ὁ δοξάζων με, ὃν ὑμεῖς λέγετε ὅτι Θεὸς ὑμῶν ἐστι. 54 Reſpondit Ieſus, Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt: Pater ille meus, is eſt qui glorificat me, quem vos dicitis Deum veſtrum eſſe. 54 Reſpondit Ieſus, Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt: eſt Pater meus qui glorificat me, quem nos dicitis quia Deus noſter eſt.

45 Vos autem, quia ego, ἐγὼ δὲ ὅτι. Manifeſta hic eſt traiectio, qualem ſuprà notauimus ver 25. Supleuimus autem pronomen Vos, vt melius appareat collatio iſta indolis patris & filiorum. Nõnus autem videtur ita hæc accepiſſe vt ὅτι ponatur οὐδαμῶς, vt ſit hæc ſententia, Vos autem non creditis mihi quòd vobis veritatem dicam. Sic enim interpretatur, Τμεῖς αὐτὸς ἔλεγε, καὶ οὐ πιστεύετε μοί. 10

47 Propterea, διὰ τοῦτο. Videtur permutatum argumentum, ac potius dicendum fuiſſe, Propterea ex Deo non eſtis. Nam non auditis.

50 Et iudicet, καὶ κρίνων. id eſt, qui contemptum mei aut ſui potius vindicet. Caſtellio cõuertit, Et cũ ratione: qui quam rationem habuerit, non video. 15

51 Mortem non cõſpiciet, θάνατον οὐ μὴ θεωρήσῃ. id eſt Non morietur, ſiue, Mortem non ſentiet, vt Pſal. 89. g. 49, & Luc. 2. d. 26. Fideles enim in ipſa morte vident vitam. Nam huic oppoſita loquutio eſt, Vitam videre, quam expoſuimus ſuprà, 3. d. 36. Sic in proximo verſiculo idem dicit, ſumpta tranſlatione à diuerſo ſenſu, nempe à guſtatu.

In æternum τοὺς αἰῶνας. Additur interrogationis nota in emendatis codicibus: iſta tamen ita accipienda ſunt vt ſciamus potius indignantium eſſe quàm interrogantium. 10

Καὶ οὐκ ἐγνώκατε αὐτόν· ἐγὼ δὲ οἶδα αὐτόν· καὶ ἐὰν εἴπω ὅτι οὐκ οἶδα αὐτόν, ἔσομαι ὅμοιος ὑμῶν, ψεύστης. ἀλλ' οἶδα αὐτόν, καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ τηρῶ.

55 Neque noſtis eum: ego autẽ noui eum: & ſi dixero me eum nõ noſſe, ero ſimilis veſtri, id eſt mendax: ſed eum noui, & ſermonem eius ſeruo.

55 *Et non cognouiſtis eũ: ego autem noui eum: & ſi dixero quia non ſcio eum, ero ſimilis uobis, mẽdax: ſed ſcio eum, & ſermonem eius ſeruo.*

Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἠγαλλιάσατο ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμήν· καὶ εἶδε, καὶ ἐχάρη.

56 Abraham pater veſter geſtiuit vt videret diem iſtum meũ: & vidit, ac gauiſus eſt.

56 *Abraham pater veſter exultauit ut uideret diẽ meum: & uidit, & gauiſus eſt.*

Εἶπον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι πρὸς αὐτόν, Πεντήκοντα ἔτη οὔπω ἔχεις, καὶ Ἀβραὰμ ἑώρακας;

57 Dixerũt ergo ei Iudæi, Quinquaginta annos nõdum habes, & Abraham vidiſti?

57 *Dixerunt ergo Iudæi ad eum. Quinquaginta annos nondũ habes, & Abraham uidiſti?*

Εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγὼ εἰμί.

58 Dixit eis Ieſus, Amen amen dico vobis, priuſquã Abrahã fieret, ego ſum.

58 *Dixit eis Ieſus, Amen amẽ dico uobis, antequã Abraham fieret, ego ſum.*

Ἦραν οὖν λίθους ἵνα βάλωσιν ἐπ' αὐτόν. Ἰησοῦς δὲ ἐκρύβη, καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν· καὶ παρῆγεν οὕτως.

59 Suſtulerunt ergo lapides vt iacerẽt in eum: Ieſus autem occultauit ſe, & exiuit de templo.

59 *Tulerunt ergo lapides ut iacerent in eum: Ieſus autẽ abſcondit ſe, & exiuit de templo.*

Κεφάλαιον θ'.

CAP. IX.

CAP. IX.

ΚΑΙ παράγων, εἶδεν ἄνθρωπον τυφλὸν ἐκ γενετῆς.

1 PRæteriẽs autem vidit quendam cæcum à natiuitate:

1 *ET præteriens Ieſus uidit hominem cæcũ à natiuitate:*

Καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες, Ῥαββί, τίς ἥμαρτεν, οὗτος, ἢ οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ἵνα τυφλὸς γεννηθῇ;

2 Et interrogauerunt eum diſcipuli eius, dicẽtes, Rabbi, quis peccauit, hic, an parentes eius, vt cæcus naſceretur?

2 *Et interrogauerunt eũ diſcipuli eius, Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, ut cæcus naſceretur?*

56 Geſtiuit ἠγαλλιάσατο. Vulg. & Eraſ. Exultauit, quomodo conſueuimus interpretari: ſed quia hic ſignificatur potius ſummum deſiderium rei nondum præſentis, ſed tamen futuræ, idcirco illud verbum prætulimus. Diem iſtum meum, τὴν ἡμέραν τὴν ἐμήν. Placet hoc dicendi genus noſtro penè vni Euangeliſtæ: quod ſanè eſt elegans, & interdũ videtur ἐμφατικώτερον quàm ſi ſimplex pronomen vſurpetur. Cæterùm ex Hebræorũ idiotiſmo יום זה, id eſt dies alicuius, nihil aliud declarat quàm ſpatium quo vixerit aliquis, aut inſigne quidpiam ipſi vel facere vel ferre contigerit, quæ res notior eſt quàm vt teſtimonio egeat. Dies ergo Domini nihil aliud ſignificat quàm ipſius aduentũ in carnẽ. Vidit enim eum eminus Abraham, fidei nimirum oculis, vt declaratur Hebr. 11. c. 13.

57 Quinquaginta annos nondũ habes, πεντήκοντα ἔτη οὔπω ἔχεις. Chryſoſtomus legit Quadraginta: ad quam ætatem (inquit) accedebat. Nam agebat annum circiter 34. Sed & Eraſmus quominus eam lectionem amplectatur, eo vno deterretur quòd in omnibus exemplaribus, atque adeo apud Nonnum & Theophylactum, legitur πεντήκοντα. Certè quum Græci ſoleant numeros ſuarum literarum notis declarare, facilis fuit lapſus literæ μ in π: qua ratione norunt omnes eruditi plurimos tum Græcos tum Latinos ſcriptores ita eſſe depravatos vt vix aut ne vix quidem reſtitui poſſe videantur. Sed tamẽ quod adhunc locũ attinet, probabile eſt Iudæos quinquaginta annorum mentionem feciſſe, vti facere ſolent qui aduerſario gratificantur, vt plus etiam concedant quàm auſit flagitare.

58 Priuſquam Abraham fieret, πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι. Eraſmus, Antequam Abrahã naſceretur. Ego verò, quanuis nõ exiſtimem Chriſtum hic ſimpliciter agere de ſe, quatenus Deus eſt, ſed quatenus eſt viſus ab Abrahamo, Dei videlicet & hominum mediator, Deus in carne manifeſtatus, (nã alioqui non videretur ai poſitè differere) tamen quia vt mediator conſiderari nõ poteſt niſi verè ſit Emmanuel, & hac etiam ratione dicitur Agnus à conſtitutione mundi occiſus, imò verò Chriſtus fuiſſe heri & hodie: putaui ſeruandam eſſe antitheſin. Itaque γένεσθαι maluiconuertere Fieri quàm Naſci: vt opponatur τῷ εἶναι, quod illi demum propriè tribuitur qui ſolus verè exiſtit.

59 E templo, ἐκ τοῦ ἱεροῦ. Poſt hæc verba ſubiicitur in vetuſtis exemplaribus, διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν, καὶ παρῆγεν οὕτως, id eſt tranſiens per medium eorum, & ſic præteriit: quæ etiam legit & interpretatur Nonnus. Ego verò aſſentior Eraſmo, qui priorem partem putat ex Luc. 4. c. 30, irrepſiſſe in contextum, culpa librariorum, qui in margine deſcripta inuenerũt: deinde vt hæc cũ proximo capite cohæreret, additum fuiſſe καὶ παρῆγεν οὕτως. Vt autem ita credã, adducor nõ modò ea ratione quam ille adfert, quia videlicet nec Chryſoſtomus nec Auguſtinus iſtius appendicis meminerunt: ſed etiam quòd videantur iſta parum probabiliter cohærere. Namſi eripuit ſe eorum oculis, quomodo per medium eorum tranſiit niſi fortè aut illos excæcauit ad tempus, aut factus eſt diuina ſua virtute ἀόρατος: quod Theophylactus & Pſeudocyrillus commenti ſunt, vt hunc nodum explicarent: quorum neutrum eſt probabile. Alibi quidem, fateor, dicitur per medios hoſtes elapſus, ſed nulla ibi occultationis mentio: imò Dominus eo tempore neque oculos eorum excæcauit, neque euanuit ex oculis, ſed diuinam ſuam virtutem in eo oſtendit quòd eorum manus ad homicidium paratas ita continuit, vt palàm per mediam ipſorum turbam ſaluus euaderet.

Απεκρίθη ὁ Ιησοῦς, Οὔτε οὗτος ἥμαρτεν, οὔτε οἱ γονεῖς αὐτοῦ· ἀλλ' ἵνα φανερωθῇ τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ ἐν αὐτῷ.

3 Respondit Iesus, Neque iste peccauit, neque parẽtes eius, *ut* cæcus nasceretur: sed *oportet* opera Dei manifesta fieri in eo.

3 Respondit Iesus, Neque hic peccauit, neque parentes eius, sed ut ma nifestentur opera Dei in illo.

Εμε δεῖ ἐργάζεσθαι τὰ ἔργα τοῦ πέμψαντός με ἕως ἡμέρα ἐστίν· ἔρχεται νὺξ ὅτε οὐδεὶς δύναται ἐργάζεσθαι.

4 • Oportet me operari ei⁹ opera qui misit me, donec dies est: venit nox quum nemo potest operari.

4 Me oportet operari opera eius q̃ misit me, donec dies est: uenit nox quãdo nemo potest operari.

Οταν ἐν τῷ κόσμῳ ὦ, φῶς εἰμι τοῦ κόσμου.

5 Quandiu fuero in mundo, ‖Lux sum mundi.

5 Quandiu fuero in mũdo, lux sum mundi.

Supra, 1.49, & 8.12 infra, 12.v.35 & 5.46

Ταῦτα εἰπὼν, ἔπτυσε χαμαί, καὶ ἐποίησε πηλὸν ἐκ τοῦ πτύσματος, καὶ ἐπέχρισε τὸν πηλὸν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ τυφλοῦ·

6 Hoc quum dixisset, spuit humi, & fecit lutum ex sputo, & illeuit lutum oculis cæci:

6 Hæc quũ dixisset exputuit terrã, & fecit lutũ ex sputo, & linuit lutum super oculos eius:

Καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ὕπαγε, νίψαι εἰς τὴν κολυμβήθραν τοῦ Σιλωάμ. ὃ ἑρμηνεύεται ἀπεσταλμένος. Ἀπῆλθε οὖν, καὶ ἐνίψατο, καὶ ἦλθε βλέπων.

7 Dixítque ei, Vade, laua in piscina Siloam. quod est, si interpreteris, missus. Abiit ergo, & lauit, rediitque videns.

7 Et dixit ei, Vade, lauato natatoria Siloe. quod interpretatur missus. Abijt ergo, & lauit: & venit videns.

Οἱ οὖν γείτονες καὶ οἱ θεωροῦντες αὐτὸν τὸ πρότερον ὅτι τυφλὸς ἦν, ἔλεγον, Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ καθήμενος καὶ προσαίτης;

8 Vicini ergo, & qui prius viderant eum cæcum esse, dicebãt, Nónne hic est qui sedebat & mendicabat?

8 Itaque uicini & qui uiderant eum prius quia mẽdicus erat, dicebant, Nónne hic est qui sedebat, & mendicabat?

Ἄλλοι ἔλεγον, Οτι οὗτός ἐστιν. ἄλλοι δέ, Οτι ὅμοιος αὐτῷ ἐστιν. Ἐκεῖνος ἔλεγεν, Οτι ἐγώ εἰμι.

9 Alii dicebant, Hic est: alii verò, Similis est ei. Ille autem dicebat, Ego *is* sum.

9 Alij dicebant, Quia hic est: alij autẽ, Nequaquã, sed similis est ei. Ille uerò dicebat, Quia ego sum.

Ελεγον οὖν αὐτῷ, Πῶς ἀνεῴχθησάν σου οἱ ὀφθαλμοί;

10 Dixerunt ergo ei, Quomodo aperti sunt tibi oculi?

10 Dicebant ergo ei, Quomodo aperti sunt tibi oculi?

Απεκρίθη ἐκεῖνος καὶ εἶπεν, Ανθρωπος λεγόμενος Ιησοῦς πηλὸν ἐποίησε, καὶ ἐπέχρισέ μου τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ εἶπέ μοι, Ὕπαγε εἰς τὴν κολυμβήθραν τοῦ Σιλωάμ, καὶ νίψαι. Ἀπελθὼν δὲ καὶ νιψάμενος, ἀνέβλεψα.

11 Respondit ille, & dixit, Quidam qui dicitur Iesus, lutũ fecit, & illeuit oculos meos, & dixit mihi, Vade ad piscinam Siloam, & laua. Vt autem abii ac laui, visum recepi.

11 Respõdit, Ille homo qui dicitur Iesus, lutum fecit, & unxit oculos meos, & dixit mihi, Vade ad natatoriam Siloe, & laua. Et abij, & laui, & uidi.

Εἶπον οὖν αὐτῷ, Ποῦ ἐστιν ἐκεῖνος; Λέγει, Οὐκ οἶδα.

12 Dixerunt ergo ei, Vbi est ille? Ait, Nescio.

12 Et dixerunt ei, Vbi est ille? Ait, Nescio.

Ἄγουσιν αὐτὸν πρὸς τοὺς Φαρισαίους τόν ποτε τυφλόν.

13 Adducũt eum ad Pharisæos, eum *inquam* qui olim cæcus fuerat.

13 Adducunt eum ad Pharisæos qui cæcus fuerat.

Ην δὲ σάββατον ὅτε τὸν πηλὸν ἐποίησεν ὁ Ιησοῦς, καὶ ἀνέῳξεν αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμούς;

14 Erat autem Sabbathum quũ lutum faceret Iesus, & aperiret oculos eius.

14 Erat autem Sabbathũ quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius.

EX CAPVT IX.

3 Neque iste peccauit, οὔτε οὗτος ἥμαρτεν. Disputat Christus ex discipulorum hypothesi, vt annotauimus suprà, 5. d. 12. Non quærunt autem simpliciter discipuli an peccarit iste, sed an peccarit vt cæcus nasceretur. Præsupponunt enim, morbos nonnisi propter peccata immitti: quæ hypothesis in isto cæco falsa erat, vt ex responso liquet, in quo propterea illam etiam particulam, Vt cæcus nasceretur, reperii. Sed *oportet*, ἀλλ' ἵνα. Aliquid sæpe ante has particulas subaudiendum est, vt sensus expleatur, vt diximus Mar. 9. c. 12, & 14. c. 49. Nam qui trahunt ἵνα pro δεῖ positum esse, id est Vt pro Oportet, nodum potius secant quàm expediunt. 5

8 Cæcũ, τυφλός. Vulgata, Mendicus, id est προσαίτης, quam lectionem in vno tantùm exẽplari inuenimus: ea verò sicui placuerit, ita conuertat vt οὖν nõ sit illatiuè, sed causale. Quòd si pro οὖν legas δὲ, id est quũ, planior etiam erit sententia: sed ex coniectura nihil placet mutare.

9 Similis est ei, ὅμοιος αὐτῷ ἐστιν. Vulgata, Nequaquam, sed similis est ei: id est (vt in vno codice scriptum erat) οὐχὶ, ἀλλ' ὅμοιος αὐτῷ ἐστιν. Ille autem, ἐκεῖνος. In vno exemplari legimus ἐκεῖνος δέ, quo modo sumus interpretati. 10 Aperti sunt, ἀνεῴχθησαν. Hebræorum more clausi dicuntur oculi cæcorum, quoniam luci non sunt peruii. Itaque iis dicuntur aperiri qui ex cæcis fiunt videntes.

Πάλιν οὖν ἠρώτων αὐτὸν καὶ οἱ Φαρισαῖοι πῶς ἀνέβλεψεν. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Πηλὸν ἐπέθηκεν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ ἐνιψάμην, καὶ βλέπω.

15 Rursus ergo interrogarunt eum etiam Pharisæi quomodo visum recepisset. Ille autem dixit eis, Lutum imposuit oculis meis, & laui, & video.

15 Iterum ergo interrogabant eum Pharisæi quomodo vidisset. Ille autem dixit eis, Lutum mihi posuit super oculos, & laui, & video.

Ἔλεγον οὖν ἐκ τῶν Φαρισαίων τινές, Οὗτος ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἔστι παρὰ θεοῦ, ὅτι τὸ σάββατον οὐ τηρεῖ. Ἄλλοι ἔλεγον, Πῶς δύναται ἄνθρωπος ἁμαρτωλὸς τοιαῦτα σημεῖα ποιεῖν; Καὶ σχίσμα ἦν ἐν αὐτοῖς.

16 Dicebant ergo ex Pharisæis quidam, Homo iste non est à Deo: nam Sabbathum non seruat. Alii dicebant, Quomodo potest homo peccator talia signa edere? Et dissidium erat inter eos.

16 Dicebant ergo ex Pharisæis quidam, Non est hic homo à Deo, qui sabbathum non custodit. Alii autem dicebant, Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter eos.

Λέγουσι τῷ τυφλῷ πάλιν, Σὺ τί λέγεις περὶ αὐτοῦ ὅτι ἤνοιξέ σου τοὺς ὀφθαλμούς; Ὁ δὲ εἶπεν, Ὅτι προφήτης ἐστίν.

17 Rursus dicunt cæco, Tu quid dicis de illo, quòd aperuerit oculos tuos? Ille autem dixit, Propheta est.

17 Dicunt ergo cæco iterum, Tu quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit, Quia Propheta est.

Οὐκ ἐπίστευσαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι περὶ αὐτοῦ ὅτι τυφλὸς ἦν, καὶ ἀνέβλεψεν, ἕως ὅτου ἐφώνησαν τοὺς γονεῖς αὐτοῦ τοῦ ἀναβλέψαντος.

18 Non crediderunt ergo Iudæi de eo, quòd cæcus fuisset, & visum recepisset, usquequo vocarunt eius parentes, eius inquam qui visum receperat.

18 Non crediderũt ergo Iudæi de illo quia cæcus fuisset, & vidisset, donec vocauerunt parentes eius qui viderat.

Καὶ ἠρώτησαν αὐτοὺς, λέγοντες, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς ὑμῶν, ὃν ὑμεῖς λέγετε ὅτι τυφλὸς ἐγεννήθη; πῶς οὖν ἄρτι βλέπει;

19 Et interrogauerunt eos, dicentes, Hiccine est filius vester, quem vos dicitis cæcum natum esse? quomodo ergo nunc videt?

19 Et interrogauerunt eos, dicentes, Hic est filius noster, quem nos dicitis quia cæcus natus est? quomodo ergo nunc videt?

Ἀπεκρίθησαν αὐτοῖς οἱ γονεῖς αὐτοῦ καὶ εἶπον, Οἴδαμεν ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς ἡμῶν, καὶ ὅτι τυφλὸς ἐγεννήθη·

20 Responderunt eis parentes eius & dixerunt, Scimus hunc esse filium nostrum, & cæcum natum esse:

20 Responderunt eis parentes eius, & dixerũt, Scimus quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est:

Πῶς δὲ νῦν βλέπει οὐκ οἴδαμεν· ἢ τίς ἤνοιξεν αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμούς, ἡμεῖς οὐκ οἴδαμεν· αὐτὸν ἡλικίαν ἔχει, αὐτὸν ἐρωτήσατε, αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ λαλήσει.

21 Quomodo autem nunc videat, nescimus: aut quis eius aperuerit oculos, nos nescimus: ipse ætatẽ habet, ipsum interrogate, ipse de se loquetur.

21 Quomodo autem nunc videat, nescimus: aut quis eius aperuit oculos nos nescimus: ipsum interrogate: ætatem habet, ipse de se loquatur.

Ταῦτα εἶπον οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ὅτι ἐφοβοῦντο τοὺς Ἰουδαίους· ἤδη γὰρ συνετέθειντο οἱ Ἰουδαῖοι ἵνα ἐάν τις αὐτὸν ὁμολογήσῃ Χριστὸν, ἀποσυνάγωγος γένηται.

22 Hæc dixerunt parentes eius, quòd timerent Iudæos: iam enim constituerant Iudæi vt si quis eum confiteretur esse Christum, synagoga moueretur.

22 Hæc dixerunt parentes eius, quoniam timebant Iudæos: iam enim cõspirauerant Iudæi ut si quis eum confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret.

Διὰ τοῦτο οἱ γονεῖς αὐτοῦ εἶπον, Ὅτι ἡλικίαν ἔχει, αὐτὸν ἐρωτήσατε.

23 Propterea parentes eius dixerunt, Ætatem habet, ipsum interrogate.

23 Propterea parentes eius dixerunt, Quia ætatem habet, ipsum interrogate.

Ἐφώνησαν οὖν ἐκ δευτέρου τὸν ἄνθρωπον ὃς ἦν τυφλὸς, καὶ εἶπον αὐτῷ, Δὸς δόξαν τῷ Θεῷ· ἡμεῖς οἴδαμεν ὅτι ὁ ἄνθρωπος οὗτος ἁμαρτωλός ἐστιν.

24 Secundò ergo vocarunt hominem qui fuerat cæcus, & dixerunt ei, Tribue gloriã Deo: nos hunc hominẽ scimus peccatorem esse.

24 Vocauerunt ergo rursum hominem qui fuerat cæcus, & dixerunt ei, Da gloriam Deo: nos scimus quia hic homo peccator est.

16 Talia, τοιαῦτα. Vulg. & Erasmus, Hæc, id est ταῦτα.

19 Filius vester, ὑμῶν. Additur Græcè articulus, vt certũ ac bene notũ hominẽ designari sciant.

22 Constituerant, συνετέθειντο. Vulg. & Eras. Conspirarant. recte quidem, sed tamen Coniurare respondet τῇ συνωμοσίᾳ. Synagoga moueretur, ἀποσυνάγωγος γένηται. Vulg. Extra synagogam fieret, nimium obscurè. Eras. Ex synagoga eiiceretur, ambigue. Potest enim eiici è cœtu aut quopiam loco cui tamen ius redeundi non adimitur. Placuit igitur mihi illam Latinorum solennem ac magis perspicuam formulam potius imstari, apud quos dicebatur Senatu moueri cui dignitas Senatoria, Censoris authoritate abrogabatur, quem Græci, diuersa ratione, ἀποβαλλόμενον ἐκ βουλῆς & ἐξωκισμένον dicebant.

24 Tribue gloriam Deo, δὸς δόξαν τῷ Θεῷ. Apparet ex Ios. 7. c. 19, & 1. Sam. 6. a. 5, hanc fuisse solennem

quandam formulam qua adigebatur aliquis ad culpam coram Deo agnoſcendam. Perinde autem id erat ac ſi reo dictũ eſſet, Cogita te coram Deo eſſe, qui rem totã nouit: reuerere igitur ipſius maieſtatem, & hunc illi honorem habe, vt palàm fateri rem totam malis quàm coram eo mentiri. Peccator, ἁμαρτωλός. Heb. רשׁע, homo impius, & qui peccandi velut artem factitat: quem Græci poetæ ſimili ratione κακὸν ῥαπτῆρα vocant.

Απεκρίθη οὖν ἐκεῖνος καὶ εἶπεν, Εἰ ἁμαρτωλός ἐστιν, οὐκ οἶδα· ἓν οἶδα, ὅτι τυφλὸς ὢν, ἄρτι βλέπω.

15 Reſpondit ergo ille & dixit, An peccator ſit, neſcio: vnum ſcio, me, quum cæcus fuerim, nunc videre.

15 Dixit ergo eis ille, Si peccator eſt, neſcio: vnum ſcio, quia cæcus quum eſſem, modò video.

Εἶπον οὖν αὐτῷ πάλιν, Τί ἐποίησέ σοι; πῶς ἤνοιξέ σου τοὺς ὀφθαλμούς;

16 Dixerunt autem ei iterum, Quid fecit tibi? quomodo aperuit oculos tuos?

16 Dixerunt ergo illi, Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos?

Απεκρίθη αὐτοῖς, Εἶπον ὑμῖν ἤδη, καὶ οὐκ ἠκούσατε· τί πάλιν θέλετε ἀκούειν; μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε αὐτοῦ μαθηταὶ γενέσθαι;

17 Reſpondit eis, Iam vobis dixi, & non audiuiſtis: cur iterum vultis audire? num & vos vultis diſcipuli eius fieri?

17 Reſpondit eis, Dixi uobis iã, & audiſtis: quid iterũ uultis audire? numquid & uos uultis diſcipuli eius fieri?

Ελοιδόρησαν οὖν αὐτὸν, καὶ εἶπον, Σὺ εἶ μαθητὴς ἐκείνου· ἡμεῖς δὲ τοῦ Μωσέως ἐσμὲν μαθηταί.

18 Itaque conuitiati ſunt ei, & dixerunt, Tu diſcipulus illius eſto: nos autem Moſis diſcipuli ſumus.

18 Maledixerunt ergo ei, & dixerunt, Tu diſcipulus illius ſis: nos autem Moyſi diſcipuli ſumus.

Ἡμεῖς οἴδαμεν ὅτι Μωσῇ λελάληκεν ὁ Θεός· τοῦτον δὲ οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστίν.

19 Nos ſcimus Deum eſſe loquutum Moſi: hic autem vnde ſit neſcimus.

19 Nos ſcimus quia Moyſi loquutus eſt Deus: hunc autem neſcimus unde ſit.

Απεκρίθη ὁ ἄνθρωπος, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ἐν τούτῳ γὰρ θαυμαστόν ἐστιν ὅτι ὑμεῖς οὐκ οἴδατε πόθεν ἐστί, καὶ ἀνέῳξέ μου τοὺς ὀφθαλμούς.

20 Reſpondit eis ille, & dixit eis, Enimuero in hoc mirũ quiddã eſt, quòd vos neſciatis vnde ſit, & tamen aperuit meos oculos.

20 Reſpondit ille homo, & dixit eis, In hoc enim mirabile eſt quia uos neſcitis unde ſit, & aperuit meos oculos.

Οἴδαμεν δὲ ὅτι ἁμαρτωλῶν ὁ Θεὸς οὐκ ἀκούει· ἀλλ' ἐάν τις θεοσεβὴς ᾖ, καὶ τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιῇ, τοῦτου ἀκούει.

21 Scimus autem Deum peccatores non audire: ſed ſiquis Dei cultor eſt, & voluntatem eius exequitur, hunc audit.

21 Scimus autem quia peccatores Deus non audit: ſed ſiquis Dei cultor eſt, & uoluntatem eius facit, hunc exaudit.

Ἐκ τοῦ αἰῶνος οὐκ ἠκούσθη ὅτι ἤνοιξέ τις ὀφθαλμοὺς τυφλοῦ γεγεννημένου.

22 Ab omni ævo non eſt auditũ aliquem aperuiſſe oculos eius qui cæcus natus fuerit.

22 A ſeculo non eſt auditum quia quis aperuit oculos cæci nati.

Εἰ μὴ ἦν οὗτος παρὰ Θεοῦ, οὐκ ἠδύνατο ποιεῖν οὐδέν.

23 Niſi eſſet hic à Deo, non poſſet quicquam facere.

23 Niſi eſſet hic à Deo, non poterat facere quicquam.

Απεκρίθησαν καὶ εἶπον αὐτῷ, Ἐν ἁμαρτίαις σὺ ἐγεννήθης ὅλος, καὶ σὺ διδάσκεις ἡμᾶς; Καὶ ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω.

24 Reſponderunt & dixerunt ei, Tu in peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras.

24 Reſponderunt & dixerunt ei, In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras.

Ἤκουσεν ὁ Ἰησοῦς ὅτι ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω· καὶ εὑρὼν αὐτὸν, εἶπεν αὐτῷ, Σὺ πιστεύεις εἰς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ;

25 Audiuit Ieſus eum eiectum foras: & quum inueniſſet eum, dixit ei, Tũne credis in Filium Dei?

25 Audiuit Ieſus quia eiecerunt eum foras: & quum inuenſſet eum, dixit ei, Tu credis in Filium Dei?

Απεκρίθη ἐκεῖνος καὶ εἶπε, Τίς ἐστι, Κύριε, ἵνα πιστεύσω εἰς αὐτόν;

26 Reſpondit ille & dixit, Quis eſt, Domine, vt credam in eum?

26 Reſpondit ille & dixit, Quis eſt, Domine, ut credam in eum?

Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Καὶ ἑώρακας αὐτὸν, καὶ ὁ λαλῶν μετὰ σοῦ, ἐκεῖνός ἐστιν.

27 Dixit autem ei Ieſus, Et vidiſti eum, & qui loquitur tecũ, ille eſt.

27 Et dixit ei Ieſus, Et uidiſti eum, & qui loquitur tecum, ipſe eſt.

Ὁ δὲ ἔφη, Πιστεύω, Κύριε· καὶ προσεκύνησεν αὐτῷ.

28 At ille ait, Credo, Domine. Et adorauit eum.

28 At ille ait, Credo Domine. Et procidẽs adorauit eum.

17 Et non audiuiſtis, καὶ οὐκ ἠκούσατε. Vetus interpres legit καὶ ἀκούσατε, & audiſtis: & rectius fortaſſis, quoniam ſic melius cohærent ſequentia.

19 Vnde ſit, πόθεν ἐστίν. Hoc quoque dicendi genus è medio petitum eſt, & aliud declarat quàm verba ipſa ſonent. Neque enim de patria, familia, nomine ambigebant, ſed de ipſius munere & authoritate dicũt ſibi non conſtare: videri tamen à Deo non eſſe, quia Sabbathum violaret.

30 Enimuero, ἀλλά id eſt Certé. Et tamen, καί. Similem eclipſin particulæ aduerſatiuæ annotauimus 10 Matth. 2. 2. 6

Καὶ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς, Εἰς κρῖμα ἐγὼ εἰς τὸν κόσμον τοῦτον ἦλθον, ἵνα οἱ μὴ βλέποντες βλέπωσι, καὶ οἱ βλέποντες, τυφλοὶ γένωνται.

39 Et dixit Ieſus, ¶Ad iudiciũ exercendum ego in hunc mundum veni: vt qui non vident, videant, & *qui vident, cæci fiant.

39 Et dixit ei Ieſus, In iudicium ego in hunc mundum veni: vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiant. supra, 3.b.17 infra, 12.g.47

Καὶ ἤκουσάν ἐκ τῶν Φαρισαίων ταῦτα οἱ ὄντες μετ' αὐτοῦ, καὶ εἶπον αὐτῷ, Μὴ καὶ ἡμεῖς τυφλοί ἐσμεν;

40 Audierunt autem hæc quidam ex Phariſæis qui cum eo erant, & dixerũt ei, Num & nos cæci ſumus?

40 Et audierunt qui dã ex Phariſæis qui cum ipſo erant, & dixerunt ei, Nunquid & nos cæci ſumus?

Εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Εἰ τυφλοὶ ἦτε, οὐκ ἂν εἴχετε ἁμαρτίαν· νῦν δὲ λέγετε, Ὅτι βλέπομεν· ἡ οὖν ἁμαρτία ὑμῶν μένει.

41 Dixit eis Ieſus, Si cæci eſſetis, non haberetis peccatum: nunc verò dicitis, Videmus: itaque peccatum veſtrum manet.

41 Dixit eis Ieſus, Si cæci eſſetis, non haberetis peccatum: nunc verò dicitis. Quia videmus: peccatum veſtrum manet.

Κεφάλαιον ιʹ

CAP. X.

CAP. X.

Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, Ὁ μὴ εἰσερχόμενος διὰ τῆς θύρας εἰς τὴν αὐλὴν τῶν προβάτων, ἀλλὰ ἀναβαίνων ἀλλαχόθεν, ἐκεῖνος κλέπτης ἐστὶ καὶ λῃστής·

1 Amen amen dico vobis, qui non ingreditur per oſtium in caulam ouium, ſed aſcendit aliũde, ille fur eſt & latro:

1 Amen amen dico vobis, qui non intrat per oſtium in oule ouium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro:

Ὁ δὲ εἰσερχόμενος διὰ τῆς θύρας, ποιμήν ἐστι τῶν προβάτων.

2 Qui verò ingreditur per oſtium, paſtor eſt ouium.

2 Qui autem intrat per oſtium, paſtor eſt ouium.

Τούτῳ ὁ θυρωρὸς ἀνοίγει, καὶ τὰ πρόβατα τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούει· καὶ τὰ ἴδια πρόβατα καλεῖ κατ' ὄνομα, καὶ ἐξάγει αὐτά.

3 Huic *aperit ianitor, & oues vocem eius audiunt: & ſuas oues vocat nominatim, & educit eas.

3 Huic oſtiarius aperit, & oues vocem eius audiunt: & proprias oues vocat nominatim, & educit eas.

Καὶ ὅταν τὰ ἴδια πρόβατα ἐκβάλῃ, ἔμπροσθεν αὐτῶν πορεύεται· καὶ τὰ πρόβατα αὐτῷ ἀκολουθεῖ, ὅτι οἴδασι τὴν φωνὴν αὐτοῦ.

4 Quúmque ſuas oues emiſerit, antegreditur eas: & oues eũ ſequuntur, quia norunt vocem eius.

4 Et quum proprias oues emiſerit, ante eas vadit: & oues illum ſequuntur, quia ſciunt vocem eius.

Ἀλλοτρίῳ δὲ οὐ μὴ ἀκολουθήσωσιν, ἀλλὰ φεύξονται ἀπ' αὐτοῦ· ὅτι οὐκ οἴδασι τῶν ἀλλοτρίων τὴν φωνήν.

5 Alienum autem nequaquam ſequentur, ſed fugient ab eo: quia non norunt vocem alienorum.

5 Alienum autem non ſequuntur, ſed fugiunt ab eo: quia non nouerũt vocem alienorum.

Ταύτην τὴν παροιμίαν εἶπεν αὐτοῖς

6 *Hanc parabolam dixit eis

6 Hoc prouerbiũ dixit eis

39 Ad iudicium *exercendum, εἰς κρίμα.* Id eſt, Cum ſummo imperio & authoritate, vt ſtatuam quod iuſtum & æquum eſt. Nam iudicium ſimpliciter hic accipi pro condemnatione non poteſt, ſed pro eo iure potius quod princeps aliquis habet hoc vel illud conſtituendi: vt ipſe ſuprà expoſuit 5.c.17 & 30. qua de re pulchra narrat Dauid Pſal.2.b.7 & Pſal.50.a.1. Sed mihi tamen videtur, hoc quidem loco, Iudicii vocabulum præterea etiam complecti iuſtum illius poteſtatis vſum. Exiſtimo enim Dominum, iniqua eorum ſententia offenſum qui hunc tanquam profanum ac blaſphemum, ex fidelium albo expunxerant, eum conſolari, & ſuam iuriſdictionem cum illorum tyrannide comparare. quaſi diceret, Iſti pro arbitrio ſuo ſibi arrogant populi Dei adminiſtrationem, quaſi ſoli omnia videant, & ſint lumen verſantium in tenebris, vt Rom.2.c.18. at ego veni vt iſtos reprimam: mea eſt iuriſdictio, quam ego longè alia ratione exercebo quàm iſti ſoleant. nam quos iſti pro cæcis habent, illos ego luce donabo: iſtos autem ſuperbos & arrogantes, qui ſe ſolos putant acutiſſimè cernere, illos, inquam, ego tractabo vt æquum eſt, quum illos in denſiſſimas ignorantiæ tenebras demergam, vt prædictum eſt ab Eſaia toto capite 29. Qui vident, *οἱ βλέποντες.* In cæcorum ac videntium nominibus ironica eſt *μίμησις.* loquitur enim ex Phariſæorum opinione, qui reliquos in tenebris verſari, ſe ſolos omnia videre, ſibi perſuaſerãt: quos graphicè prorſus deſcribit Paulus Rom.2.c.17.18.19.20 & 21. Nec verò huius iuſti Dei iudicii exempla longius quàm ab hoc noſtro ſeculo petere neceſſe eſt. Prodeant omnes Phariſæorum noſtri temporis Academiæ, haber, Dei beneficio, Eccleſia illa cæca & hæretica (quam vocant) ſeptennes pueros qui teſte vniuerſo mundo, poſſint illos non ad pudorem quidem, (quem iampridem nullum habent) ſed ad inſaniam adigere.

IN CAPVT X.

5 Ianitor, *ὁ θυρωρός.* Loquitur ex illorum temporum more quo ſolebant patresfamiliàs ſeruum aliquem habere perpetuò ad fores domus aſſidentem, interdum etiam catenis vinctum, vt ex illa Ouidii Elegia apparet, Ianitor indignè dura religate catena.

6 Hanc parabolam, *Ταύτην τὴν παροιμίαν.* Quod à cæteris Euangeliſtis dicitur *παραβολή*, ab vno Iohanne vbique dicitur *παροιμία*, quum alioqui Paroemia diuerſum quiddam declaret, vt alibi diximus. Sic nimirum voluit Iohannes exprimere quod Hebræi משל vocant.

ὁ Ἰησοῦς. ἐκεῖνοι οὐκ ἔγνωσαν τίνα ἦν ἃ ἐλάλει αὐτοῖς.

Εἶπεν οὖν πάλιν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι ἐγώ εἰμι ἡ θύρα τῶν προβάτων.

Πάντες ὅσοι πρὸ ἐμοῦ ἦλθον, κλέπται εἰσὶ καὶ λῃσταί· ἀλλ' οὐκ ἤκουσαν αὐτῶν τὰ πρόβατα.

Ἐγώ εἰμι ἡ θύρα· δι' ἐμοῦ ἐάν τις εἰσέλθῃ, σωθήσεται· καὶ εἰσελεύσεται καὶ ἐξελεύσεται, καὶ νομὴν εὑρήσει.

Ὁ κλέπτης οὐκ ἔρχεται εἰ μὴ ἵνα κλέψῃ καὶ θύσῃ καὶ ἀπολέσῃ· ἐγὼ ἦλθον ἵνα ζωὴν ἔχωσι, καὶ περισσὸν ἔχωσιν.

Isa.40.v.11 Ezech.34.f.23

Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός· ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων·

Ὁ μισθωτὸς δέ, καὶ οὐκ ὢν ποιμήν, οὗ οὐκ εἰσὶ τὰ πρόβατα ἴδια, θεωρεῖ τὸν λύκον ἐρχόμενον, καὶ ἀφίησι τὰ πρόβατα, καὶ φεύγει· καὶ ὁ λύκος ἁρπάζει αὐτὰ, καὶ σκορπίζει τὰ πρόβατα.

Ὁ δὲ μισθωτὸς φεύγει, ὅτι μισθωτός ἐστι, καὶ οὐ μέλει αὐτῷ περὶ τῶν προβάτων.

Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός, καὶ γινώσκω τὰ ἐμὰ, καὶ γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν.

Καθὼς γινώσκει με ὁ πατὴρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν πατέρα· καὶ τὴν ψυχήν μου τίθημι ὑπὲρ τῶν προβάτων.

Καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης· κἀκεῖνά με δεῖ ἀγαγεῖν, καὶ τῆς φωνῆς μου ἀκούσουσι· καὶ γενήσονται μία ποίμνη, εἷς ποιμήν.

Ezech.37.f.22

Iesus. Illi verò non cognouerunt quænam illa essent quæ loquebatur eis.

7 Iesus ergo rursum dixit eis, Amen amen dico vobis, ego sum ostium ouium.

8 Quotquot ᵛ ante me venerunt, fures sunt & latrones: sed non auscultarunt eos oues.

9 Ego sum ostium: per me si quis introierit, seruabitur: & ᵛ ingredietur & egredietur, & pascua inueniet.

10 Fur non venit nisi vt furetur, & mactet ac perdat oues: ego veni vt vitam habeant, ᵛ & abundent.

11 ‖Ego sum pastor ille bonus: bonus pastor animam suam dat pro ouibus.

12 Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videns lupum venientē, relinquit oues, & fugit: lupus autem rapit & dissipat oues.

13 Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & ᵛ non est illi cura ouium.

14 Ego sum pastor ille bonus, & agnosco oues meas, & agnoscor à meis.

15 Prout ᵛ nouit me Pater, ita & ego noui Patrem: & animā meam pono pro ouibus.

16 Alias etiam oues habeo quæ non sunt ex hac caula? illas quoque oportet me adducere: nam vocem meam audient: ‖fiétque vnum ouile ᵛ & vnus pastor.

Iesus: illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis.

7 Dixit ergo eis iterum Iesus, Amen amen dico vobis, quia ego sum ostium ouium.

8 Omnes quotquot venerunt, fures sunt & latrones: sed non audierunt eos oues.

9 Ego sum ostium: per me si quis introierit, saluabitur: & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet.

10 Fur non venit nisi vt furetur & mactet & perdat: ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant.

11 Ego sum pastor bonus: bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis.

12 Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit, & dispergit oues.

13 Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus.

14 Ego sum pastor bonus, & agnosco meas, & agnoscunt me meæ.

15 Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem: & animam meam pono pro ouibus.

16 Et alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient: & fiet unū ouile & unus pastor.

8 Ante me, πρὸ ἐμοῦ. Hoc deerat in septem exemplaribus: & pro ἦλθον, sunt, in vno scriptum erat, ἦσαν, erant. Quanuis autem vniuersale sit hoc pronuntiatum, est tamen accommodandum ad id de quo agitur. Christus dicit se esse ostium, quo dicto alios omnes excludit. Itaque fures ac latrones vocat eos omnes qui ostii nomen sibi vindicarunt. Atqui nullus vnquam ex sanctis, nec Moses, nec Prophetæ, se dixerunt esse ostium, sed Christum potius pro ostio indicarunt ouibus. Ergo ad eos non pertinet hoc Christi dictum.

9 Ingredietur & egredietur, εἰσελεύσεται καὶ ἐξελεύσεται. Heb. ויצא ויבוא, id est securus vitā aget. Ita enim hoc quasi prouerbium accipitur apud Hebræos, vt Deut. 28.a.6, Psal. 121.b.8. Sicut Gallicè dicimus, Aller & venir. Hic tamen videtur peculiaris esse allusio ad pastorum officium, quoniam videlicet oues ad pascua educuntur quotidie, & inde rursus in caulas redeunt. Vide Act. 1.d.11.

10 Et abūdent, καὶ περισσὸν ἔχωσιν. Vulgata & Erasmus, Et abundantius habeant: quasi scilicet aliquid antè habuerint quàm ad eas veniret pastor.

13 Non est illi cura, οὐ μέλει αὐτῷ. Vulg. Non pertinet ad eum: barbarè & ambiguè.

15 Nouit, γινώσκει: id est diligit, approbat, gratum sibi ac coniunctissimum habet. Sic apud Hebræos accipitur verbum ידע, vt Psal. 1.b.6, & 37.d.18. Matth. 7.d.23. Itaque ad hunc locum non pertinet disputatio illa subtilis potius quàm solida, quomodo Pater æternam suam sapientiam noscat. Nolui tamen quicquam mutare, ne aliorum sententiis præiudicium adferrem.

16 Et vnus pastor, εἷς ποιμήν. Sic apud Hebræos sæpe etiam inter duo incisa deest copula: apud Græcos

autem & Latinos admodum raró. Nam tria minimùm inciſa plerunque requiruntur, vt locus ſit aſyndeto. Similem eclipſin annotauimus ſemel apud Lucam, & 1. Tim. 4. 2. 3.

Διὰ τοῦτο ὁ πατήρ με ἀγαπᾷ ὅτι ἐγὼ τίθημι τὴν ψυχήν μου ἵνα πάλιν λάβω αὐτήν.

17 Propterea Pater me diligit, quia ‖ego ᵛpono animam meā vt eam rurſus aſſumam.

17 Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam vt iterum ſumam eam. Iſaiæ 53. b. 7

Οὐδεὶς αἴρει αὐτὴν ἀπ' ἐμοῦ, ἀλλ' ἐγὼ τίθημι αὐτὴν ἀπ' ἐμαυτοῦ· ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι αὐτὴν καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν. Ταύτην τὴν ἐντολὴν ἔλαβον παρὰ τοῦ πατρός μου.

18 Nemo tollit eam à me, ſed ego pono eam à meipſo: poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo rurſus eam aſſumendi. ‖ Hoc mandatum accepi à Patre meo.

18 Nemo tollit eam à me, ſed ego pono eam à meipſo: poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. Hoc mandatum acepi à Patre meo. Act. 4. d. 28

Σχίσμα οὖν πάλιν ἐγένετο ἐν τοῖς Ἰουδαίοις διὰ τοὺς λόγους τούτους.

19 Diſſidium igitur rurſum ortum eſt inter Iudæos propter iſtos ſermones.

19 Diſſenſio iterum facta eſt inter Iudeos propter ſermones hos.

Ἔλεγον δὲ πολλοὶ ἐξ αὐτῶν, Δαιμόνιον ἔχει, καὶ μαίνεται· τί αὐτοῦ ἀκούετε;

20 Dicebant autem multi eorum, Dæmonium habet, & inſanit: quid eum auditis?

20 Dicebant autem multi ex ipſis: Dæmonium habet, & inſanit: quid eum auditis?

Ἄλλοι ἔλεγον, Ταῦτα τὰ ῥήματα οὐκ ἔστι δαιμονιζομένου. μὴ δαιμόνιον δύναται τυφλῶν ὀφθαλμοὺς ἀνοῖξαι;

21 Alii dicebant, Hæc verba nō ſunt dæmoniaci: ᵛnum dæmonium poteſt cæcorum oculos aperire?

21 Alij dicebant, Hæc verba non ſunt dæmonium habentis. nunquid dæmonium poteſt cæcorum oculos aperire?

Ἐγένετο δὲ τὰ Ἐγκαίνια ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, καὶ χειμὼν ἦν.

22 ‖Facta ſunt autem ᵛEncænia Hieroſolymis, & hyems erat.

22 Facta ſunt autem Encænia in Ieroſolymis, & hyems erat. 1. Mach. 4. g. 59

Καὶ περιεπάτει ὁ Ἰησοῦς ἐν τῷ ἱερῷ ἐν τῇ στοᾷ τοῦ Σολομῶντος.

23 Et ambulabat Ieſus in templo in porticu Solomonis.

23 Et ambulabat Ieſus in templo, in porticu Salomonis.

Ἐκύκλωσαν οὖν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ ἔλεγον αὐτῷ, Ἕως πότε τὴν ψυχὴν ἡμῶν αἴρεις; εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστός, εἰπὲ ἡμῖν παῤῥησίᾳ.

24 Cinxerunt igitur eum Iudæi, & dixerunt ei, Quouſque animam noſtram ᵛſuſpendis? ſi tu es Chriſtus, dic nobis ᵛaperté.

24 Circundederunt ergo eum Iudæi, & dixerunt ei, Quouſque animam noſtram tollis? ſi tu es Chriſtus, dic nobis palàm.

Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐ πιστεύετε· τὰ ἔργα ἃ ἐγὼ ποιῶ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρός μου, ταῦτα μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ.

25 Reſpondit eis Ieſus, Dixi vobis, nec creditis: opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc teſtantur de me.

25 Reſpondit eis Ieſus, Loquor vobis, & non creditis: opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc teſtimonium perhibent de me.

17 Propterea, διὰ τοῦτο. Notandus eſt hîc locus aduerſus eos qui διὰ τὸ Χριστὸ & διὰ τὸν Χριστὸν ſubtili quadam ratione diſtinguunt, vt Chriſti meritum eneruēt. Chriſtus certè, quatenus homo eſt, ſua obedientia ac perfecta iuſtitia promeritus eſt ſecundum Dei erga nos gratiam, vitam ac beneficentiam quæ Legi eſt annexa, nobis omnibus qui hac iuſtitia per fidem nobis imputata iuſti conſtituimur, vt vnà cum ipſo regnemus: ſicut explicat Paulus Rom. 5. d. 19. & Philip. 2. a. 7. 8 & 9. Pono, τίθημι. Vel, ponam. Sed tamen præſens tempus ſeruare malui, quia Chriſtus, ex quo natus eſt, quodammodo cœpit vitam ſuam pro nobis ponere, ita vt tota ipſius vita nihil aliud ſit quàm iugis quædam mors quam pro peccatis noſtris ſubiit. Itaque iam tum moriebatur quum hæc diceret, quanuis etiam propriè ſacrificium reſpiciat crucis.

21 Num dæmonium, μὴ δαιμόνιον. In vno codice legimus μὴ δαιμόνιον ἔχων, num qui dæmonium habet: quod maximè probo.

22 Encænia, τὰ ἐγκαίνια. Sacer (vt quidam ſcribit) apud Iudæos hic dies erat ob memoriam inſtaurati templi, poſt diutinam in Perſide captiuitatem. Imò verò non vnius diei, ſed octo dierum hoc feſtum erat, nec inſtitutum in memoriam reditus ex Babylonia, (quæ & ipſa diſtincta eſt à Perſide) ſed à Iuda Machabæo, quum pulſo Antiochi præſidio templum ac cultum Dei inſtauraſſet. Sic enim de his ſcribitur 1. Mach. 4. g. 59, Καὶ ἔστησεν Ἰούδας καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ καὶ πᾶσα ἐκκλησία Ἰσραὴλ ἵνα ἄγωσιν τὰς ἡμέρας τῶν ἐγκαινισμῶν τοῦ θυσιαστηρίου ἐν τοῖς καιροῖς αὐτῶν, ἐνιαυτὸν κατ' ἐνιαυτὸν ἡμέρας ὀκτὼ, ἀπὸ τῆς πέμπτης καὶ εἰκάδος τοῦ μηνὸς Χασελεῦ, μετ' εὐφροσύνης καὶ χαρᾶς. Id eſt, Conſtituit Iudas & fratres eius, totáque Iſraelis concio, vt dies dedicationis altaris ſuis ſuis temporibus agitarentur ſinguli annis, videlicet octo dies, à x x v die menſis Chaſleu, magno cum gaudio ac lætitia. Hæc ille, quibus hoc etiam addo, ἐγκαίνια non rectè fieri nouo vocabulo Caſtellionem interpretari Renoualia, quum ἐγκαίνια res dicantur quæ ſacro vſui veluti initiantur, vt Heb. 9. v. 18. & 10. v. 10. Liquet autem etiam ex illo quem citaui loco, cur addat Iohannes hyemem fuiſſe, quum menſis כסלו maxima ex parte Decembri noſtro reſpondeat.

24 Suſpendis? αἴρεις; id eſt anxiam ac ſuſpenſam tenes. Non deſunt tamen qui αἴρειν accipiant pro tollere è medio ac perdere, veluti Latini dicunt, Quid me enecas? quæ tamen interpretatio mihi non placet.

Apertè, παῤῥησίᾳ. Vulg. Palàm. Ego malo ad ipſum loquendi genus referre, vt etiam infrà accipitur, 11. b. 14. Neque enim poſcunt vt publicè duntaxat reſpondeat, ſed vt apertè & ſermone minimè ambiguo dicat an ſit promiſſus ille Meſſias. Idem annotauimus Mar. 8. d. 31.

Αλλ' ὑμεῖς οὐ πιστεύετε· οὐ γάρ ἐστε ἐκ τῶν προβάτων τῶν ἐμῶν, καθὼς εἶπον ὑμῖν.

26 Sed vos non creditis: non enim eſtis ex ouibus meis, ſicut dixi vobis.

26 Sed vos non creditis, quia non eſtis ex ouibus meis, ſicut dixi vobis.

Τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούει, κἀγὼ γινώσκω αὐτὰ, καὶ ἀκολουθοῦσί μοι·

27 Oues meæ vocem meam audiunt, & ego eas agnoſco, & ſequuntur me:

27 Oues meæ vocem meã audiunt, & ego agnoſco eas, & ſequuntur me:

Κἀγὼ ζωὴν αἰώνιον δίδωμι αὐταῖς, καὶ οὐ μὴ ἀπόλωνται εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ οὐχ ἁρπάσει τις αὐτὰ ἐκ τῆς χειρός μου.

28 Et ego vitam æternam do eis, nec peribunt in æternum, neque rapiet eas quiſquam è manu mea.

29 Et ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quiſquam de manu mea.

Ὁ πατήρ μου ὃς δέδωκέ μοι, μείζων πάντων ἐστὶ, καὶ οὐδεὶς δύναται ἁρπάζειν ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ πατρός μου.

29 Pater meus qui eas dedit mihi, maior omnibus eſt: neque quiſquã poteſt eas rapere è manu Patris mei.

30 Pater meus qui dedit mihi, maior omnibus eſt: & nemo poteſt rapere de manu Patris mei.

Ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἓν ἐσμεν.

30 Ego & Pater vnum ſumus.

31 Ego & Pater vnum ſumus.

Ἐβάστασαν οὖν πάλιν λίθους οἱ Ἰουδαῖοι ἵνα λιθάσωσιν αὐτόν.

31 Suſtulerunt ergo rurſum lapides Iudæi vt lapidarent eũ.

31 Suſtulerunt ergo iterum lapides Iudæi vt lapidarent eum.

Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Πολλὰ καλὰ ἔργα ἔδειξα ὑμῖν ἐκ τοῦ πατρός μου· διὰ ποῖον αὐτῶν ἔργον λιθάζετέ με;

32 Reſpondit eis Ieſus, Multa præclara opera demonſtraui vobis ex Patre meo: propter quod illorum operum me lapidatis?

33 Reſpondit eis, Multa bona opera oſtendi vobis ex Patre meo: propter quod eorum operum me lapidatis?

Ἀπεκρίθησαν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι, λέγοντες, Περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας, καὶ ὅτι σὺ ἄνθρωπος ὢν, ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν.

33 Reſponderunt ei Iudæi, dicentes, Ob bonum opus non lapidamus te, ſed ob blaſphemiam id eſt, quia tu, homo quum ſis, facis teipſum Deum.

34 Reſponderunt ei Iudæi, De bono opere non lapidamus te, ſed de blaſphemia, & quia tu homo quum ſis, facis teipſum Deum.

Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Οὐκ ἔστι γεγραμμένον ἐν τῷ νόμῳ ὑμῶν, Ἐγὼ εἶπα, θεοί ἐστε; Psal.81.b.6

34 Reſpondit eis Ieſus, Nónne ſcriptum eſt in Lege veſtra, ‖ Ego dixi, Dii eſtis?

35 Reſpondit eis Ieſus, Nónne ſcriptum eſt in Lege veſtra, Quia ego dixi, Dij eſtis?

Εἰ ἐκείνους εἶπε θεοὺς πρὸς οὓς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐγένετο, καὶ οὐ δύναται λυθῆναι ἡ γραφή·

35 Si illos dixit deos ad quos ſermo Dei factus eſt, & non poteſt ſolui Scriptura:

35 Si illos dixit deos ad quos ſermo Dei factus eſt, & non poteſt ſolui Scriptura:

Ὃν ὁ πατὴρ ἡγίασε καὶ ἀπέστειλεν εἰς

36 Me, quẽ Pater ſanctificauit

37 Quẽ Pater ſanctificauit

26 Non enim eſtis, οὐ γὰρ ἐστέ. In quibuſdam codicibus legitur, ὅτι οὐκ ἐστέ, quia non eſtis. Sed vtcunque legas, ſciendum eſt cauſam adferri cur non credant, non autem conſequutionem necti, vt ſuprà, 8.f.44. quum colligitur, diabolum non perſtitiſſe in veritate, ex eo quòd veritas in eo non ſit. Item Luc. 7.g.47, vbi ex magna dilectione colligitur remiſſio multorum peccatorum, Quis, inquit, cui pauciora peccata remiſſa ſunt, is minus diligit. In illis igitur exemplis res ipſa oſtendit τὸ non notare conſequens, ex quo antecedens colligitur. Hic verò ex contrario declarat antecedens, ex quo intelligitur conſequens. Prius enim oues nos eſſe oportet, (id eſt ouili Dei deſtinatos) quàm Paſtoris vocem audiamus: prius nos diligi quàm diligamus: prius trahi, audire ac diſcere, quàm ad eum veniamus. Iſti igitur non audiunt, idcirco quia non ſunt ex ouibus. Quãquam rectè etiam hoc ex illo colligas, quia ouem eſſe, & ſuo tempore audire, ita ſunt inter ſe coniuncta vt diſtingui quidem poſſint, ſeparari non poſſint. Sicut dixi vobis, καθὼς εἶπον ὑμῖν. Hæc à nonnullis connectuntur cum ſequenti verſiculo. Eraſ. putat à quopiam addita. Ego verò non puto redundare, quum præſertim in omnibus noſtris codicibus ſummo conſenſu legantur.

19 Pater meus, ὁ πατήρ μου. Auguſtinus & Pſeudocyrillus legunt, ὁ πατήρ μου ὁ δέδωκέ μοι μεῖζον πάντων Κύριλ. Quod mihi dedit Pater meus, maius eſt omnibus: idque Auguſtinus quidem de Eccleſia interpretatur, quæ omnem vim aduerſariorum ſuperat: Pſeudocyrillus verò de diuina Chriſti virtute, cui fruſtra ſe opponat Satan cum ſuis. Ego eam lectionem ſum ſequutus quam in omnibus exemplaribus reperi, & Nonnus etiam expreſſit.

32 Ex Patre meo, ἐκ τοῦ πατρός μου. Id eſt, Patris mei potentia & authoritate fretus.

33 Id eſt, καί. Sic conuerti, vt oſtenderem καὶ hoc loco non propriè copulam eſſe, ſed potius per epexegeſin explicandam: quanuis ſic etiã loquuntur Latini, vt Virg. Iudicium Paridis, ſpretæque iniuria formæ. Theophylactus Romanus omittit: & ſimiles eclipſes multas iam annotauimus ſuprà, 5.c.19.

35 Solui, λυθῆναι. Id eſt, violari, aut irrita fieri, vt Matth. 5.c.17 & 19. aut deſtrui, vt ſuprà, 7.d.13.

36 Me, quem Pater, ὃν ὁ πατήρ. Supplendum fuiſſe pronomen primæ perſonæ, indicat ex eo quod dixit βλασφημεῖς potius quàm βλασφημῶ. Sed & orationem rectam mutauimus in obliquam, vt triſyllabæ mutationem vitaremus, qua de re diximus ſuprà, 1.c.10.

38 In

τὸν κόσμον, ὑμεῖς λέγετε, Ὅτι βλασφημεῖς, ὅτι εἶπον, Υἱὸς τοῦ Θεοῦ εἰμι;

& misit in mundum, vos dicitis me blasphemare, quia dixi, Filius Dei sum?

& misit in mundũ, vos dicitis, Quia blasphemas: quia dixi, Filius Dei sum?

Εἰ οὐ ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ πατρός μου, μὴ πιστεύετέ μοι·

37 Si nō facio opera Patris mei, nolite credere mihi:

37 Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi:

Εἰ δὲ ποιῶ, κἂν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε, τοῖς ἔργοις πιστεύσατε· ἵνα γνῶτε καὶ πιστεύσητε ὅτι ἐν ἐμοὶ ὁ πατήρ, κἀγὼ ἐν αὐτῷ.

38 Sin verò facio, etiamsi mihi non credatis, operibus credite: vt cognoscatis & credatis Patrem in me esse, & me ᵛin eo.

38 Si autem facio, etsi mihi non vultis credere, operibus credite: ut cognoscatis & credatis quia Pater in me est, & ego in Patre.

Ἐζήτουν οὖν πάλιν αὐτὸν πιάσαι· καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τῆς χειρὸς αὐτῶν.

39 Rursus ergo studebant eum prehẽdere: sed exiuit ex eorum manu.

39 Quærebant ergo eum apprehendere: & exiuit de manibus eorum.

Καὶ ἀπῆλθε πάλιν πέραν τοῦ Ἰορδάνου, εἰς τὸν τόπον ὅπου ἦν Ἰωάννης τὸ πρῶτον βαπτίζων· καὶ ἔμεινεν ἐκεῖ.

40 Abiitque rursus trans Iordanem, in eum locum vbi primùm fuerat Iohannes baptizans, mansitque illic.

40 Et abiit iterum trans Iordanem in eum locum vbi erat Iohannes baptizans primùm: & mansit illic.

Καὶ πολλοὶ ἦλθον πρὸς αὐτόν, καὶ ἔλεγον, Ὅτι Ἰωάννης μὲν σημεῖον ἐποίησεν οὐδέν· πάντα δὲ ὅσα εἶπεν Ἰωάννης περὶ τούτου, ἀληθῆ ἦν.

41 Multi autem veniebant ad eum, & dicebãt, Iohannes quidem signum nullũ edidit: quæcunque autẽ de isto ᵛdixit, vera erant.

41 Et multi venerunt ad eum, & dicebant, Quia Iohannes quidem signũ fecit nullum: omnia autẽ quæcunque dixit Iohannes de hoc, vera erant.

Καὶ ἐπίστευσαν πολλοὶ ἐκεῖ εἰς αὐτόν.

41 Et multi crediderunt in eum.

41 Et multi crediderunt in eum.

Κεφάλαιον ια΄

CAP. XI.

CAP. XI.

Ἦν δέ τις ἀσθενῶν Λάζαρος ἀπὸ Βηθανίας, ἐκ τῆς κώμης Μαρίας καὶ Μάρθας τῆς ἀδελφῆς αὐτῆς.

1 AEgrotabat autem quidam nomine Lazarus, à Bethania vico Mariæ & Marthæ sororis ipsius.

1 ERat autem quidam languens Lazarus à Bethania, de castello Mariæ & Marthæ sororis eius.

(Ἦν δὲ Μαρία ἡ ἀλείψασα τὸν Κύριον μύρῳ, καὶ ἐκμάξασα τοὺς πόδας αὐτοῦ ταῖς θριξὶ αὐτῆς, ἧς ὁ ἀδελφὸς Λάζαρος ἠσθένει)

2 (Maria autem ᵛea erat quæ vnxit Dominum vnguento, & extersit pedes eius capillis suis: cuius frater Lazarus ægrotabat)

2 (Maria autẽ erat quæ vnxit Dominum unguẽto, & extersit pedes eius capillis suis: cuius frater Lazarus infirmabatur) Mat. 26. a. 7 infrà, 12. a. 3

Ἀπέστειλαν οὖν αἱ ἀδελφαὶ πρὸς αὐτὸν, λέγουσαι, Κύριε, ἴδε, ὃν φιλεῖς ἀσθενεῖ.

3 Miserunt ergo sorores eius ad eum, dicentes, Domine ecce, is quem amas, ægrotat.

3 Miserunt ergo sorores eius ad eum, dicentes, Domine, ecce, quem amas infirmatur.

Ἀκούσας δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν, Αὕτη ἡ ἀσθένεια οὐκ ἔστι πρὸς θάνατον, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, ἵνα δοξασθῇ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ δι' αὐτῆς.

4 Iesus autem hoc audito, dixit, Morbus iste non est ᵛmortifer, sed *immissus* pro Dei gloria, vt per eum *morbum* glorificetur ᵛFilius Dei.

4 Audiens autem Iesus dixit eis, Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei: ut glorificetur Filius Dei per eam.

Ἠγάπα δὲ ὁ Ἰησοῦς τὴν Μάρθαν, καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς, καὶ τὸν Λάζαρον.

5 Diligebat autem Iesus Martham & sororem eius, & Lazarum.

5 Diligebat autem Iesus Martham, & sororem eius Mariam, & Lazarum.

38 In eo, ἐν αὐτῷ. videlicet Patre. Nam sic etiam legit Vulgata, & in vno exemplari scriptum erat, ἐν τῷ πατρί.

41 Dixit, εἶπεν Ἰωάννης. Hebræa repetitio antecedentis pro relatiuo, quam studuimus vitare propter amphiboliam. Nam in vno exẽplari deesse animaduertimus: & relatiua interdum, vbi etiam necessaria videntur, solet Iohannes negligere, vt suprà, versu 29.

IN CAPVT XI.

1 Ea erat quæ vnxit, ἦν ἡ ἀλείψασα. Notandum est, quæ de vnctione referuntur, dici κατ' ἐπίλειψιν. neque enim adhuc id factum erat. Ideo seruauimus propriam aoristi significationem, qui alioqui fere poni solet pro præterito plusquamperfecto, quod omnino est diligenter obseruandum, vt series historiæ intelligatur.

4 Mortifer, πρὸς θάνατον. Hebr. למות, id est idcirco immissus vt Lazarum perimat: pro quo Vulgata & Eras. ad verbum verterunt, Ad mortem. Nam πρὸς finem declarat. alioqui dicendum fuerat ἕως, vel μέχρι θανάτου, id est עד־מות, vt Esa. 38. a. 1. Filius Dei, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ. In nonnullis Latinis codicibus legitur, Filius hominis, id est ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, & ita etiam Nonnus.

Ως οὖν ἤκουσεν ὅτι ἀσθενεῖ, τότε μὲν ἔμεινεν ἐν ᾧ ἦν τόπῳ δύο ἡμέρας·

6 Vt ergo audiuit illum ægrotare, tum quidem manſit duos dies in eo loco vbi erat:

6 Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidem manſit in eodem loco duobus diebus:

Επειτα μετὰ τοῦτο λέγει τοῖς μαθηταῖς, Αγωμεν εἰς τὴν Ιουδαίαν πάλιν.

7 Deinde poſtea dixit diſcipulis, Eamus in Iudæam rurſus.

7 Deinde poſt hæc dicit diſcipulis ſuis, Eamus in Iudæam iterum.

Λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταί, Ραββί, νῦν ἐζήτουν σε λιθάσαι οἱ Ιουδαῖοι, καὶ πάλιν ὑπάγεις ἐκεῖ;

8 Dicunt ei diſcipuli, Rabbi, modò quærebant te Iudæi lapidare, & rurſum illuc abis?

8 Dicunt ei diſcipuli, Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum ad illuc?

Απεκρίθη Ιησοῦς, Οὐχὶ δώδεκά εἰσιν ὧραι τῆς ἡμέρας; ἐάν τις περιπατῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ, οὐ προσκόπτει· ὅτι τὸ φῶς τοῦ κόσμου τούτου βλέπει·

9 Reſpondit Ieſus, Nónne duodecim ſunt horæ diei? ſiquis ambulauerit interdiu, non offendit: quia lucem huius mundi videt:

9 Reſpondit Ieſus, Nónne duodecim ſunt horæ diei? ſiquis ambulauerit in die, non offendit: quia lucem huius mundi videt:

Ἐὰν δέ τις περιπατῇ ἐν τῇ νυκτί, προσκόπτει· ὅτι τὸ φῶς οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ.

10 Siquis autem ambulauerit nocte, offendit: quia lux ei non adeſt.

10 Si autem ambulauerit in nocte, offendit: quia lux non eſt in eo.

Ταῦτα εἶπε· καὶ μετὰ τοῦτο λέγει αὐτοῖς, Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται· ἀλλὰ πορεύομαι ἵνα ἐξυπνίσω αὐτόν.

11 Hæc ait: & poſtea dixit eis, Lazarus amicus noſter dormit: ſed proficiſcor vt à ſomno excitem eum.

11 Hæc ait: & poſt hæc dicit eis, Lazarus amicus noſter dormit: ſed vado ut à ſomno exuſcitem eum.

Εἶπον οὖν οἱ μαθηταὶ αὐτῷ, Κύριε, εἰ κεκοίμηται, σωθήσεται.

12 Dixerunt ergo diſcipuli eius, Domine, ſi dormit, ſeruabitur.

12 Dixerunt ergo diſcipuli eius, Domine, ſi dormit, ſalnus erit.

Εἰρήκει δὲ ὁ Ιησοῦς περὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ· ἐκεῖνοι δὲ ἔδοξαν ὅτι περὶ τῆς κοιμήσεως τοῦ ὕπνου λέγει.

13 Hoc autem dixerat Ieſus de ipſius morte: at illi putarunt eum de dormitione ſomni dicere.

13 Dixerat autem Ieſus de morte eius: illi autē putauerunt quia de dormitione ſomni dicret.

Τότε οὖν εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ιησοῦς παρρησίᾳ, Λάζαρος ἀπέθανε·

14 Tunc ergo Ieſus dixit eis apertè, Lazarus mortuus eſt:

14 Tunc ergo Ieſus dixit eis manifeſtè, Lazarus mortuus eſt:

Καὶ χαίρω δι' ὑμᾶς (ἵνα πιστεύσητε) ὅτι οὐκ ἤμην ἐκεῖ. ἀλλ' ἄγωμεν πρὸς αὐτόν.

15 Et gaudeo propter vos (vt credatis) me illic non fuiſſe. ſed eamus ad eum.

15 Et gaudeo propter vos (vt credatis) quoniam non eram ibi. ſed eamus ad eum.

Εἶπεν οὖν Θωμᾶς ὁ λεγόμενος Δίδυμος, τοῖς συμμαθηταῖς, Αγωμεν καὶ ἡμεῖς, ἵνα ἀποθάνωμεν μετ' αὐτοῦ.

16 Dixit ergo Thomas qui dicitur Didymus, condiſcipulis, Eamus & nos, vt moriamur cum eo.

16 Dixit ergo Thomas qui dicitur Didymus, ad condiſcipulos, Eamus & nos, ut moriamur cum eo.

Ελθὼν οὖν ὁ Ιησοῦς εὗρεν αὐτὸν τέσσαρας ἡμέρας ἤδη ἔχοντα ἐν τῷ μνημείῳ.

17 Venit ergo Ieſus, & inuenit eum quartum iã diem in monumento agere.

17 Venit itaque Ieſus, & inuenit eũ quatuor dies iam in monumento habentem.

Ην δὲ ἡ Βηθανία ἐγγὺς τῶν Ιεροσολύμων, ὡς ἀπὸ σταδίων δεκαπέντε·

18 Erat autem Bethania prope Hieroſolymã fere ſtadiis quindecim:

18 Erat autem Bethania iuxta Ieroſolymam quaſi ſtadiis quindecim:

Καὶ πολλοὶ ἐκ τῶν Ιουδαίων ἐληλύθεισαν πρὸς τὴν Μάρθαν καὶ Μαρίαν, ἵνα παραμυθήσωνται αὐτὰς περὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῶν.

19 Multíque ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam vt conſolarentur eas de fratre ſuo.

19 Multi autem ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam, ut conſolarentur eas de fratre ſuo.

Η οὖν Μάρθα ὡς ἤκουσεν ὅτι ὁ Ιησοῦς

20 Martha ergo vt audiuit Ieſũ

20 Martha ergo vt audiuit quia Ieſus

6 Tum quidem, οὐκ μέν. Notandum eſt particulæ μέν nõ ſubiici δέ, contra cõmunem loquendi vſum.

14 Apertè, παρρησίᾳ. Vide ſuprà, 10.d.24.

17 Agere, ἔχοντα. Vulg. & Eraſ. Habentem: quo modo dixit Quintilianus lib. 6. cap. 4, triginta annos habere, pro, tricesimum annum agere, vt ſuprà etiam conuertimus 8.g.57.

19 Ad Martham & Mariam, πρὸς τὰς περὶ Μάρθαν καὶ Μαρίαν. Ad verbum, Ad eas quæ erant circa Martham & Mariam. Sed Græca eſt periphraſis admodum elegans, quam rectè expreſſit Vetus interpres, immeritò à Valla reprehenſus. Interdum tamen hæc periphaſis ſimpliciter accipienda eſt, vt Act. 13.b.13.

ἔρχεται, ὑπήντησεν αὐτῷ· Μαρία δὲ ἐν τῷ οἴκῳ ἐκαθέζετο.

venire, occurrit ei: Maria verò domi ſedebat.

uenit, occurrit illi: Maria autem domi ſedebat.

Εἶπεν οὖν ἡ Μάρθα πρὸς τὸν Ἰησοῦν, Κύριε, εἰ ἦς ὧδε, ὁ ἀδελφός μου οὐκ ἂν ἐτεθνήκει·

21 Dixit ergo Martha Ieſu, Domine, ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus:

21 Dixit ergo Martha ad Ieſum, Domine, ſi fuiſſet hîc, frater meus non fuiſſet mortuus:

Ἀλλὰ καὶ νῦν οἶδα ὅτι ὅσα ἂν αἰτήσῃ τὸν Θεὸν, δώσει σοι ὁ Θεός.

22 Sed & nunc ſcio fore vt quæcunque petieris à Deo, det tibi.

22 Sed & nunc ſcio quia quæcunque poposcerit à Deo, dabit tibi Deus.

Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Ἀναστήσεται ὁ ἀδελφός σου.

23 Dicit ei Ieſus, Reſurget frater tuus.

23 Dicit illi Ieſus, Reſurget frater tuus.

Λέγει αὐτῷ Μάρθα, Οἶδα ὅτι ἀναστήσεται ἐν τῇ ἀναστάσει ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.

24 Dicit ei Martha, Scio reſurrecturũ ‖ in reſurrectione vltimo illo die.

24 Dicit ei Martha, Scio quia reſurget in reſurrectione in nouiſſimo die. Supra 5. c. 29 Dan. 12. c. 1

Εἶπεν αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή· ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, κἂν ἀποθάνῃ, ζήσεται·

25 Dixit ei Ieſus, Ego ſum reſurrectio & vita: ‖ qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, viuet:

25 Dixit ei Ieſus, Ego ſum reſurrectio & vita: qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, viuet: Supra, 6. d. 35

Καὶ πᾶς ὁ ζῶν, καὶ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ μὴ ἀποθάνῃ εἰς τὸν αἰῶνα. Πιστεύεις τοῦτο;

26 Et quiſquis viuit, & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc?

26 Et omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc?

Λέγει αὐτῷ, Ναὶ Κύριε, ἐγὼ πεπίστευκα ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ εἰς τὸν κόσμον ἐρχόμενος.

27 Ait illi, Etiam Domine, ego credo te eſſe Chriſtum Filium Dei, qui in mundum venturus erat.

27 Ait illi, Vtique Domine, ego credidi quia tu es Chriſtus Filius Dei, qui in mundum uenisti.

Καὶ τοῦτο εἰποῦσα, ἀπῆλθε, καὶ ἐφώνησε Μαρίαν τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς λάθρᾳ, εἰποῦσα, Ὁ διδάσκαλος πάρεστι, καὶ φωνεῖ σε.

28 Et quum hæc dixiſſet, abiit, & clàm vocauit Mariam ſororẽ ſuam, dicens, Magiſter adeſt, & te vocat.

28 Et quum hæc dixiſſet, abiit, & uocauit Mariã ſororem ſuam ſilentio, dicens, Magiſter adeſt, & uocat te.

Ἐκείνη ὡς ἤκουσεν, ἐγείρεται ταχὺ, καὶ ἔρχεται πρὸς αὐτόν.

29 Illa vt audiuit, ſurgit citò, & venit ad eum.

29 Illa ut audiuit, ſurgit citò, & uenit ad eũ.

(Οὔπω δὲ ἐληλύθει ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν κώμην· ἀλλ' ἦν ἔτι ἐν τῷ τόπῳ ὅπου ὑπήντησεν αὐτῷ ἡ Μάρθα)

30 (Nondum autem venerat Ieſus in vicum: ſed erat in eo loco vbi occurrerat ei Martha)

30 (Nondum enim uenerat Ieſus in oppidum: ſed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei Martha)

Οἱ οὖν Ἰουδαῖοι οἱ ὄντες μετ' αὐτῆς ἐν τῇ οἰκίᾳ, καὶ παραμυθούμενοι αὐτὴν, ἰδόντες τὴν Μαρίαν ὅτι ταχέως ἀνέστη, καὶ ἐξῆλθε, ἠκολούθησαν αὐτῇ, λέγοντες, Ὅτι ὑπάγει εἰς τὸ μνημεῖον ἵνα κλαύσῃ ἐκεῖ.

31 Iudæi ergo qui domi erant cũ ea, & conſolabantur eã, quum vidiſſent Mariam citò ſurrexiſſe, & exiiſſe, ſequuti ſunt eam, dicentes, Abit ad monumentũ, vt illic fleat.

31 Iudæi ergo qui erant cum ea in domo, & conſolabantur eam, quum uidiſſent Mariam quia citò ſurrexit, & exiit, ſequuti ſunt eam, dicẽtes, Quia uadit ad monumentum ut ploret ibi.

Ἡ οὖν Μαρία ὡς ἦλθεν ὅπου ἦν ὁ Ἰησοῦς, ἰδοῦσα αὐτὸν, ἔπεσεν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, λέγουσα αὐτῷ, Κύριε, εἰ ἦς ὧδε, οὐκ ἂν ἀπέθανέ μου ὁ ἀδελφός.

32 Maria ergo quum veniſſet eò vbi erat Ieſus, viſo eo, accidit ad eius pedes, dicens ei, Domine, ſi fuiſſes hîc, non eſſet mortuus frater meus.

32 Maria ergo quum uenisset ubi erat Ieſus, uidens eum, cecidit ad pedes eius, & dixit ei, Domine, ſi fuiſſes hîc, non eſſet mortuus frater meus.

Ἰησοῦς οὖν, ὡς εἶδεν αὐτὴν κλαίουσαν, καὶ τοὺς συνελθόντας αὐτῇ Ἰουδαίους, κλαίοντας, ἐνεβριμήσατο τῷ πνεύματι, καὶ ἐτάραξεν ἑαυτόν.

33 Ieſus ergo vt vidit eam flentem, & Iudæos qui vnà venerant cum ea, flentes, infremuit ſpiritu, & ‖ turbauit ſeipſum.

33 Ieſus ergo ut uidit eã plorantem, & Iudæos qui uenerant cum ea, ploranteſ, infremuit ſpiritu, & turbauit ſeipſũ.

20 Venire, ἔρχεσθαι. Eraſmus, Veniſſet, impropriè: nam adhuc erat in via.

33 Turbauit, ἐτάραξεν. Id eſt vehementer cõmouit. Sed obſeruandum eſt in maximo etiam motu nullam fuiſſe ἀπροσίαν.

Καὶ εἶπε, Ποῦ τεθείκατε αὐτόν; Λέγουσιν αὐτῷ, Κύριε, ἔρχου καὶ ἴδε.

34 Et dixit, Vbi posuistis eum? Dicunt ei, Domine, veni & vide.

34 Et dixit, vbi posuistis eum? Dicunt ei, Domine, veni & vide.

Ἐδάκρυσεν ὁ Ἰησοῦς.

35 Lacrymatus est Iesus.

35 Et lacrymatus est Iesus.

Ἔλεγον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι, Ἴδε πῶς ἐφίλει αὐτόν.

36 Dixerunt ergo Iudæi, Ecce quomodo amabat eum.

36 Dixerunt ergo Iudæi. Ecce quomodo amabat eum.

supra, 9. a. 6

Τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν εἶπον, Οὐκ ἠδύνατο οὗτος ὁ ἀνοίξας τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ τυφλοῦ, ποιῆσαι ἵνα καὶ οὗτος μὴ ἀποθάνῃ;

37 Quidam autem ex ipsis dixerunt, Non poterat hic ‖ qui aperuit oculos cæci, facere vt & iste non moreretur?

37 Quidam autem ex ipsis dixerunt, Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci, facere vt hic non moreretur?

Ἰησοῦς οὖν πάλιν ἐμβριμώμενος ἐν ἑαυτῷ, ἔρχεται εἰς τὸ μνημεῖον. Ἦν δὲ σπήλαιον, καὶ λίθος ἐπέκειτο ἐπ' αὐτῷ.

38 Iesus ergo rursum fremens apud semetipsum, venit ad monumentum. erat autem spelunca, & lapis erat ei impositus.

38 Iesus ergo rursum fremens in semetipso, venit ad monumentum. Erat autem spelunca, & lapis superpositus erat ei.

Λέγει ὁ Ἰησοῦς, Ἄρατε τὸν λίθον. Λέγει αὐτῷ ἡ ἀδελφὴ τοῦ τεθνηκότος Μάρθα, Κύριε, ἤδη ὄζει· τεταρταῖος γάρ ἐστι.

39 Ait Iesus, Tollite lapidem. Dicit ei Martha, soror eius qui mortuus fuerat, Domine, iam olet: quatuor enim dierum est.

39 Ait Iesus, Tollite lapidem. Dicit ei Martha, soror eius qui mortuus fuerat. Domine, iam fœtet: quatriduanus est enim.

Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Οὐκ εἶπόν σοι ὅτι ἐὰν πιστεύσῃς, ὄψῃ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ;

40 Dicit ei Iesus, Nónne dixi tibi, fore, si credideris, vt videas gloriam Dei?

40 Dicit ei Iesus, Nónne dixi tibi, quoniam si credideris, videbis gloriam Dei?

Ἦραν οὖν τὸν λίθον οὗ ἦν ὁ τεθνηκὼς κείμενος. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἦρε τοὺς ὀφθαλμοὺς ἄνω, καὶ εἶπε, Πάτερ, εὐχαριστῶ σοι ὅτι ἤκουσάς μου.

41 Sustulerunt ergo lapidem loco vbi mortuus ille fuerat positus. Iesus autem attollens sursum oculos, dixit, Pater gratias ago tibi quòd me audieris.

41 Tulerunt ergo lapidē. Iesus autem elevatis sursum oculis dixit, Pater, gratias ago tibi quoniā audisti me.

Ἐγὼ δὲ ἤδειν ὅτι πάντοτέ μου ἀκούεις· ἀλλὰ διὰ τὸν ὄχλον τὸν περιεστῶτα εἶπον, ἵνα πιστεύσωσιν ὅτι σύ με ἀπέστειλας.

41 Ego verò sciebam me semper à te audiri: sed propter turbam circunstantem hoc dixi, vt credant me à te missum esse.

41 Ego autem sciebā quia semper me audis: sed propter populum qui circunstat, dixi, vt credant quia tu me misisti.

Καὶ ταῦτα εἰπὼν, φωνῇ μεγάλῃ ἐκραύγασε, Λάζαρε, δεῦρο ἔξω.

43 Et quum hæc dixisset, clamauit voce magna, Lazare, adesdum foras.

43 Hæc quum dixisset, voce magna clamauit, Lazare, veni foras.

Καὶ ἐξῆλθεν ὁ τεθνηκὼς, δεδεμένος τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας κειρίαις, καὶ ἡ ὄψις αὐτοῦ σουδαρίῳ περιεδέδετο. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Λύσατε αὐτὸν, καὶ ἄφετε ὑπάγειν.

44 Tum qui fuerat mortuus, prodiit, manus & pedes vinctus fasciis, facies autem eius, sudario erat obuincta. Dicit eis Iesus, Soluite eum, & sinite abire.

44 Et statim prodiit qui fuerat mortuus, ligatis pedes & manus vinctis, & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis Iesus, Solvite eum, & sinite abire.

Πολλοὶ οὖν ἐκ τῶν Ἰουδαίων οἱ ἐλθόντες πρὸς τὴν Μαρίαν, καὶ θεασάμενοι ἃ ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν.

45 Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam, & conspexerant quæ fecerat Iesus, crediderunt in eum.

45 Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam & Martham, & viderāt quæ fecit Iesus, crediderunt in eum.

Τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν ἀπῆλθον πρὸς τοὺς Φαρισαίους, καὶ εἶπον αὐτοῖς ἃ ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς.

46 Quidam autem ex eis abierunt ad Pharisæos, & dixerunt eis quæ fecerat Iesus.

46 Quidam autem ex ipsis abierunt ad Pharisæos, & dixerit eis quæ fecit Iesus.

Συνήγαγον οὖν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι συνέδριον, καὶ ἔλεγον, Τί ποιοῦμεν; ὅτι οὗτος ὁ ἄνθρωπος πολλὰ σημεῖα ποιεῖ.

47 Coegerunt ergo Pontifices & Pharisæi concilium, & dicebant, Quid faciemus? nam hic homo multa signa edit.

47 Collegerunt ergo Pontifices & Pharisæi concilium, & dicebant, Quid faciemus? quia hic homo multa signa facit.

Ἐὰν ἀφῶμεν αὐτὸν οὕτω, πάντες πιστεύσουσιν εἰς αὐτὸν· καὶ ἐλεύσονται οἱ Ρω-

48 Si ita finamus eum, omnes ei credent: veniéntque Romani,

48 Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: & venient Romani,

μηθοι, καὶ ἀροῦσιν ἡμῶν καὶ τὸν τόπον, καὶ τὸ ἔθνος.

& delebunt tum locum noſtrũ, tum gentem.

& tollent & noſtrum locum & gentem.

49 Εἷς δέ τις ἐξ αὐτῶν Καϊάφας, ἀρχιερεὺς ὢν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου, εἶπεν αὐτοῖς, Ὑμεῖς οὐκ οἴδατε οὐδέν·

49 Vnus autem ex ipſis Caiphas, Pontifex maximus anni illius, dixit eis, Vos nihil ſcitis:

49 Vnus autem ex ipſis Caiphas, quum eſſet Pontifex anni illius, dixit eis, Vos neſcitis quicquam:

50 οὐδὲ διαλογίζεσθε ὅτι συμφέρει ἡμῖν ἵνα εἷς ἄνθρωπος ἀποθάνῃ ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, καὶ μὴ ὅλον τὸ ἔθνος ἀπόληται.

50 ‖ Nec cogitatis expedire nobis vt vnus homo moriatur pro populo, & tota gens non pereat.

50 Nec cogitatis quia expedit nobis ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Infrà, 18.c.14

51 Τοῦτο δὲ ἀφ' ἑαυτοῦ οὐκ εἶπεν· ἀλλὰ ἀρχιερεὺς ὢν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου, προεφήτευσεν ὅτι ἔμελλεν ὁ Ἰησοῦς ἀποθνῄσκειν ὑπὲρ τοῦ ἔθνους·

51 Hoc autem à ſemetipſo non dixit: ſed quum eſſet Pontifex maximus anni illius, prophetauit fore vt Ieſus pro gente moreretur:

51 Hoc autem à ſemetipſo non dixit: ſed quum eſſet Pontifex anni illius, prophetauit quòd Ieſus moriturus erat pro gente:

52 καὶ οὐχ ὑπὲρ τοῦ ἔθνους μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ τὰ τέκνα τοῦ Θεοῦ τὰ διεσκορπισμένα συναγάγῃ εἰς ἕν.

52 Nec tantùm pro ea gente, ſed vt etiam filios Dei diſperſos cogeret in vnum.

52 Et non tantùm pro gente, ſed ut filios Dei qui erant diſperſi, congregaret in unum.

53 Ἀπ' ἐκείνης οὖν τῆς ἡμέρας συνεβουλεύσαντο ἵνα ἀποκτείνωσιν αὐτόν.

53 Ab illo ergo die conſultabant vnà vt trucidarent eum.

53 Ab illo ergo die cogitauerunt ut interfierent eum.

54 Ἰησοῦς οὖν οὐκέτι παρρησίᾳ περιεπάτει ἐν τοῖς Ἰουδαίοις, ἀλλὰ ἀπῆλθεν ἐκεῖθεν εἰς τὴν χώραν ἐγγὺς τῆς ἐρήμου, εἰς Ἐφραὶμ λεγομένην πόλιν· κἀκεῖ διέτριβε μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ.

54 Ieſus ergo palàm amplius non verſabatur inter Iudæos: ſed abiit illinc in regionẽ quæ eſt prope deſertum, in vrbẽ quæ dicitur Ephraim: & illic agebat cum diſcipulis ſuis.

54 Ieſus ergo iam non in palàm ambulabat apud Iudæos: ſed abiit in regionem iuxta deſertũ, in ciuitatem quæ dicitur Ephrem: & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis.

55 Ἦν δὲ ἐγγὺς τὸ πάσχα τῶν Ἰουδαίων· καὶ ἀνέβησαν πολλοὶ εἰς Ἱεροσόλυμα ἐκ τῆς χώρας πρὸ τοῦ πάσχα, ἵνα ἁγνίσωσιν ἑαυτούς.

55 Propè autem erat Paſcha Iudæorum: & aſcenderunt multi Hieroſolymam ex illa regione ante Paſcha, vt purificarent ſe.

55 Proximum autem erat Paſcha Iudæorum: & aſcenderunt multi Ieroſolymam de regione ante Paſcha, ut ſanctificarent ſeipſos.

56 Ἐζήτουν οὖν τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἔλεγον μετ' ἀλλήλων ὁ τῷ ἱερῷ ἑστηκότες, Τί δοκεῖ ὑμῖν; ὅτι οὐ μὴ ἔλθῃ εἰς τὴν ἑορτήν;

56 Quærebant ergo Ieſum, & loquebantur alii cum aliis in templo ſtantes, Quid videtur vobis? an non venturum eſſe ad feſtum?

56 Quærebant ergo Ieſum, & colloquebantur ad inuicem in templo ſtantes, Quid putatis quia non uenit ad diem feſtũ?

57 Δεδώκεισαν δὲ καὶ οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι ἐντολήν, ἵνα ἐάν τις γνῷ ποῦ ἐστί, μηνύσῃ, ὅπως πιάσωσιν αὐτόν.

57 Dederant autem Pontifices & Phariſæi mandatũ, vt ſiquis noſſet vbi eſſet, indicaret, vt prehenderent eum.

57 Dederant autem Pontifices & Phariſæi mandatum, ut ſiquis agnouerit ubi ſit, mdiat, ut apprehendant eum.

Κεφάλαιον ιβ'

CAP. XII.

CAP. XII.

1 Ὁ οὖν Ἰησοῦς πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα ἦλθεν εἰς Βηθανίαν, ὅπου ἦν Λάζαρος ὁ τεθνηκώς, ὃν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν.

1 ‖ Ieſus ergo ante ſex dies Paſchæ venit Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem excitauerat à mortuis.

1 Ieſus ergo ante ſex dies Paſchæ uenit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus: quẽ ſuſcitauit Ieſus. Matth.26.a.6 mar.14.a.3

48 Delebunt, ἀροῦσιν. Vulgata & Eraſmus ad verbum, Tollent: quæ interpretatio mihi quidem viſa eſt nimium obſcura.

49 Anni illius, τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου. Vide Mar.2.v.16, & Luc.3.v.1.

52 Pro ea gente, ὑπὲρ τοῦ ἔθνους. Magna vis eſt Græci articuli, vt certam gentẽ cum reliquarum gentium hominibus conferri intelligamus. Idcirco enim iſtos vocat diſperſos, quòd non vt Iudæi, in vna regione coacti eſſent, ſed ab Oriente ad Occidentem hinc & inde colligendi.

54 Quæ eſt prope deſertum, ἐγγὺς τῆς ἐρήμου: id eſt τοῦ ἐγγὺς ἐρήμου. Deeſt enim articulus: de qua eclipſi diximus ſuprà, 5.f.36. Cæterùm pro Ephraim in vno codice legitur Ephrem & apud Nonnum quoque, & in Vulgata editione.

56 An nõ venturũ eſſet ὅτι οὐ μὴ ἔλθῃ: id eſt ὅτι οὐ μὴ ἐλθόντος. Deliberãt enim de re adhuc incerta, quẽ feſtum quidem inſtaret, ſed nondũ tamen aduenîſſet. Itaque vt planior eſſet ſententia, ſuppleui particulã interrogantem. Nam Eraſ. mihi quidem non videtur ſenſum aſſequutus, quum interpretaretur, Quòd non venerit.

IN CAPVT XII.

1 Sex ante Paſcha diebus, πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα. Vulg. & Eraſmus ad verbũ, Ante ſex dies Paſchæ, quod nemo facilè intelligat.

Ἐποίησαν οὖν αὐτῷ δεῖπνον ἐκεῖ, καὶ ἡ Μάρθα διηκόνει· ὁ δὲ Λάζαρος εἷς ἦν τῶν συνανακειμένων αὐτῷ.

1 Fecerunt igitur ei cœnam illic, & Martha miniſtrabat: Lazarus verò vnus erat ex iis qui ſimul accumbebant cum eo.

1 Fecerunt autem ei cœnam ibi, & Martha miniſtrabat: Lazarus verò unus erat ex diſcumbentibus cum eo.

Ἡ οὖν Μαρία λαβοῦσα λίτραν μύρου νάρδου πιστικῆς πολυτίμου, ἤλειψε τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἐξέμαξε ταῖς θριξὶν αὐτῆς τοὺς πόδας αὐτοῦ· ἡ δὲ οἰκία ἐπληρώθη ἐκ τῆς ὀσμῆς τοῦ μύρου.

3 Maria ergo accepta libra vnguenti nardi liquidæ multi pretii, vnxit pedes Ieſu, & exterſit pedes eius capillis ſuis: domus autem impleta eſt odore vnguenti.

3 Maria ergo accepit libram unguenti nardi piſtici pretoſi, & unxit pedes Ieſu, & exterſit pedes eius capillu ſuis: & domus impleta eſt ex odore unguenti.

Λέγει οὖν εἷς ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, Ἰούδας Σίμωνος Ἰσκαριώτης, ὁ μέλλων αὐτὸν παραδιδόναι,

4 Dixit ergo quidam ex diſcipulis eius, *nempe* Iudas Simonis *filius*, Iſcariotes, qui erat eum proditurus,

4 Dixit ergo unus ex diſcipulis eius, Iudas Iſcariotes, qui erat eum traditurus,

Διατί τοῦτο τὸ μύρον οὐκ ἐπράθη τριακοσίων δηναρίων, καὶ ἐδόθη πτωχοῖς;

5 Quare hoc vnguentum nō vęniit trecentis denariis, & datum eſt pauperibus?

5 Quare hoc unguentum non uęnit trecentis denariis, & datum eſt egenis?

Εἶπε δὲ τοῦτο, οὐχ ὅτι περὶ τῶν πτωχῶν ἔμελεν αὐτῷ, ἀλλ' ὅτι κλέπτης ἦν, καὶ τὸ γλωσσόκομον εἶχε, καὶ τὰ βαλλόμενα ἐβάσταζεν.

6 Dixit autem hoc, non quòd pauperum ipſi cura eſſet, ſed quia fur erat, & marſupium habebat, & ea quæ *intro* mittebantur, portabat.

Isa. 1. 23.

6 Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, ſed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur portabat.

Εἶπεν οὖν ὁ Ἰησοῦς, Ἄφες αὐτὴν, εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμοῦ μου τετήρηκεν αὐτό.

7 Dixit ergo Ieſus, Sine eam, in diem ſepulturæ meæ ſeruauit iſtud.

7 Dixit ergo Ieſus, Sine illam ut in diem ſepulturæ meæ ſeruet illud.

Τοὺς πτωχοὺς γὰρ πάντοτε ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν, ἐμὲ δὲ οὐ πάντοτε ἔχετε.

8 Pauperes enim ſemper habetis vobiſcum, me verò non ſemper habebitis.

8 Pauperes enim ſemper habetis uobiſcum, me autẽnon ſemper habebitis.

Ἔγνω οὖν ὄχλος πολὺς ἐκ τῶν Ἰουδαίων ὅτι ἐκεῖ ἐστι· καὶ ἦλθον οὐ διὰ τὸν Ἰησοῦν μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ τὸν Λάζαρον ἴδωσιν, ὃν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν.

9 Cognouit ergo turba multa ex Iudæis eum illic eſſe: & venerunt non propter Ieſum tantùm, ſed etiam vt Lazarum viderent, quẽ excitarat à mortuis.

9 Cognouit ergo turba multa ex Iudæu quia illic eſt: & uenerunt non propter Ieſum tantùm, ſed ut Lazarũ uiderent, quẽ ſuſcitauit à mortuis.

Ἐβουλεύσαντο δὲ οἱ ἀρχιερεῖς ἵνα καὶ τὸν Λάζαρον ἀποκτείνωσιν·

10 Conſultarunt autem principes Sacerdotum vt Lazarum etiam trucidarent:

10 Cogitauerũt autẽ principes Sacerdotum ut & Lazarum interfiarent:

Ὅτι πολλοὶ δι' αὐτὸν ὑπῆγον τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἐπίστευον εἰς τὸν Ἰησοῦν.

11 Quia multi ex Iudæis propter eum abibant, & credebant in Ieſum.

11 Quia multi propter illum abebant ex Iudæũ, & credebant in Ieſum.

Τῇ ἐπαύριον ὄχλος πολὺς ὁ ἐλθὼν εἰς τὴν ἑορτὴν, ἀκούσαντες ὅτι ἔρχεται ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἱεροσόλυμα,

Mat. 21. a. 8 mar. 11. a. 7 luc. 19. c. 35

11 Poſtero die turba multa quæ venerat ad feſtum, quum audiſſent Ieſum venire Hieroſolymam,

11 In craſtinum autẽ turba multa quæ uenerat ad diem feſtum, quũ audiſſent quia uenit Ieſus Ieroſolymam.

Ἔλαβον τὰ βαΐα τῶν φοινίκων, καὶ ἐξῆλθον εἰς ὑπάντησιν αὐτῷ, καὶ ἔκραζον, Ὡσαννὰ, Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ.

13 Acceperunt ramos palmarum, & egreſſi ſunt ei obuiam, & clamabant, Hoſanna, Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Iſraelis.

13 Acceperunt ramos palmarum, & proceſſerũt obuiam ei, & clamabãt, Hoſanna. Benedictus qui uenit in nomine Domini, rex Iſrael.

5 Liquidæ, πιστῆς. Vide Mar. 14. a. 3. Cæterùm pro eo quod λίτρα Iohannes ſcripſit, miror Nonnum ἐσία μάτρα interpretari: neque ſanè vnquam potui iſtius interpretationis rationem inire. λίτρα verò vocabulum eſſe Latinum, apertè declarat Galenus libro primo De compoſitione medicamentorum ſecundum genera. Sunt, inquit, δέκα χύσεις τῶν ἀπόμασιν, ἡ μὲν τῆς λίτρας καὶ τοῦ ξίνου καὶ τοῦ τοιούτου, de Romanis loquens. Neque abſtat quod ex Polluce citat Eraſmus. Neque enim alios quàm Siculos poetas, aut qui Siculos imitati ſunt, citat Polluxi: quos vt alia multa, ſic etiam hoc vocabulum à vicinis hauſiſſe, vel hoc indicat quòd nulli alii Græci authores id vſurparunt, Latini autem non aliter loqui ſoleant. Sed hæc παρέργως.

7 Seruauit, τετήρηκεν. Vulg. Vt ſeruet, ἵνα τηρήσῃ, ſicut in vno codice ſcriptum inuenimus. Ita etiã legit Nonnus. Dicitur autẽ ſeruaſſe in diẽ ſepulturæ Maria vnguentũ quod tunc effuderat, quoniã paulo pòſt moriturus & ſepeliẽdus erat: quanquã illã credibile eſt de re illa tunc nõ cogitaſſe. Sed Dominus hoc temere factũ nõ eſſe dicit, & teſtatur Dei prouidentia proponi illis iſtud proximæ ipſius ſepulturæ prænuntiũ ſpectaculum.

8 Habebitis, ἔχετε. Vide Matth. 26. v. 11, & infrà, 16. v. 10.

Εὑρὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς ὀνάριον, ἐκάθισεν ἐπ' αὐτό, καθώς ἐστι γεγραμμένον,

14 Nactus autem Ieſus aſellum, inſedit ei, ſicut ſcriptum eſt,

14 Et inuenit Ieſus aſellũ, & ſedit ſuper eum, ſicut ſcriptum eſt,

Μὴ φοβοῦ θύγατερ Σιών· ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεται, καθήμενος ἐπὶ πῶλον ὄνου.

15 ¶Ne time filia Sion: ecce, Rex ille tuus venit, ſedens ſuper pullum aſinæ.

15 Noli timere filia Sion: ecce, rex tuus uenit, ſedẽs ſuper pullum aſinæ. Zachar. 9.b.9

Ταῦτα δὲ οὐκ ἔγνωσαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ τὸ πρῶτον· ἀλλ' ὅτε ἐδοξάσθη ὁ Ἰησοῦς, τότε ἐμνήσθησαν ὅτι ταῦτα ἦν ἐπ' αὐτῷ γεγραμμένα, καὶ ταῦτα ἐποίησαν αὐτῷ.

16 Hæc autem non cognouerũt diſcipuli eius primò: ſed quum glorificatus eſſet Ieſus, tunc recordati ſunt hæc eſſe ſcripta de eo, & ſeſe illi hæc præſtitiſſe.

16 Hæc non cognouerunt diſcipuli eius primùm: ſed quando glorificatus eſt Ieſus, tũc recordati ſũt quia hæc erãt ſcripta de eo, & hæc fecerũt ei.

Ἐμαρτύρει οὖν ὁ ὄχλος ὁ ὢν μετ' αὐτοῦ ὅτε τὸν Λάζαρον ἐφώνησεν ἐκ τοῦ μνημείου, καὶ ἤγειρεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν.

17 Teſtabatur autem turba quæ erat cum eo, quòd Lazarum vocaſſet è monumento, & excitaſſet eum à mortuis.

17 Teſtimonium ergo perhibebat turba quæ erat cũ eo quando Lazarum uocauit de monumẽto, & ſuſcitauit eũ à mortuis.

Διὰ τοῦτο καὶ ὑπήντησεν αὐτῷ ὁ ὄχλος, ὅτι ἤκουσε τοῦτο αὐτὸν πεποιηκέναι τὸ σημεῖον.

18 Propterea etiam obuiam venit ei turba, quia audierat eum edidiſſe hoc ſignum.

18 Propterea & obuiã uenit ei turba, quia audierunt eũ feciſſe hoc ſignũ.

Οἱ οὖν Φαρισαῖοι εἶπον πρὸς ἑαυτούς, Θεωρεῖτε ὅτι οὐκ ὠφελεῖτε οὐδέν; ἴδε, ὁ κόσμος ὀπίσω αὐτοῦ ἀπῆλθεν.

19 Phariſæi ergo dixerunt inter ſe, Videtis vos nihil proficere? ecce, turba eum ſequitur.

19 Phariſæi ergo dixerũt ad ſemetipſos, Videtis quia nihil proficimus? ecce, mũdus totus poſt eum abijt.

Ἦσαν δέ τινες Ἕλληνες ἐκ τῶν ἀναβαινόντων ἵνα προσκυνήσωσιν ἐν τῇ ἑορτῇ·

20 Erant autem quidam Græci ex iis qui aſcẽdere ſolent vt adorent in feſto:

20 Erant autem quidam Gentiles ex his qui aſcẽderant vt adorarent in die feſto:

Οὗτοι οὖν προσῆλθον Φιλίππῳ τῷ ἀπὸ Βηθσαϊδὰ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἠρώτων αὐτὸν, λέγοντες, Κύριε, θέλομεν τὸν Ἰησοῦν ἰδεῖν.

21 Iſti ergo venerunt ad Philippum qui erat à Bethſaida Galilææ, & rogarunt eum, dicentes, Domine, vellemus Ieſum videre.

21 Hi ergo acceſſerunt ad Philippũ qui erat à Bethſaida Galilææ, & rogabant eũ, dicentes. Domine, uolumus Ieſum uidere.

Ἔρχεται Φίλιππος καὶ λέγει τῷ Ἀνδρέᾳ· καὶ πάλιν Ἀνδρέας καὶ Φίλιππος λέγουσι τῷ Ἰησοῦ.

22 Venit Philippus & dicit Andreæ: Andreas rurſum & Philippus dicunt Ieſu.

22 Venit Philippus & dicit Andreæ: Andreas rurſum & Philippus dixerunt Ieſu.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπεκρίνατο αὐτοῖς, λέγων, Ἐλήλυθεν ἡ ὥρα ἵνα δοξασθῇ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου.

23 Ieſus autem reſpondit eis, dicens, Venit tempus quo glorificetur Filius hominis.

23 Ieſus autem reſpondit eis, dicens, Venit hora ut clarificetur Filius hominis.

Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος μένει· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, πολὺν καρπὸν φέρει.

24 Amen amen dico vobis, niſi granum frumenti cadẽs in terram, mortuum fuerit, ipſum ſolum manet: ſi verò mortuum fuerit, multum fructum adfert.

24 Amen amen dico uobis, niſi granum frumẽti cadẽs in terram, mortuum fuerit, ipſum ſolum manet: ſi autem mortuũ fuerit, multũ fructũ adfert. Mat. 10. d. 39. & 16. d. 25. marci 8. d. 35. luc. 9. a. 24. & 17. f. 33.

Ὁ φιλῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἀπολέσει αὐτήν· καὶ ὁ μισῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, εἰς ζωὴν αἰώνιον φυλάξει αὐτήν.

25 ¶Qui amat animã ſuam, perdet eam: & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodiet eam.

25 Qui amat animã ſuã, perdet eam: & qui odit animam ſuã in hoc mundo, in uitam æternam cuſtodiet eam.

16 Præſtitiſſe, ἐποίησαν: id eſt ἐπέταξαν, vt vertit Nonnus. Poteſt autem hoc referri vel ad diſcipulos, qui quum hunc aſinum adduxiſſent Domino, (vt alii Euangeliſtæ narrant) meritò poſtea cogitarunt ſe, quum nihil tale cogitarent, Deo operam ſuam præſtitiſſe, vt vaticinium illud impleretur: vel ad turbam, quæ aduenientẽ Chriſtum ita honorificè excepit vt Propheta prædixerat.

17 Quòd Lazarum vocaſſet, ὅτι Λάζαρον ἐφώνησεν. Scio in pleriſque codicibus legi, ὅτε Λάζαρον ἐφώνησεν id eſt, quando Lazarum vocarat: ſed quia μαρτυρεῖ rarò ita poſitum inuenio vt nihil prorſus habeat quod cohæreat, & planior eſt ſententia ſi ὅτι legas: non dubitauimus ita ſcribere & interpretari, partim duorum veteſtorum codicum, partim etiam Nonni authoritate adducti.

19 Turba, ὄχλος: id eſt ὁ ὄχλος, vt in vernaculo ſermone dicimus, *Le monde ne apres luy*. Eſt enim vocabulum Mundi πολύσημον, ſed apud Latinos, (quod ſciam) nunquam hæc ſignificatione accipitur, niſi velimus ὑποκαταχρῆσθαι hæc dici. Nam Vulgata & Nonnus addunt ὅλος, id eſt totus.

20 Qui aſcendere ſolent, οἱ ἀναβαίνοντες. Vulg. & Eraſ. Qui aſcẽderant, οἱ ἀναβάντες. At ego puto præſenti tempore ſolennem conſuetudinem ſignificari: qua de re diximus aliquid Mat. 26. b. 13.

21 Vellemus, θέλομεν. Vide Mar. 10. e. 35.

Εαὐ ἐμοὶ διακονῇ τις, ἐμοὶ ἀκολουθείτω· καὶ ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔσται· καὶ ἐάν τις ἐμοὶ διακονῇ, τιμήσει αὐτὸν ὁ πατήρ.

16 Siquis mihi miniſtrat, me ſequatur: & vbi ego fuero, illic & miniſter meus erit. & ſiquis mihi miniſtrauerit, honorabit eum Pater.

16 Siquis mihi miniſtrat, me ſequatur: & vbi ſuum ego, illic & miniſter meus erit. Siquis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum Pater meus.

Νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται· καὶ τί εἴπω; Πάτερ, σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης· ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἦλθον εἰς τὴν ὥραν ταύτην.

17 Nunc anima mea turbata eſt: & quid dicam? Pater, ſerua me ab hac hora: ſed propterea veni in horam hanc.

17 Nunc anima mea turbata eſt: & quid dicam? Pater, ſaluifica me ex hac hora: ſed propterea veni in horam hanc.

Πάτερ, δόξασόν σου τὸ ὄνομα. Ἦλθε οὖν φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, Καὶ ἐδόξασα, καὶ πάλιν δοξάσω.

18 Pater, glorifica nomẽ tuum. Venit ergo vox è cælo, dicens, Et glorificaui, & rurſus glorificabo.

18 Pater, clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cælo, Et clariſicaui, & iterum clariſicabo.

Ὁ οὖν ὄχλος ὁ ἑστὼς καὶ ἀκούσας, ἔλεγε βροντὴν γεγονέναι. Ἄλλοι ἔλεγον, Ἄγγελος αὐτῷ λελάληκεν.

19 Turba ergo quæ adſtabat & audierat, dicebat tonitru eſſe factum. Alii dicebant, Angelus ei loquutus eſt.

19 Turba ergo quæ ſtabat & audierat, dicebat tonitruum eſſe factum. Alii dicebant, Angelus ei loquutus eſt.

Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν, Οὐ δι' ἐμὲ αὕτη ἡ φωνὴ γέγονεν, ἀλλὰ δι' ὑμᾶς.

30 Reſpondit Ieſus & dixit, Nó propter me hæc vox extitit, ſed propter vos.

30 Reſpondit Ieſus & dixit, Non propter me hæc vox uenit, ſed propter nos.

Νῦν κρίσις ἐστὶ τοῦ κόσμου τούτου· νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω.

31 Nunc dánatio adeſt mundi huius: nunc princeps mundi huius eiicietur foras.

31 Nunc iudicium eſt mundi: nunc princeps huius mundi eiicietur foras.

Κἀγὼ ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν.

31 Et ego ſi ſublatus fuero è terra, omnes traham ad meipſum.

31 Et ego ſi exaltatus fuero è terra, omnes traham ad meipſum.

(Τοῦτο δὲ ἔλεγε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ ἤμελλεν ἀποθνήσκειν.)

33 (Hoc autem dicebat, ſignificans qua morte futurum erat vt moreretur)

33 (Hoc autem dicebat, ſignificans qua morte eſſet moriturus)

Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ ὄχλος, Ἡμεῖς ἠκούσαμεν ἐκ τοῦ νόμου ὅτι ὁ Χριστὸς μένει εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ πῶς σὺ λέγεις ὅτι δεῖ ὑψωθῆναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; τίς ἐστιν οὗτος ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου;

Pſal.88.v.37, & 109.b.4, & 116.a.1 eſa.40.b.8 ezech.37.g.25

34 Reſpondit ei turba, Nos audiuimus ex Lege, ¶ Chriſtum manere in æternum: quomodo igitur tu dicis oportere tolli Filium hominis? quis eſt iſte Filius hominis?

34 Reſpondit ei turba, Nos audiuimus ex Lege, quia Chriſtus manet in æternum: & quomodo tu dicis, Oportet exaltari Filium hominis? quis eſt iſte Filius hominis?

26 Et erit, καὶ ἔσται. Alii conuertunt, Et eſto, vt futurum, Hebræorum more, poſitum ſit pro imperandi modo, & ita explicetur quid ſit, Dominum ſequi: nempe vbicunque fuerit, illic eum comitari. Etſi autem hæc ſententia vera eſt & optimè conuenit, tamen quia paulo antè non ſcriptum eſt ἀκολουθεῖ, ſed ἀκολουθείτω, malui ſeruare propriam futuri ſignificationem. Et ſiquis, καὶ ἐάν τις. Vulgata & Eraſ. Siquis. Atqui in omnibus vetuſtis codicibus additur καὶ, & apparet hoc eſſe additum vt explicetur præcedens promiſſio.

27 Turbata eſt, τετάρακται. Vide ſuprà, 11.v.33.

28 Vox è cælo, dicens, φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Sic apud Hebræos ſæpe ſubauditur אמר, vt annotauimus Mar. 10.c.33. Sic autem loquitur Matth.17.a.5. Sed pro ὄνομά σου, nomen tuum, in vno codice ſcriptum erat, ὄνομά μου, nomen meum.

31 Sublatus fuero è terra, ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς. Vulgata & Eraſmus, Exaltatus fuero è terra. Atqui quum ex hac oratione naſcatur ſequens Iudæorum obiectio, neceſſe eſt exiſtimemus Chriſtum in ſuo idiomate verbum ambiguæ ſignificationis vſurpaſſe, quo ſignificetur aliquid tum attollitum etiam è medio auferri. Nam alioquin neque Iudæis occaſio data eſſet iſta obiiciendi, neque etiam Chriſtus tam commodè videri poſſit mortem ſuam ſignificaſſe. Puto autem id omnino eſſe quod Latini dicunt Tollere: Græci autem magis proprie αἴρειν quàm ὑψοῦν: Hebræi vel רום, (quod etiam declarat Separare & eximere, vt Exo.19.c.27. vnde oblationem תרומה, Chaldæus Paraphraſtes exponit אפרשותא, id eſt ſeparationẽ) vel potius נשׂא, quod reſpondet quidem verbo αἴρειν, ſed in Niphah accipitur pro ἐπαίρεσθαι & ὑψοῦσθαι, vt Græca editio habet Pſal.47.b.10, & 97.b.9. Sic factum eſt vt eleganti tranſlatione vſurpetur pro Tolli è medio, vt Iob 5.d.16. vbi etiam de morte agitur: & pro euaneſcere, fumi ac vaporis inſtar, qui Hebræis dicitur aſcendere è terra, vt Zach.14.c.13. quem locum Latini interpretes non rectè expreſſerunt: atque adeo pro Penitus deleri & excindi, vt Nahum 1.b.7. proeo quod in Hebræo legitur נתעלתה, doctiſſimus Hebræorum habet נברחה, id eſt deletum & exciſum eſt.

Omnes, πάντας: id eſt non ſolos Iudæos, vt rectè explicant Chryſoſtomus & Theophylactus. Vulg. Omnia, id eſt πάντα, vt etiam legit Auguſt. Sed Græca omnia exemplaria ſcriptum habebant πάντας.

34 Manere in æternum, μένει εἰς αἰῶνα: id eſt עמד, vel קים: quæ quum opponantur verbo ὑψοῦσθαι, apparet, quod modò dixi, ὑψοῦσθαι hic reſpondere verbo נשׂא, quod acceperint Iudæi tranſlatitia ſignificatione pro euaneſcere & tolli è medio.

Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἔτι μικρὸν χρόνον τὸ φῶς μεθ' ὑμῶν ἐστι· περιπατεῖτε ἕως τὸ φῶς ἔχετε, ἵνα μὴ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ. καὶ ὁ περιπατῶν ἐν τῇ σκοτίᾳ, οὐκ οἶδε ποῦ ὑπάγει.

35 Dixit igitur eis Ieſus, Adhuc ad paruum tempus ‖ lux vobiſcum eſt: ambulate dum lucem habetis, ne vos tenebræ deprehendant. nã qui ambulat in tenebris, neſcit quò vadat.

35 Dixit ergo eis Ieſus, Adhuc modicum, lumen in vobis eſt: ambulate dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendãt. & qui ambulat in tenebris, neſcit quò vadat. Supr.d.1.a.9

Εως τὸ φῶς ἔχετε, πιστεύετε εἰς τὸ φῶς, ἵνα υἱοὶ φωτὸς γένησθε. Ταῦτα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἀπελθὼν ἐκρύβη ἀπ' αὐτῶν.

36 Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filii lucis ſitis. Hæc loquutus eſt Ieſus: & quum abiiſſet, occultauit ſe ab eis.

36 Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filij lucis ſitis. Hæc locutus eſt Ieſus, & abiit, & abſcondit ſe ab eis.

Τοσαῦτα δὲ αὐτοῦ σημεῖα πεποιηκότος ἔμπροσθεν αὐτῶν, οὐκ ἐπίστευον εἰς αὐτόν·

37 Quum autem tot ſigna coram eis edidiſſet, non credebãt in eum:

37 Quum autem tanta ſigna feciſſet coram eis, non credebant in eum:

Ἵνα ὁ λόγος Ἡσαΐου τοῦ προφήτου πληρωθῇ, ὃν εἶπε, Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν, καὶ ὁ βραχίων Κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη;

38 Vt ſermo Eſaiæ prophetæ impleretur, quem dixit, ‖ Domine, quis credidit ſermoni noſtro, & brachium Domini cui retectum eſt?

38 Vt ſermo Eſaiæ prophetæ impleretur, quem dixit, Domine, quis credidit auditui noſtro, & brachiũ Domini cui reuelatum eſt? Eſa.53.a.1 rom.10.c.16

Διὰ τοῦτο οὐκ ἠδύναντο πιστεύειν, ὅτι πάλιν εἶπεν Ἡσαΐας,

39 Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Eſaias,

39 Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Eſaias,

Τετύφλωκεν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ πεπώρωκεν αὐτῶν τὴν καρδίαν· ἵνα μὴ ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ νοήσωσι τῇ καρδίᾳ, καὶ ἐπιστραφῶσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς.

40 ‖ Excæcauit oculos eorum, & obdurauit corda eorum: ne videant oculis, & intelligant corde, & conuertantur, & ſanem eos.

40 Excæcauit oculos eorũ, & indurauit cor eorum: ut non videant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur, & ſanem eos. Eſa.6.c.9 mar.13.b.14 mar.4.b.12 luc.8.b.10 act.28.f.26 rom.11.a.8

Ταῦτα εἶπεν Ἡσαΐας ὅτε εἶδε τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ ἐλάλησε περὶ αὐτοῦ.

41 Hæc dixit Eſaias, quando vidit gloriam eius, & loquutus eſt de eo.

41 Hæc dixit Eſaias quãdo vidit gloriam eius, & loquutus eſt de eo.

Ὅμως μέντοι καὶ ἐκ τῶν ἀρχόντων πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν· ἀλλὰ διὰ τοὺς Φαρισαίους οὐχ ὡμολόγουν, ἵνα μὴ ἀποσυνάγωγοι γένωνται·

42 Veruntamẽ etiam ex primoribus multi crediderunt in eum: ſed propter Phariſæos nõ confitebantur, ne ſynagoga mouerentur.

42 Verũtamen & ex principibus multi crediderũt in eum: ſed propter Phariſeos non confitebantur, ut è ſynagoga nõ eiicerentur.

35 Adhuc *ad paruum tempus*, ἔτι μικρὸν χρόνον. Vulgata, Adhuc modicum, ἔτι μικρὸν, ita vt non exprimatur χρόνον, ſed ſubaudiatur, aut potius μικρὸν degeneret in aduerbium, vt infrà, 13.d.33. Quia verò idẽ interpres conuertit τὸ φῶς neutro genere, quidam per imprudentiam hæc coniunxerunt, perinde acſi dicat Dominus, adhuc puſillum luminis in ipſis ſupereſſe: in quo errore verſatur etiam Auguſtinus. Atqui (vt rectè Eraſ. obſeruat) hoc ſenſu dicendum fuerat non μικρὸν τὸ φῶς, ſed μικρὸν φῶς. Præbuit autem illud quoque errandi occaſionem quòd μεθ' ὑμῶν, id eſt vobiſcum, vertit, In vobis, pro Inter vos. Legit enim ἐν ὑμῖν, vt etiam ſcriptum inuenimus in tribus exemplaribus. Tanti eſt momenti, ad verum eruendum ſenſum, vel vnius particulæ obſeruatio.

36 Filii lucis, υἱοὶ φωτὸς: id eſt Lucis participes, ex Hebræorum idiotiſmo, de quo diximus Luc.16.b.8.

38 Sermoni noſtro, τῇ ἀκοῇ ἡμῶν. Vide Rom. 10.a.16. Brachium Domini, ὁ βραχίων Κυρίου. Brachium autem vocat Euangelium, quod eſt potentia Dei in ſalutem omni credenti, vt definit ℔ poſt. Rom.1.b.16. Hanc expoſitionem id confirmat quòd plerunque ſoleat pars poſterior vnius verſiculi apud Hebræos alterã explicare: facta autem fuerat mentio τῆς ἀκοῆς, id eſt Verbi annuntiati, quod illis eſt opertum qui pereunt, vt ait idem Paulus 2.Cor.4.a.3. Deinde Brachii nomine apud Hebræos notum eſt vim ac robur declarari, ſicut annotauimus Luc.1.e.51. Non eſt igitur Brachium Domini retectum iis quorum Dominus cor non aperuit, vt credant annuntiato Euangelio, Act.16.c.14.

39 Non poterant, οὐκ ἠδύναντο: id eſt noluerunt, inquit Theophylactus, ex Chryſoſtomo: quem norunt omnes pii plus æquo ſuum illud αὐτεξούσιον extollere ſolere. Et tamen, ſi rem ipſam ſpectes, verum eſt reprobos idcirco non credere quia credere nolunt. Atque adeo hæc eſt propinqua ac propria incredulitatis ipſorum cauſa: ſed altius conſcendit Euangeliſta, quum iſtos dicit credere non potuiſſe. Nam ſicut credere nolunt reprobi, ita certum eſt non poſſe velle credere, quia tenebræ in quibus nati ſunt, lucem comprehendere non poſſunt: Deus autem (inquit Paulus) quos vult miſeratur, & quos vult indurat. Mira autem eſt hominum arrogantia, qui rogant cur Deus aliquos induret, quum potius mirari debuerint, tantam ipſius eſſe bonitatem vt aliquos non induret.

40 Obdurauit cor eorum, πεπώρωκεν αὐτῶν τὴν καρδίαν. Vulgata aliis locis πώρωσις & πήρωμα ſolet confundere, vt diximus Mar.3.a.5.

41 Ex primoribus, ἐκ τῶν ἀρχόντων. Vide Luc.23.f.35.

supra,5.g.44

Ηγάπησαν γὰρ τὴν δόξαν τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον ἤπερ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ.

43 ¶Dilexerunt enim gloriã hominũ potius quàm gloriã Dei.

43 Dilexerũt enim gloriã hominũ magis quàm gloriam Dei.

Ἰησοῦς δὲ ἔκραξε, καὶ εἶπεν, Ὁ πιστεύων 44 εἰς ἐμέ, οὐ πιστεύει εἰς ἐμέ, ἀλλ' εἰς τὸν πέμψαντά με.

Iesus autem clamauit, & dixit, Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me.

44 Iesus autem clamauit, & dixit, Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me.

Καὶ ὁ θεωρῶν ἐμὲ, θεωρεῖ τὸν πέμψαντά με. 45

Et qui conspicit me, conspicit eum qui misit me.

45 Et qui uidet me, uidet eum qui misit me.

supra,3.c.19, & 9.g.39

Ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθα, ἵνα 46 πᾶς ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ, ἐν τῇ σκοτίᾳ μὴ μείνῃ.

¶Ego lux in mundum veni, 46 vt nullus qui credit in me, in tenebris maneat.

46 Ego lux in mundum uenio, ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat.

supra,3.b.17

Καὶ ἐάν τίς μου ἀκούσῃ τῶν ῥημάτων, 47 καὶ μὴ πιστεύσῃ, ἐγὼ οὐ κρίνω αὐτόν. Οὐ γὰρ ἦλθον ἵνα κρίνω τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σώσω τὸν κόσμον.

¶Et siquis audierit verba mea, & non crediderit, ego nõ condemno eum. non enim veni vt condemnem mundum, sed vt seruem mundum.

47 Et si quis audierit uerba mea, & non custodierit, ego non iudico eum. Non enim uenio ut iudicem mundum, sed ut saluificem mundum.

Marci 16.d.16

Ὁ ἀθετῶν ἐμὲ, καὶ μὴ λαμβάνων τὰ 48 ῥήματά μου, ἔχει τὸν κρίνοντα αὐτόν· ὁ λόγος ὃν ἐλάλησα, ἐκεῖνος κρινεῖ αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.

Qui reicit me, nec recipit verba mea, habet qui condemnet ipsum: ¶sermo quem loquutus sum, ille iudicabit eum vltimo illo die.

48 Qui spernit me, & nõ accipit uerba mea, habet qui iudicet eum: sermo quem loquutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die.

Ὅτι ἐγὼ ἐξ ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλάλησα· ἀλλ' ὁ πέμψας με πατὴρ, αὐτός μοι ἐντολὴν ἔδωκε τί εἴπω καὶ τί λαλήσω.

Quia ego ex meipso nõ sum loquutus: sed qui misit me Pater, ipse mihi mandauit quid dicam & quid loquar.

49 Quia ego ex meipsonõ sum loquutus: sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatũ dedit quid dicam, & quid loquar.

Καὶ οἶδα ὅτι ἡ ἐντολὴ αὐτοῦ ζωὴ αἰώνιός ἐστι. ἃ οὖν λαλῶ ἐγὼ, καθὼς εἴρηκέ μοι ὁ πατὴρ, οὕτω λαλῶ.

Et scio mandatum eius, vitã æternam esse: quæ igitur ego loquor, prout dixit mihi Pater, ita loquor.

50 Et scio quia mandatũ eius uita æterna est: quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi Pater, sic loquor.

Κεφάλαιον ιγ'

CAP. XIII.

CAP. XIIII.

Matth.26.a.2 marci 14.a.1 luc.22.a.1

Πρὸ δὲ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα, εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς ὅτι ἐλήλυθεν αὐτοῦ ἡ ὥρα ἵνα μεταβῇ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου πρὸς τὸν πατέρα, ἀγαπήσας τοὺς ἰδίους τοὺς ὄντας ἐν τῷ κόσμῳ, εἰς τέλος ἠγάπησεν αὐτούς.

ANte festum autem Paschæ, sciens Iesus venisse horam ipsius vt tranfiret ex hoc mundo ad Patrem, quum dilexisset suos qui erant in mundo, vsque ad finem dilexit eos.

1 Ante diem autem festum Paschæ, sciens Iesus quia uenit hora eius ut transeat ex hoc mundo ad Patrem, quũ dilexisset suos qui erãt in mundo, in finem dilexit eos.

Καὶ διαπνεύοντος, (τοῦ διαβόλου ἤδη βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν Ἰούδα Σίμωνος, Ἰσκαριώτου, ἵνα αὐτὸν παραδῷ)

Et cœna facta, (quum diabolus iam immisisset in cor Iudæ filii Simonis, Iscariotæ, vt proderet eum)

2 Et cœna facta, (quũ diabolus iam misisset in cor ut traderet eum Iudas Simonis, Iscariotes)

Εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς ὅτι πάντα δέδωκεν αὐτῷ ὁ πατὴρ εἰς τὰς χεῖρας, καὶ ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐξῆλθε, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ὑπάγει·

Sciens Iesus Patrem omnia dedisse sibi in manus, & se à Deo exiisse, & ad Deum abire:

3 Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiit & ad Deum uadit:

43 Potius quàm, μᾶλλον ἤπερ. Vulgata & Erasmus, Magis quàm. Vide Luc.18.c.14, & suprà,3.c.19.

44 Non credit in me, οὐ πιστεύει εἰς ἐμέ. Particula negans hoc loco nihil remouet, sed corrigit potius, vt diximus Marci 9.c.37.

46 Vt nullus maneat. ἵνα πᾶς μὴ μείνῃ. Vide Luc.1.d.37.

47 Condemno, κρίνω. Vulgata & Erasmus, Iudico. Vide suprà,3.b.17.

IN CAPVT XIII.

2 Cœna facta, δείπνου γενομένου. Eras. Quũ cœna fieret, δείπνου γινομένου. Atqui in vetustis codicibus omnib⁹, vno duntaxat excepto, & in Theophylacto Romano, sũmo cõsensu legitur γενομένου. Vtraque lectio videtur tolerabilis. nã si δεῖπνον explicemus conuiuium Paschæ, ita significabitur Christum peracto demum illo cõuiuio, quod cæremonia potius erat quàm iusta cœna, (quum præsertim totam eius etiam domus familiam ei interfuisse probabile sit, ex legis Paschæ formula) postea demũ vt cœnaturũ, pedibus lotis, accubuisse. Eadem autẽ erit sententia si δείπνου γινομένου cõuertas, Dum instrueretur cœna, quæ videlicet consequuta est cæremoniam Paschæ quam stantes celebrarent. Sed tamen quum mox sequatur versu 4, Christum surrexisse è cœna, malo γενομένου legere, significatione Aoristi secundi. Et quod dicitur surrexisse Christus, indicat tẽpus intercessisse in-

ter Paſchæ ceremoniam & iſtam ablutionem pedum, in quod ſpatium videtur ſacræ Cœnæ inſtitutio conferenda. Iudæ filii Simonis, Ἰούδα Σίμωνος. Vulgata & Eraſmus, Iudæ Simonis. Atqui perinde vertendũ fuiſſe hũc locum acſi ſcriptum eſſet Ἰούδα τοῦ Σίμωνος, & non Iudam ipſum, ſed ipſius patrem fuiſſe Simonem vocatum, apparet ex eodem hoc noſtro Euangeliſta, Suprà, 6.g.71, & 11.a.4, & infrà, verſu 16.

Εγείρεται ἐκ τοῦ δείπνου, καὶ τίθησι τὰ ἱμάτια· καὶ λαβὼν λέντιον, διέζωσεν ἑαυτόν.

4 Surgit à cœna, & deponit pallium: & accepto linteo, præcinxit ſe. ♣

4 Surgit à cœna, & ponit veſtimenta ſua, & quũ accepiſſet linteum, præcinxit ſe.

Εἶτα βάλλει ὕδωρ εἰς τὸν νιπτῆρα, καὶ ἤρξατο νίπτειν τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν, καὶ ἐκμάσσειν τῷ λεντίῳ ᾧ ἦν διεζωσμένος.

5 Deinde miſit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes diſcipulorũ, & extergere linteo quo erat præcinctus.

5 Deinde mittit aquam in pelium, & cœpit lauare pedes diſcipulorũ, & extergere linteo quo erat præcinctus.

Ερχεται οὖν πρὸς Σίμωνα Πέτρον· καὶ λέγει αὐτῷ ἐκεῖνος, Κύριε, σύ μου νίπτεις τοὺς πόδας;

6 Venit ergo ad Simonem Petrũ: qui dixit ei, Domine, tu mihi lauas pedes?

6 Venit ergo ad Simonem Petrũ, & dicit ei Petrus, Domine, tu mihi lauas pedes?

Απεκρίθη Ιησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ὃ ἐγὼ ποιῶ σὺ οὐκ οἶδας ἄρτι, γνώσῃ δὲ μετὰ ταῦτα.

7 Reſpondit Ieſus & dixit ei, Quod ego facio, tu neſcis nũc, cognoſces autem poſtea.

7 Reſpondit Ieſus & dixit ei, Quod ego facio, tu neſcis modò, ſcies autem poſtea.

Λέγει αὐτῷ Πέτρος, Οὐ μὴ νίψῃς τοὺς πόδας μου εἰς τὸν αἰῶνα. Απεκρίθη αὐτῷ ὁ Ιησοῦς, Ἐὰν μὴ νίψω σε, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ.

8 Dicit ei Petrus, Non lauabis meos pedes in æternum. Reſpõdit ei Ieſus, Niſi lauero te, nihil mecum habebis commune.

8 Dicit ei Petrus, Non lauabis mihi pedes in æternum. Reſpondit ei Ieſus, Si non lauero te, non habes partem mecum.

Λέγει αὐτῷ Σίμων Πέτρος, Κύριε, μὴ τοὺς πόδας μου μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τὴν κεφαλήν.

9 Dicit ei Simon Petrus, Domine, non ſolùm pedes meos, ſed & manus & caput.

9 Dicit ei Simon Petrus, Domine, non tantùm pedes meos, ſed & manus & caput.

Λέγει αὐτῷ ὁ Ιησοῦς, Ὁ λελουμένος οὐ χρείαν ἔχει ἢ τοὺς πόδας νίψασθαι, ἀλλ' ἔστι καθαρὸς ὅλος· καὶ ὑμεῖς καθαροί ἐστε, ἀλλ' οὐχὶ πάντες.

10 Dicit ei Ieſus, Qui lotus eſt, non opus habet niſi vt pedes lauet, ſed eſt purus totus: & vos puri eſtis, ſed non omnes.

10 Dicit ei Ieſus, Qui lotus eſt, nõ indiget niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus: & vos mundi eſtis, ſed non omnes. infrà, 15.a.3

Ηδει γὰρ τὸν παραδιδόντα αὐτόν· διὰ τοῦτο εἶπεν, Οὐχὶ πάντες καθαροί ἐστε.

11 Norat enim eum qui ipſum prodebat: propterea dixit, Non eſtis puri omnes.

11 Sciebat enim quiſnam eſſet qui traderet eum: propterea dixit, Nõ eſtis mundi omnes.

Οτε οὖν ἔνιψε τοὺς πόδας αὐτῶν, καὶ ἔλαβε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, ἀναπεσὼν πάλιν, εἶπεν αὐτοῖς, Γινώσκετε τί πεποίηκα ὑμῖν;

12 Poſtquam ergo lauiſſet pedes eorum, & pallium ſuum recepiſſet, rurſum diſcũbens, dixit eis, Intelligitis quid fecerim vobis?

12 Poſtquam ergo lauit pedes eorum, & accepit veſtimenta ſua, quũ recubuiſſet iterum, dixit eis, Scitis quid fecerim vobis?

Υμεῖς φωνεῖτέ με, Ο διδάσκαλος καὶ ὁ κύριος· καὶ καλῶς λέγετε· εἰμὶ γάρ.

13 Vos me vocatis, Magiſter ac domine: & rectè dicitis: ſum enim.

13 Vos vocatis me, Magiſter & domine: & bene dicitis: ſum etenim.

Εἰ οὖν ἐγὼ ἔνιψα ὑμῶν τοὺς πόδας, ὁ κύριος καὶ ὁ διδάσκαλος, καὶ ὑμεῖς ὀφείλετε ἀλλήλων νίπτειν τοὺς πόδας.

14 Itaq; ſi ego laui pedes veſtros dominus & magiſter, vos quoque debetis alii aliorum pedes lauare.

14 Si ergo ego laui pedes veſtros, dominus & magiſter, & vos debetis alter alterius lauare pedes.

Υπόδειγμα γὰρ ἔδωκα ὑμῖν, ἵνα καθὼς ἐγὼ ἐποίησα ὑμῖν, καὶ ὑμεῖς ποιῆτε.

15 Exemplum enim præbuivobis, vt prout ego feci vobis, ita & vos faciatis.

15 Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodũ ego feci vobis, ita & vos faciatis.

4 Pallium, τὰ ἱμάτια. Summas veſtes hoc nomine declarari, alibi oſtendimus. Itaque veſtimenti nomen nimium latè patet, nequis ſomniet Dominum nudo corpore ſuis diſcipulis pedes abluiſſe.

8 Nihil mecum habebis commune, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ. Vulg. & Eraſ. ad verbum, Non habes partem mecum, id eſt אין לך חוק בי. Sic enim loquũtur Hebræi, pro eo quod Latinè dicas, Nihil tibi poſthac negotii mecum erit, renuntio tibi omnem amicitiam ac coniunctionẽ, vt 1. Reg. 12. d. 16, quo modo & nos in vernaculo noſtro ſermone dicimus, *Auoir à partir auec quelqu'un.*

13 Magiſter ac domine, ὁ διδάσκαλος καὶ ὁ κύριος. Eraſmus, Magiſtrum ac dominum. Nam illa non conueniunt, inquit, niſi præſenti: ſic autem Ieſum diſcipuli etiam abſentem appellabant, vt infrà 11. b. 7. Id ego verò

fateor ſed additum verbum φωνῇ indicat hæc accipienda de communi oratione, qua ſolebat præſens à diſcipulis compellari. Sunt autem illa poſita πτῶσις (vt loquuntur grammatici) & rectus pro vocandi caſu vſurpatus eſt: quam enallagen alibi expoſuimus, niſi cum Epiphanio legere malimus, ἐμὲ λέγετε κύριε καὶ διδάσκαλε. Sic enim ille hunc locum citat περὶ τῆς ἁγίας τριάδος.

infrà,15.c.20 matth.10.c.24 luc.6.f.40

Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ ἔστι δοῦλος μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ, οὐδὲ ἀπόστολος μείζων τοῦ πέμψαντος αὐτόν.

16 ‖Amen amen dico vobis, Seruus non eſt maior domino ſuo, neque ᵛ legatus maior eo qui ipſum miſit.

16 Amen amen dico uobis, Nō eſt ſeruus maior domino ſuo, neq; apoſtolus maior eſt eo qui miſit illum.

Εἰ ταῦτα οἴδατε, μακάριοί ἐστε ἐὰν ποιῆτε αὐτά.

17 Si hæc noueritis, beati eritis ſi ea feceritis.

17 Si hæc ſcitis, beati eritis ſi feceritis ea.

Οὐ περὶ πάντων ὑμῶν λέγω· ἐγὼ οἶδα οὓς ἐξελεξάμην· ἀλλ' ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ, Ὁ τρώγων μετ' ἐμοῦ τὸν ἄρτον, ἐπῆρεν ἐπ' ἐμὲ τὸ πτέρναν αὐτοῦ.

Pſal.40.c.10

18 Non de omnibus vobis loquor: ego ſcio quos elegerim: ᵛ ſed oportet vt impleatur Scriptura, ‖Qui edit mecū panem, ſuſtulit aduerſum me calcē ſuum.

18 Non de omnibus uobis dico: ego ſcio quos elegerim: ſed ut adimpleatur Scriptura, Qui manducat mecum panem, leuauit contra me calcaneum ſuum.

Ἀπ' ἄρτι λέγω ὑμῖν πρὸ τοῦ γενέσθαι, ἵνα ὅταν γένηται, πιστεύσητε ὅτι ἐγώ εἰμι.

19 ᵛIam nunc dico vobis priuſquam fiat, vt quum factum fuerit, credatis me eum eſſe.

19 Amodo dico uobis priuſquam fiat, ut quum factū fuerit, credatis quia ego ſum.

Mat.10.d.40 luc.10.c.16

Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, Ὁ λαμβάνων ἐάν τινα πέμψω, ἐμὲ λαμβάνει· ὁ δὲ ἐμὲ λαμβάνων, λαμβάνει τὸν πέμψαντά με.

20 Amē amē dico vobis, ᵛquando aliquem miſi, quiſquis eum recipit, me recipit: qui autem me recipit, recipit eum qui me miſit

20 Amen amen dico uobis, quū accepit ſiquem miſero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum qui me miſit.

Ταῦτα εἰπὼν ὁ Ἰησοῦς ἐταράχθη τῷ πνεύματι, καὶ ἐμαρτύρησε, καὶ εἶπε, Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με.

21 Quum hæc dixiſſet Ieſus, ᵛturbatus eſt ſpiritu, ᵛ & teſtatus eſt, dixitque, Amen amen dico vobis, vnus ex vobis prodet me.

21 Quum hæc dixiſſet Ieſus, turbatus eſt ſpiritu, & proteſtatus eſt, & dixit, Amen amen dico uobis quia unus ex nobis tradet me.

Mat.26.b.22. mar.14.b.18 luc.22.b.23

Ἔβλεπον οὖν εἰς ἀλλήλους οἱ μαθηταί, ἀπορούμενοι περὶ τίνος λέγει.

22 ‖Diſcipuli ergo aſpiciebant alii ad alios, dubitantes de quo diceret.

22 Aſpiciebant ergo adinuicē diſcipuli, hæſitantes de quo diceret.

Ἦν δὲ ἀνακείμενος εἷς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Ἰησοῦ, ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς.

23 Erat autem quidam ex diſcipulis Ieſu recumbens in ſinu ipſius, *nimirum* is quem diligebat Ieſus.

23 Erat ergo recumbens unus ex diſcipulis eius in ſinu Ieſu, quem diligebat Ieſus.

Νεύει οὖν τούτῳ Σίμων Πέτρος πυθέσθαι τίς ἂν εἴη περὶ οὗ λέγει.

24 Innuit ergo huic Simon Petrus vt percontaretur quiſnam eſſet de quo diceret.

24 Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei, Quis eſt de quo dicit?

Ἐπιπεσὼν δὲ ἐκεῖνος οὕτως ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Ἰησοῦ, λέγει αὐτῷ, Κύριε, τίς ἐστιν;

25 Ille verò incumbēs pectori Ieſu, dicit ei, Domine, quis eſt?

25 Itaque quum recubuiſſet ille ſupra pectus Ieſu, dicit ei, Domine, quis eſt?

Ἀποκρίνεται ὁ Ἰησοῦς, Ἐκεῖνός ἐστιν ᾧ ἐγὼ βάψας τὸ ψωμίον ἐπιδώσω. Καὶ ἐμβάψας τὸ ψωμίον, δίδωσιν Ἰούδᾳ Σίμωνος Ἰσκαριώτῃ.

26 Reſpondit Ieſus, Ille eſt cui ego intinctam offulam dedero. Et quum intinxiſſet offulā, dedit Iudæ *filio* Simonis Iſcariotæ.

26 Reſpondit Ieſus, Ille eſt cui ego intinctum panem porrexero. Et quum intinxiſſet panē, dedit Iudæ Simonis Iſcariotæ.

Καὶ μετὰ τὸ ψωμίον τότε εἰσῆλθεν εἰς ἐκεῖνον ὁ Σατανᾶς. Λέγει οὖν αὐτῷ ὁ

27 Et poſt *ſumptā* offulā ingreſſus eſt in eū Satanas. Dicit igitur ei

27 Et poſt buccellam, tunc intrauit in eum Satanas. Et dicit ei

16 Legatus, ἀπόστολος. Alibi ſeruauimus apoſtoli nomen: hic verò quū generalis ſit ſententia, Eraſmus meritò aliud vocabulum quæſiuit.

18 Sed *oportet* vt impleatur, ἀλλ' ἵνα πληρωθῇ. De hac eclipſi diximus Mar. 4.c.21, & 9.b.11.& 14.c.49, & ſuprà,9.a.3. Simile etiam occurrit exemplum 1.Iohan.2.c.19. Poteſt tamen, fateor, ἵνα conſtrui cum verbo ἤρπαρ, quod ſequitur. Sed quum illius eclipſis tot occurrāt exempla, malui ſine traiectione iſta interpretari.

19 Iam nunc, ἀπ' ἄρτι. Heb. מעתה, quod plerunque ſignificat Deinceps: hic verò id declarat pro quo dicimus vernaculo ſermone *dés maintenant*, vt infrà,14.a.2.

20 Quando aliquem miſi, quiſquis *eum* recipit, ὁ λαμβάνων ἐάν τινα πέμψω. Hic occurrit manifeſtum traiectionis exemplum, vt rurſum paulo pòſt, verſu 29.& 15.b.10. quo poteſt optimè confirmari interpretatio quā attulimus ſuprà,8.d.25. Eraſmus pro ἐάν τινα conuertit quemcunque, id eſt ὅστινα ἄν. Sed præſtat accipere ἐάν pro ὅταν, vt infrà,14.a.3.

21 Turbatus eſt, ἐταράχθη. Vide ſuprà,11.v.33. Et teſtatus eſt, καὶ ἐμαρτύρησεν, id eſt, palàm ac cum aſſeueratione loquutus eſt. Idem enim hic declarat μαρτυρία atque τὸ ἐμαρτύρησεν, quod etiam annotauimus Luc.4.d.22.

27 Citò,

Ιησοῦς, Ὃ ποιεῖς, ποίησον τάχιον.

Τοῦτο δὲ οὐδεὶς ἔγνω τῶν ἀνακειμένων τίνος χάριν εἶπεν αὐτῷ.

Τινὲς γὰρ ἐδόκουν, ἐπεὶ τὸ γλωσσόκομον εἶχεν ὁ Ἰούδας, ὅτι λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἀγόρασον ὧν χρείαν ἔχομεν εἰς τὴν ἑορτήν· ἢ τοῖς πτωχοῖς ἵνα τι δῷ.

Λαβὼν οὖν τὸ ψωμίον ἐκεῖνος, εὐθέως ἐξῆλθεν. ἦν δὲ νύξ.

Ὅτε οὖν ἐξῆλθε, λέγει ὁ Ἰησοῦς, Νῦν ἐδοξάσθη ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ὁ Θεὸς ἐδοξάσθη ἐν αὐτῷ.

Εἰ ὁ Θεὸς ἐδοξάσθη ἐν αὐτῷ, καὶ ὁ Θεὸς δοξάσει αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ, καὶ εὐθὺς δοξάσει αὐτόν.

Τεκνία, ἔτι μικρὸν μεθ' ὑμῶν εἰμι· ζητήσετέ με, καὶ καθὼς εἶπον τοῖς Ἰουδαίοις, Ὅτι ὅπου ὑπάγω ἐγὼ, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν· καὶ ὑμῖν λέγω ἄρτι.

Ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους· καθὼς ἠγάπησα ὑμᾶς, ἵνα καὶ ὑμεῖς ἀγαπᾶτε ἀλλήλους.

Ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐστε, ἐὰν ἀγάπην ἔχητε ἐν ἀλλήλοις.

Λέγει αὐτῷ Σίμων Πέτρος, Κύριε, ποῦ ὑπάγεις; Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ὅπου ὑπάγω, οὐ δύνασαί μοι νῦν ἀκολουθῆσαι, ὕστερον δὲ ἀκολουθήσεις μοι.

Λέγει αὐτῷ ὁ Πέτρος, Κύριε, διατί οὐ δύναμαί σοι ἀκολουθῆσαι ἄρτι; τὴν ψυχήν μου ὑπὲρ σοῦ θήσω.

Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Τὴν ψυχήν σου ὑπὲρ ἐμοῦ θήσεις; Ἀμὴν ἀμὴν

Iesus, Quod facis, fac ᵛ citò.

28 Hoc autem nemo accumbentium intelligebat quorsum ei dixisset.

29 Quidam enim putabāt, quia marsupium habebat Iudas, Iesum ei dixisse, Eme ea quibus opus est nobis ad festum, aut egenis ᵛ vt aliquid daret.

30 Ille ergo accepta offula, ᵛ statim exiuit. erat autem nox.

31 ᵛ Quum ergo exiuisset, dixit Iesus, Nunc glorificatus est Filius hominis, & Deus glorificatus est ᵛ in eo.

32 ᵛ Quòd si Deus glorificatus est in eo, Deus quoque glorificabit eum in sese, & statim glorificabit eum.

33 Filioli, adhuc paulisper vobiscum sum. quæretis me: sed ‖ sicut dixi Iudæis, Quò ego vado, vos non potestis venire: ita & vobis nunc dico.

34 ‖ Mandatum nouum do vobis, Vt alii alios diligatis: ᵛ sicut inquam dilexi vos, vt etiam diligatis alii alios.

35 Ex hoc omnes cognoscent vos esse discipulos meos, si charitatem habueritis alii in alios.

36 Dicit ei Simon Petrus, Domine, quò abis? Respondit ei Iesus, ‖ Quò ego abeo, non potes me nunc sequi: sequêris autem postea.

37 Dicit ei Petrus, Domine, quare non possum te sequi nunc? animam meam pro te ponam.

38 Respondit ei Iesus, Animam tuā pro me ponesⁱ? amen amen

Iesus, Quod facis, fac citius.

28 Hoc autem nemo scimie discumbentium ad quid dixerit ei.

29 Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quòd dixisset ei Iesus, Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum: aut egenis vt aliquid daret.

30 Quum ergo accepisset ille buccellam, exiuit continuò: erat autem nox.

31 Quum ergo exisset, dixit Iesus, Nunc clarificatus est Filius hominis, & Deus clarificatus est in eo.

32 Si Deus clarificatus est in eo, & Deus clarificabit eum in semetipso, & continuò clarificabit eū.

33 Filioli, adhuc modicum nobiscum sum. quæretis me, & sicut dixi Iudæis, Quò ego vado, nos nō potestis venire: & vobis dico modò. *supra 7.a.34*

34 Mandatum nouum do nobis, Vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. *infra 15.d.12 leuit.19.d.18 mat.22.d.39 iohan.4.d.21*

35 In hoc agnoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionē habueritis adinuicem.

36 Dicit ei Simon Petrus, Domine, quò vadis? Respondit Iesus, Quò ergo vado non potes me modò sequi, sequeris autem postea. *Mat.26.d.24 mar.11.c.30 luc.22.d.34*

37 Dicit ei Petrus, Quare non possum te sequi modò? animam meam pro te ponam.

38 Respondit ei Iesus, Animam tuam pro me ponesⁱ? Amen amen

17 Citò, τάχιον. Vulgata & Erasmus ad verbum, Citius. At ego puto comparandi gradum pro absoluto vsurpatum, (vt etiam 1. Tim. 1. d. 18, βέλτιον pro τὸ positum videtur) aut potius pro superlatiuo τάχιστα, vt dicemus Act. 25. c. 10.

19 Vt, ἵνα. Notanda est traiectio huius particulæ, de qua dicemus infrà, Rom. 11. v. 31.

30 Statim exiuit, εὐθέως ἐξῆλθεν. Quum igitur nonnisi cœna peracta Dominus sacrosanctæ suæ mysteria instituerit, vt diserte ait Lucas 22. b. 20, & Iohannes non contentus dixisse, Iudam accepta offula exiisse, diserte etiam addat aduerbium εὐθέως, probabilis esset eorum sententia qui existimant Iudam instituendæ sacræ Cœnæ non interfuisse, nisi Lucas diserte scriberet Dominum dixisse quum Cœnam illam sacram instituisset & celebrasset, Ecce, manus eius qui me prodit, mecum est in mensa, Luc. 22. c. 21. Adfuit ergo Iudas conuiuio paschæ, & sacræ Eucharistiæ celebrationi, ac tandem inchoata ista Cœna discessit.

31 Quum ergo exiuisset, ὅτε οὖν ἐξῆλθεν. In omnibus vetustis codicibus deerat particula οὖν, & ista cum superioribus connectebantur, hoc modo, νῦν δὲ υἱὸς ἐν ἐξῆλθε, Erat autem nox quum exiret. Sic etiã legit Theophylactus Romanus. Chrysostomi interpres variat. Ego tamen malui receptam lectionē sequi, ad quam etiam accedit Nonni authoritas. In eo, ἐν αὐτῷ. Erasmus, Per eum. Sic enim sæpe vsurpari Hebraicum ב, sæpe iã annotauimus, vt paulo pòst versu 35. Sed quum hic agatur nō modò de ipsis Christi factis, sed de Christo ipso, malui, In eo, quàm Per eum interpretari.

32 Quòd si, εἰ. Puto deesse particulam δὲ, quam suppleui. Non est autem hæc coniunctio hoc loco sic accipienda quasi conditionem notet, sed vt causalis potius, vt etiam suprà, 10. f. 35.

λέγω σοι, σὺ μὴ ἀλέκτωρ φωνήσῃ ἕως οὗ ἀπαρνήσῃ με τρίς.

dico tibi, non mittet vocem gallus vsquequo ter me abnegaueris.

dico tibi, non cãtabit gallus, donec ter me neges.

Κεφάλαιον ιδ΄

CAP. XIIII.

CAP. XIIII.

Μὴ ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ καρδία· πιστεύετε εἰς τὸν Θεὸν, καὶ εἰς ἐμὲ πιστεύετε.

1 NE turbetur cor vestrum: ᵛcreditis in Deum, etiam in me credite.

1 Non turbetur cor nestrum. creditis in Deum, & in me credite.

Ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσιν· εἰ δὲ μή, εἶπον ἂν ὑμῖν. πορεύομαι ἑτοιμάσαι τόπον ὑμῖν.

2 In domo Patris mei ᵛhabitationes multæ sunt: ᵛalioqui dixissem vobis. proficiscor paraturus vobis locum.

2 In domo Patris mei mansiones multæ sunt: si quominus, dixissem uobis: quia uado parare nobis locum.

Καὶ ἐὰν πορευθῶ καὶ ἑτοιμάσω ὑμῖν τόπον, πάλιν ἔρχομαι, καὶ παραλήψομαι ὑμᾶς πρὸς ἐμαυτόν· ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, καὶ ὑμεῖς ἦτε.

3 ᵛEt quum profectus fuero, ᵛ& parauero vobis locum, rursum veniam, & assumam vos ad meipsum: vt vbi sum ego, & vos sitis.

3 Et si abiero, & præparauero uobis locum, iterum uenio, & accipiam uos ad meipsum: ut ubi sum ego, & uos sitis.

IN CAPVT XIIII.

1 Creditis in Deum, πιστεύετε εἰς τὸν Θεόν. Propter amphiboliam verbi πιστεύειν, rectè annotat Erasmus quadrifariam posse hunc locum conuerti: nempe vel hoc modo, Creditis in Deum, & in me creditis: ergo ne turbemini. vos enim hæc fides inuictos præstabit. Vel, Credite in Deum, & in me credite. quo modo interpretantur Nonnus & Theophyl. Hilarius quoque ita citat lib. de Trin. 9. vt sit hic sensus, Ne turbemini. at qui fieri poterit, dicetis, vt non perturbemur? nempe si in Patrem meum & in me credideritis. Vel, Creditis in Deum, & in me credite: quam interpretationem vt magis receptam sumus amplexi, cuius hæc est sententia, nempe, Nemo vestrum est qui non dicat se in Deum credere: si ita est, credite etiam in me. Ita fiet vt verè demum in Deum credatis, neque vllis tempestatum procellis deiiciamini. Vel, Credite in Deum, & in me creditis. id est Credite in Deum: quod si facitis, eadem opera & in me creditis.

2 Habitationes, μοναὶ. siue domicilia. Sic enim Iohannes μονὴν pro οἴκῳ dixit: vt Heb. מקום pro בית. Vulgata & Erasmus ad verbum, Mansiones: quo vocabulo vtitur Suetonius, sed pro diuersorio & hospitio, quod Hebræi vocant מלון. Plinius autem de locorum interuallis agens, mansionem id vocat quod à Græcis σταθμὸς, ab Hebræis מסע dicitur. Alioqui, εἰ δὲ μή. id est nisi ita esset vt dico, nempe, nisi in domo Patris mei non mihi vni, sed etiam vobis pateret locus, nollem vos hac vana spe deludere, sed ingenuè vobis id dixissem. Vulg. Siquominus. Sed totum hunc locum miserè corrupit non animaduersa vera distinctio, quam quum annotasset Valla, miror ab Erasmo reprehendi potuisse. Ea autem est eiusmodi, vt post ὑμῖν plenum punctum adscribatur: deinde alia sententia incipiat, Vado ad parandum vobis locum. Eras. tamen aliter explicat. cuius verba placuit subiicere, vt liberum sit penes lectorem iudicium. Omnino, inquit, cohærent hæc duo, quum hic sensus sit, In domo Patris mei iam paratæ sunt multæ mansiones, vt non mihi vni, sed omnibus item meis sit locus. quod si secus esset, dixissem me iam abire ad parandas eas mansiones: nunc nihil opus est, quum paratæ sint, & vos breui sequuturos expectent. Hæc Eras. Atqui non dicit Dominus paratas esse illas mansiones, (quod Erasmus assumit) sed mansiones illic esse dicit. Deinde sequenti versiculo apertè testatur se abire ad parandum locum, & postea ad eos reuersurum. Est autem tota hæc oratio allegorica, qua suos consolatur Dominus, significans se abire in cælum, non vt illic solus regnet, sed vt suis breui sequuturis præeat: vt quum illi venerint, omnia parata inueniant. Hoc est nimirum quod ait Paulus, Nos electos esse ante tempora æterna: sed addit, In Christo: quia non aliter possumus quàm per ipsum & in ipso ingredi in æternum illud domicilium, nobis ab æterno quidem destinatum, sed quod à Christo præparari oporteat: quia non possumus esse Dei hæredes nisi Christi cohæredes simus. Eius ergo discessum sic debemus accipere vt si quis accepto mandato nos in paternam domum deducendi, functus sua legatione, nobis iam viam ingressis præiret, aduentum nostrum significaturus, vt domi parata omnia inueniremus: deinde nobis aduentantibus iret obuiam, vt nos domum secum introduceret.

3 Et quum profectus fuero, καὶ ἐὰν πορευθῶ. Vulg. & Eras. Et si abiero. At ego existimo ἐὰν pro ὅταν seu ὁπόταν positum esse, vt suprà, 13. c. 10. ex Hebræorum idiotismo, apud quos אם pro כאשר vsurpari constat, vt Genes. 38. b. 9. Exo. 10. d. 15. Amos 7. b. 1. Sed & in Latino sermone, Si pro Quum vel Postquam apud idoneos authores poni obseruant grammatici, vt apud Virgilium libro Æneid. quinto, Præterea si nona diem mortalibus almum Aurora extulerit: id est, postquam extulerit, interprete Donato. Hanc igitur enallagen si obseruauerimus, plana erit sententia. Quum enim Dominus dixisset se abire ad parandum locum, queri poterant discipuli se nihilominus ab eo deseri. Hic ergo subiicit ille, se quidem abire ad præparãdum ipsis locum, id est vt communem hæreditatem tum suo tum suorum etiam nomine cernat: sed tamen postea rediturum, vt secum eos abducat, eiusdem dignitatis participes futuros: quæ doctrina ad totam Ecclesiam pertinet. Ideo dicebant Angeli attonitis discipulis, Quid statis defixis in cælum oculis? Iesus iste ita veniet vt vidistis eum ascendere, Act. 1. b. 11. & passim in Scripturis plena consolatio Ecclesiæ in eum diem reiicitur quo Deus erit omnia in omnibus: qui idcirco dies redemptionis & restiturionis dicitur, electorum respectu. Cæterùm operæpretium est intelligere quomodo Erasmus hunc versiculum cum superiore sua expositione conmectat. quod ego subiiciam, non vt eum incessam, (cuius sanè laboribus in hoc argumento susceptis plurimùm faueo) sed vt liberum sit lectori omnia pensitare. Quòd, inquit, abeo, ad breue tempus abfuturus, non ob id abeo vt parem mansiones, quæ iam paratæ sunt, sed vt viam in cælum mea morte vobis aperiam. nam antè inuium erat iter. Hæc Erasmus. quæ certè non video qua non dico ratione, sed rationis specie possint ex Euangelistæ verbis elici. Theophylactus autem, καὶ ἐὰν pro κἂν, id est etiamsi, interpretatur: quasi diceret Dominus, Si non essent parata vobis domicilia, ego proficiscerer ad ea vobis paranda. etiamsi autem eius rei causa proficiscerer, tamen non vos relinquerem, sed vos vnà assumerem vt mecum essetis. Hæc Theo-

phylact. quæ ausim dicere non modò non esse apposita, sed prorsus etiam totam hanc consolationem nobis eripere. Ita enim efficietur, Christum neque profectum esse vt nobis locum appararet, neque nos secum assumpturum, quia non sit necesse: sed duntaxat, si fuisset necesse, id fuisse facturū. Et parauero. καὶ ἑτοιμάσω. In vno exemplari scriptum erat ἑτοιμάσω, vt parem.

Καὶ ὅπου ἐγὼ ὑπάγω οἴδατε, καὶ τὴν ὁδὸν οἴδατε.

4 Et quò ego abeam scitis, & viam scitis.

4 Et quò ego nadio scitis, & viam scitis.

Λέγει αὐτῷ Θωμᾶς, Κύριε, οὐκ οἴδαμεν ποῦ ὑπάγεις· καὶ πῶς δυνάμεθα τὴν ὁδὸν εἰδέναι;

5 Dicit ei Thomas, Domine, nescimus quò abeas: quomodo igitur possumus viam scire?

5 Dicit ei Thomas, Domine, nescimus quò uadis: & quomodo possumus uiam scire?

Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή. Οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν πατέρα, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ.

6 Dicit ei Iesus, Ego sum via, & veritas, & vita. nemo venit ad Patrem, nisi per me.

6 Dicit ei Iesus, Ego sum uia, & ueritas, & uita, nemo uenit ad Patrem nisi per me.

Εἰ ἐγνώκειτέ με, καὶ τὸν πατέρα μου ἐγνώκειτε ἄν· καὶ ἀπ' ἄρτι γινώσκετε αὐτὸν, καὶ ἑωράκατε αὐτόν.

7 Si nosſetis me, Patrem etiam meum nosſetis: & ἀπ' ἄρτι iam nunc cognoscitis eum, & vidistis eū.

7 Si agnouisſetis me, & Patrem meum utique agnouisſetis: & amodo agnoscitis eum, & uidistis eum.

Λέγει αὐτῷ Φίλιππος, Κύριε, δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα, καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν.

8 Dicit ei Philippus, Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.

8 Dicit ei Philippus, Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.

Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με; Φίλιππε, ὁ ἑωρακώς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα· καὶ πῶς σὺ λέγεις, Δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα;

9 Dicit ei Iesus, ᵛ Tantum tempus vobiscum sum, & non cognouisti me? Philippe, qui vidit me, vidit Patrem: quomodo igitur tu dicis, Ostende nobis Patrem?

9 Dicit ei Iesus, Tanto tempore uobiscum sum, & non agnouisti me? Philippe, qui uidet me, uidet & Patrem. Quomodo tu dicis, Ostende nobis Patrem?

Οὐ πιστεύεις ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστι; Τὰ ῥήματα ἃ ἐγὼ λαλῶ ὑμῖν, ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐ λαλῶ· ὁ δὲ πατὴρ ὁ ἐν ἐμοὶ μένων, αὐτὸς ποιεῖ τὰ ἔργα.

10 Non credis me in Patre & Patrem in me esse? Verba quæ ego loquor vobis, à meipso nō loquor: sed Pater qui in me manet, ipse facit opera.

10 Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me est? Verba quæ ego loquor uobis, à meipso non loquor: Pater autem in me manens, ipse facit opera.

Πιστεύετέ μοι ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί· εἰ δὲ μή, διὰ τὰ ἔργα αὐτὰ πιστεύετέ μοι.

11 Credite mihi me in Patre, & Patrem in me esse: sinminus, propter ipsa facta credite mihi.

11 Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me est: alioquin propter opera ipsa credite.

Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, τὰ ἔργα ἃ ἐγὼ ποιῶ, κἀκεῖνος ποιήσει, καὶ μείζονα τούτων ποιήσει· ὅτι ἐγὼ πρὸς τὸν πατέρα μου πορεύομαι·

11 Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora iis faciet. Nam ego ad Patrem proficiscor:

11 Amen amen dico uobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse facietis, & maiora horum facietis: quia ego ad Patrem uado:

Καὶ ὅ, τι ἂν αἰτήσητε τὸ τῷ ὀνόματί μου, τοῦτο ποιήσω· ἵνα δοξασθῇ ὁ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ.

13 ‖Et quicquid petieritis in nomine meo, hoc faciam: vt glorificetur Pater in Filio.

13 Et quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam: ut glorificatur Pater in Filio. Infrà, 16.c.23 mar.7.b.7 mar.11.c.24 ier.3.a.5

Ἐάν τι αἰτήσητε τὸ τῷ ὀνόματί μου, ἐγὼ ποιήσω.

14 Siquid petieritis in nomine meo, ego faciam.

14 Siquid petieritis me in nomine meo, hoc faciam.

Ἐὰν ἀγαπᾶτέ με, τὰς ἐντολὰς τὰς ἐμὰς τηρήσατε.

15 Si diligitis me, mandata mea seruate.

15 Si diligitis me, mandata mea seruate.

Καὶ ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν πατέρα, καὶ ἄλλον παράκλητον δώσει ὑμῖν, ἵνα μένῃ μεθ' ὑμῶν εἰς τὸν αἰῶνα.

16 Ego autem rogabo Patrem, & alium consolatorem dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum.

16 Et ego rogabo Patrem, & alium paracletum dabit uobis, ut maneat uobiscum in æternum.

5 7 Iam nunc, ἀπ' ἄρτι. Vulg. Amodo. Erasmus, Nunc. Vide suprà, 13.b.19.

9 Tantum tempus vobiscum sum, τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι. Sic Virg.--vna cum gente tot annos Bella gero.

Τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ ὁ κόσμος οὐ δύναται λαβεῖν, ὅτι οὐ θεωρεῖ αὐτὸ, οὐδὲ γινώσκει αὐτό· ὑμεῖς δὲ γινώσκετε αὐτὸ, ὅτι παρ' ὑμῖν μένει, καὶ ἐν ὑμῖν ἔσται.

17 Nempe Spiritum illum veritatis quem mundus non potest recipere, quia non videt eum, nec nouit eum: vos autem cognoscitis eum, quia apud vos manet, & in vobis erit.

17 Spiritum veritatis quē mundus non potest accipere, quia non videt eū, nec scit eum: vos autem agnoscitis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit.

Οὐκ ἀφήσω ὑμᾶς ὀρφανούς· ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς.

18 Non relinquam vos orbos: redibo ad vos.

18 Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos.

Ἔτι μικρὸν, καὶ ὁ κόσμος με οὐκέτι θεωρεῖ· ὑμεῖς δὲ θεωρεῖτέ με· ὅτι ἐγὼ ζῶ, καὶ ὑμεῖς ζήσεσθε.

19 Adhuc paululum, & mundus me nō amplius conspiciet, vos autem conspicietis me: quia ego viuo, & vos viuetis.

19 Adhuc modicum, & mundus me iam non videt: vos autem videtis me: quia ego viuo, & vos viuetis.

Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ γνώσεσθε ὑμεῖς ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρί μου, καὶ ὑμεῖς ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν ὑμῖν.

20 In illo die vos cognoscetis me esse in Patre meo, & vos in me, & me in vobis.

20 In illo die nos cognoscetis quia ego sum in Patre meo, & nos in me, & ego in vobis.

Ὁ ἔχων τὰς ἐντολάς μου, καὶ τηρῶν αὐτάς, ἐκεῖνός ἐστιν ὁ ἀγαπῶν με· ὁ δὲ ἀγαπῶν με, ἀγαπηθήσεται ὑπὸ τοῦ πατρός μου· κἀγὼ ἀγαπήσω αὐτὸν, καὶ ἐμφανίσω αὐτῷ ἐμαυτόν.

21 Qui tenet præcepta mea, & seruat ea, is ille est qui diligit me: qui autem diligit me, diligetur à Patre meo: & ego diligam eum, & ᵛ conspicuum ei exhibebo meipsum.

21 Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me: qui autē diligit me, diligetur à Patre meo: & ego diligam eū, & manifestabo ei meipsum.

Λέγει αὐτῷ Ἰούδας, οὐχ ὁ Ἰσκαριώτης, Κύριε, τί γέγονεν ὅτι ἡμῖν μέλλεις ἐμφανίζειν σεαυτὸν, καὶ οὐχὶ τῷ κόσμῳ;

22 Dicit ei Iudas, ᵛnon ille Iscariotes, Domine, ᵛquid est cur te sis nobis conspicuum exhibiturus, & non mundo?

22 Dicit ei Iudas, non ille Iscariotes, Domine, quid factum est quia manifestaturus es nobis teipsum, & non mundo?

Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ἐάν τις ἀγαπᾷ με, τὸν λόγον μου τηρήσει· καὶ ὁ πατήρ μου ἀγαπήσει αὐτὸν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιησόμεθα.

23 Respondit Iesus & dixit ei, Siquis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & apud eum manebimus.

23 Respondit Iesus & dixit ei, Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.

Ὁ μὴ ἀγαπῶν με, τοὺς λόγους μου οὐ τηρεῖ· καὶ ὁ λόγος ὃν ἀκούετε, οὐκ ἔστιν ἐμὸς, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με πατρός.

24 Qui non diligit me, sermones meos non seruat: & sermo quem auditis, non est meus, sed eius qui misit me Patris.

24 Qui non diligit me, sermones meos non seruat: & sermonem quem audistis non est meus, sed eius qui misit me Patris.

Ταῦτα λελάληκα ὑμῖν παρ' ὑμῖν μένων.

25 Hæc loquutus sum vobis, apud vos manens.

25 Hæc loquutus sum vobis apud vos manens.

Infrà, 15. d. 26

Ὁ δὲ παράκλητος, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ πέμψει ὁ πατὴρ ἐν τῷ ὀνόματί μου, ἐκεῖνος ὑμᾶς διδάξει πάντα, καὶ ὑπομνήσει ὑμᾶς πάντα ἃ εἶπον ὑμῖν.

26 ‖Consolator autem ille, *id est* Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæ dixi vobis.

26 Paracletus autem, Spiritus sanctus quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis.

Εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν· οὐ καθὼς ὁ

27 Pacem relinquo vobis, pacē illam meā do vobis: non prout

27 Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo

17 *Nempe* Spiritum illum veritatis, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας. De particulæ huius exegeticæ eclipsi, quæ apud Euangelistam frequentissimè occurrit, alibi diximus. Sed illud quoque notandum est, Spiritum sanctum dici Spiritum veritatis, non tam quia in sese verax est, vtpote Deus æternus, quàm ab effectu, quòd veritatem inspiret, vt Infrà, 16. b. 13.

21 Conspicuum exhibebo, ἐμφανίσω. Vulg. Manifestabo, id est φανερώσω. Erasmus, Aperiam, αὐτὸν. Idem declarat ἐμφανίζειν significare tacitè & clàm indicare. At ego contrà existimo, plenam ac quasi humanis oculis aspectabilem declarationem hoc verbo significari, vnde εἰς πόμφαντς & ἐν τῷ ἐμφανῶ, id est palàm & in media luce. Est autem ista exhibitio non corporalis sed spiritualis, & omnium maximè perspicua.

22 Non *ille* Iscariotes, οὐχ ὁ Ἰσκαριώτης. Non ille Iscariotes, sed alter ille Iacobi frater. Est ergo in iis verbis αἰνιγμὸς τις, cuius aliud prorsus simile extat suprà, 6. e. 46. Quid est, τί γέγονεν: id est, quid causæ est. Vulg. & Eras. ad verbum, Quid factum est, nimium obscurè: quanuis Erasmus annotet sic loquutum esse impurum illum Martialem, cuius penè nomen hoc loco vsurpare mihi religio est.

κόσμος δίδωσιν, ἐγὼ δίδωμι ὑμῖν. μὴ ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ καρδία, μηδὲ δειλιάτω.

mundus dat, ego do vobis. Ne turbetur cor vestrum, neque formidet.

mundus dat, ego do nobis: non turbetur cor nestrum, neque formidet.

Ηκούσατε ὅτι ἐγὼ εἶπον ὑμῖν, Υπάγω, καὶ ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς. Εἰ ἠγαπᾶτέ με, ἐχάρητε ἂν ὅτι εἶπον, πορεύομαι πρὸς τὸν πατέρα· ὅτι ὁ πατήρ μου μείζων μού ἐστί.

28 Audiistis me dixisse vobis, Abeo, & redibo ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique quòd dixerim, proficiscor ad Patrem. nam Pater maior me est.

28 Audistis quia ego dixi nobis, Vado & venio ad nos. Si diligeretis me, gauderetis utique quia vado ad Patrem: quia Pater maior me est.

Καὶ νῦν εἴρηκα ὑμῖν πρὶν γενέσθαι, ἵνα ὅταν γένηται, πιστεύσητε.

29 Et nunc dixi vobis priùsquã fiat, vt quum factum fuerit, credatis.

29 Et nunc dixi nobis prius quàm fiat: ut quũ factum fuerit, credatis.

Οὐκέτι πολλὰ λαλήσω μεθ' ὑμῶν· ἔρχεται γὰρ ὁ τοῦ κόσμου τούτου ἄρχων, καὶ ἐν ἐμοὶ οὐκ ἔχει οὐδέν.

30 Non loquar amplius multa vobiscum: venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.

30 Iam non multa loquar nobiscum: venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.

Ἀλλ' ἵνα γνῷ ὁ κόσμος ὅτι ἀγαπῶ τὸν πατέρα, καὶ καθὼς ἐνετείλατό μοι ὁ πατήρ, οὕτω ποιῶ· ἐγείρεσθε, ἄγωμεν ἐντεῦθεν.

31 Sed hæc fiunt vt cognoscat mundus me diligere Patrem: prout autem mandauit mihi Pater, ita facio: surgite, abeamus hinc.

31 Sed ut agnoscat mundus quia diligo Patrem: & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio: surgite, eamus hinc.

Κεφάλαιον ιε'

CAP. XV.

CAP. XV.

Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή, καὶ ὁ πατήρ μου ὁ γεωργός ἐστι.

1 EGo sum vitis illa vera, & Pater meus agricola est.

1 Ego sum vitis vera, & Pater meus agricola est.

Πᾶν κλῆμα ἐν ἐμοὶ μὴ φέρον καρπόν, αἴρει αὐτό· καὶ πᾶν τὸ καρπὸν φέρον, καθαίρει αὐτό, ἵνα πλείονα καρπὸν φέρῃ.

2 ¶Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollit: & omnem qui fert fructum, purgat, vt plus fructus adferat.

2 Omnem palmitem in me non ferentem fructũ, tollet eum: & omnem qui fert fructum, purgabit eũ, ut fructum plus adferat. Mat.15.b.13

Ἤδη ὑμεῖς καθαροί ἐστε διὰ τὸν λόγον ὃν λελάληκα ὑμῖν.

3 ¶Iam vos puri estis propter sermonẽ quem loquutus sum vobis.

3 Iam vos mundi estis propter sermonem quem loquutus sum vobis. suprà,13.b.11

Μείνατε ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν ὑμῖν· καθὼς τὸ κλῆμα οὐ δύναται καρπὸν φέρειν ἀφ' ἑαυτοῦ, ἐὰν μὴ μείνῃ ἐν τῇ ἀμπέλῳ· οὕτως οὐδὲ ὑμεῖς, ἐὰν μὴ ἐν ἐμοὶ μείνητε.

4 Manete in me, & ego in vobis. sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, id est nisi manserit in vite: ita nec vos, nisi in me manseritis.

4 Manete in me, & ego in vobis. sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis.

Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος, ὑμεῖς τὰ κλήματα· ὁ μένων ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν

5 Ego sũ vitis, vos palmites: is qui manet in me, & in quo ego

5 Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in

18 Redibo, ἔρχομαι: id est ἐπανελεύσομαι. Fit enim simplex pro composito vsurpatum, ex Hebræorum more, vt suprà, versu 18. Sic paulo pòst versu 31, ἄγωμεν pro ἀπάγωμεν.

30 Huius, τούτου. Hoc deest in vetustis codicibus, & apud Theodoritũ lib. 10 de curatione. Nõ habet, οὐκ ἔχει. In duobus exemplaribus scriptum erat οὐχ εὑρέσει, non inueniet: quod videtur melius opponi verbo ἔρχεται. Me, inquit, mox aggredietur Satan totis viribus, sed in me nihil habet iuris, nec in me quicquã comperiet quale se inuenturum putat.

IN CAPVT XV.

1 Vera, ἀληθινή. In duobus exemplaribus additum erat, ὑμεῖς δὲ κλήματα: id est vos autem palmites.

4 Id est nisi manserit, εἰ μὴ μείνῃ. Quia præcedenti membro additum est ἀφ' ἑαυτοῦ, à seipso, omnino cogimur supplere particulam exegeticam, ex qua intelligamus totum hoc poni pro illius declaratione. Nam alioquin consequeretur ex hac oratione, palmitem qui manserit in vite, ferre fructum à semetipso. quod cohærere non potest. Idem enim declarat ἀφ' ἑαυτοῦ atque sua ac propria quadam vi, quam ab alio non mutuetur: quam si haberet palmes, fructum sanè ferret etiam quum resectus est à vite. Sed de hoc eodem dicendi genere copiosius diximus suprà, 5. c. 19.

5 Et in quo ego manco, καὶ ἐγὼ ἐν αὐτῷ. Vulg. Et Eras. Et ego in eo, seruata permutatione constructionis, ex Hebræorum idiotismo, vt ואני בו, pro ואשר אני בו.

αὐτοῦ, ἵνα φέρῃ καρπὸν πλείω· ὅτι χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν.

Col.1.c.23

Ἐὰν μή τις μείνῃ ἐν ἐμοί, ἐβλήθη ἔξω ὡς τὸ κλῆμα, καὶ ἐξηράνθη· καὶ συνάγουσιν αὐτά, καὶ εἰς πῦρ βάλλουσι, καὶ καίεται.

Iohan.3.d.22

Ἐὰν μείνητε ἐν ἐμοὶ, καὶ τὰ ῥήματά μου ἐν ὑμῖν μείνῃ, ὃ ἐὰν θέλητε αἰτήσασθε, καὶ γενήσεται ὑμῖν.

Ἐν τούτῳ ἐδοξάσθη ὁ πατήρ μου, ἵνα καρπὸν πολὺν φέρητε· καὶ γενήσεσθε ἐμοὶ μαθηταί.

Καθὼς ἠγάπησέ με ὁ πατήρ, κἀγὼ ἠγάπησα ὑμᾶς· μείνατε ἐν τῇ ἀγάπῃ τῇ ἐμῇ.

Ἐὰν τὰς ἐντολάς μου τηρήσητε, μενεῖτε ἐν τῇ ἀγάπῃ μου· καθὼς ἐγὼ τὰς ἐντολὰς τοῦ πατρός μου τετήρηκα, καὶ μένω αὐτοῦ ἐν τῇ ἀγάπῃ.

Ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἵνα ἡ χαρὰ ἡ ἐμὴ ἐν ὑμῖν μείνῃ, καὶ ἡ χαρὰ ὑμῶν πληρωθῇ.

supra.33.d.34 1.Iohan.4.b.9

Αὕτη ἐστὶν ἡ ἐντολὴ ἡ ἐμή, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, καθὼς ἠγάπησα ὑμᾶς.

1.Iohan.3.b.11, & 4.c.11

Μείζονα ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς ἔχει, ἵνα τις τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θῇ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ.

manco, hic fert fructum multũ. nam absque me nihil poteſtis facere.

eo, hic fert fructum multum: quia ſine me nihil poteſtis facere.

6 ¶ Niſi quis in me manſerit, ejectus extra *vineam*, ſtatim vt palmes areſcet: deinde coguntur iſti *palmites*, & in ignẽ abiiciuntur, & ardent.

6 Siquis in me non manſerit, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet: & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.

7 Si manſeritis in me, & verba mea in vobis manſerint, ¶quicquid voluerit is, petite, & fiet vobis.

7 Si manſeritis in me, & verba mea in vobis manſerint, quodcũque volueritis petetis, & fiet vobis.

8 In hoc glorificatus eſt Pater meus, vt fructum multum adferatis: & eritis mei diſcipuli.

8 In hoc clarificatus eſt Pater meus, vt fructum plurimum adferatis, & efficiamini mei diſcipuli.

9 Prout dilexit me Pater, ita & ego dilexi vos: manete in illa mea charitate.

9 Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos: manete in dilectione mea.

10 Si mandata mea ſeruaueritis, manebitis in charitate mea: ſic ut & ego Patris mei mandata ſeruaui, & maneo in eius charitate.

10 Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea: ſicut & ego Patris mei præcepta ſeruaui, & maneo in eius dilectione.

11 Hæc loquutus ſum vobis, vt gaudium illud meum in vobis maneat, & gaudium veſtrum impleatur.

11 Hæc loquutus ſum vobis, vt gaudium meum in vobis ſit, & gaudium veſtrum impleatur.

11 ¶Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis alii alios prout dilexi vos.

11 Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos.

13 ¶Maiorem hac charitatem nemo habet, vt quis animam ſuam ponat pro amicis ſuis.

13 Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.

6 Eiectus extra *vineam*, ſtatim areſcet, ἐβλήθη ἔξω, καὶ ἐξηράνθη. Vulg. Mittetur foras & areſcet, mutatis præteritis in futura. Eraſmus, Eiectus eſt foras, & exaruit, ſeruatis præteritis. Cur autem ego aliter mallem interpretari, has cauſas habui. Primùm omnium nemo eſt qui neſciat, ἐβλήθη καὶ ἐξηράνθη, idem prorſus declarare atque βλητὸς ἐξηραμμένον. itaque ſic mihi licuit interpretari. Deinde pro foras, conuertere malui, Extra vineam, quòd alioquin nimium dura videatur tranſlatio. Poſtremò ἐξηράνθη, id eſt exaruit, verti per periphraſin, Statim areſcet: quia non ſatis commodè videtur hic ſeruari poſſe præteriti perfecti ſignificatio, cuius videlicet ea eſt emphaſis, vt quod futurum eſt, declaret certò & mox futurum, adeo vt pro eo poſſit haberi quod iam ſit factum: quod genus dicendi (vt multa alia) apparet petitum eſſe è medio. Deinde coguntur iſti *palmites*, καὶ συνάγουσιν αὐτά. Vulgata, Et colligent eum, vt in pleriſque exemplaribus ſcriptum eſt. Legit enim αὐτὸν, quia præceſſit τὸ κλῆμα. Sed verbum συνάγει non poteſt vni palmiti conuenire: quanuis ita ſcriptum inuenerimus in tribus codicibus, quorum authoritate Vetus interpres facilè poteſt excuſari. Eraſmus, Et colligent eos, rectè quidem, ſed tamẽ obſcurè, quia eiuſmodi mutatio numeri à Græcis & Latinis non ſolet vſurpari. Ideo expreſſi ipſum antecedens. Præterea συνάγουσιν per paſſiuum conuerti, quòd ſic potius Latini loqui ſoleant: qua de re diximus aliquid Matth.5.b.11.

7 Petite, αἰτήσασθε. Vulgata & Eraſmus, Petetis. Ego verò exiſtimo futurum indicatiui pro imperandi modo vſurpatum. Nam præterquam quòd ſenſus videtur ita poſtulare, in tribus etiam codicibus ſcriptum inuenimus αἰτήσασθε.

8 Et eritis, καὶ γενήσεσθε. Vulg. & Eraſ. Et efficiamini: quaſi videlicet hæc quoque pars pertineat ad cõiunctionem ἵνα. quod ſanè fieri non poteſt niſi legas γένησθε, ſicut in tribus codicibus ſcriptum erat: & apparet ex commentariis id legiſſe Theophylactum: ſed perperam, vt opinor. Puto enim potius repetendum eſſe ὡς πρότερον. vt ſit hæc ſententia, Ita glorificabitur Pater meus: & ita demum eritis mei diſcipuli ſi multum fructum attuleritis. Nam ἵνα non ponitur πλεονάζως hoc loco, ſed ἐλλιπῶς potius, veluti ſi dicas, in eo poſitam eſſe hominũ ſalutem vt Chriſtum fide amplectantur. Nam in hac quoque loquutione ἵνα non declarat finem, ſed illud ipſum explanat in quo poſita eſt ſalus. Sic etiam accipitur infrà, verſu 12.

9 In illa charitate mea, ἐν τῇ ἀγάπῃ τῇ ἐμῇ. i. in charitate qua ego vos proſequor. Sic enim verſiculo 10, vocat charitatem Patris eam qua Pater Filium complectitur.

10 In eius charitate, ἐν τῇ ἀγάπῃ αὐτοῦ. Notandum eſt rurſus huius traiectionis exemplum, quo confirmatur interpretatio quam attulimus ſuprà, 8.d.25.

13 Vt quis ponat, ἵνα τις θῇ. Vulg. Quàm vt quis ponat. Poſſumus autem etiam ἵνα accipere προϊόντι, ſicut apud Hebræos interdum אשר ponitur pro כאשר. Similis eſt enallage infrà, 16.a.1, & d.32.

Ὑμεῖς φίλοι μού ἐστε ἐὰν ποιῆτε ὅσα ἐγὼ ἐντέλλομαι ὑμῖν.

14 Vos amici mei eritis si feceritis quæcunque ego mando vobis.

14 Vos amici mei estis si feceritis quæ ego præcipio vobis.

Οὐκέτι ὑμᾶς λέγω δούλους, ὅτι ὁ δοῦλος οὐκ οἶδε τί ποιεῖ αὐτοῦ ὁ κύριος· ὑμᾶς δὲ εἴρηκα φίλους, ὅτι πάντα ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρός μου, ἐγνώρισα ὑμῖν.

15 Non amplius dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius: vos autem dixi amicos, quia omnia quæ audiui à Patre meo, nota feci vobis.

15 Iam non dicam uos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius: uos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à Patre meo nota feci uobis.

Οὐχ ὑμεῖς με ἐξελέξασθε, ἀλλ' ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς, καὶ ἔθηκα ὑμᾶς ἵνα ὑμεῖς ὑπάγητε καὶ καρπὸν φέρητε, καὶ ὁ καρπὸς ὑμῶν μένῃ· ἵνα ὅ, τι ἂν αἰτήσητε τὸν πατέρα ἐν τῷ ὀνόματί μου, δῷ ὑμῖν.

16 Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & constitui ‖ vos vt abeuntes fructum adferatis, & fructus vester maneat: vt quicquid petieritis à Patre in nomine meo, det vobis.

16 Non uos me elegistis, sed ego elegi uos, & posui uos ut eatis & fructum adferatis, & fructus uester maneat: ut quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, det uobis. Mar.28.d.19

Ταῦτα ἐντέλλομαι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους.

17 Hæc mando vobis, vt diligatis alii alios.

17 Hæc mando uobis, ut diligatis inuicem.

Εἰ ὁ κόσμος ὑμᾶς μισεῖ, γινώσκετε ὅτι ἐμὲ πρῶτον ὑμῶν μεμίσηκεν.

18 Si mundus vos odit, ‖ scitis me prius quàm vos, illis odio habitum.

18 Si mundus uos odit, scitote quia me priorem uobis odio habuit.

Εἰ ἐκ τοῦ κόσμου ἦτε, ὁ κόσμος ἂν τὸ ἴδιον ἐφίλει· ὅτι δὲ ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ ἐστέ, ἀλλ' ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς ἐκ τοῦ κόσμου, διὰ τοῦτο μισεῖ ὑμᾶς ὁ κόσμος.

19 Si ex mundo fuissetis, mundus quod suũ est amaret: quia verò ex mundo non estis, sed ego elegi vos ex mundo, propterea odit vos mundus.

19 Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret: quia uerò de mundo non estis, sed ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mundus.

Μνημονεύετε τοῦ λόγου οὗ ἐγὼ εἶπον ὑμῖν, Οὐκ ἔστι δοῦλος μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ. εἰ ἐμὲ ἐδίωξαν, καὶ ὑμᾶς διώξουσιν· εἰ τὸν λόγον μου ἐτήρησαν, καὶ τὸν ὑμέτερον τηρήσουσιν.

20 Mementote sermonis quem ego dixi vobis, ‖ Non est seruus maior domino suo. ‖ si me persequuti sunt, & vos persequentur: si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt.

20 Memento uos sermonis mei, quem ego dixi uobis, Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt, & uos persequentur: si sermonẽ meũ seruauerunt, & uestrũ seruabunt. supra,13.b.16 mat.10.c.24 Matth.24.a.9 Infrà,16.a.4

Ἀλλὰ ταῦτα πάντα ποιήσουσιν ὑμῖν διὰ τὸ ὄνομά μου, ὅτι οὐκ οἴδασι τὸν πέμψαντά με.

21 ‖ Sed hæc omnia facient vobis propter nomẽ meum, quia non nouerunt eum qui misit me.

21 Sed hæc omnia facient uobis propter nomẽ meũ, quia nesciunt eum qui misit me.

Εἰ μὴ ἦλθον καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἴχοσαν· νῦν δὲ πρόφασιν οὐκ ἔχουσι περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν.

22 Si non veniſſem & loquutus eſſem eis, ‖ peccatum non haberent: nunc autem non habent quod prætexant peccato ſuo.

22 Si non uenissem & loquutus fuissem, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo.

Ὁ ἐμὲ μισῶν, καὶ τὸν πατέρα μου μισεῖ.

23 Qui me odit, *is* etiam Patrẽ meum odit.

23 Qui me odit, & Patrem meum odit.

Εἰ τὰ ἔργα μὴ ἐποίησα ἐν αὐτοῖς ἃ οὐδεὶς ἄλλος πεποίηκεν, ἁμαρτίαν οὐκ εἴχοσαν· νῦν δὲ καὶ ἑωράκασι, καὶ μεμισήκασι καὶ ἐμὲ καὶ τὸν πατέρα μου.

24 Si opera non feciſſem inter eos quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & viderunt, & oderunt & me & Patrem meum.

24 Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & uiderunt, & oderunt & me & Patrem meum.

18 Scitis, γινώσκετε: vel scitote, vt Vetus interpres conuertit. Priusquam vos, πρῶτον ὑμῶν: vel, me rem vobis. qui primus sum vestrùm. sed meo quidem iudicio præstat accipere πρῶτον aduerbialiter. Vulgata prio-

21 Peccatum non haberent, ἁμαρτίαν οὐκ εἴχον. Fortassis non ineptè potest hoc quoque videri per concessionem ac μιμητικῶς dictum, sicut suprà,9.g.49. quum diceret se venisse vt qui vident, cæci fiant: veluti si de fure deprehenso ac convicto dicas, Nisi iste convictus teneretur, esset omnium innocentissimus. id est clamitaret se innocentissimum esse. Ita etiam hoc loco, Nisi veniſſem, inquit Dominus, isti coram Dei tribunali non desinerent dicere se fuisse religiosos, & planè alienos à peccato: denique essent viri omnium qui viuunt, sanctissimi: sed quum ad eos venerim, & me planè reiiciant, ereptum est illis quicquid suæ im-
probitati alioquin prætexuissent: quia nihil possunt adferre cur me debeant odisse. Idem etiam mox repetit, nempe versu 24.

Ἀλλ' ἵνα πληρωθῇ ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος ἐν τῷ νόμῳ αὐτῶν, Ὅτι ἐμίσησάν με δωρεάν.

Psal.34.c.19.

25 Sed oportet vt impleatur ſermo qui in Lege eorũ ſcriptus eſt, Oderunt me immeritò.

25 Sed vt adimpleatur ſermo q̃ in Lege eorũ ſcriptus eſt. Quia odio habuerunt me gratis.

Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ πατρός, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, ἐκεῖνος μαρτυρήσει περὶ ἐμοῦ.

Luc.24.g.49 suprà,14.d.26.

26 Quum autem venerit conſolator ille quem ego mittã vobis à Patre, Spiritus, inquam, illè veritatis, qui à Patre emanat, ille teſtabitur de me.

26 Quũ autem venerit Paracletus, quem ego mittam nobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me.

Καὶ ὑμεῖς δὲ μαρτυρεῖτε, ὅτι ἀπ' ἀρχῆς μετ' ἐμοῦ ἐστε.

27 Sed & vos teſtabimini, quia à principio mecum eſtis.

27 Et vos teſtimoniũ perhibetis quia ab initio mecum eſtis.

Κεφάλαιον ις΄

CAP. XVI.

CAP. XVI.

Ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἵνα μὴ σκανδαλισθῆτε.

1 HAEc loquutus ſum vobis, vt ne offendamini.

1 HAEc loquutus ſũ vobis, vt non ſcandalizemini.

Ἀποσυναγώγους ποιήσουσιν ὑμᾶς· ἀλλ' ἔρχεται ὥρα ἵνα πᾶς ὁ ἀποκτείνας ὑμᾶς δόξῃ λατρείαν προσφέρειν τῷ Θεῷ.

2 Mouebunt vos ſynagogis: imò veniet tempus quum quiſquis trucidabit vos, putabit ſe cultum præſtare Deo.

2 Abſque ſynagogis facient nos: ſed venit hora vt omnis qui interficit nos, arbitretur obſequiũ ſe præſtare Deo.

Καὶ ταῦτα ποιήσουσιν ὑμῖν ὅτι οὐκ ἔγνωσαν τὸν πατέρα οὐδὲ ἐμέ.

3 Et hæc facient vobis, quia nõ nouerunt Patrem neque me.

3 Et hæc facient vobis, quia non nouerũt Patrẽ neque me.

Ἀλλὰ ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἵνα ὅταν ἔλθῃ ἡ ὥρα, μνημονεύητε αὐτῶν, ὅτι ἐγὼ εἶπον ὑμῖν. Ταῦτα δὲ ὑμῖν ἐξ ἀρχῆς οὐκ εἶπον, ὅτι μεθ' ὑμῶν ἤμην.

suprà,15.d.21

4 Sed hæc loquutus ſum vobis, vt quum venerit tempus illud, memineritis eorum, quòd ego hæc dixerim vobis. hæc autem vobis à principio nõ dixi, quia vobiſcum eram.

4 Sed hæc loquutus ſum vobis, vt quũ venerit hora, eorũ reminiſcamini, quia ego dixi vobis. hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiſcum eram.

Νῦν δὲ ὑπάγω πρὸς τὸν πέμψαντά με, καὶ οὐδεὶς ἐξ ὑμῶν ἐρωτᾷ με, Ποῦ ὑπάγεις;

5 Nunc autem abeo ad eum qui miſit me, & nemo ex vobis interrogat me quò abeam.

5 Et nunc vado ad eum qui miſit me, & nemo ex nobis interrogat me, Quò vadis?

Ἀλλ' ὅτι ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἡ λύπη πεπλήρωκεν ὑμῶν τὴν καρδίαν.

6 Sed quia hæc loquutus ſũ vobis, triſtitia impleuit cor veſtrũ.

6 Sed quia hæc loquutus ſum nobis, triſtitia impleuit cor veſtrum.

Ἀλλ' ἐγὼ τὴν ἀλήθειαν λέγω ὑμῖν, συμφέρει ὑμῖν ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω. ἐὰν γὰρ μὴ ἀπέλθω, ὁ παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς· ἐὰν δὲ πορευθῶ, πέμψω αὐτὸν πρὸς ὑμᾶς.

7 Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego abeam. Niſi enim abiero, Conſolator ille non veniet ad vos: ſin autem profectus fuero, mittam eum ad vos.

7 Sed ego veritatem dico nobis, expedit nobis vt ego vadam. ſi enim ego nõ abiero, Paracletus nõ veniet ad nos: ſi autem abiero, mittam eum ad nos.

25 Sed *oportet* vt, ἀλλ' ἵνα. Vide ſuprà,14.d.31. In Lege, ἐν τῷ νόμῳ. Hebraicè בתורתם. Eſt enim generale vocabulum, quo tota doctrina ſacra nonnunquam intelligitur, vt etiam ſuprà,10.f.34, quum interdum Moſes Prophetæ & Pſalmi diſtinguantur, vt Luc.24.f.44. Eorum, αὐτῶν. Hæc quoque particula obſeruãda eſt, quoniam eos minimè omnium oportuit à Lege damnari quibus propriè ſcripta Lex eſt, & quibus illam maximè familiarem eſſe decebat. Immeritò, δωρεάν. Hebraicè, חנם, id eſt ἀναιτίως. Vulgata & Eraſmus, Gratis. impropriè. Gratis enim fieri dicitur quod pretio vel mercede non fit, vt quum dicitur Chriſtus nos gratis redemiſſe, id eſt nullo à nobis dato pretio.

26 Emanat, ἐκπορεύεται. Vel Egreditur, ſeu Exit. Certum eſt autem hic non agi de ipſa Spiritus eſſentia, ſed de ipſius virtute & efficacia in nobis: cuius virtutis authorem facit Patrem, non vt ſeſe vel ipſum Spiritum ſanctũ excludat, ſed vt diſcipulorum oculos à carnis infirmitate auerſos, ad diuinitatis intuitum erigat, vt noriut videlicet qua virtute ſint deinceps confirmandi. Itaque huiuſmodi teſtimonia nec à Græcis, nec cõtra Græcos ad eſſentiam Spiritus ſancti probandam ſatis appoſitè ſunt citata.

27 Teſtabimini, μαρτυρεῖτε. Vel, Teſtamini, ſi libet præſentis ſignificationem ſeruare. Nonnulli conuertunt, Teſtemini, modo videlicet imperandi.

IN CAPVT XVI.

1 Quum, ἵνα. Rurſus ἵνα pro ἐν poſitum eſt, de quo diximus ſuprà,15.b.13, & infrà, verſu 32.

4 Quòd ego, ὅτι ἐγώ. Expendenda eſt vis omnium iſtarum particularum, quas qui prætereũt, vt neſcio cui latinitati ſeruiant, vim huius ſententiæ infringunt.

7 Sin autem profectus fuero, ἐὰν δὲ πορευθῶ. vel, Quum autẽ abiero, vt כאשר pro כאשר accipiatur: ſicut diximus ſuprà,14.2.3.

Καὶ ἐλθὼν ἐκεῖνος ἐλέγξει τὸν κόσμον περὶ ἁμαρτίας καὶ περὶ δικαιοσύνης καὶ περὶ κρίσεως.

Περὶ ἁμαρτίας μέν, ὅτι οὐ πιστεύουσιν εἰς ἐμέ·

Περὶ δικαιοσύνης δέ, ὅτι πρὸς τὸν πατέρα μου ὑπάγω, καὶ οὐκέτι θεωρεῖτέ με·

Περὶ δὲ κρίσεως, ὅτι ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου κέκριται.

Ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι.

Ὅταν δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνος, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ, λαλήσει, καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ ὑμῖν.

Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήμψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν.

Πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, ἐμά ἐστι. Διὰ τοῦτο εἶπον ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήμψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν.

Μικρόν, καὶ οὐ θεωρεῖτέ με· καὶ πάλιν μικρόν, καὶ ὄψεσθέ με, ὅτι ἐγὼ ὑπάγω πρὸς τὸν πατέρα.

8 Et quum venerit ille, arguet mundum de peccato & de iuſtitia & de iudicio.

9 De peccato quidem, eo quòd non credunt in me:

10 De iuſtitia verò, eo quòd ad Patrem abeam, & amplius non conſpicietis me:

11 De iudicio autem, eo quòd princeps huius mundi condemnatus ſit.

12 Adhuc multa habeo quæ vobis dicam, ſed nunc non poteſtis portare.

13 Quũ autem venerit ille, id eſt Spiritus veritatis, deducet vos in omnem veritatem. nõ enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcũque audierit loquetur: & quæ ventura ſunt, renũtiabit vobis.

14 Ille me glorificabit, quia de meo accipiet quod renuntiabit vobis.

15 Omnia quæ habet Pater, mea ſunt: propterea dixi illũ de meo accepturum quod renuntiabit vobis.

16 Pauliſper, & nõ conſpicietis me: & rurſũ pauliſper, & videbitis me, quia ego vado ad Patrẽ.

8 Et quũ venerit ille, arguet mundũ de peccato & de iuſtitia & de iudicio.

9 De peccato quidẽ, quia non credunt in me:

10 De iuſtitia verò, quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me:

11 De iudicio autem, quia princeps huius mundi iã iudicatus eſt.

12 Adhuc multa habeo nobis dicere, ſed non poteſtis portare modò.

13 Quũ autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. nõ enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcũq; audiet loquetur, & quæ ventura ſint, annũtiabit vobis.

14 Ille me clariſicabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.

15 Omnia quæcunque habet Pater, mea ſunt: propterea dixi, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.

16 Modicũ, & iã nõ videbitis me, & iterũ modicũ, & videbitis me, quia vado ad Patrem.

8 Arguet, ἐλέγξει. Id eſt conuincet: ita vt nihil habeat quod prætexat, ſicut ſuprà dixit, 15. d. 22 & 24. Quum autem varie ſit expoſitus hic locus, adferam & ego quod mihi dedit Dominus. Puto igitur Chriſtũ de Spiritus ſancti in Eccleſia virtute ac efficacia agere aduerſus mundum, id eſt aduerſus eos qui Euangelio reſiſtunt: rum verò maximè illud tempus reſpicere quod ipſius in cælum aſcenſionẽ conſequutũ eſt, quum effuſo in Eccleſiam Spiritu, omnes contradicentes manifeſtò coarguit. Dicit ergo fore vt per vim illam diuinã, quam inſpiraturus eſt Apoſtolis, atque adeo toti Eccleſiæ ſuæ, poſtquã in cælũ aſcenderit, conuincatur mũdus peccati, id eſt ipſi hoſtes à quibus reiectus, ſpretus, in crucẽ adactus fuit, cogantur cõſcientiæ ſuæ teſtimonio profiteri ſe magnopere in eo erraſſe quòd non potius in illũ crediderint. Ideo dicebant illi quos Petrus tanquã homicidas coarguerat, Act. 2. f. 37, Quid faciemus, viri fratres? Quid enim tandem non hoc eſt mundum adigere ad homicidii confeſſionem voluntariam? Deinde, inquit, arguet mundũ de Iuſticia non ipſius mundi certè, qui ſe peccatorem, velit nolit, agnoſcet, ſed de ipſius Chriſti iuſtitia. Quia, inquit, ad Patrẽ vado, nec amplius videbitis me. Id eſt, quum mũdus præſens in Eccleſia ſpectabit Spiritum per me in vos effuſum, fateri cogetur me verè iuſtũ fuiſſe, qui ex hoc mundo diſcedens, nõ fuerim damnatus à Deo pro blaſphemo & impio, ſed approbatus & receptus à Patre, cuius quum me Filium dicerem, illi idcirco me vt blaſphemum & impiũ damnarint. Hoc inquã fateri mundus cogetur, & cauſam meam Deo placere, quum vos, qui doctrinam meam aſſeretis, tot virtutibus planè cæleſtibus ornatos conſpicient: quod & ille Centurio ſtatim poſt Chriſti mortem agnouit, & qui reuertebantur plangentes, quum paulo antè iuſſiſſent illum tolli ac crucifigi. Poſtremò arguetur mundus de iudicio, id eſt, huc adigetur vt me, quem velut fabri filium contempſerit, adeo vt etiam cum ludibrio petierit vt de cruce deſcenderẽ: me, inquã, verè Dei Filiũ agnoſcat, qui ſolutis mortis doloribus tunc ero dextra Dei exaltatus. Quia, inquit, princeps huius mũdi iudicatus eſt: id eſt, quia re ipſa intelligẽt & cognoſcẽt me diabolo ſuperato imperiũ in mundo exercere, quũ viderint omnes ſeſe fruſtra vobis opponere, quoniã vos armabo virtute illa cæleſti, qua deſtruatis omnẽ celſitudinẽ quæ extollitur aduerſus cognitionẽ Dei, & captiuã ducatis omnẽ cogitationẽ ad obediendũ mihi: qua de re multa Apoſtolus 2. Cor. 10. c. 11, & Eph. 1. d. 19. 20. 21. 22. 23. Etſi autem hæ omnes Chriſti virtutes à condito mundo in ipſius ſanctis excelluerunt, vt ſcriptũ eſt toto capite vndecimo Epiſtolæ ad Hebræos: tamen à miſſione illa Spiritus ſancti clariſſimè cœperunt eminere, ita vt omniũ oculos perſtringerẽt: ſicut prædixerat Ioel 2. g. 28, & Dauid Pſal. 68. c. 19, vt ex Actis Apoſtolorũ licet intelligere. Nõ deſunt tamen qui ſimplicius etiã expoſuerint, Dei Spiritu per ſeruos ſuos quotidie loquentis, coargui mundũ peccati, in quo videlicet ſit demerſus: coargui iuſtitiæ, quòd veræ iuſtitiæ ſit prorſus inſcius: coargui denique iudicii, quòd eũ ignoret atq; etiã oppugnet cui tradita eſt omnis in cælo & terra poteſtas: quoniã videlicet eũ repudiat qui tollit peccatũ, qui ſua virtute nunc regnans nos iuſtificat, qui denique diabolum vicit.

9 Non credũt, οὐ πιστεύουσιν. In vno exẽplari ſcriptũ erat, ὅτι οὐκ ἐπίστευσαν, quòd nõ crediderint: & fortaſſis rectius. 10 Conſpicietis, θεωρεῖτε. Similis enallages exemplum vide ſuprà, 11. v. 8. Vulg. & Eraſ. Videtis.

11 De iudicio, περὶ κρίσεως. Id eſt, (vt ego quidẽ exiſtimo) de authoritate illa ac poteſtate quã ego tũ obtinebo in cælo & in terra: vt ipſe videtur explicare Mat. 28. d. 28, ſupra omnes cælos videlicet ſublatus. Philip. 2. b. 9.

16 Pauliſper, μικρόν. Id eſt, Vbi paululum temporis præterierit. Eſt enim præciſum hoc dicendi genus è

medio petitum, quod non potuissem nisi longa periphrasi explicare. Vulgata, Modicum. Erasmus, Pusillum.
Quia ego, ὅτι ἐγώ. Id est, Quoniam transeo ad æternam gloriam, vnde futurum est vt vobis adsim multo magis quàm vnquam antea. Tunc enim verè quis & quantus sim experiemini.

Εἶπον οὖν ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ πρὸς ἀλλήλους, Τί ἐστι τοῦτο ὃ λέγει ἡμῖν, Μικρόν, καὶ οὐ θεωρεῖτέ με· καὶ πάλιν μικρόν, καὶ ὄψεσθέ με· καί, Ὅτι ἐγὼ ὑπάγω πρὸς τὸν πατέρα;

17 Dixerunt ergo quidam ex discipulis eius alii ad alios, Quid est hoc quod dicit nobis, Paulisper, & non conspicietis me, & rursus, paulisper, & videbitis me: &, Quia ego vado ad Patrem?

17 Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem, Quid est hoc quod dicit nobis, Modicum, & nō videbitis me, & iterū modicū, & videbitis me: & , Quia vado ad Patrem?

Ἔλεγον οὖν, Τοῦτο τί ἐστιν ὃ λέγει, Τὸ μικρόν; Οὐκ οἴδαμεν τί λαλεῖ.

18 Dicebant ergo, Quid illud est quod dicit paulisper? nescimus quid loquatur.

18 Dicebant ergo, Quid est hoc quod dicit modicum? nescimus quid loquitur.

Ἔγνω οὖν ὁ Ἰησοῦς ὅτι ἤθελον αὐτὸν ἐρωτᾶν, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Περὶ τούτου ζητεῖτε μετ' ἀλλήλων ὅτι εἶπον, Μικρόν, καὶ οὐ θεωρεῖτέ με· καὶ πάλιν, μικρόν, καὶ ὄψεσθέ με;

19 Cognouit autē Iesus eos velle ipsum interrogare, & dixit eis, De hoc quæritis inter vos, quòd dixi, Paulisper, & non videbitis me: & iterum, paulisper, & videbitis me?

19 Cognouit autem Iesus quia uolebant eū interrogare: & dixit eis, De hoc quæritis inter uos quia dixi, Modicū, & nō uidebitis me, & iterū, me dicum, & uidebitis me.

Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι κλαύσετε καὶ θρηνήσετε ὑμεῖς, ὁ δὲ κόσμος χαρήσεται· ὑμεῖς δὲ λυπηθήσεσθε, ἀλλ' ἡ λύπη ὑμῶν εἰς χαρὰν γενήσεται.

20 Amen amen dico vobis, flebitis vos, & lamentabimini, mundus autem gaudebit: vos verò tristes eritis, sed tristitia vestra cuadet in gaudium.

20 Amen amen dico uobis quia plorabitis & flebitis uos, mundus autē gaudebit: uos autem contristabimini, sed tristitia uestra uertetur in gaudium.

Ἡ γυνὴ ὅταν τίκτῃ, λύπην ἔχει, ὅτι ἦλθεν ἡ ὥρα αὐτῆς· ὅταν δὲ γεννήσῃ τὸ παιδίον, οὐκέτι μνημονεύει τῆς θλίψεως διὰ τὴν χαράν, ὅτι ἐγεννήθη ἄνθρωπος εἰς τὸν κόσμον.

21 Mulier, quum parit, dolorem habet, quia venit hora eius: quū autem pepererit puerulum, iam nō meminit oppressionis, quòd gaudeat hominem esse natum in mundo.

21 Mulier quū parit, tristitiam habet, quia uenit hora eius: quū autē pepe rit puerum, iam nō memi nit pressuræ, propter gaudiū, quia natus est homo in mundum.

Καὶ ὑμεῖς οὖν λύπην μὲν νῦν ἔχετε· πάλιν δὲ ὄψομαι ὑμᾶς, καὶ χαρήσεται ὑμῶν ἡ καρδία, καὶ τὴν χαρὰν ὑμῶν οὐδεὶς αἴρει ἀφ' ὑμῶν.

22 Et vos igitur nunc quidē tristitia tenemini: sed rursū videbo vos, & gaudebit cor vestrū, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.

22 Et uos igitur, nūc quidē tristitiam habetis: uerum autem uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollit à uobis.

Καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐμὲ οὐκ ἐρωτήσετε οὐδέν. Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ὅσα ἂν αἰτήσητε τὸν πατέρα ἐν τῷ ὀνόματί μου, δώσει ὑμῖν.

23 Et in illo die me non interrogabitis quicquam. ¶Amen amē dico vobis, quæcunque petieritis à Patre meo in nomine meo, dabit vobis.

23 Et in illo die me nō interrogabitis quicquā. Amen amen dico uobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit uobis.

Supra, 14.b.13 matth.7.c.7, & 21.b.22 mar.11.c.24 luc.11.b.9. ioā.1.a.5

Ἕως ἄρτι οὐκ ἠτήσατε οὐδὲν ἐν τῷ ὀνόματί μου· αἰτεῖτε, καὶ λήψεσθε, ἵνα ἡ χαρὰ ὑμῶν ᾖ πεπληρωμένη.

24 Vsque adhuc non petiistis quicquā in nomine meo: petite, & accipietis, vt gaudiū vestrum sit plenum.

24 Vsque modò non petistis quicquā in nomine meo: petite, & accipietis, ut gaudium uestrum sit plenū.

Ταῦτα ἐν παροιμίαις λελάληκα ὑμῖν· ἀλλ' ἔρχεται ὥρα ὅτε οὐκέτι ἐν παροιμίαις λαλήσω ὑμῖν, ἀλλὰ παρρησίᾳ περὶ τοῦ πατρὸς ἀναγγελῶ ὑμῖν.

25 Hæc loquutus sum vobis per prouerbia: veniet tempus quū iam non per prouerbia loquar vobis, sed apertè de Patre meo renuntiabo vobis.

25 Hæc in prouerbijs locutus sum uobis: uenit hora quū iā nō in prouerbijs loquar uobis, sed palam de Patre annunciabo uobis.

Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐν τῷ ὀνόματί μου αἰτήσεσθε· καὶ οὐ λέγω ὑμῖν ὅτι ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν πατέρα περὶ ὑμῶν.

26 Illo die in nomine meo petetis: & non dico vobis me rogaturum Patrem pro vobis.

26 In illo die in nomine meo petitis: & non dico uobis quia ego rogabo Patrem de uobis.

Αὐτὸς γὰρ ὁ πατὴρ φιλεῖ ὑμᾶς, ὅτι ὑμεῖς ἐμὲ πεφιλήκατε, καὶ πεπιστεύκατε ὅτι ἐγὼ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθον.

Infrà, 17.b.8

27 Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis me à Deo exiuisse.

27 Ipse enim Pater amat uos, quia uos me amastis, & credidistis quia ego à Deo exiui.

17 Quidem ex discipulis, ὲκ τῶν μαθητῶν. Subauditur τινὲς, de qua eclipsi diximus Matth. 17. b. 9. eius autem alia etiam exempla extant Mat. 23. d. 34, & Act. 21. c. 16.

14 Vsque adhuc, ἕως ἄρτι. Vide Matth. 11. b. 12.

Ἐξῆλθον παρὰ τοῦ πατρός, καὶ ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον· πάλιν ἀφίημι τὸν κόσμον, καὶ πορεύομαι πρὸς τὸν πατέρα.

28 Exiui à Patre, & veni in mũdum: iterum relinquo mundũ, & proficiſcor ad Patrem.

28 *Exiui à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundũ, & vado ad Patrem.*

Λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, Ἰδὲ, νῦν παρρησίᾳ λαλεῖς, καὶ παροιμίαν οὐδεμίαν λέγεις.

29 Dicunt ei diſcipuli eius, Ecce, nunc apertè loqueris, nec prouerbium vllum dicis.

29 *Dicunt ei diſcipuli eius, Ecce, nunc palàm loqueris, & prouerbium nullum dicis.*

Νῦν οἴδαμεν ὅτι οἶδας πάντα, καὶ οὐ χρείαν ἔχεις ἵνα τίς σε ἐρωτᾷ· ἐν τούτῳ πιστεύομεν ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐξῆλθες.

30 Nunc ſcimus te ſcire omnia, nec opus eſt tibi vt quis te interroget: per hoc credimus te à Deo exiuiſſe.

30 *Nunc ſcimus quia ſcis omnia, & non opus eſt tibi ut quis te interroget: in hoc credimus quia à Deo exiſti.*

Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἄρτι πιστεύετε;

31 Reſpondit eis Ieſus, Nunc creditis?

31 *Reſpondit eis Ieſus, Modò creditis?*

Ἰδοὺ ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐλήλυθεν, ἵνα σκορπισθῆτε ἕκαστος εἰς τὰ ἴδια, κἀμὲ μόνον ἀφῆτε· καὶ οὐκ εἰμὶ μόνος, ὅτι ὁ πατὴρ μετ' ἐμοῦ ἐστι.

31 Ecce, veniet tempus, & iam venit, quum diſpergemini vnuſquiſque ad ſuos, méque ſolum relinquetis: ſed nõ ſum ſolus: nam Pater mecum eſt.

31 *Ecce, venit hora, & iam venit, ut diſpergamini vnuſquiſque in propria, & me ſolum relinquatis: & non ſum ſolus, quia Pater mecum eſt.* Matth. 26.c.31 marci 14.c.27

Ταῦτα λελάληκα ὑμῖν ἵνα ἐν ἐμοὶ εἰρήνην ἔχητε. ἐν τῷ κόσμῳ θλῖψιν ἔξετε· ἀλλὰ θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον.

33 Hæc loquutus ſum vobis vt in me pacem habeatis. in mũdo oppreſſionem habebitis: ſed confidite, ego vici mundum.

33 *Hæc loquutus ſum vobis ut in me pacem habeatis. in mundo preſſuram habebitis: ſed confidite, ego vici mundum.*

Κεφάλαιον ιζ

CAP. XVII.

CAP. XVII.

Ταῦτα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ εἶπε, Πάτερ, ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, δόξασόν σου τὸν υἱὸν, ἵνα καὶ ὁ υἱός σου δοξάσῃ σε·

1 HAEc loquutus eſt Ieſus, & ſuſtulit oculos in cælũ, dixítque, Pater, venit hora illa, glorifica Filium tuum, vt & Filius tuus glorificet te:

1 *HAEc loquutus eſt Ieſus, & ſublevatis oculis in cælum, dixit, Pater, venit hora, clarifica Filium tuũ, ut Filius tuus clarificet te:*

Καθὼς ἔδωκας αὐτῷ ἐξουσίαν πάσης σαρκὸς, ἵνα πᾶν ὃ δέδωκας αὐτῷ, δώσῃ αὐτοῖς ζωὴν αἰώνιον.

2 Sicut dediſti ei authoritatem in omnẽ carnem, vt quotquot dediſti ei, det eis vitã æternam.

2 *Sicut dediſti ei poteſtatẽ omnis carnis, ut omne quod dediſti ei, det ei vitam æternam.* Matth. 28.d.18

Αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν.

3 Hæc eſt autem vita æterna, vt te ſolum cognoſcant eſſe Deũ verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.

3 *Hæc eſt autem vita æterna, ut cognoſcant te ſolum Deum verũ, & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtum.*

Ἐγώ σε ἐδόξασα ἐπὶ τῆς γῆς· τὸ ἔργον ἐτελείωσα ὃ δέδωκάς μοι ἵνα ποιήσω·

4 Ego te glorificaui in terra: opus conſummaui quod dediſti mihi vt facerem:

4 *Ego te clarificaui ſuper terram: opus conſummaui quod dediſti mihi ut faciam:*

Καὶ νῦν δόξασόν με σὺ πάτερ παρὰ σεαυτῷ τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοί.

5 Nunc igitur glorifica me tu Pater apud temetipſum ea gloria quam habui apud te prius quàm hic mundus exiſteret.

5 *Et nunc clarifica me tu Pater apud temetipſum claritate quam habui priuſquam mũdus eſſet, apud te.*

31 Quum, ἵνα. Vide ſuprà, 15.b.13, & ſuprà, 2.2. Ad ſuos, εἰς τὰ ἴδια, Vel, domum ſuam. Vide ſuprà, 1. b.11. Caſtellio, Alius alió. Vulgata, In propria. Eraſmus, In ſua. Pater, ὁ πατήρ. Epiphanius contra Arianomanitas, addit ὁ γεννήσας με, qui genuit me.

33 In me pacem habeatis, ἐν ἐμοὶ εἰρήνην ἔχητε id eſt, In me prorſus conquieſcatis, ne vos vllæ tempeſtates auferant. Nam pacem habere hic opponitur perturbationi ac triſtitiæ. Dixi autem potius In me, quàm Per me, quòd noſtram illam cum ipſo Chriſto cõmunicationem, qua in ipſum verè inſerimur, putem hac præpoſitione ſignificari.

IN CAPVT XVII.

2 Authoritatem *in* omnem carnem, ἐξουσίαν πάσης σαρκός. Vulgata & Eraſmus, Poteſtatem omnis carnis, nimium obſcurè. Subauditur enim χῦ, vt ſuprà, Matth. 10.a.1, & 12.c.31. Carnem autem pro homine accipi ex Hebræorum conſuetudine, ſæpe iam annotauimus.

3 Te ſolum *eſſe*, σὲ τὸν μόνον. Id eſt, te ſolum pro vero Deo agnoſcant. Nam ſi ita reſoluas, Vt te cognoſcant, qui ſolus es verus Deus, frigidior erit ſententia. Ideo ſuppleui verbum ſubſtantiuum, & naturalem con-

ſtructionis ordinem ſeruaui, vt magis perſpicua eſſet oratio. Quòd autem Arriani & alii Chriſti diuinitatis hoſtes arrepta particula μόνον, hoc teſtimonio abutebantur, vt Chriſtum ſua gloria ſpoliarent, facilè refelli poteſt. Nam (vt rectè annotat Nãzianzenus concione θεολογικῇ ſecunda) hac eadem ratione ſolus Pater eſſet ſapiens, ſolus immortalis, ſolus habitans lucem inacceſſam, ſolus rex perpetuus & inuiſibilis, ex iis quæ ſcripta ſunt Rom. 16. d. 27, & 1. Tim. 1. d. 17. Sciendum eſt igitur, Chriſtum, ſuo more, totam diuinitatem in vna Patris perſona proponere, à quo tamen quòd ſeipſum non diuellat, vel ex eo liquet quòd cum Patris cognitione etiam ſui notitiam vt neceſſariam requirit: quia (vt antè dixit) nemo ad Patrem venit niſi per eum, quatenus nimirum vnus eſt Dei & hominum mediator. Solum igitur & verum addit, non vt Filium aut Spiritum ſanctum excludat, qui cum Patre ſunt vnus Deus, ſed vt falſis omnibus diis opponat. 5

Ἐφανέρωσά σου τὸ ὄνομα τοῖς ἀνθρώποις οὓς δέδωκάς μοι ἐκ τοῦ κόσμου· σοὶ ἦσαν, καὶ ἐμοὶ αὐτοὺς ἔδωκας, καὶ τὸν λόγον σου τετηρήκασι.

6 Patefeci nomen tuum hominibus quos dediſti mihi *ſelectos* è mundo: tui erant, & mihi eos dediſti, & ſermonem tuum ſeruarunt.

6 *Manifeſtaui nomen tuũ hominibus quos dediſti mihi de mundo: tui erant, & mihi eos dediſti, & ſermonem tuum ſeruauerunt.*

Νῦν ἔγνωκαν ὅτι πάντα ὅσα δέδωκάς μοι, παρὰ σοῦ εἰσίν. *Supra, 16. d. 27*

7 ‖Nunc nouerunt, omnia quæ dediſti mihi, à te eſſe.

7 *Nũc cognouerunt quia omnia quæ dediſti mihi, abs te ſunt.*

Ὅτι τὰ ῥήματα ἃ δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς· καὶ αὐτοὶ ἔλαβον, καὶ ἔγνωσαν ἀληθῶς ὅτι παρὰ σοῦ ἐξῆλθον, καὶ ἐπίστευσαν ὅτι σύ με ἀπέστειλας.

8 Quia verba quæ tradidiſti mihi, tradidi eis: & ipſi acceperũt, & verè norunt me à te exiuiſſe, & crediderunt me à te miſſum eſſe.

8 *Quia verba quæ dedi mihi, dedi eis: & ipſi acceperunt, & cognouerunt verè quia à te exiui, & crediderunt quia tu me miſiſti.*

Ἐγὼ περὶ αὐτῶν ἐρωτῶ· οὐ περὶ τοῦ κόσμου ἐρωτῶ, ἀλλὰ περὶ ὧν δέδωκάς μοι, ὅτι σοί εἰσι.

9 Ego pro eis rogo: nõ pro mũdo rogo, ſed pro *iis* quos dediſti mihi, quia tui ſunt.

9 *Ego pro eis rogo, nõ pro mundo rogo, ſed pro his quos dediſti mihi, quia tui ſunt.*

Καὶ τὰ ἐμὰ πάντα, σά ἐστι, καὶ τὰ σά, ἐμά, καὶ δεδόξασμαι ἐν αὐτοῖς.

10 Et mea omnia, tua ſunt, & tua, mea ſunt: & glorificatus ſum in eis.

10 *Et mea omnia tua ſũt, & tua mea ſunt, & clarificatus ſum in eis.*

Καὶ οὐκέτι εἰμὶ ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ οὗτοι ἐν τῷ κόσμῳ εἰσί, κἀγὼ πρὸς σὲ ἔρχομαι. Πάτερ ἅγιε, τήρησον αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου, οὓς δέδωκάς μοι, ἵνα ὦσιν ἓν καθὼς ἡμεῖς.

11 Et non ſum amplius in mundo, ſed hi ſunt in mundo, & ego ad te venio. Pater ſancte, ſerua eos per nomen tuum, quos dediſti mihi, vt ſint vnum prout & nos.

11 *Et iam non ſum in mũdo, & hi in mundo ſunt, & ego ad te ueneo. Pater ſancte, ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mihi, vt ſint vnum ſicut & nos.*

Ὅτε ἤμην μετ' αὐτῶν ἐν τῷ κόσμῳ, ἐγὼ ἐτήρουν αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου· οὓς δέδωκάς μοι ἐφύλαξα, καὶ οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἀπώλετο, εἰ μὴ ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας· ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ. *Pſal. 108. a. 8*

12 Quum eſſem cum eis in mũdo, ego ſeruabã eos in nomine tuo: quos dediſti mihi, ego cuſtodiui, & nemo ex eis periit, niſi filius ille perditionis: ‖vt Scriptura impleretur.

12 *Quum eſſem cum eis, ego ſeruabam eos in nomine tuo: quos dediſti mihi, cuſtodiui, & nemo ex eis periit, niſi filius perditionis: ut Scriptura impleatur.*

Νῦν δὲ πρὸς σὲ ἔρχομαι, καὶ ταῦτα λαλῶ ἐν τῷ κόσμῳ, ἵνα ἔχωσι τὴν χαρὰν τὴν ἐμὴν πεπληρωμένην ἐν αὐτοῖς.

13 Nunc autem ad te venio, & hæc loquor in mundo, vt habeãt gaudium meum plenum apud ſe.

13 *Nunc autẽ ad te ueneo, & hæc loquor in mũdo, vt habeant gaudiũ meũ impletum in ſemetipſis.*

Ἐγὼ δέδωκα αὐτοῖς τὸν λόγον σου, καὶ ὁ κόσμος ἐμίσησεν αὐτούς, ὅτι οὐκ εἰσὶν ἐκ τοῦ κόσμου, καθὼς ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου.

14 Ego tradidi eis ſermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non ſunt ex mundo, prout & ego non ſum ex mundo.

14 *Ego dedi eis ſermonem tuũ, & mundus eos odio habuit, quia non ſunt de mundo, ſicut & ego non ſum de mundo.*

Οὐκ ἐρωτῶ ἵνα ἄρῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ κόσμου, ἀλλ' ἵνα τηρήσῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ πονηροῦ.

15 Non rogo vt tollas eos è mũdo, ſed vt ſerues eos à Malo.

15 *Non rogo vt tollas eos de mundo, ſed vt ſerues eos à Malo.*

6 Tui erant, & mihi eos dediſti, σοὶ ἦσαν, καὶ ἐμοὶ αὐτοὺς ἔδωκας. Hæc nõnulli per parentheſin ſeparant, ita vt quod ſequitur, Et tuum ſermonem ſeruarunt, cum eo cohæreat quod dixerat, Quos dediſti mihi *ſelectos* ex hoc mundo: at ego nullam hic admitto parentheſin: imò verò in iis verbis totam ſalutis noſtræ ſummã ſuis gradibus diuiniſſimè deſcriptam conſidero. Nam quum ait, Tui erant, æternam illã electionẽ declarat in ipſo Dei beneplacito abſconditam, quæ totius noſtræ ſalutis eſt baſis ac fundamentum. Deinde quum dicit, Quos dediſti mihi, & quibus patefeci nomen tuum, ſignificat æterni illius & abſcondiți propoſiti declarationem in Chriſto factam, per quem demum fide apprehenſum iuſtificati ſumus & ſanctificati: Chriſti gloriam tandem conſequamur: ſicut paucis etiam hæc omnia complectitur Apoſtolus Rom. 8. f. 30, & Ephe. 1. a. 4 & 5.

11 Filius ille perditionis, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας. Eraſmus, Filium perditum. Nam, inquit, alioquin quid eſt filius

filius perditionis,nisi quem genuit perditio? Atqui absurdior est hæc amphibolia quàm vt cuiquam in mẽtem veniat:quòd si placuisset ab Hebraismo deficere,maluissem hominem perditum interpretari. Sed Hebraismum vltro integrum seruaui:quia qui perditum hominem dicit,ipsum duntaxat euẽtum ac miseram conditionem declarat:at Iudas dicitur filius perditionis,non modò quia periit,sed etiam quia huic exitio erat destinatus ac deuotus,vt manifestè liquet ex iis quæ scripta sunt Act.1.c.16,& 4.f.17 & 18. Neque tamen hæc faciunt vt vel Deus sit in culpa,vel Iudas culpæ eximatur,sicut copiosius alibi diximus: sed hoc dixit Christus ne videretur perdito Iuda,labefactata æterna Dei electio. Ideo dicit alibi, Scio quos elegerim, Supra,13.b.18.

Ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ εἰσὶ, καθὼς ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ εἰμί.

16 Ex mundo nō sunt,sicut & ego non sum ex mundo.

16 De mundo non sunt, sicut ego non sum de mundo.

Ἁγίασον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου· ὁ λόγος ὁ σὸς ἀλήθειά ἐστι.

17 Sāctifica eos tua veritate:sermo tuus veritas est.

17 Sanctifica eos in veritate. sermo tuus veritas est.

Καθὼς ἐμὲ ἀπέστειλας εἰς τὸν κόσμον, κἀγὼ ἀπέστειλα αὐτοὺς εἰς τὸν κόσμον·

18 Sicut me misisti in mundū,& ego misi eos in mundum.

18 Sicut tu me misisti in mũdum, & ego misi eos in mundum:

Καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ἐγὼ ἁγιάζω ἐμαυτὸν, ἵνα καὶ αὐτοὶ ὦσιν ἡγιασμένοι ἐν ἀληθείᾳ.

19 Et pro eis ego sanctifico meipsum,vt sint & ipsi sanctificati per veritatem.

19 Et pro eis ego sanctifico meipsum, ut sint & ipsi sanctificati in veritate.

Οὐ περὶ τούτων δὲ ἐρωτῶ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν πιστευόντων διὰ τοῦ λόγου αὐτῶν εἰς ἐμέ·

20 Non pro eis autem rogo tantùm,sed & pro iis qui per sermonem eorum credituri sunt in me:

20 Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per verbū eorum in me.

Ἵνα πάντες ἓν ὦσι, καθὼς σὺ πάτερ ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν σοὶ, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ἓν ὦσιν· ἵνα ὁ κόσμος πιστεύσῃ ὅτι σύ με ἀπέστειλας.

21 Vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me,& ego in te,vt & ipsi in nobis vnum sint: vt credat mundus me à te missum esse.

21 Vt omnes unum sint, sicut tu Pater in me & ego in te: ut & ipsi in nobis unum sint: ut credat mūdus quia tu me misisti.

Καὶ ἐγὼ τὴν δόξαν ἣν δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς, ἵνα ὦσιν ἓν, καθὼς ἡμεῖς ἓν ἐσμεν.

22 Et ego gloriam quam dedisti mihi,dedi eis: vt sint vnum,sicut & nos vnum sumus.

22 Et ego claritatem quā dedisti mihi, dedi eis: ut sint unum, sicut & nos unum sumus.

Ἐγὼ ἐν αὐτοῖς, καὶ σὺ ἐν ἐμοὶ, ἵνα ὦσι τετελειωμένοι εἰς ἕν, καὶ ἵνα γινώσκῃ ὁ κόσμος ὅτι σύ με ἀπέστειλας, καὶ ἠγάπησας αὐτοὺς καθὼς ἐμὲ ἠγάπησας.

23 Ego in eis,& tu in me, vt sint perfecti in vnum, & vt cognoscat mundus me à te missum esse,téque eos diligere,sicut me dilexisti.

23 Ego in eis & tu in me, ut sint consummati in unum, & cognoscat mundus quia tu me misisti, & dilexisti eos sicut & me dilexisti.

Πάτερ, οὓς δέδωκάς μοι, θέλω ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, κἀκεῖνοι ὦσι μετ' ἐμοῦ· ἵνα θεωρῶσι τὴν δόξαν τὴν ἐμὴν ἣν δέδωκάς μοι, ὅτι ἠγάπησάς με πρὸ καταβολῆς κόσμου.

24 Pater,quos dedisti mihi, velim vt vbi sum ego,& illi sint mecum: vt conspiciant gloriā illam quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante iacta mundi fundamenta.

24 Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi sum ego, & illi sint mecum: ut videant claritatem meam quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi. Supra, 12.d.26

Πάτερ δίκαιε, καὶ ὁ κόσμος σε οὐκ ἔγνω, ἐγὼ δέ σε ἔγνων, καὶ οὗτοι ἔγνωσαν ὅτι σύ με ἀπέστειλας.

25 Pater iuste,mundus te nō nouit:ego autem te noui, & hi nouerunt me à te missum esse.

25 Pater iuste, mundus te non cognouit, ego autem te cognoui, & hi cognouerunt quia tu me misisti.

Καὶ ἐγνώρισα αὐτοῖς τὸ ὄνομά σου, καὶ γνωρίσω· ἵνα ἡ ἀγάπη ἣν ἠγάπησάς με, ἐν αὐτοῖς ᾖ, κἀγὼ ἐν αὐτοῖς.

26 Et notū feci eis nomē tuum, & notum faciam: vt charitas qua dilexisti me,sit in eis, & ego in eis.

26 Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam: ut dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.

17 Sanctifica,ἁγίασον. Id est sanctos efficito. Sanctum autem dicitur quod Deo peculiariter deuotum ac consecratum est: quamobrem etiam Spiritus sanctus seu sanctificationis vocatur qui fidelium corda flectit, vt velint ac possint quæ Dei sunt. Est autem hoc vocabulum (vt alia multa) profectum ab Hebræis: quod quū Latini theologi retinuerint, nos quoque libenter seruauimus.

19 Per veritatem, ἐν ἀληθείᾳ. vel verè, vt externæ purificationes opponantur veræ & solidæ fideliū in Christo sanctificationi per Spiritum sanctum.

Κεφάλαιον ιη ς

ΤΑῦτα εἰπὼν ὁ Ἰησοῦς ἐξῆλθε σὺν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ πέραν τοῦ χειμάρρου τοῦ Κέδρων, ὅπου ἦν κῆπος, εἰς ὃν εἰσῆλθεν αὐτὸς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.

Matth.26.d.36 marci 14.d.32 Iuc.22.d.39 1.reg.15.c.23

1 HAEc quum dixisset Iesus, egressus est cū discipulis suis trans ᵛ torrentē Cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit ipse & discipuli eius.

ᵛ torrentē] Sic quidem legimus in omnibus Græcis exemplaribus, sed manifesto errore, quum Hebræi קדרון vocent, quasi tenebricosum dicas, sicut hodie Germani Hercyniam syluam Schwartzwald, id est nigrum nemus, appellant. Hoc verò quum quidam ignorarent, & putarent hîc agi de cedris arboribus, (quas tamen, vt rectè doctissimus ille Capnio annotauit, Hebræi diuerso prorsus vocabulo ארז appellant) hunc locum corruperunt: non quidem addito articulo, sed mutato, vt rectè omnino coniicit Stapulēsis. Neque enim dubito quin initio scriptum fuerit, τῷ χειμάῤῥῳ τῶ Κέδρων, sicut 1. Reg. 15. c. 13, scriptum est, ἐν τῷ χειμάῤῥῳ τοῦ Κέδρων, non autem τῶν Κέδρων, vt perperam legit Erasmus.

1 Hæc quum dixisset Iesus, egressus est cū discipulis suis trans torrētem Cedrō, vbi erat hortus, in quem introiuit ipse & discipuli eius.

ΗΔΗ δὲ καὶ Ἰούδας ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν, τὸν τόπον ὅτι πολλάκις συνήχθη ὁ Ἰησοῦς ἐκεῖ μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ.

2 Nouerat autem eum locū etiam Iudas qui prodebat eum, quia Iesus frequenter cum discipulis suis illuc conuenerat.

2 Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum, locum: quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis.

Matth.26.c.47 marci 14.c. 43 Iuc.22.c.47

Ὁ οὖν Ἰούδας λαβὼν τὴν σπεῖραν, καὶ ἐκ τῶν Ἀρχιερέων καὶ Φαρισαίων ὑπηρέτας, ἔρχεται ἐκεῖ μετὰ φανῶν καὶ λαμπάδων καὶ ὅπλων.

3 Iudas ergo quum accepisset cohortem, & à Pontificibus ac Pharisæis ministros, venit illuc cū laternis & facibus & armis.

3 Iudas ergo quum accepisset cohortem, & à Pōtificibus & Pharisæis ministros, venit illuc cū laternis & facibus & armis.

Ἰησοῦς οὖν, εἰδὼς πάντα τὰ ἐρχόμενα ἐπ' αὐτὸν, ἐξελθὼν εἶπεν αὐτοῖς, Τίνα ζητεῖτε;

4 Iesus itaque, sciēs omnia quæ uentura erant in se, prodiēs dixit eis, Quem quæritis?

4 Iesus itaque, sciens omnia quæ uentura erāt super se, prouāsit, & dixit eu, Quem quæritis?

Ἀπεκρίθησαν αὐτῷ, Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἐγώ εἰμι. Εἱστήκει δὲ καὶ Ἰούδας ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν, μετ' αὐτῶν.

5 Responderunt ei, Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus, Ego *is* sum. Stabat autem cum eis etiā Iudas qui prodebat eum.

5 Responderunt ei, Iesū Nazarenum. Dicit eis Iesus, Ego sum. Stabat autem & Iudas qui tradebat eum, cum ipsis.

Ὡς οὖν εἶπεν αὐτοῖς, Ὅτι ἐγώ εἰμι, ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ ἔπεσον χαμαί.

6 Vt ergo dixit eis, Ego *is* sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt humi.

6 Vt ergo dixit eis, Ego sum, abierūt retrorsum, & ceciderunt in terram.

Πάλιν οὖν αὐτοὺς ἐπηρώτησε, Τίνα ζητεῖτε; Οἱ δὲ εἶπον, Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον.

7 Iterum ergo rogauit eos, Quem quæritis? Illi autem dixerunt, Iesum Nazarenum.

7 Iterum ergo interrogauit eos, Quem quæritis? Illi autem dixerunt, Iesū Nazarenum.

Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, Εἶπον ὑμῖν ὅτι ἐγώ εἰμι. εἰ οὖν ἐμὲ ζητεῖτε, ἄφετε τούτους ὑπάγειν.

8 Respondit Iesus, Dixi vobis me eum esse. ergo si me quæritis, sinite hos abire.

8 Respondit Iesus, Dixi vobis quia ego sum. si ergo me quæritis, sinite eos abire.

Ἵνα πληρωθῇ ὁ λόγος ὃν εἶπεν, Ὅτι οὓς δέδωκάς μοι, οὐκ ἀπώλεσα ἐξ αὐτῶν οὐδένα.

Ioan.17.b.12

9 Vt impleretur sermo quem dixerat, Ex iis quos dedisti mihi, non perdidi quenquam.

9 Vt impleretur sermo quem dixit. Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quenquam.

Σίμων οὖν Πέτρος ἔχων μάχαιραν, εἵλκυσεν αὐτὴν, καὶ ἔπαισε τὸν τοῦ Ἀρχιερέως δοῦλον, καὶ ἀπέκοψεν αὐτοῦ τὸ ὠτίον τὸ δεξιόν. ἦν δὲ ὄνομα τῷ δούλῳ Μάλχος.

10 Simon autem Petrus qui gladiū habebat, eduxit eū, & percussit seruū Pontificis maximi, & abscidit auriculam eius dextram. erat autem nomē seruo Malchus.

10 Simon ergo Petrus, habens gladiū, eduxit eū, & percussit Pontificū seruū, & abscidit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen seruo Malchus.

Εἶπεν οὖν ὁ Ἰησοῦς τῷ Πέτρῳ, Βάλε τὴν μάχαιράν σου εἰς τὴν θήκην. Τὸ ποτήριον ὃ δέδωκέ μοι ὁ πατὴρ οὐ μὴ πίω αὐτό;

11 Dicit ergo Iesus Petro, Recō de gladium tuum in vaginam. annon bibam poculum quod dedit mihi Pater?

11 Dixit ergo Iesus Petro, Mitte gladium tuū in uaginam. calicem quem dedit mihi Pater non bibā illum?

IN CAPVT XVIII.

1 Torrētem Cedron, τῷ χειμάῤῥῳ τοῦ Κέδρων. Sic quidem legimus in omnibus Græcis exemplaribus, sed manifesto errore, quum Hebræi קדרון vocent, quasi tenebricosum dicas, sicut hodie Germani Hercyniam syluam Schwartzwald, id est nigrum nemus, appellant. Hoc verò quum quidam ignorarent, & putarent hîc agi de cedris arboribus, (quas tamen, vt rectè doctissimus ille Capnio annotauit, Hebræi diuerso prorsus vocabulo ארז appellant) hunc locum corruperunt: non quidem addito articulo, sed mutato, vt rectè omnino coniicit Stapulēsis. Neque enim dubito quin initio scriptum fuerit, τῷ χειμάῤῥῳ τῶ Κέδρων, sicut 1. Reg. 15. c. 13, scriptum est, ἐν τῷ χειμάῤῥῳ τοῦ Κέδρων, non autem τῶν Κέδρων, vt perperam legit Erasmus.

Ἡ οὖν σπεῖρα καὶ ὁ χιλίαρχος καὶ οἱ ὑπηρέται τῶν Ἰουδαίων συνέλαβον τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἔδησαν αὐτόν.

11 Cohors igitur & tribunus & miniſtri Iudæorum comprehẽderunt Ieſum, & vinxerũt eum.

11 *Cohors autem & tribunus & miniſtri Iudæorum comprehenderunt Ieſũ & ligauerunt eum.*

Καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν πρὸς Ἅνναν πρῶτον· ἦν γὰρ πενθερὸς τῆς Καϊάφα, ὃς ἦν ἀρχιερεὺς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου.

13 Et adduxerunt primùm ad Annam. (erat enim ſocer Caiaphæ, qui erat Pontifex maximus anni illius) is verò miſit eũ vinctum ad Caiapham Pontificem maximum.

13 *Et adduxerũt eum ad Annam primùm: erat enim ſocer Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius.* Lbc. 3. a. 2

Ἦν δὲ Καϊάφας ὁ συμβουλεύσας τοῖς Ἰουδαίοις ὅτι συμφέρει ἕνα ἄνθρωπον ἀποθανεῖν ὑπὲρ τοῦ λαοῦ.

14 Erat autem Caiaphas is qui conſuluerat Iudæis expedire vnũ hominẽ mori pro populo.

14 *Erat autem Caiphas qui conſiliũ dederat Iudæis quia expedit unũ hominem mori pro populo.* *ſuprà, 11. f. 50*

Ἠκολούθει δὲ τῷ Ἰησοῦ Σίμων Πέτρος, καὶ ὁ ἄλλος μαθητής. Ὁ δὲ μαθητὴς ἐκεῖνος ἦν γνωστὸς τῷ ἀρχιερεῖ, καὶ συνεισῆλθε τῷ Ἰησοῦ εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ ἀρχιερέως.

15 Sequebatur autem Ieſum Simon Petrus, & alius diſcipulus. diſcipulus verò ille notus erat Pontifici maximo, & ſimul introiit cum Ieſu in aulam Põtificis maximi.

15 *Sequebatur autem Ieſũ Simon Petrus & alius diſcipulus. Diſcipulus autẽ ille erat notus Pontifici, & introiuit cum Ieſu in atrium Pontificis.* *Matth. 26. f. 58 marci 14. f. 54 luc. 22. f. 54*

Ὁ δὲ Πέτρος εἱστήκει πρὸς τῇ θύρᾳ ἔξω. Ἐξῆλθεν οὖν ὁ μαθητὴς ὁ ἄλλος ὃς ἦν γνωστὸς τοῦ ἀρχιερέως, καὶ εἶπε τῇ θυρωρῷ, καὶ εἰσήγαγε τὸν Πέτρον.

16 Petrus autem ſtabat extrà ad oſtiũ. Exiuit ergo diſcipulus ille alter qui erat notus Põtifici maximo, & loquutus eſt oſtiariæ, & introduxit Petrum.

16 *Petrus autem ſtabat ad oſtium foris. Exiuit ergo diſcipulus ille alius qui erat notus Pontifici & dixit oſtiariæ & introduxit Petrum.*

Λέγει οὖν τῷ Πέτρῳ ἡ παιδίσκη ἡ θυρωρὸς τοῦ Πέτρου, Μὴ καὶ σὺ ἐκ τῶν μαθητῶν εἶ τοῦ ἀνθρώπου τούτου; Λέγει ἐκεῖνος, Οὐκ εἰμί.

17 Dixit ergo Petro ancilla oſtiaria, Nónne & tu ex diſcipulis es hominis iſtius? Dicit ille, Non ſum.

17 *Dixit ergo Petro ancilla oſtiaria, Nunquid & tu ex diſcipulis es hominis iſtius? Dicit ille, Nõ ſũ.*

Εἱστήκεισαν δὲ οἱ δοῦλοι καὶ οἱ ὑπηρέται ἀνθρακιὰν πεποιηκότες, ὅτι ψῦχος ἦν, καὶ ἐθερμαίνοντο· ἦν δὲ μετ' αὐτῶν ὁ Πέτρος ἑστὼς καὶ θερμαινόμενος.

18 Stabant autem ſerui & miniſtri qui prunas cõgeſſerant, quia frigus erat, & calefaciebant ſe. erat autem cum eis etiam Petrus ſtans, & calefaciens ſe.

18 *Stabant autem ſerui & miniſtri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant ſe. erat autem cum eis & Petrus ſtans, & calefaciens ſe.*

Ὁ οὖν ἀρχιερεὺς ἠρώτησε τὸν Ἰησοῦν περὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ καὶ περὶ τῆς διδαχῆς αὐτοῦ.

19 Pontifex maximus ergo interrogauit Ieſum de diſcipulis & doctrina ipſius.

19 *Pontifex ergo interrogauit Ieſum de diſcipulis ſuis & de doctrina eius.*

Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἐγὼ παρρησίᾳ ἐλάλησα τῷ κόσμῳ·

20 Reſpondit ei Ieſus, Ego palàm loquutus ſum mundo:

20 *Reſpondit ei Ieſus. Ego palàm loquutus ſũ mũdo:*

13 Anni illius, τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου. Poſt hæc verba legit Cyrillus, καὶ ἀπέστειλαν αὐτὸν δεδεμένον πρὸς Καϊάφαν τὸν Ἀρχιερέα, quantum quidem cõiicere licet ex Latina interpretatione: nam Græcũ codicem mihi non contigit videre. Hanc igitur lectionem approbat Eraſmus: cui ſicut in eo aſſentior quòd hæc putet in contextum reponẽda, ita quiddam præterea requiro. Cur reponẽda exiſtimem, his cauſis adducor: primùm quia Cyrillus, vetus ac nobilis interpres, & πολλῶν ἀπόξιος ἄλλων, ita legit & interpretatur: deinde quòd alioquin non cohærebit narratio. Nam ſtatim ſubiicitur, Petrum in aulam Pontificis fuiſſe introductum, in qua etiam fuerit Chriſtus à Pontifice interrogatus, & ab ipſius miniſtro exſus: quod videretur non ſatis magnã habere Pontificiæ dignitatis rationem: quæ omnia non poſſunt ad alium quàm ad ipſum Caiapham Pontificem referri. Præterea ſiquis cum iſtis conferat quæ ab aliis Euangeliſtis narrantur, fatebitur omnia hæc non in ipſius Annæ, ſed Caiaphæ domo geſta. Nec aliter ſanè commodè poſſis Iohannem cum cæteris Euangeliſtis conciliare: ſiquidem ii magno conſenſu (vt rectè omnino Eraſmus obſeruat) tres Petri negationes ita narrant vt in vnis Caiaphæ ædibus factas eſſe appareat. Deinde niſi ita hæc eſſe fateamur, præterierit Iohannes quicquid geſtum eſt aduerſus Chriſtum ab ipſo Caiapha, cui tamẽ vni ius fuit conciliũ cogendi & in Chriſtum inquirendi. Poſtremò epanalepſis illa quæ extat infrà verſu 24, omnem mihi dubitationem eximit. nam ſanè nimis durum eſſet ſuperiora omnia accipere veluti κατ' ὑπερβολὴν aut κατ' αὐτόπτου dicta. Itaque ſuo loco hæc repoſui. Sed vnum dixi præterea hic à me requiri. quum enim apud Cyrilli interpretem legatur, Miſerúntque, id eſt καὶ ἀπέστειλαν, ego contrà partim ex ipſius narrationis ſerie, partim etiam ex illa epanalepſi didici legendum eſſe καὶ ἀπέστειλαν, & miſit, ipſe videlicet Annas, Ieſum vinctum ad Caiapham generum. Itaque in ipſius Annæ domo nihil geſtũ eſt quod commemorandum putarit Euangeliſta. quo enim iure concilium ille cogeret, & in Chriſtum inquireret? ſed quum ad eum, vt Pontificis ſocerum, Chriſtus obiter eſſet deductus, ſtatim eum curauit ad ædes generi rapiendum. Ex quo rurſus intelligitur cur cæteri Euangeliſtæ, nulla Annæ mentione facta, perinde hæc narrent ac ſi Chriſtus rectà ad Caiapham Pontificem pertractus eſſet.

ἐγὼ παρρησίᾳ λελάληκα τῷ κόσμῳ· ἐγὼ πάντοτε ἐδίδαξα ἐν συναγωγῇ, καὶ ἐν τῷ ἱερῷ, ὅπου πάντες οἱ Ἰουδαῖοι συνέρχονται, καὶ ἐν κρυπτῷ ἐλάλησα οὐδέν.

ego semper docui in synagoga & in templo, quò vndique Iudæi conueniunt, & in occulto loquutus sum nihil:

ego semper docui in synagogo, & in tẽplo, quò omnes Iudæi conueniunt, & in occulto loquutus sum nihil:

Τί με ἐπερωτᾷς; ἐπερώτησον τοὺς ἀκηκοότας, τί ἐλάλησα αὐτοῖς· ἴδε, οὗτοι οἴδασιν ἃ εἶπον ἐγώ.

11 Quid mè interrogas? interroga eos qui audierunt quid sim ipsis loquutus: ecce, hi sciunt quæ dixerim ego.

11 Quid me interrogas? interroga eos qui audierunt quid loquutus sim ipsis: ecce, hi sciunt quid dixerim ego.

Ταῦτα δὲ αὐτοῦ εἰπόντος, εἷς τῶν ὑπηρετῶν παρεστηκὼς ἔδωκε ῥάπισμα τῷ Ἰησοῦ, εἰπών, Οὕτως ἀποκρίνῃ τῷ Ἀρχιερεῖ;

12 Hæc autem quum ipse dixisset, vnus ex ministris qui adstabat, bacillo cecidit Iesum, dicens, Itáne respondes Pontifici maximo?

12 Hæc autem quum dixisset, unus assistens ministrorum dedit alapam Iesu, dicens, Sic respondes Pontifici?

Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Εἰ κακῶς ἐλάλησα, μαρτύρησον περὶ τοῦ κακοῦ· εἰ δὲ καλῶς, τί με δέρεις;

13 Respõdit ei Iesus, Si malè loquutus sum, testare de malo: sin bene, cur me cædis?

13 Respondit ei Iesus, Si malè loquutus sum, testimonium perhibe de malo: si autẽ bene, quid me cædis?

Matth.26.f.57 marci 14.f.53 luc.22.f.54

Ἀπέστειλεν οὖν αὐτὸν ὁ Ἅννας δεδεμένον πρὸς Καϊάφαν τὸν Ἀρχιερέα.

14 ¶ Miserat igitur eum Annas vinctum ad Caiapham Pontificẽ maximum.

14 Et misit eum Annas ligatum ad Caiphan Pontificem.

Matth.26.g.69 marci 14.f.53 luc.22.f.55

Ἦν δὲ Σίμων Πέτρος ἑστὼς καὶ θερμαινόμενος. εἶπον οὖν αὐτῷ, Μὴ καὶ σὺ ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ εἶ; Ἠρνήσατο ἐκεῖνος, καὶ εἶπεν, Οὐκ εἰμί.

15 ¶ Stabat autẽ Simon Petrus, & calefaciebat se: dixerunt igitur ei, Nónne & tu ex discipulis eius es? Negauit ille, & dixit, Nõ sum.

15 Erat autem Simon Petrus stãs & calefaciẽs se: dixerunt ergo ei, Numquid & tu ex discipulis eius es? Negauit ille, & dixit, Non sum.

Λέγει εἷς ἐκ τῶν δούλων τοῦ Ἀρχιερέως, συγγενὴς ὢν οὗ ἀπέκοψε Πέτρος τὸ ὠτίον, Οὐκ ἐγώσε εἶδόν σε ἐν τῷ κήπῳ μετ' αὐτοῦ;

16 Dicit ei quidam ex seruis Pontificis maximi, cognatus eius cuius abscideratPetrus auriculam, Nónne ego te vidi in horto cum eo?

16 Dicit ei unus ex seruis Pontificis, cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculam. Nónne ego te uidi in horto cum illo?

Πάλιν οὖν ἠρνήσατο ὁ Πέτρος, καὶ εὐθέως ἀλέκτωρ ἐφώνησεν.

17 Rursus ergo negauit Petrus, & statim gallus vocem misit.

17 Iterum ergo negauit Petrus, & statim gallus cantauit.

Matth.27.a.2 marci 15.a.1 luc.23.a.1 act.10.d.28, & 11.a.3

Ἄγουσιν οὖν τὸν Ἰησοῦν ἀπὸ τοῦ Καϊάφα εἰς τὸ πραιτώριον. ἦν δὲ πρωΐα· καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ' ἵνα φάγωσι τὸ πάσχα.

18 ¶ Ducunt ergo Iesum à Caiapha in Prætorium. erat autem manè, & ipsi non introierunt in Prætorium, ne polluerentur, sed vt ederent Pascha.

18 Adducunt ergo Iesum à Caipha in Prætorium. erat autem manè, & ipsi non introierunt in Prætorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha.

Ἐξῆλθεν οὖν ὁ Πιλᾶτος πρὸς αὐτοὺς, καὶ εἶπε, Τίνα κατηγορίαν φέρετε κατὰ τοῦ ἀνθρώπου τούτου;

19 Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit, Quam accusationem adfertis aduersus hominẽ istum?

19 Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quã accusationẽ adfertis aduersus hominem hũc?

Ἀπεκρίθησαν καὶ εἶπον αὐτῷ, Εἰ μὴ ἦν οὗτος κακοποιὸς, οὐκ ἄν σοι παρεδώκαμεν αὐτόν.

30 Responderunt & dixerũt ei, Nisi iste esset maleficus, non tradidissemus eum tibi.

30 Responderunt & dixerunt ei: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum.

10 Vndique, πάντοθεν. Vulg. & Eras. Omnes, id est πάντες. In vetustis codicibus legimus πάντων. Ego verò existimo vel legendum πάντες, vel πάντοθεν, quod facilè potuit à librariis mutari in πάντων.

11 Bacillo cecidit, ἔδωκε ῥάπισμα. Id est ἐῤῥάπισεν. Vulg. & Eras. Dedit alapã. Vide Mar. 14. g. 65. Manifestè certè distinguuntur τὸ κολαφίζειν & τὸ ῥαπίζειν, Matth. 26. g. 67, vbi Vulg. & Eras. interpretantur ἐῤῥάπισαν, in faciem dederunt.

24 Miserat igitur, ἀπέστειλεν οὖν. Particulam οὖν restituimus ex fide duorũ codicum. Est autem epanalepsis quæ vsurpatur ab Euangelista redeunte ad superiora. Nam quum exorsus esset narrare de Petro suprà, versu 13, quædam interiecerat quæ narrationis cursum abruperant. Nunc ergo eò rediens, vtitur epanalepsi, ex qua affirmo illa fuisse reponenda quæ ex Cyrillo restituimus suprà versu 13, & Iohannem in referenda Petri hustoria prorsus cum aliis Euangelistis consentire.

28 A Caiapha, ἀπὸ τοῦ Καϊάφα. Id est, ab ædibus Caiaphæ: quod genus loquutionis exposuimus Marci capite 5 versu 15. Id verò quum nonnulli non intelligerent, pro A Caiapha, substituerunt ad Caiaphã: ficut nimirum apud Marcum pro Ab archisynagogo, suppositum Ad archisynagogum: quæ res magnũ errorẽ obiecit

Augustino, frustra hic laboranti, vt expediat qui fieri possit vt in Prætorium sit ductus Iesus, qui legatur adductus ad Caiapham: sicut etiam Erasmus in hunc locum annotauit.

Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Πιλᾶτος, Λάβετε αὐτὸν ὑμεῖς, καὶ κατὰ τὸν νόμον ὑμῶν κρίνατε αὐτόν. Εἶπον οὖν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι, Ἡμῖν οὐκ ἔξεστιν ἀποκτεῖναι οὐδένα.

31 Dicit ergo eis Pilatus, Accipite eum vos, & secũdum legem vestram condemnate eum. Itaque Iudæi dixerunt ei, Nobis non licet occidere quenquam.

31 *Dixit ergo eis Pilatus, Accipite eum vos, & secũdum Legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudei, Nobis non licet interficere quenquã.*

Ἵνα ὁ λόγος τοῦ Ἰησοῦ πληρωθῇ, ὃν εἶπε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ ἤμελλεν ἀποθνήσκειν.

32 Vt sermo Iesu impleretur, quẽ dixerat, significãs qua morte futurum erat vt moreretur.

32 *Vt sermo Iesu impleretur, quem dixit, significans qua morte esset moriturus.* Matth.20. c.19

Εἰσῆλθεν οὖν εἰς τὸ πραιτώριον πάλιν ὁ Πιλᾶτος, καὶ ἐφώνησε τὸν Ἰησοῦν, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων;

33 Introiuit ergo rursus in Prætorium Pilatus, & vocauit Iesũ: dixitque ei, Túne es rex Iudæorum?

33 *Introiuit ergo iterum in Prætorium Pilatus, & vocauit Iesum: & dixit ei, Tu es rex Iudæorum?* Matth.27.b.11. marci 15.a.2 luc.23.a.3

Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἀφ' ἑαυτοῦ σὺ τοῦτο λέγεις, ἢ ἄλλοι σοι εἶπον περὶ ἐμοῦ;

34 Respondit ei Iesus, A teipso tu hoc dicis, an alii dixerunt tibi de me?

34 *Respondit Iesus, A teipso hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me?*

Ἀπεκρίθη ὁ Πιλᾶτος, Μήτι ἐγὼ Ἰουδαῖός εἰμι; τὸ ἔθνος τὸ σὸν καὶ οἱ Ἀρχιερεῖς παρέδωκάν σε ἐμοί. τί ἐποίησας;

35 Respondit Pilatus, Num ego Iudæus sum? gens tua & principes Sacerdotum tradiderunt te mihi. quid fecisti?

35 *Respondit Pilatus. Nũquid ego Iudæus sum? gẽs tua & Pontifices tradiderunt te mihi. Quid fecisti?*

Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, Ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου· εἰ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου ἦν ἡ βασιλεία ἡ ἐμή, οἱ ὑπηρέται ἂν οἱ ἐμοὶ ἠγωνίζοντο ἵνα μὴ παραδοθῶ τοῖς Ἰουδαίοις· νῦν δὲ ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐντεῦθεν.

36 Respondit Iesus, Regnũ meũ non est ex hoc mũdo: si ex hoc mundo esset regnum meũ, ministri mei certarent ne traderer Iudæis: nunc autem regnum meum non est hinc.

36 *Respondit Iesus, Regnũ meum non est de hoc mũdo: si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarẽt ut nõ traderer Iudæu: nũc autem regnum meum nõ est hinc.*

Εἶπεν οὖν αὐτῷ ὁ Πιλᾶτος, Οὐκοῦν βασιλεὺς εἶ σύ; Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, Σὺ λέγεις ὅτι βασιλεύς εἰμι ἐγώ. ἐγὼ εἰς τοῦτο γεγέννημαι, καὶ εἰς τοῦτο ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον ἵνα μαρτυρήσω τῇ ἀληθείᾳ. Πᾶς ὁ ὢν ἐκ τῆς ἀληθείας, ἀκούει μου τῆς φωνῆς.

37 Dixit ergo ei Pilatus, Num igitur rex es tu? Respõdit Iesus, Tu dicis me regem esse. ego ad hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum vt dem testimonium veritati. Quisquis est ex veritate, audit vocem meam.

37 *Dixit itaque ei Pilatus, Ergo rex es tu? Respondit Iesus, Tu dicis quia rex sum ego. ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum ut testimoniũ perhibeã veritati. Omnes qui est ex veritate, audit vocem meam.*

Λέγει αὐτῷ ὁ Πιλᾶτος, Τί ἐστιν ἀλήθεια; Καὶ τοῦτο εἰπὼν, πάλιν ἐξῆλθε πρὸς τοὺς Ἰουδαίους, καὶ λέγει αὐτοῖς, Ἐγὼ οὐδεμίαν αἰτίαν εὑρίσκω ἐν αὐτῷ.

38 Dicit ei Pilatus, Quid est veritas? Et quũ hoc dixisset, rursum venit ad Iudæos, & dicit eis, Ego nullam inuenio crimẽ in eo.

38 *Dicit ei Pilatus, Quid est veritas? Et quum hoc dixisset, iterũ exiuit ad Iudæos, & dicit eis, Ego nullam inuenio in eo crimen.*

Ἔστι δὲ συνήθεια ὑμῖν ἵνα ἕνα ὑμῖν ἀπολύσω τὸ τοῦ πάσχα· βούλεσθε οὖν ὑμῖν ἀπολύσω τὸν βασιλέα τῶν Ἰουδαίων;

39 Est autem vobis consuetudo vt vnum dimittam vobis in Pascha: vultisne ergo dimittam vobis regem Iudæorum?

39 *Est autem consuetudo vobis ut unum dimittã vobis in Pascha: multis ergo dimittam vobis regem Iudæorum?* Matth.27.b.15 marci 15.a.6 luc.23.a.17

31 Nõ licet, οὐκ ἔξεστιν. Hoc dicitur quoniã erepta illis fuerãt capitalia iudicia, quadraginta annis ante templi destructionẽ, vt testantur Rabbini, id est circiter bienniũ antequam ista fierent.

32 Qua morte, ποίῳ θανάτῳ. Dixerat Christus fore vt crucifigeretur, quòd supplicii genus fuisse Iudæis ignotum testantur etiam ipsorum Rabbini, quanuis lapidatos ex stipite suspenderent.

36 Certarent, ἠγωνίζοντο. Cyprianus libro aduersus Iudæos 2. capite 18. (vt obseruauit Erasmus, citans hunc locum) legit Turbarentur. Ieaque suspicor eum vel legisse ἐτυρβάζοντο, vel confudisse ἀγωνιζέσθαι cum ἀγωνιάζεσθαι, quum tamen potius Græcè dicatur ἀγωνιᾶν vel ἀγωνιζέσθαι. Nunc autem, νῦν δέ. Particula νῦν hoc quoque loco nõ est temporis aduerbium, sed coniunctio συλλογιστικὴ, vt etiam suprà, 8.c.40.

38 Quid est veritas? τί ἐστιν ἀλήθεια? Fastidientis atque adeo irridentis vox, non interrogantis. Venit, ἐξῆλθε. Vulgata, Exiit. Vide Marcum capite 18.b.11. Crimen, αἰτίαν. Vulgata & Erasmus, Causam. Vide Matth.19.a.1

39 Iudæorum, τῶν Ἰουδαίων: id est vestrum. Est enim Hebraica repetitio antecedentis.

Act.3.c.14

Ἐκραύγασαν οὖν πάλιν πάντες, λέγοντες, Μὴ τοῦτον, ἀλλὰ τὸν Βαραββᾶν. ἦν δὲ ὁ Βαραββᾶς λῃστής.

Κεφάλαιον ιθ'

Matth.27.c.26 marci 15.b.18

ΤΟτε οὖν ἔλαβεν ὁ Πιλᾶτος τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἐμαστίγωσε.

Καὶ οἱ στρατιῶται πλέξαντες στέφανον ἐξ ἀκανθῶν, ἐπέθηκαν αὐτοῦ τῇ κεφαλῇ, καὶ ἱμάτιον πορφυροῦν περιέβαλον αὐτόν.

Καὶ ἔλεγον, Χαῖρε ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων. καὶ ἐδίδουν αὐτῷ ῥαπίσματα.

Ἐξῆλθεν οὖν πάλιν ἔξω ὁ Πιλᾶτος, καὶ λέγει αὐτοῖς, Ἴδε, ἄγω ὑμῖν αὐτὸν ἔξω, ἵνα γνῶτε ὅτι οὐδεμίαν αἰτίαν εὑρίσκω.

Ἐξῆλθεν οὖν ὁ Ἰησοῦς ἔξω, φορῶν τὸν ἀκάνθινον στέφανον καὶ τὸ πορφυροῦν ἱμάτιον. Καὶ λέγει αὐτοῖς, Ἰδοὺ ὁ ἄνθρωπος.

Ὅτε οὖν εἶδον αὐτὸν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ ὑπηρέται, ἐκραύγασαν, λέγοντες, Σταύρωσον, σταύρωσον. Λέγει αὐτοῖς ὁ Πιλᾶτος, Λάβετε αὐτὸν ὑμεῖς, καὶ σταυρώσατε. ἐγὼ γὰρ οὐχ εὑρίσκω ἐν αὐτῷ αἰτίαν.

Ἀπεκρίθησαν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι, Ἡμεῖς νόμον ἔχομεν, καὶ κατὰ τὸν νόμον ἡμῶν ὀφείλει ἀποθανεῖν, ὅτι ἑαυτὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐποίησεν.

Ὅτε οὖν ἤκουσεν ὁ Πιλᾶτος τοῦτον τὸν λόγον, μᾶλλον ἐφοβήθη.

Καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸ πραιτώριον πάλιν, καὶ λέγει τῷ Ἰησοῦ, Πόθεν εἶ σύ; Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπόκρισιν οὐκ ἔδωκεν αὐτῷ.

Λέγει οὖν αὐτῷ ὁ Πιλᾶτος, Ἐμοὶ οὐ λαλεῖς; οὐκ οἶδας ὅτι ἐξουσίαν ἔχω σταυρῶσαί σε, καὶ ἐξουσίαν ἔχω ἀπολῦσαί σε;

Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, Οὐκ εἶχες ἐξουσίαν οὐδεμίαν κατ' ἐμοῦ, εἰ μὴ ἦν δεδομένον σοι ἄνωθεν· διὰ τοῦτο ὁ παραδιδούς με σοὶ μείζονα ἁμαρτίαν ἔχει.

CAP. XIX.

1 TVnc ergo acceptũ Ieſum Pilatus flagellauit.

2 Et milites contextam coronam è ſpinis impoſuerunt capiti eius, & pallio purpureo induerunt eum.

3 Et dicebant, Aue rex Iudæorum. Et bacillis eum cædebãt.

4 Exiuit ergo rurſum Pilatus foras, & dixit eis, Ecce, adduco vobis eum foras, vt noueritis me nullũ in eo crimẽ inuenire.

5 Exiuit ergo Ieſus foras, ferẽs ſpineam coronam, & purpureũ pallium. Tũ dicit eis Pilatus, Ecce homo.

6 Quum ergo vidiſſent eum principes Sacerdotum & miniſtri, clamarunt, dicentes, Crucifige, crucifige. Dicit eis Pilatus, Accipite eum vos, & crucifigite. ego enim non inuenio in eo crimen.

7 Reſponderunt ei Iudæi, Nos legem habemus, & ſecundùm legem noſtrã debet mori, quia Filium Dei ſe finxit.

8 Quum ergo audiuiſſet Pilatus hunc ſermonem, magis timuit.

9 Et rurſus ingreſſus eſt Prætoriũ, & dixit Ieſu, Vnde es tu? Ieſus autem reſponſum ei non dedit.

10 Dicit ergo ei Pilatus, Mihi non loqueris? neſcis me poteſtatem habere crucifigẽdi te, & poteſtatẽ habere te abſoluẽdi?

11 Reſpondit Ieſus, Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam niſi tibi datum eſſet ſupernè: propterea, qui me tradidit tibi, maius peccatũ habet.

CAP. XIX.

1 TVnc ergo apprehendit Pilatus Ieſum, & flagellauit.

2 Et milites plectentes coronam de ſpinis, impoſuerunt capiti eius, & veſte purpurea circundederũt eum.

3 Et veniebant ad eum, & dicebant, Aue rex Iudæorum. & dabant ei alapas.

4 Exiuit ergo iterum Pilatus foras, & dicit eis, Ecce, adduco uobis eũ foras, ut cognoſcatis quia nullã inuenio in eo cauſam.

5 Exiuit ergo Ieſus foras, portans coronam ſpineam & purpureum veſtimentũ. Et dicit eis, Ecce homo.

6 Quum ergo uidiſſent eum Pontifices & miniſtri, clamabant, dicentes, Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Accipite eum uos, & crucifigite. ego enim non inuenio in eo cauſam.

7 Reſponderunt ei Iudæi, Nos Legem habemus, & ſecundum Legem debet mori, quia Filium Dei ſe fecit.

8 Quũ ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonem, magis timuit.

9 Et ingreſſus eſt Prætorium iterum, & dicit ad Ieſum, Vnde es tu? Ieſus autem reſponſum nõ dedit ei.

10 Dicit ergo ei Pilatus, Mihi non loqueris? neſcis quia poteſtatem habeo crucifigere te, & poteſtatem habeo dimittere te?

11 Reſpondit Ieſus, Non haberes poteſtatem aduerſũ me ullam niſi tibi datum eſſet deſuper: propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet.

IN CAPVT XIX.

2 Flagellauit, ἐμαστίγωσεν. Vide Matth.27.c.26.

3 Et dicebant, καὶ ἔλεγον. Vetus interpres legit, Et veniebant ad eum, & dicebant, καὶ ἤρχοντο πρὸς αὐτὸν, καὶ ἔλεγον: quam lectionem reperimus in tribus exemplaribus manuſcriptis.

6 Crucifige, σταύρωσον. Crucifigi volunt quem ipſi ex recepta conſuetudine lapidatũ ſuſpẽdiſſent, quaſi blaſphemiæ conuictum. ideo mox ſubiicitur, Secundum legem noſtram debet mori.

Ek τούτου ἐζήτει ὁ Πιλᾶτος ἀπολῦσαι αὐτόν· οἱ δὲ Ἰουδαῖοι ἔκραζον, λέγοντες, Ἐὰν τοῦτον ἀπολύσῃς, οὐκ εἶ φίλος τοῦ Καίσαρος. πᾶς ὁ βασιλέα αὐτὸν ποιῶν, ἀντιλέγει τῷ Καίσαρι.

11 Ex eo ſtudebat Pilatus eum abſoluere: Iudæi verò clamabãt, dicentes, Si hunc abſolueris, nõ es amicus Cæſaris. quicunque ſe regem facit, cõtradicit Cæſari.

11 *Exinde quærebat Pilatus dimittere eum: Iudæi autem clamabant, dicentes, Si hũc dimittis, nõ es amicus Cæſaris. omnis qui ſe regem facit, cõtradicit Cæſari.*

Ὁ οὖν Πιλᾶτος ἀκούσας τοῦτον τὸν λόγον, ἤγαγεν ἔξω τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἐκάθισεν ἐπὶ τοῦ βήματος εἰς τόπον λεγόμενον Λιθόστρωτον, Ἑβραϊστὶ δὲ Γαββαθᾶ.

13 Pilatus ergo quum audiſſet hunc ſermonem, adduxit foras Ieſum, ſedítque pro tribunali, in loco quidicitur Lithoſtrotos, Hebraicè autem Gabbatha.

13 *Pilatus autem quũ audiſſet hos ſermones, adduxit fõras Ieſum, & ſedit pro tribunali in loco qui dicitur Lithoſtrotos, Hebraicè autem Gabbatha.*

Ἦν δὲ παρασκευὴ τοῦ πάσχα, ὥρα δὲ ὡσεὶ ἕκτη· καὶ λέγει τοῖς Ἰουδαίοις, Ἴδε ὁ βασιλεὺς ὑμῶν.

14 Erat auté paraſceue Paſchæ, hora verò quaſi ſexta: tum dicit Iudæis, Ecce rex veſter.

14 *Erat autem paraſceue Paſchæ, hora quaſi ſexta: & dicit Iudæis, Ecce rex veſter.*

Οἱ δὲ ἐκραύγασαν, Ἆρον, ἆρον, σταύρωσον αὐτόν. Λέγει αὐτοῖς ὁ Πιλᾶτος, Τὸν βασιλέα ὑμῶν σταυρώσω; Ἀπεκρίθησαν οἱ Ἀρχιερεῖς, Οὐκ ἔχομεν βασιλέα εἰ μὴ Καίσαρα.

15 Illi verò clamauerũt, Tolle, tolle, crucifige eũ. Dicit eis Pilatus, Regẽ veſtrum crucifigã? Reſpõderunt principes Sacerdotum, Non habemus regem niſi Cæſarem.

15 *Illi autem clamabant, Tolle, tolle, crucifige eum, Dicit eis Pilatus, Regẽ ueſtrum crucifigam? Reſpõderunt Pontifices, Non habemus regẽ niſi Cæſarẽ.*

Τότε οὖν παρέδωκεν αὐτὸν αὐτοῖς ἵνα σταυρωθῇ. Παρέλαβον δὲ τὸν Ἰησοῦν καὶ ἀπήγαγον.

16 Tunc ergo tradidit eum ipſis vt crucifigeretur. ¶Acceperunt autem Ieſum, & abduxerunt.

16 *Tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigeretur. Suſceperunt autem Ieſũ, & eduxerunt eum.* *Matth.27.d.31 marci 15.b.15 luc.23.c.26*

Καὶ βαστάζων τὸν σταυρὸν αὐτῷ ἐξῆλθεν εἰς τὸν λεγόμενον Κρανίου τόπον, ὃς λέγεται Ἑβραϊστὶ Γολγοθᾶ.

17 Et ipſe portans crucem ſuam venit in eum locum qui dicitur Caluariæ, Hebraicè autem Golgotha.

17 *Et bajulans ſibi crucẽ exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locum, Hebraicè Golgotha.*

Οὗ αὐτὸν ἐσταύρωσαν, καὶ μετ' αὐτοῦ ἄλλους δύο, ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν, μέσον δὲ τὸν Ἰησοῦν.

18 Vbi crucifixerunt eum, & cũ eo alios duos, hinc & hinc, medium autem Ieſum.

18 *Vbi crucifixerũt eum, & cũ eo alios duos hinc & hinc, medium autem Ieſum.*

Ἔγραψε δὲ καὶ τίτλον ὁ Πιλᾶτος, καὶ ἔθηκεν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ. ἦν δὲ γεγραμμένον, ΙΗΣΟΥΣ Ο ΝΑΖΩΡΑΙΟΣ Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΩΝ ΙΟΥΔΑΙΩΝ.

19 Scripſit autem etiam titulum Pilatus, & impoſuit cruci. Erat verò ſcriptum, IESVS NAZARENVS REX IVDAEORVM.

19 *Scripſit autem & titulum Pilatus: & poſuit ſuper crucem. Erat autem ſcriptum, IESVS NAZARENVS REX IVDAEORVM.*

Τοῦτον οὖν τὸν τίτλον πολλοὶ ἀνέγνωσαν τῶν Ἰουδαίων· ὅτι ἐγγὺς ἦν τῆς πόλεως ὁ τόπος ὅπου ἐσταυρώθη ὁ Ἰησοῦς. Καὶ ἦν γεγραμμένον Ἑβραϊστί, Ἑλληνιστί, Ῥωμαϊστί.

20 Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt: quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus erat Ieſus: & erat ſcriptũ Hebraicè, & Græcè, & Latinè.

20 *Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt: quia prope ciuitatem erat locus ubi crucifixus eſt Ieſus. Et erat ſcriptũ Hebraicè, Græcè, & Latinè.*

13 Lithoſtrotos, λιθόστρωτος. Sic vocatur nobile pauimentorum genus, incruſtatione exiguis lapillis facta: de quo ſic Plinius libro 36. cap. 15, Pauimenta originem apud Græcos habent, elaborata arte, picturæ ratione, donec lithoſtrota expulere eam. Meminit eorum etiam Varro aliquoties in libris De re ruſtica, Græco nomine ſeruato. Itaque nolui imitari Caſtellionis audaciam, qui nouo vocabulo Lapidipauium eſt interpretatus. Huiuſmodi pauimentum eſſe ferunt ædis diui Marci apud Venetos. Hebræum autem vocabulum Gabbatha, excelſum locum declarat, vt ſunt iudicum tribunalia.

14 Sexta, ἕκτη. In vno codice ſcriptum inuenimus ϛ΄η, vt videri poſſit γ, quæ eſt ternarii numeri nota, mutata in ϛ quanuis non deſint aliæ rationes quibus conciliari poſſit Iohannes cum Marco, vt diximus Marci 15. verſu 15.

16 Et abduxerunt, καὶ ἀπήγαγον. Hic variant exemplaria. Nam apud Theophylactũ legimus καὶ ἦγαγον αὐτὸν εἰς τὸ σταυροῦσθαι, & duxerunt eum vt crucifigerent: quæ lectio quod ad ſententiam ipſam attinet, cum altera conſentit. In vno autem codice ſcriptum erat ἤγαγον εἰς τὸ πραιτώριον, duxerunt in Prætorium. Suſpicor verò nõnullos ita legere maluiſſe propter ſequens verbum ἐξῆλθεν, exiit, quod non videtur poſſe conuenire, niſi iterũ dicatur ingreſſus in Prætorium: ſiquidem extra Prætorium fuiſſe ſitum tribunal, apparet ex verſu 13. Sed facilis erat ſolutio. Nam Exire accipitur ex Hebræorum idiotiſmo pro ex aliquo loco proficiſci, atque adeo pro Venire: vt ſæpe annotauimus, ac præſertim Mar. 8. b. 11. Deinde, ſi propriam ſignificationem libuerit ſeruare, non minus commodè poteſt hoc referri ad locum tribunalis quàm ad Prætorium.

20 Et erat ſcriptum, καὶ ἦν γεγραμμένον, Scriptum erat videlicet in eo titulo. Nam alioquin dicendum erat καὶ ἐπῆν γεγραμμένος.

Ελεγον οὖν τῷ Πιλάτῳ οἱ Ἀρχιερεῖς τῶν Ιουδαίων, Μὴ γράφε, Ὁ βασιλεὺς τῶν Ιουδαίων· ἀλλ' ὅτι ἐκεῖνος εἶπε, Βασιλεύς εἰμι τῶν Ιουδαίων.

21 Dicebant ergo Pilato principes Sacerdotum Iudæorum, Ne ſcribito, Rex Iudæorum: ſed illum dixiſſe, Rex ſum Iudæorũ.

21 Dicebant ergo Pilato principes Iudæorum, Noli ſcribere, Rex Iudæorum: ſed quia ipſe dixit, Rex ſum Iudæorum.

Απεκρίθη ὁ Πιλάτος, Ὃ γέγραφα, γέγραφα.

22 Reſpondit Pilatus, Quod ſcripſi, ſcripſi.

22 Reſpondit Pilatus, Quod ſcripſi, ſcripſi.

Οἱ οὖν στρατιῶται, ὅτε ἐσταύρωσαν τὸν Ιησοῦν, ἔλαβον τὰ ἱμάτια αὐτοῦ (καὶ ἐποίησαν τέσσαρα μέρη, ἑκάστῳ στρατιώτῃ μέρος) καὶ τὸν χιτῶνα· ἦν δὲ ὁ χιτὼν ἄρραφος, ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸς δι' ὅλου.

Matth. 27. d. 35 marci 15. b. 24 luc. 23. d. 33

23 ‖Milites ergo quum crucifixiſſent Ieſum, acceperũt eius veſtimenta, (& fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partẽ) & tunicam. erat autem tunica inſutilis, à ſũmo cõtexta tota.

23 Milites ergo quum crucifixiſſent eum, acceperunt veſtimenta eius (& fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem) & tunicam. Erat autem tunica inſutilis, deſuper contexta per totum.

Εἶπον οὖν πρὸς ἀλλήλους, Μὴ σχίσωμεν αὐτόν, ἀλλὰ λάχωμεν περὶ αὐτοῦ, τίνος ἔσται· ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ ἡ λέγουσα, Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον. Οἱ μὲν οὖν στρατιῶται ταῦτα ἐποίησαν.

Pſal. 22. v. 19

24 Dixerũt ergo inter ſe, Ne findamus eam, ſed ſortiamur de illa cuius futura ſit: vt Scriptura impleretur, dicens, ‖Partiti ſunt veſtimẽta mea ſibi, & ſuper veſtem meam iecerunt ſortẽ. Milites igitur hæc fecerunt.

24 Dixerunt ergo ad inuicem, Non ſindamus eam, ſed ſortiamur de illa cuius ſit: vt Scriptura impleretur, dicens, Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Et milites quidem hæc fecerunt.

Εἰστήκεισαν δὲ παρὰ τῷ σταυρῷ τοῦ Ιησοῦ ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, Μαρία ἡ τοῦ Κλωπᾶ, καὶ Μαρία ἡ Μαγδαληνή.

25 Stabant autem iuxta crucem Ieſu, mater eius & ſoror matris eius, Maria Clopæ uxor, & Maria Magdalene.

25 Stabat autem iuxta crucem Ieſu mater eius, & ſoror matris eius, Maria Cleopæ, & Maria Magdalene.

Ιησοῦς οὖν ἰδὼν τὴν μητέρα, καὶ τὸν μαθητὴν παρεστῶτα ὃν ἠγάπα, λέγει τῇ μητρὶ αὐτοῦ, Γύναι, ἴδε ὁ υἱός σου.

26 Quum vidiſſet ergo Ieſus matrem ac diſcipulum adſtantem quẽ diligebat, dicit matri ſuæ, Mulier, ecce filius tuus.

26 Quum uidiſſet ergo Ieſus matrem & diſcipulũ adſtantem quem diligebat, dicit matri ſuæ, Mulier, ecce filius tuus.

Εἶτα λέγει τῷ μαθητῇ, Ἴδε ἡ μήτηρ σου. Καὶ ἀπ' ἐκείνης τῆς ὥρας ἔλαβεν αὐτὴν ὁ μαθητὴς εἰς τὰ ἴδια.

27 Deinde dicit diſcipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora recepit eã diſcipulus ‖domũ ſuam.

27 Deinde dicit diſcipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſua.

Μετὰ τοῦτο εἰδὼς ὁ Ιησοῦς ὅτι πάντα ἤδη τετέλεσται, ἵνα τελειωθῇ ἡ γραφὴ, λέγει, Διψῶ.

28 Poſtea, quum ſciret Ieſus ‖reliqua omnia iam perfecta eſſe, ‖vt perficeretur Scriptura, dixit, Sitio.

Pſal. 68. v. 22 matth. 27. f. 22

28 Poſtea ſciens Ieſus quia iam omnia conſummata ſunt, vt conſummaretur Scriptura, dicit, Sitio.

Σκεῦος οὖν ἔκειτο ὄξους μεστόν· οἱ δὲ πλήσαντες σπόγγον ὄξους, καὶ ὑσσώπῳ περιθέντες, προσήνεγκαν αὐτοῦ τῷ στόματι.

29 Vas igitur illic ‖erat poſitum aceto plenũ. Illi verò impleuerũt ſpongiam aceto, & hyſſopo circũpoſitã admouerũtori eius.

29 Vas ergo erat poſitum aceto plenum. Illi autem ſpongiam plenam aceto, hyſſopo circũponẽtes, obtulerunt ori eius.

---

23 Tota, δι' ὅλου. Siue per totum, vt loquitur Plinius, id eſt omnino.

25 Maria Clopæ uxor, Μαρία ἡ τοῦ Κλωπᾶ. In Latinis codicibus legitur Maria Cleopæ vel Cleophæ. Subaudiri autem poteſt, vel vxor vel filia: ſed magis eſt vſitatum vt mulieres à maritis cognominentur.

27 Domum ſuam, εἰς τὰ ἴδια. Siue, Ad ſe. Vulgata & Eraſmus, In ſua. Nam quòd in nõnullis Veteris editionis codicibus legitur In ſuam, acceptũ ferendum eſt corũ impudentiæ qui quicquid non intelligunt, putant mendo non carere. Vide ſuprà, 1. b. 11. Ambroſius interpretatur In ſua, id eſt in ſuum ius: quæ expoſitio mihi nullo modo probatur.

28 Reliqua omnia, πάντα. Vulgata & Eraſmus, Omnia. Atqui nondum omnia erant completa, quum vel hoc ipſum adhuc requireretur quod erat facturus: mors ipſa denique, ſalutis noſtræ κεφάλαιον. Apparet igitur id eſſe referendũ ad ea quæ præcefferant, & ſubaudiri quod ſuppleuimus. Sic Plinius de quodã obeliſco loquens, Omnibus, inquit, quæcunque in mari viſa ſunt, mirabiliorem, id eſt omnibus aliis: ve alibi annotauimus.

29 Erat poſitum, ἔκειτο. Apparet ex aliis Euangeliſtis, etiam antea, quum iam eſſet crucifigendus, fuiſſe illi præbitum acetum cum felle mixtum, ſiue myrrhatum vinum, vt loquitur Marcus 15. v. 23. Nec temere hic dicitur vas fuiſſe ibi ad hos vſus collocatum. Videtur ergo mihi hoc eſſe referendũ ad eam conſuetudinem Iudæorum quæ à nonnullis ita ex eorum libris deſcribitur, Edita criminis confeſſione reus potatur vino thure confecto, vt inde ratio eius turbetur, atque vehementius inebrietur: ſecundum illud quod dicitur, Date ſiceram perituro, & vinum iis qui amaro ſunt animo. En quomodo Iudæi conſcientiis nocentium conſulebant, & Scripturam torquebant. Addunt etiam nonnulli, honeſtas matronas Hieroſolymis fuiſſe quæ hoc vini genus vltro ſuppeditabant. Hæc citat Galatinus ex libris Sanhedrin, capite, Nigmar Haddin.

Οτε οὖν ἔλαβε τὸ ὄξος ὁ Ιησοῦς, εἶπε, Τετέλεσται· καὶ κλίνας τὴν κεφαλὴν, παρέδωκε τὸ πνεῦμα.

Οἱ οὖν Ιουδαῖοι, ἵνα μὴ μείνῃ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τὰ σώματα ἐν τῷ σαββάτῳ, ἐπεὶ παρασκευὴ ἦν, (ἦν γὰρ μεγάλη ἡ ἡμέρα ἐκείνου τοῦ σαββάτου) ἠρώτησαν τὸν Πιλάτον ἵνα κατεαγῶσιν αὐτῶν τὰ σκέλη, καὶ ἀρθῶσιν.

Ἦλθον οὖν οἱ στρατιῶται, καὶ τοῦ μὲν πρώτου κατέαξαν τὰ σκέλη καὶ τοῦ ἄλλου τοῦ συσταυρωθέντος αὐτῷ.

Ἐπὶ δὲ τὸν Ιησοῦν ἐλθόντες, ὡς εἶδον αὐτὸν ἤδη τεθνηκότα, οὐ κατέαξαν αὐτοῦ τὰ σκέλη·

Ἀλλ' εἷς τῶν στρατιωτῶν λόγχῃ αὐτοῦ τὴν πλευρὰν ἔνυξε, καὶ εὐθὺς ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ.

Καὶ ὁ ἑωρακὼς μεμαρτύρηκε, καὶ ἀληθινὴ αὐτοῦ ἐστὶν ἡ μαρτυρία· κἀκεῖνος οἶδεν ὅτι ἀληθῆ λέγει, ἵνα ὑμεῖς πιστεύσητε.

Ἐγένετο γὰρ ταῦτα ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ, Ὀστοῦν οὐ συντριβήσεται αὐτοῦ.

Καὶ πάλιν ἑτέρα γραφὴ λέγει, Ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν.

Quum ergo accepiſſet Ieſus 30 acetum, dixit, Conſummatum eſt: & inclinato capite ᵛtradidit ſpiritum.

Iudæi ergo, vt non manerẽt 31 in cruce corpora Sabbatho, quoniã erat Paraſceue, (erat enim ᵛmagnus dies illiᵉ Sabbathi) rogarunt Pilatum vt confrangerẽtur eorum crura, ac tollerentur.

Venerunt ergo milites, & 32 prioris quidem *latronis* confregerunt crura, & alterius qui crucifixus fuerat cum eo:

Ad Ieſum autem quum ve- 33 niſſent, vt viderunt eum iam mortuum, non confregerunt eius crura:

Sed quidam ex militibus 34 lãcea latus eius ᵛfodit, & ſtatim exiuit ſanguis & aqua.

Et qui vidit, teſtatur, & verũ 35 eſt teſtimoniũ eius: ille *inquam* ſcit ſe vera dicere, vt & vos credatis.

Facta ſunt enim hæc vt Scri- 36 ptura impleretur, ‖ ᵛNon confringetur *vllum* os ipſius.

Et rurſus alia Scriptura dicit, 37 ‖ Videbunt quem ᵛtranſfixerũt.

30 *Quum ergo accepiſſet Ieſus acetum, dixit, Conſummatum eſt: & inclinato capite tradidit ſpiritum.*

31 *Iudæi ergo, quoniam Paraſceue erat, ut non remanerent in cruce corpora Sabbatho, (erat enim magnus dies ille Sabbathi) rogarunt Pilatum ut frangerentur eorum crura, & tollerentur.*

32 *Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus eſt cũeo:*

33 *Ad Ieſum autem quum uenilſent, ut viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura:*

34 *Sed unus militum lancea latus eius aperuit: & continuò eximit ſanguis & aqua.*

35 *Et qui vidit, teſtimonium perhibuit, & verum eſt teſtimonium eius: & ille ſcit quia vera dicit, ut & uos credatis.*

36 *Facta ſunt enim hæc ut Scriptura impleretur,* Exo.12.g.46 num.9.b.12
Os nõ cõminuetis ex eo.

37 *Et iterum alia Scriptura dicit, Videbunt in quẽ tranſfixerunt.* Zach.12.c.10

30 Tradidit ſpiritum, παρέδωκε τὸ πνεῦμα. Latinè, reddidit animã: vt Virgilius loquitur lib. Georg. 3. Sed tamen quia παρέδωκε ſcriptũ eſt, non ἀπέδωκε, & videtur Euangeliſta alludere ad ea verba quæ moriens Dominus protulit, ex Pſal. 31. a. 6, quibus animam in Patris manus depoſuit: hanc formulam integram libens retinui. Cæterùm poſt hæc verba Cyrillus ſubiicit, Et poſtquam expirauit, velũ templi ſciſſum eſt à ſummo vſque deorſum, id eſt, ὑπὸ δὲ ἐξέπνευσεν, τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐχρίσθη ἄνωθεν ἕως κάτω. &, nequis hæc putet apud Cyrillum ſuppoſita, proprium etiam caput huic particulæ tribuit, vt annotauit Eraſmus, nempe triceſimumſeptimum libri vndecimi. Sed tamen ſuſpicor iſta ex aliis Euangeliſtis irrepſiſſe, quia Iohannes nihil iſtorum commemorat: facturus, vt opinor, etiam reliquorum mentionem ſi ſciſſi veli meminiſſet.

31 Magnus dies illius Sabbathi, μεγάλη ἡμέρα ἐκείνου τοῦ σαββάτου. Vulg. & Eraſ. Magnus ille dies Sabbathi, eodem ſenſu. Loquitur enim de die Paſchæ, qui eo anno in Sabbathum incidebat, ex traditione quam expoſuimus Matth. 26. b. 17. Ideo dicitur hoc Sabbathum magnum, id eſt valde ſolenne & celebre, concurrente videlicet duplici celebritate.

34 Fodit, ἔνυξε. Vel, ſauciauit. Vulg. Aperuit, vt videri poſſit legiſſe ἤνοιξε. Quòd autem nonnulli hæc conuertunt per pluſquamperfectum, quaſi Chriſto adhuc viuenti facta ſint, meritò reprehenduntur Clementina prima, vt Eraſmus quoque annotauit.

35 Et qui vidit, καὶ ὁ ἑωρακώς. Inter cauſas cur Iohannes tantopere hoc aſſeueret, hæc certè non eſt prætermittẽda, quam Eraſmus etiã attingit, nimirũ hoc vulnere plenam fieri mortis Chriſti fidem. Nã effuſa aqua ex illo lateris vulnere, indicauit ferrum vſque in ἀγγεῖον penetraſſe, illius videlicet aquæ conceptaculum, quo vulnerato neceſſe eſt animal omne protinus mori. Alioquin calũniari poſſent veritatis hoſtes, Chriſtum ſemimortuum è cruce detractum & tumulo illatum, vt reſurrectionis teſtimonium eleuaretur. Cæterùm id quoque obſeruandum eſt, videri poſſe hoc etiam loco permutatam conſtructionem, ac potius fuiſſe dicendum, eum qui id teſtaretur, id vidiſſe, ac proinde idoneum eſſe ipſius teſtimonium. Non diſſimilem hypallagen ſupra annotauimus, 8. f. 47.

36 Non confringetur *vllum* os ipſius, ὀστοῦν οὐ συντριβήσεται αὐτοῦ. Vel, non comminuentur oſſa ipſius, vt ſit enallage numeri. Ita igitur ſcriptum inuenimus in veuſtis codicibus, excepto vno, qui legit ὀστᾶ αὐτοῦ, cum quo conſentit Theophylactus. Vulg. & Eraſ. Os non comminuetis ex eo: quæ lectio Hebraicæ veritati reſpondet. Sed tamen quod ad ſenſum attinet, nullum eſt in iſtis diſcrimen.

37 Tranſfixerunt, ἐξεκέντησαν, id eſt דקרו: quum Græca editio habeat κατορχήσαντο, ſaltarunt, id eſt רקדו, vt annotauit Eraſmus ex Hieronymo. Ergo vel iſta non citauit Iohannes ex Græca tranſlatione, (quod tamen mihi non ſit veriſimile, vt qui Græcè ſcripſerit, & quidem Orientis Eccleſiis, quæ Græcè maxima ex parte loquebantur) vel potius, aliam Græcam editionem vſurpabant Eccleſiæ, quum iſta quæ nunc extat, craſſiſſimis erroribus plurimis ſcateat, & plurimum variet à teſtimoniis quæ paſſim in Nouo teſtamento citantur.

Mar.15.g.57
mar.15.d.42
luc.23.g.50

Μετὰ δὲ ταῦτα ἠρώτησε τὸν Πιλάτον ὁ Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας, (ὢν μαθητὴς τοῦ Ἰησοῦ, κεκρυμμένος δὲ διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων) ἵνα ἄρῃ τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ· καὶ ἐπέτρεψεν ὁ Πιλάτος. ἦλθεν οὖν καὶ ἦρε τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ.

38 ¶Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph Arimathæensis (qui erat discipulus Iesu, sed occultus propter metũ Iudæorũ) vt tolleret corpus Iesu: quod permisit Pilatus. Venit ergo, & sustulit corpus Iesu.

38 Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathea (eo quòd esset discipulus Iesu, occultus autem propter metum Iudæorum) ut tolleret corpus Iesu. & permisit Pilatus. Venit ergo & tulit corpus Iesu.

supra.3.a.2

Ἦλθε δὲ καὶ Νικόδημος (ὁ ἐλθὼν πρὸς τὸν Ἰησοῦν νυκτὸς τὸ πρῶτον) φέρων μίγμα σμύρνης καὶ ἀλόης ὡσεὶ λίτρας ἑκατόν.

39 ¶Venit autem & Nicodemus, (is qui venerat ad Iesum nocte primùm) ferens misturæ myrrhæ & aloes libras quasi centũ.

39 Venit autem & Nicodemus, (qui venerat ad Iesum nocte primùm) ferens mixturã myrrhæ & aloes, quasi libras centũ.

Ἔλαβον οὖν τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἔδησαν αὐτὸ ὀθονίοις μετὰ τῶν ἀρωμάτων, καθὼς ἔθος ἐστὶ τοῖς Ἰουδαίοις ἐνταφιάζειν.

40 Acceperunt ergo corpus Iesu, & obuinxerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire.

40 Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt illud linteis cũ aromatib⁹ sicut mos est Iudæis sepelire.

Ἦν δὲ ἐν τῷ τόπῳ ὅπου ἐσταυρώθη, κῆπος, καὶ ἐν τῷ κήπῳ μνημεῖον καινόν, ἐν ᾧ οὐδέπω οὐδεὶς ἐτέθη.

41 In eo autem loco vbi fuerat crucifixus, erat hortus, & in horto monumentum nouum, in quo nondum quisquam positus fuerat.

41 Erat autem in loco ubi crucifixus est, hortus, & in horto monumẽtũ nouũ, in quo nondũ quisquã positus fuerat.

Ἐκεῖ οὖν διὰ τὴν παρασκευὴν τῶν Ἰουδαίων, ὅτι ἐγγὺς ἦν τὸ μνημεῖον, ἔθηκαν τὸν Ἰησοῦν.

41 Ibi ergo, propter Parasceuẽ Iudæorũ, quòd monumentum illud propè esset, posuerũt Iesum.

41 Ibi ergo propter Parasceuẽ Iudæorũ, quia iuxta erat monumentũ, posuerunt Iesum.

Κεφάλαιον κ

CAP. XX.

Mat.16.a.1
luc.24.a.1

Τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ ἔρχεται πρωΐ σκοτίας ἔτι οὔσης, εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ βλέπει τὸν λίθον ἠρμένον ἐκ τοῦ μνημείου.

1 PRimo verò die hebdomadis, Maria Magdalene venit manè quũ adhuc tenebræ essent, ad monumentum: vidétque lapidem sublatum à monumento.

1 Vna autẽ Sabbathi, Maria Magdalene venit manè quũ adhuc tenebræ essent, ad monumentum: & vidit lapidem sublatum à monumento.

Τρέχει οὖν καὶ ἔρχεται πρὸς Σίμωνα Πέτρον, καὶ πρὸς τὸν ἄλλον μαθητὴν ὃν ἐφίλει ὁ Ἰησοῦς· καὶ λέγει αὐτοῖς, Ἦραν τὸν Κύριον ἐκ τοῦ μνημείου, καὶ οὐκ οἴδαμεν ποῦ ἔθηκαν αὐτόν.

2 Currit ergo & venit ad Simonem Petrum, & ad alterum illum discipulum quem amabat Iesus, & dicit eis, Sustulerũt Dominum è monumento, & nescimus vbi posuerint eum.

2 Cucurrit ergo & venit ad Simonem Petrum, & ad aliũ discipulum quẽ amabat Iesus: & dicit illi, Tulerunt Dominum de monumento & nescimus vbi posuerũt eum.

Ἐξῆλθεν οὖν ὁ Πέτρος καὶ ὁ ἄλλος μαθητής, καὶ ἤρχοντο εἰς τὸ μνημεῖον.

3 Exiuit ergo Petrus, & alter ille discipulus, & venerũt ad monumentum.

3 Exiit ergo Petrus, & ille alius discipulus, & venerũt ad monumentũ.

Ἔτρεχον δὲ οἱ δύο ὁμοῦ· καὶ ὁ ἄλλος μαθητὴς προέδραμε τάχιον τοῦ Πέτρου, καὶ ἦλθε πρῶτος εἰς τὸ μνημεῖον.

4 Currebant autem duo simul: sed alter ille discipulus præcucurrit citius Petro, venítque prior ad monumentum.

4 Currebant autem duo simul: & ille alius discipulus præcucurrit citius Petro, & venit primus ad monumentum.

Καὶ παρακύψας βλέπει κείμενα τὰ ὀθόνια, οὐ μέντοι εἰσῆλθεν.

5 Et incuruatus vidit posita lintea: non tamen introiuit.

5 Et quũ se inclinasset, vidit posita linteamina, non tamen introiuit.

Ἔρχεται οὖν Σίμων Πέτρος ἀκολουθῶν αὐτῷ, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ θεωρεῖ τὰ ὀθόνια κείμενα·

6 Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiuit in monumentum, & conspexit lintea ibi posita:

6 Venit ergo Simõ Petrꝰ sequens eum, & introiuit in monumentum, & vidit linteamina posita:

Καὶ τὸ σουδάριον, ὃ ἦν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, οὐ μετὰ τῶν ὀθονίων

7 Et sudarium quod fuerat super caput eius, non cum linteis

7 Et sudarium quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus

41 In quo nondum quisquam positus fuerat, ἐν ᾧ οὐδέπω οὐδεὶς ἐτέθη. Ita μὴ συκοφαντηθῇ τις ἀνάστασις ἑτέρου τινός, inquit Theophylactus, id est ne quis ipsius resurrectionem calumniaretur, quasi alius quispiam ex eo sepulchro surrexisset. Ideo non contentus Euangelista dixisse nouum fuisse sepulchrum, hæc etiam addidit, quæ temere in vno codice deleta inuenimus.

IN CAPVT XX.

1 Primo verò die hebdomadis, τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων. Vulg. Vna autem Sabbathi. Eras. Vno verò die Sabbathorum. Vide Matth.28.a.1.

καὶ μθητὴς, ἀλλὰ χωρὶς ὁ ἕτερος ἐντετυλιγμένον εἰς ἕνα τόπον.

positum, sed seorsum inuolutum in vnum locum.

positum, sed separatim inuolutum in vnum locum.

8 Τότε οὖν εἰσῆλθε καὶ ὁ ἄλλος μαθητὴς ὁ ἐλθὼν πρῶτος εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ εἶδε, καὶ ἐπίστευσεν.

8 Tunc ergo introiuit etiam alter ille discipulus, qui venerat prior ad monumentum, viditque, & credidit.

8 Tunc ergo introiuit & ille discipulus qui uenerat primus ad monumentum, & uidit, & credidit.

9 Οὐδέπω γὰρ ἤδεισαν τὴν γραφὴν, ὅτι δεῖ αὐτὸν ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι.

9 Nondum enim nouerant Scripturã, videlicet oportere eum à mortuis resurgere.

9 Nondum enim sciebant Scripturam, quòd oporteret eum à mortuis resurgere.

10 Ἀπῆλθον οὖν πάλιν πρὸς ἑαυτοὺς οἱ μαθηταί.

10 Redierunt ergo discipuli ad suos.

10 Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos.

11 Μαρία δὲ εἱστήκει πρὸς τῷ μνημείῳ κλαίουσα ἔξω. ὡς οὖν ἔκλαιε, παρέκυψεν εἰς τὸ μνημεῖον.

11 Maria autem flens stabat ad monumentũ, foris. Dum ergo fleret, incuruauit se in monumentum.

11 Maria autem stabat ad monumentum foris, plorans. dum ergo fleret, inclinauit se, & prospexit in monumentum.

Mar.16.a.a. mar.16.b.5

11 Καὶ θεωρεῖ δύο ἀγγέλους ἐν λευκοῖς καθεζομένους, ἕνα πρὸς τῇ κεφαλῇ, καὶ ἕνα πρὸς τοῖς ποσὶν, ὅπου ἔκειτο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ.

11 Et conspexit duos Angelos albatos, sedentes, vnum ad caput, & alterum ad pedes, illic vbi iacuerat corpus Iesu.

11 Et uidit duos Angelos in albis, sedentes, unum ad caput, & unum ad pedes, ubi positũ fuerat corpus Iesu.

12 Καὶ λέγουσιν αὐτῇ ἐκεῖνοι, Γύναι, τί κλαίεις; Λέγει αὐτοῖς, Ὅτι ἦραν τὸν κύριόν μου, καὶ οὐκ οἶδα ποῦ ἔθηκαν αὐτόν.

12 Dicunt ei illi, Mulier, quid fles? Dicit eis, Sustulerunt dominum meum, nec scio vbi posuerint eum.

12 Dicunt ei illi, Mulier, quid ploras? Dicit eis, Quia tulerunt dominũ meum, & nescio ubi posuerunt eum.

13 Καὶ ταῦτα εἰποῦσα, ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ θεωρεῖ τὸν Ἰησοῦν ἑστῶτα, καὶ οὐκ ᾔδει ὅτι ὁ Ἰησοῦς ἐστι.

13 Et quum hæc dixisset, conuersa est retrorsum, conspexitque Iesum stantem, nec sciebat Iesum esse.

13 Hæc quũ dixisset, conuersa est retrorsum, & uidit Iesum stantem: & non sciebat quia Iesus est.

14 Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Γύναι, τί κλαίεις;

15 Dicit ei Iesus, Mulier, quid fles?

15 Dicit ei Iesus, Mulier, quid ploras?

9 Nondum enim, οὐδέπω γάρ. Ita scriptum inuenio in omnibus codicibus. Dupliciter autem explicari potest particula causalis. Potest enim verbum ἤδεισαν ad id referri quod visuri venerant Petrus & Iohannes: atque adeo quod ipsi viderant, Christi corpus videlicet non amplius superesse in sepulchro. Nam Mariæ id referenti si credidissent, non properassent ad sepulchrum. Erit ergo hæc sententia, ipsos tandem oculis suis testibus credidisse, Domini corpus surreptum fuisse è sepulchro, quia non nouerant quæ de Christi resurrectione fuerant prædicta. Hæc expositio mihi quidem videtur omnium simplicissima. Neque enim inusitatum est vt Credendi verbum ad id referatur de quo agitur, vt Matth. 14.b.13, Mar.16.c.11. Quòd si Credendi verbum libeat ad fidei initium referre, non erat subiicienda causalis coniunctio, sed locus erat potius particulæ Tamen, & ita scribendum, Vidit que & credidit, non tamen nouerat Scripturam, &c. id est, Credebat quidẽ, sed ita vt tenuia essent fidei principia, quum verbo Dei non niteretur. Sed tamen alia expositio supereſt quæ tolerabilis videtur, etiamsi Credendi vocabulum ad resurrectionem referas, ita vt particula γὰρ causam declaret cur Iohannes non antè crediderit quàm viderit. quasi ita scriptum sit, Tunc introiit etiam alter ille discipulus qui venerat prior ad monumentum, viditque vacuum sepulchrum, & tum demum credidit. Nam non intellexerat ex Scripturis, oportuisse Christum resurgere. Scripturam, τὴν γραφήν. Ita vsus obtinuit vt Sacra illa scripta, quibus tanquam tabulis perscripta est ac configurata Dei voluntas, hoc nomine per antonomasiam intelligantur. Castellio maluit Literas interpretari, nempe nevideretur literas nescire.

10 Redierunt, ἀπῆλθον πάλιν. Vulg. & Erasmus. Abierunt rursus. At ego existimo πάλιν hoc loco idem declarare atque εἰς τὰ ὀπίσω, id est retro, eò videlicet vnde venerant. Itaque ἀναχωρεῖν πάλιν conuerti tanquam esset periphrasis verbi ὑποστρέφειν. Ad suos, πρὸς ἑαυτούς: id est סקומם אל. Vulg. & Eras. Ad semetipsos, nimium obscurè. Dixit autem Euangelista Ad se, pro Domum suam, vt in vernaculo sermone dicimus chez soy, id est eò vbi tunc temporis manebant, & vnde fuerant profecti: sicut paulo antè, Ad Caiapham, pro ad ædes Caiaphæ. Iam verò quia ex sequentibus historiis apparet vndecim discipulos vnà vel habitasse, vel plerunque fuisse versatos, ideo conuertere malui Ad suos quàm Ad se.

11 Foris, ἔξω. Id est, extra ipsam speluncam in qua excisum erat sepulchrum.

12 Albatos, ἐν λευκοῖς. Vulg. ad verbum, In albis. quod vix quisquam intelligat. Eras. Albis amictos, quum potius dicendum fuerit, albo amictos, vt dixit Virg. maculis distinctus & albo. Subauditur verò ἱματίοις, vt Apoc. 3.a.4, & 5. & ἐν pro ἐπὶ ponitur, sicut alibi exposuimus. Latini vno verbo id commodè explicant. Cic. Quum epuli dominus Q. Arius albatus esset, tu te in templum Castoris cum C. Figulo atrato cæterisque tuis furiis funestum intulisti. Ad caput, πρὸς τῇ κεφαλῇ. Figuratè hæc accipiuntur pro ea parte in qua caput Christi fuerat. quod genus dicendi, vt & alia plurima, petitum est è medio. Vbi iacuerat, ὅπου ἔκειτο. Sic inueni scriptum in omnibus nostris codicibus. Vulg. & Eras. Vbi positum fuerat. & Græci codices impressi plerique pro ἔκειτο habent ἐτέθειτο.

13 Dominum meum, τὸν κύριόν μου. Loquitur Maria vulgi more, qui de cadauere sic loquitur vt si non hominis pars, sed homo esset. Notandum est autẽ hoc genus dicendi, quod citat etiam Theodoritus in Polymorpho, ad confirmandam κοινωνίαν ἰδιωμάτων, seu synecdochen, de qua diximus suprà, 3.b.13.

τίνα ζητεῖς; Ἐκείνη δοκοῦσα ὅτι ὁ κηπουρός ἐστι, λέγει αὐτῷ, Κύριε, εἰ σὺ ἐβάστασας αὐτόν, εἰπέ μοι ποῦ αὐτὸν ἔθηκας, κἀγὼ αὐτὸν ἀρῶ.

quem quæris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei, Domine, si tu asportasti eum, dicito mihi vbi posueris eum, & ego eum tollam.

quem quæris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei, Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi vbi posuisti eum, & ego eum tollam.

Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Μαρία. Στραφεῖσα ἐκείνη λέγει αὐτῷ, Ραββουνί, ὁ λέγεται διδάσκαλε.

16 Dicit ei Iesus, Maria. Conuersa illa dicit ei, Rabboni, quod dicitur Magister.

16 Dicit ei Iesus, Maria. Conuersa illa dicit ei, Rabboni, quod dicitur magister.

Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Μή μου ἅπτου· οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν πατέρα μου· πορεύου δὲ πρὸς τοὺς ἀδελφούς μου, καὶ εἰπὲ αὐτοῖς, Ἀναβαίνω πρὸς τὸν πατέρα μου καὶ πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν.

17 Dicit ei Iesus, Ne me tangito: nondum enim ascendi ad Patrem meum: sed proficiscere ad fratres meos, & dic eis, Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum, & Deum meum & Deum vestrum.

17 Dicit ei Iesus, Noli me tangere: nondum enim ascendi ad Patrem meum: vade autem ad fratres meos, & dic eis, Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum.

Ἔρχεται Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ ἀπαγγέλλουσα τοῖς μαθηταῖς ὅτι ἑώρακε τὸν Κύριον, καὶ ταῦτα εἶπεν αὐτῇ.

18 Venit Maria Magdalene annuntians discipulis se vidisse Dominum, eáque sibi dixisse.

18 Venit Maria Magdalene annuntians discipulis, Quia vidit Dominum, & hæc dixit mihi.

Mar.16.c.14 luc.24.c.36 2.cor.15.c.5

Οὔσης οὖν ὀψίας τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων, καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων ὅπου ἦσαν οἱ μαθηταὶ συνηγμένοι διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων, ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς· καὶ ἔστη εἰς τὸ μέσον, καὶ λέγει αὐτοῖς, Εἰρήνη ὑμῖν.

19 ‖ Quum ergo vespera esset, die illo primo hebdomadis, & fores essent clausæ *illic* vbi erãt discipuli coacti propter metum Iudæorum, venit Iesus: ste titque in medio, & dixit eis, Pax vobis.

19 Quum ergo serò esset die illo, una Sabbatorũ, & fores essent clausæ vbi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum, venit Iesus: & stetit in medio, & dixit eis, Pax vobis.

Καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἔδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τὴν πλευρὰν αὐτοῦ. ἐχάρησαν οὖν οἱ μαθηταὶ ἰδόντες τὸν Κύριον.

20 Et quum hæc dixisset, ostendit eis manus ac latus suum. Gauisi sunt ergo discipuli viso Domino.

20 Et quum hæc dixisset, ostendit eis manus & latus. Gauisi sunt ergo discipuli viso Domino.

Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς πάλιν, Εἰρήνη ὑμῖν· καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ πατὴρ, κἀγὼ πέμπω ὑμᾶς.

Mat.28.d.18

21 Dixit ergo eis Iesus iterum, Pax vobis: sicut misit me Pater, ita & ego mitto vos.

21 Dixit ergo eis Iesus iterum, Pax vobis: sicut misit me Pater, & ego mitto vos.

Καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἐνεφύσησε, καὶ λέγει αὐτοῖς, Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον.

22 Et quum hæc dixisset, afflauit, & dixit eis, Accipite Spiritum sanctum.

22 Et hoc quum dixisset, insufflauit, & dixit eis, Accipite Spiritũ sanctũ.

Ἂν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀ- 23 Siquorũ remiseritis peccata,

23 Quorum remiseritis peccata,

16 Magister, διδάσκαλε. Ex hoc loco apparet, differentiam illam inter Rabbi & Rabboni, quæ à nonnullis constituitur, non ita magnum habere pondus. qua de re diximus etiam nonnulla Mar.10.g.51.

17 Nondum enim, οὔπω γάρ. Quid igitur? an postquã ascenderit ad Patrem, licebit tangere? Ita certè, eo quidem modo quo Christum quærere nos oportet, vt nobis fit sapientia, iustitia, sanctificatio ac redemptio, per fidem sublatis sursum animis in cælum, vbi cum eo sedemus ad Patris dextram. Poterant igitur vel istis Christi verbis doceri homines, carnalem illum Christi manducandi modum, quem tanta pertinacia defendunt, non modò imaginarium esse, sed etiam cum Dei verbo & institutione ex diametro pugnare. Fratres meos, τοὺς ἀδελφούς μου: id est discipulos. Iã enim erat primogenitus ex mortuis inter multos fratres, Rom. 8.f.19, & Colos. 1.c.18. & doctissimo interpreti assentior, qui putat Christum alluisse ad id quod scriptum est Psalmo 11.c.23. Id verò non considerarunt qui fratres putant hìc duntaxat vocari Christi affines ac cognatos, quum in proximo versiculo diserte scribatur Maria id quod iussa erat, annuntiasse discipulis. Ascendo, ἀναβαίνω. De re paulo pòst futura loquens vtitur tempore præsenti. Sed & illud ex Hebræorum consuetudine facit, quòd obliquæ orationis loco rectam vsurpat, vt annotauimus Luc.13.f.32. Nam scribendum potius videbatur, Et dic eis me ascendere ad Patrem, &c. Et Patrem vestrũ, καὶ πατέρα ὑμῶν. Eruditè Erasmus in hunc locum obseruat, priore tãtùm loco dixisse τὸν πατέρα addito articulo, vt communis hic vnus Pater ac Deus esse intelligatur: communis, inquam, capiti ac membris. Hic enim de se Christus vt mediatore loquitur, vt filii Dei fiant quicunque credunt in nomen eius. Nam si dixisset τὸν πατέρα μου καὶ τὸν πατέρα ὑμῶν, duos patres facere videretur. Item si non contentus dixisse τὸν πατέρα μου, etiam dixisset καὶ τὸν Θεόν μου, visus fuisset alium dicere Patrem suum, alium Deum suum.

19 Stetit, ἔστη. Ve igitur sponte patuerunt Christo fores domus siue loci illius vbi congregati erant: vel ipsi etiam parietes ei fuerunt peruii, quum ista non fuerint ei difficiliora quàm supra aquas ambulare. Qui verò hinc colligunt corpus Christi post resurrectionem fuisse ἀσώματον, & huc tandem delabuntur vt corpus Christi velint esse vbique, inuisibili modo, non video qua tandem rationis specie sic didicerunt argumentari.

φίεται αὐτοῖς· ἂν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται.

remittuntur eis: ſiquorum retinueritis, retenta ſunt.

remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.

Θωμᾶς δὲ, εἷς ἐκ τῶν δώδεκα, ὁ λεγόμενος Δίδυμος, οὐκ ἦν μετ' αὐτῶν ὅτε ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς.

24 Thomas autem, vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venerat Ieſus.

24 Thomas autem, unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando uenit Ieſus.

Ἔλεγον οὖν αὐτῷ οἱ ἄλλοι μαθηταί, Ἑωράκαμεν τὸν Κύριον. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Ἐὰν μὴ ἴδω ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ βάλω τὸν δάκτυλόν μου εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ βάλω τὴν χεῖρά μου εἰς τὴν πλευρὰν αὐτοῦ, οὐ μὴ πιστεύσω.

25 Dixerunt ergo ei alii diſcipuli, Vidimus Dominum. Ille verò dixit eis, Niſi videro in manibus eius veſtigium clauorum, & immiſero digitum meum in veſtigio clauorum, & immiſero manum meam lateri eius, nequaquam credam.

25 Dixerunt ergò ei alii diſcipuli, Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Niſi videro in manibus eius figuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam.

Καὶ μεθ' ἡμέρας ὀκτὼ πάλιν ἦσαν ἔσω οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ Θωμᾶς μετ' αὐτῶν· ἔρχεται ὁ Ἰησοῦς τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, καὶ ἔστη εἰς τὸ μέσον, καὶ εἶπεν, Εἰρήνη ὑμῖν.

26 Octo igitur poſt diebus rurſus erant diſcipuli eius intus, & Thomas cum eis: venit Ieſus foribus clauſis, & ſtetit in medio, & dixit, Pax vobis.

26 Et poſt dies octo iterũ erant diſcipuli eius intus, & Thomas cum eis: uenit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio, & dixit, Pax uobis.

Εἶτα λέγει τῷ Θωμᾷ, Φέρε τὸν δάκτυλόν σου ὧδε, καὶ ἴδε τὰς χεῖράς μου, καὶ φέρε τὴν χεῖρά σου, καὶ βάλε εἰς τὴν πλευράν μου· καὶ μὴ γίνου ἄπιστος, ἀλλὰ πιστός.

27 Deinde dicit Thomæ, Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & profer manum tuam; & immitte lateri meo, & ne eſto incredulus, ſed credens.

27 Deinde dixit Thomæ, Inſer digitum tuum huc, & uide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli eſſe incredulus, ſed fidelis.

Καὶ ἀπεκρίθη ὁ Θωμᾶς, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ὁ Κύριός μου καὶ ὁ Θεός μου.

28 Reſpondit autem Thomas, & dixit ei, Dominus meus & Deus meus es.

28 Reſpondit Thomas, & dixit ei, Dominus meus, & Deus meus.

Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ὅτι ἑώρακάς με Θωμᾶ, πεπίστευκας· μακάριοι οἱ μὴ ἰδόντες, καὶ πιστεύσαντες.

29 Dicit ei Ieſus, Quia vidiſti me, Thoma, credidiſti: beati qui non viderunt, & crediderunt.

29 Dixit ei Ieſus, Quia uidiſti me Thoma, credidiſti: beati qui non uiderunt, & crediderũt.

Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα σημεῖα ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς ἐνώπιον τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, ἃ οὐκ ἔστι γεγραμμένα ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ.

30 Multa igitur etiam alia ſigna edidit Ieſus in diſcipulorũ ſuorum conſpectu, quæ non ſunt ſcripta in hoc libro.

30 Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorũ ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc. Infrà, 21. d. 25

Ταῦτα δὲ γέγραπται ἵνα πιστεύητε ὅτι ὁ Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἵνα πιστεύοντες, ζωὴν ἔχητε ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ.

31 Hæc autem ſcripta ſunt vt credatis Ieſum eſſe Chriſtum Filium Dei, & vt credentes, vitã habeatis per nomen eius.

31 Hæc autẽ ſcripta ſũt ut credatis quia Ieſus eſt Chriſtus Filius Dei, & ut credentes, uitam habeatis in nomine eius.

Κεφάλαιον κα'

CAP. XXI.

CAP. XXI.

Μετὰ ταῦτα ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν πάλιν ὁ Ἰησοῦς τοῖς μαθηταῖς ἐπὶ τῆς θαλάσσης τῆς Τιβεριάδος. ἐφανέρωσε δὲ οὕτως·

1 POſtea patefecit ſe rurſus Ieſus diſcipulis ad mare Tiberiadis. patefecit autem ſic:

1 Poſtea manifeſtauit ſe iterum Ieſus diſcipulis ad mare Tiberiadis. manifeſtauit autem ſic:

Ἦσαν ὁμοῦ Σίμων Πέτρος καὶ Θωμᾶς ὁ λεγόμενος Δίδυμος, καὶ Ναθαναὴλ ὁ ἀπὸ Κανᾶ

2 Erant ſimul Simon Petrus & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael qui erat ex Cana

2 Erant ſimul Simon Petrus & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael qui erat à Cana

25 In manibus eius veſtigium clauorum, ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τὸν τύπον τῶν ἥλων. Crebra illa repetitio articuli magnam habet emphaſin, quæ Latino ſermone explicari non poteſt. Vetus autẽ interpres τύπον vertit figuram, pro quo deinde ſciolus quiſpiam ſubſtituit fixuram: quo modo etiam interpretatus eſt Trapezuntius in Cyrillo. Veſtigio clauorum, εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων. Vulg. In locum clauorum. Nam pro τύπον legit τόπον quam lectionem maximè probo, in hoc quidem poſteriore loco.

τῆς Γαλιλαίας, καὶ οἱ τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ ἄλλοι ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ δύο.

Galilææ, & filii Zebedæi, aliique ex discipulis eius duo.

Galileæ, & filij Zebedei, & alij ex discipulis eius duo.

3 Λέγει αὐτοῖς Σίμων Πέτρος, Ὑπάγω ἁλιεύειν. Λέγουσιν αὐτῷ, Ἐρχόμεθα καὶ ἡμεῖς σὺν σοί. Ἐξῆλθον, καὶ ἀνέβησαν εἰς τὸ πλοῖον εὐθύς· καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ ἐπίασαν οὐδέν.

3 Dicit eis Simon Petrus, Abeo piscatum. Dicunt ei, Imus & nos tecum. Profecti sunt, & ascenderunt in nauigium statim: & illa nocte nihil ceperunt.

3 Dicit eis Simon Petrus, Vado piscari. Dicunt ei, Venimus & nos tecum. Et exierunt, & ascenderunt in nauim: & illa nocte nihil prendiderunt.

4 Πρωΐας δὲ ἤδη γενομένης ἔστη ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸν αἰγιαλόν, οὐ μέντοι ἠδέσαν οἱ μαθηταὶ ὅτι Ἰησοῦς ἐστι.

4 Mane autem iam exorto stetit Iesus in litore: non tamen cognouerunt discipuli Iesum esse.

4 Mane autem iã facto stetit Iesus in litore: nõ tamen cognouerunt discipuli quia Iesus est.

5 Λέγει οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Παιδία, μή τι προσφάγιον ἔχετε; Ἀπεκρίθησαν αὐτῷ, Οὔ.

5 Dicit ergo eis Iesus, Pueri, num quid obsonii habetis? Respondérunt ei, Non.

5 Dicit ergo eis Iesus, Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Responderunt ei, Non.

6 Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Βάλετε εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ πλοίου τὸ δίκτυον, καὶ εὑρήσετε. Ἔβαλον οὖν, καὶ οὐκέτι αὐτὸ ἑλκύσαι ἴσχυσαν ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἰχθύων.

6 At ille dicit eis, Iacite rete in dextram nauigii partem, & inuenietis. Iecerunt ergo, & non amplius poterant illud trahere præ multitudine piscium.

6 Dicit eis, Mittite in dexteram nauigii rete, & inuenietis. Miserunt ergo, & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium.

7 Λέγει οὖν ὁ μαθητὴς ἐκεῖνος ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς, τῷ Πέτρῳ, Ὁ Κύριός ἐστι. Σίμων οὖν Πέτρος ἀκούσας ὅτι ὁ Κύριός ἐστι, τὸν ἐπενδύτην διεζώσατο, (ἦν γὰρ γυμνός) καὶ ἔβαλεν ἑαυτὸν εἰς τὴν θάλασσαν.

7 Dicit ergo discipulus ille quẽ diligebat Iesus, Petro, Dominus est. Simon ergo Petrus quum audisset Dominum esse, amiculum succinxit, (erat enim nudus) & abiecit se in mare.

7 Dicit ergo discipulus ille quem diligebat Iesus, Petro, Dominus est. Simon Petrus quum audisset quia Dominus est, tunicam succinxit se, (erat enim nudus) & misit se in mare.

8 Οἱ δὲ ἄλλοι μαθηταὶ τῷ πλοιαρίῳ ἦλθον, (οὐ γὰρ ἦσαν μακρὰν ἀπὸ τῆς γῆς, ἀλλ' ὡς ἀπὸ πηχῶν διακοσίων) σύροντες τὸ δίκτυον τῶν ἰχθύων.

8 Alii autem discipuli nauigio venerunt, (nõ enim longè aberant à terra, sed circiter cubitis ducentis) trahentes rete plenum piscium.

8 Alij autem discipuli nauigio venerunt, (non enim longè erant erant à terra, sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium.

9 Ὡς οὖν ἀπέβησαν εἰς τὴν γῆν, βλέπουσιν ἀνθρακιὰν κειμένην, καὶ ὀψάριον ἐπικείμενον, καὶ ἄρτον.

9 Vt ergo descenderunt in terram, vident prunas positas, & piscem impositum, & panem.

9 Vt ergo descenderunt interram, viderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panẽ.

CAPVT XXI.

3 Imus, ἐρχόμεθα. Vel, ibimus. Ponitur enim ἔρχομαι pro ἴσομαι. Sic Hom. Iliad. α. Ἔρχεο νῦν κλισίηνδε Πηλεΐδεω Ἀχιλῆος. Ceperunt, ἐπίασαν. Vide suprà, 7. c. 30.

5 Obsonii, προσφάγιον. Vulg. & Castellio etiam nuper cõuertit, Pulmentarium, ineptè profectó. Nam cur à piscatoribus pultem petat? Deinde quàm bene hoc conuenit cum eo quod sequitur? Mittite rete in dextram partem nauigii, & inuenietis. Est ergo προσφάγιον idem quod ὄψον & πρόσφαγμα, de quo sic Athenæus libri septimi initio, Οὐκ ἀγνοῶ ὅτι ὄψον κυρίως καλεῖται παρ' ἡμῖν κατακεκαυμένον ἐπὶ τῆς ἑστιάσεως· ὅτε γὰρ ὄψον ἐστί, τότε καὶ τὸ ἀληθὲς ἀναφαίνεται. Paulo antè verò dixerat, ταῦτα τῆς προσφαγίας ὄψον καλοῦσιν, ἐξετάσαντα ὁ ἰχθὺς ἀξίως· ἀλλ' ἐγὼ ἀκέραιον ἐθαύμασα μόνος ὕστερος καταδῦσαι, ἀλλ' ποῖ δύσει μανεὶς ἀφαιρεῖται προῖξ παντὸν ἐγὼ ἐθαύμασ'. κἀγὼ μὲν οὐκ ὀψοφάγος, οἱ πολλοὶ βόσκουσι, &c. ἀλλὰ πῶς οὐκ ἐγὼ ἰχθυοπαίας ἀκαταπόνητος εἰμί; Hæc ille. ex quibus optimè intelligitur quid sit hoc loco προσφάγιον, quod Latini etiam obsonium vocant, peculiariter piscibus accommodato nomine, vt ex Terentio Erasmus annotauit suprà, 6. 2. 9.

7 Amiculum succinxit, τὸν ἐπενδύτην διεζώσατο. Ἐπενδύτην quidem constat à superinduendo sic vocari: Vulg. tamẽ tunicã vertit, quod Erasmo non displicet, Quia, inquit, quũ alioqui tunica sit vestis interior, verisimile est piscatoribus tunicam fuisse summam vestem. Castellio vertit Indusium, non incommodè. nam neque pallio, neque tunicæ vllus hic locus est, quum hæc minimè sint nanti idonea. Sed ex Pollucis libro 7. cap. 13. constat, hoc nomine intelligi χιτωνίσκον, id est amiculum ex lino, quod videlicet nanti minimè obstitisset. Sed & illud dicitur Petrus διαζώσασθαι, id est succinxisse, nempe pudoris causa: vnde subligacula vocant διαζώματα: & qui subligar præcinxit, dicitur διεζωκέναι.

9 Piscem, ὀψάριον. Athenæus lib. 7 & 8, piscium meminit ex Aphyarum genere, quem ἴψωνα vocat, aut potius plurali numero ἴψωνας, sed à quo distinxerim ὀψάριον, quod assabatur, quum illis potius elixis vescerentur. Hoc autem vocabulum quum alioqui non minus latè pateat quàm ὄψον, tamen peculiariter de piscibus dici idem Athenæus ex Platone Comico, Menandro, & aliis, probat. Vide suprà, 6. 2. 9.

Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἐνέγκατε ἀπὸ τῶν ὀψαρίων ὧν ἐπιάσατε νῦν.

10 Dicit eis Iesus, Adferte ex piscibus quos modò cepistis.

10 Dicit eis Iesus, Adferte de piscibus quos prendistis nunc.

Ἀνέβη Σίμων Πέτρος, καὶ εἵλκυσε τὸ δίκτυον ἐπὶ τῆς γῆς, μεστὸν ἰχθύων μεγάλων ἑκατὸν πεντηκοντατριῶν· καὶ τοσούτων ὄντων οὐκ ἐσχίσθη τὸ δίκτυον.

11 Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus, centum quinquagintatribus: & quum tot essent, non est fissum rete.

11 Ascendit Simō Petrus, & traxit rete in terrā, plenum magnis piscibus centum quinquagintatribus: & quū tanta essent, non est scissum rete.

Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Δεῦτε, ἀριστήσατε. Οὐδεὶς δὲ ἐτόλμα τῶν μαθητῶν ἐξετάσαι αὐτόν, Σὺ τίς εἶ; εἰδότες ὅτι ὁ Κύριός ἐστιν.

12 Dicit eis Iesus, Venite, prandete. Nullus autem discipulorum audebat eum interrogare, Tu quis es? quum scirent Dominum esse.

12 Dicit eis Iesus, Venite, prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum, Tu quis es? scientes quia Dominus est.

Ἔρχεται οὖν ὁ Ἰησοῦς, καὶ λαμβάνει τὸν ἄρτον, καὶ δίδωσιν αὐτοῖς, καὶ τὸ ὀψάριον ὁμοίως.

13 Venit ergo Iesus, & accipit panem, & dat eis, & piscem similiter.

13 Et venit Iesus, & accipit panem, & dat eis, & piscem similiter.

Τοῦτο ἤδη τρίτον ἐφανερώθη ὁ Ἰησοῦς τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν.

14 Hac iam tertia vice patefactus est Iesus discipulis suis, quum resurrexisset à mortuis.

14 Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis suis quum resurrexisset à mortuis.

Ὅτε οὖν ἠρίστησαν, λέγει τῷ Σίμωνι Πέτρῳ ὁ Ἰησοῦς, Σίμων Ἰωνᾶ, ἀγαπᾷς με πλέον τούτων; Λέγει αὐτῷ, Ναί Κύριε· σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε. Λέγει αὐτῷ, Βόσκε τὰ ἀρνία μου.

15 Quum ergo prandissent, dicit Simoni Petro Iesus, Simon *fili* Ionæ, diligis me plus quàm hi? Dicit ei, Etiam Domine: tu nosti quòd amem te. Dicit ei, Pasce agnos meos.

15 Quum ergo prandissent, dicit Simoni Petro Iesus, Simon Iohannis, diligis me plus hu? Dicit ei, Etiam Domine: tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce agnos meos.

Λέγει αὐτῷ πάλιν δεύτερον, Σίμων Ἰωνᾶ, ἀγαπᾷς με; Λέγει αὐτῷ, Ναί Κύριε· σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε. Λέγει αὐτῷ, Ποίμαινε τὰ πρόβατά μου.

16 Dicit ei rursum secundò, Simon *fili* Ionæ, diligis me? Ait illi, Etiam Domine: tu nosti quòd amem te. Dicit ei, Pasce oues meas.

16 Dicit ei iterum, Simon Iohannis, diligis me? Ait illi, Etiam Domine: tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce agnos meos.

Λέγει αὐτῷ τὸ τρίτον, Σίμων Ἰωνᾶ, φιλεῖς με; Ἐλυπήθη ὁ Πέτρος ὅτι εἶπεν αὐτῷ τὸ τρίτον, φιλεῖς με; καὶ εἶπεν αὐτῷ, Κύριε, σὺ πάντα οἶδας· σὺ γινώσκεις ὅτι φιλῶ σε. Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Βόσκε τὰ πρόβατά μου.

17 Dicit ei tertiò, Simon *fili* Ionæ, amas me? Tristis fuit Petrus quòd tertiò dixisset ipsi, Amas me? Dixitque ei, Domine, tu omnia nosti, tu nosti quòd amem te. Dicit ei Iesus, Pasce oues meas.

17 Dicit ei tertiò, Simon Iohannis, amas me? Contristatus est Petrus quia dixit ei tertiò, Amas me? & dixit ei, Domine, tu omnia scis: tu scis quia amo te. Dicit ei Iesus, Pasce oues meas.

Ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ὅτε ἦς νεώτερος, ἐζώννυες σεαυτὸν, καὶ περιεπάτεις ὅπου ἤθελες· ὅταν δὲ γηράσῃς, ἐκτενεῖς τὰς χεῖράς σου, καὶ ἄλλος σε ζώσει, καὶ οἴσει ὅπου οὐ θέλεις.

18 Amen amen dico tibi, quum esses iunior, cingebas te, & ibas quò volebas: quum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & transferet quò noles.

18 Amen amen dico tibi, quum esses iunior, cingebas te, & ambulabas ubi volebas: quum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò nō uis.

15 Fili Ionæ, Ἰωνᾶ. Vulg. & Eras. Iohannis. i. Ἰωαννᾶ. Vide Matth. 16. c. 17. Nos quidem hoc loco in omnibus vetustis codicibus, vno excepto, scriptum inuenimus Ἰωνᾶ. quod etiam fieri potest vt pro Ἰωαννᾶ per syncopen dicatur.

16 Rursum secundò, πάλιν δεύτερον. Vetus interpres non legit δεύτερον. similis tamen pleonasmi exemplum reperio Matth. 16. d. 42.

17 Tertiò, τὸ τρίτον. Nempe æquum erat vt triplici abnegationi triplex confessio opponeretur, ne de tanti peccati remissione & restitutione muneris Apostolici dubitaret Petrus.

18 Cingebas te, ἐζώννυες. Huius loci explicatio pendet à verbo ζωννύναι. Qui igitur peregrè profecturi sunt, præsertim in Oriente & iis regionibus quarum incolæ laxioribus & prælongis vestibus vtuntur, illos necesse est succingi: deinde etiam constat solitos fuisse in zona pecuniam ferre in viaticum, vt Matth. 10. 9. Inde factum est vt Heb. חגר מתנו Græcis ζωννύειν, Latinis Præcingere & Accingere, significet sese ad iter cōparare: quanuis Græcum illud vocabulum fere in re militari vsurpetur ἀπὸ τῆς ὁπλίσεως. Iam verò quia non dissimili ratione captiui loris ac vinculis cinguntur, præsertim si quò mittendi sunt, huc respexit Christus quū diceret, καὶ ἄλλος σε ζώσει, quasi diceret, Nunc liberè te accingis vt proficiscaris quò libuerit: atqui tempus erit quum non te zona accinges, sed alius te vinculis constringet, vt te pertrahat etiam inuitum. Sic autem apud Hebræos interdum accipi verbum חגר pro Ligare & vinctum tenere, ostendit Kimhi in libro Radicum, explicans Psal. 76. c. 11. Et transferet, καὶ οἴσει. Vulg. & Eras. ducet. ac fateor quidem φέρειν & ἄγειν sæpe permutari: sed mihi videtur potius hic fuisse retinenda propria significatio, vt melius appareat antithesis. Tu cingebas

te zona, alius te cinget vinculis: ibas quò volebas, tunc non gradieris, sed vinctus transferêris, ac deportaberis ad supplicium. Quò noles, ὅπου οὐ θέλεις. Hoc verò non est simpliciter ita accipiendum quasi futurum sit vt Petrus inuitus pro Dei veritate quicquam ferat, quum eum legamus gaudentem rediisse è concilio in quo fuerat flagris cæsus: sed quia hæc voluntas non proficiscetur à carne, sed ab illo aduentitio Spiritus dono, ideo repugnantiam quandam Christus significauit quum ita loqueretur: denique naturalem illam libertatem captiuitati opponit.

Τοῦτο δὲ εἶπε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ δοξάσει τὸν Θεόν. καὶ τοῦτο εἰπὼν, λέγει αὐτῷ, Ἀκολούθει μοι.

19 Hoc autem dixit, significans qua morte glorificaturus esset Deum. Et quum hoc dixisset, dicit ei, Sequere me.

19 Hoc autem dixit, significans qua morte clarificaturus esset Deum. Et quum hoc dixisset, dicit ei, Sequere me.

Ἐπιστραφεὶς δὲ ὁ Πέτρος βλέπει τὸν μαθητὴν ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς, ἀκολουθοῦντα, ὃς καὶ ἀνέπεσεν ἐν τῷ δείπνῳ ἐπὶ τῷ στήθει αὐτοῦ, καὶ εἶπε, Κύριε, τίς ἐστιν ὁ παραδιδούς σε;

Supra, 13. c. 23

20 Conuersus Petrus videt illum discipulum quem diligebat Iesus, sequentem, qui & recubuerat in cœna super pectus eius, & dixerat, Domine, quis est ille qui te prodit?

20 Conuersus Petrus uidet illum discipulū quē diligebat Iesus, sequentem, qui & recubuerat in cœna super pectus eius, & dixerat, Domine, quis est qui tradet te?

Τοῦτον ἰδὼν ὁ Πέτρος λέγει τῷ Ἰησοῦ, Κύριε, οὗτος δὲ τί;

21 Hunc ergo quum vidisset Petrus, dicit Iesu, Domine, hic autem quid?

21 Hunc ergo quum uidisset Petrus, dicit Iesu, Domine, hic autē quid?

Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι, τί πρὸς σε; σὺ ἀκολούθει μοι.

22 Dicit ei Iesus, Si velim eũ manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere.

22 Dicit ei Iesus, Si eum uolo manere donec ueniam, quid ad te? tu me sequere.

Ἐξῆλθεν οὖν ὁ λόγος οὗτος εἰς τοὺς ἀδελφούς, ὅτι ὁ μαθητὴς ἐκεῖνος οὐκ ἀποθνήσκει· καὶ οὐκ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς ὅτι οὐκ ἀποθνήσκει, ἀλλ', Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι, τί πρὸς σε;

23 Exiit ergo sermo iste inter fratres, discipulum illum non moriturum: sed non dixerat ei Iesus, Nõ morietur: sed, Si eum velim manere donec veniam, quid ad te?

23 Exiuit ergo sermo iste inter fratres quia discipulus ille nõ moritur. Et non dixit ei Iesus, Non moritur: sed, Si eum uolo manere donec ueniã, quid ad te?

Οὗτός ἐστιν ὁ μαθητὴς ὁ μαρτυρῶν περὶ τούτων, καὶ γράψας ταῦτα· καὶ οἴδαμεν ὅτι ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία αὐτοῦ.

24 Hic est discipulus ille qui de his testatur, & hæc scripsit: & scimus verum esse testimoniũ eius.

24 Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc: & scimus quia uerum est testimoniũ eius.

Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ ὅσα ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἅτινα ἐὰν γράφηται καθ' ἕν, οὐδὲ αὐτὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία. Ἀμήν.

Supra, 20. g. 30

25 Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scribantur sigillatim, ne mundumquidem ipsum opinor capturum eos qui scriberentur libros. Amen.

25 Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus: quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribẽdi sunt libros.

19 Qua morte, ποίῳ θανάτῳ. Qui ex hoc loco colligunt Petrum fuisse crucifixum, ineptè argumentantur, quum Christus in genere prædicet Petri mortem violentam fore. Certè si credimus illi non modò ineptissimo, sed etiam planè impio libello qui inscribitur De Petri passione, sub Lini cuiusdam Episcopi nomine, vix vnquam iustiore de causa quisquam damnatus est quàm Petrus, vt qui vxores à suis maritis, contra Christi & Apostoli doctrinam, abduceret. Sed absit vt hæc cuiquam in mentem veniant qui vel à limine Christianam religionem salutarit. Imò tota illa narratio iis verbis, iis sententiis est descripta, vt nesciam verum magis debeam admirari, ipsiusne Satanæ vecordiam, qui in istis confingendis maiorem æstum non adhibuerit, an verò nostrorum maiorum stuporem, qui tam crassas fraudes non agnouerint.

21 Si velim, καὶ θέλω. Nulla est in Græco textu amphibolia: consentiunt interpretes nõ modò Græci sed etiam Latini, quum (vt eruditè annotat Erasmus) à librariis deprauatus sit Augustinus. Itaque non dubiũ est quin legendum sit Si velim, non autẽ, Sic volo, vt vulgò cantillant quibus id vnum sapit quod nihil sapit.

23 Exiit, ἐξῆλθεν. Heb. נצא. Id est dimanauit & sparsus est hic rumor, vt alibi exposuimus.

24 Et scimus, καὶ οἴδαμεν. Ista nescio quomodo non videntur conuenire, quum Iohannes ipse de se loquatur. Nam si quis excipiat, ipsum de se loqui plurali numero, videtur omnino pro αὐτοῦ, ipsius, dicendum fuisse ἡμέτερον, nostrum. Certè Chrysostomus & Theophylactus videntur legisse οἶδα, noui, singulari numero. Verùm ne hoc quidem mihi satisfacit. nam quum de se ex Hebræorum more loquatur in tertia (quod aiunt) persona, omnino videtur dicendum potius fuisse καὶ οἶδεν ἐστι, & nouit verum esse suum testimonium, vt suprà, 21. f. 35. Sed hæc possunt ex Hebræorum idiotismo excusari, apud quos vix quicquam frequentius occurrit istis personarum mutationibus.

ACTA

Acta ſanctorum Apoſtolorum.

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE DE LYON

Πεϱάξεις τῶν ἁγίων Ἀποϲτόλων.

Acta, πεϱάξεις. Nonnulli Actus, quidam Geſta, alii Actiones conuertunt, non modò ex recentioribus, ſed etiam ex veteribus. Acta enim Latini vocant rerum publicè geſtarum commentarios publicæ memoriæ cauſa conſcriptos. Aliter tamen ſenſit Valla: ſed meritò in eo (vt ego exiſtimo) à Budæo reprehenſus. Videtur ergo πεϱάξεων ſignificatio apud Græcos latius patere quàm Actorum apud Latinos. Sed quum hic liber compellatur veluti publicos totius reip. Chriſtianæ commentarios & annales, ego quidem malim Acta, quàm alio quouis nomine vocare. **Sanctorum Apoſtolorum, τῶν ἁγίων Ἀποϲτόλων.** In pleriſque codicibus non additur ἁγίων. In Complutenſi autem editione hæc adſcripta reperimus, τοῦ ἁγίου Λουκᾶ τοῦ εὐαγγελιϲτοῦ, id eſt, Sancti Lucæ Euangeliſtæ: vt nemini dubium eſſe debeat quin Lucas ſit huius libri ſcriptor.

	NOVA INTERPR.	VETVS.
ΤΟΝ μὲν πϱῶτον λόγον ἐποιησάμην πεϱὶ πάντων, ὦ Θεόφιλε, ὧν ἤϱξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν,	1 PRimũ quidem librum confeci, Theophile, de omnibus quæ cœpit Ieſus & facere & docere,	1 *PRimum quidẽ ſermonem feci de omnibus, ô Theophile, quæ cœpit Ieſus facere & docere,*
ἄχϱι ἧς ἡμέϱας ἐντειλάμενος τοῖς Ἀποϲτόλοις διὰ Πνεύματος ἁγίου, οὓς ἐξελέξατο, ἀνελήφθη.	2 Ad eum vſque diẽ quo quũ mãdata dediſſet Apoſtolis per Spiritum ſanctũ, quos elegerat, ſurſum receptus eſt.	2 *Vſque in diẽ qua præcipiens Apoſtolis per Spiritum ſanctum, quos elegit, aſſumptus eſt.*

ANNOTATIONES IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 Primum quidem librum confeci, πϱῶτον μὲν λόγον ἐποιησάμην. Vulg. Primum quidem ſermonem feci. Eraſmus, Superiore quidem volumine diximus. Nos neutram verſionem ſequuti ſumus. nam meritò reprehendi putamus Veterem interpretem ab Eraſmo quòd λόγον verterit ſermonẽ: & Sermonẽ facere, pro habere, nemo Latinè dixerit. Idem tamen nulla neceſſitate coactus à Græcis diſcedit, quaſi ita ſcripſerit Lucas, πϱῶτον μὲν λόγον ἐποιησάμην. Cæterùm quòd πϱῶτον μὲν vertimus Primum, quum de altero Lucæ libro agatur, id tueri poſſumus Ciceronis ipſius authoritate, qui, quum duo tantùm ſint De inuentione libri, ſic in ſecundo illorum ſcribit. In primo (inquit) libello diximus. Deinde quanuis λόγον ποιεῖσθαι Græcis interdum idem declaret quod Latinis Verba facere, vel, Sermonem habere: tamen adiuncta hæc verba πϱῶτον μὲν, faciunt vt potius exiſtimem λόγον idem hic valere quod σύγγϱαμμα. Nam alioqui ſcripſiſſet Lucas πϱῶτον μὲν, vel πϱῶτον μέν. Itaque Librum interpretamur, ſicut idem Cic. Xenophontis λόγον οἰκονομικὸν, Librum Œconomicum interpretatur.

Et facere & docere, ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν. Duo igitur ſibi proponunt Euangeliſtæ illis libris deſcribenda, nẽpe Chriſti facta & dicta.

2 Ad eum vſque d. q. ἄχϱι ἧς ἡμέϱας. Vulg. Vſque in diẽ quã. Auguſtinus quodam loco vertit, In die quo, diuerſum aliquod à noſtris exemplar ſequutus. Quũm mãdata dediſſet, ἐντειλάμενος. Vulg. Præcipiens, neglecta aoriſti ratione, quæ hic fuit obſeruanda. Significatur enim his verbis, Dominum non antè diſceſſiſſe à ſuis, quàm certa illis dediſſet mandata (quæ nimirum ipſe Lucas poſtea copioſius explicat) vt facere ſolent qui ab amicis, vel etiam ex hoc mundo diſcedunt. Ad verbum, quum mandaſſet. Sed hoc verbum non putoà Latinis abſolutè vſurpari. Apoſtolis per Spiritum ſanctum, τοῖς Ἀποϲτόλοις διὰ Πνεύματος ἁγίου. Vulgata, Apoſtolis per Spiritum ſanctum. Eraſmus, Apoſtolis impertitus in hoc ipſum Spiritum ſanctum. Locus hic obſcurus eſt, propterea quòd hæc verba διὰ Πνεύματος ἁγίου, vel cũ præcedẽtibus, vel cum ſubſequẽtibus coniungi poſſunt. Ego ad præcedentia refero, nempe ad participium ἐκλεξάμενος, vt ſignificetur totum hoc munus Apoſtolicum non humana ſed diuina authoritate niti. Alii de ea Spiritus ſancti miſſione intelligunt quam refert Iohannes cap. 20. c. 22. quam poſteriorem expoſitionẽ ſequutus Eraſmus, paulo fuſius hunc locũ explicuit. Sed præterquã quòd hæc interpretatio à Græcis nimium procul recedit, etiam vim facit particulæ διὰ: quum potius dicẽdum fuerit ἄχϱι τοῦ Πνεύματος, vt intelligeremus vnà cum mandatis etiam Spiritum ſanctum fuiſſe datum Apoſtolis. Præterea quum priore illa Spiritus inſpiratione, cuius mentionem facit Iohannes, aſperſi potius quàm imbuti fuerint Apoſtoli, ideóque nouum alium Baptiſmum iubeantur expectare: mallem quidem ego, ſi ad Spiritus ſancti miſſionẽ hæc placeret referre, vti participio futuro impertiturus; quàm præterito impertitus. Non deſunt igitur qui poſt Ἀποϲτόλοις diſtinctionẽ adſcribant: & ita ſcriptum hũc locum inuenimus in veteribus duobus codicibus, vt hæc verba διὰ τοῦ Πνεύματος ἁγίου cum ſequente verbo ἐξελέξατο connectantur, ſitque hæc ſententia, Data eſſe à Chriſto mandata Apoſtolis quos per Spiritum ſanctum delegerat. Eſt autẽ plana hæc interpretatio, & huiuſmodi traiectionũ exẽpla paſſim annotauimus, vt Ioh. 8. d. 25. & 15. b. 10. Rom. 8. a. 3. & 12. a. 3. Sed quum omnes codices, præter vnum & alterum, aliter ſint diſtincti, neque ſit omnino neceſſe per traiectionem iſta explicare, mallẽ, hac ſeruata diſtinctione, hæc cõnectere, non cum participio ἐντειλάμενος, ſed cum τοῖς Ἀποϲτόλοις, quaſi ſcripſerit Lucas, τοῖς διὰ Πνεύματος ἁγίου Ἀποϲτόλοις: vel, repetito articulo, τοῖς Ἀποϲτόλοις τοῖς διὰ Πνεύματος ἁγίου. Nam ſæpe ſolent articuli à ſacris ſcriptoribus in hoc dicendi genere prætermitti, vt aliquoties apud Iohannem, & Rom. 8. a. 3, ὁ δὲ πάντας τοὺς Πνεύματος τοῦ ζωοποιοῦντος Χϱιϲτοῦ Ἰησοῦ. pro τοῦ ἐν Χϱιϲτῷ Ἰησοῦ. Item Iacobi 2. d. 26, ὡς πίϲτις χωϱὶς τῶν ἔϱγων, pro ἡ χωϱὶς τῶν ἔϱγων: ex Hebræorum idiotiſmo videlicet, apud quos penè ſemper relatiuum cum verbo ſubſtantiuo ſubauditur. Eſſet ergo ſubaudiendum participium illuſtrandæ ſententiæ maximè conueniens, vt ἀναλαβόντος, ab eo verbo deductum quo vſus eſt ſupra Lucas in eodem argumento cap. 1. a. 2. vel ἀναχθέντος, quod vſurpauit infrà cap. 10. f. 41. Apparet in ſumma, hoc additum eſſe à Luca ad commendandam eorum vocationem de quorum rebus geſtis poſtea dicturus eſt. Idcirco enim totum hoc præ-

mium & quasi αὐτοπαθῶς contexit, vt intelligant lectores quanti fieri debeat hæc historia, eorum gesta complectens qui à Spiritu sancto munus acceperint, & quos ipse Filius Dei selegerit. Nã hæc verba, οὓς ἐξελέξατο, videntur in epexegesi posita, quibus illud explicetur quod dictum fuerat, istos videlicet per Spiritum sanctum accepisse hæc mandata. Eodem dicendi genere vtitur Apostolus Gal.1.a.1, vbi testatur se Apostolum esse, οὐδὲ δι' ἀνθρώπου, ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Sursum receptus est, ἀνῃρέθη. Vulgata, Assumptus. Sed Assumi dicitur 5
qui in consortium adiungitur, quod Græci dicunt συμπαραλαμβάνειν vel μεταλαμβάνειν: vt rectè obseruat Erasmus, qui quidem idcirco addidit particulam Sursum. Idem tamen in Annotationibus & infrà vertit Receptus est, nimirum in cælum vnde venerat, quasi videlicet ἄνω repetitionẽ declaret. At ego potius putarim ἄνω idem declarare quod ἄνωθεν, vt ἀναμιξιάνθου significet sursum (id est in cælum) recipi. Non desunt qui subtiliorem interpretationem afferant, quasi significetur Pater tum demum agnouisse & adsciuisse Filium, vnde ἀνῃρέθη πρὸς τὸν πατέρα, 10
quam iurisconsulti vocant liberorum agnitionem.

Οἷς καὶ παρέστησεν ἑαυτὸν ζῶντα μετὰ τὸ παθεῖν αὐτόν, ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις, δι' ἡμερῶν τεσσαρακοντα ὀπτανόμενος αὐτοῖς, καὶ λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ.

3 Quibus etiã seipsum, ᵛpostquam ipse passus fuit, ᵛrepræsentarat viuum ᵛmultis indubitatis signis, per dies quadraginta conspectus ab eis, ᵛ& dicens quæ ad regnum Dei spectant.

3 *Quibus & præbuit se ipsum viuum post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei.*

Luc.24.g.49 iob.14.d.25

Καὶ συναλιζόμενος παρήγγειλεν αὐτοῖς ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρός, ἣν ἠκούσατέ μου.

4 ᵛEt congregans eos, ᵛdenuntiauit eis ne abscederẽt Hierosolymis, sed ut expectarẽt promissum Patris, ᵛQuod, inquit, audistis ex me.

4 *Et conuescens præcepit eis ab Ierosolymis ne discederent, sed expectarẽt promissionẽ Patris, Quã audistis (inquit) per os meum.*

3 Postquam ipse passus fuit, μετὰ τὸ παθεῖν αὐτόν. Vulgata, Post passionem suam, μετὰ τὸν θάνατον αὐτοῦ. Erasmus autem maluit per periphrasin interpretari, Posteaquam supplicio fuisset affectus. Nam pati à Latinis pro Affici supplicio, vix vsurpatur absolutè: imò verò de à Græcis quidẽ πάσχειν, vt opinor. Sed hoc fanè nobis vsurpare liceat, cui tanto tempore Christianorum aures assueuerunt. Repræsentarat, παρέστησεν. Vulgata, Præbuit. Erasmus, Exhibuerat: id est παρέχειν. Multis indubitatis signis, ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις. Hæc verba nonnulli distinctione sublata, cum sequenti participio ὀπτανόμενος connectunt. Nos verò pleroſque codices sequuti, superioribus adiunximus. Vulgata ad verbum, In multis argumentis. Sed (vt rectè notat Erasmus) In multis, Hebraico more dictum est, pro Per multa: quas quidem particulas quum vereretur ne typographi per incuriam coniungerent, sexto casu vti malui. Erasmus de suo addidit particulam Idque, id est καὶ τῶν. nimirum propter participium ζῶντα longius positum. Vertit enim, Idque compluribus argumentis. At ego malui verborum constructionem in Latino sermone, perspicuitatis gratia, immutare, non hoc tantùm loco, sed etiam superiore versiculo, nulla (vt arbitror) sensus iniuria. Cæterùm vt nostræ interpretationis rationem afferamus, τεκμήρια Græci (sicut ex Aristotele testatur Quintilianus libri 5. capite 9) indubitata & necessaria signa vocant. sicut hæ actiones, loqui, ambulare, edere, bibere, τεκμήρια sunt vitæ. Item sese conspiciendum & manibus contrectandum præbere, τεκμήρια veri & naturalis corporis. Item pedum & manuum & lateris vulnera exhibita, τεκμήρια sunt illud ipsum corpus resurrexisse quod crucifixum & lancea confossum fuerat. Item sanguis & aqua ex confosso latere promanans, certissimum vulneratorum præcordiorum & mortis τεκμήριον. Illa sunt igitur quibus affirmat Lucas Christum suæ resurrectionis fidem fecisse, quæ superiore libro copiosius narrauit. Quidam probationes interpretantur: rectè id quidem, sed tamen hoc vocabulum mihi visum est latius patêre. Vulgata & Erasmus verterunt Argumenta, non satis propriè, vt ostendit Quintilianus lib.5.cap.9: cuius authoritatem sequuti, exposuimus per periphrasin quod vno verbo satis commodè dici non posse videbatur. Et dicens quæ ad regnum Dei spectant, καὶ λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. Vulgata & Erasmus, Et loquens de regno Dei: id est, καὶ λαλῶν περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. Prætermiserunt igitur articulum, & Hellenismum non expresserunt: cuius ea vis esse videtur vt intelligamus Christum discipulis suis vniuersam doctrinam Euangelicam copiosè ac luculenter exposuisse.

4 Et congregans eos, καὶ συναλιζόμενος. Vtitur præsenti tempore vt intelligamus Christum, prout eis dispersis apparebat, præcepisse vt in vrbe manerent, vt eos dispersos in vnum corpus rursus coniungeret. Subauditur relatiuum αὐτούς, quod perspicuitatis gratia expressi. Vulgata, Et conuescens. quem locum Valla (non rectè) putat esse deprauatum, quasi interpres non scripserit conuescens, sed cõuersans. Apparet enim Veterem interpretẽ idẽ quod Græca scholia sequutum esse, quæ συναλιζόμενος interpretantur συναθροίζων, καταστῶν ἀπαθῶν καὶ πραοπλοίους. Mutuam enim vitæ consuetudinem ἅλας translatitiè vocant Græci. Sed res ipsa ostendit hoc verbum idem valere quod συναθροίζειν, à nomine ἀλίη deductum, quo frequenter apud Herodotum coactus hominum cœtus significatur. Idem in Euterpe de Pherone loquens Ægypti rege, eum dicit ἐς μίαν πόλιν τὰς γυναῖκας συναλίσαντα, κατακαῦσαι τὰς πάσας σὺν αὐτῇ τῇ πόλι, id est, quum in vnam vrbem mulieres congregasset, omnes cum vrbe ipsa subiecto igne cremasse. Congregauit ergo eos Dominus, quum dispersi huc & illuc fugissent, vt eos vnà omnes haberet ascensionis suæ testes. Quamobrẽ etiã paulo pòst dicuntur συνῆλθον, id est conuenisse, illo nimirum ita imperante. Annotat Valla, in quibusdam codicibus legi συναυλιζόμενος, id est, eodem vtens tecto & domicilio, vt nullum relatiuum subaudiatur: quam lectionem sequutus est Epiphanius in Anacephalæosi. Sed neque ita scriptum reperi in vllis antiquis exemplaribus, neque hoc participium puto cum proximè præcedentibus coniungendum, sed cum iis quæ secundo versiculo dicta sunt: ita vt tertius versiculus videatur interiectus, sitque hæc verborum constructio, ἤρξατο ἡμέρας ἀναλαμβάνεσθαι, &c. καὶ συναλιζόμενος παρήγγειλεν, &c. id est, Vsque ad diem quo quum mandata dedisset, &c. sublatus est, & congregans eos denuntiauit eis, &c. Erasmus de suo addidit In idem loci, id est Εἰς τὸν αὐτόν. Castellio vertit, Ac eos frequentando: prorsus inepte, siue Latinæ linguæ vsum, siue sententiam ipsam spectes. Quòd, inquit, audistis à me, ὃ ἠκούσατέ μου. Vulgata, Per os meum, id est διὰ τοῦ στόματός μου. Mutatur autem oratio ex obliqua in rectam: quod frequenter occurrit, vt suprà Luc.5.c.4, & 2.a.5, & infrà 15.a.5. Itaque additum est à me verbum Inquit, ad transitionem declarãdam. Expressi præterea præpositionem Ex, id est Ἐκ, quæ apud Græcos interdum additur, vt apud Plat. in epistolis, ἀκηκόατε παρ' ἐμοῦ: interdum subauditur, vt hoc loco. Nonnulli interpretantur, De quo (videlicet promisso) audistis, id est περὶ ὧν.

Ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας.

5 ᵛNam Iohannes baptizauit quidem aqua, vos autem baptizabimini ᵛSpiritu ſancto ᵛiſtis non multis pòſt diebus.

5 *Quia Iohannes quidem baptizauit aqua, uos autẽ baptizabimini Spiritu ſancto non poſt multos hos dies.* Matth.3.c.11 mar.1.a.8 luc.3.c.12 ioh.1.d.26

Οἱ μὲν οὖν συνελθόντες ἐπηρώτων αὐτὸν, λέγοντες, Κύριε, εἰ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἀποκαθιστάνεις τὴν βασιλείαν τῷ Ἰσραήλ;

6 ᵛQuum igitur illi conueniſſent, interrogarunt eum dicentes, Domine, ᵛ num hoc tempore ᵛreſtitues regnum Iſraeli?

6 *Igitur qui conuenerant, interrogabãt eum dicentes, Domine, ſi in tempore hoc reſtituis regnum Iſraelꝰ* infrà 1.a.2, & 11.b.16, & 19.a.4

Εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς, Οὐχ ὑμῶν ἐστὶ γνῶναι χρόνους ἢ καιροὺς οὓς ὁ πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ.

7 Dixit autem ad illos, Non eſt veſtrum noſſe tempora ᵛſiue opportunitates quas Pater in ᵛſua ipſius authoritate poſuit.

7 *Dixit autem eis, Non eſt ueſtrum noſſe tempora uel momenta quæ Pater poſuit in ſua poteſtate.*

Ἀλλὰ λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς, καὶ ἔσεσθέ μοι μάρτυρες ἔν τε Ἰερουσαλὴμ καὶ ἐν πάσῃ τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ Σαμαρείᾳ, καὶ ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς.

8 ‖ Sed recipietis ᵛ virtutem Spiritus ſancti, poſtquam ſuperuenerit in vos, critíſque mihi teſtes ᵛ & in Ieruſalem, & in tota Iudæa, Samariáque, & ᵛvſque ad vltimas terras.

8 *Sed accipietis uirtutem ſuperuenientis Spiritus ſancti in uos, & eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & uſque ad ultimum terræ.* Infrà 2.a.4

Καὶ ταῦτα εἰπὼν, βλεπόντων αὐτῶν ἐπήρ

9 ‖ ᵛEt quum hæc dixiſſet, aſpicientibus ipſis ᵛeleuatus eſt:

9 *Et quũ hæc dixiſſet, uidẽtibus illis eleuatus eſt:* Luc.24.g.51

5 Nam, ὅτι. Vulgata, Quia. Eraſmus, Quoniam. Ego aliter malui, vt melius appareret notã eſſe periodũ. Quòd igitur nõnulli hæc cõnectunt eũ ſuperioribus, quaſi ὅτι non αἰτιολογικῶς, ſed εἰδικῶς accipiatur, id præterquam quòd durum eſt, etiam videtur non rectè affirmari. Neque enim vſquam legimus diſcipulos hoc audiſſe ex Chriſto, ſed ex Iohanne potius, cuius verba Chriſtus ipſis in memoriam reuocat, vt eius prophetiæ euentum eo certius expectent. Spiritu ſancto, ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. Præpoſitio ἐν rectè eſt omiſſa. Nam ſiquis conuerterit, Per Spiritum ſanctum, iſta perinde accipi poſſent acſi Spiritus ſancti perſona Iohanni opponeretur. quaſi diceret Chriſtus, Iohannes quidem vos baptizauit, ſed Spiritus ſanctus vos baptizabit. Hic autem eſt antitheſis duplex, ni fallor, vna Iohannis cum Chriſto vel Deo Patre: (Nam poſt βαπτισθήσεσθε, id eſt baptizari, omnino neceſſe eſt vt ſubaudias ὑπ' ἐμοῦ, à me, vel ὑπὸ τοῦ πατρός, id eſt à Patre: vel ὑπ' ἐμοῦ καὶ ὑπὸ τοῦ πατρός, à me & à Patre, quum ab vtroque emanet Spiritus ſanctus) altera eſt aquæ à Iohanne effuſæ, & Spiritus ſancti Apoſtolis mittendi: quæ Spiritus ſancti miſſio & effuſio hic tranſlatitiè vocatur Baptiſmus, vt antitheſis melius intelligatur. Iſtis non multis pòſt diebus, οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας. Vulgata, Non poſt multos hos dies. Sed traiectio eſt conſtructionis. Dicendum enim erat potius μετ' οὐ πολλὰς ταύτας ἡμέρας: ſicut fere Græci loqui ſolent.

6 Quum igitur illi conueniſſent, οἱ μὲν οὖν συνελθόντες. Vulgata, Igitur qui conuenerant. Sed exiſtimo potius οἱ μὲν οὖν poſitum pro αἰτοῦντες vel εἶπον μὲν οὖν. Num, εἰ. Vulgata, Ad verbum, Si. Vide Matth.11.b.10.

Reſtitues, ἀποκαθιστάνεις. Eraſmus, Reſtituis. Sed apparet enallagen eſſe præſentis pro futuro: quia nimirũ de eo quærunt Apoſtoli quod paulo pòſt futurum arbitrabantur. Idem dicendi genus reperies ſuprà Luc.24.g.49, nempe ἀποστέλλω pro ἀπεστάλκα.

7 Siue opportunitates, ἢ καιρούς. Vulgata, Vel momenta: quæ interpretatio non ſatis conuenit. Significat enim momentum particulam aliquam temporis, etiamſi non fuerit opportuna. Eraſmus per periphraſin, Articulos temporum. Significat enim χρόνος ſpatium temporis in genere, καιρὸς autem opportunitatem rei gerendæ, quam Terentius articulum vocat. malui tamen, vt perſpicuitati ſtuderem, opportunitates vertere. Sed hoc annotandum eſt, opportunitates hic conſiderari quatenus à Dei decreto pendent: ideóque non tam ſignificare tempus agendis rebus opportunum quàm tempus agendis rebus à Deo conſtitutum: quanquam hæc duo ita ſunt inter ſe coniuncta vt diuelli non poſſint. Sua ipſius, ἰδίᾳ. Sic rectè conuertit Eraſmus, vt amphiboliam vitaret, perinde acſi ſcriptum eſſe τῇ ἑαυτοῦ.

8 Virtutem Spiritus ſancti, poſtquam ſuperuenerit in vos, δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς. Vel, Virtutem poſtquam ſuperuenerit in vos Spiritus ſanctus. Poſſunt enim hæc vel cum δύναμιν coniungi, vel vt abſolutè poſita conuerti: ſed illud malo. Eraſmus contrà vt abſolutè poſita interpretatur. in quo tamen hoc reprehendo quòd pro ἐπελθόντος vertit, Quum aduenerit, id eſt μετελθόντος, quum ὅτι præpoſitio hoc quidẽ loco idẽ valeat quod Supernè, vt ſignificetur eã virtutem cælitus in Apoſtolos illa ſpurãq; quod etiam oſtenderunt ignæ illæ linguæ ſingulorum verticibus inſidentes. Rectius ergo Vetus interpres videri poterat conuertiſſe ἐπελθόντος, ſuperuenientis, niſi temporis rationem neglexiſſet: quam vt obſeruaremus, coacti ſumus verborum collocationem mutare. Caſtellio interpretatus eſt, Qui inuadet, non modò neglecto tempore, ſed etiam impropriè, quum neque verbi illius Græci vim expreſſerit, neque inuadere dicatur qui iuuandi cauſa accedit. Et in Ieruſalem, &c. in tota Iudæa, ἔν τε Ἰερουσαλὴμ καὶ ἐν πάσῃ τῇ Ἰουδαίᾳ. Quia, inquit Eraſmus, ſubiunxit Iudæam Ieruſalem, rõtum parti, non potuit reddi gemina coniunctio neque per geminum Et, neque per Tũ. Proinde nos reddidimus, Nõ ſolũ Hieroſolymis, verũetiã in vniuerſa Iudæa. Hæc Eraſ. Ego verò cauſam non video cur hoc ſit in Latino ſermone magis abſurdum quàm in Græco. Vſque ad vltimas terras, ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. Vulgata ad verbum, Vſque ad vltimum terræ. Eraſmus, Vſque ad extrema terræ. Vide Matth.5.d.26.

9 Et quum hæc dixiſſet, καὶ ταῦτα εἰπών. Sic rectè Vetus interpres. Eraſmus autem, Atque hæc loquutus, καὶ ταῦτα λαλήσας. Aſpicientibus ipſis, βλεπόντων αὐτῶν. Vulgata, Videntibus illis, id eſt ὁρώντων ἐκείνων. Eraſmus, Videntibus iiſdem, id eſt τῶν αὐτῶν ὁρώντων. Vide Matth.5.d.28. Eleuatus eſt, ἐπήρθη. Sic vtitur hoc vocabulo Plautus, Cape dum, inquit, hunc lapidem, & eleua. Dicere tamen ſolemus pro ἐπαίρειν, attollere, niſi quum participiis paſſiuis opus eſt. Eraſmus per periphraſin, In altum ſublatus eſt.

ση, καὶ νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν.

& nubes ᵛsuſceptum eum abſtulit ab oculis eorum.

& nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum.

Καὶ ὡς ἀτενίζοντες ἦσαν εἰς τὸν οὐρανὸν, πορευομένου αὐτοῦ, καὶ ἰδοὺ, ἄνδρες δύο παρεστήκεισαν αὐτοῖς ἐν ἐσθῆτι λευκῇ·

10 ᵛ Et quum eſſent intentis in cælum oculis, ᵘeo proficiſcente, ᵛecce, viri duo aſtiterũt illis ᵛalbo veſtitu:

10 *Quúmque intuerentur in cælum euntem illum, ecce, duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis.*

Οἳ καὶ εἶπον, Ἄνδρες Γαλιλαῖοι, τί ἑστήκατε ἐμβλέποντες εἰς τὸν οὐρανόν; οὗτος ὁ Ἰησοῦς ὁ ἀναλημφθεὶς ἀφ' ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν, οὕτως ἐλεύσεται ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν.

11 Qui & dixerunt, Viri Galilæi, quid ſtatis intuentes in cælum? hic Ieſus qui ſurſum receptus eſt à vobis in cælum, ita veniet quemadmodum ᵛ conſpexiſtis eum proficiſcẽtem in cælum.

11 *Qui & dixerunt, Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cælum? hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cælum, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum.*

Τότε ὑπέστρεψαν εἰς Ἰερουσαλὴμ ἀπὸ ὄρους τοῦ καλουμένου ἐλαιῶνος, ὅ ἐστιν ἐγγὺς Ἰερουσαλὴμ, σαββάτου ἔχον ὁδόν.

12 Tunc reuerſi ſunt in Hieruſalem à monte qui vocatur Oliueti, qui eſt propè Hieruſalem, ᵛdiſtans itinere Sabbathi.

12 *Tunc reuerſi ſunt Ieroſolymam à monte qui vocatur Oliueti, qui eſt iuxta Ieruſalem, Sabbatha habens iter.*

Καὶ ὅτε εἰσῆλθον, ἀνέβησαν εἰς τὸ ὑπερῷον, οὗ ἦσαν καταμένοντες, τε Πέτρος καὶ Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης, καὶ Ἀνδρέας, Φίλιππος καὶ Θωμᾶς, Βαρθολομαῖος καὶ Ματθαῖος, Ἰάκωβος Ἀλφαίου καὶ

13 ᵛ Et quum introiſſent, aſcenderunt in cœnaculum vbi commorabantur & Petrus & Iacobus, & Iohannes & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Iacobus *filius* Alphæi &

13 *Et quum introiſſent in cœnaculum, aſcenderunt ubi manebant Petrus & Iohannes, & Iacobus & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Iacobus Alphæi &*

1 Suſceptum abſtulit, ὑπέλαβεν. Vel, vt Eraſmus vertit, Subduxit. Mihi tamen illud magis placuit, quia certum eſt Hebræorum more, ex antecedẽte ſignificari conſequens, vt ἀναλαμβάνειν accipitur pro acceptum transferre Mat. 4. v. 5. imò etiam Græcos video interdum exponere ὑπολαμβάνειν per ὑφαρπάζειν. Vetus interpres, Suſcepit: quæ eſt propria huius verbi ſignificatio.

10 Et quum eſſent intentis in cælum oculis, ὡς ἀπενίζοντες ἦσαν εἰς τὸν οὐρανόν. Poſſunt quidem hæc verba εἰς τὸν οὐρανὸν etiam cum participio πορευομένου coniungi: ſed ex oratione Angelorum apparet potius eſſe cum ſuperioribus connectenda, ſicut poſt Eraſmum fecimus. Quod autem attinet ad particulam ὡς, vide Matthæi 28. b. 8. Cæterùm Vulgata ἀπενίζειν vertit Intueri, id eſt ἐμβλέπειν, pro quo Eraſmus hoc quidem loco, defixis oculis eſſe, quum Intuendi verbum aliquoties retinuerit, vt infrà, 3. b. 12, & 6. d. 15. Certè ἀτενίζειν aliquid amplius declarat quàm ἐμβλέπειν, compoſito verbo ab α particula ἐπίτασιν, & τείνω, id eſt tendo: quam ob cauſam Eraſmus, modò defixis, modò immotis, modò intentis oculis eſſe, interpretatur. Nos illud delegimus quod viſum eſt ad Græci verbi etymologiam proximè accedere. Vtuntur quidem Angeli proximo verſiculo verbo ἐμβλέπειν, de eadẽ re agẽtes, ſed addito altero verbo ἑστήκατε, vt ſit quædam velut periphraſis τοῦ ἀπενίζειν.

Eo proficiſcente, πορευομένου αὐτοῦ. Vulgata, Euntẽ illum: quaſi hæc referantur ad participium ἀπενίζοντες, quod non patitur ratio conſtructionis. Eraſmus, Eunte illo, id eſt ἰόντος ἐκείνου. Ecce, ἰδοὺ. Hebraiſmus, de quo vide Matthæi 28. b. 9. Albo veſtitu, ἐν ἐσθῆτι λευκῇ. Vulgata In veſtibus albis. de quo genere dicendi diximus Matthæi 11. c. 11, & 25. c. 31. Huius autem exemplum etiam proferre poſſumus ex Herodoto in Euterpe. Sic enim ſcribit de Neco Ægyptiorum rege differens, Ἐν τῇ δὲ ἐσθῆτι ἐπεχείρησε κατὰ τοῦτο τὸν χρόνον ἀνιέναι τῷ Ἀπόλλωνι, id eſt ad verbum, Eam autem veſtem in qua res iſtas geſſerat, Apollini conſecrauit. Eraſmus, Amicti veſtibus albis, ſenſu optimè expreſſo. Noſtra tamẽ interpretatio (ni fallor) & Latina eſt, & à Græcis propè abeſt.

11 A vobis, ἀφ' ὑμῶν. id eſt, è veſtro conſpectu: quod annotare placuit, nequis ineptus hæc perinde accipiat quaſi ſcriptum ſit ὑφ' ὑμῶν. Cõſpexiſtis, ἐθεάσασθε. Vulgata & Eraſmus, Vidiſtis. Vide Matthæi 6. 2. 1. Cæterùm pro ἐπορεύετο, id eſt ita, in tribus vetuſtis codicib⁹ ſcriptum erat ἐλεύσεται, iſte, per epanalepſin: quæ quidem lectio magnam habet emphaſin: & omnem cauillandi occaſionem iis præcidit qui, vt ſui illius Iouis Elicii corporalem præſentiam aduerſus apertum hoc Angelorum teſtimonium tueantur, hærent in iſta particula ἐπορεύετο. Quotidie enim, (aiunt) imò verò ſingulis momentis deſcendit, ſed aliter quàm aſcenderit, inuiſibiliter videlicet καὶ ἀπεριγράπτως. egregium certè cauillum. At nos fide in cælum aſcendamus, vt Chriſtum illic re vera amplectamur potius quàm illum è cælo ante ſummum diem deducamus, & in terreſtribus elementis hæreamus.

12 Diſtans itinere Sabbathi, σαββάτου ἔχον ὁδόν. Vulgata, Sabbathi habens iter. Eraſmus paulo longius receſſit à Græcis. Atqui ἔχειν ponitur pro ἀπέχειν, ex Hebræorum idiotiſmo: qui eiuſmodi compoſitis carent. Verbũ autẽ ἀπέχειν ita vſurpatũ inuenies Luc. 24. b. 13. Cæterùm per iter Sabbathi circiter duo paſſuũ millia ſignificari, facile eſt colligere, ſi cõferam⁹ quæ ſcribũtur Mat. 21. v. 17, & Lu. 19 v. 2, & eiuſdẽ 21. v. 37, cũ Ioh. 11. v. 18.

13 Et quum introiſſent, ὅτε εἰσῆλθον. Domum ingreſſi ſunt quam ſibi Eccleſia eo tempore veluti commune domicilium delegerat, quæcunque tandem ea fuerit. nam iſta ſcrutari curioſorum eſt hominum. Quòd autem Nicephorus ineptus & ridiculus Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptor ex Enodio quodã prodidit, hanc videlicet fuiſſe domum Iohannis Euangeliſtæ Zebedæi filii, in qua etiam poſtremum Paſcha egerit Dominus, id ne veriſimile quidem eſt. Quòd ſi diuinandum hic eſſet, exiſtimarem potius domum fuiſſe Mariæ matris Iohannis cognomento Marci, cuius ſit mentio infrà. 12. c. 12. In cœnaculum, εἰς τὸ ὑπερῷον: id eſt, in ſuperiorem domus partẽ, vt explicant Varro & Vitruuius lib. 2. Erat enim ea pars à frequẽtia & cõſpectu hominũ remotior. Itaque apud Homerum mulieres ἐν ὑπερῴοις collocantur, ſic vocato (vt ait Euſtathius) à præpoſitione ὑπὲρ, & οἶκος, quod Spartanorum lingua declarat δῶμα, id eſt domicilium ſiue habitationem.

Σίμων ὁ Ζηλωτὴς, καὶ Ἰούδας Ἰακώβου.

Simō Zelotes & ᵛIudas Iacobi *frater.*

Simon Zelotes & Iudas Iacobi.

Οὗτοι πάντες ἦσαν προσκαρτεροῦντες ὁμοθυμαδὸν τῇ προσευχῇ καὶ τῇ δεήσει, σὺν γυναιξὶ, καὶ Μαρίᾳ τῇ μητρὶ τοῦ Ἰησοῦ, καὶ σὺν τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ.

14 Hi omnes ᵛperdurabant concorditer ᵛ*in* oratione ᵛ & deprecatione ᵛcum vxoribus & Maria matre Iesu, & ᵛcū ipsius fratribus.

14 *Hi omnes erant perseuerantes unanimiter in oratione cum mulieribus & Maria matre Iesu, & fratribus eius.*

Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις ἀναστὰς Πέτρος ἐν μέσῳ τῶν μαθητῶν εἶπεν, (ἦν τε ὄχλος ὀνομάτων ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὡσεὶ ἑκατὸν εἴκοσι)

15 Et per eos dies assurgens Petrus in medio ᵛ discipulorum, dixit, (erat autem turba ᵛcapitum ᵛ eódem *loci* quasi cētum viginti)

15 *In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum, dixit, (erat autem turba nominum simul fere centum viginti)*

Ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἔδει πληρωθῆναι τὴν γραφὴν ταύτην ἣν προεῖπε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ στόματος Δαβὶδ, περὶ Ἰούδα τοῦ ὁδηγοῦ τοῖς συλλαβοῦσι τὸν Ἰησοῦν·

16 Viri fratres, oportuit impleri Scripturam hanc, ‖ quam prædixit Spiritus sanctus per os Dauid, de Iuda, qui fuit ᵛdux viæ iis qui comprehenderunt Iesum:

16 *Viri fratres, oportet impleri Scripturam quā prædixit Spiritus sanctus per os Dauid, de Iuda, qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Iesum:* *Psal.49.b.9 Iob.13.b.18.*

Ὅτι κατηριθμημένος ἦν σὺν ἡμῖν, καὶ ἔλαχε τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης.

17 ᵛQuia ᵛannumerabatur nobiscum, & sortitus erat partem ministerii huius.

17 *Quia annumeratus erat nobis, & sortitus est sortem ministerij huius.*

Οὗτος μὲν οὖν ἐκτήσατο χωρίον

18 ᵛIs igitur ᵛacquisiuit agrum

18 *Et hic quidē possedit agrū*

Iudas Iacobi *frater*, Ἰούδας Ἰακώβου. Hic quoque ob eandem causam Fratris nomen adscribendum putauimus: quod quidem addi constat vt distinguatur fidelis Apostolus ab altero illo Iuda proditore: sed & apparet ex Epistolæ ipsius inscriptione, ita fuisse vulgò vocitatum, etiam post proditoris illius mortem, quum alioqui idem & Thaddæus & Lebbæus diceretur: sicut apparet ex Matth.10.c.3, & Mar.3.c.18.

14 Perdurabant, προσκαρτεροῦντες. Vel, vt Vulgata, Perseuerantes. Illud tamen mihi videtur vocabulum Græcum melius exprimere. Significat enim καρτερῶ fortiter & inuicta quadam animi duritia & firmitate in aliqua re facienda vel sustinenda pergere. De hoc eodem vocabulo diximus Mar.3.b.9. *In oratione*, τῇ προσευχῇ. Præpositionem addidimus vt Latinæ constructioni seruiremus. Cæterùm quòd Erasmus vertit, In deprecatione, potius conuenit illi quod proximè sequitur. deprecamur enim mala: προσευχὴ autem (vt ipsa nominis notatio ostendit) illud precum genus est quo bona petimus, ideóque in Græcis scholiis 1. Tim.2.a.1, definitur αἴτησις ἀγαθῶν: quæ propria huius vocabuli significatio vt non vbique locum habeat, hic tamen videtur fuisse obseruanda. Significat enim Lucas (ni fallor) Apostolos his precibus partim Spiritum sanctum, partim liberationem à præsentibus periculis quibus circunsidebantur, à Domino assiduè flagitasse.

Et deprecatione, καὶ τῇ δεήσει. Vulgata totum hoc membrum non legit. Erasmus, Et obsecratione. Cur deprecationem interpretari malimus, paulo antè dictum est à nobis. Nam certè videtur verbum δέομαι ἀπὸ τοῦ δέος, id est à timore, oriri. Itaque δέησις eadem illa Græca scholia definiunt ἱκεσίαν ὑπὲρ ἀπαλλαγῆς λυπηρῶν προσφορὰν, id est, supplicationem oblatam, vt ab iis liberemur quæ nobis sunt molesta. Cum vxoribus, σὺν γυναιξί. Vel, vt Vulgata, Cum mulieribus. Sed illa interpretatio ipsi etiam Erasmo in annotationibus non displicet: & certè aliquanto est vberior. Nā (sicut rectè ab aliis est obseruatū) conueniebat Apostolorū etiam vxores confirmari, quas partim peregrinationis illorum comites esse oportebat, partim illorum absentiam domi patienter expectare. Quòd autem Maria nominatim recensetur, mirum non est. Habemus enim simile de Petro exemplū Mar.16.b.7. Sic Virgil. Troas relliquias Danaûm atque immitis Achilli. Cū ipsius fratribus, σὺν τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ. Id est, Cū ipsius Iesu cognatis. Nam relatiuum αὐτοῦ apud Græcos minimè est ambiguū. Fratres autem isti sunt nimirum alterius Mariæ filii quatuor, nempe Iacobus & Ioses, Simon & Iudas, de quibus Matthæi 13.g.55, & Mar.15.d.40: nisi Iacobum placeat vnum fuisse ex vndecim, eum nimirum qui Minor & Alphæi filius dicitur: à quo tamen non desunt qui Iacobum fratrem Domini distinguant. Quod igitur ex Hippolyto refert ineptus ille Nicephorus, istos nimirum fuisse Iosephi filios ex Salome Aggæi Zachariæ fratris filia, & priore ipsius vxore susceptos, ex Euangelistarum authoritate refelli potest.

15 Discipulorum, τῶν μαθητῶν. Vulgata, Fratrum, id est ἀδελφῶν: sicut etiam nonnulli impresserunt. Capitum, ὀνομάτων, id est Nominum. Solent enim homines (vt rectè explicat Erasmus) nominatim censeri, quum exquiritur eorum numerus. Latini capita vocant. Eódem *loci*, ἐπὶ τὸ αὐτό. Ad verbum, In idem: quo genere dicendi vtitur Seneca lib.2, De benef. capite 19. Vulgata & Erasm. Simul, i. ἅμα, & paulo pòst 2.a.1, in eodem loco.

16 Dux viæ, ὁδηγοῦ. Iudas præit cæteris, vt apparet Mat.16.e.48. Vulg. & Eras. Dux, i. ἡγεμών. Addidi igitur appellatiuum Viæ, vt tollatur ambiguitas sermonis, quū præsertim id postulet Græci vocabuli cōpositio.

17 Quia, ὅτι. Vulg. Qui, i. ὅστις: quod nusquam reperi. Annumerabatur nobiscum, κατεριθμημένος ἦν σὺν ἡμῖν. In vno ex vetustis codicibus legitur ὃν ἡμῶν: quam lectionem si sequaris, optimè vertes ad verbum, Numerabatur in nobis. Nam καταριθμῶσθαι loco simplicis hic ponitur. Vulg. vtitur Connumerandi verbo, quod nusquam legi apud idoneos authores. Eras. autem vtens periphrasi minimè necessaria, vertit, Cooptatus erat in numerum nostrum, id est κατελέχθη εἰς ἀριθμὸν ἡμῶν.

18 Is igitur, οὗτος μὲν οὖν. Vulg. & Eras. Et is quidē, id est ὃ τοῦτος μέν: quam lectionem non sequor, quia nulla sequitur antapodosis, & nullius exemplaris authoritate confirmatur. Acquisiuit, ἐκτήσατο. Ita loquitur Euangelista, spectans videlicet non quid conatus sit Iudas, sed consiliorum ipsius euentum. Iudas igitur auaritia corruptus, agrū sanè sibi acquisiuit ex proditionis suæ præmio, sed multo aliter q̄ sperarat. Sic Latinè dicitur aliquis sibi malum vel periculum quærere, habita non consilii & voluntatis, sed euentus ratione. Vulg. Possedit, quam interpretationem non possum probare hoc loco. Erasmus, Parauit.

Matth.27.a.5

ἐκ τοῦ μισθοῦ τῆς ἀδικίας· καὶ πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος· καὶ ἐξεχύθη πᾶσα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ.

ex mercede iniustitiæ: & præcipitatus crepuit medius, & effusa sunt omnia viscera eius.

ex merede iniquitatis: & suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia uiscera eius.

19 Καὶ γνωστὸν ἐγένετο πᾶσι τοῖς κατοικοῦσιν Ἰερουσαλήμ, ὥστε κληθῆναι τὸ χωρίον ἐκεῖνο τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν Ἀκελδαμά, τουτέστι χωρίον αἵματος.

19 Innotuitque omnibus habitantibus Hierosolymæ: adeo vt vocetur ager ille propria ipsorũ lingua, Aceldama, hoc est ager sanguinis.

19 Et notum factum est omnibus habitantibus Ierusalem: ita ut appellaretur ager ille lingua eorũ, Haceldema: hoc est ager sanguinis.

20 Γέγραπται γὰρ ἐν βίβλῳ ψαλμῶν, Γενηθήτω ἡ ἔπαυλις αὐτοῦ ἔρημος, καὶ μὴ ἔστω ὁ κατοικῶν ἐν αὐτῇ· καί, τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λάβοι ἕτερος.

Psal.69.f.26
Psal.109.a.8

20 Scriptum est enim in libro Psalmorum, Fiat commoratio eius deserta, & non sit qui habitet in ea. Et, Episcopatũ eius accipiat alius.

20 Scriptum est enim in libro Psalmorum, Fiat commoratio eius deserta, & non sit qui inhabitet in ea. Et, Episcopatum eius accipiat alter.

21 Δεῖ οὖν τῶν συνελθόντων ἡμῖν ἀνδρῶν ἐν παντὶ χρόνῳ, ἐν ᾧ εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς ὁ Κύριος Ἰησοῦς,

21 Oportet igitur ex iis viris qui nobiscũ conuenerunt toto tẽpore quo Dominꝰ Iesus munere suo functus est inter nos,

21 Oportet ergo ex iis viris qui nobiscum sunt congregati, in omni tempore quo intrauit & exiuit inter nos Dominus Iesus:

22 ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος Ἰωάννου ἕως τῆς ἡμέρας ἧς ἀνελήφθη ἀφ' ἡμῶν, μάρτυρα τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ γενέσθαι σὺν ἡμῖν ἕνα τούτων.

22 Exorsus à Baptismo Iohannis, ad eum vsque diem quo sursũ receptus est à nobis, vnum fieri nobiscum testem resurrectionis eius.

22 Incipiens à Baptismate Ioannis usque in diem quo assumptus est à nobis, testẽ resurrectionis eius nobiscũ fieri unũ ex istis.

23 Καὶ ἔστησαν δύο, Ἰωσὴφ τὸν καλούμενον Βαρσαβᾶν, ὃς ἐπεκλήθη Ἰοῦστος, καὶ Ματθίαν.

23 Statuerunt igitur duos, Ioseph qui vocatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus, & Matthiam.

23 Et statuerunt duos Ioseph qui uocabatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus, & Matthiam.

Præcipitatus, πρηνὴς γενόμενος. Hoc est nimirum quod Græci vno verbo dicunt κατωμολωΐζεσθαι, id est pronũ se in caput deiicere. Vulg. & Eras. interpretantur Suspensus. Vtitur enim diserte Matthæus verbo ἀπάγξασθαι, quod propriè significat strangulare, id est, constricta gula necare. Sed & nõnulli hanc periphrasin Petrum adhibuisse existimant vt habitum exprimeret hominis laqueo perfocati. Sed & qui laqueo præfocantur, solent ex editiore loco præcipites deiici. verùm quocunq; modo hoc accipias, πρηνὴς γενόμενος præcipitatũ declarat, id est (vt Græca scholia explicant) κατωμολωΐσθαι. Quæ verò à Græcis de Iuda commemorantur, qui quum seipsum suspendisset, rupto laqueo superuixerit, & præcipitatus, mirum in modum intumuerit, postremò à prætereunte curru fuerit elisus, cæteráque eiusmodi, vt fabulosa prætermitto.

19 Propria ipsorum lingua, τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν. Vetus interpres, Lingua eorum. Eras. Lingua illis vernacula. Est autem illud ἰδίᾳ diligenter obseruandum. Nam hac quoque in parte proponitur à Petro cõsiderandum Dei iudicium, quòd isti agro nomen publicè sit impositũ, ea lingua quæ vernacula erat huius sceleris consciis vel authoribus potius. Et hæc quidem causa est cur Petrus potius dixerit, τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν, propria ipsorum lingua, quàm ἡμετέρᾳ διαλέκτῳ, id est nostra lingua: quanuis (ni fallor) Galilæi & Ierosolymitani (si pronuntiationem excipias, & aliqua fortassis idiomata) vna & eadem lingua vterentur.

20 Et, Episcopatum, καὶ, τὴν ἐπισκοπήν. Post ε γ scribo distinctionem, vt intelligatur aliud testimonium Scripturæ citari. Episcopatum autem vocat munus & functionem, quasi inspectionem dicas. Hebræi פקודה eadem prorsus ratione vocant, vt Numerorum capite tertio, versu 32. Nos vocabulum illud libenter retinuimus, quia de Ecclesiastica & ea quidẽ Apostolica functione hic agit Petrus, quũ alioqui Dauid hæc propriè scripserit in Doeg, regiis armentis præfectum. Solent autem pastorum, ouium, & gregis vocabula sæpissime ad Ecclesiasticam administrationem transferri. 21 Munere suo functus est inter nos, ἐν παντὶ ᾧ εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς. Vulgata ad verbum, Intrauit & exiuit inter nos. Est autem Hebraismus in Latino sermone perobscurus, ideóque à nobis minimè expressus ad verbum: quem quidem haud satis scio an Eras. sit assequutus, quum verteret, Perpetuam vitæ consuetudinem egit nobiscum: pro quo breuius (ni fallor) dicere potuerat, Perpetuò nobiscum versatus est. Nam quæ proximè consequuntur, apertè ostendunt Petrum de Christi prædicatione agere: & certè hoc genus dicendi declarat functionis publicæ eiúsque laboriosæ administrationem, quum de iis agitur qui publicum munus gerunt: vt ex Deut. 31. a. 2. apparet, vbi Moses dicit sese propter senectutẽ nõ posse amplius ingredi & egredi, id est muneris sui laboribus satisfacere, quũ alioqui vegeta esset ipsius senectus. Itẽ ex 2. Par. 1. c. 10, vbi Solomõ prudẽtiã & intelligẽtiã petit à Domino, vt possit ingredi & egredi coram populo, id est nõ vt cũ populo simpliciter versari, sed vt suum officiũ facere possit. Item, 1. Par. 27. 2. 1. Alioqui nõ nego ad priuatæ etiam vitæ officia hanc paræmiam pertinere, vt Deut. 28. a. 6, & Psal. 121. b. 8, & Ioh. 10. b. 9.

21 A nobis, ἀφ' ἡμῶν. Id est, Ex nostro cœtu. Vnum fieri nobiscum testem resurrectionis eius, μάρτυρα τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ γενέσθαι σὺν ἡμῖν ἕνα τούτων. Eras. Vt vnus quispiam constituatur qui sit vnà nobiscum testis resurrectionis eius. Nos maluimus Veteris interpretis simplicitatem sequi, in eo tantùm variata interpretatione, quòd particulam τούτων propter longum hyperbaton, cum antecedente ἀνδρῶν coniunximus, & verborum collocationem, perspicuitatis causa mutauimus.

23 Statuerũt, ἔστησαν. Augustꝰ (apud quẽ totũ hoc caput valde mẽdosè citatur lib. cõtra Felicẽ 1. cap. 4. & 5) interpretatur singulari numero, Statuit, periculoso errore. Nihil enĩ hic priuatì à Petro geritur, quasi excellẽtio re dignitate prædito, sed publicè & totiꝰ collegii suffragiis. Ioseph, Ἰωσήφ. In vno vet. exẽplari legimꝰ Ἰωσῆν, Iosen. Cõtrà verò infrà, cap. 4. g. 36, pro Ἰωσῆς, in vno exẽplari legimꝰ Ἰωσήφ, & ita vertit Vet. interpres: vt videri possit vtrobique idẽ designari. Nã etiã in cognomento Barnabæ & Barsabæ paruum est discrimen. Iustus, Ἰοῦστος. Vox ista Latina est, cuiusmodi pleraque alia in Euangelistis annotauimus. Rectè igitur Eras. Glossam ordinariam quam vocant, reprehendit, quæ tanquam Hebræum vocabulum interpretatur.

Καὶ προσευξάμενοι εἶπον, Σὺ Κύριε καρδιογνῶστα πάντων, ἀνάδειξον ὃν ἐξελέξω τούτων τῶν δύο ὃν ἕνα

24 Et precantes dixerunt, Tu Domine, qui corda omnium nosti, ostende vtrum elegeris ex his duobus:

24 Et orãtes dixerunt, Tu Domine, qui corda nosti omniũ, ostende quẽ elegeris ex his duobus vnum:

λαβεῖν τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης καὶ ἀποστολῆς, ἀφ' ἧς παρέβη Ἰούδας πορευθῆναι εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον.

25 Vt accipiat sortem ministerii huius & Apostolatus, à quo aberrauit Iudas, vt abiret in locum suum.

25 Accipere locum ministerij huius & Apostolatus, de quo prævaricatus est Iudas vt abiret in locum suum.

Καὶ ἔδωκαν κλήρους αὐτοῖς, καὶ ἔπεσεν ὁ κλῆρος ἐπὶ Ματθίαν, καὶ συγκατεψηφίσθη μετὰ τῶν ἕνδεκα ἀποστόλων.

26 Iecerunt igitur sortes eorũ, & cecidit sors superMatthiam, qui cõmunibus calculis allectus est cũ vndecim Apostolis.

26 Et dederũt sortes eis, & cecidit sors super Matthiam, & annumeratus est cum vndecim Apostolis.

Κεφάλαιον βʹ

Cap. II.

CAPVT II.

ΚΑΙ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν τῆς πεντηκοστῆς ἦσαν ἅπαντες ὁμοθυμαδὸν ἐπὶ τὸ αὐτό.

1 QVum autẽ aduenisset dies Pẽtecostes, erãt omnes cõcorditer eodem loci.

1 ET quũ complerentur dies Pentecostes, erãt omnes pariter in eodem loco.

24 Precantes, προσευξάμενοι. Eraſ. Precatione facta. Ego verò exiſtimo temporis eſſe enallagen. Oſtẽde, ἀνάδειξον. id eſt, Indica & declara. Idem enim valet hoc loco ἀνάδειξον quod ſimplex δείκνυον. Sed Luc. 10. a. 1, accipitur pro conſtituere & creare, ſicut Latini quoque interdum Deſignandi & Declarandi vocabulum vſurpant. Vtrum, ὃν ἕνα. Vulg. ad verbum, Quem vnum. Cæterùm non vno modo legitur hic locus. Nam in vno exemplari ſcriptum reperimus ἀνάδειξον ἐκ τούτων τῶν δύο ἕνα, ὃν ἐξελέξω. id eſt, deſigna ex his duobus vnũ, *cum ſi deliceret* quem elegiſti. In pleriſque verò codicibus ſic legitur ἀνάδειξον ὃν ἐξελέξω ἐκ τούτων τῶν δύο ἕνα, id eſt, oſtende vtrum (ponitur enim ὃν ἕνα pro πότερον) ex his duobus elegeris. Baſilienſis autem editio Frobeniana anni 1519 & 1535. poſteriorem hanc lectionem aptius, ni fallor, diſtinguit, hoc modo, ἀνάδειξον ὃν ἐξελέξω ἐκ τούτων τῶν δύο, ἵνα λαβεῖν. i. oſtende quem elegeris ex his duobus, vt vnus accipiat, &c.

25 Sortem, κλῆρον. id eſt, vt ſit ipſe conſors & particeps huius miniſterii. Nam quod exiſtimat Eraſmus ex Hieronymo, κλῆρον referri hoc loco poſſe ad hæreditariam ſucceſſionem, quoniam hìc igitur de ſucceſſore & quaſi hærede Iudæ deligendo, mihi non probatur, quum Petrus paulo antè loquens de ipſo Iuda qui nulli ſucceſſit, eodem vocabulo vtatur. Idem ergo valet κλῆρος quod μερὶς, infrà 8. d. 25. A quo aberrauit, ἀφ' ἧς παρέβη. Vel, à quo defeciit. Vulg. De quo prævaricatus eſt Iudas. Eraſmus, Vnde prævaricatus excidit Iudas. Sed primùm omnium nemo eſt qui non videat Prævaricandi vocabulum non reſpondere Græco παραβαίνειν. deinde vt παραβαίνειν interdum idem valeat quod Tranſgredi (i. violare) tamen ipſa conſtructio oſtendit non eſſe hoc loco in ea ſignificatione vſurpatum. dicendum enim fuiſſet ἐκ παρέβη. Quod autem attinet ad Eraſmi verſionem, primùm omnium miror eum vni Græco verbo tribuere duo Latina diuerſæ ſignificationis: deinde παραβαίνειν pro ἀποπίπτειν certè nuſquã memini legere. Exiſtimo igitur παρέβη poſitũ eſſe pro παρέβλιτε: quum præſertim ἐκ præpoſitio caſui conſtructionis poſtea adiungatur, vt etiam accipitur Exo. 32. b. 8. Dicũt enim promiſcuè Græci παραβαίνειν & παρέκβαινειν, pro eo quod Latini digreſſionẽ vocant & aberrationem. Hãc autem eſſe germanã huius loci interpretationẽ, ex iis intelligi poteſt quæ proximè cohærẽt. Eſt enim cuiuſuis vocatio, quaſi via & ſtadiũ in quo currere nos oportet, ſi metã volumus cõtingere. Ab hac igitur via, id eſt ab Apoſtolatu, dicitur Iudas digreſſus: imò verò ea prorſus relicta, in cõtrariũ latus deflexiſſe, vt in eũ randẽ locũ deueniret quẽ illi Deus iuſto ſuo iudicio deſtinarat. Epiph. in Catanos, legit ἀφ' οὗ, ita vt ad κλῆρον referatur, eodẽ manẽte ſenſu.

26 Iecerunt ſortes, ἔδωκαν κλήρους. id eſt Sortiti ſunt, coniectis videlicet ſortibus vel in ſinum: vt apud Solom. Prouerb. 16. d. 33. vel in vaſculum aliquod. Nam apud Homerũ Iliad. a, coniiciuntur in galeam: apud Plautum in Caſina, in ſtrulam: apud Ciceronem 4. in Verrem oratione, in hydriam: ſicut apud Virgilium. lib. Æneid. 6, in vrnam: adeo variæ fuerunt ſortiendi rationes. Cæterùm διδόναι κλήρους hic ponitur pro ἔβαλον κλήρους, ſicut loquitur Euripides, & Leuit. 16. b. 8, vſurpatur verbum נתן, quod etiam ponere ſignificat: quum tamen Hebræi fere vtantur verbo חתך vel שית, quæ reſpondent Græco verbo βάλλειν, quod vſurpatur ab omnibus Euangeliſtis in Paſſionis hiſtoria. Alioqui κλῆρον διδόναι Græcis aliud declarat, nempe partem ſuam alicui aſſignare, ſicut ab Homero accipitur Odyſſ. ξ. Quamobrem, vt homonymiam vitaremus, noluimus ad verbum interpretari ἔδωκαν κλήρους, dederũt ſortes. Eorum, αὐτῶν. Hoc dicendi genus, ſicut & illud quod proximè ſequitur, ex vulgi conſuetudine petitum eſt. Dicuntur enim ſortes eſſe illorum ſuper quibus ſit ſortitio, & ſuper eum cadere qui in ſortitione euadit ſuperior. Communibus calculis allectus eſt, συγκατεψηφίσθη. Vulgata, Annumeratus eſt, id eſt συναριθμήθη. Eraſmus ex Vallæ ſententia, Cooptatus eſt. Sed Græco verbo aliquid amplius ſignificatur, quod nonniſi circuitu verborum potui explicare, nempe hunc ſortis euentum communi omnium ſententia fuiſſe comprobatum.

IN CAPVT II.

1 Quũ autẽ aduen. ἐν τῷ συμπληροῦσθαι. Eraſ. ad verbũ, Et quũ cõpleretur. Ego duplicẽ hìc Hebraiſmũ eſſe puto, quæ cauſa fuit vt cõtra meã conſuetudinẽ à Græcis diſcederẽ. Primũ enim ſi ἐν particulæ naturã cõſideres, ſignificari videbitur aliquid nõ præteritũ, ſed adhuc vigẽs, quod initio quidẽ exiſtimari poſſet optimè huic loco cõuenire, quũ ea de quib⁹ dicturus eſt Lucas, ineũte ipſo die Pẽtecoſtes euenerint: ſed quominus id ita accipi poſſit, impedit verbũ συμπληροῦσθαι. quod ſi accipiatur pro Cõpleri, (id enim propriè declarat) dies ipſe Pẽtecoſtes, ſi nõ prorſus exactus, at certè iã ad veſperã declinãs intelligetur, quod vtrũqs cũ hiſtoria rei geſtæ pugnat: ſin autẽ pro aduenire, id eſt pro eo quod vernaculo ſermone dicimus *eſchoir*, (quo modo intelligẽdũ eſſe paulo pòſt docebimus) apparet ἐν τῷ συμπληροῦσθαι poſitũ pro μετὰ τὸ συμπληροῦσθαι. Nã profectò abſurdũ ſit dicere hæc euenieſſe quũ dies Pẽtecoſtes aduenire: tunc demũ autẽ dici poteſt dies Pẽtecoſtes aduenieſſe quũ XLIX dies toti præterierũt, & L ipſe dies eſt inchoatus. Ex quo efficitur ἐν pro μετὰ poſitũ eſſe, ſicut cõtra oſtẽdimus μετὰ pro ἐν vſurpatũ Mar. 8. d. 31. Nã ב apud Hebræos, quod propriè reſpõdet Græcorũ præpoſitioni ἐν, infinito iũctũ, interdũ vigẽtem adhuc actionẽ declarat, vt inirio Pſal. 116. a. 1, בשוב, quum cõuerteret: vel futurũ exactum, vt Ier. 31. d. 13. בשובי. quum conuertero. & Leu. 11 d. 6. במלאת, poſtquã impleti fuerint. vel præteritum, vt Eſa. 10. a. 1, בשלות, poſtquã miſiſſet. & huius ſignificationis alia exẽpla annotauim⁹ Luc. 9. v. 36, & 11. v. 37. Deinde verò quod attinet ad verbũ συμπληροῦσθαι, primũ affirmamus, ex Hebræorũ idiomate, apud quos infinitus modus tẽporib⁹ nõ diſtin-

guitur, poſitũ eſſe præſẽs pro præterito συμπαρῆσαν. Præterea hoc dicimus, verbũ מלא ſæpe apud Hebræos vſurpari quũ agitur de certo tẽporis præſcripti ſpatio quod nõ fuerit prorſus expletũ, ſed cuius vltimus annus vel dies aduenerit: veluti ſi intra decẽ dies me facturũ aliquid promiſero, ſtatim poſt nouẽ exactos dies, ineũte decimo, dicerẽtur ab Hebræis decẽ dies cõpleti, id eſt decimus dies aduenisſe. Id autẽ verũ eſſe, vel illud Ieremiæ probat, quod eſt cũ hoc noſtro prorſus ſimile, etiã cũ illo 2, quod diximus Græcæ præpoſitioni ἐν reſpondere, cap. 25. c. 12, בכלות שבעים שנה, i. (ſi noſtrũ hûc Euãgeliſtã placet imitari) ἐν τῷ συμπλη-ρωθῆναι ἔτη. quũ tamẽ anni ipſius ſeptuageſimi initiũ ſignificetur, quo liberati ſunt Iſraelitæ, vt ex chronographis liquet. Atqui adeo vt iã nemo de hac interpretatione dubitare poſſit, Lucas noſter in ſuperiore libro, de Circũciſione Domini ſcribẽs, ita loquitur, ἓξ ἡμέραι ἐκτῶ, i. ad verbũ, quũ impleti fuiſſẽt dies octo, quũ tamẽ ipſe dies octauus nõ præteriiſſe, ſed aduenisſe intelligatur, in quo fuit Circũciſio faciẽda ex Lege, non autem in diem nonum differenda, ſicut ſcribitur Leuit. 12. 2-3, & apud ipſum Lucã noſtrum cap. 1. f. 59, vbi Iohannis circunciſionem deſcribit. Rectè igitur illum locum interpretati ſumus, Quum aduenisſet dies octauus: & hûc quoque, Quum aduenisſet dies Pentecoſtes. Omnes, ἅπαντες. In duobus vetuſtis cod. ad ditum erat οἱ Ἀπόστολοι, Apoſtoli: & certè exiſtimo iſta ſic cohærere cum extremo ſuperiore capite, vt ſolis Apoſtolis ſit propria hæc Spiritus ſancti miſſio quæ poſtea refertur. Nam illos omnino oportuit nouæ Eccleſiæ quaſi duodecim patriarchas futuros, peculiari quadam inaugurationis forma conſecrari. Itaque paulo pòſt quũ ii in quos Spiritus ſanctus illapſus erat, cœpiſſent loqui linguis, attonita turba omnes eſſe Galilæos dicit, nec aliorum ſit mentio quàm vndecim Apoſtolorum, quorum cauſam agit Petrus, veluti Apoſtolici collegii patronus. Conueniſſe quidẽ cum Apoſtolis alios diſcipulos, atque adeo religioſas etiã illas & ſanctas fœminas, ex ſuperiore capite apparet: ſed neque vnum cœnaculũ potuit tot hoſpitibus commune eſſe domicilĩũ, neque probabile eſt omnes illos cẽtum viginti quorum facta eſt mentio, vnã ſemper fuiſſe, ſed potius certis temporibus Eccleſiam in commune illud Apoſtolorũ hoſpitiũ conueniſſe. Manè igitur quum Apoſtoli vnà ſoli eſſent, geſta eſſe opinor quæ Lucas commemorat, & ridiculè facere eos qui, quum hanc hiſtoriã pingunt, ſolent Mariã matrẽ Domini in medio Apoſtolorum collocare, nimirum vt Apoſtolici etiã collegii principẽ faciant: quod ſanctiſſimæ illi virgini nuſquã in mentẽ venit. Cõcorditer, ὁμοθυμαδὸν. Eraſ. Vnanimiter, quod nũquã legere memini. Vetus interpres hoc loco vertit Pariter, & eũ exiſtimat Eraſmus legiſſe ὁμαδὸν: quã etiã lectionẽ probat. Ego verò neq; id vſquam reperi in vetuſtis codicibus, neque poſſum etiam probare, propter illud ἐπιπαίνει, quod proximè conſequitur.

Καὶ ἐγένετο ἄφνω ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἦχος ὥσπερ φερομένης πνοῆς βιαίας, καὶ ἐπλήρωσεν ὅλον τὸν οἶκον οὗ ἦσαν καθήμενοι.

2 Tum extitit repentè è cælo ſonitus tanquam ᵛ ruentis ᵛ flatus ᵛ violenti, qui repleuit totam domum vbi erant ſedentes.

2 *Et factus eſt repentè de cælo ſonus, tanquam aduenientis ſpiritus uehementis, & repleuit totam domum ubi erant ſedentes.*

Καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρός, ἐκάθισέ τε ἐφ' ἕνα ἕκαστον αὐτῶν.

3 Et viſæ ſunt eis diſpertitæ linguæ ᵛ inſtar ignis, ᵛ qui etiam ſedit ſuper vnumquenque eorum.

3 *Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquã ignis, ſedſque ſupra ſingulos eorum.*

Καὶ ἐπλήσθησαν ἅπαντες Πνεύματος ἁγίου, καὶ ἤρξαντο λαλεῖν ἑτέραις γλώσσαις, καθὼς τὸ Πνεῦμα ἐδίδου αὐτοῖς ἀποφθέγγεσθαι.

4 Repleti ſunt autem omnes Spiritu ſancto, cœperúntque loqui ᵛ aliis linguis, ᵛ prout Spiritus ille dabat eis ᵛ eloqui.

4 *Et repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, & cœperunt loqui uariis linguis prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis.*

Ἦσαν δὲ Ἰερουσαλὴμ κατοικοῦντες Ἰουδαῖοι, ἄνδρες εὐλαβεῖς, ἀπὸ παντὸς ἔθνους

5 Erant verò Hieroſolymis ᵛ commorantes Iudæi viri religioſi, ex omni natione

5 *Erant autem in Ieruſalẽ habitantes Iudæi uiri religioſi, ex omni natione*

2 Ruentis, φερομένης, id eſt ὁρμώσης. Nam φέρεσθαι Græcis ſignificat cum impetu venire, ſicut apud Latinos quoque Ferri in ea ſignificatione vſurpatur. Sed coacti ſumus ſynonymon quærere, & paſſiuum participium actiuè interpretari. Quòd ſiquis hæc malit vt abſolutè poſita accipere, rectè verterit cum Auguſtino, Tãquam ferretur. Vulgata, Aduenientis, id eſt ὁρμῶντος χαλῶντος. Eraſmus per periphraſin, Impetu venientis. Flatus, πνοῆς. Vulg. Spiritus. idq; fateor nõ malè. Sed Πνεῦμα, cuius hic fit mẽtio, voluimus à πνοὴ diſtinguere, i. ſymboli ſignificatũ ab ipſo ſymbolo: quũ alioqui πνεῦμα pro flatu & vẽto interdũ ponatur, vt Ioh. 3. 2. & πνοὴ tamẽ pro Spiritu ſancto nuſquã, quod ſciã: quod etiã alicubi obſeruauit Auguſtinus. Violẽti, βιαίας. Vulg. Vehemẽtis, i. σφοδρᾶς.

3 Inſtar ignis, ὡσὶ πυρός. Eraſmus, Tanquam igneæ, ad vitandam amphiboliam. Nã ſi interpreteris, Tanquam ignis, non minus id poſſis in recto quàm in gignendi caſu accipere. Atqui ſi ὡσὶ ita conuertas vt nos fecimus hoc loco, illud incommodum vitaris, neque à Græcis deflectes. Qui etiam ſedit, ἐκάθισέ τε. Eraſmus, Sederúntque, id eſt ἐκάθησαν, quia nimirum pro ignis conuerterat igneas. Putauit enim rectum à ſuperioribus repetendum, ſicut & ſcholia Græca tradunt, & probabilius eſt. Quia tamen nonnulli malunt ad Spiritum ſanctũ referre, idque ex Hebræorum idiotiſmo, quibus familiare eſt, rectum in priore membro prætermiſſum, in ſecundo exprimere, Græca ſimpliciter reddidi, vt cuique liberum ſuum iudicium maneat.

4 Aliis, ἑτέραις. Vulgata, Variis, id eſt ποικίλαις. Alias autem linguas vocat quæ diuerſæ eſſent ab ea quam Apoſtolis erat familiaris: eas denique quas Marcus cap. 16. d. 17, nouas appellat. Prout, καθὼς. Alibi hanc particulam conuertimus per ſimilitudinis aduerbium: hic autem κατ' vim habet diſtributiuam, vt annotauimus Mar. 4. v. 33. Significat enim Apoſtolos nec temere, nec fanaticorum inſtar, modò hæc, modò illa lingua loquutos, ſed magnam eorum rationem habuiſſe in quos incidebant: nihil denique dixiſſe niſi Spiritu ſancto linguã ipſorum moderante, qui nullius eſt confuſionis author. Eloqui, ἀποφθέγγεσθαι. Vulgata & Eraſmus rectè exiſtimarunt præpoſitionem ἀπὸ non abundare. Nam ἀποφθέγγεσθαι dicuntur ii demum qui ſententioſa quædam & mirifica loquuntur: cuiuſmodi certè hæc erant quæ paulo pòſt Lucas vocat μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ: item qui numinis afflatu & alieno impulſu loquũtur: quod & ipſũ Apoſtolis optimè cõuenit. Quãuis nõ ſemper hoc obſeruetur.

5 Commorantes, κατοικοῦντες. Alibi τὸ κατοικεῖν conuertimus, habitare, & diſtinximus à παροικεῖν, quod declarat commorari. Sed hoc quidem loco videntur κατοικοῦντες generaliter dici quicunque exteri eo tempore Hieroſolymis verſabantur: adeo vt non modò exteros comprehendat, qui ſedes illic vt in vrbe maxima ac frequentiſſima poſuerant, ſed eos quoque qui ſtudiorum ac religionis diſcendæ cauſa illic ad tempus commorabantur, quorum diſtributa fuiſſe collegia intelligimus ex iis quæ narrantur infrà 6. c. 9, & 9. c. 19: eos denique qui ex variis gentibus ad feſtum confluxerant.

τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανόν.

Γενομένης δὲ τῆς φωνῆς ταύτης, συνῆλθε τὸ πλῆθος, καὶ συνεχύθη, ὅτι ἤκουον εἷς ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ λαλούντων αὐτῶν.

Ἐξίσταντο δὲ πάντες καὶ ἐθαύμαζον, λέγοντες πρὸς ἀλλήλους, Οὐκ ἰδοὺ πάντες οὗτοί εἰσιν οἱ λαλοῦντες Γαλιλαῖοι;

Καὶ πῶς ἡμεῖς ἀκούομεν ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ ἡμῶν ἐν ᾗ ἐγεννήθημεν;

Πάρθοι καὶ Μῆδοι καὶ Ἐλαμῖται, καὶ οἱ κατοικοῦντες τὴν Μεσοποταμίαν, Ἰουδαίαν τε καὶ Καππαδοκίαν, Πόντον καὶ τὴν Ἀσίαν,

Φρυγίαν τε καὶ Παμφυλίαν, Αἴγυπτον, καὶ τὰ μέρη τῆς Λιβύης τῆς κατὰ Κυρήνην, καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες Ῥωμαῖοι, Ἰουδαῖοί τε καὶ προσήλυτοι,

eorum qui ſub cælo ſunt.

6 Orto autem hoc rumore, conuenit multitudo, & confuſa eſt, quòd audiret vnuſquiſque propria lingua ſua eos loquentes.

7 Obſtupeſcebant autē omnes ac mirabantur, dicentes alii ad alios, Nónne ecce omnes iſti qui loquuntur, Galilæi ſunt?

8 Quomodo igitur nos audimus eos ſua quiſque lingua in qua nati ſumus?

9 Parthi & Medi & Elamitæ, & qui incolimus Meſopotamiā, Iudæamque & Cappadociam, Pontum, & Aſiam,

10 Phrygiam & Pamphyliam, AEgyptum & partes Libyæ quæ eſt ſecūdum Cyrenen, & aduenæ Romani, Iudæique & proſelyti,

quæ ſub cælo eſt.

6 Facta autem hac uoce, conuenit multitudo, & mente confuſa eſt, quoniā audiebat unuſquiſque lingua ſua illos loquentes.

7 Stupebant autem omnes & mirabantur, dicentes, Nónne, ecce, omnes iſti qui loquuntur, Galilæi ſunt?

8 Et quomodo nos audimus unuſquiſque linguā noſtram in qua nati ſumus?

9 Parthi, & Medi, & Elamitæ, & qui habitant Meſopotamiam, Iudæam & Cappadociam, Pontum & Aſiam,

10 Phrygiam, & Pamphyliam, AEgyptum & partes Libyæ quæ eſt circa Cyrenen, & aduenæ Romani, Iudæi quoque & proſelyti,

Eorum qui ſub cælo *ſunt*, τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανόν. Vulgata prætermiſit articulum. Eraſmus repetit ἐπὶ, admonens etiam ad homines referri poſſe: quam ſententiam vt magis probabilem ſum amplexus. Eſt autem hæc hyperbole Hebræis familiaris, vt Deut. 2. e. 25.

6 Orto autem hoc rumore, γενομένης δὲ τῆς φωνῆς ταύτης. Græca ſcholia φωνὴν interpretātur de vehementi illo venti ſonitu qui totam ciuitatē cōmouerit: alii nonnulli ad Apoſtolorū voces referūt. Ego verò φωνὴν malo accipere pro rumore quem idem noſter Lucas ἦχον, id eſt ſonitum, ſimili prorſus ratione vocat ſuprà 4. f. 37, & φήμην infrà, 11. f. 21. Sed & illud notādum eſt, figuratè Lucam dixiſſe φωνῆς ταύτης, pro φωνῆς ἀκοὴν τούτου, id eſt hoc rumore, pro huius facti rumore: quod genus dicendi animaduertimus etiam Matth. 9. c. 26.

8 Sua quiſque lingua, ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ. Probabilius eſt (inquit Eraſmus) Apoſtolos ſua lingua fuiſſe loquutos, & miraculo factum vt nemo non intelligeret, perinde acſi ſuam quiſque linguam audiſſet. Itáne verò ſanè ſi ita eſt, miraculum non in ipſis Apoſtolis, ſed in eorum auditoribus editum fuerit. At enim (inquis ille) eundem hominem eodem tempore diuerſis loqui linguis, implicat contradictionem. Eſto. ſed vbi hoc factum eſſe ab Apoſtolis narrat Lucas? Imò narrat Apoſtolos variis linguis loqui cœpiſſe, id eſt modò hac, modò illa, non tamen confuſè aut furioſè, ſed prout hic vel ille in varias gentes inciderat, & prout expediebat, præeunte, & animum ac mentem moderante Spiritu ſancto. Hic verò nihil video quod (vt ipſe ait) contradictionem implicet. Sed hoc illi facilè condonari poteſt, veterum nonnullorum veſtigia ſequuto. Verùm quod ſubiicit, Nunquam legi hoc miraculi accidiſſe aliàs, niſi fortè ſemel atque iterum, veluti Act. 10, de familia Cornelii: & quum Paulus ſcribens Corinthiis, gloriatur ſe omnium illorum linguis loquiſſe: id verò miror ab Eraſmo dici potuiſſe. Puto enim omnibus vel mediocriter in illorum temporum hiſtoria verſatis, conſtare, hoc linguarum donum, quemadmodum etiam ſanationū & prophetiæ, in primis illis Eccleſiis ita viguiſſe vt etiam Spiritus ſancti appellatio interdum eiuſmodi donis tribuatur: ſicut apparet ex iis quæ ſcribuntur infrà 8. c. 15, & 16. item 19. 2. 1. & 6. item 1. Cor. 12. 13, & 14.

10 Et aduenæ Romani, Iudæique & proſelyti, καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες Ῥωμαῖοι, Ἰουδαῖοί τε καὶ προσήλυτοι. Eraſmo aſſentior in eo quòd Iudæos hic tradit non ex gente dici, ſed ex religione & origine: à quibus Lucas diſtinguat proſelytos natione paganos, religione factos Iudæos. Id enim ita eſſe, partim oſtendit manifeſta Iudæorum & proſelytorum antitheſis: deinde etiā quòd paulo antè mētio facta eſt incolarum Iudææ, à quibus iſtos diſtinguere oporteat. Sed ab illo tamen duabus in rebus diſſentio in huius loci explicatione. Primùm quòd Romanos hic putet in Iudæos & proſelytos diſtingui: deinde quòd Cretenſes & Arabes, quorum poſtea fit mentio, ita putet ad priorem recenſionem referendos, vt tamen ad ſolos proſelytos pertineant: quaſi ex Creta & Arabia nulli venerint Iudæi, quòd eò non perfugiſſent, ſed tantùm proſelyti. At ego libenter quæſierim cur Lucas eorum duntaxat Iudæorum mentionem faceret qui Roma aduenerant & qui ſit probabile nullos in Cretam aut Arabiam Iudæos profugiſſe, quum Damaſcus in Arabia cenſeatur, vbi tam frequens erat ſynagoga, & tamē aliquos inde proſelytos veniſſe. Sunt autem hæc, meo iudicio, minimum abſurda, quæ tamen ex illa interpretatione ſequi neceſſe eſt. Exiſtimo igitur, quum Lucas tot gentium mentionem feciſſet, has omnes poſtea in duo quaſi hominum genera diſtinguere, nempe in Iudæos & proſelytos: idque optima ſanè ratione. Veriſimile enim eſt, eos, qui quamuis inter gentes exteras eſſent diſperſi, tamen erant origine Iudæi, & in patria lege educati, quemadmodum hodie, ſic etiam eo tempore, & quidem multo magis ſtante adhuc illorum templo ac religione, ſi non omnes, at certè pleroſque, & eos præſertim qui Hieroſolymam venire conſueuerant, vernaculā Iudæorum linguam aliquatenus ſaltem tenuiſſe. Ideo Lucas, nequis calumniaretur, Apoſtolos potuiſſe à diuerſis gentibus ſine miraculo intelligi, diſertè dixit, vnumquenque audiſſe Apoſtolos loquentes proprio eius regionis idiomate in qua natus eſſet, & in qua habitaret: deinde vt omnis calumniandi occaſio præcideretur, proſelytos etiam, id eſt eos qui ex Paganiſmo ad Iudaiſmum erant conuerſi, diſtinxit à Iudæis, id eſt ab iis qui iam inde à maioribus Legē Moſis erant profeſſi. Quod autē ad Cretenſes & Arabes attinet, quamuis iſti diſtinctioni ſubiiciantur, tamē eadem conditione cenſendi ſunt qua ſuperiores gentes. Apparet enim Lucam in hac recenſione non magnam habuiſſe ordinis rationem, rei ipſi potius quàm oratoriis præceptis intentum.

Κρῆτες καὶ Ἄραβες, ἀκούομεν λαλούντων αὐτῶν ταῖς ἡμετέραις γλώσσαις τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ.

11 Cretes & Arabes, audimus eos loquentes noſtris linguis ᵛmagnifica Dei *facta*.

11 *Cretes & Arabes, audimus eos loquentes noſtris linguis* ᵛ*magnalia Dei.*

Ἐξίσταντο δὲ πάντες καὶ διηπόρουν, ἄλλος πρὸς ἄλλον λέγοντες, Τί ἂν θέλοι τοῦτο εἶναι;

12 Obſtupeſcebant autem omnes, & hæſitabant dicentes alius ad alium, ᵛQuid hoc *rei* eſſe poſſit?

12 *Stupebant autē omnes & mirabūtur admodū, dicentes, Quid nam vult hoc eſſet?*

Ἕτεροι δὲ χλευάζοντες ἔλεγον, Ὅτι γλεύκους μεμεστωμένοι εἰσί.

13 Alii verò ᵛcauillantes dicebant, ᵛVino dulci pleni ſunt *iſti*.

13 *Alij autem irridentes dicebant, Quia muſto pleni ſunt iſti.*

Σταθεὶς δὲ Πέτρος σὺν τοῖς ἕνδεκα, ἐπῆρε τὴν φωνὴν αὐτοῦ, καὶ ἀπεφθέγξατο αὐτοῖς, Ἄνδρες Ἰουδαῖοι, καὶ οἱ κατοικοῦντες Ἰερουσαλὴμ ἅπαντες, τοῦτο ὑμῖν γνωστὸν ἔστω, καὶ ἐνωτίσασθε τὰ ῥήματά μου.

14 Stans autem Petrus cum vndecim, ſuſtulit vocem ſuã, & loquut' eſt eis, dicẽs, ᵛViri Iudæi, vtſque omnes q habitatis Hieroſolymis, hoc vobis notũ eſto, & ᵛaurib' percipite verba mea.

14 *Stans autem Petrus cum undecim, leuauit vocem ſuam, & loquutus eſt eis, Viri Iudæi, & qui habitatis Ieruſalem vniuerſi, hoc vobis notum ſit, & auribus percipite verba mea.*

Οὐ γάρ, ὡς ὑμεῖς ὑπολαμβάνετε, οὗτοι μεθύουσιν· ἔστι γὰρ ὥρα τρίτη τῆς ἡμέρας·

15 Non enim, vt vos exiſtimatis, iſti ebrii ſunt, quum ſit hora diei ᵛtertia:

15 *Non enim ſicut nos æſtimatis, hi ebrij ſunt, quũ ſit hora diei tertia:*

Ἀλλὰ τοῦτό ἐστι τὸ εἰρημένον διὰ τοῦ προφήτου Ἰωήλ,

16 Sed hoc illud eſt quod dictum eſt per Prophetam Ioel,

16 *Sed hoc eſt quod dictũ eſt per Prophetã Ioel,*

Ioel.2.g.28 eſaie.44.a.3

Καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις, (λέγει ὁ Θεὸς) ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα· καὶ προφητεύσουσιν οἱ υἱοὶ ὑμῶν καὶ αἱ θυγατέρες ὑμῶν, καὶ οἱ νεανίσκοι ὑμῶν ὁράσεις ὄψονται, καὶ οἱ πρεσβύτεροι ὑμῶν ἐνύπνια ἐνυπνιασθήσονται.

17 ¶Et erit vltimis temporibus, (dicit Deus) effundam ex Spiritu meo ᵛin quamuis carnem: & prophetabunt filii veſtri & filiæ veſtræ, & iuuenes veſtri viſiones videbunt, & ſeniores veſtri ſomnia ſomniabunt.

17 *Et erit in nouiſſimis diebus, (dicit Dominus) effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem: & prophetabunt filij veſtri & filiæ veſtræ, & iuuenes veſtri viſiones videbunt, & ſeniores veſtri ſomnia ſomniabunt.*

Καί γε ἐπὶ τοὺς δούλους μου καὶ ἐπὶ τὰς δούλας μου ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου, καὶ προφητεύσουσι.

18 Et quidẽ ſuper ſeruos meos & ſuper ancillas meas in diebus illis effundam de Spiritu meo, & prophetabunt.

18 *Et quidem ſuper ſeruos meos & ſuper ancillas meas in diebus illis effundam de Spiritu meo, & prophetabunt.*

Καὶ δώσω τέρατα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ σημεῖα ἐπὶ τῆς γῆς κάτω, αἷμα καὶ πῦρ καὶ ἀτμίδα καπνοῦ.

19 Et ᵛedam miracula in cælo ſurſum, & ſigna in terra deorſum, ſanguinem & ignem & vaporem fumi.

19 *Et dabo prodigia in cælo ſurſum, & ſigna in terra deorſum, ſanguinem, & ignẽ & vaporẽ fumi.*

Ὁ ἥλιος μεταστραφήσεται εἰς σκότος, καὶ ἡ σελήνη εἰς αἷμα, πρὶν ἢ ἐλθεῖν τὴν ἡ-

20 Sol conuertetur in tenebras, & luna in ſanguinem, priuſquam veniat dies

20 *Sol cõuertetur in tenebras, & luna in ſanguinem, antequam veniat*

11 Magnifica Dei *facta*, τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ. Heb. גדלות, vt diximus Luc.1.c.49. 12 Quid hoc *rei* eſſe poſſit? τί ἂν θέλοι τοῦτο εἶναι; Vulgata & Eraſmus ad verbum, Quidnam vult hoc eſſe? id eſt, τί θέλει οὗτος εἶναι; pro quo potius dicas Latinè, Quid hoc ſibi vult? At ego putaui potentialem modum exprimendum eſſe. Neque enim duntaxat quærunt quid hoc ſit rei, ſed quò tandem futurum ſit vt iſta euadant. Ponitur autem τὸ θέλειν ἀντὶ τοῦ δύνασθαι, id eſt, Velle pro Poſſe, vt ſi in vernaculo ſermone dicas, Que peut eſtre cecy? quã enallagen annotat Corinthus in Attica dialecto, vt in illo Platonis, τὰ χωρία οὐδέπω ἐθέλει διδόναι. 9

13 Cauillantes, χλευάζοντες. Vulgata & Eraſmus, Irridentes, id eſt καταγελῶντες quum τὸ χλευάζειν aliquid amplius ſignificet, quod Latino Cauillandi verbo melius exprimitur. Vino dulci, γλεύκους. Vulgata & Eraſmus, Muſto. quod fateor quidẽ à Græcis γλεῦκος dici: ſed quum hæc geſta ſint ipſo die Pentecoſtes, quo tempore nullum eſt muſtum, malo in genere pro vino dulci & præſtanti accipere: quemadmodum etiam videtur accipi תירוש Eſa.49. g.26, quum alioqui vinum recens expreſſum eo nomine declaretur, vt ipſa notatio declarat. nam muſtum rarò & multo minus quàm vinum inebriare teſtantur philoſophi. Siquis tamen malit de muſto accipere, non magnopere repugno, quia teſtatur Lucas hæc dicta eſſe χλευαστικῶς, id eſt, cum vafra & maledica deriſione. 10

14 Viri Iudæi, Ἄνδρες Ἰουδαῖοι. In hoc dicendi genere Latini ſolo epitheto contenti ſunt, quum Hebræi & Græci addere ſoleant ſpeciei nomen. Auribus percipite, ἐνωτίσασθε. Finxerunt hoc vocabulum Græci interpretes, quod reſpondet verbo Hebræorum האזינו. 15 Tertia, τρίτη. Tertia videlicet ab orto ſole. 15

17 In quamuis carnem, ἐπὶ πᾶσαν σάρκα. Ponitur hic quoque caro pro homine, vt alibi ſæpe annotauimus. Libenter autem retinuimus hunc Hebraiſmum, vt intelligatur opponi carni ſpiritum, id eſt rem præſtantiſſimam rei planè fragili ac caducæ: quã tamen Dominus pro ſingulari ſua bonitate dignetur excellenti Spiritus ſui munere. Sed & illud annotãdum eſt, πᾶσαν non propriè hoc loco conuerti omnem, ſed potius indefinitam eſſe particulam, vt res ipſa oſtendit, & ſequentia declarant: qua de re diximus aliquid Matth. 4. d. 23. & dicemus 1. Tim. 2. b. 4. 20

19 Edam, δώσω. Vulgata & Eraſmus ad verbum, Dabo. Vide Matth.24.c.24.

μέγας Κυρίου τοῦ μεγάλου καὶ ἐπιφανοῦς.

ille Domini magnus & illuſtris.

dies Domini magnus & manifeſtus.

21 Καὶ ἔσται, Πᾶς ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα Κυρίου, σωθήσεται.

21 Et futurum eſt vt quicunque inuocauerit nomen Domini, ſeruetur.

21 *Et erit, Omnis quicunque inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit.*

22 Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, ἀκούσατε τοὺς λόγους τούτους· Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον, ἄνδρα ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς δυνάμεσι καὶ τέρασι καὶ σημείοις οἷς ἐποίησεν δι' αὐτοῦ ὁ Θεὸς ἐν μέσῳ ὑμῶν, καθὼς καὶ αὐτοὶ οἴδατε,

22 Viri Iſraelitæ, audite ſermones iſtos: Ieſum illum Nazarenum, virum a Deo approbatum apud vos præſtantibus factis & miraculis & ſignis quæ edidit per eum Deus in medio veſtri, ſicut & ipſi noſtis,

22 *Viri Iſraelitæ, audite verba hæc: Ieſum Nazarenum, virum approbatum à Deo in nobis virtutibus & prodigiis & ſignis quæ fecit Deus per illum in medio veſtri, ſicut & vos ſcitis,*

23 Τοῦτον τῇ ὡρισμένῃ βουλῇ καὶ προγνώσει τοῦ Θεοῦ ἔκδοτον λαβόντες, διὰ χειρὸς ἀνόμων προσπήξαντες ἀνείλετε·

23 Hunc inquam definito conſilio & prouidẽtia Dei deditum quum accepiſſetis, manibus ſceleratis crucí affixum interemiſtis.

23 *Hunc definito conſilio & præſcientia Dei traditũ, per manus iniquorum affigentes interemiſtis.*

24 Ὃν ὁ Θεὸς ἀνέστησε, λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου, καθότι οὐκ ἦν δυνατὸν κρατεῖσθαι αὐτὸν ὑπ' αὐτοῦ·

24 Quem Deus excitauit, ſolutis doloribus mortis, eo quòd impoſſibile erat ipſum ab ea retineri.

24 *Quem Deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni, iuxta quòd impoſſibile erat teneri illum ab eo.*

22 Ieſum illum Nazarenum, Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον. Expreſſimus articulum, cuius vis eſt hoc loco δεικτικὴ. Vocat autem Ieſum Nazarenum Petrus, non vt communi Iudæorum errori patrocinetur, ſed vt de illo ipſo Ieſu hic agi intelligant quem ipſi per contemptum ſolebant ita vocitare, & addita hac inſcriptione crucifixerant. A Deo, ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. Id eſt ὑπὸ τοῦ Θεοῦ: quam enallagen annotauimus Matth. 11. c. 19, & 16. c. 21. Mar. 8. d. 31. Luc. 9. c. 23, & 17. c. 25. Approbatum, ἀποδεδειγμένον. Id eſt, (inquiunt Græca ſcholia) οὐ μὴ ἀμφισβητούμενον, ἀλλ' ἀποδεδειγμένον δῆλον ἔκ τε τῶν σημείων ἃ ἐποίει δι' αὐτοῦ ὁ Θεὸς, ὅτι ἦν παρὰ Θεοῦ ἐκεῖνος. Id eſt, eiuſmodi vt de eo ambigi non poſſit, & qui ſit iis operibus quæ per eum fecit Deus, tanquam neceſſariis demonſtrationibus, cõprobatus à Deo fuiſſe: quomodo accipitur idem verbum infrà 25. b. 7. Itaque fallitur Eraſmus tum in eo quòd Veterem interpretem putat legiſſe ἀποδεδειγμένον, tum etiam in eo quòd maluit interpretari exhibitũ quàm approbatum. Similis error admiſſus eſt infrà 1. Corinth. 2. a. 4. Apud vos, εἰς ὑμᾶς. Vel, Inter vos, atque adeo ſpectantibus vobis. ſiue vt paulo pòſt ſubiicit, In medio veſtri. Demoſthenes εἰς τὴν. Παρῆσαν ἅπαντες εἰς ὑμᾶς ἀπὸ μιᾶς κινούσης. Idem, ἔστιν οὗτος ἐν τῇ ἀγορᾷ. Vulgata, In vobis. Eraſmus, Erga vos. ſed neuter (vt opinor) ſenſũ eſt aſſequutus. Præſtãtibus factis, δυνάμεσι. Alibi conſueuimus δυνάμεις conuertere virtutes, ob eam cauſam quam expoſuimus, Mat. 7. c. 22. hic autem ſtuduimus vitare amphiboliã, nequis pro δυνάμεσι ſcriptum putet δυνάστῃσι quod vocabulum nimis eſt dilutum.

23 Prouidentia, προγνώσει. Id eſt προνοίᾳ, ſiue præſcite, id eſt æterna, cognitione. Cognitionis autem vocabulo non eſt quòd cum Epicureis otioſam aliquam in Deo rerum futurarum cognitionem imaginemur: quã prouidentia Dei nec debeat, nec poſſit ab eiuſdem definito conſilio ac decreto diuelli, vt hodie nonnulli ſe facere dictitant, ne Deum videantur malorum authorem facere. Abſit verò à nobis hæc blaſphemia. Sed abſit viciſſim vt quicquam Deo vel conniuente vel inuito fieri aut accidere dicamus. Certè nullum vſquam facinus in terris editum eſt quod cum Iudæ perfidia & Iudæorum ſcelere ſit comparandum: & tamen apertè dicit Spiritus ſanctus Deum non modò hæc futura cognouiſſe ab æterno, ſed etiam æterno & immutabili ſuo conſilio in optimum finem definiuiſſe. Et niſi hoc fateamur, neceſſe eſt vt in noſtra redemptione conſilium Dei non interueniſſe dicamus. An verò propterea vel innocens Iudas, vel eius ſceleris cauſa ſeu particeps Dominus? Minimé. Bene enim agit Dominus, etiamſi peccent ipſius inſtrumenta: & in eodem opere aliud agit bonus Deus, mundum ſibi in Filio reconcilians: aliud verò Iudas, ſanguinem innoxium prodens. Nos igitur nõ pudeat Spiritus ſancti ſermonem vſurpare. Quòd ſi quid humana imbecillitas obgãniat, Deo nihilominus ſua iuſtitiæ gloriam tribuamus, nobis totam culpam adſcribamus. Manibus iniuſtis, διὰ χειρὸς ἀνόμων. Vulgata & Eraſmus, Per manus iniquorum. Hæc autem nonnulli cum nomine ἔκδοτον coniungunt, quo modo diſtinctus eſt hic locus in pleriſque codicibus. Sed præterquam quòd præpoſitio διὰ non ſatis commodè connecti poteſt cum illo nomine, aut cum participio λαβόντες, planior etiam erit ſententia ſi adſcripta diſtinctione poſt λαβόντες, (ſicut in Græcis ſcholiis adſcribitur) iſta potius cum ſequẽtibus conſtruantur: nempe vel cum participio προσπήξαντες, vt Iudæis Petrus hoc quoque ſcelus obiiciat quòd Chriſtum in manus profanorum hominum, id eſt Pilati & militum Romanorum, dediderint ad necem: vel cum verbo ἀνείλετε. Nam qui interficiendum curat, perinde reus eſt acſi ſua manu interfeciſſet. Quod autem attinet ad nomen ἄνομων, quia non habet adiunctum articulum, apparet non eſſe ſubaudiendum ἀνθρώπων, vt conuertas Per manus *hominum* iniquorum, ſed potius ita accipiendum vt ſumus interpretati. Crucí affixum, προσπήξαντες. Vulgata, Affigentes, neglecto tempore. Nam quòd in quibuſdam exemplaribus legitur Affligentes, factum eſt librariorum negligentia, vel ſciolorum audacia. Caſtellio vertit, Ad palum alligatum: falſa & inepta interpretatione. Interemiſtis, ἀνείλατε. Vide Luc. 11. a. 2.

24 Doloribus mortis, ὠδῖνας τοῦ θανάτου. Locus iſte mihi quidem videtur obſcurior quàm præ ſe ferat. Neque enim fas eſt arbitrari Chriſtum, quum ſemel Spiritum emiſiſſet, in vllis doloribus fuiſſe verſatum. Itaque quum mors ipſius cruciãtibus finẽ attulerit, qui dici poteſt ſolutis mortis doloribus reſurrexiſſe? Hæc cauſa fuit, opinor, cur Vetus interpres potius conuerterit Solutis doloribus inferni, id eſt λύσας ὠδῖνας ᾅδου, intelligens fortaſſis hæc ad deſcenſum Chriſti ad inferos pertinere, vnde veteres Patres eruerit. In quo errore mirum eſt pleroſque veterum fuiſſe verſatos, quum apud Hebræos appellatione שְׁאוֹל, pro quo Græci interpretes ᾅδου dicũt, nihil aliud quàm ſepulchrũ declaretur, vt mox dicemus. Græci vt hunc nodũ expedirent, ſubtilem quidem ſed parum ſolidã expoſitionem ſunt cõmenti. ſic enim dolores mortis explicãt,

quasi mors ipsa per prosopopœiam dicatur quodāmodo laboraſſe, quum Chriſtum incluſum teneret. At ego dolores mortis pro morte dolorū corporis & cruciatus animi plena accipio: ſicut abominatio vaſtationis pro abominanda vaſtatione accipitur, Mat. 24. b. 15. & dānatio meretricis pro dānanda meretrice, Apocal. 17. a. 1, ex Hebræorum idiotiſmo. Deinde quanuis corpus in ſepulchro iacens, omnis doloris atque adeo omnis ſenſus expers eſſet (quum verè ac certò Chriſtus mortuus ſit) tamen quum mors ipſa nihil aliud eſſe videretur quàm ipſorum cruciatuum ac dolorum quaſi victoria ac plenum imperium, Chriſtus meritò dicitur tum demum dolores iſtos lethales ac mortiferos ſuperaſſe, quum mortuus mortem vicit, vt in æternum cum ſuis Deo viuat. Præterea annotandum eſt, apud Hebræos vnum idémque vocabulum modò dolorem, modò funem ſignificare, leui tantùm vnius puncti diſcrimine. Nam חבלי cum ſeri & ſegol Græci ὠδῖνα, i. dolorem, חבלי cum duobus ſegolin, σχοινίον, i. funem interpretantur. quòd ſi mihi liceret grammaticorum authoritatem in dubium vocare, ſanè dicerem non minus חבלי cum quinque punctis, quàm חבלי cum ſex, declarare funem, & quicquid illud eſt quo aliquid vincitur: nec pro dolore ſeu morbo aliter quàm tranſlatitiè accipi. idque ita eſſe apparet ex eo quòd 2. Sam. 22. a. 5, & Pſal. 18. a. 6. quum priore loco ſcriptū ſit חבלי שאול, ſubiicitur מוקשי מות. Scimus autem hāc conſuetudinem eſſe Dauidis, vt plerunque pars vna verſiculi alteram explicet: vt mihi quidem probabile videatur, חבלי & מוקשי idem prorſus declarare. Suſpicor igitur, Petrum, quum ad hunc Dauidis locum alludaret, חבלי שאול, id eſt vincula mortis dixiſſe, Lucam autem Græcam editionem ſequutum, pro ἀνέσεως, conuertiſſe ὠδῖνας. quod ſi ita eſt, conuertemus, Solutis vineulis mortis, & optimè conueniet tum participium λύσας, tum etiam verbum κρατεῖσθαι. nihil tamen velim mutare ex coniectura. Simile quiddam in eadem voce accidiſſe videtur Zach. 11. a. 7. vt ibi annotat doctiſſimus interpres. Eo quòd, καθ' ὅτι. Verus interpres, iuxta quod, barbarè & obſcurè. Eraſmus, quatenus, ambiguè. Nam ſi pro καθ' ὅτι, id eſt in quantum, accipias, non conueniet ſententia. Iidem multo rectius ſunt interpretati, Luc 1. a. 7.

Pſal. 15. c. 7

Δαυὶδ γὰρ λέγει εἰς αὐτόν, Προωρώμην τὸν Κύριον ἐνώπιόν μου διὰ παντός, ὅτι ἐκ δεξιῶν μού ἐστιν, ἵνα μὴ σαλευθῶ.

25 ¶ Dauid enim dicit de eo, Proſpiciebam Dominum coram me ſemper: quoniam eſt mihi ad dextrā, ne concutiar.

25 *Dauid enim dicit in eum, Prouidebā Dominū in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi: ne commouear.*

Διὰ τοῦτο εὐφράνθη ἡ καρδία μου, καὶ ἠγαλλιάσατο ἡ γλῶσσά μου· ἔτι δὲ καὶ ἡ σάρξ μου κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι·

26 Propterea oblectatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea: atque adeo caro mea requieſcet in ſpe:

26 *Propter hoc lætatum eſt cor meū & exultauit lingua mea: inſuper & caro mea requieſcet in ſpe:*

Ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν.

27 Quoniam non derelinques animam meā apud inferos, nec ſines Sanctum tuum ſentire corruptionem.

27 *Quoniam non derelinques animam meā in inferno, nec dabis Sanctū tuum videre corruptionem.*

27 Animam meam apud inferos, τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου. Qui propria ſignificatione hoc vocabulum ſunt interpretati, & per inferos intellexerunt locum quem vulgò vocamus *les enfers*, quaſi eò reipſa deſcenderit Spiritus Chriſti, & ita ſuum, quem appellāt, limbum fabricarunt, valde profectò ſunt hallucinati, quum nihil eiuſmodi teſtetur Scriptura: & Deſcēdere ad inferos propriè quidem ſignificet ſepulchro condi, tranſlatitiè verò de iis dicatur qui ſūmis vel animi vel corporis doloribꝰ ita opprimūtur vt ſint vltimo exitio proximi, vt Gen. 37. v. 35, & 42. v. 38. 1. Sam. 2. v. 6, Pſal. 29. v. 4, & 49. v. 15. & alibi paſſim. Nam certè Hebræis שאול idē declarat atque בור & קבר, & שוחת quo vtitur Dauid in altero huius verſiculi membro. Græci ᾅδην verterunt, quaſi tenebroſum locum dicas. Fateor tamen etiam de profundiſſimis illis ſubterraneis locis idem vocabulum interdum dici, quos alibi Scriptura vocat abyſſum, vnde etiam portæ inferorum nominantur Mat. 16. v. 18. & diues ille apud inferos collocatur in ſummo cruciatu, Luc. 18. v. 23. & rogant dæmones ne mittantur in abyſſum, Luc. 8. v. 31. Sed quid quiſque locus ferat diligenter animaduertendum. Dico igitur nunquam prætermiſſuros fuiſſe Euangeliſtas iſtiuſmodi hiſtoriam deſcēſus animæ Chriſti ad inferos, & arbitror (quod cum veterum pace dictum ſit) ſomnia eſſe quæcunque de hac re apud illos commemorantur. Nam neque hic locus eò ſpectat, vt apparet ex verbis ipſius Petri verſ. 29, vbi dūtaxat mortis, ſepulturæ & corruptionis Dauidis meminit: minimè certè prætermiſſurus illos inferos in quibus tandiu derelictus fuerit Dauid, vt plena eſſet illius cum Chriſto comparatio. Et quod attinet ad locū 1. Pet. 3. v. 19, nihil eiuſmodi ibi ſignificari, ſuo loco oſtēdemus. Sed cum errorem auxit quidam nonita pridem mirum in modum, qui auſus eſt ſcribere Chriſti animam verè ad loca illa puniendis reprobis deſtinata perueniſſe, & ibi quoque pœnas noſtris peccatis debitas luiſſe. Nam (inquit) alioqui non erit plena ipſius pro nobis ſatisfactio. Atqui ſi verum hoc eſſet, ne corpori quidem parcendum erat, & totus Chriſtus ad inferos illos erat detrudendus, quum peccati ſtipendium ſit mors æterna, non animæ tantùm reſpectu, ſed etiam corporis. Quid verò quum diceret Chriſtus, Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem, quum ſanguinis grumos ſudaret, quum ſeſe contentiſſima voce quereretur à Deo ſuo derelictum, annon luebat ipſius anima pœnas noſtris peccatis debitas? Sed ad reſti tandem venio. Dico igitur שאול hoc in loco propria ſignificatione accipiendum pro ſepulchro, & ANIMAM MEAM, vel loco pronominis ME accipi, ſicut vulgò dicimus *ma perſonne*: vel pro VITAM MEAM, quæ quodammodo videtur ſepulchro obrui quandiu corpus illic mortuum iacet: vt quod dicit idem Propheta Pſal. 32. v. 19, animā erui à morte, & Pſal. 89. v. 49, erui animam è manu שאול, id eſt ſepulchri, ſit vera huius loci explicatio. Nam ibi quoque Græcus interpres ſic habet, Τίς ἔσται ἄνθρωπος ὃς ζήσεται καὶ οὐ μὴ ὄψηται θάνατον; Denique ſimpliciſſima videtur expoſitio, quum cadauer in ſepulchro deponatur, vt idem quoque dicatur in ſepulchro non deſeri. Neque enim Petrus hic diſputat de animi immortalitate, ſed de corporis reſurrectione, eáque eiuſmodi vt nulla præceſſerit corruptio: quā reſurrectionem Dauid non ſibi (quem conſtat mortuum, ſepultum & in ſepulchro in puluerem redactum fuiſſe) ſed Chriſto tribuit. Ac ne quis cauilletur, me inter iſtas interpretationes veluti fluctuare, animaduertat lector, quācunque iſtarum trium ſequatur, eandem manere ſententiam. VBI autem, id eſt ANIMAM, & pro eo quod vulgò *perſonne* vocamus, & pro VITA non minus frequenter accipi quàm pro altera illa hominis parte, nemo inficiabitur qui fuerit in ſacris libris verſatus. Pro mortuo homine vſurpari negat quidem Caſtellio, atque adeo nomine שאול ſepulchrum ſignificari. Quid enim non audent ſumma impudentia & nullo iudicio homines? Ego verò, & Hebræos & rationē ipſā ſequut⁹, affirmo VBI pro cadauere poni Leuit. 19. v. 17, & 21. v. 1, & v. 11. & Num. 5. v. 2, &

5.v.1,& 9.v.10. Itaq; in priore noſtra editione rectè interpretatus erã, NON DERELINQVES CADAVERMEVM IN SEPVL. quod tamẽ nũc mutaui, vt iis obſequar qui cõqueſti ſunt me à Græcis verbis diſceſſiſſe.

Sines, δώσεις. Heb. תתן: quod etiam accipitur αἰτήσῃ τέρας καὶ οὐκ ὀφεῖ, vt Gen.31.a.7. Vulg. ad verbũ, Dabis. Sanctum tuũ, τὸν ὅσιόν σου. Heb. חסידך quod propriè declarat hominem benignũ ac liberalem. i. Me qui ſum tuus ille SANCTVS. Sentire, ἰδεῖν. Heb. לראות. Vulg. & Eraſ. ad verbũ, Videre. Sed alibi diximus Videre interdũ accipi pro αἰσθάνεσθαι, atque adeo pro πάσχειν, vt Ioh.8.f.51. Corruptionẽ, διαφθορὰν. Græci interpretes rectè omnino hunc locum expreſſerunt. Nam שחת apud Hebræos ideo ſignificat ſepulchrum, quòd corpora corrũpat. Itaque dici quidem poteſt Dominus vidiſſe שאת, vel בור, vel קבר, non autem שחת, niſi ἀνάρσως accipias.

Ἐγνώρισάς μοι ὁδοὺς ζωῆς, πληρώσεις με εὐφροσύνης μετὰ τοῦ προσώπου σου.

28 Notas mihi feciſti vias vitæ, replebis me iucunditate in tui conſpectu.

28 Notas mihi feciſti vias vitæ: replebis me iucunditate cum facie tua.

Ἄνδρες ἀδελφοί, ἐξὸν εἰπεῖν μετὰ παῤῥησίας πρὸς ὑμᾶς περὶ τοῦ πατριάρχου Δαυὶδ, ὅτι καὶ ἐτελεύτησε καὶ ἐτάφη, καὶ τὸ μνῆμα αὐτοῦ ἐστιν ἐν ἡμῖν ἄχρι τῆς ἡμέρας ταύτης.

29 Viri fratres, licet liberè dicere apud vos de patriarcha Dauid, ‖eum & obiiſſe & ſepultũ eſſe, & monimentum eius eſſe apud nos ad hunc vſque diem.

29 Viri fratres, liceat audenter dicere ad vos de patriarcha Dauid, quoniã & defunctus eſt, & ſepultus eſt, & ſepulchrũ eius eſt apud nos uſque in hodiernum diem. 3.Reg.2.b.10 infrà 13.b.36

Προφήτης οὖν ὑπάρχων, καὶ εἰδὼς ὅτι ὅρκῳ ὤμοσεν αὐτῷ ὁ Θεὸς ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ τοῦ κατὰ σάρκα ἀναστήσειν τὸν Χριστὸν, καθίσαι ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ·

30 Propheta igitur quum eſſet, & ſciret ‖Deum iureiurando ſibi iuraſſe, fore vt ex fructu lumbi ipſius, quod ad carnem attinet, Chriſtũ excitaret, quem collocaret ſuper eius throno:

30 Propheta igitur quũ eſſet & ſciret quia iureiurando iuraſſet illi Deus de fructu lũbi eius ſedere ſuper ſedem eius: Pſal.131.c.11

προϊδὼν ἐλάλησε περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ, ὅτι οὐ κατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς ᾅδου, οὐδὲ ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν.

31 Præſcius loquutus eſt de reſurrectione Chriſti, ‖non derelictam eſſe apud inferos animã eius, neque carnem eius ſenſiſſe corruptionem.

31 Prouidens loquutus eſt de reſurrectione Chriſti quia neque derelictus eſt in inferno, neque caro eius uidit corruptionem. Pſal.15.c.10 infrà 13.c.35

Τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ἀνέστησεν ὁ Θεὸς, οὗ πάντες ἡμεῖς ἐσμεν μάρτυρες.

32 Hũc Ieſũ excitauit Deus: cuius rei omnes nos ſumus teſtes.

32 Hunc Ieſum reſuſcitauit Deus, cuius omnes nos eſſes ſumus.

28 Notas mihi feciſti, ἐγνώρισάς μοι. Id eſt, aditum mihi ad verã vitã patefeciſti: me denique feciſti veræ vitæ participem. Nam in hoc dicendi genere, cuius plurima extãt exempla, præſertim in Pſalmis, docere dicitur Deus quos donorum ſuorum participes facit. Replebis me, πληρώσεις με. Heb. שובעני. Itaque ſuſpicor initio fuiſſe ſcriptũ πλήρωσας, vel πληρώσεις δὲ εὐφροσύνης, & pronomẽ με poſtea irrepſiſſe. Itaque μετὰ τοῦ προσώπου σου cõuerti In tui conſpectu.

29 Licet, ἐξὸν. Id eſt ἔξεστι, ex Hebræorum idiotiſmo omnibus noto. Eraſmus autem putauit hoc abſolutè poni, vt fere ſolet apud Atticos. Ideo vertit, Quandoquidem licet, non ſatis cohærente ſententia.

Ad hũc vſque diẽ, ἄχρι τῆς ἡμέρας ταύτης. Prodigioſum eſt tot barbaros & crudeliſſimos hoſtes qui vrbẽ poſtea euerterũt, regio ſepulchro pepercille: & fortaſſis nõ vana eſt eorũ cõiectura qui inſtaurata vrbe putant fuiſſe quoque regũ monimenta renouata. Sed quod ſcribit Ioſephus de immẽſis theſauris tot ſeculis poſt ſepultum Dauidẽ & toties euerſam vrbẽ, primùm ab Hyrcano, deinde ab Herode ex illius ſepulchro erutis, mihi ne veriſimile quidẽ videtur. 30 Iureiurando iuraſſe, ὤμοσεν ὅρκῳ. Hebraicas eiuſmodi repetitiones, quibus etiã interdum Attici vtũtur, alibi annotauimus nõ mediocre põdus addere ſententiæ. Itaque dicitur Dominus iureiurando iuraſſe. i. non ſimpliciter, ſed ſolenni quadã formula & cõceptis verbis, Dauidi promiſiſſe id de quo agitur. Ex fructu lumbi ipſius, ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ. Hebraica veritas Pſalmo 131 habet מפרי בטנך, id eſt ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου, è fructu ventris tui, vt verterunt etiam Græci. Vocant autẽ Hebræi poſteritatẽ fructum ventris. Quod ad carnem attinet Chriſtum excitaturũ, τὸν κατὰ σάρκα ἀναστήσειν τὸν Χριστόν. In Œcumenii ſcholiis & editione Frobeniana legitur ἀναστῆσαι, & ſubiicitur hoc membrum proximè ſequenti, hoc modo videlicet, ὃ ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ κατὰ σάρκα, τοῦτ' ἔστιν αὐτοῦ, τὸν κατὰ σάρκα ἀναστῆσαι τὸν Χριστὸν, προϊδὼν ἐλάλησε. quam lectionem non video cur amplecti nõ liceat, ſi καθίσαι & ἀναστῆσαι ſignificatione futuri accipias, (vt ſunt apud Hebræos frequentes iſtæ permutationes) & ἀναστῆσαι cum participio προϊδὼν coniungas. Certè vt hanc lectionem non improbem duæ cauſæ faciunt, vna, quòd niſi ita legas, videtur diſcerpi teſtimonium ex Pſalmo 131 petitum: altera, quòd verbum ἀναστήσειν videtur melius præſenti argumento quadrare ſi de reſurrectione Chriſti accipiatur, quàm ſi ad Chriſti aduentum referas. Poſtremò ſicut εἰδὼς ad iuſiurandum illud pertinet, ita videtur aliquid deſiderari quod cum participio προϊδὼν connectatur. Scio tamen non deeſſe quæ iſtis opponantur. Videtur enim Petrus cum verſiculo illo 11 Pſalmi 132 coniungere quod ſcriptum eſt 2.Sam.7.b.11. vbi vtitur Propheta verbo נוח, pro quo Græci interpretes verterunt ἀναστήσω. Neque quicquam impedit quominus verbum ἀναστήσει hoc etiam loco de reſurrectione commodè accipiatur: quia tum demum etiam dicitur Chriſtum verè genuiſſe Pater eo die quo illum ſuſcitauit à mortuis, vt interpretatur Paulus ipſe infrà 13.c.33, vt quidem is locus explicari ſolet. Poſtremò participium προϊδὼν commodiſſimè cum iis quæ ſequuntur conſtrui poteſt. Itaque eam lectionem ſum amplexus quam in omnibus vetuſtis codicibus inueni. Notandum eſt tamen, In Vulgata editione totum hoc membrum deeſſe. Sic enim in ea legitur, Quia iureiurando iuraſſet illi Deus de fructu lumbi eius ſedere ſuper ſedem eius: prouidens loquutus eſt. Poſtremò ſciendum eſt, Carnis appellatione ſerui formã intelligi, quam accepit Filius Patri æqualis: id eſt veram hominis naturã, non tamen quatenus corrupta eſt, ſed dũtaxat quatenus res eſt à Deo creata, ex Mariæ ſubſtantia, vt fieret Adam ſecundus è cælo in Spiritum viuificantem.

Quem collocaret, καθίσαι. Heb. להושיב. Vulg. & Eraſ. Sedendi verbo vti maluerunt: ſed mihi quidem videtur verbum actiuum reſpondere verbo הושיב, quo vtitur ipſe Dauid Pſal.131.b.11.

32 Cuius rei, οὗ. Sic placuit interpretari, quaſi videlicet neutro genere ponatur, potius quàm vel ad Chriſtum, vel ad Deum referre: quæ tamen expoſitiones poſſunt etiam conuenire.

Τῇ δεξιᾷ οὖν τοῦ Θεοῦ ὑψωθεὶς, τήν τε ἐπαγγελίαν τοῦ ἁγίου Πνεύματος λαβὼν παρὰ τοῦ πατρὸς, ἐξέχεε τοῦτο ὃ νῦν ὑμεῖς βλέπετε καὶ ἀκούετε.

33 Itaque ᵛdextera Dei euectus, ᵛ& promiſſum Spiritum ſanctum adeptus à Patre, effudit hoc quod vos nunc ſpectatis & auditis.

33 Dextera igitur Dei exaltatus, & promiſſione Spiritus ſancti acceptâ à Patre, effudit hunc quem uos uidetis & auditis.

Οὐ γὰρ Δαυὶδ ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανούς· λέγει δὲ αὐτὸς, Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου,

Psal.109.a.1

34 Neque enim Dauid aſcẽdit in cælos: ſed dicit ipſe, ‖ Dixit Dominus Domino meo, Sede ad dextram meam,

34 Non enim Dauid aſcẽdit in cælum: dicit autem ipſe, Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis.

Ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.

35 Vſquedum ᵛponam inimicos tuos ſcabellum pedũ tuorum.

35 Donec ponam inimicos tuos ſcabellũ pedũ tuorum.

Ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ ὅτι Κύριον καὶ Χριστὸν αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε, τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε.

36 Certò ſciat ergo tota domus Iſrael, hunc ᵛeſſe factum à Deo Dominũ & Chriſtum: ᵛhunc inquam Ieſum quem vos crucifixiſtis.

36 Certiſſimè ſciat ergo omnis domus Iſrael quòd & Dominũ eũ & Chriſtũ fecit Deus, hũc Ieſum quem uos crucifixiſtis.

Ἀκούσαντες δὲ κατενύγησαν τῇ καρδίᾳ, εἶπόν τε πρὸς τὸν Πέτρον καὶ τοὺς λοιποὺς ἀποστόλους, Τί ποιήσομεν ἄνδρες ἀδελφοί;

37 His autem auditis compuncti ſunt corde, & dixerunt ad Petrum ac reliquos Apoſtolos, Quid faciemus viri fratres?

37 His autẽ auditis cõpuncti ſunt corde, et dixerũt ad Petrũ & ad reliquos Apoſtolos, Quid faciemus uiri fratres?

Πέτρος δὲ ἔφη πρὸς αὐτούς, Μετανοήσατε, καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· καὶ λήψεσθε τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

38 Petrus autem ait ad eos, Reſipiſcite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum: & accipietis donũ Spiritus ſancti.

38 Petrus uerò ad illos, Penitentiã (inquit) agite, & baptizetur unuſquiſq; veſtrũ in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionẽ peccatorũ veſtrorum: & accipietis donum Spiritus ſancti.

Ὑμῖν γάρ ἐστιν ἡ ἐπαγγελία καὶ τοῖς τέκνοις ὑμῶν, καὶ πᾶσι τοῖς εἰς μακρὰν, ὅσους ἂν προσκαλέσηται Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν.

39 Vobis enim *facta eſt* ᵛpromiſſio, & liberis veſtris, & omnibus qui lõgè ſũt, quoſcunque videlicet aduocauerit Dominus Deus noſter.

39 Vobis enim eſt repromiſſio, & filijs veſtris, & omnibus qui longè ſunt, quoſcunque aduocauerit Dominus Deus noſter.

Ἑτέροις τε λόγοις πλείοσι διεμαρτύρετο καὶ παρεκάλει, λέγων, Σώθητε ἀπὸ τῆς γενεᾶς τῆς σκολιᾶς ταύτης.

40 Aliiſque ſermonibus plurimis ᵛobteſtabatur, & exhortabatur eos, dicens, ᵛSeruamini ex natione iſta praua.

40 Aliijs etiã uerbis plurimis teſtificatus eſt, & exhortabatur eos, dicens, Saluamini à generatione iſta praua.

Οἱ μὲν οὖν ἀσμένως ἀποδεξάμενοι τὸν λόγον αὐτοῦ, ἐβαπτίσθησαν· καὶ προσετέθησαν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ψυχαὶ ὡσεὶ τρισχίλιαι.

41 Qui ergo libenter exceperũt ſermonem eius, baptizati ſunt. & addita ſunt *Eccleſiæ* die illo ᵛcapita quaſi ter mille.

41 Qui ergo reciperunt ſermonem eius baptizati ſunt. et appoſitæ ſunt in die illa animæ circiter tria millia.

33 Dextera, τῇ δεξιᾷ. Heb. ימין pro virtute ac potentia, vt Pſalmo 44.a.4. Et promiſſum Spiritũ ſanctum adeptus, τὸν τῆς ἐπαγγελίας τοῦ ἁγίου Πνεύματος λαβών. Vulgata & Eraſmus, Promiſſione Spiritus ſancti accepta: quem Hebraiſmum expoſuimus Matth.14.b.15, & ſuprà verſu 24.

35 Ponam, θῶ. Hebraiſmus, pro reddam & efficiam, vt declarauimus Matth.22.d.44.

36 Eſſe factum, εἶναι ἐποίησε. Id eſt, Conſtitutum, & in eam dignitatem euectum: vt ſiquis dicatur rex aut potens imperator factus. Nam Chriſti nomen vt alibi paſſim, ita etiam hoc in loco, Regem à Deo vnctum & deſignatum declarat, vt norint Iudæi Ieſum ideo ſic vocatum quòd reuera talis eſſet. Quòd igitur Arriani hunc etiam locum proferebant vt docerent tempus fuiſſe quo Chriſtus non erat, ſiquidem eum fecit Deus, ita eſt non modò impiè, ſed etiam ineptè dictum, vt ne mereri quidem reſponſum videatur. Nam præterquam quòd in tota hac concione Petrus de Chriſto ſecũdum carnem loquitur, quatenus videlicet mortuus ac ſepultus reſurrexit, & in cælos aſcendit, nimirum ſeſe iſtorum ruditati accommodans, illud etiam conſtat, Faciendi verbum hoc loco non referri ad οὐσίαν, ſed ad ſtatum & dignitatem ſummã, in quã eſt Chriſtus euectus. ſicut deſcribit Apoſtolus Eph.1.v.11, & 4.v.10, & Phil.2.v.9, & 10. Hũc inquam Ieſum, τοῦτον τὸν Ἰησοῦν. In ſuperiore mẽbro fieri poteſt vt redũdet pronomẽ αὐτὸν, ex idiotiſmo Hebræorum. ideo etiã expunxit Eraſmus. Sed quũ poſt εἶναι adſcripta ſit diſtinctio in omnibus codicibus, puto non redundare, & hæc potius per epanalepſin explicanda: cuius exempla annotauimus Iohan.1.c.19, & alibi ſæpe.

39 Promiſſio, ἐπαγγελία. Vel, Pollicitatio. Neque enim deſunt qui inter Polliceri & Promittere hoc diſcrimen ſtatuant, quaſi illud de eo quod vltro promittas, iſtud verò de mutua ſtipulatione dicatur. Eſt autem notanda hæc propria ſignificatio ἐπαγγελίας à doctiſſimo Budæo obſeruata, quæ gratuitum Dei promiſſum declarat. Vulgata & Eraſmus, Repromiſſionem interpretantur, neſcio qua ratione adducti.

40 Obteſtabatur, διεμαρτύρετο. i. Interpoſita Dei authoritate, atq; adeo per ipſius Dei nomẽ, monebat, vt præſcribit Timotheo ſuo Paul° 1.Epiſt.1.b.14. Vulg.& Eraſ. Teſtificatus eſt. i. palã ac apertè teſtatus: quæ ſignificatio videtur hoc quidẽ loco nõ ſatis expreſſa. Seruamini, σώθητε. Hoc eſt quod vulgò dicimus, ſauez vous. Heb. הושעו in Niphal reciproca tranſitione, pro quo Vulgata vertit, Saluamini, barbarè.

41 Capita, ψυχαὶ. Heb. נפשות, id eſt Animæ, vt Vulgata & Eraſmus ad verbum interpretãtur. quod dicendi genus mutauimus, necui imperito errorem obiiceret.

Ἦσαν δὲ προσκαρτεροῦντες τῇ διδαχῇ τῶν ἀποστόλων καὶ τῇ κοινωνίᾳ καὶ τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου καὶ ταῖς προσευχαῖς.

42 Erantque perdurantes in doctrina Apostolorum & communicatione, & fractione panis, & precibus.

42 Erant autem perseuerãtes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis & orationibus.

Ἐγίνετο δὲ παντὶ ψυχῇ φόβος· πολλά τε τέρατα καὶ σημεῖα διὰ τῶν ἀποστόλων ἐγίνετο.

43 Obortus est autem omnibus timor, multáque miracula & signa per Apostolos edebantur.

43 Fiebat autẽ ũni animæ timor: multa quoq; prodigia et signa per Apostolos i Ierusalẽ fiebãt: et metus erat magnus in uniuersis.

Πάντες δὲ οἱ πιστεύοντες ἦσαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ εἶχον ἅπαντα κοινά·

44 Omnes autem qui credebãt, erant eodem loci, & habebant omnia communia:

44 Omnes etiã qui credebãt, erãt pariter, & habebãt omnia communia:

Καὶ τὰ κτήματα καὶ τὰς ὑπάρξεις ἐπίπρασκον, καὶ διεμέριζον αὐτὰ πᾶσι, καθότι ἄν τις χρείαν εἶχε.

45 Et possessiones ac facultates vendebant, & dispertiebant ea omnibus, prout cuique opus erat.

45 Possessiones & substantias uẽdebant, & dividebant illa omnibus, prout cuique opus erat.

Καθ' ἡμέραν τε προσκαρτεροῦντες ὁμοθυμαδὸν ἐν τῷ ἱερῷ, κλῶντές τε κατ' οἶκον ἄρτον, μετελάμβανον τροφῆς ἐν ἀγαλλιάσει καὶ ἀφελότητι καρδίας·

46 Et quotidie perdurantes concorditer in templo, ac frangentes domi panem capiebant cibum cum exultatione & simplicitate cordis:

46 Quotidie quoque perdurãtes unanimiter in tẽplo, & frangentes circa domes panem, sumebant cibum cum exultatione & simplicitate cordis:

42 Et communicatione, καὶ κοινωνίᾳ. Vel Cõmunione. Intelligitur autẽ hoc vocabulo id ipsum quod postea explicat, illa nimirũ facultatum cõmunicatio, & alia mutuæ coniũctionis officia. Sic enim accipitur κοινωνία pro charitate ac liberalitate, Ro. 15. f. 26, & 2. Cor. 9. d. 13, Heb. 13. c. 16. Pro Sacris verò mỹsteriis nusquã legi in Nouo testamento absolutè positũ hoc nomen. Vetus interpres cõuertit, Et cõmunicatione fractionis panis, i. καὶ κοινωνίᾳ κλάσεως τοῦ ἄρτου, quod in nullis Græcis codicibus inueni. Et fractione panis, καὶ κλάσει τοῦ ἄρτου. Nouum genus dicendi in re noua vsurpandũ fuit: Nouũ autem appello, Græcorum ac Latinorũ auribus inauditũ, priusquã Christi Ecclesiæ accenserẽtur. Cæterũm apparet, ex Hebræorũ more, (qui panis appellatione omnem cibum intelligunt, & panibus vtebãtur latioribus ac minus spissis, vt frangerentur potius quàm cultris secarentur) factum esse vt mutuus conuictus, ipsáque adeo conuiuia, quæ vnà agitare solebant, nomine fractionis panis intelligerẽtur. In illis autẽ cõuiuiis quæ Agapæ vocabãt, & quorũ forte fortassis fit mẽtio Iudæ b. 12, solitos etiam fuisse sacrã Domini Cœnã vsurpare, liquet ex iis quæ scribit Paulus 1. Cor. 11, eam consuetudinẽ iã tum conatus emendare, quæ multis corruptelis erat deprauata, qua de re agit Tertullianus in Apologetico, cap. 39.

45 Omnibus, πᾶσι τοῖς. Id est πᾶσι. Ex enim Hebræa synecdoche ac periphrasis, nequis in Animæ nomine aliquid mysterii subesse putet. Vulgata & Erasmus ad verbum, Omni animæ.

44 Eodem loci, ἐπὶ τὸ αὐτό. Vel simul, vt infrà 3. 21. Vulg. Pariter. Eras. Coniunctim. Ego verò cõmunes Ecclesiæ cœtus ita existimo significari, cum mutua in eandem doctrinã cõsensione & summa animorũ cõcordia.

45 Possessiones ac facultates, τὰ κτήματα καὶ τὰς ὑπάρξεις. Quanuis vtroque hoc vocabulo in genere declaretur quicquid quispiã in bonis habet, putò tamen hoc loco ὑπάρξεις vocari mouentia, quæ vocant, bona κτήματα verò τὰ χωρία, id est prædia ac possessiones. Ita enim hoc vocabulum explicatur infrà 5. 2. 1, & 3.

46 Frangentes panẽ, κλῶντες ἄρτον, i. Vescentes: vt paulo antè exposuimus. Quod igitur Græca scholia ex hoc loco elicuẽrt parcè ac frugaliter vixisse, verum quidẽ est, sed non satis solido fundamento nituntur, quũ hæc formula apud Hebræos etiam in solennibus & lautis cõuiuiis vsurpetur, vt Gen. 43. f. 25, & 8. 14, & alibi sæpe.

Domi, κατ' οἶκον. Græca scholia οἶκον interpretantur τὸν ἱερόν. i. templũ quam declarationem non admitto. Nam manifestè opponuntur ἐν τῷ ἱερῷ & κατ' οἶκον, sicut etiam infrà 5. 9. 42. Vulg. Circa domos. i. κατὰ τοὺς οἴκους: quæ expositio non indiget refutatione. Eras. Per singulas domos. quem cur non sequerer, his causis sum adductus. Primùm enim si singulæ domus significarentur, potius scribendum erat κατ' οἴκους, vt infrà 8. 2. 3, & 20. d. 20. quãuis interdũ quoque sic accipiatur κατ', vt Tit. 1. b. 5. Deinde quum (vt antè dixi, & ex 1. Cor. 11 capite, ac veterum scriptis apparet) istis Agapis, i. communibus conuiuiis Cœnam quoque Domini adiungerent, & ista panis fractio (vt mihi quidẽ videtur) non possit diuersa cẽseri ab ea cuius paulo antè facta est mẽtio, quin manifesta vis Lucæ verbis adferatur: sacrilegiũ fuisset, sacrosanctũ illud epulum, quod vnius corporis est symbolum, cum cœnis priuatis confundere. Sic autẽ accipi κατ' non tanquam distributiuũ, sed pro ἐν præpositione, ita vt κατ' οἶκον nihil aliud declaret quàm ἐν οἴκῳ, cui opponitur ἐν τῷ ἱερῷ, liquidò constat ex aliis plurimis exẽplis, vt Rom. 16. 2. 5, & 1. Cor. 16. d. 19, Coloss. 4. d. 15. ad Philem. 2. Quòd si quis hic roget ecquid in vnam domum conuenirent; respondeo, mihi quidem probabile videri, quandiu id facere licuit, in vnam sanè domum conuenisse. quod nõ modò probabile est, sed etiam prorsus apparet ex iis quæ scribuntur infrà 4. c. 23, & f. 31, & 19. b. 9, & 20. b. 7. Item 1. Cor. 11. d. 20. vnde ministerium illud mensatũ, cuius causa initio constituti fuerunt diaconi infrà, cap. 6. Postea verò quum maior iã esset multitudo quàm vt vno in loco cõmodè posset conuenire, non dubito quin vt rite & ordine omnia fierent, Ecclesia in varios cœtus fuerit distributa, vnde ortum Parœciarum nomen. Capiebant cibum, μετελάμβανον τροφῆς. Eras. Inuicem capiebant cibum. Ego verò malim dicere, Vnà capiebãt cibum, siquidẽ libeat præpositionẽ μετὰ ad cõmunem illum victũ referre. Cum exultatione, ἐν ἀγαλλιάσει. Poni ἐν pro σὺν ex Hebræorũ idiotismo, alibi obseruauimus. Sed hæc in quibusdam exẽplaribus construuntur cum verbo μετελάμβανον, in aliis verò cum participio αἰνοῦντες. Et simplicitate cordis, καὶ ἀφελότητι καρδίας. Simplicitatem cordis vocat quæ à Græcis dicitur etiam ἀπλότης, vnde ἁπλοῦς. i. οὐδὲν κρύπτων. sed hæc significatio accommodanda est ad id de quo agitur. Itaque his vocabulis declaratur, omnia inter istos bona fide gesta fuisse initio, nullos fuisse μικροψυχίας, nullas exquisitas delicias, quosuis de suo libenter & alacri animo cum fratribus communicasse: quod Paulus 1. Cor. 9. d. 13, vocat ἀπλότητα κοινωνίας: verè denique fuisse δαῖτας ἐίσας, vt loquitur Homerus. Sed summa ista pax & coniunctio ne in his quidem conuiuiis quibus præerant Apostoli, integra esse potuit, vt apparet infrà ex initio capitis sexti, & iis quæ commemorat Paulus 1. Cor. cap. 11. Sic etiam veterum monachorum cœnobia ab superstitionum & omnium vitiorum lustra mox degenerarunt.

Αἰνοῦντες τὸν Θεὸν, καὶ ἔχοντες χάριν 47 πρὸς ὅλον τὸν λαόν. Ὁ δὲ Κύριος προσετίθει τοὺς σωζομένους καθ' ἡμέραν τῇ ἐκκλησίᾳ.

Κεφάλαιον γ.

ΕΠΙ δὲ αὐτοὺς Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἀνέβαινον εἰς τὸ ἱερὸν ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐνάτην.

Καί τις ἀνὴρ χωλὸς ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ ὑπῆρχεν, ἐβαστάζετο· ὃν ἐτίθουν καθ' ἡμέραν πρὸς τὴν θύραν τοῦ ἱεροῦ τὴν λεγομένην Ὡραίαν, τοῦ αἰτεῖν ἐλεημοσύνην παρὰ τῶν εἰσπορευομένων εἰς τὸ ἱερόν.

Ος ἰδὼν Πέτρον καὶ Ἰωάννην μέλλοντας εἰσιέναι εἰς τὸ ἱερὸν, ἠρώτα ἐλεημοσύνην λαβεῖν.

Ἀτενίσας δὲ Πέτρος εἰς αὐτὸν σὺν τῷ Ἰωάννῃ, εἶπε, Βλέψον εἰς ἡμᾶς.

Ὁ δὲ ἐπεῖχεν αὐτοῖς, προσδοκῶν τι παρ' αὐτῶν λαβεῖν.

Εἶπε δὲ Πέτρος, Ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐχ ὑπάρχει μοι· ὃ δὲ ἔχω, τοῦτό σοι δίδωμι, Ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Ναζωραίου ἔγειρε καὶ περιπάτει.

Καὶ πιάσας αὐτὸν τῆς δεξιᾶς χειρὸς ἤγειρε· παραχρῆμα δὲ ἐστερεώθησαν αὐτοῦ αἱ βάσεις καὶ τὰ σφυδρά.

Καὶ ἐξαλλόμενος ἔστη, καὶ περιεπάτει, καὶ εἰσῆλθε σὺν αὐτοῖς εἰς τὸ ἱερὸν, περιπατῶν καὶ ἀλλόμενος, καὶ αἰνῶν τὸν Θεόν.

47 Laudantes Deum, & habentes gratiam apud totum populum. Dominus autem addebat quotidie Ecclesiæ qui salui fierent.

CAP. III.

1 CAEterùm Petrus & Iohannes simul ascendebant in templum, sub horâ precationis, nempe nonam.

2 Quidam autem vir claudus ab vtero matris suæ, portabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi quæ dicitur Speciosa, vt peteret eleemosynam ab iis qui ingrediebantur in templum.

3 Is quum vidisset Petrum ac Iohannem ingressuros in templum, rogauit vt eleemosynã acciperet.

4 Intentis autem in eum oculis Petrus cum Iohanne, dixit, Aspice ad nos.

5 Ille igitur attendebat eos, sperans se aliquid ab eis accepturum.

6 Petrus autem dixit, Argentum & aurum non est mihi: quod autẽ habeo, hoc tibi do, In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula.

7 Et prehensa manu eius dextera, erexit eum: illico verò cõfirmati sũt pedes ipsius ac malleoli.

8 Et exiliens stetit, & ambulauit, & ingressus est cum eis in templum, ambulans & saliens, & laudans Deum.

47 Collaudantes Deũ, & habentes gratiã ad omnẽ plebem. Dominus autem augebat qui salui fierẽt quotidie in id ipsum.

CAP. III.

1 PEtrus autem & Iohãnes ascendebant in templum ad horam orationis nonam.

2 Et quidã vir qui erat claudus ex vtero matris suæ, baiulabatur: quem ponebãt quotidie ad portam templi, quæ dicitur speciosa, vt peteret eleemosynam ab introeũtibus in templum.

3 Is quum vidisset Petrũ & Iohannem incipientes introire in templum, rogabat vt eleemosynam acciperet.

4 Intuens autem in eum Petrus cum Iohanne, dixit, Respice in nos.

5 At ille intendebat in eos, sperãs se aliquid accepturum ab eis.

6 Petrus autem dixit, Argentum & aurũ non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do, In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula.

7 Et apprehensa manu eius dextera, allevauit eum, & protinus consolidatæ sunt bases eius & plantæ.

8 Et exiliẽs stetit, & ambulabat: & intrauit cum illis in templum ambulãs & exiliens, & laudans Deum.

47 Habentes gratiam, ἔχοντες χάριν. Id est, Grati & accepti populo. Sic Plin. lib. 9. cap. 1, Candor æquè in Fauentinis, sed lanugo nulla: quod apud alios gratiam, apud alios offensionem habet. Ecclesiæ, ἐκκλησίᾳ. Erasmus hoc loco vertit, Congregationi. In plerisque autem Latinæ Veteris editionis codicibus deest hoc nomen, quod tamen in omnibus Græcis inuenio.

IN CAPVT III.

1 Simul, ἐπὶ τὸ αὐτό. Hoc in Vetere editione Latina attexitur superiori capiti, & in duobus etiã Græcis codicibus. Sub horã, ἐπὶ τὴν ὥραν. Sic Thucyd. ἐπὶ φῶς, sub auroræ exortũ. Vulg. & Eras. Ad horã. Nempe nonã, τὴν ἐνάτην. Nisi hoc addas aut aliquid simile, videbuntur horæ minimùm nouem constitutæ ad habendas preces, quum potius significetur horã nonã fuisse precationi consecratã, nẽpe sacrificio vespertino. Neque tamen Apostoli ad sacrificium conueniebant, quum scirent verũ illũ Agnũ qui tollit peccata mũdi, suo sacrificio, Legis vmbras deleuisse: sed aderant potius vt hoc ipsum docerẽt, nẽpe id esse reipsa exhibitũ quod ceremoniæ Legis adũbrarant. Neque tamẽ dubito quin sese quoad eius fieri potuit, Legis ceremoniis accõmodarint, tãtis per dũ infirmos ac rudes Christo lucrifacerent. Sed quorsum hoc ad illorũ errorẽ confirmandũ qui diabolicis blasphemiis non dubitant se polluere, & nihilominus isti impietati charitatem proximi prætexunt?

5 Attendebat, ἐπεῖχεν. Animo nimirum & oculis.

7 Confirmati sunt, ἐστερεώθησαν. Vulg. & Eras. vti maluerunt Consolidãdi verbo, quod videtur Iurisconsultis peculiare, & quidem significatione multum diuersa. Pedes ipsius, αὐτοῦ αἱ βάσεις. Vulg. Bases conuertit. Eras. Plantas. Pollux ex Platone πέλμα interpretatur. Est enim tibia quasi columnæ instar, cui subiicitur pes pro basi. Ac malleoli, καὶ τὰ σφυδρά. Vulg. interpretatur Plantas, id est πελώματα, imperité. Eras. Talos cõuertit, id est ἀστραγάλους, quum hoc vocabulo declarentur τὰ ἀπώτερα τοῦ ποδὸς τὰ ἀστραγάλῳ, καὶ ὃν τελευτῶν ἴδιά χαρτία, id est, extrema illa quæ ad talum desinunt, & ad latera extuberant, processus nimirum illi appendicum ossium quæ tibiam constituunt, quos Græci σφυρὰ, Latini malleolos vocãt, quòd mallei speciem quodammodo repræsentẽt. Nos in vernaculo sermone pedis cauillas (id est clauos) vocamus, quòd in illa vertebra pes vertatur, quæ nisi firma fuerit, gradiri non possis. Castellio crura & talos conuertit: & fateor quidem interdum à parte totum significari, sed tamen non video cur id facere necesse fuerit hoc loco.

Καὶ εἶδεν αὐτὸν πᾶς ὁ λαὸς περιπατοῦντα καὶ αἰνοῦντα τὸν Θεόν.

9 Viditque eum totus populus ambulantem & laudãtem Deum.

9 *Et vidit omnis populus eum ambulantem & laudantem Deum.*

Ἐπεγίνωσκόν τε αὐτὸν ὅτι οὗτος ἦν ὁ πρὸς τὴν ἐλεημοσύνην καθήμενος ἐπὶ τῇ Ὡραίᾳ πύλῃ τοῦ ἱεροῦ· καὶ ἐπλήσθησαν θάμβους καὶ ἐκστάσεως ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι αὐτῷ.

10 Et agnouerunt eum esse qui ad petendam eleemosynam sedebat ad Speciosam portam templi: & impleti sunt pauore & stupore super eo quod ei contigerat.

10 *Cognoscebant autem illum quòd ipse erat qui ad eleemosynam sedebat ad Speciosam portam templi: & impleti sunt stupore & ecstasi in eo quod contigerat illi.*

Κρατοῦντος δὲ τοῦ ἰαθέντος χωλοῦ τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην, συνέδραμε πρὸς αὐτοὺς πᾶς ὁ λαὸς ἐπὶ τῇ στοᾷ τῇ καλουμένῃ Σολομῶντος, ἔκθαμβοι.

11 Quum teneret autem qui sanatus fuerat claudus Petrũ & Iohãnem, cucurrit totus populus ad eos in porticum quæ appellatur Solomonis, expaue factus.

11 *Quũ teneret autem Petrũ & Iohannem, cucurrit omnis populus ad eos ad porticum quæ appellatur Salomonis, stupefactus.*

Ἰδὼν δὲ Πέτρος ἀπεκρίνατο πρὸς τὸν λαόν, Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, τί θαυμάζετε ἐπὶ τούτῳ, ἢ ἡμῖν τί ἀτενίζετε ὡς ἰδίᾳ δυνάμει ἢ εὐσεβείᾳ πεποιηκόσι τοῦ περιπατεῖν αὐτόν;

12 Quo viso Petrus respõdit populo, Viri Israelitæ, quid miramini super hoc? aut quid intẽtos oculos in nos habetis, quasi propria vi aut pietate effecerimus vt hic ambularet?

12 *Videns autem Petrus respondit ad populũ. Viri Israelitæ quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute aut pietate fecerimus hunc ambulare?*

Ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ, ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν ἐδόξασε τὸν παῖδα αὐτοῦ Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς παρεδώκατε, καὶ ἠρνήσασθε αὐτὸν κατὰ πρόσωπον Πιλάτου, κρίναντος ἐκείνου ἀπολύειν.

13 Deus illẽ Abraham & Isaac & Iacob, Deus *inquam* Patrum nostrorum glorificauit Filium suum Iesum, quem vos prodidistis & abnegastis in conspectu Pilati, quum ille iudicasset esse absoluendum.

13 *Deus Abrahã & Deus Isaac & Deus Iacob, Deus patrũ nostrorũ glorificauit Filium suum Iesum, quem nos quidem tradidistis & negastis ante faciem Pilati, iudicante illo dimitti.*

Ὑμεῖς δὲ τὸν ἅγιον καὶ δίκαιον ἠρνήσασθε, καὶ ᾐτήσασθε ἄνδρα φονέα χαρισθῆναι ὑμῖν·

14 Vos autem sanctum illum & iustũ abnegastis, & postulastis homicidam condonari vobis:

14 *Vos autem sanctum & iustum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis:*

Τὸν δὲ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἀπεκτείνατε, ὃν ὁ Θεὸς ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, οὗ ἡμεῖς μάρτυρές ἐσμεν.

15 Principem autẽ vitæ trucidastis, quẽ Deus excitauit à mortuis: cuius *rei* nos testes sumus.

15 *Auctorẽ uerò uitæ interfecistis, quẽ Deus suscitauit à mortuis, cuius nos testes sumus.*

Καὶ ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, τοῦτον ὃν θεωρεῖτε καὶ οἴδατε, ἐστερέωσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ· καὶ ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ ἔδωκεν αὐτῷ τὴν ὁλοκληρίαν ταύτην ἀπέναντι πάντων ὑμῶν.

16 Et per fidem in nomen ipsius, hunc quem conspicitis ac nostis, confirmauit nomen ipsius: fides inquam quæ per ipsum *est*, dedit isti integritatem hanc coram omnibus vobis.

16 *Et in fide nominis eius, hunc quẽ uos uidetis & nostis, confirmauit nomẽ eius: & fides quæ per eũ est, dedit illi integrã sanitatem istam in cõspectu omnium nostrum.*

11 Quum teneret autem qui sanatus fuerat claudus, κρατοῦντος δὲ τοῦ ἰαθέντος χωλοῦ. Sic constanter legitur in omnibus Græcis codicibus quos inspeximus, & apud Œcumenium quoque. Veteris autem editionis codices duobus modis hîc sunt depravati. Alii enim habent, Quũ viderent autẽ, id est ἰδόντες δέ. Alii, Quũ tenerẽt, κρατοῦντες δέ, & totum illud τοῦ ἰαθέντος χωλοῦ prætermittunt. κρατεῖν autem hoc loco non declarat prehendere, sed ita tenere vt tibi elabi non finas. quod arguit, claudum istum vel eorum amore à quibus curatus fuerat, vel fortassis metu ne si eos ex oculis semel amisisset, iterum claudus fieret, ab eorum latere non discessisse.

11 Aut pietate, ἢ ἀνοσίᾳ. In quibusdam exemplaribus Vulgatæ editionis legitur, Aut potestate, id est ἢ ἐξουσίᾳ: quæ lectio non displicet Erasmo, ac ne mihi quidem, quamuis nullius codicis Græci authoritate confirmetur. Neque tamen altera inepta est: sic enim colligebat turba vt Nicodemus, Ioh. 3. a. 2, & cæcus ille ocularissimus, Ioh. 9. f. 31. Peccatores, inquit, Deus non exaudit: sed si quis est θεοσεβὴς, id est Dei cultor, & voluntati eius paret, hunc audit. Quod ne Homerus quidem ignorauit, quum suum Achillem induceret dicentem, Οὐ γάρ μοι δοκέουσι θεοὶ μάλα γ' ἔκλυον αὐτῆς.

14 Cõdonari, χαρίζεσθαι. Alibi χαρίζεσθαι interpretati sumus Gratificari, quoties videlicet cũ casu rei (vt loquũtur) cõstruitur. 15 Principem, ἀρχηγόν. Id est, eum qui vnus dux est ad vitã. Vulg. & Eras. Authorem.

15 16 Et per fidẽ in nomen ipsius, καὶ ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Miror quid hîc venerit in mentem Erasmo doctissimo viro vt nodum in scirpo quæreret. Incertum est (inquit) quid referat αὐτοῦ, & quis sit nominativus verbi ἐστερέωσε, & ὄνομα rectus sit casus an accusativus. Ego verò non video qui vel ambigere possit quisquam quin hæc sit legitima & naturalis horum verborum constructio. Καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐστερέωσε τοῦτον ὃν θεωρεῖτε καὶ οἴδατε· καὶ ἡ πίστις τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Id est, Et nomen ipsius (quẽ scilicet Deus à mortuis exeitauit) istũ quẽ spectatis & nostis, cõfirmauit per fidẽ nominis ipsius. id est, quia fide amplexus est illũ à mortuis excitatũ, cuius nomen ex nobis audiit. Aliæ autẽ duæ interpretationes quas Erasmus affert, non video qua tandẽ ratione possint ex Petri verbis elici. Cæterùm vt planior fit huius loci explicatio, sciendum est τοῦ (quæ particula respondet

literæ Hebræorum ב)idem hic declarare atque διὰ, nimirum instrumentalem causam. Deinde πίστις ὀνόματος passiuè dici fidem quæ habetur ipsius nomini, vt Marci 11.c.22, & Rom.3.c.22. Postremò nomẽ Christi pro Christo ipso poni, sicut Dei nomen pro Deo: quæ periphrasis minimè est otiosa. Ita enim significatur mutua quædam relatio inter Deum & Verbum, cuius prædicatione sese patefacit mundo, vt eam demum fidem esse sciamus quæ est ex Verbi auditu. Fides, inquã, quæ per ipsum est, καὶ ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ. Vt hic locus commodè possit intelligi, conferat lector quæ scripta sunt 1.Pet.1.d.21. Integritatem, ὁλοκληρίαν. Heb. תמים, vt Esa.1.a.6. Opponitur autem corpus integrum vitioso apud Ciceronem lib.de Diuinat.1.& apud Celsum vitiosus sanguis integro. Sic Virgilius, -- vos ô quibus integer ævi Sanguis, ait, solidæque suo stant robore vires. Vnde apud Ciceronem 5.de Finibus, integritas corporis pro valetudine dicitur. Vulgata, Integram sanitatem. Irenæi interpres, Incolumitatem. Nam Græcum Irenæum mihi non contigit videre.

Καὶ νῦν ἀδελφοί, οἶδα ὅτι κατ' ἄγνοιαν ἐπράξατε, ὡσπερ καὶ οἱ ἄρχοντες ὑμῶν.

17 Sed nunc fratres, scio vos per ignorantiam *ista* fecisse, sicut & primores vestros.

17 *Et nũc fratres, scio quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri.*

Ὁ δὲ Θεὸς ἃ προκατήγγειλε διὰ στόματος πάντων τῶν προφητῶν αὐτοῦ παθεῖν τὸν Χριστὸν, ἐπλήρωσεν οὕτω.

18 Deus autem quæ prænũtiauerat per os omnium Prophetarum suorum, Christum passurum, ita impleuit.

18 *Deus autem quæ prænũtiauit per os omnium prophetarum, pati Christum suum, sic impleuit.*

Μετανοήσατε οὖν καὶ ἐπιστρέψατε, εἰς τὸ ἐξαλειφθῆναι ὑμῶν τὰς ἁμαρτίας· ὅπως ἂν ἔλθωσι καιροὶ ἀναψύξεως ἀπὸ προσώπου τοῦ Κυρίου,

19 Resipiscite igitur, & conuertimini, vt deleantur peccata vestra: ᵛ postquam venerint tempora refrigerationis à conspectu Domini,

19 *Pœnitemini igitur & conuertimini, ut deleantur peccata nestra: ut quũ uenerint tempora refrigerij à conspectu Domini,*

Καὶ ἀποστείλῃ τὸν προκεχειρισμένον ὑμῖν Ἰησοῦν Χριστόν·

20 Et miserit ᵛ prænuntiatum vobis Iesum Christum:

20 *Et miserit eum qui prædicatus est nobis, Iesum Christum:*

Ὃν δεῖ οὐρανὸν μὲν δέξασθαι ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως πάντων ὧν ἐλάλησεν ὁ Θεὸς διὰ στόματος πάντων ἁγίων ἀπ' αἰῶνος προφητῶν αὐτοῦ.

21 Quem oportet quidem ᵛ cælo capi, vsque ad tempora restitutionis omnium, ᵛ quæ *tempora* ᵛ prædixit Deus per os omniũ sanctorum suorum à seculo Prophetarum.

21 *Quem oportet quidem cælum recipere usque in tempora restitutionis omnium, de quo loquutus est Deus per os sanctorũ suorũ à seculo Prophetarũ.*

Μωσῆς μὲν γὰρ πρὸς τοὺς πατέρας εἶπεν, Ὅτι προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα ὅσα ἂν λαλήσῃ πρὸς ὑμᾶς.

Deut.18.c.15 infrà 7.c.37

22 Moses etenim ad Patres dixit, ‖Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester ex fratribus vestris, sicut me: audietis eũ in omnibus quæ loquutus fuerit vobis.

22 *Moyses quidem dixit. Quoniã Prophetam suscitabit nobis Dominus Deus nester de fratribꝰ nestris tanquã me. ipsum audietis iuxta omnia quæcũq; loquutus fuerit nobis.*

Ἔσται δὲ πᾶσα ψυχὴ ἥτις ἂν μὴ ἀκούσῃ τοῦ προφήτου ἐκείνου, ἐξολεθρευθήσεται ἐκ τοῦ λαοῦ.

23 Futurum est autem vt quisquis nõ auscultarit Prophetam illum, ᵛ disperdatur è populo.

23 *Erit autem, omnis anima quæ nõ audierit Prophetam illum, exterminabitur de plebe.*

17 Primores, οἱ ἄρχοντες. Vide Luc.23.f.35.

19 Postquam venerint, ὅπως ἂν ἔλθωσιν. Hic locus à plurimis interpretibus mirum est quàm variè sit explicatus. Vetus enim interpres conuertit Vt quum venerint, id est ὅταν ἔλθωσιν, non ὅπως ἄν, vt tradidit Erasmus. Tertullianus, Vt veniant vobis, ὅπως ἔλθωσιν ὑμῖν. Irenæi interpres, Et veniant, καὶ ἔλθωσιν. Erasmus anantapodoton esse putat, aut ὅπως ἂν poni pro Vtcũque. Atqui ὅπως ἂν nihil aliud declarat quàm ἐπειδὰν, id est Postquam: quod idoneorum scriptorum authoritate facilè potest confirmari. Sic enim Herodotus in Clio, ὅπως μὲν οὖν ὁ τῦφος ἐκράτεε ἄρδις, τοιάδε ποιέων διετέλεε τὸν χρόνον τοῦτον. Idem Thalia, ὅπως μὲν δὴ ὑπὸ τοῦ Δυὸς ἔκειτο. Idem eodem libro, ὅπως δ' ἔδεετο Κλεισθένης καὶ ποιέεσθαι ἀπὸ ἑωυτοῦ ζ. Sophocles Tyranno, ὅπως δ' ἐργῶ χρωμένη παρῆλθ' ὅσον. Idem, πάλαι σ' ὅπως ἐσῶν' ὀδηγὸν ἐξηρόμην ἐγώ. Ex quibus exemplis apparet, sicut ὅπως & ὡς sunt synonyma, quando coniunctiones sunt & πολιτῶς ponuntur, sic etiam vtrũque interdum esse temporis aduerbium. Idem igitur declarat ὅπως ἂν hoc loco atque ὡςἂν 1.Cor.11.g.34. vt non possim satis mirari, interpretes tam multos, ac præsertim Erasmum, in hoc loco conuertendo sic potuisse hallucinari.

20 Prænuntiatum, τὸν προκεχειρισμένον. Veteres omnes Græci codices quos vidimus, scriptum habebãt προκεχειρισμένον, id est repræsentatum ac velut expromptum, vel destinatum ac designatum. Sic enim accipitur verbum προχειρίζεσθαι infrà 22.c.14, & huc pertinet quod ait Paulus, Christum fuisse Circuncisionis ministrum.

21 Cælo capi, τὸν οὐρανὸν δέξασθαι. Id est, Cælo contineri. Nam (vt alibi diximus) apud Hebræos vno verbo posito sæpe intelligitur consequens, vt quum ἐξῆλθον pro Venire ponitur, & similia multa quæ suis locis annotauimus. Quòd autem passiuum dicẽdi genus potius quàm actiuum vsurpauerimus, factum est à nobis vt amphibolia omnis vitaretur. Nam operæpretium est in Ecclesia Dei extare perspicuum hoc testimonium, aduersus istos qui pro eo quòd fide ascendendum est nobis in cælos, vt capiti nostro coniungamur, Christi corpus vel iterum è cælo, veluti Iouem quendam Elicium, censent, atque adeo pertinacissimè tuentur nobis euocandum: vel adhuc in terris versari existimant. Ponitur autem δέξασθαι pro ἐλθεῖν: quæ enallage passim occurrit, vt Matth.30.v.34-35, Luc.9.c.22, & 17.c.25, & alibi sæpe. Notandũ etiã est particulæ μὲν non subiici subiũctiuam δῶ, quod rarũ est. Quæ tempora, ὃν. Hæc particula necessariò cohæret vel cum χρόνων, vel cum πάντων: cum isto verò cõiungi nõ potest quin videatur exceptionis vim habere: quasi nõ sint restituẽda omnia, sed quædã dũtaxat quæ prædixit Dominus: quæ sententia cũ verbo Dei nõ cõsentit. Ergo ad χρόνων referẽda est: quod vt planius esset, antecedens ipsum repetii. Prædixit, ἐλάλησεν. Vulg. De quo loquutus est, ἐφ' οὗ ἐλάλησεν. Legimus in vno exẽplari ἀφ' ὧν ἐλάλησεν, de quibus loquutus est. 23 Disperdatur, ἐξολεθρευθήσεται). Id est, Ex populo expungatur. Vulg. & Eras. vti maluerunt verbo Exterminandi, quod respponet ἐξολεθρεύειν.

Καὶ πάντες δὲ οἱ προφῆται ἀπὸ Σα-
μουὴλ καὶ τῶν καθεξῆς, ὅσοι ἐλάλησαν,
καὶ προκατήγγειλαν τὰς ἡμέρας ταύτας.

Ὑμεῖς ἐστε υἱοὶ τῶν προφητῶν, καὶ τῆς
διαθήκης ἧς διέθετο ὁ Θεὸς πρὸς τοὺς
πατέρας ἡμῶν, λέγων πρὸς Ἀβραάμ,
Καὶ τῷ σπέρματί σου ἐνευλογηθήσονται
πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῆς γῆς.

Ὑμῖν πρῶτον ὁ Θεὸς ἀναστήσας τὸν
παῖδα αὐτοῦ Ἰησοῦν, ἀπέστειλεν αὐτὸν εὐ-
λογοῦντα ὑμᾶς, ἐν τῷ ἀποστρέφειν ἕκα-
στον ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν.

Κεφάλαιον δ.

Λαλούντων δὲ αὐτῶν πρὸς τὸν
λαὸν, ἐπέστησαν αὐτοῖς οἱ ἱερεῖς καὶ ὁ
στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ καὶ οἱ Σαδδουκαῖοι,

Διαπονούμενοι διὰ τὸ διδάσκειν αὐτοὺς τὸν λαὸν, καὶ καταγγέλλειν ἐν τῷ Ἰησοῦ τὴν
ἀνάστασιν τὴν ἐκ νεκρῶν.

Καὶ ἐπέβαλον αὐτοῖς τὰς χεῖρας, καὶ ἔθε-
το εἰς τήρησιν εἰς τὴν αὔριον. ἦν γὰρ ἑσπέρα ἤδη.

Πολλοὶ δὲ τῶν ἀκουσάντων τὸν λόγον,
ἐπίστευσαν· καὶ ἐγενήθη ὁ ἀριθμὸς τῶν ἀν-
δρῶν ὡσεὶ χιλιάδες πέντε.

Ἐγένετο δὲ ἐπὶ τὴν αὔριον συναχθῆ-
ναι αὐτῶν τοὺς ἄρχοντας καὶ πρεσβυτέρους
καὶ Γραμματεῖς εἰς Ἰερουσαλήμ·

Καὶ Ἅννας ὁ ἀρχιερεὺς καὶ Καϊάφας
καὶ Ἰωάννης καὶ Ἀλέξανδρος, καὶ ὅσοι ἦσαν
ἐκ γένους ἀρχιερατικοῦ.

14 Sed & omnes Prophetæ à Samuele & iis qui deinceps ſequuti ſunt, quotquot loquuti ſunt, etiã ᵛprænuntiarunt dies iſtos.

15 Vos eſtis ᵛfilii Prophetarum & pacti quod pepigit Deus erga patres noſtros, dicens ad Abraham, ‖Et in ſemine tuo benedictionem conſequentur omnes familiæ terræ.

16 Vobis primùm Deus ᵛexcitatum Filium ſuum Ieſum miſit, qui benediceret vobis, ᵛvnumquenque auertendo ab ipſius ſceleribus.

CAP. IIII.

LOquentibus autem ipſis ad populum, ſuperuenerunt Sacerdotes & ᵛpræfectus templo & Sadducæi:

2 Moleſtè ferentes quòd docerent populũ, & annuntiarent in nomine Ieſu reſurrectionẽ ex mortuis.

3 Et iniecerunt eis manus, poſuerúntq; eos in cuſtodiam in poſterum diem. Nam erat iam veſpera.

4 Multi verò eorum qui audierant ſermonem, crediderunt: & factus eſt numerus virorũ quaſi quinquies mille.

5 Factum eſt autem poſtero die vt cogerẽtur ᵛprimores eorũ & ſeniores & Scribæ in Ieruſalem:

6 Et Annas Põtifex maximᵘ, & Caiaphas & Iohãnes & Alexãder, & quotquot erant ex genere ᵛPontificio.

14 *Et omnes Prophetæ à Samuele, & deinceps qui loquuti ſunt, & annuntiauerunt dies iſtos.*

15 *Vos eſtis filij Prophetarum & teſtamenti quòd diſpoſuit Deus ad patres noſtros, dicẽs ad Abraham, Et in ſemine tuo benedicentur omnes familiæ terræ.* Gen.22.a.3 gal.3.b.8

16 *Vobis primùm Deus ſuſcitatum Filium ſuũ, miſit eum benedicentem nobis, vt conuertat ſe vnuſquiſque à nequitia ſua.*

CAP. IIII.

1 *LOquentibus autem illis ad populum, ſuperuenerunt Sacerdotes & magiſtratus templi & Sadducæi:*

2 *Dolentes quòd docerent populum, & annuntiarent in Ieſu reſurrectionem ex mortuis.*

3 *Et iniecerunt in eos manus, & poſuerunt eos in cuſtodiam in craſtinum. erat enim iã veſpera.*

4 *Multi autem eorum qui audierant verbum, crediderunt: & factus eſt numerus virorũ quaſi quinque millia.*

5 *Factum eſt autem in craſtinum vt congregarentur principes eorum, & ſeniores & Scribæ in Ieruſalem:*

6 *Et Annas princeps ſacerdotũ, & Caiphas, & Iohannes, & Alexander, & quotquot erant de genere ſacerdotali.*

14 Prænuntiarunt, προκατήγγειλαν. Vulgata & Eraſmus, Annuntiarunt, καταγγεῖλαι.

15 Filii Prophetarum ac pacti, υἱοὶ τῶν προφητῶν καὶ τῆς διαθήκης. Id eſt, Ii eſtis quibus peculiariter deſtinati fuerunt Prophetæ, & quibuſcum fœdus eſt ſanctum, ex Hebræorum idiotiſmo quem ſuprà aliquoties annotauimus. Huc pertinet quod ait Paulus Rom. 9.2.4. Sed & propriè accipi poteſt Filiorum nomen, vt dicãtur Iudæi poſteritas eſſe Prophetarum, Abrahami videlicet, Iſaaci & Iacobi: & filii fœderis, id eſt ſemen illud Abrahæ in fœdere comprehenſum: ideo non receſſimus à verbis Lucæ.

16 Excitatum, ἀναστήσας. Id eſt, Exortum & exhibitum mundo, ſi quidem libeat ad Chriſti conceptum referre: vel, excitatum à mortuis, & in regnum ſuum euectum: ad quod tempus Paulus accommodat illud Dauidis, Hodie genui te, Infrà, 13.c.33. Vnumquenque auertendo, ἐν τῷ ἀποστρέφειν ἕκαστον. Vulgata, & Eraſmus, Vt vnuſquiſque ſe conuertat. Sed illa expoſitio mihi quidem viſa eſt minus violenta, & magis accommodata ad id de quo agitur. In quibuſdam codicibus additur ὑμῶν, id eſt vnumquemque veſtrum, & pro πονηριῶν ὑμῶν, legitur πονηριῶν αὐτῶν, quod ſum ſequutus cum Vetere interprete. Vertit enim, A nequitia ſua.

IN CAPVT IIII.

1 Præfectus templo, ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ. Vide Matth. 27.v.64.

5 Primores eorum, αὐτῶν ἄρχοντας. Quicunque iſti fuerint, apparet ex iſto loco diſtinctos fuiſſe à ſenioribus, & Scribis & principibus Sacerdotum. Mihi igitur ſimilis iudicii formam conſideranti Ier.16, videntur הסרים, ἄρχοντες, id eſt primores ſiue principes dici quos poſtea Sanhedrin id eſt συνέδριον vocarũt, qui erant ex tribu Iuda, antequam Herodes crudeliſſimè in Dauidis genus ſæuiret. Seniorum autem nomine intelligo eos ex populo qui authoritate & dignitate pollebant, & vnà cum illis conſidebant in ſolennibus iudiciis. iſtis adiuncti erant Scribæ, quos ibi Ieremias vocat הנבחרים, & Græcus interpres ἐκλεκτούς. Denique in iſto numero recenſentur חכמים id eſt Ἀρχιφῶς, quorum maxima erat authoritas, vt qui concilium cogerent, vt apparet infrà, 5.v.21.

6 Pontificio, ἀρχιερατικοῦ. Vulg. Sacerdotali, nomine nimium generali.

Καὶ στήσαντες αὐτοὺς ἐν τῷ μέσῳ, ἐπυνθάνοντο, Ἐν ποίᾳ δυνάμει ἢ ἐν ποίῳ ὀνόματι ἐποιήσατε τοῦτο ὑμεῖς;

7 Quũ igitur ſtatuiſſent eos in medio, percontati ſunt, Qua potestate aut quo nomine vos hoc feciſtis?

7 *Et ſtatuentes eos in medio, interrogabant. In qua virtute aut in quo nomine feciſtis hoc vos?*

Τότε Πέτρος πλησθεὶς Πνεύματος ἁγίου εἶπε πρὸς αὐτούς, Ἄρχοντες τοῦ λαοῦ, καὶ πρεσβύτεροι τοῦ Ἰσραήλ,

8 Tunc Petrus repletus Spiritu ſancto dixit eis, Primores populi & ſeniores Iſrael,

8 *Tunc repletus Spiritu ſancto Petrus dixit ad eos, Principes populi & ſeniores Iſrael,*

Εἰ ἡμεῖς σήμερον ἀνακρινόμεθα ἐπὶ εὐεργεσίᾳ ἀνθρώπου ἀσθενοῦς, ἐν τίνι οὗτος σέσωσται·

9 Quandoquidem de nobis hodie quæſtio habetur ſuper beneficio in hominem ægrotum collato, quomodo videlicet iſte ſeruatus ſit:

9 *Si nos hodie diiudicamur in benefacto hominis infirmi, in quo iſte ſalvus factus eſt:*

Γνωστὸν ἔστω πᾶσιν ὑμῖν καὶ παντὶ τῷ λαῷ Ἰσραήλ, ὅτι ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Ναζωραίου, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε, ὃν ὁ Θεὸς ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, ἐν τούτῳ οὗτος παρέστηκεν ἐνώπιον ὑμῶν ὑγιής.

10 Notum ſit omnibus vobis & toti populo Iſrael, per nomen Ieſu Chriſti Nazareni, quẽ vos crucifixiſtis, quem Deus excitauit à mortuis, per hoc, inquam, iſtum adſtare in veſtro conſpectu ſanum.

10 *Notum ſit omnibus vobis & omni plebi Iſrael, quia in nomine Ieſu Chriſti Nazareni quẽ vos crucifixiſtis, quem Deus ſuſcitauit à mortuis, in hoc iſte adſtat coram vobis ſanus.*

Οὗτός ἐστιν ὁ λίθος ὁ ἐξουθενηθεὶς ὑφ' ὑμῶν τῶν οἰκοδομούντων, ὁ γενόμενος εἰς κεφαλὴν γωνίας.

Pſal.117.c.22 eſa.28.d.16 mar.21.g.42 act.4.a.10 luc.20.c.17 rom.9.g.33 1.pet.2.d.7

11 Hic eſt lapis ille pro nihilo habitus à vobis ædificantibus, qui factus eſt caput anguli:

11 *Hic eſt lapis qui reprobatus eſt à nobis ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli:*

Καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ἄλλῳ οὐδενὶ ἡ σωτηρία. οὐδὲ γὰρ ὄνομά ἐστιν ἕτερον τὸ δεδομένον ἐν ἀνθρώποις, ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς.

12 Nec eſt in alio quoquam ſalus. nec enim aliud nomen eſt ſub cælo quod datũ ſit inter homines, per quod oporteat nos ſeruari.

12 *Et non eſt in alio aliquo ſalus. nec enim aliud nomen eſt ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſalvos fieri.*

Θεωροῦντες δὲ τὴν τοῦ Πέτρου παρρησίαν καὶ Ἰωάννου, καὶ καταλαβόμενοι ὅτι ἄνθρωποί εἰσιν ἀγράμματοι καὶ ἰδιῶται,

13 Cõſpecta verò Petri ĩ dicẽdo libertate & Iohãnis, cõpertóq; homines eſſe illiteratos & idio-

13 *Videntes autem Petri conſtantiam & Iohannis, comperto quòd homines eſſent ſine literis & idio-*

7 Quo nomine, ἐν ποίῳ ὀνόματι. Id eſt, Qua authoritate.

9 Quandoquidem, ἀνακρινόμεθα. id eſt ἐξετάζομεν, vt rectè interpretantur Græca ſcholia: nempe ſicut apud Hebræos DN ponitur pro כי. Vulg. & Eraſ. Si: quæ particula interdum etiam eſt cauſalis, vt Rom. 11. c. 14. De nobis quæſtio habetur, ἡμεῖς ἀνακρινόμεθα. Vulgata, Diiudicamur, barbarè & obſcurè, in ea ſignificatione quæ hic requiritur. Eraſ. Examinamur: quod verbum paſſiuo genere nuſquam legi. Eſt autem ἀνακρίνεσθαι verbum fórenſe, & in eum dicitur de quo conſtituitur iudicii. Irenæi interpresvertit Redarguimur. Super beneficio in hominem ægrotum collato, ἐπὶ εὐεργεσίᾳ ἀνθρώπου ἀσθενοῦς. Vulg. prorſus barbarè, In benefacto hominis infirmi. Eraſmus, Eo quòd benefecerimus homini infirmo ſenſu ſic quoque rectè expreſſo. Quomodo, ἐν τίνι. Vel, (vt Eraſmus) Qua ratione. Sic apud Hebræos accipitur מבו, vt Pſalmo 119. 9. de quo aliquid diximus Matth. capite 5. verſu 13.

10 Per hoc, inquam, ἐν τούτῳ. Per hoc videlicet nomen. Eraſmus, Per hunc: eodem quidem ſenſu, ſed tamen ſine cauſa diſcedens à Græcis. Nam τούτῳ videtur neceſſariò referendum ad ὀνόματι.

11 Aliud nomen, ὄνομα ἕτερον. Id eſt, Aliud, vel alia vis cuiuſquam ſiue authoritas. Ortum eſt autem hoc dicendi genus Hebræis perfamiliare, ex eo quòd in periculis ac votis appellari ſoleant ii à quibus opem ac præſidium expectamus. Sub cælo, ὑπὸ τὸν οὐρανόν. Id eſt vſpiam. Neque enim hoc loco Cælum opponitur terræ, quaſi in cælo ſint alii præter Chriſtũ deprecatores, in terra verò non item: ſed Heb. eſt pleonaſmus cuius tamen hic videtur peculiaris quædam eſſe energia. Ita enim ſignificat Petrus imperii Chriſti amplitudinem: & partim Iudæorum qui templo ſuo addicti erant, partim aliarum gentium ſuperſtitioſos cultus reprehendit. Deeſt tamen hoc in nonnullis codicibus, & in Œcumenii ſcholiis. Quod datũ ſit, τὸ δεδομένον. Id eſt ὁ δέδοται. alioqui videtur prorſus redundare articulus, & ſic etiam legimus apud Irenæum. Participium autem δεδομένον non accipio tranſlatitiè pro auditum, (vt placuit Eraſmo) ſed propria ſignificatione, vt ſubaudiatur ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, à Deo. Huc enim pertinet quod ſcriptũ eſt Ioh. 5. b. 16: & Petrum oportuit, quum Chriſtum pro vnico Seruatore proponeret, ad Deum vſque aſſurgere, ne docere Iudæos videretur expectandam ab homine ſalutem. Sed tamen Petrus, Chriſti ipſius exemplo, ita ſeſe iſtorum ruditati accommodat vt illius diuinitatem videatur non aliter aſſerere quàm ex conſequenti. Quum enim dixiſſet in eo vno poſitam eſſe omnium ſalutem, cauſam addit, quia Deus per eum vnum ſeruat: ex quo rurſus conſequitur, eundem Chriſtum Deum eſſe: quum ſcriptum ſit, Gloriam meam alteri non dabo. Sed in hanc diſputationem Petrus non ingreditur, quòd nondum haberet idoneos iſtis myſteriis auditores. Inter homines, ἐν τοῖς ἀνθρώποις. Hebr. באדם, id hominibus, vt rectè conuertit Vetus interpres, & Irenæus quoque lib. 3. cap. 12, ſicut infrà, 7. 44, ἐν τοῖς πατράσιν non aliud declarat quàm παράλ. Inter homines (inquit Eraſmus) additur ob Moſen cui fidebant Iudæi. At ego non puto Iudæos ita fuiſſe corruptis iudiciis vt à Moſe ſalutem expectarint. Quòd ſiquis excipiat per Moſen intelligi legem à Moſe traditam, reſpondeo, hanc declarationem magis etiam ineptam videri. Neque enim hîc propriè agitur de Chriſti doctrina, quaſi cum Lege aut cum traditionibus Phariſæorum comparetur, ſed de ipſa Chriſti (vt ita dicam) perſona, per quem vnum Deus homines ſeruet.

13 Idiotæ, ἰδιῶται. Hoc Græco epitheto propriè ſignificantur homines plebeii & viles, quos Græci πε

πλέους etiam vocant. Iam verò quia eiusmodi homines fere indocti sunt & rerum imperiti, idcirco factum est vt idiotæ dicantur, qui minimè ingenioſi sunt aut intelligentes: cuius translationis exempla passim apud Ciceronem occurrũt. Lucianus dialog. De luctu, Ὁ πολὺς ὅμιλος, ὡς ἰδιώτας αἰσχρὸν καλεῖν. Iudæi scriptores corrupto Græco vocabulo הדיוטות vocant, quibus opponitur מומחה, id est homo authoritate præditus.

ἐθαύμαζον, ἐπεγίνωσκόν τε αὐτοὺς ὅτι σὺν τῷ Ἰησοῦ ἦσαν.

tas, admirabantur, & agnoſcebant eos cum Ieſu fuiſſe.

tas, admirabantur, & agnoſcebant eos quoniam cum Ieſu fuerant.

Τὸν τε ἄνθρωπον βλέποντες σὺν αὐτοῖς ἑστῶτα τὸν τεθεραπευμένον, οὐδὲν εἶχον ἀντειπεῖν.

14 Illum verò videntes ſtantem cum eis qui ſanatus fuerat, nihil poterant cõtradicere.

14 Hominem quoque videntes ſtantem cum eis qui curatus fuerat, nihil poterant contradicere.

Κελεύσαντες δὲ αὐτοὺς ἔξω τοῦ συνεδρίου ἀπελθεῖν, συνέβαλλον πρὸς ἀλλήλους,

15 Iuſſis autem ipſis extra concilium abire, conferebant inter ſe,

15 Iuſſerunt autem eos foras extra concilium ſedere, & conferebant ad inuicem.

Λέγοντες, Τί ποιήσομεν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις; ὅτι μὲν γὰρ γνωστὸν σημεῖον γέγονε δι' αὐτῶν, πᾶσι τοῖς κατοικοῦσιν Ἰερουσαλὴμ φανερόν ἐστι, καὶ οὐ δυνάμεθα ἀρνήσασθαι.

16 Dicentes, Quid faciemus hominibus iſtis? nam conſpicuum ſignum editum eſſe per eos, manifeſtum eſt omnibus habitãtibus in Hieruſalem, nec poſſumus negare:

16 Dicentes, Quid faciemus hominibus iſtis? quoniam quidem notum ſignum factum eſt per eos, omnibus habitantibus Ieruſalem manifeſtum eſt, & non poſſumus negare:

Ἀλλ' ἵνα μὴ ἐπὶ πλεῖον διανεμηθῇ εἰς τὸν λαόν, ἀπειλῇ ἀπειλησώμεθα αὐτοῖς μηκέτι λαλεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ μηδενὶ ἀνθρώπων.

17 Sed ne id amplius ſerpat in populum, minaciter interminemur eis ne poſthac vlli hominum loquantur in nomine iſto.

17 Sed ne amplius diuulgetur in populum, comminemur eis ne vltrà loquantur in nomine hoc vlli hominum.

Καὶ καλέσαντες αὐτοὺς παρήγγειλαν αὐτοῖς ὅλως μὴ φθέγγεσθαι μηδὲ διδάσκειν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ.

18 Itaque vocatis ipſis, denuntiarunt ne omnino loquerentur vel docerent in nomine Ieſu.

18 Et vocantes eos, denuntiauerunt ne omnino loquerentur neque docerent in nomine Ieſu.

Ὁ δὲ Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἀποκριθέντες πρὸς αὐτοὺς εἶπον, Εἰ δίκαιόν ἐστιν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν ἀκούειν μᾶλλον ἢ τοῦ Θεοῦ, κρίνατε.

19 Petrus autem & Iohannes reſpondẽtes dixerunt eis, An apud Deum iuſtum ſit vobis potius auſcultare quàm Deo, iudicate.

19 Petrus verò & Ioannes reſpondentes dixerunt ad eos, Si iuſtum eſt in conſpectu Dei nos potius audire quàm Deum, iudicate.

Οὐ δυνάμεθα γὰρ ἡμεῖς ἃ εἴδαμεν καὶ ἠκούσαμεν, μὴ λαλεῖν.

20 Non enim poſſumus quæ vidimus & audiuimus, nõ loqui.

20 Non enim poſſumus quæ vidimus & audiuimus non loqui.

Οἱ δὲ προσαπειλησάμενοι ἀπέλυσαν αὐτούς, μηδὲν εὑρίσκοντες τὸ πῶς κολάσωσιν αὐτούς, διὰ τὸν λαόν· ὅτι πάντες ἐδόξαζον τὸν Θεὸν ἐπὶ τῷ γεγονότι.

21 Illi verò non inuenientes quomodo punirent eos, additis minis eos dimiſerunt, propter populum, quia omnes glorificabant Deum ſuper eo quod factum fuerat.

21 At illi comminantes, dimiſerunt eos, non inuenientes quomodo punirẽt eos, propter populũ, quia omnes clarificabant id quod factum fuerat, in eo quod acciderat.

Ἐτῶν γὰρ ἦν πλείονων τεσσαράκοντα ὁ ἄνθρωπος ἐφ' ὃν ἐγεγόνει τὸ σημεῖον τοῦτο τῆς ἰάσεως.

22 Annorum enim erat amplius quadraginta homo ille in quo editum fuerat ſignum iſtud ſanationis.

22 Annorũ enim erat amplius quadraginta homo in quo factum fuerat ſignum iſtud ſanitatis.

Ἀπολυθέντες δὲ ἦλθον πρὸς τοὺς ἰδίους, καὶ ἀπήγγειλαν ὅσα πρὸς αὐτοὺς οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι εἶπον.

23 Dimiſſi autem *illi* venerunt ad ſuos, & annuntiauerũt quæ principes Sacerdotũ & ſeniores ipſis dixerant.

23 Dimiſſi autem venerũt ad ſuos, & annuntiauerunt eiquãtas ad eos principes Sacerdotum & ſeniores dixiſſent.

Οἱ δὲ ἀκούσαντες, ὁμοθυμαδὸν ἦραν φωνὴν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ εἶπαν, Δέσποτα

24 Iſti verò quũ hæc audiſſent, cõcorditer ſuſtulerunt vocem ad Deũ, dixerúntque, Domi-

24 Qui quũ audiſſẽt, vnanimiter leuauerunt vocẽ ad Deũ, & dixerunt, Domine,

5 11 Non inuenientes quomodo, μηδὲν εὑρίσκοντες πῶς. Id eſt, μὴ εὑρίσκοντες πῶς. Poſitum enim eſt nomen μηδὲν aduerbii loco propter ſequentem articulum, quem quidem ſolet hic noſter peculiari pleonaſmo vſurpare, vt Euang. 9. f. 46, & 11. a. 1, & 4.

24 Domine, tu es Deus ille qui feciſti, Δέσποτα, σὺ ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας. In vno exemplari ſcriptum eſt, Κύριε, ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ ποιήσας, Domine, tu es Deus ille noſter qui feciſti.

τα, σὺ ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς·

Ὁ τοῦ στόματος Δαβὶδ τοῦ παιδός σου εἰπών, Ἱνατί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά;

Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ.

Συνήχθησαν γὰρ ἐπ' ἀληθείας ἐπὶ τὸν ἅγιον παῖδά σου Ἰησοῦν ὃν ἔχρισας, Ἡρῴδης τε καὶ Πόντιος Πιλᾶτος σὺν ἔθνεσι καὶ λαοῖς Ἰσραήλ,

Ποιῆσαι ὅσα ἡ χείρ σου καὶ ἡ βουλή σου προώρισε γενέσθαι.

Καὶ τὰ νῦν Κύριε ἔπιδε ἐπὶ τὰς ἀπειλὰς αὐτῶν, καὶ δὸς τοῖς δούλοις σου μετὰ παρρησίας πάσης λαλεῖν τὸν λόγον σου,

Ἐν τῷ τὴν χεῖρά σου ἐκτείνειν σε εἰς ἴασιν, καὶ σημεῖα καὶ τέρατα γίνεσθαι διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ ἁγίου παιδός σου Ἰησοῦ.

Καὶ δεηθέντων αὐτῶν ἐσαλεύθη ὁ τόπος ἐν ᾧ ἦσαν συνηγμένοι· καὶ ἐπλήσθησαν ἅπαντες Πνεύματος ἁγίου, καὶ ἐλάλουν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ μετὰ παρρησίας.

Τοῦ δὲ πλήθους τῶν πιστευσάντων ἦν ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία·

ne, tu es Deus ille qui feciſti cælum ac terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt:

Qui per os Dauid pueri tui dixiſti, ‖ Cur fremuerunt Gentes & populi meditati ſunt inania?

Adſtiterũt reges terræ, & principes coacti ſunt eodem loci aduerſus Dominum, & Chriſtũ eius.

Coacti ſunt enim verè aduerſus ſanctum Filium tuum Ieſum quem vnxiſti, Herodes & Pontius Pilatus cum Gentibus & populis Iſrael.

Vt facerent quæcunque manus tua, & conſilium tuum prius definierat facienda.

Núc igitur Domine intuere in minas eorum, & da ſeruis tuis vt cum omni libertate loquantur ſermonem tuum,

Manu tua à te extenſa ad ſanandum, atque ſigna & miracula edantur per nomen ſancti Filii tui Ieſu.

Quum autem precati eſſent, commotus eſt locus in quo erant coacti: & repleti ſunt omnes Spiritu ſãcto, & loquuti ſũt ſermonem Dei cum libertate.

Multitudinis autẽ eorũ qui crediderãt, erat cor & anima vna:

ne, tu es Deus qui feciſti cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt:

Qui Spiritu ſancto per os patris noſtri Dauid pueri tui dixiſti, Quare fremuerũt Gẽtes, & populi meditati ſũt inania?

Adſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius.

Cõcenerunt enim uerè in ciuitate iſta aduerſus ſanctum puerum tuũ Ieſum, quem unxiſti, Herodes & Põtius Pilatus, cũ Gẽtibus & populis Iſrael,

Facere quæ manus tua & conſilium decreuerũt fieri.

Et nunc Domine reſpice in minas eorum, & da ſeruis tuis cũ omni fiducia loqui uerbum tuum,

In eo quòd manum tuã extendas ad ſanitates, & ſignis & prodigijs fieri per nomen ſancti Filij tui Ieſu.

Et quum oraſſent, mota eſt locus in quo erant cõgregati, & repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, & loquebantur uerbum Dei cum fiducia.

Multitudinis autẽ credẽtiũ erat cor & anima una:

25 Qui per os Dauid pueri tui dixiſti, ὁ διὰ πνεύματος ἁγίου διὰ τοῦ στόματος τοῦ πατρὸς ἡμῶν Δαβὶδ τοῦ παιδός σου εἰπών. Vulgata & Ireneus, Qui Spiritu ſancto per os patris noſtri Dauid pueri tui dixiſti, ὁ τοῦ πνεύματος ἁγίου διὰ τοῦ στόματος ἡμῶν Δαβὶδ τοῦ παιδός σου εἰπών: quam lectionem reperimus in nonnullis codicibus Græcis, ſed perturbatam, vt mihi quidẽ videatur neſcio quid hoc loco infartum à Macedonianis aut Eunomianis.

27 Verè, ἐπ' ἀληθείας, ποιῶ. Vetus interpres addit In ciuitate iſta, ἐν τῇ πόλει ταύτῃ: quod etiam reperimus in quinque Græcis exemplaribus. Et populis Iſrael, καὶ λαοῖς Ἰσραήλ. Heb. עם ישראל. Nam etſi plerunque ſingulari numero populus Iſrael dicantur Iſraelitæ, tamen interdum quoque pluralis numerus vſurparur, non modò propter tribus, quarum ſingulæ veluti populum quendam diſtinctũ conſtituebant, vt precatus eſt Iſaac Iacobo, Gen. 28. a. 3, & Deus ipſe eidem dicitur pollicitus, Gen. 48. a. 4, ſed etiam propter ingentem multitudinem: quaſi plures ſimul gentes coiſſent, vt Iud. 5. b. 14.

28 Vt facerent, ποιῆσαι. Referendũ eſt verbum ποιῆσαι non ad conſilia & voluntates Herodis & Pilati, ſed ad ipſorum conſiliorum euentum: habenda denique ratio non operis illorum, qui ſcelerati fuerunt homicidæ & profani veritatis hoſtes, ſed operis Dei, quod illi nihil tale cogitantes peragebant. Hæc autem diſtinctio rectè obſeruata, moderatis omnibus ingeniis ſatisfaciet, vt Dei conſilium ac decretum à præſcientia nunquam ſeparent, & tamen ſcelerum culpam totam in ſecundis cauſis, diabolo videlicet & homine, conſiſtere. Sic Deus indurat Pharaonẽ, ſic rex Aſſur eſt ſerra quã agitat Dominꝰ, ſic Abſalomo Deus tradidit patris uxores, ſic decẽ tribuũ rebellionẽ Deus ſuum opus vocat, ſic impii à quibus exagitatur Dauid, ſunt Dei manus, ſic Caiaphas prophetauit, ſic denique omnia fiunt vi propoſiti Dei, iuxta voluntatis ipſius decretum, Eph. 1. b. 11. Manus tua, ἡ χείρ σου. Heb. יד. Id eſt, Tu pro tua poteſtate tuóque iure. Sic paulo pòſt manum vocat ipſius δύναμιν in edendis ſignis ac prodigiis. Verbum autem προορίζειν Vetus interpres hoc loco interpretatur Decernere: quod nõ videtur ſatis expreſſum, quia negligitur præpoſitio προ: ex qua intelligitur Dei decretum ac propoſitum cæteras omnes cauſas etiam ordine autegredi.

30 Manu tua à te extenſa, ἐν τῷ τὴν χεῖρά σου ἐκτείνειν σε. Vulg. barbarè & obſcurè, In eò quòd manũ tuam extendas. Eraſ. rectè & dilucidè expreſſa ſententia, Manum tuam porrigendo. Malui tamen actiuum dicendi genus in paſſiuum mutare, vt in interpretando nullum vocabulum deperiret.

31 Erat, ἦν. Auguſtinus Epiſtola octaua ad Lætum, quam exiſtimat Eraſmus Paulino potius tribuendam, legit, Erat in Deum, id eſt ἐν τῷ θεῷ: quam lectionem maximè amplecterer ſi accederet alicuius codicis authoritas: mallem tamen interpretari In Deo, quàm in Deum, vt ſignificetur Deum eſſe huius coniunctionis vinculum: ſicut monet Apoſtolus Phil. 4. a. 1, ἐν κυρίῳ, id eſt vt idem ſentiamus, ſed ἐν Κυρίῳ: quod tamen etiamſi non addatur hoc loco, per ſe ſatis intelligitur, quum de iis agatur qui crediderant.

χῆ ἴδιόν τι εἶναι τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ, ἀλλ' ἦν αὐτοῖς ἅπαντα κοινά.

33 Καὶ μεγάλῃ δυνάμει ἀπεδίδουν οἱ ἀπόστολοι τὸ μαρτύριον τῆς ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ· χάρις τε μεγάλη ἦν ἐπὶ πάντας αὐτούς.

34 Οὐδὲ γὰρ ἐνδεής τις ὑπῆρχεν ἐν αὐτοῖς. ὅσοι γὰρ κτήτορες χωρίων ἢ οἰκιῶν ὑπῆρχον, πωλοῦντες ἔφερον τὰς τιμὰς τῶν πιπρασκομένων·

35 Καὶ ἐτίθουν παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων· διεδίδοτο δὲ ἑκάστῳ καθότι αὐτοῦ χρείαν εἶχεν.

36 Ἰωσῆς δὲ ὁ ἐπικληθεὶς Βαρνάβας ὑπὸ τῶν ἀποστόλων (ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, υἱὸς παρακλήσεως) Λευίτης, Κύπριος τῷ γένει,

37 Ὑπάρχοντος αὐτῷ ἀγροῦ, πωλήσας ἤνεγκε τὸ χρῆμα, καὶ ἔθηκε παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων.

Κεφάλαιον ε.

1 ΑΝὴρ δέ τις Ἀνανίας ὀνόματι, σὺν Σαπφείρῃ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ ἐπώλησε κτῆμα·

2 Καὶ ἐνοσφίσατο ἀπὸ τῆς τιμῆς, συνειδυίας καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ· καὶ ἐνέγκας μέρος τι, παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων ἔθηκεν.

3 Εἶπε δὲ Πέτρος, Ἀνανία, διατί ἐπλήρωσεν ὁ Σατανᾶς τὸ καρδίαν σου, ψεύσασθαί σε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ νοσφίσασθαι ἀπὸ τῆς τιμῆς τοῦ χωρίου;

nec quisquã aliquid eorũ quæ habebat, suum esse dicebat, sed erant eis omnia cõmunia.

33 Et Apostoli magna vi edebant testimonium resurrectionis Domini Iesu: & gratia magna erat super eos omnes.

34 Nullus enim erat egens inter eos. quotquot enim erant possessores agrorum aut domorum, vẽdentes adferebant pretia eorũ quæ vendita fuerãt:

35 Et deponebant ad pedes Apostolorum. distribuebatur autem hoc singulis prout cuique opus erat.

36 Ioses ergo qui cognominatus est Barnabas ab Apostolis (quod est, si interpreteris, filius cõsolationis) Leuites, Cyprius genere,

37 Quum haberet agrum, vendidit eum, & attulit pecuniã, deposuitque ad pedes Apostolorum.

CAP. V.

1 VIr autem quidam nomine Ananias, cum Sapphira vxore sua vẽdidit, possessionem:

2 Et interuertit *aliquid* ex pretio, conscia etiã vxore sua: allatámque partem aliquam, ad pedes Apostolorum depositit.

3 Dixit autem Petrus, Anania, cur impleuit Satanas cor tuum vt mentireris *in* Spiritum sanctũ, & interuerteres ex pretio istius prædii?

nec quisquam eorum quæ possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erãt illis omnia communia.

33 Et virtute magna reddebãt Apostoli testimoniũ resurrectionis Iesu Christi Domini, & gratia magna erat in omnibus illis.

34 Neque enim quisquam egẽs erat inter illos. quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant, vẽdẽtes adferebant pretia eorũ quæ vẽdebãt:

35 Et ponebant ante pedes Apostolorum. dimidebantur autem singulis prout cuique opus erat.

36 Ioseph autẽ qui cognominatus est Barnabas ab Apostolis (quod est interpretatũ, filius consolationis) Leuites, Cyprius genere,

37 Quũ haberet agrũ, vẽdidit eũ, & attulit pretiũ, & posuit ante pedes Apostolorum.

CAP. V.

1 VIr autem quidam nomine Ananias, cum Sapphira vxore sua vendidit agrum:

2 Et fraudauit de pretio agri, conscia vxore sua: & adferens partem quãdam, ad pedes Apostolorum posuit.

3 Dixit autem Petrus, Anania, cur tentauit Satanas cor tuũ, mentiri te Spiritui sancto, & fraudare de pretio agri?

36 Ioses igitur, Ἰωσῆς δέ. In vno codice scriptum erat Ἰωσήφ: quemadmodum etiam legit Vetus interpres. Cæterùm quod ad Barnabæ cognomentum attinet, qui sunt Chaldaicæ linguæ periti, deriuant à בר, quod est filius, & נבא, quod est anima, quasi dicas, qui animam reficit.

38 Pecuniam, τὸ χρῆμα. Heb. כסף: quum Græci plurali numero χρήματα dicant. Vulg. & Eras. Pretium, id est ἀργύριον, vt infrà, 5. a. 2.

IN CAPVT V.

1 Interuertit, ἐνοσφίσατο. Vel, Auertit. Significat autem vtrunque hoc verbum callidè quidpiam surripere, & quasi efficere ne quippiam ad Dominum perueniat, aut ab illius oculis remouere. Græci idem dicunt verbo νοσφίζεσθαι, diuersa tamen translationis ratione, quia videlicet quod furatur quispiam, id solet sibi seponere ac recondere: vt hoc loco Ananias & Sapphira, quum hoc prædium Domino consecrassent, postea per sacrilegium partem pretii sepposuerunt, ne in Ecclesiæ conspectum veniret: quod tamen dissimulabant, ita vt ad sacrilegium etiam accederet diffidentia & hypocrisis. Vulgata, Fraudauit: quod non conuenit huic loco. Erasmus, Sepposuit: propriè id quidem, nisi νοσφίζεσθαι translatitia significatione aliquid amplius significaret, pro quo Latini auertere aut interuertere dicunt, seponere non item.

3 Impleuit, ἐπλήρωσεν. Id est, Prorsus occupauit. Nam omnis abundantia Hebræis significatur verbo מלא, vt Psal. 83. c. 17, Imple facies eorum ignominia. & Iob 8. d. 21, Donec compleatur risu os tuum, & os tuum exultatione. Vulgata, Tentauit. Nam pro ἐπλήρωσεν legit ἐπείρασεν. Vt mentireris *in* Spiritum sanctum, ψεύσασθαί σε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Quia vsus est Lucas quarto casu, non tertio, idcirco possit etiam aliquis interpretari, Vt falleres (vel vt ludificareris) Spiritum sanctum. Sed tamen quia paulo pòst vsurpatur tertius casus, & apud Hebræos reperio ista interdum confundi, (vnde orta illa dicendi genera, Benedico te, Euangelizo te, quæ Græci theologi ab Hebræis, & ab illis rursum Latini sumpserunt) puto hunc versiculum explicandum ex eo qui proximè consequitur, quum præsertim, vtrouis modo explices, eadem maneat sententia. Cur tamen mallem vertere In Spiritum sanctum quàm Spiritui sancto, hanc causam habui quòd in vno codice scriptum

reperi εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Altera interpretatio quam adfert Eraſmus, quaſi ψεύσασθαι accipi poſſit pro ſimulare, mihi non placet. Quanuis enim iſti inſignes eſſent hypocritæ, tamen ex iis quæ ſequuntur, apparet Petrum multo grauioris ſceleris eos accuſare, nempe quòd quum Spiritus ſancti impulſu prædium illud totum conſecraſſent Eccleſiæ, poſteaquam non dubitaſſent partem pretii interuertere, & quidem ea ſpe quaſi ſibi non cum Deo, ſed cum hominibus eſſet negotium, qui hoc ſacrilegium non poſſent redarguere. Id enim eſt quod Petrus vocat, Spiritui ſancto (id eſt Deo) mentiri, non hominibus: & paulo pòſt, Tentare Spiritum Domini. Iſtius prædii τὸ χωρίον Vel, Agri. Sed hoc poſterius eſt ambiguæ ſignificationis.

Οὐχὶ μένον σοι ἔμενε, καὶ πραθὲν ἐν τῇ σῇ ἐξουσίᾳ ὑπῆρχε; Τί ὅτι ἔθου ἐν τῇ καρδίᾳ σου τὸ πρᾶγμα τοῦτο; οὐκ ἐψεύσω ἀνθρώποις, ἀλλὰ τῷ Θεῷ.

4 Nónne ſi ſeruaſſes, manebat tibi, & venundatum in tua erat poteſtate? quid *erat* cur induceres in animũ rem iſtã? nõ es mẽtitus hominibus, ſed Deo.

4 *Nónne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat poteſtate? quare poſuiſti in corde tuo hanc rẽ? Non es mentitus hominibus, ſed Deo.*

Ακούων δὲ Ανανίας τοὺς λόγους τούτους, πεσὼν ἐξέψυξε· καὶ ἐγένετο φόβος μέγας ἐπὶ πάντας τοὺς ἀκούοντας ταῦτα.

5 Audiẽs autẽ Ananias hos ſermones, cecidit, & animã efflauit. Et obortus eſt timor magn⁹ omnibus qui hæc audiebant.

5 *Audiens autem Ananias hæc uerba, cecidit, & expirauit: & factus eſt timor magnus ſuper omnes qui audierunt.*

Ανασταντες δὲ οἱ νεώτεροι συνέστειλαν αὐτόν, καὶ ἐξενέγκαντες ἔθαψαν.

6 Surgentes autem iuuenes corripuerunt eum, elatúmque ſepelierunt.

6 *Surgentes autem iuuenes amouerunt eum, & efferentes ſepelierunt.*

Εγένετο δὲ ὡς ὡρῶν τριῶν διάστημα, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ μὴ εἰδυῖα τὸ γεγονὸς εἰσῆλθεν.

7 Interceſſit autem ferme horarum trium interuallum, quũ vxor quoq; ipſius, neſciẽs quod factum fuerat, ingreſſa eſt.

7 *Factum eſt autem quaſi horarum trium ſpatium, & uxor ipſius neſciens quod factum fuerat, introiuit.*

Απεκρίθη δὲ αὐτῇ ὁ Πέτρος, Εἰπέ μοι εἰ τοσούτου τὸ χωρίον ἀπέδοσθε. Η δὲ εἶπε, Ναί, τοσούτου.

8 Dixit autem ei Petrus, Dic mihi, num tanti prædium vendidiſtis? Ipſa verò dixit, Etiam, tanti.

8 *Reſpondit autem ei Petrus, Dic mihi, ſi tanti agrum uendidiſtis? At illa dixit, Etiam, tanti.*

Ο δὲ Πέτρος εἶπε πρὸς αὐτήν, Τί ὅτι συνεφωνήθη ὑμῖν πειράσαι τὸ Πνεῦμα Κυρίου; ἰδοὺ οἱ πόδες τῶν θαψάντων τὸν ἄνδρα σου, ἐπὶ τῇ θύρᾳ, καὶ ἐξοίσουσί σε.

9 Petrus autẽ dixit ei, Quid eſt cur cõuenerit ĩter vos vt tẽtare tis Spiritũ Domini? ecce, pedes eorũ qui ſepelierũt virũ tuũ, ad oſtium *adſunt*, & efferent te.

9 *Petrus autem ad eam, Quid utique conuenit uobis, tentare Spiritũ Domini? ecce pedes eorum qui ſepelierunt uirum tuũ, ad oſtium, & efferent te.*

Επεσε δὲ παραχρῆμα παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ ἐξέψυξεν. εἰσελθόντες δὲ οἱ νεανίσκοι εὗρον αὐτὴν νεκράν, καὶ ἐξενέγκαντες ἔθαψαν πρὸς τὸν ἄνδρα αὐτῆς.

10 Illico verò cecidit ad pedes eius, & animam efflauit. ingreſſi autem iuuenes inuenerunt eam mortuam, & elatam ſepelierunt iuxta virum ſuum.

10 *Conſeſtim cecidit ante pedes eius, & expirauit: introeuntes autem iuuenes inuenerũt illã mortuam, & extulerunt, & ſepelierunt ad uirum ſuum.*

Καὶ ἐγένετο φόβος μέγας ἐφ' ὅλην τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς ἀκούοντας ταῦτα.

11 Et obortus eſt timor magnus toti Eccleſiæ, & omnibus, qui hæc audiebant.

11 *Et factus eſt timor magnus in uniuerſa Eccleſia, & in omnes qui audierunt hæc.*

Διὰ δὲ τῶν χειρῶν τῶν ἀποστόλων ἐγίνετο σημεῖα καὶ τέρατα ἐν τῷ λαῷ πολλά· (καὶ ἦσαν ὁμοθυμαδὸν ἅπαντες ἐν τῇ στοᾷ Σολομῶντος.

12 Per manus autem Apoſtolorum edebantur ſigna & miracula multa in populo: (& erãt concorditer omnes in porticu Solomonis.

12 *Per manus autem Apoſtolorum fiebant ſigna & prodigia multa in plebe: (& erant unanimiter omnes in porticu Solomonis.*

Τῶν δὲ λοιπῶν οὐδεὶς ἐτόλμα κολλᾶσθαι αὐτοῖς· ἀλλ' ἐμεγάλυνεν αὐτοὺς ὁ λαός.

13 Reliquorum autem nemo audebat ipſis adhærere: ſed magnificabat eos populus.

13 *Cæterorum autem nemo audebat ſe coniungere illis, ſed magnificabat eos populus.*

Μᾶλλον δὲ προσετίθετο πιστεύοντες τῷ Κυρίῳ, πλήθη ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν)

14 Magis autem accreſcebat multitudo credẽtiũ ĩ Domino, virorum ſimul ac mulierum)

14 *Magis autem augebatur credentiũ in Domino multitudo virorũ ac mulierũ)*

4 Si ſeruaſſes, manebat tibi, μένον σοι ἔμενε. Vulg. ad verbum, Manens tibi manebat: quem Hebraiſmum tanquam hoc loco obſcuriorem quum illuſtrare vellet Eraſmus, conuertit, Nónne prorſus tibi manebat? Atqui τὸ μένον & τὸ πραθὲν puto potius opponi: quæ antitheſis fuit explicanda.

9 Vt tentaretis ſpiritum Dominimi πειράσαι τὸ Πνεῦμα Κυρίου? Notandum eſt diligenter hoc dicendi genus, profanis quidem ſcriptoribus ignotum, ſed dignum de quo ſemper cogitent filii Dei. Nam quoties mala conſcientia fit aliquid, toties homines in ſeipſos ſententiam ferunt, & quantum in ſe eſt, Deum ad iram prouocant, quaſi deinduſtria volentes periculum facere an ſit iuſtus & omnipotens.

13 Magnificabat, ἐμεγάλυνεν. Id eſt, Magnis laudibus efferebat. Vide Luc. 1. c. 46.

14 Accreſcebat, &c. προσετίθετο, &c. Hic nonnihil à Græcis defleximus neceſſariò, ve perſpicuitati ſtuderemus. Ad verbum, Magis autem adiiciebantur credentes Domino.

Ωστε κὰτ τὰς πλατείας ἐκφέρειν τοὺς ἀσθενεῖς, καὶ τιθέναι ἐπὶ κλινῶν καὶ κραβάττων, ἵνα ἐρχομένου Πέτρου κἂν ἡ σκιὰ ἐπισκιάσῃ τινὶ αὐτῶν.

15 Adeo vt in plateas efferrent ægrotos, & ponerent in lectis ac grabatis: vt venientis Petri vel vmbra inumbraret aliquē eorum.

15 Ita ut in plateas eijcerent infirmos, & ponerēt in lectulis ac grabatis, ut ueniente Petro saltem umbra illius obūbraret quenquam illorum.

Συνήρχετο δὲ καὶ τὸ πλῆθος τῶν πέριξ πόλεων εἰς Ἰερουσαλήμ, φέροντες ἀσθενεῖς καὶ ὀχλουμένους ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων· οἵτινες ἐθεραπεύοντο ἅπαντες.

16 Conueniebat autem etiam vulgus vicinarum vrbium in Hierusalem, adducens ægrotos ac vexatos à spiritibus impuris: qui sanabantur omnes.

16 Conuenirebat autem & multitudo uicinarum ciuitatum Ierusalē, adferentes ægros & uexatos à spiritibus immundis: qui curabantur omnes.

Ἀναστὰς δὲ ὁ Ἀρχιερεὺς καὶ πάντες οἱ σὺν αὐτῷ, ἥ ἐστιν αἵρεσις τῶν Σαδδουκαίων, ἐπλήσθησαν ζήλου.

17 Exurgens autem Pontifex maximus, & omnes qui cum eo erant, quæ est secta Sadducæorum, repleti sunt inuidia.

17 Exurgens autem princeps Sacerdotum & omnes qui cum illo erant, quæ est hæresis Sadducæorū, repleti sunt zelo.

Καὶ ἐπέβαλον τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους, καὶ ἔθεντο αὐτοὺς ἐν τηρήσει δημοσίᾳ.

18 Et iniecerunt manus in Apostolos, posuerúntque eos in custodia publica.

18 Et iniecerunt manus in Apostolos, & posuerunt eos in custodia publica.

Ἄγγελος δὲ Κυρίου διὰ τῆς νυκτὸς ἀνοίξας τὰς θύρας τῆς φυλακῆς, ἐξαγαγών τε αὐτοὺς εἶπε,

19 Sed Angelus Domini per noctem aperuit fores carceris, eductísque illis, dixit,

19 Angelus autem Domini per noctem aperiens ianuas carceris, & educens eos, dixit,

Πορεύεσθε, καὶ σταθέντες λαλεῖτε ἐν τῷ ἱερῷ τῷ λαῷ πάντα τὰ ῥήματα τῆς ζωῆς ταύτης.

20 Ite, & stantes loquimini populo in templo omnia verba vitæ huius.

20 Ite, & stantes loquimini in templo plebi omnia uerba uitæ huius.

Ἀκούσαντες δὲ εἰσῆλθον ἀπὸ τοῦ ὄρθρου εἰς τὸ ἱερόν, καὶ ἐδίδασκον. Παραγενόμενος δὲ ὁ Ἀρχιερεὺς καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, συνεκάλεσαν τὸ συνέδριον καὶ πᾶσαν τὴν γερουσίαν τῶν υἱῶν Ἰσραήλ· καὶ ἀπέστειλαν εἰς τὸ δεσμωτήριον, ἀχθῆναι αὐτούς.

21 *Illi* verò quum hæc audissent, introierunt sub diluculum in templum, & docebant. Aduenies autem Pontifex maximus, & qui cum eo *erant*, conuocauerunt concilium & vniuersum senatū filiorum Israel: misérúntque in carcerem *ministros* à quibus illi adducerentur.

21 Qui quum audissent, introierunt diluculo in templum, & docebant. Aduenientes autem princeps Sacerdotum & qui cum eo erant, cōuocauerunt cōcilium & omnes seniores filiorū Israel: & miserunt ad carcerem ut adducerentur.

Οἱ δὲ ὑπηρέται παραγενόμενοι οὐχ εὗρον αὐτοὺς ἐν τῇ φυλακῇ· ἀναστρέψαντες δὲ ἀπήγγειλαν,

22 Quum autem veniſſent miniſtri, non inuenerunt eos in cárcere: quod reuerſi annuntiauerunt,

22 Quū autem uenissent ministri, & aperto carcere non inuenissent illos, reuersi nuntiauerunt,

Λέγοντες, Ὅτι τὸ μὲν δεσμωτήριον εὕρομεν κεκλεισμένον ἐν πάσῃ ἀσφαλείᾳ, καὶ τοὺς φύλακας ἑστῶτας πρὸ τῶν θυρῶν· ἀνοίξαντες δὲ, ἔσω οὐδένα εὕρομεν.

23 Dicētes, Carcerem quidem inuenimus clauſum quamtutiſſimē, & cuſtodes extrà ſtātes ante fores: quum aperuiſſemus autem, neminem intus inuenimus.

23 Dicentes, Carcerē quidē inuenimus clausum cum omni diligentia, & custodes stantes ante ianuas: aperientes autem, neminem intus inuenimus.

Ὡς δὲ ἤκουσαν τοὺς λόγους τούτους ὅ τε

24 Vt verò audierūt hos ſermo-

24 Vt autē audierūt hos ſer

15 Adeo vt in plateas, ἅστε κὰτ τὰς πλατείας. In vno codice legimus ὥστε καὶ εἰς τὰς πλατείας, adeo vt etiam in plateas. Idque rectius, vt opinor.

16 Ac vexatos, ὀχλουμένους. Vide Luc. 6. c. 18.

17 Secta, αἵρεσις. Non dubium eſt quin hoc vocabulum propriè declaret electionem. inde factum vt pro eo accipèretur quod Latini ſectam vocant, id eſt (vt definit Cicero) pro certa quadam diſciplinæ formula, factione, ſtudio, ratione vitæ: fuitque initio vocabulum hoc μέσον, vt pleraque alia, ſed tandem nonniſi in vitio poni cœpit: vnde hæreticus dicitur qui à recepta ſana doctrina ita aberrat vt contempto Dei & Eccleſiæ ipſius iudicio, in ſententia permaneat, & Eccleſiæ concordiā violet. Inuidia, ζήλου: id eſt φθόνου, vel præpoſtera æmulatione atque adeo zelotypia Legis. Vide Ioh. 1. c. 17.

10 Stantes, σταθέντες. Eiuſmodi participia ſæpe apud Hebræos redundant. Hoc autem loco putarim hoc participium cohærere cum ἐν τῷ ἱερῷ, vt hoc ſit quod vernaculo ſermone dicimus, Vous trouuerez au temple.

Verba vitæ huius, τὰ ῥήματα τῆς ζωῆς ταύτης. Id eſt, verba quibus annuntiatur quæ ſit ad ſalutem via, vt Ioh. 6. g. 68. Sed ſanè præter morem additur pronomen ταύτης, vtpote quod quum adiungitur vocabulo Vitæ, non æternam ſed præſentem potius vitam declarat, vt 1. Cor. 15. c. 17. Itaque non deſunt qui hæc explicent per hypallagen, quaſi ſcriptum ſit ῥήματα τῆς ζωῆς ταύτης, hæc verba vitæ: quæ hypallage apud Hebræos interdum reperitur, vt 2. Sam. 22. 4, קשת גבורים חתים, id eſt, arcus fortium fractorum, pro קשת גבורים חתה, id eſt arcus fortium fractus. Sic etiam Exodi 25, עורת אלים מאדמים, id eſt, pelles arietum rubro tinctorum, pro pelles arietum rubro tinctas.

21 Miſerunt *miniſtros*, ἀπέστειλαν. Vide Matth. 2. b. 16.

ἱερεὺς καὶ ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ καὶ οἱ Ἀρχιερεῖς, διηπόρουν περὶ αὐτῶν, τί ἂν γένοιτο τοῦτο.

Παραγενόμενος δέ τις ἀπήγγειλεν αὐτοῖς, λέγων, Ὅτι ἰδοὺ, οἱ ἄνδρες οὓς ἔθεσθε ἐν τῇ φυλακῇ, εἰσὶν ἐν τῷ ἱερῷ ἑστῶτες, καὶ διδάσκοντες τὸν λαόν.

Τότε ἀπελθὼν ὁ στρατηγὸς σὺν τοῖς ὑπηρέταις, ἤγαγεν αὐτοὺς, οὐ μετὰ βίας. (ἐφοβοῦντο γὰρ τὸν λαὸν ἵνα μὴ λιθασθῶσιν)

Ἀγαγόντες δὲ αὐτοὺς ἔστησαν ἐν τῷ συνεδρίῳ. καὶ ἐπηρώτησεν αὐτοὺς ὁ Ἀρχιερεὺς,

Λέγων, Οὐ παραγγελίᾳ παρηγείλαμεν ὑμῖν μὴ διδάσκειν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ; καὶ ἰδοὺ, πεπληρώκατε τὴν Ἱερουσαλὴμ τῆς διδαχῆς ὑμῶν, καὶ βούλεσθε ἐπαγαγεῖν ἐφ' ἡμᾶς τὸ αἷμα τοῦ ἀνθρώπου τούτου.

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος καὶ οἱ ἀπόστολοι εἶπον, Πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις.

Ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν ἤγειρεν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς διεχειρίσασθε κρεμάσαντες ἐπὶ ξύλου.

Τοῦτον ὁ Θεὸς ἀρχηγὸν καὶ σωτῆρα ὕψωσε τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ, δοῦναι μετάνοιαν τῷ Ἰσραὴλ καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.

Καὶ ἡμεῖς ἐσμεν αὐτοῦ μάρτυρες τῶν ῥημάτων τούτων· καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, ὃ ἔδωκεν ὁ Θεὸς τοῖς πειθαρχοῦσιν αὐτῷ.

Οἱ δὲ ἀκούσαντες διεπρίοντο, καὶ ἐβουλεύοντο ἀνελεῖν αὐτούς.

nes & Pontifex & præfectus templo, principésque Sacerdotum, ambigebant de illis quónam hoc euasurum esset.

15 Adueniens autem quidam nuntiauit eis, Ecce, viri quos coniecistis in carcerem, stant in templo, & docent populum.

16 Tunc præfectus abiens cum ministris, adduxit eos, non tamen per vim. (timebant enim populum ne lapidarentur)

17 Et adductos eos statuerũt in cõcilio. Tunc interrogauit eos Pontifex maximus,

18 Dicens, Nónne etiã atque etiam denuntiauimus vobis ne doceretis in nomine isto? & ecce, repleuistis Hierusalẽ doctrina vestra, & vultis super nos inducere effusum sanguinẽ hominis istius.

19 Respondens autem Petrus & Apostoli dixerunt, Obedire oportet Deo potius quàm hominibus.

30 Deus Patrum nostrorũ excitauit Iesum, quem vos interfecistis suspensum in ligno.

31 Hunc inquam Deus dextra sua euectũ constituit principé ac seruatorẽ, vt det resipiscẽtiã Israeli & remissionẽ peccatorũ.

31 Et nos sumus ei testes horum quæ dicimus: atque etiam Spiritus sanctus, quem dedit Deus iis qui obediunt ipsi.

33 At illi his auditis frendebant, & consilium inibant eos interimendi.

manes magistratus templi, & principes Sacerdotum, ambigebant de illis quidnam fieret.

15 *Aduenies autem quidam nuntiauit eis. Ecce, viri quos posuistis in carcerem, sunt in templo stantes, & docentes populum.*

16 *Tũc abijt magistratus cũ ministris, & adduxit illos sine vlla timebãt enim populum ne lapidarẽtur)*

17 *Et quũ adduxissent illos, statuerunt in concilio. Et interrogauit eos princeps Sacerdotum.*

18 *Dicens, Præcipiendo præcepimus vobis ne doceretis i nomine isto: & ecce repletis Ierusalẽ doctrina vestra, & vultis inducere super nos sanguinem hominis istius.*

19 *Respondens autem Petrus & Apostoli dixerũt, Obedire oportet Deo magis quàm hominibus.*

30 *Deus patrum nostrorũ suscitauit Iesum, quẽ vos interemistis suspendentes in ligno.*

31 *Hũc principem & salvatorem Deus exaltauit dextera sua, ad dandam pœnitentiam Israeli & remissionem peccatorum.*

31 *Et nos sumus testes horũ verborũ, & Spiritus sanctus, quem dedit Deus omnibus obedientibus sibi.*

33 *Hæc quum audissent, dissecabantur, & cogitabant interficere illos.*

14 Pontifex, ὁ Ἀρχιερεύς. Hoc prætermisit Vetus interpres. Erasmus autẽ vertit Sacerdos, ὁ ἱερεύς, sicut in plerisque codicibus legitur, & apud Œcumeniũ quoque. sed in Cõplutensi editione rectius legitur ὁ ἀρχιερεύς.

16 Non tamen per vim, οὐ μετὰ βίας. Addidimus particulam aduersatiuam, de cuius eclipsi diximus Mat. 2.a.6. alioquin erit in hac oratione manifestum anantapodoton, cuius simile exemplum extat Rom. 8.c.11.

18 Nónne, οὐχί. Id est οὐχί. Sic sæpenumero cõuertimus hanc particulam, quòd alioquin interrogatio non satis sentiatur nisi ex pronuntiatione. Etiam atque etiam denuntiauimus, διαστειλάμενοι παρηγγείλαμεν. Vulg. ad verbum, Præcipiendo præcepimus: quem Hebraismum, vt obscuriorem, Erasmus illustrauit. Effusum sanguinem, τὸ αἷμα. Id est cædem, vt exposuimus Matth. 27.c.24.

19 Potius quàm, μᾶλλον ἤ. Vulg. & Eras. Magis quàm. Atqui in hac specie ne tantillum quidem cõcedendum est hominibus. Vide Iohan. 3.c.19.

31 Hunc inquam Deus, &c. τοῦτον ὁ Θεὸς, &c. Vetus interpres & Erasmus ita explicant hunc locum quasi τοῦτον prorsus cohæreat cum ἀρχηγὸν & σωτῆρα, quum potius hæc sint accipienda perinde acsi dictum esset ὁ Θεὸς ὕψωσε τοῦτον τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ εἰς ἀρχηγὸν καὶ σωτῆρα: id est ad verbum, Deus dextera sua hunc extulit in principem ac seruatorẽ. Quod vt intelligi commodius posset, mutaui verborum collocationẽ, nulla (vt opinor) sensus iniuria: deinde pro ὕψωσε conuerti euectum cõstituit, quasi scriptum sit ὑψώσατο εἰς, siue κατέστησεν, fretus eiusdem Petri authoritate, qui hanc eandem sententiam sic expressit suprà 2.f.36. ex quo demum loco didici hunc locũ ita esse explicandum.

33 Frendebant, διεπρίοντο. Vulg. & Eras. Dissecabantur: quod verbum nusquam legi vsurpatum hac significatione. Declarat autem dicti eorum gestum qui præ rabie dentibus stridentes, veluti si quis serram trahat. Interimendi, τοῦ ἀνελεῖν. Hoc verò eis iure non licebat, quum capitalia iudicia essent eis adempta. Itaque non de eis iudicio puniẽdis, sed aperta vi potius interimendis cogitabant, quod impediuit Gamaliel. Ac proinde seruanda est propria significatio verbi ἀναιρῶ, de qua diximus Luc. 22.a.2.

Ανασὰς δέ τις ἐν τῷ συνεδρίῳ Φαρισαῖος, ὀνόματι Γαμαλιὴλ, νομοδιδάσκαλος τίμιος παντὶ τῷ λαῷ, ἐκέλευσεν ἔξω βραχύ τι τοὺς ἀποστόλους ποιῆσαι.

34 Surgens autem in concilio quidam Phariſæus, nomine Gamaliel, Legis doctor, quem totus populus in pretio habebat, iuſſit vt pauliſper abducerent foras Apoſtolos.

34 *Surgens autem quidã in concilio Phariſeus, nomine Gamaliel, Legis doctor honorabilis vniuerſæ plebi, iuſſit paſsillũ foras Apoſtolos fieri.*

Εἶπέ τε πρὸς αὐτούς, Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, προσέχετε ἑαυτοῖς ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις τούτοις, τί μέλλετε πράσσειν.

35 Et dixit illis, Viri Iſraelitæ, attendite vobis ipſis quod ad iſtos homines attinet quid facturi ſitis.

35 *Dixitque ad illos, Viri Iſraelitæ, attendite vobis ſuper hominib⁹ iſtis quid acturi ſitis.*

Πρὸ γὰρ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀνέστη Θευδᾶς, λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν, ᾧ προσεκλίθη ἀριθμὸς ἀνδρῶν ὡσεὶ τετρακοσίων· ὃς ἀνῃρέθη, καὶ πάντες ὅσοι ἐπείθοντο αὐτῷ, διελύθησαν, καὶ ἐγένοντο εἰς οὐδέν.

36 Nam ante hæc tempora exortus eſt Theudas, dicens ſe aliquem eſſe, cui adhæſit numerus virorum circiter quadringentorum: qui interẽptus eſt, & omnes qui aſſenſi ſunt ei, diſſoluti ſunt, & ad nihilũ redacti.

36 *Ante hos enim dies extitit Theudas, dicens ſe eſſe aliquem, cui conſenſit numerus virorũ circiter quadringentorum, qui occiſus eſt, & omnes quicũque credebant ei diſſipati ſunt, & redacti ad nihilum.*

Μετὰ τοῦτον ἀνέστη Ἰούδας ὁ Γαλιλαῖος ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἀπογραφῆς, καὶ ἀπέστησε λαὸν ἱκανὸν ὀπίσω αὐτοῦ· κἀκεῖνος ἀπώλετο, καὶ πάντες ὅσοι ἐπείθοντο αὐτῷ, διεσκορπίσθησαν.

37 Poſt hunc exortus eſt Iudas ille Galilæus temporibus deſcriptionis, & auertit populum multum poſt ſe: periit & ille, & omnes qui aſſenſi fuerant ei, diſperſi ſunt.

37 *Poſt hunc extitit Iudas Galilæus in diebus profeſſionis, & auertit populũ poſt ſe: & ipſe periit, & omnes quotquot conſenſerũt ei diſperſi ſunt.*

Καὶ τὰ νῦν λέγω ὑμῖν, ἀπόστητε ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων τούτων, καὶ ἐάσατε αὐτούς· ὅτι ἐὰν ᾖ ἐξ ἀνθρώπων ἡ βουλὴ αὕτη ἢ τὸ ἔργον τοῦτο, καταλυθήσεται·

38 Et nunc dico vobis, abſtinete ab hominibus iſtis, & ſinite eos: quoniam ſi eſt ex hominibus conſilium ſiue opus hoc, diſſoluetur:

38 *Et nunc dico vobis, diſcedite ab hominibus iſtis, & ſinite illos: quoniam ſi eſt ex hominibus conſilium hoc aut opus, diſſolueter.*

36 Nam ante hæc tempora exortus eſt Theudas, πρὸ γὰρ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀνέστη Θευδᾶς. Cur tẽpora maluerim interpretari quàm dies, non tantùm hæc cauſa eſt quia vſitatum eſt Hebræis Dies vocare quoduis tempus quo dictum ſit aliquid aut factum: ſed etiam quia puto hiſtoriam non prorſus recentem hoc loco commemorari. Nam aut ego vehementer fallor, aut magnopere hallucinatus eſt Euſebius libro Eccleſiaſt. hiſtoriæ ſecundo, quum ad hunc locum accommodaret quæ Ioſephus libri antiquitatum 20. cap. 2, de quodam magO Theuda commemorat. idque ita eſſe non admodum difficile fuerit intelligere. Teſtatur enim Ioſephus hunc Theudam exortum ſimul & extinctum fuiſſe Cuſpio Fado Iudææ adminiſtrante. Atqui hunc Fadũ conſtat Iudææ præfuiſſe quum poſt Agrippæ mortem iterum in prouinciam eſſet redacta, anno videlicet Claudii quarto. Supereſt ergo vt vel hæc poſt Agrippæ mortem à Gamaliele dicta ſint, vel de aliõ Theuda accipiantur. Poſt mortem autem Agrippæ hæc geſta non eſſe, declarat totius hiſtoriæ ſeries, quum infrà demum capite duodecimo, ſub Herodis nomine mors illius horrenda commemoretur, Paulo iam non modò reuerſo ex Arabia, vbi triennium prædicarat, ſed etiam Tarſum profecto, & inde à Barnaba Antiochiam deducto, vbi conſtituta iam erat Eccleſia. Ergo (vt paucis abſoluam) quum hæc acciderint longè ante Fadum præſidem, ſub quo Theudam illum extitiſſe narrat Ioſephus, imò verò (vt ego quidẽ exiſtimo) etiam ante Agrippæ regnum, qui ſeptem annis regnauit ſub Caligula & Claudio: relinquitur, Theudæ iſtius nondum exorti non potuiſſe mentionem hoc tempore fieri à Gamaliele. Deinde quum alterum ſubiiciatur exemplum Iudæ illius qui fuit tempore deſcriptionis, (id eſt, vel quum naſceretur Dominus, vel potius decennio pòſt, quum Archelao pulſo in exilium, Iudæa primùm redigeretur in prouinciæ) qua tandem ratione Gamaliel in tam paucis exemplis temporum ſeriem confunderet? Denique cur Iudam diceret poſt illum Theudam extitiſſe, qui tamen tot annis prior fuerit? Nam certè μετὰ τοῦτον non poteſt accipi pro Præterea, quin violenta ſit expoſitio: ad quam non eſt neceſſe nos confugere, ſi (quod veriſſimum eſſe ex ſuperioribus rationibus apparet) Theudam hunc Gamalielis, à Theuda Ioſephi, vt quadraginta minimùm annis antiquiorem, diſtinxerimus. Quòd ſiquid aſſequi poſſum coniectura, putarim hanc hiſtoriam referri ad ea tempora quibus Iudæam ſcribit Ioſephus lib. Antiquitatum 17. cap. 11, innumeris ſeditionibus fuiſſe exagitatam, quas ægrè Varus, Sabino ab obſidione liberato, compeſcuerit. Incidunt autem hæc in id tempus quo poſt Herodis Magni mortẽm veluti interregnum in Iudæa fuit, Archelao Romam profecto vt ex patris teſtamento regnum impetraret: quo tempore Dominus noſter Ieſus Chriſtus in Ægypto exulabat. Nam deſcriptio hæc, cuius tempore exortus eſt Iudas Gaulonites, incidit in id demum tempus quo redacta eſt Iudæa in prouinciæ formam, pulſo videlicet Archelao Herodis Magni filio, & Chriſto minimùm annos decem nato. Origenes certè contra Celſum libro primo, hunc ipſum Theudam facit Chriſto antiquiorem, in eo planè me cum faciens quòd hunc à Ioſephi Theuda diſtinguat. Se eſſe aliquem, τινὰ ἑαυτὸν. In tribus codicibus additur μέγαν, id eſt magnum. quod etiam infrà adiicitur 8. b. 9. quanuis addi minimè ſit neceſſe. Nam τὸν in hoc dicendi genere idem declarat atque μέγαν, & ab idoneis ſcriptoribus tum Græcis tum Latinis ita vſurpatur, vt obſeruat doctiſſimus Budæus in Commentariis. Adhæſit, προσεκλίθη. Id eſt agglutinatus eſt. Veteres codices habent προσεκολλήθη, adſcitus eſt.

38 Sinite, ἐάσατε. Nimium inepti ſunt homines qui ex hoc loco confici putant nullum ius eſſe magiſtratui in Eccleſiæ perturbatores quos hæreticos vocamus. Nam illi ipſi Theudas & Iudas, de quibus hic agit Gamaliel, fuerunt à magiſtratu coerciti. Quonam igitur ſpectat tota hæc Gamalielis oratiothuc videlicet vt iudices quos videbat paratos rapere Apoſtolos ad cædem, (ſicut poſtea in Stephano factum eſt) ad moderationem aliquam reuocaret. Erant enim ipſis adempta capitalia iudicia, ac proinde ſine magna præſidis offenſione

non fuissent hoc facturi. Ac nequis obiiceret, nullum interea fore malorum finem, excipit Gamaliel, & propositis exemplis docet fore vt Deus nihilominus alia ratione dissipet Apostolorum consilia, si quidem sint mala & impia. At enim (dices) si ita est, cur igitur Gamaliel non censet appellandum esse Romanum magistratum? Nempe quia nihil impatientius ferebant Iudæi quàm Romanorum tyrannidem vllo modo confirmari. Itaque mirabili Dei consilio factum est vt Christum adducerent ad Pilatum: & Paulum iniquissimè tulerunt sibi à Tribuno ereptum. Ex hominibus, ἐξ ἀνθρώπων. Id est, fictum & commentitium: quod apparet ex antithesi, vt Mat. 21. c. 25. Huc pertinet quod ait Demosthenes οἷοι περ ἔκ θεοῦ φύσει πως ὄντες, καὶ μὰ Δι' ἀκριβῶς παραγεγενῆσθαι.

Εἰ δὲ ἐκ Θεοῦ ἐστιν, οὐ δυνήσεσθε καταλῦσαι αὐτούς, μήποτε καὶ θεομάχοι εὑρεθῆτε.

Ἐπείσθησαν δὲ αὐτῷ, καὶ προσκαλεσάμενοι τοὺς ἀποστόλους, δείραντες παρήγγειλαν μὴ λαλεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἀπέλυσαν αὐτούς.

Οἱ μὲν οὖν ἐπορεύοντο χαίροντες ἀπὸ προσώπου τοῦ συνεδρίου, ὅτι κατηξιώθησαν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ κατισχυθῆναι ἀτιμασθῆναι.

Πᾶσάν τε ἡμέραν ἐν τῷ ἱερῷ καὶ κατ' οἶκον οὐκ ἐπαύοντο διδάσκοντες καὶ εὐαγγελιζόμενοι Ἰησοῦν τὸν Χριστόν.

39 Sin ex Deo est, non poteritis dissoluere, ne forte & Deo pugnare inueniamini.

40 Paruerunt autem ei: & quũ aduocassent Apostolos, cæsis denuntiarunt ne loquerẽtur in nomine Iesu, & dimiserũt eos.

41 Ipsi ergo gaudentes profecti sunt à conspectu concilii, quòd digni habiti essent qui pro nomine Iesu contumelia afficerentur.

42 Et quotidie in templo & domi non cessabant docere & euangelizare Iesum Christum.

39 Si uerò ex Deo est, nõ poteritis dissoluere, ne forte & Deo repugnare inueniamini.

40 Cõsenserunt autem illi, & aduocantes Apostolos, cæsis denũtiauerunt ne loquerẽtur in nomine Iesu: & dimiserunt eos.

41 Et illi quidẽ ibant gaudentes à conspectu concilij quoniã digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.

42 Omni autem die non cessabant in templo & circa domos docentes & euangelizãtes Christum Iesum.

Κεφάλαιον ϛ. Cap. VI. CAP. VI.

Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ταύταις πληθυνόντων τῶν μαθητῶν, ἐγένετο γογγυσμὸς τῶν Ἑλληνιστῶν πρὸς τοὺς Ἑβραίους, ὅτι παρεθεωροῦντο ἐν τῇ διακονίᾳ τῇ καθημερινῇ αἱ χῆραι αὐτῶν.

1 CAEterùm per eos dies quũ multiplicarentur discipuli, ortum est murmur Græcorũ aduersus Hebræos, quòd ipsorum viduæ despicerentur in ministerio quotidiano.

1 IN diebus autẽ illis crescente numero discipulorũ, factum est murmur Græcorum aduersus Hebræos, eo quòd despicerentur in ministerio quotidiano uiduæ eorum.

Προσκαλεσάμενοι δὲ οἱ δώδεκα τὸ πλῆθος τῶν μαθητῶν, εἶπον, Οὐκ ἀρεστόν ἐστιν ἡμᾶς καταλείψαντας τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ διακονεῖν τραπέζαις.

2 Itaque duodecim illi, aduocata multitudine discipulorũ, dixerunt, Non est æquum nos derelicto sermone Dei, ministrare mensis.

2 Cõuocantes autem duodecim, multitudinem discipulorum, dixerunt: Non est æquum nos derelinquere uerbum Dei, & ministrare mensis.

Ἐπισκέψασθε οὖν, ἀδελφοί, ἄνδρας ἐξ

3 Dispicite ergo, fratres, ex

3 Cõsiderate ergo, fratres

39 Ac nescio an etiam cum Deo pugnare comperiamini, μήποτε καὶ θεομάχοι εὑρεθῆτε. Vulg. Ne forte. Eras. Nequando. Ego verò non video qua ratione hæc possint cum præcedentibus satis commodè connecti. Puto igitur præcisum esse dicendi genus, quo modo sæpe vsurpari hanc particulam obseruauimus ex doctissimo Budæo, Matth. 15. 2. 9.

41 Iesu, αὐτοῦ. vel Eius. Sed repetere malui antecedens. In vno codice legi τῷ Χριστοῦ, in alio Iesu.

42 Domi, κατ' οἶκον. Vulg. Circa domos. Eras. Per singulas domos. κατ' οἴκους, de quo diximus supra 2. g. 46. Nostram interpretationem confirmat etiam Irenæi interpres, qui κατ' οἶκον conuertit In domo. Loquitur ergo de ea domo in qua solebat Ecclesia agapas agitare. Quanquam siquis vrgeat, vuam dũtaxat domum non fuisse, non repugnem. Simpliciter enim κατ' οἶκον & ἐν τῷ ἱερῷ opponuntur, vt significetur. Apostolos tum publicè, audientibus etiam ac spectantibus incredulis Iudæis, tum etiam priuatim in fidelium conuentu docuisse.

Iesum Christum, Ἰησοῦν τὸν Χριστόν. Apud Irenæum lib. 3. cap. 11, additur Filium Dei, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ.

IN CAPVT VI.

1 Græcorum, τῶν Ἑλληνιστῶν. Id est, eorum qui ex peregrinis Iudæis crediderãt, qualis erat Nicolaus proselytus Antiochenus. Paganos enim seu Gentiles Græcos quomodo admisissent, qui multo pòst tempore tam difficiles se præbuerunt illis ad Euangelii consortium admittendis? Deinde id etiam ostendit antithesis, quum Hebræos iftis opponit, Hebraicè nimirum loquentes, iis qui Græco (id est patrio) idiomate vtebantur: alioquin apud Paulum, Græcorum appellatione intelliguntur quicunque non erant circuncisi.

1 Non est æquum, οὐκ ἀρεστόν ἐστιν. Erasmus ad verbum, Placitum. Sed hoc loco (vt ipse quoque rectè obseruauit) non narrant Apostoli quid sibi placeat, aut non placeat: imò potius hoc negant eiusmodi esse vt placere debeat. Itaque Vetus interpres, quem sequi malumus, satis commodè videtur sententiam expressisse.

Mensis, τραπέζαις. Id est conuiuiis, aut in conuiuiis, de quibus dictum est suprà 2. g. 46. quãquam (vt ego quidem existimo) πανικῶς cætera etiam munera intelliguntur quæ cum isto erant coniuncta, atque adeo illa etiam quæ ad pauperum curam & Ecclesiasticæ pecuniæ distributionem pertinent: ita tamen vt omnia rite & ordine fierent, & Diaconi Presbytero subessent. Idque ita vsurpatum fuisse antequam omnis Ecclesiasticus ordo prorsus euerteretur, liquet ex veterum Canonum decretis, atque adeo ex ipsis etiam Gregorii Episcopi Romani epistolis.

ὑμῶν μαρτυρουμένους ἑπτὰ, πλήρεις Πνεύματος ἁγίου καὶ σοφίας, οὓς καταστήσομεν ἐπὶ τῆς χρείας ταύτης.

vobis viros ſeptem, ᵛ idoneo teſtimonio ornatos, plenos Spiritu ſancto & ſapiẽtia, quos præficiamus huic negotio.

uiros ex uobis boni teſtimonii ſeptem, plenos Spiritu ſancto & ſapientia, quos conſtituamus ſuper hoc opus.

Ἡμεῖς δὲ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ διακονίᾳ τοῦ λόγου προσκαρτερήσομεν.

4 Nos verò in precibus & adminiſtratione Sermonis ᵛ perdurabimus.

4 *Nos uerò orationi & miniſterio uerbi inſtãtes erimus.*

Καὶ ἤρεσεν ὁ λόγος ἐνώπιον παντὸς τοῦ πλήθους, καὶ ἐξελέξαντο Στέφανον, ἄνδρα πλήρη πίστεως καὶ Πνεύματος ἁγίου, καὶ Φίλιππον καὶ Πρόχορον καὶ Νικάνορα καὶ Τίμωνα καὶ Παρμενᾶ καὶ Νικόλαον προσήλυτον Ἀντιοχέα.

5 Placuit autem hæc oratio toti præſenti multitudini: & elegerunt Stephanum, virum plenum fide ac Spiritu ſancto, & ‖Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmena, & Nicolaum proſelytum Antiochenſem.

Et placuit ſermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanum uirũ plenũ fide & Spiritu ſancto & Philippũ, & Prochorum, & Nicanorẽ, & Timonem, & Parmenan, & Nicolaum aduenam Antiochenum. *Infrà 21.b.8*

Οὓς ἔστησαν ἐνώπιον τῶν ἀποστόλων· καὶ προσευξάμενοι ἐπέθηκαν αὐτοῖς τὰς χεῖρας.

6 Quos ſtatuerunt in conſpectu Apoſtolorum: ᵛ qui quum precati eſſent, ᵛ impoſuerunt eis manus.

6 *Hos ſtatuerunt ante conſpectum Apoſtolorum: & orantes impoſuerunt eis manus.*

Καὶ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ηὔξανε, καὶ ἐπληθύνετο ὁ ἀριθμὸς τῶν μαθητῶν ἐν Ἰερουσαλὴμ σφόδρα· πολύς τε ὄχλος τῶν ἱερέων ὑπήκουον τῇ πίστει.

7 Itaque ſermo Dei creſcebat, & valde multiplicabatur numerus diſcipulorũ in Hieruſalem: multáque turba Sacerdotum auſcultabat ᵛ fidei.

7 *Et uerbum Domini creſcebat, & multiplicabatur numerus diſcipulorũ in Ieruſalem ualde: multa etiã turba Sacerdotum obediebat fidei.*

Στέφανος δὲ πλήρης πίστεως καὶ δυνάμεως ἐποίει τέρατα καὶ σημεῖα μεγάλα ἐν τῷ λαῷ.

8 Stephanus verò plenus ᵛ fide ac ᵛ potentia, edebat miracula & ſigna magna ᵛ in populo.

8 *Stephanus autem plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia & ſigna magna in populo.*

Ἀνέστησαν δέ τινες τῶν ἐκ τῆς συναγωγῆς τῆς λεγομένης Λιβερτίνων, καὶ Κυρηναίων, καὶ Ἀλεξανδρέων, καὶ τῶν ἀπὸ Κιλικίας καὶ Ἀσίας, συζητοῦντες τῷ Στεφάνῳ.

9 Exorti ſunt autem quidam ᵛ è ſynagoga quæ dicitur Libertinorum, & Cyrenæorum, & Alexandrinorũ, & eorum qui ſunt ex Cilicia & Aſia, altercantes cum Stephano.

9 *Surrexerũt autẽ quidã de ſynagoga quæ appellatur Libertinorũ, & Cyrenenſiũ, & Alexandrinorũ, & eorũ qui erãt à Cilicia & Aſia, diſputantes cum Stephano,*

3 Idoneo teſtimonio ornatos, μαρτυρουμένους. Vulg. Boni teſtimonii. quod & actiuè accipi poteſt. Eraſ. Spectatæ probitatis. quorũ verborũ ſignificatio nimiũ eſt (vt ita dicã) anguſta. Quod autẽ Græci vno verbo declarãt, id ne ceſſariò expoſuim⁹ pluribus verbis, Ciceronẽ ſequuti, qui mihi quidẽ videtur id voluiſſe explicare in oratione De aruſp. reſpõſis, vbi de Deiotaro loquẽs, Teſtimoniis, inquit, clariſſimorũ imperatorũ ornat⁹ Deiotarus.

4 Perdurabimus, προσκαρτερήσομεν. Vulgata, Inſtantes erimus. Eraſmus, Incumbemus. Vide Mar.3.b.9.

6 Qui quũ precati eſſent, καὶ προσευξάμενοι. Vulg. Et quũ oraſſent. Cõnectit autẽ particula καὶ diuerſas perſonas: quod quum in Latino ſermone ſit obſcurius, malsimus vſurpare prouocabulum: qua de re diximus Mar.1.a.10. Simile dicẽdi genus reperio apud Plut. in dialogo περὶ τῆς τῶν ζώων φρον. vbi de pica ſic loquitur, κουρὰς τε ἀκριβεῖς καὶ χρῶμα πολυφύλλου καὶ πολιφθόγγου κίσσης ἔχειν, καὶ λόγους ἐρωτικοὺς ἐκμεμελετηκέναι δοκεῖν. Impoſuerunt eis manus, ἐπέθηκαν αὐτοῖς τὰς χεῖρας. Hæc formula dicendi, ſicut & ritus ipſe qui per eam ſignificatur, ab Hebræis fluxit, qui hac ceremonia ſolebant vti partim in publicis ac ſolennibus victimarum conſecrationibus, vt apparet ex Leuitico: partim etiã in precibus ac benedictionibus priuatis, vt liquet ex Gen.48.c.14. Hunc ritum deinde ſeruauit Eccleſia Chriſtiana tum in miniſtris cõſtituendis, vt ex hoc loco & 1.Tim.5.d.22, & aliis multis conſtat: tum etiam in conferendis Spiritus ſancti donis, vt infrà 8.c.16. & 19.b.13. Sed nulla hic chriſmatis, raſuræ, crucis, lineæ veſtis, cereorum, & huiuſmodi portentorum mentio.

7 Fidei, τῇ πίστει. Id eſt, doctrinæ Euangelicæ, quæ metonymicè dicitur fides, quia nihil eſt aliud quàm potentia Dei ad ſalutem omnium credentium. Ὑπακοὴν autem pro πίστει ponitur, vt annotauimus Mar.8.d.27. Eſt ergo notanda mutua relatio inter miniſtrum, verbum Dei, ac fidem, vt falſos miniſtros à veris, & fidem ab opinione diſtinguamus.

8 Fide, πίστεως. Hic aliter accipitur fides quàm in ſuperiore verſiculo, nimirum pro eo animi aſſenſu quo oblatam in Chriſto iuſtitiam amplectimur. Sed in quatuor codicibus ſcriptum inuenimus, πλήρης χάριτος plenus gratia, quam lectionem ſequutus eſt Vetus interpres. Potentia, δυνάμεως. Id eſt, Eximiis & excellentibus illis donis Spiritus ſancti, quæ δυνάμεις (id eſt potentiæ) nomine intelliguntur ab effectis, ſiue quòd ſint virtutis illius ac poteſtatis cæleſtis teſtimonia. In populo, ἐν τῷ λαῷ. Id eſt δημοσίᾳ, palàm videlicet, quia exipſo populo multos ſanabat. Reperimus autem in duobus codicibus additum, ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, per nomen Domini Ieſu Chriſti.

9 E ſynagoga, ἐκ τῆς συναγωγῆς. Id eſt, ex cœtu & veluti gymnaſio. Nam certè oportuit tam amplam ciuitatem, ad quam etiam vndique Iudæi, tanquam ad communẽ academiam, ſuos erudiendos mittebant, in varios cœtus diſtribui: quos quidem apparet ex hoc loco, pro nationũ varietate fuiſſe diſtinctos, quemadmodũ hodie etiãnum Lutetiæ multa (quæ vocant) collegia à variis gentibus cognominantur, quibus etiã peculiariter ac propriè ſunt conſtituta. Libertinorũ, Λιβερτίνων. Ridiculũ eſt profectò quod à quibuſdã eſt annotatũ, Libertinos iſtos Romanos fuiſſe, quia Latinũ eſt vocabulũ, & à Liuio Auguſti cõiuge ſic cognominatos. Quũ igitur Lucas iſtos appellet ex conditione, cæteros verò ex gẽte ac patria, aliquãdo exiſtimaui fieri potuiſſe vt hic

locus à librariis ſit deprauatus,& pro λιβρῖνων reponendum ſit,λιβυστῖνων. Iidem ſunt autem Libiſtini qui & Libyes & Libyci,vt diſertè teſtatur Stephanus,ex Libya videlicet oriundi: quæ quum inter Cyrenaicam & Ægyptum media ſit interiecta,meritò coniunguntur iſti cum Cyrenaicis & Alexandrinis, ſicuti rurſus Cilices cum Aſiaticis.Occaſionem autem errori præbere potuit partim ſumma nominis affinitas inter Libiſtinos & Libertinos,partim etiam quòd iſti multo frequentius Libyes quàm Libiſtini dicantur:vt imperitus aliquis facilè ſuſpicari potuerit locum eſſe deprauatum,quem ipſe tamẽ deprauarit. Sed præterquã quòd omnes codices quos inſpexi,ſummo conſenſu legunt λιβρῖνων,non eſt etiam neceſſe ad hanc coniecturam venire.Notum enim eſt omnibus mediam quandam conditionem fuiſſe libertinorum inter ingenuos & ſeruos,adeo quidem vt ingenui ſibi magnam fieri putarent iniuriam ſi cum libertinis coniungerẽtur. Itaque probabile eſt libertinis ſuã peculiarem ſcholam fuiſſe in vrbe populoſa attributam.

Καὶ οὐκ ἴσχυον ἀντιστῆναι τῇ σοφίᾳ καὶ τῷ Πνεύματι ᾧ ἐλάλει.

10 Sed non potuerunt reſiſtere ſapientiæ & Spiritui per quẽ loquebatur.

10 *Et non poterant reſiſtere ſapientiæ & Spiritui qui loquebatur.*

Τότε ὑπέβαλον ἄνδρας λέγοντας ὅτι ἀκηκόαμεν αὐτοῦ λαλοῦντος ῥήματα βλάσφημα εἰς Μωσῆν καὶ τὸν Θεόν.

11 Tunc ſubiecerunt quoſdam qui dicerent ſe audiuiſſe eum loquentem verba blaſphema in Moſen & Deum.

11 *Tunc ſummiſerunt uiros qui dicerent ſe audiuiſſe eum dicentem uerba blaſphemiæ in Moyſen & Deum.*

Συνεκίνησάν τε τὸν λαὸν καὶ τοὺς πρεσβυτέρους καὶ τοὺς Γραμματεῖς· καὶ ἐπιστάντες συνήρπασαν αὐτόν, καὶ ἤγαγον εἰς τὸ συνέδριον.

12 Commouerúntque plebem & ſeniores & Scribas: & eum adorti, correptum adduxerũt in concilium.

12 *Commouerunt itaque plebem & ſeniores & Scribas: & concurrentes rapuerunt eum & adduxerunt in concilium.*

Ἔστησάν τε μάρτυρας ψευδεῖς, λέγοντας, Ὁ ἄνθρωπος οὗτος οὐ παύεται ῥήματα βλάσφημα λαλῶν κατὰ τοῦ τόπου τοῦ ἁγίου τούτου καὶ τοῦ νόμου.

13 Statuerúntque falſos teſtes qui dicerent, Homo iſte non ceſſat loqui verba blaſphema aduerſus locum hunc ſanctum & Legem.

13 *Et ſtatuerunt falſos teſtes, qui dicerent, Homo iſte nõ ceſſat loqui uerba aduerſus locum ſanctum & Legem.*

Ἀκηκόαμεν γὰρ αὐτοῦ λέγοντος, Ὅτι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος οὗτος καταλύσει τὸν τόπον τοῦτον, καὶ ἀλλάξει τὰ ἔθη ἃ παρέδωκεν ἡμῖν Μωϋσῆς.

14 Audiuimus enim eum quũ diceret, Ieſum iſtum Nazarenum deſtructurum hunc locũ, & mutaturum ritus quos tradidit nobis Moſes.

14 *Audiuimus enim eum dicẽtem, Quoniam Ieſus Nazarenus hic deſtruet locum iſtum, & mutabit traditiones quas tradidit nobis Moyſes.*

Καὶ ἀτενίσαντες εἰς αὐτὸν ἅπαντες οἱ καθήμενοι ἐν τῷ συνεδρίῳ, εἶδον τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡσεὶ πρόσωπον ἀγγέλου.

15 Tunc intentis in eum oculis, omnes qui ſedebant in cõcilio, viderunt faciem eius quaſi faciem Angeli.

15 *Et intuentes eũ omnes qui ſedebant in concilio, uiderunt faciem eius tan quam faciem Angeli.*

Κεφάλαιον ζ.

CAP. VII.

CAP. VII.

Εἶπε δὲ ὁ Ἀρχιερεύς, Εἰ ἄρα ταῦτα οὕτως ἔχει;

1 Dixit autem Pontifex maximus, Num hæc ita habent?

1 *Dixit autem primas Sacerdotum, Si hæc ita ſe habent?*

Ὁ δὲ ἔφη, Ἄνδρες ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, ἀκούσατε, Ὁ Θεὸς τῆς δόξης ὤφθη τῷ πατρὶ ἡμῶν Ἀβραὰμ ὄντι ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, πρὶν ἢ κατοικῆσαι αὐτὸν ἐν Χαρράν·

2 Ipſe verò dixit, Viri fratres & patres, audite, Deus ille gloriæ viſus eſt patri noſtro Abrahæ quum eſſet in Meſopotamia, priuſquam habitaret in Charrhan:

2 *Qui ait, Viri fratres & patres audite, Deus gloriæ apparuit patri noſtro Abrahæ quum eſſet in Meſopotamia, priuſquam moraretur in Charran:*

10 Sapientiæ,τῇ σοφίᾳ. In vno exemplari additum erat τῇ οὔσῃ ἐν αὐτῷ, quæ in ipſo erat. Et Spiritui, καὶ τῷ Πνεύματι. Rurſus in eodem exemplari additur τῷ ἁγίῳ,ſancto. Per quem loquebatur,id eſt ᾧ ἐλάλει, Vulg. Qui loquebatur,id eſt ὃ ἐλάλει,quæ lectio prorſus conuenit cum eo quod ſcriptũ eſt Mar.13.b.11:ſed nullius(quod ſciam)exemplaris authoritate confirmatur.Nam quod exiſtimat Eraſmus ᾧ poſitum eſſe pro ὃ,propter datiuum Πνεύματι præcedentem, non facilè cõceſſerim,quia huius enallages nullum vnquam exemplum memini legere in conſtructione intranſitiua.Sed hoc maioris eſt momenti,quòd in vno vetuſto codice reperimus poſt ἐλάλει omnia hæc adſcripta,ἵνα μὴ ἐλέγχωσιν αὐτοὺς ὡσεὶ αὐτὸ μὴ πάσης παῤῥησίας καὶ δυνάμεως καὶ σημείων καὶ τερατουργιῶν ἀποσπασαμένων τῆς ἀληθείας,τότε ὑπέβαλον: id eſt, Quòd ab eo coarguerentur omni cum libertate. Itaque quum non poſſent obniti veritati,tunc ſubiecerunt quoſdam,&c.Eſt autem ἀποσπασαμένων verbum elegans, quod de iis dicitur qui aperta vi reſiſtunt,& obuerſis vultibus manũ cõſerunt.Sic vſurpatur à Polybio lib. hiſtoriarũ 4,vbi de Meſſeniis agit,& ab hoc noſtro Luca dicitur de naui quæ prora vento obuerſa rectum curſum tenet,infrà 27.c.15.

11 Ingruẽtes,ἐπιστάντες. Vel,Adorti. Plus enim eſt hoc loco ἐφορμᾶν quàm Superuenire,vt etiam infrà 17.a.5.Vulgata,Concurrentes:ideſt συνδραμόντες.Eraſmus,Inuadentes,ἐπιχέμενοι.

IN CAPVT VII.

2 Deus ille gloriæ,ὁ Θεὸς τῆς δόξης. Vide 1. ad Corinthios 2.v.8. In Meſopotamia,ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ Conſentiunt omnes codices. Itaque quum paulo pòſt dicat Abrahamũ è Chaldæa egreſſum omnino neceſſe eſt vt Meſopotamiam Stephanus vocet non eam modò regionem quæ duobus amnibus Euphrate & Tigri includitur,ſed etiam Babyloniã,cuius pars eſt Chaldæa,ſicut etiam Plinius libri 6.cap. 27, Babylona tribuit Meſopotamiæ,vt vir ille felicis memoriæ Ioachimus Vadianus obſeruauit,diligẽs planè ac eruditus harũ rerum obſeruator.Quòd autẽ videtur Stephanus à Moſe diſſentire,quũ Gen.11.28, iſta perinde videantur narrari ac-

si dicta essent Abrahamo post patris mortem, quum iam ex Charrā esset profecturus: id, inquam, ortum est ex interpretis negligentia, qui initium illius capitis ita conuertere debuit per plusquamperfectum, Dixerat autē &c. Idque ita fuisse faciendū, vel illud satis declarat, quòd iubetur ex terra sua & cognatione sua exire: ex quo liquidò apparet hæc pertinere ad id tēpus quo primùm ex patria migrauit. Itaque nō assentior iis qui vt hūc nodum soluant, duplicem fecerunt Abrahæ vocationem, quarum vnam à Mose prætermissam recenseat Stephanus. Atqui si hæc Stephanus non accepit à Mose, à quo tandem accepit? deinde quis non videt Stephanum, si quædam à Mose discrepantia narrasset, maximam calumniandi occasionem fuisse aduersariis præbiturum?

Καὶ εἶπε πρὸς αὐτόν, Ἐξελθὲ ἐκ τῆς γῆς σου καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ δεῦρο εἰς γῆν ἣν ἄν σοι δείξω.

3 Et dixit ei, Exi è terra tua, & ex cognatione tua, & veni ī terrā quamcunque indicaro tibi.

Et dixit ad illum, Exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram quam monstrauero tibi.

Τότε ἐξελθὼν ἐκ γῆς Χαλδαίων, κατῴκησεν ἐν Χαρράν. Κἀκεῖθεν, μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν πατέρα αὐτοῦ, μετῴκισεν αὐτὸν εἰς τὴν γῆν ταύτην εἰς ἣν ὑμεῖς νῦν κατοικεῖτε.

4 Tunc exiit è terra Chaldæorum, & habitauit in Charran. Et illinc postquā mortuus est pater eius, transtulit eum in terram hanc in qua nunc vos habitatis.

4 Tūc exijt de terra Chaldæorum, & habitauit in Charrā. Et inde, postquā mortuus est pater eius, trāstulit illū in terrā istam, in qua nunc vos habitatis.

Καὶ οὐκ ἔδωκεν αὐτῷ κληρονομίαν ἐν αὐτῇ, οὐδὲ βῆμα ποδός· καὶ ἐπηγείλατο αὐτῷ δοῦναι εἰς κατάσχεσιν αὐτὴν, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ μετ' αὐτόν, οὐκ ὄντος αὐτῷ τέκνου.

5 Nec dedit ei possessionem in ea, ne vestigium quidem pedis, quanuis pollicitus esset se illam daturum ei obtinēdam, & semini eius post eum, quum non haberet prolem.

5 Et nō dedit illi hæreditatē in ea, nec passū pedis: & repromisit dare illi eam in possessionem, & semini eius post ipsum, quum non haberet filium.

Ἐλάλησε δὲ οὕτως ὁ Θεός, Ὅτι ἔσται τὸ σπέρμα αὐτοῦ πάροικον ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ, καὶ δουλώσουσιν αὐτὸ καὶ κακώσουσιν ἔτη τετρακόσια.

6 Loquutus autē est ita Deus, ‖Erit, inquit, semen tuum inquilinū in tera alienā, vbi seruituti subiicietur, & malè accipietur annis quadringentis.

6 Loquutus est autē Deus, Quòd erit semē eius accola in terra aliena, & seruituti eos subiiciens, & malè tractabunt eos annis quadringentis. Gen.15.c.13, & d.16

Καὶ τὸ ἔθνος ᾧ ἐὰν δουλεύσωσι κρινῶ ἐγὼ, εἶπεν ὁ Θεός· καὶ μετὰ ταῦτα ἐξελεύσονται, καὶ λατρεύσουσί μοι ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ.

7 Sed gentem cui seruierint puniā ego, dicit Deus: & post hæc exibunt, & ipsi seruient mihi in loco isto.

7 Et gentem cui seruierint iudicabo ego, dixit Deus: & post hæc exibūt, & seruient mihi in loco isto.

Καὶ ἔδωκεν αὐτῷ διαθήκην περιτομῆς· καὶ οὕτως ἐγέννησε τὸν Ἰσαὰκ, καὶ περιέτεμεν αὐτὸν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ· καὶ ὁ Ἰσαὰκ τὸν Ἰακώβ, καὶ ὁ Ἰακὼβ τοὺς δώδεκα πατριάρχας.

8 ‖Deditq; ei pactū Circūcisionis: ‖& ita *Abraham* genuit Isaac, & circuncidit eum die octauo: ‖ Isaac autem *genuit* Iacob, ‖& Iacob duodecim patriarchas.

8 Et dedit illis testamentum Circuncisionis: & sic genuit Isaac, & circuncidit eum die octauo, & Isaac Iacob, & Iacob duodecim patriarchas. Gen.17.b.9 Gen.21.c.2 Gen.25.c.24 Gen.29.d.33, & 30.c.5 & 35.d.23

5 Ne vestigium quidem pedis, οὐδὲ βῆμα ποδός. Id est, Ne tantillum quidem, vt in solo suo posset pedem figere. Sic enim prouerbiali quadam figura loquuntur Hebræi מדרך כף רגל, vt Deut.2.a.5. Quanuis promisisset, καὶ ἐπηγείλατο. Vulg. & Eras. Et repromisit. Irenæi interpres, Sed promisit: rectius profectò quàm illi. Sed ipsa tamen series ostendit καὶ pro καίπερ commodius accipi posse, vt Matth.5.c.19, & 15.a.5. Item, Luc.18.b.7: sicut apud Hebræos ו accipitur pro אף על פי, vt Ecclesiast.9.d.16. Diximus autem alibi de verbo ἐπαγγέλλεσθαι. Ei, αὐτῷ. Cohæret pronomē cum verbo δοῦναι, vt apparet ex eo quod sequitur. Itaque in vno codice sic scriptū legimus, Καὶ ἐπηγείλατο αὐτῷ δοῦναι εἰς κατάσχεσιν αὐτῷ, καὶ τῷ σπέρματι: quā lectionem sincerā esse puto.

6 Ita, οὕτως. In nonnullis codicibus Veteris editionis pro ita legitur ei, id est αὐτῷ, vt in vno etiam exemplari Græco scriptum legimus: in aliis verò expungitur. Tuum, αὐτοῦ. Sæpe iam annotauimus frequētes esse apud Hebræos istas personarum mutationes, ac præsertim Luc.19.b.9, vbi similem prosus enallagen obseruauimus. Omnino enim præstat recta loquutione istum versiculū explicare, vt cum proximo cohæreat. Sed in vno codice pro αὐτοῦ scriptum legimus σοῦ. Vbi seruituti subiicietur, καὶ δουλώσουσιν αὐτό. Quia post καὶ subaudiendum est ἐκεῖ ex Hebræorum idiotismo, qui (vt sæpe iam diximus) relatiui loco vtūtur cōiunctione copulatiua vnà cū demōstratiuo aut relatiuo pronomine, eóq; vel expresso vel subaudito, ideo perinde hoc conuerti acsi scriptum esset ἐκεῖ. Deinde relatiuum αὐτό, siue αὐτοῦ, (vt legit Vetus interpres, & quidam codices habent) tanquam in Latino sermone redundans expunxi. Postremò δουλώσουσιν & κακώσουσιν passiuè sum interpretatus, vt personæ mutationem vitarem. Annis quadringentis, ἔτη τετρακόσια. Erasmus testatur quandam editionem peruetustam legere c c c c x x x, adstipulatore etiam Rabano, neque suum hic iudicium interponit. Illud quidem certum est, Gen.15.c.13, vnde hæc petita sunt, non plures annos numerari 400, vt nemo dubitare iure possit quin hæc sit germana lectio. Nam c c c c x x x anni quorum fit mentio Exo. 12.f.41, & Gal. 3.c.17, ab initio peregrinationis Abrahami numerantur, sicut 400 istos ab initio exorti seminis Abrahami, id est à nato Isaaco, necesse est auspicari: vt apertè demonstrant chronographi, ac præsertim Funccius, omnium qui in hoc argumēto sunt versati (vt mihi quidē videtur) lōgè diligentissimus à quo tamē in eo dissentio quòd peregrinationem Abrahami ab eo tempore inchoat quo profectus est ex Charran: quam ego potius auspicer ab eo tempore quò vnà cum patre ex Vr Chaldæorum venit in Charran: vnde, quinquennium illic moratus, amisso patre, ad Chananæos peruenit. Puto enim veram esse Iudæorum supputationem quæ Israelis peregrinationi in Ægypto, annos tribuit 210 duntaxat: qua de re alius fortasse dabitur dicendi locus.

8 Et ita, καὶ οὕτως. Erasmus, Atque hic, καὶ οὗτος. Ego verò potius Veterem Latinam editionem sequor,

quia in vetuſtis & emendatiſſimis quibuſque codicibus legimus κληρονομος. Ponitur autem interdum hæc particula tanquam παρέλκον, vt orationis ſeriem connectat, ſicut annotauimus Ioh. 4.a.6.

Gen.37.A 28

Καὶ οἱ πατριάρχαι ζηλώσαντες, ὃν Ἰωσὴφ ἀπέδοντο εἰς Αἴγυπτον· καὶ ἦν ὁ Θεὸς μετ' αὐτοῦ,

9 Patriarchæ verò inuidia moti, ‖ Ioſephũ vendiderunt *abducendum* in AEgyptum: ſed *erat* Deus cum eo.

9 *Et patriarchæ emulãtes, Ioſeph vendiderunt in AEgyptũ: & erat Deus cum eo.*

Gen.41.c.37

καὶ ἐξείλετο αὐτὸν ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων αὐτοῦ, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ χάριν καὶ σοφίαν ἐναντίον Φαραὼ βασιλέως Αἰγύπτου, καὶ κατέστησεν αὐτὸν ἡγούμενον ἐπ' Αἰγύπτου, καὶ ὅλου τοῦ οἴκου αὐτοῦ.

10 Et eruit eum ex omnibus ipſius oppreſſionib⁹, ‖ dedítque ei gratiam & ſapientiam corã Pharaone rege AEgypti, qui conſtituit eum præfectum AEgypto, & toti domui ſuæ.

10 *Et eripuit eũ ex omnibus tribulationibus eius, & dedit ei gratiã & ſapientiam in cõſpectu Pharaonis regis AEgypti, & conſtituit eum præpoſitũ ſuper AEgyptum, & ſuper omnem domum ſuam.*

Gen.41.a.1

Ἦλθε δὲ λιμὸς ἐφ' ὅλην τὴν γῆν Αἰγύπτου καὶ Χανααὰν, καὶ θλῖψις μεγάλη· καὶ οὐχ ἵσκομεν χορτάσματα οἱ πατέρες ἡμῶν.

11 Venit autem fames in vniuerſam terrã AEgypti & Chanaan, & oppreſſio magna: & non inueniebant cibos patres noſtri.

11 *Venit autẽ fames in vniuerſã AEgyptũ & Chanaã, & tribulatio magna: & non inueniebant cibos patres noſtri.*

Gen.42.a.1

Ἀκούσας δὲ Ἰακὼβ ὄντα σῖτα ἐν Αἰγύπτῳ, ἐξαπέστειλε τοὺς πατέρας ἡμῶν πρῶτον.

11 ‖ Quum audiſſet autem Iacob eſſe triticum in AEgypto, miſit patres noſtros primùm.

11 *Quũ audiſſet autem Iacob eſſe frumentum in AEgypto, miſit patres noſtros primùm.*

Gen.45.c.4

Καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ ἀνεγνωρίσθη Ἰωσὴφ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ, καὶ φανερὸν ἐγένετο τῷ Φαραὼ τὸ γένος τοῦ Ἰωσήφ.

13 ‖ Et in ſecũda *profectione* agnitus eſt Ioſeph à fratribus ſuis, & innotuit Pharaoni genus Ioſeph.

13 *Et in ſecundo cognitus eſt Ioſeph à fratrib⁹ ſuis, & manifeſtatum eſt Pharaoni genus eius.*

Ἀποστείλας δὲ Ἰωσὴφ μετεκαλέσατο τὸν πατέρα αὐτοῦ Ἰακὼβ, καὶ πᾶσαν τὴν συγγένειαν αὐτοῦ, ἐν ψυχαῖς ἑβδομήκοντα πέντε.

14 Miſſis autem *nuntiis*, Ioſeph accerſiuit patrem ſuum Iacob, omnémque cognationem ſuam, capitum ⁷ſeptuagintaquinque.

14 *Mittens autẽ Ioſeph accerſiuit Iacob patrem ſuum, & omnem cognationem ſuam in animabus ſeptuagintaquinque.*

Κατέβη δὲ Ἰακὼβ εἰς Αἴγυπτον καὶ ἐτελεύτησεν αὐτὸς καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν.

15 Deſcẽdit ergo Iacob í AEgyptũ: obiitq; ipſe & patres noſtri.

15 *Et deſcendit Iacob in AEgyptum: & defunctus eſt ipſe & patres noſtri.*

9 Erat Deus cum eo, ὢν ὁ Θεὸς μετ' αὐτοῦ. Hebræum eſt etiam hoc genus dicendi, quo peculiaris quidam Dei fauor erga aliquos declaratur. Videtur enim quodammodo ab iis abeſſe quos iuuare non ſuſtinet: contrà verò, præſens illis quos ex maximis quibuſque periculis eripit.

14 Miſſis *nuntiis*, πεμψάμενος. Vide Matth.1.c.16. Septuagintaquinque, ἑβδομήκοντα πέντε. Sic legitur in omnibus codicibus quos inſpeximus, & iampridem ita ſcriptum fuiſſe apparet ex Hieronymo & Auguſtino, qui multum laborarunt vt hunc locum conciliarent cum eo quod ſcriptum eſt Geneſ.46.c.27, vbi in Hebræa veritate L X X capita duntaxat numerantur, conſentiente etiam Ioſepho, libro Antiquit 2. capite 4. Hoc quidem certum eſt in eiuſmodi controuerſiis ad fontes eſſe recurrendum, vnde reliquæ tranſlationes ſunt deriuatæ. Itaque ingenuè profiteor, editionem Græcam eo loco mihi videri deprauatam, quod minimè mirum eſt accidiſſe in tanta Hebraicæ linguæ imperitia: de iis loquor qui Græcos codices verſarunt in manibus. Nam hunc errorem ſanè malim exiſtimare ab iſtis ortum quàm ab ipſis Græcis interpretibus: quos vix mihi quiſquam perſuaſerit tam negligentes eſſe potuiſſe vt eorum qui apud Moſen recenſentur, ſaltem nomina non numerarent. Sed magis eſt eorum audacia reprehendenda qui quum viderent numerum eorum qui ſigillatim illic recenſentur, collectæ ſummæ nõ reſpõdere, auſi ſunt addere Ioſephi nepotes & abnepotes, vt ſummã explerẽt: qua quidẽ ratione non rectè putauit Auguſtinus poſſe ſeptuagintaquinq; capita numerari. Cur enim Ioſephi nepotes & abnepotes potius adiiciantur quàm aliorum Patriarcharũm Quia (fortaſſis dicat aliquis) ſolus Ioſephus iſtos ſuſtulerat, quum Iacob in Ægyptum deſcenderet. Imò verò conſtat ex Geneſ. 41.f.46, Ioſephum, quum X X X annos ageret, fuiſſe præfectum Ægypto, quibus ſi ſeptem illos annos fertiles & duos ſteriles addas, omnino triginta nouem annos efficies, quot natum eſſe oportuit Ioſephum quum Iacob in Ægyptum veniret, anno videlicet ſterilitatis tertio ineunte, ſicut apparet Gen.45.a.6, vt ne nepotes quidem eo tempore vllos habuerit, vt qui anno ad ſummũ tricesimo vxorẽ duxiſſet, Gen.41.f.45. Ergo (vt ad rem redeã) corruptè legitur hic numer⁹ in Græcis codicib⁹, & qui Ioſephi nepotes & abnepotes auſi ſunt adiicere, vt ſummã explerent, errorem auxerunt: niſi potius fortaſſis, quum ad marginem eſſent iſti Ioſephi nepotes & abnepotes quinque ab aliquo annotati, ac poſtea per librariorum incuriam in contextum irrepſiſſent, (quod infinitis penè locis factum eſſe comperiet quiſquis Hebræa cum Græcis comparabit) tandem repertus ſit qui quum videret ſummam non conuenire, nec Hebraicæ veritatis fontes adire poſſet, errorem (vt exiſtimabat) manifeſtum emendarit. Eum autem non eſt quòd quiſquam miretur tam multos porro ſequutos eſſe, quum quiſquis illa nomina in Græco contextu numeraret, putaret ſe in ſummæ numero manifeſtum errorem deprehendiſſe. Quæ quum ita ſe habere ex iſtis minimè (vt opinor) vanis coniecturis appareat, neminẽ profectò mirum videri debet, eoſdem illos poſtea hunc Lucæ locum ex illo Moſis deprauato, ſimili ratione corrupiſſe. De hoc vt minimè dubitem, illud quoque facit quòd pari audacia aut imperitia potius videã alium Moſis locum corruptum Deuter.10.d.22. vbi ſimiliter, in iis quidem codicibus qui noſtra memoria ſunt excuſi, mẽtio fit L X X V animarum, quum diſertè teſtetur Hieronymus ſuo tempore Græcam interpretationem eo loco ab Hebræis non variaſſe. Sed & mox in hac eadem concione maioris etiam audaciæ veſtigia detegemus. Nobis tamen ſumma fuit religio quicquam ex coniectura mutare.

Καὶ μετετέθησαν εἰς Συχέμ, καὶ ἐτέθησαν ἐν τῷ μνήματι ᾧ ὠνήσατο Ἀβραὰμ τιμῆς ἀργυρίου παρὰ τῶν υἱῶν Ἐμμὼρ τοῦ Συχέμ.

16 Qui [v] trãslati sunt in Sichem, & positi in sepulchro [v] quod emit Abraham pretio argenti à filiis Emmor filii Sichem.

16 *Et translati sunt in sichē, & positi sunt in sepulchro quod emit Abrahā pretio argenti à filijs Hemor filij Sichem.*

Καθὼς δὲ ἤγγιζεν ὁ χρόνος τῆς ἐπαγγελίας ἧς ὡμοσεν ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραάμ, ηὔξησεν ὁ λαὸς καὶ ἐπληθύνθη ἐν Αἰγύπτῳ,

17 Quum autem appropinquaret tempus promissionis [v] cuius causa Deus iurauerat Abrahæ, creuit populus & multiplicatus est in Aegypto,

Quũ autem appropinquaret tempus promissionis quam confessus erat Deus Abrahæ, creuit populus & multiplicatus est in Aegypto,

Ἄχρις οὗ ἀνέστη βασιλεὺς ἕτερος ὃς οὐκ ᾔδει τὸν Ἰωσήφ.

18 Vsquequo exortus est alius rex, qui non nouerat Ioseph.

Quoadusque surrexit alius rex in Aegypto qui non sciebat Ioseph.

Οὗτος κατασοφισάμενος τὸ γένος ἡμῶν, ἐκάκωσε τοὺς πατέρας ἡμῶν, τοῦ ποιεῖν ἔκθετα τὰ βρέφη αὐτῶν, εἰς τὸ μὴ ζωογονεῖσθαι.

19 Hic [v] aduersus genus nostrum ingeniosus, malè accepit patres nostros, adeo vt exponerent infantes suos [v] ne soboleſcerent.

19 *Hic circumueniens genus nostrum, afflixit patres nostros, ut exponerent infantes suos, ne uiuificarentur.*

Ἐν ᾧ καιρῷ ἐγεννήθη Μωσῆς, καὶ ἦν ἀστεῖος τῷ Θεῷ, ὃς ἀνετράφη μῆνας τρεῖς ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.

10 Quo tempore natus est Moses, qui fuit [v] diuinitus venustus, & nutritus fuit tribus mẽsibus in domo patris sui.

10 *Eodẽ tempore natus est Moyses, & fuit gratus Deo, qui nutritus est tribus mẽsibus in domo patris sui.*

16 Translati sunt, μετετέθησαν. Translati sunt, videlicet ipsi Patriarchæ Iacobi filii, quanuis vniuersi Iosephi mentio fiat Ios.24.g.32. Nam Hieronymus quoque in Paulæ epitaphio, duodecim Patriarcharum sepulchra in Sichem collocatiuit tum ex hoc loco, tum etiam ex oculari testis Hieronymi authoritate, facilè mihi persuaserim firmum nõ esse quod narrat Iosephus lib. Antiquitatum 2 capite 4, cæterorum Patriarcharum corpora, vno Iosepho excepto, Hebronem relata, ibique sepulta fuisse: quum de eo nihil in historia sacra narretur, & hic (vt dixi) locus apertè repugnet. Quod autem ad ipsum Iacobum attinet, is fuit sepultus in Hebrõ, in illa duplici spelunca cum Abrahamo & Isaaco, (vt disertè scribitur Genes.50.b.13) à qua narratione nihil discrepat quod hîc testatur Stephanus, siquis dextrè intelligat. Neque enim quicquam est quod nos cogat ista accipere de ipso Iacobo. Quod emit Abraham, ὃ ὠνήσατο Ἀβραάμ. Hic verò locus non dubito quin primùm ab imperito quopiam fuerit depraua-tus: qui, quum Euangelista simpliciter & nullo adiecto nominatiuo scripsisset, ὃ ὠνήσατο τιμῆς ἀργυρίου, existimauerit imperfectam esse orationem: & quum meminisset emptæ cuiusdam spelunc æ ab Abrahamo, (cuius fit mentio Gen.23) Abrahami nomen ad marginem annotauit, quasi videlicet explendæ constructioni deesset: vnde factum vt facilè in contextũ irreperet, & error (quod aiunt) priore peior nascereturAtqui non supplendum Abrahami nomen, sed relatiuum potius αὐτὸς, aut ἐκεῖνος, id est ipse vel ille, videlicet Iacobus, cuius nomen in superiore atque adeo cohærente membro fuit expressum. Neque enim Abraham is est qui emit agrum in Sichem à filiis Emor filii Sichẽ, in quo Patriarchæ fuerunt sepulti, sed Iacobus potius, vt disertè scribitur Gen.33. Fuit autem res ista celebris ea etiam tempestate, & omnibus nota, (vt liquet ex cap.Ioh.4.a.5) vt ἀνθρώπων μνημεῖα nullus hic locus relinquatur: quod etiã haud scio q̃ religiosum fuerit, aut ipsi Stephano iam velut ex ipsis exlis cõcionanti, aut Lucæ hæc scribenti tribuere. Simili quorundam partim temeritate partim ignorantia factum puto vt Matth.27.a.9, nomen Zachariæ: Mar.2.d.26, Abiatharis pontificis: ac fortassis etiam Lucæ 2.a.2, Cyrenii præsidis nomen in contextum reponeretur. Quin etiam testatur Hieronymus De optimo genere interpretandi ad Pammachium, Mat.13.c.35, in multos codices irrepsisse nomẽ Esaiæ, pro quo deinde substituti sit nomẽ Asaph, quũ hodie neutrum illic legatur, & optima quidẽ ratione, vt opinor. Itẽ Mar.11.d.42, magna causa est cur ex margine totum hoc ἐν βιβλίῳ προφητῶν, additũ esse suspicer: quæ exempla alii nonnulli etiam ex veteribus ante me, si non omnia, certè pleraque annotarunt: & ideirco proferenda putaui hoc loco vt hanc coniecturam ostenderẽ non modò probabilibus rationibus nitiquas antè exposuimus, sed etiam similibus exemplis non carere. Suum interim cuique liberum iudicium esto

17 Cuius causa iurauerat, ἧς ὠμολόγησεν. Vulgata: Quam confessus fuerat, ἧς ὡμολόγησεν: quod non probo, & si maximè probarem, mallem conuertere, Quam spoponderat.

19 Aduersus genus nostrum ingeniosus, κατασοφισάμενος τὸ γένος ἡμῶν. Vulgata & Erasmus, Circũueniens: quam significationem fateor quidem huic verbo tribui, sed tamen non putaui huic loco satis accommodatam. Nam obsecto, in istis Pharaonis edictis quis non apertã potiùs crudelitatem perspiciat quàm fraudem? Sed in eo videtur solers & ingeniosus Pharao quòd rationem inuenerit Israelitas paulatim extinguendi, ita tamen vt magnas ex iis ipsis vtilitates caperet, quas alioquin erat amissurus si vel eos omnes semel perdidisset, vel Ægypto eiecisset. Idem ergo valet κατασοφίζεσθαι τὸ γένος ἡμῶν atque πειρᾶσθαι καὶ μηχανᾶσθαι κατὰ τοῦ γένους ἡμῶν: id est, solerter aliquid excogitare aduersus genus nostrum. Idque etiã ex eo liquet quòd Moses Exodi 1.b.10, non vtitur verbo רִמָּה, sed נתחכמה לו, inquit, id est, solerti ingenio aduersus eũ vtamur: nam etiã tradunt doctissimi Hebræi intransitiuè accipiendum. Meritò autẽ id dicitur de eo qui ex suis inimicis nõ modò nullum damnum, sed magnos etiam fructus tulit, si quidẽ ipsius consilia ex humana prudẽtia æstimes: quãquis postea senserit Pharao malum consilium consultori esse pessimum. Ne soboleſcerent, εἰς τὸ μὴ ζωογονεῖσθαι. Vulgata malè & obscurè, Ne viuificarentur. Eras. verò perperam ad ipsos fœtus retulit, quũ interpretaretur, Ne vitales essent.

10 Diuinitus venustus, ἀστεῖος τῷ Θεῷ. Ἀστεῖος quum ad corpus refertur, venustam & bellam formam declarat, pro quo legimus Exo. יפה, sicut Terentius bonam formam dixit. Itaque (meo iudicio) interpretes non rectè conuerterunt, Deo gratus. Neque enim aliud significauit Stephanus quàm quod illic de Mose scribitur, fuisse videlicet venustissima forma, quo instrumento vsus est Dominus vt & eius parentes & postea Pharaonis filia ad misericordiam flecterentur. Cæterùm illud τῷ Θεῷ, quod non additur in Exodo neque etiã Heb.11.ver.23, ex Hebræorum idiotismo explicandum est, vel DIVINITVS, vt 2.Cor.10.a.4: vel DIVINE, id est excellenter, & quasi supra communem hominum captum, vt Ionæ capite 3.a.3, Niniue dicitur fuisse עיר גדולה, id est, ad verbum, magna Deo, pro quo Græci interpretes habent μεγάλη τῷ Θεῷ, id est ἐκπρεπῶς.

Ἐκτεθεῖσα δὲ αὐτὸν, ἀνείλετο αὐτὸν ἡ θυγάτηρ Φαραώ, καὶ ἀνεθρέψατο αὐτὸν ἑαυτῇ εἰς υἱόν.

11 Expositum autem illum sustulit filia Pharaonis, & nutriuit eum sibi pro filio.

11 Exposito autem illo, sustulit eum filia Pharaonis, & nutriuit eum sibi in filium.

Καὶ ἐπαιδεύθη Μωσῆς πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων· ἦν δὲ δυνατὸς ἐν λόγοις καὶ ἔργοις.

11 Et eruditus est Moses omni sapientia AEgyptiorum: erátque potens dictis & factis.

11 Et eruditus est Moyses omni sapientia AEgyptiorum: erat autem potens in verbis & in operibus suis.

Ὡς δὲ ἐπληροῦτο αὐτῷ τεσσαρακονταετὴς χρόνος, ἀνέβη ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτοῦ ἐπισκέψασθαι τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ τοὺς υἱοὺς Ισραήλ.

13 Vt verò expletum est ei quadraginta annorum tépus, subiit in cor eius vt inuiseret fratres suos filios Israel.

23 Quũ autem implerentur ei quadraginta annorum tempus, ascendit in cor eius ut uisitaret fratres suos filios Israel.

Καὶ ἰδών τινα ἀδικούμενον, ἠμύνατο, καὶ ἐποίησεν ἐκδίκησιν τῷ καταπονουμένῳ, πατάξας τὸν Αἰγύπτιον.

Exod.2.b.11

14 ¶Et quum vidisset quendam iniuria affici, tutatus est, & percusso AEgyptio vindicauit eũ qui opprimebatur.

24 Et quũ uidisset quendã iniuriam patientem, uindicauit illum, & fecit ultionẽ ei qui iniuriã sustinebat, percusso AEgyptio.

Ἐνόμιζε δὲ συνιέναι τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ ὅτι ὁ Θεὸς διὰ χειρὸς αὐτοῦ δίδωσιν αὐτοῖς σωτηρίαν· οἱ δὲ οὐ συνῆκαν.

15 Existimabat autẽ fratres suos intelligere Deum per manum ipsius dãre eis salutem. At illi non intellexerunt.

25 Existimabat autẽ intelligere fratres quoniã Deꝰ per manum ipsius daret salutem illis: at illi non intellexerunt.

Τῇ δὲ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ ὤφθη αὐτοῖς μαχομένοις, καὶ συνήλασεν αὐτοὺς εἰς εἰρήνην, εἰπών, Ἄνδρες, ἀδελφοί ἐστε ὑμεῖς· ἱνατί ἀδικεῖτε ἀλλήλους;

Exod.10.b.13

16 ¶Porro sequenti die visus est ipsis pugnantibus, & compulit eos in pacem, dicens, Viri, fratres estis vos: cur alii alios iniuria afficitis?

26 Sequenti uerò die apparuit illis litigãtibus, & reconciliabat eos in pace, dicens, Viri, fratres estis, utquid nocetis alter utrum?

Ὁ δὲ ἀδικῶν τὸν πλησίον, ἀπώσατο αὐτὸν, εἰπών, Τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστὴν ἐφ' ἡμᾶς;

17 Is autem qui iniuria afficiebat proximũ, reppulit eum, dicens, Quis te constituit principem & iudicem super nos?

27 Qui autẽ iniuriã faciebat proximo, repulit eũ, dicẽs, Quis cõstituit principẽ & iudicẽ super nos?

Μὴ ἀνελεῖν με σὺ θέλεις, ὃν τρόπον ἀνεῖλες χθὲς τὸν Αἰγύπτιον;

18 Num tu me vis interimere, quemadmodũ interemisti heri AEgyptium?

28 Nũquid interficere me tu nis, quemadmodum interfecisti heri AEgyptũ?

Ἔφυγε δὲ Μωσῆς ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ, καὶ ἐγένετο πάροικος ἐν γῇ Μαδιάμ, οὗ ἐγέννησεν υἱοὺς δύο.

19 Ad hunc autem sermonem Moses fugit, & factus est aduena in terra Madiã, vbi genuit duos filios.

29 Fugit autem Moyses in uerbo isto, & factus est aduena in terra Madiã: ubi genuit filios duos.

Καὶ πληρωθέντων ἐτῶν τεσσαράκοντα ὤφθη αὐτῷ ἐν τῇ ἐρήμῳ τοῦ ὄρους Σινᾶ ἄγγελος Κυρίου ἐν φλογὶ πυρὸς βάτου.

Exod.3.a.2

30 Expletis verò annis quadraginta ¶ visus est ei ĩ deserto mõtis Sina Angelus Domini in flammeo igne rubi.

30 Et expletis annis quadraginta apparuit illi in deserto montis Sina Angelus in igne flammæ rubi.

Ὁ δὲ Μωσῆς ἰδὼν ἐθαύμασε τὸ ὅραμα· προσερχομένου δὲ αὐτοῦ κατανοῆσαι, ἐγένετο φωνὴ Κυρίου πρὸς αὐτόν,

31 Moses autem vt conspexit, admiratus est visum: & quum accederet ad considerandũ, extitit ad eũ vox Domini, dicentis,

31 Moyses autem uidens admiratus est uisum: & accedente illo ut consideraret, facta est ad eum uox Domini.

Ἐγὼ ὁ Θεὸς τῶν πατέρων σου, ὁ Θεὸς Ἀβραάμ, καὶ ὁ Θεὸς Ισαὰκ καὶ ὁ Θεὸς Ιακώβ. Ἔντρομος δὲ γενόμενος Μωσῆς οὐκ ἐτόλμα κατανοῆσαι.

32 Ego sum Deus ille patrũ tuorum, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Tremefactus autem Moses non audebat considerare.

32 Ego sum Deus patrum tuorũ, Deus Abrahã, Deus Isaac, & Deus Iacob. Tremefactus autem Moyses non audebat considerare.

Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Κύριος, Λῦσον τὸ ὑπόδημα τῶν ποδῶν σου· ὁ γὰρ τόπος ἐν ᾧ ἕστηκας, γῆ ἁγία ἐστίν.

33 Dixit autem ei Dominus, Solue soleas pedum tuorum: locus enim in quo stas, terra sancta est.

33 Dixit autẽ illi Dominꝰ, Solue calceamentum pedũ tuorum: locus enim in quo stas, terra sancta est.

Ἰδὼν εἶδον τὴν κάκωσιν τοῦ λαοῦ μου τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ τὸν στεναγμὸν αὐτῶν ἤκουσα, καὶ κατέβην ἐξελέσθαι αὐτούς. καὶ νῦν δεῦρο, ἀποστελῶ σε εἰς Αἴγυπτον.

34 Vidi, vidi vexationem populi mei qui est in AEgypto, & suspiria eorum audiui: & descendi vt eruam eos: nũc ergo veni, mittam te in AEgyptum.

34 Videns uidi afflictionẽ populi mei qui est in AEgypto, & gemitum eorum audiui, & descẽdi liberare eos: & nũc ueni, mittam te in AEgyptum.

11 Pro filio, לו לבן. Heb. בנו: id est (vt rectè quoque vertit Eras.) Vice filii. Vulg. ad verbũ, In filiũ.

Τοῦτον τὸν Μωϋσῆν ὃν ἠρνήσαντο, εἰπόντες, Τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστήν; τοῦτον ὁ Θεὸς ἄρχοντα καὶ λυτρωτὴν ἀπέσταλκε σὺν χειρὶ ἀγγέλου τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ ἐν τῇ βάτῳ.

35 Hunc Moſen quem abnegauerant, dicentes, Quis te conſtituit principē & iudicem? hunc, inquam, Deus principem & redemptorē miſit, ᵛ ductu Angeli qui viſus fuerat ei in rubo.

35 *Hunc Moyſen quem negauerũt, dicentes, Quis te conſtituit principem & iudicem? hunc Deus principem & redemptorem miſit, cum manu Angeli qui apparuit illi in rubo.*

Οὗτος ἐξήγαγεν αὐτούς, ποιήσας τέρατα καὶ σημεῖα ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, καὶ ἐν ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἔτη τεσσαράκοντα.

36 ‖Hic eduxit illos editis miraculis & ſignis in AEgypto, & in rubro mari, ‖ & in deſerto, annis quadraginta.

36 *Hic eduxit illos, faciens prodigia & ſignum in terra AEgypti, & in rubro mari, & in deſerto, annis quadraginta.*

Exod. 7.8.9.10. 11.14

Exod.16.a.1

Οὗτός ἐστιν ὁ Μωϋσῆς ὁ εἰπὼν τοῖς υἱοῖς Ισραὴλ, Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν ὡς ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούσεσθε.

37 Hic eſt Moſes ille qui dixit filiis Iſrael, ‖Prophetam ſuſcitabit vobis Dominus Deus veſter è fratrib⁹ veſtris ᵛ ſicut me: eum audite.

37 *Hic eſt Moyſes qui dixit filijs Iſrael, Prophetam ſuſcitabit uobis Deus de fratribus veſtris tanquam me ipſum audietis.*

Deut.18.c.15 *ſupra*, 3.d.22

Οὗτός ἐστιν ὁ γενόμενος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐν τῇ ἐρήμῳ, μετὰ τοῦ ἀγγέλου τοῦ λαλοῦντος αὐτῷ ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ, καὶ τῶν πατέρων ἡμῶν· ὃς ἐδέξατο λόγια ζῶντα δοῦναι ἡμῖν.

38 ‖Hic ille eſt qui fuit in congregatione in deſerto, cum Angelo qui loquebatur ei in mõte Sina, & cum patribus noſtris, quique excepit ᵛ viua eloquia quæ nobis traderet.

38 *Hic eſt qui fuit in Eccleſia in ſolitudine, cum Angelo qui loquebatur ei in monte Sina, & cum patribus noſtris, qui accepit verba uitæ dare nobis,*

Exod.19.a.2

Ὧ οὐκ ἠθέλησαν ὑπήκοοι γενέσθαι οἱ πατέρες ἡμῶν, ἀλλ' ἀπώσαντο, καὶ ἐστράφησαν ταῖς καρδίαις αὐτῶν εἰς Αἴγυπτον·

39 Cui noluerunt auſcultare patres noſtri, ſed repulerunt eum, & auerſi ſunt corde ſuo in AEgyptum:

39 *Cui noluerunt obedire patres noſtri, ſed repulerũt, & auerſi ſunt cordibus ſuis in AEgyptum:*

Εἰπόντες τῷ Ααρών, Ποίησον ἡμῖν θεοὺς οἳ προπορεύσονται ἡμῶν· ὁ γὰρ Μωσῆς οὗτος ὃς ἐξήγαγεν ἡμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, οὐκ οἴδαμεν τί γέγονεν αὐτῷ.

40 Dicentes Aharoni, ‖Fac nobis deos qui præeãt nobis. Moſi enim iſti qui eduxit nos è terra AEgypti, neſcimus quid cõtigerit.

40 *Dicentes ad Aharon, Fac nobis deos qui præcedant nos: Moyſes enim hic qui eduxit nos de terra AEgypti, neſcimus quid factum ſit ei.*

Exod.32.a.1

Καὶ ἐμοσχοποίησαν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, καὶ ἀνήγαγον θυσίαν τῷ εἰδώλῳ, καὶ εὐφραίνοντο ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτῶν.

41 Et vitulum fecerunt per illos dies, obtulerúntque ſacrificium idolo, & oblectarunt ſeſe operibus manuum ſuarum.

41 *Et vitulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt hoſtiam ſimulachro, & lætabantur in operibus manuum ſuarum.*

Ἔστρεψε δὲ ὁ Θεός, καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς λατρεύειν τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ· καθὼς γέγραπται ἐν βίβλῳ τῶν προφητῶν,

42 Auertit autem ‖ſe Deus, & ᵛ tradidit eos in ſeruitutem exercitus cæli: ſicut ſcriptum eſt in libro ᵛ Prophetarum,

Amos 5.g.25

42 *Cõuertit autẽ Deus, & tradidit eos ſeruire militiæ cæli: ſicut ſcriptum eſt in libro Prophetarum,*

35 Ductu, ἐν χειρί. Heb. בידid eſt (vt Vulgata & Eraſ. ad verbum interpretantur) Per manum: quæ interpretatio ſæpe quidem conuenit, vt paulo antè verſu 25, & infrà 15.e.25 hic autem viſa eſt paulo obſcurior. Vocant autem Hebræi ידid eſt manum, quicquid eſt vice inſtrumenti ad aliquid agendum, ſed peculiaris atque adeo prorſus diuerſa eſt hoc loco iſtius tranſlationis ratio. Eſſet enim nimiũ frigida interpretatio ſiquis hæc ita acciperet quaſi diceretur Dominus, Angeli miniſterio Moſen vocaſſe: quũ (ni fallor) hoc quoque ſignificetur, Moſen iſtius manu ac poteſtate fuiſſe armatum, vt Angelus ille, nimirum Chriſtus, (ſicut explicat Apoſtolus 1. Cor. 10. a. 4) verus fuerit liberator ac ductor, cuius miniſter fuerit Moſes.

36 Et in deſerto annis quadraginta, καὶ ὡσεὶ ἐτῶν τεσσαράκοντα. Id eſt, Et in deſerto, vbi verſatus eſt annos 40. Eſt enim præciſum hoc dicendi genus, & petitum è medio, ſicut pleraque alia: cuiuſmodi & illud eſt quod vſurpauit ſuprà verſu 9, quum diceret Patriarchas vendidiſſe Ioſephum in Ægyptũ, id eſt vt in Ægyptum abduceretur.

37 Sicut me: eum audite, ὡς ἐμὲ· αὐτοῦ ἀκούσεσθε. Vulgata, Tanquam me ipſum audietis. Pro quo nonnulli corruptè impreſſerunt, Tanquam me ipſum audietis, quaſi ὡς ἐμὲ non pertineat ad ſuperiora, & pro ἐμὲ ſcriptum ſit ἐμαυτόν: quem errorem annotauit quidem Eraſ. ſed ita vt eum immeritò videatur interpreti tribuere, nec etiam vnde ortus ſit, cognouiſſe.

38 Viua eloquia, λόγια ζῶντα. Vocantur λόγια à Græcis (inquit Thucydidis interpres) τὰ ἄνευ μέτρου καταλελυμένως λεγόμενα: id eſt, quæ à Deo dicũtur oratione ſoluta, quotidiano videlicet ſermone, & quaſi nobiſcũ colloquatur. Nam verſus illos fatidicos quos furentes vates fundebant, χρησμοὺς Græci vocant. Non dubium eſt ergo quin λόγια Lucas appellet quæ Hebræi vocant והדברים, & huc reſpiciat quòd Deus ipſe dicatur ea pronuntiaſſe, & digito ſuo deſcripſe, Moſi tradidiſſe. Vetus interpres conuertit, Verba vitæ, id eſt λόγους ζωῆς. Quidã etiam codices legunt λόγον ζῶντα, id eſt ſermonem viuum.

42 Tradidit eos in ſeruitutẽ, παρέδωκεν αὐτοὺς λατρεύειν. Id eſt, Eos à ſuo ſpiritu deſertos tradidit Satanæ

& peruersis cupiditatibus, vt seruirent stellis. Exercitui cæli, τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ. Vulgata & Eras. Militiæ cæli: de quò diximus Luc. 1. b. 13. Vocat autem hoc loco exercitum cæli, non ipsos Angelos, sed solem, lunam, & reliqua sidera, vt manifestè apparet ex Deuter. 17. a. 3. Prophetarum, τῶν προφητῶν. Vide Mar. 2. a. 1.

Μὴ σφάγια καὶ θυσίας προσηνέγκατέ μοι ἔτη τεσσαράκοντα ἐν τῇ ἐρήμῳ, οἶκος Ισραήλ;

Num victimas & oblationes obtulistis mihi annis quadraginta in deserto, domus Israel?

Nunquid victimas aut hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto, domus Israel?

Καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ, καὶ τὸ ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν Ρεμφάν, τοὺς τύπους οὓς ἐποιήσατε προσκυνεῖν αὐτοῖς· καὶ μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Βαβυλῶνος.

43 Imò baiulastis tabernaculum Moloch, & sidus Dei vestri Remphan, quas figuras fecistis vt eas adoraretis: itaque transferam vos trans Babylonem.

Et susceposti tabernaculū Moloch, & sidus Dei nestri Remphan, figuras quas fecisti adorare eas: & transferā uos trans Babylonem.

Ἡ σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου ἦν τοῖς πατράσιν ἡμῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, καθὼς διετάξατο ὁ λαλῶν τῷ Μωσῇ ποιῆσαι αὐτὴν κατὰ τὸν τύπον ὃν ἑωράκει.

Exodi 25. d. 40 hebr. 8. b. 5

44 Tabernaculum testimonii fuit patribus nostris in deserto, prout præceperat iis qui dixerat Mosi vt faceret illud secùdum exemplar quod viderat.

Tabernaculum testimonii fuit patribus nostris in deserto, sicut disposuit illis Deus, loquens ad Moysē, ut faceret illud secūdū formā quā uiderat.

Ἣν καὶ εἰσήγαγον διαδεξάμενοι οἱ πατέρες ἡμῶν μετὰ Ἰησοῦ ἐν τῇ κατασχέσει τῶν ἐθνῶν, ὧν ἐξῶσεν ὁ Θεὸς ἀπὸ προσώπου τῶν πατέρων ἡμῶν, ἕως τῶν ἡμερῶν Δαβίδ.

Iosue 24. c. 14

2. Reg. 2. c. 16 psal. 15. c. 3

45 Quod etiam acceptum intro duxerunt patres nostri cum Iesu in possessionem Gentium, quas expulit Deus à conspectu patrum nostrorum, vsque ad dies Dauid.

Quod & induxerūt susceptum patres nostri cum Iesu in possessionem Gentium, quas expulit Deus à facie patrum nostrorum, usque in dies Dauid.

Et oblationes, καὶ θυσίας. Heb. מנחה. Ideo oblationes potius conuerti quàm hostias, quum alioqui vertere soleant Græci θυσίας quæ ab Hebræis dicuntur זבחים, vt diximus Marci cap. 12. c. 33. Accipitur tamen θυσία pro מנחה, etiam Marci capite 9. ver. 49, quum nonnulli sint qui θυσίαν à thure deriuent, vt propriè declaret thuris suffitus

43 Imo baiulastis, καὶ ἀνελάβετε. Hebr. ותשאתם. id est, in humeros vestros sublatum tulistis: quod etiam de arca fœderis dicitur, 1. Reg. 1. d. 16. Idem ergo valet ἀναλαμβάνειν hoc loco atque τὸ αἴρεσθαι i& ירם positum est pro aduersatiua. Vulg. & Eras. Suscepistis, perperam. Quidam per futurum conuertunt: quos si sequamur, conuerremus potius, Baiulabitis igitur. Tabernaculum Moloch, τὴν σκηνὴν τοῦ Μολόχ. Stephanum lingua sua loquentē certū est ipsa Prophetæ verba citasse. At Lucas Græcè scribens Græcam editionem sequutus est: quam fateor ab Hebraica veritate in hoc testimonio plurimùm variare: sed ita tamen vt verba quidem diuersa sint, sententia prorsus sit eadem. Non est ergo quòd hac varietate quisquam offendatur, quam ego sigillatim annotabo. Pro eo igitur quod in Hebræis סכות מלככם, id est, Siccuth regem vestrum (est enim Siccuth idoli nomen) Græci legerunt סוכות מלככם, id est tabernaculum Moloch vestro: quanuis pronomen hîc sit prætermissum. Et sidus dei vestri Remphan, & figuras quas fecistis, καὶ τὸ ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν Ρεμφάν, τοὺς τύπους οὓς ἐποιήσατε. Hebraica sic habent, את כיון צלמיכם כוכב אלהיכם אשר עשיתם לכם, id est, Et Ciiun imaginem vestram, stellam deorum vestrorū quos fecistis vobis. Apparet igitur in Græcis perturbatum esse ordinem, vt qui priore loco legerint, כוכב אלהיכם, id est, stellam deorum vestrorum: deinde pro Ciiun (quod nomen est idoli) subiectum fuisse aliud nomen, in quo etiam scribendo plurimùm variant codices, quum alii Ρεμφαδ, alii Ραιφαδ, alii Ρεμφαν, alii Ρεφαν, (vt Iust.) alii Ραφαν, alii denique Ρεφα scribant, vt corruptum esse hoc saltē nomen facilè appareat. Postremò צלמיכם, pro quo verterunt, τοὺς τύπους ὑμῶν, id est imagines seu figuras vestras, coniunxerunt cum verbo עשיתם, id est ἐποιήσατε, fecistis, prætermisso pronomine לכם, cuius demum loco substituerunt αὐτοῖς, ad adorandum eas: nisi hoc fortassis, quemadmodum & alia multa, ex aliis locis annotatum, postea in contextum irrepsit. Id autem ita esse apparet ex Iustino, qui in Dialogo πρὸς Τρύφωνα, hunc locū citans, legit τὰς ἐπισκέψεις, neque quicquam addit amplius. Quod autem attinet ad nomen illud Remphan, mihi inter tam varias lectiones maximè probatur Ρεφᾶ, id est רפא, quo nomine nemo nescit Gigantes significari. Sed & illud est extra controuersiam, gigantea forma solitum fuisse pingi Herculem. Hunc autem Ægyptios vocare consueuisse Chonem obseruat Lilius ex Antiocho quodam Epiphanis, vt verisimile mihi videatur, quum inter Chon & Ciiun non magnū sit discrimen, & peregrina illa nomina à Græcis plerunque sint valde deprauata, hoc idolum quod Ægyptii vocarūt Ciiun, Iudæos à forma & magnitudine רפא vocasse, quod sequutus sit Græcus interpres. sed hæc coniectura ne mihi quidem satisfacit. Trans Babylonem, ἐπέκεινα Βαβυλῶνος. Hebraica veritas habet מהלאה לדמשק, & Iustinus eo loco quem modò citaui, legit ἐπέκεινα Δαμασκοῦ, vltra Damascum, vt hic saltem deprauatum esse hunc locum appareat.

44 Tabernaculum testimonii, ἡ σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου. Sic Græci interpretes solent exprimere quod Heb. dicitur אוהל מועד, id est tabernaculum conuentus, in quo videlicet solebant Israelitæ conuenire: sicut non prorsus dissimili ratione hodie Christianorum templa vulgò solent Ecclesiæ, id est congregationes & conuentus, vocari. Videntur tamen Græci interpretes alienæ radicis יעד significationem sequuti.

45 Acceptum, δεξάμενοι. Id est per manus traditum. Nam παραδέχεσθαι id dicimus quod de manu (vt aiunt) in manum traditum ad nos peruenit, vt patrimonia & quæcunque alia per varios gradus successionis ad nos deueniunt. Eras. Qui successerunt: quæ interpretatio mihi non satis probatur, quia παραδέχεσθαι plerunque est actiuum. In possessionem Gentium, εἰς τὴν κατάσχεσιν τῶν ἐθνῶν. Metonymicè vocantur regiones quæ à Gentibus obtinebātur. A conspectu patrū nostrorū, ἀπὸ προσώπου τῶν πατέρων ἡμῶν. Heb. מלפני אבותינו, id est, quas Deus expulit, vt ingredientibus maioribus nostris cederent harum gentium possessione. perinde enim loquitur acsi Deus illis venturis iter muniens, gentes illas deleuisset, vt in vacuam hostibus possessionem

ſeſſionem mitterentur: quod etiam præſtitit, ſicuti ſe facturum promiſerat Exodi 23.f.18, & Ioſ.24.d.11, & Dauid agnoſcit Pſal.44.a.4, & exprobrat illis Eſaias mirifica antitheſi cap.27.c.9. Hæc igitur vis eſt huius Hebraiſmi, quem fœdè corrupit Caſtellio, quum interpretaretur, Eorum cauſa.

Ος εὗρε χάριν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἠτήσατο εὑρεῖν σκήνωμα τῷ Θεῷ Ιακώβ.

46 Qui fuit in gratia apud Deum, petiitque vt inueniret tabernaculum Deo Iacob.

46 Qui inuenit gratiam ante Deum, & petijt ne inueniret tabernaculum Deo Iacob.

Σολομὼν δὲ ᾠκοδόμησεν αὐτῷ οἶκον.

47 ‖Solomon autem ædificauit ei ædem.

47 Salomon autem ædificauit illi domum. 3.Reg.6.a.1 1.par.al.17.b.12

Ἀλλ' οὐχ ὁ ὕψιστος ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ, καθὼς ὁ προφήτης λέγει,

48 ‖Sed Excelſiſſimus ille in manufactis templis non habitat, ſicut Propheta dicit,

48 Sed non Excelſus in manufactis habitat, ſicut Propheta dicit, Infrà 17.f.24

Ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. Ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι, λέγει Κύριος· ἢ τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μου;

49 ‖Cælum mihi thronus eſt, terra autē, ſcabellum pedū meorum. Quam ædem ædificabitis mihi, dicit Dominus: aut quis eſt locus requietis meæ?

49 Cælum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum. Quam domum ædificabitis mihi, dicit Dominus: aut quis locus requietionis meæ eſt? Eſaiæ 66.a.1

Οὐχὶ ἡ χείρ μου ἐποίησε ταῦτα πάντα.

50 Nónne manus mea fecit hæc omnia?

50 Nónne manus mea fecit hæc omnia?

Σκληροτράχηλοι, καὶ ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ καὶ τοῖς ὠσίν, ὑμεῖς ἀεὶ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτετε, ὡς οἱ πατέρες ὑμῶν καὶ ὑμεῖς.

51 ‖Duri ceruice & incircūciſi corde & auribus, vos ſemper Spiritui ſancto obnitimini, ſicut patres veſtri, ita & vos.

51 Dura ceruice, & incircumciſis cordibus & auribus, vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis, ſicut patres veſtri, & vos. Ierem.9.f.26 exech.44.c.9

Τίνα τῶν προφητῶν οὐκ ἐδίωξαν οἱ πατέρες ὑμῶν; καὶ ἀπέκτειναν τοὺς προκαταγείλαντας περὶ τῆς ἐλεύσεως τοῦ δικαίου, οὗ νῦν ὑμεῖς προδόται καὶ φονεῖς γεγόνατε.

52 Quem Prophetarum non ſunt perſequuti patres veſtri? trucidarunt, inquam, eos qui prænuntiarunt aduentum Iuſti illius, cuius nunc vos proditores & occiſores fuiſtis.

52 Quem Prophetarū non ſunt perſequuti patres veſtri? & occiderūt eos qui prænuntiabant de aduentu Iuſti, cuius uos nūc prodītores & homicidæ fuiſtis.

Οἵτινες ἐλάβετε τὸν νόμον εἰς διαταγὰς ἀγγέλων, καὶ οὐκ ἐφυλάξατε.

53 ‖Qui accepiſtis Legem per diſpoſitionem Angelorum, nec ſeruaſtis.

53 Qui accepiſtis Legē in diſpoſitione Angelorū, & non cuſtodiſtis. Exod.19.a.2

Ἀκούοντες δὲ ταῦτα, διεπρίοντο ταῖς καρδίαις αὐτῶν, καὶ ἔβρυχον τοὺς ὀδόντας ἐπ' αὐτόν.

54 Audientes autem hæc, frendebant cordibus ſuis, & ſtridebant dentibus in eum.

54 Audientes autem hæc, diſſecabātur cordibus ſuis et ſtridebāt dētibus in eū.

Ὑπάρχων δὲ πλήρης Πνεύματος ἁγίου, ἀτενίσας εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶδε δόξαν Θεοῦ, καὶ Ἰησοῦν ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ.

55 Quum autem eſſet plenus Spiritu ſancto, intentis in cælū oculis vidit gloriam Dei, & Ieſum adſtantem ad dextram Dei.

55 Quū autē eſſet plenus Spiritu ſancto, intendēs in cælū uidit gloriā Dei, & Ieſum ſtantem à dextris Dei.

Καὶ εἶπεν, Ἰδοὺ, θεωρῶ τοὺς οὐρανοὺς ἀνεῳγμένους, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐκ δεξιῶν ἑστῶτα τοῦ Θεοῦ.

56 Et ait, Ecce, conſpicio cælos apertos, & Filium hominis adſtantem ad dextram Dei.

56 Et ait, Ecce uideo cælos apertos, & Filium hominis ſtātem à dextris Dei.

Κράξαντες δὲ φωνῇ μεγάλῃ, συνέσχον

57 Exclamantes autem illi voce magna, continuerunt au-

57 Exclamantes autem uoce magna, cōtinuerūt au-

46 Qui fuit in gratia, ὃς εὗρε χάριν. Vide Luc.1.c.30.

48 Non habitat, οὐ κατοικεῖ. Similem metatheſin particulæ negantis vnam & alteram obſeruauimus in Iohanne: quam niſi obſerues, anantapodoton eſſe videbitur vbi nuſquam eſt.

51 Incircunciſi corde & auribus, ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ καὶ τοῖς ὠσίν. Duplicis circunciſionis mentio fit in Vetere teſtamento, vnius externæ, alterius verò interioris, quam Paulus vocat ἀχειροποίητον, cuius illa ſymbolum erat. Inde factum vt duas Iudæorum ſpecies idem conſtitueret, Rom.2.d.28 & 29: quæ niſi obſerues, non poſſis intelligere quid illud ſit de quo Stephanus Iudæos hoc loco reprehendat, id eſt, cur incircunciſi corde dicantur qui in naturæ corruptæ vitiis adhuc hærent demerſi, & incircunciſi auribus, qui vocem Dei ne audire quidem ſuſtinent, quales quidem omnes ſumus natura.

53 Per diſpoſitionem Angelorum, εἰς διαταγὰς ἀγγέλων. i. Angelorum miniſterio. Nam mihi videtur διαταγὴ vſurpari hoc loco pro eo quod διακονία dicitur Heb.1.d.14. quod annotandum fuit ne quis Angelos putet ipſius Legis authores, quum internuntii duntaxat fuerint, & adhibiti teſtes in Legis promulgatione à Deo facta. Sic accipiendum eſt quod ait Apoſt. Gal.3.c.19. Legem per Angelos fuiſſe ordinatam: qui locus iſtum optimè explicat. Auguſtinus aliquoties hæc citās, interpretatur, In edictis, quaſi διατάγμασι & διατάγμασιν ἁγίων idem declarent. quod vt concedam, tamen hanc explicationem apparet admodum eſſe impropriam.

55 Gloriam Dei, δόξαν Θεοῦ. Id eſt, glorioſum Deum, quatenus quidem humanis oculis cerni poteſt. Vide Luc.1.b.9. Adſtantem, ἑστῶτα: Id eſt παρόντα. Itaque ineptè quæritur quomodo hic dicatur ſtare qui alibi dicitur ſedere: de quo aliquid diximus Luc.18.c.13.

πὰ ὧτα αὐτῶν, καὶ ὥρμησαν ὁμοθυμαδὸν ἐπ' αὐτόν.

Καὶ ἐκβαλόντες ἔξω τῆς πόλεως, ἐλιθοβόλουν· καὶ οἱ μάρτυρες ἀπέθεντο τὰ ἱμάτια αὐτῶν παρὰ τοὺς πόδας νεανίου καλουμένου Σαύλου.

Καὶ ἐλιθοβόλουν τὸν Στέφανον, ἐπικαλούμενον, καὶ λέγοντα, Κύριε Ἰησοῦ δέξαι τὸ πνεῦμά μου.

Θεὶς δὲ τὰ γόνατα, ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ, Κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τοῦτο τὸ ἁμάρτημα. Καὶ τοῦτο εἰπὼν ἐκοιμήθη.

res suas, & irruerunt concorditer in eum.

58 Et eiectum eum ex vrbe, lapidabant: ᵛ testes autem deposuerunt pallia sua ad pedes adolescentis qui vocabatur Saulus.

59 Lapidarunt igitur Stephanum, inuocantem & dicentem, Domine Iesu suscipe spiritum meum.

60 Positis autem genibus, clamauit voce magna, Domine, ᵛne statuas eis hoc peccatū. Et quū hoc dixisset ᵛobdormiuit.

58 Et ejicientes eum extra ciuitatem, lapidabāt: & testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis qui vocabatur Saulus.

59 Et lapidabant Stephanū inuocantē & dicentē, Domine Iesu suscipe spiritum meum.

60 Positis autem genibus clamauit voce magna, Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Et quum hoc dixisset, obdormiuit.

Κεφάλαιον ηʹ

ΣΑΥΛΟΣ δὲ ἦν συνευδοκῶν τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ. Ἐγένετο δὲ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ διωγμὸς μέγας ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις· πάντες τε διεσπάρησαν κατὰ τὰς χώρας τῆς Ἰουδαίας καὶ Σαμαρείας, πλὴν τῶν ἀποστόλων.

Συνεκόμισαν δὲ τὸν Στέφανον ἄνδρες εὐλαβεῖς, καὶ ἐποίησαντο κοπετὸν μέγαν ἐπ' αὐτῷ.

Σαῦλος δὲ ἐλυμαίνετο τὴν ἐκκλησίαν, κατὰ τοὺς οἴκους εἰσπορευόμενος· σύρων τε ἄνδρας καὶ γυναῖκας παρεδίδου εἰς φυλακήν.

Οἱ μὲν οὖν διασπαρέντες διῆλθον, εὐαγγελιζόμενοι τὸν λόγον.

Φίλιππος δὲ κατελθὼν εἰς πόλιν τῆς Σαμαρείας, ἐκήρυσσεν αὐτοῖς τὸν Χριστόν.

Προσεῖχόν τε οἱ ὄχλοι τοῖς λεγομένοις ὑπὸ τοῦ Φιλίππου ὁμοθυμαδὸν, ἐν τῷ ἀκούειν αὐτοὺς καὶ βλέπειν τὰ σημεῖα ἃ ἐποίει.

Πολλοῖς γὰρ τῶν ἐχόντων πνεύματα

CAP. VIII.

1 SAulus autem consentiebat in necem eius. Orta est verò per id tempus persequutio magna aduersus Ecclesiam quæ erat Hierosolymis: & omnes dispersi sunt per regiones Iudææ & Samariæ, præter Apostolos.

2 ᵛ Extulerunt autem vnà Stephanum viri ᵛ religiosi, fecerúntque planctum magnum super eum.

3 Saulus verò vastabat Ecclesiam, intrans in singulas domos: & trahens viros ac mulieres, tradebat eos carceri.

4 Illi igitur dispersi peragrabāt regionem, euāgelizantes sermonem Dei.

5 Philippus verò quū deuenisset ᵛ in vrbem Samariæ, prædicabat eis Christum.

6 Attendebant autem turbæ concorditer ea quæ à Philippo dicebantur, ᵛ audientes & videntes signa quæ edebat.

7 ᵛ Spirit⁹ enim impuri ex multi

1 Saulus autem erat consentiens neci eius. Facta est autem in illa die persequutio magna in Ecclesia quæ erat Ierosolymis: & omnes dispersi sunt per regiones Iudææ & Samariæ, præter Apostolos.

2 Curauerunt autem Stephanum viri timorati, & fecerunt planctū magnū super eum.

3 Saulus autem deuastabat Ecclesiam, per domos intrans: & trahens viros ac mulieres tradebat in custodiam.

4 Igitur qui dispersi erant pertransibant euangelizantes Verbum.

5 Philippus aūt descēdēs in ciuitatem Samariæ, prædicabat illis Christū.

6 Intendebant autem turbæ his quæ à Philippo dicebantur, unanimiter audientes, & videntes signa quæ faciebat.

7 Multi enim eorum qui habebant spiritus im-

58 Testes autem, καὶ οἱ μάρτυρες. Cautum erat in Lege vt testes lapidationē auspicarentur, Deut. 17. v. 7. Quāuis igitur omnia ista per tumultū fiūt facta, & quidem violata præsidis prouinciæ authoritate, voluerunt tamen isti videri nihil agere nisi ex Legis diuinæ præscripto.

60 Ne statuas, μὴ στήσῃς. Statuendi vocabulo significari puto firmā ac perennem (vt ita dicā) peccati imputationē corā Deo, sicut contrà dicuntur deleri ac remitti peccata quæ cōdonantur. Obdormiuit, ἐκοιμήθη. Id est, Mortuus est. Vide 1. Thess. 4. c. 13. In quibusdam Latinis codicibus additur in Domino, ἐν Κυρίῳ.

IN CAPVT VIII.

2 Extulerunt autem vnà, συνεκόμισαν. Vel, comportarunt, ex eo loco nimirū in quo iacebat lapidibus obrutus. Vulg. & Eras. Curauerunt: quod nimium latè patet, neque etiam Græco verbo respondet. Sed nulla hic mentio conditarum Stephani reliquiarum, aut precum pro mortuis, aut adorationis mortuorum. Religiosi, εὐλαβεῖς. Vulg. barbarè, Timorati. Vide Luc. 2. d. 25.

5 In vrbē Samariæ, εἰς πόλιν Σαμαρείας. i. in vrbē Samariā. Virgil. Hic tamē ille vrbē Pataui, sedésque locauit Teucrorū. Neque his obstat quòd articulus non sit adiectus, quū paulo pòst addatur: & reliquæ vrbes videantur potius oppidula fuisse quàm vrbes. Dedit autē hæc metropolis totī regioni nomen, & sub nomine Sebastes ab Herode magno fuit instaurata, vt narrat Iosephus lib. De bello Iudaico 1. cap. 6.

6 Audientes, τὰ λεγόμενα. Hic Hebræa periphrasis gerundii modi.

7 Spiritus enim impuri, &c. πολλοῖς γὰρ τῶν, &c. Vulgata legit, πολλοὶ γὰρ τῶν ἐχόντων, &c. ideo conuertit, Multi enim eorum qui habebant, & paulo pòst ἐξήρχοντο, exibant. Est autem omissum antecedens priore loco, deinde loco relatiui positum, ex Hebræorum idiotismo: qui nisi obseruetur, vix intelligere licebit quæ sit legitima istorum verborum structura. Est autem (vt opinor) eiusmodi, πολλοὶ γὰρ ἀκάθαρτα πνεύματα ἔχοντες [αὐτὰ,]

ακάθαρτα, βοῶντα μεγάλῃ φωνῇ, ἐξήρχετο· πολλοὶ δὲ παραλελυμένοι καὶ χωλοὶ ἐθεραπεύθησαν.

Καὶ ἐγένετο χαρὰ μεγάλη ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ.

Ἀνὴρ δέ τις ὀνόματι Σίμων προϋπῆρχεν ἐν τῇ πόλει μαγεύων καὶ ἐξιστῶν τὸ ἔθνος τῆς Σαμαρείας, λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν μέγαν.

Ω προσεῖχον πάντες ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου, λέγοντες, Οὗτός ἐστιν ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ ἡ μεγάλη.

Προσεῖχον δὲ αὐτῷ, διὰ τὸ ἱκανῷ χρόνῳ ταῖς μαγείαις ἐξεστακέναι αὐτούς.

Ὅτε δὲ ἐπίστευσαν τῷ Φιλίππῳ εὐαγγελιζομένῳ τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ ὀνόματος τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐβαπτίζοντο ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες.

Ὁ δὲ Σίμων καὶ αὐτὸς ἐπίστευσε, καὶ βαπτισθεὶς, ἦν προσκαρτερῶν τῷ Φιλίππῳ· θεωρῶν τε σημεῖα καὶ δυνάμεις μεγάλας γινομένας, ἐξίστατο.

Ἀκούσαντες δὲ οἱ ἐν Ἱεροσολύμοις ἀπόστολοι ὅτι δέδεκται ἡ Σαμάρεια τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ἀπέστειλαν πρὸς αὐτοὺς τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην.

Οἵτινες καταβάντες προσηύξαντο περὶ αὐτῶν, ὅπως λάβωσι πνεῦμα ἅγιον.

(Οὔπω γὰρ ἦν ἐπ' οὐδενὶ αὐτῶν ἐπιπεπτωκὸς, μόνον δὲ βεβαπτισμένοι ὑπῆρχον εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ)

Τότε ἐπετίθουν τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἐλάμβανον πνεῦμα ἅγιον.

Θεασάμενος δὲ ὁ Σίμων ὅτι διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τῶν ἀποστό-

tis qui eis tenebãtur, exibãt, clamantes voce magna: multi autem paralytici & claudi sanati sunt.

8 Et gaudium magnum fuit in illa vrbe.

9 Vir autem quidam nomine Simon, antea in vrbe illa exercuerat artem magicam, & Gentem Samariæ obstupefecerat, dicens se esse quempiã magnũ.

10 Quem attendebant omnes à minimo vsque ad maximũ, dicentes, Iste est virtus illa Dei magna.

11 Attendebant autem eum propterea quòd multo tempore magicis artibus eos obstupefecerat.

12 Quum verò credidissent Philippo euangelizanti quæ ad regnum Dei & nomen Iesu Christi pertinent, baptizabantur tum viri, tum mulieres.

13 Simon verò & ipse credidit: & baptizatus perdurabat apud Philippum: & cõspiciens signa & virtutes magnas edi, obstupefiebat.

14 Quum autem audissent Apostoli qui erant Hierosolymis, Samariam recepisse Sermonẽ Dei, miserunt ad eos Petrum ac Iohannem.

15 Qui quum descendissent, precati sunt pro eis vt acciperent Spiritum sanctum.

16 (Nondum enim in quẽquam illorum illapsus fuerat, sed baptizati tantùm fuerant in nomine Iesu)

17 Deinde imposuerunt eis manus, & receperunt illi Spiritum sanctum.

18 Quũ autẽ cõspexisset Simon per impositionẽ manuũ Apo-

mundot, clamantes voce magna, exibant: multi autem paralytici & claudi curati sunt.

8 Factum est ergo gaudium magnum in illa ciuitate.

9 Vir autem quidã nomine Simõ, qui antè fuerat in ciuitate magus, seduxitq; gẽtem Samariæ, dicens se esse aliquem magnum.

10 Cui auscultabant omnes à minimo vsque ad maximũ, dicentes, Hic est virtus Dei quæ vocatur magna.

11 Attendebant autem eũ, propter quod multo tempore magicis suis dementasset eos.

12 Quũ verò credidissẽt Philippo euãgelizanti de regno Dei & nomine Iesu Christi, baptizabantur viri ac mulieres.

13 Tũc Simõ & ipse credidit: & quũ baptizatus esset, adhærebat Philippo: videns etiam signa & virtutes maximas fieri, stupens admirabatur.

14 Quũ autem audissent Apostoli qui erãt in Ierosolymis, quòd recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrũ & Iohannem.

15 Qui quũ venissent, orauerũt pro ipsis, ut acciperent Spiritum sanctũ.

16 (Nõdũ enim in quẽquã illorũ superuenerat, sed baptizati tantùm erant in nomine Domini Iesu)

17 Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum.

18 Quum vidisset autẽ Simon quia per impositionem manus Apostolo-

βοῶντα μεγάλῃ φωνῇ, ἐξήρχετο, id est, Spiritus enim impuri multorum qui eos habebãt, clamãtes magna voce, egre diebãtur. Erasmus autem πνεῦμα coniunxit cum verbo ἐξήρχετο, & τοῦτ' ἐξήρχετο [αὐτοῦ] passiuè conuertit. Sic enim interpretatur, Spiritus enim immundi à multis qui illis tenebantur, exibant. quem sum sequutus

9 Et obstupefecerat, καὶ ἐξιστῶν. Id est, ita sibi conciliarat suis præstigiis, vt cæco quodam furore amẽtes, toti essent illi addicti. Vulg. Seducens: id est ἐξαπατῶν, vocabulo nimis diluto. Eras. Dementandi verbo vti maluit, quod etiam vsurpat Vetus interpres proximo versiculo. Ego verò nusquam illud inueni apud idoneos scriptores.

10 Attendebant, προσεῖχον. Eras. Auscultabant, non satis expressè. Suprà verò versic. 6. vsi sunt iidem interpretes Intendendi verbo, non satis Latina constructione. Sed idem Vetus interpres, tertiò iam à seipso dissentiens, προσεῖχον rectè conuertit Attendebant, quod Erasmus malè mutauit in Auscultabant.

11 Perdurabat apud Philip. ἦν προσκαρτερῶν τῷ Φιλίππῳ. Vulg. & Eras. Adhærebat, προσεκολλᾶτο. Vide Mar. 3. b. 9. Obstupefiebat, ἐξίστατο. Nemo non videt (opinor) hoc verbum aliter quàm paulo antè accipi hoc loco. Illic enim de eo dicitur qui mentem ac iudicium omne malis artibus amisit, hic pro magna admiratione ponitur, quum perculsus animus non habet quid constituat. Vide Mar. 5. b. 11.

15 Spiritum sanctum, πνεῦμα ἅγιον. Id est, dona illa eximia quibus ornatos esse oportebat illos, præsertim qui præficiẽdi erãt Ecclesiæ. Nam proculdubio missi sunt eò Petrus & Iohannes à cæteris Apostolis partim vt Philippi diaconi doctrinam ipsi confirmarent, partim vt Apostolica authoritate Ecclesiam constituerent.

λων δίδοται ὁ Πνεῦμα ὁ ἅγιον, προσήνεγκεν αὐτοῖς χρήματα,

19 Λέγων, Δότε κἀμοὶ τὴν ἐξουσίαν ταύτην, ἵνα ᾧ ἐὰν ἐπιθῶ τὰς χεῖρας, λαμβάνῃ Πνεῦμα ἅγιον.

20 Πέτρος δὲ εἶπε πρὸς αὐτόν, Τὸ ἀργύριόν σου σὺν σοὶ εἴη εἰς ἀπώλειαν, ὅτι τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ ἐνόμισας διὰ χρημάτων κτᾶσθαι.

21 Οὐκ ἔστι σοι μερὶς οὐδὲ κλῆρος ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ· ἡ γὰρ καρδία σου οὐκ ἔστιν εὐθεῖα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.

22 Μετανόησον οὖν ἀπὸ τῆς κακίας σου ταύτης, καὶ δεήθητι τοῦ Θεοῦ, εἰ ἄρα ἀφεθήσεταί σοι ἡ ἐπίνοια τῆς καρδίας σου.

23 Εἰς γὰρ χολὴν πικρίας καὶ σύνδεσμον ἀδικίας ὁρῶ σε ὄντα.

24 Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Σίμων εἶπε, Δεήθητε ὑμεῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν Κύριον, ὅπως μηδὲν ἐπέλθῃ ἐπ' ἐμὲ ὧν εἰρήκατε.

25 Οἱ μὲν οὖν, διαμαρτυράμενοι καὶ λαλήσαντες τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, ὑπέστρεφον εἰς Ἱερουσαλήμ, πολλάς τε κώμας τῶν Σαμαρειτῶν εὐηγγελίσαντο.

26 Ἄγγελος δὲ Κυρίου ἐλάλησε πρὸς Φίλιππον, λέγων, Ἀνάστηθι καὶ πορεύου κατὰ μεσημβρίαν, ἐπὶ τὴν ὁδὸν τὴν καταβαίνουσαν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Γάζαν· αὕτη ἐστὶν ἔρημος.

stolorum dari Spiritum ſanctum, obtulit eis pecunias,

19 Dicens, Date etiam mihi poteſtatem iſtam, vt cuicũque impoſuero manus, recipiat Spiritum ſanctum.

20 Petrus autem dixit ei, Argentum tuum tecum ᵛ pereat, qui donum Dei exiſtimaris pecuniis acquiri.

21 Non eſt tibi pars neque ſors ᵛ in hoc negotio: cor enim tuum non eſt ᵛ rectum in Dei conſpectu.

22 Reſipiſce igitur ab iſta malitia tua, & roga Deum, ſi fortè remittatur tibi cogitatio cordis tui.

23 Video enim te ᵛ in felle amariſſimo ᵛ & nexu iniuſtitiæ poſitum.

24 Reſpondens autem Simon dixit, Precamini vos pro me apud Dominum, nequid me inuadat *iſtorum* quæ dixiſtis.

25 Illi igitur teſtificati & loquuti ſermonem Dei, reuerſi ſunt Hieroſolymã, ᵛ & multis vicis Samaritanorũ euãgelizarunt.

26 Angelus autem Domini locquutus eſt Philippo, dicens, Surge, & vade meridiem verſus, ad viam quæ ab Ieruſalem deſcendit Gazam: ᵛ quæ eſt deſerta.

lorum daretur Spiritus ſanctᵘ, obtulit eis pecuniã.

19 *Dicens, Date & mihi hãc poteſtatem, vt cuicunque impoſuero manus, accipiat Spiritum ſanctũ.*

20 *Petrus autem dixit ad eũ, Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quoniam donum Dei exiſtimaſti pecuniis poſſideri.*

21 *Non eſt tibi pars neque ſors in ſermone iſto: cor enim tuum nõ eſt rectum coram Deo.*

22 *Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua: & roga Deũ, ſi forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui.*

23 *In felle enim amaritudinis & obligatione iniquitatis video te eſſe.*

24 *Reſpondens autem Simõ dixit, Precamini vos pro me ad Dominum vt nihil veniat ſuper me horum quæ dixiſtis.*

25 *Et illi quidem teſtificati & loquuti verbum Domini, redibant Ieroſolymã: & multis regionibus Samaritanorum euangelizabant.*

26 *Angelᵘ autẽ Domini locquutus eſt ad Philippũ, dicẽs, Surge, & vade cõtra meridianũ, ad viã quæ deſcendit ab Ieruſalẽ in Gazã: hæc eſt deſerta.*

20 Pereat, εἰς ἀπώλειαν. Heb. לאבדון: id eſt, vt ad verbum interpretantur Vulgata & Eraſmus, Sit in perditionem. Qui exiſtimaris, ὅτι ἐνόμισας. Vulgata & Eraſmus, Quoniam exiſtimaſti. Vide Iob.2.c.18.

21 In hoc negotio, ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ. vel (vt Vulg.) In hoc ſermone, id eſt in iſta doctrina quam annuntiamus. Eraſmus, In hac ratione: quod mihi videtur obſcurum. דבר autem Hebræis de re quauis dici, ſæpe iam obſeruauimus. Rectum coram Deo, εὐθεῖα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Id eſt, verè rectũ & ſine ſimulatione. Vide Luc.1.2.6.

23 In felle enim amariſſimo, εἰς γὰρ χολὴν πικρίας. Alludit omnino Petrus ad locum Moſis Deut.29. c.18, & fel amaritudinis (id eſt amariſſimum) vocat interiorem cordis malitiã, & virus illud diabolicæ impietatis quo magus iſte totus erat oppletus. Nam idem vocabulum ראש & venenum & fel declarat Hebræis, & vtraque ſignificatio optimè quadrat: quia vtrouis modo accipias, nullum eſt magis mortiferum venenũ, nullum etiam fel magis amarum peccato, quum ſemel conſcientiam obtinuit. Cæterùm videri poſſet hoc dicẽdi genus, Eſſe in felle, per hypallagen eſſe explicandum, ac dicendum potius, Video fel amariſſimum in te eſſe. ac fateor me aliquando in ea opinione fuiſſe vt hunc locum ita interpretandum putarem: ſed tandem comperi mutari non poſſe hunc Hebraiſmum quin tota huius dicti emphaſis pereat. Sic enim loquuntur Hebræi, vt hominem prorſus oppreſſum ac quaſi intus ſepultum declarent. Quemadmodum igitur qui quempiam in aquis eſſe dicit, aliquid ſignificat multo grauius quàm ſi aquas in quopiam eſſe dixerit: ſic in felle eſſe, multo eſt vehementius dictum quàm fel in aliquo eſſe. Sic accipio quod ait Dauid Pſal.51.b.7, ſe in iniquitate natũ & in peccato conceptum: & quod exprobrant Phariſæi cæco illi Ioh.9.f.34, ipſum totum natum eſſe in peccatis: item illud quod toties repetitur apud Paulum, in carne eſſe & in Spiritu. quorum dictorum emphaſis non intelligetur niſi Hebraiſmum integrũ ſeruaris. Caſtellio verò eadem audacia vſus in his explicãdis atque in pleriſque aliis, ita interpretatus eſt hunc locum, Nam tibi acerbam imminere bilem video: quaſi fellis appellatione intelligatur ira Dei, in qua dicatur eſſe Simon, id eſt illi obnoxius. Hoc eſt videlicet interpretem agere, Deo tribuere fel amaritudinis. Et nexu iniuſtitiæ, καὶ σύνδεσμον ἀδικίας. id eſt, iniquitatis vinculis ac laqueis irretitum, ſicut etiam loquitur Paulus 1.Tim.1.d.16. Puto autem ſicut peccata vocantur Chald. חוביין, id eſt debita: ſic etiam totum hoc dicendi genus à creditorum ſæuitia ac crudelitate ſumptum, quam Iudæis exprobrans Dominus Eſa.58.b.6, iubet aperiri חרצובות רשע id eſt colligationes iniquitatis, quæ ipſa verba Petrus tranſlatitiè hic vſurpat. Neque enim tam arcta ſunt vlla vincula, neque tam moleſtus eſt vllus creditor, atque malæ conſcientiæ teſtimonium.

25 Et multis vicis, πολλάς τε κώμας. Vulg. Et multis regionibus, πολλὰς τὴν χώρας. Vide Luc.11.d.11.

26 Quæ eſt deſerta, αὕτη ἐστὶν ἔρημος. Tradunt duas fuiſſe Gazas, vnam veterem, ab Alexandro dirutam, alteram nouam: ideóque oportuiſſe hanc ab illa diſtingui: quod non inuenio alterius cuiuſpiam ſcriptoris

authoritate confirmatũ. Quanuis enim ab Alexãdro magno expugnatam & diruram fuiſſe Gazam conſtet, tamen prorſus fuiſſe ſubuerſam non lego: imò verò non impotentem adhuc fuiſſe apparet ex eo quòd aliquot pòſt ſeculis, nempe ſub Ptolemæo Lathuro, qui penultimus fuit Ptolemæorum, denuò fuit expugnata ab Alexandro Iannæo Iudææ rege, vt diſertè commemorat Ioſephus lib. Antiq. 13. cap. 19. Deinde, qui Gazæ alicuius nouæ meminerit, quæ illis temporibus extaret, neminem ſanè inuenio: imò verò, ſi Sozomeno credimus, verã eſſe noſtram coniecturam apparebit. Is enim diſertè ſcribit, Gazæorum nauale, cuius etiam meminit Strabo li. 6, ad Conſtantini Cæſaris tempora, non Gazam ſed Maiumam vocatum fuiſſe: cuius quidem nominis etymologiam Hebræam eſſe puto, quaſi marinam dicas: deinde quòd Chriſti religionem eſſet amplexa, à Conſtantinò ius ciuitatis adeptam, & de filii Conſtantii nomine vocatam Conſtantiam, ad Iuliani vſque tempora, qui profanis Gazæis illam conceſſit, & Gazam nouam iuſſit vocari. Quum igitur à Iuliani tẽporibus cœperit Gazæ veteris ac nouæ diſcrimen, non videtur Lucas tãto antè tempore epithetum Deſertæ addidiſſe, vt veterem à noua diſtingueret. Itaque de via hoc dictum accipio, quæ fuerit admodum infrequens. Siquidem Gazæos conſtat pertinaciſſimos fuiſſe in profana religione, non tantùm aduerſus Iudæos, ſed etiam aduerſus Chriſtianos ipſos imperatores retinenda, vt probabile ſit minimè tritum fuiſſe illinc iter in Hieruſalem: qua de re non immeritò admonetur Philippus, qui alioqui quoduis aliud iter potius fuiſſet ingreſſus.

Καὶ ἀναστὰς ἐπορεύθη· καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ Αἰθίοψ εὐνοῦχος, δυνάστης Κανδάκης τῆς βασιλίσσης Αἰθιόπων, ὃς ἦν ἐπὶ πάσης τῆς γάζης αὐτῆς, ὃς ἐληλύθει προσκυνήσων εἰς Ἱερουσαλήμ·

27 Et igitur ſurgens profectus eſt: & ecce quidam AEthiops eunuchus, dynaſtes Candaces reginæ AEthiopum: qui præerat vniuerſis illius opibus, venerátque adoraturus in Hieruſalem:

27 Et ſurgens abijt: & ecce vir AEthiops eunuchus, potens Candaces reginæ AEthiopum, qui erat ſuper omnes gazas eius, uenerat adorare in Ieruſalem:

Ἦν τε ὑποστρέφων, καὶ καθήμενος ἐπὶ τοῦ ἅρματος αὐτοῦ, καὶ ἀνεγίνωσκε τὸν προφήτην Ἡσαΐαν.

28 Reuertebatur ſedens in curru ſuo, legebátque Eſaiam Prophetam.

28 Et reuertebatur ſedens ſuper currũ ſuũ, legẽsque Eſaiam prophetam,

Εἶπε δὲ τὸ Πνεῦμα τῷ Φιλίππῳ, Πρόσελθε, καὶ κολλήθητι τῷ ἅρματι τούτῳ.

29 Dixit autem Spiritus Philippo, Accede, & adiunge te ad currum iſtum.

29 Dixit autem Spiritus Philippo, Accede, & adiũge te ad currum iſtum.

Προσδραμὼν δὲ ὁ Φίλιππος ἤκουσεν αὐτοῦ ἀναγινώσκοντος τὸν προφήτην Ἡσαΐαν, καὶ εἶπεν, Ἆρά γε γινώσκεις ἃ ἀναγινώσκεις;

30 Accurrens autem Philippus audiuit eum legentem Eſaiam prophetam, & dixit, Nẽpe intelligis quæ legis?

30 Accurrens autem Philippus, audiuit eum legentem Eſaiã prophetam, & dixit, Putáſne intelligis quæ legis.

Ὁ δὲ εἶπε, Πῶς γὰρ ἂν δυναίμην, ἐὰν μή τις ὁδηγήσῃ με; Παρεκάλεσέ τε τὸν Φίλιππον ἀναβὰς καθίσαι σὺν αὐτῷ.

31 At ille ait, Quî enim poſſim, niſi quis mihi prærierit? Et precatus eſt Philippum vt aſcenderet, ſederétque ſecum.

31 Qui ait, Et quómodo poſſum, ſi non aliquis oſtenderit mihi? Rogauítque Philippum ut aſcenderet, & ſederet ſecum.

Ἡ δὲ περικοπὴ τῆς γραφῆς ἣν ἀνεγίνωσκεν, ἦν αὕτη, Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη· καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ.

31 Locus autem Scripturæ quem legebat, hic erat, ‖ Vt ouis ad mactationem ductus eſt: & vt agnus coram ſuo tonſore mutus, ita non aperuit os ſuum.

31 Locus autem Scripturæ quam legebat, erat hic, Iſaiæ 53. c. 7 Tãquam ouis ad occiſionem ductus eſt: & ſicut agnus coram tondente ſe ſine uoce, ſic non aperuit os ſuum.

27 Quidam Æthiops eunuchus ἀνὴρ Αἰθίοψ εὐνοῦχος. Ridiculum ſanè ac tãti viri nomine indignum eſt quod quidam annotat, virum dici qui ſit eunuchus: quum pugnent inter ſe virum eſſe & eunuchum eſſe: vnde & euirati dicuntur. Verùm (inquit) in Chriſto neque ſexus eſt, neque cõditio, ſed noua creatura. Obſecro quorſum hoc verum quidem illud eſt, eunuchis patére Dei regnum non minus quàm aliis, quum in Veteri lege diſcrimen aliquod fuerit inter eunuchos & alios qui eunuchi non erant, vt apparet ex Deut. 23. a. 1: ſed hoc nihil pertinet ad hanc antitheſin, quæ certè nulla eſt. Neque enim ἀνὴρ hic aliud declarat quàm τις, id eſt quidam, vt & aliis infinitis penè locis annotauimus: idque non modò quia Hebræi ſuum איש ita ſolent vſurpare, ſed etiam ex Græcorum more, vt aliquoties apud Herodotum præſertim annotauimus. Dynaſtes, δυνάστης. Vulg. Potens. Eraſ. Præfectus. Vide Luc. 1. e. 52. Candaces, Κανδάκης. Vide Plinium lib. 6. cap. 29.

31 Locus autem, ἡ δὲ περικοπή. Certè non potuit magis Latinè hoc vocabulum conuertere Vetus interpres. vt planè mirer Eraſmum maluiſſe Argumentum aut Sententiam interpretari. quãuis enim περικοπὴ idem declaret atque argumentũ libri quod vocant, id eſt ſumma eorũ quæ in aliquo libro ſcripta ſunt, paucis cõprehenſa, τὸ κεφάλαιον tamen quum Lucas ipſa Eſaiæ verba citet, res ipſa oſtendit περικοπὴ dici à Luca quod Hebræi פרשה, id eſt ſectionem, barbari vulgò paſſum Scripturæ vocant, Latini ſcriptores locum. Sic enim Terentius, --eum Plautus locũ Reliquit integrum: eum hic locũ ſumpſit ſibi In Adelphos. Sic Cicero 2. De legibus, Et hunc locum ſatis in iis libris quos legiſtis, expreſſit Scipio. Cur autem Lucas περικοπὴ ea ſignificatione vſurparit, duplex cauſa adferri poteſt. Vna, fortaſſis tamẽ ſubtilis potius quàm probabilis, quòd inter Græcos Iudæos hebraiſſantes, vocabulum Hebræum פרשה in hoc Græcum degenerãſſet in ſynagogis: qualia multa non dubito quin fuerint in populari ſermone corruptè obſeruata. Nam certè mira eſt affinitas inter פרשה & περικοπὴ. Sic Latina vocabula multa annotauimus Græca terminatione fuiſſe vſurpata Matth. 5. d. 16. Altera ratio huius ſignificationis hæc dari poteſt, quòd περικοπὴ, quum propriè ſignificet complexionem, ac quantum vno ambitu contineri poteſt, optima ratione poſſunt iſtæ ſectiones ſic etiam vocari, quaſi partem dicas certis terminis cõprehenſam, & à reliquis diſtinctam.

Ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη· τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ.

33 In ipſius deiectione iudicium eius ſublatum eſt: ſeculum autem eius quis enarrabit? quoniã tollitur è terra vita ei.

33 In humiliatione iudicium eius ſublatum eſt: generationẽ eius quis enarrabit? quoniam tollitur de terra vita eius.

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ εὐνοῦχος τῷ Φιλίππῳ εἶπε, Δέομαί σου, περὶ τίνος ὁ προφήτης λέγει τοῦτο; περὶ ἑαυτοῦ, ἢ περὶ ἑτέρου τινός;

34 Reſpondẽs autem eunuchus Philippo, dixit, Rogo te, de quo propheta hoc dicit? de ſeipſo, an de alio quopiam.

34 Reſpondens autem eunuchus Philippo, dixit, Obſecro te de quo Propheta dicit hoc? de ſe, an de alio quo alio?

Ἀνοίξας δὲ ὁ Φίλιππος τὸ στόμα αὐτοῦ, καὶ ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς γραφῆς ταύτης, εὐηγγελίσατο αὐτῷ τὸν Ἰησοῦν.

35 Aperiens autem Philippus os ſuum, & incipiens à ſcriptura iſta, euangelizauit ei Ieſum.

35 Aperiens autem Philippus os ſuum, & incipiens à ſcriptura iſta, euangelizauit illi Ieſum.

Ὡς δὲ ἐπορεύοντο κατὰ τὴν ὁδόν, ἦλθον ἐπί τι ὕδωρ· καί φησιν ὁ εὐνοῦχος, Ἰδοὺ ὕδωρ· τί κωλύει με βαπτισθῆναι;

36 Quum verò pergerent in via, venerunt ad quandam aquã: tũ ait eunuchus, En aquã: quid prohibet me baptizari?

36 Et dum irent per viam, venerunt ad quandam aquam, & ait eunuchus, Ecce aqua, quid prohibet me baptizari?

Εἶπε δὲ ὁ Φίλιππος, Εἰ πιστεύεις ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, ἔξεστιν. Ἀποκριθεὶς δὲ εἶπε, Πιστεύω τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ εἶναι τὸν Ἰησοῦν Χριστόν.

37 Dixit verò Philippus, Si credis ex toto corde, licet. Reſpondens autem ille dixit, Credo Filium Dei eſſe Ieſum Chriſtum.

37 Dixit autem Philippus, Si credis ex toto corde, licet. Et reſpõdens ait, Credo Filium Dei eſſe Ieſum Chriſtum.

Καὶ ἐκέλευσε στῆναι τὸ ἅρμα· καὶ κατέβησαν ἀμφότεροι εἰς τὸ ὕδωρ, ὅ, τε Φίλιππος καὶ ὁ εὐνοῦχος· καὶ ἐβάπτισεν αὐτόν.

38 Iuſſitque ſiſti currum: ac deſcenderunt ambo in aquam, Philippus ſimul & eunuchus: & ille baptizauit eum.

38 Et iuſſit ſtare currum: & deſcenderũt uterque in aquã, Philippus & eunuchus, et baptizauit eũ.

Ὅτε δὲ ἀνέβησαν ἐκ τοῦ ὕδατος, Πνεῦμα Κυρίου ἥρπασε τὸν Φίλιππον, καὶ οὐκ εἶδεν αὐτὸν ὁ εὐνοῦχος οὐκέτι· ἐπορεύετο γὰρ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ χαίρων.

39 Quum autem aſcendiſſent ex aqua, Spiritus Domini rapuit Philippũ, nec amplius vidit eum eunuchus. Pergebat enim in via ſua, gaudens.

39 Quum autem aſcendiſſent de aqua, Spiritus Domini rapuit Philippum, & amplius non vidit eũ eunuchus. Ibat autẽ per viam ſuam gaudens.

Φίλιππος δὲ εὑρέθη εἰς Ἄζωτον·

40 Philippꝰ autẽ inuẽtus eſt Azo

40 Philippꝰ autẽ inuentus

33 In ipſius deiectione, iudicium eius ſublatum eſt, ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη. Hebr. veritas habet בְּעָצְרוֹ וּמִמִּשְׁפָּט נִלְקָח, quæ ſic interpretor, E clauſtro & iudicio aſſumptus eſt. Vocat autem clauſtrum (vt opinor) ſepulchrum, ipſáque adeo mortis vincula. Nam עצר retentionem declarat. Iudicium verò accipio pro ſupplicio quo affectus eſt, & miſerabili conditione quam ſubiit Chriſtus, noſtri cauſa, Patris iram ſuſtinens. Inde igitur ſublatus eſt, ruptis mortis vinculis, vt ſuprà dixit Petrus 2. d. 24. Quod autem ad Græcam interpretationem attinet, in vno codice comperimus αὐτοῦ deeſſe: quòd ſi pro αὐτοῦ κρίσις legeretur καὶ κρίσις, prorſus reſponderet Hebræis. & ἡ pro καὶ facilè potuit non tàtùm ſcribi, ſed etiam ab interprete hoc loco vſurpari. Pro clauſtro verò ſiue carcere verterũt Græci ταπείνωσιν, vt melius appareret antitheſis verbi αἴρει, neque id incommodè, ſi ſententiam ſpectes. Tum enim planè fuit depreſſus & ad inferos vſque detruſus, quum in vmbra mortis & ſepulchri tenebris clauſus iaceret. Sed hæc ab interpretibus copioſius ſunt explicata. Certè vt varient verba, idem tamen ſenſus manet, etiamſi legas, ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη, vt habent omnia exemplaria. Tum enim ſublatum eſt iudicium quum ex ipſo iudicio ſaluus euaſit. Seculum autẽ eius, τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ. Hebr. דורו id eſt, quandiu æuum ipſius ſit duraturum. Nam (vt ait Paulus Rom. 6. b. 9) Chriſtus excitatus ex mortuis, non amplius moritur, mors illi non amplius dominatur. Ingreſſus enim eſt regnum illud cuius non erit finis, vt Mariæ prædixit Angelus. Significat autem דור Hebræis quod Latini ſeculum aut ætatem vocant. Itaque magis etiam propria eſt iſta interpretatio quàm ſi de ipſius Chriſti progenie (id eſt de Eccleſia) accipias, quam Deo Patri genuit: quanuis eandem membrorum ac capitis conditiònem eſſe non diffitear: ſiquidem vnà cum ipſo in cæleſtibus conſidemus. quæ omnia doctiſſimus interpres in hunc locum piè ac doctè annotauit. Veteres autem fefellit (quod bona cum ipſorum venia dixerim) Hebraicæ linguæ ignoratio, quum de Chriſti vel diuino & æterno, vel humano ortu in huius loci explanatione differerent. Nam iſta οὐδὶς ἀφῆς ἴσμεν.

36 Quum verò pergerent, ὡς δὲ ἐπορεύοντο. In vno exemplari additum hic inuenimus συλλεγόμενοι μετ' ἀλλήλων, vnà inter ſe ſermonem conferentes.

37 Dixit verò, φησὶν δέ. Totum hunc verſiculum comperimus deeſſe in quinque codicibus, atque adeo in Complutenſi editione.

39 Spiritus Domini, Πνεῦμα Κυρίου. In vno codice hæc legimus, Πνεῦμα ἅγιον ἦλθεν ἐπὶ τὸν εὐνοῦχον, ἄγγελος δὲ Κυρίου ἥρπασε τὸν Φίλιππον, Spiritus ſanctus illapſus eſt in eunuchum, Angelus autem Domini rapuit Philippum: quam lectionem Rabanus in gloſſa ordinaria annotauit. Pergebat enim, ἐπορεύετο γάρ. Iterum ἐπορεύετο verti Pergere, vt planius loquerer. Vulg. Ibat autem, vt videatur pro ἦν legiſſe ἤει. Ego receptam lectionem amplector. Adfertur enim ratio cur eum amplius nõ viderit eunuchus, quoniam videlicet iter ſuum non intermiſit, neque in quærendo Philippo tempus conſumpſit, inſigni certè fidei exemplo.

40 Inuentus eſt, εὑρέθη. Eraſ. Repertus eſt. Nam, inquit, quis illum quærebat, vt illic fuerit inuentus? Ego verò non puto perpetuam eſſe differentiam illam inter inuenire & reperire. Reſpondet autẽ εὑρέθη hoc in loco verbo מצא in coniugatione Niphal, vt hoc ſit quod in vernaculo ſermone dicimus *Iſe trouua*, non autem, *il fut trouué*.

γοντὰς διεπορεύετο κατελθεῖν καὶ πρὸς τοὺς ἁγίους τοὺς κατοικοῦντας Λύδδα.

Κεφάλαιον θ.

Ὁ δὲ Σαῦλος ἔτι ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνου εἰς τοὺς μαθητὰς τοῦ Κυρίου, προσελθὼν τῷ Ἀρχιερεῖ,

Ἠτήσατο παρ' αὐτοῦ ἐπιστολὰς εἰς Δαμασκὸν πρὸς τὰς συναγωγάς, ὅπως ἐὰν τινας εὕρῃ τῆς ὁδοῦ ὄντας ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, δεδεμένους ἀγάγῃ εἰς Ἱερουσαλήμ.

Ἐν δὲ τῷ πορεύεσθαι ἐγένετο αὐτὸν ἐγγίζειν τῇ Δαμασκῷ· καὶ ἐξαίφνης περιαστράψαι αὐτὸν φῶς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ.

Καὶ πεσὼν ἐπὶ τὸ ἔδαφος, ἤκουσε φωνῆς λέγουσαν πρὸς αὐτόν, Σαοὺλ Σαοὺλ, τί με διώκεις;

Εἶπε δέ, Τίς εἶ Κύριε; Ὁ δὲ Κύριος εἶπεν, Ἐγώ εἰμι Ἰησοῦς ὃν σὺ διώκεις. σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν.

Τρέμων τε καὶ θαμβῶν εἶπε, Κύριε, τί με θέλεις ποιῆσαι; Καὶ ὁ Κύριος πρὸς αὐτόν, Ἀνάστηθι καὶ εἴσελθε εἰς τὴν πόλιν, καὶ λαληθήσεταί σοι τί σε δεῖ ποιεῖν.

Οἱ δὲ ἄνδρες οἱ συνοδεύοντες αὐτῷ, εἱστήκεισαν ἐνεοί, ἀκούοντες μὲν τῆς φωνῆς, μηδένα δὲ θεωροῦντες.

ti: & præterierunt euangelizantes oppidis vrbibus, vsquedum veniret Cæsaream.

CAP. IX.

1 SAulus autem adhuc spirans minas ac cædem aduersus discipulos Domini, adiit Pontificem maximum,

2 Et petiit ab eo epistolas perferendas Damascum ad synagogas: vt siquos inuenisset huius sectæ tum viros tum mulieres, vinctos duceret Hierosolymã.

3 Quum autem iter faceret, factum est vt appropinquaret Damasco: & repentè circunfulsit eum lux è cælo.

4 Et quum cecidisset in terram, audiuit vocẽ dicentẽ sibi, Saul, Saul, quid me persequeris?

5 Dixit autem, Quis es Domine? Dominus autem dixit, Ego sum Iesus quẽ tu persequeris. durum est tibi contra stimulos calcitrare.

6 Is uerò tremens & pauens dixit, Domine, quid me vis facere? Tum Dominus ad eum, Surge, & ingredere vrbem, & dicetur tibi quid te oporteat facere.

7 Viri autem illi quí cũ Saulo iter faciebant, steterunt attoniti, audientes quidem eius vocẽ, neminem autem videntes.

Ἐγερθεὶς δὲ ὁ Σαοὺλ ἀπὸ τῆς γῆς, ἀνεῳγμένων δὲ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ οὐδένα ἔβλεπεν· χειραγωγοῦντες δὲ αὐτὸν εἰσήγαγον εἰς Δαμασκόν.

Καὶ ἦν ἡμέρας τρεῖς μὴ βλέπων, καὶ οὐκ ἔφαγε καὶ οὐκ ἔπιεν.

Ἦν δέ τις μαθητὴς ἐν Δαμασκῷ ὀνόματι Ἁνανίας· καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν ἐν ὁράματι ὁ Κύριος, Ἁνανία. Ὁ δὲ εἶπεν, Ἰδοὺ ἐγώ Κύριε.

Ὁ δὲ Κύριος πρὸς αὐτόν, Ἀναστὰς πορεύθητι ἐπὶ τὴν καλουμένην Εὐθεῖαν, καὶ ζήτησον ἐν οἰκίᾳ Ἰούδα Σαοὺλ ὀνόματι Ταρσέα· ἰδοὺ γὰρ προσεύχεται,

Καὶ εἶδεν ἄνδρα Ἁνανίαν ὀνόματι εἰσελθόντα καὶ ἐπιθέντα αὐτῷ χεῖρα, ὅπως ἀναβλέψῃ.

Ἀπεκρίθη δὲ Ἁνανίας, Κύριε, ἤκουσα ἀπὸ πολλῶν περὶ τοῦ ἀνδρὸς τούτου, ὅσα κακὰ τοῖς ἁγίοις σου ἐποίησεν ἐν Ἱερουσαλήμ·

Καὶ ὧδε ἔχει ἐξουσίαν παρὰ τῶν ἀρχιερέων δῆσαι πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους τὸ ὄνομά σου.

Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Κύριος, Πορεύου, ὅτι σκεῦος ἐκλογῆς ἐστί μοι οὗτος, τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον ἐθνῶν τε καὶ βασιλέων, υἱῶν τε Ἰσραήλ·

Ἐγὼ γὰρ ὑποδείξω αὐτῷ ὅσα δεῖ αὐτὸν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματός μου παθεῖν.

Ἀπῆλθε δὲ Ἁνανίας καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ ἐπιθεὶς ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας εἶπε, Σαοὺλ ἀδελφέ, ὁ Κύριος ἀπέσταλκέ με, Ἰησοῦς ὁ ὀφθείς σοι ἐν τῇ ὁδῷ ᾗ ἤρχου, ὅπως ἀναβλέψῃς καὶ πλησθῇς πνεύματος ἁγίου.

Καὶ εὐθέως ἀπέπεσον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ ὡσεὶ λεπίδες, καὶ ἀνέβλεψε παραχρῆμα· καὶ ἀναστὰς ἐβαπτίσθη.

Καὶ λαβὼν τροφὴν ἐνίσχυσε. Ἐγένετο δὲ μετὰ τῶν ἐν Δαμασκῷ μαθητῶν ἡμέρας τινάς.

Καὶ εὐθέως ἐν ταῖς συναγωγαῖς ἐκήρυσσε τὸν Ἰησοῦν, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ.

Ἐξίσταντο δὲ πάντες οἱ ἀκούοντες καὶ ἔλεγον, Οὐκ οὗτός ἐστιν ὁ πορθήσας ἐν Ἱερουσαλὴμ τοὺς ἐπικαλουμένους τὸ ὄνομα τοῦτο; καὶ ὧδε εἰς τοῦτο ἐληλύθει ἵνα δεδεμένους αὐτοὺς ἀγάγῃ ἐπὶ τοὺς ἀρχιερεῖς.

Σαῦλος δὲ μᾶλλον ἐνεδυναμοῦτο, καὶ συνέχυννε Ἰουδαίους τοὺς κατοικοῦντας ἐν Δαμασκῷ, συμβιβάζων ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός.

Ὡς δὲ ἐπληροῦντο ἡμέραι ἱκαναί, συνεβουλεύσαντο οἱ Ἰουδαῖοι ἀνελεῖν αὐτόν.

Ἐγνώσθη δὲ τῷ Σαούλῳ ἡ ἐπιβουλὴ αὐτῶν. Παρετηροῦντο δὲ καὶ τὰς πύλας ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς, ὅπως αὐτὸν ἀνέλωσιν·

Λαβόντες δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ νυκτὸς διὰ τοῦ τείχους καθῆκαν αὐτὸν χαλάσαντες ἐν σπυρίδι.

Παραγενόμενος δὲ εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐπείραζε κολλᾶσθαι τοῖς μαθηταῖς· καὶ πάντες ἐφοβοῦντο αὐτὸν, μὴ πιστεύοντες ὅτι ἐστὶ μαθητής.

Βαρνάβας δὲ ἐπιλαβόμενος αὐτὸν ἤγαγε πρὸς τοὺς ἀποστόλους, καὶ διηγήσατο αὐτοῖς πῶς ἐν τῇ ὁδῷ εἶδε τὸν Κύριον, καὶ ὅτι ἐλάλησεν αὐτῷ, καὶ πῶς ἐν Δαμασκῷ ἐπαρρησιάσατο ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ.

Καὶ ἦν μετ' αὐτῶν εἰσπορευόμενος καὶ ἐκπορευόμενος εἰς Ἱερουσαλήμ.

Ἐπαρρησιάζετο δὲ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ· ἐλάλει τε καὶ συνεζήτει πρὸς τοὺς Ἑλληνιστάς· οἱ δὲ ἐπεχείρουν ἀνελεῖν αὐτόν.

Ἐπιγνόντες δὲ οἱ ἀδελφοὶ κατήγαγον αὐτὸν εἰς Καισάρειαν, καὶ ἐξαπέστειλαν αὐτὸν εἰς Ταρσόν.

Ἡ μὲν οὖν ἐκκλησία καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας καὶ Γαλιλαίας καὶ Σαμαρείας εἶχεν εἰρήνην, οἰκοδομουμένη καὶ πορευομένη τῷ φόβῳ τοῦ Κυρίου, καὶ τῇ παρακλήσει τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπληθύνετο.

Ἐγένετο δὲ Πέτρον διερχόμενον διὰ πάντων κατελθεῖν καὶ πρὸς τοὺς ἁγίους τοὺς κατοικοῦντας Λύδδα.

Εὗρε δέ τινα ἐκεῖ ἄνθρωπον ὀνόματι Αἰνέαν, ἐξ ἐτῶν ὀκτὼ κατακείμενον ἐπὶ κραβάττου, ὃς ἦν παραλελυμένος.

Καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ Πέτρος, Αἰνέα, ἰάται σε Ἰησοῦς Χριστός· ἀνάστηθι καὶ στρῶσον σεαυτῷ. Καὶ εὐθέως ἀνέστη.

Καὶ εἶδον αὐτὸν πάντες οἱ κατοικοῦντες Λύδδα καὶ τὸν Σαρωνᾶ, οἵτινες ἐπέστρεψαν ἐπὶ τὸν Κύριον.

Ἐν Ἰόππῃ δέ τις ἦν μαθήτρια ὀνόματι Ταβιθὰ, ἣ διερμηνευομένη λέγεται Δορκάς· αὕτη ἦν πλήρης ἔργων ἀγαθῶν καὶ ἐλεημοσυνῶν ὧν ἐποίει.

Ἐγένετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἀσθενήσασαν αὐτὴν ἀποθανεῖν· λούσαντες δὲ ἔθηκαν αὐτὴν ἐν ὑπερῴῳ.

Ἐγγὺς δὲ οὔσης Λύδδας τῇ Ἰόππῃ οἱ μαθηταὶ ἀκούσαντες ὅτι Πέτρος ἐστὶν ἐν αὐτῇ, ἀπέστειλαν δύο ἄνδρας πρὸς αὐτὸν παρακαλοῦντες, Μὴ ὀκνήσῃς διελθεῖν ἕως ἡμῶν.

Ἀναστὰς δὲ Πέτρος συνῆλθεν αὐτοῖς· ὃν παραγενόμενον ἀνήγαγον εἰς τὸ ὑπερῷον, καὶ παρέστησαν αὐτῷ πᾶσαι αἱ χῆραι κλαίουσαι καὶ ἐπιδεικνύμεναι χιτῶνας καὶ ἱμάτια ὅσα ἐποίει μετ' αὐτῶν ἡ Δορκάς.

Ἐκβαλὼν δὲ ἔξω πάντας ὁ Πέτρος καὶ θεὶς τὰ γόνατα προσηύξατο· καὶ ἐπιστρέψας πρὸς τὸ σῶμα εἶπε, Ταβιθὰ, ἀνάστηθι. Ἡ δὲ ἤνοιξε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς· καὶ ἰδοῦσα τὸν Πέτρον ἀνεκάθισε.

Δοὺς δὲ αὐτῇ χεῖρα ἀνέστησεν αὐτήν· καὶ φωνήσας τοὺς ἁγίους καὶ τὰς χήρας παρέστησεν αὐτὴν ζῶσαν.

Γνωστὸν δὲ ἐγένετο καθ' ὅλης τῆς Ἰόππης· καὶ ἐπίστευσαν πολλοὶ ἐπὶ τὸν Κύριον.

Ἐγένετο δὲ ἡμέρας ἱκανὰς μεῖναι αὐτὸν ἐν Ἰόππῃ παρά τινι Σίμωνι βυρσεῖ.

IN CAPVT IX.

2 *Perferendas* Damascum, εἰς Δαμασκόν. Similis eclipsis exemplum est suprà, 7.b.9. *Huius sectæ*, τῆς ὁδοῦ. Articulus (vt rectè notat Erasmus) vim obtinet pronominis hoc loco, κατ' ἐξοχήν videlicet. ὁδὸν autem vocat ἄρτιον. Ideo hæc vocabula vt synonyma connectit Paulus infrà, 14.d.14. Solẽt enim Hebræi דרך, id est viam, vocare omne vitæ genus quod aliquis insistat,

5 *Iesus*, Ἰησοῦς. In vno exemplari additum erat ὁ Ναζωραῖος, ille Nazarenus, vt etiam additur infrà, 22.b.8. *Durum* est tibi, &c. σκληρόν σοι. Æschyl. Ὑμεῖς δ' ἐμοὶ γεγῶτες ὡς ἀκέντρα κῶλα πρὸς κέντρα κῶλα λακτίζετε. Cæterùm omnia hæc vsque ad πρὸς αὐτόν, desunt in vetustis omnib⁹ codicib⁹ quos inspeximus, & videtur addita ex ils quæ commemorantur infrà, 22.c.10, & 26.d.14. Sic autem in ils legebatur, Ἐγὼ εἰμὶ Ἰησοῦς ὃν σὺ διώκεις· ἀλλ' ἀνάστα, quem tu persequeris. sed age, surge, &c.

6 Et dicetur, καὶ λαληθήσεται. In duobus exemplaribus scriptum legimus, καὶ λαλήσουσι, & illic dicetur.

7 *Steterunt*, εἱστήκεισαν. Id est constiterunt, ita vt progredi non possent, sed attoniti manerent, tanquam saxei. Neque enim hoc pugnat cum eo quod infrà dicitur, 26.c.14, vnà omnes fuisse in terram prostratos. Alii (vt hunc nodum expediant) collapsos quidem fuisse volunt, sed postea in pedes erectos: quod vt verum sit, tamen non videtur Lucas huc respexisse quam diceret eos attonitos constitisse. Puto enim potius stuporem hoc vocabulo significari, quum alioquin fuerint quamcelerrimè aufugituri. Itaque τῷ ἑστάναι opponitur τῷ πεσεῖσθαι, non autem τῷ καθῆσθαι, vt Mar. 10.g.49. *Eius vocem*, τῆς φωνῆς. Ipsa ratio constructionis poscere videtur vt quum paulo antè præcesserit αὐτῷ, hic quoque subaudiatur idem relatiuum, quod ad Saulum videlicet referatur, potius quàm ἐκείνου, quod loquentem Christum designet: sicut in proximo versiculo, quum inquit, χειραγωγοῦντες δὲ αὐτὸν εἰσήγαγον εἰς Δαμασκόν, necesse est idem pronomen subaudiri aut adiungi aut participio χειραγωγήσαντες, aut potius verbo εἰσῆλθον. Erat igitur istius stuporis causa duplex, vna, quòd repentino fulgore prostrati essent in terram: altera, quòd Saulum audirent cum altero loquentem, & neminem tamen viderent, quicum videlicet colloqueretur. Ita conciliant hunc locum Græca scholia cum eo quod infrà scribitur 22.c.9. quæ explicatio mihi maximè probatur tribus de causis. Primùm enim (vt dixi) si ita accipias, plana & simplex erit verborum constructio: deinde maximè probabile est Sauli vocem ab iis auditam qui aderant, Christi verò non item: quum hæc fierent vnius Sauli causa, vt res ipsa ostendit: siquidem neque hoc loco, neque vsquam alibi, quoties narratur hæc historia, vlla fit mentio istorum Pauli comitum, quasi Christum simul amplexi: quod tamen verisimile est fuisse facturos si loquentis vocem audiissent: sed putarunt nimirum eum

repentino fulguris ictu perculsum existimasse se audire quod non audirent, vt attoniti homines solent: ita nimirum hæc disponente diuina prouidentia, vt qui hæc postea suæ gentis hominibus narrarent, minus suspectæ fidei essent. Ideo etiam vnus Paulus dicitur exæcatus: ex quo intelligimus totam visionem ad ipsum pertinuisse, cæteros hactenus vidisse huius lucis scintillas & prostratos fuisse, ac loquentem ipsum Paulum audiuisse, quatenus id necesse fuit, vt de hoc facto testari possent. Postremò videtur hoc disertè Paulus infrà explicare 22.c.9, vbi vocem quam non audierint comites, disertè à sua distinguit. Neque enim simpliciter dicit, τὴν φωνὴν οὐκ ἤκουσαν, vt hoc loco scripsit Lucas, ἀκούοντες μὲν τῆς φωνῆς, sed addit τῆ λαλούσης μοι, quũ hic (vt dixi) potius subaudiatur αὐτῆ. Adferuntur tamẽ aliæ etiã rationes quibus hæc conciliẽtur, nẽpe vt ἀκούειν hoc loco accipiatur pro audire, & φωνὴ pro confuso quodam sono: illic verò ἀκούειν intelligere, & φωνὴ vocẽ declaret. Valla deprauatũ hunc locum suspicatur, & legẽdum esse potius, διαφούσης μὲν τὴν φῶς, μηδὲν δὲ ἀκούσης. Sed hoc quidem est nodum secare potius quàm soluere.

Ηγέρθη δὲ ὁ Σαῦλος ἀπὸ τῆς γῆς, ἀνεῳγμένων δὲ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ, οὐδὲν ἔβλεπε· χειραγωγοῦντες δὲ αὐτὸν εἰσήγαγον εἰς Δαμασκόν.

8 Surrexit autem Saulus è terra, apertisque oculis suis neminem videbat: itaque manu ducentes eum introduxérũt Damascum.

8 *Surrexit autem Saulus de terra: apertisque oculis nihil videbat: ad manus autem illum trahentes introduxerunt Damascum.*

Καὶ ἦν ἡμέρας τρεῖς μὴ βλέπων, καὶ οὐκ ἔφαγε οὐδὲ ἔπιεν.

9 Vbi fuit tribus diebus, non videns, & non comedit neque bibit.

9 *Et erat tribus diebus non videns, & non manducauit, neque bibit.*

Ἦν δέ τις μαθητὴς ἐν Δαμασκῷ ὀνόματι Ἀνανίας, καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ Κύριος ἐν ὁράματι, Ἀνανία. Ὁ δὲ εἶπεν, Ἰδοὺ, ἐγὼ Κύριε.

10 Erat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias, ad quẽ dixit per visum Dominus, Anania. Et ille ait, Ecce, ego *adsum* Domine.

10 *Erat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias: & dixit ad illum in visu Dominus, Anania. At ille ait, Ecce, ego Domine.*

Ὁ δὲ Κύριος πρὸς αὐτὸν, Ἀναστὰς, πορεύθητι ἐπὶ τὴν ῥύμην τὴν καλουμένην Εὐθεῖαν, καὶ ζήτησον ἐν οἰκίᾳ Ἰούδα Σαῦλον ὀνόματι, Ταρσέα. ἰδοὺ γὰρ προσεύχεται.

11 Tum Dominus ad eum, Surge, & proficiscere in vicum qui vocatur Rectus, & quære in domo Iudæ Saulum *quendam* nomine, Tarsẽsem. ecce enim precatur.

11 *Et Dominus ad eum, Surge, & vade in vicum qui vocatur Rectus: & quære in domo Iudæ Saulum nomine, Tarsensem. ecce enim orat.*

Καὶ εἶδεν ἐν ὁράματι ἄνδρα ὀνόματι Ἀνανίαν εἰσελθόντα, καὶ ἐπιθέντα αὐτῷ χεῖρα, ὅπως ἀναβλέψῃ.

11 Et vidit per visum virum Ananiam nomine, introeuntem, & imponentem sibi manum vt visum reciperet.

11 *Et vidit virum Ananiam nomine, introeuntem, & imponentem sibi manus vt visum recipiat.*

Ἀπεκρίθη δὲ ὁ Ἀνανίας, Κύριε, ἀκήκοα ἀπὸ πολλῶν περὶ τοῦ ἀνδρὸς τούτου, ὅσα κακὰ ἐποίησε τοῖς ἁγίοις σου ἐν Ἰερουσαλήμ.

13 Respondit autem Ananias, Domine, audiui ex multis de viro isto, quot malis affecerit sanctos tuos in Hierusalem.

13 *Respondit autem Ananias, Domine, audiui à multis de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis in Ierusalem.*

Καὶ ὧδε ἔχει ἐξουσίαν παρὰ τῶν Ἀρχιερέων, δῆσαι πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους τὸ ὄνομά σου.

14 Quinetiam hoc loco habet potestatẽ à principibus Sacerdotum, vinciendi omnes qui inuocant nomen tuum.

14 *Et hîc habet potestatẽ à principibus Sacerdotũ alligandi omnes qui inuocant nomen tuum.*

Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Κύριος, Πορεύου, ὅτι σκεῦος ἐκλογῆς μοί ἐστιν οὗτος, τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον ἐθνῶν, καὶ βασιλέων, υἱῶν τε Ισραήλ.

15 Dixit autem ad eum Dominus, Proficiscere: nam instrumentum electũ est mihi iste, vt perferat nomẽ meũ cõspectũ Gentiũ, & regũ & filiorũ Israel.

15 *Dixit autem ad eum Dominus, Vade, quoniã vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram Gentibus, & regibus, & filijs Israel.*

Ἐγὼ γὰρ ὑποδείξω αὐτῷ ὅσα δεῖ αὐτὸν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματός μου παθεῖν.

16 Ego enim ostendam ei quàm multa oporteat eum pro nomine meo pati.

16 *Ego enim ostendam illi quãta oporteat eum pro nomine meo pati.*

Ἀπῆλθε δὲ Ἀνανίας καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν· καὶ ἐπιθεὶς ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας,

17 Abiit igitur Ananias, & ĩtroiuit domũ illã, & ĩpositis manib⁹,

17 *Et abijt Ananias, & introiuit in domum: & imponens ei manus,*

11 Et vidit, καὶ εἶδεν. Quidam hæc includunt parenthesi, quasi sint non Domini, sed Lucæ verba, quòd nũ videatur Dominus ita fuisse compellaturus ipsum Ananiam. Sed facilis est responsio. dicuntur enim hæc à Domino, habita ipsius Sauli ratione, cui alioquin Ananias erat ignotus.

15 Instrumentum electum, σκεῦος ἐκλογῆς. Vel, (vt Erasmus) organum electum. quod & ipsum Græcum est vocabulum, sed à Latinis vsurpatur, præsertim in iis quæ ad architecturam pertinent. Scimus autem passim Ecclesiam ædificio comparari. Vulgata ad verbum, Vas electionis, nimium obscurè. Vide Matthæum capite 12.b 19.

17 Domum illam, εἰς τὴν οἰκίαν. Vulg. & Eras. In domum, nimis obscurè. Nam qui ita loquitur, omnino videtur domum eius significare qui dicitur ingressus. Est autem hoc loco articuli vis ἀναφορικὴ. Refertur enim ad id quod mandarat Dominus: nempe vt in domo Iudæ Saulum quæreret.

εἶπε, Σαοὺλ ἀδελφέ, ὁ Κύριος ἀπέσταλκέ με Ἰησοῦς ὁ ὀφθείς σοι ἐν τῇ ὁδῷ ᾗ ἤρχου, ὅπως ἀναβλέψῃς καὶ πλησθῇς Πνεύματος ἁγίου.

Καὶ εὐθέως ἀπέπεσον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ ὡσεὶ λεπίδες, καὶ ἀνέβλεψέ τε παραχρῆμα· καὶ ἀναστὰς ἐβαπτίσθη.

Καὶ λαβὼν τροφὴν ἐνίσχυσεν. Ἐγένετο δὲ ὁ Σαῦλος μετὰ τῶν ἐν Δαμασκῷ μαθητῶν ἡμέρας τινάς.

Καὶ εὐθέως ἐν ταῖς συναγωγαῖς ἐκήρυσσε τὸν Χριστόν, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ.

Ἐξίσταντο δὲ πάντες οἱ ἀκούοντες, καὶ ἔλεγον, Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ πορθήσας ἐν Ἰερουσαλὴμ τοὺς ἐπικαλουμένους τὸ ὄνομα τοῦτο, καὶ ὧδε εἰς τοῦτο ἐληλύθει ἵνα δεδεμένους αὐτοὺς ἀγάγῃ ἐπὶ τοὺς Ἀρχιερεῖς;

Σαῦλος δὲ μᾶλλον ἐνεδυναμοῦτο, καὶ συνέχυνε τοὺς Ἰουδαίους τοὺς κατοικοῦντας ἐν Δαμασκῷ, συμβιβάζων ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός.

Ὡς δὲ ἐπληροῦντο ἡμέραι ἱκαναί, συνεβουλεύσαντο οἱ Ἰουδαῖοι ἀνελεῖν αὐτόν.

Ἐγνώσθη δὲ τῷ Σαύλῳ ἡ ἐπιβουλὴ αὐτῶν. παρετηροῦντο τε καὶ πύλας ἡμέρας τε καὶ νυκτός, ὅπως αὐτὸν ἀνέλωσι.

Λαβόντες δὲ αὐτὸν οἱ μαθηταὶ νυκτὸς, καθῆκαν διὰ τοῦ τείχους, χαλάσαντες ἐν σπυρίδι.

Παραγενόμενος δὲ ὁ Σαῦλος εἰς Ἰερουσαλὴμ, ἐπειρᾶτο κολλᾶσθαι τοῖς μαθηταῖς· καὶ πάντες ἐφοβοῦντο αὐτὸν, μὴ πιστεύοντες ὅτι ἐστὶ μαθητής.

Βαρνάβας δὲ ἐπιλαβόμενος αὐτὸν, ἤγαγε πρὸς τοὺς ἀποστόλους, καὶ διηγήσατο αὐτοῖς πῶς ἐν τῇ ὁδῷ εἶδε τὸν Κύριον, καὶ ὅτι ἐλάλησεν αὐτῷ, καὶ πῶς ἐν Δαμασκῷ ἐπαρρησιάσατο ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ.

dixit, Saul frater, Dominus misit me, (Iesus inquam qui apparuit tibi in via qua veniebas) vt visū recipias, & implearis Spiritu sancto.

18 Statim autem decidērūt ab oculis eius quasi squamæ, & visum recepit illico: ac surgēs baptizatus est.

19 Quúmque cepisset cibum, corroboratus est. Fuit autem Saulus cum discipulis qui erāt Damasci, per dies aliquot.

20 Et statim in synagogis prædicauit Christū, nempe eum esse Filium Dei.

21 Obstupescebant autē omnes qui eum audiebant, & dicebāt, Nónne hic est qui populatus est in Hierusalem eos qui inuocabant nomen istud: & huc idcirco venit vt vīctos eos adduceret ad principes Sacerdotū?

22 Saulus autem magis inualescebat, & confundebat Iudæos qui habitabant Damasci, collatis testimoniis demonstrans eum esse Christum.

23 Expleto autem multo tempore, inierunt inter se Iudæi cōsilium illum interimendi.

24 Sed intellectæ sunt Saulo insidiæ eorum. adseruabant autem portas die ac nocte, vt eū interimerent.

25 Acceptum igitur eum discipuli nocte, per murum demiserunt, fune summissū in sporta.

26 Quum verò Saulus aduenisset Hierosolymam, tentabat se adiūgere discipulis: sed omnes timebant eum, non credentes eum esse discipulum.

27 Barnabas autem acceptum eum duxit ad Apostolos, & narrauit quomodo in via vidisset Dominum, qui loquutus esset ei, & quomodo Damasci liberè loquutus esset in nomine Iesu.

dixit, Saule frater. Dominus misit me Iesus (qui apparuit tibi in via qua veniebas) vt videas & implearis Spiritu sancto.

18 Et cōfestim acciderunt ab oculis eius tanquam squamæ, & visū recepit & surgēs baptizatus est

19 Et quum accepisset cibū, cōfortatus est. Fuit autem cum discipulis qui erant Damasci, per dies aliquot.

20 Et continuò ingressus in synagogis prædicabat Iesum, quoniam hic est Filius Dei.

21 Stupebant autem omnes qui eū audiebant, & dicebant, Nónne hic est qui expugnabat in Ierusalem eos qui inuocabant nomē istud: & huc ad hoc venit vt vinctos illos duceret ad principes Sacerdotum?

22 Saulus autem multo magis cōualescebat, & confundebat Iudæos q habitabant Damasci, affirmans quoniā hic est Christus.

23 Quū autem implerētur dies multi, consilium fecerunt in unū Iudæi vt eum interficerent.

24 Notæ autē factæ sunt Saulo insidiæ eorū. Custodiebāt autem & portas die ac nocte, vt eum interficerent.

25 Accipientes autem eū discipuli nocte, per murū demiserunt eū, submittentes in sporta.

26 Quū autē venisset in Ierusalē, tentabat se iungere discipulis: & omnes timebāt eū, non credentes quòd esset discipul⁹.

27 Barnabas autē apprehensum illum duxit ad Apostolos: & narrauit illis quomodo in via vidisset Dominū, & q̄a loquutus esset ei, & quomodo in Damasco fiducialiter egerit in nomine Iesu.

22 Collatis testimoniis demonstrans, συμβιβάζων. Id est, Collatis Scripturæ locis probātibus, nempe sicuti solent artifices aliquid compacturi, singulas partes inter se comparare, vt inter se alia aliis ad amussim quadrent. Ita enim hoc verbum accipiendum est: quum alioquin possit etiam affirmari quod idoneis testimoniis probari non possit. Græca autem scholia interpretantur, μετ' ἐπιεικείας διδάσκων, id est, cum quadam animi æquitate ac moderatione docens, vt amicam collationem potius quàm altercationem fuisse sciamus: quæ interpretatio (meo iudicio) non est satis expressa.

26 Quum verò aduenisset, παραγενόμενος δὲ. Inter liberationem Pauli & aduentum ipsius in vrbem, intercesserunt anni tres, (vt nōnulli volunt) quos consumpsit partim Damasci, partim in Arabia, vt narrat

ipſe Paulus Gal.1.d.17,& 18. neque enim omnia narrauit Lucas, ſed præcipua duntaxat. Verùm quod ad me attinet, vt mollius iſta connectantur, quum diſertè dicat Apoſtolus illo loco, ſe Damaſco in Arabiam, & inde rurſus Damaſcum rediiſſe, vnde demum venerit Hieroſolymam: putarim potius triennium illud comprehendi à Luca, eo quòd dixit verſiculo 23, Expleto autem multo tempore, ita vt Paulum intelligamus, ſimulatque liberatus fuit, ſtatim contendiſſe Hieroſolymam. Ita nihil videbitur prætermiſiſſe Lucas quod ad hanc hiſtoriam attinet. Nam ipſa Damaſcus Arabiæ tribuebatur, vt apparet ex 2. Corinth. 11. g. 33: neque ex loco illo Epiſtolæ ad Galatas intelligi poteſt quandiu in Arabia fuerit: ideo ſatiſfeciſſe videtur hiſtoriæ Lucas, quum inquit Paulum poſt multum tempus, triennium videlicet, illic expletum, Damaſci nimirum & in vicina regione, fuiſſe Iudæorum inſidiis petitum.

28 Καὶ ἦν μετ' αὐτῶν εἰσπορευόμενος καὶ ἐκπορευόμενος ἐν Ἰερουσαλήμ.

28 Versabatur ergo cum eis in Ieruſalem.

28 Et erat cũ illis intrans & exiens in Ieruſalem.

29 Καὶ παρρησιαζόμενος ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἐλάλει τε καὶ συνεζήτει πρὸς τοὺς Ἑλληνιστάς· οἱ δὲ ἐπεχείρουν αὐτὸν ἀνελεῖν.

29 Et liberè in nomine Domini Ieſu loquebatur, & diſceptabat aduerſus Græcos: illi verò conabantur eum interimere.

29 Et fiducialiter agens in nomine Domini. Loquebatur quoque Gẽtibus, & diſputabat cũ Græcis: illi autem quærebãt occidere eum.

30 Ἐπιγνόντες δὲ οἱ ἀδελφοὶ κατήγαγον αὐτὸν εἰς Καισάρειαν, καὶ ἐξαπέστειλαν αὐτὸν εἰς Ταρσούς.

30 Quod quum cognouiſſent fratres, deduxerunt eum Cæſaream, & emiſerunt Tarſum.

30 Quod quũ cognouiſſẽt fratres, deduxerunt eũ Cæſaream, & dimiſerunt Tarſum.

31 Αἱ μὲν οὖν ἐκκλησίαι καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας καὶ Γαλιλαίας καὶ Σαμαρείας εἶχον εἰρήνην, οἰκοδομούμεναι καὶ πορευόμεναι τῷ φόβῳ τοῦ Κυρίου, καὶ τῇ παρακλήσει τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπληθύνοντο.

31 Ecclesiæ igitur per totam Iudæã & Galilæam & Samariam habebãt pacem, & ædificabãtur: & pergentes in timore Domini, & conſolatione Sancti Spiritus, multiplicabantur.

31 Ecclesia qdẽ per totã Iudæam & Galilæam & samariã habebat pacem, & ædificabatur ambulans in timore Domini, & cõſolatione ſancti Spiritus replebatur.

32 Ἐγένετο δὲ Πέτρον διερχόμενον διὰ πάντων, κατελθεῖν καὶ πρὸς τοὺς ἁγίους τοὺς κατοικοῦντας Λύδδα.

32 Factum eſt autem vt Petrus, dum illas omnes peragraret, aſcẽderet etiam ad ſanctos qui habitabant Lyddæ.

32 Factum eſt autem ut Petrus, dum transiret uniuerſos, deueniret ad ſanctos qui habitabant Lyddæ.

33 Εὗρε δὲ ἐκεῖ ἄνθρωπόν τινα Αἰνέαν ὀνόματι, ἐξ ἐτῶν ὀκτὼ κατακείμενον ἐπὶ κραβάττου, ὃς ἦν παραλελυμένος.

33 Reperit autem illic quendã nomine AEneam ab annis iã octo decumbentem in grabato, qui erat paralyticus.

33 Inuenit autẽ ibi hominẽ quẽdã nomine AEneã, ab ãnis octo iacẽtẽ ĩ grabato, q erat paralyticus.

34 Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Πέτρος, Αἰνέα, ἰᾶταί σε Ἰησοῦς ὁ Χριστός· ἀνάστηθι, καὶ στρῶσον σεαυτῷ. Καὶ ἀναστὰς παρέστη.

34 Et dixit ei Petrus, AEnea, ſanat te Ieſus Chriſtus: ſurge, & ſterne tibiipſi. Et autem ſtatim ſurrexit.

34 Et ait illi Petr⁹, AEnea, ſanet te Dominus Ieſus Chriſtus: ſurge, & ſterne tibi. Et cõtinuò ſurrexit.

28 Verſabatur, ἦν εἰσπορευόμενος καὶ ἐκπορευόμενος. In nonnullis codicibus deeſt καὶ ἐκπορευόμενος. Sed puto hæc eſſe ab aliquo expuncta, qui quũ hunc Hebraiſmũ ignoraret, quem expoſuimus ſuprà 1.d.21, putauit ita ſignificari Paulũ egreſſũ fuiſſe ex Hieruſalẽ cum Apoſtolis. Itaque pro eo quod Vulg. & Eraſ. ſeruato Hebraiſmo cõuerterunt, Intrans & exiens, ego planius loqui ſũ cõatus. Cũ eis, μετ' αὐτῶν. Id eſt, cũ Petro & Iacobo. eos enim ſolos ex Apoſtolis ſibi tum fuiſſe conſpectos narrat Paulus Gal.1.d.18 & 19. ex quo etiam intelligimus, ita accidiſſe vt eo tempore ſoli iſti ex Apoſtolis fuerint Hieroſolymis. Nam cur vel ipſe alios nõ inuiſiſſet, vel alii ab ipſius congreſſu abſtinuiſſent? At quónam, dices, iſti abierant? Id verò ſcrutari curioſorum eſt hominum: & quæ ſomnia in Dei Eccleſiam inuexerit iſta curioſitas, vel ex illis apparet quæ ſub Abdiæ cuiuſdam Babylonii nomine circunferuntur, ſcriptoris non modò inepti, ſed etiam planè impii ac profani. Ac illa quidem non miror licuiſſe olim comminiſci: (quid enim aliud merebatur hominum perfidia quàm vt in profundiſſimas tenebras demergerentur?) ſed hoc ego non tam demiror quàm ægerrimè fero, nunc quoque impunè quibuſdam licere Chriſto & ipſius Eccleſiæ illudere, atque adeo ſpargendis paſſim quibuſuis quantumuis execrandis blaſphemiis lucrum facere.

29 Et liberè, καὶ παρρησιαζόμενος. Vulgata barbarè, Et fiducialiter. Eraſmus, Et cũ fiducia loquẽs. Sed rectè Vetus interpres participium per aduerbiũ expreſſit. eſt enim hæc enallage Græcis familiaris, & multo commodius connectitur participium hoc cum verbo ἐλάλει quàm cum præcedentibus. Loquebatur ac diſceptabat, ἐλάλει καὶ συνεζήτει. Hæc (vt modò dixi) coniungenda ſunt cum participio παρρησιαζόμενος, ita vt καὶ connectat duo verba, nempe ἦν & ἐλάλει. Sed Vetus interpres conuertit. Loquebatur quoque cum Gentibus & diſputabat cum Græcis, id eſt, ἐλάλει μετὰ τῶν ἐθνῶν, καὶ συνεζήτει πρὸς τοὺς Ἕλληνας: quam lectionem neque in vllis codicibus Græcis inuenio, neque poſſum approbare. Nam hoc tempore Gentes opinor non modò non diſputaſſe aduerſus Euangelium, ſed etiam tum Iudæos tum Chriſtianos deriſiſſe. Quinam autem hîc dicantur Ἕλληνες, expoſuimus ſuprà, 6.a.1.

31 Et ædificabantur, οἰκοδομούμεναι. Hoc participium ab eo diſtinguo quod proximè ſequitur, vt quum duo ſint huius periodi verba, nempe εἶχον εἰρήνην & ἐπληθύνοντο, illud cum οἰκοδομούμεναι, iſtud cum πορευόμεναι conſtruatur. Ita enim plana erit ſententia, & ordo minimè perturbatus.

31 Illas omnes, πάσας. Vſus ſũ form. genere quaſi ſcriptũ ſit πασῶν, quoniã in præcedẽti verſiculo facta eſt Eccleſiarum mentio, & durius dicitur Latinè aliquos quàm aliquorum Eccleſias peragrare.

34 Sanat, ἰᾶταί. Vulg. & Eraſ. Sanet, id eſt ἰάσθω. Et ſterne tibiipſi, στρῶσον σεαυτῷ. Vulg. Et ſter-

ne tibi, ſtratum videlicet. Nam eſt familiare Hebræis, cognatæ ſignificationis nomen in omnibus intranſitiuis verbis ſubaudire, vt alibi annotauimus. Sed præterea annotandum eſt, ſternere lectum hoc in loco videri vſurpatum pro lectum colligere, potius quàm pro apparare ad decubitum. quorſum enim hoc, quum ſurgere iubeatur? Iacebat autem in grabato, id eſt in lectulo, cuiuſmodi erant ſtrata in quibus ſani etiam homines ſole-
5 b ant meridiari, quæ deinde moris erat colligere, & ſuo loco reponere. Vnde illud ſæpe dictum à Domino, Tolle grabatum tuum, & ambula.

Καὶ εἶδον αὐτὸν πάντες οἱ κατοικοῦντες Λύδδα καὶ τὸν Σαρωνᾶ, οἵτινες ἐπέστρεψαν ἐπὶ τὸν Κύριον.

35 Et viderunt eum omnes qui incolebãt Lyddam & Sarona, qui conuerſi ſunt ad Dominũ.

35 *Et viderunt eũ omnes qui habitabant Lyddæ & Saronæ, qui conuerſi ſunt ad Dominum.*

Ἐν Ἰόππῃ δέ τις ἦν μαθήτρια ὀνόματι Ταβιθά, ἣ διερμηνευομένη λέγεται Δορκάς· αὕτη ἦν πλήρης ἀγαθῶν ἔργων καὶ ἐλεημοσυνῶν ὧν ἐποίει.

36 Ioppæ autẽ fuit quædã diſcipula nomine Tabitha, quæ, ſi interpreteris, dicitur Caprea. Hæc erat diues operũ bonorũ & eleemoſynarum quas præſtabat.

36 *In Ioppe autem fuit quædã diſcipula nomine Tabitha, quæ interpretata dicitur Dorcas. Hæc erat plena operib⁹ bonis & eleemoſynis quas fãciebat.*

Ἐγένετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἀσθενήσασαν αὐτὴν ἀποθανεῖν λούσαντες δὲ αὐτὴν ἔθηκαν ἐν ὑπερῴῳ.

37 Factum eſt autem per illos dies vt ex morbo moreretur: quam quum lauiſſent, poſuerunt in cœnaculo.

37 *Factũ eſt autem in diebus illis vt infirmata moreretur. Quã quũ lauiſſent, poſuerunt eam in cœnaculo.*

Ἐγγὺς δὲ οὔσης Λύδδας τῇ Ἰόππῃ, οἱ μαθηταὶ ἀκούσαντες ὅτι Πέτρος ἐστὶν ἐν αὐτῇ, ἀπέστειλαν δύο ἄνδρας πρὸς αὐτὸν, παρακαλοῦντες μὴ ὀκνῆσαι διελθεῖν ἕως ἡμῶν.

38 Quum autẽ Lydda eſſet prope Ioppen, diſcipuli, audito Petrũ illic eſſe, duos viros miſerunt ad eum, rogantes ne cunctaretur vſq; ad ipſos progredi.

38 *Quũ autem propè eſſet Lydda ab Ioppe, diſcipuli audiẽtes quã Petr⁹ eſſet in ea, miſerũt duos viros ad eũ, rogãtes, Ne pigriteris venire vſq; ad nos.*

Ἀναστὰς δὲ Πέτρος συνῆλθεν αὐτοῖς· ὃν παραγενόμενον ἀνήγαγον εἰς τὸ ὑπερῷον, καὶ παρέστησαν αὐτῷ πᾶσαι αἱ χῆραι κλαίουσαι, καὶ ἐπιδεικνύμεναι χιτῶνας, καὶ ἱμάτια ὅσα ἐποίει μετ' αὐτῶν οὖσα ἡ Δορκάς.

39 Exurgens igitur Petrus venit cum eis: quem, vbi adfuit, duxerunt in cœnaculũ: vbi adſtiterũt ei omnes viduæ, flẽtes, & oſtẽdẽtes tunicas & veſtimẽta quæ Dorcas faciebat quum vnà cum ipſis eſſet.

39 *Exurgẽs autẽ Petr⁹ venit cũ illis. Et quũ aduenieſſet, duxerũt illũ in cœnaculũ, & circũſteterũt illũ omnes viduæ flẽtes, & oſtẽdentes ei tunicas & veſtes quas faciebat illis Dorcas.*

Ἐκβαλὼν δὲ ἔξω πάντας ὁ Πέτρος, θεὶς τὰ γόνατα προσηύξατο, καὶ ἐπιστρέψας πρὸς τὸ σῶμα, εἶπε, Ταβιθά, ἀνάστηθι. Ἡ δὲ ἤνοιξε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς, καὶ ἰδοῦσα τὸν Πέτρον, ἀνεκάθισε.

40 Eiectis verò omnibus foras, Petrus poſitis genibus precatus eſt: & conuerſus ad corpus, dixit, Tabitha ſurge. Illa verò aperuit oculos ſuos, & viſo Petro reſedit.

40 *Eiectis autem omnib⁹ foras, Petrus poſitis genibus orauit: & cõuerſus ad corp⁹ dixit, Tabitha ſurge. At illa aperuit oculos ſuos: & viſo Petro reſedit.*

Δοὺς δὲ αὐτῇ χεῖρα, ἀνέστησεν αὐτήν. Φωνήσας δὲ τοὺς ἁγίους καὶ τὰς χήρας, παρέστησεν αὐτὴν ζῶσαν.

41 Data autem ei manu Petrus erexit eam: & vocatis ſanctis ac viduis, eam viuam repræſentauit.

41 *Dãs autẽ illi manũ, erexit eã: & quum vocaſſet ſanctos & viduas, aſſignauit eam viuam.*

Γνωστὸν δὲ ἐγένετο καθ' ὅλης τῆς Ἰόππης· καὶ πολλοὶ ἐπίστευσαν ἐπὶ τὸν Κύριον.

42 Id autem innotuit per totam Ioppen, & multi crediderũt in Dominum.

42 *Notum autem factum eſt per vniuerſam Ioppẽ: & crediderunt multi in Domino.*

Ἐγένετο δὲ ἡμέρας ἱκανὰς μεῖναι αὐτὸν ἐν Ἰόππῃ παρά τινι Σίμωνι βυρσεῖ.

43 Factũ eſt autem vt dies multos maneret Ioppæ apud Simonem quendam coriarium.

43 *Factum eſt autem vt dies multos moraretur in Ioppe, apud Simonẽ quendam coriarium.*

35 Et Sarona, καὶ τὸν σάρωνα. Corruptè legitur σαρωνᾶ & σαρωνᾶν, quum ab Hebræis dicatur שרון, vt Eſaiæ 33 b.9, & 1. Paralip. 27. d. 29. Vera igitur lectio eſt σάρωνα à recto σάρων, adſtipulante etiam vno vetuſto exemplari. Quod autem nonnulli ſcribunt ἀσάρωνα, inde factum eſt quòd apud Eſaiam legitur השרון, præpoſita hitera ה, quam Græci interpretes ſæpe coniunxerunt cum nominibus locorum & appellatiuis. Neque eſt φ vrbis nomen eſſe putemus, quaſi pro ἀπὸ σάρωνα perperam ſcriptum ſit ἀσαρῶνα. Nam præterquam quòd nulla vrbs hoc nomine recenſetur in iſto tractu, articulus maſculinus qui hic legitur ſummo omnium codicum conſenſu, & aliis etiam citatis locis, non patitur vt pro vrbe accipiamus. Eſt autem tractus quidam regionis non procul Cæſarea ſic vocatæ.

35 36 Tabitha, Ταβιθά. Syriacum vocabulum, pro quo dicunt Hebræi צבי, Græci δορκάς. Latini capream, aut (vt alii cenſent) damam. Diues, πλήρης. Id eſt πολλῶν. Vulg. & Eraſ. ad verbum, Plena.

38 Ne cunctaretur, μὴ ὀκνῆσαι. Vel, Ne pigraretur. Veritur enim etiã Cic. hoc verbo, pro quo Vet⁹ interpres barbarè dixit, Ne pigriteris, mutata etiã perſona, quaſi ἤκουσεν imperãdi modo ſit poſitũ. Eraſ. Ne graueretur, quaſi dũtaxat rogarent ne Petro graue aut moleſtũ eſſet Ioppẽ venire. At ego exiſtimo potius peti vt ſe nulla interpoſita mora adeſſet. Neq; enim videbatur iſta res vllã dilationẽ ferre, quũ iã mortua eſſet Tabitha,

Κεφάλαιον ιζ

ΑΝὴρ δέτις ἦν ἐν Καισαρείᾳ ὀνόματι Κορνήλιος, ἑκατοντάρχης ἐκ σπείρης τῆς καλουμένης Ἰταλικῆς,

Εὐσεβὴς καὶ φοβούμενος τὸν Θεὸν, σὺν παντὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ποιῶν τε ἐλεημοσύνας πολλὰς τῷ λαῷ, καὶ δεόμενος τοῦ Θεοῦ διαπαντός·

Εἶδεν ἐν ὁράματι φανερῶς, ὡσεὶ ὥραν ἐνάτην τῆς ἡμέρας, ἄγγελον τοῦ Θεοῦ εἰσελθόντα πρὸς αὐτὸν, καὶ εἰπόντα αὐτῷ, Κορνήλιε.

Ὁ δὲ ἀτενίσας αὐτῷ καὶ ἔμφοβος γενόμενος, εἶπε, Τί ἐστι Κύριε; Εἶπε δὲ αὐτῷ, Αἱ προσευχαί σου καὶ αἱ ἐλεημοσύναι σου ἀνέβησαν εἰς μνημόσυνον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.

Καὶ νῦν πέμψον εἰς Ἰόππην ἄνδρας, καὶ μετάπεμψαι Σίμωνα ὃς ἐπικαλεῖται Πέτρος.

Οὗτος ξενίζεται παρὰ τινι Σίμωνι βυρσεῖ, οὗ ἐστὶν οἰκία παρὰ θάλασσαν· οὗτος λαλήσει σοι τί σε δεῖ ποιεῖν.

Ὡς δὲ ἀπῆλθεν ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν τῷ Κορνηλίῳ, φωνήσας δύο τῶν οἰκετῶν αὐτοῦ, καὶ στρατιώτην εὐσεβῆ τῶν προσκαρτερούντων αὐτῷ·

Καὶ ἐξηγησάμενος ἅπαντα, ἀπέστειλεν αὐτοὺς εἰς τὴν Ἰόππην.

Τῇ δὲ ἐπαύριον ὁδοιπορούντων ἐκείνων, καὶ τῇ πόλει ἐγγιζόντων, ἀνέβη Πέτρος ἐπὶ τὸ δῶμα προσεύξασθαι, περὶ ὥραν ἕκτην.

Ἐγένετο δὲ προσπεινος, καὶ ἤθελε γεύσασθαι· παρασκευαζόντων δὲ ἐκείνων, ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἔκστασις.

CAP. X.

POrro quidã erat Cæsareæ, nomine Cornelius, céturio ex cohorte quæ dicitur Italica,

Pius ac timens Deum, cum tota domo sua, & præstans eleemosynas multas populo:

Qui quum assiduè precaretur Deum, vidit per visum manifestè quasi hora diei nona, Angelum Dei introeuntem & dicentem ipsi, Corneli.

At ille intentis oculis in eũ & expauefactus dixit, Quid est Domine? Dixit autem ei, Preces tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt memoriæ causa in Dei conspectum.

Nunc igitur mitte aliquos Ioppen, & accerse Simonẽ qui cognominatur Petrus.

Hic diuersatur apud Simonem quendam coriarium, cui est domus apud mare: hic dicet tibi quid te oporteat facere.

Vt autem discessit Angelus qui loquebatur Cornelio, vocauit duos ex famulis suis, & militem pium ex iis qui cum ipso assidui erant:

Et quũ eis exposuisset omnia, misit eos Ioppen.

Postridie verò illis iter facientibus, & appropinquantibus vrbi, ascendit Petrus supra domum vt precaretur, circa horã sextam.

Factum est autem vt valde esuriret, voluitque capere cibũ: parantibus autem illis, incidit in eum mentis excessus.

CAP. X.

VIr autẽ quidã erat in Cæsarea, nomine Corneli, céturio cohortis quæ dicitur Italica,

Religiosus ac timens Deum, cum omni domo sua, faciens eleemosynas multas plebi, & deprecans Deum semper:

Is vidit in visu manifestè, quasi horã diei nonã, Angelum Dei introeuntem ad se, & dicentem sibi, Corneli.

At ille intuens eum, timore correptus dixit, Quid est Domine? dixit autem illi, Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriã in conspectu Dei.

Et nunc mitte viros in Ioppen, & accerse Simonem quendã qui cognominatur Petrus.

Hic hospitatur apud Simonem quendã coriarium, cuius est domus iuxta mare: hic dicet tibi quid te oporteat facere.

Et quũ discessisset Angelus qui loquebatur illi, vocauit duos domesticos suos, & militem metuentem Deum ex iis qui illi parebant.

Quibus quum narrasset omnia, misit illos in Ioppen.

Postera autem die iter illo facientibus, & appropinquantibus ciuitati, ascendit Petrus in superiora ut oraret, circa horam sextam.

Et quum esuriret, sibi gestiret. Parantibus autem illis, accidit super eum mentis excessus.

IN CAPVT X.

3 Qui quum precaretur, καὶ δεόμενος. Id est καὶ αὐτὸς δεόμενος, vt sæpissime iam annotauimus. Alii cum superioribus construunt hoc participium. Ego verò malui coniungere cum verbo ἄγει, quum alioqui videatur hiare constructio, adstipulante nobis vno codice.

4 Quid est Domine? Τί ἐστι Κύριε. Id est, Quid me vis Domine? Vulgata, Quis es Domine? Τίς εἶ Κύριε perperam: neque enim dubitat Domini nuntium hunc esse, sed comparat se ad audiendum nuntium.

Ascenderunt, εἰς μνημόσυνον. Translatio ab holocausti ritu ad preces: quod dicendi genus frequens est in Veteri præsertim testamento. Huc enim pertinent illi virili labiorum quorum fit mentio apud Hoseam: sacrificium laudis, cuius toties meminerunt sacri scriptores. Id eo mihi religio fuit hunc Hebraismum mutare.

Memoriæ causa, εἰς μνημόσυνον. Id est, vt Deum veluti non sinant tui obliuisci. Sic enim solet nobiscum interdum Scriptura quasi balbutire. Vulg. & Eras. In memoriam.

9 Supra domum, ἐπὶ τὸ δῶμα. Vulgata, In superiora. Erasmus, In superiora domus. Vide Matthæum capite 10. c. 27.

10 Capere cibum, γεύσασθαι. Vetus interpres, Gustare. Eras. Gustare cibũ: neuter (vt opinor) rectè. Est enim γεύσασθαι præcisè dictum ex Hebræorum idiotismo, qui solẽt cognatæ significationis nomina supplere, quum plena sit loquutio לחם תועם, Id est gustare panem: deinde γεύσασθαι, pro quo etiam Græci πρόσασθαι dicunt.

dicunt,non id declarat quod Latinum verbum Guſtare,hoc quidem in loco,ſed τὸ ἐσθίειν καὶ φαγεῖν.id eſt, veſci ac cibum capere. Sed & fortaſſis γεύσασθαι nō ineptè conuerteris Prandere. Nam(vt placet Euſtathio in librum Odyſſ.β)τὸ ἄριστον,ἢ τὸ κοινὸς λιχνίσασθαι γεῦμα. Mentis exceſſus, ἔκστασις. Stuporis ac perculſionis nomen hic non conueniret,quum neque ſtupidus,neque perculſus Petrus dicatur, ſed quaſi ſemoto ad tempus à corpore animo,cum Deo colloquutus. Non ſtupet igitur Petrus, ſed Dei colloquio fruitur, & myſteria ipſius docetur: ſed quaſi exceſſit mens eius altius euecta,breui tamen ad ſedes ſuas reditura.

Καὶ θεωρεῖ τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγμένον, καὶ καταβαῖνον ὄπτασίαν τινὰ ὡς ὀθόνην μεγάλην, τέσσαρσιν ἀρχαῖς δεδεμένον, καὶ καθιέμενον ἐπὶ τῆς γῆς·

11 Cōſpexitque cælum apertū, ac deſcendens ad ſe vas quoddam vt linteum magnū, quatuor extremis deuinctū, quod demittebatur in terram:

11 Et videt cælū apertum, & deſcendens vas quoddā velut linteū magnum, quatuor initiis ſubmitti de cælo in terram:

Ἐν ᾧ ὑπῆρχε πάντα τὰ τετράποδα τῆς γῆς, καὶ τὰ θηρία, καὶ τὰ ἑρπετὰ, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ.

12 In quo erant quæuis quadrupedia terræ, & feræ, ac reptilia, & volucres cæli.

12 In quo erāt omnia quadrupedia & ſerpentia terræ & volatilia cæli.

Καὶ ἐγένετο φωνὴ πρὸς αὐτὸν, Ἀναστὰς Πέτρε θῦσον καὶ φάγε.

13 Et extitit vox ad eum, Surge Petre,macta & veſcere.

13 Et facta eſt vox ad eū, Surge Petre, occide & manduca.

Ὁ δὲ Πέτρος εἶπε, Μηδαμῶς Κύριε· ὅτι οὐδέποτε ἔφαγον πᾶν κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον.

14 Ait autem Petrus, Nequaquā Domine: nūquā enim edi quicquā cōmune ſeu impurū.

14 Ait autem Petrus, Abſit Domine: quia nunquā manducaui omne cōmune & immundum.

Καὶ φωνὴ πάλιν ἐκ δευτέρου πρὸς αὐτὸν, Ἃ ὁ Θεὸς ἐκαθάρισεν, σὺ μὴ κοίνου.

15 Tum vox rurſus ad eum ſecundò, Quæ Deus purgauit, tu ne polluito.

15 Et vox iterū ſecundò ad eū, Quod Deus purificauit, tu cōmune ne dixeris.

Τοῦτο δὲ ἐγένετο ἐπὶ τρὶς· καὶ πάλιν ἀνελήφθη τὸ σκεῦος εἰς τὸν οὐρανόν.

16 Hoc autem factum eſt ter: & rurſum receptum eſt vas in cælum.

16 Hoc autem factum eſt per ter: & ſtatim receptū eſt vas in cælum.

Ὡς δὲ ἐν ἑαυτῷ διηπόρει ὁ Πέτρος τί ἂν εἴη τὸ ὅραμα ὃ εἶδε, καὶ ἰδοὺ, οἱ ἄνδρες οἱ ἀπεσταλμένοι ἀπὸ τοῦ Κορνηλίου, διερωτήσαντες τὴν οἰκίαν Σίμωνος, ἐπέστησαν ἐπὶ τὸν πυλῶνα.

17 Quum autem apud ſeſe ambigeret Petrus quodnam eſſet viſum illud quod viderat,ecce, viri qui miſſi erant à Cornelio, percontati de domo Simonis, ſuperuenerunt ad veſtibulum.

17 Et dū intra ſe hæſitaret Petrus quidnam eſſet viſio quam vidiſſet, ecce, viri qui miſſi erāt à Cornelio,inquirentes domum Simonis, adſtiterunt ad ianuam.

Καὶ φωνήσαντες ἐπυνθάνοντο εἰ Σίμων ὁ ἐπικαλούμενος Πέτρος ἐνθάδε ξενίζεται.

18 Et euocato quopiam, percontati ſunt an Simon qui cognominaretur Petrus,illic diuerſaretur.

18 Et quū vocaſſent, interrogabant ſi Simō qui cognominatur Petrus,illic haberet hoſpitium.

Τοῦ δὲ Πέτρου ἐνθυμουμένου περὶ τοῦ ὁράματος, εἶπεν αὐτῷ τὸ Πνεῦμα, Ἰδοὺ, ἄνδρες τρεῖς ζητοῦσί σε.

19 Petro verò cogitante de viſione,dixit ei Spiritus,Ecce,tres viri quærunt te.

19 Petro autē cogitante de viſione, dixit Spiritus ei, Ecce,tres viri quærūt te.

Ἀλλὰ ἀναστὰς κατάβηθι, καὶ πορεύου σὺν αὐτοῖς μηδὲν διακρινόμενος· ὅτι ἐγὼ ἀπέσταλκα αὐτούς.

20 Surgens itaque deſcende, & nihil ambigens proficiſcere cum eis,nā ego eos miſi.

20 Surge itaq; & deſcend., & nihil cunctans abi cum eis, nihil dubitās: quia ego miſi illos.

Καταβὰς δὲ Πέτρος πρὸς τοὺς ἄνδρας τοὺς ἀπεσταλμένους ἀπὸ τοῦ Κορνηλίου πρὸς αὐτὸν, εἶπεν, Ἰδοὺ, ἐγώ εἰμι ὃν ζητεῖτε· τίς ἡ αἰτία δι' ἣν πάρεστε;

21 Deſcendens ergo Petrus ad viros qui ad ipſum miſſi fuerāt à Cornelio,dixit, Ecce, ego is ſum quē quæritis: quæ cauſa eſt propter quam adeſtis?

21 Deſcendens autem Petrus ad viros, dixit, Ecce, ego ſum quem quæritis: quæ cauſa eſt propter quam venistis?

Οἱ δὲ εἶπον, Κορνήλιος ἑκατοντάρχης, ἀνὴρ δίκαιος καὶ φοβούμενος τὸν

22 Ipſi verò dixerunt, Cornelius centurio: vir iuſtus & timens

22 Qui dixerūt, Cornelius centurio, vir iuſtus & ti-

11 Extremis,ἀρχαῖς,id eſt ἄκροις. Vulg.& Eraſ.ad verbum Initiis.

12 Quæuis quadrupedia,πάντα τὰ τετράποδα. Hic manifeſtè apparet particulā vniuerſalē pro indefinita poni,vt etiā accipiēda eſt 1.Tim.1.b.4.Appellatio autē quadrupedū nō tā latè hic patet atque apud Phyſicos, ſed ea dūtaxat cōplectitur quæ ad cōmunē vſum hominū ali ſolēt,vt cameli,equi,canes,boues,oues,porci, & alia id genus.Ideo adiungit τὰ θηρία,id eſt feras,quas non rectè prætermiſit Vetus interpres.Eraſ.autē Beſtias conuertit,vocabulo nimiū generali. Reptilia,τὰ ἑρπετά. Vetus interpres,ſerpētia. quod mihi nō diſplicereț,niſi vſus obtinuiſſet vt ſerpentū nomine ταῦτα ἅπαντα intelligeremus. Quāmo latè autē pateat nomē τοῦ ἑρπετῶν (quæ reptilia interpretor vocabulo Latinis non ita vſitato)apparet ex Leuitici capite vndecimo.

15 Ne polluito,μὴ κοίνου.Id eſt,ne pro pollutis & impuris habeto. quāobrem etiā Vetus interpres cōuertit,Ne cōmune dixeris.Eſt enim hoc quoque genus dicēdi petitū è medio, quoties factū pro dicto ponitur,vt in illo Virgilii ex Sileno, Tā Phaethōtiadas muſco circūdat amaræ Corticis,atqi ſolo proceras erigit alnos, id eſt,canit circundatas,& erectas:ſicut annotauit Linacer grammaticorum doctiſſimus.

Et.ii

Θεὸν, μαρτυρούμενός τε ὑπὸ ὅλου τοῦ ἔθνους τῶν Ἰουδαίων, ἐχρηματίσθη ὑπὸ ἀγγέλου ἁγίου μεταπέμψασθαί σε εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ ἀκοῦσαι ῥήματα παρ' σοῦ.

Deum, & testimonio ornatus totius gentis Iudæorum, diuinitus admonitus est ab Angelo sancto vt accerseret te domum suam, & audire verba abs te.

mem Deũ, & testimonio ornatus totius gentis Iudæorũ, responsum accepit ab Angelo sancto accersiri te in domum suam, & audire verba abs te.

Εἰσκαλεσάμενος οὖν αὐτοὺς ἐξένισεν. Τῇ δὲ ἐπαύριον ὁ Πέτρος ἐξῆλθε σὺν αὐτοῖς, καί τινες τῶν ἀδελφῶν τῶν ἀπὸ τῆς Ἰόππης συνῆλθον αὐτῷ.

23 Introducens ergo eos, recepit hospitio. Sequẽti autem die surgens profectus est cum illis: & quidã ex fratribus ab Ioppe comitati sunt eum.

23 Introducens ergo eos, recepit hospitio. Sequẽti autem die surgens profectus est cum illis: & quidã ex fratribus ab Ioppe comitati sunt eum.

Καὶ τῇ ἐπαύριον εἰσῆλθον εἰς Καισάρειαν. Ὁ δὲ Κορνήλιος ἦν προσδοκῶν αὐτούς, συγκαλεσάμενος τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ καὶ τοὺς ἀναγκαίους φίλους.

24 Postridie verò introierũt Cæsareã. Cornelius autẽ expectabat eos, conuocatis cognatis suis & necessariis amicis.

24 Altera autem die introiuit Cæsaream. Cornelius verò expectabat illos, cõuocatis cognatis suis & necessarijs amicis.

Ὡς δὲ ἐγένετο εἰσελθεῖν τὸν Πέτρον, συναντήσας αὐτῷ ὁ Κορνήλιος, πεσὼν ἐπὶ τοὺς πόδας, προσεκύνησεν.

25 Vt autem factum est vt introiret Petrus, occurrés ei Cornelius, & accidés ad eius pedes, adorauit.

25 Et factum est quum introisset Petrus, obuius venit ei Cornelius & procidens ad pedes eius, adorauit.

Ὁ δὲ Πέτρος αὐτὸν ἤγειρε, λέγων, Ἀνάστηθι· κἀγὼ αὐτὸς ἄνθρωπός εἰμι.

26 Petrus verò erexit eũ, dicens, Surge: & ego ipse homo sum.

26 Petrus verò erexit eum dicens, Surge: & ego ipse homo sum.

Καὶ συνομιλῶν αὐτῷ, εἰσῆλθε, καὶ εὑρίσκει συνεληλυθότας πολλούς·

27 Et colloquens cum eo, ingressus est, inuenitque multos qui conuenerant:

27 Et loquens cum illo, intrauit, & inuenit multos qui conuenerant:

Ἔφη τε πρὸς αὐτούς, Ὑμεῖς ἐπίστασθε ὡς ἀθέμιτόν ἐστιν ἀνδρὶ Ἰουδαίῳ κολλᾶσθαι ἢ προσέρχεσθαι ἀλλοφύλῳ· καὶ ἐμοὶ ὁ Θεὸς ἔδειξε μηδένα κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον λέγειν ἄνθρωπον.

28 Dixítque eis, Vos scitis Iudæo nefas esse coniungi aut accedere ad alienigenam: sed mihi ostendit Deus nequem pollutũ aut impurum hominem dicerem.

28 Dixitq; ad illos, Vos scitis quomodo abominatum sit vero Iudæo coniũgi aut accedere ad alienigenã: sed mihi ostẽdit Deus, neminem communẽ aut immundũ dicere hominem.

Διὸ καὶ ἀναντιῤῥήτως ἦλθον μεταπεμφθείς. Πυνθάνομαι οὖν τίνι λόγῳ μετεπέμψασθέ με.

29 Quapropter etiam sine contradictione veni accersitus. Percótor igitur quam ob causam me accersiueritis.

29 Propter quod sine dubitatione veni accersitus. Interrogo ergo quam ob causam accersistis me.

Καὶ ὁ Κορνήλιος ἔφη, Ἀπὸ τετάρτης ἡμέρας μέχρι ταύτης τῆς ὥρας ἤμην νηστεύων, καὶ τὴν ἐνάτην ὥραν προσευχόμενος ἐν τῷ οἴκῳ μου· καὶ ἰδοὺ, ἀνὴρ ἔστη ἐνώπιόν μου ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ·

30 Tum Cornelius ait, Nudiusquartus vsque ad hanc horam eram iciunus, & hora nona precabar domi meæ: & ecce, quidam stetit corã me, veste splendida:

30 Et Cornelius ait, A mediusquarta die, usque ad hanc horã, orãs eram hora mea in domo mea: & ecce, vir stetit ante me in veste candida:

Καί φησι, Κορνήλιε, εἰσηκούσθη σου ἡ προσευχὴ, καὶ αἱ ἐλεημοσύναι σου ἐμνήσθησαν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.

31 Dixítque, Corneli, exauditæ sunt preces tuæ, & eleemosynæ tuæ cómemoratæ sunt in conspectu Dei.

31 Et ait, Corneli, exaudita est oratio tua, & eleemosynæ tuæ commemoratæ sunt in conspectu Dei.

Πέμψον οὖν εἰς Ἰόππην, καὶ μετακάλεσαι Σίμωνα ὃς ἐπικλῆται Πέτρος· οὗτος ξενίζεται ἐν οἰκίᾳ Σίμωνος βυρσέως παρὰ θάλασσαν· ὃς παραγενόμενος λαλήσει σοι.

31 Mitte ergo in Ioppen, & accerse Simonẽ qui cognominatur Petrus: hic diuersatur in ædibus Simonis coriarii apud mare: qui quum adfuerit, loquetur tibi.

31 Mitte ergo in Ioppen, & accerse Simonẽ qui cognominatur Petrus: hic hospitatur in domo Simonis coriarij iuxta mare.

Ἐξαυτῆς οὖν ἔπεμψα πρός σε· σὺ τε καλῶς ἐποίησας παραγενόμενος.

33 Eodẽ igitur momento misi ad te: & tu bene feci sti q aduenisti.

33 Cõfestim ergo misi ad te: & tu bene feceris veniẽdo.

29 Sine contradictione, ἀναντιῤῥήτως. Vulg. Sine dubitatione, rectius (vt opinor) quàm Erasmus, qui interpretatur Incunctanter. Cunctari enim negligentis est potius quàm hæsitantis.

30 Nudiusquartus, ἀπὸ τετάρτης ἡμέρας. Vulg. A Nudiusquarta die, ambiguè. Nam hæc ita dici viderentur quasi quartum iam diem Cornelius iciunasset. Vsque ad hanc horam, μέχρι ταύτης τῆς ὥρας. Hæc quoque formula loquendi petita est à medio. Neque enim eandem horam declarat, sed æqualem, duorum videlicet diuersorum dierum nonam: quod mox ipse explicat. nam καὶ ponitur in epexegesi.

33 Eodem igitur momento, ἐξαυτῆς οὖν. In Græcis subauditur ὥρας, quod putaui exprimendum. Vulgata & Erasmus, Confestim.

Νῦν οὖν πάντες ἡμεῖς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ πάρεσμεν, ἀκοῦσαι πάντα τὰ προστεταγμένα σοι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ.

Nunc ergo omnes nos in conſpectu Dei adſumus, vt audiamus omnia quæ tibi præcepta ſunt à Deo.

Nunc ergo omnes nos in conſpectu tuo adſumus, audire omnia quæcunque tibi præcepta ſunt à Domino.

Ἀνοίξας ὁ Πέτρος τὸ στόμα εἶπεν, Ἐπ' ἀληθείας καταλαμβάνομαι ὅτι οὐκ ἔστι προσωπολήπτης ὁ Θεός·

34 Tum aperto ore Petrus dixit, In veritate comperio ‖ Deum non accipere perſonam:

34 *Aperiens autem Petrus os ſuũ, dixit, In veritate comperi quia nõ eſt perſonãrum acceptor Deus:* *Deut.10.d.17 2.par.19.b.12 iob 34.d.19 ſapient.6.b.8 eccl.35.b.16 rom.2.b.11 galat.2.b.6 epheſ.6.b.9 coloſ.3.d.25 1.per.1.c.17*

ἀλλ' ἐν παντὶ ἔθνει ὁ φοβούμενος αὐτὸν, καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην, δεκτὸς αὐτῷ ἐστί.

35 Sed in quauis gente acceptum ei eſſe quemuis qui eum timeat, & operetur iuſtitiam.

35 *Sed in omni gẽte, qui timet eũ, & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi.*

Τὸν λόγον ὃν ἀπέστειλε τοῖς υἱοῖς Ισραὴλ, εὐαγγελιζόμενος εἰρήνην διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ· οὗτός ἐστι πάντων Κύριος.

36 Id quod ſignificauit filiis Iſrael, annuntians pacem per Ieſum Chriſtum, qui eſt omniũ Dominus.

36 *Verbũ miſit Deus filijs Iſrael, annũtians pacem per Ieſum Chriſtum: hic eſt omnium Dominus.*

Ὑμεῖς οἴδατε τὸ γενόμενον ῥῆμα καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας, ἀρξάμενον ἀπὸ

37 Vos noſtis quod geſtum eſt in tota Iudæa, initio facto à

37 *Vos ſcitis quod factũ eſt verbũ per vniuerſam Iudeam, incipiens enim à*

34 Non accipere perſonam, ὅτι οὐκ ἔστι προσωπολήπτης. Vide Mar.12.b.14.

35 Quemuis qui eum timeat, ὁ φοβούμενος αὐτόν. Articuli vis hoc loco eſt ἀόριστος, aut potius rationem rei formalem indicat, quam vocant, veluti ſi dicam ἄνθρωπος θεὸν φοβούμενος ζῶν, non certum hominẽ deſignabo, ſed ipſam hominis ſpeciem. Ideo conuertendum potius fuit, Quemuis qui timeat, quàm, Qui timet. Cæterùm ſæpe iam annotauimus, per timorem Dei apud Hebræos vniuerſum Dei cultũ declarari, ex quo intelligitur, quum ſine fide nemo placere poſſit Deo, (vt diſertè ſcriptum eſt Heb.11.a.6) Cornelium, non modò antequam baptizaretur, ſed etiam antequam Ieſum ſciret eſſe verum Meſſiam, verè tamen fidelem ac religioſum fuiſſe, quemadmodum ii omnes fuerunt qui in Chriſtum venturum crediderunt. Inepti ſunt igitur qui ex hoc loco conantur, opera quæ vocant præparatoria & liberum arbitrium conſtituere, perinde acſi poſſemus bonos fructus edere antequam viti inſeramur. Inepti etiam qui Spiritum ſanctum & ipſius in nobis effecta Sacramentis alligant, & doctrinam ex opere operato ſtabiliunt: quum idcirco potius adhibeantur vt in credentium quidem infantibus adoptionem, in adultis verò etiam fidem obſignent.

36 Id quod ſignificauit, τὸν λόγον ὃν ἀπέστειλε. Heb. את דבר אשר. Nam vſitatũ eſt Hebræis præponere antecedens relatiuo, etiam quando cum illo conſtruitur, vt ſuprà 11.d.42, λόγον ὃν pro ὃν λόγον. Hic autem articulus τὸν ſus eſt, Nunc demum reipſa deprehendo, quicunque bene ac religioſè viuat, ſiue Iudæus ſit, ſiue ex alia quauis gente, gratum eſſe Deo. id quod ſignificauit Iſraelitis, quum annũtiaret pacem ac reconciliationem Dei cum hominibus, per Ieſum Chriſtum: qui non vnius gentis, ſed omnium Dominus eſt. Hæc autem ita cohærent, vt ipſa ſeries mihi quidem videatur iſtam explicationem planè confirmare. Eſt enim tacita quædam antitheſis inter miniſterium Moſis & Chriſti, id eſt inter Legem & Euangelium. Nam Moſes Legis miniſter fuit, & quidem vnis Iudæis: Euangelium verò (id eſt Chriſtus ipſe) potentia eſt Dei in ſalutem cuiuis credenti, Iudæo primùm, deinde & Græco, Rom.1.b.16. Huc pertinet quod idem ſcribit Rom.3.d.19, Nunquid Iudæorum Deus tantùm? Et dirutam eſſe maceriam, Eph.2.c.14. Denique nunc demum fatetur Petrus ſe cœpiſſe intelligere quod nuntiarant Angeli, quum dicerent pacem eſſe in terra hominibus: item quod à reſurrectione dixerat Dominus, ſibi datam eſſe poteſtatem in cælo & in terra: id denique quod Dominus diſcedens ipſis cæteriſque Apoſtolis præceperat, vt Euangelium annuntiarent omni creaturæ. Sunt tamen qui hæc connectant cum verbo οἴδατε, ac ſequente verſiculo: ſed ex omnibus codicibus Græcis vel manuſcriptis vel impreſſis nullus eſt (quem mihi quidem inſpicere licuerit) qui ſic iſta diſtinguat. Præterea durum fuerit per parentheſin includere, οὗτός ἐστι πάντων Κύριος. Et quæri poſſet quomodo hæc dicat Petrus Cornelio, & ipſius amicis ac neceſſariis, ipſos videlicet noſſe quid annũtiarit Chriſtus, id eſt, ipſum Chriſti officiũ, quum ad hoc ipſum in Cornelio prædicandum Petrus veniſſet. Etſi enim pius ac religioſus erat ille, tamen ſatis apparet eum de Ieſu Chriſto nihil ante Petri aduentum amplius cognouiſſe, quàm quod de ſignis & miraculis per eum editis & ſingulari eius virtute ac pietate potuerat vel abſens ex rumore, vel præſens etiam ſuis oculis cognoſcere. Meſſiam autem hunc eſſe qui ſua morte homines cum Deo reconciliaſſet, ego Cornelium cum ſuis, ante hunc diem neſciuiſſe opinor. Quomodo igitur hæc iſtis nota eſſe Petrus diceret? Poſtremò quorſum hoc, & quidem per parentheſin, addidiſſet Petrus, Chriſtum, aut (ſi ad Deum Patrem referre mauis) Deum eſſe omnium Dominum? Quod autem τὸν λόγον ὃν ἀπέστειλε. ὃν λόγον, perinde ſum interpretatus acſi ſcriptum eſſet, ὅτι, vel οὗτον quibus excuſem. Puto enim omnibus iam eſſe notum דבר apud Hebræos non minus latè patere quàm non eſt, opinor, cur plu- ῥῆμα apud Græcos, & Res apud Latinos. Sed tamen magis propriè videtur hoc loco vſurpari: quia de prædicatione Euangelii agitur: quam ſcimus κατ' ἐξοχὴν τὸν λόγον vocari, vt fortaſſis non minus rectè poſſis interpretari τὸν λόγον ὃν ἀπέστειλε, quem ſermonem [vel quem nuntium] ſignificauit. Denique quod attinet ad verbum ἀπέστειλε, in eo quoque ſequutus eſt Lucas Hebræorum idiotiſmum, apud quos ſæpe ex antecedente intelligitur conſequens, vt pluribus annotauimus Mar.8.b.15, & Luc.3.b.7. Hinc factum eſt vt πέμπειν accipiatur pro σημαίνειν, id eſt Mittere pro ſignificare per nuntium, eius rei cauſa miſſum. Qui eſt, ὃς ἐστι. Demonſtratiuum pronomen poſitum eſt pro relatiuo, ex idiomate Hebræorum, cuius duo exempla prorſus ſimilia extant Luc.1.e.36, & 37. Item 7.b.11. Quòd ſi etiam libuerit propriam ſignificationem ſeruare, adſcribendum erit punctum poſt Χριστός, id eſt Chriſti. Ita vt ſit hæc periodus μονόκωλος, & quaſi per epiphonema dictum ſit, Iſte eſt omnium Dominus. Cur autẽ mihi non placeat per parentheſin accipere, dixi in ſuperiore annotatione. Eſt igitur in hoc vno verſiculo triplex Hebraiſmus. Vnus in τὸν λόγον ὃν, pro ὃν λόγον: alter in ἀπέστειλε, pro ἐπέμψατο, vel ἐσήμανε: tertius in οὗτός ἐστι pro ὃς ἐστι.

37 Quod geſtum eſt, τὸ γενόμενον ῥῆμα. Vulg. Verbum quod factum eſt. Eraſmus, De quo ſermone fama diuulgatum fuit. Vide Luc.3.b.15.

τῆς Γαλιλαίας, μετὰ τὸ βάπτισμα ὃ ἐκήρυξεν Ἰωάννης·

Galilæa, poſt baptiſma quod prædicauit Iohannes:

Galilæa, poſt baptiſmum quod prædicauit Iohannes:

Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρὲτ, ὡς ἔχρισεν 38
αὐτὸν ὁ Θεὸς Πνεύματι ἁγίῳ καὶ δυνάμει, ὃς διῆλθεν εὐεργετῶν καὶ ἰώμενος πάντας τοὺς καταδυναστευομένους ὑπὸ τοῦ διαβόλου, ὅτι ὁ Θεὸς ἦν μετ' αὐτοῦ.

38 Vt Ieſum Nazarenum vnxerit Deus Spiritu ſancto & potentia, qui obambulauit beneficiis afficiens & ſanans omnes ſub diaboli poteſtatem redactos, quoniam Deus erat cum eo.

38 Ieſum à Nazareth quomodo unxit eũ Deus Spiritu ſancto & uirtute, qui pertranſiit benefaciẽdo & ſanando omnes oppreſſos à diabolo, quoniam Deus erat cum illo.

Καὶ ἡμεῖς ἐσμεν μάρτυρες πάντων ὧν 39
ἐποίησεν ἔν τε τῇ χώρᾳ τῶν Ἰουδαίων καὶ ἐν Ἱερουσαλήμ· ὃν καὶ ἀνεῖλον κρεμάσαντες ἐπὶ ξύλου.

39 Quorum omnium quæ & in regione Iudæorum & in Hieruſalem fecit, nos etiam teſtes ſumus: quem interemerũt ſuſpenſum in ligno.

39 Et nos teſtes ſumus omniũ quæ fecit in regione Iudæorum & Ieruſalem, quem occiderũt ſuſpendentes in ligno.

Τοῦτον ὁ Θεὸς ἤγειρε τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, 40
καὶ ἔδωκεν αὐτὸν ἐμφανῆ γενέσθαι·

40 Hunc Deus excitauit tertio die, fecitque vt conſpicuus fieret:

40 Hunc Deus ſuſcitauit tertia die, & dedit eum manifeſtum fieri:

οὐ παντὶ τῷ λαῷ, ἀλλὰ μάρτυσι τοῖς 41
προκεχειροτονημένοις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἡμῖν οἵτινες συνεφάγομεν καὶ συνεπίομεν αὐτῷ, μετὰ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν.

41 Non toti populo, ſed teſtibus quos ipſe prius deſignauerat, nimirum nobis qui comedimus ac bibimus vnà cum eo, poſteaquã reſurrexit à mortuis.

41 Non omni populo, ſed ab his præordinatis à Deo, nobis qui mãducamus & bibimus cum illo poſtquam reſurrexit à mortuis.

καὶ παρήγγειλεν ἡμῖν κηρύξαι τῷ λαῷ, 42
καὶ διαμαρτύρασθαι ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ὡρισμένος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν.

42 Præcepit autẽ nobis vt prædicaremus populo, ac teſtificaremus eum eſſe qui definitus ſit à Deo iudex viuorum ac mortuorum.

42 Et præcepit nobis prædicare populo, & teſtificari quia ipſe eſt qui constitutus eſt à Deo iudex uiuorũ ac mortuorum.

Infrà 15.b.9 Ierem.31.f.34 Mich.7.d.18

Τούτῳ πάντες οἱ προφῆται μαρτυροῦσιν, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαβεῖν διὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ πάντα τὸν πιστεύοντα εἰς αὐτόν.

43 ‖ Huic etiam omnes Prophetæ teſtimonium dant, ‖ remiſſionem peccatorum acceptũ per nomen eius quemuis qui crediderit in eum.

43 Huic omnes Prophetæ teſtimoniũ perhibent, remiſſionem peccatorũ accipere per nomẽ eius omnes qui credunt in eum.

Ἔτι λαλοῦντος τοῦ Πέτρου τὰ ῥήματα 44
ταῦτα, ἐπέπεσε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ πάντας τοὺς ἀκούοντας τὸν λόγον.

44 Adhuc loquente Petro verba iſta, illapſus eſt Spiritus ſanctus in omnes qui audiebant hunc ſermonem.

44 Adhuc loquente Petro uerba hæc, accidit Spiritus ſanctus ſuper omnes qui audiebant uerbum.

Καὶ ἐξέστησαν οἱ ἐκ περιτομῆς πιστοὶ 45
ὅσοι συνῆλθον τῷ Πέτρῳ, ὅτι καὶ ἐπὶ τὰ ἔθνη ἡ δωρεὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκκέχυται.

45 Fideles autem qui *erant* ex circunciſione, & venerant cum Petro, obſtupuerũt, quòd etiam in Gẽtes effuſum eſſet donum Spiritus ſancti.

45 Et obſtupuerunt ex circuncisione fideles qui uenerant cum Petro, quia & in nationes gratia Spiritus ſancti effuſa eſt.

38 Vt Ieſum Nazarenum vnxerit Deus, Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρὲτ ὡς ἔχρισεν αὐτὸν ὁ Θεός. Particula ὡς per traiectionem explicãda eſt, cuius exemplum aliud occurrit Rom.12.v.3. præterea abundat relatiuum αὐτὸν, ex more Hebræorum: quem pleonaſmum qui negligunt, vel duplicem epanalepſin coguntur hîc conſtituere, (quaſi videlicet Ἰησοῦν pertineat ad verbum εἶδεν) vel aliquod verbum foris accerſere: vt is fecit qui cõuertit, Ieſum diro à Nazareta. Quod autem ad verbum Vngendi attinet, hæc quoque formula loquẽdi orta eſt ex Hebræorum conſuetudine, apud quos vngebantur reges, Sacerdotes ac Prophetæ. Inde factum eſt vt dicantur vngi à Deo quos ipſe donis ac virtutibus imbuit & exornat. Deinde peculiaris eſt alluſio ad nomen מָשִׁיחַ, quem Græci ſimili ratione vocant Χριστὸν, id eſt vnctum.

39 Quorum omnium, πάντων ὧν. Hîc quoque mutauimus collocationem quæ eſt in Græcis, nempe vt perſpicuitati ſtuderemus, propter relatiuum ὧν longius poſitum. Id autem meritò factum eſſe fatebitur (vt ſpero) quiſquis noſtram interpretationem cum aliis compararit. Interemerunt, ἀνεῖλον. Vide Luc. 22.a.2, & ſuprà, 5.f.33.

41 Quos ipſe prius deſignauerat, προκεχειροτονημένοις. Tot verbis vtendum fuit ad explicandam Græci vocabuli ſignificationem. Vulg. Præordinatis à Deo. Eraſ. Prius ad hoc delectis à Deo: quas interpretationes minimè quidem reprehendo, ſed tamen non piguit mutare, quia iſta Dei χειροτονία declarat non eſſe priuatum hoc munus de quo agitur, ſed publicum, atque adeo præcipuum in Eccleſia. Quanuis enim Deus præſit Eccleſiæ ſuffragiis in legitima miniſtrorum deſignatione, tamen tacita quædam eſt hoc loco antitheſis inter Dei χειροτονίαν & hominum ſuffragia. Sũt enim Apoſtoli immediatè (quod aiũt) ab ipſo Chriſto (id eſt à Deo) deſignati, vt diſertè quoque expreſſit Lucas in huius libri prooemio. ideo quum de ſurrogando Iudæ ſucceſſore quæreretur, res eſt ſorti commiſſa, tanquam arcano ipſius Dei iudicio: quod in aliis factum eſſe nuſquam legimus, nec ſanè (vt opinor) fieri temere debet.

43 Huic etiam omnes, τούτῳ καὶ πάντες. Addidimus particulam καὶ ex fide veteris codicis. Videtur autẽ optimè conuenire, quum ad ſuperiora teſtimonia iſtud quoque adiungatur.

Ηκουον γὰρ αὐτῶν λαλούντων γλώσσαις, καὶ μεγαλυνόντων τὸν Θεόν. Τότε ἀπεκρίθη ὁ Πέτρος,

Audiebãt enim eos loquentes linguis, ac magnificantes Deum. Tunc reſpõdit Petrus,

Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes Deum. Tunc reſpondit Petrus,

46 Loquentes linguis, λαλούντων γλώσσαις. Etſi nihil magis inuitus facio quàm vt à quoquã diſſentiam in hoc præſertim genere ſcribendi, in quo ſatis ſcio fieri non poſſe quin ipſe in varias reprehenſiones incurram: tamẽ non poſſum hic diſſimulare, quæ Eraſmus in hoc caput de linguarum dono diſſeruit, eiuſmodi mihi videri vt bonis doctiſque omnibus meritò debeant diſplicere. Nam aut ego non ſum aſſequutus quæ ſcribit, aut huc tendunt omnia ipſius argumenta vt doceat ſermonem Apoſtolorum non fuiſſe è Spiritu ſancto. ſic enim in margine annotatus eſt quæſtionis ſtatus. Neque verò mihi quiſquam hic obiiciat, de verbis hic quæri, non de rebus ipſis. Id ego verò vt concedã, tamẽ hæc quæſtio multo maioris eſt momẽti quàm præ ſe ferat. Ecquis enim non videat, ſi ſemel ſit conſtitutũ, ita balbutiſſe Apoſtolos, vt quæ ſcripſerunt, melius dici poſſint, quæ feneſtra omniũ audaciæ ac libidini aperiatur? Id à me fruſtra nõ dici, vtinã nullis exẽplis poſſem probare: Impurus ille Origenes dũ in Epiſtolis Pauli ſuã illam ſynecdochen inuehit, quaſi obſcurè loquutus ſit Paulus quũ nos diceret fide iuſtificari, quid aliud eructat quàm infandã blaſphemiã, quæ ex diametro pugnat cũ præcipuo Chriſtianæ religionis capite? Idem tractans locum illum ex octauo capite Epiſtolæ ad Romanos, τῷ δὲ Ἰουδαίῳ τῷ νόμον ὡς ὦ νόμον, quàm ineptè ὡ ὦ ad Legem ceremonialẽ refert, vt nõ modò id de quo agebatur, ſed etiam ſuum idioma videatur ignoraſſe? & hunc miramur Pauli hyperbatis, anantzapodotis, amphibolis offẽdi, qui id vnum videtur conatus vt Pauli doctrinam obſcurarent? Erunt hæc pleriſque fortaſſis σκληρὰ, ſed bene habet quòd libri extãt, ex quibus ſiquis incorruptè velit iudicium ferre, nihil vereor ne nimium audaciter videar loquutus. Chryſoſtomus certè longè aliter de Paulo ſentit, qui tamen & ipſe vtinam vbique ſimplicitati maluiſſet ſtudere, quàm quædam philoſophica dogmata permiſcere. Sed hoc illi cum Græcis penè omnibus commune eſt. Hieronymi verò iudicium in exponendis Scripturis quid aliud prodit quàm Origenis diſcipulum? Paulus, inquit, Græci penè ſermonis fuit imperitus. Atqui de Paulo non ita iudicarunt Athenæ ipſæ: neque Portius Feſtus hoc de Paulo iudicium tulit, quòd barbarè nimis & obſcurè loqueretur. Erat, inquit, diſertior in lingua Hebræa quàm in Græca. Hoc verò vnde didiciſti Hieronyme? nempe ex crebris Hebraiſmis qui in ipſius Epiſtolis occurrunt. Neceſſarium ſcilicet argumentum. Quid autem, Lucas ille Antiochenus an minus hebraiſſat quàm Paulus? Nempe multo minus, inquies: & ſcio multos in ea eſſe opinione. At ego hoc audeo affirmare, ſi vnum Marcũ & Petrum excipias, Lucã nec pauciores nec minus peregrinos Hebraiſmos quàm cæteros omnes habere. nec mihi credi poſtulo, niſi id ita eſſe cõperiat quiſquis attentè ſingula expẽderit. Illud verò quàm ridiculũ? Diſſidet, inquit, poſterior Epiſtola Petri à phraſi prioris, quòd in ea ſit alio vſus interprete. Paulus ob id Titũ deſiderat quòd is eſſet in Græci ſermonis facultate prõptior. Hæc verò ſiquis neget, quomodo tandẽ probarit Hieronymus. Sed eſto, an idcirco iſti ita barbarè & obſcurè loquuti ſũt, vt ſermo eorum videri non poſſit à Spiritu ſancto profectus? Iſtud verò iudiciũ de ſcriptis Apoſtolicis vtinam noſtra hæc ætas nõ ſentiret quòd tandẽ ſit euaſurũ. Nã eò res iã deuenit vt nõ modò qui ex ingenio aliquid cõmentãtur, à cõſuetis & familiaribus Scripturæ verbis, tanquã obſcuris, inſipidis, obſoletis abhorreãt: ſed etiã qui Scripturã è Græco cõuertũt in Latinũ, aut aliud aliquod idioma, quiduis ſibi in interpretãdo licere putẽt, quos ſi reprehendas, ſtatim audies, interpretis officio fungi nõ qui verbũ cõuertat è verbo, ſed qui ſentẽtiam exprimat. Ita fit vt dũ quiſque iudiciũ ſuũ liberè ſequi mauult, quàm religioſè Spiritus ſancti interpretẽ agere, plurima non tã cõuertat quàm peruertat. Cui libidini & audaciæ niſi occurratur, næ aut ego vehemẽter fallor, aut intra paucos annos paulatim ipſarũ quoque rerũ poſſeſſione depellemur. Ergo non de nihilo hic agitur, ſed de re omniũ maximè neceſſaria. Audiamus igitur quid de linguarũ dono ſentiat Eraſmus: Nẽpe hoc donũ nõ fuiſſe perpetuũ, id eſt perpetuò illis non adfuiſſe, ſed quoties ita vſus poſtulabat: ſicuti, inquit, nec ſẽper ſanabant ægrotos, nec ſemper excitabant mortuos. Hæc verò qua tandem ratione probat? Semel, inquit, legimus Apoſtolos nouis linguis loquentes miraculo fuiſſe, & huius voluminis cap. 19, narrãtur qui baptizati Spiritũ ſanctũ acceperãt, linguis loquuti & prophetaſſe. Ad hæc ego reſpõdeo, Verũ quidẽ illud eſſe, Apoſtolos ita vſos fuiſſe Spiritus ſancti donis vt vſus poſtulabat: ſed, obſecro, quis propterea meritò colligat, hæc dona ipſis perpetuò non adfuiſſe? an medicus eſſe deſinet qui tum demũ medicina vtatur quũ aut ad ægrotos vocabitur, aut ita flagitarit neceſſitas? Rationẽ autem illã quam adfert, ſuprà oſtẽdimus nulla nõ modò ratione, ſed ne idonea quidẽ coniectura niti. Certè debuerat Eraſmus conſiderare quid hoc ipſo capite cõmemoretur, vt hoc ſaltẽ Cornelii exẽplum cæteris adiungeret. Viguiſſe autem in Eccleſiis eo tẽpore linguarum donum, vel ex iſtis liquet, itémque ex Marci vltimo, & 1. Cor. 12. 13, & 14 capitibus. Subiicit deinde Eraſmus quale fuiſſe putet donum illud linguarum in Apoſtolis, nẽpe eiuſmodi vt quum vna lingua loquerentur, ab omnibus intelligerentur. Id verò etſi ex nonnullorum veterum ſentẽtia Eraſmus ſcribit, quis tamẽ non videt abſurdiſſimè dicit? Nã hac ratione nõ in ipſos Apoſtolos, ſed in eorũ auditores Spiritus ſanctus illapſus diceretur. Quid ampliùs? Non eſt, inquit, neceſſe, opinor, quicquid fuit in Apoſtolis, protinus tribuere miraculo. Homines erant, quædã ignorabant, in nõnullis errabãt. Hæc ego verò vt concedam, quorſum tandẽ dicuntur? Nempe vt eo tãdem deueniat, ſi donum illud linguæ non ſemper adfuit Apoſtolis, ne tum quidẽ adfuiſſe quum ſcriberent: ſi hoc donum fuit eiuſmodi, nõ vt loquẽdi facultatẽ Apoſtolis adferret, ſed auditores faceret illis intelligẽdis idoneos, fruſtra nos cõtendere, Apoſtolos, quod ad ipſum ſermonẽ attinet, fuiſſe Spiritus ſancti organa. Quid ergo? à quo præceptore Græcam linguam illi didicerũt? Nil mirũ, inquit, Apoſtolos citra miraculum Græcè nouiſſe, quum Ægyptus ac Syria totáque Cilicia vulgò Græcè loqueretur. Id verò Eraſmus probet, Iudæis Græcum idioma tam fuiſſe familiare vt idiotis ac piſcatoribus notum eſſe potuerit. At illud poſtea cum Græcis verſantes didicerunt. Diſcere certè potuerunt, ſed quum linguarũ dono inſtructos eſſe oportuerit qui omnibus Gentibus eſſent Chriſtum annunciaturi, & diſertè teſtetur Lucas id eos vno momento eſſe conſequutos, vt audirentur infinitarum penè gentium linguis loquentes, quæ obſecro hæc pertinacia eſt, malle hæc induſtriæ tribuere quàm miraculo? Sed vt hoc quoque largiar, (neque enim de eo propriè quæritur) an idcirco efficitur, ſermonem Apoſtolorum non fuiſſe à Spiritu ſancto, quia vſu & diligentia Græcam linguã perdidicerunt? Audiamus ergo tandem firmiſſimam rationem. Quum, inquit, ea quæ fiunt virtute diuina, perfectiora ſint iis quæ fiunt naturæ ordine vel hominum induſtria, qui fit vt Apoſtolorum ſermo non ſolùm impolitus ſit & inconditus, verumetiam imperfectus, perturbatus, aliquoties planè ſoloeciſſans? Placebat Spiritui ſancto ſermonis ſimplicitas, ſed pura tamen & integra, atque iis vacans incommodis quæ ſolent auditorum intelligentiam impedire. Atqui in his paſſim deſudant Græci interpretes, quibus Demoſthenes & Plato facilis erat & perſpicuus. Hæc ille: quæ ſi vera ſunt, quid ſupereſt niſi vt dicamus Apoſtolos in ſcribendo non

adhibuiſſe eam perſpicuitatẽ ac integritatẽ ſermonis quæ neceſſaria erat,& quam ipſe Spiritus ſanctus requirebat.Sed abſit à nobis, abſit iſta peruerſa opinio,quæ(vt antè dixi)ſi ſemel inuecta fuerit in Eccleſiam Dei,actum eſt de Scripturæ authoritate, ac proinde de totius Chriſtianæ religionis incolumitate:adeo vafer eſt Satanas in nobis per obliquos ac penitus latentes cuniculos oppugnandis.Sic igitur potius conſtituo, Simplicitatem in Apoſtolicis ſcriptis ſummam agnoſco,hyperbata,anantapodota,ſolœciſmos etiam nõ diffiteor.Sed illud ego virtutem non vitium appello:qua de re poſtea dicam:ab iſtis verò quis vel Demoſthenem vel Homerum ipſum vindicarit? Sed hoc præterea dicere auſim,multa in Paulo videri hyperbata,multa anantapodota, quæ tamen non ſunt: ſed quia de rebus differit à noſtro ſenſu prorſus alienis, & pauci ſemper fuerunt qui ad legẽda Apoſtolica ſcripta purum,religioſum,attentum animum attulerint: pauci qui Hebraicos fontes adire ſuſtinuerint,vnde iſti tanquam riuuli deducti ſunt:pauci qui precibus, vigiliis, aſſiduitate conati ſint intelligentiæ lucem conſequi:nihil mirum eſt pleroſque in iſtis ita cæcutire vt ſæpe nodum in ſcirpo inueniant,claritatem ambiguum eſſe quod eſt ſimpliciſſimum, putent non cohærere quæ tam exacta tamque erudita methodo perſcripta ſunt, vt hoc auſim affirmare, nulla extare euiuſquam ſcripta in quibus par conſenſio ac omnium membrorum nexus appareat.Denique cæci homines quia non agnoſcunt tenebras in ſe eſſe incluſas, ideo Spiritus ſancti ſermonem vt tenebricoſum refugiunt. Quod autem attinet ad ſermonis ſimplicitatem, eam quidẽ ego non modò non reprehendo,ſed etiã non poſſum ſatis admirari,& tamen quoties Paulo tonare libuit, non video quid fingi poſſit ἀτρέπτον. In admonitionibus verò & exhortationibus quæ ſe prodit lenitas quæ ſermonis illecebra:Legatur(vt vnum ex multis exemplum proferam)concio illa quam ad Epheſinam Eccleſiam habuit,ſoluens ex littore:quis vllam hîc dicẽdi virtutem requiret? Quid quum carnis & ſpiritus certamen depingit, ad Romanos ſcribens: quum Philippenſes obteſtatur? quum Corinthiorum vanam eloquentiam ridet? quum de ſuo in gentiles ſuos amore teſtatur? In Iohanne verò quæ grauitas? in Petri concionibus quæ libertas,quæ maieſtas apparet? Dicã certè quod ſentio,qui hac ſimplicitate pios animos magis afficiant, ſcriptores prorſus nullos extare.Neque de rebus ipſis loquor duntaxat,ſed de verbis ac dicendi genere,quod quidem mirum & incredibile eſt,quum ſimpliciſſimum ſit,ita tamen animos permouere vt diuinæ planè virtutis manifeſti effectus ſentiantur,& fides vnius Dei reipſa comperiatur. Sed cur iſta potius ſimplicitas placeret quàm ornata eloquutio,grauiſſimas cauſas habuerunt Apoſtoli: atque adeo cur interdũ etiam balbutiendum,atque adeo ſolœciſſandum putarent.Sic placuit Deo confundere huius ſeculi ſapiẽtes,vt ex profeſſo Paulus aduerſus Corinthios illos diſertulos differit. Deinde res illis erat maxima ex parte cum rudibus ac plebeiis hominibus:quorum ſermonem ſiquis ad grammaticorum aut rhetorum præcepta exegerit, ineptè profectò fecerit. Vt autem Hebraiſmos permiſcerent,non modò hæc cauſa fuit,quia Hebræi erãt, (potuiſſet enim Spiritus ſanctus hoc quicquid erat in ipſis emendare ,ſi diſplicuiſſet) ſed quia quum de iis rebus differerent quæ Hebraicis literis erant traditæ,neceſſe fuit multa retinere , ne doctrina aliqua noua adferri videretur. Et certè tam multos Hebraiſmos ab illis ſeruatos fuiſſe minimè miror, quum plerique ſint eiuſmodi vt nullo alio idiomate tam feliciter exprimi poſſint,imò interdum ne exprimi quidem:vt niſi illas formulas retinuiſſet, noua illis interdum vocabula & noua dicẽdi genera comminiſcẽda fuerint, quæ nemo planè intelleXiſſet.Poſtremò(vt tandem dicendi finem faciam)quum hos vnos delegerit Deus,per quos ſcribi vellet quæcunque ad noſtrã ſalutẽ neceſſaria ſunt , illud quoque nobis eſt conſtituendũ,eundẽ illũ Deum ita eſſe eorum linguæ moderatum,vt ne verbum quidem temere ipſis exciderit,omnia ita planè,aptè & appoſitè dixerint,vt planius ac melius à quoquam de his dici nunquam potuerit. Quicquid in his ſcriptum eſt aut ambiguum aut occultum, id partim noſtræ cæcitati ac ignorantiæ tribuamus,partim ad ſcuendam noſtrã diligẽtiam id eſſe à Domino factum agnoſcamus.Excitata ſunt iterum noſtris temporibus linguarum ac bonarum artium ſtudia,accenſa ſunt diuinitus hominum ingenia veritatis ac lucis deſiderio , patefacta plurimis Euangelii myſteria. Iſtis Dei donis certatim omnes pro fidei mẽſura vtamur , vt in timore ac tremore templum illud Domini ædificetur. Abſit autem à nobis in primis profana omnis cogitatio & blaſphema audacia , vt Scripturæ ſua maieſtas & authoritas ſacra & inuiolabilis conſeruetur.Hac enim ſalua,non eſt quòd Satanam aut mũdi inſulteus reformidemus:hac amiſſa, nihil iam ſupereſt quominus veritas prorſus interierit.

Μήτι ὕδωρ κωλῦσαι δύναταί τις, τοῦ μὴ βαπτισθῆναι τούτους οἵτινες τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐλάβοσαν καθὼς καὶ ἡμεῖς;

47 Num quis aquam prohibere poteſt, quominus *videlicet* baptizentur iſti qui Spiritum ſanctum acceperunt ſicut & nos?

47 *Numquid aquam quis prohibere poteſt, ut non baptizentur hi qui Spiritum ſanctum acceperunt ſicut & nos?*

Προσέταξέ τε αὐτοὺς βαπτισθῆναι ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου. Τότε ἠρώτησαν αὐτὸν ἐπιμεῖναι ἡμέρας τινάς.

48 Iuſſitque eos baptizari in nomine Domini. Rogauerunt autem eũ vt perſeueraret ad dies aliquot.

48 *Et iuſſit eos baptizari in nomine Domini Ieſu Chriſti. Tũc rogauerunt eũ ut maneret apud eos aliquot diebus.*

Κεφάλαιον ια΄

CAP. XI.

CAP. XI.

Ἤκουσαν δὲ οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ ἀδελφοὶ οἱ ὄντες κατὰ τὴν Ἰουδαίαν ὅτι καὶ τὰ ἔθνη ἐδέξαντο τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ.

1 AVdierunt autem Apoſtoli & fratres qui erant in Iudæa,Gentes etiam recepiſſe ſermonem Dei.

1 *Audierũt autem Apoſtoli & fratres qui erant in Iudæa,quoniam & Gentes receperunt verbum Dei.*

Καὶ ὅτε ἀνέβη Πέτρος εἰς Ἱεροσόλυμα, διεκρίνοντο πρὸς αὐτὸν οἱ ἐκ περιτομῆς,

2 Quum igitur aſcendiſſet Petrus Hieroſolymam,certarunt aduerſus eum qui *erant* ex circunciſione,

2 *Quum autem aſcendiſſet Petrus Ieroſolymam, diſceptabant aduerſus illum qui erant ex circumciſione.*

47 Aquam,τὸ ὕδωρ. Quidam hoc connectunt cum verbo βαπτισθῆναι,ita vt vel ſubaudiatur κατ',vel hoc ſit dictum ea forma qua dicimus βαπτισθῆναι βαπτισμα. Sed præterquam quòd dura ac planè inſolens fuerit iſta traiectio,cuiuſmodi eſt illud βαπτισθῆναι κατ' ὕδωρ, aut βαπτισθῆναι ὕδωρ pro ὕδατι nisi quis κατ' ὕδωρ accipiat pro ἐν ὕδατι. Simpliciter igitur illud interpretari malo , & τὸ μὴ explico per epexegeſin : cuius exempla ſingulis penè verſiculis occurrunt.

Λέγοντες, Ὅτι πρὸς ἄνδρας ἀκροβυστίαν ἐχοντας εἰσῆλθες, καὶ συνέφαγες αὐτοῖς.

3 Dicentes, Ad viros præputium habentes introisti, & vnà ediſti cum eis.

3 Dicentes, Quare intrò iſti ad viros præputiũ habẽtes, & manducaſti cũ illis?

Ἀρξάμενος δὲ ὁ Πέτρος ἐξετίθετο αὐτοῖς καθεξῆς λέγων,

4 Exorſus autem Petrus, ordine expoſuit eis ordine, dicens,

4 Incipiens autem Petrus, exponebat illis ordinem, dicens.

Ἐγὼ ἤμην ἐν πόλει Ἰόππῃ προσευχόμενος· καὶ εἶδον ἐν ἐκστάσει ὅραμα, καταβαῖνον σκεῦός τι ὡς ὀθόνην μεγάλην, τέσσαρσιν ἀρχαῖς καθιεμένην ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἦλθεν ἄχρις ἐμοῦ.

5 Ego erã ĩ ciuitate Ioppe precãs: & viſũ in mẽtis exceſſu vidi, nempe deſcẽdẽs vas quoddã, ceu linteũ magnũ, quatuor extremis deuinctum, quod demittebatur è cælo, & ad me vſque venit.

4 Ego eram in ciuitate Ioppe orans: & vidi in excaſſu mentis viſionẽ, deſcẽdẽs vas quoddã ueluti linteũ magnũ, quatuor initijs ſimmis de cælo, & venit uſq; ad me.

Εἰς ὃν ἀτενίσας κατενόουν, καὶ εἶδον τὰ τετράποδα τῆς γῆς, καὶ τὰ θηρία, καὶ τὰ ἑρπετὰ, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ.

6 In quod quum intẽdiſſem oculos, animaduerti, & vidi quadrupedia terræ, & feras, & reptilia, & volucres cæli.

6 In quod intuẽns conſiderabam, & vidi quadrupedia terræ, & beſtias, & reptilia, & volatilia cæli.

Ἤκουσα δὲ φωνῆς λεγούσης μοι, Ἀναστὰς Πέτρε θῦσον καὶ φάγε.

7 Audiui autem etiã vocem dicentem mihi, Surge Petre, macta & veſcere.

7 Audiui autẽ & nocẽ dicentẽ mihi, Surge Petre, occide & manducа.

Εἶπον δέ, Μηδαμῶς Κύριε· ὅτι πᾶν κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον οὐδέποτε εἰσῆλθεν εἰς τὸ στόμα μου.

8 Dixi verò, Nequaquã Domine: nã nihil cõmune aut impurũ vnquã introiuit in os meũ.

8 Dixi autẽ, Nequaq̃ Domine: q̃a omne commune aut immundũ nunq̃ introiuit in os meum.

Ἀπεκρίθη δὲ μοι φωνὴ ἐκ δευτέρου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, Ἃ ὁ Θεὸς ἐκαθάρισεν, σὺ μὴ κοίνου.

9 Reſpondit autẽ mihi vox ſecundò è cælo, Quæ Deus purgauit, tu ne polluito.

9 Reſpõdit autẽ mihi uox ſecundò de cælo, Quæ Deus mundauit, tu ne cõmune dixeris.

Τοῦτο δὲ ἐγένετο ἐπὶ τρὶς· καὶ πάλιν ἀνεσπάσθη ἅπαντα εἰς τὸν οὐρανόν.

10 Idq; ter factũ eſt, & rurſus omnia ſurſum retracta ſũt in cælũ.

10 Hoc autẽ factum eſt per ter: & recepta ſũt omnia rurſum in cælum.

Καὶ ἰδοὺ, ἄνδρες τρεῖς αὐτῆς ἐπέστησαν ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἐν ᾗ ἤμην, ἀπεσταλμένοι ἀπὸ Καισαρείας πρός με.

11 Tum ecce, codẽ momẽto tres viri ſuperuenerunt in ædes in quib⁹ erã, Cæſarea miſſi ad me.

11 Et ecce, uiri tres conſtiterunt adſtiterunt in domo in qua eram, miſſi à Cæſarea ad me.

Εἶπε δέ μοι τὸ Πνεῦμα συνελθεῖν αὐτοῖς, μηδὲν διακρινόμενον. Ἦλθον δὲ σὺν ἐμοὶ καὶ οἱ ἓξ ἀδελφοὶ οὗτοι, καὶ εἰσήλθομεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ ἀνδρός·

12 Dixit verò mihi ſpiritus vt cõgrederer cum eis nihil ambigens. Venerunt autem mecum etiam ſex iſti fratres, & ingreſſi ſumus domum cuiuſdam,

12 Dixit autem Spiritus mihi ut irem cum illis, nihil hæſitans. Venerunt autem mecum & ſex fratres iſti, & ingreſſi ſumus in domum uiri.

Ἀπήγγειλέ τε ἡμῖν πῶς εἶδε τὸν ἄγγελον ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ σταθέντα καὶ εἰπόντα αὐτῷ, Ἀπόστειλον εἰς Ἰόππην ἄνδρας, καὶ μετάπεμψαι Σίμωνα τὸν ἐπικαλούμενον Πέτρον·

13 Qui annuntiauit nobis quomodo vidiſſet Angelum domi ſuæ, qui adſtitiſſet ac dixiſſet ipſi, Mitte aliquos Ioppen, & accerſe Simonem qui cognominatur Petrus:

13 Narrauit autem nobis quomodo uidiſſet Angelum in domo ſua, ſtantem & dicentẽ ſibi, Mitte in Ioppen, & accerſe Simonem qui cognominatur Petrus:

Ὃς λαλήσει ῥήματα πρός σε ἐν οἷς σωθήσῃ σὺ καὶ πᾶς ὁ οἶκός σου.

14 Qui tibi ea dictur⁹ eſt per quæ ſeruabere & tu & tota domus tua.

14 Qui loquetur tibi uerba in quibus ſalus eris tu & uniuerſa dom⁹ tua.

Ἐν δὲ τῷ ἄρξασθαί με λαλεῖν, ἐπέπεσε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτοὺς, ὥσπερ καὶ ἐφ' ἡμᾶς ἐν ἀρχῇ.

15 Quũ autem exorſus eſſem loqui, illapſus eſt Spiritus ſanctus in eos, quemadmodũ & in nos in principio.

15 Quum autem cœpiſſem loqui, cecidit Spiritus ſactus ſuper eos, ſicut & in nos in initio.

Ἐμνήσθην δὲ τοῦ ῥήματος Κυρίου, ὡς ἔλεγεν, Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.

16 Memini autem illius dicti Domini, quum diceret, Iohannes quidem baptizauit aqua, vos verò baptizabimini Spiritu ſancto.

16 Recordatus ſum autem uerbi Domini, ſicut diebat, Iohannes quidem baptizauit aqua, uos autem baptizabimini Spiritu ſancto.

IN CAPVT XI.

3 Introiſti, ἔν πόλεις. Vulg. Quare introiſti, ita videlicet vt ἔν pro διὰ intelligatur. Ego verò in nullis codicibus adſcriptã inuenio interrogationis notam. Itaque puto expoſtulationem potius eſſe q̃ percontationẽ.

Εἰ οὖν τὴν ἴσην δωρεὰν ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς ὡς καὶ ἡμῖν, πιστεύσασιν ἐπὶ τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν· ἐγὼ δὲ τίς ἤμην δυνατὸς κωλῦσαι τὸν Θεόν;

17 Postquam igitur par donum dedit eis Deus vt & nobis, quũ credidissemus in Dominũ Iesum Christum: ego porro quis erã qui Deũ possem prohibere?

17 Si ergo eandem gratiã dedit illis Deus, sicut & nobis q credidimꝰ in Dominum Iesum Christum: ego quis eram qui possem prohibere Deũ?

Ἀκούσαντες δὲ ταῦτα ἡσύχασαν, καὶ ἐδόξαζον τὸν Θεὸν, λέγοντες, Ἄρα καὶ τοῖς ἔθνεσιν ὁ Θεὸς τὴν μετάνοιαν ἔδωκεν εἰς ζωήν.

18 His autem auditis quieuerũt, & glorificauerunt Deum, dicentes, Nempe etiam Gentibus Deus resipiscentiam dedit ad vitam.

18 His auditis tacuerũt, & glorificauerunt Deum, dicentes: Ergo & Gẽtibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam.

Οἱ μὲν οὖν διασπαρέντες ἀπὸ τῆς θλίψεως τῆς γενομένης ἐπὶ Στεφάνῳ, διῆλθον ἕως Φοινίκης, καὶ Κύπρου, καὶ Ἀντιοχείας, μηδενὶ λαλοῦντες τὸν λόγον εἰ μὴ μόνον Ἰουδαίοις.

19 Illi porro qui dispersũ fuerant ex oppressione orta ob Stephanũ, peruenerunt vsque in Phœniciam, & Cyprum, & Antiochiam, nemini loquentes sermonem Dei nisi solis Iudæis.

19 Et illi quidẽ q dispersi fuerãt à tribulatione quæ facta fuerat sub Stephano, perãbulauerũt usq; Phœnicẽ, & Cyprum & Antiochiã, nemini loquẽtes Verbum nisi solis Iudæis.

Ἦσαν δέ τινες ἐξ αὐτῶν ἄνδρες Κύπριοι καὶ Κυρηναῖοι, οἵτινες εἰσελθόντες εἰς Ἀντιόχειαν, ἐλάλουν πρὸς τοὺς Ἕλληνιστὰς, εὐαγγελιζόμενοι τὸν Κύριον Ἰησοῦν.

20 Quidam autem ex iis Cyprii & Cyrenenses, quũ introissent Antiochiam, loquuti sunt Græcis, euangelizantes Dominum Iesum.

20 Erãt autẽ q dã ex eis uiri Cyprij & Cyrenæi, qui quũ introissent Antiochiã, loquebãtur ad Græcos, annunciantes Dominum Iesum.

Καὶ ἦν χεὶρ Κυρίου μετ' αὐτῶν· πολύς τε ἀριθμὸς πιστεύσας ἐπέστρεψεν ἐπὶ τὸν Κύριον.

21 Fuit autem manus Domini cum eis: multúsque numerus credentiũ conuersus est ad Dominum.

21 Et erat manus Domini cũ eis: multúsque numerus credentium conuersus est ad Dominum.

Ἠκούσθη δὲ ὁ λόγος εἰς τὰ ὦτα τῆς ἐκκλησίας τῆς οὔσης ἐν Ἱεροσολύμοις περὶ αὐτῶν· καὶ ἐξαπέστειλαν Βαρνάβαν διελθεῖν ἕως Ἀντιοχείας.

22 Peruenit autem rumor ad aures Ecclesiæ quæ erat Hierosolymis. Miserũt igitur Barnabã vt pergeret Antiochiã vsque.

22 Peruenit autẽ sermo ad aures Ecclesiæ quæ erat Ierosolymis, super ipsis: & miserunt Barnabã usque ad Antiochiã.

Ὃς παραγενόμενος καὶ ἰδὼν τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, ἐχάρη, καὶ παρεκάλει πάντας τῇ προθέσει τῆς καρδίας προσμένειν τῷ Κυρίῳ.

23 Qui quum aduenisset & vidisset gratiam Dei, gauisus est, & hortatꝰ est omnes vt proposito cordis permanerẽt in Domino.

23 Qui quũ peruenisset, et uidisset gratiã Dei, gauisus est, & hortabatur omnes in proposito cordis permanere in Domino.

Ὅτι ἦν ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ πλήρης Πνεύματος ἁγίου καὶ πίστεως. καὶ προσετέθη ὄχλος ἱκανὸς τῷ Κυρίῳ.

24 Nam erat vir bonus & plenus Spiritu sancto & fide. & adiuncta est multa turba Domino.

24 Quia erat uir bonꝰ & plenꝰ Spiritu sancto & fide. & appositꝰ est multus turbæ Domino.

Ἐξῆλθε δὲ εἰς Ταρσὸν ὁ Βαρνάβας ἀναζητῆσαι Σαῦλον· καὶ εὑρὼν αὐτὸν ἤγαγεν αὐτὸν εἰς Ἀντιόχειαν.

25 Abiit autem Barnabas Tarsum, vt requireret Saulum: & eum inuentũ duxit Antiochiã.

25 Profectus est autẽ Barnabas Tarsũ ut quæreret Saulũ: quem quum inuenisset, perduxit Antiochiam.

Ἐγένετο δὲ αὐτοὺς ἐνιαυτὸν ὅλον συναχθῆναι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ διδάξαι ὄχλον ἱκανόν, χρηματίσαι τε πρῶτον ἐν Ἀντιοχείᾳ τοὺς μαθητὰς Χριστιανούς.

26 Factum est autem vt annum totum conuenirent in Ecclesia, docerẽtque turbam multam, & discipuli nominarentur primùm Antiochiæ Christiani.

26 Et annum totum conuersati sunt ibi in Ecclesia, & docuerunt turbã multam, ita ut cognominarẽtur primùm Antiochiæ discipuli Christiani.

17 Postquam igitur, Εἰ οὖν. Εἰ pro ἐπεὶ vel ἐπειδὴ, vt annotauimus suprà, 4.b.9.

20 Loquuti sunt Græcis, ἐλάλουν πρὸς τοὺς Ἕλληνιστάς. Quum hoc loco opponi videantur Ἑλληνισταὶ Iudæis, quorum mentio facta est in superiore versiculo, & Antiochenam Ecclesiam constet veluti nouam quandam Gẽtium Hierusalem fuisse, apparet Ἑλληνιστὰς appellatione non tantùm prouinciales Iudæos, id est huc & illuc dispersos, sed ipsos etiam Ἕλληνας intelligi. Alioqui non dubito quin si isti fuissent Iudæi, iam tũ fuerint, & accedentibus in ipsorum cœtum Græcis, eam controuersiam moturi, quæ tandem etiam fuit excitata, sed per eos qui ex Iudæa venerant, vt disertè dicitur infrà, 15.a.1, & c.14: quum antea tranquilla fuisset Ecclesia Antiochena, annis (vt mihi quidem videtur) non paucis: siquidem post quatuordecim demum annos ascendit Paulus Hierosolymam, vt cum Apostolis conferret de ea doctrina quã inter Gentes promulgarat, Gal.2.a.1.

21 Fuit autem manus Domini, καὶ ἦν χεὶρ Κυρίου. Vide Luc.1.f.66.

22 Vt pergeret Antiochiã vsque, διελθεῖν ἕως Ἀντιοχείας. Vulg. legit, εἰς Ἀντιόχειαν, Antiochiam.

26 Nominarentur, χρηματίσαι. Id est, ὀνομάζεσθαι. Plutarchus, Νόμῳ καὶ θεῷ ἕκαστος, καὶ τοῦτ' ἔστι καὶ χρηματίζει. Erasmus annotat hinc dictam vocẽ, quòd cognomen ex officio quo quis fungitur, addi solet.

veluti publicani dicuntur quòd publica vectigalia colligunt: ita Christiani, quòd Christum profiterentur.

Ἐν ταύταις δὲ ταῖς ἡμέραις κατῆλθον ἀπὸ Ἱερουσολύμων προφῆται εἰς Ἀντιόχειαν.

17 Per id tempus autem descenderũt Hierosolymis Prophetæ Antiochiam.

17 In his autem diebus superuenerunt ab Ierosolymis Prophetæ Antiochiam.

Ἀναστὰς δὲ εἷς ἐξ αὐτῶν ὀνόματι Ἄγαβος, ἐσήμανε διὰ τοῦ Πνεύματος, λιμὸν μέγαν μέλλειν ἔσεσθαι ἐφ' ὅλην τὴν οἰκουμένην· ὅστις καὶ ἐγένετο ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος.

18 Et vnus eorum surgens, nomine Agabus, significauit per Spiritum, famem magnam futuram in toto terrarum orbe: quæ etiã fuit sub Claudio Cæsare.

18 Et surgens unus ex eis nomine Agabus significabat per Spiritum, famem magnam futuram in universo orbe terrarum: quæ facta est sub Claudio Cæsare.

Τῶν δὲ μαθητῶν καθὼς εὐπορεῖτό τις, ὥρισαν ἕκαστος αὐτῶν εἰς διακονίαν πέμψαι τοῖς κατοικοῦσιν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ἀδελφοῖς.

19 Singuli autem discipulorum, prout cuique suppetebat, decreuerunt subsidio mittere aliquid fratribus habitantibus in Iudæa.

19 Discipuli autem, prout quis habebat, proposuerunt in ministerium mittere habitantibus in Iudæa fratribus.

Ὃ καὶ ἐποίησαν, ἀποστείλαντες πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους διὰ χειρὸς Βαρνάβα καὶ Σαύλου.

30 Quod & fecerunt, mittentes ad seniores per manum Barnabæ & Sauli.

30 Quod et fecerunt, mittentes ad Seniores per manus Barnabæ et Sauli.

Κεφάλαιον ιβ'.

CAP. XII.

CAP. XII.

ΚΑΤ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν ἐπέβαλεν Ἡρῴδης ὁ βασιλεὺς τοὺς χεῖρας κακῶσαί τινας τῶν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας.

1 CAEterùm per id tempus aggressus est Herodes rex malè accipere quosdam ex Ecclesia.

1 EOdem autem tempore misit Herodes rex manus ut afflige ret quosdam de Ecclesia.

Ἀνεῖλε δὲ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν Ἰωάννου, μαχαίρᾳ.

2 Interemit autem Iacobum fratrem Iohannis, gladio.

2 Occidit autem Iacobum fratrem Iohannis, gladio.

Καὶ ἰδὼν ὅτι ἀρεστόν ἐστι τοῖς Ἰουδαίοις, προσέθετο συλλαβεῖν καὶ Πέτρον (ἦσαν δὲ αἱ ἡμέραι τῶν Ἀζύμων)

3 Et quum vidisset hoc gratũ esse Iudæis, perrexit comprehendere etiam Petrũ: (erant autem dies Azymorum)

3 Videns autem quia placeret Iudæis, apposuit apprehendere et Petrũ. (erat autem dies Azymorum)

Ὃν καὶ πιάσας ἔθετο εἰς φυλακήν, παραδοὺς τέσσαρσι τετραδίοις στρατιωτῶν φυλάσσειν αὐτόν, βουλόμενος μετὰ τὸ πάσχα ἀναγαγεῖν αὐτὸν τῷ λαῷ.

4 Quem etiam prehensum, cõiecit in carcerẽ, traditũ quater quaternis militibus, vt eũ seruarent: volẽs post pascha producere eum populo.

4 Quẽ quũ apprehẽdisset, misit in carcerẽ, tradẽs quatuor quaternionibus militum ad custodiẽdũ eũ: volẽs post pascha producere eum populo.

Ὁ μὲν οὖν Πέτρος ἐτηρεῖτο ἐν τῇ φυλακῇ· προσευχὴ δὲ ἦν ἐκτενὴς γινομένη ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας πρὸς τὸν Θεὸν ὑπὲρ αὐτοῦ.

5 Petrus igitur seruabatur in custodia: preces autem assiduæ fiebant ab Ecclesia ad Deum pro ipso.

5 Et Petrus quidem seruabatur in carcere: oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo.

Ὅτε δὲ ἤμελλεν αὐτὸν προάγειν ὁ Ἡρῴδης, τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ ἦν ὁ Πέτρος κοιμώμενος μεταξὺ δύο στρατιωτῶν, δεδεμένος ἁλύσεσι δυσί, φύλακές τε πρὸ τῆς θύρας ἐτήρουν τὴν φυλακήν.

6 Quum verò esset producturus eum Herodes, nocte illa dormiebat Petrus inter duos milites, vinctus catenis duabus, & custodes ante ostiũ obseruabant carcerem.

6 Quũ autẽ producturus eũ esset Herodes, in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus, et custodes ante ostium custodiebant carcerem.

19 Subsidio, εἰς διακονίαν. Vulgata ad verbum, In ministeriũ, i. vt ex eo possent diaconi pauperibus subuenire. Omnia enim rite & ordine administrari oportuit: quamobrem etiam dicuntur hæc mississe ad presbyteros i. ad Ecclesiæ gubernatores, de quibus Paulus 1. Tim. 5. c. 17.

IN CAPVT XII.

1 Aggressus est, ἐπέβαλε τὰς χεῖρας: id est ἐπεχείρησε. Quum enim nullus personæ casus, quem vocant, adiungatur, apparet hanc periphrasin ita esse explicandam. Vulg. Misit manus. Herodes, Ἡρῴδης. Hic est quẽ Iosephus Agrippam vocat, Herodis magni nepos ex Aristobulo, & frater Herodiadis quæ cũ Herode tetrarcha consueuerat, eius Agrippæ pater cuius fit mentio infrà, cap. 25 & 26. Hanc autem eandem historiam cõmemorat etiam Iosephus lib. Antiq. 19. cap. 7.

2 Interemit, ἀνεῖλε. Id est, Indicta causa & vi aperta occidit. Vide Luc. 22. a. 2.

5 Assiduæ, ἐκτενὴς. Vel, Intentæ, si ad animorum ardorem placet referre. Vulgata & Erasmus, Sine intermissione, id est ἀδιαλείπτως.

Καὶ ἰδοὺ, ἄγγελος Κυρίου ἐπέστη, καὶ φῶς ἔλαμψεν ἐν τῷ οἰκήματι. παταξας δὲ τὴν πλευρὰν τοῦ Πέτρου, ἤγειρεν αὐτὸν, λέγων, Ἀνάστα ἐν τάχει. Καὶ ἐξέπεσον αὐτοῦ αἱ ἁλύσεις ἐκ τῶν χειρῶν.

7 Et ecce, Angelus Domini superuenit, & lux ſplẽduit in carcere: & pulſato latere Petri excitauit eum, dicens, Surge velociter. Et exciderunt ei catenæ ex manibus.

7 *Et ecce, Angelus Domini adſtitit, & lumẽ reſulſit in habitaculo: percuſſoque latere Petri, excitauit eũ, dicens, Surge velociter. Et ceciderunt catenæ de manibus eius.*

Εἶπέ τε ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτὸν, Περίζωσαι, καὶ ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου. Ἐποίησε δὲ οὕτω. Καὶ λέγει αὐτῷ, Περιβαλοῦ τὸ ἱμάτιόν σου, καὶ ἀκολούθει μοι.

8 Dixitque ei Angelus, Præcinge, & ſubliga ſandalia tua. Fecit autem ita. Tum *ille* dixit ei, Indue pallium, & ſequere me.

8 *Dixit autẽ Angelus ad eũ, Præcange re, & calcea te caligas tuas. Et fecit ſic. Et dixit illi. Circunda tibi veſtimentum tuum, & ſequere me.*

Καὶ ἐξελθὼν ἠκολούθει αὐτῷ, καὶ οὐκ ᾔδει ὅτι ἀληθὲς ἐστὶ τὸ γινόμενον διὰ τοῦ ἀγγέλου· ἐδόκει δὲ ὅραμα βλέπειν.

Itaque egreſſus Petrus ſequebatur eum, nec ſciebat verum eſſe quod fiebat per Angelum, ſed putabat ſe viſum videre.

9 *Et exiẽs ſequebatur eũ, et neſciebat quia verũ eſt quod fiebat per Angelũ: exiſtimabat autẽ ſe viſum videre.*

Διελθόντες δὲ πρώτην φυλακὴν καὶ δευτέραν, ἦλθον ἐπὶ τὴν πύλην τὴν σιδηρᾶν, τὴν φέρουσαν εἰς τὴν πόλιν, ἥτις αὐτοῖς ἀνοίχθη αὐτομάτη· καὶ ἐξελθόντες προῆλθον ῥύμην μίαν· καὶ εὐθέως ἀπέστη ὁ ἄγγελος ἀπ' αὐτοῦ.

Quum autem tranſiſſent primam ac ſecũdam cuſtodiam, venerunt ad portam Ferream, quæ ducit in ciuitatẽ, quæ ſpõte aperta eſt eis: & egreſſi progreſſi ſunt vicũ vnũ: & ſtatim abſceſſit Angelus ab eo.

10 *Tranſeuntes autẽ primam & ſecundam cuſtodiam, venerunt ad portã Ferream, quæ ducit ad ciuitatẽ, quæ vltro aperta eſt eis: & exeuntes progreſſi ſunt vicum vnum: & confeſtim diſceſſit Angelus ab eo.*

Καὶ ὁ Πέτρος γενόμενος ἐν ἑαυτῷ, εἶπε, Νῦν οἶδα ἀληθῶς ὅτι ἐξαπέστειλε Κύριος τὸν ἄγγελον αὐτοῦ, καὶ ἐξείλετό με ἐκ χειρὸς Ἡρῴδου, καὶ πάσης τῆς προσδοκίας τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων.

Tum Petrus ad ſe reuerſus dixit, Nunc verè agnoſco Dominũ miſiſſe Angelum ſuũ, & eruiſſe me è manu Herodis & ex omni expectatione populi Iudæorum.

11 *Et Petrus ad ſe reuerſus dixit. Nunc ſcio uerè quia miſit Dominus Angelum ſuum, & eripuit me de manu Herodis & de omni expectatione plebis Iudeorum.*

Συνιδών τε ἦλθεν ἐπὶ τὴν οἰκίαν Μαρίας τῆς μητρὸς Ἰωάννου, τοῦ ἐπικαλουμένου Μάρκου, οὗ ἦσαν ἱκανοὶ συνηθροισμένοι καὶ προσευχόμενοι.

Et re conſiderata, venit domum Mariæ matris Iohannis, qui cognominabatur Marcus, vbi erant multi congregati & precantes.

11 *Cõſiderans q; uenit ad domũ Mariæ matris Iohannis, qui cognominatus eſt Marcus, ubi erant multi congregati & orantes.*

Κρούσαντος δὲ τοῦ Πέτρου τὴν θύραν τοῦ πυλῶνος, προσῆλθε παιδίσκη ὑπακοῦσαι, ὀνόματι Ῥόδη.

Quũ pulſaſſet autẽ Petrus oſtiũ veſtibuli, prodiit puella vt ſubauſcultaret, nomine Rhode

13 *Pulſante autem eo oſtium ianuæ, prouſſit puella ad audiendum, nomine Rhode.*

Καὶ ἐπιγνοῦσα τὴν φωνὴν τοῦ Πέτρου, ἀπὸ τῆς χαρᾶς οὐκ ἤνοιξε τὸν πυλῶνα, εἰσδραμοῦσα δὲ ἀπήγγειλε ἑστάναι τὸν Πέτρον πρὸ τοῦ πυλῶνος.

Quæ agnita voce Petri, præ gaudio non aperuit veſtibulum, ſed intrò currens annuntiauit adſtare Petrum ante veſtibulum.

14 *Et ut cognouit uocẽ Petri, præ gaudio non aperuit ianuam, ſed intrò currens, nuntiauit ſtare Petrum ante ianuam.*

Οἱ δὲ πρὸς αὐτὴν εἶπον, Μαίνῃ. Ἡ δὲ διϊσχυρίζετο οὕτως ἔχειν. Οἱ δὲ ἔλεγον, Ὁ ἄγγελός ἐστιν.

Illi verò dixerunt ei, Inſanis. Illa autẽ affirmabat ita ſe rem habere. At illi dicebant, Angelus eius eſt.

15 *At illi dixerũt ad eã, Inſanis. Illa autẽ affirmabat ſic ſe habere. Illi autẽ dicebant, Angelus eius eſt.*

7 In carcere, ἐν τῷ οἰκήματι. Sic honeſtiore vocabulo carcerem vocari teſtatur Plutarch. in Solone. Videtur tamen ſignificari hoc loco non totus carcer, ſed ea pars in qua vinctus erat Petrus. Vulg. & Eraſ. In habitaculo, quod nomen neque Latinum eſt, opinor, nec huic ſententiæ conuenit.

11 Ad ſe reuerſus, γενόμενος ἐν ἑαυτῷ. Ad verbum, Factus in ſeſe. Nam antea prorſus attonitus, quaſi extra ſe erat. Latinis verò dicitur Apud ſe non eſſe qui ita perculſus eſt vt ſui non ſit compos.

13 Prodiit, προσῆλθε. Prodiit videlicet è loco vbi congregati erant, non autem ex ipſis ædibus.

15 Inſanis, μαίνῃ. Vel, Num inſanis? Nam in duobus exemplaribus reperimus adſcriptam interrogationẽ. Angelus eius eſt, ἄγγελος αὐτοῦ ἐστιν. Apparet Eccleſiam eo tempore, præterquam quòd ex Dei verbo norat fideles præſidio Angelorum eſſe circunſeptos, etiam huiuſmodi viſis aſſueuiſſe. Loquuntur enim de Petri Angelo vt de re minimè noua aut ambigua. Qui plebeios & vulgares homines putant, quum hæc dicerent, ex vulgi opinione loquutos, miror cur inepta atq; adeo impia hæc ſubterfugia quærant: nimirũ quòd cum Sadducæis dubitent an ſint Angeli, aut potius nullos eſſe arbitrentur. Quoſdam denique vidi & audiui qui hunc locum ita conuertendum dicerent, Nuntius eſt ab eo, vt ἄγγελος non pro ſpiritu, ſed pro homine accipiatur, qui nuntius Petri, id eſt à Petro miſſus, aut de Petro aliquid nuntiaturus venerit, ſicut Angelus Domini dicitur Angelus miſſus à Domino. Sed quid hoc aliud eſt quàm nodum in ſcirpo quærere?

Ο δὲ Πέτρος ἐπέμενε κρούων· ἀνοίξαντες δὲ εἶδον αὐτόν, καὶ ἐξέστησαν.

16 Petrus autē perſeuerabat pulſare: quùm igitur aperuiſſent, viderunt eum, & obſtupuerūt.

16 Petrus autem perſeuerabat pulſans: quum autem aperuiſſent, viderūt eum, & obſtupuerunt.

Κατασείσας δὲ αὐτοῖς τῇ χειρὶ σιγᾶν, διηγήσατο αὐτοῖς πῶς ὁ Κύριος αὐτὸν ἐξήγαγεν ἐκ τοῦ φυλακῆς· εἶπε δέ, Ἀπαγγείλατε Ἰακώβῳ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς ταῦτα. Καὶ ἐξελθὼν ἐπορεύθη εἰς ἕτερον τόπον.

17 Quum autem manu eis indixiſſet ſilentium, narrauit eis quomodo Dominus ipſum eduxiſſet è carcere: dixitque, Annūtiate iſta Iacobo & fratribus. Et egreſſus, profectus eſt in alium locum.

17 Annuens autem eis manu ut tacerent, narrauit quomodo Dominus eduxiſſet eum de carcere, dixitque, Nūtiate Iacobo & fratribus hæc. Et egreſſus abiit in alium locum.

Γενομένης δὲ ἡμέρας οὐκ ὀλίγος ὁ τάραχος ἦν τοῖς στρατιώταις τί ἄρα ὁ Πέτρος ἐγένετο.

18 Orto autem die fuit tumultus non paruus inter milites quidnam factum eſſet Petro.

18 Facta autem die erat non parua turbatio inter milites quidnam factum eſſet Petro.

Ἡρῴδης δὲ ἐπιζητήσας αὐτὸν, καὶ μὴ εὑρών, ἀνακρίνας τοὺς φύλακας, ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι. καὶ κατελθὼν ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Καισάρειαν, διέτριβεν.

19 Herodes verò, quū eum requiſiuiſſet, & non inueniſſet, quæſtione de cuſtodibus habita, iuſſit eos ad ſupplicium rapi. & quū deſcēdiſſet è Iudæa Cæſaream, ibi commoratus eſt.

19 Herodes autē quū requiſſet eū, & non inueniſſet, inquiſitione facta de cuſtodib⁹, iuſſit eos duci: & deſcēdēns à Iudæa in Cæſaream, ibi commoratus eſt.

Ἦν δὲ ὁ Ἡρῴδης θυμομαχῶν Τυρίοις καὶ Σιδωνίοις· ὁμοθυμαδὸν δὲ παρῆσαν πρὸς αὐτόν, καὶ πείσαντες Βλάστον τὸν ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος τοῦ βασιλέως, ἠτοῦντο εἰρήνην διὰ τὸ τρέφεσθαι αὐτῶν τὴν χώραν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς.

20 Herodes autem infenſo animo erat in Tyrios & Sidonios: at illi concorditer venerunt ad eum, & illecto Blaſto qui præerat cubiculo regis, petebant pacem: eo quòd alereturregio ipſorum ex regis agro.

20 Erat autem iratus Tyriis & Sidoniis: at illi unanimes venerunt ad eum, & perſuaſo Blaſto qui erat ſuper cubiculum regis, poſtulabant pacem, eo quòd alerentur regnum eorum ab illo.

Τακτῇ δὲ ἡμέρᾳ ὁ Ἡρῴδης ἐνδυσάμενος ἐσθῆτα βασιλικήν, καὶ καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος, ἐδημηγόρει πρὸς αὐτούς.

21 Statuto autē die, Herodes iſdutus veſte regia, & conſidēs pro tribunali, cōcionabatur ad eos.

21 Statuto autem die Herodes veſtitus veſte regia, ſedit pro tribunali, & concionabatur ad eos.

Ὁ δὲ δῆμος ἐπεφώνει, Θεοῦ φωνὴ, καὶ οὐκ ἀνθρώπου.

22 Populus verò acclamabat, Vox Dei, & non hominis.

22 Populus autem acclamabat, Dei vocis & non hominis.

Παραχρῆμα δὲ ἐπάταξεν αὐτὸν ἄγγε-

23 Illico verò percuſſit eū Ange-

23 Cōfeſtim autē percuſſit eū

17 In alium locum, εἰς ἕτερον τόπον. Romam abiit videlicet, vt inde ad concilium rediret Hieroſolymam, vbi dextram daret Paulo, vt Apoſtolatu inter Gentes fungeretur, ipſe verò, deſerto Epiſcopatu, iterum ad Circunciſionem rediret. Vt interim diſſimulem quanta fiat Petro & Eccleſiæ iniuria, dum ex Apoſtolo fit Epiſcopus, vel ex Epiſcopo Apoſtolus. Sed illos x x v annos quibus Petrum aiunt Romæ ſediſſe, vnde tandem auſpicabuntur? Nam ſi crucifixus eſt x x x v i i anno à Chriſti paſſione, (vt ſcribit Nicephorus lib. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ 2. cap. 36) ad vltimum Neronis annum, id eſt x i i i i, neceſſe eſt peruenias: vnde ad ſecundum aut certè tertium Claudii annum recurras oportet, vt iſtos x x v annos numeres. ſiquidem Neronem conſtat annis x i i i i plus minus, & Claudium quoque circiter totidem imperaſſe. Vbi igitur ſeptem illi anni quibus aiunt eum Antiochiæ ſedi ſſe? Quid quòd Damaſus, cui tribuitur liber quidam Pontificum, tomo primo Conciliorū inſertus, Petrum ait ſub Nerone Romam ingreſſum? Quid quòd Nicephorus libro Eccleſiaſticæ hiſtoriæ 14. cap. 39, ex Anterio quodam epiſcopo, Petrum ait Antiochia Romā tranſlatum, & inde rurſus Antiochiam tranſiſſe: quod ſi verum eſt, quomodo Petrus x x v annos Romæ ſedit, & ibi eſt mortuus? Quid quòd in Epiſtolis à Paulo ex vrbe ſcriptis, non modò nulla Petri mētio, (quum tam multi alii commemorentur) ſed etiam dicit ſe ab omnibus relictum? omnes quæ ſua ſunt quærere? Sed de his ſatis. Videant quomodo hæc cohæreant iſti qui Romanum primum Epiſcopum faciunt Petrum, & hac ratione Romano Pontifici tribuunt vniuerſalis Epiſcopi nomen, id eſt Antichriſti, ſi vel ipſi Gregorio Papæ fides adhibetur, epiſtolis, 76. 78. 79. 83. 91. 194.

19 Iuſſit ad ſupplicium rapi, ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι. Ἀπάγειν, quum propriè declaret Abduci, interdum eſt forenſe verbum, & tria omnino ſignificat: nempe vel ad iudicem trahi, vel duci in vincula, vel etiā ad pœnam rapi: præſertim abſolutè poſitum: quanuis addatur interdum τὸν δεῖνα ἀπάγειν, vt prolatis exemplis oſtendit doctiſſimus Budæus. Quum autem paulo antè habitam fuiſſe dicat à rege quæſtionē de cuſtodibus, id eſt, regē in iudicio de illis cognouiſſe, liquet ἀπάγειν multo rectius de ipſa pœna quàm de vocatione in ius, aut de vinculis accipi: quo modo etiā interpretatur Chryſoſtomus. Plin. lib. Epiſt. decimo, de Chriſtianis loquēs, Confitentes iterum ac tertiò interrogaui, ſupplicium minatus, perſeuerantes duci iuſſi.

20 Ex regis agro, ἀπὸ τῆς βασιλικῆς. Vulg. Ab illo, ἀπ' ἐκείνου: quod in nullis Græcis codicib⁹ inuenio. Eraſ. Regia annona, vel pecunia, aut alimonia. Ita enim ſupplendum putat quod deeſt: quod ego non video qua ratione faciat. Nam præterquam quòd illæ eclipſes non ita videntur vſitatæ, res ipſa oſtendit nomen χώρας repetendum eſſe ἀπὸ τῆς χώρας.

22 Vox Dei, Θεοῦ φωνή. Vulg. Dei voces, Θεοῦ φωναί. Quòd autē nonnulli contendunt legendum eſſe φωνῇ in tertio caſu, ne ſpeciem quidem habet rationis, & optimo iure refellitur ab Eraſmo.

λος Κυρίου, ἀνθ' ὧν οὐκ ἔδωκε τὴν δόξαν τῷ Θεῷ· καὶ γενόμενος σκωληκόβρωτος ἐξέψυξεν.

lus Domini, eo quòd ᵛnon tribuisset gloriam Deo, & ᵛerosus à vermibus, animam efflauit.

ᵛnon dedisset honorē Deo: & consumptus à vermibus expirauit.

24 Ὁ δὲ λόγος τοῦ Θεοῦ ηὔξανε καὶ ἐπληθύνετο.

24 ᵛSermo autem Domini crescebat ac multiplicabatur.

24 Verbū autē Domini crescebat & multiplicabatur.

25 Βαρνάβας δὲ καὶ Σαῦλος ὑπέστρεψαν ἐξ Ἰερουσαλήμ, πληρώσαντες τὴν διακονίαν, συμπαραλαβόντες καὶ Ἰωάννην τὸν ἐπικληθέντα Μάρκον.

25 Barnabas autem ᵛ& Saulus reuersi sunt ᵛex Hierusalem, expleto ministerio, simul assumptò etiam Iohanne qui cognominabatur Marcus.

Barnabas autē & Saulus reuersi sunt ab Ierosolymis, expleto ministerio, assumpto Iohanne qui cognominatus est Marcus.

Κεφάλαιον ιγ΄

CAP. XIII.

CAP. XIII.

1 Ἦσαν δὲ ἐν Ἀντιοχείᾳ κατὰ τὴν οὖσαν ἐκκλησίαν προφῆται καὶ διδάσκαλοι, ὅ, τε Βαρνάβας καὶ Συμεὼν ὁ καλούμενος Νίγερ, καὶ Λούκιος ὁ Κυρηναῖος, Μαναήν τε Ἡρῴδου τοῦ τετραάρχου σύντροφος, καὶ Σαῦλος.

1 ERant autem Antiochiæ in Ecclesia quæ *illic* erat, ᵛquidā Prophetæ & magistri, Barnabas & Simeō qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenæus, & Manahen qui fuerat vnà cum Herode tetrarchà educatus, & Saulus.

1 ERant autem in Ecclesia quæ erat Antiochiæ Prophetæ & doctores, in quibus Barnabas, & Simō q̄ nōbatur Niger, & Lucius Cyrenē sis, & Manahen, qui erat Herodis tetrarchæ collactaneus, & Saulus.

2 Λειτουργούντων δὲ αὐτῶν τῷ Κυρίῳ, καὶ νηστευόντων, εἶπε τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, Ἀφορίσατε δή μοι τὸν τε Βαρνάβαν καὶ τὸν Σαῦλον εἰς τὸ ἔργον ὃ προσκέκλημαι αὐτούς.

2 ᵛQuum igitur ii ministrarent Domino & ieiunarent, dixit Spiritus sanctus, Separate mihi Barnabam & Saulū operi ad quod eos ᵛaduocaui.

2 Ministrantibus autem illis Domino, & ieiunantibus, dixit Spiritus sanctus, Segregate mihi Saulum & Barnabā in opus ad quod assumpsi eos.

13 Non tribuisset gloriā Deo, οὐκ ἔδωκε δόξαν τῷ Θεῷ. Hoc quid sit, optimè potest intelligi ex Iosepho, qui in huius historiæ narratione testatur regem ipsas adulatorum voces non repressisse: quam ob causam & ipse moriens de ista adulatorum vanitate conquestus est. Itaque dare gloriam Deo, paulo aliter accipitur q̄ Ioh. 9. c. 24. Erosus à vermibus, γενόμενος σκωληκόβρωτος. Ad verbum, Factus vermiuorus, passiua significatione. σκώληκας autem Marcellus in Dioscoridem testatur non tantùm ad ventris animalia, sed ad alios etiam q vermes, qui in quauis alia corporis parte gignuntur, posse pertinere. Itaque non desunt qui hæc referunt ad phthiriasin, id est pediculare morbum, quo auus quoque ipsius Herodes magnus periit. Iosephus torminib⁹ repentè maximis obortis sublatum dicit. Nec verò ista pugnāt, sed torminum causam aperit Lucas, erosis nimirum à vermibus intestinis, vt ille se Deum non esse viuus sentiret.

14 Sermo Domini crescebat, ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ηὔξανε. Hoc quoque genus dicendi petitum est è medio. Nam si res ipsa spectetur, sermo ipse nec crescit, nec multiplicatur, sed eorū potius turba qui sermonē audiūt.

25 Et Saulus, καὶ Σαῦλος. Erasl. legit Παῦλος, & ita etiam interpretatur, cōtra omniū vetustorum codicū fidem. Ex Hierusalem, ἐξ Ἰερουσαλήμ. In duobus exemplaribus additur εἰς Ἀντιόχειαν, Antiochiam. Contrà verò in quibusdam excusis legitur, εἰς Ἰερουσαλήμ, In Ierusalem: quam lectionem si sequamur, cōiungenda hæc erunt cum participio πληρώσαντες, expleto in Hierusalem suo ministerio.

IN CAPVT XIII.

1 Quidam, τινές. Hoc non legit Vetus interpres, & in quodam codice vetusto non reperimus: ac mihi quidem videtur redundare. Barnabas, ὅ, τε Βαρνάβας. Vulgata, In quibus Barnabas, id est ἐν οἷς ὁ Βαρνάβας, quod in Græcis codicibus non inuenio. Cæterùm si hæc consequuta sunt Agrippæ mortem, (vt ipsa narrationis series ostendit) acciderunt sanè anno Claudii quarto. siquidem diserte annotat Iosephus, anno tertio Claudii mortuum esse Agrippam. Vbi interim Petrus nunc Romæ? Atqui aiunt Antiochia Romam venisse, & quidem quum illic septennium sedisset. Quòd si Antiochiæ tum erat, cur præteriturus cur eò missus Barnabas? cur intra septennium eundum est Ierosolymam ad consulendos Apostolos, ac præsertim Petrum? cur post annos quatuordecim, (vt scriptum est Gal. 1. d. 21, & 2. a. 1, & b. 9) ascendit Paulus Ierosolymam cum Barnaba & Tito, vt suum Euangelium cum Apostolis conferret? vbi interim illi vigintiquinque anni Pontificatus Romani? Hos nodos expedite, si potestis, vos qui Romanæ meretrici operam vestram locastis.

1 Quum ministrarent, λειτουργούντων. id est quum munere suo fungerentur, docēdi videlicet, ac prophetandi. Nam paulo antè Doctores ac Prophetas fuisse dixerat. Itaque Chrysostomus rectè interpretatus est λειτουργούντων, ministrantibus, id est, inquit, κηρυττόντων, prædicantibus. Nemo autem est vel mediocriter peritus Græcæ linguæ qui λειτουργῶ nesciat dici de publicis præsertim functionibus, tum verò de iis quoque qui ad vsus reipublicæ pecunias conferunt: quod etiam significatur verbo δημοσιεῦσαι. Vnde Paulus ipse Rom. 13, magistratus appellat modò τοὺς Θεοῦ διακόνους, modò λειτουργοὺς. Sed notandum tamen est illud discrimen quod attingit Æschines in oratione κατὰ Κτησιφῶντος inter ἀρχὰς & δεήσεις καὶ δημοσίας, quæ idē declarat atque λειτουργίας. Nam (vt definit Aristot. l. b. Pol. 4. cap. 15) ἀρχὴ videtur imperiosius quiddam declarare. Inde factum vt ad Ecclesiasticas functiones vtrunque hoc vocabulum transferretur, vt Luc. 1. c. 23, Suprà, 1. c. 17. d. 25, Ro. 12. b. 13, Heb. 10. b. 11: itémque ad pauperū subsidia, vt Phil. 2. d. 25, & suprà, 11. d. 29. Sed ἀρχὴ vel ἀρχιερεὺς nulla fit in Apostolicis scriptis mentio, quum de Ecclesiæ politia differiturus nimò ne κυρίων quidē, vt nullus se dominum ac principē cleri, sed vnius principis ac Domini ministrū esse sciat: quē admodū expostuit diserte ipse Dominus ac suo exemplo docuit Mat. 20. d. 25, & deinceps. item Ioh. 13. b. 13. atque adeo ipse Petrus 1. Epist. 5. a. 3. cuius qui successores videri volunt, quum sese seruorum seruos vocent, nihilominus tamen non minùs quàm Sanctissimi domini nostri salutantur, imperia & regna transferunt, in ipsas denique animas sibi omne imperium merum ac mistum

ac miſtum vſurpant. Ergo (vt ad rem redeã) perinde conuerti λειτουργοῦντων ac ſi ſcriptum eſſet ἁγιαζόντων, & quidem vſus miniſtrandi verbo abſolutè poſito, quod video pleriſque theologis placuiſſe. Quidam veteres Operantibus, nempe nihil reformidans nouitatem. Eraſmus, Sacrificantibus, quæ interpretatio tolerabilis quidem eſt, quum ſic tranſferri ſoleat Sacrificii nomen non modò ad publicas Eccleſiæ Chriſtianæ functiones, ſed ad priuatam quoque ſanctorum vitam: vt Rom.12.a.1,& 15.d.16, Epheſ.5.a.2, Phil.2.c.17,& 4.d.18, Heb.13.c.15, 1.Pet.2.a.5. Qua etiam ratione certum eſt Cœnam Domini à veteribus nonnullis λειτουργίαν, id eſt ἱερουργίαν, ſacrificium vocari: ſed tamen mihi omnino videtur expũgenda, tum quia nimium eſt anguſta, tũm verò propter execrandum illorum errorem qui Filiũ Dei re ipſa quotidie in Eccleſia ſacrificari & offerri cõtendunt, id eſt qui Chriſti unam religionem radicitus conuellunt. Aduocaui, προκέκλημαι. Atticiſmus pro προκέκλημαι, vel προσκεκλημένος, vt infrà 16.b.10 Inde ortũ κλῆσις nomẽ, i. vocationis, quod libẽter ſeruauimus: ſignificat autẽ genus illud vitæ ac functionis tũ priuatæ tũ publicæ, cui deſtinatus eſt aliquis à Deo: idq; ex Hebræorũ idiotiſmo, apud quos dicitur Dominus vocare quos facit exiſtere, & viciſſim à Domino vocari qui exiſtere incipiunt: ſiue id referatur ad ipſam οὐσίαν καὶ ὕπαρξιν, vt quum dicitur Dominus vocare quæ non ſunt, tanquam ſint: ſiue ad qualitates, aut attributa, vt 1.Cor.7.d.20 & 11: ſiue ad æterni conſilii Dei publicam declarationem, qua nos certo muneri ac veluti ſcopo in hoc mundo deſtinatos, quaſi in eius poſſeſſionem mittit: ſiue id de quo agitur ſit omnibus ſanctis commune, vt quum electioni ſubordinatur vocatio, vt Rom.8.f.30: vel peculiarem functionem reſpiciat, vt quum dicit Chriſtus ſe ab vtero vocatum, Eſa.49.a.1, & Paulus, vocatum Apoſtolum. Quomodocũq; autẽ accipias, trãſlatitia eſt ſignificatio, inde ſũpta q̃ quũ aliquid exiſtere incipit, tũ nomẽ habeat, & quũ nouã induit qualitatẽ, tũ quoq; nouũ ſumat cognomentũ: deinde etiã ſumpta eſt trãſlatio à principibus qui ad ſe vocant quorum opera vti cõſtituerũt, & quibus ſufficit aliquid mãdaſſe: quæ quidẽ potẽſtas vni Deo propriè tribuitur. Hic enim vnꝰ eſt qui mãdauit ſalutẽ, & dixit omnia, & facta ſunt: quod ne Homerus quidẽ ignorauit, quum Iouem ſic induceret loquentẽ, ὑ ῥ' ἐμὸν νεῦμα κραταίπεδον, οὐδ' ἀπατηλόν, Οὐδ' ἀπαλιντρεπὲς γ', ὅ τι κεν κεφαλῇ γε κατανεύσω.

Τότε νηστεύσαντες καὶ προσευξάμενοι, καὶ ἐπιθέντες τὰς χεῖρας αὐτοῖς, ἀπέλυσαν.

3 Tunc igitur quũ ieiunaſſent & precati eſſent, & impoſuiſſẽt eis manus, dimiſerunt eos.

3 Tunc ieiunantes & orantes, impoſitoq; eis manus dimiſerũt illos.

Οὗτοι μὲν οὖν ἐκπεμφθέντες ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, κατῆλθον εἰς τὴν Σελεύκειαν, ἐκεῖθέν τε ἀπέπλευσαν εἰς τὴν Κύπρον.

4 Ipſi igitur emiſſi à Spiritu ſancto, deſcenderunt Seleuciam, & illinc abnauigarunt Cyprum.

4 Et ipſi quidem miſſi à Spiritu ſancto, abierunt Seleuciam, & inde nauigarunt Cyprum.

Καὶ γενόμενοι ἐν Σαλαμῖνι, κατήγγελλον τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ ἐν ταῖς συναγωγαῖς τῶν Ἰουδαίων· εἶχον δὲ καὶ Ἰωάννην ὑπηρέτην.

5 Quúmque peruenissent Salamina, annuntiarunt ſermonem Dei in ſynagogis Iudæorum: habebant autem etiã Iohannem miniſtrum.

5 Et quũ uenissent Salaminã, prædicabant uerbũ Dei in ſynagogis Iudæorum: habebant autem & Iohannem in miniſterio.

Διελθόντες δὲ τὴν νῆσον ἄχρι Πάφου, εὗρόν τινα μάγον ψευδοπροφήτην Ἰουδαῖον, ᾧ ὄνομα Βαριησοῦ,

6 Peragrata verò inſula Paphũ vſque, inuenerunt quendã magũ pſeudoprophetã Iudæũ, cui nomen erat Bariesus,

6 Et quũ pẽrlustrassẽt uniuersã insulã usq; ad Paphũ, inuenerũt quẽdã uirũ magũ pseudoprophetã Iudæũ, cui nomẽ erat Bariesus,

Ὃς ἦν σὺν τῷ ἀνθυπάτῳ Σεργίῳ Παύλῳ, ἀνδρὶ συνετῷ. Οὗτος προσκαλεσάμενος Βαρνάβαν καὶ Σαῦλον, ἐπεζήτησεν ἀκοῦσαι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ.

7 Qui erat cũ Proconsule Sergio Paulo, viro prudente. Hic aduocatis Barnaba & Saulo, efflagitauit audire ſermonem Dei.

7 Qui erat cũ Procõsule Sergio Paulo uiro prudẽte. Hic, accersitis Barnaba & Paulo, desiderabat audire uerbum Dei.

Ἀνθίστατο δὲ αὐτοῖς Ἐλύμας ὁ μάγος, (οὕτω γὰρ μεθερμηνεύεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ) ζητῶν διαστρέψαι τὸν ἀνθύπατον ἀπὸ τῆς πίστεως.

8 Obsistebat autẽ eis Elymas, id est magus, (ita enim explicatur nomen eius) quærens auertere Proconsulem à fide.

8 Resistebat autem illis Elymas magus, (sic enim interpretatur nomẽ eius) quærens auertere Procõsulem à fide.

8 Ita enim, &c. μεθερμηνεύεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Μεθερμηνεύειν, nuſquam inuenio aliquid aliud ſignificare quàm ex vna lingua in aliam conuertere, quod Latinis eſt interpretari, vt Matth.1.d.23, Mar.5.d.41, & 15.b.22, & c.34. Ioh.1.f.41, & ſuprà, 4.g.36. Sic & apud Plutarchum in problematibus Romanis, διατί καὶ τῷ λιγυρίζειν Ὀνύμαν δοῦναι λέγουσιν αὐτῷ τὴν κεφαλήν. τὸν δὲ ἑτέρου δέξασθαι ἄλλος ἄλλην μεθερμηνεύσει. Itaque non poſſum hoc loco illis aſſentiri qui perinde hæc accipiunt acſi nulla eſſet nominis interpretatio, ſed alterum potius iſtius Magi nomen adferretur, & quidem eiuſdem linguæ, Syriacæ videlicet. Sed non parua difficultas hic oboritur, quod nomen explicetur, & qua lingua. Dicam paucis quod ſentio. Nomẽ Bariesu explicari non arbitror. Quid enim hoc aliud eſſet quàm ſimplex & facillimæ etymologiæ nomen alio obſcuriore explicare? id verò nullus interpres faciat. Deinde quũ Græcè ſcribat Lucas, certè peregrinũ vocabulũ nõ alia lingua q̃ Græca explicaret, vt alibi ſemper factũ eſt. Elymas autẽ Græcũ eſſe vocabulũ qui diceret, neminẽ adhuc reperi. Syriacum eſſe, video exiſtimarẽ interpretes: de quo nolim cõtẽdere: ſed cuiuſcũq; tãdẽ linguæ ſit, illud perabſurdũ mihi videtur, dicere interpretationẽ eſſe alteriꝰ nominis Bariesu, tũ ob eas rationes quas modò dixi, tũ verò quia nulla fuit cauſa cur Lucas Syriaca Syriacè explicaret. Ergo (vt dicã quid mihi videatur) exiſtimo vocabulũ Elymas idipſũ eſſe quod Lucas interpretatur ὁ μάγος, & ita vocatũ fuiſſe à Cypriis Bariesũ per antonomaſiã, vt quũ dicimus τὸν Ἀπόστολον, Paulũ intelligimꝰ. Ideo addidimꝰ particulã Id eſt, quod ſæpe à nobis fieri neceſſe fuit: quoties nimirũ incidit expexegeſis, vt diximꝰ Ioh.5.c.19. Quo autẽ idiomate Elymas id declaret quod Græcis μάγος, (ſũpto tamẽ à Perſis vocabulo) id pro certo dicere nõ poſſũ, niſi q̃ res ipſa videtur poſcere vt Cypriorũ linguæ tribuatur. Eas verò ſi fuit eadẽ atq; Syriaca, (eſt enim Cyprus Syriæ proxima) videbitur Elymas declarare Dei cõſiliariũ, ab עלם Deus, & יעץ. i. cõſiliari. Nã in formãdis propriis nominib. ſæpe permutatur א cũ ה. Optimè autẽ cõuenit hæc

etymologia, cuius me admonuit A. Cevalerius Emmanuelis viri doctissimi doctissimus gener, & mihi amicissimus, quum à Persis constet magos vocari ipsorum sacerdotes ac philosophos, vt diximus Matth. 3. a. 1.

Σαῦλος δὲ (ὁ καὶ Παῦλος) πλησθεὶς Πνεύματος ἁγίου, καὶ ἀτενίσας εἰς αὐτὸν,

9 Saulus autem (qui & Paulus) repletus Spiritu sancto, intentis in eum oculis,

9 Saulus autē (q & Paulus) repletus spiritu sancto, intuens in eum,

Εἶπεν, Ω πλήρης παντὸς δόλου καὶ πάσης ῥᾳδιουργίας, υἱὲ διαβόλου, ἐχθρὲ πάσης δικαιοσύνης, οὐ παύσῃ διαστρέφων τὰς ὁδοὺς Κυρίου τὰς εὐθείας;

10 Dixit, O plene omni dolo & omni maleficentia, fili diaboli, hostis omnis iustitiæ, non cessabis inuertere vias Domini rectas?

10 Dixit, O plene omni dolo & ōni fallacia, fili diaboli, inimice ōnis iustitiæ, non desinis subuertere vias Domini rectas?

Καὶ νῦν ἰδοὺ, χεὶρ τοῦ Κυρίου ἐπὶ σὲ, καὶ ἔσῃ τυφλὸς, μὴ βλέπων τὸν ἥλιον ἄχρι καιροῦ. Παραχρῆμα δὲ ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἀχλὺς καὶ σκότος, καὶ περιάγων ἐζήτει χειραγωγούς.

11 Nunc igitur ecce, manus Domini aduersum te: erísque cæcus, nō videns solé ad tēpus. Illico verò incidit in eum caligo ac tenebræ: & circumiens quærebat qui ipsum manu duceret.

11 Et nunc ecce, manus Domini super te: & eris cæcus, non videns solem usque ad tempus. Et confestim accidit in eum caligo & tenebræ, & circumiens quærebat qui ei manum daret.

Τότε ἰδὼν ὁ ἀνθύπατος τὸ γεγονὸς, ἐπίστευσε, ἐκπλησσόμενος ἐπὶ τῇ διδαχῇ τοῦ Κυρίου.

12 Tunc Procōsul quū vidisset quod factū fuerat, credidit, perculsus super doctrina Domini.

12 Tunc Proconsul quum vidisset factum, credidit, admirans super doctrina Domini.

Ἀναχθέντες δὲ ἀπὸ τῆς Πάφου οἱ περὶ Παῦλον, ἦλθον εἰς Πέργην τῆς Παμφυλίας. Ἰωάννης δὲ ἀποχωρίσας ἀπ' αὐτῶν, ὑπέστρεψεν εἰς Ἱεροσόλυμα.

13 Profecti autem Papho Paul⁹ & qui cum eo erant, venerunt Pergen Pamphyliæ urbem. Iohannes verò abscedens ab eis, reuersus est Hierosolymam.

13 Et quū d Papho navigassent Paulus & qui cum eo erant, venerūt Pergen Pāphyliæ. Iohānes autem discedens ab eis, reuersus est Ierosolymam.

9 Qui & Paulus, ὁ καὶ Παῦλος. Hoc primùm loco cœpit Apostolus à Luca Paulus dici, quum vbique antea Saulum vocarit: nec deinceps alio quàm Pauli nomine vsquam vocabitur. Id verò diligenter consideratum, fortassis aditum nobis patefaciet ad intelligendum quid de Sauli & Pauli nomine constituendum sit. quod non prorsus alienum fuerit à scopo nobis proposito: quum suprà capitis duodecimi versu 25, admonuerimus ex vetustis codicibus, legendum esse Σαῦλος, non Παῦλος. Sunt igitur qui iam inde ab initio binomium fuisse Apostolum putent, (cuius sententiæ author esse videtur Origenes) vt ex altero nomine Iudæus, ex altero ciuis Romanus esse intelligeretur. Sunt contrà qui cum religione nomen etiam mutasse putent, quum ex Pharisæo fieret Christianus, vt & nonnullis Apostolis noua nomina indita sunt à Domino. Sunt demum qui à Sergio Paulo Proconsule ad Christum conuerso, hoc cognomen adeptum esse putent. Ac istorū quidē opinio ex hoc ipso loco videtur refutari, quum antè nominetur Paulus quàm Proconsul ipse conuersus legatur. Denique neque coniectura vlla vehementi, neque Lucæ authoritate nititur hæc opinio. Cur verò nomen mutasse existimemus, sanè non video: non modò quia nullum habemus eius rei testimonium, sed etiam quia quoties nomina mutata sunt, aliquid in eo mysterii latuit quod nouo nomine significaretur: vt in Abrahamo, Sara, Cepha, Boanerges, & similibus: Pauli verò nomen nihil eiusmodi declarat. Neque enim Ambrosius (quod cum tantorum virorum pace dixerim) aptè in Romano nomine Græcam etymologiam quærit. Augustinus verò potius argutè quàm solidè philosophatur, Paulum dictum quòd ex superbo Pharisæo paruulus Christi discipulus sit factus. Deinde si hoc verum est, cur in hunc locum distulit Lucas eum hoc nomine vocare cur toties Saulum appellauit ex quo Christianus factus erat? Sed & postrema hæc ratio videtur indicare binomium non fuisse. Neque enim temere existimarim Lucam nusquam antea Paulum illum vocasse, nusquam deinceps Saulum dicere: quasi ex hoc loco incipiat noui cuiusdam hominis gesta auspicari. Quid igitur? Ego neque binomium fuisse, aut saltem duo diuersa nomina hic ei tribui, neque etiam nomen propriè mutasse crediderim: sed quemadmodum si quis Hebraicè יוחנן, Græcè ac Latinè Iohannes, Gallicè *Iehan*, Germanicè *Hans*: si quis Germanico vocabulo *Ludowick* aut *Dietrich*, Latinè Ludouicus aut Theodoricus, Gallicè, *Loüys* ou *Thierry* nominetur: quanuis in istis multo maior sit varietas quàm in Saulo & Paulo, tamen nemo totidem hæc esse diuersa nomina dixerit, sed eadem potius, pro idiomatum ratione variata. Sic puto quem Hebræi & Syri שאול, eundem à Græcis, qui eo tempore Romanis nominibus magis assueuerant, Paulum fuisse dictum propter summam horum nominum affinitatem. Quum igitur ab hoc tempore atque adeo ab hac historia incipiat Paulus suo illo inter Gentes Apostolatu defungi, (antea enim nonnisi inter Syros & Iudæos erat versatus) meritò incipit ab hac historia Lucas illud nomen ei tribuere quod illi perpetuū posthea fuit inter Gentes: quibus videlicet nunquam postea destitit Euangelium prædicare. ac facilè mihi quidem persuadeo, primùm à Proconsulis Romani familia ita vocari cœpisse.

10 Maleficentia ῥᾳδιουργίας. id est κακουργίας, siue hoc libeat in genere accipere pro omni malitia ac scelere, (nam ῥᾳδιουργίαν vocant Græci vitium illud, quo qui laboret, ad quoduis scelus facilè ac propenso animo feratur) siue malimus ad id de quo agitur accommodare, himirum ad malas illas artes, quibus qui vtuntur, peculiari quadam ratione malefici dicuntur. Nam quia eiusmodi homines toti sunt in diaboli potestate, ideo nullum est tantum scelus vt ab eo possint abhorrere. Vulgata Fallaciam interpretatur, Erasmus Versutiam, vocabulis (meo quidem iudicio) nimium dilutis. Inuertere, διαστρέφων. Sic conuertimus ad verbum. Sed tamē apparet τὰς διαστρέφων opponi τῇ ὁδῷ τοῦ θεοῦ, quod vertimus cōplanare: pro quo dicit vno verbo Vlpianus, Vias purgare, hoc est (vt ipse interpretatur) ad proprium libram rectum, sublato eo quod superest, redigere. Quia igitur impius iste se opponebat viis Domini, id est doctrinæ Apostolicæ, quæ vna ad Deum ducit, dicitur vias Domini peruertere: quod declarat hoc in loco, impedimētis ac quasi sētibus cōplere, vt iter nō sit peruiū.

11 Manus, χεὶρ. Manus Domini hoc in loco ex Hebræorum idiotismo, pro virtute quadam ac potestate Dei accipitur, vt sæpe iā annotauimus: sed ea demū quā exerit feriēdis atque adeo proterēdis suis hostibus.

13 Paulus & qui cū eo erant, οἱ περὶ τὸν Παῦλον. Sic vertendum esse hunc locum apparet ex eo quod mox de

Iohãne ſubiiciatur;& ſętętia ipſa oſtẽdit. Alioquin ſolẽt Græci elegãter hoc dicẽdi genere ſingulares etiã perſonas ſignificare, vt quũ pro Platone τὸν ἀπὸ Πλάτωνα, pro Ariſtotele τὸν ἀπὸ Ἀριστοτέλους dicũt, cuius exẽplũ extat Ioh.11.c.19. Sed hoc perpetuũ nõ eſſe, doctiſſimus Budæus prolatis exẽplis docet: neq; ſanè videtur hoc loco ſatis cõmodè ita accipi poſſe. Pergen Pãphyliæ *urbem*, Πέργην τῆς Παμφυλίας. Reſtè annotat Eraſ. regionis nomen adiici non ob diſcretionẽ, quũ vna ſit Perge, ſed ad ſtilũ eius vrbis explicandum. Sequenti autem verſiculo Antiochiam nominans, Piſidiæ nomen addidit, vt hanc Antiochiam ab altera illa Syriaca diſtingueret.

Αὐτοὶ δὲ διελθόντες ἀπὸ τῆς Πέργης, παρεγένοντο εἰς Ἀντιόχειαν τὴν Πισιδίας, καὶ εἰσελθόντες εἰς τὴν συναγωγὴν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων, ἐκάθισαν.

14 At ipſi quum perrexiſſent Perga, venerunt Antiochiam *urbem* Piſidiæ, & ingreſſi ſynagogam die Sabbathi ſederunt.

14 *Illi verò pertranſẽtes Pergen, venerunt Antiochiam Piſidiæ: & ingreſſi ſynagogam die Sabbatorum ſederunt.*

Μετὰ δὲ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν, ἀπέστειλαν οἱ ἀρχισυνάγωγοι πρὸς αὐτοὺς, λέγοντες, Ἄνδρες ἀδελφοὶ, εἴ ἐστι λόγος ἐν ὑμῖν παρακλήσεως πρὸς τὸν λαὸν, λέγετε.

15 Poſt lectionem autem Legis & Prophetarum miſerunt præfecti ſynagogæ ad eos, dicentes, Viri fratres, ſiquis eſt in vobis ſermo exhortationis ad populum, dicite.

15 *Poſt lectionẽ autẽ Legis & Prophetarum, miſerunt principes ſynagogæ ad eos, dicentes. Viri fratres, ſi quis eſt in nobis ſęrmo exhortationis ad plebem, dicite.*

Ἀναστὰς δὲ Παῦλος καὶ κατασείσας τῇ χειρὶ, εἶπεν, Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, καὶ οἱ φοβούμενοι τὸν Θεὸν, ἀκούσατε.

16 Quũ ſurrexiſſet igitur Paul⁹, manu ſilẽtio facto, ait, Viri, Iſraelitæ, & qui timetis Deũ, audite.

16 *Surgẽs autẽ Paulus, & manu ſilẽtio indicẽs, ait, Viri Iſraelitæ, & qui timetis Deum, audite.*

Ὁ Θεὸς τοῦ λαοῦ τούτου Ἰσραὴλ ἐξελέξατο τοὺς πατέρας ἡμῶν, καὶ τὸν λαὸν ὕψωσε τῇ παροικίᾳ ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, καὶ μετὰ βραχίονος ὑψηλοῦ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐξ αὐτῆς.

17 Deus populi huius Iſrael, elegit Patres noſtros, & populum ⁷extulit, quum eſſent incolæ ‖in terra AEgypti, ‖ & ex ea eduxit eos ⁷elato brachio.

17 *Deus plebis Iſrael elegit patres noſtros, & plebem exaltauit, quum eſſent inquilæ in terra AEgypti, & in brachio excelſo eduxit eos ex ea.* Exodi 1.d.7 Exo.13.d.14

Καὶ ὡς τεσσερακονταετῆ χρόνον ἐβάστασεν αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ.

18 Et circiter ‖quadraginta annorum tempus mores eorum pertulit in deſerto.

18 *Et per quadrãgĩta anno rum tẽpus mores eorum ſuſtinuit in deſerto.* Exo.16.a.1

Καὶ καθελὼν ἔθνη ἑπτὰ ἐν γῇ Χανὰν, κατεκληροδότησεν αὐτοῖς τὴν γῆν αὐτῶν.

19 Et quum deleuiſſet ſeptem gentes in terra Chanaã, ‖ſorte diſtribuit eis terram earum.

19 *Et deſtruẽs gẽtes ſeptẽ in terra Chanaã, ſorte diſtribuit eis terrã earum,* Ioſue 14.a.1

Καὶ μετὰ ταῦτα ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα ἔδωκε κριτὰς ἕως Σαμουὴλ τοῦ προφήτου.

20 Et poſtea ánis circiter ⁷quadrigẽtis quinquagíta ‖dedit iudices vſq; ad Samuelem Prophetã.

Q*uaſi poſt quadrigẽtos & quinquagínta ános: & poſthæc dedit iudices uſ q; ad Samuel Prophetã.* Iudic.3.b.9

14 Sabbathi, τῶν σαββάτων. Vulg. & Eraſmus, Sabbathorũ. Atqui manifeſta eſt numeri enallage, de qua diximus Matthæi 11.a.1.

15 In vobis, ἐν ὑμῖν. Vel vobis, vt loquũtur Græci & Latini. Sed iſtius Hebraiſmi videtur nonnulla eſſe emphaſis: ex quo intelligitur, quicquid in nobis eſt diuinæ gratiæ, id diuinitus eſſe in nos delapſum, vt tanquam theſaurum in teſtaceis vaſis incluſum circunferamus: ſicut ait Paulus 2.Cor.4.b.7: quò etiam pertinet Dauidis illud Pſal.40.a.1, Poſuiſti in os meum canticum nouum.

17 Extulit, ὕψωσε: id eſt רוֹמֵם, aſcendere fecit: quo verbo vtitur plerunque Moſes. Hanc liberationem deſcribens: aut רוֹם, id eſt ſublatum euexit in dignitatem, 1.Reg.16.a.2, & Pſal.9.c.14: quò pertinent magna illa beneficia quæ elegantiſſimè deſcribuntur in Moſis cantico, & Deut.4. & Ezech.16: vt mihi quidem videatur hæc poſtrema interpretatio maximè conuenire. Elato brachio, μετὰ βραχίονος ὑψηλοῦ. Heb. בזרוע נטויה, id eſt, apertè exerta vi ad hoſtes populi ſui conterendos. Nam μετὰ hîc accipitur pro ἐν, vt infrà, 14.27

16 Quadringentis quinquaginta, πεντακοσίοις καὶ πεντήκοντα. Totus hic locus in Vulgata editione aliter legitur. Sic enim habet, Sorte diſtribuit eis terram eorum, quaſi poſt quadringentos & quinquaginta annos: & poſthæc dedit iudices, &c. Atqui controuerſia eſt qui poſſis commodè iſtos 450 annos numerare. Nam à vocatione Abrahami ad exitũ ex Ægypto, numerantur anni 430, Exo.12.f.40: quibus ſi addideris 40 illos quibus præfuit Moſes in deſerto, iã collegeris annos 470. Sin autẽ à deſeciũ in Ægyptũ numeres, cõperies dũtaxat annos 150 vſque ad ingreſſum in terram Chanaã. Quid ſi à nato Iſaac certè conueniet ſupputatio, hoc modo, A nato Iſaaco ad exitum ex Ægypto numerãtur anni quadringenti. Gen.15.c.13: vt expoſuimus ſuprà, cap.7.a.6. His adde 40 quibus commorati ſunt in deſerto, & confeceris 440. Hîc demũ adiiciendi ſunt ſeptẽ, quos ab ingreſſu Iſraelitarum vſque ad diſtributionem terræ Chanaã interceſſiſſe, ſic probatur. Si conferatur initiũ capitis 9. Numer. cum eiuſdem libri cap.13, comperietur miſſos fuiſſe exploratores anno ſecundo exitus ex Ægypto. Iam verò Ioſ.14, Caleb numerat ab eo tẽpore quo miſſus fuit explorator vſque ad diſtributionem terræ, annos 45. ex quorũ numero ſi ſubduxeris 38 qui conſũpti fuerunt in deſerto, donec videlicet 40 anni explerẽtur, ſicut futurũ dixerat Dominus Num.14.f.34: relinquẽtur anni illi ſeptem in delendis Chananæis ſub Ioſua conſumpti. quòd ſi addideris illis 440, comperieris in ſumma annos 447 à nato Iſaac ad terræ diſtributionem, quamobrem etiã Paulus addidit particulam ὡς, id eſt circiter, quum plenum numerum dixiſſet tribus annis maiorem. Cur autẽ ab Iſaaco nato potius q; à vocatione Abrahami numerare incipiat, cauſa etiam optima poteſt adferri: quia de ſemine Abrahami hîc agitur, cuius initium ab ipſo Iſaac ducitur. quamobrem etiam Moſes 400 annos ſeruitutis ab eodẽ initio auſpicatur, Gen.15.c.13. Itaq; Latina exemplaria fortaſſis non modò nõ tam ſunt depraua ta q; quidã ſunt arbitrati, ſed fortaſſis etiã rectius habent q; Græca quæ nũc ſunt in manibus. Nam etiã in vnoue tuſtiſſimo codice manuſcripto diſertè ſcriptũ erat, κατακληροδότησεν αὐτοῖς τὴν γῆν αὐτῶν, ὡς ἐτῶν

ω πεντακοσίοις πεντήκοντα· καὶ μετὰ ταῦτα ἔδωκε κριτὰς, &c. quam lectionem apparet ſequutum eſſe Veterem interpretem. Quia tamen in exteris omnibus ſummo conſenſu adſcribitur punctum poſt ἔτεσιν, & deinde legitur, καὶ μετὰ ταῦτα ὡς ἔτη πεντακόσια πεντήκοντα ἔδωκε κριτὰς, &c. non auſi ſumus à Græcæ lectionis veſtigiis diſcedere. Emendare tamen licuit manifeſtum errorem, à magno illo M. Luthero animaduerſum, qui pro πεντακοσίοις, quadringentis, ſubſtituendum putat τριακοσίοις, trecentis. quod nequis temere factum eſſe clamitet, chronologiã paucis ſubiiciam: ex qua appareat manifeſtum videri poſſe errorem, & de quo penè ambigi non poſſit. Numerantur ergo 1. Reg. 6. a. 1, ab exitu Ægypti ad inchoatam templi ſtructuram anni duntaxat c c c c l x x x. Hinc primùm excipiendi ſunt x l quibus Moſes populum duxit in deſerto, & quos Paulus, quũ dicit μετὰ ταῦτα, manifeſtè ab iſtis ſeparat: deinde x l qui tribuuntur Samueli & Sauli in proximo verſiculo: præterea x l illi quibus regnaſſe Dauid dicitur, 2. Sam. 2. b. 11. poſtremò tres primi anni regni Solomonis. nam ineunte demũ quarto templum inchoauit, 1. Reg. 6. a. 1. Hi coniuncti efficiunt annos c x x x i i i. quos ſi à c c c c l x x x ſubduxeris, ſupererunt duntaxat c c c l v i i, qui Iudicibus relinquuntur. Ideo Paulus quum duntaxat c c c l. diciſſet, quia plenus eſt numerus, addidit particulam ὡς, id eſt circiter, propter ſeptem illos annos ſuperantes: ſicut Iud. 11. c. 26, ſiquis rectè ſupputet, cõperiet ſex annos ſuperantes à Iephthe prætermitti. Itaque nullo modo videtur legi poſſe πεντακοσίοις, ſed omnino ſcribendum eſſe τριακοσίοις. Et hæc quidem valde probabiliter vir ille diſſeruit. Sed quum ventum eſt ad annos ſingulorum Iudicum ſupputandos, fateor me nondum inuenire potuiſſe quomodo nõ plures c c c l v i i annis illis tribuãtur. Itaq; rãtiſper dũ quiſpiã hãc quoq; partẽ ita explicet, vt omnia ſint planiſſima, quũ mihi nõ liqueat, nolui ab eo diſcedere i quo video omnes Græcos codices cõſẽtire.

Καὶ μετὰ ταῦτα ἔδωκε κριτὰς ἕως Σαμουὴλ προφήτου.

Καὶ κἀκεῖθεν ἠτήσαντο βασιλέα, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς τὸν Σαοὺλ υἱὸν Κὶς, ἄνδρα ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν, ἔτη τεσσαράκοντα.

21 Et exinde ‖petierunt regem, ‖dedítque eis Deus ᵛ Saul filiũ Cis, virum ex tribu Beniamin, annis quadraginta.

21 *Et exide poſtulauerũt regẽ, & dedit illis Saul filiũ Cis, uirũ de tribu Bẽiamin, annis quadraginta.*

1. Reg. 8. a. 5
1. Reg. 9. c. 15, & 10. a. 1

Καὶ μεταστήσας αὐτὸν, ἤγειρεν αὐτοῖς τὸν Δαβὶδ εἰς βασιλέα· ᾧ καὶ εἶπε μαρτυρήσας, Εὗρον Δαβὶδ τὸν τοῦ Ιεσσαὶ ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, ὃς ποιήσει πάντα τὰ θελήματά μου.

22 Et amoto illo, excitauit eis Dauid regem: cui etiam teſtimonio dato dixit, ‖Inueni Dauid *filium* Ieſſe, virum ſecundũ cor meum, qui exequetur omnes voluntates meas.

22 *Et amoto illo, ſuſcitauit illis Dauid regem: cui teſtimoniũ perhibens, dixit. Inueni Dauid filiũ Ieſſe, uirum ſecundũ cor meum, qui faciet omnes uoluntates meas.*

1. Reg. 16. c. 12
pſal. 88. d. 21

Τούτου ὁ Θεὸς ἀπὸ τοῦ σπέρματος κατ' ἐπαγγελίαν ἤγαγε τῷ Ισραὴλ σωτῆρα Ιησοῦν·

23 Huius è ſemine Deus ‖ſecundum promiſſionem ᵛ excitauit Iſraeli Seruatorem Ieſum:

23 *Huius Dei ex ſemine ſecũdũ promiſſionẽ eduxit Iſrael ſaluatorẽ Ieſum:*

Isa. 11. a. 1

Προκηρύξαντος Ιωάννου πρὸ προσώπου τῆς εἰσόδου αὐτοῦ βάπτισμα μετανοίας παντὶ τῷ λαῷ Ισραήλ.

24 ‖Quũ antè prædicaſſet Iohannes ᵛ corã eo iam aduentante, Baptiſmũ reſipiſcentiæ Iſraeli.

24 *Prædicãte Iohanne ante faciem aduentus eius Baptiſmum pœnitẽtiæ omni populo Iſrael.*

Matth. 3. a. 1
mar. 1. a. 1

Ὡς δὲ ἐπλήρου Ἰωάννης τὸν δρόμον, ἔλεγε, Τίνα με ὑπονοεῖτε εἶναι; οὐκ εἰμὶ ἐγώ, ἀλλ' ἰδοὺ, ἔρχεται μετ' ἐμὲ, οὗ οὐκ εἰμὶ ἄξιος τὸ ὑπόδημα τῶν ποδῶν λῦσαι.

25 ‖Quũ autẽ expleret Iohãnes curſum, dixit, ‖Quẽ me ſuſpicamini eſſe? nõ is ſũ ego, ſed ecce, venit poſt me, cuius pedũ ſoleã non ſum dignus qui ſoluam.

25 *Quum impleret Iohannes curſum ſuum, dicebat. Quem me arbitramini eſſe? non ſum ego, ſed ecce, uenit poſt me, cuius nõ ſũ dignus calceamenta pedum ſoluere.*

Mat. 1. a. 7
ioh. 1. c. 20

Ἄνδρες ἀδελφοὶ, υἱοὶ γένους Ἀβραάμ, καὶ οἱ ἐν ὑμῖν φοβούμενοι τὸν Θεὸν, ὑμῖν ὁ λόγος τῆς σωτηρίας ταύτης ἀπεστάλη.

26 Viri fratres, filii generis Abrahæ, & qui inter vos timẽt Deũ, vobis ᵛ ſermo ſalutis huius miſſus eſt.

26 *Viri fratres, filij generis Abrahã, & qui in uobis timẽt Deũ, uobis uerbum ſalutis huius miſſum eſt.*

Οἱ γὰρ κατοικοῦντες ἐν Ιερουσαλὴμ, καὶ οἱ ἄρχοντες αὐτοῦ, τοῦτον ἀγνοήσαντες, καὶ τὰς φωνὰς τῶν προφητῶν τὰς κατὰ πᾶν σάββατον ἀναγινωσκομένας, κρίναντες ἐπλήρωσαν.

27 Qui enim habitabãt in Hieruſalẽ, & primores eorũ, quum ignorarent iſtum, ᵛ & eo condemnato, voces Prophetarũ quæ per omne Sabbathum leguntur, impleuerunt:

27 *Qui enim habitabãt Ieruſalẽ, & principes eius, hunc ignorãtes, & uoces Prophetarũque per omne Sabbathũ legũtur, iudicantes impleuerunt.*

21 Saul, Σαούλ. In quadraginta annorum ſpatio quorum fit poſtea mentio, notandũ eſt cum Saule coniungendum eſſe Samuelem, cuius dignitas à regia maieſtate fuit quodammodo abſorpta. Ideo non fit eius mentio peculiaris cum reliquis Iudicibus, ſed cum primo rege coniungitur.

23 Excitauit Iſraeli ſer. Ieſ. ἤγειρε τῷ Ισραὴλ σωτῆρα Ιησοῦν. Nonnulla exẽplaria pro ἤγειρε habẽt ἤγαγε. Addunxit ſed illud videtur διὰ πόνου. Quædã etiã legũt pro σωτῆρα, σωτηρίαν ſalutem. Quædam etiam expungunt Ιησοῦν. Mihi verò videtur non redundare, ſed addi potius à Paulo, vt ſignificet Ieſum verè id fuiſſe quod dicebatur.

24 Corã eo iã aduẽtãte, πρὸ προσώπου τῆς εἰσόδου αὐτ. Vulg. & Eraſ. perobſcurè adverbũ, Ante faciẽ aduẽtus eius. Caſtellio nõ ſatis expreſſè, Ante cuius ingreſſũ: quũ id exteris etiã Prophetis quãtũuis à Chriſti aduẽtu remotis, tribui poſſit. Itaq; πρὸ προσώπου αὐτοῦ, id eſt vt Hebræi loquũtur, לפני בואו, nõ tã præcedẽs tẽpus declarat q̃ præſentiã illius cui aliquis præeat. Indicat enim Iohãnẽ fuiſſe apparitoris inſtar, qui Chriſtũ nõ emin⁹, vt alii Prophetæ, venturũ ſignificaret, ſed iã iter ingreſſũ, imò iã præſentẽ & ſibi à tergo imminẽtẽ cõmõſtraret. quã ſẽrẽtiã conati ſum⁹ exprimere, quòd alioquin hic hebraiſmus in eo videretur obſcurior & pro ἐπιχωρίῳ ſeu προσηκούσῃ αὐτῷ, Lucas hebraiſſans dixerit τῆς κατὰ αὐτὸν, id eſt aduentum, pro ipſo qui aduentat.

26 Sermo ſalutis huius, ὁ λόγος τῆς σωτηρίας ταύτης. Id eſt, nuntius iſte ſalutis, ſiue ſalutifer. Videtur enim hoc commodiſſimè poſſe explicari per hypallagen, de qua diximus ſuprà, ſ. d. 10

27 Et eo damnato, καὶ κρίναντες. Videri poſſet particula καὶ redundare, ſed potius puto duabus copulatiuis coniungi duo participia & totidem verba, nempe κρίναντες ἐπλήρωσαν & ὁρίσας ἔστησαν.

Καὶ μηδεμίαν αἰτίαν θανάτου εὑ- 28 Et nulla cauſa mortis inuenta, ‖petierunt à Pilato vt necaretur.

ρόντες, ἠτήσαντο Πιλάτον ἀναιρεθῆναι αὐτόν.

Ὡς δὲ ἐτέλεσαν ἅπαντα τὰ περὶ αὐ- 29 Quũ verò perfeciſſet omnia quæ de eo ſcripta erant, detractum è ligno, poſuerunt in monumento.

τοῦ γεγραμμένα, καθελόντες ἀπὸ τοῦ ξύλου, ἔθηκαν εἰς μνημεῖον.

Ὁ δὲ Θεὸς ἤγειρεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. 30 ‖Deus autem excitauit eum à mortuis.

Ὃς ὤφθη ἐπὶ ἡμέρας πλείους τοῖς 31 Qui viſus eſt per dies multos iis qui ſimul aſcenderant cum eo à Galilæa in Hieruſalẽ, ſúntque teſtes eius apud populum.

συναναβᾶσιν αὐτῷ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας εἰς Ἰερουσαλήμ, οἵτινές εἰσι μάρτυρες αὐτοῦ πρὸς τὸν λαόν.

Καὶ ἡμεῖς ὑμᾶς εὐαγγελιζόμεθα τὴν 32 Nos quoque vobis euangelizamus eam promiſſionẽ quæ patribus facta eſt, Deum expleuiſſe filiis illorũ, *id eſt* nobis, excitato Ieſu:

πρὸς τοὺς πατέρας ἐπαγγελίαν γενομένην, ὅτι ταύτην ὁ Θεὸς ἐκπεπλήρωκε τοῖς τέκνοις αὐτῶν ἡμῖν, ἀναστήσας Ἰησοῦν·

Ὡς καὶ ἐν τῷ ψαλμῷ τῷ δευτέρῳ 33 Vt etiam in ‖Pſalmo ſecundo ſcriptũ eſt, ‖Filius meus es tu, ego hodie genui te.

γέγραπται, Υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε.

Ὅτι δὲ ἀνέστησεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν μηκέτι 34 Quòd autem excitauerit eum à mortuis, non amplius reuerſurum in ſepulchrum, ita dixit, ‖Dabo vobis firmas illas Dauidis beneficentias.

μέλλοντα ὑποστρέφειν εἰς διαφθοράν, οὕτως εἴρηκεν, Ὅτι δώσω ὑμῖν τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά.

Διὸ καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει, Οὐ δώσεις τὸν 35 Ideo & aliàs dicit, ‖Non ſines ſanctum tuum ſentire corruptionem.

ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν.

28 *Et nullam cauſam mortis inuenientes in eo, petierunt à Pilato vt interficerent eum.* Mat.27.c.22 mar.15.b.13 luc.23.c.23

29 *Quúmq; cõſummaſſent omnia quæ de eo ſcripta erant, deponẽtes eũ de ligno, poſuerunt eũ in monumento.* iob.19.a.6

30 *Deus verò ſuſcitauit eum à mortuis tertia die.* Mat.28.a.6 mar.16.b.6 luc.24.a 7 iob.10.c.19

31 *Qui viſus eſt per dies multos vt qui ſimul aſcenderãt cum eo de Galilæa in Ieruſalem, qui uſque nunc ſunt teſtes eius ad plebem.*

32 *Et nos vobis annuntiamus eam quæ ad patres noſtros repromiſſio facta eſt, quoniam hanc Deus adimpleuit filijs noſtris, reſuſcitans Ieſũ:*

33 *Sicut & in Pſalmo ſecundo ſcriptum eſt. Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Pſal.2.b.7 hcb.1.b.5, & 5i b.5

34 *Quòd autem ſuſcitauit eũ à mortuis, amplius iam non reuerſurũ in corruptionem, ita dixit, Quæ ſancta dabo vobis fidelia Dauid fidelia.* Eſa.55.b.3

35 *Ideóque & aliàs dicit, Nõ dabis ſanctum tuũ videre corruptionem.* Pſal.15.d.10

31 Excitato Ieſu, ἀναστήσας Ἰησοῦν. Verbum ἀνάστασις duplici reſpectu dicitur. Interdum enim refertur ad primum illum exortum, interdum verò opponitur morti quæ ſomnus dicitur: ſed quum poſteriore ſignificatione accipitur, addi ſolet aliquid ex quo id poſſit intelligi. Itaque quum hoc loco nihil addatur, imò verò in proximo verſiculo peculiaris mentio fiat reſurrectionis, malim hoc quidem loco τὴν ἀνάστασιν referre ad totum myſterium ἀναστάσεως quàm ad nudam reſurrectionem de qua poſtea ſeorſum agit. Cur enim in proximo verſiculo vteretur præfatione? Deinde quanuis exhibitionis Chriſti veluti clauſula ac periodus ſit reſurrectio, tamen quum propoſitio ſit vniuerſalis, exhibitum fuiſſe Chriſtum patribus promiſſum, videtur omnino verbum ἀνάστασις non debere ad reſurrectionem reſtringi, quin violenta ſit expoſitio. Poſtremò formulæ promiſſionum illarum quas præſtitas fuiſſe dicit, reſpiciendæ ſunt. In illis autẽ in genere fit mentio ſeminis ac Prophetæ exorituri. Itaque verbum ἀνάστασις ſic quoque explicandum eſt, quum de promiſſionis exhibitione agitur. Sed ſicut verbum illud æternum videtur, noſtri reſpectu, tum demum geuitum fuiſſe quum ſeſe in carne conſpicuum præbuit, ita in hac ipſa carne tum demum verè & manifeſtè apparuit vt Dei vnigeniti Filius, quum depoſita infirmitate, victor mortis è ſepulchro emerſit. Itaque non dubium eſt quin aduerbiũ HODIE vtrunque myſteriũ, nempe ἀναστάσεως & reſurrectionis cõplectatur. 33 Pſalmo ſecundo, ἐν τῷ ψαλμῷ τῷ δευτέρῳ. ita ſcriptum inuenimus in omnibus vetuſtis codicibus. Apparet tamen ex Hieronymo, Hilario & Auguſtino, quos citat in hunc locum Eraſmus, vetuſtiora exẽplaria ſcriptum habuiſſe, Pſalmo primo: ſiue quòd Pſalmus ille, Beatus vir, non ſit olim propriè habitus pro Pſalmo, ſed potius pro eius libri præfatione: ſiue quòd Pſalmus quem hodie ſecundum facimus, vnus olim fuerit cum primo.

34 In ſepulchrum, εἰς διαφθοράν. Vulgata & Eraſmus, In corruptionẽ. Atqui nimis impropriè diceretur Dominus eò reuerti quò nunquam deuenit. Sciendum eſt ergo Lucam, Græcos veteris Teſtamenti interpretes ſequutum, διαφθορὰν conuertere id quod Hebræis dicitur שחת, id eſt ſepulchrum, à שחת, quod eſt corrũpere, vt à Græcis ſimili ratione dicitur ſarcophagus: cuius tranſlationis exẽpla occurrunt multis locis, vt Pſal. 107.b.10, Thren. capite 4.d.10. Atque adeo interdum in genere accipitur pro foſſa, vt Pſal.31.a.7. Sed in ſequentibus verſiculis vbi aliud verbum adiungitur, nempe ἰδεῖν pro חזה, id eſt ſentire & affici, corruptionem declarat potius quàm ſepulchrum: quum ſic etiam accipiatur שחת, & quidem propria ſignificatione, vt Leuiticꝰ 22.d.15. Firmas Dauidis beneficentias, τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά. Vulgata & Eraſ. ad verbum, Sancta Dauid fidelia, nimium obſcurè. Sciendum eſt igitur Græcos interpretes, quos hic quoque ſequutus eſt Lucas, חסיד, id eſt benignum ac beneficum, interpretari ſolere ὅσιον, vnde factum vt חסדים beneficentias, id eſt gratuitas illas promiſſiones, ὅσια conuerterint. Dicuntur autem Dauidis paſſiua ſignificatione, nimirum quòd Dauidi ſint factæ: vt fœdus Abrahami vocatur fœdus cum Abrahamo initum. Et hæ quidem Dauidi promiſſæ munificentiæ, vocantur πιστὰ fideles, id eſt firmæ & conſtantes, ex Hebræorum quoque idiotiſmo: quia vt ſint homines mendaces, nihilominus tamen rata ſuot Dei promiſſa, neque nos vnquam fallunt. Quum igitur omnes Dei promiſſiones ſint in Chriſto (vt ait Apoſtolus) Etiam & Amen, firmiſſimum, perpetuum & immortale eſſe ipſum promiſſionum omnium fundamentum rectè colligit Paulus.

Δαυὶδ μὲν γὰρ ἰδίᾳ γενεᾷ ὑπηρετήσας τῇ τοῦ Θεοῦ βουλῇ, ἐκοιμήθη, καὶ προσετέθη πρὸς τοὺς πατέρας αὐτοῦ, καὶ εἶδε διαφθοράν·

3. Reg. 2.b.10

36 Nam Dauid qúidẽ quũ ſua ætate inſeruiſſet Dei conſilio, ſobdormiuit, & adiunctus eſt patribus ſuis, ſenſitque corruptionem:

36 Dauid enim in ſua generatione quũ adminiſtraſſet voluntati Dei, dormiuit, & appoſitus eſt ad patres ſuos, & vidit corruptionẽ:

ὃν δὲ ὁ Θεὸς ἤγειρεν, οὐκ εἶδε διαφθοράν.

37 At is quem Deus excitauit, non ſenſit corruptionem.

37 Quem uerò Deus ſuſcitauit, non uidit corruptionem.

Γνωστὸν οὖν ἔστω ὑμῖν, ἄνδρες ἀδελφοί, ὅτι διὰ τούτου ὑμῖν ἄφεσις ἁμαρτιῶν καταγγέλλεται·

38 Notum igitur ſit vobis, fratres, annuntiari vobis remiſſionem peccatorũ per iſtum:

38 Notũ igitur ſit uobis, uiri fratres, q̃ per hũc uobis remiſſio peccatorum annuntiatur:

καὶ ἀπὸ πάντων ὧν οὐκ ἠδυνήθητε ἐν τῷ νόμῳ Μωϋσέως δικαιωθῆναι, ἐν τούτῳ πᾶς ὁ πιστεύων δικαιοῦται.

39 Et ab omnibus à quibus per Legem Moſis abſolui non potuiſtis, per hunc quemuis qui credat, abſolui.

39 Et ab omnibus quibus non potuiſtis in Lege Moyſi iuſtificari, in hac omnis qui credit iuſtificatur.

Βλέπετε οὖν μὴ ἐπέλθῃ ἐφ' ὑμᾶς τὸ εἰρημένον ἐν τοῖς προφήταις,

Habac.1.b.5

40 Videte ergo ne vos inuadat quod dictum eſt in Prophetis,

40 Videte ergo ne ſuperueniat uobis quod dictum eſt in Prophetis,

Ἴδετε οἱ καταφρονηταί, καὶ θαυμάσατε καὶ ἀφανίσθητε· ὅτι ἔργον ἐγὼ ἐργάζομαι ἐν ταῖς ἡμέραις ὑμῶν, ἔργον ᾧ οὐ μὴ πιστεύσητε, ἐάν τις ἐκδιηγῆται ὑμῖν.

41 Videte ô contemptores, & admiramini, & euaneſcite: quia opus operor ego dieb⁹ veſtris, opus quod non credetis ſiquis enarrauerit vobis.

41 Videte cõtẽptores, & admiramini & diſperdimini, q̃ opus operor ego in diebus veſtris, opus quod non credetis ſiquis enarrauerit uobis.

Ἐξιόντων δὲ ἐκ τῆς συναγωγῆς τῶν Ἰουδαίων, παρεκάλουν τὰ ἔθνη εἰς τὸ μεταξὺ σάββατον λαληθῆναι αὐτοῖς τὰ ῥήματα ταῦτα.

42 Egreſſis autem ex ſynagoga Iudæorum, rogarunt Gentes vt in proximè ſequens Sabbathum loquerentur ſibi hæc verba.

42 Exeuntibus autem illis, rogabant ut ſequenti Sabbatho loquerentur ſibi uerba hæc.

Λυθείσης δὲ τῆς συναγωγῆς, ἠκολούθησαν πολλοὶ τῶν Ἰουδαίων καὶ τῶν σεβομένων προσηλύτων τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Βαρναβᾷ· οἵτινες προσλαλοῦντες αὐτοῖς, ἔπειθον αὐτοὺς ἐπιμένειν τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ.

43 Soluto autem conuentu, ſequuti ſunt multi ex Iudæis & religioſis proſelytis Paulũ ac Barnabam: qui alloquẽtes eos, perſuaſerunt eis vt perſeuerarent in gratia Dei.

43 Quúmque dimiſſa eſſet ſynagoga, ſequuti ſunt multi Iudæorum & colentium aduenarum Paulum & Barnabam: qui loquentes ſuadebãt eis ut permanerẽt in gratia Dei.

36 Quum ſua ætate inſeruiſſet Dei conſilio, ἰδίᾳ γενεᾷ ὑπηρετήσας τῇ τοῦ Θεοῦ βουλῇ. Vulgata, In ſua generatione quũ adminiſtraſſet voluntati Dei. Eraſmus poſt ὑπηρετήσας diſtinguit, & τῇ τοῦ Θεοῦ βουλῇ coniungit cum ἐκοιμήθη, & ita conuertit, Quum ſuæ ætati inſeruiſſet, conſilio Dei obdormiuit. ſed hãc diſtinctionem in vetuſtis exemplaribus non inuenio.

38 Et ab omnibus à quibus, καὶ ἀπὸ πάντων ὧν. Diſtinguenda ſunt ἀπὸ πάντων & ὧν ἀπὸ πάντων: quod diſcri men niſi obſerues, non rectè poſſis hunc locum explicare. Neque enim hæc pertinent ad ceremonias à quib⁹ omnibus (id eſt per quas) non potuerint Iudæi abſolui: ſed ad peccata, à quibus liberari ſeu abſolui non potuerint in Lege Moſis, id eſt per Legis ceremonias: abſoluuntur autem per iſtum, (id eſt Chriſtum) ſi fide eum amplectantur. Abſolui, δικαιοῦσθαι. Hebraicè, הצדיק. id eſt iuſtum declarari ſiue abſolui: cui opponitur הרשיע, quaſi dicas improbificare, id eſt nocentem declarare ſeu damnare. Neque verò refugio iuſtificandi verbum, quod etiam vſurpaui Mat. 11. c. 19, & 12. c. 37: ſed nequis illud Ab omnibus perinde acciperet acſi caſus eſſet modi aut inſtrumenti per quod iuſtificemur, id eſt iuſti fiamus ac pronuntiemur, aut pro iuſtis habeamur: hoc quidem loco malui Abſoluẽdi verbum vſurpare, vt magis perſpicua eſſet oratio. Sed de hoc verbo copioſius (ſi Dominus dederit) diſſeremus in Epiſtola ad Romanos.

40 In Prophetis, ἐν τοῖς προφήταις. Quia ex vno Habacuc petitũ eſt hoc teſtimoniũ, annotat Eraſ. eſſe numeri ἐπίρρωσιν: ſed alia eſt ratio expediẽdi hui⁹ nodi multo certior & verior, de qua dixi Mar. 1. a. 1, & Io. 6. c. 45.

41 Contemptores, οἱ καταφρονηταί. In Hebræo legitur בוגדים, pro quo videntur Græci legiſſe בוגרים.

42 Egreſſis autem, &c. Ἐξιόντων δὲ, &c. Vel, Egreſſis autem Iudæis è ſynagoga. Nam hanc quoque interpretationem admittunt Græca. Sed illa interpretatio probabilior eſt, vt rectè obſeruat doctiſſimus interpres. Nam ſiquis attentè conſideret quod ſequitur, nempe ſoluto cœtu multos ex Iudæis & proſelytis ad Paulum & Barnabam confluxiſſe, intelliget Paulum & Barnabam ſtatim poſt habitam orationem illam, ex ſynagoga exceſſiſſe. Sed & in vno codice ſcriptum erat ἐξιόντων δὲ αὐτῶν, & totum illud ἐκ τῆς συναγωγῆς τῶν Ἰουδαίων, expunctum. Gentes, τὰ ἔθνη. Hoc non legimus in vno peruetuſto exemplari: & fortaſſis ab aliquo expunctũ eſt cui mirum fuerit Gentes in Iudæorum cœtu inueniri. Atqui dicit Lucas eos fuiſſe iam egreſſos, quum eos rogarent Gentes: & in proximo conuentu apparet etiam Gentes adfuiſſe. Hæc verba, τὰ ῥήματα ταῦτα. In quibuſdam codicibus hoc deeſt, in quodam verò inuenimus τὰ ῥήματα τὰ αὐτὰ, id eſt eadem illa verba. Neq; mirum eſt Gentiles ſic fuiſſe loquutos, quum multi paſſim inter profanos etiam iudaiſſarent, vt ex illorum temporum ſcriptoribus Latinis apparet. In proximè ſequens Sabbathum, εἰς τὸ μεταξὺ σάββατον. Metaxὺ interpretor καθ' ὑπέρθεσιν, vt ſi in vernaculo ſermone dicas, En attendant le ſabbat prochainement venant. Alioqui τὸ μεταξὺ σάββατον interiectum Sabbathum declarat. Vulg. & Eraſmus, Sequẽte Sabbatho, ita vt εἰς pro ὁ ponatur. Sed nõ fit mihi veriſimile, delectum fuiſſe à Gentibus diem Sabbathi, præſenti opportunitate neglecta.

43 Religioſis, τῶν σεβομένων. Sic ſolet Lucas in hoc libro eos ex profanis gentibus ſignificare qui Moſis religionem, relicto paganiſmo, erant amplexi: quanuis nonnulli eſſent incircunciſi, vt ſuprà vocauit Cor-

melium Lucæ, cap. 10. 2. 1. Qui, οἵτινες. Videlicet Paulus & Barnabas. Multo enim est probabilius Iudæos istos & proselytos ab illis quàm illos ab istis fuisse confirmatos. Persuaserunt eis, ἔπεισαν αὐτούς. Vulg. & Eras. Suadebant eis, quod non placet.

44 Τῷ δὲ ἐρχομένῳ σαββάτῳ σχεδὸν πᾶσα ἡ πόλις συνήχθη ἀκοῦσαι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ.

44 Sequēte verò Sabbatho vrbs propè tota coacta est ad audiendum sermonem Dei.

44 Sequēti verò Sabbatho penè uniuersa ciuitas cō uenit audire uerbum Dei.

45 Ἰδόντες δὲ οἱ Ἰουδαῖοι τοὺς ὄχλους, ἐπλήσθησαν ζήλου, καὶ ἀντέλεγον τοῖς ὑπὸ τοῦ Παύλου λαλουμένοις, ἀντιλέγοντες καὶ βλασφημοῦντες.

45 Visa autem turba Iudæi repleti sunt ᵛinuidia, & contradicebāt iis quæ à Paulo dicebantur, ᵛcontradicentes ac blasphemantes.

45 Videntes autem turbas Iudei, repletæ sunt zelo, & cōtradicebant iis quæ à Paulo dicebantur, blasphemantes.

46 Παρρησιασάμενοί τε ὁ Παῦλος καὶ ὁ Βαρνάβας εἶπον, Ὑμῖν ἦν ἀναγκαῖον πρῶτον λαληθῆναι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ· ἐπειδὴ δὲ ἀπωθεῖσθε αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀξίους κρίνετε ἑαυτοὺς τῆς αἰωνίου ζωῆς, ἰδοὺ, στρεφόμεθα εἰς τὰ ἔθνη.

46 Tunc libertate vsi Paulus ac Barnabas dixerunt, Vobis necesse fuit primùm exponi sermonem Dei: postquam autem repellitis illū, & indignos vos ipsos ᵛdecernitis æterna vitæ, ecce, cōuertimur ad Gentes.

46 Tunc constanter Paulus & Barnabas dixerunt, Vobis oportebat primùm loqui uerbū Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce, cōuertimur ad Gentes.

47 Οὕτω γὰρ ἐντέταλται ἡμῖν ὁ Κύριος, Τέθεικά σε εἰς φῶς ἐθνῶν, τοῦ εἶναί σε εἰς σωτηρίαν ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς.

47 Sic enim nobis mādauit Dominus, dicens, ‖ Constitui te vt sis lux Gentium, vt sis saluti vsque ad vltimas terras.

47 Sic enim præcepit nobis Dominus, Posui te in lucem Gentium, ut sis in salutem usque ad extremū terræ. Esa. 49. b. 10

48 Ἀκούοντα δὲ τὰ ἔθνη ἔχαιρον, καὶ ἐδόξαζον τὸν λόγον τοῦ Κυρίου· καὶ ἐπίστευσαν ὅσοι ἦσαν τεταγμένοι εἰς ζωὴν αἰώνιον.

48 Gentes autem hæc audiētes, gauisæ sunt, & glorificabant sermonem Domini: & crediderūt quotquot erant ᵛordinati ad vitam æternam.

48 Audiētes autem Gētes gauisæ sunt, & glorificabant uerbum Domini: & crediderūt quotquot erant præordinati ad uitam æternam.

49 Διεφέρετο δὲ ὁ λόγος τοῦ Κυρίου δι' ὅλης τῆς χώρας.

49 Perferebatur autē sermo Domini per totam illā regionem.

49 Disseminabatur autem uerbum Domini per uniuersam regionem.

50 Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι παρώτρυναν τὰς σεβομένας γυναῖκας καὶ τὰς εὐσχήμονας, καὶ τοὺς πρώτους τῆς πόλεως, καὶ ἐπήραν διωγμὸν ἐπὶ τὸν Παῦλον καὶ τὸν Βαρνάβαν, καὶ ἐξέβαλον αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ὁρίων αὐτῶν.

50 Iudæi verò extimularūt mulieres ᵛ religiosas & honestas, & primos vrbis, & excitarūt persequutionem in Paulum ac Barnabam, ieceruntque eos è finibus suis.

50 Iudei autem concitauerunt mulieres religiosas & honestas, & primos ciuitatis, & excitauerunt persequutionem in Paulum & Barnabā, & ieciārūt eos de finibus suis.

51 Οἱ δὲ ἐκτιναξάμενοι τὸν χοῦν τῶν ποδῶν αὐτῶν ἐπ' αὐτοὺς, ἦλθον εἰς Ἰκόνιον.

51 ‖ At illi excusso puluere pedū suorū in eos, venerūt Iconium.

51 At illi excusso puluere pedū suorū in eos, uenerūt Iconiū. Infrà 18. b. 6 matth. 10. b. 14 mar. 6. b. 11 luc. 9. a. 5

52 Οἱ δὲ μαθηταὶ ἐπληροῦντο χαρᾶς καὶ Πνεύματος ἁγίου.

52 Discipuli verò replebantur gaudio & Spiritu sancto.

52 Discipuli quoque replebantur gaudio & Spiritu sancto.

44 Sequente, ἐρχομένῳ. Id est ἐπερχομένῳ.

47 Inuidia, ζήλου. Vulgata & Erasmus, Zelo. Vide Iohan. 2. c. 17. Cōtradicentes ac blasphemantes, ἀντιλέγοντες καὶ βλασφημοῦντες. In tribus codicibus scriptum erat duntaxat βλασφημοῦντες: & sanè videtur totum illud ἀντιλέγοντες καὶ redundare.

46 Decernitis, κρίνετε: id est, hoc vestro facto, quasi sententia in vosipsos lata, statuitis ac decernitis. Vulgata & Erasmus, Iudicatis: rectè quidem, sed ambiguè. Posset enim hoc ad mentis iudiciū referri, quasi istī animi sui iudicio & apud se statuerent se hac Dei gratia indignos esse, vt facere solent qui peccatorum suorum sensu tanguntur: qui quidem primus est ad salutem gradus. id verò in istos non cadit.

48 Ordinati, τεταγμένοι. Ergo vel non omnes erant vitæ æternæ destinati, vel omnes crediderūt, vel hoc temere dictum est à Luca: quod absit vt vel in mentem nobis veniat. Agitur autem hic non de præscientia simplici, sed de ordinatione æterna, & ita quidem vt ei subiiciatur fides. Hoc cōsiderent illi qui præscientiam Dei à decreto separant, quique præuisam fidē faciunt electionis causam. Sed & hic locus manifestè ostendit quàm parum solida, atque adeo (quod cum bona quorūdam veterum pace dictum sit) quàm inepta sit illa distinctio verbi actiui προορίσαντος à passiuo προορισθέντα: quam nonnulli excogitarunt vt eluderent Pauli disputationem de æterna Dei prouidentia, Rom. 9. v. 11 & 23. Cæterùm Vetus interpres pro Ordinati conuertit Præordinati, quum Græcè non sit scriptum προορισμένοι, vel προκεχειρισμένοι, vt solet transferre. Sed tamen eadem prorsus manet sententia. Nam si crediderunt qui ordinati erant ad vitam, certè ordinatio hæc fidem antegreditur, ac multo magis ipsa fidei effecta. Itaque Dei decretum primo loco statuatur necesse est, non tātùm tempore, (est enim æternum) sed etiam causarum ordine: quum cætera quæ ad salutem spectāt, sine vlla exceptione illi subiiciantur, vt effecta subordinata, causæ.

50 Religiosas & honestas, σεβομένας καὶ εὐσχήμονας. Significat Lucas mulieres Mosaicam legem amplexas, quales etiam Romæ fuisse plurimas conqueruntur profani poetæ. Patebat igitur Iudæis aditus ad illas tanquā concitandæ seditioni maximè opportunas, persuasis videlicet maritis qui plurimum poterant. Addit enim Lucas fuisse ἐν χώραις, primariæ videlicet authoritatis.

Κεφάλαιον ιδ΄.

1 Ἐγένετο δὲ ἐν Ἰκονίῳ κατὰ τὸ αὐτὸ εἰσελθεῖν αὐτοὺς εἰς τὴν συναγωγὴν τῶν Ἰουδαίων, καὶ λαλῆσαι οὕτως ὥστε πιστεῦσαι Ἰουδαίων τε καὶ Ἑλλήνων πολὺ πλῆθος.

2 Οἱ δὲ ἀπειθοῦντες Ἰουδαῖοι ἐπήγειραν καὶ ἐκάκωσαν τὰς ψυχὰς τῶν ἐθνῶν κατὰ τῶν ἀδελφῶν.

3 Ἱκανὸν μὲν οὖν χρόνον διέτριψαν παῤῥησιαζόμενοι ἐπὶ τῷ Κυρίῳ τῷ μαρτυροῦντι τῷ λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ, καὶ διδόντι σημεῖα καὶ τέρατα γίνεσθαι διὰ τῶν χειρῶν αὐτῶν.

4 Ἐσχίσθη δὲ τὸ πλῆθος τῆς πόλεως· καὶ οἱ μὲν ἦσαν σὺν τοῖς Ἰουδαίοις, οἱ δὲ σὺν τοῖς ἀποστόλοις.

5 Ὡς δὲ ἐγένετο ὁρμὴ τῶν ἐθνῶν τε καὶ Ἰουδαίων σὺν τοῖς ἄρχουσιν αὐτῶν, ὑβρίσαι καὶ λιθοβολῆσαι αὐτούς,

6 Συνιδόντες κατέφυγον εἰς τὰς πόλεις τῆς Λυκαονίας, Λύστραν καὶ Δέρβην, καὶ τὴν περίχωρον·

7 Κἀκεῖ ἦσαν εὐαγγελιζόμενοι.

8 Καί τις ἀνὴρ ἐν Λύστροις ἀδύνατος τοῖς ποσὶν ἐκάθητο, χωλὸς ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ ὑπάρχων, ὃς οὐδέποτε περιεπεπατήκει.

9 Οὗτος ἤκουε τοῦ Παύλου λαλοῦντος· ὃς ἀτενίσας αὐτῷ, καὶ ἰδὼν ὅτι πίστιν ἔχει τοῦ σωθῆναι,

10 Εἶπε μεγάλῃ τῇ φωνῇ, Ἀνάστηθι ἐπὶ τοὺς πόδας σου ὀρθός. Καὶ ἥλετο, καὶ περιεπάτει.

CAP. XIIII.

1 FActum est autem Iconii vt simul introirēt synagogam Iudæorum, & loquerentur, ita vt crederet Iudæorum simul & Græcorum magna multitudo.

2 Qui verò increduli fuerūt Iudæi, incitarunt & malè affectos reddiderunt animos Gentium aduersus fratres.

3 Multum igitur tempus ibi egerunt liberè loquentes, freti Domino, qui testimonium dabat sermoni gratiæ suæ, dabátque vt signa & miracula ederentur per manus eorum.

4 Diuisa est autem multitudo vrbis: & alii quidem erant à Iudæis, alii verò ab Apostolis.

5 Quum autē factus esset impetus Gentium ac Iudæorum vnà cum suis primoribus, vt contumeliis afficerent & lapidarent eos,

6 Re cōsiderata, perfugerunt in ciuitates Lycaoniæ Lystram & Derben, & circumiacentem regionem:

7 Et illic prædicabát Euāgeliū.

8 Quidam autem vir Lystris impotēs pedibus sedebat, claudus ab vtero matris suæ, qui nunquam ambulauerat.

9 Hic audiuit Paulum loquentem: qui quū intēdisset in eum oculos, & vidisset quòd fidem haberet se seruatum iri,

10 Dixit voce magna, Surge in pedes tuos rectus. Tum ille quū exiliisset, ambulauit.

CAP. XIIII.

1 Factū est autem in Iconio ut simul introirēt synagogam Iudæorū, & loquerētur, ita ut crederet Iudæorum copiosa multitudo.

2 Qui verò increduli fuerunt Iudæi, suscitauerūt & adiracundiā cōcitauerunt animas Gētiū aduersus fratres.

3 Multo igitur tēpore demorati sunt fiduci aliter agētes in Domino, testimoniū perhibēte verbo gratiæ suæ, dante signa & prodigia fieri per manus eorum.

4 Diuisa est autē multitudo ciuitatis: et quidā quidē erant cū Iudæis, quidam verò cum Apostolis.

5 Quū autem factus esset impetus Gentium & Iudæorum cum principibus suis, ut contumelijs afficerent & lapidarent eos,

6 Intelligentes confugerūt ad ciuitates Lycaoniæ Lystrā & Derbē & omnem circa regionem:

7 Et ibi euāgelizātes erāt.

8 Et quidā vir Lystris infirmus pedibus sedebat, claudus ex vtero matris suæ, qui nunquā ambulauerat.

9 Hic audiuit Paulum loquētem: qui intuitus eum & videns quia fidē haberet ut salvus fieret,

10 Dixit magna voce, Surge super pedes tuos rectus. Et exiliuit & ambulabat.

IN CAPVT XIIII.

1 Qui verò increduli fuerunt, οἱ δὲ ἀπειθοῦντες. Siue, qui non peruerunt doctrinæ, quam sibi persuaderi noluerunt. Nam antithesis ἀπειθεῖν ostendit ἀπιθῶς & ἀπιστῶν interdum confundi. Malè affectos reddid. ἐκάκωσαν. Vulgata, Ad iracundiam concitauerunt, id est παρώξυναν: vt solent Græci ineerpretes conuertere verbum רעע. Erasmus, Corruperūt. quo vocabulo vtuntur quidem Iurisconsulti, sed tum demum vbi agitur de eo vel qui in æstimationem venit, vt seruo vel ancilla: vel quem nostra interest non fieri deteriorem, vt qui in nostra sunt potestate. Hic ergo ponitur κακοῦν significatione nonnihil diuersa, quum alioquin hoc vocabulum alibi soleat vsurpari pro Opprimere siue affligere, seu damnum aliquod inferre: adeo quidē vt hoc quoque sit ἄπαξ λεγόμενον. Rectè tamen & eleganter vsurpatum est à Luca, quia isti de quibus agitur, & malis artibus & ad improbè agendum sunt à Iudæis inducti: quo modo corruptionem definit Vlpianus.

3 Liberè loquentes, παῤῥησιαζόμενοι. Vulgata, Fiduciaiiter agentes. Erasmus, Fortiter agentes. Ego, quum hic agatur de Euangelii prædicatione, puto retinendam propriam significationem τοῦ παῤῥησιάζεσθαι. Dicitur autem id proprie de loquendi libertate. Freti Domino, ἐπὶ τῷ Κυρίῳ, Heb. ביהוה: quem Hebraismum non satis videaris exprimere si ad verbum conuertas, In Domino.

5 Vt contumeliis afficerent, ὑβρίσαι. Sic mihi videtur Vetus interpres rectius conuertisse quam Eras. Vt vim adferrent: id est βιάσασθαι.

8 Impotens, ἀδύνατος. Vel, Pedibus captus. Nam impotens apud Latinos ad animum plerunque refertur. Vulg. Infirmus. Eras. Debilis, neuter satis expressè.

10 Surge, ἀνάστηθι. In quinque codicibus & Complutensi editione scriptum legimus, σὺ λέγω σοι ἐν ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀνάστηθι, Tibi dico in nomine Domini Iesu Christi, surge, &c. quam lectionem maximè probo. Ita enim solent aliquid adiicere Apostoli, ex quo intelligat turba, ipsos non sua sed Christi virtute agere quod agunt: quum Christus contrà soleat suo iure imperare, vt qui nimirum sit αὐτοκράτωρ.

Οἱ δὲ ὄχλοι ἰδόντες ὃ ἐποίησεν ὁ Παῦλος, ἐπῆραν τὴν φωνὴν αὐτῶν, Λυκαονιστὶ λέγοντες, Οἱ θεοὶ ὁμοιωθέντες ἀνθρώποις κατέβησαν πρὸς ἡμᾶς.

Ἐκάλουν τε τὸν μὲν Βαρνάβαν, Δία· τὸν δὲ Παῦλον, Ἑρμῆν· ἐπεὶ αὐτὸς ἦν ὁ ἡγούμενος τοῦ λόγου.

Ὁ δὲ ἱερεὺς τοῦ Διὸς τοῦ ὄντος πρὸ τῆς πόλεως αὐτῶν, ταύρους καὶ στέμματα ἐπὶ τοὺς πυλῶνας ἐνέγκας, σὺν τοῖς ὄχλοις ἤθελε θύειν.

Ἀκούσαντες δὲ οἱ ἀπόστολοι Βαρνάβας καὶ Παῦλος, διαῤῥήξαντες τὰ ἱμάτια αὐτῶν ἐξεπήδησαν εἰς τὸν ὄχλον, κράζοντες,

Καὶ λέγοντες, Ἄνδρες, τί ταῦτα ποιεῖτε; καὶ ἡμεῖς ὁμοιοπαθεῖς ἐσμεν ὑμῖν ἄνθρωποι, εὐαγγελιζόμενοι ὑμᾶς ἀπὸ τούτων τῶν ματαίων ἐπιστρέφειν ἐπὶ τὸν Θεὸν τὸν ζῶντα, ὃς ἐποίησε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς.

Ὃς ἐν ταῖς παρῳχημέναις γενεαῖς εἴασε πάντα τὰ ἔθνη πορεύεσθαι ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν.

Καίτοι γε οὐκ ἀμάρτυρον ἑαυτὸν ἀφῆκεν, ἀγαθοποιῶν, οὐρανόθεν ὑμῖν ὑετοὺς διδοὺς καὶ καιροὺς καρποφόρους, ἐμπιπλῶν τροφῆς καὶ εὐφροσύνης τὰς καρδίας ἡμῶν.

Καὶ ταῦτα λέγοντες, μόλις κατέπαυσαν τοὺς ὄχλους τοῦ μὴ θύειν αὐτοῖς.

Ἐπῆλθον δὲ ἀπὸ Ἀντιοχείας καὶ Ἰκονίου Ἰουδαῖοι, καὶ πείσαντες τοὺς ὄχλους,

11 Turbæ verò quum vidiſſét quod fecerat Paulus, ſuſtulerũt vocem ſuam, Lycaonicè dicentes, Dii aſſimilati hominibus, deſcenderunt ad nos.

12 Vocabántque Barnabam, Iouem: Paulum verò, Mercuriũ: quoniam is erat dux ſermonis.

13 Sacerdos autem Iouis collocati ante illorum vrbem, quũ tauros vittatos ad veſtibula adduxiſſet, volebat cum turba ſacrificare.

14 Quod quum audiſſent Apoſtoli Barnabas & Paulus, diruptis palliis ſuis inſilierũt in turbam, clamantes,

15 Ac dicentes, Viri, cur iſta facitis? nos quoque ſumus homines iiſdem quibus vos affectionibus obnoxii, annuntiantes vt à vanis iſtis rebus conuertamini ad Deum illum viuum, qui fecit cælũ & terrã, & mare, & omnia quæ in eis ſunt.

16 Quique præteritis ætatibus ſiuit omnes Gentes ſuis ipſarum viis incedere.

17 Quanquam non paſſus eſt ſe eſſe expertem teſtimonii, *nobis* benefaciendo, dans nobis cælitus pluuias ac tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda noſtra.

18 Et hæc dicentes, vix compeſcuerunt turbam ne ipſis ſacrificaret.

19 Supuenerũt aũt q dã Iudæi Antiochia & Iconio, q illecta tur-

11 *Turbæ autẽ quũ uidiſſẽt quod fecerat Paulus, leuauerunt uocẽ ſuã, Lycaonicè dicentes, Dij ſimiles facti hominibus deſcenderunt ad nos.*

12 *Et uocabant Barnabam Iouem: Paulũ uerò Mercuriũ: quoniã ipſe erat dux uerbi.*

13 *Sacerdos quoque Iouis qui erat ante ciuitatẽ, tauros & coronas ante ianuas adferens, cum populis uolebat ſacrificare.*

14 *Quod ubi audierũt Apoſtoli Barnabas & Paulus, conſciſſis tunicis ſuis exilierunt in turbas, clamantes,*

15 *Et dicẽtes, Viri, quidnã facitis? et nos mortales ſumꝰ, ſimiles uobis homines, annuntiantes uobis ab his uanis conuerti ad Deum uiuum, qui fecit cælũ, & terrã, & mare, et omnia quæ in eis ſunt.* Genſ.1.a.1 pſal.145.b.6 apoc.14.b.7

16 *Qui in præteritis generationibus dimiſit omnes Gẽtes ingredi uias ſuas.* Pſal.80.a.13

17 *Et quidẽ non ſine teſtimonio ſemetipſum reliquit, benefaciens de cælo dans pluuias, & tempora fructifera, implens cibo et lætitia corda noſtra.*

18 *Et hæc dicentes, uix ſedauerunt turbas ne ſibi immolarent.*

19 *Superuenerũt autẽ q dã ab Antiochia & Iconio Iudæi, & perſuaſit turbis,*

13 Tauros vittatos, ταύρους καὶ στέμματα. Rem vnã duabus vocibus explicauit. i. τὸν βοῦν δεδεμένον, (vt grammatici loquuntur) vt in illo Virgilii, --pateris libamus & auro: id eſt, inquit Seruius, aureis pateris. Idem, Victori velatum auro vittiſque iuuencum. Ideo vittatos malui quàm coronatos dicere. Veſtibula autẽ vocat (opinor) templi porticus. In vno codice reperimus ἐπὶ ἔμπροσθεν τοῦ, id eſt pro veſtibulo: vt fortaſſis veſtibulum earum ædiũ intelligatur in quas diuerterant Apoſtoli. Neque enim fruſtra dixit Lucas, templum ipſum Iouis extra vrbem fuiſſe: & probabile eſt Sacerdotem non iam ad deorum aras, ſed ad ipſos (vt arbitrabatur) deos victimas adduxiſſe.

14 Diruptis palliis, διαῤῥήξαντες τὰ ἱμάτια. Vide Matth. 26.g.65.

15 Iiſdem obnoxii affectionibus, ὁμοιοπαθεῖς ὑμῖν. Id eſt, mortales vt vos eſtis, & eiuſdem atque vos humanæ naturæ participes. Nam θεοὺς vocant in genere quæcunque homines ab æterna illa & incorporea & inuariabili natura diuina fecerunt. Vetus interpres, Mortales interpretatur, nimium anguſtè, adeo vt penè videri poſſit aliud quippiam legiſſe. Eraſmus, Iiſdẽ obnoxii malis, ambiguè. A vanis iſtis rebus, ἀπὸ τούτων τῶν ματαίων. Ex Hebræorum more idola vocat τὰ μάταια, id eſt (vt illi loquuntur) הכלים.

16 Suis ipſarum viis ambulare, πορεύεσθαι ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν. Heb. ללכת בדרכיהם, id eſt ex arbitrio ſuo viuere: nulla ipſis præſcripta ratione religionis. Nam Hebræorum more, Ambulare poſuit pro viuere, & Viam pro vita ratione.

18 Ne ipſis ſacrificaret, τοῦ μὴ θύειν αὐτοῖς. In quatuor codicibus additum erat, ἀλλὰ παρῄνουν ἔχεσθαι εἰς τὰ ἴδια. Διατρίβοντες δὲ αὐτοῦ & διδάσκοντες, ἐπῆλθον ἀπὸ Ἀντιοχείας, &c. Id eſt, Sed vnuſquiſque domum ſuam abiret. Ipſis autem illic verſantibus ac docentibus, ſuperuenerunt ab Antiochia, &c.

19 Qui illecta turba, καὶ πείσαντες τοὺς ὄχλους. In iiſdem quatuor exẽplaribus ſcriptum legimus, καὶ ἔβαλον ἐμβάντων αὐτῶν παῤῥησίᾳ, λιθάσαντες ἐκ αὐτῶν, λέγοντες ὅτι οὐδὲν ἀληθὲς λέγουσιν, ἀλλὰ ψεύδονται. Id eſt, Quùmque liberè diſputarent, perſuaſerunt turbæ vt ab iis deficeret, quòd dicerent eos nihil veri dicere, ſed in omnibus mentiri.

2.Cor.11.ſ.25 καὶ λιθάσαντες τὸν Παῦλον, ἔσυρον ἔξω τῆς πόλεως, νομίσαντες αὐτὸν τεθνάναι.

Κυκλωσάντων δὲ αὐτὸν τῶν μαθητῶν, ἀναστὰς εἰσῆλθεν εἰς τὴν πόλιν· καὶ τῇ ἐπαύριον ἐξῆλθε σὺν τῷ Βαρναβᾷ εἰς Δέρβην.

Εὐαγγελισάμενοί τε τὴν πόλιν ἐκείνην, καὶ μαθητεύσαντες ἱκανούς, ὑπέστρεψαν εἰς τὴν Λύστραν καὶ Ἰκόνιον καὶ Ἀντιόχειαν,

Ἐπιστηρίζοντες τὰς ψυχὰς τῶν μαθητῶν, παρακαλοῦντες ἐμμένειν τῇ πίστει, καὶ ὅτι διὰ πολλῶν θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

Χειροτονήσαντες δὲ αὐτοῖς πρεσβυτέρους κατ' ἐκκλησίαν, προσευξάμενοι μετὰ νηστειῶν, παρέθεντο αὐτοὺς τῷ Κυρίῳ εἰς ὃν πεπιστεύκεισαν.

Καὶ διελθόντες τὴν Πισιδίαν, ἦλθον εἰς Παμφυλίαν.

Καὶ λαλήσαντες ἐν Πέργῃ τὸν λόγον, κατέβησαν εἰς Ἀτταλίαν.

supra 13.a.1 Κἀκεῖθεν ἀπέπλευσαν εἰς Ἀντιόχειαν· ὅθεν ἦσαν παραδεδομένοι τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ εἰς τὸ ἔργον ὃ ἐπλήρωσαν.

Παραγενόμενοι δὲ καὶ συναγαγόντες τὴν ἐκκλησίαν, ἀνήγγελλον ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς μετ' αὐτῶν, καὶ ὅτι ἤνοιξε τοῖς ἔθνεσι θύραν πίστεως.

Διέτριβον δὲ ἐκεῖ χρόνον οὐκ ὀλίγον σὺν τοῖς μαθηταῖς. Κεφάλ. ιε'

baꝫ, ‖ Paulum lapidatum traxerunt extra vrbem, existimãtes eum mortuum esse.

10 Sed quum cinxissent eum discipuli, surrexit, & ingressus est vrbẽ: & postridie abiit Derben cum Barnaba.

11 Quúmque euangelizassent vrbi illi, & docuissent multos, reuersi sunt Lystram & Iconiũ & Antiochiam:

12 Confirmantes animos discipulorum, hortantes vt permanerent in fide, & dicentes oportere per multas oppressiones nos ingredi in regnũ Dei.

13 Quúmque ipsis per suffragia creassent per singulas Ecclesias Presbyteros, precatique essent cũ ieiuniis, cõmendarunt eos Domino in quẽ crediderãt.

14 Peragratáque Pisidia, venerunt in Pamphyliam.

15 Ac Pergæ loquuti Dei sermonem, descenderunt Attaliam.

16 ‖ Et illinc abnauigarunt Antiochiam, vnde fuerant cõmendati gratiæ Dei ad opus quod expleuerant.

17 Quum autem venissent & coegissent Ecclesiam, retulerũt quanta Deus per ipsos effecisset, cúmque aperuisse Gentibus ostium fidei.

18 Et egerũt illic multũ tẽpus cũ discipulis. CAP. XV.

10 *Circundantibus autem eũ discipulis, surgens intrauit ciuitatem: & postera die profectus est cum Barnaba in Derben.*

11 *Quúmque euãgelizassent ciuitati illi, & docuissent multos, reuersi sunt Lystram & Iconium & Antiochiam,*

12 *Cõfirmãtes animas discipulorum, exhortantesque vt permanerent in fide, & quoniã per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.*

13 *Et quũ constituissent illis per singulas Ecclesias Presbyteros, & orassent cũ ieiunationibus, cõmendauerũt eos Domino in quẽ crediderunt.*

14 *Trãseũntésque Pisidiã, uenerunt in Pamphyliã.*

15 *Et loquẽtes uerbũ Domini in Perge, descenderunt in Attaliam.*

16 *Et inde nauigauerunt Antiochiam, unde erant traditi gratiæ Dei in opus quod compleuerunt.*

17 *Quũ autẽ uenissent, & cõgregassent Ecclesiã, renulerunt quãta fecisset Deus cum illis, et quia aperuisset Gẽtibus ostium fidei.*

18 *Morati sunt autem tempus non modicum cum discipulis.* CAP. XV.

1 Porro quidam qui descẽderant à Iudæa, docebant fra-

1 *Et quidã descendentes de Iudæa docebãt*

15 Per suffragia creass. χειροτονήσαντες. Ortum est hoc verbum ex Græcorum consuetudine, qui porrectis manibus suffragia ferebant. Vnde illud Ciceronis pro L. Flacco, Porrexerunt manus: plephisma natum est. Est autem notanda vis huius verbi, vt Paulum ac Barnabam sciamus nihil priuato arbitrio gessisse, nec vllam in Ecclesia exercuisse tyrannidem: nihil denique tale fecisse quale hodie Romanus papa & ipsius affectæ, quos ordinarios vocant. Quidam hoc referre malunt ad manuum impositionem, quæ & ipsa sit prorsus necessaria: & hoc prætextu arrepto, vocationem nostram irritam esse dicunt, quoniam Ordinarii, quos vocant, nobis manus non imposuerunt, siue quòd non simus in Romana Ecclesia consecrati. Respondeo, ex ipsis canonibus quos iactant, irritam esse consecrationem cui non præierit legitima electio, aut quæ sit ab excommunicato. Ostendant autem ipsi vel vnum in tota illa hierarchia qui legitimè sit vocatus, imò qui non sit centies ipso iure excommunicatus, si ipsis eorum Synodis stetur. Nos igitur cur ab illis impositionem manum peteremus, aut quo iure ipsi nobis eam tribuerent? Habemus autem nos, Dei beneficio, certas nostræ vocationis notas, & fœtidum illorum oleum toto corde execramur, legitimo ab Ecclesiis nostris & vitæ & doctrinæ testimonio (per Dei gratiam) ornati, & ab iisdem electi, ac demum etiam inuocato Dei nomine in nostro ministerio confirmati. cui Dominus (vt spero) eiectis tum furibus, tum mercenariis, benedicet. 10

25 Dei sermonem, τὸν λόγον. In tribus codicibus discrtè additur τοῦ Κυρίου: quod expressimus, vt magis esset perspicua oratio. Attaliã, εἰς Ἀτάλειαν. Ridiculũ est quod in quibusdã Latinis codicibus pro Attaliã legitur Italiã. magis excusanda est eorũ imperitia qui Mattaliã scripserunt, in nomine tantùm decepti. Est autẽ Attalia vrbs Pamphyliæ maritima, Lyciæ finibus proximã: ideóque apud Stephanũ Lyciæ attributa. Nã in Græco Stephano corruptè excusum est λυδίας pro λυκίας. quẽ crassissimũ errorẽ miror nõ fuisse ab Erasmo animaduersum, quũ Lydiæ littora ad Occidentẽ exposita mari Ægeo, non paruo tractu absint à Lycia ac Pãphylia in Meridiẽ obuersus. 11

26 Antiochiam, εἰς Ἀντιόχειαν. Græca scholia legunt εἰς Μίλητον, Miletum, sed perperam 25

27 Per ipsos, μετ' αὐτῶν. Heb. עמם. Neque enim μετὰ hoc loco propriè declarat σύν, sed potius διά, id est causam instrumentalem, cui solent Hebræi præpositiones adiũgere, vt suprà, 13.c.17, & Lucas proximo capite 15.v. 12, διʼ αὐτῶν scribit. Malè ergo Vulgata & Erasmus interpretati sunt, Cum illis: & Castellio quoque nihilo melius conuertit Secum.

IN CAPVT XV.

1 Quidam, τινὲς. Nempe Cerinthus cum suis, si credimus Epiphanio κατ' ἐκφυσητῶν. 19

Οτι ἐὰν μὴ περιτέμνησθε τῷ ἔθει Μωϋσέως, οὐ δύνασθε σωθῆναι.

tres, & dicebant, Nisi circúcidamini ritu Mosis, non potestis seruari.

fratres, Quia nisi circumcidamini secundū morē Moysi, nō poterstis saluari.

Γενομένης οὖν στάσεως καὶ συζητήσεως οὐκ ὀλίγης τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Βαρνάβᾳ πρὸς αὐτούς, ἔταξαν ἀναβαίνειν Παῦλον καὶ Βαρνάβαν καί τινας ἄλλους ἐξ αὐτῶν πρὸς τοὺς ἀποστόλους καὶ πρεσβυτέρους εἰς Ἱερουσαλήμ, περὶ τοῦ ζητήματος τούτου.

2 Orta igitur seditione ac disceptatione non exigua Paulo ac Barnabæ aduersus illos, statuerunt vt ascenderent Paulus & Barnabas & quidam alii ex illis, ad Apostolos ac Presbyteros Hierosolymam, perconcaturi de hac quæstione.

2 Facta ergo seditione nō minima Paulo & Barnabe aduersus illos, statuerunt ut ascenderent Paulus & Barnabas & quidam aliꝫ ex illis ad Apostolos & Presbyteros in Ierusalē, super hac quæstione.

Οἱ μὲν οὖν προπεμφθέντες ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας, διήρχοντο τήν τε Φοινίκην καὶ Σαμάρειαν, ἐκδιηγούμενοι τὴν ἐπιστροφὴν τῶν ἐθνῶν· καὶ ἐποίουν χαρὰν μεγάλην πᾶσι τοῖς ἀδελφοῖς.

3 Illi ergo ᵛdeducti ab Ecclesia, peragrarunt Phœnicen & Samariam, narrantes conuersionem Gentium: & adferebant gaudium magnum omnibus fratribus.

3 Illi ergo deducti ab Ecclesia, pertrāsibant Phœniam & Samariā, nārrantes conuersionem Gentiū: & faciebant gaudiū magnum omnibus fratribus.

Παραγενόμενοι δὲ εἰς Ἱερουσαλήμ, ἀπεδέχθησαν ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας καὶ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν πρεσβυτέρων, ἀνήγγειλάν τε ὅσα ὁ Θεὸς ἐποίησε μεθ' αὐτῶν.

4 Quum autem aduenissent in Hierusalem, excepti sunt ab Ecclesia & ab Apostolis ac Presbyteris, & annuntiarunt quæcunque Deus per ipsos effecerat.

4 Quū autem uenissent Ierosolymā, susceptī sunt ab Ecclesia & ab Apostolis & senioribus, annuntiantes quanta Deus fecisset cum illis.

Ἐξανέστησαν δέ τινες τῶν ἀπὸ τῆς αἱρέσεως τῶν Φαρισαίων πεπιστευκότες, λέγοντες, Ὅτι δεῖ περιτέμνειν αὐτούς, παραγγέλλειν τε τηρεῖν τὸν νόμον Μωϋσέως.

5 ᵛSed (aiebant) quidam surrexerūt è secta Phariszorum qui crediderunt, dicentes oportere circuncidere eos, & præcipere vt obseruent Legem Mosis.

5 Surrexerunt autē quidam de hæresi Phariszorum qui crediderunt, dicentes, Quia oportet circūcidi eos, præcipereque seruare Legē Moysi.

Συνήχθησαν δὲ οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἰδεῖν περὶ τοῦ λόγου τούτου.

6 Cōgregati sunt igitur Apostoli & Presbyteri vt dispicerent de hoc negotio.

6 Conuenerūntque Apostoli et seniores uidere de uerbo hoc.

Πολλῆς δὲ συζητήσεως γενομένης, ἀναστὰς Πέτρος εἶπε πρὸς αὐτούς, Ἄνδρες ἀδελφοί, ὑμεῖς ἐπίστασθε ὅτι ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων ὁ Θεὸς ἐν ὑμῖν ἐξελέξατο, διὰ τοῦ στόματός μου ἀκοῦσαι τὰ ἔθνη τὸν λόγον τοῦ εὐαγγελίου, καὶ πιστεῦσαι.

7 Quum autem multa disceptatio fuisset, surgens Petrus dixit eis, ‖ Viri fratres, vos scitis Deum ᵛiampridem inter nos ᵛelegisse me, vt per os meum audirent Gentes verbum Euangelii, & crederent.

7 Quum autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus dixit ad eos, Viri fratres, uos scitis quoniā ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meū audire Gentes uerbum Euangelij, & credere.

Supra 10.c.30 & 11.b.13

3 Deducti, προπεμφθέντες. Additi sunt ergo comites ab Ecclesia, nempe ne viderentur illi vel causam suā agere, vel ab Ecclesia Antiochena dissentire.

5 Sed (aiebant) &c. Ἐξανέστησαν δέ τινες τῶν ἀπὸ τῆς αἱρέσεως, &c. Hunc locum video omnes perinde interpretari acsi essent verba Lucæ, quasi quum suam expeditionem narrarent Paulus ac Barnabas, insurrexerint qui Circuncisionem vrgerent. quod mihi non sit admodum probabile: sed potius illos, exposita sua expeditione, subiecisse controuersiam illam Antiochiæ excitatam, cuius causa ipsi Hierosolymam venerant. Puto igitur esse illorum verba, non Lucæ: ideóque addidi verbum Aiebāt, vt ostenderem transitionem esse ab obliqua oratione ad rectam, cuius simile exemplum extat Luc. 5. c. 14 & 7. a. 4, & 5. & infrà, 16. v. 36, & 17. v. 3. Sed & apud disertos scriptores huiusmodi eclipsis in narrationibus eleganter vsurpatur. Sic enim Cæsar, Coniurationem nobilitas fecit, & ciuitati persuasit vt de finibus suis cum omnibus copiis exirent: perfacile esse, quum virtute omnibus præstarēt, totius Galliæ imperio potiri. Pro, Dixit enim perfacile esse. quod quidem dicendi genus innumerabilibus penè locis apud Titum Liuium inuenias.

7 Iampridem, ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων. Heb. מימים קדמונים, pro quo Vulgata & Erasmus habent ad verbum, A diebus antiquis: quo genere dicendi significatur plerunque tempus antiquissimum, vt Deut. 4. c. 32, & 32. a. 7, hic autē designātur quæ non ita multo post Stephani mortē acciderant. Inter nos, ἐν ἡμῖν. Heb. בנו, pro מבנינו ex nobis, seu מבינינו ex medio nostri, id est ex hoc nostro cœtu. Ponitur enim sæpe ב, id est in, pro מן vel מבין vt 1. Paral. 11. c. 10. nisi malimus interpretari ἐν ἡμῖν, nos, vt Petrus plurali numero de se loquatur. Nam sic cōstruitur apud Hebræos verbum בחר. Nonnulli ad loci ac personarum circunstantiam referunt: quasi hoc pertineat ad ἐν ὑμῖν, vel ad verbum ἀκοῦσαι. vt sit hic sensus, Deus elegit vt per me Gentes audirent verbum Dei inter nos: vel, vt Gentes quæ inter nos sunt, ex me verbum Dei intelligerent: sed hæc traiectio dura est, neque (vt opinor) vllo modo necessaria. Quidam etiam exponunt Inter nos, præsentibus, seu testibus nobis: quæ sententia vt cōueniret, videtur potius dicendum fuisse ὑφ' ὑμῶν, inter vos. Ego puto interpretationem illam quam sequutus sum, simplicissimam ac verissimam esse. Perinde enim est acsi diceret Petrus, Quid tām lōga disceptatione opus est? non verebor de meipso dicere quod verum esse omnes nostis, me videlicet ex hoc nostro cœtu ac numero delectū esse à Deo, ex cuius ore gentes intelligerent & amplecterentur Euangelicā doctrinam. Itaque quum inter nos, siue Ex nobis, dicit Petrus, x 11 Apostolorum cœtum intelligit, qui videntur peculiariter ad eum diem fuisse

circuncisioni destinati, sicut Paulus Gentibus: eo duntaxat excepto quòd Petrus primitias Gentium obtulit Deo. Quamobrem distributionem illam prouinciarum mundi inter duodecim Apostolos factam, cuius meminerunt veteres, puto vel commentitiam esse, vel, si modò fuit, certè Iudæorum causa fuisse institutam, aut certè factam post Hierosolymitanam hanc Synodum, quum iam passim Gētes in regnum Dei irrumperēt.

Elegisse me, ἐξελέξατο. id est, habito inter nos delectu voluit. Nam ἐπισκέπτεσθαι ponitur hoc loco ἀμφιβόλως: quod necui scrupulum iniiceret, suppleuimus pronomen, sententia nihil immutata.

	Καὶ ὁ καρδιογνώστης Θεὸς ἐμαρτύρησεν αὐτοῖς, δοὺς αὐτοῖς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καθὼς καὶ ἡμῖν·	8 Et Deus qui nouit corda, dedit eis testimonium, dato ipsis Spiritu sancto, sicut & nobis:	8 *Et qui nouit corda Deus testimonium perhibuit, dans illis Spiritū sanctū, sicut & nobis:*
Supra, 10.v.43 1.Cor. 1.6.1	Καὶ οὐδὲν διέκρινε μεταξὺ ἡμῶν τε καὶ αὐτῶν, τῇ πίστει καθαρίσας τὰς καρδίας αὐτῶν.	9 ¶Nihilque discreuit inter nos & illos, fide purgatis cordibus eorum.	9 *Et nihil discreuit inter nos & inter illos fide purificans corda eorum.*
Matth.23.v.4	Νῦν οὖν τί πειράζετε τὸν Θεὸν, ἐπιθεῖναι ζυγὸν ἐπὶ τὸν τράχηλον τῶν μαθητῶν, ὃν οὔτε οἱ πατέρες ἡμῶν οὔτε ἡμεῖς ἰσχύσαμεν βαστάσαι;	10 Nunc ergo quid tentatis Deum, ¶imposito iugo ceruici discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus?	10 *Nūc ergo quid tentatis Deum, imponere iugum super cernicem discipulorum, quod neque patres nostri neque nos portare potuimus?*
	Ἀλλὰ διὰ τῆς χάριτος Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ πιστεύομεν σωθῆναι, καθ' ὃν τρόπον κἀκεῖνοι.	11 Imò per gratiam Domini Iesu Christi credimus nos seruatum iri, quemadmodum & illos.	11 *Sed per gratiam Domini Iesu Christi credimus saluari, quemadmodum & illi.*
	Ἐσίγησε δὲ πᾶν τὸ πλῆθος· καὶ ἤκουον Βαρνάβα καὶ Παύλου ἐξηγουμένων ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς σημεῖα καὶ τέρατα ἐν τοῖς ἔθνεσι δι' αὐτοῦ.	12 Tacuit autem tota multitudo, & audiebant Barnabam & Paulum, exponentes quanta Deus edidisset signa & miracula per ipsos inter Gentes.	12 *Tacuit autē omnis multitudo, & audiebant Barnabam & Paulum, narrantes quanta Deus fecisset signa & prodigia in Gentibus per eos.*
	Μετὰ δὲ τὸ σιγῆσαι αὐτοὺς, ἀπεκρίθη Ἰάκωβος λέγων, Ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἀκούσατέ μου,	13 Postquam autem conticuissent, respondit Iacobus dicens, Viri fratres, audite me.	13 *Et postquam tacuerunt, respondit Iacobus dicens, Viri fratres, audite me.*
	Συμεὼν ἐξηγήσατο καθὼς πρῶτον ὁ Θεὸς ἐπεσκέψατο λαβεῖν ἐξ ἐθνῶν λαὸν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ.	14 ᵛSymeon exposuit quomodo primùm Deus respexerit Gentes, vt sumeret ᵛex ipsis populum ᵛnomini suo.	14 *Simon narrauit quemadmodum primùm Deus visitauit sumere ex Gentibus populū nomini suo.*
	Καὶ τούτῳ συμφωνοῦσιν οἱ λόγοι τῶν προφητῶν· καθὼς γέγραπται,	15 Et huic rei consonant verba Prophetarum: sicut scriptū est,	15 *Et huic concordant verba Prophetarū: sicut scriptum est,*
Amos 9.c.11	Μετὰ ταῦτα ἀναστρέψω, καὶ ἀνοικοδομήσω τὴν σκηνὴν Δαβὶδ τὴν πεπτωκυῖαν, καὶ τὰ κατεσκαμμένα αὐτῆς ἀνοικοδομήσω, καὶ ἀνορθώσω αὐτήν·	16 ¶Post hæc reuertar, & restaurabo tabernaculum Dauid collapsum, & ruinas eius restaurabo, & rursus erigam illud:	16 *Post hæc reuertar, & reædificabo tabernaculū Dauid quod decidit, & diruta eius reædificabo, & erigam illud:*
	Ὅπως ἂν ἐκζητήσωσιν οἱ κατάλοιποι τῶν ἀνθρώπων τὸν Κύριον, καὶ πάντα τὰ ἔθνη ἐφ' οὓς ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ' αὐτοὺς, λέγει Κύριος ὁ ποιῶν ταῦτα πάντα.	17 ᵛVt requirant reliqui homines Dominum, & omnes Gentes super quas inuocatum est nomen meum: dicit Dominus qui facit hæc omnia.	17 *Vt requirant cæteri hominum Dominum, & omnes gentes super quas inuocatum est nomen meum: dicit Dominus faciēs hæc.*
	Γνωστὰ ἀπ' αἰῶνός ἐστι τῷ Θεῷ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ.	18 ᵛNota sunt Deo ab omni æuo omnia opera sua.	18 *Notum à seculo est Domino opus suum.*

14 Symeon, Συμεών. Heb. שמעון, sicut etiam pleraque exēplaria scriptum habent 2.Pet.1.a.1 quū aliis omnibus locis dicatur Σίμων ש׳מעון Simon. Sed videtur à Græcis Simon pro Simeō corruptè dici, propterea quòd literam gutturalē non possunt exprimere. Neque enim duo illa Hebræa idem nomen declarare facilè cōcesserim. Ex ipsis, ἐξ ἐθνῶν. Antecedens priore loco omissum, posterius est in posteriore, relatiui loco, ex Hebræorū idiotismo, quem si serues, obscurior fiet oratio. Nomini suo, ὀνόματι αὐτοῦ. Heb. לשמו. Est autē ὄνομα ἐπικεῖσθαι dictum Nomini suo, pro Sibi: aut huc respexit Iacobus, quòd sancti à Christo cognominentur Christiani.

17 Vt requirant, ὅπως ἂν ἐκζητήσωσιν. Hebræa veritas habet, Vt possideant reliquias Edom. Sed idem sensus est, quum eos demum possideat Ecclesia qui Dominum requirunt. Videntur tamen Græci interpretes pro ארום legisse אדם. Nonnulla præterea omissa sunt quæ in Græca editione extant: sed ita tamen vt de sententia ipsa nihil detraxerit Lucas. 18 Nota sunt, &c. γνωστὰ, &c. Cōplutēsis editio legit ἔστι γνωστὰ ἀπ' αἰῶνος αὐτῷ, id est, quæ sunt ei nota ab æterno, siue ab omni æuo. Nam αἰών, id est עולם, hoc loco ita oportet explicare.

Δεῖ γὰρ

Διὸ ἐγὼ κρίνω μὴ παρενοχλεῖν τοῖς
ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐπιστρέφουσιν ἐπὶ τὸν
Θεόν.

Ἀλλὰ ἐπιστεῖλαι αὐτοῖς τοῦ ἀπέχεσθαι
ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων καὶ
τῆς πορνείας καὶ τοῦ πνικτοῦ καὶ τοῦ αἵματος.

Μωσῆς γὰρ ἐκ γενεῶν ἀρχαίων κατὰ
πόλιν τοὺς κηρύσσοντας αὐτὸν ἔχει, ἐν ταῖς
συναγωγαῖς κατὰ πᾶν σάββατον ἀναγι-
νωσκόμενος.

Τότε ἔδοξε τοῖς ἀποστόλοις καὶ τοῖς πρε-
σβυτέροις σὺν ὅλῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐκλε
ξαμένους ἄνδρας ἐξ αὐτῶν πέμψαι εἰς
Ἀντιόχειαν σὺν τῷ Παύλῳ καὶ Βαρνάβᾳ·
Ἰούδαν τὸν ἐπικαλούμενον Βαρσαβᾶν, καὶ
Σίλαν, ἄνδρας ἡγουμένους ἐν τοῖς ἀδελφοῖς·

Γράψαντες διὰ χειρὸς αὐτῶν τάδε·
Οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ ἀ-
δελφοὶ, τοῖς κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν καὶ Συ-
ρίαν καὶ Κιλικίαν ἀδελφοῖς τοῖς ἐξ ἐθνῶν,
χαίρειν.

Ἐπειδὴ ἠκούσαμεν ὅτι τινὲς ἐξ ἡμῶν
ἐξελθόντες ἐτάραξαν ὑμᾶς λόγοις, ἀνα-
σκευάζοντες τὰς ψυχὰς ὑμῶν, λέγοντες
περιτέμνεσθαι, καὶ τηρεῖν τὸν νόμον, οἷς οὐ
διεστειλάμεθα·

Ἔδοξεν ἡμῖν γενομένοις ὁμοθυμαδὸν,
ἐκλεξαμένοις ἄνδρας πέμψαι πρὸς ὑ-
μᾶς, σὺν τοῖς ἀγαπητοῖς ἡμῶν Βαρνάβᾳ
καὶ Παύλῳ,

Ἀνθρώποις παραδεδωκόσι τὰς ψυχὰς
αὐτῶν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου ἡ-
μῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Ἀπεστάλκαμεν οὖν Ἰούδαν καὶ Σί-
λαν, καὶ αὐτοὺς διὰ λόγου ἀπαγγέλον-
τας τὰ αὐτά.

Ἔδοξε γὰρ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι καὶ ἡμῖν,
μηδὲν πλέον ἐπιτίθεσθαι ὑμῖν βάρος

19 Quamobrem ego censeo
non esse obturbandos eos ex
Gentibus qui ad Deum con-
uertuntur:

20 Sed ad eos scribendum vt
abstineant à pollutionibus ido
lorum, & scortatione, & suffoca
to, & sanguine.

21 Moses enim ab ætatibus an-
tiquis in singulis ciuitatibus ha-
bet qui ipsum prædicent, quum
in synagogis per singula Sab-
batha legatur.

22 Tunc visum est Apostolis &
senioribus cum tota Ecclesia,
delectos ex sese viros mittere
Antiochiam cum Paulo & Bar
naba: nempe Iudam qui cogno-
minabatur Barsabas, & Silam,
viros primarios inter fratres:

23 Et ista per manus eorum mit
tenda scribere: Apostoli & Pre-
sbyteri & fratres, iis qui sunt
Antiochiæ & in Syria & in Cili
cia fratribus, qui sunt ex Gentibus, salutem.

24 Quoniã quosdã è nobis egres-
sos audiuimus vos turbasse ver
bis, labefactantes animas ve-
stras, iubẽtes nos circũcidi, & ser
uare Legẽ, quibus hoc non præ-
ceperamus:

25 Visum est nobis concorditer
coactis, electos viros mittere
ad vos cum dilectis nostris Bar
naba & Paulo,

26 Hominibus qui exposuerũt
animas suas pro nomine Do-
mini nostri Iesu Christi.

27 Misimus ergo Iudam & Silã,
qui & ipsi vobis eadem verbis
renuntiabunt.

28 Visum est enim Spiritui san
cto ac nobis nequid amplius
imponeremus vobis oneris

19 *Propter quòd ego iudico nõ inquietari eos qui ex Gẽtibus conuertuntur ad Deum:*

20 *Sed scribere ad eos vt abstineãt se à cõtaminationibus simulacrorũ, & fornicatione, & suffocatis, & sanguine.*

21 *Moyses enim à tẽporib⁹ antiquis habet in singulis ciuitatibus qui eum prædicant in synagogis, vbi per omne sabbathum legatur.*

22 *Tunc placuit Apostolis & senioribus cum omni Ecclesia, eligere viros ex eis, & mittere Antiochiã cum Paulo & Barnaba: Iudã qui cognominabatur Barsabas, & Silam, viros primos in fratrib⁹ t*

23 *Scribẽtes per manus eorũ: Apostoli & seniores, fratres, iis qui sunt Antiochiæ & Syriæ & Ciliciæ fratribus ex Gẽtibus, salutem.*

24 *Quoniam audiuimus quia quidã ex nobis exeuntes turbauerunt vos verbis, euertẽtes animas nostras, quibus non mandauimus:*

25 *Placuit nobis collectis in vnũ, eligere viros, & mittere ad vos cum charissimis nostris Barnaba & Paulo,*

26 *Hominibus qui tradiderunt animas suas pro nomine Domini nostri Iesu Christi.*

27 *Misimus ergo Iudam & Silã, qui & ipsi nobis verbis referent eadem.*

28 *Visum est enim Spiritui sancto & nobis, nihil vltrà imponere nobis oneris*

19 Censeo, κρίνω. Vulg. Iudico, quod nimium videri possit imperiosum, nisi addas τὸ κατ' ἐμέ, id est quod ad me attinet, vt apparet legisse Irenæum lib. 3. cap. 11.

20 A pollutionibus idol. ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων. Vel, à sacrificiis seu conuiuiis quæ in idolorum templis agitabantur. Intelligit enim idolothyta, vt liquet ex adiuncta epistola, & τὰ ἀλισγήματα etiam declarat τὰ ἱερεῖα. Irenæi interpres habet A vanitatibus. Et sanguine, καὶ τοῦ αἵματος. In duobus codicibus & apud Irenæũ additur, καὶ ὅσα αὐτοῖς μὴ θέλουσι γίνεσθαι, ἕτερα μὴ ποιεῖν. id est, & quæcunque sibi nolint fieri, aliis ne faciant. Idque etiam paulo pòst in epistola ipsa Synodi eodem loco rursus adscriptum inuenimus non tãtùm in duobus illis exemplaribus, sed & in editione Complutensi. Apud Irenæum tamen nulla fit mentio suffocati, & à Græcis additum fuisse dicit Ambrosius, scribens in caput secundum ad Galatas.

24 Labefactantes, ἀναστατοῦντες. Vulg. Euertentes, διαστρέφοντες. Est autem illud contrarium τοῦ οἰκοδομεῖν, hoc verò τοῦ στηρίζειν. quod vtrunque frequenter apud Apostolũ occurrit. Quibus hoc, &c. οἷς οὐ διεστειλάμεθα. Notandum est hoc pertinere ad verbum ἐπέταξαν, non autem ad participium λέγοντες. Sed hæc omnia λέγοντες ἀκούσαντες ἐξ ἡμῶν ἐκ τοῦ νόμου, in Vetere editione non legũtur. Apud Irenæum autem illa οἷς οὐ διεστειλάμεθα, subiiciuntur pòst ψυχὰς ὑμῶν.

πλὴν τῶν ἐπάναγκες τούτων.

Ἀπέχεσθαι εἰδωλοθύτων καὶ αἵματος καὶ πνικτοῦ καὶ πορνείας· ἐξ ὧν διατηροῦντες ἑαυτοὺς, εὖ πράξετε. Ἔρρωσθε.

Οἱ μὲν οὖν ἀπολυθέντες ἦλθον εἰς Ἀντιόχειαν· καὶ συναγαγόντες τὸ πλῆθος, ἐπέδωκαν τὴν ἐπιστολήν.

Ἀναγνόντες δὲ, ἐχάρησαν ἐπὶ τῇ παρακλήσει.

Ἰούδας δὲ καὶ Σίλας, καὶ αὐτοὶ προφῆται ὄντες, διὰ λόγου πολλοῦ παρεκάλεσαν τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ ἐπεστήριξαν.

Ποιήσαντες δὲ χρόνον, ἀπελύθησαν μετ' εἰρήνης ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν πρὸς τοὺς ἀποστόλους.

Ἔδοξε δὲ τῷ Σίλᾳ ἐπιμεῖναι αὐτοῦ.

Παῦλος δὲ καὶ Βαρνάβας διέτριβον ἐν Ἀντιοχείᾳ, διδάσκοντες καὶ εὐαγγελιζόμενοι μετὰ καὶ ἑτέρων πολλῶν, τὸν λόγον τοῦ Κυρίου.

Μετὰ δέ τινας ἡμέρας εἶπε Παῦλος πρὸς Βαρνάβαν, Ἐπιστρέψαντες δὴ ἐπισκεψώμεθα τοὺς ἀδελφοὺς κατὰ πᾶσαν πόλιν, ἐν αἷς κατηγείλαμεν τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, πῶς ἔχουσι.

Βαρνάβας δὲ ἐβουλεύσατο συμπαραλαβεῖν καὶ Ἰωάννην τὸν καλούμενον Μάρκον.

Παῦλος δὲ ἠξίου, τὸν ἀποστάντα ἀπ' αὐτῶν ἀπὸ Παμφυλίας, καὶ μὴ συνελθόντα αὐτοῖς εἰς τὸ ἔργον, μὴ συμπαραλαβεῖν τοῦτον.

Ἐγένετο οὖν παροξυσμὸς, ὥστε ἀπο-

quàm hæc neceſſaria:

29 videlicet vt abſtineatis ab iis quæ ſunt immolata ſimulacris, & ſanguine, & ſuffocato, & ſcortatione: à quibus ſi conſeruaueritis voſipſos, ᵛ bene agetis. Valete.

30 Illi igitur dimiſſi venerunt Antiochiam: & coacta multitudine reddiderunt epiſtolam.

31 Quam quum legiſſent, gauiſi ſunt ſuper exhortatione.

32 Iudas quoq; & Silas, quum eſſent & ipſi Prophetæ, multo ſermone ᵛ adhortati ſunt fratres, & confirmarunt.

33 Et quum egiſſent illic aliquandiu, dimiſſi ſunt ᵛ cum pace à fratribus ad Apoſtolos.

34 Sed Silæ viſum eſt ibi manere.

35 ᵛ Paulus autem & Barnabas quoque egerũt Antiochiæ, docentes & euangelizantes cum aliis etiam multis, ſermonem Domini.

36 Poſt aliquot autem dies dixit Barnabæ Paulus, Reuerſi inuiſamus fratres noſtros per omnes ciuitates in quibus annunciauimus ſermonẽ Domini, ᵛ cognituri quomodo habeãt.

37 Barnabas autẽ ᵛ conſuluit vt aſſumerent ſecum Iohannem qui vocabatur Marcus:

38 Paulus autem ᵛ æquum cenſebat, eum non aſſumere qui abſceſſiſſet ab ipſis ex Pamphylia, nec eorum comes in illo opere fuiſſet.

39 ᵛ Sic igitur ſunt exacerbati, vt

quàm hæc neceſſaria:

29 Vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorũ & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione: à quibus cuſtodientes vos, bene agetis. Valete.

30 Illi ergo dimiſſi deſcẽderunt Antiochiam: & congregata multitudine tradiderunt epiſtolam.

31 Quã quum legiſſent, gauiſi ſunt ſuper conſolatione.

32 Iudas autem & Silas, & ipſi quum eſſent Prophetæ, uerbo plurimo conſolati ſunt fratres, & confirmarunt.

33 Facta autẽ ibi aliquãto tempore, dimiſſi ſunt cum pace à fratribus ad eos qui miſerant illos.

34 Viſum eſt autem Silæ ibi remanere.

35 Paulus autem & Barnabas demorabantur Antiochiæ, docentes & euangelizantes cum aliis pluribus, uerbum Domini.

36 Poſt aliquot autem dies dixit ad Barnabam Paulus, Reuertẽtes uiſitemus fratres per uniuerſas ciuitates in quibus prædicauimus uerbũ Domini, quomodo ſe habeant.

37 Barnabas autem uolebat ſecum aſſumere & Iohannẽ qui cognominabatur Marcus:

38 Paulus autem rogabat eum, ut qui diſceſſiſſet ab eis de Pamphylia, & non iſſet cum eis in opus, non debere recipi.

39 Factus eſt autẽ diſſẽſio,

29 Bene agetis, εὖ πράξετε. Irenæi interpres addit, Ambulantes in Spiritu ſancto, πορευόμενοι ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.

31 Adhortati ſunt, παρεκάλεσαν. Vel, conſolati ſunt, vt etiam in ſuperiore verſiculo παράκλησιν poſſumus interpretari Conſolationem, vel adhortationem.

33 Cum pace, μετ' εἰρήνης. Heb. בשלום, id eſt fratribus bene illis precantibus, & cum bona Eccleſiæ venia. Hæc autem refero non ad illorum profectionem, ſed dimiſſionem: ne cogamur ſynecdochen hic conſtituere. Venit ergo vterque diſcedẽdi veniã petiturus ab Eccleſia: quæ quũ eos benignè à ſe dimiſiſſet, & ipſi iam profecturi viderentur, Silas tamen manſit Antiochiæ, certis de cauſis, nimirum mutato conſilio, quanuis illas Paulus non explicet.

35 Paulus autem, Παῦλος δέ. Si cum Vetere interprete & Eraſmo conuertas, Paulus autem, iſta non admodum videbuntur cohærere: ſed ſi præcedẽti verſiculo adieceris quod in vno codice ſcriptum inuenimus, pulchrè omnia cohærebunt: iſta videlicet, οἵτινες δὲ Ἰούδας ἐπορεύθη, Solus verò Iudas profectus eſt.

36 Cognituri quomodo habeant, πῶς ἔχωσι. Suppleui, vt rudioribus conſulerem, quod prætermiſſum reddebat ſentẽtiam obſcuriorem: quanuis in communi ſermone multa eiuſmodi ſoleant vſurpari. Sic Dido apud Virgilium, -- equidem per littora certos Dimittam, & Libyæ luſtrare extrema iubebo, Si quibus eiectus ſyluis aut vrbibus errat.

37 Conſuluit, ἐβουλεύσατο. In duobus codicibus legimus ἐβούλετο, volebat, & quidem rectius, vt opinor.

38 Æquum cenſebat non aſſumere, ἠξίου μὴ συμπαραλαβεῖν. Vulg. Rogabat non debere recipi, barbarè & obſcurè. Eraſ. Nolebat vt adiungeretur: quod durius quiddam declarat.

39 Sic igitur ſunt exacerbati, ἐγένετο οὖν παροξυσμός. Vel, Tanta igitur fuit animorum exacerbatio. Vul-

gata maluit παρεξυσμὸν vertere Diſſẽſionem, non ſatis expreſſè: quo nomine quum meritò reprehendatur ab Eraſmo, miror cur Acrem diſceptationem maluerit interpretari. Nam ne hoc quidem Græcis reſpondet.

χωρισθῆναι αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων· τόν τε Βαρνάβαν παραλαβόντα Μάρκον, ἐκπλεῦσαι εἰς Κύπρον·

alter ab altero diſcederet: & Barnabas aſſumpto Marco nauigaret Cyprum:

ita ut diſcederent ab inuicem: & Barnabas quidem aſſumpto Marco nauigaret Cyprum:

Παῦλος δὲ ἐπιλεξάμενος Σίλαν ἐξῆλθε, παραδοθεὶς τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν.

Paulus verò allecto Sila abiit, commendatus gratiæ Dei à fratribus.

Paulus uerò electo Sila profectus eſt, traditus gratiæ Dei à fratribus.

Διήρχετο δὲ τὴν Συρίαν καὶ Κιλικίαν, ἐπιστηρίζων τὰς ἐκκλησίας.

Peragrauítque Syriam ac Ciliciam; confirmans Eccleſias.

Perambulabat autem Syriam & Ciliciam, confirmans Eccleſias.

Κεφάλαιον ις'

CAP. XVI.

CAP. XVI.

Κατήντησε δὲ εἰς Δέρβην καὶ Λύστραν· καὶ ἰδοὺ, μαθητής τις ἦν ἐκεῖ ὀνόματι Τιμόθεος, υἱὸς γυναικός τινος Ἰουδαίας πιστῆς, πατρὸς δὲ Ἕλληνος·

Pervenit autem Derben & Lyſtram: & ecce, diſcipulus quidam erat illic nomine Timotheus, filius mulieris cuiuſdam Iudææ fidelis, cæterùm patre Græco.

Peruenit autẽ in Derben & Lyſtram, & ecce, diſcipulus quidam erat ibi nomine Timotheus, filius mulieris cuiuſdam Iudææ fidelis, patre Gentili.

Rom.16.c.21 philip.1.c.19 1.theſſ.3.a.2

Ὃς ἐμαρτυρεῖτο ὑπὸ τῶν ἐν Λύστροις καὶ Ἰκονίῳ ἀδελφῶν.

Huic dabant teſtimonium fratres qui Lyſtris erant & Iconii.

Hunc teſtimonium bonum reddebant qui in Lyſtris erant & Iconio fratres.

Τοῦτον ἠθέλησεν ὁ Παῦλος σὺν αὐτῷ ἐξελθεῖν· καὶ λαβὼν περιέτεμεν αὐτὸν, διὰ τοὺς Ἰουδαίους τοὺς ὄντας ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις· ἤδεισαν γὰρ ἅπαντες ὅτι πατέρα αὐτοῦ ὅτι Ἕλλην ὑπῆρχεν.

Eum itaque voluit Paulus ſecum proficiſci: & aſſumptum eum circuncidit, propter Iudæos qui in illis locis erãt: ſciebant enim omnes patrem eius Græcum eſſe.

Hunc uoluit Paulus ſecum proficiſci: & aſſumẽs circũcidit eũ, propter Iudeos qui erant in illis locis: ſciebãt enim omnes quòd pater eius erat Gẽtilis.

Ὡς δὲ διεπορεύοντο τὰς πόλεις, παρεδίδουν αὐτοῖς φυλάσσειν τὰ δόγματα τὰ κεκριμένα ὑπὸ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν πρεσβυτέρων τῶν ἐν Ἰερουσαλήμ.

Prout autem pertranſibant vrbes, tradebant eis ſeruanda inſtituta quæ decreta fuerant ab Apoſtolis & Preſbyteris qui Hieroſolymis erant.

Quum autẽ pertrãſirent ciuitates, tradebant eis cuſtodire dogmata, quæ erant decreta ab Apoſtolis & ſenioribus qui erãt Ieroſolymis.

Αἱ μὲν οὖν ἐκκλησίαι ἐστερεοῦντο τῇ πίστει, καὶ ἐπερίσσευον τῷ ἀριθμῷ καθ' ἡμέραν.

Itaque Eccleſiæ confirmabantur fide, & augebantur numero quotidie.

Et Eccleſiæ quidẽ confirmabantur fide, & abundabant numero quotidie.

Διελθόντες δὲ τὴν Φρυγίαν καὶ τὴν Γαλατικὴν χώραν, κωλυθέντες ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λαλῆσαι τὸν λόγον ἐν τῇ Ἀσίᾳ,

Phrygia autem peragrata & Galatica regione, prohibiti à Spiritu ſancto loqui ſermonẽ in Aſia,

Tranſeuntes autem Phrygiam & Galatiæ regionem, uetati ſunt à Spiritu ſancto loqui uerbum in Aſia.

Ἐλθόντες κατὰ τὴν Μυσίαν, ἐπείραζον κατὰ τὴν Βιθυνίαν πορεύεσθαι· καὶ οὐκ εἴασεν αὐτοὺς τὸ Πνεῦμα.

Quum veniſſent in Myſiam, tentabãt ire in Bithyniã: ſed non ſiuit eos *ire* Spiritus.

Quum uenisſent autem in Myſiam, tentabãt ire in Bithyniam: & non ſmiſit eos Spiritus Ieſu.

Παρελθόντες δὲ τὴν Μυσίαν, κατέβησαν εἰς Τρωάδα.

Præterita autem Myſia, deſcenderunt Troada.

Quũ autem pertrãſiſſent Myſiam, deſcenderunt Troadem.

Καὶ ὅραμα διὰ τῆς νυκτὸς ὤφθη τῷ Παύλῳ· Ἀνήρ τις Μακεδὼν ἑστὼς, παρακαλῶν αὐτὸν, καὶ λέγων, Διαβὰς εἰς Μακεδονίαν βοήθησον ἡμῖν.

Et viſum per noctem apparuit Paulo: Vir Macedo quidã aderat ſtans & rogans eum, & dicens, Traiice in Macedoniã, & ſuccurre nobis.

Et viſio per noctem Paulo oſtenſa eſt: Vir Macedo quidã erat ſtans & deprecans eum, & dicens, Tranſiens in Macedoniã adiuua nos.

IN CAPVT XVI.

4 Inſtituta, δόγματα. vel, Decreta: illa videlicet quorum antè facta eſt mentio. Neque enim dogmatis appellatione doctrina ipſa intelligitur.

5 Augebantur, ἐπερίσσευον. Vel, exuberabant. Vulgata & Eraſmus, Abundabant, malè hoc quidem loco.

Ως δὲ τὸ ὅραμα εἶδεν, εὐθέως ἐζητήσαμεν ἐξελθεῖν εἰς τὴν Μακεδονίαν, συμβιβάζοντες ὅτι προσκέκληται ἡμᾶς ὁ Κύριος εὐαγγελίσασθαι αὐτούς.

10 Vt autem visum vidit, statim studuimus abire in Macedoniam, collatis argumentis colligentes vocasse nos Dominum vt eis euangelizaremus.

10 *Vt autem visum vidit, statim quæsiuimus proficisci in Macedoniam, ratus ſibi quòd vocaſſet nos Deus euãgelizare eis.*

Ἀναχθέντες οὖν ἀπὸ τῆς Τρωάδος, εὐθυδρομήσαμεν εἰς Σαμοθρᾴκην, τῇ τε ἐπιούσῃ εἰς Νεάπολιν·

11 Proiecti igitur Troade, rectum cursum tenuimus Samothracen, & sequenti die Neapolin:

11 *Nauigantes autem à Troade, recto curſu venimus Samothracã: & ſequenti die Neapolim:*

Ἐκεῖθέν τε εἰς Φιλίππους, ἥτις ἐστὶ πρώτη τῆς μερίδος τῆς Μακεδονίας πόλις, κολωνία. ἦμεν δὲ ἐν ταύτῃ τῇ πόλει διατρίβοντες ἡμέρας τινάς.

11 Et illinc Philippos, quæ est prima partis Macedoniæ vrbs, colonia. Egimus autem in ea vrbe aliquot dies.

11 *Et inde Philippos, quæ eſt prima partis Macedoniæ ciuitas, colonia. Eramus autem in hac vrbe diebus aliquot conſiſtentes.*

Τῇ τε ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων ἐξήλθομεν ἔξω τῆς πύλεως παρὰ ποταμόν, οὗ ἐνομίζετο προσευχὴ εἶναι· καὶ καθίσαντες ἐλαλοῦμεν ταῖς συνελθούσαις γυναιξί.

13 Et die Sabbathi egressi sumus ex vrbe ad flumen, vbi solebat esse precatio: vbi quũ consedissemus, alloquuti sumus mulieres quæ conuenerant.

13 *Die autem Sabbatorũ egreſſi ſumus foras portã iuxta flumen, vbi iudicabatur oratio eſſe, & ſedentes loquebamur mulieribus quæ conuenerant.*

Καί τις γυνὴ ὀνόματι Λυδία, πορφυρόπωλις πόλεως Θυατείρων, σεβομένη τὸν Θεόν, ἤκουεν· ἧς ὁ Κύριος διήνοιξε τὴν καρδίαν, προσέχειν τοῖς λαλουμένοις ὑπὸ τοῦ Παύλου.

14 Quædam autem mulier nomine Lydia, quæ purpuram vendebat in vrbe Thyatirorum, Deum colens, nos audiuit: cuius Dominus adaperuit cor vt attenderet ea quæ dicebantur à Paulo.

14 *Et quædam mulier nomine Lydia, purpuraria ciuitatis Thyatirenorum, colens Deum, audiuit: cuius Dominus aperuit cor intendere iis quæ dicebantur à Paulo.*

Ὡς δὲ ἐβαπτίσθη, καὶ ὁ οἶκος αὐτῆς, παρεκάλεσε, λέγουσα, Εἰ κεκρίκατέ με πιστὴν τῷ Κυρίῳ εἶναι, εἰσελθόντες εἰς τὸν οἶκόν μου, μείνατε. Καὶ παρεβιάσατο ἡμᾶς.

15 Quum verò baptizata esset, & domus eius, rogauit nos, dicens, Si iudicastis me fidelem esse Domino, ingressi domum meam, manete. Et adegit nos.

15 *Quum autem baptizata eſſet, & domus eius, deprecata eſt, dicens, Si iudicaſtis me fidelẽ Domino eſſe, introeuntes in domũ meam, manete. Et coegit nos.*

Ἐγένετο δὲ πορευομένων ἡμῶν εἰς προσευχήν, παιδίσκην τινὰ ἔχουσαν πνεῦμα Πύθωνος, ἀπαντῆσαι ἡμῖν, ἥτις ἐργασίαν πολλὴν παρεῖχε τοῖς κυρίοις αὐτῆς, μαντευομένη.

16 Factum est autem proficiscẽtibus nobis ad precationem, vt ancillula quædam habens spiritum Pythonis, occurreret nobis, quæ quæstum magnum præbebat dominis suis, vaticinando.

16 *Factum eſt autem euntibus nobis ad orationem, puellam quãdam habentem ſpiritum Pythonem obuiare nobis quæ quæſtum magnum præſtabat dominis ſuis, diuinando.*

Αὕτη κατακολουθήσασα τῷ Παύλῳ

17 Hæc subsequuta Paulum

17 *Hæc ſubſequuta Paulũ*

10 Collatis argumentis colligentes, συμβιβάζοντες. Plato in Hippia minore, ἐὰν αὐτοῦ ἐξ ὧν συμβιβάζω τὰ λεγόμενα: qui locus à doctissimo viro Ioach. Camerario citatus, optimè declarat huius verbi translatitiam significationem. Nam propriè illud ipsum significat quod Gallis *adiuger*, vt exposuimus suprà, 9. d. 22. & ita vsurpatur à Paulo Eph. 4. d. 16. & Col. 2. d. 19. Itaque mihi non satisfacit Budæus qui συμβαίνοντες interpretatur, id est coniicientes. Vulg. verò & Erasmulto minus, qui συμβιβάζοντες exponunt Certi facti, ideſt πληροφορηθέντες, vel συμβεβηκότες, pro quo tamen potius dicendum fuerat Certiores facti.

11 Troade, ἀπὸ Τρωάδος. Erasmus vrbem fuisse dicit eius nominis maritimam, quæ & Antigonia dicta fuerit: quod apud vnum Plinium inuenio. Nam cæteri Troada non pro vrbe, sed pro regione accipiunt. Fuit autem istius ciuitatis triplex nomen, nempe Troas, Antigonia, & Alexandria, cuius frequenter meminit Galenus, non autem illius Ægyptiæ. Neapolin, εἰς Νεάπολιν. Ridiculũ est quod de Cariæ Neapoli quidam tradidit hoc loco, quum hæc manifestè appareat ad Neapolin illam pertinere quæ proxima est Philippis, in ipso Thraciæ ac Macedoniæ confinio. 19

13 Solebat, ἐνομίζετο. Id est, vbi de more ac consuetudine haberi consueuerant conuentus. Vetus autem interpres deceptus huius verbi varia significatione, conuertit Videbatur, id est ἐδόκει. 51

14 Quæ purpuram vendebat, πορφυρόπωλις, id est πορφύραν πωλοῦσα. Ideo singulari numero dicere malui purpuram, nequis de purpuris piscibus agi putet.

16 Ancillula quædam, παιδίσκην τινά. Vulg. Puella quædam. sed conditionẽ, non ætatẽ designari apparet ex eo quòd mox fiat mentio dominorũ. Pythonis, Πύθωνος. Epitheton Apollinis, qui responsa daret petentibus, παρὰ τὸ πυνθάνεσθαι, vnde Apollo Pythius, qui & Delphicus, à loco illo celebri dicebatur cui etiam nomen fuit Pytho. Græci interpretes aliquoties in Bibliis ἐγγαστρίμυθον sunt interpretati, quòd ex obsessarum mulierum ventre oracula solerent edere. Hebræi non prorsus dissimili ratione videntur אוב & אובות vocare, quòd earum ventres instar vtris intumescerent. 20

καὶ ἡμῖν, ἐκραζε λέγουσα, Οὗτοι οἱ ἄνθρωποι, δοῦλοι τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου εἰσίν, οἵτινες καταγγέλλουσιν ἡμῖν ὁδὸν σωτηρίας.

ac nos, clamabat, dicens, Isti homines, serui sunt Dei illius summi, qui annuntiant vobis viam salutis.

ac nos, clamabat, dicens, Isti homines, serui Dei excelsi sunt, qui annuntiant nobis viam salutis.

Τοῦτο δὲ ἐποίει ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας. διαπονηθεὶς δὲ ὁ Παῦλος, καὶ ἐπιστρέψας, τῷ πνεύματι εἶπε, Παραγγέλλω σοι ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐξελθεῖν ἀπ' αὐτῆς. Καὶ ἐξῆλθεν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ.

18 Hoc autem fecit ad multos dies. sed moleste ferens Paulus, & conuersus, spiritui dixit, Præcipio tibi per nomen Iesu Christi vt exeas ab ea. Exijt igitur eodem illo momento.

18 Hoc autē faciebat multis diebus. dolens autem Paulus. & conuersus, spiritui dixit, Præcipio tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea. Et exijt eadē hora.

Ἰδόντες δὲ οἱ κύριοι αὐτῆς ὅτι ἐξῆλθεν ἡ ἐλπὶς τῆς ἐργασίας αὐτῶν, ἐπιλαβόμενοι Παῦλον καὶ Σίλαν, εἵλκυσαν εἰς τὴν ἀγορὰν ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας.

19 Videntes autē domini abiisse spem quæstus sui, prehensum Paulum & Silam traxerunt in forum ad magistratus.

19 Videntes autem domini ea quæ eximie spes quæstus eorū, apprehēdentes Paulum & Silam, perduxerunt in forū ad principes.

Καὶ προσαγαγόντες αὐτοὺς τοῖς στρατηγοῖς, εἶπον, Οὗτοι οἱ ἄνθρωποι ἐκταράσσουσιν ἡμῶν τὴν πόλιν, Ἰουδαῖοι ὑπάρχοντες.

20 Et offerentes eos præfectis, dixerunt, Homines isti conturbāt ciuitatem nostram, quum sint Iudæi:

20 Et offerentes eos magistratibus dixerunt, Hi homines conturbant ciuitatem nostram, quum sint Iudæi

Καὶ καταγγέλλουσιν ἔθη ἃ οὐκ ἔξεστιν ἡμῖν παραδέχεσθαι, οὐδὲ ποιεῖν, Ῥωμαίοις οὖσι.

21 Et annuntiant ritus quos non licet nobis suscipere, neque vsurpare, quum simus Romani.

21 Et annuntiant morem quem non licet nobis suscipere, neque facere, quū simus Romani.

Καὶ συνεπέστη ὁ ὄχλος κατ' αὐτῶν, καὶ οἱ στρατηγοὶ περιρήξαντες αὐτῶν τὰ ἱμάτια, ἐκέλευον ῥαβδίζειν.

22 Vnà autem insurrexit turba aduersus eos: & præfecti diruptis eorum vestibus iusserūt eos virgis cædi.

22 Et cucurrit plebs aduersus eos, & magistratus, scissis tunicis eorum, iusserunt eos virgis cædi.

Πολλάς τε ἐπιθέντες αὐτοῖς πληγάς, ἔβαλον εἰς φυλακήν, παραγγείλαντες τῷ δεσμοφύλακι ἀσφαλῶς τηρεῖν αὐτούς.

23 Quúmque multas plagas eis imposuissent, coniecerunt eos in carcerem, additis mandatis commentariensi vt tutò eos asseruaret.

23 Et quū multas plagas eis imposuissent, miserunt eos in carcerē, præcipientes custodi ut diligenter custodiret eos.

Ὃς παραγγελίαν τοιαύτην εἰληφώς, ἔβαλεν αὐτοὺς εἰς τὴν ἐσωτέραν φυλακήν, καὶ τοὺς πόδας αὐτῶν ἠσφαλίσατο εἰς τὸ ξύλον.

24 Qui quùm tale mandatum accepisset, coniecit eos in intimum carcerem, & pedes eorum adstrinxit numella.

24 Qui quū tale præceptum accepisset, misit eos in interiorem carcerem, & pedes eorum strinxit ligno.

Κατὰ δὲ τὸ μεσονύκτιον Παῦλος καὶ Σίλας προσευχόμενοι ὕμνουν τὸν Θεόν· ἐπηκροῶντο δὲ αὐτῶν οἱ δέσμιοι.

25 Media autem nocte precantes Paulus & Silas hymnos canebant: & qui vincti erant exaudiebant eos.

25 Media autē nocte Paulus & Silas orantes laudabant Deum: & audiebant eos qui in custodia erant.

Ἄφνω δὲ σεισμὸς ἐγένετο μέγας, ὥστε σαλευθῆναι τὰ θεμέλια τοῦ δεσμωτηρίου·

26 Repentè verò terræmotus magnus extitit, ita vt concuterentur fundamenta carceris:

26 Subitō uerō terræmotus factus est magn⁹, ita ut moueretur fundamēta carceris:

19 Abiisse, ἐξῆλθεν. vel Exisse. Sic enim venustè loquitur Lucas, quasi vnà cum illo impuro spiritu quæstus etiam istorum emigrasset.

20 Præfectis, στρατηγοῖς. Vel prætoribus. Sic enim Græci scriptores eos vocant quos Latini in prouincias missos, prætores vocant. Sed hoc loco sic videtur vocari qui ius dicebant, & fortassis erant ipsius proprætoris legati, quum multitudinis numero vtatur, sicut etiam proconsulum meminit infrà, 19. v. 38.

21 Vnà autē insurrexit, καὶ συνεπέστη. Vulgata, Et cucurrit, καὶ ἔδραμε. Erasmus, Et concurrit, καὶ συνέδραμε. Diruptis eorum vestibus, περιρήξαντες αὐτῶν τὰ ἱμάτια. Erasmus, Scissis vestibus suis. Est autem, inquit, anceps sermo, vtrum magistratus lacerarint Apostolorum tunicas, an suas ipsorum. Ego verò nullam hic video speciem ambiguitatis, & multo etiam magis miror, Erasmum eam opinionem esse amplexum quæ nullam veri speciem habet. Virgis cædi, ῥαβδίζειν. Vide Mar. 14. g. 65.

24 Adstrinxit, ἠσφαλίσατο. Id est, Vt tutius asseruarentur, compegit eorum pedes in numellam. Nam ἀσφαλίζεσθαι proprie firmare significat: sed ex antecedente intelligitur consequens. Numella, εἰς ξύλον. Vulgata & Erasmus perobscurè, In ligno. Neque verò ξύλον hoc in loco lignum declarat, sed ligneæ machinæ genus, quod Latini Numellam vocant: in quam (vt ait Nonius) & pedes & collū immittebant. Aristophanes, οὔτοι φιλῶν τοῦτον τὸν ξύλον κἀπέχομαι. Herodotus, ἐν ξύλῳ ἐδέησε. Plautus in Perſa, —tantisper quidem Vt sis apud me lignea in custodia.

ἀνεῴχθησάν τε παραχρῆμα αἱ θύραι πᾶσαι, καὶ πάντων τὰ δεσμὰ ἀνέθη.

& illico apertæ ſunt omnes fores, & omnium vincula ᵛ laxata.

& ſtatim apertæ ſunt omnes oſtia, & uniuerſorũ vincula ſoluta ſunt.

Ἐξυπνος δὲ γενόμενος ὁ δεσμοφύλαξ, καὶ ἰδὼν ἀνεῳγμένας τὰς θύρας τοῦ δεσμωτηρίου, σπασάμενος μάχαιραν ἤμελλεν ἑαυτὸν ἀναιρεῖν, νομίζων ἐκπεφευγέναι τοὺς δεσμίους.

27 Expergefactus autem commentarienſis, quum videret fores carceris apertas, educto gladio erat ſeipſum interẽpturus, exiſtimans vinctos effugiſſe:

27 Expergefactus autem cuſtos auraris, & uidens ianuas apertas auraris, euaginato gladio uolebat ſe interficere, æſtimans fugiſſe uinctos:

Ἐφώνησε δὲ φωνῇ μεγάλῃ ὁ Παῦλος, λέγων, Μηδὲν πράξῃς σεαυτῷ κακόν· ἅπαντες γάρ ἐσμεν ἐνθάδε.

28 Clamauit autem Paulus uoce magna, dicens, Nequid feceris tibiipſi mali: omnes enim hîc ſumus.

28 Clamauit autem Paulus uoce magna, dicens, Nihil tibi mali feceris: uniuerſi enim hîc ſumus.

Αἰτήσας δὲ φῶτα εἰσεπήδησε, καὶ ἔντρομος γενόμενος προσέπεσε τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Σίλᾳ.

29 Is verò petito lumine irrupit, & tremefactus accidit Paulo & Silæ ad pedes.

29 Petitóque lumine introgreſſus eſt, & tremefactus procidit Paulo & Silæ ad pedes.

Καὶ προαγαγὼν αὐτοὺς ἔξω, ἔφη, Κύριοι, τί με δεῖ ποιεῖν ἵνα σωθῶ;

30 Et productis ipſis foras, ait, Domini, quid me oportet facere vt ſeruer ẽ

30 Et produxens eos foras ait, Domini, quidme oportet facere ut ſaluus fiam?

Οἱ δὲ εἶπον, Πίστευσον ἐπὶ τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, καὶ σωθήσῃ σὺ καὶ ὁ οἶκός σου.

31 At illi dixerunt, Crede in Dominum Ieſum Chriſtum, & ſeruaberis tu ac domus tua.

31 At illi dixerunt, Crede in Dominum Ieſum, & ſaluus eris tu & domus tua.

Καὶ ἐλάλησαν αὐτῷ τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, καὶ πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ.

32 Et loquuti ſunt ei ſermonem Domini, & omnibus qui erant domi ipſius.

32 Et loquutiſunt ei uerbum Domini, cum omnibus qui erant in domo eius.

Καὶ παραλαβὼν αὐτοὺς ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ τῆς νυκτὸς, ἔλουσεν ἀπὸ τῶν πληγῶν· καὶ ἐβαπτίσθη αὐτὸς καὶ οἱ αὐτοῦ πάντες παραχρῆμα.

33 Ipſe verò illis aſſumptis ea ipſa hora noctis, lauit eorum plagas: & baptizatus eſt ipſe & omnes domeſtici illius illico.

33 Et tollens eos in illa hora noctis, lauit plagas eorũ: & baptizatus eſt ipſe & omnis domus eius continuò.

Ἀναγαγών τε αὐτοὺς εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, παρέθηκε τράπεζαν, καὶ ἠγαλλιάσατο πανοικὶ πεπιστευκὼς τῷ Θεῷ.

34 Quúmque perduxiſſet eos domum ſuam, appoſuit eis menſam: & exultauit quòd cũ vniuerſa domo ſua credidiſſet Deo

34 Quúmque perduxiſſet eos in domum ſuam, appoſuit eis menſam, & Lætatus eſt cũ omni domo ſua credens Deo.

Ἡμέρας δὲ γενομένης ἀπέστειλαν οἱ στρατηγοὶ τοὺς ῥαβδούχους, λέγοντες, Ἀπόλυσον τοὺς ἀνθρώπους ἐκείνους.

35 ᵛDie autem exorto, præfecti miſerunt ᵛviatores qui dicerẽt, Dimitte homines illos.

35 Et quum dies factus eſſet, miſerunt magiſtratus lictores, dicentes, Dimitte homines illos.

Ἀπήγγειλε δὲ ὁ δεσμοφύλαξ τοὺς λόγους τούτους πρὸς τὸν Παῦλον, Ὅτι ἀπεστάλκασιν οἱ στρατηγοὶ ἵνα ἀπολυθῆτε· νῦν οὖν ἐξελθόντες, πορεύεσθε ἐν εἰρήνῃ.

36 Annuntiauit autem cõmentarienſis hos ſermones Paulo, Miſerunt, *inquit*, præfecti vt dimittamini: nunc igitur egreſſi, ite in pace.

36 Nuntiauit autem cuſtos auraris uerba hæc Paulo, Quia miſerunt magiſtratus ut dimittamini: nunc igitur exeũtes, ite in pace.

Ὁ δὲ Παῦλος ἔφη πρὸς αὐτούς, Δείραντες ἡμᾶς δημοσίᾳ, ἀκατακρίτους, ἀνθρώπους Ῥωμαίους ὑπάρχοντας, ἔβαλον εἰς φυλακήν, καὶ νῦν λάθρα ἡμᾶς ἐκβάλλουσιν; Οὐ γάρ· ἀλλὰ ἐλθόντες αὐτοὶ ἡμᾶς ἐξαγαγέτωσαν.

37 Paulus autem dixit ᵛeis, Cæſos nos publicè, indicta cauſa, quum ſimus Romani, coniecerunt in carcerem, & nunc clam nos eiiciunt? non profectò: ſed veniant ipſi, & nos educant.

37 Paulus autem dixit eis, Cæſos nos publicè, indemnatos homines Romanos miſerunt in auraream, & nũc occultè nos eiiciunt? non ita: ſed uenĩant, & ipſi nos eiiciant.

16 Laxata, ἀνέθη. Id eſt, vt Vulg. & Eraſ. Soluta. Virg. Laxat clauſtra Sinon.

35 Die autem exorto, ἡμέρας δὲ γενομένης. In vno codice additum legimus poſt hæc verba, συνῆλθον οἱ στρατηγοὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ εἰς τὸ ἀγορὰν καὶ ἀναμνησθέντες τὸν σεισμὸν τὸν γεγονότα, ἐφοβήθησαν καὶ ἀπέστειλαν τοὺς ῥαβδούχους. id eſt, coierunt præfecti eodem loci in forum, & recordati terræmotus qui factus fuerat, timuerunt, miſerúntque viatores, &c. Viatores, ῥαβδούχους. Viatores dicuntur quibus vtebantur magiſtratus vocandi vel nuntiandi cauſa, non autem ligandi. Nam hoc erat lictorum munus, qui propterea etiam ῥαβδοῦχοι à bacillis ſeu virgis quas geſtabant, à Græcis vocabantur. Sed mihi tamen probabile eſt, aut viatores etiam bacillos geſtaſſe, aut confuſa interdum fuiſſe (in prouinciis præſertim) viatorum & lictorum munia.

37 Eis, τοῖς αὐτοῖς. Nempe viatoribus, in quorũ nomine loquutus fuerat cõmentarienſis, aut ipſi potius corã commentarienſi ſua mãdata Paulo & Silæ renuntiarũt. Nam cõmentarienſem ipſum probabile eſt potius paratum fuiſſe illos retinere. Non profectò, οὐ δήπου. Vulgata, Non ita. Sic Virgilius lib. Æne. 2, Scilicet hæc Spartam incolumis patriáſque Mycenas Aſpiciet, partóque ibit regina triumpho? Et paulo poſt, Non ita; namque etſi, &c. id eſt (vt vernaculo ſermone dicimus) *Il n'en ira pas ainſi.*

Ἀπήγγειλαν δὲ τοῖς στρατηγοῖς οἱ ῥαβδοῦχοι τὰ ῥήματα ταῦτα· καὶ ἐφοβήθησαν ἀκούσαντες ὅτι Ρωμαῖοί εἰσι.

38 Renuntiarunt autem præfectis viatores verba iſta: timuerúntque audito eos Romanos eſſe.

38 Nũtiarũt autẽ magiſtratibus liſteres uerba hæc: timuerũt qi audito quòd Romani eſſent.

Καὶ ἐλθόντες παρεκάλεσαν αὐτούς, καὶ ἐξαγαγόντες ἠρώτων ἐξελθεῖν τῆς πόλεως.

39 Et uenientes precati ſunt eos, & eductos rogarunt vt egrederentur ex vrbe.

39 Et uenientes deprecati ſunt eos, & eduxantes rogabant ut egrederentur de urbe.

Ἐξελθόντες δὲ ἐκ τῆς φυλακῆς εἰσῆλθον πρὸς τὴν Λυδίαν· καὶ ἰδόντες τοὺς ἀδελφοὺς παρεκάλεσαν αὐτούς, καὶ ἐξῆλθον.

40 Egreſſi autem è carcere introierunt ad Lydiam: & viſis fratribus, conſolati ſunt eos, & egreſſi ſunt.

40 Exeũtes autẽ de carcere introierunt ad Lydiam: & uiſis fratribꝰ, cõſolati ſunt eos & profecti ſunt.

Κεφάλαιον κζ

CAP. XVII.

Διοδεύσαντες δὲ τὴν Ἀμφίπολιν καὶ Ἀπολλωνίαν, ἦλθον εἰς Θεσσαλονίκην, ὅπου ἦν συναγωγὴ τῶν Ἰουδαίων.

1 QVum autem iter feciſſent per Amphipolin & Apolloniã, venerũt Theſſalonicã, vbi erat ſynagoga Iudæorum.

1 Quũ autem peruiſſent Amphipolin & Apolloniã, uenerunt Theſſalonicam, ubi erat ſynagoga Iudæorum.

Κατὰ δὲ τὸ εἰωθὸς τῷ Παύλῳ εἰσῆλθε πρὸς αὐτούς, καὶ ἐπὶ σάββατα τρία διελέξατο αὐτοῖς ἀπὸ τῶν γραφῶν,

2 Paulus autem ſicut conſueuerat in troiuit ad eos, & per Sabbatha tria diſſeruit cũ eis ex Scripturis,

2 Secundũ conſuetudinem autẽ Paulus intrauit ad eos, & p Sabbatha tria diſſerebat ex ſcripturis,

Διανοίγων καὶ παρατιθέμενος ὅτι τὸν Χριστὸν ἔδει παθεῖν, καὶ ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν, καὶ ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς Ἰησοῦς, ὃν ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν.

3 Adaperiens & proponens oportuiſſe Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis: & hunc eſſe Chriſtum Ieſum, Quem ego, inquit, annuntio vobis.

3 Adaperiẽs & inſinuãs q̃ Chriſtũ oportuit pati, & reſurgere à mortuis, & q̃ hic eſt Ieſus Chriſtus, quẽ ego annũtio uobis.

Καί τινες ἐξ αὐτῶν ἐπείσθησαν, καὶ προσεκληρώθησαν τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Σίλᾳ, τῶν τε σεβομένων Ἑλλήνων πολὺ πλῆθος, γυναικῶν τε τῶν πρώτων οὐκ ὀλίγαι.

4 Nonnulli igitur eorum aſſẽſi ſunt, & conſociati ſunt Paulo & Silæ, & religioſorum Græcorum multitudo magna, mulieréſque primariæ nõ paucæ.

4 Et quidam ex eis crediderunt, & adiuncti ſunt Paulo & Silæ, & de colentibus Gentilibus multitudo magna & mulieres nobiles nõ paucæ.

Ζηλώσαντες δὲ οἱ ἀπειθοῦντες Ἰουδαῖοι, καὶ προσλαβόμενοι τῶν ἀγοραίων τινὰς ἄνδρας πονηροὺς, καὶ ὀχλοποιήσαντες ἐθορύβουν τὴν πόλιν· ἐπιστάντες τε τῇ οἰκίᾳ Ἰάσονος, ἐζήτουν αὐτοὺς ἀγαγεῖν εἰς τὸν δῆμον.

5 Sed inuidia commoti Iudæi qui increduli erant, aſſumptis quibuſdam circunforaneis viris ſceleratis, ac turba coacta, perturbarunt vrbem, & adorti domum Iaſonis, ſtudebãt eos adducere ad populum.

5 Zelantes autem Iudæi, aſſumentéſque de uulgo uiros quoſdam malos, & turba facta, concitauerunt ciuitatem: & aſſiſtentes domui Iaſonis quærebant eos producere in populum.

Μὴ εὑρόντες δὲ αὐτοὺς, ἔσυρον τὸν Ἰάσονα καί τινας ἀδελφοὺς ἐπὶ τοὺς πολιτάρ-

6 Et quum non inueniſſent eos, traxerunt Iaſonem & quoſdam fratres ad præfectos vr-

6 Et quum nõ inueniſſent eos, trahebant Iaſonem & quoſdam fratres ad principes ciuitatis,

38 Verba hæc, τὰ ῥήματα ταῦτα. Ab hoc loco vſque ad extremum capitis cõperimus miram in quodam codice varietatem, ſi verba ſpectes. Sic enim ſcriptum habebat, Ἀπήγγειλαν οἱ ῥαβδοῦχοι ῥήματα ταῦτα τοῖς ἐν ἀγορᾷ· οἱ δὲ ἀκούσαντες ὅτι Ρωμαῖοί εἰσιν, ἐφοβήθησαν, καὶ παραγενόμενοι μετὰ φίλων πολλῶν εἰς τὴν φυλακὴν, παρεκάλεσαν αὐτοὺς ἐξελθεῖν, λέγοντες, Ἠγνοήσαμεν τὸ καθ' ὑμᾶς, ὅτι ἦτε ἄνδρες δίκαιοι. Καὶ ἐξαγαγόντες, παρεκάλεσαν αὐτοὺς, λέγοντες, Ἐκ τῆς πόλεως ταύτης ἐξέλθατε, μήποτε πάλιν συναχθῶσιν ὑμῖν, ὅτι κράζουσι κατ' ὑμῶν. Ἐξελθόντες δὲ ἀπὸ τῆς φυλακῆς, ἦλθον πρὸς τὴν Λυδίαν, καὶ ἰδόντες τοὺς ἀδελφοὺς, διηγήσαντο ὅσα ἐποίησεν Κύριος αὐτοῖς, παρεκάλεσαν τε αὐτούς. Id eſt, Viatores renunciarunt præfectis hæc verba quæ dixerant. Illi verò quum audiſſent Romanos eſſe, timuerunt: & cum multis amicis venientes in carcerem, precati ſunt eos vt abirent, dicentes, Ignorauimus veſtram conditionem, & vos viros probos eſſe. Deinde eductos ipſos precati ſunt, dicentes, Exite ex hac vrbe, ne rurſus coeuntes clament aduerſum vos. Egreſſi igitur ex carcere venerunt ad Lydiam, & viſis fratribus, narrabant quæ ſibi feciſſet Dominus, ipſos conſolati.

40 Ad Lydiam, πρὸς τὴν Λυδίαν. Id eſt πρὸς τὸν Λυδίαν, vt etiam in nonnullis vetuſtis codicibus ſcriptũ legimus. Ponitur tamen εἰς ἀντὶ τοῦ πρὸς, etiam apud idoneos authores. App. εἰς Σύλλαν τὸν ψυχρ. Dem. αἱρεῖν εἰς τὴν ἀρχήν. Idem, εἰς ὑμᾶς λέγω.

IN CAPVT XVII.

3 Adaperiens, διανοίγων. Heb. פתח, id eſt declarans & explicans, vnde פתח pro declaratione, Pſal. 119. v. 130.

4 Conſociati ſunt, προσεκληρώθησαν, id eſt συνεπλάκησαν: quod verbum diſertiores Græci vſurpant ad declarandam matrimonii coniunctionem & vinculum arctiſſimum.

5 Qui increduli fuerũt, ἀπειθοῦντες. Vide ſuprà, 14. a. 2. Circũforaneis, τῶν ἀγοραίων, i. eiuſmodi ſolẽt in foro vitã terere, viles nimirũ & venales, quos ſolet Cic. facẽ & ſẽtinã vrbis vocare. Ideo Vet. interpr. cõuertit, De vulgo. Adorti, ἐπιστάντες. Vulg. Aſſiſtẽtes, παραστάντες. Eraſ. Vrgẽtes, quod & ipſũ nõ videtur ſatis expreſſum.

λας, βοῶντες, Οτι οἱ τὴν οἰκουμένην ἀναστατώσαντες, δεῦρο καὶ ἐνθάδε πάρεισιν.

bis, clamãdo, Hi ſunt qui orbis terrarum ſtatum ſubuerterũt: & hîc adſunt.

clamãtes, Quoniã hi qui orbem concitarũt, & huc uenerunt.

Οὓς ὑποδέδεκται Ιάσων· καὶ οὗτοι πάντες ἀπέναντι τῶν δογμάτων Καίσαρος πράσσουσι, βασιλέα λέγοντες ἕτερον εἶναι Ἰησοῦν.

7 Quos excepit Iaſon: qui omnes cõtra decreta Cæſaris faciunt, regem alium dicentes eſſe Ieſum.

7 Quos ſuſcepit Iaſon: & hi omnes contra decreta Cæſaris faciunt, regem alium dicunt eſſe Ieſum.

Ἐτάραξαν δὲ τὸν ὄχλον καὶ τοὺς πολιτάρχας ἀκούοντας ταῦτα.

8 Cõcitaruntq; autẽ turbã & præfectos vrbis hæc audientes.

8 Cõcitauerunt autẽ plebem & principes ciuitatis audientes hæc.

Καὶ λαβόντες τὸ ἱκανὸν παρὰ τοῦ Ιάσονος καὶ τῶν λοιπῶν, ἀπέλυσαν αὐτούς.

9 Qui tamen quum ſatis accepiſſent ab Iaſone & cæteris, dimiſerunt eos.

9 Et accepta ſatisfactione à Iaſone & à cæteris, dimiſerunt eos.

Οἱ δὲ ἀδελφοὶ εὐθέως διὰ νυκτὸς ἐξέπεμψαν τόν τε Παῦλον καὶ τὸν Σίλαν εἰς Βέροιαν· οἵτινες παραγενόμενοι, εἰς τὴν συναγωγὴν τῶν Ἰουδαίων ἀπῆσαν.

10 Fratres verò ſtatim per noctẽ emiſerunt Paulum ſimul & Silam Beroeam: qui quum aduenieſſent, ierũt in ſynagogam Iudæorum.

10 Fratres uerò confeſtim per noctem dimiſerunt Paulum & Silã in Beroeam: qui quum uenieſſent, in ſynagogã Iudæorum introierunt.

(Οὗτοι δὲ ἦσαν εὐγενέστεροι τῶν Θεσσαλονίκης, οἵτινες ἐδέξαντο τὸν λόγον μετὰ πάσης προθυμίας, τὸ καθ' ἡμέραν ἀνακρίνοντες τὰς γραφάς, εἰ ἔχοι ταῦτα οὕτως.

11 (Fuerunt autẽ iſti generoſiores iis Iudæis qui erant Theſſalonicæ, vt qui receperint Sermonem cũ omni alacritate, quotidiè ſcrutantes Scripturas an hæc ita ſe haberent.

11 (Hi autem erant nobiliores eorum qui ſunt Theſſalonicæ, qui ſuſceperunt Verbum cum omni auiditate, quotidie ſcrutantes Scripturas, ſi hæc ita ſe haberent.

Πολλοὶ μὲν οὖν ἐξ αὐτῶν ἐπίστευσαν, καὶ τῶν Ἑλληνίδων γυναικῶν τῶν εὐσχημόνων, καὶ ἀνδρῶν οὐκ ὀλίγοι.)

12 Multi igitur crediderunt ex eis, & Græcæ mulieres honeſtæ, & viri non pauci)

12 Et multi quidẽ crediderũt ex eis, & mulierũ Gẽtiliũ honeſtarũ, et uiri nõ pauci)

Ὡς δὲ ἔγνωσαν οἱ ἀπὸ τῆς Θεσσαλονίκης Ἰουδαῖοι ὅτι καὶ ἐν τῇ Βεροίᾳ κατηγγέλη ὑπὸ τοῦ Παύλου ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, ἦλθον κἀκεῖ, σαλεύοντες τοὺς ὄχλους.

13 Vt autẽ cognouerunt Theſſalonicẽſes Iudæi Beroææ quoque annuntiatum eſſe à Paulo ſermonem Dei, venerunt etiã illuc, concitantes turbam.

13 Quũ autẽ cognouiſſent in Theſſalonica Iudæi quia & Beroæ prædicatũ eſt à Paulo uerbũ Dei, uenerũt & illuc, cõmouẽtes & turbãtes multitudinẽ.

Εὐθέως δὲ τότε τὸν Παῦλον ἐξαπέστειλαν οἱ ἀδελφοὶ πορεύεσθαι ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν· ὑπέμενον δέ, τε Σίλας καὶ ὁ Τιμόθεος ἐκεῖ.

14 Sed ſtatim Paulum emiſerũt fratres, vt iret velut ad mare: Silas autẽ & Timotheus ſubſtiterunt illic.

14 Statimque tunc Paulum dimiſerunt fratres, ut iret uſque ad mare: Silas autem & Timotheus remanſerunt ibi.

6 Seatum ſubuerterunt, ἀναστατώσαντες. Vulg. Concitant. Eraſmus, Conturbarunt, neuter ſatis expreſſè, vt opinor.

7 Excepit, ὑποδέδεκται. Eraſmus, Clanculum excepit, propter præpoſitionem ὑπό. arqui in hoc verbo non ea vis eſt huius præpoſitionis, ſed idcirco potius adiungitur quòd hoſpites de via deflectẽtes, ſub idem tectum admittamus. Itaque hæc interpretatio nulla ratione nititur.

9 Qui tamẽ quum ſatis accepiſſent, καὶ λαβόντες τὸ ἱκανόν. Doctiſſimus Budæus & plerique cum ſequenti hoc referunt ad ſatisdationem IVDICIO SISTI, quibus aſſentior. Sunt autem hæc dicendi genera mutuò inter ſe coniuncta apud iuriſconſultos, Satiſpetere, Satiſ dare, & Satisfacipere.

11 Fuerunt autem iſti generoſiores, οὗτοι δὲ ἦσαν εὐγενέστεροι. Vulgata, Hi autem erant nobiliores eorum qui ſunt Theſſalonicæ. Quam interpretationem vt emendaret Eraſmus vertit, Illi autem erant ſummo genere nati inter eos qui erant Theſſalonicæ. Poteſt enim εὐγενέστερον etiam explicari per ſuperlatiuum, ita vt iſta de Theſſalonicenſibus dicantur, quorum nobiliſſimi amplexi ſunt Euangelium. quod tamen mihi coactius videtur. Notandum enim eſt non comparari ſimpliciter Theſſalonicenſes cum Beroænſibus, ſed vtriuſque verbis Iudæos inter ſe, ita vt Beroæenſes Iudæi dicantur longè fuiſſe alacriores Theſſalonicenſibus: quod re ipſa oſtenderunt, ſicut mox declaratur. Statim enim amplexi ſunt Verbum: quod Theſſalonicenſes non contenti repudiaſſe, Paulum Beroeam vſque ſunt perſequuti. Itaque non dicit Paulus εὐγενέστερον Θεσσαλονικέων, ſed τῶν ἐν Θεσσαλονίκῃ, vt Iudæos appareat à veris incolis diſcerni. Deinde quum Lucas iam deduxerit Paulum & Silam Beroeam, cur ad Theſſalonicenſium hiſtoriam reuerteretur? Præterea de Iudæis ſeorſum hîc agi declarat ſequẽs verſiculus, vbi ſeorſim ſit mẽtio indigenarũ ciuiũ, tum virorum, tum mulierum. Itaque propriam comparatiui ſignificationem ſeruare malui. ſed quanuis εὐγενὴς de genere propriè dicatur, tamen quum comparatio hîc videatur inſtituta, nõ generis, (erãt enim omnes iſti Iudæi) ſed virtutis ac pietatis, generoſiores malui interpretari quàm nobiliores: quẽ præſertim conſtet apud Græcos tranſlatitiè τὸν εὐγενῆ ad mores & ad animum accommodari, ita vt μεγαλοψυχὸς, ἀγαθὸς, φρονίμως, ſæpe ſint ſynonyma. Scrutantes, ἀνακρίνοντες. Ad verbum, Diiudicantes, quoniam videlicet ex mutua locorum collatione veram interpretationem ſcrutabantur.

14 Velut ad mare, ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν. Vulgata, Vſque ad mare, quaſi ὡς pro ἕως accipiatur. Ego verò illam interpretationem antepono, quia Athenas vſque deductum fuiſſe Paulum, poſtea narratur. Ex quo etiam

intelligimus, Paulo fuiſſe datum hoc conſilium vt Iudæi perſequi illum deſinerent, quaſi naui conſcenſa ex illis regionibus migraſſet. Siue autem mari ſiue terra deductus ſit Athenas vſque, longa ſanè via fuit, quum tota Theſſalia, Beotia, & Attica inter Macedoniam & Athenas intercedant: vnde rurſus perſpicitur non fruſtra laudatos eſſe Iudæos Bereenſes à Paulo.

Οἱ δὲ καθιστῶντες τὸν Παῦλον, ἤγαγον αὐτὸν ἕως Ἀθηνῶν· καὶ λαβόντες ἐντολὴν πρὸς τὸν Σίλαν καὶ Τιμόθεον, ἵνα ὡς τάχιστα ἔλθωσι πρὸς αὐτὸν, ἐξήεσαν.

15 Qui verò Paulũ ſuſceperant tuto loco conſtituendum, deduxerunt eum Athenas vſque: & accepto mandato ad Silam ac Timotheum, vt quamcitiſſimè ad ipſum venirẽt, abierũt.

15 Qui autem deducebant Paulum, pduxerũt eum uſq; ad Athenas: & accepto mandato ab eo ad Silam & Timotheum ut quamceleriter uenirent ad illum, profecti ſunt.

Ἐν δὲ ταῖς Ἀθήναις ἐκδεχομένου αὐτοὺς τοῦ Παύλου, παρωξύνετο τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ, θεωροῦντι κατείδωλον οὖσαν τὴν πόλιν.

16 Paulo autẽ Athenis illos expectante, irritabatur ſpiritus eius in ipſo, quum conſpiceret vrbem idolis deditam.

16 Paulus autẽ quũ Athenis eos expectaret, incitabatur ſpiritus eius in ipſo, uidens idololatriæ deditam ciuitatem.

Διελέγετο μὲν οὖν ἐν τῇ συναγωγῇ τοῖς Ἰουδαίοις καὶ τοῖς σεβομένοις, καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ κατὰ πᾶσαν ἡμέραν πρὸς τοὺς παρατυγχάνοντας.

17 Disſerebat igitur in ſynagoga cum Iudæis & religioſis, & in foro quotidie cum quibuſuis obuiis.

17 Disputabat igitur in ſynagogis cum Iudæis & colentibus, & in foro per omnes dies ad eos qui adierant.

Τινὲς δὲ τῶν Ἐπικουρείων καὶ Στωϊκῶν φιλοσόφων συνέβαλλον αὐτῷ· καί τινες ἔλεγον, Τί ἂν θέλοι ὁ σπερμολόγος οὗτος λέγειν; Οἱ δέ, Ξένων δαιμονίων δοκεῖ καταγγελεὺς εἶναι· ὅτι τὸν Ἰησοῦν καὶ τὴν ἀνάστασιν εὐηγγελίζετο.

18 Quidam autem ex Epicureis & Stoicis philoſophis cõflictabãtur cũ eo: & quidã dicebant, Quid vult nugator iſte dicere? Alii verò, Peregrinorũ deorũ videtur annũtiator eſſe: quia Ieſũ & reſurrectionẽ annũtiabat eis.

18 Quidam autẽ Epicurei & Stoici philoſophi diſſerebant cum eo & quidã dicebant, Quid multũ ſemineturuerborũ hic dicere? Alii uerò, Nouarũ dæmoniorũ uidetur annũtiator eſſe: qa Ieſũ & reſurrectionẽ annuntiabat ei.

5 15 Qui verò Paulum ſuſceperant tuto loco conſtituendum, οἱ δὲ καθιστῶντες τὸν Παῦλον. Vulgata, Qui deducebant. Eraſ. Qui proſequebantur: neuter ſatis expreſſè, aut etiam ſatis rectè. Nam κατάστασις in hac ſignificatione nuſquam legi, quod tamen hoc loco non potui aliter quàm longo verborum circuitu explicare. Quamuis enim κατάστασις reſpondeat Latino verbo Conſtituere, tamen pro varia ratione rerum de quibus agitur, intelligendum eſt. Inde factum vt pro peruehere & perducere accipiatur, id eſt certo loco conſtituere: pro quo
10 dicimus in vernaculo ſermone *rendre en quelque lieu*: vt apud Plutarchum, συμπέμψας καὶ καταστήσας μετὰ τῶν υἱέων τὸν ἄνδρα, comitari hominem, ac domum perducere. Homerus, καταστῆσαι Πύλονδε, Pylũ peruehere. Sed præterea videtur etiam aliquid amplius declarare hoc in loco, & aliis ſimilibus ſiqui occurrerint. Nam quod nutat ac vacillat, dicitur conſtitui quando ad meliorem ac certiorem ſtatum adducitur. Id verò ſi poſtea ad perſonam tranſferas, ſignificabit aliquem ex periculo ereptum, tuto loco conſtituere: pro quo dicimus *rendre ou mettre en*
15 *ſeureté*: quam ſignificationem putaui huic loco maximè conuenire, vt præciſè dixerit Lucas καθιστῶντες, pro εἰς ἀσφάλειαν καθιστῶντες. Cur enim iſti Paulum Athenas vſque deduxerunt niſi vt per ignotas regiones in eum vſq; locum perducerent vbi ab hoſtium inſidiis tutus videretur?

16 Idolis deditam, κατείδωλον. Id eſt idolis addictam & mancipatam. Nam κατὰ ſubiectionem atq; adeo ſeruitutem declarat. Quàm autem verè hoc ſcripſerit Lucas, vel ex ipſis Græcis ſcriptoribus licet intelligere.
20 Nã Pauſanias in hac vna vrbe plura penè idola quàm in reliqua Græcia cõmemorat: & diſertè etiam de Athenienſibus loquens, ſcribit θεοῖς δὲ ἐπὶ πλεῖστον τιμῶσιν, (nã paulo antè egerat de Miſericordiæ ara) ἀλλὰ καὶ ἐς ἄλλην ἅπασαν πίστιν. ἐν γὰρ αἰδοῦς εὐσεβεστάτους ἔχουσι καὶ φόβου, ἐν ὀργῇ. Id eſt, Iſtis verò non modò conſtituta ſunt quæ ad humanitatis officia pertinent, ſed maiorem etiam quàm alii pietatis in deos curam habẽt. nã etiam pudoris & famæ &, appetitionis ara apud ipſos extat. Sed & Xenophon in Athenienſium republica,
25 ἄγουσιν, inquit, ἑορτὰς διπλασίους ἢ οἱ ἄλλοι: id eſt, Feſta duplo plura agitant quàm alii.

17 Cum quibuſuis obuiis, πρὸς τοὺς παρατυγχάνοντας. Circunſtantia loci indicat quomodo exponendum ſit verbum παρατυγχάνειν, nempe quemcunque obuium reperiſſet Paulus, qui modò vel minimùm ſuſtineret loquentem audire, cum eo ipſe differebat: totus nimirum ardens ſancto illo gloriæ Dei zelo, & illud ipſum vſurpans quod aliis poſtea ſubiecit, vt opportunè & importunè ſtudeant amplificando Dei regno. Hæc
30 enim eſt verè cæleſtis ac diuina prudentia, quam mundus ſtultitiam vocat.

18 Nugator iſte, σπερμολόγος. Qui σπερμολόγοι interpretantur οἱ περὶ λήρους σπουδάζοντες, id eſt inanium verborum ſatorem, qui nuis aliquid videantur dicere, tamen nihil dicunt. Neque enim à σπείρειν & λέγος ſed à σπέρμα & λέγω, id eſt colligo, manifeſtum eſt hoc nomen deduci. Præterea ſi etymon illud valeret, non σπερμολόγος
35 (in quo manifeſtè hallucinatur Eraſmus) dici debuit, ſed λογοσπόρος, ſi nouum nomen libeat comminiſci, vt φυτοσπόρος, παιδοσπόρος, & ſiqua ſunt eiuſmodi. Quid ſit igitur σπερμολογεῖν, & qui dicantur σπερμολόγοι, ſic docet Euſtathius diligentiſſimus Homeri interpres, σπερμολογεῖν, inquit, τὸ περιττὰ καὶ ἀνωφελῆ λαλεῖν ἀφ' οὗ καὶ ἀλαζονικῶς λέγουσιν ἀμαθεῖς ἐπὶ μαθήμασιν ἢ πίστει παραγινομένοις. ὁ γὰρ κυρίως φασὶ, σπερμολόγος, & σπερμολόγιμος, οὐδὲς ἔστιν ἐρεῖν· καθὸ καὶ ἀλλαχοῦ τὸ σπέρμα τῶν ἐξ ἡδονῆς οἱ Ἀττικοὶ σπερμολόγους ἐκάλουν τοὺς περὶ ἐμπορεῖα ἀγοραῖς διατρίβοντας, ἤγουν τὰ αἰσχίστου κέρδους ἕνεκα πολλὰ ὠνουμένους, φασὶν, ἢ πιπράσκοντας. καὶ ἀπὸ τούτου. τὸν αὐτὸν δὲ ἐλάττονες κύριον ἢ ἀδόκιμος λόγου ἔξειν. Id eſt, σπερμολογεῖν ad eos tranſlatum eſt
40 qui nulla cum arte eam quam ex quibuſdam auditionibus adepti ſunt ſcientiam oſtentant. Proprièt autem σπερμολόγοι & σπερμολογεῖν appellari aiunt auem quandam quæ ſemina populatur. Vnde Attici vocabant ſpermologos eos qui in mercatibus & foris verſarentur, quòd quæ decidebant, ipſi colligerent, atque inde victum quærerent. Idem verò poſtea nomen hominibus nihili & nullius pretii impoſitum eſt. Caſtellio Rabulam ineptiſſimè interpretatur, eo nimirum deceptus quòd τῆς ἀγορᾶς hîc fiat mentio.

Επιλαβόμενοί τε αὐτοῦ, ἐπὶ τὸν Ἄρειον πάγον ἤγαγον, λέγοντες, Δυνάμεθα γνῶναι τίς ἡ καινὴ αὕτη ἡ ὑπὸ σοῦ λαλουμένη διδαχή;

Ξενίζοντα γάρ τινα εἰσφέρεις εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν· βουλόμεθα οὖν γνῶναι τί ἂν θέλοι ταῦτα εἶναι.

(Ἀθηναῖοι δὲ πάντες καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες ξένοι εἰς οὐδὲν ἕτερον ηὐκαίρουν ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον)

Σταθεὶς δὲ ὁ Παῦλος ἐν μέσῳ τοῦ Ἀρείου πάγου, ἔφη, Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κατὰ πάντα ὡς δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ.

Διερχόμενος γὰρ καὶ ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα ὑμῶν, εὗρον καὶ βωμὸν ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο, Ἀγνώστῳ Θεῷ. Ὃν οὖν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν.

19 Et prehenſum eum duxerunt in Areopagum, dicentes, Poſſumúſne ſcire quæ ſit iſta noua quæ à te dicitur doctrina?

20 Peregrina enim quædam ingeris auribus noſtris. volumus ergo ſcire quidnam iſta ſibi velint.

21 (Cæterùm Atheniēſes & aduenæ hoſpites nulli alii rei vacabant niſi ad dicendum aut audiendum aliquid noui)

22 Stās autē Paulus in medio Areopago, dixit, Viri Atheniēſes, omnino conſpicio vos quaſi religioſiores.

23 Prætereuntem enim & contemplans ſacra veſtra, inueni etiā aram cui inſcriptum erat, Ignoto Deo. Quem ergo ignorantes colitis, hunc ego vobis annuntio.

19 *Et apprehenſum eum, ad Areopagum duxerūt, dicentes. Poſſumus ſcire quæ eſt hæc noua quæ à te dicitur doctrina?*

20 *Noua enim quædā infers auribus noſtris. nolumus ergo ſcire quidnā nelint hæc eſſe.*

21 *Athenienſes autem omnes & aduenæ hoſpites ad nihil aliud vacabant niſi aut dicere aut audire aliquid nom)*

22 *Stās autē Paulus in medio Areopago, ait, Viri Atheniēſes, p omnia quaſi ſuperſtitioſiores nos video.*

23 *Prætereuntem enim & uidens ſimulacra veſtra, inueni & aram in qua ſcriptum erat, Ignoto Deo. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis.*

19 In Areopagum, ἐπὶ τὸν Ἄρειον πάγον. Sic rectè Vulgata, quum Cicero ipſe Græcum vocabulum ſeruarit. Eraſmus, Martium vicum. Atqui πάγος non declarat vicum, ſed colliculum potius, vt ipſe Eraſmus rectè explicat: neque Areopagus vici nomen erat, ſed curiæ (vt ego exiſtimo) in qua coire ſolebant iudices, idcirco vocati Areopagitæ: qui quidem perpetui erant, & de ſummis criminibus cognoſcebant: ac nominatim quidē de impietate, vt apparet ex eo quod de Theodoro illo impio narrat Laertius. Huc igitur pertractus eſt Paulus, vt ἀσεβείας, id eſt impietatis, reus peragerētur, cius videlicet criminis cuius damnatum fuiſſe Socratem, idem Laertius teſtatur: nempe, ὡς μὴ νομίζοι θεοὺς ἡ πόλις οὓς νομίζει, ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰσηγούμενον. id eſt, quòd nō eoſdem atque ciuitas deos putaret, & noua numina inueheret. Idque ita eſſe, tum ex ſuperiore verſiculo, tum ex ipſa Pauli apologia apparet, qui non temere certè mentionem fecit aræ dei ignoti quam in ipſa vrbe reperiſſet. Non videtur tamen coram ipſis iudicibus cauſam dixiſſe: ſed quum illuc per tumultum raptus eſſet, poſtea mirabili Dei prouidentia diſſipatis aduerſariis euaſiſſe. Fuit autem hæc curia ſita nō procul Acropoli, nempe circiter σταδίοις quæ vocant, vt teſtatur Pauſanias: ideóque Areopagus vocata eſt, quaſi Martium collem dicas, vel quòd Marti cōſecratus eſſet, vel quòd primus Mars (vt aiunt) cædis cauſam in eo iudicio dixiſſet.

21 Vacabant, ηὐκαίρουν. Ita in vernaculo ſermone dicimus, *Ie n'auoye loiſir que de ouyr ou dire des nouuelles.* Caſtellio, Ad nihil aliud idonei, ineptē.

22 Omnino, κατὰ πάντα. Id eſt, πάντως, vel κατὰ πάντα τρόπον. Vulgata & Eraſmus, Per omnia, id eſt omnibus in rebus. Quaſi religioſiores, ὡς δεισιδαιμονεστέρους. Scio δεισιδαιμονίαν ſolere in vitio, id eſt pro ſuperſtitione poni, ſed nunquam defuerunt qui nulla ratione habita quomodo numen colerent, exiſtimarunt ſeſe tanto eſſe religioſiores quanto in hoc vel illo faciendo magis laborarēt. Iſti ſunt autem quos δεισιδαίμονας vocarunt δεισιδαιμονίας ἔτυχε, ii qui contenti fuerunt publicè recepto cultu: vtrique ſanè hypocritæ, quāuis iſti propius ab impietate abfuerint. Cæterùm illud conſtat, Apoſtolum quum illi cum iſtis negotium eſſet, quorum alii omnia fato tribuebant, vt Stoici, alii deorum prouidentiam irridebant, vt Epicurei, quum tamen omnes planè ſuperſtitioſi eſſent aut reuera, aut ſaltem per ſimulationem, omnes ſimul perſtringere voluiſſe. Perinde eſt igitur ac ſi diceret, Omnino video vos ita in colēdis diſſoccupatos vt quodammodo videamini plus illis tribuere ꝙ par ſit. Loquitur autem per conceſſionem, vt ſiquis hodie noſtros illos diuorum inuocatores, diceret quodammodo illos fibi ſuis peregrinationibus deuincire.

23 Sacra, τὰ σεβάσματα. Eraſ. Culturas, perperam. Vulgata, Simulacra, nimium anguſtè. Nam σέβασμα non ſignificat cultum ipſum ſeu culturam, nec ſimulacrum duntaxat, ſed omne id in quo Deus colitur, ſeu quod religionis cauſa homines venerātur. Latini ſacra vocant. Ignoro Deo, Ἀγνώστῳ Θεῷ. Mentionem quidem facit huius aræ Pauſanias in Atticis, ſed inſcriptionem addit plurali numero Θεῶν ἀγνώστων. Græca ſcholia Philippidæ cuiuſdam hiſtoriā narrant diſſentientis à Pauſania, & hanc adferunt inſcriptionem, ΘΕΟΙΣ ΑΣΙΑΣ ΚΑΙ ΕΥΡΩΠΗΣ ΚΑΙ ΛΙΒΥΗΣ, ΘΕΩ ΑΓΝΩΣΤΩ ΚΑΙ ΞΕΝΩ. Id eſt, Diis Aſiæ & Europæ & Libyæ, Deo ignoto ac peregrino. Sed teſtem huius inſcriptionis nullum proferunt. Sed huius rei cauſam & originem Laertius in Epimenide ſic explicat, Ἀθηναίοις λοιμῷ κατεχομένοις ἔχρησεν ἡ Πυθία καθῆραι τὴν πόλιν, καὶ δι' πέμψαντας αὐτὸν τὸν Νικίαν τὸν Νικηράτου εἰς Κρήτην, καλοῦντες τὸν Ἐπιμενίδην. καὶ ὃς ἐλθὼν ἐνουσιμάδι μὲν ἀκάθηρτον αὐτοῖς τὴν πόλιν, δι' ὃν λοιμὸν ἔπαυσεν τότε τὴν ζήμιαν· λαβὼν πρόβατα μέλανα καὶ λευκά, ἤγαγε ἐφ' τὸν ἄρειον πάγον, κἀκεῖθεν ἄφετα ἐᾶσαι βαδίζειν. προστάξας τοῖς ἀκολούθοις, ἵνα ὅπου ἑκάστῳ, θύσαι τῷ προσήκοντι θεῷ· καὶ ἔτσι λῦσαι τὸ κακόν. ὅθεν καὶ νῦν ἔτι κατὰ τοὺς δήμους τοῦ Ἀττικοῦ βωμοὶ ἀνωνύμοι. Id eſt, Quum Athenienſes corripuiſſet peſtis, reſpondit Pythia vt vrbem expiarent. Illi verò nauem vnà cum Nicia Nicerati filio in Cretam ad accerſendum Epimenidem miſerunt: qui quum aduenifſet Olympiade 46, vrbem expiauit, effecitque hoc modo vt peſtis ceſſaret: Acceptas oues nigras & albas ad Areopagum duxit, & illinc abire permiſit quocunque libuiſſet, addito iis qui eas inſequebantur mandato, vt vbi quæque quieuiſſet, Deo cui conueniret ſacrificarent. Ita igitur malum illud aiunt deſiiſſe, & hinc factum vt in Atheniēſium vicis aræ nullo inſcripto nomine inueniantur. Hæc ille. Lucianus autem in Philopatride bis meminit τῶν ἐν Ἀθήναις ἀγνώστων.

Ο Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν κόσμον καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ, οὗτος οὐρανοῦ καὶ γῆς Κύριος ὑπάρχων, οὐκ ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ·

24 ¶Deus qui fecit mundum & omnia quæ in eo ſunt, quum ſit cæli & terræ Dominus, in manufactis templis non habitat:

24 Deus qui fecit mundū ſuprà, 7.f.48 & omnia quæ in eo ſunt, hic cæli & terræ quū ſit Dominus, non in manufactis templis habitat.

Οὐδὲ ὑπὸ χεῖρας ἀνθρώπων θεραπεύεται, προσδεόμενός τινος, αὐτὸς διδοὺς πᾶσι ζωὴν καὶ πνοὴν καὶ τὰ πάντα.

25 Nec manibus hominū colitur, alicuius rei egens, quum ipſe det omnibus vitam & halitum & omnia.

25 Nec manibus humanis Pſal.49.8 colitur, indigens aliquo, quum ipſe det omnibus autem & inſpirationem & omnia:

Ἐποίησέ τε ἐξ ἑνὸς αἵματος πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων κατοικεῖν ἐπὶ παντὸς προσώπου τῆς γῆς, ὁρίσας προστεταγμένους καιροὺς, καὶ τὰς ὁροθεσίας τῆς κατοικίας αὐτῶν·

26 Condiditque ex vno ſanguine omne genus hominum, vt habitarent per vniuerſā ſuperficiem terræ, definitis tempeſtiuitatibus quas præſtituit, & poſitis terminis habitationis eorum:

26 Fecitque ex vno omne genus hominum inhabitare ſuper vniuerſam faciem terræ, deſignans ſtatuta tempora, & terminos habitationis eorum:

Ζητεῖν τὸν Κύριον εἰ ἄρα γε ψηλαφήσειαν αὐτὸν καὶ εὕροιεν· καίτοιγε οὐ μακρὰν ἀπὸ ἑνὸς ἑκάστου ἡμῶν ὑπάρχοντα.

27 Vt quærerent Deum, ſi forte palpando eum inuenirēt: quāquam profectò non lōgè abeſt ab vnoquoque noſtrum.

27 Quærere Deum, ſi forte attrectent eū & inueniant: quamuis nō longè ſit ab vnoquoque noſtrū.

Ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν· ὡς καί τινες τῶν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν εἰρήκασιν, Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν.

28 Per ipſum enim viuimus, & mouemur, & ſum*, ſicut & quidā veſtratiū poetarum dixerūt, Nā huius progenies etiā ſum*.

28 In ipſo enim viuimus, & mouemur, & ſumus: ſicut & quidā veſtrorū poetarū dixerunt, Ipſius enim & genus ſumus.

Γένος οὖν ὑπάρχοντες τοῦ Θεοῦ, οὐκ ὀφείλομεν νομίζειν χρυσῷ ἢ ἀργύρῳ ἢ λίθῳ, χαράγματι τέχνης καὶ ἐνθυμήσεως ἀνθρώπου, τὸ θεῖον εἶναι ὅμοιον.

29 ¶Progenies ergo Dei quū ſim* non debemus exiſtimare auro aut argēto, aut lapidi, ſculptili artificii aut cōmentationis hominum, numen eſſe ſimile.

29 Genus ergo quū ſimus Dei, nō debemus eſtimare auro, aut argento, aut lapidi, ſculpturæ artis & cogitationis hominis, Diuinum eſſe ſimile. Eſa.40.n.18

Τοὺς μὲν οὖν χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδὼν ὁ Θεὸς, τανῦν παραγγέλλει τοῖς ἀνθρώποις πᾶσι πανταχοῦ μετανοεῖν,

30 Temporibus igitur iſtius ignorantiæ diſſimulatis, Deus nunc denuntiat omnibus vbique hominibus vt reſipiſcant.

30 Et tēpora quidē huius ignorātiæ deſpiciēs De* nūc ānūtiat hominib* ut omnes vbique pœnitentiā agāt.

Διότι ἔστησεν ἡμέραν ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, ἐν ἀνδρὶ ᾧ ὥρισε, πίστιν παράσχων πᾶσιν, ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν.

31 Eo q̄ ſtatuit diem quo iuſtè iudicaturus eſt orbem terrarū, per eum virum quem definiit, fide palàm facta omnibus, illo à mortuis excitato.

31 Eo quòd ſtatuit diem in quo iudicaturus eſt orbem in æquitate, in uiro in quo ſtatuit, fidē præbens omnibus, ſuſcitans eum à mortuis.

25 Colitur, θεραπεύεται. Vel, Delinitur, ſiue conciliatur, id eſt ἱλάσκεται. Et omnia, καὶ τὰ πάντα. Sic ſcriptum inueni in vetuſtis duob* codicibus, ad quos accedit Vet. editionis Latinæ authoritas, & ita etiā legit Clemens in libro στρωμ. 6. Ita que ſic legere malui quàm καὶ πάντα, id eſt per omnia: ex quibus verbis vix poſſis aptam ſententiam eruere. Deinde manifeſta eſt antitheſis, quum dicit Deum nulla re indigere, vt qui & vitā & omnia omnibus ſuppediter.

26 Ex vno ſanguine, ἐξ ἑνὸς αἵματος. Vulg. legit dūtaxat ἐξ ἑνός, ex vno, videlicet homine: & ita citatur hic locus apud Clementem libro στρωμ. α.

27 Palpando eum inuenirent, ψηλαφήσειαν αὐτὸν καὶ εὕροιεν. Vulgata, Attrectent & inueniant: quam interpretationem non probo, quia attrectare eorum eſt qui inuenerunt. Eraſmus, Palpent & inueniant. Quāuis autem ſic habeant Græca, puto tamen commodius hæc exprimi gerundii modo. Nam verbo ψηλαφήσειαν declaratur, homines cæcorum inſtar Deum nonniſi palpando potuiſſe inueſtigare antequam vera illa lux mundo illuceſceret. Neque tamen harum tenebrarum originem Paulus aperit, quia nimirum habet eorum rationem quos alloquitur, qui ne ortum quidem ac conditionem hominis norant. Neque enim hoc docēt philoſophorum ſcripta, ſed vnus Moſes.

29 Sculptili artificii & commentationis hominum, χαράγματι τέχνης καὶ ἐνθυμήσεως ἀνθρώπου. Id eſt, quæ materiæ, puta aurum, argentum, lapides, ſolent humano artificio & prout hominibus cōminiſci libuit, inſculpi. neque enim rudis illa materia, ſed arte quapiam formam adepta, coli ſolet. Cæterùm ſcindum eſt, ex Scripturæ cōſuetudine, appellatione χαράγματος, nō modò ſculptile op*, ſed etiam pictū καταγραφῆς, omnia denique ea intelligi quæ homines colendo aut repræſentando numini ſolent comminiſci. Vulg. obſcurè, Sculpturæ artis & cogitationis hominis. Eraſmus, Arte ſculptili & inuentione hominis.

30 Temporibus diſſimulatis, τοὺς χρόνους ὑπεριδών. Mihi quidem videtur Vetus interpres non malè cōuertiſſe ὑπεριδὼν Deſpicere, quanuis aliter cenſeat Eraſmus: ſed planior tamen eſt interpretatio quam ſequuti ſumus.

31 Fide palàm facta omnibus, πίστιν παράσχων πᾶσιν. Vulgata, Fidem præbens omnibus: quam interpretationem ſi ſequamur, hæc erit ſententia, Deum eſſe iudicaturum orbem terrarum per Chriſtum, quem huius

rei deſtinauit, facta vniuerſo mundo poteſtate ipſum per fidem amplectendi. Offertur enim Chriſtus vniuerſo mundo. quod tamen rurſus ita accipiendum erit vt ad omnes gentes, non autem ad ſingulos homines referas. Neque enim omnium eſt fides, neque volentis, aut currentis, ſed miſerentis Dei, vt ait idem Apoſtolus 2. Theſſ. 3. c. 2. Rom. 9. d. 16. Sed iſta expoſitio mihi quidem nō magnopere arridet. Puto potius Paulum dicere, Chriſtum palàm mundi iudicem à Deo declaratum eſſe per reſurrectionem à mortuis, vt idem teſtatur Rom. 1. a. 4. Ideo πίστιν hoc loco non declarat fidem præbere, id eſt credēdi poteſtatem facere: ſed fidem facere, & quidem palàm ac publicè, vt hæc comprobatio ſit exhibita omniū oculis. Eraſmus, Fide præſtita omnibus, non ſatis accommodatè, ni fallor. Nam præſtare fidē dicitur qui bona fide aliquod negotiū adminiſtrat, vel qui re ipſa præſtat quod promiſit. Ac fateor quidem, hac ratione Deum in Scripturis paſſim Fidelem dici: ſed de hoc non puto Apoſtolum hoc loco diſſerere.

Ακούσαντες δὲ ἀνάστασιν νεκρῶν, οἱ μὲν ἐχλεύαζον, οἱ δὲ εἶπον, Ακουσόμεθά σου πάλιν περὶ τούτου.

32 Quum audiſſent autem reſurrectionem mortuorum, alii quidem cauillabantur, alii verò dicebant, Audiemus te rurſus de hac re.

32 *Quum audiſſent autem reſurrectionem mortuorum. quidam quidem irridebant. quidam verò dixerunt. Audiemus te de hoc iterum.*

Καὶ οὕτως ὁ Παῦλος ἐξῆλθεν ἐκ μέσου αὐτῶν.

33 Et ita Paulus exiuit è medio eorum.

33 *Sic Paulus exiuit de medio eorum.*

Τινὲς δὲ ἄνδρες κολληθέντες αὐτῷ, ἐπίστευσαν, ἐν οἷς καὶ Διονύσιος ὁ Αρεοπαγίτης, καὶ γυνὴ ὀνόματι Δάμαρις, καὶ ἕτεροι σὺν αὐτοῖς.

34 Quidam verò ei adiuncti crediderunt: in quibus & Dionyſius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alii cum eis.

34 *Quidam verò illi adhærentes ei, crediderunt: in quibus & Dionyſius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alij cum eo.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιη'.

CAP. XVIII.

CAP. XVIII.

Μετὰ ταῦτα χωρισθεὶς ὁ Παῦλος ἐκ τῶν Αθηνῶν, ἦλθεν εἰς Κόρινθον.

1 Poſtea Paulus diſcedens Athenis, venit Corinthum:

1 *Poſt hæc egreſſus ab Athenis, venit Corinthum.*

Καὶ εὑρών τινα Ἰουδαῖον ὀνόματι Ακύλαν, Ποντικὸν τῷ γένει, προσφάτως ἐληλυθότα ἀπὸ τῆς Ἰταλίας, καὶ Πρίσκιλλαν γυναῖκα αὐτοῦ, (διὰ τὸ διατεταχέναι Κλαύδιον χωρίζεσθαι πάντας τοὺς Ἰουδαίους ἐκ τῆς Ρώμης) προσῆλθεν αὐτοῖς.

Rom. 16. a. 3

2 Et repertò quodam Iudæo, nomine Aquila, Ponticò natione, qui nuper venerat ex Italia, & Priſcilla vxore eius, (eo quòd edixiſſet Claudius vt omnes Iudæi Roma excederēt) venit ad eos:

2 *Et inueniens quendā Iudæum nomine Aquilā, Ponticum genere, qui nuper uenerat ab Italia, & Priſcillam uxorem eius, (eo quòd præcepiſſet Claudius diſcedere omnes Iudæos à Roma) acceſſit ad eos:*

Καὶ διὰ τὸ ὁμότεχνον εἶναι, ἔμενε παρ' αὐτοῖς, καὶ εἰργάζετο· ἦσαν γὰρ σκηνοποιοὶ τὴν τέχνην.

3 Et quia eiuſdem erat artificii, mānſit apud eos, & operabatur: erat enim ars illorū conficere tabernacula.

3 *Et quia eiuſdem erat artis, manſit apud eos: & operabatur: erat autem ſarcinatoriæ artis.*

Διελέγετο δὲ ἐν τῇ συναγωγῇ κατὰ πᾶν σάββατον, ἔπειθέ τε Ἰουδαίους καὶ Ἕλληνας.

4 Diſſerebat autem in ſynagoga omnibus Sabbathis, & alliciebat tū Iudæos, tū Græcos.

4 *Et diſputabat in ſynagoga per omne Sabbathū, interponens nomen Domini Ieſu, ſuadebátque Iudæis & Græcis.*

Ως δὲ κατῆλθον ἀπὸ τῆς Μακεδονίας ὅ, τε Σίλας καὶ ὁ Τιμόθεος, συνείχετο τῷ πνεύματι ὁ Παῦλος, διαμαρτυρόμενος τοῖς Ἰουδαίοις εἶναι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν.

5 Vt venerunt autem è Macedonia Silas & Timotheus, cōſtringebatur ſpiritu Paulus, teſtificans Iudæis Chriſtum Ieſum.

5 *Quum uenissent autē de Macedonia Silas & Timotheus, inſtabat uerbo Paulus, teſtificans Iudæis eſſe Chriſtū Ieſum.*

IN CAPVT XVIII.

4 Omnibus Sabbathis, κατὰ πᾶν σάββατον. In Vulgata editione additur, Interponens nomen Domini Ieſu, παρεντιθέμενος τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, quod in nullis Græcis codicibus inuenimus. Alliciebat, ἔπειθε. Vulg. & Eraſ. Suadebat, quod eſt conantis potius quàm re ipſa aliquid efficientis, quum tamen πείθω cum quarto caſu perſuadere ſignificet. ſed iſtoverbo Latini nō ſolēt vti niſi caſu rei adiūcto: ideo ſynonymon quæſiuimus.

5 Cōſtringebatur ſpiritu, συνείχετο τῷ πνεύματι. Id eſt, Spiritus afflatu correptus æſtuabat, geſtiēte videlicet illo ardore prorſus erūpere, & pectore ipſo tantū zelum non capiente. Itaque tantum abeſt vt (quod cum Eraſmi pace dixerim) hæc ita accipienda ſint vt Paulum intelligamus inuitum ac reluctantem id feciſſe, quaſi præſentiſceret ſe operam luſurum, vt contrà hoc verbo ſignificetur, tantum fuiſſe Pauli ardorem, vt heroico impetu totus ſui oblitus, ad prædicandum Chriſtum ferretur. Id autem diſertiores Græci declarant verbo κατέχεσθαι: vnde κάτοχοι dicuntur οἱ θεοφορούμενοι καὶ ἐνθουσιάζοντες. Sed hoc intereſt, quòd furor ille de quo diſſerunt profani ſcriptores, homines reddebat verè inſanos: Lucas autem eius Spiritus [illegible] quo vnus diuinæ ac germanæ ſapientiæ igniculos in nobis accendit. Vulg. Inſtabat verbo, cuius interpretationis nullam rationem poſſum inire.

Ἀντιπασσομένων δὲ αὐτῶν καὶ βλασφημούντων, ἐκτιναξάμενος τὰ ἱμάτια, εἶπε πρὸς αὐτούς, Τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν· καθαρὸς ἐγὼ· ἀπὸ τοῦ νῦν εἰς τὰ ἔθνη πορεύσομαι.

6 Illis autem ſeſe opponentibus ac blaſphemantibus, excuſſis veſtibus dixit eis, Sanguis veſter ſuper caput veſtrum: purus ego, ab hoc tempore ad Gentes proficiſcar.

6 Cùm aduerſarentur autem eo. & blaſphemarent, excutiẽs veſtimenta ſua, dixit ad eos, Sanguis veſter ſuper caput veſtrum: mundus ego, ex hoc ad Gentes vadam. Supra, 13.g.51 mar.10.b.14

Καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν, ἦλθεν εἰς οἰκίαν τινὸς ὀνόματι Ἰούστου, σεβομένου τὸν Θεὸν, οὗ ἡ οἰκία ἦν συνομοροῦσα τῇ συναγωγῇ.

7 Et digreſſus illinc, introiit domum cuiuſdam nomine Iuſti, colentis Deum, cuius domus erat confinis ſynagogæ.

7 Et migrans inde, intrauit in domum cuiuſdam nomine Titi Iuſti, colentis Deum, cuius domus erat coniuncta ſynagogæ.

Κρίσπος δὲ ὁ ἀρχισυνάγωγος ἐπίστευσε τῷ Κυρίῳ σὺν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ· καὶ πολλοὶ τῶν Κορινθίων ἀκούοντες ἐπίστευον, καὶ ἐβαπτίζοντο.

8 Criſpus autem præfectus ſynagogæ credidit Domino cum tota domo ſua, multique Corinthiorum audientes credebãt & baptizabantur.

8 Criſpus autẽ Archiſynagogus credidit Domino cum omni domo ſua: & multi Corinthiorum audientes credebant, & baptizabantur. 1.Cor.1.b.14

Εἶπε δὲ ὁ Κύριος δι' ὁράματος ἐν νυκτὶ τῷ Παύλῳ, Μὴ φοβοῦ, ἀλλὰ λάλει, καὶ μὴ σιωπήσῃς·

9 Dixit autem Dominus noctu per viſionem Paulo, Ne time, ſed loquere, & ne tacueris.

9 Dixit autẽ Dominus noctu per viſionem Paulo, Noli timere, ſed loquere, & ne taceas.

διότι ἐγώ εἰμι μετὰ σοῦ, καὶ οὐδεὶς ἐπιθήσεταί σοι τοῦ κακῶσαί σε· διότι λαός ἐστί μοι πολὺς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ.

10 Nam ego ſum tecum, & nemo te inuadet vt tibi malefaciat: quoniam populus eſt mihi multus in hac vrbe.

10 Propter ego sũ tecũ, & nullus nocere poterit tibi, quoniã populus est mihi multus in hac ciuitate.

Ἐκάθισέ τε ἐνιαυτὸν καὶ μῆνας ἓξ, διδάσκων ἐν αὐτοῖς τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ.

11 Commoratus eſt itaque illic annum & ſex menſes, docens eos ſermonem Dei.

11 Sedit autem annum & ſex menſes, docens apud eos verbum Dei.

Γαλλίωνος δὲ ἀνθυπατεύοντος τῆς Ἀχαΐας, κατεπέστησαν ὁμοθυμαδὸν οἱ Ἰουδαῖοι τῷ Παύλῳ, καὶ ἤγαγον αὐτὸν ἐπὶ τὸ βῆμα,

12 Quum autẽ Gallio eſſet Proconſul Achaiæ, inſurrexerunt concorditer Iudæi in Paulum, & adduxerunt eum ad tribunal,

12 Gallione autem Proconſule Achaiæ, inſurrexerunt uno animo Iudæi in Paulum, & adduxerũt eũ ad tribunal.

λέγοντες, Ὅτι παρὰ τὸν νόμον οὗτοι ἀναπείθουσι τοὺς ἀνθρώπους σέβεσθαι τὸν Θεόν.

13 Dicentes, Iſte perſuadet hominibus colere Deum contra Legem.

13 Dicentes, Quia contra Legem hic perſuadet hominibus colere Deum.

Μελλόντος δὲ τοῦ Παύλου ἀνοίγειν τὸ στόμα, εἶπεν ὁ Γαλλίων πρὸς τοὺς Ἰουδαίους, Εἰ μὲν ἦν τι ἀδίκημα ἢ ῥᾳδιούργημα πονηρόν, ὦ Ἰουδαῖοι, κατὰ λόγον ἂν ἠνεσχόμην ὑμῶν·

14 Paulo verò iam os aperturo, dixit Gallio Iudæis, Siqua iniuria eſſet, aut facinus malum, ô Iudæi, quatenus æquum eſſet vos tolerarem:

14 Incipiente autem Paulo aperire os, dixit Gallio ad Iudæos, Si quidem eſſet miquũ aliquod, aut facinus peſſimũ, ô viri Iudæi, rectè nos ſuſtinerẽ:

6 Sanguis veſter ſuper caput veſtrum, τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν. Hebraicè דמכם על ראשכם in 2. Sam.1.c.16. Eſt autem obteſtationis quædam ſpecies, quaſi diceret Paulus, Video vos in perniciem veſtrã ruere. Ego igitur Deum hic corã vobis teſtor, nõ me ſed vos vobiſipſis cauſã eſſe exitii, vt loquitur Dauid 2. Sam. 1.c.16. Sanguinis enim appellatione cũ cædes, tum verò omne exitii genus intelligitur, cuius cauſa is eſſe dicitur, Hebræorum more, cuius (vt ita loquar) capiti imponitur, id eſt cui impingatur. Itaque non ſatis rectè Caſtel lio hũc Hebraiſmũ nuper expreſſit, quũ interpretaretur, Vos veſtrã pernicie capite luetis. Nã obſecro, quid il lud eſt, Luere ſuã pernicie? Neq; verò hic duntaxat perituros illos prædixit Paulus, ſed ſua ipſorũ cũlpa perituros. quod iſte aut prætermittere, aut obſcuriſſimè dicere maluit q̃ hebraiſſare, & ipſius Lucæ veſtigia ſectari.

7 Iuſti, Τίτου. Vulg. Titi Iuſti, Τίτου τοῦ. quod in vno codice legimus. Colẽtis, σεβομένου. In duob⁹ codicibus legimus φοβουμένου, timentis. Solet enim Lucas plerunque σεβομένους abſolutè vocare qui à Paganiſmo deſecerant, quos ſolemus religioſos interpretari.

9 Et ne tacueris, καὶ μὴ σιωπήσῃς. Pleonaſmus Hebraicus, de quo diximus Iob.1.c.10.

10 Ego ſum tecum, ἐγώ εἰμι μετὰ σοῦ. Vide Luc. 1.f.66. Inuadet, ἐπιθήσεται. Vulg. Poterit tibi nocere, vt videri poſſit legiſſe, δυνήσεταί σε κακῶσαι.

11 Commoratus eſt, ἐκάθισε. Vulgata & Eraſmus ad verbum, Sedit: quod verbum poſtea veteres Epiſcopi ſuum fecerunt: meritò id quidem, quam docendi officio fungerentur. Sed quorſum hoc ad illos qui ſedẽ, docẽdi populi cauſa, nunquã aſpexerunt? Eſt autẽ in hoc verbo hebraiſ. quẽ obſeruauimus Mat. 4.c.16.

12 Eſſet Proconſul Achaiæ, ὄντος τῆς Ἀχαΐας. Id eſt totius Græciæ. Cur autem Achaiæ Proconſul diceretur, explicat his verbis Pauſanias, καὶ δεδήλωκε, μὴ Ἑλλάδος ἀλλ' Ἀχαΐας ἐγκρατῆ τοὺς Ῥωμαίους, διότι ἐχειρώσαντο τοὺς Ἕλληνας οἱ Ἀχαιῶν πρὸ τῶν Ἑλληνικῶν ἡγησάμενοι. Vocant, inquit, non Græciæ ſed Achaiæ præſidem Romani, quòd Græcos ſubiecerint per Achæos qui tum Græciæ principes erant.

14 Quatenus æquum eſſet, κατὰ λόγον. Vulg. Rectè, ὀρθῶς. Eraſ. Meritò, εἰκότως. Ego hoc accipio exceptionis loco, vt illud ſit omnino quod vernaculo ſermone dicimus, *omnino que de raiſon.*

Εἰ μὲν οὖν ἀδίκημά τι ἦν πονηρὸν ἢ ῥᾳδιούργημα πονηρόν, ὦ ἄνδρες Ἰουδαῖοι, κατὰ λόγον ἂν ἀνεσχόμην ὑμῶν· 15 Sin verò quæſtio eſt de ſermone & nominib⁹ & lege veſtra, ipſi videritis: iudex enim egoiſtarum rerum eſſe nolo.

15 *Si verò quæſtiones ſint de verbo & nominibus & lege veſtra, vos ipſi videritis: iudex ego horum nolo eſſe.*

εἰ δὲ ζητήματά ἐστι περὶ λόγου καὶ ὀνομάτων καὶ νόμου τοῦ καθ' ὑμᾶς, ὄψεσθε αὐτοί· κριτὴς γὰρ ἐγὼ τούτων οὐ βούλομαι εἶναι.

Καὶ ἀπήλασεν αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ βήματος. 16 Et abegit eos à tribunali.

16 *Et minauit eos à tribunali.*

Ἐπιλαβόμενοι δὲ πάντες οἱ Ἕλληνες Σωσθένην τὸν ἀρχισυνάγωγον ἔτυπτον ἔμπροσθεν τοῦ βήματος· καὶ οὐδὲν τούτων τῷ Γαλλίωνι ἔμελεν. 17 Omnes autẽ Græci Soſthenẽ præfectũ ſynagogæ apprehenſum verberabant ante tribunal: neque quicquam eorum Gallioni curæ erat.

17 *Apprehẽdẽtes autẽ omnes Soſthenẽ principẽ ſynagogæ percutiebant cumanteè tribunal: & nihil eorum Gallioni curæ erat.*

Ὁ δὲ Παῦλος ἔτι προσμείνας ἡμέρας ἱκανὰς, τοῖς ἀδελφοῖς ἀποταξάμενος, ἐξέπλει εἰς τὴν Συρίαν, καὶ σὺν αὐτῷ Πρίσκιλλα καὶ Ἀκύλας, κειράμενος τὴν κεφαλὴν ἐν Κεγχρεαῖς· εἶχε γὰρ εὐχήν. 18 Paulus verò quum adhuc *illic* permanſiſſet dies multos, vale dicto fratribus, enauigauit in Syriam, & cum eo Priſcilla & Aquila, ‖ quum totondiſſet caput Cenchreis: habebat enim votum.

Numer. 6.c.18 infrà, 21.d.24

18 *Paulus uerò quũ adhuc ſuſtinuiſſet dies multos, fratribus ualefaciens, nauigauit Syriam, & cum eo Priſcilla & Aquila, qui ſibi totonderat in Cenchris caput: habebat enim uotum.*

Κατέλυσε δὲ εἰς Ἔφεσον, κἀκείνους κατέλιπεν αὐτοῦ· αὐτὸς δὲ εἰσελθὼν εἰς τὴν συναγωγὴν, διελέχθη τοῖς Ἰουδαίοις. 19 Peruenit autẽ Epheſum, & eos ibi reliquit: ipſe verò ingreſſus ſynagogã, diſſeruit cũ Iudæis.

19 *Deuenitque Epheſũ, & illos ibi reliquit. Ipſe uerò ingreſſus ſynagogam diſputabat cum Iudæis.*

Ἐρωτώντων δὲ αὐτὸν ὅπως πλείονα χρόνον μεῖναι παρ' αὐτοῖς, οὐκ ἐπένευσεν· 20 Rogantibus autem ipſis vt diutius apud ipſos maneret, non annuit:

20 *Rogantibus autẽ eum ut ampliori tempore maneret, non conſenſit.*

ἀλλὰ ἀποταξάμενος αὐτοῖς, εἰπών, Δεῖ με πάντως τὴν ἑορτὴν τὴν ἐρχομένην ποιῆσαι εἰς Ἱεροσόλυμα· πάλιν δὲ ἀνακάμψω πρὸς ὑμᾶς, τοῦ Θεοῦ θέλοντος· Καὶ ἀνήχθη ἀπὸ τῆς Ἐφέσου. 21 Sed ‖ vale dixit eis, dicens, Oportet omnino me feſtũ quod inſtat agere Hieroſolymis: ſed iterum reuertar ad vos, ‖ Deo volente. Et prouectus eſt Epheſo.

1.Cor.4.d.19 infrà, 19.f.15

21 *Sed ualefaciens & dicens, Iterum reuertar ad uos, Deo uolente: profectus eſt ab Epheſo.*

Καὶ κατελθὼν εἰς Καισάρειαν, ἀναβὰς, καὶ ἀσπασάμενος τὴν ἐκκλησίαν, κατέβη εἰς Ἀντιόχειαν. 22 Quúmq; deſcendiſſet Cæſaream, aſcẽdiſſétque Hieroſolymam, ac ſalutaſſet Eccleſiam, deſcendit Antiochiam.

22 *Et deſcendens Cæſaream aſcendit, & ſalutauit Eccleſiam, & deſcendit Antiochiam.*

Καὶ ποιήσας χρόνον τινὰ, ἐξῆλθε, διερχόμενος καθεξῆς τὴν Γαλατικὴν 23 Et ‖ quum peregiſſet *illic* aliquantum temporis, abiit, peragrans ordine Galaticam

23 *Et facto ibi aliquãto tẽpore, profectus eſt, pẽbulans ex ordine Galaticã*

15 De ſermone, περὶ λόγου. Vel, De eo quod aliquis dixerit, puta quòd hoc vel illud non rectè dixerit, vt veſtra ferre religio. Et nominibus, καὶ ὀνομάτων. Vel, & verbis. Profanus enim homo putat verborum potius quàm rerum eſſe controuerſiam, & doctrinam Dei habet pro verbis inanibus.

18 Quum totondiſſet caput, κειράμενος τὴν κεφαλήν. Vulgata, Qui totonderat caput, manifeſtè hoc referens ad Aquilam. Beda etiam teſtatur codicem ſe vidiſſe qui plurali numero haberet, Qui totonderant caput, & habebant votum: vt ad Aquilam & Priſcillam referretur. Quia tamen ambiguus eſt ſermo, vt non minus ad Paulum quàm ad Aquilam referri poſſit, ita conuerti vt liberum iudicium lectori relinquatur: quãuis quod ad me attinet, malim de Paulo interpretari, qui factus eſt omnibus omnia. Quod autẽ adfert in ſuis annotationibus Caſtellio, vero propius videri hoc de Aquila dici, ex eo quòd Lucas vxorem viro præpoſuit, cuius ordinis, inquit, (quum aliàs non ſoleat) quæ cauſa fuerit non video, niſi vt intelligeretur participium κειράμενος ad Aquilæ nomen, cui protinus coniungitur, referri: quod non fieret ſi Aquilam antepoſuiſſet: hoc, inquam, falsò & incogitanter ab illo dicitur. nam hoc ipſo cap. v. 26 (vt habet Vetus verſio) iterum poſteriore loco vir nominatur: & quum Paulus in Epiſtolis duos iſtos ter appellet, bis vxorem viro præponit. Græcorum etiam codicum conſenſu. Quamobrem autem hoc ſit factum, non minus ineptum eſt quærere, quàm diſputare cum Grammaticis cur Homerus Iliada ſit à nomine μῆνιν auſpicatus.

21 Vale dixit, ἀποταξάμενος. Vulgata barbarè, Valefaciens. Vide Mar. 6. f. 56. Oportet omnino, δεῖ πάντως. Totum hoc membrum deeſt in Vulgata editione.

22 Cæſaream, εἰς Καισάρειαν. Cæſaream ſcilicet Stratonis, portum ab Herode ſtructum, vt inde Hieroſolymam contenderet. Ridiculum eſt autem quòd Hieronymus de Cæſarea Cappadociæ iſta interpretatur. quem ſaltem oportuerat conſiderare verbum ἀνῆχθη de iis dici qui nauigant. Aſcendiſſétque Hieroſolymam, ἀναβὰς. Nomen Hieroſolymæ ſuppleui, quoniam hoc omnino poſtulat ſententia, etiãſi ex verbo Aſcẽdendi, ſatis per ſe intelligitur.

23 Quum peregiſſet, ποιήσας. Sic etiam accipitur idem verbum ποιεῖν pro διατρίβειν infrà 20. a. 3: quanquam fortaſſis ea eſt emphaſis huius verbi vt etiam ſignificet Paulum quandiu illic verſatus eſt, in perpetuo opere fuiſſe, vt expoſuimus Mat. 20. b. 12.

χώραν καὶ Φρυγίαν, ἐπιστηρίζων πάντας τοὺς μαθητάς.

Ἰουδαῖος δέ τις Ἀπολλὼς ὀνόματι, Ἀλεξανδρεὺς τῷ γένει, ἀνὴρ λόγιος, κατήντησεν εἰς Ἔφεσον, δυνατὸς ὢν ἐν ταῖς γραφαῖς.

Οὗτος ἦν κατηχημένος τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου· καὶ ζέων τῷ πνεύματι, ἐλάλει καὶ ἐδίδασκεν ἀκριβῶς τὰ περὶ τοῦ Κυρίου, ἐπιστάμενος μόνον τὸ βάπτισμα Ἰωάννου.

Οὗτός τε ἤρξατο παρρησιάζεσθαι ἐν τῇ συναγωγῇ. Ἀκούσαντες δὲ αὐτοῦ Ἀκύλας καὶ Πρίσκιλλα προσελάβοντο αὐτὸν, καὶ ἀκριβέστερον αὐτῷ ἐξέθεντο τὴν τοῦ Θεοῦ ὁδόν.

Βουλομένου δὲ αὐτοῦ διελθεῖν εἰς τὴν Ἀχαΐαν, προτρεψάμενοι οἱ ἀδελφοὶ, ἔγραψαν τοῖς μαθηταῖς ἀποδέξασθαι αὐτόν· ὃς παραγενόμενος συνεβάλετο πολὺ τοῖς πεπιστευκόσι διὰ τῆς χάριτος.

Εὐτόνως γὰρ τοῖς Ἰουδαίοις διακατηλέγχετο δημοσίᾳ, ἐπιδεικνὺς διὰ τῶν γραφῶν εἶναι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιθ.

Ἐγένετο δὲ τοῦ Ἀπολλὼ εἶναι ἐν Κορίνθῳ, Παῦλον διελθόντα τὰ ἀνωτερικὰ μέρη, ἐλθεῖν εἰς Ἔφεσον καὶ εὑρεῖν τινας μαθητάς,

Εἶπέ τε πρὸς αὐτούς, Εἰ Πνεῦμα ἅγιον ἐλάβετε πιστεύσαντες; Οἱ δὲ εἶπον πρὸς αὐτόν, Ἀλλ' οὐδὲ εἰ Πνεῦμα ἅγιόν ἐστιν, ἠκούσαμεν.

Εἶπέ τε πρὸς αὐτούς, Εἰς τί οὖν;

regionem & Phrygiam, confirmans omnes discipulos.

24 Iudæus autem quidam Apollos nomine, Alexandrinus natione, vir eloquens, peruenit Ephesum, potens in Scripturis.

25 Hic erat initiatus via Domini, & feruens spiritu, loquebatur & docebat diligenter ea quæ sunt Domini, sciens tantùm Baptisma Iohannis.

26 Cœpitque liberè loqui in synagoga. Quæ quum audissent Aquila & Priscilla assumpserunt eum, & exquisitius ei exposuerunt viam Dei.

27 Quùm autem vellet transire in Achaiam, fratres exhortati, scripserunt discipulis vt exciperent eum: qui quum aduenisset, multum contulit iis qui crediderant per gratiam.

28 Magna enim contentione Iudæos magis ac magis redarguebat publicè, ostendens per Scripturas esse Iesum Christum illum.

CAP. XIX.

1 FActum est autem interim dum Apollos esset Corinthi, vt Paulus peragratis superioribus partibus veniret Ephesum: vbi quum discipulos inuenisset,

2 Dixit eis, Num Spiritu sanctum accepistis posteaquam credidistis? At illi dixerunt ei, Imò nè hoc quidem audiuimus an sit Spiritus sanctus.

3 Tunc dixit eis, In quid ergo

regnum & Phrygiam, confirmans omnes discipulos.

24 Iudæus autem quidam Apollos nomine, Alexandrinus genere, vir eloquens, deuenit Ephesum, potens in Scripturis. 1.Cor.1.b.12

25 Hic erat edoctus viam Domini: & feruens spiritu, loquebatur & docebat diligenter ea quæ sunt Iesu, sciens tantum Baptisma Iohannis.

26 Hic ergo cœpit fiduciàliter agere in synagoga. Quæ quũ audissent Priscilla & Aquila, assumpserũt eũ, & diligentius exposuerunt ei viã Dei. Rom.16.a.

27 Quũ autẽ vellet ire Achaiã, exhortati fratres, scripserunt discipulis vt susciperent eũ. Qui quũ venisset, contulit multum iis qui crediderant.

Vehementer enim Iudæos reuincebat publicè, ostendens per Scripturas esse Christum Iesum.

CAP. XIX.

1 FActum est autẽ quũ Apollos esset Corinthi, vt Paulus peragratis superioribus partibus veniret Ephesum, & inueniret quosdam discipulos.

2 Dixitque ad eos, Si Spiritum sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum, Sed neque si Spiritus sanctus est audiuimus.

3 Ille verò ait, In quo igitur

24 Potẽs in Scripturis, δυνατὸς ὢν ἐν ταῖς γραφαῖς. Hebraïs. pro, Scripturarũ cognitione egregiè instructus.

25 Initiatus, κατηχημένος. Vulg. Edoctus. Eras. Institutus. Vide Luc.1.a.4. Diligenter, ἀκριβῶς: id est δεδημευμένως. Sic enim commendatur illius summa diligentia, potiùs quàm peritia Euangelicæ doctrinæ, quam duntaxat degustarat, vt apparet ex iis quæ sequuntur.

26 Exquisitius, ἀκριβέστερον. Vulgata, Diligentius. quod non quadrat. Neque enim de diligentia hoc dicitur, vt in superiore versiculo, sed de doctrina ipsa. Erasmus, Exactius. Vide Luc.1.a.3. Viam Dei, τὴν τοῦ Θεοῦ ὁδόν: id est viam quæ ad Deum ducit, quam paulo antè viam Domini vocauit. quem Hebraismum exposuimus Marci 12.b.14.

27 Per gratiam, διὰ τῆς χάριτος. Connecti hoc potest vel cum participio proximo, vel cum verbo συνεβάλετο, quod probabilius quidem est si sententiam spectes: sed durius tamen propter traiectionem. Si ad participium referas, χάριτος appellatione intelligetur gratuitus Dei fauor à quo vno manat fides: sin ad verbum, χάριτος declarabit donum illa Dei eximia in hunc hominem collata, quibus non mediocriter adiutâ fuit Ecclesia Corinthiaca. Ego neutri expositioni volui præiudicium adferre.

28 Magna enim cont. Μεγάλως γάρ. Vt volui hac periphrasi vt Græci vocabuli emphasin seruarẽ, quo significatur eloquẽtẽ hũc hominẽ omnes (quod aiũt) nerues reuincẽ dis Iudæis contẽdisse. Vulg. & Eras. Vehemẽter, id est λίαν. Sed & paulo pòst nõ satis expressè videntur interpretati διακατηλέγχετο, reuincebat. Nã præpositio διὰ significationẽ auget, vt in διακρατῶν, διακρίνω, & similibus. Ideo conuerti, Magis ac magis redarguebat.

Iesum esse Christũ illũ, εἶναι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν. Vulg. Esse Christũ Iesum, nimiũ obscurè. Nã articulus τὸν Χριστὸν non ideo additus est vt subiectum declaret, sicut Iac.1.a.1, sed διακριτικῶς positus est, vt Messiã illum significet, quum alioqui Christi dicerentur omnes reges & sacerdotes.

IN CAPVT XIX.

2 Spiritum sanctum, Πνεῦμα ἅγιον. Id est, dona illa eximia Spiritus sancti, χαρίσματα, quæ tum in Ecclesia vigebant, vt vel ex eo apparet quod scribitur infrà, versu 16.

3 In quid ergo baptizati estis? εἰς τί οὖν ἐβαπτίσθητε; Id est, Quæ igitur doctrina imbuti & initiati estis? Vulg.

In quo igitur baptizati eſtis? Eraſ. Quo igitur baptizati eſtis? Vtrãque hanc interpretationem, ac illam præſertim, idcirco repudio quòd εἰς pro ἐν interpretetur: perinde acſi ſcriptum eſſet ἐν τίνι: vt ſit hæc ſententia, Si non eſtis baptizati Spiritu ſancto, qua re igitur eſtis baptizati? Quanuis enim εἰς pro ἐν ſæpe vſurpetur, tamen hæc enallage (meo iudicio) nullo modo huic loco conuenit. Neque enim puto quærere Apoſtolum aut à quo, aut quomodo, aut quorſum ſint baptizati, denique ne hoc quidem puto rogare an ſint baptizati: ſed quum illi dicerent ſe neſcire an ſit Spiritus ſanctus, ac proinde oſtenderent ſe ignorare totam Eccleſiæ Chriſtianæ rationẽ, qui tamẽ ſe diſcipulos dicebãt: credo ſciſcitari Paulũ cui igitur doctrinæ nomẽ dederint, & quales ſe eſſe profiteãtur. Vtitur autẽ vocabulo Baptizãdi & Baptiſmatis: quia Baptiſmus erat initiationis ac profeſſionis diſcipulorum teſſera. Quod vt planius fiat, ſciendum eſt quid valeant hæc dicendi genera quæ in Scripturis occurrunt, & quatenus inter ſe differant. Baptizari in aliquem, vt in Moſen, 1. Cor. 10. a. 2. Baptizari in baptiſma alicuius, vt Iohannis hoc in loco. Baptizari in nomen alicuius, vt Patris, Filii, ac Spiritus ſancti, Mat. 28. d. 19, vel Chriſti, vt ſuprà, 2. f. 28, vel Pauli, vt 1. Cor. 1. b. 14. Baptizari in mortem Chriſti, vt Rom. 6. a. 3, ſeu pro mortuis, vt 1. Cor. 15. d. 29, ſeu in vnum corpus, vt 1. Cor. 12. b. 13, ſeu in remiſſionẽ peccatorum, vt ſuprà, 2. f. 38: denique baptizari aqua & baptizari Spiritu ſancto. Itaque BAPTIZARI IN MOSEN, declarat, Moſis auſpiciis ac ductu baptizari: quod dicendi genus ſemel tantùm reperio. BAPTIZARI IN IOHANNIS BAPTISMA, ſignificat, doctrinam quam Iohannes annuntiabat, ac Baptiſmi ſymbolo obſignabat, profiteri & amplecti. BAPTIZARI IN EIVS NOMEN dicimur, cui nos per Baptiſmum dicamus ac conſecramus: quamobrẽ rectè Paulus negat ſeſe in nomẽ ſuũ quenquam baptizaſſe. BAPTIZARI autem IN CHRISTI MORTEM, ſeu PRO MORTVIS, dicuntur fideles, vt per Chriſti mortem peccatum in ipſis moriatur ac aboleatur: & IN VNVM CORPVS, vt omnes in Chriſto capite coaleſcant: & IN REMISSIONEM PECCATORVM, vt Chriſti ſanguine abluantur, vt præpoſitio εἰς in iſtis omnibus finalẽ (quam vocant) cauſam deſignet. BAPTIZARI AQVA, ſiue ὕδατι, id eſt in aqua, nihil aliud quàm aqua immergi declarat, quæ eſt externa Baptiſmi ceremonia: BAPTIZARI autem SPIRITV, aliò ſpectat, nempe ad Spiritus ſancti dona quibus fideles cælitus viſibili ſigno imbuebantur, interdum ante Baptiſmum aquæ, vt ex Cornelii hiſtoria apparet: interdum poſt Baptiſmum, vt iſtis accidit de quibus hic agitur. Ex his autem diligenter conſideratis hoc quoque efficitur, Baptiſmatis vocabulum triplici ſignificatione vſurpari, quarum vna propria eſt, duæ tranſlatitiæ. Propria eſt, quũ immerſionem ſeu tinctionem declarat, quæ etiam ab effectu ablutio ſeu lauacrum dicitur. Vna eſt tranſlatitia, quum pro donorum Spiritus ſancti quaſi effuſione accipitur, vt ſuprà, 1. a. 5, & 2. a. 2, & 10. g. 47, & 11. b. 16. Altera, quum pro Iohannis doctrina, vt quum quæritur an Baptiſmus Iohannis è cælo ſit an ex hominibus: quum dicitur Apollos nihil nouiſſe quàm Iohannis Baptiſma, vt ſuprà 18. g. 25. item quum dicitur Iohannes prædicaſſe Baptiſmum reſipiſcentiæ, vt ſuprà, 13. d. 24, & in hoc verſiculo ac proximè ſequente. Quod autem de Baptiſmatis nomine dicimus, de ipſo quoque Baptizandi verbo ſimili ratione accipiendum eſt. Nam baptizare dicitur miniſter qui aqua tingit, & baptizari qui aqua tingitur: item baptizat Deus quum Spiritus ſui dona impertitur, & baptizatur Spiritu à Deo qui Spiritus donum accipit. Baptizauit demum Baptiſmo reſipiſcentiæ Iohannes quum reſipiſcentiam doceret, cuius ſymbolum erat Baptiſmus quem primus adminiſtrauit. & baptizari dicuntur in Baptiſmate Iohannis quicunque eo doctrinæ genere fuerunt inſtituti. Quum autem appareat minimè extinctam fuiſſe cum Iohanne ipſius exiſtimationem, ſed poſt eius obitum multos fuiſſe tum qui ea docerent quæ de Meſſiæ officio ac vitæ innocentia diuinitus diſſeruerat: tum etiam qui hæc audita amplecterentur, quanuis Chriſti officium non noſſent, (vt de Apollo paulo antè Lucas teſtatus eſt) nec tamen vſquam legamus, vel etiam probabile videatur, iſtos, etiãſi eadẽ illa in genere docerent quæ Iohannes, Baptiſmum tamen Iohannis exemplo vſurpaſſe: minimè certè neceſſe eſt vt vbicunque fit Baptiſmatis Iohannis mẽtio, ipſam Baptiſmi ceremoniam vſurpatam putemus. Itaque qui, propterea quòd iſti paulo pòſt dicũtur in nomine Ieſu Chriſti baptizati, colligunt diuerſum fuiſſe Baptiſmum Iohannis à Baptiſmo Chriſti, ideóque ipſos fuiſſe rebaptizatos, certo fundamento deſtituuntur. Sunt autẽ multo ineptiores qui rebaptizationem ex hoc loco volunt ſtabilire. Nã etiãſi concederem iſtos bis fuiſſe baptizatos, non tamen conſequeretur iterandum Chriſti Baptiſmum.

ἐβαπτίσθητε; Οἱ δὲ εἶπον, Εἰς τὸ Ἰωάννου βάπτισμα.

baptizati eſtis? At illi dixerunt, In Iohannis Baptiſma.

baptizati eſtis? Qui dixerunt, In Iohãnis baptiſmate.

Mat. 3. c. 11 mar. 1. a. 8 luc. 3. b. 6 ioh. 1. d. 26

Εἶπε δὲ Παῦλος, Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν βάπτισμα μετανοίας, τῷ λαῷ λέγων, εἰς τὸν ἐρχόμενον μετ' αὐτὸν ἵνα πιστεύσωσι, τοῦτέστιν εἰς τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν.

Dixit autem Paulus, Iohannes quidem baptizauit Baptiſmo reſipiſcentiæ, dicens populo vt in cum qui venturus erat poſt ipſum, crederent, hoc eſt in Chriſtum Ieſum.

4 *Dixit autem Paulus, Iohannes baptizauit Baptiſmo pœnitentiæ populum, dicens, in eum qui ueturus eſſet poſt ipſum ut crederent, hoc eſt in Ieſum.*

Ἀκούσαντες δὲ ἐβαπτίσθησαν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ.

His igitur auditis baptizati ſunt in nomen Domini Ieſu.

5 *His auditis baptizati ſunt in nomine Domini Ieſu.*

Καὶ ἐπιθέντος αὐτοῖς τοῦ Παύλου τὰς χεῖρας, ἦλθε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτούς, ἐλάλουν τε γλώσσαις, καὶ προεφήτευον.

Et quum impoſuiſſet eis manus Paulus, venit Spiritus ſanctus in eos, & loquebantur linguis, & prophetabant.

6 *Et quum impoſuiſſet illis manus Paulus, uenit Spiritus ſanctus ſuper eos, & loquebantur linguis, & prophetabant.*

4 Iohãnes quidẽ, Ἰωάννης μὲν. Rurſus ponitur μὲν δὲ ſequẽte particula δὲ, quod iã bis annotauimus. In eũ, εἰς τόν. Eraſ. De eo qui venturus eſſet. Hæc enim cõiunxit cũ participio λέγων, quũ per traiectionẽ cõſtruẽda ſint cum verbo ἐβάπτισεν. Idque ita eſſe, vel ex eo apparet quòd in vetuſtis codicibus poſt λέγων ſubiicitur diſtinctio. Sed & alibi paſſim occurrunt huius traiectionis exempla, quæ annotabimus Rom. 11. v. 31.

Ησαν δὲ οἱ πάντες ἄνδρες ὡσεὶ δώδεκα.

Erant autem omnes isti viri circiter duodecim.

7 Erant autem omnes viri fere duodecim.

Εἰσελθὼν δὲ εἰς τὴν συναγωγὴν, ἐπαρρησιάζετο, ἐπὶ μῆνας τρεῖς διαλεγόμενος καὶ πείθων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ.

8 Ipse porro ingressus synagogã, liberè loquebatur, ad tres menses disserens & suadens quæ ad regnum Dei pertinent.

8 Introgressus autẽ synagogã, cum fiducia loquebatur, per tres mẽses disputãs & suadẽs de regno Dei.

Ὡς δέ τινες ἐσκληύνοντο καὶ ἠπείθουν, κακολογοῦντες τὴν ὁδὸν ἐνώπιον τοῦ πλήθους, ἀποστὰς ἀπ' αὐτῶν, ἀφώρισε τοὺς μαθητὰς, καθ' ἡμέραν διαλεγόμενος ἐν τῇ σχολῇ τυράννου τινός.

9 Quũ aute quidã indurarentur & parere nollẽt, malè loquẽtes de via Domini apud multitudinẽ, abscedẽsab illis, separauit discipulos, quotidie disserens in schola tyranni cuiusdam.

9 Quũ autẽ quidã indurarẽtur & nõ crederẽt, maledicẽtes viam cor ã multitudine, discedẽs ab eis, segregauit discipulos, quotidie disputãs in schola tyranni cuiusdam.

Τοῦτο δὲ ἐγένετο ἐπὶ ἔτη δύο· ὥστε πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν Ἀσίαν ἀκοῦσαι τὸν λόγον τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, Ἰουδαίους τε καὶ Ἕλληνας.

10 Hoc autẽ factum est per biẽnium: ita vt omnes qui habitabant in Asia, tum Iudæi tũ Græci, audirent sermonem Domini Iesu.

10 Hoc autem factum est per biennium, ita ut omnes qui habitabant in Asia audirent verbum Domini Iudæi atque Gentiles.

Δυνάμεις τε οὐ τὰς τυχούσας ἐποίει ὁ Θεὸς διὰ τῶν χειρῶν Παύλου·

11 Virtutes autẽ nõ vulgares edebat Deus per manus Pauli:

11 Virtutésque non quaslibet faciebat Deus per manum Pauli.

Ὥστε καὶ ἐπὶ τοὺς ἀσθενοῦντας ἐπιφέρεσθαι ἀπὸ τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ σουδάρια ἢ σιμικίνθια, καὶ ἀπαλλάσσεσθαι ἀπ' αὐτῶν τὰς νόσους, τά τε πνεύματα τὰ πονηρὰ ἐξέρχεσθαι ἀπ' αὐτῶν.

12 Ita vt etiam ad ægrotos deferrentur à corpore eius sudaria seu semicinctia, & discederent ab eis morbi, & spiritus mali ab eis exirent.

12 Ita ut etiã super languidos deferrentur à corpore eius sudaria uel semicinctia: & recedebant ab eis languores, & spiritus nequam egrediebantur.

Ἐπεχείρησάν δέ τινες καὶ τῶν περιερχομένων Ἰουδαίων ἐξορκιστῶν ὀνομάζειν

13 Aggressi sunt verò quidam ex circulatoribus Iudæis exorcistis nominare

13 Tẽtauerunt autem quidam de circũeũtibus Iudæis exorcistis inuocare

9 De via Domini, τὴν ὁδὸν. Vsitatum est Hebræis Viæ nomine significare certam aliquam vitæ rationem: nec dubium est quin per antonomasiam sic vocatus sit Christianismus. Plerunque tamen additur aliquid ex quo id possit intelligi, vt Via pacis, Via salutis, Via Domini, quod perspicuitatis causa expressimus tum hoc loco, tum etiam hoc eodem capite, v. 23. ἀφώρισε Paulus nominat infrà, 24. v. 14 Tyranni cuiusdã, τινός. In vno codice additum legimus ἀφ' ὥρας πέμπτης ἕως δεκάτης, ab hora quinta ad decimam. Cæterùm tyranni appellatione nonnulli potẽtem quempiam principem intelligunt: alii sentiunt gymnasium ab aliquo tyranno fuisse olim ædificatum, à quo cognomentum accepisset. Sed simplicissima erit expositio si proprium nomen esse dixerimus. At enim (inquit Erasmus) si nomen est proprium, cur addit τινός? Imò verò constat hoc dicendi genus frequenter vsurpari quoties ignotus quispiam nominatim appellatur: & nè lõgius pertãtur exẽpla, sic noster Lucas infrà, 21. 16, & 22. 11, & 24. 1, & 25. 19. Reperio tamẽ nõnihil apud Strab. lib. 14, quod fortassis ad huius nominis explicationẽ facit. Notũ enim est omnib⁹, tyrãnos à veteribus fuisse dictos in genere quos postea βασιλεῖς, id est reges, vocarũt. Sic aurẽ Strabo, qui nõ procul ab his tẽporibus vixit, Ἀρξαι δέ φασι Φερεκύδης Ἀνδρόκλου τῆς τοῦτων Κοδρίδης ὕστερον τῆς Αἰολικῆς, οὗ γενέσθαι Κόδρου τὸν Ἀθηναίων βασιλέα, ὃν ἔχρησε πεσεῖν τοὺς ἐπιόντας Δωριεῖς ἐὰν μὴ τοῦτον ἐκβάλωσι· διὸ καὶ τὸν βασιλέα τοῦτον Ἰωνίας οἰκιστὴν φασι. καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀγῶσι τοῖς τῶν Ἰώνων ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Δηλίου πρῶτον ἀγωνίζεσθαι τοὺς ἀπὸ τοῦ γένους ἐκείνου βασιλεῖς, ἐχούσης πορφυρᾶς ἀμφιβολίδας καὶ ἀνθεμίδας χρυσᾶς, καὶ ἐν τοῖς ἐπινικίοις Δελφοῖς. Id est, Ducem fuisse Ionum demigrationis, quæ Æolicam est consequuta, Androclum Codri Athenarum regis legitimũ filium, ait Pherecydes, ac Ephesum condidisse: quamobrem etiam aiunt Ionum regiam Ephesi collocatã. Sed & nũc quoq; qui ex eo genere sunt, reges vocantur, & quibusdã fructur honoribus, vt qui primo loco sedeant in certaminibus, purpuram habeant regiæ gentis insigne, sceptrum quoque pro sceptro, & Eleusinia Cereris sacra.

11 Sudaria seu semicinctia, σουδάρια ἢ σιμικίνθια. Duo sunt Latina vocabula terminatione Græca inflexa: ac de priore quidẽ cõstat, de posteriore nõ itẽ. In vno quidẽ exẽplari Græco hæc reperimus ad margine annotata, Ἀμφότερα νῦν δὲ οἱ μὲν σουδάρια δέπου τὰς καρδίας ὑπεβάλλοντο, τὰ δὲ σιμικίνθια οἱ περὶ τὰς χεῖρας κατέχουσι, σφίγγουσι τὰ ὑγρὰ τῶν ὀμμάτων καὶ ὑγρότητας τοῦ προσώπου, ἢ ἱδρῶτα, δάκρυα, πύον, ἢ τὰ ὅμοια. Id est, Veraque linea sunt: sed sudaria quidẽ capiti iniiciuntur, semicinctia verò manibus gestant, abstergendis humidis à facie excremẽtis, vt sudore, lacrymis, sputo, & similibus. Hãc expositionẽ si sequamur, sudariũ id erit quod vocamus un couure chef, semicinctiũ un mouchoir. Græcus scholiastes eadem habet: quibus tamen addit nonnulla, sed eiusmodi vt intelligere non potuerim. Mihi verò Lucas videtur sudarium & semicinctiũ pro eodẽ accipere, nisi pro σ legas κ: quam lectionem in vno duntaxat codice deprehendimus. Martialis in Apophoretis, Det tunicã diues, ego te præcingere possum. Itaque eo nomine puto vocari quæ vulgò *demaniers* appellant, quòd anteriorẽ partem corporis à cingulo ad pedes præcingant. Solent autem mechanici præsertim his vti, præterea etiam mulieres fere omnes: vnde factum vt alterum earum cingulum à quo solebant olim ista semicinctia pendere, *demiceintes* vulgò appellent.

13 Exorcistis, ἐξορκιστῶν. De istis circulatoribus nonnihil diximus Mat. 12. versu 27. Retinuimus autem Græcum exorcistarum nomen vt satis vsitatum. Sic ergo vocati sunt qui dæmonas eiiciebãt, addita per Det

nomen obtestatione, quam vulgò Coniurationem vocant. Et ita vocati sunt initio qui miraculorū dono pollēres, manus imponebāt energumenis, id est à dæmonio obsessis. Inde postea factus est nouus ordo quē vocāt, vt septē sacramentorū numerus in alios hebdomadas diuideretur, ita ludificante Satana Episcoporū ignauiā.

ὅτι τοὺς ἔχοντας τὰ πνεύματα τὰ πονηρά, ὀνομάζω ὑμᾶς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, λέγοντες, Ὁρκίζομεν ὑμᾶς τὸν Ἰησοῦν ὃν ὁ Παῦλος κηρύσσει.

super eos qui habebant spiritus malos, nomen Domini Iesu, dicentes, Adiuramus vos per Iesū quē Paulus prædicat.

super eos q̄ habebāt spiritꝰ malos, nomē Domini Iesu, dicētes: Adiuro uos p̄ Iesū quē Paulꝰ prædicat.

Ἦσαν δέ τινες υἱοὶ Σκευᾶ Ἰουδαίου Ἀρχιερέως ἑπτὰ, οἱ τοῦτο ποιοῦντες.

Erant autē quidam filii Sceuæ Iudæi principis Sacerdotū septem, qui hoc faciebant.

Erāt aūt q̄dā Sceuæ Iudæi principꝭ Sacerdotū septē filii q̄ hoc faciebāt.

Ἀποκριθὲν δὲ τὸ πνεῦμα τὸ πονηρὸν εἶπε, Τὸν Ἰησοῦν γινώσκω, καὶ τὸν Παῦλον ἐπίσταμαι, ὑμεῖς δὲ τίνες ἐστέ;

Respondēs verò spiritus malus, dixit, Iesum noui, & Paulū scio: vos autem qui estis?

Respondēs autē spiritꝰ nequam dixit eis. Iesum noui, & Paulum scio: uos autē qui estis?

Καὶ ἐφαλόμενος ἐπ' αὐτοὺς ὁ ἄνθρωπος ἐν ᾧ ἦν τὸ πνεῦμα τὸ πονηρὸν, καὶ κατακυριεύσας αὐτῶν, ἴσχυσε κατ' αὐτῶν· ὥστε γυμνοὺς καὶ τετραυματισμένους ἐκφυγεῖν ἐκ τοῦ οἴκου ἐκείνου.

Et īsiliit in eos homo in quo erat spiritus malus, & superatis illis, inualuit contra eos: ita vt nudi & vulnerati effugerēt ex domo illa.

Et insiliēs homo in eos in quo erat dæmonium pessimum, & dominatꝰ amborum, inualuit contra eos, ita ut nudi & dilacerati effugerent de domo illa.

Τοῦτο δὲ ἐγένετο γνωστὸν πᾶσιν Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι τοῖς κατοικοῦσι τὴν Ἔφεσον, καὶ ἐπέπεσε φόβος ἐπὶ πάντας αὐτοὺς, καὶ ἐμεγαλύνετο τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ.

Id verò innotuit omnibus tum Iudæis tum Græcis qui habitabant Ephesi: & incidit timor in eos omnes, & magnificabatur nomen Domini Iesu.

Hoc autē notū factū est omnibus Iudæis atq; Gētilibus q̄ habitabāt Ephesi: & cecidit timor sup omnes illos, & magnificabatur nomē Domini Iesu.

Πολλοί τε τῶν πεπιστευκότων ἤρχοντο, ἐξομολογούμενοι καὶ ἀναγγέλλοντες τὰς πράξεις αὐτῶν.

Et multi eorum qui credidērant, veniebant confitentes & indicantes facta sua.

Multiq; credentium veniebant confitentes & annunciantes actus suos.

Ἱκανοὶ δὲ τῶν τὰ περίεργα πραξάντων, συνενέγκαντες τὰς βίβλους, κατέκαιον ἐνώπιον πάντων· καὶ συνεψήφισαν τὰς τιμὰς αὐτῶν, καὶ εὗρον ἀργυρίου μυριάδας πέντε.

Multi verò ex iis qui curiosas artes exercuerant, comportatos libros exusserunt in omnium conspectū: quorum supputatis pretiis, repererunt denariorū quinquaginta millia.

Multi autem ex eis q̄ fuerant curiosa sectati, contulerunt libros & cōbusserunt coram omnibus, & computatis pretijs illorum inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium.

Οὕτω κατὰ κράτος ὁ λόγος τοῦ Κυρίουηὔξανε καὶ ἴσχυεν.

Ita fortiter crescebat sermo Domini & inualescebat.

Ita fortiter crescebat uerbū Dei, & confortabatur.

Ὡς δὲ ἐπληρώθη ταῦτα, ἔθετο ὁ Παῦλος ἐν τῷ πνεύματι, διελθὼν τὴν Μακεδονίαν καὶ Ἀχαΐαν, πορεύεσθαι εἰς Ἰερουσαλήμ,

His autem expletis, proposuit Paulus per Spiritum peragrata Macedonia & Achaia proficisci in Hierusalem,

His autē expletis, propositum fuit Paulo in spiritu transire Macedoniā & Achaiā, ire Ierosolymā,

16 Superatis illis, κατακυριεύσας αὐτῶν. Vulg. Dominatus amborum. Nam pro αὐτῶν legit ἀμφοτέρων. Erasmus, Dominatus eis. Sed τὸ κατακυριεύσαν trāslatitiè hic accipitur, nec aliud declarat quàm dæmoniacum iſtum illis sese fruſtra tuentibus superiorem euasisse: sicut vulgò dicimus, *se faire maistre de quelqu'un.*

18 Indicantes, ἀναγγέλλοντες. Vulgata & Eraſ. Annuntiantes. Ego illud malui, quia non agitur hic de nūtio aliquo, sed τὸ ἀναγγέλλειν opponitur τῷ κρύβδην. Publicè igitur isti metu diuini iudicii perterriti, errata sua profesſi ac detestati sunt. Sed quorsum hoc ad carnificinam illam confessionis quam auricularem vocant?

19 Denariorum, ἀργυρίου. Hebraicè ספר. Eraſmus ad verbum, Pecuniæ: nimium generali nomine, quū nemo etiam sic loquatur. Idem in annotationibus numos interpretatur: & rectè, quum testetur Pollux ἀργύριον etiam dici τὸ νόμισμα. Sed numos denarios, non sestertios accipias. Romanorum enim fuit, numis (id est H-S) numerare non Græcorum, qui drachmis potius supputabant. Denarius autē proximè ad drachmam accedit. Sed rursus Asiaticos constat ciſtophoris potius numeraſſe: vt planè difficile ſit hanc ſummam inire, niſi quòd ex iis quæ Feſtus de Euboico talento ſcribit, apparet ciſtophorum penè dimidia parte leuiorem fuiſſe drachma, ſiue denario. Etſi enim Attica drachma ſeptima parte leuior eſt denario, tamen (vt docuit doctiſſimus Georgius Agricola) Latini Græca interpretantes, ὡς ἔπος εἰπεῖν drachmam cum denario comparant. Æſtimat autē Feſtus 4000 drachmas ciſtophoris 7500 iquā rationē ſi ſequamur, & ex Budæi ſupputatione trib⁹ aſſib⁹ regiis & ſemiſſe drachmā æſtimem⁹, niſi me calculus fefellit, 50000 ciſtophorūm æſtimāda ſunt Frācicis libris 4666, & præterea aſſibus, 13 & vnciis 4. Sin autē ad drachmas placet reuocare exquiſitiore calculo, id eſt ſemiſſe, quæ eſt ſeptima denarii pars, deducto, 50000 drachmarum conficient Francicas libras 75000: ſin ad denarios ſeptima parte grauiores, 50000 denariūm æſtimabimus Francicis libris 8750. quod quidem non fuit alienum à Lucæ propoſito, pluribus explicuiſſe. Caſtellio verò viderit cuius Arithmetices regulis, numorum quinquaginta millia, quinque ducatorum millibus æſtimarit.

21 Per Spiritum, ἐν πνεύματι. Id eſt, Spiritus ſancti inſtinctu & impulſu, vt ipſemet Paulus explicat

infrà 20.v.22. Ponitur enim ὡς pro ὅτι, vt alibi sæpe annotauimus. Est autem hoc diligenter obseruandum, ne videatur postea Paulus pertinaciter in mortem ruere, repudiatis fratrum precibus ac consiliis. Vulgata & Erasmus, In Spiritu. Castellio, In animo suo, quæ interpretatio & inepta & falsa est.

εἰπὼν, Ὅτι μὲ δεῖ καὶ Ῥώμην ἰδεῖν.

dicens, Postquam fuero illic, oportet me etiam Romam videre.

dicēs. Postquam fuero ibi, oportet me & Romæ videre.

Ἀποστείλας δὲ εἰς τὴν Μακεδονίαν δύο τῶν διακονούντων αὐτῷ, Τιμόθεον καὶ Ἔραστον, αὐτὸς ἐπέσχε χρόνον εἰς τὴν Ἀσίαν.

22 Missis autem in Macedoniã duobus ex iis qui ipsi ministrabant, videlicet Timotheo & Erasto, ipse substitit ad tempus in Asia.

22 *Mittens autem in Macedoniam duos ex ministrantibus sibi, Timotheũ & Erastum, ipse remansit ad tempus in Asia.*

Ἐγένετο δὲ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον τάραχος οὐκ ὀλίγος περὶ τῆς ὁδοῦ.

23 Ortus est autem illo tempore tumultus nõ paruus ob viã Domini.

23 *Facta est autem illo tempore turbatio non minima de via.*

Δημήτριος γάρ τις ὀνόματι, ἀργυροκόπος, ποιῶν ναοὺς ἀργυροῦς Ἀρτέμιδος, παρεῖχετο τοῖς τεχνίταις ἐργασίαν οὐκ ὀλίγην.

24 Nam quidam nomine Demetrius, signator argenti, qui faciebat templa Dianæ argentea, præbebat artificibus non paruum quæstum.

24 *Demetrius enim quidã nomine argẽtarius, faciẽs ædes argenteas Dianæ, præstabat artificibus nõ modicum quæstum.*

Οὓς συναθροίσας καὶ τοὺς περὶ τὰ τοιαῦτα ἐργάτας, εἶπεν, Ἄνδρες, ἐπίστασθε ὅτι ἐκ ταύτης τῆς ἐργασίας ἡ εὐπορία ἡμῖν ἐστι.

25 Quibus congregatis, & iis qui similium rerum erant opifices, dixit, Viri, scitis ex hoc opificio nostras esse facultates:

25 *Quos conuocauit, & eos qui huiusmodi erãt opifices, dixit, Viri, scitis quæ de hoc artificio est nobis acquisitio:*

Καὶ θεωρεῖτε καὶ ἀκούετε ὅτι οὐ μόνον Ἐφέσου, ἀλλὰ σχεδὸν πάσης τῆς Ἀσίας ὁ Παῦλος οὗτος πείσας μετέστησεν ἱκανὸν ὄχλον, λέγων ὅτι οὐκ εἰσὶ θεοὶ οἱ διὰ χειρῶν γινόμενοι.

26 Et spectatis & auditis Paulũ nõ solùm Ephesinam, sed prope totius Asiæ multã turbam persuadendo auertisse, quòd dicat deos illos non esse qui manibus fiant.

26 *Et uidetis & auditis quia non solùm Ephesi, sed penè totius Asiæ Paulus hic suadens auertit multam turbã, dicẽs quoniã non sunt dij qui manibus fiunt.*

Οὐ μόνον δὲ τοῦτο κινδυνεύει ἡμῖν τὸ μέρος εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ

27 Periculum est autem non solùm ne pars ista nobis per ipsũ confutata pereat: sed etiam ne

27 *Non solùm autem hæc periclitabitur nobis pars in redargutionem uenire:*

23 Ob viam Domini, περὶ τῆς ὁδοῦ. Id est, idcirco quòd Paulus Euangeliũ doceret. Vulgata, De via. Erasmus, De via illa: nimium obscurè. Vide suprà ver. 9. In vno codice legimus χυ τῆς ὁδοῦ, aduerius viam Domini.

24 Templa argentea, ναοὺς ἀργυροῦς. Vulgata, Ædes. Eras. Delubra: admonens in Annotationibus hoc vocabulo significari ædiculas seu thecas templi effigie, in quibus reponebantur statuæ. Chrysostomus simili ratione putat declarare νεὼς μικρὰ, id est parua scriniola: ita tamen vt hoc nõ affirmet. Quòd si hanc interpretationem sequi libeat, putarim tamen hæc scriniola donariis potius quàm statuis ipsis fuisse consecrata. Sed non video qua ratione arculæ istæ possint ναοὶ, id est templa, dici: nisi idoneis testibus probet Erasmus, templi speciẽ fuisse fabricatas: quod mihi ne verisimile quidem videtur. quanuis apud Polybium legerim ναΐδια, quæ armaria vocat Plinius lib. 35. cap. 2, ex quibus depromebantur maiorum imagines. Itaque quod ad me attinet, simpliciter accipio, Demetrium hunc templa argentea Dianæ solitum procudere, id est aut in numis, aut aliis imaguncülis celeberrimi illius templi typum repræsentare, ac peregrinis aduentantibus diuendere. nempe vt etiamnum hodie faciunt eiusmodi artifices iis in locis vbi solent à nonnullis, religionis causa, vota suscipi. Istæ igitur imaguncülæ seu numi (dicitur enim ἀργυροῦσθαι à percutiẽdis seu feriendis argenteis numis) ab ea figura quàm repræsentabant, Templorum cognomentum retulerunt: sicuti simili prorsus ratione, Deliorum seu Athenienſium numos quosdam, boues, eorundem Athenienſium alios quosdam κίγκρα, id est puellas, alios Corinthiorum, πώλους, pullos, alios Peloponnesiorum, χελώνας, testudines vocabant. Ideo non rectè ἀργυρᾶς Vetus interpres argentarium conuertit, quo nomine numularii significantur: nec multo rectius Erasmus Argentarium fabrum, vocabulo nimium generali. Libuit autem istiusmodi etiam numorum typum subiicere, quales duos peruetustos inspexi, insculpta in altera numi parte Ephesinæ illius Dianæ πολυμάστου imagine. Quanquam fortassis Demetrius ibi isti numi templum ipsum maiore aliquo artificio repræsentabat: sicut etiam hodie cuditur diua illa Lauretana, simili prorsus superstitione.



27 Ne pars ista nobis per ipsum confutata pereat, μὴ τοῦτο μέρος εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν. Vulgata adverbum, Nobis pars hæc in redargutionem venire: quod nemo non videt quàm obscurè sit dictum. Erasmus, Ne hæc

pars reprobetur. Si placuisset ad verbum interpretari, maluissem vertere, Ne pars hæc nobis redarguatur: ac potius coniunxerim ἡμῖν cum verbo ἐλθεῖν quàm cum verbo κινδυνεύει. Sed res ipsa ostendit quid significet Demetrius, fore videlicet vt si Paulus quèadmodum cœperat, ita etiam pergeret opinionem de Dianæ imaginibus confutare, totus hic quæstus illis periret. Ideo addit pronomen ἡμῖν, nobis: quasi diceret, Si falsi conuincatur iste Dianæ cultus, nobis certè conuincetur.

τῆς μεγάλης θεᾶς Ἀρτέμιδος ἱεροῦ εἰς οὐδὲν λογισθῆναι, μέλλειν τε καὶ καθαιρεθῆναι τῆς μεγαλειότητος αὐτῆς, ἣν ὅλη ἡ Ἀσία καὶ ἡ οἰκουμένη σέβεται.

magnæ deæ Dianæ templum pro nihilo putetur, ᵛ futurúmque sit vt etiam destruatur maiestas eius, quam tota Asia & orbis colit.

sed & magnæ Dianæ templum in nihilū reputabitur, et destrui incipiet maiestas eius, quam tota Asia & orbis colit.

Ἀκούσαντες δὲ καὶ γενόμενοι πλήρεις θυμοῦ, ἔκραζον, λέγοντες, Μεγάλη ἡ Ἄρτεμις Ἐφεσίων.

28 His autem auditis, pleni excandescentia, clamauerunt dicentes, Magna Diana Ephesiorum.

28 *His auditis repleti sunt ira, & exclamauerunt dicentes, Magna Diana Ephesiorum.*

Καὶ ἐπλήσθη ἡ πόλις ὅλη συγχύσεως, ὥρμησάν τε ὁμοθυμαδὸν εἰς τὸ θέατρον, συναρπάσαντες Γάϊον καὶ Ἀρίσταρχον Μακεδόνας, συνεκδήμους τοῦ Παύλου.

29 Et impleta est ciuitas tota cõfusione, & irruerunt concorditer in theatrum, correpto Gaio & Aristarcho Macedonibus, ᵛ sociis peregrinationis Pauli.

29 *Et impleta est ciuitas tota confusione, & impetū fecerunt uno animo in theatrū, rapto Gaio & Aristarcho Macedonib⁹, comitibus Pauli.*

Τοῦ δὲ Παύλου βουλομένου εἰσελθεῖν εἰς τὸν δῆμον, οὐκ εἴων αὐτὸν οἱ μαθηταί.

30 Paulo verò volente prodire ad populum, nõ siuerunt eum prodire discipuli.

30 *Paulo autem uolēte intrare in populū, non permiserunt discipuli.*

Τινὲς δὲ καὶ τῶν ἀσιαρχῶν ὄντες αὐτῷ φίλοι, πέμψαντες πρὸς αὐτὸν, παρεκάλουν μὴ δοῦναι ἑαυτὸν εἰς τὸ θέατρον.

31 Sed & quidam ex Asiæ primoribus quum essent ei amici, nuntiũ ad eum missi, rogarunt ne se daret in theatrum.

31 *Quidam autem & de Asiæ principib⁹ qui erāt amici eius, miserunt ad eū, rogantes ne se daret in theatrum.*

Ἄλλοι μὲν οὖν ἄλλο τι ἔκραζον· ἦν γὰρ ἡ ἐκκλησία συγκεχυμένη, καὶ οἱ πλείους οὐκ ᾔδεσαν τίνος ἕνεκα συνεληλύθεσαν.

32 Alii igitur aliud clamabãt. erat enim concio confusa, & plerique nesciebant cuius rei causa conuenissent.

32 *Aly aũt aliud clamabāt: erat enim ecclesia confusa, & plures nesciebāt qua ex causa cõuenissēt.*

Ἐκ δὲ τοῦ ὄχλου προεβίβασαν Ἀλέξανδρον, προβαλλόντων αὐτὸν τῶν Ἰουδαίων· ὁ δὲ Ἀλέξανδρος κατασείσας τὴν χεῖρα, ἤθελεν ἀπολογεῖσθαι τῷ δήμῳ.

33 Ex turba verò *quidam* prodùxerunt Alexandrum, propellentibus eum Iudæis. Alexander igitur quum manu silẽtium fecisset, volebat ᵛ causam dicere apud populum.

33 *De turba autẽ detraxerunt Alexandrũ, propellentibus eũ Iudæis. Alexãder autẽ manu silentio postulato, uolebat reddere rationem populo.*

Ἐπιγνόντων δὲ ὅτι Ἰουδαῖός ἐστι, φωνὴ ἐγένετο μία ἐκ πάντων, ὡς ἐπὶ ὥρας δύο κραζόντων, Μεγάλη ἡ Ἄρτεμις Ἐφεσίων.

34 Quem vt cognouerunt Iudæum esse, vox extitit vna omnium, quasi ad horas duas clamantium, Magna Diana Ephesiorum.

34 *Quẽ ut cognouerũt Iudæum esse, uox facta una est omniũ, quasi per horas duas clamantiũ, Magna Diana Ephesiorum.*

Κατασείλας δὲ ὁ γραμματεὺς ὁ τοῦ ὄχλου φησὶν, Ἄνδρες Ἐφέσιοι, τίς γάρ ἐστιν ἄνθρωπος ὃς οὐ γινώσκει τὴν Ἐφεσίων πόλιν νεωκόρον οὖσαν τῆς μεγάλης θεᾶς Ἀρτέμιδος, καὶ τοῦ Διοπετοῦς;

35 Tum scriba quum repressisset turbam, dixit, Viri Ephesii, quis enim est hominum qui nesciat Ephesiorum vrbem ædituã esse magnæ deæ Dianæ, & ᵛ à Ioue delapsi simulacri?

35 *Et quũ sedasset scriba turbas, dixit, Viri Ephesii, quis enim est hominũ qui nesciat Ephesiorũ ciuitatẽ æditricẽ esse magnæ Dianæ Iouisque prolis?*

Futurúmque sit, μέλλειν τε. In quibusdam codicibus legimus, μέλλει δὲ, in aliis μέλλειν τε: sed quamcunque ex istis lectionem sequaris, plana est sententia: vt minimè sit necesse Castellionis audaciam approbare qui pronuntiat legendum esse μᾶλλον δὲ, vel potius.

19 Sociis peregrinationis Pauli, συνεκδήμους τοῦ Παύλου. Vulg. Comitib⁹ Pauli. Addidi ex Erasmi Annotationibus quod necessariũ fuit explicãdo Græco vocabulo. Neq; enim quisquis est comes, idẽtiã est συνέκδημος.

33 Causam dicere, ἀπολογεῖσθαι. Vulg. & Eras. Rationem reddere, λόγον δίδοναι. Puto autem hunc Alexandrum à Iudæis paulatim extra turbam productum in eum locum vnde posset exaudiri, non vt ipsum in discrimen adduceret, (cur non enim potius in tumultu discerperent, aut Ephesios saltem in eum prouocarent? cur denique ex turba protruderent vt locus illi ad dicendum pateret?) sed vt per eum, quicunque tandem is fuerit, populum placarent. Neque enim dubito quin quum de sua Dianæ cultu asserendo laborarent Ephesii, magna pars illorum in Iudæos ferretur: idque ita esse vel ex eo liquet quòd vbi Alexandrũ Iudæum esse cognouerũt, statim in apertam rabiem exarserunt, nec potuerunt induci vt loquentem audirent.

35 A Ioue delapsi, ἐκ Διοπετοῦς. Sub. ἀγάλματος. Vulgata, Iouisque prolis. Constat autem ex Plinio lib. 16. c. 40, vitigineum fuisse hoc simulacrum, à Canetia quodam artifice fabricatum, sed longè antiquissimum, vt potè quod nunquam sit mutatum, septies restituto templo. Antiquitas igitur & sacerdotum auaritiæ huic superstitioni facilè vim inuenerunt.

Ἀναντιῤῥήτων οὖν ὄντων τούτων, δέον 36 Quum igitur iſtis non poſ- 36 Quũ ergo his contradici non poſſit, oportet vos ſedatos eſſe, & nihil temere agere.
ἐστὶν ὑμᾶς κατεσταλμένους ὑπάρχειν, sit cõtradici, oportet vos ſe-
καὶ μηδὲν προπετὲς πράσσειν. datos eſſe, nec quicquam præceps facere.

Ἠγάγετε γὰρ τοὺς ἄνδρας τούτους, οὔτε 37 Adduxiſtis enim homines i- 37 Adduxiſtis enim homines iſtos, neq; ſacrilegos, neque blaſphemantes deã veſtram.
ἱεροσύλους, οὔτε βλασφημοῦντας τὴν ſtos, neque ſacrilegos, neque cõ
θεὰν ὑμῶν. tumelioſos in deam veſtram.

Εἰ μὲν οὖν Δημήτριος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ 38 Quòd ſi Demetrius & qui cũ 38 Quòd ſi Demetrius & qui cum eo ſunt artifices, habent aduerſus aliquẽ cauſam, conuentus forenſes agũtur, & Proconſules ſunt, accuſent inuicẽ.
τεχνῖται πρός τινα λόγον ἔχουσιν, ἀγο- co ſunt artifices, negotium ha-
ραῖοι ἄγονται, καὶ ἀνθύπατοί εἰσιν, ἐγκαλείτωσαν bent cum aliquo, agitur forũ,
ἀλλήλοις. & Proconſules ſunt, alii alios in ius vocent:

Εἴ δέ τι περὶ ἑτέρων ἐπιζητεῖτε, ἐν τῇ 39 Siquid autem de rebus aliis 39 Siquid autem alterius rei quæritis, in legitima eccleſia poterit abſolui.
ἐννόμῳ ἐκκλησίᾳ ἐπιλυθήσεται. requiritis, in legitima cõcione explicabitur.

Καὶ γὰρ κινδυνεύομεν ἐγκαλεῖσθαι περὶ 40 Nam periculum eſt ne poſtu- 40 Nam & periclitemur argui ſeditionis hodiernæ: quũ nullus obnoxius ſit de quo poſſimus reddere rationem concurſus iſtius. Et quum hæc dixiſſet, dimiſit eccleſiam.
στάσεως περὶ τῆς σήμερον, μηδενὸς αἰτίου ὑ- lemur ſeditionis propter diem
πάρχοντος περὶ οὗ δυνησόμεθα ἀποδοῦναι hodiernum, quum nulla ſubſit
λόγον τῆς συστροφῆς ταύτης. Καὶ ταῦ cauſa ob quam poſſimus red-
τα εἰπὼν, ἀπέλυσε τὴν ἐκκλησίαν. dere rationem cõcurſus iſtius. Et quum hæc dixiſſet, dimiſit concionem.

Κεφάλαιον κ.

CAP. XX.

Μετὰ δὲ τὸ παύσασθαι τὸν θόρυβον 1 POſtquam autem ceſſauit tu- 1 Poſtquã autem ceſſauit tumultus, accerſit Paulus diſcipulos, & exhortatus eos, valedixit, & profectus eſt ut iret in Macedoniam.
προσκαλεσάμενος ὁ Παῦλος multus, quum aduocaſſet
τοὺς μαθητὰς καὶ παρακαλέσας, ἐξῆλθε Paulus diſcipulos, & com-
πορεύεσθαι εἰς τὴν Μακεδονίαν. plexus eſſet, abiit profecturus in Macedoniam.

Διελθὼν δὲ τὰ μέρη ἐκεῖνα, καὶ παρα- 2 Quum autem illas partes 2 Quum autem perambulaſſet partes illas, & exhortatus eas fuiſſet multo ſermone, venit ad Græciam.
καλέσας αὐτοὺς λόγῳ πολλῷ, ἦλθεν εἰς τὴν peragraſſet, & hortatus illos
Ἑλλάδα. fuiſſet multo ſermone, venit in Græciam.

Ποιήσας τε μῆνας τρεῖς, ἐγενήθη αὐ- 3 Et ibi peractis menſibus tri- 3 Vbi quum feciſſet menſes tres, factæ ſunt illi inſidiæ à Iudæis nauigaturo in Syriam: habuitq; conſilium ut reuerteretur per Macedoniam.
τῷ ἐπιβουλῆς γενομένης ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων μέλ- bus, quum ei in Syriam proue-
λοντι ἀνάγεσθαι εἰς τὴν Συρίαν, ἐβουλήθη hendo factæ fuiſſent à Iudæis
γενέσθαι ὑποστρέφειν διὰ Μακεδονίας. inſidiæ, cenſuit reuertendum per Macedoniam.

Συνείπετο δὲ αὐτῷ ἄχρι τῆς Ἀσίας Σώ- 4 Comitabantur autem eum 4 Comitatus eſt autem eum Sopater Pyrrhi
vſque in Aſiam Sopater

38 Agitur forum, ἀγοραῖοι ἄγονται: id eſt ἐ ἀγορᾷ πλεῖται. Ad verbum, Forenſes agunt, vel aguntur, ſeu cõgũtur: pro quo dicimus in vernaculo ſermone on tient les plaids. i. (vt loquitur Cicero) forum agunt. Appellatione verò τῆς ἀγορᾶς intelligunt vel ipſi forenſium cauſarum iudices, vel cauſidici, vt rectè explicant Græca ſcholiaſtæ: illi denique qui forenſia ſolẽt tractare. Suidas quoque ἀγορᾶιοι δίκαιοι meminit, & ἀγόραιος ἀπὸ συμπτώσεως, ſignificare dicit diem factum, quem fere ſolent Græci πείσιμον vocare. Eraſmus Veterem interpretem ſequutus, conuertit, Conuentus forenſes aguntur: rectè quidem, ſi ſenſum ſpectes, ſed cui tamen non aſſentior, quòd in Græcis ſubaudiri putet, cognitiones aut lites. i. κρίσεις aut ἀμφισβήτησις, quum ipſi potius qui in foro aut iudicant aut contendunt, ἀγοραῖοι dicantur. Proconſules ſunt, ἀνθύπατοί εἰσιν. Nomine Proconſulum intellige etiã legatos Proconſulis, & qui eius vices in cognoſcendis grauioribus cauſis obibant. Leuioribus enim ordinaria illa & quotidiana iudicia ſufficiebant: quibus (inquit Scriba) ſi non acquieſcat Demetrius cũ ſuis, adeant Proconſulem, aut ipſius legatos.

39 In legitima conc. ἐν τῇ ἐννόμῳ ἐκκλησίᾳ. Quia de ſacro conuentu hic non agitur, ideo ἐκκλησίας non conuerti Eccleſiam, meo more, ſed concionem, quod Eraſmus quoque annotauit. Cæterùm ἔννομος ἐκκλησία i. legitimo vocatio, non tantùm opponitur τῇ στασιαστῇ, i. ſeditioſæ & tumultuoſæ concioni, ſed etiam τῇ συλλογῇ, i. illi quæ extra ordinem aduocabatur. Erant enim certi dies habendis concionibus conſtituti, quas ἐννόμους & πατρίους Græci oratores vocant. Ad illas igitur Scriba populum reuocat, i. ad maiorum morem.

40 Seditionis propter diem hod. στάσεως περὶ τῆς σήμερον. Vulg. & Eraſ. Hodiernæ ſeditionis. i. περὶ τῆς σήμερον: eodẽ quidẽ manente ſenſu, ſed ita tamen vt ſine cauſa à verbis Lucæ diſcedant. Quum nulla ſubſit cauſa, μηδενὸς αἰτίου ὑπάρχοντος. Vulg. Quũ null' ſit obnoxius. ſed præſtat αἴτιος in neutro genere interpretari.

IN CAPVT XX.

3 Peractis menſibus tribus, γενομένης μηνῶν τριῶν. Vide ſuprà, 18. f. 23.

4 Vſque in Aſiam, ἄχρι τῆς Ἀσίας. Vulgata hoc non habet. Significat autem Lucas iſtos tunc conſtituiſſe Paulum comitari non in Syriam vſque, ſed tantùm in Aſiam. Itaque συνείπετο non conuerti Comitatus eſt, cum

Vetere interprete & Eraſmo, ſed Comitabatur. Cõſtat tamen ex iis quæ ſcribuntur infrà 21.v.29, Trophimum fuiſſe Paulo comitem Hieroſolymam vſque. Sopater, Σώπατρος. In tribus codicibus legimus Σωσίπατρος Soſipater. Vulg. addit Pyrrhi, videlicet filius, & in Cõplutenſi editione & quatuor exẽplaribus additur Πύῤῥου.

παῖς Βεροιαῖος· Θεσσαλονικέων δὲ, Ἀρίσταρχος καὶ Σεκοῦνδος καὶ Γάϊος Δερβαῖος καὶ Τιμόθεος· Ἀσιανοὶ δὲ, Τυχικὸς καὶ Τρόφιμος.

Οὗτοι προελθόντες ἔμενον ἡμᾶς ἐν Τρωάδι.

Ἡμεῖς δὲ ἐξεπλεύσαμεν μετὰ τὰς ἡμέρας τῶν Ἀζύμων ἀπὸ Φιλίππων, καὶ ἤλθομεν πρὸς αὐτοὺς εἰς Τρωάδα ἄχρις ἡμερῶν πέντε, οὗ διετρίψαμεν ἡμέρας ἑπτά.

Ἐν δὲ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων, συνηγμένων τῶν μαθητῶν τοῦ κλάσαι ἄρτον, ὁ Παῦλος διελέγετο αὐτοῖς, μέλλων ἐξιέναι τῇ ἐπαύριον, παρέτεινέ τε τὸν λόγον μέχρι μεσονυκτίου.

Ἦσαν δὲ λαμπάδες ἱκαναὶ ἐν τῷ ὑπερῴῳ οὗ ἦσαν συνηγμένοι.

Καθήμενος δέ τις νεανίας ὀνόματι Εὔτυχος ἐπὶ τῆς θυρίδος, καταφερόμενος ὕπνῳ βαθεῖ, διαλεγομένου τοῦ Παύλου ἔτι πλέον, κατενεχθεὶς ἀπὸ τοῦ ὕπνου, ἔπεσεν ἀπὸ τοῦ τριστέγου κάτω· καὶ ἤρθη νεκρός.

Καταβὰς δὲ ὁ Παῦλος ἐπέπεσεν αὐτῷ, καὶ συμπεριλαβὼν εἶπε, Μὴ θορυβεῖσθε· ἡ γὰρ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν αὐτῷ ἐστιν.

Ἀναβὰς δὲ, καὶ κλάσας ἄρτον, καὶ γευσάμενος, ἐφ' ἱκανόν τε ὁμιλήσας ἄχρις αὐγῆς, οὕτως ἐξῆλθεν.

Ἤγαγον δὲ τὸν παῖδα ζῶντα, καὶ παρεκλήθησαν οὐ μετρίως.

Ἡμεῖς δὲ προελθόντες ἐπὶ τὸ πλοῖον, ἀνήχθημεν

Berœenſis: Theſſalonicenſes verò, Ariſtarchus, & Secundus, & Gaius Derbæus, & Timotheus: Aſiani verò, Tychicus & Trophimus.

5 Qui quum præiuiſſent, expectarunt nos Troade:

6 Nos verò enauigauimus Philippis poſt dies Azymorum, & venimus ad eos Troadem intra dies quinque, vbi egimus dies ſeptem.

7 Primo autem die hebdomadis, coactis diſcipulis ad frãgendum panem, Paulus diſſerebat, abiturus poſtridie, produxitque ſermonem vſque in mediam noctem.

8 Erant porro lucernæ multæ in cœnaculo vbi erant cõgregati.

9 Et ſedens quidam adoleſcẽs nomine Eutychus in feneſtra, deiiciẽte eum ſomno profundo, quũ diutius diſſereret Paulus, præ ſomno ruẽs, decidit ex tertia contignatione deorſum: & ſublatus eſt mortuus.

10 Quum deſcendiſſet autẽ Paulus, ruit in eum: & complexus dixit, Ne tumultuamini: anima enim eius in ipſo eſt.

11 Quum igitur aſcendiſſet, frangiſſetque panẽ, ac guſtaſſet, diu colloquutus vſque ad diluculum, ita demum profectus eſt.

12 Adduxerunt autem puerum viuũ, & recreati ſunt non mediocriter.

13 Nos aũt progreſſi ad nauẽ, pro-

Berœenſis: Theſſalonicenſes ſiũ verò Ariſtarchus, & Secundus, & Gaius Derbæus, & Timotheus: Aſiani verò, Tychicus & Trophimus.

5 Hi quum præceſſiſſent, ſuſtinuerũt nos Troade.

6 Nos verò nauigauimus poſt dies Azymorum à Philippis, & uenimus ad eos Troadem in diebus quinque, ubi demorati ſumus diebus ſeptem.

7 Vna autẽ Sabbathi quũ conuenirẽmus ad frãgendum panem, Paulus diſputabat eis, profecturus in craſtinum, protraxitque ſermonem uſque in mediam noctem.

8 Erant autem lãpades copioſæ in cœnaculo ubi eramus congregati.

9 Sedens autẽ quidã adoleſcens nomine Eutychus ſuper feneſtrã, quũ mergeretur ſomno graui, diſputante diu Paulo, dum ſomno accidit de tertio cœnaculo deorſum: & ſublatus eſt mortuus.

10 Ad quem quũ deſcendiſſet Paulus, incubuit ſuper eũ, et cõplexus dixit, Nolite turbari: anima enim ipſius in ipſo eſt.

11 Aſcendens autẽ, frangẽſque panem, & guſtans, ſatisque alloquutus uſque in luem, ſic profectus eſt.

12 Adduxerunt autẽ puerum uiuum inuentum, & conſolati ſunt non mediocriter.

13 Nos autem aſcendẽtes nauem, nauigauimus in

6 Intra quinque dies, ἄχρις ἡμερῶν πέντε. Ἄχρις extremum ſpatium declarat, vt ſi in vernaculo ſermone dicas, Au bout de cinq iours.

7 Primo autem die hebdomadis, ἐν δὲ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων. Vulgata, Vna autem Sabbathi. Eraſ. Vno autem die Sabbathorum. Vide Matth. 28.a.1. Quominus autem poſſimus interpretari, Quodã die Sabbathi, duo impediunt: vnum, quòd μιᾷ σαββάτων pro τῇ σαββάτου, nuſquam inueniasi alterum, quia adiunctus articulus declarat hanc particulam indefinitè accipi non poſſe. Primus itaque dies hebdomadis hic omnino intelligitur, is quem Dominicum vocamus: & ex hoc loco, tum etiam ex eo quod ſcribitur 1. Cor. 16.a.2, non ineptè colligitur, iam tum conſueuiſſe Chriſtianos hoc die ſolennes conuentus agere, paulatim euaneſcente Iudaici Sabbathi ceremonia.

8 Erant congregati, ἦσαν συνηγμένοι. Veteres codices legunt ἤμεν, eramus: idque rectius, vt ex ſuperioribus apparet. Pertinet autem hoc quoque ad fidem ſcriptori faciendam, vt qui oculatus ſit teſtis.

9 Diutius, διὰ πλεῖον. In omnibus veteribus codicibus additur diſtinctio poſt πλεῖον, vt non dubium ſit quin connectendum ſit cum participio διαλεγομένου, contrà quàm exiſtimauit Eraſmus. Præ ſomno ruens, κατενεχθεὶς ἀπὸ τοῦ ὕπνου. Vulg. Ductus ſomno. Eraſ. Magis depreſſus ſomno. Ego verò exiſtimo κατενεχθεὶς propria ſignificatione accipiendum hoc poſteriore loco, pro deturbatus.

11 Ita, οὕτως. Vide Iohan. 4.a.6.

ἐξηλθομεν εἰς τὴν Ἄσσον, ἐκειθεν μέλλοντες ἀναλαμβάνειν τὸν Παῦλον. οὕτω γὰρ διεταξατο, μελλων αὐτὸς πεζεύειν.

Ὡς δὲ συνέβαλεν ἡμῖν εἰς τὴν Ἄσσον, ἀναλαβόντες αὐτὸν ἤλθομεν εἰς Μιτυλήνην.

Κἀκειθεν ἀποπλεύσαντες, τῇ ἐπιούσῃ κατηντήσαμεν ἀντικρὺ Χίου. Τῇ δὲ ἑτέρᾳ παρεβάλομεν εἰς Σάμον καὶ μείναντες ἐν Τρωγυλλίῳ, τῇ ἐχομένῃ ἤλθομεν εἰς Μίλητον.

Ἔκρινε γὰρ ὁ Παῦλος παραπλεῦσαι τὴν Ἔφεσον, ὅπως μὴ γένηται αὐτῷ χρονοτριβῆσαι ἐν τῇ Ἀσίᾳ. ἔσπευδε γάρ, εἰ δυνατὸν εἴη αὐτῷ, τὴν ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς γενέσθαι εἰς Ἱεροσόλυμα.

Ἀπὸ δὲ τῆς Μιλήτου πέμψας εἰς Ἔφεσον, μετεκαλέσατο τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας.

Ὡς δὲ παρεγένοντο πρὸς αὐτὸν, εἶπεν αὐτοῖς, Ὑμεῖς ἐπίστασθε, ἀπὸ πρώτης ἡμέρας ἀφ' ἧς ἐπέβην εἰς τὴν Ἀσίαν, πῶς μεθ' ὑμῶν ὅλον τὸν χρόνον ἐγενόμην,

Δουλεύων τῷ Κυρίῳ μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης, καὶ πολλῶν δακρύων καὶ πειρασμῶν, τῶν συμβάντων μοι ἐν ταῖς ἐπιβουλαῖς τῶν Ἰουδαίων·

Ὡς οὐδὲν ὑπεστειλάμην τῶν συμφερόντων, τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι ὑμῖν καὶ διδάξαι ὑμᾶς δημοσίᾳ καὶ κατ' οἴκους·

Διαμαρτυρόμενος Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι τὴν εἰς τὸν Θεὸν μετάνοιαν, καὶ πίστιν τὴν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν.

Καὶ νῦν ἰδοὺ, ἐγὼ δεδεμένος τῷ Πνεύματι, πορεύομαι εἰς Ἰερουσαλὴμ, τὰ ἐν αὐτῇ συναντήσοντά μοι μὴ εἰδώς·

Πλὴν ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ πόλιν διαμαρτύρεταί, λέγον ὅτι δεσμά με καὶ θλίψεις μένουσιν.

uecti sumus Assον, illinc recepturi Paulum. sic enim constituerat, pedibus ipse iter facturus.

14 Vt autem congressus est nobiscum ad Assον, recepto eo venimus Mitylenen.

15 Et quum illinc abnauigassemus, sequenti die peruenimus contra Chium, postridie verò appulimus Samum: & quum diuersati essemus Trogyllii, sequenti die venimus Miletum.

16 Decreuerat enim Paulus præternauigare Ephesum, ne ei cõtingeret tempus terere in Asia. Festinabat enim, si fieri posset, vt die Pentecostes esset Hierosolymis.

17 Missis autem Mileto nuntiis Ephesum, accersiuit Presbyteros Ecclesiæ.

Assον, inde susceptari Paulum. sic enim disposuerat, ipse per terram iter facturus.

14 Quum autem conuenisset nobiscum in Assον, assumpto eo uenimus Mitylenen.

15 Et inde nauigantes, sequẽti die uenimus cõtra Chium, & alia applicuimus Samum: & sequenti uenimus Miletum.

16 Proposuerat enim Paulus transnauigare Ephesum, ne qua mora illi fieret in Asia. Festinabat enim, si possibile sibi esset, ut diem Pentecostes faceret Ierosolymis.

17 A Mileto autem mittens Ephesum, uocauit maiores natu Ecclesiæ.

18 Qui quum ad ipsum venissent, dixit eis, Vos scitis, à primo die quo ingressus sum Asiã quomodo vobiscum per omne tempus fuerim,

19 Seruiens Domino cum omni modestia, & multis lacrymis ac tentationibus, quæ mihi euenerunt in Iudæorum insidiis:

20 Vt nihil subterfugerim eorũ quæ vobis conducerent, quo minus ea vobis annuntiarem, & docerem vos publicè & per singulas domos:

21 Testificans Iudæis simul & Græcis conuersionem ad Deũ, & fidem in Dominum nostrũ Iesum.

22 Et nunc ecce, ego vinctus Spiritu, proficiscor in Hierusalẽ, ignorans quæ in ea mihi occurrent:

23 Nisi quòd Spiritus sanctus per singulas vrbes testificatur, dicens vincula & afflictiones me manere.

18 Qui quum uenissent ad eũ, & simul essent, dixit eis, Vos scitis, à prima die qua ingressus sum in Asiam, qualiter uobiscũ per omne tempus fuerim,

19 Seruiens Domino cum omni humilitate & lacrymis & tẽtationibus, quæ mihi acciderunt ex insidijs Iudæorum:

20 Quomodo nihil subtraxerim uobis utilium, quominus annunciarẽ uobis, & docerem vos publicè & per domos:

21 Testificans Iudæis atq; Gẽtilibus in Deũ pœnitẽtiã, & fidẽ in Dominũ nostrum Iesum Christum.

22 Et nunc ecce, alligatus ego Spiritu uado in Ierusalem: quæ in ea uentura sint mihi, ignorans.

23 Nisi quòd Spiritus sanctus per omnes ciuitates mihi protestatur, dicens quoniam uincula & tribulationes Ierosolymis me manent.

15 Assον, ἰς τ Ασσ. Assον videlicet vrbem Æolidis seu Mysiæ. Puto enim eandem esse vrbem. Nonnulla exemplaria pro ἄσσον legunt θάσσον, sed lectione admodum deprauata, sicuti quæ pro Τρωγυλλίῳ Mycales mõtis promontorio è regione Sami, legunt προσυλαίῳ.

15 Diuersati essemus Trogyllii, μείναντες ἐν Τρωγυλλίῳ. Vide Luc. 10. a. 7.

19 Modestia, ταπεινοφροσύνης. Vulg. Humilitate: quo vocabulo significatur obscuritas ac ignobilitas, vt diximus Luc. 1. c. 48. Eras. Animi humilitate: quod ego quidem inter vitia numerarim.

20 Nihil subterfugerim, οὐδὲν ὑπεστειλάμην. Id est, nihil aut per metum, aut lucri causa, subticuerim, vel aliqua ex parte dissimularim. Nam ὑποστέλλεσθαι dicuntur quos metus (vt ita dicam) contrahit, aut qui tanquam vela colligunt in loquendo.

21 Conuersionem, μετάνοιαν. Alibi consuevimus interpretari resipiscentiam: sed perspicuitati interdum seruiendũ est necessariò. μετάνοια autẽ illud esse quod Hebræi שובה i. conuersionẽ, vocant, diximus Mat. 3. a. 2.

22 Vinctus Spiritu, δεδεμένος τῷ Πνεύματι. Id est, Spiritus sancti impulsu ac mandato, tanquam vinculo

quodam,me illuc pertrahente:de quo diximus ſuprà,19.d.21. Quorſum autem hoc Paulus:an quòd inuitus illuc pertraheretur:minimè verò,vt ipſe teſtatur, & res ipſa oſtendit: ſed nequis ex fratribus hoc iter ipſi diſſuadeat,monet eos, ſeſe Dei mandato illuc proficiſci,ne putetur Eccleſiæ ac Prophetarum prædictiones ac conſilia contemnere.

Ἀλλ' οὐδενὸς λόγον ποιοῦμαι, οὐδὲ ἔχω τὴν ψυχήν μου τιμίαν ἐμαυτῷ, ὡς τελειῶσαι τὸν δρόμον μου μετὰ χαρᾶς, καὶ τὴν διακονίαν ἣν ἔλαβον παρὰ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, διαμαρτύρασθαι τὸ εὐαγγέλιον τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ.

24 Sed nullius rei habeo rationem, neque vita mea mihi ipſi cara eſt, vt peragam curſum meum cum gaudio, & miniſterium quod accepi à Domino Ieſu, ad teſtificandum Euangelium gratiæ Dei.

24 Sed nihil horũ vereor, nec facio animã meã pretioſiorẽ quàm me,dummodo cõſummem curſum meũ,& miniſteriũ quod accepi à Domino Ieſu,teſtificari Euangelium gratiæ Dei.

Καὶ νῦν ἰδοὺ, ἐγὼ οἶδα ὅτι οὐκέτι ὄψεσθε τὸ πρόσωπόν μου ὑμεῖς πάντες, ἐν οἷς διῆλθον κηρύσσων τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

25 Et nunc ecce, ego ſcio non amplius viſuros faciem meam vllos ex vobis omnibus, per quos tranſiui prædicans regnũ Dei.

25 Et nũc ecce,ego ſcio quia amplius non videbitis faciem meã nos omnes: per quos tranſiui, prædicans regnum Dei.

Διὸ μαρτύρομαι ὑμῖν ἐν τῇ σήμερον ἡμέρᾳ ὅτι καθαρός ἐγὼ ἀπὸ τοῦ αἵματος πάντων.

26 Ideo teſtor vobis hodierno die,me purum eſſe à ſanguine omnium.

26 Quapropter conteſtor vos hodierna die ga mũdus ſũ à ſanguine omniũ.

Οὐ γὰρ ὑπεστειλάμην τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι ὑμῖν πᾶσαν τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ.

27 Non enim ſubterfugi quominus annuntiarem vobis omne Dei conſilium.

27 Non enim ſubterfugi quominus annuntiarẽ omne conſiliũ Dei vobis.

Προσέχετε οὖν ἑαυτοῖς καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ ἐν ᾧ ὑμᾶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔθετο ἐπισκόπους, ποιμαίνειν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἣν περιεποιήσατο διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος.

28 Attendite igitur voſipſos & totum gregem,in quo vos Spiritus ſanctus conſtituit epiſcopos, ad paſcendam Eccleſiam Dei,quam proprio illo ſanguine acquſiuit.

28 Attẽdite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit epiſcopos, regere Eccleſiã Dei, quam acquſiuit ſanguine ſuo.

Ἐγὼ γὰρ οἶδα τοῦτο, ὅτι εἰσελεύσονται μετὰ τὴν ἄφιξίν μου λύκοι βαρεῖς εἰς ὑμᾶς, μὴ φειδόμενοι τοῦ ποιμνίου·

29 Ego enim hoc noui, poſt diſceſſum meum lupos graues, non parcentes gregi, ingreſſuros eſſe in vos:

29 Ego ſcio quoniã intrabunt poſt diſceſſionẽ meã lupi graues in vos, non parantes gregẽ.

Καὶ ἐξ ὑμῶν αὐτῶν ἀναστήσονται ἄνδρες λαλοῦντες διεστραμμένα, τοῦ ἀποσπᾶν τοὺς μαθητὰς ὀπίσω αὐτῶν.

30 Et ex vobiſipſis exorituros qui loquantur peruerſa, vt diſcipulos poſt ſe abſtrahant.

30 Et ex vobiſipſis exurgent viri loquentes peruerſa, vt abducant diſcipulos poſt ſe.

Διὸ γρηγορεῖτε, μνημονεύοντες ὅτι τριετίαν νύκτα καὶ ἡμέραν οὐκ ἐπαυσάμην μετὰ δακρύων νουθετῶν ἕνα ἕκαστον.

31 Ideo vigilate, memores me per triennium nocte & die non ceſſaſſe cum lacrymis monere vnumquenque.

31 Propter quod vigilate, memoria retinentes quoniam per trienniũ nocte & die non ceſſaui cũ lacrymis monens vnumquenque veſtrum.

16 Purũ à ſanguine, καθαρὸς ἀπὸ τοῦ αἵματος. Id eſt,ſi perieritis,nullã tamẽ in me culpã fore. Vide ſuprà,18.v.6.

17 Omne conſilium, πᾶσαν τὴν βουλὴν. Irenæi interpres libri 3.cap.14, conuertit Omnem ſcientiam:ſiue (vt in aliis codicibus legitur)omnem ſententiam: de quo non eſt neceſſe (opinor) vt laboremus: ſiquidem hunc interpretem,quicunque tandem fuit,apparet Latinæ linguæ fuiſſe admodum imperitum: ſed tamen ſuſpicor hanc interpretationem ab aliquo profectam cui viſus ſit Apoſtolus nimium arroganter dicere,omne conſiliũ Dei à ſe fuiſſe Epheſiis explicatum:quaſi verò iſta ad officium Apoſtolatus accommodari non debeant. Eſt autem hoc quoque obſeruandum propter illos qui,quoties libuit,vniuerſales iſtas particulas ita ſolent vrgere vt nullam interpretationem admittant.

18 Dei,τοῦ Θεοῦ. In quinque exemplaribus legitur Κυρίου καὶ Θεοῦ, Domini & Dei. Suſpicor autem τὸν Κύριον initio fuiſſe adſcriptum ad marginem à quopiam qui Dei vocabulum ſic explicaret aduerſus Anthropomorphitas,ne Paulus videretur ſanguinem ipſi diuinitati tribuere: deinde quum hoc irrepſiſſet in contextum, & iſta Κυρίου Θεοῦ non bene viderentur cohærere,interpoſitã eſſe particulam καί. Sed hæc ego tanquam diuinans dico. Hoc quidem certum eſt,explicanda hæc eſſe per κατανόησιν ἰδιωμάτων: quod dicendi genus non ita eſt ἄκυρον, neque reprobandum,(vt poſt Eutychetem impiè quidam dicere ac ſcribere nunc audent)ſed ſummã noſtræ conſolationis continet:illud nimirum diſertè explicans quod ait Iohannes, Verbum factum eſſe carnem:ita vt qui verè Deus eſt, verè & Deus & homo ſit factus. Proprio illo ſanguine, ἰδίου αἵματος. In vno codice legimus τῷ αἵματος ἰδίου. Vtrouis autem modo legas,obſeruanda vis eſt articuli, quo præſtantia huius ſanguinis, & antitheſis illa declaratur quæ copioſius exponitur Heb. 9.c.12. Fuit enim hic ſanguis verè ſanctus, imò verò purificans ac ſanctificus ſanguis: ex illo manans nimirum qui ſicuti verè homo, ita etiam verè eſt Deus.

19 Diſceſſum, ἄφιξιν. Noua ſignificatio, quum ἄφιξις aduentum declaret.

30 Vt abſtrahant, ἀποσπᾶν. Loquitur Lucas vt de membris à ſuo corpore crudeliter auulſis, pergens in eadem tranſlatione.

Καὶ νῦν

Καὶ τανῦν παρατίθεμαι ὑμᾶς, ἀδελφοί, τῷ Θεῷ καὶ τῷ λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ, τῷ δυναμένῳ ἐποικοδομῆσαι καὶ δοῦναι ὑμῖν κληρονομίαν ἐν τοῖς ἡγιασμένοις πᾶσιν.

32 Et nũc quoque, fratres, commẽdo vos Deo & ſermoni gratiæ ipſius: qui quidem Deus poteſt ſuperſtruere, & dare vobis quod hæreditatis iure poſſidea tis cum ſanctificatis omnibus.

32 Et nunc commendo vos Deo & uerbo gratiæ ipſius qui potens eſt ædificare, & dare hæreditatẽ in ſanctificatis omnibus.

Ἀργυρίου ἢ χρυσίου ἢ ἱματισμοῦ οὐδενὸς ἐπεθύμησα.

33 Argentum & aurum aut veſtem nullius concupiui.

33 Argentum aut aurum aut veſtem nullius concupiui:

Αὐτοὶ γινώσκετε ὅτι ταῖς χρείαις μου καὶ τοῖς οὖσι μετ' ἐμοῦ ὑπηρέτησαν αἱ χεῖρες αὗται.

34 Imò ipſi noſtis, ſvſibus meis, & iis qui mecum ſunt, manus iſtas miniſtraſſe.

34 Ipſi ſcitis quoniam ad ea quæ mihi opus erant, et his qui mecum ſunt, miniſtrauerũt manus iſtæ.

1.Cor.4.c.12
1.Theſſ.2.b.9
2.Theſſ.3.b.8

Πάντα ὑπέδειξα ὑμῖν ὅτι οὕτως κοπιῶντας δεῖ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ἀσθενούντων, μνημονεύειν τε τῶν λόγων τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, ὅτι αὐτὸς εἶπε, Μακάριόν ἐστι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν.

35 In omnibus oſtendi vobis oportere ſic laborando ſuſcipere infirmos, & meminiſſe verborum Ieſu, ipſum videlicet dixiſſe, Beatum eſt dare potius quàm accipere.

35 Omnia oſtendi vobis, quoniã ſic laborantes oportet ſuſcipere infirmos, ac meminiſſe verbi Domini teſu. quoniam ipſe dixit, Beatius eſt magis dare quàm accipere.

Καὶ ταῦτα εἰπὼν, θεὶς τὰ γόνατα αὐτοῦ, σὺν πᾶσιν αὐτοῖς προσηύξατο.

36 Et quum hæc dixiſſet, poſitis genibus ſuis, orauit cum illis omnibus.

36 Et quũ hæc dixiſſet, poſitis genibus ſuis orauit cum omnibus illis.

Ἱκανὸς δὲ ἐγένετο κλαυθμὸς πάντων· καὶ ἐπιπεσόντες ἐπὶ τὸν τράχηλον τοῦ Παύλου κατεφίλουν αὐτόν·

37 Magnus autẽ fletus omniũ ortus eſt: & ruentes in collum Pauli, deoſculabantur eum:

37 Magnus autẽ fletus factus eſt omnium: & procumbentes ſuper collum Pauli oſculabantur eum:

Ὀδυνώμενοι μάλιστα ἐπὶ τῷ λόγῳ ᾧ εἰρήκει, ὅτι οὐκέτι μέλλουσι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ θεωρεῖν· προέπεμπον δὲ αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον.

38 Cruciati maximè ob ſermonem quem dixerat, ipſos non eſſe amplius facturos: & deduxerunt eum ad nauim.

38 Dolẽtes maximè in uerbo quod dixerat, quoniã amplius faciem eius non eſſent uiſuri. Et deduxerunt eum ad nauem.

Κεφάλαιον κα'

CAP. XXI.

CAP. XXI.

Ὡς δὲ ἐγένετο ἀναχθῆναι ἡμᾶς ἀποσπασθέντας ἀπ' αὐτῶν, εὐθυδρομήσαντες ἤλθομεν εἰς Κῶ, τῇ δὲ ἐξῆς εἰς Ῥόδον, κἀκεῖθεν εἰς Πάταρα·

1 VT autem proiecti ſumus, auulſi ab eis, recto curſu venimus Coum, & ſequenti die Rhodum, & illinc Patara.

1 Quum autem factum eſſet ut nauigaremus, abſtracti ab eis recto curſu uenimus Coum, et ſequenti die Rhodũ, et inde Patarã.

Καὶ εὑρόντες πλοῖον διαπερῶν εἰς Φοινίκην, ἐπιβάντες ἀνήχθημεν.

2 Et inuenta naui quæ traiiciebat in Phœnicen, ea cõſcenſa, proiecti ſumus.

2 Et quũ inuenissemus nauẽ trãsfretantem in Phœnicen, aſcendentes nauigauimus.

Ἀναφανέντες δὲ τὴν Κύπρον καὶ καταλιπόντες αὐτὴν εὐώνυμον, ἐπλέομεν εἰς

3 Quum autem cœpiſſet nobis apparere Cyprus, ea ad ſiniſtram relicta, nauigauimus in

3 Quum apparuiſſemus autem Cypro, relinquentes eam ad ſiniſtram na-

31 Et ſermoni gratiæ ipſius, καὶ τῷ λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ. Hæc per epexegeſin explico, quaſi diceret Paulus, Commendo vos Deo, vt vos præſidio ſuo conſeruet, id eſt Euangelio, ſiue gratiæ ſuæ nũtio. Idcirco enim Euangelium dicitur ſalutis ſermo, ſuprà, capite 13.d.26. Qui quidem Deus poteſt, τῷ δυναμένῳ. Eraſ. In Annot. hoc coniungit cum λόγῳ. At ego puto minus coactam fore interpretationem ſi cum τῷ Θεῷ coniunxeris. Ideo nonnihil ſuppleui ex quo id poſſet intelligi. Deinde & hoc notandum eſt, articulum hoc loco non tam δεικτικὸν eſſe quàm ἀποκοπὴν declarare. Quod hæreditatis iure poſſideatis, κληρονομίαν. Hebraicè נחלה: quod vocabulum multo latius patet quàm hæreditas apud Latinos, vt alibi diximus: & tamen videtur declarare quo iure conſequuturi ſimus illud tanquam prædium quod poſſidebimus, nimirum gratuito adoptionis iure, quaſi filii. Ideo periphraſin paulo longiorem vſurpaui. Cum omnibus, σὺν πᾶσιν. Hebraicè את כל, σὺν pro καὶ poſita: quam enallagen alibi ſæpe annotauimus. Vulg. In omnibus. Eraſ. Inter omnes.

35 In omnibus, πάντα. Vel per omnia. Nam ſubaudienda eſt præpoſitio κατὰ, vt 1. Cor. 9. d. 25, & 10. g. 33, & Epheſ. 4. c. 15. Quid ſi verò πάντα ſuperiori verbo ὑπεδείξατε adiunxeris: nolim tamen quicquam mutare ex coniectura. Suſcipere ἀντιλαμβάνεσθαι. id eſt, alioquin collapſuros quaſi porrecta manu retinere. Dicuntur enim hæc tranſlatitiè de illis qui nondum ſatis confirmati doctrina & exemplis, offendicula ibi inueniunt vbi planiſſima via eſt: ideóque ferendi ſunt quoad eius fieri poteſt, (ſalua tamen conſcientia) & cauenda diligenter omnia quibus poſſint offendi. Hoc enim eſt labentes fulcire. Vide Luc. 1. c. 54.

IN CAPVT XXI.

3 Quum autem cœpiſſet nobis apparere Cyprus, ἀναφανέντες δὲ τὴν Κύπρον. Sic legunt veteres codices. Eraſmus autem legit ἀναφάναντες. & nonnulli habent ἀναφανέντες δὲ τῆς Κύπρου, lectione manifeſtè corrupta, quum potius ſcribendum ſit ἀναφήναντες. Cæterùm τὸ ἀναφανέντες opponitur hoc in loco τῷ κατοφθῆναι, & id declarat pro quo Virgilius: aperire dixit libro Æneidos tertio, — quarto terra die ſe attollere tandem Viſa, aperire

procul montes, ac volvere fumum. Idem eodem libro, Mox & Leucatæ nimbosa cacumina montis, Et formidatus nautis aperitur Apollo. Quia videlicet navigantibus præsertim videntur regiones attolli & deprimi, prout ipsi accedunt vel recedunt: vt non immeritò Erasmus pro eo quod in Vulgata editione legitur, Quum apparuissemus autem Cypro, Veterem interpretem suspicetur scripsisse, Quum autem peruenissemus Cyprum.

Συρίαν, καὶ κατήχθημεν εἰς Τύρον· ἐκεῖσε γὰρ ἦν τὸ πλοῖον ἀποφορτιζόμενον τὸν γόμον.

Syriam, & deuecti sumus Tyrum: illic enim nauis erat suũ onus expositura.

Nauigauimus in Syriam, & uenimus Tyrũ: ibi enim nauis exponenda erat onus.

Καὶ ἀνευρόντες τοὺς μαθητάς, ἐπεμείναμεν αὐτοῦ ἡμέρας ἑπτά· οἵτινες τῷ Παύλῳ ἔλεγον διὰ τοῦ Πνεύματος, μὴ ἀναβαίνειν εἰς Ἰερουσαλήμ.

4 Permansimus autẽ ibidem dies septem, inuentis discipulis: qui Paulo dicebant per Spiritũ, ne ascenderet in Hierusalẽ.

4 *Inuentis autẽ discipulis, mãsimus ibi diebus septem: qui Paulo dicebant per Spiritum, ne ascenderet Ierosolymam.*

Ὅτε δὲ ἐγένετο ἡμᾶς ἐξαρτίσαι τὰς ἡμέρας, ἐξελθόντες ἐπορευόμεθα, προπεμπόντων ἡμᾶς πάντων σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, ἕως ἔξω τῆς πόλεως· καὶ θέντες τὰ γόνατα ἐπὶ τὸν αἰγιαλόν, προσηυξάμεθα.

5 Sed peractis illis diebus, abiimus, omnibus deducentibus nos cum vxoribus & liberis, donec vrbem exiuissemus: & positis genibus in littore, precati sumus.

5 *Et expletis diebus, profecti ibamus, deducentibus nos omnibus cum uxoribus & filijs usque foras ciuitatem: & positis genibus in littore, orauimus.*

Καὶ ἀσπασάμενοι ἀλλήλους, ἐπέβημεν εἰς τὸ πλοῖον· ἐκεῖνοι δὲ ὑπέστρεψαν εἰς τὰ ἴδια.

6 Et alii alios complexi, conscendimus nauim: illi autem reuersi sunt ad suos.

6 *Et quum ualefecissemus inuicẽ, ascendimus nauẽ: illi autẽ redierũt in sua.*

Ἡμεῖς δὲ τὸν πλοῦν διανύσαντες, ἀπὸ Τύρου κατήντησαμεν εἰς Πτολεμαΐδα· καὶ ἀσπασάμενοι τοὺς ἀδελφοὺς ἐμείναμεν ἡμέραν μίαν παρ' αὐτοῖς.

7 Nos verò nauigatione perfecta, peruenimus Tyro Ptolemaidam: & salutatis fratribus, mansimus diem vnum apud eos.

7 *Nos uerò nauigatione expleta, à Tyro descendimus Ptolemaidem: & salutatis fratribus, mansimus die una apud illos.*

Τῇ δὲ ἐπαύριον ἐξελθόντες οἱ περὶ τὸν Παῦλον ἤλθομεν εἰς Καισάρειαν· καὶ εἰσελθόντες εἰς τὸν οἶκον Φιλίππου τοῦ εὐαγγελιστοῦ τοῦ ὄντος ἐκ τῶν ἑπτά, ἐμείναμεν παρ' αὐτῷ.

8 Postridie verò egressi Paulus & nos qui cum eo eramus, venimus Cæsaream: & ingressi domum Philippi Euangelistæ (qui erat vnus ex illis septem) mansimus apud eum.

8 *Alia autẽ die profecti, uenimus Cæsaream: & intrantes domum Philippi Euangelistæ (qui erat de septẽ) mãsimus apud eũ.*

Τούτῳ δὲ ἦσαν θυγατέρες παρθένοι τέσσαρες προφητεύουσαι.

9 Huic autem erant quatuor filiæ virgines prophetantes.

9 *Huic autem erãt quatuor filiæ uirgines prophetantes.*

Ἐπιμενόντων δὲ ἡμερῶν πλείονων, κατῆλθέ τις ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας προφήτης ὀνόματι Ἄγαβος·

10 Et quum illic permansissemus dies complures, descendit ex Iudæa quidam propheta nomine Agabus:

10 *Et quum moraremur dies aliquot, superuenit quidam à Iudæa Propheta nomine Agabus:*

Καὶ ἐλθὼν πρὸς ἡμᾶς, καὶ ἄρας τὴν ζώνην τοῦ Παύλου, δήσας τε τὰς ἑαυτοῦ χεῖρας καὶ τοὺς πόδας, εἶπε, Τάδε λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, Τὸν ἄνδρα οὗ ἐστὶν ἡ ζώνη αὕτη, οὕτω δήσουσιν ἐν Ἰερουσαλὴμ οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ παραδώσουσιν εἰς χεῖρας ἐθνῶν.

11 Qui quum venisset ad nos, sumpsit zonam Pauli, & vinctis sibi pedibus ac manibus, dixit, Hæc dicit Spiritus sanctus, Virum cuius est hæc zona, ita vincient in Ierusalem Iudæi, tradéntque in manus Gentium.

11 *Is quũ uenisset ad nos, tulit zonam Pauli, & alligãs sibi pedes et manus, dixit, Hæc dicit Spiritus sanctus, Virũ cuius est zona hæc, sic alligabunt in Ierusalem Iudæi, et tradent in manus Gentium.*

Ὡς δὲ ἠκούσαμεν ταῦτα, παρεκαλοῦμεν ἡμεῖς τε καὶ οἱ ἐντόπιοι, τοῦ μὴ ἀναβαίνειν αὐτὸν εἰς Ἰερουσαλήμ.

12 Vt verò ista audiuimus, rogabam' & nos & q in eo loco erãt, ne ascenderet in Hierusalem.

12 *Quod quũ audissemus, rogabamus nos et qui loci illius erãt, ne ascenderet Ierosolymam.*

4 Per Spiritum, διὰ τοῦ Πνεύματος. Id est, ex diuina Spiritus reuelatione. Quid igitur: an sibiipsi repugnat Spiritus sanctus? minimè verò. Sed vt isti ex Spiritus reuelatione intelligerent quantum periculum Paulo immineret, non tamen consequitur eos cognouisse quid viciſſim Paulo idem Spiritus præcepisset. 5

6 Complexi, ἀσπασάμενοι. Vulg. Quum valefecissemus, id est Χαιρετίσαντες.

8 Paulus & nos qui cum eo eramus, οἱ περὶ τὸν Παῦλον. Vide suprà cap. 13. b. 13. Ex illis septẽ, ἐκ τῶν ἑπτά. Vulg. & Eras. Ex septẽ. Ego puto seruandum articulũ, cuius vis est hoc loco αὐτοφορικήν. Loquitur enim de septem illis Diaconis quorum celebria erant nomina. 10

9 Prophetantes, προφητεύουσαι. Intelligo de peculiari dono prædicendi futura, non autem de docendi munere in Ecclesia.

Ἀπεκρίθη δὲ ὁ Παῦλος, Τί ποιεῖτε, κλαίοντες καὶ συνθρύπτοντές μου τὴν καρδίαν; ἐγὼ γὰρ οὐ μόνον δεθῆναι, ἀλλὰ καὶ ἀποθανεῖν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἑτοίμως ἔχω ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ.

Μὴ πειθομένου δὲ αὐτοῦ, ἡσυχάσαμεν, εἰπόντες, Τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου γινέσθω.

Μετὰ δὲ τὰς ἡμέρας ταύτας ἀποσκευασάμενοι ἀνεβαίνομεν εἰς Ἱερουσαλήμ.

Συνῆλθον δὲ καὶ τῶν μαθητῶν ἀπὸ Καισαρείας σὺν ἡμῖν, ἄγοντες παρ' ᾧ ξενισθῶμεν, Μνάσωνί τινι Κυπρίῳ, ἀρχαίῳ μαθητῇ.

Γενομένων δὲ ἡμῶν εἰς Ἱεροσόλυμα, ἀσμένως ἐδέξαντο ἡμᾶς οἱ ἀδελφοί.

Τῇ δὲ ἐπιούσῃ εἰσήει ὁ Παῦλος σὺν ἡμῖν πρὸς Ἰάκωβον, πάντες τε παρεγένοντο οἱ πρεσβύτεροι.

Καὶ ἀσπασάμενος αὐτοὺς, ἐξηγεῖτο καθ' ἓν ἕκαστον ὧν ἐποίησεν ὁ Θεὸς ἐν τοῖς ἔθνεσι διὰ τῆς διακονίας αὐτοῦ.

Οἱ δὲ ἀκούσαντες ἐδόξαζον τὸν Κύριον εἶπόν τε αὐτῷ, Θεωρεῖς ἀδελφέ, πόσαι μυριάδες εἰσὶν Ἰουδαίων τῶν πεπιστευκότων· καὶ πάντες ζηλωταὶ τοῦ νόμου ὑπάρχουσι.

Κατηχήθησαν δὲ περὶ σοῦ, ὅτι ἀποστασίαν διδάσκεις ἀπὸ Μωσέως τοὺς κατὰ τὰ ἔθνη πάντας Ἰουδαίους, λέγων μὴ περιτέμνειν αὐτοὺς τὰ τέκνα, μηδὲ τοῖς ἔθεσι περιπατεῖν.

Τί οὖν ἐστι; πάντως δεῖ πλῆθος συνελθεῖν· ἀκούσονται γὰρ ὅτι ἐλήλυθας.

Τοῦτο οὖν ποίησον ὃ σοι λέγομεν· Εἰσὶν ἡμῖν ἄνδρες τέσσαρες εὐχὴν ἔχοντες ἐφ' ἑαυτῶν·

13 Tunc reſpondit Paulus, Quid facitis flentes & comminuentes cor meum? Nam ego non ſolùm vinciri, ſed & mori paratus ſum in Hieruſalem pro nomine Domini Ieſu.

14 Quum igitur non aſſentiretur, acquieuimus, dicentes, Fiat Domini voluntas.

15 Porro poſt dies iſtos ᵛ collectis ſarcinis aſcendimus in Hieruſalem.

16 Venerũt autem ſimul etiam ᵛquidam ex diſcipulis Cæſarea nobiſcum, adducentes ſecum apud quẽ hoſpitaremur, Mnaſonem quendam Cyprium, antiquum diſcipulum.

17 Quum igitur peruenisſemus Hieroſolymam, libenter exceperunt nos fratres.

18 Sequenti autem die introiit Paulus nobiſcũ ad Iacobũ, & omnes Preſbyteri adfuerunt.

19 Quos complexus, expoſuit ſigillatim quæ Deus feciſſet inter Gentes per ipſius miniſterium.

20 At illi his auditis, glorificauerunt Dominum: & dixerunt ei, Conſpicis frater quot ſint millia Iudæorum qui crediderunt: ſúntque omnes ᵛaccenſi zelo Legis.

21 ᵛAudierunt autem de te ex aliorũ ſermone, te defectionem à Moſe docere omnes qui inter Gẽtes ſunt Iudæos, & dicere eos non debere circuncidere filios, neque ᵛſecundum ritus ambulare.

22 Quid eſt ergo? omnino oportet conuenire multitudinẽ. audient enim te veniſſe.

23 Hoc igitur fac quod tibi dicimus: Sunt ᵛnobis viri quatuor ᵛvoto obnoxii:

13 Tunc reſpõdit Paulus & dixit, Quid facitis fletes & affligẽtes cor meũ? ego enim non ſolũm alligari, ſed & mori in Ieruſalẽ paratus ſum propter nomen Domini Ieſu.

14 Et quũ ei ſuadere non poſſemus, quieuimus, dicẽtes, Domini voluntas fiat.

15 Poſt dies autẽ iſtos præparati, aſcendebamus in Ieruſalem.

16 Venerunt autẽ & quidam ex diſcipulis à Cæſarea nobiſcum, adducẽtes ſecum apud quem hoſpitarcmur, Mnaſonem quẽdã Cyprium, antiquum diſcipulum.

17 Et quum uenißemus Ieroſolymam, libenter exceperunt nos fratres.

18 Sequẽti autem die introibat Paulus nobiſcum ad Iacobum, omnéſque colecti ſunt ſeniores.

19 Quos quum ſalutaſſet, narrabat p ſingula quæ Deus feciſſet in Gentibus per miniſterium ipſius.

20 At illi quum audiſſent, magnificabant Deum: dixerunt que ei. Vides frater quot millia ſunt in Iudæis qui crediderunt, & omnes æmulatores ſunt Legis.

21 Audierunt autem de te quia diſceſſionem docẽs à Moyſe eorũ qui per Gẽtes ſunt Iudæorũ, dicẽs nõ debere eos circumcidere filios ſuos, neque ſecundũ conſuetudinem ingredi.

22 Quidergo eſt? utiq; oportet conuenire multitudinem. audiẽt enim te ſuperuenisſe.

23 Hoc ergo fac quod tibi dicimus: Sunt nobis uiri quatuor, votum habentes ſuper ſe:

15 Collectis ſarcinis, ἐπισκευασάμενοι. Id eſt ἀφαιρεσάμενοι, vt loquũtur diſertiores Græci. Nã ἐπισκευάζεσθαι ſignificat potius onus deponere, item è medio tollere: ἀποσκευάζεσθαι verò dicuntur οἱ μετοικεσίου ἕνεκα, id eſt qui ex aliquo loco demigraturi, ſarcinas colligunt. Significat igitur Lucas Paulum cum ſuis Cæſarea profectum, quaſi eò non rediturum. Vulgata, Præparati, id eſt ἐπισκευασάμενοι: quam lectionem in vno codice inuenimus: neq; ſanè velim repudiare. In aliis quinque legitur ἐπισκευασάμενοι, id eſt inſtructi & cõparati, ad quæuis nimirum ſubeunda pericula.

16 Quidam ex diſcipulis, ἀπὸ μαθητῶν. Sub. τινές: vt Iohan. 16. v. 17. Sic vulgò dicimus, Il y auoit des diſciples.

20 Accenſi zelo, ζηλωταί. Vide Iohan. 2. c. 17.

21 Audierunt, κατηχήθησαν. Vide Luc. 1. 2. 4

Secundum ritus, τοῖς ἔθεσι. In vno codice legitur τοῖς ἔθεσι πατρίοις ζῆν, paternis ritibus viuere.

23 Nobis, ἐφ' ἡμῶν. In vno exẽplari legimus ὑφ' ἡμῶν, inter nos: & quidẽ rectius, vt opinor. Voto obnoxii, ἔχοντες ἐφ' ἑαυτῶν. Vulg. & Eraſ. ad verbũ, Habẽtes votũ ſuper ſe: quod videtur paulo obſcurè. Significatur autẽ hoc dicendi genere votũ voluntariũ, quod nimirũ quiſpiã in ſeſe quaſi onus receperit: ſed tamen cũ Legis præſcripto cõfẽtiẽs: qua ratione etiã factũ vt apud Græcos τὸ ὑπισχνεῖσθαι καὶ ὑπόσχεσις de pollicitatione dicantur, ἐπὶ ὑπισχνουμένου, inquit Euſt. βάρος τι ἑαυτοῖς ὑπεβάλοντο. id eſt, quòd qui aliquid promiſerit, ſeipſũ oneri ſubiecerit.

Τούτους παραλαβὼν, ἁγνίσθητι σὺν αὐτοῖς, καὶ δαπάνησον ἐπ' αὐτοῖς, ἵνα ξυρήσωνται τὰς κεφαλάς, καὶ γνῶσι πάντες ὅτι ὧν κατήχηνται περὶ σοῦ οὐδέν ἐστι, ἀλλὰ στοιχεῖς καὶ αὐτὸς τὸν νόμον φυλάσσων.

supra 18.v.18 num.6.v.18

24 His assumptis, ſanctificator cum eis, & adde ad eorũ ſumptus, vt ‖ radãt capita: & norint omnes nihil eſſe eorum quæ de te fama acceperunt, ſed te quoque ita incedere vt Legem obſerues.

24 His aſſumptis, ſanctificate cum illis, & impende illis, vt radant capita: & ſcíet omnes quia quæ de te audierunt fal ſa ſunt, ſed ambulas & ipſe cuſtodiens Legem.

Περὶ δὲ τῶν πεπιστευκότων ἐθνῶν ἡμεῖς ἐπεστείλαμεν, κρίναντες μηδὲν τοιοῦτον τηρεῖν αὐτοὺς, εἰ μὴ φυλάσσεσθαι αὐτοὺς τό, τε εἰδωλόθυτον, καὶ αἷμα, καὶ πνικτὸν, καὶ πορνείας.

25 De iis autem qui crediderũt ex Gentibus, nos ſcripſimus, & decreuimus nequid huiuſmodi obſeruent, niſi vt caueant ab iis quæ ſunt immolata ſimulacris, & à ſanguine, & ſuffocatis, & ſcortatione.

25 De ijs autem qui crediderunt ex Gentibus, nos ſcripſimus, iudicantes ne abſtineãt ſe ab idolis immolato, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione.

Τότε ὁ Παῦλος παραλαβὼν τοὺς ἄνδρας, τῇ ἐχομένῃ ἡμέρᾳ σὺν αὐτοῖς ἁγνισθεὶς εἰσῄει εἰς τὸ ἱερὸν, διαγγέλλων τὴν ἐκπλήρωσιν τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγνισμοῦ, ἕως οὗ προσηνέχθη ὑπὲρ ἑνὸς ἑκάστου αὐτῶν ἡ προσφορά.

26 Tum Paulus aſſumptis viris illis, ſequẽti die cum eis ſanctificatus ingreſſus eſt in templum, denuntiãs expletionem dierum ſanctificationis, vſque dum oblata fuit pro vnoquoque eorum oblatio.

26 Tũc Paulus aſſumptis viris, poſtera die purificatus cum illis intrauit in tẽplum, annuntians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro vnoquoque eorum oblatio.

Ὡς δὲ ἔμελλον αἱ ἑπτὰ ἡμέραι συντελεῖσθαι, οἱ ἀπὸ τῆς Ασίας Ιουδαῖοι θεασάμενοι αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ, συνέχεον πάντα τὸν ὄχλον, καὶ ἐπέβαλον τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτόν·

27 Quũ autẽ ſeptẽ illi dies iam eſſent explendi, quidam Iudæi ex Aſia, cum conſpicati in templo, conturbarunt totam turbam, & iniecerunt manus in eum:

27 Dum autem ſeptẽ dies conſummarẽtur, ij qui de Aſia erant Iudæi, quum vidiſſent eũ in tẽplo, concitauerũt omnẽ populũ, & iniecerunt ei manus:

Κράζοντες, Ανδρες Ισραηλῖται, βοηθεῖτε· οὗτός ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ὁ κατὰ τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ νόμου καὶ τοῦ τόπου τούτου, πάντας πανταχοῦ διδάσκων· ἔτι τε καὶ Ελληνας εἰσήγαγεν εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ κεκοίνωκε τὸν ἅγιον τόπον τοῦτον.

28 Clamantes, Viri Iſraelitæ, ſuccurrite: hic eſt homo ille qui aduerſus populũ & Legem & locum hunc, omnes vbique docet: atque adeo Græcos introduxit in templum, & polluit ſanctum locum iſtum.

28 Clamantes, Viri Iſraelitæ, adiuuate: hic eſt homo qui aduerſus populũ ac Legem & locũ hunc, omnes vbique docens, inſuper & Gentiles induxit in templũ, & violauit ſanctũ locum iſtum.

(Ησαν γὰρ προεωρακότες Τρόφιμον τὸν Εφέσιον ἐν τῇ πόλει σὺν αὐτῷ, ὃν ἐνόμιζον ὅτι εἰς τὸ ἱερὸν εἰσήγαγεν ὁ Παῦλος)

29 (Viderant enim antea Trophimũ Epheſium in vrbe cum eo, quem exiſtimabant fuiſſe à Paulo introductum in templum)

29 (Viderãt enim Trophimum Epheſium in ciuitate cum ipſo, quẽ æſtimarunt quoniã in tẽplum introduxiſſet Paulus)

Εκινήθη τε ἡ πόλις ὅλη, καὶ ἐγένετο συνδρομὴ τοῦ λαοῦ· καὶ ἐπιλαβόμενοι τοῦ Παύλου

30 Commota eſt igitur vrbs tota, & factus eſt concurſus populi: & prehenſum Paulum

30 Cõmota q; eſt ciuitas tota, et facta eſt cõcurſio populi, et apprehẽdẽtes Paulum

24 Sanctificator, ἁγίσθητι. Vel conſecrator. Eraſ. Purifica te. Caſtellio, Luſtrare. Vterque malé. nam purificatione egebant impuri. Hic verò non agitur de impuris, ſed de iis qui Nazareatus voto erant obſtricti, & ſanctiſſimi habebãtur. Itaque ἁγνίζεσθαι non accipitur pro καθαρίζεσθαι, vt illi putarunt, ſed contrà pro נזר & ἁγιασμὸς pro נזר, vt apparet ex Græca interpretatione cap. 6 Num. & Amos 2. v. 11, & 12. Adde ad eorũ ſumptum, δαπάνησον ἐπ' αὐτοῖς. Vel, ipſorum cauſa, vt tu huic voto non tantùm interfuiſſe, ſed etiam præfuiſſe videaris. Erãt enim in Nazaræorum oblationes ac purificationes ſumptus decreti, ſed ita vt aliquid adiicere liceret: ſicut diſertè ſcribitur Num. 6. v. 21. Ideo dicitur ipſe poſtea dies purificationis denuntiaſſe.

25 Et ſuffocatis, καὶ πνικτῶν. Hoc non legit Auguſtinus in Speculo, vt Eraſmus obſeruauit.

26 Expletionem dierum ſanctificationis, ἐκπλήρωσιν τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγνισμοῦ. Quum quo die finiebatur Nazaræorum votum, offerenda eſſent certa ſacrificia, neceſſe fuit dierum expletionem ſacerdotibus ſignificari. Vide Num. 6. v. 13.

27 Septẽ illi dies, αἱ ἑπτὰ ἡμέραι. Additus articulus, & calculus dierũ cuius fit mentio infrà, 24. v. 11, videntur indicare captum fuiſſe Paulum eo ipſo die quo in templum eſt ingreſſus, ac proinde hîc agi de certis quibuſdam ſeptem diebus. Verbum autem συντελεῖσθαι reſpondens expletioni dierum cuius facta eſt mentio verſiculo ſuperiore, omnino oſtendit iſta eſſe intelligenda de numero dierum quibus illi ſeſe obſtrinxerant Nazareatus voto. & tum plerunque ſeptiduanum fuiſſe votum illud, oſtendit articulus additus à Luca, vt de re perualgata differente, quum alioqui Nazaræis non aliud eſſet tempus præſcriptum quàm quod ipſis libuiſſet vouẽre. Significat ergo Lucas Paulum in templo conſpectum & captum fuiſſe, peractis illis ſacrificiis, inclinante iam die ſeptimo, quo videlicet illi ex Lege votum ſuum impleuerant.

λου, εἶλκεν αὐτὸν ἔξω τοῦ ἱεροῦ· καὶ εὐθέως ἐκλείσθησαν αἱ θύραι.

trahebant è templo: statimque clausæ sunt fores.

lum, trahebant eũ extrà templum: & statim clausæ sunt ianuæ.

31 Ζητούντων δὲ αὐτὸν ἀποκτεῖναι, ἀνέβη φάσις τῷ χιλιάρχῳ τῆς σπείρης ὅτι ὅλη συγκέχυται Ἰερουσαλήμ·

31 Studétibus autem ipsis eum trucidare, peruenit fama ad Tribunũ cohortis, totã Hierusalem conturbatam esse.

31 Quærẽtibus autẽ eũ occidere, nũtiatũ est Tribuno cohortis, quia tota cõfunditur Ierusalem.

32 ὃς εὐθέως παραλαβὼν στρατιώτας καὶ ἑκατοντάρχους, κατέδραμεν ἐπ' αὐτούς. οἱ δὲ ἰδόντες τὸν χιλίαρχον καὶ τοὺς στρατιώτας, ἐπαύσαντο τύπτοντες τὸν Παῦλον.

32 Qui eo ipso momento acceptis militibus ac Cẽturionibus, decurrit ad illos. At illi quum vidissẽt Tribunum & milites, cessarunt verberare Paulum.

32 Qui statim assumptis militibus et Cẽturionibus decurrit ad illos: q̃ quum vidissent Tribunum & milites, cessauerunt percutere Paulum.

33 Τότε ἐγγίσας ὁ χιλίαρχος ἐπελάβετο αὐτοῦ, καὶ ἐκέλευσε δεθῆναι ἁλύσεσι δυσί· καὶ ἐπυνθάνετο τίς ἂν εἴη, καὶ τί ἔστι πεποιηκώς.

33 Tũc appropinquãs Tribunus prehendit eum, & iussit vinciri catenis duabus: & percontatus est quisnam esset, & quid fecisset.

33 Tunc accedens Tribunus apprehendit eum, & iussit eũ alligari catenis duabus: & interrogabat qs esset, & quid fecisset.

34 Ἄλλοι δὲ ἄλλο τι ἐβόων ἐν τῷ ὄχλῳ· μὴ δυναμένου δὲ γνῶναι τὸ ἀσφαλὲς διὰ τὸν θόρυβον, ἐκέλευσεν ἄγεσθαι αὐτὸν εἰς τὴν παρεμβολήν.

34 Alii autem aliud clamabãt in turba: & quum non posset certi quicquam cognoscere propter tumultum, iussit duci eum in castra.

34 Alij autem aliud clamabãt in turba: & quũ non posset certũ cognoscere præ tumultu, iussit duci eum in castra.

35 Ὅτε δὲ ἐγένετο ἐπὶ τοῖς ἀναβαθμοῖς, συνέβη βαστάζεσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν διὰ τὴν βίαν τοῦ ὄχλου.

35 Quum igitur peruenissẽt ad gradus, euenit vt portaretur à militibus propter violentiam turbæ.

35 Et quum uenissẽt ad gradus, contigit ut portaretur à militibus propter impetum populi.

36 Ἠκολούθει γὰρ τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ, κράζον, Αἶρε αὐτόν.

36 Sequebatur enim multitudo populi, clamans, Tolle eum.

36 Sequebatur enim multitudo populi, clamans, Tolle eum.

37 Μέλλων τε εἰσάγεσθαι εἰς τὴν παρεμβολὴν ὁ Παῦλος, λέγει τῷ χιλιάρχῳ, Εἰ ἔξεστί μοι εἰπεῖν τι πρὸς σε; Ὁ δὲ ἔφη, Ἑλληνιστὶ γινώσκεις;

37 Et quum iam introducẽdus esset in castra Paulus, dicit Tribuno, Licétne mihi aliquid tibi dicere? Qui dixit, Græcè nosti?

37 Et quum cœpisset induci in castra Paulus, dicit Tribuno, Si licet mihi loqui aliquid ad te? Qui dixit, Græcè nosti?

38 Οὐκ ἄρα σὺ εἶ ὁ Αἰγύπτιος ὁ πρὸ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀναστατώσας καὶ ἐξαγαγὼν εἰς τὴν ἔρημον τοὺς τετρακισχιλίους ἄνδρας τῶν σικαρίων;

38 Nõnne tu es AEgyptius ille qui ante hos dies ad seditionẽ concitasti & eduxisti in desertũ quatuor millia sicariorum?

38 Nõnne tu es AEgyptius qui ante hos dies tumultũ concitasti, & eduxisti in desertum quatuor millia uirorum sicariorum?

39 Εἶπε δὲ ὁ Παῦλος, Ἐγὼ ἀνήρ εἰμι Ἰουδαῖος Ταρσεύς, οὐκ ἀσήμου πόλεως πολίτης· δέομαι δέ σου, ἐπίτρεψόν μοι λαλῆσαι πρὸς τὸν λαόν.

39 Dixit autem Paulus, Ego quidẽm sum Iudæus Tarsensis, non obscuræ Cilicum vrbis ciuis: cæterùm rogo te, permitte mihi vt alloquar populum.

39 Et dixit ad eũ Paulus, Ego bonus sum quidẽ Iudæus à Tarso Ciliciæ nõ ignotæ ciuitatis municeps: rogo autem te, permitte mihi loqui ad populum.

40 Ἐπιτρέψαντος δὲ αὐτοῦ, ὁ Παῦλος ἑστὼς ἐπὶ τῶν ἀναβαθμῶν κατέσεισε τῇ χειρὶ τῷ λαῷ· πολλῆς δὲ σιγῆς γενομένης, προσεφώνησε τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ, λέγων,

40 Quum igitur ille permisisset, Paulus stãs in gradibus, manu silentium postulauit à plebe: & magno silentio facto, loquutus est lingua Hebræa, dicens,

40 Et quũ ille permisisset, Paulus stans in gradibus annuit manu ad plebem: & magno silentio facto, alloquutus est lingua Hebræa, dicens,

CAP. XXII.

Κεφάλαιον κβ΄

1 Ἄνδρες ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, ἀκούσατέ μου τῆς πρὸς ὑμᾶς νῦν ἀπολογίας.

1 Viri fratres & patres, audite meam, qua nunc apud vos vtor, defensionem.

1 Viri fratres & patres, audite quã ad uos nũc reddo rationem.

2 (Ἀκούσαντες δὲ ὅτι τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ προσεφώνει αὐτοῖς, μᾶλλον παρέσχον ἡσυχίαν. καὶ φησιν,)

2 (Quum audissent autem eum Hebræa lingua ipsos alloqui, magis præbuerunt silentium. & dixit,)

2 (Quia Hebræa lingua loquebatur ad illos, magis præstiterunt silentium. & dicit,)

31 Peruenit fama, ἀνέβη φάσις. Vulg. & Erasm. Nuntiatum est, ἀπήγγελη. Illud verò est ἐμφανεστέρον.

31 Eo ipso momento, ἐξαυτῆς. Vulg. & Erasm. Statim. Vide suprà, cap. 10. c. 33. Continet autem hic locus admirandum sanè prouidentiæ diuinæ exemplum.

38 Ægyptius ille, ὁ Αἰγύπτιος. Vide Ioseph. lib. De bello Iudaico, 2. cap. 12.

Ἐγὼ μέν εἰμι ἀνὴρ Ἰουδαῖος, γεγεννημένος ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας, ἀνατεθραμμένος δὲ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ, πεπαιδευμένος κατὰ ἀκρίβειαν τοῦ πατρῴου νόμου, ζηλωτὴς ὑπάρχων τοῦ Θεοῦ, καθὼς πάντες ὑμεῖς ἐστε σήμερον.

3 Ego quidem sum Iudæus, natus Tarsi, urbe Ciliciæ, nutritus verò in hac ipsa vrbe apud pedes Gamalielis, institutus ad exquisitam formam patriæ legis, zelo Dei accensus, sicut & vos omnes estis hodie.

3 Ego sum uir Iudæus, natus Tarso Ciliciæ, nutritus autem in ista ciuitate secus pedes Gamaliel, eruditus iuxta ueritatem paternæ legis, æmulator legis, sicut & uos omnes estis hodie.

Ὃς ταύτην τὴν ὁδὸν ἐδίωξα ἄχρι θανάτου, δεσμεύων καὶ παραδιδοὺς εἰς φυλακὰς ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας.

4 Qui hoc vitæ genus persequutus sum vsque ad mortẽ, vinciens ac tradens in carceres tum viros tum mulieres.

4 Qui hanc uiam persequutus sum usq; ad mortem, alligans & tradens in custodias uiros ac mulieres.

Ὡς καὶ ὁ Ἀρχιερεύς μοι μαρτυρεῖ, καὶ πᾶν τὸ πρεσβυτέριον· παρ' ὧν καὶ ἐπιστολὰς δεξάμενος πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς, εἰς Δαμασκὸν ἐπορευόμην, ἄξων καὶ τοὺς ἐκεῖσε ὄντας, δεδεμένους εἰς Ἰερουσαλὴμ, ἵνα τιμωρηθῶσιν.

5 Vt & Pontifex maximus mihi testis est, & totus seniorum ordo: à quibus etiam epistolas ad fratres acceptis, Damascum proficiscebar, adducturus etiam eos qui illic essẽt, vinctos in Hierusalem, vt punirentur:

5 Sicut princeps Sacerdotum mihi testimonium reddit, & omnes maiores natu: à quibus & epistolas accipiens ad fratres, Damascum pergebam ut adducerem inde uinctos in Ierusalẽ, ut punirentur:

Ἐγένετο δέ μοι πορευομένῳ καὶ ἐγγίζοντι τῇ Δαμασκῷ περὶ μεσημβρίαν, ἐξαίφνης ἐκ τοῦ οὐρανοῦ περιαστράψαι φῶς ἱκανὸν περὶ ἐμέ·

6 Euenit autem mihi iter facienti, & appropinquanti Damasco circiter meridiem, vt repentè è cælo circũfulserit me lux multa:

6 Factũ est autẽ eũe me, & appropinquãte Damasco media die, subitò de cælo circunfulsit me lux copiosa:

Ἔπεσόν τε εἰς τὸ ἔδαφος, καὶ ἤκουσα φωνῆς λεγούσης μοι, Σαοὺλ, Σαοὺλ, τί με διώκεις;

7 Cecidique in solum, & audiui vocem dicẽtem mihi, Saul, Saul, quid me persequeris?

7 Et decidens in terrã, audiui uocem dicentẽ mihi, Saule, Saule, quid me persequeris?

Ἐγὼ δὲ ἀπεκρίθην, Τίς εἶ Κύριε; Εἶπέ τε πρός με, Ἐγώ εἰμι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος, ὃν σὺ διώκεις.

8 Ego verò respondi, Quis es Domine? Dixitque mihi, Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris.

8 Ego autẽ respõdi, Quis es Domine? Dixitque ad me, Ego sum Iesus Nazarenus, quẽ tu persequeris.

Οἱ δὲ σὺν ἐμοὶ ὄντες τὸ μὲν φῶς ἐθεάσαντο, καὶ ἔμφοβοι ἐγένοντο· τὴν δὲ φωνὴν οὐκ ἤκουσαν τοῦ λαλοῦντός μοι.

9 Porro qui mecũ erant, lucẽ quidẽ cõspexerunt, & expauescãti sunt: vocẽ autẽ nõ audierũt eius qui loquebatur mecum.

9 Et qui mecum erant lumen quidẽ uiderũt: uocẽ autẽ non audierunt eius qui loquebatur mecum.

Εἶπον δέ, Τί ποιήσω Κύριε; Ὁ δὲ Κύριος εἶπε πρός με, Ἀναστὰς πορεύου εἰς Δαμασκὸν· κἀκεῖ σοι λαληθήσεται περὶ πάντων ὧν τέτακταί σοι ποιῆσαι.

10 Dixi verò, Quid faciã Domine? Dominꝰ aũt dixit mihi, Surge ac proficiscere Damascũ: & illic tibi dicetur de omnibꝰ quæ constituta sunt tibi vt facias.

10 Et dixi, Quid faciã Domine? Dominus autem dixit ad me, Surgens uade Damascum: & ibi tibi dicetur de omnibus quæ te oportet facere.

Ὡς δὲ οὐκ ἐνέβλεπον ἀπὸ τῆς δόξης τοῦ φωτὸς ἐκείνου, χειραγωγούμενος ὑπὸ τῶν συνόντων μοι, ἦλθον εἰς Δαμασκόν.

11 Quum verò non viderem præ gloria lucis illius, manu deductus ab iis qui mecum erant, veni Damascum.

11 Et quũ non uiderẽ præ claritate luminis illius, ad manum deductus ab comitibus, ueni Damascum.

Ἀνανίας δέ τις, ἀνὴρ εὐσεβὴς κατὰ τὸν νόμον, μαρτυρούμενος ὑπὸ πάντων

11 Ananias autem quidam, vir pius secundum Legem, testimonio ornatus omnium illic

11 Ananias autem quidam, uir timoratus secundum Legem, testimonium habens ab omnibus

IN CAPVT XXII.

3 Apud pedes, παρὰ τοὺς πόδας. Id est assiduus auditor. Huc enim respexit, quòd qui docent, soleant ex superiore loco discipulos alloqui in subsellijs sedentes. Ad exactam formam patriæ legis, κατ' ἀκρίβειαν τοῦ πατρῴου νόμου. Vulgata, Iuxta veritatem paternæ legis, vt pro ἀκρίβειαν videatur legisse ἀληθείαν. Erasmus, Accuratè in patria Lege, id est κατ' ἀκρίβειαν, vel ἀκριβῶς τοῦ πατρῴου νόμου. Zelo accensus, ζηλωτής. Vulgata, Æmulator. Erasmus, Sectator. Neuter Græcam vocem expressit. Vide Iohan. 3. c. 17. Dei, τοῦ Θεοῦ. Vulgata, Legis, τοῦ πατρῴου: quam puto germanam esse lectionem. 5

4 Hoc vitæ genus, τοῦτον τὸν ὁδὸν. Vulgata & Erasmus, Hanc viam, nimium obscurè. Vide suprà, cap. 19. versu 9.

5 Et totus seniorum ordo, καὶ πᾶν τὸ πρεσβυτέριον. Id est πανδήμει, quod etiam Hebræi magistri vocant כולהון. Vulgata, Et omnes maiores natu: quum hic non agatur de senibus, sed de senatoribus. 10

9 Lucem quidem, τὸ μὲν φῶς. Vide suprà, 9. b. 7.

τῶν κατοικούντων Ιουδαίων,

habitantium Iudæorum,

habitantibus Iudæis,

Ελθὼν πρός με καὶ ἐπιστὰς εἶπέ μοι, Σαοὺλ ἀδελφὲ, ἀνάβλεψον. Κἀγὼ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἀνέβλεψα εἰς αὐτόν.

13 Veniens ad me & adſtans dixit mihi, Saul frater, recipe viſum. Et ego eodem illo momento ſum eum intuitus.

13 Veniens ad me & ſtans dixit mihi, Saule frater, reſpice. Et ego eadem hora reſpexi in eum.

Ο δὲ εἶπε, Ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν προεχειρίσατό σε γνῶναι τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἰδεῖν τὸν δίκαιον, καὶ ἀκοῦσαι φωνὴν ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ.

14 Ipſe autem dixit, Deus patrũ noſtrorũ delegit te qui cogno ſceres ipſius voluntatem, & videres Iuſtum illum, & audires vocem ex ore ipſius.

14 At ille dixit. Deus patrum noſtrorum præordinauit te ut cognoſceres voluntatem eius, & uideres iuſtum, & audires uocem ex ore eius.

Ὅτι ἔσῃ μάρτυς αὐτῷ πρὸς πάντας ἀνθρώπους ὧν ἑώρακας καὶ ἤκουσας.

15 Nam eris ei teſtis apud omnes homines, eorum quæ vidiſti & audiſti.

15 Quia eris teſtis illius ad omnes homines eorum quæ uidiſti & audiſti.

Καὶ νῦν τί μέλλεις; ἀναστὰς βάπτισαι, καὶ ἀπόλουσαι τὰς ἁμαρτίας σου, ἐπικαλεσάμενος τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου.

16 Nunc igitur quid cunctaris? exurge, & baptizare, & ablue pec cata tua, inuocato nomine Domini.

16 Et nunc quid moraris? Exurge, & baptizare, & ablue peccata tua, inuocato nomine ipſius.

Ἐγένετο δέ μοι ὑποστρέψαντι εἰς Ιερουσαλὴμ, καὶ προσευχομένου μου ἐν τῷ ἱερῷ, γενέσθαι με ἐν ἐκστάσει,

17 Euenit autem mihi reuerſo in Hieruſalem, quũ precarer in templo, vt raperer extra me,

17 Factũ eſt autẽ reuertẽti mihi in Ieruſalem, & orante in templo, fieri me in ſtupore mentis,

καὶ ἰδεῖν αὐτὸν λέγοντά μοι, Σπεῦσον καὶ ἔξελθε ἐν τάχει ἐξ Ιερουσαλήμ. διότι οὐ παραδέξονταί σου τὴν μαρτυρίαν περὶ ἐμοῦ.

18 Et viderem eum dicentem mihi, Feſtina, & exi citò ex Hieruſalem: quoniam non accipient teſtimonium tuũ de me.

18 Et uidere illum dicentẽ mihi. Feſtina, & exi uelociter ex Ieruſalem: quoniam non recipient teſtimonium tuum de me.

Καὶ ἐγὼ εἶπον, Κύριε, αὐτοὶ ἐπίστανται ὅτι ἐγὼ ἤμην φυλακίζων καὶ δέρων κατὰ συναγωγὰς τοὺς πιστεύοντας ἐπὶ σοι.

19 Et ego dixi, Domine, ipſi ſciunt me pertraxiſſe in carcerem & cæcidiſſe per ſingulas ſynagogas eos qui credebant in te.

19 Et ego dixi, Domine, ipſi ſciunt quia ego eram cõcludens in carcerem & cædem per ſynagogas eos qui credebant in te.

Καὶ ὅτε ἐξεχεῖτο τὸ αἷμα Στεφάνου τοῦ μάρτυρός σου, κἀγὼ ἤμην ἐφεστὼς, καὶ συνευδοκῶν τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ, καὶ φυλάσσων τὰ ἱμάτια τῶν ἀναιρούντων αὐτόν.

20 Et quum funderetur ſanguis Stephani martyris tui, ego quoque adſtabam, & aſſentiebar cæ di illius, & cuſtodiebam pallia eorum qui interficiebant eum:

20 Et quũ funderetur ſanguis Stephani teſtis tui, ego adſtabã & cõſentiebã, & cuſtodiebã veſtimẽta interficientium illum.

Καὶ εἶπε πρός με, Πορεύου, ὅτι ἐγὼ εἰς ἔθνη μακρὰν ἐξαποστελῶ σε.

21 Tum is dixit mihi, Proficiſcere: nam ego te procul ad Gẽtes mittam.

21 Et dixit ad me, Vade, quoniam ego in nationes longè mittam te.

Ἤκουον δὲ αὐτοῦ ἄχρι τούτου τοῦ λόγου, καὶ ἐπῆραν τὸν φωνὴν αὐτῶν, λέγοντες, Αἶρε ἀπὸ τῆς γῆς τὸν τοιοῦτον· οὐ γὰρ καθῆκεν αὐτὸν ζῆν.

22 Audiebant autem eum ad hunc vſque ſermonem: tum verò ſuſtulerunt vocem ſuam, dicentes, Tolle è terra hominem iſtiuſmodi: non enim conuenit eum viuere.

22 Audiebant autem eum uſque ad hoc uerbum: & leuauerunt uocem ſuam, dicentes, Tolle de terra hominem huiuſmodi: non enim fas eſt eum uiuere.

Κραυγαζόντων δὲ αὐτῶν, καὶ ῥιπτούντων τὰ ἱμάτια, καὶ κονιορτὸν βαλλόντων εἰς τὸν ἀέρα,

23 Clamantibus autem eis, & proiicientibus pallia, & puluerẽ iactantibus in aerem,

23 Vociferãtibus autẽ eis, & proijcientibus veſtimẽta ſua, & puluerem iactantibus in aerem,

14 Delegit, προεχείρισατο. Vel, Deſignauit, vt infrà 26.d.16. Poteſt autem hoc vel ad æternum Dei cõſilium, vel ad eius exequutionẽ ac declarationem referri: quod poſterius malo. Vulgata, Præordinauit, id eſt προεπέξατο. Eraſmus, Præparauit. hoc enim retulit ad ruinam ac cæcitatem Pauli, quibus illũ præparauit Chriſtus ad Euangelii fidem. Id verò mihi non placet. Iuſtum illum, τὸν δίκαιον. Nempe Chriſtum, vt Ioh. 2.a.1. Eraſmus, Id quod iuſtum eſt, id eſt τὸ δίκαιον: quod in nullo vetere codice inueni: ac ſanè frigidum eſt, atque adeo ineptum, vt liquet ex eo quod ſtatim ſubiicitur.

18 Eum, αὐτὸν. Videlicet Dominum, qui mihi antea in via fuerat loquutus.

20 Martyris, τοῦ μάρτυρος. Hic ego Græcum vocabulum ſeruare malui quàm teſtem conuertere: propterea quòd obtinuit communis vſus vt martyres peculiariter dicantur qui non oris modò confeſſione, ſed etiam ſuo ſanguine Chriſti doctrinam ſanciuerunt. Qui interficiebant, τῶν ἀναιρούντων. Rectè. Neque enim præcurrit iudicio, ſed manifeſta vi Stephanus fuit à latronibus exſus, quum ne per leges quidem tum liceret Iudæis quenquam capitis damnare. Vide Luc. 22.a.1, & ſuprà, 5.f.33

Εκέλευσεν αὐτὸν ὁ χιλίαρχος ἀγαγεῖν εἰς τὸ πρετώριον, εἰπὼν μάστιξιν ἀνετάζεσθαι αὐτὸν ἵνα ἐπιγνῷ δι' ἣν αἰτίαν οὕτως ἐπεφώνουν αὐτῷ.

Ὡς δὲ προέτειναν αὐτὸν τοῖς ἱμᾶσιν, εἶπε πρὸς τὸν ἑστῶτα ἑκατόνταρχον ὁ Παῦλος, Εἰ ἄνθρωπον Ρωμαῖον καὶ ἀκατάκριτον ἔξεστιν ὑμῖν μαστίζειν;

Ακούσας δὲ ὁ ἑκατόνταρχος, προσελθὼν ἀπήγγειλε τῷ χιλιάρχῳ, λέγων, Ορα τί μέλλεις ποιεῖν· ὁ γὰρ ἄνθρωπος οὗτος Ρωμαῖός ἐστι.

Προσελθὼν δὲ ὁ χιλίαρχος εἶπεν αὐτῷ, Λέγε μοι, εἰ σὺ Ρωμαῖος εἶ; Ὁ δὲ ἔφη, Ναί.

Απεκρίθη τε ὁ χιλίαρχος, Ἐγὼ πολλοῦ κεφαλαίου τὴν πολιτείαν ταύτην ἐκτησάμην. Ὁ δὲ Παῦλος ἔφη, Ἐγὼ δὲ καὶ γεγέννημαι.

Εὐθέως οὖν ἀπέστησαν ἀπ' αὐτοῦ οἱ μέλλοντες αὐτὸν ἀνετάζειν· καὶ ὁ χιλίαρχος δὲ ἐφοβήθη, ἐπιγνοὺς ὅτι Ρωμαῖός ἐστι, καὶ ὅτι ἦν αὐτὸν δεδεκώς.

Τῇ δὲ ἐπαύριον βουλόμενος γνῶναι τὸ ἀσφαλές, τὸ τί κατηγορεῖται παρὰ τῶν Ἰουδαίων, ἔλυσεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν δεσμῶν, καὶ ἐκέλευσεν ἐλθεῖν τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ ὅλον τὸ συνέδριον αὐτῶν· καὶ καταγαγὼν τὸν Παῦλον, ἔστησεν εἰς αὐτούς.

Κεφάλαιον κγ΄

ΑΤενίσας δὲ ὁ Παῦλος τῷ συνεδρίῳ, εἶπεν, Ανδρες ἀδελφοὶ, ἐγὼ πάσῃ συνειδήσει ἀγαθῇ πεπολίτευμαι τῷ Θεῷ, ἄχρι ταύτης τῆς ἡμέρας.

Ο δὲ ἀρχιερεὺς Ανανίας ἐπέταξε τοῖς παρεστῶσιν αὐτῷ τύπτειν αὐτοῦ τὸ στόμα.

Τότε ὁ Παῦλος πρὸς αὐτὸν εἶπε, Τύπτειν σε μέλλει ὁ Θεὸς, τοῖχε κεκονιαμένε. καὶ σὺ κάθῃ κρίνων με κατὰ τὸν νόμον, καὶ παρανομῶν κελεύεις με τυπτεσθαι;

14 Iussit tribunus eum duci in castra, dixitque vt in eum verberibus iquireretur: vt resciret propter quã ob cãusam sic clamarent aduersus eum.

14 *Iussit tribunus induci eum in castra, & flagellis cædi & torqueri cum: vt sciret propter quã causam sic acclamarent ei.*

15 Quum autẽ adstrinxissent eũ loris, dixit adstanti Centurioni Paulus, Num hominẽ Romanum & indemnatum licet vobis flagellare?

15 *Et quum adstrinxissẽt eum loris, dixit adstanti sibi Centurioni Paulus, Si hominem Romanũ & indemnatum liet vobis flagellare?*

16 Hoc verò quum audiſſet Centurio, adiit Tribunum, & annũtiauit ei, dicens, Vide quid facturus sis: homo enim iſte, Romanus eſt.

16 *Quo audito, Centurio accessit ad Tribunum: & nuntiauit, dicens, Quid acturus es? hic enim homo cuis Romanus est.*

17 Accedés autẽ Tribunus dixit ei, Dic mihi, num tu Romanus es? At ille dixit, Etiam.

17 *Accedens autem Tribunus, dixit illi, Dic mihi si tu Romanus es. At ille dixit, Etiam.*

18 Et reſpondit Tribunus, Ego multa ſumma ciuitate iſtam acquiſiui. Paulus autem ait, Ego verò etiam natus ſum ciuis.

18 *Et respondit Tribunus, Ego multa summa ciuitate hanc consequutus sũ. Et Paulus ait, Ego autem & natus sum.*

19 Statim igitur abſceſſerũt ab eo qui fuerant in eũ inquiſituri: ſed & tribunus quoque timuit, cognito eum Romanũ eſſe, quoniam eum vinxerat.

19 *Protinus ergo discesserũt ab illo qui eum torturi erant: Tribunus quoque timuit postquam resciuit quia ciuis Romanus esset, & qa alligasset eũ.*

30 Poſtero autem die volens pro certo ſcire cuius rei accuſaretur à Iudæis, ſoluit eum è vinculis, & iuſſit principes Sacerdotum venire, totúmque ipſorum conſeſſum: ac deductum Paulum ſtatuit coram eis.

30 *Postera autem die uolẽs scire diligentius qua ex causa accusaretur à Iudeis, solue eum, & iussit Sacerdotes conuenire & omne concilium: & producẽs Paulum, statuit inter illos.*

CAP. XXIII.

CAP. XXIII.

1 INtentis autem in conſeſſum oculis Paulus ait, Viri fratres, ego omni conſcientia bona ſeruiui Deo ad hunc vſque diem.

1 *INtendens autẽ in concilium Paulus, ait, Viri fratres, ego omni conscẽtia bona conuersatus sum ante Deum usquem hodiernum diem.*

2 Ananias autem Pontifex maximus imperauit iis qui ipſi adſtabant, vt os eius cæderent.

2 *Princeps autẽ Sacerdotũ Ananias præcepit adstãtibus sibi percutere os eius.*

3 Tũ Paulus dixit ei, Futurum eſt vt percutiat te Deus, paries dealbate. & tu ſedes iudicãs me ſecundum Legem, & Legem tranſgrediens iubes me cædi?

3 *Tunc Paulus dixit ad eum, Percutiet te Deus paries dealbate. & tu sedes iudicans me secundum Legem, & contra Legem iubes me percuti?*

15 Romanum, Ρωμαῖον. Romanum videlicet non patria, ſed ciuitatis iure, quum Tarſus eſſet colonia. Itaque Græca ſcholia hoc loco nodum (quod aiunt) in ſcirpo quærunt.

IN CAPVT XXIII.

1 Seruiui Deo, πεπολίτευμαι τῷ Θεῷ. id eſt λατρεύω, καὶ λατρεία ἐστιν, vt Phil. 2. c. 17, & 2. Timoth. 3. a. 3. Nam πολιτεύεσθαι dicuntur non modò qui publico aliquo munere funguntur, ſed etiam priuati homines: quod ad ea quidem attinet quæ in communi ad omnes ſpectant, qualia ſunt, militia, religio, & ſiqua ſunt eiuſmodi: vnde πολίτευμα illud ἐν οὐρανοῖς, cuius fit mentio Philip. capite 3. d. 20, & ἐ κατὰ τὸν Θεὸν καὶ τὴν ἀκριβεστάτην πολιτείαν, cuius mentio fit ſæpe apud Baſilium in Aſceticis. Vulgata & Eraſmus, Conuerſatus ſum ante Deum, periphraſi parum neceſſaria.

3 Futurum eſt vt percutiat te, τύπτειν σε μέλλει. Græcus ſermo omnino oſtendit non eſſe imprecationẽ,

ſed pœnæ denuntiationem cum obiurgatione coniunctam. Eiuſmodi eſt illud, Væ vobis Scribæ & Phariſæi, toties à Chriſto repetitum. Ecquis autem eſt qui Legem dicat à Chriſto violatam? Non eſt ergo quòd Pauli facto quæramus excuſationem, quum nulla reprehenſione dignum ſit. Imò Hieronymus (ſi verum eſt quod de eo ſcribit in hunc locum Eraſmus) non modò in eo facit Apoſtolo iniuriam quòd mãſuetudinem hîc requirat, vbi ſeſe planè heroica virtus prodit: verumetiam apertè blaſphemus eſt in eo quòd in ipſo quoque Chriſto aliquod imperfectæ pietatis veſtigium inuenit. Neque eſt quòd cauſetur Eraſmus, aliud eſſe colligare nodis aduerſarium, aliud docere diſcipulum: aliud agere qui pugnat, aliud qui exhortatur, aliud qui deterret. Eſto id quidem, ſed quum de veritate Dei agitur, nimium protanus eſt qui ita ſeruit cauſæ vt verbum Dei ſciens ac prudens torqueat. Id verò an cõmittat in huius loci explicatione Hieronymus in dialogis aduerſus Pelagium, non aſſero, niſi addita conditione, ſi verum eſt quod in hunc locum ſcripſit Eraſmus, immodicus alioquin Origenis & Hieronymi admirator: ſed hoc ego coram Deo & Angelis ipſius affirmo, in oberandam eſſe multis locis in detorquendis Scripturis illius audaciam: quod fatebitur quiſquis vel ea diligenter legerit quæ in Iouinianum aduerſus ſecundas nuptias, & aduerſus Vigilantium de mortuorum ĩtu occaſione diſſeruit. Legem tranſgrediens, κρίνομαι. Iubet enim Lex reum patienter audiri, & de concilii ſententia iudicem pronuntiare.

Οἱ δὲ παρεστῶτες εἶπαν, Τὸν ἀρχιερέα τοῦ Θεοῦ λοιδορεῖς;

Ἔφη τε ὁ Παῦλος, Οὐκ ἤδειν, ἀδελφοί, ὅτι ἐστὶν ἀρχιερεύς. γέγραπται γάρ, Ἄρχοντα τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς.

Γνοὺς δὲ ὁ Παῦλος ὅτι τὸ ἓν μέρος ἐστὶ Σαδδουκαίων, τὸ δὲ ἕτερον Φαρισαίων, ἔκραζεν ἐν τῷ συνεδρίῳ, Ἄνδρες ἀδελφοί, ἐγὼ Φαρισαῖός εἰμι, υἱὸς Φαρισαίου· περὶ ἐλπίδος καὶ ἀναστάσεως νεκρῶν ἐγὼ κρίνομαι.

Τοῦτο δὲ αὐτοῦ λαλήσαντος, ἐγένετο στάσις τῶν Φαρισαίων καὶ τῶν Σαδδουκαίων· καὶ ἐσχίσθη τὸ πλῆθος.

Σαδδουκαῖοι μὲν γὰρ λέγουσι μὴ εἶναι ἀνάστασιν, μηδὲ ἄγγελον, μήτε πνεῦμα· Φαρισαῖοι δὲ ὁμολογοῦσι τὰ ἀμφότερα.

Ἐγένετο δὲ κραυγὴ μεγάλη· καὶ ἀναστάντες οἱ γραμματεῖς τοῦ μέρους τῶν Φαρισαίων, διεμάχοντο, λέγοντες, Οὐδὲν κακὸν εὑρίσκομεν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ· εἰ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ, ἢ ἄγγελος, μὴ θεομαχῶμεν.

4 Tũ qui adſtabãt dixerunt, Põtifici maximo Dei conuitiaris?

5 Dixit autẽ Paulus, Neſciebã, fratres, Pontificẽ eſſe maximũ. ſcriptum eſt enim, ‖Principi populi tui non maledices.

6 Quum verò noſſet Paulus vnam quidem partẽ eſſe Sadducæorum, alteram verò Phariſæorum, clamauit in conſeſſu, Viri fratres, ‖ego Phariſæus ſum, filius Phariſæi: de ſpe & reſurrectione mortuorum egoin iudicium vocor.

7 Quum autẽ hoc eſſet loquutus, orta eſt ſeditio inter Phariſæos ac Sadducæos: & ᵛ diuiſa eſt multitudo.

8 Nam Sadducæi quidem dicunt non eſſe reſurrectionem, neque Angelum, neque ſpiritũ: Phariſæi autem ᵛ vtrunque confitentur.

9 Ortus eſt igitur clamor magnus: & quum ſurrexiſſent Scribæ ex partibus Phariſæorum, depugnabant, dicentes, Nihil mali inuenimus in homine iſto: quòd ſi ſpiritus loquutus eſt ei, ᵛ ſeu Angelus, ᵛ ne repugnemus Deo.

4 Et q adſtabant, dixerunt, Summum Sacerdotem Dei maledicis?

5 Dixit autẽ Paulus, Neſciebam fratres q̃ princeps eſt Sacerdotum. ſcriptum eſt enim. Principem populi tui non maledices. Exodi 22.d.28

6 Sciẽs autẽ Paul⁹ q̃ una pars eſſet Sadducæorũ & altera Phariſæorum, exclamauit in cõcilio, Viri fratres, ego Phariſæus ſum, filius Phariſæi: de ſpe & reſurrectione mortuorum ego iudicor. Infrà, 24.f.21 phil.3.b.6

7 Et quum hoc dixiſſet, facta eſt diſſenſio inter Phariſæos & Sadducæos: et ſoluta eſt multitudo.

8 Sadducæi enim dicunt non eſſe reſurrectionẽ, neque Angelum, neque ſpiritum: Phariſæi autem vtraque confitentur.

9 Factus eſt autem clamor magnus: & ſurgentes quidam Phariſæorũ, pugnabant, dicentes, Nihil mali inuenimus in homine iſto: quid ſi ſpiritus loquutus eſt ei, aut Angelus?

7 Diuiſa eſt, ἐσχίσθη. Vulgata, Soluta eſt, id eſt ἐλύθη. Eraſmus, Diſſecta eſt, διετμήθη. Virgilius, Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.

8 Vtrunque, ἀμφότερα. Quòd numerum pluralem vſurpauit Lucas, ex Græcorũ conſuetudine fecit. Sed quum ἀμφότερα de duobus dicatur, qui conuenit hoc vocabulum, quum tria præceſſerint quæ inficiari ſint Sadducæi, nempe reſurrectio, Angeli & ſpiritus? Itaq; nonnulli Angelos & ſpiritus pro eodem accipiunt. quorum opinionem non probo: quia ſi ita eſſet, dixiſſet Lucas ἢ πνεῦμα, non autem μήτε πνεῦμα, id eſt Siue ſpiritum, potius quàm Neque ſpiritum. Alii putant impropriè loquutum eſſe Lucam, quod ego tamen nõ facilè conceſſerim. Sciendum eſt igitur (quod annotauit doctiſſimus Budæus) hoc vocabulũ ἀμφότερος etiam de pluribus dici, ſed tum demum quum duo genera conſtituunt. Sic Cicero 1. in Catilinã, non de duobus ciuibus ſed de duobus ciuium generibus differens, Vtroſque, inquit, Quirites, in eodem genere prædatorum direptorúmque pono. Sic igitur Lucas hoc etiam loco errores iſtos Sadducæorum in duo membra diuidit. Nam quia ſimilis eſt, aut certè παρόμοιος Angelorum ac animorum natura, vnus error fuiſſe videtur, Angelorum & animorum ὑπόστασιν negare. in qua hæreſi ſunt etiamnum hodie Libertini. Diſertè verò ſcribit Ioſephus, arbitratos fuiſſe Sadducæos, animas cum corporibus interire. Itaque probabile eſt eos exiſtimaſſe nihil aliud eſſe ἁρμονίαν, ſeu temperaturam quampiam humorum: in quo errore nobiles etiam multi medici fuerunt.

9 Seu Angelus, ἢ ἄγγελος. Hic videtur nomen Angeli, vt magis vſitatum, addidiſſe ad explicandũ Spiritus nomen: niſi Spiritum pro ipſo Dei Spiritu ſiue Spiritu ſancto accipias, vt Gen. 1. v. 2. Licet autem ex hoc loco intelligere, Scribas nomen eſſe publici muneris, Phariſæos autem, ſectæ. Ne repugnemus Deo, μὴ

Σκεμαχῶμεν. Hoc non legit Vulgata: & Erasmus quoque irrepsisse suspicatur ex superioribus. Atqui in omnibus codicibus vetustis hoc inuenimus: neque idem verbum vsurpatur suprà, 5. v. 39.

Γολλῆς δ' γενομένης στάσεως, διαλαβὼν ὁ χιλίαρχος μὴ διασπασθῇ ὁ Παῦλος ὑπ' αὐτῶν, ἐκέλευσε τὸ στράτευμα καταβὰν ἁρπάσαι αὐτὸν ἐκ μέσου αὐτῶν, ἄγειν τε εἰς τὴν παρεμβολήν.

10 Et quum magna seditio esset, veritus Tribunus ne Paulus ab ipsis discerperetur, iussit militum manum descēdere, & eū rapere de medio eorum, ac ducere in castra.

10 Et quum magna dissensio facta esset, timens Tribunus ne discerperetur Paulus ab ipsis, iussit milites descēdere, & rapere eum de medio eorū, ac deducere eū in castra.

Τῇ δὲ ἐπιούσῃ νυκτὶ ἐπιστὰς αὐτῷ ὁ Κύριος εἶπε, Θάρσει Παῦλε· ὡς γὰρ διεμαρτύρω τὰ περὶ ἐμοῦ εἰς Ἰερουσαλήμ, οὕτω σε δεῖ καὶ εἰς Ῥώμην μαρτυρῆσαι.

11 Sequente verò nocte adstans ei Dominus dixit, Cōfide Paule. Vt enim testificatus es de me in Hierusalē, sic te oportet etiā Romæ testificari.

11 Sequenti autē nocte assistens ei Dominus ait, Cōfortare esto: sicut enim testificatus es de me in Ierusalem, sic te oportet & Romæ testificari.

Γενομένης δὲ ἡμέρας, ποιήσαντές τινες τῶν Ἰουδαίων συνωμοσίαν, ἀνεθεμάτισαν ἑαυτούς, λέγοντες μήτε φαγεῖν μήτε πιεῖν ἕως οὗ ἀποκτείνωσι τὸν Παῦλον.

12 Orto autem die, quidam ex Iudæis facta coitione deuouerunt sese, dicētes neque esuros se neque bibituros vsquequo trucidassent Paulum.

12 Facta autē die collegerunt se quidā ex Iudæis, & deuouerunt se, dicētes neque manducaturos, neque bibituros donec occiderent Paulum.

Ἦσαν δὲ πλείους τεσσαράκοντα οἱ τὴν συνωμοσίαν ταύτην συστάντες.

13 Erant autem plures quàm quadraginta viri qui hanc coniurationem fecerant.

13 Erant autem plusquā quadraginta q̄ hanc coniurationem fecerant.

Οἵτινες προσελθόντες τοῖς Ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, εἶπον, Ἀναθέματι ἀνεθεματίσαμεν ἑαυτούς, μηδενὸς γεύσασθαι ἕως οὗ ἀποκτείνωμεν τὸν Παῦλον.

14 Qui adierūt principes Sacerdotū & seniores, & dixerūt, Deuotione deuouimus nosipsos, nihil gustaturos vsquequo trucidauerimus Paulum.

14 Qui accesserūt ad principes Sacerdotum & seniores, & dixerunt. Deuotione deuouimus nos, nihil gustaturos donec occidamus Paulum.

Νῦν οὖν ὑμεῖς ἐμφανίσατε τῷ χιλιάρχῳ σὺν τῷ συνεδρίῳ ὅπως αὔριον αὐτὸν καταγάγῃ πρὸς ὑμᾶς, ὡς μέλλοντας διαγινώσκειν ἀκριβέστερον τὰ περὶ αὐτοῦ· ἡμεῖς δὲ, πρὸ τοῦ ἐγγίσαι αὐτὸν, ἕτοιμοί ἐσμεν τοῦ ἀνελεῖν αὐτόν.

15 Nunc ergo vos indicate Tribuno ex consessus voluntate vt eum cras ad vos deducat, veluti exquisitius percognituros de iis quæ ad eum spectant: nos verò, priusquā appropiquet, parati sumus ipsū interimere.

15 Nunc ergo nos notum facite Tribuno cum cōcilio ut producat illū ad vos, tāquā aliquid artius cognituri de eo: nos verò priusquam appropinquet, paratī sumus interficere illum.

Ἀκούσας δὲ ὁ υἱὸς τῆς ἀδελφῆς Παύλου τὸ ἐνέδρον, παραγενόμενος καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν παρεμβολὴν, ἀπήγγειλε τῷ Παύλῳ.

16 Quum autē filius sororis Pauli audisset insidias, venit, & ingressus in castra annuntiauit Paulo.

16 Quod quū audisset filius sororis Pauli insidias, uenit, & ingressus in castra nunciauit que Paulo.

Προσκαλεσάμενος δὲ ὁ Παῦλος ἕνα τῶν ἑκατοντάρχων, ἔφη, Τὸν νεανίαν τοῦτον ἀπάγαγε πρὸς τὸν χιλίαρχον· ἔχει γάρ τι ἀπαγγεῖλαι αὐτῷ.

17 Paulus autem aduocato quodam ex Centurionibus, ait, Adolescentē hunc abduc ad Tribunum: habet enim quod annuntiet ei.

17 Vocans autē Paulus ad se unū ex Centurionib⁹, ait, Adolescentē hunc produc ad Tribunū: habet enim aliquid indicare illi.

Ὁ μὲν οὖν παραλαβὼν αὐτὸν ἤγαγε πρὸς τὸν χιλίαρχον, καί φησιν, Ὁ δέσμιος Παῦλος προσκαλεσάμενός με ἠρώτησε τοῦτον τὸν νεανίαν ἀγαγεῖν πρός σε, ἔχοντά τι λαλῆσαί σοι.

18 Ille igitur acceptū eum duxit ad Tribunum, & dixit, Vinctus Paulus aduocatum me rogauit vt hunc adolescentem dūcerem ad te, qui aliquid habeat quod tibi loquatur.

18 Et ille quidem assumens eum, duxit ad Tribunum, & ait, Vinctus Paulus rogauit me hunc adolescentem perducere ad te, habentem aliquid loqui tibi.

12 Deuouerunt sese, ἀνεθεμάτισαν ἑαυτούς. Vide Matth. 16. g. 74.

15 Ex consessus voluntate, σὺν τῇ συνεδρίῳ. Id est, Senatu ita fieri petente, nempe ne priuato quorundam studio Tribunus id à se peti existimet. Ita enim interdum apud Græcos accipitur σὺν præpositio, vt σὺν Θεῷ, cum Deo. id est Θεοῦ συνθέλοντος, Deo iuuāte & probante. Vulgata, Cum concilio, admodum obscurè, nisi ita construas, Vos igitur cum concilio, id est vos & concilium, indicate Tribuno, &c. Nam quòd Lyranus interpretatur, Vos & concilium, id est vos simul conciliati Sadducæi & Pharisæi, ne per vestram dissensionē impediatis mortem Pauli, Græcis non potest conuenire. Erasmus, Et concilio, καὶ τῇ συνεδρίῳ, quod impressit Frobenius, & scriptū inuenimus in duobus codicibus vetustis. Sed non videtur posse admitti hæc lectio quin multa supplenda sint. Neque enim concilio significandum erat vt Paulum adduceret, sed potius nuntiandum vt conueniret: fore enim vt Tribunus Paulum adduceret. Ad vos, πρὸς ὑμᾶς. Quædam exemplaria legunt πρὸς ἡμᾶς, ad nos: quædam etiam pro μέλλοντας scribunt μέλλοντες, vtrunque corruptè, vt existimo

Επιλαβόμενος δὲ τῆς χειρὸς αὐτοῦ ὁ χιλίαρχος, καὶ ἀναχωρήσας κατ' ἰδίαν, ἐπύθετο, Τί ἐστιν ὃ ἔχεις ἀπαγγεῖλαί μοι;

19 Tribunus verò, prehensa eius manu, quũ secessisset seorsum, percontatus est, Quid est quod habes mihi annũtiandũ?

19 Apprehẽdẽs autẽ Tribunus manũ illius, secessit cũ eo seorsum, & interrogauit illũ, Quid est q̃ habes indicare mihi?

Εἶπε δέ, Ὅτι οἱ Ἰουδαῖοι συνέθεντο τοῦ ἐρωτῆσαί σε ὅπως αὔριον εἰς τὸ συνέδριον καταγάγῃς τὸν Παῦλον, ὡς μέλλοντές τι ἀκριβέστερον πυνθάνεσθαι περὶ αὐτοῦ.

20 Ille autem dixit, Iudæi constituerũt te rogare vt cras Paulum deducas in cõsessum, quasi aliquid exquisitius percontaturi sint de eo.

20 Ille autẽ dixit, Iudæi cõuenit rogare te vt crastina die producas Paulũ in cõcilium, quasi aliquid accũtius inquisituri sint de illo.

Σὺ οὖν μὴ πεισθῇς αὐτοῖς. ἐνεδρεύουσιν γὰρ αὐτὸν ἐξ αὐτῶν ἄνδρες πλείους τεσσαρακοντα, οἵτινες ἀνεθεμάτισαν ἑαυτοὺς μήτε φαγεῖν μήτε πιεῖν ἕως οὗ ἀνέλωσιν αὐτόν· καὶ νῦν ἕτοιμοί εἰσι, προσδεχόμενοι τὸ ἀπὸ σοῦ ἐπαγγελίαν.

21 Tu verò ne ipsis assentitor. Insidiantur enim ei ex istis viri plures quadraginta, qui seipsos deuouerunt neque esuros neque bibituros vsquequo interemerint eum: & nunc parati sunt, expectantes quid à te renuntietur.

21 Tu verò ne crediderĩs illis. insidiantur enim ei ex eis uiri amplius q̃ quadraginta, qui se deuouerunt non manducare neque bibere donec interficiant eum: & nunc parati sunt, expectãtes promissum tuum.

Ὁ μὲν οὖν χιλίαρχος ἀπέλυσε τὸν νεανίαν, παραγγείλας μηδενὶ ἐκλαλῆσαι ὅτι ταῦτα ἐνεφάνισας πρός με.

22 Tribunus igitur dimisit adolescẽtem, quum ei præcepisset ne nulli effutiret se hæc ipsi indicasse.

22 Tribunus igitur dimisit adolescentem, præcipiens neci loqueretur quoniã hæc nota sibi fecisset.

Καὶ προσκαλεσάμενός δύο τινὰς τῶν ἑκατοντάρχων, εἶπεν, Ἑτοιμάσατε στρατιώτας διακοσίους, ὅπως πορευθῶσιν ἕως Καισαρείας, καὶ ἱππεῖς ἑβδομήκοντα, καὶ δεξιολάβους διακοσίους, ἀπὸ τρίτης ὥρας τῆς νυκτός·

23 Et aduocatis duobus quibusdam ex Centurionibus, iussit vt pararent milites ducentos, qui proficiscerentur Cæsaream vsque, & equites septuaginta, & stipatores ducentos, à tertia hora noctis:

23 Et conuocatis duobus Centurionibus, dixit illis, Parate milites ducentos, vt eant vsque Cæsaream, & equites septuaginta, & lancearios ducentos, à tertia hora noctis:

Κτήνη τε παρασκευάσαι, ἵνα ἐπιβιβάσαντες τὸν Παῦλον διασώσωσι πρὸς Φήλικα τὸν ἡγεμόνα·

24 Et vt iumenta præberent, vt impositum Paulum saluum perducerent ad Felicem præsidem:

24 Et iumenta præparate, vt imponentes Paulum, eum saluum perducerẽt ad Felicem præsidem:

Γράψας ἐπιστολὴν περιέχουσαν τὸν τύπον τοῦτον,

25 Scripta epistola quæ hanc summam contineret,

25 Scribens epistolam continentem hæc,

Κλαύδιος Λυσίας τῷ κρατίστῳ ἡγεμόνι Φήλικι χαίρειν.

26 Claudius Lysias præstantissimo præsidi Felici salutem.

26 Claudius Lysias optimo præsidi Felici salutem.

21 Quid à te renuntietur, τί τὸ ἀπὸ σοῦ ἐπαγγελίαν. Vel, Quid à te promittatur, seu (vt vertit Vetus interpres), Promissum tuum. Sed ἐπαγγελία mihi quidem videtur potius hoc loco nuntium declarare quam promissionem.

22 Se hæc ipsi indicasse, ὅτι ταῦτα ἐνεφάνισας πρός με. Transitio est à tertia persona ad primam, quam recte vitauit Vetus interpres. Vide Ioh. c. 10.

23 Stipatores, δεξιολάβους. Id est προδρόμους, vt explicat Varinus: siue hoc accipere libeat de ipsius Tribuni stipatoribus, siue ita vocentur quibus propriè cõmittebatur deducendus Paulus, vt quoad extra periculum esset, ab eius latere non discederent. Vulgata Lancearios exponit: quia nimirum à Græcis etiam dicuntur δορυφόροι principum stipatores, quos tamen rectius hastatos interpreteris. Erasmo idem videtur δεξιολάβους declarare atque δεξιόλους. At ego non video qua ratione hoc nitatur. δεξιόλους quidẽ nusquã scriptũ inuenio, neque interpretari velim, Qui dextra mittãt hastilia, sed potius Dextros, id est peritos funditores aut iaculatores. Nicephorus lib. Eccl. historiæ 20. cap. 18, hanc historiam recitans, mentionem tantùm facit ducentorum istorum & LXX equitum.

24 Præberent, παρασχεῖν. Id est, Parata exhiberent. Vulgata, Præparate, aut potius, præparare, id est παρασκευάσαι. Eras. Præbete, παρέχετε. Sed haud satis scio an possit infinitus modus accipi pro imperandi modo, si quis plures alloquatur. Malim tamen ego aut pro ἐπιβιβάσαι legere ἐπιβιβάσατε, vel existimare Lucam à recta locutione (quã vocãt) ad obliquã transire. Ideóque verbũ ἔφη in superiore versiculo cõuerti iussit, pro Dixit: Saluum perducerent, διασώσωσι. Hic quoque Hebræorum more ex antecedente intelligitur consequens, quæ de re diximus Luc. 3. b. 7, & alibi sæpe. Porro quæ in nonnullis codicibus adduntur, hæc omnia videlicet, Timuit enim ne fortè raperent eum Iudæi, & occiderent, & ipse postea calumniam sustineret, tanquam accepturus pecuniam: hæc, inquam, in nullis Græcis exemplaribus inuenimus.

25 Quæ hanc summam contineret, περιέχουσαν τὸν τύπον τοῦτον. Vulg. Continentẽ hæc, id est περιέχουσαν ταῦτα. Eras. In hanc formam, sensu non malè expresso, discedit tamen à Græcis: & τύπος (ni fallor) summam aut compendium hoc loco commodius verteris quàm formam: vnde τυπωδῶς seu τύπῳ λέγειν, λαμβάνειν, διδόναι, tot ies à Græcis scriptoribus vsurpata. qua de re nonnihil etiam Gellius lib. 2. cap. 15.

Τὸν ἄνδρα τοῦτον συλλημφθέντα ὑπὸ 17 τῶν Ἰουδαίων, καὶ μέλλοντα ἀναιρεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν, ἐπιστὰς σὺν τῷ στρατεύματι ἐξειλόμην αὐτὸν, μαθὼν ὅτι Ρωμαῖός ἐστι.

Virum hunc comprehẽsum 17 à Iudæis, quum iam esset ab eis interimendus, superueniẽs cum militum manu erui, quũ cognouissem Romanum esse.

17 Virum hunc comprehensum à Iudæis, & incipientem interfici ab eis, superueniens cum exercitu, eripui, cognito quia Romanus est.

Βουλόμενος δὲ γνῶναι τὴν αἰτίαν δι' ἣν 28 ἐνεκάλουν αὐτῷ, κατήγαγον αὐτὸν εἰς τὸ συνέδριον αὐτῶν.

Et volens scire causam cur 28 eum criminarentur, deduxi eũ in ipsorum consessum.

28 Volensque scire causam quã obijciebãt illi, deduxi eum in concilium eorum.

Ὃν εὗρον ἐγκαλούμενον περὶ ζητημάτων τοῦ νόμου αὐτῶν, μηδὲν δὲ ἄξιον θανάτου ἢ δεσμοῦ ἔγκλημα ἔχοντα.

Quem comperi accusari de 29 quæstionibus Legis ipsorum, nullius criminis reum quod sit dignum morte aut vinculis.

29 Quem inueni accusari de quæstionibus Legis ipsorum, nihil uerò dignũ morte aut vinculis habentem crimen.

Μηνυθείσης δέ μοι ἐπιβουλῆς εἰς τὸν 30 ἄνδρα μέλλειν ἔσεσθαι ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, ἐξαυτῆς ἔπεμψα πρός σε, παραγγείλας καὶ τοῖς κατηγόροις λέγειν τὰ πρὸς αὐτὸν ἐπὶ σοῦ. Ἔρρωσο.

Quũ autẽ mihi indicatũ es- 30 set insidias huic viro factum iri à Iudæis, eo ipso momento misi eũ ad te, & denũtiaui quoq; accusatoribꝰ vt quæ habẽt aduersus eũ dicant apud te. Vale.

30 Et quum mihi perlatũ esset de insidijs quas parauerant illi, misi eum ad te: denuntians & accusatoribus ut dicãt apud te. Vale.

Οἱ μὲν οὖν στρατιῶται κατὰ τὸ διατεταγμένον αὐτοῖς, ἀναλαβόντες τὸν Παῦλον, ἤγαγον διὰ τῆς νυκτὸς εἰς τὴν Ἀντιπατρίδα.

Milites igitur sicut ipsis præ- 31 ceptum erat, acceptum Paulum duxerunt nocte Antipatrida.

31 Milites uerò secundũ præceptum sibi, assumentes Paulum, duxerunt per noctem in Antipatridem.

Τῇ δὲ ἐπαύριον ἐάσαντες τοὺς ἱππεῖς πορεύεσθαι σὺν αὐτῷ, ὑπέστρεψαν εἰς τὴν παρεμβολήν.

Postero autem die, relictis e- 32 quitibus qui cum eo irent, reuersi sunt in castra.

32 Et postera die dimissis equitibus ut cum eo irẽt, reuersi sunt ad castra.

Οἵτινες εἰσελθόντες εἰς τὴν Καισάρειαν, καὶ ἀναδόντες τῷ ἡγεμόνι τὴν ἐπιστολὴν, παρέστησαν καὶ τὸν Παῦλον αὐτῷ.

Qui quum venissent Cæ- 33 saream, & reddidissent epistolã Præsidi, steterunt coram eo etiam Paulum.

33 Qui quũ venissent Cæsaream, & tradidissent epistolam Præsidi, statuerunt ante illum & Paulum.

Ἀναγνοὺς δὲ ὁ ἡγεμὼν, καὶ ἐπερωτήσας ἐκ ποίας ἐπαρχείας ἐστὶ, καὶ πυθόμενος ὅτι ἀπὸ Κιλικίας,

Quum legisset autem *literas* 34 Præses, & interrogasset ex qua prouincia esset, ac cognouisset esse ex Cilicia,

34 Quum legisset autem, & interrogasset de qua prouincia esset, & cognouisset quia de Cilicia,

Διακούσομαί σου, ἔφη, ὅταν καὶ οἱ κατήγοροί σου παραγένωνται. Ἐκέλευσέ τε αὐτὸν ἐν τῷ πραιτωρίῳ τοῦ Ἡρώδου φυλάσσεσθαι.

Audiam te, inquit, quum ac- 35 cusatores quoque tui adfuerit. Iussitque in prætorio Herodis ipsum custodiri.

35 Audiam te, inquit, quum & accusatores tui uenerint. Iussitque in prætorio Herodis custodiri eum.

Κεφάλαιον κδ΄

CAP. XXIIII.

CAP. XXIIII.

Μετὰ δὲ πέντε ἡμέρας κατέβη ὁ 1 ἀρχιερεὺς Ἀνανίας μετὰ τῶν πρεσβυτέρων, καὶ ῥήτορος Τερτύλλου τινὸς, οἵτινες ἐνεφάνισαν τῷ ἡγεμόνι κατὰ τοῦ Παύλου.

Vinque autẽ post diebus 1 descendit Pontifex maximus Ananias cum seniorib⁹, & Tertullo quodam oratore: qui comparuerunt corã Præside contra Paulum.

Post quinque autem 1 dies descendit princeps Sacerdotũ Ananias, cum senioribus quibusdam, & Tertullo quodam oratore: qui adierunt præsidẽ aduersus Paulũ.

17 Quum cognouissem, μαθών. Atqui non prius cognouit ciuem esse Romanum quàm eum ereptũ ex Iudæorum manibus, quæstioni & equuleo subiecisset. Dissimulat ergo Tribunus id de quo reprehẽdi iure potuisset: & deflectit etiam à veritate, nisi post αὐτὸν adscripto puncto, legas μαθὼν δὲ ὅτι Ρωμαῖός ἐστι βουλόμενος γνῶναι, &c. Sed nihil audim aut etiam velim ex coniectura immutare. Castellio conuertit, Ac didici Romanum esse: sed ea audacia vsus qua vti solet.

30 Factum iri, μέλλειν ἔσεσθαι. Id est μενούσης ἔσεσθαι. Sed sanè non video quomodo hæc cohæreãt: quòd si quis hic relictus est cõcursæ locus, ita legerem, μενουσῆς δέ μοι βουλῆς εἰς τὸν ἄνδρα ὑπὸ Ἰουδαίων, vel, μενουσῆς μοι βουλῆς ἐπὶ τὸν ἄνδρα μένειν ἔσεσθαι ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων. Vetus interpres videtur legisse μενουσῆς δέ μοι ἐπὶ βουλῆς εἰς τὸν ἄνδρα. Id est, Quum mihi indicatum esset de insidiis in eum compa[illegible].

35 Audiam, διακούσομαι. Vel, Pergam te audire, & cognitionem absoluam. Videtur enim hic aliqua vis esse præpositionis διὰ.

Κληθέντος δὲ αὐτοῦ, ἤρξατο κατηγορεῖν ὁ Τέρτυλλος, λέγων,

Πολλῆς εἰρήνης τυγχάνοντες διὰ σοῦ, καὶ κατορθωμάτων γινομένων τῷ ἔθνει τούτῳ διὰ τῆς σῆς προνοίας, πάντη τε καὶ πανταχοῦ ἀποδεχόμεθα, κράτιστε Φῆλιξ, μετὰ πάσης εὐχαριστίας.

Ἵνα δὲ μὴ ἐπὶ πλεῖόν σε ἐγκόπτω, παρακαλῶ ἀκοῦσαί σε ἡμῶν συντόμως τῇ σῇ ἐπιεικείᾳ.

Εὑρόντες γὰρ τοῦτον τὸν ἄνδρα λοιμὸν, καὶ κινοῦντα στάσιν πᾶσι τοῖς Ἰουδαίοις τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην, πρωτοστάτην τε τῆς τῶν Ναζωραίων αἱρέσεως·

Ὃς καὶ τὸ ἱερὸν ἐπείρασε βεβηλῶσαι. ὃν καὶ ἐκρατήσαμεν, καὶ κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον ἠθελήσαμεν κρῖναι.

Παρελθὼν δὲ Λυσίας ὁ χιλίαρχος, μετὰ πολλῆς βίας ἐκ τῶν χειρῶν ἡμῶν ἀπήγαγε·

Κελεύσας τοὺς κατηγόρους αὐτοῦ ἔρχεσθαι ἐπὶ σέ. παρ' οὗ δυνήσῃ αὐτὸς ἀνακρίνας περὶ πάντων τούτων ἐπιγνῶναι ὧν ἡμεῖς κατηγοροῦμεν αὐτοῦ.

Συνέθεντο δὲ καὶ οἱ Ἰουδαῖοι, φάσκοντες ταῦτα οὕτως ἔχειν.

2 Citato igitur eo, cœpit accusare Tertullus, dicens,

3 Nos per te tuam que prudentiæ egregia in hac gente facinora multam pacem consequutos, & prorsus & vbique agnoscimus, præstantissime Felix, cũ omni gratiarũ actione.

4 Ne verò te diutius interpellem, rogo te vt audias nos paucis pro tua æquitate.

5 Comperimus enim virum hunc esse pestilentẽ, & qui moueat seditionem omnibus Iudæis per vniuersũ orbẽ, & principem sectæ Nazarenorum:

6 Qui templum quoque tentauit profanare: quem etiã prehensum voluimus secundum Legem nostram iudicare.

7 Sed interueniens Tribunus Lysias, cum magna vi abduxit eum è manibus nostris:

8 Iussis ipsius accusatoribus ad te venire: ex quo poteris ipse, in quisitione habita, de omnibus istis cognoscere de quibus nos eum accusamus.

9 Consenserunt autem etiã Iudæi, dicẽtes hæc ita se habere.

2 Et cœpto Paulo cœpit accusare Tertullus, dicens.

3 Quũ in multa pace agamus per te, & multa corrigantur per tuã prouidentiam, semper & vbique suscipimus, optime Felix, cum omni gratiarum actione.

4 Ne diutius autẽ te protrahã, oro breuiter vt audias nos pro tua clementia.

5 Inuenimus hũc hominẽ pestiferũ, & concitãtẽ seditiones omnibus Iudæis in vniuerso orbe, & autorem seditionis sectæ Nazarenorum:

6 Qui etiã templũ violare conatus est: quẽ & apprehensum voluimus secũdũ Lẽgẽ nostrã iudicare.

7 Superueniens autẽ Tribunus Lysias, cum ingenti vi eripuit eum de manibus nostris:

8 Iubens accusatores eius ad te venire: à quo poteris ipse iudicans de omnibus istis cognoscere de quibus nos accusamus eum.

9 Adiecerunt autem & Iudæi, dicentes hæc ita se habere.

IN CAPVT XXIIII.

3 Nos per te, &c. πολλῆς εἰρήνης. In hoc vno versiculo duobus locis coactus sum à Vetere interprete & ab Erasmo dissentire. Primùm in eo quòd participium τυγχάνοντες altero participio interpretantur, quum potius positum videatur pro ὑπάρχων, enallage Græcis familiari participii pro verbo infinito. Nam alioquin verbum κατορθώματα absolutè fuerit explicandum, vt & ipsi exposuerunt: in quo non possim illis assentiri, nisi simile proferatur exemplum. Deinde quòd καὶ κατορθωμάτων Vetus interpres conuerterit, Et multa corrigantur, quasi κατορθώματα idem declarent atque διορθώματα. Erasmus autem, Et multa rectè gerantur: quas interpretationes si sequamur, necesse fuerit connectere κατορθωμάτων cum verbo πάντη: quod planè ineptum videtur, quũ sit potius præpositio διὰ repetẽda ἀποδεχόμεθα, sicut fecimus. Explicat enim Tertullus quid illud sit quod vno verbo dixerat διὰ σοῦ, per te, id est egregiis tuis rebus gestis, in quibus singularis tum prudentia tum felicitas tua apparet. Liberarat enim Iudæam Felix magna cura, capto Eleazaro sicariorum duce, & profligato (paulo antequam Paulus caperetur) Ægyptio illo impostore qui magnos tumultus in Iudæa excitarat: vt narrat Iosephus lib. Antiq. 20. cap. 11, & De bello Iudaico 2. cap. 12. quum alioquin crudeliter & auarè Felix prouinciam administrarit: vt hæc planè Tertullus oratoriè magis quàm verè dixerit. κατορθώματα verò quæ Cicero lib. Officiorum 1. & De finibus 3. recta officia & recta facta interpretatur, in genere vocant Græci quæcunque summa virtute ac pari etiam felicitate à quopiam perficiuntur. Et prorsus, πάντη. Vulg. & Eras. Et semper, id est πάντων. quam lectionem nusquam nisi in vno tantùm exemplari inuenimus. Agnoscimus, ἀποδεχόμεθα: id est ἀσπαζόμεθα, vt rectè & eruditè explicat doctissimus Budæus.

4 Interpellem, ἐγκόπτω. Aliis videlicet negotiis publicis occupatum.

5 Principem, πρωτοστάτην. Id est, quasi primos ordines ducentem, seu primipilarem. Est enim hoc vocabulum militare. Vulg. & Eras. Authorem, ἀρχηγὸν. Nazarenorum, Ναζωραίων. Sic per ludibrium vocabant Christianos, ab vrbe Nazareth, vbi natũ esse putabant Christũ ex Ioseph & Maria. vnde etiã factũ vt Iulianus ille Apostata Galilæũ vocaret. Malè enim audiebãt Galilæi vt crassi & stupidi ingenii, sicut apparet ex Ioh. 7. g. 52. Nã quod attinet ad illos quos Hebræi vocãt נוצרים, Græci interpretes eos vocãt ἡγιασμένους, τοὺς ἐν Χριστῷ ὄντας, & μιαιφόνους, Ναζωραίους deniqs in Sãpsonis historia, sed nusquã Ναζωραίους vel Ναζωραίους, quæ nomina sũt gẽtilia.

6 Profanare, βεβηλῶσαι. Vulg. Violare, βιάσασθαι. Quẽ etiã, ὃν καὶ. Videtur quidẽ hæc redũdare, ac potius dicendum fuisse αὐτὸν ἐκρατήσαμεν, prehẽdimus eũ: sed puto potius in superiore versiculo διὰ σοῦ Hebræorum more positũ pro διὰ σεμνὸν, vt infrà, 26. e. 10. ἀπηγμένων pro ἀπηγμένα: quo modo etiã Vet. interpres cõuertit. Sed in nõnullis Vulgatæ editionis codicibus multa hoc loco prætermittuntur, quæ tamen inuenimus in exemplaribus Græcis.

7 Abduxit, ἀπήγαγε. In nonnullis codicibus scriptum legimus ἀφῆλεν, eximit, in quibus etiam additum erat καὶ κελεύσας αὐτὸν ἀπελθεῖν ad te misit.

9 Consenserunt, συνέθεντο. Id est, orationem Tertulli comprobarunt. Vulg. & Eras. Adiecerunt.

Απεκρίθη δὲ ὁ Παῦλος, νεύσαντος αὐτῷ τοῦ ἡγεμόνος λέγειν, Ἐκ πολλῶν ἐτῶν ὄντα σε κριτὴν τῷ ἔθνει τούτῳ ἐπιστάμενος, εὐθυμότερον τὰ περὶ ἐμαυτοῦ ἀπολογοῦμαι.

Δυναμένου σου γνῶναι ὅτι οὐ πλείους εἰσί μοι ἡμέραι ἢ δεκαδύο, ἀφ' ἧς ἀνέβην προσκυνήσων ἐν Ἱερουσαλήμ.

Καὶ οὔτε ἐν τῷ ἱερῷ εὗρόν με πρός τινα διαλεγόμενον, ἢ ἐπισύστασιν ποιοῦντα ὄχλου, οὔτε ἐν ταῖς συναγωγαῖς, οὔτε κατὰ τὴν πόλιν

Οὔτε παραστῆσαί δύνανταί περὶ ὧν νυνὶ κατηγοροῦσί μου.

Ὁμολογῶ δὲ τοῦτό σοι, ὅτι κατὰ τὴν ὁδὸν ἣν λέγουσιν αἵρεσιν, οὕτω λατρεύω τῷ πατρῴῳ Θεῷ, πιστεύων πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν νόμον καὶ τοῖς προφήταις γεγραμμένοις·

Ἐλπίδα ἔχων εἰς τὸν Θεόν, ἣν καὶ αὐτοὶ οὗτοι προσδέχονται, ἀνάστασιν μέλλειν ἔσεσθαι νεκρῶν, δικαίων τε καὶ ἀδίκων.

Ἐν τούτῳ δὲ αὐτὸς ἀσκῶ, ἀπρόσκοπον συνείδησιν ἔχειν πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τοὺς ἀνθρώπους διαπαντός.

Δι' ἐτῶν δὲ πλειόνων παρεγενόμην ἐλεημοσύνας ποιήσων εἰς τὸ ἔθνος μου καὶ προσφοράς

10 Respondit autem Paulus, quum innuisset ei præses vt loqueretur, Quia te à multis annis isti gẽti præfuisse scio, meliore animo in rebus meis defensione vtar.

11 Quũ tu possis nosse non plures *exactos* esse dies quàm duodecim, ex quo ascendi adoraturus in Hierusalem.

12 Neque verò me in templo inuenerunt cum aliquo disserentem, aut coitionem turbæ faciẽtem, neque in synagogis, neque in vrbe:

13 Neque probare possunt ea de quibus nunc me accusant.

14 Hoc verò tibi confiteor, me secũdum viam illam quam sectam dicunt, ita seruire patrio Deo, vt qui credam omnibus quæ in Lege & in Prophẽtis scripta sunt:

15 Spẽ habeã in Deũ, fore quã etiam ii ipsi expectant resurrectionem mortuorum, tum iustorum, tum iniustorum.

16 In hoc igitur ipse me exerceo, vt conscientiam habeam sine offendiculo apud Deum & apud homines semper.

17 Pluribus autẽ annis interiectis, veni eleemosynas exhibiturus genti meæ & oblationes.

10 Respondit autem Paulus, annuente sibi præside dicere, Ex multis annis te esse iudicem genti huic sciens, bono animo pro me satisfaciam.

11 Potes enim cognoscere quòd nõ plus sunt mihi dies quàm duodecim ex quo ascẽdi adorare in Ierusalem.

12 Et neq; in tẽplo inuenerũt me cũ aliquo disputãtẽ, aut cõcursũ facientẽ turbæ, neq; in synagogis, neque in ciuitate:

13 Neque probare possunt tibi de quibus nunc me accusant.

14 Confiteor autẽ hoc tibi, quòd secundũ sectam quã dicunt hæresin, sic deseruio patrio Deo meo, credens omnibus quæ in Lege & Prophetis scripta sunt:

15 Spem habens in Deum, quã & ipsi expectant, resurrectionẽ futurã iustorum & iniquorum.

16 In hoc & ipse studeo sine offendiculo conscientiã habere ad Deum, & ad homines semper.

17 Post annos autem plures, eleemosynas facturus in gentem meam veni & oblationes & vota:

10 A multis annis, ἀπὸ πολλῶν ἐτῶν. Hoc dicit Paulus, quia biennio duntaxat antequam Felix de prouincia decederet, gesta hæc esse constat ex iis quæ scribuntur infrà, versu 18. Felix autem antequam Iudææ ipsi præficeretur à Claudio, administrarat Trachonitidẽ, Batanæam, & Galaunitidẽ, vt testatur Iosephus lib. De bello Iudaico 2. capite 11. Κριτὴς verò hoc loco non tantùm declarat iudicem, (vt Vetus interpres & Eras. interpretantur) sed præfectum ac gubernatorem, ex Hebræorum consuetudine, de qua sæpe iam diximus. In vno codice additum erat epitheton δίκαιον, iustum, quod nullo modo probo. Neque enim Paulus voluisset homini sibi incognitum tam honorifico testimonio ornare. Quòd si eum norat, indignum esse sciebat iis laudibus quas ei tribuerat adulator ille Tertullus. Fuit enim Felix iste inexplebilis gurges, vt Tacitus ipse testatur, & declaratur hoc ipso capite, versu 26.

13 Neque probare, οὐ παραστῆσαι. Id est, ob oculos sistere, ac certis argumentis confirmare. In nonnullis codicibus additur μοί, quæ causa fuit vt Eras. putarit παραστῆσαι positum esse pro ἐλέγξαι, id est conuincere & coarguere. Verùm in Complutensi editione & vetustis codicibus emendatioribus, atque adeo in Vetere editione Latina non additur: sed post δύνανται, possunt, siue (vt in quibusdam legitur) δυνάσονται, poterũt, additur pronomen σοὶ, tibi: quod optimè conuenit, & legitur etiam apud Veterem interpretem.

14 Secundum viam illam, κατὰ τὴν ὁδὸν. Hæc accipio pro aperta ac simplici professione eius religionis quã Tertullus Paulo obiecerat, id est Christianæ. Fuit enim hoc Pauli officium, & responsio accommodanda est ad accusationem. Aduerbium autem οὕτω refero ad ea quæ mox addũtur, quibus explicatur summa eius religionis cuius se sectatorẽ agnoscit Apostolus. Quã sectã dicunt, ἣν αἵρεσιν λέγουσιν. Diuersis expositionibus præiudicium non adfero: tantùm dico mihi quoque videri Paulum, propterea quòd Romanum hominem alloquens, Viæ vocabulum ex Hebræorum idiotismo pro vitæ genere ac instituto vsurparat, hoc addidisse vt Græco vocabulo tanquam clariore, illustraret quod obscurius dictum videbatur. Neque enim puto αἵρεσιν nomen ita fuisse illis temporibus infame, nisi aliquid adderetur ex quo intelligi posset in vitio vsurpari, vt 1. Corinth. capite 11. versu 19. Gal. 5. d. 20. Tit. capite 3. versu 10. Et in Prophetis, καὶ ἐν τοῖς προφήταις. Ita scriptum inuenimus in tribus codicibus vetustis: & sanè vel ita legendum est, vel καὶ τοῖς προφήταις, vt καὶ repetatur ἐπὶ τῶν κειτῶ.

16 Me exerceo, ἀσκῶ. Vulgata & Erasmus, Studeo, σπουδάζω. Cæterùm in quatuor vetustis codicibus adscribitur distinctio post ἀσκῶ, & pro ἔχω, id est vt habeam, scribitur ἴσχω, id est habens.

17 Pluribus autem annis interiectis, δι' ἐτῶν δὲ πλειόνων. Vide Mar. 2. a. 1.

Εν οἷς εὑρόντες με ἡγνισμένον ἐν τῷ ἱερῷ, οὐ μετ' ὄχλου, οὐδὲ μετὰ θορύβου, τινὲς ἀπὸ τῆς Ασίας Ιουδαῖοι.

18 Quo tempore inuenerunt me ſanctificatum in templo, non tamen cũ turba, neque cum tumultu, quidam ex Aſia Iudæi.

18 *In quibus inuenerunt me purificatũ in templo, non cum turba, neque cũ tumultu. quidam autẽ ex Aſia Iudæi,*

Οὓς ἔδει ἐπὶ σοῦ παρεῖναι, καὶ κατηγορεῖν εἴ τι ἔχοιεν κατ' ἐμοῦ.

19 Quos oportuit apud te adeſſe, & accuſare ſi quid haberẽt aduerſum me.

19 *Quos oportebat apud te præſto eſſe, & accuſare ſi quid haberẽt aduerſũ me.*

Ἢ αὐτοὶ οὗτοι εἰπάτωσαν εἴ τι εὗρον ἐν ἐμοὶ ἀδίκημα, στάντος μου ἐπὶ τοῦ συνεδρίου.

20 Aut hi ipſi dicãt ſi quod inuenerint in me iniuſtè factũ, quũ ego ſtarem in conſeſſu.

20 *Aut hi ipſi dicãt ſi quid inuenerunt in me iniquitatis, quum ſtem in concilio:*

Ἢ περὶ μιᾶς ταύτης φωνῆς, ἧς ἐκέκραξα ἑστὼς ἐν αὐτοῖς, Ὅτι περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν ἐγὼ κρίνομαι σήμερον ὑφ' ὑμῶν.

21 Niſi de hac vna voce qua clamaui quũ inter eos ſtarẽ, De reſurrectione mortuorũ ego iudicor hodie à vobis.

21 *Niſi de vna hac ſolummodo voce, qua clamauí inter eos ſtans, Quoniam de reſurrectione mortuorum ego iudicor hodie à vobis.*

Ἀκούσας δὲ ταῦτα Φῆλιξ ἀνεβάλετο αὐτοὺς, ἀκριβέστερον εἰδὼς τὰ περὶ τῆς ὁδοῦ, εἰπών, Ὅταν Λυσίας ὁ χιλίαρχος καταβῇ, διαγνώσομαι τὰ καθ' ὑμᾶς.

22 Auditis autem his, Felix diſtulit eos. Poſtquam exquiſitius pernouero quæ ad ſectam iſtam pertinent, inquiens, quum Tribunus Lyſias deſcenderit, pernoſcam veſtrum negotiũ,

22 *Diſtulit autem illos Felix, certiſſimè ſciés de mea hac, dicens, Quum Tribunus Lyſias deſcenderit, audiam vos.*

Διαταξάμενός τε τῷ ἑκατοντάρχῃ τηρεῖσθαι τὸν Παῦλον, ἔχειν τε ἄνεσιν, καὶ

23 Et præcepit Centurioni vt ſeruaretur Paulus ac laxaretur:

23 *Iuſſitque Centurioni cuſtodire eum, & habere*

18 Quo tempore, ἐν οἷς. Vel, Inter hæc, vt loqui ſolet Liuius. id eſt, quibus rebus dum eſſem occupatus, vt infrà, 26.c.12. Nam etiam in duobus codicibus pro ἐν οἷς legimus ἐν αἷς, ita vt ſubaudias περιστάσεσι. Captus enim fuit Paulus quũ iã eſſet voto ſatisfacturus in templo. Sed præſtat ſubaudire χρόνοις. Ita enim loqui ſolent diſertiores etiam Græci, vt Demoſt. ἐν οἷς τοῖς ἀγῶσι κατέφυγον, quo tempore iudiciis abſoluebar. Idem, ἐν οἷς τοῖς διδύμας ἐπεσπεμψάμην, quo tempore rationes meas obſignabatis. Idem, ἃ γὰρ δεῖ τοὺς ἐν τῇ πόλει ἐπιτηδείους ὑπάρχειν ἅπασι τοῖς εὐτυχοῦσιν, ταῦτ' ἐν οἷς ἔδει ἐμοὶ παρεῖναι ἐποίησα, id est, naim quæ proſpero rerũ ſtatu eiurabatis, illa quo tempore cladẽ acceperat reſpublica, confeſſi eſtis. Hunc autem Helleniſmũ ſanè videtur neglexiſſe Vetus interpres & Eraſ. quũ ἐν οἷς interpretarẽtur In quibus. Neque cum tumultu, μηδὲ μετὰ θορύβου. In nõnullis exemplaribus Vulgatæ editionis ſubiiciuntur iſta quæ in nullis Græcis codicibus inuenimus, Et apprehenderunt me, clamãtes, ac dicentes, Tollite inimicũ noſtrum, & ἐκραύγαζον μαινόμενοι, καὶ λέγοντες, Αἶρε τὸν ἐχθρὸν ἡμῶν.

19 Quidã ex Aſia Iudæi, τινὲς ἀπὸ τῆς Ασίας Ιουδαῖοι. In nõnullis codicib⁹ legitur, eodẽ ſenſu, τινὲς δὲ ἀπὸ τῆς Ασίας Ιουδαίων. quidã ex Aſiaticis Iudæis. Sed (meo quidẽ iudicio) magnus in eo error eſt ꝙ pleriq; codices poſt θορύβου adſcripto pũcto, nouã hic inchoãt periodũ & legũt, τινὲς δὲ ἀπὸ τῆς Ασίας Ιουδαῖοι. quod ſequutus etiam eſt Vetus interpres. Ita fit vt in ſuperiore verſiculo deſit rectꝰ qui cũ verbo ἔδει cõſtruatur, & in iſto prorſus hiet ſententia. Hãc autẽ germanã eſſe lectionẽ ita vt ſublata coniunctione δὲ, & puncto nullo poſt θορύβου addito, iſta cum verbo ἔδει connectãtur, apparet primùm ex ipſa hiſtoria quæ commemorat ab Aſiaticis deprehenſum fuiſſe Paulum, ac totã ſeditionẽ excitatam, Suprà, 21.c.27. Deinde ex eo ꝙ alioquin duriſſimũ ac Lucæ præſertim inuſitatũ erit iſtud anãtapodotõ. Sed hæ tamen rationes non habuiſſent apud me tantum ponderis vt receptam lectionem mutarem, niſi accederet duorum vetuſtorum codicũ authoritas, in quibus ita ſcriptum inuenimus, & Chryſoſtomi quoque teſtimoniũ, qui non aliter legit. Oportuit, ἔδει. Vel, Oportebat. Plerique tamen exemplaria legunt δεῖ oportet: ſed minus commoda lectione.

20 Quum ego ſtarem, στάντος μου. Vulgata & Eraſmus, Quum ſtem: quaſi loquatur Paulus de præſenti cognitione. Atqui res ipſa clamat, hoc potius accipiendum de ſuperiore iudicio, quum à Tribuno in concilium ſeniorum deductus eſt. Perinde enim eſt acſi diceret Paulus, Iam ego cauſam coram ipſis dixi, exponant cui tandem crimini obnoxium eſſe me deprehenderint: certè nihil aliud habent quod proferre poſſint, niſi fortaſſis hoc vnum, quòd clamauí me in iudicium vocari quòd reſurrectionem mortuorum affirmem. Dicit autẽ hæc Paulus, non quaſi crimen hoc eſſe fateatur, ſed ὑποτικῶς: deinde ſi de præſidis cognitione hoc eſſet accipiendum, certè non dixiſſet ἐπὶ τῷ συνεδρίῳ, (id enim de eo demum loco dicitur in quo plures ſedent iudices) ſed ἐπὶ σοῦ, vt paulo antè hac eadem oratione, & ſuprà, 23.g.30: aut ἐπὶ τῷ βήματος vt infrà, capite 25.c.10, & ſuprà 18.c.17.

21 Niſi, ἢ: id eſt πλήν. Sunt autem hæc dicendi genera quæ per ſe hiulca ſunt, petita è medio, cuiuſmodi plurima paſſim annotauimus.

22 Poſtquam, inquiens, exquiſitius pernouero quæ ad ſectam iſtam pertinent, ἀκριβέστερον εἰδὼς τὰ περὶ τῆς ὁδοῦ, εἰπών. Vel, Quòd pénitus noſſet quæ ad viam illam pertinebant. id eſt ad religionem Moſis: ita vt facilè potuerit ex confeſſione Pauli intelligere, nihil eum contra Legem admiſiſſe: verùm appellatione τῆς ὁδοῦ nuſquam inuenio in nouo Teſtamento Legem ſignificari, niſi quid adiiciatur ex quo id poſſit intelligi: ſed Euangelicam potius doctrinam, vt ſuprà, capite 9 verſu 2. & 19.b.9. & d.23, item capite 22. verſu 4. Deinde (vt hoc concedam) vix tamen mihi viderur tantam Legis cognitionem Lucas Felici voluiſſe tribuere. Quidam igitur appellatione Viæ intelligunt ipſos Sacerdotum mores ac ingenia quæ optimè noſſet Felix: vt facilè coniicere potuerit Paulum ab ipſis per inuidiam ac calamniam accuſari. Ac bellè quidem conuenit hæc ſententia, ſed τὴν ὁδὸν nuſquam inuenio hac ſignificatione vſurpari, quum præſertim non addatur pronomen αὐτῶν eorum, quod tamen videtur omnino fuiſſe adiiciendum ſi hæc eſſet horum verborum ſententia. Itaque potius exiſtimaui participium εἰδὼς per traiectionem explicandum eſſe, ita vt hoc totum tribuatur Felicis perſonæ, & hic locus ſic explicetur. Accuſatus fuerat violatæ religionis Paulus, quaſi nouã quãdã ſectam inueheret. Hoc crimẽ ita ipſe eſt inficiat⁹ vt doceret ſectã illã quã profitebatur, à vera & patria religione nihil prorſus diſſentire. Hic naſcitur quæſtio, ſitne ſecta Nazaræorum (quam Iudæi vocabant) Legi Moſaicæ repu-

gnans, vt sit Paulus condemnandus impietatis. Erant præterea nonnulla crimina quæ Iudæi obiiciebant, conficiatæ nimirum seditionis & profanati templi. Hæc Paulus prorsus ac simpliciter inficiatur. Hinc nascitur facti quæstio. De impietate constituere non poterat Felix, nisi melius cognita ratione eius viæ (id est sectæ) quam profitebatur Paulus. De reliquis audiendus erat in primis Lysias, qui omnibus in Hierusalem gestis interfuerat. Iure itaque Felix reum amplius, dum accuratius intelligat quæ sit ratio sectæ illius quam sibi obiectam Paulus agnoscebat se complecti: itémque dum ex Lysia de causis illius tumultus cognoscat: vt tum demum reus vel damnetur vel absoluatur. Hæc expositio (ni fallor) plana est ac simplicissima. Quod autem ad traiectionem attinet, non est quòd quisquam detortam ac violentam putet. Neque enim fere aliter in dialogis vsurpari solent istæ particulæ ἔφην, φησί, ἔφη δ' ἐγώ, ἦν δ' ἐγώ, apud Platonem: & apud Latinos, Inquam & Inquit. Quinetiam similis aut durioris etiam in eodem verbo traiectionis exempla inuenies Luc.5.f.14,& 7.f.42,& infrà.15.a.5. Fateor tamen plerunque hanc traiectionem in medio aliquo membro inueniri, quum hic inter duo membra vsurpetur: sed summa illa sermonis puritas non debet in his authoribus quæri & sententiæ perspicuitas videtur hanc expositionem, etiamsi cæteræ rationes desint, satis confirmare.

μηδένα κωλύειν τῶν ἰδίων αὐτοῦ ὑπηρετεῖν, ἢ προσέρχεσθαι αὐτῷ.

& nequem prohibere ex ipsius familiaribus ei ministrare, aut eum adire.

requiem, nec quem quam de his prohibere ministrare ei.

14 Μετὰ δέ τινας ἡμέρας παραγενόμενος ὁ Φῆλιξ σὺν Δρουσίλλῃ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ οὔσῃ Ἰουδαίᾳ, μετεπέμψατο τὸν Παῦλον, καὶ ἤκουσεν αὐτοῦ περὶ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως.

14 Aliquot autem pòst diebus quum adesset Felix cum Drusilla vxore sua, quæ erat Iudæa, accersiuit Paulum: & audiuit eum de fide quæ est in Christum.

14 Post aliquot autem dies veniens Felix cum Drusilla vxore sua, quæ erat Iudæa, vocauit Paulum, & audiuit ab eo fidem quæ est in Christum.

15 Διαλεγομένου δὲ αὐτοῦ περὶ δικαιοσύνης καὶ ἐγκρατείας καὶ τοῦ κρίματος τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι, ἔμφοβος γενόμενος ὁ Φῆλιξ ἀπεκρίθη, Τὸ νῦν ἔχον πορεύου· καιρὸν δὲ μεταλαβὼν μετακαλέσομαί σε.

15 Disserente autem ipso de iustitia, & continentia, & iudicio futuro, expauefactus Felix respondit, Nunc quidem abi: cæterùm opportunitatè nactus accersam te.

15 Disputante autem illo de iustitia & castitate, & de iudicio futuro, tremefactus Felix respondit, Quod nunc attinet, nade: tempore autem opportuno accersam te.

16 Ἅμα δὲ καὶ ἐλπίζων ὅτι χρήματα δοθήσεται αὐτῷ ὑπὸ τοῦ Παύλου, ὅπως λύσῃ αὐτόν· διὸ καὶ πυκνότερον αὐτὸν μετεπεμπόμενος, ὡμίλει αὐτῷ.

16 Simul & illud sperans, fore vt pecunia ipsi daretur à Paulo, vt eum *vinculis* exolueret: quamobrem etiam frequentius eum accersens, colloquebatur cum eo.

16 Simul & sperans quòd pecunia daretur à Paulo: propter quod & frequentiùs accersiens eum, loquebatur cum eo.

17 Διετίας δὲ πληρωθείσης ἔλαβε διάδοχον ὁ Φῆλιξ Πόρκιον Φῆστον· θέλων τε χάριτας καταθέσθαι τοῖς Ἰουδαίοις ὁ Φῆλιξ, κατέλιπε τὸν Παῦλον δεδεμένον.

17 Biennio autem expleto accepit successorem Felix Porciũ Festum: & volens gratiam inire à Iudæis Felix, reliquit Paulum vinctum.

17 Biennio autem expleto accepit successorem Felix Porcium Festum. Volens autem gratiam præstare Iudæis Felix, reliquit Paulum vinctum.

Κεφάλαιον κε.

CAP. XXV.

CAP. XXV.

1 Φῆστος οὖν ἐπιβὰς τῇ ἐπαρχίᾳ, μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀνέβη εἰς Ἱεροσόλυμα ἀπὸ Καισαρείας.

1 Festus ergo ingressus prouinciam, triduo pòst ascendit Hierosolymã ab *urbe* Cæsarea.

1 *Festus ergo quum venisset in prouinciam, post triduum ascendit Hierosolymam à Cæsarea.*

2 Ἐνεφάνισαν δὲ αὐτῷ οἵ τε ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρῶτοι τῶν Ἰουδαίων κατὰ τοῦ Παύλου, καὶ παρεκάλουν αὐτὸν,

2 Indicarunt autem ei Pontifex maximus & primarii ex Iudæis de Paulo, & eum rogarũt,

2 *Adierúntque eum principes Sacerdotum, & primi Iudæorum aduersus Paulum, & rogabant eũ,*

3 αἰτούμενοι χάριν κατ' αὐτοῦ, ὅπως μεταπέμψηται αὐτὸν εἰς Ἱερουσαλήμ, ἐνέδραν ποιοῦντες ἀνελεῖν αὐτὸν ἐν τῇ ὁδῷ.

3 Petentes gratiam aduersus eum, vt accerseret eum in Hierusalem: factis insidiis vt *eum* in via interimerent.

3 *Postulantes gratiam aduersus eum, ut iuberet perduci eum in Ierusalẽ: insidias tendentes vt interficerent eum in uia.*

4 Ὁ μὲν οὖν Φῆστος ἀπεκρίθη τηρεῖσθαι τὸν Παῦλον ἐν Καισαρείᾳ, ἑαυτὸν δὲ μέλλειν ἐν τάχει ἐκπορεύεσθαι.

4 Festus autem respondit seruari Paulum Cæsareæ, se verò citò *illuc* profecturum.

4 *Festus autem respondit seruari Paulum in Cæsarea, se autem maturius profecturum.*

14 Cum Drusilla vxore sua, σὺν Δρουσίλλῃ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ. Hæc fuit Agrippæ, cuius postea fiet mentio, soror, fœmina libidinosissima, quæ ab Azizo Emesenorum rege circunciso ad hunc Felicem Pallantis Neronis liberti fratrem, profanum hominem, transiit, vt Iosephus copiosè narrat.

17 Biennio expleto, διετίας πληρωθείσης. Quibus interea tẽpestatibus iactata sit Iudæa, & quidem Cæsareæ, vbi tum vinctus erat Paulus, operæpretium est ex eorum temporũ historia cognoscere. vnde etiam intelligetur cur studuerit Iudæis gratificari Felix, nempe vt eos haberet mitiores, quum infinita scelera in prouincia admisisset, adeo vt solius fratris Pallantis gratia mortem euaserit, quod Tacitus etiam testatur.

Οἱ οὖν δυνατοὶ ἐν ὑμῖν, φησί, συγκαταβάντες, εἴ τι ἔστιν ἐν τῷ ἀνδρὶ τούτῳ, κατηγορείτωσαν αὐτοῦ.

Διατρίψας δὲ αὐτοῖς ἡμέρας πλείους ἢ δέκα, καταβὰς εἰς Καισάρειαν, τῇ ἐπαύριον καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος, ἐκέλευσε τὸν Παῦλον ἀχθῆναι.

Παρεγενομένου δὲ αὐτοῦ, περιέστησαν οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων καταβεβηκότες Ἰουδαῖοι, πολλὰ καὶ βαρέα αἰτιάματα φέροντες κατὰ τοῦ Παύλου, ἃ οὐκ ἴσχυον ἀποδεῖξαι·

Ἀπολογουμένου αὐτοῦ, Ὅτι οὔτε εἰς τὸν νόμον τῶν Ἰουδαίων, οὔτε εἰς τὸ ἱερόν, οὔτε εἰς Καίσαρά τι ἥμαρτον.

Ὁ Φῆστος δὲ τοῖς Ἰουδαίοις θέλων χάριν καταθέσθαι, ἀποκριθεὶς τῷ Παύλῳ εἶπε, Θέλεις εἰς Ἱεροσόλυμα ἀναβὰς, ἐκεῖ περὶ τούτων κρίνεσθαι ἐπ' ἐμοῦ;

Εἶπε δὲ ὁ Παῦλος, Ἐπὶ τοῦ βήματος Καίσαρός ἐστώς εἰμι, οὗ με δεῖ κρίνεσθαι. Ἰουδαίοις οὐδὲν ἠδίκησα, ὡς καὶ σὺ κάλλιον ἐπιγινώσκεις.

Εἰ μὲν γὰρ ἀδικῶ, καὶ ἄξιον θανάτου πέπραχά τι, οὐ παραιτοῦμαι τὸ ἀποθανεῖν· εἰ δὲ οὐδέν ἐστιν ὧν οὗτοι κατηγοροῦσί μου, οὐδείς με δύναται αὐτοῖς χαρίσασθαι· Καίσαρα ἐπικαλοῦμαι.

Τότε ὁ Φῆστος συλλαλήσας μετὰ τοῦ συμβουλίου, ἀπεκρίθη, Καίσαρα ἐπικέκλησαι; ἐπὶ Καίσαρα πορεύσῃ.

Ἡμερῶν δὲ διαγενομένων τινῶν, Ἀγρίππας ὁ βασιλεὺς καὶ Βερνίκη κατήντησαν εἰς Καισάρειαν, ἀσπασόμενοι τὸν Φῆστον.

Ὡς δὲ πλείους ἡμέρας διέτριβον ἐκεῖ,

5 Qui ergo inter vos, inquit, ᵛpossunt, vnà descendant, & si qua est in hoc viro improbitas, accusent eum.

6 Et actis inter eos diebus ᵛnon pluribus ᵛquàm decem, quum descendisset Cæsaream, postero die sedit pro tribunali, iussitque Paulum adduci.

7 Qui quum veniisset, circunstetерunt eum qui Hierosolymis descenderant Iudæi, multas & graues criminationes adferẽtes aduersus Paulum, quas nõ poterant demonstrare:

8 Quum ipse exciperet, se neque in legem Iudæorum, neq; in templum, neque in Cæsarẽ quicquam peccasse.

9 Sed Festus volens gratiam inire à Iudæis, respondens Paulo, dixit, Vis Hierosolymam ascendere, & illic de his iudicari apud me?

10 Dixit autem Paulus, Ad tribunal Cæsaris sto, vbi me oportet iudicari. Iudæis nulla in re iniuriam feci, sicut & tu ᵛpulchrè nosti.

11 Nam siquam iniuriam ac dignum morte aliquid feci, nõ recuso mori: sin verò nihil est eorum quorum isti me accusãt, nemo potest me illis cõdonare: Cæsarem appello.

12 Tunc Festus cum cõsilio colloquutus, respondit, Cæsarem appellasti? ad Cæsarem proficiscêris.

13 Diebus autem aliquot exactis, ᵛAgrippa rex & Bernice venerunt Cæsaream, salutaturi Festum.

14 Et quum dies complures illic versati fuissent,

5 Qui ergo in uobis, ait, potentes sunt, descendentes simul, siquod est in uiro crimen, accusent eũ,

6 Demoratus autem inter eos dies non amplius q̃ octo aut decem, descendit Cæsaream: & altera die sedit pro tribunali, & iussit Paulum adduci.

7 Qui quum perductus esset, circunsteterunt eum qui ab Ierosolyma descenderant Iudæi, multos & graues causas obijcientes, quas non poterãt probare:

8 Paulo rationem reddente, Quoniam neque in legem Iudæorum, neque in templum, neque in Cæsarem quicquam peccaui.

9 Festus autem uolens gratiã præstare Iudæis, respondens Paulo, dixit, Vis Ierosolymã ascẽdere, & ibi de his iudicari apud me?

10 Dixit autem Paulus, Ad tribunal Cæsaris sto, ubi me oportet iudicari. Iudæis non nocui, sicut tu melius nosti.

11 Si enim nocui aut dignum morte aliquid fecisse non recuso mori: si uerò nihil est eorum quæ hi accusant me, nemo potest me illis dõare: Cæsarem appello.

12 Tunc Festus cum consilio loquutus, respondit, Cæsarem appellasti? ad Cæsarem ibis.

13 Et quum dies aliquot transacti essent, Agrippa rex & Bernice descẽderunt Cæsaream ad salutandum Festum.

14 Et quum dies plures ibi demoraretur

IN CAPVT XXV.

5 Possunt, δυνατοί. Sub. εἰσιν. Id est, quibus commodum est Cæsaream venire, & aduersus Paulum agere. Vulgata ineptè, Qui in vobis potentes sunt. Siqua est improbitas, εἰ τι ἔστιν ἄτοπον. Ita legunt emendatiores codices vetusti quinque. ἄτοπον autem vocat hoc loco, non quod ineptè & absurdè, sed quod improbè ac malitiosè fit: vnde ἀτόπημα de scelere dicitur, & ἄτοπος pro improbo ac scelerato accipitur 2. Thess. 3. a. 2. Sic idẽ hoc vocabulum vsurpauit Lucas noster cap. 23. f. 41, alterius libri.

6 Non pluribus, οὐ πλείους. Omnino videtur poscere sententia vt negans particula in plerisque exemplaribus omissa, restituatur. Dixerat enim Festus se breui profecturum. Ita etiam legit Vetus interpres: & in tribus Græcis exemplaribus ita scriptum inuenimus. Quàm decem, ἢ δέκα. Vulgata, Quàm octo aut decem, ὀκτὼ ἢ δέκα: quam lectionem comperimus in Græcis codicibus tribus.

10 Pulchrè, κάλλιον: id est optimè. Nam fortassis in hoc dicendi genere commodius potest comparandi gradus accipi pro superlatiuo, (quem vocant) quàm pro absoluto. Homerus Iliad. β. οὐ δέ τινα λαὸν ἀγείρω, id est οὐ πάνυ. Sequitur enim, ἀλλὰ καὶ ἐγὼ τοῦτο οἶδα &c.

13 Agrippa rex, Ἀγρίππας ὁ βασιλεύς. Hic fuit Agrippæ illius filius cuius mortem descripsit Lucas suprà, 12. rum maximæ partis auiti regni ac tandem etiã totius Iudææ rex factus. Huius soror fuit Bernice, primùm Herodi patruo suo Chalcidis regi nupta, deinde Polemoni Ciliciæ regi: à quo discedens, cœpit fratrem Agrippam sectari, non sine manifesta incesti suspicione. Et tamen corã istis impurissimis oportuit fidelem seruum Dei, causam dicere: quod & modestè & libenter fecit.

ὁ Φῆστος τῷ βασιλεῖ ἀνέθετο τὰ κατὰ τὸν Παῦλον, λέγων, Ἀνήρ τίς ἐστι καταλελειμμένος ὑπὸ Φήλικος δέσμιος.

Festus regi exposuit quæ ad Paulum spectabant, dicens, Vir quidam est relictus à Felice vinctus.

Festus regi indicauit de Paulo, dicens. Vir quidã est derelictus à Felice vinctus.

Περὶ οὗ, γενομένου μου εἰς Ἱεροσόλυμα, ἐνεφάνισαν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τῶν Ἰουδαίων, αἰτούμενοι κατ' αὐτοῦ δίκην.

15 De quo, quum peruenissem Hierosolymam, indicarunt mihi principes Sacerdotum & senioles Iudæorum, petentes damnationem aduersus eum.

15 *De quo, quum essem Ierosolymis, adierunt me principes Sacerdotum & seniores Iudæorum, postulantes aduersus illum damnationem.*

Πρὸς οὓς ἀπεκρίθην ὅτι οὐκ ἔστιν ἔθος Ῥωμαίοις χαρίζεσθαί τινα ἄνθρωπον εἰς ἀπώλειαν πρίν ἢ ὁ κατηγορούμενος κατὰ πρόσωπον ἔχοι τοὺς κατηγόρους, τόπον τε ἀπολογίας λάβοι περὶ τοῦ ἐγκλήματος.

16 Quibus respondi, non esse Romanis morē, quempiam perdendum dare, priusquam is qui accusatur, in conspectu habeat accusatores, & locum defensionis accipiat super criminatione.

16 *Ad quos respondi, Quia non est Romanus consuetudo donare aliquē hominem, priusquam is qui accusatur præsentē habeat accusatores, locúmque defendendi accipiat ad abluenda crimina.*

Συνελθόντων οὖν αὐτῶν ἐνθάδε, ἀναβολὴν μηδεμίαν ποιησάμενος, τῇ ἑξῆς καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος, ἐκέλευσα ἀχθῆναι τὸν ἄνδρα.

17 Quum ergo huc conuenissent, absque vlla dilatione consequenti die quum sedissem pro tribunali, iussi adduci hominem.

17 *Quum ergo huc conuenissent, sine vlla dilatione sequenti die sedem pro tribunali, iussi adduci virum.*

Περὶ οὗ στάντες οἱ κατήγοροι, οὐδεμίαν αἰτίαν ἐπέφερον ὧν ἐγὼ ὑπενόουν πονηρίας,

18 Cuius accusatores quum adstarent, nullum crimen obiiciebãt eorum quæ ego suspicatus eram:

18 *De quo quum stetissẽt accusatores, nullam causam deferebant de quibus ego suspicabar malitiæ*

Ζητήματα δέ τινα περὶ τῆς ἰδίας δεισιδαιμονίας εἶχον πρὸς αὐτόν, καὶ περί τινος Ἰησοῦ τεθνηκότος, ὃν ἔφασκεν ὁ Παῦλος ζῆν.

19 Sed quæstiones quasdam de sua superstitione habebant aduersus eum, & de quodam Iesu defuncto, quem affirmabat Paulus viuere.

19 *Quæstiones verò quasdam de sua superstitione habebant aduersus eum, & de quodam Iesu defuncto, quem affirmabat Paulus viuere.*

Ἀπορούμενος δὲ ἐγὼ εἰς τὸν περὶ τούτων ζήτησιν, ἔλεγον εἰ βούλοιτο πορεύεσθαι εἰς Ἱερουσαλὴμ, κἀκεῖ κρίνεσθαι περὶ τούτων.

20 Dubitans autem ego in eiusmodi quæstione, dixi num vellet proficisci in Hierusalem, & illic iudicari super istis.

20 *Hæsitans autem ego de huiusmodi quæstione, dicebam si vellet ire Ierosolymam, & ibi iudicari de istis.*

Τοῦ δὲ Παύλου ἐπικαλεσαμένου τηρηθῆναι αὐτὸν εἰς τὴν τοῦ Σεβαστοῦ διάγνωσιν, ἐκέλευσα τηρεῖσθαι αὐτὸν, ἕως οὗ πέμψω αὐτὸν πρὸς Καίσαρα.

21 Quum verò Paulus appellasset vt seruaretur Augusti cognitioni, iussi eum seruari quousque mitterem eum ad Cæsarem.

21 *Paulo autem appellãte vt seruaretur ad Augusti cognitionem, iussi seruari eum, donec mittam eum ad Cæsarem.*

15 Damnationem, δίκην. Tria minimum significat δίκη, nimirum & actionem ipsam coram iudice, & iudicis cognitionem, & ipsius denique cognitionis exequutionem. Ex his autem significationibus quænam maximè conueniat, res ipsa ostendit: neque dubito quin sic vt plurimis locis κρίσις accipitur pro κατακρίσει, & κρίσις pro κατάκρισις, sic etiã δίκη ponatur hoc loco pro κατάκρισει: quomodo etiam disertè scriptum inuenimus in duobus codicibus. At enim inquit (Erasmus) quis postulat damnationem à iudice indicta causa? Iudæi certè hoc olim aduersus Christum petierant, ac impetrarant: & nunc quoque flagitant in Paulum, vt apparet ex iis quæ scripta sunt suprà, cap. 3. atque etiam ex ipso Festi responso: quod planè ineptum erit si δίκην interpreteris Cognitionem. Cur enim illis recusaret quod Romanos diceret facere consueuisse? 15

16 Quempiam perdẽdum dare, χαρίζεσθαί τινα ἄνθρωπον εἰς ἀπώλειαν. Vetus interpres interpretatur χαρίζεσθαι donare, & omittit εἰς ἀπώλειαν. Erasmus, Ob gratiam donare: pro quo alibi vno verbo diximus Cõdonare. Sed propter illa quæ subiiciuntur, non videtur seruari posse propria significatio verbi χαρίζεσθαι, alioquin supplenda essent multa, & totus hic locus ita explicandus, Non esse Romanis hunc morem vt quempiã condonent ad pœnam, neque damnare quenquam cõsueuisse priusquam is qui accusatur, &c. Super criminatione, περὶ τῆς ἐγκλήματος. Vulg. Ad abluenda crimina. Erasmus, De crimine. Atqui ἔγκλημα non simpliciter significat crimen, sed ipsam criminis obiectionem. 16

19 Superstitione, δεισιδαιμονίας. Δεισιδαιμονίαν explicat Plutarchus nimium & importunum deorum metum, vnde exortæ sunt superstitiosæ ceremoniæ. Huic autem opponitur ἀθεότης, ita vt in medio, tanquam μεσότης, constituatur εὐσέβεια. Impiè ergo loquitur profanus homo de veri Dei cultu, nihil etiam Agrippæ regis præsentiam veritus. Solebant enim isti prouinciarum præsides sese ipsis etiam regibus propter populi Romani maiestatem anteponere: & probabile est Agrippam, maiorum suorum vestigia sequutũ, ita professum esse Iudaicam religionem, vt tamen Romanos minimè vellet offensos. 19

Αγρίππας δὲ πρὸς τὸν Φῆστον ἔφη, Ἐβουλόμην καὶ αὐτὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀκοῦσαι. Ὁ δέ, Αὔριον, φησὶν, ἀκούσῃ αὐτοῦ.

22 Agrippa verò dixit Festo, Velim & ipse hominem audire. At ille, Cras, inquit, eum audies.

22 Agrippa autem dixit ad Festum, Volebam & ipse hominem audire. Cras, inquit, audies eū.

Τῇ οὖν ἐπαύριον ἐλθόντος τοῦ Ἀγρίππα καὶ τῆς Βερνίκης μετὰ πολλῆς φαντασίας, καὶ εἰσελθόντων εἰς τὸ ἀκροατήριον σύν τε τοῖς χιλιάρχοις καὶ ἀνδράσι τοῖς κατ' ἐξοχὴν οὖσι τῆς πόλεως, καὶ κελεύσαντος τοῦ Φήστου, ἤχθη ὁ Παῦλος.

23 Postero igitur die quum venisset Agrippa & Bernice cum multa ostentatione, & introisset in auditorium cum Tribunis & eminentibus eius vrbis ciuibus, iubente Festo adductus est Paulus.

23 Altera autem die quum uenisset Agrippa & Bernice cū multa ambitione, & introisset in auditoriū cum Tribunis, & uiris principalibus ciuitatis, iubente Festo adductus est Paulus.

Καὶ φησὶν ὁ Φῆστος, Ἀγρίππα βασιλεῦ, καὶ πάντες οἱ συμπαρόντες ἡμῖν ἄνδρες, θεωρεῖτε τοῦτον περὶ οὗ πᾶν τὸ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων ἐνέτυχόν μοι ἔν τε Ἱεροσολύμοις καὶ ὧδε, βοῶντες μὴ δεῖν ζῆν αὐτὸν μηκέτι.

24 Tum Festus, Agrippa rex inquit, & omnes qui simul adestis nobiscum, cōspicitis istum de quo omnis multitudo Iudæorum compellauit me & Hierosolymis & hîc, vociferantes nō oportere eum viuere amplius.

24 Et dixit Festus, Agrippa rex, & omnes qui simul adestis nobiscum uiri, uidetis hūc de quo omnes multitudo Iudæorū interpellauit me Ierosolymis & hîc, petētes & acclamantes nō oportere eum uiuere amplius.

Ἐγὼ δὲ κατελαβόμην μηδὲν ἄξιον θανάτου αὐτὸν πεπραχέναι· καὶ αὐτοῦ δὲ τούτου ἐπικαλεσαμένου τὸν Σεβαστόν, ἔκρινα πέμπειν αὐτόν.

25 Ego verò quū comperissem nihil dignū morte eum fecisse: & is ipse appellasset Augustum; decreui eum mittere.

25 Ego uerò comperi nihil dignum morte eum admisisse: ipso autē hoc appellante ad Augustum, iudicium mittere.

Περὶ οὗ ἀσφαλές τι γράψαι τῷ Κυρίῳ οὐκ ἔχω. διὸ προήγαγον αὐτὸν ἐφ' ὑμᾶς, καὶ μάλιστα ἐπὶ σοῦ, βασιλεῦ Ἀγρίππα, ὅπως τῆς ἀνακρίσεως γενομένης σχῶ τί γράψαι.

26 De quo quid certi scribam domino, non habeo. quapropter produxi eum ad vos, & maximè ad te rex Agrippa, vt inquisitione habita, habeā quod scribam.

26 De quo quidertū scribam domino, non habeō. Propter quod produxi eum ad uos, & maximè ad te, rex Agrippa, ut interrogatione facta, habeā quid scribam.

Ἄλογον γάρ μοι δοκεῖ, πέμποντα δέσμιον, μὴ καὶ τὰς κατ' αὐτοῦ αἰτίας σημῆναι.

27 Nam præter rationem mihi videtur, mittere vinctum, & crimina in eum collata non significare.

27 Sine ratione enim mihi uidetur, mittere uinctum, & causas eius nō significare.

Κεφάλαιον κς΄

CAP. XXVI.

CAP. XXVI.

Ἀγρίππας δὲ πρὸς τὸν Παῦλον ἔφη, Ἐπιτρέπεταί σοι ὑπὲρ σεαυτοῦ λέγειν. Τότε ὁ Παῦλος ἀπελογεῖτο, ἐκτείνας τὴν χεῖρα,

1 Agrippa verò Paulo dixit, Permittitur tibi pro teipso dicere. Tunc Paulus extenta manu, hac defensione vsus est,

1 Agrippa uerò ad Paulum ait, Permittitur tibi loqui pro temetipso. Tunc Paulus extenta manu, cœpit rationem reddere,

Περὶ πάντων ὧν ἐγκαλοῦμαι ὑπὸ Ἰουδαίων, βασιλεῦ Ἀγρίππα, ἡγημαι ἐμαυτὸν μακάριον, μέλλων ἀπολογεῖσθαι σήμερον·

2 Super omnibus de quibus postulor à Iudæis, rex Agrippa, beatum me duco quòd sim ho die causam apud te dicturus:

2 De omnibus quibus accusor à Iudæis, rex Agrippa, æstimo me beatum, apud te quum sim defensurus me hodie:

Μάλιστα γνώστην ὄντα σε πάντων τῶν

3 Maximè quòd te gnarū esse

3 Maximè te scīēte omnes

23 Ostentatione, φαντασίᾳ. Quid propriè sit φαντασία non est quòd pluribus differamus. Hic quidem certum est, hoc nomine declarari quod vulgò apparentiā vocamus, magnū videlicet pōpæ ac regiæ magnificētiæ splendorē, in spectantiū oculos incurrentē. Eras. Apparatu. Ambitione, φιλοτιμίᾳ. Vulg. Auditoriū, ἀκροατήριον. Iurisconsultorū verbū pro loco in quo cognoscendæ cōtrouersiæ causa iudices conueniūt. Eminentibus, τοῖς κατ' ἐξοχὴν οὖσι. Hi sunt quos vulgò vocamus Grandes. Vulg. & Eras. Principalibus.

26 Domino, τῷ κυρίῳ. Id est Cæsari: quam appellationem ab adulatoribus ortam tyranni primùm affectarunt: deinde etiam boni principes non recusarunt, vt ex Plinii ad Traianum epistolis apparet. Additū inuenimus in tribus exemplaribus pronomen μου, meo.

27 Præter rationem, ἄλογον. Vulg. Sine ratione. Eras. Iniquū, ἄδικον. Et non, μὴ καί. Id est καὶ μή, transposita negante particula.

IN CAPVT XXVI.

3 Maximè quòd te gnarum esse sciam, μάλιστα γνώστην ὄντα σε οἶδα. Vulg. Maximè te sciente. Eras. Quum tu maximè sis gnarus. Potest enim hoc vt absolutè positum exponi non ineleganter, quia tamen in vno codice peruetusto adscriptum erat participium οἶδας, quod etiam annotauit Erasmus, posse subaudiri, in altero verò ἐπιστάμενος, & si ita legas, multo planior est constructio, mihi non fuit religio ita interpretari.

καὶ Ιουδαίοις ἐθῶν τε καὶ ζητημάτων. Διὸ δέομαί σου, μακροθύμως ἀκοῦσαί μου.

sciam omnium quæ apud Iudæos sunt & rituum & quæstionum. ideo rogo te vt patienter me audias.

quæ apud Iudæos sint, cõsuetudines & quæstiones. Propter quod obsecro patienter me audias.

Τὸν μὲν οὖν βίον τὸν ἐκ νεότητος, τὸν ἀπ' ἀρχῆς γενόμενον ἐν τῷ ἔθνει μου ἐν Ιεροσολύμοις, ἴσασι πάντες οἱ Ιουδαῖοι·

4 Itaque vitam quidem meam actam à iuuentute, quæque à principio fuit in gente mea Hierosolymis, sciunt omnes Iudæi:

4 Et quidem vitã meã à iuuentute, quæ ab initio fuit in gente mea in Ierosolymis, nouerunt omnes Iudæi:

Προγινώσκοντές με ἄνωθεν, (ἐὰν θέλωσι μαρτυρεῖν) ὅτι κατὰ τὸν ἀκριβεστάτην αἵρεσιν τῆς ἡμετέρας θρησκείας ἔζησα Φαρισαῖος.

5 Vt qui antea nouerint, me ab inde à maioribus (si velint testari) secundũ exquisitissimã illam sectam nostræ religionis vixisse Pharisæum:

5 Præscientes me ab initio (si velint testimonium perhibere) quoniã secundum certissimam sectam nostræ religionis, vixi Pharisæus:

Καὶ νῦν ἐπ' ἐλπίδι τῆς πρὸς τοὺς πατέρας ἐπαγγελίας γενομένης ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἕστηκα κρινόμενος·

6 Nunc verò ob spem promissionis factæ patribus nostris à Deo, sto in iudicium vocatus:

6 Et nunc in spe quæ ad patres nostros repromissionis facta est à Deo sto iudicio subiectus:

Εἰς ὃ τὸ δωδεκάφυλον ἡμῶν ἐν ἐκτενείᾳ νυκτὸς καὶ ἡμέρας λατρεῦον ἐλπίζει καταντῆσαι· περὶ ἧς ἐλπίδος ἔγκλημαί, βασιλεῦ Ἀγρίππα, ὑπὸ Ἰουδαίων.

7 Ad quam duodecim tribus nostræ, Deo nocte & die perpetuò seruientes, sperant se peruenturas. de qua spe postulor, rex Agrippa, à Iudæis.

7 In quã duodecim tribus nostræ, nocte & die deseruientes, sperant deuenire. de qua spe accusor à Iudæis, rex.

Τί ἄπιστον κρίνεται παρ' ὑμῖν εἰ ὁ Θεὸς νεκροὺς ἐγείρει;

8 Quid? incredibile iudicatur apud vos quòd Deus mortuos excitet?

8 Quid incredibile iudicatur apud nos si Deus mortuos suscitat?

Ἐγὼ μὲν οὖν ἔδοξα ἐμαυτῷ πρὸς τὸ ὄνομα Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου δεῖν πολλὰ ἐναντία πρᾶξαι.

9 Equidem statuerã mihi aduersus nomen Iesu Nazareni multa contraria facienda.

9 Et ego quidem existimaueram me aduersus nomen Iesu Nazareni debere multa contraria agere.

supra, 8. a. 5

Ὃ καὶ ἐποίησα ἐν Ιερουσολύμοις· καὶ πολλοὺς τῶν ἁγίων ἐγὼ ἐν φυλακαῖς κατέκλεισα, τὴν παρὰ τῶν ἀρχιερέων ἐξουσίαν λαβών· ἀναιρουμένων τε αὐτῶν κατήνεγκα ψῆφον.

10 Quod etiam feci Hierosolymis: & multos sanctorum ego carceribus inclusi, à principibus Sacerdotum potestate accepta: & quum ab eis interimerentur, tuli suffragium.

10 Quod & feci Ierosolymis, & multos sanctorum ego in carceribus inclusi, à principibus Sacerdotum potestate acceptã: & quum occiderentur, detuli sententiam.

5 Vt qui antea nouerint, προγινώσκοντες. Vulg. Præscientes. Eras. Qui prius nouerant. Neuter videtur sensum assequutus. Nam particula πρὸ ad id tempus refertur quo Paulus in Iudæorũ conspectu vixerat Hierosolymis: neque simpliciter se dicit olim fuisse ab iis cognitum, sed quis antea fuerit, vbi & quomodo vixerit, id ipsos probè nosse dicit. Iam inde à maioribus, ἄνωθεν. Vulg. & Eras. Ab initio: quasi hæc pertineant ad participium προγινώσκοντες, quum potius cohæreant cum verbo ἔζησα. Nam illud, Nouerunt me quòd vixerim, Græcorum more dictum est, pro Nouerũt me vixisse, aut Nouerũt quòd ego vixerim. vt in illo Aristoph. ἆρα δῆτ' ἐμοῦ σοφώτερον σαυτὸν ἔσεις οἱ φράσον. Et in illo Terentii, Quum meipsum noris quàm elegans formarum spectator sim. Significat ergo Paulus nõ se modò Pharisæum fuisse, sed etiam (quod in medio Iudæorũ cœtu vociferatus fuerat, suprà, 23. b. 6) ex Pharisæis esse oriundum. Secũdum exquisitissimã illam sectam, κατὰ τὴν ἀκριβεστάτην αἵρεσιν. Non est (opinor) quòd ex hoc loco colligamus, Pharisaismum à Paulo fuisse tãtopere laudatum vt vitæ genus exquisitissimum vocarit. Loquitur enim Paulus ex aduersariorum hypothesi: quasi diceret, Iudæi Pharisaicam sectam habent pro sanctissima ac religiosissima: eam ipsi norunt me iam inde à meis maioribus fuisse professum: non est ergo cur anteactam vitam reprehendant. Deinde verò ad id vitæ genus progreditur quod hoc ipso tempore amplectebatur, id est ad Christianam religionem, cuius præcipuum caput, id est resurrectionem ex mortuis, explicat.

7 Perpetuò, διὰ παντός. Vel, cum assiduitate. quãquam illud magis proprium est. nam διαπαντὸς dicitur quod in longum protenditur. Hoc autem omisit Vetus interpres.

8 Quidtũ? Ita distinguũt Græca scholia: neque dubito quin germana sit hæc lectio. Nam præterquam quòd alioquin habet sententia, plena etiam est hæc oratio summæ grauitatis. Postquam enim Paulus non aliò quàm ad spem immortalitatis ferri ostendit totam diuini cultus inter Iudæos rationem, antequam aliud argumentum longè validissimum adiungat, sumptum à Christi resurrectione, (quem ipse loquentem è cælo audierat) conclusionem inter ista argumenta, suo more, quasi mediam interponit: & ita quidem vt auditores suos excitans, assentiri cogat. Quid? inquit, an vobis incredibile videtur quòd Deus mortuos excitet? Quod vernaculo sermone ita optimè expresseris, Quoy? semble-vous chose non croyable que Dieu ressuscite les morts? Deinde paulatim ad Christi resurrectionem accedit, ea proponens quæ partim ad historiam pertinent, partim etiam huc spectant ne fides ipsius eleuetur. Quòd, ni. Vulg. & Eras. Si. Sed res ipsa ostendit ni pro ἢ positum esse, vt diximus alibi. Sic Æsch. Ἀλλ' ἢ μάτην ἐγὼ τάδε κατηνάλωσα πρὸς τὸν δῆμον τὸν Θεσπιέων χάριν.

10 Tuli suffragium, κατήνεγκα ψῆφον. Id est συνεψήφισα, vt ipse interpretatur suprà, 11. e. 10. Vulgata, & Eras. Detuli sententiam, quasi non tulerit suffragium ipse Paulus, vt qui non videatur fuisse ex iudicum numero, sed

iudicum decretum, vt minister & exequutor, detulerit. Atqui ex historia apparet nullam iudicum sententiam interuenisse: quod tamen etiam ludæis per Romanos non licuisset. Itaque fuit vel lue in tumultu & vi aperta Stephanus, falso zeli prætextu, lapidatus: ac proinde καταφέρειν pro φέρειν positū est, & καταφέρειν ψῆφον in genere, pro comprobare.

Καὶ κατὰ πάσας τὰς συναγωγὰς πολλάκις τιμωρῶν αὐτοὺς, ἠνάγκαζον βλασφημεῖν· περισσῶς τε ἐμμαινόμενος αὐτοῖς, ἐδίωκον ἕως καὶ εἰς τὰς ἔξω πόλεις.

11 Ac per omnes synagogas sæpe ipsos puniens, coegi ad blasphemandum: & supramodum furens aduersus eos, persequutus sū in exteras vsq; ciuitates.

11 Et per omnes synagogas frequenter puniens eos, compellebam blasphemare: & amplius insanientes in eos, persequebar vsq; in exteras ciuitates.

Ἐν οἷς καὶ πορευόμενος εἰς τὴν Δαμασκὸν μετ' ἐξουσίας καὶ ἐπιτροπῆς τῆς παρὰ τῶν Ἀρχιερέων,

11 Quo tempore etiam ‖proficiscens Damascum cum potestate & procuratione principū Sacerdotum,

11 In quibus dum iter Damascum cum potestate & permissu principum Sacerdotum, supra 9.a.1

Ἡμέρας μέσης, κύριε, τὴν ὁδὸν εἶδον, βασιλεῦ, οὐρανόθεν ὑπὲρ τὴν λαμπρότητα τοῦ ἡλίου, περιλάμψαν με φῶς καὶ τοὺς σὺν ἐμοὶ πορευομένους.

13 Die medio, rex, in via vidi cælitus lucem, quæ splēdorem solis superabat, circūfulsisse me & eos qui mecum iter faciebant.

13 Die media, in via vidi, rex, de cælo supra splendorem solis circumfulsisse me lumen, & eos qui mecum simul erant.

Πάντων δὲ καταπεσόντων ἡμῶν εἰς τὴν γῆν, ἤκουσα φωνὴν λαλοῦσάν μοι καὶ λέγουσαν τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ, Σαοὺλ Σαοὺλ, τί με διώκεις; σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν.

14 Quum autem omnes nos decidissemus in terram, audiui vocem alloquentem me, ac dicentem Hebraica lingua, Saul, Saul, quid me persequeris? durum est tibi contra stimulos calcitrare.

14 Omnésque nos quum decidissemus in terram, audiui vocem loquentem mihi Hebraica lingua, Saule Saule, quid me persequeris? durum est tibi contra stimulum calcitrare.

Ἐγὼ δὲ εἶπον, Τίς εἶ, Κύριε; Ὁ δὲ εἶπεν, Ἐγώ εἰμι Ἰησοῦς ὃν σὺ διώκεις.

15 Ego autem dixi, Quis es Domine? At ille dixit, Ego sum Iesus quem tu persequeris.

15 Ego autē dixi, Quis es Domine? Dominus autem dixit, Ego sum Iesus quē tu persequeris.

Ἀλλὰ ἀνάστηθι, καὶ στῆθι ἐπὶ τοὺς πόδας σου· εἰς τοῦτο γὰρ ὤφθην σοι, προχειρίσασθαί σε ὑπηρέτην καὶ μάρτυρα ὧν τε εἶδές, ὧν τε ὀφθήσομαί σοι,

16 Sed exurge, & sta in pedes tuos. idcirco enim apparui tibi vt designarem te ministrum ac testem tum eorum quæ vidisti, tum eorum *in* quibus apparebo tibi.

16 Sed exurge & sta super pedes tuos. ad hoc enim apparui tibi vt constituam te ministrū & testem eorum quæ vidisti, & eorū quibus apparebo tibi.

ἐξαιρούμενός σε ἐκ τοῦ λαοῦ καὶ τῶν ἐθνῶν, εἰς οὓς νῦν σε ἀποστέλλω,

17 Eruens te ex hoc populo, & gētibus, ad quos nūc te mitto,

17 Eripiens te de populo et gentibus in quas nunc ego mitto te.

ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, καὶ ἐπιστρέψαι ἀπὸ σκότους εἰς φῶς, καὶ τῆς ἐξουσίας τοῦ Σατανᾶ ἐπὶ τὸν Θεόν, τοῦ λαβεῖν αὐτοὺς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ κλῆρον ἐν τοῖς ἡγιασμένοις, πίστει τῇ εἰς ἐμέ.

18 Vt aperias oculos eorum, vt se conuertant à tenebris ad lucem, & à potestate Satanæ ad Deum, vt remissionem peccatorum & sortem inter sanctificatos accipiant per fidem quæ est in me.

18 Aperire oculos eorum, ut conuertātur à tenebris ad luorm, & de potestate Satanæ ad Deum, ut accipiant remissionē peccatorum, & sortē inter sanctos p fidē quæ est in me.

Ὅθεν, βασιλεῦ Ἀγρίππα, οὐκ ἐγενόμην ἀπειθὴς τῇ οὐρανίῳ ὀπτασίᾳ·

19 Vnde, rex Agrippa, non fui rebellis cælesti visioni.

19 Vnde, rex Agrippa, nō fui incredulus cælesti visioni.

5 11 Quo tempore, ἐν οἷς. Vulg. In quibus. Eras. Quarum rerum studio, id est ἐφ' οἷς, vel ἐν οἷς λόγοις. Vide suprà 14.c.18. Et procuratione, καὶ ἐπιτροπῆς. Id est, vt vernaculo sermone loquimur, Charge & commission. Vulgata & Erasmus, Permissu, qua significatione non putarim hoc vocabulum apud Græcos inueniri. Fefellit autem eos quòd ἐπιτρέπειν interdum etiam συγχωρεῖν declarat, id est concedere, ac gratiam facere, vt suprà hoc eodem capite versu 1.

10 17 Ex hoc populo, ἐκ τοῦ λαοῦ. Siè putaui exprimendum articulum. Sed & in duobus exemplaribus additur τῶν Ἰουδαίων, Iudæorum, quod nostram interpretationem confirmat. Ad quos, εἰς οὕς. Sic constanter legimus in omnibus codicibus, quum dicendum fuisse videatur εἰς ἃ, ad quas. Sed duplici ratione potest hoc excusari. Nam vel est syllepsis per genera, ita videlicet vt relatiuum, quum ad vtrunque superius referatur, cum digniore coniūgatur: vel habita est potius ratio significationis quàm vocis, vt in illo Quintiliani, Illud ingenio-

15 rum præcox genus non temere vnquam venit ad frugem, hi sunt qui parua faciunt. Et in illo Euripidis quod alibi etiam citauimus, Καίτοι γ' Ἀχιλλεὺς οὐ σοφώτερ' ἐνθυμούμενος, Πρὸς οἷσιν ἐλθὼν ἐκτανεῖν πολεμίους. Quod igitur Vulgata habet, Ad quas. videtur locus esse à sciolo quopiam temere corruptus. Sic & infrà, 28.v.28, collectiuum nomen generis ἐναλλαγὴν excusat.

18 Per fidem, τῇ πίστει. Potest quidē hoc referi ad participiū ἡγιασμένοις, quemadmodū retulit Erasmus,

20 sed multo vberior erit sententia si cū verbo λαβεῖν cōiungas, sicut nos fecimus. Nam etiā in vetustis codicibus idcirco adhibetur distinctio post ἡγιασμένοις, quæ prætermissa, videtur Erasmum fefellisse.

supra,11,& 14

Αλλὰ τοῖς τε Δαμασκῷ πρῶτον καὶ Ιεροσολύμοις, εἰς πᾶσάν τε τὴν χώραν τῆς Ιουδαίας, καὶ τοῖς ἔθνεσιν ἀπαγγέλλων μετανοεῖν, καὶ ἐπιστρέφειν ἐπὶ τὸν Θεὸν, ἄξια τῆς μετανοίας ἔργα πράσσοντας.

10 ‖Sed iis qui ſunt Damaſci primùm, & Hieroſolymis, & per omnem regionem Iudææ, deinde & Gentibus annuntiaui vt reſipiſcerent, & conuerterẽt ſe ad Deum, opera facientes digna iis qui reſipuiſſent.

10 Sed ijt qui ſunt Damaſci primùm. & Ieroſolymis, & in omnẽ regionem Iudææ, & Gẽtibus annũtiabam ut pœnitentiã agerent, & conuerterẽtur ad Deum, digna pœnitentiæ opera facientes.

supra,11.f.30

Ενεκα τούτων με οἱ Ιουδαῖοι συλλαβόμενοι ἐν τῷ ἱερῷ, ἐπειρῶντο διαχειρίσασθαι.

11 Horum cauſa Iudæi ‖me in templo comprehenſum tentarunt interficere.

11 Hac ex cauſa me Iudæi, quũ eſſem in templo comprehẽſum tẽtabant macrſiacre.

Επικουρίας οὖν τυχὼν τῆς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, ἄχρι τῆς ἡμέρας ταύτης ἕστηκα, μαρτυρόμενος μικρῷ τε καὶ μεγάλῳ, οὐδὲν ἐκτὸς λέγων ὧν τε οἱ προφῆται ἐλάλησαν μελλόντων γίνεσθαι, καὶ Μωσῆς·

12 Sed auxilium à Deo nactus, perſtiti in hunc vſque diem, teſtificans iſta tum paruis tum magnis, nec quicquam dicens extra ea quæ Prophetæ ac Moſes futura prædixerunt.

12 Auxilio autem adiutus Dei, uſque in hodiernum diem ſto, teſtificans minori atque maiori, nihil extrà dicens quàm ea quæ Prophetæ loquuti ſunt futura eſſe, & Moyſes:

Εἰ παθητὸς ὁ Χριστὸς, εἰ πρῶτος ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν φῶς μέλλει καταγγέλλειν τῷ λαῷ καὶ τοῖς ἔθνεσι.

13 Nempe Chriſtum eſſe paſſurum, ac primum ex reſurrectione mortuorum, lucem annuntiaturum huic populo & Gentibus.

13 Si paſſibilis Chriſtus, ſi primus ex reſurrectione mortuorum, lumen annũtiaturus eſt populo & Gẽtibus.

Ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἀπολογουμένου, ὁ Φῆστος μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἔφη, Μαίνῃ Παῦλε, τὰ πολλά σε γράμματα εἰς μανίαν περιτρέπει.

14 Hæc autem ipſo pro ſe excipiente, Feſtus magna voce ait, Inſanis Paule, multæ literæ te ad inſaniam adigunt.

14 Hæc loquente eo, & rationem reddente, Feſtus magna uoce dixit, Inſanis Paule, multæ te literæ ad inſaniã cõuertũt.

Ο δέ, Οὐ μαίνομαι, φησὶ, κράτιστε Φῆστε, ἀλλὰ ἀληθείας καὶ σωφροσύνης ῥήματα ἀποφθέγγομαι.

15 Tum ille, Non inſanio, inquit, præſtãtiſſime Feſte, ſed veram ac ſobriam verba eloquor.

15 Et Paulus, Nõ inſanio, inquit, optime Feſte, ſed veritatis & ſobrietatis uerba loquor.

Επίσταται γὰρ περὶ τούτων ὁ βασιλεύς, πρὸς ὃν καὶ παρρησιαζόμενος λαλῶ· λανθάνειν γὰρ αὐτὸν τι τούτων οὐ πείθομαι οὐδέν. οὐ γάρ ἐστιν ἐν γωνίᾳ πεπραγμένον τοῦτο.

16 Scit enim iſta rex, apud quẽ etiam liberè loquor: nam latêre eum quicquam horum non arbitror. neque enim id in angulo geſtum eſt.

16 Scit enim de his rex, ad quem & conſtanter loquor: latere enim eũ nihil horũ arbitror. neque enim in angulo quicquã horum geſtum eſt.

10 Annuntiaui, ἀπήγγελλον. Id eſt ἀπήγγελλον, vel κατήγγελλον, vt in nonnullis codicibus ſcriptum inuenimus. Sed putò hanc germanam eſſe lectionem: ac iterum participium pro verbo poſitum eſſe Hebræorum more, vt diximus ſuprà, 14.b.6, & 15.v.25.

11 Tum paruis, tum magnis, μικρῷ τε καὶ μεγάλῳ. Id eſt quibuſuis, & nullo, quoad eius fieri potuit, prætermiſſo: pro quo dicunt Hebræi prouerbiali quadam figura כקטן וכגדול קשן ודר גדול, vt 1. Sam. 30. e. 19.

13 Nempe Chriſtum eſſe paſſurum, εἰ παθητὸς ὁ Χριστός. Vulg. Si paſſibilis Chriſtus. Eraſ. An paſſurus fuerit Chriſtus. Sic enim, inquit, diſputabat ex Prophetis, vt offenderet illorum vaticinia in Chriſtum competere. At ego malo hæc ita accipere vt contineant explicationem eorum quæ dixit, Prophetas futura prædixiſſe: id eſt ita vt εἰ non pro An, ſed pro ὅτι, & quidem εἰδικῶς ponatur, nimirum ad explicandum per ſpecies quod in genere tantùm propoſuerat. Ideo addidi particulam NEMPE. Coniunctionem autem εἰ pro ὅτι vſurpari apud idoneos etiam ſcriptores, doctiſſimus Budæus in Commentariis obſeruauit: & particulã ב etiam εἰδικῶς vſurpatã, comperio à Græcis interpretibus interdum per ἐὰν conuerti, vt Iob 11.a.3. Poſtremò quòd Vetus interpres παθητὸν conuerſit Paſſibilem, non videtur conuenire. Quanuis enim παθητὸς propriè declaret eum qui patibili ſit natura: tamen ſententia ipſa poſtulat vt accipiatur pro eo qui non modò pati potuerit, ſed etiam paſſurus fuerit, atque adeo pœnis ac ſuppliciis perferendis deſtinatus: id eſt, vt non ſit δικαίως damnatus ſed etiam ὑπὲρ ἀνθρώπους damnandus. Neque enim ambigebant Iudæi quin Meſſias eſſet verus homo futurus: adeo quidem vt pauci ſibi perſuaderent Deum fore (quod etiamnum hodie illis videtur incredibile) ſed Meſſiam animo conceperant qualem hodie quoque imaginantur, id eſt cuius regnum eſſet ex hoc mundo. Dicit contrà Paulus, prædictũ eſſe à Prophetis Meſſiam fore παθητὸν, id eſt ferendis noſtris calamitatibus ac peccatorum noſtrorum pœnis deſtinatum, qui tamen in æternam gloriam primus eſſet reſurrecturus, quam poſtea cum ſuis communicaret. Ex reſurrectione mortuorum, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν. Id eſt, ex iis qui à mortuis ſomno ſunt excitati: μεταφορικῶς, vt quum circunciſionis appellatione circunciſi Iudæi intelliguntur. Lucem, φῶς. Id eſt vitam, & eam quidem cum perenni felicitate coniunctam. Opponitur enim tenebris, quæ partim mortem, partim etiam calamitatẽ trãſlatitiè ſignificant non modò apud Hebræos, ſed etiam apud Græcos & Latinos.

15 Vera ac ſobria, ἀληθείας καὶ σωφροσύνης. Vulg. & Eraſ. ad verbum, Veritatis ac ſobrietatis. Σωφροσύνη autem hoc loco, mentis (vt ita dicam) ſanitatem declarat, & τῇ μανίᾳ (id eſt furori ac inſaniæ) opponitur. ſicut apud Xenophontem, τὸ δίκαιον, τὸ δίκαιον· τὸ σωφρονεῖν, τὸ μαίνεσθαι. ſic etiam ὁ σωφρονῶν opponitur τῷ διακινζολήψ, Mar. 5. b. 15, & Luc. 8. c. 35. Eloquor, ἀποφθέγγομαι. Vulg. Loquor. Vide ſuprà, 2. a. 4.

Πιστεύεις βασιλεῦ Ἀγρίππα τοῖς προφήταις; οἶδα ὅτι πιστεύεις.

27 Credis rex Agrippa Prophetis? scio te credere.

27 Credis rex Agrippa Prophetis? scio te credere.

Ὁ δὲ Ἀγρίππας πρὸς τὸν Παῦλον ἔφη, Ἐν ὀλίγῳ με πείθεις Χριστιανὸν ποιῆσαι.

28 Agrippa autem dixit Paulo, Propemodū persuades mihi vt fiam Christianus.

28 Agrippa autem ad Paulum. In modico suades me Christianum fieri.

Ὁ δὲ Παῦλος εἶπεν, Εὐξαίμην ἂν τῷ Θεῷ, καὶ ἐν ὀλίγῳ καὶ ἐν πολλῷ οὐ μόνον σε, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἀκούοντάς μου σήμερον, γενέσθαι τοιούτους οἵους καὶ ἐγώ εἰμι, παρεκτὸς τῶν δεσμῶν τούτων.

29 Tum Paulus dixit, Optarim à Deo vt & propemodum & admodum non tu modò, sed omnes etiam qui me audiunt hodie, facti essetis tales qualis ego sum, exceptis istis vinculis.

29 Et Paulus, Opto apud Deum & in modico et in magno, nō tantūm te, sed etiam omnes qui audiunt hodie, fieri tales qualis & ego sum, exceptis vinculis his.

Καὶ τούτων εἰπόντος αὐτοῦ, ἀνέστη ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ ἡγεμὼν, καὶ ὁ Βερνίκη, καὶ οἱ συνκαθήμενοι αὐτοῖς.

30 Quum autem hæc dixisset, surrexit rex ac Præses, & Bernice, & qui consederant cum eis.

30 Et exurrexit rex, & Præses, & Bernice, & qui assidebant eis.

Καὶ ἀναχωρήσαντες ἐλάλουν πρὸς ἀλλήλους, λέγοντες, Ὅτι οὐδὲν θανάτου ἄξιον ἢ δεσμῶν πράσσει ὁ ἄνθρωπος οὗτος.

31 Et quū secessissent, loquebantur alii ad alios, dicentes, Nihil morte aut vinculis dignum facit homo iste.

31 Et quū secessissent, loquebatur ad inuicem, dicentes, Quia nihil morte aut vinculis dignum quid facit homo iste.

Ἀγρίππας δὲ τῷ Φήστῳ ἔφη, Ἀπολελύσθαι ἐδύνατο ὁ ἄνθρωπος οὗτος, εἰ μὴ ἐπεκέκλητο Καίσαρα.

31 Agrippa verò Festo dixit, Dimitti poterat homo iste, nisi appellasset Cæsarem.

31 Agrippa autem Festo dixit, Dimitti poterat homo hic si non appellasset Cæsarem.

Κεφάλαιον κζ

CAP. XXVII.

CAP. XXVII.

Ὡς δὲ ἐκρίθη τοῦ ἀποπλεῖν ἡμᾶς εἰς τὴν Ἰταλίαν, παρεδίδουν τόν τε Παῦλον καί τινας ἑτέρους δεσμώτας ἑκατοντάρχῃ, ὀνόματι Ἰουλίῳ, σπείρης Σεβαστῆς.

1 VT autem decretum est nos nauigaturos in Italiam, tradiderunt tum Paulum tum quosdā alios vinctos Centurioni nomine Iulio, cohortis Augustæ.

1 VT autem iudicatum est nauigare eum in Italiam, & tradi Paulū cum reliquis custodijs Centurioni nomine Iulio, cohortis Augustæ.

Ἐπιβάντες δὲ πλοίῳ Ἀδραμυττηνῷ, μέλλοντες πλεῖν τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν τόπους, ἀνήχθημεν, ὄντος σὺν ἡμῖν Ἀριστάρχου Μακεδόνος Θεσσαλονικέως.

2 ‖Conscenso igitur nauigio Adramytteno, nauigaturi secūdum Asiæ regiones, prouecti sumus, & nobiscum erat Aristarchus Macedo Thessalonicensis.

2 Ascendentes autem Adrumetenum, incipientes nauigare circa Asiæ loca, sustulimus, perseuerante nobiscū Aristarcho Macedone Thessalonicensi. 1.Cor.11.ſ.d

Τῇ τε ἑτέρᾳ κατήχθημεν εἰς Σιδῶνα. φιλανθρώπως τε ὁ Ἰούλιος

3 Altera autem die deuecti sumus Sidonem. & Iulius huma-

3 Sequēti autem die deuenimus Sidonem. Humanè autem tractans Iulius

28 Propemodum, ἐν ὀλίγῳ. Hebraicè בִּמְעַט, pro quo diſertiores Græci dicunt παρ' ὀλίγον, id eſt, (vt ad verbum exprimimus in vernaculo ſermone) *à peu pres*, vel *peu ſ'en faut*. Non deſunt tamen qui accipiant pro δι' ὀλίγου, & ſubaudiant vel χρόνου, vt ſignificet Breui temporis ſpatio: vel λόγου, id eſt breui ſermonē, ſiue paucis verbis. Eraſmus verò ſubaudire videtur μέρους, quum interpretatur, Modica ex parte. Mihi videtur ſimpliciſſima interpretatio quam ſum amplexus.

29 Et propemodum & admodum, καὶ ἐν ὀλίγῳ καὶ ἐν πολλῷ. Hebraicè וְגַם בִּמְעַט וְגַם בְּרַב, quod etiam interpretari poſſumus, Et aliquantulum & valdè, id eſt καὶ κατ' ὀλίγον καὶ κατὰ πολύ, ſiue καὶ παρ' ὀλίγον καὶ παρὰ πολύ. Neque verò Propemodum & Admodum ſunt repugnantia, ſed diuerſa duntaxat. Nam perinde hoc eſt acſi diceret Paulus, Propemodum (vt inquis) tibi perſuadeo vt fias Chriſtianus: vtinam verò & ita ſit vt dicis, id eſt proximè abſis à Chriſtianiſmo: atque adeo aliquid amplius, nempe vt prorſus id ſis quod ego ſum. neque verò tibi duntaxat, ſed etiam vobis omnibus id exopto qui me hìc loquentē auditis. Alii aliter interpretantur. Vulgata perobſcurè, Et in modico & in magno. Eraſmus, Non ſolùm modica ex parte, verumetiam ex magna: quæ interpretatio à Græcis recedit. Græca ſcholia καὶ δι' ὀλίγων λόγων, καὶ διὰ πολλῶν, & paucis verbis, & multis: quaſi ſe paratum diceret Paulus ad illos copioſius docendos, vt ſui ſimiles fiant. Ego nullius opinionem prorſus reiicio; ſed eam tamen interpretationem non potui non amplecti, qua non video quid planius aut ſimplicius in hunc locum dici poſſit.

IN CAPVT XXVII.

1 Adramytteno, Ἀδραμυττηνῷ. Quia non vno modo ſcribitur huius ciuitatis nomen, variant etiā codices in hoc epitheto ſcribēdo. Nam (vt diſertè annotat Stephanus) tot modis ſcribi poteſt, Ἀδραμύττιον, Ἀδραμύττιον, Ἀτραμύττιον, Ἀτραμύττιον. Eſt autem hæc ciuitas Myſiæ, penè eregione Mirylenes. Non deſunt etiam qui ab Adrumeto Africæ oppido deriuent, quod Stephanus Ἀδρύμητα vocat: vnde factum vt in Vetere verſione Adrumetinam nauem legamus, contra omnium Græcorum codicum fidem. Sed perlepidus eſt hoc loco Carrenſis, qui Adrumetinam dici putat quaſi quæ Romam eat. Secundum Aſiæ regiones, κατὰ τοὺς τῆς Ἀσίας τόπους. Vulg. & Eraſ. iuxta Aſiæ loca. Illud (ni fallor) magis propriè dicitur. Aſiam autem intelligit propriè ſic dictam, ipſi Myſiæ confinem, vbi ſitum eſt Adramyttium.

ὁ Παῦλος χρησάμενος, ἐπέτρεψε πρὸς φίλους πορευθέντα ἐπιμελείας τυχεῖν.

niter tractato Paulo, permisit vt ad amicos profectus, ab illis curaretur.

Paulum, permisit ad amicos ire, & curã sui agere.

Καὶ ἐκεῖθεν ἀναχθέντες ὑπεπλεύσαμεν τὴν Κύπρον, διὰ τὸ τοὺς ἀνέμους εἶναι ἐναντίους.

4 Illinc verò prouecti ᵛ sublegimus Cyprum, quòd venti essent aduersi.

4 *Et inde quũ sustulissemus, subnauigauimus Cyprũ: propterea quòd essent venti contrarij.*

Τό τε πέλαγος τὸ κατὰ τὴν Κιλικίαν καὶ Παμφυλίαν διαπλεύσαντες, κατήλθομεν εἰς Μύρα τῆς Λυκίας.

5 Et pelagus ᵛ quod est secundum Ciliciam & Pamphyliam emẽsi, deuenimus ᵛ Myra *vrbem* Lyciæ.

5 *Et pelagus Ciliæ & Pamphyliæ nauigantes, uenimus Lystram, quæ est Lyciæ.*

Κἀκεῖ εὑρὼν ὁ ἑκατόνταρχος πλοῖον Ἀλεξανδρῖνον πλέον εἰς τὴν Ἰταλίαν, ἐνεβίβασεν ἡμᾶς εἰς αὐτό.

6 Et illic nactus Centurio nauem Alexandrinam nauigantem in Italiam, imposuit nos in eam.

6 *Et ibi inueniẽs Centurio nauem Alexãdrinam nauigantem in Italiã, trãsposuit nos in eam.*

Ἐν ἱκαναῖς δὲ ἡμέραις βραδυπλοοῦντες, καὶ μόλις γενόμενοι κατὰ τὴν Κνίδον, μὴ προσεῶντος ἡμᾶς τοῦ ἀνέμου, ὑπεπλεύσαμεν τὴν Κρήτην κατὰ Σαλμώνην·

7 Quúmque multis diebus tardè nauigaremus, vixque peruenissemus secundum Gnidum, non permittente nobis vento, ſublegimus Cretam ᵛ secũdum Salmonen:

7 *Et quum multis diebus tardè nauigaremus, & uix deuenissemus contra Gnidũ, prohibẽte nos mẽto adnauigauimus Cretæ iuxta Salmonen.*

Μόλις τε παραλεγόμενοι αὐτὴν, ἤλθομεν εἴς τινα τόπον τινὰ καλούμενον Καλοὺς λιμένας, ᾧ ἐγγὺς ἦν πόλις Λασαία.

8 Et illam vix prætерlegẽtes, peruenimus in locum quẽdam quem vocãt Pulchros portus, cui propíqua erat ciuitas Lasæa.

8 *Et uix iuxtà nauigãtes uenimus in locum quendam qui uocatur Eanipor tus, cui iuxtà erat ciuitas Thalassa.*

Ἱκανοῦ δὲ χρόνου διαδραμόντος, καὶ ὄντος ἤδη ἐπισφαλοῦς τοῦ πλοὸς, διὰ τὸ καὶ τὴν νηστείαν ἤδη παρεληλυθέναι, παρῄνει ὁ Παῦλος,

9 Multo autem tempore peracto, & quũ iam esset periculosa nauigatio, quòd iam etiam ᵛ ieiunium prætериisset: admonebat eos Paulus,

9 *Multo autem tempore peracto, & quũ iam non esset tuta nauigatio, eo quòd & ieiunium iam præteriisset. cõsolabatur Paulus,*

4 Sublegimus Cyprum, ὑπεπλεύσαμεν τὴν Κύπρον. Vetus interpres, Subnauigauimus Cyprum. Erasmus, Subnauigauimus iuxta Cyprum. Neuter certè videtur sententiam expressisse: quæ vt à nobis explicetur, sciendum est, qui Sidone Asiam versus pergunt, cursum in Occidentem dirigere, ita tamen vt Septentrionem versus cõtendant: qui verò Sidone in Ciliciã, rectà in Septẽtrionem cursum dirigere: qui ex Ciliria in Lyciã ac Cariam, rectà ab Oriẽte in Occidentẽ ferri. Est autem inter has regiones quasi intercepta Cyprus, quam qui Sidone in Asiã atque adeo in Lyciã nauigant, à dextra Orientẽ versus: qui in Ciliciam, à siniſtra contra Occidentẽ: qui à Cilicia in Lyciam & Asiam, à siniſtra Meridiem versus relinquunt, vt ex hoc diagrammate apparet.



Sit igitur A Sidon, inde volens proficiſci nauis ad B, quæ est Lyciæ vrbs Myra, quia vẽtum habet aduersum, ſublegit C insulam Cyprum, ita vt obliquo cursu & obiectu insulæ tuta, in D Ciliciam peruenit: quod Lucas significauit verbo ὑπεπλεύσαμεν. Inde littora Ciliciæ & Pãphyliæ legens, à D in B tandem peruenit. Ita fit vt pro vno trianguli latere aduerso A B, altera duo transuersa, nempe A D & D B emetiatur, vt ventus non proram, sed latus nauis duntaxat feriat: ita tamen vt hoc etiam modo non possit non esse tarda nauigatio, quod postea significat Lucas. Nam qui ex Lycia in Cariam, & inde in Cretam nauigat, aduerso vento (partim videlicet ex Septentrione, partim ex Occidente) dextrum nauis larus feriente, necesse est vt vehementer luctetur, aut Meridiem & Orientem versus reiiciatur. quod etiam accidisset procul dubio Paulo, nisi coortus Euroaquilo Meridiem quidem versus illum reiecisset, sed ita vt in Occidentem deflecteret.

5 Quod est secundum Ciliciam, κατὰ τὴν Κιλικίαν. Id est, quod Ciliciam alluit. Eras. Quod est contra Ciliciã. Myra, εἰς Μύρα. Myra numerat Strabo inter præcipuas Lyciæ vrbes. Qui Smyrnam legunt, planè sunt ĩstarum rerum imperiti. Est enim Smyrna longè diuerso tractu, nempe in Ionia supra Ephesum in Ægæum pelagus obuersa. Paulus verò nondum erat Gnidum præterrectus, vt apparet ex iis quæ subiiciuntur. Sed longè omnium ineptissimi sunt qui Lystram legunt, Lycaoniæ vrbem tam procul mari in continente sitam.

7 Secundum Salmonen, κατὰ Σαλμώνην. Ptolemæus & Strabo in codicibus emendatis Salmonium vocant, Cretæ promontorium Occidentale, Gnido & Rhodo obuersum. Itaque coacti sunt isti ad siniſtram deflectere, vt ab Occidentali fronte Cretæ ad Australem oram deflecterent.

8 Pulchros portus, καλοὺς λιμένας. Stephanus καλοὺς ἀκτὰς vocat. sed ciuitatis Lasææ nulla vsquam mẽtio apud Geographos, quos ego quidem legerim. Ego corruptum nomen suspicor, quum Vetus interpres Thalassam legerit. Plinius inter Cretæ vrbes etiam Lason numerat, sed Mediterraneam. Ptolemæus etiam quandam Lisson vocat, sed parti Orientali proximam.

9 Ieiunium, τὴν νηστείαν. Tempus designat Lucas ex more Iudaici populi, vt doctissimus interpres in hãc locum rectè annotauit: cui etiam in eo assentior quòd de festo expiationis hæc intelligit, cuius ſit mentio

Leuit. 23.

Leuit.23.d.27. Incidit autem hoc feſtum in ſeptimum menſem, qui quidem aliqua ex parte noſtro Octobri reſpondet. Inſtabat igitur Nouember, vt meritò omnino cenſuerit Paulus potius eo loco hyemandum, quàm hybernam nauigationem tentandam. Vegetius libri De re militari 4.cap.39. Ex die 111 Iduum Nouembris vſque in diem v 1 Iduum Martii, maria clauduntur. Nam lux minima, nóxque prolixa, nubium denſitas, aeris obſcuritas, ventorum, imbrium vel niuium geminata ſæuitia non ſolùm claſſes à pelago, ſed etiam commeantes à terreſtri itinere deturbat. Caſtellio trãquillitatem (id eſt, vt ipſe vult, νηνεμίαν) interpretatur. Sed præterquam quòd repugnant omnes codices, non conuenit ſententia, quum νηνεμία propriè illud ſit quod nautæ hodie vocant bonaſſe, nec multo minus à nautis vitetur quàm tempeſtas.

Λέγων αὐτοῖς, Ἄνδρες, θεωρῶ ὅτι μετὰ ὕβρεως καὶ πολλῆς ζημίας οὐ μόνον τοῦ φόρτου καὶ τοῦ πλοίου, ἀλλὰ καὶ τῶν ψυχῶν ἡμῶν μέλλειν ἔσεσθαι τὸν πλοῦν.

10 Dicens eis, Viri, video cum iniuria multóque damno non ſolùm oneris & nauis, ſed etiã "capitum noſtrorum, futuram nauigationem.

10 *Dicens eis, Viri, video quoniã cum iniuria & multo damno nõ ſolùm oneris & nauis, ſed etiam animarum noſtrarũ, incipere eſſe nauigatio.*

Ὁ δὲ ἑκατόνταρχος τῷ κυβερνήτῃ καὶ τῷ ναυκλήρῳ ἐπείθετο μᾶλλον ἢ τοῖς ὑπὸ τοῦ Παύλου λεγομένοις.

11 Centurio autem gubernatori & nauclero potius aſſentiebatur quàm iis quæ à Paulo dicebantur.

11 *Centurio autẽ gubernatori & nauclero magis credebat quã iis quæ à Paulo dicebantur.*

Ἀνευθέτου δὲ τοῦ λιμένος ὑπάρχοντος πρὸς τὸ παραχειμάσαι, οἱ πλείονες ἔθηκαν βουλὴν ἀναχθῆναι ἐκεῖθεν, εἴ πως δύναιντο καταντήσαντες εἰς Φοίνικα παραχειμάσαι, λιμένα τῆς Κρήτης βλέποντα κατὰ Λίβα καὶ κατὰ Χῶρον.

11 Et quum appoſitus portus non eſſet ad hybernãdum, plerique ceperunt conſilium ſoluendi etiam illinc, "experturi ſiquo modo poſſent "Phœnica peruenire & illic hybernare: qui portus eſt Cretæ, ſpectãs ad Africum & Chorum.

11 *Et quum aptus portus non eſſet ad hyemandũ, plurimi ſtatuerunt conſiliũ nauigare inde, ſi quo modo poſſent deuenientes Phœnicen, hyemare: portum Cretæ reſpicentẽ ad Africũ & ad Chorum.*

Ὑποπνεύσαντος δὲ νότου, δόξαντες τῆς προθέσεως κεκρατηκέναι, ἄραντες, ἆσσον παρελέγοντο τὴν Κρήτην.

13 "Quum autem aſpiraſſet Notus viſi ſibi propoſiti cõpotes, "quum ſoluiſſent, propius præterlegebant Cretam.

13 *Aſpirãte autem Austro, æſtimantes propoſitum ſe tenere, quum ſuſtuliſſent de Aſſon, legebãt Cretã.*

10 Capitum noſtrorum, τῶν ψυχῶν ἡμῶν. Vulgata & Eraſmus, Animarum noſtrarum: quem Hebraiſmum alicubi ſeruauimus: hic autem putauimus poſſe nonnullis imperitis errorem obiicere.

11 *Experturi* ſiquo modo, πάντως. De hac eclipſi diximus Mar.10.v.12. Phœnica, Φοίνικα. Vrbem ipſam Ptolemæus ita vocat, portum autem φοινικοῦντα, in Auſtrali Cretæ litore. Addit autem eius ſitum Lucas, non modò vt fidem faciat hiſtoriæ, ſed etiam vt à Phœnice regione diſtinguat. Et quod addit de Africo & Choro, oſtendit inçeruum fuiſſe portum in lunæ ſpeciem, ac proinde ventis non ita peruium.

13 Quum autem aſpiraſſet Notus, ὑποπνεύσαντος δὲ νότου. Id eſt, quum lenitet cœpiſſet ſpirare, ita vt nauis poſſet curſum tenere. Nam alioquin ex Oriente in Occidentẽ cõtendebat. Itaque quum Notus partim puppim, partim ſiniſtrum nauis latus feriret, non ſinebat eos à Cretæ litore diſcedere, ita vt aberrare non poſſent, quum præſertim lenis eſſet Auſter, à quo in ſcopulos non impellerentur. Quum ſoluiſſent, propius præterlegebant Cretam, ἄραντες, ἆσσον παρελέγοντο τὴν Κρήτην. Superiore verſiculo Eraſmus rectè Carrenſem reprehendit, qui pudendo errore ex Choro, id eſt vento qui flat ab Occaſu ſolſtitiali, inſulam facit vel ciuitatem in Creta: ſed haud ſcio an minus pudendus ſit eorum error qui hoc in loco Ἆσσον, quod eſt aduerbium idem declarans atque Propius vel Propinquius, fecerunt vrbis nomen. Et operæpretium etiam eſt hoc loco intelligere quid de hac vrbe quidam ſcripſerint. Nam quia nulla in Creta huius nominis ciuitas apud Geographos inuenitur, confugiendum fuit ad coniecturas. Aſſos, inquiunt, eſt Lyciæ ciuitas in promontorio ſita. Quorſum autem hoc? Nam (vt rectè doctiſſimus Vadianus annotauit) Cretæ litus legebant, non Lyciæ, quam à tergo reliquerant. Sed fœdior etiã in eo eſt error quòd non animaduerſum ſit locũ hunc in Stephano eſſe depraua tum, & pro Ἀσσίας legendum Μαλέας: idque ita eſſe, facilè potuerant ex Strabone colligere, vnde totum illum locum Stephanus deſumpſit. Aſſus igitur Stephani ea ipſa eſt quam Hieronymus rectè collocat in Aſia, & cuius mentio facta eſt ſuprà, 10.c.13: neque ad hunc locum magis poteſt accommodari quàm ſiquis Romam in litore Narbonenſi quæreret. Mauult igitur Eraſmus Lucam ſentire de Aſo oppidulo Cretæ, vnde ſuppiter Aſius dicitur. Atqui Aſum, quam eandem vrbem Strabo (ni fallor) Praſum, & Stephanus Præſum vocat, Plinius diſertè in mediterraneo collocat: hic autem neceſſe eſt vt de maritima ciuitate hoc accipiatur. Labitur etiam in eo Veterum interpres quod ἄραντες Ἆσσον vertit, quum ſuſtuliſſent de Aſſon. Nam (vt hoc omittã, omnino dicendum fuiſſe ἄραντες ἀπὸ τῆς Ἄσσου) qui poterant Aſſo ſoluere qui erant in Pulchro portu? Quid ergo? Certè vel ipſa conſtructio vt ἆσσον pro ἐγγύτερον accipiatur, quo aduerbio non ſemel vtitur Homerus, nempe vt in populari ſermone vſitato, quem in primis apparet ſequutos fuiſſe Euãgeliſtas. Sed & ipſa ratio quam adfert Lucas, id videtur flagitare. Cur enim iſti Auſtralem oram Cretæ ab Oriente Occidentem verſus legentes, ſperant ſe propoſiti compotes aſpirante Noto fu turos? quia nimirum Notus efficiebat vt ipſam Cretæ oram quaſi raderent, vt nullum periculum eſſe videretur ne in altum prouecti, curſum tenere non poſſent. Ideo Lucas non contentus dixiſſe nauim παρελέγοντο τὴν Κρήτην, id eſt ſecundũ litora Cretæ nauigaſſe, addidit etiam ἆσσον, id eſt propius: vt ſignificaret ipſam penè à Cretæ litoribus non diſceſſiſſe, Auſtro videlicet ad oram Cretæ nauim impellente.

Μετ' οὐ πολὺ δὲ ἔβαλε κατ' αὐτῆς ἄνεμος τυφωνικὸς, ὁ καλούμενος εὐρακύλων.

14 Verùm haud multo pòst impegit in eam ventus turbulentus qui vocatur Euroclydon.

14 Non post multum autem misit se contra ipsam uentus Typhonicus qui uocatur Euroaquilo

Συναρπασθέντος δὲ τοῦ πλοίου, καὶ μὴ δυναμένου ἀντοφθαλμεῖν τῷ ἀνέμῳ, ἐπιδόντες ἐφερόμεθα.

15 Quúmque abreptum esset nauigiũ, nec posset obniti vento, dato nauigio flatibus, ferebamur.

15 Quúmque arrepta essent naues. & non posset contrari in uētum, data naue flatibus ferebamur.

Νησίον δέ τι ὑποδραμόντες, καλούμενον Κλαύδην, μόλις ἰσχύσαμεν περιγενέσθαι τῆς σκάφης.

16 Et quum infra paruã quandam insulam quæ Clauda vocatur, cursu delati essemus, vix potuimus scaphæ compotes fieri.

16 In insulã autem quandam decurrentes que uocatur Claudã, potuimus uix obtinere scapham.

Ἣν ἄραντες, βοηθείαις ἐχρῶντο, ὑποζωννύντες τὸ πλοῖον· φοβούμενοί τε μὴ εἰς τὴν Σύρτιν ἐκπέσωσι, χαλάσαντες τὸ σκεῦος, οὕτως ἐφέροντο.

17 Qua subducta, adiumentis vtebãtur, succincta nauitumẽ téque ne in Syrtin inciderent, summissis velis, ita ferebantur.

17 Quæ sublata, adiutoriis utebantur, accingentes nauẽ: & timentes ne in Syrtim incideremq; submisso uase sic ferebantur.

Σφοδρῶς δὲ χειμαζομένων ἡμῶν, τῇ ἐξῆς ἐκβολὴν ἐποιοῦντο·

18 Quum autẽ vehementi tempestate iactaremur, sequenti die iacturam fecerunt:

18 Validè autem nobis tempestate iactatis. sequenti die iactum fecerunt:

Καὶ τῇ τρίτῃ αὐτόχειρες τὴν σκευὴν τοῦ πλοίου ἐρρίψαμεν.

19 Ac tertio die ipsi nostris manibus armamenta nauis abiecimus.

19 Et tertia die suis manibus armamẽta nauis proiecerunt.

Μήτε δὲ ἡλίου, μήτε ἄστρων ἐπιφαινόντων ἐπὶ πλείονας ἡμέρας, χειμῶνός τε οὐκ ὀλίγου ἐπικειμένου, λοιπὸν περιῃρεῖτο πᾶσα ἐλπὶς τοῦ σώζεσθαι ἡμᾶς.

20 Quum autem neque sol neque sidera apparuissent ad cõplures dies, & tẽpestas non parua incumberet, iam ablata erat spes omnis salutis nostræ.

20 Neque autem sole, neq; sideribus apparẽtibus p plures dies, & tempestate non exigua immittẽte, iam ablata erat spes omnis salutis nostræ.

14 In eam, κατ' αὐτῆς. In eã videlicet Cretam, à cuius litoribus propterea abrepta fuit nauis. Turbulentus, τυφωνικὸς. Vel tempestuosus, ac typhonis quodãmodo æmulus. Quid sit autem typhon, copiosè docet author libri de Mũdo & Plinius lib. 10. cap. 48. Sed hoc quidem fieri potuisse miror vt quidam de typhone hic agi putarint, quum typhon non inter ventos, sed inter repentinos flatus numeretur: Lucas autem non meminerit flatus typhonis, sed venti procellosi; cuius etiam edit nomen Εὐροκύδων. quod ipsum vel ex eo colligi poterat quòd Lucas non repentinum quendam turbinem, sed diuturnam tempestatem fuisse dicat, quæ non possunt typhoni conuenire. Euroclydon, Εὐροκύδων. Vetus interpres, Euroaquilo. siue quòd legerit εὐροαύλων (sic enim etiam Aquilam vocat Lucas Ἀκύλαν) siue quòd Euroaquilonem hunc esse, id est ventum ab ortu solstitiali flantem, inde iudicarit quòd ex Cretico litore partim Meridiem partim Occidentem versus impulsa sit nauis, Melitam videlicet quæ inter Africam & Siciliam sita est: quum præsertim timuisse dicantur ne in Syrtin Meridiem versus impellerentur. Itaque mihi non potest hæc coniectura displicere, quum Eurum etiam Riphæum vocet Virgilius, & hybernis tempestatibus optimè conueniat hic ventus. Seruaui tamen id vocabulum quod in omnibus Græcis exemplaribus inueni: ex quo intelligitur ventum hunc Orientalem fuisse, & quidem valde procellosum. Nam Græci fluctuationem κυδασμὸν vocant. Is est ergo quem Hebræi רוח קדים, Latini poetæ aquosum, nubiferum, nigrum, fæuum, tonantem vocant. Horatius, Niger rudentes Eurus inuerso mari Fractósque remos differat. Idem, --vt neque largis Aquosus Eurus arua radat imbribus. Et Silius, --vbi nubifer Eurus Naufragium spargens operit freta. Itaque quanuis Occidentem versus, id est in Italiam, Eurus nauim impelleret: tamen non mirum est in tanta tempestate cursum rectum tenere nũ potuisse, sed modò huc modò illuc arbitrio fluctuum fuisse impulsam. Quòd si etiam fuit hic ventus Euroaquilo, ab Italia certè arcebat: nec mirum est non fuisse nauim Africæ litoribus impactam.

15 Obniti, ἀντοφθαλμεῖν. Id est obuersa prora luctari, quod pulchrè describit Clemens in pædagogo, his verbis, Κυβερνήτης οὐκ ἀεὶ τοῖς οὖσιν ἐπὶ πρῷραν κατὰ μέσον τὸν ὅλον ἀνθίσταται κατιγάδην. Hoc ergo posterius est quod Lucas declarat verbo ἀντοφθαλμεῖν, quasi dicas Aduerso vultu ac opposita fronte intueri.

16 Et quum infrà cursu delati essemus, Καταδραμόντες δέ. Vulg. In insulam decurrentes. Atqui significat Paulus nauim fuisse infra illam paruam insulam vi tempestatis abreptam, relicto videlicet ad dextram & à tergo Phœnicis portu. Nam Clauda magis exposita est ad Occidentale litus Cretæ quàm Phœnix, & quidem Meridiem versus, ita vt in Syrtin rectè ferri viderentur. Hanc autem insulam annotat doctissimus Vadianus à Mela & Plinio Gaudon, à Ptolemæo Claudon dici. Annotant etiam alii quædam exemplaria legere Καύδην Caudam. & Suidas videtur Καυδὼ dicere: adeo corrupta sunt hæc nomina vrbium & locorum, partim vulgi inconstantia, partim scriptorum negligentia, ac in primis quidem librariorum imperitia.

17 Succincta naui, Ὑποζωννύντες τὸ πλοῖον. Id est, funibus vtrinque sub fundum nauis additis, & ita vtraque nauis latera adstringentibus. Scapham autem intra nauim receperunt, ne videlicet ipsi naui allideretur.

Summissis velis, χαλάσαντες τὸ σκεῦος. Σκεῦος appellat vela cum rudentibus & antennis, quæ etiam omnia Galli hodie vocant Le garnir: Latini verò haud scio an vno nomine possint declarare. Ideo vela sumus interpretati. Vulgata, Summisso vase. Erasmus, Demisso vase. Castellio etiam ineptius, Demissa scapha. Sed & noster Lucas suprà 10. v. 11, σκεῦος nomen tribuit τῇ ὁλκάδι.

Πολλῆς δὲ ἀσιτίας ὑπαρχούσης, τότε σταθεὶς ὁ Παῦλος ἐν μέσῳ αὐτῶν, εἶπεν, Ἔδει μὲν, ὦ ἄνδρες, πειθαρχήσαντάς μοι, μὴ ἀνάγεσθαι ἀπὸ τῆς Κρήτης, κερδῆσαί τε τὴν ὕβριν ταύτην καὶ τὴν ζημίαν.

11 Et quum multa iam fuisset inedia, tunc stans Paulus in medio eorum, dixit, Oportebat quidem, ô viri, mihi obediendo non prouehi à Creta, & vitare iniuriam hanc & damnum.

11 Et quum multa iciunatio fuisset, tunc stans Paulus in medio eorũ, dixit, Oportebat quidẽ, ô uiri, audito me, non tollere à Creta, lucrúq; facere uim uriam hanc & iacturam.

Καὶ τανῦν παραινῶ ὑμᾶς εὐθυμεῖν· ἀποβολὴ γὰρ ψυχῆς οὐδεμία ἔσται ἐξ ὑμῶν, πλὴν τοῦ πλοίου.

12 Sed nunc admoneo vt bono animo sitis: iactura enim nulla erit cuiusquam ex vobis, sed tantùm nauis.

12 Et nunc suadeo uobis bono animo esse: amissio enim nullius animæ erit ex uobis, præterquam nauis.

Παρέστη γάρ μοι τῇ νυκτὶ ταύτῃ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ οὗ εἰμι, ᾧ καὶ λατρεύω,

13 Adstitit enim mihi hac nocte Angelus Dei, cuius sum ego, quem etiam colo,

13 Astitit enim mihi hac nocte Angelus Dei cuius sum ego, & cui deseruio,

Λέγων, Μὴ φοβοῦ Παῦλε, Καίσαρί σε δεῖ παραστῆναι· καὶ ἰδοὺ, κεχάρισταί σοι ὁ Θεὸς πάντας τοὺς πλέοντας μετὰ σοῦ.

14 Dicens, Ne metue Paule, oportet te Cæsari sisti: & ecce, cõdonauit tibi Deus omnes qui tecum nauigant.

14 Dicẽs, Ne timeas Paule, Cæsari te oportet assistere: & ecce, donauit tibi Deus omnes qui nauigãt tecum.

Διὸ εὐθυμεῖτε ἄνδρες· πιστεύω γὰρ τῷ Θεῷ ὅτι οὕτως ἔσται καθ' ὃν τρόπον λελάληταί μοι.

15 Propterea bono animo estote viri: credo enim Deo, ita fore quemadmodum loquutus est mihi.

15 Propter quod bono animo estote uiri: credo enim Deo quia sic erit quẽadmodum dictum est mihi.

Εἰς νῆσον δέ τινα δεῖ ἡμᾶς ἐκπεσεῖν.

16 In insulam autem quãdam incidere nos oportet.

16 In insulã autẽ quandã oportet nos deuenire.

Ὡς δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτη νὺξ ἐγένετο διαφερομένων ἡμῶν ἐν τῷ Ἀδρίᾳ, κατὰ μέσον τὸ νυκτὸς ὑπενόουν οἱ ναῦται προσάγειν τινὰ αὐτοῖς χώραν.

17 Cæterùm quũ quartadecima nox aduenisset, & ferremur in Adria, nautæ circa medium noctis suspicati sunt appropinquare sibi aliquam regionem.

17 Sed postquã quartadecima nox supernenit, naugantibus nobis in Adria, circa mediã noctẽ suspicabãtur nautæ appropinquare sibi aliquã regionẽ.

Καὶ βολίσαντες εὗρον ὀργυιὰς εἴκοσι· βραχὺ δὲ διαστήσαντες, καὶ πάλιν βολίσαντες, εὗρον ὀργυιὰς δεκαπέντε.

18 Et demissa bolide inuenerũt passus viginti: & paululum inde progressi, rursum demissa bolide inuenerunt passus quindecim.

18 Quí & submittentes bolidẽ inuenerũt passus uiginti: & pusillũ inde separati, inuenerunt passus quindecim.

Φοβούμενοί τε μή που εἰς τραχεῖς τόπους ἐκπέσωσιν, ἐκ πρύμνης ῥίψαντες ἀγ-

19 Timentésque nequo modo in aspera loca inciderent, iactis è puppi ancho-

19 Timẽtes autẽ ne in aspera loca incideremus, de puppi mittentes ancho-

11 Et vitare, κερδῆσαί τε. Vulgata, Lucrique facere: non inepté. nã qui damnũ vitat, sanè aliquod lucrum facit. sed illud tamen planus est. Erasmus, Nec accersere. Putat enim κερδαίνειν id significare hoc loco, & repetit negantem particulam μή. cui non possum assentiri, nisi quis simili exemplo id confirmet.

17 In Adria, ἐν τῷ Ἀδρίᾳ. Sub. πελάγει, vel κόλπῳ. Latini Adriaticum aut Adrianum mare vel sinum vocant. Adriam etiam poetæ, Græcorum more, ita vt sinum subaudias. Cæterùm quia nonnullos fefellit hoc nomen, adeo quidem vt (quemadmodum infrà dicemus cap. 28. 2) ista de interiore sinu Adriatico explicarint, qui & superum mare dicitur: adscribendam putaui huius descriptionem ex Strabonis libro septimo, quæ maximè visa est huc pertinere. Sic igitur Strabo de Cerauniis Epiri montibus differens, quos Aroceraunios vocat Ptolemæus, Hoc, inquit, principium est oris Ionici sinus & Adriatici. τὸ μὲν οὖν εἶδος κοινὸν ἀμφοῖν ἐστὶ· διὸ φέρουσι δέ τινες, διότι τὸ ἀνώτατον μέρος τῆς θαλάττης ταύτης ἕνεκα τοῦ ἐσχατόν, καλεῖται δὲ καὶ τὸ κατὰ Ἀδρίαν, τὸν αὐτὸν μέχρι τοῦ μυχοῦ, καλοῦσι δὲ καὶ τὸν κατὰ Ἀδρίαν. Ex his autem Strabonis verbis apparet Adriaticum sinum propriè dici mare quod à Ceraunijs montibus intus, Venetias vsque penetrat: quod autem Epirum & subiectas partes alluit, Ionium quidem propriè vocari: sed iam tum tamen Strabonis ætate (qui in Tiberij Cæsaris tẽpora incidit) totum illum maris tractum Adriaticum dici consueuisse. Straboni assentitur Ptolemæus, qui Antonini temporibus dicitur vixisse, vt qui Orientale Siciliæ litus Adriatico pelago (id est hoc ipso quo iactabatur Paulus, quum in Melitam eiectus est) allui scribat, μικρὸν ἀφιεὶς ὑπερκύπτοντος libro tertio. Appropinquare sibi, προσάγειν αὐτοῖς. Vulgata & Erasmus, Apparere sibi: sensu quidem rectè expresso, sed ita vt elegans istud dicendi genus non percipiatur. Nam quia nauigantibus litora moueri videntur, idcirco maluit Lucas dicere προσάγειν αὐτοῖς τινὰ χώραν, accedere ad se regionem aliquam, quùm προσπλεῖν αὐτοῖς τινὶ χώρᾳ, se ad regionem aliquam accedere. Sic Virgilius lib. Æneid. 3, Prouehimur portu, terræque vrbésque recedunt.

18 Demissa bolide, βολίσαντες. Bolida Græci vocant nauticum perpendiculum quo altitudinem maris explorant, ne vadis illidantur. Herodotus καταμετρήσεις vocat. Nostri nautæ plumbum appellant, & pro βολίζειν dicunt sonder, id est fundum explorare. Latini (quod sciam) altero vocabulo non explicant. Passus, ὀργυιά. Sic rectè Vetus interpres. Nam passus Latinis, à pãdendo, dicitur mensura quam Græci ὀργυιὰν, πρὸς τὴν ὄρεξιν, vocant: quantum videlicet spatium expansis brachiis comprehenditur ab extremo medii digiti ad alterum extremũ, medio pectore interiecto. quod interuallũ Latini quinq; Romanis pedib⁹, Græci sex suis pedib⁹, id est Romanis sex & quarta præterea pedis parte, definiũt. Galli vocãt vne brassée. Malè igitur põnulli Vlnã interpretãtur.

χύρας τέσσαρας, ηὔχοντο ἡμέραν γενέσθαι.

30 Τῶν δὲ ναυτῶν ζητούντων φυγεῖν ἐκ τοῦ πλοίου, καὶ χαλασάντων τὴν σκάφην εἰς τὴν θάλασσαν, προφάσει ὡς ἐκ πρῴρης μελλόντων ἀγκύρας ἐκτείνειν,

31 Εἶπεν ὁ Παῦλος τῷ ἑκατοντάρχῃ καὶ τοῖς στρατιώταις, ἐὰν μὴ οὗτοι μείνωσιν ἐν τῷ πλοίῳ, ὑμεῖς σωθῆναι οὐ δύνασθε.

32 Τότε οἱ στρατιῶται ἀπέκοψαν τὰ σχοινία τῆς σκάφης, καὶ εἴασαν αὐτὴν ἐκπεσεῖν.

33 Ἄχρι δὲ οὗ ἔμελλεν ἡμέρα γίνεσθαι, παρεκάλει ὁ Παῦλος ἅπαντας μεταλαβεῖν τροφῆς, λέγων, Τεσσαρεσκαιδεκάτην σήμερον ἡμέραν προσδοκῶντες, ἄσιτοι διατελεῖτε, μηδὲν προσλαβόμενοι.

34 Διὸ παρακαλῶ ὑμᾶς προσλαβεῖν τροφῆς· τοῦτο γὰρ πρὸς τῆς ὑμετέρας σωτηρίας ὑπάρχει. οὐδενὸς γὰρ ὑμῶν θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς πεσεῖται.

35 Εἰπὼν δὲ ταῦτα, καὶ λαβὼν ἄρτον, εὐχαρίστησε τῷ Θεῷ ἐνώπιον πάντων, καὶ κλάσας ἤρξατο ἐσθίειν.

36 Εὔθυμοι δὲ γενόμενοι πάντες, καὶ αὐτοὶ προσελάβοντο τροφῆς.

37 Ἤμεθα δὲ ἐν τῷ πλοίῳ αἱ πᾶσαι ψυχαὶ διακόσιαι ἑβδομήκοντα ἕξ.

38 Κορεσθέντες δὲ τροφῆς, ἐκούφιζον τὸ πλοῖον, ἐκβαλλόμενοι τὸν σῖτον εἰς τὴν θάλασσαν.

39 Ὅτε δὲ ἡμέρα ἐγένετο, τὴν γῆν οὐκ ἐπεγίνωσκον· κόλπον δέ τινα κατενόουν ἔχοντα αἰγιαλόν, εἰς ὃν ἐβουλεύσαντο, εἰ δύναιντο, ἐξῶσαι τὸ πλοῖον.

40 Καὶ τὰς ἀγκύρας περιελόντες εἴων εἰς τὴν θάλασσαν, ἅμα ἀνέντες τοὺς ζευκτηρίας τῶν πηδαλίων· καὶ ἐπάραντες τὸν ἀρτέμονα τῇ πνεούσῃ, κατεῖχον εἰς τὸν αἰγιαλόν.

rís quatuor, optabant diem oriri.

30 Nautis verò ſtudentibus fugere è naui, demiſſa ſcapha in mare, ſub obtentu velut è prora anchoras extenſuri,

31 Dixit Paulus Centurioni & militibus, Niſi iſti in naui manſerint, vos ſeruari non poteſtis.

32 Tunc abſciderunt milites funes ſcaphæ, & ſiuerunt eam excidere.

33 Interim autem dum oriretur dies, hortabatur Paulus omnes vt caperent cibum, dicens, Dies hic eſt decimusquartus ex quo expectantes, ieiuni permanetis, nihil cibi ſumentes:

34 Ideo vos hortor vt ſumatis cibum: hoc enim ad ſalutem veſtram ſpectat. nullius enim veſtrum capillus ex capite cadet.

35 Et quum hæc dixiſſet, acceptо pane gratias egit Deo in conſpectu omnium: & quum fregiſſet, cœpit edere.

36 Omnes verò quum iam bono animo facti eſſent, ſumpſerunt & ipſi cibum.

37 Eramus autem vniuerſa capita in nauigio, ducẽta ſeptua gintaſex.

38 Cæterùm ſatiati cibo, alleuabant nauim, proiicientes frumentum in mare.

39 Qua autem dies ortus eſſet, terram non agnoſcebãt: ſinum verò quendam animaduerterunt habentem littus, in quem conſiliuni ceperant ſi poſſent expellere nauim.

40 Igitur anchoris ſublatis, permiſerunt eam mari, ſimul laxatis vinculis gubernaculorũ: & ſublato artemone ad auræ flatum, tendebant ad littus.

30 Nautis verò quærentibus fugere de naui, quum miſiſſent ſcapham in mare, ſub obtentu quaſi ex proræ anchoras extendere,

31 Dixit Paulus Centurioni & militibus, Niſi hi in naui manſerint, vos ſalui fieri non poteſtis.

32 Tunc abſciderunt milites funes ſcaphæ, & paſſi ſunt eã excidere.

33 Et quum lux inciperet fieri, rogabat Paulus omnes ſumere cibum, dicens, Quartadecima die hodie expectantes, ieiuni permanetis, nihil accipiẽtes:

34 Propter quod rogo vos accipere cibum pro ſalute veſtra: quia nullius veſtrum capillus de capite peribit.

35 Et quum hæc dixiſſet, ſumens panẽ gratias egit Deo in conſpectu omnium: & quũ fregiſſet, cœpit manducare.

36 Animæquiores autem facti omnes, & ipſi ſumpſerunt cibum.

37 Eramus verò vniuerſæ animæ in naui ducentæ ſeptuagintaſex.

38 Et ſatiati cibo alleuiabant nauem, iactantes triticum in mare.

39 Quũ autem dies fieret, terram non agnoſcebant: ſinum verò quẽdã conſiderabant habentem littus, in quẽ cogitabãt, ſi poſſent, ejicere nauem.

40 Et quũ anchoras ſuſtuliſſent, committebant ſe mari, ſimul laxantes illigaturas gubernaculorum: et leuato artemone ſecundum auræ flatum, tendebant ad littus.

30 Demiſſa ſcapha, χαλασάντων τὴν σκάφην. Recte. nam antea è mari in nauim ſubduxerant, ſuprà, ver. 17.

33 Interim dum, ἄχρι οὗ. Sic accipitur ἕως οὗ Matth. 5. v. 25. Ieiuni, ἄσιτοι. Hyperbolica loquutio, cuiuſmodi ſolent plurimas vulgò vſurpare.

34 Capillus ex capite cadet, θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς πεσεῖται. Hebraicum prouerbium, vt 1. Reg. 14. 45. quo ſignificatur, prorſus ſaluos & integros ipſos fore.

40 Laxatis iũcturis, ἀνέντες τοὺς ζευκτηρίας. Adſtrixerãt ergo gubernacula, vt forti' reſiſterẽt maris impetui.

Περιπεσόντες δὲ εἰς τόπον διθάλασσον, ἐπώκειλαν τὴν ναῦν· καὶ ἡ μὲν πρῷρα ἐρείσασα ἔμεινεν ἀσάλευτος, ἡ δὲ πρύμνα ἐλύετο ὑπὸ τῆς βίας τῶν κυμάτων.

41 Sed quum incidiſſent in locum bimarem, illiſerunt nauem: ac prora quidem infixa manebat immobilis, puppis verò ſoluebatur præ vndarũ violentia.

41 Et quum incidiſſemus in locum dubalaſſum, impegerunt nauem: & prora quidem fixa manebat immobilis: puppis verò ſoluebatur à ui maris.

Τῶν δὲ στρατιωτῶν βουλὴ ἐγένετο ἵνα τοὺς δεσμώτας ἀποκτείνωσι, μήτις ἐκκολυμβήσας διαφύγοι.

42 Militum autem conſilium erat vt vinctos trucidarent, nequis quum enataſſet, effugeret.

42 Militum autem conſilium fuit vt cuſtodias occiderent, neques quum enataſſet, effugeret.

Ὁ δὲ ἑκατόνταρχος βουλόμενος διασῶσαι τὸν Παῦλον, ἐκώλυσεν αὐτοὺς τοῦ βουλήματος, ἐκέλευσέ τε τοὺς δυναμένους κολυμβᾶν, ἀπορρίψαντας πρώτους ἐπὶ τὴν γῆν ἐξιέναι·

43 At Centurio volens ſeruare Paulum, prohibuit eos ab hoc conſilio: iuſſitque vt qui poſſent natare, abiicerẽt ſe primos, & in terram euaderent:

43 Centurio autem volens ſeruare Paulum, prohibuit fieri: iuſſitque eos q poſſent natare, emittere primos, & euadere, & ad terram exire.

Καὶ τοὺς λοιποὺς, οὓς μὲν ἐπὶ σανίσιν, οὓς δὲ ἐπί τινων τῶν ἀπὸ τοῦ πλοίου. καὶ οὕτως ἐγένετο πάντας διασωθῆναι ἐπὶ τὴν γῆν.

44 Reliqui verò partim in tabulis, partim quibuſdam nauis *fragmentis*: & ita factum eſt vt omnes ſalui euaderent in terram.

44 Et cæteros, alios in tabulu ferebant, quoſdam ſuper ea quæ de naui erant. & ſic factum eſt ut omnes animæ euaderent ad terram.

Κεφάλαιον κη΄

CAP. XXVIII.

CAP. XXVIII.

ΚΑΙ διασωθέντες, τότε ἐπέγνωσαν 1 ὅτι Μελίτη ἡ νῆσος καλεῖται.

1 ET quũ ſalui euaſiſſent, tunc agnouerunt inſulam vocari Melitam.

1 ET quum euaſiſſemus, tũc cognouimus quod Melita inſula nocabatur.

Οἱ δὲ βάρβαροι παρεῖχον οὐ τὴν τυχοῦσαν φιλανθρωπίαν ἡμῖν· ἀνάψαντες γὰρ πυρὰν προσελάβοντο πάντας ἡμᾶς, διὰ τὸν ὑετὸν τὸν ἐφεστῶτα, καὶ διὰ τὸ ψῦχος.

2 Barbari verò præſtabant nobis non vulgarem humanitatem. accenſa enim pyra acceperũt nos ones, propter imbrẽ qui vrgebat, & propter frigus.

2 Barbari verò præſtabant non modicam humanitatem nobis. Accenſa enim pyra reficiebant nos omnes, propter imbrem qui imminebat, & frigus.

Συστρέψαντος δὲ τοῦ Παύλου φρυγάνων πλῆθος, καὶ ἐπιθέντος ἐπὶ τὴν πυράν, ἔχιδνα ἐκ τῆς θέρμης ἐξελθοῦσα κατέσχε τῆς χειρὸς αὐτοῦ.

3 Quum igitur congregaſſet Paulus nonnihil ſarmẽtorum, & impoſuiſſet in pyram, vipera è calore prorepens inuaſit eius manum.

3 Quũ cõgregaſſet autem Paul⁹ ſarmẽtorũ aliquãtã multitudinẽ, & impoſuiſſet ſupignẽ, uiperad calore quũ proaſſiſſet, inuaſit manum eius.

Ὡς δὲ εἶδον οἱ βάρβαροι κρεμάμενον τὸ θηρίον ἐκ τῆς χειρὸς αὐτοῦ,

4 Vt verò barbari viderunt pẽdentem beſtiam è manu eius,

4 Vt uerò uiderunt barbari pendentem beſtiam de manu eius,

41 Bimarem, διθάλασσον. Sic vocatur iſthmus, quòd vtrinque mari alluatur. Vulgò vocant *une langue de terre entre deux mers*.

IN CAPVT XXVIII.

1 Melitã, Μελίτη. Ridiculus eſt Carrenſis, qui Miletum putat legi poſſe, vrbis inſignis nomen in Caria ſitæ, cuius mentio facta eſt ſuprà, cap. 20. c. 15. In quibuſdam Vulgatæ editionis codicibus pro Melita legitur Mitylene, quæ vrbs eſt celeberrima Leſbi inſulæ, à qua & ipſa inſula idem nomen eſt ſortita, ſed in Ægæo mari poſita erẽgione Aſſi & Adramyttii. Eſt igitur hic error ab Eraſmo rectè emendatus, qui tamẽ haud ſatis ſcio an eius erroris originem cognouerit. Sciendum eſt igitur duas eſſe Melitas inſulas, vnam inter Aſricam & Siciliam quæ hodie Malta dicitur, & ab illis cruciferis equitibus obtinetur quos patrũ memoria Rhodios vocabant: alterã in Adriatico mari Corcyræ vicinam, vt diſertè ſcribit Plinius lib. 4. cap. 16. & Stephanus quoque ex Callimacho, (opinor) quem authorem laudat Plinius. Illam verò Ptolemæus Melitam, hanc Melitinem appellat. Itaque quum ſuperiore capite dixerit Lucas iactatam fuiſſe nauem in Adriatico mari, & protinus in Melitam expulſam, quidam potius de Adriatici quàm de Siculi maris Melita hic agi exiſtimarunt: ideóque ad marginem annotarunt Melitines nomen. Id verò quid eſſet indoctus aliquis ignorans, ex Melitine, non ita celebri nomine, Mitylenen fecit. Cæterùm de Africani litoris Melita hic agi ſatis liquet ex eo quòd in hoc eodẽ cap. Lucas ex Melita Paulũ deducit Syracuſas, & inde Rhegiũ intra Siculi freti anguſtias. Nã ſi in alteram illam Melitam ſeu Melitinen appuliſſet, rectà inde Brunduſium cõtendiſſet, vnde ſoluere ſolebãt qui ex Italia in aduerſum Macedoniæ aut Epiri litus nauigabãtur certè rectà Rhegium Siciliæ litoribus relictis contendiſſent, quum tranquillo mari & ſecundo vento vterentur. Quod autem ad Adriaticum mare attinet, latius patere ipſius nomen oſtendimus ex Strabone ſuprà, 17. c. 17. Supereſt vt hoc quoq; πολυγλώσσῳ admoneam. Plinium & Stephanum apertè in eo diſſentire à Strabone, quòd illi ab Adriatici maris, iſte à Siculi maris Melita canes Melitæos cognominatos tradit, manifeſto vel illorum vel iſtius errore.

4 Beſtiam, τὸ θηρίον. Hoc vocabulum latè patere diximus Mar. 1. b. 9. Sic videtur vti beſtiæ vocabulo

Cicero 5. Tuſc. Alias, inquit, beſtias nantes, aquarũ incolas eſſe voluit, aliàs volucres cælo frui libero, ſerpentes quaſdam eſſe gradientes.

ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους, Πάντως φονεύς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος οὗτος, ὃν διασωθέντα ἐκ τῆς θαλάσσης ἡ δίκη ζῆν οὐκ εἴασεν.

alii aliis dicebant, Omnino homicida eſt homo iſte, quẽ ſeruatum è mari vltio non ſiuit viuere.

ad inuicem dicebãt, Vtiq; homicida eſt homo hic, qui quum euaſerit de mari, vltio non ſinit eum uiuere.

Ὁ μὲν οὖν ἀποτινάξας τὸ θηρίον εἰς τὸ πῦρ, ἔπαθεν οὐδὲν κακόν.

5 At ille excuſſa beſtia in ignẽ, nihil mali paſſus eſt.

5 Et ille quidem excuſſis beſtiam ignẽ, nihil mali paſſus eſt.

Οἱ δὲ προσεδόκων αὐτὸν μέλλειν πίμπρασθαι, ἢ καταπίπτειν ἄφνω νεκρόν. Ἐπὶ πολὺ δὲ αὐτῶν προσδοκώντων, καὶ θεωρούντων μηδὲν ἄτοπον εἰς αὐτὸν γινόμενον, μεταβαλλόμενοι ἔλεγον θεὸν αὐτὸν εἶναι.

6 Illi verò expectabant dũ intumeſceret, aut concideret repentè mortuus: ſed quum multum *tempus* expectaſſent, & viderent nihil incommodi illi cõtingere, mutati, dicebant eum eſſe Deum.

6 At illi exiſtimabãt eũ intumeſcẽ conuerendũ, aut ſubitò caſurũ & moriturum. Diu autem illis expectãtibus, & uidentibus nihil mali in eo fieri, conuertentes ſe, dicebant eũ eſſe Deum.

Ἐν δὲ τοῖς περὶ τὸν τόπον ἐκείνον ὑπῆρχε χωρία τοῦ πρώτου τῆς νήσου, ὀνόματι Ποπλίου, ὃς ἀναδεξάμενος ἡμᾶς τρεῖς ἡμέρας φιλοφρόνως ἐξένισεν.

7 Cæterùm circa locum illũ erãt prædia *cuidam* primario in inſula, nomine Publio, qui nos exceptos, triduò peramicè in hoſpitio habuit.

7 In locis autẽ illis erant prædia principis inſulæ, nomine Publij, qui nos ſuſcepit, triduò benignè exhibuit.

Ἐγένετο δὲ τὸν πατέρα τοῦ Ποπλίου πυρετοῖς καὶ δυσεντερίᾳ συνεχόμενον κατακεῖσθαι· πρὸς ὃν ὁ Παῦλος εἰσελθών, καὶ προσευξάμενος, ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας αὐτῷ, ἰάσατο αὐτόν.

8 Factum eſt autem vt pater Publii febribus ac dyſenteria detẽtus, decumberet: ad quem Paulus ingreſſus, quum precatus eſſet, impoſitis ei manibus ſanauit eum.

8 Cõtigit autẽ patrẽ Publij febrib' & dyſenteria uexatũ iacere: ad quem Paulus intrauit, & quũ oraſſet, & impoſuiſſet ei manus, ſanauit eum.

Τούτου οὖν γενομένου, καὶ οἱ λοιποὶ οἱ ἔχοντες ἀσθενείας ἐν τῇ νήσῳ, προσήρχοντο, καὶ ἐθεραπεύοντο.

9 Hoc igitur facto, reliqui etiã qui morbis tenebãtur in inſula, accedebant, & ſanabantur.

9 Quo facto, & omnes q in inſula habebant infirmitates, accedebãt, & curabantur.

Οἳ καὶ πολλαῖς τιμαῖς ἐτίμησαν ἡμᾶς, καὶ ἀναγομένοις ἐπέθεντο τὰ πρὸς τὴν χρείαν.

10 Qui etiam multis honoribꝰ nos honorarunt, & quum proueheremur impoſuerunt quæ vſui *nobis* erant.

10 Qui etiã multis honoribꝰ nos honorauerũt, & nauigantibus impoſuerunt quæ neceſſaria erant.

Μετὰ δὲ τρεῖς μῆνας ἀνήχθημεν ἐν πλοίῳ, παρακεχειμακότι ἐν τῇ νήσῳ, Ἀλεξανδρίνῳ, παρασήμῳ Διοσκούροις.

11 Tribꝰ itaq; poſt mẽſibꝰ deuecti ſumus in naui Alexãdrina, quæ in inſula hyemauerat, cui erat inſigne Caſtor & Pollux.

11 Et poſt mẽſes tres nauigauimus in naui Alexãdrina, quæ in inſula hyemauerat, cui erat inſigne Caſtorum.

Καὶ κατενεχθέντες εἰς Συρακούσας, ἐπεμείναμεν ἡμέρας τρεῖς.

12 Et deuecti Syracuſas, *illic* mãſimus triduum.

12 Et quũ uenirẽmus Syracuſã, mãſimus ibi triduõ.

Ὅθεν περιελθόντες κατηντήσαμεν εἰς Ῥήγιον· καὶ μετὰ μίαν ἡμέραν ἐπιγενομένου νότου, δευτεραῖοι ἤλθομεν εἰς Ποτίολους.

13 Vnde circũlegẽtes deuenimꝰ Rhegiũ: & altero poſt die quũ ſuperueniſſet Auſter, ſecundo die venimus Puteolos.

13 Inde circumlegentes deuenimus Rhegium: & poſt unũ diem flante Auſtro, ſecunda die uenimus Puteolos.

Οὗ εὑρόντες ἀδελφοὺς, παρεκλήθημεν ἐπ' αὐτοῖς ἐπιμεῖναι ἡμέρας ἑπτά. καὶ οὕτως εἰς τὴν Ῥώμην ἤλθομεν.

14 Vbi repertis fratribus, rogati ſumus manere apud eos dies ſeptem. & ita contẽdimus Romam.

14 Vbi inuentis fratribus, rogati ſumus manere apud eos dies ſeptẽ. & ſic uenimus Romam.

Vltio, δίκη. Vel ius & fas: id denique quod Nemeſin Græci vocant. Non ſiuit, οὐκ εἴασεν. Vulg. & Eraſ. Non ſinit. Eſt autem ſeruanda præteriti temporis ſignificatio, quæ iſtos indicat non magis dubitaſſe de Pauli exitio quàm ſi iam euenſſet.

6 Intumeſceret, πίμπρασθαι. Quũ iſtud verbũ tã incẽdi q̃ intumeſcere ſignificet, hoc ſecundũ prætuli: quia Dioſc. lib. 6. cap. 38, viperæ morſum totius corporis tumorẽ gignere ſcribit: quod idẽ teſtatur Actuarius & Nicãder in Alexipharmacis, vbi de bupreſtide loquẽs, hoc idẽ verbũ bis vſurpat. Nihil incõmodi, μηδὲν ἄτοπον. Alibi ἄτοπον vocat Lucas quicquid præter officium factum eſt, vt prioris lib. cap. 25. f. 41. Hic autẽ declarat illud ipſum quod ſimili prorſus ratione in vernaculo ſermone vocamus uncommun.

8 Detẽtus, συνεχόμενον. Vulg. & Eraſ. Vexatus. Vide Mat. 4. d. 24. 11 Inſigne, παρασήμῳ. Sic ſolebãt ornare nauiũ proras, à quibus ſignis ipſæ quoque naues denominabãtur, vnde Virgilius Centauro inuehitur magna.

14 Apud eos, παρ' αὐτοῖς. In duobus codicibus ſcriptum inuenimus παρ' αὐτοῖς, & quidem rectius, vt opinor.

Sed & vnum exemplar poſt παρεκαλοῦμεν addit οὐ μακρεὰν. Et ita, καὶ οὕτως. Vide Iohan. 4. 2. 6. Cõtendimus, ἤλθομεν Id eſt, dedimus nos in viam. Vulgata & Eraſmus, Venimus. Atqui τὸ ἔρχεσθαι hoc loco nihil aliud declarat quàm τὸ ἰέναι καὶ πορεύεσθαι, vt in illo Homeri ἔρχεσθον κιόντες, Iliados α. quo modo etiam accipitur Iohan. 6. b. 17. Id verò non obſeruarum, in cauſa fuit cur nonnulli Appii forum, cuius fit mentio proximo verſiculo, in ipſa vrbe collocarint: quum (vt rectè obſeruat Eraſmus) longius abſit Roma quàm Aritia, vt liquet vel ex hoc Horatii verſiculo, Digreſſum magna me accepit Aritia Roma Hoſpitio modico: rhetor comes Heliodorus, Græcorum longè doctiſsimus. inde forum Appi.

Καὶ ἐκεῖθεν οἱ ἀδελφοὶ ἀκούσαντες τὰ περὶ ἡμῶν ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν ἡμῖν ἄχρις Ἀππίου φόρου καὶ Τριῶν Ταβερνῶν· οὓς ἰδὼν ὁ Παῦλος, τῷ θεῷ εὐχαριστήσας τὸν Θεῷ, ἔλαβε θάρσος.

15 Vnde quum audiſſent fratres de rebus noſtris, prodierũt nobis in occurſum vſque ad Appii forum & Tres tabernas: quos quum vidiſſet Paulus, gratiis actis Deo, ſumpſit fiduciam.

15 Et inde quum audiſſent fratres, occurrerunt nobis uſque ad Appij forũ ac Tres-tabernas: quos quũ uidiſſet Paulus, gratias agens Deo, acceptit fiduciam.

Ὅτε δὲ ἤλθομεν εἰς Ῥώμην, ὁ ἑκατόνταρχος παρέδωκε τοὺς δεσμίους τῷ στρατοπεδάρχῃ· τῷ δὲ Παύλῳ ἐπετράπη μένειν καθ' ἑαυτὸν, σὺν τῷ φυλάσσοντι αὐτὸν στρατιώτῃ.

16 Quum autẽ veniſſemus Romam, Centurio tradidit vinctos præfecto exercituum: ſed permiſſum eſt Paulo vt habitaret ſeorſim, cum milite qui ipſum cuſtodiret.

16 Quum autem uenissemus Romam, permissum eſt Paulo manere sibimet cum custodiente se milite.

Ἐγένετο δὲ μετὰ ἡμέρας τρεῖς συγκαλέσασθαι τὸν Παῦλον τοὺς ὄντας τῶν Ἰουδαίων πρώτους· συνελθόντων δὲ αὐτῶν, ἔλεγε πρὸς αὐτούς, Ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἐγὼ οὐδὲν ἐναντίον ποιήσας τῷ λαῷ ἢ τοῖς ἔθεσι τοῖς πατρῴοις, δέσμιος ἐξ Ἱεροσολύμων παρεδόθην εἰς τὰς χεῖρας τῶν Ῥωμαίων.

17 Factum eſt autem vt tertio poſt die conuocaret Paulus Iudæorum primos: qui vbi cõueniſſent, dixit eis, Ego, viri fratres, quũ nihil fecerim aduerſus populum aut ritus patrios, vinctus traditus ſum Hieroſolymis in manus Romanorũ.

17 Poſt tertiũ autem diem cõuocauit primos Iudæorum: quũmque conueniſſent, dicebat eis, Ego, uiri fratres, nihil aduerſus plebem faciens, aut morẽ paternam, uinctus ab Ieroſolymis traditus ſum in manus Romanorum.

Οἵτινες ἀνακρίναντές με ἐβούλοντο ἀπολῦσαι, διὰ τὸ μηδεμίαν αἰτίαν θανάτου ὑπάρχειν ἐν ἐμοί.

18 Qui quæſtione de me habita, volebãt me dimittere, quòd nullum ſit in me crimen capitale.

18 Qui quũ interrogationẽ de me habuiſſent, uoluerũt me dimittere, eo quòd nulla eſſet cauſa mortis in me.

Ἀντιλεγόντων δὲ τῶν Ἰουδαίων, ἠναγκάσθην ἐπικαλέσασθαι Καίσαρα· οὐχ ὡς τοῦ ἔθνους μου ἔχων τι κατηγορῆσαι.

19 Sed cõtradicentibus Iudæis, coactus ſum appellare Cæſarẽ: non tamen quaſi habeã de quo gentem meam accuſem.

19 Cõtradicẽtibus autẽ Iudæis, coactus ſum appellare Cæſarẽ: nõ quaſi gentem meã habẽs aliqd accuſare.

Διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν, παρεκάλεσα ὑμᾶς ἰδεῖν καὶ προσλαλῆσαι· ἕνεκεν γὰρ τῆς ἐλπίδος τοῦ Ἰσραὴλ τὴν ἅλυσιν ταύτην περίκειμαι.

20 Ob hanc igitur cauſam vos aduocaui, quos viderem & alloquerer. nam propter ſpem Iſraelis circundatus ſum hac catena.

20 Propter hanc igitur cauſam rogaui uos uidere et alloqui. propter ſpẽ enim Iſrael catena hac circundatus ſum.

Οἱ δὲ πρὸς αὐτὸν εἶπον, Ἡμεῖς οὔτε γράμματα περὶ σοῦ ἐδεξάμεθα ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας· οὔτε παραγενόμενός τις τῶν ἀδελφῶν ἀπήγγειλεν ἢ ἐλάλησέ τι περὶ σοῦ πονηρόν.

21 At illi dixerunt ad eum, Nos neque literas accepimus de te ex Iudæa: neque aduenies quiſquam fratrum annuntiauit aut loquutus eſt aliquid de te malum.

21 At illi dixerunt ad eum, Nos neque literas accepimus de te à Iudæa: neque aduenies aliquis fratrum nuntiauit, aut loquutus eſt quid de te malum.

Ἀξιοῦμεν δὲ παρὰ σοῦ ἀκοῦσαι ἃ φρονεῖς· περὶ μὲν γὰρ τῆς αἱρέσεως ταύτης γνωστὸν ἡμῖν ἐστὶν ὅτι πανταχοῦ ἀντιλέγεται.

22 Velimus autem ex te audire quæ ſentias. nã de ſecta iſta notum eſt nobis vbique ei cõtradici.

22 Rogamus autẽ à te audire quæ ſentis. nã de ſecta hac notum eſt nobis quia ubique ei contradicitur.

15 Et Tres tabernas, καὶ τριῶν Ταβερνῶν. Hic quoque locus in Appia via fitus eſt, & eius meminit Cicero in epiſtolis ad Atticum.

16 Præfecto exercituũ, στρατοπεδάρχῃ. Id eſt præfecto prætorio, vt Latini vocant. Seorſim, καθ' ἑαυτόν. Id eſt, Non in publica cuſtodia, ſed in priuato hoſpitio, quod ſibi videlicet cõduxerat. Vulg. barbarè, Sibimet. Eraſmus, Solus, nec rectè, nec perſpicuè. Eſt autẽ Hebraiſmus in verbo μένειν pro habitare ſeu degere.

17 Hieroſolymis, ἐξ Ἱεροσολύμων. Id eſt, Hieroſolymis abducendus.

19 Non tamen quaſi, οὐχ ὡς. Huiuſmodi eclipſin particulæ THMEN annotauimus Mat. 2. v. 6. Eſt autẽ hoc additum à Paulo ne putarent Iudæi ipſum conſtituiſſe criminari gentem ſuam apud Cæſarem, quũ hoc vnum potius ageret vt nullo hoſtium incommodo cauſam Chriſti & innocentiam ſuam tueretur.

20 Hac catena, τῇ ἁλύσει ταύτῃ. Sic ergo libet erat, vt tamen captiuitatis ſigna, id eſt cõpedes, circũferret;

Ταξάμενοι δὲ αὐτῷ ἡμέραν, ἦλθον πρὸς αὐτὸν εἰς τὴν ξενίαν πλείονες, οἷς ἐξετίθετο διαμαρτυρόμενος τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, πείθων τε αὐτοὺς τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ ἀπό τε τοῦ νόμου Μωσέως καὶ τῶν προφητῶν, ἀπὸ πρωὶ ἕως ἑσπέρας.

23 Quum igitur constituissent ei diem, venerunt ad eum in hospitium complures, quibus cum testificatione exponebat regnum Dei, studens eis persuadere quæ de Iesu Christo sunt, ex Lege Mosis & Prophetis, à mane vsque ad vesperam.

23 Quum constituissent autem illi diem, venerũt ad eum in hospitium plures, quibus exponebat testificans regnum Dei, suadénsque eis de Iesu ex Lege Moysi & Prophetis, à mane usque ad vesperam.

Καὶ οἱ μὲν ἐπείθοντο τοῖς λεγομένοις, οἱ δὲ ἠπίστουν.

24 Et alii quidé assentiebantur iis quæ dicebantur, quidam verò non credebant.

24 Et quidam credebant iis quæ dicebantur, quidã verò non credebant.

Ασύμφωνοι δὲ ὄντες πρὸς ἀλλήλους, ἀπελύοντο, εἰπόντος τοῦ Παύλου ῥῆμα ἕν, ὅτι καλῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐλάλησι διὰ Ησαΐου τοῦ προφήτου πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν,

25 Quum autem inter se discordes essent, discesserunt, quũ Paulus hoc verbum dixisset, Rectè sanè Spiritus sanctus loquutus est per Esaiam Prophetam patribus nostris,

25 Quúmque mutuò nõs sentes cõsentientes, discedebant, dicente Paulo unũ verbum, Quia bene Spiritus sanctus loquutus est p Esaiam Prophetam ad patres nostros,

Λέγων, Πορεύθητι πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ εἰπέ, Ακοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε· καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε.

Esa.6.c.9 matth.13.b.14 mar.4.b.12 luc.8.b.10 iohan.12.f.40 rom.11.a.8

26 Dicens, Vade ad populum istum, & dic, Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non cernetis.

26 Dicens, Vade ad populũ istum, & dic ad eos, Aure audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non perspicietis.

Επαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶ βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν· μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκούσωσι, καὶ τῇ καρδίᾳ συνῶσι, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς.

27 Pinguefactum enim est cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculis suis cõniuerunt: ne cernant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanè eos.

27 Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos compresserunt: ne forte videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos.

Γνωστὸν οὖν ἔστω ὑμῖν ὅτι τοῖς ἔθνεσιν ἀπεστάλη τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ, αὐτοὶ καὶ ἀκούσονται.

28 Notum ergo sit vobis, missam esse Gentibus hanc Dei salutem, & ipsos audituros.

28 Notum ergo sit vobis quoniam Gẽtibus missum est hoc salutare Dei, & ipsi audient.

Καὶ ταῦτα αὐτοῦ εἰπόντος, ἀπῆλθον οἱ Ιουδαῖοι, πολλὴν ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς συζήτησιν.

29 Quũ ergo hæc dixisset, exiérunt Iudæi, multam habentes inter se disceptationem.

29 Et quum hæc dixisset, exierũt ab eo Iudæi, multam habẽtes inter se quæstionem.

Εμεινε δὲ ὁ Παῦλος διετίαν ὅλην ἐν ἰδίῳ μισθώματι· καὶ ἀπεδέχετο πάντας τοὺς εἰσπορευομένους πρὸς αὐτόν·

30 Manſit autem Paulus biennium totum in proprio conducto: & excipiebat omnes qui ad ipsum ingrediebantur:

30 Mansit autem biennio toto in suo cõductu, & suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum:

Κηρύσσων τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ διδάσκων τὰ περὶ τοῦ Κυρίου Ιησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάσης παῤῥησίας ἀκωλύτως.

31 Prædicans regnum Dei, ac docens quæ sunt de Domino Iesu Christo cum omni libertate, nemine prohibente.

31 Prædicans regnum Dei, & docens quæ sunt de Domino Iesu Christo, cum omni fiducia, sine prohibitione.

23 Cum testificatione, διαμαρτυρόμενος. Id est, Argumentis idoneis adhibitis probans regnũ Dei à Prophetis prædictum adueniſſe. Studens persuadere, πείθων. Multis tamen non persuasit, sed hoc referetur ad eius conatum, qui etiam minimè fuit inanis.

25 Hoc verbum, ῥῆμα ἓν, pro νς sæpe iam obseruauimus: sed videtur loco demonstratiui pronominis hic poni, sed tamen non sine emphasi, quoniam nihil æquè tum hos tum illos commouit quàm hæc verba.

26 Auditu, ἀκοῇ. Vel, Auditione, vt rectè vertit Hieronymus. Vulgata, Aure. Erasmus, Auribus. Vide Matthæum cap. 13. b. 14.

27 Conniuerunt, ἐκάμμυσαν. Id est, videre se dissimulerunt quod vel inuiti cernebant, atque adeo noluerunt hoc videre.

31 Ac docēs, καὶ διδάσκων. Hic quoque ponitur καὶ in epexegesi, quēadmodum alibi sæpe annotauimus.

Epiſtola Pauli Apoſtoli ad Romanos.

Παύλου τοῦ Ἀποστόλου ἡ πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολή.

Κεφάλαιον α΄

ΠΑΥΛΟΣ δοῦλος Ιησοῦ Χριστοῦ, κλητὸς ἀπόστολος, ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον Θεοῦ,

NOVA INTERP. CAP. I.

PAVLVS ſeruus Ieſu Chriſti, ex Dei vocatione Apoſtolus, ‖ ſeparatus ad prædicandũ Euangelium Dei,

VETVS. CAP. I.

PAVLVS ſeruus Ieſu Chriſti, nomine Apoſtolus, ſegregatus in Euangelium Dei, Act.13.a.2

ANNOTATIONES, IN QVIBVS RATIO INTERPRETATIONIS REDDITVR.

1 Paulus, Παῦλος. De Pauli nomine diximus quid nobis videatur Act.13.b.9. Seruus, δοῦλος. Id eſt ὑπηρέτης, miniſter. Neque enim ſeruus hoc loco opponitur libero, ſed munus ac officiũ declarat, quemadmodũ apud Hebræos nomen עבד latè patet. Pertinet autem hoc ad ſuſceptum argumentum, ne Paulus accuſari poſſit πολυπραγμοσύνης, quaſi videlicet aliena curet, & quæ ad ſe nihil attinent. Ideo Paulus quod in genere dixerat, ſpeciali nomine poſtea explicat, quum ſe Apoſtolum dicit. Itaque vel ex hoc loco apparet quàm acutus fuerit in explicando Paulo Origenes, cui nonnulli nihil non tribuunt. Nam quum quatuor adferat rationes cur ſe ſeruum dicat Paulus, nulla eſt quæ planè non ſit ἀναγκαία. Seruum, inquit, ſe vocat modeſtiæ cauſa. Imò verò vt audientiam impetret, eam authoritatem prætexit qua nihil fuit honorificentius, vt planè hic titulus poſſit omnium Cæſarum ac regum magnificentia auguſtior videri. Vel quia factus eſt omnia omnibus. Id verò quorſum ad hunc locum attinet? Vel quòd ab vxoris ſeruitute, ex eius conſenſu, tranſiſſet in ſeruitutẽ Chriſti. Miram certè arguriam, cui etiam confirmandæ non pudet illum torquere quod non de coniugio, ſed de ſeruili conditione differuit Apoſtolus 1.Cor.7.d.21. Vel, inquit, quia iam non carni, ſed ſpiritui ſeruiebat: quanuis nondum plena hæc eſſet libertas. Nempe hoc eſt rem acu tangere. Neque verò quum hæc dico, quicquam volo Patrum authoritati detrahere: ſed ſanè, quod ad me attinet, Origenem iſtum nõ poſſum bona cõ ſcientia inter eos Patres collocare quos velim ĩmitari. Itaque non pudebit illius errata paſſim refellere, nullo (ita me bene Deus amet) obtrectandi ſtudio, ſed quòd impurum ſcriptorem exoptem aut ex lectorum manibus excuti, aut ſummo cum iudicio à ſtudioſis tractari. Ieſu Chriſti, Ἰησοῦ Χριστοῦ. Exiſtimat Eraſmus ex Ambroſio tacitè opponi Moſen Chriſto: ſed hoc quoque mihi nõ videtur dictum ſuo loco. Ex Dei vocatione, κλητὸς. Id eſt, Dei gratia ac etiã mandato deſignatus ad fungendum Apoſtoli munere. Duo igitur efficit Paulus. Nã præterquã q explicat apertius quod in genere dixerat, omnẽ etiã ambitionis ſpeciem vitat, & Romanos ad legendam hanc epiſtolam cõpellit, tanquam ex Dei ipſius mandato perſcriptam. Cæterùm quid vocationis nomine ex Hebræorũm idiotiſmo intelligatur, alibi expoſuimus. Hic tamen ſciendum eſt hoc nomine non ſignificari ipſam miniſterii Apoſtolici functionem, aut vitæ genus, quemadmodum accipitur 1.Cor.7.d.20, & Epheſ.4.a.1, & alibi ſæpe: ſed oſtendi potius à quo ſit hæc dignitas in Paulum collata, nimirum à Deo, & quidem ex ſingulari beneficentia, quũ ille non modò non ambiret hunc honorẽ, ſed etiã, Chriſtum perſequendo, dignus eſſet qui periret, nedũ qui aliis iter ad vitã cõmonſtraret, vt ipſe explicat 1.Cor.15.a.9. Deinde notandum diſcrimen à Græcis theologis annotatũ inter participiũ καλούμενος & κλητὸς nomen, quod à Latinis explicari non poteſt, apud quos Vocatus nunquã tranſit in nomẽ. Nam κλητὸς etiã dicitur qui vt vocetur à Deo, tamẽ non reſpõdet, i. cuius vocatio non eſt efficax: καλούμενος verò proprie qui Deo vocanti paret, & reipſa eſt quod dicitur: quæ tamẽ differentia nõ eſt perpetua, vt apparet ex Mat.22.b.19, ſed videtur hoc loco fuiſſe obſeruanda: quamobrem etiã noluimus κλητὸς Vocatum hoc loco interpretari, nequis participiũ eſſe putet, cuius non ea vis eſt quæ nominis. Quod autem attinet ad differentiam inter Vocari & Congregari annotatam ab Auguſtino, quaſi illud conueniret Eccleſiæ, iſtud verò ſynagogæ, eam ſanè non puto huic loco accommodatam, aut etiam ſatis firma ratione niti, quum Vocandi verbo toties vtantur Prophetæ, & Eſa.48.b.11. Dominus Iſraelem cõpellans, diſertè dicat קרוא ישראל, id eſt ad verbum, Iſrael mi vocate. Apoſtolus ἀπόστολος. Id eſt legatus, vt alibi expoſuimus. Sed tamen quicunque ad miniſterium docendi in Eccleſia vocabantur, nõ poterant dici Apoſtoli, vt qui à Prophetis, Euangeliſtis, paſtoribus ac doctoribus, ac multo etiam magis à diaconis & gubernatoribus diſtinguantur, vt Epheſ.cap. 4.b.11. niſi quum generalius accipitur, vt Phil.2.d.25. Sed cur Apoſtolũ ſe Paulus diſertè vocat? nempe vt oſtendat ſe nihil ab officio ſuo alienum facere Romanis erudiẽdis, negue etiã Romanis licere hãc doctrinã impunè aſpernari. Separatus, ἀφωρισμένος. i. ad prædicãdũ Euãgelii munus à Deo conſtitutus. Quòd autẽ ſcribit Origenes in hunc locũ de præuiſis à Deo Pauli laboribus, non modò ineptiſſimum, ſed etiam falſiſſimum eſt. Sed & in eo hallucinatus eſt Eraſmus, quòd poſt Ambroſium putauit in participio ἀφωρισμένος alluſiſſe Paulum ad ſectam Phariſaicam. Neque enim (vt reſtò ex erudito illo Capnione obſeruauit beatæ memoriæ vir Martinus Bucerus) Phariſæi dicti ſunt à פרש quaſi ſeparatos dicas: ſed פרושים vocabantur, à פרש, quod declarat Enarrare, vnde מפרשים enarratores. Ad

Act.13.a.2

prædicandum Euangelium Dei, ἀποστολὴν θεοῦ. Quia quisquis fidelis est, dici potest in Euangelium Dei (id est ad credendum Euangelio) selectus: ideo quasi ἀφορισμένος addidi participium, vt planior esset sententia. Constat enim Paulum ita voluisse definire cuiusmodi sit Apostolicum illud munus cuius mentionem fecerat. Quòd si hæc definitio vera est, miror sanè qua fronte ausit Romanus ille Antichristus Apostolicam authoritatem iactare.

(Ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἐν γραφαῖς ἁγίαις)

Περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, (τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα·

Τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ θεοῦ ἐν δυνάμει, κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν) Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν.

[1] Quod antè promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis)	[1] Quod antè promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis)
[2] De Filio suo, (qui factus ex semine Dauidis, secundùm carnem:	[2] De Filio suo, qui factus est ex semine Dauid secundum carnem
[3] Declarato Filio Dei potenter secundùm Spiritum sanctificationis, per resurrectionem à mortuis) nempe Iesu Christo Domino nostro.	[3] Qui prædestinatus est Filius Dei in virtute, secundùm Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christo Domino nostro.

1 Quod antè promiserat, ὃ προεπηγγείλατο. Origenes nescio quid monstri tegit hoc loco, quasi nimirum hæc dicta sint ad distinctionem alterius Euangelii quod æternum vocetur in Apocalypsi, cum quo apparuerit Christus ordini Euangelico & huc etiam detorquet Danielis & Ezechielis quosdam locos. Ego verò non agnosco aliud Euangelium quàm hoc ipsum cuius minister fuit Paulus: & non modò periculosum esse dico (vt ipse Origenes inquit) ista chartis committere, sed etiam planè impium. 1

2 De Filio suo, περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Explicat Paulus quæ sit illius Euangelii substantia cuius se ministrum dixerat, & quod à Deo promissum esset per Prophetas. Omnia igitur, inquit, tendunt ad Filium Dei quem Deus mundo promissum exhibuit. Quum autem Filium Dei dicit, vtriusque naturæ coniunctionem declarat in vnam Christi personam, aduersus Nestorium: & rursus Filium à Patre quoad hypostasin manifestè distinguit, aduersus Sabellium. Deinde in iis quæ subiicit, vtranque vnius Christi naturam sigillatim asserit: adeo vt vix vllus sit in Scripturis locus in quo contineatur breuiore & certiore compendio quicquid nobis est de Christi persona credendum. Facto, τοῦ γενομένου. Vel, Orto. Sic enim malim interpretari quàm Nato vel Genito, (vt post Vallam conuertit Erasmus) quasi scriptum sit γενηθέντος vel γεννηθέντος. Nam disertè etiam Veteres non natum, sed factum & interpretantur & explicant, vt Tertullianus in Praxeam, Irenæus lib. 3. capite 32, aduersus hæreses, Vigilius in Eutychetem libro 3, & Augustinus libri 1. De Trinitate capite 5, aliisque multis locis: & multo certè apertior est hæc interpretatio, aduersus eos omnes tum qui humanam Christi naturam oppugnarunt, vt Marcionem, Valentinum & alios: tum qui è cælo corpus in Mariam intulisse tradiderunt, quorum hæresin nostra memoria nonnulli renouarunt: tum etiam aduersus Hebionem, & cæteros qui Christum putarunt ex hominis coitu conceptum: quum Paulus hoc loco & Galat. cap. 4. versu 4, non dicat Christum γενηθέντα, sed γενόμενον: quo verbo vsus est etiam Iohannes quum omnia diceret per Verbum esse facta, ipsum autem Verbum carnem esse factum. Fateor tamen Matthæum capite 1. versu 16, & 2. versu 1, & 4, vti verbo γεννᾶσθαι: sed ita vt manifestè sit positum pro γίνεσθαι, id est nasci, sicut suo loco annotauimus. 2 Duobus tamen locis, nempe Matthæi capite 1. versu 20, & Lucæ capite 1. versu 35, de ipso conceptu dicitur: qui Spiritui sancto tribuatur, ex quo nimirum Christus conceptus est in Maria: ita tamen vt nusquam illum genuisse dicatur Spiritus sanctus, vt qui eum ex sua essentia non generauerit, sicut ex patribus gignuntur filii, sed ex Virginis substantia in ipsius vtero vi sua condiderit, id est, non patris generantis partes, sed duntaxat causæ propositam materiam formantis. In Christi conceptu peregerit. Ideo Paulus & Iohannes propriè omnino dixerunt eum γενέσθαι, id est factum esse, & veteres illi theologi non minus verè quàm eleganter & acutè Christum diuinæ naturæ respectu, ἀμήτορα, id est sine matre, humanæ autem naturæ ratione ἀπάτορα, id est sine patre, vocarunt. Vulgata addit pronomen ex, id est αὐτοῦ, quod in nullis Græcis codicibus inuenio, nec etiam additur in vetustis Latinis: atque adeo prorsus videtur expungendum. Ex semine Dauidis, ἐκ σπέρματος Δαυίδ. Sæpe iam admonuimus appellatione Seminis, quod Hebræi vocant זרע, intelligi sobolem: quæ interpretatio valebit hoc etiam loco si τοῦ γενομένου conuerteris Nato vel Genito: sin autem interpretemur Facto, (quam expositionem maximè probo) semen Dauid non tantùm declarabit posteritatem Dauidis, id est Mariam virginem, sed ipsam etiam carnem de Virgine assumptam, quemadmodum Gal. 4. 2. 4, dicitur factus ex muliere: aduersus eos qui cæleste corpus Christi esse tradiderunt, quod per Virginem quasi per canalem transierit. quæ hæresis fundamentum nostræ salutis funditus euertit, & disertè repugnat Spiritui sancto, promittenti fore vt ex lumbis Dauid & fructu ventris ipsius Rex ille noster exoriatur. Id autem etiam declarat præpositio ἐκ, de qua perpulchrè Bas. ἐκεῖ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, cap. 6, vt diximus alio loco Epistolæ ad Galatas. 3 4

Secundùm carnem, κατὰ σάρκα. Id est, quatenus homo est. Caro enim hoc loco per synecdochen totam hominis naturam declarat, & quidem quatenus infirma est, (quæ tamen infirmitas dumtaxat fuit ad tempus) non autem quatenus corrupta, vt Ioh. 1. b. 14, & 1. Tim. 3. d. 16, & Heb. 5. c. 7, & 1. Pet. 3. c. 18. & 4. 2. 1, & 1. Ioh. 4. 2. 1, quàuis corporis duntaxat substantiam, non autem animam ex Virgine assumpserit. Itaque ineptè Origenes hoc loco carnem opponit animæ, quæ potius diuinæ naturæ opponatur. Sed rectè veteres annotant hac particula omnino indicare ex alia etiam natura Christum esse æstimandum, ea nimirum quæ paulo pòst explicatur. Nam alioquin cur hoc Paulus adiecisset 4

4 Declarato, τοῦ ὁρισθέντος, i. κατὰ προορισθέντος, vt Act. 2. d. 23, τῇ ὡρισμένῃ βουλῇ, demonstrato & manifestato, vt explicat Chrysostomus, & Tertullianus in Praxeã. Nã definitionem, quæ ὅρος à Græcis dicitur, solèt obscura explicari. & non dissimili ratione modũ ὁρισμὸν vocant grãmatici, i. finiendi seu indicandi, q̃ verum aliquid indicet ac explicet, vt rectè obseruat Erasmus. Alioquin τὸ ὁρίζειν significat suis finibus circũscribere, seu definire, itẽ certo scopo destinare, atque adeo quippiã decernere ac constituere. Itaque Vulg. Prædestinatum conuertit, pro quo Origenes mauult legere Destinatũ. Quia, inquit, prædestinatur qui nondũ est, destinatur qui est. Sed hæc distinctio potest eo refelli q̃ Christus apertè dicitur προεπηγγελμένος, 1. Pet. 1. d. 1. 1, officii tamẽ, nõ autẽ essentiæ diuinæ ratione, quia officii respectu nõ minus dici potest προορισθὴς q̃ ὁρισθείς. Quid q̃ Epiphanius καὶ Θεοδοτιανῶν legit προορισθέντος? sed corrupto fortassis exemplari. Vtcunque sit, nullus hic locus est differendi de prædestinatione, vel destinatione, quum potius propositum sit Paulo ostendere quibus testimoniis Christus sit approbatus vt verus & naturalis Dei Filius. Rectiùs itaque Tertull. in Praxeã, Declaratum conuertit, quem nos sumus sequuti, quanuis Augustinus Prædestinatum legat & interpretetur, lib. De præd. sanctorum cap. 15. 5 6

Potenter, ἐν δυνάμει, Hebraicè בגבורה. pro quo Vetus interpres ad verbum, In virtute. Erasmus autem

Cū potētia, quia ὁρ interdū pro ὡσὶ accipitur, vt ſæpe annotauimus. Chryſoſtomus ὁρ pro ἀφὶ interpretatur, & δυναμιν exponit virtutem qua edita ſunt à Chriſto tot prodigia, quæ ideirco δυνάμεις dicuntur. Etſi autem verum eſt iſtis ſignis fuiſſe diuinam Chriſti virtutem quaſi ſigillo quodam obſignatam, tamen non videtur hæc explicatio huc pertinere: & (quod tanti viri pace dixerim) in tota huius loci diſpoſitione coacta eſt eius interpretatio. Putat enim Apoſtolum quatuor argumentis confirmare Chriſti diuinitatem, nempe ex Prophetarum oraculis, ex eo quòd ex ſemine Dauid (id eſt ex Virgine) ſit natus, ex Spiritu teſtificante, & demum ex reſurrectione. Atqui ex his argumentis primum aliò ſpectat, nempe ad verbum προορισθεντος, ſecundum verò adhibetur non diuinitati, ſed humanitati confirmandæ: (vt antè oſtendimus) tertium autem nuſquam hic inuenio. Dicendum enim fuiſſet κατὰ κατὰ Πνεῦμα ἁγιωσύνης, aut certè in poſteriore membro κατὰ ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν. Fateor tamen copulatiuas ſæpe omitti, ſed non fuit tamen perturbāda pulcherrima illa ac optimè diſtincta primùm totius Chriſti, deinde vtriuſque naturæ ſigillatim adhibita deſcriptio, & quidem adiuncto vtrinque neceſſario argumento. Eſt igitur ὁρ δυναμει coniungendum cum participio ὁριθέντος, aut cum υἱοῦ Θεοῦ: quam poſteriorem interpretationem ſi ſequamur, pro Potenter conuertemus Potente. Vtramuis autem interpretationem amplectamur, opponitur Dei gloria ac potens illa virtus quæ mortem ſuperauit, infirmitati carnis, ſecundum quam Chriſtus factus, natus, paſſus, mortuus ac ſepultus eſt; quo modo Ambroſius rectiſſimè (meo quidem iudicio) hunc locum explicauit. Nam quòd Eraſmus eouſque hanc antitheſin porrigit vt meminerit etiam impuritatis ac concupiſcentiarum carnis, atque adeo Spiritum ſanctificantem dicat carnis immunditiæ opponi, hactenus Chriſto quadrat, vt in ipſo conceptus momento, ſciamus carnem quam Chriſtus aſſumpſit, ab omni labe puram fuiſſe, quum virtute Spiritus ſancti Verbum carni coniungeretur. Secundum Spiritum ſanctificationis, κατὰ Πνεῦμα ἁγιωσύνης. Quidam exiſtimant Chriſti naturarum deſcriptionem deſinere in δυναμει, & iſta coniunguut cum participio ἀφορισθεὶς, ſeparatus: quaſi dicat Apoſtolus ſe fuiſſe prædicando Euangelio ſelectum per Spiritum ſanctum poſt Chriſti reſurrectionem. Sed hæc diſtinctio præterquam quòd planè eſt violenta, & nullius codicis authoritate nititur, ſententiam quoque peruertit. Cur enim Paulus diceret Chriſtum eſſe declaratum Filium Dei, nec eam declarationem explicaret, quum præſertim humanam naturam, de qua multo minus ambigebatur, tamen exiſtimarit aliquo argumento confirmandam? Itaque hanc diſtinctionem prorſus repudio. Cæterùm per Spiritum ſanctificationis intelligi Spiritum ſanctum, aut potius Spiritus ſancti virtutem, qua perfuſa eſt Eccleſia quum iam Chriſtus in cælos aſcendiſſet, (ex quo optimè videlicet intelligitur Chriſtum non modò non eſſe mortuū, ſed planè Deum eſſe cum Patre regnante) non facilè crediderim, his de cauſis quas in mediū propono, vt lector ſequatur quod probabilius videbitur. Primùm omniū, ſi hanc interpretationem ſequamur, κατὰ Πνεῦμα non rectè conuerterimus Secundum Spiritum, quum potius dicendum ſit, Per Spiritum. Ego verò κατὰ Πνεῦμα pro Πνεύματι vel ἀφὶ τῦ Πνεύματος nuſquam memini legere. Deinde quum hic manifeſtè opponantur κατὰ σάρκα & κατὰ Πνεῦμα, res ipſa videtur ſanè poſtulare, vt ſicut appellatione Carnis humana natura intelligitur, ſic etiam nomine τῦ Πνεύματος alteram Chriſti naturam, id eſt diuinam νέσιν accipiamus: quia Chriſti perſonā certum eſt hoc loco deſcribi ab Apoſtolo, eius videlicet doctrinæ fundamentum quam tradere conſtituit. Neque verò nouum eſt aut inuſitatum Spiritus appellatione ipſam Dei οὐσίαν intelligere, ſiue Θεοῦ δυάμεν, vt exponit idem noſter Apoſtolus 1. ad Corinthios capite 13. verſu 4, veluti locum hunc explicans: quam Tertullianus in libro De carne Chriſti, ſpiritualem ſubſtantiam vocat: & carnali meritò opponit, quum Deus diſertè dicatur eſſe Πνεῦμα, Iohannis capite 4. verſu 24, & paſſim in Scripturis: atque adeo nominatim altera Chriſti natura hoc nomine declaretur, vt 1. Petri capite 3. verſu 18, & 1. ad Timotheum cap. 3. verſu 16. Fuit autem optima ratio curpotiſſimum Πνεῦματος (id eſt Spiritus) nomine vteretur Paulus. Nam quia dixerat κατὰ σάρκα, non autem κατ' ἄνθρωπον, vt ipſam hominis naturam craſſam ac imbecillam declararet, ſic vt ſibi conſtaret antitheſis, oportuit illum quærere vocabulum aliquod quo diuinæ naturæ vis illa ſumma & planè incomprehenſibilis ſignificaretur. Nullum verò commodius occurrere poterat quàm hoc ipſum quod vſurpauit. Addidit autem ἁγιωσύνης (id eſt ſanctificationis) nomen, certam ob cauſam, quæ & ipſa dignitſſima eſt quam intelligamus. Quum enim hæc reſurrectio quam adfert pro diuinitatis argumento, ad humanitatem pertineat, videri poſſet ineptè Paulus colligere: quem nodum Origenes non ſatis aptè explicauit. Sciendum eſt igitur à Paulo ita conſiderari Chriſtum, primùm vt hominem, deinde vt Deum, vt tamen illum nuſquam diſcerpat. Itaque probaturus homi nem eſſe, adhibuit argumentum ex quo colligeret alia ratione hominem eſſe quàm nos ſimus, vt qui ſit conditus ex matris ſubſtantia, non autem generatus ex viri ſemine. Sic igitur in altera etiam parte, in reſurrectione quæ carnis eſt, proponit vim illam Verbi conſiderandam non ſimpliciter & per ſe, (fuiſſet enim contentus vocabulo Spiritus) ſed quatenus carni coniuncta, illā ſanctificauit, & quodāmodo deificauit: qua ratione etiam dicit Dominus ipſe Iohannis capite 6. ver. 63, Carnem ſuam nihil prodeſſe, Spiritum eum eſſe qui viuificet. Hic enim eſt Spiritus ſanctificus qui carnem Chriſti tum in ſeſe viuificauit, illi hypoſtaticè coniunctus: tum verò etiam nobis qui per fidem cum eo coaluimus, viuificam reddit. At enim (dicet aliquis) quid ſiquis ad hæc excepiſſet, Chriſtum vel non reſurrexiſſe, vel ſua vi non reſurrexiſſe? Reſpondeo, Paulum ad eos ſcribere qui de Chriſti hiſtoria nihil ambigerent, ac proinde ex hypotheſi meritò argumentari. Ita (ni fallor) optimè omnia ad ſcopum accommodabuntur, conſtabit ſibi tota antitheſis, neque vlla erit in verbis violenta expoſitio. Accedit præterea Tertulliani & Ambroſii authoritas. Sic enim ille contra Praxeam hunc locum explicans, Qui factus eſt, inquit, ex ſemine Dauid ſecundum carnem, hic erit homo & Filius hominis: qui declaratus eſt Filius Dei ſecundum Spiritum, hic erit Deus & Sermo, Dei Filius. Ambroſius autē, Eum, inquit, qui erat Dei Filius ſecundū Spiritum ſanctum, id eſt ſecundum Deum, quia Deus Spiritus eſt, & ſine dubio ſanctus, factum dicit iuxta carnem, Dei Filium ex ſemine Dauid. Quos locos ante me annotauit ſanctæ memoriæ vir Ioachimus Vadianus in libro pro veritate carnis triūphātis ſcripto, cui titulū feçit Ἀναστροφικόν. Per reſurrectionē à mortuis, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν. Vulg. ad verbū, Ex reſurrectione mortuorū. Eraſ. Ex eo q reſurrexit è mortuis. Ego perinde cōuerti aſſi ſcriptū eſſet, δι' ἀναστάσεως, vt planior eſſet ſēntētia. Nā ix præpoſitionē hoc loco id declarare ex quo ſeu per quod Chriſti diuinitas mūdo patefacta eſt ac cōprobata, cōſentiūt omnes interpretes: paucis quibuſdā exceptis, qui putāt ἐξ ἀναστάσεως, idē declarare atq; μετὰ τὴν ἀνάστασιν, poſt reſurrectionē, & hoc referūt vel ad participiū ὁρισθέντος, (quā ſententiā paulo antè refutaui) vel ad Πνεῦμα ἁγιωσύνης, propterea q poſt Chriſti reſurrectionē illapſus eſt Spiritus ſanctus. quā explicationē cur nō admitterē, dixi in proxima annotatione. Sic igitur ix poſita eſt pro ἀφὶ. Sed quia Paulus nō dixit ἐξ ἀναστάσεως τῶν ἐκ νεκρῶν, ſed ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν i. Ex reſurrectione mortuorū, nō aūt reſurrectione à mortuis: ideo nonnulli hoc accipiunt de reſurrectione nō ipſius Chriſti, ſed eorū quos ſcribit Matthæus eū Chriſto ſurrexiſſe, & apparuiſſe multis. Cuius opinionis author eſt Origenes huc ſuā ſuo more detorquens quod dixit Paulus, Chriſtum primoge nitū eſſe ex mortuis, & primitias dormiēciū.

Sed quæſo (vt nihil aſperius dicam) quàm hoc longè petitum & quàm ineptum eſt? Itaque non agam pluribus in hac opinione refutanda. Alii de reſurrectione fideliũ accipiunt, qui dicantur mortui Ieſu Chriſti, vt ab infidelibus diſtinguantur: ſed hoc quoque videtur ἀπροσδιόνυσον. Vult enim omnino Apoſtolus ex claro & inſigni facto, non autem ex re futura, diuinam Chriſti, quanuis hominis, naturam ac virtutem aſſerere: vt certũ ſit fundamentũ cui doctrinã Euãgelii ſuperſtruat. Siue igitur actiuè reſurrectionem accipias, quòd ſua vi Chriſtus reſurrexerit: ſiue paſſiuè, quòd eius caro excitata ſit à Deo, corporaliter habitãte in ipſa, de ipſius Chriſti reſurrectione hæc accipio. Neque eſt cur nos remoretur quòd Paulus non dixerit ἐξαναστάσεως τῆς ἐκ νεκρῶν, quũ ſententiæ ipſius tenor manifeſtè oſtendat quomodo hoc ſit explicandum, & ita etiam poſſit alibi idem dicẽdi genus commodè exponi, vt 1. Cor. 15. c. 42, & Heb. 6. a. 1. Nempe Ieſu Chriſto, Ἰησοῦ Χριστοῦ. Veteres ac recentiores hæc connectunt cum præcedentibus. Ideo Vetus interpres conuertit, Ex reſurrectione mortuorum Ieſu Chriſti: & Eraſmus, Ex eo quòd reſurrexerit à mortuis Ieſus Chriſtus. Ego malui Vallæ diſtinctionem amplecti, quam & ipſe Eraſmus in annotationibus non improbat. Itaque hæc connecto cum eo quod antè dixerat ἀφώρισται εἰς εὐαγγέλιον. quod & Græca facilè admittunt, nulla prorſus mutata diſtinctione, & multo planiorem ſententiam habet. Sicui tamen libuerit à veteribus non diſcedere, is ſciat poſitum eſſe antecedens re latiui loco, ex idiotiſmo Hebræorum, de quo ſæpe iam diximus.

Δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολὴν εἰς ὑπακοὴν πίστεως ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ·

5 Per quẽ accepimus gratiam & Apoſtolatũ ad obediẽtiã fidei, inter omnes Gentes, pro ipſius nomine:

Per quem accepimus gratiam & Apoſtolatum ad obediendum fidei in omnibus Gentibus, pro nomine eius:

Ἐν οἷς ἐστε καὶ ὑμεῖς, κλητοὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ)

6 Inter quas eſtis etiam vos, vocati à Ieſu Chriſto.)

In quibus eſtis & vos, vocati Ieſu Chriſti.)

Πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ, ἀγαπητοῖς Θεοῦ, κλητοῖς ἁγίοις. χάρις

7 Omnib⁹ qui Romæ eſtis, dilectis Dei, vocatis ſãctis. Gratia

Omnibus qui ſunt Romæ, dilectis Dei, vocatis ſanctis, Gratia

5 Per quem, δι' οὗ: id eſt à quo. Nam præpoſitio διὰ hoc loco eam vim habet vt eum ipſum declaret non modò ex cuius authoritate, vt reliqui etiam miniſtri, ſed etiã per quẽ ſit deſignatus Apoſtolus: vt excita ſit inter Chriſtum & homines antitheſis, quam expoſuit Gal. 1. a. 1. Gratiam & Apoſtolatum, χάριν καὶ ἀποστολήν. Id eſt, hoc beneficium eximiæ planè liberalitatis, quòd mihi omnium ſanctorum minimo datum eſt euangẽlizare impenetrabiles Chriſti diuitias, vt ipſe explicat Eph. 3. b. 8. Idem quoque prædicandi Euangelii munus vocat χάρισμα 1. Tim. 4. d. 14, & 2. Tim. 1. b. 6. Itaque particula καὶ poſita eſt in epexegeſi: quaſi dixerit Paulus Gratiã Apoſtolatus, vel, Gratiã, id eſt Apoſtolatũ. Explicat enim, aut, propter longum hyperbaton, repetit quod antè dixerat, ſe eſſe ſeparatum in Euangeliũ Dei. Alii gratiã longius extendunt, nimirum ab Phariſaiſmo ad Chriſtianiſmũ eſſet reuocatus. Alii (vt Origenes, ſuo more abſurdiſſima quæque proponens) referunt ad patientiã laborũ, qua gratia factum ſit vt copioſius laborauerit quàm alii. Eraſmus pro Apoſtolatu maluit Apoſtolici muneris functionẽ interpretari, periphraſi (vt mihi videtur) non neceſſaria. Ad obedientiam fidei, εἰς ὑπακοὴν πίστεως. Id eſt, Vt homines fide obediant Deo. Niſi malimus Fidei nomine ipſam doctrinã Euãgelicã intelligere: quo ſenſu cõuertit Vet. interpres, Ad obediẽdũ fidei: & Eraſ. Vt obediatur fidei. Nã ſic quoq; dicũtur fideliũ animi fuiſſe purificati ἐν τῇ ὑπακοῇ τῆς ἀληθείας ἐξ' Πνεύματος. i. eo ipſo q⁹ veritati obedierũt per Spiritũ, 1. Pet. 1. d. 22. Cæterùm τὸ ὑπακοῦσαι & τὸ πειθέσθαι (vt apparet ex hoc loco & ipſa verbi notatione) mutuò ſe reſpiciunt: quæ vel vna obſeruatio ſatis firma eſt euertendis omnibus εὐαγγελικαῖς, quas vulgò bonas intentiones vocant. Inter omnes Gentes, ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν. Hoc nonnulli ad ἔσχαμεν referunt: ego malo connectere cum verbo ἐνάξεμεν, ideo poſt πίστεως adſcripſi diſtinctionem. Nam alioquin non cohæreret quod ſtatim ſubiicitur de Chriſti nomine. Eſt autem hoc loco notandũ, hic quoque τὰ ἔθνη, id eſt omnes, pro quibuſuis poni, (quam enallagen ſæpiſſime annotauimus) & Iudæis opponi Gentes, quibus videlicet peculiariter deſignatus erat Apoſtolus ex Eccleſiæ conſenſu, vt ſcribit Gal. 2. b. 7. 8 & 9. Pro ipſius nomine, ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Id eſt ἕνεκα τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, nominis eius cauſa: nempe vt eius nomen inter Gẽtes quoque innoteſcat: ſicut explicatur 2. Theſſ. 1. d. 11. Itaque veri miniſtri dicuntur profecti ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος, & opponũtur mercenariis, 3. Ioh. b. 7. Ambroſius interpretatur Pro eius nomine, id eſt vice ipſius, ſiue in ipſius nomine: quam interpretationẽ haud ſcio an Græca admittant, niſi nomẽ Chriſti pro ipſo Chriſto accipias: vt hoc ſit quod ait idẽ noſter Apoſtolus 2. Cor. 5. d. 20, ὑπὲρ Χριστοῦ πρεσβεύειν, id eſt Chriſti nomine fungi legatione. alioquin dicẽdum erat potius ἐν ὀνόματι αὐτοῦ, vt Mar. 11. b. 9. Quidam ὑπὲρ pro εἰς accipiunt: quo ſenſu conuertit Eraſmus, Super ipſius nomine: ita vt hæc cohæreant cum εἰς ὑπακοὴν πίστεως, quaſi ſcriptum ſit, Vt inter omnes Gentes obediatur fidei quæ eſt de Ieſu Chriſti nomine. Ego malo referre ad ſuperiora, id eſt ad id quod dixerat ſe accepiſſe Apoſtolatum, vt inter omnes Gentes portaret Chriſti nomen: ſicut loquutus eſt Dominus quum eum deſignaſſet Apoſtolum, Act. 9. c. 15. qui locus planè videtur iſtum explicare.

6 Vocati à Ieſu Chriſto, κλητοὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Id eſt, Qui Dei beneficio eſtis Ieſu Chriſti, ſiue in Ieſu Chriſto adoptati. Itaq; ſi vocatos expoſueris ὑπονύμους, id eſt ex Chriſti nomine cognominatos, ſicut à Chriſto Chriſtiani denominantur, non ſatis expreſſeris eum quem Hebræi משיח, theologi Græci, ac præſertim Paulus, κλητὸν vocant. Declarat enim non eum modò cui tribuitur vt re vera ſit quod dicitur, ſed etiam vt Dei mera benignitate ſit eiuſmodi qualis eſt: quemadmodum dicebat Paulus gratia Dei ſe id eſſe quod erat. Hoc modo explicandum etiam eſt illud Vocatis ſanctis, quod ſubiicitur in proximo verſiculo, quum eoſdem dixiſſet, ἀγαπητοῖς Θεοῦ, dilectos Dei, id eſt Deo chariſſimos & quaſi ipſius delicias: nẽpe vt intelligeremus hîc beneuolentiam inde oriri quòd Deus nos prior dilexerit, vt ſcriptum eſt 1. Ioh. 4. b. 10, & d. 19.

7 Gratia ſit vobis & pax, χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη. Nouam hic periodum incipio, adſcripto puncto poſt ἁγίοις, quemadmodum in reliquis epiſtolis ſummo omnium codicum conſenſu legitur. Itaque poſt ἁγίοις ſubaudiendum eſt verbum ἔπεμψα. id eſt hanc epiſtolam mitto, Paulus videlicet Apoſtolus. Deinde ſequitur ἀπεκρίθη τὸ βραχέως, ſubaudito verbo εἶπεν, quod expreſſimus, partim vt planior eſſet conſtructio, partim verò ne poſthac poſſit huius loci vera diſtinctio deprauari. Nam alioquin manifeſtus eſſet ſolœciſmus, quum potius dicendum fuerit χάρις καὶ εἰρήνη ἐστίν, gratiam & pacem, prætermiſſo pronomine ὑμῖν, vobis.

Cæterùm vocabulũ Gratiæ quæ ab Hebræis חן dicitur, non iam dona ipſa Dei, id eſt χαρίσματα (vt paulo antè) ſed fontem ipſum declarat vnde hæc beneficia promanant, nempe gratuitam illam Dei beneuolentiam, etiam quo tempore inimici eramus: nequis gratiam cum operibus præparationis, aut præuiſis meritis (quæ Sophiſtæ vocant) conciliari poſſe putet, contrà quàm Paulus ſcribit infrà, capite 4. verſu 4, & aliis innumerabilibus locis. Deinde huic beneuolentiæ ſubiungit εἰρήνην, pacem, quam vocant Hebræi שלום, id eſt omnium rerũ felicem ac proſperam in Deo ſucceſſum. Ita enim hoc vocabulum ab Hebræis vſurpari, ſæpe iam annotauimus. Et Domino, καὶ Κυρίου. Quidam conuertũt, Et Domini, vt intelligamus Patrem nobis eſſe cum Chriſto communem: ſed amplector potius eorum opinionem qui repetunt τοῦ præpoſitionem. Sic igitur Paulus precatur illis gratiam, vt ſimul explicet per quẽ nobis à Deo Patre detur hæc pax ac grãtia, nimirũ per Chriſtum illum vnicum μεσίτην: neque verò Spiritum ſanctum prætermittit, quum Spiritus ſit ea ipſa gratia quæ à Patre ac Filio proficiſcitur.

ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.	ſit vobis & pax à Deo Patre noſtro & Domino Ieſu Chriſto.	*nobis & pax à Deo Patre noſtro & Domino Ieſu Chriſto.*
Πρῶτον μὲν εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ πάντων ὑμῶν, ὅτι ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ.	8 In primis quidem gratias ago Deo meo per Ieſum Chriſtum, ſuper omnibus vobis, quòd fides veſtra annuntiatur in toto mundo.	8 *Primùm quidem gratias ago Deo meo per Ieſum Chriſtum pro omnibus vobis, quia fides veſtra annuntiatur in vniuerſo mundo.*
Μάρτυς γάρ μού ἐστιν ὁ Θεός, ᾧ λατρεύω ἐν τῷ πνεύματί μου, ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὡς ἀδιαλείπτως μνείαν ὑμῶν ποιοῦμαι·	9 Teſtis enim mihi eſt Deus, cui ſeruio in ſpiritu meo in Euangelio Filii ipſius, quòd indefinenter meminerim veſtri:	9 *Teſtis enim mihi eſt Deus, cui ſeruio in ſpiritu meo in Euãgelio Filij eius, quòd ſine intermiſſione memoriam veſtri facio:*
Πάντοτε ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου δεόμενος εἴπως ἤδη ποτὲ	10 Semper in precibus meis rogans vt, ſiquo modo tandem	10 *Semper in orationibus meis obſecrans ſiquo modo tandem*

8 In primis quidem, πρῶτον μέν. Vel (vt Vulgata & Eraſmus), Primùm quidem: neque requiritur vt aliquæ aliæ diſtributionis partes ſequantur. Nam particula πρῶτον ſimpliciter declarat hoc eſſe ſermonis initiũ. Q. d. Paul⁹, Vt loquẽdi initiũ faciã, gratias ago, &c. Sic T. Liuius hiſtoriã inchoãs, Iã primùm omniũ, inquit, ſatis cõſtat, &c. Sed & aliis locis annotauimus πρῶτον ita collocari vt nihil ſectãdũ aut tertiũ ſubiiciatur, vt infrà, cap. 3. d. 2, Mat. 10. a. 1, Mar. 3. b. 16, Act. 26. d. 20. Deo meo, τῷ Θεῷ μου. Annotauit quidẽ Origenes hãc loquutionem propriam eſſe fidelium, ſed rationem tamen eius non intellexit. Putat enim huius loquutionis emphaſin eſſe in Dei nomine, quia ſoli ſancti verum Deum adorant: quum potius tota energia ſita ſit in pronomine Meus: ſicut rectè annotarunt Græca ſcholia. Quòd fides veſtra annuntiatur, ὅτι ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, id eſt, Quòd ea ſit veſtra fides vt paſſim in Eccleſiis commendetur, & de vobis multus vbique ſit ſermõ. Quòd autem Origenes ita etiã accipi hæc poſſe putat quaſi dicat Paulus ſe gratias agere quòd fides Romanorum, id eſt doctrina quam erant amplexi, ea ſit quæ in toto mundo prædicetur, planè violentum eſt ac detortum.

In toto mundo, ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ. Id eſt, paſſim per omnes eccleſias. Eſt enim hyperbole petita è medio. Itaque & Origenes de cælis philoſophatur, quòd etiã peruenerit rumor de Romanorũ fide, & vbi quoq; prædicetur ea ipſa fides ac doctrina cui crediderant Romani: id inquã planè ſapit Origenicam contemplationem.

9 Mihi, μου. In vno codice ſcriptũ legimus μου, ac fortaſſe rectius. Nã nõ ita trita videtur hæc enallage, & vereor vt nimis coactum ſit ὧν cõnectere cũ ᾧ Θεὸς per traiectionem, vt cõuertas, Teſtis enim meus eſt Deus: quãuis nõnihil venuſtatis habeat illa repetitio, quã dixiſſet, Gratias ago Deo meo. Cui ſeruio, ᾧ λατρεύω: id eſt ᾧ λατρεύω θεῷ. Eraſ. Quẽ colo: rancidã illam duliæ & latriæ differentiã nobis obtrudẽs, quã & apud idoneos ſcriptores δουλεία & λατρεία ſynonyma ſint, vnde λάτριες μισθοὶ apud Pindarum in Olympiis, Od. 10. Sed & paſſim in Scripturis hæc permutantur, vt Act. 10. d. 14. Infrà, 7. b. 6, & 12. c. 11, & 14. d. 18. Epheſ. 6. b. 7. Phil. 1. c. 11. Col. 3. d. 24, & alibi ſæpe. Vide Mar. 4. b. 10. Spiritu meo, ἐν τῷ πνεύματί μου. Id eſt, planè volens, & ex animo illi addictus. Quanuis enim tacita quædam ſit antitheſis inter cultum ceremonialem & ſpiritualem, tamen non eò puto Paulum reſpicere, ſed huc potius vt fidem faciat ſe verum dicere, aduocato in teſtem Deo cuius maieſtatem ac gloriam quanti faceret, non potuit melius aut certius oſtendere quàm ex ea diligentia qua vrebatur in annuntiando Euangelio ſibi commiſſo. Quòd autẽ Origenes in hunc locũ de carne & ſpiritu Legis diſſerit, huc etiã detorquẽs dictũ illud Pauli, Litera occidit, Spiritus eſt qui viuificat, id totũ reiiciemus in huius Epiſtolæ cap. 8. verſu 3. vbi quàm ignotum fuerit Origeni beneficium Chriſti planum faciemus.

In Euangelio Filii ipſius, ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Id eſt promulgãdo Filio ipſius: ſicut dicit Apoſtolus ſe Chriſtum prædicare, id eſt reconciliationem ac pacem per Chriſtum: quia videlicet Chriſtus eſt ipſa Euangelicæ prædicationis quaſi materia ac ſubſtantia. Euangelium itaque hoc loco non ſignificat doctrinam ipſam, ſiue illud quod annuntiatur, (vt plerunque ſolet) ſed doctrinæ ipſius prædicationem, vt infrà, 15. d. 19, & 1. Cor. 9. b. 14. Phil. 4. c. 15. quæ ſignificatio non obſeruata, Hieronymum & eos omnes fefellit qui exiſtimarunt Paulum 2. Cor. 8. c. 18, quum diceret ſe ad Corinthios fratrem miſiſſe cuius laus erat in Euangelio per omnes Eccleſias, de Luca agere & libris ab eo perſcriptis. Meminerim, μνείαν ποιοῦμαι. Vel (vt Eraſmus) Mentionem facio, quanuis hoc Ambroſio non placeat. Vulg. barbarè, Memoriam facio.

10 Vt, ſiquo modo, εἴπως. Hanc interpretationem ſum amplexus ex duorum codicum authoritate, in quibus adſcripta erat diſtinctio poſt δέομενος, ita videlicet vt connectatur cum verbo ἐλθεῖν, & alia interficiantur: quæ ſententia ſimplex eſt & plana. Quanquam ſic etiam poteſt hic locus explicari, Rogans ſiquo modo tandem, &c. vt veniam ad vos. ita vt ὧδε ſubaudiatur ante ἐλθεῖν, vt infrà, verſu 28. & iungatur cum ἔχω δὲ θέλημα. Vulgata barbarè, Veniendi ad vos. Supereſt vt variam huius loci diſtinctionem annotemus. Nã alii poſt ποιοῦμαι adſcripto puncto, ſequentia connectunt cum δέομενος: alii connectunt omnia vſque ad προσευχῶν μου. vt quam diſtinctionẽ, ſi ſequamur, videbitur omnino redundare πάντοτε, quod etiã nõ additur in Græco Chryſoſtomo: & fortaſſis irrepſit in contextum ex margine, vbi annotatũ erat pro expoſitione aduerbii ἀδιαλείπτως.

βούλομαι δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί, ὅτι πολλάκις προεθέμην ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, (καὶ ἐκωλύθην ἄχρι τοῦ δεῦρο) ἵνα καρπόν τινα σχῶ καὶ ἐν ὑμῖν, καθὼς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν.

Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις ὀφειλέτης εἰμί.

Οὕτω τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον καὶ ὑμῖν τοῖς ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελίσασθαι.

aliquando prosperum iter mihi detur ex voluntate Dei, veniam ad vos.

11 Expeto enim videre vos, vt aliquod impertiar vobis donum spirituale vt vos stabiliamini.

12 Hoc est, ad communem exhortationem percipiendam apud vos, per mutuam fidem, vestram simul & meam.

13 Nolim autem vos ignorare, fratres, me sæpe proposuisse venire ad vos, (sed prohibitum fuisse vsque adhuc) vt fructum aliquem haberem inter vos quoque, sicut & inter reliquas Gentes.

14 Et Græcis & barbaris, tum sapientibus tum insipientibus debitor sum.

15 Itaque prompta est mea facultas vobis quoque qui Romæ estis euangelizare.

aliquando prosperum iter habeā in voluntate Dei, veniendi ad vos.

11 Desidero enim videre vos, vt aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis ad confirmandos vos.

12 Id est, simul consolari in nobis, per eam quæ inuicem est fidem vestram ac meam.

13 Nolo autem vos ignorare fratres, quia sæpe proposui venire ad vos, (& prohibitus sum vsque adhuc) vt aliquem fructum habeam & in nobis, sicut & in cæteris Gentibus.

14 Græcis ac barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum.

15 Itaque quod in me promptum est & vobis qui Romæ estis euangelizare.

Prosperum iter mihi detur, εὐοδωθήσομαι. Vulg. Prosperum iter habeam, id est εὐοδῶμαι. Sed non temere vsus est passiuo verbo Apostolus, vt significet prosperū hoc iter à Deo concedi: quāuis hoc postea exprimatur. Itaque ne Erasmus quidem satis rectè interpretatur, Prosperum iter contingat. Vide 1. Cor. 16. a. 2.

11 Ad communem exhortationem percipiendam apud vos, πρὸς τὸ συμπαρακληθῆναι ἐν ὑμῖν. Vulgata ad verbum, non obscurè modò, sed etiam barbarè, Simul consolari in vobis. Erasmus, Vt communem consolationē capiam in vobis. Ego verò D. Bucero & doctissimo interpreti assentior, qui exhortationem potius quàm cōsolationem conuertunt, quia de mutuò confirmandis animis hic agitur. Deinde ἐν ὑμῖν accipio pro apud vos, propter illa quæ sequuntur. Nec sane probo quod Chrysostomus tradit in hunc locum, indignum esse existimare Paulum potuisse Romanorum fide adiuuari: neque item quod existimat Ambrosius, Romanos quo tempore hæc scripsit Apostolus, nondum fidem Christi rectè tenuisse. Nam potius ex iis quæ hoc loco de iis Paulus commemorat, & infrà, 15. c. 14, apparet egregiè fuisse instructos. Sed quum omnes ex parte cognoscamus, non dubium quin & illi ex Paulo partim multa intelligere, partim ea quæ intelligebāt, accuratius cognoscere: & Paulus etiam ipse (quantumuis excellens) ab Ecclesia illa tum eruditi magis ac magis, tum confirmari, illos etiam docendo, potuerit. Per mutuam fidem, διὰ τῆς ἐν ἀλλήλοις πίστεως. Mutuam videtur appellare qua & ipse illos, & illi vicissim ipsum iuuare possint. ideo maluit ἐν ἀλλήλοις pro εἰς ἀλλήλους dicere, quàm ἀλλήλων. Fidē autem vocat beneficii Christi notitiam.

13 Sed prohibitū fuisse, καὶ ἐκωλύθην. Καὶ pro ἀλλὰ positum, sæpe iam annotauimus. Prohibitum autē se dicit vel à Satana, vt 1. Thessal. 2. d. 18: vel ab ipso sancto Spiritu, qui singulis rerum momētis moderatur, vt Act. 16. b. 6 & 7: vel quòd aliò vocaretur, dum nullam prædicandi Euangelii occasionem prætermittit: quam rationem maximè amplector, quòd ita omnino videatur Apostolus ipse explicare infrà cap. 15. e. 20 & 22. Sunt autem hæc ita interiecta vt sententiam veluti abrumpant, sicut in communi sermone multa eiusmodi hyperbata committuntur. Neque est cur statim exclament nonnulli Paulum scatere hyperbatis & anantapodotis, quibus illam synchysin Homeri oppono, quo ramē certissimum est nullū vnquā scriptorum magis facundū extitisse. Sic igitur ille Iliados C, Ὄφρα τέρας. Ἀργείοι δὲ μέγ' ἴαχον, ἀμφὶ δὲ τοῖς Ζεὺς θέλξεν κραδίας υἱὸν Ἀρηϊφίλου) Μῶσαι ὑπομνήσασαι Ὀλυμπίαι Σκίων. Vt interim taceā Hebræos solere etiam inter elegātias numerare istas trajectiones, aut etiā nōnullas asperiores, vt Psal. 40. b. 11, & 139. b. 14. Sicut autem Origenes diligens fuit in annotando hyperbato quod manifestissimum erat titia in hac distribuenda constructione bis peccauit. Neque enim hæc reponit in suum locum, & putat etiam esse eclipsin relatiui οἷς in versiculo 15, quasi videlicet καὶ ὑμῖν & ὑμῖν mutuò se respiciant. Itaque sic ista collocat, Nolo vos ignorare quòd proposui sæpe venire ad vos, vt fructum aliquem haberem etiam inter vos, sicut & in cæteris Gentibus, Græcis simul ac barbaris, sapientibus & insipientibus quibus debitor sum: sed vsque adhuc sum prohibitus. Deinde quasi huius constructionis immemor, 14. versiculum ita connectit cum superioribus, quasi noua periodus incipiat à καὶ Ἕλλησι. hoc modo videlicet, Proposui venire ad vos vt fructum aliquem haberem etiam inter vos, sed prohibitus sum vsque adhuc. sicut in cæteris Gētibus, Græcis simul, &c. quibus debitor sum. Ita, quantum in me est, paratus sum etiam vobis qui Romæ estis, euangelizare. Ego verò sic potius construo, Nolo autē vos ignorare, fratres, me sæpe proposuisse venire ad vos, vt aliquem fructum haberem etiam inter vos, sicut & inter reliquas Gentes: sed impeditus sum vsque adhuc. Et Græcis & barbaris, tum sapientibus tum insipientibus debitor sum. Itaque omnis mea facultas prompta est ad euangelizandum vobis quoque qui Romæ estis.

14 Tum sapiētibus, tum insipientibus, σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις. Assentior illis qui hæc referunt ad singulares personas: illud autem, Græcis ac barbaris, ad nationes ipsas in genere comprehensas. Illud quidem certum est, Romanorū appellatione ab Apostolo significari quicunque Romæ degebant, cuiuscunque gentis essent: vt liquet partim ex eo quòd Apostolus in genere salutem dicit iis qui Romæ sunt, partim etiam ex eorū catalogo quos saluere iubet in extrema epistola.

15 Itaque, ὥστε. Vel, Ita pro itaque, quo modo apud ipsum Ciceronem vsurpatur hæc particula in

concluſionibus. Sic enim Cicero libro primo De natura deorum, Virtus, inquit, actuoſa eſt: & deus veſter nihil agens: expers virtutis igitur: ita, ne beatus quidem eſt. Quod autem Græca ſcholia in ſuperiore verſiculo ſubaudiunt ὅτι οὐ, & laborat Origenes vt iſta in eandem periodum cogat, planè nihil eſt, quum ſit potius in his verbis concluſio argumenti. Debitor ſum, inquit Apoſtolus, & Græcis & barbaris. Id eſt. teneor ex Apoſtolico munere quod à Domino accepi quibuſuis hominibus Chriſtum annũtiare. itaque nihil magis expeto quàm apud vos quoque munere meo defungi. Subiicitur deinde authypophora. Neque enim me pudet Euangelii. Prompta eſt mea facultas, τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον. ſubaudi ἐστι, eſt. Vulgata, Quod in me promptũ eſt, obſcurè quidem, ſed fideliter tamen. ad verbum expreſſa ſententia. Neque enim τὸ κατ' ἐμὲ ſeparandum eſt à πρόθυμον, neque hoc loco ſignificat τὸ μὲρος, vel ὅσον ἐπ' ἐμοὶ, id eſt pro virili, vel quantum in me eſt: ſed illud ipſum ſignificat quod in aliquo ſitum eſt, ſiue in alicuius facultate. Niſi ſimpliciter malimus explicare τὸ κατ' ἐμὲ per ſimplex pronomen ἐγὼ, vt in illo Platonis, libro De legibus ſecundo, τὸ μὲν δίκαιον ὑμεῖς ἐκεῖνοι, οἷς ἔοικεν, ἴσως οὐ φαῦλον· τὸ δ' ἐμὲ, βούλεσθαι μὲν ἴσως, δύνασθαι δὲ οὐ πάνυ ῥᾴδιον. i. (doctiſſimo Budæo interprete) Vos quidem igitur audire, vt videtur, paratis: ego autem velle quidem promptus, ſed non perinde poſſe facilis. Sic igitur hunc etiam locum eleganter conuertas, Itaque promptus ſum ego vobis quoque qui Romæ eſtis, euangelizare. Hæc autem phraſis non animaduerſa, fecit vt hic locus à Græcis ipſis non rectè explicaretur, quorum alii putarunt ἐφελκύσης εἰμὶ repetendum eſſe ἐκεῖ τὸ κεῖσθαι: quæ eclipſis planè eſt violenta in diuerſa periodo: alii ὀφελκύσης εἰμὶ ſine vlla repetitione coniunxerunt cum διαγγελίσασθαι, hoc modo, Et Græcis & barbaris teneor, itidem & vobis qui Romæ eſtis, pro animi mei promptitudine euangelizare. Quam interpretationem ſi ſequaris, nõ ſatis cohærebit quod poſtea ſubiicitur, Nõ enim me pudet. Origenes verò alia etiam commenta excogitauit, de quibus paulo antè diximus. Latini verò Græcorum etiam errorem auxerũt, vt qui poſt τὸ κατ' ἐμὲ diſtinctionem adſcripſerunt, & quia verbum finitum deerat, verterunt πρόθυμος paratus, vel promptus ſum: quaſi idem declaret atque πρόθυμός εἰμι, vel προθυμοῦμαι; quæ enallage abſurdior eſt quàm vt refutatione ſit opus. Nihilo melior eſt (opinor) Vallæ ſententia, qui putat πρόθυμον ſignificare τὴν προθυμίαν. Inde etiam factum vt typographi Vulgatam editionem corrumperent, quum excuderent, Itaque (quod in me) promptum eſt & vobis: pro eo quod excudendum fuit ſine parẽthęſi, Itaque quod in me prõptũ eſt, &c. id eſt, quicquid ſitum eſt in me, id promptum eſt ad euangelizandum etiam vobis. Sic enim explenda eſt Græca oratio, οὕτω τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμόν ἐστι καὶ ὑμῖν τοῖς ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελίσασθαι.

Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ· δύναμις γὰρ Θεοῦ ἐστὶν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι.

16 Non enim me pudet Euangelii Chriſti. potentia ſiquidé eſt Dei ad ſalutem cuiuis credenti, Iudæo in primis, tum etiam Græco.

16 *Non enim erubeſco Euangeliũ. virtus enim Dei eſt in ſalutem omni credenti. Iudæo primùm, & Græco.*

Δικαιοσύνη γὰρ Θεοῦ ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται ἐκ πίστεως εἰς πίστιν· καθὼς γέγραπται, Ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται.

17 Iuſtitia enim Dei per illud retegitur ex fide in fidem: ſicut ſcriptum eſt, Iuſtus autem ex fide viuet.

17 *Iuſtitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidẽ: Habac. 2. c. 4 ſicut ſcriptum eſt. Iuſtus autem ex fide viuet.*

16 Potentia Dei, δύναμις Θεοῦ. Id eſt, organon Dei verè potens & efficax ad ſeruãdum: quamobrem etiã vocatur brachium Dei Eſa. 53. a. 1. Sic ergo definitur Euangelium ab effectis, vt hic ſit præcipuus huius epiſtolæ ſtatus. Tum etiam Græco, καὶ Ἕλληνι. Semel hoc dictum ſit, apud Paulum, Græcorum nomine, quoties opponuntur Iudæis, omnes Gentiles (quos vocant) ſignificari, orta nimirum hac loquendi conſuetudine ex eo quòd maxima pars Orientis Græcè loquebatur.

17 Iuſtitia enim Dei, δικαιοσύνη γὰρ Θεοῦ. Quia Deus iuſtus eſt, ideóque iuſtitiæ amans & iniuſtitiæ hoſtis, neceſſe eſt vt quæ doctrina nos docet qua ratione iuſtitiam adipiſcamur, illa quoque aditum ad ſalutem patefaciat. Rectè igitur Paulus argumentatur ab iis quæ ſunt perpetuo vinculo neceſſariò cõiuncta. Sic igitur diſponendus eſt ſtatus huius epiſtolæ, Nos à Deo per vnum Chriſtum ſeruari ſi Euãgelio crediderimus. Cui propoſitioni ſubtexitur illa, Nos ſola in Chriſtum fide iuſtificari. Hæc autem diligenter cõſiderata, manifeſtè indicant quid vocabulo Iuſtitiæ Dei intelligatur, perfectio nimirum illa & ſumma integritas qua quiſquis donatus eſt, ſiſtitur coram Deo ἄμεμπτος, ἀμώμητος, καὶ ἀνέγκλητος, vt loquitur Paulus Coloſſ. 1. c. 22. id eſt ſãctus, inculpatus, & qui nullius criminis poſſit poſtulari. Ea igitur à Paulo dicitur iuſtitia Dei, non modò quia gratuitum eſt Dei donũ, idque per imputationem, aut quia hanc largiendo Deus ſe iuſtum (id eſt fidelem ac veracem) præſtat, ſed etiam vt opponatur iuſtitiæ hominum, ſiue ex operibus, qua teſtatur Dauid nullum hominem iuſtificari: quum ne pater quidem ipſe credentium Abraham de ea iure poſſit coram Deo gloriari, vt inquit Apoſtolus infrà, 4. a. 1. Retegitur, κατακαλύπτεται. Vulg. Reuelatur. Sed (vt opinor) Paulus non eo duntaxat nomine cũmendat Euangelium quòd in eo retegatur & ſpectandum proponatur quod antea ignorabant homines, fide nimirum quærendam eſſe in Chriſto eam iuſtitiam cuius vi à Deo ſalutem adipiſcamur: ſed quòd hanc iuſtificandi rationem ita proponat vt etiam reipſa exhibeat: vt hoc modo conſtet, Euangelium verè eſſe potentiam Dei in ſalutem, id eſt validum & efficax Dei inſtrumentum quo vratur ſeruandis per fidem hominibus. Itaque pro conſuetudine Hebræorum (de qua copioſius diximus Marci 8. b. 11, Lucæ 3. b. 7) ex antecedente intelligendum eſt conſequens. Quòd igitur nonnulli hoc referunt ad bona opera, vel ad Spiritus ſancti dona quæ ſunt veluti indices iuſtitiæ Dei à nobis imputatæ, & doctrinã Euangelicam confirmant, mihi videtur parum appoſitum.

Ex fide in fidem, ἐκ πίστεως εἰς πίστιν. Id eſt, fide quæ quotidie incrementum accipiat: ſicut Pſal. 84. b. 7, occurrit ſimile dicendi genus. Nam ſicut vnus eſt Deus, ita etiam vna eſt fides. ſed quæ ſuis gradibus in nobis perficiẽda ſit. Rectè itaque Clemens, στοιχειῶσαι λέγων, Ἀπόστολος φαίνεται δύο πίστεις κατηγγελκέναι πίστιν, μᾶλλον δὲ μίαν, αὔξησιν καὶ πλείονα ὁδὸν χωρῶν. Apoſtolus, inquit, videtur duplicem fidem annuntiare, ſed potius tamen vnicam tantùm annuntiat quæ per incrementa ad perfectionem contendat. Alii argutius interpretantur, quorum opiniones non eſt noſtri inſtituti commemorare. Sed quid fides declaret apud Apoſtolum, neceſſe eſt ſemel explicemus, quoties quidem de fide quæritur qua iuſtificamur: propterea quòd apud Theologos paulò aliter accipitur hoc vocabulũ quàm apud alios authores: & multa Eraſmus in hunc locum videtur non ita accommodatè diſſeruiſſe. Quidam igitur fidem interpretantur obedientiam qua ſit vt homines, ſicut polliciti ſunt Deo, ita etiam ex ipſius voluntatis præſcripto viuant: ſicut à Cicerone definitur fides, dictorum ac conuentorum cõ

ſtantia & veritas. Sed de hac fide Paulũ nõ agere, vel illud oſtẽdit quòd vbique fidei opponit opera. Itaque valeant Sophiſtæ cum qualitate ſua inhærente vel infuſa, quoties de iuſtitia Dei quæritur. Alii fidem definũt aſſenſionem qua credimus verum eſſe quicquid verunque Teſtamentum nobis credendum proponit. Addunt etiam nonnulli quicquid præcipit credendum Eccleſia: neque interim definiunt quæ ſint Eccleſiæ illius legitimæ notæ, ſed ſub ſpecioſo hoc nomine hominibus illudunt: quinetiam docent ſatis eſſe ſi in genere credant homines quod credit Eccleſia, nec de ſingulis explicandis laborant. At Chriſtiani contrà nullum aliud fidei obiectum agnoſcunt quàm verbum Dei ſcriptum: neque vllam aliam Eccleſiam quàm quæ vnius ſponſi vocem audit: neque fidem illam implicitam aliud eſſe putant quàm diabolicã ἀπιστίαν: quia nemo rei incognitæ, niſi fortaſſis per ſomnium, aſſentitur. Ac ne illam quidẽ propriè fidem eſſe dicunt qua iuſtificati pacem habemus, quum diaboli eam etiam fidem habeant, & contremiſcant. Fidem igitur de qua hic quæritur, eſſe definimus firmam illam & conſtantem animi perſuaſionem, qua certus eſt apud ſe vnuſquiſque fidelium non modò verum ac firmum eſſe in genere verbum Dei, ac præſertim promiſſiones Dei de gratuita per Chriſtum reconciliatione: ſed etiam iſtas (vt eſt à Spiritu ſancto edoctus) credit ad ſe propriè & peculiariter pertinere: qua, inquam, vniuerſalem illam promiſſionem vitæ æternæ per ſanguinem Chriſti omnibus credẽtibus acquiſitæ, ſinguli amplectuntur, ac ſibiipſis applicant. Hanc vnam fidem eſſe dicimus quæ nos & Chriſti & omniũ ipſius donorum, id eſt omnis perfectionis ac integritatis, ſummæque illius iuſtitiæ faciat per gratuitam imputationem participes: vt verè ac in ſolidum per eum gratis iuſtificati, pacem habeamus, facti hæredes Dei, ac Chriſti cohæredes. Deinde nos quoque per eiuſdem Chriſti fide apprehenſi Spiritum & peccato mortificari, & iuſtitiæ viuificari dicimus, vt incipiamus velle ac facere quæ Dei ſunt: & cum fide, individuo nexu coniungimus fiduciam, ſpem, patientiam, inuocationem, charitatem, ac bona opera, iuſtitiæ illius Dei non cauſas, ſed effecta: quæ qui non habeat, falſò ac fruſtra ſe cauſam illarum virtutum (id eſt fidem) habere iactet. Hæc in ſumma eſt Apoſtolicæ doctrinæ ſumma, propter quam nos hodie immeritò à diabolo & Antichriſto vexari, quum & certo fundamento, id eſt verbo Dei ſcripto, non autem hominum opinione aut conſuetudine nitatur, & Deo totam ſalutis noſtræ gloriam vendicet, nos quidem Deum cum ſuis ſanctis Angelis ac beatis ſanctorum ſpiritibus in cælis teſtem habemus: ad cuius tribunal ab immani Satanæ & mundi crudelitate prouocamus. Ex fide, ἐκ πίστεως. In Hebræo legitur מאמונתו, id eſt ex fide ſua, pro quo Græci interpretes (vt annotat Hieronymus) legerunt מאמונתי, id eſt ex fide mea. Symmachus tamen rectè cõuertit ἐκ πίστεως ἑαυτοῦ. Sed Apoſtolus pronomen non expreſſit, partim quia propoſitum eſt illi in genere oſtendere fidẽ iter eſſe ad vitam, partim quia hæc pronomina per ſe ſatis in Græco idiomate intelliguntur, quemadmodum etiam in Latino, adeo vt fere prætermitti ſoleant. Viuet, ζήσεται. Sic habent Hebræa & Græca, & veteres quoque codices Latini, quum in nonnullis tum hoc loco, tum etiam Gal. 3. v. 11, corruptè legatur v i v i t. Eſt enim vis futuri temporis obſeruanda, ex qua intelligitur vitam quandam futuram, eámque in omne tempus firmam & conſtantem promitti iuſtificatis ex fide.

ἈΠΟΚΑΛΥΠΤΕΤΑΙ γὰρ ὀργὴ Θεοῦ ἀπ' οὐρανοῦ ἐπὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων·

18 Palàm enim eſt ira Dei è cælo aduerſus omnem impietatem & iniuſtitiam hominum, vt qui veritatem iniuſtè detineant:

18 *Reuelatur enim ira Dei de cælo ſuper omnem impietatem & iniuſtitiam hominum eorum qui veritatem in iniuſtitia detinent:*

18 Palàm eſt, ἀποκαλύπτεται. Vulg. Reuelatur. Eraſ. Patefit: quaſi videlicet hoc quoque retegator per Euangelium. nam proculdubio nihil æque arguit mundum de peccato atque lux Euangelii. ſed hoc tamen eſt tamen, nimirum quia irritatus Satan furit cum ſuis: quum alioquin arguere peccata, potius ad Legis quàm ad Euangelii miniſterium pertineat. Sed quorſum hoc aſſumeret enim Paulus hoc ipſum quod eſt in quæſtione poſitum, nempe ſitne Euangelium potentia Dei in ſalutem: id eſt, an per Euangelium Deus exerat virtutẽ ſuam ſeruandis hominibus. Hoc probaturus Paulus, dixit, fidem (cuius mutua eſt relatio cum Euangelii prædicatione) adferre nobis eam iuſtitiam quæ coram Deo nos approbet, ac proinde iter ad ſalutem oſtendere. Nunc ſupereſt vt hoc probet, nos videlicet nullo alio inſtrumento quàm fide, hanc iuſtitiam conſequi. Probatur autem hoc ex hac diuiſione ἀμίᾳ, Aut per fidem, aliena iuſtitia nobis imputata, iuſti ſumus coram Deo, aut noſtra iuſtitia, id eſt Legis diuinæ obſeruatione. Atqui tota vita hominum clamat, Deum in homines è cælo iram ſuam effudiſſe. Non ſunt igitur iuſti homines in ſeſe. Deus enim iuſtis non indignatur, ſed iniuſtis. Cedo verò vnde ira iſta Dei colligitur? Ex eo quòd homines laxatis habenis in omne ſcelus feruntur: quod liquidò apparebit ſi quis ad præſcriptum Legis tum naturalis tum Moſaicæ vitam ipſorum exigat. Hoc eſt filum Paulinæ diſputationis vſque ad caput tertium c. 20, vbi hæc pars dilemmatis concluditur. Indicant autem hæc quomodo accipiendum ſit verbum ἀποκαλύπτεται hoc in loco, nimirum pro manifeſtè apparet. Item quid declaret illud ἀπ' οὐρανοῦ, è cælo: in quo explicando veterum plerique intempeſtiuè profectò philoſophantur, quum ſimpliciter ſignificet Paulus, manifeſtius eſſe quàm vt quiſquam inficiari poſſit, Dominum è cælo (vbi videlicet illum vel naturaipſa duce quærimus) in omnes ac ſingulos homines indignari. Conſiderat enim Paulus omnes homines quales ſunt in ſeſe, nimirum impii in Deum, & in alios homines iniuſti. Videtur autem alludere ad Pſalmum 97. Aduerſus omnem, &c. ἐπὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων. Id eſt, aduerſus omnes impietatis ac iniuſtitiæ ſpecies quæ in hominibus extant, ſicut infrà, verſu 29, dicuntur homines pleni omni iniuſtitia: niſi malimus explicare per hypallagen, pro, Aduerſus omnium hominum impietatem & iniuſtitiam. Aliis Hebraiſmum eſſe placet, de quo diximus Matth. 24. b. 15, pro, Aduerſus omnes homines impios & iniuſtos. Sed in primis notandum eſt hæc ita accipienda non eſſe quaſi aliqui ſint homines qui non ſint impii nec iniuſti, quos Apoſtolus hic non arguat: ſed ita potius vt ſciamus omnes atque adeo ſingulos homines ab Apoſtolo vtriuſque ſceleris coargui. Id enim ita eſſe intelligendum, apparet ex eo quòd inſtituta eſt diſputatio non modò aduerſus omnes in genere, ſed ſigillatim aduerſus ſingulos homines, vt in vno Chriſto ſalutem quærant. Quod etiã docet ipſa Apoſtoli concluſio, quæ vniuerſaliter exprimitur infrà, cap. 3. c. 20. Apoſtolus itaque de miſera hominum in ſeſe conditione diſcurus, vt iuſtitiam ex fide ſtabiliat, omnia illorum ſcelera ad duo capita reuocat, impietatem nimirum & iniuſtitiam: vt qui legem naturæ non aliter diuidat quàm Deus ipſe decalogum (i. legis naturæ inſtaurationem) in duas partes diſtinxit. Impietas enim ad Dei cultum peruerſum, iniuſtitia ad charitatem violatam pertinet. Deinde ſigillatim vtrunque caput explicatur. niſi malimus vtrunque pro eodem accipere, id eſt pro religionis neglectu, quoniam in eo ſumma eſt iniuſtitiæ, vt ſequente membro declaratur.

Vt qui detineant, τῶν κατεχόντων. Vulgata & Eraſmus, Qui detinent. Sed res ipſa poſtulat vt articulus non

accipiatur ἀμφιβολως, sed ἀπολελογημένως: quem vsum alibi sæpe annotauimus. Reddit enim rationem Paulus quare omnes homines dixerit esse iudicio Dei obnoxios, tum vt impios, tum vt iniustos: quia videlicet veritatem Dei iniustè detinent, ac planè sunt rei sacrilegii, quum eum quem Deum esse norunt, non tamen ita vt par est colant. Hoc non vidisse Origenem ac Sophistas, minimè miror, quum Pauli scopum ac totam seriem disputationis non multo melius intellexerint quàm si Paulū nunquam inspexissent. Veritatem, τὴν ἀλήθειαν. Ita vocat Paulus quicquid lucis in homine relictum est: non vt hac duce in Dei gratiam redeant, (hoc enim est vnius Christi opus, qui solus vera lux est, via ac veritas) sed vt suo ipsorum iudicio sceleris conuincantur tum in Deum tum in homines. semen videlicet cognitionis Dei ad eum colendum, & discrimen aliquod iusti & iniusti: vnde lex illa naturæ orta, ad quam Paulus vitam hominum exigens, omnes ac singulos coarguit.

18 Iniustè, ἐν ἀδικίᾳ. Hebr. בעולה, pro quo ad verbum Vulgata & Erasmus, In iniustitia. Est autem iniustitia suum cuique non reddere. Quum igitur veritas nos doceat vnum verum Deum vt omnipotentem & æternum colere, & nulli facere iniuriam, & huc quodammodo gestiat ipsa veritas erumpere, iniustè faciūt homines quòd nec verum numen rite colant, nec cessent alii alios, atque adeo seipsos, lædere: & veritatem quasi intus luctantem opprimāt quominus vim suam exerat. Accipitur ergo nomen ἀδικίας hoc loco latiore significatione quàm in superiore membro, ita videlicet vt omnia illa semel complectatur. Nisi totam sententiam malimus ad religionis neglectum referre, de quo etiam mox propriè disserit vsque ad versum 26.

Διότι τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ, φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς· ὁ γὰρ Θεὸς αὐτοῖς ἐφανέρωσε.	19 Quoniam id quod de Deo cognosci potest, manifestum est in ipsis: Deus enim eis manifestum fecit.	19 *Quia quod notum est Dei, manifestum est in illis: Deus enim illis manifestauit.*
Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου, τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥτε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης· εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους·	20 Ipsius enim inuisibilia, ᵛ dum ex rebus conditis intelliguntur, ᵛ ex creatione mundi perspiciūtur, ᵛ æterna *videlicet* eius tum potentia tum diuinitas: ᵛ ad hoc vt sint ipsi inexcusabiles.	20 *Inuisibilia enim ipsius, à creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus & diuinitas: ut sint inexcusabiles.*
Διότι γνόντες τὸν Θεὸν, οὐχ ὡς Θεὸν	21 Propterea quòd quum Deū cognouerint, ᵛ *tamen* vt Deum	21 *Quia quum cognouissent Deū, non sicut Deū*

19 In ipsis, ἐν αὐτοῖς. Hæc est igitur veritas quæ iniustè detinetur. Sic autē malui cōuertere quā, Inter eos, vel, Apud eos, sicut nonnulli fecerunt. Puto enim seruandā propriā significationē præpositionis ἐν, vt ἐν αὐτοῖς idem valeat atque In ipsorum animis, & quasi intra eos: quia hæc Dei notitia recondita est in intimis mentis penetralibus, vt velint noliint idololatræ, quoties sese adhibent in consilium, toties à seipsis redarguantur.

20 Dum ex rebus conditis intelligūtur, τοῖς ποιήμασι νοούμενα. Id est, cognita ex rerum conditarum contemplatione. Erasmus ποιήμασι interpretatur Opera, paulo obscurius: quòd operum nomen latius pateat. Sed idem participiū νοούμενα rectius conuertit per præsens Dū intelligūtur, quàm per præteritū Intellecta. vt Vet. interp. Ex creatione mundi, ἀπὸ κτίσεως κόσμου. Siue Ex mundi fabrica. Neque enim creationem accipio pro actione creandi, sed pro ipso opificio. Vulgata, A creatura mundi: id est ab homine, vt non satis appositè nonnulli explicant: quum Paulus pulcherrima serie ostendat quibus gradibus homo, intelligentiæ lucem sequutus, ad æternam vsque Dei potentiam ac diuinitatem conscendat. Primùm igitur (inquit) homo res conditas contemplās, huc perducitur vt aliquem esse fateatur à quo hæc omnia sint condita, & cuius virtute administrentur. Inde verò ad æternam eius potentiam ac diuinitatem prouehatur necesse est. Siquidem eum qui omnia condiderit, rebus omnibus cōditis antiquiorē, ac proinde æternū esse oportet: & incredibilis ista vis quæ tātæ regēdæ molī sufficiat, excellētior sit necesse est quauis alia etiā præstantissima virtute. Id ipsum autē est quod Deum vocamus: qui rursus nisi vnus sit, certè neq; is sit qui omnia cōdiderit, neq; qui omnia administret: ac proinde neq; æternus, neque omnipotēs, neq; αὐτάρκης, denique Deus nō fuerit. Æterna *videlicet* eius tū potētia, tū diuinitas, ἥτε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις & θειότης. Vulg. Sempiterna quoque eius virtus & diuinitas. Eras. Ipsāque æterna eius potentia ac diuinitas. At ego existimo particulam ητε non copulatiuè, sed per epexegesin explicandam: & his verbis Paulum declarare quod sit illud γνωστὸν τοῦ Θεοῦ, & quæ illius ἀόρατα quæ Deus hominibus patefecit, dum sese illis contemplandum in rebus conditis, tanquam in speculo quodam, exhibet. Inepiè igitur Origenes per inuisibilia Dei intellexit inuisibiles spiritus, & quicquid humanis oculis inaspectabile Deus condidit. Est igitur ἀΐδιος δύναμις Atticè dictum vt ζωὴ αἰώνιος. Libet autem hic subiicere, quasi pro huius loci commentario, quæ scripsit Galenus homo alioquin suspectæ in religione fidei, libro De vsu partium tertio, ἐγὼ λόγον ὑμνῳδίας τῷ δημιουργήσαντι ἡμᾶς ὕστερ ἀληθῆ θύσειν, οὐδὲ θύσω μοι, καθ' ἡμᾶς ὢν τὸν τῷ ὄντως ἀνθρώπου, οὐχὶ τὸν ταύρων ἑκατόμβας καὶ τὰ θύματα μυρίων ἀρωμάτων καὶ θυμιάσεις ἄλλας ἐκπονοῦντα· οὐδὲ τὰς ἄλλας ἱερουργίαις εἴδος μοὶ δοκῶ τὸν σοφίαν, πρὸς δὲ τῷ δύνασθαι, ἐπιστῆσαι δὲ καὶ τῇ χρείᾳ τῶν μορίων ἕκαστον· τὸ γὰρ κατασκευὴν εὐλογον ἅπαντα τὰ ἐνόντα χαίροντα πάσχειν, καὶ μισεῖν φθονεῖν τῷ ἄλλα ζῷα, τὸν πλανητὸν χρόνον ἐν ἡδονῇ διαγαγεῖν τὸ θνητὸν, καὶ ζωὴν μὲν ὡς ἀγαθὸς εἶναι ὑμνεῖσθαι τὸ αἰ ὡς ἀθανάτου τοῦ κτίσαντος, τὸν ἀδύνατον τοῦ ἀθανάτου ἐπιστήμης δὲ καὶ δυνάμεως τοῦδ' ἕνεκα προεῖλετο, διαδεῖξαι ἑαυτόν. Id est, Sacrum hunc sermonem vt verum hymnum conditori nostro compono, & hunc verum esse ipsius cultum statuo, non si taurorum hecatombas molleas ei sacrificauerim, aut vnguenta multa vel casias adoleuerim: sed si tum ipse cognouerim, tum etiam aliis exposuerim quanta sit eius sapientia, quanta vis, quanta denique bonitas. Quòd enim omnia vltro voluit quanto fieri potuit ornatu concinnare, & nulli horum bonorum inuidet, statuo esse perfectæ bonitatis demōstrationē. Et hactenus quidem à nobis vt bonus celebrator. Rationē autem inuenisse qua vniuersa quàm optimè exornarentur, summæ sapientiæ: & quæcunque prius decreuerat, ea quoque confecisse, eius demum vis est ac potestatis quæ nullo modo superari possit. Ad hoc vt sint, εἰς τὸ εἶναι. Meo iudicio non tantùm significat Apostolus quid illā contemplationē consequatur, sed multo magis cur Deus velit hanc lucem in tenebris lucere, nempe vt homines nihil possint prætexere. Itaque nec Veteri interpreti assentior quòd conuertit ita vt sint, ὥστε εἶναι, nec Chrysostomo, qui solam cōsequutionem putat ita significari. Et certè particula ΙΤΑ in vetustis Latinis codicibus non additur.

21 Tamen vt Deum non glorificarunt, οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν. Hæc est summa iniustitia. Addidi verò parti-

culâ TAMEN, quæ optimè conuenit huic loco, & interdum ex Hebræorum idiotiſmo deſideratur, vt diximus Matth. 1. a. 7, & Iohan. 10. f. 30. Deinde aduerbium negans quod & ipſum erat Hebræorum more tranſpoſitum, (vt alibi eſt à nobis aliquoties obſeruatum, veluti Iohan. 6. d. 31 & 38) ſuo loco repoſuimus, quòd alioquin videretur membrum vnum deeſſe explendæ ſententiæ. Nam quum audis, Non vt Deum glorificarunt, ſtatim venit in mentem vt quæras, ſi non vt Deum, quomodo igitur glorificarint. Cæterùm Deum vt Deum glorificare is demum dicitur qui Deum colit eo cultu qui ipſius æternæ potentiæ ac diuinitati conueniat. qua in parte neceſſe eſt vt omnes homines ſe hallucinatos eſſe confiteantur: atque adeo Iudæi ipſi, partim in ceremoniis ipſis hærentes & opere operato, quod vocant: partim ſuis traditionibus ritus à Deo traditos corrumpentes. Eant nunc noſtri Phariſæi, & clamitent, bene fieri quicquid fit bona (quam dicunt) intentione.

ἐδόξασαν ἢ εὐχαρίστησαν· ἀλλ' ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία.

non glorificauerunt, neque gratias ei egerunt: ſed vani facti ſunt in ratiocinationibus ſuis, & obtenebratum eſt deſipiens cor eorum.

glorificauerunt, aut gratias egerunt: ſed euanuerũt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens eorum.

Φάσκοντες εἶναι σοφοί, ἐμωράνθησαν.

22 Quum ſe profiteantur eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.

22 *Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt:*

Καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν καὶ τετραπόδων καὶ ἑρπετῶν.

23 Mutarunt enim gloriam incorruptibilis Dei in efformatam imaginem mortalis hominis, & volucrium, & quadrupedum, & reptilium.

23 *Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, et quadrupedũ, & ſerpentium.*

Διὸ καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν καρδιῶν αὐτῶν εἰς ἀκαθαρσίαν, τοῦ ἀτιμάζεσθαι τὰ σώματα αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς·

24 Quamobrem etiam tradidit eos Deus cupiditatibus cordium ipſorum ad impuritatẽ, vt fœdarent corpora ſua inter ſe:

24 *Propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorũ, in immunditiã, ut cõmelijs afficiant corpora ſua in ſemetipſis:*

In ratiocinationibus ſuis, ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν. Vel (vt vertit Eraſmus) Per cogitationes ſuas. niſi quòd Ratiocinationes malim interpretari. Huc enim homines cum ratione (quod aiunt) inſanientes deuenerunt, vt magis ac magis ſeſe vanos eſſe oſtenderent. Qua de re ſiquis legerit Ciceronis De natura deorum dialogos, & cum hoc Pauli loco contulerit, comperiet quàm meritò omnes à Spiritu Dei coarguamur impietatis. Interpretor autem ἐματαιώθησαν Vani facti ſunt, potius quàm Fruſtrati ſunt, cum Eraſmo: aut Euanuerunt, cum Veterе interprete: quia opinor Apoſtolum hoc vocabulo non tantùm declarare iſtos non effeciſſe quod ſperabant, ſed potius tam ſolicitè cogitando, nihil tandem niſi planè vanum & inane conſtituiſſe, idola videlicet, id eſt falſarum cogitationum falſa ſimulacra: quæ ideirco dicẽtur nihil eſſe, 1. Cor. 8. a. 4, & ab Hebræis vocãtur אֱלִילִים. Accipio autem verbum ἐματαιώθησαν, quaſi in Hebræa coniugatione Hithpael, vt ſi dicas, à ſeipſis fuiſſe in eam amentiam compulſos. quo modo etiam interpretor ſequẽtia verba ἐσκοτίσθη & ἐμωράνθησαν. Homines enim ſponte ſua ruunt in idololatriam, ad quam intelligendam & damnandam ſatis intus lucis haberent niſi eam vltro extinguerent, partim negligentia, partim improbitate: pro quo dixit Apoſtolus eos iniuſtè detinere veritatem Dei.

22 Quum ſe profiteãtur, φάσκοντες. Vel, Quum putarent. Nam apud Hebræos חשב, quod reſpondet τῷ λέγειν καὶ φάσκειν, accipitur etiam pro Intus & apud ſe aliquid conſtituere, vt Pſal. 14. a. 1. quanquam illud malo, vt ipſis illa hominum iactantia hoc verbo φάσκειν ſignificetur. Quidam conuertunt, Qui profitebãtur ſe eſſe ſapientes: & hæc referunt ad varios omnium gentium philoſophos, quales celebrantur Gallorum Druides, Thuſcotũ Aruſpices, Græcorum Philoſophi, Ægyptiorum Sacerdotes, Perſarum Magi, Indorum Gymnoſophiſtæ, Iudæorum Rabbini. Hi ſunt enim præcipuè qui fœdis ſuperſtitionibus ſeſe totumque vulgus imbuerunt, vt ex ipſorum libris & hiſtoriis apparet. Huc pertinet quod ait Cicero libro De natura deorum primo, Quis, inquit, tam cæcus in contemplandis rebus vnquam fuit vt non videret, ſpecies iſtas hominum collatas in deos aut conſilio quodam ſapientum, quò facilius animos imperitorum ad deorum cultum à vitæ prauitе conuerterẽt: aut ſuperſtitione, vt eſſent ſimulacra, quæ venerantes, deos ipſos ſe adire crederent? Sed, vt cunque ſit, certum eſt omnes homines in genere hîc reprehendi, vt qui ſibi ſapientiſſimi videantur in eo ipſo in quo ſe prorſus ſtultos & inſanos produnt: nempe in Dei cultu, quoties hîc vel tantillum ex ſuo cerebro auſi ſunt commiſcere: vt perpetua omnium ſeculorum hiſtoria oſtendit.

23 Mutarunt enim, καὶ ἤλλαξαν. Vulgata, Et mutauerunt. Eraſmus, Mutauérúnteque. Mihi verò videtur καὶ pro δὲ vſurpata. Incorruptibilis. ἀφθάρτου. Eraſmus, Immortalis, qui tamen fatetur in Annotationibus, amplius aliquid ſignificare ἄφθαρτον quàm ἀθάνατον. Nam in ſacris præſertim literis φθορὰ non modò ad εἶναι, ſed etiã ad πάσχειν pertinet: quemadmodũ corrũpi dicitur animus vitiis, & perire etiam aliquis, qui tamen eſſe nõ deſinit, ſed eſt vitioſus aut miſerrimus: de quo plura dicemus 1. Cor. 15. g. 53, & ad Epheſios 4. g. 22. In effor matam imaginem, ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος. Vulgata, In ſimilitudinem imaginis: quod eſt perobſcurum. Eſt autem Hebraiſmus qualem annotauimus Matth. 14. b. 15. Nam aſſimilatio imaginis hominis dicitur pro imagine ad formam hominis efficta, vt rectè conuertit Eraſmus, recedens tamen paulo longius à Græcis. Mutare autem gloriam Dei, eſt pro glorioſo Deo aliud amplecti. Et notanda eſt duplex atque adeo triplex antitheſis. opponitur enim natura ἀφθαρσίᾳ, id eſt omnis corruptionis expers, naturæ hominis tam variæ & inconſtanti: Deus omniũ rerum opifex, rei ne conditæ quidem, ſed effictæ duntaxat: Deus denique immenſa gloria ac maieſtate refulgens, rerum etiam abiectiſſimarum infimæ ac miſerrimæ conditioni. Hoc eſt igitur idololatrarum & πλανᾶσθαι, id eſt omnium hominum, acumen, quibus verbi Dei fax non præluceat.

24 Quamobrem etiam, διὸ καί. Vulgata & Eraſmus prætermiſerunt particulam καί, quæ tamen non eſt otioſa: neque copulatiuè accipitur, ſed (vt in concluſionibus ſolet) oſtendit quàm firmum ſit & iuſtum quod in concluſione ponitur vel negatur. Indicat igitur Paulus quàm iuſta ſit pœna qua Dominus impios homines afficit, id eſt, quæ ſit peccati & ſupplicii analogia, ver. 25 & 28. Deus (inquit) ab hominibus ſumma contumelia fuit affectus: æquum fuit igitur vt & ipſi à ſeipſis contumelia afficerentur. Deum cognitum noluerunt agnoſcere

homines pro Deo, neque cultum quem illi debebant exhibuerunt: æquum igitur fuit homines in ils tenebris versari, vt alii alios non agnoscerent, & mutuis iniuriis sese conficerent. Iam ergo incipit Apostolus ex secundæ tabulæ præscripto, id est ex mutuis hominum officiis, mundum redarguere. Et notandus est hic ordo summopere, vt intelligamus religionis contemptum, esse vitiorum & scelerum ac proinde omnium mundi calamitatum primariam originem, quam non potuit perspicere carnis prudentia. Atque vtinã hæc considerarent principes qui religionis curam nihil ad se pertinere putant, & propositis politicis legibus, fieri posse sperant vt iustitia ac proinde pax & trãquillitas inter ciues suos cõseruetur: quasi prius exhauriri possint riui quàm fons ipse obstruatur. Tradidit, παρέδωκεν. Sic vsurpatur etiã à Latinis Tradendi verbũ, vt à Cicerone lib. De fin. 2, Plerique (inquit) obiecta specie virtutis, tradunt se libidinibus constringendos. Tradit autem Deus vt iustus iudex. Cedo verò an qui facinorosum tradit carnifici, inuitus tradit, an volẽtan carnificum arbitrio ita exponit, vt pœnæ genus certis finibus non circunscribat cuius denique vi & authoritate agit carnifex? an non iudicis? Neque tamen quum hæc dico, carnificis opus cum iudicis imperio confundo. Quorsum igitur nonnulli, vt veluti laboranti iustitiæ Dei subueniant, otiosam in Deo permissionem imaginantur? nempe ne Deus videatur malorum author. Id verò absit vt cuiquam bono vel in mentem veniat: sed cauendum est etiam atque etiam ne hæc præposttera modestia in summam arrogantiã desinat. Quum enim Scriptura non vereatur vbique Deo dare quòd impios excæcet, induret, seducat, tradat in reprobum sensum: præstat certè hæc fateri, & Deo gratias agere quòd nos respexerit, quàm vel pro reprobis litigare, vel nullam in Deo iustitiam agnoscere cuius causa non possit à nobis intelligi: denique modestiæ cuiusdam prætextu, magis ac magis friuolas ac falsas distinctiones cõmiscisci. Hæc igitur curiosis finam: nobis satis sit mysteria Dei adorare, & illã precari ne nos pro nostris meritis in tentationẽ inducat, vt loquitur ipse Dei Filius. Vide infrà, 9. d. 22. Cupiditatibus, ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις. Vulg. In desideria. Erasmus, Per cupiditates. Ego verò puto præpositiones ἐν & εἰς in hoc dicendi genere respondere literæ ב, quam Hebræi tertio casui præponunt. Et desiderii nomen potius ἐπιθυμίαν quàm ἐπιθυμίας declarat.

Vt fœdarent, ἀτιμάζεσθαι. Vel, vt corporibus suis fœdarentur. Nam ἀτιμάζεσθαι videtur passiuè potius accipiendum. Vulgata, Vt contumeliis afficiant. Erasmus, Vt ignominia afficerent. Inter se, ἐν ἑαυτοῖς. Vel, in sese. Theophylactus autem perinde interpretatur acsi scriptum sit ἐφ' ἑαυτοῖς, id est à semetipsis. Vulgata, In semetipsis. Erasmus, Inter se mutuò.

Οἵτινες μετήλλαξαν τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ ψεύδει, καὶ ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, ὅς ἐστιν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

25 Vt qui Dei veritatem mutarint in mendaciũ, & coluerint ac seruierit rebus creatis, præterito Creatore, qui est benedictus in secula. Amen.

25 Qui cõmutauerunt veritatem Dei in mendacio, et coluerũt & seruierũt creaturæ potiũ quã Creatori, qui est benedictus in secula. Amen.

Διὰ τοῦτο παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς πάθη ἀτιμίας. αἵ τε γὰρ θήλειαι αὐτῶν μετήλλαξαν τὴν φυσικὴν χρῆσιν εἰς τὴν παρὰ φύσιν.

26 Propterea, inquã, tradidit eos Deus fœdis affectibus. nam & fœminæ illorum mutarunt naturalem vsum in eum qui est præter naturam:

26 Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. nã fœminæ eorũ immutauerunt naturalem usum in eum usum qui est contra naturam:

Ὁμοίως τε καὶ οἱ ἄρρενες ἀφέντες τὴν φυσικὴν χρῆσιν τῆς θηλείας, ἐξεκαύθησαν ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν εἰς ἀλλήλους, ἄρσενες ἐν ἄρσεσι τὴν ἀσχημοσύνην κατεργαζόμενοι, καὶ τὴν ἀντιμισθίαν, ἣν ἔδει, τῆς πλάνης αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς ἀπολαμβάνοντες.

27 Similitérque etiam masculi, relicto naturali vsu fœminæ, exarserunt sua libidine alius in aliũ, masculi in masculos fœda perpetrantes, & compensationem (quam oportuit) erroris sui in sese recipientes.

27 Similiter autẽ & masculi relicto naturali usu fœminæ, exarserunt in cõsideriis suis inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes, & mercedem (quam oportuit) erroris sui in semetipsis recipientes.

Καὶ καθὼς οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς ἀδόκιμον νοῦν, ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα·

28 Et sicut non visum est eis Deum in notitia retinere: ita tradidit eos Deus in mentem omnis iudicii expertem, vt faceret quæ minimè cõueniebat:

28 Et sicut non probauerũt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciãt ea quæ non conueniũt:

15 Vt qui Dei veritatẽ mutarint, οἵτινες μετ. &c. Vulg. & Eras. Qui. Ego verò illo modo cõuertere malui μετήλλαξαν, &c. vt ostẽderẽ ista dici ἀπολελυκότως, & cũ proximo versiculo pro. 5ª cohærere: Præterito Creatore, παρὰ τὸν κτίσαντα. Sic purè & eleganter conuertit Hilarius, libro De Trinitate 11. quod quum obseruarit Erasmus, miror eum maluisse interpretari, Supra eum qui condidit. Nã qui hoc modo loquitur, videtur confiteri homines Deo quoque cultum aliquem exhibuisse, sed ita vt secũdas demũ partes tenuerit. Apostolus verò ne hoc quidem hominibus cõcedit, sed eos potius coarguit quòd totũ illum cultum qui vni Deo debebatur, ad res creatas trãstulerint. Vulg. Potius quàm Creatori: sententia quoque non ineptè expressa, quanuis à verbis recesserit.

26 Propterea inquam, διὰ τοῦτο. Vel, Propterea igitur. Nam perspicuitatis causa non ineptè poterit aliud adiungi, vt epanalepsis intelligatur: quod quum non animaduerteret Origenes, tantum abest vt obscura illustret, vt contrà quæ maximè sunt perspicua obscuret. Fœdis affectibus, εἰς πάθη ἀτιμίας. De præpositione εἰς diximus ver. 24. πάθη verò malui generali nomine affectus quàm angustiore vocabulo, cupiditates, vel obscurè, morbos, vel barbarè, passiones interpretari. Et ἀτιμία videtur hoc loco fœditatem potius quàm ignominiam declarare.

27 Compensationem, ἀντιμισθίαν. Id est mercedem quæ meritis respõderet. Plus enim est ἀντιμισθία quàm μισθός, vt rectè annotauit Erasmus. Errorem autem vocat πλάνην, id est aberrationẽ à recta via, quam natura ipsa commostrabat: nequis errorem putet vocari ἁμάρτημα, id est, peccatum per imprudentiam commissum.

28 Non visum est eis, οὐκ ἐδοκίμασαν: id est οὐκ ἔδοξεν αὐτοῖς. Sic enim τὸ δοκιμάζειν accipitur hoc loco, vt si Gallicè dicas, Il n'est trouué bon. Id enim demum probamus quod sentimus. Vulg. & Eras. ad verbum, Non pro-

barent, nimium obscurè. Deum in notitia retinere, τὸν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει. Vel, Deū agnoscendo retinere. Vtrunque enim verum est, & vanis illis speculationibus quæ tum ab humani ingenii futilitate, tum etiam ab arrogantia & improbitate proficiscuntur, Deum quasi ex notitia nostra expelli: & contrario, quo magis semel cognitus agnoscitur, reuerentia videlicet & puro cultu, eo magis fieri nobis veluti familiarem. Vulgata ἔχειν conuertit Habere, non satis expressè. Eras. Vt Deum agnoscerent, quasi ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει nihil amplius declaret quàm ἐπιγινώσκειν, sicut Latinis Habere in honore idē significat atque Honorare. Sed fuit obseruandum discrimen inter γνῶσιν & ἐπιγνώσιν, hoc saltem in loco. Omnes enim, velint nolint, aliquam habent Dei notitiam, vt paulo antè ostendit Apostolus: sed Deum nulli agnoscunt vt par est, ac proinde omnes sunt iræ Dei obnoxii, nisi qui in Christo iustificati & sanctificati seruantur. In mentem, εἰς νοῦν. Vulgata, Sensum, id est αἴσθησιν, quæ interpretatio præbuit occasionem Sophistis hæc falsò exponendi de inferioribus animi facultatibus. Omnis iudicii expertem, ἀδόκιμον. Id est insanam ac peruersam: vnde fit vt extincta primùm cōscientia, deinde etiam maxima ex parte sublata synteresi, homines tandem præcipites in omne scelus ferantur: quos ἀνελεήμονας vocat Apostolus, Eph. 4. c. 19. & fæ penumero mortuos in peccatis: in quibus videlicet ne ratio quidem illa naturalis faciat officium. Omnino enim verissimum est Ciceronis illud, Hominē naturæ obedientem homini nocere non posse. Quod quum ita sit, quanuis nemo repentè pessimus euadat, tamen certissimum est, nullos prorsus homines extare, (& filios Dei excipias Spiritu ipsius sanctificatos) in quibus non cernas manifesta istius furoris vestigia. Itaque non satis rectè videtur Erasmus ἀδόκιμον νοῦν interpretari Mentem quæ propter scelera omnibus displiceat. Est enim hæc interpretatio nimium (vt ita dicam) diluta: contrà verò qui Reprobam mentem interpretantur A Deo reiectam, sicut reprobos opponimus electis, videntur (meo quidē iudicio) multo seueriores quàm par sit. Ita enim vel omnes homines inter reprobatos sumerare oporteret, vel eos duntaxat excipere quos Dominus maturè sanctificaret: id est antequam præcipites in hæc vitia ruerent. Nam aut hæc Pauli doctrina ad omnes homines sigillatim pertinet, quatenus sunt filii Adam, aut nathea est ipsius disputatio hac in parte: quod statui nec debet, nec potest. Neque enim valet hæc consequutio, Nonnulli legem naturæ violant, ii videlicet qui traditi sunt in reprobum sensum, id est reprobati: ergo lege naturæ nemo iustificatur. Sed firmum erit argumentum hoc modo, Nemo legem naturæ implet, imò verò omnes (vt apparet ex flagitiosa ipsorum vita) ita insaniunt vt præcipites in scelera ferantur: ergo necesse est homines aliunde quàm à lege naturæ, id est à seipsis, iustitiam sperare. Nostrum verò non est, certos fines aut temporum momenta Dei misericordiæ præscribere: & ipsa non modò promissionum formula, sed etiam experientia cōuincit, Dominum interdum ex intimis etiam vitiorum gurgitibus electos vocare. Quid igitur nempe ἀδόκιμον νοῦν hoc loco non debemus passiuus significatione accipere, pro mente à Deo citra vllam spem salutis reprobata: sed actiuè potius, pro ea in qua sit vis illa iudicii & rationis sepulta: vt homo illa non vtatur, sed quasi sublato boni & mali discrimine, pronus ad peccandum ruat. qua significatione videtur idem vocabulum explicādum, Tit. 1. d. 16. Itaque vt planius loquens. conscientiarum paci consulerem, malui vti periphrasi quàm cum Vetere interprete & Erasmo Reprobam mentem interpretari.

Πεπληρωμένους πάσῃ ἀδικίᾳ, πορνείᾳ, πονηρίᾳ, πλεονεξίᾳ, κακίᾳ· μεστοὺς φθόνου, φόνου, ἔριδος, δόλου, κακοηθείας·	29 Oppleti omni iniustitia, fcortatione, improbitate, auaritia, malitia: pleni inuidia, cæde, contentione, dolo, malignitate:
Ψιθυριστάς, καταλάλους, θεοστυγεῖς, ὑβριστάς, ὑπερηφάνους, ἀλαζόνας, ἐφευρετὰς κακῶν, γονεῦσιν ἀπειθεῖς,	30 Susurrones, obtrectatores, Dei osores, cōtumelioſi, superbi, glorioſi, inuctores malorū, parentibus immorigeri,
Ἀσυνέτους, ἀσυνθέτους, ἀστόργους, ἀνελεήμονας.	31 Desipientes, fœdifragi, charitatis expertes, implacabiles, immisericordes.
Οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ Θεοῦ ἐπιγνόντες, (ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες ἄξιοι θανάτου εἰσὶν) οὐ μόνον αὐτὰ ποιοῦσι, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράσσουσι.	32 Qui post Dei iura cognita, (nempe eos qui talia faciūt, dignos esse morte:) nō solùm ea faciunt, sed etiam facientibus patrocinantur.

29 *Repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate*

30 *Susurrones, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuctores malorum, parentibus non obedientes,*

31 *Insipientes, incompositos, sine affectione, absque fœdere, sine misericordia.*

32 *Qui quū iustitiā Dei cognouisse nō, non intellexerunt quoniā qui talia agunt, digni sunt morte: nō solū qui ea faciūt, sed etiā q cōsentiūt facientib⁹.*

29 Oppleti, πεπληρωμένους. Vulgata, Repletos. Retulit enim ad verbum πεπλήρωται. Malignitate, κακοηθίας. Sic rectius (vt opinor) Vetus interpres quàm Erasmus, qui conuertit, Malis præditi moribus. Definit enim κακοήθειαν Aristoteles τὸ ὅλῃ τῇ ψυχῇ ὑπολαμβάνειν πονηρά, id est, vitium illud quibusdam innatum, quo fit vt omnia in deteriorem partem accipiant. quo nomine à Plutarcho Herodotus acerrimè reprehenditur, inscripto libello περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας.

30 Dei osores, θεοστυγεῖς. Vulg. barbarè, Deo odibiles, pro Deo exosos: quod est δυσμενεῖς θεοῖς, vt rectè obseruat doctissimus interpres. Glorioſi, ἀλαζόνας. Vel, vani ostentatores: vt fere solent errones & circulatores, quòd non possint ita facilè in mēdacio deprehendi vt is cui obiectū est, En Rhodus, en saltus. Differt igitur hoc vitiū à superiore, quòd ἀλαζονία versetur in veritate ac mēdacio, ὑπερηφανία verò in honore ac infamia.

31 Fœdifragi, ἀσυνθέτους: id est pactorum ac conuentorum immemores. Nam τὸ συντίθεσθαι Græcis etiam significat pacisci. Vulg. Incōpositos, id est ἀσυντάκτους. Rectius doctissimus interpres insociabiles vocat. Charitatis expertes, ἀστόργους. Vulg. Sine affectione: quum non omnis affectio sit στοργή. Erasmus longiore circuitu, Alieni à charitatis affectu. Intelligit autem Paulus στοργὰς φυσικὰς, vt parentum in liberos, mariti & vxoris, & alias eiusmodi quas Stoici stultè inter vitia numerarunt. Implacabiles, ἀσπόνδους. Id est (vt rectè expressit Erasmus) fœderis nescii: cuiusmodi vitium vocatur à Græcis μνησικακία, hodie inter aulicorū virtutes numeratum.

32 Qui post Dei iura cognita, οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ Θεοῦ ἐπιγνόντες. Vulg. & Erasmus vertunt iustitiam Dei, δικαιοσύνην τοῦ Θεοῦ: quum iustitia illud declaret quo iustus Deus est, δικαίωμα verò significet ius ipsum à Deo positum, quod à philosophis lex naturæ, à Iurisconsultis ius gentium dicitur. Quanuis enim

Lex Mosis

Lex Moſis ſit illius plana ac perfecta explanatio: tamen quum Apoſtolus aduerſus omnes homines adhuc diſſeruerit, non poſſunt iſta ſatis commodè de Lege Moſis intelligi. Vſus ſum autem plurali numero vt magis perſpicuè loquerer, & Dei potius dixi quàm Diuina, vt ſciamus auctorem non autem materiam laudari. Quod autem attinet ad participium ὑπάρχοντας, non iam accipitur vt paulo antè, ſed pro γινόμενος. Nempe eos, ἐν. Sic legunt omnia Græca exemplaria quæ nobis contigit inſpicere: Vetus tamen interpres (quem etiam ſequitur Cyprianus lib. 2. epiſt. 4) ſcriptum habet, Non intellexerunt quoniam qui talia faciunt, &c. i. οὐ συνῆκαν ὅτι, &c. quæ verba puto addita eſſe ad explanandam ſententiam, quia nimirum paulo pòſt legit οἱ πράσσοντες & οἱ πράσσοντα ποιοῦντες. de quo mox dicemus. Non ſolùm ea faciunt, οὐμόνον αὐτὰ ποιοῦσιν. Iſidorus in Græcis ſcholiis annotat nonnullos legere, οὐμόνον οἱ ποιοῦντες αὐτὰ, ἀλλὰ καὶ οἱ συνευδοκοῦντες τοῖς πράσσουσιν. Id eſt (vt etiam vertit Vetus interpres) Non ſolùm qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. Atqui præterquam quòd in omnibus veteſtis codicibus reperitur ea lectio quam ſequuti ſumus, habet etiam contextus ſi ita legeris, niſi addas illud οὐ συνῆκαν, id eſt non intellexerunt, cum Vetere interprete. Deinde multo vberior eſt ſententia quàm ſumus amplexi. imponit enim Paulus quaſi colophonem iſtorum portentorum enumerationi, addito eo ſcelere quo nullum eſt maius, quum videlicet non contenti peccare, aliorum etiam ſcelera pro virili adiuuamus, & quidem aliqua cum voluptate. Patrocinatur, συνευδοκοῦσιν. Id eſt συνηγοροῦσιν, vt cõmodè (meo quidem iudicio) exponit Theophylactus, quem ſum in eo ſequutus. Alioqui τὸ συνευδοκεῖν alibi conuertimus comprobare ſeu aſſentiri. Hic verò quiddam amplius videtur ſignificare, quum præſertim Chryſoſtomus duobus vtatur in illo declarando, nempe τῷ συμπράττειν & ὑπουργεῖν. id eſt, ſocium eſſe in maſè agendo, atque etiam peccantem laudare. Quibus etiam Græca ſcholia adiiciunt ὡς ὁ κελεύσας ἁμαρτάνειν. id eſt, ad malum prouocare. Denique omnes conſenſionis ſpecies hoc vocabulo declarantur.

Κεφάλαιον β΄

CAP. II.

CAP. II.

Διὸ ἀναπολόγητος εἶ ὦ ἄνθρωπε πᾶς ὁ κρίνων· ἐν ᾧ γὰρ κρίνεις τὸν ἕτερον, σεαυτὸν κατακρίνεις· τὰ γὰρ αὐτὰ πράσσεις ὁ κρίνων.

1 ᵛQVapropter inexcuſabilis es ô homo, ᵛquiſquis alios dãnas. ᵛnã hoc ipſo quòd damnas alterum, teipſum condemnas. ᵛeadem enim facis tu qui alios damnas.

1 PROPTER quod inexcuſabilis es ô homo omnis qui iudicas: in quo enim iudicas alterum, teipſum condemnas: eadem enim agis qui iudicas.

Οἴδαμεν δὲ ὅτι τὸ κρίμα τοῦ Θεοῦ

2 ᵛScimus verò iudicium Dei

2 Scimus enim quoniam iudicium Dei

IN CAPVT II.

1 Quapropter, διό. Origenes iſta cum proximis ita connectit vt prorſus cohæreant: & caput ſecundum incipit à Scimus verò iudicium Dei, &c. à cuius ſententia non abhorret Eraſmus. Si modò (inquit) ſuperiore veſticulo addatur εἰ, vt legamus hoc pacto, οὐμόνον εἰ αὐτὰ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσιν. Ego verò non video (etiamſi ita legeris) quomodo non hiet tota illa periodus, vt diximus in penultima ſuperioris capitis annotatione. Deinde etiamſi hoc concederem ita eſſe vt vult Eraſmus: quis tamen non videt Origenem bis peccare quum hæc ita connectit? Paulum enim aliud hominum genus aggredi, ſatis oſtendit vocabulum κρίνων, quod ſignificat reprehendere ac damnare: quum antea diſerte oſtenderit ſe aduerſus illos agere qui & ipſi malè agunt, & malè agentes ſua confeſſione iuuant. ex quo conſequitur, ab Origene, quum iſta connectit, diuerſa prorſus argumenta coniungi. Deinde quod Paulus ſubiungit, Scimus verò iudicium Dei eſſe ſecũdum veritatem: quis eſt tam cæcus qui nõ videat adhiberi vt quod paulo antè præceſſerat, confirmaret? Alter ergo hic eſt error Origenis, quòd coniunctiſſima dirimat. Itaque vulgatam diſtinctionem ſequi maluimus quàm cum illo aberrare à ſcopo. Sed ſi hæc diuerſa ſũt (dicet aliquis) quorſum vtitur Apoſtolus particula διό, qua ſanè indicat ea quæ dicturus eſt, à ſuperioribus pendere? Reſpondeo, non contraria, ſed diuerſa hæc eſſe, nempe vt diuerſas ſpecies in eodem genere coeuntes, ac proinde Paulum vtrique parti argumẽtum meritò adhibere à communi vtriuſque ratione ſumptum. Genus eſt, Legem violare, ac proinde iuſtum nõ eſſe, ſed iræ Dei obnoxium. Ratio generalis eſt, noſſe ius Dei, quòd videlicet qui hoc vel illud agant, digni ſunt morte, & nihilominus contra ius Dei facere. Species diuerſæ ſunt: vna, apertè Legem Dei violare: altera, nonnihil habere æquitatis, & malè agentes reprehendere. Aduerſus illos egit priore loco Apoſtolus, iſtos nunc aggreditur: vtroſque autem communi illa ratione confutat, ideóque vtitur particula διό. Quiſquis alios damnas, πᾶς ὁ κρίνων. Vulg. Omnis qui iudicas. Eraſmus, Quiſquis es qui iudicas. Nos Damnandi vocabulo vti maluimus: primùm quia κρίνων hoc loco accipitur pro Culpare & reprehendere, nec ſatis rectè à nonnullis reſtringitur ad iudices vel politicos vel eccleſiaſticos: deinde vt ſeruarem paronomaſiam quæ eſt in verbis Græcis κρίνεις & κατακρίνεις. Sed prudenter hoc quoque conſiderandum eſt, non eſſe propoſitum Paulo, eorum factum reprehẽdere qui aliorum vitia carpũt (neque enim hoc ad propoſitam diſputationem facit, eſtque, ſi rectè fiat, in primis laudabile) ſed potius oſtendere, ne eos quidem qui non aſſentiuntur malè agentibus, idoneam excuſationem habere coram Deo, imò aduerſus ſeipſos ſententiam ferre. Nam hoc ipſo, ὦ ἐν ᾧ γάρ. Vulgata, In quo enim: quæ interpretatio eſt nimium anguſta: quanuis & Græcis & Latinis quibuſdam arrideat. Pertinet enim duntaxat ad eos qui eorundem vitiorum ſunt rei: vt ſi quis impius impium, aut adulter adulterum reprehendat. quod non eſt perpetuum: quia fieri poteſt vt furari minimè velit qui furem damnet. Paulus autem in ipſo genere paritatem iſtam non in criminis ſpecie conſiderat: itaque poſſe fieri negat vt qui alium reprehẽdit, idcirco iuſtus ſit coram Deo. Cur enim reprehendit? nempe quia iudicat eum malè agere, id eſt Legem violare: ecquis autem eſt qui Legem non violet aliqua in parte? Itaque quiſquis alios damnat vt Legum tranſgreſſores, ipſe ſeipſum eo ipſo condemnat quòd alium damnet. In vno codice ſcriptum erat ὦ ἐν ᾧ γὰρ κρίμα, quo enim iudicio, & ita citatur hic locus à Hieronymo, extremo ſecundo libro in Ezechielem. Eadem enim, τὰ γὰρ αὐτά. Nõ inculcat Apoſtolus quod in extremo capite ſuperiore dixerat, vt putauit Eraſmus. Neque enim idem declarãt αὐτὰ & τὰ αὐτά, id eſt ea & eadem. Verùm cur ita loquitur, quum qui alios reprehendunt, non ſemper iiſdem vitiis ſint obnoxii? Huic obiectioni occurrit Paulus ſequenti verſiculo, quem idcirco diximus cum iſto prorſus connectendum. Tu qui alios damnas, ὁ κρίνων. Vulg. Qui iudicas, id eſt ὁ κρίνων. Sed vetuſti codices emendati ſcriptum habent ΟΥΤΙ.

2 Scimus verò, οἴδαμεν δέ. Prudenter Paulus in hac rota diſputatione non adhibet ſententias ex verbo Dei petitas, (differit enim aduerſus omnes homines in genere, inter quos pauci admodum vel de ipſo nomine verbum Dei cognouerãt) ſed potius κοινὰς & communes illas notiones quas Deus in hominis natura ita inſculpſit vt Satan eas prorſus delere nunquam potuerit. Cuiuſmodi hæc eſt, Deum longè acutius omnia cernere quàm homines, & iuſtiſſimum eſſe ſcelerum vindicem. Quò etiam pertinet tritus ille apud Græcos verſiculus, Παὶς ἐρωτᾷ Θεοῦ ἔκλυεν ἔμμα.

ὄντι κατ' ἀλήθειαν ἐπὶ τοὺς τὰ τοιαῦτα πράσσοντας.

esse ᵛsecundum veritatem aduersus eos qui talia agunt.

est secundum veritatem in eos qui talia agunt.

Λογίζῃ δὲ τοῦτο, ὦ ἄνθρωπε ὁ κρίνων τοὺς τὰ τοιαῦτα πράσσοντας, καὶ ποιῶν αὐτά, ὅτι σὺ ἐκφεύξῃ τὸ κρῖμα τοῦ Θεοῦ;

Putas autem hoc, ô homo qui damnas eos qui talia faciunt, & facis ea, fore vt tu effugias iudicium Dei?

Existimas autem hoc, ô homo qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei?

Ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς, ἀγνοῶν ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει;

An ᵛcopiam benignitatis eius & tolerantiæ ac ᵛlenitatis contemnis, ᵛignorans te benignitate Dei ad resipiscentiam ᵛdeduci?

An diuitias benignitatis eius & patientiæ, & longanimitatis contemnis, ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiã te adducit?

Κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν, θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ·

Luc.5.c.3

Sed pro duritia tua & corde quod resipiscere nescit, ᵛ‖thesaurizas tibiipsi iram ᵛin diem iræ & patefactionis ᵛiusti iudicii Dei:

Secundum autem duritiã tuam & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in diẽ iræ & reuelationis iusti iudicii Dei:

Ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ·

Psal.61.d.13 matth.16 d.27, apoc.22.c.12

‖Qui reddet vnicuique ᵛsecũdum opera ipsius:

Qui reddet unicuique secundum opera ejus:

Τοῖς μὲν καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν ζητοῦσι, ζωὴν αἰώνιον·

ᵛIis quidem qui perstant, ᵛboni operis gloriam & honorem & immortalitatem, ᵛid est iis qui quærunt vitam æternam:

Iis quidem qui secundum patientiam boni operis, gloriã & honorẽ & incorruptionem quærũt, uitam æternam:

Secundum veritatem, κατ' ἀλήθειαν. Vel, ex veritate, id est ex vera æstimatione, non autem ex specie exteriore. Spectat ergo interiores motus Paulus, quos Deus intuetur, & hominum opiniones diuinis iudiciis opponit: quæ vera est ratio homines coarguendi, quanuis aut aliis aut sibiipsis iusti videantur. Seuerus es aliorum reprehensor, rectè quidẽ, sed nisi tu es ni iisdẽ vitiis intus scateas quæ in aliis reprehẽdis: certè eorundẽ vitiorum semina in te inesse oportet si homo es: & vt non iisdẽ sceleribus sis obnoxius, neque hoc vel illo crimine conta- 5
minatus, tamen alia intus foues nihilo minus execranda coram Deo. Denique etiamsi tibi non sis conscius vllius sceleris, (quod tamen fieri non potest) quàm multa ducis pro virtutibus quæ coram Deo manifesta sunt scelera: & tú quoque, si propius inspiceres, scelera esse confitereris! Socrates in foro disserit de virtute, & religionem interim (id est publicum errorem) colit: si quidem moriens iubet gallum Æsculapio reddi: quinetiam cõmunes esse mulieres oportere censet. nam certè Plato non seruauit τὸ πρέπον si hos sermones falsò tribuit præceptori. Cato acerrimus virtutis custos, fœnus iniquissimum exercet, vxorem prostituit, nec dubitat sibi mortem consciscere. Idem de cæteris esto iudicium. Itaque Paulus hoc vno verbo vniuersam carnis sanctimoniam ad inferos detrudit, & meritò in istos acrius quàm in alios omnes inuehitur.

4 Copiam, τὸν πλοῦτον. Quum πλοῦτος propriè declaret diuitias, (vt cõuertit Vetus interpres) solet translatitiè vsurpari à Paulo quoties ingentem alicuius rei vim & copiam vult intelligi: sicut obseruauit Erasmus, vt 15
infrà, cap.9.c.23, & alibi sæpe. Lenitatis, μακροθυμίας. Vulgata, Longanimitatis, barbarè. Quidam, Lentitudinis, id est ἀργησίας, quæ inter vitia meritò numeratur. Vide Matth.18.c.26. Ignorans, ἀγνοῶν. Consentiunt in hac lectione vetusti codices Latini, quanuis vulgò legatur ignoras, ἀγνοεῖς. Deducit, ἄγει Vulgata, Adducit. quod videtur declarare eoentũ, quum hîc significetur, duntaxat consilium ac voluntas, & ea quidẽ clementiæ plena. 20

5 Thesaurizas, θησαυρίζεις. Huc spectat erymon Græci vocabuli, τὸ εἰς ταὐτὸν πᾶσαν, id est in crastinum recondere, quo significatur homines, dum cupiditatibus suis quotidie indulgendo existimant se aliquid bonis suis adiicere, tãdem pro thesauro inuenturos Dei indignationem. Itaque thesaurizãdi verbum quanuis parum Latinum, tamen vt maximè conueniens retinuimus. In diem, εἰς ἡμέραν. Sic malo interpretari quàm In die, quia de futuro loquitur. Huc pertinet egregium illud Homeri dictum Iliados ω, quod adscribere libuit, vt intelligamus quàm erudite disputet Apostolus ex communibus humanæ mentis prænotionibus. Sic igitur Agamemnon de Troianorum periurio conquerens, Εἰ δ' ἐκ τοῦ πάντες καὶ αὐτοὶ ἐπίλασιν, Ἐκ πάντων ἐξ ἑνὸς πλεῖστα μεγ' ἄλγεα κάπνισσαι. Σοὶ οὔτοι κεφαλὴ ἐπιδεύεται, γυναιξὶ τε καὶ παισίν. Iusti iudicii, δικαιοκρισίας. Vetera exemplaria legunt καὶ δικαιοκρισίας, & Græca etiam scholia. & Basilius ἐπιεικῶς ἔχω δ'. Mihi tamen magis placet omitti coniunctionem: quomodo Vetus interpres conuertit, & citat Augustinus lib. contra Iulian. 5. cap. 3, & De ciuitate Dei, l. 10
cap. 8. Cæterùm cui tantum est otii vt mirificas nugas velit cognoscere, cur videlicet Deus in vltimum diem reiecerit vniuersale iudicium, legat quæ Origenes suo more in hũc locum παπαροληγεῖ, additũ patefaciens mortuorum inuocationi, & igni purgatorio, detorto etiam ad sua somnia Apostolico dicto, 1. Tim. 5. d. 24. quasi eo loco Paulus de supremo illo Dei iudicio differat.

6 Secundum opera ipsius, κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Ergo (inquiunt Sophistæ) etiam operibus iustificamur coram 35
Deo. Ego verò contrà colligo quod disertè aiunt Dauid & noster Apostolus infrà, cap. 3. c. 20, Ergo ex operibus suis nullus hominum iustificabitur. Ecquis enim adferet hæc opera quibus vitam æternam persolui dicit Apostolus an homines non regenerati? atqui reuelatur ira Dei aduersus omnes homines, quia omnes peccauerunt. an filii Dei? at ne Abrahã quidẽ habet de quo glorietur corã Deo, vt infrà, cap. 4. a. 2, ostendimus. Ergo vnus Christus hæc adferet, factus ni mirũ nobis iustitia & iustificatio, quẽ quidẽ sola fide apprehẽdimus. Quis enim 40
dedit illi prior, & retribuet ei? Ergo qui huius loci testimonio abuntur ad stabiliendæ operũ iustitiæ, præterquam quòd manifestissimè detorquent Pauli verba in contrariam prorsus sententiam, ineptè etiam ac planè sophisticè assumunt τὸ κεφάλαιον in argumentando.

7 Iis quidẽ qui perstant, τοῖς μὲν καθ' ὑπομονὴν. Id est τοῖς μὲν ὑπομένουσι, vt cõtentiosos vocat τοὺς ἐξ ἐριθείας, & circumcisos τοὺς ἐκ περιτομῆς: vt etiam explicat Ambrosius, & distinguũt Græca scholia. Eras. autem Origenem 45

sequutus,cõiungit ἔργου ἀγαθοῦ cum ὑπομονῇ,& omnia hæc subiicit participio ζητοῦσιν. Sic enim interpretatur, Illis quidem qui perseuerantes in opere bono,gloriam & honorem & incorruptionem quærunt, vitam æternam. Vulgata autem vertit ad verbum, Iis qui dem qui secundum patientiam boni operis gloriam & honorem & incorruptionem quærunt,vitam æternam:eadem distinctione seruata, nisi quòd Boni operis, potest construi cum iis quæ sequuntur. Boni operis gloriam, ἔργου ἀγαθοῦ δόξαν. Id est, gloriam quæ bona opera consequitur.Sic enim multo planior & magis perspicua est sententia quàm si ἔργου ἀγαθοῦ cõiungas cum ὑπομονῇ,neque aliam distinctionem norunt Græca scholia,quæ sequuti sumus:vt planè miser Erasmum aliter trà didisse. Ecce verò iterum insurgunt Sophistæ,& mercedem proponunt operibus debitam.Cedo verò,quos alloquitur Apostolus:an eos in quibus fides operatur? atqui de iis nõdum disseruit:& diserte etiam testatur Augustinus,bona opera non præcedere iustificãdum,sed iustificatum sequi: quod & ipsum docet sensus communis: siquidem arbor fructum gignit,non fructus arborem à qua gignitur. Superest ergo vt eos alloquatur Apostolus qui Christo nondum per fidem sunt insiti.Isti verò quæ bona opera proferent? Siquidem quicquid absque fide fit,peccatum est:fides autem est ex auditu,isti verò vel non audierunt,vel certè non didicerunt. At enim si tales nulli sunt quales hic describit Paulus,cur hoc profertur vt vanam aliquam ideam proponat? Minimè verò:sed vt hac proposita conditione salutis, omni ex parte quod ad hominis vires ac facultates ἀδυνάτῳ, omnes sua ipsorum iustitia spoliatos ad eum adducat,à quo vno per solam fidem apprehenso, gratis iustificentur:vt ipse diserte concludit infrà,cap.tertio,c.10.11,& deinceps. Idest iis qui quærunt,ζητοῦσιν.Sic rursus distinguũt Græca scholia,& rectè,meo quidem iudicio.Nam eiusmodi epexegeses frequentissimè occurrunt,vt in Iohanne præsertim annotaui. Addidi tamen particulam exegeticam, vt planior esset sententia. Explicat ergo Apostolus quinam sint τοῖς ὑπομονῇ, ii nimirum qui ad immortalem vitam nullis doloribus aut molestiis fracti perueneruntquò pertinet illud Hesiodi,Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν Ἀθάνατοι· μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐς αὐτήν, Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον· &c.Hæc igitur rectè philosophi:sed in eo tamen hallucinati quòd homines putarunt diligentia & longa consuetudine virtutis habitum consequi, quum ne ingredi quidem hãc viam possint, nedum vt ad metam perueniant:sicut Paulus vno verbo expositi quum diceret Deum κατ' ἀλήθειαν iudicare. Quæ verò disputat tribus paginis Origenes in hunc locum de fidelium iusta, planè sunt ἀφορισθέντα,quum illos Paulus non alloquatur.

Τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας, καὶ ἀπειθοῦσι μὲν τῇ ἀληθείᾳ, πειθομένοις δὲ τῇ ἀδικίᾳ, θυμὸς καὶ ὀργή.	8 Iis verò qui sunt contentiosi, & qui veritati quidem non obtemperant, sed obtemperant iniustitiæ,reddetur excandescentia & ira.	8 *Iis autem qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio.*
Θλῖψις καὶ στενοχωρία ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου τοῦ κατεργαζομένου τὸ κακόν, Ἰουδαίου τε πρῶτον καὶ Ἕλληνος·	9 Oppressio & angustia aduersus omnem animam hominis perpetrantis malum, tum Iudæi in primis, tum etiam Græci:	9 *Tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primùm & Græci:*
Δόξα δὲ καὶ τιμὴ καὶ εἰρήνη παντὶ τῷ ἐργαζομένῳ τὸ ἀγαθόν, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι.	10 Gloria verò & honor & pax cuiuis operanti bonum, tum Iudæo in primis, tum & Græco.	10 *Gloria autem & honor & pax omni operãti bonum, Iudæo primùm & Græco.*
Οὐ γάρ ἐστι προσωπολημψία παρὰ τῷ Θεῷ.	11 Non enim est personarum acceptio apud Deum.	11 *Non est enim acceptio personarum apud Deum.*
Ὅσοι γὰρ ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται· καὶ ὅσοι ἐν νόμῳ ἥμαρτον, διὰ νόμου κριθήσονται,	12 Quicunque enim sine Lege peccauerunt, sine Lege quoque peribunt: & quicunque in Lege peccauerunt, per Legem damnabuntur.	12 *Quicunque enim sine Lege peccauerunt, sine Lege & peribunt: & quicũque in Lege peccauerunt, per Legem iudicabuntur.*
(Οὐ γὰρ οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου	13 (Non enim qui audiunt Le-	13 (*Non enim auditores Le*

8 Excandescentia,θυμός.Id est,ira subitò inflammata,Dei videlicet in peccatorem, non ipsius peccatoris in sese,vt putauit Origenes.Solent autem Græci interpretes pro eo quod in Scripturis dicitur נטה שבט interpretari,נגד שבט,id est oppressionem,pro πρὸς στενοχωρίαν,id est angustiam:estque ἀπὸ ἕλκυσιν, per syllepsin subaudiendum ἀποδώσει τιμωρίαν,quum alioquin dicendum fuisset θυμὸν καὶ ὀργὴν quarto casu. Sed & illud annotandum est,Veritatis appellatione non iam prædicationem verbi Dei, sed naturalem notitiam intelligi,vt suprà, versu 18.quod quia Origenes & ex veteribus nonnulli non viderũt,totam Pauli disputationem perturbarunt.

9 Oppressio,θλῖψις. Plerique connectunt hæc duo cum præcedentibus,quod non incõmodè etiam fieri potest: sed mihi videtur melius respondere antithesis versiculi decimi si nouam periodum hic inchoemus.

11 Non est personarum acceptio,οὐκ ἔστι προσωπολημψία.Id est,homines non metitur Deus ex genere,vel patria,vt eos amplectatur vel repudiet. Erasmus mauult Respectum personarum interpretari. Ergo (clamitant præposteri quidam diuinæ iustitiæ patroni)Deus neminem ab æterno reprobauit. Mirum certè hominum acumen,qui quum negare non possint Deum aliquos ab æterno elegisse in semetipso, tamen imaginantur,sic potuisse nonnullos eligi vt nullus repudiaretur.Dèinde sciendum est,eligere aliquos,& aliquos iusto iudicio destinare ab æterno,non esse προσωπολημπτεῖν. Sed si Deus ex aliquot paribus nonnullos in ipsis eligeret,id est qualitatem aliquam respiciens in ipsis hærentem,alios verò repudiaret,tum demũ προσωπολήπτης,ac proinde (quod absit)iniquus iudex humanæ rationi videri posset. Quum verò tanquam figulus,priusquam vasa condat, alia gloriæ,alia iusto iudicio destinat,quæ tandem hic esse potest προσωπολημψίας suspicio? Denique προσώπων non declarat ipsos homines,sed externas qualitates,vt genus,dignitatem,opes,patriam denique,siue gentem,vt hoc loco.Vide Mar.12,b.14.

12 Sine Lege,ἀνόμως.i.ἄνευ νόμου,vt mox explicatur.Alioqui ἀνόμως dici solet prò παρανόμως.i.cõtra Legẽ.

δίκαιοι παρὰ τῷ Θεῷ· ἀλλ' οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται.

gem, iusti sunt apud Deum, sed qui Legem præstant, iustificabuntur.

get iusti sunt apud Deū: sed factores Legis iustificabuntur.

Ὅταν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῶσιν, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες, ἑαυτοῖς εἰσι νόμος·

14 Nam quum Gentes quæ Legem non habent, naturâ quæ Legis sunt faciant, isti Legem non habentes, sibipsis sunt lex:

14 Quum enim Gentes quæ Legem non habent, naturaliter ea quæ Legis sunt faciūt, eiusmodi, Legem non habentes, ipsi sibi sunt Lex:

Οἵτινες ἐνδείκνυνται τὸ ἔργον τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως, καὶ μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων ἢ καὶ ἀπολογουμένων)

15 Vt qui ostendant opus Legis scriptum in cordibus suis, vnà testimonium reddēte ipsorum conscientia, & cogitationibus sese mutuò accusantibus, aut etiam excusantibus)

15 Qui ostendunt opus Legis scriptum in cordibꝰ suis, cōtestimoniū reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicē cogitationum accusantium, aut etiam defendentium)

Ἐν ἡμέρᾳ ὅτε κρινεῖ ὁ Θεὸς τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων, κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

16 In die quo iudicabit Dominus de occultis hominum, ex Euangelio meo, per Iesum Christum.

16 In die quum iudicabit Deus occulta hominū, secundū Euangeliū meum, per Iesum Christum.

Ἴδε, σὺ Ἰουδαῖος ἐπονομάζῃ, καὶ ἐπαναπαύῃ τῷ νόμῳ, καὶ καυχᾶσαι ἐν Θεῷ,

17 Ecce, tu cognominaris Iudæus, & acquiescis in Lege, & gloriaris in Deo,

17 Si autem tu Iudæus cognominaris, & requiescis in Lege, & gloriaris in Deo.

13 Iustificabuntur, δικαιωθήσονται. Id est, iusti pronuntiabuntur apud Dei tribunal. Quid igitur superest (dicet Sophista) quominus operibus decidas aliquam saltem iustitiæ partem? Respondeo, hoc ipsum superesse quod tu nusquam nisi in vno Christo inuenies, id est vt istam iustitiam adferas. Istam si habes, profer, & sanè iustus eris ex Lege: sed quum non habeas, (nisi fortè iustior es quàm Abraham, & Apostolus ipse, clamans se non esse sibi conscium, nec tamen in hoc iustificatum:) aut tibi, miser Sophista, cum tuis meritis, bullis & indulgentiis, pereundum est: aut (quod vtinam potius facias) amplectenda tibi iustitia ex fide & gratia, quæ iustitiam absque Lege tibi imputatam stabiliat. Videntur autem versiculi 13. 14. 15. parenthesi commodè posse includi, ita vt decimus sextus connectatur cum duodecimo: & parenthesis in duas partes distinguatur. Nam versiculus decimus tertius ad Iudæos pertinet, quos dixerat per Legem condemnandos, ad quorum etiã causam agendam paulatim progreditur Apostolus. Reliqui verò duo, nempe decimus quartus & decimus quintus, confirmãt quod dixerat, perituros sine Lege qui sine Lege peccarunt. Quia, inquit, vt Legem Mosis non habent, (cœpit enim Gentes Apostolus cum Iudæis comparare) habent tamen aliam Legem in cordibus suis insculptam: quod vel ex eo produnt quòd & ipsi inter vitia & virtutes (præcunte illa luce) discrimen aliquod constituunt, vt planè sint αὐτάνθρωποι. Hæc est germana huius loci explicatio: quam quum plerique ex veteribus non obseruarint, mirum est quantum à scopo Apostoli aberrarint: dum alii putant hæc accipienda de Gentibus quæ in Christum prædicatum tandem crediderunt: talis naturam intelligunt per fidem in Christum restitutam: alii etiam disputant de iis qui ex Gentium numero in Christum vēturum crediderunt, vt Melchisedec, & siqui alii tales fuerunt. quæ omnia quàm parum appositè dicantur, res ipsa ostendit. Est enim vniuersalis hæc doctrina, ad omnes omnium ætatum profanos homines pertinens, nec ad commendandas illorum virtutes accommodata, sed huc potius vt omnis excusatio illis adimatur.

14 Quæ Legem non habent, τὰ μὴ νόμον ἔχοντα. Hoc non est simpliciter intelligendum, sed κατά τι, id est Iudæorum habita ratione, quibus Deus singula Legis capita tradidit. Quæ Legis sunt faciant, τὰ τοῦ νόμου ποιῶ. Id est, honesta iubeant, turpia prohibeant: veluti quum de religione præcipiunt, in furta, adulteria, homicidia pœnas statuunt. Neque enim hoc à Paulo dictũ est de ipsa Legis obseruatione, sed duntaxat de ratione quam profanæ etiam gentes in legibus condendis sunt sequutæ. minimè id quidem quasi plena veræ pietatis aut iustitiæ cognitione natura præditi sint homines, sed quòd, velint nolint, aliquem habeant religionis sensum, & aliquod turpis & honesti discrimen, quæ illis condemnandis sufficiunt.

15 Opus Legis scriptum in cordibus suis, τὸ ἔργον τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν. Alibi, vt Ierem. 31. v. 33, dicuntur habere Legem cordibus inscriptam, quorum corda Dominus sancto suo Spiritu circuncidit, vt loquitur Moses Deuter. 30. v. 6: sed hoc loco Paulus de hominibus loquens in genere quales nascuntur, de naturali notitia hoc intelligit, non autem de implendæ Legis faculate, vt rectè notat doctissimus interpres.

Cogitationibus accusantibus, τῶν λογισμῶν κατηγορούντων. Non est excusandus Vetus interpres, qui ineptè vertit, Cogitationum accusantium vel defendentium, quum certum sit hæc poni absolutè, nec ista possint satis cohærere cum nomine συνειδήσεως.

16 In die, ἐν ἡμέρᾳ. Vel In diem, pro εἰς ἡμέραν, vt suprà, ver. 5, minimè id quidem quasi conscientiæ testimonium in eum vsque diem differatur, (sicut existimauit Castellio, qui participia præsẽtis temporis συμμαρτυρούσης, κατηγορούντων, ἀπολογουμένων, deprauata prorsus Apostoli sententia, vertit futuro tempore, Testabitur, accusabunt, defendent:) sed potius quia testimonium illud ne morte quidem abolitum, in eum vsque diem vigebit. Malui tamen interpretari IN DIE, ita vt hic versiculus cohæreat cum duodecimo, tribus interiectis per parenthesin inclusis quoniam alioqui quod hic dicitur de die Domini, videretur ad solas Gentes pertinere si cum proximè præcedentibus cõiungeretur. Ex Euangelio meo, κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου. Id est, sicut testatur doctrina hæc cuius ego sum præco constitutus.

17 Ecce, ἴδε. Nunc peculiariter differit aduersus Iudæos Legi Mosis confidentes. Itaque optimè conuenit hæc particula, illos Legi ἀπαναπαυομένους, id est quasi placidè indormientes, excitans, vt apertum ac proximum periculum cernãt. Vulgata, Si autem, εἰ δέ: quod etiam scriptum inuenimus in tribus codicibus. Sed & Origenes & Ambrosius & Theophylactus ita videntur legisse. Gloriaris, καυχᾶσαι. Annotant grammatici καυχᾶσαι dici pro καυχᾷ, sicut κερδαίνεις pro κερδᾷς.

Καὶ γινώσκεις τὸ θέλημα, καὶ δοκιμάζεις τὰ διαφέροντα, κατηχούμενος ἐκ τοῦ νόμου.

18 Et noſti eius voluntatem, & exploras quæ diſcrepant, inſtitutus ex Lege.

18 Et noſti voluntatem, & probas utiliora, inſtructus per Legem.

Πέποιθάς τε σεαυτὸν ὁδηγὸν εἶναι τυφλῶν, φῶς τῶν ἐν σκότει,

19 Confidiſque te ducem eſſe cæcorum, lucem eorum qui ſunt in tenebris,

19 Cõfidis teipſum eſſe ducem cæcorũ, lumen eorũ qui in tenebris ſunt,

Παιδευτὴν ἀφρόνων, διδάσκαλον νηπίων, ἔχοντα τὴν μόρφωσιν τῆς γνώσεως καὶ τῆς ἀληθείας ἐν τῷ νόμῳ.

20 Eruditorem inſipientium, magiſtrum infantium, quòd habeas informationem cognitionis ac veritatis in Lege.

20 Eruditorem inſipientiũ, magiſtrũ infantiũ, habentem formam ſcientiæ & veritatis in Lege.

Ὁ οὖν διδάσκων ἕτερον, σεαυτὸν οὐ διδάσκεις; ὁ κηρύσσων μὴ κλέπτειν, κλέπτεις;

21 Qui igitur doces alium, teipſum non doces? qui prædicas non furandum, furaris?

21 Qui ergo alium doces, teipſum non doces? qui prædicas non furãdum, furaris?

Ὁ λέγων μὴ μοιχεύειν, μοιχεύεις; ὁ βδελυσσόμενος τὰ εἴδωλα, ἱεροσυλεῖς;

22 Qui dicis non mœchãdum, mœcharis? qui abominaris idola, ſacrilegium admittis?

22 Qui dicis nõ mœchãdũ, mœcharis? q abominaris idola, ſacrilegium facis?

Ὃς ἐν νόμῳ καυχᾶσαι, διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου τὸν Θεὸν ἀτιμάζεις;

23 Qui de Lege gloriaris, per Legis tranſgreſſionem Deum dedecoras?

23 Qui in Lege gloriaris, per præuaricationem Legis Deum inhonoras?

Τὸ γὰρ ὄνομα τοῦ Θεοῦ δι' ὑμᾶς βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι, καθὼς γέγραπται.

24 Nam ‖ Dei nomen propter vos blaſphematur inter Gẽtes, ſicut ſcriptum eſt.

24 Nomen enim Dei per vos blaſphematur inter Gentes, ſicut ſcriptum eſt. Eſa.52.d.5 ezech.36.d.23

Περιτομὴ μὲν γὰρ ὠφελεῖ ἐὰν νόμον πράσσῃς· ἐὰν δὲ παραβάτης νόμου ᾖς, ἡ περιτομή σου ἀκροβυστία γέγονεν.

25 Nam circũciſio quidẽ prodeſt ſi Legem ſeruaris: quòd ſi trãſgreſſor Legis fueris, circunciſio tua facta eſt præputium.

25 Circumciſio quidẽ prodeſt ſi Legem obſerues: ſi autẽ præuaricator Legis ſis, circumciſio ma præputium facta eſt.

Ἐὰν οὖν ἡ ἀκροβυστία τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου φυλάσσῃ, οὐχὶ ἡ ἀκροβυστία αὐτοῦ εἰς περιτομὴν λογισθήσεται;

26 Itaque ſi præputium iura Legis ſeruauerit, nónne præputiũ illius pro circunciſione reputabitur?

26 Si igitur præputiũ iuſtitias Legis cuſtodiat, nónne præputiũ illius in circumciſionem reputabitur?

Καὶ κρινεῖ ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία τὸν νόμον τελοῦσα, σὲ τὸν διὰ γράμματος καὶ περιτομῆς παραβάτην νόμου;

27 Et quod eſt ex natura præputium, ſi Legẽ ſeruet, damnabit te qui per literam & circũciſionem tranſgreſſor es Legis?

27 Et iudicabit id quod ex natura eſt præputiũ, Legẽ cõſummãt, te q p literã & circumciſionẽ præuaricatorẽ Legis es?

18 Exploras quæ diſcrepant, δοκιμάζεις τὰ διαφέροντα. Gloriamini, inquit, de Deo, id eſt quòd noueritis Dei voluntatem, & poſſitis diſcernere quæ ab illa diſcrepant, vt qui ſitis à pueris inſtituti in Lege. Eſt enim ſeruanda vis verbi κατηχοῦσθαι. Sic Philip.1.b.10. idem dicendi genus explico. Vulgata, Probas vtiliora: quo modo etiam interpretatur Theophylactus. Nam τὰ διαφέροντα interdum accipitur pro συμφέροντα, id eſt vtilem eſſe, vt prolatis exemplis oſtendit doctiſſimus Budæus. Eraſmus de eo videtur dubitare, ideóque conuertere maluit, Probas eximia, quia τὰ διαφέροντα interdum declarat præſtare & antecellere. Lector quam maximè probabit ex his interpretationibus ſequatur.

20 Infantium, νηπίων. Eraſ. imperitorum. Nam, inquit, nemo infantes docet. Ego verò id fateor: ſed quis non videt Apoſtolum his epitheris repræſentare Iudæorum faſtum, qui cæteros homines non tantùm pro imperitis, ſed quaſi pro infantibus haberent? Itaque niſi infimum iſtum imperitiæ gradum ſignificaris, peribit huius dicti energia. Informationem μόρφωσιν. Id eſt rationem inſtituendi ac formandi alios in cognitione veritatis. Vel, vt Vulgata & Eraſmus, Formam, id eſt apparentiam vt vulgò vocant, ſicut accipitur idem vocabulum 2. Tim.3.v.5. acſi diceret Paulus, prætextu externi Legalis cultus Iudæos omnia ſibi ſolis vindicaſſe, quũ re vera nihil minus quàm Legem præſtarent.

26 Si præputium, ἐὰν ἡ ἀκροβυστία. Priore hoc loco præputium accipitur pro præputiato, id eſt pro ipſo incircunciſo, metonymicè: (alioquin quid declararet præputium præputii) poſteriore autem loco, nõ pro ipſo incircunciſo, ſed pro eius ſtatu ac conditione ponitur, id eſt pro incircunciſum eſſe, ſiue pro Gentiliſmo, vt ita dicam: vt in ſuperiore verſiculo, quum diceret circunciſionem verſam eſſe in præputium, i. Iudaiſmum in Gẽtiliſmum. nam certè pro illa pellicula neutro loco videtur ſatis commodè accipi poſſe. Iura Legis, τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου. Quid ſignificent δικαιώματα diximus Luc.1.2.6, vbi conſtitutiones vertimus: hic verò maluimus iura interpretari, quia in genere, hoc vocabulo ſignificatur hoc loco quicquid Lex fieri præcepit: vt apparet ex antitheſi, quum opponatur ὁ παραβάτης τοῦ νόμου, id eſt tranſgreſſor Legis, ei qui τὰ δικαιώματα obſeruat. Vulg. & Eraſ. verterunt Iuſtificationes. de qua interpretatione dicam infrà. 5. c. 16. Pro circunciſione, εἰς περιτομήν. Id eſt pro Circunciſum ſeu ex populo Dei eſſe. Itaque vtitur verbo λογίζεσθαι, de quo dicemus infrà, cap. 4.

26 Reputabitur, λογισθήσεται. Chryſoſtomus legit τραπήσεται, cõuertetur, & (nequis ſuſpicetur eſſe gloſſema) addit, οὐκ ἔστι, λογισθήσεται, ἀλλὰ τραπήσεται, ὃ ἐμφατικώτερόν ἐστιν. Id eſt, non dixit Reputabitur, ſed Vertetur, quod eſt efficacius.

27 Quod eſt ex natura præputium, ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία. Id eſt, qui natura & genere eſt incircũciſus, vt apparet ex antitheſi. Sic Galat.2.c.15, ἡμεῖς φύσει Ἰουδαῖοι, nos qui nati ſumus Iudæi. Si Legem ſeruet, ἐὰν νόμον πλήρῃ. Vulgata conuertit Legem conſummans, & putat Origenes obſeruandam propriam ſignificationẽ verbi πλήρῃ, nempe vt ſignificet aliquid amplius quàm φυλάττειν, & hoc ad externã ceremoniam, illud ad ſpiritualem

obſeruationem ſpectet. Ego verò puto hæc eſſe ſynonyma: quod etiam liquet ex ſuperiore verſiculo, quum alioqui πλὴν propria ſignificatione de vno tantùm Chriſto dici poſſit. Ergo qui ex hoc loco colligũt Legem non eſſe eiuſmodi vt præſtari à nobis non poſſit, ineptè certè faciũt: primùm, quia (vt modò dixi) τὸ πλὴν hoc loco opponitur non illi qui perfectè non præſtet Legem, ſed illi potius qui externa duntaxat ceremonia contentus, de Lege factis præſtanda nihil laboret. Deinde quis neſcit, in diſputando multa interdum poni quæ tamen nõ affirmentur? Damnabit, κρινῶ. Hæc quoque phraſis notãda eſt, quæ in ſacris literis frequẽtiſſimè occurrit, qua dicitur aliquis ab eo damnari cuius honeſto exẽplo poſſit improbitatis aut vitii alicuius coargui, vt Mat. 12. d. 41, & 42. Per literam & circumciſionẽ, διὰ γράμματος καὶ περιτομῆς. Literæ vocabulũ Spiritui oppoſitum ſolet Paulus peculiari quadã ſignificatione vſurpare. Nam primũ omniũ, quia Lex illa quæ Moſis dicitur, tũ Dei ipſius digito (vt Scriptura loquitur) inſculpta eſt in tabulis, quod ad Decalogũ attinet: tũ verò Dei ipſius iuſſu à Moſe literatũ monimentis tradita eſt: optima fuit ratio cur Lex illa diceretur γράμμα per antonomaſiã: quod rectius cõuerteris ſcriptũ quàm literã: & tamen voluimus ex more literã interpretari. Sed aliquid tamen amplius ſpectauit Paulus. Nam quia lex non modò ceremonialis, ſed etiã moralis i. decalogus (quẽ vocãt) ad Chriſtum ducebat, qui nobis omni modo factus eſt iuſtitia: hunc autẽ Legis vſum Iudæi partim ignorabant, partim aſpernabãtur: hinc factũ eſt vt Paulus de Lege loquẽs, modò ex Iudæorũ hypotheſi, qui eam à Chriſto ſeparatam, ſeorſim & per ſe conſideratã ſibi applicabant: modò ex verò ipſius vſu & Legiſlatoris volũtate, vocabula excogitarit iſti diſtinctioni accõmodata. Itaque Legẽ nudam & à Chriſto ſeparatam γράμμα vocare ſolet, tanquam mortuum quoddam ſcriptum, quod ad ſalutem nihil profit, carnis noſtræ vitio: quia videlicet morbum duntaxat indicare poteſt in viſceribus noſtris latẽtem, ſanare verò non item. Quinetiã quia Lex illa extra Chriſti Spiritum conſiderata, peccatũ in nobis irritat, vt fiat ſupra modum peccans, & morti nos dedat, infrà 7. cap. idcirco dicit Paulus literam occidere, & Moſis miniſterium vocat miniſterium mortis & condemnationis, 2. Cor. 3. b. 6 & 7, & Legem quoque, peccati virtutem, 1. Cor. 15. g. 56. quæ quidem de vniuerſa Lege accipiẽda ſunt, quatenus extra Chriſtum conſideratur. Huic autem literæ idẽ Paulus opponit Spiritum, i. ſancti Spiritus efficaciam, quæ tum Chriſti iuſtitiam, tum etiam legem ipſam in cordibus noſtris inſculpit: qua ratione dicitur Spiritus viuificare quos Lex occidit, & Euangelicum miniſterium miniſterio Moſis ex illa hypotheſi oppoſitum, dicitur non eſſe literæ, ſed Spiritus, 2. Cor. 3. b. 6 & 8. Interdum autem hæc literæ & Spiritus antitheſis peculiariter ſpectatur in ceremoniis, vt hoc loco & alibi ſæpe. Tunc igitur γράμμα vocat Paulus externum ſignum ab ipſius ſigni fine ſiue à veritate ſeiunctum, quam vocat Spiritum: quoniam externa ceremonia eſt res per ſe mortua & inutilis, niſi coniungatur veritas, quaſi illius vita. Itaque Circũciſio per literam ſeu carnis eſt pelliculæ abſciſſio: circumciſio autem per Spiritum ſiue cordis, eſt ſpiritualis finis illius Ceremoniæ, vera nempe pietas, iuſtitia, cæteræque virtutes quibus verè demum populus Dei à profanis gentibus diſcernitur. Et hæc quidem habui quæ in hunc locum ſemel differerem, tum vt hoc dicendi genus pro meo inſtituto explicarem, tum verò vt intelligerent lectores quo ſpiritu ductus Origenes ille, cuius diligentiã nonnulli tantopere cõmendant, pulcherrimã hanc diſtinctionẽ literæ occidentis & Spiritus viuificantis profanarit, vt fœdis & impuris ſuis allegoriis Chriſti doctrinã omniũ ludibrio exponeret. Taceo plurima tum falſa tum abſurda, quæ in hunc locũ differit, veluti quòd aberrans à ſcopo Apoſtoli diſputantis aduerſus iuſtificationem ex lege ceremoniali, quærit quæ circumciſio proſit ſi Legem ſeruaueris, & circumciſionẽ definit, cauere mala, cuſtodire Legem, facere quod rectum eſt: quaſi propoſitum ſit Apoſtolo docere, non ſatis eſſe abſtinere à malo, niſi etiã facias quod bonum eſt. Deinde in aliam partem abreptus, definit eum dici φυλάσσειν. i. cuſtodire Legem, qui ſecundum literam viuit: πλὴν verò i. perficere, qui ſecundum Spiritum. quæ quàm abſurdè dicantur, res ipſa oſtẽdit. Illud verò nonne falſiſſimum eſt quod tam præfractè tuetur, proſelytis ad Eccleſiam accedentibus non fuiſſe impoſitam circumciſionis legẽ? & quidẽ impudentiſſimè detorquẽs quod ſcriptum eſt Exodi 12. g. 48, & Ezech. 44. c. 9. Et illud quantam oſtendit oſcitantiam, quòd Iſraelitas illos quos circumcidit Ioſue in Galgal, exiſtimat bis fuiſſe circũciſos, vt duas nobis circumciſiones cordis pro vna cõſtituerent? ſed de his plus ſatis. Vnum tamen ſupereſt quod annotem, hunc locum perperam mihi videri à Caſtellione explicatum, qui ita conuertit, Qui natura præputiatus Legem exquirit, damnabit te qui literas & circumciſionẽ habens, contra Legẽ facis. Nã multo vehemẽtius eſt quod dicit Apoſtolus, Iudæos videlicet non modò nõ iuſtificari circũciſione externa, quum tranſgreſſores eſſent Legis, ſed etiam velut ea ipſa circumciſione quam profanabant, eos effici nocentiores: veluti ſi hodie dicamus contra Sophiſtas, non modò non conferri gratiam ex opere operato Baptiſmi ijs qui ſordes conſcientiæ non abluerunt, ſed quotidie magis ac magis ſe polluunt: vt etiam hoc ipſo quòd baptizati ſunt, magis ſint iræ Dei obnoxii, ipſorum tamen vitio, non Baptiſmi.

Οὐ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ, Ἰουδαῖός ἐστιν· οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ, ἐν σαρκὶ, περιτομή·

28 Non enim qui eſt in propatulo Iudæus, Iudæus *eſt*: nec ea quæ eſt in propatulo *circumciſio*, *id eſt* in carne, circumciſio eſt:

28 Non enim qui in manifeſto Iudæus eſt: neque quæ in manifeſto, in carne, eſt circumciſio:

Ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας, ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι· οὗ ὁ ἔπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ τοῦ Θεοῦ.

29 Sed qui in occulto Iudæus eſt, & circumciſio cordis *id eſt* in ſpiritu, non litera: cuius Iudæi laus non *eſt* ex hominibus, ſed ex Deo.

29 Sed qui in abſcõdito Iudæus eſt: & circumciſio cordis in ſpiritu, non litera, cuius laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt.

28 Qui *eſt* in propatulo, ἐν τῷ φανερῷ. i. Qui foris Iudæus eſt & externa circumciſione, quæ fit manibus. Nec tamen externum ſignum damnat Apoſtolus, ſed ex hypotheſi loquitur, aduerſus eos qui corde ineircũciſi externam ceremoniam iactabant. Denique quoquo modo accipias, vera eſt hæc ſententia, non cenſeri corã Deo populũ ipſius ex notis externis, ſed ex ſincero ipſius timore. τῷ φανερῷ ergo vocat Apoſtolus quicquid eſt foris conſpicuum, & velut in oculos incurrit, vt rum erat, Iſraelitam eſſe & circumciſum: nunc verò, baptizatum eſſe, cœnæ intereſſe, conciones audire, & quæcũque ſunt eiuſmodi, quæ omnia obire poſſunt etiam hypocritæ. τὸ κρυπτὸν autem appellat pietatem & iuſtitiam, quòd earum radices in corde ſint defixæ, quum alioqui illas etiã patefieri & ſeſe proferre oporteat.

29 In ſpiritu, ἐν πνεύματι. i. cuius vis eſt interior & in animo, ſiue qua circũciſi ſunt affectus. Eraſ. Quæ Spiritu conſtat, referens ad Spiritum ſanctum, cuius vnius opus eſt iſta circumciſio ἀχειροποίητος. Mihi verò videtur ἐν πνεύματι additum partim propter antitheſin γράμματος, partim vt explicaret quid vocaret circumciſionẽ cordis, ſicut etiam iſta ſolent à Moſe & Prophetis vſurpari. Non litera, οὐ γράμματι. Id eſt, non externa obſer-

lutione, quæ sit vacua & inanis, atque adeo quæ corpus duntaxat, non autem animum afficerit. Cuius *Iudæi* laus *ἡ ἔπαινος*. Fefellit multos interpretes relatiuum Cuius, apud Latinos ambiguum quod ad Circũcisionem omnes fere retulerunt, sensu non ita plano, quum in Græcis non legamus *ἧς* sed *ἡ*, vt omnino sit ad personam veri illius Iudæi accommodandum. Ostendit enim Apostolus veri Israelitæ notam, ex qua intelligatur
3 cordis circuncisio, Deo potius conspicua quàm hominibus.

Κεφάλαιον γ'.

Τί οὖν τὸ περισσὸν τοῦ Ἰουδαίου; ἢ τίς ἡ ὠφέλεια τῆς περιτομῆς;

Πολὺ κατὰ πάντα τρόπον. Πρῶτον μὲν γὰρ ὅτι ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ.

Τί γάρ, εἰ ἠπίστησάν τινες; μὴ ἡ ἀπιστία αὐτῶν τὴν πίστιν τοῦ Θεοῦ καταργήσει;

Μὴ γένοιτο· γινέσθω δὲ ὁ Θεὸς ἀληθής, πᾶς δὲ ἄνθρωπος ψεύστης· καθὼς γέγραπται, Ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε.

CAP. III.

1 QVæ est igitur præstantia Iudæi? aut quæ vtilitas circũcisionis?

2 Multa per omnem modum. Primarium enim *illud est* quòd eis credita sunt eloquia Dei.

3 Quid tum enim, si quidam fuerunt incredulitas eorum, fidem Dei inanem reddet?

4 Absit: imò esto Deus verax, omnis autem homo mẽdax: sicut scriptum est, Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas quando tũ iudicas.

CAP. III.

1 *Quid ergo amplius Iudæo est aut quæ utilitas circumcisionis?*

2 *Multum per omnem modum. Primùm quidem quia credita sunt illis eloquia Dei.*

3 *Quid enim si quidam illorum non crediderunt? Numquid incredulitas illorũ fidem Dei euacuabit?*

4 *Absit: est autem Deus verax, omnis autem homo mendax: sicut scriptum est, Vt iustificeris in sermonibus tuis: & uincas quũ iudicaris.*

IN CAPVT III.

1 Quæ est præstantia, *ἡ τὸ περισσόν*. Hoc vocabulum interdum in vitio poni diximus, quoties videlicet declarat quod prorsus redundat, vt Mat. 5. f. 37. Hic verò declarat præstantiam aliquam & eminentiam. Vulg. non male, si sensum spectes, Quid amplius est Iudæo?

2 Multa, *πολύ*. Erasmus censet legendum *πολλά*, vt responsio referatur ad propinquius: ego verò puto Paulum maluisse neutrum genus vsurpare, vt cohæreret cum *τὸ περισσόν*, non modò quia eõdem recidit duplex interrogatio, vt liberum illi fuerit cum vtrauis connectere responsionem: sed etiam quia in posteriore vsus fuerat duobus fœmineis nominibus *ὠφέλεια* & *περιτομή*, quod potuisset nonnihil obscuram reddere responsionem si fœmineum genus vsurpasset. Nos in Latino sermone non potuimus hoc obseruare: nec sanè in eo laborandum est, quum plana sit sententia, vtrouis modo legas, *πολὺ* vel *πολλά*. Primarium enim *illud est πρῶτον μὲν γάρ*. Accipio *πρῶτον* pro primaria quadam sorte & conditione. Sic enim accipitur *πρῶτος* Luc. 19. g. 47. & Act. 25. a. 23. & *πρῶτον* Luc. 15. e. 22. & *πρῶτον* 1. Pet. 1. d. 20. & 3. a. 3. quanuis in his postremis locis per aduerbium Præcipuè aut per In primis conuerti possit, vt semel atque iterum in hac eadem epistola fumus interpretati. Neque enim necesse est vt quum præcesserit *πρῶτον*, sequatur *δεύτερον* aut *ἔπειτα*, vt diximus suprà, 1. a. 8. Putauit Erasmus significari sermonis ordinem: cuius opinio fortassis tolerabilis esset si Paulus duntaxat *πρῶτον μὲν* dixisset, sed quum scriptum sit *μὲν γὰρ* sequẽte *ὅτι*, quod *οὐδαμῶς* omnino accipitur, necesse est (ni fallor) vt verbum Rei subaudiatur, ita vt nullum sit anantapodoton, sed plana sit oratio, nempe si *πρῶτον* *αἰτία τῆς ἐκπερισσοῦ* accipias, vt nos fumus interpretati. In hac opinione illud quoque me confirmat quòd in vno vetusto codice scriptum inuenimus *πρῶτον γὰρ ἐπιστεύθησαν*, primis enim commissa sunt. Origenes perinde interpretatur ac si scriptum esset *ὅτι πρῶτον ἐπιστεύθησαν*. Vetus autem interpres videtur legisse *πρῶτον μὲν ὅτι ἐπιστεύθησαν*. Vertit enim, Primùm quidem quia. Seligat lector quod maximè placuerit. Eloquia, *τὰ λόγια*. Vide Act. capite 7. e. 38. Erasmus, Oracula. Vide Mat. 1. v. 11.

3 Fuerunt incredulitas *ἠπίστησάν τινες*; id est fœdifragi fuerunt. Sic etiam mox *ἄπιστα* & *ψεῦσμα* pro eodem, id pro perfidia, ponuntur. Sed incredulitatem nominauit Paulus tanquam omnis istius perfidiæ causam.

Fidem Dei, *τὴν πίστιν τοῦ Θεοῦ*. Id est fidem à Deo datam. Itaque Fidei nomen hic propria & omnibus scriptoribus vsitata significatione accipitur, nempe pro dictorum conuentorúmque constantia & veritate. Inanem reddet *καταργήσει*. Vulg. Euacuabit, id est *κατακυρώσει*. Sic enim legitur in vetustis Latinis codicibus, nõ autem Euacuauit. Eras. Irritum faciet, id est *ἀκυρώσει*. Vide infrà, v. 31.

4 Imò esto, *γινέσθω δέ*. Id est, *μᾶλλον δὲ γινέσθω*, vt ipsa sententia docet. Vulg. Est autem, corruptis, vt puto, codicibus, pro, Esto autem. Vt iustificeris, *ὅπως ἂν δικαιωθῇς*. Hebraicè למען תצדק. id est vt de iustitia tua constet, vel, Vt secundum te iudicetur: vel potius, Vt tua singularis bonitas ac fides in actis tuis præstandis appareat. Est autem multiplex huius verbi significatio, ideóque semel à nobis explicanda. Nam quia iustificatio non semper consideratur absolutè in eo cui ineft iuftitia, sed etiam comparatè, & alterius alicuius ratione, cui tum demum accipit iustus esse aliquis quum ipsius iustitia patefit: hinc factum est vt Iustificare accipiatur etiam pro Iustitiam vel suam vel alienam declarare, & sese aut alium quempiam iustum censere ac agnoscere, vt Mat. 11. c. 19. Luc. 7. c. 29 & 35. Item 10. c. 29, & 18. d. 18. Iam verò quia in iudiciis qui insons declaratur, is etiã liberatur, & iudicio eximitur: hinc quoque factum vt iustificare & condemnare opponantur, id est vt iustificari, nihil aliud declaret quàm absolui, sicut apud Hebræos הצדיק & הרשיע sunt oppofita, vt Mat. 12. c. 37. Act. 13. f. 38 & 39, infrà, 5. d. 18, & 8. b. 34, & vbicunque dicuntur fideles non condemnari. Neque id verò duntaxat in reforensi dicitur, sed in genere, Iustificari à re aliqua, significat declarari ab ea re prorsus liberum & immunem fieri, vt infrà, 6. b. 7. Denique quia Iustitiæ nomine interdum vniuersalis quidam virtutum omnium cõcentus declaratur, interdum verò virtus illa qua suum cuique reddimus, denique nonnunquam Dei bonitas, in eo præcipuè apparens quòd nobis quantumuis indignis præstet quicquid vlerò pollicitus est: pro varia iustitiæ significatione, variè quoque dicitur iustus aliquis vel fieri vel declarari. Sic dicitur Christus iustificatus Spiritu, 1. Tim. 3. d. 16, id est diuinâ illâ naturâ quæ in sese est integerrima ac perfectissima, ipsãmq; adeo integritatẽ ac perfectionẽ, hominibus esse patefactã per diuinã illam virtutem in Christo corporaliter habitantem, quæ to

ties ac præſertim in carnis ipſius reſurrectione ſeſe exeruit. Sic Iacobo dicimur ex operibus iuſtificari, i. iuſti declarari, quia is demum iuſtus eſt qui iuſtitiam facit: & contrà, operibus neminem iuſtificari teſtatur noſter Apoſtolus, i. iuſtum cenſeri & abſolui, vt integrũ & ἀπήμαντον corã Deo, vt ipſe explicat Col. 1. c. 22. Iſt, Qui iuſtus eſt, debet laborare vt adhuc iuſtificetur. id eſt cui datum eſt velle ac facere, is quotidie debet donum Dei in ſemetipſo excitare, vt magis ac magis in ſtudio pietatis ac innocentiæ proficiat. Totidem igitur inuenio horum verborum ſignificationes, quas quidem conabimur ſingulis locis pro virili applicare. Quando tu iudicas, ὅτε τὸ κρίνειν σε. Vulgata & Eraſmus paulo obſcurius, Quum iudicaris. Eſt autem בשפטך actiuum, vt ſit hæc ſententia, Deum inueniri iuſtum ac purum quum ſua iudicia exercet, quia nõniſi merentes caſtigat. Itaque quanuis Deus ab iis quaſi in iudicium vocetur qui in ipſius facta curioſius inquirunt, & ita ſoleant explicari paſſiuè hæc verba, QVVM IVDICARIS: tamen quum κρίνεσθαι etiam media ſignificatione accipiatur ἀπὸ τοῦ κρίνειν, actiuè explicanda puto, vt Græca Hebræis reſpondeant. quod etiam videntur poſtulare quæ mox ſubiiciuntur, vbi dicitur Deus inferre pœnas, & mundum iudicare. Quæſtio autem eſt an quorundam perfidia poſſit efficere vt Deus fidem non ſeruet. Abſit verò, inquit Paulus, vt hoc dicamus: imò hoc potius fateamur quod veriſſimum eſt, omnes quidẽ homines mendaces ac perfidos eſſe, ſed Deum nihilominus ſibi ſemper conſtare: adeo quidem vt hoc ipſo quòd electi tam grauiter interdum labantur, ipſe ſummam ſuam iuſtitiam ac fidem in primis illuſtret. Hoc in ſe agnouit Dauid quum peccati ſui magnitudinem conſideraſſet, & nihil tamen de peccati ſui remiſſione dubitans, in intima vſque conſilia Dei ingreſſus, animaduertit ſe idcirco inductum fuiſſe in grauiſſimam illam tentationem, non vt perderetur, ſed vt aduerſus eos omnes qui Dei fidẽ ac iuſtitiam in dubium vocarent, Deus manifeſtum ederet ſuæ conſtantiæ ac fidei ſpecimen, ſeruato eo qui omnium hominum fuiſſet perfidioſiſſimus. Hæc eſt (vt opinor) germana huius loci explicatio, ita vt appoſitiſſimè citatum ſit hoc teſtimonium ab Apoſtolo, & omnia tum præcedentia, tum ſubſequentia optimè inter ſe conſentiant. Hac itaque ratione כשפטך rectè eſt explicatum per ὅτε, quum finem etiam declarẽt non ipſis quidem peccatoribus, ſed Deo propoſitum, quum ſuos ad tempus videtur Satanæ tradidiſſe. Nam hoc ipſum eſt omnino quod ait infrà, v. 15, Deo idcirco placuiſſe nos fide potius in Chriſtum quàm noſtris operibus iuſtificatos ſeruare, vt iuſtitiam ſuam mundo patefaceret: quoniam (vt quidam rectè & perelegantèr ſcripſit) Dare non dignis, res mage digna Deo eſt. Cæterùm qui Origenis in tractandis Scripturis dexteritatẽ volet cognoſcere, legat quæ in hunc locum ſcripſit: & comperiet quæ in torquendis omnibus fuerit eius audacia.

Εἰ δὲ ἡ ἀδικία ἡμῶν θεοῦ δικαιοσύνην συνίστησι, τί ἐροῦμεν; μὴ ἄδικος ὁ θεὸς ὁ ἐπιφέρων τὴν ὀργήν; (κατὰ ἄνθρωπον λέγω)

5 Quòd ſi ἡ iniuſtitia noſtra Dei iuſtitiam commendat, quid dicemus? num iniuſtus Deus qui inferat ἐπιφέρων pœnam? (humano more loquor)

Si autem iniquitas noſtra iuſtitiam Dei commẽdat, quid dicamus? Numquid iniquus eſt Deus qui inferat iram? (ſecundum hominem dico)

Μὴ γένοιτο· ἐπεὶ πῶς κρινεῖ ὁ θεὸς τὸν κόσμον;

6 Abſit: alioquin quomodo iudex erit Deus mundi?

Abſit: alioquin quomodo iudicabit Deus mũdum?

Εἰ γὰρ ἡ ἀλήθεια τοῦ θεοῦ ἐν τῷ ἐμῷ ψεύσματι ἐπερίσσευσεν εἰς τὸ δόξαν αὐτοῦ, τί ἔτι κἀγὼ ὡς ἁμαρτωλὸς κρίνομαι;

7 Etenim ſi ἡ veritas Dei per meum mendacium redundauit in gloriam ipſius, cur amplius ἐγὼ ego vt peccator condemnor?

Si enim veritas Dei in meo mendacio abundauit in gloria ipſius, quid adhuc & ego tanquam peccator iudicor?

5 Iniuſtitia, ἀδικία. Id eſt perfidia cum ſuis fructibus. Huic opponitur iuſtitia Dei, i. fides ac veritas. Cæterùm quod hic dicitur in iſtorum perſona, hominum videlicet ſceleribus commendari iuſtitiã Dei, prima ſpecie poſſet verum videri, quum ibi abundet gratia vbi abundauit delictum: ſed falſò tamen dicitur. Neque enim peccata per ſe & propriè illuſtrant Dei gloriam: ſed per accidens (vt loquuntur), ex Dei bonitate videlicet, idque in iis demum quibus remittuntur, qui & ipſi ſanctificantur. Itaque in hac obiectione eſt paralogiſmus quem vocant accidentis. Pœnam ὀργήν; Vulgata & Eraſmus ad verbũ, Iram: quod videtur obſcurius. Ponitur enim hoc loco (vt & alibi ſæpe) ex idiotiſmo Hebræorum ira Dei pro iis effectis ex quibus iratus eſſe Deus intelligitur, vt ſolet de Deo Scriptura loqui κατ' ἀνθρωπον λόγον. Humano more loquor, κατ' ἄνθρωπον λέγω. id eſt, Hæc verò ego non in perſona mea loquor, quaſi ita ſentiã, ſed hũc ſermonẽ humanæ illi ſapientiæ tribuo quæ Dei voluntati non ſubiicitur. Cæterùm ex iis quæ ſcribit Origenes in hunc locum, apparet nõnullos codices pro κατ' ἄνθρωπον λέγω, ſcriptum habuiſſe κατὰ ἄνθρωπον, aduerſus homines, expuncto verbo λέγω, qui quidem ſenſus planus eſt: ſed conſtat apud Paulum frequenter phraſin illam inueniri, & quidem diuerſa ſignificatione. Interdum enim adhibetur vitandæ ſuſpicionis blaſphemiæ, vt hoc loco interdum fugiendæ inuidiæ cauſa: veluti quum cogitur Apoſtolus de ſuis geſtis aliquid dicere, vt muneris ſui authoritatem aſſerat, ſolet præfari ſe in ea re cogi ex hominum conſuetudine loqui, quanuis in diuerſum finem, vt 1. Cor. 15. d. 32. & 2. Corin. 11. d. 16, & 17 & 21. Nonnunquam verò vtitur hac formula loquendi quum docendi cauſa excẽplũ aliquod ex communi hominum vſu petit, vt infrà, 6. d. 19. & Gal. 3. c. 15. Item aliquoties quum hominis doctrinã Dei authoritati opponit, vt illa iſti cedat, vt 1. Cor. 9. b. 8. & Gal. 1. b. 11. Poſtremò κατὰ ἄνθρωπον interdum idem declarat atque κατὰ σάρκα, id eſt ſecundum carnem: cui opponitur ſecundum Spiritũ, vt 1. Cor. 3. a. 3. & 1. Pet. 4. b. 6.

7 Veritas Dei, ἡ ἀλήθεια τοῦ θεοῦ. Hebr. אמת אלהים, id eſt fides ac conſtãtia, atque adeo veracitas, vt ita dicã. Neq; enim hoc loco ſpectatur hæc veritas in ipſa Dei doctrina, aut declarãtur hoc vocabulo veræ illæ ἀποστολικὰς καὶ καινὰς ἐντολάς, quas ita vocauit Apoſtolus ſuprà, 1. b. 18, ſed Deo ipſi hæc veritas tribuitur. quod quũ non conſideraret Origenes, mirum quàm multa ineptè in hunc locum ſit commentatus. Fõdem igitur ſpectat veritas atque iuſtitia illa Dei cuius in ſuperiore verſiculo facta eſt mentio. Niſi quis malit ex hac Dei veritate, veluti fonte, exoriri illius iuſtitiam, aut contrà veritatem ex iuſtitia: adeo arcto vinculo ſunt iſta inter ſe deuincta. Nam Deus & quia ſummè iuſtus eſt ac verax, idcirco fidem quam vltro dedit, vltro conſeruat: & quia exhibet quantumuis perfidis quicquid ſemel pollicitus eſt, idcirco ſummè iuſtum ſeſe ac veracem præſtat. Iſtis autem opponitur hominum iniuſtitia ac mendacium ſiue perfidia, ſimili prorſus ratione æſtimanda, vt illis ex diametro opponantur. Ego, κἀγὼ. Vulg. & Eraſ. Et ego: quæ interpretatio eſt perobſcura. Abundat autem coniunctio γὰρ, ſicut oſtendimus Iohan. 8. c. 15.

Καὶ μὴ (καθὼς βλασφημούμεθα, καὶ καθὼς φασί τινες ἡμᾶς λέγειν) ὅτι ποιήσωμεν τὰ κακὰ ἵνα ἔλθῃ τὰ ἀγαθά; ὧν τὸ κρῖμα ἔνδικόν ἐστι.

8 Ac non (ſicut de nobis malè loquuntur, & ſicut quidam aiũt nos dicere) faciamus mala vt veniant bona? quorũ damnatio iuſta eſt.

8 Et nõ ſicut blaſphemamur, & ſicut aiunt quidã nos dicere) faciam⁹ mala, ut ueniant bona? quorum damnatio iuſta eſt.

Τί οὖν; προεχόμεθα; οὐ πάντως· προῃτιασάμεθα γὰρ Ἰουδαίους τε καὶ Ἕλληνας πάντας ὑφ' ἁμαρτίαν εἶναι.

9 Quid igitur? præcellimur? Nullo modo: nam antè criminati ſumus Iudæos & Græcos omnes eſſe ſub peccato.

9 Quid ergo? præcellimur eos? Nequaquam: præmiſi enim ſumus, Iudæos & Græcos omnes ſub peccato eſſe.

Καθὼς γέγραπται, Ὅτι οὐκ ἔστι δίκαιος οὐδὲ εἷς·

10 Sicut ſcriptum eſt, Non eſt iuſtus, ne vnus quidem:

10 Sicut ſcriptum eſt, Quia non eſt iuſtus quiſquam: Pſal.14.a.3 & 53.a.3.

Οὐκ ἔστι ὁ συνιῶν, οὐκ ἔστιν ὁ ἐκζητῶν τὸν Θεόν.

11 Non eſt qui intelligat, non eſt qui exquirat Deum.

11 Non eſt intelligens, non eſt requirens Deum.

Πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρεώθησαν· οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός.

12 Omnes deflexerunt, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat quod bonum eſt, non eſt vſque ad vnum.

12 Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum.

Τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν, ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν, ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν·

13 Sepulchrum apertum, guttur eorum, linguis ſuis ad dolũ vſi ſunt, venenum aſpidum ſub labiis eorum.

13 Sepulchrum patens eſt guttur eorũ, linguis ſuis dolose agebant: uenenum aſpidum ſub labijs eorũ. Pſal.5.b.10; Pſal.140.a.3

Ὧν τὸ στόμα ἀρᾶς καὶ πικρίας γέμει·

14 Quorum os diris & amarulentia plenum eſt:

14 Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt: Pſal.10.b.7

Ὀξεῖς οἱ πόδες αὐτῶν ἐκχέαι αἷμα.

15 Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem.

15 Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem. Eſa.59.b.7

Σύντριμμα καὶ ταλαιπωρία ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν·

16 Contritio & calamitas in viis eorum.

16 Contritio & infelicitas in uijs eorum.

Καὶ ὁδὸν εἰρήνης οὐκ ἔγνωσαν.

17 Et viam pacis non cognouerunt.

17 Et uiam pacis non agnouerunt.

Οὐκ ἔστι φόβος Θεοῦ ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν.

18 Non eſt timor Dei coram oculis eorum.

18 Non eſt timor Dei ante oculos eorum. Pſal.35.a.2

Οἴδαμεν δὲ ὅτι ὅσα ὁ νόμος λέγει, τοῖς ἐν τῷ νόμῳ λαλεῖ· ἵνα πᾶν στόμα φραγῇ

19 Scimus autem, quæcunque Lex dicit, iis qui in Lege ſunt dicere: vt omne os obturetur,

19 Scimus autem quoniã quæcunque Lex loquitur, iis qui in Lege ſunt loquitur: ut omne os ob-

8 Faciamus, ἵνα ποιήσωμεν. Puto ἵνα redundare, vt alibi ſæpe: neque hic quicquam ſubaudio.

9 Quid igitur? præcellimus τί οὖν; προεχόμεθα; Sic diſtinguunt veteres etiam codices: neque dubito quin hæc ſit vera huius loci diſtinctio. Sicut enim Paulus, vt mederetur offenſioni Iudæorũ, aliquatenus præpoſuerat eos Gentibus: ſic veritus ne Iudæi hoc nomine ſuperbirent, nunc declarat præſtantiam iſtam non eſſe in ipſis Iudæis conſiderandam, ſed in Dei benignitate duntaxat: quum nihilominus & Iudæi & Gentiles in eo pares ſint, quòd vtrique ſint, in ſeſe, peccatis ac proinde iræ Dei obnoxii, vt vtrique in Chriſto exæquentur. Neque dixit Apoſtolus προείχεν præcellitis, ſed προεχόμεθα præcellimus: tũ quia veritas poſtulat vt ita loquatur, tum vt omnem offenſionis occaſionem tollat, quum ſeſe in eodem gradu collocet. Origenes autem legit coniunctim τί οὖν προεχόμεθα, id eſt, in quo igitur præcellimus? quod nullo modo cohæret: quanuis Græca ſcholia quædam adferant huius lectionis interpretationem, ſed planè detortam ac violentam. Antè criminati ſumus, προῃτιασάμεθα. Id eſt ἐλέγξαμεν, arguimus, vt Græca ſcholia explicant. neque enim inſtituram duntaxat ſed peractam accuſationem declarat. Vulgata, Præcauſati, barbarè. Eraſmus, Antè cauſis redditis oſtendimus: qua ſignificatione vix crediderim verbum αἰτιᾶσθαι inueniri. Et certum eſt vſurpari à Paulo forenſe verbum, quoniam omnes tum Iudæos tum Græcos velut apud Dei tribunal reos peregerat. Sub peccato eſſe, ὑφ' ἁμαρτίαν εἶναι. Id eſt reos peccati, ſiue ſontes eſſe, id eſt ἔνοχους, vt mox dicitur v. 19.

10 Non eſt iuſtus, οὐκ ἔστι δίκαιος. Hebræa habent אין צדיק גם אחד, non eſt faciens bonum: quod mox repetitur. Ne vnus quidem, οὐδὲ εἷς. Vulgata, Quiſquam, &c. Hoc autem non eſt in Hebræis hoc in loco.

11 Non eſt qui intelligat, οὐκ ἔστιν ὁ συνιῶν. Apoſtolus nonnulla hic omittit, ſed nulla ſenſus iniuria.

12 Inutiles facti ſunt, ἠχρεώθησαν. Hebraicè נאלחו, id eſt ſpumæ inſtar putruerunt: putria verò etiam inutilia ſunt. Vſque ad vnum, ἕως ἑνός. Id eſt, Ne vnus quidem, vt habet Hebræa veritas. Itaque intempeſtiuè loquuntur qui appellatione Vnius intelligunt Chriſtum deſignari: qua in re deceptus etiam eſt Auguſtinus. Tanti eſt momenti ex fontibus ipſis veritatem haurire.

13 Ad dolum vſi ſunt, ἐδολιοῦσαν. Id eſt ἐδόλιευν, ex Chalcidica dialecto, vt annotant grammatici, ſicut ἄλθεσθαι pro ἄλθειν, Pſal. 77. a. 2.

17 Viam pacis, ὁδὸν εἰρήνης. Heb. דרך שלום, quibus verbis vita pacifica & innocens declaratur.

19 Lex, ὁ νόμος. Non tantùm additus articulus, ſed ipſa contextus ſeries indicat Legem κατ' ἐξοχὴν vocari tum Moſis tum aliorum Prophetarum ſcripta, totum denique vetus Teſtamentum, vt rectè explicant Græca ſcholia. Occurrit enim tacitæ obiectioni, ne excipiant Iudæi nihil ad ſe pertinere quæ citarat Apoſto-

lus partim ex Pſalmis, partim ex Eſaia. Fallitur ergo Origenes in eo quòd de lege vniuerſali, id eſt lege naturæ, hæc accipit: nam ſi ita eſſet, æquis poterat inficiari hanc legem ad ſe non ſpectare. At enim, dices, concluſio eſt vniuerſalis, & quod Legi tribuit in ſequenti verſiculo, ad legem naturæ non minus pertinet quàm ad Legem Moſis. Reſpondeo, concluſionem vniuerſalem eſſe, quia non ex hoc vno dicto, ſed ex tota diſputatione ſuperiore naſcitur: deinde quia ex hoc etiam dicto hòn ineptè poteſt colligi, argumento à comparatis ſumpto. Nam ſi Lex Moſis non iuſtificat, quomodo & quo iure id tribuas legi naturæ?

γῇ, καὶ ὑπόδικος γένηται πᾶς ὁ κόσμος τῷ Θεῷ.

& ᵀ obnoxius fiat totus mundus condemnationi Dei.

ſtruatur, & ſubditus fiat omnis mundus Deo.

Διότι ἐξ ἔργων νόμου οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σὰρξ ἐνώπιον αὐτοῦ· διὰ γὰρ νόμου ἐπίγνωσις ἁμαρτίας.

20 ᵀ Propterea ᵀ ex operibus Legis ᵀ nulla caro ᵀ iuſtificabitur in conſpectu eius. per Legem enim agnitio peccati.

20 Quia ex operibus Legis non iuſtificabitur omnis caro coram illo. per Legem enim agnitio peccati.

Obnoxius fiat, ὑπόδικος γένηται. Id eſt, reus eſſe compellatur: ſicut paulo antè diximus Iuſtificari interdum accipi pro iuſtum comprobari. Neque enim illa oracula faciunt vt rei ſimus, ſed reos nos eſſe declarant. Cæterùm ὑπόδικος Vetus interpres Subditus barbarè nec ſatis expreſſè cõuertit. Subditus enim apud Latinos nihil aliud quàm ſuppoſitum, id eſt ſummiſſum, aut clam appoſitum declarat. Eraſmus Obnoxium interpretatur: rectè id quidem, ſed tamẽ ambiguè, propter huius vocabuli homonymiam. Ideo conuerti, Obnoxius fiat condemnationi: quia δίκη in ὑπόδικος non tantùm declarat iudicium quo vel abſolui vel damnari poſſit aliquis, (hac enim ſignificatione ipſi etiam filii Dei ſunt ὑπόδικοι, in quibus tamen nulla eſt condemnatio) ſed κατάκριμα (id eſt condemnationẽ) declarat, ſicut κρίμα in ὑπόκριτος. Nam hoc ipſum eſt quod alibi teſtatur Apoſtolus, nos omnes naſci filios iræ, id eſt natura obnoxios eſſe Dei condemnationi.

20 Propterea, διότι. Vulgata & Eraſmus, Propterea quòd: quaſi ex hac concluſione penderet quod dixerat, totum mundum videlicet, id eſt omnes homines, quacunque mundi regione ſint collocati, iræ Dei eſſe obnoxios. Ego verò etſi hæc veriſſima eſſe confitear, tamen puto Apoſtolũ cõtrà ito potius ordine id de quo hic agitur, ex illo cõligere. Quid enim erat Apoſtolo propoſitũ, docere nullum hominem alia ratione quàm fide in Chriſtum, ſalutem conſequi. Hoc probat ex eo quòd vna fide in Chriſtum iuſtificemur. Nos vna fide iuſtificari ex eo docuit quòd neceſſe ſit nos aut fide aut Lege iuſtificari. Lege verò nos non iuſtificari oſtendit ex eo quòd nemo ſit hominum cui Deus è cælo non teſtetur ſe infeſtiſſimum eſſe. Nam ex ira colligitur iræ cauſa, id eſt iniuſtitia. Cedo verò vnde hanc iniuſtitiam? Ex eo quòd neque Gentes naturæ legem obſeruant, ſiue Dei cultum conſideremus, ſiue mutua hominum inter ſe officia: neque Iudæi Moſis Legem, cuius cognitione gloriãtur. Hæc in ſumma Paulus adhuc demonſtrauit, ſimulque aduerſus ea obiter diſſeruit quæ vel hi vel illi obiicere poterant. Nũc verò tandem ex eo quòd totum mundum probauit iræ Dei eſſe obnoxium, concludit quod probandũ ſuſceperat, nullũ videlicet hominẽ ex operibus vllius legis iuſtificari: ac ita demũ, ſublata vna parte dilemmatis, alteram ponit, nos videlicet, quum Lege non iuſtificemur, vna fide iuſtificati, ac proinde vna fide ſeruari, quæ quidem eſt ex Euangelii auditu. Ita tandem efficitur, Euangelium eſſe potentiam Dei in ſalutem omni credenti: in qua quæſtione poſuimus huius epiſtolæ ſtatum. Hæc autem diligenter conſiderata, manifeſtè indicant, in hoc verſiculo appellatione Legis intelligi omnem doctrinam ſeu ſcriptam ſeu non ſcriptam, quæ aliquid aut iubeat aut interdicat, vt probat argumentorum ſeries, & effectus ille quẽ Legi tribuit, nempe quòd peccatum retegat: vt planè vel teſte Auguſtino, hallucinentur fœdiſſimè qui ad Legis Moſaicæ ceremonias hæc reſtringunt. Ex operibus Legis, ἐξ ἔργων νόμου. Id eſt ex eo quòd præſtetur Lex. Neque enim hæc poſſunt aut debent de operibus Legis ſimpliciter & abſolutè intelligi, quæ vel κατ' ἐνέργειαν, quas diximus legem naturæ vocari, vel Lex Moſis, quæ eſt illarum inſtauratio, præcipiunt aut vetant: quum ea ſint reuera eiuſmodi, vt ſiquis ea præſtaret, iuſtitiam ei fuerint meritò collatura: ſed opera Legis vocat eorũ præſtationẽ quæ Lex præcipit, ſiue opera, quatenus à nobis aut præſtãtur, aut non præſtãtur, non autẽ ſimpliciter quatenus præcipiuntur à Lege. Et Legis nomine non intelligi ſolas ceremonias, non tantùm oſtendit ſuperior diſputatio, ſed etiam ratio illa quæ ſubiicitur de agnitione peccati per Legem, ſicut prudenter expendit Auguſtinus lib. De ſpiritu & litera. Nulla caro, οὐ πᾶσα σὰρξ. Heb. לא יצדק כל בשר, id eſt (vt Vetus interpres & Eraſ. conuerterunt) Non iuſtificabitur omnis caro: quæ enũciatio quũ apud Græcos & Latinos ſit particularis, apud Hebræos eſt vniuerſalis. Neque enim particula negans cohæret cum nota vniuerſali, ſed cum verbo: vt ſi Latinè dicas, Non omnis caro iuſtificatur, pro, Omnis caro non iuſtificatur: pro quo rurſus planius dixeris, Nulla caro iuſtificatur. Cæterùm quod ad vocabulum Carnis attinet, ſæpe iam diximus ex Hebræorum idiotiſmo accipi pro homine: ſed particularis eſt huius nominis emphaſis hoc loco, vt omnino ſeruari debuerit. ſic enim explicatur antitheſis hominis (qui nihil eſt aliud quàm caro per peccatum inquinata) & Dei illius in ſeſe puriſſimi ac perfectiſſimi. Liceat ergo hominibus inter homines ſpeciem aliquam obtinere, ſed coram Deo quid aliud quàm ſe carnem impuram eſſe fateantur quicunque vſquam ſunt homines? Ineptè igitur Origenes hoc dicit ad eos demum pertinere qui in carne ſunt, id eſt qui ſecundũ carnẽ viuunt: quaſi verò Paulus totũ humanum genus hic non conſideret extra Chriſtũ, aut quaſi qui ſecundum Spiritum viuunt, hoc ipſo iuſtificentur coram Deo: ac non potius ideo ſecundum ſpiritum viuant quòd iam ſint gratis per fidem in Chriſtum iuſtificati. Quid multa? Certè hoc auſim dicere, ſi hæc ſunt Origenis cuius titulum præferunt, hunc hominem fuiſſe ſelectum diaboli organum, Apoſtolicæ doctrinæ funditus euertendæ deſtinatum. Iuſtificabitur, δικαιωθήσεται. Varias huius verbi ſignificationes ſuprà expoſuimus verſu 4, itémque quid iuſtitiæ appellatione intelligatur, ſumma videlicet illa puritas & integritas pro naturæ humanæ gradu, quam neceſſe eſt in conſpectum Dei adferat qui vult æternæ vitæ particeps fieri. Sed quid hic valeat iuſtificãdi verbum, non immeritò quæritur, quũ nulla poſſit grauior quæſtio exoriri, & ab huius verbi explicatione tota pene pẽdeat huius controuerſiæ deciſio: de qua tantùm à nobis dicetur quod ad ſcopum noſtrum pertiner, qui noſtræ verſionis cauſas ſtudemus explicare. Dicunt igitur Sophiſtæ, Nos fide iuſtificari, ſic accipiendum eſſe, quòd credentibus (id eſt iis qui in genere aſſentiuntur verbo Dei) inſeratur gratia, præeuntibus præparationis operibus data, qua adiuuante & cooperante, induti iuſtitia ſeruemur, ſicut ſcriptum eſt, Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Itaque apud iſtos Fide iuſtificari non declarat iuſtum fieri δικαιοῦσθαι, ſed δικαιοῦσθαι, id eſt gratiam accipere: cuius adiutorio poſtea nos ipſos iuſtos faciamus. Hæc illorum eſt doctrina. Sed ii per quos noſtra ætate Dominus veluti ſepultum Chriſti beneficium in lucem reuocauit, quum hæc viderent ex diametro pu-

guare cum Apoſtoli doctrina & argumẽtis, verbum IVSTIFICARI, in hac propoſitione, Iuſtificamur fide ſine operibus, ſiue gratis, ſiue ſola, (hæc enim omnia idem pollent) explicant ex Hebræorum conſuetudine, pro abſolui coram Dei tribunali: non quòd iuſti ſimus in nobis ipſis, (fruſtra enim Chriſtus eſſet mortuus, vt colligit Apoſtolus Gal. 2. d. 21) ſed quia Chriſti iuſtitia nobis imputetur gratis per fidem: ſiue quia Deus nos in Chriſto κτίζει, Epheſ. 1. b. 6. Huius autem iuſtificationis effectus eſt illa innouatio Spiritus, quæ in nobis non per opera coram Deo iuſtificãdis, ſed iam antea fide iuſtificatis, fructus illos iuſtitiæ profert, de quibus loquens Apoſtolus, propoſito nobis Abrahamo credentium patre, Si Abraham, inquit, ex operibus iuſtificatus fuit, habet quod gloretur, at nõ apud Deum. Hanc igitur doctrinam qui non amplectetur, anathema erit. Sed nonnulli obiiciunt, Apoſtolum ipſum infrà, 5. d. 19, τὸ δικαιοῦσθαι interpretari δίκαιον κατασταθῆναι, id eſt iuſtum conſtitui, & minimè conuenire Dei naturæ vt iniuſtos abſoluat. Reſpondeo, nos fide iuſtos fieri, ſed imputata nobis Chriſti iuſtitia, & propterea, quanuis in nobis ſimus iniuſti, tamen vt in Chriſto verè iuſtos, abſolui, atque adeo remiſſis peccatis fieri Chriſti cohæredes. Quod autem attinet ad nouam vitam ſiue iuſtitiam, quam nobis inhærentem vocant, ea certè non eſt cauſa, ſed teſtis eius iuſtitiæ cuius imputatione ſeruamur. quoniam quiſquis in Chriſto per fidem iuſtificatur, is quoque Chriſti Spiritu ſanctificatur. Sed & illud Satanicum Oſiandri dogma fugiendum eſt, qui iuſtitiam vocat Deum ipſum nos ad iuſta facienda impellentem, vt Iuſtificari nihil aliud declaret quàm eſſentiali Dei iuſtitia induitin quo dogmate multi ſunt maximi errores. Primùm enim confundit Deum ipſum cum ipſius in nobis effectibus, quum eam iuſtitiam qua iuſti ſumus, vult eſſe ipſam iuſtitiã quæ Deus eſt. Deinde non aliam quàm eſſentialem illam Dei iuſtitiam in Chriſto conſiderant, excludit planè Chriſti obedientiam, & illam totius juſtitiæ Legis impletionem, quæ tamen ſtatuitur vna noſtræ ſalutis materia, infrà, 5. d. 19, & aliis innumerabilibus locis. Denique imputatam iuſtitiam, qua vna nitimur, non diſcernens à iuſtitia in nobis inchoata, & ſanctificationem cum iuſtificatione confundens, totum Chriſtianiſmum à fundamentis conuellit. In conſpectu eius, ἐνώπιον αὐτοῦ. Tacita eſt antitheſis iuſtitiæ coram hominibus & iuſtitiæ Dei, ſeu quæ coram Deo poſſit ſubſiſtere: de qua agitur Col. 1. c. 22. Itaque hoc loco & aliis ſimilibus Coram Deo non opponitur duntaxat ei quod fictitium eſt ac ſimulatum, vt Luc. 1. a. 6: ſed cuiuis hominum etiam ſanctiſſimorum iuſtitiæ comparatur: quia iuſtitiam qua nitimur, vt hæreditatis cælestis participes ſiamus, neceſſe eſt eſſe eiuſmodi vt & plena ſit pro peccatis ſatisfactio, & perfecta omni ex parte impletio mandatorum: diuinæ denique imaginis in humana natura plena inſtauratio, vt in nobis Dominus opus ſuum agnoſcat: quæ omnia in vno Chriſto nobis per fidem gratis imputantur, vt coram Deo prorſus ἀμέμπτους καὶ ἀνεγκλήτους, ac proinde omnis condemnationis ſecuri compareamus.

Νυνὶ δὲ χωρὶς νόμου δικαιοσύνη Θεοῦ πεφανέρωται, μαρτυρουμένη ὑπὸ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν.	21 Nunc verò abſque Lege iuſtitia Dei patefacta eſt, comprobata teſtimonio Legis ac Prophetarum.	21 *Nunc autem ſine Lege iuſtitia Dei manifeſtata eſt, teſtificata à Lege & Prophetis.*
Δικαιοσύνη δὲ Θεοῦ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς πάντας καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς πιστεύοντας· οὐ γάρ ἐστι διαστολή·	22 Iuſtitia, inquam, Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes & ſuper omnes qui credunt: non enim eſt diſtinctio:	22 *Iuſtitia autem Dei per fidem Ieſu Chriſti, in omnes & ſuper omnes qui credunt in eũ. non enim eſt diſtinctio:*
Πάντες γὰρ ἥμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ·	23 Omnes enim peccauerunt, ac deficiuntur gloria Dei.	23 *Omnes enim peccauerũt, & egent gloria Dei*

22 Nunc verò, νυνὶ δέ. Id eſt, Atqui: niſi malimus comparari Chriſti exhibitionem & apertam Euangelii prædicationem cum veteris doctrinæ figuris, & Prophetarum prædictionibus: vt mihi quoque videatur alludere Apoſtolus ad Pſal. 97. b. 6. Abſque Lege, χωρὶς νόμου. Iterum poſcit argumenti ſeries vt Legis appellationem, non addito articulo, vniuerſaliter intelligamus, ſicut ſtatim, vbi iuſtitia Dei dicitur comprobata teſtimonio τῶν νόμου, Moſes intelligitur: quod rectè annotauit Origenes. Itaque nodus ille facillimus eſt ad explicandum quem Auguſtino placuit nectere lib. De ſpiritu & litera, cap. 9, quum hunc locum exponeret. Sed idem (vt opinor) rectius ſentit quàm Origenes in eo quòd χωρὶς νόμου, id eſt abſque Lege, non connectit cum Manifeſtata eſt, ſed cum δικαιοσύνη, id eſt iuſtitia. Oportuit tamen ſcribi οὐ χωρὶς νόμου, vt plena eſſet conſtructio, ſicut rectè annotat Eraſmus: ſed hæc eclipſis non debuit eum impedire quominus Auguſtino aſſentiretur, quum multis locis articulus in hoc genere dicendi prætermittatur, vt annotauimus Ioh. 5. f. 36.

Iuſtitia Dei, δικαιοσύνη Θεοῦ. Vide ſuprà 1. b. 17.

22 Inquam, δέ. Vulg. & Eraſ. ad verbum, Verò. Mihi videtur illud melius conuenire epanalepſi, quæ quidem hoc loco adhibetur ab Apoſtolo, quia in ſuperiore verſiculo dixerat quidem nos abſque Lege iuſtificari, ſed quodnam illud eſſet quo iuſtificamur, nondum expreſſerat. Ieſu Chriſti, Ἰησοῦ Χριστοῦ. Id eſt, quæ habetur Chriſto, vel quæ Chriſto nititur. Hoc enim addendum fuit nequis exiſtimaret fidem illud eſſe quod nos iuſtificat, quum ſit duntaxat inſtrumentum quo Chriſtum iuſtitiam noſtram apprehendimus.

Et ſuper omnes, καὶ ἐπὶ πάντας. In duobus exemplaribus manu ſcriptis comperimus hæc deeſſe. Mihi tamen videtur hæc repetitio maximam emphaſin habere: & certum eſt veteres hanc quoque particulam legiſſe: quorum tamen interpretatio arguta potius quàm ſolida videtur, in eo quòd εἰς πάντας referunt ad Iudæos, ἐπὶ πάντας ad Gentes.

23 Deficiuntur gloria Dei, ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. Vulgata, Egent gloria Dei, id eſt Κενοῦνται, vel χρείαν ἔχουσι. quæ interpretatio hoc quidem loco ſententiam Apoſtoli everſat. Eraſmus, Deſtituuntur gloria Dei: quod & ipſum non eſt ſatis expreſſum. Hoc quidem certũ eſt, ὑστερεῖσθαι propriè de iis dici qui in curſus certamine deficientibus viribus, relinquuntur à tergo, ita vt ad metam peruenire non poſſint. quod iis optimè conuenit qui Dei veritate ad iniuſtitiã abutuntur, id eſt omnibus hominibus regeneratis. Ex hoc autem facile eſt cognoſcere, per gloriam Dei, nec cognitionem illam Dei quæ nobis patefit in Euangelio, neque gratiam regenerationis, neque gratuitam iuſtificationem, ſed metam potius ipſam ad quam contendimus, id eſt vitam æternam quæ in gloriæ Dei participatione conſiſtit, hoc loco intelligi. Ad eam igitur quominus poſſint peruenire, teſtatur Apoſtolus omnes homines eo impediri quòd ſint peccato contaminati, vt oporteat omnes ad vnum vel à gloria Dei excludi, quòd abſit: vel aliunde integram illam puritatem ac iuſtitiam mutuari, quam neceſſe eſt adferat quiſquis gloriæ Dei particeps eſſe cupit.

Δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι, διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν Χριστῷ Ιησοῦ.

24 Iuſtificantur autem gratis, id eſt eius gratia, per redẽptionẽ factam in Ieſu Chriſto.

24 *Iuſtificati gratis p gratiam ipſius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu.*

Ον προέθετο ὁ Θεὸς ἱλαστήριον διὰ τῆς πίστεως ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι, εἰς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων.

25 Quem propoſuit Deus eſſet placamentum per fidem, in ſanguine ipſius, ad declarandam iuſtitiam ſuam, per remiſſionem præcedentiũ peccatorum.

25 *Quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ, propter remiſſionem præcedẽtium delictorum.*

Ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ Θεοῦ, πρὸς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ ἐν τῷ νῦν καιρῷ· εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον, καὶ δικαιοῦντα τὸν ἐκ πίστεως Ιησοῦ.

26 Ex Dei tolerantia, ad declarandam iuſtitiam ſuam præſenti tẽpore: vt ſit ipſe iuſtus, & iuſtificans eum qui eſt ex fide Ieſu.

26 *In ſuſtentatione Dei ad oſtenſionem iuſtitiæ eius in hoc tempore: ne ſit ipſe iuſtus, & iuſtificans eum qui eſt ex fide Ieſu Chriſti.*

Ποῦ οὖν ἡ καύχησις; ἐξεκλείσθη. Διὰ ποίου νόμου; τῶν ἔργων; οὐχί, ἀλλὰ διὰ νόμου πίστεως.

27 Vbi igitur gloriatio? excluſa eſt. Per quam legem? operum? non: imò per legem fidei.

27 *Vbi eſt ergo gloriatio? excluſa eſt. Per quam legem? factorum? Non: ſed per legem fidei.*

24 Iuſtificantur autem, δικαιούμενοι. Vulgata, Iuſtificati, omiſſa coniunctione, quæ prorſus videtur neceſſaria, ſicut in Græcis ſcholiis legitur hic locus. Deinde δικαιούμενοι pro δικαιωθέντες poſitũ eſt Hebræorũ more, vt infrà, 5. b. 11. Eraſmus igitur hunc locũ rectè expreſſit, & fruſtra quæritur ratio ſupplendi anantapodoti, quod nuſquam eſt. Gratis, δωρεάν. Id eſt, ex gratuito dono ac mera liberalitate: quod vt planius etiam fieret, adiunxit Apoſtolus τῇ αὐτοῦ χάριτι, id eſt ipſius gratia. Hoc verò vtinam tandem conſiderent qui vel opera præparatoria, vel fidem ſubſequentia, in cauſis iuſtificationis numerant, vel ceremonialia duntaxat opera à iuſtificatione excludunt, qui denique nobis blaſphemiæ crimen impingunt quòd ſola fide iuſtificari hominem dicamus.

25 Placamentum, ἱλαστήριον. Alludit fortaſſis ad arcam fœderis, cuius operculum ſic vocant Græci, Hebræi verò כפרת quod etiam videtur innui verbo προέθετο: quaſi dicas omnium oculis fuiſſe nunc expoſitũ (rupto videlicet velo) qui olim per arcam illam fœderis adumbrabatur. Per fidem, διὰ τῆς πίστεως. Hoc nõ legit Chryſoſtomus. Ambroſius autem videtur legiſſe ἱλαστήριον πίστεως, propitiatorem fidei. In ſanguine ipſius, ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι. Poteſt hoc connecti vel cum ἱλαστήριον, vt dicatur Chriſtus Patrẽ placaſſe ſuo ipſius ſanguine: vel cum πίστεως, vt ſignificetur fidem non aliò quàm ad Chriſti ſacrificium ferri. Sanguinis autem nomen ad veterum ſacrificiorum figuram nos reuocat, quarum veritas eſt in Chriſto Ieſu. Quidam codices habent αὐτῷ, alii ἑαυτῷ, id eſt ſuo ipſius ſanguine, eadem manente ſententia. Eraſmus, Interueniente ipſius ſanguine, periphraſi parum neceſſaria. Per remiſſionem, διὰ τὴν πάρεσιν. Ambroſius legit προέσει, id eſt propoſitum, ſenſu admodum obſcuro. Vulgata & Eraſmus, Propter remiſſionem. Ego verò perinde conuertendum puto ac ſi ſcriptum eſſet διὰ τῆς παρέσεως. Eandem enallagen annotauimus Ioh. 6. f. 57, & apud idoneos ſcriptores non ſemel inuenias. Præcedentium peccatorum, προγεγονότων ἁμαρτημάτων. Quid igitur eorum peccata iuſtificationem conſequuta, vel remedio carent, vel alia vlla ratione quàm Chriſti ſanguine eluuntur? Egregium videlicet commentum: quaſi verò non conſideret Paulus omnes in genere homines, quorum dicit miſertum eſſe Dominum quo tempore erant ipſius inimici, peccatis videlicet ac denſiſſimis tenebris ſepulti. Id autem ita eſſe, præterquam quòd Euangelica doctrina oſtendit, vel illud abundè declarat quod poſtea ſubiicitur, ἐν τῷ νῦν καιρῷ, præſenti tempore: ex quo apparet tempus aduentus Chriſti comparari cum ſeculis quæ præceſſerũt. πάρεσιν igitur accipio pro ἄφεσιν: quia verbũ παρίεναι interdum etiã declarat condonare, & de ſuo iure aliquid remittere ſiue tranſilire. qua ſignificatio ne videtur etiam noſter Apoſtolus vſurpare verbũ ὑπερορᾶν Act. 17. g. 30. Græca tamen ſcholia aliam interpretationem adferunt, à nullis Latinis interpretibus, quos nouerim, annotatam. Nam quia πάρεσις propriè declarat virium eneruationem, ſiue defectionem, (vnde παρειμένον declarat ἀσθενοῦν, id eſt cuius vires ſunt exolutæ) putant διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων, declarate ſtatum illum in quo ſunt homines propter præcedentia peccata: (qua ratione ſolet Apoſtolus nos mortuos vocare) vt iſta commodè poſſis interpretari, propterea quòd homines erant præcedentibus peccatis enerui. Deinde ἐν τῇ ἀνοχῇ explicant de tempore quo homines, abutentes Dei patientia, in iſtis peccatis immerſi languebant.

26 Ex Dei tolerantia, ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ Θεοῦ. Id eſt, Pro ſua patientia ac facilitate. Repetitur enim antecedens, Hebræorum more. Præſenti tempore, ἐν τῷ νῦν καιρῷ. Series ipſa argumenti & antithefis præcedentium peccatorum manifeſtè oſtendunt præſens tempus vocari ab Apoſtolo ſeculum illud quo hæc ſcribebat. quod quidem vniuerſum vocari ſolet tempus nouiſſimum & dies Domini. Itaque ineptus eſt hic quoque Origenes quòd præſens tempus opponat futuro ſeculo, Quia, inquit, præſentis ſeculi tempore in ſuſtentatione eſt iuſtitia Dei, futuri verò in retributione. Quæſo verò, lector, quid eſt ἐν τῷ ἐπαγγείλασθαι πρόφας, ſi hoc non eſt? Vt ſit ipſe iuſtus, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον. Id eſt, Vt ſummè verax ac fidelis comperiatur. Nam quũ Deus in ſeſe ſemper ſit fideliſſimus, nobis tamen talis tum demum eſſe ac quodammodo fieri incipit quum ſuam nobis in Chriſto miſericordiam gratis patefacit. Explicat ergo Paulus quod iam bis dixerat εἰς τὸν ἔνδειξιν. Et iuſtificans, καὶ δικαιοῦντα. Id eſt Chriſti imputata iuſtitia iuſtum ac irreprehenſibilem conſtituens, vt Col. 1. c. 22. Qui eſt ex fide Ieſu, τὸν ἐκ πίστεως Ιησοῦ. Id eſt, ex eorũ numero qui Chriſtũ fide ſunt amplexi: quibus opponuntur qui ex circunciſione (id eſt qui ex Lege) ſalutem expectabant.

27 Gloriatio, καύχησις. Nonnulli Latini codices addunt Tua, σου. Per quã legẽ διὰ ποίου νόμου; Id eſt, Per quam doctrinam: eámne quæ nos docet operibus noſtris niti vt ſalutem obtineamus, an per eã potius quæ docet iuſtitiam nobis per fidem gratis imputari? Notandum eſt igitur νόμον, id eſt legem (ſicut interdum apud Hebræos תורה) hoc in loco vſurpari in genere pro doctrina quæ aliquid præſcribit: qua ratione Euangelium vocat legem fidei, i. doctrinã quæ ſalutem proponit ſub conditione, SI CREDIDERIS: quam & ipſam conditionem

conditionē Dominus gratis dat vt implere poſſimus:opponitúrque hæc doctrina legi operū,i.omni doctrinæ quæ ſalutē promittit cū cōditione,SI OMNIA FECERIS:quā vnus Chriſtus pro nobis impleuit.Illa igitur(inquit Apoſtolus) omnē gloriationē tollit:vtpote quæ iuſtitiam,ac proinde ſalutem non acquirendam à nobis, ſed ab alio nobis quæſitam donet,idque vnum flagitet vt donatam velimus fide recipere,denique efficiat vt velimus:iſtaverò non item,quum ea à nobis requirat propter quæ ſalus nobis ex debito reddatur.Puto autem Apoſtolum μιμικῶς dixiſſe Legem fidei pro fide,quòd aduerſarii gratiæ perpetuò ſolerent in ore habere Legis nomen:qua etiam ratione fidem Dominus vocauit opus,Ioh.6.c.29,vt ſuo loco expoſuimus.

Λογιζόμεθα οὖν πίστει δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον χωρὶς ἔργων νόμου.	28 Colligimus igitur,fide iuſtificari hominem abſque operibus Legis.	28 *Arbitramur enim iuſtificari hominem per fidē ſine operibus Legis.*
Ἢ Ἰουδαίων ὁ Θεὸς μόνον; οὐχὶ καὶ ἐθνῶν; ναὶ καὶ ἐθνῶν.	29 An Iudæorum Deus ſolùm? nónne & Gētium:certè & Gentium.	29 *An Iudæorum Deus tantùm? nónne & Gētium? imò & Gentium?*
Εἴπερ εἷς ὁ Θεὸς, ὃς δικαιώσει περιτομὴν ἐκ πίστεως, καὶ ἀκροβυστίαν διὰ τῆς πίστεως.	30 Siquidem vnus Deus *eſt* qui iuſtificabit circunciſionem ex fide & præputium per fidē.	30 *Quoniā quidem vnus eſt Deus qui iuſtificabit circumciſionem ex fide, & præputium per fidem.*
Νόμον οὖν καταργοῦμεν διὰ τῆς πίστεως; μὴ γένοιτο, ἀλλὰ νόμον ἱστῶμεν.	31 Legem igitur inanem reddimus per fidē? Abſit: imò Legem ſtabilimus.	31 *Legem ergo deſtruimus per fidem? Abſit: ſed Legem ſtatuimus.*

28 Colligimus, λογιζόμεθα. Id eſt συλλογιζόμεθα, vt rectè explicat Theophylactus, vt etiam accipitur infrà, 6.b.11. Eſt enim in his verbis concluſio argumenti ſumpti à cauſa finali, quam vocant: cuius pondus ſi noſſent Sophiſtæ,nunquam huc deueniſſent vt in iuſtificatione vellent opera cum fide concurrere. Vulg. & Eraſmus, Arbitramur:rectè id quidem,ſed tamen ambiguè, quia hoc verbum plerunque accipitur pro opinari,& de re etiam incerta dicitur. quæ ſignificatio repugnat ſententiæ Pauli ex diametro.

29 Iudæorum Deus, Ἰουδαίων ὁ Θεός. Ex peculiari Scripturæ more,Deus dicitur eorum eſſe Deus quos benevolentia ſua complectitur,vt Pſal.33.b.12. Etſi autem Gentes erant in genere alienæ à Dei fœdere, vt ſcribitur Eph.2.c.12, tamen patebat aditus proſelytis,& manifeſta ſunt teſtimonia Prophetarum quibus teſtatus eſt Deus ſe non abieciſſe Gentes in perpetuum.

30 Iuſtificabit, δικαιώσει. Nonnulli Latini codices legunt Iuſtificat. Circunciſionē, περιτομὴν. Id eſt circunciſos,ſicut incircunciſos vocat præputium,vt annotauimus ſuprà,2.d.26. Per fidem, διὰ τῆς πίστεως. Differentia illa quam Origenes in hunc locum ſcribens obſeruauit inter ἐκ & διὰ, ita eſt vana & futilis vt ne ipſe quidem potuerit huic argumento applicare:quum alioquin ſit alicubi obſeruanda,ſed(vt notat Baſilius in libro de Spiritu ſancto) certiore cum iudicio. Quàm enim ſiniſtrè vir ille doctrinam iuſtificationis gratuitæ explicarit,vel ex eo apparet quòd quum paulo antè diſertè dixiſſet ſola fide nos iuſtificari,ita vt nec expletum opus requiratur,nec explendum expectetur:nunc à ſeipſo diſſentiens,Siquis,inquit,requirat curioſius,ii qui ex fide iuſtificantur per quem iuſtificentur,& rurſum ii qui per fidem iuſtificantur,in quo iuſtificentur:licet fortaſſis multa in hoc curioſitas videatur,tamen conuenienter dicere poſſumus quòd qui ex fide iuſtificantur,initio ex fide ſumpto per adimplerionem bonorum operum conſummantur,& qui per fidem iuſtificantur,à bonis operibus exorſi,per fidem ſummam perfectionem accipiunt. Quid eſt verò iuſtitiam ex operibus etiam fidem præcedentibus ſtabilire,& Apoſtoli doctrinæ apertè refragari, ſi hoc non eſt?

31 Legem,νόμον. Hic propria ſignificatione ponitur νόμος,ſed ita(meo quidem iudicio)vt in genere de omni Lege loquatur:quo modo etiā idem nomē accipiendū puto ſuprà,verſu 27 & 28.Nam alioqui nō eſſet vniuerſalis Pauli doctrina, niſi ſuppleatur argumento à cōparatis ſumpto:quod quidē nō videtur fuiſſe prætermiſſurus Apoſtolus, nempe,Quandoquidē ex Lege Moſis non iuſtificamur,nos nulla alia Lege iuſtificabit quum nulla ſit lex cum Lege Moſis comparanda.Sed hic rurſus obſtrepit Origenes,in hoc eodem capite per iuſtitiam Dei abſque Lege manifeſtatam intelligens Euāgelicas (quas vocāt)leges,vt,Neſciat dextra tua quid faciat ſiniſtra tua.Verùm (obſtrepat ille licet cum Sophiſtis omnibus)nullam aliam iuſtitiā coram Deo agnoſcimus quàm quæ tota in ſolidum,& quidem per imputationem,à Chriſto manat, vt omnis gloriatio excludatur: & Chriſtum ſcimus veniſſe non vt nouam aliquam legem conderet,vt ii exiſtimant qui Legis & Euangelii diſcrimen non tenent:ſed potius vt nos à Legis maledictione liberaret. Igitur, οὖν. Addita eſt hæc particula quoniam ex præcedenti dicto hæc obiectio naſcitur. Videri enim poterat Paulus, ſublato inter Gentes & Iudæos diſcrimine,illud etiam quo Iudæi à Gentibus dirimebantur, Legem videlicet,tollere. Inanem reddimus, καταργοῦμεν. Siue,Otioſam & ignauam,omnibúſque viribus deſtitutam. Hoc enim ἀργὸν vocāt Græci,quaſi ἄεργον. Annotat Origenes Paulū nō dixiſſe, νόμος οὐ καταργεῖται, Lex igitur deſtruitur: ſed, νόμος οὐ καταργοῦμεν Legē igitur deſtruimus:Nā,inquit,Lex quidē deſtruitur cōparatione gloriæ Euāgelii:ſed Paulus illā nō deſtruit. Nēpe Origenes quū Sophiſta eſſet,Paulū meritus eſt ex ingenio ſuo. Quis enim tā eſt imperitus vt non videat iſta nō obiici ipſi Paulo,ſed potius illi doctrinæ quā aſſerebat? Videbatur enim Legē inutilē reddere quū doceret ſine ea iuſtificari,ac proīde ſeruari tū Iudæos tū Græcos:vt hodie quoq; gratiæ Dei hoſtes nobis obiicere nō deſinūt,bona opera à nobis dānari, q̄ iuſtitiā ſine operibus cū Apoſtolo doceamus.

Stabilimus, ἱστῶμεν. i. firmā & efficacē reddimus,vt opponatur τῇ καταργίᾳ. Ac meritò quidē hoc dicit Apoſtolus.nā Chriſti ſatiſfactio quid aliud q̄ Legis minas oſtēdit minimè irritas eſſe, quū illas luere Chriſtū oportuerit?Sed & Chriſti iuſtitia quid aliud eſt q̄ plena Legis præſtatio? Sanctificatio deniq; Chriſti hominis quò pertinet niſi vt Lex,quæ in nobis propter corruptionē nō poterat vī ſuā exercere in ſalutē,in Chriſto ſit nobis efficax? Doctrina igitur ex fide quū nō prius nos ſeruet q̄ iuſtificet,(i. Chriſtū nobis per imputationē applicet his omnibus virtutib⁹ Legis ornatū)certè iuſtitiā ex Lege nō modò nō euertit,ſed potius ſtabilit in nobis. Poſtremò quū Spiritu Chriſti induamur per fidē,quo agēte incipimus velle & facere quæ Dei ſunt,quis nō videt hac etiā in parte Legē in nobis,alioquin prorſus inutilē niſi ad nos perdēdos, per Euāgelium reddi efficacē? Sed & quod ad ceremonias attinet,nō poteſt dici Chriſtus illas deſtruxiſſe,niſi καταργῶν quatenꝰ videlicet ſolis exortu vmbræ diſparuerūt. Nā alioquī illas nō extinxit,ſed quod adūbrabāt,hoc reuera exhibuit. Hæc quū Origenes nō intellexerit, nō mirū eſt eū ita excurrere vt Paulū nūquā ſeriò inſpexiſſe videatur,niſi vt eius doctrinam depraua ret.

Κεφάλαιον δ΄

CAP. IIII.

CAP. IIII.

Τί οὖν ἐροῦμεν Ἀβραὰμ τὸν πατέρα ἡμῶν εὑρηκέναι κατὰ σάρκα;

Quid igitur dicemus Abraham patrem noſtrum adeptum eſſe ſecundum carnem?

Quid ergo dicemus inuenisse Abraham patrem noſtrum ſecundū carnem?

Εἰ γὰρ Ἀβραὰμ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ἔχει καύχημα, ἀλλ' οὐ πρὸς τὸν Θεόν.

Nam ſi Abraham ex operibus inſtificatus fuit, habet quod glorietur, at non apud Deum.

Si enim Abraham ex operibus iuſtificatus eſt, habet gloriam. ſed nō apud Deum.

Τί γὰρ ἡ γραφὴ λέγει; ἐπίστευσε δὲ Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην.

Quid enim Scriptura dicit? Credidit autem Abrahã Deo, & imputatum eſt ei pro iuſtitia.

Quid enim dicit Scriptura? Credidit Abrahã Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam.

IN CAPVT IIII.

1 Adeptum eſſe, εὑρηκέναι. Alibi εὕρεσιν ſæpe dictum eſt de eo quod caſu inuenitur: vnde inſperatum lucrum Græci εὕρημα vocant. hic verò dicitur de eo quod tuis laboribus quærendo inueneris: quo modo explicatur ab Vlpiano in Demoſthenis orationes. Itaque verbum inueniendi quo vſus eſt poſt Veterem interprete Eraſmus, mihi non placuit vſurpare hoc loco: quia differentiam illam planè inanem puto quam ſtatuunt grāmatici inter inuenio & reperio. Secundum carnem, κατὰ σάρκα. Id eſt (vt ipſe Apoſtolus explicat) ex operibus, puta ſi Abrahamum conſideremus in ſeſe & circunciſum, non autem quatenus iuſtificatus eſt per fidem. Hæc enim refero ad verbum δίκαιος. Vetus autem interpres & Eraſmus, pleroſque ex veteribus ſequuti, coniunxerunt cum τὸν πατέρα ἡμῶν per traiectionem: hoc modo, Quid igitur dicemus inueniſſe Abrahamum patrem noſtrum ſecūdum carnem? Quorum opinionem quominus ſequerer, his cauſis ſum adductus. Primū quia non propoſuit Apoſtolus iuſtitiæ laudem ſimpliciter adimere Abrahamo, ſed κατὰ σάρκα, id eſt iuſtitiæ ex operibus coram Deo: quod omnino fuit in ipſo quæſtionis limine proponendum. Deinde cur obſecro addiderit κατὰ σάρκα: nempe (vt poſt Chryſoſtomum ſcripſit Theophylactus) vt Iudæos de carnali cognatione gloriantes à ſpirituali excluderet. Atqui vt valeret hæc ratio, oportuit (ni fallor) Apoſtolū potius dicere τὸν πατέρα ἡμῶν, patrē veſtrum. Itaque nolui in verborum collocatione quicquam immutare.

2 Nam ſi Abraham, εἰ γὰρ Ἀβραάμ. Id eſt, Quòd enim Abraham iuſtificatus eſt ex operibus. Sic enim accipienda eſt coniunctio εἰ hoc in loco: quod etiam alibi obſeruauimus. Deinde particula γὰρ cauſalis quidem eſt, ſed quæ diligenti conſideratione indigeat, vt argumenti ſeries intelligatur. Apparet enim Apoſtolum hoc in loco non tam confidentiæ cauſa (vt putat Chryſoſtomus) quàm vt offenſionem omnem vitaret, vſum eſſe tropo quem Communicationem vocant, & quidem adhibita interrogatione, cui nulla reſponſio ſubiiciatur. quod ni ſi animaduerteras, vix perſpicias quomodo hæc cohæreant. Sit igitur hæc indefinita formula: quam ſequurus fuiſſet Paulus niſi aduerſarios maluiſſet paulatim Chriſto lucrifacere quàm paradoxis quibuſdam deterrere. Abraham pater noſter nihil adeptus eſt ſecundum carnem. Hic iam finge Iudæum perculſum exciſpere, Quid igitur Paulerúne negas Abrahamum adeptum eſſe iuſtitiam? Ego verò, reſpondet Paulus, hoc nō inficior, ſed quod attinet ad eam iuſtitiam quam tueris, id eſt ad iuſtitiam operum, eam dico, vt coram hominibus ſit aliquid, tamen coram Deo nihil eſſe: idque ita eſſe oſtendit Scriptura, quæ quum Abrahamum à iuſtitia laudaret, diſertè dixit, iuſtum fuiſſe habitum non propter inſignia opera, quæ tamen in eo multa erāt, ſed quòd Deo crediderit. Iam verò ſi Abraham ipſe non alia ratione quàm fide potuit iuſtificari, ne vos quidem aliunde ſalutem expectetis. At non apud Deum, ἀλλ' οὐ πρὸς τὸν Θεόν. Ergo, inquit Origenes, iuſtificatus eſt Abraham ex fide. nam habet gloriam apud Deum. Obſecro, lector, quid eſt veritatem Dei peruertere, ſi hoc non eſt? Totus enim in eo eſt Apoſtolus vt doceat, homines, quia gratis prorſus iuſtificantur, nihil omnino in ſe habere de quo poſſint tanquam de ſuo gloriari: iſte verò Abrahamum habere dicit de quo glorietur apud Deum, quia videlicet credidit. Quaſi verò & ipſa fides nō ſit donum Dei prorſus gratuitum, quod & ipſe Origenes alibi agnoſcit: aut quaſi fides illud ſit quod nos iuſtificat, ac non potius inſtrumentum duntaxat, & quidem gratis nobis datum, quo, tanquam manu quapiam, Chriſtum iuſtitiam noſtram apprehendimus. At iſte fidem putat habere gloriam apud Deum, non apud homines: quia fides in occulto eſt, opera autem palàm ſunt. Neque interim nego fidelibus adeſſe de quo abundè glorientur, ſed in Domino, non in ſeſe.

3 Imputatum eſt ei, ἐλογίσθη αὐτῷ. Imputare hoc loco & ſimilibus aliis, ſignificat acceptum ferre, pro quo dicimus *allouer & receuoir en compte*. Cæterùm Hebræa veritas habet וַיַּחְשְׁבֶהָ. ita vt manifeſtè ſit repetendum Dei nomen אֱלֹהִים quod vt planius fieret, Paulus actiuā loquutionem in paſſiuam conuertit. Vtraque autem coniuncta omnem calumniandi occaſionem præcidit iis qui apud Moſen repetunt non Dei ſed Abrahami nomen: vt ſit hic ſenſus, Abrahamum Deo credidiſſe, & hoc ei imputaſſe ad iuſtitiam, quòd videlicet tam magnifica promiſſa ab eo acceperat. Non minus etiam peccant qui extrinſecus ſupplent rectum, vt ſit oratio perfecta. Credidit Abraham Deo, & *mundum* ob eam cauſam habuit Abrahamum pro viro probo. Sic fruſtra fuit ingenioſus Satan in hoc pulcherrimo & pretioſiſſimo teſtimonio peruertēdo. Sed tamen hic quoque laborauit Origenis ingenium, qui quum neque quid ſit gratuita imputatio, neque quid ſit fides, neque quid iuſtitia aut iuſtificatio, intelligeret, perfectā fidem in Abrahamo fuiſſe ſomniauit, quæ mereretur ad iuſtitiam reputari: quoniam, inquit, non ei qui ex parte, ſed ei qui perfectè credit, fides ad iuſtitiam reputatur. Ita conatus eſt Satan per hunc ſcriptorem fructum huius doctrinæ miſeris peccatoribus, i. omnibus hominibus, eripere: quaſi non apertè dixerit Paulus iuſtitiam Dei exhiberi in Euangelio ex fide in fidem. Sed quidni hoc dicat Origenes, quem etiam non puduit hoc loco idem cæteris virtutibus, vt miſericordiæ, manſuetudini, humilitati tribuere, vt & ipſæ dicantur ad iuſtitiam reputari? Pro iuſtitia, εἰς δικαιοσύνην. Vulg. & Eraſ. ad verbum, Ad iuſtitiam, quod eſt obſcurius dictum. Eſt enim hic quoque (vt ſuprà, 2. d. 26) Hebraiſmus in præpoſitione לְ, id eſt ל, quæ ſignificat vice & loco, vt Pſal. 30. a. 3, & alibi ſæpe. niſi malimus effectū fidei declarari, nempe vt imputatione iuſtificemur. Nonnulli codices Latini addunt, Secūdum propoſitum gratiæ Dei, quæ verba in nullis Græcis exemplaribus reperimus. Quid autem intelligatur Iuſtitiæ vocabulo, expoſuimus aduerſus Sophiſtas ſuprà, 1. b. 17, & 3. c. 10.

Τῷ δὲ ἐργαζομένῳ ὁ μισθὸς οὐ λογίζεται κατὰ χάριν, ἀλλὰ κατὰ ὀφείλημα·

Τῷ δὲ μὴ ἐργαζομένῳ, πιστεύοντι δὲ ἐπὶ τὸν δικαιοῦντα τὸν ἀσεβῆ, λογίζεται ἡ πίστις αὐτοῦ εἰς δικαιοσύνην.

Καθάπερ καὶ Δαβὶδ λέγει τὸν μακαρισμὸν τοῦ ἀνθρώπου ᾧ ὁ Θεὸς λογίζεται δικαιοσύνην χωρὶς ἔργων,

Μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι·

Μακάριος ἀνὴρ ᾧ οὐ μὴ λογίσηται Κύριος ἁμαρτίαν.

Ὁ μακαρισμὸς οὖν οὗτος, ἐπὶ τὴν περιτομήν, ἢ καὶ ἐπὶ τὴν ἀκροβυστίαν; Λέγομεν γάρ Ὅτι ἐλογίσθη τῷ Ἀβραὰμ ἡ πίστις εἰς δικαιοσύνην.

4 Atqui ei qui operatur, merces non imputatur ex gratia, ſed ex debito:

5 Ei verò qui non operatur, ſed credit in eum qui iuſtificat impium, imputatur fides ſua pro iuſtitia.

6 Sicut etiam Dauid pronũtiat beatum eum hominẽ cui Deus imputat iuſtitiã abſque operibus: *dicens*,

7 Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum obtecta ſunt peccata:

8 Beatus vir cui non imputarit Dominus peccatum.

9 Iſta igitur beatitatis prædicatio, in circuncisionẽ *ſolùm* an & in præputiũ *cadit*? Dicimus enim imputatam fuiſſe Abrahæ fidem pro iuſtitia.

4 *Ei autẽ q operatur, merces nõ imputatur ſecũdũ gratiã, ſed ſecũdũ debitũ.*

5 *Ei uerò q nõ operatur, credenti autẽ in eũ q iuſtificat impium, reputatur fides ſua ad iuſtitiam.*

6 *Sicut & Dauid dicit beatitudinem hominis cui Deus accepto fert iuſtitiã ſine operibus:*

7 *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata:*

8 *Beatus uir cui nõ imputauit Dominus peccatum.*

9 *Beatitudo ergo hæc, in circuncisione tantùm, an etiam in præputio? Dicimus enim quia reputata eſt Abrahæ fides ad iuſtitiam.*

4 Atqui ei qui operatur, τῷ δὲ ἐργαζομένῳ. Id eſt, Ei qui ex opere ſit aliquid promeritus. Cui opponitur ὁ μὴ ἐργαζόμενος, qui non operatur, id eſt qui opus nullũ adfert cuius mercedẽ flagitet, ſed gratuita Dei promiſſione nititur. Ac illud quidẽ dicitur per conceſſionem, ſimilitudine ab humanis cõmerciis ac contractibus ſumpta. Nã alioquin quis prior dedit, & retribuetur ei? Hoc verò non conſiderans Origenes, quanuis meritum ex condigno quod alibi ſtabiliit, hic euertat: tamen perturbat omnia, dum appellatione Debiti intelligit pœnã peccatis debitam: obiter etiã corrũpens locũ ex Ioh. 3. d. 34. Nec multo melius iſta in Græcis ſcholiis explicantur. Quũ enim hæc differat Apoſtolus vt ſuperioris argumenti conſequutionem probet à contrariis, quia fidẽ imputare pro iuſtitia, & operũ debitam mercedẽ perſoluere, pugnãt ex diametro, (iuſtificatio enim illa, gratiæ eſt in Chriſto, iſta verò, meriti in nobis) Græci tamen ſcholiaſtæ putarunt fidei & operum mercedem inter ſe cõparari, & illa multo amplius præmiũ habeat. Ita fit vt non modò aberrent à ſcopo, ſed etiã fidei merito arrogẽt quod vnius eſt Chriſti, & gratiã Dei funditus euertant. Nõ imputatur ex gratia, οὐ λογίζεται. Id eſt, Non numeratur neque tribuitur. Nã imputare hoc loco non poſſis exponere gratis acceptũ ferre, vt in præcedenti & cõſequẽti quoque verſiculo, vbi imputari, i. gratis acceptũ ferri dicitur quod non ipſi exoluimus, ſed alius pro nobis. Alioquin idem verbũ & pro ſubductis velut rationibus ſecum aliquid conſtituere accipitur, vt ſuprà, 2. a. 3: & pro συλλογίζεσθαι, id eſt concludere, & ex argumentis præcedentibus colligere, vt ſuprà, 3. d. 28.

5 Qui iuſtificat impiũ, τὸν δικαιοῦντα τὸν ἀσεβῆ. Id eſt, qui eum qui in ſeſe eſt impius, facit iuſtum in Chriſto. Nã (vt alibi dixi) nullos pro iuſtis approbat Deus niſi quos prius verè ac ſummè nõ in ipſis ſed in Chriſto ſuo, i. imputata Chriſti iuſtitia, iuſtificarit: qua ratione optimè cõcilliatur hic locus cũ eo quod ſcriptũ eſt Exo. 23. b. 7.

7 Quorum remiſſæ ſunt iniquitates, ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι. Diſtinctio quam hoc loco tradit Origenes inter ἀνομίαν & ἁμαρτίαν, non admodum firma eſt, neque ſatis appoſita, quum hæc doctrina ad quaſuis tranſgreſſiones pertineat. Ideo 1. Iohan. 3. a. 4, ἁμαρτία dicitur eſſe ἀνομία, i. quicquid Legi Moſis, atque adeo in genere Legi Dei aduerſatur. Libuit autẽ hoc etiam loco ſubiicere Origenis verba, ex quibus intelligatur iurene an iniuria toties eum (vt Apoſtolicæ doctrinæ corruptorem) reprehendam. Vide, inquit, ſi fortè poteſt iſte ordo in anima vna eadémq; intelligi: vt quia initiũ eſt cõuerſionis animæ, mala relinquere, pro hoc iniquitatũ remiſſionem mereatur accipere: quũ autem cœperit bona facere, veluti ſingula quæque quæ præceſſerant mala, bonis recentibus obtegens, & abundantiorem numerum bonorum introducens quàm prius fuerat malorum, tegere peccata dicatur: vbi verò iam ad perfectum venerit, ita vt omnis de eo malitiæ radix penitus amputetur, eouſque vt nullum in ea veſtigium poſſit inueniri nequitiæ, vbi jam perfectæ beatitudinis ſumma promittatur, tum nullum poſſit Dominus imputare peccatum. Hæc verò ſi vera ſunt, cur non pronũtiauit Dauid beatũ illum eſſe qui peccata ſua obtegat: & quid iam ſupereſt quominus falſi damnetur Apoſtolus, qui in ſententiã prorſus contrariam hunc locum citarit, nempe vt beatos nos eſſe oſtenderet non ex meritorum mercede, ſed ex gratuita peccatorum remiſſione: ex eo (inquam) quòd Deus peccata noſtra obtegat, & peccatores gratis iuſtificet? Denique quid eſt ex profeſſo peruertere Dauidis & Pauli ſententiam, ſi hoc non eſt?

9 Iſta igitur beatitatis prædicatio, ἡ μακαρισμὸς οὗτος. Id eſt, Iſtud igitur Dauidis dictum quo beatos illos eſſe pronuntiat. Hoc enim declarat Græcis verbum μακαρίζειν. Vulgata, Beatitudo, id eſt μακαρισμός. Eraſmus, Beatificatio, paulo rectius. In circuncisionem *ſolùm*, ἐπὶ τὴν περιτομήν. Particula ἢ quæ mox ſequitur, omnino oſtẽdit ſubaudiẽdũ eſſe μόνον, i. ſolùm vel tãtùm: quod Vet. etiã interpres rectè ſuppleuit. de qua eclipſi diximus ſuprà, 2. d. 18. Itaq; neſcio quid in mẽtẽ venerit Caſtellioni quũ totũ hũc locũ ſic interpretaretur, Hæc igitur beatitudo in circũciſionémne cadit, an potius in præputiũ? Nã ἢ nõ poteſt ſignificare μᾶλλον niſi admodũ violẽta interpretatione, & poſcit argumẽti ſeries aliã interpretationẽ. Sed & verbũ πίπτει, i. cadit, quod explendæ ſententiæ deerat, ex Theophylacto ſuppleuimus: pro quo nõnulli Vulg. editionis Latini codices ſcriptũ habent, Manet, pro Manat, vt coniicit Eraſ. Eſt autẽ hoc quoque notandũ, iam tertiò circunciſionẽ accipi pro circunciſis, præputiũ verò pro incircunciſis. Deniq; vt lectoribus gratificer, paucis ſubiiciã huius diſputationis mẽbra, quæ nõ minus argutè quàm ſanctè & eruditè à Paulo tractantur. Ex hoc vnius Abrahami exẽplo cõſtituit Apoſtolus vniuerſalẽ concluſionẽ elicere. Id verò vt ſeſe iure facere oſtẽdat, primùm omniũ admonet, in ipſo quæſtionis limine Abrahamũ à ſe proponi, nõ ſimpliciter tanquã vnum ex fideliũ numero, ſed vt Eccleſiæ patrem, vt meritò à patre ad filios argumentetur: quod poſtea explicabit. Nunc igitur poſtquã pro-

bauit patrem ex vna fide iuſtificatum per imputationē gratuitam, idem vult poſtea in filiis ſtatuere: & hos qui dem duorum generum eſſe, in primis oſtendit, vnos videlicet incircunciſos, alteros circunciſos, ne Iudæi obſtreperent. Deinde vtroſque ait ex fide eſſe æſtimandos: ita videlicet vt nec incircunciſi deſinãt filii eſſe Abrahami, quia incircunciſi ſunt, ſi modò fidem habuerint: nec circũciſi, etiamſi ſecundũ carnẽ nati fuerint ex Abrahamo & circunciſi, idcirco tamen ſint illius filii, niſi & ipſi crediderint. Ac prius quidem illud (id eſt duplices eſſe Abrahami filios) ſic probat, vt quia de circunciſis non ambigebatur, hanc partem non attingat: de incircunciſis verò ſic reſpondeat, Abraham incircunciſus iuſtificatus eſt ante circunciſionem: ergo præputium non eſt alienum à fœdere Dei & iuſtificatione. Poſterius verò ſic colligit, Abraham iuſtificatus eſt in præputio per fidem: ergo & incircũciſi per fidem poſſunt iuſtificari. Et poſtea, Abraham fuit quidem circunciſus, ſed tum demum quum iam iuſtificatus eſſet per fidem. Ergo iuſtificatio circunciſorum non pendet à circunciſione, ſed à fide. At enim, quæret Iudæus, ſi Abraham erat ante circunciſionem iuſtificatus, cur circũciſionis Legem accepit? Vt (inquit Paulus) circunciſio iuſtitiam fidei obſignaret, tum in ipſo Abrahamo, tũ in ipſius poſteritate. Itaq; filii Abrahæ eritis ſi ipſius veſtigia ſequuti, non à circunciſione & Lege ſalutem expectaueritis, ſed habueritis in vobis illud ipſum cui obſignando data eſt circunciſio. Hic verò duæ exoriuntur quæſtiones: vna, an ſicut fidelis Abraham circunciſus eſt, ſic etiam circuncidi fideles ex Gentibus oporteat: altera, ſi hoc verum eſt quod de Abrahamo dicitur, cur igitur Iudæi octauo die circuncidantur, quo tẽpore per ætatẽ non modò non intelligere, ſed ne credere quidẽ poſſint. Sed quũ hæc ad Apoſtoli ſcopum nõpertineãt, meritò relinquit intacta. Hæc eſt (meo quidẽ iudicio) legitima huius loci explicatio. Neq; enim nũc in eo verſatur Paulus vt doceat Iudæos nõ iuſtificari per circunciſionẽ: (quũ hãc quæſtionẽ ſuo loco pertractarit ſuprà, cap. 2) ſed in eo potius vt omnes tum Iudæos tum Græcos ex fœdere cum Abrahamo communi patre inito, doceat fide iuſtificandos. Diuerſa autem ſunt, circunciſione non iuſtificari, & fide iuſtificari.

Γὰς οὖν ἐλογίσθη; ἐν περιτομῇ ὄντι, ἢ ἐν ἀκροβυστίᾳ; οὐκ ἐν περιτομῇ, ἀλλ' ἐν ἀκροβυστίᾳ.

Quomodo ergo imputata est? quum eſſet in circũciſione, an quum eſſet in præputio? nõ in circunciſione, ſed in præputio.

Quomodo ergo reputata eſt, in circunciſione, an in præputio? Non in circunciſione, ſed in præputio.

Καὶ σημεῖον ἔλαβε περιτομῆς, σφραγῖδα τῆς δικαιοσύνης τῆς πίστεως τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ· εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πατέρα πάντων τῶν πιστευόντων δι' ἀκροβυστίας, εἰς τὸ λογισθῆναι καὶ αὐτοῖς τὴν δικαιοσύνην·

Et ᵛsignum accepit circunciſionis quod obſignaret iuſtitiam fidei quæ fuerat in præputio vt eſſet pater ᵛomnium credentium in præputio, vt imputetur etiam ipſis iuſtitia:

Et ſignum accepit circunciſionis, ſignaculum inſtitiæ fidei quæ eſt in præputio: ut ſit pater omnium credentium per præputium, ut reputetur & illis ad inſtitiam:

Καὶ πατέρα περιτομῆς, τοῖς οὐκ ἐκ περιτομῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς στοιχοῦσι τοῖς ἴχνεσι τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ πίστεως τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ.

ᵛEt pater circunciſionis, ᵛiis *videlicet* qui non ſolùm ſunt ex circunciſione, ᵛſed qui etiã incedunt veſtigiis fidei patris noſtri Abrahami, quæ fuit in præputio.

Et ſit pater circunciſionis non iis tantùm qui ſunt ex circunciſione, ſed & iis qui ſectantur veſtigia fidei quæ eſt in præputio patris noſtri Abrahæ

11 Signum circunciſionis, σημεῖον περιτομῆς. Id eſt circunciſionem, quæ ſignum eſt: vt ſacramentum Baptiſmi dicimus pro Baptiſmo qui eſt ſacramentum. Nam σημεῖον hoc loco, quum alioquin latius pateat, nihil aliud declarat q̃ Sacramentũ. Itaque ratio huius appellationis (meo quidẽ iudicio) vniuerſalis eſt, vt non minus aliis Sacramentis quam circunciſioni poſſit applicari: niſi quòd circunciſio fuit initiationis teſſera, & notã habuit in ipſa carne inuſtam: hæc autẽ cõmunis ratio Sacramentorũ eſt, q̃ ſint externa ſigna eius pacti quod Dominus nobiſcum & cum poſteritate noſtra iniit. Sed peculiari tamen ratione hoc conuenit Abrahamo, cui vni dictum eſt, In te benedicentur omnes gentes. Itaque ſibi & poſteris, id eſt omnibus omnium Gentium fidelibus, ſolus Abraham hoc ſignum circunciſionis accepit: reliqui verò ſibi duntaxat, & ſuo peculiari ſemini. Quod niſi conſideres, vix intelligas cur addiderit Paulus τὸν τοῦ πατέρα, vt eſſet pater: & tamen hoc eſt totius applicationis exẽpli σωμα χω, cohærens potius (vt ego quidẽ exiſtimo) cũ verbo ἐλογίσθη propinquiore, quàm cum verbo ἐλογίσθη per traiectionem, vel cum participio ὄντι, quod ſubaudit ur poſt τῆς articulum. Cæterùm in duobus codicibus ſcriptum inuenimus, ἓ σημεῖον ἔλαβε περιτομὴ, & pro ſigno accepit circunciſionem: vt manifeſtum ſit explicanda hæc eſſe per appoſitionem quam vocant. Quod obſignaret, σφραγῖδα. Quid magnificentius dici de vllo Sacramento poſſit? Itaque qui veteris fœderis Sacramenta à noſtris re ipſa diſtinguũt, nunquam vident ur Chriſti officium quàm latè pateat cognouiſſe. Vocarat Paulus circũciſionem σημεῖον, quod ad externam ceremoniam attinet: nunc illius ſigni ſubſtantiam & effectum explicat, id eſt quorſum adhibeatur, nẽpe iuſtitiæ fidei, qua in ipſius Chriſti poſſeſſionẽ mittimur, nõ ſimpliciter ſignificãdæ, ſed vnà etiã obſignãdæ, quatenus videlicet Spiritus ſãctus reipſa id intus præſtat quod externa ceremonia prædicationi Verbi cõiuncta, oculis repræſẽtat. Hãc interpretationẽ ſiquis cũ iis cõtulerit quæ nõ Origenes modò, ſed nonnulli etiã ex patribus alioquin pietate & eruditione clariſſimi, in hunc locũ ſcripſerunt: cõperiet profectò quantã veritatis lucem Dominus in nos omniũ hominum maximè indignos noſtra mẽmoria effuderit. Cæterùm Signaculi nomen quod Vetus interpres & Eraſmus vſurpant, libens refugi, partim quòd non ſit admodum vſitatum, partim quòd non ſatis videatur illã vim obſignationis declarare. Omnium credentiũ in præputio, πάντων τῶν πιστευόντων δι' ἀκροβυστίας. Id eſt, πάντων τῶν ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ καὶ πιστευόντων, vt rectè explicant Græca ſcholia. Nam omnino hoc poſcit ſententia vt διὰ pro ἐν accipiatur, quo modo etiam explico 1. Tim. 4. d. 14, & Heb. 7. b. 9. Vulgata, Omnium credentium per præputium. quam interpretationem miror Eraſmum intactam reliquiſſe, quum nullus inde ſenſus elici poſſe videatur.

12 Et pater circunciſionis, καὶ πατέρα περιτομῆς. Id eſt, Pater circunciſorum: vt etiam mox, Eſſe ex circunciſione, declarat eſſe ex circunciſis. Iis *videlicet* qui non ſolùm ſunt ex circunciſione, τοῖς οὐκ ἐκ περιτομῆς μόνον. Sic legimus in omnibus codicibus. Ita etiam legit Chryſoſtomus, & Græca quoque ſcholia diſertè interpretantur, vt & ipſa ſententia flagitat. Nam quemadmodũ de incircunciſis loquens, nõ ſimplici-

ter dixerat, omnium illorum esse patrem Abrahamū, sed eorum demum qui crederent: eandem distinctionem in Iudæis quoque meritò seruauit: quia (vt antè dixi) non est simpliciter propositum Apostolo docere, Abrahamum patrem esse tum incircumcisorum, tum circumcisorū, sed etiā in primis qua ratione sit vtrorumq; pater qui est ipsius scopus. Nam filium esse Abrahami coram Deo, & fide iustificatum esse, cohærent. Non rectè igitur Vetus interpres conuertit, Non iit tantùm qui sunt ex circumcisione, id est τοῖς ἐκ περιτομῆς, quanuis eiusmodi traiectiones interdum apud Hebræos inueniantur: & ne longius abeamus, sic vsurpetur infrà, versu 16 & 23. Ab Erasmo autē in eo vno dissentio quòd τοῖς ἐκ περιτομῆς interpretatur eos qui genus ducunt ex circumcisis, quū generaliter (vt opinor) esse ex circumcisione dicatur ab Apostolo, pro esse ex circumcisorū numero.

Sed qui etiam incedunt, ἀλλὰ καὶ τοῖς στοιχοῦσι. Planior quidem erit oratio si vel articulum τοῖς expungas, vel legas ἀλλὰ τοῖς καὶ στοιχοῦσι: & fortassis permutata est horum collocatio ab iis qui in priore membro putarunt esse traiectionē. Sed vtut sit, plana est Apostoli sententia, distinguentis Iudæos infideles à fidelibus. Nam (vt obiter hoc quoque dicam) ibi cedere vestigiis fidei Abrahæ, non de fidei fructibus, (de his enim nondum differit Apostolus) sed de fide ipsa accipiendum est: nec aliud declarat quàm credere, sicut & Abraham credidit.

Οὐ γὰρ διὰ νόμου ἡ ἐπαγγελία τῷ Ἀβραὰμ, ἢ τῷ σπέρματι αὐτοῦ, τὸ κληρονόμον αὐτὸν εἶναι τοῦ κόσμου, ἀλλὰ διὰ δικαιοσύνης πίστεως.

13 Non enim per Legem promissio cessit Abrahæ, aut semini eius, vt hæres esset mundi, sed per iustitiam fidei.

13 *Non enim per Legem promissio Abrahæ, aut semini eius, vt hæres esset mundi, sed per iustitiam fidei.*

Εἰ γὰρ οἱ ἐκ νόμου, κληρονόμοι, κεκένωται ἡ πίστις, καὶ κατήργηται ἡ ἐπαγγελία.

14 Etenim si ii qui ex Lege sunt, hæredes sunt, inanis facta est fides, & vana reddita est promissio.

14 *Si enim qui ex Lege hæredes sunt, exinanita est fides, abolita est promissio.*

Ὁ γὰρ νόμος ὀργὴν κατεργάζεται· οὗ γὰρ οὐκ ἔστι νόμος, οὐδὲ παράβασις.

15 Nam Lex iram efficit: siquidem vbi non est Lex, ibi nec transgressio est.

15 *Lex enim iram operatur: ubi enim non est Lex, nec præuaricatio.*

13 Per Legem, διὰ νόμου. Hoc est, Per præstita aliqua opera, aut addita implendæ Legis conditione.

15 Legem autem sine articulo vocat aut legem ipsam naturæ, non Mosis, quæ nondum data erat, vel etiam Legē Mosis: vt hoc idem argumentum tractatur Gal. 3. c. 18. Rectè autē Erasmus suppleuit verbum Contigit ad constructionem explēdam, nisi quòd cohtingentiam nullam hic agnosco. Quid si igitur suppleas δέδοται, data est? nam hoc inuunt Græca scholia. Sed hac ratione non fuerat dicendum τὸ κληρονόμον εἶναι, vt hæres esset, sed τὸ κληρονόμον ἔσεσθαι, hæredem fore, vt exposuit Erasmus, idque perperam, ni fallor. Neque enim disputat Paulus an Deus præcedentibus Abrahæ operibus adductus fuerit ad dandam ipsi promissionem: sed qua ratione sit promissionis particeps factus Abraham, an quia fide eam apprehendit, an verò quia Legem impleuit. Itaque verbum Cessit aut Euenit supplere malim. Vt hæres esset mundi, τὸ κληρονόμον αὐτὸν εἶναι τοῦ κόσμου. Id est, Vt pro filiis haberet omnes nationes orbis. Contingit enim Paulus promissiones à Deo factas Abrahamo velut in vnum corpus, & quum omnes credentes siue incircumcisos siue circumcisos docuisset esse filios Abrahæ, meritò sanè Abrahamum vocat mundi hæredem: mundi appellatione omnes nationes intelligens, & in eo ipso sequutus Domini vestigia. nam quum dixisset Dominus Abrahamo se fore Deum ipsius & seminis eius, postea exposuit quid seminis appellatione intelligeret, nimirum omnes terræ nationes, quum fore diceret vt illas omnes in eo gratia sua dignaretur. Hæc est omnino germana ac maximè accommodata huius loci explicatio, quam & ipse Apostolus postea explicat versu 17, declarans ipsius nominis Abrahami etymologiam. Nā mihi quidem videtur non posse satis appositè ad institutum Apostoli, aut satis genuina interpretatione per mundum intelligi regio Chananæa: quanuis suum hic quoque cuiusis iudicium vltro (sicut par est) integrum & illibatum relinquo. Est autē (vt ad rem redeam) peculiaris quidam Hebraismus in his verbis annotandus, qui sententiam mirè illustrat. Neque enim hæredis nomen proprie hic accipitur: sed quia Hebræis נחל, id est hæreditat, dicitur quicquid alicui gratis cedit in possessionem, ac nominatim quidē filii dicuntur hæreditas quæ patri à Deo datur, Psal. 127. 3, ideo hæredem esse mundi, declarat totum mundum habere pro filiis, & hac ratione quasi vniuerso mundo potiri. Sic dicitur Christus totius mundi hæres constitutus, in quo videlicet & ipse pater Abraham cum toto mundo adoptatus in filium benedicitur, Heb. 1. 2. 2. Sic dicimur Dei hæredes correlatiuē, infrà, 8. c. 17, quia Dei sumus hæreditas cum Christo: quū alioquin Græcis & Latinis, Alicuius esse hæredem, declaret, in alicuius bona post mortem succedere. Postremò notanda est ratio cur Paulus addiderit τῷ σπέρματι αὐτοῦ, vel semini (id est posteris) eius. Quid enim tam semini eius facta est promissio, fore vt possideat mundum? Nempe id non potest nisi perabsurdè dici, quum potius appellatione mundi ipsum semen significetur. Est igitur hoc intelligēdum ex mutua patris & filiorum relatione. Quum enim diceret Deus Abrahamum fore patrem multitudinis Gentium, simul pollicetur multitudini Gentium fore vt Abrahamum habeat pro patre: quod vtrinque est singulare beneficium, ex fœderis formula, Ero Deus tuus & seminis tui. Itaque Paulus quum in eo sit vt doceat filios Abrahæ ex vna fide æstimandos, siue circumcisi sint, siue incircumcisi: meritò expressit promissionem pertinere non ad Abrahamum solùm, sed etiam ad ipsius semen: quanuis in ipsa promissionis formula explicanda id tantùm expresserit quod ad patrem spectat, alterum videlicet lectori cogitādū relinquēs, ex natura eorū quæ inter se cōparantur. Plena enim hæc fuisset oratio, οὐ γὰρ διὰ νόμου ἡ ἐπαγγελία τῷ Ἀβραὰμ, τῷ κληρονόμον αὐτὸν εἶναι τοῦ κόσμου, ἢ τῷ σπέρματι αὐτοῦ, τῷ ὄντι δὲ Ἀβραὰμ κληρονομεῖν τὸν κόσμον ἀλλὰ, &c.

14 Si ii qui ex Lege sunt, εἰ οἱ ἐκ νόμου. Id est, Si ii demū sunt hæredes qui Legem impleuerint: siue, si ad hoc vt aliquis censeatur in hæreditate Abraham, requiratur Legis impletio, inanis est fides ac promissio, i. frustra promissioni creditur, & frustra fit promissio. Nā tantum abest vt hanc conditionem aliquis præstare possit, vt contrà (sicut antè primis tribus capitibus penè integris est demonstratum) Lex nihil aliud quàm peccata hominum coarguat, ipsorum quidem vitio non Legis. Itaque ex Lege esse non idem declarat atque circumcisum esse, & Legi Mosis initiatū, quēadmodum paulo pòst accipitur v. 16: sed idē valet atq; ἐκ ἔργων, Gal. 3. b. 10, ex operibus esse, i. operibus suis, seu Legis impletione, niti.

15 Lex irā efficit, ὁ νόμος ὀργὴν κατεργάζεται. Vulg. & Eras. Lex iram operatur. Ego verò existimo Apostolum potius vsurpasse compositum κατεργάζεσθαι, quàm simplex ἐργάζεσθαι: quia quum iam inde à nostro exortu simus iræ Dei obnoxii, superuenit postea Lex, quæ nostra quidem culpa, non suā, damnationem cumulet, ac veluti cœptū opus absoluat. Est autem operæpretiū intelligere quid in hunc locum cōmineiscatur Origenes.

Legis nomine, inquit, lex membrorum intelligitur. Quòd si placet de Lege Moſis accipere, Iræ nomine poenas accipe quas Lex Moſis proponit delinquentibus, nempe vt crementur, lapidentur, ſuſpendantur tranſgreſſores. Quid ampliùs Poteſt, inquit, eſſe Lex vbi præuaricatio non ſit. Et paulo pòſt, Etſi, inquit, Legem Moſis ponamus, non continuò omnes qui ſub Lege Moſis vixerunt, in præuaricatione facti ſunt. Alioqui ſimul & Prophetas & omnes iuſtos videmur inuoluere. Hæc illet ex quibus certè apparet hominem iſtum non multo melius intellexiſſe quid ſit Lex, quod eius officium, quod Euangelii & Legis diſcrimen, quàm ſi Paulum nunquam inſpexiſſet. Vbi non eſt lex, οὐκ ἔστι παράβασις. Vel (vt quidã malunt) Cuius rei lex non eſt, nec trãſgreſſio eſt. Nam ambiguum eſt Græcum vocabulum ὅ.

Διὰ τοῦτο ἐκ πίστεως, ἵνα κατὰ χάριν, εἰς τὸ (τὸ) βεβαίαν εἶναι τὴν ἐπαγγελίαν παντὶ τῷ σπέρματι, οὐ τῷ ἐκ τοῦ νόμου μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ ἐκ πίστεως Ἀβραάμ, ὅς ἐστι πατὴρ πάντων ἡμῶν,

16 Propterea ex fide eſt hereditas, vt ſit per gratiam, vt firma ſit promiſſio toti ſemini: id eſt nõ ſolùm ei quod eſt ex Lege, verumetiam ei quod eſt ex fide Abraham, qui eſt pater omnium noſtrum,

16 Ideo ex fide, vt ſecũdum gratiam: vt firma ſit promiſſio omni ſemini, non ei quæ ex Lege eſt ſolùm, ſed & ei quæ ex fide eſt Abrahæ, qui pater eſt omnium noſtrum,

(Καθὼς γέγραπται, Ὅτι πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε) κατέναντι οὗ ἐπίστευσε Θεοῦ, τοῦ ζωοποιοῦντος τοὺς νεκροὺς, καὶ καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα.

17 (Sicut ſcriptum eſt, Patrem multarũ gentium conſtitui te) coram eo cui credidit, Deo videlicet, viuificante mortuos, & vocante quæ non ſunt, tanquam ſint.

17 (Sicut ſcriptũ eſt, Quia patrem multarum gentium poſui te) ante Deum cui credidit, qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ non ſunt, tanquã ea quæ ſunt.

Ὃς παρ' ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι ἐπίστευσεν, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸν πατέρα πολλῶν ἐθνῶν, κατὰ τὸ εἰρημένον, Οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου.

18 Qui Abraham contra ſpẽ ſub ſpe credidit, vt fieret pater multarum gentium, ſecũdum id quod ei dictum fuerat, Ita erit ſemen tuum.

18 Qui contra ſpem in ſpem credidit, vt fieret pater multarum gentium, ſecundũ quod dictum eſt, Sic erit ſemen tuum.

16 Toti ſemini, παντὶ τῷ σπέρματι. Id eſt omnibus credentibus. Nam qui non credunt, etiamſi ſint circunciſi, & ſecundum carnem orti ex Abrahamo, non ſunt tamẽ ex ſemine, quia mutua eſt promiſſionis, fidei, & ſeminis relatio. Eſt autem in his verbis concluſio præcedentium à verſu 13 ad hunc vſque locum. Id eſt non ſolùm ei quod eſt ex Lege, οὐ τῷ ἐκ τοῦ νόμου μόνον. Quum in genere dixiſſet, hæreditatem eſſe ex fide, vt firma eſſet promiſſio toti ſemini, id eſt omnibus credentibus: nunc ſemen iſtud diuidit in eos qui ſunt ex Lege, i. in Iudæos fideles circunciſos, & in eos qui ſunt ex fide, id eſt Gentiles, qui ſola fide referunt Abrahamũ, quũ ſint incircunciſi. Itaque (quod non intellexit Origenes) ex Lege & ex fide eſſe, non opponuntur ſimpliciter hoc loco, vt paulo antè verſu 14, ſed κατά τι, id eſt, quatenus fidei adiuncta eſt aut non adiuncta circunciſio: vt idem declaret ἐκ τοῦ νόμου (ſ), atque οὐ τῷ νόμῳ (ſ), ſuprà, capite 3. verſu 19. Nam fides vtrinque ponitur, quia præcedit in prolepſi, παντὶ τῷ σπέρματι. Eadem quoque ratio oſtendit particulam μόνον, vt 1. Corinth. 15. c. 19, ita hic etiam per traiectionem cohærere cum negante particula, non cum participio ὄντα ſubaudito: neque rectò hunc locum à quibuſdam ſic conuerti, Non ei quod eſt tantùm ex Lege, ſed etiam ei quod eſt ex fide. Cur enim Paulus adderet καὶ in poſteriore membro Ex fide Abraham, τῷ ἐκ πίστεως Ἀβραάμ. Argutatur hoc loco Eraſmus, quaſi Ἀβραάμ pertineat ad articulum τῷ, tertio caſu videlicet: vt duos Abrahamos faciat Paulus, ſicut alibi duos Adamos, vnum iuſtificatum in præputio per fidem, qui pater eſt Gentium ſpiritualis, alterum iuſtificatum per fidem in circunciſione: qui duplici nomine pater eſt Iudæorum credentium. Ego verò nuſquam inuenio poſteriorem iſtum Abrahamum. Deinde quorſum hæc dicantur, quum manifeſtè Paulus diuidat in duo membra quod in genere dixerat? Nimirũ vt aditum ſibi patefaciat nouo argumẽto ex ipſius promiſſionis formula petito: quæ quidem diſertè facit non vnius, ſed multarum gentium mentionem. Nã quod ait Eraſmus, additurum fuiſſe alioqui Paulum τῷ Ἀβραάμ, nullius eſt momenti, quum ſoleat multis locis omittere articulum, vt infrà, 9. b. 7, & 11. a. 1, & Gal. 3. a. 7, & alibi ſæpe.

17 Coram Deo, κατέναντι Θεοῦ. Id eſt cognatione ſpirituali, quæ coram Deo locum habet, & Deo nos gratos reddit. Nam quum benedictio incluſa ſit in ſemine Abrahæ, filios eius fieri nos oportet, vt ſimus vitæ æternæ participes. Verùm apud homines alia eſt ratio, apud quos videlicet mortuis non gignuntur filii, & quòd nõ videãtur vlli propriè eſſe poſſe illorum filii ex quibus non ſunt orti. Quidam tamen Chryſoſtomum ſequuti κατέναντι exponũt, Ad exemplum ſeu ſimilitudinem, quòd videatur quandã cum Deo ſimilitudinis ſpeciem habere Abrahamus, in eo quòd totius mũdi ſit pater, & quidem ſpirituali ratione. Sed mihi quidem hæc argutia videtur inanis: neque vſquam in nouo Teſtamento reperio κατέναντι poſitum pro ὁμοίως. Credidit, ἐπίστευσεν. Ambroſius legit Credidiſti, idque perperam. & veteres etiam manuſcripti codices Vulgatæ interpretationis ſcriptum habent Credidit. Viuificante, ζωοποιοῦντος. Id eſt, qui vitæ reſtituit, vt expoſuit Eraſmus per periphraſin. Adduntur autem hæc ab Apoſtolo, vt aditum ſibi patefaciat ad declarandam magnitudinem fidei Abrahami. Et vocante, καὶ καλοῦντος. Id eſt, Apud quem iam ſunt quæ alioqui reipſa non ſunt, vt qui vel vno verbo quiduis poſſit ex nihilo efficere. Sic enim accipitur apud Hebræos verbum קרא, id eſt vocauit, vt alibi obſeruauimus. Videtur autem Paulus, quum mentionem facit viuificationis, reſpicere circunciſos natos ex Abrahami quaſi iam emortui lumbis, non naturæ, ſed fidei virtute. Nam quòd de morte per peccatum hic diſputat Origenes, vide apud eũ. Quum autem meminit vocationis eorum quæ nõ ſunt, videtur ſpectare incircuncciſos, qui virtute promiſſionis facti ſunt quod prius non erant, quaſi, (quod etiam interminatur Iohannes Matthæi capite 3. verſu 9) ex lapidibus filios Abrahæ ſuſcitarit Dominus, quum ex non populo fecit populum.

18 Vt fieret, εἰς τὸ γενέσθαι. Eraſ. Se fore, quod non reſpondet Græcis. Semen tuum, τὸ σπέρμα σου. In quibuſdam codicibus additur, Sicut ſtellæ cæli & arena maris: ſed contra veterum exemplarium fidem.

Καὶ μὴ ἀσθενήσας τῇ πίστει, οὐ κατενόησε τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ἤδη νενεκρωμένον, ἑκατονταέτης που ὑπάρχων, καὶ τὴν νέκρωσιν τῆς μήτρας Σάρρας.

19 Ac minimè imbecillis fide, non cõſideravit ſuũ ipſius corpus iã emortuũ, quum cẽtum circiter natus eſſet annos, nec emortuam vuluam Saræ.

19 Et non infirmatus eſt fide, nec conſideravit corpus ſuum iam emortuũ, quum fere annum eſſet annorum, & emortuam vuluam Saræ.

Εἰς δὲ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Θεοῦ οὐ διεκρίθη τῇ ἀπιστίᾳ, ἀλλ' ἐνεδυναμώθη τῇ πίστει, δοὺς δόξαν τῷ Θεῷ.

20 Aduerſus promiſſionem autem Dei nõ diſceptauit infidelitate: ſed robuſtus factus eſt fide, tributa gloria Deo:

20 In repromiſſione etiam Dei non hæſitauit diffidẽtia: ſed cõfortatus eſt fide, dans gloriam Deo:

Καὶ πληροφορηθεὶς ὅτι ὃ ἐπήγγελται, δυνατός ἐστι καὶ ποιῆσαι.

21 Ac plenè perſuaſum habẽs, quod promiſerat, poſſe etiam facere.

21 Plenißimè ſciens quia quæcunque promiſit, potens eſt & facere.

Διὸ καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην.

22 Quapropter etiam hoc imputatum eſt ei pro iuſtitia.

22 Ideo & reputatum eſt illi ad iuſtitiam.

Οὐκ ἐγράφη δὲ δι' αὐτὸν μόνον ὅτι ἐλογίσθη αὐτῷ·

23 Non ſcriptum eſt autẽ propter eum ſolùm, quòd hoc imputatum fuerit ei:

23 Non eſt autem ſcriptum tantùm propter ipſum, quia reputatum eſt illi:

Ἀλλὰ καὶ δι' ἡμᾶς, οἷς μέλλει λογίζεσθαι, τοῖς πιστεύουσιν ἐπὶ τὸν ἐγείραντα Ἰησοῦν τὸν Κύριον ἡμῶν ἐκ νεκρῶν,

24 Sed etiã propter nos, quibus futurum eſt vt imputetur, iis nimirum qui credunt in eum qui excitauit Ieſum Dominum noſtrum à mortuis,

24 Sed & propter nos, quibus reputabitur, credẽtibus in eum qui ſuſcitauit Ieſum Dominum noſtrum à mortuis,

Ὃς παρεδόθη διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν, καὶ ἠγέρθη διὰ τὴν δικαίωσιν ἡμῶν.

25 Traditum in mortem propter offenſas noſtras, & excitatum propter iuſtificationem noſtri.

25 Qui traditꝰ eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.

Κεφάλαιον ε'

CAP. V.

CAP. V.

Δικαιωθέντες οὖν ἐκ πίστεως, εἰρήνην ἔχωμεν πρὸς τὸν Θεὸν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ·

1 IVſtificati igitur ex fide, pacẽ habemus erga Deũ per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum:

1 Iuſtificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum:

19 Minimè imbecillis, μὴ ἀσθενήσας. Hic mos eſt apud Hebræos vt contrarium eius quod negant, fortiſſimè aſſeuerent: quæ figura à grammaticis dicitur μείωσις. Itaque minimè imbecillis fortiſſimum ac conſtantiſſimum declarat. quod non ſatis videntur expreſſiſſe Vetus interpres & Eraſmus, quum interpretarentur μὴ ἀσθενήσας, non infirmatus. Sed in eo fœdè hallucinatur Origenes quòd ex his verbis colligit, fidem in Abrahamo perfectã fuiſſe: huc etiam detorquens quod de infirmis in fide ſuſtinendis præcipit infrà, 14.a.1, & Tit.1.b.13, de ſanis in fide. quibus locis fides accipitur diuerſa ſignificatione, id eſt, pro ipſa Euangelii doctrina quæ credenda proponitur. Emortuum, νενεκρωμένον. Id eſt viribus effœtum, & ad gignendam ſobolem ineptum. Itaque intempeſtiuè differit Origenes de mortificatione ſpirituali.

10 Non diſceptauit, οὐ διεκρίθη. Vide Matth.21.b.21. Tributa gloria Deo, δοὺς δόξαν τῷ Θεῷ. Id eſt Deo agnito ac collaudato, vt qui ſummè bonus ac verax eſſet, ſicut ſcriptum eſt Iohan.3.d.33. Sic accipitur hoc dicendi genus Luc.17.d.18: ſed paulo aliter Iohan.9.c.24.

21 Plenè perſuaſum habens, πληροφορηθείς. Vide Luc.1.a.1. Eſt autem notanda in hoc verſiculo elegantiſſima fidei deſcriptio, qua primùm explicatur quid ſit ei proprium, nẽpe plena perſuaſio: deinde quò reſpiciat, nempe in Dei voluntatem ſimul & potentiam, nobis in Verbo patefactam. Quod promiſerat, ὃ ἐπήγγελται. Eraſmus, Is qui promiſerat, ὃς ἐπήγγειλατο.

22 Quapropter etiam, διὸ καί. Quomodo, inquit Origenes, non ad iuſtitiam reputaretur ei qui non ſolùm in fide, ſed & in omnibus virtutibus perfectionem tenebat? Hæc ille, nempe vt nihil eſſet quod non contaminaret, &, velut ex profeſſo, perverteret.

23 Propter eum ſolum, δι' αὐτὸν μόνον. Id eſt, Quum hæc ſcriberet Moſes, non habuit rationem vnius Abrahami, nempe vel hominis præſtantiam amans, vel vt inſignis alicuius facti memoria eſſet ſempiterna: ſed noſtri etiam erudiendi cauſa hæc ſcripſit, qui filii illius ſumus per fidem, in eo benedicendi. Neque enim proponitur Abraham vt exemplar duntaxat, ſed etiam vt pater credentium. Neque video cur neceſſe ſit nos aſſentiri Origeni, qui δι' αὐτὸν interpretatur ἀπὸ αὐτοῦ de eo, & δι' ἡμᾶς de nobis.

25 Traditum in mortem, εἰς παράδοσιν. Vulg. & Eraſ. Qui traditus eſt. Ego ſupplẽdi quod deeſſe videbatur, & vſus ſum participio, vt amphiboliam vitarẽ. Propter offenſas noſtras, διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν. Id eſt, vt offenſas noſtras lueret. Nam διὰ hoc loco finem declarat. Eſtque hæc particula diligenter obſeruanda. Nam fatentur etiam profani Chriſtum occiſum fuiſſe, ſed non credunt id factum vt peccata noſtra expiarentur.

IN CAPVT V.

1 Pacem, εἰρήνην. Alibi diximus שלום Hebræis (id eſt pacẽ) dici res proſperas & ſecundas. Notum eſt etiam hoc vocabulo declarari concordiam. Ad has ſignificationes accedit etiam tertia, quoties videlicet εἰρήνη, id eſt animi tranquillitatem & ſerenitatem declarat, quam nonnulli ex philoſophis pro ſummo bono habuerunt, ſed perperam definitam, vt mox dicemus. Poteſt autem hæc tertia ſignificatio ſub ſecunda etiam comprehendi. Pacem enim ac cõcordiam habent homines aut cum Deo, aut alii inter alios, aut denique cum ſeipſis. Quidam igitur primam illam concordiæ ſpeciem hic putant ſignificari, vt ſit hæc ſententia, Nos fide iuſtificatos, iam reconciliatos eſſe cum Deo per Chriſtum, qui inimicitiarum cauſas ſuſtulit. quæ doctrina veriſſima quidem eſt, ſed non ſatis appoſitè traditur hoc loco. Neque enim Apoſtolus propriè hic agit de mediato-

ris Christi opere, sed à fidei effectis argumentatur. Quidam igitur hanc pacem cum Deo initam aliter explicant, nempe vt qui semel reconciliati sunt Deo, pacem istam colant, vitantes videlicet peccata, & iustitiam colentes: quæ & ipsa interpretatio, quanuis piam sententiam habeat, tamen est ἀπροσδιόνυσος. Alii ergo de secundo genere pacis hæc accipiunt, & legunt ἔχωμεν, habeamus, quasi nos fide iustificatos Paulus ad mutuam pacẽ colendam hortetur. quæ etiam interpretatio ad scopum Apostoli non pertinet: quanuis Græci interpretes eam amplectantur, & scholia etiam quæ falsò attribuuntur Hieronymo. Supereſt tertia concordiæ species, quum quispiam animi tranquillitate fruitur: quæ rursus accurata distinctione indiget. Triplex enim est in homine dissidium, nempe & perturbationum animi aduersus rationẽ, (cuius mali neque quæ sit origo, neque quod sit remedium intelligere potuit philosophia) & carnis (id est totius hominis ψυχικοῦ) aduersus nouum hominem, quem Scriptura Spiritum vocat. quod dissidium quum sit filiis Dei peculiare, (cæteri enim nihil aliud sunt quàm caro) minimè mirum est philosophos hoc certamen ne suspicari quidem vnquam potuisse. Imminent denique homini terrores conscientiæ, iudicii diuini sensu perculsæ, quos poetæ sub Nemesi & Furiarum specie repræsentarunt. Huic triplici certamini pax triplex opponitur. & quod ad primam quidem attinet, qui fide sunt iustificati, quum sint quoque peccato mortificati, aliquem huius pacis gustum habeant necesse est: sed quum carnis lucta supersit, non est quòd hanc pacem sese habituros sperent quandiu hic versantur. De secunda idem statuendum est, tum aduersus Pelagium, qui quanta sit hominis labes, cognoscere non potuit: tum aduersus Origenem, Celestinum, Anabaptistas, Libertinos, & eiusmodi omnes fanaticos, qui iustificatos constituunt ἀναμαρτήτους. Supereſt vera illa pax mundo incognita, de qua hic agit Apostolus, id est incredibilis illa & constantissima mentis recreatio: qua fit vt de benevolentia Dei securus homo, superatis conscientiæ terroribus, clamet cum Davide, Dominus illuminatio mea, & salus meà quo timebo? & In te Domine speraui, ergo non confundar in æternum. Hanc verò pacem mundus quidem somniat, sed apprehendere nullo modo potest. Nam aut prorsus est ἀναισθητος, id est stupidus & omnis doloris expers, aut pro Deo sibi idolum fabricat, ipsius misericordiam à summa iustitia separãs: vel iræ Dei opponens vana hominum commenta: sese denique suis insomniis pascens. Vna verò fides, quæ verbo ipsius Dei nixa, Christum veram iustitiam apprehendit, hanc pacem adfert. Quid verò fidem, quid iustitiam appellet Paulus, suo loco exposuimus. Eant nunc Sophistæ, & eos arrogantes esse clamitent qui vtra Christi iustitia per solam fidem apprehensa sub certa spe gloriæ Dei in Deo gloriantur: & hæc effecta vel suæ fidei suisque iustitiis tribuant, si possunt: vel si tribuere nõ possunt, Christo gloriam dare malint quàm Ecclesiam Dei perſequendo, & sese conficere, & piorum cõſtantiam confirmare.

Δι' οὗ καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν τῇ πίστει εἰς τὴν χάριν ταύτην ἐν ᾗ ἑστήκαμεν, καὶ καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ.

Rom.5.d.2.

1 ¶Per quem etiã fide habuimus hunc aditum in gratiam hanc per quam stamus, & gloriamur sub spe gloriæ Dei.

1 Per quem habemus accessum fide in gratiam istã in quà stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei.

Οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν· εἰδότες ὅτι ἡ θλῖψις ὑπομονὴν κατεργάζεται·

Rom.5.a.3.

3 Neque id solùm, sed etiam gloriamur in oppressionibus, scientes quòd oppressio patientiam efficiat:

Ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμήν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα·

4 Patientia verò experiẽtiam, experientia autem spem:

Ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει, ὅτι ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ ἐκκέχυται ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν διὰ Πνεύματος ἁγίου τοῦ δοθέντος ἡμῖν.

5 Porro spes nõ pudefacit, quòd charitas Dei effusa sit in cordibus nostris per Spiritũ sanctum qui datus est nobis.

Ἔτι γὰρ Χριστὸς, ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν, κατὰ καιρὸν ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανε.

6 Christus enim, quum adhuc nullis viribus essemus, suo tẽpore pro impijs mortuus est.

4 Patientia autem probationẽ, probatio uerò spẽm:

5 Spes autẽ nõ cõfundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctũ qui datus est nobis.

6 Vtquid enim Christus quum adhuc infirmi essemus, secundum tempus pro impijs mortuus est?

1 Habuimus hũc aditum, τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν. Vulg. Habemus accessum. non malè, nisi quòd videtur tempus præteritum magis conuenire, ita tamen vt hoc fidei effectum sciamus adhuc vigere. Eras. longa & non necessaria periphrasi, Contigit nobis vt fide perduceremur. Per quã, ὃι ἧς. Vel, In qua: siue intelligamus Gratiæ nomine ipsam Dei ἀγάπην, id est gratuitam benevolentiam, cui hæc laus tribuenda est vt in solidum omnia in nobis & inchoet & perficiat: siue eam conditionem in quam gratuitò sumus asciti. Nõnullis etiam placet ad fidem referre, quod tamen mihi non ita probatur. Stamus, ἑστήκαμεν. Id est firmi permanemus, aut erecti. Potest enim opponi vel πίπτειν, vt 1. Cor. 10. c. 12, vel πλανᾶσθαι. Alii cõuertunt Stetimus. Gloriamur, καυχώμεθα, id est ἀγαλλιώμεθα, vt 2. Cor. 12. c. 10, id est non modò æquo animo & moderato sumus, sed etiam magna lætitia perfusi, nobis placemus de hæreditate cælesti quæ nos manet. Sic enim accipiendum est verbum καυχᾶσθαι, quum alloqui suprà dixerit omnem gloriationem excludi fidei doctrina. Ex hoc autem loco apparet quàm turpiter hallucinati sint philosophi in definitione ἀγαθύμιας, quum sapientem illum suum non solùm metu, sed etiam spe vacare vellẽt. Gloriæ Dei, τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. Sic legimus vbique in Græcis codicibus. Vertus tamen interpres legit τῆς δόξης τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ, gloriæ filiorum Dei.

3 Neque id solùm, οὐ μόνον δέ. Præcisum est hoc dicendi genus, Paulo familiare, quum superiora vult amplificare, vt infrà, 8. d. 23, & 9. b. 10.

4 Experientiam, δοκιμήν. Vulg. & Eras. Probationem. quod vocabulum est ambiguum, quia vel actiuè vel passiuè accipi potest: δοκιμὴ verò nunquam nisi passiuè accipitur. Placuit autem hoc annotare ne quis putet Paulum à Iacobo dissidere, qui contrario ordine scribit 1. c. 3, quòd probatio pariat patientiam. Nam in Græcis est τὸ δοκίμιον, id est exploratio, quo nomine ipsa oppressio dicitur, ab eius effectu.

5 Charitas Dei, ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ. Passiuè hoc accipiendũ esse de ea charitate qua nos Deus complectitur, non modò ostendit argumenti series, quum de constantiæ nostræ fundamento hic agatur, sed etiam Paulus ipse explicat infrà, versu 8.

6 Quum adhuc nullis viribus essemus, ἔτι ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν. Primũ omniũ notãda est traiectio particulæ

ἐστι, cuius loco Vetus interpres perperam legit, εἰς τί, Vt quid: quam lectionem sequitur etiam Ambrosius. Deinde obseruandum est ἀσθενῆς non rectè hoc loco conuerti Infirmos. Nam ἀσθένεια interdum quidem morbum declarat, ab effectu, quòd vires enerues: (qua ratione τὸν ἀσθενῆ rectè cōuertere possis ægrotum aut inualidum) interdum autem dicitur de animi defectu, vbi destituimur spiritualibus donis. Ea verò donorum facultas si vla quantumuis per se languida in homine nondum regenerato constituatur, non rectè dixerit Paulus, Quid habes quod non acceperis? Illic enim nō agit de natura, sed de gratia: vt diserte ostendit aduersus Pelagianos Augustinus, qui sicut hodie nostri Sophistæ, ita etiam olim hoc caullo vtebantur, vt probarēt se nihil gratiæ Dei detrahere, naturæ vires extollendo, quòd videlicet Dei gratiam facerent condendæ naturæ humanæ causam. Non sic Paulus, qui quos vocauit ἀσθενῆς, statim appellat impios, peccatores, & Dei hostes: sicut & alibi carnis prudentiam dicit inimicitias esse aduersus Deum, cuius voluntati subiici non modò nolit, sed etiam non possit: alioqui fides nōnisi ex parte donum Dei esset, neque omnem gloriationem excluderet. vt manifestè appareat ἀσθενῆς dici qui prorsus omni auxilio egerent, sibi videlicet & aliis prorsus inutiles. Deinde nos etiam impios fuisse dicit, ac proinde in singula momenta iram Dei prouocasse. Denique nos vocat peccatores: vt declaret istam etiam impietatem quotidie nos auxisse, nedum vt digni essemus tanto Dei beneficio. Nonnunquam tamen ἀσθένεια pro istius facultatis animi non priuatione, sed imbecillitate accipitur: idque rursus duplici ratione. Quum enim, quandiu hic versamur, nōnisi ex parte cognoscamus, 1. Cor. 13. c. 9. ἀσθενῆς (id est infirmi) omnes meritò vocamur, tantisper dum ad metam peruenimus, Philip. 3. c. 12: & tamen in hac imbecillitate certi sunt gradus, adeo vt alii præ aliis robusti, alii infirmi meritò appellentur: de quibus tolerandis Apostolus passim disserit, ac præsertim in extremis huius epistolæ capitibus, & epistola ad Corinthios priore. Cæterùm de aliis etiā corporis & animi dotibus dicitur ἀσθενεῖν ab Apostolo, & de ceremoniis quoque, atque adeo tota lege, quatenus à Christi Spiritu est separata: quas significationes suis locis annotabimus. Suo tempore, κατὰ καιρόν. Id est tempore idoneo & opportuno, quod Pater ab æterno cōstituerat. vnde toties mentionem facit Christus horæ suæ, siue temporis sui. Ambrosius interpretatur, Ad tempus: quia videlicet tertia die resurrexit, quasi πρὸς καιρὸν scripserit Paulus: vt interim taceam hoc parum pertinere ad scopum. Erasmus vertit, Iuxta temporis rationem, retulitque ad præcedentia, id est ad participium ὄντων, quum essemus, quasi voluerit Apostolus mitigare quod de infirmate dixerat. Ego verò puto nunquam hoc venisse in mentem Apostolo, vt caueret ne de hominis dignitate nimium videretur detrahere: quum quanto abiectior fuisse dicitur natura nostra ante vocationem, tanto maior in Deo benignitas eluceat. quod argumentum ex professo tractauit hoc in loco. Imò verò si superiora voluit emollire, cur quos ἀσθενῆς duntaxat vocarat (id est omnibus rebus destituros) ad intelligenda quæ Dei sunt, nedum consequenda, mox asperioribus epithetis vtens, peccatores, impios, Dei hostes appellatit aque vetera exemplaria omnia quæ vidi, & Græca scholia sequutus, ista coniunxi cum verbo ἀπέθανε.

Μόλις γὰρ ὑπὲρ δικαίου τίς ἀποθανεῖται· ὑπὲρ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ τάχα τίς καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν.

7 Enimuerò vix pro iusto quisquā moriatur: nam pro eo qui sit ipsi vtilis, forsitan aliquis etiam mori sustineat.

7 *Vix enim pro iusto quis moritur: nā pro bono forsitan quis audeat mori.*

Συνίστησι δὲ τὴν ἑαυτοῦ ἀγάπην εἰς ἡμᾶς ὁ Θεός, ὅτι ἔτι ἁμαρτωλοὶ ὄντων ἡμῶν Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανε.

8 Cōmēdat autē suā charitatē erga nos Deus, quòd quū adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus sit.

8 *Cōmendat autē charitatem suam Deus in nobis: quoniā quum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.* Heb. 9. d. 15

Πολλῷ οὖν μᾶλλον, δικαιωθέντες νῦν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ, σωθησόμεθα δι' αὐτοῦ ἀπὸ τῆς ὀργῆς.

9 Iustificati igitur eius sanguine, seruabimur nunc multo magis per eum ab ira.

9 *Multo igitur magis nūc, iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum.* 1. Per. 3. c. 18

7 Pro iusto, ὑπὲρ δικαίου. Id est, iusti alicuius hominis vice: aut iustitiæ ac virtutis asserēdæ causa. Sed illud malo, vt viro iusto & innocenti opponantur peccatores. Conuerti verò particulam γὰρ Enimuero, potius quàm Enim, cum Vetere interprete & Erasmo, propterea quòd ista non tam continent probationem quàm explicationem & ἐπεξεργασίαν superiorum. Nam pro eo qui sit ipsi vtilis, ὑπὲρ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ. Amplificat Dei erga nos charitatem Apostolus duplici collatione. Vix enim, inquit, pro iusto quopiam homine quisquā velit mortem subire: at Deus Christum suum dedit, qui pro nobis non modò non iustis, sed etiam sceleratiss imis moreretur. Rursus eius causa à quo beneficium speret, aut iam acceperit, forsan aliquis sustineat mori at Deus quum non modò nullis à nobis beneficiis esset affectus, (quid enim à nobis aut à quoquam commodi consequatur?) sed etiam nos sibi infestissimos hostes esse non ignoraret: tamen filii morte suam in nos beneuolentiam sanciuit. Iam verò quum tantum ipsius in nos amoris pignus misero illo tempore acceperimus, qua tandē ratione non, iustificati & cum ipso reconciliati, dubitemus quin nos ab ira (id est ab iis pœnis quibus hostes suos vlciscitur) saluos & incolumes præstet? & quum nos moriens Christus reconciliarit Deo, num verebimur ne nunc viuus nos reconciliatos in periculis deserat? Sic puto hunc locum explicandū. Nam si ὑπὲρ τοῦ ἀγαθοῦ interpreteris neutro genere, pro bono. i. pro bona causa, perierit posterior collatio. Deinde si ἀγαθὸν pro bono, cui opponitur πονηρός malus, accipias siue masculino siue neutro genere: non modò nō opponetur ὁ ἀγαθὸς Χριστὸς, (sicut ὁ δίκαιος Χριστὸς ἀμάρτυρος) sed etiam à seipso dissentire videbitur Apostolus, qui dicat aliquem vix pro iusto mori, pro bono verò nonnullos: quum inter iustum & bonum (eum dico cui opponitur improbus) vix aliquid interfit. Posset igitur sententia vt τὸν ἀγαθὸν accipiamus masculino genere αὐτὸ τὸ ἀγαθοποιοῦν vel τὸ ἀγαθοποιοῦντα, (vt Lucæ sexto capite, c. 33) id est, pro eo ex quo commodum siue bonum aliquod percipiamus. Nam in eo planè ridiculum se præbet Origenes quòd τὸν ἀγαθὸν de Christo interpretatur, pro quo martyres mori non recusent. Quorsum enim hoc? Vtitur autem particula γὰρ, non quasi probaturus quod dixerat, sed per anthypophoram, vt suprà 4. a. 1.

8 Commendat, συνίστησι. Vel confirmat, in nobis videlicet, vt in mediis afflictionibus sciamus eum nobis adfuturum. Peccatores, ἁμαρτωλοὶ. Sic vocantur in sacris literis plerunque non quicunque peccant, sed in quibus regnat peccatum, siue qui sunt mortui in peccatis, vt Iohan. 9. f. 31, cuiusmodi omnes nascimur. Vetus interpres (vt nonnulli codices habent) legit εἰ ἔτι ὄντων, si quum adhuc essemus: sed repugnant manuscripta exemplaria vetustiora.

9 Multo magis, πολλῷ μᾶλλον. Origenes, omnia suo more peruertens, hæc retulit ad participium δικαιωθέντες, iustificati, quum manifestum sit argumentum à comparatis sumptum, ideóque ista necessariò pertineant ad

verbum καυχώμεθα. Ostendit, inquit, quòd neque fides nostra sine sanguine Christi, neque sanguis Christi sine fide nostra nos iustificat. Ex vtroque tamen multò magis sanguis Christi quàm fides nostra iustificat. Et ideo quum in superioribus simpliciter dixerit Iustificati ex fide, hic addidit, Multo magis nūc iustificati in sanguine eius: vt doceret, quia ab ira ventura etiamsi fides nostra nos saluet, etiamsi opera iustitiæ, super hæc tamen omnia multo magis sanguis Christi saluos nos faciat à vētura ira. Hæc ille, non minus ineptè quàm falsò atque adeo impiè: nisi fortè impietas non est gloriam Dei ipsi ereptam ad nos transferre. Nos igitur, quanuis id non esset ita necesse facere, tamen vt omnem ambigendi ansam præcideremus, naturalem constructionis ordinem sequuti sumus in Latina interpretatione. Ira, τῆς ὀργῆς id est afflictionibus & exitio.

Εἰ γὰρ ἐχθροὶ ὄντες κατηλλάγημεν τῷ Θεῷ διὰ τοῦ θανάτου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, πολλῷ μᾶλλον καταλλαγέντες σωθησόμεθα ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ.

10 Nam ᵛ si quum inimici essemus, reconciliati fuimus Deo per mortem Filii eius, multo magis recōciliati seruabimur per vitam ipsius.

10 *Si enim quum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortē Filij eius: multo magis reconciliati, salui erimus in vita ipsius.*

Οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ καυχώμενοι ἐν τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ νῦν τὴν καταλλαγὴν ἐλάβομεν.

11 Neque id solùm, verumetiam ᵛ gloriamur in Deo per Dominum nostrū Iesum Christum, per quē nunc reconciliationem assequuti sumus.

11 *Nō solùm autē: sed & gloriamur in Deo p Dominū nostrū Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus.*

Διὰ τοῦτο ὥσπερ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος, καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ θάνατος διῆλθεν, ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον.

11 ᵛ Propterea ᵛ sicut per vnum hominem ᵛ peccatum in mundum introiit, ᵛ ac per peccatum mors: ᵛ & ita in omnes homines mors ᵛ transiit, ᵛ in quo ᵛ omnes peccarunt.

11 *Propterea sicut per vnū hominē peccatū in hunc mundū intrauit, & per peccatū mors: & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt.*

10 Si, εἰ. Id est quum, vel quandoquidem: vt sæpe alibi obseruauimus.

11 Gloriamur, καυχώμενοι. Erasmus, Gloriantes, non satis rectè, quum prorsus hiet sententia. Positum est igitur ex Hebræorum consuetudine participium præsens pro verbo, vt suprà, 3. c. 14, & Act. 26. c. 10. Sed & in vno codice scriptum inuenimus καυχώμεθα. Verùm suspicor mutatam germanam lectionē ab iis qui hunc Hebraismum ignorabant.

11 Propterea, διὰ τοῦτο. Vel, Itaque. Cohærent enim ista cum eo quod dixerat, nos etiam habere de quo gloriemur, non tamen in nobis, sed in Deo. Nam à superiore versiculo aditum sibi parat ad sequentem tractationem: quam ego quidem à præcedente distinguo. adhuc enim differuerat partim in genere de tota iustificatione, partim verò peculiariter de primo iustificationis capite, id est de gratuita remissione peccatorum in Christo. Nunc verò alterum caput aggreditur, nempe imputatæ Christi iustitiæ. Nam sicut tenebamur non modò nōa violare Legem, sed etiam implere pro nostræ vocationis modo: sic in Christo duplex remedium adipiscamur oportet: nempe & satisfactionem pro peccatis, & iustitiā quæ nobis deest: iustitiam inquam, id est plenam ac perfectam obedientiam, qualem ab homine Deus merito requirit: & præstiturus erat homo nisi in id peccatum sese sponte præcipitasset: quo fit vt non modò Legis impletionem ne inchoare quidem possit, sed etiam non possit non omnibus modis violare. Hæc quum olim non discernerent plerique, nihil mirum si à Pauli scopo longissimè aberrabant, & absurdissima quæque coacernabant. Apparet autem hæc distinctio manifestè, partim quidem ex tota collatione iniustitiæ Adami & iustitiæ Christi, illius videlicet per propagationem, istius verò per imputationem nobiscum (id est cum fidelibus) communicatæ: partim verò ex participio καυχώμενοι, à quo Apostolus auspicatur transitionem ad hoc explicandum argumētum. Neque enim propriè habemus de quo gloriemur in Deo quòd peccata nobis remissa sunt, quanuis de eo æquissimum sit vt ipsi immortales gratias agamus: verùm quum ad peccatorum remissionem accessit etiam iustitiæ illius Christi ornamentum, nostram ignominiam obtegens, quo induti possumus confidenter vitæ æternæ præmium postulare, tum demum habemus de quo gloriemur. minimè id tamē in nobis, sed in Deo: quia iustitia hæc merū est Dei donum, nobis imputatum, non autem inhærens: nequis me putet de nostra regeneratione hæc differere. Hæc enim seorsum considerabitur ab Apostolo, neque eiusmodi est vt de ea vel tantillum possimus gloriari coram Deo, vt dixit Apostolus suprà, 4. a. 2. Sicut, ὥσπερ. Nullius est momenti quod annotat Erasmus, posse accipi ὥσπερ pro Quia. est enim omnino aduerbium comparandi quod vocant. Confertur autem Adamus cum Christo, tum in re simili, tum in contraria. Similes enim sunt in eo quòd vterque quod suum est, cum suis communicat: sed in eo planè dissimiles quòd ille peccatum in suos natura deriuat in mortem, Christus verò suam iustitiā cum suis per gratiam cōmunicat in vitam. Deinde in illa quoque similitudine ostēdit Paulus per partes quanta sit imparitas. Est igitur manifestum anantapodotō, quum altera pars collationis desit: sed quod facilè excusari possit. Primùm enim ea est contrariorum natura vt vnum ex altero facilè intelligatur, quanuis non fuerit expressum, vt infrà, cap. 8. c. 12. Deinde vix etiam fieri potuit vt altera pas exprimeretur quin ambigua esset tota oratio: quod ita esse sic colligo: Vt plena esset ac perfecta antithesis, hæc addi opportuit, Ita per vnum hominem iustitia in mundum introiit, ac per iustitiam vita, & sic in omnes vita peruasit: in quo omnes iustificati sunt. Sed si ita loquutus esset Paulus, præterquam quòd displicere poterat ista multorū vocabulorum repetitio, videri etiam potuisset non minus latè patēre Christi iustitiæ effectus ad vitam, quàm Adami peccatum ad mortem. quod falsum est: minimè id tamen quòd Christus minus valeat ad seruandum quàm Adamus ad perdendum, sed propter hominum contumaciam, quorum plerique respuunt Christi beneficium. Fateor tamen non deesse quod huic obiectioni respondeatur, quum sic etiam loquatur plena antithesi Apostolus, 1. Cor. 15. c. 22. Verùm alteram illam partem quum necesse esset vel priore vel posteriore loco collocare, vtrumuis fecisset, non paruum incommodum consequebatur. Nam si priore loco collocasset, videri potuissent probationes duobus sequentibus versiculis comprehensæ, ad totam collationem pertinere, quum vni duntaxat membro applicandæ sint, nimirum ei quod de Adamo dicitur: sin autem in posteriorem locum reiecisset, rursus visi essent duo versiculi sequentes ad ipsum posterius membrum referēdi, id est ad Christum: quum ad Adamum

pertineat. Oportuit igitur membrum illud ſubticeri, quod (vt dixi) ex contrariorum collatione per ſe ſatis intelligitur, potius quàm illo adiecto obſcuram fieri argumentorum connexionem. Niſi fortè in finem verſiculi 14, reiicere placuiſſet. quod & ipſum non caruiſſet magna obſcuritate propter interiectas prioris membri probationes. Cauſa verò huius anantapodoti quam adfert Origenes, quaſi videlicet Apoſtolus veritus ſit deſidiæ occaſionem præbere, ſanè indigna eſt quæ Paulo tribuatur. Peccatum, τὴν ἁμαρτίαν. Sic vocare ſolet Apoſtolus morbum illum hæreditarium cuius fructus ſunt triplices, vt dicemus infrà, cap. 6. b. 11: adeò quidem vt vix apud Paulum inuenias τὴν ἁμαρτίαν addito articulo aliud declarare: ſine articulo verò idem quoque interdum ſignificat: interdum autem formalem (vt ita dicam) peccati naturam, veluti quum nomine τοῦ ἀνθρώπου tota hominis ſpecies intelligitur, idque non ita frequenter. Solet enim Paulus in hac ſignificatione (id eſt, vbi de illius radicis fructibus agitur) plurali fere numero dicere τὰς ἁμαρτίας. quæ diſtinctio diligenter obſeruata, magnam non huic modò diſputationi, ſed & plurimis aliis locis lucem affert. Certè ſi hoc annotaſſet Origenes cum veteribus aliquot aliis, (quos imitari maluit Eraſmus quàm Auguſtinum, qui penè vnus, à Pelagianis videlicet exciratus, hunc locum rectè tractauit) non tam fœdè eſſent hallucinati in explicanda Pauli ſententia: neque inde arripuiſſent occaſionem recentiores Sophiſtæ ita extenuandi originalis peccati, vt neque quid ſit, neque quanta eius vis, & quàm pertinax ſit malum, cognouerint. Sed de his aliàs. Nũc ſupereſt vt hoc quoque lector intelligat, duo cõſiderari in originis peccato: reatum videlicet & corruptionem, quæ vt non poſſint ſeparari, diſtingui tamen accuratè debent. Sicut enim Adam admiſſo peccato primùm reus factus eſt iræ Dei: deinde quia reus erat, pœnam peccati, id eſt corruptionem illam tum animi tum corporis, ſubiit: ſic quoque in poſteros naturam tranſmiſit tum ream in primis, tum deinde corruptam. De reatu igitur propagatione propriè agit hoc loco Apoſtolus, cui opponitur imputatio obedientiæ Chriſti, quæ per imputationem cum fidelibus communicata, poſtquam idem Chriſtus morte ſua reatum eluit, eos etiam imputata iuſtitia induit. Quod autem ad corruptionem attinet, ea diuerſum habet remedium, nimirum ſanctificationem humanæ naturæ in Chriſto: de cuius imputatione differet itidem Apoſtolus ſuo loco, id eſt capitis octaui initio. Ac per peccatum, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας. Eraſmus putat conuerti etiam poſſe, Itá & per peccatum mors, nempe vt ſupplea-tur particula οὕτως, vt Luc. 11. a. 1, & alibi ſæpe, vt vitetur anantapodoton, de quo paulo antè diximus. Sed certè non eſt propoſitum Apoſtolo docere, vt peccatum, ſic etiam mortem ab Adamo in omnes homines propagatam: imò potius iuſtitiam Chriſti docere credentes viuificare, vt Adami peccatum omnes morti addixit. Itaque hæc interpretatio admitti non poteſt quin deprauetur hic locus. Et ita, καὶ οὕτως. Stapulenſis vult particulam καὶ vt redundantẽ expungi, vt anantapodotum vitet. Sed repugnat omnium codicum fides, & res ipſa oſtendit eum in hoc fuiſſe hallucinatum. Tranſiit, διῆλθεν. Vel peruaſit. Origenes (cui potius quàm Auguſtino hunc errorem impingere Eraſmus debuerat) quia non magis Apoſtoli ſcopum intellexit quàm ſi nunquam librum inſpexiſſet, ad actualia peccata, (quæ vocant) & imitationem tranſfert quod de peccati originis propagatione dictum eſt, quem errorem deinde ab eo arreptum pertinaciſſimè defenderunt Pelagiani. Deinde diſcrimen ſtatuit inter mundum in quem peccatum intrarit, & homines in quos pertranſierit. Nam mundi appellatione terrenos intelligit, in quos (inquit) peccatum intraſſe ſcribit Apoſtolus: homines autem dici putat qui iam incipiunt ſe agnoſcere, & ſcire quòd ad imaginẽ Dei conditi ſunt: in quos ſcribat Apoſtolus pertranſiſſe peccatum. id eſt fuiſſe quidem, ſed per pœnitentiã conuerſionis depulſum, & pertranſiſſe, nec vltrà in eis ſtetiſſe. Hæc ille, quaſi Apoſtolus hoc membro non tradat doctrinam ad omnes homines pertinentem, quatenus ex Adamo ſunt exorti. Sed & is quoque cuius in hanc epiſtolam extant commentarii ſub Hieronymi nomine, Mors, inquit, non pertranſiit in Abraham, Iſaac & Iacob, de quibus dicit Dominus, Omnes illi viuunt. Hoc conſiderent qui in Patrum lectione putant theologiæ ſtudioſis conſenescendum, ac præſertim Origene & Hieronymo: quibus certè interdum nihil impurius fingi poteſt. In quo, ἐφ' ᾧ. Id eſt ἐν ᾧ, videlicet Adamo. Neque enim nouum eſt vt ἐπὶ pro ἐν accipiatur, vt Heb. 9. b. 17. & paſſim apud idoneos etiam authores. Et quum ἁμαρτία Græcis ſit fœminei generis, non poteſt ſtare eorum ſententia qui relatiuũ QVO volunt referri ad Peccatũ. Eraſmus, Quatenus, vel, Per hoc quòd, vt mordicus teneat fœdiſſimũ errorem quem ſemel arripuit, hæc nimirum ad imitationis peccata pertinere, nempe vt ſimili quoque ratione (quod rectè prorſus obſeruauit Auguſtinus aduerſus Pelagianos) in altera collationis parte ſtatuatur, nos per Chriſtum ſola quoque imitatione fieri iuſtos. En quid ſit à ſcopo aberrare, & errorem pertinacius tueri. Cæterùm (vt ad rem redeam) eſt quidem in his verbis hyperbaton, ſed quod minimè obſcuret ſententiam, ac facilè poſſit excuſari. Nam poteſt διῆλθεν, repetendum eſt ex præcedentibus διῆλθεν εἰς πάντας. Omnes peccarunt, πάντες ἥμαρτον. Non dicit omnes in Adamo fuiſſe corruptos, (quod tamen verum eſt) ſed in eo peccaſſe, in ipſius videlicet lumbis incluſos.

ἄχρι γὰρ νόμου ἁμαρτία ἦν ἐν κόσμῳ· ἁμαρτία δὲ οὐκ ἐλλογεῖται μὴ ὄντος νόμου.

13 Nam vſque ad Legem pec-catum erat in mundo: peccatũ verò non imputatur quum nulla eſt lex.

13 *Vſque ad Legem enim peccatum erat in mundo: peccatum autem non imputatur, quũ Lex non eſt.*

13 Nam vſque ad Legem, ἄχρι γὰρ νόμου. Id eſt tempore quod ab Adamo ad Moſen interceſſit, vt Apoſtolus ipſe poſtea explicat. Quod igitur Origenes exponit, Vſque ad Legem, id eſt, vſque ad Chriſtum, ſiue vſque quo Lex permanſit, ridiculũ eſt. Sed & altera illius expoſitio prorſus inepta eſt, nec vllo modo ad rem pertinẽs. Vſque ad Legem peccatum erat in mundo, ſubaudi mortuũ. Nec dixit In hominibus, inquit, ſed In mũdo. nam homines ſentiit rationis capaces, & qui naturalibus legibus parent. Rectè ſcilicet & perappoſitè, quum contrà conſtituerit Apoſtolus probare, etiam ante Moſis Legem omnes homines peccati reos naſci cõſueuiſſe. Sed & illis non aſſentior qui adiecta parentheſi hunc verſiculum à proximo diuellunt: quum (vt mihi quidem videtur) prorſus iſta cohæreant, non aliter quàm vnius ſyllogiſmi partes. Nã quia mũdus quid ſit peccatũ illud hæreditarium (id eſt omnium malorum fontem) ignorat, neque per peccatum intelligit quicquã aliud quàm actuales, quas vocant, tranſgreſſiones: Apoſtolo fuit explicandum quod dixerat, nimirum quoddam eſſe peccatum, quo infecti & contaminati omnes homines naſcerentur. Primo igitur loco de iis differit qui Legem Moſis antecefſerunt, de quibus nimirum maximè ambigi poterat: & ex hypotheſi quam poſuerat, nempe, vbi mors eſt, ibi eſſe peccatum, ſic argumentatur vt in primis conſideret quid præcipuè cõtra originis peccatũ dici poſſit. Perabſurdũ igitur videri poterat, vt vbi Lex nõ eſt, ibi imputetur peccatũ. Itaque videbatur fieri nõ poſſe vt quiſquã naſcatur peccati reus, quum homini nondum nato lex poni non poſſe videatur. Ad hæc excipit Apoſtolus eadem illa quæ adferre poterant aduerſarii, nempe quòd eius temporis homines quod Legem Moſis præceſſit, in Adamo peccarint, ex conſequenti apparere, id eſt ex eo quòd fontes fuerint, ac proinde lex aliqua exiterit ob cuius tranſgreſſionem fontes fuerint habiti. Fontes autem fuiſſe inde liquet quòd mors, id eſt peccati pœna, in ipſos ius ſuum exercuerit. Et nequis exciperet, legem hanc fuiſſe naturæ legem, ob cuius tranſ-

greſſionem mors in homines etiam ante Moſen regnarit, ac proinde nō eſſe quòd colligeret ex hoc argumento Apoſtolus, homines alicuius peccati reos naſci: non ſimpliciter dixit Paulus mortem regnaſſe ab Adamo ad Moſen, ſed regnaſſe etiā in eos qui ad ſimilitudinē Adami non peccarunt, id eſt in quos nec cognitio Legis naturæ cadit, nec vlla actualis (quā vocant) tranſgreſſio, nullus denique concupiſcentiæ motus, nēpe tenerrimos adhuc & vix dum natos infantes. Ex quo efficitur omnes homines non tantùm actualibus (quæ vocant) peccatis ſontes fieri ac morti obnoxios, (ita enim ſoli adulti morerentur) ſed planè reos naſci, cōtracta iam inde à primo parente culpa, qui legem illā ſibi ac ſuo generi violauit, cuius tranſgreſſionē mors eſt conſequuta. Hæc autem quorſum? nēpe vt poſtquam longè aliter didicerint homines de miſera illa conditione ſua iudicare, eū per fidem amplectantur cuius obedientiæ gratuita imputatione iuſti fiant in vitam, non aliter quàm ex ſuo parente peccatū per fontis naturæ propagationem hauſerunt in mortem: imò verò etiam tanto magis quanto fortior eſt Chriſtus iuſtus ad ſeruandū per gratiam, quàm iniuſtus Adam ad perdendū per naturam. At enim, dicet aliquis, ſi rectè colligit Apoſtolus peccati imputationē ex morte quæ ſit peccati, & quidē imputati pœnæ: cur igitur moriuntur fideles quibus tamen non imputatur peccatū? Reſpondeo, omnes in genere homines ab Apoſtolo in ſeipſis hoc loco conſiderari, ac proinde peccatū ac mortē rectè quoque æſtimari ex ſui natura. De iis autem qui in fide moriuntur, longè aliter eſt conſtituendū. In his enim tum alia omnia quæ ſuapte natura mala ſunt, & à peccato profecta, cooperantur tamen in bonū: tum verò mors ipſa per Chriſtum fide apprehenſum ita ſanctificatur, vt quod in aliis, & ex ſui natura nihil aliud eſt quàm peccati imputati pœna, idipſum in iſtis ſit per Chriſtū fide apprehēſum incepæ mortificationis carnis veluti cōplementū. Non imputatur, οὐκ ἐλογεῖτο. Id eſt, vbi lex nulla poſita eſt, nemo vt reus ac nocens punitur. Hæc enim vis eſt imputationis peccati: & de iudicio Dei non hominū hic agi oſtendit argumenti ſeries. Itaque non aſſentior iis qui de peccati agnitione hoc accipiunt. Nā aliud eſt peccati agnitio, aliud peccati imputatio, & de illa videretur extra cauſam differi. Denique ſcribēdum fuiſſet potius οὐκ ἐλογίζετο, non imputabatur, ſi de certo tēpore ac certis hominibus hæc dicerentur. Poſtremò aliud eſt Legem non eſſe quàm Legē non noſſe. Nō deſunt etiā qui hæc dici velint in aduerſarii perſona. Sed mihi videtur ſolere Paulus quum id facit, aliquid adiicere ex quo intelligatur ipſum alienam perſonam ſumere. Quum nulla eſt lex, μὴ ὄντος νόμου. Vocabulum Legis hic ponitur in genere. eſt enim vniuerſalis ſententia. In priore autem membro de Lege Moſis intelligitur, quum ipſe Apoſtolus verſiculo proximo ita explicet. Nam Vſque ad Legem, idem valet atque Ab Adamo ad Moſen.

Ἀλλ' ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωσέως, καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδάμ, ὅς ἐστι τύπος τοῦ μέλλοντος.

14 Regnauit autem mors ab Adam vſque ad Moſen, ᵛ in eos quoque ᵛ qui non peccauerant ᵛ ad ſimilitudinē tranſgreſſionis Adam, qui eſt typus ᵛ illius qui erat futurus.

Sed regnauit mors ab Adam uſque ad Moyſen, etiam in eos qui non peccauerunt in ſimilitudinē prævaricationis Adæ, qui eſt forma futuri.

14 In eos quoque, καὶ ἐπὶ τούς. Ita ſcriptum habent omnes codices tum Latini tum Græci, & ſic legendum eſſe apparet ex tractatione argumenti. Atqui ſi hæc verba pro iis accipias qui Legis Moſis cognitionem non habuerint, id eſt qui ſine Lege peccarint, (de quibus ſuprà Apoſtolus cap. 2. b. 12) redundabit particula καὶ, quum hæc fuerit vniuerſalis omnium hominum conditio ab Adamo ad Moſen, vt nulli excipi potuerint. Supereſt ergo vt de paruulis accipias qui penè prius moriuntur quàm naſcantur, ſicut paulo antè expoſuimus, & rectè omnino cenſuit Auguſtinus: alioquin in eo durior quòd infantium ſalutem Baptiſmi ſacramento præciſè includat. Origenes verò in huius verſiculi explicatione multis modis aberrat ab Apoſtoli ſcopo, adeóque ab ipſa veritate. Primùm in eo quòd hæc verba, Ab Adamo ad Moſen, interpretatur Ab Adamo ad Chriſti aduentum: quaſi Moſis appellatione per metonymiam Lex Moſis intelligatur: & particula Vſque, tempus includ. declaret. Atqui Apoſtolus diſertè Moſen Adamo opponit. Itaque ſimili ratione per Adamum intelligenda eſſet lex naturæ. quod verū que facilè eſt videre quàm ſit abſurdum, quum de originis peccato differat Apoſtolus, quod neque legis naturæ, neque Legis Moſis trāſgreſſio dici propriè poteſt. Deinde ſeorſim de iis qui ſub Lege fuerunt incipit Apoſtolus differere, infrà ver. 20. Alter Origenis error in eo eſt quòd diuerſa prorſus expoſitione putat particulam Vſque, tempus ſub Lege excludere: in quo graviter hallucinatur, quatenus diuerſam putat hominum cōditionem fuiſſe ſub Lege. Nam, inquit, per Legem cœpit purificatio peccatorum aperiri, & ex parte aliqua tyrannidi peccati obſiſti per hoſtias, per expiationes varias, per ſacrificia, per præcepta. Ita igitur appareret Origenem ex diametro repugnare Apoſtolo, vt qui apertè doceat vbique, & quidem in primis hoc ipſo capite, Legem Moſis ſuperueniſſe, non vt extingueretur peccatum, (hoc enim eſt vnius Chriſti officium) ſed vt amplius abundaret, tantum abeſt vt ſcopum Apoſtoli attigerit Origenes. Qui non pecc. τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας. Non ſuper omnes (inquit Origenes, qui Ambroſium decepit) ſed in eos qui peccarunt in ſimilitudinem prævaricationis Adam. Nam introiuit quidem mors in mundum, & in omnes pertranſiit: non tamē in omnes regnauit. Aliud enim eſt pertranſire, aliud regnare. Hæc ille non minus ineptè quàm falſò. Nam etiamſi expungas negantem particulā μὴ (quam tamen iam tum ſuo ſeculo teſtatur Auguſtinus lib. De peccat. mer. & remiſſ. 1. cap. 11. in codicibus aut omnibus aut penè omnibus ſcriptā fuiſſe, & nos quoque in omnibus exēplaribus, Chryſoſtomo, Theophylacto, Græcis denique ſcholiis inuenimus: & neceſſariā eſſe clamat ipſa argumenti ſeries antè à nobis expoſita) tamen particula ἐπὶ illam interpretationem ægrè admittit. Hoc quum ipſe videret, aliā interpretationem magis ridiculā cōminiſcitur. Nam fortaſſis, inquit, excepti ſunt aliqui, & occultiore myſterio deſignati, qui ad ſimilitudinē prævaricationis Adæ peccaſſe memorātur, in quos ſolos regnauerit mors. Sed hoc quoque quàm ineptū! Taceo aliam expoſitionē, vt omnes cōprehendat Apoſtolus qui parentū peccata imitantur. Nam hoc quoque alieniſſimū eſſe ab Apoſtoli ſcopo demonſtrauimus. Ac penè incredibile mihi aliquando viſum eſt fieri potuiſſe vt Eraſmus ita ab Origene deciperetur hoc loco, vt eius tuendæ ſentētiæ ſtudio, nōnulla effunderet à Pelagianiſmo non longiſſimè remota: veluti quum diſertè ſcribit de naturali quadam ad peccādum pronitate. Quæ, inquit, videtur omnibus inſita: quanquā arbitror magis ab exēplis proficiſci quàm à natura. Itē vbi Chryſoſtomi ſententiā piā & orthodoxā prorſus depraua. His verbis, inquit, nō tribuit Chryſoſtomus vllū peccatū infantibus, ſed ait mortem corporis in eos demanaſſe, perinde quaſi cum Adam progenitore de vetito ligno edidiſſent, hoc eſt pro alieno peccato dediſſe pœnas. Hæc ille, ab Origene nimirū faſcinatus: quæ quā verè dicta ſint, Eccleſia iāpridē ex Dei verbo iudicauit. Neq; enim hæc ego (ita me beue De* amet) vllo obtrectandi ſtudio annotaui: ſed vt doctiſſimi ſaltem viri exemplo diſcant ſtudioſi quanto cum iudicio in quorundam Patrum, ac præſertim iſtius Origenis ſcriptis verſari ipſos oporteat. Ad ſimilitudinem τοῦ ὁμοιώματος. Id eſt, κατ' ὁμοίωσιν, vt Græca ſcholia enarrant. Peccauit enim ſciens ac prudens Adam: ipſius autem

autem posteri, qui simul penè nascuntur ac intereunt, rei quidem sunt peccati, sed quia in Adamo inclusi peccarunt. Itaque ὁμοίωμα dicitur hoc loco forma peccandi quam sequuntur adulti, quoties cupiditatibus obsequuntur. Græca scholia ex Chrysostomo aliam proferunt distinctionem huius loci, adscripta diastole post ὁμοίωμα τῆς παρ. peccauerant, vt hæc connectātur cum verbo ἐβασίλευσεν, regnauit: sed præterquam quòd ista distinctio obscuram planè sententiam gignit, nullius etiam exemplaris vetusti authoritate adiuuatur, quod ego quidem inspexerim. Illius qui erat futurus, τοῦ μέλλοντος. Vulgata, Futuri. Eras. Illius futuri, rectè expresso articulo. Est autem repetendum ἀπὸ τοῦ κατὰ nomen Adami. Duos enim Adamos facit Paulus, quorum prior fuerit posterioris typus & exemplum in iis quæ postea persequetur, & copiosè etiam explicat 1. Cor. 15. c. 21, & 22. d. 45-47, & deinceps. Neque enim typus dicitur Adamus Christi, quasi ad imitandum propositus sit vterque, sed propter insitam vim similem aliquatenus in vtroque: in illo quidem, perniciem propagandi in suos posteros: in hoc verò (id est in Christo) suos iustificandi. Est igitur in huius loci explicatione apertè Pelagianus ille cuius extant cōmentarii in hanc epistolā sub Hieronymi nomine, ita hæc exponens, Sicut, inquit, Adam primus mandatum Dei præuaricatus, exemplum est Legem Dei præuaricari volentibus: sic & Christus voluntatem Patris complexus, exemplum est imitari eum cupientibus. Hæc ille: aduersus quæ Augustinus libros De peccatorum mer. ac remiss. scripsit. Sed & hoc in loco æstimandum relinquo Ecclesiæ quàm verum sit quod hic disertè annotauit Erasmus, Siquis, inquit, nobis hic proferat infantes, de his hic non videtur Paulus agere: nec ea quæstio tum mouebatur, quum nondum esset receptum infantes baptizari. Cæterùm (vt ad rem redeam) pro eo quod Erasmus conuertit τῷ μέλλοντι, illius futuri, ego malui interpretari, Illius qui erat futurus. Loquitur enim Paulus de Christo, Adami peccantis respectu, non eius temporis quo hæc scripsit. Nam quod annotat Erasmus, τῷ μέλλοντι posse absolutè capi neutro genere, vt referatur non ad posteriorem Adamum, sed ad peccatum quorūlibet Adamum parentem imitantium, rursus pro Pelagianis facit, & hūc locum manifestè torquet. Potius enim hoc additum est vice alterius membri omissi per anantapodoton, de quo antè diximus, vt apparet etiam ex iis quæ subiiciuntur, quibus ratio huius typi seu analogiæ explicatur.

Ἀλλ' οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα, οὕτω καὶ τὸ χάρισμα· εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι οἱ πολλοὶ ἀπέθανον, πολλῷ μᾶλλον ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ καὶ ἡ δωρεὰ ἐν χάριτι τῇ τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τοὺς πολλοὺς ἐπερίσσευσεν.

15 At non vt offensa, ita etiam est quod Deus gratificatur. nam si illius vnius offensa multi mortui sunt, multo magis gratia Dei & donū per gratiam quæ est vnius hominis Iesu Christi, in multos redundauit.

15 *Sed non sicut delictum, ita & donum. si enim unius delicto multi mortui sunt: multo magis gratia Dei & donum in gratia unius hominis Iesu Christi, in plures abundauit.*

Καὶ οὐχ ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος,

16 Neque vt *illud quod introiit* per vnum qui peccauit, *ita est*

16 *Et non sicut per unum peccantem*

15 Vt offensa, ὡς τὸ παράπτωμα. Vulg. Sicut delictum. Sic enim solet τὸ παράπτωμα interpretari, vocabulo nimium (vt ita loquar) diluto, & diuersa etiam translationis ratione. Erasmus, Vt peccatum. Ego verò puto τὸν φόρμωντα in hac quidem disputatione ita distinguendum ab eo quod Paulus παράπτωμα vocat, vt effectum à causa distinguimus. nam παράπτωμα dicitur ipsa Adami ruina vnde manat ἡ ἁμαρτία, id est tum reatus ille tum corruptio in omnium hominum natura hærens. Itaque τὸν ἁμαρτῆσαντα conuertere malui peccatum, παράπτωμα verò offensam, cui opponitur τὸ χάρισμα seu δώρημα, id est Christi obedientia quam Pater cælestis nobis imputat. Inter quæ tamen hoc videtur esse discrimen, quòd τὸ χάρισμα dicitur illud ipsum quod Deus gratificatur: δώρημα verò conditionem declarat in qua sunt ii qui liberalitatis illius sunt facti participes, nempe quòd non modò sunt à reatu absoluti, sed etiam Christi iustitia exornati. Denique δώρημα est ipsius χαρίσματος effectum, vt vicissim τὸ κρῖμα ipsius κατακρίματος. Veluti (exēpli causa) si quis princeps cuipiā sibi obstricto, & nihil minus quàm vllum beneficium commerito, adde etiam inopi, & à quo nullum vnquam commodum possit percipere, non modò æs alienum omne remittat, sed etiam ingentem aliquem thesaurum largiatur: hanc principis liberalitatem ex Pauli idiomate vocaris χάρισμα seu δωρεάν, id est gratiam ac liberalitatem: ipsum verò thesaurum, χάρισμα, id est quod gratificatus sit princeps: beneficiū verò, statum & conditionem in qua sit aliquis ex principis beneficio, siue idipsum quod quis ex principis liberalitate fuerit assequutus, nēpe quòd ex paupere diues sit factus, δώρημα appellāt. Quod discrimen etsi fortassis subtilius videri possit, tamen obseruādum videtur, vt ratio collationum intelligatur: adeo vt ob eam causam χάρισμα putarim per periphrasin conuertendum, & δωρεὰ quidē donum, δώρημα verò beneficium, id est δώρημα sim interpretatus. Cur autem Christi obedientiam χάρισμα bis vocarit, semel verò δικαίωμα, nempe versiculo 18, causa est manifesta, quia videlicet Christi iustitiam non considerat absolute, sed κατὰ χάριν, eámque duplicem. N. m respectu Dei nobis illam imputantis, dicitur χάρισμα, à gratificando: nostri verò ratione qui per eam imputatam iusti simus, meritò dicitur δικαίωμα, quòd nos iustos efficiat, seu quòd ea iusti fiamus: vt explicat ipse Apostolus ver. 19, quo nititur totum huius collationis robur. Ea verò vt intelligatur, non pigebit hoc etiam auctarii vice adiicere, in hoc versiculo cōferri Adamum cum Christo, & illius offensam cum istius iustitia, vt quæ sit vis vtriusque sese in suos deriuandi intelligatur. In versiculo verò 16, vim vtriusque, id est offensæ Adami propagatæ per naturam, & Christi obedientiæ per gratiam imputatæ, vnà comparari. Tertio demum loco, id est versiculo 17, fines ipsos inter se conferri. Denique ver. 18, tres istas collationes vnà connecti, quarum basis ac communis ratio versiculo 19 explicatur. Illius vnius, τοῦ ἑνός. Exprimēdus fuit articulus, vt vis collationis personarum intelligatur. Neque enim vnus quiuis, sed certus quidam (id est Adamus) cum Christo, & ipso quidem homine, comparatur. Multi, οἱ πολλοί. Id est plures vno. Multos enim opponit vni, non paucis vel omnibus. neque hic differitur quàm multi vel quàm pauci ab Adamo sint contaminati, (omnes enim homines, vno excepto Christo, paulo antè dixit peccati labe fuisse conspersos) aut vicissim quàm multos Christus repurget: sed propositum est Apostolo docere, neque in vno Adamo offensam, neque in vno Christo obedientiam constitisse, sed vtrunque communicasse cum aliis quod suum erat. Itaque qui accipiunt Multi pro Omnes, dicunt quidem quod res est, sed non explicant causam cur Apostolus Multos quàm Omnes dicere maluerit.

16 Vt *illud quod introiit* per vnum qui peccauit, ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος. In veteris editionis codicibus nonnullis legitur, Vt per vnum peccatum, ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήματος. Sed quocunque modo legas supplendum est aliquid quod opponatur τῷ δωρήματι. Ideo conuertit Erasmus, Sicut per vnum qui peccauerat, venerat mors. In quo primùm non probo quòd præteritis plusquamperfectis sit vsus: deindeq uòd Mortis nomen suppleuerit,

Neque enim hæc antitheſis ad hũc verſiculum pertinet, ſed ad proximum potius. Puto igitur articulum τὸ deeſſe, quam eclipſin annotauimus Iohan. 5. f. 36: & ſignificari ab Apoſtolo miſerabilem hominum cõditionem, quos omni integritate ac iuſtitia ſpoliatos, horribilis illa peccati ignominia cooperuit: cui conditioni opponitur τὸ δώρημα, id eſt præſtans illa ſors filiorum Dei, quam imputatæ Chriſti iuſtitiæ beneficio conſequuntur. Eſt autem diligenter in primis annotandũ hoc diſcrimen. Nam quanuis iſta priuatio iuſtitiæ, de qua recipienda hic agit Apoſtolus, ab illo Adami ſcelere in nos propagato ſit exorta: acceſſerunt tamen ad eam cauſam aliæ etiam innumerabiles, continua videlicet illa peccatorum ſeries tum quæ maiores noſtri admiſerunt (à quibus naturam hac ratione infinitis modis ream & corruptam accepimus) tum quæ nos etiam quotidie non pudet admittere. Ac de illorum quidem omnium abolito reatu, ac pœna per Chriſtum perſoluta, in priore tractatione diſſeruit Apoſtolus: nunc verò, quia non modò nos ſine peccato apparere oportet coram iuſto Dei tribunali, ſed etiam perfecta, pro creationis noſtræ gradu, iuſtitia exornatos, diſputat Apoſtolus vbi hanc iuſtitiam nanciſci poſſimus. Quòd niſi latius ſe propagaret Chriſti virtus nobis imputata quàm Adami propagatus reatus, non modò non eſſemus per Chriſtum prorſus iuſtificati, ſed infinitis adhuc pœnis obſtricti teneremur, eorum nimirum peccatorũ quæ ad Adami lapſum adiecimus. itaque ſicut Chriſti ſanguis aſperſus purificat nos non modò à peccati originis reatu, ſed etiam ab aliis quibuſcunque peccatis: ſic Chriſti iuſtitia nobis imputata in omnium illorum reatuum vicem ſuccedit, vt hac demum ratione poſſimus in Deo non modò gratias agere de ſublata iniuſtitia, ſed etiam de donata iuſtitia plena ac perfecta, in ipſo gloriari.

τὸ δώρημα. τὸ μὲν γὰρ κρῖμα ἐξ ἑνὸς εἰς κατάκριμα, τὸ δὲ χάρισμα ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων εἰς δικαίωμα.

Εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι ὁ θάνατος ἐβασίλευσε διὰ τοῦ ἑνός, πολλῷ μᾶλλον οἱ τὴν περισσείαν τῆς χάριτος καὶ τῆς δωρεᾶς τῆς δικαιοσύνης λαμβάνοντες, ἐν ζωῇ βασιλεύσουσι διὰ τοῦ ἑνὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Ἄρα οὖν ὡς δι' ἑνὸς παραπτώματος, εἰς

beneficium: nam ᵛreatus quidẽ ᵛex vna *offenſa introiit* ad cõdemnationem: quod autem gratificatur Deus, *datur* ex multis offenſis ᵛad iuſtificationem.

17 Etenim ſi ᵛper vnã offenſam regnauit mors per vnum, multo magis *ii* qui redundantem illã gratiam & donum ᵛiuſtitiæ accipiunt, ᵛin vita regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum.

18 Nempe igitur ſicut per vnam offenſam ᵛ*reatus venit* in

ita & donũ. nam iudicium quidẽ ex vno in cõdemnationẽ: gratia autẽ ex multis delictis in iuſtificationem.

17 *Si enim vnius delicto mors regnauit per vnũ, multo magis abundãtiam gratiæ & donationis & iuſtitiæ accipiẽtes, in vita regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum.*

18 *Igitur ſicut per vnius delictum, in*

Reatus, κρῖμα. Heb. ברכה, vt Ierem. 16. c. 11. Nam ex reatu oritur condemnatio. Vulgata, Iudicium. Eraſmus, Condemnatio, admodum obſcurè. Ex vna *offenſa*, ἐξ ἑνὸς. Theodoritus in Diuinorum decretorum epitome, ſubaudit ἁμάρτημα, nempe Adamum intelligẽs: ſed ratio oppoſitionis, & quod ſubiicitur, ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων, ex multis offenſis, oſtendunt ſubaudiendum eſſe potius παραπτώματος, vt diſertè plurimis locis annotatum eſt ab Auguſtino. Ad iuſtificationẽ, εἰς δικαίωμα. Δικαίωμα fere verrũt Græci interpretes quæ Hebræi משפט vocant, ſacros videlicet Legis ritus, vt diximus Luc. 1. a. 6. Interdũ tamen latius patet hoc vocabulum, & omnia Domini mandata, ipſum denique ius diuinum complectitur, vt ſuprà, cap. 1. d. 32, & 2. d. 26. Sed & eleganti ſignificatione accipitur καθ' ὑπόθεσιν δικαιολογημάτων, id eſt pro iis quæ quiſpiam iuris ſui tuendi cauſa proferat. quæ ſignificatio poſſet videri non inepta hoc in loco, niſi oppoſitum nomen κατάκριμα, id eſt condemnatio, oſtenderet commodius pro abſolutoria ſententia capi, eáque non ſimpliciter abſolutoria, qua nimirum remittantur peccata, ſed qua etiam iuſti pronuntiemur, impleta in Chriſto à nobis omni iuſtitia. Paulo pòſt verò vſurpabitur δικαίωμα pro eo ipſo quod Apoſtolus χάρισμα vocat, vt ſuo loco dicemus.

17 Per vnam offenſam, δι' ἑνὸς παραπτώματος. Vulgata & Eraſmus, Per vnius delictum. quam ſententiam ſi ſequaris, penè videbitur Apoſtolus ταυτολογεῖν proximo verſiculo. Deinde ratio antitheſeos poſceret vt ſi hoc membrum interpretamur de offenſa quam Adamus commiſit, ſic etiam ἑνὸς δικαίωμα, id eſt vnius iuſtificationem, acciperemus de iuſtitia qua Chriſtus ipſe iuſtificatus eſt: quod non videtur admodum conuenire, tum propter ταυτολογίαν de qua modò dixi, tũ quia iuſtitia Chriſti dicitur δικαίωμα, noſtri potius quàm ipſius Chriſti reſpectu. Poſtremò potius fuiſſet dicendum, τοῦ ἑνὸς παραπτώματος & τοῦ ἑνὸς δικαιώματος, addito articulo, vt antè fecit: vel δι' ἑνὸς παραπτώματος & δι' ἑνὸς δικαιώματος, vt in proximo verſiculo. Mihi verò plana ac perſpicua videtur ſententia, Sicut vna offenſa nos omnes iuſtitia ſpoliatos condemnationi addixit, ita vnam eſſe rationem iuſtificationis, per quam iuſti declarati, vitam conſequamur. Quænam autem illa tum offenſa tum iuſtitia ſit, à quo & quomodo in nos emanet, ſequenti verſiculo explicat. Suum tamen cuique liberum iudicium (vt par eſt) relinquo: quia quod ad ſententiam ipſam attinet, eadem manet, etiamſi *per vnius offenſam & per vnius iuſtificationem* conuerteris, modò Iuſtificationis nomine iuſtitiam intelligas cuius imputatione iuſti reddimur in Chriſto. Iuſtitiæ, τῆς δικαιοσύνης. Iuſtitiam Chriſti intelligit fidelibus imputatam, non autem qualitatem homini inhærentem, quod indicat vocabulum ἀρετῆς: niſi quis opera ſupererogationis velit ex Satanæ officina inuehere. Denique verſiculus decimus nonus manifeſtè hoc conuicit. Theodoritus autem legit καὶ τῆς δικαιοσύνης: quam lectionem ſequutus eſt Vetus interpres, & Ambroſius quoque: ſed perperam, vt mihi videtur. Dixit autem Apoſtolus ex Hebræorum idiotiſmo (quem alibi ſæpe annotauimus) ἀφθονίαν τῆς χάριτος pro τὴν ἀφθονοῦσαν χάριν. Itaque redundantem gratiam maluimus interpretari quàm abundantiam [aut exuberantiam] gratiæ. Deinde quod ſubiicitur, καὶ τῆς δωρεᾶς τῆς δικαιοσύνης in epexegeſi poſitum eſt, quia gratiæ nomen quum ad omnia Dei beneficia pertineat, fuit explicandum, vt intelligeret lector, non de omnibus Dei beneficiis quæ per Chriſtum percipimus, ſed propriè de iuſtitiæ Chriſti imputatione hic agi: quanuis hæc omnia inter ſe ita cohæreant vt vnum ab altero ſeparari nec poſſit nec debeat. In vita, ἐν ζωῇ. Id eſt veræ & perennis vitæ participes facti.

18 *Reatus venit* in omnes homines, εἰς πάντας ἀνθρώπους. Neceſſariò ſubaudiendum eſt aliquid vnde manet condemnatio. Illud autem quid ſit, apertè expoſuit Apoſtolus verſu decimoſexto. Itaque inde ſupplere malui quàm cum Eraſmo addere, Propagatum eſt malum: quum ſic nuſquam loquatur Apoſtolus, neque etiam ita conueniat antitheſis.

Οτε γὰρ δοῦλοι ἦτε τῆς ἁμαρτίας, ἐλεύθεροι ἦτε τῇ δικαιοσύνῃ.

Τίνα οὖν καρπὸν εἴχετε τότε ἐφ' οἷς νῦν ἐπαισχύνεσθε; τὸ γὰρ τέλος ἐκείνων, θάνατος.

Νυνὶ δὲ ἐλευθερωθέντες ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, δουλωθέντες δὲ τῷ Θεῷ, ἔχετε τὸν καρπὸν ὑμῶν εἰς ἁγιασμόν· τὸ δὲ τέλος, ζωὴν αἰώνιον.

Τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας, θάνατος· τὸ δὲ χάρισμα τοῦ Θεοῦ, ζωὴ αἰώνιος ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.

Κεφάλαιον ζ.

Ἢ ἀγνοεῖτε ἀδελφοί (γινώσκουσι γὰρ νόμον λαλῶ) ὅτι ὁ νόμος κυριεύει τοῦ ἀνθρώπου ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ;

Ἡ γὰρ ὕπανδρος γυνὴ τῷ ζῶντι ἀνδρὶ δέδεται νόμῳ· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνήρ, κατήργηται ἀπὸ τοῦ νόμου τοῦ ἀνδρός.

Ἄρα οὖν ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς μοιχαλὶς χρηματίσει, ἐὰν γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνήρ, ἐλευθέρα ἐστὶν ἀπὸ τοῦ νόμου, τοῦ μὴ εἶναι αὐτὴν μοιχαλίδα, γενομένην ἀνδρὶ ἑτέρῳ.

Ὥστε, ἀδελφοί μου, καὶ ὑμεῖς ἐθανατώθητε τῷ νόμῳ διὰ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ· εἰς τὸ γενέσθαι ὑμᾶς ἑτέρῳ τῷ ἐκ νε-

20 Quum enim ſerui eſſetis peccati, liberi eratis iuſtitiæ.

21 Quem igitur fructum habebatis tunc ex iis de quibus núc erubeſcitis? nã finis illorum, mors eſt.

22 Nunc verò liberati à peccato, mancipati autem Deo, habetis fructum veſtrum in ſanctimoniam: finem autem, vitã æternam.

23 Nã ſtipendia peccati, mors: donum autem Dei eſt vita æterna in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

CAP. VII.

1 An ignoratis fratres, (peritos enim Legis alloquor) legem tantiſper dominari homini quoad ipſe vixerit?

2 Nã viro ſubiecta mulier viuenti viro deuincta eſt per legem: ꝙ ſi mortuus fuerit vir, liberata eſt à lege viri.

3 Proinde viuente viro mœcha vocabitur, ſi fiat alterius viri: ſin autem mortuus fuerit vir, libera eſt à lege illa, vt non ſit mœcha, ſi fiat alterius viri.

4 Itaque fratres mei, vos quoque mortificati eſtis legi in corpore Chriſti: vt eſſetis alterius, eius videlicet qui ex mor-

20 Quum enim ſeruꝫ eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ.

21 Quem ergo fructum habuiſtis tunc in quibus nunc erubeſcitis? nam finis illorum mors eſt.

22 Nunc uerò liberati à peccato, ſeruꝫ autem facti Deo, habetis fructum veſtrum in ſanctificationẽ: finem uerò, uitam æternã.

23 Stipendia enim peccati, mors: gratia autem Dei, uita æterna in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

CAP. VII.

1 An ignoratis fratres (ſcientibus enim legem loquor) ꝙa lex in homine dominatur quanto tempore uuit?

2 Nam quæ ſub uiro eſt mulier, uiuenti uiro alligata eſt lege: ſi autẽ mortuus fuerit uir, liberata eſt à lege uiri. 1.Cor.7.

Igitur uiuente uiro uocabitur adultera, ſi fuerit cũ alio uiro: ſi autẽ mortuus fuerit uir, liber ata eſt à lege uiri, ut nõ ſit adultera ſi fuerit cũ alio uiro.

4 Itaque, fratres mei, & uos mortificati eſtis legi per corpus Chriſti: ut ſitis alterius ex mor-

20 Liberi eratis iuſtitiæ, ἐλεύθεροι ἦτε τῇ δικαιοσύνῃ. Id eſt, Quod ad iuſtitiam attinet, nullum erat eius in vos imperium. Eratis enim peccati iugo prorſus mancipati. Hoc verò quum ita ſe habeat, miror qua tandem fronte audeant Sophiſtæ ſuum liberum arbitrium tueri, liberum ſanè iuſtitiæ, ſeruum autem peccati, vt illis toties exprobrat Auguſtinus.

21 Tunc ex iis de quibus, τίνα ἐφ' οἷς, &c. Eraſmus rectè ſuppleuit antecedens τούτων, ex iis, cuius eclipſin in Latino ſermone paulo eſt obſcurior. Clemens lib. στρωμ. α. poſt τίνα adſcribit accentum interrogantem, & rurſus poſt ἐπαισχύνεσθε: vt ſit hæc ſententia, Quem igitur fructum tunc habebatis? nónne ea de quibus nunc erubeſcitis? Sed hoc mihi videtur coactè dici. Nam finis illorum, τὸ γὰρ τέλος ἐκείνων. Vel, Merces ſeu vectigal, vt reſpondeat illi quod paulo pòſt vocat ὀψώνιον. Nam τέλος vtrunque poteſt ſignificare: & apud Hebræos quoque תאריח tum finem, tum etiam id declarat quod alicuius opus conſequitur.

23 Stipendia, ὀψώνια. Nazianzenus τὰ ἐπινίκια, ὀψώνια interpretatur τὰ βραβεῖα αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ ἄρχοντος καὶ τὰ ἐν τῷ νόμῳ τοῖς ἐξιοῦσι τὰ δημόσια. id eſt regiũ commeatum & dona quæ ex Lege dignitatibus tribuebãtur. Bene igitur conuenit hæc tranſlatio, quum peccatum tyranno comparaſſet. Nec poſſum coniicere ſatis iuſtam cauſam cur Eraſmus maluerit authoramenta dicere quàm ſtipendia. Donum autem Dei, τὸ δὲ χάρισμα τοῦ Θεοῦ. Id eſt, Noſtra tũ iuſtificatio tum ſanctificatio, gratis nobis donata, ad vitam æternam nos perducit, ſicut peccatum nos reddit morti æternæ obnoxios. Itaque doctiſſimus interpres rectè obſeruauit, in hac enuntiatione, Donum Dei, eſſe ſubiectũ, vitam æternã eſſe attributum, quoniã alioqui ſibi non cõſtaret antitheſis.

IN CAPVT VII.

1 An ignoratis, ἢ ἀγνοεῖτε. Explicat quid illud ſit quod dixerat, peccatum nobis non dominari, quòd non ſimus amplius ſub Lege, ſed ſub gratia: ſumitque ex coniugii lege pulcherrimũ & appoſitiſſimũ exẽplũ. Etſi verò iuris Gentiũ theſi nititur quod tradit Apoſtolus, morte mariti videlicet dirimi coniugii vinculũ, tamẽ iis libẽter aſſentior qui ad Legis Moſis præſcriptũ hoc exemplũ reuocant: quoniã propriè de Decalogo eſt accipiendum quod dixit, Nos ſub Lege non eſſe: ideóque melius conuenit collatio ſi hanc ſimilitudinem dicamus ex eodẽ fonte petitã. Quoad ipſe vixerit, ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ. Eraſ. Quoad ea vixerit, i. quoad lex viguerit. Sed malo Chryſoſtomo aſſentiri qui de hominis ipſius vita intelligit. Nam ita omnino poſcit ſimilitudo quæ ſubijcitur: quanuis aliter cẽſuerit Origenes & Ambroſius, ab eo non ſemel (quod eius pace dixerim) deceptus. Sed & verbum ζῇ hoc videtur indicare, quod multo magis propriè homini quàm legi tribuitur.

3 Vocabitur, χρηματίσει. Id eſt erit, & quidem omnium voce ac conſenſu. Vide Act. 11. d. 26.

4 Mortificati eſtis Legi, ἐθανατώθητε τῷ νόμῳ. Mortificari peccato & mortificari Legi (libenter enim

Mortificandi verbum retineo) mutuò inter se respondent, non simpliciter tamen, sed κατὰ τι, quatenus nimirum Lex est peccati virtus. Nã hactenus etiã dicimur sub Lege non esse, vt exposuimus suprà, 6.c.14. Itaque licet quidem interpretari mortuos esse peccato eos in quibus peccatum mortuum est: quo nomine sæpe iam diximus hæreditariam corruptionem intelligi: de Lege verò dici hoc propriè non potest, in nobis esse mortuam: imò ne in sese quidem mortuam aut irritam esse factam, quoties de Lege Decalogi agitur, vt hoc loco. Nam præterquam quòd Lex extrinsecum quiddam est, tantum etiam abest vt sit mortua in illis in quibus mortuũ est peccatum, vt contrà in iis solis sit vera sua natura efficax quos inuenit per Spiritum sanctum idoneos factos ad volendum & faciendum quod Deus per ipsam præcipit. Ideo dixit Apostolus suprà, 3. versu 31, Legem non fieri irritam per fidem, sed potius stabiliri. Sed & illud quæritur necessariò, quum vxori comparemur secundo marito copulatæ, cur nos mortuos esse dicat. Omnino enim videtur potius fuisse dicendum nos esse marito mortuo superstites. Video igitur plerisque placere, Apostolum vitandæ inuidiæ causa dixisse potius, ἐθανατώθητε τῷ νόμῳ quàm ἐθανατώθη ὁ νόμος, id est Mortificati estis Legi, non autem, Mortificata est vobis Lex: à quibus veniam peto quòd dissentiam. Videntur enim assumere quod existimo non posse vllo modo conuenire, nempe in prioribus nuptiis Legem sustinere mariti personam: quod fortassis locum haberet si de ceremoniarum abolitione ageretur, vel de lege peccati: sed de Lege Decalogi differere Apostolum constat ex sequenti obiectione. Sciendum est igitur, tum maritum tum vxorem in vno & eodem homine considerari in vtroque matrimonio, vt meritò ac propriè Apostolus nos quod ad maritum mortuos esse dixerit: quum maritus ille fuerit in nobis, atque adeo in visceribus nostris habitarit. quod vt intelligatur, hoc esto prioris matrimonii diagramma.

Maritus	Vxor	Liberi ex hoc matrimonio.
Peccatum, siue vis illa natiua ciens in nobis affectiones peccatorum, occasione per Legem arrepta, à qua videlicet irritabatur, alioquin veluti mortuum, vt infrà, versu 11.13 & 14.	Caro seu mẽbra nostra, nimirum facultates tũ animi tũ corporis, in quibus agebat peccatũ tanquam maritus in vxore.	Peccata ac omnia vitiosa opera quæ nos, ex peccato tanquam marito quodã concepta, pariebamus in mortem.

POSTERIORVM VERO NVPTIARVM HAEC SIT DESCRIPTIO.

Maritus	Vxor	Liberi.
Spiritus, id est vis Christi nobiscum cõmunicati: qui Spiritus priori illi marito peremptο successit, & sanctos motus in nobis ciet.	Nouus homo, id est facultates tũ corporis tum animi per Spiritũ sanctificatæ, in quibus ille agit tanquã maritus in vxore.	Fructus Spiritus, quos ex Spiritu cõcipimus & parimus, vt recẽsentur ab Apostolo Gal.5.d.22.

In corpore Christi, διὰ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ. Vulgata & Erasmus, Per corpus Christi: quæ interpretatio nõ est satis expressa. Neque enim per Christi corpus duntaxat, sed etiam in Christi corpore dicimur mortui multo ἐμφατικώτερον, vt summa illa & arctissima communicatio intelligatur. Itaque διὰ pro ἐν positam esse puto, sicut suprà, 4.b.11. quò pertinet etiam illud quod scribitur 2.Cor.5.c.14. Eius suscitãtis, &c. τοῦ ἐκ νεκρῶν, &c. id est, eius qui peccato mortuus, repentè cum Christo factus est rediuiuus: noui nimirum illius mariti, qui Spiritus dicitur, quòd sit nouum opus Spiritus sancti, quo tanquam vinculo connectimur cum Christo sicut membra cum capite. Ideo sæpissime nouus hic maritus dicitur ipse Christus, cuius virtute creatur in nobis vis illa sanctos in nobis motus excitans, vnde bona opera prodeũt. Quod igitur ait ἐκ νεκρῶν, ex mortuis, intelligendũ est de morte spirituali quam infligebat peccatum, vt suprà, 6.c.13, & Eph.2.a.1, & b.5, & Col.2.c.12 & 13.

καρπὸν ἐνέγκωμεν, ἵνα καρποφορήσωμεν τῷ Θεῷ.	tuis excitatus est, ᵛ vt fructum feramus ᵛ Deo.	*tuis resurrexit, ut fructificemus Deo.*
Ὅτε γὰρ ἦμεν ἐν τῇ σαρκί, τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν τὰ διὰ τοῦ νόμου ἐνηργεῖτο ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν, εἰς τὸ καρποφορῆσαι τῷ θανάτῳ.	5 ᵛQuũ enim essemus in carne, ᵛ affectiones peccatorũ ᵛ per Legem *existentes*, ᵛ vigebant in membris nostris, ad fructum ferendum morti.	5 *Quum enim essemus in carne, passiones peccatorum quæ per Legem erant, operabantur in mẽbris nostris, ut fructificarent morti.*

Vt fructum feramus, ἵνα καρποφορήσωμεν. Καρπὸν vocat liberos quos vxor tollit ex marito, vt Lucæ 1. versu 42, ex Hebræorum idiotismo, apud quos filii vocantur פְּרִי בֶטֶן, id est fructus ventris, vt Psal.127. versu 3, & 132. c.11. cuius translationis ratio reperitur Psalmo 118. ver. 3. Cæterùm quòd è secunda persona ἐθανατώθητε, mortificati estis, transeat ad primam, tribuendum est Hebræorum consuetudini, quam alibi sæpe obseruauimus.

Deo, τῷ Θεῷ. id est, Qui sine Deo grati, vel ex Dei præscripto, ac proinde quos Deus coronet, sed gratis. Vide suprà, 6.b.10.

5 Quum essemus in carne, ὅτε ἦμεν ἐν τῇ σαρκί. Esse in carne significat prioris coniugii conditionẽ, quæ etiam in proximo versiculo vocatur vetustas literæ. Carnem igitur appellat hominem ψυχικὸν, id est qualis ex Adamo procreatur, natura peccato omni ex parte penitus obnoxia. Huic opponitur Esse in Spiritu: de quo dicemus proximo capite. Affectiones peccatorum, τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν. Pro eo quod videbatur Paulus scribere debuisse τὰ ἁμαρτήματα, substituit τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν, affectiones peccatorum, id est motus ad peccandum solicitantes, quicunque tandem illi sint. Id autem fecit (ni fallor) duabus de causis: vna est, quia ἁμαρτία sit fœminini generis, non satis accommodatè illi tribui posse videbatur mariti persona: altera, quòd explicandum etiam fuit qua ratione peccatum cum marito conferatur. Itaque affectus peccatorum sunt tanquã aculeus peccati, per quem videlicet gignit in nobis carnis opera velut partus, quorum catalogus contexitur Gal.5.c.19. Cæterùm duo quoque hic notanda sunt: nempe παθήματα nomen apud Paulũ multo latius patere quàm apud philosophos, vt qui illam etiam ipsam rationem peccato obnoxiam faciat quam philosophi pro virtutis regula sibi proponunt: alterum, παθήματα dici quatenus mens ab illis afficitur, suntque ab ipso peccato ingenerati motus, quibus intellectus patiens, quem vocant, agitatur, totúmque secum hominem rapit. Quod quidẽ annotandum fuit, nequis miretur illis tribui ἐνέργειαν, id est agendi vim, quæ tamen παθήματα (id est ad verbũ perpessiones) dicuntur. Sed & hoc eodem nomine sæpe apud Paulum intelliguntur quæcunque pietatis causa fideles perpetiuntur, vt infrà, 8.d.18. Alibi, nempe Gal.5.d.24, coniunguntur παθήματα & ἐπιθυμίαι. Per Legem *existentes*, διὰ τοῦ νόμου. Erasmus, Qui *erant* per Legem: quæ interpretatio non conuenit, quum de præterita conditione loquamur, vt apparet ex eo quod dixerat ἦμεν. Rectius ergo Vetus interpres, qui per Legem

cap.4.b.11:hlc autem existimo positam esse pro εἰς, & quidem ita vt finalem(quam vocãt)causam declaret. Cur enim resurrexit Christus:id est in quem finem:Nempe,si ipsum caput cõsideres,in gloriã Patris,id est vt deposita infirmitate,gloriosus Deo viueret in æternũ:sicut Apostolus ipse explicare videtur infrà,ver.10.Sin autem nos spectes,qui sumus Christi membra,idcireo resurrexisse dicit Apostolus vt & ipsi participes illius virtutis facti,incipiamus viuere vitam nouam,quasi nimirum iam in cœlis ipsis versemur,quærentes quæ cœlestia sunt. Nisi verò ita interpreteris, non video qui constare possit altera pars collationis: neque etiam quorsum hic commemoret Paulus cuius virtute resurrexerit Christi caro. quod alibi quidem sæpe exposuit,sed certam ob causam. Vulgata & Erasmus ad verbum,Per gloriam Patris,id est gloriosi Patris virtute ac potestate,ex Hebræorum idiotismo:sicut nouitas vitæ pro noua vita dicitur.

Εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα·	Nam si cum eo plãtati coaluimus cõformatione mortis eius, nimirũ etiã resurrectionis conformatione coalescemus:	*Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus:*
Τοῦτο γινώσκοντες, ὅτι ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος συνεσταυρώθη, ἵνα καταργηθῇ	Illud scientes, veterem illum nostrum hominem cum eo crucifixum esse, vt eneruetur	*Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur*

10 5 Nam si cũ eo plãtati coaluimus,εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν. Elegãti trãslatione Christũ, qui mortuus ac sepultus resurrexit,comparat Apostolus cum planta, quæ humi defossa suo tempore germinarit. Deinde verò quia nos quoque vnà dixerat cum Christo mortuos peccato ac sepultos, resurrexisse in iustitiam, vt indicet hæc omnia in nobis eo quasi succo fieri quem ex Christo sugamus,dicit nos cum ipso in vnã plantam coaluisse,sicut σύμφυτα ita cum arbore ipsa coalescunt vt communi succo viuant. Sic igitur Apostolus aptissima translatione arctissimam illam nostri cum ipsa Christi substãtia coniunctionem, & viuificam illam virtutem inde in nos manantem expressit:qua etiam ratione Christus sese viti,nos verò palmitibus comparat: & in ipso crescere, ipséque in nobis vicissim dicitur adolescere.Sic comparatur Christus virgulto apud Esaiam,sic cõparatur Verbum semini,sic dicimur arbores fructiferæ,sic plantare & rigare dicuntur ministri,& fideles in Christo radicati:adeo fœcunda est ista translatio. Vulg. Cõplantati, & Eras. Si insititii facti sumus. Mihi verò si verbum nouũ Cõplantandi placuisset,ausus etiam essem cõplantatitios dicere. Itaque necessariò vsus sum longiore verborũ circuitu,quoniam σύμφυτοι γεγόναμεν non simpliciter declarat complãtari, sed potius complantatione coalescere. Et quod attinet ad Erasmi interpretationem, quanuis libens agnoscam nos velut insitione quadam cum Christo coalescere,& Apostolum non dissimili ratione dicere nos in veram oleam insitos,infrà,11.c.24: tamen putaui propriam Græci vocabuli significationem seruandam, quoniam eo videtur respitere Apostolus hoc nomine vtens, quòd sepelitio videtur quædam plantationis species. Conformatione mortis eius,τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ. Id est,quatenus,non dico imitatione,(hoc est enim Origenis commentum) sed virtute ab ipso in nos deriuata,perinde morimur peccato vt & ipse mortuus est. Hoc enim est quod dixerat,nos baptizatos esse in ipsius mortem: & statim subiiciet nos vnà cum ipso cruci affixos,vt sicut ipse mortuus est peccato,ita & nos peccato moriamur,declarans quod sit istud ὁμοίωμα. Vulgata,Similitudini mortis eius,tertio casu:quod planè repudio,quanuis aliquoties ita citetur hic locus ab Augustino. Nec dubito etiam quin sit proiçiendum quod putat Erasmus præpositionem σὺν posse referri ad Iudæos & Gentiles simul in vnum Christum collectos. Nam præterquam quòd hæc sunt extra scopum,præpositio σὺν in σύμφυτοι, sicut in συνθάπτεσθαι, συσταυροῦσθαι, συζῆν, συμπάσχειν, συμμορφοῦσθαι, συμβασιλεύειν, συνδοξάζεσθαι,id est(vt ista ad verbum explicemus) consepeliri,concrucifigi,conuiuere,compati, conformari, conregnare, conglotificari,& similia,omnino ad ipsam Christi personam referenda sunt:ita vt subaudiendum sit αὐτῷ. quod vt exprimeret Erasmus, conuertit, Nam si insititii facti sumus illi per similitudinẽ mortis eius. Sed aliam ob causam abstinui à nomine Similitudinis,quod vsurpauit Vetus interpres,& Simulacri,quo alicubi Tertullianus vtitur, hũc ipsum locum citans. Videtur enim fauere nonnihil Pelagianis, qui hanc nostri cum Christo conformationem putant ab imitatione proficisci,quum contrà imitatio omnis ex ista conformatione nascatur.i. ex eo quòd Christi participes simus, cum eo & per eum peccato mortui, vt Deo viuamus. Ipse enim est qui in nobis efficit vt velimus ac faciamus quæ Dei sunt. Et notandum est Apostolum non dixisse ὁμοιόσεως sed ὁμοίωμα,quod nomen verbale & passiuum includit verbi actionem,vt intelligamus istam nostri cũ Christo conuenientiam aliunde in nobis effici,nẽpe à Christi mortis potẽtia & virtute. Cæterùm Basilius lib. περὶ Βαπτίσματος,ad causam instruendæ cat.(i. ad Baptismũ) hoc refert. Sic enim interpretatur,ἐν τῷ τὸ ὕδατι βαπτιζομένῳ, ἔοικεν ὅτι ὁμοίωται τῷ σταυρῷ καὶ τῷ θανάτῳ.i. in aquæ Baptismo,qui est crucis ac mortis assimilatio,seu figura. Quominus autem hanc interpretationem sequãr,ea ratione impedior quòd Baptismus omnes partes renouationis repræsentat: hic verò Paulus manifestè conformationem mortis à conformatione resurrectionis distinguat,quanuis hæc ab illa separari non possit. Illa verò Cyrilli interpretatio non modò violenta,sed etiam nonnihil est periculosa:,Christi mortem non tam mortem fuisse quàm mortis quãdam imaginem, quum tam citò resurrexerit. Quorsum enim hoc,si spectes nostri cum Christo collationẽ?id est Apostoli scopum. Nimirum etiam,ἀλλὰ καί. Sic rectè Erasmus,quum ἀλλὰ hoc loco non adhibeatur assumptioni,sed conclusioni. Vulgata,Simul etiam. ἅμα καί:quæ lectio mihi non displicet.

Resurrectionis conformatione coalescemus,τῇ ἀναστάσεως ὁμοιώματι. Qui vel mediocriter est Græcæ linguæ peritus,facilè animaduertit deesse articulum τῆς:quod & ipsa collationis ratio ostendit,ita vt reperiantur duo vocabula τοῦ θανάτου. Nam plena esset oratio,ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως, videlicet ὁμοιώματι σύμφυτοι ἐσόμεθα: in qua ellipsi nihil prorsus est violẽtum aut inusitatum:nisi quòd articulus à disertis scriptoribus vix soleat in hoc dicendi genere prætermitti. Annotauimus autem similem prorsus ellipsin Iohan.5.f.36. Erasmus,Resurrectionis participes erimus:quasi τῆς ἀναστάσεως,id est esse resurrectionis,significare possit,Ex eorum numero esse ad quos resurrectio pertineat.Id ego verò mihi vix persuaserim: vt interim taceam vtrinque requiri ὁμοίωμα primariæ plantæ cum nobis σύμφυτος,tum in morte videlicet,tum in resurrectione:quod & ipse Apostolus posteà copiosè explicat.Maluit autem vti Apostolus futuro tempore quàm præsenti, quoniam nondum prorsus mortui sumus peccato,nisi quatenus reliquiæ non imputantur:ex quo consequitur nos nondum totos resurrexisse, sed quotidie emergere,dum perficiatur quod Deus in nobis inchoauit. Mutua enim est inter mortem peccati & vitam Spiritus non tantùm relatio,sed etiam proportio.

6 Veterem illum nostrum hominẽ,ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος. Veterẽ hominem vocat vniuersam hominis

naturam, ita vt cum iniquitate conceptus est & in hanc lucem editus. Additur autem Veteris epitheton, partim primi illius Adami collatione facta cum altero posteriore, vt 1.Cor.15.f.45, partim verò naturæ nostræ deformationis respectu, quam altera recētiore permutamus: ea nimirum quæ in dies instauratur ad agnitionem quæ respondeat imagini eius qui ipsum condidit, Coloss.3.b.10. Cum eo crucifixum esse, συνεσταυρῶσθαι. Hoc quoque vocabulum Paulo est familiare, idem declarans atque si peccatum dixisset mortuum, aut nos peccato mortuos cum Christo. Hoc tātùm interest quòd quū crucifixū dicit, mortis genus explicat cuius participatione mortificamur peccato. Itaque nihil dicunt qui Paulum existimāt crucifixum potius quàm mortuum dixisse quòd viuat adhuc & vigeat aliqua ex parte, quod doctissimus interpres meritò nō probauit. Sed duo hic notanda sunt: vnū, quū dicitur Vetus homo cū Christo crucifixus, non ita hoc esse accipiendū quasi corrupta hæc natura Christo alia ratione quàm per imputationē tribuatur. Nā iam inde ab ipso cōceptus momēto carnē nostrā ipse nobis ita sanctificauit vt omnis peccati expers fuerit. Itaque nobis veterē hominē crucifixit: sicut mortuus dicitur peccato, non vt peccare desineret, sed vt peccatū destrueret. Alterū, quòd dicitur Christus peccata nostra per crucē expiasse, prudenter esse ab hoc distinguendū de quo hic differitur. Illud enim pertinet ad gratuitā pro peccatis nostris satisfactionē, quæ nobis imputatur: hic autem agitur de regeneratione intra nos per Spiritū Christi reipsa inchoata. Eneruetur, καταργηθῇ. Vulg. Destruatur, καταλυθῇ. Eras. Aboleatur. i. λυθῇ. Vide Luc.13.a.6, & suprà, 3.d.31. Dicitur autē nō homo ipse cui peccatum inest, sed vitiositas quæ ipsi inest, aboleri, vt ei non seruiamus amplius. Et notandum est proponi finem sanctificationis, non quasi ad eum vsque finem peruenerimus: sed quoniam ad eum contendimus, ac tandem etiam perueniemus, quum videlicet Deus erit omnia in omnibus.

Τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας, τῷ μηκέτι δουλεύειν ἡμᾶς τῇ ἁμαρτίᾳ.	corpus peccati, ne posthac nos seruiamus peccato.	corp⁹ peccati, ut ultrà nō seruiamus peccato.
Ὁ γὰρ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς 7 ἁμαρτίας.	Etenim qui mortuus est, liber est à peccato. 7	Qui enim mortuus est: iustificatus est à peccato.
Εἰ δὲ ἀπεθάνομεν σὺν Χριστῷ, πιστεύο- 8 μεν ὅτι καὶ συζήσομεν αὐτῷ·	Quòd si mortui sumus cum Christo, credimus fore vt etiā viuamus cum eo: 8	Si aūt mortui sumus cū Christo, credam⁹ q̄ simul etiā viuemus cū Christo:
Εἰδότες ὅτι Χριστὸς ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν, 9 οὐκέτι ἀποθνήσκει, θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει.	Vt qui sciamus Christū excitatum ex mortuis, nō amplius mori: mortem *inquam* ei non amplius dominari. 9	Sciētes quòd Christus re surgens ex mortuis, iā non moritur, mors illi ultrà non dominabitur.
Ὃ γὰρ ἀπέθανε, τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπέθανεν 10 ἐφάπαξ· ὃ δὲ ζῇ, ζῇ τῷ Θεῷ.	Nam quòd mortuus est, peccato mortuus est semel: quòd autem viuit, viuit Deo. 10	Quòd enim mortuus est, peccato mortuus est semel: quòd autem viuit, viuit Deo.

Corpus peccati, τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας. i. caro in qua peccatum ipsum hæret, sicut pulchrè explicatur 1.Pet.4.a.1, & 1. Alibi solet Apostolus simili significatione membrorum nomen vsurpare, non hoc tantùm corpus aspectabile designans, sed omnes hominis partes sine vlla prorsus exceptione, nisi quatenus eas in filiis Dei instauravit Christi communicatio, vt exposuimus Ioh.3.a.6. Mihi tamen videtur Paulus propria quadā ratione hoc in loco mentionem fecisse corporis, nempe quia crucifixi & sepulti Christi meminerat, cui nos factos esse συμφύτους, id est (vt ita loquar) concorpores, scribit Eph.3.b.6.

7 Liber est, δεδικαίωται i. ἀπόλυται, ἀλλὰ ἥκει τοῦ, κεκαθάρται, vt pulchrè explicat Basilius lib. de Baptismate, de quo diximus suprà, 3.c.10. Vulgata & Erasmus, Iustificatus est. Quidam etiam conuertit, Absolutus est. Ego verò has interpretationes hoc quidem loco vt ambiguas reiici, nequis de peccatorum remissione, seu absolutione à peccatis, hoc dictum acciperet. Neque enim de his differit Apostolus, sed de mortis effectu, quæ efficiat vt mortui necessariò ab actionibus huius vitæ ac proinde à peccando supersedeamus. Hoc est denique quod dixit Anacreon, (si profana licet cum sacris comparare) Ὁ θανὼν οὐκ ἀποδύομαι.

9 Dominari, κυριεύει. Sic vbique scriptum inuenimus, & sanè videtur præsens tempus melius conuenire. Vetus interpres tamen legit κυριεύσει, dominabitur, & Origenes quoque, quem aliquot etiam Latini patres sequuntur.

10 Quòd mortuus est, ὃ ἀπέθανε. Declarant Græci Grāmatici ὃ pro ὅτι coniunctione vsurpari: sed malim hoc quidē in loco supplere χρῆ, vt plena sit oratio. Nam in eo quòd mortuus fuit. i. quantū ad ipsius mortem attinet, vt Gal.2.d.20. Neque enim Vallæ assentior qui potius putat conuertendā hoc esse ad verbū neutro genere, Quod enim mortuū est. quāuis sic etiam legat Hilarius ex antiquis codicibus lib. de Trinitate 9, vt Erasmus obseruauit. quasi Mortuum referatur ad corpus humanum, Viuit, ad naturam diuinam. Ego verò non video quomodo conueniat hæc interpretatio cum eo de quo agitur: deinde etiam periculosam puto hanc interpretationē, quòd videatur quodāmodo pro Nestorianis facere, atque adeo nostræ satisfactionis fundamētum euertere. Quamuis enim Christus, quatenus Deus est, nec mori nec resurgere dici possit, tamē idē homo ille qui mortuus est ac resurrexit, etiā Deus erat, & totus nunc Deo viuit: alioquin nec morte ipsius mortificari peccato, nec resurrectione possemus Deo viuificari. Semel, ἐφάπαξ. Id est, vna vice pro omnibus. Quod enim semel tātùm fit, id nō habet regressum vt iterū fiat. Sic in epist. ad Hebræos accipitur hoc aduerbiū aliquoties: vt Christi oblationis perēnis illa vis declaretur, opposita Leuiticis sacrificiis, quæ quotidie repeti oportuit. Ostendit autē ex hac capitis & membrorū collatione Apostolus hoc loco, in iis qui per Christū verè sanctificati sunt, peccatum semel mori, id est ita vt pristinas illas vires nunquam recipiat, sed quotidie, tanquam corpus in sepulchro, corrumpatur, donec funditus intereat. Quòd si perpetuus est mortis peccati progressus, perpetuum est quoque viuificationis incrementum, quum sit mutua inter mortificationē veteris hominis & instaurationem noui nō modò relatio, sed etiā proportio. Quomodo igitur qui mortuus est peccato, in eo permanebit vt gratia abundet? Diximus autem qua ratione sit explicādum quod dicitur Christus peccato mortuus, in quo tamen peccatū non fuit, suprà, ver.6 Nam in hac quoque loquutione, Christus peccato mortuus est, hoc vocabulum accipio nō in sexto casu, (vt declaretur causa quæ Christum adegit ad mortem, nempe quia nostrorū peccatorum reus erat) sed tertio casu potius, vt sinē declaret, nempe Christum idcirco mortuum vt semel in nihilū redigat peccatum in nobis. Hoc enim est de quo agitur, non autē de peccatorum expiatione per imputationem:

& ratiò antitheſeos hoc poſcit. Viuit Deo, τῷ θεῷ. Id eſt, Viuit apud Deum, & quidem vita planè diuina ac cæleſti. Sicut enim mortuus peccato dicitur is in quo peccatum vim ſuam non magis exerit quàm ſi extinctum eſſet, ita etiam viuere Deo, ex formula Paulo familiari, dicitur is qui Spiritu Dei agitur, vt explicat Apoſtolus infrà, 8.c.14, & Epheſ.3.d.10. Sed ſicut mortem peccati diximus aliter in capite quàm in membris conſiderari, ſic quoque de eo ſtatuendum quòd Chriſtus dicitur Deo viuere. Is enim iam inde à primo conceptu totus quidem Deo vixit, ſed tamen à conceptu ad reſurrectionem, ac præſertim in morte ac ſepulchro luctandum illi fuit cum Satana & morte, atque adeo cum noſtris omnibus peccatis quæ Pater illi imputarat; vt nos in eo cõſummaret. Itaq; poſt reſurrectionẽ demũ dicitur Deo viuere, quum iam depoſita omni carnis infirmitate, & ſuperatis omnibus hoſtibus, ad dexteram Patris conſedit. Noſtra verò ſanctificatio ex illius vitute promanans, nunquam hic in nobis perficitur, quum ab ipſa morte pendeat noſtræ ſanctificationis cõſummatio: & tamen dicitur mori peccato is in quo peccatum mori cœpit, & Deo viuere qui Spiritu Dei donatus, cœpit facta carnis mortificare, vt ſcribitur infrà, 8.c.12.

Οὕτω καὶ ὑμεῖς λογίζεσθε, ἑαυτοὺς νεκροὺς μὲν τῇ ἁμαρτίᾳ, ζῶντας δὲ τῷ Θεῷ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.

11 Ita etiam vos ᵛcolligite, vos ipſos tum mortuos eſſe peccato, tum verò viuere Deo per Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum.

11 *Ita & vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo in Christo Iesu Domino nostro.*

Μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι, εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῇ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ.

12 Ne regnet igitur ᵛpeccatum in mortali veſtro ᵛcorpore, vt obediatis peccato in cupiditatibus corporis:

12 *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis eius:*

Μηδὲ παριστάνετε τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα ἀδικίας τῇ ἁμαρτίᾳ· ἀλλὰ παραστήσατε ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ ὡσεὶ ἐκ νεκρῶν ζῶντας, καὶ τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα δικαιοσύνης τῷ Θεῷ.

13 Neque ᵛſiſtite ᵛmembra veſtra ᵛarma iniuſtitiæ peccato: ſed ſiſtite vos Deo, vt ex mortuis viuos, & membra veſtra arma iuſtitiæ Deo.

13 *Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato: sed exhibete vos Deo tanquam ex mortuis viuentes, & membra vestra arma iustitiæ Deo.*

Ἁμαρτία γὰρ ὑμῶν οὐ κυριεύσει· οὐ γάρ ἐστε ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν.

14 Peccatum enim vobis non dominabitur. ᵛnon enim eſtis ſub Lege, ſed ſub gratia.

14 *Peccatum enim vobis non dominabitur. non enim sub Lege estis, sed sub gratia.*

11 Colligite, λογίζεσθε. Vulgata, Exiſtimate. Eraſmus, Reputate. Neutrum mihi ſatisfacit. hoc enim refero ad fidei ſyllogiſmum, vt inde colligamus ac verè ſentiamus nos in peccato eſſe mortuos per Chriſti mortis communicationem: tum verò Deo viuere, id eſt iuſtitiæ, per eundem viuificatos. Sic enim vrget Paulus vt Chriſti mortem, ſepulturam ac reſurrectionem ad nos transferamus. Sic accipitur idem verbum ſuprà, 3.d.28.

12 Ne regnet, μὴ βασιλευέτω. Βασιλεύειν apud Paulum (id eſt regnare) ponitur pro ſummum imperiũ obtinere, ita vt nullus ſe opponat, vel ſiquis obſiſtat, fruſtra hoc faciat. Commodũ igitur hæc adhortatio ſubijcitur præcedentibus, vt intelligamus quatenus ſimus mortui peccato quandiu hic verſamur, hactenus nimirum vt reluctetur quidem Spiritus, ſed tamen non vincat. Peccatũ, τῇ ἁμαρτίᾳ. Tertull. nouo vocabulo, Delinquentiam interpretatur, lib. De reſurrectione carnis. Corpore, σώματι. Vide ſuprà, v.6. Videtur autem hoc loco & aliis ſimilibus Apoſtolus corporis ac membrorum facere mentionem, propterea quòd hæc ſunt inſtrumenta quibus peccatum exequitur quod cogitauit. Loquitur enim Apoſtolus de peccato tanquã violento quopiam tyranno. Sit igitur mens illa rantopere à philoſophis celebrata, primus peccati (id eſt naturæ illius corruptionis) adminiſter ad ſuggerendos primos motus: qui vbi commouerint voluntatem, alteram peccati adminiſtram, naſcuntur ἐπιθυμίαι. tum verò corpus ab animo impulſum, huc & illuc tranſuerſum rapitur, vt tyranni arbitrio ſeſe ac ſeſſorem præcipitet. Monet igitur Apoſtolus vt quum omni ex parte coercere motus non poſſint, ſaltem corpus habeamus in poteſtate: quæ tamen doctrina ad cæteras hominis partes pertinet, quum hæc inter ſe ad peccandum mutuo conſenſu conſpirent. Vnde factum vt has cupiditates Paulus corporis eſſe dicat: quia nimirum animus per illas corpus commouet, ac viciſſim animum corpus ſolicitat. Itaque alibi diſertè monet vt & ſpiritu (ſeu mente), & anima & corpore integri coram Domino appareamus, 1. Theſſ.5.d.23. Cæterùm pro relatiuis αὐτῇ & αὐτοῦ coacti ſumus antecedentia ipſa ſubſtituere, vt amphiboliam vitaremus: quia peccatum & corpus apud Latinos eiuſdem ſunt generis. Vetus interpres conuertit, Vt obediatis concupiſcentiis eius, id eſt ἵνα τὰς ἐπιθυμίας αὐτοῦ. quam lectionem ſequutus eſt etiam Auguſtinus lib. 1. De nuptiis, cap. 23 & 27. Et ita quoque ſcriptũ inuenimus in vno Græco codice.

13 Siſtite, παριστάνετε. Vulgata, Exhibeatis, παρέχετε. Eraſmus, Accommodetis. Mihi verò videtur Siſtere hi verbum multo accommodatius, quòd paulo antè fecerit regni mentionem, & paulo pòſt etiam Domini. Dicuntur enim miniſtri & ſerui παριστάνειν ἑαυτοὺς, id eſt ſiſtere ſeſe, in Domini conſpectu, & præſtò eſſe ad accipiẽda mandata: vt perelegantèr ſit vſurpatum hoc verbum Apoſtoli, vt indicaret quàm proni ac volentes ad peccandum ferantur quicunque Spiritu Dei non agantur. Membra veſtra, τὰ μέλη ὑμῶν. Hoc quàm latè pateat expoſuimus ſuperiore v.6 & 11. Arma iniuſtitiæ, ὅπλα ἀδικίας. Id eſt, Pro inſtrumentis quibus ad patranda ſcelera vtatur. Græcis enim ὅπλα, & Latinis arma, de quibuſuis inſtrumentis dicuntur. Sed melius conuenit Armorum nomen tranſlationi à tyrannorum ſatellitibus & apparitoribus ſumptæ. Sic Geneſ.49.a.5, Simeon & Leui dicuntur כְּלֵי חָמָס.

14 Non enim eſtis ſub Lege, οὐ γάρ ἐστε ὑπὸ νόμον. Hoc quoque dicendi genus Paulo eſt familiare, ſed non vno modo explicandum: quia præterquam quòd Legis nomen eſt πολύσημον, & variæ ſunt Legis ſpecies, variè quoque ſolet Apoſtolus de ea differere. Itaque Origenes de lege membrorum (id eſt de peccato) hæc accipit: cui non aſſentior, quia nuſquam inuenio Legis nomen ita vſurpatum, niſi quippiam adiiciatur ex quo id poſſit intelligi. Sed & de ceremoniis hoc accipi commodè non poteſt. Reſtat igitur vt ad Legem moralem, quam vocant, applicetur. Nam politicæ legis quorſum meminiſſet? Putant igitur plerique ſub Lege non eſſe, idem declarare atque Legis maledictioni non amplius eſſe obnoxium, quum Chriſtus factus ſit maledictio

pro nobis. Sed hoc certè pertinet ad peccatorum remiſſionem: hic verò agitur de mortificatione peccati, & iuſtitia in nobis per Chriſti Spiritum inchoata. neque ſpectatur dominatio peccati, quatenus imputatur vel nō imputatur, ſed quatenus viget aut non viget in nobis. Itaque alii explicare malunt, Sub Lege non eſtis, ſed ſub gratia. id eſt, Nō iam eſtis ea conditione qua olim, quum vos Lex reos faceret, iubendo, non adiuuando, vt explicat Auguſtinus. Hanc verò ſententiam vt ſimpliciſſimam & maximè accommodatam amplector: ſed ita vt paulo aliter explicem quàm ſoleant. Propoſitum eſt igitur Apoſtolo nos hortari vt fortiter reluctemur peccato. Nam, inquit, omnino futurum eſt vt illo ſuperato, victoriam reportetis. Id verò vnde tam certò coniicit futurum? Quia nimirum ſub Lege non ſumus, ſed ſub gratia. Lex enim (vt ſequenti capite explicabit) inſtrumentū illud eſt per quod ille noſter maritus, id eſt peccatum, in nobis vitioſas illas cupiditates & actiones, tāquam liberos, gignebat, illud eſt, inquam, vnde accepta occaſione peccatum alioquin veluti mortuum reuiuiſcit, & nos interimit. Lex denique eſt peccati virtus, vt ſcribitur 1. Cor. 15. g. 56. Valet igitur cōſequutio, nos aduerſus peccatum potituros victoria, quum non ſimus ſub Lege, quatenus eſt virtus peccati, ſed ſub gratia, id eſt Spiritu Chriſti donati, cuius freti virtute, reliquias etiam peccati iam inermis penitus profligemus. idque ita eſſe explicandum liquet ex Gal. 5. d. 13 & 14. Quomodo verò alibi accipiatur Sine Lege eſſe, vel Sub Lege nō eſſe, item, Legem non eſſe iuſto poſitam, ſuis locis explicabimus.

Τί οὖν; ἁμαρτήσομεν, ὅτι οὐκ ἐσμὲν ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν; Μὴ γένοιτο.

15 Quid igitur? peccabimus, quòd non ſimus ſub Lege, ſed ſub gratia? Abſit.

15 *Quid ergo? peccabimus, quoniam non ſumus ſub Lege, ſed ſub gratia? Abſit.*

Iohan. 8. d. 34. 2. per. 2. d. 19

Οὐκ οἴδατε ὅτι ᾧ παριστάνετε ἑαυτοὺς δούλους εἰς ὑπακοήν, δοῦλοί ἐστε ᾧ ὑπακούετε, ἤτοι ἁμαρτίας εἰς θάνατον, ἢ ὑπακοῆς εἰς δικαιοσύνην;

16 An neſcitis quòd cui ſiſtitis vosipſos ſeruos ad obediendū, eius ſerui eſtis cui obeditis, vel peccati ad mortem, vel obedientiæ ad iuſtitiam?

16 *Neſcitis quoniam cui exhibetis vos ſeruos ad obediendum, ſerui eſtis eius cui obeditis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam?*

Χάρις δὲ τῷ Θεῷ ὅτι ἦτε δοῦλοι τῆς ἁμαρτίας, ὑπηκούσατε δὲ ἐκ καρδίας εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς.

17 Gratia autem ſit Deo quòd fuiſtis quidem ſerui peccati, ſed ex corde obediſtis ei formæ doctrinæ ᵛ in quam eſtis traditi.

17 *Gratias autē Deo quòd fuiſtis ſerui peccati, obediſtis autem ex corde eā formam doctrinæ in quā traditi eſtis.*

Ἐλευθερωθέντες δὲ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἐδουλώθητε τῇ δικαιοσύνῃ.

18 Et liberati à peccato, mancipati eſtis iuſtitiæ.

18 *Liberati autem à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ.*

Ἀνθρώπινον λέγω, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν. ὥσπερ γὰρ παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ ἀκαθαρσίᾳ καὶ τῇ ἀνομίᾳ εἰς τὴν ἀνομίαν· οὕτω νῦν παραστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ δικαιοσύνῃ εἰς ἁγιασμόν.

19 ᵛHominum more loquor, propter infirmitatem carnis veſtræ. ᵛNempe ſicut ſtitiſtis membra veſtra ſerua impuritati & iniquitati, ad *patrandam* iniquitatem: ita nunc ſiſtite membra veſtra ſerua iuſtitiæ ad ſanctimoniam.

19 *Humanum dico, propter infirmitatem carnis veſtræ. Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem.*

15 Quòd non ſimus, &c. ὅτι οὐκ ἐσμέν, &c. Naſcitur hæc obiectio ex eo quòd ambiguum erat dicendi genus ab Apoſtolo vſurpatum. Ideo ſequente capite copioſè ab ipſo explicabitur. Nam apud impios (cuiuſmodi ſunt hodie Libertini, Danidiſtæ, & cæteri Carpocratianorum ſucceſſores) ſub Lege non eſſe, ſignificat pro arbitrio ſuo quiduis audere: ſub gratia autem eſſe, non poſſe damnari.

17 In quam eſtis traditi, εἰς ὃν παρεδόθητε. Hoc dicendi genus magnam quandam emphaſin videtur habere. Ita enim ſignificatur, Euangelicam doctrinam quaſi inſtar typi cuiuſdam eſſe, cui veluti immittamur vt eius figuræ conformemur, & totam iſtam tranſformationem aliunde prouenire. Itaque non ſatis expreſſè conuertit Eraſmus παρεδόθητε traducti eſtis. Sed peruerſè Caſtellio interpretatur, Quæ vobis eſt tradita, ἐς ὑμᾶς παρεδόθη, quaſi videlicet εἰς reſpōdeat literæ ה. vt εἰς τύπον idem declaret atque τύπῳ: deinde, εἰς παρεδόθη dictum ſit vt ἐπιστέυσαμεν εἰς τὸν, pro τῷ μοι ἐπιστεύσαμεν. Nam aliam huius interpretationis rationem inuenire non potui.

19 Hominum more loquor, ἀνθρώπινον λέγω. Id eſt κατ' ἄνθρωπον, vt ſuprà, 3. 5. Puto verò Apoſtolum nihil aliud hoc loco ſignificare hac dicendi formula quàm ſeſe, quum de rebus cæleſtibus ac diuinis diſſerat, libenter tamen, vt ſeſe eorum captui accommodet ad quos ſcribebat, ſimilitudines iſtas ſeruitutis & libertatis ex mutuis hominum commerciis ſumere, quò melius iſta percipiant. Alii humanum accipiunt pro eo quod præſtare poſſint homines: q. d. Apoſtolus ſe non ſummam aliquam perfectionem requirere, ſed duntaxat, vt non minus ſtrenuè colant iuſtitiam quàm olim paruerunt peccato. Ego verò priorem interpretationem vt ſimpliciorem amplector, vel ob eam cauſam quòd iſta Apoſtoli petitio quæ ſequitur, eiuſmodi eſt vt vel perfectiſſimi quique inter homines vix illam poſſint præſtare. Alioquin aliis etiam locis humanum dicitur quod eſt eiuſmodi vt hominum vires nō ſuperet, vt 1. Samuelis cap. 7, verſ. 14, & 1. Corinth. cap. 10. ve. 13. Vulg. Humanū dico, imperitè. Eraſ. Humanū quiddā dico. Hieronymus ad Algaſiū, quæſt. 2, dicit hoc dicēdi genus vſurpatū fuiſſe ab Apoſtolo, ex Cilicū idiomate. Ego verò ne in hoc quidē aſſentior Hieronymo.

Nempe ſicut, ὥσπερ γάρ. Vulg. Sicut enim. Eraſ. Quēadmodū enim. Ego verò nō video quomodo cauſalis particula ſatis cōmodè poſſit cū ſuperioribus cōnecti. Ad *patrandam* iniquitatem, εἰς τὸν ἀνομίαν. Eraſ. Ad aliā arque aliā iniquitatē, Græca ſcholia ſequutus. Ego verò potius exiſtimo Paulum priore loco per impuritatē & iniquitatē intellexiſſe cupiditates illas tū quibus ſeipſos cōtaminant homines, vt quibus ſolicitantur ad ebrietatē, laſciuiam, luxuriam, & alias eiuſmodi peſtes: tum quibus prouocantur ad alios offendendos, furtis, homicidiis, iniuriis, & cæteris id genus ſceleribus: deinde poſteriore loco ἀνομίαν generaliùs vſurpaſſe pro ipſis cupiditatum effectis. Ideo ſuppleui participium Patrandam, ex quo id intelligatur.

πρόσωπος ἀνθρώπους εἰς κατάκριμα· οὕτω καὶ δι' ἑνὸς δικαιώματος, εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς δικαίωσιν ζωῆς.

omnes homines ad condemnationem: ita per vnam iustificationem ᵛ *beneficium redundauit* in omnes homines ᵛ ad iustificationem vitæ.

omnes homines in condemnationem: sic & per vnius iustitiam, in omnes homines in iustificationem vitæ

Ὡσπερ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοί, οὕτω καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς δίκαιοι κατασταθήσονται οἱ πολλοί.

19 Sicut enim ᵛ per inobedientiam vnius hominis, peccatores ᵛ constituti sunt ᵛ multi, ita per vnius obedientiam, iusti constituendi sunt multi.

19 *Sicut enim per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi: ita & per unius obeditionem, iusti constituentur multi.*

Νόμος δὲ παρεισῆλθεν ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα· οὗ δὲ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις·

10 Lex verò ᵛ præterea introiit ᵛ vt augeretur offensa: sed vbi auctum est peccatum, ibi superabundauit gratia.

10 *Lex autem subintrauit ut abundaret delictum: vbi autem abūdauit delictum, superabundauit gratia.*

ἵνα ὥσπερ ἐβασίλευσεν ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θανάτῳ, οὕτω καὶ ἡ χάρις βασιλεύσῃ διὰ δικαιοσύνης εἰς ζωὴν αἰώνιον, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν.

11 Vt quemadmodum regnauerat peccatum ᵛ in mortem, ita etiam gratia regnaret per iustitiam in vitam æternam, per Iesum Christum ᵛ Dominum nostrum.

11 *Vt sicut regnauit peccatū in morte, ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam, per Iesum Christum Dominum nostrum.*

Beneficium redundauit in omnes homines, εἰς πάντας ἀνθρώπους. Quia præcisa est oratio, supplenimus quod deerat ex versu 15 & 16. Nam quod Erasmus adiecit, Propagatum est bonum, multis de causis mihi displicuit. Primùm quia quamuis de plenitudine Christi accipere nos oporteat, tamen inter naturæ propagationem & gratuitam imputationem discrimen aliquod constitui par est: deinde quia nusquam (quod sciam) ita loquitur Apostolus. Præterea vetustus ille Sophistarum error qui pro imputata iustitia inhærentem qualitatem substituunt, tantus est támque execrandus omnibus vt nihil æquè fugiendum putem. Ad iustificationem vitæ, εἰς δικαίωσιν ζωῆς. Paulus quædam habet ita peculiaria vt mutari nec facilè possint, nec certè debeant, quum multo sit æquius vt illius idiomati assuescamus: quo nemo vnquam non modò verius, sed ne grauius quidem aut expressius mysteria diuina tractauit. Quod igitur quidam existimant δικαίωμα hoc in loco & δικαίωσιν idem declarare, non facilè admiserim, ne inanis quædam argutia tribuatur Apostolo, id est Spiritui sancto. Δικαίωμα igitur ipsam iustificationis nostræ (vt ita dicam) materiam hic declarat ab effectu, nempe ipsius Christi obedientiam, cuius imputatio nos iustos in ipso facit: quam paulo antè vocauit χάρισμα, quòd Deus gratis eam nobis largiatur. Δικαίωσις verò τῆς κατακρίματος (id est damnatoriæ sententiæ) opponitur. Quemadmodum igitur reatum consequitur condemnatio, ita etiam per fidem imputata nobis Christi iustitia, in reatus vicem succedens, quem ipsius sanguis eluit, efficit vt à Deo iusti declaremur, ac proinde vitam æternam consequamur. Id autem ego diserte annotandum putaui, non modò vt inter δικαίωμα & δικαίωσις quod sit hoc loco discrimen ostenderem, sed etiam vt intelligeret lector, in hoc capite δικαίωσις aliquid amplius declarare quàm in superiore. Nam peccatorum remissione (id est imputata Christi satisfactione) dicimur iustificari, id est perfoluta per illum pœna vt insontes absoluimur: obedientia verò Christi imputatâ, etiam iusti declaramur, vt ex ipsa quoque Legis formula vitam æternam petere possimus, quum Christus, quem fide possidemus, omnem iustitiam nobis impleuerit. Additum autem nomen Vitæ, vitalem siue viuificam declarat.

19 Per inobedientiam, διὰ τῆς παρακοῆς. Hoc vocabulum nō repudiaui hoc loco, vt paronomasiam exprimerem quæ est in Græco sermone inter παρακοὴν & ὑπακοὴν. Apparet autem vel ex hoc versiculo insigniter eos hallucinari qui superiora exposuerunt de imitationis peccato. Constituti sunt, κατεστάθησαν. Erasmus, Constituti fuimus, id est κατεστήμεθα, vt Frobenius etiam excudit. Multi, οἱ πολλοί. Multos iterum opponit Vni, non paucis vel omnibus, sicut exposuimus suprà, versu 15: neque (vt ego quidem existimo) quicquam hoc pertinet ad explicationem signi vniuersalis quod vsurpauit in superiore versiculo, qua de re dicemus 1. Corinth. 15. 22.

20 Lex verò, νόμος δέ. Legem Mosis proculdubio intelligit. Nam à versu 14 differuerat de iis qui ab Adamo ad Mosen intercesserūt: (id est de iis qui Mosis Legem præcesserunt) nunc autem agit de tempore Mosen consequuto. Itaque Origenes in eo fallitur quòd de lege membrorum hic agi putat. Præterea introiit, παρεισῆλθεν. Id est accessit ad morbum illum quo laborabant omnes homines vnius peccato contaminati. Vulgata, Subintrauit. Erasmus, Obiter subiit. quam interpretationem non possum admittere. Neque enim præpositio διὰ in omnibus verbis hanc vnam vim habet, vt idem declaret atque Clanculum & Obiter: neque commodè id dici potest de lege publicè tantis cum ceremoniis rogata & accepta. Quomodo verò per Legem multiplicatæ sint peccati vires, explicat Apostolus infrà, capite 7. quod vnus penè ex veteribus Augustinus cognouit. Vt augeretur, ἵνα πλεονάσῃ: siue, Vt auctius fieret quàm prius. Vulgata & Erasmus, Vt abundaret: quod mihi non videtur satis expressum. Superabundauit, ὑπερεπερίσσευσεν. Erasmus, Magis exuberauit, id est (vt explicat in Annotationibus) vehementer ac supra modum redundauit. Ego verò puto Apostolum non modò declarare quanta sit gratiæ vis, sed etiam addidisse ὑπὲρ vt collationem peccati ac gratiæ declararet: quasi diceret, Legis quidem interuentu factum esse vt immensa quædam vis esset peccati, sed gratiam tamen è cælo tanta copia fuisse effusam vt peccatum non æquarit modò, sed etiam infinitis partibus superarit, sicut paulo antè ostendit. Gratiam autem vocat gratuitam iustitiæ Christi imputationem.

21 In mortem, ἐν τῷ θανάτῳ. Vulgata & Erasmus, In morte, id est (vt Erasmus interpretatur) per mortem. Ego verò puto ἐν pro εἰς vsurpari: quod apparet ex antithesi: & ita quidem vt finalem (quam vocant) causam declaret. Dominum nostrum, τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Hæc (inquit Erasmus) non adiiciuntur apud Græcos nisi in nonnullis exemplaribus. Ego verò in vetustis omnibus inueni & Complutensi quoque editione.

Κεφάλαιον ϛ΄

Τί οὖν ἐροῦμεν; ἐπιμενοῦμεν τῇ ἁμαρτίᾳ ἵνα ἡ χάρις πλεονάσῃ;

Μὴ γένοιτο. οἵτινες ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ, πῶς ἔτι ζήσομεν ἐν αὐτῇ;

Gal.3.d.27 Ἢ ἀγνοεῖτε ὅτι ὅσοι ἐβαπτίσθημεν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν;

Col.2.b.12 Συνετάφημεν οὖν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον· ἵνα ὥσπερ ἠγέρθη Χριστὸς ἐκ νεκρῶν διὰ τῆς δόξης τοῦ πατρός, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν.

1.Cor.6.c.14 ephes.4.c.23 coloss.3.b.8 2.tim.2.b.11 hebr.12.a.1 1.per.2.a.1

CAP. VI.

1 QVid igitur dicemus? permanebimus in peccato vt gratia auctior fiat?

2 Absit. qui mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in eo?

3 An ignoratis, nos quotquot baptizati sumus in Christum Iesum, in mortem eius esse baptizatos?

4 Sepulti igitur sumus vnà cum eo per Baptismũ in mortem: vt ficut excitatus est Christus ex mortuis in gloriam Patris: ita & nos noua vita ambulemus.

CAP. VI.

1 *QVid ergo dicemus? Permanebimus in peccato vt gratia abũdet?*

2 *Absit. Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo?*

3 *An ignoratis quòd quotquot baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus?*

4 *Consepulti enim sumus cum illo per Baptismũ in mortẽ: vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita et nos in nouitate vitæ ambulemus.*

IN CAPVT VI.

1 In peccato, τῇ ἁμαρτίᾳ. Peccatum in hac diſputatione idem prorſus declarat quod in ſuperiore, ſed diuerſo tamen reſpectu. Nam illic diximus conſiderari peccati originalis reatum, in cuius locum ſuccedat Chriſti iuſtitia per fidem nobis imputata: hic verò in eodem illo malo corruptionem (id eſt, morbum ipſum inhærentem) ſpectat Apoſtolus, docétque qua ratione vis illa peccati in nobis ſenſim extingua tur, & in eius locum cæleſtis virtus ſuccedat, quam regenerationem vocamus, Sophiſtæ verò iuſtitiam inhærentem, cuius tamen neque ortum, neque progreſſum, neque fructum norunt. Sed & illud quoque annotandum eſt, de quo nonnihil diximus Act.2.d.23, amplius aliquid ſignificari his verbis, Permanebimus in peccato, & paulo pòſt, Viuemus in peccato, quàm ſi dixiſſet, Peccatum in nobis permanebit, aut viuet.

2 Qui, οἵτινες. Vetus interpres legit εἵτινες γάρ, Qui enim. Mortui ſumus peccato, ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ. Mortuus peccato. (i. quod ad peccatũ attinet) dicitur ab Apoſtolo quiſquis virtutis Chriſti particeps ita eſt factus vt natiua illa corruptio ſit in eo emortua. i. vigore illo ſuo (qui tranſlatitiè vita peccati dicitur) extincto, fructus illos amariſſimos nõ edat. Cõtrà verò viuere dicitur peccato & iniuſtitiæ quiſquis eſt in carne. i. quemcũque Spiritus Dei à naturæ corruptionis ſeruitute nõ aſſeruit. Itaque nõ ſcribũt appoſitè qui peccati nomine diabolũ intelligũt: itè qui mortificationis nomine ſolos terrores cõſcientiæ putãt ſignificari. Sed & illud ſciẽdum eſt, hoc loco & aliis ſimilibus, ἀποθνήσκειν τῇ ἁμαρτίᾳ, id eſt mori peccato, aliud prorſus declarare quàm νεκρὸν εἶναι τοῖς ἁμαρτήμασι, id eſt mortuũ eſſe peccatis, Eph.2.a.1, & 5. & Col.2.b.13. Nã mori peccato is dicitur tertio caſu, in quo vis illa peccati extincta eſt per Chriſti virtutẽ, quicũ per fidem coaluit: adeo vt mutuò inter ſe reſpondeant mori peccato, & viuere Deo ſeu iuſtitiæ, ſeu Chriſto. Contraria verò ſignificatione mortuus peccatis dicitur ſexto caſu, is qui peccatis quaſi immortuus tenetur. Qui & mortuus abſolutè dicitur, vt infrà, ver.11, & infrà, cap.7.b.10. Eph.5.c.14, 1.Tim.5 2.6. Qui etiam dicitur in vmbra mortis habitare, Eſa.9.2.1.

3 In Chriſtum Ieſum, εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν. Id eſt, Vt cum Chriſto Ieſu coaleſcẽtes, vim ipſius percipere emus, extinguendo peccato, & creando nouo homini, vt expoſuimus Act.9.2.1, Nam qui Chriſtum accipiunt dunta xat pro exẽplari nobis ad imitandũ propoſito, vt Origenes & aliquot ex veteribus ab ipſo decepti, non video tur intellexiſſe de quo Paulus differeret. Neque verò ſinẽ ac ſcopũ Baptiſmi præcipuũ, eũ videlicet de quo hic agitur, intellexit Eraſmus, quũ annotaret nos idcirco dici ab Apoſtolo in Chriſtũ Ieſum fuiſſe baptizatos, quia per Baptiſmũ inſerimur in corpus Chriſti myſticum. Hic enim de ipſo Chriſti corpore agitur, non de Eccleſia: quanuis qui Chriſti membrũ eſt, idẽ etiam ſit Eccleſiæ pars. Sed hoc tamen non facit vt hos fines confundere oporteat. Alioquin Veterem interpretẽ rectè reprehendit in eo quòd conuerterit, in Chriſto Ieſu, pro, In Chriſtum Ieſum. Et multa ineptiſſimè dicit in hunc locum Origenes: veluti, noſtrũ Baptiſma eſſe in Chriſto: ipſum autem Chriſtum à Iohanne fuiſſe baptizatum non eo Baptiſmate quod eſt in Chriſto, ſed eo quod eſt in Lege. Item illud, cur ſolius Chriſti fiat hìc mentio, quum baptizemur etiam in nomine Patris & Spiritus ſancti: quæ quæſtio omnino eſt ἀπροσδιόνυσος. Neque enim nunc agit Apoſtolus de forma Baptiſmi, ſed de fine & effectis.

In mortem eius, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ. Quod dixerat in genere, nunc explicat per partes. Nam tres facit noſtræ innouationis partes, nempe mortem peccati, ſepulturam eiuſdem, & noui hominis excitationem. Manant autem hæc tria effecta ab vno Chriſto quicum per fidem coaluimus, ſed peculiariter mors peccati à Chriſti morte, ſepultura ab eodem ſepulto, noui hominis creatio ab eiuſdem reſurrectione dicitur quaſi ex fonte profluere. Nam Chriſti hominis per diuinitatem ſanctificati virtus in interimendo peccato (quod quum noſtrum eſſet, ipſi erat imputatum) ac ſuperandis omne genus tentationibus, in ipſius morte maximè eluxit. Sepultura autem eſt mortis progreſſus, in qua rurſus potiſſimùm eluxit eiuſdem Chriſti virtus, quum mortis ipſius vincula quibus tenebarur, dirupit. Victoria demum & ipſius ſanctificationis conſummatio in reſurrectione apparuit. Sic igitur & nos iſtius virtutis participatione morimur peccato: &, quia non ſtatim extinguitur in nobis hic vetus homo, ſed ſenſim corrumpitur, donec in nihilum redigatur, ſepelimur etiam peccato, vt demum in nouam vitam emergere paulatim incipiamus, donec tandem hoc corruptibile, in futuro ſeculo incorruptibilitatem induerit. Harum autem partium ſymbola manifeſta ac efficacia habemus in Baptiſmo, quatenus eſt noſtræ regenerationis teſſera. Hinc ortæ ſunt illæ formulæ Paulo familiares, Crucifigi, conſepeliri, reſurgere cum Chriſto, Baptizari in ipſius mortẽ, ſeu pro mortuis: Crucifigere corpus peccati, Reſurgere in nouam vitam, Veterem hominem corrũpere, Mortificari, Viuificari, & ſimilia, vt ſuis locis explicabimus. Quòd autem Eraſmus conſiderandum proponit num præpoſitio εἰς pertineat ad Iudæos & Gentiles, ſimul in vnum Chriſtum collectos: hoc quidem loco nullius eſt momenti.

4 In gloriam Patris, διὰ δόξης πατρός. Διὰ pro ὡς vſurpari probauimus manifeſto exemplo ſuprà,

ετωσαν. Est autem hoc diligenter considerandum, Apostolum non dixisse τὰ ἐκτὸς τοῦ νόμου, id est hos motus extitisse seu prodiisse à Lege, sed per Legem extitisse, quatos nimirum ex peccato intus habitãte, & occasionẽ istorũ motuũ arripiente ex legis prohibitione: nullo quidẽ Legis sed nostro potius vitio: vt explicatur infrà, v. 11 & 13. Hoc verò non animaduerterũt Manichæi quũ Legẽ Dei auderẽt damnare: neque item Castellio, qui nuper hunc locum conuertit, Peccatorũ perturbationes à Lege orientes, falsa certè interpretatione, & quæ pro Manichæis faciat. Vigebãt, ἐνηργοῦντο. Id est agebant, ac vim suam intus exerebant. Alludit enim honestè Apostolus ad matrimonii copulam, vt peccati in nos vim intrinsecam designet.

Νυνὶ δὲ κατηργήθημεν ἀπὸ τοῦ νόμου, ἀποθανόντος ἐν ᾧ κατειχόμεθα· ὥστε δουλεύειν ἡμᾶς ἐν καινότητι πνεύματος, καὶ οὐ παλαιότητι γράμματος.

6 Nunc autem ᵛ liberi sumus à Lege, ᵛ mortuo ᵉᵒ ᵛ in quo ᵛ detinebamur, ᵛ vt seruiamus ᵛ in nouitate ᵉ spiritus, ac nõ ᵛ in vetustate literæ.

Nunc autem soluti sumus à Lege mortis in qua detinebamur: ita vt seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ.

6 Liberi sumus, κατηργήθημεν. Opponitur hoc verbum τῷ ἐνηργεῖτο: quod vsurpauit superiore versiculo, & nos adhuc conuertimus Eneruari, i. inertem & languidum reddi, adeóque vires omnes amittere. Vulg. Soluti sumus, ἀπηλλάγημεν, vel ἀπηλλάχθημεν. Erasmus, Liberati sumus. Quidam prorsus barbarè, Euacuati sumus. Ego in hac interpretatione sequutus sum Apostolum, qui καταργεῖσθαι exposuit ἐλευθεροῦσθαι, suprà, versu 3. Est autem hoc dictum non simpliciter accipiendum, sed κατὰ τὸ, sicut & illud exposuimus, Sub Lege non esse, suprà 6. c. 14: quò etia pertinẽt quæ subiiciũtur. Neque tamẽ hæc puto eò spectare quòd à maledictione Legis soluti simus per gratuitam peccatorum remissionem, quia de regenerationis gratia seorsim hîc agitur. Mortuo ᵉᵒ in quo detinebamur, ἀποθανόντος ἐν ᾧ κατειχόμεθα. Vetus interpres, quem sequuntur veteres etiam Latini (inter quos Origenis quoque interpretem, i. Rufinum, recenseo) legit, A Lege mortis in qua detinebamur, quasi pro ἀποθανόντος scriptum sit θανάτου: ac fateor quidem peccatum, priorem illum nostrum maritum, dici posse Legem mortis, vt infrà, 8. a. 2: sed nullius Græci codicis authoritate confirmatur hæc lectio: & Legis vocabulũ pro Lege morali, quam vocant, in tota hac collatione accipiendum esse ostendit sequens obiectio. Græci igitur summo consensu (si Chrysostomum excipias) legunt ἀποθανόντος, sed diuersè explicãt. Nam alii referunt ad κατηργήθημεν, hoc modo, Nos verò qui mortui sumus, sumus liberi à Lege in qua detinebamur. Sed ista traiectio sanè est violenta, & præterea nusquam inuenio mortuos dici simpliciter eos in quibus mortuum est peccatũ, de quibus tamen hîc agit Apostolus: imò quoties nihil adiicitur, conuenit hæc appellatio vel iis qui hac vita sunt defuncti: vel, translatitia significatione, iis qui in peccatis suis quasi mortifera quadam morte sepulti tenentur. Alii igitur (vt Origenes) connectunt cũ sequẽtibus, alia traiectione, in hanc sententiã, Nos verò liberi sumus à Lege in qua mortui detinebamur. Sed, vt de traiectione nihil dicã, (inueniũtur enim alix nihilo minùs aspernæ) nusquam hoc dicendi genus apud Paulum inuenio, vt quis dicatur mortuus in Lege, nulla addita peccati mentione. Alii denique (vt Eras. post Theophylactũ) subaudito pronomine ἐκείνῳ, ita hoc explicant, Nũc verò liberati sumus à Lege, mortui ei in qua detinebamur. At ego similis eclipsis exemplum requiro in constructione transitiua, nec video quis locus esse possit epexegesi multò obscuriori quæ essent superiora. Superest Chrysostomi lectio, qui legit ἀποθανόντος, nulla diuersæ lectionis facta mentione: vt omnino appareat eã lectionem fuisse tum sine controuersia receptam: quanuis in Chrysostomi exemplaribus excusis, & apud Basilium semel atque iterum inueniam scriptum ἀποθανόντος, eorum fortassis vitio qui ad Græca exemplaria Euãgelici contextus, emendarunt antiquorum interpretum libros. Legit igitur Chrysostomus ἀποθανόντος Erasmo teste, & interpretatione ipsa id comprobante, quam lectionem ita probo vt eam reponere non dubitarim. Sed eam rursus vel Erasmus vel aliquis alius deprauauit: cõiungit enim ἀποθανόντος cum τῷ νόμῳ, vt sit hæc sententia, Nunc autem liberati sumus à Lege mortua in qua detinebamur. Atqui Paulus nunquã (opinor) dicturus fuit Legem Dei mortuam: neque Chrysostomo id vnquam in mentem venit: vt qui sic ista explicet vt planè constare possit eũ post ἀποθανόντος subaudisse ἐκείνῳ, hæcque vt absolutè posita exposuisse. Sic enim explicat, Quasi, inquit, diceret, Vinculum quo detinebamur, emortuum est ac diffluxit, ita vt quod detinebat, peccatum videlicet, iã nõ habeat quo nos cõtineat. Hæc ille, quæ quidẽ maximè âplector. Nã Legẽ pro marito accipi nõ debere, toties ex Paulo liquet quoties nos esse peccato mortuos dicit, quatenus nimirũ mariti personã sustinemus. Fuit itaq; explicãdũ quo modo & quatenus dixerit nos Legi mortuos seu à Lege liberos esse factos: quod vno verbo facit quũ dicit nos idcirco à Lege esse liberos factos quòd is iterierit qui nos, occasione à Lege accepta, seu per Legẽ detinebat. Vnde rursus oritur quæstio, sitne Lex peccatũ: quãdoquidẽ à Lege dixerat nos esse, peccato mortuo, liberatos. Deindẽ violẽta aut inusitata non est hæc eclipsis in cõstructione ἀμφιβόλου. Nã sic Demosth. τοσαῦτα εἶς ἐμὲ ἐποίησε κακὰ ὅσα πολλοί. Et Plut. ὃ δ' ἐμὸς πατὴρ ἐκ τοσούτων χρημάτων μικρὸς ἐγένετο. Sicui tamẽ potius placuerit legere ἀποθανόντος propter exemplarium consensum, & subaudire ἐκείνῳ, is ita interpretetur, Nunc verò liberi sumus à Lege, mortui ei in quo detinebamur: peccato videlicet, posteriori nostro marito. Ne que obstat quòd ᾧ sit fœminini generis, quum de ea tanquam marito loquatur. In quo, ἐν ᾧ. Sic dicere maluit Paulus quàm ὑφ' ᾧ, vt doceret hunc maritum intra nos esse. Sic enim explicare malo propriè quàm vt accipiatur pro ὅτῳ, vel vt instrumenti sit nota, ab. Hoc vel non vidit, vel neglexit Castellio, interpretatus, Qua tenebamur. Detinebamur, κατειχόμεθα. Græci omnem possessionem κατοχὴν videntur vocare: sed tamen ex eo sumpta origine vel quòd siqua ex communibus incipiunt nobis propria fieri, illa obtinere vi quadam videamur: vel quòd quæ nostra sunt, nonnisi per vim nobis possint eripi: nam certè ἡ κατοχὴ violentum quiddam significat. Neque tamen in hoc argumento vim vllam nobis fieri à peccato demonstrat, quasi coacti peccemus (sponte enim peccamus, quum peccatum sit intra nos) sed declarat vel tyrannidem illam Satanæ qui fraude nos addixit peccato & sibi: vel saltem corruptio, tanquam malæ fidei possessor, à natura distinguitur.

Vt, ὥστε Quidam conuertunt, Ita vt: sed perperam, (ni fallor) quum prorsus τοιαῦτα ponatur, nec pertineat ad verbum κατειχόμεθα, detinebamur, sed ad κατηργήθημεν, vel ad ἀποθανόντος. In nouitate Spiritus, ἐν καινότητι πνεύματος: id est, vt eos decet qui vetere mortuo marito, Spiritui sunt adiuncti, quos videlicet Spiritus Dei renouauit. Itaque malui hoc quoque Paulinum dicendi genus integrum seruare quàm cum Erasmo conuertere Per nouitatẽ spiritus. Quòd si à Pauli verbis discedere libuisset, dixissem potius Ex nouatore Spiritu quàm Nouo Spiritu, cum alio quodam disertiore interprete. In vetustate literæ, ἐν παλαιότητι γράμματος. Vetustatem vocat pristini coniugii conditionem cum altera recentiore comparatam. Literæ autem nomine Legẽ vocat illius veteris conditionis respectu: quia videlicet apud homines ἀψύχους, id est priusquam voluntas nostra per Spiritum sanctum formata sit, Lex surdis canit, ac proinde nobis est muta ac veluti mortua, quòd

ad eius præſtationem attinet: quanuis peccatum ab ea arripiat occaſionem nos interimendi, niſi Dei Spiritus occurrat, à quo mortificetur. Qui verò Literæ nomine vel ceremonias intelligunt vel ſenſum literæ, (quę vocant) nihil dicunt.

Τί οὖν ἐροῦμεν; ὁ νόμος ἁμαρτία; Μὴ γένοιτο· ἀλλὰ τὴν ἁμαρτίαν οὐκ ἔγνων εἰ μὴ διὰ νόμου. τήν τε γὰρ ἐπιθυμίαν οὐκ ἤδειν εἰ μὴ ὁ νόμος ἔλεγεν, Οὐκ ἐπιθυμήσεις.

Exodi 20.v.17 deut.5.b.11

Ἀφορμὴν δὲ λαβοῦσα ἡ ἁμαρτία, διὰ τῆς ἐντολῆς κατειργάσατο ἐν ἐμοὶ πᾶσαν ἐπιθυμίαν· χωρὶς γὰρ νόμου ἁμαρτία νεκρά.

Ἐγὼ δὲ ἔζων χωρὶς νόμου ποτέ· ἐλθούσης δὲ τῆς ἐντολῆς, ἡ ἁμαρτία ἀνέζησεν,

Ἐγὼ δὲ ἀπέθανον· καὶ εὑρέθη μοι ἡ ἐντολὴ ἡ εἰς ζωὴν, αὕτη εἰς θάνατον.

7 Quid ergo dicemus? Lex peccatum eſt? Abſit. ᵛ Imò peccatum non cognoui niſi per Legem. nam etiam ᵛ cupiditatem non noſſem niſi Lex dixiſſet, ‖Non concupiſces.

8 Sed peccatū occaſione ᵛ ſumpta ᵛ genuit in me omnem cupiditatem ᵛ per illud mandatū. Nam abſque Lege, peccatum ᵛ eſt mortuum.

9 ᵛ Ego enim ᵛ viuus eram ſine Lege quondam: mandati autem illius ᵛ aduētu peccatum ᵛ reuixit,

10 At ego ᵛ mortuus ſum: & repertū eſt illud mādatum quod *inſtituendum* erat ad vitam, mihi *cedere* ad mortem.

7 *Quid ergo dicemus? Lex peccatum eſt? Abſit. Sed peccatum non cognoui, niſi per Legem. nā & cupiditatem neſcieba nēſi Lex diceret, Non concupiſces.*

8 *Occaſione autem acceptę, peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam. ſine Lege enim peccatum mortuum erat.*

9 *Ego autem uiuebam ſine Lege aliquando: ſed cū uenīſſet mandatum, peccatum reuixit,*

10 *Ego autē mortuus ſum: & inuentum eſt mihi mādatum, quod erat ad uitam, hoc eſſe ad mortem.*

7 Imò, ἀλλά. Vulgata & Eraſmus, Sed. Quam coniunctionem etiam nonnulli ita explicant quaſi ſit obiectio aduerſus id quod inficiatus erat Apoſtolus, vt etiam accipitur infrà, verſu 13, eadem particula. Atego contrà non dubito quin ſit argumentum à contrariis ſumptum, quaſi diceret Apoſtolus, Imò tantum abeſt vt ſit peccatum, id eſt peccatum gignat aut foueat, vt contrà nihil æquè aduerſetur peccato. Ea enim vna eſt quæ illud alioquin latens prodit ac detegit: quòd ſi inde irritatum peccatum in rabiem feratur, ac multo magis ſæuiat ꝙ antea, quorſum hoc Legi imputetur, quæ, quod vnum potuit, hoſtis inſidias detexit? Cupiditatem, τὴν ἐπιθυμίαν. Nudam cupiditatem intellige. Nam prauas cupiditates Lex etiam naturæ, quanuis obſcurè, tamen ſatis acriter damnat. Delegit autem illud Apoſtolus in quo natiua illa labes veluti ſedem poſuit, vnde tyrannidem exerceat: quam ne ſuſpicari quidē philoſophia potuit. Hoc conſiderent Sophiſtæ qui Paulum putant nihil amplius quàm de abolitis ceremoniis differere.

8 Sumpta, λαβοῦσα. Vulgata & Eraſmus, Accepta: quod non placet propter ambiguitatem. Nam accipere declarat ab alio traditū capere, id eſt παραλαμβάνειν, vt docet Demoſthenes in oratione περὶ τῆς Αλοννήσου. Occaſionem autem excitandi cupiditates in nobis non præbet Lex, ſed vt non præbeat, arripit tamen peccatum. Genuit, κατειργάσατο. Vulgata, Operatum eſt Eraſmus verò rectius videtur Gignendi verbum vſurpaſſe, vt ſeruetur tranſlatio à coniugio ſumpta, non repugnante Græco vocabulo. Per illud mandatum, διὰ τῆς ἐντολῆς. Hæc perperam in nonnullis exemplaribus coniungi puto cum participio λαβοῦσα, quum potius pertineant ad κατειργάσατο, id eſt genuit. Ideo nonnihil mutaui in verborum collocatione. Cur autem articulū expreſſerim, dicam infrà, verſu 11. Eſt mortuum, νεκρά. Vulgata & Eraſmus ſubaudiunt ὤν, erat: ego verò doctiſſimo interpreti aſſentior, qui mauult theſin eſſe, cui deinde ſuum exemplum accommodet. Cæterùm quid Paulo ſignificet mortuum peccatum, apparet tum ex antitheſi ſuperioris verſiculi, tum ex iis quæ ſequuntur: nempe quod in nobis quidem eſt, ſed non agnoſcitur pro peccato, neque ita furit vt ſolet poſt Legis cognitionem: quamobrem etiam Paulus omnem concupiſcentiam dixit, non quòd ante Legis perceptionem nulla eſſet concupiſcentia, ſed quòd velut nulla eſſet, aut certè non tanta ſentiretur: vt annotauit multis in locis Auguſtinus. Itaque fallitur Origenes qui hæc accipit de lege naturali, quum in propoſito exemplo Non concupiſces, maneat Apoſtolus. Et in eo rurſus grauiſſimè peccat quòd mortuum peccatum dici putat quaſi non imputetur. Imò verò hæ tenebræ ſunt ab hæreditaria corruptione, & in omnibus meritò puniuntur in quibus non operiuntur Chriſti iuſtitia.

9 Ego enim, ἐγὼ δέ: id eſt ἐγὼ γάρ. Sæpe enim δὲ pro γὰρ apud idoneos etiam authores legitur, vt doctiſſimus Budæus obſeruauit, & hoc exemplum conſtat probationis loco ſubiici ſuperiori theſi.

Viuus eram ſine Lege, ἔζων χωρὶς νόμου. Dexterè explicandum eſt hoc Paulinum dicendi genus, quatenus videlicet Legem ignoramus. Nam alioquin nobis etiam ignorantibus poſita eſt Lex. neque nos iuris ignorantia coram Deo excuſat, quum à peccato manet, non à natura. Sic quoque loquitur de mandato quaſi tum primùm aduenīat quum illud intelligimus. Verti autem ἔζων Viuus eram, potius quàm Viuebam, vt ſibi conſtet antitheſis ſequēs. Neque enim tantùm dicere voluit Paulus ſe olim vixiſſe aliquandiu ſine Lege, id eſt Legis cognitionem non habuiſſe, ſed potius ſe eo tempore viuum fuiſſe quo Legem nō cognouit: id eſt ſibi viſum eſſe viuere, nempe quòd non ita turbaretur eius conſcientia quū morbum ſuum ignoraret maxima ex parte. Aduētu mandati, ἐλθούσης τῆς ἐντολῆς. Intellige, Legē dici veniſſe, quā ab eo cœpit intelligi. Erat enim ei antea quaſi abſens, quum eius vim adhuc Phariſæus non intelligeret. Reuixit, ἀνέζησεν. Si reuixit, ergo mors illa cuius antea meminerat, potius ſopor fuit quàm mors. Quòd ſi ita eſt, quomodo ſeſe antea dixit viuum fuiſſe? Nēpe quum omnes in peccatis, ac proinde mortui naſcamur, hæ formulæ accipiuntur non ſimpliciter, ſed quadantenus: puta ſi priſtinæ vitæ conditio ſub Legis ignoratione, conferatur cum eo tēpore quo vixit in cognitione Legis, literæ, inquam, non Spiritus. Malo igitur legere ἀνέζησεν ꝙ ἔζων, vt legitur in Complutenſi editione, depraua ta (vt ſuſpicor) lectione ab aliquo qui timuerit ne hæc fauerent μετεμψυχώσει Pythagoreorum.

10 Mortuus ſum, ἀπέθανον. Hic diſtingue mortem in peccato ſeu per peccatum (dē qua hic agit & Eph. 2.a.1) à mortificatione peccati, quæ pars eſt noſtræ viuificationis.

11 Per illud

Ἡ γὰρ ἁμαρτία ἀφορμὴν λαβοῦσα διὰ τῆς ἐντολῆς, ἐξηπάτησέ με, καὶ δι' αὐτῆς ἀπέκτεινεν.

11 Nam peccatum occasione accepta seduxit me per illud mãdatum, & per illud occidit.

11 *Nam peccatum occasione acepta per mandatũ, seduxit me, & per illud occidit.*

Ὥστε ὁ μὲν νόμος, ἅγιος· καὶ ἡ ἐντολὴ, ἁγία καὶ δικαία καὶ ἀγαθή.

12 Itaque Lex ipsa quidẽ, sancta: & mãdatum illud, sanctũ, ac iustum & bonum.

12 *Itaque Lex quidem, sancta: & ma ndatum, sanctũ & iustũ & bonũ.* 1.Tim.1.b.8

Τὸ οὖν ἀγαθὸν, ἐμοὶ γέγονε θάνατος; Μὴ γένοιτο· ἀλλὰ ἡ ἁμαρτία, ἵνα φανῇ ἁμαρτία, διὰ τοῦ ἀγαθοῦ μοι κατεργαζομένη θάνατον, ἵνα γένηται καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς.

13 Ergo quod bonum est, mihi factum est mortiferum? Absit: imò peccatũ *mihi factum est mortiferum:* quũ, vt proderetur esse peccatũ, mihi per id quod bonum est, gigneret mortẽ, id est vt ipsum fieret summè peccans per illud mandatum.

13 *Quod ergo bonum est, mihi factũ est mors? Absit. sed peccatum, ut appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortẽ: ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum.*

Οἴδαμεν γὰρ ὅτι ὁ νόμος πνευματικός ἐστιν· ἐγὼ δὲ σαρκικός εἰμι, πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν.

14 Scimus enim Legem esse spiritualem: at ego carnalis sum, vẽditus vt subiicerer peccato.

14 *Scimus enim quòd Lex spiritualis est, ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato.*

Ὃ γὰρ κατεργάζομαι, οὐ γινώσκω· οὐ γὰρ ὃ θέλω, τοῦτο πράσσω, ἀλλ' ὃ μισῶ, τοῦτο ποιῶ.

15 Quod enim perpetro, non agnosco. non enim quod volo, hoc ago, sed quod odi, hoc facio.

15 *Quod enim operor, non intelligo. non enim quod volo bonũ, hoc ago sed quod odi, illud facio.*

Εἰ δὲ ὃ οὐ θέλω, τοῦτο ποιῶ, σύμφημι τῷ νόμῳ ὅτι καλός.

16 Si verò quod nolo, hoc facio, consentio Legi quòd bona sit.

16 *Si autem quod nolo, illud facio, consentio Legi quoniam bona est.*

11 Per illud mandatum, διὰ τῆς ἐντολῆς. Hæc iterum connecto cum verbo ἐξηπάτησεν, fefellit.

11 Et mandatum illud, καὶ ἐντολή. Nisi hoc referas ad exemplum mandati. Non concupiſces, (quod vnũ, vt antè dixi, aptiſſimum erat Pauli inſtituto) odioſa erit ἐπιλεξία, & minimè conueniens Paulo. Ideo vbique putaui exprimendum articulum.

13 Mortiferum, θάνατος; Id eſt, Mortis meæ culpam ſuſtinens Vulgata & Eraſmus, Mors. Ego verò mallui per adiectiuum interpretari hoc in loco, vt magis perſpicua eſſent quæ ſequuntur. Imò peccatum *mihi factum eſt mortiferum, ἀλλ' ἡ ἁμαρτία.* Vulgata, Sed peccatum. Eraſmus rectius, Imò peccatum, ſupple, mihi factum eſt mors: quod quanuis per ſe facilè ſubaudiatur, tamen perſpicuitatis gratia à me fuit expreſſum. Nam qui ſequentibus adiungunt, coguntur κατεργαζόμενον interpretari operatũ eſt, pro κατειργάσατο: quæ enallage poſſet quidem vtcunque excuſari, ex Hebræorum idiotiſmo, de quo diximus Act.16.c.20: ſed tamen nullo modo eſt neceſſaria, quum plana ſint omnia ſi Græci contextus veſtigia ſequamur. Tranſfert enim Apoſtolus culpã omnem mortis à Lege in peccatum, ſubaudiens id quod eſt in quæſtione attributum, vt in reſponſionibus fere fieri ſolet. Veluti ſi dicas, Num hæreticus aliquis ſcripſit hanc epiſtolam, & ego reſpõdeã, Abſit: imò Paulus, vt eleemoſynas Achaiæ in Iudæa perferret, proficiſcẽs Hieroſolymã, ſubauditur, Scripſit hãc epiſtolã. Additur autẽ participiũ κατεργαζόμενον, id eſt dũ gignit, ſiue gignẽdo: vt oſtẽdatur quomodo factũ ſit mortiferũ peccatũ.

Vt proderetur *eſſe* peccatum, ἵνα φανῇ ἁμαρτία. Id eſt, Vt peccatum ſe oſtenderet eſſe peccatum: nempe vt proderet ſe id eſſe quod eſt reuera. Nam antea quaſi mortuum delitescebat. itaque ἁμαρτία poſteriore loco eſt attributum, & in Græcis ſubauditur participium ὄν, quod expreſſimus. *Id eſt* vt ipſum fieret, ἵνα γένηται ἁμαρτία. Exponit quid illud ſit quod vno verbo dixerat, Vt proderetur *eſſe* peccatum. Ideo addidi particulam explanatiuam, ſicut plurimis locis neceſſariò faciendum fuit, ac præſertim in Iohanne. Deinde pro eo quòd ex Hebræorum idiotiſmo repetitur antecedens ἁμαρτία, ſubſtitui relatiuum. Summè, καθ' ὑπερβολὴν. Id eſt, Quammaximè explicatis omnibus ſuis viribus. Vulgata & Eraſmus, Supra modum, obſcurè, vt mihi videtur.

Peccans, ἁμαρτωλὸς. Ad verbum, Peccator. Loquitur enim de peccato tanquam de violento quodam tyranno, per proſopopœiam. Alibi autem annotauimus ἁμαρτωλὸν dici qui peccandi velut artem factitet, ita vt ſibi velut habitum quendam compararit. Ad ipſum igitur peccandi morbum ſi hoc transferas, perinde erit actũ ſceleſtum ſcelus dicas. Eſt autem ἁμαρτωλὸς pro ἁμαρτωλὴ poſitum, vt αὐθέντης pro αὐθεντία, ſuprà, 1.c.10.

14 Spiritualẽ, πνευματικός. Spiritum Paulus ſuo more carni opponit, id eſt cælestem & integram naturam terrenæ, ſiue peccati iugo mãcipatæ. Inde fieri dicit vt peccatum per Legem irritetur. Eam autem eſſe noſtram naturam probat etiam in regeneratis, ſuo exemplo: nedum vt alia ſit non regeneratorum natura. ſimúlque hac occaſione oſtendit quis ſit Legis vſus ſub gratia, & quatenus diremptum ſit priſtinum illud coniugium. Caſtellio ἐγκαὸν conuertit Humanum: quàm rectè, ipſe viderit. Mihi quidẽ videtur Carnis nomẽ multo melius declarare quæ ſit hominis natura, nec is eſſe velim cui Paulinæ iſtæ formulæ diſpliceant: quibus nihil vſquã grauius aut expreſſius inueniri poſſe puto. Origenis ineptias mitto, qui Spiritus nomine ſuas allegorias intelligit. Venditus vt ſubiicerer peccato, πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν. Siue, Mancipatus ad ſeruiendum peccato. Vulg. Venundatus ſub peccato. Eraſ. Venditus ſub peccatũ. Vterque nimium obſcurè. Deeſt enim aliquid explendæ ſententiæ antè præpoſitionem ὑπὸ. vt Act.7.b.9, dicitur Ioſeph venditus in Ægyptũ, id eſt vt abduceretur in Ægyptum.

15 Non agnoſco, οὐ γινώσκω. Id eſt nõ approbo. Eraſ. Nõ probo, οὐ δοκιμάζω, ambiguè. Tã enim ſignificat explorare q̃ cõprobare. Vulg. Nõ intelligo. Nam etiã Chryſoſtomus ad intelligentiã iſta refert, quaſi vertigine quãdã peccati obrutã. Atqui de voluntatis iudicio eſſe potius accipienda liquet ex eo quod ſequitur. Dixiſſet enim Apoſtolus, Non quod intelligo, facio, ſed quod ignoro, hoc facio. Poni autem interdum Noſcere pro Agnoſcere (id eſt approbare & gratum habere) ſatis conſtat, vt Pſal.1.b.6, & Mat.7.d.23.

Νυνὶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ κατεργάζομαι αὐτό, ἀλλὰ ἡ οἰκοῦσα ἐν ἐμοὶ ἁμαρτία.

17 Nunc itaque nō amplius ego id perpetro, ſed peccatū quod in me habitat, *id perpetrat.*

17 *Nunc autem iã nō ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum.*

Οἶδα γὰρ ὅτι οὐκ οἰκεῖ ἐν ἐμοί (τοῦτ' ἔστιν ἐν τῇ σαρκί μου) ἀγαθόν· τὸ γὰρ θέλειν παράκειταί μοι, τὸ δὲ κατεργάζεσθαι τὸ καλόν, οὔ·

18 Noui enim non habitare in me (id eſt in carne mea) bonū. nam velle adeſt mihi, ſed vt quod bonū eſt, perficiam, non aſſequor.

18 *Scio enim quia non habitat in me hoc eſt in carne mea) bonum. nam velle adiacet mihi, perficere autem bonum, non inuenio.*

Οὐ γὰρ ὃ θέλω ποιῶ ἀγαθόν· ἀλλὰ ὃ μὴ θέλω κακόν, τοῦτο πράσσω.

19 Non enim facio bonū quod volo: ſed malum quod nolo, hoc ago.

19 *Nō enim quod volo bonum, hoc facio: ſed quod nolo malum, hoc ago.*

Εἰ δὲ ὃ οὐ θέλω ἐγὼ τοῦτο ποιῶ, οὐκέτι ἐγὼ κατεργάζομαι αὐτό, ἀλλὰ ἡ οἰκοῦσα ἐν ἐμοὶ ἁμαρτία.

20 Quòd ſi id facio quod ego nolo, non amplius ego id perpetro, ſed peccatū quod in me habitat, *id perpetrat.*

20 *Si autē quod nolo, illud facio, iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum.*

Εὑρίσκω ἄρα τὸν νόμον τῷ θέλοντι ἐμοὶ ποιεῖν τὸ καλόν, ὅτι ἐμοὶ τὸ κακὸν παράκειται.

21 Comperio igitur volenti mihi facere bonum hanc legem *impoſitam eſſe*, quòd mihi malū adiaceat.

21 *Inuenio igitur legem volenti mihi facere bonū, quoniam mihi malū adiacet.*

Συνήδομαι γὰρ τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον·

22 Delector enim Lege Dei quod ad interiorē hominem:

22 *Condelector enim Legi Dei ſecundum interiorem hominem:*

17 Nunc itaque, νυνὶ δέ. Vulgata & Eraſmus, Nunc autem. Ego puto illationem eſſe ex ſuperioribus naſcentem. Peccatum, ἁμαρτία. Quidam vitioſitatem conuertit, id eſt κακίαν, nec id prorſus malè, quanquam mallem Pauli verbum retinere, quo fons huius vitioſitatis ſimul aperitur. Quoniam autem peccatum in Latino ſermone eandem habet recti & ſexti caſus terminationē, ideirco totam conſtructionem ſuppleui, vt ambiguitatem vitarem.

18 Vt perficiam, τὸ κατεργάζεσθαι. Eraſmus, Vt faciam. Mihi videtur aliquid amplius ſignificare verbū compoſitum quàm ſimplex ἐργάζεσθαι. Nam aliquo tenus progrediuntur regenerati, ſed ita tamen vt longè adhuc abſint à meta, & cuiuis potius quàm ſibiipſis placeant. Itaque κατεργάζεσθαι in laude poſitum cōuerto Perficere: in vitio, Perpetrare. Non aſſequor, οὐχ εὑρίσκω. Vulgata & Eraſmus, Non inuenio. Vide ſuprà, 4. 2. 1. Citant hos locos Sophiſtæ probando libero arbitrio: quos ego ad Auguſtinum ablego, apertè tandē profiteor (nam hoc non intellexerat initio) iſta in eum demum conuenire quem gratia Dei innouauit. Et ſanè ita eſt. nam vbi non eſt Spiritus, quæ tandem erit carnis luctat

21 Hanc Legem eſſe, τὸν νόμον. Nulla eſt eclipſis magis vſitata quàm verbi ſubſtantiui: quod ſi ſubaudias, (vt nos fecimus) plana ac perſpicua erit concluſio ex præcedenti ſermone nata. Nam hæc verba ὅτι ἐμοὶ τὸ κακὸν παράκειται, quòd mihi malum adiaceat, ponūtur αἰτιολογῶς, & explicant quænam ſit illa lex cui ſe obnoxium eſſe reipſa comperit, quoties voluit facere quod bonum eſt. Hoc enim explicandum fuit omnino, quoniam non ſolet legis vocabulum in ea ſignificatione poni ſine adiectione aliqua, vt lex carnis, peccati, membrorum, mortis. Additúſque eſt articulus vt certa quædam lex ſignificaretur, ea nimirum quam ſtatim erat explicaturus. Itaque maioris perſpicuitatis cauſa τὸν νόμον reiecit in poſteriorem locum. Mirum eſt autem ac penè incredibile quomodo ſeſe Græci præſertim interpretes hîc torſerint, inter quos etiam non puduit Origenem dicere coniunctiones redundare, vel non ita adhibitas vt oportet. Eius deinde veſtigia ſequutus Eraſmus ſcripſit Paulum hoc ſermone balbutiſſe: quum ipſe (dicam enim quod res eſt) potius ineptiat. Deſcripſi igitur varias illas interpretationes ordine, neque refutationes putaui adiiciendas, partim necui fiat præiudicium, partim quòd mihi quidem videantur refutatione non indigere. Quid enim hoc modo peruertere non liceat Hæc ergo eſt Origenis, omnia perturbantis, Igitur quia malum adiacet, volens facere bonum, inuenio Legem Dei, & condelector, &c. id eſt, ὅτι ἄρα τὸ κακὸν παράκειται, θέλων ποιῶν τὸ καλὸν, εὑρίσκω τὸν νόμον, τὸν αὐτὸν δηλαδὴ αὐτῷ, &c. Hæc eſt Theophylacti ex Chryſoſtomo, Inuenio ergo Legem *fauentem* mihi volenti quod bonum eſt facere, *ſed non facienti*, eo quòd mihi malum adiacet. Item altera, Inuenio igitur Legem *nemini aliteri eſſe miſi* mihi volēti, &c. vt in ſuperiore. Hæ ſunt verò Photii in Græcis ſcholiis citati, Inuenio Legem *eſſe in bonum* mihi volenti facere quod bonum eſt, *ſed ſimiliter inuenio* malum mihi adiacere. Itē alia, Inuenio Legem (id eſt, Didici quæ ſit Legis vis & natura, & quàm mihi nihil poſſit prodeſſe) quia mihi volenti facere quod bonum eſt, adiacet malū. Item alia, Inuenio igitur mihi volenti ſecūdum Legem facere quod bonum eſt, quòd mihi malum adiacet. Item alia, Inuenio igitur Legem (quia malum mihi adiacet) mihi quod bonum eſt facere volēti, *opitulari*: ita videlicet vt ēa cauſam reddat cur ſocietate Legis indigeat. Hæ verò ſunt Eraſmi, Inuenio igitur Legem, quum facere conor quod bonū eſt, *facere ne intelligam* quòd malum (id eſt peccandi fons & origo) adiacet mihi, id eſt in meipſo eſt, non in Lege. Item hæc quoque, Reperio igitur *per* Legem volenti mihi facere bonum, quòd mihi malum adiunctum ſit.

22 Interiorem hominem, τὸν ἔσω ἄνθρωπον. Interior & nouus homo (qui & Spiritus dicitur) nō dubium eſt quin idem declarent apud Paulus: quod fatebitur quiſquis iſta & Eph. 3. c. 16, cōparārit cum Col. 1. b. 9 & 10. Huic autem opponitur exterior ſeu vetus homo, qui & carnis & membrorum appellatione intelligitur. Sed hoc diligenter notandum eſt, quod veteres plerique, ac præſertim Græci à Pelagianis non vexati, non ſatis attentè conſiderarunt, nempe hoc diſcrimen hominis interioris & exterioris, ſpiritus & carnis, non conſiſtere in diſtributione facultatum hominis, quaſi ſpiritus & interior homo mētem ac rationem, caro verò & exterior homo (qui etiam Membrorum nomine intelligitur) reliquas duntaxat inferiores partes complectatur, quas philoſophi ἀλόγους vocant. Philoſophica enim hæc eſt non Chriſtiana partium hominis diſtributio. Vocat igitur Spiritus Dei carnem ſeu mēbra ſeu exteriorē hominē, quicquid eſt in homine vel intus vel foris à capite ad calcem, quatenus quidem homo non eſt gratia Dei regeneratus: idque vel ex eo liquet quòd diſertè Apoſtolus inter corruptiſſimas partes mentem numerat, ſuprà, 1. d. 28, & 1. Tim. 6. b. 5, & 2. Tim. 3. b. 8, & Tit. 1. d. 15, itē

Eph.4.f.13, vult renouationem ad Spiritum vſq; mẽtis pertinere. Denique res ipſa oſtẽdit nihil æquè reluctari Spiritui atque humanæ prudentiæ ac rationis tenebras. Ex his autẽ viciſſim intel igitur quid vocabulũ Spiritus carni oppoſitum, ſeu interior ac nouus homo declarent.

Βλέπω δὲ ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου, καὶ αἰχμαλωτίζοντά με ἐν τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας τῷ ὄντι ἐν τοῖς μέλεσί μου.	23 Sed video ᵛaliam legem in membris meis rebellãtem ᵛlegi mentis meæ, & captiuũ reddentem me legi peccati, quæ eſt in membris meis.	23 *Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati quæ eſt in membris meis.*
Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος· τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου;	24 ᵛMiſer ego homo: quis me eripiet ᵛ ex iſto corpore mortis?	24 *Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius?*
Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Ἄρα οὖν αὐτὸς ἐγὼ τῷ μὲν νοὶ δουλεύω νόμῳ Θεοῦ, τῇ δὲ σαρκὶ νόμῳ ἁμαρτίας.	25 ᵛGratias ago Deo per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrũ. ᵛNempe igitur ipſe ego mente quidem ſeruio Legi Dei, carne verò legi peccati.	25 *Gratias Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Igitur ego ipſe mente ſeruio Legi Dei, carne autem, legi peccati.*
Κεφάλαιον η ζ	CAP. VIII.	CAP. VIII.
Οὐδὲν ἄρα νῦν κατάκριμα τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα.	1 NVlla igitur nunc eſt condemnatio iis ᵛqui ſunt in Chriſto Ieſu, ᵛid eſt qui non ᵛſecundũ carnem incedunt, ᵛſed ſecundũ Spiritum.	1 *Nihil ergo nunc damnationis eſt iis qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundũ carnem ambulant.*

23 Aliam legem in membris meis, ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου. Paulus allusione quadam, Legis vocabulum tribuit imperiis & quaſi edictis tum peccati, tum membrorum, id eſt tum corruptæ illius naturæ, tum cupiditatum ex illa naſcentium, quas vocauit affectiones peccatorum: quibus opponit Legẽ Dei, quæ propriè ſic dicitur, & legem mentis cum ea conſentientis. Legi mentis meæ, τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου. Impoſuit fortaſſis hic locus iis qui per interiorem hominem putarunt ſuperiores animi partes ſignificari: ſed ii cogitare debuerant, mentem ab Apoſtolo non conſiderari ſimpliciter, vt ipſi faciunt, ſed quatenus oppoſita eſt mẽbris, quia Legi Dei conſentit: quod in ſolis regeneratis accidit. Idque ita eſſe vel ex eo liquet quòd idem noſter Paulus alibi quandam diſertè nominat mentem carnis, Col.2.d.18. quam etiam vocat φρόνημα σαρκὸς infrà, 8.b.7.

24 Miſer, ταλαίπωρος. Id eſt Ærumnoſis, & perpetuis pugnis fatigatus. Nam alioquin miſer pro innocente accipitur. Vulgata, Infelix, quam verſionem planè repudio. Ex iſto corpore mortis? ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; Eraſmus, Ex hoc corpore morti obnoxio: cui in eo aſſentior & τούτου maluerit ad corpus quàm ad mortem referre, ſicut retulit Vetus interpres. Sed corpus mortis dicere malui ad verbũ, quàm corpus mortis obnoxium, quòd hic Hebraiſmus mihi quidem videatur multo ἐμφατικώτερος. Sic enim Paulus per corpus deſignat carneam iſtam corporis molem: vt ſimul ſignificet nos in nobis ipſis nihil aliud eſſe quàm maſſam quandam peccati ac mortis, vnde exoptat liberari.

25 Gratias ago, χάρις τῷ Θεῷ. Vulgata, Gratia Dei, χάρις τοῦ Θεοῦ, repugnantibus omnibus noſtris codicibus, niſi quòd in vno legimus χάρις δὲ τῷ Θεῷ, Sit autem Deo gratia. Apparet autem depravatã eſſe lectionem ab iis qui hæc ita expoſuerunt, quaſi complectantur reſponſionem ad ſuperiora. Atqui in ſuperioribus non interrogat Paulus, ſed ſuſpirat potius: deinde ſe colligit, & ſe acquieſcere ſignificat in ea ſpe quam habeat in Chriſto Ieſu fundatam. Quòd autem quædam exẽplaria habent χάρις τῷ Θεῷ, id eſt gratia ſit Deo, nihil prorſus mutat in ſententia. Nempe igitur ipſe ego ἄρα οὖν αὐτὸς ἐγώ. Sic rectè Vetus interpres, niſi quòd præteriit particulam Nempe. Eraſmus, Itaque idem ego, quaſi ſcriptum ſit ἀυτὸς ἐγώ, quum illud ſit multo ἐμφατικώτερον. Sic Terentius, Egomet rapui, ipſe egomet ſolui argentum. Mirum eſt autem, quum tam expreſſè teſtetur Apoſtolus ſeſe de ſeipſo loqui, in quo omnes ſerui Dei tanquã in ſpeculo ſeipſos intueantur, ne ſibi nimium placeant, tamen Origenem potuiſſe in hunc locum ſcribere, iſta non conuenire Apoſtolo: quaſi nimirũ indigna ſint tanto Chriſti ſeruo: ac non potius ipſe non intellexerit quod veriſſimè & elegantiſſimè dixit Auguſtinus, ſiqua hic eſſe poteſt fidelium perfectio, in eo poſitam eſſe vt ſe imperfectos eſſe agnoſcant. At cõtrà Origenes putat hæc dici in aliena perſona, eius nimirum qui gratiæ diuinæ nondum particeps, luctetur adhuc cum carnis affectibus, illis impar: & nequid ſalui ſupereſſet quod iſte non corrumperet, ad aliam perſonam refert exclamationem, Miſer ego homo, &c. ad aliam, ſermonem gratias agentis Deo. quam expoſitionem quis non impuram, deformem, violentam eſſe videt? Et tamen ſunt qui putant Apoſtolum non ſuſpirare in ſua perſona, tanquam liberandum, ſed rãquam liberatum gratias agere: quod ego quum legerem, ſanè fateor me exhorruiſſe. Quanto verò rectius Auguſtinus iſta exponit de Paulo, & fidelibus omnibus in ipſius perſona repræſentatis? Nam certè ita eſt, & qui hoc non nouit, nondum ſeipſum nouit. Eſt autem planè miſerabilis in hunc locum Eraſmi oratio, qui ab Origene ſuo faſcinatus, putat hæc potius ab Auguſtino torqueri, quum magis, inquit, conueniat Paulum humani generis perſonam in ſe recipere, in qua eſt ethnicus exlex, Iudæus carnalis ſub Lege, & ſpiritualis per gratiã liberatus. At ego prorſus neſcio quid ſit Scripturas penitus peruertere, ſi hoc non eſt.

IN CAPVT VIII.

1 Qui ſunt in Chriſto Ieſu, τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Eraſ. Iis qui *ſunt inſiti* in Chriſto Ieſu. Ego malui ad verbum interpretari, quum per ſe ſatis plana ſit ſententia. Id eſt qui non ſecundum carnem, μὴ κατὰ σάρκα. In pleriſque codicibus poſt Ἰησοῦ additur diſtinctio, & quidem rectè, vt opinor: perinde acſi ſcriptum ſit τοῖς μὴ

κατὰ σάρκα. Ita enim eſt multo vberior ſententia, & eiuſmodi eclipſin articuli ſæpe iam annotauimus, cuius exemplum etiam alterum eſt in proximo verſiculo. Hoc igitur additum eſſe non dubito pro definitione eorum qui ſunt in Chriſto, à conſequentibus & neceſſariis ſignis ſumpta, vt declaratur 1. Iohan. 1. c. 6 & 7, & 2. a. 5 & 6. Et eorum interpretationem non facilè admiſerim qui ſine diſtinctione iſta connectunt. Secundum carnem, κατὰ σάρκα. Id eſt, carnem tanquam ducem ſequuti, vt dixit Cicero ſecundum naturam viuere. Nam qui Spiritum ſequitur ducem, quantùis interdum à carne quaſi pertractus, extra viam veſtigium ponat, ſecundum carnem viuere non dicitur. Vocat autem carnem vniuerſam hominis naturam, vt corrupta excidit à priſtina dignitate, ſicut alibi diximus aliquoties. Cui opponitur Spiritus, eadem videlicet inſtaurata per Spiritum Dei. Et quod attinet ad verbum φρονεῖν, ſæpe iam annotauimus illud reſpondere verbo חשב, quo ſignificatur tota vitæ ratio, ac veluti hominis inceſſus, tantiſper dū huius vitæ curriculum conficit. Sed ſecundum Spiritum, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα. Hoc totum deeſt hoc loco in quibuſdam exemplaribus. 5 10

Ὁ γὰρ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἠλευθέρωσέ με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου.

2 Nam Lex Spiritus vitæ qui eſt in Chriſto Ieſu, liberauit me à lege peccati & mortis.

2 *Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu, liberauit me à lege peccati & mortis.*

Τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκός, ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας, κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί.

3 Quum enim Legis impotentia nihil poſſet in carne, Deus ſuo ipſius Filio miſſo cōformato carni peccato obnoxiæ, idque pro peccato, condemnauit peccatum in carne.

3 *Nā quod impoſſibile erat Legi in quo infirmabatur per carnē, Deus Filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati. & de peccato damnauit peccatum in carne.*

2 Lex Spiritus vitæ, ὁ νόμος τοῦ Πνεύματος τῆς ζωῆς. Legis vocabulum latè patere apud Paulum, multis iam locis oſtendimus, ac præſertim ſuprà, cap. 3. verſu 27. Hîc quidem per Legem nihil aliud ſignificari puto q̄ ius & authoritatem, cui opponitur tyrannis peccati ac mortis ex peccato promanantis. Sed & Spiritus appellatio quid cōprehendat, & cur epitheτū vitæ (id eſt vitalis ſeu viuifici) adiiciatur, ex contraria antitheſi apparet. Itaq; Legē Spiritus vitæ, nec Legem fidei, cū Ambroſio, nec propriè ipſum Spiritū ſanctū per eū Chryſoſtomo, ſed eius potius efficaciam (vt in ſuperiore verſiculo) qua peccatum ipſāque adeo mors mortificatur, denique regenerationis gratiam intelligo, cui opponitur carnis corruptio. Et hactenus quidem non dubito quin mecum faciant quicunque hunc locum propius inſpexerint: ſed in huius regenerationis cōſideratione peculiare quiddam ſpectandum puto, de quo proxima annotatione dicam. Qui eſt in Chriſto Ieſu, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Eraſ. Per Chriſtum Ieſum: quam verſionem cur omnino repudiarē, cauſas (ni fallor) neceſſarias habui. Nam hac ratione oporteret iſta potius connecti cum verbo ἠλευθέρωσεν, contra omnium codicum fidem. Deinde ſi ita expoſueris, videbitur Apoſtolus differere de regenerationis gratia, quæ in nobis eſt per Chriſtū inchoata: cui ſanè tribus hoc non poteſt, quòd nulla ſit in nobis condēnatio. Explico igitur iſta de reliqua iuſtificationis noſtræ parte, quæ conſiſtit in ſanctificatione ipſa Ieſu Chriſti nobis imputata: vt opponat Apoſtolus Legem Spiritus vitæ, quæ in Chriſti carne eſt perfecta & abſoluta, noſtræ illi, quæ quum in nobis ſit duntaxat inchoata, (vt ſuperiore capite expoſuit) nō poteſt ſalutis noſtræ cauſa, ſed teſtimonium potius dici. Itaque non dubito quin præpoſitio ἐν ſeruanda ſit, & ſupplēdus articulus, perinde ac ſi ſcriptū ſit, τῷ Πνεύματι τῆς ζωῆς τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Liberauit me, ἠλευθέρωσέ με. Hoc certè videtur dici non poſſe de regeneratione in nobis inchoata: ſanctificationi autem Chriſti nobis imputatæ ita propriè conuenit vt nihil ſuprà. A lege, ἀπὸ τοῦ νόμου. Eraſmus, A iure, quum in ſuperiore membro vti maluerit legis vocabulo: quod & ego amplecti malui, quia Paulus tacitè videtur ad Legem Dei alluſiſſe, vt apparet ex conſequentibus.

3 Quum enim, ὃ γὰρ. Hæc eſt, opinor, ſimpliciſſima & appoſitiſſima explicatio huius formulæ: cuius traiectio non modò non eſt aſpera, ſed etiam elegans, vt mihi videtur, ſicut & illa prorſus ſimilis quam vſurpat infrà, 11. d. 31, & 11. 2. 3. Multò certè minus aſpera eſt quàm illæ à nobis obſeruatæ Ioh. 8. d. 25, & 15. b. 10, & Act. 1. a. 1, & 1. Ioh. 2. d. 14. Vulg. In quo, obſcurè quidem, propter traiectionē, ſed tamē ſalua manente ſententia. Eraſ. Ea parte qua, vel quatenus, vt ὃ poſita ſit pro κατὰ: quam interpretationem repudio nō modò vt coactam ac detortam, ſed etiam vt Pauli ſententiæ atque adeo veritati repugnantem ex diametro: tum propter falſam illam & verè Origenicam diſtinctionem Legis in carnē & ſpiritum, (de qua paulo pòſt dicemus) tum etiā quia (vt ſemel dicamus) quicquid in hoc argumēto Legi tribuis, Chriſto detrahis. Quid ſi verò cōuerteras, Eo quòd? Hæc verò ſententia mihi non diſplicet, quæ vel nihil vel certè parum à noſtra interpretatione diſſidet, & aliquo etiam exemplo cōfirmari poteſt, quum ſic prorſus ὃ ſæpe vſurpetur Heb. 2. d. 18. Vnum tamen me remorator, nempe quia (ſi ita explices) videbitur pendere τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμου, vt mox dicemus. Legis impotentis, τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμου. Impotentiæ nomen ſic vſurpauit Terentius in Adelphis. Nihil autem aliud iſta declarant ἀδύνατος νόμος, id eſt impotens lex, vt hoc eodem capite, v. 19, ἡ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως, expectatio creaturæ, pro ἡ ἀποκαραδοκοῦσα κτίσις, creatura expectans, & Heb. 7. c. 19, ἐπεισαγωγὴ κρείττονος ἐλπίδος, ſuperintroductio ſpei melioris, pro ἐπεισαγομένη κρείττων ἐλπίς, ſpes melior ſuperintroducta, ex Hebræorum idiotiſmo quem annotauimus Matth. 24. b. 15. Videtur tamen deinduſtria hoc modo loquutus Paulus vt Legem ipſam culpæ eximeret: cuius etiam impotentiam doceat à nobis proficiſci. Vulgata, Quod impoſſibile erat Legis quæ interpretatio conueniret ſi pro τοῦ νόμου ſcriptum eſſet τοῦ νόμῳ. Sic enim vſurpatur articulus τὸ apud Atticos, quum obliquis caſibus antecedentibus oratio recto caſu claudituri: vt apud Gregorium, τὸ πάσχειν ἡμᾶς τοῦ κακοῦ: id eſt ἃ ἡμᾶς πάσχειν τοῦ κακοῦ: & τὸ προσδέεσθαι, τὸ φαυλότατον, pro ἃ προσδέεσθαι, & ἃ φαυλότατα. Itaque (vt ad rem redeam) dicendum fuiſſet τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμῳ, vt explicare poſſemus. ὃ γὰρ Λέγει ἀδύνατον τῷ νόμῳ, quo modo etiam Demoſthenes περὶ στεφάν. Ὃ δὲ πάντων, inquit, καὶ φοβερώτατον ἐστὶ καὶ μάλιστα ὑμᾶς ἐγὼ δέδοικα, τοῦτο προσδοκῶντας πάντες ἔχθρας ὁ φόβος ἐξήνεγκεν. Eraſmus verò multo longius à Græcis recedens, vertit, Etenim quod Lex præſtare non poterat: & quia omnino ſibi perſuaſerat hæc poſita eſſe quarto caſu, ſuppleuit poſt ὁρμὰς ἁμαρτίας verbum Præſtitit, de quo mox dicemus. Nihil poſſet, οὐκ ἴσχυεν. Ἀσθενεῖν (vt alibi ſæpe) ſic etiam hoc loco, non ſignificat vires aliquas imbecillas, ſed prorſus nullas. Itaque non eſt quòd Sophiſtæ, ſtabilitā do ſuo libero arbitrio, abutātur Apoſtoli authoritate: nec rectè cōuertit Vetus interpres, Infirmabatur, nec

Eraſmus, Imbecillis erat. In carne, ἐν τῇ σαρκί. Id eſt ἐν σαρκί: vt ſuprà, 4.b.11, ἐν ἀκροβυστίᾳ pro ἐν ἀκροβυστίᾳ. Carnem autem vocat conditionem hominis non regenerati, cuius morbum poterat quidem Lex indicare, at non ſanare. Fuit autem hæc labes in Chriſti perſona pleniſſimè inſtaurata, quum ipſe eam aſſumeret non modò abſque vllo peccato, ſed etiam Spiritu non ad menſuram accepto. Vulgata & Eraſmus, Per carnem, admodum obſcurè. Sed quod ex Origene mutuatus eſt Eraſmus, id verò planè ineptum eſt, & Euangelii gloriæ plurimum detrahit. Diuidit enim Legem Origenes in carnem & ſpiritum, id eſt carnalem intelligentiam & ſpiritualem. quod quidem mihi placeret ſi Legis vmbras cum veritate compararet: ſed nihil tale ipſi in mentẽ venit, ex eò liquet quòd iſtam Legis impotentiam in eo totam collocat quòd impoſſibile fuerit Legis ceremonias ſecundùm carnem, id eſt ſecundum literam (vt loquitur) obſeruare. Quid enim, inquit, tam impoſſibile quàm Sabbathi obſeruatio ſecundùm literam Legis? Subiungit deinde de ſacrificiis & legibus lepræ, quas Iſrael nunquam potuerit implere: quaſi verò, quòd Lex dicitur à nobis præſtari non poſſe, non aliò reſpiciatur: aut quaſi de Legis præſtatione hic diſſeratur, ac non potius quæ ſit ipſius in natura noſtra ſanctificanda virtus. Certè qui ſic loquitur, non modò videtur non intelligere de quo hic agatur, ſed etiam Chriſti beneficium non habere perſpectum. Itaque hunc ſcriptorem vt prorſus impurum, ſemel nunc miſſum facio. Conformato, ἐν ὁμοιώματι. Id eſt (vt ego quidem exiſtimo) ἐν μορφῇ. Vulgata, In ſimilitudinem: quod videtur nimis dilutum. Eraſmus, Sub ſpecie, ambiguè. Nam & ipſe Marcion ſpeciem carnis fatebatur in Chriſto, at non veritatem. Ac fateor quidem hunc locum, quod ad qualitatem attinet, ſic à veteribus & recentioribus pleriſque explicari: quia reuera caro Chriſti non fuit peccato obnoxia, ſed huic noſtræ ſimilis quod ad ſubſtantiam, quum ſerui formam induerit Filius Dei. Sed quum noſter Apoſtolus Phil.2.a.7, eodem vocabulo vtatur, rei ipſius ſubſtantiam deſignans, malui Conformandi verbo vti. Nam qui formam dicit, ſimpliciter loquitur, quòd ὁμοίωμα ſit ex eorum genere quæ nonniſi comparatè dicuntur. Ego verò non vereor dicere Chriſtum aſſumpſiſſe carnem, id eſt naturam humanã, ex materia per ſe peccato obnoxia: ſed quam ab ipſo conceptionis momento pleniſſimè ſanctificarit, quum eam idcirco ſibi adoptaret vt peccatum in ea deſtrueret. Carni peccato obnoxiæ, σαρκὸς ἁμαρτίας. Id eſt, hominis naturæ quæ corrupta erat per peccatum, donec illam ſanctificaret. Vulgata ad verbum, Carnis peccati. Quidam vertit, Corpore ſontis ſimili. quam interpretationem vt affectatam repudio. Quidam alius, Carnem peccatricem interpretatur: quod non temere admiſerim. Quòd autem Eraſmus & quidam eum ſequutus ſuppleuerunt verbum Præſtitit, partim eo factum eſt quòd τὸ ἁμάρτιον putarunt quarto caſu poſitum, (in quo manifeſtè hallucinantur) partim verò quia ſequens membrum coniunxerunt cum κατέκρινε. itaque verbum aliquod neceſſariò requiri putarunt in ſuperiore membro. Idque pro peccato, καὶ περὶ ἁμαρτίας. Id eſt, Vt ipſum peccatum aboleret in carne noſtra: quod & factum eſt abeo quũ nos in ſeſe, in nouũ videlicet illũ hominẽ cõderet, vt ſcriptũ eſt Eph.2.c.15. Itaque fuit hoc adiiciendũ vt finis iſtius aſſumptionis carnis explicaretur. Vulg. & Eraſ. Et de peccato: quam particulam omnes fere interpretes connectunt cum κατέκρινε, ideóque in eius explicatione magnopere laborant. Alii enim exponunt, Deum de peccato (id eſt peccati) condemnaſſe peccatum in carne, quòd iniquè vim attulerit Chriſto: & fateor ſimilẽ conſtructionem inueniri Ioh.16.a.9. Sed hæc expoſitio (vt nihil aliud dicam) ſanè ſubtilis eſt potius quàm appoſita. Alii Peccati nomine ſentiunt victimam pro peccato, quam Hebræi ſimili ratione חטאת vocant, id eſt Chriſtum ipſum, ſignificari, & hunc locum comparant cum 2.Cor.5.d.21. Verùm aut ego prorſus fallor, aut præpoſitio περὶ nulla ratione poteſt hanc interpretationem admittere. Deinde non facilè mihi perſuaſerim de peccatorum expiatione hic agi. Eſt enim pars illa iampridem ab Apoſtolo explicata, adeo vt à verſu 11.cap.5, aliud argumentum ſit exorſus: quamobrẽ etiam non dixit Apoſtolus περὶ ἁμαρτιῶν, pro peccatis, ſed περὶ ἁμαρτίας, hoc nomine (vt mihi quidem videtur) naturam illam labem ſignificans quæ in carne noſtra hærebat, priuſquam Chriſtus illam aſſumptam plenè ſanctificaret. Itaque περὶ ἁμαρτίας prorſus exiſtimo pertinere ad participiũ πέμψας, additáque diſtinctione à cæteris ſeparari oportere. Nam præterquam quòd (ſi hanc lectionem ſequamur) neque confunderetur partium iuſtificationis explicatio, neque vllius vocabuli ſignificationem detorqueris, nititur etiam hæc diſtinctio authoritate Græcorum ſcholiorum, à quibus diſertè annotatur: & Epiphanii veteris & orthodoxi ſcriptoris, qui ſic diſtinguit κατὰ ἁμαρτίαν, niſi corruptus eſt codex. Περὶ autem pro ὑπὲρ ponitur nõ modò apud ſacros ſcriptores frequentiſſimè, vt Matth.9.d.36, & 26.c.28, & 1.Pet.3.d.18, ſed etiam apud alios diſertiores, vt norunt omnes in Græca lingua vel mediocriter verſati. Condemnauit, κατέκρινε. Id eſt, nullũ in nos ius habere declarauit. Nam imputata nobis Chriſti ſanctificatione, peccatum pro nihilo habetur, quatenus ſuperſint eius reliquiæ in nobis. In carne, ἐν σαρκί. Eraſ. Per carnẽ, Origenẽ ſuum ſequutus, qui de Chriſti perſona hoc intelligit. quum indefinitè ſignificet hominis naturã, in Chriſto capite in primis, deinde etiã in membris ipſius ſanctificatam: non tamen quatenus ſanctificata eſt in nobis inchoata, (alia enim adferenda eſt quum de iudicio Dei agitur) ſed quatenus in Chriſto perfecta, nobis, qui membra illius ſumus, per fidẽ imputatur: ſicut & peccatorum remiſſio & Legis impletio.

Ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα.	4 Vt illud ius Legis cõpleatur in nobis qui non ſecundũ carnem incedimus, ſed ſecundum Spiritum.	4 *Vt iuſtificatio Legis impleretur in nobis qui non ſecundũ carnẽ ambulamus, ſed ſecundũ Spiritũ.*
Οἱ γὰρ κατὰ σάρκα ὄντες, τὰ	5 Nã qui ſecũdũ carnẽ ſũt, quæ	5 *Qui enim ſecũdũ carnẽ*

4 Vt illud ius Legis, ἵνα τὸ δικαίωμα. Vulg. & Eraſ. Vt iuſtificatio Legis. Ego verò puto τὸ δικαίωμα declarare hoc etiam in loco, vt ſuprà, 1.d.25, ipſam Legis Dei ſubſtantiam, ſiue id ipſum quod requirit Lex, vt poſſimus iuſti & integri coram Deo inueniri. Nam quum ad peccatorum remiſſionem & impletionem iuſtitiæ acceſſit etiam hoc tertium, id eſt naturæ noſtræ integritas, (quæ omnia gratis conſequimur in Chriſto per fidẽ apprehenſo) vt in omnes facies ſe conuertat Satan, iuſti ſumus corã Deo etiam ex illa abſolutiſſima Legis formula. quamobrem etiam dixit Apoſtolus ſuprà, 3.d.31, ſe Legem non euertere, ſed ſtabilire. In nobis, ἐν ἡμῖν. Non dicit Apoſtolus ἐν ἐμοί, à nobis. Neque enim idcirco nulla in nobis eſt condemnatio quòd iuſtitia ſit in nobis inchoata: ſed quia in Chriſto ſumus, in quo plenè ſumus ſanctificati. Nam quod de imputata Chriſti ſanctificatione dicimus, ita accipiendum eſt vt ſciamus non idcirco nos ſanctos coram Deo haberi quòd Chriſti hominis integritas ſarciat quod noſtræ deeſt, ſed quòd ille nos in ſolidũ ſanctificauit in ſeſe in æternũ. Quorſum igitur, dices, illa iuſtitia in nobis per eundem Chriſtum inchoata? Nempe vt ſit teſtis nos in Chriſto eſſe, in quo omnia ſumus adepti. Ideo Apoſtolus admodum appoſitè ſubiicit quæ ad noſtræ illius in Chriſto cœptæ iuſtificationis vſum pertinent, vt intelligamus quod veriſſimum eſt, fruſtra de fide ac Chriſto apprehẽſo gloriari qui reipſa non oſtendant ſe Chriſti Spiritus eſſe participes.

5 Qui ſecundum carnem ſunt, οἱ κατὰ σάρκα ὄντες. Eraſmus, Qui carnales ſunt: rectè quidem ſi ſenſum

ſpectes, quum hos eoſdem Apoſtolus nonnunquam ἀφρονας appellet, eos videlicet in quibus corrupta illa natura dominatur. Malui tamen ab Apoſtoli verbis non diſcedere, quorũ hæc eſt emphaſis vt in eiuſmodi hominibus intelligatur nihil inueniri quod carnis præſcripto & exemplari ad amuſſim non reſpondeat. quibus opponuntur qui ſunt ſecundum Spiritum.

τῆς σαρκὸς φρονοῦσιν· οἱ δὲ κατὰ πνεῦμα, τὰ τοῦ πνεύματος.

carnis ſunt ſapiunt: qui verò ſunt ſecundum ſpiritum, quæ Spiritus ſunt.

ſunt, quæ carnis ſunt ſapiunt: q̃ verò ſecundũ ſpiritum ſunt, quæ ſunt Spiritus ſentiunt.

Τὸ γὰρ φρόνημα τῆς σαρκὸς, θάνατος· τὸ δὲ φρόνημα τοῦ πνεύματος, ζωὴ καὶ εἰρήνη·

6 Nam intelligentia carnis, mors eſt: intelligẽtia verò Spiritus, vita & pax:

Nã prudentia carnis, mors eſt: prudentia autẽ Spiritus vita & pax:

Διότι τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, ἔχθρα εἰς Θεόν· τῷ γὰρ νόμῳ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται· οὐδὲ γὰρ δύναται.

7 Propterea quòd intelligentia carnis, inimicitia eſt aduerſus Deum. Legi enim Dei non ſubiicitur: nam ne poteſt quidem.

Quoniã ſapientia carnis inimicitia eſt in Deũ. Legi enim Dei non ſubiicitur: nec enim poteſt.

Οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες, Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται.

8 Ergo qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt.

Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt.

Ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν πνεύματι, εἴπερ πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. εἰ δέ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ.

9 Vos autem non eſtis in carne, ſed in Spiritu: ſiquidem Spiritus Dei habitat in vobis. quòd ſiquis Spiritum Chriſti non habet, is non eſt eius.

Vos autem in carne nõ eſtis, ſed in Spiritu: ſi tamen Spiritus Dei habitat in vobis. ſiquis autem Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius.

Εἰ δὲ Χριστὸς ἐν ὑμῖν, τὸ μὲν σῶμα, νεκρὸν διὰ ἁμαρτίαν· τὸ δὲ πνεῦμα, ζωὴ διὰ δικαιοσύνην.

10 Porro ſi Chriſtus in vobis eſt, corpus quidem mortuum eſt propter peccatum: Spiritus autem vita eſt propter iuſtitiam.

Si autem Chriſtus in nobis eſt, corpus quidem mortuum eſt propter peccatũ: Spiritus uerò uita propter iuſtitiam.

Sapiunt, φρονοῦσιν. Eraſ. Curant. Alii cogitant. quas interpretationes non repudio. Transfertur enim hoc verbum ad omnes animi partes. Mihi tamen videtur Apoſtolus hoc verbum vſurpaſſe, quod de excellentiſſima illa animi parte propriè dicitur, vt quod ſit carnis ingeniũ declararet, hoc nimirũ, vt quo magis eſt illi deditus aliquis, eò magis inani faſtu turgẽs, ſibi mirificè placeat. Deinde vberior etiam eſt iſta interpretatio. Nã ſi ſapientia carnis excluditur, quis tandem locus reliquis partibus inferioribus relinquetur? Itaque φρόνημα non aliter quàm *ſaſtum* interpretor. Sed & Paulus meminit τῶν νοὸς τῆς σαρκὸς, id eſt mentis carnis, Col. 2. b. 18. 9

7 Inimicitia eſt, ἔχθρα. Sic legitur in omnibus codicibus quos vidimus: eſt q; multo expreſſius hoc dictum quàm ſi dixiſſet, inimicam eſſe carnem Deo: quanuis nonnulli ita legant in Latinis exemplaribus, manifeſto errore, quum nuſquã legatur ἔχθρος, imò verò ne legi quidem poſſit. Dicendũ enim fuiſſet ἔχθρον, vt rectè obſeruauit Eraſmus.

8 Ergo qui in carne ſunt, οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες. Particulam δὲ haud ſcio an alibi pro οὖν poſitam inuenias: ſed omnino videtur poſcere ſententia vt ita explicetur. Deinde notandum eſt Paulinum dicendi genus, In carne eſſe, quod expoſuimus Act. 8. d. 13, vt planè ſit diabolica vox illa Siricii Papæ, qui de matrimonii conſummatione hoc dictum interpretatur. 15

9 Siquidem, εἴπερ. Id eſt ἐπείπερ, quandoquidem, vt 2. Theſſ. 1. a. 6. Itaque non rectè videtur Vetus interpres conuertiſſe Si tamen, quanuis Veteres fere omnes pro conditionali particula accipiant. Spiritum Chriſti, Πνεῦμα Χριστοῦ. Nomine Spiritus Chriſti, vel Spiritus ſanctus intelligendus eſt, quem Spiritum Dei vocarat: vel Chriſti, nobiſcum per Spiritum ſanctum communicati, efficacia in nobis: de qua dictum eſt ſuprà, capite 6. 20

10 Corpus quidem, τὸ μὲν σῶμα. Quod carnem vocarat, nunc corpus dicit, vt ex eadem antitheſi appareat, & ex eo quod ſubiicit infrà, verſu 13, nempe nõ hoc tantùm quod ex oſſibus & neruis cõpactum, corpus vocamus, ſed quicquid adhuc in peccati & mortis ſalebris hæret. Itaque ſimili etiam ratione vocabulum Spiritus corpori oppoſitum, explico, itémque mortis & vitæ ac vinificationis. de quibus omnibus dictum eſt ſuprà, capite ſexto. Propter peccatum, διὰ ἁμαρτίαν. Quidam conuertit, Per peccatum, δι' ἁμαρτίας: & fateor quidem interdum hæc confundi, & peccatum omni modo dici poſſe mortis cauſam, ſed ratio collationis poſcit vt eandem præpoſitionem vtroque loco ſimiliter interpretemur. Non poteſt autem dici ſpiritus noſter viuere per inhærentem iuſtitiam, vt corpus ſuo peccato mori: quum ne Abraham quidem habeat de quo coram Deo glorietur. Spiritus verò pro ipſo Spiritu ſancto accipi vix ſatis commodè poteſt, propter oppoſitum corporis nomen: nec rurſus Iuſtitiæ vocabulum de imputata iuſtitia intelligi, quum de regenerationis gratia hic agi conſtet ex argumenti ſerie. Itaque δι' ἁμαρτίαν conuerto, Propter peccatum, & διὰ δικαιοσύνην propter iuſtitiam. Sed diligenter conſiderandum puto qua de re differat Paulus. Neque enim differit de mortis & vitæ cauſis, quum hoc argumentum abſoluerit: ſed ex quibus teſtimoniis poſſimus intelligere ecquid in vita aut in morte ſimus. Vnde igitur, inquit, ſentiemus nos Chriſti eſſe? Si Spiritũ eius habuerimus. At hũc Spiritum vnde rurſus percipiemus? Nempe ſi, quẽadmodũ vna noſtri pars adhuc mortua eſt, (quod intelligitur ex peccato, cuius reliquiæ in ea manẽt) ſic altera pars viuat. Viuere autem illam, ex iuſtitia cognoſcemus, id eſt ex eo quòd iuſtitiæ viuit, quæ eſt Spiritus Chriſti virtus in nobis. Vita eſt, ζωή. Id eſt viuit. Sic autẽ maluit ſcribere Apoſtolus quàm ζῇ, vt Spiritus efficaciam oſtenderet in reliqua parte eripiẽda ex morte, fermenti cuiuſdam inſtar, toti maſſæ vim ſuam inſinuantis. 25 30 35 40

Εἰ δὲ τὸ Πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν οἰκεῖ ἐν ὑμῖν, ὁ ἐγείρας τὸν Χριστὸν ἐκ νεκρῶν, ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν, διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ Πνεύματος ἐν ὑμῖν.

11 Sed si Spiritus eius qui excitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis: is qui excitauit Christũ ex mortuis, viuificabit etiã mortalia corpora vestra, per inhabitãté eius Spiritũ in vobis.

11 Quòd ſi Spiritus eius q ſuſcitauit Ieſum à mortuis, habitat in vobis: qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtũ à mortuis, viuificabit & mortalia corpora neſtra, propter inhabitantem Spiritum eius in nobis.

Ἄρα οὖν, ἀδελφοὶ, ὀφειλέται ἐσμὲν οὐ τῇ σαρκὶ, τοῦ κατὰ σάρκα ζῆν.

12 Nempe igitur, fratres, debitores ſumus nõ carni, vt ſecundũ carnẽ viuamus, ſed Spiritui.

12 Ergo, fratres, debitores ſumus, nõ carni, vt ſecundum carnem viuamus.

Εἰ γὰρ κατὰ σάρκα ζῆτε, μέλλετε ἀποθνήσκειν· εἰ δὲ Πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦτε, ζήσεσθε.

13 Nam ſi ſecundum carnẽ vixeritis, futurũ eſt vt moriamini: ſed ſi Spiritu actiones corporis mortificetis, viuetis.

13 Si enim ſecundũ carnẽ vixeritis, moriemini: ſi autẽ Spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.

Ὅσοι γὰρ Πνεύματι Θεοῦ ἄγονται, οὗτοί εἰσιν υἱοὶ Θεοῦ.

14 Quotquot enim Spiritu Dei ducuntur, ii ſunt filii Dei.

14 Quicunque enim Spiritu Dei aguntur, ii ſunt filij Dei.

Οὐ γὰρ ἐλάβετε Πνεῦμα δουλείας πάλιν εἰς φόβον, ἀλλ' ἐλάβετε Πνεῦμα υἱοθεσίας, ἐν ᾧ κράζομεν, Ἀββᾶ ὁ πατήρ.

15 Nõ enim accepiſtis Spiritũ ſeruitutis ad metũ, ſed accepiſtis Spiritũ adoptionis, per quẽ clamamus Abba, id eſt Pater.

15 Nõ enim accepiſtis Spiritũ ſeruitutis iterũ in timore, ſed accepiſtis Spiritum adoptionis filiorũ, in quo clamamus, Abba, Pater.

Αὐτὸ τὸ Πνεῦμα συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι ἡμῶν ὅτι ἐσμὲν τέκνα Θεοῦ.

16 Qui ipſe Spiritus teſtatur vnà cum ſpiritu noſtro, nos eſſe filios Dei.

16 Ipſe Spiritus teſtimoniũ reddit ſpiritui noſtro quòd ſumus filij Dei.

Εἰ δὲ τέκνα, καὶ κληρονόμοι· κληρονόμοι μὲν Θεοῦ, συγκληρονόμοι δὲ

17 Quòd ſi filii, etiã hæredes: hæredes quidẽ Dei, cohæredes au-

17 Si autem filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autẽ

11 Sed ſi, ſ. Vulgata & Eraſmus, Quòd ſi. Ego verò expreſſius malui interpretari. nam quia dixerat, hominem in quo Spiritus Chriſti eſſet, altera adhuc ſui parte hærere in morte, non videbatur niſi dimidiæ ſalutis ſpẽ nobis feciſſe. Addendũ igitur hoc fuit, partim vt explicaret quod dixerat, nẽpe Spiritũ noſtrũ non modò viuere, ſed etiam vitam eſſe, partim vt plenã aliquando vitã noſtrã fore oſtẽderet. Per inhabitantem ipſius Spiritum in vobis, διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ Πνεύματος ἐν ὑμῖν. Sic lego ex Complutenſi codice, & alio etiã ex noſtris manuſcripto, potius quàm quarto caſu, διὰ τὸ ἐνοικοῦν, &c. Ita enim eſt vberior ſententia, & grauiſſimum erit argumentum, à diuina videlicet virtute petitum, quæ ſicut ſeſe primùm in capite noſtro Ieſu Chriſto exeruit, ita etiam in nobis, qui membra ipſius ſumus, quotidie exeritur: nec prius pugnare deſinet quàm vetus homo prorſus ſit confectus, quum integri coram Deo, abſorpta noſtra mortalitate, conſiſtemus.

12 Non carni, οὐ τῇ σαρκί. Aut tranſponenda eſt negans particula, ſicut Iohannis 6. d. 32 & 38, aut potius ſupplenda eſt altera pars oppoſita. quam eclipſin diximus Paulo eſſe familiarem ſuprà, cap. 5. b. 12. Expreſſimus igitur, perſpicuitatis cauſa, alterum membrum quod deeſſe videbatur.

13 Mortificetis, θανατοῦτε. Vulgata, Mortificaueritis. Ego malui præſens tempus ſeruare, quo ſignificatur pugna adhuc vigere.

15 Accepiſtis, ἐλάβετε. Tranſit Hebræorum more à tertia perſona ad ſecundam. Spiritum ſeruitutis, πνεῦμα δουλείας. Spiritum vocat Spiritum ſanctum: quem dicimur accipere quum in animis noſtris eſt efficax. Is igitur quia prædicatione Legis ſalutem quidem proponit, ſed addita duriſſima & planè ἀδιαλύτῳ conditione, nihil niſi timorem poteſt in animis noſtris ciere, vt quaſi ſerua iram domini magna cum anxietate pauida conſcientia expectet. Ideo dicitur ab hoc effectu, ſpiritus ſeruitutis ad metum, id eſt quaſi in ſeruilem conditionem nos redigens. Contrà verò quia gratuita in Chriſto adoptione, ſalutem obſignat in animis credentium à Legis maledictione liberatis, Paulus illum eleganter vocat Spiritum adoptionis, qui nobis os aperiat non modò ad loquendum, ſed etiam ad clamandum: & ita quidem vt quem veluti aſperrimum dominum metuebamus, eum vt benigniſſimum patrem appellemus. Abba, id eſt Pater, Ἀββᾶ ὁ πατήρ. Duobus præterea locis inuenio Abba Syriacum vocabulum in nouo Teſtamento, nempe Marci 14. d. 36, & Gal. 4. a. 6, & vtrobique inuenio adiunctum ὁ πατήρ, Pater. quod cur factum ſit, non immeritò quæritur ab interpretibus. Pleriſque igitur placet hanc geminationem non carere ſua emphaſi: quod ſi verum eſt, ſupererit adhuc alia quæſtio cur ſacri Scriptores non potius eodem idiomate vſi ſint, vt hæc duplicatio melius appareret. Ad hoc reſpondetur ex Auguſtini ſententia, ſic declarari Chriſtum non minus ad Græcos quàm ad Iudæos pertinere. Sed quid fiet Marco, apud quem Chriſto etiam tribuitur Ἀββᾶ ὁ πατήρ, qui tamẽ Græcè (vt opinor) nõ eſt loquutus? Mihi itaque viſa eſt hæc ratio magis arguta quàm ſolida: ac potius in eam venio ſententiam vt ὁ πατήρ addirum ſit Syriaco vocabulo explicando. Nam alibi etiam annotauimus rectum pro vocandi caſu vſurpari. Vide infrà. 9

16 Qui ipſe Spiritus, αὐτὸ τὸ Πνεῦμα. Vulgata, Ipſe Spiritus, neglecto articulo. Eraſmus, Idem Spiritus, τὸ αὐτὸ Πνεῦμα. Nonnulli addunt particulam cauſalem, vt iſta cum ſuperioribus poſſint connecti. Teſtatur vnà cum ſpiritu noſtro, συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι ἡμῶν. Hæc ratione duo erunt teſtes, nempe Spiritus Dei & ſpiritus noſter ab eo certior factus. Vulgata, Teſtimonium reddit ſpiritui noſtro. Nam συμμαρτυρεῖ dicitur etiam de vnico teſte, qui ſuo teſtimonio confirmat quod alius dicit. Chryſoſtomus verò præpoſitionem σὺν refert ad vocis teſtimonium, & clamorem illum cuius antè facta eſt mentio: vt commodè etiam interpretari poſſis, Simul teſtatur ſpiritui noſtro.

17 Hæredes, κληρονόμοι. Id eſt bonorum Patris participes, idque gratis, quia filii adoptiui. Nam alioquin viuo patre filius hæres dici non poteſt: nunquam verò moritur Pater cuius dicimur cum Chriſto cohæredes: ex quo efficitur κληρονόμους ex Hebræorum idiotiſmo dici qui bonis ſibi conceſſis fruitur, vt annotauimus ſuprà, 4. d. 13.

Χριστοῦ· εἴπερ συμπάσχομεν, ἵνα καὶ συνδοξασθῶμεν.

tem Chriſti: ſi modò ſimul *cum eo* patimur, vt ſimul *cum eo* glorificemur.

Chriſt: ſi tamen compatimur, vt & conglorificemur.

Λογίζομαι γὰρ ὅτι οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς.

18 Nam ſtatuo minimè *eſſe* paria quæ præſenti tempore perpetimur, futuræ gloriæ in nobis retegendæ.

18 *Exiſtimo enim quòd nō ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futurā gloriā quæ reuelabitur in nobis.*

Ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ ἀπεκδέχεται.

19 Etenim res creatæ *quaſi* exerto capite obſeruantes, expectāt reuelationem filiorum Dei.

19 *Namexpectatio creaturæ, reuelationem filiorū Dei expectat.*

Τῇ γὰρ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη, οὐχ ἑκοῦσα, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑποτάξαντα·

20 Nam vanitati res creatæ ſubiectæ ſunt, non ſua ſponte, ſed propter eum qui ſubiecit *eas iſti vanitati:*

20 *Vanitati enim creatura ſubiecta eſt, non volens, ſed propter eum qui ſubiecit eam*

Ἐπ' ἐλπίδι ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ.

21 Sub ſpe quòd & ipſæ vindicabuntur ex ſeruitute interitus in libertatem gloriæ filiorum Dei.

21 *In ſpe: quia & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatē gloriæ filiorum Dei.*

Οἴδαμεν γὰρ ὅτι πᾶσα ἡ κτίσις συστενάζει καὶ συνωδίνει ἄχρι τοῦ νῦν.

22 Scimus enim omnes res creatas vnà ſuſpirare & vnà parturire ad hoc vſque *tempus.*

22 *Scimus enim quòd omnis creatura ingemiſcit, & parturit uſqi adhuc.*

Si modò, εἴπερ. Vulgata, Si tamen, eodem ſenſu. Eraſ. Si quidem: quaſi hoc etiam loco, vt paulo antè, cauſam potius quàm conditionē declaret. Ego verò Ambroſio malui aſſētiri qui conditionē crucis putat requiri.

18 Nam ſtatuo, λογίζομαι γάρ. Vulg. Exiſtimo, quod verbum vt nimis dilurū rectè reprehendit Eraſmus, ideóque reputandi verbo vti maluit, pro ſecuti perpendere. quod & ipſum non ſatis videtur expreſſum. Significat autem in genere λογίζωμαι hoc loco (vt idem rectè obſeruauit) collatis vtrinque rationibus, & ſubducto velut calculo, aliquid certi ſtatuere, ſicut ſuprà, 3. d. 28, & 6. b. 11, accipitur idem verbum pro συλλογίζωμαι, id eſt ex præmiſſis (vt aiunt) colligere aliquid & ſtatuere, ſignificatione tamen nonnihil diuerſa. Vtitur autem Paulus particula cauſali, quia non tantùm dixerat fore vt noſtras calamitates gloria exciperet, ſed diſertè meminerat eius gloriæ quæ cum Chriſto nobis eſſet communis, id eſt cœleſtis & infinitæ. Minimè *eſſe* paria, οὐκ ἄξια. Vulg. Quòd non ſunt condignæ. Vnde factum vt ſophiſtæ multa de merito congrui & condigni nugarentur, quorum tamen doctrina vel ex hoc loco optimè refellitur. Sed oſtendit argumenti ſeries Paulum hoc loco non differere de pretio afflictionum quas pro Chriſto perferimus, imò potius ex earum qualitatis ac quantitatis (vt ita dicā) collatione cum vita æterna, colligere nos infinitis partibus cū Chriſto feliciores fore quàm nunc miſeri ſimus. Itaque ἄξια rectè & propriè vſurpauit. quod nomē teſtantur grammatici de iis dici quæ appenſa, eiuſdem ponderis inueniantur. Eſt autem in οὐκ ἄξια figura quàm *meiōſin* vocant, quum minus dicitur quàm intelligatur. Ideo malui conuertere Minimè paria quàm Non paria. 10

19 Etenim res creatæ *quaſi* exerto capite obſeruantes, ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως. Vulg. Nam expectatio creaturæ, barbarè, nec ſatis expreſſè. Eraſ. Etenim ſolicita creaturæ expectatio. Ego verò ſtudui Græcum vocabulum exprimere, quo ſignificatur geſtus illius qui cupidiſſimè aliquid expectet, nimirum qui exerat caput & oculos intendat, quaſi eminus venturum proſpiciens. quod ſignificauit Propheta Pſalmo 119. ver. 81. Deinde Hebraiſmum volui emollire, de quo diximus ſuprà, ver. 3, quum explicaremus quid eſſe κατάβασιν τοῦ κόσμου. Nomine verò rerum creatarum intelligo Mundum, id eſt iſtam rerum vniuerſitatem, quæ initio quidem fuit condita in pulcherrimo ſtatu, idque vt hominis ad Dei gloriam creati, præclaris & ſanctis vſibus inſeruiret: nunc autem eo redacta eſt propter hominis peccatum, vt ſi inferiorem (id eſt elemētarem) regionem ſpectes, omnia ſint infinitis & fœdiſſimis mutationibus ac tandem etiam interitui obnoxia. Sin verò cæleſtia corpora conſideres, quanuis adhuc ſit incredibilis eorum ornatus, tamen & ipſa non poſſint expertia dici iſtius vanitatis, quum impiis etiam & Dei hoſtibus inſeruiant, & tandem quoque ſint vltimo illo die diſſoluenda: ſicut Dauid & Petrus diſertis verbis declarant. Iſta igitur nihil ad beatos illos Angelos ſpectant, quorum ſedes extra mundum collocantur, quanuis & ipſi in ſuo miniſterio quodammodo laborent in tanta hominum prauitate cuius ſunt ſpectatores. Reuelationem filiorum Dei, τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ. Id eſt, dum gloria illa filiis Dei præparata, reipſa patefiat. Eraſ. Vt palam fiant filii Dei: non ſatis rectè. 30

20 Vanitati, ματαιότητι, id eſt fluxæ & euanidæ conditioni, cui opponitur conſtans & integra natura & recto tramite ad ſuū finē pertingens. Itaque quod Eraſmus putat hoc vocabulo ſignificari fruſtrationē, quoniā rerū natura aliud ex alio indſuiduum propagans, meditetur immortalitatem quandā, ſed fruſtra, id inquam magis eſt ſubtiliter quàm appoſitè dictum. Non ſua ſponte, οὐχ ἑκοῦσα. Totus hic ſermo per proſopopœiam accipiendus eſt. Itaque ſua ſponte illa facere vel ſubire dicuntur res inanimatæ, ad quæ naturali propenſione ferantur. Scimus autem omnia naturali inclinatione pendere ad ſui conſeruationem. Propter eum qui ſubiecit *eas iſti vanitati*, διὰ τὸν ὑποτάξαντα. Id eſt, vt conditoris imperio obſequantur cui viſum eſt ipſarum vanitate teſtari quātopere ſit homini infenſus, cuius etiā cauſa illas longè præſtantiore cōditione cōdiderat. 40

21 Sub ſpe, ἐπ' ἐλπίδι. Noluit, inquit, Deus perpetua maledictione mundum inuoluere propter hominis peccatum, ſed ſpem illi fecit inſtaurationis quam expectat: quod etiam debet magnopere confirmare filios Dei, vt illum diem conſtanter expectent. Fit autem huius inſtaurationis glorioſiſſimæ mentio Act. 3. d. 21, & 1. Petri 3. c. 10, & alibi paſſim. Sed hic quoque nobis nonniſi ex Dei verbo philoſophandū eſt. Quòd & ipſæ vindicabūtur ex ſeruitute interitus, ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις, &c. Vulg. Quia & ipſa creatura. Eraſ. Quoniam & ipſa creatura. Ego verò exiſtimo ὅτι accipiendum eſſe εἰδικῶς, vt quænam ſit ſpes illa declaret. Repetitur autem Hebræorum more antecedens relatiui loco. Itaque hæc cōiunxi cum ἐπ' ἐλπίδι, & poſt participium ὑποτάξαντα ſupplēui quod explendæ conſtructioni deerat. Ex ſeruitute interitus, ἀπὸ δουλείας τῆς φθορᾶς. Id eſt, A corruptione cui nunc mancipati ſunt, afferentur in felicē ſtatū incorruptionis, qui patefiet quū filii Dei in gloriā euehētur. 50

22 Vnà ſuſpirare, συστενάζει. Vulgata, Ingemiſcit. Eraſ. Congemiſcit, referens videlicet ad nos, quaſi illæ

vicem noſtram doleant. Nam paulo pòſt συωδίνει vertit Nobiſcum parturit. quæ interpretatio ſi recipiatur, redundabit σὺν ἡμῖν δὲ, quod ſubiicitur in proximo verſiculo. Neque tamen cum Vetere interprete puto præpoſitionem σὺν redundare, ſed ad ipſas res conditas refero, quarum in eo ſummus eſt conſenſus, quòd omnes vnà veluti maximo cum dolore finem iſtorum malorum expectant. Loquitur enim de illis per proſopopœiam. Sed & illud videndum ne πᾶσα potius accipiatur pro quæuis quàm pro Omnis: quum in hoc numero neque Angeli comprehendantur, vt qui non ſint iſti vanitati obnoxii: neque diabboli, vt qui redemptionem filiorum Dei horreant potius quàm expectent, neque ipſi adeo homines. Nam qui inter illos ſunt reprobi, pari gradu collocandi ſunt cum diabolis: filii autem Dei ſeorſim conſiderantur in proximo verſiculo. Sed vtcunque ſit, ſciat lector, ſobriè hîc quoque eſſe philoſophandum, id eſt nonniſi ex Dei verbo. Vnà parturire, συνωδίνει. Ita ſignificatur non tantùm ſummus dolor, ſed etiam fructus qui eum conſequetur.

Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ Πνεύματος ἔχοντες, καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς στενάζομεν, υἱοθεσίαν ἀπεκδεχόμενοι, τὴν ἀπολύτρωσιν τοῦ σώματος ἡμῶν.

23 Neque verò ille ſolùm, ſed & ipſi qui primitias Spiritus habemus, noſmet ipſi, inquam, apud noſmetipſos ſuſpiramus, adoptionē expectantes, id eſt redemptionem corporis noſtri.

23 Non ſolùm autem illa, ſed & nos ipſi primitias Spiritus habētes, & ipſi intra nos gemimus, adoptionē filiorū expectātes, redēptionē corporis noſtri. Luc.11.f.

Τῇ γὰρ ἐλπίδι ἐσώθημεν. ἐλπὶς δὲ βλεπομένη, οὐκ ἔστιν ἐλπίς. ὃ γὰρ βλέπει τις, τί καὶ ἐλπίζει;

24 Nam ſpe ſeruati ſumus. Spes autem ſi cernatur, nō eſt ſpes. quòd enim quis cernit, cur ſperet?

24 Spe enim ſalui facti ſumus. Spes autē quæ videtur, non eſt ſpes. nam quod videt quis, quid ſperat?

Εἰ δὲ ὃ οὐ βλέπομεν ἐλπίζομεν, δι' ὑπομονῆς ἀπεκδεχόμεθα.

25 Si verò quod non videmus ſperamus, nempe per patiētiam expectamus.

25 Si autem quod non videmus, ſperamus, per patientiam expectamus.

Ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα συναντιλαμβάνεται τῇ ἀσθενείᾳ ἡμῶν. τὸ γὰρ τί προσευξώμεθα καθὸ δεῖ, οὐκ οἴδαμεν, ἀλλ' αὐτὸ τὸ Πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις.

26 Itidem autem & Spiritus vnà ſubleuat infirmitates noſtras. quid enim precemur vt oportet, non nouimus: ſed ipſe Spiritus interpellat pro nobis ſuſpiriis inenarrabilibus.

26 Similiter autem & Spiritus adiuuat infirmitatē noſtrā. nam quid orēmus ſicut oportet neſcimus: ſed ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

Ὁ δὲ ἐραυνῶν τὰς καρδίας, οἶδε τί τὸ φρόνημα τοῦ Πνεύματος, ὅτι κατὰ Θεὸν ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἁγίων.

27 Qui verò ſcrutatur corda, nouit quis ſit ſenſus Spiritus: quia ſecundum Deum interpellat pro ſanctis.

27 Qui autem ſcrutatur corda, ſcit quod deſideret Spiritus: quia ſecundum Deū poſtulat pro ſanctis.

23 Neque verò *ille* ſolùm, οὐ μόνον δέ. Vide ſuprà, cap. 5. a. 3. Apud nos ipſos, ἐν ἑαυτοῖς: id eſt ex imo corde. Neque enim tacita hæc eſſe ſuſpiria ſic declarat Apoſtolus, ſed potius ex intimis penetralibus animi proficiſci. Niſi malimus conuertere, Inter noſipſos, vt hos gemitus ſignificet Eccleſiæ eſſe communes. Nam per eos qui primitias ſpiritus habent, omnes credentes arrabone Spiritus ſancti obſignatos intelligit. *Id eſt* redemptionem corporis noſtri, ἀπολύτρωσιν τοῦ σώματος ἡμῶν. Similis appoſitionis exemplum eſt Matth. 15. b. 9. Redemptionem autem corporis vocat (vt opinor) non liberationem à corpore (i. diſſolutionem) vt exiſtimat Eraſmus; ſed extremam illam inſtaurationem quæ futura eſt noſtræ adoptionis conſummatio. Adoptionem autem interpretor ὑιοθεσίαν ſimpliciter, pro quo Vetus interpres adoptionem filiorum conuertit, quoniam additum nomen FILIORVM non tantùm videtur ſuperuacaneum, ſed etiam ambiguam reddit orationem.

24 Spes ſi cernatur, ἐλπὶς βλεπομένη. Metonymicè ſpem vocat id ipſum quod ſperatur, in hoc membro. Cur ſperet? τί καὶ ἐλπίζει; Abundat particula καὶ, de quo pleonaſmo diximus Iohan. 8. c. 15.

26 Vnà ſubleuat, συναντιλαμβάνεται. Particula συν̀ ad nos laborantes refertur, quorū tamen vis omnis ab eo Spiritu proficiſcitur qui ſicut nos penitus collapſos erexit, ita etiā erectos regit, ideóque dicitur συναντιλαμβάνεσθαι, i. ipſe vicißim onus attollere ex altera parte, ne ſub eo fatiſcamus. Vulg. Adiuuat. Eraſmus, Auxiliatur.

26 Infirmitates, τῆς ἀσθενείας. Vulgata ſingulari numero τῇ ἀσθενείᾳ, Infirmitatē. Ambroſius autem legit & interpretatur, Infirmitatē noſtrarū precū. Quid enim precemur, τὸ γὰρ τί προσευξώμεθα. Sic interdū addi ſolet articulus particulæ τί interrogauti, etiam quū nullū eſt ἀνάφορικον, vt prolatis exemplis docet Budæus aduerſus Gazam. Eraſmus, Siquidem hoc ipſum, quid oraturi ſimus. Putauit enim particulā τὸ non referri ad τί, ſed ad totā orationis complexum: quæ expoſitio eſt prorſus violenta. Vt oportet, καθὸ δεῖ. Hoc coniungunt quædam exemplaria cum ὡς συνέχεται, quæ ſum ſequutus: quædam cum οἶδε λέγειν. Interpellat, ὑπερεντυγχάνει. i. ὑπερεθύμως, inquit Nazianz. cōcione de Filio ſecunda: vbi etiam indicat de eo dici ſolere qui alium accuſet: vt omnino id fit quod Latini poſtulare dicunt. Nam (vt inquit Vlpian. l. i. Tit. De poſtulando) Poſtulare eſt deſiderii ſuum vel amici ſui in iure apud eum qui iuriſdictioni præeſt, exponere: vel alicuius deſiderio contradicere. Eraſmus, Intercedit. quod vix inuenias in ea ſignificatione apud idoneos authores. Quod autem attinet ad præpoſitionem ὑπὲρ, exiſtimat Eraſmus per eam ſignificari Spiritum ſanctum veluti præfectum eſſe ſanctorum votis, vt ea videlicet moderetur: in qua opinione etiam eſt Ambroſius. quæ tamen obſeruatio mihi non placuerit; niſi quopiam exemplo confirmetur. Putarim autem ego potius idem declarare atque ἔντευξιν, ſicut in ὑπὲρ ἐμοῦ, ὑπὲρ κρατούντων, & ſimilibus: ita tamen vt prætermitti potuerit, quia ſequitur ὑπὲρ ἡμῶν. Dicitur autem Spiritus ſanctus pro nobis interpellare, non quòd apud Patrem vel Filium (vt peruerſè dicebant Arriani) ipſe ſit mediator: ſed quia nos ad preces inſtigat, atque adeo veluti verba & ſuſpiria nobis intus dictat. Sic dicitur clamare, Gal. 4. a. 6, quoniam facit vt clamemus: vt ſuprà, ver. 15 ipſemet Apoſtolus expoſuit.

27 Quis ſit ſenſus Spiritus, τί τὸ φρόνημα τοῦ Πνεύματος. Id eſt, quæ præces quæue ſuſpiria à Spiritus ſui afflatu proficiſcantur. Hoc enim eſt quod Paulus vocat ſenſum Spiritus. i. quem Spiritus cieat: vt non inepte poſſis ſenſum ſpiritualem interpretari. Vulg. Scit quid deſideret Spiritus: ſenſu (vt arbitror) non bene expreſſo.

Quia ſecundum Deum, &c. ὅτι κατὰ Θεὸν, &c. Id eſt, quia ſanctos docet precari ex ipſius Dei voluntate, vt

κατὰ Θεὸν (id est secũdum Deum, siue ita vt Deo placet) explicet quod antè dixerat κατὰ θεὸν, sicut oportet: sitque hæc nota ex qua Deus suspiria à Spiritu manantia discernat à profanorum precibus. Nam (vt modò dixi) Spiritum postulare pro sanctis, nihil aliud declarat quàm sanctorum animos ad precandum incitari, qui nisi nobis instilletur, neque quis rogandus, neque quomodo rogandus, neque quid aut quomodo precandum sit, possit cuiquam in mẽtem venire. Alii κατὰ Θεὸν interpretãtur, diuino motu, & instinctu, siue diuinitus: quòd ita soleat hæc particula ab idoneis scriptoribus vsurpari. Alii denique ᾧ Θεὸν interpretãtur Apud Deũ. Sed & non inepte legere possis ἐ, ἃ, vt ita conuertas, Qui scrutatur corda, nouit quis sit sensus eius Spiritus (i. quæ suspiria emanent ab eo Spiritu) qui secundũ Deũ (vel apud Deũ, vel diuino impulsu) postulat pro sanctis. i. sanctos docet pro seipsis postulare. Ex his autẽ interpretationibus eã sum amplexus quæ mihi visa est omniũ simplicissima.

Οἴδαμεν δὲ ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν, πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθὸν, τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν.

28 Nouimus autẽ, iis qui diligunt Deũ, omnia simul cõferre ad bonum: iis *videlicet* qui ex proposito *ipsius* vocati sunt.

28 *Scimus autem quoniam diligentibus Deũ omnia cooperãtur in bonũ, ijs qui secundum propositum uocati sunt sancti.*

Ὅτι οὓς προέγνω, καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς.

29 Nam quos præsciuit, *eosdẽ* & prædestinauit *ut* cõformes *fiant* imagini Filii sui: vt is sit primogenitus inter multos fratres.

29 *Nã quos præscimus, & prædestinamus conformes fieri imaginis Filij sui: ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.*

Οὓς δὲ προώρισε, τούτους καὶ ἐκάλεσε· καὶ οὓς ἐκάλεσε, τούτους καὶ ἐδικαίωσε· οὓς δὲ ἐδικαίωσε, τούτους καὶ ἐδόξασε.

30 Quos verò prædestinauit, eos etiam vocauit: & quos vocauit, eos etiã iustificauit: quos autem iustificauit, eos etiam glorificauit.

30 *Quos autem prædestinauit, hos & uocauit: & quos uocauit, hos et iustificauit, quos autẽ iustificauit, illos & glorificauit.*

Τί οὖν ἐροῦμεν πρὸς ταῦτα; εἰ ὁ Θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, τίς καθ' ἡμῶν;

31 Quid igitur dicemus ad hæc? si Deus pro nobis, quis contra nos?

31 *Quid ergo dicamus ad hæc? si Deus pro nobis, quis contra nos?*

Ὃς γε τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλὰ ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτὸν, πῶς οὐχὶ καὶ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίσεται;

32 Is quidem qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, quî non etiam cum eo omnia nobis gratificabitur?

32 *Qui etiã proprio Filio nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiã cũ illo omnia nobis donauit?*

28 Omnia simul conferre, πάντα συνεργεῖ. Verbum Cooperãdi, vt obscurius, nec satis Latinum, reieci. Cæterùm præpositionem συν eo refero quòd quum de rebus aduersis hic agat Apostolus, ex certè non solæ sunt nobis commodæ & vtiles, sed aliæ etiam multæ, quibus & istæ non immeritò accedunt. Durum autem est ac planè violentum quòd existimat Erasmus verbum συνεργεῖ posse referri ad Spiritum: nisi subaudias ᾧ, vt ᾧ πάντα idẽ declaret atque διὰ πάντα. Nam τὸ συνεργεῖ semper est *simul facere*. Ex proposito *ipsius*, κατὰ πρόθεσιν. Propositum vocare solet Paulus quod Deus ab æterno apud se pro bona sua voluntate constituit: vt id planè sit quod dicitur βουλευτὴν βουλὴ, Act. 1. d. 23, definitum consilium: & εὐδοκία τοῦ Θεοῦ ἣν προέθετο ἐν αὐτῷ, Beneplacitum Dei quod proposuit in seipso, & βουλὴ τοῦ θελήματος τοῦ Θεοῦ, consilium voluntatis Dei, Eph. 1. b. 9 & 11. Itaque turpissimè hallucinantur, & Apostoli sententiæ repugnant ex diametro qui bonum hominis propositũ præuisum intelligunt: quasi quicquam boni in nobis sit quod præuidere possit Deus, nisi prius proposuerit illud nobis inserere: quasi denique Paulus vbique Dei propositum non opponat hominum operibus, vt 1. Tim. 1. c. 9. Et tamen ita ludunt Græci theologi, quorum dux & princeps est Origenes, in hoc loco & aliis similibus peruertendis. Itaque addidi pronomen *ipsius*, vt iam nemo posset de vera Pauli sententia dubitare. Vocati sunt, κατὰ αὐτόν. Vulg. Vocati sunt sancti, contra fidem Græcorum exemplarium. quanquam sententia ipsa vera est & pia.

29 Præsciuit, προέγνω. Quod προγνῶναι dixerat, hoc ipsum nunc vocat προέγνωσεν, vt mihi quidem videtur. Nam προγινώσκειν non tantùm noscere declarat, sed etiam decernere, & quidem decreto approbare, quum electis peculiariter applicatur, vt hoc in loco & infrà, cap. 11. 2. 1, & 2. Tim. 2. c. 19, & Gal. 4. b. 9, & 1. Pet. 1. 2. 1. vt satis cõstare possit non rectè facere qui præscitos opponunt prædestinatis, quasi præscitio ad solos reprobos, prædestinatio ad solos electos pertineat: quum hîc videamus prædestinationẽ præscientiæ subordinari, & alibi quoq; vbi agitur de reproborum sceleribus, tum præscientiæ tum prædestinationis fiat mentio, Act. 2. d. 23, & 4. f. 28. Siquis tamen subtilius malit distinguere, propositum dixerim quasi vniuersalem esse deliberationem, & eam quidem non incertam & quasi adhuc fluctuãtem, (vt existimauit Erasmus post Theophylactum) sed ita firmã ac certam vt omnium rerum firmitas hoc solidissimo fundamento nitatur: præscientiam autem illi subtexi, qua videlicet Dominus iam incipiat quod in genere decreuerat distribuere. Verbi gratia, Proposuit Dominus gloriam suam illustrare: hoc sit propositum propriè vocatum. Deinde constituit quorum hominum salute glorificetur, ita vt illos habeat in conspectu quos peculiari fauore dignetur suis momentis: hæc sit præscientia vel prænotio. Postremò huic præscientiæ attexitur προορισμὸς, prædestinatio, qua certis gradibus suos illos destinat ad se vocare: vt quemadmodum proposuit, eorum salute glorificetur: cuius prædestinationis fons & caput est Christus. Qui verò præscientiæ nomen referunt ad qualitates in hominibus præuisas, quibus Dominus ad eligendum vel reprobandum ducatur, puta, fidem vel incredulitatem, perseuerantiam aut defectionem, bona vel mala opera, illi norint se ita esse ineptos & imperitos vt ne refutatione quidem indigeant.

30 Glorificauit, ἐδόξασε. Vtitur præteritis Paulus pro præsentibus, non tantùm ex Hebræorum idiotismo, sed etiam vt continuum actum declaret. quasi dicatur Dominus, iam tum quum suos sub crucis ferula erudit, eos ad se vocare, iustificare, & quodammodo glorificare: quòd in cruce quoque Filio Dei conformentur: vnde factum vt in ipsa etiam cruce fideles habeant de quo glorientur, quibus datum est pro Christo pati.

31 Gratificabitur χαρίσεται. Id est, gratis donabit? ex quo efficitur gratuitum esse, non debitum, quod iustificatorum operibus tribuitur. In nonnullis Latinis codicibus legitur Donauit, ἐχαρίσατο, eadem manente sententia, sicut superiore annotatione diximus.

Τίς ἐγκαλέσει κατὰ ἐκλεκτῶν Θεοῦ; Θεὸς ὁ δικαιῶν.

33 Quis intentabit crimina aduersus electos Dei? Deus est qui iustificat.

33 Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat.

Τίς ὁ κατακρινῶν; Χριστὸς ὁ ἀποθανών, μᾶλλον δὲ καὶ ἐγερθείς, ὅς καί ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ, ὅς καὶ ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν.

34 Quis est qui condēnet? Christus is est qui mortuus est, imò verò qui etiam excitatus est: qui etiam est ad dexteram Dei: qui etiam postulat pro nobis.

34 Quis est qui condēnet? Christus Iesus qui mortuus est, imò qui & resurrexit, qui & est ad dexteram Dei, qui etiā interpellat pro nobis.

Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; θλῖψις, ἢ στενοχωρία, ἢ διωγμός, ἢ λιμός, ἢ γυμνότης, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα;

35 Quis nos separabit à charitate Christi? num oppressio, nū angustia, num persequutio, nū fames, num nuditas, num periculum, num gladius?

35 Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculū, an persequutio, an gladius?

(Καθὼς γέγραπται, Ὅτι ἕνεκά σου θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν· ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς)

36 (‖Sicut scriptū est, Causa tua occidimur totum diem: habiti sumus velut oues destinatæ mactationi.)

36 (Sicut scriptū est, Quia propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oues occisionis) Psal.43.d.24

Ἀλλ' ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικῶμεν διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς.

37 Imò in his omnibus plus quàm victores sumus per eum qui dilexit nos.

37 Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos.

Πέπεισμαι γὰρ ὅτι οὔτε θάνατος, οὔτε ζωή, οὔτε ἄγγελοι, οὔτε ἀρχαί, οὔτε δυνάμεις, οὔτε ἐνεστῶτα, οὔτε μέλλοντα,

38 Nam mihi persuasum est neque mortē, neque vitam, neque Angelos, neque principatus, neque potestates, neque instantia, neque futura,

38 Certus sum enim quia neq; mors, neq; vita, neq; Angeli, neq; principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura,

Οὔτε ὕψωμα, οὔτε βάθος, οὔτε τις κτίσις ἑτέρα δυνήσεται ἡμᾶς χωρίσαι

39 Neque sublimitatē, neque profūditatem, neque vllā rem aliam creatā posse nos separare

39 Neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare

33 Deus *is est* qui iustificat, Θεὸς ὁ δικαιῶν. Id est, qui non modò insontes, sed etiam prorsus iustos in Filio pronuntiat. Subauditur autem verbum εἶναι. quod quum non expressisset Vetus interpres, occasionem præbuit Augustino vt omnia hæc per interrogationem legeret. Iam verò quòd quidam, vt sibi constet antithesis, hoc membrum connectunt cum sequente, in hunc modum, Deus est qui iustificat, quis est qui condemnet? id verò mihi non probatur, quanuis sic videantur Græca scholia distinguere. Nam si ita legas, prior ista interrogatio τίς ὁ δικαίων, nullam habebit subiectam responsionem, & Χριστὸς ὁ ἀποθανών quasi ex abundanti adiicietur. Deinde mihi quidem videtur Paulus non sine magna emphasi permutasse antitheseos membra, vt annotauit doctissimus interpres. Nam alioquin Christi patrocinium opponendum fuerat accusationi, & condemnationi absolutio: quum verò contrà opponit accusationi absolutionem, significat ne locum quidem patere iis accusandis quos Deus habet pro iustis, nedum vt rei peragantur. Item quum cōdemnationi opponit Christi patrocinium, ostendit Christi expiationem præuertisse iudicium, vt ne in disquisitionē quidem veniant nostra peccata. Hoc verò non animaduerterūt qui aliter distinxerunt hunc locum, cōtra omnium nostrorum exemplarium fidem.

35 A charitate Christi τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ. Id est qua nos Christus dilexit, siue Deus in Christo, vt mox explicatur ver. 39. Itaque perperam nonnulli actiuè interpretantur de amore quo Christum redamamus. Fefellit autem eos quòd de nostra non Christi constantia differat Apostolus. Sed notare debuerant, huic nostræ constantiæ basin substerni eum amorē quo nos Deus in Christo prosequitur: à quo dicimur separari quū grauitas afflictionum facit vt eum nobis hostem ac inimicum esse putemus. Arqui, inquit Apostolus, nititur hic amor, Dei proposito quod est inuariabile: & benevolentiæ Dei pignus est Christus. Quæ igitur tanta erit calamitas vt nobis persuadeat Deum esse à nobis abalienatum?

36 Occidimur totum diem, θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν. Vulg. Mortificamur, quod verbum huic loco nō conuenit. Eras. Morti tradimur. Est autem hoc dicendi genus petitum è medio, quum nemo nisi semel possit occidi. Vel igitur quia tota Ecclesia illic inducitur loquens, significat aduersarios totum diem modò in his, modò in illis occidendis consumere: vel declarat miserabilem Ecclesiæ conditionem, quæ veluti singulis momentis moriatur propter perpetuos terrores.

37 Imò, ἀλλά. Vulg. Sed. Erasmus, Verùm: quasi videlicet ad præcedentem versiculum pertineat. Ego verò malo ad totam illam percontationem referre: quasi nos diceret non modò tot malis non frangi, sed etiam amplius quàm victores esse omnium illorum. Neque enim simpliciter dixit νικῶμεν, sed ὑπερνικῶμεν, quoniam in cruce etiam gloriamur, nedum vt animum despondeamus. Per eum qui dilexit, διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος. Vulgata, Propter eum qui dilexit: sensu etiam deprauato. quanuis ita legerit Ambrosius: sed repugnantibus omnibus codicibus, & Græcis ac Latinis interpretibus.

38 Nō mihi persuasū est, πέπεισμαι γάρ, &c. Indicat tacitè Paulus hoc verbo vnde manet ista fiducia: nēpe ex Verbi prædicatione efficaci, vt declarat 1. Cor. 1. c. 12. Itaque nō satis expressè cōuertit Vetus interpres, Certus sum. Neque principatus, neque potestates, οὔτε ἀρχαί, οὔτε δυνάμεις. His vocabulis vti solet Paulus & aliis etiam nōnullis ad spiritus excellentē naturā declarandā, cū bonorū, vt Eph. 1. d. 21, & Col. 1. b. 19: tum etiā malorū, quatenus illorū οὐσία, nō autē corruptio cōsideratur, vt Eph. 6. b. 11, & Col. 2. c. 16. Nota autē est omnibus, opinor, enallage illa Hebræis familiaris, appellativi pro adiectiuo, vt principatus pro principibus, potestates pro iis qui potestate fungantur. Sic etiam sublimitas pro rebus sublimibus, & profunditas pro rebus profundis.

39 Neque sublimitatem, οὔτε ὕψωμα. Vulg. & Eras. maluerunt altitudinem interpretari. Sed præterea Vetus interpres habet ante ista, Neque fortitudo, μήτε ἰσχύς. quod in nullis Græcis codicibus inueni.

ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ, τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.

à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.

à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.

Κεφάλαιον θ'

CAP. IX.

CAP. IX.

Ἀλήθειαν λέγω ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύδομαι, συμμαρτυρούσης μοι τῆς συνειδήσεώς μου ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, 1

VEritatem dico per Christū, non mētior, attestante mihi simul conscientia mea per Spiritum sanctum, 1

VEritatē dicam in Christo, non mētior, testimoniū mihi perhibēte cōscientia mea in Spiritu sancto, 1

Ὅτι λύπη μοί ἐστι μεγάλη, καὶ ἀδιάλειπτος ὀδύνη τῇ καρδίᾳ μου. 2

Quoniā tristitia mihi magna est, & cōtinuus dolor cordi meo. 2

Quoniam tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo. 2

Ηὐχόμην γὰρ αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα· 3

Magnam mihi triſtitiā eſſe, & perpetuū cruciatū cordi meo.

Optarim enim ego ipſe anathema eſſe ſeparatum à Chriſto, pro fratribus meis, cognatis inquam meis ſecundū carnē: 3

Optabā enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundū carnem: 3

Οἵτινές εἰσιν Ἰσραηλῖται, ὧν ἡ υἱοθεσία καὶ ἡ δόξα καὶ αἱ διαθῆκαι καὶ ἡ νομοθεσία καὶ ἡ λατρεία καὶ αἱ ἐπαγγελίαι. 4

Supra, 2. c. 17 Eph. 2. c. 12

Optarim enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundū carnem: 3

Qui ſunt Iſraelitæ: quorum eſt adoptio, & gloria, & fœdera, & Legis conſtitutio, & cultus, & promiſſiones. 4

Qui ſunt Iſraelitæ: quorū adoptio eſt filiorū, & gloria, & teſtamenta, & legislatio, & obſequiū, & promiſſa. 4

Qui sunt Israelitæ: quorū adoptio est filiorū, & gloria, & testamenta, & legislatio, & obsequiū, & promissa. 4

Ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς 5

Quorum patres, & ex quibus eſt Chriſtus

Quorum patres, & ex quibus est Christus 5

IN CAPVT IX.

1 Per Chriſtum, ἐν Χριστῷ. Id eſt ἐν τῷ Χριστῷ. Nam 2 reſpondens Græcorum præpoſitioni ἐν, interdum etiam in iureiurando adhiberur, vt Gen. 22. c. 16, & Ioſ. 2. b. 12. Vel, in Chriſto. i. ſecundum Chriſtum: ita videlicet vt eum facere par eſt qui Chriſtum reuereatur. Vel, per Chriſtum. i. Spiritu Chriſti linguam meam moderante, vt minimè ſit dubitandum quin verum loquar: vt paulo pòſt In Spiritu ſancto, accipitur pro, Spiritu ſancto duce ac moderatore. 5

3 Optarim, ηὐχόμην. Id eſt ηὐχόμουν ἄν, vt rectè omnino explicant Græca ſcholia. Frequenter enim occurrit hæc eclipſis, vt Act. 18. v. 21, ἐβουλόμην pro βουλοίμην ἄν. Vulg. Optabam, quaſi de eo tempore diſſerat Apoſtolus quo Eccleſiam perſequebatur, ſeſe à Chriſto ſeiungens. Sed id quàm parum appoſitè dicatur, res ipſa oſtendit.

Anathema, ἀνάθημα. Duo hic nobis obſeruanda puto, nempe huius vocabuli ſignificationem, deinde etiam 10 vſum. Illud igitur conſtat, ἀνάθημα & ἀνάθεμα à verbo ἀνατίθημι deduci. cuius quum multiplex ſit ſignificatio, non ſatis conuenit inter doctos homines quænam hic debeat obtinere. Putat enim Chryſoſtomus ἀνάθεμα ſiue ἀνάθημα dici à ſeponendo. Quemadmodum enim, inquit, τὰ ἀνάθεματα intacta ſunt & Deo conſecrata, & ab hominum commercio ac vſu ſciūcta, ſic ab Eccleſia electi & extorres, à communione ac conuictu fidelium ſunt remoti. Simili ratione Photius apud Œcumenium ἀνάθεμα ἦν exponit χωρισθῆναι ἐξ ἀλλοφυλισθῆναι, id eſt ſe- 15 parari & alienum prorſus reddi. At Budæus ἀνάθημα dici tradit homines ſacros, id eſt quorum capita inferis dicata ſunt & deuotat: ἀνάθεμα verò donaria diis conſecrata. & vtrūque deriuat ἀπὸ τοῦ ἀνατίθημι, id eſt ἀνατίθεμι. quòd & illorum hominum deteſtatio ſoleat in cippis expoſita proſcribi, & iſta in parietibus ac columnis templorum ſuſpendi. Hæc illi, de quibus ſi mihi fas ſit dicere quid ſentiam, diſtinctionem ἀναθήματος & ἀναθέματος non agnoſco, quanuis ἀνάθημα peculiariter donarium declaret, vt Luc. 21. a. 5. quum paſſim Græci interpretes 20 conuerterint ἀνάθημα, vt Leuit. 27. d. 28 & 29. pro quo vbique Paulus ſcribit ἀνάθεμα. Deinde etiam in nominis vtriuſque etymologia, Chryſoſtomi ſententiam potius velim amplecti, quòd præpoſitio ἀπὸ quam ſubiicit Apoſtolus, id omnino oſtendat: & præterea etiam Græci interpretes interdum vtantur verbo ἀφορίζω ἀπὸ in ea ipſa ſignificatione, vt Leuit. 17. c. 21, pro eo quod legimus in Hebræis הבדיל, verterunt ἐγὼ ἀφορίσω μόνον, terra ſeparata. Quod autem attinet ad vſum huius vocabuli, petendus eſt ex Moſis Lege, apud quem dicitur חרם res quæ- 25 uis Deo conſecrata, ipſique adeo homines: idque non vulgari quadam conſecratione, ſed ſacrato deuotóque eius capite qui eam rem in peculiarem ſuum vſum conuertiſſet: vocabulo deducto à verbo חרם quod declarat delere ac penitus excindere, vnde votum חרם, quum quis rem aliquam penitus à ſe abdicat, quam nec redimere, nec ſoluta æſtimatione recipere poſſit. Græci igitur theologi diuerſa quidem etymologia, ſed tamē quæ in idem recidat, ἀνάθημα vel ἀνάθεμα vocarunt à ſeparando, quòd Hebræi חרם à delendo & excindendo. Ex eo au- 30 tem quod Apoſtolus addit ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ à Chriſto, ſatis intelligi poteſt de ſempiterno exitio hæc eſſe accipienda. quo etiam optarit Paulus, ſi fieri potuiſſet, Iſraeliticæ gentis abdicationem redimere. Tanti erat apud illum Dei gloria, & charitas in ſuos. Hallucinatur ergo Hieronymus ad Algaſiam quæſtione nona, quum veritus ne hoc deſiderium parum conuenire videretur Apoſtolo, de occiſione corporali accipi poſſe dixit, non pro exitio mētis. Itémque Photius apud Œcumenium, quum iſta perinde accipit acſi Apoſtolus dixiſſet, Optarim vos ad 35 fidem aſcitos eſſe, & me adhuc à Chriſto alienatum. Secundum carnem, κατὰ σάρκα. Carnem hoc loco appellat ſanguinis coniunctionem, vt Gen. 20. b. 24, non autem humanā naturā in genere: vt ſuprà, cap. 1. a. 3, & infrà, verſu 5. Et hoc addidit Apoſtolus vt quæ vis ſit huius coniunctionis, id eſt προσώπων φυσικῶν, declararet.

4 Gloria, δόξα. Hoc ego peculiariter refero ad arcam fœderis, quòd erat præſentiæ Dei teſſera, ideóque per metonymiam dicitur Gloria Domini, 1. Sam. 4. d. 21 & 22. & Templum propterea etiam dicebatur habitatio 40 gloriæ Dei, vt Pſal. 26. b. 8. Fœdera, διαθῆκαι. id eſt tabulæ fœderis, per metonymiam: quum propriè dicantur לוחות הברית, id eſt Tabulæ fœderis, vt Deut. 9. b. 11 & 15. Hebr. 9. a. 4. Vtitur ergo plurali numero quòd duæ eſſent Tabulæ: & mihi multo commodior videtur hæc interpretatio quàm ſi ad fœdus cum Abrahamo & eius poſteris initum referas. Primùm, quia nonniſi vnum fuit hoc fœdus, quanuis ſæpius renouatum. Deinde, quia Paulo pòſt meminit διαθηκῶν plurium quæ ab illo fœdere vix poſſunt commodè ſecerni. Poſtremò, quia ſic videtur diſtinxiſſe Legem Paulus commodiſſimè in ſuas partes, nempe in διαθήκας, νομοθεσίαν & λατρείαν, id eſt legem quam 45 vocant moralem, iudicialem, & ceremonialem: vt melius appareat Dei beneuolentia. Cultus, ἡ λατρεία. Vulgata, Obſequium, vt etiam Auguſtinus aliquoties hunc locum citat. Cyprianus autem lib. 2, aduerſus Iudæos, Famulatum interpretatur. Galli vulgò vocant *le ſeruice*.

5 Quod ad

ὃ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν, ὑπὲρ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

quod ad carné attinet, qui eſt ſupra omnes Deus laudandus in ſecula. Amen.

ſecũdum carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula Amen.

Οὐχ οἷον δὲ ὅτι ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ· οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὗτοι Ἰσραήλ·

6 ‖ Fieri tamen non poteſt vt exciderit ſermo Dei. non enim omnes qui ſunt ex patre Iſraele, ſunt Iſrael:

6 Non autem quòd exciderit verbũ Dei. Non enim omnes q̃ ex Iſrael, hi ſunt Iſraelitæ. Supra, v.d.18

Οὐδ' ὅτι εἰσὶ σπέρμα Ἀβραάμ, πάντες τέκνα· ἀλλ' ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα.

7 Neque quia ſunt ſemen Abrahæ, ideo omnes ſunt filii: ſed ‖ in Iſaac vocabitur tibi ſemen.

7 Neq; quia ſemen ſunt Abrahæ, omnes filij: ſed in Iſaac vocabitur tibi ſemen. Gen.21.b.12 hebr.21.d.12

5 Quod ad carnem attinet, τὸ κατὰ σάρκα. Articulus additus vim habet maiorem excipiendi alteram naturam, diuinam videlicet quam poſtea deſcribit. Qui eſt, ὁ ὤν. Hanc eſſe germanam huius loci diſtinctionem & interpretationem partim ſummus omnium noſtrorum codicum conſenſus, partim etiam ipſa orationis ſeries oſtendit. Æquum enim fuit diuinitatem quoque explicari, vt appareret quæ ſit in eo Iſraelitica gentis præſtantia, quòd ex ea ſit ortus Chriſtus, qui idem & homo & Deus eſt. Certè nihil hic eſt violentum aut longius petitum: & mirari ſatis non poſſum quid Eraſmo in mentem venerit vt diceret ſignificandæ huic ſententiæ ſcribendum fuiſſe ὃς ὤν potius quàm ὁ ὤν. Nam contrà ſi ὃς ὤν legeris, habit conſtructio verborum, niſi poſt εὐλογητὸς ſubaudias ἐστί. & nemo qui vel à limine Græcam linguam ſalutarit, ignorat articulum præpoſitiuũ cum participio ſæpe conſtrui loco prouocabuli cum verbo finito: vt ὁ ὤν nihil aliud declaret quàm ὃς ἐστί. Commentus eſt tamen Eraſmus duas alias diſtinctiones, ſed contra fidem omnium codicum quos inſpeximus, & planè (vt mihi quidem videtur) repudiandas. Vna eſt vt poſt πάντων adſcripto puncto, ea quæ ſequuntur, nouum membrum conſtituãt, hoc modo, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων. Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, qui eſt ſuper omnia. Deus benedicatur in ſecula. Altera eſt, vt poſt ὁ ὢν finiatur ſententia, deinde ſequentia connectas in hunc modum, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς, εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, Deus qui eſt ſuper omnia, benedicatur in ſecula. Supra omnes, ἐπὶ πάντων. Vel, vt Vulgata, Super omnia. Mihi tamẽ placuit potius hoc accipere maſculino genere, vt ſit collatio Chriſti cum cæteris illis patribus ex eódem genere prognatis. Annotat etiam Eraſmus hoc poſſe connecti cum εὐλογητὸς, vt accipiamus Chriſtum ſuper omnia vel ſuper omnes laudandum in ſecula. quæ diſtinctio mihi videtur longius petita. Sed & in eo non poſſum illis aſſentiri quòd ἐπὶ πάντων conuertit In omnibus, id eſt ἐν, vel ἐν πᾶσι. Deus, Θεὸς. Hoc omittit Cyprianus lib. aduerſus Iudæos 1. cap. 5, & Hilarius quoque Pſalmum enarrans 111. ſicut Eraſmus obſeruauit, ſed librariorum vitio. vt oſtendit res ipſa, quum vtrobique citetur ob hoc ipſum hic locus vt probetur Dei nomen Chriſto verè & propriè competere. quanquam etiamſi omittatur, ſatis ſit expreſſa Dei naturæ explicatio, quum dicitur ὁ ὢν ἐπὶ πάντων, qui eſt ſupra omnes.

6 Fieri tamen nõ poteſt, οὐχ οἷόν δὲ. Id eſt, ἀλλ' οὐχ οἷόν τ' ἐστίν. Sic enim interdũ poni εἶναι pro δύνασθαι non addita particula τ, doctiſſimus Budæus prolatis exemplis oſtendit. Itaque multo planior eſt locus quàm Eraſmus putarit, & Græcus etiam ſcholaſtes: quorum ſententiam ſi ſequamur, non modò ſupplenda erunt plurima, ſed etiam abundabit particula δὲ. Vulgata, Non autem quòd exciderit. quaſi εἶναι redunder. Eraſmus, Non autem *hæc loquor* quòd exciderit. quæ interpretatio non video quomodo cum Græcis cohæreat. Dicitur autem Dei verbum non excidere, id eſt nunquam irritum fieri. Vt exciderit, ἵν' ἐκπέσωμεν. id eſt ἐκπτῶσις. Sic enim reſoluitur infinitiuus modus in ἵν quod *ἐκβατικὸν* vocant. Opponunturautem inter ſe Excidere & Stare, id eſt firmũ eſſe & in ſuo ſtatu permanere: ſicut apud Hebræos נפל & קום, & totũ hunc locũ Hebræi ſic exprimerẽt, אין אפשר כי נפל דבר אלהי ארצה. Caſtellio igitur peruerſiſſimè hunc locum corrupit, quum ſic eum interpretatur, Neque id eo dico quòd verbum Dei exciderit, id eſt quod ſim immemor diuini oraculi quo traditur veros Iſraelitas eſſe non eos qui ſecundum carnem, ſed qui ex promiſſione nati ſunt. Hæc ille: quæ quum ſcriberet non tantùm in eo peccauit quòd ſuauiſſimam hanc ſententiam de diuini verbi firmitate huc detorſit, acſi dicat Paulus ſe obliuioſum non eſſe, ſed in eo etiam quòd quæ Paulus adfert pro reſpõſo, totum illud videlicet, Non enim omnes, &c. ipſe fingit ab alio quopiam obiici, quaſi Paulus Iudæos nimium extulerit. Neſcio certè quid ſit Scripturam peruertere, ſi hoc non eſt. Ex *patre* Iſraele, ἐξ Ἰσραήλ. Ita cõuerti quòd mihi quidem videantur ſimpliciſſimè iſta interpretari qui Iſrael priore loco accipiunt pro ipſo Iacobo, à quo orti ſunt duodecim Patriarchæ: poſteriore autem pro ipſa Gente, quæ metonymicè ſic vocatur. Eſt autem in his verbis, totius iſtius de æterna prædeſtinatione tractationis propoſitio generalis, aliquam eſſe particularem Dei electionem quæ ſit primaria noſtræ ſalutis cauſa. Id autem probat duobus exemplis ex ipſa Abrahami familia petitis, partim quia nulla certiora vel magis idonea teſtimonia deligi potuerunt: partim etiam quoniam non conſtituit Apoſtolus hoc argumentum tractare aliis ἀπαθῶς, ſed per hypotheſin potius, ita vt in quibuſdam perſonis, electionis: in aliis verò, reiectionis exemplum ſpectandum proponat, donec tandem ad Iudæos & Gentes deſcendat. Negat igitur Apoſtolus omnes qui ex Iſraele trahunt originem, cenſeri inter Iſrael. id eſt in gente illa quæ in fœdere Dei comprehenditur. Ait denique Iſraelitas non ex genere, ſed ex electione æſtimandos, aſcendens nimirum ad primariam cauſam, id eſt electionem æternam, quum alibi aliquoties in eódem argumento hæreat in cauſis proximis, puta vel in fide, vt Galat. j. a. 7, vel in fidei fructibus, vt ſuprà, capite 2. d. 18 & 19.

7 In Iſaac vocabitur tibi ſemen, ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα. Id eſt, Iſaac tibi erit verus ac germanus filius, ac proinde tuæ benedictionis hæres. Nam quia pater in filio quodammodo reſurgit, & filius ex patris nomine dicitur, ideo ex Hebræorum idiotiſmo, dicitur ſemẽ patris vocari in eo quem gignit. id eſt filii reſpectu. Itaque qui ἐν Ἰσαὰκ conuertere maluerunt Per Iſaac, vel ex Iſaaco, haud ſcio an hunc Hebraiſmum intellexerint, quem neceſſe fuit integrum ſeruari, vel longiore ambitu verborum deſcribi. Videntur autem (quod eorum pace dixerim) eo decepti quòd ſequenti verſiculo videtur hæc ita explanare Paulus quaſi non tam de ipſo Iſaaco quàm de eius poſteritate ſint intelligẽda, quam videlicet Dominus præterito Iſmaelis ſemine, ſit amplexus. Atqui hiſtoriæ ſeries oſtẽdit de ipſo Iſaaco & Iſmaele illic agi, vbi hæc dicit Dominus: & libertæ Dei electioni probandæ multo magis idoneum eſt argumentum ab Iſaaco & Iſmaele, tanquam ſingularibus exemplis, ſumptũ, quàm ſi vtrunque illorũ dicamus cum ſuis poſteris cõprehendi. Itaque neceſſe eſt (opinor) vt cõſtitua mus P aulũ in proximo verſiculo non prperiè explicare hoc Moſis teſtimoniũ, ſed potius doctrinæ ſummam

proponere quã ex Domini oraculo collegit. Nam ſi Dominus ex duobus Abrahami filiis vno præterito alterũ demum pro filio vult haberi, efficitur, non omnes qui ex Abrahamo generãtur, cenſeri in filiis. Deinde (quod Paulus in verſiculo 9 probabit alio oraculo) ſi Iſaac non ideo electus eſt quia natus erat ex Abrahamo, ſed cõtrà ideo natus eſt ex Abrahamo quia Dominus illum dedit Abrahæ, conſequitur, titulum illum ſeu ius filii nulla re alia niti quàm gratuita Dei voluntate, quæ vt tempore ita etiam ordine omnia antegreditur. 5

Τουτέστιν, οὐ τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς, τοῦτα τέκνα τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας λογίζεται εἰς σπέρμα. 8

Gal. 4. d. 28

Hoc eſt, non qui filii carnis, ‖ filii Dei: ſed qui ſunt‖ filii promiſſionis, cẽſentur in ſemine.

8 Id eſt, nõ qui filij carnis, hi filij Dei: ſed q̃ filij ſunt promiſſionis, eſti manent in ſemine.

Ἐπαγγελίας γὰρ ὁ λόγος οὗτος, Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐλεύσομαι, καὶ ἔσται τῇ Σάρρᾳ υἱός. 9

Gen. 18. b. 10

Promiſſionis enim ſermo hic eſt, ‖ Hoc ipſo tempore veniam, & erit Saræ filius.

9 Promiſſionis enim verbum hoc eſt, Secundũ hoc tempus veniam, & erit Saræ filius.

Οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ Ῥεβέκκα ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα Ἰσαὰκ τοῦ πατρὸς ἡμῶν· 10

Gen. 25. c. 21

Neq; hic ſolũ, ‖ ſed Rebecca, quũ ex vno cõcepiſſet, nempe ex Iſaac patre noſtro, hæc experta eſt

10 Nõ ſolùm autẽ, ſed & Rebecca, ex vno concubitu habẽs Iſaac patre noſtro.

Μήπω γὰρ γεννηθέντων, μηδὲ πραξάντων τι ἀγαθὸν ἢ κακὸν, ἵνα ἡ κατ' ἐκλογὴν τοῦ Θεοῦ πρόθεσις μένῃ οὐκ ἐξ ἔργων, ἀλλ' ἐκ τοῦ καλοῦντος, 11

Nondũ enim natis pueris, quũ nihil feciſſẽt boni vel mali, vt propoſitũ Dei quod eſt ſecundũ ipſius electionẽ, id eſt nõ ex operibus ſed ex vocante, ſtet manens maneret,

11 Quũ enim nondũ nati fuiſſent, aut aliquod bonũ egiſſent aut malũ, vt ſecundũ electionẽ propoſitum Dei maneret, non ex operibus, ſed ex vocante,

8 Filii carnis, τὰ τέκνα τῆς σαρκός. Quũ alibi ſolea τέκνα liberos interpretari, ego aliquoties in hoc argumẽto malui filios cõuertere, vt amphiboliã vitarem. Vocat autẽ filios carnis ex Hebræorũ idiotiſmo, eos quorum Abraham non alia ratione pater eſt quàm ea ipſa qua ſolent conſueto naturæ ordine homines ex hominibus gigni. Iis autẽ opponuntur filii promiſſionis, i. quos Deus dat Abrahæ, quia ſic illi viſum eſt, vt eos in illo Abrahæ ſemine adoptet, per quod & ipſe Abraham & eius germana poſteritas cæleſtis hæreditatis ſit particeps. Qui verò promiſſionis filios interpretantur, eos qui per fidem amplectuntur promiſſionem, dicunt quidem quod res eſt, ſed non ſatis appoſitè loquuntur. Neque enim Paulus hoc loco filios Abrahami à cæteris diſtinguit fidei nota, vt ſuprà, cap. 4, & ad Gal. cap. 3. ſed de primaria cauſa. i. de ipſius fidei fonte, gratuita videlicet electione, diſſerit. Cẽſentur, λογίζεται. Vulg. Æſtimãtur. Eraſ. Recẽſentur. Vide Mar. 15. c. 28, & ſuprà, 4. a. 4.

10 Neque *hic* ſolùm, οὐ μόνον δέ. Alterum argumentum petitum ex Eſau & Iacobi exemplo, quorum hic dilectus fuit, hic verò odio habitus, nullo perſonarum aut operum reſpectu, ſed quia ſic Deo viſum eſt. Vulg. Non ſolùm autẽ, perobſcurè. Itaque in quibuſdam exẽplaribus legitur, Neque ſolùm *illa*. Eraſ. Non ſolùm autẽ *hoc*. Ego verò malui ſupplere pronomen maſculinũ, quòd poſterius illud exemplum delecti alterius ex duobus filiis, multo commodius videatur ad Abrahamum vtriuſque patrem quàm ad Saram alterius tantùm matrem referri. Quod autem attinet ad hoc dicendi genus Paulo familiare, vide ſuprà, 5. a. 3. Quum ex vno concepiſſet, ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα. Ad verbum, Quum ex vno ſemen haberet: in vtero videlicet retentum. Nam κοίτη hoc loco honeſtè vocat non torum, neque concubitum, ſed ſemen ipſum, ex Hebræorum idiotiſmo: qui à conſequẽti שכבת ſemẽ vocant, à verbo שכב quod cubare ſignificat. Itaque dicitur vir שכבת זרע. i. (vt Græci interpretes conuertunt, Leuit. 18. d. 1 2, item 19. c. 15, & Num. 5. c. 20) κοίτην vel κατακλίνειν διδόναι, ac proinde hîc à Paulo dicitur mulier ſimili ratione κοίτην ἔχειν quando ſemen retinuit. quod vno concipiendi vocabulo optimè ac penè ad verbũ exprimitur. Vulg. Ex vno cõcubitu habẽs, depravata lectione, pro cõcubitũ habẽs, vt rectè annotatũ eſt ab Eraſmo. Nã alioquin nemo nõ videt dicendũ fuiſſe κατακλίσεως κοίτην ἔχουσα, ita vt ἔχειν accipiatur pro cõcipere & gravidã fieri. Eſt itaque manifeſtè depravatus hic locus à quopiã Græcæ linguæ prorſus ignaro: & ſive concubitu, ſive cõcubitũ legas, minimè appoſitã eſſe interpretationẽ liquet ex iis quæ diximus. Eraſmus igitur maluit interpretari, Ex vno conceperat, rectè quidẽ vſus cõcipiendi verbo, quanuis rationẽ non tradat cur κοίτην ἔχειν accipiatur pro cõcepiſſe: ſed ita vt ſatis appareat (quod tanti viri pace dictum velim) ipſum non intellexiſſe quæ ſit iſtorũ verborũ ſtructura, & nonnihil etiã obſcuraſſe Pauli ſententiã. Nam certè ſi ita conuertas, neceſſe erit vt particulam cauſalem in proximo verſiculo ita explices quaſi rationem reddat cur Rebecca ex vno conceperit. quod quàm ſit abſurdum, nemo non videt. Deinde quod ἔχουσα poſitum putat pro ἐχούσης abſoluta conſtructione, quanuis à grammaticis obſeruetur in Attica dialecto, tamen hoc loco planè eſt violentum. quia ſequens particula cauſalis prorſus oſtendit ſupplendum eſſe aliquid conſentaneum, ſicut nos fecimus, vt plena ſit ac perfecta ſententia, cuius ratio ſubtexatur. Nempe ex Iſaac, Ἰσαὰκ. Addidi particulam Nempe hoc etiam in loco, vt planius fieret iſta cum ἐκ τοῦ cohærere. Nam quod nonnulli referunt ad Iacobum filium, non autem ad Iſaacum patrem, eiuſmodi eſt vt ne refutatione quidẽ indigeat. Et quod apud Ambroſium legitur, Iſaac patrem noſtrum, manifeſtè depravatum eſſe apparet, vt obſeruauit Eraſmus. Nec enim Rebecca genuit Iſaacum, ſed ex eo ſuſtulit gemellos Eſau & Iacobum.

11 Nondum enim natis *pueris*. μήπω γὰρ γεννηθέντων. In vno codice additum inuenimus αὐτῶν, ipſis, pronomen affixum, quod Hebræi dicerent בטרם יולדים, ante naſci ipſos, etiamſi non præceſſit antecedens. Sed vſitatius eſt nobis quod ſuppleuit Eraſmus. Eſt enim hæc eclipſis Hebræis familiaris, apud quos verbale nomen (quod vocant) includi dicitur in ipſo verbo. vt dicturus fuerit Paulus Hebraicè ſcribens עודם נולד.

Vel mali, ἢ κακὸν. Ergo non minus in reprobationis decreto remouetur omnis conſideratio perſonarum vel operum quàm in electione, quum hæc duo oppoſita ſint, & de Eſau reiecto non aliter loquatur Apoſtolus quàm de Iacobo electo, ſicut apparet ex verſu 18. Quòd ſiquis excipiat, ſic loqui Apoſtolum quoniam reipſa conſtituit Deus homines eligere vel reiicere antequam boni vel mali ſint, imò etiam antequam ſint, quum eius propoſitum ſit ab æterno: ſed tamen idcirco eligere quoniam præuidet eligendorum fidem & bona opera, & idcirco reprobare quoniã præſcit reprobandorũ incredulitatẽ & mala opera reſpondeo, huius dicti i futilitatẽ cũ ex aliis multis, tũ verò maximè ex ſequenti obiectione manifeſtiſſimè intelligi. Nã certè ſi hoc ita eſſet, neutri haberẽt de quo cõquererẽtur, ac proinde nullus eſſet ſequẽtibus obiectionib⁹ locus. qua de re audiamus ipſũ Auguſtinũ, nequis nos exiſtimet ex noſtro ſenſu loqui. Sic igitur ille Enchiridio ad Laurẽtiũ, cap. 98, 5 ẽnõ

Paulus quemadmodũ posset hoc quod dictum est permouere eos qui penetrare intelligẽdo non possunt hanc altitudinem gratiæ, Quid ergo dicemus ait: nunquid iniquitas est apud Deum? Absit. iniquum enim videtur vt sine vllis bonorum malorúmve operum meritis, vnum Deus diligat, oderitque alterum. Quasi re si futura opera, vel bona huius, vel mala illius, quæ vtique Deus præsciebat, vellet intelligi, nequaquam diceret EX OPERIBVS, sed EX FVTVRIS OPERIBVS: eóque modo istam solueret quæstionem, imò nullam quam solui opus esset, faceret quæstionem. Sed & idem Augustinus quum aliquãdo scripsisset præuisam fidem esse electionis causam, postea lib. Retract. 1. cap. 23, Illa, inquit, non scripsissem si fidem non minus quàm bona opera, Dei donum esse intellexissem. Propositum Dei quod *est* secundum *ipsum* electionẽ, κατ' ἐκλογὴν τὴν Θεοῦ μένουσαν, id est, Dei decretum quod proficiscitur ex ipsius mera voluntate, qua illi visum est, vno præterito, alterum assumere, &c. Vulgata & Erasmus, Secundum electionem propositum Dei, neglecto articulo.

Id est non ex operibus, sed ex vocante, οὐκ ἐξ ἔργων, ἀλλ' ἐκ τοῦ καλοῦντος. Quidam hæc connectunt cum verbo ἐρρέθη: sed (nisi vehementer fallor) res ipsa ostendit Paulum voluisse his verbis explanare quid valeret electionis vocabulum. quamobrem etiam adieci explanatiuam particulam Id est. quam expositionem si Sophistæ satis attentè considerassent, nunquam eo dementiæ venissent vt præscientiam futurorum substernerent electioni vel reprobationi, id est vt omnia peruerterent: quum contrà totus sit Paulus in eo vt probet Propositum omnes causas antegredi, & nihilominus Deum esse iustum. Firmum maneret, μένῃ. Verbum manendi hoc loco respondet verbo Hebræo קום, vt Esa. 46. b. 10, quod significat perstare & firmum permanere. Idcirco verbum vltimum locum hæc reieci ne hic versiculus possit deinceps perperam distingui, quasi videlicet Non ex operibus sed ex vocante, cum sequente verbo Dictum est, cohæreant.

Ἐρρέθη αὐτῇ, Ὅτι ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι.	12 Dictum est ei, ‖ Maior seruiet minori.	12 *Dictũ est ei. Quia maior seruiet minori.*	Gen. 25. c. 23
Καθὼς γέγραπται, Τὸν Ιακὼβ ἠγάπησα, τὸν δὲ Ησαῦ ἐμίσησα.	13 Sicut scriptum est, ‖ Iacob dilexi, Esau verò odio habui.	13 *Sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui.*	Malach. 1. d. 2
Τί οὖν ἐροῦμεν; μὴ ἀδικία παρὰ τῷ Θεῷ; Μὴ γένοιτο.	14 Quid igitur dicemus? Nũ iniustitia *est* apud Deum? Absit.	14 *Quid ergo dicemus? nunquid iniquitas apud Deum? Absit.*	
Τῷ γὰρ Μωσῆ λέγει, Ἐλεήσω ὃν ἂν ἐλεῶ, καὶ οἰκτιρήσω ὃν ἂν οἰκτείρω.	15 Nã Mosi dicit, ‖ Misereb*or* cuius misertus fuero, & cõmiserab*or* quẽ cõmiseratus fuero.	15 *Moysi enim dicit, Misserebor cui misereor: & misericordiam præstabo cui misserebor.*	Exo. 33. d. 19

13 Iacob dilexi, τὸν Ιακὼβ ἠγάπησα. Videri poterat Apostolus, nisi hoc addidisset, non satis appositè citasse alterum Mosis locum. Neque enim valet consequutio, Seruiet maior, ergo reiectus est à Deo, nisi ostendas seruitutem istam à Dei odio profectam. Et vicissim nisi minoris imperium cõjunctum est cum Dei benevolẽtia, non consequetur Iacobum fuisse electũ, quoniã fratri dominatus est. Sunt autem omnium hominum ineptissimi qui contendunt hoc exemplum ad res terrenas spectare, nec animaduertunt Paulum id assumere de quo satis constabat, nempe terram Chanaan non id fuisse propriè quod Deus Abrahamo & ipsius posteris promisit, sed typum duntaxat & figuram veræ & æternæ promissionis, cælestis nimirum hæreditatis: sicut docet Apostolus vndecimo capite epistolæ ad Hebræos. Rectè igitur Paulus non de rebus terrenis sed cælestibus agens, vt probaret electionem Dei esse liberam, & ab ipsius proposito manare, ex seruitute odium Dei in Esau, ex dominio amorem eiusdem in Iacobum colligit, Malachiam vt optimum Mosis interpretem sequutus.

14 Num iniustitia, μὴ ἀδικία. Qui putant Deo obiici iniustitiam in eo quòd cum paribus imparitèr agat, non satis appositè loquuntur. Obsecro enim si rex quispiam ex duobus similiter facinorosis vni gratiam faciat, alterum agat in crucem, an erit propterea προσωποληψία, & vlla erit iniquitatis species in eo quòd in istum animaduertat? Imò siqua hic esset iniquitas, non in eo esset quòd istum punisit, sed in eo potius quòd non etiam illum puniat. Itaque non esset Apostolo asserenda Dei iustitia in reproborum exitio, sed potius in electorum salute. Et tamen videmus eum vtrinque asserere Dei iustitiam: ex quo consequitur hãc obiectionem ita intelligendam esse vt Deus vtrinque statuatur iniustus. Sic igitur explicandus est hic locus. Dixerat Apostolus Deum, nulla habita dignitatis vel indignitatis ratione, destinare odio & amori quoscunque liberet. Hoc verò iniquissimum videtur humanæ rationi, quæ statuit causas impellẽtes ad odium vel amorem in ipsis personis positas esse oportere, ne digni odio amentur, & digni amore exosi fiant: ideóque vellet hominum merita prius à Deo considerari, ac postea demum vnumquemque pro suis meritis odio vel amori destinari. Hæc est obiectio cui respondet Apostolus.

15 Nam Mosi dicit, τῷ γὰρ Μωσῆ λέγει. Interposita particula ABSIT satis indicat à Paulo subiici quæ sequuntur, vt Dei iustitiam asserat aduersus illam iniustitiæ obiectionem. Itaque nullo modo audiendi sunt Origenes & Hieronymus, nec quicũque eos sequũtur, qui putãt omnia ista vsque ad hæc verba, Imo verò, ô homo, dici in aduersarii persona. Cuius misertus fuero, ὃν ἂν ἐλεῶ. Vulgata, Cui misereor. Erasmus, Cuiuscunque misereor. Sed præterquam quòd in Hebræis vtroque loco seruatur idem tempus futurum, particula ἂν docet hoc explicandum esse per futurum exactum quod vocant. Sicut autem vsus est Græcus interpres duplici verbo ἐλεῶ & οἰκτίρω, sic etiam Moses vsurpat חנן & רחם, quorum prius significat gratia & fauore prosequi: alterũ verò veluti materna (id est summa) misericordia complecti, pro quo sæpe dicũt Euangelistæ σπλαγχνίζεσθαι. Cæterùm hæc summa est respõsionis Pauli. Quãuis Deus absque vllo qualitatẽ respectu, amori destinet. i. eligat, & odio destinet. i. reprobet, quoscũque illi libuit, tamẽ procul eũ abesse ab omni iniustitia, quoniã inter æternum Dei decretũ & eius decreti exquutionẽ sunt causæ subordinatæ, quibus electos ad salutẽ adducit, & reprobos iustè damnat. Electos enim seruat per misericordiã, reprobos damnat per indurationem. Neutris igitur facit iniuriam, quoniam vtrique digni sunt exitio. Misericordia enim miseros electos fuisse ostendit, ac proinde dignos qui propter peccatum perderentur: induratio verò peruersitatem præsupponit in qua iustè indurantur reprobi. Itaque Deus nec in suorum electorum salute potest iniustitiæ argui, quos sola bonitate eligit: nec in reproborum damnatione vt iniquus reprehendi, quum iure damnet induratos. Siquis autem roget cur hos potius quàm illos odio vel amori destinarit, reuocat nos Paulus ad ipsius voluntatem, quæ certè non potest, ne hominibus quidem iudicibus, iniusta idcirco censeri quòd aliquos tantùm à damnatione excipiat. Nam qui potest esse iniustus in nonnullis tantùm per misericordiam seruãdis, qui, etiamsi omnes induraret & perderet, meritò id faceret? Nec verendum est ne is peccet in delectu cuius voluntas est ipsa iustitiæ regula. Hæc est huius respõsi summa: quod quum sit planissimum & certissimum, & claris Scripturæ testimoniis distinctè

Paulo comprobatum, miror inueniri potuiſſe qui nodum in ſcirpo quærerent, & in clariſſima luce tenebras cogitarent.

Ἄρα οὖν οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος θεοῦ. 16 Nempe igitur *electio* non eſt eius qui velit, neque eius qui currat, ſed miſerentis Dei. 16 *Igitur non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei.*

Λέγει γὰρ ἡ γραφὴ τῷ Φαραώ, Ὅτι εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐξήγειρά σε, ὅπως ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν δύναμίν μου, καὶ ὅπως διαγγελῇ τὸ ὄνομά μου ἐν πάσῃ τῇ γῇ. Exo.9.d.16 17 Dicit enim Scriptura Pharaoni, ‖ Ad hoc ipſum excitaui te vt oſtendam in te poteſtatem meam, & vt annuntietur nomen meum in tota terra. 17 *Dicit enim Scriptura Pharaoni, Quia in hoc ipſum excitaui te vt oſtendam in te virtutem meam: & vt annuntietur nomen meum in vniuerſa terra.*

Ἄρα οὖν ὃν θέλει ἐλεεῖ, ὃν δὲ θέλει σκληρύνει. 18 Itaque cuius vult miſeretur, quem autem vult, indurat. 18 *Ergo cui vult miſeretur, & quem vult indurat.*

16 Nempe igitur *electio* non eſt eius qui velit, Ἄρα οὖν οὐ τοῦ θέλοντος. Vulgata & Eraſmus, Itaque non eſt volentis: ſed vt planior eſſet oratio, præſtitit ſupplere quod deerat explendæ conſtructioni. Cæterùm hæc dici in aduerſarii perſona, non rectè cenſuit Chryſoſtomus, quum ſint verba Pauli, hanc concluſionē elicientis ex Moſis teſtimonio, Deum ad miſericordiam à ſeipſo ſolo impelli, ſiue (vt ait Iohannes) nos priorem deligere, ac proinde ſummè bonum ſeſe declarare in electorum ſalute, nedum vt ſit iniuſtus. Voluntatem autem appellat cogitationem & conatum animi, curſum verò bona opera. Excludit igitur Apoſtolus hæc omnia, quatenus videri poſſent cauſæ Deum ad nos eligendos impellētes: ac meritò quidē, quū ordine cauſarū Deus prius gratis eligat, deinde in electis operetur & velle & perficere. Malui autem τῷ θέλοντος vertere Eius qui velit, quàm Volentis, nequis putet nomen Dei eſſe κατὰ τῷ κατοῦ repetendum: perinde acſi diceret Paulus, nō eſſe Dei volentis, nec Dei currentis, ſed Dei miſerentis: quæ ſententia eſt prorſus inepta.

17 Dicit enim Scriptura Pharaoni, λέγει γὰρ ἡ γραφὴ τῷ Φαραώ. Id eſt, Deus in Scriptura ſic alloquitur Pharaonem, vel Scriptura ſic Deum inducit alloquentem Pharaonem, vt Galat. capite 3.d.22, dicitur Scriptura concluſiſſe omnia ſub peccatum: quod magis propriè tribuitur ipſi Deo infrà, capitis vndecimi, v. 32. Iam autem alterum membrum aggreditur Apoſtolus, id eſt reprobationis decretum, in quo etiam oſtendit nullam eſſe iniuſtitiam, quanuis ſola Dei voluntate nitatur. Ac primò quidem oſtendit rem ita ſe habere, id eſt Deum quos libuit exitio deſtinare, prolato ipſius Dei de Pharaone teſtimonio, ex Moſe. Deinde ab optimo fine conſilii diuini colligit eiuſmodi conſilium non poſſe non videri optimum, nedum vt ſit iniuſtum. Tertio demum loco, quū inter reprobationis decretum & eius exequutionē, (id eſt reprobatū exitium) intercedat induratio, quæ peruerſitatem illorum præſupponit, colligit, Deum non poſſe iniuſtum in damnandis reprobis videri, quia nonniſi exitio dignos condemnat. Excitaui, ἐξήγειρα. Id eſt feci vt exiſteres, הֶעֱמַדְתִּיךָ. Eſt enim hoc omnino ad primā Pharaonis creationē referendū, vt apparet etiā ex verbo עָמַד, quo mox vtitur Apoſtolus ver. 22. Itaque nihil eſt impurius Origene in tota iſtius argumēti tractatione. Alii cōuertunt Euexi te, in regnū videlicet, ſed quum nihil ſimile hic addatur, & ſimpliciter dicatur Deus Pharaonem ἐξεγεῖραι, requiro ſimile exemplum in quo idem verbum accipiatur pro Euehere. Deinde (vt tale exemplum inueniri poſſit) quis tam eſt cæcus vt non videat ex ſequēte cōcluſione, Paulum vſque ad fontem ipſum (id eſt ad propoſitum Dei) progredi? Alii malunt interpretari Obfirmaui te, quia in cōcluſione ſit mentio indurationis. Sed neceſſe eſt vt altius i. ad Dei voluntatem, ordine iſta omnia antecedentem, conſcendamus. neque hanc interpretationem admittit verbum ἐξηγείρειν. Græcus autem interpres apud Moſen cōuertit διατήρησε, ſeruatus es. Cui interpretationi fauet Chaldaica paraphraſis, & Hebræorum interpretum ſententia. Sed non video cur meliorem interpretē quæramus quàm Paulum. i. ipſum eundem Spiritum ſanctum, per os tum Moſis tum Apoſtoli loquentem. cui verò hæc ratio non ſatiſfecerit, eum ſinam cum ratione inſanire. Eſt autem notandum in verbo Excitandi comprehendi Indurationem. Reſpicit enim Apoſtolus ad totam Pharaonis hiſtoriam, in qua ſæpiſſime inculcatur verbum ipſum Indurandi. Non fuit autem neceſſe hanc integrā hiſtoriam omnibus notam repetere, ideóque ſatis fuit Apoſtolo vnicum teſtimonium commemorare, quod erat maximi momenti. Niſi verò hoc obſerues, videbitur Paulus in proximo verſiculo vitioſa collectione vti, id eſt plus colligere quàm ferat antecedens.

18 Itaque, Ἄρα οὖν. In his verbis eſt concluſio præcedentis reſponſionis, quæ & ipſa eſt bimembris, ſed imperfectè enuntiata. Dicendum enim fuiſſet, Ergo cuius vult miſeretur, & quem vult indurat, & proinde nulla eſt in eo iniuſtitia. Sed quod deeſt, facilè intelligitur ex propoſita quæſtione, vt neceſſe non fuerit exprimere. Res autem ipſa oſtendit eos valde hallucinari qui ne videantur indurationem tribuere voluntati Dei, volunt hæc dici non à Paulo, ſed ab aduerſario qui ſuperius Pauli reſponſum oppugnet ab abſurdo. Primùm enim quum ſit eadem contrariorum diſciplina, ſi abſurdum & falſum eſſet poſterius membrum quo dicitur Deus quos vult indurare, abſurdum eſſet etiam prius, quo dicitur quorum vult miſereri. Deinde in proximo verſiculo manifeſtè notatur perſonæ diſcrimen, ſicut etiam ſuprà, ver. 14, vt ſanè mirer inueniri potuiſſe qui hoc loco quererentur de Pauli obſcuritate, quum adeo planè ac perſpicuè loquatur vt nihil ſuprà. Denique ſi hæc concluſio eſſet impia & abſurda, vt nōnulli volūt, Apoſtolus certè illam refutaſſet. Atqui tantum abeſt vt eam refellat vt contrà tanquam veriſſimam defendat ver. 21, & deinceps. Cuius vult, ὃν θέλει. Id eſt, quem ei libuit amori ſuo deſtinare, idque ideo tantùm quia illi libuit. Itaque prorſus peruertunt Apoſtoli ſententiam qui præuiſam fidem vel opera faciunt æternæ electionis cauſam. Nec aliter explicandum eſt idem verbum θέλει in oppoſito membro. Indurat, σκληρύνει. Id eſt, inquit impuriſſimus Origenes, vtitur eorum malitia ad emendationem cæterorum, & dicitur eos indurare quia non vult ſubitò eos vleiſci, ſed potius vti pœnis paulatim ingraueſcētibus. Perinde, inquit ſophiſta Pighius, acſi lenis dominus quiſpiā videt ſeruos ſua lenitate fieri deteriores, dicat, Ego vos perdidi, ego vos corrupi: nihil aliud ſignificās quàm ſe illos non caſtigaſſe, & illos propterea factos fuiſſe deteriores. Atqui, ſi res ita haberet, & hoc diſcrimē inter electos & reprobos, in ipſis eſſet poſitū, id eſt ſi Deus propoſiti ſui regulā ſumeret ex præuiſis vniuſcuiuſq; meritis, cauſa nulla eſſet cur diceret Apoſtolus, Tu quis es qui Deo reſponſas? nec vllus eſſet iis obiectionibus locus quas hoc loco refellit Apoſtolus: ſed alia non minus abſurda cōſequerentur, vt in noſtro aduerſus Caſtellionē libello pluribus oſtendimus. Sunt ergo qui Indurat interpretantur, Permittit vt ſeipſos indurent: quaſi videli-

cet oppoſita ſint permiſſio & voluntas. Atqui nuſquam ita loquitur Dominus: & cuiuſmodi iudex erit Deus ſi indurationem quæ inter iuſtas peccati pœnas optimo iure numeratur, non decernit, non peragit, ſed otioſe permittit? & quis tandem permiſſionem opponet voluntati, niſi qui Deum arbitrabitur vel otioſum vel inuitum aliqua permittere? Atqui nec otioſus Deus, Deus eſt: nec item Deus eſt omnipotens qui iuuitus aliquid ſinit. Reſtat ergo vt quod permittit, volens permittat, ac proinde iſtam diſtinctionem falſam & inanem eſſe concludamus, vt quidem in ſcholis ſolet vſurpari. Ergo, inquies, Deus eſt author malorum. Hoc ego verò pernego. Iuſtum enim eſt quicquid agit, etiam quum peccant eius inſtrumenta. Reipſa igitur Deus quos vult indurat: non quidem nouam aliquam malitiam eis ingenerando, ſicut in electis nouas vires efficit quum eos immutat: nec etiam eos cogendo, quum nemo niſi volens peccet: ſed primùm quidem iam corruptos magis ac magis deſerendo, deinde eos cupiditatibus cordium ſuorum, & Satanæ quoque efficiciter tradendo. Sed (inquies) ſi hæc eſt eius voluntas, ita vt pereant quos induruit, (ſit enim omnino quicquid vult) cur induratis ſuccenſet? Hæc eſt verò obiectio altera pro reprobis, cui ſtatim reſpondebit Apoſtolus.

Ερεῖς οὖν μοι, Τί ἔτι μέμφεται; τῷ γὰρ βουλήματι αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκε;	19 Dices ergo mihi, Quid adhuc ſuccenſet? nam voluntati illius quis reſtitit?	19 Dices itaque mihi, Quid adhuc queritur? voluntati enim eius quis reſtitit?
Μενοῦνγε, ὦ ἄνθρωπε, σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ; μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι, Τί με ἐποίησας οὕτως;	20 Imò verò, ô homo, tu qui es qui ex aduerſo reſponſas Deo? num dicet figmentum fictori, Cur me talem feciſti?	20 O homo tu qui es qui reſpondeas Deo? Numquid dicet figmentum ei qui ſe finxerit, Quid me feciſti ſic? Eſaiæ 45.9.
Ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆσαι ὃ μὲν εἰς τιμὴν σκεῦος, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν;	21 Annon habet poteſtatem figulus in lutum, vt ex eadem maſſa faciat aliud quidem vas ad decus, aliud verò ad dedecus?	21 Annō habet poteſtatem figulus luti, ex eadē maſſa facere aliud quidem vas in honorē, aliud uerò in contumeliam. Sapiē. 15.7. Ieremi. 18.a.6.

19 Succenſet? μεμφεται: Vulgata, Queritur. quæ interpretatio impoſuit Aquinati, quaſi ſcriptum ſit Quæritur à verbo quæro, vt Eraſmus annotat, qui vertit Conqueritur. Ego malui imperioſius verbum vſurpare. Reſtitit, ἀνθέστηκε: Vel, vt Vulgata & Eraſmus, Reſiſtit. multa enim verba ſunt apud Græcos quæ in præteritis habent præſentis ſignificationem. Dicitur autem voluntati Dei nemo reſtitiſſe, id eſt nemo impedire vnquam potuiſſe quominus fieret quod ſemel Deus decreuit. Nam alioqui ſi voluntatem Dei accipias pro iis quæ facienda præcepit in Lege, totidem reſiſtunt huic eius voluntati quot ſunt ipſius Verbo rebelles. Et Satan quoque cum ſuis quotidie conatur Dei conſilia impedire, ſed fruſtra.

20 Imò verò, μενοῦνγε. Vulgata hanc particulam prætermiſit. Eraſmus, Atqui interpretatur, non ſatis expreſſè. Eſt enim aduerſatiua hoc in loco, vt rectè tradidit doctiſſimus Budæus, ſic Lic. capite 11. d. 18. Eſt autem in primis obſeruandum, Apoſtolum in his reſponſionibus concedere vtrunque aduerſarii antecedens, Dei voluntate videlicet quos illi libuit indurari, & iſti volūtati reſiſti non poſſe: ſed negare conſequens, Deum videlicet propterea immeritò ſuccenſere. Primùm igitur aperit Apoſtolus omnium iſtarum reſponſationum veram ac propriam cauſam, quoniam nimirum homines nullam in Deo ſapientiam agnoſcunt niſi quam vident cum humano iudicio cōſentire, & (vt ſuperbi ſunt) putant Deum non poſſe effugere tyrannicæ crudelitatis crimen ſi ex mera voluntate quoſdam ſaluti, quoſdam exitio deſtinet. Reuocāros igitur homines ad diuinæ maieſtatis & humanæ imbecillitatis conſiderationem, præparat ad ſequentes reſponſiones.

Qui ex aduerſo reſponſas, ὁ ἀνταποκρινόμενος. Vulgata, Qui reſpondeas, non expreſſa verbi Græci ſignificatione. Eraſmus, Qui ex aduerſo reſpondes. Mihi magis arriſit verbum Reſponſandi, quod in vitio ponitur, & crebris illis obiectionibus optimè conuenit.

21 Annon habet, &c. ἢ οὐκ ἔχει. Prima ratio à comparatis ſumpta. Quis enim cum ferat qui Deo iuſtiſſimo & ſapientiſſimo opifici minus in opificio ſuo tribuendum putet quàm figulo impurum lutum pro ſuo arbitrio tractanti? In lutum, τῷ πηλοῦ. Vel, luti. Mirè autem quadrat hæc ſimilitudo primæ illi humani generis creationi. Ex eadem maſſa, ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος. Qui Maſſæ nomine humanum genus corruptum intelligunt, mihi non ſatisfaciunt in huius loci explicatione. Primùm enim mihi videtur nomen illud informis materiæ ne condito quidem humano generi, nedum iam corrupto ſatis conuenire. Deinde ſi genus humanum vt corruptum conſiderāſſet Apoſtolus, non diciſſet quædam Vaſa ad decus, quædam ad dedecus factas, ſed potius quum omnia vaſa ad dedecus eſſent comparata, alia in iſto dedecore relicta, alia verò ab hoc dedecore ad decus tranſlata. Poſtremò, niſi Paulus ad vltimum vſque gradum conſcendat, non ſatisfecerit obiectæ quæſtioni. Semper enim quæreretur, iſta corruptio temerè ne euenerit, an verò ſecundum Dei propoſitum, ac proinde difficultas eadem recurret. Dico igitur Paulum elegantiſſima iſta ſimilitudine adhibita, ad æternum vſque propoſitum Dei conſcendere: qui antequam humanum genus conderet, iam tum & in quibuſdam quos nouit, per miſericordiam ſeruandis, & in quibuſdam, quos etiam nouit, iuſto iudicio perdendis, gloriam ſuam illuſtrare, pro ſuo iure & mera voluntate decreuerit. Et certè niſi ita eſſe ſtatuamus, maxima iniuria Deus afficietur, quia nec ſatis ſapiens fuerit qui prius homines cōdiderit, & corruptos ſit intuitus, quàm quorſum eos conderet conſtituerit: nec ſatis potens ſi quum aliud de iis conſilium cepiſſet, ab alio fuit impeditus quominus quod volebat aſſequereretur: nec ſatis conſtans, ſi volens & vltro, poſt corruptum opificium ſuum, nouum conſilium cepit. Ad decus, εἰς τιμὴν. Id eſt vſus honeſtos. Nam ſæpe iam annotauimus appellationis pro adiectiuis poni apud Hebræos. Sic autem malui interpretari quàm ad honorem, vt ſeruarem paronomaſiam τιμῆς & ἀτιμίαν. Cæterùm quoniam aduerſarius acquieſcens iis quæ de miſericordia dicta fuerant, de altero tantùm membro, id eſt de reprobis litigabat, nequis miretur Paulum in hac reſponſione non minus meminiſſe vaſorum ad decus quàm vaſorum ad dedecus, reſpondeo, id quoque factum fuiſſe ſapientiſſimè, vt oſtenderet eandem eſſe vtriuſque membri rationem, ac proinde ineptos & importunos eſſe qui Dei iuſtitiam in vno membro fateantur, in altero non agnoſcant.

Εἰ δὲ θέλων ὁ Θεὸς ἐνδείξασθαι τὴν 22 ὀργὴν, καὶ γνωρίσαι τὸ δυνατὸν αὐτοῦ, ἤνεγκεν ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ σκεύη ὀργῆς κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν·

Καὶ ἵνα γνωρίσῃ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης 23 αὐτοῦ ἐπὶ σκεύη ἐλέους ἃ προητοίμασεν εἰς δόξαν;

Οὓς καὶ ἐκάλεσεν ἡμᾶς, οὐ μόνον ἐξ 24 Ἰουδαίων, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἐθνῶν.

Ὡς καὶ ἐν τῷ Ὡσηὲ λέγει, Καλέσω 25 τὸν οὐ λαόν μου, λαόν μου· καὶ τὴν οὐκ ἠγαπημένην, ἠγαπημένην.

22 Quid ſi volens oſtẽdere iram, & notam facere potentiam ſuam, pertulit multa lenitate vaſa iræ, coagmentata ad interitum:

23 Et vt notas faceret diuitias gloriæ ſuæ erga vaſa miſericordiæ, quæ præparauit ad gloriã?

24 Quos etiam vocauit, nimirũ nos non ſolùm ex Iudæis, verumetiam ex Gentibus.

25 Vt etiam in Oſee dicit, Vocabo populũ qui meus nõ erat, populũ meum: & eam quæ dilecta non erat, dilectam.

22 Quòd ſi Deus volens oſtendere iram & notam facere potẽtiã ſuã, ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ aptata in interitum:

23 Vt oſtẽderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ quæ præparauit in gloriam:

24 Quos & vocauit, non ſolùm ex Iudæis, ſed etiã ex Gentibus.

25 Sicut in Oſee dicit, Vocabo non plebẽ meã, plebem meã: & nõ dilectã, dilectã: & nõ miſericordiam conſequutã, miſericordiã conſequutam.

Oſee 2.d.23
1. pet. 2.b.3

22 Quid ſi verò, ἀ δέ. Ita vſurpari ſolere interdum has particulas oſtendit Budæus ex iſto Demoſthenis exẽplo, Θάῤῥει, πρὸς ἃ φησί τις αὐ· οὐ γὰρ ἔτ' οὐδὲν ἐνδέχεσθον καὶ δὴ, πῶς ἐρεῖς σὺ, φησὶν ἀφίστης: id eſt, Atenim dicet aliquis, Confide, iam ſecurus eſto ſimilis iniuriæ. Quid ſi verò tunc nunc iram veſtram exercebitis in eum quem nunc impunè abire ſiueritis? Vulgata & Eraſmus, Quòd ſi. Quidam alius, Quid Deus? ſi volens. Quæ interpretationes ita ſuſpendunt ſententiam vt hient omnia. Itaque nonnullis etiã placuit verſum 23 connectere cum 30, reliquis § à 24 ad 29, per parentheſin incluſis. quæ diſtinctio prorſus eſt violenta. Vitaris autem omnia incommoda ſi ita conuertas vt nos fecimus, doctiſſimum interpretem ſequuti. Erit enim ſimplex reticentiæ ſpecies, in qua ſubaudiendũ erit, Quis Deum propterea poſſit iuſtitiæ inſimulare, aut dicẽ illi dicere? Eſt autem in his verbis altera reſponſio quæ à fine ſumitur, & maximi eſt momenti, quum ſatis conſtet actiones ex fine in primis eſſe æſtimandas. Dicit ergo neque exitium reproborũ neque ſalutẽ electorũ eſſe vltimũ finẽ æterni illius propoſiti, ſed quiddam longè præſtantius, ipſius Dei gloriam videlicet, qui ſuam tum potentiam tum miſericordiam ita patefaciat. Pertulit, ἤνεγκεν. Vel, vt Vetus interpres, Suſtinuit. Nam φέρειν idem hoc loco declarare atque ἀναφέρεσθαι καὶ ἐπιφέρειν, prorſus liquet ex nomine μακροθυμίας adiuncto. Auguſtinus tamẽ vti maluit verbo Adferendi: quaſi dicatur Deus vaſa iræ producere, vel in lucem edere, vel ad pœnã ſuis gradibus ac paulatim adducere. Sed hæc planè ſunt lõgius petita, nec ſatis appoſitè dicuntur. Nam quod adfert Eraſmus, non eſſe ſcriptum ἤνεγκεν ſed ἀνήγαγεν, ne refutatione quidem indiget. Eſt autem hoc quoque mirabile ac planè diuinum Pauli artificium. Nequis enim obiiceret laudabilem quidem eſſe finem illum, ſed non idcirco probari poſſe rãtum rigorem quo ad illum finem perueniatur: occurrit Apoſtolus, & dicit admirandam eſſe Dei lenitatem in illis etiam ipſis ſuſtinendis quos exitio deſtinauit, adeo vt illos multorum etiam beneficiorum faciat participes, & plerunque iram ſuam in eos non effundat, niſi illorum iniuriis infinitis prouocatus. Lenitate, μακροθυμίᾳ. Vide Mat. 18. c. 26. Vaſa iræ, σκεύη ὀργῆς. Græci σκεύη appellant, vt & Latini vaſa, quæcunque inſtrumenta ad vſum domeſticum pertinent. Sed Hebræi præterea ſuum כלי ad homines ipſos transferunt, vt Gen. 49. a. 5. quem Hebraiſmum à Paulo vſurpatum, libenter ſeruauimus, propter accommodationem ſimilitudinis à figulo ſumptæ. Vocat igitur Apoſtolus vaſa iræ eos homines quibus tanquam inſtrumentis vtitur Deus, demonſtrandis ſuæ ſeueritatis iudiciis, quibus opponuntur miſericordiæ vaſa. Coagmentata, κατηρτισμένα. Vulg. Aptata, ἡρμοσμένα. Eraſmus, Apparata, à κατασκευάζω. ſatis rectè, quum ſequatur τὸ προητοίμασεν, & illud verbũ ſic proclus vſurpetur Hebr. 1. a. 3 & 4. Sed tamen videtur Paulus verbo καταρτίζειν vti maluiſſe, vt in ſimilitudine figuli perſeueraret. Dicitur enim de iis qui κατ' οὐδὲν aliquid operis faciunt, vt ex partibus totum quippiam componatur. Ac mihi quidem non aliter loqui videntur qui vaſa iræ dicunt καταρτίζεσθαι à ſeipſis, quàm ſi quis vas aliquod diceret non à figulo ſed à ſeipſo fingi. Eſt enim hoc verbum ad creationem ipſam referendum: quod ni facias, nulla cauſa erat cur ad Deum ipſum Paulus aſſurgeret. quanuis exitii veras cauſas minimè negem in ipſis vaſis hærere: iuxta illud, Perditio tua ex te eſt. Sed Apoſtolũ conſtat non de ſalute & exitio, ſed de Dei decreto differere hoc in loco. Vide 1. Pet. 1. c. 11.

23 Et vt, καὶ ἵνα. Vetus interpres non legit particulam καὶ, quam etiam comperimus deeſſe in vno veteſto exemplari. Mihi tamen non videtur otioſa, ſed complecti alteram cauſam cur vaſa iræ coagmentata ſeu cõpacta ſint à Domino: nempe vt ex eorum interitu Dominus patefaciat quanta vtatur benignitate in eos quos elegit. Diuitias, πλοῦτον. Id eſt magnitudinem immenſam. Vide ſuprà, cap. 2. a. 4.

24 Quos etiã vocauit, οὓς καὶ ἐκάλεσεν. Dicendũ fuerat potius QVAE aut neutro genere: ſed quia vocandi nomen parum conuenit vaſis, habuit Apoſtolus ſententiæ rationem potius quàm verborum: & quia vaſorum nomine (vt paulo antè dixi) homines intelliguntur, vſus eſt maſculino relatiuo, quaſi pro σκεύη dixiſſet αἵτινες. Non diſſimilis generis eſt illud Euripidis in Hecuba, Κατ' ἐχθρὸν Ἀχιλλέως τοῦ τροφέως μ' ἐπλεύσατε Πρὸς οἵαν ἀξίνητος αἰολίαν πλάτην, accommodata videlicet conſtructione πρὸς τὸ σημαινόμενον. Sed & fortaſſis habita eſt ratio ſequentis pronominis ἡμᾶς, vt in illo Ciceronis, Tum domicilia coniuncta, quas vrbes dicimus. Cæterùm abſoluta diſputatione qua aſſerult æternam prædeſtinationem tum in eligendo tum in reprobando, nunc demum incipit oſtendere verum ipſius vſum, cuius docet quærendum eſſe teſtimonium non in arcano Dei, nec in vlla noſtra dignitate, ſed in voluntate Dei nobis patefacta, id eſt in vocatione. Seruat autem eandem methodum quam ſuprà, ita videlicet vt non δογματικῶς, ſed propoſito Iudæorum & Gentium exemplo, doctrinæ vſum velut oculis ſubiiciat. Nimirum nos, ἡμᾶς. Rectè omnino ſuppleuit Eraſmus particulam exegeticam, quòd alioquin ſit obſcurius hoc dictum. Non ſolùm ex Iudæis, οὐ μόνον ἐξ Ἰουδαίων. Non dicit vocatos fuiſſe tum Iudæos tum Gentiles, ſed aliquos ex Iudæis & aliquos ex Gentibus. Itaque non quælibet vocatio poteſt pro electionis teſtimonio accipi, ſed ea demum quæ eſt efficax, id eſt quæ fide apprehenditur, vt mox explicabit verſu 30.

25 Et eam quæ dilecta non erat, dilectam, καὶ τὴν οὐκ ἠγαπημένην, ἠγαπημένην. In vetere tralatione additur, Et non miſericordiam conſequutam, miſericordiam conſequutam, id eſt καὶ τὴν οὐκ ἐλεημένην, ἐλεημένην.

quod quidem propius accedit ad Hebraicam veritatẽ,quæ habet ורחמתי את לא רחמה, id eſt miſerebor Loruhamæ,id eſt eius quæ fuit miſericordia deſtituta.Sed ſi hoc poſterius legas,alterum redundabit:neque dubito quin duorum alterum irrepſerit ex margine in contextum.

Καὶ ἔσται, ἐν τῷ τόπῳ ᾧ ἐῤῥήθη αὐτοῖς, Οὐ λαός μου ὑμεῖς, ἐκεῖ κληθήσονται υἱοὶ Θεοῦ ζῶντος.

16 Et erit, in loco vbi dictum fuerat eis, ‖Non populus meus vos, illic vocabuntur filii viuẽtis Dei.

16 Et erit, in loco vbi dictum eſt eis, Non plebs mea vos, ibi vocabuntur filij Dei viui. Oſea 1.d.10

Ησαΐας δὲ κράζει ὑπὲρ τοῦ Ισραήλ, Ἐὰν ᾖ ὁ ἀριθμὸς τῶν υἱῶν Ισραὴλ ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, τὸ κατάλειμμα σωθήσεται.

17 Eſaias autem clamat ſuper Iſrael, ‖Etiamſi fuerit numerus filiorũ Iſrael vt arena maris, reliquiæ ſeruabuntur.

17 Eſaias autem clamat pro Iſrael, Si fuerit numerus filiorũ Iſrael tãquam arena maris, reliquæ ſaluæ fient. Eſa. 10.c.22

Λόγον γὰρ συντελῶν καὶ συντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ, ὅτι λόγον συντετμημένον ποιήσει Κύριος ἐπὶ τῆς γῆς.

18 Rem enim conficiet,& concidet cum iuſtitia: quoniam rẽ conciſam peraget Dominus in terra.

18 Verbum enim conſummans & abbreuians æquitate: quia verbum breuiatum faciet Dominus ſuper terram.

Καὶ καθὼς προείρηκεν Ησαΐας, Εἰ μὴ Κύριος Σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθημεν, καὶ ὡς Γόμορρα ἂν ὡμοιώθημεν.

19 Et ſicut prius dixit Eſaias, ‖Niſi Dominus Sabaoth reliquiſſet nobis ſemen,facti fuiſſemus vt Sodoma, & Gomorrhæ ſimiles facti fuiſſemus.

19 Et ſicut prædixit Eſaias, Niſi Dominus Sabaoth reliquiſſet nobis ſemen,ſicut Sodoma facti eſſemus, & ſicut Gomorrha ſimiles fuiſſemus. Eſa.1.c.9

Τί οὖν ἐροῦμεν; Ὅτι ἔθνη τὰ μὴ διώκοντα δικαιοσύνην, κατέλαβε δικαιοσύνην, δικαιοσύνην δὲ τὴν ἐκ πίστεως.

30 Quid igitur dicemus? Gentes quæ non ſectabantur iuſtitiam, apprehendiſſe iuſtitiam, iuſtitiam autem eam quæ eſt ex fide.

30 Quid ergo dicemus? Quòd Gẽtes quæ nõ ſectabãtur iuſtitiã, apprehẽderunt iuſtitiã: iuſtitiã autem quæ ex fide eſt.

17 Seruabuntur,σωθήσεται.Hebraica veritas habet ישוב,id eſt Reuertẽtur ex eo,ad Deum videlicet, vt ex eis apparet quæ illic præcedunt.Itaque ſententia rectè eſt expreſſa.

18 Rem enim cõficiet,λόγον γὰρ συντελῶν.Heb.veritas ſic habet כלה חרוץ שוטף צדקה,i.conſumptio decreta inũdabit *in* iuſtitia.Ex collatione igitur ipſa nemo inficiari poteſt Græcos interpretes negligẽter admodũ hunc locũ cõuertiſſe.Quòd ſiquis roget cur nihilominus Apoſtolus ea interpretatione ſit vſus:reſpondeo; meritò id illum feciſſe quũ ad eos ſcriberet qui verſioni illi aſſueuerãt: & quod ad ſententiam ipſam attinet, cui confirmandæ Paulus hoc teſtimonium adhibuit, Græci interpretes eam ſatis integram ſeruarunt. Nequẽ enim aliud ſignificatur tum in Hebræis tum in Græcis quàm Deum omnino conſtituiſſe ad extremam paucitatem populum ingratum redigere. Pro conſumptione verò & ea quidem deciſa λόγον συντελῶν & λόγον συντετμημένον dixerunt Græci,ſicut apud eundem Prophetam 28.d.22,eadem vocabula,nẽpe כלית ונחרצת,interpretẽti ſunt ῥῆμα συντελοῦν & συντετμημένον,id eſt res peractas & conciſas,adeo vt dubium non ſit quin λόγον accipiant pro ῥῆμα:ſicut etiam דבר ſæpe apud Hebræos pro re & negotio quocunque accipitur:vel ſi rem cõſumptionis pro conſumptione ipſa dicas.Vulgata,Verbum conſummans & abbreuians in æquitate:quia verbum breuiatum faciet Dominus ſuper terram:minimum obſcurè, nec ſatis etiã rectè.Eraſmus multo melius, Sermonem enim perficiens & abbreuians cum iuſtitia:quoniam ſermonem abbreuiatum faciet Dominus in terra.Saltem enim oportuit participia illa vt verba,ex Hebræorum idiotiſmo,interpretari.Sermonem autem ſeu verbum Origenes & alii eum ſequuti,ineptiſſimè expoſuerunt de Euangelii doctrina, quæ cæremonias ſuſtulerit,& poſtea ſit in breuiſſimum ſymbolum contracta.Quorſum enim hoc?

19 Prius dixit,προείρηκεν.Vulgata,Prædixit:quod rectè mutatũ eſt ab Eraſmo.Significatur enim dictum hoc,hoc dictum poſteriore loco citatum extare prius apud Eſaiam.Eſt enim hoc idem petitum ex capite primo,illud verò ex decimo. Sabaoth,Σαβαὼθ.Id eſt exercituum, ὧν ἐγκρατεύεται, vt conuertere ſolet Aquila, quo epitheto ſumma potentia Deo attribuitur. Quum autem Græci interpretes (quorum veſtigia ſequutus eſt Paulus)Hebræam vocem ſeruarint, nolui quicquam immutare. Cur autem hæ potiſſimùm voces in vſu manſerint apud exteras etiam gentes,nulla religione factum eſt,ſed quòd frequentiſſimæ eſſent in Iudæorũ ore,à quibus certum eſt religionem ad Græcos in primis, deinde à Græcis ad Romanos deueniſſe: vnde etiã factum videmus vt ex Græcorum Eccleſia quædam peregrinæ voces in Latinam ſint inuectæ, vt Kyrie eleiſon,Hagios ho theos,&c. Erant igitur iſta initio ſatis nota omnibus ex communi loquẽdi vſu: ſed quum tamen ſeriò monuiſſet Corinthios Apoſtolus ne peregrinæ linguæ ſine interprete in Eccleſia yſurparentur, craſſa fuit & ſupina Epiſcoporum negligentia, quibus iſta res curæ non fuit: vndè illud tandem ſequutum eſt vt in ipſis vocabulis pueriliſsimùm peregrinis religio fuerit poſita, & in magiam nõ tutarus ſit Chriſtianiſmus.

Semen,σπέρμα.Hebr.שריד כמעט,id eſt reliquias vel rantilles,pro quo Græcus interpres vno verbo dixit σπέρμα,ſemen, quoniam videlicet in cuiuſque rei ſemine res alioqui moriũx & exinctæ reuiuiſcunt. Itaque ineptiſſimum ſeſe oſtendit Origenes quum de illo ſemine,i.de Chriſto,hæc interpretaretur.

30 Quid igitur,τί οὖν,&c. Primùm docuerat potuiſſe reiici pleroſque Iudæos,ſaltem & integra manẽte promiſſione.Deinde & illud probauerat,prædictam fuiſſe à Prophetis hanc Iudæorum ruinam,Iam verò tãdem apertè dicit impletum eſſe quod prædixerant Prophetæ. Eſt autem ex hac hypotheſi erũenda triplex theſis vniuerſalis,quæ ad huius doctrinæ vſum ſpectat.Vna,ex vocatione efficaci petendũ eſſe nobis teſtimonium electionis:altera,vocationis efficacitatem ex fide colligi:tertia,veram & propriam exitii cauſam in ipſis reprobis hærere,quoniam videlicet vocantem non ſequantur. Sed quarum axioma adiungendum eſt, quod & ipſum ex prioribus illis colligitur,quanuis exitii cauſa in ipſis reprobis hærens ſit incredulitas,fidei tamen non poſſe propriè tribui ſalutis gloriam, quoniam incredulitas quidẽm ex nobis eſt, fides autem non item;

quanuis vtraque ſit in nobis: illa videlicet ex natura ſponte deprauata, iſta verò ex gratia quæ gratis datur, nec propriè ſeruat, ſicutilla propriè damnat, ſed in eum reſpicit qui ſit nobis iuſtitia, quam fide gratis data, gratis etiam apprehenditur. Quæ non ſectabantur, τὰ μὴ διώκοντα. Vbi igitur opera præparationis? ſed hoc planè eſt τὸ δικαίωσαι, Iſraelitas non aſſequutos eſſe quod ſectabatur, Gētes autē eò peruenisſe quòn ō contendebant. Imò notanda etiam eſt μείωσις in verbis Apoſtoli. Gentes enim non modò non ſectabantur Legem iuſtitiæ, ſed etiam eam fugiebant, atque adeo illi bellum indixerant. Reſpondeo, mirum non eſſe Iudæos non aſſequutos quod malè quærebant, quanuis reuera doctrinam iuſtitiæ, Legem Dei videlicet, ſibi ſeruandam proponerent, ſed quaſi ſuis operibus iuſtificandi. Quòd autem Gentiles qui in ſuis ſuperſtitionibus errabant, ad iuſtitiam peruenerint, gratuitæ Dei miſericordiæ tribuendum eſt. Cæterùm qui miras Origenis præſtigias volet videre, legat quæ in hunc locum ſcripſit de diſcrimine inter Sectari & Inſectari.

Ισραὴλ δὲ διώκων νόμον δικαιοσύνης, εἰς νόμον δικαιοσύνης οὐκ ἔφθασεν.

31 Iſraelem verò qui ſectabatur Legē iuſtitiæ, ad Legem iuſtitiæ non peruenisſe.

31 *Iſrael verò, ſectando Legem iuſtitiæ, in Legem iuſtitiæ non peruenit.*

Διατί; Ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως, ἀλλ' ὡς ἐξ ἔργων νόμου. προσέκοψαν γὰρ τῷ λίθῳ τοῦ προσκόμματος.

32 Quare? Quia non ex fide, ſed velut ex operibus Legis. offenderunt enim ad lapidem offendiculi.

32 *Quare? Quia non ex fide, ſed quaſi ex operibus. offenderunt enim in lapidem offenſionis.*

Καθὼς γέγραπται, Ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιὼν λίθον προσκόμματος, καὶ πέτραν σκανδάλου· καὶ πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ, οὐ καταισχυνθήσεται.

Pſal.118.v.22 eſa.8.v.14, & 28.v.16 Rom.9.v.33

33 Quemadmodum ſcriptum eſt, Ecce, pono in Sion lapidē offendiculi & petram offenſionis: & quiſquis credit in eum, non pudefiet.

33 *Sicut ſcriptum eſt, Ecce, pono in Sion lapidem offenſionis, & petram ſcandali: & omnis qui credit in eum, non confundetur.*

Κεφάλαιον ι'.

CAP. X.

CAP. X.

Ἀδελφοί, ἡ μὲν εὐδοκία τῆς ἐμῆς καρδίας, καὶ ἡ δέησις πρὸς τὸν Θεὸν, ὑπὲρ τοῦ Ισραὴλ ἐστὶν εἰς σωτηρίαν.

1 FRatres, propenſa quidem voluntas cordis mei & deprecatio ad Deum ſuper Iſrael eſt ad ſalutem.

1 *Fratres, voluntas quidem cordis mei, & obſecratio ad Deum ſit pro illis in ſalutem.*

Μαρτυρῶ γὰρ αὐτοῖς ὅτι ζῆλον Θεοῦ ἔχουσιν, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν.

2 Teſtor enim de ipſis, eos zelum Dei habere, ſed non ex notitia.

2 *Teſtimonium enim perhibeo illis quòd æmulationem quidem Dei habent, ſed non ſecundū ſcientiā.*

Ἀγνοοῦντες γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνην, καὶ τὴν ἰδίαν δικαιοσύνην ζητοῦντες στῆσαι, τῇ δικαιοσύνῃ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑπετάγησαν.

3 Nam ignorantes Dei iuſtitiam, & propriam iuſtitiā ſtudentes conſtituere, iuſtitiæ Dei non fuerunt ſubiecti.

3 *Ignorantes enim iuſtitiā Dei, & ſuam quærentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti.*

31 Ex operibus Legis, ἐξ ἔργων νόμου. Subaudi, Iuſtitiam apprehenſuri, ſectati ſunt Legem iuſtitiæ. Vetus interpres omiſit νόμου, quod (inquit Eraſmus) additum eſt vt intelligas de operibus fide ac veritate vacuis. Egregia ſcilicet annotatio: quaſi operibus quæ fidem conſequuntur, coram Deo iuſtificemur, ac non potius quia iuſtificati, idcirco bene operemur. Sed multo etiam minus eſt appoſita interpretatio Græcorum, qui tradunt particulam ὡς additā vt ſignificetur Iudæorum opera nonfuiſſe verè opera Legis. Iudæis quoque facit iniuriam Eraſmus quòd eos exiſtimet ſalutem acceptam tuliſſe ſuis operibus, excluſa Dei gratia. Nam contrà ex Phariſæi illius oratione apparet, Iudæos de meritis & gratia non aliter ſenſiſſe quàm nunc faciunt Sophiſtæ, qui liberi arbitrii cum Gratia, & fidei cum operibus concurſum ſtatuunt.

33 Ecce, pono, ἰδοὺ, τίθημι. Iuſta igitur Dei prouidentia hoc decernit & exequitur, etiamſi homines propria malitia impingant. Eſt autem hoc teſtimoniū ex duobus Eſaiæ locis compoſitum. Nō pudefiet καταισχυνθήσεται. Vide infrà, 10.b.11.

IN CAPVT X.

1 Propenſa voluntas, εὐδοκία. Vide Luc.2.b.14.

2 Zelum, ζῆλον. Vulgata, Æmulationem. Eraſmus, Studium. Vide Ioh.1.c.17. Ergo, dices, aliquis eſt zelus Dei, non tamen ex notitia: quod ſi verum eſt, conſequitur bonas (quas vocant) intentiones, ſimpliciter & ex ſe, Deo eſſe gratas. Reſpondeo, Paulum (ſicut res ipſa oſtendit) non excuſare factum Iudæorum, vt qui dixerit eos non eſſe iuſtitiam aſſequutos, & ſeſe eorū exitiū deprecari. Dico igitur Paulum hoc loco loqui nō ſimpliciter, ſed κατ' εἶδος, & in genere de totius ſuæ gentis, nō autē de ſingulorum Iudæorum affectu ſic loqui, ac proinde zelum Dei Iudæis tribuere, id eſt qui ad veri Dei gloriam feratur, ſed non recta via, vt non tam inſit ipſo ζῆλος in mediis inſit vitium, quæ laus nulli alii genti tribui potuit. Sed hanc laudem ſciamus eò ranūm valere vt iſti quanuis præ iis qui vel Deū verū ignorant, vel cognitū non ſequuntur, iuſti quodāmodo videri poſſint, digni ſint tamen qui pereant niſi ex gratia ſeruentur. Vnde enim hic error niſi vel ex natiuo vitio, quod, etiamſi ſolum fuerit, iuſtè vlciſcitur Dominus: vel etiam ex voluntaria peruicacia?

3 Nam ignorantes, ἀγνοοῦντες γὰρ. Ergo ignorātia iuris coram Deo non excuſat, præſertim domeſticos eiues. Studentes, ζητοῦντες. Vel, Quærentes. Oſtendit autem hoc verbum, ad ignorantiam illam acceſſiſſe ſuperbiam, quam meritò vltus ſit Dominus. Et certè verum illud ſemper fuit, nihil eſſe ſuperſtitioſis arrogantius, quanuis omnium abiectiſſimi videri velint. Ideo addit non fuiſſe ſubiectos iuſtitiæ Dei. Nihil enim eſt quod ſuperbi homines iniquius ferant quàm ſi videantur cuipiam obſtricti. Et quæſo qua de re hodie tanta peruicacia certatur niſi vt dominus mundus, falſa illa propriæ iuſtitiæ opinione reiecta, gratuitam Dei in Chriſto iuſtitiam amplectatur?

Τέλος γὰρ νόμου, Χριστὸς, εἰς δικαιοσύνην παντὶ τῷ πιστεύοντι.

4 Nam finis Legis *est* Christus, ad iustitiam cuiuis credenti.

4 *Finis enim Legis Christus, ad iustitiam omni credenti.*

Μωσῆς γὰρ γράφει τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ τοῦ νόμου, Ὅτι ὁ ποιήσας αὐτὰ ἄνθρωπος, ζήσεται ἐν αὐτοῖς.

5 Moses enim describit iustitiam quæ est ex Lege, his uerbis, Quòd qui præstiterit ea, viuet per illa.

5 *Moyses enim scripsit, Quoniam iustitiam quæ ex Lege est q̃ fecerit homo, viuet in ea.* Leuit.18.c.q̃ ezech.20.b.11 galat.3.b.12 Deut.30.c.11.

Ἡ δὲ ἐκ πίστεως δικαιοσύνη οὕτως λέγει, Μὴ εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, Τίς ἀναβήσεται εἰς τὸν οὐρανόν; τοῦτ' ἔστι Χριστὸν καταγαγεῖν.

6 At quæ ex fide est iustitia, ita dicit, Ne dixeris in corde tuo, Quis ascendet in cælum? hoc est Christum ex alto deducere.

6 *Quæ autem ex fide est iustitia, sic dicit, Ne dixeris in corde tuo, Quis ascendet in cælum? id est Christum deducere.*

Ἢ τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον; τοῦτ' ἔστι, Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν.

7 Aut quis descendet in abyssum? hoc est Christum ex mortuis reducere.

7 *Aut quis descendet in abyssum? hoc est Christum à mortuis reuocare.*

Ἀλλὰ τί λέγει; Ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ἐστιν τὸ ἐν τῷ στόματί σου καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου. τοῦτ' ἔστι τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως ὃ κηρύσσομεν.

8 Sed quid dicit? Prope te verbũ est in ore tuo & in corde tuo. Hoc est verbum illud fidei quod prædicamus.

8 *Sed qd dicit Scriptura?* Deut.30.c.14 *Prope est uerbum in ore tuo & in corde tuo. hoc est uerbũ fidei quod prædicamus.*

Ὅτι ἐὰν ὁμολογήσῃς ἐν τῷ στόματί σου

9 Nempe q̃ si cõfessus fueris ore

9 *Quia si cõfitearis in ore*

4 Finis, τέλος. Id est τὸ τέλειον, quod Latini tum finem, tum extremum, tum etiam scopum translatitiè vocant. Finis autem Legis est illos iustificare qui eam obseruãt: quem finẽ quominus assequamur, impedit non ipsius Legis vlla qualitas, sed carnis nostræ vitiositas: cui demum ita medetur Christus vt in eo vno gratis per fidem nobis imputato, finem Legis cõsequamur, per illum iustificati qui pro nobis Legem implevit, factus nobis iustitia, sanctificatio, &c. Quamobrem etiam Apostolus dixit suprà, 3. d. 31, se per fidem non tollere Legem, sed stabilire. Erasmus Perfectionem maluit interpretari, id est πλήρωσιν vel πλήρωμα: cuius sententia mihi non placet omni ex parte. Nam πλῆρος non memini legere in ea significatione, & Paulum opinor non modò Legem à Christo impletam dicere, sed de huius impletionis efficacia differere, nobis videlicet per imputationem iustificandis. Eorum itaque opinionem nõ sequor qui perfectionis significatione ambigua decepti, putant Christum idcirco dici Legis perfectionem quòd Spiritu Christi regenerati incipiamus velle ac facere quæ Dei sunt: quum apertè opponatur hoc loco iustitia fidei iustitiæ operum, ideóque non possint ista commodè accipi de iustitia inchoata in nobis, sed de vera & perfecta iustitia quam in Christo gratis imputato consequimur. Non desunt etiam qui τέλος pro fine (id est interitu) accipiant, quòd Christus cæremoniis Legis finem attulerit: quæ interpretatio videtur non indigere refutatione. Neque etiã quod ad Christum venimus, erroui potest Legi nisi ἐξ συμβεβηκότος. Causalis autẽ particula refertur ad participium πιστεύοντι.

Cuiuis, παντί. Vulgata & Erasmus, Omni. Rectè quidẽ, sed tamen nõ prorsus appositè. Sic enim tolli Gẽtium discrimen apparet ex huius eiusdem capitis versu 12. Sunt autem notanda hæc verba, quæ duplicem enuntiationem complectũtur. Vna est, Christum esse iustitiam credentibus, qui finis erat Legi totique adeo ministerio Mosaico propositus: quod probat septem proximis versiculis. Altera est, hanc iustitiam non dari solis Iudæis, sed electis ex quauis gente.

5 Describit, γράφει Simplex positum est pro composito, ex Hebræorum more. Iustitiam, τὴν δικαιοσύνην. Erasmus, De iustitia, περὶ δικαιοσύνης, vt cohæreret oratio. At ego potius puto post νόμου suppleri תאמר, id est dicens, eclipsi Hebræis familiari, quam aliquoties iam obseruauimus. Vetus autem interpres Pauli verba cum Mosis testimonio permiscuit. Perinde enim conuertit hunc locum acsi scriptum esset, ὅτι τὸν δικαιοσύνην τὴν ἐκ τοῦ νόμου ὁ ποιήσας ἄνθρωπος, ζήσεται ἐν αὐτῇ: id est, quòd qui homo fecerit iustitiã ex Lege, viuet per eam. Hanc verò interpretationem si sequamur, verbum γράφει simpliciter accipiendum erit, & omnia rectè cohærebunt: sed tamen hæc lectio nullius codicis authoritate confirmatur, quem quidem nanciscì potuerimus. Ea, αὐτά. Ea videlicet præcepta ac iudicia. Citatur enim locus ex Leu. 18. a. 5, vbi præcessit את־משפטי deinde sequitur אשר יעשה אותם האדם quod annotandum fuit nequis miretur relatiuum positum absque antecedente: quod tamen interdum facere consueuerunt Hebræi, vt alibi annotauimus.

6 Ne dixeris, &c. μὴ εἴπῃς, &c. id est, ne apud te cogitaris. Hebr. אמר, id est dicere in corde, vt facere solent videlicet qui perplexo animo & in varias partes alternante sententia secum ratiocinantur. Diuinissimè itaque Paulus pacem illam quam adfert iustitia ex fide, vt dixit suprà, 5. a. 1, opponit perplexis eorum cogitationibus qui Legis iustitiam quærunt. Sunt autem ex omnino duplices. Nam quia Lex cælum nonnisi sub conditione ἐπαγγέλλεται proponit, abyssum autem minatur ob eam culpam cui omnes sunt obnoxii, necesse est vt quisquis in Legis iustitia hæret, cogatur exclamare, Quis in cælum ascendet &, Quis descendet in abyssum? vt me nimirum eò deducat, & hinc eruat? At contrà fides suggerit, Christum eum esse qui in cælum ascendit vt nos secum eò eueheret, impleta omni iustitia: & in abyssum mortis descendit, vt persoluta pœna pro nobis, eum aboleret qui mortis habet imperium. Apparet ergo Apostolum non interpretari Mosis verba, sed ad illa duntaxat alludere: vt ostendat Euangelio propriè conuenire quod Moses legislator de Lege scripsit, quia fuit hoc eius ministerii propriũ, indicare morbũ quem Christus Euangelii prædicatione sanaret.

8 Verbum, τὸ ῥῆμα. Hebræi דבר, quo vocabulo Moses intelligit Legem quam Dominus voce sua promulgauit, audiente vniuerso populo suo, ita vt nullam ignorantiam posset prætexere, quum eius tabulas habere descriptas, eámque adeo singuli & ore recitare possent, & intus haberent quasi in cogitatione & animo insculptam. Sed quod Moses dixit de Lege, hoc totum Paulus ad Euangelium accõmodat per allusionẽ: vt per Euangeliũ demũ doceat nos re ipsa potiri eo quod Lex pollicetur, & ab eo liberari quod interminatur.

9 Si confessus fueris, ἐὰν ὁμολογήσῃς. Confessionem vocat sinceram eámque apertam professionem;

quæ quum non poſſit aliunde q̃ ex fide proficiſci, quæſierit meritò quiſpiã cur Paulus contrarium ordinẽ ſit ſequutus. Ratio autem eſt quoniam quamuis fides confeſſionem gignat, tamen ex confeſſione fides à nobis dignoſcitur.

σου Κύριον Ἰησοῦν, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ.

tuo Dominum Ieſum, & crediderīs in corde tuo quòd Deus eum excitauit à mortuis, ſeruaberis.

tuo Dominum Ieſum, & in corde tuo credideris quòd Deus illum ſuſcitauit à mortuis, ſaluus eris.

Καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν.

10 Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.

10 Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.

Λέγει γὰρ ἡ γραφή, Πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ, οὐ καταισχυνθήσεται.

Eſa.28.d.16

11 Dicit enim Scriptura, ‖Quiſquis credit in eum, non pudefiet.

11 Dicit enim Scriptura, Omnis q̃ credit in illũ, non confundetur.

Οὐ γάρ ἐστι διαστολὴ Ἰουδαίου τε καὶ Ἕλληνος. ὁ γὰρ αὐτὸς Κύριος πάντων, πλουτῶν εἰς πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους αὐτόν.

12 Non enim eſt diſtinctio vel Iudæi vel Græci. nam idem Dominus omnium, eſt diues in quoſuis à quibus inuocatur.

12 Non enim eſt diſtinctio Iudæi & Græci. nam idẽ Dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum.

Πᾶς γὰρ ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα Κυρίου, σωθήσεται.

Ioel.2.g.32

13 ‖Quiſquis enim inuocauerit nomen Domini, ſeruabitur.

13 Omnis enim quũ inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit.

Πῶς οὖν ἐπικαλέσωνται εἰς ὃν οὐκ ἐπίστευσαν; πῶς δὲ πιστεύσωσιν οὗ οὐκ ἤκουσαν; πῶς δὲ ἀκούσωσιν χωρὶς κηρύσσοντος;

14 Quomodo igitur inuocabunt eum in quem non crediderint? quomodo autem credent ei de quo non audierint? quomodo autem audient abſque prædicante?

14 Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei quem non audierunt? quomodo autẽ audient ſine prædicante?

Πῶς δὲ κηρύξουσιν ἐὰν μὴ ἀποσταλῶσι; καθὼς γέγραπται, Ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην, τῶν εὐαγγελιζομένων τὰ ἀγαθά.

Eſa.52.b.7 nahum 1.d.15

15 Quomodo autem prædicabunt niſi miſſi fuerint? ſicut ſcriptum eſt, ‖Quàm ſpecioſi pedes euãgelizantium pacem, euangelizantium bona.

15 Quomodo uerò prædicabunt niſi mittantur? ſicut ſcriptum eſt, Quàm ſpecioſi pedes euangelizantiũ pacem, euangelizantium bona.

Ἀλλ' οὐ πάντες ὑπήκουσαν τῷ εὐαγγελίῳ. Ἡσαΐας γὰρ λέγει, Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν;

Eſa.53.a.1 ioh.12.f.38

16 ‖Sed non omnes auſcultarũt Euangelio. Eſaias enim dicit, ‖Domine, quis credidit ſermoni noſtro?

16 Sed non omnes obediũt Euangelio. Iſaias enim dicit, Domine, quis credidit auditui noſtro?

Dominũ Ieſum, Κύριον Ἰησοῦν. Id eſt, Te illum vnũ ducere tuum Dominum & ſeruatorem. Nã alioqui nõ tantùm impii, ſed etiam diaboli ipſi poſſunt credere & profiteri illum eſſe Dominum & Ieſum. Deus, ὁ Θεός. Id eſt pater, qui dicitur Chriſtum excitaſſe à mortuis, non vt excludatur Filii diuinitas, ſed vt Patris cõſilium de nobis redimendis, in Filii reſurrectione ſpectetur. 9

10 Ad ſalutem, εἰς σωτηρίαν. Tribuitur ergo fidei & iuſtitia & ſalus, quum oris confeſſio ſit fidei effectum: ſed confeſſio eſt via qua peruenitur à iuſtificatione ad ſalutem.

11 Quiſquis credit in eum, πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ. Hebræa veritas Eſa.28.d.16, partĩculam vniuerſalem non habet, neque illud ἐπ' αὐτῷ, in eum, ſed ſimpliciter legit מַאֲמִין, qui credit. Itaque Apoſtolus mentem Prophetæ reſpexit potius quàm verba ipſa. Credere autem in Deum, ſeu credere Deo, nihil aliud eſt quàm ita aſſentiri Dei promiſſioni de ſalute per Chriſtum parta, vt non modò in genere verum id eſſe credas quod annuntiatur, ſed etiam ad te pertinere ſcias, nihilque adeo de Deo tibi per Chriſtum reconciliato dubites: vnde naſcitur confidentia quam Paulus παῤῥησίαν vocat. Itaque videtur Eraſmus non ſatis propriè conuertiſſe ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ, qui confidit illi, quum à fide confidentiam, vt ab efficiente cauſa effectum, diſtinguere oporteat. Non pudefiet, οὐ καταισχυνθήσεται. Hebræa veritas habet לֹא יָחִישׁ, non feſtinabit, ſenſu vel eodem, vel non multùm diuerſo. Qui enim feſtinat, idem quoque fluctuat, ex cuĩ delicet quòd ſibi periculum imminere proſpiciat. Contrà verò qui credit, in illa certa perſuaſione ſe quieſcit, placidè omnia expectans, nec ſpes iſta vnquam eum fallit. Suſpicor tamen Græcum interpretem legiſſe יָבוֹשׁ. 10 11

12 Non enim, οὐ γάρ. Cauſalis particula non ſpectat ad totam ſuperiorem enuntiationem, ſed duntaxat ad indefinitum illud ΟΥΤΟΣ, repetitum ſuperiore verſiculo, vt tranſitus fieret ad poſteriorem enũtiationis probationem, de qua diximus verſu 4. Quòd ſiquis obiiciat, Apoſtolum niti ea particula quæ tamen apud Eſaiam non extat, vt diximus ſuperiore annotatione: reſpondeo, illum in ſuperiore verſiculo non vti Eſaiæ teſtimonio ad probandam illam vniuerſalitatem, ſed duntaxat vt confirmet præcedentia, expendere illud ὁ πιστεύων οὐ καταισχυνθήσεται, qui credit non pudefiet. Inde enim conſequitur certam & ſtabilem eſſe credentium ſalutem. Quòd autem addidit particulã ΟΥΤΟΣ, idcirco tãtùm fecit vt ſibi pararet tranſitum ad ſequentem probationem. Eſt diues, πλουτῶν. Id eſt πλούσιος, participio videlicet poſito vice verbi, ex Hebræorum idiotiſmo, vt diximus ſuprà, 9.f.18, & aliis aliquot locis. 12

16 Sed non omnes, ἀλλ' οὐ πάντες. Hoc dicit propter Iudæos quorum plerique gratiam repudiabant. Nam ex fide quidem colligitur vocatio, at non ſemper ex vocatione fides. Sermoni noſtro, τῇ ἀκοῇ ἡμῶν. 16

Vulgata, Auditui noſtro, nimis obſcurè, vt rectè annotauit Eraſ. Nam ἀκοὴ paſſiuè hic accipitur pro שמועה, id eſt pro ſermone qui ab auditore excipitur ex loquentis ore. Alibi verò vel pro ipſa audiendi actione accipitur, vt in proximo verſiculo: vel pro rumore & fama, quam etiam Latini auditionem vocant.

Ἄρα ἡ πίστις ἐξ ἀκοῆς· ἡ δὲ ἀκοὴ διὰ ῥήματος Θεοῦ.

17 Ergo fides ex auditu eſt: auditus autem ᵛper verbum Dei.

17 *Ergo fides ex auditu: auditus autem per verbum Chriſti.*

Ἀλλὰ λέγω, μὴ οὐκ ἤκουσαν; μενοῦνγε εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν.

18 ᵛSed (inquam ego) annon audierunt? ‖ ᵗImò vero in omnẽ terram exiuit ᵛſonus eorum, & in fines orbis terrarum, verba eorum.

18 *Sed dico, Nunquid nõ audierunt? Et quidẽ in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Pſal. 19. a. 5

Ἀλλὰ λέγω, Μὴ οὐκ ἔγνω Ἰσραήλ; πρῶτος Μωσῆς λέγει, Ἐγὼ παραζηλώσω ὑμᾶς ἐπ' οὐκ ἔθνει, ἐπ' ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ ὑμᾶς.

19 Sed (inquam ego) ᵛnunquid Iſrael non cognouit Deum? Primus Moſes dicit, ‖Ego ad æmulationem prouocabo vos ᵛper gentem quæ non eſt gens: per gentem intelligentiæ expertẽ, ad iram vos prouocabo.

19 *Sed dico. Nũquid Iſrael nõ cognouit? Primus Moyſes dicit. Ego ad æmulationem uos adducam in non gentem. in gẽtem inſipientem, in iram uos mittam.* Deut. 32. c. 21

Ἡσαΐας δὲ ἀποτολμᾷ, καὶ λέγει, Εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν, ἐμφανὴς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσιν.

20 Eſaias autem ᵛvtitur audacia, dicitque, ‖ ᵛInuẽtus ſum ab iis qui me non quærebant: cõſpicuus factus ſum iis qui de me non interrogabant.

20 *Eſaias autẽ audet & dicit, Inuentus ſum à non quærentibus me: palàm apparui iis qui me nõ interrogabant.* Eſa. 65. a. 1

Πρὸς δὲ τὸν Ἰσραὴλ λέγει, Ὅλην τὴν ἡμέραν ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα.

21 ᵛAduerſus Iſraelem autẽ dicit, ‖Toto die expandi manus meas ad populum ᵛrebellem & contradicentem.

21 *Ad Iſrael autem dicit, Tota die pãdi manus meas ad populũ non credẽtem, & contradicẽtem.* Eſa. 65. a. 1

17 Per verbum Dei, διὰ ῥήματος Θεοῦ. Id eſt ex Dei mandato, à quo mittuntur qui Euangeliũ prædicent. Alii verbum Dei accipiunt pro ipſa prædicationis materia ac ſubſtantia. Sed non temere eſt quòd Apoſtolus dixit potius διὰ ῥήματος quàm ἐκ ῥήματος vel τοῦ ῥήματος Θεοῦ, omiſſa præpoſitione: & quum in iſtis verbis ſit compendiũ ſuperioris gradationis, commodius videtur hoc accipere de mittẽdis ex Dei vocatione. Quòd autem Vetus interpres legit διὰ ῥήματος τοῦ Χριστοῦ, per verbum Chriſti, inuenimus quidem in tribus Græcis exemplaribus, ſed tamen vix poſſum probare.

18 Sed (inquam ἐγὼ) ἀλλὰ λέγω. Vulgata & Eraſmus, Sed dico. Egoverò ſtudui apertius declarare hæc eſſe accipienda pro obiectione: & videam plerosque interpretes id non animaduertiſſe: quia nimirum ſoleant obiectiones tertia potius perſona concipi: vt clarior etiam futura fuerit interpretatio ſi conuertiſſem; Sed (dicet aliquis) annon audierunt? Puto autem hæc dici in Iudæi alicuius perſona, qui cæterorum patrocinium ſuſcipiat. Sicut enim ex effectorum cõſequutione Paulus electas gentes probarat, ita pleroſque ex Iudæis eſſe ad tempus reiectos, oppoſita argumentatione probare conſtituit: vtque ſibi aditum ad eam rem patefaciat, exordium ſumit ab obiectione, in cuiuſpiam perſona qui velit in Paulum ipſum retorquere ſuperiora: quaſi dicat, Tu, ex eo quòd Gẽtes efficaciter vocatæ ſunt ad Dei cognitionem, collegiſti eas eſſe electas: quod ſi verum eſt, cur non idem dixeris de Iudæis? Nam & illi nonne de Deo aliquid audierunt? Ad hoc autem ſic reſpondet Paulus vt plus etiam concedat quàm petit aduerſarius. Egóne verò, inquit, Iudæos dixerim à Deo non eſſe vocatos, qui Deum didicerim ſeſe omnibus quantumuis remotis patefeciſſe, nedum vt populum ſuũ nunquã ſit affatus? Poſtea verò aduerſarius nõ contentus hoc reſponſo, quo videlicet videbat non efficì quod volebat, At ego, inquit, de vocatione illa efficaci loquor quam conſequitur cognitio. Quid igitur? an Iſrael non cognouit Deum? Hic verò Paulus (vt inuidiam vitet) Moſen & Eſaiam inducit ita reſpondentes, vt ſatis appareat Iudæos vocantem Deum contempſiſſe, quem amplexæ ſint Gentes. ex quo colligitur tum illorum reiectio, (quam tamen proximo capite neque vniuerſalem neque perpetuam fore dicit) tum etiam Gentium electio, vt propoſuerat ſuprà, 9. g. 30. Itaque ante verbum ἔγνωσαν, audierunt, non ſubaudio Gentes, ſed Iudæos. Imò verò, μενοῦνγε. Vulgata, Equidem. Eraſmus, Atqui. Vide ſuprà, 9. d. 20. Sonus, φθόγγος. In Hebræo legimus קַו, id eſt regula ſeu amuſſis eorum: quo vocabulo ſignificatur, compoſitam illã & ad amuſſim fabrefactam cælorum molem, velut prædicare infinitam artificis præſtantiam. Græci verò vel קוֹל legerunt pro קַו, vel loquutionem ſtuduerunt emollire, ſequuti videlicet proximi membri ſententiam: quia Dauidis præſertim hic mos eſt, vt vna verſiculi parte alteram explicet.

19 Nunquid Iſrael non cognouit Δοκεῖ μοὶ οὐκ ἔγνω Ἰσραήλ. Iſrael collocaui priore loco, Veterem etiã interpretẽ in eo ſequutus, & caſum conſtructionis ſubiecì verbo Cognouit: nequis putaret Iſrael quarto caſu accipiendum: quæ amphibolia in Græco ſermone nulla eſt: ſcripſiſſet enim Paulus τὸν Ἰσραήλ, addito articulo. Per gentem quæ non eſt gens, ἐφ' οὐκ ἔθνει. Hebraicè בלא עם. Vulgata ad verbum, In non gentem. ſ. aduerſus gentem quæ non eſt gens: ſicut etiam explicat Hilarius lib. De Trinitate quinto. Sed præſtat particulã ἐπὶ accipere pro inſtrumenti declaratione. Vocat autem gentem non gentem omnes profanos populos: ſicut viuere non dicuntur ſed mori qui æternis ſuppliciis ſunt addicti.

20 Vtitur audacia, Ἀποτολμᾷ. Id eſt intrepidè ac liberè loquitur. Vulg. Audet, quod non memini legere abſolutè poſitum. Eraſmus, Poſt hunc audet. Putat enim præpoſitionem ἀπὸ indicare. Eſaiam ex illis Moſis verbis ſumpſiſſe fiduciam: quam obſeruationem inanem eſſe puto. Inuentus ſum, εὑρέθην. Permutata ſunt duo huius teſtimonii mẽbra. Hoc enim oportuit poſteriore loco collocari, vt ex H. bræis apparet. Significat autẽ נמצאתי, pro quo Græci habẽt εὑρέθην, Inuenire me feci, vt ſi dicas, *ie me ſuis faict trouuer*. Et בקשוני, pro quo verterunt Græci ἐμφανὴς ἐγενόμην, declarat ad verbum, *ie me ſuis faict chercher*.

21 Aduerſus Iſraelem, πρὸς τὸν Ἰσραήλ. Id eſt, εἰς τὸν Ἰσραήλ, vel de Iſraele, vt ſit Hebræorum phraſis,

apud quos ſæpe ר pro על ponitur. Vulg. Ad Iſrael, quum Deus illic non introducatur Iſraelem ipſum compellans. Rebellem & contradicentem, ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα. Tot verbis vnum Hebræum vocabulum רר expreſſerunt Græci interpretes.

Κεφάλαιον ια΄

Λέγω οὖν, μὴ ἀπώσατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ; Μὴ γένοιτο. Καὶ γὰρ ἐγὼ Ισραηλίτης εἰμὶ, ἐκ σπέρματος Αβραὰμ, φυλῆς Βενιαμίν.

Οὐκ ἀπώσατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ ὃν προέγνω. Ἢ οὐκ οἴδατε ἐν Ηλίᾳ τί λέγει ἡ γραφή; ὡς ἐντυγχάνει τῷ Θεῷ κατὰ τοῦ Ισραὴλ, λέγων,

1.Reg.19.b.10 Κύριε, τοὺς προφήτας σου ἀπέκτειναν, καὶ τὰ θυσιαστήριά σου κατέσκαψαν· κἀγὼ ὑπελείφθην μόνος, καὶ ζητοῦσι τὴν ψυχήν μου.

Αλλὰ τί λέγει αὐτῷ ὁ χρηματισμός; 1.Reg.19.f.18 Κατέλιπον ἐμαυτῷ ἑπτακισχιλίους ἄνδρας οἵτινες οὐκ ἔκαμψαν γόνυ τῇ Βάαλ.

Οὕτως οὖν καὶ ἐν τῷ νῦν καιρῷ λῆμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος γέγονεν.

CAP. XI.

1 NVm igitur (ᵛinquam ego) abiecit Deus populum ſuum? Abſit. nam & ego Iſraelita ſum, ex ſemine Abrahæ, tribus Beniamin.

2 Non abiecit Deus populum ſuum ᵛquem præcognouit. An neſcitis ᵛde Elia quid dicat Scriptura? quomodo colloquitur cum Deo, ᵛdicens aduerſus Iſraelem,

3 ‖Domine, ᵛProphetas tuos occiderunt: & altaria tua ſuffoderunt, & ego relictus ſum ſolus, & quærunt animã meam.

4 Sed quid dicit ei diuinum reſponſum? ‖Feci vt remanſerint mihi ſeptem millia virorum qui non flexerunt genu ᵛimagini Baal.

5 Ita igitur & hoc tépore ᵛreſeruatio ſecúdum electionem gratuitam facta eſt.

CAP. XI.

1 DIco ergo, Nunquid Deus repulit populum ſuum? Abſit. nã & ego Iſraelita ſum ex ſemine Abraham, de tribu Beniamin.

2 Non repulit Deus plebem ſuam quam præſciuit. An neſcitis in Elia qd dicit Scriptura? quemadmodũ interpellat Deũ aduerſus Iſrael?

3 Domine, Prophetas tuos occiderunt, altaria tua ſuffoderunt: & ego relictus ſum ſolus, & quærunt animam meam.

4 Sed quid dicit illi diuinum reſponſum? Relicui mihi ſeptem millia virorũ qui non curuauerunt genua ante Baal.

5 Sic ergo & in hac tépore reliquiæ ſecundum electionẽ gratiæ factæ ſunt.

IN CAPVT XI.

1 (Inquam ego) λέγω. Iam tertiò inducitur idem Iudæus Apoſtolo reſponſans.

2 Quem præcognouit, ὃν προέγνω. Id eſt, quẽ ab æterno electum amplexus eſt. Hæc enim vis eſt præpoſitionis προ, vt æternitatem ipſam declaret omni tempore antiquiorem: neque eſt quòd comparatiuè accipiamus quòd Gentes poſterius ſint vocatæ, quum de vocatione non agatur hoc in loco, ſit autem non minus Gentium quàm Iudæorum æterna prædeſtinatio: vt declaratur Act.15.d.18, & Eph.1.a.4, & b.8 & 9. Verbũ autem γινώσκειν ſæpe iam oſtendimus non declarare nudam aliquam cognitionem in Deo (vt ii exiſtimãt qui de præſcientia Dei, Epicureorum more diſputant) ſed eam quæ cum decreto æternæ prædeſtinationis coniũcta, gratuitum Dei fauorem cõplectitur. quo modo etiam accipitur ſupra, 8.f.29: vbi prolixius de hoc verbo diſſeruimus: itémque Gal.4.b.9, & 1.Pet.1.a.2. Quamobrem etiam diſertè Auguſtinus lib. De bono perſeuerantiæ 2.cap.18, Præſciuit interpretatur Prædeſtinauit: quem ſequitur Lyranus. Sed & illud obſeruandum eſt, Paulum addito hoc verbo firmamentum huius argumentationis detegere, quòd videlicet fieri non poſſit vt Deus ſententiam mutet, id eſt reiiciat quos ſemel elegit ad ſalutem. Vulg. Præſciuit, interpretatione nimiũ ſeiuna, niſi à præſciſcere deducas. Nec vllo modo audiendi ſunt Patres qui ad fidei præuiſionem hoc referũt, quod dogma repugnat ex diametro Apoſtoli doctrinæ, vt ſuprà expoſuimus, 9.b.11. Eraſ. Antè agnouerat, nõ ſatis expreſſa præpoſitione προ: nec ſatis rectè vſurpato ὑποστολικῶς. De Elia, ἐν Ηλίᾳ. Vulg. ad verbũ, In Elia, quod nonnulli explicant, In Eliæ hiſtoria: ſed ego iis aſſentior qui Paulum loquutum putant ex Hebræorum idiotiſmo, apud quos בְּ interdum ponitur pro עַל, i. ſuper, vel de. Dicens aduerſus Iſraelem, τῷ Ισραὴλ λέγων. Vulg. & Eraſ. τῷ Ισραὴλ connectunt cum verbo ἐντυγχάνει, ego verò cum participio λέγων: quia mihi videtur Elias eo in loco non tam incitare Deum aduerſus Iſraelem quàm id ſimpliciter dicere quod cõtra Iſraelem facit, cuius videlicet perfidiam deplorat. Ideo etiam ἐντυγχάνει non conuerti cum Vetere interprete & Eraſ. Interpellat, ſed Colloquitur.

3 Prophetas tuos, τοὺς προφήτας σου. In Hebræa veritate priore loco fit mentio altarium, deinde Prophetarum: ſed permutatus ordo nihil mutat in ſententia.

4 Feci vt remanſerint, κατέλιπον. Sic Hebræa veritas habet וְאַשְׁאִירָה, vt intelligamus Deum loqui de reliquiis ab æterno electis, non autem in futuro eligendis: nequis videlicet arbitretur iſtos fuiſſe eligendos, quòd mundi eſſent ab idololatria, quum potius mundi fuerint ab idololatria quòd per gratiam electionis eſſent ſeruati diuinitus, ne Baalis cultu cõtaminarẽtur, ſicut V. Volfangus Muſculus (beatæ memoriæ vir) in hũc locum annotauit. Multo itaque rectius ſcripſit Paulus κατέλιπον, reliqua feci, quàm Græci interpretes καταλείπω, relinquam. Vulg. & Eraſ. Reliqui, quod eſt ambiguum, Imagini Baal, τῇ Βάαλ. Sic rectè Eraſ. Nã fœmineus articulus indicat ſubaudiendum eſſe εἰκόνι. Cæterùm apud Hebræos בַּעַל declarat eum in cuius poteſtate ſumus, vt eſt mancipium in domini, vxor in mariti poteſtate. Inde factum eſt vt pro idolo accipiatur cui ſeſe totos mancipant idololatræ. Id verò etiamnum hodie declarant qui Mariam virginẽ non alio quàm Dominæ noſtræ nomine compellant, cæteróſque dinos, ad quos cultum tranſtulerunt Deo debitum, nonniſi addita Dominorum & Patronorum præfatione, ſolent inuocare.

5 Reſeruatio facta eſt, λεῖμμα γέγονεν. Vulgata, Reliquiæ factæ ſunt, nimium obſcurè: quamobrem etiam nonnulli ſcribunt, Reliquiæ ſaluæ factæ ſunt, contra omnium Græcorum codicum fidem. Eraſmus, Reliquiæ fuerunt, vel ſunt, nihilo planius, & minus etiam accommodatè. Malui igitur craſſius loqui, vt Græca apertius

apertius declararem. Nam etiamsi conuerteris Reliquiæ supersunt,tamen illud λείμμα non satis expresseris.

Secundum electionem gratuitam,κατ' ἐκλογὴν χάριτος. Vulgata & Erasmus ad verbum, Secundum electionem gratiæ:cuius Hebraismi ignoratio magnũ errorem iis obiecit qui putarunt ita significari eos qui gratiam elegissent,quum prorsus econtrario significentur quos gratia eligit,id est qui gratis à Deo eliguntur.Est autem hoc loco planè ineptus Origenes,existimans eos qui per fidem seruãtur differre à perfectioribus quibusdam qui per electionem gratiæ seruantur, quoniam,inquit,est gratia & sine electione & cum electione.

Εἰ δὲ χάριτι, οὐκ ἐξ ἔργων· ἐπεὶ ἡ χάρις, οὐκέτι γίνεται χάρις. εἰ δὲ ἐξ ἔργων, οὐκέτι ἐστὶ χάρις· ἐπεὶ τὸ ἔργον, οὐκέτι ἐστὶν ἔργον.	6 Quòd si per gratiam,non iã ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia. Sin ex operibus,iam non est gratia: alioquin opus iam non est opus.	6 *Si autem gratia,iam non ex operibus: alioqui gratia iam non est gratia.*
Τί οὖν; ὃ ἐπιζητεῖ Ισραὴλ, τοῦτο οὐκ ἐπέτυχεν· ἡ δὲ ἐκλογὴ ἐπέτυχεν, οἱ δὲ λοιποὶ ἐπωρώθησαν,	7 Quid igitur? Quod requirit Israel, hoc non est assequutus: sed electi assequuti sunt,reliqui verò ‖ occalluerunt,	7 *Quid ergo? Quod quærebat Israel, hoc non est consequutus: electio autẽ consequuta est, cæteri uerò excæcati sunt,*
(Καθὼς γέγραπται, Ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς πνεῦμα κατανύξεως, ὀφθαλμοὺς τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ ὦτα τοῦ μὴ ἀκούειν) ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας.	8 (Sicut scriptum est, ‖ Dedit eis Deus Spiritum soporis:oculos vt non videant, & aures vt non audiant) vsque ad hodiernum diem.	8 *Sicut scriptum est, Dedit illis Deus spiritum cõpunctionis,oculos ut non uideant, & aures ut nõ audiant) usque in hodiernum diem.* Esa.29.b.10, & 6.c.9 matth. 13.b.14 iohan.12.f.40 act.28.f.26 psal.69.c.23

6 Alioquin,ἐπεί. Sic rectè Vulgata,quo modo probat Budæus accipi hanc particulam in argumentatione ab absurdo sumpta,vt suprà,3.a.6, & infrà,11,& 1.Cor.5.c.10, & 7.c.14,& 15.d.29,& Hebr.9.g.16. Erasmus, Quandoquidem,non obscurè modò,sed etiam depravata sententia, nisi multa subaudias. Vtinam verò hanc operum & fidei antithesin considerarent qui iustitiam partim gratiæ, partim operibus tribuunt. Sed hic scio quid respondeant,ista videlicet de gratia præueniente duntaxat intelligi: quasi verò hic disputetur sola gratia,an verò etiam operibus vel prorsus vel aliqua ex parte,electionẽ ac proinde salutem adipiscamur:quod posterius affirmant Sophistæ,qui præuisam fidem vel opera faciunt electionis causam.Id autem si verum est,cõcluso falsa erit,Israelem non esse assequutum quod quærebat:nisi quis ita sit rerum imperitus vt existimet Iudæos nihil Dei gratiæ tribuisse: quod ne Pharisæus quidem ille dixerit cuius fit mentio Lucæ cap.18. Deinde vbi nostra illa esset gloriatio quam descripsit Apostolus suprà,cap.8? Sed & ineptè admodum diceremur fide iustificari nisi Christus in solidum factus esset nobis iustitia,sanctificatio & redemptio.Denique neque gratia esset gratia si ex operibus præuisis eligeremur,vel minima ex parte:neque opus esset opus,si gratiæ subsidium vllo modo requireret. Sin ex operibus,&c.εἰ δὲ ἐξ ἔργων, οὐκέτι ἐστὶ χάρις· ἐπεὶ τὸ ἔργον οὐκ ἔτι ἐστὶ ἔργον. Hanc partẽ totam non legit Vetus interpres,quæ tamen summo omnium codicũ consensu in Græca veritate extat,& mihi quidem planè videtur necessaria explendæ operum & fidei antithesi: adeo quidem vt vix vllum inueniatur apertius testimonium quo omnis opinio meriti semel tollatur, quum disertè neget Apostolus opus esse opus quod ex gratia valeat non ex debito.

7 Electi assequuti sunt,ἡ ἐκλογὴ ἐπέτυχεν. Vulgata & Erasmus ad verbum, Electio consequuta est:seruata metonymia,de qua diximus suprà,1.c.16.Idcirco verò nos non seruauimus vt altera pars antitheseos melius posset intelligi. Occalluerunt,ἐπωρώθησαν. Vulgata & Erasmus, Excæcati sunt. Vide Marcum cap.3.versu 5.

8 Dedit eis Deus spiritum soporis,ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς πνεῦμα κατανύξεως. Quæritur vnde petitum sit oraculum: & plerosque interpretes video Origeni assentiri,qui fatetur se nusquam hoc legisse in Scripturis,putátque hæc non esse Prophetæ sed Apostoli verba. Mihi verò id planè videtur violentum, quum præcesserit καθὼς γέγραπται,sicut scriptum est:neque dubito quin Paulus,vt alibi aliquoties, sic etiam hoc in loco duo Esaiæ testimonia in vnum veluti corpus coniunxerit. Est enim prior hæc pars petita ex Esaiæ 29.c.10, vbi Hebræa veritas habet ad verbum,כי נסך עליכם יהוה רוח תרדמה, pro quo Græca interpretatio habet πεποίηκεν γὰρ ὑμᾶς Κύριος πνεῦμα κατανύξεως,id est,præbuit vobis Dominus potandum spiritum soporis.Paulus igitur pro πεποίηκεν scripsit ἔδωκεν,vt sequens testimonium petitum ex eiusdem Prophetæ 6.c.9,cum isto posset connecti. Vocatur autem τὸ πνεῦμα,Hebræorum more,afflatus Dei,interdum per Spiritum suum agentis,(vnde Spiritus intelligentiæ,sapiẽtiæ, pietatis, consilii, & alii eiusmodi Spiritus in Scripturis commemorati)interdum per spiritus malos sua iudicia exercentis,vnde Spiritus fornicationũ,auaritiæ, vertiginis, & alii similes afflatus. Quod autem ad κατάνυξιν attinet,quam cæteri Compunctionem sunt interpretati,quanuis hæc significatio possit interdum conuenire, quòd τὸ νύσσειν vellicare & fodicare declaret, vnde factum vt κατάνυξις molestiam ac dolorem significet,quo corpus vel animus vulneretur:tamen quum ex Hebrææ veritatis collatione appareat κατάνυξιν respõdere vocabulo Hebræo תרדמה,nemo mirabitur quòd maluerim Soporem aut etiam Stuporem convertere. Ita enim Hebræi vocant altissimum veternum, quòd omnem sensum adimat: idque optimè conuenit iis quæ subiiciuntur de nullo oculorum vel aurium vsu.Sed & disertè Hesychius κατάνυξιν interpretatur ὕπνον. Et nomen ipsum τοῦ νύσσειν videtur deduci, à quo postea ortum est τὸ νυστάζειν: quanuis illud non meminerim ea significatione legere. Vsque in hodiernum diem,ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας. Malè solet hæc particula connecti cum proximè præcedentibus.Neque hæc sunt Esaiæ verba,sed Apostoli, & cum verbo ἐπωρώθησαν cohærent, sicut res ipsa ostendit, & Apostolus ipse explicat 2.Corinth.3.ver.14. Itaque vt huic errori mederemur,in quem etiam impegit Origenes, Esaiæ verba inclusimus parenthesis signo. Qui non videant, τοῦ μὴ βλέπειν. Vel,Vt non videant,vt subaudiatur ἔσχεν. Sed illud est planius,vt si dicas, Oculos ad non videndum,& aures ad non audiendum.id est oculos ineptos ad videndum,& aures ad audiendum ineptas. Hoc autem nihil aliud est quàm excæcare,& surdum reddere: minimè id quidem quasi Deus nouum vitium infundat,sed quia Deus,iustus iudex,illos sua gratia destitutos tradit Satanæ & suis cupiditatibus magis ac magis excæcandos.

Καὶ Δαυὶδ λέγει, Γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν εἰς παγίδα, καὶ εἰς θήραν, καὶ εἰς σκάνδαλον, καὶ εἰς ἀνταπόδομα αὐτοῖς.

Σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ τὸν νῶτον αὐτῶν διὰ παντὸς σύγκαμψον.

Λέγω οὖν, μὴ ἔπταισαν ἵνα πέσωσι; Μὴ γένοιτο. Ἀλλὰ τῷ αὐτῶν παραπτώματι ἡ σωτηρία τοῖς ἔθνεσιν, εἰς τὸ παραζηλῶσαι αὐτούς.

Εἰ δὲ τὸ παράπτωμα αὐτῶν πλοῦτος κόσμου, καὶ τὸ ἥττημα αὐτῶν πλοῦτος ἐθνῶν· πόσῳ μᾶλλον τὸ πλήρωμα αὐτῶν;

Ὑμῖν γὰρ λέγω τοῖς ἔθνεσιν, ἐφ' ὅσον μέν εἰμι ἐγὼ ἐθνῶν ἀπόστολος, τὴν διακονίαν μου δοξάζω.

9 Et Dauid dicit, ¶ Fiat ipſis menſa eorum pro laqueo, & tẽ dicula, & offendiculo, & talione.

10 Obtenebrentur oculi eorũ, vt non cernant: & tergum ipſorum ſemper ᵛincurua.

11 ᵛNum igitur, inquã ego, ideo impegerunt ᵛvt concidérent? Abſit. ſed per eorum ruinam ſalus *obuigit* Gentibus, ᵛvt eos ad æmulationem prouocaret.

12 Quòd ſi eorum ruina eſt ᵛopulentia mundi, & ᵛdiminutio eorum opulentia Gentiũ: quãto magis plenitudo ipſorum?

13 Nam (quod vobis dico Gẽtibus, ᵛquatenus ego quidem ſum Apoſtolus Gentium) miniſterium meum illuſtro.

9 Et Dauid dicit, *Fiat mẽſa eorum coràm ipſis in laqueum, & in captionem, & in ſcandalum, & in retributionem illis.*

10 *Obſcurentur oculi eorum, ne videant: & dorſum eorum ſemper incurua.*

11 *Dico ergo, Numquid ſic offenderunt ut caderent? Abſit. ſed illorũ delicto, ſalus eſt Gentibus, ut illos æmulentur.*

12 *Quòd ſi delictũ illorũ, diuitiæ ſunt mũdi, & deminutio eorũ diuitiæ Gẽtiũ: quãto magis plenitudo eorũ?*

13 *Vobis enim dico Gẽtibus, quandiu quidẽ ego ſum Gentiũ Apoſtolus, miniſterium meum honorificabo.*

9 Fiat menſa, &c. γενηθήτω ἡ τράπεζα, &c. Hæc quoque interpretatio non modò cum Hebræa veritate prorſus non conſentit, ſi verba annumeres, ſed ne cum Græca quidem editione. Nam pro eo quod ſcribitur εἰς παγίδα & εἰς θήραν, legimus duntaxat in Hebræo לפח, vt alterum ex illis duobus videatur redundare: & fortaſſis ex quapiã verſione, puta vel Symmachi, vel Aquilæ, vel Theodotionis, annotatũ, ex margine irrepſit in cõtextum, (quod iam aliquoties annotauimus) quum in Græca duntaxat legatur εἰς παγίδα: quanuis exiſtimet Origenes Paulum hoc poſterius addidiſſe de ſuo, ſicut ecõtrario dicit eum omiſiſſe לפניהם, id eſt coram ipſis. Quaſi verò pronomen αὐτῶν, ipſis, idem non valeat, aut quaſi Apoſtolus nouam aliquã verſionem edat. Deinde pro εἰς ἀνταπόδομα Hebræa veritas habet לשלומים *ad ſalutem*. i, pacifica, illa videlicet in quibus acquieſcũt, pro quo tamen Græca editio (quanuis alia ſerie) habet εἰς ἀπατὴν, quaſi ſcriptum ſit לשלומים *ad ſallutem*. Sed hæc varietas nihilin ſententia immutat. Nam in ſumma imprecatur Propheta, ſeu potius Chriſtus ipſe apud Prophetã, quod Iudæis accidit, nempe vt quemadmodum infelices aues eo ipſo illiciuntur ad mortem vnde vitam petunt, ſic Iudæis in mortem cederet illud ex quo vno vitam captabant: nimirum Lex Dei, cuius præpoſtero zelo Euangelium repudiarunt.

10 Incurua, συγκαμψον. Hebræa veritas habet והמט i. fac nutare, ſeu vacillare: neq; ab Hebræis diſcrepant Græca, quum dorſi incuruatio virium imbecillitatem arguat.

11 Num igitur, inquam ego, λέγω οὖν. Iam quartùm inducitur Iudæus Paulo reſponſans: quod vt melius intelligi poſſet, nonnulla ſuppleui. Vt, ἵνα. Vulgata, Sic vt. i. ὥστε, quod rectè emendauit Eraſmus. Neque enim, inquit, de magnitudine lapſus hic agitur, ſed de euentu. At ego, quum ἵνα ſit coniunctio τέλους (i. finem ac ſcopum declarans) puto hìc ſignificari non tam euentum quàm finem ac deſtinationem. i. quo conſilio Deus Iſraelitas excæcarit. Nẽpe nõ vt hæc gens ſemel excideret à Dei fœdere, quod irritum fieri non poteſt: ſed quòd ipſi hac occaſione placuerit vti vt Gentes quoque in regnum Dei introducerentur: quarum tandẽ æmulatione prouocati Iſraelitæ, & ipſi eò reſtituerẽtur vnde eſſent delapſi, & ita ex toto mũdo (id eſt ex quibuſuis populis) colle&a Eccleſia, per miſericordiam ſeruaretur. Alioquin ſi euentum à deſtinatione Dei ſeparès, quid ſupererit niſi vt (quod ſummæ fuerit impietatis) Deo vel conniuente vel inuito id factum dicas? Nã etiamſi ad permiſſionem (vnicum quorundam in hac diſputatione aſylum) perfugias, huc quoque relabaris neceſſe eſt vtrel omnipotentẽ Deum eſſe neges, ſi inuitus permiſit, vel volentẽ permiſiſſe fatearis. Cæterùm παραζήλωσαι hoc in loco Ruinam potius quàm Offenſam conuerti, perſpicuitatis cauſa: ſiquidem Ambroſius à Vetere interprete deceptus, qui Delictum cõuertit, de peccato hæc accipit. Ac certum eſt quidem Iudæos grauiter peccaſſe quũ ad hunc lapidem impingerent: ſed tamen propria huius vocis ſignificatio erat hoc loco retinenda. Vt eos ad æmulationem prou. εἰς τὸ παραζηλῶσαι, αὐτούς. Vulg. Vt illos æmulentur, i. vt Iudæi poſtea Gentium exemplũ imirentur: quo modo etiam explicat Photius. Sed illam tamen interpretationem magis probo. Reſpõdet enim παραζηλοῦν verbo Hebræo תקנא, vt apparet ex teſtimonio Moſis citato ſuprà, 10. d. 19: quod quidẽ accipi non poteſt pro μιμεῖσθαι, i. imitari vel æmulari, quum ſit coniugationis Hiphil.

12 Opulentia mundi, πλοῦτος κόσμου. Diuitias vocat Euangelii cognitionem in vitam æternam: per mũdum autem intelligit Gentes per vniuerſum mundum diſperſas, vt ipſe proximo membro explicat. Diminutio, ἥττημα. Explicat quid intelligat nomine Ruinæ Iudæorum, nempe huius gentis imminutionẽ, quòd videlicet pleriq; ad hunc veluti lapidem impingentibus, tam pauci ſint Euangeliũ amplexi. Nã populus qui Deũ nõ colit in Chriſto, habetur pro non populo: vt meritò dicantur Iudæi contumacia ſua ad paucitatẽ redacti. Huic verò opponitur plenitudo ventura, quum videlicet futurum eſt vt tota gens in cõmuni ad Chriſtũ accedat. Idẽ de plenitudine Gẽtiũ ſtatuẽdũ eſt, quã cõmemorabit infrà, v. 25. Sed hoc quoq; diligẽter eſt obſeruandum in hac diſputatione, Apoſtolum nimirũ de Iudæorum ac Gentium natione in genere differere, non autem de ſingulis hominibus loqui, & earum nationum cõditionem ex illa diminutione & plenitudine æſtimare: ita vt quandiu durat diminutio, Iudæi vel Gentiles exciſi, ſub plenitudine verò inſiti dicantur: quum, ſi ſingulos homines ſpectes, qui ſemel ad Chriſtũ venit, & didicit, nunquã eiiciatur foras.

13 Quatenus quidẽ, ἐφ' ὅσον μέν: Vulg. Quãdiu. quẽ errorẽ etiã bis idẽ interpres admiſit Mat. 25. f. 37, & 9. 45, vt ibi annotauimus. Et certè ἐφ' ὅσον ſic etiã accipitur à Græcis. Sed ſpectãdũ quid ferat ſẽtẽtia. Origenes autẽ planè ridiculus eſt qui hoc diſtinguere non potuit. Vnus codex ſcriptũ habebat ἐφ' ὅσον οὖν (expũcta particula μέν, ſubaudiendum ὑμῶν δέ, pro ὑμῖν δέ. Cæterùm Apoſtolus hoc ita ſcripſit, vt, quanuis ſingularem ſuã modeſtiã declaret, ne ſibi priuatim aliquid iuris tribuere videatur, interim tamen facile ſit cernere totam vim huius rationis, qua vult Gentes ſuo exẽplo

ad Iudæos pro viribus lucrifaciendos excitare, in eo esse positam quòd loquitur tãquam Gentium Apostolus, cuius nimirũ authoritas & exemplum meritò aut etiam impunè non possit contẽni. Itaque ἐφ' ὅσον sic puto positum in exceptione vt tamen vim habeat causali particulæ proximam: neque hoc membrum connecto cum verbo δοξάζω, sed cum λέγω. Illustro, δοξάζω i. insigne & illustre reddo, siue exorno: sicut iubet prouerbiũ, vt Spartã quã quisque nactus est, hãc exornet. Significat enim Apostolus se ipsorũ Iudæorũ causa nihil omittere quod ad officiũ suum illustrandum ac nobilitandum pertineret: vt aliquo zelotypiæ studio accensi Iudæi ad Christum accederent. Nam hac demum ratione ornatur alicuius ministerium si quamplurimos Domino lucrifecerit. Vulgata, Honorificabo. Legit enim δοξάσω. quo modo etiam nõnulli impresserunt, sed perperam, vt puto.

Εἴπως παραζηλώσω μου τὴν σάρκα, καὶ σώσω τινας ἐξ αὐτῶν.	14 vt experiar siquo modo ad æmulationem prouocem consanguineos meos, & seruem aliquos ex ipsis.	14 Siquo modo ad æmulandum prouocem carnẽ meam & saluos faciam aliquos ex illis.
Εἰ γὰρ ἡ ἀποβολὴ αὐτῶν, καταλλαγὴ κόσμου, τίς ἡ πρόσλημψις, εἰ μὴ ζωὴ ἐκ νεκρῶν;	15 Nam si abiectio eorum, est reconciliatio mundi, quæ erit assumptio, nisi vita ex mortuis?	Si enim amissio eorum, reconciliatio est mundi, quæ assumptio, nisi vita ex mortuis?
Εἰ δὲ ἡ ἀπαρχὴ ἁγία, καὶ τὸ φύραμα· καὶ εἰ ἡ ῥίζα ἁγία, καὶ οἱ κλάδοι.	16 Quòd si primitiæ sanctæ, sancta etiam massa: & si radix sancta est, etiam rami.	16 Quòd si delibatio sancta est, & massa: & si radix sancta, & rami.
Εἰ δέ τινες τῶν κλάδων ἐξεκλάσθησαν, σὺ δὲ ἀγριέλαιος ὢν ἐνεκεντρίσθης ἐν αὐτοῖς, καὶ συγκοινωνὸς τῆς ῥίζης καὶ τῆς πιότητος τῆς ἐλαίας ἐγένου,	17 Quòd si nonnulli rami defracti sunt, tu verò quum esses oleaster, insitus es pro ipsis, & particeps radicis ac pinguedinis oleæ factus es,	17 Quòd si aliq ex ramis fracti sunt, tu autem qui oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es, Ierem.11.a.6

14 Vt experiar siquo modo, πῶς. Ita solent Græci has particulas in eclipsi vsurpare, quam supplendã putauimus perspicuitatis causa, vt Act.17.c.11, & Phil.3.c.11. Consanguineos meos, μου τὴν σάρκα. Vulg & Eras. ad verbum, Carnem meam: qui hebraismus fortassis fuisset nonnullis obscurior hoc in loco.

15 Abiectio, ἀποβολή. Vulgata, Amissio, nõ satis rectè, vt apparet ex opposito nomine πρόσλημψις, assumptio. Vita ex mortuis, ζωὴ ἐκ νεκρῶν. Cohæret quidem resurrectio à mortuis cum reconciliatione: sed de illa propriè non agit Apostolus hoc in loco: verùm prouerbiali quadam dicendi figura, fore dicit vt quum ad Euangelium accesserint etiam Iudæi, mundus quasi reuiuiscat, argumento à comparatis sumpto. Nam, inquit, si ex illa Iudæorum calamitate hoc lucrum retulit mundus, vt fieret reconciliationis particeps: quid aliud mũ do sperandum ex ipsorum felicitate quàm vt veluti reuiuiscat? Tum enim plenum ac cumulatum erit mundi gaudium quum & ipsi Iudæi vnà cum Gentibus Christum complexi, communi illa felicitate perfruentur. Nã quanuis reconciliatio per mundum iam sit dispersa, tamẽ quum Iudæorum gens maneat adhuc in morte, nõdum planè mundus reuixit. Itaque ironia quam nonnulli putant hoc loco vsurpatam à Paulo, non modò nullum hic locum habet, sed etiam Pauli sententiæ repugnat ex diametro.

16 Quòd si primitiæ, εἰ δὲ ἡ ἀπαρχὴ ἁγία. Vulg. Delibatio, non satis commodè. Theophylactus τὴν ἀπαρχὴν interpretatur ζύμωμα, id est fermentum, expositione prorsus coacta. Nihilo melior est (vt arbitror) Erasmi opinio, qui ἀπαρχὴν dici putat frumentum ex quo sumitur massa. Neque enim ἀπαρχὴ dici potest vnde sumitur aliquid, sed idipsum potius quod ex alio delibatur. Sed & in eo mihi videtur hallucinari (quod cum bona ipsius venia dictum velim) quòd φύραμα non putat referri ad farinam humore temperatam, sed magis ad molas siue collyridas, i. ad farinam oleo conspersam, quæ olim ex Legis Mosaicæ ritu immolabatur. Nã præterquã quòd φύραμα pro libo interpretari planè durum est, quænam obsecro fuerit similitudinis analogia, quum res ipsa ostendat Abrahamũ, Isaacum & Iacobum cum primitiis, ipsorum autem posteros in vno corpore comprehensos, cum massa cõparari? Sed & mihi videtur non posse cõuenire expositio si ad primitas ipsarum frugum referas. Neque enim massam, sed fruges aut messem scripsisset Paulus, vt institutam translationem seruaret. Itaque non dubito quin hoc potius pertineat ad illorum panum primitias quorum oblatione tota massa Israelitis sanctificabatur, q videlicet tum demũ possent in reliquum annum suas fruges bona conscientia pinsere ac coquere, persolutis primæ illius massæ primitiis, vt scribitur Leuitici cap.23. versu 14 & 17. Etiam massa, καὶ τὸ φύραμα. Vulgata & Erasmus, Et conspersio, quod vocabulum non memini in ea præsertim significatione legere.

17 Pro ipsis, ἐν αὐτοῖς. Id est, in ramorũ defractorũ locũ. Puto enim ἐν αὐτοῖς (i. vt Vet. interpres ad verbũ expressit, In illis) perinde accipiẽdũ ac si Hebraicè scripsisset Apostolus בהם pro במקומם. Videtur tamen Erasmo hæc interpretatio ridicula, sed vereor ne sit potius ridiculum quod in hunc locum est commentus. Putat enim relatiuum αὐτοῖς non significare ramos excisos, sed populum ipsum Iudæorum ἐδέλιον, qui per oleam intelligatur: ac proinde nihil esse q nos offendat numeri vel generis mutatio, in collectiuis videlicet nominibus vsitata. Atqui nulla adhuc mentio facta est oleæ, sed duntaxat radicis & ramorum, quorum nonnullos defractos fuisse dicit, vt inserere tur alii ex oleastro decerpti. neque dubium est quin radicis nomine intelligatur Abrahã credẽtium pater: oleæ verò appellatione Ecclesia Israelitica, quæ ex Abraham tanquam radice exorta, benedictionis ipsius quasi succo viuit. Duplices igitur sunt natiui rami: vni quos sanctos esse dixit, in olea hærẽtes: alteri verò, defracti i. Iſtis accedũt insititii, qui ex oleastro decerpti, postea insiti sunt ἐν αὐτοῖς, id est vel cum illis qui semper hæserunt in olea, (si hoc referre placeat ad superioris versiculi extremam partem, vt ἐν positum sit pro σὺν, sicut alibi sæpe) vel pro illis qui videlicet sunt excisi, quorum proximè facta est mentio: quæ posterior interpretatio mihi simplicior videtur. Quòd autẽ putat Erasmus præpositionẽ ἐν redundare, sicut in Confiteri in aliquo, Percutere in gladio, & similib formulis, mihi nõ videtur probabile hoc in loco. Cæterùm manifestè Apostolus hæc desũpsit ex Ier.11.c.16. Et particeps, ὃς συγκοινωνὸς. Vulg. Sociũ, Eras. Cõsortẽ, eadẽ significatione interpretatur. Est autẽ hic obseruãdũ ex Ambr. cõtra cõmunẽ agriculturæ rationẽ accidere vt stolonis steriles succus mutetur arboris generosæ succo: quod nisi expressisset Apost. nullus esset ipsius argumento locus.

Μὴ κατακαυχῶ τῶν κλάδων· εἰ δὲ κατακαυχᾶσαι, οὐ σὺ τὴν ῥίζαν βαστάζεις, ἀλλ' ἡ ῥίζα σέ.

18 Ne gloriare aduerſus ramos: quòd ſi gloriaris, non tu radicẽ portas, ſed radix te.

18 Noli gloriari aduerſus ramos: quòd ſi gloriaris, non tu radicẽ portas ſed radix te.

Ἐρεῖς οὖν, Ἐξεκλάσθησαν οἱ κλάδοι, ἵνα ἐγὼ ἐγκεντρισθῶ.

19 Dices igitur, Defracti ſunt rami vt ego inſererer.

19 Dices ergo. Fracti ſunt rami vt ego inſerar.

Καλῶς· τῇ ἀπιστίᾳ ἐξεκλάσθησαν, σὺ δὲ τῇ πίστει ἕστηκας· μὴ ὑψηλοφρόνει, ἀλλὰ φοβοῦ.

20 Rectè: per infidelitatem defracti ſunt, tu verò per fidẽ ſtas: ne effertor animo, ſed time.

20 Bene: propter incredulitatem fracti ſunt, tu autem fide ſtas. noli altũ ſapere, ſed time.

Εἰ γὰρ ὁ Θεὸς τῶν κατὰ φύσιν κλάδων οὐκ ἐφείσατο, μήπως οὐδὲ σοῦ φείσηται.

21 Nam ſi Deus naturalibus ramis non pepercit, vide ne tibi quoque non parcat.

21 Si enim Deus naturalibus ramis nõ peperit, ne fortẽ nec tibi parcat.

Ἴδε οὖν χρηστότητα καὶ ἀποτομίαν Θεοῦ, ἐπὶ μὲν τοὺς πεσόντας, ἀποτομίαν, ἐπὶ δὲ σε, χρηστότητα, ἐὰν ἐπιμείνῃς τῇ χρηστότητι· ἐπεὶ καὶ σὺ ἐκκοπήσῃ.

22 Vide igitur benignitatẽ ac ſeueritatẽ Dei, ĩ eos quidẽ qui ceciderũt, ſeueritatẽ, ĩ te verò benignitatẽ, ſi permãſeris ĩ benignitate alioquin & tu excidêris.

22 Vide ergo bonitatẽ & ſeueritatẽ Dei: in eos qdẽ q ceciderũt, ſeueritatẽ, in te autẽ, bonitatẽ Dei: ſi ꝑmãſeris in bonitate, alioqn & tu excideris.

Κἀκεῖνοι δέ, ἐὰν μὴ ἐπιμείνωσι τῇ ἀπιστίᾳ, ἐγκεντρισθήσονται· δυνατὸς γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς πάλιν ἐγκεντρίσαι αὐτούς.

23 Sed & illi, ſi non permanſerint in infidelitate, inſerentur: poteſt enim Deus rurſum eos inſerere.

23 Sed & illi, ſi nõ permãſeuerint in incredulitate, inſerẽtur: potens eſt enim Deus iterũ inſerere illos.

Εἰ γὰρ σὺ ἐκ τῆς κατὰ φύσιν ἐξεκόπης ἀγριελαίου, καὶ παρὰ φύσιν ἐνεκεντρίσθης εἰς καλλιέλαιον, πόσῳ μᾶλλον οὗτοι οἱ κατὰ φύσιν, ἐγκεντρισθήσονται τῇ ἰδίᾳ ἐλαίᾳ;

24 Etenim ſi tu ex naturali exciſus es oleaſtro, & præter naturam inſitus es in veram oleã: quanto magis ii qui naturales ſunt, inſerentur propriæ oleæ?

24 Nã ſi tu ex naturali exciſus es oleaſtro, & cõtra naturã inſertus es in bonã oliuam, quãto magis ii q ſecundum naturam, inſerentur ſuæ oliuæ.

Οὐ γὰρ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελ-

25 Veli enĩ vos nõ ignorare, fra-

25 Noluceni vos ignorare fra

18 Ne gloriare aduerſus ramos, μὴ κατακαυχῶ τῶν κλάδων. Gloriari quidem in Domino (id eſt de beneficiis Dei exhilarari) nos oportet, at non ita vt deſpiciamus Iudæos, quos potius oportet ad præclaram illam æmulationẽ excitare. quod ſi factum eſſet à nobis, iampridem vni Deo ſeruiremus: & huius officii negligendi & dabunt pœnas proculdubio qui ſeſe hodie Chriſtianos vocãt, & ſanctum illum populum (quod ad eius patres attinet) ſola improbitate & mentis peruerſitate impulſi, omnibus modis vexãt, atque adeo turpiſſimæ idolomaniæ propoſitis exemplis, magis ac magis indurant. At ego quotidie ſic libens precor pro Iudæis, Domine Ieſu, tu quidem iuſtè vlciſceris tui contemptum, & dignus eſt ingratus iſte populus in quem ſeueriſſimè animaduerteras: ſed Domine memineris fœderis tui, & miſeros reſpice propter nomen tuum. Nobis verò omnium hominũ indigniſſimis, quos tamẽ dignatus es tua miſericordia, hoc tribue vt in gratia tua proficientes, non ſimus iræ tuæ aduerſus illos inſtrumenta, ſed potius & verbi tui cognitione & ſanctæ vitæ exemplis eos poſſimus per Spiritus tui virtutem in rectam viam reuocare, vt ab omnibus gentibus ac populis ſemel glorificeris in æternum. Amen.

20 Ne effertor animo, μὴ ὑψηλοφρόνει. Vulgata, Noli altum ſapere, nec Latinè, nec ſatis perſpicuè. Sed time, ἀλλὰ φόβου. Timorem alibi diximus ex Hebræorum conſuetudine, religioſum Dei cultum ſignificare: quæ declaratio non penitus diſcrepat ab iſta Pauli admonitione. Neque enim timorẽ vocat trepidationem illam conſcientiæ de reconciliatione dubitantis, ſed piam illam ac modeſtam ſolicitudinem animi cum magna religione ac Dei reuerẽtia ſeipſũ accuſantis, & tamẽ quoties in promiſſa Dei reſpicit, ita in illis acquieſcentis, vt in mediis etiam fluctibus portum tranquilliſſimum inueniat. Sicut enim arrogantiam à fiducia, ſic religioſum timorem à dubitationis ac diffidentiæ metu diſtinguere oportet, & ita nos de noſtra ſalute ſecuros eſſe vult Dominus, vt tamen de retinenda fide, dies ac noctes laboremus.

21 Naturalibus ramis, τῶν κατὰ φύσιν κλάδων. Naturales vocat non quibus à natura ineſſet vlla ſanctitas, ſed qui ex iis erant nati quos Dominus gratuito fœdere à reliquis gentibus ſibi ſegregarat. Vide ne. μήπως. Hæc quoq; particula in eclipſi ponitur vt μήπου, Mat. 25. 2. 9. & πῶς ſuprà, v. 14. Nõnulli codices habẽt φήσιν. Cõplurẽs videlicet & duo alii manuſcripti, cui quidẽ lectioni ſi aſſentiri libuerit, addiderim interrogationis notã, & ita cõuerterim, Nũ quo modo tibi parcet? Sed & in vno manuſcripto deerat particula μήπως.

22 Benignitatem, χρηστότητα. Id eſt facilem ac lenem animum, cui opponitur ἀποτομία, id eſt præciſa ſeueritas, quum ſcilicet omnia ſummo iure ad viuum reſecantur. Vulgata & Eraſmus Bonitatem interpretantur, quod vocabulum videtur latius patere. In benignitate, ἐν χρηστότητι. id eſt in ea conditione ad quam Dei benignitas te euexit. Eſt autem hoc loco diligenter conſiderandum quod initio huius tractationis monuimus, non de ſingulis hominibus, ſed de Gentibus ac Iudæis in genere differere Apoſtolum: ne quis fortè putet incertum eſſe Dei decretum vel in eligendo vel in reprobando. quod ſi nonnulli attentè conſideraſſent, non tam fœdè ad hunc veluti ſcopulum naufragium feciſſent. Deinde etiam inſitio ab electione illa immutabili, quæ certo & æterno Dei propoſito nititur, itémque & exciſio à reprobationis decreto eſt diſtinguenda, vt doctiſſimus interpres pluribus oſtendit. Alioquin, ἐπεί. Vide ſuprà, verſu 6.

24 Ex naturali oleaſtro, ἐκ τῆς κατὰ φύσιν ἀγριελαίου. Naturã intellige nõ qualis eſt ab initio creata, ſicut docẽt Manichæi, ſed vt eſt in Adamo corrupta, & ab eo in poſteros deriuata. Præter naturã, παρὰ φύσιν. Rectè. Nã ſecũdũ naturã debuit in naturali Abrahæ ſemine manere benedictio: manauit autẽ ad nos ex Dei gratia. In verã oleam, εἰς καλλιέλαιον. Sic vocat Iudæorum gentem, quam Deus ſua gratuita promiſſione ſanctificarat. Loquitur enim de tota gente, non de ſingularibus perſonis: nec illos vt Adami filios, ſed vt à Deo ſelectos conſiderat.

25 Velim enim, &c. οὐ γὰρ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν. Vulgata, Nolo enim vos ignorare. Eraſ. Nõ enim volo vos

ignorare. Ego verò existimo negatem particulam, Hebræorū more, transpositā, vt iā aliquoties annotauimus.

φοί, ὃ μυςήριον τοῦτο, (ἵνα μὴ ἦτε παρ' ἑαυτοῖς φρόνιμοι) ὅτι πώρωσις ἀπὸ μέρους τῷ Ισραὴλ γέγονεν, ἄχρις οὗ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ.

tres, mysteriū hoc, (vt ne sitis apud vosmetipsos arrogātes) obdurationem istam quæ est ex parte, Israeli euenisse tantisper dum plenitudo Gentium introierit.

tres, mysteriū hoc, (ut nō sitis vobisipsis sapientes) quia cæcitas ex parte cō tigit in Israel donec plenitudo Gētium intraret.

Καὶ οὕτω πᾶς Ισραὴλ σωθήσεται, καθὼς γέγραπται, Ἥξει ἐκ Σιὼν ὁ ῥυόμενος, καὶ ἀποστρέψει ἀσεβείας ἀπὸ Ιακώβ.

26 Et ita totus Israel seruabitur: sicut scriptum est, Veniet ex Sion ille liberator, & auertet impietates à Iacob.

26 Et sic omnis Israel saluus fieret: sicut scriptum est, Veniet ex Sion qui eripiat, & auertat impietatem à Iacob. Esaiæ 59.d.20

Καὶ αὕτη αὐτοῖς ἡ παρ' ἐμοῦ διαθήκη, ὅταν ἀφέλωμαι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.

27 Et hoc illis à me fœdus, Quū abstulero peccata ipsorum.

27 Et hoc illis à me testamentum, Quum abstulero peccata eorum. Esaiæ 27.c.9

Κατὰ μὲν τὸ εὐαγγέλιον, ἐχθροὶ δι' ὑμᾶς· κατὰ δὲ τὴν ἐκλογήν, ἀγαπητοὶ διὰ τοὺς πατέρας.

28 Itaque quod ad Euāgeliū attinet, sunt inimici propter vos: quod ad electionem autē, diliguntur propter Patres.

28 Secundū Euangeliū quidē, inimici propter uos: secundum electionē autem, charissimi propter patres.

Apud vosmetipsos arrogantes, παρ' ἑαυτοῖς φρόνιμοι. id est ne intus insolescatis. φρόνιμος enim hoc loco non ad prudentiam, sed ad affectum refertur, & τὸ φρονεῖν ἐπαίρεσθαι declarat, vt infrà, 12.c.16. Vulgata, Vt non sitis vobisipsis sapientes. id est vt ne vobisipsis placeatis, quasi soli thesauros sapientiæ Deijntus, & (vt ille filius perditionis inquit) in scrinio pectoris inclusos teneatis. Mihi tamen superior interpretatio simpliciot videtur. Obduratio, &c. πώρωσις, &c. Cur πώρωσιν cum Vetere interprete & Erasmò nolim Excæcationem conuertere, dixi suprà, v.7, & Mar.3.a.5, vbi πώρωσιν conuerti Callum obducere: quum hic coactus sim synonymo vti. ἀπὸ μέρους autem aliud certè declarare nō potest quàm χρ' μέρος, & ad nomē πώρωσις commodius quàm ad verbum γέγονεν refertur, quasi scriptum sit ἡ ἀπὸ μέρους: quam articuli eclipsin sæpe iam annotauimus. Itaq; vt nemo iam falli posset, nonnihil addidimus de nostro. Nam quòd ἀπὸ μέρους Ambrosius refert ad tempus, non facilè admiserim. Puto potius duo significari: vnum, istam obdurationem non comprehendere totum Israelem, sed eius duntaxat partem, quum supersint reliquiæ, vt ab initio capitis exposuit: alterum, nō hanc quidem obdurationem partis Israelis quam suprà vocauit πλήρωμα versu 12, perpetuam fore; sed venturum tēpus quo non iam Israelis reliquiæ, i. pauci quipiam ex Israelitis, sed totus Israel (i. gens ipsa) communi consensu ad Ecclesiam Christi aggregetur. & hoc quidem est illud propheticum arcanum quod non vult à Gentib⁹ ignorari, ne Iudæos tanquam in perpetuum reiectos despiciant. Tantisper dum, ἄχρις οὗ. Id est donec. temporis enim spatium definit quod quidem videtur maxima iam ex parte cōfectum. Nam (obsecro) quàm pauci supersunt hodie populi in orbe terrarum qui Christum vel nomine tenus profiteantur? At interim Iudæorum gens, quanuis toto terrarum orbe dispersa & miserrimè iactata, dici tamen non potest (vt vbo ore confirmant omnes qui ex Oriente ad nos veniunt) quàm sit frequens ac numerosa, vt etiamnum hodie se exerat benedictio illa Abrahamo facta Gen.22.d.17. Id verò quis non videat temere à Deo non fieri, & eā hodie exerceri in Euangelii professores crudelitatem ac rabiem, quæ planè mereatur vt quemadmodum nos olim Iudæis professione electis, sic illi nobis vicissim nunc succedant? Cæterùm quid vocet plenitudinem Gētium Apostolus, exposui suprà, v.12. Vtitur autem verbo Introeundi, ex Scripturæ consuetūdine, quæ de Ecclesiæ cœtu, tanquam de certo quodam loco, differit.

26 Totus Israel, πᾶς Ισραὴλ. Horum verborum explicatio (ni fallor) pendet ex oppositione eius quod dixerat ἀπὸ μέρους, vt totus Israel nihil aliud declaret quàm Israelis plenitudinē: cui opponitur τὸ ἥττημα ἢ καθύστερημα. i. diminutio & reliquiæ. Alioquin non video quod sit arcanum illud quod superiore versiculo cōmemorauit. Sed rursus notandum est de tota gente in genere, non de singulis hic differi. Ex Sion, ἐκ Σιών. Heb. לְצִיּוֹן, i. Sioni, siue in Sionis gratiam, pro quo Græca editio rectè habet ἕνεκα Σιών: ac fortassis librariorum culpa ex ἕνεκα factū est ἐκ. Liberator, ὁ ῥυόμενος. Vulg. Qui eripiat. Eras. Ille qui liberat. Ego verò puto participiū positum pro verbali, ex Hebræorum more, de quo etiam diximus Mat.2.a.6, & alibi aliquoties. Et auertet, &c. καὶ ἀποστρέψει, &c. Hebr. veritas habet ופנה יעקב משע, i. & ad eos qui resipuerint à peccatō in Iacob. vbi Græci legerunt וחשוב, sed eadem manente sententia. Neque enim conuerti potest ad Deum quem Deus prius non conuerterit, vt scriptum est Ierem.31.c.18.

27 Fœdus, ἡ διαθήκη. Vulg. & Eras. Testamētū. Atqui in Hebræis legitur ברית, quo nō potest significari Testamētū. Itaq; hæc interpretatio nō cōuenit quoties citantur Hebræa: & in Epist. ad Hebr. potius videtur Apostolus alludere ad alterā Græci nominis significationē & verā ipsius interpretationē tradere. Quū abstulero, &c. ὅταν ἀφέλωμαι. Existimāt pleriq; Apostolū hæc addidisse allusione facta ad locū Ier.31.f.34, vbi sūma Noui fœderis exponitur, quēadmodū etiā Ezech.11.c.18: verùm (vt dicā quod sētio) existimo potius hīc patrē ex eodē Esaia petitā, ex quo etiā superior est descripta, sicut sup. v.8, duo eiusdē Prophetæ testimonia Apostolus vnà cōiunxit. Esaias igitur 27.c.9, de hac ipsa Israelitarū accessione vaticinās quæ explicatur ab Apostolo 10, inter cætera sic scribit, וזה כל-פרי הסיר חטאתו, i. Et hoc omnis fructus, ablatio peccati eius. pro quo Græca editio habet, καὶ τοῦτ' ἔσται τὸ εὐλογῆσαι αὐτὸ ὅταν ἀφέλωμαι ἁμαρτίας αὐτοῦ, & hoc erit beneficiū (siue hæc demū est benedictio ipsius) quum sustulero iniquitatem eius. vnde mihi quidē videtur Apostolus ista ad verbū descripsisse.

28 Itaque quod ad Euangelium, κατὰ μὲν τὸ εὐαγγέλιον. Vulgata & Erasmus, Secundum Euangelium quidem, κατὰ μὲν τὸ εὐαγγέλιον. Ego particulam ἐσὺ non dubitaui adiicere ex codice manuscripto: quam quum Erasmus vel esse adiiciendam vel certè subaudiendam non animaduerteret, putauit solœcismum esse in Paulo 10, quasi potius dicendum fuerit ἐχθροὶ & ἀγαπητοί, inimicorum & dilectorum, vt cum αἰτίᾳ ista cohæreant. Atqui vt de veteris illius codicis authoritate nihil dicam, quā suspicari non potuit Erasmus, distinguendū tamen est Prophetæ testimoniū à Pauli ipsius verbis, vt minimè quærenda fuerit ista connexio. Cæterùm manifestè ostendit hic locus verum esse quod antè monuimus, Paulū videlicet non de singulis Iudæis sed de Iu

dæorũ gẽte in genere differere, qui quoad Euangeliũ, i. quatenus Euangeliũ nõ admittunt, nẽpe in præſenti conditione, ſunt Deo exoſi: quod ad electionem autem attinet, (id eſt quatenus Deus cõſiderat non quid mereantur, ſed quid ipſe Abrahamo & ſemini eius promiſerit) diliguntur à Deo, ideóque ſuo tempore dignabitur eos ſua gratia: quia, vt omnis homo ſit mendax, Deus tamen cõſilium non mutabit. Eſt autem firmiſſimũ hoc argumentum, vtpote quod ab ipſa Dei natura ſumatur. Sed notandum eſt rurſus, agi de gente Iudaica in vniuerſum, & de perpetuo fœdere. Deus enim habet ſua de particularibus decreta quæ illi vniuerſalitati non derogant, etiamſi ſint contraria: veluti quòd Iudæos elegit, & nonnullos eorum iuſto exitio deſtinauit. Item multa decernit ad tempus quæ poſtea mutat. Nec propterea mutabilis cẽſendus eſt, ſed potius ſibi ſemper ſimilis, quoniã quæ fore perpetua decreuit, vt hoc fœdus cum Abrahamo & ipſius ſemine, perpetua manent: quæ verò decreuit ſuis temporibus mutanda, vt ſingulis momentis cernimus rerum viciſſitudinem: vel abroganda, (vt ceremoniis legalibus factũ eſt) ea quoq; certis ſuis momentis mutantur & abrogantur. Quòd autem nonnulli hoc odium & hunc amorem ad Apoſtoli perſonam referunt, mihi non placet.

ἀμεταμέλητα γὰρ τὰ χαρίσματα καὶ ἡ κλῆσις τοῦ Θεοῦ.

29 Nam dona & vocatio Dei ſunt vt eorũ ipſum pœnitere non poſſit.

29 *Sine pœnitentia enim ſunt dona & vocatio Dei.*

ὥσπερ γὰρ καὶ ὑμεῖς ποτε ἠπειθήσατε τῷ Θεῷ, νῦν δὲ ἠλεήθητε τῇ τούτων ἀπειθείᾳ·

30 Sicut enim & vos quondã non paruiſtis Deo, nunc autem eſtis miſericordiam cõſequuti per iſtorum contumaciam:

30 *Sicut enim aliquando & nos non credidiſtis Deo, nunc autem miſericordiã cõſequuti eſtis propter incredulitatẽ illorũ:*

οὕτω καὶ οὗτοι νῦν ἠπείθησαν, τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐλεηθῶσι.

31 Sic & iſti nunc non paruerunt, vt per veſtram miſericordiam & ipſi miſericordiam conſequantur.

31 *Ita & iſti nunc non credidernnt in veſtrã miſericordiam, vt & ipſi miſericordiã cõſequantur.*

συνέκλεισε γὰρ ὁ Θεὸς τοὺς πάντας εἰς ἀπείθειαν, ἵνα τοὺς πάντας ἐλεήσῃ.

32 Cõcluſit enim Deus omnes in cõtumacia, vt omnium miſereretur.

32 *Cõcluſit enim Deus omnia in incredulitatẽ, vt omnium miſereatur.*

29 Eiuſmodi ſunt vt, &c. ἀμεταμέλητα. Vulg. Sine pœnitẽtia, obſcura & periculoſa quoq; interpretatione, vtpote quæ Ambroſium etiã videatur fefelliſſe. Auguſtinus alicubi legit Impœnitẽda, vt Eraſmus obſeruauit: ſed ambigua eſt hæc tralatio. Nã Latinis non pœnitendum munus dicitur cuius aliquem non poſſit pudere, ſeu quod minimè debeat contemni. Caſtellio Irreuocabilia conuertit. Ego periphraſin Eraſmi potius probo, quòd à Græcis non diſcedat.

30 Per iſtorum contumaciam, τῇ τούτων ἀπειθείᾳ. Vulgata, Propter incredulitatem illorum, διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν. Eraſmus autem rectè mutauit Propter in Per: quanuis Apoſtolus non de eo per quod propriè Gentes ſunt miſericordiam adeptæ, ſed de diſpenſatione Dei loquatur, cui nimirum placuit occaſionem tranſeundi ad Gentes ex incredulitate Iudæorum ſumere, vt ſuprà dictum eſt, v. 11: quam ob cauſam video Latinos maluiſſe Propter quàm Per interpretari.

31 Vt per veſtram miſericordiam & ipſi miſericordiam conſequãtur, τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐλεηθῶσι. Peruerſa huius loci diſtinctio multas peperit incommodas interpretationes, quarum ſatis fuerit nonnullas commemoraſſe. Vulgata interpretatur In veſtram miſericordiam, quaſi ſcriptum ſit εἰς τὸ ὑμέτερον ἔλεος, & quidẽ pro εἰς τὸ ὑμῖν ἔλεος, id eſt in gratiam Chriſti, quia gratiæ oblatæ reſtiterunt Iudæi: quam conſtructionem non admittit verbum ἀπειθῶν. Vel, In veſtrã miſericordiam, id eſt vt inde ad vos deueniret miſericordia: ſed ſi ita exponas, nullum erit membrum quod opponatur τῇ τούτων ἀπειθείᾳ: & bis idem dixerit Apoſtolus, quod nõ admittũt hæ voces, QVEMADMODVM & ITA, vt Eraſmus rectè obſeruauit. Quod enim dictũ fuerat ὑμεῖς δὲ ἠλεήθητε τῇ τούτων ἀπειθείᾳ, hoc ipſũ in diuerſa parte repeteret, οὗτοι νῦν ἠπείθησαν τῷ ὑμῶν ἐλέει, perinde ac ſi dicat aliquis, Vt principes diteſcunt paupertate populi, ita populi paupertas diuitias addit principibus: quod fuerit ineptiſſimum. Ambroſius legit, In veſtra miſeratione, ὁ ὑμετέρῳ ἐλέει, quam lectionẽ nuſquam inueni. Id eſt, quũ eſſetis ad miſericordiam vocati, contumaces fuerunt Iudæi: quæ interpretatio tollit etiam antitheſin de qua modò dixi. Eraſ. autẽ interpretatur, Sic & iſti nũc increduli facti ſunt, ex eo q̃ vos miſericordiam eſtis adepti, vt & ipſi miſericordiam conſequantur. Putat enim Apoſtolum ſignificare miſericordiam Gentibus factam, id eſt Gentium fidẽ offendiculo fuiſſe Iudæis, vt alienarentur ab Euangelio. Atqui hæc expoſitio (ni fallor) repugnat ſententiæ Pauli ex diametro. Nã cõtrà v. 11, 13. 14. 17, & eo qui proximè præceſſit, diſertè dixit Apoſtolus per Iudæorum contumaciam partã eſſe ſalutẽ Gentibus, & antè excíſos fuiſſe ramos naturales quàm aſciſitii inſererẽtur: ex quo conſequitur (quod ipſa hiſtoria confirmat) non prius vocatas fuiſſe Gentes quàm Iudæi Euangelium reſpuiſſent. Deinde (quod maioris etiam eſt momenti) tantum abeſt vt Gentiũ vocationem Apoſtolus cenſeat obſtaculo fuiſſe Iudæis, vt contrà ſcribat eam eſſe à Deo arreptam occaſionẽ vt & ipſi Iudæi ex æmulatione Euangelium amplectantur. Quid igitur? Nempe vnus (ni fallor) Theophylactus hic vidit quod res eſt. Omnino enim τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει oppoſitum eſt ſuperiori illi membro τῇ τούτων ἀπειθείᾳ, & ἵνα explicandum per traiectionem, ſublata diſtinctione quæ poſt ἐλέει adſcribi ſoleti: quam hoc totum τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει nõ pertineat ad ἠπείθησαν, ſed ad ἐλεηθῶσι: ſicut in ſuperiore verſiculo τῇ τούτων ἀπειθείᾳ cõnectitur cũ ἠλεήθητε. Ita fiet vt plana ſit ſententia, & cum præcedentibus ac ſubſequentibus ita conſentiens, vt de eius veritate non poſſim dubitare. Nam quod antè propoſuerat, Iudæorum offenſam ſaluti fuiſſe Gentibus, non vt perirent Iudæi, ſed contrà vt hac ſalutis Gentium æmulatione accenſi, fierent & ipſi eiuſdem ſalutis participes: idipſum nunc repetit in concluſione, vt par erat, nempe ſicut per Iudæorum contumaciam Gentes ſunt conſequutæ miſericordiam: ita Iudæos eſſe contumaces, non vt pereant, ſed vt miſericordiæ Gentibus factæ exemplo prouocati, miſericordiam & ipſi conſequantur. Ita enim placuiſſe Deo, mirifica illa & incomprehẽſibili ſapientia, tum Gentes tum Iudæos ad miſericordiam vocare. Similis verò traiectionis exẽpla permulta annotauimus in hac ipſa particula, vt 1. Cor. 9. c. 15, & 2. Cor. 2. b. 4, Gal. 2. b. 10, Eph. 3. d. 17, & Ioh. 14. d. 19.

32 Omnes, τοὺς πάντας. Id eſt, tum Iudæos tum Græcos, de quibus diſſeruit: quod etiam oſtendit adiũctus articulus. Vetus interpres conuertit Omnia, eodem manente ſenſu, quum ſic loquatur Apoſtolus Gal. 3. d. 22. Eſt enim vniuerſalis particula reſtringẽda ad eos de quibus hic agitur, nẽpe ad tollendum populorum diſcrimen. Itaque qui hoc teſtimonio abutuntur ad euertendam æternam Dei prædeſtinationẽ, qua nonnullos miſericordiæ, nonnullos ſeueritati ſui iudicii deſtinauit, prorſus aberrant à ſcopo.

Ω βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ· ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ.

33 ¶ O profundas diuitias tum ſapiẽtiæ tum cognitionis Dei! quàm inſcrutabilia ſunt ᵛ eius iudicia,& eius ᵛ viæ imperueſtigabiles!

33 O altitudo diuitiarum ſapiẽtiæ & ſcientiæ Dei! quàm incõprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius!

Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου; ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο;

34 ¶ Quis enĩ cognouit mẽtẽ Domini? aut quis ei fuit à conſilio?

34 Quis enim cognouit ſen ſum Domini? aut quis cõ ſiliarius eius fuit? Eſa.40.c.13 iob 41.a.2 1.cor.2.d.16

Ἢ τίς προέδωκεν αὐτῷ, καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ;

35 Aut quis ᵛ prior dedit ei,& red detur ei?

35 Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei?

Ὅτι ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

36 Nam ex eo,& per eum, & ᵛ in ipſum ſunt omnia. Ipſi ſit gloria in ſecula. Amen.

36 Quoniã ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia ipſi gloria in ſecula. Amen.

Κεφάλαιον ιβ΄

CAP. XII.

CAP. XII.

Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, ἀδελφοί, διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ, παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ; τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν.

1 ¶ Precor igitur vos, fratres, per miſerationes Dei, ᵛ vt ſiſtatis ᵛ corpora veſtra ᵛ hoſtiã viuam, ᵛ ſanctam,acceptã Deo, ᵛ rationalem illum cultum veſtrum:

1 Obſecro itaq; vos fratres, per miſericordiã Dei, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiã viuentem, ſanctum, Deo placẽtem, rationabile obſequiũ veſtrum:

Καὶ μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ,

2 Et ᵛ ne cõfiguremini ᵛ ſeculo i-

2 Et nolite conformari huic ſeculo.

33 O profundas diuitias, ὦ βάθος πλούτου. Vulgata, O altitudo diuitiarum. Eraſmus, O profunditatem diuitiarum, quaſi καὶ σοφίας καὶ γνώσεως pertineat ad βάθος, & dixerit Paulus, O profunditatẽ diuitiarum, profunditatem ſapientiæ, profũditatem cognitionis. Sed fruſtra ſe torquent nonnulli interpretes dum quærunt quæ ſint iſtæ Dei diuitiæ. Nam ex Hebræorum idiotiſmo dictum eſt ὦ βάθος πλούτου, pro ὦ βαθὺ πλοῦτε, &, quod etiam animaduertit Chryſoſtomus, genitiui ſequentes non pendent à βάθος, ſed à duarum illarum vocum complexu. πλοῦτος verò Hebræorum etiam more, (quem alibi annotauimus) copiam ac abundantiam vocat: & quia ſunt iſtæ opes penitus defoſſæ, & quo mãlor eſt opum cumulus, eo etiam altior eſt ac profundior, ideo profunditatis meminit. Deinde ſapiẽtiam & cognitionem pro eodem accipio, vt ſit duplicatio Hebræis familiaris.

Eius iudicia, τὰ κρίματα αὐτοῦ. Heb. משפטיו id eſt, ratio quam tenet in rebus vniuerſis ac ſingularibus adminiſtrandis. Nam iudicare apud Hebræos pro regere & ſummæ rerum præeſſe accipitur, vt ſæpe annotauimus apud Iohannem. Viæ, αἱ ὁδοὶ. Heb. דרכיו. conſiliorum ac factorum ipſius rationes.

35 Prior dedit, προέδωκεν. Noua eſt iſta ſignificatio verbi προδίδωμι pro antè dare, ſicut ſuprà, 9.f.19, προεῖπαμεν accipitur pro antè dicere. Reperio tamen in illa ſignificatione etiam apud Ariſtotelem lib. Œcon. 2. Eſt autem etiam hic locus diligenter obſeruandus, aduerſus eos qui fidei vel operum præuiſionem faciunt electionis cauſam. In quem errorem ſanè turpiſſimum Origenes veteres pleroſque tum Græcos tum Latinos adegit, donec tandem Dominus Auguſtinum per Pelagianos ad hunc agnoſcendum & corrigendum errorem excitaret.

36 In ipſum, εἰς αὐτόν. Vulgata, In ipſo, ἐν αὐτῷ. quod ego quidem non probo. Nam finem omniũ Dei factorum hic puto ſignificari, Deum ipſum videlicet, ad cuius gloriam omnia referuntur quæcunque ſunt in cælo vel in terra, quemadmodum etiam ab eo condita ſunt omnia, & per eum adminiſtrantur. Neque verò duntaxat in genere de rerum creatione & adminiſtratione hæc accipiũtur, ſed in primis de nouis ipſius operibus, quæ in electis ſuis edit.

IN CAPVT XII.

1 Precor, παρακαλῶ. Abſoluta tractatione dogmatum Chriſtianæ religionis, iam tandem ad Chriſtianæ vitæ officia deſcendit. Vtitur autem diuiniſſima præfatione, alludens ad veterem ſacrificiorũm ritum, vt ſignificet Dei gloriam eſſe vltimum & vniuerſalem finem omnium humanarum actionum, ſiue illæ ſint θρησκεῖαι, de quibus agit hoc capite: ſiue πολιτεῖαι, de quibus proximo capite diſſerit: ſiue ἰδιωτεῖαι, de quibus conſtituit 14 capite, ac parte etiam decimiquinti, adeo vt tota vita noſtra ſit verè inſtar cuiuſdam ſacrificii Deo gratiſſimi.

Per miſerationes, διὰ τῶν οἰκτιρμῶν. Vtitur numero multitudinis, amplificationis cauſa. Sic etiam Dauid Pſal.51.a.1, commemorat Domini רחמים. Nihil autem grauius dici poteſt iſta obteſtatione. Quid enim æquius eſt quàm vt ei nos totos conſeremus cui tanta & tam multa, imò cuius miſericordiis nos ipſos debemus?

Vt ſiſtatis, παραστῆσαι. Vulgata, Exhibeatis. Eraſmus Præbeatis. Sic oportebat olim victimã ad altare ſiſti. Nũc autem vbique eſt altare, & vbique noſipſos oportet alacriter & promptè Deo ſiſtere. Corpora veſtra, τὰ σώματα ὑμῶν. Olim aliena, nũc noſtra ipſorum corpora offeruntur. Totum autem hominem ſic vocat συντελεσμικῶς, ad veterem ritum alludens, vt apparet ex epithetis ſequentibus & Theſſ.5.d.23. Hoſtiam viuam, θυσίαν ζῶσαν. Olim quoque morticina erant polluta: ſed nunc requirit Dominus hoſtias vero Spiritu vitæ præditas. Nullus igitur nunc expiatoriis ſacrificiis locus, vbi neceſſariò interueniebãt cædes victimæ: & alius erat ſacerdos, alia victima. Sanctam, ἁγίαν. Sic in Lege non licebat impuris ſeſe ſiſtere in Dei conſpectum, nec offerre immunda. Sed de vera purificatione hic agitur, quæ quum ſit omnibus filiis Dei communis, ſequitur nullum expiatorium ſacrificium ſupereſſe. Vbi igitur Miſſatica illa Chriſti oblatio pro viuis & mortuis?

Rationalem illum, &c. τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν. id eſt Spiritualem, vt explicatur 1. Pet. 2. a. 5. Eſt enim tacita antitheſis cultus in quo ſeipſum homo ſpiritualiter Deo cõſecrat, & veteris cultus, in quo bruta, quæ ἄλογα Græci vocant, cæteráque non modò rationis ſed etiam ſenſus expertia, carnalibus adhibitis ceremoniis Deo offerebantur. Vulgata, Rationabile obſequium, barbarè: quod deinde nonnulli admodum imperitè acceperunt pro eo quod eſt ratione temperatum, quaſi immodico ac ſuperſtitioſo opponatur.

2 Ne configuremini, μὴ συσχηματίζεσθε. Configurandi verbo vtitur in hac ſignificatione Columella.

Vulgata, Nolite conformari, μὴ συσχηματίζεσθε. Erasmus, Ne accommodetis vos ad figuram, quæ sita peripl. rei non necessaria. Porro sicut philosophi in tradendis ethicis, vbi de fine differuerunt, ad virtutis definitionem accedunt, sic quoque Apostolus progreditur. Sed vt longè alium finē quàm philosophicū descripsit, ita etiam verā virtutem longè aliter definit, damnās quicquid ratio humana dictat, vt virtus nihil aliud sit quàm quod Deus præcipit: simúlque hunc habitum docet non à natura sed à gratia proficisci. Seculo isti, τῷ αἰῶνι τούτῳ. Sic vocat homines non renatos, nulla prorsus addita exceptione.

Ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν, εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς τί τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον.

Eph.4.d.17
1.Thess.4.a.1

sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta.

Sed transformemini per renouationem mentis vestræ, ad hoc vt probetis quæ sit voluntas Dei, bona illa, accepta ac perfecta.

Λέγω γὰρ διὰ τῆς χάριτος τῆς δοθείσης μοι, παντὶ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν, μὴ ὑπερφρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν, ἑκάστῳ ὡς ὁ Θεὸς ἐμέρισε μέτρον πίστεως.

1.Cor.12.b.11
ephes.4.b.7

Dico enim per gratiā quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos, non plus sapere quàm oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem, vnicuique sicut Deus diuisit mēsuram fidei.

Enimuero per gratiam quæ mihi data est, edico cuiuis versanti inter vos ne sapiat suprà quam oportet sapere: sed sapiat ad sobrietatem, prout cuique Deus partitus est mensuram fidei.

Καθάπερ γὰρ ἐν ἑνὶ σώματι μέλη πολλὰ ἔχομεν, τὰ δὲ μέλη πάντα οὐ τὴν αὐτὴν ἔχει πρᾶξιν·

Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent:

Quemadmodum enim in vno corpore membra multa habemus, mēbra verò omnia eandē non habent actionem:

Οὕτως οἱ πολλοὶ ἓν σῶμά ἐσμεν ἐν Χριστῷ, ὁ δὲ καθ' εἷς, ἀλλήλων μέλη.

Ita multi vnū corpus sumus in Christo, singulatim autem, alii aliorum membra.

Ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius mēbra.

Mentis, τοῦ νοός. Nullus igitur locus τῇ ἀνακαινώσει illi philosophico, nec libero arbitrio Sophistico, quum ipsam in primis rationem oporteat renouari. Vide Ephes. cap. primo, d. 18, & secundo, a. 3, & Coloss. 1. c. 21.

Bona illa, τὸ ἀγαθόν. Hoc ego accipio pro voluntatis Dei epithetis. Nam id demum verè bonum est, acceptum Deo, & omnibus suis numeris constans, quod cum Dei voluntate consentit. simúlque tacita est allusio ad eas conditiones quæ sub Lege requirebantur in victimis immolandis: de quibus præcipitur Leuit. 22. c. 22. Articulum autem accipere possumus vel tanquam energiæ causa positum, vt voluntatis diuinæ præstantiam declaret, vel διακριτικῶς, vt Vetus fœdus à nouo distinguatur: vel denique vt per appositionē (quam vocant) referat quod præcessit: idque rursus dupliciter, nempe vel illud duntaxat proximū. Vt probetis quæ sit voluntas Dei, quod bonum acceptúmque & perfectum: quo modo interpretatus est Erasmus: vel totum illud quod superiore quoque versu dictum est: sicut exposuit Augustinus libro De ciuitate Dei 10, & epist. 76, itémque Ambrosius. Sed & ante τὸ ἀγαθὸν suppleri potest particula καὶ in epexegesi, vt sit hæc sententia, Ad hoc vt probetis quæ sit Dei voluntas, & quid bonum & acceptum & perfectū: quæ interpretatio Domino Bucero (beatæ memoriæ viro) placuit præ cæteris.

3 Enimuero, γὰρ. Vel igitur, sicut etiam accipi videtur suprà, 6. d. 19, & infrà, 15. a. 2. Absoluta autē præfatione descendit Apostolus ad τῶν δεόντων præcepta, & primo loco monet vt quisque sit munere suo contentus: deinde vt quam Spartam quisque à Deo nactus est, eam exornet: quæ duo si rectè obseruarentur, nullus esset infinitis calamitatibus locus. Edico, λέγω. Id est præcipio. Sic enim accipitur interdū verbū אמר apud Hebræos, & quod subiicit διὰ τῆς χάριτος τῆς δοθείσης μοι, id est tanquam Dei Apostolus, & Spiritum Dei habens, addirum esse apparet tum vt maioris ponderis effet hoc præceptum, tum verò vt omnem dicti inuidiam à se auerteret.

Cuiuis, παντί. Hanc particulā sæpe iam annotauimus interdum esse indefinitam potius quàm vniuersalem. Vulgata, Omnibus. quæ interpretatio non satis exprimit hanc doctrinam ad quosuis & quidē sigillatim sine exceptione pertinere. Ne sapiat suprà quàm oporteat sapere, μὴ ὑπερφρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν. Id est, Ne sibi immodicè placeat, vt ii solent qui sibi videntur plus sapere quàm reuera sapiant. Sic enim accipitur interdum verbum φρονεῖν. Vulgata, Nō plus sapere quàm oporteat sapere: quasi nos arceat Apostolus à curiosa perscrutatione rerum subtiliuum magis quàm vtilium. Nonnulli demum τὸ φρονεῖν accipiunt pro curare: quasi damnet Apostolus πολυπραγμοσύνην: quas etiam interpretationes minimè repudio. Ad sobrietatem, εἰς τὸ σωφρονεῖν. Quid ergo? An est aliqua moderata arrogantia? Minimè verò: sed tamē quemuis oportet sibi aliquatenus sapere, id est eorum donorum esse conscium quæ à Domino accepit, vt bona conscientia possit vocatione sua defungi. Verùm duo sunt limites quibus definitur ea sobrietas ac moderatio quam requirit Apostolus. Vnus est, ne nobis arrogemus quod non habemus: alter, ne de eo quod accepimus gloriemur, sed acceptis donis vtamur cum tremore in Domini gloriam. Alii Ad sobrietatem ita interpretantur quasi poscat Apostolus vt iis studiis intenti simus quibus ad modestiam erudiamur: quorum etiam opinionem non improbo. Nam vtramuis interpretationem sequaris, sobrietas declarabit σωφροσύνην. Origenes mauult de temperātia hoc accipere, quod etiam sequitur Augustinus epistola 47. Hieronymus verò in pugna aduersus Iouinianum plus æquo inualescens, & in eo ipso peccans quod hoc loco reprehenditur ab Apostolo, quasi à nemine discere, omnes verò erudire posset, hunc locū ad pudicitiam detorquet, Latinos etiam codices emendans in quibus scribitur Ad sobrietatem: quum ipse potius magnam reprehensionem mereatur quòd hunc locum & alios plurimos aliò detorserit. Prout cuique, ἑκάστῳ ὡς. Manifesta est traiectio particulæ ὡς, vt 1. Cor. 3. a. 5, cuiusmodi plurimas annotauimus suprà, cap. 11. d. 31. Nam manifestus est error in eo quòd in nonnullis veteris editionis codicibus legitur, Et vnicuique, repugnantibus summo cōsensu omnibus exēplaribus Græcis: vt planè intempestiuè scripserit Erasmus, Paulum hoc in loco spectasse sensum magis quàm sermonis integritatem: sicque planè ineptus Origenes, subindicans aliquid esse subaudiendum. Vide 1. Cor. 12. b. 11. Fidei, πίστεως. Fidem appellat συναλήθευσιν cognitionem Dei in Christo, cum donis quæ ex eo manant in fideles per Spiritum sanctum. Idem ergo valet hoc dictum atque id quod alibi scripsit, Pro mensura donationis Christi, Eph. 4. b. 7, & manifestatio Spiritus, 1. Cor. 12. a. 7. Sed & προφητείας in vno codice scriptum inuenimus χάριτος, gratiæ.

Ἔχοντες δὲ χαρίσματα κατὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν διάφορα· εἴτε προφητείαν, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως·

6 ¶ Habentes autem diuersa dona pro gratia quæ nobis data est, siue prophetiam, prophetemus pro proportione fidei:

6 Habentes autem donationes secundũ gratiã quæ data est nobis, differentes: siue prophetiam, secundũ rationem fidei:

1.Pet.4.b.10

Εἴτε διακονίαν, ἐν τῇ διακονίᾳ· εἴτε ὁ διδάσκων, ἐν τῇ διδασκαλίᾳ·

7 Siue ministeriũ, incumbamus in ministrando: tum is qui docet, in docendo:

7 Siu ministeriũ, in ministrã e: siue qui docet, in doctrina:

Εἴτε ὁ παρακαλῶν, ἐν τῇ παρακλήσει· ὁ μεταδιδούς, ἐν ἁπλότητι· ὁ προϊστάμενος, ἐν σπουδῇ· ὁ ἐλεῶν, ἐν ἱλαρότητι.

8 Tum qui exhortatur, in exhortatione ¶ qui distribuit, cũ simplicitate: qui præest, cum diligentia: qui miseretur, cum hilaritate.

8 Qui exhortatur, in exhortando: qui tribuit, in simplicitate: qui præest, in solicitudine: q̃ misereatur, in hilaritate.

Matth.6.a.ii 2.cor.9.b.7

6 Habentes autem, ἔχοντες N. Malè in quibuſdam Latinis codicibus expungitur particula autẽ, quæ prorſus eſt retinenda: nec id tamen (meo iudicio) quaſi hæc coniunctione iſta connectantur cum præcedenti verbo ἐσμὲν, vt exiſtimauit Eraſmus: ex cuius etiam ſententia Frobenius poſt μέλη, id eſt membra, diſtinctionem ſimplicem adſcripſit. Nam contrà in omnibus vetuſtis codicibus plenum punctum ſcribitur, vt nouam periodum inchoet participiũ ἔχοντες. & vtraque ratio huius diſtinctionis quam adfert Eraſmus, facilè refelli poteſt. Illud enim planè nihil eſt quod tradit, Apoſtolum videlicet, quum dixiſſet, Singuli ſumus alius alius membrum: ne confuſionem imaginaremur, adieciſſe, Sumus quidem eiuſdem corporis membra, ſed habentes dona, &c. Huius enim confuſionis ſuſpicionem omnem ſuſtulerat Apoſtolus quum membra omnia diceret eandem functionem nõ habere. Deinde altera ratio quæ ſubiicitur, nihilo eſt probabilior, nẽpe abſque iſta diſtinctione fore imperfectam orationem. Supplendum enim eſt neceſſariò verbum ex communi loquẽdi vſu, ita vt nos fecimus, cum quo cohæreant iſta quæ ſequuntur κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως, ἐν τῇ διακονίᾳ, ἐν τῇ διδασκαλίᾳ, &c. quæ omnia alioquin hiare neceſſe eſt, etiamſi iſtam Eraſmi diſtinctionem ſequaris. Nam hic rurſus corrupta ſunt exemplaria, quæ poſt προφητείαν, διακονίαν, διδάσκων, παρακαλῶν &c. non habent adſcriptã diſtinctionẽ, quaſi perpetuo tenore legendum ſit, εἴτε προφητείαν κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως, &c. repugnantibus omnibus vetuſtis codicibus Græcis, & ipſa quoque ſententia, vt in Græcis ſcholiaſtes ſubaudit. Neque eſt cur hæc eclipſis diſpliceat, quũ multæ eiuſmodi aut etiam multo duriores ſoleant in communem loquendi vſum incidere. Puto autem κατὰ ἀναλογίαν dici quod antea μέτρον vocarat. Quum enim Apoſtolus monuiſſet in genere vt quiſque ſeſe Deo conſecraret, meritò ſubiecit quæ ad vocationum diſcrimen pertinent, vt quiſque ſeſe intra ſuæ ſortis metas contineat. Id verò nunc per partes explicat: ac primùm quidem Eccleſiaſticarum functionum meminit, quas diuidit in duas ſpecies, ſiue ſubalternas (quæ vocant) genera, nempe in prophetiam & diaconiam: prophetiæ nomine comprehendens quæ ad docendi munus pertinent, diaconiæ verò alia Eccleſiaſtica munera, quibus ſe abdicarunt Apoſtoli, Act.6.a.2.3 & 4. Iam verò quia in docendi munere non vna eſt functio, ſed varii ſunt gradus, neque in vna & eadem functione par eſt Spiritus menſura, ideo Apoſtolus Prophetas monet vt prophetent pro fidei proportione. id eſt, vt quiſque reuelationis ſuæ modum teneat, ne vnus ſibi omnia ſcire videatur. quod ſi ſeruatum fuiſſet in Eccleſia, nũquam in ea pericula incidiſſet: vnde quum vix nunc cœperit emergere, cauẽdum eſt etiam atque etiam ne eodem relabatur: ni fiat quod monuit Apoſtolus 1.Cor.14.f.30-31 & 33. Alioquin prophetiæ nomen anguſtiore ſignificatione ſæpe accipitur, vt Epheſ.4.b.11 & 1.Cor.12.d.28 & diaconia cõtrà multo ampliore, ita vt omnia munera eccleſiaſtica comprehendat, ipſumque adeo Apoſtolicam functionem. Quæ nimirum publicè ac priuatim nos omnes oportet Deo miniſtrare, vt ſuprà, cap.11.b.13, Act.6.a.4, & 12.d.25.

7 In miniſtrando, ἐν τῇ διακονίᾳ. Eraſmus. In adminiſtratione, quam interpretationem etſi non repudio, tamen illi poſtpono. Nam priore loco διακονία munus ipſum declarat, poſteriore verò ipſam muneris functionem: quam diſtinctionem mihi videtur melius expreſſiſſe Vetus interpres gerũdi modo. Tum is qui docet, ἢν ὁ διδάσκων. Vel (vt Vulgata & Eraſmus) Siue qui docet. Cæterùm quòd Paulus genus dicendi mutat, video fortaſſe nonnullos: qui tamen non videtur eius rei cauſam cognouiſſe. Solent enim à plerisque interpretibus hæc ita explicari quaſi quinque Eccleſiaſticas functiones diuerſas commemoret Apoſtolus. quod non puto: nec dubito mihi aſſenſuros quicunque attentius hunc locum conſiderabunt. Puto igitur Paulum in primis (vt antè dixi) Eccleſiaſticas functiones perpetuas (alias enim tẽporarias meritò omittit) ad duo genera reuocare, Apoſtolorum exemplo, Act. 6.a.1.3.4, vt paulo antè diximus: nempe ad prophetiam & diaconiã, quam diſtributionem etiam ſequitur idem noſter Apoſtolus, 1.Tim.3, mentionem duntaxat faciẽs epiſcoporum & diaconorum. Deinde ſingula illa duo genera in ſuas ſpecies diuidit, nempe prophetas in doctores & paſtores: diaconos verò in eos qui eleemoſynas diſtribuunt, in gubernatores, & eos qui curandis ipſis pauperibus Eccleſiæ ſeruiebant: quales erant fere viduæ, de quibus ſeorſim agitur 1.Tim.5.b.9. Vtraque hæc diſtinctio melius intelligeretur, mutauit (opinor) Apoſtolus dicendi genus. In docendo, ἐν τῇ διδασκαλίᾳ. Vulgata & Eraſmus, In doctrina, quam interpretationem vt ambiguam repudio. Doctrina enim fere Latinis declarat id ipſum quod docetur, quum διδασκαλία hoc loco ſignificet ipſum docendi munus. Cæterùm doctorẽ vocat Apoſtolus eum qui Scripturæ duntaxat interpretationi vacat in Eccleſia, vt pura ac ſincera doctrina retineatur: ſicut doctiſſimus interpres in Chriſtianæ religionis inſtitutione veriſſimè docuit. Repetendum eſt autem ἐστὶ ex ſuperiori verbum Verſetur, tum in hoc membro, tum in aliis ſequentibus.

8 Tum qui exhortatur, ἢν ὁ παρακαλῶν. Vetus interpres non legit ἢν. quam tamen coniunctionem vbique inuenimus. & addere neceſſe eſt, vt ſibi conſtet diſtributio. Exhortatorem autem vocat eum qui alibi dicitur paſtor, vt 1. Corinth. 12. d. 28, & Eph. 4.c.11: & propheta quoque interdum, vt 1. Cor. 14.f.31. is videlicet qui doctrinam cum admonitionibus & exhortationibus, atque adeo cum Sacramentorum adminiſtratione coniungit. Qui diſtribuit, ὁ μεταδιδούς. Vetus interpres, Qui tribuit. Eraſmus, Qui impertit. Vterque ni-

mium lata interpretatione, quum hic significentur qui propriè diaconi dicuntur, ii nimirum qui eleemosynas distribuebant. Iubetur autem is versari in suo munere cum simplicitate, id est bona fide & sine personarum respectu. Opponitur enim ἁπλότης τῇ κακίᾳ, & in his tribus posterioribus ὁ pro σὺ commodissimè accipitur.

Qui præest, ὁ προϊστάμενος. Hæc est altera species presbyterorum, eorum videlicet qui politiam Ecclesiasticam administrabant: qui & ipsi interdum doctrinæ Verbi præerant, vt apparet ex 1. Tim. 5. c. 17. quorum munus vocatur κυβέρνησις 1. Cor. 12. d. 28. Qui miseretur, ὁ ἐλεῶν. Videtur quidem hoc latius patere: sed quum Paulus agat de functionibus Ecclesiasticis, non potest satis commodè hoc accipi de misericordia cui præstandæ tenetur quicunque Christo nomen dederunt. Deinde quum istum distinguat ab eo qui distribuit, iis assentior qui Paulum existimant proprio quodam dicendi genere, per eos qui miserentur, eos intelligere qui curandis ipsis pauperibus erant designati, vt fere erant viduæ, quarum fit mentio Act. 6. a. 1. & 1. Tim. 5. b. 9. Et meritò saue in istis requiritur hilaritas, non modò vt fungantur suo munere alacriter, sed etiam ne mœrorem addant mœrori, si tetricos & morosos in solandis miseris sese præbuerint.

Ἡ ἀγάπη, ἀνυπόκριτος. Ἀποστυγοῦντες τὸ πονηρόν, κολλώμενοι τῷ ἀγαθῷ.

Amos 5. d. 15

9 Dilectio *esto* minimè simulata. Ἐστορε abhorrentes à malo, agglutinati bono.

9 *Dilectio, sine simulatione. Odientes malũ, adhærentes bono.*

Τῇ φιλαδελφίᾳ εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι. Τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγούμενοι.

Eph. 4. a. 2
1. pet. 1. c. 17

10 Fraterna charitate alii ad alios amandos propensi. Honore alii aliis præeuntes.

10 *Charitatem fraternitatis inuicem diligentes. Honore inuicem præuenientes.*

Τῇ σπουδῇ μὴ ὀκνηροί. Τῷ Πνεύματι ζέοντες. Τῷ Κυρίῳ δουλεύοντες.

2 Pet. 1. b. 8

11 Studio minimè pigri. Spiritu feruentes. Domino seruientes.

11 *Solicitudine non pigri. Spiritu feruentes. Domino seruientes.*

Τῇ ἐλπίδι χαίροντες. Τῇ θλίψει ὑπομένοντες. Τῇ προσευχῇ προσκαρτεροῦντες.

Rom. 12. a. 1
1. cor. 16. a. 1

12 Spe gaudentes. In afflictione tolerantes. In oratione perdurantes.

12 *Spe gaudentes. In tribulatione patientes. Orationi instantes.*

Ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων κοινωνοῦντες. Τὴν φιλοξενίαν διώκοντες.

Hebr. 13. a. 2
1. pet. 4. b. 13

13 Vsibus sanctorum communicantes. Hospitalitatem sectantes.

13 *Necessitatibus sanctorum communicantes. Hospitalitatem sectantes.*

Εὐλογεῖτε τοὺς διώκοντας ὑμᾶς· εὐλογεῖτε, καὶ μὴ καταρᾶσθε.

Mat. 5. g. 44

14 Benedicite iis qui vos infestantur, benedicite *inquam*, & ne imprecamini.

14 *Benedicite persequentibus uos: benedicite, & nolite maledicere.*

9 Ἐστορε abhorrentes malum, ἀποστυγοῦντες τὸ πονηρόν. Vulgata, Odientes, barbarè. Erasmus, Odio prosequentes, non satis expressè. Plus enim est ἀποστυγεῖν quàm μισεῖν. Deinde verbum *Estote*, quod necessariò subintelligitur, expressi ex Clemente, γραμματέων λόγῳ Β, quo loco nonnulla præterea inferis, sed contra omnium codicum fidem, nec satis aptè. Agglutinati, κολλώμενοι. Vulg. & Eras. Adhærentes, non satis expressè.

10 Fraterna charitate, τῇ φιλαδελφίᾳ. Clemens lib. Pædagogi 3, cap. vltimo videtur hoc connectere cum superiore membro. Alii ad alios amandos propensi, εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι. Vulg. Inuicem diligentes, nimium (vt ita dicam) diluté. Nam φιλοστοργία non tantùm amorem, sed etiam ipsam ad amandum propensionẽ declarat. Erasmus, Ad mutuò nos diligẽdos propensi. Ego Amãdos dicere malui, quia, sicut (authore Chrysostomo) plus est στέργειν quàm φιλεῖν, sic Latinis plus est amare quàm diligere. Sic enim Cicero, Sed tamen vt scires eum à me non diligi solùm, sed etiam amari. Præuentes, προηγούμενοι. Vulgata & Erasmus, Præuenientes, προφθάνοντες.

11 Domino seruientes, τῷ Κυρίῳ δουλεύοντες. Rectè hoc subiunxit Apostolus, quo Christianæ charitatis præcepta à philosophorũ monitis distinguũtur: & ita in probatissimis quibusque codicibus vetustis & Græcis scholiis legitur. Sic quoque conuertit Vetus interpres, & ita legunt Chrysostomus & Theophylactus, & Basilius in Ethicis, definitione 68, & Clemens. Erasmus tamen interpretatus est, Tempori seruientes, id est καιρῷ δουλεύοντες. quæ lectio annotatur etiam ab Origenis interprete, & Glossa ordinaria quam vocãt. Explicatur autem tribus modis. Sunt enim qui existiment hoc dicto moneri pios vt si quid incommodi acciderit, boni consulant, vt hoc cohæreat cum eo quod sequitur. Alii verò putãt præscribi fidelibus vt pro temporis ratione sese accommodent fratribus, sicut dicit Apostolus se factum esse omnibus omnia. Alii demum καιρὸν accipiunt pro occasione: quòd velit Paulus nos studiosè omnem iuuandi occasionem captare. quæ interpretatio mihi maximè probatur præ cæteris. Sed vtcunque accipias, non expresseris significationem verbi δουλεύειν, quod plus est quàm sese accommodare tempori, aut occasionem captare: neque puto vllum esse locum Scripturæ in quo simile dictum occurrat. Itaque potius legendum esse puto τῷ Κυρίῳ, & ab iis corruptum esse locum qui compendium illud scribendi κῷ putarunt καιρῷ declarare: idque eo verisimilius est quòd etiamnum hodie apud Basilium eo loco quem antè citaui, eo compendio literarum scriptum inuenitur.

12 Perdurantes, προσκαρτεροῦντες. Vulg. & Eras. Instantes, non satis rectè.

13 Vsibus, ταῖς χρείαις. Ambrosius legit, Memoriis, ταῖς μνείαις, sed perperã, (ni fallor) quanuis ita Latinos codices habuisse scribat Origenis interpres, vt Erasmus annotauit. Vulg. & Erasmus, Necessitates conuertunt, quod mihi non placet. nequis existimet prius non succurrendum proximo quàm ad necessitatem sit redactus: scripsisset enim Apostolus ταῖς ἀνάγκαις. Quanquam hoc cõcedo τῶν χρειῶν nomine delicias & superuacanea officia excludi. Communicantes, κοινωνοῦντες. Ita significatur quæ hic fit vera charitas, nempe quũ aliorum incommodis non minus quàm nostris afficimur, & ita affecti proximum pro viribus iuuamus.

14 Benedicite, εὐλογεῖτε. i. bene precamini, vt opponatur τῷ καταρᾶσθαι. Eras. Bene loquamini. Ego verò vocabulum theologis vsitatũ retinere malui: neque existimo de loquutione dũtaxat hic agi, ne hostibus detrahamus, sed de eo potius, vt hosti bene precemur. quod quũ Erasmus viderit, miror cur vel Benedicatis vel Bene precamini potius non cõuerterit quàm Bene loquamini. Vide Mat. 5. g. 44. Et ne imprecamini, καὶ μὴ καταρᾶσθε. Sic solẽt interdũ Hebræi ברכו, sed ita tamen vt hæc minimè sit inepta aut inutilis βαναυσία, de qua diximus Ioh. 1. c. 10.

Χαίρειν μετὰ χαιρόντων, καὶ κλαίειν μετὰ κλαιόντων.

Τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονοῦντες. Μὴ τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντες, ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι. Μὴ γίνεσθε φρόνιμοι παρ' ἑαυτοῖς.

Μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόντες. Προνοούμενοι καλὰ ἐνώπιον πάντων ἀνθρώπων.

Εἰ δυνατὸν, τὸ ἐξ ὑμῶν, μετὰ πάντων ἀνθρώπων εἰρηνεύοντες.

Μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες, ἀγαπητοὶ, ἀλλὰ δότε τόπον τῇ ὀργῇ· γέγραπται γάρ, Ἐμοὶ ἐκδίκησις· ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει Κύριος.

Ἐὰν οὖν πεινᾷ ὁ ἐχθρός σου, ψώμιζε αὐτόν· ἐὰν διψᾷ, πότιζε αὐτόν. τοῦτο γὰρ ποιῶν, ἄνθρακας πυρὸς σωρεύσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.

Μὴ νικῶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ· ἀλλὰ νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν.

Κεφάλαιον ιγ'

Πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω. οὐ γὰρ ἔστιν ἐξου-

15 Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus.

16 Eodem animo inter vos mutuò affecti. ¶ Nō elatè de nobisipsis sentientes, sed humilibus obsecundātes. Ne estote prudentes apud vosmetipsos.

17 ¶ Nemini malum pro malo vicissim reddentes. Procurantes honesta coram omnibus hominibus.

18 ¶ Si fieri potest, quantum in vobis est, cum omnibus hominibus in pace viuentes.

19 ¶ Non vosmetipsos vlciscentes, dilecti: sed date locum iræ. scriptum est enim, ¶ Mihi est vltio: ego rependam, dicit Dominus.

20 ¶ Itaque si esurit inimicus tuus, ciba eum: si sitit, da ei potum. hoc enim si feceris, carbones ignis coacernabis in caput eius.

21 Ne vincitor ab eo quod malum est, sed vince bonitate malitiam.

15 Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus.

16 Idipsum inuicem sentientes. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Prou.3.a.7. esa.5.c.21

17 Nulli malum pro malo reddentes. Prouidētes bona nō tantùm coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Prou.20.c.22 matth.5.f.38 1.ver.3.b.9

18 Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habētes. Heb.12.d.14

19 Non vosmetipsos defendētes charissimi, sed date locum irae: scriptum est enim, Mihi vindicta: ego retribuā, dicit Dominus. Eccle.2.a.18 matth.5.f.38 Deut.32.c.35 heb.10.f.30

20 Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potā da illi. hoc enim faciēs, carbones ignis congeres super caput eius. Prou.25.c.21

21 Nel uincas à malo: sed vince in bono malum.

CAP. XIII.

CAP. XIII.

1 OMnis anima potestatibus sublimioribus subdita esto. non enim est po- 1 OMnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. nō est enim po- sapien.6.a.4 sir.3.a.1 1.per.2.b.13

15 Gaudete, χαίρειν. Vrget sympathiam Christianam Paulus: sed in honesto gaudio & dolore. Est autem omnibus nota enallage infiniti pro imperandi modo, Atticis etiam ipsis familiaris.

16 Eodem animo inter vos mutuò affecti, τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονοῦντες. i. inter vos concordes, atque adeo vnanimes. quod Græci vno verbo dicunt ὁμοφρονεῖν. Vulg. Idipsum inuicem sentientes: duplici errore. Neque enim τὸ αὐτὸ declarat Idipsum, sed Idem: quod tamen nusquam animaduertit Vetus interpres in hac exprimenda sententia, nisi bis, nempe 2. Cor. 13. d. 11, & Phil. 3. c. 16. & φρονεῖν non accipitur hoc loco pro sentire. i. sensu percipere, vel intelligere, vel scire, vel opinari, (quāuis ita explicent Græca scholia) sed pro affectū esse animo, quem φρένα Græci interdum vocant. Sed & Erasmus sibi in eo non constat. nam τὸ αὐτὸ φρονεῖν alibi vertit Idē sentire, Infrà, 15. a. 5, & Phil. 2. a. 2. nō satis rectè, opinor: & Concordes esse, Phil. 3. d. 16, & 4. a. 2: item Vnanimes esse, 2. Cor. 13. d. 11. Quòd autem εἰς ἀλλήλους cōuertit, Alii in alios, mihi non probatur. Neque enim Græcè dicitur φρονεῖν εἴς τινα, sed φρονεῖν τισι. Itaque non dubito quin εἰς ἀλλήλους positum sit pro ἐν ἀλλήλοις, vt explicat idē noster Apostolus infrà, 15. a. 5. Humilibus, τοῖς ταπεινοῖς. Quū paulo antè τὰ ὑψηλὰ dixerit, poscit antithesis vt ταπεινὰ accipiamus etiam neutro genere. Nihil autem æquè scindit cōcordiam atque ambitio, quum quispiā humilia fastidit, sublimia ambitiose sectatur. Prudentes, φρόνιμοι. Eras. Arrogātes. quo sensu idē dictū exposuimus suprà, 11. c. 25. Sed hoc in loco, ne videatur inanis esse ταπεινοφροσύνη, φρονεῖν παρ' ἑαυτῷ accipio pro prudētiæ opinione turgere, & suo iudicio sapere: ita vt fontem arrogantiæ aperiat Apostolus, Idque sit planè quod prohibetur Prouer. 3. a. 7, Ne sis חכם (i. sapiens) in oculis tuis. quod repetitur Esa. 5. c. 21.

17 Procurantes, προνοούμενοι. Sic vertit Erasmus 2. Corinth. 8. d. 21, qui tamen hic conuertere maluit, Prouidè curantes. Vulg. Prouidētes, obscurè & ambiguè. Nam prouidere potius est speculationis quàm actionis, nisi quum pro cauere accipitur. Hic verò Paulus monet vt in primis attenti & soliciti simus de vita bene & honestè instituenda, vt nemo quicquam habeat quod in nobis meritò possit culpare. Quod autem in Vulgata editione subiicitur, Non tātùm coram Deo, οὐ μόνον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, in multis codicibus non inuenio, & insertum fuisse opinor ex 2. Cor. 8. d. 21. vt in eo frustra se torserit Erasmus.

18 Si fieri potest, εἰ δυνατόν. Hæc putat Erasmus connecti posse rectius cū superiore sententia, contra omnium exemplarium fidē, & fortassis non optima ratione. Neque enim cum conditione præcipitur vt vitam honestè instituamus corā omnibus hominibus, sed simpliciter omnino tenetur hoc facere quisquis Christum profitetur: pacem verò colere cum omnibus sine exceptione, nemo nec potest, nec etiā debet. 19 Vlciscentes, ἐκδικοῦντες. Vulg. Defendentes, idque malè. Neque enim honesta & legitima defensio prohibetur.

20 Carbones ignis, ἄνθρακας πυρός: id est ignitos seu candentes. ex Hebræorum consuetudine. Sic etiā Solomon ænigmaticè declarat iram Dei alicuius capiti imminentem, & eo quidem ardentiorem quo maior est alicuius pertinacia: veluti eius qui ne benignitate quidem prouocari potest ad eum diligendum qui pro accepta iniuria beneficium referat.

21 Ab eo quod malum est, ὑπὸ τοῦ κακοῦ. Vulgata & Erasmus, A malo, ambiguè.

IN CAPVT XIII.

1 Omnis anima, πᾶσα ψυχὴ transit Apostolus ad πολιτικὰ præcepta, quomodo videlicet vnumquēque

se erga magistratum & in publicis actionibus gerere oporteat. Cæterùm Anima per Hebraicam synecdochen pro homine ponitur, vt alibi quoque annotauimus: hic verò videtur hoc dicendi genus non carere emphasi, vt intelligamus, omnes mortales, nullo prorsus excepto, subiici magistratui oportere. Videant igitur quo iure priuilegia immunitatis hodie iactent qui se Ecclesiasticos vocant. Hi verò si verbo Dei credere nolunt nisi addita Patrũ interpretatione, saltẽ audiant quid in hunc locũ scripserit Chrysostomus. Sic enim habet ad verbũ, 5
Οὐ πᾶσι τοῖς ἱερεῦσι, καὶ ἐξῶν τι καὶ μοναχῷ, οὐχὶ τοῖς βουνικοῖς μόνον, ἀλλὰ πᾶσιν ἁπλῶς ἐπιτάττει ταῦτα ὁ λόγος, Πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω. τί δήποτε; Οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία εἰ μὴ ὑπὸ Θεοῦ. Id est, Omnibus hæc præcipi, sacerdotibus quoque ac monachis, non autem iis solis qui huius vitæ negotiis occupantur, statim in ipso proœmio declarat Apostolus, quum sic dicit, Omnis anima potestatibus supereminentibus subiecta esto: etiamsi Apostolus, etiamsi Euangelista, etiamsi Propheta, vel 10
alius quiuis fueris. Subiectio enim ista pietatem non euertit. Hæc ille: qui, Deus bone, si hodie viueret, quàm acerbè in lupum illum inueheretur qui non modò regibus non subiicitur, sed ipsa etiam regna & imperia trãsfert, & tamen Christi vicarius vult videri. Cæterùm qui Origenis ingenium nosse volet, legat quàm fœdè hunc locum depranarit. Supereminẽtibus, ὑπερεχούσαις. Hoc positũ est ἀπολογούμενος. Causa enim adfertur cur subiici nos oporteat magistratibus: quia nimirum in superiore gradu sunt collocati. Vulg. Sublimioribus. non obscura modò sed periculosa interpretatione, vt quæ sic possit accipi quasi summis dũtaxat magistratibus, non inferioribus, sit parendum.

εἰα εἰ μὴ ὑπὸ Θεοῦ· αἱ δὲ οὖσαι ἐξουσίαι, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν.	testas nisi a Deo: & quæ sunt potestates, sunt à Deo ordinatæ.	testas nisi à Deo: quæ autẽ sunt, à Deo ordinatæ sunt.
Ὥστε ὁ ἀντιτασσόμενος τῇ ἐξουσίᾳ, τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ ἀνθέστηκεν· οἱ δὲ ἀνθεστηκότες, ἑαυτοῖς κρίμα λήψονται.	Itaque quisquis se opponit potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistũt, ipsi sibi cõdemnationem auferent.	Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.
Οἱ γὰρ ἄρχοντες οὐκ εἰσὶ φόβος τῷ ἀγαθῷ ἔργῳ, ἀλλὰ τῷ κακῷ. Θέλεις δὲ μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν; τὸ ἀγαθὸν ποίει, καὶ ἕξεις ἔπαινον ἐξ αὐτῆς.	Nam magistratus non sunt terrori bonis operibus, sed malis. Vis autem non metuere potestatem? quod bonum est facito, & laudem ab ipsa obtinebis.	Nã principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum face, & habebis laudem ex illa.
Θεοῦ γὰρ διάκονός ἐστί σοι εἰς τὸ ἀγαθόν. Ἐὰν δὲ τὸ κακὸν ποιῇς, φοβοῦ· οὐ γὰρ εἰκῇ τὴν μάχαιραν φορεῖ. Θεοῦ γὰρ διάκονός ἐστιν, ἔκδικος εἰς ὀργὴν τῷ τὸ κακὸν πράσσοντι.	Dei enim minister est tuo bono. Quòd si feceris quod malum est, metue: non enim temere gladium gestat. nam Dei minister est, vltor ad iram ei qui quod malum est fecerit.	Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris, time: nõ enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram ei qui malum agit.
Διὸ ἀνάγκη ὑποτάσσεσθαι, οὐ μόνον διὰ τὴν ὀργήν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν συνείδησιν.	Quapropter necesse est subiici, non solùm propter iram, sed etiam propter conscientiam.	Idcirco necessitate subditi estote: nõ solùm propter iram, sed etiam propter conscientiam.

Sunt à Deo ordinatæ, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν. Hæc verba, A Deo, postposui verbo substantiuo, vt falsæ distinctioni ansam præciderem, quæ nonnullos fefellit. Quidam enim legunt, Quæ verò sunt à Deo, ordinatæ sunt, quasi Græcè scriptũ sit ὑπὸ nõ ὑπό. Præterea quia Vetus interpres διατάγη nõ legit, (quod tamẽ vocabulũ in omnibus vetustis codicibus inuenimus, & nisi addatur, nemo nõ videt ὑπὸ τοῦ Θεοῦ subaudiendũ) nonnulli Latini pro ordinatæ legerũt ordinata, quasi Græcè scriptũ sit, αἱ δὲ οὖσαι, ὑπὸ τῷ Θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν. Cæterùm quia ordinare interdũ idẽ declarat atque instituere, & ex mãdato faciendũ aliquid decernere, censuerunt nonnulli Paulum his verbis ostendere, Deum esse magistratuum dignitatis authorem. Id verò ego ita esse fateor: sed quum in superiore membro sit hoc disertè dictum ab Apostolo, causam non video cur hoc ipsum iterum inculcet, & quidem addita particula δὲ, quæ non eadem, sed diuersa plerunque solet copulare. Exactissimo igitur Apostolum primùm quidem testari in genere ius ipsum & potestatem magistratus à Deo esse: deinde verò, quia varii sunt magistratuum gradus, & dixerat oportere omnes non vni alicui potestati sed potestatibus subiici, huius etiam potestatis distributionem & διακόσμησιν eidem Deo vendicare, vt in imis etiam ordinibus parẽdum esse sciamus. Sunt autem hæc duo connexa, id est magistratus dignitas, & eius dignitatis distributio: vt vtrunque Apostolus meritò vocet διαταγὴν τοῦ Θεοῦ, i. Dei ordinationem, in proximo versiculo.

2 Ipsi sibi, ἑαυτοῖς. Sic rectè Vetus interpres, pro quo Erasmus non rectè Sibiipsis substituit: vt sensus ipse ostendit. Rectius quoque Vetus interpres κρίμα vertit damnationem quàm Eras. Iudicium. Auferent, λήψονται. Sic Latini dicunt non impunè vel inultum ferre, & pretium ferre ob stultitiam. Vulgata, Acquirunt, neglecta temporis ratione. Eras. Accipient, obscurè, vt diximus Matth. 23. b. 14.

3 Bonis operibus, τῷ ἀγαθῷ ἔργῳ. Vulg. Boni operis, nimium obscurè. Eras. Bene agentibus, rectè expressa sententia. Ego studui propius abesse à Græcis.

4 Vltor ad iram, ἔκδικος εἰς ὀργήν. Id est, per quem Deus iratus vlciscitur malos.

5 Necesse est subiici, ἀνάγκη ὑποτάσσεσθαι. Vulgata, Necessitati. vel (vt alii codices habent) necessitate subditi estote, id est ἀνάγκῃ ὑποτάσσεσθε. contra omnium nostrorum codicum fidem, si duos tãtùm excipias, sed quibus ipsa etiam sententia repugnat. Neque enim præcipit Apostolus vt pareamus magistratibus, quòd vrgeat necessitas, quasi li ceat alioquin iugum excutere: sed potius quia æquissimum est vt Dei ministro subiiciamur, neque res est medi a seu ἀδιάφορος, sed eiusmodi vt hominis etiam conscientiam obliget. minimè id quidem quasi magistratui aut cuiquam homini liceat leges cõdere conscientiis, quæ vnicũ habent legislatorem: sed quia nemo potest bona conscientia ei resistere cuius potestati Deus ipsum subiecerit, adeo vt hanc

ob causam

ob cauſam non ſit ſeditioſis & ἀνάρχοις negotium duntaxat cum magiſtratu, cui ſeſe opponunt, ſed etiam cum Deo ipſo. Siamus tamen hæc eſſe intelligenda, addita exceptione, VSQVE AD ARAS. Nam alioqui valet Apoſtolicum illud, Præſtat obedire Deo quàm hominibus. Vbi tamen hoc quoque notandum eſt, aliud eſſe, magiſtratui impia præcipienti, vel iniqua etiam per ſubiectos exequi volenti, non obſequi, quàm vim ſuo magiſtratui intentare. Nam illud quidem nobis faciendum eſt, iſtud verò nefas eſt. niſi quis fortè priuatus extraordinarium mandatum à Deo acceperit. Cæterùm qui Origenem legerit in hunc locum, comperiet hinc quoque Anabaptiſtas ſui furoris principia hauſiſſe, aut illum certè iiſdem furiis olim fuiſſe agitatum quibus hodiè Anabaptiſtæ.

Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ φόρους τελεῖτε· λειτουργοὶ γὰρ Θεοῦ εἰσιν εἰς αὐτὸ τοῦτο προσκαρτεροῦντες.

6 Propter hoc enim etiam tributa ſoluitis: ſiquidem miniſtri Dei ſunt in hoc ipſum incumbentes.

6 *Ideo enim & tributa præſtatis: miniſtri enim Dei ſunt in hoc ipſum ſeruientes.*

Ἀπόδοτε οὖν πᾶσι τὰς ὀφειλάς· τῷ τὸν φόρον, τὸν φόρον· τῷ τὸ τέλος, τὸ τέλος· τῷ τὸν φόβον, τὸν φόβον· τῷ τὴν τιμὴν, τὴν τιμήν.

7 ‖ Reddite igitur omnibus quod debetis: cui tributũ debetur, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.

7 *Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributũ: cui uectigal, uectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.* Matth.22.b.21

Μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε, εἰ μὴ τὸ ἀγαπᾶν ἀλλήλους. ὁ γὰρ ἀγαπῶν τὸν ἕτερον, νόμον πεπλήρωκε.

8 Nemini quicquam debete, niſi hoc vt alii alios diligatis. nam qui diligit alterum, Legẽ impleuit.

8 *Nemini quicquã debeatis, niſi ut inuicem diligatis. q enim diligit proximum, Legem implenit.*

Τὸ γάρ, Οὐ μοιχεύσεις, Οὐ φονεύσεις, Οὐ κλέψεις, Οὐ ψευδομαρτυρήσεις, Οὐκ ἐπιθυμήσεις, καὶ εἴ τις ἑτέρα ἐντολή, ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦται, ἐν τῷ, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν.

9 Siquidem illud, ‖ Non mœchaberis, Non occides, Non furaberis, Non falſum teſtimonium dices, Non concupiſces: & ſiquod aliud eſt mandatum, in hoc ſermone ſummatim comprehenditur: nempe ‖ Diliges proximum tuum ſicut teipſum.

9 *Nam, Non adulterabis, Non occides, Non furaberis, Non falſum æſtimonium dices, Non concupiſces, & ſiquod eſt aliud mandatum, in hoc uerbo inſtauratur, Diliges proximum tuũ ſicut teipſum.* Exo.20.c.14 deut.5.b.18 Leuit.19.d.18 matth.22.d.39 mar.12.c.31 gal.5.c.14 iac.2.b.8

6 Miniſtri, λειτουργοί. Vide Act.13.a.1, & infrà, 15.d.27. Incumbentes, προσκαρτεροῦντες. Vulgata, Seruientes, nõ ſatis expreſſè. Videtur enim Apoſtol⁹ hoc verbũ vſurpaſſe, vt oſtẽderet à magiſtratu pondus minimè leue ſuſtineri, oppugnandi malos, & bonos tuẽdi: vt planè inuicta quadã ac diuina animi fortitudine inſtructũ eſſe oporteat qui publico hoc munere ita defungi velit vt Deo fidem ſuam approbet. Itaque meritò illis & vectigalia ſolui, & honorem, tanquam reipublicæ cauſa infinitos labores perferentibus, tribui. Nos verò alibi προσκαρτερῶν vertimus Perdurantes, ſed diuerſa conſtructione.

7 Cui tributum, τῷ τὸν φόρον. Subaudi ἀποδιδόμεν, vel χαίρειν λέγειν, vt in Epigram. dicitur ἀποκλίμας τὰς εἰκόνας, cui debentur imagines. Ideo expreſſi verbum, ne quis putet τῷ pro ᾧ poſitum, quod ſonibus eſt peculiare. Cæterùm (meo iudicio) φόρος dicitur capitatio, id eſt tributum quod in capita ciuium, aũt viritim aut pro cenſus ratione imponitur: (quod & κεφάλαιον, id eſt collationẽ, vocari puto, id videlicet quod *taleam* vernaculo ſermone Galli vocant) τέλος verò quicquid alio nomine perſoluitur reipublicæ, vt decumæ, portoria, ſcriptura, & quæ pro inuectis aut exportatis mercibus perſoluuntur. Cui timorem, τῷ τὸν φόβον. Timorem, Hebræorum more, vocat obedientiam, eámque ex animo proficiſcentem: Honoris autem nomine intelligit reuerẽtiam quam magiſtratui habere par eſt, eámque ſinceram & voluntariam: cuiuſmodi fuit illa Q. Fabii Maximi, filium Conſulem reuerentis, vt refert Liuius Decadis tertiæ libro quarto: quanquam multo altius aſſurgere nos iubeat Paulus.

8 Debete, ὀφείλετε. Incertum eſt (inquit Eraſmus) an ſit Debetis, indicandi modo, an Debete. Atqui res ipſa nullum huic amphiboliæ locum relinquit. Sed & ex duabus interpretationibus quas adfert, altera quam Ambroſio affingit, nihil tale cogitanti, eſt eiuſmodi vt mirer cuiquam in mentem venire potuiſſe: quaſi videlicet ſuperiora ad magiſtratus ethnicos referantur, iſta verò ad Chriſtianos. Id verò quum ſit abſurdiſſimum, vnde tandem colligitur Ambroſio placuiſſe? Scribit enim, inquit, in hũc locum, Pacem vult nos habere, ſi fieri poteſt, cum omnibus, dilectionẽ verò cum fratribus. Quaſi verò Ambroſius, quũ hæc ſcriberet, cõpararit cum hoc dicto ſuperiores huius capitis verſiculos, ac nõ potius ſuperioris capitis verſiculũ decimũoctauum, quòd affines inter ſe ſententias contineant. Itaque (quod etiam in præfatione monui, & cum tanti viri pace dictum velim) ſicut Eraſmi diligentiam laudo, ita maiorem in eo attentionem interdum requiro. Sed ad rem. Scitè profectò Paulus, quum de noſtro in magiſtratum officio aut pietate potius diſſeruiſſet, nunc omnium foreuſium litium ac controuerſiarum fontem aperit, nempe quòd ſuum cuique nonniſi inuiti & magiſtratus imperio coacti reddamus: vnde fit vt poſtea nobis ſit inuidioſum & exoſum magiſtratus nomen. Videte ergo, inquit, ne cuiquam quicquam debeatis, niſi hoc vnum vt vos mutuò diligatis. Nam hoc quidem debiti genus, eiuſmodi eſt vt bonus vir ſemper inuenire quod proximo debeat, ac proinde ſeſe hoc veluti ære alieno libens obſtrictum eſſe fateatur. Legem impleuit, νόμον πεπλήρωκε. Id eſt, non vnicum aliquod præceptum obiit, ſed in genere præſtitit quod Lex iuber. Itaque non agit hoc loco Apoſtolus de perfecta vel imperfecta obſeruatione Legis, vt nugantur Sophiſtæ: ſed charitatem vt vniuerſale præceptum commendat, ſicut apparet ex ratione quæ ſubiicitur, & concluſione quæ attexitur, nec eſt aliter intelligenda.

9 Summatim comprehenditur, ἀνακεφαλαιοῦται. Id eſt, in ſummam ac compendium redigitur. Nam tota Lex nihil aliud quàm amorem Dei & proximi præcipit. Sed tamen quum Apoſtolus hoc loco de mutuis hominum officiis differat, Legis vocabulum hoc in loco ad ſecundam tabulam reſtringendum puto. Vulgata, Inſtauratur, vt planè videatur legiſſe ἀνακεφαλαιοῦται, vel ἀνατίθεται.

Ἡ ἀγάπη τοῦ πλησίον κακὸν οὐκ ἐργάζεται. πλήρωμα οὖν νόμου ἡ ἀγάπη. 1.Tim.1.b.5

10 Charitas proximum non afficit malo. Itaque ‖ expletio Legis, est charitas.

10 Dilectio proximo malũ non operatur. Plenitudo ergo Legis, est dilectio.

Καὶ τοῦτο, εἰδότες τὸν καιρόν, ὅτι ὥρα ἡμᾶς ἤδη ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι· νῦν γὰρ ἐγγύτερον ἡμῶν ἡ σωτηρία, ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν.

11 ᵛIdque, ᵛperspecta opportunitate, quòd *nidelicet* tempestiuum iam *sit* nos à somno expergisci. Nunc enim ᵛpropius nos est salus, ᵛquàm quum credidimus.

11 Et hoc, scientes tempus, quia hora est iam nos de somno surgere: nunc enim propior est nostra salus, quàm quum credidimus.

Ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν. ἀποθώμεθα οὖν τὰ ἔργα τοῦ σκότους, καὶ ἐνδυσώμεθα τὰ ὅπλα τοῦ φωτός.

12 Nox processit, dies autem ᵛpropinquat. Abiiciamus igitur ᵛopera tenebrarum, & induamur ᵛhabitu qui luci conueniat.

12 Nox præcessit, dies autem appropinquauit. abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis.

Ὡς ἐν ἡμέρᾳ, εὐσχημόνως περιπατήσωμεν· μὴ κώμοις καὶ μέθαις, μὴ κοίταις καὶ ἀσελγείαις, μὴ ἔριδι καὶ ζήλῳ. Luc.21.f.34

13 Vt interdiu, compositè ambulemus: ‖ nõ *in* comessationibus & ebrietatibus, non cubilibus ac proteruiis, non lite & inuidia.

13 Sicut in die, honestè ambulemus: non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, non in contentione & æmulatione.

Ἀλλ' ἐνδύσασθε τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, καὶ τὰς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίας. Gal.5.c.16 1.pet.2.c.11

14 ‖ Sed ᵛinduimini Domino Iesu Christo, & carnis curam ne habete ᵛad *explendas* cupiditates.

14 Sed induite Dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desiderijs.

10 Expletio, πλήρωμα. Vulg. & Eras. Consummatio. Vide suprà, ver. 8.

11 Idque, καὶ τοῦτο. Vulgata, Et hoc, admodum obscurè. Neque enim hoc cohæret cum participio εἰδότες, sed cum eo quod dixerat versu 8, Nemini quicquam debeatis. Cui dicto, quum Apostolus subiecisset rationem quæ paulo longiore confirmatione indigebat, nunc tàdem ad institutum redit. Adduntur autem hæ particulæ, orationis amplificandæ causa, vt initio officiorum Ciceronis, Quanquam te iam annum audientem Cratippum, idque Athenis, abundare oportet, &c. Perspecta opportunitate, εἰδότες τὸν καιρόν. Vulg. & Eras. Scientes, vel, Quum sciamus tempus, admodum obscure. Nos Græcum hoc dicendi genus ad verbum sic exprimimus in vernaculo sermone, *Ven le temps*, vel, *Ven la saison*. Quæ sit autem hæc opportunitas, statim subiicit per epexegesin. Propius nos est salus, ἐγγύτερον ἡμῶν ἡ σωτηρία. Vulgata, Propior est nostra salus. Potest enim ἡμῶν etiam connecti cum σωτηρία per traiectionem: cuius aliud exemplum annotauimus Iohan. 15. b. 10, vt Veterem interpretem Erasmus non optimo iure flagellarit. Quàm quum credidimus, ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν. Eras. Quàm quum credebamus. Nam, inquit, sub Mose opinio fuit potius salutis quàm salus, & vmbra potius quàm res. Atqui præterquam quòd qui sic loquitur, planè non intelligit quæ fuerit veteris fœderis ratio, Apostolus Romanis scribit, non Iudæis: & quanuis in Romana Ecclesia nonnulli etiam essent qui ex circumcisione crediderant, tamen quum minimus fuerit hic numerus, sit autem hæc vniuersalis doctrina, non sit mihi verisimile hoc ita explicandum vt ad solos Iudæos pertineat. Puto igitur, cum doctissimo interprete, Apostolum tempus illud designare quod fidem præcessit, à quo nimirum sumpsit hoc argumentum: quasi diceret, Olim antequam crederemus, frustra hæc nobis essent dicta, nunc verò quum non iam longissimè à nobis absit salus, (vt antea) sed proximè ad nos accesserit, danda est opera ne hanc occasionẽ videamur neglexisse. Itaque ἐγγύτερον non ita est accipiendum quasi quod antea esset propinquum, cœperit esse propinquius, sed quia quòd longissimè ac planè aberat, iam propius sit admorum. Quam interpretationem vel hoc confirmat quòd tempus illud tenebris nocturnis comparat, vt etiam Act. 26. d. 18, & Ephes. 4. d. 18, & aliis plurimis locis. Potest tamen hoc etiam accipi de intermedio tempore: acsi dicat Apostolus, quo propius ad plenam lucem accedimus, eo nos longius à tenebris abesse oportere.

11 Propinquat, ἐγγύτερον. Alibi iã dicimur in luce versari, sed ita vt nõdũ apparuerit quod sumus. Adhuc enim videmus vt in crepusculo. Opera tenebrarũ, ἔργα τοῦ σκότους. i. Eã vitã quã agere solẽt qui lucis cõspectũ fugiũt. qua de re poeta verè & eleganter dixit, Nox & amor vinúmque nihil moderabile suadent: Illa pudore caret, Liber amórque meru. In quam sententiam differitur quoque Ephes. 5. c. 11, & 1. Thess. 5. b. 7. quanquam Tenebrarum nomen latius hic patet, totam videlicet superiorem vitam comprehẽdens in Christi ignoratione trãsactam. Habitu qui luci conueniat, τὰ ὅπλα τοῦ φωτός. Vulgata & Erasmus, Arma lucis, quæ interpretatio mihi videtur perobscura. Etsi enim in re non dissimili Apostolus armorum meminerit, 1. Thess. 5. b. 8, tamen quod statim subiicitur, ostendit metaphoram ab habitu & cultu corporis sumptam esse, de quo nimirum solíciti sunt omnes modesti homines, non noctu, quum à nemine conspiciuntur, sed interdiu, vt nihil indecorum appareat. Itaque ἀσχημόνως etiam licebit cum Vetere interprete exponere Honestè, vel etiam decorè. Latè autem patet appellatio τοῦ ἥκιστα, adeo vt apud Homerum τὸ ἥκιστα ἑτοῖσθαι accipiatur pro ἑτοιμάζεσθαι, id est instrui & apparari.

14 Induimini Domino Iesu Christo, ἐνδύσασθε τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν. Vulgata, Induite, ἐνδύσασθε. Persistit Paulus in metaphora: sed & alioquin apud Hebræos verbum לבש ita vsurpari solet in re quanis, cuius accessione vel ornamur, (vt quũ dicitur aliquis indui decore, salute, magnificentia, iustitia) vel contrà dedecoramur, vt indui confusione, maledictione, desolatione. Videtur tamen peculiaris esse energia istius formulæ, quòd in possessionem Christi mittamur, ita vt ille sit in nobis & nos in illo, vt Galat. cap. 3. d. 27. sicut dicitur Spiritus Domini induisse Gedeonem, Iudic. 6. f. 34. Hoc autem loco fructus sanctificationis significat Apostolus à Christi Spiritu exorientes. quibus vult nos esse ornatos, vt copiosius explicat Coloss. capite 3. b. 10 & 11, & deinceps. Ad *explendas* cupiditates, εἰς ἐπιθυμίας. Vulgata, Carnis curam ne feceritis in desideriis, barbarè prorsus & obscurè. Erasmus, Carnis curam ne agatis ad cupiditates, non multo melius.

Κεφάλαιον ιδ΄

CAP. XIIII.

Τὸν δὲ ἀσθενοῦντα τῇ πίστει, προσλαμβάνεσθε, μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν.

1 Ἔνm verò qui fide eſt infirmus, aſſumite, nō tamē ad certamina diſputationum.

1 Infirmum autē in fide aſſimite, non in diſceptationibus cogitationū.

Ος μὲν πιστεύει φαγεῖν πάντα, ὁ δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθίει.

2 Alius quidem credit veſcendum eſſe quibuſuis: alius autē fide infirmus edit olera.

2 Alius enim credit ſe mānducare omnia: qui autem infirmus eſt, olus mānducat.

Ὁ ἐσθίων, τὸν μὴ ἐσθίοντα μὴ ἐξουθενείτω· καὶ ὁ μὴ ἐσθίων, τὸν ἐσθίοντα μὴ κρινέτω. ὁ Θεὸς γὰρ αὐτὸν προσελάβετο.

3 Qui edit, non edētem ne pro nihilo habeat: & qui non edit, edentem ne condemnet. Deus enim eum aſſumpſit.

3 Is qui mānducat, non mānducantem nō ſpernat: & qui non manducat, manducantem non iudicet. Deus enim illū aſſūpſit.

IN CAPVT XIIII.

1 Eū qui fide eſt infirmus, τὸν δὲ ἀσθενοῦντα τῇ πίστει. Quid fides declaret hoc in loco, diximus ſuprà, 4. d. 19. Cæterùm Apoſtolus nūc deſcendit ad πρακτικά, id eſt ad tradendā rationē quā in iis quæ propriè ad conſcientiā ſpectant, ſequi oporteat Chriſtianos in mutua vitæ conſuetudine. Deligit autē quæſtionē maximi momenti, eò præſertim tēpore, quomodo videlicet oporteat peritiores ſeſe gerere cum rudioribus, in iis quæ ἀδιάφορα dicūtur.

Aſſumite, προσλαμβάνεσθε. Id eſt, adiungite vobis, & quidem vltro expetite, nedum vt mediæ & indifferentis rei cauſa defugiatis eius conſortium. Plus enim eſt προσλαμβάνεσθαι quām venientem excipere. Caſtellio vertit, Opitulemini: neque verbo ipſo, neque ſenſu ſatis feliciter expreſſo. Differunt enim ſignificatione & conſtructione τὸ προσλαμβάνεσθαι & ἀναλαμβάνεσθαι, quo vtitur Paulus Act. 20. g. 35. Non tamen ad certamina diſceptationum, μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν. Vel, ad diſputationum ambiguitates. id eſt, vt variis & perplexis diſputationibus, diſcedat incertior quām venerit, aut perturbata conſcientia reſiliat. Nam ex multiplicibus ſignificationibus verbi διακρίνω hæ duæ mihi videntur ad hunc locum appoſitiſſimæ. Vulgata, Non in diſceptationibus cogitationum, quaſi εἰς pro ἐν accipiatur, & διακρίσεις idem valeat atque διάκρισις. quaſi denique διαλογισμῶν hic declaret cogitationem, quum multo commodius pro diſſertatione poſſit intelligi. Eraſmus, Ad diiudicationes diſputationum: ac fateor quidem διακρίνειν id interdum declarare, ſed non tamen hoc loco, vt mihi videtur. Nam re vera aſſumi debet infirmus, vt diiudicētur diſputationes, id eſt vt tādem agnita veritate firmior euadat: ſed pedetentim hoc fieri iubet Apoſtolus, vt nulla ſit contentio, neque diſputatio inanis, aut non ſuo loco adhibita. Caſtellio hunc locum ita conuertit, Siquis autem imbecilla fide eſt, huic nulla cum animi dubitatione opitulemini: ſententia profectò non modò non expreſſa, ſed etiam valde deprauata. Cæterùm quòd Tamen ſuppleuimus, ideo fecimus vt hiatus conſtructionis expleretur, quòd alioquin videatur integrum membrum deeſſe.

2 Credit, πιστεύει. Id eſt, nouit ex fide, ſiue perſuaſus eſt per Dominum Ieſum, vt explicatur infrà, verſu 14. Nam πιστεύειν aliud ſignificat quam νομίζειν, id eſt putare. quod non videtur Eraſmus ſatis attentè conſideraſſe quum interpretaretur Credit, id eſt putat. Vulgata, Credit ſe manducare, prorſus inepte. Nec etiam rectè legit μὲν γὰρ, enim, pro μὲν, quidem. Sunt autem hæc tria in primis obſeruanda hoc in loco: vnum, hic agi non de rebus vel per ſe vel propter adiunctam cultus opinionem impiis, nec de ἀναλγησίαις & manifeſtis ſuperſtitionibus, ſed de rebus mediis & indifferentibus. Alterum, non eos qui malitioſè & præfractè reſiſtunt Euangelicæ libertati, ſed qui ſola ignorantia peccant, hic infirmos vocari. Tertium, de hac demūm ignorantia hic agi quæ tamen poſſit verbum Dei prætexere. Erat enim hic delectus ciborum & dierum de quo hic agitur, ex verbo Dei inſtitutus, adeo vt iis qui Chriſtianam libertatem ignorabant, non eſſet res indifferens, ſed obſeruatu neceſſaria ex Dei mandato. Denique quartum etiam illud obſeruandum eſt, Apoſtolum non præcipere vt eiuſmodi ignorantia foueatur, ſed duntaxat vt toleretur, tantiſper dum rudes iſti poſſint eruditi. Hæc qui conſiderabit, facilè intelliget iſta nihil iis fauere qui charitatis & lucrifaciendi proximi prætextu, non dubitant ſeſe impiiſſimis ſuperſtitionibus polluere. Alius autem fide infirmus, ὁς δὲ ἀσθενῶν. Sic potius lego quàm ὁ δὲ ἀσθενῶν. quia nō præceſſit ὁ μέν, ſed ὃς μέν, quum alioquin, vtrouis modo legas, eadem prorſus maneat ſententia. Solent enim Græci in diſtributionibus, non tantùm præpoſiti uis, ſed etiā poſtpoſitiuis articulis vti, vt Luc. 23. e. 33, & infrà, verſu 5. Cæterùm nolui ſimpliciter infirmū dicere, ſed IDEM adiūxi ex ſuperiore verſiculo, nequis ineptus (quales ſunt nimium multi) quia ſit olerum mentio, putet infirmos à Paulo vocari quos oportuit ægrotos vocare. Nam ita exiſtimarunt qui in Vulgata editione, pro Olus manducat, ſcripſerunt Olus manducet, vt apparet ex Origene, qui totum hunc locum fœdiſſimè corrupit: dum explicat quod ſuprà dictum eſt cap. 4. d. 19, Abrahamum non fuiſſe infirmatum fide. Edit olera, λάχανα ἐσθίει. Vulgata, Olus manducet, vt in pleriſque codicibus legitur, manifeſto errore. Nam præterquam quòd omnia Græca exemplaria ſcriptum habent ἐσθίει, non ἐσθίειν, ſententia ipſa prorſus flagitat vt vtrunque mēbrum exprimatur non imperandi ſed indicandi modo: vt iis non poſſim aſſentiri qui conuertunt φαγεῖν, veſcatur. Certum enim eſt Apoſtolum, propoſita generali doctrina, nunc illam ſuis ſpeciebus, ſeu caſibus (quos vocant iuriſconſulti) applicare. Ac prior quidem iſte ſumptus eſt à ciborum diſcrimine: alter verò quem complectitur verſiculus quintus, ad diſcrimen dierum pertinet. Nihil ergo præcipitur in his verſiculis duobus, ſecundo videlicet & quinto, ſed ſpecies ponitur, deinde ſubiicitur doctrina.

3 Ne condemnet, μὴ κρινέτω. Vulgata & Eraſmus, Ne iudicet: nimium obſcurè, vt alibi ſæpe in hōc eodem verbo peccatum eſt, quum ex Hebræorum more ſimplex κρίνειν pro κατακρίνειν ſit poſitum, tum hoc in loco, tum in ſequentibus verſiculis aliquoties. Sed & in ſuperiore membro ἐξουθενείτω non ſatis expreſſè conuertit Vetus interpres Spernat, neque Eraſmus, Deſpiciat: quum ſignificet aliquid amplius, nempè pro nihilo habere. Voluit enim Paulus hoc verbo repræſentare immodicum eorum faſtum qui Chriſtianæ libertatis cognitione tumidi, cæteros vix dignos putant quos vel pili faciant: alioquin Charitas poſcit vt prudenter & amicè moneantur.

Luc.4.12

Σὺ τίς εἶ ὁ κρίνων ἀλλότριον οἰκέτην; τῷ ἰδίῳ κυρίῳ στήκει ἢ πίπτει. σταθήσεται δέ· δυνατὸς γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς στῆσαι αὐτόν.

4 ¶Tu quis es qui condemnas alienum famulum? proprio domino ſtat aut cadit. ſtabilietur autem: poteſt enim Deus eum ſtabilire.

4 *Tu quis es qui iudicas alienum ſeruum? domino ſuo ſtat aut cadit. ſtabitur autē: potēs eſt enim Deus ſtatuere illum.*

Ος μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν, ὃς δὲ κρίνει πᾶσαν ἡμέραν. ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοὶ πληροφορείσθω.

5 Alius quidem ˇæſtimat diē præ die, alius autem ˇpereque æſtimat quemuis diem. ˇVnuſquiſque in animo ſuo plenè certus eſto.

5 *ˇNam alius iudicat diē inter diē: alius autem iudicat omnē diē. Vnuſquiſque in ſuo ſenſu abūdet.*

Ο φρονῶν τὴν ἡμέραν, Κυρίῳ φρονεῖ· καὶ ὁ μὴ φρονῶν τὴν ἡμέραν,

6 ˇQui curat diem, ˇDomino curat: & qui non curat diem,

6 *Qui ſapit diem. Domi noſapit:*

4 Stabilietur autem, σταθήσεται Η. Vulg. Stabit autem, στήσεται Η. Eraſ. Imò fulcietur vt ſtet. Ego verò (vt de periphraſi nihil dicam) puto hoc prorſus cohærere cum eo quod Apoſtolus dixerat à πίπτει, aut cadit, hoc videlicet a accōmodans ad infirmum, qui dum mauult carnibus prorſus abſtinere & oleribus veſci, quàm cibum immundum attingere, ſanè in eo oſtendit ſe nondum ſtare, id eſt nondum firmo gradu cōſiſtere, atque adeo veluti ruinam minitur: ſed tamen (inquit Apoſtolus) non eſt quòd idcirco eum vt deſperata ſalute condemnes. Quem enim aſciuit Dominus, eum ſuo tempore ſtabiliet.

5 Æſtimat diem præ die, κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν. Secūda eſt iſta ſpecies, eorum qui diſcrimina dierum ex Legis præſcripto obſeruabant: vt planè ſint hallucinati veteres Græci (à quibus deceptus etiam eſt Ambroſius) quū hic neſcio quid cōminiſcerētur de iis qui vel alternis diebus, vel quotidie ieiunabant. Quanuis enim ἡμέραν παρ' ἡμέραν ſignificet alternos dies, tamen non perpetua eſt iſta ſignificatio, vt quæ locum nullum habeat in conſtructione actiua (quam vocāt) cuiuſmodi hæc eſt. Deinde nulla eſt ieiunii mentio: & res ipſa oſtendit de Legis ceremoniis indifferentibus hic differi, quarum cauſa non vult Apoſtolus Eccleſiam ſcindi, ſed infirmitati fratrum aliquid ad tempus cōcedi. Itaque aſſentior Eraſmo qui tradidit, παρὰ hoc in loco relationem declarare, vt in prouerbio πρόσωπον παρὰ πρόσωπον. quanquam nolim cōuertere Diē iuxta diem, ac multo etiam minus, Diē ſupra diem, cum Hieronymo, quanuis ſic accipiatur παρὰ Heb. 3. a. 3. Spectandū enim eſt quid cuique loco conueniat. ac mihi quidem videtur παρὰ prorſus hic reſpondere Latinæ præpoſitioni præ, vt in illo Terentii, Quum te poſtputaſſe omnes res præ parente intelligo. Sed & in verbo κρίνειν interpretādo, quod nonnullos torſit magnopere, doctiſſimum interpretem libens ſum ſequutus. Nam inter cætera τὸ κρίνειν ſignificat iudicium ferre de re quapiam, quod quidem ſine æſtimatione fieri non poteſt: quum iudicare nihil aliud ſit quàm quanti rem aliquam facias vel tecum inire, vel apud alios dicere: quæ expoſitio & ſimpliciſſima eſt & ſententiæ Apoſtoli accommodatiſſima. Nam quominus accipias pro διακρίνειν, id eſt diſcernere ſeu diſtinguere, obſtat proximum membrum, quod iſtam expoſitionem nullo modo admittit: & tamen vt ſibi conſtet antitheſis, ſimili ratione debet explicari. Quod autem quidam τὸ κρίνειν accipiunt pro ſanctificare, (id eſt pro præſtantiore & ſanctiore habere) quanuis ſententiæ conueniat, tamen mihi videtur coactum: niſi quis exemplum ſimile proferat. Poſtremò ſi κρίνειν conuertas iudicare, obſcura fuerit expoſitio: quum nemo facilè intelligat quid ſit iudicare diem præ die, ac multo minus, iudicare quemuis diem aut de quouis die. Libuit tamen more meo adſcribere varias interpretationes, vt cuique ſuum iudicium integrum ſeruetur. Sic igitur Vulgata, Nam alius iudicat diem inter diem: ſic Auguſtinus in quæſtionibus huius Epiſtolæ, (quem ſequitur Budæus) Alius quidē iudicat alternos dies: ſic Hieronymus libro aduerſus Iouinianum ſecundo, Alius iudicat diem plus quàm diem: ſic denique Eraſmus, Hic quidem iudicat, diem ad diem conferens. Pereque æſtimat quemuis diem, κρίνει πᾶσαν ἡμέραν. Vulg. Iudicat omnem diem. quod nemo intelligat. Eraſ. Idem iudicat de quouis die, ſententiis rectè expeſſa. Malui tamen hic quoq; doctiſſimi interpretis veſtigiis hærere, quòd minus recedat à Græcis. Nequis autē quærat cur aduerbiū Pereque addiderimus, quum κρίνειν ſimpliciter dūtaxat ſignificet æſtimare, ſciendum eſt hoc aduerbium incluſum eſſe in πᾶσαν ſyncategoremate non vniuerſali hoc in loco, vt etiam ſuprà verſu 2, ſed particulari indefinito. Vnuſquiſque in animo ſuo plenè certus eſto, ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοὶ πληροφορείσθω. Vel, In eo quod ipſe ſentit, ſiue ſententiæ ſuæ, certus eſto, ſi libeat τὸν νοῦν pro ſententia ſeu conſilio accipere. Sed malim quidē ego pro conſcientia interpretari, vt videlicet vnuſquiſque apud ſe poſſit meritò dicere quod commemorat Apoſtolus infrà, verſu 14, ſe noſſe ac ſibi eſſe perſuaſum per Dominum Ieſum, nihil eſſe per ſe impurum. Itaque τὸ ἰδίῳ καὶ πεπεῖσθαι ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ, (nam hoc quoque addēdum eſt) optima eſt expoſitio verbi πληροφορεῖσθαι, de quo abunde etiam diximus Luc. 1. a. 1. Vulg. Vnuſquiſque in ſenſu ſuo abundet, id eſt vnuſquiſque mentem ſuam ſequatur: ſiue (vt Ambroſius explicat) conſilio ſuo remittatur. Atqui præterquam quòd Abundare in ſuo ſenſu, propriè dicitur de homine præfracto & obſtinato, neque πληροφορεῖσθαι ſignificat abundare, neque hæc ſententia, Chriſtiana eſſe poteſt. Dominus enim Deut. 12. a. 8, etiam de rebus mediis & indifferentibus differēs, diſertè prohibet nequis faciat quod ſibi viſum fuerit: & innumerabilibus locis damnat bonas (quas vocant) intentiones. Sed & Apoſtolus noſter paulo pòſt apertè reiicit hoc commentum, quum dicit neminem ſibi ipſi viuere aut mori, & ἀλληροφορίας damnat, Coloſſ. 2. b. 8, & d. 23. 1. Tim. 4. a. 1 & 3. Itaque hanc interpretationem prorſus repudio, vt & illam Eraſmi quæ in idem recidit, Vnicuique ſua mens ſatisfaciat. Neque rurſus iis aſſentior qui hoc vnum putant præcipi ab Apoſtolo vt nemo dubia aut hæſitante conſcientia quicquam hic aggrediatur. Neque enim ſatis eſt vt conſcientiæ teſtimonium cum eo quod facimus conſentiat, ſed hoc in primis eſt curandum vt conſcientia noſtra ex verbo Dei certior oretur. Quid ſi enim ea fallatur? vt certè falli neceſſe eſt niſi verbo Dei nitatur, in quo nobis ille ſuam voluntatem pleniſſimè patefecit. Hoc eſt igitur quod hic vrget Apoſtolus, nempe vt pro eo quòd tam prōpti ſumus in nobis viciſſim condemnandis, vnuſquiſque potius de ſeipſo ſit ſolicitus: vt & firmis de ſua libertate bene conſtet, & infirmi quoque quotidie proficiant.

6 Qui curat, ὁ φρονῶν. Vulg. Qui ſapit, quod Eraſmus rectè mutauit. Nam φρονῶν etiam declarat animum ad aliquid adiicere, & de re quapiam ſeriò cogitare. vnde factū eſt vt Paulus eos dicat φρονῶν ἡμέραν qui hunc vel illum diem peculiari quadam ratione obſeruāt: agens nimirū non de quouis dierum diſcrimine, (qua in re proculdubio hallucinati ſunt veteres pleriq; interpretes) ſed de eo demū quod in Lege Moſis præcipitur,

vt appareat, ex eo quod ſcriptum eſt Coloſ. 2. c. 16. Domino curat, Κυρίῳ φρονεῖ. Id eſt, Domini eſt iudicium rectè faciat quum diem curat, an ſecus. Itaque cur non potius laboraris de eo vt quiſque ſe Deo approbet, quàm vt alienà curetis? Hæc enim eſt cõcluſio harum rationum quæ ſubiiciũtur infrà, ver. 11 & 13. Et paulo antè quoque id attigerat Apoſtolus quũ diceret, Suo Domino ſtat aut cadit. Id eſt, Siue ſtet, ſiue cadat, res Domini agitur, non tua. Neque verò ignoro aliter hunc locum & alios ſequentes ſolere à recentioribus etiam explicari: quorum ſententiæ nihil præiudico: tantùm dico hanc expoſitionem mihi videri cum iis quæ ſubiiciuntur optimè conſentire, vt omnes rationes minimo negotio poſſint connecti. Sed quodcunque accipias, notanda hic ſunt tria, nequis vniuerſalem hanc doctrinam eſſe putet: quum charitas præcipiat vt alii de aliorum ſalute ſolliciti ſimus, & quæ contra Dei voluntatem fiunt, vt iniuſtè facta reprehendamus. Primùm (vt antè dixi) de ſolis rebus ſuapte natura mediis & indifferentibus hic agi, & quidem iis demum quæ ſub Lege indifferentes non erant. Deinde non facti ipſius iudicium, modò moderatio adhibeatur ex charitatis regula, ſed id demum quo perſonæ ipſæ damnantur, à Paulo reprehendi. Tertiò, nõ de præfractis & pertinacibus, (quos alibi canes & conciſionem vocat, Philip. 3. a. 2, & quibus ne tantillum quidem cedere voluit, Galat. 2. a. 4 & 5) ſed de infirmis hic differi, quibus Dominus nondum integram libertatem Chriſtianam patefecerat. Itaque non eſt quòd quidam iſtiuſmodi teſtimoniis abutantur vt ἀυτοφωνίας ſuas ſtabiliant: nec fas eſt Academicis ſuam ἀκαταληψίαν his argumentis tueri. Et qui non curat, &c. καὶ ὁ μὴ φρονῶν, &c. Totum hoc membrum deeſt in Vulgata editione, & Latinis aliquot interpretibus: ſed in Græcis omnibus exemplaribus, & apud Photium quoque in Græcis ſcholiis reperitur: & ſanè omnino addendum eſt, vt aliquid opponatur ſuperiori membro de iis qui diem curant. quod nonniſi coacta interpretatione poſſis de firmis accipere: quanuis in contrariam ſententiam Erasmus nonnihil videatur inclinare.

Κυρίῳ οὐ φρονεῖ. ὁ ἐσθίων, Κυρίῳ ἐσθίει· εὐχαριστεῖ γὰρ τῷ Θεῷ· καὶ ὁ μὴ ἐσθίων, Κυρίῳ οὐκ ἐσθίει, καὶ εὐχαριστεῖ τῷ Θεῷ.

Domino non curat. Qui edit, Domino edit: gratias enim agit Deo: & qui non edit, Domino non edit, & gratias agit Deo.

& qui manducat, Domino manducat: gratias enim agit Deo: & qui non manducat, Domino non manducat, & gratias agit Deo.

Οὐδεὶς γὰρ ἡμῶν ἑαυτῷ ζῇ, καὶ οὐδεὶς ἑαυτῷ ἀποθνήσκει.

Nullus enim noſtrum ſibiipſi viuit, & nullus ſibiipſi moritur.

7 *Nemo enim noſtrũ ſibi viuit, & nemo ſibi moritur.*

Ἐάν τε γὰρ ζῶμεν, τῷ Κυρίῳ ζῶμεν· ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν, τῷ Κυρίῳ ἀποθνήσκομεν. ἐάν τε οὖν ζῶμεν, ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν, τοῦ Κυρίου ἐσμέν.

Nam ſiue viuimus, Domino viuimus: ſiue morimur, Domino morimur. Siue igitur viuamus, ſiue moriamur, Domini ſumus.

8 *Siue enim viuimus, Domino viuimus: ſiue morimur, Domino morimur. Siue ergo viuimus, ſiue moriamur, Domini ſumus.*

Εἰς τοῦτο γὰρ Χριστὸς καὶ ἀπέθανε καὶ ἀνέζησε καὶ ἀνέστη, ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ.

Ad hoc enim Chriſtus & mortuus eſt & reſurrexit & reuixit, vt & mortuis ac viuentibus dominetur.

9 *In hoc enim Chriſtus & mortuus eſt, & reſurrexit, vt & mortuorum & viuorum dominetur.*

Σὺ δὲ τί κρίνεις τὸν ἀδελφόν σου; ἢ καὶ σὺ τί ἐξουθενεῖς τὸν ἀδελφόν σου; πάντες γὰρ παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ.

‖Tu verò cur cõdemnas fratrem tuum? aut etiam tu cur pro nihilo habes fratrẽ tuum? Omnes enim ſiſtemur apud tribunal Chriſti.

10 *Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare ſpernis fratrẽ tuum? Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti.* 2. Cor. 5. a.

Qui edit, ὁ ἐσθίων. Id eſt, qui nullum facit ciborum diſcrimen. Huic opponitur, Qui non edit, id eſt qui cibos non attingit quos immundos putat ex Lege. Neque enim ſimpliciter agit de edendo aut non edendo, vt recte annotauit Auguſtinus, ſed ex verſu ſecũdo explicandum eſt hoc dictum. quòd quum Græci non viderent, & ex Latinis Ambroſius, putarunt hic Apoſtolum de ieiuniis differere. Cæterùm quum Erasmus pro Qui edit, maluerit dicere Qui veſcitur: ego contrà, propter amphiboliam, malui Veterem interpretationem retinere. Sequitur enim, Domino veſcitur, quod etiam ſexto caſu poſſet accipi ab imperitis.

7 Sibiipſi viuit, ἑαυτῷ ζῇ. Sibi viuere Latinis dicitur qui ſe vnum reſpicit, vt ex ſuo vnius arbitrio ac voluntate viuat. pro quo Hebræi dicunt חיה לנפשו i. benefacere animæ ſuæ, vt Pſal. 49. c. 19. Hic ergo Paulus negat fideles ſibi viuere, nẽpe quòd non ſuã, ſed Domini voluntatem fateantur ex gratiarum actione ſe habere pro vitæ regula: denique ita viuant vt Domino ſibi reddendam vitæ rationem cogitent, cuius iuri & poteſtati ſubſint. Agitur enim vtrinque de fidelibus, quorum tamen alii ſint peritiores, alii rudiores. Quorſum igitur, inquit Paulus, hoc iudicium in conſeruum tuum vſurpas? Facit autem mortis quoque mentionem, non modò vt pleniſſimum hoc ius Domini eſſe oſtendat, quod ne morte quidem terminetur, ſed etiã in primis quia hæc iudicia quæ reprehendit, ad futuram vitam præcipuè pertinent: quaſi videlicet homines iſti eam habeãt in ſua poteſtate, vt cui dicant eſſe ademptam, ei adimatur à Deo.

9 Et mortuus eſt, & reſurrexit, & reuixit, καὶ ἀπέθανε καὶ ἀνέστη καὶ ἀνέζησεν. Hic plurimum variant codices. Nam in veteribus codicibus legitur ἔζησεν, ſed eodem ſenſu: quum ex Hebræorum more ſimplicia ſoleãt pro compoſitis vſurpari. niſi malimus, ex Eraſmi ſententia, præteritum Vixit interpretari pro præſenti Viuit, ne videatur Paulus βωμολοχῶν. quanquam alia etiã ratione occurri poteſt battologiæ, ſi Reſurrexit & reuixit, perinde accipiamus acſi ſcriptum eſſet, Reſurgẽs reuixit, id eſt per reſurrectionem nouum vitæ ſtatum eſt conſequutus. Ambroſius verò legit καὶ ἔζησεν καὶ ἀπέθανε καὶ ἀνέστη, & vixit, & mortuus eſt, & reſurrexit. Codex autem quo vſus eſt Eraſmus, ſcriptũ habebat, Et mortuus eſt & reuixit, καὶ ἀπέθανε καὶ ἀνέζησεν. quam lectionẽ Chryſoſtomũ ſequutum eſſe apparet ex cõmentario, eo tantùm excepto quòd pro ἀνέζησεν legit ἔζησεν. Sic enim ſcribit in extremo, καὶ πρὸς τὸ ἔζησεν. At ex contrario, Vulgatæ editionis exemplaria pleraque ſcriptum habent, Et mortuus eſt & reſurrexit, καὶ ἀπέθανε καὶ ἀνέστη, ita vt ἔζησεν expungatur. Sed vtcunque legas, eadem manet ſententia.

Γέγραπται γάρ, Ζῶ ἐγώ, λέγει Κύριος, ὅτι ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται τῷ Θεῷ. Esa.45.d.23 phil.2.b.10

11 Scriptum eſt enim, Viuo ego, dicit Dominus, Quoniam mihi ſeſe flectet omne genu: & omnis lingua confitebitur Deo.

11 Scriptum eſt enim, Viuo ego, dicit Dominus, quoniã mihi flectet omne genu: & omnis lingua confitebitur Deo.

Ἄρα οὖν ἕκαστος ἡμῶν περὶ ἑαυτοῦ λόγον δώσει τῷ Θεῷ.

12 Nempe ergo vnuſquiſque noſtrum de ſeipſo rationẽ reddet Deo.

12 Itaque vnuſquiſque noſtrum proſe rationẽ reddet Deo.

Μηκέτι οὖν ἀλλήλους κρίνωμεν· ἀλλὰ τοῦτο κρίνατε μᾶλλον, τὸ μὴ τιθέναι πρόσκομμα ἢ σκάνδαλον τῷ ἀδελφῷ.

13 Ne amplius igitur alius de alio iudicemus: ſed hîc potius adhibete iudicium, vt ne offendiculũ ponatis fratri, aut ſcandalum.

13 Non ergo amplius inuicem iudicemus: ſed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel ſcandalum.

Οἶδα καὶ πέπεισμαι ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ, ὅτι οὐδὲν κοινὸν δι' ἑαυτοῦ· εἰ μὴ τῷ λογιζομένῳ τι κοινὸν εἶναι, ἐκείνῳ κοινόν.

14 Noui, & perſuaſum habeo per Dominum Ieſum, nihil eſſe impurum per ſe: ſed ei qui exiſtimat aliquid eſſe impurũ, id ei impurum eſſe.

14 Scio & confido in Domino Ieſu quia nihil commune per ipſum: niſi ei qui exiſtimat qd cõmune eſſe, illi commune eſt.

Εἰ δὲ διὰ βρῶμα ὁ ἀδελφός σου λυπεῖται, οὐκέτι κατὰ ἀγάπην περιπατεῖς. μὴ τῷ βρώματί σου ἐκεῖνον ἀπόλλυε ὑπὲρ οὗ Χριστὸς ἀπέθανε. 2.Cor.8.d.11

15 Verùm ſi propter eſcam frater tuus triſtitia afficitur, non iã ſecundum charitatem ambulas. Ne eſca tua illum perdito pro quo Chriſtus mortuus eſt.

15 Si enim propter cibum frater tuus cõtriſtatur, iã non ſecundũ charitatem ambulas. noli cibo tuo illũ perdere pro quo Chriſtus mortuus eſt.

Μὴ βλασφημείσθω οὖν ὑμῶν τὸ ἀγαθόν.

16 Ne veſtrum igitur bonum blaſphemator.

16 Non ergo blaſphemetur bonum noſtrum.

11 Viuo ego, ζῶ ἐγώ. Hebraicè חי אני, quæ formula eſt iuriſiurandi, & quidem Deo peculiaris, vt qui vnus verè ſua vnius vi ac poteſtate exiſtat. Perinde eſt ergo acſi diceret Dominus, tam certò futurum aliquid ac certum eſt ipſum viuere, id eſt Deum eſſe. Itaque quanuis Eſaiæ 45.d.23, (quem locum hic citat Paulus) non ſit חי אני, ſed נשבעתי בי, id eſt Per meipſum iurauí, tamen quod ad ſententiam ipſam attinet, A poſtolus nihil non tauit. Mihi ſeſe flectet omne genu, ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ. Omiſit hic nonnulla Apoſtolus, vt qui non conſituerit ſyllabas numerare, ſed ita tamen vt integra maneat ſententia. Quod autem in Complutenſi editione additur ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, cæleſtium, terreſtrium, & inferorum, puto irrepſiſſe ex Phil.2.b.10.

Confitebitur Deo, ἐξομολογήσεται τῷ Θεῷ. Id eſt me agnoſcet pro Deo. Cæterùm quod in Hebræo legitur תשבע כל לשון sub. יח, id eſt iurabit omnis lingua mihi, eodem prorſus recidit. Eſt enim iuſiurandum vera ac aperta eius Dei profeſſio, quem vt teſtem & periurii vindicem appellamus, adeo quidem vt interdum ὀμνύειν ἐν τῷ iuſiurandum declaret vniuerſum Dei cultum, vt Eſa.19.c.18.

13 Sed hic potius adhibete iudicium, ἀλλὰ τοῦτο κρίνατε μᾶλλον. Vulgata, Sed hoc iudicate magis. Eraſmus, Verùm illud iudicate magis, nimium certè obſcurè, vt multo præſtiterit vſurpare periphraſin. Eſt autem elegis antanaclaſis in verbo κρίνειν, quod quũ in priore membro ſignificet τὸ κατακρίνειν, (id eſt damnare) in hoc poſte riore declarat iudicio & conſideratione vti in aliqua re conſtituenda. Obliquèenim (vt argutè & verè obſeruauit doctiſſimus interpres) malignos iſtos cenſores perſtringit, qui huc conferunt totum ſuum acumen vt aliquid carpendum inueniant in fratrum vita, quum potius omne rationis iudicium huc conferre oportuerit, ne ſuo neglectu fratres ſuos vel præcipitent, vel in aliquod offendiculum impellant. Itaque vt iſtam antanaclaſin vtcunque ſeruaremus, priore loco maluimus κρίνειν δὲ cõuertere Iudicemus quàm Damnemus. Aut ſcandalum, ἢ σκάνδαλον. Sic nonnulli diſtingunt πρόσκομμα & σκάνδαλον, vt illud quidem de eo dicatur qui ita impingat vt tamen non concidat: ſcandalum verò ruinam complectatur. Ideo conuertit Eraſmus, Aut lapſus occaſio. Sed contrà fortaſſis σκάνδαλον minus eſt quàm πρόσκομμα. quanquam de hoc nolim litigare: hoc quidẽ certum eſt, vt hæc differentia hoc loco valeat, tamen non eſſe perpetuam.

14 Perſuaſum habeo, πέπεισμαι. Id eſt ἐπιπροφορῇ δίδω, nimirũ à Domino Ieſu, cuius Spiritu erat edoctus. vel, per Dominum Ieſum. quem videlicet dídici ſuo aduentu maceriam diruiſſe, & omnes iſtas vmbras depuliſſe. Vulgata, Confido, id eſt πέποιθα. Impurũ, κοινόν. Vulg. & Eraſ. ad verbum Cõmune. de quo diximus Mat. 15.b.11. Nos quidem noſtræ interpretationis authorem habemus Petrum Act.10.b.14, qui τὸ κοινὸν interpretatur ἀκάθαρτον. Per ſe, δι' ἑαυτοῦ. id eſt φύσει, natura, vt rectè exponit Eraſmus ex Chryſoſtomo & Theophylacto. Vulg. Per ipſum δι' αὐτοῦ, quæ lectio planè eſt deprauata, quanuis in nõnullis etiam codicibus vetuſtis & in Græcis ſcholiis inueniatur. niſi exiſtimemus αὐτοῦ pro αὐτῷ poſitum eſſe: quod interdum apud idoneos authores inueniri docet prolatis exemplis Budæus. Nam Per ipſum interpretari cum Theodorito, Per Chriſti beneficium: vel cum Seueriano, Per Deum, mihi nimis coactum videtur. Sed, εἰ μή. Vulgata, & Eraſmus, Niſi. Vide 1. Corinth.7.b.16.

16 Veſtrum, ὑμῶν. Vulgata, Noſtrum, ἡμῶν, contra omnium noſtrorum codicum fidem, nulla tamen ſenſus iniuria. Significat enim Paulus beneficium illud Chriſtianæ libertatis, cuius & ipſe particeps erat. Id verò conqueritur maledicentiæ hominum exponi, quum nonnullorum abuſu ſit vt infirmi clamitent Euangelio reſcindi Dei voluntatem, ac proinde hanc doctrinam à Deo non eſſe. Blaſphemator, βλασφημείσθω. Sic, malè audiat. Eraſmus, Hominum maledicentiæ ſit obnoxium. quæ periphraſis mihi non videtur ſatis expreſſa, vt intelligamus hanc maledicentiam in Deum ipſum redundare. Vide Matth.9.a.3.

Οὐ γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ βρῶσις καὶ πόσις, ἀλλὰ δικαιοσύνη, καὶ εἰρήνη, καὶ χαρὰ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.

17 Non enim eſt regnum Dei eſca & potus, ſed iuſtitia, & pax, & gaudium per Spiritũ ſanctũ.

17 Non eſt enim regnum Dei eſca & potus, ſed iuſtitia, & pax, & gaudiũ in Spiritu ſancto.

Ὁ γὰρ ἐν τούτοις δουλεύων τῷ Χριστῷ, εὐάρεστος τῷ Θεῷ καὶ δόκιμος τοῖς ἀνθρώποις.

18 Nã qui per hæc ſeruit Chriſto, gratus eſt Deo, & acceptus hominibus.

18 Qui enim in hoc ſeruit Chriſto, placet Deo, & probatus eſt hominibus.

Ἄρα οὖν τὰ τῆς εἰρήνης διώκωμεν, καὶ τὰ τῆς οἰκοδομῆς τῆς εἰς ἀλλήλους.

19 Nempe igitur quæ ad pacẽ faciũt, ſectemur, & quæ ad mutuam ædificationem.

19 Itaque quæ pacis ſunt ſectamur, & quæ ædificationis ſunt mutuæ.

Μὴ ἕνεκεν βρώματος κατάλυε τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ. πάντα μὲν καθαρά· ἀλλὰ κακὸν τῷ ἀνθρώπῳ τῷ διὰ προσκόμματος ἐσθίοντι.

20 Ne cibi cauſa deſtrue opus Dei. Omnia quidem pura: ſed malum eſt homini qui edit cum offendiculo.

20 Noli propter eſcam deſtruere opus Dei. omnia quidem ſunt munda: ſed malum eſt homini qui per offendiculum manducat. Tit.1.d.15

1.Cor.8.d.13

Καλὸν τὸ μὴ φαγεῖν κρέα, μηδὲ πιεῖν οἶνον, μηδὲ ἐν ᾧ ὁ ἀδελφός σου προσκόπτει, ἢ σκανδαλίζεται, ἢ ἀσθενεῖ.

21 Bonum eſt non veſci carnibus, neque biberevinum, neque quicquam in quo frater tuus impingit, aut offenditur, aut infirmus eſt.

21 Bonum eſt non mãducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut ſcandalizatur, aut infirmatur.

Σὺ πίστιν ἔχεις· κατὰ σεαυτὸν ἔχε ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. μακάριος ὁ μὴ κρίνων ἑαυτὸν ἐν ᾧ δοκιμάζει.

22 Tu fidem habes: apud temet ipſum habe coram Deo. Beatus qui non condemnat ſeipſum in eo quod approbat.

22 Tu fidẽ habes: penes temetipſum habe coram Deo. Beatus q nõ iudicat ſemetipſum in eo quod probat.

Ὁ δὲ διακρινόμενος, ἐὰν φάγῃ, κατακέκριται, ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως· πᾶν δὲ ὃ οὐκ ἐκ πίστεως, ἁμαρτία ἐστίν.

23 Qui verò ambigit, ſi ederit, condemnatus eſt, quoniam nõ edit ex fide: quicquid verò ex fide non eſt, peccatum eſt.

23 Qui autẽ diſcernit, ſi manducauerit: damnatus eſt: quia non ex fide, omne autem quod non eſt ex fide, peccatum eſt.

Κεφάλαιον ιε

CAP. XV.

CAP. XV.

Ὀφείλομεν δὲ ἡμεῖς οἱ δυνατοὶ τὰ ἀσθενήματα τῶν ἀδυνάτων βαστάζειν, καὶ μὴ ἑαυτοῖς ἀρέσκειν.

1 DEbemus autem nos qui firmi ſumus, imbecillitates infirmorum portare, ac non indulgere nobiſipſis.

1 Debemus autẽ nos fir miores, imbecillitates infirmorum ſuſtinere, & non nobis placere.

18 Per hæc, ἐν τούτοις. Id eſt, Qui pacem ac iuſtitiã tranquillè colit per Spiritũ ſanctum. Vulg. In hoc. Ἐν τούτῳ, ita videlicet vt ad Spiritum ſanctum referatur: quam lectionẽ inuenimus in vno vetuſto codice, Ambroſio, Origene, Auguſtino denique, De moribus Manichæorum lib.1.cap.14.

19 Et quæ ad ædificationem, καὶ τὰ τῆς οἰκοδομῆς. Familiare eſt Paulo Ædificandi verbum, quo ſignificãtur omnia officia quæ proximo debemus, vel vt Chriſto adiungatur, vel vt ei iam adiunctus, quotidie magis ac magis coaleſcat. Dicuntur enim fideles eſſe templum Dei in quo videlicet per Spiritum ſanctum reſideat & totus fidelium cœtus ingenti alicui ciuitati, i. nouæ Hieruſalem, comparatur, ex ipſis fidelibus quaſi lapidibus conſtructæ, vt pereleganter ac planè diuinitus ſcribitur Eſa.cap.54, & Apoc.cap.21

20 Cum offendiculo, διὰ προσκόμματος. Vulg. & Eraſ. Per offendiculum. Ego verò exiſtimo διὰ hoc in loco reſpondere נעל Hebræorum, pro עֲלוֹת vſurpatæ. Nam διὰ pro ἐν interdum poni annotauimus ſuprà, 4.b.11. ἐν verò pro σὺν toties iam obſeruauimus vt pigeat exemplum adſcribere.

21 Tu fidem habes, σὺ πίστιν ἔχεις. Quid ſit fides hoc in loco, & quid fidẽ habere, docuit ipſe Apoſtolus ſuo exemplo ſuprà, verſu 14: nempe certum ac ſecurũ eſſe libertatis Chriſtianæ in rebus mediis & indifferentibus: vt ipſe quoque Chryſoſtomus interpretatur. Id verò notandum eſt diligenter aduerſus eos qui ſuo torpori hunc Apoſtoli locũ obrẽdũt, quaſi fidei profeſſio nõ requiratur. Cæterùm quũ poſt ἔχεις fere adſcribi ſoleat nota interrogationis, ego veteres omnes noſtros codices & Græca quoque ſcholia ſequutus, ſuſtuli. Videtur enim hæc potius per conceſſionẽ quàm per interrogationẽ dici. Approbat, δοκιμάζων. id eſt quod ample explicatur. Multi enim ſunt qui dubia conſcientia aliquid audeant, aliorũ videlicet exẽplo facti audaciores: de quibus agitur proximo verſiculo. Aliis potius placet Examinandi verbum: quia multi ſunt quos conſcientia non redarguit, qui tamen grauiſſimè peccant. Id verò fit quòd aliis cogitationibus occupati in facta ſua non inquirãt. Cenſent ergo nonnulli Paulum hoc adieciſſe vt ſtuporem conſcientiæ à iudicio diſtingueret.

23 Qui verò ambigit, ὁ δὲ διακρινόμενος. Vel hæſitat, aut ſecum diſceptat. Vulgata, Qui autem diſcernit. Eraſmus, Qui autem diiudicat. Vide Matth.xum cap.21.b.21. Peccatum eſt, ἁμάρτια ἐστίν. Hic in omnibus noſtris vetuſtis codicibus & Græcis etiam ſcholiis attexuntur tres verſiculi qui in impreſſis ſolent hanc epiſtolam claudere, nempe decimiſexti capitis verſus 25, incipiens à τῷ δὲ δυναμένῳ, 26 & 27, deſinens in ἐξ ἐθνῶν εἰς πίστιν, ac fortaſſis præter omnium codicum conſenſum. Non deſunt tamen aliæ rationes quibus probetur hæc potius hoc loco legi debere quàm ad calcem epiſtolæ reiici. Noluimus tamen in recepta lectione quicquam immutare.

IN CAPVT XV.

1 Indulgere, ἀρέσκειν. Vulgata & Eraſmus, Placere. Atqui apud Latinos placere ſibi dicitur qui efferetur & & gloriatur: de quo nõ agit propriè hic Apoſtolus, ſed de eo potius qui cæteris cõtemptis ſui vnius ra-

tionem habet, idque vnum ſpectat vt animo ſuo morem gerat: quod vitium etſi cum illo coniunctum eſt, tamen nonnihil eſt diuerſum, & mox idem verbum ἀρέσκειν in laude ponitur.

Ἕκαστος γὰρ ἡμῶν τῷ πλησίον ἀρεσκέτω εἰς τὸ ἀγαθὸν πρὸς οἰκοδομήν.

2 Itaque vnuſquiſque noſtrũ proximo indulgeat in bonum, id eſt ad eius ædificationem.

2 Vnuſquiſque noſtrum proximo ſuo placeat in bonum, ad ædificationẽ.

Καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς οὐχ ἑαυτῷ ἤρεσεν, ἀλλὰ, καθὼς γέγραπται, Οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σε, ἐπέπεσον ἐπ' ἐμέ.

Pſal. 69. b. 10

3 Etenim Chriſtus non indulſit ſibiipſi, ſed, ſicut ſcriptum eſt, ‖Conuitia eorum qui conuitiantur tibi, inciderunt in me.

3 Etenim Chriſtus non ſibi placuit, ſed ſicut ſcriptũ eſt, Improperia improperantium tibi, ceciderunt ſuper me.

Ὅσα γὰρ προεγράφη, εἰς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν προεγράφη· ἵνα διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως τῶν γραφῶν, τὴν ἐλπίδα ἔχωμεν.

4 Nam quæ antè ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt: vt per patientiam & conſolationem Scripturarum, ſpẽ habeamus.

4 Quæcũq; enim ſcripta ſunt, ad noſtrã doctrinã ſcripta ſunt: ut p patientiã & conſolationẽ Scripturarum ſpẽ habeamus.

Ὁ δὲ Θεὸς τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως δῴη ὑμῖν τὸ αὐτὸ φρονεῖν εἰς ἀλλήλους, κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν.

Iſa. 11. b. 10

5 Deus autem patientiæ & cõſolationis author, ‖det vobis vt eodem animo inter vos mutuò affecti ſitis, ſecundum Chriſtum Ieſum.

5 Deus autem patientiæ & ſolatij det uobis idipſum ſapere in alterutrum, ſecundum Ieſum Chriſtum.

Ἵνα ὁμοθυμαδὸν ἐν ἑνὶ στόματι δοξάζητε τὸν Θεὸν καὶ πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

6 Vt concorditer vno ore glorificetis Deum ac Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti.

6 Vt unanimes uno ore honorificetis Deum & Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Διὸ προσλαμβάνεσθε ἀλλήλους, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς προσελάβετο ἡμᾶς εἰς δόξαν Θεοῦ.

7 Propterea aſſumite alii alios, ſicut & Chriſtus aſſumpſit nos in gloriam Dei.

7 Propter quod ſuſcipite inuicem: ſicut & Chriſtus ſuſcepit nos in honorem Dei.

Λέγω δὲ Ἰησοῦν Χριστὸν διάκονον γεγενῆσθαι περιτομῆς ὑπὲρ ἀληθείας Θεοῦ, εἰς τὸ βεβαιῶσαι τὰς ἐπαγγελίας τῶν πατέρων.

8 Illud autem dico, Ieſum Chriſtum miniſtrum fuiſſe circunciſionis, pro Dei veritate, vt confirmaret promiſſiones patrum.

8 Dico enim Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circunciſionis propter ueritatẽ Dei, ad cõfirmãdas promiſſiones Patrum.

2 Itaque vnuſquiſque, ἕκαστος γάρ. Hanc particulam pro illatiua bis iam annotauimus in hac epiſtola, c. d. 19, & 12. a. 3. Noſtrum, ἡμῶν. Vulgata. Veſtrum, ὑμῶν: quod non æquè probo, quia præceſſit ἑαυτῷ ἀρεσκέτω, debemus, & ſequitur ἡμετέραν, noſtram, verſu 4. Vtitur tamen Apoſtolus interdum huiuſmodi tranſitionibus, vt ſuprà, 13. d. 13, quũ dixiſſet περιπατήσωμεν, ambulemus, ſubiecit ἐνδύσασθε, induite. Sic enim frequenter ſolent Hebræi.

In bonum, πρὸς τὸ ἀγαθόν. Id eſt cum ipſius bono ac commodo, quod poſtea explicat. Sic enim hanc formulam vſurpat Apoſtolus, vt ſuprà, 8. c. 28, & 13. a. 4, quam & nos libenter retinuimus. Non deſunt tamen qui hoc loco πρὸς ἀγαθὸν explicent pro ἐν ἀγαθῷ, i. in re bona & honeſta, ne non ſit in re quauis indulgẽdum proximo. Sed hoc mihi non ſatis aptum videtur. Eſt enim id omnibus magis notum & vt dici oportuerit: & optimus eſt ſui interpres Apoſtolus, quum ſubiicit πρὸς οἰκοδομήν, illud nimirum explicãs quod videri potuiſſet obſcurius. Quid ſit autem οἰκοδομὴ diximus ſuprà, 14. d. 19.

3 In me, ἐπ' ἐμέ. Vt ſermo ſit abſolutus, dicendum potius ἐπ' αὐτόν, in eum: ſed huiuſmodi multa incidunt in quotidianum ſermonem, quæ ſententiam nihil immutant: quanuis (ſiquis propius inſpiciat) parum videantur cohærere. Sed & alia ratione poſſumus huic loco mederi, nẽpe ſi poſt ἀλλὰ aliquid eiuſmodi ſuppleas, vt Sed aliis, vel, Sed nobis, vel, Sed Deo: quod tamen mihi coactius videtur.

4 Antè ſcripta ſunt, προεγράφη. Id eſt à Moſe & reliquis ſcriptoribus ſacris deſcripta. Vulg. Scripta, nõ expreſſa præpoſitione προ. Eraſmus, Præſcripta, non modò non expreſſa, ſed etiam peruerſa ſententia. Et conſolationem, τῆς παρακλήσεως. Vel, Exhortationem, vt legit Ambroſius. Vtrũque enim Græco vocabulo cõuenit. Sed illud tamen videtur melius cohærere cũ patientia. Vtraque verò Scripturis tribuitur, quoniã Deus hoc inſtrumento in nobis agit.

5 Vt eodem animo affecti ſitis, τὸ αὐτὸ φρονεῖν. Vulgata, Idipſum ſapere. de quo diximus ſuprà, cap. 12. verſu 16.

7 Aſſumite, προσλαμβάνεσθε. Vulgata, Suſcipite, quod non videtur ſatis expreſſum, ob eam cauſam quã diximus ſuprà, 14. a. 1. Aſſumpſit nos in gloriam Dei, προσελάβετο εἰς δόξαν Θεοῦ. Id eſt, Nos minimè dedignatus, vltro adſciuit, quos gloriæ Dei faceret participes. Caſtellio verò conuertit, Vt & Chriſtus nobis opitulatus eſt ad gloriam Dei, ſententia (ni fallor) depranata: quanuis hoc quoque veriſſimum ſit, quicquid beneficii in Chriſto percipimus, ad Dei Patris gloriam redundare, vt ſcriptũ eſt Epheſ. 1. b. 5. Sed tamen quod Chryſoſtomus & Theophylactus εἰς δόξαν Θεοῦ connectunt cum προσλαμβάνεσθε, mihi planè violentum videtur. Deinde pro eo quod Vetus interpres δόξαν conuertit Honorem, id eſt τιμὴν, Eraſmus rectius interpretatus eſt Gloriã. Videtur enim Gloria magnificẽtius quiddã declarare, vt ipſe rectè annotauit. Nos, ἡμᾶς. Vulgata, Vos, ὑμᾶς. Sed ego illud malo.

8 Illud autem dico, λέγω δέ. Quum autem nos dico à Chriſto in gloriam Dei aſſumptos, hoc eſt quod ſignificare volo, Chriſtum videlicet, &c. Vulgata, Dico enim, λέγω γάρ. id eſt Hoc enim affirmo: quam lectionẽ in duobus vetuſtis exemplaribus inuenimus, & ego maximè probo. Vult enim Apoſtolus confirmare vtroſque

tum Iudæos tum Gentiles ab vno Chriſto eſſe aſſumptos, vt Chriſti exemplo ad mutuam in eodem Chriſto concordiam inuitet. Itaque optimè videtur conuenire particula cauſalis. Circunciſionis, τῆς περιτομῆς. Id eſt circunciſorum Iudæorum, intra quorum fines ſe continuit quandiu inter homines verſatus eſt, vt de ſe teſtatur Matthæi 15. verſu 24. Alioquin dici non poteſt circunciſionis miniſter (id eſt Legiſ) quam ſuo aduentu abrogauit, aut potius compleuit. Pro Dei veritate, ὑπὲρ ἀληθείας Θεοῦ. Id eſt, vt Deum veracem eſſe conſtaret. Veritas enim hoc quoque loco ſic accipitur vt diximus ſuprà, 3. 2. 7. Patrum, τῶν πατέρων. Id eſt patribus factas.

Τὰ δὲ ἔθνη ὑπὲρ ἐλέους δοξάσαι τὸν Θεόν· καθὼς γέγραπται, Διὰ τοῦτο ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ἔθνεσι, καὶ τῷ ὀνόματί σου ψαλῶ.

9 Et vt Gentes pro miſericordia glorificent Deum: ſicut ſcriptum eſt, ‖Propterea ᵛ confitebor tibi inter Gentes, & nomini tuo pſallam.

9 Gentes autem ſuper miſericordia honorare Deũ: ſicut ſcriptũ eſt, Propterea confitebor tibi in Gentibus Domine, & nomini tuo cantabo. Pſal. 18. d. 50 Deut. 32. f. 43

Καὶ πάλιν λέγει, Εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ.

10 Et rurſum dicit, ‖Gaudete Gẽtes cum populo eius.

10 Et iterum dicit, Lætamini Gentes cum plebe eius.

Καὶ πάλιν, Αἰνεῖτε τὸν Κύριον πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἐπαινέσατε αὐτὸν πάντες οἱ λαοί.

11 Et rurſum, ‖Laudate Dominum omnes Gentes, & collaudate eum omnes populi.

11 Et iterũ, Laudate omnes Gẽtes Dominũ: & magnificate eum omnes populi. Pſal. 117. a. 5

Καὶ πάλιν Ησαΐας λέγει, Ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαί, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσιν.

11 Et rurſum Eſaias dicit, ‖Erit radix Ieſſe, ᵛ & qui exurgat ad imperandum Gentibus, ᵛ in ipſo Gentes ſperabunt.

11 Et rurſus Eſaias ait, Erit radix Ieſſe, & qui exurget regere Gentes, in eo Gentes ſperabunt. Eſa. 11. c. 10

Ὁ δὲ Θεὸς τῆς ἐλπίδος πληρώσαι ὑμᾶς πάσης χαρᾶς καὶ εἰρήνης ἐν τῷ πιστεύειν, εἰς τὸ περισσεύειν ὑμᾶς ἐν τῇ ἐλπίδι, ἐν δυνάμει Πνεύματος ἁγίου.

13 ᵛ ‖Vtinam verò Deus ſpei impleat vos ᵛ omni gaudio & pace ᵛ credendo, vt ſpe abundetis per virtutem Spiritus ſancti.

13 Deus autẽ ſpei repleat uos omni gaudio & pace in credendo; ut abundetis in ſpe, in uirtute Spiritus ſancti.

Πέπεισμαι δὲ, ἀδελφοί μου, καὶ αὐτὸς ἐγὼ περὶ ὑμῶν, ὅτι καὶ αὐτοὶ μεστοί ἐστε ἀγαθωσύνης, πεπληρωμένοι πάσης γνώσεως, δυνάμενοι καὶ ἀλλήλους νουθετεῖν.

14 Perſuaſum autem habeo & ipſe ego de vobis, fratres mei, ᵛ quòd ipſi per vos pleni ſitis ᵛ bonitate, impleti omni cognitione, & qui poſſitis etiam ᵛ vos mutuò monere.

14 Certus ſum autem fratres mei, & ego ipſe de uobis, quoniã & ipſi pleni eſtis dilectione, repleti omni ſcientia, ita ut poſſitis alterutrum monere.

9 Et vt Gentes, καὶ τὰ ἔθνη: id eſt ἃ καὶ τὰ ἔθνη. Eſt enim coniunctio ἐπὶ συμπλοκικὴ τῆς ἑρμηνείας, vt loquitur Gaza. Repetitur ergo à communi εἰς τὸ, & vtrunque membrũ cum verbo γενέσθαι cohæret. Sic enim fuit Iudæorum miniſter Chriſtus vt Euangelium quoque voluerit Gentibus annuntiari, quemadmodum ipſe diſertè teſtatur Iohan. 10. c. 16. Certè λέγω pro iubeo & δοξάσαι pro δοξάσατε accipi nõ poteſt niſi admodum violenta interpretatione: quanuis ita videatur interpretari Græcus ſcholiaſtes. Confitebor tibi, ἐξομολογήσομαί σοι. Id eſt, Apertè profitebor & celebrabo nomen tuum, ex Hebræorum idiotiſmo, quem explanauimus Matthæi 10. c. 32.

10 Gaudete, εὐφράνθητε. Totus hic locus Deut. 32. f. 43, ita eſt corruptus in Græca editione quæ ſub nomine Septuaginta legitur, vt vix vllum appareat Hebraicæ veritatis veſtigium. ſic autem habent Hebræa, הרנינו גוים עמו. id eſt (vt Hebræi interpretes explicant) Celebrate ô Gentes, populũ eius. Paulus autẽ vel ſupplet עם עמו vt ſit עם עמו vel ſententiam ſpectauit, non verba. Non poſſunt enim Gentes populum Dei vt felicem ac beatum ex animo laudare quin eius felicitate affecti, eundem etiam Deum agnoſcant.

11 Et qui exurgat ad imperandum Gentibus, καὶ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν. Hebræa habent עומד לנס עמים, id eſt, qui ſtat in vexillum populorum. Rurſus igitur Græci ſententiam potiùs quàm verba ſunt ſequuti, quòd ſub principis vexillo agat populus. In ipſo ſperabunt, ἐπ' αὐτῷ ἐλπιοῦσιν. Hebraicè ידרושו, id eſt ipſum requirent. Idem verò ſenſus eſt. nam vulgatiſſimo Scripturæ vſu, Quærere Deum, nihil eſt aliud quàm in ipſum ſperare.

13 Vtinam verò Deus, ὁ δὲ Θεός. Vulg. & Eraſ. Deus autem. Ego optandi modum ita volui exprimere vt mollior eſſet iũctura. Deinde Deum ſpei dicere malui hoc loco ſimpliciter, Hebræorum more, quàm Deum ſpei authorem: quanuis ita hunc Hebraiſmum emollierimus ſuprà, v. 5. Aſſentior enim potius doctiſſimo interpreti qui hoc putat cum extremo ſuperiore verſiculo cohærere: quaſi diceret Apoſtolus, Faxit verò Deus ille in quo omnes ſperamus, vt omni gaudio abundetis. Omni, πάσης. Id eſt perfecto & cumulato. Non enim omnis generis gaudium & pacem Apoſtolus ſuis exoptat. Sic accipitur hæc vniuerſalis particula Epheſ. 1. verſu 3, & 1. Corinth. 13. a. 2. Quid autem Pacem vocet diximus abunde ſuprà, 5. ver. 1. Quanquam etiam ſiquis pro mutua concordia accipiat, fortaſſis non ineptè ſenſerit. Credendo, ἐν τῷ πιστεύειν. Gaudio & pacì fidem, vt effectis cauſam, adiunxit. Sunt tamen qui ἐν τῷ πιστεύειν accipiant pro εἰς τὸ πιστεύειν. i. ad hoc vt credatis, ſiue ad credendum. Sed ego illud malo.

14 Quòd ipſi per vos, ὅτι καὶ αὐτοί. Id eſt vltro & ſponte veſtra. Sic enim à Græcis ſcriptoribus vſurpatur hæc loquendi formula, vt apud Homerum, --τό μοι αὐτόθεν γε καὶ αὐτὴ Ὀτρυντύνω: quemadmodũ eruditè in hunc locum Eraſmus annotauit: quanuis maluerit cum Vetere interprete conuertere, Quòd & ipſi. Bonitate, ἀγαθωσύνης. Vulgata, Dilectione, id eſt ἀγαπωσύνης, vt quidem exiſtimat Eraſmus. Nam quod ad me attinet, nuſquam memini legere hoc nomen, ac putarim potius Veterem interpretem nomine ἀγαθωσύνης intellexiſſe quandam naturæ comitatem & ad mutuam concordiam propenſionem. Græci tamen interpretes traduut

ἀγαθωσύνῃ opponi τῇ πονηρίᾳ, id eſt improbitati, & vniuerſam quandam virtutem ſignificare. Mihi verò non diſplicet Veteris interpretis opinio, propter illa quæ de cognitione ſubiicit, & mutuæ admonitionis facultate. Videtur enim Apoſtolus hæc prætexere non tam epiſtolæ vniuerſæ quàm extremæ parti, in qua tam copioſè tamque vehementer eos monuerat vt firmi haberent infirmorum rationem. Vos mutuò, ἀλλήλους. Vel, Alii alios, vt fere ſolemus ad verbum interpretari. Sed in quatuor codicibus ſcriptum inuenimus ἄλλους, alios, quod eſt fortaſſis ἐμφατικώτερον.

Τολμηρότερον δὲ ἔγραψα ὑμῖν, ἀδελφοὶ, ἀπὸ μέρους, ὡς ἐπαναμιμνήσκων ὑμᾶς διὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσάν μοι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ,

15 Audacius verò ſcripſi vobis, fratres, aliqua ex parte, veluti commonefaciens vos, propter gratiam quæ data eſt mihi à Deo,

15 *Audacius autem ſcripſi vobis, fratres, ex parte, tanquam in memoriã nos reducẽs, propter gratiam quæ data eſt mihi à Deo,*

Εἰς τὸ εἶναί με λειτουργὸν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τὰ ἔθνη, ἱερουργοῦντα τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ, ἵνα γένηται ἡ προσφορὰ τῶν ἐθνῶν εὐπρόσδεκτος, ἡγιασμένη ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.

16 Ad hoc vt ſim miniſter Ieſu Chriſti apud Gentes: operans Euangelio Dei, vt oblatio Gentium fiat accepta, ſanctificata per Spiritum ſanctũ.

16 *Vt ſim miniſter Chriſti Ieſu in Gentibus ſanctificans Euangeliũ Dei, vt fiat oblatio Gentium accepta ſanctificata in Spiritu ſancto.*

Ἔχω οὖν καύχησιν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τὰ πρὸς τὸν Θεόν.

17 Habeo igitur quod glorier per Chriſtum Ieſum, in iis quæ ad Deum *pertinent*.

17 *Habeo igitur gloriam in Chriſto Ieſu ad Deum.*

Οὐ γὰρ τολμήσω λαλεῖν τι ὧν οὐ κατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμοῦ, εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν, λόγῳ καὶ ἔργῳ,

18 Non enim ſuſtinuerim quicquam loqui quod non effecerit Chriſtus per me, ad obedientiam Gentibus, verbis & factis,

18 *Non enim audeo aliqd loqui eorum quæ per me non effecit Chriſtus in obedientiam Gentium, verbo & factis,*

Ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων, ἐν δυνάμει Πνεύματος Θεοῦ· ὥστε με ἀπὸ Ἰερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ πεπληρωκέναι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ.

19 Virtute ſignorum ac prodigiorum, virtute Spiritus Dei: adeo vt ab Hieruſalẽ & circũiacentibus *regionibus*, vſque ad Illyricum, impleuerim prædicãdi Euangelii Chriſti munus.

19 *In virtute ſignorum & prodigiorũ. in virtute Spiritus ſancti: ita vt ab Ieruſalem per circuitum uſque ad Illyricum repleuerim Euangeliũ Chriſti.*

16 Apud Gentes, εἰς τὰ ἔθνη. Vulg. & Eraſ. In Gentes. In vno codice adiectum inuenimus πάσας, omnes, quod minimè videtur otioſum. Operans Euangelio, ἱερουργοῦντα τὸ εὐαγγέλιον. Vulgata, Sanctificans. Eraſmus, Sacrificans. Auguſtinus, Conſecrans: quæ omnes interpretationes nimium certè ſunt obſcuræ. Conſtat autem τὸ ἱερουργεῖν prorſus reſpondere Latino verbo Operari, quod & ipſum de rebus ſacris propriè dicitur, ſi Nonio credimus. Vt oblatio Gentium fiat accepta, ἵνα γένηται ἡ προσφορὰ τῶν ἐθνῶν εὐπρόσδεκτος. Oblationem Gentium paſſiuè vocat Gentes ipſas, quibus ſe tanquam ſacrificum dicit Deo quaſi victimis litare.

18 Non enim ſuſtinuerim dicere, οὐ γὰρ τολμήσω λαλεῖν. Vulgata & Eraſmus hoc loco accipiunt τολμᾶν pro Audere: perinde acſi diceret Apoſtolus ſe nõ eſſe aliena facta, ſed ſua vnius cõmemoraturum. Atqui quiſquis hoc modo præfatur, ſe non audere aliquid eloqui, quid aliud ſignificat quàm voluntatem ſibi non deeſſe, ſed facultatem? Itaque hanc interpretationem non poſſum amplecti. Illud verò conſtat, τολμᾶν apud Græcos interdum reſpondere Latino verbo Suſtinere, pro Poſſe & parem eſſe alicui graui & difficili rei præſtandæ. Sic Plato libro ſecundo De republica, ἐὰν τολμήσῃ ἀπέχεσθαι τοῦ ἀλλοτρίου, qui ſuſtineat ab alieno abſtinere. Sic Quintilianus lib. 1. cap. 4, Nec enim huius rei iudicium differre ſuſtineo. Sic quoque accipitur ſuprà, 5. b. 7: & mihi videtur hæc ſignificatio huic loco in primis accommodata. Quicquam loqui quod non effecerit Chriſtus per me, λαλεῖν τι ὧν οὐ κατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμοῦ. Id eſt, Ita mihi omnibus in rebus omnibúſque modis adfuit Chriſtus, vt etiamſi maximè velim, tamen dicere non poſſim quid per me non effecerit, vt Gentes Euangelio obedirent. Quanuis igitur Græca habeant ad verbum, Quicquam eorum quæ per me non effecit Chriſtus, vt etiam Vetus interpres & Eraſmus conuerterunt, tamen hoc perinde accipiendum eſt acſi ſcriptum eſſet λαλεῖν τι ὧν οὐ κατειργάσατο. quod quidem commodè fieri poteſt, ita vt nulla vis vllo verbo adferatur. Is enim per quẽ Chriſtus omnia effecit, quomodo poſſit quicquã dicere eorum quæ Chriſtus per ipſum non effecerit? Hæc eſt igitur (vt opinor) germana huius loci expoſitio, quam videntur etiam Græca ſcholia ſignificare, & Ambroſius apertè amplectitur. Quominus autem cum Eraſmo ſequar Origenis ſententiam, non tantùm obſtat verbum τολμῶ, de quo in ſuperiore annotatione dixi, ſed hoc etiam in primis, quòd, ſi eam ſequaris, neceſſe prorſus fuerit (quantum quidem poſſum iudicare) iſta omnia ὑπὸ τολμήσω λαλεῖν ἃ οὐ κατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμοῦ, per parẽthẽſin diſtinguere ab iis quæ ſequuntur, vtpote quæ Paulus non de aliis, ſed de ſe vno commemoret. Id verò ſi facias, nõ video qui poſſint ſatis aptè iſta cũ verſiculo 17 cõnecti: quod tamẽ neceſſariò faciẽdũ erit. Quid ſi verò (vt ſæpe Hebræi) tranſpoſitã negantẽ particulã dicamus, vt οὐ λαλεῖν idẽ valeat atq; οὐκ ἀναγκαῖον? Erit igitur hæc ſententia, Non enim ſuſtinuerim nõ dicere (i. tacendo diſſimulare) quicquã ex iis quæ per me Chriſtus effecit. Nã ſic ſolet Paulus nonnihil præfari quoties de ſe dicere cogitur, vt muneris ſui dignitatem conſeruet. Abſit tamen vt quicquam mutẽ ex coniectura, in tanto præſertim codicũ conſenſu. Addecendis ad obedientiam Gẽtibus, εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν. Vulg. & Eraſ. ad verbum, In obedientiam Gentium, quod nemo facilè intelligat.

19 Virtute Spiritus Dei, ἐν δυνάμει Πνεύματος Θεοῦ. Vel, Promanante à virtute Spiritus Dei. Nam priore loco δυνάμεις declarat vim & efficaciam prodigiorum in animis hominum percellendis: poſteriore verò loco ſignificat diuinam poteſtatem illius effectricem. Illud autem leuiculum eſt quòd Vetus interpres pro

πνεύματος θεοῦ legit Πνεύματος ἁγίου, Spiritus ſancti. Et circumiacentibus regionibus, καὶ κύκλῳ. Vulgata, Per circuitum, ὡς κύκλῳ. Impleuerim, πεπληρωκέναι. Vel, Obierim, vt Matthæi cap.10.verſu 23.Sed illud tamen videtur magis expreſſum. Prædicandi Euangelii Chriſti munus, διαγγέλειν τὸ Χριστοῦ. Vulg.& Eraſ. ad verbum,Euangelium Chriſti,nimium profectò obſcurè. Vide ſuprà,1.b.6.

Οὕτω δὲ φιλοτιμούμενον εὐαγγελίζεσθαι, οὐχ ὅπου ὠνομάσθη Χριστὸς, ἵνα μὴ ἐπ' ἀλλότριον θεμέλιον οἰκοδομῶ·

10 Ita porro ᵛambiens prædicare Euangelium, non vbi nominatus eſſet Chriſtus, vt ne ſuper alienum fundamẽtum ædificarem:

10 *Sic autẽ prædicaui Euangelium hoc,non ubi nõ nominatus eſt Chriſtus, ne ſuper alienum fundamẽtum ædificarem:*

Ἀλλὰ, καθὼς γέγραπται, Οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ αὐτοῦ, ὄψονται· καὶ οἱ οὐκ ἀκηκόασι, συνήσουσι.

11 Sed, ſicut ſcriptum eſt, ‖Quibus non eſt annũtiatum de eo, videbunt: & qui nõ audierunt, intelligent.

11 *Sed, ſicut ſcriptum eſt, Eſa.52.d.15 Quibus nõ eſt annũtiatũ de eo, uidebunt: & q nõ audierunt, intelligent.*

Διὸ καὶ ἐνεκοπτόμην τὰ πολλὰ τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς.

12 ‖Quapropter etiam impeditus ſum ſæpe ne venirem ad vos.

12 *Propter quod & impediebar plurimum uenire ad uos.* *Supra,1.b.13*

Νυνὶ δὲ μηκέτι τόπον ἔχων ἐν τοῖς κλίμασι τούτοις, ἐπιποθίαν δὲ ἔχων τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς ἀπὸ πολλῶν ἐτῶν·

13 Nunc verò quum non amplius habeam locum in his regionibus, ‖deſiderium autẽ habeam veniendi ad vos à multis annis:

13 *Nunc uerò ulterius locũ non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens ueniendi ad uos ex multis iam præcedentibus annis:* *Supra,1.b.13 1.theſſ.2.17*

Ὡς ἐὰν πορεύωμαι εἰς τὴν Σπανίαν, ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς. ἐλπίζω γὰρ διαπορευόμενος θεάσασθαι ὑμᾶς, καὶ ὑφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι ἐκεῖ ἐὰν ὑμῶν πρῶτον ἀπὸ μέρους ἐμπλησθῶ.

14 ᵛQuandocunque proficiſcar in Hiſpaniam, ᵛveniam ad vos. Spero enim fore vt *iſtac* præteriens, videam vos, & à vobis deducar illuc: ſi tamen ᵛveſtra cõſuetudine prius ex parte ᵛexpletus fuero.

14 *Quum in Hiſpaniam proficiſci cœpero, ſpero quòd præteriens uideam uos, & à uobis deducar illuc: ſi uobis primùm ex parte fruitus fuero.*

Νυνὶ δὲ πορεύομαι εἰς Ἰερουσαλὴμ, διακονῶν τοῖς ἁγίοις.

15 Nunc autem ᵛproficiſcor Hieroſolymã, ᵛminiſtrãs ſanctis.

15 *Nunc igitur proficiſcor in Ieruſalem miniſtrare ſanctis.*

Εὐδόκησαν γὰρ Μακεδονία καὶ Ἀχαΐα κοινωνίαν τινὰ ποιήσασθαι εἰς τοὺς πτωχοὺς τῶν ἁγίων τοὺς ἐν Ἰερουσαλήμ.

16 ᵛPlacuit enim Macedoniæ & Achaiæ ᵛconferre aliquid in pauperes ſanctos qui ſunt Hieroſolymis.

16 *Probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes ſanctorum qui ſunt in Ieruſalem.*

10 Ambiens,&c.φιλοτιμούμενον, &c. Vetus interpres,Sic autem prædicaui Euangelium hoc,prorſus diuerſam lectionem ſequutus.Eraſmus,Annitens,quod mihi videtur nimis dilutum. Alienum, ἀλλότριον. Id eſt ab alio quopiam iactum.Nam alioquin alienum dicitur quod eſt extraneum,id eſt quod non ſit Chriſti auſpiciis,vt Iohan.10.a.5.

11 Sæpe,πολλά. Id eſt πολλάκις. Vulg. Plurimùm, manifeſto errore. Nec minus lapſus eſt Stapulenſis (vir alioquin beatæ memoriæ)quum ſcriberet vertendum eſſe Multis,vel,Circa multa.

14 Quandocunque,ὡς ἐάν. Eraſmus in hunc locum, Si, inquit, ὡς ἐὰν legatur diſiunctim, ſonat Vt ſiſti coniunctim, verti poterat Simulatque. Ego verò docui ex idoneis authoribus ὡς & ὅταν eſſe interdum aduerbia quæ temporis vocant, Act.3.c.19,vt ὡς ἄν, vel ὡς ἐὰν (vtrunque enim legitur)idem declaret atque ὅταν: quod vidit quoque Stapulenſis:nam ita etiam accipitur 1.Cor.11.g.34.Sed idem nõ rectè legit πορεύομαι in præſenti.

15 Veniam ad vos, ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς. Hoc videtur non legiſſe Chryſoſtomus:nec tamen poſſis tollere, niſi etiam δὲ expungas poſt ἐλπίζω. Origenem nihil moror, cuius commentarios ita videtur deprauaſſe Ruffinus (is enim eſt eorum interpres,non Hieronymus) vt errata erratis cumularit. Denique plana eſt ea lectio quæ paſſim eſt recepta, quam etiam in omnibus noſtris vetuſtis codicibus integram inuenimus.

Veſtra conſuetudine, ὑμῶν. Vulgata ad verbum, Vobis, obſcurè. Expletus fuero, ἐμπλησθῶ. Vulgata, Fruitus fuero, ἀπολαύσω. quod neque ſatis eſt expreſſum declarando ſummo deſiderio, neque admodum(opinor)vſitatum. Neque enim alibi memini legere quàm ſemel apud Vlpianum, non optimum Latinitatis authorem.

15 Proficiſcor,πορεύομαι. Vulgata, Proficiſcar,πορεύσομαι, nõ ſatis aptè mutato tempore. Significat enim Paulus ſe iam eſſe in procinctu,vt profectionem differre non poſſit. Miniſtrans, διακονῶν. Id eſt, Sanctis hoc officii impendens perferendæ ad eos pecuniæ in ipſorum vſus collectæ. Nam verbum διακονῶν, quum alioquin ad omnes functiones Eccleſiaſticas pertineat, hic peculiariter accipitur pro eo munere quod adminiſtrabant qui diaconi propriè dicebantur.i.qui ærario Eccleſiaſtico præerant, vt diximus alibi. Miniſtrandi autem vocabulum abſolutè poſuimus,ex theologorum more,quem attigimus Act.13.a.2.

16 Placuit,εὐδόκησαν. Vulgata ad verbum, Probarunt: quanquam etiam aliquid amplius videtur hoc verbo ſignificari, nempe quum vltro & ex bonitate quadam alacri bene volumus cuipiam, aut rem aliquam probamus. Sed hoc loco alacritatem illam duntaxat declarat quam maximè requirit Deus in charitatis officiis,vt ſcriptũ eſt 2.Cor.9.b.7:quum alioquin(vt mox ſubiicitur)nihil hic fecerint Achæi vel Macedones quod facere non tenerentur. Sed de hoc verbo plura diximus Matth.5.d.17,& Luc.1.b.14. Conferre aliquid, κοινωνίαν τινὰ ποιήσασθαι. Vel,vt Vetus interpres, Collationẽ aliquam facere. Stapulenſis mauult Communionẽ

vt non meptè quoque possis conuertere. Conferre aliquid in communionem pauperum sanctorum, &c. Erat. Communicationem aliquam facere quam periphrasin nusquam memini legere.

2.Cor.6.b.11

Εὐδόκησαν γάρ, καὶ ὀφειλέται αὐτῶν εἰσίν. εἰ γὰρ τοῖς πνευματικοῖς αὐτῶν ἐκοινώνησαν τὰ ἔθνη, ὀφείλουσι καὶ ἐν τοῖς σαρκικοῖς λειτουργῆσαι αὐτοῖς.

27 ¶Placuit enim, inquam, & debitores illorum sunt. nam si spiritualia ipsorũ bona Gentes participarunt, debent etiam ipsa in carnalibus eis ministrare.

27 Placuit enim ea, & debitores sunt eorũ. nã si spiritualiũ eorũ participes facti sunt Gentiles, debent et in carnalib' ministrare illis.

Τοῦτο οὖν ἐπιτελέσας, καὶ σφραγισάμενος αὐτοῖς τὸν καρπὸν τοῦτον, ἀπελεύσομαι δι' ὑμῶν εἰς τὴν Σπανίαν.

28 Hoc igitur vbi perfecero, & ᵛeis confignauero ᵛhunc fructũ, abibo ᵛistac in Hispaniam.

28 Hoc igitur quũ absummauero, & assignauero eis fructum hunc per me, proficiscar in Hispaniã.

Οἶδα δὲ ὅτι ἐρχόμενος πρὸς ὑμᾶς, ἐν πληρώματι εὐλογίας τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ ἐλεύσομαι.

29 Scio verò me, quum veniam ad vos, ᵛcũ plena benedictione Euangelii Christi venturum.

29 Scio autem quoniam veniens ad uos, in abundãtia benedictionis Christi uenuam.

Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ Πνεύματος, συναγωνίσασθαί μοι ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν Θεόν.

30 Precor autem vos, fratres, per Dominum nostrũ Iesum Christum, & ᵛper charitatẽ Spiritus, ᵛvt mecum certetis ᵛnestris pro me apud Deum precibus.

30 Obsecro ergo uos fratres, per Dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem Spiritus, ut adiuuetis me in orationibus pro me ad Deum.

Ἵνα ῥυσθῶ ἀπὸ τῶν ἀπειθούντων ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, καὶ ἡ διακονία μου ἡ εἰς Ἰερουσαλὴμ εὐπρόσδεκτος γένηται τοῖς ἁγίοις.

31 Vt liberer ab iis qui rebelles sunt in Iudæa: vtque ministerium hoc meum ᵛerga Hierusalẽ, acceptum sit sanctis.

31 Vt liberer ab infidelib' q sunt in Iudea, & o' se qui mei oblatio accepta fiat in Ierusalem sanctis.

Ἵνα ἐν χαρᾷ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς διὰ θελήματος Θεοῦ, καὶ συναναπαύσωμαι ὑμῖν.

32 Vt cum gaudio veniam ad vos per voluntatem Dei, vnáque vobiscum refociller.

32 Vt ueniã ad uos in gaudio per uoluntatem Dei, ut refrigerer uobiscum.

17 Ministrare, λειτουργῆσαι. Id est διακονῆσαι, vsibus videlicet ipsorũ inseruire: qua ratione omnes Christiani dici possunt λειτουργοί, præsertim quum iuuare proximum, sit quædam (vt ita dicam) sacrificij species, & quidem Deo gratissimi. alioquin λειτουργὸς & διάκονος dicitur qui publico munere fungitur, vt diximus Act. 13.a. 2, & suprà, 13.2.4 & 5. Cæterùm leuiculum est quòd κοινωνῶν verti participare, actiua significatione, pro participem fieri, vt vertit Vetus interpres: quum Erasmus maluerit vti communicandi vocabulo. Deinde σαρκικὰ interpretor carnalia, potius quàm humana, vt Castellio nouè conuertere maluit, quàm rationi & vsui aliquid tribuere. Quasi verò Paulo etiam non licuerit pro πνευματικὰ dicere πνευτὰ, & pro σαρκικὰ, σαρκώντα vel σαρκίνια. Sed multo certè expressius loquitur Apostolus, non iam simpliciter diuina cum humanis conferens, sed etiam ostendens quantum inter hæc interfit, quũ iis vtatur vocabulis quibus harũ rerũ natura ipsa explicatur.

28 Eis confignauero, σφραγισάμενος αὐτοῖς. Id est, apud ipsos fideliter & quasi annulo obsignatũ depofuero. Commendat enim, opinor, tum suam in illa perferenda, tum etiam aliorum in custodienda illa pecunia diligentiam ac fidem: translatione sumpta à veterum more, qui annulis obsignabant quæ in tuto volebant reposita. Neque verò video qua ratione relativum αὐτοῖς, eis, commodius ad Macedones dantes quàm ad Hierosolymitanos è manu Pauli accipientes referatur: quanuis in ea opinione sit Erasmus. Hunc fructũ, τὸν καρπὸν τοῦτον. Id est, hanc pecuniam in vsus pauperum collectam. Elegans certè loquendi formula, ex qua intelligimus eleemosynas verum esse fidei & charitatis fructum, siue dantem siue accipientem, siue vtrunque spectes.

Istac. διʼ ὑμῶν, ad verbum Per vos. Est itaque hoc quoque dicendi genus, vt alia multa, petitũ è medio, ex sententia ipsa non ex verbis æstimandum.

29 Cum plena benedictione Euangelii, ἐν πληρώματι εὐλογίας τοῦ εὐαγγελίου. Duplicem Hebraismum, ἐν pro ἐπὶ, & duo appellatiua pro constructione appellatiui cum adiectiuo, (ita enim grammatici loquuntur) sæpe iam annotauimus. Vulg. In abundãtia benedictionis Christi, expungens τοῦ εὐαγγελίου, (quod etiam non legit Ambrosius) & vtroq; seruato Hebraismo: quorũ tamen prior nonnihil est obscurus. Eras. In plenitudine Euãgelii Christi, ad modũ obscurè. Est autẽ hæc sententia, (opinor) certò scire Apostolum, suum aduentum Romanis futurũ maximè frugiferum, tum enim fore vt Deus ipsis cumulatissimè impertiat Euangelicorum mysteriorum cognitionem cum illis communicandam. Itaque non assentior Erasmo qui putat Benedictionis nomine significari eleemosynam, quasi Romanos quoque exhortetur Apostolus ad conferendũ aliquid. Sunt quoque qui hãc abundantiã benedictionis ad Romanos referant: quasi dicat Apostolus se non dubitare quin apud eos copiosissimũ Euãgelii fructum inueniat. quam sententiã si sequaris, accipiendum erit ἐν πληρώματι pro εἰς πλήρωμα, in plenitudinem benedictionis Euangelii. i. in eum locum vbi plenè abundat Euangelii gratia.

30 Per charitatem Spiritus, διὰ τῆς ἀγάπης Πνεύματος. Id est, per mutuã illã coniunctionẽ, qua Spiritus sanctus animos nostros deuinxit: quã vocat cõmunionẽ Spiritus, Phil 2.a. vnde Christiana illa φιλανθρωπία, charitatis Christianæ effectrix, quã vno spiritu membra omnia reguntur. Hoc igitur vnũ est ex illis Pauli phrasibus, quibus nihil neque grauius, neque excellentius, neque diuinius cogitari potest. Vt mecum certetis, συναγωνίσασθαί μοι Vulg. Vt adiuuetis me. βοηθῆσαί μοι, non satis expressè. Indicat enim Paulus magnũ sibi certamen instare, metaphora à re militari sumpta: præsagiens nimirũ quod euenit, vt extremum periculũ adiret. Erasmus, Vt me laborantem adiuuetis, i. συμπονῆσαι, vel συναγωνιζόμενοι, quod & ipsum est nimis dilutum.

31 Erga Hierusalem, εἰς Ἰερουσαλήμ. Id est (vt cõuertit Erasmus) Quod exhibeo Hierosolymis. Vetus interpres legit ἐν Ἰερουσαλήμ, sublato articulo, & cum verbo γένηται coniunxit. Idem quoque pro ἡ διακονία μου, vertit Ministerii mei oblatio, id est ἡ τῆς διακονίας μου προσφορά.

Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης μετὰ πάντων ὑμῶν. ἀμήν.

33 Deus autem pacis *princeps*, ſit cum omnibus vobis. Amen.

33 *Deus autem pacis ſit cũ omnibus nobis. Amen.*

Κεφάλαιον κϛ

CAP. XVI.

CAP. XVI.

Συνίστημι δὲ ὑμῖν Φοίβην τὴν ἀδελφὴν ἡμῶν, οὖσαν διάκονον τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Κεγχρεαῖς·

1 COmmẽdo autẽ vobis Phœben ſororẽ noſtram, quæ eſt miniſtra Eccleſiæ Cẽchreenſis:

1 *COmmendo autẽ nobis Phœbẽ ſororẽ noſtrã, quæ eſt in miniſterio Eccleſiæ quæ eſt in Cẽchreis:*

ἵνα αὐτὴν προσδέξησθε ἐν Κυρίῳ ἀξίως τῶν ἁγίων, καὶ παραστῆτε αὐτῇ ἐν ᾧ ἂν ὑμῶν χρῄζῃ πράγματι· καὶ γὰρ αὐτὴ προστάτις πολλῶν ἐγενήθη, καὶ αὐτοῦ ἐμοῦ.

2 Vt eã excipiatis in Domino ſicut vt dignũ eſt ſãctis, & adſitis ei quæcũq; in re *ipſi* vſus fuerit vobis: nã hæc tũ multis hoſpitiũ præbuit, tũ mihi etiã ipſi.

2 *Vt eã ſuſcipiatis in Domino dignè ſanctis, & aſſiſtatis ei in quocũque negotio veſtri indiguerit. etenim ipſa quoque aſtitit multis, & mihi ipſi.*

Ἀσπάσασθε Πρίσκιλλαν καὶ Ἀκύλαν τοὺς συνεργούς μου ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ·

3 Salutate ¶ Priſcillam & Aquilã, adiutores meos in Chriſto Ieſu:

3 *Salutate Priſcam & Aquilam adiutores meos in Chriſto Ieſu:* Act.18.a.3.g.26

οἵτινες ὑπὲρ τῆς ψυχῆς μου τὸν ἑαυτῶν τράχηλον ὑπέθηκαν· οἷς οὐκ ἐγὼ μόνος εὐχαριστῶ, ἀλλὰ καὶ πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι τῶν ἐθνῶν.

4 Qui pro anima mea ſuam ipſorum ceruicẽ ſuppoſuerunt: quibus non ego ſolus gratias ago, ſed etiam omnes Eccleſiæ Gentium.

4 *Qui pro anima mea ſuas ceruices ſuppoſuerunt: quibus nõ ſolus ego gratias ago, ſed & cunctæ Eccleſiæ Gentium.*

Καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐτῶν ἐκκλησίαν. Ἀσπάσασθε Ἐπαίνετον τὸν ἀγαπητόν μου, ὅς ἐστιν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας εἰς Χριστόν.

5 Item ¶ Eccleſiam quæ in domo eorum eſt. Salutate Epænetum dilectum mihi, qui ¶ primitias Achaiæ in Chriſto.

5 *Et domeſticã Eccleſiã eorum. Salutate Epænetũ dilectum mihi, qui eſt primitiuus Aſiæ in Chriſto.*

Ἀσπάσασθε Μαριάμ, ἥτις πολλὰ ἐκοπίασεν εἰς ἡμᾶς.

6 Salutate Mariam quæ multum laborauit erga nos.

6 *Salutate Mariam, quæ multũ laborauit in nobis.*

Ἀσπάσασθε Ἀνδρόνικον καὶ Ἰουνίαν τοὺς συγγενεῖς μου καὶ συναιχμαλώτους μου, οἵτινές εἰσιν ἐπίσημοι ἐν τοῖς ἀποστόλοις, οἳ καὶ πρὸ ἐμοῦ γέγονον ἐν Χριστῷ.

7 Salutate Andronicum & Iuniam, cognatos meos, & concaptiuos meos qui ſunt inſignes ¶ inter Apoſtolos, qui etiam ante me ¶ fuerunt in Chriſto.

7 *Salutate Andronicum & Iuniam cognatos meos, qui ſunt nobiles in Apoſtolis, qui & ante me fuerũt in Chriſto.*

Ἀσπάσασθε Ἀμπλίαν τὸν ἀγαπητόν μου ἐν Κυρίῳ.

8 Salutate ¶ Ampliam dilectũ mihi in Domino.

8 *Salutate Ampliatum dilectiſſimum mihi in Domino.*

33 Deus autem pacis *princeps*, ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης. Hunc Hebraiſmum ſuppleuimus ex Eſa.9.b.7.

IN CAPVT XVI.

1 In Domino, ἐν Κυρίῳ. Id eſt Chriſti nomine, ſeu in Chriſti gratia. Eſt autem notandum hoc quoque quo exprimitur τὸ ἴδιον Chriſtianæ charitatis, quũ alioquin etiam apud profanos homines extent iſtarum virtutum ſimulacra. Hoſpitium præbuit, προστάτις ἐγένετο. προστάτις in genere præfectum declarat. itẽ patronum ac defenſorẽ: quã ſignificatione putarunt hîc plerique Phœben dici προστάτιν, quòd multis & ipſi quoque Paulo adfuiſſet. Mihi verò videtur hoc nomen grauius, ſi in ea ſignificatione accipias, quàm vt mulieri cõueniat. Sciendum eſt igitur προστάτιν peculiari nomine dictos qui & πρόξενοι dicebantur, i. qui à ciuitate aliqua deligebantur vt hoſpites ac peregrinos domum ſuam atque adeo in fidem ſuam reciperent: quod ſignificat Euſtathio προστάσθαι τὸ ξένους. Significat ergo Apoſtolus, huius Phœbes miniſtræ Eccleſiæ Cenchreenſis domum, veluti publicæ ſanctorum hoſpitis, fratribus peregrinis patuiſſe: quas virtutes in vidua requirit, 1. Timoth.5.b.10.

3 Priſcillam, Πρίσκιλλαν. Sic vocatur huius Aquilæ vxor, Act.18.a.2,& g.26. Conſentiunt hîc quoque pleraque exemplaria. In nonnullis tamen legitur Πρίσκαν, Priſcam, vt etiam legit Vetus interpres.

5 Eccleſiam, ἐκκλησίαν. Id eſt fidelium cœtum. Erant enim iſti tum pietate tum eruditione inſignes, vt teſtatur Lucas & Paulus ipſe, qui pro collegis ſuis illos numerat. neque mirũ eſt in tam ampla ciuitate diſtinctos fuiſſe fidelium cœtus. Cæterùm vt Græcum vocabulum retinerem, non eo tantùm ſum adductus quòd trium ſit Latinorum auribus, ſed etiam vt tandem dediſcat mundus craſſum illum errorem quo factum eſt vt Eccleſiam duntaxat pro templo accipiant plerique. At contrà, Eraſmus hoc dedit ſuo ſeculo vt mallet Congregationem interpretari. Primitias Achaiæ ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας. Alluſio eſt ad Legales ceremonias, quòd hîc primus ex Achaiis ſeſe Chriſto conſecraſſet, Euangelium amplexus. Sic enim malo accipere quàm cum Ambroſio referre ad hominis dignitatem. Cæterùm pro Ἀχαΐας Vetus interpres legit Ἀσίας, Aſiæ. quam lectionem in vno duntaxat codice vetuſto inuenimus. Quòd autem idem Vetus interpres ἀπαρχὴ conuerterit, Qui eſt primitiuus, meritò mutatũ eſt ab Eraſ. in, Qui eſt primitiæ. Sed hoc quoq; mihi viſũ eſt duriuſculũ.

7 Inter Apoſtolos, ἐν τοῖς ἀποστόλοις. Id eſt, Quorũ nomen apud ipſos etiam Apoſtolos viget. vel, Qui & ipſi ſunt inſignes Apoſtoli. Sic enim accipitur interdũ hoc nomen in genere pro iis qui Chriſti nomine ſungũtur legatione, vt 2.Cor.8.d.23. Fuerunt in Chriſto, γέγοναν ἐν Χριστῷ. Id eſt Chriſto ſunt per fidem inſiti. Eſtque diligenter notanda hæc formula, cuius emphaſin non expreſſeris ſi dixeris, Qui Chriſto acceſſerunt, vel Chriſto nomen dederunt.

8 Ampliam, Ἀμπλίαν. Vulgata legit Ἀμπλιάτον, Ampliatum, quod & in vno codice inuenimus.

Ασπάσασθε Οὐρβανὸν τὸν συνεργὸν ἡμῶν ἐν Χριστῷ, καὶ Στάχυν τὸν ἀγαπητόν μου.

9 Salutate Vrbanum, adiutorem noſtrum in Chriſto, & Stachyn mihi dilectum.

9 Saluiate Vrbanum ad. iutorem noſtrum in Chriſto Ieſu, & Stachyn dilectum meum.

Ασπάσασθε Ἀπελλῆν τὸν δόκιμον ἐν Χριστῷ. Ασπάσασθε τοὺς ἐκ τῶν Ἀριστοβούλου.

10 Salutate Apellem, probatũ in Chriſto. Salutate eos qui ſũt ex Ariſtobuli familiaribus.

10 Saluiate Apellen, probatum in Chriſto. Saluiate eos qui ſunt ex Ariſtobuli.

Ασπάσασθε Ἡρῳδίωνα τὸν συγγενῆ μου. Ασπάσασθε τοὺς ἐκ τῶν Ναρκίσσου, τοὺς ὄντας ἐν Κυρίῳ.

11 Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos qui ſunt ex Narciſſi familiaribus, eos inquam qui ſunt in Domino.

11 Saluiate Herodionem cognatum meum. Saluiate eos q ſunt ex Narciſſo, qui ſunt in Domino.

Ασπάσασθε Τρύφαιναν καὶ Τρυφῶσαν τὰς κοπιώσας ἐν Κυρίῳ. Ασπάσασθε Περσίδα τὴν ἀγαπητήν, ἥτις πολλὰ ἐκοπίασεν ἐν Κυρίῳ.

12 Salutate Tryphænã & Thryphoſam quæ laborant in Domino. Salutate Perſida dilectam, quæ multum laborauit in Domino.

12 Saluiate Tryphenã & Tryphoſã, quæ laborãt in Domino. Saluiate Perſidẽ chariſſimam, quæ multum laborauit in Domino.

Ασπάσασθε Ῥοῦφον τὸν ἐκλεκτὸν ἐν Κυρίῳ, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ καὶ ἐμοῦ.

13 Salutate Rufum ſelectum in Domino, & matrem eius ac meam.

13 Saluiate Rufum electum in Domino, & matrem eius & meam.

Ασπάσασθε Ἀσύγκριτον, Φλέγοντα, Ἑρμῆν, Πατρόβαν, Ἑρμῆν, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς ἀδελφούς.

14 Salutate Aſyncritum, Phlegontem, Hermam, Patrobam, Mercurium, & qui cum iis ſunt fratres.

14 Saluiate Aſyncritum, Phlegontem, Herman, Patroban, Hermen, & qui cum eis ſunt fratres.

Ασπάσασθε Φιλόλογον καὶ Ἰουλίαν, Νηρέα καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ, καὶ Ὀλυμπᾶν, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς πάντας ἁγίους.

15 Salutate Philologum & Iuliam, Nereum & ſororem eius, & Olympã, & qui cum iis ſunt, omnes ſanctos.

15 Saluiate Philologum et Iuliã, Nereũ & ſororem eius, & Olympiadem, & omnes q cũ eis ſũt ſanctos.

Ασπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ. Ασπάζονται ὑμᾶς αἱ ἐκκλησίαι τοῦ Χριστοῦ.

16 ¶ Salutate alii alios oſculo ſancto. Salutant vos Eccleſiæ Chriſti.

16 Saluiate inuicem in oſculo ſancto. Saluiant eos omnes Eccleſiæ Chriſti.

2. Cor. 16. d. 20 & 13. d. 12 1. Pet. 5. d. 14

Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, σκοπεῖν τοὺς τὰς διχοστασίας καὶ τὰ σκάνδαλα παρὰ τὴν διδαχὴν ἣν ὑμεῖς ἐμάθετε, ποιοῦντας, καὶ ἐκκλίνατε ἀπ' αὐτῶν.

1. Tob. d. 10

17 Precor autem vos, fratres, vt ſpeculemini diſſidiorum & ſcãdalorum authores, præter doctrinam quam vos didiciſtis: & declinetis ab eis.

17 Rogo autẽ uos, fratres, ut obſeruetis eos qui diſſenſiones & offendicula præter doctrinam quam uos didiciſtis, faciunt, & declinate abillis.

Οἱ γὰρ τοιοῦτοι τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ οὐ δουλεύουσιν, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ· καὶ διὰ τῆς χρηστολογίας καὶ εὐλογίας ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων.

18 Nã qui eiuſmodi ſunt, Domino noſtro Ieſu Chriſto non ſeruiunt, ſed ſuo ventri: per blandiloquẽtiam & aſſentationem corda hominum minimè malorum ſeducunt.

18 Huiuſmodi enim Chriſto Domino noſtro nõ ſeruiunt, ſed ſuo uẽtri: et per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium.

15 Olympam, Ὀλυμπᾶν. Viri nomen, non mulieris. Vulgata, Olympiadem, contra omnium noſtrorum codicum fidem.

16 Oſculo, φιλήματι. Referendum hoc eſt ad eorum temporum morem: cuius exempla paſſim non modò in Sacris literis, ſed etiam apud profanos ſcriptores extant. Sanctum autem vocat quod ab animo proficiſcitur ſanctæ illius charitatis pleno.

17 Vt ſpeculemini, σκοπεῖν. Id eſt, attentè & diligenter quaſi hoſtes è ſpecula obſeruetis. Vulg. Vt obſeruetis, id eſt πηρεῖν vel φυλάττειν. Eraſmus, Conſideretis, quod minus etiam quadrat.

18 Per blandiloquentiam, διὰ τῆς χρηστολογίας. Hoc vocabulum ſicut ex duobus compoſitum eſt, ita duplicem vim habet, quam vix poſſis niſi longo circuitu verborum Latinè exprimere. Primùm enim is eſt χρηστολόγος qui verbis multum pollicetur, re nihil præſtat: deinde quem ſi audias, dicas de te & commodis tuis magis quàm de ſeipſo ſolicitum. Huius ſceleris exemplar ſit Satanæ tentatio qua Euam fefellit: quanquã non ita proculabeundum vt plurima & certiſſima ſpectemus eius exempla. Et aſſentationem, καὶ εὐλογίας. τὸ εὐλογεῖν Græcis declarat τὸ ἐπαινεῖν laudare, vnde εὐλογία dicitur oratio ad prædicandas alicuius laudes accommodata: cuiuſmodi eſſe præcipuè ſolet aſſentatorum, vt pulchrè deſcribit Plutarchus libello in adulatores edito. Sed & εὐλογία pro fucata illa & inani facundiæ ſpecie accipi poteſt, qua tecti pſeudoprophetæ, ſolent ſimplicium animos fallere. Item quum apud theologos εὐλογία accipiatur etiam pro fauſta precatione, poteſt hæc quoque ſignificatio huic loco conuenire: quòd his præcipuè artibus ſoleant vti pſeudoprophetæ vt ſimplices præſertim mulierculas ſub pietatis & longarum precum prætextu deuorent. Hi ſunt videlicet quos peculiari nomine religioſos vocamus, & noſtro idiomate *eremites, begues, patres pelues*, id eſt (vt vno verbo omnia complectar) monachos: adeo à vetuſtis illis patribus degenerauerunt. Hominum minimè malorum, τῶν ἀκάκων. Sic mihi videtur Terentius Græcum hoc nomen ad verbum expreſſiſſe. Vulg. Innocentium. Eraſmus, Simplicium.

Η γὰρ ὑμῶν ὑπακοὴ εἰς πάντας ἀφίκετο. Χαίρω οὖν ἐφ' ὑμῖν· θέλω δὲ ὑμᾶς σοφοὺς μὲν εἶναι εἰς τὸ ἀγαθόν, ἀκεραίους δὲ εἰς τὸ κακόν.

19 Vestra enim obedientia ad omnes peruenit. Gaudeo igitur quod ad vos attinet: sed volo vos ᵛsapientes quidem esse in rebus bonis, ᵛinnocentes verò in malis.

19 *Vestra enim obedientia in omnem locũ diuulgata est. Gaudeo igitur in vobis, sed uolo uos sapientes esse in bono, & simplices in malo.*

Ο δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης συντρίψει τὸν Σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας ὑμῶν ἐν τάχει. Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μεθ' ὑμῶν. Ἀμήν.

20 Porro Deus ᵛpacis *princeps* cõteret Satanam sub pedes vestros citò. Gratia Domini nostri Iesu Christi *sit* vobiscum. Amen.

20 *Deus autem pacis conteret Satanam sub pedibus uestris uelociter. Gratia Domini nostri Iesu Christi uobiscum.*

Ἀσπάζονται ὑμᾶς Τιμόθεος ὁ συνεργός μου καὶ Λούκιος καὶ Ἰάσων καὶ Σωσίπατρος οἱ συγγενεῖς μου.

21 Salutant vos ‖Timotheus adiutor meus,& Lucius, & Iason,& Sosipater,cognati mei.

21 *Salutat uos Timotheus adiutor meus, et Lucius, & Iason, & Sosipater, cognati mei.* Act.16.d.1 Philip.2.c.19

Ἀσπάζομαι ὑμᾶς ἐγὼ Τέρτιος ὁ γράψας τὴν ἐπιστολήν, ἐν Κυρίῳ.

22 Saluto vos ᵛin Domino ego Tertius, ᵛqui descripsi epistolã.

22 *Saluto uos ego Tertius q scripsi epistolam, in Domino.*

Ἀσπάζεται ὑμᾶς Γάϊος ὁ ξένος μου καὶ τῆς ἐκκλησίας ὅλης. Ἀσπάζεται ὑμᾶς Ἔραστος ὁ οἰκονόμος τῆς πόλεως, καὶ Κόαρτος ὁ ἀδελφός.

23 Salutat vos ᵛGaius hospes meus & Ecclesiæ totius. Salutat vos Erastus ᵛprocurator vrbis, & Quartus frater.

23 *Salutat uos Gaius hospes meus & uniuersæ Ecclesiæ. Salutat uos Erastus arrarius ciuitatis, & Quartus frater.*

Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν.

24 ᵛGratia Domini nostri Iesu Christi *sit* cum omnib⁹ vobis. Amen.

24 *Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnib⁹ uobis Amen.*

Τῷ δὲ δυναμένῳ ὑμᾶς στηρίξαι κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου καὶ τὸ κήρυγμα Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ ἀποκάλυψιν μυστηρίου χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένου·

25 ‖ Ei verò qui potest vos stabilire, secundum Euangelium meum,& præconiũ Iesu Christi, ‖ex reuelatione ᵛmysterii quod ᵛà temporibus æternis tacitum fuit:

25 *Ei autẽ q potens est nos confirmare iuxta Euangelium meum & prædicationem Iesu Christi, secundum reuelationem mysterij æternis temporibus tacitum:* Eph.3.d.16 Eph.3.b.9 col.1.d.26 1.tim.1.c.9 tit.1.a.2

19 Sapientes, σοφούς. Id est, cognitione veritatis & prudentia quoque instructos, vt bona amplecti, mala vitare, fraudes & laqueos pseudoprophetarum effugere, illis etiam apertè obsistere possitis: quæ sæpe inculcat Apostolus. Vbi igitur fides illa implicita quam vocant Innocentes, ἀκεραίους. Id est, qui nullam prorsus nocendi artem teneatis, nedum vt reipsa nocẽatis cuiquam. Vulgata, Simplices. Erasmus, Sinceros. Vide Matth.10.b.16.

20 Pacis *princeps*, εἰρήνης. Vide suprà, 15.g.33. Cõteret, συντρίψει. Sic habẽt omnes codices Græci quos inspeximus. Vetus tamen interpres legit συντρίβῃ, conterat, vt non sit promissio seu diuinatio qua confirmentur Romani ad perseuerãdum: sed precatio potius, vt Dominus ipsorum conatibus prosperum det successum.

22 In Domino, ἐν Κυρίῳ. Hoc quidem ita collocatum est in Græco contextu vt etiam ad verbum ἔγραψα referri possit: quasi dicat Tertius se hanc epistolam descripsisse in Domino, id est hanc operam Apostolo propter Dominum commodasse. Sed vberior & planior erit sensus si cum salutãdi verbo connectas, ita vt nos fecimus. Qui descripsi, ὁ γράψας: id est qui dictante Paulo excepi, vel potius ex eius aduersariis descripsi. Vulgata. & Erasmus, Qui scripsi, vocabulo ambiguo.

23 Gaius, Γάϊος. Trium Gaiorum fit mentio in historia Apostolica: vnius, Derbæi, qui Paulum assectatus est, Act.20.a.4: alterius, Macedonis, qui & ipse ex Pauli comitibus erat, Act.19.f.29: tertii, Corinthii, quẽ Paulus ipse baptizauit, 1.Cor.1.b.14, cuius hic fieri mentionem probabile est. Itaque iis assentior qui hanc epistolã dicunt Corinthi scriptam, quum Apostolus illuc venisset, vt ipse significat 2.Cor.12.c.14, nempe vltima illa in Græciam profectione quæ describitur initio capitis Actorum vicesimi: vnde profectus quum Hierosolymam veniisset, ibi captus, & Romam tandem inde deuectus est. Procurator, ὁ οἰκονόμος: seu curator, quod nomen in veteribus inscriptionibus sæpe inuenitur. Græcum autem vocabulum declarat rei domesticæ dispensatorem. Ideo maluit Erasmus quæstorem ærarium interpretari, quod & ipsum nõ improbo. Arcarium autem, quo vtitur Vetus interpres, non memini legere. Cæterùm Vrbis nomen non exprimit Apostolus, sed Corinthum significari existimo, iis coniecturis adductus quas paulo antè exposui.

24 Gratia Domini, ἡ χάρις. Quia hæc eadem paulo antè posita sunt, nempe versu 20. apud Ambrosium & Origenem hic non repetuntur, nec in vetustissimo codice Constantiensi. Apud Chrysostomum priore loco non adduntur, sed hic duntaxat, idque post ἀξιολογίαν, ita videlicet vt epistolam claudãt. Hæc Erasmus.

25 Ei verò qui potest, τῷ δὲ δυναμένῳ. Admonui suprà, 14.d.23, in omnibus nostris vetustis codicib⁹ desinere hanc epistolam in superiorem versiculum, quo modo etiam cæteræ clauduntur: reliqua verò ab hoc versiculo ad finem vsque, attexi decimoquarto capiti. Mysterii, μυστηρίου: id est arcani. Vocat autem arcanum (opinor) non tam Euangelicam doctrinam quàm Gentium vocationem, vt ipse explicat Eph. cap. 3.

A temporibus, χρόνοις. Id est (vt alibi loquitur) ἐπήνας χρονικὰς, aliis omnibus æuis, ac iam inde à mundi initio: nequis hic nobis æternum mundum fabricet. Neque enim αἰὼν pro quo Hebræi עולם dicunt, semper declarat tempus quod vel nunquam cœperit, vel nunquam desinat: sed spectandum est quibus rebus accommodetur.

Φανερωθέντος δὲ νῦν, διά τε γραφῶν προφητικῶν, κατ' ἐπιταγὴν τοῦ αἰωνίου Θεοῦ, εἰς ὑπακοὴν πίστεως, εἰς πάντα τὰ ἔθνη γνωρισθέντος.

Μόνῳ σοφῷ Θεῷ, διὰ Ιησοῦ Χριστοῦ, ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

Πρὸς Ρωμαίους ἐγράφη ἀπὸ Κορίνθου διὰ Φοίβης τῆς διακόνου τῆς ἐν Κεγχρεαῖς ἐκκλησίας.

26 Nunc verò factum est manifestum, ᵛ & per Scripturas propheticas ex imperio æterni Dei, ad obedientiam fidei, omnibus Gentibus ᵛ declaratum.

27 ᵛ Soli *inquam* sapienti Deo gloria per Iesum Christum ᵛ in secula. Amen.

Ad Romanos scripta fuit Corintho, per Pœben ministrã Cenchreensis Ecclesiæ.

26 *Quod nũc patefactũ est, per Scripturas Prophetarũ secũdũ præceptum æterni Dei, ad obeditionẽ fidei, in cunctis Gẽtibus cognitũ.*

27 *Soli sapienti Deo, per Iesum Christum, cui gloria in secula seculorũ. Amen.*

Scripta fuit à Corintho, per Phœben ministrã Cenchreensis Ecclesiæ.

26 Et per Scripturas, διά τε γραφῶν. Vet. interpres expunxit particulam τε, quæ tamen est prorsus necessaria, vt connectantur duo participia φανερωθέντος & γνωρισθέντος: neque verò causam video cur hic laborarit Erasmus. quasi τε semper debeat cũ præcedentibus cohærere, aut ἐ subiungi. Ad obedientiã fidei, εἰς ὑπακοὴν πίστεως. Vide suprà, 1. a. 5. Declaratum, γνωρισθέντος. id est oblatum, & quarumuis Gentium cognitioni expositum. Sed duo hic notanda sunt, nempe neque ita vniuersaliter hoc dici, quasi quum hæc Paulus scriberet, nulla prorsus gens esset sub cælo cui non esset annuntiatum Euangelium: neque de singulis hominibus hoc esse accipiendum, quũ non sit omnibus datum vt Dei mysteria nouerint, Mat. 13. b. 11. Vulg. Cogniti, sensu multũ diuerso ac prorsus etiã falso. Nam longè aliud est γινώσκειν, id est cognoscere, quàm γνωρίζειν, id est notificare.

27 Soli, *inquam*, μόνῳ. Hoc hyperbaton (quod multos ex veteribus torsit & ipsum etiam Erasmum, adeo vt ingenuè dicat se non reperire quod hic comminiscatur) studui illustrare, primùm addito verbo Inquam, quod in epanalepsi fere solet vsurpari: deinde particula ᾧ, vnde nata est tota difficultas, sine difficultate expuncta, non tam quia in Complutensi editione deest, quàm quòd manifestus sit Hebraismus, quum videlicet expresso antecedente relatiuum πλεονάζει: vti redundat αὐτῷ Ephes. 3. d. 21, & 1. Pet. 2. d. 24. In secula, εἰς αἰῶνας. Vide Matthæũ 6. b. 13. Nonnulli codices addunt τῶν αἰώνων, seculorum. Sic enim Hebræi dicunt לְעוֹלָם עוֹלָמִים, quod exposuimus Luc. 1. e. 50.

Epistola Pauli Apostoli ad Corinthios prior.

Παύλου τοῦ Αποστόλου ἡ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολὴ πρώτη.

Κεφάλαιον α ζ

ΠΑΥΛΟΣ κλητὸς ἀπόστολος Ιησοῦ Χριστοῦ, διὰ θελήματος Θεοῦ, καὶ Σωσθένης ὁ ἀδελφὸς,

Τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ, ἡγιασμένοις ἐν Χριστῷ Ιησοῦ, κλητοῖς ἁγίοις, σὺν πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ ἐν παντὶ τόπῳ, αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν.

Act. 5. b. 9
1. thess. 4. b. 7
Rom. 1. a. 7
eph. 1. a. 1
col. 1. e. 22
2. tim. 1. c. 9
tit. 2. c. 1
2. Tim. 1. d. 22

NOVA INTERP.

CAP. I.

PAVLVS ᵛ vocatione Apostolus Iesu Christi per volũtatẽ Dei, & Sosthenes frater.

2 Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, ‖ ᵛ sanctificatis ᵛ in Christo Iesu, ‖ ᵛ vocatis sanctis, ᵛ cum omnibus ‖ ᵛ qui inuocant nomẽ Domini nostri Iesu Christi, in quouis loco, ᵛ *Domini, inquam*, tũ ipsorum, tum nostri.

VETVS.

CAP. I.

1 PAVLVS *vocatus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Sosthenes frater,*

2 *Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis, cũ omnibus qui inuocant nomen Domini nostri Iesu Christi, in omni loco ipsorum & nostro.*

ANNOTATIONES IN CAPVT I.

1 Vocatione, κλητός. Vide Rom. 1. a. 1, vbi non hoc tãtùm, sed alia etiam multa exposuimus quæ tum in huius epistolæ tum etiam aliarum inscriptione occurrunt.

2 Sanctificatis, ἡγιασμένοις. Ratio constructionis poscebat vt potius scriberetur ἡγιασμένῳ, sanctificatæ.

Sed in collectiuis omnibus ſolet interdum ſententiæ potius quàm verborum ratio haberi in omnibus linguis. Quòd autem attinet ad verbum Sanctificandi, de eo diximus multis locis, ac præſertim Ioh.17.c.17,& Rom.6.d.19. In Chriſto Ieſu, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Eraſ. Per Chriſtum Ieſum, vt etiam Græca ſcholia explicant. Ego verò malui ſeruare præpoſitionem ἐν, quòd melius declaret quomodo nos Pater per Chriſtum ſanctificet. i.à reliqua hominum colluuie ſeparatos ac purgatos, ſibi pro filiis conſecret, nempe donando nos Filio ſuo, vt ipſe ſit in nobis & nos in eo. Eadem cauſa fecit vt infrà, v.4, iterum eadẽ verba ſimili modo conuerterim, & ver.5 ἐν αὐτῷ ſim interpretatus IN EO potius quàm PER EVM. Vocatis ſanctis, κλητοῖς ἁγίοις. Id eſt quos Deus pro gratuita ſua bonitate ſibi ſegregauit, vel Quos Deus ad ſanctitatem vocauit. Illa expoſitio fontem ſanctificationis, iſta finem aperit. Illud autem ſæpe iam eſt à nobis annotatum verbũ קרא, id eſt vocare, apud Hebræos interdum declarare ipſius ἐνεργείας initium, quod Deo tribuatur, vt qui videlicet ſolo verbo res omnes condat: interdum verò publicam eámque minimè nudam nuncupationem ſignificare, ſed quæ cum re ipſa cõſentiat: quo modo etiam Euſtathius nobilis Homeri interpres, explicat verbum κεκλῆσθαι, lib. Iliad. α, ſcribens in verba illa, - ᾧ ἤτοι καὶ κλῆσις ἐπέκλασε Κάλλιμος. Cum omnibus, σὺν πᾶσι. Si hæc accipias prorſus vniuerſaliter, catholica fuerit hæc epiſtola, præter Apoſtoli conſuetudinem. Itaque hunc locum explicandum puto ex altera epiſtola, quæ diſertè inſcribitur non tantùm Corinthiis, ſed etiam reliquis totius Achaiæ fratribus, cuius metropolis erat Corinthus: ſicut epiſtola ad Galatas generalem etiam inſcriptionem habet. Verùm (vt dicam quod ſentio) mihi potius placet legere σὺν πᾶσι, ſicut in duobus codicibus ſcriptum Inuenimus: quam lectionẽ ſi amplectamur, ita licebit hunc locũ interpretari, Vocatis ſanctis vniuerſis, qui inuocant, &c. vt ſæpe ponatur ἀπολογικῶς, ſicut Rom.1.d.18. vel, Vocatis ſanctis, id eſt omnibus iis qui inuocant, &c. Sunt autem addita hæc omnia ad explicandum Eccleſiæ nomen. Qui inuocant, τοῖς ἐπικαλουμένοις. Inuocandi verbum propriè de eo dicitur qui Dei ſubſidiũ cum clamore petat, vt qui in periculo eſt conſtitutus. Eſt itaque vera inuocatio, fidei fructus. Nemo enim Deum appellat niſi qui eius præſidio tutũ ſe fore ſperat. Inde factum vt ἐπικαλοῦμαι pro toto Dei cultu accipiatur, vt inuocare nomen Chriſti, idẽ valeat atque Chriſtum pro Deo reipſa agnoſcere. Dominí ipſorum, tum ipſorum, tum noſtri, αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν. Vulg. Ipſorum & noſtro. Eraſ. Vel ſuo, vel noſtro. Retulerunt enim hæc ad πάντων, quod & plerique magni nominis interpretes faciunt. Sed ego tamen iis aſſentior qui cõiungunt cum Κυρίου, vt ſit correctionis ſpecies, quia duntaxat dixerat Κυρίου ἡμῶν, Domini noſtri: in qua opinione eſt Photius, primi inter Græcos ſcholiaſtas nominis, itémque Chryſoſtomus & Theophylactus. Primùm enim nullam ſatis idoneam cauſam video cur hoc addatur, ſi de loco accipias, quum ſatis fuerit dixiſſe, omnibus & in omni loco. Deinde ne hoc quidem videre poſſum cur Paulus noſtrum locum vocet Iudæam, vt interpretatur Ambroſius, ipſorum verò locum, cunctas Gentium Eccleſias. Nam neque hæc conſuetudo eſt Pauli vt Gentes compellans, ſeſe cum Iudæis coniungat, præſertim in proœmiis: neque etiam Paulus ex Iudæa erat. Hic autem de loco non de religione agitur. Denique ſi Iudæos conſtituerat Apoſtolus Gentibus opponere, cur Iudææ vnius meminiſſet, quum per orbem terrarum eſſent diſperſi qui ex Iudæis credidêrãt? Poſtremò id quoq; obſeruandum puto, Apoſtolũ non ita ſcripſiſſe vt verrit Eraſmus, Vel ſuo vel noſtro, αὐτῶν, ἢ ἡμῶν, per diſiũctionem, ſed connexa enuntiatione dixiſſe αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν, & ipſorum & noſtro: vt prorſus neceſſe videatur hæc accipere de eo quod Apoſtolus ſignificet vtrorũque eſſe commune. Atenim cur iſta Paulus cõmemorat? Optima certè ratione. Nempe vt iam inde ab initio iaciat futuræ diſputationis fundamentum. Nam ſi Corinthii cæteríque omnes ab vno Deo vocati ſunt & in vno Chriſto ſanctificati, ſi omnes vnum eundémque Dominum habent ac profitentur, vnde factiones iſtæ quæ inter eos vigebant, quaſi Chriſtus eſſet diuiſus?

Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.	3 Gratia vobis & pax à Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto.	3 Gratia vobis & pax à Deo Patre noſtro & Domino Ieſu Chriſto.
Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἐπὶ τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ τῇ δοθείσῃ ὑμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ·	4 Gratias ago Deo meo ſemper de vobis, ob gratiam Dei quæ data eſt vobis in Chriſto Ieſu:	4 Gratias ago Deo meo ſemper pro vobis in gratia Dei quæ data eſt vobis in Chriſto Ieſu:
Ὅτι ἐν παντὶ ἐπλουτίσθητε ἐν αὐτῷ, ἐν παντὶ λόγῳ καὶ πάσῃ γνώσει·	5 Quòd in omnibus ditati ſitis in ipſo omni loquendi facultate, omníque cognitione:	5 Quòd in omnib⁹ diuitat facti eſtis in illo, in omni verbo & in omni ſcientia:
Καθὼς τὸ μαρτύριον τοῦ Χριστοῦ ἐβεβαιώθη ἐν ὑμῖν.	6 Prout teſtimonium Chriſti confirmatum fuit in vobis.	6 Sicut teſtimonium Chriſti cõfirmatũ eſt in nobis.

3 Gratia, χάρις. Vide Rom.1.a.7, vbi totum hunc verſiculum expoſuimus.

5 In omnibus, ἐν παντί. Eraſmus, Omnibus: quaſi dicat Apoſtolus eos in Chriſto abundare omni genere beneficiorum quæ ſolet Eccleſia ex Deo percipere. Idipſum verò quum paulo pòſt (id eſt verſiculo ſeptimo) dicatur, non facilè admiſerim hanc πανπλεγίαν. Deinde quum poſtea enumerentur ſpecies, alterum neceſſe fuit, nempe vt vel ex ſpecies enumerarentur quæ totum genus cõprehenderent, vel adiiceretur particula quæ oſtenderet exempli cauſa certas duntaxat eáſque præcipuas ſpecies recenſeri. Sed neque particula vlla adiicitur, neque duæ illæ ſpecies, nempe λόγος & γνῶσις, videntur omnia comprehendere. Itaque ἐν παντὶ exiſtimo idem declarare atque in omni re, ſeu negotio. Ditati ſitis, ἐπλουτίσθητε. Annotauimus Rom.1.a.4, Diuitiarum nomine omnem copiam ac abundantiam ſignificari apud Paulũ: quo modo etiam apud idoneos ſcriptores πλουτεῖν pro ἅπτεσθαι accipitur. In ipſo, ἐν αὐτῷ. Eraſ. Per ipſum. Vide ſuprà, ver.2. Omni loquẽdi facultate, ἐν παντὶ λόγῳ. Hic demũ Apoſtolus ſignificat quæ ſint opes quibus Corinthii abũdent in omni negotio. Itaque redundat præpoſitio ἐν ex Hebræorum idiotiſmo, vt Epheſ.1.a.4, Iac.1.b.10, 1.Tim.3.d.18. Solent enim Græci τὸ πλουτεῖν potius connectere cum ſecundo caſu, aut tertio ſine præpoſitione. Particula autem πᾶς hoc loco, vt Rõ.15.c.14, 1.Cor.13.a.3, & alibi ſæpe, non eſt propriè vniuerſalis, ſed totum quiddam & integrum declarat: quod tamen rurſus ita eſt accipiendum vt meminerimus eius quod ſcribitur infrà, 13.c.9, nos omnes videlicet, quandiu hîc verſamur, nõniſi ex parte cognoſcere ac prophetare. Itaque quum omnem ſermonem, omnémque cognitionem tribuit Corinthiis Apoſtolus, quædam eſt ſpecies hyperboles, ad præſentem fidelium conditionem reſtringendæ. Cæterùm λόγον vocat, non inanem loquentiam, ſed ſanctæ facundiæ donum quo abutebantur Corinthii.

6 Prout, καθώς. Eraſmus, Quibus rebus, id eſt δι' ὧν, vt etiam Græca ſcholia interpretantur, ſed

prorſus coactè, quum per ſe plana & aperta ſit ſententia. Gratias ago Deo, inquit Apoſtolus, quòd in Chriſto ſitis ditati omni cognitione & ſermonis etiam gratia, quod ita eſſe vt dico, ſatis apparet ex eo quòd Chriſti teſtimonium ſit in vobis confirmatum. id eſt ex eo quòd firma ac luculenta ſint in vobis quæcunque Chriſti præſentiam ac virtutem teſtantur: nempe dona illa omnia Spiritus ſancti, quibus tam abunde eſtis inſtructi vt nullum vos deficiat. Hæc eſt (ni fallor) huius loci genuina expoſitio: quam quũ etiam Photius in Græcis ſcholiis annotarit, miror ab Eraſmo fuiſſe præteritam. Simili ratione argumentatur Petrus Act.10.g.47, & 13.b.7.8 & 9, nimirum ab effectis ad cauſam. 5

Εἰς. 2ε. 11 φιλ. 3. d. 20

Ὥστε ὑμᾶς μὴ ὑστερεῖσθαι ἐν μηδενὶ χαρίσματι, ἀπεκδεχομένους τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

7 Adeo vt nullo dono deficiamini, expectantes dum reueletur Dominus noſter Ieſus Chriſtus.

7 Ita vt nihil vobis deſit in vlla gratia, expectantibus reuelationem Domini noſtri Ieſu Chriſti.

1. Theſſ. 3. d. 13 & 5. d. 23

Ὃς καὶ βεβαιώσει ὑμᾶς ἕως τέλους ἀνεγκλήτους ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

8 Qui etiam confirmabit vos vſque ad finem inculpatos, in die Domini noſtri Ieſu Chriſti.

8 Qui & cõfirmabit nos vſque in finem ſine crimine, in die aduentus Domini noſtri Ieſu Chriſti.

1. Theſſ. 5. d. 24

Πιστὸς ὁ Θεός, δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς κοινωνίαν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν.

9 Fidelis Deus, per quem vocati eſtis in communionem Filii ipſius Ieſu Chriſti Domini noſtri.

9 Fidelis Deus, per quem vocati eſtis in ſocietatem Filij eius Ieſu Chriſti Domini noſtri.

Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἵνα τὸ αὐτὸ λέγητε πάντες, καὶ μὴ ᾖ ἐν ὑμῖν σχίσματα, ἦτε δὲ κατηρτισμένοι ἐν τῷ αὐτῷ νοῒ καὶ ἐν τῇ αὐτῇ γνώμῃ.

10 Precor autem vos, fratres, per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt idem loquamini omnes, & non ſint inter vos diſſidia, ſed ſitis coagmẽtati, eadẽ mente & ſententia.

10 Obſecro autẽ vos, fratres, p nomẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti, ut idipſũ dicatis omnes, & nõ ſint in vobis ſchiſmata, ſitis autem perfecti eadem mente & eadem ſententia.

6 Adeo vt, ὥστε. vt, hoc loco non notat finem, ſed conſequutionem: ſicut rectè annotauit Eraſmus. Ego adiicio, cohærere non cum verſu 5, ſed cum verbo ἐβεβαιώθη, confirmatum eſt, cuius nimirum reddat rationem: vt ab iis planè diſſentiam qui ver. 6, addita parentheſi, ab iſto diuellunt. Deficiamini, ὑστερεῖσθαι. Vulgata, Deſit. Eraſmus, Deſtituamini. Vide Rom. 3. c. 23. Expectantes, ἀπεκδεχομένους. i. interim dum expectatis: quaſi ſcriptum ſit ἐν τῷ ἀπεκδέχεσθαι. Dum reueletur, τὴν ἀποκάλυψιν. Vulgata & Eraſmus, Reuelationem, ambiguè, quum etiam actiuè poſſit accipi. Loquitur autem Paulus de altero Chriſti aduentu, vt & Petrus 1. Epiſt. 1. b. 7, & c. 13.

8 Qui Deus. ὅς. Repetendum eſt Dei nomen à ver. 4, vbi dixerat εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ, Gratias ago Deo, & paulo pòſt, διὰ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, pro ὅτι τὴν χάριν αὐτοῦ. i. ob gratiam Dei, pro ob gratiam ipſius, repetito antecedẽte ex Hebræorum more, loco relatiui. Neque eſt quòd quiſquam hæc eclipſi offendatur, quum ſuperiores verſiculi, nempe 5. 6 & 7, cum extremo quarto prorſus cohæreant. Inculpatos, ἀνεγκλήτους. Id eſt, vt ſitis inculpati. Inculpatos autem vocat non quos nunquam quiſquam culparit, ſed quos nemo poſſit meritò culpare. id eſt eos qui ſunt in Chriſto Ieſu, in quibus nulla eſt condemnatio, vt expoſuit Rom. 8. a. 1, & f. 33. Vide Luc. 1. a. 6, vbi explẽdimus quod iterum hoc loco inculcat Eraſmus, eſſe videlicet perfectius atque etiam difficilius ἀνέγκλητον eſſe quàm innocentem. In diem, ἐν τῇ ἡμέρᾳ. Id eſt εἰς τὴν ἡμέραν, vt Rom. 2. a. 5. Dies autem Domini quid ſignificet, declarauit ipſe Apoſtolus Rom. 2. c. 16. Domini noſtri, τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Vulg. Aduentus Domini noſtri, τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν.

9 Fidelis, πιστὸς. Id eſt verax & cõſtans, vt illum prædicat Dauid Pſal. 138. Itaque vera & propria ſignificatione accipitur Fidei nomen hoc in loco, nempe pro dictorum ac conuentorum conſtantia & veritate, vt à Cicerone definitur: quanuis peculiariter hic videatur conſtantia Dei ſignificari. Nam quòd vocet in Filii ſui communionem, id omne ipſius veritati tribuendum eſt, qui verax eſſe non deſinat etiamſi mendaces ſimus: quòd autem quoſcunque ſemel donauit Filio, nunquam poſtea illi eripiat, ſed perſeuerantiæ Spiritu donet, in eo ſe verè conſtantem declarat. Alioquin πιστὸς diuerſa ſignificatione ſolet vocare Apoſtolus eos qui fide ſunt Chriſtum amplexi. πιστὸς autem λόγος vocatur 1. Tim. 4. c. 9, & 2. Tim. 2. b. 11, ſermo firmus, & qui fallere nunquam poſſit, eadem ratione qua fidelis ipſe Deus dicitur. Per quem, δι' οὗ. Id eſt ὑφ' οὗ, à quo. Eſt enim promiſcuus harum præpoſitionum vſus: vt planè inepti ſint qui iſtis ſyllabarum aucupiis conantur homines imperitos irretire, vt Dei οἰκίαν diſcerpant, aut perſonarum inæqualitatem inuehant: aduerſus quos egregiè diſputat Baſilius in libro De Spiritu ſancto. Communionẽ, κοινωνίαν. Vulg. Societatem. Eraſ. Conſortium. Sed Communionis vocabulum (vt rectè indicauit doctiſſimus interpres) & Græcam vocem & noſtram illam cum ipſa Chriſti ſubſtantia coniunctionem melius declarat.

10 Idem, τὸ αὐτό. Vulgata, Idipſum, de quo diximus Rom. 12. c. 16. Diſſidia, σχίσματα. Vulgata, Schiſmata, id eſt διχοστασίαι, quas Apoſtolus ab hæreſibus diſtinguit Gal. 5. d. 20. Eſt enim (vt opinor) propriè σχίσμα ſeu διχοστασία, animorum ſimpliciter ſeu voluntatum diſſentio, quum alii aliis hominibus vel externis ritibus ita ſunt addicti, vt quanuis alioquin in ipſis religionis capitibus conſentiant, tamen animis ſint abalienati, & factiones quaſdam ineant: vt Corinthii, quorum alii Apollo, alii Cephan, alii Paulum iactabant. Hæreſis verò propriè declarat certam quandam factionem doctrinæ cauſa exortam, vt expoſuimus Act. 5. d. 17. Hic tamen Paulus Schiſma in genere vocat omnem diſſidii ſpeciem, vt apparet ex eo quod illi opponitur, id eſt ex cõſenſione quam requirit tum in ſententia ſeu eodem in religionis capitibus iudicio, (id enim propriè declarat γνώμη) tum in animorum ſeu voluntatis coniunctione: (id enim eſt quod Mentis appellatione intelligit: vnde ὁμόνοιαν Græci vocant quam Latini concordiam) denique in ipſa etiã oratione, quæ & iudicii & voluntatis eſt index. Vt autem ita hunc locum interpreter, non eo tantùm adducor quòd hac ratione ſeruetur ſimplex ac genuina verborum ſignificatio, ſed etiam quòd ita maximè appareat naturalis & concinna omnium partiũ collocatio. Aſcendit enim Paulus ordine retrogrado ab imis ad ſumma, nempe à loquutione ad voluntatem, à vo-

lentate ad fontem ipſius tum voluntatis tum loquutionis,id eſt ad animi iudicium. Coagmentari, καταρτίζω. Siue coadunati,ac compacti,vt totum quippiam quod ſuis omnibus partibus apte inter ſe cohærentibus componitur. Nam(ſicut alibi expoſuimus)hoc verbum de quātitate diſcreta (quam vocant)proprie dicitur. Vt autem res omnes eiuſmodi ex multis partibus compoſitæ, ſuis numeris cōſtent,duo requiruntur,nempe vt pars nulla deſit aut ſuperſit:deinde vt omnes aptè inter ſe cohæreant. Inde factum vt ἄρτιος integrum & perfectum declaret,quum videlicet de numero pari proprie dicatur, & ἐξαρτίζω cum ſuis compoſitis non modò pro componere ſeu compingere ac coagmentare,vt Rom.9.d.11,ſed etiam pro perficere accipiatur. Deinde etiam apud medicos vſurpatur pro luxata membra in ſuum locum reſtituere:qua ſignificatione videtur translatitiè poni Gal.6.a.1. Denique etiam pro ſarcire quod ruptum eſt & diſſolutum,vt Mat. 4.d. 21. Sed ipſi ſtandum quid cuique loco conueniat. Mihi quidem non placet Veteris interpretis ſententia, qui καταρτισμένους exponit perfectos,quum hoc nomine fere intelligātur perfectæ virtutis homines,quales propriè nulli ſunt in hac vita, & hoc nihil ad hunc locum pertineat. Eraſmus verò longius à Græcis receſſit quum interpretaretur, Sed ſitis integrum corpus:nec ſatis etiam perſpicuè videtur loquutus.

Ἐδηλώθη γάρ μοι περὶ ὑμῶν, ἀδελφοί μου, ὑπὸ τῶν Χλόης, ὅτι ἔριδες ἐν ὑμῖν εἰσι.

11 Declaratum eſt enim mihi de vobis,fratres mei, à domeſticis Chloes,quòd lites ſint inter vos.

11 *Significatum eſt enim mihi de uobis,fratres mei, ab iis q ſunt Chloes, q̄ma contentiones ſunt inter uos.*

Λέγω δὲ τοῦτο, ὅτι ἕκαστος ὑμῶν λέγει, Ἐγὼ μέν εἰμι Παύλου, ἐγὼ δὲ Ἀπολλώ, ἐγὼ δὲ Κηφᾶ, ἐγὼ δὲ Χριστοῦ.

12 Hoc autē dico, vnūquemquē veſtrū dicere, ‖Ego quidē ſum Pauli, ego verò Apollo,ego verò Cephæ, ego verò Chriſti.

12 *Hoc autem dico,quòd unuſquiſque veſtrū dicit, Ego quidem ſum Pauli, ego autē Apollo, ego uerò Cephæ, ego autē Chriſti.* Act.18.f.14

Μεμέρισται ὁ Χριστός; μὴ Παῦλος ἐσταυρώθη ὑπὲρ ὑμῶν, ἢ εἰς τὸ ὄνομα Παύλου ἐβαπτίσθητε;

13 Num diſpertitus eſt Chriſtus? num Paulus crucifixus eſt pro vobis, aut in nomen Pauli baptizati fuiſtis?

13 *Diuiſus eſt Chriſtꝰ? numquid Paulꝰ crucifixus eſt pro uobis, aut in nomine Pauli baptizati eſtis?*

Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ ὅτι οὐδένα ὑμῶν ἐβάπτισα, εἰ μὴ Κρίσπον καὶ Γάϊον·

14 Gratias ago Deo meo quòd neminem veſtrum baptizauerim, niſi ‖Criſpum & Gaium:

14 *Gratias ago Deo quòd neminem ueſtrum baptizaui, niſi Criſpum & Gaium:* Act.18.c.8.

Ἵνα μή τις εἴπῃ ὅτι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα ἐβάπτισα.

15 Vt nequis dicat me in meū nomen baptizaſſe.

15 *Nequis dicat quòd in nomine meo baptizati eſtis.*

11 Declaratum eſt,ἐδηλώθη. Vulgata & Eraſmus, Significatum eſt,ἐσημάνθη. Declarat autem ἠδήλωσεν aliquid amplius quàm σημαίνει,vt apud Latinos differunt declarare & ſignificare. Sic enim Cicero,ad Lucceium ſcribens,Itaque,inquit,hoc ſæpius dicendum, tibique non ſignificandum ſolùm,ſed etiam declarādum arbitror,nihil mihi eſſe potuiſſe tuis literis gratius. Pertinet autem huius vocabuli explicatio ad ſententiæ pondus,ne videlicet Apoſtolus cuiuis delationi temere videatur credidiſſe. A domeſticis Chloes, ὑπὸ τῶν Χλόης. Similis dicendi formula occurrit Rom.16.b.10 & 11. vt mihi dubium eſſe non poſſit quin Chloe ſit religioſæ alicuius matronæ nomen. Nam neque vllus in eo tractu locus commemoratur hoc nomine,neque,ſi locus ſignificaretur,prætermiſſa fuiſſet præpoſitio,vt rectè obſeruauit Eraſmus. Deinde paſſim apud Græcos hoc nomen mulieribus tribuitur.

12 Hoc autem dico,&c.λέγω δὲ τοῦτο. Id eſt,Quod autem vobis dictum volo, ſiue, quod mihi dicto à domeſticis Chloes declaratum,illud eſt,vos nimirum hoc ſolere dictitare, Ego quidem ſum Pauli, &c. Similis formula occurrit Rom.15.b.8. Aliis placuit ὅτι, ne excudere,quaſi ſit pronomen: nos tamen nuſquam inuenimus ita ſcriptū. Ab aliis denique ὅτι accipitur pro διότι,id eſt quia, vel propterea quód. Suū cuique liberum iudiciū eſto. nam quocunque modo accipias,eadem manebit ſententia. Illud verò notandum eſt, ſingulis non tribui hæc omnia,ſed alia aliis. Neque enim vnuſquiſque dicebat,Ego ſum Pauli, ego ſum Cephæ,ſed alius quidem Paulum,alius verò Cepham iactabat. Itaque hoc quoque dicendi genus (vt alia multa)petitum eſt è medio.

Ego verò Chriſti,ἐγὼ δὲ Χριστοῦ. Chryſoſtomus,quantum licet ex eius interpretatione colligere,ſic iſta diſtinxit,quaſi non ſint Corinthiorum ſed ipſius Apoſtoli verba, Corinthios ſuo exemplo docentis quidnam ſentire ac docere deberent. Eam verò expoſitionem ſi ſequamur,adſcribendum erit punctum poſt Κηφᾶ,& pro Ego verò Chriſti,dicendum erit,At ego ſum Chriſti,& verſiculus 13 ab his verbis inchoandus. Fuit autem in hanc ſententiam adductus Chryſoſtomus,eo quòd non videantur reprehendi poſſe qui ſe Chriſti eſſe dicunt: quæ ratio quum non adeo ſit firma quin conuelli facilè poſſit,& omnes codices vno conſenſu iſta connectāt cum præcedētibus, (quaſi vna etiam iſtorum factio fuerit qui ſe Chriſti eſſe dicerent) nolim à recepta lectione temere diſcedere. Puto igitur ſuperiores factiones eorum fuiſſe qui plus æquo his vel illis miniſtris erant addicti,adeo vt cæteros aſpernarentur,ac proinde homines potius quàm Chriſtum ipſum colerent: hanc autem poſtremam particulam ad eos pertinere qui in contrariam partem peccabant, id eſt, qui ſe vnius Chriſti ita eſſe dicebant vt interim iis per quos Deus loquitur,nihil tribuerent. quo peſtilentiſſimo morbo vtinam nulli hodie laborarent. Itaque Apoſtolus non reprehendit eos ſimpliciter qui vnius Chriſti ſe eſſe dicerēt,ſed qui Chriſtum ita profitebantur vt nec Paulum,nec Apollo,nec Cepham, id eſt nullos miniſtros quantumuis excellentes pro miniſtris agnoſcerent. Nec enim minus peccat qui Dei miniſtros ſpernit, quàm qui certis hominibus nimium tribuit.

13 Num diſpertitus eſt Chriſtus?μεμέρισται ὁ Χριστός; Sic malo legere quàm tollere interrogationē,cum Theodotito. Itaque ſubaudienda eſt particula μὴ,quam Eraſmus rectè expreſſit,ne poſthac corrūpi facilè poſſit hic locus:& in vno exēplari additā cōpertimus. Quòd autē Chryſoſtomus actiuè interpretatur μεμέρισται,diuiſit,nimis eſt violentū,quū plana ſit ſentētia,nō poſſe vel aliquos miniſtros nullo loco haberi,vel Chriſtū miniſtris opponi,quin veluti diſcerpatur Chriſtꝰ. In nomē Pauli,εἰς ὄνομα Παύλου. Ortū eſt hoc dicēdi genꝰ ex Baptiſmi formula quæ deſcribitur Mat.28.d.19. Quid autē ibi valeat nomē Patris & Filii,& Spiritus ſancti,diximꝰ Act.2.c.16,& 19.a.3. 15 Baptizaſſe,ἐβάπτισα. Quidam vetuſti codices habent ἐβαπτίσθην,baptizati ſitis,vt Legit Vetus interpres. Quidā ἐβαπτίσθη,baptizatus ſit,quod optimè cohæret cū ἵνα μή τις,vt nequis.

Ἐβάπτισα δὲ καὶ τὸν Στεφανᾶ οἶκον· λοιπὸν οὐκ οἶδα εἴ τινα ἄλλον ἐβάπτισα.

16 Baptizaui autem etiam Stephanæ familiã: cæterùm haud scio num quem aliũm baptizauerim.

16 Βαπτίσαμι autẽ & Stephanæ domum: cæterùm nescio si quem alium baptizauerim.

Οὐ γὰρ ἀπέστειλέ με Χριστὸς βαπτίζειν, ἀλλ' εὐαγγελίζεσθαι· οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγου, ἵνα μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ.

Infrà, 2.c.14 Gal.5.a.2 2.Pet.3.c.16

17 Non enim misit me Christus vt baptizarem, sed vt euangelizarem: ‖non tamen cum dicendi peritia, ne inanis reddatur crux Christi.

17 Nõ enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare: non in sapientia uerbi, ne non euacuetur crux Christi.

Ὁ λόγος γὰρ ὁ τοῦ σταυροῦ τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μωρία ἐστί· τοῖς δὲ σῳζομένοις ἡμῖν δύναμις Θεοῦ ἐστί.

Rom.1.b.16

18 Nam ‖ sermo ille de cruce, iis quidem qui pereunt, stultitia est: nobis autem qui seruamur, ‖ potentia Dei est.

18 Verbum enim crucis, pereuntibus quidem stultitia est: ijs autem qui salui fiunt, id est nobis, Dei uirtus est.

Γέγραπται γάρ, Ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω.

Esa.29.c.14

19 Scriptum est enim, ‖ Abolebo sapientiam sapientum, & intelligentiam intelligentium ‖ tollam è medio.

19 Scriptum est enim, Perdam sapientiam sapientium: & prudentiam prudentum reprobabo.

Ποῦ σοφός; ποῦ γραμματεύς; ποῦ συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου; οὐχὶ ἐμώρανεν ὁ Θεὸς τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου τούτου;

20 Vbi sapiens? ‖ vbi Scriba? vbi conquisitor ‖ seculi istius? nõne infatuauit Deus sapientiam mundi huius?

20 Vbi sapiens? ubi scriba? ubi conquisitor huius seculi? nõne stultã fecit Deꝰ sapientiã huius mundi?

Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῇ σοφίᾳ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔγνω ὁ κόσμος διὰ τῆς σοφίας τὸν Θεόν,

21 Nam postquam ‖ in Dei sapientia ‖ mundus non cognouit Deum ex *eius* sapientia,

21 Nã quia in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum,

17 Non misit, οὐκ ἀπέστειλε. Atqui iussi sunt etiam baptizare Apostoli, & ipse Apostolus aliquot baptizauit. Est igitur quædam species hyperboles, petita & ipsa è medio (vt opinor) quando absolutè negatur quod tamen κατά τι negari debuit. Intelligit enim Paulus se non peculiariter & præcipuè baptizandi sed euangelizandi munus à Deo accepisse. Similis est loquendi forma Ierem.7.c.22. Non tamen, οὐκ. Addidi particulã TAMEN vt oppositi mẽbri eclipsis minus sentiatur. Nam ad explendam sententiam adiiciendum fuerat, Sed per sapientiam Dei. Similis eclipsis occurrit Rom.14.a.1. Cum dicendi peritia, ἐν σοφίᾳ λόγου. Vulg. barbarè & obscurè, In sapientia verbi. Eras. Erudito sermone. Porro σοφία & φρόνησις sic distinguuntur vt illa in contemplatione, ista in actione versetur. Sed σοφίας vocabulum constat interdum latius patere: adeo vt omnis generis artifices periti soleant à Græcis σοφοὶ appellari, vt infrà, 3.b.10. Sed & nominatim Sophistæ dicti sunt qui illam in rebus ciuilibus administrandis solertiam cum forensi facundia coniunxerunt, & ab agendo sese ad dicendũ contulerunt, vt ait in Themistocle Plutarchus. Itaque non dubito quin oratoriam facultatem Apostolus appellet λόγου σοφίαν, quam à se non modò vt non necessariam remouet, sed etiam vt Apostolicæ facultati prorsus contrariam. Quid igitur annon adfuit Paulo sua φρόνησις: certè adfuit quanta nulli vnquam obtigit, sed cælestis, non humana, & à fucatis illis coloribus prorsus pura. Inanis reddatur, κενωθῇ. Vulg. Euacuetur, admodum incommodé. Crux Christi, ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ. Sic vocat Euangelicæ prædicationis argumentum. Visus autem fuisset Christi crucifixi Spiritus nihil agere si humanæ facundiæ vi homines ad Christianismum essent adducti.

18 Sermo ille de cruce, ὁ λόγος ὁ τοῦ σταυροῦ. Id est, prædicatio de Christo crucifixo. vel, genus illud orationis quo vtimur in annuntianda vobis salute per Christi crucifixi mortem. Potentia Dei, δύναμις Θεοῦ. Illud in quo Deus mirificam & infinitam vim suam seruandis electis declarat: quæ quidem non ita emineret si ab humanarum artium, aut humanæ sapientiæ, denique vllius rei subsidio penderet quæ ab ipsis hominibus possit proficisci. Ita enim sibi tribuerent homines quod vnius crucis proprium est.

19 Tollam è medio, ἀθετήσω. Editio Esaiæ Græca habet κρύψω, abscõdam. Hebræa autem veritas totũ hunc locũ sic legit, cap.29.c.14, ואבדה חכמת חכמיו ובינת נבוניו תסתתר. i. & peribit sapiẽtia sapientũ eius, & prudẽtia prudentũ eius abscõdet sese. Itaque etsi Græca non respondeãt Hebræis, si vocabula spectes, tamen eadem manet sententia. Tantùm enim in illo discrimen est quòd Propheta verbis neutris vsus est, quæ Græci in actiua conuerterunt. Nam perit sapientia, sed Domino destruente: & sapientia euanescit, sed à Domino sublata & obliterata. Verbum autem ἀθετῶ, quod propriè declarat loco suo amouere, vt exposuimus Mar.6.d.16, conuertimus tollere è medio, potius quàm reprobare, cum Vetere interprete, & reiicere, cum Erasmo, non tantùm ex doctissimi interpretis authoritate, sed etiam veritatem ipsam Hebraïcã sequuti. Neque enim quicquid reiicitur euanescit, sed quod è medio tollitur ita vt nusquam appareat.

20 Vbi Scriba? ποῦ γραμματεύς; id est, Legis interpres, vt exposuimus Mat.2.a.4. Siue, quia de Iudæis propriè non loquitur, Vbi es ô literate, & terẽdis libris exercitate? Magnam autem emphasin habet singularis numerus, quòd ita videatur Apostolus singulos compellare, quasi diceret ne vnum quidem nominari posse ex istorum numero qui hoc arcanum Dei vel suspicari potuerit, vel humanæ rationis vi consequi. Cõquisitor, συζητητής. Id est, ô tu qui in huius mundi arcanis perscrutandis & acutissimis quibusque quæstionibus explicandis omnem ætatem consumis. Assentior autem doctissimo interpreti, qui hæc putat esse ipsius Pauli verba, humanæ sapientiæ insultantis, non autem Esaiæ. Quanuis enim simile quiddam in speciem videatur scriptum Esaiæ 33.c.18, tamen nec eadem sunt verba, nec idem scopus, sed prorsus diuersus. συζητῆ autem dicuntur qui vnà rationes conferunt ad alicuius rei indagationem. Ideo Eras. Disputatorem conuertit. Seculi istius τοῦ αἰῶνος τούτου. Videntur ista non ineptè posse cum aliis etiam duobus præcedentibus connecti, vt vno interrogationis tenore legantur.

21 In Dei sapientia, ἐν τῇ σοφίᾳ τοῦ Θεοῦ. Id est, in hac mundi fabrica, in qua singularis illa Dei sapientia insculpta est & omnium oculis exposita. Mundus, ὁ κόσμος. Id est, omnes homines non regenerati, sed

cuiuſmodi ſunt quum in hanc lucem prodeunt: vt alibi ſæpe. Interdum verò pro ſolis reprobis accipit, vt Ioh. 14.b.17, & c.12. Interdum pro hominibus huius mundi incolis in genere, vt Ioh.3.b.16.

εὐδόκησεν ὁ Θεὸς διὰ τῆς μωρίας τοῦ κηρύγματος σῶσαι τοὺς πιστεύοντας.	placuit Deo per ſtultam prædicationem ſeruare credentes.	placuit Deo per ſtultitiã prædicationis ſaluos facere credentes.
Ἐπειδὴ καὶ Ἰουδαῖοι σημεῖον αἰτοῦσι, καὶ Ἕλληνες σοφίαν ζητοῦσιν·	22 Quandoquidem & Iudæi ſignum petunt, & Græci ſapientiam quærunt:	22 Quoniã et Iudæi ſignũ petunt, & Græci ſapientiam quærunt: Matth.12.c.38
Ἡμεῖς δὲ κηρύσσομεν Χριστὸν ἐσταυρωμένον, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, Ἔθνεσι δὲ μωρίαν·	23 Nos autẽ prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidẽ offendiculum, Græcis verò ſtultitiam:	23 Nos autẽ prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcãdalum, Gentibus autem ſtultitiã:
Αὐτοῖς δὲ τοῖς κλητοῖς Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι Χριστὸν Θεοῦ δύναμιν καὶ Θεοῦ σοφίαν.	24 Ipſis autem vocatis, tum Iudæis tum Græcis, Chriſtum Dei potentiam ac Dei ſapientiam.	24 Ipſis autem vocatis, tã Iudæis atque Græcis, Chriſtum Dei virtutẽ & Dei ſapientiam.
Ὅτι τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί· καὶ τὸ ἀσθενὲς τοῦ Θεοῦ, ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί.	25 Nam ſtultitia Dei ſapiẽtior eſt quàm homines: & infirmitas Dei validior eſt quàm homines.	25 Quia quod ſtultum eſt Dei, ſapiẽtius eſt hominibus: & quod infirmũ eſt Dei, fortius eſt hominibus.
Βλέπετε γὰρ τὴν κλῆσιν ὑμῶν, ἀδελφοί, ὅτι οὐ πολλοὶ σοφοὶ κατὰ σάρκα, οὐ πολλοὶ δυνατοί, οὐ πολλοὶ εὐγενεῖς.	26 Videtis enim vocationem veſtrã, fratres: vos videlicet non eſſe multos ſapientes ſecundũ carnẽ, nõ multos potentes, non multos nobiles.	26 Videte enim vocationẽ veſtram fratres, quia nõ multi ſapiẽtes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles.
Ἀλλὰ τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεός, ἵνα τοὺς σοφοὺς καταισχύνῃ· καὶ τὰ ἀσθενῆ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεός, ἵνα καταισχύνῃ τὰ ἰσχυρά·	27 Verùm quæ ſtulta ſunt in mũdo, elegit Deus, vt pudefaciat ſapientes: & quæ ſunt infirma in mundo, elegit Deus, vt pudefaciat robuſta:	27 Sed quæ ſtulta ſunt mũdi elegit Deus, vt confundat ſapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia:
Καὶ τὰ ἀγενῆ τοῦ κόσμου, καὶ τὰ ἐξουθενημένα ἐξελέξατο ὁ Θεός, καὶ τὰ μὴ ὄντα, ἵνα τὰ ὄντα καταργήσῃ·	28 Et quæ ignobilia ſunt, in mũdo, & pro nihilo habita, elegit Deus, & ea quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt aboleat:	28 Et ignobilia mundi & contẽptibilia elegit Deus, & ea quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt deſtrueret:

Placuit, εὐδόκησεν. Eraſ. Viſum eſt. Declaratur autẽ hoc verbo, nõ modò ita viſum eſſe Deo, ſed etiã quare impulſus id voluerit, nimirũ gratuita illa & infinita ſua bonitate. Per ſtultã prædic. &c. διὰ τῆς μωρίας τοῦ κηρύγμ.
5 Sic vocat Euangelii prædicationem, per conceſſionem, ex hominum hypotheſi. vt etiam in ſequenti verſu ſtultitiam & infirmitatẽ Dei vocat, idque grauiſſima cum hominum reprehẽſione: qui iſta malint, repugnante etiam conſcientia, Deo affingere, quàm ſuam ipſorum ſtultitiam & imbecillitatem agnoſcere ac deprecari. Vulg. & Eraſ. Per ſtultitiam prædicationis. quem Hebraiſmum annotauimus Mat.24.b.15, & alibi ſæpe.

14 Ipſis autem vocatis, αὐτοῖς δὲ τοῖς κλητοῖς. Id eſt, iis autem qui vocati ſunt Eraſ. Sed iiſdem, τοῖς αὐτοῖς
10 δὲ, quod mihi nõ placet. Neque enim idẽ declarat vtraque loquutio. i. αὐτοῖς οἱ κλητοὶ & οἱ αὐτοὶ κλητοὶ, neque Paulum exiſtimo eoſdem illos vocatos dicere quibus Chriſtus offendiculum erat aut ſtultitiam: ſed quum in genere de Iudæis & Græcis videretur loquutus, eos poſtea excipere qui tum ex his tum ex illis crediderant. Quinam verò κλητοὶ dicantur ab Apoſtolo, expoſuimus Rom.1.a.6.

15 Sapientior eſt quàm homines, σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί. Vulg. Sapientius eſt hominibus. quod meritò reprehendit Auguſtinus lib. De doctrina Chriſtiana 1. cap. 13, propter amphiboliam: quòd incertum ſit an hominibus ſit dandi caſus an auferendi. quaſi dicas, Stultum eſt tibi, ſed ſtultius huic. Quid ſi verò oppoſitũ aliquid ſubaudias: vt ſit plena hæc conſtructio, ἵνα τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ σοφώτερον τοῦ σοφοῦ ἐστὶ ἀνθρώπου, Nam ſtultitia Deĩ ſapientior eſt ſapiẽtia hominum. Et poſtea, τὸ ἀσθενὲς τοῦ Θεοῦ, ἰσχυρότερον τοῦ ἰσχυροῦ ἐστὶ ἀνθρώπου, infirmitas Dei robuſtior hominum robore. Ita enim clarior eſſet antitheſis: quæ ſanè videtur hanc eclipſin minus duram efficere,
20 propter mutuam contrariorum rationem: vt etiamſi non addantur, facilè poſſint intelligi. Nam quum eadem dictio repetenda eſt, videtur multo durior eclipſis, cuius tamen extat exemplum in eodẽ dicendi genere, Ioh. 5.f.36, Rom.6.a.5, & 1.Pet.1.b.7. Malui tamen hoc relinquere lectoris arbitrio quàm nimiùm confidenter aliquid audere.

26 Videtis enim, βλέπετε γάρ. Vulg. Videte enim, imperandi modo: quæ interpretatio conſiſtere non
25 poteſt niſi particulam γὰρ accipiamus pro enimuero, ita vt ſit expletiua potiùs quàm cauſalis. Sed & aliam cauſam adfert Eraſmus cur potius ſit locus indicãdi modo: nempe quia Apoſtolus videtur non tam admonere Corinthios vt videant quod ſciebant, quàm ipſos facere eius argumenti teſtes quo vti conſtituit, tum vt ſuperiora confirmet, tum vt eorum faſtum deiiciat. Vocationem veſtram, τὴν κλῆσιν ὑμῶν. Id eſt, quam rationem ſequutus ſit Dominus in vobis vocandis. vel, quinam ex vobis ſint vocati. vt vocatio pro vocatis metonymicè
30 ponatur, ſicut paſſim circunciſio pro circuncciſis, & præputiũ pro incircuncciſis. Secundũ carnẽ, κατὰ σάρκα. i. Eo ſapientiæ genere quod vnum hominibus probatur: qui quum carnei ſint, ſpiritualẽ ſapientiã non norunt.

28 Et ea quæ non ſunt, καὶ τὰ μὴ ὄντα. Id eſt, quæ penè nulla ſunt, hominũ videlicet iudicio, non Dei. nam ex Hebræorum idiotiſmo dicuntur non eſſe quæcunque ita ſunt abiecta vt nullo loco habeantur: quibus
35 deo nihili eſſe oſtendat. Vide Rom.3.d.31. opponuntur ea quæ ſunt, id eſt quæ in pretio habentur. Aboleat, καταργήσῃ, i. Vana & inutilia atque a-

vt non meptè quoque possis conuertere. Conferre aliquid in communionem pauperum sanctorum, &c. Erat. Communicationem aliquam facere quam periphrasin nusquam memini legere.

1.Cor.16.11

Εὐδόκησαν γάρ, καὶ ὀφειλέται αὐτῶν εἰσίν. εἰ γὰρ τοῖς πνευματικοῖς αὐτῶν ἐκοινώνησαν τὰ ἔθνη, ὀφείλουσι καὶ ἐν τοῖς σαρκικοῖς λειτουργῆσαι αὐτοῖς.

27 ¶Placuit enim, inquam, & debitores illorum sunt. nam si spiritualia ipsorũ bona Gentes participarunt, debent etiam ipsæ in carnalibus eis ministrare.

27 Placuit enim eis, & debitores sunt eorũ. nã si spiritualiũ eorũ participes facti sunt Gentes, debent et in carnalib' ministrare illis.

Τοῦτο οὖν ἐπιτελέσας, καὶ σφραγισάμενος αὐτοῖς τὸν καρπὸν τοῦτον, ἀπελεύσομαι δι' ὑμῶν εἰς τὴν Σπανίαν.

28 Hoc igitur vbi perfecero, & eis consignauero hunc fructũ, abibo istac in Hispaniam.

28 Hoc igitur quũ consummauero, & assignauero eis fructum hunc per nos, proficiscar in Hispaniã.

Οἶδα δὲ ὅτι ἐρχόμενος πρὸς ὑμᾶς, ἐν πληρώματι εὐλογίας τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ ἐλεύσομαι.

29 Scio verò me, quum veniam ad vos, cũ plena benedictione Euangelii Christi venturum.

29 Scio autem quoniam veniens ad uos, in abundãtia benedictionis Christi ueniam.

Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ Πνεύματος, συναγωνίσασθαί μοι ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν Θεόν.

30 Precor autem vos, fratres, per Dominum nostrũ Iesum Christum, & per charitatẽ Spiritus, vt mecum certetis nestris pro me apud Deum precibus.

30 Obsecro ergo uos fratres, per Dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem Spiritus, ut adiuuetis me in orationibus pro me ad Deum.

Ἵνα ῥυσθῶ ἀπὸ τῶν ἀπειθούντων ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, καὶ ἵνα ἡ διακονία μου ἡ εἰς Ἰερουσαλὴμ εὐπρόσδεκτος γένηται τοῖς ἁγίοις.

31 Vt liberer ab iis qui rebelles sunt in Iudæa: vtque ministerium hoc meum erga Hierusalẽ, acceptum sit sanctis.

31 Vt liberer ab infidelib' q̃ sunt in Iudæa, & obsequi mei oblatio accepta fiat in Ierusalem sanctis.

Ἵνα ἐν χαρᾷ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς διὰ θελήματος Θεοῦ, καὶ συναναπαύσωμαι ὑμῖν.

32 Vt cum gaudio veniam ad vos per voluntatem Dei, vnáque vobiscum refociller.

32 Vt ueniã ad uos in gaudio per uoluntatem Dei, ut refrigerer uobiscum.

27 Ministrare, λειτουργῆσαι. Id est διακονῆσαι, vsibus videlicet ipsorũ inseruire: qua ratione omnes Christiani dici possunt λειτουργοί, præsertim quum iubeare proximum, sit quædam (vt ita dicam) sacrificij species, & quidem Deo gratissimi. alioquin λειτουργὸς & διάκονος dicitur qui publico munere fungitur, vt diximus Act. 13. a. 2, & suprà, 13. a. 4 & 5. Cæterùm leuiculum est quòd κοινωνῶ verti participare, actiua significatione, pro participem fieri, vt vertit Vetus interpres: quum Erasmus maluerit vti communicandi vocabulo. Deinde ἐν σαρκικοῖς interpretor carnalia, potius quàm humana, vt Castellio nouè conuertere maluit, quàm rationi & vsui aliquid eribuere. Quasi verò Paulo etiam non licuerit pro πνευματικὰ dicere πνευτικά, & pro ἐνσαρκα, αἰσθήτα vel αἰσθανόμενα. Sed multo certè expressius loquitur Apostolus, non iam simpliciter diuina cum humanis conferens, sed etiam ostendens quantum inter hæc interfit, quũ iis vtatur vocabulis quibus harũ rerũ natura ipsa explicatur.

28 Eis consignauero, σφραγισάμενος αὐτοῖς. Id est, apud ipsos fideliter & quasi annulo obsignatũ depoſuero. Commendat enim, opinor, tum suam in illa perferenda, tum etiam aliorum in custodienda illa pecunia diligentiam ac fidem: translatione sumpta à veterum more, qui annulis obsignabant quæ in tuto volebant reponi. Neque verò video qua ratione relativum αὐτοῖς, eis, commodius ad Macedones dantes quàm ad Hierosolymitanos è manu Pauli accipientes referatur: quanuis in ea opinione sit Erasmus. Hunc fructũ, τὸν καρπὸν τοῦτον. Id est, hanc pecuniam in vsus pauperum collectam. Elegans certè loquendi formula, ex qua intelligimus eleemosynas verum esse fidei & charitatis fructum, siue dantem siue accipientem, siue vtrunque spectes.

Istac, δι' ὑμῶν, ad verbum Per vos. Est itaque hoc quoque dicendi genus, vt alia multa, petitũ è medio, ex sententia ipsa non ex verbis æstimandum.

29 Cum plena benedictione Euangelii, ἐν πληρώματι εὐλογίας τοῦ εὐαγγελίου. Duplicem Hebraismum, ἐν pro σύν, & duo appellatiua pro constructione appellatiui cum adiectiuo, (ita enim grammatici loquuntur) sæpe iam annotauimus. Vulg. In abundãtia benedictionis Christi, expungens τὸ εὐαγγελίου, (quod etiam non legit Ambrosius) & vtroq; seruato Hebraismo: quorũ tamen prior nonnihil est obscurus. Eras. In plenitudine Euãgelii Christi, admodũ obscurè. Est autẽ hæc sententia, (opinor) certò scire Apostolum, suum aduentum Romanis futurũ maximè frugiferum. tum enim fore vt Deus ipsis cumulatissimè impertiat Euangelicorum mysteriorum cognitionem cum illis communicandam. Itaque non assentior Erasmo qui putat Benedictionis nomine significari eleemosynam, quasi Romanos quoque exhortetur Apostolus ad conferendũ aliquid. Sunt quoque qui hãc abundantiã benedictionis ad Romanos referant: quasi dicat Apostolus se non dubitare quin apud eos copiosissimũ Euãgelii fructum inueniat. quam sententiã si sequaris, accipiendum erit ἐν πληρώματι pro εἰς πλήρωμα, in plenitudinem benedictionis Euangelii. i. in eum locum vbi plenè abundat Euangelii gratia.

30 Per charitatem Spiritus, διὰ τῆς ἀγάπης Πνεύματος. Id est, per mutuã illã coniunctionẽ, qua Spiritus sanctus animos nostros deuinxit: quã vocat cõmunionẽ Spiritus, Phil 1. a. vnde Christiana illa συμπάθεια, charitatis Christianæ effectrix, quã vno spiritu membra omnia reguntur. Hoc igitur vnũ est ex illis Pauli phrasibus, quibus nihil neque grauius, neque excellentius, neque diuinius cogitari potest. Vt mecum certetis, συναγωνίσασθαί μοι Vulg. Vt adiuuetis me. βοηθήσαι μοι, non satis expressè. Indicat enim Paulus magnũ sibi certamen instare, metaphora à re militari sumpta: præsagiens nimirũ quod euenit, vt extremum periculũ aditer. Erasmus, Vt me laborantem adiuuetis, i. συμπονοῦντα, vel συναγωνιζόμενον, quod & ipsum est nimis dilutum.

31 Erga Hierusalem, εἰς Ἰερουσαλήμ. Id est (vt cõuertit Erasmus) Quod exhibeo Hierosolymis. Vetus interpres legit ἐν Ἰερουσαλὴμ, sublato articulo, & cum verbo γένηται coniunxit. Idem quoque pro τῆς διακονίας μου, vertit Ministerii mei oblatio, id est τῆ διακονίᾳ μου προσφορά.

Ο δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης μετὰ πάντων ὑμῶν. ἀμήν.

33 Deus autem pacis *princeps, sit* cum omnibus vobis. Amen.

33 *Deus autem pacis sit cũ omnibus nobis. Amen.*

Κεφάλαιον κϛ

CAP. XVI.

CAP. XVI.

Συνίστημι δὲ ὑμῖν Φοίβην τὴν ἀδελφὴν ἡμῶν, οὖσαν διάκονον τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Κεγχρεαῖς·

1 COmmẽdo autẽ vobis Phœben sororẽ nostram, quæ est ministra Ecclesiæ Cẽchreensis:

1 *COmmendo autẽ nobis Phœbẽ sororẽ nostrã, quæ est in ministerio Ecclesiæ quæ est in Cẽchreis:*

ἵνα αὐτὴν προσδέξησθε ἐν Κυρίῳ ἀξίως τῶν ἁγίων, καὶ παραστῆτε αὐτῇ ἐν ᾧ ἂν ὑμῶν χρῄζῃ πράγματι· καὶ γὰρ αὐτὴ προστάτις πολλῶν ἐγενήθη, καὶ ἐμοῦ αὐτοῦ.

2 Vt eã excipiatis in Domino sicut vt dignũ est sãctis, & adsitis ei quæcũq; in re ipsi vsus fuerit vobis: nã hæc tũ multis hospitiũ præbuit, tũ mihi etiã ipsi.

2 *Vt eã suscipiatis in Domino dignè sanctis, & assistatis ei in quocũque negotio vestri indiguerit. etenim ipsa quoque astitit multis, & mihi ipsi.*

Ἀσπάσασθε Πρίσκιλλαν καὶ Ἀκύλαν τοὺς συνεργούς μου ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ·

3 Salutate Priscillam & Aquilã, adiutores meos in Christo Iesu:

3 *Salutate Priscam & Aquilam adiutores meos in Christo Iesu:* Act.18.a.3.g.26

Οἵτινες ὑπὲρ τῆς ψυχῆς μου τὸν ἑαυτῶν τράχηλον ὑπέθηκαν· οἷς οὐκ ἐγὼ μόνος εὐχαριστῶ, ἀλλὰ καὶ πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι τῶν ἐθνῶν.

4 Qui pro anima mea suam ipsorum ceruicẽ supposuerunt: quibus non ego solus gratias ago, sed etiam omnes Ecclesiæ Gentium.

4 *Qui pro anima mea suas cervices supposuerunt: quibus nõ solus ego gratias ago. sed & cunctæ Ecclesiæ Gentium.*

Καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐτῶν ἐκκλησίαν. Ἀσπάσασθε Ἐπαίνετον τὸν ἀγαπητόν μου, ὅς ἐστιν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας εἰς Χριστόν.

5 Item Ecclesiam quæ in domo eorum est. Salutate Epænetum mihi dilectum, primitias Achaiæ in Christo.

5 *Et domesticã Ecclesiã eorum. Salutate Epænetũ dilectum mihi, qui est primitivus Asiæ in Christo.*

Ἀσπάσασθε Μαριάμ, ἥτις πολλὰ ἐκοπίασεν εἰς ἡμᾶς.

6 Salutate Mariam quæ multum laborauit erga nos.

6 *Salutate Mariam, quæ multũ laboravit in nobis.*

Ἀσπάσασθε Ἀνδρόνικον καὶ Ἰουνίαν τοὺς συγγενεῖς μου καὶ συναιχμαλώτους μου, οἵτινές εἰσιν ἐπίσημοι ἐν τοῖς ἀποστόλοις, οἳ καὶ πρὸ ἐμοῦ γέγοναν ἐν Χριστῷ.

7 Salutate Andronicum & Iuniam, cognatos meos, & concaptiuos meos qui sunt insignes inter Apostolos, qui etiam ante me fuerunt in Christo.

7 *Salutate Andronicum & Iuniam cognatos meos, qui sunt nobiles in Apostolis, qui & ante me fuerũt in Christo.*

Ἀσπάσασθε Ἀμπλίαν τὸν ἀγαπητόν μου ἐν Κυρίῳ.

8 Salutate Ampliam dilectũ mihi in Domino.

8 *Salutate Ampliatum dilectissimum mihi in Domino.*

33 Deus autem pacis *princeps*, ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης. Hunc Hebraismum suppleuimus ex Esa.9.b.7.

IN CAPVT XVI.

2 In Domino, ἐν Κυρίῳ. Id est Christi nomine, seu in Christi gratia. Est autem notandum hoc quoque quo exprimitur τὸ ἴδιον Christianæ charitatis, quũ alioquin etiam apud profanos homines extent istarum virtutum simulacra. Hospitium præbuit, προστάτις ἐγένετο. προστάτις in genere præfectum declarat. itẽ patronum ac defensorẽ: quã significatione putarunt hîc plerique Phœbendici προστάτιν, quòd multis & ipsi quoque Paulo adfuisset. Mihi verò videtur hoc nomen grauius, si in ea significatione accipias, quàm vt mulieri cõueniat. Sciendum est igitur προστάτιν peculiari nomine dictos qui & προξένοι dicebantur, i. qui à ciuitate aliqua deligebantur vt hospites ac peregrinos domum suam atque adeo in fidem suam reciperent: quod significat Eustathio προίστασθαι τῶν ξένων. Significat ergo Apostolus, huius Phœbes ministræ Ecclesiæ Cenchreensis domum, veluti publicæ sanctorum hospitis, fratribus peregrinis patuisse: quas virtutes in vidua requirit, 1. Timoth.5.b.10.

3 Priscillam, Πρίσκιλλαν. Sic vocatur huius Aquilæ vxor, Act.18.a.2.3,& g.26. Consentiunt hîc quoque pleraque exemplaria. In nonnullis tamen legitur Πρίσκαν, Priscam, vt etiam legit Vetus interpres.

5 Ecclesiam, ἐκκλησίαν. Id est fidelium cœtum. Erant enim isti tum pietate tum eruditione insignes, vt testatur Lucas & Paulus ipse, qui pro collegis suis illos numerat. neque mirũ est in tam ampla ciuitate distinctos fuisse fidelium cœtus. Cæterùm vt Græcum vocabulum retinerem, non eo tantùm sum adductus quòd tritum sit Latinorum auribus, sed etiam vt tandem dediscat mundus crassum illum errorem quo factum est vt Ecclesiam duntaxat pro templo accipiant plerique. At contrà, Erasmus hoc dedit suo seculo vt mallet Congregationem interpretari. Primitias Achaiæ ἐς ἔστιν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας. Allusio est ad Legales ceremonias, quòd hic primus ex Achais sese Christo consecrasset, Euangelium amplexus. Sic enim malo accipere quàm cum Ambrosio referre ad hominis dignitatem. Cæterùm pro Ἀχαΐας Vetus interpres legit Ἀσίας, Asiæ, quam lectionem in vno duntaxat codice vetusto inuenimus. Quòd autem idem Vetus interpres ἐς ἔστιν ἀπαρχὴ conuertit, Qui est primitiuus, meritò mutatũ est ab Eras. in, Qui est primitiæ. Sed hoc quoq; mihi visũ est duriusculũ.

7 Inter Apostolos, ἐν τοῖς ἀποστόλοις. Id est, Quorũ nomen apud ipsos etiam Apostolos viget. vel, Qui & ipsi sunt insignes Apostoli. Sic enim accipitur interdũ hoc nomen apud ipsos pro iis qui Christi nomine funguntur legatione, vt 2. Cor.8.d.23. Fuerunt in Christo, γέγοναν ἐν Χριστῷ. Id est Christo sunt per fidem insiti. Estque diligenter notanda hæc formula, cuius emphasin non expresseris si dixeris, Qui Christo accesserunt, vel Christo nomen dederunt.

Ampliam, Ἀμπλίαν. Vulgata legit Ἀμπλιάτον, Ampliatum, quod & in vno codice inuenimus.

Ασπάσασθε Οὐρβανὸν τὸν συνεργὸν ἡμῶν ἐν Χριστῷ, καὶ Στάχυν τὸν ἀγαπητόν μου.

9 Salutate Vrbanum, adiutorem noſtrum in Chriſto, & Stachyn mihi dilectum.

9 Salutate Vrbanum ad. iutorem noſtrum in Chriſto Ieſu, & Stachyn dilectum meum.

Ασπάσασθε Ἀπελλῆν, τὸν δόκιμον ἐν Χριστῷ. Ασπάσασθε τοὺς ἐκ τῶν Ἀριστοβούλου.

10 Salutate Apellem, probatũ in Chriſto. Salutate eos qui ſũt ex Ariſtobuli familiaribus.

10 Salutate Apellen, probatum in Chriſto. Salutate eos qui ſunt ex Ariſtobuli.

Ασπάσασθε Ἡρῳδίωνα τὸν συγγενῆ μου. Ασπάσασθε τοὺς ἐκ τῶν Ναρκίσσου, τοὺς ὄντας ἐν Κυρίῳ.

11 Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos qui ſunt ex Narciſſi familiaribus, eos inquam qui ſunt in Domino.

11 Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos q ſunt ex Narciſſo do mo, quiſunt in Domino.

Ασπάσασθε Τρύφαιναν καὶ Τρυφῶσαν τὰς κοπιώσας ἐν Κυρίῳ. Ασπάσασθε Περσίδα τὴν ἀγαπητήν, ἥτις πολλὰ ἐκοπίασεν ἐν Κυρίῳ.

12 Salutate Tryphænã & Thryphoſam quæ laborant in Domino. Salutate Perſida dilectam, quæ multum laborauit in Domino.

12 Salutate Tryphænã & Tryphoſã, quæ laborãt in Domino. Salutate Perſidẽ chariſſimam, quæ multum laborauit in Domino.

Ασπάσασθε Ῥοῦφον τὸν ἐκλεκτὸν ἐν Κυρίῳ, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ καὶ ἐμοῦ.

13 Salutate Rufum ſelectum in Domino, & matrem eius ac meam.

13 Salutate Rufum electum in Domino, & matrem eius & meam.

Ασπάσασθε Ἀσύγκριτον, Φλέγοντα, Ἑρμᾶν, Πατρόβαν, Ἑρμήν, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς ἀδελφούς.

14 Salutate Aſyncritum, Phlegontem, Hermam, Patrobam, Mercurium, & qui cum iis ſunt fratres.

14 Salutate Aſyncritum, Phlegontem, Hermam, Patroban, Hermen, & qui cum eis ſunt fratres.

Ασπάσασθε Φιλόλογον καὶ Ἰουλίαν, Νηρέα καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ, καὶ Ὀλυμπᾶν, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς πάντας ἁγίους.

15 Salutate Philologum & Iuliam, Nereum & ſororem eius, & Olympã, & qui cum iis ſunt, omnes ſanctos.

15 Salutate Philologum et Iuliã, Nereũ & ſororem eius, & Olympiadem, & omnes qui cũ eis ſũt ſanctos.

Ασπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ. Ασπάζονται ὑμᾶς αἱ ἐκκλησίαι τοῦ Χριστοῦ.

1.Cor.16.d.20 & 2.d.12 1.Pet.5.d.14

16 ¶Salutate alii alios ᵛoſculo ſancto. Salutant vos Eccleſiæ Chriſti.

16 Salutate inuicem in oſculo ſancto. Salutant vos omnes Eccleſiæ Chriſti.

Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, σκοπεῖν τοὺς τὰς διχοστασίας καὶ τὰ σκάνδαλα παρὰ τὴν διδαχὴν ἣν ὑμεῖς ἐμάθετε, ποιοῦντας, καὶ ἐκκλίνατε ἀπ' αὐτῶν.

a Iob.d.10

17 Precor autem vos, fratres, ᵛvt ſpeculemini diſſidiorum & ſcãdalorum authores, præter doctrinam quam vos didiciſtis: ¶& declinetis ab eis.

17 Rogo autẽ vos, fratres, ut obſeruetis eos qui diſſenſiones & offendicula præter doctrinam quam vos didiciſtis, faciunt, & declinate abillis.

Οἱ γὰρ τοιοῦτοι τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ οὐ δουλεύουσιν, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ· καὶ διὰ τῆς χρηστολογίας καὶ εὐλογίας ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων.

18 Nã qui eiuſmodi ſunt, Domino noſtro Ieſu Chriſto non ſeruiunt, ſed ſuo ventri: ᵛper blandiloquẽtiam ᵛ& aſſentationem corda ᵛhominum minimè malorum ſeducunt.

18 Huiuſmodi enim Chriſto Domino noſtro nõ ſeruiunt, ſed ſuo nẽtri: et p dul ces ſermones & benedictiones ſeducunt corda in nocentium.

15 Olympam, Ὀλυμπᾶν. Viri nomen, non mulieris. Vulgata, Olympiadem, contra omnium noſtrorum codicum fidem.

16 Oſculo, φιλήματι. Referendum hoc eſt ad eorum temporum morem: cuius exempla paſſim non modò in Sacris literis, ſed etiam apud profanos ſcriptores extant. Sanctum autem vocat quod ab animo proficiſcitur ſanctæ illius charitatis pleno.

17 Vt ſpeculemini, σκοπεῖν. Id eſt, attentè & diligenter quaſi hoſtes è ſpecula obſeruetis. Vulg. Vt obſeruetis, id eſt πρὸς vel φυλάττειν. Eraſmus, Conſideretis, quod minus etiam quadrat.

18 Per blandiloquentiam, διὰ τῆς χρηστολογίας. Hoc vocabulum ſicut ex duobus compoſitum eſt, ita duplicem vim habet, quam vix poſſis niſi longo circuitu verborum Latinè exprimere. Primùm enim is eſt χρηστολόγος qui verbis multum pollicetur, re nihil præſtat: deinde quem ſi audias, dicas de te & commodis tuis magis quàm de ſeipſo ſolicitum. Huius ſceleris exemplar ſit Satanæ tentatio qua Euam fefellit: quanquã non ita proculabeundum vt plurima & certiſſima ſpectemus eius exempla. Et aſſentationem, καὶ εὐλογίας. τὸ εὐλογεῖν, Græcis declarat τὸ ἐπαινεῖν laudare, vnde εὐλογία dicitur oratio ad prædicandas alicuius laudes accommodata: cuiuſmodi eſſe præcipuè ſolet aſſentatorum, vt pulchrè deſcribit Plutarchus libello in adulatores edito. Sed & εὐλογία pro fucata illa & inani facundiæ ſpecie accipi poteſt, qua tecti pſeudoprophetæ, ſolent ſimplicium animos fallere. Item quum apud theologos εὐλογία accipiatur etiam pro fauſta precatione, poteſt hæc quoque ſignificatio huic loco conuenire: quòd his præcipuè artibus ſoleant vti pſeudoprophetæ vt ſimplices præſertim mulierculas ſub pietatis & longarum precum prætextu deuorent. Hi ſunt videlicet quos peculiari nomine religioſos vocamus, & noſtro idiomate *chatemites, bigots, pates pelues*, id eſt (vt vno verbo omnia complectar) monachos: adeo à vetuſtis illis patribus degenerauerunt. Hominum minimè malorum, τῶν ἀκάκων. Sic mihi videtur Terentius Græcum hoc nomen ad verbum expreſſiſſe. Vulg. Innocentium. Eraſmus, Simplicium.

Η γὰρ ὑμῶν ὑπακοὴ εἰς πάντας ἀφίκετο. Χαίρω οὖν ἐφ' ὑμῖν· θέλω δὲ ὑμᾶς σοφοὺς μὲν εἶναι εἰς τὸ ἀγαθόν, ἀκεραίους δὲ εἰς τὸ κακόν.

19 Vestra enim obedientia ad omnes peruenit. Gaudeo igitur quod ad vos attinet: sed volo vos ᵛsapientes quidem esse in rebus bonis, ⁱinnocentes verò in malis.

19 *Vestra enim obedientia in omnem locũ diuulgata est. Gaudeo igitur in uobis, sed uolo uos sapientes esse in bono, & simplices in malo.*

Ο δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης συντρίψει τὸν Σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας ὑμῶν ἐν τάχει. Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μεθ' ὑμῶν. Ἀμήν.

20 Porro Deus ᵛpacis *princeps* cõteret Satanam sub pedes vestros citó. Gratia Domini nostri Iesu Christi *sit* vobiscum. Amen.

20 *Deus autem pacis conteret Satanam sub pedibus uestris uelociter. Gratia Domini nostri Iesu Christi uobiscum.*

Ἀσπάζονται ὑμᾶς Τιμόθεος ὁ συνεργός μου καὶ Λούκιος καὶ Ἰάσων καὶ Σωσίπατρος οἱ συγγενεῖς μου.

21 Salutant vos ‖ Timotheus adiutor meus, & Lucius, & Iason, & Sosipater, cognati mei.

21 *Salutat uos Timotheus adiutor meus, et Lucius, & Iason, & Sosipater, cognati mei.* Act.16.a.1 Rom.16.a.21

Ἀσπάζομαι ὑμᾶς ἐγὼ Τέρτιος ὁ γράψας τὴν ἐπιστολήν, ἐν Κυρίῳ.

22 Saluto vos ⁱin Domino ego Tertius, ᵛqui descripsi epistolã.

22 *Saluto uos ego Tertius q scripsi epistolam, in Domino.*

Ἀσπάζεται ὑμᾶς Γάϊος ὁ ξένος μου καὶ τῆς ἐκκλησίας ὅλης. Ἀσπάζεται ὑμᾶς Ἔραστος ὁ οἰκονόμος τῆς πόλεως, καὶ Κούαρτος ὁ ἀδελφός.

23 Salutat vos ᵛGaius hospes meus & Ecclesiæ totius. Salutat vos Erastus ᵛprocurator vrbis, & Quartus frater.

23 *Salutat uos Gaius hospes meus & uniuersæ Ecclesiæ. Salutat uos Erastus arrarius ciuitatis, & Quartus frater.*

Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν.

24 ᵛGratia Domini nostri Iesu Christi *sit* cum omnib⁹ vobis. Amen.

24 *Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnib⁹ uobis Amen.*

Τῷ δὲ δυναμένῳ ὑμᾶς στηρίξαι κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου καὶ τὸ κήρυγμα Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ ἀποκάλυψιν μυστηρίου χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένου·

25 ‖ Ei verò qui potest vos stabilire, secundum Euangelium meum, & præconiũ Iesu Christi, ‖ ex reuelatione ᵛmysterii quod ᵛà temporibus æternis tacitum fuit:

25 *Ei autẽ q potens est uos confirmare iuxta Euangelium meum & prædicationem Iesu Christi, secundum reuelationem mysterij temporibus æternis tacti:* Eph.3.d.16 Eph.3.b.9 col.1.d.26 1.tim.1.c.9 tit.1.a.2

19 Sapientes, σοφούς. Id est, cognitione veritatis & prudentia quoque instructos, vt bona amplecti, mala vitare, fraudes & laqueos pseudoprophetarum effugere, illis etiam apertè obsistere possitis: quæ sæpe inculcat Apostolus. Vbi igitur fides illa implicita quam vocant Innocentes, ἀκεραίους. Id est, qui nullam prorsus nocendi artem teneãtis, nedum vt reipsa nocẽtis cuiquam. Vulgata, Simplices. Erasmus, Sinceros. Vide Matth.10.b.16.

20 Pacis *princeps*, εἰρήνης. Vide suprà, 15.g.33. Cõteret, συντρίψει. Sic habẽt omnes codices Græci quos inspeximus. Vetus tamen interpres legit συντρίψῃ, conterat, vt non sit promissio seu diuinatio qua confirmentur Romani ad perseuerãdum: sed precatio potius, vt Dominus ipsorum conatibus prosperum det successum.

21 In Domino, ἐν Κυρίῳ. Hoc quidem ita collocatum est in Græco contextu vt etiam ad verbum ἔγραψα referri possit: quasi dicat Tertius se hanc epistolam descripsisse in Domino, id est hanc operam Apostolo propter Dominum commodasse. Sed vberior & planior erit sensus si cum salutãdi verbo connectas, ita vt nos fecimus. Qui descripsi, ὁ γράψας: id est qui dictante Paulo excepi, vel potius ex eius aduersariis descripsi. Vulgata. & Erasmus, Qui scripsi, vocabulo ambiguo.

23 Gaius, Γάϊος. Trium Gaiorum fit mentio in historia Apostolica: vnius, Derbæi, qui Paulum assectabatur, Act.20.a.4: alterius, Macedonis, qui & ipse ex Pauli comitibus erat, Act.19.f.29: tertii, Corinthii, quẽ Paulus ipse baptizauit, 1.Cor.1.b.14, cuius hic fieri mentionem probabile est. Itaque iis assentior qui hanc epistolã dicunt Corinthi scriptam, quum Apostolus illuc venisset, vt ipse significat 2.Cor.12.c.14, nempe vltima illa in Græciam profectione quæ describitur initio capitis Actorum vicesimi: vnde profectus quum Hierosolymam veniisset, ibi captus, & Romam tandem inde deductus est. Procurator, ὁ οἰκονόμος: seu curator, quod nomen in veteribus inscriptionibus sæpe inuenitur. Græcum autem vocabulum declarat rei domesticæ dispensatorem. Ideo maluit Erasmus quæstorem ærarium interpretari, quod & ipsum nõ improbo. Arcarium autem, quo vtitur Vetus interpres, non memini legere. Cæterùm Vrbis nomen non exprimit Apostolus, sed Corinthum significari existimo, iis coniecturis adductus quas paulo antè exposui.

24 Gratia Domini, ἡ χάρις. Quia hæc eadem paulo antè posita sunt, nempe versu 20. apud Ambrosium & Origenem hic non repetuntur, nec in vetustissimo codice Constantiensi. Apud Chrysostomum priore loco non adduntur, sed hic duntaxat, idque post ἀξιολογίαν, ita videlicet vt epistolam claudãt. Hæc Erasmus.

25 Ei verò qui potest, τῷ δὲ δυναμένῳ. Admonui suprà, 14.d.23, in omnibus nostris vetustis codicib⁹ desinere hanc epistolam in superiorem versiculum, quo modo etiam cæteræ clauduntur: reliqua verò ab hoc versiculo ad finem vsque, attexi decimoquarto capiti. Mysterii, μυστηρίου: id est arcani. Vocat autem arcanum (opinor) non tam Euangelicam doctrinam quàm Gentium vocationem, vt ipse explicat Eph.cap.3.

A temporibus, χρόνοις. Id est (vt alibi loquitur) ὑπὲρ τοὺς χρόνους, aliis omnibus ætatibus, ac iam inde à mundi initio: quis hic nobis æternum mundum fabricet. Neque enim αἰὼν pro quo Hebræi עולם dicunt, semper declarat tempus quod vel nunquam cœperit, vel nunquam desinat: sed spectandum est quibus rebus accommodetur.

Φανερωθέντος δὲ νῦν, διά τε γραφῶν προφητικῶν, κατ' ἐπιταγὴν τοῦ αἰωνίου Θεοῦ, εἰς ὑπακοὴν πίστεως, εἰς πάντα τὰ ἔθνη γνωρισθέντος.

Μόνῳ σοφῷ Θεῷ, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

Πρὸς Ρωμαίους ἐγράφη ἀπὸ Κορίνθου διὰ Φοίβης τῆς ἐν Κεγχρεαῖς ἐκκλησίας.

16 Nunc verò factum eſt manifeſtum, ᵛ & per Scripturas prophetícas ex imperio æterni Dei, ad obedientiam fidei, omnibus Gentibus ᵛ declaratum.

16 Quod nũc patefactũ eſt, & Scripturas Prophetarũ ſecũdũ præceptum æterni Dei, ad obedientiã fidei, in cunctis Gẽtibus cognitũ.

17 ᵛ Soli *inquam* ſapienti Deo gloria per Ieſum Chriſtum ᵛ in ſecula. Amen.

17 Soli ſapienti Deo, per Ieſum Chriſtum, cui gloria in ſecula ſeculorũ. Amen.

Ad Romanos ſcripta fuit Corintho, per Pœben miniſtrã Cenchreenſis Eccleſiæ.

Scripta fuit à Corintho, per Phœben miniſtrã Cenchreenſis Eccleſiæ.

16 Et per Scripturas, διά τε γραφῶν. Vet. interpres expunxit particulam τε, quæ tamen eſt prorſus neceſſaria, vt connectantur duo participia φανερωθέντος & γνωρισθέντος: neque verò cauſam video cur hic laborarit Eraſmus, quaſi τε ſemper debeat cũ præcedentibus cohærere, aut è ſubiungi. Ad obedientiã fidei, εἰς ὑπακοὴν πίστεως. Vide ſuprà, 1.a.5. Declaratum, γνωρισθέντος. id eſt oblatum, & quarumuis Gentium cognitioni expoſitum. Sed duo hic notanda ſunt, nempe neque ita vniuerſaliter hoc dici, quaſi quum hæc Paulus ſcriberet, nulla prorſus gens eſſet ſub cælo cui non eſſet annuntiatum Euangelium: neque de ſingulis hominibus hoc eſſe accipiendum, quũ non ſit omnibus datum vt Dei myſteria noverint, Mat. 13.b.11. Vulg. Cogniti, ſenſu multũ diuerſo ac prorſus etiã falſo. Nam longè aliud eſt γνώναι, id eſt cognoſcere, quàm γνωρίζειν, id eſt notificare.

17 Soli, *inquam*, μόνῳ. Hoc hyperbaton (quod multos ex veteribus torſit & ipſum etiam Eraſmum, adeo vt ingenuè dicat ſe non reperire quod hic comminiſcatur) ſtudui illuſtrare, primùm addito verbo Inquam, quod in epanalepſi fere ſolet vſurpari: deinde particula ᾧ, vnde nata eſt tota difficultas, ſiue difficultate expuncta, non tam quia in Complutenſi editione deeſt, quàm quòd manifeſtus ſit Hebraiſmus, quum videlicet expreſſo antecedente relatiuum καταχρηστικῶς redundat αὐτῷ Epheſ. 3.d.21, & 1. Pet. 1.d.24. In ſecula, εἰς αἰῶνας. Vide Matthæũ 6.b.13. Nonnulli codices addunt τοῦ αἰῶνος, ſeculorum. Sic enim Hebræi dicunt לעולמי עולמים, quod expoſuimus Luc. 1.c.50.

Epiſtola Pauli Apoſtoli ad Corinthios prior.

Παύλου τοῦ Ἀποστόλου ἡ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολὴ πρώτη.

Κεφάλαιον α'

ΠΑΥΛΟΣ κλητὸς ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, διὰ θελήματος Θεοῦ, καὶ Σωσθένης ὁ ἀδελφὸς,

Τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ, ἡγιασμένοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, κλητοῖς ἁγίοις, σὺν πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν παντὶ τόπῳ, αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν.

Act. 9.b.9
2. Theſſ. 4.b.7
Rom. 1.a.7
eph. 1.a.1
col. 1.c.12
2. tim. 1.c.9
tit. 2.c.1
2. Tim. 1.d.12

NOVA INTERP. CAP. I.

PAVLVS ᵛ vocatione Apoſtolus Ieſu Chriſti per volũtatẽ Dei, & Soſthenes frater.

2 Eccleſiæ Dei quæ eſt Corinthi, ‖ ᵛ ſanctificatis ᵛ in Chriſto Ieſu, ‖ ᵛ vocatis ſanctis, ᵛ cum omnibus ‖ ᵛ qui inuocant nomẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti, in quouis loco, ᵛ Domini, *inquam*, tũ ipſorum, tum noſtri.

VETVS. CAP. I.

1 PAVLVS *vocatus* Apoſtolus Ieſu Chriſti per *voluntatem* Dei, & Soſthenes *frater*,

2 *Eccleſiæ* Dei quæ eſt *Corinthi*, *ſanctificatis in* Chriſto Ieſu, *vocatis ſanctis*, cũ omnibus qui *inuocant nomen* Domini noſtri Ieſu Chriſti, *in omni loco ipſorum* & noſtro.

ANNOTATIONES IN CAPVT I.

1 Vocatione, κλητός. Vide Rom. 1.a.1, vbi non hoc tãtùm, ſed alia etiam multa expoſuimus quæ tum in huius epiſtolæ tum etiam aliarum inſcriptione occurrunt.

2 Sanctificatis, ἡγιασμένοις. Ratio conſtructionis poſcebat vt potius ſcriberetur ἡγιασμένῃ, ſanctificatæ.

Sed in collectiuis omnibus ſolet interdum ſententiæ potius quàm verborum ratio haberi in omnibus linguis. Quòd autem attinet ad verbum Sanctificandi, de eo diximus multis locis, ac præſertim Ioh.17.c.17,& Rom.6. d.19. In Chriſto Ieſu, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Eraſ. Per Chriſtum Ieſum, vt etiam Græca ſcholia explicant. Ego verò malui ſeruare præpoſitionem ἐν, quòd melius declaret quomodo nos Pater per Chriſtum ſanctificet. i.à reliqua hominum colluuie ſeparatos ac purgatos, ſibi pro filiis conſecret, nempe donando nos Filio ſuo, vt ipſe ſit in nobis & nos in eo. Eadem cauſa fecit vt infrà, v.4, iterum eadē verba ſimili modo conuerterim,& ver.5, ἐν αὐτῷ ſim interpretatus IN EO potius quàm PER EVM. Vocatis ſanctis, κλητοῖς ἁγίοις. Id eſt quos Deus pro gratuita ſua bonitate ſibi ſegregauit, vel Quos Deus ad ſanctitatem vocauit. Illa expoſitio fontem ſanctificationis, iſta finem aperit. Illud autem ſæpe iam eſt à nobis annotatum verbū κλῆτος, id eſt vocare, apud Hebræos interdum declarare ipſius εἰσαγωγῆς initium, quod Deo tribuatur, vt qui videlicet ſolo verbo res omnes condat: interdum verò publicam eámque minimè nudam nuncupationem ſignificare, ſed quæ cum re ipſa cōſentiant: quo modo etiam Euſtathius nobilis Homeri interpres, explicat verbum κεκλῆσθαι, lib. Iliad. α, ſcribens in verba illa, - ὃ ἔστιν οὐ κατὰ προσηγορίαν κέκλησαι. Cum omnibus, σὺν πᾶσιν. Si hæc accipias prorſus vniuerſaliter, catholica fuerit hæc epiſtola, præter Apoſtoli conſuetudinem. Itaque hunc locum explicandum puto ex altera epiſtola, quæ diſertè inſcribitur non tantùm Corinthiis, ſed etiam reliquis totius Achaiæ fratribus, cùius metropolis erat Corinthus: ſicut epiſtola ad Galatas generalem etiam inſcriptionem habet. Verùm (vt dicam quod ſentio) mihi potius placet legere συμπᾶσιν, ſicut in duobus codicibus ſcriptum Inuenimus: quam lectionē ſi amplectamur, ita licebit hunc locū interpretari, Vocatis ſanctis vniuerſis, qui inuocant, &c. vt ſic ponatur ἁπλολογικῶς, ſicut Rom.1.d.18. vel, Vocatis ſanctis, id eſt omnibus iis qui inuocant, &c. Sunt autem addita hæc omnia ad explicandum Eccleſiæ nomen. Qui inuocant, τοῖς ἐπικαλουμένοις. Inuocandi verbum propriè de eo dicitur qui Dei ſubſidiū cum clamore petat, vt qui in periculo eſt conſtitutus. Eſt itaque vera inuocatio, fidei fructus. Nemo enim Deum appellat niſi qui eius præſidio tutū ſe fore ſperat. Inde factum vt κύριε ſæpenumerò pro toto Dei cultu accipiatur, vt inuocare nomen Chriſti, idē valeat atque Chriſtum pro Deo reipſa agnoſcere. Dominī ipſorum, tum ipſorum, tum noſtri, αὐτῶν καὶ ἡμῶν. Vulg. Ipſorum & noſtro. Eraſ. Vel ſuo, vel noſtro. Retulerunt enim hæc ad τόπῳ, quod & plerique magni nominis interpretes faciunt. Sed ego tamen iis aſſentior qui cōiungunt cum Κυρίου, vt ſit correctionis ſpecies, quia duntaxat dixerat Κυρίου ἡμῶν, Domini noſtri: in qua opinione eſt Photius, primi inter Græcos ſcholiaſtas nominis, itémque Chryſoſtomus & Theophylactus. Primùm enim nullam ſatis idoneam cauſam video cur hoc addatur, ſi de loco accipias, quum ſatis fuerit dixiſſe, omnibus & in omni loco. Deinde ne hoc quidem videre poſſum cur Paulus noſtrum locum vocet Iudæam, vt interpretatur Ambroſius, ipſorum verò locum, cunctas Gentium Eccleſias. Nam neque hæc conſuetudo eſt Pauli vt Gentes compellans, ſeſe cum Iudæis coniungat, præſertim in proœmiis: neque etiam Paulus ex Iudæa erat. Hic autem de loco non de religione agitur. Denique ſi Iudæos conſtituerat Apoſtolus Gentibus opponere, cur Iudææ vnius meminiſſet, quum per orbem terrarum eſſent diſperſi qui ex Iudæis crediderūt? Poſtremò id quoq; obſeruandum puto, Apoſtolū non ita ſcripſiſſe vt verrit Eraſmus, Vel ſuo vel noſtro, ἢ αὐτῶν, ἢ ἡμῶν, per diſiūctionem, ſed connexa enuntiatione dixiſſe αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν, & ipſorum & noſtro: vt prorſus neceſſe videatur hæc accipere de eo quod Apoſtolus ſignificet vtrorūque eſſe commune. Atenim cur iſta Paulus cōmemorare Optima certè ratione. Nempe vt iam inde ab initio iaciat futuræ diſputationis fundamentum. Nam ſi Corinthii cæterique omnes ab vno Deo vocati ſunt & in vno Chriſto ſanctificati, ſi omnes vnum eundémque Dominum habent ac profitentur, vnde factiones iſtæ quæ inter eos vigebant, quaſi Chriſtus eſſet diuiſus?

Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.	3 Gratia vobis & pax à Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto.	3 *Gratia vobis & pax à Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto.*
Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἐπὶ τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ τῇ δοθείσῃ ὑμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ·	4 Gratias ago Deo meo ſemper de vobis, ob gratiam Dei quæ data eſt vobis in Chriſto Ieſu:	4 *Gratias ago Deo meo ſemper pro vobis in gratia Dei quæ data eſt vobis in Chriſto Ieſu:*
Ὅτι ἐν παντὶ ἐπλουτίσθητε ἐν αὐτῷ, ἐν παντὶ λόγῳ καὶ πάσῃ γνώσει·	5 Quòd in omnibus ditati ſitis in ipſo omni loquendi facultate, omnique cognitione:	5 *Quòd in omnib⁹ diuitat ſacti eſtis in illo, in omni verbo & in omni ſcientia:*
Καθὼς τὸ μαρτύριον τοῦ Χριστοῦ ἐβεβαιώθη ἐν ὑμῖν.	6 Prout teſtimonium Chriſti confirmatum fuit in vobis.	6 *Sicut teſtimonium Chriſti cōfirmatū eſt in vobis.*

3 Gratia, χάρις. Vide Rom.1.a.7, vbi totum hunc verſiculum expoſuimus.

5 In omnibus, ἐν παντί. Eraſmus, Omnibus: quaſi dicat Apoſtolus eos in Chriſto abundare omni genere beneficiorum quæ ſolet Eccleſia ex Deo percipere. Idipſum verò quum poſtea (id eſt verſiculo ſeptimo) dicatur, non facilè admiſerim hanc παντολογίαν. Deinde quum poſtea enumerentur ſpecies, alterum neceſſe fuit, nempe vt vel ex ſpecies enumerarentur quæ totum genus cōprehenderent, vel adiiceretur particula quæ oſtenderet exempli cauſa certas duntaxat eáſque præcipuas ſpecies recenſeri. Sed neque particula vlla adiicitur, neque duæ illæ ſpecies, nempe λόγος & γνῶσις, videntur omnia comprehendere. Itaque ἐν παντὶ exiſtimo idem declarare atque in omni re, ſeu negotio. Ditati ſitis, ἐπλουτίσθητε. Annotauimus Rom.1.a.4, Diuitiarum nomine omnem copiam ac abundātiam ſignificari apud Paulū: quo modo etiam apud idoneos ſcriptores πλουτεῖν pro ἅπτεσθαι accipitur. In ipſo, ἐν αὐτῷ. Eraſ. Per ipſum. Vide ſuprà, ver.2. Omni loquēdi facultate, ἐν παντὶ λόγῳ. Hic demū Apoſtolus ſignificat quæ ſint opes quibus Corinthii abūdent in omni negotio. itaq; redundat præpoſitio ἐν ex Hebræorum idiotiſmo, vt Epheſ.1.a.4, Iac.1.b.10, 1.Tim.3.d.18. Solent enim Græci τὸ πλουτεῖν potius connectere cum ſecundo caſu, aut tertio ſine præpoſitione. Particula autem πᾶς hoc loco, vt Rō.15.c.14, 1.Cor.13.a.3, & alibi ſæpe, non eſt propriè vniuerſalis, ſed totum quiddam & integrum declarat: quod tamen rurſus ita eſt accipiendum vt meminerimus eius quod ſcribitur infrà, 13.c.9, nos omnes videlicet, quandiu hic verſamur, nōniſi ex parte cognoſcere ac prophetare. Itaque quum omnem ſermonem, omnémque cognitionem tribuit Corinthiis Apoſtolus, quædam eſt ſpecies hyperboles, ad præſentem fidelium conditionem reſtringendæ. Cæterùm λόγον vocat, non inanem loquentiam, ſed ſanctæ facundiæ donum quo abutebantur Corinthii.

6 Prout, καθώς. Eraſmus, Quibus rebus, id eſt ἐν οἷς, vt etiam Græca ſcholia interpretantur, ſed

prorſus cosẽtè, quum per ſe plana & aperta ſit ſententia. Gratias ago Deo, inquit Apoſtolus, quòd in Chriſto ſitis ditati omni cognitione & ſermonis etiam gratia. quod ita eſſe vt dico, ſatis apparet ex eo quòd Chriſti teſtimonium ſit in vobis confirmatum. id eſt ex eo quòd firma ac luculenta ſint in vobis quæcunque Chriſti præſentiam ac virtutem teſtantur: nempe dona illa omnia Spiritus ſancti, quibus tam abunde eſtis inſtructi vt nullum vos deficiat. Hæc eſt (ni fallor) huius loci genuina expoſitio: quam quũ etiam Photius in Græcis ſcholiis annotarit, miror ab Eraſmo fuiſſe præteritam. Simili ratione argumentatur Petrus Act.10.g.47, & 13.b.7.8 & 9, nimirum ab effectis ad cauſam. 5

Ὥστε ὑμᾶς μὴ ὑστερεῖσθαι ἐν μηδενὶ χαρίσματι, ἀπεκδεχομένους τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Eſa.2.c.11 pſal.3.d.20

7 Adeo vt nullo dono deficiamini, expectantes dum reueletur Dominus noſter Ieſus Chriſtus.

7 Ita vt nihil vobis deſit in vlla gratia, expectantibus reuelationem Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Ὃς καὶ βεβαιώσει ὑμᾶς ἕως τέλους ἀνεγκλήτους ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

1.Theſſ.3.d.13 & 5.d.23

8 Qui Deus etiam confirmabit vos vſque ad finem inculpatos, in die Domini noſtri Ieſu Chriſti.

8 Qui & cõfirmabit nos vſque in finem ſine crimine, in die aduentus Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Πιστὸς ὁ Θεός, δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς κοινωνίαν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν.

1.Theſſ.5.d.24

9 Fidelis Deus, per quem vocati eſtis in communionem Filii ipſius Ieſu Chriſti Domini noſtri.

9 Fidelis Deus, per quem vocati eſtis in ſocietatem Filij eius Ieſu Chriſti Domini noſtri.

Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἵνα τὸ αὐτὸ λέγητε πάντες, καὶ μὴ ᾖ ἐν ὑμῖν σχίσματα, ἦτε δὲ κατηρτισμένοι ἐν τῷ αὐτῷ νοῒ καὶ ἐν τῇ αὐτῇ γνώμῃ.

10 Precor autem vos, fratres, per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt idem loquamini omnes, & non ſint inter vos diſſidia, ſed ſitis coagmẽtati, eadẽ mente & ſententia.

10 Obſecro autẽ vos, fratres, p nomẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti, ut idipſũ dicatis omnes, & nõ ſint in vobis ſchiſmata, ſitis autem perfecti, eadem mente & eadem ſententia.

6 Adeo vt, ὥς.vt, hoc loco non notat finem, ſed conſequutionem: ſicut rectè annotauit Eraſmus. Ego adiicio, cohærere non cum verſu 5, ſed cum verbo ἐβεβαιώθη, confirmatum eſt, cuius nimirum reddat rationem: vt ab iis planè differitiam qui ver. 6, addita parenthefi, ab iſto diuellunt. Deficiamini, ὑστερεῖσθαι. Vulgata, Deſit. Eraſmus, Deſtituamini. Vide Rom.3.c.23. Expectantes, ἀπεκδεχομένους i. interim dum expectatis: quaſi ſcriptum ſit ἐν τῷ ἀποκδέχεσθαι. Dum reueletur, τὴν ἀποκάλυψιν. Vulgata & Eraſmus, Reuelationem, ambiguè, quum etiam actiuè poſſit accipi. Loquitur autem Paulus de altero Chriſti aduentu, vt & Petrus 1. Epiſt. 1.b.7, & c.13.

8 Qui Deus. ὃς. Repetendum eſt Dei nomen à ver.4, vbi dixerat τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, Gratias ago Deo, & paulo pòſt, διὰ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, pro ὅτι τὴν χάριν αὐτοῦ. i. ob gratiam Dei, pro ob gratiam ipſius, repetito antecedẽte ex Hebræorum more, loco relatiui. Neque eſt quòd quiſquam hac eclipſi offendatur, quum ſuperiores verſiculi, nempe 5. 6 & 7, cum extremo quarto prorſus cohæreant. Inculpatos, ἀνεγκλήτους. Id eſt, vt ſitis inculpati. Inculpatos autem vocat non quos nunquam quiſquam culparit, ſed quos nemo poſſit meritò culpare. id eſt eos qui ſunt in Chriſto Ieſu, in quibus nulla eſt condemnatio, vt expoſuit Rom.8.a.1, & f.33. Vide Luc.1.a.6, vbi expẽdimus quod iterum hoc loco inculcat Eraſmus, eſſe videlicet perfectius atque etiam difficilius ἀνέγκλητον eſſe quàm innocentem. In diem, ἐν τῇ ἡμέρᾳ. Id eſt εἰς τὴν ἡμέραν, vt Rom.2.a.5. Dies autem Domini quid ſignificet, declarauit ipſe Apoſtolus Rom.2.c.16. Domini noſtri, τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Vulg. Aduentus Domini noſtri, τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν.

9 Fidelis, πιστὸς. Id eſt verax & cõſtans, vt illum prædicat Dauid Pſal.138. Itaque vera & propria ſignificatione accipitur Fidei nomen hoc in loco, nempe pro dictorum ac conuentorum conſtantia & veritate, vt à Cicerone definitur: quanuis peculiariter hic videatur conſtantia Dei ſignificari. Nam quòd vocet in Filii ſui communionem, id omne ipſius veritati tribuendum eſt, qui verax eſſe non deſinat etiamſi mendaces ſimus: quòd autem quoſcunque ſemel donauit Filio, nunquam poſtea illi eripiat, ſed perſeuerantiæ Spiritu donet, in eo ſe verè conſtantem declarat. Alioquin πιστὸς diuerſa ſignificatione ſolet vocare Apoſtolus eos qui fide ſunt Chriſtum amplexi. πιστὸς autem λόγος vocatur 1.Tim.4.c.9, & 2.Tim.2.b.11, ſermo firmus, & qui fallere nunquam poſſit, eadem ratione qua fidelis ipſe Deus dicitur. Per quem, δι' οὗ. Id eſt ὑφ' οὗ, à quo. Eſt enim promiſcuus harum præpoſitionum vſus: vt planè inepti ſint qui iſtis ſyllabarum aucupiis conantur homines imperitos irretire, vt Dei οὐσίας diſcerpant, aut perſonarum inæqualitatem inuehant: aduerſus quos egregiè diſputat Baſilius in libro De Spiritu ſancto. Communionẽ, κοινωνίαν. Vulg. Societatem. Eraſ. Conſortium. Sed Communionis vocabulum (vt rectè indicauit doctiſſimus interpres) & Græcam vocem & noſtram illam cum ipſa Chriſti ſubſtantia coniunctionem melius declarat.

10 Idem, τὸ αὐτό. Vulgata, Idipſum, de quo diximus Rom.11.c.16. Diſſidia, σχίσματα. Vulgata, Schiſmata, id eſt διχοστασίαι, quas Apoſtolus ab hæreſibus diſtinguit Gal.5.d.20. Eſt enim (vt opinor) propriè σχίσμα ſeu διχοστασία, animorum ſimpliciter ſeu voluntatum diſſenſio, quum alii aliis hominibus vel externis ritibus ita ſunt addicti, vt quanuis alioquin in ipſis religionis capitibus conſentiant, tamen animis ſint abalienati, & factiones quaſdam ineant: vt Corinthii, quorum alii Apollo, alii Cephan, alii Paulum iactabant. Hæreſis verò propriè declarat certam quandam factionem doctrinæ cauſa exortam, vt expoſuimus Act.5.d.17. Hic tamen Paulus Schiſma in genere vocat omnem diſſidii ſpeciem, vt apparet ex eo quod illi opponitur, id eſt ex cõſenſione quam requirit tum in ſententia ſeu eodem in religionis capitibus iudicio, (id enim propriè declarat γνώμη) tum in animorum ſeu voluntatis coniunctione: (id enim eſt quod Mentis appellatione intelligit: vnde ὁμόνοιαν Græci vocant quam Latini concordiam) denique in ipſa etiã oratione, quæ & iudicii & voluntatis eſt index. Vt autem ita hunc locum interpreter, non eo tantùm adducor quòd hac ratione ſeruetur ſimplex ac genuina verborum ſignificatio, ſed etiam quòd ita maximè appareat naturalis & concinna omnium partiũ collocatio. Aſcendit enim Paulus ordine retrogrado ab imis ad ſumma, nẽpe à loquutione ad voluntatem, à vo-

lantate ad fontem ipſius tum voluntatis tum loquutionis, id eſt ad animi iudicium. Coagmentari, καταρτισθῆναι. Siue coadunati, ac compacti, vt totum quippiam quod ſuis omnibus partibus apte inter ſe cohærentibus componitur. Nam (ſicut alibi expoſuimus) hoc verbum de quātitate diſcreta (quam vocant) proprie dicitur. Vt autem res omnes eiuſmodi ex multis partibus compoſitæ, ſuis numeris cōſtent, duo requiruntur, nempe vt pars nulla deſit aut ſuperſit: deinde vt omnes apte inter ſe cohæreant. Inde factum vt ἄρτιος integrum & perfectum declaret, quum videlicet de numero pari proprie dicatur, & ἀρτίζειν cum ſuis compoſitis non modò pro componere ſeu compingere ac coagmentare, vt Rom. 9. d. 22, ſed etiam pro perficere accipiatur. Deinde etiam apud medicos vſurpatur pro luxata membra in ſuum locum reſtituere: qua ſignificatione videtur translatitiè poni Gal. 6. a. 1. Denique etiam pro ſarcire quod ruptum eſt & diſſolutum, vt Mat. 4. d. 21. Sed ipſi ſtandum quid cuique loco conueniat. Mihi quidem non placet Veteris interpretis ſententia, qui καταρτισθῆτε exponit perfectos, quum hoc nomine fere intelligātur perfectæ virtutis homines, quales proprie nulli ſunt in hac vita, & hoc nihil ad hunc locum pertineat. Eraſmus verò longius à Græcis receſſit quum interpretaretur, Sed ſitis integrum corpus: nec ſatis etiam perſpicuè videtur loquutus.

Ἐδηλώθη γάρ μοι περὶ ὑμῶν, ἀδελφοί μου, ὑπὸ τῶν Χλόης, ὅτι ἔριδες ἐν ὑμῖν εἰσι.

11 Declaratum eſt enim mihi de vobis, fratres mei, à domeſticis Chloes, quòd lites ſint inter vos.

11 *Significatum eſt enim mihi de vobis fratres mei, ab iis qui ſunt Chloes, quòd contentiones ſunt inter vos.*

Λέγω δὲ τοῦτο, ὅτι ἕκαστος ὑμῶν λέγει, Ἐγὼ μέν εἰμι Παύλου, ἐγὼ δὲ Ἀπολλώ, ἐγὼ δὲ Κηφᾶ, ἐγὼ δὲ Χριστοῦ.

12 Hoc autē dico, vnūquemquē veſtrū dicere, Ego quidē ſum Pauli, ego verò Apollo, ego verò Cephæ, ego verò Chriſti.

12 *Hoc autem dico quòd unuſquiſque veſtrū dicit, Ego quidem ſum Pauli, ego autē Apollo, ego verò Cephæ, ego autē Chriſti.* Act. 18. f. 24

Μεμέρισται ὁ Χριστός; μὴ Παῦλος ἐσταυρώθη ὑπὲρ ὑμῶν, ἢ εἰς τὸ ὄνομα Παύλου ἐβαπτίσθητε;

13 Num diſpertitus eſt Chriſtus? num Paulus crucifixus eſt pro vobis, aut in nomen Pauli baptizati fuiſtis?

13 *Diuiſus eſt Chriſtus? numquid Paulus crucifixus eſt pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati eſtis?*

Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ ὅτι οὐδένα ὑμῶν ἐβάπτισα, εἰ μὴ Κρίσπον καὶ Γάϊον·

14 Gratias ago Deo meo quòd neminem veſtrum baptizauerim, niſi Criſpum & Gaium:

14 *Gratias ago Deo quòd neminem veſtrum baptizaui, niſi Criſpum & Gaium:* Act. 18. c. 8.

Ἵνα μή τις εἴπῃ ὅτι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα ἐβάπτισα.

15 Vt nequis dicat me in meū nomen baptizaſſe.

15 *Nequis dicat quòd in nomine meo baptizati eſtis.*

11 Declaratum eſt, ἐδηλώθη. Vulgata & Eraſmus, Significatum eſt, ἐσημάνθη. Declarat autem τὸ δῆλον aliquid amplius quàm τὸ σημαίνεσθαι, vt apud Latinos differunt declarare & ſignificare. Sic enim Cicero, ad Lucceium ſcribens, Itaque, inquit, hoc ſæpius dicendum, tibique non ſignificandum ſolùm, ſed etiam declarandum arbitror, nihil mihi eſſe potuiſſe tuis literis gratius. Pertinet autem huius vocabuli explicatio ad ſententiæ pondus, ne videlicet Apoſtolus cuiuis delationi temere videatur credidiſſe. A domeſticis Chloes, ὑπὸ τῶν Χλόης. Similis dicendi formula occurrit Rom. 16. b. 10 & 11. vt mihi dubium eſſe non poſſit quin Chloe ſit religioſæ alicuius matronæ nomen. Nam neque vllus in eo tractu locus commemoratur hoc nomine, neque, ſi locus ſignificaretur, prætermiſſa fuiſſet præpoſitio, vt recte obſeruauit Eraſmus. Deinde paſſim apud Græcos hoc nomen mulieribus tribuitur.

12 Hoc autem dico, &c. λέγω δὲ τοῦτο. Id eſt, Quod autem vobis dictum volo, ſiue, quod mihi dico à domeſticis Chloes declaratum, illud eſt, vos nimirum hoc ſolere dictitare, Ego quidem ſum Pauli, &c. Similis formula occurrit Rom. 15. b. 8. Aliis placuit ὅ, τι excudere, quaſi ſit pronomen: nos tamen nuſquam inuenimus ita ſcriptū. Ab aliis denique ὅτι accipitur pro διότι, id eſt quia, vel propterea quòd. Suū cuique liberum iudiciū eſto. nam quocunque modo accipias, eadem manebit ſententia. Illud verò notandum eſt, ſingulis non tribui hæc omnia, ſed alia aliis. Neque enim vnuſquiſque dicebat, Ego ſum Pauli, ego ſum Cephæ, ſed alius quidem Paulum, alius verò Cepham iactabat. Itaque hoc quoque dicendi genus (vt alia multa) petitum eſt è medio.

Ego verò Chriſti, ἐγὼ δὲ Χριστοῦ. Chryſoſtomus, quantum licet ex eius interpretatione colligere, ſic iſta diſtinxit, quaſi non ſint Corinthiorum ſed ipſius Apoſtoli verba, Corinthios ſuo exemplo docentis quidnam ſentire ac docere deberent. Eam verò expoſitionem ſi ſequamur, adſcribendum erit punctum poſt Κηφᾶ, & pro Ego verò Chriſti, dicendum erit, At ego ſum Chriſti, & verſiculus 13 ab his verbis inchoandus. Fuit autem in hanc ſententiam adductus Chryſoſtomus, eo quòd non videantur reprehendi poſſe qui ſe Chriſti eſſe dicunt. quæ ratio quum non adeo ſit firma quin conuelli facilè poſſit, & omnes codices vno conſenſu iſta connectāt cum præcedētibus, (quaſi vna etiam iſtorum factio fuerit qui ſe Chriſti eſſe dicerent) nolim à recepta lectione temere diſcedere. Puto igitur ſuperiores factiones eorum fuiſſe qui plus æquo his vel illis miniſtris erant addicti, adeo vt cæteros aſpernarentur, ac proinde homines potius quàm Chriſtum ipſum colerent: hanc autem poſtremam particulam ad eos pertinere qui in contrariam partem peccabant, id eſt, qui ſe vnius Chriſti ita eſſe dicebant vt interim iis per quos Deus loquitur, nihil tribuerent. quo peſtilentiſſimo morbo vtinam nulli hodie laborarent. Itaque Apoſtolus non reprehendit eos ſimpliciter qui vnius Chriſti ſe eſſe dicerēt, ſed qui Chriſtum ita profitebantur vt nec Paulum, nec Apollo, nec Cepham, id eſt nullos miniſtros quantumuis excellentes pro miniſtris agnoſcerent. Nec enim minus peccat qui Dei miniſtros ſpernit, quàm qui certis hominibus nimium tribuit.

13 Num diſpertitus eſt Chriſtus? μεμέρισται ὁ Χριστός; Sic malo legere quàm tollere interrogationē, cum Theodotito. Itaque ſubaudienda eſt particula μή, quam Eraſmus rectè expreſſit, ne poſthac corrūpi facilè poſſit hic locus: & in vno exēplari additā cōpertimus. Quòd autē Chryſoſtomus actiuè interpretatur μεμέρικεν, diuiſit, nimis eſt violentū, quū plana ſit ſentētia, nō poſſe vel aliquos miniſtros nullo loco haberi, vel Chriſtū miniſtris opponi, quin veluti diſcerpatur Chriſtus. In nomē Pauli, εἰς ὄνομα Παύλου. Ortū eſt hoc dicēdi genus ex Baptiſmi formula quæ deſcribitur Mat. 28. d. 19. Quid autē ibi valeat nomē Patris & Filii, & Spiritus ſancti, diximus Act. 3. c. 16, & 19. a. 4. 15 Baptizaſſe, ἐβάπτισα. Quidam vetuſti codices habent ἐβαπτίσθην, baptizatus ſim, vt Legit Vetus interpres. Quidā ἐβαπτίσθη, baptizatus ſit, quod optimè cohæret cū ἵνα μή τις, vt nequis.

Εβάπτισα δὲ καὶ τὸν Στεφανᾶ οἶκον· λοιπὸν οὐκ οἶδα εἴ τινα ἄλλον ἐβάπτισα.

16 Baptizaui autem etiam Stephanæ familiã: cæterùm haud scio num quem alium baptizauerim.

16 *Baptizaui autẽ & Stephanæ domum: cæterùm nescio si quem alium baptizauerim.*

Οὐ γὰρ ἀπέστειλέ με Χριστὸς βαπτίζειν, ἀλλ' εὐαγγελίζεσθαι· οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγου, ἵνα μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ.

Infrà, 2.c.14 gal.5.c.11 2.per.3.c.16

17 Non enim misit me Christus vt baptizarem, sed vt euangelizarem: non tamen cum dicendi peritia, ne inanis reddatur crux Christi.

17 *Nõ enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare: non in sapientia verbi, ne non euacuetur crux Christi.*

Ὁ λόγος γὰρ ὁ τοῦ σταυροῦ τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μωρία ἐστί· τοῖς δὲ σῳζομένοις ἡμῖν δύναμις Θεοῦ ἐστί.

Rom.1.b.16

18 Nam sermo ille de cruce, iis quidem qui pereunt, stultitia est: nobis autem qui seruamur, potentia Dei est.

18 *Verbum enim crucis, pereuntibus quidem stultitia est: his autem qui salui fiunt, id est nobis, Dei virtus est.*

Γέγραπται γάρ, Ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω.

Esa.29.c.14

19 Scriptum est enim, Abolebo sapientiam sapientum, & intelligentiam intelligentium tollam è medio.

19 *Scriptum est enim, Perdam sapientiam sapientium: & prudentiam prudentum reprobabo.*

Ποῦ σοφός; ποῦ γραμματεύς; ποῦ συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου; οὐχὶ ἐμώρανεν ὁ Θεὸς τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου τούτου;

20 Vbi sapiens? vbi Scriba? vbi conquisitor seculi istius? nõne infatuauit Deus sapientiam mundi huius?

20 *Vbi sapiens? vbi scriba? vbi conquisitor huius seculi? nõne stultã fecit Deus sapientiã huius mundi?*

Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῇ σοφίᾳ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔγνω ὁ κόσμος διὰ τῆς σοφίας τὸν Θεόν,

21 Nam postquam in Dei sapientia mundus non cognouit Deum ex eius sapientia,

21 *Nã quia in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum,*

17 **Non misit,** οὐκ ἀπέστειλε. Atqui iussi sunt etiam baptizare Apostoli, & ipse Apostolus aliquot baptizauit. Est igitur quædam species hyperboles, petita & ipsa è medio (vt opinor) quando absolutè negatur quod tamen κατά τι negari debuit. Intelligit enim Paulus se non peculiariter & præcipuè baptizandi sed euangelizandi munus à Deo accepisse. Similis est loquendi forma Ierem.7.c.22. **Non tamen,** οὐκ. Addidi particulã TAMEN vt oppositi mẽbri eclipsis minus sentiatur. Nam ad explendam sententiam adiiciendum fuerat, Sed per sapientiam Dei. Similis eclipsis occurrit Rom.14.a.1. **Cum dicendi peritia,** ἐν σοφίᾳ λόγου. Vulg. barbarè & obscurè, In sapientia verbi. Eras. Erudito sermone. Porro σοφία & φρόνησις sic distinguuntur vt illa in contemplatione, ista in actione versetur. Sed σοφίας vocabulum constat interdum latius patere: adeo vt omnis generis artifices periti soleant à Græcis σοφοὶ appellari, vt infrà, 3.b.10. Sed & nominatim Sophistæ dicti sunt qui illam in rebus ciuilibus administrandis solertiam cum forensi facundia coniunxerunt, & ab agendo sese ad dicendũ contulerunt, vt ait in Themistocle Plutarchus. Itaque non dubito quin oratoriam facultatem Apostolus appellet λόγου σοφίαν, quam à se non modò vt non necessariam remouet, sed etiam vt Apostolicæ facultati prorsus contrariam. Quid igitur annon adfuit Paulo sua δύναμις: certè adfuit quanta nulli vnquam obtigit, sed cælestis, non humana, & à fucatis illis coloribus prorsus pura. **Inanis reddatur,** κενωθῇ. Vulg. Euacuetur, admodum incommodè. **Crux Christi,** ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ. Sic vocat Euangelicæ prædicationis argumentum. Visus autem fuisset Christi crucifixi Spiritus nihil agere si humanæ facundiæ vi homines ad Christianismum essent adducti.

18 **Sermo ille de cruce,** ὁ λόγος ὁ τοῦ σταυροῦ. Id est, prædicatio de Christo crucifixo. vel, genus illud orationis quo vtimur in annuntianda vobis salute per Christi crucifixi mortem. **Potentia Dei,** δύναμις Θεοῦ. Illud in quo Deus mirificam & infinitam vim suam seruandis electis declarat: quæ quidem non ita emineret si ab humanarum artium, aut humanæ sapientiæ, denique vllius rei subsidio penderet quæ ab ipsis hominibus possit proficisci. Ita enim sibi tribuerent homines quod vnius crucis proprium est.

19 **Tollam è medio,** ἀθετήσω. Editio Esaiæ Græca habet κρύψω, abscondam. Hebræa autem veritas totũ hunc locũ sic legit, cap.29.c.14, ואבדה חכמת חכמיו ובינת נבוניו תסתתר. i. & peribit sapiẽtia sapientũ eius, & prudẽtia prudentũ eius abscõdet sese. Itaque etsi Græca non respondeãt Hebræis, si vocabula spectes, tamen eadem manet sententia. Tantùm enim in illo discrimen est quòd Propheta verbis neutris vsus est, quæ Græci in actiua conuerterunt. Nam perit sapientia, sed Domino destruente: & sapientia euanescit, sed à Domino sublata & obliterata. Verbum autem ἀθετῶ, quod propriè declarat loco suo amouere, vt exposuimus Mar.6.d.16, conuertimus tollere è medio, potius quàm reprobare, cum Vetere interprete, & reiicere, cum Erasmo, non tantùm ex doctissimi interpretis authoritate, sed etiam veritatem ipsam Hebræã sequuti. Neque enim quicquid reiicitur euanescit, sed quod è medio tollitur ita vt nusquam appareat.

20 **Vbi Scriba?** ποῦ γραμματεύς; id est, Legis interpres, vt exposuimus Mat.2.a.4. Sine, quia de Iudæis propriè non loquitur, Vbi es ô literate, & terẽdis libris exercitate? Magnam autem emphasin habet singularis numerus, quòd ita videatur Apostolus singulos compellare, quasi diceret ne vnum quidem nominari posse ex istorum numero qui hoc arcanum Dei vel suspicari potuerit, vel humanæ rationis vi consequi. **Cõquisitor,** συζητητής. Id est, ô tu qui in huius mundi arcanis perscrutandis & acutissimis quibusque quæstionibus explicandis omnem ætatem consumis. Assentior autem doctissimo interpreti, qui hæc putat esse ipsius Pauli verba, humanæ sapientiæ insultantis, non autem Esaiæ. Quanuis enim simile quiddam in speciem videatur scriptum Esaiæ 33.c.18, tamen nec eadem sunt verba, nec idem scopus, sed prorsus diuersus. συζητῆς autem dicuntur qui vnà rationes conferunt ad alicuius rei indagationem. Ideo Eras. Disputatorem conuertit. **Seculi istius** τοῦ αἰῶνος τούτου. Videntur ista non ineptè posse cum aliis etiam duobus præcedentibus connecti, vt vno interrogationis tenore legantur.

21 **In Dei sapientia,** ἐν τῇ σοφίᾳ τοῦ Θεοῦ. Id est, in hac mundi fabrica, in qua singularis illa Dei sapientia insculpta est & omnium oculis exposita. **Mundus,** ὁ κόσμος. Id est, omnes homines non regenerati, sed

cuiuſmodi ſunt quum in hanc lucem prodeunt: vt alibi ſæpe. Interdum verò pro ſolis reprobis accipit, vt Ioh. 14.b.17, & c.12. Interdum pro hominibus huius mundi incolis in genere, vt Ioh.3.b.16.

εὐδόκησεν ὁ Θεὸς διὰ τῆς μωρίας τοῦ κηρύγματος σῶσαι τοὺς πιστεύοντας.	placuit Deo per ſtultam prædicationem ſeruare credentes.	placuit Deo per ſtultam prædicationem ſalnos facere credentes.
Ἐπειδὴ καὶ Ἰουδαῖοι σημεῖον αἰτοῦσι, καὶ Ἕλληνες σοφίαν ζητοῦσιν·	22 ‖Quandoquidem & Iudæi ſignum petunt, & Græci ſapientiam quærunt:	22 Quoniã et Iudæi ſignũ petunt, & Græci ſapientiam quærunt: Matth.12.c.38
Ἡμεῖς δὲ κηρύσσομεν Χριστὸν ἐσταυρωμένον, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, Ἔθνεσι δὲ μωρίαν·	23 Nos autẽ prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidẽ offendiculum, Græcis verò ſtultitiam:	23 Nos autẽ prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcãdalum, Gentibus autem ſtultitiã:
Αὐτοῖς δὲ τοῖς κλητοῖς Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι Χριστὸν Θεοῦ δύναμιν καὶ Θεοῦ σοφίαν.	24 Ipſis autem vocatis, tum Iudæis tum Græcis, Chriſtum Dei potentiam ac Dei ſapientiam.	24 Ipſis autem vocatis, tũ Iudæis atque Græcis, Chriſtum Dei virtutẽ & Dei ſapientiam.
Ὅτι τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί· καὶ τὸ ἀσθενὲς τοῦ Θεοῦ, ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί.	25 Nam ſtultitia Dei ſapiẽtior eſt quàm homines: & infirmitas Dei validior eſt quàm homines.	25 Quia quod ſtultum eſt Dei, ſapiẽtius eſt hominibus: & quod infirmũ eſt Dei, fortius eſt hominibus.
Βλέπετε γὰρ τὴν κλῆσιν ὑμῶν, ἀδελφοί, ὅτι οὐ πολλοὶ σοφοὶ κατὰ σάρκα, οὐ πολλοὶ δυνατοί, οὐ πολλοὶ εὐγενεῖς.	26 Videtis enim vocationem veſtrã, fratres: vos videlicet non eſſe multos ſapientes ſecundũ carnẽ, nõ multos potentes, non multos nobiles.	26 Videte enim vocationẽ veſtram fratres, quia nõ multi ſapiẽtes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles.
Ἀλλὰ τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεός, ἵνα τοὺς σοφοὺς καταισχύνῃ· καὶ τὰ ἀσθενῆ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεός, ἵνα καταισχύνῃ τὰ ἰσχυρά·	27 Verùm quæ ſtulta ſunt in mũdo, elegit Deus, vt pudefaciat ſapientes: & quæ ſunt infirma in mundo, elegit Deus, vt pudefaciat robuſta:	27 Sed quæ ſtulta ſunt mũdi elegit Deus, vt confundat ſapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia:
Καὶ τὰ ἀγενῆ τοῦ κόσμου, καὶ τὰ ἐξουθενημένα ἐξελέξατο ὁ Θεός, καὶ τὰ μὴ ὄντα, ἵνα τὰ ὄντα καταργήσῃ·	28 Et quæ ignobilia ſunt, in mũdo, & pro nihilo habita, elegit Deus, & ea quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt aboleat:	28 Et ignobilia mundi & contẽptibilia elegit Deus, & ea quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt deſtrueret:

Placuit, εὐδόκησεν. Eraſ. Viſum eſt. Declaratur autẽ hoc verbo, nõ modò ita viſum eſſe Deo, ſed etiã quare impulſ' id voluerit, nimirũ gratuita illa & infinita ſua bonitate. Per ſtultã prædic. &c. διὰ τῆς μωρίας τ' κηρύγ.

5 Sic vocat Euangelii prædicationem, per conceſſionem, ex hominum hypotheſi. vt etiam in ſequenti verſu ſtultitiam & infirmitatẽ Dei vocat, idque grauiſſima cum hominum reprehẽſione: qui iſta malint, repugnante etiam conſcientia, Deo affingere, quàm ſuam ipſorum ſtultitiam & imbecillitatem agnoſcere ac deprecari. Vulg. & Eraſ. Per ſtultitiam prædicationis. quem Hebraiſmum annotauimus Mat.24.b.15, & alibi ſæpe.

24 Ipſis autem vocatis, αὐτοῖς δὲ τοῖς κλητοῖς. Id eſt, iis autem qui vocati ſunt Eraſ. Sed iiſdem, τοῖς αὐτοῖς

10 δὲ, quod mihi nõ placet. Neque enim idẽ declarat vtraque loquutio. i. αὐτοῖς οἱ κλητοὶ & οἱ αὐτοὶ κλητοὶ, neque Paulum exiſtimo eoſdem illos vocatos dicere quibus Chriſtus offendiculum erat aut ſtultitiam: ſed quum in genere de Iudæis & Græcis videretur loquutus, eos poſtea excipere qui tum ex his tum ex illis crediderant. Quinam verò κλητοὶ dicantur ab Apoſtolo, expoſuimus Rom.1.a.6.

25 Sapientior eſt quàm homines, σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί. Vulg. Sapientius eſt hominibus. quod me-

15 ritò reprehendit Auguſtinus lib. De doctrina Chriſtiana 2. cap. 13, propter amphiboliam: quòd incertum ſit an hominibus ſit dandi caſus an auferendi. quaſi dicas, Stultum eſt tibi, ſed ſtultius huic. Quid ſi verò oppoſitũ aliquid ſubaudias: vt ſit plena hæc conſtructio, ἐπὶ μωρὸν τῷ Θεῷ σοφώτερον τῷ σοφῷ ἐστὶ ἀνθρώπων, Nam ſtultitia Dei ſapientior eſt ſapiẽtia hominum. Et poſtea, καὶ ἀσθενὲς τῷ Θεῷ, ἰσχυρότερον τῷ ἰσχυρῷ ἐστὶ ἀνθρώπων, infirmitas Dei robuſtior hominum robore. Ita enim clarior eſſet antitheſis: quæ ſanè videtur hanc eclipſin minus duram efficere,

20 propter mutuam contrariorum rationem: vt etiamſi non addantur, facilè poſſint intelligi. Nam quum eadem dictio repetenda eſt, videtur multo durior eclipſis, cuius tamen extat exemplum in eodẽ dicendi genere, Ioh. 5.f.36, Rom.6.a.5, & 1.Pet.1.b.7. Malui tamen hoc relinquere lectoris arbitrio quàm nimiùm confidenter aliquid audere.

26 Videtis enim, βλέπετε γάρ. Vulg. Videte etiam, imperandi modo: quæ interpretatio conſiſtere non

25 poteſt niſi particulam γὰρ accipiamus pro etenim uero, ita vt ſit expletiua potiùs quàm cauſalis. Sed & aliam cauſam adfert Eraſmus cur potius ſit locus indicãdi modo: nempe quia Apoſtolus videtur non tam admonere Corinthios vt videant quod ſciebant, quàm ipſos facere eius argumenti teſtes quo vti conſtituit, tum vt ſuperiora confirmet, tum vt eorum faſtum deiiciat. Vocationem veſtram, τὴν κλῆσιν ὑμῶν. Id eſt, quam rationem ſequutus ſit Dominus in vobis vocandis. vel, quinam ex vobis ſint vocati. vt vocatio pro vocatis metonymicè

30 ponatur, ſicut paſſim circunciſio pro circunciſis, & præputiũ pro incircunciſis. Secundũ carnẽ, κατὰ σάρκα. i. Eo ſapientiæ genere quod vnum hominibus probatur: qui quum carnei ſint, ſpirituale ſapientiã non norunt.

28 Et ea quæ non ſunt, καὶ τὰ μὴ ὄντα. Id eſt, quæ penè nulla ſunt, hominũ videlicet iudicio, non Dei. nam ex Hebræorum idiotiſmo dicuntur non eſſe quæcunque ita ſunt abiecta vt nullo loco habeantur: quibus opponuntur ea quæ ſunt, id eſt quæ in pretio habentur. Aboleat, καταργήσῃ, i. Vana & inutilia atque a-

35 deo nihili eſſe oſtendat. Vide Rom.3.d.31.

Ὅπως μὴ καυχήσηται πᾶσα σὰρξ ἐνώπιον αὐτοῦ.

19 Vt ne glorietur vlla caro coram eo.

19 Vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius.

Ἐξ αὐτοῦ δὲ ὑμεῖς ἐστε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις·

30 Sed ex ipſo vos eſtis in Chriſto Ieſu, qui factus eſt nobis ſapientia à Deo, iuſtitiáque, & ſanctificatio, & redemptio:

30 Ex ipſo autem nos eſtis in Chriſto Ieſu, qui factus eſt nobis ſapientia a Deo & iuſtitia & ſanctificatio & redemptio:

Ἱερεμ. 9. g. 23 Ἵνα, καθὼς γέγραπται, Ὁ καυχώμενος, ἐν Κυρίῳ καυχάσθω.

31 Vt, ſicut ſcriptum eſt, ‖ Qui gloriatur, in Domino glorietur.

31 Vt, quēadmodū ſcriptum eſt, Qui gloriatur, in Domino glorietur.

Κεφάλαιον βʹ

CAP. II.

Κἀγὼ ἐλθὼν πρὸς ὑμᾶς, ἀδελφοί, ἦλθον οὐ καθ' ὑπεροχὴν λόγου ἢ σοφίας, καταγγέλλων ὑμῖν τὸ μαρτύριον τοῦ θεοῦ.

Sapient. 1. c. 17

1 EGo igitur quum venirē ad vos, fratres, ‖ nō veni cum eminentia facundiæ aut ſapientiæ, annuntians vobis teſtimonium Dei.

1 Et ego, quū venīſſem ad nos fratres, venīnon per ſublimitatem ſermonis aut ſapientiæ, annūtians nobis teſtimoniū Chriſti.

Οὐ γὰρ ἔκρινά τι εἰδέναι ἐν ὑμῖν εἰ μὴ Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον.

2 Non enim ‘decreuerā quicquā ſcire inter vos niſi Ieſum Chriſtum, eúmque crucifixum.

2 Non enim iudicaui me ſcire aliquid inter nos niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum.

Καὶ ἐγὼ ἐν ἀσθενείᾳ καὶ ἐν φόβῳ καὶ ἐν τρόμῳ πολλῷ ἐγενόμην πρὸς ὑμᾶς.

Act. 18. a

3 ‖Et fui ego ‘cum infirmitate & timore ac tremore multo apud vos.

3 Et ego in infirmitate & timore & tremore multo fui apud uos.

Καὶ ὁ λόγος μου καὶ τὸ κήρυγμά μου οὐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως.

Supra, 1. c. 17
1. Per. 1. c. 10

4 Neque oratio mea & prædicatio mea ‘uerſata eſt ‖ in perſuaſoriis humanæ ſapientiæ verbis, ſed ‘in demonſtratione ſpiritualis potentiæ.

4 Et ſermo meus & prædicatio mea nō in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ uerbis, ſed in oſtenſione Spiritus & uirtutis.

19 Vlla caro, πᾶσα σάρξ. Quod attinet ad vniuerſalem particulam coniunctam cum aduerbio negante, diximus de toto hoc genere enuntiationum Matth. 24. c. 22, & Luc. 1. d. 37. Sed & alibi annotauimus Carnem pro homine accipi apud Hebræos: quorum morem eo libentius ſeruauimus hoc in loco quòd deinduſtria videatur Paulus id vocabulum vſurpaſſe vt infirmam & miſerabilem hominis conditionem Dei maieſtati oppo neret, ſicut Eſa. 31. b. 3, accipitur.

30 Sed ex ipſo vos eſtis, ἐξ αὐτοῦ δὲ ὑμεῖς ἐστε. Quos antea deieciſſe rat, nunc ſupra omnes mortales euehit, ſed ita vt omnem ipſorum dignitatē doceat extra ipſos (id eſt in Chriſto) reſidere, idque ex Deo, id eſt Dei vnius vi ac beneficio. Eraſ. Ex eodem autem vos eſtis, quaſi ſcriptum ſit ἐκ τοῦ αὐτοῦ. quod nuſquam inuenio.

Factus eſt nobis ſapiētia à Deo, ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ θεοῦ. Id eſt, Qui datus eſt nobis à Deo, vt in ipſo omnem ſapientiam conſequeremur, quæ quidem hoc nomine verè digna ſit: quum in eo vno poſſimus Deum & eius arcana contemplari, quæ ne ſuſpicari quidem vnquam acutiſſimi homines potuerunt. Idem de iuſtitia & ſanctificatione ſtatuendum eſt. Quod enim fruſtra pollicita eſt omnis philoſophia, & quæcunque in mundo religiones viguerunt, id vnū gratis in Chriſto vno per fidem adipiſcimur, vt omnibus modis iuſti & ſancti ſimus in ipſo. Poſtremò dicitur nobis factus redemptio, quòd ita per eum iuſtificati & ſanctificati certam redēptionem tandem aſſequemur.

31 In Domino glorietur, ἐν Κυρίῳ καυχάσθω. i. Deo omnia tribuat cum gratiarū actione. Non eſt igitur quòd vlla pars libero arbitrio decidatur, quum omnia in ſolidum ſibi vendicet Dei gratia. Quid ſit autem in Domino gloriari, docetur Ier. 9. g. 23, vnde hæc petiit Paulus.

IN CAPVT II.

1 Nō veni annūtiās, ἦλθον οὐ καθ' ὑπεροχὴν. Veni nō annūtiās, dictū eſt, pro, Nō veni annūtiās, trāſpoſita ne gāte particula, vt Ioh. 6. d. 32, & 38, & Rom. 7. c. 21. Facūdiæ, λόγου. Vide infrà, 4. d. 19. Teſtimoniū Dei, τὸ μαρτύριον τοῦ θεοῦ. Id eſt, Euangeliū quo videlicet Deus ſeipſum patefacit hominibus, vel cuius Deus eſt author ac teſtis. Vulg. pro τοῦ θεοῦ legit τοῦ Χριστοῦ, eodem ſenſu, niſi quòd ſi Chriſti legas, paſſiuè accipiendū erit, Teſtimonium Chriſti, pro de Chriſto. Ambroſius verò pro μαρτύριον legit μυστήριον, quod etiam in duobus vetuſtis codicibus inuenimus, & videtur optimè conuenire.

2 Decreueram quicquam ſcire, ἔκρινα τοῦ εἰδέναι τι. Id eſt, non decreueram profiteri apud vos vllius rei quàm Chriſti & quidem crucifixi cognitionem. Eſt autē, fateor, inſolēs iſta conſtructio verbi κρίνειν, ſed tamen extat ſimile exemplum in eadem ſignificatione, Act. 17. a. 1. Itaque nihil opus fuit nouas interpretationes quærere. Vulg. & Eraſ. Non enim iudicaui me quicquam ſcire, ſententia vtcunque expreſſa. Sed & in vetuſtis duobus codicibus legimus ἔκρινα εἰδέναι, ſine articulo.

3 Cum infirmitate, ἐν ἀσθενείᾳ. Id eſt infirmus. Eraſ. Per infirmitatem. quæ interpretatio non video qui conueniat. Infirmitatem autem opponit Apoſtolus τῇ ὑπερεχούσῃ λόγου καὶ σοφίας, eminentiæ ſermonis & ſapientiæ. Itaque nō dubium eſt quin declaret ſummam illam Apoſtoli tum in dicendo, tum in omnibus actionibus ταπεινοφροσύνην, qua quidem nihil eſt apud eos contemptibilius qui, hominum more, inanem illum ſplendorem conſectantur. Ideo coniungit timorem ac tremorem, tanquam veræ modeſtiæ comites, non illos quibus perterrefiat conſcientia, ſed qui vanitati & arrogantiæ opponuntur. Interim tamen Apoſtolo non deerat vis illa incredibilis, cui ne diaboli quidem poſſent obſiſtere, ſed ea prorſus erat cæleſtis, vt paulo pòſt explicabit. qua de re pulchrè differit Chryſoſtomus, Dialogo περὶ ἱερωσύνης i i i.

4 In demonſtratione, ἐν ἀποδείξει. Vulgata & Eraſmus, Oſtenſione. quem errorem annotauimus Act. 2. c. 22. Nam certè multo expreſſius vtitur Apoſtolus hoc vocabulo, declarans ſibi nihil defuiſſe quod ad plenam

fidem Euangelio faciendã,& cogendos ad Dei reuerentiam homines pertineat.Notum enim eſt ἀπόδειξιν, probationem dici quæ ex certis & neceſſariis rationibus aliquid demonſtrat.Quod autem in hunc locum diſſerit Eraſmus de altera ἀποδείξεως ſignificatione,quaſi etiam declaret oſtentationem, non conuenit huic loco,& potius ἔνδειξις dicitur. Spiritualis pot.πνεύματος καὶ δυνάμεως.Vulg.Spiritus & virtutis.Eraſ.Spiritus ac potentiæ. Ego puto eandẽ eſſe figurã atque in illo Virgilii, -- pateris libamus & auro.pro pateris aureis. Spiritualem autem vim,id eſt diuinam(ſicut ipſe ſequenti verſiculo explicat,& nos expoſuimus Rom.1.a.4)humanæ, vt cæleſtem alibi terrenæ opponit.

Ινα ἡ πίστις ὑμῶν μὴ ᾖ ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐν δυνάμει θεοῦ.

Ne fides veſtra conſiſtat in ſapientia hominum, ſed in potentia Dei.

5 *Vt fides veſtra non ſit in ſapiẽtia hominum, ſed in virtute Dei.*

Σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις· σοφίαν δὲ οὐ τοῦ αἰῶνος τούτου, οὐδὲ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου τῶν καταργουμένων·

Sapientiam verò loquimur inter perfectos:ſapientiam autem non ſeculi huius, neque principũ ſeculi huius qui abolentur:

6 *Sapientiã autem loquimur inter perfectos:ſapiẽtiam verò non huius ſeculi, neque principũ huius ſeculi quæ deſtruuntur;*

Αλλὰ λαλοῦμεν θεοῦ σοφίαν ἐν μυστηρίῳ, τὴν ἀποκεκρυμμένην, ἣν προώρισεν ὁ θεὸς πρὸ τῶν αἰώνων εἰς δόξαν ἡμῶν·

Sed loquimur ſapientiam Dei latentem in myſterio, id eſt occultã illam, quam præfinierat Deus ante ſecula in gloriã noſtram.

7 *Sed loquimur Dei ſapiẽtiã in myſterio, quæ abſcondita eſt,quam prædeſtinauit Deus ante ſecula in gloriam noſtram.*

Ην οὐδεὶς τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου ἔγνωκεν· εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν.

Quam nemo principum ſeculi huius cognouit. nam ſi cognouiſſent, nequaquam Dominum gloriæ crucifixiſſent.

8 *Quam nemo principũ huius ſeculi cognouit.ſi enim cognouiſſent, nũquã Dominum gloriæ crucifixiſſent.*

Αλλὰ καθὼς γέγραπται, Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.

Sed *prædicamus*,ſicut ſcriptũ eſt, ‖ quæ oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in mentem hominis venerunt: quæ parauit Deus iis qui ipſum diligũt.

9 *Sed ſicut ſcriptum eſt, Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus iis qui diligunt illum.* Eſa.64.a.4

6 Sapientiam,&c.τελείοις,&c.i.Perfectis demum ſapit quod annuntiamus, quòd ii ſoli poſſint hoc ſapientiæ genus agnoſcere,quod cæteri pro ſtultitia habent. Perfectos autem vocat non eos qui iam ſint perfectionem adepti,ſed qui ad eam contendant,vt Philip.3.c.15.aut qui ſunt integro & incorrupto iudicio per fidem illuminati, vt infrà, 14.c. 20. Quem enim Hebræi תמים vocant, Paulus ſolet τέλειον dicere.Denique videtur mihi Apoſtolus τέλειον opponere τῷ ἀσθενῆ, id eſt perfectum infirmo. Vtitur autem hoc verbo deinduſtria, acſi diceret, Vos quidem Corinthii ſimplicitatem Euangelicæ prædicationis vt puerile quiddam deſpicitis,& quo quiſpiam ornatius loquitur,eo excellentiorem illum arbitramini: ego verò profiteor me nihil minus quàm illam ornatum quæſiuiſſe. Sed hoc etiam addo, quo magis cuipiam placet iſta ſimplicitas', eum tanto propius à perfectione abeſſe. Eraſmus aliter interpretatur, quaſi videlicet Paulus ſignificet ſe non inter quoſlibet loqui, ſed inter perfectos, ne porcis obiiciat roſas.Atqui hæc interpretatio(dicam enim quod res eſt)non pertinet ad ſcopum,& falſa etiam eſt : quum teſtetur Apoſtolus ſe & ſapientibus & inſipientibus eſſe debitorem, Rom.1.b.14,& conſtet eum factum eſſe omnibus omnia,vt declarat infrà,9.c.22.Illud verò Domini dictum, Ne porcis obiiciantur margaritæ,aliò ſpectat. Et quod Caſtellio in hunc locum ſcribit de quadam reconditiore doctrina,quam Apoſtolus docuerit ſelectos quoſdam diſcipulos,penitus eſt ab Anabaptiſtico ſiue fanatico ſpiritu profectum. Principum,&c.τῶν ἀρχόντων,&c.i.Eorum qui inter homines vel ſapientia vel opibus ac potentia cæteris præſtant.Omnino enim videtur Apoſtolus hoc in loco & infrà,verſu 8,ἄρχοντας dicere quos Hebræi הגדולים vocant. Qui abolẽtur, τῶν καταργουμένων.Vel quæ abolentur,ſi libeat tum ad ſeculũ hoc,tum ad ſeculi huius principes referre.

7 Sed loquimur,ἀλλὰ λαλοῦμεν. Adiecit verbum λαλῶ per epanalepſin, quum alioqui videri poſſit abundare. *Latentem* in myſterio,ἐν μυστηρίῳ.Suppleui participium vt Hebraiſmum explicarem. Idem enim declarat ſapientia in myſterio atque ſapientia arcana, & quam ne ſuſpicari quidem homines vnquam potuiſſent,vt explicatur Epheſ.1.d.16, & 3.a.4.5.Neque enim Paulus illam adhuc arcanam eſſe dicit, niſi fortaſſis iis qui eam reſpuunt,ſed ex arcanis Dei depromptam eſſe teſtatur quam homines præ ſuis ſomniis aſpernarẽtur. Sciendum eſt tamen iſta non dici in Corinthios quaſi philoſophorum placita præferrẽt Apoſtolicæ doctrinæ, (fuiſſet enim hoc apertæ impietatis crimen)ſed idcirco tantùm vt eos doceat,euangelicæ prædicationis excellentiam non ex verborum phaleris,ſed ex reipſa metiri.Itaque non ſatis appoſitè videtur Eraſmus hoc retuliſſe ad verbum λαλοῦμεν, quaſi videlicet Apoſtolus non propalã nec paſſim , ne eſſet offendiculo,ſed ſecretò doceuerit.quã interpretationẽ ego ne verã quidẽ eſſe puto , aut in Eccleſia recipiẽdam,niſi magno adhibito iudicio. *Id eſt* occultam illam , τὴν ἀποκεκρυμμένην. Hic rurſus addidi particulam ex qua intelligatur epexegeſis.Omnino enim explicat Apoſtolus cur Euangelium vocarit arcanum. Sed & articulum exprimendum putani quo ſignificatur huius myſterii præſtantia.

8 Principum,ἀρχόντων. Vide ſuprà,verſu 6. Dominum gloriæ,τὸν Κύριον τῆς δόξης.i.Potẽtem illum Deum,veræ gloriæ ac maieſtatis plenum,quem idcirco etiam Dauid Pſal.24.b.7,מלך הכבוד,i.Regem gloriæ dicit,& Stephanus Deum gloriæ Act.7.a.2.vnde factum eſt vt apud Hebræos כבוד יהוה i.gloria Dei , Deum ipſum ἀφ' ἑαυτοῦ declaret , ſicut pro Cæſare Cæſaream maieſtatem dicimus. Continet igitur hic locus duo inſignia teſtimonia,vnum diuinitatis Chriſti, quæ opponitur crucis ignominiæ:alterum coniũctionis naturarum in vnam perſonam:adeo vt quod ſolius eſt humanitatis(ſi naturas ſeorſim conſideres)cum diuinitate cõmunicetur.quem tropum theologi κοινωνίαν ἰδιωμάτων vocant:de quo copioſius diximus Iohannis 3.b.13.

9 Sed *prædicamus*,ſicut ſcriptum eſt,&c.ἀλλὰ,καθὼς γέγραπται,&c. Suppleui verbum κηρύσσομεν ex antho

ritate Clementis, qui ita citat hunc locum lib. γνωριστικῶν 5: quanquam fortaſſis præſtiterit repetere verbum λαλοῦμεν ex verſu 7. Vetus autem interpres legit ὃ οφθαλμὸς, quod oculus, quam interpretationem non poſſum amplecti, propter illud α quod ſequitur. ſed tamẽ, ſiquis hic eſt cõiecturæ locus, putarim germanã eſſe Græcã hãc lectionem, ſi modò non ὃ ſed ὁ legas, detracto videlicet tono, vt non ſit prouocabulum, ſed articulus, cuius vis ſit indefinita. veluti quum ὁ ἄνθρωπος dicimus de tota hominis ſpecie. Nam præterquam quòd non eſt contemnenda vetus lectio, in qua certũ eſt non adhibitos fuiſſe ſpices, lubricus etiam fuit lapſus ὃ in α. Præterea ſi ita legeris, facilis & plana erit trium verſiculorum, octaui, noni & decimi connexio, nec quicquam prorſus erit ſubaudiendum. Ita enim totum hunc locum conuertes ac diſtingues, Quam nemo principum huius mundi cognouit. nam ſi cognouiſſent, nequaquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. Sed ſicut ſcriptum eſt, Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt quæ Deus præparauit iis qui ipſum diligunt, Deus verò nobis reuelauit per Spiritum ſuum. Nolui tamen quicquam mutare, ex coniectura. Quæ oculus nõ vidit, α ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε. Hebræa ſic habent Eſa. 64. a. 4, ומעולם לא שמעו לא האזינו עין לא ראתה אלהים זולתך יעשה למחכה לו. i. A ſeculo non audierunt, neque auribus perceperunt: oculus non vidit, ô Deus præter te, quæ facies expectantibus te. Sic enim malo accipere אלהים cum doctiſſimo interprete, vocandi non accuſandi caſu, quum minimè repugnet accentus. & perſonam tertiam poſitam puto pro ſecunda, aſtipulante etiam nobis Chaldæo paraphraſte. Apparet autem Paulum ſingulis Prophetæ verbis non inſtitiſſe, & tamen fideliter ſententiam expreſſiſſe: quum illic Propheta, vt veteres ipſi Rabini docent, teſte R. Solomone, non de caducis & fluxis, ſed de perpetuis & æternis bonis iſta commemoret. Nec in mentem hominis venerunt, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη. Id eſt, ne cogitare quidem poteſt homo de iis quæ Deus ſuis parauit: tantum abeſt vt ea poſſit ſenſibus complecti. Vulgata & Eraſmus ſeruarunt Hebraiſmum. Nam Hebr. עלה על לב idem declarat atque Latinis In mentem venit. Sunt autem hæc addita à Paulo vt Prophetæ ſententiam vberius explicaret. Iis qui, &c. τοῖς, &c. Hebræa habent לְמַחֲכֵה לוֹ, pro quo Eraſmus putat Paulum, vel eum interpretem quem ipſe ſequutus eſt, legiſſe לִמְחֹכָה à geminato חכה, quòd ſumma ſit harum literarum כ & ך affinitas. Sed ratio grammatices hoc nõ patitur. Neque etiam poſſumus deducere à חכה vt alibi inuenio, quia hoc themа in ſignificatione diligendi non extat. Sequutus eſt igitur interpres ſenſum non verba Prophetæ, quum ſpes & expectatio à dilectione promanet.

10 Ἡμῖν δὲ ὁ Θεὸς ἀπεκάλυψε διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ. Τὸ γὰρ Πνεῦμα πάντα ἐρευνᾷ, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ.

10 Nobis autem Deus reuelauit per Spiritum ſuum. Spiritus enim omnia ſcrutatur, etiã profunditates Dei.

10 Nobis autem reuelauit Deus per Spiritum ſuum. Spiritus enim omnia ſcrutatur, etiã profunda Dei.

11 Τίς γὰρ οἶδεν ἀνθρώπων τὰ τοῦ ἀνθρώπου εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ οὕτω καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς ἔγνω εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ.

11 Quis enim hominũ nouit ea quæ ſunt hominis niſi ſpiritus hominis qui eſt in eo? ita etiam ea quæ ſunt Dei nemo nouit niſi Spiritus Dei.

11 Quis enim hominũ ſcit quæ ſunt hominis niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt? ita & quæ Dei ſunt nemo cognouit niſi Spiritus Dei.

12 Ἡμεῖς δὲ οὐ τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου ἐλάβομεν· ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἵνα εἰδῶμεν τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ χαρισθέντα ἡμῖν·

12 Nos verò non ſpiritũ mundi accepimus, ſed Spiritum qui eſt ex Deo: vt ſciamus quæ Deus eſt nobis gratificatus:

12 Nos autem non ſpiritum mundi accepimus, ſed Spiritum qui ex Deo eſt: vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis:

13 Ἃ καὶ λαλοῦμεν, οὐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν διδακτοῖς

13 Quæ etiam loquimur, non ſermonibus quos docet humana ſapientia, ſed quos docet

13 Quæ & loquimur, nõ in doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in doctrina

ſupra, 1.c.17
2.per.1.c.16

10 Nobis autem, ἡμῖν δέ. Sic ſcriptum legimus in omnibus vetuſtis codicibus. Stapulenſis tamen legit ἡμῶν δέ, nobis ſanè. putauit enim hoc connectendum cum ἃ ὀφθαλμὸς, hoc modo, Quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ videlicet præparauit Deus diligentibus ſe, nobis ſanè reuelauit. At ego (vt paulo antè dixi) putarim illa potius cõiungenda cũ αἰσθήσει, ita vt ſint nõ quarti caſus ſed recti. Clemens verò lib. γνωμ. 5, legit ἡμῶν γάρ, nobis enim, quia nimirum ſuppleuit verbum χαρίσασθαι in ſuperiore verſiculo, vt ſuo loco diximus. Eraſmus denique iſta refert ad id quod præceſſit, Nemo principum huius ſeculi nouit, ſed Deus nobis reuelauit. Ita fiet vt quæ interpoſita ſunt, includantur parentheſi. quod mihi planè coactum videtur. Scrutatur, ἐρευνᾷ. i. Nihil in Deo tam profundè ac penitus abditum quò non penetret Spiritus, nempe quoniam per illum docemur etiam abditiſſima, ſicut Rom. 8. c. 26, dicitur poſtulare, quòd nos ad poſtulandum impellat. Quòd ſi Spiritũ hoc loco malimus non pro ipſo ſancto Spiritu, ſed pro ipſius vi & afflatu accipere, ſimpliciter hoc erit accipiendum. Sed vi καὶ τὰ βάθη ad ea demum referendum eſt quæ Chriſtus nobis in Euangelio patefacit. Neque enim curioſis & vanis ſpeculatoribus fauere voluit Paulus quum hæc ſcriberet, ſed potius doctrinæ Euangelicæ excellentiam ita demonſtrauit. Et videtur omnino alludere ad illa Chriſti verba, Caro & ſanguis non patefecit tibi, Matth. 16. c. 17.

11 Spiritus hominis, τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου. i. Mens ipſa hominis, intelligẽdi & iudicandi facultate prædita.

12 Spiritum mundi, τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου. Accipere Spiritũ declarat Spiritu afflari. Ita que ſignificat Paulus fideles non afflari eo Spiritu qui ea doceat quæ mundus curat, & quorum capaces ſunt homines quidam natura ſponte: ſed eum qui nos ad Deum vſque ſubuehat, cuius vi ſcrutemur & intelligamus ſalutis noſtræ myſteriũ, alioquin imperueſtigabile. Eſt autẽ hic locus diligẽter etiã ἀκρ. etiã omnibus piis obſeruãdus, vt quid ſit fides, vnde promanet, quæ illius vis, aduerſus ſophiſtas intelligatur. Vt ſciamus. ἵνα εἰδῶμεν. Hic demum valere debet ſcientiæ definitio quæ à philoſophis traditur, cuius ἀπόδειξις eſt γνῶσις ἀψευδὴς, vt dixit ſuprà, ver. 4 & 10. Quæ Deus, &c. τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, &c. Vulg. Quæ à Deo donata ſunt nobis. Ego verò malo χαρίζεσθαι exprimere verbo gratificandi, vt dixi Luc. 7. c. 21, ideóque paſſiuam conſtructionẽ mutaui in actiuam. Eraſ. Quæ à Chriſto donata ſunt nobis. cuius errorem miror à pleriſque nõ fuiſſe animaduerſum, quum in nullis Græcis codicibus legatur ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, ſed ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. & Apoſtolus per Dei dona ipſum Chriſtum in primis, imò fere vnum intelligat, quum nihil nobis niſi in Chriſto ſit largitus.

13 Non ſer. quos docet, &c. οὐκ ἐν διδακτοῖς, &c. Vulg. Non in doctis humanæ ſapientiæ verbis. quod quum vix

quum vix quiſquam intelligat,rectè mutatum eſt ab Eraſmo, qui etiam annotat ſe in quibuſdã exemplaribus legiſſe διδακτοῖς λόγοις.i. ſermonibus qui humanam ſapientiam doceant. verùm hæc lectio mihi nullo modo probatur.Nam res ipſa oſtendit,argumentum quod ſumpſerat Apoſtolus ab ipſa natura eius doctrinæ quam profitebatur,vt ſuum illud ſimplex docendi genus humanæ facundiæ opponeret quæ Corinthios faſcinarat, nunc accommodari ad id de quo agitur.quaſi dicat Apoſtolus,Ea demum ratio tradẽdæ alicui diſciplinæ maximè eſt appoſita,quæ propriis & ad id de quo agitur accommodatis vocabulis ac formulis vtitur. Atqui Euangelium ſicut à Deo non ab hominibus manat, ita etiam res docet ab humano ſenſu prorſus remotas. Meritò igitur in eo tradẽdo non humanam ſed diuinam eloquentiam vſurpauimus. quam quidem miſũ non eſt ab hominibus irrideri,quum eam percipere non poſſint. Sed quos docet,&c. ἀλλ' ἐν διδακτοῖς, &c. Vulg. Sed in doctrina Spiritus ſancti. i. ἀλλ' ἐν διδαχῇ τοῦ Πνεύματος ἁγίου. quam lectionem inuenimus in vno codice, ſed ab aliquo (vt opinor) depraua tam,qui non animaduerterit λόγοις repetendum eſſe ἀπὸ τοῦ κοινοῦ.

Πνεύματος ἁγίου, πνευματικοῖς πνεύματικὰ συγκρίνοντες.

Spiritus ſanctus, ſpiritualia cũ iis quæ ſpiritualia ſunt coniungentes.

Spiritus ſancti,ſpiritualibus ſpiritualia cõperãtes.

Ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ. μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστι, καὶ οὐ δύναται γνῶναι, ὅτι πνευματικῶς ἀνακρίνεται.

14 Animalis autem homo non eſt capax eorum quæ ſunt Spiritus Dei. ſunt enim ei ſtultitia, nec poteſt ea cognoſcere, quia ſpiritualiter diiudicantur.

14 *Animalis autem homo non percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei. ſtultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere, quia ſpiritualiter examinantur.*

Ὁ δὲ πνευματικὸς ἀνακρίνει μὲν 15 At ſpiritualis diiudicat qui- 15 *Spiritualis autem iudicat Prou.17.c.15*

Spiritualia,&c.πνευματικοῖς,&c.i. verba rei accommodantes,vt ſicut ſpiritualia ſunt quæ docemus,ita ſpirituale ſit noſtrum docendi genus.Spirituale autem vocat quod planè diuinum eſt,& ab hominum ſenſu remotum. Itaque quòd Chryſoſtomus exiſtimauit hæc à Paulo dici,quaſi ſignificet ſe ad probanda Euangelii myſteria principiis eiuſdem naturæ(id eſt ſpiritualibus)vti,& ex verbo Dei petitis, mihi prorſus videtur ἀπεικὸς εἶναι: neque etiam eſſe perpetuũ,quum Chriſtus ipſe & Apoſtoli ſæpe ſoleant rationes petere è medio,vt ea confirment quæ vel maximè ſunt ὑπεράνω,vt paulo antè,ver. 11, & infrà, 15.c.36, & deinceps vbi de reſurrectione differit. Denique hoc non ſpectat ad id de quo agitur.Sed illi minus etiam appoſitè loquuntur qui πνευματικοῖς referũt ad homines.Quorſum enim hoc?Itaque malouimus πνευματικοῖς per periphraſin interpretari,iis quæ ſpiritualia ſunt,quàm Spiritualibus,cum Vetere interprete & Eraſmo,vt amphiboliã vitaremus.Nec obſtat quòd paulo pòſt animalis hominis fiat mentio,qui ſpirituali opponitur. Id enim additum eſt à Paulo vt obiectioni reſpondeat,quî fiat vt cæleſtem ſapientiam tam pauci agnoſcant. Coniungentes,συγκρίνοντες.Id eſt adhibito iudicio ita connectentes,vt verba rebus prorſus reſpondeant, & in vnum veluti corpus coaleſcant. Nam hoc quoque declaratur verbo συγκείμενον,cui opponitur τὸ διῃρημένον. vnde τὸ σύγκριμα quod & σύνθημα dicitur,vt prolatis exemplis docet Budæus. Vulg.& Eraſ. Comparantes,non ſatis expreſſè.

14 Animalis homo,ψυχικὸς ἄνθρωπος.Id eſt homo non alio quàm naturali animi luce præditus,vt definitur Iudæ d.19,& ita quidem vt omnes tam ſuperiores quàm inferiores facultates comprehendãtur, aduerſus ſophiſtas qui inferiores duntaxat putant hic ſignificari,quemadmodum etiam Eraſmus perperam hic definiit animalem hominem eum qui affectus humanos ſequatur: quum manifeſtum ſit Apoſtolum de intelligendi & iudicandi facultatibus differere,neque duntaxat contumaciam affectuum,quam & Sophiſtæ agnoſcunt, ſed etiam mentis cæcitatem arguere,eámque eiuſmodi vt quod ad ea intelligenda attinet in quibus poſita eſt ſalus, omnia prorſus adimat homini naturalibus tantùm facultatibus prædito.Fateor tamen quod alibi docuit Paulus & res ipſa teſtatur,inuiſibilia Dei ex rerum aſpectabilium cõtemplatione ab hominibus etiam non regeneratis intelligi.ſed aliud eſt Deum vt omnipotẽtem & æternum noſſe, (hoc enim eſt τὸν ἐν τῇ θεότητι γνῶναι quod vocat Apoſtolus Rom.1.c.19)aliud verò vt Patrem in Filio reconciliatum. Itaque (vt ad rem redeam) ψυχικὸς ἄνθρωπος idem declarat atque Rom.8,& alibi ſæpe Caro,& in Carne eſſe:cui opponitur ſpiritualis, Spiritus,& in Spiritu eſſe. Non eſt capax,οὐ δέχεται.Sic malui interpretari quàm Non capit,propter amphiboliam.Vulgata, Non percipit.quod ſignificat perfectè capere,ideóque non conuenit. Neque enim ſignificat Apoſtolus infirmas,ſed nullas prorſus eſſe hominis facultates ad ſpiritualia illa cognoſcenda. Eraſmus, Non accipit, rectè id quidem,ſed nimium ambiguè in re tanti momenti,quum accipere etiam dicatur aliquis quod approbat & gratum habet. At Paulus(vt mox ſubiicitur & apertè dixit Rom. 8.b.7) in primis ipſam rationem damnat inſaniæ, metaphora à minoribus vaſis ſumpta,quæ maius quippiam ipſorum proportione capere nulla ratione poſſint. Sunt,ἐστί. Vulg. Eſt.quod rectè mutauit Eraſmus,quum præcedat neutrum plurale. Quia,ὅτι.Sic Vetus interpres,à quo quum nollemus diſcedere,ſuppleuimus relatiuum EA in priore membro. Verùm ſi legamus ἅ,& ita vt ſit prouocabulum,nihil fuerit ſupplendum,& eadem manebit ſententia,id videlicet quod nõniſi ſpiritualiter,id eſt Spiritus vi & afflatu cognoſci poteſt,ab eo cognoſci non poſſe qui eo Spiritu non ſit præditus. Sed & poſſumus cũ Eraſmo vertere ὅτι,quòd, ita vt αἰτιῶς accipiatur:quaſi ſignificet Apoſtolus,animalem hominem ne cognoſcere quidem poſſe,iſta de quibus agitur,ſolius Spiritus vi intelligi,id eſt ne id quidem noſſe in quantis tenebris verſetur. Nam alioquin ea non haberet ludibrio,ſed miſeram ſuam conditionem potius deploraret.Mihi tamẽ hoc argutum potius quàm ſolidum videtur. Spiritualiter,πνευματικῶς. Id eſt vi & afflatu ſolius ſancti Spiritus,non autem τῇ ἰδίᾳ,id eſt animi,quo prædita ſunt omnes homines.Neque enim ſpiritualiter hoc loco,vel modum,vel qualitatem,ſed rem ipſam in filiis Dei agentem declarat, à qua ſpirituales denominãtur. Diiudicantur ἀνακρίνεται.Id eſt intelliguntur ac perſpiciuntur, vt ab aliis internoſci & certò ſciri poſſint.Gignit enim in nobis Spiritus fidẽ,& fides πληροφορίαν illam ac πληροφορίας toties ab Apoſtolo commemorandam.Sed hoc ſciamus, Spiritum à verbo non ſeparari, & eo quidem verbo quod prædicarunt & ſcripſerunt Apoſtoli,vt explicatur Rom.10.b.8,& c.17. ne vel furioſi Anabaptiſtæ & Academici ſuas reuelationes, vel Papiſtæ ſua commenta,aut mortuorum reſponſa nobis pro Dei ſpiritu obtrudant. Vulg.Examinatur.quæ interpretatio nimium eſt diluta,quum alioquin verbo ἀνακρίνω conueniat.

15 Diiudicat,ἀνακρίνει.Id eſt intelligit ac perſpicit,videlicet pro Spiritus menſura. Chryſoſtomus ἐλέγχειν mauult pro ἐλέγχειν accipere,id eſt pro redarguere.

πόρτα, αὐτὸς δὲ ὑπ' οὐδενὸς ἀνακρίνεται.

dem omnia, ipse verò à nemine diiudicatur.

omnia: & ipse à nemine iudicatur.

Isaiæ 40.d.13 sapien.9.c.13 rom.11.d.34

Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου, ὃς συμβιβάσει αὐτόν; ἡμεῖς δὲ νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν.

16 Quis enim nouit mentem Domini, qui instructurus sit eum? nos autem mentem Christi habemus.

16 Quis enim cognouit sensum Domini, qui instruat eum? nos autem sensum Christi habemus.

Κεφάλαιον γ΄

CAP. III.

CAP. III.

Κἀγώ, ἀδελφοί, οὐκ ἠδυνήθην λαλῆσαι ὑμῖν ὡς πνευματικοῖς, ἀλλ' ὡς σαρκικοῖς, ὡς νηπίοις ἐν Χριστῷ.

1 Ego porro, fratres, non potui loqui vobis vt spiritualibus sed loquutus sum vt carnalib⁹, id est vt infantibus in Christo.

1 Et ego fratres, non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: tanquam parvulis in Christo,

Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, οὐ βρῶμα· οὔπω γὰρ ἐδύνασθε· ἀλλ' οὐδὲ ἔτι νῦν δύνασθε.

2 Lactis potu vos alui, & non escâ: nondum enim poteratis id ferre: imò ne nunc quidem adhuc potestis.

2 Lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis: sed ne nunc quidem potestis.

Ἔτι γὰρ σαρκικοί ἐστε. ὅπου γὰρ ἐν ὑμῖν ζῆλος καὶ ἔρις καὶ διχοστασίαι, οὐχὶ σαρκικοί ἐστε, καὶ κατὰ ἄνθρωπον περιπατεῖτε;

3 Nam adhuc carnales estis. quum enim in vobis sine liuor & contentio, & dissidia, nónne carnales estis, & secundum hominem inceditis?

3 Adhuc enim carnales estis. quandoquidem sit inter vos zelus & contentio, nónne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?

Omnis, πάσης. Iterum ἡ κεφάλαιον ad ea de quibus agitur restringendum est. A nemine, ὑπ' οὐδενός. A nemine videlicet homine. Nam ne tum quidem quum Prophetæ de Prophetis iudicant, hominis est, sed Spiritus iudicium. tanta est Euangelicæ doctrinæ præstãtia. Vel à nullo, id est à nulla re, vt οὐδενὸς neutro genere accipiatur, quia præcessit πάσης. Ita enim planior erit antithesis ac multo vehementior, vt non homines ipsi modò, sed quicquid etiam ab ipsis proficiscitur, quicquid denique vsquam est, Spiritui subiiciatur, ac proinde verbo Spiritus: quò maiore reprehensione dignierant Corinthii quum alios anteponerent, vana quorundam garrulitate capti. Quorsum hoc autem ad Antichristum Romanum & eius satellites? 1

16 Nouit, γνῶ. Hebræa habent Esa. 40.c.13, מי תכן, id est quis direxit. Quod igitur figuratè dixit Propheta, Græci simpliciter exposuerunt. Videntur tamẽ Hebræa amplius quiddam significare: sed in hoc nullum est momentum quod attinet ad scopum Apostoli. Mentem, νοῦν. Heb. רוח, id est Spiritum. Itaque Vetus interpres non rectè videtur SENSVM interpretari tum hoc loco, tum in sequenti versiculo. Qui, ὅς. Refertur prouocabulum ad πς, vt ego quidem existimo. Placuit tamen Stapulensi potius referre ad νοῦν, id est mentem, sed sententia parum apposita, vt ex Hebræorum collatione liquet. Instructurus sit eum, συμβιβάσει αὐτόν, i. collatis consiliis edocturus quid ei sit agẽdum. Hoc enim etiam declarat τὸ συμβιβάζειν, vt diximus Act. 16. b. 10. pro quo Hebræa habent ויבינהו, i. & fecit eum intelligere. Itaque non satis appositè Photius συμβιβάζειν hoc loco interpretatur per κατασκευάσειν, id est conciliare: Chrysostomus autem non malè per κατηχῆσαι, i. dirigere: vti facere solent qui alios docent: vnde & κατηχηταὶ dicuntur. Mentem Christi habemus, νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν, i. Christi Spiritu præditi sumus, qui nobis arcana illa alioquin inscrutabilia omnémque adeò veritatẽ patefecit, vt Ioh. 16. b. 13. & Rom. 8. b. 9. nisi malimus pro ipsius Spiritus vi & afflatu accipere, eadem manente sententia. Eras. Mentem Christi tenemus. Putauit enim νοῦν hoc loco declarare consilium ac voluntatem, cum Vetere interprete, qui sensum conuertit. Sed & Theophyl. pro notitia seu intelligentia exponit: quæ Christi esse dicatur, quoniam à Patre in nos per Christum promanat. Quidam denique mentem Christi interpretantur Deum Patrem: quæ interpretationes mihi videntur longius petitæ. Itaque malo in hoc quoque membro, vt in Esaiæ testimonio, νοῦν accipere pro רוח, id est Spiritu. in qua etiam opinione est Photius. 5 10

IN CAPVT III. 15

1 Vt carnalibus, ὡς σαρκικοῖς. Carnales vocare solet Paulus qui in carne sunt, ac proinde placere Deo non possunt, vt Rom. 8. a. 5. & b. 8. Hic verò pro iis accipit qui sunt quidem in Spiritu. sed tamen adhuc τέρενα, & quasi teneri adhuc infantes. quod explicat ipse Apostolus. nam illud ὡς νηπίοις positum est in epexegesi.

Id est vt infantibus in Christo, ὡς νηπίοις ἐν Χριστῷ. Fide inserimur Christo, cuius Spiritu vegetamur. Itaque pro mensura fidei ac profectus dicimur etiam adolescere, vt Ephes. 4. c. 13. Est autem pastoris munus se ad eorum captum accommodare quos alendos susceperit: ita tamen vt pro lacte nunquam porrigat venenum. Lac enim & solidus cibus re quidem eadem sunt, sed tradendi modo & forma differunt. 20

2 Lactis potu vos alui, γάλα ὑμᾶς ἐπότισα. Vulg. ad verbum, Lac vobis potum dedi. quod feliciter mutauit Eras. quia quod de cibo subiicitur, non satis propriè referri potest ad ἐπότισα. Sciẽdum est igitur subaudiri cognatæ significationis verbum, vt in illo Homeri --εἶπεν καὶ ἔπεσε μετὰ μῦθον ὀϊστός & alibi, --ἔδωκεν πίνειν μετὰ οἶνον ἐὼν ἔξαπτον μενοινάων. Esca, βρῶμα. Id est σιτικὸν ἔδεσμα, solido alimento, vt explicatur Heb. 5. d. 12. eo videlicet cibi genere quod commolitione & firmiore vẽtriculo indigeat, σκληρὸν τὸ βρώσιμον. Ideo malui escâ interpretari quàm cibum. Nondum poteratis, *id ferre*, οὔπω ἐδύνασθε. Nimirũ vt vos solido cibo pascerem. Suppleui igitur quod deerat explendæ constructioni: quanuis etiam possimus ἐδύνασθε absolutè interpretari, viribus seu robore esse præditum. 25 30 35 40

3 Liuor, ζῆλος. Vulgata, Zelus. Erasmus, Æmulatio. Vide Ioham. cap. 2. c. 17. Et dissidia, καὶ διχοστασίαι. Hoc non legit Vetus interpres, neque etiam Clemens, libro στρωματέων quinto hunc locum citans.

Et secundum hominem inceditis? καὶ κατὰ ἄνθρωπον περιπατεῖτε; Exponit quid sit carnalem esse, id est humani iudicii imbecillitati esse obnoxium. quod quidem aliquatenus in eos etiam cadit qui alioqui sunt spirituales, quum omnes ex parte cognoscamus. Sed tamen quia errabant Corinthii in hoc veluti Christianæ religionis tyrocinio, ideo grauius à Paulo reprehenduntur, vt eorum factum compescat: quum alioquin variis & excellentibus donis plurimi inter eos excellerent, vt dictum est suprà, 1. a. 5. Vide Rom. 3. a. 5. vbi exposuimus quid declaret κατ' ἄνθρωπον. 45

Οταν γὰρ λέγῃ τις, Ἐγὼ μέν εἰμι Παύλου, ἕτερος δέ, Ἐγὼ Ἀπολλώ, οὐχὶ σάρκινοί ἐστε;

4 Etenim quum dicit quidam, Ego quidem ſum Pauli: alter verò, Ego ſum Apollo: nónne carnales eſtis?

4 Quũ enim quis dicat, Ego quidẽ ſum Pauli: alius autem, Ego Apollo: nónne carnales eſtis?

Τίς οὖν ἐστι Παῦλος, τίς δὲ Ἀπολλώς, ἀλλ' ἢ διάκονοι δι' ὧν ἐπιστεύσατε, καὶ ἑκάστῳ ὡς ὁ Κύριος ἔδωκεν;

5 Quis igitur eſt Paulus, quis autem Apollos, niſi miniſtri per quos credidiſtis, & vt cuique Dominus dedit?

5 Quid igitur eſt Apollos? quid verò Paulus? Miniſtri eius cui credidiſtis, et unicuique ſicut Dominus dedit.

Ἐγὼ ἐφύτευσα, Ἀπολλὼς ἐπότισεν, ἀλλ' ὁ Θεὸς ηὔξανεν.

6 Ego plantaui, Apollos rigauit: ſed Deus dedit incrementum.

6 Ego plantauit, Apollo rigauit: ſed Deus incrementum dedit.

Ὥστε οὔτε ὁ φυτεύων ἐστί τι, οὔτε ὁ ποτίζων, ἀλλ' ὁ αὐξάνων Θεός.

7 Itaque neque is qui plãtat, eſt aliquid, neq; qui rigat: ſed Deꝰ, qui dat incrementum.

7 Itaque neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat: ſed qui incrementum dat Deus.

Ὁ φυτεύων δὲ καὶ ὁ ποτίζων ἓν εἰσιν· ἕκαστος δὲ τὸν ἴδιον μισθὸν λήψεται κατὰ τὸν ἴδιον κόπον.

8 Is verò qui plantat, & is qui rigat, vnum ſunt: vnuſquiſque verò ſuam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem.

8 Qui autẽ plãtat, & qui rigat: unum ſunt: unuſquiſque autem propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem. Pſal.61.d.13 galat.6.b.5

Θεοῦ γάρ ἐσμεν συνεργοί· Θεοῦ γεώργιον, Θεοῦ οἰκοδομή ἐστε.

9 Etenim Dei ſumus adminiſtri: Dei aruum, Dei ædificatio eſtis.

9 Dei enim ſumus adiutores: Dei agricultura eſtis, Dei ædificatio eſtis.

Κατὰ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ τὴν δοθεῖσάν μοι, ὡς σοφὸς ἀρχιτέκτων θεμέλιον τέθηκα, ἄλλος δὲ ἐποικοδομεῖ· ἕκαστος δὲ βλεπέτω πῶς ἐποικοδομεῖ.

10 Secũdum gratiam Dei quæ data eſt mihi, vt peritus architectus fundamentum poſui: alius autem ſuperædificat. Porro quiſque videat quomodo ſuperædificet.

10 Secũdũ gratiã Dei quæ data eſt mihi, ut ſapiens architectus fundamentũ poſui: alius autẽ ſuperædifiat. Vnuſquiſq; autẽ uideat quomodo ſuperædificet.

5 Quis eſt, τίς ἐστι. Vulg. Quid eſt, τί ἐστι. quod etiam melius videtur conuenire cum concluſione verſus 7. Niſi, ἀλλ' ἤ. Hoc non legit Vetus interpres, & in vno exemplari deeſſe cõperimus: ac mihi quide videtur melius eo hærere oratio ſi poſt Ἀπολλὼς adſcripta nota interrogationis, ſubiiciatur pro reſponſo, διάκονοι δι' ὧν ἐπιστεύσατε, miniſtri ſum per quos credidiſtis. Per quos, δι' ὧν. Vulg. Eius cui, vt videatur legiſſe ἑκάστου οὗ ἐστι. Et vt cuique, καὶ ἑκάστῳ ὡς. Videtur Paulus delectatus hac traiectione, cuius aliud extat exemplum Rom. 11.a.3. Vide infrà, 12.b.11.

8 Is verò qui plantat, ὁ φυτεύων δέ. Duplex igitur fuit error: vnus quòd in ipſis miniſtris hærerent: alter, quòd miniſtros miniſtris apponerent, quum vno munere omnes fungantur, etiam ſiquis ampliore mensura fuerit donatus.

9 Adminiſtri, συνεργοί. Auguſtinus & Eraſmus, Cooperarii. Ambroſius, Operis participes. Vulg. Adiutores, vocabulo, fateor, Latino, ſed quod rectè (vt opinor) reprehendit Stapulenſis. Dicimur enim eum adiuuare cui vires non ſufficiunt: quis autem hoc de Deo dicat? Ei autem ſubſeruire nihil prohibet, cui opera noſtra vti placeat in eo quod ipſe ſolus, ſi velit, poſſit efficere. Sed in hoc opere de quo hic diſſeritur, amplius etiam aliquid conſiderandũ eſt. Primùm videlicet iſtos qui Dei ſunt adminiſtri, viribus vti non à natura inſitis, ſed à gratia collatis, vt apta & idonea fierent inſtrumenta: ſicut ſignificat Apoſtolus infrà, 15.b.10, & 2. Cor.3.b.6. vt nihil habeant συνεργοί de quo in ſeſe glorientur. Deinde quod præcipuum eſt in hoc opere, id eſt vitam & augmentum, id omne ita manare à Deo vt nullum habeat συνεργόν. Aruum, γεώργιον. Vel ſeges. ſignificat enim γεώργιον id ipſum in quo excolendo laborauit agricola. Vulg. Agricultura. Eraſ. Agricolatio, id eſt γεωργία. Quod autẽ Vetus interpres hoc loco addit eſtis, ἐστε, reperimus in vno exẽplari, & eſt alicuius momenti, propter repetitionis emphaſin. Cæterùm hæc eſt argumentorum ſeries. Si Pauli eſtis, ergo & Apollo eſtis, quum Paulus & Apollos vnũ ſint. Sed neque Pauli neque Apollo eſtis, niſi quatenus ſunt vnius Dei miniſtri. nam re vera vnius Dei eſtis, quum is propriè vos excoluerit & ædificarit in Filio ſuo. Vnde igitur iſtæ factiones?

10 Secundum gratiam, κατὰ χάριν. Hoc nonnulli adiungunt præcedentibus: ego, pleraque exemplaria ſequutus, coniungere malui cum verbo τέθηκα, poſui. Eſt enim hoc additum ab Apoſtolo ne de ſe videretur niſi mium magnificè loqui, quaſi ſuis ipſius viribus fundamenta huius Eccleſiæ ieciſſet, ac non potius vt Dei admiſter: deinde vt doctrinæ ſuæ authoritatem conciliaret. Sed & ab his verbis videtur à populo conuertere orationem ad ipſos paſtores: obliquè tamen initio, & de ipſis potius quàm ad ipſos loquens, idque in genere & indefinitè, vt ſit grauis potius quàm acerba reprehenſio. Vt peritus architectus, ὡς σοφὸς ἀρχιτέκτων. Vulgata & Eraſmus, Vt ſapiens architectus. Sed haud ſcio an ſapiens apud Latinos tam latè pateat atque σοφὸς apud Græcos: de quo diximus aliquid ſuprà, cap. 1. ver. 17. Alius autem, ἄλλος δέ. Hoc omnino indicat Apoſtolum nunc de iis agere qui in Corinthiorum Eccleſia docebant. Ii verò nuſquam reprehenduntur à Paulo quòd falſam doctrinã annuntiarent: ſed eo nomine dumtaxat quòd curioſis argutiis & humanæ potius quàm diuinæ ſapientiæ dediti eſſent: vnde poſtea illæ in populo factiones erant exortæ. Vana igitur illa cõfert Apoſtolus cum ligno, fœno, ſtipulis, ex qua materia non ſtruitur firmũ ædificiũ: ſolidã autẽ & verè pretioſam doctrinã, auro, argẽto & gẽmis cõparat. Aberrãt igitur à ſcopo qui ad doctrinas verbo Dei vlla ex parte cõtrarias hãc Pauli ſimilitudinẽ accõmodant: in quibus etiã numero ciborũ delectũ, dierũ & veſtiũ diſcrimina, reliquiarũ veneratione, & cætera id genus. Sed ii multo lõgius excurrũt qui ad priuatorũ vitã & actiones hoc referũt. Lõgiſſimè denique atque adeo in contrariam partẽ feruntur qui hoc loco purgatoriũ ſuum ignẽ extruunt. Sed bene habet quòd is ex ſtipula ligno & fœno ſit extructus, vt nihil mirũ ſit illũ noſtra memoria. Dei flãma rurſus acenſa, magna ãex parte conflagraſſe. Certè præclaros iſtos architectos oportuerat ſuo ſaltẽ Gregorio aſſentiri.

ſiquidem(vt ipſi volunt)Papam nefas eſt à quoquam iudicari, & eum quidem qui in diuorum album ſit relatus. Is verò Dialog.lib.4.cap.39, quũ aliquot ſcripturæ teſtimonia citaſſet, Ex quib' ſentẽtiis, inquit, cõſtat quia qualis hinc quiſque egreditur, talis in iudicio præſentatur: ſed tamen de quibuſdã LEVIBVS CVLPIS ante iudicium purgatorius ignis cenſendus eſt. Deinde quænã illa ſint leuia peccata exponens, Sicut eſt, inquit, aſſiduus otioſus ſermo, immoderatus riſus, vel peccatum curæ rei familiaris, quæ vix ſine culpa vel ab ipſis agitur qui à culpa qualiter declinare debeant, ſciunt, aut non in grauibus error ignorantiæ: quæ cũcta etiam poſt mortem grauant, ſi adhuc in vita poſitis minimè fuerint relaxata. Nam quum Paulus dicat Chriſtum eſſe fundamentum, atque ſubiungat, Siquis ſuperædificauerit, &c. quanuis hoc de igne futuræ purgationis accipiat, penſandum ſolicitè eſt: quia illum per ignem dixit poſſe ſaluari non qui ſuper hoc fundamentum ferrum, æs, vel plumbum ædificat, id eſt peccata MAIORA, & idcirco duriora atque tunc iam inſolubilia: ſed lignum, fœnum, ſtipulam, id eſt peccata MINVTA ET LEVISSIMA, quæ ignis facilè conſumat. Hæc Gregorius, & papa, & diuus, & doctor (vt volunt) irrefragabilis: ineptè quidem, quum Paulus de doctrina & docendi modo diſſerat, & quidem ex hypotheſi ad Corinthiorum doctores accommodata: ſed ita tamen vt blaſphemum hunc errorem res ipſa clamet ab eius ſucceſſoribus plurimum auctum, qui leuia illa peccata reliquerunt aquæ aſpergine eluẽda: maiora verò atque adeo maxima quæque ſibi reſeruarunt, vt horum nimirum obtentu non animos repurgent, (id enim vnius Dei eſt efficere per fidem in Chriſtum, vt Act. 15. b. 8, clamat ipſe Petrus, cuius authoritatem iſtos non pudet ementiri) ſed crumenas fœdiſſima illa ſua nundinatione emungant.

Θεμέλιον γὰρ ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι παρὰ τὸν κείμενον, ὅς ἐστιν Ἰησοῦς ὁ Χριστός.

11 Nam fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Ieſus Chriſtus.

11 *Fũdamentũ enim aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitũ eſt, qui eſt Chriſtus Ieſus.*

Εἰ δὲ τις ἐποικοδομεῖ ἐπὶ τὸν θεμέλιον τοῦτον, χρυσὸν, ἄργυρον, λίθους τιμίους, ξύλα, χόρτον, καλάμην·

12 Quòd ſiquis ſuperædificet ſuper fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretioſos, ligna, fœnum, ſtipulam:

12 *Siquis autem ſuperædificat ſuper fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretioſos, ligna fœnum ſtipulam:*

Ἑκάστου τὸ ἔργον φανερὸν γενήσεται· ἡ γὰρ ἡμέρα δηλώσει ὅτι ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται· καὶ ἑκάστου τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι, τὸ πῦρ δοκιμάσει.

13 Cuiuſque opus manifeſtum fiet: dies enim declarabit: nã per ignem retegetur: & cuiuſque opus quale ſit, ignis probabit.

13 *Vnius cuiuſque opus manifeſtũ erit. dies enim declarabit: quia in igne revelabitur. et unius cuiuſque opus quale ſit, ignis probabit.*

Εἴ τινος τὸ ἔργον μενεῖ ὃ ἐποικοδόμησε, μισθὸν λήψεται·

14 Si cuius opus manebit quod ſuperædificauerit, mercedem accipiet:

14 *Si cuius opus manſerit quod ſuperædificauit, mercedem accipiet:*

Εἴ τινος τὸ ἔργον κατακαήσεται, ζημιωθήσεται· αὐτὸς δὲ σωθήσεται, οὕτως δὲ ὡς διὰ πυρός.

15 Si cuius opus exuſtum fuerit, damnum faciet: ipſe verò ſeruabitur, ita tamen vt per ignem.

15 *Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur: ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem.*

13 Dies enim, ἡ γὰρ ἡμέρα. Id eſt tempus, vel lux veritatis, ſuo tempore, diei inſtar exoriẽs, vt ignorantiæ tenebras pellat. acſi dicat Apoſtolus, Quæ pro auro & argento nunc admiramini (id eſt curioſa iſta humanæ ſapientiæ oſtentatio) ſuo tempore apparebunt nihil aliud eſſe quàm res inanis ac prorſus vana: quam quum cœperit illucеſcens animis noſtris Dominus tanquã igne explorare, neceſſe erit eam euaneſcere, ac tanquam lignum aut fumum ac ſtipulam conſumi. ignis enim proprium eſt vt illuſtret & probet. Eſtque tota hæc oratio allegorica: vt ii planè ſint inepti qui quum in cæteris allegoriam cogantur agnoſcere, tamen in vocabulo ignis hærent, nec interim conſiderant quod rectè obſeruauit Auguſtinus, huic igni ſubiici tam bonos quàm malos ædificatores, vt, ſi iſtorum doctrina valeat, neceſſe ſit bona opera non minus quàm mala in iſto purgatorio excoqui. Cæterũm quòd in quibuſdã Latinis codicibus adiicitur DOMINI, nõ inuenio in Græcis exẽplaribus, nec puto conuenire: quòd fere ſoleat ſupremus ille dies hoc addito epitheto ſignificari: in quem certè non reiicit hoc examen Apoſtolus. Eſt tamen addito articulo ſcriptum ἡ ἡμέρα, nimirum vt ſignificetur certum eſſe à Domino tempus conſtitutum quo cuiuſque miniſtri opus exploret. Nam per ignem retegetur, ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται. Ego nouam propoſitionem ab his verbis puto inchoari, qua probetur aut explicetur potius illud ἡ ἡμέρα δηλώσει, dies declarabit. Itaque poſt δηλώσει non adſcribo ἐστὶ τελεία ſed ſτιμαίνω. neque dubito quin ἐν ſit cõiunctio, non prouocabulum.

15 Damnum faciet, ζημιωθήσεται. Id eſt, iacturam hanc faciet, operis nimirum iſtius ac laboris: vt ſiquis architectus non rectè ſtruxerit parietẽ, nõ modò non perſoluitur ei merces operis, ſed etiã opus diruitur. Vulg. Detrimentum patietur. Eraſ. Damnũ patietur, vterque ambiguè. Ipſe verò, αὐτὸς δὲ. Nonnulli conuertunt ipſum verò, quaſi hoc ad θεμέλιον, id eſt fundamentum, referatur. quam opinionem non probo. Primùm enim quorſum hoc Paulus, quod erat extra omnem controuerſiam? Deinde coacta eſt interpretatio verbi σῴζεσθαι, pro perdurare & integrum manere, quum fundamentum ipſum in nullo pereundi periculo verſaretur, ex Pauli hypotheſi, ſuprà, ver. 11. Præterea θεμέλιος ab ipſo duodecimo verſiculo eſſet repetẽdum. quod & ipſum eſt vi quadam detortum, vt ſine neceſſaria cauſa non debeat admitti. Deinde cur addita eſſet conditio quæ ſubiicitur? Denique apparet ex antitheſi, ea quæ ſuperſtruũtur, non comparari cum fundamento quod Paulus iecerat, ſed inter ſe conferri, ipſóſque opifices non cum fundamẽti architecto, ſed inter ſe alios cum aliis comitti, eos videlicet qui rectè & ſolidè ſuperſtruũt, cũ iis qui fœnũ & ſtipulã (id eſt inutilem materiã) cõgerunt.

Seruabitur, σωθήσεται. Id eſt opere quidem ac mercede ſperata, non tamen vita multabitur. Neque enim eos vt pſeudoapoſtolos reprehendit Paulus, quique vt à fundamento deſciſcant, ſed vt curioſa quædam ac humana potius quàm diuina conſectantes, vti fecit ille Dionyſius, Corinthiorum opinor, ipſorũ epiſcopus, qui in cæleſti Hierarchia deſcribenda ſeſe plerunque fruſtra fatigat. vti etiam hodie faciunt qui Scripturæ ſim

plicitatem faſtidientes, philoſophicas aut ne philoſophicas quidē ſpeculationes permiſcent: qui denique aſciticio quodam cultu natiuam illam verbi quaſi formam inficiunt. Vt per ignem, ὡς διὰ πυρός. Id eſt, ita tamē vt examinis illius rigorem non effugiat, & nonniſi probatus & exploratus abſterſis demum ſordibus placeat: Hæc enim eſt conditio quæ in recipiendis omnium doctorum ſcriptis valere debet, quum ſolum Dei verbum ſit αὐτόπιστον.

Οὐκ οἴδατε ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν;

16 ‖An neſcitis vos eſſe templū Dei, & Spiritum Dei habitare in vobis?

16 *Neſcitis quia templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis?* *Infrà, 6.d.19. 2.cor.6.d.16*

Εἴ τις τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός· ὁ γὰρ ναὸς τοῦ Θεοῦ ἅγιός ἐστιν, οἵτινές ἐστε ὑμεῖς.

17 Siquis templum Dei ᵛviolat, hunc ᵛperdet Deus: nam templum Dei ſanctum eſt, ᵛquod eſtis vos.

17 *Siquis autē templū Dei violauerit, diſperdet illū Deus. Templum enim Dei ſanctū eſt, quod eſtis vos.*

Μηδεὶς ἑαυτὸν ἐξαπατάτω· εἴ τις δοκεῖ σοφὸς εἶναι ἐν ὑμῖν ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, μωρὸς γενέσθω, ἵνα γένηται σοφός.

18 Nullus ſeipſum ſeducat: ſi quis *ſibi* videtur eſſe ſapiēs inter vos in hoc ſeculo, ſtultus fiat vt fiat ſapiens.

18 *Nemo ſe ſeducat: ſi quis uidetur inter uos ſapiens eſſe in hoc ſeculo, ſtultus ſiat ut ſit ſapiēs.*

Ἡ γὰρ σοφία τοῦ κόσμου τούτου, μωρία παρὰ τῷ Θεῷ ἐστι. Γέγραπται γάρ, Ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν.

19 Sapiētia enim mundi huius, ſtultitia *eſt* apud Deum. ſcriptū eſt enim, ‖ Carpit ſapientes cū verſutia ipſorum.

19 *Sapientia enim huius mundi, ſtultitia eſt apud Deū. ſcriptum eſt enim, Comprehendam ſapiētes in aſtutia eorum.* *Iob 5.b.13*

Καὶ πάλιν, Κύριος γινώσκει τοὺς διαλογισμοὺς τῶν σοφῶν ὅτι εἰσὶ μάταιοι.

20 Et rurſum, ‖Dominus nouit cogitationes ſapientum eſſe vanas.

20 *Et iterum. Dominus nouit cogitationes ſapiētium quoniam uanæ ſunt.* *Pſal.94.b.12*

Ὥστε μηδεὶς καυχάσθω ἐν ἀνθρώποις· πάντα γὰρ ὑμῶν ἐστιν·

21 Ita‍que nullus ᵛglorietur in hominibus: omnia nanque veſtra ſunt:

21 *Nemo itaque gloriet in hominibᵘ: omnia enim veſtra ſunt.*

Εἴτε Παῦλος, εἴτε Ἀπολλώς, εἴτε Κηφᾶς, εἴτε κόσμος, εἴτε ζωή, εἴτε θάνατος,

22 Siue Paulus, ſiue Apollos, ſiue Cephas, ſiue mundus, ſiue vita, ſiue mors,

22 *Siue Paulus, ſiue Apollo, ſiue Cephas, ſiue mundus, ſiue uita, ſiue mors,*

17 Violat, φθείρει. Id eſt, vt rem ſacram polluit ac conaminat. Eraſ. Profanat, βεβηλοῖ. Polluere templum Dei templum dicuntur Apoſtolo qui carnali facundia puritatē Euangelii inquinabant, quique factionibus ſcindebant Eccleſiam, & impuro affectu velut arrogantia turgidi, ex Euangelii prædicatione gloriam inanem captabant. Perdet, φθερεῖ. In Græcis idem verbum repetitur. quamobrem etiam Hilarius Pſal. 64, vtrobique corrumpendi vocabulo vſus eſt, ſed nimium impropriē. Meminit & ipſe Auguſtinus contra epiſtolam Manichæi capite 39, vt Eraſmus annotauit. Quòd ſiquis velit paronomaſiam ſeruare, vertat licebit, Siquis templum Dei deſtruit, hunc deſtruet Deus, vt Eraſmo placuit in annotationibus. Quod eſtis, οἵτινές ἐστε. Ad verbum, Qui eſtis. Sed hoc nullius eſt momenti. Sic enim ſolent Græci interdum rationem eius quod ſequitur potius quàm antecedentis habere. & Latini quoque, vt in illo Saluſtii, Eſt locus in carcere quod Tullianum appellatur.

18 In hoc ſeculo, ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ. Hoc nonnulli præcedentibus, nonnulli ſequentibus attexunt: ego præcedentibus malo. Fuit enim definiendum Apoſtolo quod ſapientiæ genus excluderet ab Eccleſiaſtico miniſterio, eam videlicet quæ à carne manat, non à Spiritu, ac proinde polluit Eccleſiam, nedum vt illam exornet. Nam alioqui non errat quiſquis eſt ſibi veræ ſapientiæ conſcius, ſi in Domino glorietur, nec alios deſpiciat, vt infrà, 7. g. 40, & 11. a. 1.

19 Carpit, ὁ δρασσόμενος. Hebræa habent Iob 5. b. 13, לֹכֵד, i. irretit. Eſt autē πιάσκειν id quod dicimus vulgato noſtro ſermone *Empoigner*. vnde δρᾶξ, manipulus, *Vne poignee*. eſtque poſitum participium, Hebræorum more, pro verbo. Vulg. Comprehendam, non ſatis rectè, quum ibi non loquatur Dominus, ſed Eliphaz. Eraſ. Qui comprehendit, ὁ καταλαμβάνων, vel ὁ καταλαμβανέων, vt habet ea editio Græca qua nunc vtimur. Cum verſutia, ἐν τῇ πανουργίᾳ. Vel vafricia ac calliditate. i. Vtcūque ſint vafri, eos tamen Dominus capiet, quum eorum artes res ipſa declarabit illud ipſum eſſe quo ſeſe inuoluerint. Itaque præpoſitio ἐν vel pro σύν. i. cum, vel pro διά accipitur. Vulgata & Eraſmus, In aſtutia, obſcurè: niſi ſic accipias quaſi dicat, in media ipſa verſutia illos à Deo occupari.

20 Sapientum, τῶν σοφῶν. Hebræa veritas habet Pſal. 94. b. 11, אָדָם, hominum, ſed rectè omnino Apoſtolus Prophetæ ſenſum expoſuit. Cuius enim virtutis eſſet, ſtultorum aut vulgarium hominum vanitatem noſſe? Loquitur ergo Dauid de iis qui inter homines præcipuè excellunt, quorū tamen omnē ſapientiam iudicio Dei teſtatur nihil aliud quàm meram eſſe vanitatem, ideóque contemptim generali nomine eos vocat אָדָם, ſuæ cōditionis eos admonens.

21 Itaque, ὥστε. Sequitur iam vniuerſalis concluſio, qua primo loco admonet auditores ne in ipſis miniſtris ſubſiſtant, ſed ad eum aſcēdant qui per illos agit: tribus videlicet verſibus proximis. vt deinde nihilominus habeant pro miniſtris & arcanorum Dei diſpenſatoribus, ver. ſequentis cap. 1. Secundo autem loco miniſtros monet vt ſe non dominos ſed œconomos eſſe meminerint: ac proinde nihil alienum vel in doctrina, vel in ipſa docendi ratione admiſceant, ſed, vt fideles œconomi, ea demum quæ acceperunt, bona fide diſtribuant. Idque complectitur verſiculus 2, ſequentis capitis. Deinde ad arrogantiam vtrorumque compeſcēdam tranſit. Itaque debuit ſequentis capitis ſectio incipere ab ἡμᾶς δέ, mihi verò: præcedentes autem verſiculi primus & ſecundus huic capiti attexi. Glorietur, καυχάσθω. Id eſt, ſibi ita placeat in hominibus quicunque tandem illi ſint, vt illis ſit addictus, & quod Dei eſt, ad eos tranſferat, vt ii faciebant qui huius aut illius ſe eſſe dicebant, & etiamnum hodie qui Franciſcum, Dominicum, Benedictum profitentur.

εἴτε ἐσταῦτα, εἴτε μέλλοντα, πάντα ὑμῶν ἐστιν·

Ὑμεῖς δὲ Χριστοῦ, Χριστὸς δὲ Θεοῦ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ.

Οὕτως ἡμᾶς λογιζέσθω ἄνθρωπος ὡς ὑπηρέτας Χριστοῦ, καὶ οἰκονόμους μυστηρίων Θεοῦ.

Ὧδε λοιπὸν, ζητεῖται ἐν τοῖς οἰκονόμοις, ἵνα πιστός τις εὑρεθῇ.

Ἐμοὶ δὲ εἰς ἐλάχιστόν ἐστιν ἵνα ὑφ' ὑμῶν ἀνακριθῶ, ἢ ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας· ἀλλ' οὐδὲ ἐμαυτὸν ἀνακρίνω.

Οὐδὲν γὰρ ἐμαυτῷ σύνοιδα· ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι· ὁ δὲ ἀνακρίνων με, Κύριός ἐστιν.

Ὥστε μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ Κύριος, ὃς καὶ φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν· καὶ τότε ὁ ἔπαινος γενήσεται ἑκάστῳ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ.

siue præsentia, siue futura: omnia *inquam* vestra sunt:

23 Vos autem Christi: Christus verò Dei.

CAP. IIII.

1 SIC de nobis reputet homo vt de ministris Christi, & dispensatoribus mysteriorum Dei.

2 Quod supereſt autem, *illud* requiritur in dispẽsatoribus vt fidus quisque inueniatur.

3 Mihi verò pro minimo est quòd à vobis diiudicer, aut ab humano iudicio: imò nec meipsum diiudico.

4 Nullius enim rei mihi conscius sum: sed nõ per hoc iustificatus sum: sed Dominus is est qui me diiudicat.

5 Proinde ne ante tempus quicquam iudicate, vsquedum venerit Dominus, qui & illustraturus est occulta tenebrarum, & manifesta faciet consilia cordium: ac tunc laus erit vnicuique à Deo.

sine præsentia, sine futura. omnia enim vestra sunt:

23 *Vos autem Christi, Christus autem Dei.*

CAP. IIII.

1 *Sic nos æstimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorũ Dei.*

2 *Hic iam quæritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur.*

3 *Mihi autem pro minimo est vt à vobis iudicer, aut ab humano die: sed neq; meipsum iudico.*

4 *Nihil enim mihi cõscius sum: sed non in hoc iustificatus sum: qui autem iudicat me, Dominus est.*

5 *Itaq; nolite ante tẽpus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarũ, & manifestabit cõsilia cordiũ: & tunc laus erit unicuique à Deo.*

11 Vestra sunt, ὑμῶν ἐστιν. i. adminicula vobis destinata, vt ad Christum & à Christo ad Deum subuehamini, nõ autẽ vt in illis adminiculis hæreatis. Ita enim fieret vt nõ vestra essent illa, sed illorũ potius essetis.

IN CAPVT IIII.

1 Sic de nobis reputet, οὕτως ἡμᾶς λογιζέσθω. Vulg. & Eraſ. Sic nos æſtimet, οὕτως ἡμᾶς νομιζέτω, quod vocabulum mihi videtur paulo superbius. Est autem cum hoc loco conferendum quod scripsit Apostolus supra, 1. b. 11, quum eos etiam increparet qui dicebant Ego sum Christi, ita videlicet vt ministros non agnoscerẽt: quum non minus peccet qui quosuis ministros spernit (quos quidẽ veros Dei ministros esse cognouerit) quàm qui plus illis defert quàm par sit. Homo, ἄνθρωπος. i. ἕκαστος, quisque: enallage non modò Hebræis familiaris, sed quæ etiam vsurpatur apud disertiores Græcos. Demoſth. καὶ γὰρ ἄλλα ἴδοι τις καὶ νῦν ἔστιν ἀφ' ὧν ἂν τὸν λοιπὸν ἄνθρωπον εἰδείη τις ἐξ ὧν Δίων τὸν λοιπὸν πάντα ἄνθρωπον ἐξήλεγξεν. Videtur tamen hominis nomẽ suæ emphasi non carere hoc in loco, nempe vt quisque ex sua imbecillitatis consideratione melius intelligat quanta sit ministerii ecclesiastici dignitas, quæ tamen non in ipsis hominibus, sed in eorum munere sit posita.

2 Quod supereſt autem, τὸ δὲ λοιπόν. Vulg. Hic iam quæritur: vt rectè suspicetur Eraſmus legisse, ὧδε λοιπὸν ζητεῖται. sed refragantibus summo consensu Græcis codicibus. Deinde quæritur pro requiritur, obscurè dictum est.

3 Ab humano iudicio, ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας. Vulgata, Ab humano die, quæ interpretatio perobscura est. Ponitur autẽ dies pro iudicio ex Cilicum idiotismo, vt Hieronymo placet: qui tamen non video quo iure omnem elegantiam Paulo detrahat, vt diximus alibi. Putarim autem potius Paulum diem maluisse dicere quàm iudicium, vt alluderet ad diem illum supremum in quo Dominus ipse iudex sedebit. & ita tandem pateſiet quis quomodo se gesserit, vt verum iudicium feratur. Diiudico, ἀνακρίνω. i. De me ipso iudico, quantus sim vel non siminter homines. Nam sicut nullius sum mihi conscius, vnde fortaſſis possem alicuius inter vos gloriationis occasionem arripere, ita etiam probè noui mihi longè alia iustitiæ opus esse, vt nulla sit causa cur mihi ipsi placere debeam. Itaque totum hoc iudicium Domino relinquo, huic rei potius intentus vt fidelis seruus inueniar, quàm vt laborẽ scire quanti sim vel non sim. Est igitur hoc Pauli dictũ ad certam hypothesin restringendum. Nam & Spiritus probandi sunt, & nos ipsos explorare debemus an simus in fide. Nec priuata etiã charitatis iudicia, ac multo minus vel ciuilẽ vel ecclesiasticã politiã damnat Apostolus. Non agit enim propriè vel de doctrinæ vel de morũ examine, sed de eo potius quãti sit ipse faciẽdus vel nõ faciẽdus inter homines. Quæ de re, inquit, Dominus demũ iudicabit. Deinde quòd nullius se conscium dicit, ad id vnum referendum est de quo agitur, nempe ad ministerii functionẽ, quam testatur se tam bona conscientia administrasse vt ne à seipso quidem vllius fraudis aut negligentiæ redarguatur. Sed, inquit, absit vt propterea me alicuius prærii esse putem, quum longè aliud sit sibi non esse cõscium quàm iustum esse. Mirè autem hoc conuenit tum in istos doctores, qui sibi tam excellentes videbantur præ Paulo: tum etiam in auditores, qui, velut agonotheteæ sederent in theatro, tam audaciter quos libuisset attollerent, vel deprimerent. At ego, inquit Paulus, ne de meipso quidem ita pronuntiare possim vt vos de me & aliis.

5 Vsquedum, ἕως. Hoc quoque dicendi genus petitum est è medio. Nam plena loquutio esset, Sed expectate vsquedum, &c. Occulta tenebrarum, τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους. Arguit eos vt iniquos & temerarios iudices. Nec enim poterãt nisi ex rebus externis iudicare. Quid si igitur fallebantur? Nam ex animo potiſſimùm vnusquisque æstimandus est. Laus, ἔπαινος. Laudari quidẽ non poterat vnus quiſpiã præ cæteris à Corinthiis, quin cæteri culparentur, vt etiam apparet ex versiculo sequente: sed laudis mentionẽ potius quàm vituperii facit Apostolus, quia istius mali hæc erat origo quòd certis hominibus plus tribuerent quàm par esset.

Ταῦτα δέ, ἀδελφοί, μετεσχημάτισα εἰς ἐμαυτὸν καὶ Ἀπολλῶ δι' ὑμᾶς· ἵνα ἐν ἡμῖν μάθητε, τὸ μὴ ὑπὲρ ὃ γέγραπται φρονεῖν, ἵνα μὴ εἷς ὑπὲρ τοῦ ἑνὸς φυσιοῦσθε κατὰ τοῦ ἑτέρου.

6 Hæc autem, fratres, figura quadam transtuli ad meipsum & Apollo, propter vos: vt in nobis discatis, supra id quod scriptum est, non sapere: vt ne alius pro alio inflemini aduersus alium.

6 Hæc autem, fratres, transfigurani in me & Apollo, propter uos: ut in nobis discatis, ne supra quàm scriptum est, unus aduersus alterum insletur pro alio.

Τίς γάρ σε διακρίνει; τί δὲ ἔχεις ὃ οὐκ ἔλαβες; εἰ δὲ καὶ ἔλαβες, τί καυχᾶσαι ὡς μὴ λαβών;

7 Quis enim te discernit? quid autem habes quod non acceperis? quòd si etiam accepisti, quid gloriaris vt qui non acceperis?

7 Quis enim te discernit? qd autē habes quod non acceperisti? Si autem acceperisti, qd gloriaris quasi non acceperis?

Ἤδη κεκορεσμένοι ἐστέ, ἤδη ἐπλουτήσατε, χωρὶς ἡμῶν ἐβασιλεύσατε· καὶ ὄφελόν γε ἐβασιλεύσατε, ἵνα καὶ ἡμεῖς ὑμῖν συμβασιλεύσωμεν.

8 Iam saturati estis, iam ditati estis, absque nobis regnum adepti estis: atque vtinam sanè regnetis, vt & nos simul vobiscū regnemus.

8 Iam saturati estis, iā ditates facti estis, sine nobis regnatis: & utinam regnetis, ut & nos uobiscū regnemus.

Δοκῶ γάρ, ὅτι ὁ Θεὸς ἡμᾶς τοὺς ἀποστόλους ἐσχάτους ἀπέδειξεν ὡς ἐπιθανατίους, ὅτι θέατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις.

9 Deus enim, puto, nos vltimos Apostolos spectādos proposuit, tanquā morti addictos. Nam spectaculum facti sumus mūdo & Angelis & hominib⁹.

9 Puto enim quòd Deus nos Apostolos nouissimos ostendit, tanquā morti destinatos, qa spectaculum facti sumus mundo & Angelis & hominibus.

Ἡμεῖς μωροὶ διὰ Χριστόν, ὑμεῖς δὲ φρόνιμοι ἐν Χριστῷ· ἡμεῖς ἀσθενεῖς, ὑμεῖς δὲ ἰσχυροί· ὑμεῖς ἔνδοξοι, ἡμεῖς δὲ ἄτιμοι.

10 Nos stulti propter Christū, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem validi: vos glorioſi, nos ignominioſi.

10 Nos stulti propter Christum, uos autē prudentes in Christo: nos infirmi, uos autem fortes: uos nobiles, nos autem ignobiles.

Ἄχρι τῆς ἄρτι ὥρας καὶ πεινῶμεν καὶ διψῶμεν, καὶ γυμνητεύομεν, καὶ κολαφιζόμεθα, καὶ ἀστατοῦμεν·

11 Ad hoc vsque tempus & esurimus & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & incertis sedibus erramus:

11 Vsq; in hāc horā & esurimus & sitimus. & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus:

Καὶ κοπιῶμεν, ἐργαζόμενοι ταῖς ἰδίαις χερσί· λοιδορούμενοι, εὐλογοῦμεν· διωκόμενοι, ἀνεχόμεθα·

11 Et laborāmus, operantes propriis manibus: conuitiis affecti, bene precamur: persequutionem patientes, sustinemus.

11 Et laboramus, operātes manib⁹ nostris: maledicimur, & benedicimus: persequutionem patimur, & sustinemus. Act.20.g.34 1.Thess.2.b.9 2.Thess.3.b.8

6 Figura quadā transtuli, μετεσχημάτισα. Nominū & personarū mutationē intelligit, & figurā vocat quod vulgò dicimus *Vne maniere de parler*. Vulg. Trāsfiguraui, admodum obscurè. In nobis, ἐν ἡμῖν. id est, Nostro hoc exemplo, qui aliorum etiam vitia in nostras personas transferre maluimus quàm nominatim quemquam carpere. Vnus codex scriptū habet ἐν ὑμῖν, id est Apud vos, siue Intus, & in animis vestris: vel, Inter vos. 5 Sed illud mihi magis arridet. Non sapere, μὴ φρονεῖν. Vlcus aperit. vnde enim hæc mala nisi quòd intra modum à verbo Dei præscriptum sese non continebant Erasmus, Vt sequis supra id quod scriptum est, de se sentiat. quam interpretationem non probo. Vulg. verbum φρονεῖν non legit, quod etiam in vno codice nō inuenimus, in quo scribitur τὸ μὴ ὑπὲρ ὃ γέγραπται ἵνα ὑπὲρ τοῦ ἑνὸς φυσιοῦσθαι κατὰ τοῦ ἑτέρου. Vt ne inflemini, ἵνα μὴ φυσιοῦσθε. Sic Libanius in primam Demosthenis Olynthiacam, ἵνα μὴ δουλεύσητε. alioquin rectè annotauit 10 Erasmus nouam esse hanc constructionem: vt fortassis hoc loco legendum sit φυσιοῦσθε, & apud Libanium δουλῶσιν.

7 Discernit, διακρίνει. Id est, Segregat aut eximit è cæterorum grege. aut, Ita præstantem te reddit vt alii præ te pro nihilo habeantur. Erasmus, Diiudicat, quæ interpretatio (vt mihi videtur) non conuenit, vt nec illud quod cōiicit legi posse, τί σε διακρίνει; Cur te segregat Theophylactus interpretatur ἀφορίζει, id est, Cuius suf 15 fragio ista præstantia tibi tribuitur quòd cæteris anteponaris? Nempe hominis, non Dei. Atqui falluntur humana iudicia: cur igitur inflaris? Quòd si etiam non fallantur homines in iudicando, quid tamen habes quod precariò non possideas? Mihi prima expositio videtur simplicissima. Quod non acceperis? ὃ μὴ ἔλαβες; In natura igitur nihil verè laudabile, sed omnia sunt à gratia, contra Pelagianos & Semipelagianos.

8 Regnum adepti estis, ἐβασιλεύσατε. Vulgata, Regnatis, βασιλεύσατε, eodem tamen sensu.

10 9 Vltimos, τοὺς ἐσχάτους. Hoc dicit Paulus quòd proculdubio id etiam ipsi & aliis eius collegis obiiceretur, ad elevandam eorum authoritatem, quòd non essent cum Christo versati, vt alii Apostoli, sed quasi absente Christo designati: vt apparet ex procemio epistolæ ad Galatas. Spectandos proposuit, ἀπέδειξεν. In hac significatione Græci potius dicunt ἀποδείκνυσθαι, ἀναδείκνυσθαι, προβάλλειν, προτείνειν, & interdū quoque φανερὸν κατασκευάζειν, vt apud Plutarchum in Probl. Græcorum. Sed tamen ea quæ sequuntur, ostendunt sic explicandum esse 15 hunc locum, vt sit grauissima ironia. Vulg. & Eras. Ostendit, quod verbum nimis est dilutum.

11 Ad hoc vsque tempus, ἄχρι τῆς ὥρας ταύτης. Hoc attexitur præcedentibus apud Græcum scholiasten. Incertis sedibus erramus, ἀστατοῦμεν. Vulg. Instabiles sumus, quod Latinis significat leuem & inconstantem esse. Cæterùm qui egregiam volet Pauli & Antichristi, qui se illius successorem mentitur, antithesin habere, Romanæ curiæ delicias illas Sodomiticas cum Pauli conditione componat.

Matth. 5.g.44 luc.23.c.34 act 7.g.60

Βλασφημούμενοι, παρακαλοῦμεν· ὡς περικαθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν, πάντων περίψημα ἕως ἄρτι.

13 ¶Infamati precamur: purgimenta mundi facti sumus, atque omnium sordes vsque adhuc.

13 Blasphemamur, & obsecramus: tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsema usque adhuc.

Οὐκ ἐντρέπων ὑμᾶς γράφω ταῦτα, ἀλλ' ὡς τέκνα μου ἀγαπητὰ νουθετῶ.

14 Non vt vos pudore suffundam, hæc scribo, sed vt filios meos dilectos admoneo.

14 Nō ut cōfundā uos, hæc scribo, sed ut filios meos charissimos moneo.

Ἐὰν γὰρ μυρίους παιδαγωγοὺς ἔχητε ἐν Χριστῷ, ἀλλ' οὐ πολλοὺς πατέρας. ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα.

15 Nam etsi decem millia pædagogorū habueritis in Christo, at non multos patres habetis. in Christo enim Iesu per Euangelium ego vos genui.

15 Nā si decē millia pædagogorū habeatis in Christo, sed nō multos patres. nā in Christo per Euangelium ego uos genui.

Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, μιμηταί μου γίνεσθε.

16 Precor vos igitur, imitatores mei estote.

16 Rogo ergo uos, imitatores mei estote.

Διὰ τοῦτο ἔπεμψα ὑμῖν Τιμόθεον, ὅς ἐστί τέκνον μου ἀγαπητὸν καὶ πιστὸν ἐν Κυρίῳ, ὃς ὑμᾶς ἀναμνήσει τὰς ὁδούς μου τὰς ἐν Χριστῷ, καθὼς πανταχοῦ ἐν πάσῃ ἐκκλησίᾳ διδάσκω.

17 Propterea misi vobis Timotheum, qui est filius meus dilectus & fidelis in Domino, qui vobis in memoriam reducet quæ sint viæ meæ in Christo, sicut vbique in omnibus Ecclesiis doceo.

17 Ideo misi ad uos Timotheū, q est filius meus charissimus & fidelis in Domino, q uos commonefaciet uias meas quæ sint in Christo Iesu, sicut ubique in omni Ecclesia doceo.

Ὡς μὴ ἐρχομένου δέ μου πρὸς ὑμᾶς, ἐφυσιώθησάν τινες.

18 Cæterùm perinde quasi ego non sim venturus ad vos, inflati sunt quidam.

18 Tanquam non uenturus sim ad uos, sic inflati sunt quidam.

Ἐλεύσομαι δὲ ταχέως πρὸς ὑμᾶς ἐὰν ὁ Κύριος θελήσῃ, καὶ γνώσομαι οὐ τὸν λόγον τῶν πεφυσιωμένων, ἀλλὰ τὴν δύναμιν.

Act.19.c.21 ier.4.d.15

19 Sed veniam breui ad vos, ¶si Dominus voluerit, & cognoscam non verba istorum qui inflati sunt, sed spiritualem virtutem.

19 Veniam autem ad uos citò, si Dominus uoluerit, & cognoscam non sermonem eorū q inflati sunt, sed uirtutem.

13 Infamati, βλασφημούμενοι. siue, Probris affecti. Erasmus, Conuitiis affecti: quod potius respondet τῷ λοιδορεῖσθαι, quanuis ista nonnunquam permutentur. Purgamenta, ὡς περικαθάρματα: id est recrementū, fæx, scoria, vel sordes quæ ex lurida quapiam re purgantur: quicquid denique prorsus inutile superest ex rei cuiuspiam repurgatione: quamobrem etiam Erasmus Excrementum conuertit. Ego verò Græci vocabuli etymologiam libens seruaui. Addit autē pondus præpositio περί, quasi dicas sordes vndique euerrendo collectas: id est κάθαρμα, vt Græcus scholiastes exponit. nisi pro ὡς περικαθάρματα, legendum sit ὡς περὶ πάντα κάθαρμα. Cæterùm probat quidem Budæus ex vtriusque linguæ variis authoribus, καθάρματα dictos fuisse quos Latini sacros homines dicebant: quorum capite omnia ciuitatis aut gentis alicuius scelera luebantur, quique auertendæ deorum iræ mactabantur. Sed mihi quidem non fit verisimile vel immanem illam consuetudinem fuisse tum passim Græcis notā, vel Paulū ad eā respexisse. Sicui tamē hæc opinio magis arriserit, Piacula licebit interpretari. Sordes, περίψημα. Vulgata, Peripsema. Erasmus, Reiectamentum. Ad verbum, Detersiones, ἀπὸ τοῦ περιψᾶν, quod detergere significat. Alii malunt (vt Græcus scholiastes) pro eo ipso accipere quo sordes abstergūtur, quod Latinè possis Penicalum, Gallicè un torchon, vocare. In summa, confert sese Apostolus cum iis quæ non modò nullius penitus sunt pretii, sed etiam quæ omnes à se quamlongissimè abesse velint.

14 Vt vos pudore suffundam, ἐντρέπων ὑμᾶς. Accipitur igitur ἐντρέπειν forma coniugationis Hiphil. Vulgata, Confundam, vt solet interpretari τὸ καταισχύνειν. Summa autem horum est, istos qui in captanda laude essent occupati, plurimùm differre ab Apostolis, ac proinde omnium hominum ineptissimos esse: perinde acsi diceret Apostolus, Non vos pudet, inepti homines, de his rebus contendere, & vobis placeret Simus sanè postremi Apostoli: sumus tamen Apostoli, nec videtis ex ea conditione in qua versamur, prorsus cōtraria certamina veris Euangelii ministris proponit

16 Precor, παρακαλῶ. Erasmus, Adhortor, quod non videtur satis expressum. Quòd autem post γίνεσθε in quibusdam Latinis codicibus additur, Sicut & ego Christi, καθὼς ἐγὼ Χριστοῦ, puto irrepsisse ex huius epist. 11.a.1: quanuis in vno Græco exemplari adscriptum inuenerim.

17 In memoriam reducet, ἀναμνήσει. Vulgata, Commonefaciet. Sed rectius illo modo Erasmus. Est enim tacita quædam exprobratio obliuionis in verbo ἀναμιμνήσκειν, quæ Commonefaciendi verbo non satis exprimitur. Quæ sint viæ meæ, &c. τὰς ὁδούς μου, &c. Id est, quam viam & regulam sequar in docendis passim Ecclesiis. Vulg. & Eras. obscurè, Vias meas quæ sunt in Christo.

19 Verba, τὸν λόγον. Sic vocat istorum phaleras & inanem verborum splendorem. Latini (vt opinor) Verba vocant, simili prorsus ratione. Istis autem opponit δύναμιν quam vocat, id est arma illa cælestia omnipotentia, zelum Dei, fidem, Spiritus denique charismata. Vulgata & Erasmus, Sermonem, rectè id quidem, sed non satis expressè, atque etiam ambiguè, quum Sermonis appellatione Paulus fere soleat intelligere id ipsum de quo habetur sermo. Castellio, Orationem, Latina quidem, sed magis etiam ambigua interpretatione.

Virtutem, δύναμιν. Alibi addere solet vocabulum Πνεύματος, Spiritus, vt suprà, 1.a.4. vel Θεοῦ, vt ibidem, a.5, vt intelligatur de qua virtute seu facultate agatur. Ideo autē mihi permisi hoc addere, ne quis putaret sermonem esse ἀνθρώπινος.

Οὐ γὰρ ἐν λόγῳ ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἐν δυνάμει.

Τί θέλετε; ἐν ῥάβδῳ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐν ἀγάπῃ, πνεύματί τε πραΰτητος;

Κεφάλαιον ε'

ΟΛως ἀκούεται ἐν ὑμῖν πορνεία, καὶ τοιαύτη πορνεία ἥτις οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὀνομάζεται, ὥστε γυναῖκά τινα τοῦ πατρὸς ἔχειν.

Καὶ ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστὲ, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε, ἵνα ἐξαρθῇ ἐκ μέσου ὑμῶν ὁ τοῦτο ἔργον τοῦτο ποιήσας;

Ἐγὼ μὲν γὰρ ὡς ἀπὼν τῷ σώματι, παρὼν δὲ τῷ πνεύματι, ἤδη κέκρικα ὡς παρὼν τὸν οὕτω τοῦτο κατεργασάμενον,

Ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ συναχθέντων ὑμῶν καὶ τοῦ ἐμοῦ πνεύματος, σὺν τῇ δυνάμει τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ,

10 Non enim in verbis ſitum eſt regnum Dei, ſed in Spiritus virtute.

21 Quid vultis? cum virga veniã ad vos, an cum charitate & ſpiritu lenitatis?

CAP. V.

1 OMnino auditur eſſe iter vos ſcortatio, & eiuſmodi ſcortatio quæ ne inter Gentes quidẽ nominatur, adeovt quis vxorẽ patris habeat.

2 Et vos inflati eſtis, ac non potius luxiſtis, vt tolleretur è medio veſtri qui facinus hoc patrauit?

3 Enimuero ego vt abſens corpore, præſens autem ſpiritu, iam vt præſens iudicaui vt is qui hoc ita perpetrauit,

4 Vobis & meo ſpiritu in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti congregatis, cum poteſtate Domini noſtri Ieſu Chriſti,

10 *Non enim in ſermone eſt regnũ Dei, ſed in virtute.*

21 *Quid vultis? in virga veniã ad vos, an in charitate, & ſpiritu manſuetudinis?*

CAP. V.

1 *OMnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio qualis nec inter Gentes, ita vt vxorem patris aliquis habeat.*

2 *Et vos inflati eſtis, & non magis luctum habuiſtis, vt tollatur de medio veſtrũ qui hoc opus fecit.*

3 *Ego quidẽ abſens corpore, præſens autem ſpiritu, iã iudicaui me præſentem eum qui ſic hoc operatus eſt,*

4 *In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, congregatis vobis & meo ſpiritu, cum virtute Domini noſtri Ieſu,*

11 Spiritu lenitatis, πνεύματι πραΰτητος. Id eſt leniter in vos affectus. Eſt autem ex Hebræorum idiotiſmo ſpiritus lenitatis idem atque ſpiritus lenis: ſed hunc Hebraiſmum libens retineo, ex quo intelligitur, veras virtutes non ab humanis viribus, ſed ab afflatu diuini Spiritus exoriri. Debuit autem quiſquis capitum ſectionem inſtituit, ab hoc verſu inchoare quintum caput. Sed rectius Græci ab hoc verſiculo exorſi ſunt ſecundum caput huius epiſtolæ, quoniam ſuperiora omnia ad vnum ſcopum (nempe ad reprehendẽda ſchiſmata) ſpectant: nunc autem aduerſus illum inceſtuoſum agit.

IN CAPVT V.

1 Scortatatio, πορνεία. Vulgata, Fornicatio, barbarè. Eraſmus, Stuprum. Ego malui etymologiam ſeruare. Sed latè patet hoc loco Scortationis nomen, quo etiam inceſtum declaratur. Addidi autem verbum ἐστὶ, eſſe, non tam vt conſtructionem explerem quàm vt offenderem illud ἐν ὑμῖν, inter vos, non pertinere ad ἀκούεται, auditur. Neque enim ſignificat Apoſtolus eam ſcortationem eſſe auditam inter Corinthios, ſed omnino peruulgatum eſſe hunc rumorem de Corinthiis quòd eiuſmodi ſcelus apud eos patratum eſſet, & quidem impunè. Nominatur, ὀνομάζεται. Hoc comperimus in vno Græco exemplari deeſſe, neque etiam legit Vetus interpres. Videtur tamen magnam habere emphaſin: quaſi diceret Apoſtolus, Quis hoc ſperaſſet vt apud vos id ſcelus re ipſa impunè patraretur, quoc inter gentes extraneas ne fando quidẽ audiatur? Nam certè eiuſmodi ſcelerum exempla rara fuerunt niſi inter gentes prorſus immanes.

2 Qui facinus hoc patrauit, ὁ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας, Vulgata, Qui hoc opus fecit, nimium dilutè vt etiam quum paulo pòſt τὸν κατεργασάμενον interpretetur, Eum qui operatus eſt. Sic dixeris Gallico ſermone, celuy qui a faict le cas.

3 Spiritu, πνεύματι. Id eſt, Animo, cogitatione, voluntate: Spiritus denique ſancti vinculo, qui res etiã longiſſimè diſſitas coniungit. Sed illud ſimplicius eſt, propter corporis antitheſin. Quòd autem Hieronymus ex hoc loco imperitiam Græci ſermonis in Paulo reprehendit, quòd ὡς non addiderit in priore membro cui ὡς reſponderet, ſanè ridiculum eſt. Quis enim Xenophonte puriori & is tamen ita ſcribit, ἐπειδὴ γὰρ ἀφορμὴν τοῦ ἐν τῇ Λιβύῃ κτήματα, pro τοῦτο ὡς ἐν τῇ Λιβύῃ κτήματα ἀγορᾷ μὴν. Sequitur enim, ὡς δὲ τῇ ὑστεραίᾳ ὁ πατὴρ μου ἐδόκει καπηλεύειν. & eiuſmodi ellipſis exempla quanuis non ita frequenter, tamen ſatis multa occurrunt. Ita, ὥσπερ. Suſpicari videtur Eraſmus hoc aduerbium in hunc locum irrepſiſſe ex ſuperiore verſu: qua in re non poſſum ei aſſentiri. Puto enim circunſtantiam temporis ac loci ita ſignificari: quaſi diceret Apoſtolus, cum quem non puduit poſt auditum & acceptum Euangelium, palàm in media Eccleſia tantum ſcelus committere, tradendum eſſe Satanæ.

4 In nomine, ἐν τῷ ὀνόματι. Id eſt inuocato Dei nomine, & vt facere eos oportet qui non ſuum ſed veniũ Domini negotium ex ipſius verbo curant. Hoc autẽ coniunxi cum συναχθέντων, quòd ita videatur ſententia poſtulare. Congregatis, συναχθέντων. Non fuit igitur excommunicationis ius penes vnum quempiã, ſed penes cœtum fidelium. Sed tamen minimè hinc colligitur oportuiſſe totius plebis ſuffragiis decerni excõmunicationis ſententiam. Conſtitutum enim erat preſbyterium vbi de rebus ad diſciplinam Eccleſiaſticam ſpectantibus decernebatur. Accedebat poſtea plebis conſenſus, quam oportebat excõmunicatos noſſe, vt eorum conſortium vitaret, ac proinde etiam abſolutionis teſtem eſſe. Hodie verò tota illa diſciplina ſub Romanæ meretricis tyrannide ſublata eſt: quominus autem plenè reſtituatur, ii maximè impediunt quos cæteris præire oportuit, nec vlla eſt certior Eccleſiæ ruina. Cum poteſtate, &c. σὺν τῇ δυνάμει. Eraſmus, Vnà cũ poteſtate Domini, i. non ex veſtra authoritate, neque vt priuati homines, ſed imperio eius communiti cuius nomine conueniſtis. Putauit autem hoc referendum ad participium συναχθέντων, ideóque σὺν cõuertit Vnà cũ: ita vt repetitum ſit antecedens pro relatiuo, ex Hebræorum more. At ego potius puto hæc cõnecti cum

ſed ni, & præpoſitionem καὶ non tam comitem (quanuis ab hoc cœtu minimè excludatur, ſed potius ei præſideat Chriſtus) quàm authoritatem declarare: vt fortaſſe rectius conuerti poſſit, Ex poteſtate. qua de re diximus aliquid Act.13.d.15.

Παραδοῦναι ὃν τοιοῦτον τῷ Σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ.

5 Eiuſmodi *inquam* homo tradatur Satanæ ad interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit die illo Domini Ieſu.

5 *Tradere huiuſmodi Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini Ieſu.*

Οὐ καλὸν τὸ καύχημα ὑμῶν. οὐκ οἴδατε ὅτι μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ;

6 Non eſt bona gloriatio veſtra. ¶ An neſcitis paululo fermenti totam maſſam fermentari?

6 *Non eſt bona gloriatio neſtra. Neſcitis quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit?*

Gal.5.9

Ἐκκαθάρατε τὴν παλαιὰν ζύμην, ἵνα ἦτε νέον φύραμα, καθώς ἐστε ἄζυμοι· καὶ γὰρ τὸ πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη Χριστός.

7 Expurgate igitur vetus fermentum, vt ſitis noua maſſa, ſicut eſtis fermenti expertes. Etenim Paſcha noſtrũ pro nobis ſacrificatũ eſt, nempe Chriſtus.

7 *Expurgate igitur vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio, ſicut eſtis azymi. etenim Paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus.*

Ὥστε ἑορτάζωμεν μὴ ἐν ζύμῃ παλαιᾷ, μηδὲ ἐν ζύμῃ κακίας καὶ πονηρίας, ἀλλ' ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας.

8 Itaque feſtum agitemus, nõ fermẽto veteri, nec fermẽto malitiæ & nequitiæ: ſed nõ fermẽtatis *panib⁹* ſinceritatis & veritatis.

8 *Itaque epulemur, nõ in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſinceritatis & veritatis.*

5 Eiuſmodi *inquam homo* tradatur, &c. παραδοῦναι τὸν τοιοῦτον τῷ Σατανᾷ. Abundat quide m τοιοῦτον ex Hebr. linguæ phraſi, ideóque ab Eraſmo prætermiſſum eſt: ego verò exprimendum putaui, quaſi ſit epanalepſis. Omnino enim videtur magnam emphaſin habere, vt intelligant Corinthii magnitudinem ſceleris reſpondere pœnæ acerbitati. Quid ſit autẽ Satanæ tradere, nõ eſt cur ex Chryſoſtomo vel alio quoquã petãmus ex Domino ipſo diſcamus. Hoc enim certè nihil aliud eſt quàm fieri ſicut ethnicũ & publicanũ, Matth.18.c.17. id eſt, ius Chriſtianæ ciuitatis amittere, ſiue excõmunicari, Satanæ denique mancipari, qui extra Eccleſiam regnat. 5

Ad interitum carnis, &c. εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, &c. Hoc nõ rectè intellectum, fecit (opinor) vt Tradere Satanæ, nonnulli pro corporis afflictione acceperint quæ infligeretur à Satana iis qui tum eſſent Satanæ traditi excruciandi, quum miniſtri dono miraculorum pollerent. Atqui non ſatis idonea fuit hæc vna ratio cur hoc excogitaretur: & coactum id eſſe, poteſt multis rationibus oſtendi. Primùm quia ὄλεθρος nũquam (quod ſciam) de temporario exitio dicitur: nemo autem (vt opinor) non videt in mentem non veniſſe Apoſtolo vt iſte inceſtuoſus ſemel periret. Deinde vt demus Apoſtolum illius vocabuli propriam ſignificationem non obſeruaſſe, (quod tamen non facilè conceſſerim) cur mentionem faceret carnis (id eſt corporis) vt ipſi interpretantur, quũ certum ſit huiuſmodi Eccleſiaſtica iudicia non corpus, vt ciuilia, ſed animum propriè ſpectare: poſtremò qui poteſt peſſundato corpore ſeruari ſpiritus? Alii igitur hoc explicant de afflictionibus quæ excommunicationẽ ſe quuntur, nempe pudore ac triſtitia, & ſimilibus. Sed hæc certè ad animum potius quàm ad corpus pertinent: neque ὄλεθρος poteſt afflictionem declarare niſi admodum coacta interpretatione. Alii igitur exitiũ ſeu interitum carnis exponunt exitium temporarium: quæ & ipſa explicatio quanuis veram & cõſentaneam ſententiã gignat, tamen mihi vix videtur ex iſtis verbis elici ſatis commodè poſſe. Nullum enim exemplum ſimile inuenio, & (vt modò dixi) ὄλεθρον de temporario exitio dici cõmodè poſſe non puto. neque plena eſſet oppoſiti mẽbri antitheſis. Dicendum enim fuiſſet Vt ſalutem Spiritus (id eſt æternam) cõſequatur, (quæ etiam expoſitio mihi planè videtur coacta) nõ autem, Vt ſpiritus ſeruetur: quum aliud ſit quod ſeruatur, alia verò ipſa ſaluris qualitas, ac (vt ita dicam) duratio. Itaque (vt paucis abſoluam) Carnis & Spiritus vocabula non aliter accipio quàm aliis innumeris locis apud Pauluum: neque aliud puto his verbis ſignificari quàm pœnam iſtam infligi, non vt miſer iſte pereat, ſed contrà, vt ſeruetur. i. vt quum ipſe pudore ac triſtitia ſapere didicerit, caro quæ in hoc præcipitium ipſum arripuit, funditus pereat: ſpiritus autem qui videbatur in certamine prorſus ſuccubuiſſe, iterũ ſeſe erigat, nec aboleatur, ſed, carne interẽpta, maneat ſuperſtes. Hic enim eſt finis Eccleſiæ propoſitus non modò in extremo iſto remedio, ſed etiam in omnibus tum admonitionibus, tum reprehenſionibus, vt caro domẽtur, ſpiritus confirmetur: quemadmodum paſſim explicatur, ac diſertè quidem 1.Cor.4.b.10, & 1.Pet.4.b.6. 10 15 20

Die illo Domini, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου. Diem Domini alibi diximus peculiariter vocari diem alteri aduẽtui Domini deſtinatum, iudicandis viuis & mortuis.

6 Non eſt bona, οὐ καλὸν. Id eſt, Immeritò & non bona ratione gloriamini, quaſi excellatis, quum inter vos tantum ſcelus inueniatur: quo modo bonam cauſam & bonam rationem dicimus. Ideo ſubiicit, An neſcitis? quaſi diceret, Vos qui de ſapiẽtia tãtopere gloriamini, an hoc ignoratis cuius vos ipſæ piſtrices mulierculæ admonere poſſint? Quidã codex poſt ὑμῶν habebat adſcriptam interrogationem, vt ſit, Num bona eſt, &c. Auguſtinus quoque contra Parmenianum aliam indicat lectionem, ſublata negante particula, vt ſit hic quoque ironia, ſicut ſuprà, 4.b.8 & 10. Caſtellio vertit, Non eſt honeſta, parum (vt exiſtimo) accommodatè. Maſſam, φύραμα. Vulg. Conſperſionem, barbaré. Mutauit ergo Eraſmus hoc in loco, ſed in proximo retinuit. Vide Rom.11.b.16. Fermentari, ζυμοῖ. Vulg. Corrumpit, φθείρει, quod reprehendit ipſe Hieronymus lib.in Epiſt. ad Galat.3, vt Eraſmus obſeruauit. 35 40

7 Sicut eſtis ferm. καθώς ἐστε ἄζυμοι. &c. Φύραμα, i. maſſã, appellat vniuerſum collectæ Eccleſiæ corpus: ſingulos autẽ dicit azymos, id eſt ſpiritu innouatos, detracta vetere corruptione. Vult ergo eiici è cœtu ſceleratũ illum, vt ſicut ſigillatim ſunt puri, ita etiam in vniuerſum tota Eccleſia ſit pura, quæ contagione illius prius erat contaminata. Fermenti expertes, ἄζυμοι. Vulg. Græcum verbum retinuit, vt & nos alibi, quum de diebus feſtis Paſchæ ageretur. Eraſmus Infermentati, ambiguè. Itaque ſequenti verſiculo panes dixit fermento carentes. Etenim, γὰρ. Eraſ. Nã &, deprauatè, (vt opinor) aut certè periculoſa amphibolia, quaſi alius etiã aliquis ſit pro nobis ſacrificatus, aut noſtra integritas aliũde etiã ꝙ à Chriſti ſacrificio pẽdeat: quæ tamẽ ſuſpicione nolim Eraſmũ grauare. Cæterũ alibi annotauim⁹ Paſcha metonymicè pro agno Paſchæ vſurpari. Pro nobis, ὑπὲρ ἡμῶν. Hoc deeſt in Vet. interpretatione, & tamẽ ſũmo cõſenſu legitur in Græcis, & minimè eſt otioſũ. 45 50

8 Feſtum agitemus, ἑορτάζωμεν. Vulgata, Epulemur. ἑορτάζωμεν, nempe quòd Paſcha ſoleret ſolenni

epulo celebrari. Sed nihil (opinor) prohibet ad totos illos ſeptem dies azymorum hoc referre. Vult ergo Apoſtolus verè à nobis præſtari quod in Paſchæ ceremoniis adumbrabatur, vt ſicut illis mactato agno nefas erat vllum fermentum domi habere, à quo etiã, noũo quodam vitæ genere, totos ſeptem diem abſtinebant, qui numerus perfectionem notat: ita nos hodie Chriſti ſacrificii participes facti, totam vitam in iuſtitia & integritate conſumamus. Id autem fieri non poteſt ſi fermentum apud nos inueniatur, id eſt niſi iubeamus impuros à nobis faceſſere: & ipſi quoque puritati ſtudeamus.

Ἔγραψα ὑμῖν ἐν τῇ ἐπιστολῇ, μὴ συναναμίγνυσθαι πόρνοις.

9 Scripſi vobis in epiſtola, ne commiſceamini cum ſcortatoribus.

9 Scripſi vobis in epiſtola, ne commiſceamini fornicariis.

Καὶ οὐ πάντως τοῖς πόρνοις τοῦ κόσμου τούτου, ἢ τοῖς πλεονέκταις, καὶ ἅρπαξιν, ἢ εἰδωλολάτραις· ἐπεὶ ὀφείλετε ἄρα ἐκ τοῦ κόσμου ἐξελθεῖν.

10 At non omnino cum ſcortatoribus mũdi huius, aut cum auaris, aut cum rapacibus, aut idololatris: alioquin debetis ſcilicet è mundo exire.

10 Non utique fornicariis huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis ſeruientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exiſſe.

Νυνὶ δὲ ἔγραψα ὑμῖν μὴ συναναμίγνυσθαι, ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ᾖ πόρνος, ἢ πλεονέκτης, ἢ εἰδωλολάτρης, ἢ λοίδορος, ἢ μέθυσος, ἢ ἅρπαξ· τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν.

11 Nunc autem ſcripſi vobis ne commiſceamini, id eſt ſiquis quum frater nominetur, ſit ſcortator, aut auarus, aut idolatra, aut conuitiator, aut ebrioſus, aut rapax: cum eiuſmodi *inquam*, ne edatis quidem,

11 Nunc autem ſcripſi vobis non commiſceri, ſi is qui frater nominatur inter vos, eſt fornicator, aut auarus, aut idolus ſeruiens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax: cum eiuſmodi nec cibum ſumere.

Τί γάρ μοι καὶ τοὺς ἔξω κρίνειν; οὐχὶ τοὺς ἔσω ὑμεῖς κρίνετε;

11 Quid enim mea intereſt etiã de extraneis iudicare? nónne de iis qui intus ſunt, vos iudicatis?

11 Quid enim mihi de iis qui foris ſunt iudicare? Nónne de iis qui intus ſunt vos iudicatis?

9 Scripſi, ἔγραψα. Scio hæc poſſe de hac ipſa epiſtola accipi: quoniam paulo antè monuerat de expurgando fermento, ſed ſiquis hoc conferat cum illis νυνὶ δὲ, nunc autem, infrà, verſu 11, comperiet hoc omnino intelligendum eſſe de quapiam alia epiſtola quæ interciderit. Nec enim etiam probabile eſt Paulum plures epiſtolas eo anno non ſcripſiſſe & quot hodie extant. Ne commiſceamini, μὴ συναναμίγνυσθαι. Id eſt, commercium haberetis, aut familiariter vteremini.

10 At non, οὐ πάντως. Καὶ pro ἀλλὰ, vt alibi ſæpe. Alioquin debetis ſcilicet è mundo exire, ἐπεὶ ὀφείλετε ἄρα ἐκ τοῦ κόσμου ἐξελθεῖν. Id eſt, (vt meo quidem iudicio rectè expoſuit Aquinas, immeritò ab Eraſmo hoc in loco flagellatus), Alioquin ſi prorſus vobis abſtinendum ſit ab eiuſmodi hominum cõſortio, vobis ex ipſo mundo emigrãdum eſt. de iis igitur loquor qui in ſinu Eccleſiæ verſantur, quos debetis diſciplina Eccleſiaſtica ad frugem reuocare: non autem de exteris, quos debetis omnibus modis Chriſto lucrifacere. Hæc igitur Apoſtolus. Sed hoc tamen ex aliis locis ita eſt intelligendum, vt cum ſceleribus eorum nihil ſit piis cõmune, & Deus rite interim animo & corpore colatur quemadmodum nimirum Chriſtus cum publicanis ac peccatoribus cibum capiebat. Aliis placet potius interpretari, Nã deberis ex mũdo exiſſe: acſi diceret Apoſtolus, De illis nihil attinet ad vos ſcribere, quũ vos iampridem par ſit à mundo (id eſt ab iſtis) eſſe remotos. Sed quominus hanc expoſitionem amplectar, impedit quod ſubiicitur, Quid enim mea intereſt extraneos iudicare? Nam videtur his verbis Apoſtolus rationem reddere cur de extraneis nihil ſtatueretur. Statuitur autem ſi nõ minus fugiendi ſint quàm alii. Eraſmus denique interpretatur, Alioquin vtinam videlicet è mundo exiſſetis. quam interpretationem non poſſum prõbare. Nam præterquam quòd (vt arbitror) non ſatis conuenit ipſa ſententia, nuſquam certè legi ὀφέλον pro Vtinam. Vulgata conuertit, Debueratis, ὠφείλατε, eadem atque ego ſententia, quãuis in nullis Græcis ita ſcriptũ inueniã, niſi illud ſit fortaſſis quod corruptè in quibuſdam legitur ὠφείλετε.

11 Siquis quũ frater nom. ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος. Vel (vt Vulg.) Si is qui frater nominatur. Sed illa tamen interpretatio melius cõuenit, quum ſit indefinita. Photius aliter etiã exponi poſſe docet, puta ſiquis hæc coniungat, ἤτις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ἢ πόρνος, i. ſiquis inter vos ſcortator nominetur, vt de iis tãtùm hîc agatur de quorũ flagitiis apud omnes conſtet. Ita etiã explicatur hic locus ab Aug. lib. 3. cap. 2, cõtra Parmeniani epiſtolã: & certũ eſt temere nõ eſſe quicquã in fratres ſtatuendũ. Sed tamẽ hæc diſtinctio qua participiũ ὀνομαζόμενος cõiungitur cũ illis ſequentibus, mihi prorſus videtur coacta. Vulg. addit, Inter vos, quod nõ eſt in Græcis, & per ſe ſatis intelligitur. Sit ſcortator, ἢ πόρνος. Sic lego, nõ tãtùm ex Vet. interpretis authoritate, qui cõuertit Eſt fornicator: ſed ex Græcorũ ſcholiorũ & duorũ manuſcriptorũ codicũ fide: quum vulgò legatur ἢ πόρνος, ita vt ſuppleudum ſit verbum ſubſtantiuum: quæ tamen eclipſis non ita dura eſt aut inſolens vt Eraſmum oportuerit Paulo imperitiã Græci ſermonis idcirco obiicere. Sed & in eo cogor ab illo diſſentire quòd FVERIT quàm SIT ſupplere maluerit, quum falſa ſententia inde poſſit elici. Neque enim vetat nos Apoſtolus cum eo cibum capere qui fuerit & eſſe deſierit, ſed qui ſit ſcortator. Aut idololatra, ἢ εἰδωλολάτρης. Vulg idolis ſeruiens, magis propriè certè exprimens Græcum vocabulum quàm Eraſ. qui cultorem pro ſeruo conuertit, quanuis eadem maneat ſententia. Ego verò vocabulum Græcum ſatis iam ſupérque tritũ malui retinere. Nã Deaſtricolæ nomen iſtis relinquo qui nouitatis gratiam quærunt. Sed ſanè miror quid Eraſmum coegerit hoc in loco Delium natatorẽ quærere. Nã aut ego non video quod ille vidit, aut plana hîc ſunt omnia, quocunque modo accipias. Quod enim miratur mentionem fieri idololatriæ, quam non ſit veriſſimile tum inter Chriſtianos fuiſſe, facilè poteſt explicari vel ex iis quæ poſtea in eos dicet quibus nulla erat religio ſacrificiis idolorum intereſſe. Denique mirum ni Corinthiis acciderit quod hodie nimium paſſim in reſtitutis & reformatis Eccleſiis, quas vocant, dum multi vtrique parti placere ſtudent. Cum eiuſmodi *inquam*, τῷ τοιούτῳ. Vſurpauit epanalepſin propter longius hyperbaton, ſimúlque clarius explicat quæ ſit vis verbi συναναμίγνυσθαι.

Τοὺς δὲ ἔξω ὁ Θεὸς κρίνει. Καὶ ἐξαρεῖτε τὸν πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν.

13 De extraneis verò Deus iudicat. ᵛtollite igitur ᵛistum sceleratum ex vobisipsis.

13 ᵛNam eos qui foris sunt, Deus iudicabit. Auferte malum ex vobisipsis.

Κεφάλαιον ϛ

CAP. VI.

CAP. VI.

Τολμᾷ τις ὑμῶν, πρᾶγμα ἔχων πρὸς τὸν ἕτερον, κρίνεσθαι ἐπὶ τῶν ἀδίκων, καὶ οὐκ ἐπὶ τῶν ἁγίων;

1 SᵛVstinet aliquis vestrum, negotium habens cum altero, ᵛiudicio experiri ᵛsub iniustis, ᵛac non sub sanctis?

1 Avdet aliquis vestrũ, habens negotium aduersus alterũ, iudicari apud iniquos, & nõ apud sanctos?

Οὐκ οἴδατε ὅτι οἱ ἅγιοι τὸν κόσμον κρινοῦσι; καὶ εἰ ἐν ὑμῖν κρίνεται ὁ κόσμος, ἀνάξιοί ἐστε κριτηρίων ἐλαχίστων;

2 An ignoratis sanctos mundum ᵛiudicaturos? quòd si ᵛper vos ᵛiudicabitur mundus, indigni estis ᵛminimis iudiciis?

2 An nescitis quoniã sancti de hoc mundo iudicabũt? & si in nobis iudicabitur mũdus, indigni estis qui de minimis iudicetis?

Οὐκ οἴδατε ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν, μήτιγε βιωτικά;

3 An ignoratis fore vt ᵛAngelos iudicemus, ᵛnedum *ut* ᵛquæ ad huius vitæ vsum pertinent *non iudicemus?*

3 Nescitis quoniam Angelos iudicabimus? quanto magis seculariæ?

Βιωτικὰ μὲν οὖν κριτήρια ἐὰν ἔχητε, τοὺς ἐξουθενημένους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, τούτους καθίζετε.

4 Itaque si ᵛiudicia habeatis de iis quæ ad huius vitæ vsum pertinent, ᵛeos qui minimi fiunt in Ecclesia, eos *inquam* ᵛin subsellijs collocate.

4 Secularia igitur iudicia si habueritis, cõtẽptibiles q̃ sunt in Ecclesia, illos cõsituite ad iudicandum.

15 Tollite igitur, ἐξαρεῖτε: id est ἐξάρατε οὖν. Positum enim est futurum indicatiui, Hebræorum more, pro imperandi modo: quem tamen in duobus exemplaribus scriptum inueni: deinde ἐξ illatiuum sæpe iam annotauimus. Sed non ineptè conuertas, Sed tollite, si modò in priore membro legas κρίνει, iudicabit, vt scriptum inuenimus in quatuor probatæ fidei codicibus, & legit Vetus interpres: ἐξ verò pro ἀπό, ex Hebræorum phrasi sæpe iam obseruauimus, vt Act. 10. d. 28, & hoc ipso capite, versu 10. deest autem in Vulgata interpretatione. Istum sceleratum, τὸν πονηρόν. Vetus interpres, Malum. Erasmus, Istum qui malus est, neuter (vt opinor) satis expressè.

IN CAPVT VI.

1 Sustinet, τολμᾷ. Vulgata, Audet, nõ prorsus malè: quasi diceret Apostolus, Eóne audaciæ vos processisse vt vos non pudeat palàm Euangelium exponere profanorum iudibriis? Iudicio experiri, κρίνεσθαι. Vulgata & Erasmus ad verbum, Iudicari: idque non rectè. Neque enim agit Apostolus de iis qui in ius trahebantur, nec poterant magistratus authoritatem declinare, sed de iis qui fratres ad infidelium tribunalia trahebant. Itaque κρίνεσθαι non est passiuum, sed medium. Sub iniustis, ἐπὶ ἀδίκων: id est coram iniustis. Sic Horatius, Et adhuc sub iudice lis est. Vulgata, Apud iniustos. Iniustos autẽ vocat quoscunque non dederũt nomen Christo, vt ex antithesi constat. Ac non, & οὐχί. Erasmus, Et non magis, & οὐχὶ μᾶλλον: quod in nullo Græco codice inueni. Hinc autem incipit tertium caput huius epistolæ, de forensibus controuersiis.

2 Iudicaturos, κρινοῦσι. Sic habent omnia exemplaria perpetuo consensu: ex quo (vt alias rationes omittam ab aliis expressas) apparet hunc locum esse propriè explicandum ex eo quod scriptum est Matthæi 19. d. 28. Nam si de præsenti sanctorum vita hoc dictum esset, quorum videlicet exemplo redarguuntur sceleratorum flagitia, vt accipitur verbum κατακρίνειν Matth. 12. d. 41 & 42, & Heb. 11. b. 7, dicendum potius fuisset κρίνουσι, iudicant, quàm κρινοῦσι, iudicabunt. Per vos, ἐν ὑμῖν. Hebraismus, quem expressit Vetus interpres ad verbum, In vobis. Nonnulli Inter vos, id est in vestro cœtu. Iudicabitur, κρίνεται. Vel, Iudiceetur. Nam in hoc dicendi genere, vel futuro indicatiui vel præsenti coniunctiuj locus est in Latino sermone: idque omnino hoc loco faciendum esse, apparet ex propositione, cui necesse est vt respondeat assumptio. & ita etiam φλίπον pro φλιπῶ positum est suprà, 3. d. 17, & ῥᾴθυμον pro μωρόν, Ibidem, 3. c. 14. Itaque nulla causa cur hic sese torqueret Erasmus. Minimis iudiciis, ἐλαχίστων κριτηρίων: Id est infimis subselliis. Nam κριτήρια dicuntur loca ipsa in quibus aguntur causæ, alibi quidem grauiores, alibi leuiores. Ideo Vetus interpres per periphrasin conuertit, Indigni estis qui de minimis iudicetis? Cæterùm quod Chrysostomus & Theophylactus hoc legunt indefinitè, quasi sit affeueratio, non modò coactum est, sed etiã comperimus repugnare nostris omnibus Græcis codicibus.

3 Angelos, ἀγγέλους. Diabolum videlicet cum ipsius angelis, vt Matthæi 25. d. 41. siquidem à Christo ita iudicabimur vt ei quodammodo assideamus. Nedum, μήτιγε. Vulgata, Quanto magis, πόσῳ μᾶλλον. quo modo Hesychius illam particulam exposuit. quod quum annotarit Erasmus, miror cur interpretari maluerit, Non tantùm. Suppleui autem nonnulla quæ ad explendam sententiam requiri omnino videbantur, vt in communi sermone multa concisè dici solent. Quæ ad huius vitæ, &c. βιωτικά. Vulgata, Secularia. quod vocabulum libens refugio, vt falsam illam ac diabolicam Ecclesiasticorum & Laicorum seu Secularium distinctionem aboleam.

4 Iudicia, κριτήρια. Id est fora ac curias. Est enim in hoc vocabulo vehemens reprehensio. q. d. Apostolus, Si tanta litigandi cupiditate ardetis, agite, constituite etiam vobis fora, vt illic sedeant iudices. sed quid necesse est accersere infideles iudices? sedeant potius qui inter vos sunt minimi pretii. Neque enim res istæ tãtæ sunt quin vel infimi quique ex fratribus possint illis iudicandis sufficere. Dicuntur ergo ista per concessionem, & quidem grauissima cum reprehensione Corinthiorum: vt vel ex proximo versiculo apparet. qua de re etiam dicemus infrà, v. 7. Eos qui minimi fiunt, τοὺς ἐξουθενημένους. Id est vilissimos quosque, nedũ vt præstantissimos oporteat in istis rebus mundanis occupari. In subsellis collocate, καθίζετε. Vsus est propriè & eleganter hoc verbo, quòd soleant iudices sedentes de adstantibus iudicare. Vulg. Constituite ad iudicandum, κριτὰς καθίσατε. Erasm. verò minus etiam expressè, Constituite. Quæ sit autem Pauli sententia diximus in superiore annotatione. Nam quòd Castellio hæc nuper interpretatus est per interrogationem, quasi Paulus à maiore ad minus argumentetur, indignum facinus esse ad extraneos referri fidelium cõtrouersias, & ipsos fideles nolle

pro iudicibus habere, quos tamen conſtet quibuſuis infidelibus anteponendos, id inquam omnium exemplariumfidei repugnat. Quidam verò κρίζεται accipiunt præſenti tempore indicatiui, & nomine iſtorum contemptibilium in Eccleſia profanos homines intelligunt, quaſi ſit præpoſitionis repetitio. Sed quorſum hanc repetitionem? Neque verò dicendum fuiſſet εἰσὶ ἔχετε, ſi habeatis, ſed ἔχετε, vel διὰ τοῦτο ἔχετε, quia habetis.

Πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω. Οὕτως οὐκ ἔστι ἐν ὑμῖν σοφὸς οὐδὲ εἷς, ὃς δυνήσεται διακρῖναι ἀνὰ μέσον τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ;

5 Vt vos pudeat, vobis hoc dico. Itáne non eſt inter vos ſapiens, ne vnus quidem, qui poſſit diiudicare inter fratres ſuos?

5 Ad verecundiam veſtram dico. Sic non eſt inter vos ſapiens quiſquam qui poſſit iudicare inter fratrem ſuum?

Ἀλλὰ ἀδελφὸς μετὰ ἀδελφοῦ κρίνεται, καὶ τοῦτο ἐπὶ ἀπίστων.

6 Sed frater cum fratre iudicio experitur, idque ſub infidelibus.

6 Sed frater cum fratre iudicio contendit: & hoc apud infideles?

Ἤδη μὲν οὖν ὅλως ἥττημα ὑμῖν ἐστιν, ὅτι κρίματα ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν. διὰ τί οὐχὶ μᾶλλον ἀδικεῖσθε; διὰ τί οὐχὶ μᾶλλον ἀποστερεῖσθε;

7 Iam igitur omnino impotentia in vobis eſt, quòd iudicia habetis inter voſmetipſos. quare non potius iniuriam patimini? cur non potius damnum accipitis?

7 Iam quidē omnino delictum eſt inuobis, quòd iudicia habetis inter vos. quare non magis iniuriā acipitis? quare nō magis fraudem patimini? Matth.5.f.38 Luc.6.d.29 Rom.12.d.19

Ἀλλὰ ὑμεῖς ἀδικεῖτε καὶ ἀποστερεῖτε, καὶ τοῦτο ἀδελφούς.

8 At vos iniuriam facitis, & damno afficitis, idque fratres.

8 Sed vos iniuriam facitis. & fraudatis, & hoc fratribus. 1.Theſſ.4.b.6

Ἢ οὐκ οἴδατε ὅτι ἄδικοι βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι; μὴ πλανᾶσθε. οὔτε πόρνοι, οὔτε εἰδωλολάτραι, οὔτε μοιχοί, οὔτε μαλακοί, οὔτε ἀρσενοκοῖται,

9 An ignoratis iniuſtos nō eſſe Dei hæreditatē poſſeſſuros? Ne errate. neque ſcortatores, neque idololatræ, neq; mœchi, neque molles, neque qui concūbunt cum maſculis,

9 An neſcitis quia iniqui regnum Dei non poſſidebunt? Nolite errare. neq; fornicarij. neque idolo ſeruientes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores,

Οὔτε κλέπται, οὔτε πλεονέκται, οὔτε μέθυσοι, οὐ λοίδοροι, οὐχ ἁρπαγες βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι.

10 Neque fures, neque auari, neque ebrioſi, neque conuitiatores, neque rapaces, regni Dei hæreditatem poſſidebunt.

10 Neque fures, neque auari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces. regnum Dei poſſidebunt.

5 5 Vt vos pudeat, πρὸς ἐντροπήν. Vulgata, Ad verecundiam veſtram. Videtur enim legiſſe ὑμῶν. Eraſmus Ad erubeſcentiam veſtram: quod vocabulum non memini legere apud idoneos authores. Inter fratres ſuos, ἀνὰ μέσον τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. Vulg. Inter fratrem ſuum & fratrem, vt videri poſſit addidiſſe & ἀδελφοῦ: niſi malimus hoc includi in vocabulo μέσον, quoniā neceſſariò medium eſt inter duo minimùm extrema. Planior tamen eſſet oratio ſi ἀδελφὸν ſcriptum eſſet.

10 6 Sed, ἀλλά. in quibuſdam codicibus legitur ἀλλὰ δὲ, imò etiā. Iudicio experitur, κρίνεται. Vel, vt Vulgata, Iudicio contendit. Eraſmus, Litigat, ἐρίζει. Vnum exemplar habebat κρίνεσθε, iudicio experimini. Sed paſſiua terminatio magis eſt in ea ſignificatione vſitata.

7 Impotentia, ἥττημα. Impotentia animi apud Latinos iis tribuitur qui à cupiditatibus ſe ſuperari ſinunt: vitium, inquit Cicero, à temperantia & moderatione plurimum diſſidens. Itaque hoc ipſum eſſe opinor quod Apoſtolus hoc loco ἥττημα vocauit, quum eos perſtringeret qui ferendæ iniuriæ ſunt impares. Et tamen ii ſunt hodie qui ſoli nobiles, fortes, magnanimi dicuntur: adeo corrupta ſunt mundi iudicia. Vulgata, Delictum. quam interpretationem vt impropriam reprehendit quidem Eraſmus in annotationibus, ſed ita vt non docuerit quomodo eſſet emendanda. Poſſumus tamen ſimpliciter etiam interpretari Defectū, id eſt, (vt vulgò dicimus) *defaut*, vel, *c'eſt une faulte*. Iudicia, κρίματα. Id eſt controuerſias in foro diſcepeandas: quam etiam ob cauſam Eraſmus maluit Lites conuertere. Nam alioquin κρίματος ſeu κρίματος nomen latè patet, adeo etiam vt arbitria comprehendat: quæ tamen minimè damnari ab Apoſtolo conſtat ex verſu 6. vt nec ipſa etiam iudicia forenſia, niſi ex hyporheſi, nempe quòd Corinthii contendere coram infidelibus non poſſent ſine alterutrius aut vtriuſque partis publica damnatione, ac proinde nō ſine offendiculo: deinde quòd litigioſi eſſent, vt facilè appareret eos lucri potius quàm pacis eſſe ſtudioſos. Nā alioquin pii magiſtratus præſidio ius ſuum tueri bona conſcientia licet, modò omnis vindicandæ iniuriæ cupiditas abſit: quanquam ne ad hoc quidem venire ſolent boni viri, niſi quodammodo coacti extremo vti remedio. Inter voſmetipſos, μεθ' ἑαυτῶν. Vulgata, Inter vos, ἐν ὑμῖν. Eraſmus, Inter vos inuicem, μετ' ἀλλήλων. Ego puto aliquam vim pronominis eſſe reciproci, quod proinde volui exprimere. Oſtendit enim tantam eſſe omnium fidelium coniunctionē vt ſecum videatur diſſidere qui cum fratre contendit, ſitque inter has lites & alia iudicia non minus diſcrimē quàm inter bellum ciuile ſeu domeſticum, & ea bella quæ cum publicis hoſtibus geruntur. Iniuriam patimini, ἀδικεῖσθε. Vel, vt Vulg. Iniuriam accipitis. Eraſmus tamen ſententiam Apoſtoli rectius expreſſit. Nam ἀδικεῖσθαι hoc loco non ſimpliciter ſignificat iniuria affici, ſed iniuriam quam acceperis, ita ferre vt damnum non recuſes, potius quàm cum Eccleſiæ offendiculo ius tuum iudicio perſequaris. Nam certè non poteſt propriè dici iniuria affici qui quantum in ſe eſt iniuriam repellit. Idem ſtatuendum eſt de τὸ ἀποστερεῖσθαι, de quo etiam diximus Mar.10.c.19.

9 Ne errate, μὴ πλανᾶσθε. Parat ſibi tranſitum ad quartum caput epiſtolæ, de rebus indifferentibus.

Tit.3.a.3

Καὶ ταῦτα τινές ἦτε· ἀλλὰ ἀπελούσασθε, ἀλλὰ ἡγιάσθητε, ἀλλ' ἐδικαιώθητε, ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, καὶ ἐν τῷ Πνεύματι τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.

11 ‖Et hæc eratis ᵛ nonnulli, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis, ᵛin nomine Domini Iesu, & per Spiritum Dei nostri.

11 Et hæc quidã fuistis: sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in Spiritu Dei nostri.

1.Cor.6.d.12 Cor.10.d.23

Πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει· πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐκ ἐγὼ ἐξουσιασθήσομαι ὑπό τινος.

12 ‖ Omnia mihi licent, ‖ ᵛat nõ omnia conducunt: omnia mihi licent, at ego nõ redigar sub ᵛvllius rei potestatem.

12 Omnia mihi licent, sed nõ omnia expediũt: omnia mihi licẽt, sed ego sub nullius redigar potestate.

Τὰ βρώματα τῇ κοιλίᾳ, καὶ ἡ κοιλία τοῖς βρώμασιν· ὁ δὲ Θεὸς καὶ ταύτην καὶ ταῦτα καταργήσει. Τὸ δὲ σῶμα οὐ τῇ πορνείᾳ, ἀλλὰ τῷ Κυρίῳ, καὶ ὁ Κύριος τῷ σώματι.

13 Escæ ᵛventri *destinatæ sunt*, & vẽter escis: Deus autem ᵛ& hunc & eas abolebit. corpus verò non scortationi, sed Domino, & Dominus corpori.

13 Esca uenteri, & uẽter escis: Deus autẽ & hũc & has destruet. corpus autem nõ fornicationi, sed Domino, & Dominus corpori.

Rom.6.a.5

Ὁ δὲ Θεὸς καὶ τὸν Κύριον ἤγειρε, καὶ ὑμᾶς ἐξεγερεῖ διὰ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ.

14 Deus autem & Dominũ suscitauit, & ‖nos suscitabit potentia sua.

14 Deus uerò & Dominũ suscitauit, & nos suscitabit per uirtutem suam.

Οὐκ οἴδατε ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν, μέλη Χριστοῦ ἐστιν; ἆρας οὖν τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ, ποιήσω πόρνης μέλη; Μὴ γένοιτο.

15 An ignoratis corpora vestra esse membra Christi? Num igitur tollens membra Christi, faciam *ne sint* scorti mẽbra? Absit.

15 Nescitis quoniam corpora uestra membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit.

Gen.2.d.24 matth.19.a.5 mar.10.b.8 ephes.5.g.32

Ἢ οὐκ οἴδατε ὅτι ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ, ἓν σῶμά ἐστιν; Ἔσονται γάρ, φησίν, οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν.

16 An ignoratis cum qui agglutinatur scorto, vnum esse corpus *cum scorto*? Fiẽt enim, inquit, ᵛqui ‖duo *erant*, caro vna.

16 An nescitis quoniã q adhæret meretrici unũ corpus efficitur? Erunt enim, inquit, duo in carne una.

11 Nonnulli, *variè*. In multis codicibus Veteris editionis corruptè legitur QVIDEM PRO QVIDAM, manifesto errore, quanuis ita quoque citarit Augustinus. Nã quòd sic etiam legitur in Ambrosij exẽplaribus impressis, imputandum esse librariis, liquet ex eius interpretatione, vt rectè obseruauit Erasmus. Græci certè summo consensu legunt τινές, & pro particulari nota interpretãtur. Sed tamen hæc reprehensio non tantùm certos quosdam, sed omnes ac singulos Corinthios comprehendit. Neque enim vllus est hominum qui si non omnibus illis vitiis, at saltem aliquibus, atque adeo plerisque nõ fuerit ante regenerationem addictus. Et sicut ablutio illa & sanctificatio, totius est Ecclesiæ, ita certum est Paulum certorum duntaxat hominum præcedentem conditionem non notare. In nomine Domini, ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου. i. in Domino Iesu: quã formulam exposuimus suprà, 1.2.4. Puto enim nomẽ Domini Iesu ex Hebræorum phrasi nihil aliud quàm ipsum Dominum Iesum declarare hoc loco. Erasmus, Per nomen, i. per virtutem ac potentiam Domini Iesu.

12 Omnia, πάντα. Id est quæuis, vt alibi sæpe exposuimus. Sed quocũq; modo accipias, restringẽdũ est ἐν καιρῷ τόπῳ, vt res tantùm medias comprehendat: de quibus nouam nunc disputationẽ inchoat Apostolus, docétque Corinthios tum in carũ vsu dupliciter peccare, tum etiã in eo grauiter errare quòd inter ἀδιάφορα quædam numerarent quæ tamen eiusmodi non erant. Quis enim putet Corinthios ita fuisse rerum imperitos vt omnia sibi sine exceptione vlla licere crediderint? At non omnia, ἀλλ' οὐ πάντα. Prius illud dictum est in eorum persona qui libertatem Christianã in carnis licentiã transformant. Subiicitur autẽ duplex respõsum ab Apostolo: vnũ, sic licita esse nobis ἀδιάφορα, vt tamẽ in vsu possit grauiter peccari, quoniã ex charitatis regula metiẽda sit nostra libertas: adeo vt quod per se licet, interdũ κατὰ τὸν & certo respectu sit illicitũ: puta si proximi detrimẽto cedat: alterũ, itaq; tẽdũ esse rebus per se licitis, vt ex seruis nõ faciam ᵛ dominos. Id enim esset nõ vti rebus ad nostrum vsum conditis, sed potius illis quodãmodo imperium in nos tribuere, vt si quis vino, cibo, pecunia, & aliis quibuscunque rebus, quibus nobis intra modũ vtendũ est, non vratur, sed sese potius illis ad abutẽdũ præbeat. Vllius rei, τινός. Sic malui interpretari q̃ Vllius aut Nullius, vt appareat τινὸς neut. genere positũ esse, cui τὰ πάντα opponãtur, nec ad personas, sed ad res ipsas referri. Nã certè iis subiicitur quicũque se carere ipsis nõ posse putat: vt planè seruitus sub specie libertatis adblandiens manum in eiusmodi homines iniiciat.

13 Ventri, τῇ κοιλίᾳ. Videtur mihi Apostolus, postquã duplici responso euertit eorũ fundamentũ qui libertatis Christianæ prætextu quiduis sibi putabant licere, facere sibi et ransitum ad damnandam scortationẽ, quam illi inter res medias perperam recensebant. Vulgò enim ita sentiebant, adeo quidem vt flagitium non esset, sicut inquit ille, adolescentem scortari: & Lycurgus quoque masculorum amores suis legibus non damnaret. Ergo, inquit Apostolus, quod dixi de resto vsu rerum mediarum, in iis sanè valeat vt in cibis quos ventris causa Deus condidit, nempe vt ita alatur venter, sicut etiam ventris ea est conditio vt cibis egeat. Sed ista per se nihil ad id spectãt de quo nunc agimus. Tempus enim erit quo nullus erit istarum rerum vsus, nos autẽ de perenni vita loquimur. Sed de scortatione longè aliter quàm de cibis constituendũ est. neque enim conditum est corpus ad scortandum, sicut ad vescendum. Et hunc, καὶ τοῦτον. Itaque ventris appellatione nõ tam ventrem ipsum quàm eius vsum & nutritionem significat quæ in ventre conficitur.

16 Fient enim, ἔσονται γάρ. Apud Mosen dicuntur ista non de scortatione, sed de matrimonio. Sed quũ illa sit istius συμπλοκὴ σαρκὸς. & vtriusque sit communis coniunctio carnis, Apostolus videri non potest hoc testimonio abusus. Qui duo *erant*, οἱ δύο. Apud Mosen non additur hæc particula: sed rectè expressa est tum hoc loco tum etiam Matth.19.a.5, & Mar.10.b.8: quia sit tantùm mentio viri & vxoris vnius, non autem vxorum: nec verum est polygamum esse vnum cum singulis suis vxoribus, quum potius in tot partes dissipetur quot habet vxores.

Ο δὲ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ, ἓν πνεῦ-
μά ἐστι.

17 Qui verò agglutinatur Domino, vnus ſpiritus eſt.

17 *Qui autem adhæret Domino, unus ſpiritus eſt.*

Φεύγετε τὴν πορνείαν. πᾶν ἁμάρτη-
μα ὃ ἐὰν ποιήσῃ ἄνθρωπος, ἐκτὸς τοῦ σώ-
ματός ἐστιν· ὁ δὲ πορνεύων, εἰς τὸ ἴδιον σῶ-
μα ἁμαρτάνει.

18 Fugite ſcortationem. omne peccatum quod fecerit homo, extra corpus eſt: ſed qui ſcortatur, in proprium corpus peccat.

18 *Fugite fornicationē. omne peccatū quod cūque fecerit homo, extra corpus eſt: qui autē fornicatur, in corpus ſuum peccat.*

Ἢ οὐκ οἴδατε ὅτι τὸ σῶμα ὑμῶν, 19
ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου Πνεύματός ἐστιν, οὗ ἔ-
χετε ἀπὸ Θεοῦ, καὶ οὐκ ἐστὲ ἑαυτῶν;

An ignoratis quòd membra veſtra templum ſit Spiritus ſancti, qui eſt in vobis, quem habetis à Deo, neque eſſe veſtri iuris?

An neſcitis quoniam 19 *membra veſtra, templū eſt Spiritus ſancti qui in vobis eſt, quē habetis à Deo, & non eſtis veſtri?*

ſupra, 1. d. 37
1. cor. 6. d. 16
infra, 7. c. 23
1 per. 1. d. 18

Ἠγοράσθητε γὰρ τιμῆς· δοξάσατε 20
δὴ τὸν Θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν, καὶ ἐν
τῷ πνεύματι ὑμῶν, ἅτινά ἐστι τοῦ Θεοῦ.

Nam empti eſtis pretio: glorificate igitur Deū in corpore veſtro, & in ſpiritu veſtro, quæ ſunt Dei.

20 *Empti enim eſtis pretio magno: glorificate, & portate Deū in corpore veſtro.*

Κεφάλαιον ζ.

CAP. VII.

Περὶ δὲ ὧν ἐγράψατέ μοι, καλὸν ἀν- 1
θρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι.

CAeterùm de quibus ſcripſiſtis ad me: bonum *fuerit* viro mulierem nō attingere.

1 *De quibus autē ſcripſiſtis mihi, bonum eſt homini mulierem non tangere.*

17 Vnus Spiritus eſt, ἓν Πνεῦμά ἐστι. Baptizamur tamen etiam in vnum corpus, & per fidem ſimus etiam caro ex carne eius, vt alibi loquitur Apoſtolus: ſed hæc coniunctio eſt alterius, id eſt Spiritus coniunctionis, velut appendix: deinde totum hoc myſterium eſt ſpirituale non carnale.

18 In proprium corpus, εἰς τὸ ἴδιον σῶμα. Primùm quia ſcortationis obiectum eſt, proprium etiam corpus, quum in aliis peccatis externa ſint obiecta, vt in furto, homicidio, atque adeo in ipſa etiam gula: deinde quia in ſcortatione corpus propria quadam ratione conſpurcatur: ideo nō dicit Apoſtolus, Proprio corpore, quum in aliis etiam peccatis organū corporis adhibeatur: ſed ita vt totū poſtea in externū obiectum feratur.

19 Corpus veſtrum, τὸ σῶμα ὑμῶν. In tribus codicibus legimus τὰ σώματα ὑμῶν, corpora veſtra, vt ſuprà, v. 15: quæ lectio fortaſſis mutata eſt à quopiam, propterea quòd ſequitur ναὸς templum, ſingulari numero non plurali. Atqui Apoſtolus quum ſic loquitur, ſignificat ſe de fidelibus non ſingulis duntaxat, ſed omnibus in vnum collectis loqui, vt tota Eccleſia ſit vnum Dei templum. Vulgata legit τὰ μέλη ὑμῶν, membra veſtra.

Veſtri iuris, ἑαυτῶν. Vulg. ad verbum, Veſtri, paulo obſcurius.

20 Pretio, τιμῆς. Nihil quidem emitur, niſi interueniente pretio, ſed hoc tamen additum magnam ēm phaſin habet: veluti quum dicimus, Ore loqui, oculis videre, auribus audire. Vulgata addidit epitheтū magno, μεγάλης, contra Græcorum codicum fidem, nempe quòd alioquin illud videretur redundare: vel ex eo quod ſcriptum eſt 1. Pet. 1. c. 18: Glorificate igitur Deum, δοξάσατε δὴ τὸν Θεόν. Id eſt, ita ab omni ſcortatione abhorrete prorſus, ita, inquam, vos totos tum corpore tum animo ad omnem puritatem compatate, vt veſtræ omnes & cogitationes & actiones ad gloriam Dei referātur, à quo rum corpus tum animum idcirco accepiſtis, vt vtroque in ipſius gloriam vteremini. Vulg. addit, Et portate, καὶ βαστάσατε, Græcis codicibus repugnantibus. Erasmus autem δὴ interpretatur profectò, iam. Et in ſpiritu veſtro, ἅτινά ἐστι τοῦ Θεοῦ. Hæc quū in omnibus Græcis exēplaribus inueniātur, mirū eſt in omnibus Latinis deeſſe. Vocat autem Paulus Spiritū alterā hominis partē, vt πνεῦμα & ψυχὴ nihil hoc in loco differāt. Quæ ſunt Dei, ἅτινά ἐστι τοῦ Θεοῦ. Hoc quoque deeſt in Latinis codicibus. Ponitur autē relatiuū ἅτινα λογικῶς. i. quoniam vtraque, & corpus & animus, noſtra non ſunt, ſed Dei.

IN CAPVT VII.

1 De quibus, περὶ ὧν. Id eſt, quod attinet ad ea de quibus ad me ſcripſiſtis. Sic enim etiā apud Latinos vſurpatur præpoſitio De. Nunc autē Apoſtolus de tribus aliis rebus mediis agit, primùm quidē de cōiugio vſque ad v. 8, deinde de cælibatu, tū eorū qui matrimoniū aliquādo cōtraxerunt, vſque ad v. 12, tū etiā virginū à ver. 25, ad v. 35 Obiter enim inſerit quæſtionē de impari cōiugio à v. 11 ad 17, & hac arrepta occaſione, de ſeruitute quoque & libertate, de circunciſione & præputio differit à v. 17 ad 25. Poſtremò etiā de parentū in ſuis virginibus elocandis officio differit, & quæ de viduis dixerat, iterū inculcat. Bonū fuerit, καλὸν: id eſt συμφέρον, vt infrà, v. 35 cōmodum videlicet & expediēs, (vt loquuntur) quia cōiugiū multas ſecū moleſtias adferat, idq; ex diuinæ inſtitutionis corruptela. Neq; enim bonū ita accipitur hic vt opponatur vitio, quū adiūgatur tertius caſus, & ſatis cōſtet honoratū eſſe cōiugiū inter omnes. Heb. 13. a. 4. Itaque Hieronymus perperā ſanè (vt nihil acerbius dicā) hunc locū corrupit, vt matrimonii coniunctionē à Spiritu ſancto toties cōprobatā, in iis numeraret quæ per ſe mala ſunt ac vitioſa. Longè ſanctius ac melius Clemēs, Epiphanius καὶ Χρυσόστομος, Auguſt. deniq; aduerſus ipſum Hieronym. qui omnes ita laudarūt virginitatē, vt ſuā quoq; nuptiis dignitatē aſſererēt: vt qui intelligerēt nec in virginitate nec in cōiugio propriè ac per ſe poſitū eſſe Dei cultū, ſed καρδίας ſanctitatē dūtaxat.

Viro, ἀνθρώπῳ. Id eſt ἀνδρί, quū opponatur nomē γυναικός. Vulg. & Eraſ. Homini. Mulierē nō attingere, γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι Eraſ. Vxorē nō attingere. i, (vt ipſe interpretatur) ab vxore ducēda abſtinere. Ego verò exiſtimo Paulū verbo ἅπτεσθαι ſignificaſſe in genere viri cum muliere cōgreſſum: quē tamē per ſe non dānat, quū eo velit homines vt remedio vti, idque in matrimonio, ſi continere ſe non poſſint, minimè id facturus ſi malum eſſet coniugium. Nam præcepit quidem humana prudentia vt ex duobus malis quod minus eſt eligamus: Chriſtiana verò religio contrà, vt quicquid malum eſt, ſine vlla exceptione vitemus. Falſa eſt igitur Hieronym. doctrina qui aduerſus Iouinianum differens, verbum ἅπτεσθαι ita vrget quaſi in ipſo etiam mulieris contactu ſit periculum: quum conſtet virum non minus bona conſcientia vti poſſe ac debere vxore

ſua quàm eſca & potu, vt reſtè defendit Auguſtinus. Neque eſt verò cur Hieronymum quiſquam hîc excuſet, quaſi verbum Domini torquere liceat quoties hortamur, aut conſolamur, aut terremus, aut ludimus: imò verò cauendum potius etiam atque etiam ne diuinis literis vllo modo aut vſquam abutamur.

1.Per.3.b.7.

Διὰ δὲ τὰς πορνείας ἕνα-στος τὴν ἑαυ-τοῦ γυναῖκα ἐχέτω, καὶ ἑνάστη τὸν ἴδιον ἄν-δρα ἐχέτω.

Τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν ἀποδιδότω· ὁμοίως δὲ καὶ ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρί.

Ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ὁ ἀνήρ· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἀνὴρ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ἡ γυνή.

Μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μήτι ἂν ἐκ συμφώνου πρὸς καιρόν, ἵνα σχολάσητε τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ· καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχησθε, ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς ὁ Σατανᾶς διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν.

Τοῦτο δὲ λέγω κατὰ συγγνώμην, οὐ κατ' ἐπιταγήν.

Θέλω γὰρ πάντας ἀνθρώπους εἶναι ὡς καὶ ἐμαυτόν· ἀλλ' ἕκαστος ἴδιον χάρισμα ἔχει ἐκ Θεοῦ, ὃς μὲν οὕτως, ὃς δὲ οὕτως.

2 Sed propter fornicationes, ſuam quiſque vxorem habeat, & proprium quæque virum habeat.

3 Vxori vir debitam beneuolentiam reddat: ſimiliter autem & vxor viro.

4 Vxor proprium corpus nō habet in poteſtate, ſed vir: ſimiliter autem & vir propriū corpus non habet in poteſtate, ſed vxor.

5 Ne fraudate alius alium, niſi ſiquid ex conſenſu ad tempus, vt vacetis ieiunio & precibus: & rurſum ſimul cōuenite, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam veſtram.

6 Hoc autem dico ex conceſſione, non ex imperio.

7 Nam velim omnes homines eſſe vt & ipſe ſum: ſed vnuſquiſque proprium donum habet ex Deo, alius quidem ita, alius autem ita.

2 Propter fornicationē autem unuſquiſque ſuam uxorem habeat, & unaquæque ſuum uirum habeat.

3 Vxori uir debitam reddat: ſimiliter autem & uxor uiro.

3 Mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed uir: ſimiliter autē & uir, ſui corporis poteſtatem nō habet, ſed mulier.

4 Nolite fraudare inuicē, niſi fortè ex conſenſu ad tempus, ut uacetis ieiunio & orationi: & iterū reuertimini in idipſū, ne tētet uos Satanas propter incontinentiam veſtram.

5 Hoc autem dico ſecundum indulgentiam nō ſecundum imperium.

7 Volo autem omnes homines eſſe ſicut meipſum: ſed unuſquiſque propriū donum habet ex Deo, alius quidem ſic, alius uerò ſic.

2 Habeat, ἐχέτω. Apertè contentioſi ſunt qui ex hoc verbo colligunt Apoſtolum de iis tantùm agere qui iam ſunt in matrimonio: quum tota diſputationis ſeries contrarium probet, neque vel ratio vlla vel vſus huius verbi id poſtulet.

3 Debitam beneuolentiam, τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν. Vulg. Debitum, τὸν ὀφειλόμενον, quā lectionē in vno etiā Græco exemplari inueni, & apud Clementē, libro στρωματέων 3. Sed & alicubi legitur τὴν ὀφειλομένην τιμήν, debitū honorem: quæ lectio conſentit cū eo quod ſcriptum eſt 1. Pet. 3. b. 7. Cæterùm Debiti appellatione non id tantùm intelligo quòd vulgò ſolent, ſed omnia coniugii officia: quanuis Apoſtolus vnā ſpeciem poſtea copioſius perſequatur, in qua nimirum grauius ac frequentius quàm in cæteris plerique peccant.

4 Vxor, γυνή. Vulgata, Mulier, impropriè, quum de coniugio agatur.

5 Ad tempus, πρὸς καιρόν. Eraſ. Pro tempore, κατὰ καιρόν, deprauata etiā ſententia. Vacetis, σχολάσητε, id eſt toti hoc vnum agatis. Loquitur enim de ſolenni aliquo pœnitētiæ teſtimonio, vel publico vel priuato, pro rei neceſſitate. Nā alioquin aſſiduæ debēt eſſe preces, & ſobrietas perpetua. Ieiunio & orationi, τῇ νηστείᾳ & προσευχῇ. Ita legimus in omnibus noſtris Græcis codicibus, vno dūtaxat excepto, & ſolent iſta fere cōiungi, vt Mat. 17. c. 21. & ieiunio ſit optima ad orationem præparatio. Quædam tamen Latina exemplaria nullam faciunt ieiunii mentionē, vt nec Chryſoſt. nec Theophylactus. Simul, ἐπὶ τὸ αὐτό. Nempe quoniā vnus eſt viri & vxoris thorus. Vulg. barbarè, In idipſum. Conuenite, συνέρχεσθε. Id eſt συνέρχεσθαι, vt alibi etiam ſcriptum inuenimus. Vulg. Reuertimini, ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἔσεσθε. Eraſ. Conueniatis, vt ſit repetatur καὶ τὸ αὐτό. Propter incontinentiam, διὰ τὴν ἀκρασίαν. Siue propter impotentiam, (vt alii malunt interpretari) i. quia hæc eſt naturæ veſtræ imbecillitas vt inde facilè poſſit Satan occaſionem arripere vos impellendi in ſcortationem, niſi coniugio vt remedio vtamini. Eraſmus autem interpretatus eſt, Intemperantiam, id eſt ἀκολασίαν, impropriè hoc in loco. Repugnat enim coniugii ſanctitati intemperantia, incontinentia non item: quanquam fateor nonnunquam iſta duo nomina confundi.

6 Ex conceſſione, κατὰ συγγνώμην, id eſt συγχώρησιν. Nā Veniæ nomen vel Indulgentiæ vix videtur conuenire vbi nullum ſimpliciter vitium ineſt: deinde non dubito quin hoc pertineat ad id quod ſcriptum eſt ſuprà, v. 2. Viſus enim erat coniugiū ab omnibus, & quidē vt præceptum, exigere. Hoc igitur nunc explicat, docétque ſe coniugium non flagitare præciſè vt præceptum, quod quiſquis negligat, Deum offendat: aut in quo per ſe poſitus ſit Dei cultus, (de iis enim rebus præcepta ſiunt) ſed ꝙ Deus hoc remedium iis concedat quibus non dedit vt ſe poſſint continere: quum alioquin etſi ipſum cōiugium per ſe purū ſit ac honeſtū, tamē ipſius vſus vix aut ne vix quidē careat aliqua ἁμαρτίᾳ, ſed quæ matrimonii velo obtegatur. Itaq; συγγνώμην vocat cōmodā dictū interpretationē, habita boni & æqui ratione: vt definitur etiā ab Ariſt. Ethic. 6. Quòd autē in quibuſdā codicib⁹ legitur κατὰ γνώμην, ſecundum opinionem, ſiue ſētentiam, quaſi teſtetur Apoſtolus ſe tantùm dicere quid optimum factu putet, non autem quicquam præcipere, haud ſcio an ſatis redoleat grauitatem Apoſtolicam, quum nihil adiiciat quo iſtam modeſtiam temperet, vt infrà, v. 25 & 40.

3 Nam velim, Θέλω γάρ. Id eſt optarim, vt diximus Mar. 10. d. 45. Vulgata, Volo autem, impropriè. Itaque Tertullianus (quod eius pace dixerim) non ſatis firma ratione vtitur quum ex hoc verbo vrget hanc puram & abſolutam fuiſſe Apoſtoli voluntatem.

Λέγω δὲ τοῖς ἀγάμοις καὶ ταῖς χήραις, καλὸν αὐτοῖς ἐστιν ἐὰν μείνωσιν ὡς κἀγώ.

8 Dico autem cælibibus & viduis, bonum eis eſt ſi mãſerint vt *manco* ego.

8 Dico autẽ innuptis & viduis, bonũ eſt illis ſi ſic permãſerint ſicut & ego.

Εἰ δὲ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμησάτωσαν· κρεῖττον γάρ ἐστι γαμῆσαι ἢ πυροῦσθαι.

9 Quòd ſi ſe non continent, matrimonium contrahant: nam melius eſt matrimonium contrahere quàm vri.

9 Quòd ſi non ſe continent nubant. melius eſt enim nubere quàm uri.

Τοῖς δὲ γεγαμηκόσι παραγγέλλω, οὐκ ἐγὼ, ἀλλ' ὁ Κύριος, γυναῖκα ἀπὸ ἀνδρὸς μὴ χωρισθῆναι.

10 Iis autem qui matrimonio iuncti ſunt, denuntio, non ego, ſed Dominus, ¶ Vxor à viro ne diſcedito.

10 His autẽ q matrimonio iuncti ſunt, præcipio non ego, ſed Dominus, uxorẽ à uiro non diſcedere:

Matth. 5. & 19. & mar. 10. & luc. 16.

Ἐὰν δὲ καὶ χωρισθῇ, μενέτω ἄγαμος, ἢ τῷ ἀνδρὶ καταλλαγήτω· καὶ ἄνδρα γυναῖκα μὴ ἀφιέναι.

11 Quòd ſi diſceſſerit, maneat in nupta, aut viro recõciliator, & vir vxorem ne diimittito.

11 Quòd ſi diſceſſerit, maneat innuptã aut uiro ſuo reconciliari, & uir uxorem ne dimittat.

Τοῖς δὲ λοιποῖς ἐγὼ λέγω, οὐχ ὁ Κύριος, Εἴ τις ἀδελφὸς γυναῖκα ἔχει ἄπιστον, καὶ αὕτη συνευδοκεῖ οἰκεῖν μετ' αὐτοῦ, μὴ ἀφιέτω αὐτήν.

11 Reliquis autem ego dico, nõ Dominus, Siquis frater vxorẽ habet infidelem, quæ conſentiat ad habitandum cum eo, ne eam dimittito.

11 Nã cæteris ego dico, non Dominus. Si quis frater uxorẽ habet infidelem, & hæc conſentit habitare cũ illo, non dimittat illam.

Καὶ γυνὴ ἥτις ἔχει ἄνδρα ἄπιστον, καὶ οὗτος συνευδοκεῖ οἰκεῖν μετ' αὐτῆς, μὴ ἀφιέτω ἄνδρα.

13 Et vxor quæ habet virum infidelem, qui conſentiat ad habitandum cum ea, ne eam dimittito.

13 Et ſi qua mulier habet uirũ infidelem, & hic conſentit habitare cũ illa, nõ dimittat uirum.

Ἡγίασται γὰρ ὁ ἀνὴρ ὁ ἄπιστος ἐν τῇ γυναικί, καὶ ἡγίασται ἡ γυνὴ ἡ ἄπιστος ἐν τῷ ἀνδρί· ἐπεὶ ἄρα τὰ τέκνα ὑμῶν ἀκάθαρτά ἐστι, νῦν δὲ ἅγιά ἐστιν.

14 Maritus enim infidelis ſanctificat eſt vxori, & vxor infidelis ſanctificata eſt viro: alioqui certè liberi veſtri impuri eſſent: nunc autem ſancti ſunt.

14 Sãctificatus eſt enim uir infidelis p mulierẽ fidelẽ, & ſanctificata eſt mulier infidelis p uirũ fidelẽ: alioqui filij veſtri immundi eſſent, nũc autẽ ſãcti ſũt.

8 Cælibibus & viduis, τοῖς ἀγάμοις δὲ καὶ ταῖς χήραις. Theophylact. legit ταῖς ἀγάμοις δὲ καὶ ταῖς χήραις, ita vt ſuperior verſiculus ad viros pertineat, ſequẽtes autẽ duo ad fœminas: quæ quidem vel ſunt innuptæ ſeu virgines, vel viduæ, vt ita ſit plena diſtributio. Sed quum poſtea ſeorſim agat de virginibus, malo ἀγάμοις intelligere viduos, χήραις, viduas. itaque τοῖς ἀγάμοις non conuerti Innuptis. ἄγαμον autẽ etiam dici qui vxore mortua ſit factus cælebs, apparet ex verſu 11. Itaque totus hic locus inſtitutus eſt aduerſus eos qui ſecundas nuptias dãnẽ prioribus morte diſſoluris. Nam aliud eſt digamorum genus, qui veteribus canonibus arcentur à miniſterio, & quorum etiam nuptias nolunt benedici, eorũ videlicet qui vel conſtãte priore matrimonio, vel ejecta priore vxore, alteram ſuperinducunt: quam diſtinctionem mirum eſt Tertullianum etiam ipſum ignoraſſe.

9 Matrimonium contrahant, γαμησάτωσαν. Vulgata, Nubant, non ſatis rectè. Vſus eſt enim Apoſtolus deinduſtris verbo quod tum viris tum mulieribus conuenit, ſicut apparet ex verſu 28, hoc eodem capite.

Nã melius eſt, κρεῖττον γάρ ἐστι &c. Vel, Potius, aut ſatius, vt interpretatur Eraſ. Neque verò propria eſt iſta cõparatio, quaſi videlicet coniugium cum vſtione ita comparetur acſi vſtio quoque eſſet res bona, aut coniugium dicatur melius, i. minus malum: ſicut improbè Hieronymus cauillatur: ſed petitum eſt è medio iſtud dicendi genus: veluti ſi dicas, Melius eſſe cum Chriſto egere, vt exlo potiamur, quàm opibus mundi abundare, vt cum mundo pereamus. Vri, πυροῦσθαι. Id eſt, libidine ita æſtuare vt aut voluntas ſuccumbat tentationi, aut certè Deum pacata conſcientia non poſſis inuocare. Nam alioquin ecquis eſt qui carnis ſtimulis non pungatur?

10 Ne diſcedito, μὴ χωρισθῆναι. Eraſ. Ne ſeparetur. Atqui omnino τὸ χωρίζεσθαι verbo neutro nõ paſſiuo explicãdum eſt, vt liquet ex verſu 15, ex quo etiam apertè liquet Paulum non de legitimis diuortiis, ſed de diſſidiis hic agere.

11 Reconciliator, καταλλαγήτω. Hoc quoque ſatis oſtendit de quibus diuortiis hic differat Apoſtolus: de iis videlicet quæ non ſcortationis cauſa, (hæc enim matrimonium dirimebant) ſed propter aliquam animorum offenſionem interueniebant, vt ſolebant olim facilè mariti vxoribus nuntium remittere, & vxores à viris ſecedere. His igitur negat Apoſtolus matrimonii vinculum diſſolui. Neque mirandum eſt non eſſe additam ſcortationis exceptionem ab Apoſtolo. Primùm enim capitale ſupplicium erat in adulteras conſtitutum ex ciuilibus etiam legibus, vt nihil opus eſſet diuortium petere. Deinde ſiquando per magiſtratuum negligentiam non puniebantur adulteria, quid conſtituendum eſſet, Chriſtus apertè edixerat, vt minimè oporteret Corinthios de hac re Paulum conſulere. Facile denique fuit Corinthiis applicare Apoſtoli reſponſum quæſtioni de qua ad eum ſcripſerant: ſicut noſtrum eſt ex reſponſo elicere quæ fuerit quæſtio, nempe non de legitimo diuortio, ſed eo quod ex diſſenſione aliqua exoritur.

11 Reliquis autẽ, τοῖς δὲ λοιποῖς. Reliquorũ appellatione eos intelligit qui impari matrimonio cõſtricti degebant, ac veluti ſeſe pollui infidelis cõſortio putabãt: quod negat Apoſtolus. Non Dominus, οὐχ ὁ Κύριος. Suũ id eſſe dicit Apoſtolus de quo nihil diſertè expreſſerit Dominus, nõ quod ipſe ex ſeſe temere aut ſuo arbitrio eſſet cõmentus. Id enim ſe feciſſe negat infrà, v. 25 & 40. Fundamentum enim eius doctrinæ quam tradit, authoritate verbi Dei nititur, cuius erat interpres Apoſtolus: quum Dominus arctiſſimum eſſe cõiugii vinculum multis locis docuerit, & cum charitatis regula prorſus conſentiat hæc Apoſtoli doctrina.

14 Sanctificatus eſt, ἡγίασται. Sanctum opponit impuro ac profano, i. illi quod vitio eſt contaminatum, nec cum voluntate Dei conſentiens. Dicitur ergo vir infidelis per vxorem fidelem ſanctificari, id eſt pietate

vxoris plus valere ad hoc vt coniunctio ista pro sancta & pura habeatur, quàm mariti infidelitas ad hoc vt cõ iugium istud profanetur, vel vt vxor bona conscientia vti marito non possit. neque enim lõgius porrigitur ista mariti aut vxoris sanctificatio. Quidam hoc referunt ad ciuilem politiam, quæ rata habet illa matrimonia, quũ liberi sint legitimi. Atqui Paulus nõ de politia ciuili differit, sed de conscientia: & quæso, quod tandẽ esset argumentum pacandæ conscientiæ, à ciuilibus legibus sumptum? Vxori, ὁ τῇ γυναικί. Vulgata, Per mulierem fidelem, ὁ τῇ γυναικὶ πιστῇ: quam lectionem in vno etiam Græco codice inuenimus: & rursum paulo pòst ὁ τῇ ἀδελφῇ πιστῇ, per virum fidelem. Sed γυναῖκα oportuit hoc in loco interpretari Vxorẽ, non Mulierem. Deinde oportuit saltem interpretari In vxore, non Per vxorem. Neque enim infidelis maritus per vxorem sanctificari dicitur, vt qui sit infidelis: sed quoniam fidelis vxor potest cum infideli marito bona conscientia consuescere, (cur enim aliena cõscientia eam pollueret?) idcirco dicitur infidelis ille, non in sese, sed in vxore, (id est vxoris respectu) sanctus esse. Idem quoque de altero membro iudicandum est. Itaque ὁ propositionem puto respondere literæ ה, quæ tertio casui adiungitur. Viro, ὁ τῷ ἀδελφῷ. Augustinus lib. 1. quæ exponit sermonem in monte habitum, legit, In fratre fideli, ὁ ἀδελφῷ πιστῷ. Vetus autem interpres habet, Per mulierẽ fidelem, &, Per virum fidelem, & nos in vno vetusto codice reperimus ad marginem annotatum πιστῇ priore loco, & πιστῷ posteriore. Et certè etiamsi hæc epitheta non addas, tamen necessariò subaudienda sunt. Considerandum enim est qua de re agatur, nempe an matrimonium inter infidelem vnam personam, alteram verò fidelem contractum, sit sanctum, ac proinde fidelis illo teneatur. Et nisi ita esset, cur Paulus in altero mẽbro adderet epitheton infidelis? Denique sanctas esse infidelium nuptias, & sanctos eorum liberos, nemo vnquam verè dixerit, quum ipsæ etiam dapes sint illis impuræ, vtpote quas Verbo & gratiarum actione oporteat sanctificari. Concedo tamẽ ratum esse ciuiliter infidelium matrimonium: sed quorsum hoc ad Pauli scopum qui de conscientia differit? Quòd autẽ ad Deũ attinet, etsi magnũ est discrimen inter matrimoniũ infideliũ & scortationẽ, tamẽ impurũ esse non desinit eorũ matrimoniũ, quoniã non est Dei nomine sanctificatũ. Nunc autem sancti sunt, νῦν δὲ ἅγιά ἐστιν. Vel, Sancti sunt autẽ. Nam particula νῦν hoc in loco nõ est tẽporis adnerbiũ, sed est coniunctio quæ adhiberi solet in argumentorum assumptionibus, vt alibi ostẽdimus. Cæterùm sanctivocantur liberi, quãuis ex impari matrimonio susceptiⅈ. puri, ac proinde segregati Domino, vt in Ecclesia ipsius, ex fœderis formula, ERO DEVS TVVS ET SEMINIS TVI, cẽseantur. Quòd enim nõnulli ad infideliũ liberos hoc extendunt qui nõ sint spurii sed legitimi, falsò dici apparet ex hypothesi Pauli, quẽ satis cõstat non agere de matrimonio inter infidelem vtrunque, sed inter alterum fidelem, alterum infidelẽ contracto. Et quorsum, obsecro, Apostolus vel de spuriis, vel de infidelium nuptiis differeret? Colligit igitur Paulus sanctã etiã esse fidelis & infidelis coniunctionẽ in matrimonio, ex eo quòd liberi inde procreati cẽseantur in Dei Ecclesia. Est igitur argumentum ab effectis ad causam. Sed quid siquis hoc negasset? Imò verò nemo id potuit negare, quũ constaret de promissione in qua semen quoque cõprehenditur. Nec alia causa est cur sanctorũ liberos ad Baptismũ admittamus quàm quia sancti sunt. Ⅰ. in fœdere cõprehensi ab ipso vtero, quantũ quidẽ coniicere possumus. Hinc verò non tantùm cõfutandi sunt Catabaptistæ, qui infantes vt impuros à Baptismo reiiciunt: sed illi quoque qui Baptismum faciunt primũ salutis limen, ac proinde à salute excludunt omnes Baptismi expertes, etiam vbi nullus contemptus interuenit, & nescio quos absolutæ necessitatis casus (quos vocant) excogitarũt, totidem Baptismi abusus. Itẽ qui quosuis infantes ad Baptismũ admittunt, quod factum fuisse in tota vetere Ecclesia inauditum, vel saltem ostendit quòd prius oportuit catechumenum esse quàm baptizari.

Εἰ δὲ ὁ ἄπιστος χωρίζεται, χωριζέσθω. οὐ δεδούλωται ὁ ἀδελφὸς ἢ ἡ ἀδελφὴ ἐν τοῖς τοιούτοις· ἐν δὲ εἰρήνῃ κέκληκεν ἡμᾶς ὁ Θεός.

At si incredulus discedit, discedat. ⁅non est seruituti subiectus frater aut soror⁆ in huiusmodi *rebus*: sed ⁅ad pacem vocauit nos Deus.

15 *Quòd si infidelis discedit, discedat. nõ enim seruituti subiectus est frater aut soror in huiusmodi: in pace autem vocauit nos Deus.*

Τί γὰρ οἶδας, γύναι, εἰ τὸν ἄνδρα σώσεις; ἢ τί οἶδας, ἄνερ, εἰ τὴν γυναῖκα σώσεις;

16 ⁅Ecquid enim nosti vxor, an virũ tuũ seruatura? aut ecquid nosti vir, an vxorem tuã seruaturus?

16 *Vnde enim scis mulier si virum saluum facies? aut unde scis vir, si mulierem saluam faciet?*

Εἰ μὴ ἑκάστῳ ὡς ἐμέρισεν ὁ Θεός, ἕκαστον ὡς κέκληκεν ὁ Κύριος, οὕτω περιπατείτω· καὶ οὕτως ἐν ταῖς ἐκκλησίαις πάσαις διατάσσομαι.

17 ⁅Sed vt vniquique *donũ* partitus est ⁅Deus, vt vnumquéque vocauit Dominus, ita incedat: ⁅& ita in Ecclesiis omnibus cõstituo.

17 *Nisi unicuique sicut dimisit Dominus, unũquẽq; sicut vocauit Deus, ita ambuler, & sicut in omnibus Ecclesiis doceo.*

15 Non est seruituti subiectus, οὐ δεδούλωται. Ergo in hoc casu liber est fidelis, postquã omnia expertus fuerit vt infidelẽ discedentẽ reuocet ad officiũ. Neq; verò (vt quidã existimarunt) Paulus, dũ sic loquitur, quicquã addit Christi sententiæ, qui vnicã facit diuortii causã, nẽpe adulteriũ. Neque enim in hac specie conceditur diuortium cuiquam, sed deserens persona condemnatur, & desertæ consulitur, quæ non modò non petit diuortium, sed etiam diuertentem repetit quantum in se est. In huiusmodi *rebus*, ἐν τοῖς τοιούτοις. Id est, quum eiusmodi quippiam inciderit, nempe vt fidelis cum infideli fuerit iunctus matrimonio, (neque enim de contrahendis, sed de retinendis istis matrimoniis differit Apostolus) & infidelis sua sponte fidelem deserat. Vulg. & Eras. admodum obscurè, In eiusmodi. Ad pacem, ἐν εἰρήνῃ. i. nos ἐφίλεσεν, vt pacata conscientia ac concorditer viuamus: ex quo consequitur retinendum esse nobis infidelẽ, ac omnibus officiis quoad eius fieri potest ac debet, demerendum: nedum vt vel eum ipsi deseramus, vel ad nos deserendos prouocemus. Hoc igitur pertinet ad ea quæ sequuntur potius quàm ad superiora, quod etiam indicat coniunctio causalis.

16 Ecquid enim nosti, τί γὰρ οἶδας. Confirmatio est (opinor) superioris sententiæ, non cur discedẽte infideli, liberetur fidelis, sed contrà, cur ita sit vtendum hac libertate vt infidelem, si fieri potest, retineat fidelis, ac Christo lucrifaciat. itaque Vetus interpres sententiam corrupit quum conuerteret, Vnde enim scis, πῶς γὰρ οἶδας, & Eras. quoque quum interpretaretur, Qui namque scis, πῶς γὰρ οἶδας. Sed multo ineptius Castellio, qui in superiore versiculo, ἐν δὲ εἰρήνῃ conuertit, Quin ad pacem, & ita quidem vt prorsus annectat proximè præcedentibus: deinde τί γὰρ οἶδας, qui scis autem? quasi γὰρ pro δὲ accipiatur.

17 Sed, πλήν. Testatur Erasmus quosdam Græcos codices habere δὲ μὴ, an non, idque cum superioribus connectere. Sic etiam legunt & distinguunt Græcorum scholia, ex Seueriani cuiusdam authoritate. Nostri

tamen omnes codices habent εἰ μή, & sequentibus connectūt, sed ex interpretibus alii conuertunt Nisi, & multa cogunter supplere: quasi dicat Apostolus, Quid ergo superest nisi vt quisque ita incedat vt eū vocauit Dominus? vel, Nihil tentetur aut nouetur propter alterum infidelem: tantūm, vt cuique sors obtigit, ita maneat. Alii conuertunt, Vtcunque fuerit, vel In summa, vt Erasmus, qua loquendi forma, inquit, vti solemus quoties omissis quæ incerta sunt, ad id redimus quod certum est. Hæc ille, citans etiam Terentii quēdam locum, sed meo quidem iudicio non prorsus appositē. Omnis autem ista varietas inde orta est quòd ignorarint interpretes εἰ μή respondere Hebræis particulis DN ד pro אלא, qua de re vide Gal.1.b.7, & 2.c.16. Vt vnicuique, ἑκάστῳ &c. Hanc traiectionem, vt Paulo familiarem, annotauimus Rom.12.a.3, & suprà, 3.a.5. Vide infrà, 12.b.11. Deum partitus est, ἐμέρισεν. Vulgata, Diuisit. Visitatum est Hebraïs nomen verbale supplere. quā eclipsin expleuimus ex versu 7. Deus, ὁ Θεός. Vulg. Dominus, ὁ Κύριος, & in membro sequenti vbi legitur ὁ Κύριος, Dominus, legit ὁ Θεὸς Deus, eodem sensu. Vocauit, κέκληκεν. i. certo vitæ generi addixit, & donis ad id pertinentibus pro suæ liberalitate instruxit, qualem denique esse vnumquenque voluit. Id enim significari Vocādi verbo, ex Hebræorum idiotismo, sæpe iam annotauimus, & cur hunc Hebraismum retinuerimus. Et ita, καὶ οὕτως. Vulgata, Et sicut, non rectē.

Περιτετμημένος τις ἐκλήθη; μὴ ἐπισπάσθω· ἐν ἀκροβυστίᾳ τις ἐκλήθη, μὴ περιτεμνέσθω.

18 Circuncisus aliquis vocatus est? ne attrahat *præputium*: in præputio aliquis vocatus est? ne circuncidatur.

18 *Circumcisus aliquis vocatus est? non adducat præputium: in præputio aliquis vocatus est? non circumcidatur.*

Ἡ περιτομή οὐδέν ἐστι, καὶ ἡ ἀκροβυστία οὐδέν ἐστι, ἀλλὰ τήρησις ἐντολῶν Θεοῦ.

19 Circuncisio nihil est, & præputium nihil est, sed obseruatio mandatorum Dei.

19 *Circumcisio nihil est, & præputium nihil est, sed obseruatio mandatorum Dei.*

Ἕκαστος ἐν τῇ κλήσει ᾗ ἐκλήθη, ἐν τούτῃ μενέτω.

20 ¶Vnusquisq; in qua vocatione vocatus fuit, in ea maneat.

20 *Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat.* Ephes.4.a.1

Δοῦλος ἐκλήθης; μή σοι μελέτω· ἀλλ' εἰ καὶ δύνασαι ἐλεύθερος γενέσθαι, μᾶλλον χρῆσαι.

21 Seruus vocatus es? ne sit tibi curæ: sed si potes etiam liber fieri, potius eo vtere.

21 *Seruus vocatus es? non sit tibi curæ, sed & si potes fieri liber, magis vtere*

Ὁ γὰρ ἐν Κυρίῳ κληθεὶς δοῦλος, ἀπελεύθερος Κυρίου ἐστίν· ὁμοίως καὶ ὁ ἐλεύθερος κληθείς, δοῦλός ἐστι Χριστοῦ.

22 Etenim qui in Domino vocatus est seruus, libertus Domini est: similiter & qui liber vocatus est, seruus est Christi.

22 *Qui enim in Domino vocatus est seruus, libertus est Domini: similiter qui liber vocatus est, seruus est Christi.*

Τιμῆς ἠγοράσθητε, μὴ γίνεσθε δοῦλοι ἀνθρώπων.

23 ¶Pretio empti estis, ne estote serui hominum.

23 *Pretio empti estis, nolite fieri serui hominum.* supra, 6.d.20 1 per.1.d.19

Ἕκαστος ἐν ᾧ ἐκλήθη, ἀδελφοί, ἐν τούτῳ μενέτω παρὰ τῷ Θεῷ.

24 Vnusquisque in quo vocatus fuit, fratres, in hoc maneat apud Deum.

24 *Vnusquisque in quo vocatus est, fratres, in hoc maneat apud Deum.*

Περὶ δὲ τῶν παρθένων ἐπιταγὴν Κυ-

25 De virginibus autē præceptū

25 *De virginibus autē præce-*

25 18 Ne attrahat, μὴ ἐπισπάσθω. Τὸ ἐπισπᾶσθαι quod in genere significat attrahere, accipio passiua significatione, vt de eo dicatur qui chirurgi opera (vt ita dicam) præputiatur: quod quidem fit cute ferro adducta, vt glandem rursus operiat, quemadmodum docet Celsus lib.7.cap.15, & testatur Epiphanius in lib. De ponderib. & mensuris. pro quo etiā facit quod scriptū est Maccab.1.b.16. Certè ita accipiendum esse apparet ex verbo ἀποσπάσθαι, quod ei opponitur: neque dubito quin de his quoque rebus, puta circuncisione & seruitute, ad Paulum scripserint Corinthii, quemadmodū de matrimonii debito, de dissidiis in matrimonio, ex animorum offensione & ingeniorum dissimilitudine interuenientibus, de impari matrimonio, de virginitate de secundis nuptiis. quas omnes quæstiones Apostolus hoc capite ita explicat vt satis appareat, controuersias quas postea Satan in Ecclesiam de iis rebus inuexit, nunquam fuisse exorituras si hæc epistola fideliter fuisset Ecclesiis explicata, nec vllis aliis synodis aut conciliis ad eas explicandas opus esse.

21 Ne sit tibi curæ, μή σοι μελέτω. i. Ne de eo sis anxiè solicitus, quasi sit conditio Christianis indignas sed eo potius te consolare quòd à misera seruitute peccati ac mortis sis per Christum manumissus, quanuis in hac vita seruias, quandiu Deo visum fuerit. Vide infrà, ver.31.

22 Qui in Domino vocatus est seruus, ὁ ἐν Κυρίῳ κληθεὶς δοῦλος. i. Qui quum seruus sit conditione, vocatus est ad Christi participationem. Est enim illud In Domino, Hebræorum more dictum, quem exposuimus suprà, capite 1.ver.2. Castellio verò nuper, vt elegantius loqui videretur, pro In Domino, dicere maluit, In re Dominica.

23 Pretio empti estis, τιμῆς ἠγοράσθητε. Vide suprà, 6.d.20. Ne estote, μὴ γίνεσθε. Vel, vt Vulg. & Erasmus, Nolite fieri. Hanc autem sententiam ego ad superstitiones refero, quæ plerunque in eo sunt positæ vt homines repudiata libertate miserrimæ seruituti sese subiiciāt, & inter eos sibi placeant, quasi omnium hominum felicissimi. Atqui vnus est Dominus, inquit Apostolus, à quo conscientia nostra tenetur leges accipere.

24 Apud Deum, παρὰ τῷ Θεῷ. Puto hanc formulam idem declarare atque ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, coram Deo id est, ita sincerè & ex animo vt vos Deo approbetis. vel, perinde ac miles coram duce solet stationem seruare: sic vos apud Deum estote constantes in eo vitæ genere cui vos destinauit, perpetuò videlicet memores vos in eius conspectu versari.

25 Præceptum Dom. &c. Ἐπιταγὴν Κυρίου οὐκ ἔχω. Quid igiturnum Paulus Verbi limites transgreditur, vt ii tradunt qui sibi licere volunt pro arbitrio leges conscientiis imponere? Minimè verò. Imò eos disertè damnat qui præcipere de his rebus quicquam audent quas Deus liberas esse voluit: sed tamen ex temporis, loci ac personarum circunstantiis tradit quid expediat, id est quid sit Dei voluntati consentaneum. Hæc enim est Dei voluntas vt sancti simus, & ipsius cultui quammaximè addicti. ad quam regulam Apostolus propositam

de virginitate quæſtionem exigens, nouas certè leges nullas præſcribit, ſed à Domino præſcriptas ad præſens negotium accommodat: idque tanta cum modeſtia vt eos facilè redarguat qui ſe illius ſucceſſores eſſe mentiuntur, vt iugum conſcientiis imponant. id eſt, vt quod vnius Dei eſt, ad ſe tranſferant.

εἰου οὐκ ἔχω· γνώμην δὲ δίδωμι ὡς ἠλεημένος ὑπὸ Κυρίου πιστὸς εἶναι).

Domini non habeo: ᵛ ſed do nobis quod ſentio, ᵛ vt cui Dominus per miſericordiã dederit fidum eſſe.

ᵛ Sententiam autem do, tanquam miſericordiam conſequutus à Domino vt ſim fidelis.

Νομίζω οὖν τοῦτο καλὸν ὑπάρχειν διὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην, ὅτι καλὸν ἀνθρώπῳ τὸ οὕτως εἶναι).

16 Exiſtimo igitur ᵛ hoc bonum eſſe ᵛ propter inſtantem neceſſitatem, ᵛ bonum hoc *inquam* eſſe homini ita eſſe.

16 Exiſtimo ergo hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatem, quoniam bonũ eſt homini ſic eſſe.

Δέδεσαι γυναικί, μὴ ζήτει λύσιν· λέλυσαι ἀπὸ γυναικός; μὴ ζήτει γυναῖκα.

17 Alligatus es vxori? ne quære diſſolutionem. ſolutus es ab vxore? ne quære vxorem.

17 Alligatus es vxori? nolã quærere ſolutionẽ. ſolutus es ab vxore? nolã quærere vxorem.

Ἐὰν δὲ καὶ γήμῃς, οὐχ ἥμαρτες· καὶ ἐὰν γήμῃ ἡ παρθένος, οὐχ ἥμαρτε· θλῖψιν δὲ τῇ σαρκὶ ἕξουσιν οἱ τοιοῦτοι. ἐγὼ δὲ ὑμῶν φείδομαι.

18 Quòd ſi etiam duxeris vxorem, non peccaſti: & ſi nupſerit virgo, nõ peccauit: ſed ᵛ afflictionem in carne habituri ſunt *qui ſunt* huiuſmodi. ego verò ᵛ vobis parco.

18 Si autem acceperis vxorẽ, non peccaſti: & ſi nupſerit virgo, nõ peccauit: tribulationem tamen carnis habebunt huiuſmodi. ego autem vobis parco.

Τοῦτο δέ φημι, ἀδελφοί, ὁ καιρὸς συνεσταλμένος· τὸ λοιπόν ἐστιν, ἵνα καὶ οἱ ἔχοντες γυναῖκας, ὡς μὴ ἔχοντες ὦσιν·

19 Hoc autem aio, fratres, ᵛ quoniam tempus contractum eſt in poſterum, ᵛ vt & qui habent vxores, ſint vt non habentes:

19 Hoc itaque dico fratres, tempus breue eſt: reliquũ eſt vt & qui habent vxores, tanquam non habentes ſint:

Sed do *nobis* quod ſen. γνώμην δὲ δίδωμι. i. ſententiam meam vobis perſcribo. Vulg. Conſilium autem do. Eraſ. Conſilium tamen do, obſcurè vterque & nonnihil impropriè. Differunt enim γνώμη & βουλή: quamuis certùm ſit Apoſtolum non aliud conſulere quàm quod ſentiat. Deinde diſcrimen illud ſophiſticum & falſum inter præceptum & conſilium libens refugio. quanquam eò pridem deuentum eſt vt homines nõ iam conſilia, ſed præcepta ſua iactent, & quidem tanto cũ ſupercilio vt ipſis Dei præceptis apertè anteponant. Vt cui Dominus per miſeric. &c. ὡς ἠλεημένος ὑπὸ Κυρίου πιστὸς εἶναι. Vulg. & Eraſ. Tanquã miſericordiã cõſequutus à Domino. Ego verò paulo aliter ſum interpretatus, vt planior eſſet ſententia. Aſſerit autẽ his verbis Apoſtolus miniſterii ſui authoritatem, ne ſpernatur à Corinthiis ipſius ſententia, quaſi ab homine non à Deo profecta. Quod dicturus ſum, inquit, dico ego qui homo quidem ſum, ſed dignus cui fides habeatur: quia vt talis eſſem, à Domino ſum conſequutus. πιστὸν enim vocat, opinor, non eum qui fideliter officium facit, quo modo fere interpretantur: (nam fuiſſet aliquid adiungẽdum, puta miniſter, vel Apoſtolus) ſed eum cui fides meritò ſit habenda, vt ſæpè ſolet πιστὸν λόγον dicere, & πιστὸν ἀξίωμα, 1. Tim. 1. a. 1. Sic πιστὸς κύριος dicitur 1. Pet. 4. d. 19, & μάρτυς πιστὸς ſæpe in Apocalypſi. Cæterùm quòd πιστὸς Caſtellio conuertit Fidentem eſſe, id eſt ex credentium numero eſſe, (ſic enim ſolet vocare quos fideles dicimus) id (vt mihi quidem videtur) Apoſtoli ſententiæ non conuenit, quamuis Auguſtinus ſic aliquoties interpretetur.

16 Hoc, τοῦτο. Id eſt virginem manere: pro quo dicit Ita eſſe, virgines videlicet alloquẽs. Bonum, καλόν. Vide ſuprà, ver. 1. Propter inſtantem neceſſitatem, διὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην. Id eſt, propter neceſſitatẽ quæ ſanctos ſolet aſſiduè vrgere, quorum videlicet perpetua eſt iactatio: vt eorum conditio minimè videatur ad coniugium accommodata, niſi ex altera parte carnis infirmitas ad illud adigat. Vetus interpres & Eraſ. ἐνεστῶσαν conuertunt præſentem, ex eorum ſententia qui hoc referunt non ad Eccleſiæ conditionem illam perpetuam de qua modò dixi, ſed ad eius dumtaxat temporis circunſtantiam quo hæc ſcripſit Apoſtolus, quum vix liceret fidelibus vllo loco conſiſtere. Solent enim Græci grammatici tempus præſens ex Stoicorum dogmate vocare χρόνον ἐνεστῶτα. Sed prior expoſitio mihi videtur vberior, quum poſteriorem etiam comprehendat, & in vno exẽplari ſcriptum inuenerimus ἐφεστῶσαν. i. capiti imminentẽ & incumbẽtẽ. Bonum hoc *inquam*, ὅτι καλόν. Vulg. Quoniam bonum eſt. Eraſ. Nam bonum eſt. Ego verò exiſtimo potius eſſe epanalepſin, cuius infinita penè exempla annotauimus. Nam alioquin videbitur Apoſtolus idem, quod aiunt, per idem probare, veluti ſi dicas, Bonum eſt cœlibem eſſe, quia bonum eſt homini ſi ſit cœlebs.

18 Afflictionem, &c. θλῖψιν τῇ σαρκί. Carnem hic vocat Apoſtolus externum hominem, & quæcunque ad præſentem vitam ſpectant. Cõiugium enim multas eiuſmodi moleſtias ſecum trahit ex hæreditario illo peccato exortas, veluti curam liberorum, & rei domeſticæ ſolicitudinem, vt alia omittam mille incommoda, quæ ex horũ deprauatione naſcuntur. Itaque Apoſtolus ad cœlibatum inclinat, nõ quòd in eo collocet Dei cultum magis quàm in matrimonio, ſed propter ea incõmoda quibus, ſi fieri poſſet, cuperet omnes eximi, vt vni Deo vacarẽt. Vobis parco, ὑμῶν φείδομαι. i. Cupio infirmitati veſtræ conſultum, vt vos coniugio non indigere exoptem, quò ſitis omnibus iſtis moleſtiis vacui. Longè aliter hoc exponebant Manichæi: (à quorum opinione non multùm abeſt Hieronymus in damnando matrimonio) ſed quos egregiè refellit Auguſtinus in libro De ſancta virginitate.

19 Quoniam tempus, ὅτι καιρός. Sic lego & diſtinguo hunc locum ex ſedecim vetuſtorum codicum, itémque ex Græcorum ſcholiorum, Baſilii denique fide, qui duobus locis ita citat: niſi quod ὅτι omiſerit. Cæterùm συνεσταλμένος, quod Hieronymus vertit In collecto, Vulgata, Breue, vocat Apoſtolus tempus in angustias contractum, tranſlatione à velis & exteris in genus ſumpta, quam copioſius perſequitur Ezechias Eſa. 38. c. 12. Neque tamen (vt opinor) Apoſtolus ad vitæ humanæ breuitatem ſimpliciter reſpexit, ſed huc potius quòd in fines ſeculorum ſit deuentum, & finis omnium immineat, vt 1. Pet. 4. b. 7, inſtante nimirum die Domini, vt de aliis rebus magis ſeriis ſit cogitandum. Sic enim ſolent Apoſtoli de die illo loqui quaſi iam proximo, vt 2. Pet. 3. b. 8 & 9. Ideo addidit Apoſtolus τὸ λοιπὸν, id eſt deinceps & in poſterum. Vulg. Tempus breue eſt: reliquũ eſt vt, &c. ὁ καιρὸς συνεσταλμένος τὸ λοιπόν ἐστιν ἵνα, &c. quam lectionem (vt modò dixi) in nullis vetuſtis exemplari-

bus inueni. Vt,ἵνα. Si noſtram lectionem ſequaris, ἵνα coniungendum erit cum μερὼ, aio: ſin minus, cum τὸ λοιπὸν ἔχει, ſupereſt.

Καὶ οἱ κλαίοντες, ὡς μὴ κλαίοντες· καὶ οἱ χαίροντες, ὡς μὴ χαίροντες· καὶ οἱ ἀγοράζοντες, ὡς μὴ κατέχοντες·

30 Et qui flent, vt non flentes: & qui gaudent, vt non gaudentes: & qui emunt, vt non obtinentes.

30 *Et qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquã nõ gaudentes: & qui emunt, tanquã non poſſidentes.*

Καὶ οἱ χρώμενοι τὸν κόσμον τοῦτον, ὡς μὴ καταχρώμενοι· παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου.

31 Et qui vtuntur mundo hoc, vt non abutentes: præterit enim ſpecies huius mundi.

31 *Et qui utuntur hoc mundo, tanquã non utantur: præterit enim figura huius mundi.*

Θέλω δὲ ὑμᾶς ἀμερίμνους εἶναι. ὁ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, πῶς ἀρέσῃ τῷ Κυρίῳ·

31 Velim autem vos abſque ſolicitudine eſſe. Qui cælebs eſt, curat ea quæ ſunt Domini, quomodo placiturus ſit Domino:

31 *Volo autem uos ſine ſolicitudine eſſe. Qui ſine uxore eſt ſolicitus eſt quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo:*

ὁ δὲ γαμήσας μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσῃ τῇ γυναικί.

31 At qui duxit vxorem, curat ea quæ ſunt mundi, quomodo placiturus ſit vxori.

31 *Qui autē cũ uxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mũdi. quomodo placeat uxori: & diuiſus eſt.*

Μεμέρισται καὶ ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος. ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, ἵνα ᾖ ἁγία καὶ σώματι καὶ πνεύματι· ἡ δὲ γαμήσασα μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσῃ τῷ ἀνδρί.

34 Diſcretæ ſunt ea quæ eſt vxor & ea quæ eſt virgo. quæ eſt innupta, curat ea quæ ſunt Domini, vt ſit ſancta cum corpore tum ſpiritu: quæ verò nupta eſt, cũrat ea quæ ſunt mundi, quomodo placitura ſit viro.

34 *Et mulier nupta & uirgo cogitat quæ Domini ſunt, ut ſit ſancta & corpore & ſpiritu: quæ autē nupta eſt, cogitat quæ ſũt mundi, quomodo placeat uiro.*

30 Qui flent, οἱ κλαίοντες. Fletus appellatione, Hebræorum more, res aduerſæ: gaudii, res ſecundæ intelliguntur. i. cauſæ ex effectis.

31 Mũdo hoc, τοῦ κόσμου τούτου. Mũdi appellatio quũ varia ſit ac multiplex in ſacris literis, hic (vt opinor) ſignificat omnia quæ nobis hic viuentibus vtenda conceduntur ad breue temporis ſpatium. Neque verò iubet Apoſtolus vt bona abiiciamus quæ à Domino accepimus: ſed primum omnium, vt quod quiſque eſt, id eſſe velit: deinde ne fluxis iſtis rebus vel nimium ſimus addicti, quaſi (vt dicebat ille) non illas poſſideamus, ſed ab ipſis poſſideamur: vel perperam ac in alium vſum vtamur quàm ſunt conditæ, vti faciunt non modò qui earum vſum immutant, ſed etiam qui temere profundunt. Has enim omnes ſignificationes admittit participium καταχρώμενοι, & apud Latinos abutẽdi verbum. Mihi tamen maximè videtur appoſita prima expoſitio, vt immoderatum vſum damnet, aduerſus eos qui toti ſunt in præſẽtis vitæ negotiis immerſi. Baſilius in libello quẽ inſcripſit Πῶς κτλ πλάτης ὄφελος, legit & interpretatur ἀποχρώμενοι, quaſi notet Apoſtolus profuſionem & nimium ſumptum, id eſt τὸ ἀποχρῆσθαι τοῦ κόσμου πλέον. Præterit, παράγει. Id eſt παρέρχεται, vt interpretantur Græca ſcholia. quæ expoſitio mihi videtur maximè conſentanea illi quod ſuprà dictum erat de angusto temporis ſpatio. Mauult tamen Stapulenſis (quem ſequitur Alciatus libro παρέργων 1, cap. 30) interpretari ἀπάτη, fallit ſeu decipit, blanda nimirum ſpecie homines alliciens. Budæus verò neutram interpretationem ſequutus, ἀπάτη exponit παρατρέπει, tranſuerſum agit. Nam hoc quoque ſignificat τὸ ἀπάτη. Dixi quid mihi ſimpliciſſimum videatur. Species, τὸ σχῆμα. Seu habitus, figura vel forma. Nam in genere ſignificat nihil eſſe in mundo ſolidum, ſed vanam quandam eſſe rerum iſtarum duntaxat imaginem, quas ſtulti homines tantopere admirantur. Cic. De amicitia, Quæ eſt enim iſta ſecuritas? ſpecie quidem blanda, ſed reipſa multis locis repudianda eſt.

31 Velim, θέλω. Vulg. Volo. Vide ſuprà, ver. 7. Abſque ſolicitudine, ἀμερίμνους. Solicitudinem vocat Apoſtolus hoc in loco non in genere curam omnem, (neque enim hoc conuenit cum eo quod ſcripſit 2. Cor. 11. f. 28) ſed id genus curarum duntaxat quod cohæret cum coniugio. quod & ipſum tamen ſimpliciter non damnat, quum alibi præcipiat, vt 1. Tim. 5. b. 8. ſed quòd omnes cupiat, ſi fieri poſſet, quammaximè expeditos currere in Euangelii ſtadio. Quòd autem alibi præcipitur de modo in his rebus tenendo, ita vt diligentia ac ſedulitas ab anxietate vitetur, ad hunc locum non pertinet. Curat, μεριμνᾷ. Diximus Matth. 6. d. 27, hoc verbo ſignificari curam cum anxietate animi ac proinde cum diffidentia coniunctam: quomodo etiam accipiẽdum eſt verbum μεριμνᾶτε ſuprà, ver. 21. Sed hoc loco μεριμνᾷ in genere pro φροντίζει accipitur. Itaque rectius Eraſmus conuertit Curat, quàm Vulgata, Solicitus eſt. Cyprianus in 1. tractatu De habit. virg. vertit, Cogitat, quo modo etiam Vetus interpres ver. 34.

31 Curat, μεριμνᾷ. Vulgata & Eraſmus, Solicitus eſt de iis quæ ſunt mundi. Vix enim quiſquam eſt qui in iſtis modum teneat. Malui tamen curandi verbum hic quoque retinere, partim vt melius appareat ſuperioris membri antitheſis, partim etiam quòd Paulum exiſtimem iſta duo curarum genera inter ſe ſimpliciter comparare. Quæ ſunt mundi, τὰ τοῦ κόσμου. Mundi appellatione rurſus intellige quæ ad præſentem vitam in coniugio tranſigendam neceſſariò requiruntur. Neque enim de iis agit quæ per ſe ſunt vitioſa: ſicuti rurſus non ita addicit mundo coniuges vt à rerum diuinarum cogitatione prorſus excludat. nam (vt rectè ſcribit Clemens lib. στρωμ. 3) licet etiam ei qui nupſit, Deo gratias agere, & ei qui vxorem duxit, in cõiugio curare quæ ſunt Domini. quod Ambroſius quoque annotauit, & Aug. De bono coniug. ſed diſtrahi ſignificat cogitationes eorum qui ſunt coniugio deuincti, ideóque commodiorem eſſe cælibatum, ſicui datum ſit vt ſe poſſit cõtinere.

34 Diſcretæ ſunt ea quæ, &c. μεμέρισται ἡ γυνὴ, &c. Sic accipitur vocabulum διαίρεσις pro diſcrimine ſeu differentia infrà, 12. 2. 4. 5. 6. Quod autem Apoſtolus de viris dixerat, hoc quoque ſigillatim dicit de mulieribus: (quod in hac diſputatione ſæpe fecit) neque dubitare poſſum quin hæc ſit vera lectio, quã in omnibus veteribus noſtris codicibus Græcis inueni, ſi duos tantùm excipias. Conſentiunt autem Græca ſcholia, Theophylactus, Hieronym. in Heluidium, item ad Euſtoch. De ſeruãda virginitate. quamuis alibi à ſeipſo diſſentiat.

Facit etiam pro me Basil. in lib. περὶ τῆς ἐν παρθενίᾳ ἀληθοῦς ἀφετείας, ter ita citans hunc locum, eo tantùm excepto quòd præpositionem καὶ inserit duobus locis, sic nimirum καὶ μεμέρισται ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος· ἡ ἄγαμος, &c. sed nihil variante sententia, quum πλὴν γυναῖκα diserte interpretetur πλὴν γαμετήν, id est eā quæ nupsit, siue eā quæ est vxor. Inuenio tamen duas diuersas lectiones, quarum vna hæc est, καὶ μεμέρισται, & diuisus est, id est in varias partes ac diuersas curas distractus, is videlicet qui vxorem duxit, quum partim curare illum oporteat quæ sunt coniugii, partim quæ sunt Domini. Deinde sequitur noua sententia, ἡ γυνὴ ἡ ἄγαμος καὶ ἡ παρθένος μεριμνᾷ, &c. Mulier quæ est innupta & virgo curat, &c. Hanc lectionem sequitur Vulgata editio qua nunc vtimur, nimirū ex libro priore Hieronymi aduersus Iouinianū, vbi ita legendum esse contendit Hieronymus, à seipso dissentiēs. Ita etiā legit Ambrosius lib. De viduis, & Augustinus lib. De bono viduit. cap. 2. in eo tamen dissentiens ab Hieronymo quòd πλὴν ἄγαμον viduā interpretatur, quū Hieronymus velit πλὴν ἄγαμον & πλὴν παρθένον idem declarare. Alteram (ut ertiam) demum lectionem apud vnum Ambrosium inuenio, nisi deprauatus est codex. Sic enim legit, hunc locum interpretās, Et diuisus est: diuisa est mulier & virgo. καὶ μεμέρισται· μεμέρισται ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος. Tum spiritu, καὶ πνεύματι. Id est, animo, vt suprà, 2. c. 14. Neque verò hanc corporis & animi sanctitatem coniugibus adimit, sed facilius contingere dicit extra coniugium, propter varia auocamenta, vt diserte defendit Clemens lib. στρωμ. 3. & Augustinus De bono coniugali, contra quàm tradit Hieronymus aduersus Heluidium.

Τοῦτο δὲ πρὸς ὑμῶν αὐτῶν συμφέρον λέγω· οὐχ ἵνα βρόχον ὑμῖν ἐπιβάλω, ἀλλὰ πρὸς τὸ εὔσχημον καὶ εὐπρόσεδρον τῷ Κυρίῳ, ἀπερισπάστως.

35 Hoc autem dico ᵛ vestro cōmodo: non vt laqueum vobis iniiciam, sed vt ᵛ decenter & aptè adhæreſcatis Domino, absque vlla distractione.

35 Porro hoc ad utilitatem uestrā dico, nō ut laqueū uobis injiciam. sed ad id quod honestū est, & quod facultatem præbeat sine impedimento Dominum obsecrandi.

Εἰ δέ τις ἀσχημονεῖν ἐπὶ τὴν παρθένον αὐτοῦ νομίζει, ἐὰν ᾖ ὑπέρακμος, καὶ οὕτως ὀφείλῃ γίνεσθαι· ὃ θέλει ποιείτω, οὐχ ἁμαρτάνει· γαμείτωσαν.

36 Cæterùm siquis ᵛ aliquid non decens à se in virginem suam committi putat, ᵛ si florem ætatis excedat, & ita ᵛ debet fieri: quod vult faciat, ᵛ non peccat: ᵛ iungantur matrimonio.

36 Siquis autem turpem se uideri existimat super uirgine sua, quòd sit superadulta, & ita oporteat fieri: quod uult faciat, nō peccat: nubat.

35 Vestro commodo, πρὸς τὸ ὑμῶν αὐτῶν συμφέρον. Vulgata, Ad vtilitatē vestram. Erasmus, Ad id quod vobis conducibile. Obscurè vterque, præsertim Erasmus. In summa, significat Apostolus, se nemini imponere necessitatem vel ducendæ vxoris, vel non ducendæ: sed simpliciter ostendere vtrum vitæ genus per se sit commodius, vt quisque suas hic vires expendat. Decenter & aptè, &c. πρὸς τὸ εὔσχημον καὶ εὐπρόσεδρον, &c. Quædā exemplaria legūt εὐπάρεδρον, eodem sensu: quædam εὐπρόεδρον, sed corruptè, opinor, vt liquet tum ex aduerbio ἀπερισπάστως, tum ex eo quòd Paulum apparet deinduſtria vſurpaſſe ea vocabula quibus arctiſſimū illud coniugii vinculum maximè propriè exprimatur: quaſi diceret, ſe tradere qua ratione homines ſpirituali quodam cōiugio cum Deo aptiſſimè poſſint connecti: minimè id quidem quaſi vel per ſe hoc præſtet cælibatus, vel impediat matrimonium, ſed quòd cælebs minus diuerſis curis impediatur. Cæterùm quum (vt rectè annotauit Eraſmus) iſta ad verbum tranſferre ſit difficillimum, diſceſſi & ego à Græcis nonnihil, vt planior eſſet ſentētia. Sic autem Vulgata, (vt nunc quidem legimus, quum, vt teſtatur Hieronymus aduerſus Iouinianum, hæc olim in Latinis codicibus eſſent omiſſa propter interpretationis difficultatē) Ad id quod honeſtum eſt, & quod facultatem præbeat ſine impedimento Dominum obſecrandi. in qua interpretatione id primùm mihi non placet quod τὸ εὔσχημον interpretatur honeſtum: quaſi videlicet indecorum ſit matrimoniū, quod ἄγαμον vocat Petrus: quum τὸ εὔσχημον, vt opinor, ſignificet potius hoc loco τὸ πρέπον καὶ εὐσχημονοῦν, id eſt, quod eſt conueniens & accommodatum, vt etiam infrà, 14. 8. 40, εὐσχημόνως ſignificat decenter & conuenienter. Nam quia Deus puriſſima quædam res eſt, & ab omni commixtione aliena, ad eā naturam propius videtur accedere cui datum eſt vt ſe ab omni mulieris conſuetudine poſſit continere: quanuis ea alioquin & bona & honeſta ſit ſi Dei ordinatio & finis eius conſideretur, non autem quatenus peccatū immoderatæ illius libidinis ἀπροΐας inuexit. Deinde quòd ἀπερισπάστως vertit Sine impedimento, id eſt ἀπεμποδίστως, impropriè, & non ſeruata translatione, quam Apoſtolus à matrimonii coniunctione ſumpſit. Nam, opinor, Dominum obſecrādi, perperam ſcriptum eſſe à librariis pro Dominum obſeruandi, vel, vt coniicit Eraſmus, pro Domino obſeruiendi. pro quo mallem dicere Domino obſequendi, vt totum illud, Quod facultatem præbeat obſeruandi, exprimat Græcum vocabulum τὸ εὐπρόεδρον: improprie id quidem, & neglecta rurſus trāſlatione, inde ſumpta quòd vxor à viri latere non diſcedat. Hieronymus autem conuertit, Vt ad id quod honeſtum eſt, & intentè facit ſeruire Domino abſque vlla diſtractione, vos adhorter: nihilo felicius ſi aduerbium ἀπερισπάστως excipias. Eraſmus, Vt quod honeſtum ac decorum eſt ſequamini, & adhæreatis Domino abſque vlla diſtractione. 36 Aliquid non decens ἀσχημονεῖν ἐπὶ τὴν παρθένον. Tot verbis hic ſum vſus vt vnicū Græcum exprimerē, pro quo Vulg. Turpem ſe videri ſuper virgine ſua, quum (vt arbitror) Apoſtolus de eo non agat quod in ſe turpe eſt, ſed de eo quod aptum eſt & conueniens, vt etiam in ſuperiore verſu diximus accipi τὸ εὔσχημον. quanuis ex eo quòd parentes non conſiderent quid liberis conueniat, concedam turpia & flagitioſa multa conſequi. Eraſ. Indecorum eſſe virgini ſuæ: quum τὸ ἀσχημονεῖν referatur ad parētes non ad liberos. Cæterùm quòd Hieronymus, Virginem ſuam, interpretatur Virginitatem, nimium eſt coactum, meritóque refutatur ab Auguſtino in quæſt. ſuper Numeros. Si florem ætatis excedat, ἐὰν ᾖ ὑπέρακμος. Vulgata, Quòd ſit ſuperadulta. Eraſmus, Si præterea nubendi tempus. Illud quidem conſtat ἀκμὴν hic dici quaſi ætatis ad nuptias conterahendas maturitatem, vt expri mit Virgil. in illo verſu, Iam matura viro, iam plenis nubilis annis. Debet, ὀφείλει. Debet ſcilicet ita fieri, vt viteatur ſcortatio, vt ſuprà ver. 2 & 7. Vulg. & Eraſ. Oportet. δεῖ. Non peccat, οὐχ ἁμαρτάνει. Id eſt rectè facit, ſicut explicat Apoſtolus ver. 38: vt neceſſe ſit concidere Hieronymi cauillum aduerſus Iouinianum, quaſi Paulus hoc factum non laudet, ſed tantùm excuſet à peccato. Iungantur matrimonio, γαμείτωσαν. Vtitur pluralī numero Paulus, quòd in coniugio neceſſe ſit duos interuenire, vel vt oſtendat in filio non minus quàm in filia eandem regulam valere. Nam τὸ γαμεῖν teſtantur grammatici de viro propriè dici, vt τὸ γαμεῖσθαι de vxore. quod tamen non obſeruauit Paulus ſuprà, ver. 34. vbi ſcripſit γαμίσκεται pro τὸ γαμεῖσθαι. Vulgata, Nubat, id eſt γαμίζεται. Theophylactus legit γαμηθήτωσαν.

Ος δὲ ἕστηκεν ἑδραῖος ἐν τῇ καρδίᾳ, 37 Qui verò ſtat firmus in cor- 37 *Nam qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceſſitatem, poteſtatē autem habens ſuæ uoluntatis, & hoc iudicauit in corde ſuo, ſeruare uirginē ſuā bene facit.*
μὴ ἔχων ἀνάγκην, ἐξουσίαν δὲ ἔχει περὶ τοῦ ἰδίου θελήματος, καὶ τοῦτο κέκρικεν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, τοῦ τηρεῖν τὴν ἑαυτοῦ παρθένον, καλῶς ποιεῖ.

Ὥστε καὶ ὁ ἐκγαμίζων, καλῶς ποιεῖ· ὁ δὲ μὴ ἐκγαμίζων, κρεῖσσον ποιεῖ. 38

Γυνὴ δέδεται νόμῳ ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς· ἐὰν δὲ κοιμηθῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, ἐλευθέρα ἐστὶν ᾧ θέλει γαμηθῆναι· μόνον ἐν Κυρίῳ. 39

Μακαριωτέρα δέ ἐστιν ἐὰν οὕτω μείνῃ, κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην· δοκῶ δὲ κἀγὼ Πνεῦμα Θεοῦ ἔχειν. 40

Κεφάλαιον ηζ

Περὶ δὲ τῶν εἰδωλοθύτων, οἴδαμεν ὅτι πάντες γνῶσιν ἔχομεν. ἡ γνῶσις φυσιοῖ, ἡ δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ. 1

Εἴ τις δοκεῖ ἔγνωκέναι τι, οὔπω ἔγνω καθὼς δεῖ γνῶναι. 2

Εἰ δέ τις ἀγαπᾷ τὸν Θεόν, οὗτος ἔγνωσται ὑπ' αὐτοῦ. 3

ſtitutum in corde, nec adigitur neceſſitate, ſed in poteſtate habet propriam voluntatem, & hoc decreuit in corde ſuo, vt ſeruet ſuam virginem, bene facit.

Itaque qui dat nuptum, bene facit: qui verò nō dat nuptum, melius facit.

Vxor alligata eſt lege quan diu viuit vir ipſius: quòd ſi obdormierit vir ipſius, libera eſt ad cui velit nubendum: tātùm in Domino.

Sed beatior eſt ſi ita maneat, ſecundum meam ſententiam: puto autem me quoque Spiritum Dei habere.

ſeruare uirginē ſuā bene facit.

38 *Igitur & qui matrimonio iūgit uirginē ſuā, bene facit: & qui nō iungit, melius facit.*

39 *Mulier alligata eſt legi quanto tempore uir eius uiuit: quòd ſi dormierit uir eius, liberata eſt, cui uult nubat: tātùm in Domino.* Rom. 7. a. 1

40 *Beatior autem erit ſi ſic permāſerit, ſecundū meum conſiliū: puto autē quòd & ego Spiritū Dei habeā.* 1. Theſſ. 4. b. 8

CAP. VIII.

CAP. VIII.

De eis autē quæ idolis ſacrificātur, ſcimus quia omnes ſcientiā habemus. Scientia inflat, charitas verò ædificat.

Siquis autē ſe exiſtimat ſcire aliquid, nondū cognouit quēadmodum oporteat eum ſcire.

Siquis autē diligit Deū, hic cognitus eſt ab eo.

37 In corde, ἐν τῇ καρδίᾳ. Hebraiſmus, pro, Apud ſeiuel (vt loquitur Cic. 5. Ver.) Qui ſtatutum ac deliberatum aliquid cum animo habet. Opponitur autem hoc τῷ ἀναγκάζεσθαι. Nec adigitur neceſſitate, μὴ ἔχων ἀνάγκην. Vulg. & Eraſ. obſcurè & nouè ad verbum, Non habens neceſſitatem. i. cui non obſtat filiæ infirmitas, aut alia aliqua ratio quominus poſſit liberè eam ſeruare virginem. Id enim ita accipiēdum eſſe liquet partim ex antitheſi, (his enim opponitur ᾧ οὕτως ἀναγκάζεται) partim ex eo quod ſubiicitur. Nam is dicitur voluntatem ſuam habere in poteſtate, cuius voluntas ab altero non pendet. Pendet autem patris voluntas à liberorum voluntate, hactenus vt teneatur illorum infirmitatis rationem tantam habere, vt iure nec poſſit nec debeat ab illis exigere cælibatum qui hoc donum à Deo acceperint.

38 Melius facit, κρεῖσσον ποιεῖ. i. Commodius liberis conſulit, vt diximus ſuprà, ver. 1. idque non ſimpliciter, ſed ſub cōditionibus antè expreſſis ab Apoſtolo. Sic quoque accipiendum eſt quod ſubiicitur, beatiorem eſſe eam quæ à repetitis nuptiis abſtineat.

39 Lege, νόμῳ. i. Per legē matrimonii. vel LEGE tertio caſu. Obdormierit, κοιμηθῇ. i. Mortuus fuerit, ex Scripturæ phraſi, quam alibi expoſuimus. In Domino, ἐν Κυρίῳ. i. Religioſè & cum Dei timore.

IN CAPVT VIII.

1 Omnes, πάντες. Eos vnos alloquitur Apoſtolus qui eo prætextu defendebant ſe poſſe quibuſuis veſci quòd ſcirent idolum nihil eſſe, vt apparet ex ver. 7. Itaque reſtringenda eſt vniuerſalis particula. quā quam ne hoc quidem illis tribuit niſi per conceſſionem, aut μίμησιν ironicam, vt apparet ex eo quod ſubiicitur verſu proximo. Iam autem aggreditur Apoſtolus aliam quæſtionem, quæ & ipſa pertinet ad quartum caput huius epiſtolæ, De reb' mediis. Quærit igitur de idolothytis, quis ſit legitimus eorū vſus, toto hoc capite, & præterea à 14 verſiculo capitis 10, ad ſecūdum vſque verſum capitis vndecimi. Nam quæ interiecta ſunt, etſi ad illam de idolothytis quæſtionem ſunt accommodanda, tamen in peculiares alias diſputationes diſtribui poſſunt, ac etiam debent. Inflat, φυσιοῖ. Id eſt vanitati & arrogantiæ veluti materiam ſubminiſtrat, quatenus videlicet charitate deſtituitur. quanquā ne tum quidē damnāda eſt ſciētia, ſed homines potius qui ea abutūtur. Ædificat, οἰκοδομεῖ. id eſt inſtruit proximum, eúmque promouet in pietatis ac religionis ſtudio. Eſt autem Scripturis familiaris iſta tranſlatio: ſicut etiam Eccleſia dicitur domus Dei, ex fidelibus quaſi lapidibus conſtructa: ipſique adeo fideles Templum Dei vocantur. Accipitur tamen interdum in vitio, vt infrà, ver. 10

2 Sibi videtur, δοκεῖ. Vulg. Se exiſtimat, non ſatis expreſſè. Nam verbo δοκεῖν ſignificatur non ſimplex aliqua perſuaſio, ſed quæ cum ſuperbia & inſolētia coniuncta eſt: quum alioquin nihil æquè repugnet fidei atque Academicorum dubitatio. Vide Mat. 3. b. 9. Nondum quicquam nouit, οὐδέπω οὐδὲν ἔγνωκεν. Geminatio negantis particulæ vehementius negat, vt rectè notat Eraſmus. Quod autem Vetus interpres οὐδὲ prætermiſit, hoc fecit ex ſui (opinor) exemplaris fide: ſiquidem & nos in vno ex noſtris deeſſe comperimus, & alibi quoque γινώσκειν pro peritum eſſe aut ſcientia præditum, ponitur abſolutè, vt infrà. 13. c. 9.

3 Hic edoctus fuit ab eo, οὗτος ἔγνωσται ὑπ' αὐτοῦ. Hebr. ידע מאת, id eſt ad verbum, Scire fecit eū. Ex quo conſequitur eiuſmodi demum hominem vera ſcientia eſſe præditum, quam à Deo ipſo didicerit. ſed Hebræum tranſitiuum Paulus Græco verbo expreſſit. Nam Hophal Hebræum paſſiuum non admittit caſum perſonæ agentis. Vulgata & Eraſmus, Cognitus eſt ab eo, id eſt approbatur ab eo, ac proinde vera hæc eſt ſcientia, non autem adulterina illa qua præditi ſunt qui non Deum ſed ſeipſos amant. Sed ſiſto modo interpretemur,

planior erit ſuperioris membri antitheſis: & eiuſdem Hebraiſmi ſimile prorſus exemplum extat Gal. 4. b. 9, & infrà quoque 15. d. 18.

Περὶ τῆς βρώσεως οὖν τῶν εἰδωλοθύτων, οἴδαμεν ὅτι οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ, καὶ ὅτι οὐδεὶς θεὸς ἕτερος εἰ μὴ εἷς.

4 De eſu igitur eorum quæ idolis immolantur, ſcimus ᵛidolũ ᵛnihil eſſe in mundo, & nullum eſſe Deum alium niſi vnum.

4 De eſcis autẽ quæ idolis immolãtur, ſcimus quia nihil eſt idolũ in mũdo, & quòd nullus eſt Deus niſi unus.

Καὶ γὰρ εἴπερ εἰσὶ λεγόμενοι θεοὶ εἴτε ἐν οὐρανῷ, εἴτε ἐπὶ τῆς γῆς· (ὥσπερ εἰσὶ θεοὶ πολλοὶ, καὶ κύριοι πολλοὶ)

5 Nam etiãſi ſint qui dicantur dii, & in cælo & in terra: (ᶜſicut ſunt dii multi, & domini multi)

5 Nã etſi ſunt q dicantur dij, ſiue in cælo, ſiue in terra: (ſi quidem ſunt dij multi, & domini multi)

Ἀλλ' ἡμῖν εἷς θεὸς ὁ πατήρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν· καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστός, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ.

Iohan. 13. c. 13 infrà, 12. a. 3

6 Nobis tamen vnus eſt Deus, Pater ille ᵛà quo omnia, & nos ᵛin ipſo: & ſvnᵃ Dominus Ieſus Chriſtus, ᵛper quem omnia, & nos per ipſum.

6 Nobis tamen vnus Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in illũ: & vnus Dominus Ieſus Chriſtus, p quẽ omnia, et nos per ipſum.

Ἀλλ' οὐκ ἐν πᾶσιν ἡ γνῶσις· τινὲς δὲ τῇ συνηθείᾳ τοῦ εἰδώλου ἕως ἄρτι, ὡς εἰδωλόθυτον ἐσθίουσι, καὶ ἡ συνείδησις αὐτῶν ἀσθενὴς οὖσα μολύνεται.

7 Sed non in omnibus eſt ᵛea ſcientia. ᵛnonnulli enim ᵛcum cõ ſcientia idoli vſque ad hoc tempus, vt idolis immolatũ edunt: & conſcientia eorum, infirma quum ſit, polluitur.

7 Sed non in omnibus eſt ſciẽtia. q dã autẽ cum ſcientia uſq; nunc idoli, quaſi idolothytum mẽducant: & conſciẽtia ipſorũ quũ ſit infirma polluitur.

Βρῶμα δὲ ἡμᾶς οὐ παραστήσει τῷ θεῷ· οὔτε γὰρ ἐὰν φάγωμεν, περισσεύομεν· οὔτε ἐὰν μὴ φάγωμεν, ὑστερούμεθα.

8 Cæterùm eſca nos non commendat Deo. neque enim ſi vescamur, ᵛabundãtiores ſumus: neque ſi non veſcamur, ᵛpauperiores reddimur.

8 Eſca autẽ nos non cõmẽdat Deo: neq; enim ſi mẽducauerimus, abundabimus: neque ſi non mẽducauerimus, deficiemus.

4 Idolum, εἴδωλον. Græcam vocem theologis Latinis ſatis tritam, libenter retinui. Significat autem Græcis hoc vocabulum id quod Latinis ſimulacrum, effigiem videlicet, qua nobis repræſentetur forma alicuius rei vel fictæ vel etiam veræ. Tranſlatitiè verò poſtea accommodari cœpit ad formas ac ſpecies rerum in animo conceptas: denique etiam ad mortuorum ſpectra, quæ Latini vmbras & manes vocant, & Virgilius quoque ſimulacra. Sed hoc in loco & aliis pleriſque peculiariter idola vocantur ſimulacra ad numen aliquod repræſentandum, cui cultus exhibeatur qui dicitur idololatria. Nihil eſſe in mundo, οὐδὲν ἐν κόσμῳ. Id eſt, eſſe inane & vanum ſomnium, ſicut poeta ipſe picturam vocat inanem. Neque enim idola ex materia æſtimantur, ſed ex forma, quæ res veras mentitur. Hinc autem efficitur nullam eſſe vim idolorum vel ad ſanctificandum vel ad polluendum res oblatas, quod concedit Paulus: ſed quod illi inde colligebant, propterea ſine vllo diſcrimine ſe veſci poſſe idolothytis, id verò non concedit. In mundo, ἐν τῷ κόσμῳ. Opponit res fictas rebus veris & à Deo conditis. Sic vocantur idola הבלי שוא Pſal. 31. b. 7. Quòd autem Eraſmus pro Nihil eſt, ſubſtituit Nullum eſt, & ἐν κόσμῳ, id eſt in mũdo, cum verbo ΕΣΤ ſubaudito coniungit, quaſi dicat Apoſtolus, nullum ſimulacrum eſſe vſquam: id verò non video quomodo ſatis commodè poſſit intelligi. Nam vt ſimulacrum ſit res inanis, tamen non deſunt eſſe ſimulacrum rei fictitiæ & imaginariæ. neque fit mihi veriſimile Apoſtolum tam ſubtiliter philoſophatum in verbo ἐστί.

5 Sicut ſunt, &c. ὡς εἰσὶν κτλ, &c. Vulgata, Siquidem ſunt. Apud Ambroſium verò hoc totum deeſt. Notandum eſt autem Paulum opponere multos Baalim, id eſt Dominos, & Elilim, id eſt fictitios deos, qui non ſint, ſed dicantur domini & dii, vni Deo Patri & Domino Chriſto, qui nõ hominum opinione ficti ſint, ſed reuera ſint quod dicuntur.

6 A quo, ἐξ οὗ. Ἐξ principium declarat in perſonarum diſtinctione. Nam alioquin Chriſto etiam competit, quatenus Deus vnus eſt cum Patre. Hic verò manifeſtè Patrem à Filio diſtinguit. Particula autem vnus non excludit Filium vel Spiritum ſanctum, qui ſunt vnus Deus cum Patre, ſed primùm quidem commentitios deos ſpoliat deitate quæ illis affingitur: deinde in genere & ſemel oſtendit nulla ratione poſſe plures eſse naturã deos. Sic etiam quum dicitur Chriſtus vnus Dominus, nõ excluditur Pater, niſi fortè Deum Patrem abſque dominio intelligas. In ipſo, εἰς αὐτόν. Id eſt ἐν αὐτῷ, videlicet ſubſiſtimus: vbi rurſus notandum eſt Patri propriè tribui præpoſitionem ἐν, vbi de vi agitur qua conſeruatur οὐσία: quanuis hoc non ſit perpetuum, quum de Filio etiam dicatur, Iohan. 1. 3. 4. Vulg. & Eraſ. In illum, vt notetur cauſa finalis, quòd nos & noſtra omnia debeamus in illum, vt extremum finem dirigere: quo modo idem dicẽdi genus accipitur Rom. 11. d. 36. Sed quum ſatis ſubiiciatur de Chriſto, nos per ipſum eſſe, & Paulum appareat cõmune Patri ac Filio opus tribuere, diſtinctione tamẽ adhibita quæ perſonis cõueniat, ideo malui interpretari In ipſo, quàm Per ipſum. Per quem, δι' οὗ. Διὰ Filio tribuitur relatiuè, ita tamen vt ſciamus Filium non inſtrumentalem ſed efficientem cauſam eſſe cum Patre, tum in creando, tum in conſeruando: quod & ipſum rurſus ita eſt accipiendum vt nec duas cauſas conſtruamus, quum Filius ſit οὐσίᾳ vnus cum Patre: nec rurſus in perſonarum diſtinctione inæqualitatem aut ſeparationem imaginemur.

7 Ea ſcientia, ἡ γνῶσις. Articulum expreſſi ab aliis neglectum, quum vis eius ſit ἀναφορικὴ. Nonnulli enim, τινὲς δὲ. Δὲ pro γὰρ ſæpe iam obſeruauimus: quæ enallage mihi viſa eſt huic loco optimè conuenire. Cum conſcientia idoli, τῇ συνηθείᾳ τοῦ εἰδώλου. Conſcientiã idoli Apoſtolus ſuo quodam dicendi genere vocat tacitum eorum iudicium qui immunda eſſe putabant quæ idolis fuerant oblata, ideóque bona conſcientia illis veſci non poterant. Hæc enim vis eſt conſcientiæ, vt opus naturæ ſua medium, ſi bona fuerit, bonum reddat: ſin mala, malum.

8 Abundantiores ſumus, περισσεύομεν, id eſt, quicquam nobis accedit. Vulg. Abundabimus. Eraſ. Aliquid nobis ſupereſt. Vide Mat. 13. b. 11. Pauperiores reddimur, ὑστερούμεθα. Ita explicandũ eſſe hoc verbũ hoc in loco,

ão loco, apparet ex antitheſi. Vulg. Deficiemus. Eraſ. Quicquam nobis deeſt. Eſt autẽ iſta tum abundantia tum inopia ad res ſpirituales referenda, quæ explicantur Rom. 14. c. 17.

Βλέπετε δὲ μήπως ἡ ἐξουσία ὑμῶν αὕτη προσκομμα γένηται τοῖς ἀσθενοῦσιν.

Sed videte nequo modo poteſtas illa veſtra offendiculo ſit iis qui infirmi ſunt.

9 *Videte autem ne forte hæc licentia noſtra offendiculum fiat infirmis.*

Ἐαν γάρ τις ἴδῃ σε τὸν ἔχοντα γνῶσιν, ἐν εἰδωλείῳ κατακείμενον, οὐχὶ ἡ συνείδησις αὐτοῦ ἀσθενοῦς ὄντος εἰς τὰ εἰδωλόθυτα οἰκοδομηθήσεται εἰς τὸ τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθίειν;

Etenim ſiquis viderit te qui ſcientia præditus es, in idoleo accũbere, nónne cõſciẽtia ipſius infirmus eſt inſtruetur ad edẽdũ ea quæ ſunt idolis mactata?

10 *Si enim quis viderit eũ qui habet ſcientiã, in idoleo recumbentem, nónne conſcientia eius, quũ ſit infirma, ædificabitur ad mãducandum idolothyta?*

Καὶ ἀπολεῖται ὁ ἀσθενῶν ἀδελφὸς διὰ τὴν σὴν γνῶσιν, δι' ὃν Χριστὸς ἀπέθανεν;

[Et tua iſta ſcientia frater qui infirmus eſt, propter quem Chriſtus eſt mortuus, peribit?

11 *Et peribit infirmus in tua ſcientia frater, propter quẽ Chriſtus mortuus eſt?* Rom. 14. c. 15

Οὕτω δὲ ἁμαρτάνοντες εἰς τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τύπτοντες αὐτῶν τὴν συνείδησιν ἀσθενοῦσαν, εἰς Χριστὸν ἁμαρτάνετε.

Ita autem peccantes in fratres, & vulnerãtes ipſorum conſcientiam infirmam, in Chriſtum peccatis.

12 *Sic autem peccantes in fratres, & percutientes eã ſcientiam eorũ infirmam, in Chriſtum peccatis.*

Διόπερ εἰ βρῶμα σκανδαλίζει τὸν ἀδελφόν μου, οὐ μὴ φάγω κρέα εἰς τὸν αἰῶνα, ἵνα μὴ τὸν ἀδελφόν μου σκανδαλίσω.

[Quapropter ſi eſca facit vt offendat frater meus, non veſcar carnibus in æternum, nec faciam vt frater meus offẽdat.

13 *Quapropter ſi eſca ſcãdalizat fratrem meũ, nõ manducabo carnem in æternum, ne fratrẽ meum ſcandalizem.* Rom. 14. d. 21

Κεφάλαιον θ'

CAP. IX.

Οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος; οὐκ εἰμὶ ἐλεύθερος; οὐχὶ Ἰησοῦν τὸν Κύριον ἡμῶν ἑώρακα; οὐ τὸ ἔργον μου ὑμεῖς ἐστε ἐν Κυρίῳ;

Nonne ſum Apoſtol? nónne ſum liber? Nóne Ieſum Chriſtum Dominũ noſtrum vidi? nónne opus meum vos eſtis in Domino?

1 *Non ſum liber? non ſum Apoſtolus? nónne Chriſtum Ieſum Dominum noſtrũ vidi? nónne opus meum vos eſtis in Dominо?*

Εἰ ἄλλοις οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος, ἀλλά γε ὑμῖν εἰμι. ἡ γὰρ σφραγὶς τῆς ἐμῆς ἀποστολῆς ὑμεῖς ἐστε ἐν Κυρίῳ.

Si aliis non ſum Apoſtolus, at certé vobis ſum. nam ſigillũ apoſtolatus mei vos eſtis in Domino.

2 *Si alijs non ſum Apoſtolus, ſed tamen vobis ſum, nã ſignaculũ apoſtolatus mei vos eſtis in Domino.*

Ἡ ἐμὴ ἀπολογία τοῖς ἐμὲ ἀνακρίνουσιν, αὕτη ἐστίν,

Mea reſponſio apud eos qui in me inquirunt, hæc eſt,

3 *Mea defenſio apud eos qui me interrogant, hæc eſt.*

10 In idoleo, ἐν εἰδωλείῳ. Id eſt idolorum templo. Puto enim Apoſtolum ex fidelium conſuetudine maluiſſe εἰδωλεῖον dicere quàm ναὸν aut ἱερὸν, vt εἴδωλα potius quàm ἀγάλματα vel ξόανα, & εἰδωλεῖον potius quàm δαιτυμόν, quæ vocabula ipſis profanis erant familiaria. Quidam tamen malunt εἰδωλεῖον accipere pro ipſa menſa in qua epulæ celebrabantur. quæ declaratio mihi non ita videtur probabilis. Eraſmus verò neutram opinionẽ ſequutus, ἐν εἰδωλείῳ interpretatur In epulo ſimulacrorum. Illud quidem conſtat vel ex ea hiſtoria quam refert Herodotus in Clio de Cleobi & Bitone, veteres intra ipſum etiam templum ſolitos fuiſſe ſolennia ſacrificiorum conuiuia agitare. quòd apparet etiam ex Ariſtophane in Pluto. Imò ſolennes epulas ſolebant à ſacrificiis auſpicari. Inſtruetur, οἰκοδομηθήσεται. Vulgata & Eraſmus ad verbum, Ædificabitur, vt & nos alibi. Habuimus tamen hoc loco perſpicuitatis rationem, quum præſertim & ipſum Inſtruendi vocabulum, eadem tranſlationis ratione, tum in laude tum in vitio ponatur.

11 Tua iſta ſcientia, διὰ τὴν σὴν γνῶσιν. Pertinent iſta ad verbum ἀπολεῖται, non autem ad participium ἀσθενῶν. Abundat itaque præpoſitio διὰ ex Hebræorum idiotiſmo, quem expoſuimus Matth. 3. c. 11, & expungi debuit ab Eraſmo. Deinde etiam exprimendus erat articulus.

12 Vulnerantes, τύπτοντες. Vulgata, Percutientes, nón ſatis expreſſé. Intelligendum enim eſt ex antecedente conſequens. Eſt autem tranſlatio inde ſumpta quòd offendiculis animus, perinde ac telis corpus, afficiatur, ſitque duplex malum ſiquis affectam partem cædat. Sic Virgil. --grauior ne nuntius aures Vulneret.

In Chriſtum, εἰς Χριστὸν. Ambroſius εἰς Χριστὸν poſitum putat pro ἐν Χριστῷ, in Chriſto, quaſi dicantur in Chriſto peccare qui peccant dum Chriſtum profitentur: ſicut peccare dicũtur in Lege, qui quum Legem habeant, nihilominus peccant. Sed aptior eſt altera expoſitio.

13 Facit vt offendat frater meus, σκανδαλίζει τὸν ἀδελφόν μου. Vide Matth. 5. c. 29.

IN CAPVT IX.

1 In Domino, τῷ Κυρίῳ. Id eſt, per Dominum: vt hac ratione emolliat quod eos dixerat ſuũ opus eſſe. Vel opus ſuum in Domino vocat quos ipſe veluti in Domino ædificarat, quòd eius opera ac miniſterio in Chriſto conſtiſſent. Cæterùm hæc quoque quæſtio, quomodo miniſtris vtendum ſit ſuo iure, ad res mediaſ ſpectat, ſed propriè cohæret cum proximè præcedentibus. Proponit enim ſeſe Apoſtolus Corinthiis pro exemplo eius moderationis quam in eis requirebat in re multo minoris momenti.

2 Sigillum, σφραγὶς. Id eſt, ſigilli inſtar quo confirmetur meum in Apoſtolatum verè eſſe à Domino.

3 . . . Qui in me inquirũt, τοῖς ἐμὲ ἀνακρίνουσιν i. Qui de me, quaſi iudices de reo, quæſtionẽ habẽt. Eſt enim ἀνακρίνειν forenſe vocabulũ, vt diximus Act. 4. b. 9. quod de induſtria vſurpauit Apoſtolus vt obiter arrogantiam eorũ notaret qui ipſius vocationem in dubium vocabant, quaſi iudices ſederent de hac cauſa cogniturí. Vulg. & Eraſ. Qui me interrogant, non ſatis expreſſé. Alii, Qui me dijudicant. quo modo etiã cõuertimus ſuprà, 4. 23. Caſtellio, Qui me explorant. qui quidem neſcio cur diuerſa tranſlatione magis ſit delectatus.

Μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν φαγεῖν καὶ πεῖν;

Annon habemus poteſtatẽ veſcendi ac bibendi?

4 Numquid non habemus poteſtatem manducandi & bibendi?

Μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι, καὶ οἱ ἀδελφοὶ τοῦ Κυρίου, καὶ Κηφᾶς;

Annõ habemus poteſtatem ſororem vxorem circunducendi, vt & reliqui Apoſtoli, & fratres Domini, & Cephas?

5 Numquid non habemus poteſtatẽ mulierẽ ſororẽ circũducndi, ſicut & cæteri Apoſtoli & fratres Domini, & Cephas?

Ἢ μόνος ἐγὼ καὶ Βαρνάβας οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν τοῦ μὴ ἐργάζεσθαι;

An ſolus ego & Barnabas non habemus poteſtatem nõ operandi?

6 Aut ego ſolus & Barnabas non habemus poteſtatem hoc operandi?

Τίς στρατεύεται ἰδίοις ὀψωνίοις ποτέ; τίς φυτεύει ἀμπελῶνα, καὶ οὐκ τοῦ καρποῦ αὐτοῦ οὐκ ἐσθίει; ἢ τίς ποιμαίνει ποίμνην, καὶ ἐκ τοῦ γάλακτος τῆς ποίμνης οὐκ ἐσθίει;

Quis militat propriis ſtipendiis vnquam? quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? aut quis paſcit gregem, & de lacte gregis non edit?

7 Quis militat ſuis ſtipendiis unquã? quis plãtat uineã, & de fructu eius non edit? quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat?

Μὴ κατὰ ἄνθρωπον ταῦτα λαλῶ; ἢ οὐχὶ καὶ ὁ νόμος ταῦτα λέγει;

Num ſecundum hominẽ hæc dico? nónne etiam Lex hæc dicit?

8 Nũquid ſecundum hominem hæc dico? an & Lex hæc non dicit?

Ἐν γὰρ τῷ Μωσέως νόμῳ γέγραπται, Οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα. Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ;

Deut. 25.d.4 1.Cor.9.c.18

Nam in Moſis Lege ſcriptum eſt, Non obligabis os boui triturãti. Num boues curæ ſunt Deo?

9 Scriptum eſt enim in Lege Moyſi, Non alligabis os boui triturãti. Numquid de bobus cura eſt Deo?

Ἢ δι' ἡμᾶς πάντως λέγει; δι' ἡμᾶς γὰρ ἐγράφη, ὅτι ὀφείλει ὁ ἀροτριῶν ἐπ' ἐλπίδι ἀροτριᾶν, καὶ ὁ ἀλοῶν, ἐπ' ἐλπίδι τοῦ μετέχειν.

An propter nos omnino dicit? propter nos enim hoc ſcriptum eſt. Nam ſub ſpe debet is qui arat, arare: & qui triturat ſub ſpe, ſpei ſuæ particeps eſſe.

10 An propter nos ãtiq; dicit? nam propter nos ſcripta ſunt, quoniam debet in ſpe q arat, arare: & qui triturat, in ſpe fructus percipiendi.

Εἰ ἡμεῖς ὑμῖν τὰ πνευματικὰ ἐσπείραμεν, μέγα εἰ ἡμεῖς ὑμῶν τὰ σαρκικὰ θερίσομεν;

Rom.15.f.27

‖ Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus, magnũ eſt ſi nos carnalia veſtra meſſuerimus?

11 Si nos uobis ſpiritualia ſeminauimus, magnũ eſt ſi nos carnalia neſtra meſſuemus?

4 Veſcendi ac bibendi τοῦ φαγεῖν καὶ πιεῖν. Eccleſiæ videlicet ſumptu.

5 Sororem vxorem, ἀδελφὴν γυναῖκα. Vulgata, Mulierem ſororem, peruerſo etiam ordine, contra omnium noſtrorum exemplarium fidem. Eraſ. Sororem mulierem. Ego verò non dubitaui γυναῖκα potius interpretari vxorem, quum pleroſque Apoſtolos teſtentur veteres in coniugio vixiſſe, ideóque multo probabilius ſit de vxoribus hoc intelligendum. Cur autem ἀδελφὴν, id eſt ſororem, addiderit, non ea eſt cauſa quam nonnulli diuinarũt, quòd ab vxorum congreſſu abſtinerent Apoſtoli, ſed idem declarat hoc epitheton atque πιστὴν. i. fidelem ſeu Chriſtianam. deinde etiam ſic commendatur Chriſtiani coniugii honeſtas. Ambroſius pro Sororem mulierem legit mulieres, contra omnium noſtrorum codicum fidem: in eo etiam deceptus quòd hæc explicat, cum Græcis ſcholiis, de mulieribus quibuſdam piis & diuitibus quæ Apoſtolos affectabantur, & ex ſuis facultatibus illis ſubminiſtrabant, vt prædicationi facilius vacarent. Id verò refellitur etiam (vt doctiſſimus P. Martyr obſeruauit) ex eo quod eiuſmodi matronæ non ſatis propriè dicerẽtur ab Apoſtolis circunduci, quũ hoc potius ſignificet ius mariti in vxorem, aut heræ in ancillam. Deinde eiuſmodi mulieribus locupletibus Eccleſia non fuiſſet grauata, ſed ſubleuata potius. Itaque ineptè faceret Paulus qui hoc adferret vt ſe oſtẽderet de ſuo iure deceſſiſſe: vt taceam quod antè dixi, in Græcis codicibus ſcriptum eſſe γυναῖκα ſingulari numero, non γυναῖκας. Hieronymus aduerſus Iouinianum, mulieres etiam legit: ſuo more forſaſſis verbum Domini deprauans, vt ſuæ cauſæ ſeruiat. Ex his verò apparet (opinor) γυναῖκα non mulierem ſed vxorem conuerti oportere.

6 Non operandi? μὴ ἐργάζεσθαι. Non viuendi ex manuum laboret Inde enim ſeſe victum toleraſſe teſtatur Act.20.g.34. neque μὴ ἐργάζεσθαι ſignificat in otio degere, vt nonnulli interpretantur, ſed ad manuarias artes duntaxat referrur. Vulg. Hoc operandi. i. hoc agendi, vt ad circunductionem vxoris hoc referatur. quaſi Græcè ſcriptum ſit τῶν πιστῶν. Sed vix conueniat huic interpretationi verbum ἐργάζεσθαι: vt planè mirer putaſſe Eraſmum hanc expoſitionem defendi poſſe.

7 Militat, στρατεύεται. i. Militare ſolet. Simile exemplum vide Matth.16.b.23, & infrà, 15.d.29. Stipendiis, ὀψωνίοις. Nazianz. in Iulianum, ſic ſcribit, τὸ λαχεῖν ὀψώνιον, τὸ βασιλικὸν σιτηρέσιον διανεῖμαι, καὶ ταῖς ὑπαρχούσαις ἐκ νόμου πᾶς ἀξιώματος δωρεαῖς. Id eſt, Quid vocat ὀψώνιον Nempe teſſeram frumentariam quam à rege percipiunt, & dona quæ dignitatib⁹ ex Lege tribuũtur. Vide Luc.3.c.14. cui loco illud etiam addes, Auguſti tempore ac deinceps, denarium fuiſſe gregarii militis ſtipendium, vt ex lib.1. Corn. Taciti apparet.

8 Secundum hominem, κατ' ἄνθρωπον. i. Num iis tantùm nitor quæ ex hominum cõſuetudine valẽt Vide Rom.3.a.5. Hæc, ταῦτα. Eraſ. Eadem, ταυτὰ, vt etiam videtur legiſſe Ambroſius.

9 Num boues, μὴ τῶν βοῶν. i. Num ad boues ipſos propriè reſpexit Dominus quum hanc legem conderet nam alioquin minima etiam quæque cõplectitur Dei prouidentia, vt Pſal.36.b.6, Mat. 10.c.29, & 1. Tim. 4.c.13. Eſt itaque κατὰ πάντα accipiendum quod Apoſtolus ſimpliciter enuntiauit. quod quidẽ diligenter annotandum eſt multis locis, vt in hac eadem epiſtola 8.a.1, & hoc eodem cap. ver. 4 & 15, & 10.g.33.

10 Hoc ſcriptum eſt, ἐγράφη. Rectè omnino additũ eſt pronomen ab Eraſmo, nequis putet ſequẽtia citari ab Apoſtolo, quum ſint potius ſuperioris dicti explicatio, & ſic non accipiatur ἀδικῶς, ſed αἰνιγματικῶς. Et qui triturat, ſub ſpe, &c. καὶ ὁ ἀλοῶν, ἐπ' ἐλπίδι μετέχειν. Mihi videtur ἐπ' ἐλπίδι abundare

in hoc membro,& irrepſiſſe in contextum ex margine,in qua fuerat annotata altera lectio : quam in vno tantùm codice inuenimus , nempe.καὶ ὁ ἀλοητὶν ἐλπίδι τοῦ μετέχειν , & qui triturat ſub ſpe fructus percipiendi, ſiue participandi,vt legit etiam Vetus interpres,ita videlicet vt ſubaudiatur ὀφείλει ἀλοᾶν, debet triturare. Græca tamen ſcholia addunt hoc etiam loco ἐπ' ἐλπίδι, neque per traiectionē connectunt cum ἀλοᾶν, (vt ego feci Eraſmū ſequutus) ſed cum μετέχειν, ita vt ſignificetur, Verbi miniſtros alteram etiam ſpem habere multo meliorē, nempe futurorum bonorum. Dixi quid mihi in primis probetur.

Εἰ ἄλλοι τῆς ὑμῶν ἐξουσίας μετέχουσιν, οὐ μᾶλλον ἡμεῖς; ἀλλ' οὐκ ἐχρησάμεθα τῇ ἐξουσίᾳ ταύτῃ, ἀλλὰ πάντα στέγομεν, ἵνα μή τινα ἐγκοπὴν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ.

12 Si alii ſui in vos iuris participes ſunt, an non potius nos? atqui non vſi fuimus iure iſto: ſed omnia ſuſtinemus, nequid remoremur Euangelium Chriſti.

12 *Si alij poteſtatis veſtræ participes ſunt, quare nō potius nos? ſed non vſi ſumus hac poteſtate: ſed omnia ſuſtinemus, nequod offendiculum demus Euāgelio Chriſti.*

Οὐκ οἴδατε ὅτι οἱ τὰ ἱερὰ ἐργαζόμενοι, τὰ τοῦ ἱεροῦ ἐσθίουσιν; οἱ τῷ θυσιαστηρίῳ παρεδρεύοντες, τῷ θυσιαστηρίῳ συμμερίζονται;

13 An neſcitis quòd qui ſacris operātur, ea quæ ex ſacrario ſunt, edere: & qui altari aſſidēt, cum altari participare?

13 *Neſcitis quoniā qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt edunt? qui altari deſeruiūt, cum altari participant?* Deut.18.a.1

Οὕτω καὶ ὁ Κύριος διέταξε τοῖς τὸ εὐαγγέλιον καταγγέλλουσιν, ἐκ τοῦ εὐαγγελίου ζῆν.

14 Ita Dominus cōſtituit iis qui Euangelium annuntiant, vt ex Euangelio viuant.

14 *Ita & Dominus ordinauit vt q Euangeliū annūtiāt, de Euāgelio viuere.*

Ἐγὼ δὲ οὐδενὶ ἐχρησάμην τούτων. Οὐκ ἔγραψα δὲ ταῦτα ἵνα οὕτω γένηται ἐν ἐμοί. καλὸν γάρ μοι μᾶλλον ἀποθανεῖν ἢ τὸ καύχημά μου ἵνα τις κενώσῃ.

15 Ego tamen nullo iſtorū ſum vſus. Neque verò hæc ſcripſi vt ita fiat in me. nam bonum eſt mihi mori potius quàm vt gloriationem meam aliquis inanē reddat.

15 *Ego autem nullo horū vſus ſum. Nō autē ſcripſi hæc ut ita fiāt in me. bonū eſt enim mihi magis morī quàm ut gloriam meam quis euacuet.*

Ἐὰν γὰρ εὐαγγελίζωμαι, οὐκ ἔστι μοι καύχημα. ἀνάγκη γάρ μοι ἐπίκειται. οὐαὶ γάρ μοί ἐστιν ἐὰν μὴ εὐαγγελίζωμαι.

16 Etenim ſi euangelizem, non eſt quòd glorier: neceſſitas enim mihi incumbit. Væ autē mihi eſt niſi euangelizem.

16 *Nam etſi euangelizauero, non eſt mihi gloria. neceſſitas enim mihi incumbit. Væ enim mihi eſt ſi nō euangelizauero.*

Εἰ γὰρ ἑκὼν τοῦτο πράσσω, μισθὸν ἔχω· εἰ δὲ ἄκων, οἰκονομίαν πεπίστευμαι.

17 Nam ſi volens hoc faciam, mercedē habeo: ſin inuitus, diſpenſatio credita eſt mihi.

17 *Si enim volens hoc ago, mercedē habeo: ſi autē inuitus, diſpēſatio mihi credita eſt.*

Τίς οὖν μού ἐστιν ὁ μισθός; ἵνα εὐαγγελιζόμενος ἀδάπανον θήσω τὸ εὐαγγέλιον

18 Quæ igitur mihi eſt merces? vt quum euangelizem, gratuitum conſtituam Euange-

18 *Quæ eſt ergo merces mea? ut Euāgeliū prædicās, ſine ſumptu ponā Euāge*

12 Sui in vos iuris,τῆς ἐξουσίας ὑμῶν. Ius appellat facultatē viuēdi alieno ſumptu. nam ὑμῶν paſſiuē accipiendū eſt: & mihi coactū videtur quòd ἐξουσίαν Græci interpretes putāt immodicā quorundam quaſi tyrānidē declarare hoc in loco, quū de ſe loquēs Apoſtolus, eodē vocabulo ter vſus ſit paulo antè, & hoc etiā eodē verſu. Vulg. adinodū obſcurè, Poteſtatis veſtræ. Eraſ. nō ſatis etiā perſpicuè, Poteſtatis erga vos. Caſtellio verò imperitè τὴν ἐξουσίαν interpretatur facultates. i. Suſtinemus, στέγομεν. i. ἀναβάλλομεν. Videretur tamen melius conuenire στέγομεν id eſt ἀγαπῶμεν, boni conſulimus. Iſoc. στέγει μὲν τὰ παρόντα, præſentibus acquieſce, ſeu, præſentia boni conſule. Vide infrà, 13. c. 7. Nequid remor. ἵνα μὴ, &c. i. nequam interruptionē demus, ſiquis ad verbū interpretari malit. Vulg. Nequod offendiculū demus, quaſi ſcriptum ſit σκάνδαλον vel πρόσκομμα, cuius effectum eſt εὐαγγελίου, vt ex Theophylacto annotauit Eraſmus. Sed quod ad ſententiam tamen attinet, nihil intereſt.

13 Ea quæ ex ſacrario ſunt, τὰ τοῦ ἱεροῦ. Ad verbum, Ex ſacrato, ſiue ex tēplo, μετωνυμικῶς, pro ex iis quæ in templo offeruntur. Eraſmus, Ex ſacrificio: id eſt ἐκ θυσίας, vel ἐξ ἱερείου, impropriè & nimium angusta ſignificatione: quum potius intelligantur decimæ, oblationes & primitiæ. Nam ad ſacrificia ipſa pertinet alterū membrum. Qui altari aſſident, οἱ τῷ θυσιαστηρίῳ παρεδρεύοντες. Vulg. Qui altari deſeruiunt. Eraſ. Qui ſacrario aſſiſtunt. Neuter videtur ſatis expreſſiſſe verbum παρεδρεύειν, quo ſignificatur hoc munus perpetuam aſſiduimque curā requiſiuiſſe, vt ſacerdotes quærendo alia ratione victui vacare non potuerint. Deinde Eraſmus impropriè conuertit θυσιαστήριον ſacrarium, quum eo vocabulo nihil aliud quàm βωμὸς declaretur. Cum altari participarem? τῷ θυσιαστηρίῳ συμμερίζονται. Id eſt, altaris ſunt ſocii in diuidenda victima? Nam συμμερίζεσθαι ita accipitur: & de altari loquitur per proſopopœiam, quòd vna pars velut ab altari ipſo vorabatur, ea nimirum quæ adolebatur: altera verò ſacerdotibus cedebat ex Lege. Etſi verò id quoque in profanarum gentium ſacrificiis obſeruabatur, tamen mihi ſit probabilius, Apoſtolum ad legalia ſacrificia in vtroque membro reſpexiſſe. Eraſmus, Vnā cum ſacrario partem accipiūt, diſcedēs certè ab Apoſtoli ſententia, ſi vocabula ipſa ſpectes: quum rectè omnino verterit Vetus interpres.

14 Ex Euangelio, ἐκ τοῦ εὐαγγελίου. Id eſt, ex eo quòd Euangelium prædicant. Vide Rom. 1. b. 9. Sic etiā paulo pòſt verſu 18. Cæterùm ſiquod etiam nobis altare & ſacrificium nunc ſupereſſet, vt volunt otioſi illi ſacrifici qui Miſſæ oblationem hodie defendunt, qui fit vt ſolius annuntiationis Euangelii meminerit Apoſtolus in iſta ſimilitudine accommodanda? Et quis eſt iſtorum pudor, qui quum nihil minus quàm Euangelium doceant, de quo etiam plerique eorum ne ſomniarunt quidem, audent tamen iſtam Pauli ſententiam ſuis manifeſtiſſimis ſacrilegiis prætexere?

16 Væ autem, οὐαὶ δέ. Vulg. Væ enim, οὐαὶ γάρ, quo modo etiam ſcriptum inuenimus in tribus codicibus.

18 Gratuitum, ἀδάπανον. i. pro quo nullus fiat ſumptus ab iis quibus illud annuntio. Vulg. obſcurè, Sine ſumptu. Nam ἀδάπανον paſſiuè accipitur, nec refertur ad verbum θήσω, ſed cohæret cum εὐαγγελιζόμενος. Deinde θήσω commodius videtur hoc in loco exprimi verbo conſtituendi, quàm ponendi vel efficiendi.

γλιον τοῦ Χριστοῦ, εἰς ὃ μὴ καταχρήσασθαι τῇ ἐξουσίᾳ μου ἐν τῷ εὐαγγελίῳ.

lium Christi, ᵛvt ne abutar iure meo in Euangelio.

lium, ut non abutar potestate mea in Euangelio.

Ἐλεύθερος γὰρ ὢν ἐκ πάντων, πᾶσιν ἐμαυτὸν ἐδούλωσα, ἵνα τοὺς πλείονας κερδήσω.

19 Nam quum liber sim ab omnibus, omnibus meipsum seruũ feci, vt plures lucrifaciã.

19 *Nam quũ liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci, ut plures lucrifacerem.*

Καὶ ἐγενόμην τοῖς Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖος, ἵνα Ἰουδαίους κερδήσω· τοῖς ὑπὸ νόμον, ὡς ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον κερδήσω·

20 Et factus sum Iudæis vt Iudæus, vt Iudæos lucrifaciam: iis qui sub Lege sunt, ‖ vt si essem sub Lege, vt eos qui sub Lege sunt, lucrifaciam:

20 *Et factus sum Iudæis tanquam Iudæus, ut Iudæos lucrarer: iis qui sub Lege sunt, quasi sub Lege essem. (quum ipse nõ essem sub Lege) ut eos qui sub Lege erãt, lucrifacerem:*

Τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος (μὴ ὢν ἄνομος Θεοῦ, ἀλλ' ἔννομος Χριστοῦ) ἵνα κερδήσω ἀνόμους.

21 Exlegibus vt exlex, (*ita tamen* vt non sim exlex Deo, sed ᵛsublex Christo) vt lucrifaciã exleges.

21 *Iis q̃ sine lege erãt, tãquã sine lege essẽ, quãquã sine Lege Dei nõ essẽ: sed in lege essẽ Christi, ut lucrifacerẽ eos q̃ sine lege erant.*

Ἐγενόμην τοῖς ἀσθενέσιν ὡς ἀσθενής, ἵνα τοὺς ἀσθενεῖς κερδήσω. Τοῖς πᾶσι γέγονα τὰ πάντα, ἵνα πάντως τινὰς σώσω.

22 Factus sum infirmis vt infirmus, vt infirmos lucrifaciam. omnibus factus sum omnia, vt ᵛomnino aliquos seruem.

22 *Factꝰ sũ infirmis infirmꝰ, ut infirmos lucrifacerẽ, omnibꝰ omnia factꝰ sũ ut omnes saluos facerem.*

Τοῦτο δὲ ποιῶ διὰ τὸ εὐαγγέλιον, ἵνα συγκοινωνὸς αὐτοῦ γένωμαι.

23 ᵛHoc autem facio propter Euangelium, ᵛvt vnà particeps eius fiam.

23 *Omnia autẽ facio propter Euangelium, ut particeps eius efficiar.*

Οὐκ οἴδατε ὅτι οἱ ἐν σταδίῳ τρέχοντες, πάντες μὲν τρέχουσιν, εἷς δὲ λαμβάνει τὸ βραβεῖον; οὕτως τρέχετε ἵνα καταλάβητε.

24 An ignoratis, eos qui in stadio currũt, omnes quidem currere, sed vnum accipere præmium? sic currite ᵛ vt comprehendatis.

24 *Nescitis quòd ij q̃ in stadio currunt, omnes quidẽ currunt, sed unus accipit brauium? sic currite ut comprehendatis.*

Πᾶς δὲ ὁ ἀγωνιζόμενος πάντα ἐγκρατεύεται. ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἵνα φθαρτὸν στέφανον

25 Porro ᵛquisquis certat, ᵛin omnibus est cõtinẽs. Illi quidẽ igitur vt ᵛperituram coronam

25 *Omnis autem qui in agone contẽdit, ab omnibus se abstinet, Et illi quidẽ ut corruptibilem coronam*

Vt ne abutar, ἵνα μὴ καταχρήσωμαι. Non est igitur res indifferens, sed abusus, ac proinde peccatum, si quis quippiam agat, etiam per se licitum, tamen vel cum detrimento gloriæ Dei, vel proximi offendiculo coniunctum, nedum vt Paulo tribuendum sit aliquod opus supererogationis.

10 Vt *si essem* sub Lege, ὡς ὑπὸ νόμον. Vulgata addit, Quum ipse non essem sub Lege, μὴ ὢν αὐτὸς ὑπὸ νόμον. quæ etiam reperimus in vno exemplari. Est autem Legis vocabulum ad eius partem. i. ad ceremonias, restringendum: vt etiam quum dicit se factum omnibus omnia, de rebus mediis tãtùm loquitur. Est autem rursus aliud exemplum quo verus Christianæ libertatis vsus ostenditur.

11 Sublex Christo, ἔννομος Χριστοῦ. Vulg. Quum sub lege essem Christi, & in altero membro, Quum sine Lege Dei non essem. Quædam enim exemplaria scribunt Θεοῦ & Χριστοῦ. Eras. Quũ non sim sine Lege Deo, sed obnoxius Legi Christi. Sententia verò plana est. Voluit emollire vocabulum illud ἄνομος Apostolus: itaque addit se ita esse ἄνομον vt tamen Dei mandata habeat pro vitæ regula, sed quatenus illis cum Euangelio conuenit, quod videlicet ceremonias abolet. Itaque Deo & Christo malui interpretari, sicut & omnes fere Græci codices habẽt. Ambrosius ἔννομον non ineleganter Sublegẽ vertit, vt paronomasiã seruaret, quẽ etiã sum sequutus.

22 Omnino aliq. πάντως τινάς. i. in omnes velut formas me mutaui, vt omni ratione aliquos seruarẽ. Vulg. Vt omnes, ἵνα πάντας. i. vt quosuis, seu ex omni hominũ genere aliquos. Repugnãt tamẽ cõstanter nostri codices.

23 Hoc autem, τοῦτο δέ. Vulg. Omnia autem, πάντα δέ, vt etiam habet Chrysostomus Græcus. Vt vnà particeps eius fiam, ἵνα συγκοινωνὸς αὐτοῦ γένωμαι. Id est, vt & ipse ex Euangelio cum iis quibus illud annũtio, fructum percipiam: quod futurum non erat si ab aliis exigerem quod ipse non præstem.

24 Vt, ἵνα. Vt πλεκτῶς, non ὥστε ὑποπλοκῆς.

25 Quisquis certat, ὁ ἀγωνιζόμενος. Id est certare solet, siue gymnasticen exercet. Vide suprà, versu 7. Vulg. Qui in agone contendit. In omnibus est cont. πάντα ἐγκρατεύεται. Exquisitissima quædam erat gymnastarum dicta, quam designat Apostolus, admodum apposita similitudine vtens, quum tota Græcia istis certaminibus vacaret, inter quæ erant Isthmia quæ Corinthi celebrabantur. In eo verò sum sequutus Cyprianum quòd ἐγκρατεύεται conuerti Cõtinens est, pro quo Vetus interpres habet, Ab omnibus se abstinet, πάντων ἀπέχεται, & Eras. Per omnia tẽperans est, πάντα συμφορεῖ. Ideo autẽ Apostolus tẽperantiæ meminit in accõmodãda ista similitudine: quòd qui idolothytis sine exceptione vesci volebãt, planè intẽperantiã suã proderẽt, quũ cibũ præferrẽt proximi saluti: quòd etiã spectãt sequẽtia. Peritura, φθαρτόν. Huc pertinet illud Archiæ epigrãma,

Τέσσαρες εἰσὶν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱεροί,
Οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων
Ζηνὸς, Ἀπόλλωνος, Παλαίμονος, Ἀρχεμόρου.
Ἆθλα δὲ θνητῶν, φοίνικες, μᾶλα, σέλινα, πίτυς.

Id est, interprete Alciato,

Sacra per Argiuas certamina quatuor vrbes
Sunt, duo facta viris, & duo cælitibus:
Vt Iouis, & Phœbi, Melicertæque, Archemorique.
Præmia, oliua ster, poma, apium, picea.

λείωσιν, ἡμεῖς δὲ ἄφθαρτον.

accipiant, *ſunt continentes*: nos autem, vt incorruptam.

accipiant, nos autem incorruptam.

Ἐγὼ τοίνυν οὕτω τρέχω, ὡς οὐκ ἀδήλως· οὕτω πυκτεύω, ὡς οὐκ ἀέρα δέρων.

16 Ego igitur ita curro vt non in incertum: ſic pugilem ago, vt aerem non cædens.

16 *Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertum: ſic pugno, nō quaſi aerem verberans.*

Ἀλλ' ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγῶ, μήπως ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι.

17 Sed contundo corpus meū, & in ſeruitutem redigo: nequo modo, quum aliis prædicarim, ipſe reprobus fiam.

17 *Sed caſtigo corpus meū, & in ſeruitutem redigo: ne fortè quū aliis prædicauerim, ipſe reprobus efficiar.*

Κεφάλαιον ι

CAP. X.

CAP. X.

Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί, ὅτι οἱ πατέρες ἡμῶν πάντες ὑπὸ τὴν νεφέλην ἦσαν, καὶ πάντες διὰ τῆς θαλάσσης διῆλθον

1 NOlim autem vos ignorare fratres, ‖Patres noſtros omnes ſub illa nube fuiſſe, ‖& omnes per mare tranſiuiſſe:

1 *NOlo enim vos ignorare fratres, quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt:* Exo.13.d.18 num.9.c.18 Exo.14.c.22

Καὶ πάντες εἰς τὸν Μωσῆν ἐβαπτίσαντο ἐν τῇ νεφέλῃ καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ.

2 Et ‖omnes in Moſen baptizatos eſſe nube & mari:

2 *Et omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube & in mari:* Exo.16.d.28

Καὶ πάντες τὸ αὐτὸ βρῶμα πνευματικὸν ἔφαγον

3 ‖Et omnes eandem eſcam ſpiritualem ediſſe:

3 *Et omnes eandem eſcam ſpiritualē meditauerūt:* Exo.17.b.6 num.10.b.18 & 21.b.16

17 Contundo, ὑπωπιάζω. Sic legitur in codicibus impreſſis, & Græcis ſchollis. Nos de hoc verbo diximus Luc.18.a.5. Vetuſta tamen exemplaria leguni ὑποπιάζω: & nonnulli rurſus ex veteribus (vt Clemens lib. στρωμ.3, & Nāzianz. ἐν Εὐτυμιανῷ) legunt ὑποτίζω, id eſt deiectum opprimo, eadem tranſlationis ratione. Sed tamen τὸ ὑπωπιάζειν melius cōuenit pugili, vt τὸ ὑποπατεῖν luctatori. Vulg. Caſtigo. Eraſmus, Subiicio. Corpus meum, τὸ σῶμά μου. Id eſt veterem hominem Spiritui repugnantem. Vtitur autem corporis nomine, quoniam quæſtio erat de cibis propoſita. Reprobus, ἀδόκιμος. Reprobū opponit probato, cum videlicet quē experientia oſtenderit non talem eſſe qualem eſſe oportebat, quum præſertim aliis præſcriberet probatæ vitæ regulam. Sic vſurpatur idem vocabulum 2. Cor.13.b.6. Sic argentum reprobum dicitur Ierem.6.g.30, & reproba terra. Inepti ſunt igitur qui ex hoc loco effici volunt non eſſe firmā electionem, quibus hoc oppono quod ſcribit noſter Apoſtolus Rom.8.f.38. Non pugnat ergo Apoſtoli ſolicitudo cum electionis firmitate, ſed ab ea potius dependet. Nam ſicut firma eſt & certa perſeuerantia electorum, ita conſtituit Dominus vt hac pia ſolicitudine foueatur. Deindè quod eſt iſtud argumēti genus? Laborauit Paulus ne reprobus fieret. ergo reprobus fieri potuit. Sic enim etiam liceat colligere Chriſtum potuiſſe non mori, quia rogauit vt calix ille à ſe tranſiret, & ſimilia infinita quibus nihil abſurdius fingi poteſt.

IN CAPVT X.

1 Nolim autem, οὐ θέλω δέ. Vulgata, Nolo enim, οὐ θέλω γάρ, vt legit etiam Ambroſius, conſentientibus vetuſtis nonnullis codicibus. Ego tamen malo legere δέ. Eſt autem μιμνῄσκεσθαι Hebraica in hoc dicendi genere, pro, Velim autem vos hoc in primis expendere. Sed quorſum hæc, dices, ab Apoſtolo ſcribuntur hoc loco? Nempe quæſtio erat de eſu idolothytorum. Reſponderat Apoſtolus, etiamſi per ſe in genere licita eſſent, tamen propter circunſtantias non ſimpliciter eſſe iis veſcendum, propter offendiculum proximi, cuius ſalutis cauſa nobis non modò graue eſſe non debet libertati noſtræ renuntiare, ſed etiā prorſus nefas eſt non renūtiare. quod ſuo in primis exemplo probauit, idque in re quæ non modò licita, ſed etiā penè neceſſaria videri poterat. Addiderat deinde exhortationem ad temperandas omnes cupiditates, ac in primis quidem ad frænandam gulam. Videbat enim Corinthios, etiamſi alia præterexerent, hoc tamen vitio in primis ad illam libertatem promiſcuè retinendam impelli. Nunc igitur in hoc argumentum ingreſſus, horrenda exempla iis proponit, in eos edita qui quum & ipſi eſſent ex Dei populo & eaſdem ſalutis teſſeras haberent, tamen dum ventri obſequuntur, excluſi ſunt à fœdere. Addit etiam, vt argumentum iſtud amplificet, hoc gulæ vitium multa alia grauiſſima ſecum trahere. Denique propius tandē ad rem accedit, & oſtendit aliquod eſſe cōuiuiorum genus quibus nullo modo licet ipſis intereſſe: ea videlicet quæ in idolorum honorem celebrabantur, & appendices erant ipſorum ſacrificiorum: quod fieri ſanè non poterat quin idololatria publico teſtimonio comprobaretur. Vtinam verò hanc doctrinam hodie expenderent tum ii qui omnia habēt pro indifferentibus, tum etiā qui præpoſteri zeli ſpecie, ſed reuera ſola gula & luxu impulſi, de ſua libertate nihil, vt proximos Domino lucrifaciant, remittunt. Patres noſtros, οἱ πατέρες ἡμῶν. Sic loquitur Paulus, fœdus ipſum non autem perſonas, niſi in genere, conſiderans. Sub illa nube, ὑπὸ τὴν νεφέλην. Hiſtoria ſatis erat celebris & omnibus nota. Ideo addidit articulum cuius vis eſt δεικτικήν.

1 In Moſen, εἰς Μωσῆν. i. Moſeillis præeunte, vel (vt alii volunt) in Legem Moſaicā. Sic dicūtur credidiſſe Iehouæ & Moſi ſeruo eius, id eſt credidiſſe Iehouæ per os Moſis loquenti, Exo.14.d.31, & 19.b.9. Auguſtinus verò enarrans Pſal.77, perinde legit acſi εἰς Μωσῆν ſcriptum eſſet pro ἐν Μωσῇ, id eſt per Moſen. quam enallagen ſæpe annotauimus. Vide Act.19.a.3. Baptizatos eſſe, ἐβαπτίσαντο. Media terminatio pro paſſiua ἐβαπτίσθησαν. Intellige verò baptizatos omnes fuiſſe, ſed ita vt ſola ſymbola, nempe nubes & mare, fuerint omnibus promiſcuè communia, non autem res ipſa: ſed tamen ipſorum, non Dei, culpa. Pertinet enim illud ad Apoſtoli argumentum, qui totus eſt in eo vt doceat externam profeſſionem nihil eſſe niſi vetus homo exuatur, ac proinde niſi reuera gloriæ Dei & ſaluti proximorum ſtudeatur. Nube, ἐν τῇ νεφέλῃ. Abundat præpoſitio, vt diximus Matth.3.c.11.

3 Eandem, τὸ αὐτό. Eandem videlicet atque nos: quia eadem fuit veterum ſacramentorū & noſtrorū ſubſtantia, ſicut vel ex eo apparet quòd Paulus illis noſtrorū & noſtris viciſſim illorum nomina accōmodat, vt hoc loco, & ſuprà, cap.5.c.7, & Phil.3.a.3, & Coloſſ.2.b.11. Eſcam ſpiritualem, βρῶμα πνευματικόν. Mannam

vocat eſcam ſpiritualem,eam videlicet conſiderans vt ſacramentum: quanuis qui fidei os non adferebant, nihil ſpirituale comedebant, ſed externum ſignum duntaxat:quibus tamen nihilominus manna adferebatur à Deo vt eſca ſpiritualis, quum hominis infidelitas non poſſit irritam facere Dei promiſſionem. Spiritualis igitur eſca dicitur manna, quòd mannæ ſymbolo offerretur aliquid minimè terrenum, ſed planè cæleſte,& quod ſolius Spiritus vi(id eſt fide)conſpici & edi poterat,nimirum Chriſtus,ſuo quidem tempore exhibendus,ſed iam tum piis præſens & efficax,qui eum venturum fide amplectebantur. Eadem ratio eſt ſpiritualis potus. Quòd autem nonnulli particulam ΕΑΝΔΕΜ ad patres referunt,qui dicantur omnes eadem ſacramenta habuiſſe,prorſus repudiandum eſt. Etſi enim ita ſe res habet, quorſum tamen Apoſtolus Baptiſmi nomen ad eos transferret,& cur ad Chriſtum vſque aſſurgeret, niſi vt & illos & nos doceat, eadem ſacramenta non ſignis quidem ſed reipſa habere, ac proinde nobis non magis quàm illis profutura ſi ingrati fuerimus, quum reipſa vnus populus ſimus? Et certè niſi ita hunc locum explices,non erit firma Pauli conſequutio. At enim,dices, quomodo idem hic potus dicitur. nam ſi ſigna ipſa ſpectes, diuerſa fuerunt eorum ſigna à noſtris: ad rem autem ipſam hoc referri non poteſt,quũ dici non poſſint omnes fuiſſe Chriſti verè participes. fuiſſent enim ſeruati. Reſpondeo, eundem tamen potum ſpiritualem dici,quoniam & ipſe,vt hodie noſter,ſacramenti rationem habebat,& idem Chriſtus fruendus proponebatur, quanuis ſigna ſint diuerſa.

Καὶ πάντες ὃ αὐτὸ πόμα πνευματικὸν ἔπιον. ἔπινον γὰρ ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας· ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός.

4 Et omnes eundem potum ſpiritualem bibiſſe. ‖ Bibebant enim ex ſequẽte ſpirituali Petra: Petra verò erat Chriſtus.

4 *Et omnes eundẽ potum ſpiritualem biberunt. bibebant autem de ſpirituali conſequẽte eos petra: Petra aũt erat Chriſtus.*

Ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν εὐδόκησεν ὁ Θεός. κατεστρώθησαν γὰρ ἐν τῇ ἐρήμῳ.

Num.16.g.65

5 Sed pleroſque illorum non approbauit Deus. ‖proſtrati ſũt enim in deſerto.

5 *Sed nõ in pluribus eorum beneplacitum eſt Deo: nam proſtrati ſunt in deſerto.*

Ταῦτα δὲ τύποι ἡμῶν ἐγενήθησαν, εἰς τὸ μὴ εἶναι ἡμᾶς ἐπιθυμητὰς κακῶν, καθὼς κἀκεῖνοι ἐπεθύμησαν.

Num.11.d 4.e 16.g 64

6 Hæc autem typi noſtri fuerunt, vt ne concupiſcamus res malas, ‖ſicut illi concupierunt.

6 *Hæc autẽ in figura facta ſunt noſtri, ne non ſimus cõcupiſcentes malorũ. ſicut & illi concupierunt.*

Μηδὲ εἰδωλολάτραι γίνεσθε, καθώς τινες αὐτῶν· ὡς γέγραπται, Ἐκάθισεν ὁ λαὸς φαγεῖν καὶ πεῖν, καὶ ἀνέστησαν παίζειν.

psal.106.c.14 Exo.32.b.6

7 Ne igitur idololatræ ſitis, ſicut quidã eorum, vt ſcriptũ eſt, ‖ Sedit populus ad edẽdum ac bibendum, & ſurrexerũt ad ludendum.

7 *Neque idolorũ adores efficiamini ſicut quidam exipſis, quẽadmodũ ſcriptũ eſt, Sedit populus mã ducare & bibere, & ſurrexerunt ludere.*

Μηδὲ πορνεύωμεν, καθώς τινες αὐτῶν ἐπορνεύσαν, καὶ ἔπεσον ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ εἰκοσιτρεῖς χιλιάδες.

Num.25.c.9

8 Neque ſcortemur, ‖ſicut quidam eorum ſcortati ſunt, & ceciderunt vno die vigintitria millia.

8 *Neq; fornicemur, ſicut quidam exipſis fornicati ſunt, & ciderunt vna die vigintitria millia.*

4 Bibebant enim, ἔπινον γάρ. Vulgata, Bibebant autem, ἔπινον Ν, contra omnium noſtrorum codicũ fidem: fortaſſis autem alluſit Paulus ad Eſaiæ locum 43.c.20. Ex ſequente, ἀκολουθούσης. Vel obſequente, Iſraelitarũ videlicet voluntati ac deſiderio, vt Photius exponit. Simplicior tamẽ videtur expoſitio ſi hoc referas ad riuum ex rupe profluentem, qui populum ſit comitatus, ecſi rupes ipſa eos eſſet ſequuta. Nam ſi fuiſſet hoc vnius dici beneficium, poſtridie fuiſſet iterum percutienda rupes in illo arido deſerto. Sed & ipſi Hebræi ſic tradunt, nec aliter explicat Chaldæus paraphraſtes Numer.21.b.16. Spirituali Petra, τῷ πνευματικῷ πέτρᾳ. Non poſſum iis aſſentiri qui hoc referunt non ad ſymbolum, ſed ad rem ipſam, id eſt ad Chriſtum ipſum, aſſiduum Iſraelitarum comitem, qui dicatur Petra ſpiritualis, quoniam per petram ſpiritualiter adumbrabatur. Primùm enim hæc expoſitio coacta eſt: deinde, niſi Chriſtum ſepares à ſua virtute viuifica, neceſſe eſt falſò dici omnes ex ſpirituali Petra(id eſt ex Chriſto) bibiſſe, quum Chriſtus nõniſi fide ac proinde à ſolis fidelibus potuerit percipi: quanuis interim etiam infidelibus hæc Petra, ſi Dei ordinationem ſpectes, ſacramentum (id eſt ſpiritualis Petra) eſſe non deſineret. Erat, ἦν. Id eſt ſacramentaliter ſignificabat, συμβολικῶς, vt explicat Auguſtinus contra aduerſarium Legis lib.10.cap.6,id eſt ita vt verè adiuncta eſſet rei veritas, quatenus videlicet Deus non nudum ſignum, ſed etiam rem ipſam ſignificatam offert fide ſpiritualiter percipiendam, ſiue accipiatur, ſiue repudietur. Vide Matth.16.c.16.

5 Non approbauit, οὐκ εὐδόκησεν. Vide Matth.3.d.17.

6 Typi noſtri, τύποι ἡμῶν. Vulgata, Hæc autem in figura facta ſunt noſtri. Eraſmus, Hæc autem figuræ noſtri fuerunt. quæ expoſitiones aditum patefaciunt imperitis quibuſdam, ex hoc loco colligentibus, in veteri populo ſacramenta fuiſſe duntaxat figuratiua, (vt loquũtur) non autẽ exhibitiua: quaſi videlicet Iſrael nõ fuerit vera Eccleſia, ſed veræ dũtaxat Eccleſiæ vmbra & figura: vnde infiniti poſtea errores exorti. quũ tamen Paulus hæc dicat typos fuiſſe, non tã Iſraelitarũ quàm noſtri reſpectu, quorũ ſacramẽta ſunt illis veteribus adumbrata. Sic manna fuit ipſis Iſraelitis ſacramentum veri illius panis cæleſtis: nobis autem typus panis quem frangimus. Sic fuit Circunciſio iiſdem illis ſigillum iuſtitiæ fidei, noſtri autem reſpectu typus noſtri Baptiſmi. Idem de Paſchate & aliis ceremoniis ſtatuendum eſt, quibus omnibus ſucceſſerunt duo noſtra ſacramenta. Quamobrem & Apoſtolus illos dixit fuiſſe in nube & mari baptizatos, quoniam illum Baptiſmum noſtrum adumbrarunt. Sed alii typi fuerunt ordinarii, vt illi de quibus diximus: alii velut accidentales, vt nubes & tranſitus maris, quo ſemel tantùm vſus eſt Deus. Mirè autem conuenit hic typus noſtro ſacramento. Aqua enim aquæ reſpondet, vtrinque etiam interuenit merſio & emerſio. Nubes denique vim cæleſtem Spiritus adumbrat.

8 Vigintitria millia, εἰκοσιτρεῖς χιλιάδες. Apud Moſen legimus vigintiquatuor millia, Num.25.c.9. exemplarium fortaſſis vitio. ſed in reipſa nihil variãt. Cæterùm quòd poſt ἔπεσον ſubiunxit γάρ St, deinde πορνεύωμεν, poſtea γεγράπται, factum eſt ex Hebræorum idiotiſmo, qui modos & tempora & perſonas frequentiſſimè permutant.

Μηδὲ ἐκπειράζωμεν τὸν Χριστὸν, καθώς τινες αὐτῶν ἐπείρασαν, καὶ ὑπὸ τῶν ὄφεων ἀπώλοντο.

9 Neque tentemus Chriſtum, ſicut quidã eorum tentarunt, & à ſerpentibus perierunt.

9 Neque tentemus Chriſtum: ſicut quidã eorũ tentauerunt, & à ſerpentibus perierunt. Num.21.b 6 pſal.106.c.14

Μηδὲ γογγύζετε, καθώς τινες αὐτῶν ἐγόγγυσαν, καὶ ἀπώλοντο ὑπὸ τοῦ ὀλοθρευτοῦ.

10 Neque murmurate, ſicut quidam eorum murmurarũt, & perierunt ab exterminatore.

10 Neque murmuraueritis ſicut quidam eorum murmurauerunt, & perierũt ab exterminatore. Num.14.f.37 ing.8.c.14

Ταῦτα δὲ πάντα τύποι συνέβαινον ἐκείνοις· ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησεν.

11 Hæc autem omnia typicè euenìebant eis: ſcripta verò ſunt ad noſtri admonitionem, in quos fines ſeculorũ occurrerũt

11 Hæc autẽ omnia in figura contingebãt illis: ſcripta ſunt autẽ ad correptionẽ noſtram, in quos fines ſeculorum deuenerunt.

Ὥστε ὁ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ.

11 Itaque qui ſibi videtur ſtare, videat ne cadat.

11 Itaque qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat.

Πειρασμὸς ὑμᾶς οὐκ εἴληφεν εἰ μὴ ἀνθρώπινος· πιστὸς δὲ ὁ Θεός, ὃς οὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δύασθε, ἀλλὰ ποιήσει σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν, τοῦ δύνασθαι ὑμᾶς ὑπενεγκεῖν.

13 Tentatio vos non cepit, niſi humana: fidelis autẽ eſt Deus qui non ſinet vos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed præſtabit vnà cum tentatione etiam euaſionem, vt poſſitis ſufferre.

13 Tentatio vos non apprehẽdit, niſi humana: fidelis autem Deus eſt, q̃ non patietur nos tentari ſupra id quod poteſtis: ſed faciet etiam cum tentatione prouẽtũ, ut poſſitis ſuſtinere.

Διόπερ, ἀγαπητοί μου, φεύγετε ἀπὸ τῆς εἰδωλολατρείας.

14 Quapropter, dilecti mei, fugite ab idololatria.

14 Propter quod chariſſimi mihi, fugite ab idolorum cultura.

Ὡς φρονίμοις λέγω· κρίνατε ὑμεῖς ὃ φημι.

15 Vt peritis loquor: iudicate vos quod aio.

15 Vt prudentibus loquor: nos ipſi iudicate q̃d dico.

Τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας ὃ εὐλογοῦμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ ἐστι; τὸν ἄρτον ὃν κλῶμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ ἐστιν;

16 Poculum benedictionis cui benedicimus, nónne communio ſanguinis Chriſti eſt? panis quem frangimus, nónne communio corporis Chriſti eſt?

16 Calix benedictionis cui benedicimus, nónne cõmunicatio ſanguinis Chriſti eſt? & panis quem frangimus, nónne participatio corporis Domini eſt?

9 Chriſtum, τὸν Χριστόν. Ergo Chriſtus eſt hodie, & heri fuit. Tentare autem Chriſtum eſt eum velut ad certamen prouocare, vt infrà Apoſtolus ipſe explicat v. 22. quod ii ſanè faciunt in primis qui eius cognitione abutentes, eam ſuis cupiditatibus prætexunt. Locus inſignis, & hoc noſtro miſerrimo tempore iis in primis neceſſarius qui Euangelii lucem conuertunt in tenebras, iuſto Chriſti furore ipſos perſequente. Quidam eorum, καί τινες αὐτῶν. Abundat ς vt in καθώς, ſuprà, v. 6, & in proximo quoque: adeo vt in quibuſdam etiã codicibus deſit: ſic Ioh. 8. c. 15, & infrà, 15. d. 11. Sed & in nonnullis exẽplaribus legitur αὐτῶν, cum: ſed perperam. quocunque tamẽ modo hæc legas, ad Chriſtũ referuntur. Nam planè durum fuerit poſt ἐπείρασαν ſubaudire τὸν Θεὸν, Deum. A ſerpentibus perierunt, ὑπὸ τῶν ὄφεων ἀπώλοντο. Sic rectè Vulg. vt non fuerit neceſſe mutare in Extincti ſunt. Plinius, M. Marcello circa mortẽ, quum periit ab Annibale, recur in extis defuit.

10 Ab exterminatore, ὑπὸ τοῦ ὀλοθρευτοῦ. Heb. המשחית, Exo. 12. d. 23, ſiue de bono ſiue de malo Angelo accipias, cuius miniſterio Dominus iudicium ſuum exequatur cum vltimo impiorum exitio. Græci porro ὀλοθρευτὴν vocant quem poetæ Latini Furiarum nomine deſignant.

11 Typicè, τυπικῶς. Id eſt τυπικῶς, vt in duobus codicibus veteſtis ſcriptum inuenimus. Vulgata, Hæc autem omnia in figura contingebant eis-Eraſmus, Hæc autem omnia figuræ cõtigerunt eis. Vide ſuprà, v. 6.

Fines, τὰ τέλη. Idcirco hi dies vocantur nouiſſimi, & verè ætas Chriſti aduentum conſequuta, dici poteſt ſeculorum perfectio ac complementum.

12 Qui ſibi videtur, ὁ δοκῶν. Iterum τὸ δοκεῖν vanam illam & arrogantem ſecuritatem declarat, eam videlicet quæ non Dei promiſſione, ſed ſtulta opinione nititur. Nam alioquin is demum fidelis eſt qui in Dei promiſſiones ſecurus incumbit, Apoſtoli exemplo, Rom. 8. g. 38. Neque verò hæc ſecuritas torporem, ſed piam ſolicitudinem: pium inquam illum timorem ac tremorem gignit, quibus alitur perſeuerantia in fide, & magis ac magis fidelium animi de ſua vocatione & electione certiores fiunt, 2. Pet. 1. a. 5, vſque ad verſ. 11. Cæterùm Apoſtolus his verbis paulatim ad quæſtionem propoſitam redit, & iſtud vitium ex eo ipſo fonte manare docet ex quo etiam ſuperiora, nempe quòd Corinthii ſibi viderentur omniũ ſapientiſſimi: quod ipſo ſtatim initio propoſitæ quæſtionis expreſſerat, Suprà, 8. a. 1. Sed tamen obiurgationem mitigat, quũ eos ſtare confitetur, ſed monet vt hoc Dei beneficium pia ſolicitudine retineant. Non diſſimulat tamen eos, quum ſacrificiis idololatrarũ intereſſe ſuſtinuiſſent, quaſi eouſque pertingeret Euãgelica libertas, à Satana fuiſſe deceptos: ſed bono animo eſſe iubet, quoniam locus eſt reſipiſcentiæ.

13 Tentatio, πειρασμὸς. Et humanam dicit tentationem quæ ab imbecillitate proficiſcitur.

Capit, λήψεται. Quædam exemplaria Veteris editionis & Ambroſius quoque ſcriptum habent apprehendat, ſed corrupté. Præſtabit euaſionem, ποιήσει τὴν ἔκβασιν. Idem, inquit, ille qui vos tentari voluit veſtri boni cauſa, aditum faciet ad euadendum. Vulgata, Faciet prouentum, id eſt ſucceſſum. Nam proculdubio ſignificat Apoſtolus fore vt tentatio in bonum cedat, vt Rom. 8. verſu 28. Eraſmus, Faciet euentũ. Ego mallem Exitum interpretari, cum Hieronymo in Ionam, & Auguſtino in Pſal. 61, & epiſt. 89, vt annotauit Eraſmus. Sed tamen ſequutus ſum quod maximè videtur accommodatum.

14 Dilecti mei, ἀγαπητοί μου. Complutenſis editio addit ἀδελφοί, fratres.

Benedictionis, τῆς εὐλογίας. Id eſt gratiarum actionis, ſiue quod adhibetur in ſolenni illo epulo quo

Domino gratias agimus: vnde etiam Eucharistia dicitur. Cui benedicimus, τὸ εὐλογοῦμεν. Id est, quod cum gratiarum actione sumimus, vt interpretatur Chrysostomus. Sed nusquam legi εὐλογεῖν translatiuè vsurpatum pro gratias agere. de quo verbo pluribus diximus Mat. 5. g. 44. Item 15. c. 36. Itē 16. c. 34. Item Luc. 9. b. 16, vbi eadem constructione ac significatione accipitur atque hoc in loco, quanuis in diuersum finem. Puto enim εὐλογεῖν idem hic declarare atque infinitis locis Veteris testamenti בָּרַךְ, id est κατεύχεσθαι καὶ καθιερῶσαι, sanctificare seu cō secrare, quia nimirum recitata & exposita Dei ordinatione, panis & vinum huic vsui sacro destinantur, vt sint veri & naturalis corporis & sanguinis Christi sacramenta, id est symbola ac tesserae, & ita quidem vt id etiam quod significatur, verè nobis spiritualiter participandū offeratur. Quia verò cū Dei laude & solēni gratiarū actione coniuncta est tota hæc actio, idcirco Paulum existimo verbo εὐλογεῖν rem totam significasse: vt meo quidem iudicio Œcumenius planè & breuiter exposuerit εὐλογητὸν, id est τὸ ἀναγορεύσεως καὶ παινέσεως ἄξιον, id est quod cū laude & gratiarū actione adornam'. quod moneo, nequis nos putet Cōsecrationis vocabulo magicā aliquā incantationem intelligere. Communio, κοινωνία. Id est, efficax tessera (fideles enim alloquitur Paulus) nostræ cum Christo coniunctionis atque adeo incorporationis, μετουσιωτικὸς, sicut Euangelium dicitur potentia Dei, id est efficax Dei instrumentum, Rom. 1. b. 16, & suprà, 1. c. 18. Vulgata, Participatio, repugnante Chrysostomo, qui communionem plus esse dicit quàm participationem: quòd ad hanc, inquit, satis sit partem habere, ad illam autem requiratur vt prorsus vniamur, atque totum id percipiamus quod nostræ fidei offertur. Panis quem, τὸν ἄρτον ὃν pro ἐφ' ᾧ ὃν. Similem loquutionem annotauimus Mat. 11. d. 42, & Act. 10. c. 36.

17 Ὅτι εἷς ἄρτος, ἓν σῶμα οἱ πολλοί ἐσμεν· οἱ γὰρ πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέχομεν.

17 Quoniam vnus panis, vnum corpus multi sumus: nam omnes vnius panis simus participes.

17 *Quoniam vnus panis, vnū corpus multi sumus: nam omnes de vno pane participamur.*

18 Βλέπετε τὸν Ἰσραὴλ κατὰ σάρκα· οὐχὶ οἱ ἐσθίοντες τὰς θυσίας, κοινωνοὶ τοῦ θυσιαστηρίου εἰσί;

18 Videte Israelem [qui est] secundum carnem: nónne qui edunt victimas, [participes] sunt altaris?

18 *Videte Israelem secundum carnem: nónne q edunt hostias, participes sunt altaris?*

19 Τί οὖν φημι; ὅτι εἰδωλόθυτόν τί ἐστιν, ἢ ὅτι εἴδωλόν τί ἐστιν;

19 Quid ergo dico? idolum aliquid esse, aut quod idolis immolatum est, aliquid esse?

19 *Quid ergo dicā? quòd idolum immolatum sit aliqd? aut quòd idolū sit aliqd?*

20 Ἀλλ' ὅτι ἃ θύει τὰ ἔθνη, δαιμονίοις θύει, καὶ οὐ Θεῷ· οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς κοινωνοὺς τῶν δαιμονίων γίνεσθαι.

20 Imò illud dico, quæ immolare Gentes, dæmoniis immolant, & non Deo: nolim autem vos participes dæmoniorum esse.

20 *sed quæ immolant Gētes, dæmoniis immolant, & non Deo: nolo autem vos socios fieri dæmoniorum.*

21 Οὐ δύνασθε ποτήριον Κυρίου πίνειν καὶ ποτήριον δαιμονίων· οὐ δύνασθε τραπέζης Κυρίου μετέχειν καὶ τραπέζης δαιμονίων.

21 Non potestis poculum Domini bibere, & poculū dæmoniorum: non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorum.

21 *Non potestis calicem Domini bibere, & calicē dæmoniorū: non potestis mēsæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorū.*

18 Qui est secundum carnem, κατὰ σάρκα. Addidi Qui est, ne Secundum carnem connecti possit cum verbo βλέπετε. Vocat autem Israelitas secundum carnem, eos qui externis sacrificiis & ceremoniis adhuc vacabāt, quæ seorsim à Christo & per se existimata, dicuntur sanctificationes & iustificationes carnis, quòd ad animum vsque non pertingant, Heb. 9. c. 10, & d. 13. De illis autem Israelitis ac non de sanctis illis patribus agi qui ex fide olim sacrificarant, apparet vel ex eo quòd Apostolus dicit κοινωνοί εἰσιν, non κοινωνοὶ ἦσαν, Participes sunt, non autem, Participes erant vel fuerunt. Participes sunt altaris: κοινωνοὶ τῷ θυσιαστηρίου εἰσί; Id est, eiusdem cultus ac sacrificii sunt conscii, siue in eodem sacrificio consortes ac socii, ac eius quasi vinculo in eadem religione copulati. Nam Altaris appellatione ipsum cultum accipio qui in altari exhibebatur: quomodo etiam ver. 21, accipitur Mensæ nomen pro conuiuio quod illic agitabatur, atque adeo pro ipsius conuiuii fine ac scopo, nimirum vt is pro Deo agnosceretur cuius honori sacrū erat conuiuium. Cæterùm perinde hoc intelligo ac si Apostolus dixisset, Vobis Corinthiis religio esset in Hierusalē sacrificare cum Iudæis, qui illic adhuc veteri ritu sacrificant. Quamobrem id verò? Quia nimirū existimatis eos omnes qui his sacrificiis intersunt, eiusdem sacrificii esse consortes, ac proinde vno consensu Christi sacrificium, quantum in se est, irritum facere. Cur non idem multo magis statuitis de profanis idololatrarum sacrificiis? Alios scio aliter explicare: sed hoc dixi quod mihi visum est maximè appositum.

20 Participes dæmoniorum esse, κοινωνοὺς τῶν δαιμονίων γίνεσθαι. Id est, cum dæmoniis quicquam habere commune, aut in eam societatem coire quæ dæmoniorum auspiciis coit. Alludit enim Apostolus ad corporis Domini communicationem, quum alioquin Gentes minimè dicerent se fieri deorū suorum participes, vt nos Christiani verè dicimus nos in cœna Dominī cum Christo in vnum corpus coalescere. Dæmoniorum autem appellatione diabolos intelligo, ex Scripturæ consuetudine, ad quam probabile sit Paulum potius respexisse quàm ad Græcorum morem, qui δαίμονας nomen etiam in laude vsurpabant: vnde poculum quod ipsi ἀγαθοῦ δαίμονος vocabant.

21 Poculum dæmoniorum, ποτήριον δαιμονίων. Hinc sumpsit hanc dicendi formulam Apostolus quòd solerent profanæ quoque gentes Gentes festa sua conuiuia libationibus & eius diui laudibus claudere cui sacrificatum fuerat, vt pulchrè describit Virg. lib. Æneid. 8, vbi inquit,

Postquam exempta fames, & amor compressus edendi,
Rex Euander ait, Non hæc solennia nobis,
Has ex more dapes, hanc tanti numinis aram
Vana superstitio veterúmve ignara deorum
Imposuit. sæuis, hospes Troiane, periclis

Seruati, facimus, meritóſque nouamus honores.
Et tandem,
Quare agite ô iuuenes, tantarum in munere laudum
Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris,
Communémque vocate deum, & date vina volentes.

Eiuſmodi igitur ceremonias Paulus cõfert cum Cœna Domini, vt Corinthios pudeat eiuſmodi conuiuia in rẽbus mediis numerare, quibus intereſſe non poſſent quin cum manifeſtè blaſphemiis ſocietatem coirent, & adhibitis aliis ſymbolis, Cœnæ, id eſt communicationi Chriſti, renuntiarent.

Ἢ παραζηλοῦμεν τὸν Κύριον; μὴ ἰσχυρότεροι αὐτοῦ ἐσμεν;	22 Nõne prouocamꝰ ad irã Dominũ? nũ validiores eo ſumus?	22 *An æmulamur Dominum? Nunquid fortiores illo ſumus?*
Πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει· πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα οἰκοδομεῖ.	23 ¶Omnia mihi licent, at non omnia conferunt: omnia mihi licent, ſed non omnia ᵛædificant.	23 *Omnia mihi licant, ſed non omnia expediunt: omnia mihi licant, ſed non omnia ædificant.* *Supra, 6.c.12. eccli.37.d.38*
Μηδεὶς τὸ ἑαυτοῦ ζητείτω, ἀλλὰ τὸ τοῦ ἑτέρου ἕκαστος.	24 Nemo quod ſuũ eſt quærat, ſed quiſque quod alterius eſt.	24 *Nemo quod ſuũ eſt quærat, ſed quod alterius.*
Πᾶν τὸ ἐν μακέλλῃ πωλούμενον ἐσθίετε, μηδὲν ἀνακρίνοντες διὰ τὴν συνείδησιν.	25 Quicquid inᵛ macello venditur, edite, ᵛnihil interrogantes propter conſcientiam.	25 *Omne quod in macello uenit, manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam.*
Τοῦ γὰρ Κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς.	26 ¶Domini enim eſt terra & ᵛplenitudo eius.	26 *Domini enim eſt terra, & plenitudo eius.* *Pſal.24.a*
Εἴ δέ τις καλεῖ ὑμᾶς τῶν ἀπίστων, καὶ θέλετε πορεύεσθαι, πᾶν τὸ παρατιθέμενον ὑμῖν ἐσθίετε, μηδὲν ἀνακρίνοντες διὰ τὴν συνείδησιν.	27 Quòd ſiquis infidelium vos vocat, & vultis ire, quicquid apponitur vobis, edite, nihil interrogantes propter conſcientiã.	27 *Si quis uocat uos infidelium, & uultis ire, omne quod uobis apponitur, manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam.*
Ἐὰν δέ τις ὑμῖν εἴπῃ, Τοῦτο εἰδωλόθυτόν ἐστι, μὴ ἐσθίετε, δι' ἐκεῖνον τὸν μηνύσαντα, καὶ τὴν συνείδησιν. Τοῦ γὰρ Κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς.	28 At ſiquis vobis dixerit, Hoc idolis mactatũ eſt, ne edite, propter illum qui indicauit, & propter conſcientiam. ᵛDomini enim eſt terra & plenitudo eius.	28 *Sigt autem dixerit, Hoc immolatitium eſt idolis, nolite manducare, propter illũ qui indicauit, & propter conſcientiam.*
Συνείδησιν δὲ λέγω οὐχὶ τὴν ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τὴν τοῦ ἑτέρου. Ἱνατί γὰρ ἡ ἐλευθερία μου κρίνεται ὑπὸ ἄλλης συνειδήσεως;	29 Conſcientiam autẽ dico, nõ tuam, ſed illius alterius. cur enim libertas mea ᵛdamnatur ab alia conſcientia?	29 *Conſcientiam autem dico non tuam, ſed alterius: utquidenim libertas mea damnatur abalia cõſcientia?*

23 Omnia mihi licent, πάντα μοι ἔξεστιν. Reſtringendum eſt τὸ πᾶν ὅλον ad id de quo agitur, vt ſuprà diximus. Huc autem pertinet illud Clementis, πᾶς γὰρ κατακαίεται ὅτι τὸ ἄρτι τρώξεται, οἱ πάντα ἁρπάσαντες ἄχθη. i. Qui faciunt quicquid licet, huc citò delabuntur vt faciant quod non licet. Idem legit in proximo verſu, μηδεὶς τὸ ἑαυτοῦ ζητείτω μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ ἑτέρου. i. Nemo quod ſuum eſt duntaxat quærat, ſed etiam quod eſt alterius. Redit autem Apoſtolus ad generalem illam theſin à cuius explicatione inchoarat tractationem iſtam de rebꝰ mediis, ſuprà, 6.c.12. Ædificant, οἰκοδομεῖ. Vide ſuprà, 8.1.

25 Macello, μακέλλῳ: id eſt κρεωπωλίῳ, vt Plutar. alicubi interpretatur. Eſt autẽ vocabulũ Latinũ atque adeo Romanum, (ſi Varroni & Feſto ipſique adeo Plutarcho credimus) ſed Græca forma vſurpatum, vt alia aliquot paſſim à ſacris ſcriptoribus, quæ ſemel annotauimus Mat.5.d.16. Cæterùm quum ſatis conſtet Apoſtolũ hoc loco non differere aduerſus eos qui erant ex Circunciſione, & ciborum delectum retinebant, ſed aduerſus idolothyta, aſſentior Auguſtino qui in Epiſtolã ad Rom. teſtatur antiquitus conſueuiſſe etiã proſtare vænales carnes ſacrificatas eas nimirũ quæ ſupererant, quarum pecunia ad ſacerdotes redibat. Nã teſtatur quoque Herodotus ſolitos fuiſſe Ægyptios pecudũ immolatarũ capita in forũ aſportata Græcis diuẽdere. Sed & Ariſtophanis iterpres exponẽs hũc verſiculũ, ἔτι δ' ἐκπέσοντ' ἐν δαῖτ' ἐκ τῶν ἱερείων λαβών, ſolitos fuiſſe dicit à ſacrificiis redeuntes, ex ipſa victima portiũculã domeſticis adferre, atq; etiã ſiquid ſuperfuiſſet aſportare. In eiuſmodi igitur idolothytis & in priuato quoq; infidelium cõuiuio, docet Apoſtolus nihil eſſe quo nõ poſſint fideles bona vti conſcientia, ſi modò infirmorũ habeant rationẽ. Nihil interrogantes, μηδὲν ἀνακρίνοντες. Id eſt, nõ percontãtes, antequã emerint, ecquid illud quod vænũ proponitur, ſit idolothyton, an ſecus. Quidã vertũt, Hæſitantes, i. διστάζοντες, ſenſu tamẽ eodẽ, quum hæc ipſa interrogatio ex hæſitatione conſcientiæ oriatur. Solent autẽ empturi rem aliquam, de eius conditione venditorem percontari, niſi ſatis ſit eis nota. Ideo addidit διὰ τὴν συνείδησιν, propter conſcientiam, i. quaſi dubitetis ſitne ex earum rerum genere quibus veſci liceat.

26 Plenitudo eius, τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Id eſt, infinita illa rerum copia quibus plena eſt. Id enim Dauidi ſignificat מְלֹאָהּ. Significat autem his verbis Apoſtolus, poſſe bona cõſcientia emi quicquid in macello proſtat, quoniam eſt per ſe bona Dei creatura, quam velut ex eius manu vt Domini licet accipere.

28 Domini enim, &c. τοῦ γὰρ Κυρίου. Poteſt quidem aliquo modo videri hoc teſtimonium huic etiam loco conuenire, quod legunt Græca ſcholia & Eraſmus: ſed tamẽ non deſunt qui librariorum incuria putant irrepſiſſe, quia hic præcedunt eadem verba quibus clauditur verſiculus 25, cui deinde iſta attexuntur. Nam certè iſtud ὁμοιοτέλευτον multos errores inuexit, vt facilè confitebuntur qui vetera exemplaria aliquando contulerunt: & in vno vetuſto codice comperi iſta hoc loco deeſſe.

29 Damnatur, κρίνεται, id eſt κατακρίνεται, vt alibi ſæpe. Puto autem hunc eſſe ſenſum, cum doctiſſimo

interprete, Si libertate temere vtaris, fiet vt infirmus frater malè de tuo facto iudicet, atque hoc modo libertatis beneficium ipsi cedat in ruinam, cuius tu sis conscius, vt qui nullam habueris infirmitatis eius rationem. Itaque, ne lædatur eius conscientia, abstinere debes ab idolothyto. Sed personæ mutatio ex Hebræorum idiotismo, sententiam reddidit obscuriorem. Videbatur enim potius dicēdum ἐλευθερία σου, libertas tua, & in sequēti etiam versiculo οὐ συνείδησις, & βλασφημῶ. Sed ipse Paulus eorum personam induit quos vult adducere ad moderatum libertatis vsum. Ita autem accipiendum esse verbum κρίνεσθαι liquet etiā ex verbo βλασφημοῦμαι quod sequitur. Est enim sequens versiculus explicatio istius.

Εἰ δὲ ἐγὼ χάριτι μετέχω, τί βλασφημοῦμαι ὑπὲρ οὗ ἐγὼ εὐχαριστῶ;	30 Et si ego ᵛ per gratiam cibum participo, cur ob id ᵛ impius iudicor pro quo ego gratias ago?	30 *Si ego cum gratia participo, quid blasphemor pro eo quòd gratias agam?*
Εἴτε οὖν ἐσθίετε, εἴτε πίνετε, εἴτε τι ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖτε. *Colos.3.c.17*	31 ‖Siue igitur editis, siue bibitis, siue quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.	31 *Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.*
Ἀπρόσκοποι γίνεσθε καὶ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ·	32 Estote sine offendiculo & Iudæis, & Græcis, ᵛ & Ecclesiæ Dei:	32 *Sine offensione estote Iudæis, & Gentibus, & Ecclesiæ Dei:*
Καθὼς κἀγὼ πάντα πᾶσιν ἀρέσκω, μὴ ζητῶν τὸ ἐμαυτοῦ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσι.	33 Sicut & ego ᵛ per omnia omnibus placeo, non quærens meam ipsius vtilitatē, sed multorum, vt seruentur.	33 *Sicut & ego ᵛ per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salui fiant.*
Κεφάλαιον ια΄.	CAP. XI.	CAP. XI.
Μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ. *1.Thess.1.c.9*	1 ‖Mitatores mei estote, sicut ego Christi.	1 *Mimatores mei estote, sicut & ego Christi.*
Ἐπαινῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, ὅτι πάντα μου μέμνησθε, καὶ καθὼς παρέδωκα ὑμῖν, τὰς παραδόσεις κατέχετε.	2 Laudo verò vos, fratres, quòd ᵛ omnia mea meministis, & ᵛ sicut tradidi vobis, ᵛ traditiones ᵛ retinetis.	2 *Laudo autem vos, fratres, quòd per omnia mei memores estis: et sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis.*
Θέλω δὲ ὑμᾶς εἰδέναι ὅτι παντὸς ἀνδρὸς ἡ κεφαλὴ ὁ Χριστός ἐστι· κεφαλὴ δὲ γυναικὸς ὁ ἀνήρ· κεφαλὴ δὲ Χριστοῦ ὁ Θεός. *Ephes.5.v.23*	3 Velim autē vos nosse ‖Christum esse omnis vtri caput: caput autem mulieris, virum: ᵛ caput verò Christi, Deum.	3 *Volo autem vos scire quòd omnis viri caput, Christus est: caput autem mulieris, vir: caput verò Christi, Deus.*

30 Per gratiam, χάριτι. Id est, si ex beneficio Dei hoc vel illo cibo vti mihi licet, cur cōmittam vt mea culpa hoc Dei beneficium mihi vitio vertatur? Sic enim (meo iudicio) rectè omnino explicat doctissimus interpres. Nam si hæc est obiectio Corinthiorum, vbi respondent aut cur illam prorsus omitteret Apostolus? Quomodo etiam sequens conclusio cohærebit? Vulg. & Eras. Cum gratia, id est cum gratiarum actione, quod nimis est coactum. Ambrosius, Si gratiæ particeps sum. Verùm (vt rectè annotauit Erasmus) μετέχω cum tertio casu iūgi non solet, nisi ad socium communionis referatur, non ad rem cuius sis particeps, vt si dicas μετέχω τοῦ θύσαι, vel τῶν. Impius iudicor, βλασφημοῦμαι, siue, male dictis impetor, aut de mea existimatione detrahitur. Sed illo modo explicare malui, quòd hic agatur de religione.

31 Et Ecclesiæ, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ. Partibus subiicit totum, nisi malimus illud Iudæis & Græcis de extraneis intelligere, quorum etiam nobis sit habenda ratio, ne, dum eis obsequimur, ipsos in superstitione confirmemus.

33 Per omnia omnibus placeo, πάντα πᾶσιν ἀρέσκω. Quod sine exceptione dictum est, ad id de quo agitur, i. ad res medias & ad infirmos, restringere oportet. de quo diximus suprà, 9.b.

IN CAPVT XI.

1 Imitatores mei, μιμηταί μου. Hunc quoque versiculū perperā Latini à superiore capite abscecuērūt, cū quo prorsus cohæret: ita tamen vt singulari quodam Pauli artificio, sit simul & superioris disputationis conclusio, & transitio ad ea quæ sequuntur. Ego, κἀγώ. Iterum abundat ὡς ex Græcorum idiotismo, vt diximus suprà, 10.b.9.

2 Omnia mea meministis, πάντα μου μέμνησθε. Vel, Quòd in omnibus mei memores estis, vt subaudiatur κατά, sicut suppleuit Vetus interpres. Sic enim vsurpatum est hoc dicendi genus suprà, 9.d.15, & 10.g.33. neque valet altera Erasmi coniectura, qui eum suspicatur legisse πάντη. Verùm quod generaliter hic enuntiatum est, postea Apostolus suis exceptionibus definit. Vt autem ita loqueretur, eo adductus est (opinor) quòd traditiones pleraſque retinuissent, & quidem eam in primis de qua dicturus est, quanuis nonnulli refragarentur.

Sicut tradidi vobis, καθὼς παρέδωκα ὑμῖν. Ambrosius legit, Et quomodo vbique trado, καὶ καθὼς πανταχοῦ παραδίδωμι. Traditiones, παραδόσεις. Vulgata, Præcepta, ἐντολάς, à quo vocabulo deinduſtria abstinuit Apostolus. Erasmus, Instituta. Vide Matth. 15.a.3. Ambrosius addit μου, meas. Qui verò ex hoc loco niruntur quæuis portenta in Ecclesia retinere, vix digni sunt quibus respondeatur. Cui enim persuaserint vel istas traditiones fuisse doctrinæ partem, vel (etiamsi ita est) in traditionum Apostolicarum numero istas partim pueriles, partim Apostolorum scriptis ex diametro repugnantes, partim prorsus tyrannicas leges censeri oportere? Denique si Apostolicæ traditiones sine exceptione seruandæ erant, cur eas isti abolenerunt? Retinetis, κατέχετε. Id est, summo studio obseruatis. Id enim declarat præpositio κατά. Quædam Vulgatæ editionis exemplaria legunt Tenete, imperandi modo.

3 Caput verò Christi, Deū, κεφαλὴ δὲ Χριστοῦ ὁ Θεός. Intellige quatenus Christus est Deus manifestatus in carne, ac proinde mediator.

Πᾶς ἀνὴρ προσευχόμενος ἢ προφητεύων κατὰ κεφαλῆς ἔχων, καταισχύνει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.

4 Omnis vir orans aut prophetans operto capite, dedecorat caput ſuum.

4 Omnis uir orans aut prophetans uelato capite, dedecorat caput ſuum.

Πᾶσα δὲ γυνὴ προσευχομένη ἢ προφητεύουσα ἀκατακαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ, καταισχύνει τὴν κεφαλὴν ἑαυτῆς. ἓν γάρ ἐστι καὶ τὸ αὐτὸ τῇ ἐξυρημένῃ.

5 Omnis verò mulier orans aut prophetans non operto capite, dedecorat caput ſuum: nã id vnum ac idem eſt acſi raſa eſſet.

5 Omnis autem mulier orans aut prophetans non uelato capite, dedecorat caput ſuũ: unum enim eſt acſi deraderetur.

Εἰ γὰρ οὐ κατακαλύπτεται γυνή, καὶ κειράσθω· εἰ δὲ αἰσχρὸν γυναικὶ τὸ κείρασθαι ἢ ξυρᾶσθαι, κατακαλυπτέσθω.

6 Nam ſi nonvelatur mulier, etiam tondeatur: quòd ſi turpe mulieri tõderi aut radi, veletur.

6 Nam ſi non uelatur mulier, & tondeatur: ſi uerò turpe eſt mulieri tonderi aut deraderi, uelet caput ſuum.

Ἀνὴρ μὲν γὰρ οὐκ ὀφείλει κατακαλύπτεσθαι τὴν κεφαλήν, εἰκὼν καὶ δόξα Θεοῦ ὑπάρχων· γυνὴ δὲ δόξα ἀνδρός ἐστιν.

7 Vir enim non debet velare caput, ‖quum ſit imago & gloria Dei: at mulier, gloria viri eſt.

7 Vir quidẽ nõ debet uelare caput quoniam imago & gloria Dei eſt: mulier autem gloria uiri eſt. Gen.1.c.26.27. & 5.a.1. & 9.b.6 col.3.b.10

Οὐ γάρ ἐστιν ἀνὴρ ἐκ γυναικός, ἀλλὰ γυνὴ ἐξ ἀνδρός.

8 Non enim eſt vir ex muliere: ſed mulier ex viro.

8 Non enim uir ex muliere eſt, ſed mulier ex uiro.

Καὶ γὰρ οὐκ ἐκτίσθη ἀνὴρ διὰ τὴν γυναῖκα, ἀλλὰ γυνὴ διὰ τὸν ἄνδρα.

9 ‖Neque enim conditus eſt vir propter mulierem, ſed mulier propter virum.

9 Etenim non eſt creatus uir propter mulierem, ſed mulier propter uirum. Gen.2.d.23

Διὰ τοῦτο ὀφείλει ἡ γυνὴ ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, διὰ τοὺς ἀγγέλους.

10 Propter hoc debet mulier poteſtatem habere in capite, propter Angelos.

10 Ideo debet mulier poteſtatem habere ſupra caput ſuum, propter Angelos.

4 Omnis vir, πᾶς ἀνὴρ. Particula vniuerſalis, ordinum & ætatum diſcrimen tollit, quãtũ quidẽ ad id de quo agitur. Orans aut prophetans, προσευχόμενος ἢ προφητεύων. Quia de decoro in cõmuni cœtu ſeruãdo agit Apoſtolus, idcirco de publica oratione & prophetia (i. Scripturæ tractatione) hæc accipio. neq; verò ad eũ duntaxat refero qui orationẽ concipit, aut Scripturæ locum interpretatur, ſed etiã ad auditorũ cõceſſum: quia etiãſi vnus loquatur, cõmunis tamẽ eſt actio, vt totus cœtus hac ratione dici poſſit orare & prophetare. Nã primùm omnium rationes quas adfert Apoſtolus, omnibus viris cõmunes ſunt in Eccleſiæ cœtu verſantibus, atque etiã, fateor, extra Eccleſiæ cœtũ. Sed tamen quæſtio propoſita & cõcluſio de nõ operiẽdo capite, oſtẽdunt eas rationes ad eius loci & tẽporis circunſtantiã referẽdas quo cõuenit Eccleſia. Deinde ſi ad vnã orantis aut prophetantis perſonam hoc referas, non conueniet oppoſitum membrum mulieris: quum mulieri non permittat Apoſtolus vt in Eccleſia (i. communi cœtu) loquatur, Infrà, 14.g.34, & rationes quoque quas adfert cur velari debeant, ſatis liquet ad omnes & ſingulas mulieres pertinere quæ in publico Eccleſiæ cœtu verſantur.

Operto capite, κατὰ κεφαλῆς ἔχων. Eraſ. ad verbum. Quicquam habens in capite, Græcos interpretes ſequutus. Sed quod iſti de ipſa etiam coma hoc intelligũt, quæ & ipſa caput tegit, ineptum eſt, quaſi videlicet nullis niſi tonſis licuerit orare aut prophetare. nam quod poſtea de tondendo loquitur, aliò pertinet. Poſcit autem omnino antitheſis vt externũ velamẽ hîc prohiberi intelligas, ſicut mulieribus præcipitur. Velata autẽ dici nõ poteſt mulier etiãſi comis obuolutũ caput habeat: itaque ne viri quidẽ caput opertũ dicetur quod ſolis capillis obtegitur. Cæterùm politicã eſſe hanc Pauli legem, ac proinde non ſine diſtinctione locorum & temporũ accipiendam, vel ex eo intelligi poteſt q hodie contraria prorſus ratione, capite operto in cœtu loqui, ſignum eſt authoritatis: aperto verò, ſubiectionis teſtimonium. Pertinent autem ad hũc locum quæ ſcribit Plutarchus ὡς κεφαλαίου ἀμαθίαν κατηγορῶν, τοὺς θεοὺς προσκυνοῦσι δῆτα κεκαλυμμένοις, παντὸς ἐστὶ τῷ βάρει τῆς κεφαλῆς.

5 Acſi raſa eſſet, τῇ ἐξυρημένῃ. Vulg. Acſi decaluetur, vocabulo non modò non Latino, ſed etiã improprio. Neque enim quiſquis raditur, idem fit caluus. neque decaluari aliud poſſit ſignificare quàm ex caluo fieri non caluum. Deinde ſpectauit Paulus hominum habitum, quorum alii tondebant comam, alii etiam radebant, pro diuerſa gentium conſuetudine. Tonſam autem comam voco, non eam tantùm quæ penè ad cutim præciditur, ſed eam in genere quæ reſecatur: vt ſit inter muliebrem & virilem comam diſcrimen.

7 Imago & gloria Dei, εἰκὼν & δόξα Θεοῦ. Id eſt imago gloriæ Dei, in quo nimirum elucet Dei maieſtas & imperium. Eſt enim vir in ſupremo gradu collocatus in hoc mundo, & tanquam ſecundarius aliquis Deus (vt ita dicam) ipſius etiam mulieris reſpectu. Hæc igitur non eſt imago illa ad quam cõdita etiam eſt mulier, ſed alia viro peculiaris, quæ ex ipſo creationis tum ordine tum fine elicitur ab Apoſtolo. Mulier enim ex viro creata eſt, & viri ipſius cauſa, non contrà. Inde verò efficitur, in cõmuni virorum & mulierum cœtu nõ oportere poſtulare vt in viro aliquod eius præſtantiæ teſtimonium appareat. Gloria viri, δόξα ἀνδρός. Si non operit caput vir quia gloria Dei eſt, cur velabit caput mulier, quia gloria eſt viri? Quia nimirum vir ſic eſt gloria Dei vt ſit eiuſdem imago. neque enim, propriè loquendo, Deus poteſt à viro exornari. Dicitur tamen vir eſſe Dei gloria quatenus vult Deus in ipſo velut imagine quadã ſplẽdere ſuæ maieſtatis & dominationis gloriam. Itaque vir nõ operiẽs caput, nõ ſeipſum modò ſed etiam Deum dedecoraret, vt ſiquis indignitate poſitus appareret coram rege priuato habitu, tantundem de regis ipſius cultu detraheret. De muliere verò aliter conſtituendum eſt viri reſpectu, cuius dicitur decus, quatenus eſt viro ſubiecta, ſicut rex quiſpiam ex eo intelligitur rex eſſe quòd ſubiectos habet quibus imperet. Itaque ſi viro ſeſe æquaret mulier, caput cui ſubiici debet, dedecore afficeret. Quod autem garrit Caſtellio in hunc locum ex Itali cuiuſdam (vt ipſe ſcribit) relatione, ita ineptum & ridiculum eſt vt vix putem ſine ſtomacho poſſe à quoquam legi.

10 Poteſtatem, ἐξουσίαν. Id eſt velamen quod ſit ſubiectionis teſtimonium, μαρτύριον. adeo vt in nõnullis etiam Veteris interpretis codicibus, velamen legatur, non poteſtatem. Nam inde etiam factum vt La-

tinis dicantur nubere mulieres quæ in viri poteſtatem tranſeunt. Pileus quoque libertinæ conditionis erat inſigne, vt teſtatur Liuius in extremo libro 45. Sed Paulus tamen hanc doctrina ipſas quoque virgines comprehendit, quum generales adferat rationes. Nam & ipſæ parentibus ſuis ſunt obnoxiæ. Sed & Plutarchus in genere de mulieribus loquēs in Problem. Romanis, ait, σωφρόνως τὰς μὲν γαμετὰς, ὡς τὰ καλλωπίσματα, τὰς δὲ παλλακὰς, ὡς τὰ ἀναγκαῖα περιῆραν. Propter Angelos, διὰ τοὺς ἀγγέλους. Si ſcriptum eſſet, Saltem propter Angelos, vel aliquid eiuſmodi, planior eſſet hic locus. Alii igitur hoc referunt ad Verbi miniſtros, quorum cōſpectus debeat mulieres in pudore & ſubiectionis modeſtia retinere: alii ad beatos Spiritus, qui quum ſint excellentiſſimi, tamen Deo ſubiiciuntur, & coram eo dicūtur faciem ſuam velare. quod etiam Cherubim propitiatorii declarabant vt impudentiſſimas eſſe mulieres oporteat quæ aliter facere audeant, ac proinde Angelos teſtes & accuſatores ſint habituræ. Sed hæc certè longius ſunt petita, vt mihi quidem videtur. Mallem igitur ad malos Spiritus referre, quos certum eſt, & res ipſa oſtendit, eiuſmodi obiecta cupidè arripere, vt templa Dei in lupanaria tranſforment. Iſtis verò Angelorum nomē ſimpliciter etiam & ſine adiectione tribuit Apoſtolus in hac eadem epiſtola, cap. 6. a. 3. Sed (vt verè loquar) ne hoc quidem mihi ſatisfacit.

Πλὴν οὔτε ἀνὴρ χωρὶς γυναικὸς, οὔτε γυνὴ χωρὶς ἀνδρὸς, ἐν Κυρίῳ.

11 Attamen neque vir abſque muliere, neque mulier abſque viro, in Domino.

11 Verumtamen neque vir ſine muliere, neque mulier ſine viro, in Domino.

Ὡσπερ γὰρ ἡ γυνὴ ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, οὕτω καὶ ὁ ἀνὴρ διὰ τῆς γυναικός· τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ.

12 Sicut enim mulier ex viro eſt, ita & vir per mulierem: omnia verò ex Deo.

12 Nam ſicut mulier de viro, ita & vir per mulierem: omnia autem ex Deo.

Ἐν ὑμῖν αὐτοῖς κρίνατε, πρέπον ἐστὶ γυναῖκα ἀκατακάλυπτον τῷ Θεῷ προσεύχεσθαι;

13 Apud voſipſos iudicate, num decorum eſt mulierem non velatam Deum orare?

13 Voſipſi iudicate, decet mulierem non velatam orare Deum?

Ἡ οὐδὲ αὐτὴ ἡ φύσις διδάσκει ὑμᾶς, ὅτι ἀνὴρ μὲν ἐὰν κομᾷ, ἀτιμία αὐτῷ ἐστι;

14 An ne natura quidē ipſa hoc vos docet, quòd viro quidem comatum eſſe dedecori ſit:

14 Nec ipſa natura docet vos, quòd vir quidem ſi comam nutriat, ignominia eſt illi:

Γυνὴ δὲ ἐὰν κομᾷ, δόξα αὐτῇ ἐστι; ὅτι ἡ κόμη ἀντὶ περιβολαίου δέδοται αὐτῇ.

15 Contrà mulieri, comatam eſſe, gloriæ ſit: Nam coma pro velamine data eſt ei.

15 Mulier verò ſi comā nutriat, gloria eſt illi? quoniā capilli pro velamine ei dati ſunt.

Εἰ δέ τις δοκεῖ φιλόνεικος εἶναι, ἡμεῖς τοιαύτην συνήθειαν οὐκ ἔχομεν, οὐδὲ αἱ ἐκκλησίαι τοῦ Θεοῦ.

16 Quòd ſiquis videtur contētioſus eſſe, nos eiuſmodi cōſuetudinem non habemus, neque Eccleſiæ Dei.

16 Siquis autē videtur cōtentioſus eſſe, nos talē cōſuetudinem non habemus, neque Eccleſiæ Dei.

Τοῦτο δὲ παραγγέλλων οὐκ ἐπαινῶ, ὅτι οὐκ εἰς τὸ κρεῖττον, ἀλλ' εἰς τὸ ἧττον συνέρχεσθε.

17 Hoc verò ita denuntio vt vos nō laudem, quòd videlicet non cum emoluméto ſed cum detrimento conuenitis.

17 Hoc autem præcipio, nō laudans quòd nō in melius ſed in deterius conuenitis.

11 In Domino, ἐν Κυρίῳ. Id eſt per Dominum, ſiue Domino authore & conſeruatore mutuæ iſtius coniunctionis. Sic enim eminet vir vt cōſiſtere nō poſſit ſine muliere: ſic quoque mulier ſubiecta eſt viro vt viraliquid ab ea accipiat quum ſicut ipſa ex viro primùm ſumpta eſt, (quo nomine vir eſt caput) ita etiam vir nonniſi per ipſam poſſit propagari, quòd ſit in adiutorium data viro. Itaque neque ille ſua poteſtate abutatur vt tyrannus, neque mulier de ſua conditione vt nimiùm abiecta conqueratur, ſed vterque, tum vir tum mulier, in vno Deo coaleſcant, qui vtrunque hac conditione creauit. Dicuntur autem hæc obiter & extra cauſam ab Apoſtolo, vt tum virorum imperium, tum mulierum ſubiectionem doceat ad vnum ſcopum, id eſt ad Dei gloriam, referri oportere.

12 Ex viro, ἐξ ἀνδρός. Ex principium materiale declarat, διὰ verò in διὰ γυναικὸς inſtrumētalem cauſam. ἐκ denique in ἐκ Θεοῦ primum principium & verum αἴτιον ſignificat.

13 Num decorum eſt, πρέπον ἐστί. Plut. Παρ' Ἕλλησιν οὐ δυσχέρεια τὰς γένυας, κείρονται μὲν αἱ γυναῖκες, κομῶσι δὲ οἱ ἄνδρες· διὸ τοῖς μὲν, κείρασθαι, τοῖς δὲ κομᾶν συνήθες ἐστι. Κομᾶν autem hoc loco non ſimpliciter ſignificat comam gerere, (qua ratione Homerus κάρηνα εὐκόμοντα Ἀχαιῶν vocat) ſed comam prolixam mulierum inſtar nutrire, quam videlicet ferrum non attingat. Itémque τὸ κείρασθαι non accipitur præciſè pro radi, aut ad cutim tonderi, ſed in genere de quauis capillorum præſectione dicitur, pro varia gentium conſuetudine. Veteres quidem Romanos ſolitos fuiſſe non tantùm barbam radere, (quod tradit Gellius lib. 3, cap. 4) ſed etiam comam, poſſum docere ex Scipionis, Ciceronis & Iulii Cæſaris peruetuſtis numis, quos penes me habeo.

15 Pro velamine, ἀντὶ περιβολαίου. Id eſt, Vt eſſet velamen, & quidem eiuſmodi quod aliud accerſeret. Neque enim coma propriè velamen eſt, ſed indicat mulieris caput velamine indigere. Natura enim viro breuiores capillos, etiamſi quis ſinat excreſcere: mulieri prolixiores & capiti obuoluendo idoneos tribuit. Itaque hoc in loco ἀντὶ non ſignificat loco, ſeu vice: neque διὰ, rei originem, ſed finem declarat, vt accipi poteſt Heb. 11. a. 1. Vide Iohan. 1. c. 16.

17 Hoc verò ita denuntio vt non laudem, τοῦτο δὲ παραγγέλλων οὐκ ἐπαινῶ. Eadem erit ſententia, ſed paulo dilucidior, ſi pro παραγγέλλω legeris παραγγέλλω, & pro ἐπαινῶ ſcripſeris ἐπαινῶν, vt ego conuerti, eo audacius quòd Verus interpres ita legerit, & duo ex noſtris vetuſtis codicibus ita ſcriptum habuerint. Alioquin nec Veterem interpretem, nec Eraſmū in eo ſequi velim quòd τὸ παραγγέλλειν expoſuerint præcipiendi verbo: quum hoc loco Apoſtolus nihil aliud declaret (opinor) quàm ſe aliquid eſſe illis nuntiaturum, fama videlicet ab aliis acceptum, de quo non poſſit eos non reprehendere: quum in ſuperiore ſermone eos idcirco laudarit quòd in pleriſque eum ordinem retinerent quem in eorum Eccleſia conſtituiſſet, quanuis concentioſi nonnulli repugnarent. Eraſmus ex Græcis ſcholiis aliam expoſitionē adfert, quaſi Paulus dicat, Hoc verò *non* vobis præcipere non

non laudo. Id est, Id verò non laudo quòd vobis ista præcipere me oporteat. Quòd *videlicet* non cum emolumento, sed cum detrimento conuenitis, ὅτι οὐκ εἰς τὸ κρεῖττον, ἀλλ' εἰς τὸ ἧττον συνέρχεσθε. Vulg. Quòd non in melius, sed in deterius conuenitis. Ego verò primùm omnium addidi particulam VIDELICET, ex qua intelligatur ὅτι non oportere intelligi αἰτιολογικῶς, sed εἰδικῶς, vt infrà, versu 33: (quanuis aliter censeat Photius) deinde quia illud, In melius & in deterius, videbatur obscurè dictum, studendum putaui perspicuitati.

Πρῶτον μὲν γὰρ συνερχομένων ὑμῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀκούω σχίσματα ἐν ὑμῖν ὑπάρχειν· καὶ μέρος τι πιστεύω.

18 Primùm enim quum conuenitis in Ecclesia, audio dissidia inter vos esse: & aliquam partem credo.

18 *Primùm quidē conuenientibus uobis in Ecclesiam, audio ſcaſſuras eſſe inter nos: & ex parte credo.*

Δεῖ γὰρ καὶ αἱρέσεις ἐν ὑμῖν εἶναι, ἵνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γένωνται ἐν ὑμῖν.

19 Oportet enim etiam hæreses inter vos esse, vt qui probati sunt, manifesti fiãt inter vos.

19 *Nã oportet & hæreſes eſſe: ut & qui probati ſunt, manifeſti fiant in uobis.*

Συνερχομένων οὖν ὑμῶν ἐπὶ τὸ αὐτό, οὐκ ἔστι Κυριακὸν δεῖπνον φαγεῖν.

20 Itaque quum conuenitis in vnum, hoc non est Dominicã cœnam edere.

20 *Conuenientibus ergo uobis in unum, iam non eſt Dominicam cœnam manducare.*

Ἕκαστος γὰρ τὸ ἴδιον δεῖπνον προλαμβάνει ἐν τῷ φαγεῖν, καὶ ὃς μὲν πεινᾷ, ὃς δὲ μεθύει.

21 Nam vnusquisque propriã cœnam præoccupat in vescẽdo: & hic quidem esurit, ille verò ebrius est.

21 *Vnuſquiſq; enĩ ſuã cenã præſumit ad mãducãdũ: & alius quidẽ eſurit, alius autẽ ebrius eſt.*

Μὴ γὰρ οἰκίας οὐκ ἔχετε εἰς τὸ ἐσθίειν καὶ πίνειν; ἢ τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ καταφρονεῖτε, καὶ καταισχύνετε τοὺς μὴ ἔχοντας; Τί ὑμῖν εἴπω; ἐπαινέσω ὑμᾶς; ἐν τούτῳ οὐκ ἐπαινῶ.

22 Enimuero num domos nõ habetis ad edendum & bibendum? aut Ecclesiam Dei cõtemnitis, & pudefacitis eos qui non habent? Quid vobis dicã? laudabo vos? in hoc nõ laudo.

22 *Nũquid domos nõ habetis ad manducandũ & bibendũ? aut Eccleſiam Dei uilipẽditis, & confundĩtis eos qui nõ habent? Quid dicam uobis? laudo uos in hoc? non laudo.*

Ἐγὼ γὰρ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ Κυρίου ὃ καὶ παρέδωκα ὑμῖν, ὅτι ὁ Κύριος Ἰησοῦς ἐν τῇ νυκτὶ ᾗ παρεδίδοτο, ἔλαβεν ἄρτον·

23 Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis, Dominũ Iesũ *videlicet* ea nocte qua proditus est, accepisse panem:

23 *Ego enim accepi à Domino quod & tradidi uobis, quoniã Dominus Ieſus, in qua nocte tradebatur, accepit panem:*

Καὶ εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ εἶπε, Λάβετε, φάγετε· τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν.

24 ‖ Et gratiis actis fregisse, ac dixisse, Accipite, edite: hoc meũ est corpus quod pro vobis frãgitur: hoc facite ad mei recordationem.

24 *Et gratias agens fregit: & dixit. Accipite & manducate: hoc eſt corpus meũ quod pro uobis tradetur: hoc facite in meam commẽ morationem.*

Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. 1. Cor. 11.

18 Primùm enim, πρῶτον μὲν δέ. Vulg. Primùm quidem. Eraſ. Nam primùm quidem. Ego verò putò πρῶτον simpliciter declarare ſermonis initium, vt Rom. 1. b. 8. quanuis quæ tribus proximis capitibus continẽtur, ad eundem etiam finem (id est ad conuentus Ecclesiasticos) pertineant. Et aliquam partem credo, καὶ μέρος τι πιστεύω. partem videlicet eorum quæ de vobis audio, vos nimirum inter vos animis dissidere. Vulg. & Eraſmus, Et ex parte credo. quod sic potest accipi quasi dicat Apostolus se non prorsus credere famæ, nec prorsus etiam non credere. Atqui apparet Paulum non scripsisse de re incerta, vt qui manifestè in Corinthiis maiorem animorũ coniunctionẽ & charitatẽ requirat: neque verò Apostolicæ grauitati cõuenit vt aliter credamus.

19 Etiam hæreses, καὶ αἱρέσεις. Facilè credo, inquit Apostolus, quandam inter vos esse animorum dissensionem, quum vos sciam, vt & fideles omnes, maioribus etiam malis esse obnoxios, id est hæresibus: vbi non de ordine, aut voluntatibus, sed de doctrina ipsa excitantur factiones: idque non vt perdamini, sed vt verè pii ab hypocritis hac probatione distinguantur. Sic igitur ostendit Apostolus se non temere huic famæ credidisse: & interim tamen bonos consolatur, & infirmos erigit: neque tamen sic loquens, Corinthios arguit quasi hæreses iam tum apud illos essent vulgò receptæ, vt erant schismata. Concidunt igitur Chrysostomi rationes quibus adductus est vt existimaret hæreses & schismata hoc loco pro eodem accipi: neque quærendam puto nouam aliquam horum interpretationem, quum potius simplici & propria significatione accipiantur. Probati, δόκιμοι. Id est, quos esse pietatis & fidei sinceræ ipsa experientia docuerit. Est enim nomen non participium, quum aliõquin explorentur etiam hypocritæ: qui tamen probati dici non possunt. Quod autem annotat Chrysostomus ἵνα non significare causam sed euentum, eatenus admitto vt sciamus hoc propriè non manare ab hæresi, sed κατὰ συμβεβηκός, & tamen Dei consilium ac scopum hunc esse.

10 Itaque, ὥστε. Notanda est illatio. Inter vos sunt dissidia, ergo vestræ συνάξεις non sunt Cœna Domini. Sed hoc dextrè intelligendum est. Neque enim quotundam abusus efficiebant vt nulla Ecclesia esset Corinthi: sed vsitata hyperbole Apostolus præcisè negat fieri quod à plerisque rite non fiebat. Malo enim οὐκ ἔστι cum Vetere interprete conuertere, Non est, quàm Non licet, cum Erasmo & aliis quibusdam. Non est, οὐκ ἔστι. Id est οὐκ ἔξεστι. quum in communi cœtu hoc fieri necesse sit, vos autem non expecteris alius alium. Vel, Non est, vt conuertit Vetus interpres. quasi dicat Apostolus, Hoc vestrum conuenire, non est Dominicã cœnã edere.

21 Præoccupat, προλαμβάνει. Id est, aliis nõ expectatis sumit. Vulg. Præsumit, id est præcipit, Latinè quidem, sed ambiguè. In vno codice legimus προσλαμβάνει, sed deprauatè, vt apparet ex versu 33.

22 In hoc τοῦτο. Quidam hoc connectunt cum ἐπαινῶ, quidã cum sequente ἐπαινέσω, vt nos fecimus.

24 Quod pro vobis frangitur, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον. Sic constanter legunt omnes Græci, & Ambrosius

quoque. Vulgata, Quod pro vobis tradetur, id eſt τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον, niſiquòd tempus mutauit, quum Dominus de re iamiam futura loquens, de induſtria maluerit tempus præſens vſurpare. ſed quod ad ſenſum attinet, eòdem recidit, opinor, vtraque lectio. Neque enim iis ſeu Græcis ſeu Latinis interpretibus aſſentior qui putarunt frangi idem hic valere quod diſtribui: quum hoc neceſſe ſit (vt mihi quidem videtur) non de ſigno, quod iam fregerat Dominus quum hæc diceret, ſed de re ſacramenti (id eſt de ipſo Chriſti corpore) acciperet: neque dixerit Dominus, Quod vobis frangitur (id eſt diſtribuitur) ſed, Quod pro vobis frangitur. Puto igitur fractionis vocabulo deſignari mortis genus, quoniam Domini corpus grauiſſimis cruciatibus laceratum, contuſum, fractum denique fuit, etiamſi non perinde fracta fuerint eius crura vt latronum. Puto denique hoc vocabulum habere admodum expreſſam ſignificationem, vt figura rei prorſus reſpondeat, id eſt, vt fractio illa panis (quam & ipſam ceremoniam oportuit in Eccleſia retineri) fractionem illam corporis repræſentet. Neque verò dubium eſt quin Paulus de cœna ipſa Domini hic agat, cuius appendices erant agapæ, de quibus diximus Act. 1. g. 11 & 46. Quorſum enim Paulus Corinthios ad Domini inſtitutionem reuocaret? Deinde quæ in hunc locum diſputat Eraſmus de conſecratione, ſatis oſtendunt hominem alioquin doctiſſimum, nunquam cognouiſſe quid veteres illi patres conſecrãdi vocabulo intellexerint. Quid autẽ illud ſit, paucis diximus ſuprà, 10. d. 16.

Ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον, μετὰ τὸ δεῖπνῆσαι, λέγων, Τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐστὶν ἐν τῷ ἐμῷ αἵματι· τοῦτο ποιεῖτε ὁσάκις ἂν πίνητε, εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν.

Item & poculum, poſtquã cœnaſſet, dicendo, Hoc poculum eſt Nouum illud teſtamentum, per meum ſanguinẽ: hoc facite quotieſcunque biberitis, ad mei recordationem.

Similiter & aliam, poſtquam cœnauit, dicẽs, Hic calix, Nouum teſtamẽtum eſt in meo ſanguine: hoc facite quotieſcunque biberitis, in meam cẽ memorationem.

Ὁσάκις γὰρ ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο πίνητε, τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου καταγγέλλετε, ἄχρις οὗ ἂν ἔλθῃ.

Quotieſcunque enim ederitis panem hunc, & poculũ hoc biberitis, mortem Domini annuntiatis, vſquequò venerit.

Quotieſcunque enim manducabitis panẽ hũc, & aliam bibetis, mortẽ Domini annuntiabitis, donec ueniat.

Ὥστε ὃς ἂν ἐσθίῃ τὸν ἄρτον τοῦτον, ἢ πίνῃ τὸ ποτήριον τοῦ Κυρίου ἀναξίως, ἔνοχος ἔσται τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Κυρίου.

Itaque quiſquis ederit panem hunc, aut biberit hoc poculum Domini indignè, reus tenetur corporis & ſanguinis Domini.

Itaque quicunque mã ducauerit panem hunc, uel biberit calicem Domini indignè. reus erit corporis & ſanguinis Domini.

Δοκιμαζέτω δὲ ἄνθρωπος ἑαυτόν, καὶ οὕτως ἐκ τοῦ ἄρτου ἐσθιέτω, καὶ ἐκ τοῦ ποτηρίου πινέτω.

Probet autem quiſque ſeipſum, & ita de pane illo edat, & de poculo illo bibat.

Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat.

Ὁ γὰρ ἐσθίων καὶ πίνων ἀναξίως, κρῖμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει, μὴ διακρίνων τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου.

Nã qui edit & bibit indignè, damnationem ſibiipſi edit & bibit, non diſcernens corpus Domini.

Qui enim mãducat & bibit indignè, iudicũ ſibi manducat & bibit, non diiudicãs corpus Domini.

Διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ ἄῤῥωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί.

Propterea inter vos multi ſunt debiles & inualidi, & dormiunt multi.

Ideo inter uos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi.

Εἰ γὰρ ἑαυτοὺς διεκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα.

Etenim ſi noſmetipſos diiudicaremus, non puniremur.

Quòd ſi noſmetipſos diiudicaremus, non utique iudicaremur.

27 Indignè, ἀναξίως. Id eſt, aliter quàm dignum eſt tanta myſteria tractari. In tribus codicibus additũ erat τοῦ Κυρίου (vt etiam legerunt Chryſoſtomus & Ambroſius) id eſt aliter quàm Domini dignitati conueniat.

Reus tenetur corporis, ἔνοχος ἔσται τῶ σώματος. Vulg. & Eraſ. Reus erit corporis. Vide Matth. 5. c. 21. Dicitur autem teneri reus corporis Domini, qui illud eſt aſpernatus. vt Apoſtolus ipſe explicat verſu 29: & non poſſum ſatis mirari qui fiat vt quidam non animaduertant quàm friuolum ſit argumentum, reos eſſe iſtos corporis Domini, ergo corpus domini accipere: quum idcirco potius rei ſint quòd oblatum contempſerint. Chriſtus enim perceptus, neceſſariò viuificat, quum ſit vitæ: & repudiatus iudicat, quoniam vitæ contemptum mors ſequatur neceſſe eſt. Hæc enim eſt mundi condemnatio, quòd tenebras diligat potius quàm lucem.

28 Quiſque, ἄνθρωπος. Heb. אדם, id eſt homo, pro ἕκαστος, id eſt quiſque. Eſt autem hoc dictum cum emphaſi, vt ſinguli ſciant hoc ſibi faciendum, nequis fidem quam vocant implicitam requiri ſomniet, aut ab aliena fide pendeat. Et ex hoc conſequitur ſacramenti iſtius inſtitutionem ad infantes, furioſos, & in verbo Dei minimè inſtitutos nihil prorſus pertinere: quod & ipſa inſtitutionis ratio docet, quum ad hoc myſterium requiratur mortis Domini annuntiatio.

29 Non diſcernens, μὴ διακρίνων. Verbum Diiudicãdi mihi viſum eſt paulo obſcurius hoc in loco. Diſcernere autem corpus Domini dicitur qui dignitatis illius habet rationẽ, vt à cæteris rebus diſtinguat, ac proinde cum ſumma reuerentia ad hunc panem & hoc poculum, non tanquam ad profanos cibos, ſed tãquam ad myſteria rei omnium pretioſiſſimæ, tremens accedat. Cæterùm quod de corpore dicitur, de ſanguine quoque intelligitur συνεκδοχῶς, vt ſuprà, 10. d. 17, aduerſus ſacrilegos illos qui quum alteram ſacramenti partem Laicis quos vocãt, ademerint, ſacrilegium ſuum aliquot ſimilibus locis perperam explicatis obtegere conantur.

30 Dormiunt, κοιμῶνται. Id eſt mortui ſunt, vt ſæpe iam expoſuimus. Viderint ergo qui ad Cœnæ ceremoniam quicquam addunt aut detrahunt.

31 Diiudicaremus, διεκρίνομεν. Id eſt probaremus & exploraremus. quod fieri non poteſt quin in nos ipſos inquiramus, noſtra ſcelera damnemus, fide denique & reſipiſcentia noſipſo ſi profanis ſecernamus. quæ

omnes significationes conueniunt verbo ἐλεγχόμενοι. In eo verò non assentior Erasmo, quòd præterito plusquamperfecto vertere maluerit, Diiudicassemus. Non puniremur, οὐκ ἂν κατεκρίμεθα. Id est, Deus non sumeret pœnas de nobis, immissis morbis, & aliquot è cœtu nostro sublatis. Vulg. & Eras. Nō iudicaremur, paulo obscurius.

32 Κρινόμενοι δὲ, ὑπὸ Κυρίου παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν.

32 Sed quum punimur, à Domino erudimur, ne cum mundo condemnemur.

32 *Dum iudicamur autem, à Domino corripimur, ut non cum mundo damnemur.*

33 Ὥστε, ἀδελφοί μου, συνερχόμενοι εἰς τὸ φαγεῖν, ἀλλήλους ἐκδέχεσθε.

33 Itaque fratres mei, quum cō uenitis ad vescendum, alius alium expectate.

33 *Itaque fratres mei, quū conuenitis ad manducādum, inuicem expectate.*

34 Εἴ δέ τις πεινᾷ, ἐν οἴκῳ ἐσθιέτω, ἵνα μὴ εἰς κρῖμα συνέρχησθε. Τὰ δὲ λοιπὰ, ὡς ἂν ἔλθω διατάξομαι.

34 Quòd siquis esurit, domi edat: ne ad cōdemnationem cōueniatis. Reliqua verò, quum venero, constituam.

34 *Siquis esurit, domi mēdūcet: ne ad iudiciū conueniatis. Cætera autem, quum uenero, dispōnam.*

CAP. XII.

Κεφάλαιον ιβ΄

Περὶ δὲ τῶν πνευματικῶν, ἀδελφοί, οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν.

1 Porro de spiritualibus donis, fratres, nolim vos in ignorantia versari.

1 De spiritualibus autem, nolo uos ignorare, fratres.

Οἴδατε ὅτι ἔθνη ἦτε, πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα, ὡς ἂν ἤγεσθε, ἀπαγόμενοι.

2 Scitis vos Gentes fuisse, qui ad idola illa muta, prout rapi contigisset, abripiebamini.

2 *Scitis quoniam quum Gentes essetis, ad simulacra muta, prout ducebamini, euntes.*

Διὸ γνωρίζω ὑμῖν ὅτι οὐδεὶς ἐν Πνεύματι Θεοῦ λαλῶν, λέγει ἀνάθεμα Ἰησοῦ, καὶ οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν Κύριον Ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.

3 Quapropter notū vobis facio, nullum per Spiritum Dei loquentem, dicere Iesum anathema, & neminē posse dicere Iesum Dominū, nisi per Spiritum sanctum.

3 *Ideo notum uobis facio quòd nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Iesum: & nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto.*

Mat. 9. f. 34 supra, 8. b. d ich. 15 b. 13 philip. 2. b. 10

34 Reliqua, τὰ λοιπά. Ergo, inquiunt nonnulli, alia præterea disponenda erant. Concedo. Sed quorsum hæc ad idolomaniam, quam stabilitam volunt?

IN CAPVT XII

1 Porro de spiritualibus *donis*, περὶ δὲ τῶν πνευματικῶν. sub. χαρισμάτων, vt Rom. 1. b. 11. Iam autem aggreditur Apostolus alium abusum corrigere, ex eodem fonte, id est ex arrogantia promanantem, quæ efficiebat vt in publicis cœtibus magna esset ἀταξία, dum quisque sese vellet venditare, & quæ tum dona vigebant ad cōmunem ædificationem collata, ad vanam ostentationem transferrentur. In ignorantia versari, ἀγνοεῖν. Ἄγνοια absolutè hic accipitur pro rudem & ignarum esse, vt infrà 14. g. 38. & Heb. 5. a. 2. Videbantur enim Corinthii, alioquin egregiis donis instructi, non satis intelligere, aut certè obliti à quo & in quem finem ea dona accepissent.

2 Vos Gentes fuisse, ἔθνη ἦτε. Id est, à veri Dei cultu ac fœdere prorsus alienos, vt explicatur Ephes. 2 c. 11 & 12. Sic enim exteros populos Hebræi vocant גוים. Vulg. Quoniam quū Gentes essetis, ὅτι ἔθνη ἦτε, quomodo scriptum legimus in Complutensi editione & duobus præterea vetustis codicibus. Sed ea lectio stare nō potest nisi ἀπαγόμενοι dicamus Hebræorum more positum pro ἀπήγεσθε, cuiusmodi Hebraismum annotauimus Act. 14. b. 6. e. 20. Non desunt etiam qui legant εἴδετε ὅτε ἔθνη ἦτε, Scitis quum Gentes eratis. quæ lectio non potest vllo modo admitti, nisi ὡς construas per traiectionem, quasi scriptum sit εἴδετε ὅτε ἔθνη ἦτε ὡς πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ κωφὰ ἤγεσθε ἀπαγόμενοι. Sed quominus ita possis cōstruere, impedit particula ἂν, de qua mox dicemus. Sequutus sum igitur eam lectionem quam in plerisque codicibus inueni, vt omnium simplicissimā. Puto autem hāc esse methodum Apostoli, vt primùm omnium Corinthios reuocet in memoriam à quo proficiscātur hæc dona; vt pudeat illos rebus tam sacris ad ostentationem abuti, quum ideo sint collata vt ipsorum authoris, Christi videlicet, gloria amplificetur. Id autem docet Apostolus ἐξ ἀγκίνοιαν, vt norint videlicet Corinthii ex prioris conditionis comparatione, & quanto beneficio sint affecti, & quantum sit inter hæc Dei dona & dæmoniorum præstigias discrimen, ac proinde quantopere oporteat differre sacros ipsorū cœtus ab impuris illis idololatrarum conuentibus. Ad idola illa muta abripiebamini, πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα ἀπαγόμενοι. Participium passiuum præsentis temporis necessariò conuerti per periphrasin: quod quidem cum ἔθνη parum cohærere in genere, nemo mirabitur qui nouerit frequentissimè hoc vsuuenire in collectiuis nominibus quæ veniunt. Cōuerti autem Abripiebamini, vt melius declaretur impetus ille Satanæ suos idololatras turbinis instar auferentis. quod etiamnum hodie in iis cernere licet qui huc & illuc difficillimis quibusque temporibus & itineribus ferū iturinec tamen habent vel tantillum rationis quod prætexant cur nulla nec sui nec suorum habita ratione, tot molestias vltro sibi accersant. Eras. aliam rationem amplexus, vertit, Sequentes *eramus*, quasi videlicet ἀπήγεσθαι non tam impetū illum de quo modò dixi, quàm ἀλογίαν & stuporem summum declaret, quō idololatrarum animos ita occuparit vt nihil cogitent quò properent nisi bruterum instar, quocunque præierit dux, eò illum consequantur. Deinde etiam putaui geminum articulum ab aliis omissum non posse prætermitti sine sensus iniuria. Et illud quoque annotandum est, Paulum addito epitheto significare voluisse quæ sit insania eorum qui responsa petant à mutis simulacris. Prout rapi contigisset, ὡς ἂν ἤγετο. Primùm πρὸς ἄγεσθαι conuerti potius Rapi quàm Duci, vt impetum illum significarem de quo modò dixi: deinde ὡς ἂν nolui simpliciter conuertere Prout, cum Erasmo & Vetere interprete, quia ἂν in isto dicēdi genere vniuersale quiddam & indefinitum declarat, sicut apud Latinos particula CVNQVE, quasi Latinè dicas, Quocūque modo rapereminī. id est, Nulla nec loci, nec temporis, nec vestri habita ratione, ad quæcunque idola vos traheremini, Satanæ videlicet furore impulsi, eò abripiebamini.

3 Dicere anathema, λέγει ἀνάθεμα. Id est, execrari, vel quocūque modo de ipsius gloria detrahere. Plin. ad

Traianum ſcribēs, Quum(inquit)præeunte me Deos appellarent,& imagini tuæ, quā propter hoc iuſſeram cū ſimulacris numinum adferri,thure ac vino ſupplicarent,præterea maledicerent Chriſto, (quorum nihil cogi poſſe dicuntur qui ſunt reuera Chriſtiani) dimittendos putaui.Hæc ille. Huic autem opponitur Dicere Ieſum Dominum.id eſt,vt Dominum ac Deum agnoſcere.De anathemate diximus Rom.9.a.3.

Διαιρέσεις δὲ χαρισμάτων εἰσὶ, τὸ δὲ αὐτὸ Πνεῦμα·

4 Diſcrimina autem donorū ſunt,ſed idem Spiritus:

4 Diuiſiones uerò gratiarum ſunt, idem autem Spiritus:

Καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσι, καὶ ὁ αὐτὸς Κύριος·

5 Et diſcrimina miniſteriorū ſunt,ſed idem Dominus:

5 Et diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autem Dominus:

Καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσὶν, ὁ δὲ αὐτὸς ἐστὶ Θεὸς, ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσιν.

6 Et diſcrimina facultatum ſunt,ſed idem eſt Deus, efficiēs eas omnes in quibuſuis.

6 Et diuiſiones operationum ſunt,idē uerò Deus, qui operatur omnia in omnibus.

Ἑκάστῳ δὲ δίδοται ἡ φανέρωσις τοῦ Πνεύματος πρὸς τὸ συμφέρον.

7 Vnicuique verò datur declaratio Spiritus ad vtilitatem.

7 Vnicuique autem datur manifeſtatio Spiritus ad utilitatem.

Ὧ μὲν γὰρ διὰ τοῦ Πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας, ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως, κατὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα·

8 Nam huic quidem per Spiritum datur ſermo ſapientiæ, alii verò ſermo cognitionis,per eundem Spiritum:

8 Alij quidem per Spiritum datur ſermo ſapientiæ,alij autē ſermo ſcientiæ ſecundum eundem Spiritum:

Ἑτέρῳ δὲ πίστις, ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι· ἄλλῳ δὲ χαρίσματα ἰαμάτων, ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι·

9 Alii verò fides,per eundem Spiritum : alii verò dona ſanationum,per eundem Spiritum:

9 Alteri fides in eodē Spiritu:alij gratia ſanitatū, in uno Spiritu.

4 Diſcrimina,διαιρέσεις. Vulg.& Eraſ.obſcurè,Diuiſiones. Vide ſuprà,7.f.33. Cæterū quum Apoſtolus manifeſtè inter χαρίσματα,διακονίας & ἐνεργήματα diſtinguat,ego χαρίσματα,id eſt dona,pro genere accipio, διακονίας verò pro variis miniſterii Eccleſiaſtici functionibus,quas enumerat verſu 28.ἐνεργήματα demum pro facultatibus à Spiritu ſancto in ſingulos collatis.quas ſigillatim incipit recenſere à verſ.8.ad 11,vbi dicit omnia effici à Spiritu ſancto,exponens quæ vocarit ἐνεργήματα. Spiritus,Πνεῦμα. Spiritum apertè hic diſtinguit à donis ipſius,aduerſus Pneumatomachos.Sed notanda eſt relatio inter dona & Spiritum, inter miniſteria & Dominum,inter facultates denique & Deum omnia efficientem.

6 Facultatum,ἐνεργημάτων.Sic vocat Paulus vim illā intrinſecam à Spiritu ſancto manantem in fideles: quæ quidem illos ad mirifica quædam aptos & idoneos reddit,vt ea tum dicant tum faciant quæ ſint ſupra cōmunem mortalium captum. Vulg.Operationes conuertit. Eraſ.Efficacias. Ego facultates malim vel efficacitates:quanquam efficacitas potius eſt ἐνέργεια,id eſt effectus ipſe τῆς ἐνεργήματος.Nam ἐνέργημα dicitur donū ipſum ἐνέργεια verò ipſius doni efficacia in nobis.ſicut aliud eſt medicum eſſe,aliud, quia medicus ſis, poſſe ægrotum ſanare.Hilarius ἐνέργειαν vertit Inoperationem,ſed habita ipſius Spiritus ſancti agentis ratione, non hominum intra quos agit. Eas omnes,πάντα πάντα.Vulg.& Eraſ.Omnia. Ego puto articulum hoc in loco vim habere ἀναφορικὴν, vt quod in genere dictum eſt,ad id de quo agitur,id eſt ad ἐνεργήματα,reſtringatur. Solet tamen articulus in hoc dicendi genere abundare apud Apoſtolum,vt ſuprà,8.b.6,& 11.c.11, & 2.Cor.5.c.14. & in genere quoque verum eſt iſtud pronunciatum:modò peccatum à Dei actione prudenter diſtinguamus. In quibuſuis, ἐν πᾶσι.Vulg.& Eraſ.In omnibus,ambiguè. Neque enim hæc dona impertitur Deus omnibus,ſed quibuſvis,id eſt ſingulis quibus libuit,vt Apoſtolus explicet infrà,ver.11 & 18.

7 Datur manifeſtatio Spiritus, δίδοται φανέρωσις τοῦ Πνεύματος. Id eſt, Spiritus ſeſe gratis patefacit,quum videlicet dona hæc largitur ex quibus ipſius vis præſens intelligitur, idque ad vtilitatem, id eſt ad vſum & commodum totius corporis,vt paulo pòſt explicabitur.

8 Sermo ſapientiæ,λόγος σοφίας. Quidā putant λόγον abundare,ſicut apud Hebræos דבר,vt Iob 41.a.3. ודבר גבורות,id eſt verbum virium, pro גבורות,id eſt vires:quam interpretationem minimè reprehendo,vt λόγος σοφίας idem declaret atque σοφία ſapientia,& λόγος γνώσεως idem atque γνῶσις,cognitio ſiue ſcientia.Sed tamē arbitror Apoſtolum,quum de iis donis agat quorum publicus eſt vſus in Eccleſia, auſpicari ab iis quibus præditi ſunt quibus loquendum eſt in Eccleſia,id eſt quibus commiſſus eſt grex docendus.Ideo igitur Sermonē ſapiētiæ & cognitionis dicere maluit quàm ſapientiam & cognitionē. Alia verò dona quæ poſtea recenſet, in faciēdo potius quàm loquendo poſita ſunt, excepta prophetia & dono linguarum : quibus tamen non fuit neceſſe addere nomen ſermonis, quum in ipſis nominibus includatur.Sapientia igitur auguſtius eſt donum,quo præditos eſſe oportet eos qui non tantùm docent,ſed etiam exhortantur, conſolantur,arguunt, vt paſtoribus faciendum eſt.Cognitio verò in doctoribus requiritur,quorum videlicet munus eſt fidei dogmata ex ſacris literis fideliter quidem,ſed ſimpliciter docere.Sunt qui ſapientiam tum ad paſtores qui infrà vocantur prophetæ,14.a.3,tum etiā ad doctores : cognitionem verò ſiue ſcientiam ad auditores & quoſuis verè Chriſtianos, referre malint. Alii rurſus ſapientiam ad θεωρίαν referunt,ſcientiam, ad res agendas : quod non probo,quia ſeorſim poſtea cōmemorarur diſcretionis donū. Quod igitur primo loco poſui,maximè probo. Vide infrà 14.a.6.

9 Fides,πίστις.De fide particulari ſiue miraculorum video fere omnes hoc accipere,vt etiam manifeſtò accipitur infrà,13.a.2.ſed quum poſtea diſtinctè fiat doni miraculorum mentio,& ita quidem vt in ſuas ſpecies diſtribuatur,videtur expoſitio illa non ſatis firma. Quominus enim hoc accipi poſſit pro genere cui deinde ſubiiciantur ſuæ ſpecies,illud impedit quòd non ſcripſit Apoſtolus,ἄλλῳ μὲν χάρισμα, quod omnino faciēdum erat ſi noua aliqua huius membri diſtributio ſequeretur. Accipio igitur Fidem pro apprehenſione tum ſapientiæ tum cognitionis. fidei enim dono aſſentimur propoſitæ doctrinæ. At enim,dices,agitur hîc de donis particularibus: fides autem eſt donum omnibus verè Chriſtianis commune. Ego verò ita eſſe dico:ſed quum neque reliqua dona quæ antea vel pòſt enumerantur, neceſſariò cum fide coniuncta ſint,nec fidem etiam habeat quiſquis eſt illis præditus,dico fidē meritò vt diſtinctū donū ab Apoſtolo recenſeri,vt vnuſquiſque in ſua vocatione maneat.

Αλλῳ δὲ ἐνεργήματα δυνάμεων, ἄλλῳ δὲ προφητεία, ἄλλῳ δὲ διακρίσεις πνευμάτων, ἑτέρῳ δὲ γένη γλωσσῶν, ἄλλῳ δὲ ἑρμηνεία γλωσσῶν.

10 Alii verò ᵛfacultates *edendarum* virtutum, alii verò ᵛprophetia, alii verò diſcretiones ᵛſpirituũ, alii verò genera linguarum, alii verò ᵛinterpretatio linguarum.

10 *Alij operatio virtutum, alij prophetia, alij diſcretio ſpirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum.*

Πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται.

11 §Sed omnia hæc efficit vnus ille & idem Spiritus, diſtribuẽs ᵛpriuatim *illa* ᵛ ſingulis ſicut vult.

11 *Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens ſingulis prout vult.* Rom.12.a.3 1.Cor.12.a.8

Καθάπερ γὰρ τὸ σῶμα ἓν ἐστι, καὶ μέλη ἔχει πολλά, πάντα δὲ τὰ μέλη τοῦ σώματος τοῦ ἑνὸς, πολλὰ ὄντα, ἓν ἐστι σῶμα· οὕτω καὶ ὁ Χριστός.

12 Sicut enim corpus vnũ eſt, & mẽbra habet multa, omnia verò membra corporis ᵛvnius, multa quum ſint, ᵛvnum ſunt corpus: ita & ᵛChriſtus.

12 *Sicut enim corpus unũ eſt, & mẽbra habet multa, omnia autem membra corporis, quum ſint multa, unũ tamẽ corpus ſunt: ita & Chriſtus.*

Καὶ γὰρ ἐν ἑνὶ πνεύματι ἡμεῖς πάντες εἰς ἓν σῶμα ἐβαπτίσθημεν· εἴτε Ἰουδαῖοι, εἴτε Ἕλληνες, εἴτε δοῦλοι, εἴτε ἐλεύθεροι· καὶ πάντες εἰς ἓν πνεῦμα ἐποτίσθημεν.

13 Etenim per vnum Spiritum nos omnes ᵛin vnum corpus baptizati ſumus, ſiue Iudæi, ſiue Græci, ſiue ſerui, ſiue liberi: & omnes ᵛvna potione potati ſumus in vnum Spiritum.

13 *Etenim in uno Spiritu omnes nos in unũ baptizati ſumus, ſiue Iudæi ſiue Gentiles, ſiue ſerui, ſiue liberi: & omnes unũ Spiritum potauimus.*

Καὶ γὰρ τὸ σῶμα οὐκ ἔστιν ἓν μέλος, ἀλλὰ πολλά.

14 Etenim corpus non eſt vnũ membrum, ſed multa.

14 *Nam & corpus non eſt unũ membrũ, ſed multa.*

10 Facultates *edendarum* virtutum, ἐνεργήματα δυνάμεων. Vulg. Operatio virtutum. Legit enim ἐνέργεια, vt paulo antè χάρισμα & διάκρισις ſingulari numero, ac fortaſſis rectius. Eraſ. Efficaciæ potentiarum. Quum verò nomen δυνάμεως generaliter intellectum alia etiam dona, vt ſanationis, prophetiæ, & linguarum, cõplectatur, ſciendum eſt Apoſtolum anguſtiore ſignificatione hic vocare δυνάμεις, ſumma illa diuinæ potentiæ effecta quæ inter omnia miracula excellunt, vt quum Moſes tot ſigna ederet in cælis, in aquis & in terris, quũ Ioſue ſolem ſiſteret, quum Helias quaſi Deus quiſpiam tam multa efficeret, quum Petrus Ananiam & Sapphirã coargueret & verbo occideret, & cætera eiuſmodi quibus initio confirmata eſt cæleſtis Euangelii virtus.

Prophetia, προφητεία. Id eſt futurorũ prædictio, ex reuelatione extraordinaria. Spirituum, πνευμάτων. Id eſt afflatuum, vel ipſarum etiam rerum quæ à prophetis falſis proponuntur: qua in re nonnulli præ aliis ſingulari iudicio valent, vt pſeudoprophetas eorũmque fraudes maturè agnoſcant & caueant: ſicut Petrus ſtatim Simonis Magi ſimulationem cognouit, & redarguit, Act. 8. d. 11. Philippus verò non item, Ibidem b. 13 Interpretatio linguarum, ἑρμηνεία γλωσσῶν. De hoc quoque locus erit dicendi cap. 14.

11 Priuatim, ἰδίᾳ. Sic legimus in omnibus noſtris codicibus. Vetus tamẽ interpres aut nõ legit, aut neglexit. Auguſtinus libro de Trinitate & vnitate Dei, cap. 8, vt obſeruauit Eraſmus, legit ἴδιον, vt qui conuerterit Propria, id eſt ſua. At mihi quidẽ magis arridet hæc lectio, quòd alioquin ſatis fuerit dixiſſe ἑκάστῳ, vnicuique. Additur autẽ ſententiæ nõ leue pondus ſi Deum dicamus de ſuo hæc omnia largiri, vel quæ propria vnicuique eſſe velit, nequis ſuis neglectis aliena inuadat. Singulis, ἑκάστῳ. Poteſt hoc conſtrui cum διαιροῦν, vel cum βούλεται, per traiectionem, Prout vult ſingulis, vel vnicuique. Nam in hoc ipſo dicendi genere obſeruaui Paulum iſta traiectione mirum in modum delectari, ex Hebræorum videlicet idiotiſmo, qui ſic dicerẽt לכל אחד כאשר, vt Rom. 12. a. 3. Item ſuprà, 3. a. 5. & bis 7. c. 17. & ita fiet vt ἰδίᾳ non redundet. Cæterum ἑκάστῳ non temere malui interpretari ſingulis quàm vnicuique, nempe nequis Origenis exemplo poſſit hũc locum detorquere. Is enim enarrans epiſtolam ad Romanos, (quod Eraſmus annotauit quidem, ſed non reprehendit vt par erat) ita hunc locũ torſit quaſi βούλεται ad eum referatur cui Spiritus dona ſua largitur: acſi dicas, in vnoquoque ſitũ eſſe vt quamplurimum gratiæ nobis impertiat Deus. quæ interpretatio repugnat ex diametro Pauli ſententiæ.

12 Vnius, τοῦ ἑνὸς. Hoc non legit Vulg. neque etiam addi neceſſe eſt. Deinde quorſum additur articulus τοῦ, niſi libeat Vnius accipere pro eo quod Gallicè dicimus *d'vn*, vel, *de quelqu'vn*. Comperimus autem in vno etiam ex noſtris Græcis codicibus deeſſe. Vnum ſunt corpus. ἓν ἐστι σῶμα. Vulg. inſerit particulam TAMEN, quæ non malè conuenit. Reperimus autem in vno exemplari ſcriptum, ἓν ἐστι τὸ σῶμα, ita videlicet vt πολλὰ ὄντα ponatur abſolutè, ex Atticorum more, & ita conuertas, Omnia verò membra corporis vnius multa quum ſint, vnum eſt *tamen* corpus illud. Chriſtus, ὁ Χριστός. Chriſtum intellige cum Eccleſia ſua coniunctum, & quatenus eſt corporis myſtici caput.

13 In vnum corpus, εἰς ἓν σῶμα. Id eſt, vt cum Chriſto vnum corpus fieremus, atque adeo vt in vnum Chriſti corpus coaleſceremus, adeo vt Eccleſia tota nihil aliud ſit quàm vnus Chriſtus, quoniam videlicet totũ corpus myſticum à capite denominatur. Vulg. legit εἰς ἓν, in vnum, id eſt vt vnũ quidã eſſemus. Vna potione potati ſumus in vnum ſpiritum, ἓν πνεῦμα ἐποτίσθημεν εἰς ἓν πνεῦμα. Sic legunt Græca ſcholia, nulla diuerſæ lectionis facta mentione. Sic quoque vetuſtus vnus codex, niſi quòd addit præpoſitionem εἰς. Legit enim εἰς ἓν πνεῦμα. Clemens quoque libro Pædagogi primo legit εἰς πνεῦμα ἐποτίσθημεν, vno poculo potauimus, eadem manente ſententia, quãcunque harum lectionum ſequamur. Reſpondet autem εἰς ἓν πνεῦμα ſuperiori membro εἰς ἓν σῶμα, in vnum corpus, iucunda admodum permutatione: vt vtriuſque ſacramenti vnus ſcopus eſſe intelligatur: quamuis peculiariter in Cœna dicamur Domino incorporariin Baptiſmo verò, Spiritu ipſius regenerari. Itaque in vnum Spiritum vnam potionem potare, idem declarat atque vno viuifico ſanguinis Domini potu, participes fieri vnius Spiritus ipſius, qui per omnia membra permeans, ſingula viuificet reddátque ſuis functionibus idonea. Vulgata & Eraſmus, Vnum Spiritum potauimus, quam interpretationem non probo, etiamſi legas εἰς ἓν πνεῦμα ἐποτίσθημεν. Ita enim tollitur mutua illa Baptiſmi & Cœnæ Domini collatio.

Εαὰν εἴπῃ ὁ πούς, Οτι οὐκ εἰμὶ χείρ, οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ σώματος· οὐ παρὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ σώματος;

15 Si dicat pes, Quia nõ ſum manus, non ſum ex corpore: num ob id non eſt ex corpore?

15 *Si dixerit pes, Quoniã non ſum manus, non ſum de corpore: non ideo non eſt de corpore?*

Καὶ ἐὰν εἴπῃ τὸ οὖς, Οτι οὐκ εἰμὶ ὀφθαλμός, οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ σώματος· οὐ παρὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ σώματος;

16 Et ſi dicat auris, Quia nõ ſum oculus, non ſum ex corpore: nũ ob id non eſt ex corpore?

16 *Et ſi dixerit auris, Quoniam non ſum oculus, nõ ſum de corpore: non ideo non eſt de corpore?*

Εἰ ὅλον τὸ σῶμα ὀφθαλμός, ποῦ ἡ ἀκοή; εἰ ὅλον ἀκοή, ποῦ ἡ ὄσφρησις;

17 Si totum corpus oculus, vbi auditus? ſi totum auditus, vbi odoratus?

17 *Si totum corpus oculus, vbi auditus? ſi totum auditus, vbi odoratus?*

Νυνὶ δὲ ὁ Θεὸς ἔθετο τὰ μέλη, ἓν ἕκαστον αὐτῶν ἐν τῷ σώματι, καθὼς ἠθέλησεν.

18 Nunc autem Deus collocauit membra, ſingula ſigillatim in corpore, ſicut voluit.

18 *Nunc autẽ poſuit Deus membra, vnumquodque eorum in corpore, ſicut voluit.*

Εἰ δὲ ἦν τὰ πάντα ἓν μέλος, ποῦ τὸ σῶμα;

19 Quòd ſi eſſent omnia vnum membrum, vbi corpus?

19 *Quòd ſi eſſent omnia vnũ membrũ, vbi corpus?*

Νυνὶ δὲ πολλὰ μὲν μέλη, ἓν δὲ σῶμα.

20 Nunc verò multa quidem mẽbra ſunt, vnũ verò corpus.

20 *Nũc autẽ multa quidẽ mẽbra, vnũ autẽ corpus.*

Οὐ δύναται δὲ ὁ ὀφθαλμὸς εἰπεῖν τῇ χειρί, Χρείαν σου οὐκ ἔχω· ἢ πάλιν ἡ κεφαλὴ τοῖς ποσί, Χρείαν ὑμῶν οὐκ ἔχω.

21 Non poteſt autem oculus dicere manui, Non eſt mihi opus te: aut rurſum caput pedibus, Non eſt mihi vobis opus.

21 *Non poteſt autem oculus dicere manui, Opera tua non indigeo: aut iterum caput pedibus, Non eſtis mihi neceſſarij.*

Αλλὰ πολλῷ μᾶλλον, τὰ δοκοῦντα μέλη τοῦ σώματος ἀσθενέστερα ὑπάρχειν, ἀναγκαῖά ἐστι·

22 Imò multo potius, quæ videntur membra corporis infirmiſſima eſſe, neceſſaria ſunt:

22 *Sed multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora eſſe, neceſſariora ſunt:*

Καὶ ἃ δοκοῦμεν ἀτιμοτέρα εἶναι τοῦ σώματος, τούτοις τιμὴν περισσοτέραν περιτίθεμεν· καὶ τὰ ἀσχήμονα ἡμῶν περισσοτέραν εὐσχημοσύνην περισσοτέραν ἔχει.

23 Et quæ putamus membra corporis maximè eſſe inhoneſta, iis honorem ampliorem circumponimus: & quæ ſunt in nobis indecora, copioſiorẽ decorem habent.

23 *Et quæ putamus ignobiliora membra eſſe corporis, his honorẽ abũdantiorẽ circũdamus: & quæ inhoneſta ſunt noſtra, abũdantiorem honeſtatem habent.*

Τὰ δὲ εὐσχήμονα ἡμῶν οὐ χρείαν ἔχει· ἀλλ' ὁ Θεὸς συνεκέρασε τὸ σῶμα, τῷ ὑστερουμένῳ περισσοτέραν δοὺς τιμήν·

24 Nam quæ ſunt in nobis decora, *iis decore* non eſt opus: ſed Deus ſimul téperauit corpus, ei cui deerat, copioſiore tributo honore:

24 *Honeſta autem noſtra, nullius egent: ſed Deus tẽperauit corpus, ei cui deerat abundantiorem tribuendo honorem:*

Ινα μὴ ᾖ σχίσμα ἐν τῷ σώματι, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ὑπὲρ ἀλλήλων μεριμνῶσι τὰ μέλη.

25 Vt ne ſit diſſidium in corpore, ſed membra idem curent alia pro aliis.

25 *Vt non ſit ſchiſma in corpore, ſed idipſum pro inuicem ſolicita ſint membra.*

15 Quia, ὅτι. Hanc particulam vt redundãtem expunxit Eraſmus. Ego puto cauſalem eſſe, & ita ſignificari eorum arrogantiam qui quoniam non poſſunt primum locum in Eccleſia obtinere, idcirco illam ſcindunt, vel ab ea deficiunt. quibus reſpondet Paulus duplici ratione: vna non poſſe omnes eſſe inſtar manuum & oculorum, quoniam corporis ratio id non ferat. Altera, etiamſi quis non adeo excellat præ aliis, quoniam ita Deus ſingula diſpoſuit, tamen alios quantumuis excellentes non poſſe ipſius vſu carére: imò quo infirmius eſt aliquod membrum, eo magis de eo ſolicita eſſe reliqua membra oportére.

17 Odoratus, ὀσφρησις. Eraſ. Olfactus, quum illud ſit Ciceronianum, hoc Plinianum.

18 Nunc autem, νυνὶ δέ. Alibi diximus hanc particulam interdum non eſſe temporis aduerbium, ſed argumentorum ſeriem connectere, vt hoc loco & verſu 20. Singula ſigillatim, ἓν ἕκαστον αὐτῶν. Vulg. ad verbum, Vnumquodque eorum. quod durius eſt propter præcedentia. Eraſ. Vnumquodque ſigillatim.

22 Multo potius, πολλῷ μᾶλλον. Sic Eraſ. vt μᾶλλον declaret correctionem potius quàm comparationem. Vulg. Multo magis. Infirmiſſima, ἀσθενέστερα. Id eſt minimarum & abiectiſſimarum facultatum, ac proinde præ cæteris aſpernabilia. Nam ex antecedente intelligitur conſequens. Sic 2. Cor. 11. c. 10, infirmitates vocat ea per quæ ab aliis abiectus & vilis habebatur.

23 Honorem ampliorem circumponimus, περισσοτέραν περιτίθεμεν. Id eſt, maiore ſtudio tegimus. Eſt enim aſcititium ornamentum quicquid membris iniicimus tegendæ nuditatis cauſa: & latè patet apud Hebræos vocabulum honoris, vt vel ex illo præcepto apparet quo iubemur patrem & matrem honorare.

24 Nam, δέ. Id eſt καὶ, vt alibi ſæpe. Videtur enim ita hoc loco commodius explicari quàm per verò, vel autem. Simul temperauit, συνεκέρασε. Vulgata præpoſitionem σὺν neglexit: cuius hæc vis eſt vt multas partes certo temperamento in vnum corpus iunctas declaret.

25 Idem curent, τὸ αὐτὸ μεριμνῶσιν. Id eſt, ad totius corporis commodum & conſeruationem ſuas functiones conferant. Nam alioqui ſigillatim non omnia idem curant, quum aliud ſit manus, aliud oculi, aliud pedis officium. Vulg. barbarè, Idipſum ſolicita ſint. Eraſ. Eandem ſolicitudinem gerant.

Καὶ εἴτε πάσχει ἓν μέλος, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη· εἴτε δοξάζεται ἓν μέλος, συνχαίρει πάντα τὰ μέλη.

26 Itaque siue patitur vnum membrũ, simul dolent omnia membra: siue honore afficitur vnum membrum, simul gaudent omnia membra.

26 Et siquid patitur vnum membrũ, compatiũtur omnia membra: siue gloriatur vnũ membrum. cõgaudent omnia membra.

Ὑμεῖς δέ ἐστε σῶμα Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέρους.

27 Vos autem estis corpus Christi, & membra ex parte.

27 Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro.

Καὶ οὓς μὲν ἔθετο ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας, τρίτον διδασκάλους, ἔπειτα δυνάμεις, εἶτα χαρίσματα ἰαμάτων, ἀντιλήψεις, κυβερνήσεις, γένη γλωσσῶν.

28 Et alios quidem constituit Deus in Ecclesia, primùm Apostolos, deinde Prophetas, tertiò doctores, deinde *constituit* potestates, deinde dona sanationũ, opitulationes, gubernationes, genera linguarum.

28 Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia primùm Apostolos, secundò Prophetas, tertiò doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum. Ephes. 4. c. m

Μὴ πάντες ἀπόστολοι; μὴ πάντες προφῆται; μὴ πάντες διδάσκαλοι; μὴ πάντες δυνάμεις;

29 Num omnes, Apostoli? num omnes, Prophetæ? nũ omnes, Doctores? num omnes *sunt* potestates?

29 Nũquid omnes, Apostoli? nũquid omnes, Prophetæ? nũquid omnes, doctores? nũquid omnes, virtutes?

Μὴ πάντες χαρίσματα ἔχουσιν ἰαμάτων; μὴ πάντες γλώσσαις λαλοῦσι; μὴ πάντες διερμηνεύουσι;

30 Num omnes donum habẽt sanationum? num omnes linguis loquuntur? num omnes interpretantur?

30 Nũquid omnes gratiã habẽt curationũ? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur?

Ζηλοῦτε δὲ τὰ χαρίσματα τὰ κρείττονα. Καὶ ἔτι καθ' ὑπερβολὴν ὁδὸν ὑμῖν δείκνυμι.

31 Sed ambite dona potiora. Et porro iter ad excellentiam vobis indicabo.

31 Æmulamini autẽ charismata meliora. Etadhuc excellentiorem viam vobis demonstro.

Κεφάλαιον ιγ΄

CAP. XIII.

CAP. XIII.

Ἐὰν ταῖς γλώσσαις τῶν ἀνθρώπων λαλῶ καὶ τῶν ἀγγέλων, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, γέγονα

1 Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus

1 Si *linguis hominũ loquar et Angelorũ*, charitatẽ autẽ nõ habeã, factũ

16 Itaque, καί. Vulg. & Eras. Et, vt duo hæc verba, nempe σωτελεῖται & συμπάσχει copulentur, non autẽ μεμερισμένως & συμπάσχει, quia ἵνα repetere oporteret ἀπὸ μέρους, ac proinde legere συμπάσχει & συνχαίρει. Ego verò malo καί pro εἰσὶ accipere, ex Hebræorum idiotismo, qui sic quoque suum illud ו vsurpant. Simul dolent, συμπάσχει. Condolendi verbum Latinis nihil amplius quàm simplex dolere significat. Vulg. barbarè, Compatiuntur, & etiam συνχαίρει congaudent. Erasmus, Simul patiuntur, non multo melius, si Latinitatem spectes. Rarò enim legas pati absolutè positum pro dolere siue cruciari. Honore afficitur, δοξάζεται. Siue exornatur, id est κοσμεῖται. Erasmus ad verbum, Glorificatur. Vulg. Gloriatur, nisi mendum hoc est librariorum.

27 Ex parte, ἐκ μέρους. Id est aliquatenus. Nam omnes Ecclesiæ per orbem dispersæ diuersa sunt vnius corporis membra, nisi ἐκ μέρους accipere libeat pro κατὰ μέρος. acsi dicas, Pro se quisque, nimirũ quisque pro suæ functionis munere. quæ significatio videtur præcedentibus & sequentibus accommodatior. Sed tamen ἐκ μέρους in ea significatione alibi nusquam memini legere. Vulg. Membra ex membro, καὶ μέλη ἐκ μέλους, vt etiam legit Ambrosius quasi dicas, membra alia ab aliis pendentia, mutuæ connexionis vinculo.

28 Et alios quidẽ, καὶ οὓς μέν. Hic necesse est ἀναπόδοτον esse fateamur. cuiusmodi tamen apud idoneos etiam scriptores inuenias. Nam pro δεύτερον vel ἔπειτα, dicendum fuerat οὓς δέ, alios verò, vt cohæreret constructio. Potestates, δυνάμεις. Id est, qui fungantur facultate edendarum illarum virtutum, de quibus diximus suprà, versu 10. Neque enim hic de dono ipso agitur, sed de eo qui hac administratione fungatur: veluti quum magistratum dicimus eum qui est in magistratu. Notandum est autem, hanc administrationem à dono sanationum rursus distingui: itémque à gubernatione, cui quidem ego ordinariam disciplinã Ecclesiasticam tribuo. Opitulationes, ἀντιλήψεις. Ita vocat (opinor) Diaconorum & viduarum ministeria, pauperibus & ægrotis subleuandis destinatorum. Gubernationes, κυβερνήσεις. Presbyterorum ordinem declarat, qui disciplinæ & politiæ Ecclesiasticæ custodes erant, vt alibi diximus. Genera linguarum, γένη γλωσσῶν. In quibusdam eo dicibus veteris editionis additur Interpretationes sermonum, id est ἑρμηνείας γλωσσῶν. Sic quoque legit & interpretatur Ambrosius: & sanè hoc adiciendum puto, non modò quia suprà, versu 10, & capite 14, diserte distinguũtur hæc duo, sed etiam quia in repetitione quæ sequitur, vtriusque figillatim fit mentio.

31 Sed ambite, ζηλοῦτε δέ. Id est, iis vos dedite quæ sunt præstantissima. vt si diceret Apostolus, Video vos alios aliis inuidere, atqui danda potius est vobis opera, sancta quadam æmulatione, vt in rebus sanctis, & ad communem salutem pertinentibus, alii aliis antecellatis. Est enim aliquis eo excellentior quo est vtilior. Vulg. Æmulamini. Eras. Sectemini. Phorius & Theodoritus ζηλοῦν accipiunt indicandi modo, & ista explicant per interrogationem: acsi dicat Apostolus, Cupitis excellere? eo quomodo vobis liceat maximæ cum laude esse ambitiosis: vt hoc sit instar procemii ad futuram de charitate tractationem. Neque verò mihi hæc sententia displiceret, nisi omnes nostri codices repugnarent. Et porro, καθ' ὑπερβολὴν ὁδόν. Vel quinetiã. Vulg. & Eras. Et adhuc: nimium obscurè. Iter ad excellentiam, καθ' ὑπερβολὴν ὁδόν. Sic explicandus mihi videtur hic locus, vt κατὰ relationem declaret, nec referatur ad verbum δείκνυμι, sed ad nomen ὁδόν. Vulg. & Eras. Excellentiorem viam.

IN CAPVT XIII.

1 Et Angelorum, καὶ ἀγγέλων. Sic interdum per hyperbolen loquitur Paulus ex hypothesi, maximæ emphaseos causa: acsi diceret, Si linguæ essent aliquæ Angelorum, & ego eas tenerem, neque illis vterer ad commodũ proximi, id verò nihil aliud esset quã inanis & obstrepera loquacitas. Similis est hyperbole Rom. 8. g. 39.

vbi quum res omnes creatas, ſummas, mediaſ & infimas nominaſſet, addit, Neque alia vlla res creata. Item Galat.1.b.8, vbi ſi de malis Angelis loquitur, friget atque adeo abſurdus eſt ſermo: ſin de bonis, in eos non cadit falſa prædicatio. Relinquitur ergo id quoque dictum eſſe ὑποθετικῶς ex hypotheſi: vt planè inepti ſint qui hoc loco diſputant de Angelorum linguis.

χαλκὸς ἠχῶν, ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον.

Καὶ ἐὰν ἔχω προφητείαν, καὶ εἰδῶ τὰ 2
μυστήρια πάντα καὶ πᾶσαν τὴν γνῶσιν·
καὶ ἐὰν ἔχω πᾶσαν τὴν πίστιν, ὥστε ὄρη
Matth.17.c.20 μεθιστάνειν, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδέν εἰμι.

Καὶ ἐὰν ψωμίζω πάντα τὰ ὑπάρχον- 3
τά μου, καὶ ἐὰν παραδῶ τὸ σῶμά μου ἵνα
καυχήσωμαι, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδὲν
ὠφελοῦμαι.

Ἡ ἀγάπη μακροθυμεῖ, χρηστεύεται ἡ 4
ἀγάπη οὐ ζηλοῖ, ἡ ἀγάπη οὐ περπερεύε-
ται, οὐ φυσιοῦται,

Οὐκ ἀσχημονεῖ, οὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς, οὐ 5
παροξύνεται, οὐ λογίζεται τὸ κακόν,

Οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ, συγχαίρει δὲ 6
τῇ ἀληθείᾳ·

Πάντα στέγει, πάντα πιστεύει, πάντα ἐλ- 7
πίζει, πάντα ὑπομένει.

ſum ᵛes reſonans, aut cymbalum tinniens.

Et ſi habeam prophetiam, & nouerim myſteria omnia omnémque ſcientiam: & ſi habeam ᵛtotā fidē, adeo vt ‖ montes tranſferam, charitatē autē non habeam, nihil ſum.

Et ſi ᵛinſumam alendis egenis omnes facultates meas, & ſi tradam corpus meum ᵛvt comburar, charitatem autem non habeam, hoc nihil mihi prodeſt.

Charitas ᵛ patiens eſt, comis eſt: charitas non inuidet, charitas ᵛnon agit perperam, non inflatur,

ᵛNon agit indecorè, ᵛnō quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum,

Non gaudet iniuſtitia, ᵛgratulatur autem veritati:

ᵛOmnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet.

ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens.

2 *Et ſi habuero prophetiā, & nouerim myſteria omnia, & omnē ſcientiam: & ſi habuero omnē fidē, ita vt mōtes trāſferā, charitatē autem non habuero, nihil ſum.*

3 *Et ſi diſtribuero in cibos pauperū omnes facultates meas, et ſi tradidero corpus meū vt ardeā: charitatē autem non habuero, nihil mihi prodeſt.*

4 *Charitas patiens eſt, benigna eſt: charitas nō æmulatur, non agit perperam, non inflatur,*

5 *Nō eſt ambitioſa, nō quærit quæ ſua ſunt, nō irritatur, non cogitat malum,*

6 *Nō gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati:*

7 *Omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet.*

Æs, χαλκός. Vulg. Velut æs, ὡς χαλκός, contra fidem Græcorum exemplarium, & certè videtur comparatio magis efficax ſi particula ſimilitudinis omittatur. Tinniens, ἀλαλάζον. Id eſt, inconditum & confuſum ſonum edens: fictitio verbo deducto ab incondita voce ἀλαλά.

1 Totam fidem, πᾶσαν πίστιν. Fidem hic accipi pro dono edendorum ſignorū, vt ſuprà, 11.2.9, apparet ex ipſius effectis, quorum vnum commemorat. Sed & pro fide hiſtorica quam vocant accipi poteſt, quum de Chriſti omnipotentia perſuaſos eſſe oporteat qui in ipſius nomine credunt ſe poſſe quiduis efficere. quum autem & illa improbis multis, vt Mat.7.c.22, & iſta diabolis quoque tribuatur, vt Iac.2.d.19, non mirum eſt ſeparari à charitate, ex hypotheſi. Fides autem illa iuſtificans quæ Dei miſericordiam in Chriſto apprehendit, cogitatione quidem à charitate ſeparari poteſt, reipſa verò nunquam: quia qui credit, filius Dei fit, Iohan.1.b.12: qui autem filius Dei eſt, agitur Chriſti Spiritu, Rom.8.b.9. vnde efficitur, fidem illam à charitate non poſſe magis diuelli quàm lucem ab igne: vt Iohan.2.a.4. Itaque vel de hac fide non agitur hoc loco, vel certè dicendum eſt, ex hypotheſi dūtaxat fieri hanc ſeparationem. vt planè ſint inepti qui ex hoc loco ſimpliciter & categoricè argumentantur. Quod autem attinet ad πᾶσαν (quam particulam vrget Pighius cum Sophiſtis) nō ſignificat hoc in loco vniuerſalem complexum ſpecierum, ſed iſtius ſpeciei perfectionem declarat, id eſt totam potius quàm omnem ſignificat: vt Rom.7.b.8, & alibi ſæpe. Sic dicitur aliquis omnibus viribus, omni contentione, omni animo aliquid aggredi. Necui tamē imperito imponeret hæc enallage, Totā dicere malui quàm Omnem.

3 Inſumam alendis egenis, ψωμίσω. Propriè τὸ ψωμίζειν declarat cibum conciſum & intinctum veluti in os indere, vt puerulis & ægrotis ſolemus: pro quo dicimus in vernaculo ſermone *Apaſtelen*. Hic verò ſignificat in eum vſum bona auidiſſimè impendere. Vulg. Et ſi diſtribuero in cibos pauperum. Eraſ. Et ſi inſumam in alimoniam. Vt comburar, ἵνα καυθήσωμαι. Quidam codices legunt ἵνα καυχήσωμαι, vt glorier, quam lectionem non ineptam puto, vt ſignificetur quomodo poſſint iſta Deo non placere: puta ſiquis hæc fecerit gloriæ cupiditate, non autem Dei aut proximi charitate impulſus. Habet enim etiam diabolus ſuos martyres.

4 Patiens eſt, μακροθυμεῖ. Id eſt, ad verbum, Iram differt, vide Matth.18.d.26. Non agit perperā, οὐ περπερεύεται id eſt ne quiter ſiue inſolenter. Puto enim Græcā vocē hāc à Latina deriuatā eſſe, & tum quidē fuiſſe familiarem: vnde factum vt ex Græcis interpretibus quibus peregrinum illud vocabulum ignotum erat, alii interpretētur, Non adulatur, οὐκ ἀλαζονεύεται: alii, Non eſt præceps, οὐ προπετεύεται: alii, Nō garrit: alii, Non eſt leuis & inconſtans. Clemens lib. Pædagogi 3, Non eſt fucata. Nam, inquit, ἡ ἀφθορία ὁ καλλωπισμός. Eraſ. Non eſt procax.

5 Non agit indecorè, οὐκ ἀσχημονεῖ. Siue, Non eſt contumelioſa. Poteſt enim etiam accipi tranſitiuè, vt ſubaudiatur caſus perſonæ, vt quum dicimus, Non amat, id eſt ab amoribus eſt alienus. Eodem autem recidit vtraque interpretatio. Indecorum enim vocat quicquid ſit proximo præter officium, vel aliter quàm deceat. Eraſ. Non eſt faſtidioſa. Vulg. Non eſt ambitioſa. Non quærit quæ ſua ſunt, οὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς. Clemens lib. Pædagogi tertio legit οὐ ζητεῖ τὰ μὲ ἑαυτῆς, non quærit quod ſuum non eſt.

6 Gratulatur autē veritati, συγχαίρει δὲ τῇ ἀληθείᾳ. i. Iuſtis autē iuſtitiā gratulatur. Nā præpoſitio συν facit vt iuſtitia pro hominibus factiſque iuſtis cōmodius accipiatur. Vulg. & Eraſ. ad verbū, Cōgaudet autē veritati. Sed apparet ex oppoſito mēbro, veritatis nomine hoc loco iuſtitiā in genere declarari, ex Hebræorū idiotiſmo, qui אמת in genere accipiunt pro iuſtitia, quòd nulla ſit vera iuſtitia quæ non ſit fraudis expers. Nulla eſt igitur inter malos charitas ſed coniuratio potius: & magnū eſt quoqs inter adulationē & charitatē, atque adeo inter philoſophicā & Chriſtianā charitatē diſcrimē.

7 Omnia ſuffert πάντα στέγει. Cyprianus De ſimplicitate prælatorū, tractatu 3, legit, Omnia diligit, πάντα στέργει, pro quo dicere malim, In omnibus acquieſcit. & ſanè

mihi magis probatur hæc lectio, de qua etiã diximus ſuprà, cap. 9. b. 11. Quomodocunque autem legas, ſciẽdum eſt in iſtis omnibus particulam μὴ ita reſtringendam vt ea demum complectatur quæ ferri, credi, ſperari, ſuſtineri bona conſcientia poſſunt ac debent. Dixit enim non gaudere iniuſtitia charitatem.

Ἡ ἀγάπη οὐδέποτε ἐκπίπτει· εἴτε δὲ προφητεῖαι καταργηθήσονται, εἴτε γλῶσσαι παύσονται, εἴτε γνῶσις καταργηθήσεται.

Ἐκ μέρους γὰρ γινώσκομεν, καὶ ἐκ μέρους προφητεύομεν.

Ὅταν δὲ ἔλθῃ τὸ τέλειον, τότε τὸ ἐκ μέρους καταργηθήσεται.

Ὅτε ἤμην νήπιος, ὡς νήπιος ἐλάλουν, ὡς νήπιος ἐφρόνουν, ὡς νήπιος ἐλογιζόμην· ὅτε δὲ γέγονα ἀνήρ, κατήργηκα τὰ τοῦ νηπίου.

Βλέπομεν γὰρ ἄρτι δι' ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι, τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον· ἄρτι γινώσκω ἐκ μέρους, τότε δὲ ἐπιγνώσομαι καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην.

8 Charitas nunquam excidit: ſed & prophetiæ abolebũtur, & linguæ ceſſabũt, & cognitio abolebitur.

9 Ex parte enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus.

10 Poſtquam autem aduenerit quod perfectum eſt, tunc quod ex parte eſt abolebitur.

11 Quũ eſſem infans, vt infans loquebar, vt infãs cogitabam, vt infans ſentiebã: poſtquam autem factus ſum vir, aboleui quæ infantis erant.

12 Cernimus enim nũc per ſpeculũ & per ænigma, tunc autẽ corã *cernemus*: nunc cognoſco ex parte, tunc verò cognoſcam prout edoctus fuero.

8 *Charitas nunquã excidit: ſiue prophetiæ euacuabũtur, ſiue linguæ ceſſabũt, ſiue ſcientia deſtruetur.*

9 *Ex parte enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus.*

10 *Quum autem aduenerit quod perfectũ eſt, euacuabitur quod ex parte eſt.*

11 *Quũ eſſem parũulus, loquebar vt parũulus, ſapiebam vt parũulus, cogitabã vt parũulus: quãdo autẽ factus ſum vir, euacuaui quæ erãt parũuli.*

12 *Videmus nunc per ſpeculũ in ænigmate, tũc autẽ facie ad faciẽ: nunc cognoſco ex parte, nunc autẽ cognoſcã ſicut & cognitꝰ ſũ.*

8 Sed & prophetiæ abolebuntur, ἀλλὰ καὶ προφητεῖαι καταργηθήσονται. Vulg. Siue prophetiæ euacuabuntur. Eraſ. Siue prophetiæ abolebũtur, admodum obſcurè, niſi poſt προφητεῖαι adſcribas diaſtolẽ, vt ſubaudias ἔσονται, ſint, itémque poſt γλῶσσαι, & poſt γνῶσις. quam interpunctionem reperi in codicibus tribus. Sed longè planior erit oratio ſi ἢ accipias pro καί, vt Col. 1. c. 20, & infrà, 15. b. 11. Et cognitio, καὶ γνῶσις. Id eſt, ratio adipiſcendæ ſcientiæ ex prophetia, ſeu ex aliorum inſtitutione. neque enim ipſe ſcientiæ & cognitionis habitus abolebitur, ſed perficietur. Quod in prophetia quidem & inlinguis locũ non habet, vtpote quæ nõ perficiẽtur, ſed prorſus extinguentur: verùm non poſſis niſi valde coacta interpretatione abolendi verbum aliter de cognitione quàm de prophetia vel linguis dictum accipere. Deinde ſi aboleri dicamus quod perficitur, non conuenient charitatis comparatio cum ſcientia: ſiquidem dubium non eſt quin charitas quoque ex contemplatione Dei perficiatur: & de modo cognoſcendi, non de ipſa ſcientia hîc agi, apparet ex verſu duodecimo. Hæc cauſa eſt cur cognitionem quàm ſcientiam maluerim interpretari: quanuis ne cognitionis quidem nomen mihi ſatisfaciat. Perceptionem aut diſciplinam dicere maluiſſem, niſi horum quoque ambigua eſſet ſignificatio. Si auſus eſſem vocabulum fingere, diſcẽtiam dixiſſem. nam ſicut προφητεία διδαχή, ita γνῶσις μάθησιν hoc loco declarat. Cuius rei obſeruatio neglecta multos interpretes fefellit: adeo vt nõnulli putarint τὸ οὐκ πίπτειν non accipi pro excidere, id eſt deficere & aboleri, ſed pro abrampi: quia vera charitas vitia quidem odit, homines autẽ ipſos non item. quam interpretationem quanuis parum appoſitam, ſequutos eſſe video Chryſoſtomum & Photium. Quidam paulo alter explicant pro aberrare ſiue ἐκπίπτειν: quaſi dicatur charitas nunquam nos deſtituere, quum ſæpe prophetiæ & ſcientiæ donum nos deſtituat, in rebus nimirum abſtruſioribus. Sed hæc quoque interpretatio mihi probari non poteſt, quum non minus imperfecta ſit charitas quãdiu hîc viuimus, ac fortaſſis etiam magis quàm prophetia aut ſcientia, in præſtantiſſimis quoque hominibus.

9 Ex parte, ἐκ μέρους. Id eſt imperfecto modo & ratione diſcimus, quum doctores etiam ex parte prophetent. Mutua enim eſt inter docendi & diſcendi modum relatio. Itaque quum in ipſo Deo omnia contẽplabimur, quorſum ſcholæ, quorſum omnia adminicula quibus homo vel doceat vel inſtruatur Sciẽtia igitur ipſa non abolebitur, imò perficietur: ſed ratio cognoſcendi & docendi cedet Dei ipſius contemplationi. Ineptí ſunt igitur Academici, hoc loco abutentes vt incertam eſſe doceant doctrinam quam ex verbo Dei ſi ctipto conſequimur: itẽ fanatici Anabaptiſtæ & Libertini, qui hæc ſemper habent in ore vt ſua ſomnia imperitis obtrudãt. Nam (vt alias multas rationes omittam) cogitare ſaltem debuerant, plenioris reuelationis tempus ab Apoſtolo in futurum ſeculum differri, nec ſcientiam cum ſcientia, vt res natura & reipſa diuerſas, ſed vnius & eiuſdẽ ſcientiæ adipiſcendæ modos prorſus & diuerſos & impares, inter ſe ab Apoſtolo comparari.

11 Vir, ἀνήρ. Hinc apparet in ſacris etiam literis verum eſſe quod tradunt grãmatici, ἀνὴρ, virũ, interdum eſſe ſexus nomen, vt quum γυναικί, mulieri, opponitur: interdum maritum ſignificare, vt quando cum vxore confertur: interdum ætatem conſtantem & integram declarare, vt hoc in loco, & Epheſ. 4. c. 13. vbi tamẽ additur πλήρωμα explanationis cauſa. Quartam autem ſignificationem, quum vir nomẽ eſt ἀρετῆς. i. fortem & magnanimum declarat, non memini legere in Noui fœderis libris, niſi infrà, 16. c. 13. vbi ἀνδρίζεσθαι accipitur pro virum ſe præſtare. Aboleui quæ erant infantis, κατήργηκα τὰ τοῦ νηπίου. In quibuſdam Græcis codicibus excuſis, perperam legitur κατήργλω κὰ τοῦ νηπίου, fortaſſis pro κατηργῆσθαι τὰ τοῦ νηπίου. Eſt autem hoc additum à Paulo vt ex ſimilitudine facultatum & habituum animi quæ cum corpore ipſo adoleſcant, illuſtret quod dixerat de ſpiritualibus illis donis.

12 Cernimus enim nunc per ſpeculum, βλέπομεν γὰρ ἄρτι δι' ἐσόπτρου. Διὰ hoc in loco idem declarat atque Trans, vel Intra. Sumpta autem eſt trãſlatio à ſpeculis, quæ non rem ipſam ſed eius imaginem intuentibus obiiciunt: ac fortaſſis ad ea reſpexit Paulus quæ phyſici de phantaſia & intelligẽtia docent. Cæterùm, quia Apoſtolus ſeſe propoſuit pro exemplo, & in hoc eodem verſiculo ſequitur γινώσκω, non γινώσκομαι, malim cum Theodorito Περὶ προφητείας λέγω, legere, ἄρτι γὰρ βλέπω ὡς ἐν ἐσόπτρῳ, id eſt, Nunc enim cerno quaſi in ſpeculo.

Et per ænigma, ἐν αἰνίγματι. Vulgata & Eraſmus, In ænigmate. Ego malo ἐν pro διὰ poſitum eſſe, ex Hebræorum idiotiſmo. Theodoritus autem eo loco quem modo citaui, legit καὶ ἐν αἰνίγματι, & per ænigma. quam lectionem maximè ſinceram eſſe puto. Videtur enim non vna ſed duplex eſſe tranſlatio: vna videlicet ſumpta ab iis quæ externis oculorum ſenſibus, altera ab iis quæ ipſa intelligentiæ facultate vſurpantur. Ænigma enim

diritur oratio obſcura, & quaſi inuolucris quibuſdam obtecta. Oratio porro in oculos non incurrit, ſed menti obiicitur: vt Paulus fortaſſis myſteria ſpeculis, Verbi prædicationem ænigmati compararit. Neque id tamen ſimpliciter accipiendum eſt quod hic dicit Apoſtolus, ſed quatenus iſta qua nunc fruimur Dei cognitio, cõfertur cum re præſenti: id eſt, cum ipſius naturæ Dei futura cõtemplatione, prout quidem à nobis Deus ipſe cerni poterit. Caſtellio nuper conuertit, Per ambages: quàm proprie & accommodatè, ipſe viderit. Coram, 5
πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. Vulg. & Eraſ. ad verbum, Facie ad faciẽ. i. vt in vernaculo ſermone exprimimus, Vis à vis.

Prout edoctus fuero, καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην. Particulam καθὼς exiſtimo cõuenientiam illã ſignificare quæ eſt inter inſtitutionem & perceptionem. Nam quo excellentior erit doctor noſter, ipſe nimirum Deus: & præſtantior docendi ratio, ipſa vtique præſentis Dei contemplatio, addo etiam, quo melior erit noſtra conditio, quum induerimus immortalitatem, eo etiam perfectior erit cognitio. Itaque ἐπεγνώσθην accipio pro ἐπιγνώσομαι, 10
ex idiotiſmo Hebræorum, de quo ſuprà, 8. a. 3, & infrà, 15. a. 3. idque in futuro exacto quod grammatici vocant. Redundat autem particula καὶ, vt ſuprà admonuimus, 10. b. 9, & Iohan. 8. c. 15. Vulg. Sicut & cognitus ſum. Eraſ. Quemadmodum & cognitus ſum. i. ita vt ipſe me notum habet ac perſpectum, vt ſit mutua quædam cognitio, & ſimilitudo tamen potius quàm æqualitas notetur. Aliis potius placet, Cognitum eſſe, accipi pro approbatum 15
eſſe: ſicut interdum accipi cognoſcendi verbum annotauimus ſuis locis.

Νυνὶ δὲ μένει πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη, τὰ τρία ταῦτα· μείζων δὲ τούτων ἡ ἀγάπη.

13 Nũc verò manet fides, ſpes, charitas, tria hæc: maxima autem harum charitas.

13 Nunc autẽ manet fides, ſpes, charitas, tria hæc: maior autem his eſt charitas.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ.

CAP. XIIII.

Διώκετε τὴν ἀγάπην, ζηλοῦτε δὲ τὰ πνευματικὰ, μᾶλλον δὲ ἵνα προφητεύητε.

1 Sectamini charitatem, ambite ſpiritualia: magis tamẽ vt prophetetis.

1 Sectamini charitatem, æmulamini ſpiritualia: magis autem vt prophetetis.

Ὁ γὰρ λαλῶν γλώσσῃ, οὐκ ἀνθρώποις λαλεῖ, ἀλλὰ τῷ Θεῷ· οὐδεὶς γὰρ ἀκούει, πνεύματι δὲ λαλεῖ μυστήρια.

2 Nam qui loquitur lingua, non hominibus loquitur, ſed Deo. nullus enim audit, Spiritu verò loquitur myſteria.

2 Qui enim loquitur lingua, nõ hominib⁹ loquitur, ſed Deo nemo enim audit, ſpiritus autẽ loquitur myſteria.

Ὁ δὲ προφητεύων, ἀνθρώποις λαλεῖ οἰκοδομὴν καὶ παράκλησιν καὶ παραμυθίαν.

3 Qui autem prophetat, hominibus loquitur ædificationem, & exhortationem, & conſolationem.

3 Nã q prophetat, hominibus loquitur ædificationẽ, & exhortationem, & conſolationem.

Ὁ λαλῶν γλώσσῃ, ἑαυτὸν οἰκοδομεῖ· ὁ δὲ προφητεύων, ἐκκλησίαν οἰκοδομεῖ.

4 Qui loquitur lingua, ſeipſum ædificat: qui verò prophetat, Eccleſiam ædificat.

4 Qui loquitur lingua, ſemetipſũ ædificat: qui autẽ prophetat, Eccleſiã Dei ædificat.

Θέλω δὲ πάντας ὑμᾶς λαλεῖν γλώσσαις, μᾶλλον δὲ ἵνα προφητεύητε· μείζων δὲ ὁ προφητεύων ἢ ὁ λαλῶν γλώσσαις, ἐκτὸς εἰ μὴ διερμηνεύῃ, ἵνα ἡ ἐκκλησία οἰκοδομὴν λάβῃ.

5 Velim autem omnes vos loqui linguis, magis tamen vt prophetetis. maior enim eſt qui prophetat quã qui loquitur linguis, niſi ſi interpretetur, vt Eccleſia ædificationem accipiat.

5 Volo autẽ omnes vos loqui linguis, magis autem prophetare. nã maior eſt qui prophetat quàm qui loquitur linguis, niſi interpretetur, vt Eccleſia ædificationem accipiat.

13 Nunc, νῦν. Puto νῦν & τότε opponi, i. præſentis vitæ conditionem cum futura. Redit enim ad inſtitutum, aut potius diſputationem cõcludit: acſi dicat, Ea igitur tum erit noſtra conditio. Vt verò nũc ſumus, tria nobis adſunt & neceſſariò manent, ſi modò Chriſti ſumus: inter quæ rurſus excellit charitas. Vtitur autem (ni fallor) manendi vocabulo, vt hæc dona ab aliis diſtinguat, quæ videlicet cum religione neceſſariò non cohærent, nec ſunt (vt ita dicam) ſubſtantialia. Maxima, μείζων. Id eſt μεγίστη, vt in illo verſiculo Catulli poetæ, 10
alioquin indigni cuius nomen hic adſcriberem, Heſpere qui luces cælo iucundior ignis. Sic Mat. 13. a. 11, & Mar. 4. d. 31, & infrà, 15. c. 19. Quo autem reſpectu dicatur maxima charitas, ab eruditis interpretibus copioſè explicatum eſt. Quocunque autem modo charitatem intelligas maximam dici, non conſequetur nos per eam iuſtificari coram Deo, ſicut nec fide ipſa iuſtificamur, niſi quatenus Chriſtum, iuſtitiam noſtram, apprehendit. Hæc autem apprehenſio Chriſti, ſoli fidei tribuitur: quoniam ſub hac conditione ſi crediderimus, offertur Chriſtus. 15
Charitas verò quomodo efficeret iuſtificationẽ in nobis, quum ſit ipſius iuſtificationis effectum? Harum, τούτων. In quibuſdam codicibus legimus πάντων, omnium.

IN CAPVT XIIII.

1 Ambite, ζηλοῦτε. i. φιλοτιμεῖσθε. Eſt enim minus quiddã quàm διώκειν. Vulg. & Eraſ. Æmulemini, haud ſcio an ſatis Latinè. Prophetetis, προφητεύητε. Quid ſit prophetia, apparet ex ver. 3, & diximus Rom. 12. b. 6. 30
Caſtellio conuertit, Vaticinemini. quod vocabulum vt profanum repudio. Deinde peculiare iſtud Prophetiæ donum ab hoc munere interpretandi Verbi & Eccleſiæ applicandi diſtinguendum eſt.

2 Qui loquitur lingua, ὁ λαλῶν γλώσσῃ. vel γλώσσης. i. linguis, vt in quibuſdam codicibus legitur. Lingua autem hoc loco & ſimilibus non declarat loquutionis inſtrumentum, ſed idioma peregrinum, quod nemo intelligat niſi interpretatio adiungatur. Non hominibus, &c. οὐκ ἀνθρώποις, &c. Id eſt, quum à ſolo Deo non 35
autem ab hominibus intelligatur, non cum hominibus, ſed cum ſolo Deo agit, quum tamen ideo conueniatur in Eccleſia vt dona illa in communem Eccleſiæ vſum conferantur. Spiritu verò, Πνεύματι δέ, Id eſt afflatu quem à Spiritu accepit: quo tamẽ abutitur, quũ loquatur myſteria, ſiue quæ nõ intelligãtur à quoquã in cœtu.

3 Qui autem prophetat, ὁ δὲ προφητεύων. Vetus interpres pro δὲ legit γὰρ, ſed perperam, quum hæc ſit pars altera collationis. Ædificationem, οἰκοδομὴν. Id eſt, quæ homines promoueant in pietatis cognitione & ſtudio. Vide ſuprà, 8. a. 1. 4 Eccleſiam, ἐκκλησίαν. Id eſt, cœtum & congregationem, vt vertit Eraſmus. Ego malui vocabulum adeo vſitatum retinere. Nam nimium eſt craſſa eorum ignorantia qui hoc vocabulo nihil niſi templi parietes intelligunt, de quorum ædificio hic non agitur. Vulgata addit, Dei, quod nõ additur in noſtris Græcis codicibus, & per ſe ſatis intelligitur. 40

Νυνὶ δέ, ἀδελφοί, ἐὰν ἔλθω πρὸς ὑμᾶς γλώσσαις λαλῶν, τί ὑμᾶς ὠφελήσω, ἐὰν μὴ ὑμῖν λαλήσω ἢ ἐν ἀποκαλύψει, ἢ ἐν γνώσει, ἢ ἐν προφητείᾳ, ἢ ἐν διδαχῇ;

Ὅμως τὰ ἄψυχα φωνὴν διδόντα, εἴτε αὐλὸς, εἴτε κιθάρα, ἐὰν διαστολὴν τοῖς φθόγγοις μὴ δῷ, πῶς γνωσθήσεται τὸ αὐλούμενον ἢ τὸ κιθαριζόμενον;

Καὶ γὰρ ἐὰν ἄδηλον φωνὴν σάλπιγξ δῷ, τίς παρασκευάσεται εἰς πόλεμον;

Οὕτω καὶ ὑμεῖς διὰ τῆς γλώσσης ἐὰν μὴ εὔσημον λόγον δῶτε, πῶς γνωσθήσεται τὸ λαλούμενον; ἔσεσθε γὰρ εἰς ἀέρα λαλοῦντες.

Τοσαῦτα, εἰ τύχοι, γένη φωνῶν ἐστιν ἐν κόσμῳ, καὶ οὐδὲν αὐτῶν ἄφωνον.

Ἐὰν οὖν μὴ εἰδῶ τὴν δύναμιν τῆς φωνῆς, ἔσομαι τῷ λαλοῦντι βάρβαρος· καὶ ὁ λαλῶν, ἐν ἐμοὶ βάρβαρος.

6 Nunc verò, fratres, ſi veniã ad vos linguis loquens, quid vos iuuabo, niſi vobis loquar aut per reuelationem, aut per cognitionem, aut per prophetiam, aut per doctrinam?

7 Atqui inanima quæ ſonum edunt, ſiue tibia ſit, ſiue cithara, niſi diſtinctionem tonis dederint, quomodo cognoſcetur quod tibia canitur aut cithara?

8 Etenim ſi incertum ſonum tuba dederit, quis apparabitur ad bellum?

9 Ita & vos niſi per linguam bene ſignificãtem ſermonem ediderit, quomodo intelligetur quod dicitur? eritis enim in aerem loquentes.

10 Tot, prout inciderit, genera vocum ſunt in mũdo, & nihil eſt mutum.

11 Niſi igitur ſciero vim vocis, ero ei qui loquitur, barbarus: & qui loquitur, apud me barbarus fuerit.

6 *Nũc autẽ, fratres, ſi uenero ad uos linguis loquẽs, quid uobis prodero niſi uobis loquar aut in reuelatione, aut in ſcientia, aut in prophetia, aut in doctrina?*

7 *Tamẽ quæ ſine anima ſunt, nocẽ dãtia ſiue tibia ſiue cithara, niſi diſtinctionem ſonituũ dederint; quomodo ſcietur id quod tibicinatur, aut quod citharizatur?*

8 *Etenim ſi incertã uocẽ det tuba, quis parabit ſe ad bellum?*

9 *Ita & uos p linguã niſi manifeſtũ ſermonẽ dederitis, quomodo ſcietur id quod dicitur? eritis enim in aera loquentes.*

10 *Tã multa, ut puta, genera linguarũ ſunt in mundo, & nihil ſine uoce eſt.*

11 *Si ergo neſciero uirtutẽ uocis, ero ei cui loquor barbarus: & qui loquitur, mihi barbarus.*

6 Aut per reuelationem, ἢ ἐν ἀποκαλύψει. Reuelationem, quam (vt opinor) vocauit σοφίαν, ſapiẽtiam; ſuprà, 12. 8, & Hebræi appellant נבואה, cõiungo prophetiæ, cuius munus eſt, prout Spiritus animum regit, non ſimpliciter interpretari verbum, ſed corripiendo, hortando, conſolando, applicare: vt planè hic opus ſit cæleſti quodam dono peculiari, quod homines ſuo marte cõſequi non poſſint. Cognitionem autem, id eſt דעת, doctoribus tribuo, quorum officium eſt ex Scripturarum collatione verbum Domini fideliter explicare, vt in Eccleſia Domini ſana doctrina retineatur: quod & ipſum, donum Dei eſt eximium, ſed illo inferius. Itaque hæc non ſunt quatuor, ſed duo: ſiquidem prophetia eſt effectum reuelationis, doctrina verò, cognitionis.

7 Atqui, ὅμως. Stapulenſis legit ὡσαύτως pro ὁμοίως, ſimiliter: quod nuſquam memini legere niſi apud poetas. Eraſmus, Quin & καίτοι καί.

9 Bene ſignificantem, εὔσημον. Huc pertinet illud Ariſtotelis Περὶ ἑρμηνείας, Ἔστι δὲ ἐν τῇ φωνῇ σημεῖα τὰ ἐν τῇ ψυχῇ παθήματα σύμβολα. Itaque εὔσημον, Bene ſiue commodè ſignificantem ſermonem requirit. Siue Qui audientibus bene explicet quid quiſque loquatur. Peregrinus igitur ſermo abſque interprete, non poteſt dici εὔσημος, quia etſi in ſeſe aliquid ſignificat, tamen non bene nec commodè ſignificat, ita videlicet vt ab auditoribus intelligatur. Vulgata, Manifeſtum. Eraſmus, Significantem. Et notãda eſt tranſiectio particulæ διὰ μιᾶ, niſi.

10 Prout inciderit, κατὰ τύχην. Prout inciderit, inquit, id eſt κατὰ τὸν τυχόντα, vt Græca ſcholia exponunt. Nam modò hæc modò illa vox auditur. Vulgata, Vtputa. Eraſmus, Verbi cauſa. Certè ad verbum κατὰ τύχην declarat, Si inciderit, vt propriè omnino accipitur infrà, 15. e. 37. Et nihil eſt mutum, καὶ οὐδὲν ἄφωνον. Vel vocis expers, videlicet in mundo. Loquitur autem de hominibus quorum ſunt tam varia idiomata. & maluit φωνάς. i. voces, quàm linguas dicere, quoniam in hoc argumento Linguam vocat linguarum donum. Eſt igitur (meo iudicio) ſic explicadus hic locus, Tot tamq; variæ & multiplices ſunt in mũdo voces, quũ nulla ſit gens quæ non habeat ſuum idioma. Itaque niſi adhibeatur interpretatio, erimus alii aliis barbari. Neceſſitas igitur ipſa cogit interpretationem cum peregrina lingua coniungere, vel ſermone loqui iis omnibus noto quicum eſt nobis negotium. Duplex igitur erat donũ illius abuſus apud Corinthios: vnus, quòd affectarent peregrinis linguis loqui in cœtu, etiam quum minimè eſſet neceſſarium, vt non deſunt aliquãdo qui ex pulpito voculas Hebræas & Græcas apud imperitum vulgus effundant, vt eruditi habeãtur: alter, quòd ne tum quidem interpretarentur quod peregrina lingua dixerant: ſicut hodie in Papatu ſolent ſacras literas Latina ſemper lingua citare ſuis cõcionibus, etiam vernacula interpretatione non addita, nec ſolent aliter Eccleſiaſticas omnes cantiones & preces concipere. Rectè quidem, quoniam expedit tam horrẽdas blaſphemias à quàm pauciſſimis intelligi. Scio tamen pleroſque codices legere καὶ οὐδὲν αὐτῶν ἄφωνον. i. (vt vertit Eraſmus) & nihil eorum mutum. pro quo malim dicere, Et nullũ eorum mutũ. quia γένος repetendum erit ex præcedẽti. Hanc verò lectionẽ ſi admittamus, neceſſe fuerit ἄφωνον accipere κατὰ τὸ ἀνήμερον καὶ ἄξεστον. i. pro cõfuſo & quod diſcerni non poſſit. ſicut quaſdã literas Græci vocant ἄφωνα χάμματα, quòd ſtridorem potius quàm ſonum edant, niſi vocales habuerint adiunctas. Sed affectatè mihi videretur Apoſtolus dixiſſe nullum eſſe φωνῆς γένος ἄφωνον. Deinde etiam potius fuiſſet dicturus, ſi ea eſſet huius dicti ſententia, καὶ οὐδὲν μέρος αὐτῶν ἄφωνον. i. & vt nulla earum muta, vt potius φωνὴ repeteretur quàm γένος. Poſtremò, non eſt hoc verum ſine exceptione, quum omnia ſonorum & linguarum genera poſſint hac ratione dici ἄφωνα, iis quidem qui non norunt ea diſtinguere. Denique hoc mihi multo coactius videtur quàm illud quod ſe quæſtus ſum, partim ex Veteris interpretis, partim ex trium etiã veteſtorum exemplarium fide, in quibus non legitur αὐτῶν, nec etiam apud Clementem lib. στρωματέων α.

11 Apud me barbarus, ἐν ἐμοὶ βάρβαρος. In vno codice nõ erat præpoſitio ἐν, & rectè quidẽ, opinor. Barbarum autem vocat eum cuius ſit peregrinum & ignotũ idioma: & obliquè perſtringit Corinthios qui ex eo habendi eſſent pro barbaris vnde captabant facundiæ gloriam. Huc pertinet Ciceronis illud Quæſt. Tuſcul. 5.

In his, inquit, linguis quas nos intelligimus, quæ sunt innumerabiles, surdi profectò sumus. Item Ouidii versiculus, Barbarus hic ego sum, quia non intelligor vlli.

Οὕτως καὶ ὑμεῖς, ἐπεὶ ζηλωταί ἐστε πνευμάτων, πρὸς τὴν οἰκοδομὴν τῆς ἐκκλησίας ζητεῖτε ἵνα περισσεύητε.

12 Ita & vos, quandoquidem Spiritus ambitis, ad ædificationem Ecclesiæ quærite vt excellatis.

12 *Sic & vos, quoniam æmulatores estis spirituum, ad ædificationē Ecclesiæ quærite vt abundetis.*

Διόπερ ὁ λαλῶν γλώσσῃ, προσευχέσθω ἵνα διερμηνεύῃ.

13 Quapropter qui loquitur lingua, precetur vt interpretetur.

13 *Et ideo qui loquitur lingua oret vt interpretetur.*

Ἐὰν γὰρ προσεύχωμαι γλώσσῃ, τὸ πνεῦμά μου προσεύχεται, ὁ δὲ νοῦς μου ἄκαρπός ἐστι.

14 Nam si precer lingua, spiritus meus precatur: sed intelligentia mea est infructuosa.

14 *Nam si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est.*

Τί οὖν ἐστι; προσεύξομαι τῷ πνεύματι, προσεύξομαι δὲ καὶ τῷ νοΐ· ψαλῶ τῷ πνεύματι, ψαλῶ δὲ καὶ τῷ νοΐ.

15 Quid est igitur? precabor spiritu, sed precabor etiam intelligentia: psallam spiritu, sed psallam etiam intelligentia.

15 *Quid ergo est? orabo spiritu, orabo & mente: psallam spiritu, psallam & mente.*

Ἐπεὶ ἐὰν εὐλογήσῃς τῷ πνεύματι, ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου, πῶς ἐρεῖ τὸ ἀμὴν ἐπὶ τῇ σῇ εὐχαριστίᾳ; ἐπεὶ τί λέγεις οὐκ οἶδε.

16 Quandoquidē si benedixeris spiritu, is qui implet locum idiotæ, quomodo dicturus est Amē ad tuam gratiarū actionem? nam quid dicas nescit.

16 *Cæterùm si benedixeris spiritu, qui supplet locum idiotæ, quomodo dicet Amen super tuam benedictionem? quoniam quid dicas nescit.*

12 Ita & vos, οὕτω καὶ ὑμεῖς. Quidam (vt refert Theophylactus) hæc connectunt cum præcedentibus, vt hic versiculus incipiat ab ἐπεί, sitque hæc sententia, Ita & vos, videlicet barbari eritis inter vos si incognita lingua inter vos vtamini. Spiritus ambitis, ζηλωταί ἐστε πνευμάτων. Spiritum alibi docuimus pro ipsis spiritualibus donis accipi, vt hoc etiam in loco: nisi forte ἅπαξ λεγόμενον scriptum est pro πνεύματα τῶν. 5

13 Precetur vt interpretetur, προσευχέσθω ἵνα διερμηνεύῃ. Id est, petat etiam interpretationis donum. Neque enim quisquis linguarum dono præditus erat, omnibus linguis loquebatur, vt apparet ex ver. 18. Sed & suprà Apostolus linguas & donum interpretationis distinxit, 12. b. 10.

14 Nam si precer lingua, ἐὰν γὰρ προσεύχωμαι γλώσσῃ. Id est, si incognito idiomate in Ecclesiastico cœtu preces concipiam, neque adhibeatur interpretatio: vt suprà, Loqui lingua, ver. 2. cuius species est, Precari lingua. Nam si de priuatis precibus nunc ageret Apostolus, videri posset à suo proposito aberrare: & de publicis precibus agi apparet ex versiculis 16 & 19, totáque adeo orationis serie, & ipso Apostoli scopo. Spiritus meus precatur, τὸ πνεῦμά μου προσεύχεται. Id est, donum quidem & afflatus Spiritus suus partes agit, sed mihi soli, vt suprà versu 2 & 4. Alii, vt Erasmus, spiritū pro voce accipiunt, coacta interpretatione: quū satis liqueat quo sensu toto hoc capite Spiritus vocabulum sit accipiendum. Alii pro intentione quam vocant: vt qui hodie quas vocant Horas canonicas non intellectas, animo tamen precandi recitant, dici possunt intentione quidem precari, mente verò & intelligentia non item. Sed nimis foret absurdum credere Spiritum sanctum hoc vnquā cuiquam dictasse vt faceret: nec possunt istæ dici preces, sed mera Dei & Ecclesiæ ludibria. Sed intelligentia mea est infructuosa, ὁ δὲ νοῦς μου ἄκαρπός ἐστι. Id est, quod ad precantis mentem, siue ad ipsius precationis sententiam attinet, nullus inde fructus ad Ecclesiam redit. Assentior enim iis qui putant infructuosam dici, nō ipsius precantis respectu, qui seipsum ædificat, vt suprà, ver. 4, sed Ecclesiæ quæ ex ea nihil iuuetur. quod etiam apparet ex scopo Apostoli, ac præsertim ex ver. 4. 6. 12. 16. 17 & 19. Intelligētiam autem malui interpretari quàm mentem, aut (vt Castellio etiam ineptius fecit) animum: quia non simpliciter declarat mētem, sed quod aliquis in animo suo conceptum, ita proponit vt ab omnibus possit intelligi quos instituat, vt infrà, ver. 19. Nam alioqui si pro mente simpliciter ac propriè accipias, quisquis spiritu orat, idem etiam orat mente, quum seipsum ædificet, vt suprà, ver. 4, & rectè gratias agat, infrà, ver. 17.

15 Etiam intelligentia, καὶ τῷ νοΐ. Id est, ita vt etiam ab aliis intelligar, & alios instituam, vt versu sequenti, & 19. Psallam, ψαλῶ. Psallere non est simpliciter canere, sed ad musicum instrumentum, vt vult Augustinus in Psalmos. Sed tamen apud Hebræos זמר, quod Græci ψάλλειν vertūt, vnde מזמור Psalmus, non aliud declarat quàm שיר, id est ore canere, estque diuersum à נגן, quod de instrumentis dicitur. Hic quidem accipitur pro Canendo gratias agere, vt ex proximo versiculo apparet. Nam etiam Plinius ad Traianum scribens, Christianos refert solitos ante lucem conuenire, & carmen Christo quasi Deo dicere secum inuicem: instrumentorum verò nullam facit mentionem.

16 Si benedixeris Spiritu, ἐὰν εὐλογήσῃς τῷ Πνεύματι. Spiritu videlicet solo, non autem intelligentia: siue, Prout tibi dictarit Spiritus donum, nulla interim habita audientium ratione. Est enim hoc intelligendum non simpliciter, quasi qui Spiritu benedicit, nunquam possit intelligi: sed ex hypothesi, qua spiritum ab intelligentia separauit. Itaque non rectè fecerunt qui quū hanc hypothesin non considerarent, hoc vocabulum expunxerunt: vnde factū vt in quibusdā codicibus non legatur. Cæterùm, benedicere accipi pro gratias agere, liquet ex eo quod subiicitur. Suspicor autem Apostolum attingere celebrandæ Domini cœnæ ritum, & solennem illam gratiarum actionem, de qua libuit subiicere quæ scripsit Iustinus secundo Apologetico, quòd ad hunc locum intelligendum, & eos conuincendos qui peregrinam linguam in Ecclesiæ sacris retinendam putant, magnum momentum habere videatur. Sic ergo ille, Τῇ τοῦ ἡλίου λεγομένῃ ἡμέρᾳ πάντων κατ' αὐτὸ μένοντες ὁμοῦ τῶν κατοικούντων πόλεις ἢ ἀγροὺς πλῆθος συναθροίζεται, καὶ τὰ ἀπομνημονεύματα τῶν ἀποστόλων, ἢ τὰ συγγράμματα τῶν προφητῶν ἀναγινώσκεται μέχρις ἐγχωρεῖ· εἶτα παυσαμένου τοῦ ἀναγινώσκοντος, ὁ προεστὼς διὰ λόγου τοὺς τοιούτους καὶ προτροπὴν τῆς τῶν καλῶν τούτων μιμήσεως ποιεῖται. Ἔπειτα ἀνιστάμεθα κοινῇ πάντες, καὶ εὐχὰς ἀναπέμπομεν· καὶ παυσαμένων ἡμῶν τῆς εὐχῆς, ἄρτος προσφέρεται καὶ οἶνος καὶ ὕδωρ. καὶ ὁ προεστὼς εὐχὰς ὁμοίως καὶ εὐχαριστίας ὅση δύναμις αὐτῷ ἀναπέμπει, καὶ ὁ λαὸς ἐπευφημεῖ, λέγων Ἀμήν· καὶ γίνεται καὶ διάδοσις καὶ μετάληψις ἑκάστῳ τῶν εὐχαριστηθέντων ἐκ τοῦ ἀναγινώσκεσθαι γίνεται. Id est, Die qui solis dicitur, omnes tum qui in oppidis, tū qui in agris morantur, in vnum conuenimus. & ex commentariis Apostolorū vel Prophetarū scriptis recitatur quantum licet. Deinde vbi desitit qui recitat, antistes orationē habet quæ admonet hortatúrq; ad pulchrarū illarū rerū imitationem.

imitationem. Poſtea omnes vnà ſurgimus ac precamur. Poſtquam autem à precibus deſtitimus, profertur panis, & vinum, & aqua. Tum antiſtes ſimiliter precatur & gratias agit quanta poteſt contentione, populúſque acclamat, dicens Amen, & iis ſuper quibus actæ ſunt gratiæ, vnuſquiſque participat. Hæc ille. vtinã verò hæc ſimplicitas in Chriſtiana liturgia fuiſſet incorruptè ſeruata. Qui implet locum idiotæ, ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου. Id eſt qui ſedet inter idiotas. Oportuit enim ordinem aliquem ſeruari, ne qui miniſterio fungebãtur, pro doni ſui ratione, permixti ſederent cum iis quorum partes erant in cœtu duntaxat audire, & aſſenſum ſignificare. Hos igitur vocat idiotas, quaſi priuatos, vt iis opponantur qui miniſtrabant. Laicos poſtea illos vocarunt, quibus oppoſiti ſunt Eccleſiaſtici, vnde exortus maximus abuſus, tyrannide Eccleſiam inuadente.

Amen, ἀμήν. Vnus igitur preces nuncupabat, cuius verba totus cœtus animo ſequebatur, dũ, ad finem ventum eſſet, tum verò omnes Amen ſuccinebant: quæ vox eſt Hebræa, ab eodem verbo deducta à quo Fides aut Veritas. Eſt autem duplex illius vſus, nempe tum in affirmando, tum in optando. Itaque alii ex Græcis interpretibus conuerterunt πιστωθήτω, i. certò & confirmatò, vt ita loquar: alii γένοιτο, id eſt fiat. Eiuſmodi verò voces vt Amen, Aléluia, Hoſanna, Sabaoth, fuerũt initio receptæ, quòd Eccleſiæ ex Hebræis magna ex parte eſſẽt conflatæ. Ita factum vt illa & ſimilia in omnes Eccleſias dimanarent, quòd ab omnibus intelligerentur. Nã, ἐπιστήμη. Reſponderet Catholicus Romanus, ſufficere intentionem ex fide implicita. Neque enim apud eos publicæ vel priuatæ etiam preces aliis quàm Latinis & ipſis etiam ſacrificiis penitus ignotis verbis concipiuntur. Sed Apoſtolus ſuam theologiam in Sophiſtarum ſcholis non didicerat.

Σὺ μὲν γὰρ καλῶς εὐχαριστεῖς, ἀλλ' ὁ ἕτερος οὐκ οἰκοδομεῖται.

17 Nam tu quidem bene gratias agis, ſed alius nõ ædificatur.

17 *Nam tu quidem bene gratias agis: ſed alter non ædificatur.*

Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου, πάντων ὑμῶν μᾶλλον γλώσσαις λαλῶν.

18 Gratias ago Deo meo quòd ᵛmagis quàm vos omnes linguis loquar.

18 *Gratias ago Deo meo quòd omnium veſtrum lingua loquor.*

Ἀλλ' ἐν ἐκκλησίᾳ θέλω πέντε λόγους διὰ τοῦ νοός μου λαλῆσαι, ἵνα καὶ ἄλλους κατηχήσω, ἢ μυρίους λόγους ἐν γλώσσῃ.

19 Sed in Eccleſia ᵛmalim ᵛquinque verba ex intelligentia mea loqui, vt & alios ᵛinſtituam, quàm decem millia verborum ᵛlingua.

19 *Sed in Eccleſia volo quinque verba ſenſu meo loqui, vt & alios inſtruam, quàm decem millia verborum in lingua.*

Ἀδελφοί, μὴ παιδία γίνεσθε ταῖς φρεσίν, ἀλλὰ τῇ κακίᾳ νηπιάζετε, ταῖς δὲ φρεσὶ τέλειοι γίνεσθε.

20 Fratres, ne eſtote pueri ᵛintelligentia: ſed malitia pueri, intelligẽtia verò ᵛadulti eſtote.

20 *Fratres nolite pueri effici ſenſibus: ſed malitia parvuli eſtote, ſenſibus autem perfecti eſtote.* Mat.18.a.3

Ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται, Ὅτι ἐν ἑτερογλώσσοις, καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις, λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ, καὶ οὐδ' οὕτως εἰσακούσονταί μου, λέγει Κύριος.

21 ᵛIn Lege ſcriptum eſt, ‖ᵛPropterea per diuerſæ linguæ homines & alia labra loquar populo huic: ᵛ& ita quoque me non audient, dicit Dominus.

21 *In Lege ſcriptum eſt, Quoniam in aliis linguis & labiis aliis loquar populo huic: & nec ſic exaudient me, dicit Dominus.* Eſa.28.c.11

18 Magis quàm vos omnes, πάντων ὑμῶν μᾶλλον. Vulg. legit πάντων ὑμῶν γλώσσαις λαλ. &c. quòd omnium veſtrum linguis loquor. Sed illud in omnibus noſtris codicibus Græcis inuenio.

19 Malim, θέλω. Subaudiendum eſt μᾶλλον, potius, de qua eclipſi diximus alibi. Quinque verba, πέντε λόγους id eſt pauciſſima. vt ſint omnium hominum ineptiſſimi qui de his quinque verbis contendunt. Cur non verò etiam de decem millibus verborum quæ ſubiicit, & decem millibus pædagogorum, ſuprà, 4.c.15? Inſtituam, κατηχήσω. Vide Luc.1.a.4. Maluit autem Paulus dicere κατηχήσω quàm οἰκοδομήσω, vt Corinthiorum faſtum deprimeret. Primùm enim ita oſtendit ſe comparatum eſſe ad infimum etiam quiduis, nimirum ad rudes & imperitos primis religionis elementis imbuendos: deinde etiam linguarum donum ad rudes potius quàm ad eruditos pertinere: quod poſtea copioſius explicat. Pendet igitur ſequentium connexio & iunctura ab iſtius verbi propria explicatione. Lingua, ἐν γλώσσῃ. Sic vocat donum illud linguarum variarum, & quidem ſeparatim & per ſe conſideratum.

20 Intelligentia, ταῖς φρεσίν. Vulgata, Senſibus, ambigué. Auguſtinus, mentibus. φρένας autem propriè vocant Græci præcordia. vnde factum vt quum veteres animum in corde collocarent, hoc nomine mens ipſa cum ſuis facultatibus ac præſertim intelligendi, ratiocinandi & iudicãdi, ſignificaretur. vnde Homericũ illud, -αὐτὰρ ὃ τοῖσι βέλεσσι φρένας, & πὰρ φρενὸς, φρένιμος, & ſimilia. Adulti, τέλειοι. Vulg. & Eraſ. Perfecti, nõ ſatis expreſſé. Perſtrictè enim Paulus in metaphora ab ætate ſumpta, quicũ etiam cognitionis & prudentiæ vſus accreſcit. Sed & peculiari iſta ſignificatione τέλειος à Græcis accipitur, dicitúrque tum de hominibus tum etiam de brutis, vt docet in commentariis doctiſſimus Budæus.

21 In Lege, ἐν τῷ νόμῳ. Legis vocabulum generaliter hìc declarat ſacræ doctrinæ libros, vt apud Heb. תורה, vt Pſal.19.c.9, & alibi paſſim. Interdum verò multò anguſtius accipitur. Propterea per diuerſæ linguæ homines & alia labra loq. pop. huic, ὅτι ἐν ἑτερογλώσσοις & ἐν χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ. Hebræa ſic habent Eſa.28.c.11, כי בלעגי שפה ובלשון אחרת ידבר אל העם הזה i. Propterea blæſis labris, & lingua aliena loquetur ad populum hunc. Itaque ſi perſonæ mutationẽ demas, (in qua nihil eſt poſitum, quũ Deus ipſe per Prophetas loquatur) duo interſunt duntaxat inter Hebraicam veritatem & Græcam interpretationem, non eam qua nũc corruptiſſima vtimur, ſed qua vſus eſt Paulus. Primùm quod לשון אחרת i. lingua aliena, priore loco collocauit, nam lingua aliena & diuerſæ linguæ homines idem declarant. Verùm hæc tranſpoſitio nihil addit ſententiæ, aut de ea detrahit. Alterũ quòd pro בלעגי שפה i. blæſis labris poſuit ἐν χείλεσιν ἑτέροις. i. aliis labris. Et ſanè fateor Paulum ab Hebræis pleriſque interpretibus in eo diſſentire. Iſti enim hæc putant eo referri quòd qui pueros fari docent, ſoleant cum illis balbutire: vel ita exprobrari Iudæis eorum infantiam quòd Prophetas non magis intelligant quàm blæſum & balbum ſolemus. At mihi Pauli authoritas pluris eſt quàm omnium Rab-

Rabbinorum: quum præſertim nihil adferre poſſint cur blæſa labra & alienam ſeu peregrinam & ignotam linguam commodè non poſſis pro eodem accipere, vt interpretatus eſt Paulus: quia garrire aut balbutire potius quàm loqui nobis videntur qui nobiſcum vtuntur ignoto ſermone. vnde & barbari generali nomine fictitio dicuntur. Continent ergo iſta (vt opinor) non tam exprobrationem infantiæ ludæorum, quàm commi-
nationem grauiſſimam: qua ſignificat Dominus ſe vlturum verbi ſui contemptum, & affectatam illorum ignorantiam, ſicut prædixerat illis, Deut. 28. c. 49, & vaticinatus eſt etiam Ieremias, 5. d. 15, & Ezech. 3. a. 5. ſicut denique re ipſa vltus eſt eos Dominus, quum captiui Babylona traherentur. Hinc verò Paulus rectè colligit, linguarum peregrinarum vſum, ita vt eo vtebantur Corinthii, ſignum eſſe deſtinatum non iis qui credunt, ſed infidelibus. i. maledictionis qua profanos Dominus vlciſceretur, non benedictionis qua ſuos erudiret. Itaque eos præpoſtero hoc vſu nihil aliud quàm ſuorum infantiam prodere, quam Dominus ſic vlciſceretur. Vtinam verò iſtius horrendæ maledictionis Dei domeſtica exempla nobis non ſuppeditarent eæ gentes quæ ſolæ hodie Chriſti nomine gloriantur. Et ita quoque me, &c. καὶ οὕτως ἐπακούσονταί μου, λέγει Κύριος. Id eſt, & hac quoque ratione futurum eſt vt eorum ignorantia augeatur. Eſt enim (vt dixi) in iis verbis, grauiſſima Domini cõminatio. Vulg. Et nec ſic exaudient me. Eraſ. Et ne ſic quidé exaudiẽt me. quæ interpretatio quanuis Græcis ſatis reſpondeat, tamen conuenire non poteſt: quum ignota lingua loqui, non ſit beneficium quo Deus homines erudiat, ſed maledictio potius qua ingratos vlciſcatur. Neque mihi videtur cõmodè hìc dici poſſe linguarum donum fuiſſe ſignũ quo Deus voluerit rudes adhuc & imperitos percellere, vt rei nouitate attoniti, Euangelium audirent. Id enim vt verum ſit, tamen ex illo Eſaiæ loco certè elici non poteſt, & à Paulo ſatis liquet hoc linguarum donum conſiderari non ſimpliciter, ſed quatenus eo abutebantur Corinthii. Cæterùm totum hoc, Et ita quoque me non exaudient, additum eſt à Paulo ad illuſtrandum Prophetæ locum, id eſt vt conſiliũ Dei exponat. Neque enim anxiè ſolent Apoſtoli ſyllabas numerare in citãdis Scripturæ teſtimoniis: vt qui ſint eodem ſpiritu præditi quo & ipſi Prophetæ. Illud verò λέγει Κύριος, dicit Dominus, ſatis notum eſt omnibus fere ſolere prophetiis attexi.

Ὥστε αἱ γλῶσσαι εἰς σημεῖόν εἰσιν, οὐ τοῖς πιστεύουσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀπίστοις· ἡ δὲ προφητεία οὐ τοῖς ἀπίστοις, ἀλλὰ τοῖς πιστεύουσιν.

22 Linguæ igitur sunt signum, non iis qui credunt, ſed infidelibus: propheria verò non infidelibus, ſed credentibus.

22 Itaque linguæ in ſignũ ſunt non fidelibus, ſed infidelibus: prophetia autem non infidelibus, ſed fidelibus.

Ἐὰν οὖν συνέλθῃ ἡ ἐκκλησία ὅλη ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ πάντες γλώσσαις λαλῶσιν, εἰσέλθωσι δὲ ἰδιῶται, ἢ ἄπιστοι, οὐκ ἐροῦσιν ὅτι μαίνεσθε;

23 Itaque ſi cõdem conuenerit tota Eccleſia & omnes linguis loquantur, ingrediantur autẽ idiotæ vel infideles, nónne dicent vos furere?

23 Si ergo conueniat uniuerſa Eccleſia in unum, & omnes linguis loquantur: intrent autẽ idiotæ aut infideles, nónne dicẽt quòd inſanitis?

Ἐὰν δὲ πάντες προφητεύωσι, εἰσέλθῃ δέ τις ἄπιστος ἢ ἰδιώτης, ἐλέγχεται ὑπὸ πάντων, ἀνακρίνεται ὑπὸ πάντων·

24 Sed ſi omnes prophetent, ingrediatur autem infidelis quiſpiam aut idiota, arguitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus:

24 Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis uel idiota: cõmnetur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus:

καὶ οὕτω τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας αὐτοῦ φανερὰ γίνεται, καὶ οὕτω πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον προσκυνήσει τῷ Θεῷ, ἀπαγγέλλων ὅτι ὁ Θεὸς ὄντως ἐν ὑμῖν ἐστι.

25 Et ita occulta cordis eius manifeſta fiunt: atque ita procidẽs in faciem, adorabit Deum, renuntiãs Deũ verè in vobis eſſe.

25 Occulta cordis eius manifeſta ſunt: & ita cadens in faciem adorabit Deum, pronuntians quòd uerè Deus in uobis ſit.

Τί οὖν ἐστι, ἀδελφοί; ὅταν συνέρχησθε, ἕκαστος ὑμῶν ψαλμὸν ἔχει, διδαχὴν ἔχει, γλῶσσαν ἔχει, ἀποκάλυψιν ἔχει, ἑρμηνείαν ἔχει· πάντα πρὸς οἰκοδομὴν γινέσθω.

26 Quid igitur eſt, fratres? quoties cõuenitis, quiſque veſtrum canticum habet, doctrinam habet, linguam habet, reuelationem habet, interpretationẽ habet: omnia ad ædificationẽ fiant:

26 Quid ergo eſt, fratres? quum conuenitis, unuſquiſq; veſtrũ pſalmum habet, doctrinam habet, apocalypſin habet, linguam habet, interpretationem habet: omnia ad ædificationem fiant:

Εἴτε γλώσσῃ τις λαλεῖ, κατὰ δύο ἢ τὸ πλεῖστον τρεῖς, καὶ ἀνὰ μέρος· καὶ εἷς διερμηνευέτω.

27 Siue lingua quis loquitur, fiat per binos, aut ad plurimũ ternos, & viciſſim: vnus autem interpretetur.

27 Siue lingua quis loquitur, ſecundũ duos, aut ut multum tres, per partes: & unus interpretetur.

Ἐὰν δὲ μὴ ᾖ διερμηνευτής, σιγάτω ἐν ἐκκλησίᾳ, ἑαυτῷ δὲ λαλείτω καὶ τῷ Θεῷ.

28 Quòd ſi non ſit interpres, taceat in Eccleſia qui loquitur lingua, ſibiipſi verò loquatur & Deo.

28 Si autẽ nõ fuerit interpres, taceat in Eccleſia, ſibi autẽ loquatur & Deo.

22 Sunt ſignum, σημεῖόν εἰσιν. Σημεῖον, id eſt אות, vocat Scriptura inſigne aliquod Domini factũ, ſiue quo conſoletur, ſiue etiam quo punitur, vt Deut. 28. d. 37. Vulg. In ſignum. Eraſ. Signi vice.

23 Idiotæ, ἰδιῶται, vel vt Eraſ. Indocti. Vide Act. 4. c. 13.

26 Quiſque, ἕκαστος. Id eſt, Alius quidem Pſalmum habet, alius doctrinam, &c. Sic enim reſoluendum ὁ ἕκαστος, ne quis ſingulos putet omnibus iſtis donis fuiſſe præditos.

27 Ad plurimum, ἐν πλεῖστον. Eraſ. Ad ſummũ. Vulg. Vt multum, barbarè: vt illud quoque quod κατὰ δύο vertit ſecundum duos, pro bini: & ἀνὰ μέρος, per partes, pro viciſſim.

Προφῆται δὲ δύο ἢ τρεῖς λαλείτωσαν, καὶ οἱ ἄλλοι διακρινέτωσαν.

19 Prophetæ autem duo aut tres loquantur, & alii diiudicent.

19 *Prophetæ autem duo aut tres dicãt, & cæteri diiudicent.*

Ἐὰν δὲ ἄλλῳ ἀποκαλυφθῇ καθημένῳ, ὁ πρῶτος σιγάτω.

30 Quòd ſiquid alii patefactum fuerit aſſidenti, prior taceat.

30 *Quòd ſi alii reuelatum fuerit ſedenti, prior taceat.*

Δύνασθε γὰρ καθ' ἕνα πάντες προφητεύειν, ἵνα πάντες μανθάνωσι, καὶ πάντες παρακαλῶνται.

31 Poteſtis enim ſigillatim omnes prophetare, vt omnes diſcant, & omnes ᵛconſolationem accipiant.

31 *Poteſtis enim omnes per ſingulos prophetare, ut omnes diſcant & omnes exhortentur.*

Καὶ πνεύματα προφητῶν προφήταις ὑποτάσσεται.

31 Et ᵛſpiritus Prophetarum Prophetis ſubiiciuntur.

31 *Et ſpiritus prophetarũ, prophetis ſubiecti ſunt.*

Οὐ γάρ ἐστιν ἀκαταστασίας ὁ Θεός, ἀλλ' εἰρήνης, ὡς ἐν πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις τῶν ἁγίων.

33 Non enim eſt ſeditionis author Deus, ſed pacis, vt in omnibus Eccleſiis ᵛſanctorum.

33 *Non enim eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis: ſicut & in omnibus Eccleſiis ſanctorum.*

Αἱ γυναῖκες ὑμῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις σιγάτωσαν· οὐ γὰρ ἐπιτέτραπται αὐταῖς λαλεῖν, ἀλλ' ὑποτάσσεσθαι, καθὼς καὶ ὁ νόμος λέγει.

34 ‖Mulieres veſtræ ᵛin conuentibus ſileant: nec enim permiſſum eſt eis vt loquãtur, ᵛſed imperatur vt ſubditæ ſint, ‖ ſicut & Lex dicit.

34 *Mulieres in Eccleſiis taceant: non enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe, ſicut & Lex dicit.* 1.Tim.2.d.12 Gen.3.c.16

Εἴ δέ τι μαθεῖν θέλουσιν, ἐν οἴκῳ τοὺς ἰδίους ἄνδρας ἐπερωτάτωσαν· αἰσχρὸν γάρ ἐστι γυναιξὶν ἐν ἐκκλησίᾳ λαλεῖν.

35 Quòd ſiquid diſcere volunt, domi ſuos viros interrogent. nam turpe eſt mulieribus in conuentu loqui.

35 *Siquid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent: turpe eſt enim mulieri loqui in Eccleſia.*

Ἢ ἀφ' ὑμῶν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθεν; ἢ εἰς ὑμᾶς μόνους κατήντησεν;

36 An à vobis ſermo Dei profectus eſt? an ad vos ſolos deuenit?

36 *An à vobis verbum Dei proceſſit? aut in uos ſolos pervenit?*

Εἴτις δοκεῖ προφήτης εἶναι ἢ πνευματικός, ἐπιγινωσκέτω ἃ γράφω ὑμῖν, ὅτι τοῦ Κυρίου εἰσὶν ἐντολαί.

37 Siquis videtur Propheta eſſe, aut ſpiritualis, agnoſcat, quæ ſcribo vobis, eſſe Domini mandata.

37 *Siquis videtur Prophetas eſſe, aut ſpiritualis, agnoſcat quæ ſcribo vobis, quia Domini ſunt mandata.*

Εἰ δέ τις ἀγνοεῖ, ἀγνοείτω.

38 Qui verò ignarus eſt, ᵛignarus eſto.

38 *Siquis autem ignorat, ignoretur.*

Ὥστε, ἀδελφοί, ζηλοῦτε τὸ προφητεύειν, καὶ τὸ λαλεῖν γλώσσαις μὴ κωλύετε.

39 Itaque fratres, hoc ambite, vt prophetetis, & loqui linguis ne prohibete.

39 *Itaque, fratres, æmulamini prophetare: & loqui linguis nolite prohibere.*

Πάντα εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν γινέσθω.

40 Omnia verò ᵛdecenter & ordine fiant.

40 *Omnia autem honeſtè & ſecundum ordinem fiant vobis.*

31 Conſolationem accipiant, παρακαλῶνται. Vel exhortationem accipiant. Nam τὸ παρακαλεῖν tum hortari, tum conſolari declarat.

31 Spiritus Prophetarum, πνεύματα προφητῶν. Id eſt, doctrina quam adferunt Prophetæ, afflati Spiritu Dei. Sunt enim multi pſeudoprophetæ, ſunt falſi afflatus, qui ipſis veris alioquin Prophetis imponant. Ideo iubet etiam Iohannes probari Spiritus, an ex Deo ſint videlicet. Nam quod ex Deo eſſe conſtiterit, hominum probatione non eget, 1. Iohan. 4. a. 1.

33 Sanctorum, τῶν ἁγίων. In vno codice additum inuenimus διδάσκει, doceo: fortaſſis ex cap. 4. d. 17.

34 In conuentibus, ἐν ἐκκλησίαις. Vulg. In Eccleſiis, non ſatis aptè hoc in loco, & in ſequẽti etiam verſiculo, quòd mulier etiã in Eccleſia ſit (i. ex fidelium numero) quum domi eſt, nec tamẽ ſilere iubeatur niſi in publico Eccleſiæ cœtu. Sed *imperatur* vt ſubditæ ſint, ἀλλ' ὑποτάσσεσθαι. Subaudiendum eſt cognatæ ſignificationis verbum, vt alibi diximus. Sic 1. Tim. 4. a. 3, quum præceſſiſſet κωλυόντων γαμεῖν, prohibentium matrimonii contrahere, ſubiicitur ἀπέχεσθαι βρωμάτων, pro καὶ κελευόντων ἀπέχεσθαι, & iubentiũ abſtinere. Duo codices ſcriptum habebant, ὑποτασσέσθωσαν, ſubiiciantur.

37 Spiritualis, πνευματικός. Id eſt, In rebus ſpiritualibus cognoſcendis ac diiudicandis eruditus: cui opponitur tum carnalis tum qui adhuc infans eſt in Chriſto, vt ſuprà, 3. a. 1.

38 Ignarus eſto, ἀγνοείτω. Vulg. Ignorabitur. quam lectionẽ ſequuntur cõmentaria Hieronymo inſcripta, & Ambroſius quoque, referens ad id quod ſcriptum eſt Matth. 7. d. 23. Sed & in vno Græco codice ſcriptũ inuenimus ἀγνοεῖται, ignoratur. Mihi verò magis arridet recepta lectio, quæ fortaſſis ita commodiſſimè poteſt explicari acſi diceret Apoſtolus, Qui inter vos præditus eſt intelligentia, is agnoſcat ea quæ dico, à Spiritu Dei proficiſci: itaque hæc noſtra ſedulò obſeruet: qui verò ignarus eſt, ignarus eſto. id eſt, hanc ſuam ignorantiam agnoſcat, neque turbet Eccleſiam, ſed peritiorum iudicio acquieſcat. Vnde enim turbæ magna ex parte niſi quòd imperiti nolunt imperiti eſſe, ſed peritiorum locũ occupant? Cæterum τὸ ἀγνοεῖν non vertii ignorare cum Vetere interprete & Eraſmo, quia abſolutè ponitur, vt apparet ex antitheſi: qua de re diximus ſuprà, 11. a. 1.

40 Decenter, εὐσχημόνως. Id eſt κατὰ τὸ πρέπον, vt etiam accipi diximus τὸ εὐσχῆμον ſuprà, 7. d. 35 & 36.

Fiant, γινέσθω. Vetus interpres addit In vobis, ἐν ὑμῖν, id eſt inter vos.

Κεφάλαιον ιε΄

Γνωρίζω δὲ ὑμῖν, ἀδελφοὶ, τὸ εὐαγγέλιον ὃ εὐηγγελισάμην ὑμῖν, ὃ καὶ παρελάβετε, ἐν ᾧ καὶ ἑστήκατε

Δι' οὗ καὶ σώζεσθε, τίνι λόγῳ εὐηγγελισάμην ὑμῖν, εἰ κατέχετε· ἐκτὸς εἰ μὴ εἰκῇ ἐπιστεύσατε.

Παρέδωκα γὰρ ὑμῖν ἐν πρώτοις, ὃ καὶ παρέλαβον, ὅτι Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, κατὰ τὰς γραφάς·

Esa.53.b.5

Καὶ ὅτι ἐτάφη, καὶ ὅτι ἐγήγερται τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, κατὰ τὰς γραφάς.

Ioan.2.a.1 1.per.1.d.14

Καὶ ὅτι ὤφθη Κηφᾷ, εἶτα τοῖς δώδεκα·

Iohan.20.d.19

Ἔπειτα ὤφθη ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς ἐφάπαξ, ἐξ ὧν οἱ πλείονες μένουσιν ἕως ἄρτι, τινὲς δὲ καὶ ἐκοιμήθησαν.

Ἔπειτα ὤφθη Ἰακώβῳ· εἶτα τοῖς ἀποστόλοις πᾶσιν.

Act.9.a.4. Rom.9.a.3 Ephes.3.b.8

Ἔσχατον δὲ πάντων, ὡσπερεὶ τῷ ἐκτρώματι, ὤφθη κἀμοί.

CAP. XV.

1 Ecce porro vobis declaro, fratres, Euangelium quod euangelizaui vobis, quod & accepistis, in quo etiam statis:

2 Per quod etiam, si retinetis quo sermone vobis euangelizauerim, seruamini: nisi si frustra credidistis.

3 Tradidi enim vobis in primis quod & acceperam, Christum videlicet mortuum esse pro peccatis nostris, secúdum Scripturas:

4 Et sepultum fuisse, & excitatum tertio die, secúdum Scripturas:

5 Et visum fuisse Cephæ, deinde duodecim illis.

6 Postea visus est amplius quàm quingentis fratribus semel: ex quibus plerique manent vsque adhuc, quidam autem obdormierunt.

7 Postea visus est Iacobo: deinde Apostolis omnibus.

8 Vltimo verò omnium, velut abortiuo, visus est etiam mihi.

CAP. XV.

1 Notum autem vobis facio, fratres, Euangelium quod prædicauí vobis, quod & acepistis, in quo & statis:

2 Per quod & saluamini, qua ratione prædicauerim vobis, si tenetis: nisi si frustra credidistis.

3 Tradidi enim vobis in primis quod & acepi: quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris, secundum Scripturas:

4 Et quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die, secundū Scripturas:

5 Et quia visus est Cephæ, & post hoc undecim.

6 Deinde visus est plus quàm quingētis fratribus simul, ex quibus multi manent usque adhuc, quidā autem dormierūt.

7 Deinde visus est Iacobo: deinde Apostolis omnibus.

8 Nouissimè autē omniū, tanquam abortiuo, visus est & mihi.

IN CAPVT XV.

1 *Ecce* porro vobis declaro, γνωρίζω δὲ ὑμῖν. Huiusmodi trāsitionibus vti solet Apostolus quæ sint præfationis instar, vt suprà, 11.c.17. Pertinet igitur hoc proœmium ad ea de quibus dicturus est, de credēda mortuæ carnis resurrectione: ideóque addidi particulā Ecce, vt intelligeretur emphasis verbi γνωρίζω pro γνωρίσω, sicut suprà, 12.d.31. Deinde γνωρίζω non verti Notum facio, cum Erasmo & Vetere interprete, vt & nos sæpe sumus interpretati. Neque enim ad illos de re noua aut inaudita scribit, vt ipse diserte significat, sed hoc ipsum illis declarat & explicat quod antè audierant. In quo etiā statis, ἐν ᾧ καὶ ἑστήκατε. Id est, quod adhuc etiā profitemini, vel, per quod etiam datum est vobis vt erecti stetis: sicut eadē formula accipitur Rom. 5. a. 2, & standi verbum suprà, 10. c. 12. Sed & præterito tempore possumus interpretari ad verbum, ἑστήκατε, stetistis. acsi dicat Apostolus se proponere quod non simpliciter sint amplexi, sed ita vt ad hoc tempus in eo constāter perseuerarint: quo turpior erit inconstantia si nunc defecerint.

2 Si retinetis quo sermone vobis euangelizauerim, τίνι λόγῳ εὐηγγελισάμην ὑμῖν εἰ κατέχετε. Manifesta est traiectio, quæ in Latino sermone minus est vsitata, ac proinde obscurior quàm in Græco. Similes autem alias annotauimus Iohan. 8. d. 15, Act. 1. a. 1, Rom. 8. a. 3, item suprà, 14. g. 37, & infrà, versu 12, & sparsim aliis multis locis. Cæterùm τίνι λόγῳ, id est quo sermone, non loquutionis formam, sed doctrinæ ipsius substantiam declarat, & τὸ εὐαγγελίζεσθαι, quod verbum libenter retinuimus, absolutè ponitur pro κηρύσσειν, id est prædicare, vt conuertit Vetus interpres. Nisi si frustra credidistis, ἐκτὸς εἰ μὴ εἰκῇ ἐπιστεύσατε. Hoc pertinet adverbū σώζεσθε, seruamini, non ad κατέχετε, retinetis. Nam argumentatur ab absurdo: vel ipsos videlicet frustra credidisse Euangelio, quod pro absurdo & ἀδυνάτῳ assumit, ad fideles scribens: vel eorum salutem in eo Euāgelio esse positā, cuius, inquit, Euangelii vel præcipuum caput est resurrectio mortuorum. Quibusdam placet subaudire copulam, ex Hebræorum idiotismo, quasi scriptum sit καὶ ἐκτὸς εἰ μὴ, & nisi. Sed hac ratione videretur τὸν νεκροὺς redundare.

5 Duodecim illis, τοῖς δώδεκα. Id est selectis illis Apostolis qui vulgò dicebantur οἱ δώδεκα, adeo vt tum quoque nomen maneret quum expuncto Iuda, & nondum allecto Matthia, vndecim tantùm essent: veluti cōmuni loquendi cōsuetudine, etiamsi ex XXIIII viris sex aut septem duntaxat conuenerint in Senatum, dicentur tamen XXIIII viri conuenisse. Itaque non est quòd corruptè scriptum esse putemus δώδεκα pro ἕνδεκα, id est duodecim pro vndecim, in tanto codicum consensu, quum præsertim veteres, vt Chrysostomum & Augustinum, ita legisse constet, vt qui in hoc expediendo nodo laborent. Ambrosius tamen legit Vndecim, & quidem expresso articulo, quem non rectè omisit Vetus interpres.

6 Amplius quàm quingentis, ἐπάνω πεντακοσίοις. Ad verbū, Suprà quàm quingētis, si verū est quod admonet Eras. subaudiri ἤ. i. quàm, vt quū dicimus, plus mille: quū alioquin ἐπάνω secundo casui iungatur, vt Mar. 14. a. 5. hic verò non potuit scribi ἀδελφῶν propter verbū ὤφθη. Quid si verò scriptum erat ἐπάνω τ' ἀδελφοῖς. i. πεντακοσίοις. i. quinquagintat Nam certè mirum est quingentos hic fratres cōmemorari, quum postea coacto vniuerso cœtu in ipsa vrbe Hierosolymorū, (in qua vna tum viderur fuisse species Ecclesiæ) numerentur duntaxat centū & viginti, Act. 1. c. 15. Sed tamen in tanto codicum & veterum interpretū consensu, nihil volui mutare ex coniectura. Chrysost. verò ἐπάνω interpretatur ἀνώθεν. i. cœlitus, siue è sublimi, quasi ista fiat ad ascensionem referenda. Verùm si hæc interpretatio admittatur, necesse fuerit dicere, vel Apostolum neglexisse historiæ ordinem, vel duplicē illam apparitionem cuius fit mentio versu 7, post ascensionem contigisse, vt & illam Pauli. quorū neutrum cōcesserō, nisi quis idoneas rationes adferat. Semel, ἐφάπαξ. Id est, non diuisim, sed vnà, eodémque tempore. pro quo dicimus in vernaculo nostro ſermone *d'vne fois*. Vulg. & Eras. Simul, ἅμα.

Εγὼ γάρ εἰμι ὁ ἐλάχιστος τῶν ἀποστόλων· ὃς οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς καλεῖσθαι ἀπόστολος, διότι ἐδίωξα τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ.

9 ¶ Ego enim ſum minimus Apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus, propterea quòd perſecutus ſum Eccleſiam Dei.

9 Ego enim ſum minimus Apoſtolorum, qui non ſum dignus nomen Apoſtoli, quoniam perſecutus ſum Eccleſiam Dei, Epi.3.b.7

Χάριτι δὲ Θεοῦ εἰμι ὅ εἰμι· καὶ ἡ χάρις αὐτοῦ ἡ εἰς ἐμὲ, οὐ κενὴ ἐγενήθη, ἀλλὰ περισσότερον αὐτῶν πάντων ἐκοπίασα· οὐκ ἐγὼ δέ, ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σὺν ἐμοί.

10 Sed gratia Dei ſum id quod ſum: & gratia eius erga me nō fuit inanis, ſed amplius quàm illi omnes laboraui: non ego tamen, ſed gratia Dei quæ mecum eſt.

10 Gratia autem Dei ſum id quod ſum: & gratia eius in me vacua nō fuit, ſed abundantius illis omnibus laboraui: non ego autem, ſed gratia Dei mecum.

Εἴτε οὖν ἐγὼ, εἴτε ἐκεῖνοι, οὕτω κηρύσσομεν, καὶ οὕτως ἐπιστεύσατε.

11 Et ego igitur & illi ita prædicamus, & ita credidiſtis.

11 Sive enim ego, ſive illi, ſic prædicamus, & ſic credidiſtis.

Εἰ δὲ Χριστὸς κηρύσσεται ὅτι ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται, πῶς λέγουσί τινες ἐν ὑμῖν ὅτι ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστιν;

11 Quòd ſi Chriſtus prædicatur ex mortuis excitatus eſſe, quomodo dicūt quidam inter vos, non eſſe reſurrectionem mortuorum?

12 Si autem Chriſtus prædicatur quòd reſurrexit à mortuis, quomodo quidam dicūt in vobis quoniam reſurrectio mortuorum non eſt?

Εἰ δὲ ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστιν, οὐδὲ Χριστὸς ἐγήγερται.

13 Nam ſi reſurrectio mortuorum non eſt, Chriſtus quoque non eſt excitatus.

13 Si autem reſurrectio mortuorum non eſt, neq; Chriſtus reſurrexit.

Εἰ δὲ Χριστὸς οὐκ ἐγήγερται, κενὸν ἄρα τὸ κήρυγμα ἡμῶν, κενὴ δὲ καὶ ἡ πίστις ὑμῶν.

14 Quòd ſi Chriſtus non eſt excitatus, inanis videlicet eſt prædicatio noſtra, inanis autem eſt etiam fides veſtra.

14 Si autem Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt ergo prædicatio noſtra, inanis eſt & fides veſtra.

Εὑρισκόμεθα δὲ καὶ ψευδομάρτυρες τοῦ Θεοῦ· ὅτι ἐμαρτυρήσαμεν κατὰ τοῦ Θεοῦ ὅτι ἤγειρε τὸν Χριστόν· ὃν οὐκ ἤγειρεν, εἴπερ ἄρα νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται.

15 Reperimur autē etiā falſi teſtes Dei: quoniā de Deo teſtificati ſumus, cū excitaſſe Chriſtum: quem non excitauit, ſi videlicet mortui nō excitātur.

15 Inuenimur autem & falſi teſtes Dei: quoniam teſtimonium diximus aduerſus Deum quòd ſuſcitauerit Chriſtum: quē non ſuſcitauit ſi mortui non reſurgunt.

Εἰ γὰρ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, οὐδὲ Χριστὸς ἐγήγερται.

16 Nam ſi mortui non excitantur, Chriſtus quoque non eſt excitatus.

16 Nam ſi mortui non reſurgunt, neque Chriſtus reſurrexit.

Εἰ δὲ Χριστὸς οὐκ ἐγήγερται, ματαία ἡ πίστις ὑμῶν· ἔτι ἐστὲ ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν.

17 Quòd ſi Chriſtus non eſt excitatus, inanis eſt fides veſtra: adhuc eſtis in peccatis veſtris.

17 Quòd ſi Chriſtum non reſurrexit, vana eſt fides veſtra: adhuc enim eſtis in peccatis veſtris.

Ἄρα καὶ οἱ κοιμηθέντες ἐν Χριστῷ, ἀπώλοντο.

18 Nempe & qui obdormierūt in Chriſto, perierunt.

18 Ergo & qui dormierūt in Chriſto, perierūt.

Εἰ ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ ἠλπικότες ἐσμὲν ἐν Χριστῷ μόνον, ἐλεεινότεροι πάντων ἀνθρώπων ἐσμέν.

19 Si in hac ſolùm vita ſperamus in Chriſtum, miſerrimi omnium hominum ſumus.

19 Si in hac vita tantùm in Chriſto ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus.

10 Gratia Dei quæ mecū eſt, ἡ χάρις Θεοῦ ἡ σὺν ἐμοί. Vulg. Gratia Dei mecum, neglecto articulo: cuius vim tamen obſeruauit etiam Hieronymus aduerſus Pelagianos. Certè inepti ſunt ſophiſtæ qui ex hoc inſigni loco, ineptè conuerſo, volunt liberi arbitrii meritū ſtabilire. nā etiamſi non eſſet adſcriptus articulus, debuerant animaduertere, Paulum ita ſeipſum facere gratiæ adminiſtrū vt nihil ſibi prorſus tribuat. Sic enim laboraui, inquit, vt tamen non ego, ſed gratia Dei quæ mihi adfuit, & per quā ſum quicquid ſum, per me omnia effecerit.

11 Et ego igitur, εἴτε ἐγὼ οὖν. Iterum εἴτε pro καὶ, vt ſuprà, 13. c. 8.

13 Nam ſi reſurrectio, εἰ δὲ ἀνάστασις. Vulgata, Si autem. Eraſmus, Porro ſi, &c. Sed præſtat hic quoque accipere δὲ pro γάρ.

15 De Deo, κατὰ τοῦ Θεοῦ. Sic vſurpant Dialectici hanc præpoſitionem, vbi de ſubiecto & prædicato differunt. Vulg. Aduerſus Deum. nam hoc certè in Dei iniuriam redundat quod ei falſo tribuitur. Alii, A Deo. Nam κατὰ interdum idem declarat quod παρὰ, vel ἀπὸ, vt Matth. 8. d. 32. Mar. 5. b. 13, & Luc. 8. c. 33, κατὰ τῶν κρημνοῦ, ſed addito verbo ὥρμων. ex quo facilè deprehendi poſſit ea ſignificatio. Itaque hæc interpretatio mihi videtur nonnihil coacta, ſi huius particulæ verum vſum ſpectes.

17 Adhuc, ἔτι. Vulg. Adhuc enim, ἔτι γάρ: quæ lectio mihi nō diſplicet. Eſſe autē in peccatis, declarat ſātificatū nō eſſe, nec peccatorū remiſſionē cōſequutū. Pendet enim noſtra viuificatio à Chriſti reſurrectione, mortificatio verò & peccatorū remiſſio ab eiuſdē morte, Ro. 6. a. 4. Mors autē Chriſti inefficax eſt, ſi in morte māſit.

19 Solùm, μόνον. Notanda eſt in primis traiectio huius particulæ, qualis eſt Ro. 4. d. 16. vt cohæreat cum ταύτῃ, ſicut nos coniunximus. Nam alioquin minimè reprehenderentur qui in ſolo Chriſto ſpem ſuam in hac vita collocant. Cæterùm, In hac vita, declarat. Huius vitæ gratia, ſine, Ita vt hæc fides aliud quām hanc vitā non reſpiciat. Miſerrimi, ἐλεεινότεροι. Id eſt ἐλεεινότατοι, vt ſuprà, 15. d. 15.

Νυνὶ δὲ Χριστὸς ἐγήγερται ἐκ νεκρῶν ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων ἐγένετο.

Coloſſ.1.c.18 apoc.1.b.5

10 Nunc autem Chriſtus excitatus eſt ex mortuis: & primitiæ eorum qui obdormierunt, factus eſt.

10 *Nunc autem Chriſtus reſurrexit à mortuis, primitiæ dormientium.*

Ἐπειδὴ γὰρ δι' ἀνθρώπου θάνατος, καὶ δι' ἀνθρώπου ἀνάστασις νεκρῶν.

11 Quia enim per hominem mors, per hominẽ quoque reſurrectio mortuorum.

11 *Quoniam enim per hominem mors, & per hominẽ reſurrectio mortuorum.*

Ὡσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν, οὕτω καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται.

12 Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur.

12 *Et ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur.*

1.Theſſ.4.d.15 Ἕκαστος δὲ ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι· ἀπαρχὴ Χριστός, ἔπειτα οἱ Χριστοῦ, ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ.

13 Vnuſquiſque autem ſuo ordine: primitiæ Chriſtus, poſtea qui ſunt Chriſti, in aduentu ipſius:

13 *Vnuſquiſque autem in ſuo ordine: primitiæ Chriſtus, deinde ii qui ſunt Chriſti, in aduentum eius:*

Εἶτα τὸ τέλος, ὅταν παραδιδῷ τὴν βασιλείαν τῷ Θεῷ καὶ πατρί· ὅταν καταργήσῃ πᾶσαν ἀρχὴν καὶ πᾶσαν ἐξουσίαν καὶ δύναμιν.

14 Deinde erit finis, quum tradiderit regnũ Deo ac Patri: quũ aboleuerit omnẽ imperium, & omnem potentiã & virtutem.

14 *Deinde finis, quũ tradiderit regnum Deo & Patri: quũ euacuauerit omnem principatum & poteſtatem & virtutem.*

Δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν ἄχρις οὗ θῇ πάντας τοὺς ἐχθροὺς ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ.

Pſal.109.b.1 act.2.c.34 hebr.1.d.13, & 10.c.13

15 Nam oportet eum regnare vſquequò omnes inimicos ſubiecerit pedibus eius.

15 *Oportet autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius.*

10 Primitiæ eorum qui obdormierunt, ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων. Alludit ad primitias quarum oblatio reliquos fructus ſanctificabat. Mihi verò videtur Eraſmus impropriè conuertiſſe κεκοιμημένων, qui dormierant: & ἐγένετο non rectè conuertit, Fuit, pro, Factus eſt: quod Vetus interpres non legit, & in veruſto exemplari non additur.

11 Omnes viuificabuntur, πάντες ζωοποιηθήσονται. Caſtellio, Omnes reuiuiſcent. Sed notandum eſt verbum paſſiuum, quod declarat eos non ſuapte vi ſed aliena reſurgere: quæ emphaſis verbo reuiuiſcendi non exprimitur. Tanti eſt momenti veſtigiis Apoſtoli potius inſiſtere quàm verba quædam vt parum Latina refugere. Cæterùm quòd dicit omnes per Chriſtum viuificatum iri, dextrè intelligendum eſt. Liquet enim tum ex ſuperioribus, veluti ex illis abſurdis ex quibus Apoſtolus duxit argumenta, tum etiam ex iis quæ ſubiicit de corporibus cum gloria reſurrecturis: ex iis inquam liquet Apoſtolum ſolis fidelibus iſta ſcribere, & de illorum duntaxat reſurrectione differere. Nam alioqui ſi negotium illi fuiſſet cum Epicureis, longè alia adhibuiſſet argumenta. Riſiſſent enim illi hæc omnia, & Chriſtum non reſurrexiſſe, vanam eſſe hanc prædicationem ac fidem, ſtultos eſſe Apoſtolos dixiſſent, ac proinde eluſiſſent omnia Pauli argumenta. Itaque συνεκδοχικῶς hic quoque vt aliquoties in hac eadem epiſtola, veluti 8.a.1, & 9.d.15, & 10.g.33, reſtringendum eſt ad id de quo agitur: idque non in hoc tantùm membro, ſed etiam in altero ſuperiore illi oppoſito, faciendum cenſeo. Quanuis enim vniuerſaliter & ſine exceptione verum ſit omnes in Adamo mori, tamen par eſt vt idem ſignum in vtroque comparationis eiuſdem membro, ſimili ratione explicetur.

23 Primitiæ, ἀπαρχή. Hoc vocabulo parat ſibi aditum ad ſequentia. Neceſſe eſt enim vt primitiarum & totius cumuli eadem ſit ratio. At Chriſtus iam mortis eſt victor, quod aſſumit Paulus tanquam extra controuerſiam poſitum. Ergo & nos oportet eſſe mortis victores, ac proinde reſurgere.

24 Finis, τέλος. Id eſt complementum, ſiue perfectio: quoniam quod inchoatum eſt, tum demum perficietur. Mentionem enim fecit futuræ viuificationis, quæ à Chriſto cœpit, & aduentu Chriſti non finietur, ſed abſoluetur potius. Alios video hoc referre ad abolitionem de qua ſtatim differit: quod mihi non ſatis arridet. Puto enim potius Apoſtolum duo proponere, nempe perfectionem regni Chriſti, deinde qua in re poſita iſta conſummatio, nempe in omnium hoſtium abolitione, ac demum ſic intelligendam eſſe hanc perfectionẽ vt tamen Deus ſemper emineat. quæ omnia probat ſequentibus verſiculis, vt inde confirmet reſurrectionem fidelium futuram. Quum tradiderit, ὅταν παραδιδῷ. Quid ergo? an nondum regnat Pater? Regnat certè, ſed ita vt, quoniam adhuc magna mundi pars & poteſtates tenebrarum ei reſiſtunt, hoc reſpectu videatur rex non eſſe, quoniam pro rege à pleriſque non habetur: ideóque quotidie petimus vt regnum ipſius adueniat. Dicitur ergo Chriſtus regnum Deo Patri traditurus vltimo demum illo die, quo profligatis omnibus ad vnũ hoſtibus, omnes quos à Patre gubernandos accepit, illi veluti in manus tradet æterna gloria coronandos. An verò tunc non regnabit Filius? Maximè verò, quum regni eius non ſit finis. de quo mox dicemus. verſu 28.

Quum aboleuerit, ὅταν καταργήσῃ. Aſſentior iis qui hoc referunt ad regni Chriſti hoſtes, in quorum medio nunc dominatur. Etſi enim verè eſt ſententia eorum qui omnem etiam iuſtam gubernationem tum Eccleſiaſticam tum politicam tunc deſituram aiunt quum ceſſabit iſtius mundi curſus: tamen ſpectandum puto qua de re agatur, nempe an Chriſti potentia ad carnis vſque reſurrectionem protendatur: quod affirmat Apoſtolus quum dicit fore vt omnes ſemel hoſtes aboleat, ac proinde etiam mortem, quoniam alioqui non ſubiicerentur omnia ſub eius pedibus. Sed & illud obſeruandum eſt, non dici abolendos illos qui imperio, potentia aut vi aliqua præditi ſunt, ſed eorum potentiam eſſe abolendam. Neque enim diaboli vel impii abolebuntur, ſed omni ſua potentia ſpoliabuntur, ac proinde etiam mors abolebitur, vt ſit plena ſanctorum felicitas.

25 Vſquequò ſubiecerit, ἄχρις οὗ θῇ. Subaudiendum eſt nomen ὁ Θεός, Deus, ex præcedenti verſiculo. Itaque legendum eſt αὐτοῦ, eius, non αὐτῶν, ſuos, vt conuertit Eraſmus, ſicut liquet tum ex verſu 27, tum ex Pſal.110.a.1. Ergo, inquies, videtur Apoſtolus ſignificare Chriſtum aliena vi hoſtes debellaſſe. Reſpondeo, Apoſtolum (ſicut ex verſu 11 apparet) Chriſtum hic conſiderare non vt Filium Dei æternum ſimpliciter, ſed vt in forma ſerui manifeſtatum: quo reſpectu dominatur quidem vt Eccleſiæ caput, ſed quia data eſt ei hæc pote-

ſus à Patre,qui etiam dicitur eum excitaſſe à mortuis. Neque verò propterea vel dicendus eſt Pater aſſumpſiſſe carnem, vel diuinitas aliqua ſecundaria Chriſto tribuitur: ſed quia conſideratur vt homo, aſſurgit Prophetæ ad Patrem vſque,cum quo tamen Filius,vnus eſt Deus,ac proinde vna & eâdem vi agit. Omnes, πάντας. Hæc particula non eſt apud Dauidem,in qua tamen poſita eſt tota vis argumenti. Nam ſi omnes hoſtes oportet Chriſto ſubiici,ergo mors quoque abolebitur,ac proinde reſurgent ſancti. Ideo Apoſtolus locum alium adiunxit ex Pſalmo octauo,vbi de Chriſto & æterno ipſius regno differi (cuius etiam ſit tota Eccleſia particeps) oſtendit particula vniuerſalis πάντα,omnia:ſicut etiam traditur in Epiſtola ad Hebræos.

Ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται, ὁ θάνατος. 16 Vltimus autem hoſtis abolebitur mors. 16 *Nouiſſimus autem inimicus deſtruetur mors.*

Πάντα γὰρ ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. Ὅταν δὲ εἴπῃ ὅτι πάντα ὑποτέτακται, δῆλον ὅτι ἐκτὸς τοῦ ὑποτάξαντος αὐτῷ τὰ πάντα. 17 Nam omnia ſubiecit ſub pedes eius. Quum autem dicit omnia eſſe *ei* ſubiecta, palàm eſt *hoc dici* excepto eo qui ſubiecit ei omnia. 17 *Omnia enim ſubiecit ſub pedibus eius. Quum autem dicat, Omnia ſubiecta ſunt ei: ſine dubio præter eum qui ſubiecit ei omnia.* *Pſal.8.b.7 hebr.2.b.8*

Ὅταν δὲ ὑποταγῇ αὐτῷ τὰ πάντα, τότε καὶ αὐτὸς ὁ υἱὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα, ἵνα ᾖ ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσι. 28 Poſtquam verò ſubiecta fuerint ei omnia,tunc & ipſe filius ſubiicietur ei qui ſubiecit ipſi omnia, vt Deus ſit omnia in omnibus. 28 *Quum autem ſubiecta fuerint illi omnia,tùc & ipſe Filius ſubiectus erit ei q ſubiecit ſibi omnia, vt ſit Deus omnia in omnibus.*

16 Vltimus autem. ἔσχατος δέ. Concluſio eſt argumẽti à toto ad partem. Retinui autem particulam δὲ ex Vetere interprete, vt prorſus neceſſariam,quanuis in Græcis codicibus non inueniatur. Hoſtis, ἐχθρὸς. Vulgata, Inimica,non ſatis expreſſè,vt rectè annotauit Valla:neque neceſſe fuit genus mutare.

17 Palàm eſt, δῆλον ὅτι. Vel,Hoc dicit, videlicet excepto eo,&c. ſi legas δηλονότι. Suppleuimus autẽ quod deeſt explendæ ſententiæ:& videtur mihi duo ſimul colligere Apoſtolus, illius videlicet particulæ vniuerſalis Omnia hanc vim eſſe, vt nihil excipiatur quod non ſit ſubiiciendũ Chriſto præter ipſum Deum Patrem,qui dicat ſeſe omnia Filio ſubiecturum. Ex his autem efficitur verunque quod volebat, nempe reſurrecturos mortuos abolita morte:non tamen vt dii fiamus,ſed vt cum capite noſtro perfectè ſubiiciamur Deo,id eſt vt perfectè ſuis omnibus dominetur Deus.

28 Et ipſe, καὶ αὐτὸς. Particula καὶ indicat omnino hoc eſſe accipiendum de ipſa Filii perſona. Cæterùm dices, Si tunc ſubiicietur, ergo antea ſubiectus non erat. Imò ſic quoque detrahetur de ipſius gloria,quũ nunc dicatur ad dextram exaltatus, & omnem poteſtatem accepiſſe in cælo & in terra:quæ quidem neceſſariò intelliguntur de Filio vt in carne manifeſtato. Reſpõdeo,eſſe ἀποκατάστασιν in verbo ὑποτάσσω,quod in ſuperioribus dicitur de Deo,domitos hoſtes ad Filii pedes conculcante: hic verò (ſicut apparet ex hac particula, Vt ſit Deus omnia in omnibus) ſubiici Deo dicuntur quibus propriè imperat ac benedicit:adeo vt hæc ſubiectio ſummam felicitatem declaret,quum infeliciſſimi ſint quos Deus non pro ſubiectis ſed pro hoſtibus habet:ſicut pulchrè deſcribit regis imperiũ Poeta hoc verſiculo, Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos. Dicitur autem Filius etiam ipſe tunc ſubiiciendus Deo & Patri: minimè id quidem quaſi Pater in Filio ante id tempus nõ acquieuerit,ſed noſtri reſpectu,id eſt quatenus eſt Eccleſiæ ſiue omniũ Patris ſubiectorũ caput, quorũ gloria quũ tunc demum ſit perficienda, videtur quodãmodo pars adhuc aliqua Chriſti,(Eccleſia nimirũ,cuius eſt πλήρωμα, adhuc languente)in infirmitate & ignominia verſari. Adhuc enim deſpicitur,adhuc affligitur,adhuc crucifigitur in membris ſuis:ſicut ipſe Sauli dicebat, Cur me perſequeris? & Paulus ipſe conuerſus,ſcribit ſe implere reſtantes Chriſti afflictiones. Deinde quum nondum ſit ipſius membrorum numerus completus, & altera ſanctorum pars(nempe ipſorum corpora) ad eum vſque diem in puluere & corruptione dormiant: hoc inquam reſpectu,illa Chriſti ſubiectio(id eſt plena eius gloria) nondum eſt patefacta. Ac nequis de ipſius maieſtate quicquam vocabulo ſubiectionis detractum putet,ſciendũ eſt ſeſſionem ad dexteram Patris & exaltationem ſupra omne nomen,ſic de Chriſti carne dici,vt vnitas quidem perſonæ retineatur, ac proinde vni Chriſto vnica ſumma gloria tribuatur, ſed ita tamen vt naturarum diſcrimine obſeruato, Chriſtus,quatenus homo eſt, Deo nunquam æquipararetur. Quod familiari etiã exemplo declarari poteſt. Viuit corpus noſtrũ hypoſtaticè vnitum animæ noſtræ, & quidem vna eadémque(nempe ipſius animæ)vita. Sed quis propterea corpus quod vitam aliunde recipit,animæ corpus viuificanti exæquarit, ac non potius ſic eſſe vitæ particeps dixerit vt tamen infra animæ dignitatem ſubſidat? Chriſto igitur toti vna ſanè maieſtas, vna gloria ab omnibus ſuperis,mediis & infimis tribuatur:ſed ita vt caro non ex ſeſe ſed à Deo exaltata, ſicut eſt ſuo corpori caput, ſic quoque Deum habeat pro capite. Caput enim Chriſti etiam glorificati Deus, ſuprà,11.a.3.& rectè ſcripſit Auguſt.lib.de Trinitate,1.cap.8,hunc locum enarrans, Chriſtus in quantum Deus eſt,cum illo nos ſubiectos habet in quantum ſacerdos,nobiſcum illi ſubiectus eſt. Hæc ille, & quidem prorſus rectè, quum Chriſtus vnus ſit cum Patre Deus,& nobiſcum homo. Vt Deus ſit omnia in omnibus, ἵνα ᾖ ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσιν. Herodot.in Thalia, πάντα ἦν Ζώπυρος ἐν Βαβυλῶνι. Significatur ergo magnificentiſſimis iſtis verbis incomprehenſibilis quædam gloria,quæ à Deo promanans,nos totos capiti noſtro adiunctos implebit:nita tamẽ vt capiti,quod & Deus ipſe & homo eſt,ſua ſeruetur eminentia,& in iſta (vt ita loquar) gloriæ infinitate, ſuus cuique membro modulus tribuatur. Neque enim particula vniuerſalis Omnia ſic accipienda eſt vt capiti ipſi, nedum Deo,exæquemur, quanuis & ipſi ſimus eius hæredes: præterea fratri quoque primogenito ſua dignitas ſupra nos cohæredes tribuenda eſt, nedum vt (quẽadmodum commẽti ſunt Eutychiani) natura humana in diuinã tranſeat. Neque enim ſic perficeretur hominis natura,ſed potius abſorpta finiretur. Sed(inquies)nónne ſemper Deus omnia in omnibus, quum omnes omnia debeant illi ferre acceptæ? Reſpondeo,de ſolis ſanctis hîc differi, quorum integer cœtus Eccleſia vocatur:quod tota etiã diſputatio declarat,ac præſertim verſus 17, vbi ſimili modo explicãda eſt particula vniuerſalis. Non videtur autẽ Deus ante illam plenam inſtaurationẽ vltimo die futurã,omnia eſſe in omnibus,quum adhuc potentes ſint eius aduerſarii quibuſcum patienter agit:nec ſit completus electorum numerus,& eorum quidem qui hanc vitã viuunt,longè maxima pars adhuc ſit in tenebris & peccatoreorũ autem qui dormiunt, corpora non tantùm gloriæ ſed etiam vitæ omnis expertia, in ſepulchri ignominia verſentur, dum vltimus ille dies aduenìat.

Ἐπεὶ τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, εἰ ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται; τί καὶ βαπτίζονται ὑπὲρ τῶν νεκρῶν;

29 Alioqui quid facient ᵛqui baptizantur pro mortuis si omnino mortui non excitantur? ᵛ& ᵛcur baptizantur pro mortuis?

29 *Alioquin quid faciene. qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? vt quid & baptizantur pro illis?*

Τί καὶ ἡμεῖς κινδυνεύομεν πᾶσαν ὥραν;

30 Et cur nos periclitamur ᵛomni momento?

30 *Vt quid & nos periclitamur omni hora?*

Καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω, νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν, ἣν ἔχω ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.

31 In dies morior ᵛper gloriationem vestram, quam habeo in Christo Iesu Domino nostro.

31 *Quotidie morior per vestrã gloriam, fratres, quam habeo in Christo Iesu Domino nostro.*

29 Qui baptizantur pro mortuis, οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν. Id est (vt nonnulli volunt) qui baptizãtur ita vt mortuis non viuis prosint hic eorum Baptismus, vt qui paulo ante mortem baptizabantur. Nam si certè, si nulla est corporum resurrectio, frustra baptizantur, saltem quod ad corpus. Hanc expositionem adfert inter cæteros Epiphanius κγ' Κηρυθαντῶν: ad quam alii proximè accedunt, explicantes, Pro mortuis, id est qui tanquã mortui, siue moribundi, baptizantur. Omitto eos qui simpliciter exponunt Baptizari pro mortuis, id est mortuorum viceritem qui ad clinicorum Baptismum hoc referunt. Neque enim probabile est, Paulum tam crassos tãmque superstitiosos abusus tam leuiter præteriturum, qui tam multa leuiora adeo diligenter persequatur: deinde vtraque illa altera expositio videtur satis firmum argumentum non continere. Erant enim respõsuri aduersarii, Baptismum moribũdis quod ad animã prodesse, ac proinde non frustra baptizari, etiamsi corpora non resurgant. Itaque valeret hoc argumentum duntaxat aduersus negantes animorum immortalitatem. Nam si excipias, Paulum argumentari ex hypothesi, quasi Baptismus etiam corporibus prosit: respõdeo, nunquam fuisse hanc hypothesin concessuros aduersarios nisi additis exceptionibus: & certè alioqui Paulus idipsum assumeret de quo quæritur. Quòd autem nonnulli de confessione articuli de resurrectione carnis hoc explicant, quæ à baptizandis soleret requiri, item quòd alii narrant moris fuisse Baptismum administrare in cœmeteriis, non satis firmum videtur. Puto igitur Apostolum à generali fine Baptismi argumentari, vt baptizari pro mortuis idem declaret atque baptizari vt mors ipsa extinguatur, siue in resurrectionem à mortuis, cuius nimirum est symbolum Baptismus, vt declaratur Rom. 6. 2. 34 & 35: vbi tamen de spirituali resurrectione, id est regeneratione, differit. In hac etiam opinione sunt Græca scholia, Photius & Theophylactus. Arenim, dices, hoc loquẽ di genus. Quid facient qui baptizantur pro mortuis? videtur quosdam duntaxat designare. Esto id verò, non tamen inde efficitur argumentum non duci à generali fine Baptismi. Sed notandum est Apostolum non dixisse, Qui baptizati sunt (vt antea dixerat versu 18, Qui obdormierunt) sed Qui baptizãtur: vt satis appareat illũ, sicut ver. 18, tantùm fecit mentionem mortuorum, ita etiam hoc in loco hoc argumentum tractare in hypothesi duntaxat eorum qui baptizandi quotidie, prout nasci contigisset aut credere, offerebantur: quãuis illud etiam morituris, & hoc quoque iampridem baptizatis, non minus conueniret. Perinde est ergo acsi diceret Apostolus, Si mortui non resurgunt, cur Baptismus pro mortuis institutus est in Ecclesia? Nam quid illis fiet quisque solent à vobis baptizari, aut etiam cur pro mortuis baptizantur? Baptizantur ergo, indicat actum vigentem in Ecclesia: & additur Pro mortuis, nõ vt aliquorum Baptismus ab aliorum Baptismo distinguatur, sed vt intelligatur quæ sit vis argumenti à Baptismo sumpti ad probandam corporum resurrectionẽ. Cur baptizantur pro mortuis? τί καὶ βαπτίζονται ὑπὲρ τῶν νεκρῶν; Subauditur οἱ βαπτιζόμενοι, qui baptizãtur, vt sit plena oratio, Qui baptizantur, cur baptizantur pro mortuis? id est in resurrectionem à mortuis, si mortui non resurgunt? quod etiã superiorem interpretationem confirmat, Paulum videlicet à generali fine Baptismi argumentari. Cæterũ particula καὶ non refertur ad βαπτίζονται, vt sit sensus Cur baptizãtur etiam pro mortuis? sed ostendit crescere orationem. Dixerat enim Paulus, Quid facient? Deinde hoc subiicit, acsi diceret, Imò non quæro tantùm quid fint facturi, sed etiam quæro quorsum pro mortuis baptizentur, si nulla est resurrectio. Quòd autem Vetus interpres non conuertit Pro mortuis, sed Pro illis, id est ὑπὲρ αὐτῶν: planè deprauatum esse puto, quum ὑπὲρ τῶν νεκρῶν in duodecim manuscriptis codicibus, itémque in Complutensi editione & Græcis scholiis scriptum inuenerimus: ὑπὲρ αὐτῶν autem in tribus duntaxat exemplaribus. quãuis res eódem recidat, quum antecedens νεκρῶν sit necessariò repetendum, sed ita vt nonnihil obscuretur sententia si ὑπὲρ αὐτῶν legas.

30 Omni momento, πᾶσαν ὥραν. Vulgata, Omni hora. Erasmus, Omni tempore. Vide Matth. 9. c. 22.

31 Per gloriationem vestram quã habeo, &c. νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν ἣν ἔχω, &c. In quibusdam vulgatæ editionis Latinæ codicibus legitur Propter. Sic quoque legitur apud Ambrosiũ, & in cõmentariis Hieronymo inscriptis. Dubitant quoque Græca scholia num legendum sit ὑμῶν, & in eam sententiam videtur inclinare Theophylactus. Sin nὴ legamus, erit obtestationis species, quam agnoscit Basilius ὡς ψαλμῳδὸς εἰπών & Augustinus Epist. 19, & Sermone de verbis Apostoli, 18. Neque est cur nobis insolens videatur hoc factum. Est enim inter obtestationem & iusiurandum magna differentia, quum liceat, Prophetarum exemplo, testes etiam cælum & terram appellare, neduin Angelos, vt 1. Timoth. 5. d. 21, eorum quidem rerũ quas palàm & in luce gesserimus. Quidni enim hoc æquè liceat ac hominum testimonio vti? At in vero iureiurando Deus vnus, tum in rebus arcanis & quæ ab ipso solo possunt intelligi, veluti in iis quæ intus latẽt: tũ verò etiã in aliis, quoties ita requirit necessitas, non modò vt testis, sed etiam vt iudex ac vindex periurii, aduocatur: adeo vt sine summo sacrilegio nõ possit aliud nomen in iureiurando vsurpari. Sed ad rem. Si Per gloriationem nostram, legas, dicemus perinde esse acsi Apostolus testes quotidianæ illius suæ mortis appellaret molestias illas innumerabiles de quibus verè poterat in Domino gloriari. Sin verò legamus Per vestram gloriationem, eadem quidem erit sententia, sed peculiariter accõmodata Corinthiis: acsi diceret Apostolus, Quotidie morior, eiúsque rei testes appello omnes ærumnas, quas verè gloriari possum me apud vos sustinuisse. Vel, Testis sit mihi gloriatio vestra, (id est vester profectus in Euangelio quod ego apud vos promulgaui summis cũ periculis) vt ea quoque nõnihil ad me pertineat in Christo Iesu. Mihi tamen ex duabus istis expositionibus prior maximè placet. Cur autem malim ὑμετέραν, vestram, legere quàm nostram, non eo tantùm adducor quòd magis accommodata sit sententia si ita legas, sed etiam quia post ἡμετέραν, id est nostram, videtur potius subiiciendum fuisse numero plurali ἔχομεν, habemus, quàm ἔχω, habeo. Deinde quia ita legi in Complutensi editione, in tribus vetustis codicibus, in Græcis scholiis, Chrysostomo, Theophylacto, Ambrosio, Augustino, ipso denique Hieronymo in ea Epistola cuius initium est, Sæpe & multum, vt Erasmus quoque obseruauit: vbi tamen pro Gloriationem legit Salutem.

Εἰ κατὰ ἄνθρωπον ἐθηριομάχησα ἐν Ἐφέσῳ, τί μοι τὸ ὄφελος, εἰ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται; φάγωμεν καὶ πίωμεν· αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν.

31 Si secũdum hominem aduersus bestias pugnaui Ephesi, quæ mihi vtilitas, si mortui nõ excitantur? edamus & bibamus: cras enim morimur.

31 *Si secundum hominem ad beſtias pugnaui Epheſi, quid mihi prodeſt, ſi mortui nõ reſurgunt? manducemus & bibamus: cras enim moriemur.* Eſa.22.d.13 ſapien.2.b.6

Μὴ πλανᾶσθε· Φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί.

33 Ne errate. Mores bonos cõmercia corrumpunt mala.

33 *Nolite ſeduci. Corrumpunt mores bonos colloquia mala.*

Ἐκνήψατε δικαίως, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε· ἀγνωσίαν γὰρ Θεοῦ τινὲς ἔχουσι. πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω.

34 Euigilate iuſtè, & ne peccate: quidã enim Deum non norunt. ad pudorem vobis *incutiendum* loquor.

34 *Euigilate iuſtè, & nolite peccare: ignorantiã enim Dei quidam habẽt. ad reuerentiam uobis loquor.*

Ἀλλ' ἐρεῖ τις, Πῶς ἐγείρονται οἱ νεκροί; ποίῳ δὲ σώματι ἔρχονται;

35 At dicet aliquis, Quomodo ſuſcitãtur mortui? quali autem corpore prodeunt?

35 *Sed dicet aliquis, Quomodo reſurgunt mortui? quali autem corpore ueniunt?*

32 Secundum hominem, κατὰ ἄνθρωπον. Id eſt, non diuino aliquo impulſu, neque in Deum reſpiciens, ſed vel gloria vel temeritate actus, cæteriſve eiuſmodi cauſis adductus quarũ ſtudio homines in iſta pericula præcipites ruũt. Aliis verò placet iſta includere parentheſi quorũ ſententiam ſi ſequamur, præciſa fuerit oratio: quaſi diciſſet Apoſtolus, Vt humano more loquar. id eſt, vt aliquid de meipſo dicam, ſicut homines ſolẽt. Moris enim eſt Apoſtolo iſtis præfationibus vti in re ſimili, vt 1. Corinth. 11. d. 16. 17. 21. 22. Vide Rom. 3. a. 5. Aduerſus beſtias pugnaui, θηριομάχησα. Meritò reprehẽditur Eraſmus à doctiſſimo interp rete quòd eos qui aduerſus beſtias pugnabant, putarit eoſdem eſſe atque eos qui beſtiis obiiciebãtur. Nam illi armati in arenam prodibãt vt virtute & robore ſuo freti euaderent ſi poſſent: & nonnulli etiam beſtiarii vocati, ad eam rẽ perinde ac gladiatores inſtituebantur: iſti verò beſtiis nudi obiiciebantur, non vt pugnarent, ſed vt laniarentur. Quod autem ad rem attinet, etſi probabiles ſunt rationes cur hoc ad ſeditionem illam Demetrii referatur, (vſitatũ enim eſt vulgum concitatum belluis comparare) tamen nonnullæ ſunt contrariæ coniecturæ minimè inanes. Dicit enim Apoſtolus in hac eadem Epiſtola ſe Epheſi vſque ad Pentecoſten manſurum: quod conſilium vix capere potuit poſt Demetrii ſeditionem, quum ex Lucæ hiſtoria ſatis appareat Paulum ſtatim coactis fratribus diſceſſiſſe. Deinde inter ſcriptionem huius Epiſtolæ & profectionem Pauli ex vrbe Epheſi aliquod magnum temporis ſpatium interueniſſe, ex eo etiam apparet quòd hic non promittat ſe venturum niſi quũ Macedoniam pertranſierit. idque poſt Pentecoſten, infrà, 16. a. 5. & b. 8. Atqui ad Pentecoſten adfuit in Hieruſalem, peragrata iam Macedonia & Achaia. quod ne poſſimus de eadem Pentecoſte exponere, quaſi Paulus repentè fuerit coactus Epheſo proficiſci, mutato cõſilio, duæ certæ coniecturæ impediunt. Vna, quòd nihil opus fuiſſet Apoſtolum in altera Epiſtola excuſationes adferre cur ad eos non veniſſet, ſicuti promiſerat. nam ſi illud verum eſſet, citius etiam veniſſet quàm fuerat pollicitus. Altera eſt, quòd in hac Epiſtola iubentur paratam habere collationem, infrà, 16. a. 2. in altera verò, cap. 9. a. 1, mentio ſit eiuſdẽ rei quaſi anno ſuperiore geſtæ. Poſtremò, quũ hic ſcribat ſe per Macedoniã ad eos venturũ in altera ſignificat ſibi fuiſſe conſtitutũ ad eos ire, vt inde in Macedoniã trãſiret, & Macedonia rurſus ad eos rediret, 2. Cor. 1. c. 15. Cur autem conſilium mutauit Paulus? Nempe quòd diutius manſiſſet Epheſi quàm putarat, neque ſtatim ſoluit poſt Pentecoſten, vt eis fuerat in hac Epiſtola pollicitus. Itaque quũ ſtatim poſt Demetrii ſeditionem Epheſo diſceſſerit, iſta θηριομαχία non poteſt de illa ſeditione intelligi, vt quæ multo poſt hanc Epiſtolã tempore fuerit conſequuta. Quid igitur dicam quod cõiicio. nam pro certo nihil affirmo. θηριομαχῶν propriè accipere non poſſum, quoniam Lucas, qui nuis non omnia ſcripſerit, tamen mihi videtur tam nobilem hiſtoriam non fuiſſe prætermiſſurus, vt qui res Epheſi actas ac præſertim ſeditionẽ illam tam accuratè expoſuerit. Deinde ne Demetrius quidem videtur hoc fuiſſe prætermiſſurus, iſtum eſſe impurum illum hominem & infamem quem iam olim ad beſtias damnaſſent. In ſumma igitur hoc expono vt tranſlatitiè dictũ de Iudæis illis peruicaciſſimis, aduerſus quos totos tres menſes decertauit, vt ſcribitur copioſè à Luca cap. Act. 19. Nam in tam longo ſpatio, & tanta eius gentis peruicacia, non dubium eſt quin Apoſtolus infinita, quaſi cum ferociſſimis belluis, certamina ſuſceperit, à quibus etiam quotidie ad necem quærebatur. Vſitatum eſt autem in Scripturis, ac præſertim apud Dauidem, crudeles & peruicaces hoſtes ſæuiſſimis quibuſque beſtiis comparare: & Apoſtolus ipſe Neronem leonis nomine deſignat, 2. Tim. 4. d. 17. Hanc autẽ Epiſtolam Epheſi ſcriptam eſſe puto altero ineunte anno ab ipſius aduentu. Edamus, φάγωμεν. In duobus veteribus codicibus annotatur, quod etiam ſcribit Valla, prouerbium hoc fuiſſe Laconicum, nempe ex Leonidæ illius hiſtoria: quod mihi non ſit veriſimile, quum nulla gens frugalius vixerit. Apparet autem omnino fuiſſe parœmiam Epicureis familiarem, vt Sardanapali illud, Lude, bibas, comedas, poſt mortem nulla voluptas: & Martialis illud, Vita nimis ſera eſt craſtina: viue hodie. Ita etiam ſcribitur apud Eſaiam 22. c. 13: vnde hoc videtur petiiſſe Paulus, quanquam in diuerſum finem. Morimur, ἀποθνήσκομεν. Præſens pro futuro, vt infrà, verſu 35, & alibi ſæpe. Nam etiã apud Eſaiam legimus, מחר: ſed quoniam in præſenti tempore videtur quædam ſubeſſe emphaſis, illud idcirco retinuimus.

35 Commercia, ὁμιλίαι. Vulgata & Eraſmus, Colloquia, nimium angusta ſignificatione. Significat enim ὁμιλίαν communem totius vitæ vſum, vt ſi Latinè dicere liceat Conuerſationes. Idque mox declarat Apoſtolus, quum declarat Corinthios fuiſſe quorundam conſuetudine velut inebriatos, qui rerum diuinarum erãt planè imperiti. quod mox etiam probat petitis ab iis rebus exemplis de quibus ipſi etiam ruſtici poſſunt iudicare. Corrumpunt, φθείρουσιν. Iambicus eſt ſenarius ex Menandri comœdia nomine Thadia, vt annotatum inueni in vno veteſto codice. vbi tamen pro Θαΐδι legendum puto Θαΐδι, cuius nominis comœdiam Menandri citat Athenæus.

34 Euigilate, ἐκνήψατε. ἐκνήφειν propriè de ebriis dicitur qui à ſomno demum ſunt ſobrii. Ideo cõuertit Eraſmus Expergiſciminini: quod tamen non probo. Loquitur autem de mentis ſobrietate, ad quã vult illos redire qui ſtultis ſpeculationibus fuerant quodãmodo inebriati. Iuſtè, δικαίως. Id eſt, vt iuſtitiæ vacaris, quod mox explicatur per antitheſin, Hebræorum more. Non norunt, ἀγνωσίαν ἔχουσι. Vulgata & Eraſmus adver-

bum, Ignorantiam Dei habent: quod videtur durum in Latino ſermone. Ad pudorem vobis *incutiendum* loquor, πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω: Id eſt, vt vos pudeat iſtos ſectari. Vulg. Ad reuerẽtiam vobis loquor: quaſi videlicet Apoſtolus in hac reprehenſione ipſis quadam verecundia pepercifſet. Suprà, 6. 2. 5, eãdem loquutionem interpretatus eſt, Ad erubeſcentiam veſtram dico.

Ἄφρων, σὺ ὃ σπείρεις οὐ ζωοποιεῖται, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ. 36 Demẽs, quod tu ſeminas, nõ ᵛviuiſcit, niſi ᵛmortuum fuerit. 36 *Inſpicne, tu quod ſeminas non viuificatur, niſi prius moriatur.*

Καὶ ὃ σπείρεις, οὐ τὸ σῶμα τὸ γενησόμενον σπείρεις, ἀλλὰ γυμνὸν κόκκον, εἰ τύχοι, σίτου, ἢ τινος τῶν λοιπῶν. 37 Et quod ſeminas, non corpus oriturum ſeminas, ſed nudum granum, ᵛprout inciderit, tritici aut alicuius ex reliquis *granis.* 37 *Et quod ſeminas, non corpus quod futurum eſt ſeminas, ſed nudum granum, vtputa, tritici aut alicuius cæterorum.*

Ὁ δὲ Θεὸς αὐτῷ δίδωσι σῶμα καθὼς ἠθέλησε, καὶ ἑκάστῳ τῶν σπερμάτων τὸ ἴδιον σῶμα. 38 Sed Deus ei dat corpus vt voluit, & ſingulis ſeminibus ſuũ corpus. 38 *Deus autẽ dat illi corpus ſicut voluit, & vnicuique ſeminum proprium corpus.*

Οὐ πᾶσα σὰρξ, ἡ αὐτὴ σὰρξ, ἀλλὰ ἄλλη μὲν σὰρξ ἀνθρώπων, ἄλλη δὲ σὰρξ κτηνῶν, ἄλλη δὲ ἰχθύων, ἄλλη δὲ πτηνῶν. 39 Nõ omnis caro, eadem caro, ſed alia quidem caro hominũ, alia verò caro pecorũ, alia verò piſcium, alia verò volucrium. 39 *Non omnis caro, eadem caro, ſed alia quidẽ hominum, alia verò pecorum, alia volucriũ, alia piſciũ.*

Καὶ σώματα ἐπουράνια, καὶ σώματα ἐπίγεια· ἀλλ' ἑτέρα μὲν ἡ τῶν ἐπουρανίων δόξα, ἑτέρα δὲ ἡ τῶν ἐπιγείων. 40 Et ſunt corpora cæleſtia, & ſũt corpora terreſtria: ſed alia quidem cæleſtium gloria, alia verò terreſtrium. 40 *Et corpora cæleſtia, & corpora terreſtria: ſed alia quidẽ cæleſtiũ gloria, alia autem terreſtrium.*

Ἄλλη δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα σελήνης· καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων· ἀστὴρ γὰρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ. 41 Alia ᵛgloria ſolis, & alia gloria lunæ, & alia gloria ſtellarũ. ſtella enim à ſtella differt in gloria. 41 *Alia claritas ſolis, alia claritas lunæ, & alia claritas ſtellarum. Stella enim à ſtella differt in claritate.*

Οὕτω καὶ ἡ ἀνάστασις τῶν νεκρῶν. σπείρεται ἐν φθορᾷ, ἐγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ· 42 Ita & reſurrectio mortuorum. ᵛſeminatur *corpus* ᵛcorruptioni obnoxiũ, excitatur incorruptũ: 42 *Sic & reſurrectio mortuorum. ſeminatur in corruptione, ſurgit in incorruptione:*

Σπείρεται ἐν ἀτιμίᾳ, ἐγείρεται ἐν δόξῃ· σπείρεται ἐν ἀσθενείᾳ, ἐγείρεται ἐν δυνάμει. 43 Seminatur ᵛignominioſum, excitatur glorioſum: ſeminatur infirmum, excitatur ᵛpotens. 43 *Seminatur in ignobilitate, ſurgit in gloria: ſeminatur in infirmitate, ſurgit in virtute:*

Σπείρεται σῶμα ψυχικόν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικόν· ἔστι σῶμα ψυχικόν, καὶ ἔστι σῶμα πνευματικόν. 44 Seminatur ᵛcorpus animale, excitatur corpus ſpirituale: eſt corpus animale, & eſt corpus ſpirituale. 44 *Seminatur corpus animale, ſurgit corpus ſpirituale: ſi eſt corpus animale, eſt & ſpirituale.*

36 Quod tu ſeminas, σὺ ὃ σπείρεις. Vulgata & Eraſmus, Tu quod ſeminas, neglecta traiectione: quam ſi quis obſeruet, videtur oratio non cohærere. Viuiſcit, ζωοποιεῖται. Plin. libro 17, capite 18, Pleraque ex his natura ipſa docuit, & in primis ſemen ſerere, quum decidens exceptúmque terra, viuiſceret. Vulgata & Eraſmus, Viuificatur. à quo verbo alibi non abhorruimus, ſed in re diſſimili. Mortuum fuerit, ἀποθάνῃ. Tranſlatitiè dictum, pro corruptum fuerit. Vulgata addit, Prius, πρῶτον.

37 Prout inciderit, εἰ τύχοι. Vulgata, Vtputa, id eſt εἶον. Eraſmus, Exempli cauſa. Vide ſuprà, 14. b. 10.

41 Gloria, δόξα. Hebraicè, כבוד. Vulgata, Claritas, neque id incommodè, ſi ſententiam ſpectes.

42 Seminatur, σπείρεται. Id eſt, ſepelitur, & inſtar ſeminis humo conditur. Pergit enim in tranſlatione à ſeminibus ſumpta, qua nihil aptius dici potuit. Accipio autem σπείρεται non vt impersonale, ſed ita vt vbiqu: ſubaudiatur σῶμα, id eſt corpus, quod idcirco expreſſi primo loco. Corruptioni obnoxium, ἐν φθορᾷ. Vulgata & Eraſmus ad verbum, In corruptione: quam rationem etiam tenuerunt in iis quæ ſequuntur. Ego verò puto ἐν φθορᾷ poſitum eſſe pro φθαρτὸν, ex Hebræorum idioriſmo.

43 Ignominioſum, ἐν ἀτιμίᾳ. Id eſt ſplendoris & decoris expers. Quid enim eſt fœdius cadavereſtaque Cyrus moriens, apud Xenophontem, non vult ſe mortuum ſpectari. Deinde ſi ſpectemus quæ ſit corporis putreſcentis in ipſo ſepulchro ignominia, quid turpius cogitari poteſt? Potens, ἐν δυνάμει. Id eſt, à priori imbecillitate liberum, quod videlicet viciſſitudini tam variæ ſit obnoxium, nec ſeſe tueri niſi cibo, potu, & cæteris eiuſmodi præſidiis poſſit. Neque enim ſic potens erit vt ſit omnipotens, aut ἀναφὴς πάθους, aut vllam deinſque induat eiuſmodi qualitatem. Id enim eſſet non qualitatem ſed naturam ipſam mutare, & ex homine Deum planè fieri.

44 Corpus animale, σῶμα ψυχικόν. Vt quid hoc ſit, dextrè intelligatur, notandum eſt non agi de animorum immortalitate, ſed de corporum reſurrectione. Deinde non comparari inter ſe duo corpora, ſed vnius eiuſdémque corporis, humani videlicet, diuerſas atque adeo contrarias qualitates, ipſáſque demum harũ qualitatum cauſas, & eas quidem tum qualitates tum cauſas, non nudas, ſed in ipſis ſubiectis hærentes. Ex igitur cauſæ ſunt Anima & ſpiritus: illa in priore Adamo, iſta in poſteriore. Qualitates verò ſunt, Animalem eſſe, ſpiritualem eſſe: eæque primùm in iiſdem illis ſubiectis, nempe illa in Adamo, iſta in Chriſto, deinde vtræque in vno & eodem ſubiecto, nempe in cuiuſuis fidelis corpore, diuerſo tamen reſpectu, conſideratæ, illa nimirum ante reſurrectionem, iſta poſt reſurrectionem. Animam igitur alteram hominis partem vocat, quæ corpori caducam hanc vitam præſtat, à qua parte dicitur corpus ψυχικὸν, id eſt animale. Spiritum autem appellat diuinam

virtutem,cuius particeps corpus cognominatur πνευματικόν,id eſt ſpirituale. Animale ergo corpus dicitur cui anima vitales facultates præbet,imbecillas tamen illas & temporarias:vnde fit vt ſit corruptioni obnoxium, ſordidum,mille denique modis infirmũ,præſertim quum ab anima deſtitutum ſeritur,id eſt cõditur humo,quod ψυχικὸν fuerat. Spirituale verò dicitur quod diuinæ illius virtutis particeps,tanto excellentiorem vitam viuit, quanto Deus anima præſtat:vnde fit vt eiuſmodi corpus ſit æternum,gloria & ſplendore inſigne,omni denique imbecillitate liberum. Illud ergo,id eſt animale corpus,tribuit Paulus priori Adamo, ac proinde nobis omnibus ante reſurrectionem,vt in illo conditis & collapſis. Iſtud verò,id eſt ſpirituale,poſteriori Adamo, homini videlicet cæleſti,id eſt vero Deo & vero homini,tribuit,ac proinde ſanctis omnibus,poſt reſurrectionem, (de his enim vnis agit,vt diximus ſuprà,verſu 22) in illo nimirum rurſum genitis per eundem Spiritum,& in vitam æternam euectis. Sed tria hic notanda ſunt:vnum,qualitatem animalem ſic in nos eſſe ab Adamo propagatam vt corpus duntaxat ex eius ſubſtantia acceperimus,animam verò non item: (ideóque Apoſtolum nõ dicere Adamum factum eſſe in animam viuificantem,ſed in animam viuentem,aduerſus eos qui animam volunt à traduce deriuari) alterum eſt,Chriſtum ad tempus quoque fuiſſe in animam viuẽtem, excepto peccato, Spiritu videlicet in eo vim integram non exerente,donec omni infirmitate ſuperata, glorioſus reſurgeret, & in cælo ad dextram Patris ſederet:eóque reſpectu à Paulo hic conſiderari,& nos quoque in illo. Tertium,ſic eſſe Spirituale Chriſti corpus,non ſubſtantia,(vt antè dixi)ſed qualitate,id eſt æternũ,glorioſum,potens, vt hæc à Spiritu (id eſt diuina natura) accipiat, hypoſtaticè ipſius corpori & animæ iam tum coniuncta quum verbum fieret caro:noſtra verò corpora fore ſpiritualia,non nouæ alicuius partis adiunctione,quæ Spiritus dicatur,ſed ipſius Spiritus(id eſt diuinæ naturæ Chriſti)virtute,idque non per hypoſtaticam vnionem, ſed virtutis participatione,vt Rom.7.b.11,& 1.Pet.1.a.4.cuius erit vinculum idem ille Spiritus,qui iam efficit vt illum,quãuis in cælis ſedentem,fide tamen amplexi,ſpe poſſideamus in terris:tunc verò efficiet vt illo præſente præſentes perfruamur. Hæc qui ſic tractat,fanaticorum ſpeculationibus facilè occurret.

Οὕτω καὶ γέγραπται, Ἐγένετο ὁ πρῶτος ἄνθρωπος Ἀδὰμ εἰς ψυχὴν ζῶσαν· ὁ ἔσχατος Ἀδὰμ εἰς πνεῦμα ζωοποιοῦν.

45 ¶ Ita etiam ſcriptum eſt, Factus eſt prior homo Adam in animal viuens: poſterior Adã factus eſt ſpiritus viuificus.

45 *Sicut ſcriptum eſt, Factus eſt primus homo Adam in animam viuentem: nouiſſimus Adam, in Spiritum viuificantem.* Gen.2.b.7

Ἀλλ' οὐ πρῶτον τὸ πνευματικόν, ἀλλὰ τὸ ψυχικόν, ἔπειτα τὸ πνευματικόν.

46 At ſpirituale non eſt prius, ſed animale, deinde ſpirituale.

46 *Sed non prius quod ſpirituale eſt, ſed quod animale, deinde quod ſpirituale.*

Ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς, χοϊκός· ὁ δεύτερος ἄνθρωπος, ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ.

47 Primus homo è terra, terrenus: ſecundus homo, ipſe Dominus è cælo.

47 *Primus homo de terra, terrenus: ſecundus homo de cælo, cæleſtis.*

Οἷος ὁ χοϊκός, τοιοῦτοι καὶ οἱ χοϊκοί· καὶ οἷος ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι.

48 Qualis terrenus ille, tales & qui terreni ſunt: & qualis ille cæleſtis, tales & qui cæleſtes ſunt.

48 *Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cæleſtis, tales & cæleſtes.*

45 Ita etiam,οὕτω καί. Vulg.Sicut ſcriptum eſt,ὅτως γέγραπται: quam lectionem quanuis in nullis codicibus Græcis inuenerim,tamen ſinceram eſſe puto:ita tamen vt per traiectionem explicetur,hoc modo, Primus homo Adam,ſicut ſcriptũ eſt,factus eſt,&c. Nã omnino hoc non pertinet niſi ad prius membrum quod citatur ex Gen.1.b.7,& tamen parum cohæret ſi receptam lectionem ſequaris, quam non auſus ſum mutare,ſine idonei teſtis authoritate. Caſtellio conuertit,Quúmque ita ſcriptũ ſit,ea qua ſolet audaciaviſus. Prior homo Adam,ὁ πρῶτος ἄνθρωπος Ἀδάμ. Hic quoque nihil mutauimus:ſed tamen annotatum eſt à Stapulenſi ἄνθρωπος redundare,quum ex collatione apparear אדם eſſe ſpeciei nomen hoc in loco,vt ἄνθρωπος vet.47. Nam alioquin dicendum fuerat in oppoſito membro ἄνθρωπος Χριστός. Exiſtimo tamen Chriſtum vocari etiam poſteriorem Adamum,vt qualitas indicetur quam Chriſtus cum Adamo habeat communem:quia videlicet & ipſe non tanquam ſingularis quiſpiam homo,ſed vt radix ac principium,conſideratur, in quo ſpirituales omnes, tanquam principio comprehendantur:ſicut in illo priore animales,cui nomen fuit Adamo. Erit ergo Chriſtus hac ratione alter Adamus:ſed durum planè & obſcurum fuiſſet eum appellare ſecundum hominem Adamum. Itaque receptam lectionem reliqui intactam. Animal viuens,εἰς ψυχὴν ζῶσαν. Heb.לנפש חיה,ad verbum, In animam viuentem,vt Vetus interpres & Eraſmus conuerterunt. Dicitur autem homo animatus κατ' ἐξοχὴν anima viuens:quod videtur optimè exprimi animalis vocabulo. Nam hoc quoque ab anima,vt præſtantiore hominis parte,deducitur. Poſterior,ὁ ἔσχατος. Vulg. Nouiſſimus. Eraſ. Poſtremus. Ego putaui ſtudendũ perſpicuitati,quũ præſertim pro ἔσχατος ponat ὕστερος, ver.47:niſi quis vltimũ putet dici quòd non ſit alius inſtaurator expectandus. Spiritus viuificus,εἰς πνεῦμα ζωοποιοῦν. Chriſtum vocat Spiritum,ab excellentiſſima parte,id eſt Deo corporaliter habitante in ipſo,vt Adamum ψυχὴν ab altera itidem præſtantiore parte nuncupauit. Non minus ergo ſunt inepti qui ex hoc loco colligunt corpus Chriſti fuiſſe ex materia cæleſti & Spirituali,quàm ſi negarent Adamo fuiſſe terreſtre corpus,quia ψυχὴ dicitur:vt interim taceam ἔσχατον repetendum eſſe ἐν τῷ κυτεῖ, vt hic quoque factus dicatur,non tamen quatenus Spiritus,ſed quatenus homo Spiritu præditus. Deinde conſideranda antitheſis Viui & Viuifici,quam expoſuimus ſuprà,ver.44. Vulgata & Eraſmus ad verbum, In Spiritum viuificantem.

47 Terrenus,χοϊκός. Id eſt πήλινος,In cœno manens,& terreſtri naturæ addictus,ac proinde mortalis, fæculentus & imbecillis:vt alludat Apoſtolus ad Iob.4.d.19. Nec enim χοϊκὸς eſt nomẽ μυνεμονικὸν hoc in loco, ſed μυτικὸν,quaſi dicas in limo verſantem,ipſúmque adeo limum. vnde & ſumptus eſt. Tertullianus limaceum appellat. Nam ad creationẽ & nomẽ Adæ procul dubio alludit:& hoc ita eſt μυτικὸν vt ſimul materiæ ac loci cõtagionem declaret,vnde illæ corporis qualitates quarum comparationem inſtituit. Materiæ autẽ nomen propriè non eſſe hoc in loco liquet apertiſſimè ex antitheſi,in ſequentibus verſiculis. Nam ἐπουράνιος non declarat eum qui ſit ex cæleſti quadam materia compactus,ſed qui in cælis maneat, particeps cæleſtium qualitatum,id eſt immortalitatis,gloriæ ac potentiæ. Non tantùm igitur improbi & ſcelerati,ſed etiã inepti & imperiti ſunt qui ex hoc loco arguunt Chriſtum è cælo corpus in Virginis vterum intuliſſe,id eſt qui nobis omnem ſpem ſalutis eripiunt. Secũdus homo,ipſe Dominus è cælo,δεύτερος ἄνθρωπος ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ. Vulg. Secũdus homo de cælo cæleſtis,vt pro ὁ Κύριος legatur ἐπουράνιος: quomodo etiã legũt Ambroſ. & Hieronymus. Mihi verò placet

recepta lectio quàm ſummo cõſenſu Græci omnes quos vidi, ſequũtur. Multo enim vehemẽtior eſt antitheſis Terreni & Domini, quàm Terreni & cæleſtis, quũ multæ ſint res cæleſtes creatæ, Dominus autem dicatur qui ſummũ in omnes imperiũ obtinet. Deinde ſi ſtatim oppoſuiſſet Terrenum cæleſti, non emineret illa tãta qualitatum diuerſitas, ſed varius tantùm ſitus videretur ſignificari. Hoc verò ſemel explicato, tum demum licuit cæleſtem terreno planè ac perſpicuè opponere, vt factum eſt duobus ſequentibus verſiculis. Sed duo hic annotanda ſunt: vnum, cõſiderari corpus Chriſti in gloria, non in humilitate: ſiquidem antea, ſi ex ſua natura ſeorſim à diuinitate æſtimetur, ψυχικὸν & χοϊκὸν erat, ſicut & cæterorum hominum, excepto peccato. qua de re vide Aug. lib. de Ciuit. Dei 13. cap. 23. Alterũ, quòd dicitur è cælo, id per cõmunicationẽ ἰδιωμάτων eſſe intelligendũ, vt diximus Ioh. 3. b. 13. Idcirco verò ſic loquitur Apoſtolus vt ipſam Chriſti carnem ſciamus Dei inhabitantis virtute hanc gloriam eſſe aſſequutam, quam cum ſuis membris tandem aliquando communicabit.

49 Καὶ καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, φορέσωμεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου.

49 Et ſicut geſtauimus imaginẽ terreni, geſtabimus etiam imaginem cæleſtis.

49 *Igitur ſicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginẽ cæleſtis.*

50 Τοῦτο δέ φημι, ἀδελφοί, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύναται, οὐδὲ ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν κληρονομεῖ.

50 Hoc autem dico, fratres, quòd caro & ſanguis regnum Dei hæreditatẽ cõſequi: neque corruptio incorruptæ naturæ hæreditatem.

50 *Hoc autem dico, fratres quia caro & ſanguis regnũ Dei poſſidere nõ poſſunt, neque corruptio incorruptelam poſſidebit.*

51 Ἰδοὺ, μυστήριον ὑμῖν λέγω, πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα.

51 Ecce, myſteriũ vobis dico, Nõ omnes quidẽ obdormiemus, ſed omnes mutabimur.

51 *Ecce, myſterium nobis dico. Omnes quidem reſurgemus, ſed nõ omnes immutabimur.*

Matth. 24. c. 31 1. Theſſ. 4. d. 16

52 Ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι. (σαλπίσει γὰρ) καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται ἄφθαρτοι, καὶ ἡμεῖς ἀλλαγησόμεθα.

52 Momento, & iactu oculi, ad vltimam tubã, (canet enim tuba) & mortui ſuſcitabuntur incorrupti, & nos mutabimur.

52 *In momento, in ictu oculi, in nouiſſima tuba, (canet enim) & mortui reſurgẽt incorrupti, & nos immutabimur.*

53 Δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν.

53 Oportet enim hoc corruptioni obnoxiũ induere incorruptã naturã, & mortale hoc induere immortalitatem.

53 *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc, induere immortalitatẽ.*

54 Ὅταν δὲ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀθανασίαν· τότε γενήσεται ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος, Κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος.

Oſee 13. d. 14 Heb. 2. d. 14

54 Quũ autẽ hoc corruptioni obnoxiũ induerit incorruptã naturã, & mortale hoc induerit immortalitatẽ, tũc fiet illud quod ſcriptũ eſt, Abſorpta eſt mors ad victoriam:

54 *Quũ autẽ corruptũ hoc induerit incorruptionẽ, & immortale hoc induerit immortalitatẽ, tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt Abſorpta eſt mors in victoria:*

49 Imaginem, εἰκόνα. Imaginẽ intellige nõ vanam & inanẽ, ſed quam res ipſa conſequatur. Verè enim & reipſa χοϊκοὶ ſumus, huius vitæ reſpectu: verè item ἐπουράνιοι erimus poſt reſurrectionem, vt membra capiti conformia euadant. Sic enim accipitur ſæpe imaginis nomen, vt Gen. 5. a. 3: & μορφὴ ſic vſurpatur, itémque σχῆμα & ὁμοίωμα, Philip. 2. a. 8. Geſtabimus, φορέσωμεν. In Complutenſi editione & tribus codicibus legimus φορέσωμεν, nempe ex Chryſoſtomi opinione, qui putat Paulum à ver. 47, auſpicari exhortationem ad vitæ nouitatem. Sed hoc planè eſt detortum, quum res ipſa clamet, Paulum in propoſito argumento pergere.

50 Carnem & ſanguinem, σὰρξ καὶ αἷμα. Id eſt corpus hoc animale, ita vt nunc eſt. Neque enim perimetur ſubſtantia, ſed immutabitur qualitas, ita vt ex animali ſpirituale, ex terreno cæleſte fiat corpus. Caro igitur & ſanguis nomina ſunt quibus ſolum corpus, idque non nudum, ſed cum infirmitate adiuncta ſignificatur hoc in loco, vt apparet ex eo quod ſubiicitur de corruptione. Alibi verò carnis & ſanguinis appellatione totus homo intelligitur quatenus eſt corruptus peccato, & aliis etiam modis eadẽ verba accipiũtur, ſicut expoſuimus Matth. 16. c. 17, & Gal. 1. c. 16. 51 Myſterium, μυστήριον. id eſt rem arcanam, & adhuc occultam, ideóque dignißimam quam attentè audiatis. Non omnes quidem obdormiemus, &c. πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα. Qui non animaduerterunt de ſolis ſanctorum corporibus hic agi, (quod annotauimus ſuprà verſu 21) nec conſiderarunt particulam vniuerſalem, ad eos de quibus agebatur eſſe reſtringendã, duas alias lectiones in hunc locum inuexerunt, de quibus copioſè Hieronymus in Epiſtola ad Mineriũ & Alexandrũ, & Auguſtinus in quæſtionibus ad Dulcitium, quæſtione 3. Earum vna eſt, πάντες μὲν οὐ κατακοιμηθησόμεθα, οὐ πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα, omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur, vt etiam legitur in Vulgata Latina editione. Altera, quam Hieronymus dicit Græcos codices habuiſſe, πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, ἀλλ' οὐ πάντες ἀλλαγησόμεθα. Vtra quæ (meo iudicio) reiicienda. Nam præterquam quòd non aliter dicit omnes immutatũ iri quàm ſuprà dixit, Omnes in Chriſto viuificandos, liquet vel ex eo quod cõfitemur, Dominum venturum ad iudicandum viuos & mortuos, & ex eo quod ſcriptum eſt 1. Theſſ. 4. d. 15. 16. 17, fore vt quos Dominus aduenientes viuos ex ſanctis inuenerit, repentè, non interueniente morte, nec corruptione illa ordinaria, immutet, vt cum ſanctis qui reſurrexerint, rapti in nubibus Domino occurrant.

51 Ἐν ἀτόμῳ ictu oculi, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ. Vul. & Eraſ. In ictu oculi, nõ ita propriè, ni fallor. Nãm Latini adiicere oculos dicũt. Quidã codices legũt ῥοπῇ. i. inclinatione. Vtroque vocabulo breuiſſimũ tẽporis ſpatiũ ſignificatur: quum nihil ſit celerius oculi motu. Sed ῥιπὴ tranſlatum eſt à fulminis iactu, ῥοπὴ à motu lancis ſeu libræ.

54 Illud, ὁ λόγος. Heb. דבר, de quo ſæpe iam diximus. Abſorpta eſt mors ad victoriam, κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος. Miror qui videri potuerit hic locus ex Oſea ſumptus, quum ſit penè contrarius ad verbum ex Eſaiæ 25 c. 8. Sic enim habent Hebræa בלע המות לנצח i. abſorpſit mortẽ in æternũ. Sed pro In æternũ ſcriptũ eſt εἰς νῖκος, ad victoriam, quod נצח neſah deducatur à נצה, quod vincere declarat. Idẽ autẽ ſignificat Ad victoriã atque Vſque ad victoriã. i. ita vt ſit prorſus debellata. Ambroſius verò legens In cõtentione, deceptus fuit à librario qui Græcè ſcripſerat νῖκος pro νῖκος.

55 Vbi tua

Ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; ποῦ σου ᾅδη, τὸ νῖκος;

55 ᵛVbi tua ô mors, victoria, ᵛvbi tuus ô ſepulchrum ſtimulus?

55 *Vbi eſt mors victoria tua? vbi eſt mors ſtimulus tuus?*

Τὸ δὲ κέντρον τοῦ θανάτου, ἡ ἁμαρτία· ἡ δὲ δύναμις τῆς ἁμαρτίας, ὁ νόμος.

56 Stimulus verò mortis eſt peccatum: vis autem peccati, Lex.

56 *Stimulus autem mortis, peccatum eſt: virtus verò peccati, Lex.*

Τῷ δὲ Θεῷ χάρις τῷ διδόντι ἡμῖν τὸ νῖκος διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

57 ‖Sed Deo ſit gratia, qui dedit nobis victoriam per Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum.

57 *Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* 1. Ioh. 5. d. 4

Ὥστε, ἀδελφοί μου ἀγαπητοί, ἑδραῖοι γίνεσθε, ἀμετακίνητοι, περισσεύοντες ἐν τῷ ἔργῳ τοῦ Κυρίου πάντοτε, εἰδότες ὅτι ὁ κόπος ὑμῶν οὐκ ἔστι κενὸς ἐν Κυρίῳ.

58 Itaque, fratres mei dilecti, firmi eſtote, immoti, abundantes in opere Domini ſemper, quũ ſciatis laborem veſtrum non eſſe ᵛin Domino.

58 *Itaque, fratres mei dilecti, ſtabiles eſtote & immobiles, abundantes in opere Domini ſẽper, ſcientes quòd labor veſter nõ eſt inanis in Domino.*

Κεφάλαιον ις΄.

CAP. XVI.

Περὶ δὲ τῆς λογίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους, ὡσαύτως διέταξα ταῖς ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας, οὕτω καὶ ὑμεῖς ποιήσατε.

1 ᵛPorro de collecta in ſanctos, quemadmodum conſtitui Eccleſiis Galatiæ, ita & vos ᵛfacite.

1 *Deᵛ collectis autẽ quæ fiũt in ſanctos, ſicut ordinaui Eccleſiis Galatiæ, ita & vos facite.*

Κατὰ μίαν σαββάτων ἕκαστος ὑμῶν παρ' ἑαυτῷ τιθέτω, θησαυρίζων ὅ, τι ἂν εὐοδῶται· ἵνα μὴ ὅταν ἔλθω, τότε λογίαι γίνωνται.

2 ᵛPrimo quoque *die* hebdomadis vnuſquiſque veſtrum apud ſe reponat, recõdens ᵛquod pro Dei benignitate licuerit: ne, quum venero, tunc collectæ fiant.

2 *Per vnã ſabbathi vnuſquiſque veſtrũ apud ſe ſeponat, recondens quod ei bene placuerit: ut non quũ venero, tunc collectæ fiant.*

55 Vbi tua, ô mors, victoria? ποῦ σου, θάνατε, τὸ νῖκος; Quia in ſequente verſiculo ſtimulus tribuitur morti, ideo hoc loco plerique codices ſcripſerunt τὸ κέντρον, & contra in poſteriore membro τὸ νῖκος. Sed apparet ex Hebræorum collatione, iſta eſſe permutata: & Vetus interpres hoc quoque oſtendit, qui germanam lectionem retinuit: quam quum in vno etiam veruſto Græco codice integram inueniſſem, non dubitaui reſtituere. Sic autẽ habent Hebræa Oſeæ 13. d. 14, vnde petitum eſt poſterius membrum אהי דבריך מות i. Ero peſtes tua, mors. Itaque Græca editio quam ſequutus eſt Paulus, legit איה, vbi, pro אהי, ero, per metatheſin: quam notant eo loco quidam etiam ex Hebræis interpretibus. Deinde דבריך Græci interpretes deduxerunt non à דבר *deber*, quod peſtem declarat, ſed à דבר *dabar*, quod ſignificat verbum, idque tranſlatitiè acceperunt: pro quo verbaculo ſermone dicimus *un plaid*, inuidioſo etiam vocabulo pro garrula loquacitate. Ideo in Græca editione qua nunc vtimur, ſcriptum eſt δίκη, pro quo ſanè exiſtimo Paulum hic ſcripſiſſe non νῖκος, vt nunc legimus, ſed νεῖκος, litigioſa contentio. Nihil tamen volui temere mutare: quanquam ad illam coniecturam alcera etiam accedit, quia in præcedente verſiculo, itémque in 57 ſcriptum eſt νῖκος, facile fuiſſe hominibus imperitis exiſtimare ita etiam hoc loco ſcribendum eſſe. Vbi tuus, ô ſepulchrum, ſtimulus τὸ σόν, ᾅδη, τὸ κέντρον; Hebræa eodem illo Oſeæ loco habent איה קטבך שאול, id eſt ero tuum excidium, ſepulchrum. Itaque hic rurſum Græca editio, quam ſequutus eſt Paulus, legit (ſine vlla tamen ſenſus iniuria, & non repugnãtibus quibuſdam Hebræorum interpretibus) איה, vbi, pro אהי ero, vt in præcedente membro. Quod verò verterunt ſtimulum, propriè ſignificat ἔλεθρον. i. excidium & internecionem præſentem. Hieronymus ſolet morſum interpretari: Symmachus ἀναίτημα, quòd repentè & ex inopinato occurrat. Ἅιδης verò id eſt שאול hic quoque conuerti ſepulchrum potius quàm infernum cum Vetere interprete & Eraſmo: quia hic agitur de corporis excitatione: & ea etiam eſt propria vocabuli Hebraici ſignificatio, vt diximus Act. 2. d. 27.

58 In Domino, ἐν Κυρίῳ. Hebr. ביהוה, id eſt Dei ope ac bonitate id efficiente. Sin autem accipias in Domino pro In negotio Domini, vel ſecundum Dominum, erit traiectio, quaſi ſcriptum ſit, Labor veſter in Domino, non erit inanis.

IN CAPVT XVI.

1 De collecta, περὶ τῆς λογίας. Hoc vocabulo vtitur in ea ſignificatione ipſe etiam Cicero 2. De orat. & ego libẽter illud retinui, vel ob eam cauſam vt quiuis cognoſcat quid illud ſit quod poſtea ſacrificuli ad quaſdam cantiunculas tranſtulerunt. Fuiſſe verò in Eccleſia vſurpatam hanc conſuetudinem conferendi eleemoſynas (quas tamen iubet Apoſtolus vnumquẽque apud ſe ſeponere, quòd nimirum iſtæ eſſent extraordinariæ, idque die primo hebdomadis, qui Solis dies à profanis, Dominicus à ſanctis dicebatur) docet Iuſtinus Apologerico ſecundo, vbi quum deſcripſiſſet concionis & Cœnæ Dominicæ apparatum illi diei peculiarem, tandem ſubiicit, quenque pro facultatum ratione vt ſibi libuiſſet, aliquid conferre ſolitum, quod poſtea Antiſtes quem τῶν προεστώτων vocat, orphanis, viduis, ægrotis, egenis, captiuis & peregrinis diſtribueret. Facite, μιμεῖσθε. Baſilius quodam loco, citans hæc verba, ſic ea diſtinguit vt κατὰ μίαν σαββάτου cum hoc verbo cohæreat: & deinde ſequatur ἕκαστος, vnuſquiſque, &c.

1 Primo quoque *die* hebdomadis, κατὰ μίαν σαββάτων. Vulg. Per vnam Sabbathi. Eraſ. In vna Sabbathorum. Hoc quidem conſtat κατὰ vim habere diſtributiuam, quam vocant, neque dubium eſt μία σαββάτου declarare primam diem ſeptimanæ, vt oſtendimus Mat. 28. a. 1, & explicat diſertè Marcus ipſe 16. b. 9. Sed & in vno veruſto codice additum erat τῶν νηστειῶν, ad hoc ſcilicet explicandum: & eo die iam tum ſolitos fuiſſe ſanctos conuenire, liquet ex Act. 20. b. 7. Quod pro Dei benignitate licuerit, ὅ, τι ἂν εὐοδῶται. Vel, vt in quibuſdam codicibus legitur, εὐοδωθῇ. εὐοδοῦσθαι autem paſſiuè dicitur qui proſperum iter à Deo obtinet, vt Rom. 1. b. 10. ſed præterea ad rerum omnium proſperos ſucceſſus tranſfertur, vt 3 Ioh. 2. 2. Itaque ſenſus eſt, vt quiſque conferat pro ratione proſperitatis (vt ita loquar) quã à Domino obtinuerit. Neq; prorſus malè cõuertit Eraſmus, Quicquid cõmodum fuerit. niſi quòd paſſiuũ verbũ non expreſſit, cuius ea eſt vis vt declaret eam commoditatem

ab aliquo concedi, nimirum à Deo. Latet ergo in hoc verbo argumentum quod Eraſmus non expreſſit, nempe vt partem eius quod Dei benignitate ſumus conſequuti, liberaliter ipſius membris largiamur. Vulg. Quod ei bene placuerit, ἐπαΐδοσῆ pro ἐνδοσῆ. Nam ἔδοσεν, quod illi tribuit Eraſmus, nunquam memini legere.

Οταν ὖ παραγένωμαι, οὓς ἐὰν δοκιμάσητε δι' ἐπιστολῶν, τούτους πέμψω ἀπενεγκεῖν τὴν χάριν ὑμῶν εἰς Ιερουσαλήμ.

3 Poſtquam autem acceſſero, quoſcunque probaueritis ᵛ per epiſtolas, hos mittam vt perferant ᵛ beneficentiam veſtram in Hieruſalem.

3 Quũ autẽ præſens fuero, quos probaueritis per epiſtolas, hos mittam perferre gratiam veſtram in Ieruſalem.

Ἐὰν δὲ ᾖ ἄξιον τοῦ κἀμὲ πορεύεσθαι, σὺν ἐμοὶ πορεύσονται.

4 Quòd ſi dignum fuerit vt & ipſe proficiſcar, mecum proficiſcentur.

4 Quòd ſi dignum fuerit vt & ego eam, mecum ibunt.

Ελεύσομαι δὲ πρὸς ὑμᾶς, ὅταν Μακεδονίαν διέλθω. (Μακεδονίαν γὰρ διέρχομαι)

5 Veniam autem ad vos quũ Macedoniam tranſiero. (Macedoniam enim ᵛ pertranſibo)

5 Veniã autẽ ad uos, quũ Macedoniã pertrãſiero. (nã Macedoniã pertrãſibo)

Παρὰ ὑμῖν δὲ τυχὸν παραμενῶ, ἢ καὶ παραχειμάσω, ἵνα ὑμεῖς με προπέμψητε οὗ ἐὰν πορεύωμαι.

6 ᵛApud vos autem fortaſſe permanebo, aut etiam hybernabo: vt vos me proſequamini quocunque proficiſcar.

6 Apud uos autem forſitã manebo, uel etiam hyemabo: ut uos me deducatis quocunque iero.

Οὐ θέλω γὰρ ὑμᾶς ἄρτι ἐν παρόδῳ ἰδεῖν· ἐλπίζω δὲ χρόνον τινὰ ἐπιμεῖναι πρὸς ὑμᾶς, ἐὰν ὁ Κύριος ἐπιτρέπῃ.

7 Nolo enim vos nũc in trãſcurſu videre: ſpero tamen me aliquantũ temporis manſurũ me apud vos, ſi Dominus permiſerit.

7 Nolo enim uos modò in tranſitu uidere: ſpero enim me aliquantulũ tẽporis manere apud uos, ſi Dominus permiſerit.

Επιμενῶ δὲ ἐν Ἐφέσῳ ἕως τῆς πεντηκοστῆς.

8 Permanebo autem Epheſi ᵛvſque ad Pentecoſten.

8 Permanebo autem Epheſi uſque ad Pentecoſten.

Θύρα γάρ μοι ἀνέῳγε μεγάλη καὶ ἐνεργής, καὶ ἀντικείμενοι πολλοί.

9 Nam oſtium mihi apertum eſt magnum & ᵛ efficax, ᵛ & aduerſarii multi.

9 Oſtiũ enim mihi apertũ eſt magnũ & euidens, & aduerſarij multi.

Ἐὰν δὲ ἔλθῃ Τιμόθεος, βλέπετε ἵνα ἀφόβως γένηται πρὸς ὑμᾶς· τὸ γὰρ ἔργον Κυρίου ἐργάζεται ὡς κἀγώ.

10 Quòd ſi venerit Timotheus, videte vt ᵛ tutò ſit apud vos: opus enim Domini operatur vt & ego.

10 Si autem uenerit Timotheus, uidete ut ſine timore ſit apud uos: opꝰ enim Domini operatur, ſicut & ego.

Μή τις οὖν αὐτὸν ἐξουθενήσῃ· προπέμψατε δὲ αὐτὸν ἐν εἰρήνῃ, ἵνα ἔλθῃ πρός με· ἐκδέχομαι γὰρ αὐτὸν μετὰ τῶν ἀδελφῶν.

11 Nequis igitur illum pro nihilo habeat: ſed proſequimini eum ᵛ cum pace, vt veniat ad me: expecto enim eum cum fratribus.

11 Nequis ergo illum ſpernat: deducite autẽ illum in pace, ut ueniat ad me: expecto enim illum cum fratribus.

3 ᵛ Per epiſtolas, δι' ἐπιστολῶν. Per epiſtolas, nimirum quas illis dabitis perferendas, quum iſtuc venero. Sed & poteſt hoc connecti cum verbo δοκιμάσω, vt ſit ſenſus, Quos probaueritis, eos mittam cum literis vt eleemoſynas perferant. Beneficentiam veſtram, τὴν χάριν ὑμῶν. Vulg. ad verbum, Gratiam: quæ etiam apud Latinos pro beneficio, hîc verò pro eo ipſo accipitur quod aliquis gratuitò confert.

5 Pertranſibo, διέρχομαι. Hoc verbum aliquoties iam annotauimus habere ineluſam ſignificationẽ futuri temporis, vt Matth. 11.2.3. Apoc.1.2.4. Hoc puto non conſiderâſſe qui cenſent hanc epiſtolam ſcriptam Philippis, quum iam peragraret Macedoniam. Nam ex verſiculis 8 & 19, apparet miſſam Epheſo, & quidem ante Demetrii ſeditionem, per Timotheum & Eraſtum: vt mecum fatebitur quiſquis comparârit cum verſu 10, proximè ſequente, quæ ſcribit Lucas Act.19.d.11.

6 Apud vos, παρὰ ὑμῖν. Vide Mar.6.v.3.

8 Vſque ad Pentecoſten, ἕως τῆς πεντηκοστῆς. Eraſmus putat ita ſubaudi endum ἡμέρας, vt ſimpliciter ſignificentur quinquaginta dies, non autem feſtum Pentecoſtes. quod, inquit, haud ſatis ſcio an id temporis Gentium auribus notum fuerit: quum in epiſtola ad Romanos Apoſtolus tollat dierum diſcrimen. At ego ſuperuacaneum eſſe puto quærere an huiuſmodi feſta initio fuerint obſeruata, vt hoc daretur Iudæorum infirmitati. Sed vt obſeruata non fuerint, non tamen conſequitur hoc non fuiſſe vſitatum in Eccleſiis, vt præſertim ii qui ex circunciſione crediderant, ab his feſtis interualla temporum numerarent. Sic Act.20.b.6, dicitur Apoſtolus ſoluiſſe Philippis poſt dies Azymorum: quos tamẽ quis idcirco dixerit fuiſſe ab Eccleſiis obſeruatos? Sic etiam Act.27.b.9, ſignificatur inclinatio Autumni per diem ieiunii ſiue Propitiationis feſtum. Itaque illa interpretatio nulla ratione nititur.

9 Efficax, ἐνεργής. Id eſt, ad magnas res conficiendas opportunum. Vulg. Euidens, id eſt ἐναργής, pro quo malim patens dicere, vt perſiſtat in metaphora. Et ſanè hæc lectio mihi magis arridet, quum eadem quidẽ ſit ſententia, ſed multo mollior ſit tranſlatio. Et aduerſarii, καὶ ἀντικείμενοι. Hieronymus in Ioelem, legit, Sed aduerſarii, vt καὶ pro ἀνὰ ſæpe ponitur, vt Act.10.d.28, & infrà, ver.11. Sed malim tamen receptam interpretationem ſequi. nam quo plures aduerſarii, eo magis requiritur paſtoris præſentia.

10 Tutò, ἀφόβως. Id eſt ἀπροσκόπως, & ſine iuſti metus occaſione. Vulg. Sine timore, Eraſmus, Sine metu. Vtrunque nimis obſcurè.

11 Cum pace, ἐν εἰρήνῃ. Id eſt ſaluum & incolumem, atque adeo bona cum gratia, ex Hebræorum idiotiſmo ſæpe iam à nobis explicato.

Περὶ δὲ Ἀπολλὼ τοῦ ἀδελφοῦ, πολλὰ παρεκάλεσα αὐτὸν ἵνα ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς μετὰ τῶν ἀδελφῶν· καὶ πάντως οὐκ ἦν θέλημα ἵνα νῦν ἔλθῃ· ἐλεύσεται δὲ ὅταν εὐκαιρήσῃ.

11 Porro de Apollo fratre, multum precatus ſum eum vt iret ad vos cū fratribus: ſed omnino non fuit ei voluntas nunc eundi: venturus eſt autem quū tempus opportunū habuerit.

12 De Apollo autē fratres, multū rogaui eum ut ueniret ad nos cū fratrib⁹: & utiq; non fuit uoluntas eius ut nunc ueniret: ueniet autem quum ei uacuum fuerit.

Γρηγορεῖτε, στήκετε ἐν τῇ πίστει, ἀνδρίζεσθε, κραταιοῦσθε.

13 Vigilate, ſtate in fide, viriliter agite, eſtote fortes.

13 Vigilate, ſtate in fide, uiriliter agite, & confortamini.

Πάντα ὑμῶν ἐν ἀγάπῃ γινέσθω.

14 Omnia veſtra cum charitate fiant.

14 Omnia ueſtra in charitate fiant.

Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, οἴδατε τὴν οἰκίαν Στεφανᾶ, ὅτι ἐστὶν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας, καὶ εἰς διακονίαν τοῖς ἁγίοις ἔταξαν ἑαυτούς·

15 Precor autem vos, fratres, noſtis familiam Stephanæ eſſe primitias Achaiæ, & ſeſe in miniſterium ſanctis addixiſſe:

15 Obſecro autē uos, fratres, noſtis domum Stephanæ & Fortunati, quoniā ſunt primitiæ Achaiæ, & in miniſterium ſanctorū ordinauerunt ſeipſos:

Ἵνα καὶ ὑμεῖς ὑποτάσσησθε τοῖς τοιούτοις, καὶ παντὶ τῷ συνεργοῦντι καὶ κοπιῶντι.

16 Vt & vos ſubiiciamini talibus, & omnibus operam ſuam conferentibus & laborātibus.

16 Vt & uos ſubditi ſitis huiſmodi, & omni cooperanti & laboranti.

Χαίρω δὲ ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ Στεφανᾶ καὶ Φορτουνάτου καὶ Ἀχαϊκοῦ, ὅτι τὸ ὑμῶν ὑστέρημα οὗτοι ἀνεπλήρωσαν.

17 Gaudeo verò de aduentu Stephanæ & Fortunati & Achaici, quoniam abſentiā veſtram hi ſuppleuerunt.

17 Gaudeo autē in præſentia Stephanæ & Fortunati & Achaici, quoniā id quod uobis deerat, ipſi ſuppleuerunt.

Ἀνέπαυσαν γὰρ τὸ ἐμὸν πνεῦμα καὶ τὸ ὑμῶν. ἐπιγινώσκετε οὖν τοὺς τοιούτους.

18 Refecerunt enim ſpiritum meum ac veſtrum. Agnoſcite itaque qui ſunt huiuſmodi.

18 Refecerūt enim & meū ſpiritū & ueſtrū. agnoſcite ergo qui huiſmodi ſunt.

Ἀσπάζονται ὑμᾶς αἱ ἐκκλησίαι τῆς Ἀσίας. Ἀσπάζονται ὑμᾶς ἐν Κυρίῳ πολλὰ Ἀκύλας καὶ Πρίσκιλλα, σὺν τῇ κατ' οἶκον αὐτῶν ἐκκλησίᾳ.

19 Salutant vos Eccleſiæ Aſiæ. Salutant vos in Domino multum Aquila & Priſcilla, cum Eccleſia quæ eſt domi ipſorum.

19 Salutāt uos Eccleſiæ Aſiæ. Salutāt uos in Domino multū Aquila & Priſcilla, cum domeſtica ſua Eccleſia.

11 Cum fratribus, μετὰ τῶν ἀδελφῶν. Timotheo videlicet & Eraſto, Act. 19. d. 22. Sed omnino non fuit καὶ πάντως οὐκ ἦν. Hîc omnino καὶ ponitur pro ἀλλὰ, & ἦν explicandum eſt per aoriſtum ſecundum. Non ſatis aptè igitur Vulgata conuertit, Et vtique non fuit. nequeetiam Eraſmus ſatis appoſitè, Et omnino non erat.

Quum tempus opportunum habuerit, ὅταν εὐκαιρήσῃ. Vulgata, Quum ei vacuum fuerit. Vide Marcum, cap. 6. ver. 31.

15 Stephanæ, Στεφανᾶ. Vulgata addit, Et Fortunati. καὶ Φορτουνάτου. Quædam etiam exemplaria adiiciunt, & Achaici, καὶ Ἀχαϊκοῦ, fortaſſis ex verſiculo 17. Stephanæ verò nomen nō fœminam ſed virum declarat: quod annotaui in gratiam imperitorum Græcæ linguæ, vt & alia multa. Eſſe primitias, ἐν ἀπαρχὴν εἶναι. Vulg. ad verbum, Quoniam ſunt primitiæ. Eſt autem Helleniſmus, vt in illo Terētii, Sein' me in quibus ſim gaudiſſe? Eſtque alluſio ad Leuiticum ſacerdotium: qua ratione etiam fideles dicuntur oblatio Domini. Seſe addixiſſe, ἑαυτοὺς ἔταξαν. Pronomina compoſita ſæpe iam admonuimus pro ſimplicibus interdum vſurpari apud idoneos etiam ſcriptores. Ita igitur puto hoc loco accipi ἑαυτούς, vt omnino alienum ſit ab Apoſtoli ſcopo quod nonnulli putant, iſtos nimirum commendari eo nomine quòd vltro & nonniſi à ſeipſis vocati, cœperint miniſterio eccleſiaſtico vacare. Imò verò contrà nihil aliud tradit Apoſtolus quàm iſtos ſeſe totos vltro ſanctorū miniſterio deuouiſſe, legitimè tamen vocatos ſiue de prædicationis miniſterio accipias, ſiue (quod potius amplector) de ea functione quæ pauperum ſubſidiis & gubernationi eccleſiaſticæ dicata erat. Itaque τάσσειν ἑαυτοὺς verti, ſeſe addicere, ita vt gradus & ſtatio conſtanter ſeruetur in qua fuerit aliquis collocatus. Hoc enim declarat verbum τάσσειν. Vulgata & Eraſmus ad verbum, Ordinauerunt ſeipſos. quæ interpretatio præbuit occaſionē illi quæſtioni de qua diximus, quia nimirum vocationes eccleſiaſticæ cœperunt peculiariter Ordines vocari: nunc quidem κατ' ἐξοχήν. quum nihil vſquam ſit æquè confuſum ac perturbatum.

16 Subiiciamini, ὑποτάσσησθε. Id eſt, honore & reuerentia proſequamini, illis cedatis, & ab iis ſinatis vos regi vt par eſt, quum ſeſe & ſuas facultates vobis iuuandis conſecrarint. Omnibus operam ſuā conferentibus, παντὶ τῷ συνεργοῦντι. Redūdat articulus. loquitur autem de functionibus eccleſiaſticis. Vulg. Omni cooperanti. Eraſ. Omni adiuuanti.

17 Abſentiam veſtram, τὸ ὑμῶν ὑστέρημα. Id eſt, quod mihi deerat à vobis, vt qui veſtro conſpectu nunc frui non poſſim. Vulgata, Quod vobis deerat, ſenſu depravato. Eraſmus obſcurè, Id quod mihi deerat veſtri. Quidam legunt τὸ ἐμὸν ὑστέρημα μου, id eſt quod mihi deerat, nempe vt vos conſpicerem, & rerum veſtrarum ſtatum intelligerem. Nam ineptum fuerit ad collationem aliquam pecuniariā hoc referre quam ab illis ipſe acceperit: quum tam expreſsè teſtetur ſe gratuitò illis prædicaſſe, nec vnquam paſſurum vt hæc gloria ſibi extorqueatur.

18 Spiritum, τὸ πνεῦμα. Id eſt animum, vt ſuprà, 1. c. 11. Agnoſcite, ἐπιγινώσκετε. Id eſt, tales ducite quales ſunt reuera. Vulg. Cognoſcite.

19 Eccleſia, ἐκκλησία. Eraſmus in annotationibus vertendum potius dicit Congregatione: qua in re ab eo diſſentio. Apparet enim Apoſtolum commendare Aquilæ & Priſcillæ familiam, quaſi ſit Eccleſiola quædam. alioquin dixiſſet σὺν τῇ κατ' οἶκον αὐτῶν, cum domo ipſorum. Quòd autem reperitur apud Ambroſium, & in exemplaribus nonnullis veteris ditionis Latinæ. Apud quos & hoſpitor, in nullis Græcis codicibus inueni.

Rom.16.d.16
2.cor.13.d.12
1.pet 5.d.14

Ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἀδελφοὶ πάντες.	20 Salutant vos fratres omnes.	20 Salutant uos omnes fratres. Salutate inuicem in osculo sancto.
Ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ.	Salutate alii alios ᵛosculo sancto.	
Ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου.	21 Salutatio, manu mea Pauli.	21 Salutatio, mea manu Pauli.
Εἴτις οὐ φιλεῖ τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, ἤτω ἀνάθεμα, μαρὰν ἀθά.	22 Siquis nō amat Dominum Iesum Christū, sit anathema, ᵛmaran-atha.	22 Si quis non amat Dominū nostrū Iesum Christū, sit anathema, Maran atha.
Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ μεθ' ὑμῶν.	23 Gratia Domini Iesu Christi sit vobiscum.	23 Gratia Domini nostri Iesu Christi nobiscum.
Ἡ ἀγάπη μου μετὰ πάντων ὑμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἀμήν.	24 Charitas mea cum omnibus vobis in Christo Iesu. ᵛAmen.	24 Charitas mea cum omnibus uobis in Christo Iesu. Amen.
Πρὸς Κορινθίους πρώτη ἐγράφη ἀπὸ Φιλίππων διὰ Στεφανᾶ καὶ Φορτουνάτου καὶ Ἀχαϊκοῦ καὶ Τιμοθέου.	Ad Corinthios prior, missa fuit ᵛPhilippis per Stephanam & Fortunatum & Achaicū & Timotheum.	Ad Corinthios prior, missa fuit à Philippis per Stephanam & Fortunatum & Achaicum & Timotheum.

20 Osculo sancto, ἐν φιλήματι ἁγίῳ. i. Sanctè amate inter vos. Petita est autem hæc loquutio vel à consuetudine illa mutuò sese osculandi in salutando, Iudæis magis quàm Græcis familiari: vel mutuæ osculationis ritu in Cœna Domini, ad summam illam animorum consensionem declarandam: quem ritum disertè declarat Iustinus Apologetico secundo. Vide 1. Cor. 13. d. 12.

21 Maran-atha, μαρὰν ἀθά. Alii codices scribunt vno verbo μαρανάθα, quod video eruditis nonnullis placere, quasi vna sit dictio Syriaca, idem declarans atque apud Hebræos מרם, perperam tamen scripta à librariis, vt alia pleraque peregrina, quum scribendum fuerit Maharanatha. Aliis placet duas esse dictiones, nempe מרן, Dominus, & אתא, venit. Aliis etiam tres, nempe מרן, Dominus, אנ, noster, אתא, venit. Sed verouis modo ex duobus istis legas, puto non satis aptè considerari significationem huius vocabuli in hoc loco interpretando, quum potius sit πρόσωπον accipiendum. Sic enim existimo designari speciem extremi anathematis: quia nimirū ea erat eius formula, quòd qui in eo damnatus esset, Domino quasi in manus citra vllā veniæ spem dederetur: vt ea sit fortasse species tertia anathematis quam Thalmudistæ vocant חרם, vt refertur in Thesbi Eliæ. Nam alioquin causa non erat cur Corinthios alloqueretur Chaldaicè, nisi vocabulum hoc fuisset Ecclesiis familiare, vt Amen, Aleluia, & alia nonnulla. Quòd si vera est potius eorum opinio qui vnicum vocabulum esse volūt, idem declarans atque Hebræorum חרם, miror sanè cur non posteriore loco posuerit ἀνάθεμα, Syriaci nimirum vocabuli explicationem, vt in Abba Pater. Quid si igitur vel librarii mutarunt ordinem, vel ἀνάθεμα ad margi nem pro Syriaci vocabuli interpretatione annotatum, postea in contextum irrepsit? Sed nihil hic ausim aut velim affirmare.

24 Amen, ἀμήν. Id est, ita est. Est enim confirmantis potius quàm optantis: nisi libeat interpretari ἡ ἀγάπη μου μετ' ὑμῶν, &c. charitas mea *sit* cū vobis omnibus in Christo Iesu. sicut subiici solet extremis epistolis, Vale, & nos ama. Φιλίππων, πρώτη Φιλίππων. Sic scriptum inueni in omnibus Græcis codicibus: sed non dubium est quin sit Epheso scripta, vt dixi suprà, ver. 5. Et res ipsa clamat, ist iusmodi subscriptiones posterioribus temporibus à quibusdam non satis consideratè additas fuisse.

Epistola Pauli Apostoli ad Corinthios posterior.

Παύλου τοῦ Ἀποστόλου ἡ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολὴ δευτέρα.

Κεφάλαιον αʹ

NOVA INTERP. CAP. I.	VETVS. CAP. I.
ΠΑΥΛΟΣ ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, διὰ θελήματος Θεοῦ, καὶ Τιμόθεος ὁ ἀδελφὸς, τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ, σὺν τοῖς ἁγίοις πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν ὅλῃ τῇ Ἀχαΐᾳ·	1 PAVLVS Apostolus Iesu Christi per Dei volūtatē, & Timotheus frater, Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, vnà cū sāctis omnibus q sūt in tota Achaia:	1 PAVLVS Apostolus Iesu Christi per uoluntatem Dei, & Timotheus frater, Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, cum omnibus sanctis qui sūt in uniuersa Achaia:
Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.	2 Gratia *sit* vobis & pax à Deo Patre nostro & Domino Iesu Christo.	2 Gratia uobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.

Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν, καὶ Θεὸς πάσης παρακλήσεως·

3 ¶ Benedictus Deus ac Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater inquã ille misericordiarum & Deus omnis conſolationis author:

3 Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis: Ephes.1.a.3 1.pet.1.a.3

Ὁ παρακαλῶν ἡμᾶς ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει ἡμῶν, εἰς τὸ δύνασθαι ἡμᾶς παρακαλεῖν τοὺς ἐν πάσῃ θλίψει, διὰ τῆς παρακλήσεως ἧς παρακαλούμεθα αὐτοὶ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ.

4 Conſolans nos, in omni oppreſſione noſtra: vt poſſimus poſitos in quauis oppreſſione conſolari, ea ipſa conſolatione qua nos ipſos Deus conſolatur.

4 Qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtrã: vt poſſimus & ipſi conſolari eos qui in omni preſſura ſunt, per exhortationem qua exhortamur & ipſi à Deo.

Ὅτι καθὼς περισσεύει τὰ παθήματα τοῦ Χριστοῦ εἰς ἡμᾶς, οὕτω διὰ Χριστοῦ περισσεύει καὶ ἡ παράκλησις ἡμῶν.

5 Nam ſicut abundant perpeſſiones Chriſti in nobis, ita per Chriſtum abundat etiam conſolatio noſtra.

5 Quoniã ſicut abundãt paſſiones Chriſti in nobis, ita et per Chriſtũ abũdat conſolatio noſtra.

Εἴτε δὲ θλιβόμεθα, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας τῆς ἐνεργουμένης ἐν ὑπομονῇ τῶν αὐτῶν παθημάτων ὧν καὶ ἡμεῖς πάσχομεν· εἴτε παρακαλούμεθα, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας· καὶ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν βεβαία ὑπὲρ ὑμῶν·

6 Siue autem premimur, id ſit pro veſtra conſolatione ac ſalute, quæ efficitur in tolerantia earundem perpeſſionũ quibus & nos afficimur: ſiue conſolatione accipimus, id ſit pro veſtra cõſolatione ac ſalute: & ſpes noſtra firma eſt de vobis:

6 Siue autẽ tribulamur, pro veſtra exhortatione & ſalute: ſiue exhortamur, pro veſtra exhortatione & ſalute quæ operatur tolerantiã earũdẽ paſſionũ quas & nos patimur: & ſpes noſtrã firma eſt pro nobis:

Εἰδότες ὅτι ὡς τῶν κοινωνοί ἐστε τῶν παθημάτων, οὕτω καὶ τῆς παρακλήσεως.

7 Quòd ſciamus vos, ſicut ſocii eſtis perpeſſionum, ita etiã ſocios fore conſolationis.

7 Sciẽtes quòd ſicut ſocii paſſionum eſtis, ſic eritis & conſolationis.

Οὐ γὰρ θέλομεν ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί, ὑπὲρ τῆς θλίψεως ἡμῶν

8 Nó enim volumus vos ignorare, fratres, de oppreſſiõe noſtra

8 Non enim uolumus ignorare uos, fratres, de tribulatione noſtra

3 Benedictus, εὐλογητός. i. Laus & gloria tribuatur. Sic enim homines benedicunt Deo, vt alibi expoſuimus. Deus ac Pater, ὁ Θεὸς καὶ πατήρ. Vide 1. Cor. 15. c. 24. Miſericordiarum, τῶν οἰκτιρμῶν. Hebr. רחמים. i. ſummè miſericors. Hæc enim eſt emphaſis pluralis numeri.

4 Ea ipſa conſolatione, διὰ τῆς παρακλήσεως. Sic interpretor propter adiunctum articulum. Vulg. Per exhortationem, & id quidem malè. quanuis conſolatio ſit exhortationis ſpecies. Sic etiam mox ver. 6, malè vertit παρακαλούμεθα, exhortamur, pro conſolationem accipimus.

5 Perpeſſiones Chriſti, τὰ παθήματα τοῦ Χριστοῦ. i. Ærumnæ quas ob Chriſtum perpetimur, ſiue quas in nobis perpetitur Chriſtus, vt Rom. 8. d. 17, & Col. 1. d. 24. Quod autẽ attinet ad παθημα, de eo diximus Rom. 7. a. 5.

6 Siue autem premimur, εἴτε δὲ θλιβόμεθα. Duplici modo legitur hic locus, præter eum quẽ ſequuti ſumus. Primùm ſic vt poſt παρακλήσεως inſeratur καὶ ὁ ἐλπὶς ἡμῶν βεβαία ὑπὲρ ὑμῶν, deinde ſequatur, εἴτε παρακαλούμεθα ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας· ἐάν, &c. Sicut ſcribitur in Complutenſi editione, & quinque vetuſtis codicibus, & Græcis etiam ſcholiis. Deinde ſic etiam alicubi legitur hic locus, vt in Vulgata Latina editione, εἴτε δὲ θλιβόμεθα ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας, εἴτε παρακαλούμεθα ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας τῆς ἐνεργουμένης ἐν ὑπομονῇ τῶν παθημάτων ὧν καὶ ἡμεῖς πάσχομεν, καὶ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν βεβαία ὑπὲρ ὑμῶν. Id eſt, Siue autem premimur pro veſtra conſolatione & ſalute, ſiue conſolationem accipimus pro veſtra conſolatione & ſalute quæ efficitur tolerantia earundem perpeſſionũ quibus & nos afficimur, ſpes etiã noſtra de vobis firma eſt. Sed quamcunque harum lectionum amplectamur, eadẽ manebit ſententia. Quòd ſi mihi licet aliquid in iſta varietate coniicere, putarim legendum ſimpliciter, εἴτε δὲ θλιβόμεθα, εἴτε παρακαλούμεθα, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν, &c. Id eſt, Siue autem premimur, ſiue conſolationem accipimus, id ſit pro veſtra conſolatione & ſalute, &c. quoniam illa repetitio videtur mihi parui eſſe momenti. Id ſit pro veſtra conſolatione, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως. Poterat etiam eodem verbo repetito commodè exponi hic locus, Pro veſtra conſolatione *premimur*, vt infrà, 1. b. 10, & 5. c. 13. Quòd ſi nihil placet repetere, non erit addenda diſtinctio poſt θλιβόμεθα & παρακαλούμεθα, ſed illud ἡ quod ſequitur, ſignificabit Etiam. Itaque quum Eraſmus ſuppleuerit illud Et ſit, quod ego retinui, debuit interpretari, Et ſpes noſtra, non autem, Spes etiam noſtra. Quæ efficitur, τῆς ἐνεργουμένης. Noua quidem eſt hæc formula Latinorum auribus, ſed digniſſima quæ à Chriſtianis omnibus vſurpetur. Etſi enim gratuitò nobis datur ſalus, quia tamen certo itinere ad eam peruenitur, nimirum innocentis & integræ vitæ curriculo peracto, ideo dicimur ſalutem noſtram operari, vt Philip. cap. 2. b. 12. Iam verò quia Deus vnus eſt qui pro gratuita ſua benevolentia in nobis omnia efficit, ideo dicitur ſalus ab eo effici in nobis, per ea ipſa videlicet per quæ nos ad æternam vitam oportet, ſuperatis omnibus difficultatibus, cõtendere. Vulgata & Eraſmus, Quæ operatur, actiua ſignificatione: quo modo fateor hoc participium à Paulo ſolere vſurpari, vt Galat. 5. a. 6. & verbum ἐνεργεῖσθαι, Rom. 7. a. 5, & infrà, 4. c. 12. ſed tamen ſi ſpectemus de qua re hic agatur, quomodo nimirum aliorum exemplis conſolatio ipſáque adeo ſalus in ſanctis efficiatur, fatebimur paſſiuè id accipiendum hoc in loco, vt etiam explicat Chryſoſtomus. De vobis, ὑπὲρ ὑμῶν. Id eſt ἐπὶ ὑμῶν. Nam has præpoſitiones ſæpe permutari ſatis conſtat apud idoneos etiam authores. Vulg. & Eraſ. Pro vobis.

7 Quòd ſciamus, εἰδότες. Videtur ſcribendum fuiſſe εἰδότας potius quàm εἰδότες, ſed illud totum, Et ſpes noſtra, &c. interiectũ eſt. Et eiuſmodi participia Hebræorum gerũdiis reſpondentia, ſæpe in his libris occurrũt.

8 De oppreſſione, ὑπὲρ τῆς θλίψεως. Iterum ὑπὲρ pro ἐπὶ, vt ſuprà verſu 6. ſicut in illo Virgilii, Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa.

τῆς θλιψεως ἡμῶν τῆ Ασίᾳ, ὅτι καθ' ὑπερβολὴν ἐβαρήθημεν ὑπὲρ δύναμιν, ὥστε ἐξαπορηθῆναι ἡμᾶς καὶ τοῦ ζῆν.

quæ facta est in Asia, quoniam supra modum grauati sumus supra virtutem, ita ut taederet nos etiam viuere.

Αλλὰ αὐτοὶ τὸ ἀπόκριμα τοῦ θανάτου ἐσχήκαμεν, ἵνα μὴ πεποιθότες ὦμεν ἐφ' ἑαυτοῖς, ἀλλ' ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ ἐγείροντι τοὺς νεκρούς·

9 Sed ipsi apud nos decretū mortis habuimus, ne confideremus in nobisipsis, sed in Deo qui mortuos excitat:

9 Sed ipsi in nobis metipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo qui suscitat mortuos:

Ος ἐκ τηλικούτου θανάτου ἐρρύσατο ἡμᾶς, καὶ ῥύεται· εἰς ὃν ἠλπίκαμεν ὅτι καὶ ἔτι ῥύσεται

10 Quique ex tanta morte liberauit & liberat: in quo speramus nos adhuc etiam liberatum iri:

10 Qui de tantis periculis nos eripuit & eruit: in quem speramus quoniã & adhuc eripiet:

Rom.15.30 Συνυπουργούντων καὶ ὑμῶν ὑπὲρ ἡμῶν τῇ δεήσει, ἵνα ἐκ πολλῶν προσώπων τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα διὰ πολλῶν εὐχαριστηθῇ ὑπὲρ ἡμῶν.

11 Vobis etiam vnà pro nobis operam conferentibus ad deprecandum, vt donum ex multis personis in nos collatum, per multos celebretur gratiarū actione pro nobis.

11 Adiuuãtibus & nobis in oratione pro nobis: ut ex multarũ personis factum, eius quæ in nobis est donationis, per multos gratiæ agantur pro nobis.

Ἡ γὰρ καύχησις ἡμῶν αὕτη ἐστίν, τὸ μαρτύριον τῆς συνειδήσεως ἡμῶν, ὅτι ἐν ἁπλότητι καὶ εἰλικρινείᾳ Θεοῦ, οὐκ ἐν σοφίᾳ σαρκικῇ, ἀλλ' ἐν χάριτι Θεοῦ ἀνεστράφημεν ἐν τῷ κόσμῳ, περισσοτέρως δὲ πρὸς ὑμᾶς.

12 Nam gloriatio nostra hæc est, testimonium videlicet conscientiæ nostræ, quòd in simplicitate & sinceritate Dei, non cum sapientia carnali, sed cũ gratia Dei versati sumus in mundo, potissimùm autem apud vos.

12 Nam gloria nostra hæc est, testimonii conscientiæ nostræ, quòd in simplicitate & sinceritate Dei, et non in sapientia carnali, sed in gratia Dei, conuersati sumus in mundo, abũdantius autem ad vos.

Adeo vt prorsus animi penderemus, ὥστε ἐξαπορηθῆναι ἡμᾶς. Id est, vt prorsus perplexi & inopes consilii essemus quomodo periculũ vitæ euaderemus, quod ad humana videlicet præsidia. Dicitur enim ἀπορούμενος qui non nouit quomodo sese ex aliqua difficultate expediat: cuius verbi vim auget præpositio ἐξ. Vulgata, Ita vt taederet nos, sententia non modò non expressa, sed etiam depraua ta. Erasmus, Vt desperauerimus: à quo verbo libens abstinui.

9 Sed, ἀλλά. Erasmus, Quinetiam, ἀλλὰ καί, quasi amplius aliquid significetur quàm superiore versiculo. Ego verò existimo declarari ab Apostolo quo consilio Deus ipsum voluerit eousque premi. Apud nos, ἐν ἑαυτοῖς. Id est, intus & in animo. Vulgata & Erasmus, In nobisipsis. Decretum mortis habuimus, τὸ ἀπόκριμα τοῦ θανάτου. Id est, Nobis cõstitutum & decretum erat mori. Est autem metaphora ab iis sumpta in quos pronũtiatum est capitis iudicium, vt ἀπόκριμα præcisum mortis decretum declaret, quum alioqui secretionẽ significet. Quibusdam verò placet pro responso seu denuntiatione accipere: quasi præsentia pericula præsentẽ mortem veluti denuntiarent: sicut etiam cõuertit Vetus interpres. Mihi tamen videtur simplicissima prior interpretatio.

10 Ex tanta morte, ἐκ τηλικούτου θανάτου. Summa illa pericula κατ' ἐξοχὴν vocat mortem. Vulgata, Ex tantis periculis, non expressa illa amplificatione. Ambrosius videtur legisse ἐκ τηλικούτων θανάτων, ex tantis mortibus.

11 Vobis etiã vnà, &c. συνυπουργούντων & ὑμῶν, &c. Vulg. Adiuuãtibus & vobis in oratione pro nobis. Eras. Simul adiuuãtibus & vobis per deprecationẽ pro nobis: acsi scriptũ sit, τῇ ὑπὲρ ἡμῶν δεήσει. Sẽtentia verò sic etiã cadẽ manet. Vt donũ ex multis, &c. ἵνα ἐκ πολλῶν, &c. Primùm omniũ rectè (meo iudicio) annotauit Valla traiectionẽ articuli: quasi scriptum sit ἵνα τὸ ἐκ πολλῶν προσώπων εἰς ἡμᾶς χάρισμα. neque causa erat cur hac traiectione offenderetur Erasmus, cuius simile exemplum occurrit hoc ipso capite, ver. 14, vbi scriptum est ὑμῶν τῆς πίστεως, pro τῆς ὑμῶν πίστεως. Quod autem attinet ad ἐκ πολλῶν προσώπων, præpositionem ἐκ simpliciter ita accipio vt causam instrumentalem declaret. Hoc enim dicit Apostolus, fore vt quum per multorum deprecationem fuerit è periculis liberatus, (quam liberationem χάρισμα vocat) per multos vicissim agantur gratiæ pro eo beneficio: vnde rectè colligit sese communi Ecclesiæ totius bono affligi solere, vt explicat infrà, 4. d. 15. Ergo προσώπων hoc loco nihil aliud declarat quàm ἀδρότητα. Vulgata, Ex multarum personis facierum, manifestè corrupta lectione: quum semel duntaxat scriptum sit προσώπων, vt mihi quidem omnino videtur interpres ad verbum conuertisse Ex multorum facie, vel (vt Erasmus quoque perobscurè vertit) Ex multorum personis. In quibusdam codicibus legitur ἐκ πολλῶν προσώπων. quod & ipsum est admodum obscurum, ac fortassis perperam scriptum est pro ἐν πολλῷ προσώπῳ, id est publicè & coram multis, nimirum in publico cœtu. Legit enim Ambrosius In multorum facie. Per multos, διὰ πολλῶν. Castellio vertit Ingentes gratiæ, quasi διὰ πολλὰ neutro genere acceptum significet Multis verbis. Græca verò scholia, quia ἐκ πολλῶν προσώπων interpretantur de iis ipsis à quibus agendæ sint gratiæ, ne hoc posterius videatur redundare, perinde explicarunt acsi subaudiretur τρόπων, id est multis modis. quæ interpretatio prorsus est violenta. Celebretur gratiarum actione, εὐχαριστηθῇ. Passiuum est hoc verbum, ideóque non potuit nisi verborum ambitu à nobis explicari. Vulg. & Eras. Gratiæ agantur pro dono. Pro nobis, ὑπὲρ ἡμῶν. Cõplutensis editio & quatuor vetusti codices scriptum habent ὑπὲρ ὑμῶν, pro vobis. i. vestro nomine, vel quòd vestris precibus fuerim liberatus. Sed altera lectio mihi videtur huic loco melius conuenire.

12 Et sinceritate Dei, ἐν εἰλικρινείᾳ Θεοῦ. i. Cãdore, & animi quasi perspicuitate sancta & vera, vt testis est Deus ipse. Cum gratia Dei, ἐν χάριτι Θεοῦ. Id est, fretus ea sapientia quã Deus mihi cœlitus est gratifica-

tus. Gratiam enim μαντοσυνὴν accipit pro ipso dono: & pro specie posuit genus ipsum, vt apparet ex antithesi: quanuis nihil prohibeat cum sapientia adiungere reliqua Spiritus dona. Potissimùm autem, ἐξαιρέτως N. Vulg. & Eras. nonnihil horridè, Abundãtius autem. Apud vos, πρὸς ὑμᾶς. Id est παρ' ὑμῖν, vt apud Demosth. πρὸς ὑμᾶς ζῶν, apud vos degentibus. Vulg. Ad vos. Eras. Erga vos. Sic accipitur infrà 3. a. 4.

Οὐ γὰρ ἄλλα γράφομεν ὑμῖν ἀλλ' ἢ ἃ ἀναγινώσκετε, ἢ καὶ ἐπιγινώσκετε. ἐλπίζω δὲ ὅτι καὶ ἕως τέλους ἐπιγνώσεσθε.

13 Non enim alia scribimus vobis ᵛ quàm ᵛ quæ legitis ᵛ aut etiam agnoscitis. spero autẽ vos ᵛ etiam ad extremũ agnituros.

13 Nã enim alia scribimus nobis quàm quæ legitis & agnoscitis. spero autẽ quòd vsque in finem agnoscetis.

Καθὼς καὶ ἐπέγνωτε ἡμᾶς ἀπὸ μέρους, ὅτι καύχημα ὑμῶν ἐσμεν, καθάπερ καὶ ὑμεῖς ἡμῶν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ.

14 Sicut & aliquatenus agnouistis nos ᵛ gloriationem vestram esse, quemadmodum & vos nostra *estis*, ᵛ in diem Domini Iesu.

14 Sicut & agnouistis nos ex parte, quòd gloria vestra sumus, sicut & nos nostra, in die Domini nostri Iesu Christi.

Καὶ ταύτῃ τῇ πεποιθήσει ἐβουλόμην πρὸς ὑμᾶς ἐλθεῖν πρότερον, ἵνα δευτέραν χάριν σχῆτε·

15 Itaque hac fiducia ᵛ prius volui ᵛ ad vos venire, vt ᵛ secundã gratiam haberetis:

15 Et hac confidentia volui prius venire ad vos, vt secundam gratiam haberetis:

Καὶ δι' ὑμῶν διελθεῖν εἰς Μακεδονίαν, καὶ πάλιν ἀπὸ Μακεδονίας ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ ὑφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι εἰς τὴν Ἰουδαίαν.

16 Et per vos transire in Macedoniam, & rursum à Macedonia venire ad vos, & ᵛ à vobis deduci in Iudæam.

16 Et per nos transire in Macedoniam, & iterum à Macedonia venire ad nos, & à nobis deduci in Iudæam.

Τοῦτο οὖν βουλευόμενος, μήτι ἄρα τῇ ἐλαφρίᾳ ἐχρησάμην; ἢ ἃ βουλεύομαι, κατὰ σάρκα βουλεύομαι, ἵνα ᾖ παρ' ἐμοὶ τὸ ναὶ ναί, καὶ τὸ οὒ οὔ;

17 Hoc igitur ᵛ quum deliberarem, nunquid leuitate sum vsus? aut num quæ delibero, ᵛ secũdum carnem delibero, ᵛ vt sit apud mẽ Etiam & Non?

17 Quum ergo hoc voluissem, numquid leuitate vsus sum? aut quæ cogito, secũdũ carnẽ cogito, vt sit apud me Est, & Non?

13 Quàm, ἀλλ' ἤ. Id est ἤ. Sic Plato in Apologia, τίνα ἄλλα λέγων ἔχεσι βοηθοῦντές μοι, ἀλλ' ἢ τὰ ἐμὰ δίκαια; Quæ legitis, ἃ ἀναγινώσκετε. Non dissimilis locus occurrit infrà, 3. a. 3. Venustè autem dicit Paulus se non aliud scribere quàm quod legeretur, id est candidè, sincerè & absque vllo fuco scribere: vt eam sinceram simplicitatem probaret quam sibi tribuerat superiore versu. Nam qui tecta aut fucata oratione vtitur, meritò sanè dicitur alia scribere quàm quæ legantur: veluti si quis honesta mulier dicat se nõ aliam faciem adferre quàm quæ spectatur: quod non possit ei tribui quæ sese fuco illinat, & quicum (vt inquit ille) facies sua non dormiat. Videtur tamen hæc expositio nimium frigida doctissimo interpreti. Itaque pro ἀναγινώσκειν exponit recognoscitis, id est tacito animi consensu verum esse intelligitis: ἐπιγινώσκειν verò, agnoscitis, id est vestro consensu approbatis. Sicut agnoscere liberos accipitur apud iurisconsultos αὐτῶν προσποιεῖσθαι. Aut etiam agnoscitis, τ' ἢ ἐπιγινώσκειν. Id est, aut etiam ipsi iam satis nostis & intelligitis: vt non iam epistolam, sed ipsos eorum animos faciat Apostolus sui illius perpetui candoris testes, quo erga ipsos vsus fuerat. quæ expositio videtur optimè cohærere cum iis quæ subiiciuntur. Nam alioqui quanuis oratio sit animi interpres, tamen non ita difficile est candorem scribendo simulare. Aut, agnoscitis, nempe vt iam antè vobis nota, vel saltem iis prorsus respondẽtia quæ olim ex me præsente audistis. sicut Basil. 1. epist. testatur se ἐπιγνῶναι, id est agnouisse epistolã à Gregorio profectam, sicut, inquit, quosdam agnoscimus esse quorundam filios, ex eo quòd parentum vultum referant. Cæterùm in Græcorum scholiorum cõtextu non legitur hoc membrum, sed librariorũ incuria prætermissum est, vt ex interpretatione apparet. Exponunt autem τὸ ἀναγινώσκειν non vti nos fecimus, legendi verbo, sed recognoscendi. Recognoscimus verò quæ reminiscendo cognoscimus: vnde ἀνάγνωσις Macrobius repetitam cognitionem interpretatur. Ἐπιγινώσκειν autem accipiunt de simplici cognitione: quasi diceret Apostolus se non alia scribere quàm quorum poterant ipsi Corinthii recordari, aut etiam quæ sponte ipsi scirent & intelligerent, etiãsi ea nõ suggereret. Verùm ea interpretatio mihi videtur violenta, nec satis cum præcedentibus & sequentibus cohærere. Vetus interpres legit ἢ ἐπιγινώσκειν, & cognoscitis, sublata disiunctiua particula. Etiam ad extremum, ἕως τέλους, id est perfectè. Huic enim opponitur τὸ ἀπὸ μέρους, id est ex parte. Vos, inquit Paulus, quis sim cognouistis aliqua ex parte, vt qui apud vos fuerim tãdiu versatus, & ad vos etiam antea scripserim. Spero autem fore vt eundem esse me porro cognoscatis, vt finis respondeat principio.

14 Gloriationem vestram esse, ἐσμὲν καύχημα ὑμῶν ἐσμὲν. Nam ἐσμὲν accipiẽdum esse εἰδικῶς, non ἀορικῶς, pro siquidem aut quoniam, vel ex eo apparet quòd in nullis Græcis codicibus adscriptum inuenimus punctum post μέρους, sed simplicem tantùm distinctionem. Gloriatio autem Pauli hæc erat in Domino, quòd Corinthios lucrifecisset: Corinthiorum verò, quòd à tali Apostolo tam purè ac sincerè fuerant instituti. In diem, εἰς ἡμέραν. Sic malo conuertere quàm In die, quia non præcessit ἐσόμεθα, etimus, sed ἐσμὲν, sumus. Diem autẽ vocat Domini Iesu, siue, vt in aliis codicibus legitur, Domini nostri Iesu Christi, diem illum quo supremus ille iudex sedebit, vt declarat ipse Apostolus Rom. 2. d. 16.

15 Prius, πρότερον. Hoc refero ad verbum ἐβουλόμην, vt sit sensus, antea fuisse decretum Apostolo ipsos inuisere ante Macedonas. Paulo pòst verò ostendet sese non leuitate aliqua, sed iustis de causis consilium mutasse. Sic enim etiam scribitur hic locus in vetustis codicibus, ἐβουλόμην πρότερον πρὸς ὑμᾶς ἐλθεῖν. Secundã gratiam, δευτέραν χάριν. Id est alterum hoc beneficium. Græci χάριν interpretantur χαρὰν, id est gaudium, sicut in vernaculo nostro sermone vocamus *vn plaisir* tum beneficium ipsum, tum etiam voluptatem quæ ex eo percipitur. Eras. Geminam gratiam.

16 A vobis, ὑφ' ὑμῶν. In vno codice scriptum erat ἀφ' ὑμῶν, à vobis, id est à vestra regione.

17 Quum deliberarem, βουλόμενος. Vulg. Quũ voluissem, βουλήθεις. Eras. Quum in animo versarẽ, ἐμβουλόμενος, vel ἐνθυμούμενος. Idem tamẽ mox vertit βουλόμαι cogito, cum Vetere interprete, quem alioquin fre-

quentet ſolet reprehendere quòd copiam affectet minimè neceſſariam. Secundum carnem, κατ' ἄνθρ. Id eſt hominũ more, qui temere vel cõmodi ſui cauſa ſolent polliceri quiduis, & leuiter conſiliũ mutare: quod antè ſignificauit vocabulo ἐλαφείας, à ceruorum leuitate ducto. Aliis placet contraria prorſus ſententia exponere, Secundum carnem, id eſt vt homines ſolent, qui videlicet ſine exceptione conſtituũt quicquid libuit, ideóque ſæpe ſua ſpe falluntur: quum ſancti nihil ſoleant decernere niſi addita cõditione cuius ſit mẽtio Iac. 4. c. 15. Sed alteram interpretationem potius amplector. Vt ſit apud me Etiam & Non: ἵνα ᾖ παρ' ἐμοὶ καὶ καὶ οὔ: Id eſt, Vt aliquid modò affirmem, modò negem: Nam τὸ καὶ quod cõuertimus Etiam, declarat affirmantem ſermonem, τὸ οὔ negãtem, vt diximus Matth. 5. f. 37. Eraſm. Vt ſit apud me *quod eſt* etiam, etiam, & *quod eſt* non, non ἵνα ᾖ παρ' ἐμοὶ τὸ καὶ, καὶ καὶ τὸ οὐ, οὔ: & fateor ita legi in Græcis codicibus, & Chryſoſtomum quoque hæc interpretari quaſi negaret Apoſtolus ſe in hac deliberatione ſequutum hominum conſuetudinem, qui ſine exceptione ſolent aliquid ſe facturos aut non facturos polliceri. ſed has cauſas habui cur aliam lectionem ſequi mallem, nimirum quòd longè melius cohæreant quæ ſequũtur, & ita etiam legat Vetus interpres: cum quo facere comperimus vnum ex veteſtis noſtris codicibus. Suſpicor autem locum fuiſſe depraua tum ex ſimilium locorũ collatione, nempe Matth. 5. f. 37. & Iac. 5. c. 12.

Πιστὸς δὲ ὁ Θεὸς, ὅτι ὁ λόγος ἡμῶν ὁ πρὸς ὑμᾶς, οὐκ ἐγένετο καὶ καὶ οὔ.

18 Imò fidelis Deus *nouit* ſermonem noſtrum apud vos, non fuiſſe Etiam & Non.

18 *Fidelis autẽ Deus. quia ſermo noſter qui fit apud nos, nõ eſt in illo Eſt & Non.*

Ὁ γὰρ τοῦ Θεοῦ υἱὸς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ ἐν ὑμῖν δι' ἡμῶν κηρυχθεὶς, δι' ἐμοῦ καὶ Σιλουανοῦ καὶ Τιμοθέου, οὐκ ἐγένετο καὶ καὶ οὔ, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ γέγονεν.

19 Nã Dei Filius Ieſus Chriſtus, qui inter vos per nos prædicatus eſt, *id eſt* per me & Syluanũ ac Timotheum, non fuit Etiã & Non, ſed fuit Etiam in ipſo.

19 *Dei enim Filius Ieſus Chriſtus, qui in nobis per nos prædicatus eſt, per me & Syluanum & Timotheũ, nõ fuit Eſt & Non, ſed Eſt in illo fuit.*

Ὅσαι γὰρ ἐπαγγελίαι Θεοῦ, ἐν αὐτῷ τὸ ναί, καὶ ἐν αὐτῷ τὸ ἀμήν, τῷ Θεῷ πρὸς δόξαν δι' ἡμῶν.

20 Quotquot enim *ſunt* promiſſiones Dei, in ipſo *ſunt* Etiam, & in ipſo *ſunt* Amen, ad Dei gloriam per nos.

20 *Quotquot enim promiſſiones Dei, ſunt in illo Eſt: ideo & per ipſum Amẽ, Deo ad gloriã noſtrã.*

Ὁ δὲ βεβαιῶν ἡμᾶς σὺν ὑμῖν εἰς Χριστὸν, καὶ χρίσας ἡμᾶς, Θεὸς

21 Porro qui nos confirmat vobiſcum in Chriſtum, & qui vnxit nos, Deus *eſt*:

21 *Qui autem confirmat nos vobiſcum in Chriſtũ, & qui vnxit nos, Deus:*

18 Imò, ἀλλά. Id eſt μᾶλλον δέ, vt rectè expoſuit Eraſmus, quũ ſubiiciatur interrogationi. Sed nihil tamen ſu baudio inter præcedentem interrogationem & hanc reſponſionem. Fidelis Deus, πιστὸς ὁ Θεός. Id eſt verax, & de cuius fide ſit nefas dubitare. Eſt autem in his verbis ſpecies iuriſiurandi, quaſi Paulus calumniæ depulſionem à perſona transferens ad doctri nam, de cuius retinenda autoritate potiſſimum laborabat, ſic ſcripſerit, Teſtis ſit mihi Deus ipſe fidelis & omni exceptione maior. Vel, (ſicut ego ſuppleui quod conſtructioni deerat) Nouit Deus fidelis *teſtis*, me vobis eandem veritatem conſtanter prædicaſſe. Vocat enim τὸν λόγον prædicationem Euangelii, non autem quod antea decreuerat, vt putauit Eraſmus. 18 19 20

19 Non fuit Etiam & Non, οὐκ ἐγένετο καὶ καὶ οὔ. Id eſt, non fuit varius & inconſtans, ſed prorſus idem. Vulg. Non fuit in illo Eſt & Non, deprauatè. Nam In illo, irrepſit ex ſequenti verſiculo. In duobus autem codicibus pro ἐγένετο legimus ἐστὶ, quam lectionem ſequutus eſt Vetus interpres, eadem manente ſententia. Sed fuit Etiã in ipſo, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ γέγονεν. Id eſt, idem ſemper & vnus fuit in Deo. Nam ἐν αὐτῷ ad Deum neceſſariò pertinet, cuius Filius eſt ipſe Chriſtus, conſtantiſſima Patris veritas. 19 25

20 *Sunt* Etiam in ipſo, ἐν αὐτῷ τὸ καί. Id eſt, omnes in vno Chriſto proponuntur exhibendæ ac præſtandæ, conſtanti ac inuariata ratione. Neque enim poſſumus Deo aliter quàm in vno filio placere, ac proinde promiſſionum participes fieri. Et in ipſo *ſunt* Amen, & ἐν αὐτῷ τὸ ἀμήν. Id eſt, Et in ipſo ſunt exhibitæ ac completæ, quum ille videlicet munere ſuo defunctus, & ſibi & nobis hæreditatem illã cæleſtem creuerit. Itaque τὸ καὶ ad promittentem refero, qui Chriſtum vt vnum certùmque promiſſionum ſcopum propoſuerit: τὸ ἀμὴν verò ad Chriſtum ipſum qui illas impleuerit, vt nobis quoque ratæ fierent. Nam τὸ καὶ ſpondentis eſt, τὸ ἀμὴν verò ratum habentis quod dictum eſt aut factum. de quo diximus 1. Cor. 14. c. 16. Sicui tamen nimium arguta videbitur hæc diſtinctio, non incommodè dixerit Apoſtolum, Hebræorum more, & emphaſeos cauſa bis idem dixiſſe, diuerſis tamen linguis, vt in Abba Pater. Sed Vetus interpres totum hunc locum ita legit, διὸ καὶ διὰ τοῦτο Θεόν, ideo & per ipſum *ſit* Amẽ, quo modo etiã in vno Græco exemplari ſcriptum inuenimus. Ad Dei gloriam, τῷ Θεῷ εἰς δόξαν. Id eſt vt Deo cedat gloria, vt Græca ſcholia rectè exponunt. Sed hæc traiectio videtur paulo obſcurior in Latino ſermone, ſi cum Vetere interprete & Eraſmo conuertamus ad verbum, Deo ad gloriam. Reperio autem in omnibus codicibus Græcis diſtinctionem additam poſt ἀμὴν, vt τῷ Θεῷ commodè nõ poſſit cum præcedentibus connecti. quod tamen faciẽdum eſt, ſi Veterem interpretem ſequamur. Per nos, δι' ἡμῶν. Id eſt, Vt per nos, Euangelii videlicet miniſtros, Dei gloria in Chriſto pateſiat. niſi malimus, eadem tamen manente ſententia, hoc connectere cum præcedentibus. ſic enim omnes promiſſiones ſunt Etiam & Amen in Chriſto vt ad hoc ipſum beneficium nobis applicandum Deus miniſtrorum opera vtatur. Vulg. Noſtram, id eſt ἡμῶν, ſubla ta præpoſitione. quod non placet. 20 25 30 35 40

21 Qui nos confirmat vobiſcum, ὁ βεβαιῶν ἡμᾶς σὺν ὑμῖν. Hæc diſtinctio oſtendit de quibus dictum ſit δι' ἡμῶν, id eſt per nos, ſuperiore verſiculo, nimirum de miniſtris Verbi. Vult enim Paulus oſtendere quomodo valeat ductum argumentum à Chriſti perſona ad miniſtros Verbi, quis nimirum quod Chriſtus præſtitit, hoc ipſum annuntiatur à miniſtris, & idem Chriſti Spiritus per miniſtros Eccleſiam regit. Et qui vnxit, καὶ χρίσας. De miniſtris loquens quos ſpiritus Dei dicitur vngere, alludit ad Sacerdotum & Prophetarum atque adeo regum vnctionem in Lege vſurpatam. quanuis fateor hoc etiam poſſe in genere de omnibus fidelibus dici, vt 1. Pet. 3. b. 9. Sed ſpectandum de quo hic laboret Paulus, nempe de aſſerenda miniſterii ſui & ſuorum collegarũ dignitate, aduerſus eorum calumnias qui ipſum accuſabant leuitatis, quaſi Spiritu Dei non regerentur, vt qui ad eos non veniſſent ſicut polliciti fuerant. Quòd ſiquis hoc velit ad chriſmatis vſum referre, ineptiſſimè fecerit, quum in Apoſtolicis ſcriptis nulla ſit ne tenuiſſima quidem eius rei mentio. 40 45

Ο δὲ βεβαιώσας ἡμᾶς σὺν ὑμῖν εἰς Χριστὸν καὶ χρίσας ἡμᾶς θεός,

22 Qui etiam obſignauit nos, deditque ᵛ arrhabonem Spiritus in cordibus noſtris.

22 Qui & ſignauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus noſtris.

23 Ἐγὼ δὲ μάρτυρα τὸν θεὸν ἐπικαλοῦμαι ἐπὶ τὴν ἐμὴν ψυχήν, ὅτι φειδόμενος ὑμῶν οὐκέτι ἦλθον εἰς Κόρινθον.

23 ᵛ Ego verò teſtem Deum inuoco ᵛ in animam meam, me idcirco nondum veniſſe Corinthum, vt vobis parcam.

23 Ego autem teſtem Deũ inuoco in animam meã, quòd parcens uobis, non ueni ultrà Corinthum.

24 Οὐχ ὅτι κυριεύομεν ὑμῶν τῆς πίστεως, ἀλλὰ συνεργοί ἐσμεν τῆς χαρᾶς ὑμῶν· τῇ γὰρ πίστει ἑστήκατε.

24 Non quòd ᵛ dominemur veſtræ fidei, ſed quòd adminiſtri ſimus ᵛ gaudii veſtri. nam fide ſtatis.

24 Non quia dominamur fidei veſtræ, ſed adiutores ſumus gaudij veſtri. nam fide ſtatis.

Κεφάλαιον β.

CAP. II.

CAP. II.

1 Ἔκρινα δὲ ἐμαυτῷ τοῦτο, τὸ μὴ πάλιν ἐν λύπῃ πρὸς ὑμᾶς ἐλθεῖν.

1 HOc autem mihi faciẽdum iudicaui, ne rurſus ad vos ᵛ cum triſtitia veniam.

1 STatui autẽ hoc ipſum apud me, ne iterum in triſtitia uenirem ad uos.

2 Εἰ γὰρ ἐγὼ λυπῶ ὑμᾶς, καὶ τίς ἐστιν ὁ εὐφραίνων με, εἰ μὴ ὁ λυπούμενος ἐξ ἐμοῦ;

2 Nam ſi ego triſtitia vos afficiã, ᵛ quis eſt qui exhilaret me, niſi is ipſe qui triſtitia afficitur ex me?

2 Si enim ego cõtriſtauero & quis eſt qui me lætificet, niſi qui entriſtatur ex me?

3 Καὶ ἔγραψα ὑμῖν τοῦτο αὐτό, ἵνα μὴ ἐλθὼν λύπην ἔχω ἀφ' ὧν ἔδει με χαίρειν· πεποιθὼς ἐπὶ πάντας ὑμᾶς ὅτι ἡ ἐμὴ χαρὰ πάντων ὑμῶν ἐστίν.

3 Et ᵛ hoc ipſum vobis ſcripſi, ne ſquum venero, ᵛ triſtitiam capiã ex iis de quibus oportebat me gaudere: ᵛ confiſus de vobis omnibus, meum gaudium, omnium veſtrum *gaudium* eſſe.

3 Et hoc ipſum ſcripſi uobis, ut non, quum uenero, triſtitiam ſuper triſtitiam habeam de quibus oportuerat me gaudere: cõfidens in omnibus uobis, quia meũ gaudiũ, omnium ueſtrum eſt.

4 Ἐκ γὰρ πολλῆς θλίψεως καὶ συνοχῆς καρδίας ἔγραψα ὑμῖν διὰ πολλῶν δακρύων, οὐχ ἵνα λυπηθῆτε ἀλλὰ τὴν ἀγάπην ἵνα γνῶτε ἣν ἔχω περισσοτέρως εἰς ὑμᾶς.

4 Nã ex multa oppreſſione & anxietate cordis ſcripſi vobis, per multas lacrymas: non vt triſtitia afficiamini, ſed vt cognoſcatis charitatẽ quã habeo abundantiſſimam erga vos.

4 Nã ex multa tribulatione & angoſtia cordis ſcripſi uobis per multas lacrymes: non ut contriſtemini, ſed ut ſciatis quam charitatem habeam abũdantius in uobis.

11 Arrhabonem, ἀρραβῶνα. Hebræi, à quibus Græci hoc vocabulum ſumpſerũt, ערבון vocant id omne quo dato confirmatur promiſſio. ideo Vetus interpres pignus conuertit. Sed arrha ſiue arrhabo peculiariter dicitur pars aliqua perſoluta pretii in venditione interueniẽtis, vt fides fiat reliquæ perſoluẽdæ ſummæ. Trãſlatitiè igitur Paulus dicit fideles accipere à Deo Spiritus dona, ac præſertim fidem, quæ ipſos reddat venturæ ſalutis ſecuros.

23 Ego verò, ἐγὼ δέ. Hinc oportuit auſpicari ſecundum caput. In animam meam, ἐπὶ τὴν ἐμὴν ψυχήν. Id eſt in meum caput, ſiue vitæ meæ periculo. Nam in vero iureiurando Deus non tantùm vt teſtis, ſed etiam vt vindex aduocatur, ſicut diximus 1. Cor. 15. d. 31. Sic apud Hebræos additur ונפשו. Caſtellio interpretatur Teſtem animi mei, id eſt ſententiæ ſiue voluntatis: quàm rectè, ipſe viderit.

24 Dominemur, &c. κυριεύομεν ὑμῶν τῆς πίστεως, id eſt τῆς ὑμῶν πίστεως, vt ſuprà, 1. c. 11. Eraſ. Dominemur vobis *nomine* fidei, quaſi ſubaudiatur ὀνόματι, vt vitetur traiectio articuli. Sed hoc planè eſt violentum. Cæterùm hoc addidit Paulus, ne quis aliò quin videri poſſet nimiũ imperioſe loquutus: quaſi dicat, Quod autẽ dixi me *idcirco* nõ veniſſe vt vobis parcerem, ſic accipite non quaſi pro meo iure poſſim apud vos quiduis in religione & cõſcientiis veſtris obſtringendis vel relaxandis, ſed quia ſum Dei adminiſter ad vos conſolandos & erigendos. Caſtellio, Nõ quòd vobis fiduciam derogemus, ſed cõſulimus veſtro gaudio. Obſecro verò quid eſt ſumma impudentia quiduis audere in interpretando, ſi hoc non eſt. Gaudii, τῆς χαρᾶς. Gaudium ac pacem conſcientiæ cuius Deum facit authorem, ſe verò adminiſtrum cum collegis, tacitè opponit tyrannico terroris ſimúlque proprium Euangelii finem deſignat.

IN CAPVT II.

1 Cum triſtitia, ἐν λύπῃ. id eſt triſtitiæ cauſam vobis adferens. quod futurum erat ſi prius ad eos veniſſet quàm reſipuiſſent, ſicut ab ipſo fuerant admoniti priore epiſtola, cuius etiam reſpectu addidit particulam πάλιν. Priorem enim epiſtolam mittens, quodammodo ad eos venerat.

2 Quis eſt, καὶ τίς ἐστιν. Vulg. & Eraſ. Et quis eſt. Ego verò exiſtimo καὶ prorſus περιττὸν. Hic enim eſt ſenſus, Cõſtituì omnino ita ad vos venire vt nullã vobis rurſus adferã triſtitiæ occaſionẽ. Nã ſi vos affecerim moleſtia, quis ſuperſit qui me exhilaret? Vos enim ii vni eſtis ex quibus nũc poſſim voluptatem capere: quibus iterum moleſtia affectis, nõ eſt quòd aliunde gaudium ſperem. Sed ſingulari numero dicit ὁ λυπούμενος ἐξ ἐμοῦ, tacitè (vt ex ſequentibus apparet) eum deſignans quem iuſſerat tradi Satanæ: nunc autem in primis ſibi conciliatum cupit, quòd eũ reſipuiſſe intellexiſſet. Quòd ſi quis velit ſeruare particulam ἐξ, ita explicanda eſt vt ex in illo Vergilii verſiculo, Et quis nomen Iunonis adoret Prætereà?

3 Hoc ipſũ, Τοῦτο αὐτό. Illud ipſum nempe quod illi ac vobis moleſtiã attulit. Hoc enim ad priorẽ epiſtolã referendũ eſt, qua illũ iuſſerat tradi Satanæ. Itaque ἔγραψα nõ cõuerti ſcripſerã, ſed ſcripſi: nec ἐλθὼν, quũ veniſſem, ſed, quũ venero, cũ Vetere interp. nec λύπην ἔχω, triſtitiã caperẽ, ſed triſtitiã capiã. Triſtitiã cap. λύπην ἔχω. Vulg. Triſtitiã ſuper triſtitiã habeã, λύπην ἐπὶ λύπῃ ἔχω, quod exiſtimo (peride vt Eraſ.) trãſlatũ eſſe ex Phil. 2. d. 27. quàm ita legerim in Cõpl. editione, & alio quodã codice veruſto. Cõfiſus, πεποιθὼς. Quia, inquit, omnino ſperaui fore vt quod mihi diſplicere intelligeretis, ſtatim tolleretis: quia mea gaudia exiſtimatis vobis eſſe cõmunia.

Εἰ δέ τις λελύπηκεν, οὐκ ἐμὲ λελύπηκεν, ἀλλ' ἀπὸ μέρους, ἵνα μὴ ἐπιβαρῶ, πάντας ὑμᾶς.

Ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ ἡ ἐπιτιμία αὕτη ἡ ὑπὸ τῶν πλειόνων·

Ὥστε τοὐναντίον μᾶλλον ὑμᾶς χαρίσασθαι, καὶ παρακαλέσαι, μήπως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος.

Διὸ παρακαλῶ ὑμᾶς κυρῶσαι εἰς αὐτὸν ἀγάπην.

Εἰς τοῦτο γὰρ καὶ ἔγραψα, ἵνα γνῶ τὴν δοκιμὴν ὑμῶν, εἰ εἰς πάντα ὑπήκοοί ἐστε.

ὯΙ δέ τι χαρίζεσθε, κἀγὼ· καὶ γὰρ ἐγὼ εἴ τι κεχάρισμαι, ᾧ κεχάρισμαι, δι' ὑμᾶς, ἐν προσώπῳ Χριστοῦ, ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ.

Οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν.

5 Quòd siquis triſtitiam attulit, non mihi triſtitiam attulit, ſed quadantenus, ne *illum* aggrauem, vobis omnibus.

6 Sufficit iſtiuſmodi hominí iſta obiurgatio à pluribus profecta.

7 Vt econtrario potius vos ei condonetis, cúmque conſolemini, nequo modo redundante triſtitia abſorbeatur *aut* huiuſmodi.

8 Quapropter precor vos vt ratam faciatis in illum charitatem.

9 Nam in hunc finem etiam ſcripſi, vt cognoſcerem probationẽ veſtri, *id eſt* an ad omnia obedientes ſitis.

10 Cui verò condonatis, & ego condono. nam & ego ſiquid condonaui, cui condonaui, propter vos *id feci*, in cõſpectu Chriſti, vt ne occupemur à Satana.

11 Non enim illius machinationes ignoramus.

5 *Siquis autẽ cõtriſtauit. non me contriſtauit, ſed ex parte, ut non onerem omnes vos.*

6 *Sufficit illi qui eiuſmodi eſt, obiurgatio hæc quæ fit à pluribus:*

7 *Ita ne contrario magis donetis & cõſolemini ne forte abundantiori triſtitia abſorbeatur qui eiuſmodi eſt.*

8 *Propter quod obſecro uos ut confirmetis in illũ charitatem.*

9 *Ideo enim & ſcripſi uobis, ut agnoſcam experimentum noſtrum, an in omnibus obedientes ſitis.*

10 *Cui autẽ aliquid donaſtis, & ego: nam & ego quod donaui ſiquid donaui, propter uos, in perſona Chriſti, ut non circumueniamur à Satana.*

11 *Non enim ignoramus cogitationes eius.*

5 Triſtitiam attulit, λελύπηκεν. Vulg. Contriſtauit. Eraſ. Dolore affecit. Ego illo modo malui interpretari, quia caſum non habet adiunctum. Non mihi triſtitiã attulit, οὐκ ἐμὲ λελύπηκεν. Quidam ſubaudiunt κύριον, tantùm, interpretatione nõ modò violenta, (vt ego exiſtimo) ſed etiam minimè omnium appoſita. Neque enim in eo verſatur Paulus vt inceſtuoſi illius ſcelus exaggeret, (quod ſanè faceret ſi non ſe duntaxat, ſed totam Eccleſiam diceret ab eo triſtitia affectam) ſed contrà quantum poteſt illum ſubleuat ac conſolatur poſt reſipiſcentiam. Primùm igitur quod ſimpliciter verum erat, quaſi dubitans & ſub conditione exprimit, Siquis, inquiens, triſtitiam attulit. Deinde ſe ab eo negat vllo dolore affectum: quaſi dicat perinde abſterſam eſſe illam omnem moleſtiam ac ſi nunquam illam ſentiſſet, quia nimirum ille reſipuerat: ſicut dicit Dominus fore vt iniquitatum noſtrarum amplius non recordetur. Sed quadantenus, ἀλλ' ἀπὸ μέρους. Mecum, inquit Paulus, nullum eſt amplius ipſi negotium: ſupereſtis vos, quos omnes ſanè offendit. Sed hoc quoque Apoſtolus emollit, addens ἀπὸ μέρους, id eſt quadantenus, ſeu propemodum. Ne, inquit, aggraue: id eſt ne iam per ſe grauato onus adiiciam, quod potius detractum cupio. Sic Chryſoſt. hunc locum ſimpliciter ac dilucidè interpretatur: vt planè mirer quoſdam maluiſſe nouis & violentis eclipſibus totum hunc locum conturbare. Vulg. & Eraſ. Sed ex parte, nimium obſcurè, ſed multo tamen rectius quàm Caſtellio, qui nuper hunc verſiculum ſic eſt interpretatus, Quòd ſiquis contriſtauit, non me contriſtauit niſi aliquatenus, ne vos omnes onerem. quaſi pro ἀλλὰ ſcriptum ſit ἐι μή, & in ἐπιβαρῶ abundet præpoſitio. Nam cum pleriſque communem habet tertium errorem, quòd videlicet ἐπιβαρῶ cõiunxit cum πάντας ὑμᾶς, quum hoc verbum ſoleat potius tertio caſui adiungi: ſitque hoc in loco, (vt mihi quidem videtur) adhibita diſtinctione quaſi parentheſi ſecludendum, vt πάντας ὑμᾶς cohæreat cum λελύπηκεν. Excuſari tamen illa conſtructio poterat, eo quòd Paulus idem verbum coniunxit cum quarto caſu, 1. Theſſ. 2. b. 19, & 2. Theſ. 3. b. 8.

7 Vt econtrario, ὥστε τοὐναντίον. Id eſt, Vt pro eo quòd antea illum ſeuerè vlti eſtis, nunc illi condonetis: pro eo quòd in ſummam triſtitiam conieciſtis, nunc illum contrà conſolemini. Sunt enim hæc prorſus cõtraria. Itaque malui cum Vetere interprete conuertere E cõtrario, quàm cum Eraſmo, E diuerſo. Hoc enim vrget Paulus, vt Corinthii in illo recipiendo non minus ſint clementes quàm in eiiciendo fuerant ſeueri. Redundante, περισσοτέρᾳ. Vulg. Abundantiori. Eraſ. Immodico. Vide Matth. 5. f. 37.

8 Ratam faciatis, κυρῶσαι. Id eſt, vt me deprecatore, publico Eccleſiæ conſenſu declaretis vos illum denuò pro fratre complecti, ſicut publico Eccleſiæ iudicio fuit eiectus. Nam τὸ κυρῶσαι ratam & authenticam confirmationem declarat, vnde factũ vt is à cuius authoritate pendet aliquid, à Græcis dicatur eius rei κύριος. Hinc κύριαι ἀρχαί, id eſt κυρωτικαὶ, ad quas proculdubio reſpexit Paulus ſuprà, 1. d. 24. Eraſmus, longa periphraſi, nec ſatis expreſſa, Efficite vt valeat in illum charitas. Alluſit enim Paulus ad iudiciorum morem: quo modo etiam accipiendum eſt verbũ παρακαλῶ. Vocant enim Græci παράκλητους quos Latini aduocatos, eos nimirum qui præſentiam ſuam amico commodabant.

9 In hunc finem, εἰς τοῦτο. Vulg. Ideo. Eraſ. In hoc.

10 In conſpectu Chriſti, ἐν προσώπῳ Χριστοῦ. Id eſt verè & ex animo, quaſi inſpectore Chriſto, vt diximus Luc. 1. a. 6. vel Propter Chriſtum. ſic enim etiam accipitur פָּנִים apud Hebræos, vt expoſuimus ſuprà, 1. c. 11. Vel forteſſis rationem habuit ſupremi illius iudicii in quo futurum ſit vt Chriſtus hanc condonationem ratam habeat. Vulg. In perſona Chriſti, id eſt Chriſti nomine ac vice, vt explicat Ambroſius. Mihi prima expoſitio videtur ſimpliciſſima. Ne occupemur, ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν. Πλεονεκτεῖν dicitur μετὰ πλεονεξίας q. per auaritiã aliena, vel vel vi, fraude, denique malis artibus occupat. Itaque non ineptè etiam Vetus interpres cõuertit, Ne circumueniamur, quanuis non ſatis expreſſè.

11 Machinationes, τὰ νοήματα. Id eſt nefanda conſilia, & ſceleratam voluntatem, vt Hebræi vtuntur vocabulo מזמה: ideo malui machinationes interpretari q uàm cogitationes, cum Vetere interprete & Eraſmo.

Ελθὼν δὲ εἰς τὴν Τρωάδα εἰς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, καὶ θύρας μοι ἀνεῳγμένης ἐν Κυρίῳ, οὐκ ἔσχηκα ἄνεσιν τῷ πνεύματί μου, τῷ μὴ εὑρεῖν με Τίτον τὸν ἀδελφόν μου·

12 Porro quum veniſſem Troadem ad *prædicandum* Euangelium Chriſti, etiamſi oſtiũ mihi apertum erat per Dominũ, non habui relaxationem in Spiritu meo, eo quòd non inueniſſem Titum fratrem meum:

12 *Quum autem veniſſem autem Troadē propter Euāgeliū Chriſti, & oſtiū mihi apertum eſſet in Domino, non habui requiem ſpiritui meo, eo quòd nō inuenerim Titum fratrem meum:*

Αλλὰ ἀποταξάμενος αὐτοῖς, ἐξῆλθον εἰς Μακεδονίαν.

13 Sed quum illis valedixiſſem, abii in Macedoniam.

13 *Sed valefaciens eis, profectus ſum in Macedoniam.*

Τῷ δὲ Θεῷ χάρις τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς ἐν τῷ Χριστῷ, καὶ τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως αὐτοῦ φανεροῦντι δι' ἡμῶν ἐν παντὶ τόπῳ.

14 Deo autem gratia, qui facit vt ſemper triumphemus in Chriſto: & odorem notitiæ ſuæ manifeſtum facit per nos omni in loco.

14 *Deo autem gratias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto Ieſu, & odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco.*

Οτι Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν τῷ Θεῷ ἐν τοῖς σῳζομένοις καὶ ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις·

15 Nam Chriſti bona fragrantia ſumus Deo, in iis qui ſeruantur, & in iis qui pereunt:

15 *Quia Chriſti bonus odor ſumus Deo in iis qui ſalui fiunt, & in iis qui pereunt:*

Οἷς μὲν, ὀσμὴ θανάτου εἰς θάνατον· οἷς δὲ, ὀσμὴ ζωῆς εἰς ζωήν. καὶ πρὸς ταῦτα τίς ἱκανός;

16 His quidem, odor mortis ad mortem: illis verò, odor vitæ ad vitam. & ad hæc quis idoneus?

16 *Aliis quidē odor mortis in mortem, aliis autē odor vitæ in vitam. & ad hæc quiſnam idoneus?*

Οὐ γάρ ἐσμεν, ὡς οἱ πολλοὶ, καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ὡς ἐξ εἰλικρινείας, ἀλλ' ὡς ἐκ Θεοῦ, κατενώπιον τοῦ Θεοῦ, ἐν Χριστῷ λαλοῦμεν.

17 Non enim, vt plerique, cauponamur ſermonem Dei, ſed vt ex ſinceritate, ſed vt ex Deo in conſpectu Dei, de Chriſto loquimur.

17 *Non enim ſumus ſicut plurimi, adulterātes verbum Dei, ſed ex ſinceritate, ſed ſicut ex Deo, coram Deo, in Chriſto loquimur.* Infrà, 4.a.

12 Ad *prædicandum* Euangelium, εἰς τὸ εὐαγγέλιον. Id eſt, ad annuntiandum Chriſtum. Eraſmus perobſcurè, In Euangelium Chriſti. Elicitur autem etiam ex hoc loco, priorem epiſtolam non eſſe datam Philippis, ſed Epheſi. Nam alioqui receſſiſſet à Corinthiis, veniens Philippis Troadam nec dixiſſet, veni, ſed redii in Macedoniam. Etiamſi, καί. & pro καίπερ, vt poſtulat ipſa ſententia, & oſtendit quoque mutatio conſtructionis.

5 Spiritu meo, τῷ πνεύματί μου. Id eſt animo meo, ſiue apud me. vt expoſuimus 1. Cor. 1. c. 11. & alibi ſæpe.

13 Quum illis valedixiſſem, ἀποταξάμενος αὐτοῖς. Eraſ. Dimiſſis illis, improprié. Dimittimus enim eos quibus abeundi facultatem facimus: hic verò Paulus ipſe diſcedit. Vide Mar. 6. f. 46. Deinde videtur ex hoc verbo elici poſſe, Paulum nonniſi conſtituta Eccleſia, aut certè additis mandatis, Troade diſceſſiſſe. Vulg. barbatè, Valefaciens eis.

14 Qui facit vt ſemper triumphemus, τῷ θριαμβεύοντι ἡμᾶς. Vulg. Qui ſemper triũphat nos, improprié & perobſcurè. Nam triumphari poetis, præſertim Latinis, dicuntur qui ignominiæ cauſa in triumpho ducuntur: & captiuos dicitur Græcis dux victor θριαμβεύειν, id eſt de illis triumphare. Hic verò τὸ θριαμβεύειν à Paulo accipitur forma coniugationis Hiphil. Eraſmus, Qui ſemper triumphat per nos: ne ſic quidem propriè expreſſa Pauli ſententia, Deo potius gratias agentis quòd ipſe in eo triumphet: vti ſolent legati & milites participes eſſe ducis triumphi: ſicut Eraſmus ipſe in annotationibus rectè expoſuit. Sed eam expoſitionem hauſit ex Hieronymo ad Hedibiam, quæſt. vndecima. vbi alia adfertur multo ineptior, nempe, Qui triumphat de nobis. Quæ verò de odore ſubiiciuntur, reſpiciunt Sacerdotum vnctionem, & ſacrificiorum ſuffitus.

16 Odor mortis, ὀσμὴ θανάτου. Odorem mortiferum eſſem interpretatus, vt etiam paulò poſt ὀσμὴν ζωῆς, odorem vitalem, ex Hebræorum idiotiſmo, niſi duæ rationes obſtitiſſent, quas lectori relinquo æſtimandas. Vna, quòd ſi ita verteris, videbitur redundare εἰς θάνατον, in mortem, & εἰς ζωὴν, in vitam: aut certè non magnum pondus addere ſententiæ, quum odor mortifer & vitalis ab effectu dicatur. Altera, quòd in vno codice & apud Clementem lib. Pæd. 1, ſcriptũ inuenerim ὀσμὴ ἐκ θανάτου, odor ex morte, & ὀσμὴ ἐκ ζωῆς, odor ex vita. Fortaſſis igitur prædicatio crucis dicitur odor ex morte, in eorum exitium qui mortẽ Chriſti tantùm vt mortem conſiderabãt, quibus erat vel ſtultitia, vel offendiculum: aliis verò odor vitæ ad vitam, qui vitam in hac morte propoſitã amplectebãtur. Et egregia eſt Nyſſeni de hac re ſententia, τῷ μὲν γὰρ ἀπιστοῦντι θάνατος ἡ ὀσμὴ, τῷ δὲ καταδεχομένῳ ζωή. Sciendum eſt tamen, Euangelium non perimere quenquam, ſed Euangelii contemptum. Idoneus? ἱκανός; Vide Matth. 3. c. 11. In veteris editionis codicibus corruptè legitur, Quis tam idoneus pro Quiſnam idoneus, vt rectè (meo quidem iudicio) coniecit Eraſmus.

17 Non enim, γάρ. Connectenda eſt cauſalis particula non cum proximo epiphonemate, quod veluti interiectum fuerat, ſed cum iis quæ de ſe dixerat verſu 14 & 15. quod Græcus ſcholiaſtes non animaduertens, multum hic laborat. Cauponamur, καπηλεύοντες. Id eſt, callidè & auarè, minus denique ſincerè tractamus. vt Apoſtolus ipſe explicat infrà, 4. a. 2. Caupones enim, quos in vernaculo ſermone *regratatores* vocamus, infames ſemper & ſordidi ſunt habiti, ſicuti & mangones: quòd merces adulterẽt, & quibuſuis artibus lucrũ capiẽt. Ideo vocat Horatius perfidos & malignos. Sed & Græci καπήλους appellãt à corrũpendo vino. quò fortaſſis alluſit Martialis in illo verſiculo, Non potes, vt cupias, vendere caupo merum. Hinc καπηλεύειν pro decipere, & ad quæſtum abuti. quanuis mihi quidem videatur Apoſtolus in metaphora illa ab vnguentis pretioſis ſumpta perſiſtere. nam quia pretioſa erant, & aduehebantur ex longinquis regionibus, in his adulterandis magnæ erãt & lucroſæ mercatorũ impoſturæ. Ideo Vetus interpres καπηλεύοντες vertit adulterantes, rectè quidem, ſed non ſeruata metaphora: à qua non abhorruit Ennius iis verſiculis quos citat Cicero lib. Offic. 1, Nec mi aurum poſco, nec mi pretium dederitis: Nec cauponantes bellum, ſed belligerantes. Eiuſmodi homines quos hodie vocãt

ſanctam catholicam Eccleſiam Romanam, Nāzianz. eleganter vocat χριστοκάπηλον ἐκ χριστεμπόρου. Vt ex ſin-
ceritate, ὡς ἐξ εἰλικρινείας. Vulg. Ex ſinceritate, ſublata particula ὡς, quam tamen minimè puto otioſam, ſed eam
eſſe potius quam Hrebæi vocant אמיתת ק.i. caph veritatis: nimirum quæ non ſimilitudinem, ſed veram con-
gruētiā declaret, veluti infrà, 3.d. 18, κατ' ἐφ. & quū dicit Iohannes, Vidimus gloriam eius vt vnigeniti à Patre,
cap. 1. b. 14. Neque eſt imperfecta oratio, vt putauit Eraſmus, ſed cohærent iſta cum verbo λαλοῦμεν. & ἐσμὲν κα-
τηλλάγητε accipio pro κατηλλάγημεν. Cæterùm quid ſit τὸ ἀνεπιτήδειος, pulchrè declarat Baſilius ὁ ἐρώτ. κατ' ἐπιτομὴν,
quæſtione 164, & nos expoſuimus ſuprà, 1. c. 12. De Chriſto loquimur, ὁ Χριστῷ λατρεύω. Vulg. In Chriſto. E-
raſ. Per Chriſtum. Ego puto Euangelicæ prædicationis materiam ſignificari, eámque tam pretioſam vt adulte-
rare ſit prorſus nefas. Sic apud Hebræos, בתלהטיך אשיחה, id eſt In facinoribus diſſipam, vt Pſal. 77. c. 15. in qua
phraſi ב ponitur pro לי.

Κεφάλαιον γ΄

Ἀρχόμεθα πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνειν; εἰ μή τινες χρῄζομεν, ὡς τινες, συστατικῶν ἐπιστολῶν πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐξ ὑμῶν συστατικῶν;	1	INcipimus rurſus noſipſos commẽdare? num egemus, vt nonnulli, commendatitiis epiſtolis apud vos, aut à vobis commendatitiis?
Ἡ ἐπιστολὴ ἡμῶν ὑμεῖς ἐστε, ἐγγεγραμμένη ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, γινωσκομένη καὶ ἀναγινωσκομένη ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων.	2	Epiſtola noſtra vos eſtis, inſcripta in cordibus noſtris, quæ intelligitur & legitur ab omnibus hominibus:
Φανερούμενοι ὅτι ἐστὲ ἐπιστολὴ Χριστοῦ διακονηθεῖσα ὑφ' ἡμῶν, ἐγγεγραμμένη οὐ μέλανι, ἀλλὰ Πνεύματι Θεοῦ ζῶντος, οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις, ἀλλ' ἐν πλαξὶ καρδίαις σαρκίναις.	3	Dum palàm fit vos eſſe epiſtolam Chriſti ſubminiſtratã à nobis, inſcriptam non atramento, ſed Spiritu Dei viui: nõ in tabulis lapideis, ſed in carneis tabulis cordis.
Πεποίθησιν δὲ τοιαύτην ἔχομεν διὰ τοῦ Χριστοῦ πρὸς τὸν Θεόν.	4	Fiduciam autem huiuſmodi habemus per Chriſtũ apud Deum.
Οὐχ ὅτι ἱκανοί ἐσμεν ἀφ' ἑαυτῶν λογίσασθαί τι, ὡς ἐξ ἑαυτῶν, ἀλλ' ἡ ἱκανότης ἡμῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ·	5	Non quòd idonei ſimus ex nobiſipſis ad cogitandum quic quam, velut ex nobiſipſis: ſed ꝙ idonei ſumus, *id* ex Deo eſt:

CAP. III.

1	INcipimus iterum neſmetipſos commendare? aut nunquid egemus, ſicut quidã, commendatitiis epiſtolis ad uos, aut ex uobis?
2	Epiſtola noſtra uos eſtis, ſcripta in cordibus noſtris, quæ ſcitur & legitur ab omnibus hominibus:
3	Manifeſtati quòd epiſtola eſtis Chriſti, miniſtrata à nobis, & ſcripta nõ atramento, ſed ſpiritu Dei uiui: nõ in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus.
4	Fiduciam autem talem habemus per Chriſtum ad Deum.
5	Non quòd ſufficientes ſimus cogitare aliqd à nobis quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt:

IN CAPVT III.

1 Incipimus, ἀρχόμεθα. Scripta eſt epiſtola nomine Pauli & Timothei. quibus etiam tertius Syl-
uanus adiunctus eſt ſuprà, 1. d. 19. ideo (vt opinor) pluralem numerum vſurpauit, ſicut, quum de ſe vno proprià
differit, ſingularem adhibet. quod in hac epiſtola notãdum eſt, & aliis aliquot communi nomine ſcriptis. quã-
uis hæc obſeruatio non ſit per petua.

2 Epiſtola noſtra, ἡ ἐπιστολὴ ἡμῶν. Tota hæc tranſlatio lepida eſt ac venuſta. ac mihi quidem videtur A-
poſtolus in vtraque ad Corinthios epiſtola floridum etiam quoddam dicendi genus ſectatus, vt cornicum
(quod aiunt) oculos cõfigeret. Eſt autem hæc ſententia, Quòd nos videmur tam magnificè efferre, extra omnẽ
ſuſpicionem eſt adulationis, aut ambitioſæ vanitatis. Nam neque neceſſe eſt vt aliorũ, nedum noſtris literis vo
bis commendemur, neque à vobis vllam apud alios commendationem venamur. Vos ipſi quales nũc eſtis per
Chriſtũ noſtro miniſterio effecti, nobis eſtis inſtar epiſtolæ ab omnibus lectæ & intellectæ, qua & ipſi vobis &
aliis rurſum per vos cõmendamur. Hæc eſt eius loci ſententia. ſed meminerimus Apoſtolum cum ſuis collegis
ſenſim à perſonarum cõmendatione ad rei ipſius, i. ad miniſterii Euãgelici præſtantiam cõmendandam delabi.

3 Dum palàm fit, φανερούμενοι. Hoc connectendum eſt cum verbo ἐστὲ, id eſt cum ſuperioris verſiculi
initio. Eraſ. Dum declaratis. Vetus autem interpres, Manifeſtati, obſcurius quidem, ſed fidelius. Eſt enim paſſi-
uè accipiendum hoc participium, non actiuè. Et iam antea admonuimus huiuſmodi participia Hebræis infini-
tis quæ gerundia vocamus, reſpõdere: ita tamen vt ſæpe nulla caſus habita ratione apud Paulum vſurpentur.
Subminiſtratam à nobis, διακονηθεῖσα ὑφ' ἡμῶν. Id eſt, cui veluti ſcribendæ operam noſtram impendimus,
quaſi fuerimus Domini ſtilus quo fuiſtis inſcripti. Dei viui, Θεοῦ ζῶντος. Addi ſolet hoc epitheton Deo tã-
quam vitæ authori. Hic verò tacita ſubeſt antitheſis virtutis Dei viuificæ ad regenerandos animos, cum atra-
mento quo ſcribuntur quidem epiſtolæ, ſed ita vt vim intelligendi quæ ſcripta ſunt, lectori non conferat.
In tabulis lapideis, ἐν πλαξὶ λιθίναις. Alludit ad Legem cuius in lapideis tabulis perſcriptæ miniſter fuit Mo-
ſes. Adumbrabant autem lapideæ tabulæ humani ingenii ſummam duritiem, à qua cor hominis non regenera-
ti lapideum denominatur Ezech. 11. c. 19, & 36. f. 26, cui opponitur cor carneum, nõ quod in carne verſetur (vt ac-
cipi ſolet hoc epitheton, quando caro ſpiritui opponitur) ſed econtrario, quod vi Spiritus Dei factum eſt mol-
lius, vt in eo, tanquam nouis tabulis, poſſit Euangelii gratia inſculpi, ſicut prædictũ eſt Iere. 31. c. 31. Et hæc cau-
ſa eſt cur Euangelium ſit potentia Dei ad ſalutem, Lex verò non item. Nam alioquin non minus eſt nobis im-
poſſibile credere quàm Legem præſtare. Sed illud datur per Spiritus efficaciam cum prædicatione coniunctã,
quia fides eſt ex auditu eorum quibus datum eſt vt credant: iſtud verò nunquam datur, quia vult patefieri iu-
ſtitiam ſuam Deus in tribuenda indignis miſericordia: ſicut ſcriptum eſt, Credidit, & imputatum eſt ei ad iu-
ſtitiam, vt mox dicemus.

4 Fiduciam habemus, πεποίθησιν ἔχομεν. Id eſt, hanc confidentiam exerimus, & ita magnificè nobis glo-
riari licet de noſtri miniſterii dignitate ac fructu. Apud Deum, πρὸς τὸν Θεόν. Vulg. Ad Deum. Eraſ. Erga
Deum. Vide ſuprà, 1. c. 12. 5 Sed quòd idonei ſumus, ἀλλ' ἡ ἱκανότης ἡμῶν. Id eſt, quòd apti & accom-
modati ſimus ad tantã gratiã aliis etiã impertiẽdã. Ad verbũ, Idoneitas noſtra, ſiue aptitudo, ſi ſic loqui liceat.
Vulg. Sed ſufficientia noſtra, quã interpretationẽ arripuerũt Sophiſtæ, vt fingerẽt aliquẽ eſſe in homine nõ re-
generato

generato facultatem ad bonum, ſed ita infirmam vt niſi à Deo adiuuetur, non ſufficiat. Mira verò non tantùm ignorantia, ſed etiam impudentia, hoc ipſum audere vſurpare ad eripiendā Deo gloriæ ſuæ partē: quod idcirco ſcripſit Apoſtolus ne non omnia Dei gratiæ tribuere videretur. Illis verò vno verbo reſpondemus cum Apoſtolo, Quid habes quod non acceperis? Quod dictum ſi audeant ad naturæ dotes transferre, illos ego (vt apertè Pelagianos) ad Auguſtinum relego.

5 Ὃς καὶ ἱκάνωσεν ἡμᾶς διακόνους καινῆς διαθήκης, οὐ γράμματος, ἀλλὰ πνεύματος· τὸ γὰρ γράμμα ἀποκτείνει, τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖ.

6 Qui etiam fecit vt idonei eſſemus miniſtri noui Teſtamēti, non literæ, ſed Spiritus. nam litera occidit, Spiritus autem viuificat.

6 Qui & idoneos nos fecit miniſtros noui Teſtamenti, nō Literæ, ſed Spiritus. Litera enim occidit, Spiritus autem viuificat.

Εἰ δὲ ἡ διακονία τοῦ θανάτου ἐν γράμμασιν, ἐντετυπωμένη ἐν λίθοις, ἐγενήθη ἐν δόξῃ, ὥστε μὴ δύασθαι ἀτενίσαι τοὺς υἱοὺς Ισραὴλ εἰς τὸ πρόσωπον Μωσέως, διὰ τὴν δόξαν τοῦ προσώπου αὐτοῦ, τὴν καταργουμένην,

7 Quòd ſi mortis miniſterium literis informatum in ſaxis, fuit gloriоſum, adeo vt non poſſent intueri filii Iſrael in faciem Moſis, propter gloriam vultus eius, quæ abolenda erat,

7 Quòd ſi miniſtratio mortis literis deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita vt non poſſent intendere filij Iſrael in faciem Moyſi, propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur,

Πῶς οὐχὶ μᾶλλον ἡ διακονία τοῦ πνεύματος ἔσται ἐν δόξῃ;

8 Quî nō potius miniſterium Spiritus erit gloriоſum?

8 Quomodo non magis miniſtratio Spiritus erit in gloria?

Εἰ γὰρ ἡ διακονία τῆς κατακρίσεως δόξα, πολλῷ μᾶλλον περισσεύει ἡ διακονία τῆς δικαιοσύνης ἐν δόξῃ.

9 Nam ſi miniſterium cōdem nationis fuit gloriоſum, multo magis miniſterium iuſtitiæ abundat gloria.

9 Nam ſi miniſtratio damnationis gloriæ eſt: multo magis abundat miniſterium iuſtitiæ in gloria.

6 Non literæ, ſed Spiritus, οὐ γράμματος, ἀλλὰ πνεύματος. De litera & Spiritu abundè diximus Rom. 2. v. 27, & 7. v. 6. Hic quidē res ipſa oſtendit literam vocari Legē cuius miniſter fuit Moſes, Euangelium autē vocari Spiritum quē attulit Chriſtus, deditque Apoſtolis, ac miniſtris Verbi per quos Eccleſiā ædificat. Neq; enim melius potuit Paulus Euāgelii dignitatem apud Corinthios aſſerere quàm ſi indicaret ſe excellentioris doctrinæ miniſtrū eſſe quàm fuiſſet ipſe Moſes, quatenꝰ quidē Chriſto opponitur. Sed cur Legē vocat literā? nēpe quia lapideis tabulis inſculpta primùm fuit, vt explicat Apoſtolus ſequenti verſiculo: deinde quòd Moſes nihil aliud quàm lapidibus inſculptam tradere potuit, cor autem ne ſuum quidem, nedum aliorum potuit hac ratione immutare. Euangelii verò ſubſtantia eſt is ipſe qui attulit illud in mundum, nempe Chriſtus, qui deinde illud tradidit Apoſtolis, ipſorū cordibus inſcriptum: vt ipſi viciſſim tum voce tum ſcriptis illam eandem gratiā cum aliis communicarent, Spiritu Dei per eos agente. Dicam apertius: Lex, audientium reſpectu, non matorem vim habet quàm ſcriptū aliquod per ſe omnis virtutis expers, niſi apud eos à quibꝰ intelligi ac præſtari poſſit. Eiuſmodi verò facultatem quum Lex in nobis non inueniat, ſed contrarias potius tenebras, & animū prorſus ei repugnantem, ideo nihil aliud quàm externa prædicatione docet quid flagitet, quid prohibeat Deus: noſtrum autem illud vitium non modò non emendat, ſed etiam auget. vnde præceps eſt ad mortem ſalus, niſi aliunde remedium petatur. At Euangelium, ſeu nouum fœdus, quatenus Legi opponitur, dicitur Spiritus, multas ob cauſas: primùm propter veteres ceremonias temporarias & in rebus craſſis & corporeis poſitas, ſi in ſeſe conſiderētur: deinde, (quæ cauſa potiſſimùm æſtimanda nobis eſt in hoc loco) quia materia, argumentū, miniſter denique Euangelii eſt Ieſus Chriſtus, nō iam docens quid facere, quid fugere oporteat, (quod Legis officium eſt) ſed ſeipſum in æternā vitam gratis offerens credentibus: nec offerens modò, ſed etiam adferens ac tradens. Neque enim ſicut Lex benedictionē, addita operū conditione, ita etiam Euangelium iuſtitiā ſub fidei conditione offert: (ita enim & Lex & Euangelium non vitā ſed mortem offerrent, quum nec facere nec credere per nos poſſimus) ſed diuerſo prorſus modo. Lex quippe facta exigit, nec facultatem faciendi præbere poteſt, ideóque in morte ægentes deſerit. Euangeliū verò per Spiritū Chriſti, quem ſecū habet adiunctū, fidem quā à nobis exigit, etiam donat electis: vt in Chriſto per eā apprehenſo iuſtificati ac ſanctificati, vitam æternā adipiſcamur. Itaque Euangelium viuificū, iuſtitiæ, vitæ, ſalutis, pacis, æternū denique dicitur. Hæc ego dicenda putaui vt ſemel explicarem totam hanc vtriuſque fœderis collationem, ab Origene præſertim fœdiſſimè obſcuratam, qui literæ appellatione, expoſitionem (quam vocant) literalem, Spiritus autem nomine allegorias intellexit.

7 Informatū, ἐντετυπωμένη. Id eſt impreſſum & inſculptū. Vulg. Deformata, ambiguè, nec ſatis etiam expreſſè: vt mirum non ſit veterum nonnullos Græcæ linguæ imperitia fuiſſe deceptos hoc in loco. Apparet autē vel ex hoc loco de ſolis cæremoniis hic non agi, ſed de Lege præſertim decalogi: ſiquidem hæc vna fuit in tabulis illis lapideis inſculpta, quæ eſſet cæterarum partium Legis fundamentum. Gloriоſum, ἐν δόξῃ. Vulgata & Eraſmus ad verbum, In gloria. Eſt autem Hebraiſmus quem expoſuimus prima Corinthiorum 15. v. 41. & In gloria hoc in loco, ſplendorem ac maieſtatem declarat, quæ quidem in Moſe corporalis fuit, in Chriſto verò ſpiritualis.

8 Miniſterium Spiritus, ἡ διακονία τοῦ πνεύματος. Id eſt miniſterium per quod Deus offert atque adeo tradit Spiritum, non modò non mortuum, ſed etiam viuificantem. Quum enim in ſuperiore verſiculo tria Legi tribuerit, nempe quòd eſſet mortifera, quòd in ſaxeis tabellis ſcripta, quòd temporarium eius miniſterium: antitheſin Euangelii nunc inſtituit, ſed ita vt maioris energiæ cauſa, ſingulis partibus ſigillatim applicet argumētum à comparatis ſumptum. Id verò niſi animaduertas, videbitur Apoſtolus primùm inſtitutam antitheſin nō abſoluere: deinde etiam τῶν μεταξὺ, quum tamen omnes partes inter ſe optimè cohæreant. Nam etſi in antitheſi collocat primo loco quod in altero comparationis membro medium locum tenebat, tamen id non poteſt facere vt vitioſa ſit collatio.

9 Gloriоſum, δόξῃ. Vulg & Eraſ. ad verbū, Gloria. Eſt autem Hebraica enallage appellatiui pro adiectiuo, vt infrà, 7. d. 14, cuius enallages etiam aliqua eſt emphaſis. Iuſtitiæ, τῆς δικαιοσύνης. Iuſtitiā Chriſti intelligit, cuius imputatione non modò non condemnamur, ſed etiam vt iuſti coronamur. Itaque vberior eſt antitheſis quàm ſi dixiſſet δικαιώσεως, abſolutionis: quanuis à remiſſione peccatorum noſtra iuſtitia pendeat.

Καὶ γὰρ οὐδὲ δεδόξασται τὸ δεδοξασμένον ἐν τούτῳ τῷ μέρει, ἕνεκεν τῆς ὑπερβαλλούσης δόξης.

10 Etenim quod glorificatum fuit, ne glorificatum quidem fuit hac in parte, *id eſt* quod ad ſuperantem gloriam attinet.

10 *Nam nec glorificatum eſt quod clarum, in hac parte, propter excellentem gloriam.*

Εἰ γὰρ τὸ καταργούμενον, διὰ δόξης· πολλῷ μᾶλλον τὸ μένον, ἐν δόξῃ.

11 Nam ſi quod aboletur, *fuit* glorioſum, multo magis eſt glorioſum id quod manet.

11 *Si enim quod euacuatur, per gloriam eſt, multo magis quod manet, in gloria eſt.*

Ἔχοντες οὖν τοιαύτην ἐλπίδα, πολλῇ παῤῥησίᾳ χρώμεθα.

12 Itaque quum eiuſmodi ſpem habeamus, multa in loquendo euidentia vtimur.

12 *Habentes igitur talem ſpem, multa fiducia utimur.*

Καὶ οὐ καθάπερ Μωσῆς ἐτίθει κάλυμμα ἐπὶ τὸ πρόσωπον ἑαυτοῦ, πρὸς τὸ μὴ ἀτενίσαι τοὺς υἱοὺς Ισραὴλ εἰς τὸ τέλος τοῦ καταργουμένου. Exod 34.d.34

13 Nec ſumus ſicut Moſes, qui imponebat velamẽ faciei ſuæ, ne intuerentur filii Iſrael in finem eius quod aboletur.

13 *Et non ſicut Moyſes ponebat uelamen ſuper faciem ſuam, ut non intenderent filij Iſrael in faciẽ eius quod euacuatur.*

Ἀλλ' ἐπωρώθη τὰ νοήματα αὐτῶν. ἄχρι γὰρ τῆς σήμερον τὸ αὐτὸ κάλυμμα ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς παλαιᾶς διαθήκης μένει, μὴ ἀνακαλυπτόμενον, ὅτι ἐν Χριστῷ καταργεῖται.

14 Itaque occalluerunt mentes illorum. Nam vſque ad diem hodiernum, in lectione Veteris Teſtamẽti manet non retectum velamen illud, quod per Chriſtum tollitur:

14 *Sed obtuſi ſunt ſenſus eorum. uſque in hodiernum enim diem idipſum uelamen in lectione Veteris teſtamenti manet nõ reuelatum, quoniam in Chriſto euacuatur.*

10 Hac in parte, ἐν τούτῳ τῷ μέρει. Hoc eſt quod dicimus in vernaculo ſermone En ceſt eſgard, vel en ceſt endroit. *Id eſt* quod ad ſuperantem gloriã attinet, ἔστιν δὲ ὑπερβαλλούσης δόξης. Hoc additũ eſt vt explicaret quid illud eſſet ἐν τούτῳ τῷ μέρει, hac in parte, ideo ſuppleuimus particulã exegeticã: quod multis aliis locis facere nõ dubitauimus, vt omnem ambiguitatem vitaremus. Vulg. & Eraſm. Propter excellentem gloriam, ne verbis quidem fideliter expreſſis. Neque enim ἔστιν idem declarat hoc in loco atque χάριν. i. gratia ſeu cauſa, vel διὰ id eſt propter, ſed Quod vel Quantũ attinet quem Helleniſmum ſanè elegantem mīror ab Eraſmo non fuiſſe animaduerſum. Sic Herodotus in Clio, τοῦτο δὲ τὸν διατελέουσι φυλάσσοντες κατήμενοι, τὸν φυλάσσοντες οὐκ ἔστιν ὅκως ἀποδιδράσκει τὴν χρεοσύνην. Id eſt, quod ad cuſtodem attinet, ſiue quantum in cuſtode ſitum eſt.

11 Quod aboletur, τὸ καταργούμενον. Quid igiturnum Lex abolitat ſanè quod ad ceremonias attinet, ceſſauit. Vtitur autem præſenti tempore, quoniam adhuc ſepeliebatur ſynagoga quum hæc ſcriberet Apoſtolus. Verùm ſuprà oſtendimus, de tota Lege, ac præſertim de decalogo id eſſe accipiendum. Sciendum eſt ergo Legem conſiderari non ſimpliciter, ſed cum ipſo Moſe eius miniſtro coniunctam, & quidem Euangelio oppoſitam: quo reſpectu ſanè dici poteſt, abolito Moſis miniſterio, eſſe abolita. At enim dices, Num hac in parte abolitum eſt Moſis miniſterium? Minimè verò. Semper enim ſunt homines ad Euangelium prædicatione Legis præparandi. Sed hoc dico, toties aboleri miniſterium Moſis, quoties figuratæ prædicationi Legis ſuccedit manifeſta Euangelii gratia. Glorioſum, διὰ δόξης. Vulg. Per gloriam. Atqui διὰ δόξης idem hic valet atque ἐν δόξῃ. Vide Rom. 4 b. 11.

11 Multa in loquendo euidentia, πολλῇ παῤῥησίᾳ. Vulg. Multa fiducia. Eraſ. Multa libertate. Neutra interpretatio (vt opinor) ſenſum Apoſtoli expreſſit. Neque enim παῤῥησία hoc in loco loquendi libertatem, ſed ipſius prædicationis perſpicuitatem & ἐνάργειαν declarat: quam Cicero euidentiã interpretatur. Quod enim Moſes vmbris obtectum indicauit, adeo vt in imas vſque partes intueri Iudæi non potuerint, quum eos quantuſcunque ille Moſis fulgor non illuſtraret, ſed excæcaret, Euangelium ita perſpicuè & euidenter declarat, vt noſtros oculos non perſtringat, ſed contrà, tenebras noſtras radiis ſuis diſcutiat. Sic etiam accipitur παῤῥησία, Marci 8. d. 32, & Iohan. 10. d. 24. Vtimur, χρώμεθα. Vulgata & Eraſmus, Vtamur, intempeſtiuè. Neque enim exhortatur, ſed miniſterium ſuum deſcribit Apoſtolus.

13 Nec ſumus ſicut Moſes qui imponebat, καὶ οὐ καθάπερ Μωσῆς ἐτίθει. Duplex eſt hoc in loco eclipſis, exHebræorum idiotiſmo: vna verbi ſubſtantiui, altera relatiui אשר. Poſtremò, Sumus ſicut Moſes, ſignificat tales eſſe qualis erat Moſes, vt Pſal. 32. c. 9. Vulg. & Eraſ. ad verbũ, Et nõ ſicut Moſes ponebat. Velamen, κάλυμμα. Hoc ſcribit Moſes Exo. 34. d. 33, his verbis, ויכל משה מדבר אתם ויתן על פניו מסוה. i. finem fecit Moſes loquendi cũ illis. Poſuerat autem ſuper faciem ſuam velum, quem locum integrum ideo citaui, quòd in omnibus quæ vidi exemplaribus adeo perperam ſit conuerſus vt videatur non poſſe cum hoc Pauli loco conciliari. Ne intuerentur, πρὸς τὸ μὴ ἀτενίσαι. De eo quod per hoc velamen ἀλληγορικῶς intelligitur, perinde loquitur Apoſtolus, ac ſi conſilium hoc, Moſis ipſius fuiſſet: quum ſatis conſtet eum nõ alia ratione illud adhibuiſſe quàm quòd faciei ipſius fulgorem non poſſent Iſraelitæ ſuſtinere. Sed Deus interim aliud adumbrabat, nimirum aliam eſſe clariorem expectandam notitiam: deinde pleroſque ne in huius quidem obſcura myſteria penetraturos. In finem eius, &c. εἰς τέλος τοῦ καταργουμένου. id eſt, In imas vſque partes miniſterii Moſis: pro quo dicimus in vernaculo ſermone, Iuſques au fond. Siue In finem, id eſt in ſcopum eius doctrinæ quam proponebat Moſes, volens eos ad Chriſtum adducere, ſed ita, vt exceptis iis per quos iam tum agebat, Spiritus gratia palàm poſtea per Euangelii miniſterium exhibita, tenebras intelligentiæ non adimeret, verùm aliis potius tenebris cumularet. Vulg. pro εἰς τέλος legit εἰς πρόσωπον, in faciem.

14 Itaq; occalluerũt, ἀλλ' ἐπωρώθη. Vul. Sed obtũſi ſunt, ἀλλ' ἐπηρώθη, non ſeruata metaphora. Eraſ. Sed obcæcati ſunt, ἀλλ' ἐπηρώθη, qua de re alibi diximus. Deinde poſcit ſententia vt ἀλλὰ pro ὅτι vel χωῦ accipiamus, enallage à Græcis etiã diſſertioribus interdũ vſurpata. Mẽtes, νοήματα. Vul. Sẽſus, διάνοιαι. Eraſ. Cogitationes, improprié. Neq; enim νοήματα vocat hoc in loco Apoſtol⁹ cogitationes, ſed mẽtes ipſas, de plurib⁹ videlicet loquẽs, vt rectè cõuertit Vet⁹ interp. infrà, 4. a. 4 Quod, ὅ, n. Vul. Quoniã. Nã hoc quoq; ferre poteſt ſentẽtia, vt ὅτι pro cõiũctione accipiatur. Ingreditur autẽ Paulus collationẽ Moſis cũ Chriſto. Moſes (inquit) velamẽ habuit quod Iſraelitas arceret ab ipſius miniſterii fine perſpiciẽdo: Chriſtus velamẽ illud ſuſtulit, vt retecta facie Dei,

gloriam ſpectãtes, in eam tranſformati, alios illuſtraremus. Itaque iſtos non mirum eſt excutere, quum noluit in eum intueri, à quo vno tollitur hoc velamen.

Αλλ' ἕως σήμερον, ἡνίκα ἀναγινώσκεται Μωσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται.

15 Sed ad hunc vſque diẽ quum legitur Moſes, velamen cordi eorum impoſitum eſt.

15 *Sed uſque in hodiernũ diem, quum legitur Moyſes, uelamen poſitum eſt ſuper cor eorum.*

Ηνίκα δ' ἂν ἐπιστρέψῃ πρὸς Κύριον, περιαιρεῖται τὸ κάλυμμα.

16 Poſtquam autem conuerſum fuerit ad Dominum, tolletur velamen.

16 *Quũ autẽ conuerſi fuerint ad Dominum, auferetur uelamen.* Iob.4.c.14

Ο δὲ Κύριος τὸ Πνεῦμά ἐστιν· οὗ δὲ τὸ πνεῦμα Κυρίου, ἐκεῖ ἐλευθερία.

17 Dominus verò, Spiritus ille eſt: vbi autem Spiritus ille Domini, illic libertas.

17 *Dominus autẽ Spiritus eſt: ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas.*

Ημεῖς δὲ πάντες ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμενοι, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου πνεύματος.

18 Nos autem omnes retecta facie gloriam Domini vt in ſpeculo intuentes, in eandem imaginem tranſformamur ex gloria in gloriam, ſicut à Domini ſpiritu.

18 *Nos uerò omnes reuelato facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandẽ imaginẽ tranſformamur à claritate in claritatẽ, tãquã à Domini Spiritu.*

16 Conuerſum fuerit, ἐπιστραφῇ. Vulg. Conuerſi fuerint, videlicet Iſraelitæ. Eraſ. Conuerſus fuerit, nimirum Iſrael. Neque enim noua eſt hæc numeri mutatio propter collectiuum nomen, vt Mat. 1. d. 21, & ſuprà, 2. c. 11, quum præceſſiſſet οὐκ εἶδον Τρωικὰ, ſubiungit verſu 13, ἀλλ' ἔκλασεν ἄχρις αἰῶνος. Auguſtinus bis aduerſus Fauſtũ citans hunc locum, interpretatus eſt ἐπιστράφῃ ſecunda perſona paſſiua, Trãſieris: ſed perperam, quanuis pia atque adeo par ſit ſententia. Sunt qui Moſen repetant ἐκεῖνος, id eſt Legem. Mihi autem videtur nouum hoc dicendi genus, vt dicatur Lex ad Dominum conuerſa. Neque verò neceſſe eſt vt diutius hic laboremus, quum, (meo iudicio) nihil poſſit accõmodatius repeti quàm quod eſt in proximo, nimirum καρδία αὐτῶν, id eſt cor eorum. Vbique enim occurrit hæc formula loquendi: eclipſis etiam molliſſima eſt, & appoſitiſſimam ſententiam gignit: quum velamen non fuerit ipſi Legi, ſed Iſraelitis poſitum, ideóque his ipſis, non illi detrahendum.

Dominus verò, Spiritus ille eſt, ὁ δὲ Κύριος τὸ Πνεῦμα ἐστι. Additus articulus vim habet ἀφορισικὴν, vt intelligamus de eo Spiritu differi cuius ante meminerat, quum Literæ oppoueret, vt Chriſtus dicatur eſſe Spiritus ille, id eſt is qui tollit velamen, in cordibus noſtris agens: ſicut etiã Lex externa eò nos vocabat, ſed fruſtra, quũ mortuis loquatur, donec iſto Spiritu ſimus viuificati. Illic libertas, ἐκεῖ ἐλευθερία. Hic quoque dicã in lectoris gratiam quid mihi in mentem venerit, propius in hunc locum intuenti. Alludit, opinor, Apoſtolus ad velaminis vſum, quatenus ſubiectionis ſymbolũ erat, de quo diximus 1. Cor. 11. b. 10. idque ita eſſe apparet ex eo quòd meminit retecti capitis in proximo verſiculo. Sed & 7. ad Rom. cap. conditionem hominis non regenerati comparat coniugio, cuius vinculum ſit Lex, vt copioſè illic expoſuimus: ac præſertim Rom. 6. c. 14. quò etiam pertinet illud Chriſti dictũ Iohan. 8. e. 36, Si vos Filius vindicarit, verè liberi eritis. Sed quum multiplici ratione dici poſſimus à Legis imperio liberati, ſpectandum qua de re hic agat Apoſtolus, nempe de viuificatione per Spiritum ex Euangelii prædicatione. Libertas igitur hoc loco dicitur primus ille gradus ad viuificationem, id eſt conditio illa filiorum Dei, quibus exemplum eſt velamen cordis, ſeruitus nimirum illa miſera cæcitatis, & iugũ illud tenebrarum: quod vnius hominis peccato nobis impoſitum, Lex non modò non alleuabat, ſed etiam altero iugo aggrauabat. Denique hoc ipſum eſt quod ait Propheta, Cor lapideum tollere, & carneum dare: cor illuminare, cor conuertere, lucem videre, & ſimilia omnia quibus prima illa gratiæ Dei per Chriſtum vis ſignificatur, illa inquam nos reddens ad tantam aſpiciendam lucem Euangelii idoneos. Sed notemus, quanuis hæc communia ſint omnibus fidelibus, hîc tamen agi peculiariter de Verbi miniſtris.

18 Retecta facie, ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ. Non potuit Paulus aut breuius aut diuinius omnes in nobis gratiæ Dei progreſſus explicare: quanuis hoc in loco propriè de miniſterii munere differat, ad quod etiam iſta peculiariter ſunt applicanda: vt hic planè (quod aiunt) crucem fixerit Sophiſtis. Primùm omniũ igitur gratia Dei in Chriſto nobis velamen adimit, id eſt tenebras illas denſiſſimas quibus vndique obſepti eramus: dein de receptis iam oculis ad tantam lucem minimè caligantibus, ſed vltro etiam eam appetentibus, offertur nobis Chriſtus: in quo, non ſicut olim in Moſe, ſed tanquam in limpidiſſimo ſpeculo & vera Patris imagine, Deã intuearmur. Neque verò ſplendore iſtius ſpeculi offendimur, ſed contrà allicimur, magis ac magis in illud intuentes, donec ab ipſo veluti abſorpti, in eam imaginem tranſformemur, id eſt fiamus & ipſi eius ſplendoris participes, ac tanquam ſecundariæ quædam imagines, ex illorum radiorum veluti reflexione. quod ſignificat Apoſtolus quum inquit ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, i. à gloria in gloriam: nimirum gloriæ illius participatione facti & ipſi glorioſi. Declarat enim Apoſtolus tranſformationis myſterium, niſi malimus hoc accipere de noſtra viuificatione ſuis gradibus perficienda. Manant autem hæc ab vno Dei Spiritu, per miniſtros agentis: nequis ſibi quicquam hîc tribuat, aut fieri hæc non poſſe putet. Quid enim tanto opifici difficile? Sed hoc (vt dixi) miniſtris & vnctis Domini peculiariter competit: in quibus tanquam alteris ſpeculis (illa tamen vera luce illuſtratis, non ſua ipſorum vi collucentibus) Chriſti ſplendorem illum concipiamus, qui nos magis ac magis per ipſorum miniſterium allectos illuſtrat. Vnde etiam lux mundi appellatur. Vt in ſpeculo intuentes, κατοπτριζόμενοι. Vulg. Speculantes, impropriè, quum hoc verbum à ſpecula potius quam à ſpeculo, deducatur. rectius tamen quàm Eraſmus, qui paſſiua ſignificatione conuertit In ſpeculo repræſentantes. Cæterùm vocat ſpeculum Apoſtolus, Deum in carne manifeſtatum, qui nobis in ipſius Euangelio ſpectandus proponitur, & Moſi velato opponitur. Alibi vtitur hac ſimilitudine, nempe 1. Cor. 13. d. 12, ſed diuerſo prorſus fine. Illic enim notitiam Dei quam nunc habemus, comparans cum futura longè perfectiore, dicit nos non plenè Deum ipſum, qualis eſt, ſed quaſi in ſpeculo imaginem eius quandam conſpicere. Hîc verò notitiam noſtram per Euangelium, non per partes, ſed ſemel totam conſiderans, conferéníque cum cognitione ex Lege, opponit velatæ Moſis faciei, limpidiſſimum Chriſti ſpeculum. quod rurſus meminerimus peculiariter applicandum eſſe miniſtris, de quorum muneris præſtantia differit Paulus. Sicut à Domini Spiritu, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου πνεύματος. Iterum καθάπερ hoc in loco non declarat comparationem, ſed congruentiam, ipſámque adeo rei veritatem, quod diximus ab Hebræis vocari כאשר ſuprà, capite 2. c. 17. Cur autem hoc addiderit Paulus,

diximus paulo ante. Erasmus duas alias interpretationes adfert, nempe A Domino Spiritus, & A Domino Spiritu: quā posteriorē sequuntur nonnulli veteres aduersus Arrianos & Pneumatomachos, vt Chrysost. in hūc locū, & Basil. de Spiritu sancto. ad Amphilochium cap. 21. Ego eam sequutus sum quā omnium simplicissimam putaui.

Κεφάλαιον ιδ΄

Διὰ τοῦτο ἔχοντες τὴν διακονίαν ταύτην, καθὼς ἠλεήθημεν, οὐκ ἐκκακοῦμεν.

Ἀλλ' ἀπειπάμεθα τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης, μὴ περιπατοῦντες ἐν πανουργίᾳ, μηδὲ δολοῦντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τῇ φανερώσει τῆς ἀληθείας συνιστῶντες ἑαυτοὺς πρὸς πᾶσαν συνείδησιν ἀνθρώπων, ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.

Εἰ δὲ καὶ ἔστι κεκαλυμμένον τὸ εὐαγγέλιον ἡμῶν, ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις ἐστὶ κεκαλυμμένον.

Ἐν οἷς ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ, ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ.

CAP. IIII.

1 PRopterea quum ministeriū hoc habeamus ᵛ prout misericordiam consequuti sumus, non ᵛ segnescimus:

2 Sed abdicauimus ᵛ turpitudinis tegumenta, non incedentes ᵛ cum calliditate, neque ᵛ falsantes sermonem Dei, sed declaratione veritatis commendantes nosipsos apud omnem cōscientiam hominum, in conspectu Dei.

3 Quòd si tectum Euangelium nostrum, iis qui pereunt tectum est.

4 In quibus ᵛ Deus huius seculi excæcauit ᵛ mentes, ᵛ id est infidelibus, ne irradiet eos ᵛ lumē Euangelii gloriæ Christi, ᵛ qui est imago Dei.

CAP. IIII.

1 *Deo habentes hanc ministrationē, iuxta quod misericordiam consecuti sumus, non deficimus:*

2 *Sed abdicamus occulta dedecoris, nō ambulātes in astutia, neque adulterantes uerbum Dei, sed in manifestatione ueritatis, commendātes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo.*

3 *Quòd si etiam opertū est Euangelium nostrum, in iis qui pereunt est opertum.*

4 *In quibus Deus huius seculi excæcauit mentes infidelium, ut non fulgeat eis illuminatio Euangelij gloriæ Christi, qui est imago Dei.*

IN CAPVT IIII.

1 Prout misericordiam consequuti sumus, καθὼς ἠλεήθημεν. Vetus interpres legit Secūdum quod, καθ' ὅ. Vtcunque autem legas, omnia hic accepta refert Paulus gratiæ ac misericordiæ Dei, ne se videatur efferre, quum Deum potius prædicet. Neque id verò duntaxat tribuo Pauli modestiæ, cum Erasmo, sed omnino ita faciendū fuisse dico. Segnescimus, ἐκκακοῦμεν. Id est, malis & afflictionibus fracti cedimus. Pertinet enim hoc ad ærumnas, vt apparet ex versu 16. Vide Luc. 18. a. 1. Vulg. Deficimus, sensu rectè expresso. Eras. Degeneramus, hoc referens ad Mosis ceremonias, quibus neglectis liberè prædicaret Euāgelium: quæ certè sunt ἀσυμφυΐαι. Ambrosius legit, Non deficiamus, hortandi modo, μὴ ἐκκακῶμεν, non satis etiam appositè. Describit enim ministerii sui virtutem Paulus, quam ex eo ipso asserit vnde ipsius oppugnandi occasionem capiebant aduersarii, nimirum ex ærumnis quibus erat obnoxius.

2 Turpitudinis tegumenta, τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης. Id est, quascunque latebras captant homines quibus sua probra operiant, vt versutias & fraudum omne genus, à quo procul absumus: vel, indecoras latebras, id est non conuenientes iis qui tantæ dignitatis ministerium tractant, sed probrosis potius hominibus. Eorum enim est lucem fugere. Vulg. Occulta dedecoris. Eras. Occultamēta dedecoris. Cum calliditate ἐν πανουργίᾳ. Vulg. In astutia. Eras. Per astutiam. Vide Luc. 20. d. 23. Falsantes, δολοῦντες. Vulg. non ineptè, Adulterantes. Hic enim dolum vocat omne illud fraudis genus quo vtuntur qui merces adulterant, vt idem declaret δολοῦντες atque καπηλεύοντες suprà, 2. d. 17. Erasmus, Dolo tractantes.

3 Est, ἐστί. Vulg. Etiam est. Eras. Adhuc est. Atqui abundat καί, vt diximus 1. Cor. 15. d. 29.

4 Deus huius seculi, ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου. Id est, Is cui se veluti Deo māciparunt huius seculi homines, Christum vltro ignorantes. Nam Iudæos præsertim (vt opinor) perstringit, qui oblatum Euangelium inuicta peruicacia respuebant. Is autem est Satan qui à Domino dicitur princeps huius mūdi, Ioh. 12. e. 31, & 14. d. 30, & Ephes. 6. b. 12: vt planè mirer veteres nonnullos in explicando hoc loco aduersus Manichæos & Arrianos laborasse. Neque enim ex his effici magis potest hunc esse reuera aliquem alterum aut secundarium Deū, quàm ex eo quod de ventre dicitur Phil. 3. d. 19. Non est igitur quod αἰῶνος τούτου referamus vel ad νόημα, cum Hilario, vel ad τοὺς ἀπίστους, cum Irenæo, libri aduersus hæreses tertii cap. 7. cui assentiuntur Græca scholia, vt si scriptum esset, Mentes infidelium huius seculi. Citatur tamē in scholiis vera Cyrilli expositio, ad Satanam hoc referentis. Mentes, τὰ νοήματα. Eras. Sensus, quam tamen interpretationem reprehēdit suprà, 3. d. 14. Vide eum locū. Id est infidelibus, τῶν ἀπίστων. Vulg. Infidelium. Eras. Incredulorum. Vterque Hebraismum retinuit, à quo Latini prorsus abhorrent, Græci non item: vt alibi ostēdimus ex Herodoto, qui pleonasmo relatiui gaudet, expresso antecedente. Sed tamen quædam hic est potius Hebraismi imitatio quàm integer Hebraismus. Dicendū enim fuisset αὐτῶν, sed loco relatiui Paulus ipsum antecedens posuit, simul explicans quos vocarit ἀπολωλότας: obiter (vt opinor) perstringens Iudæos peruicaces. Ne irradiet eos, μὴ αὐγάσαι αὐτούς. Sic legēdum puto potius quàm αὐτοῖς tertio casu, quòd sic construi soleat hoc verbum. Ambrosium quoque apparet sic legisse, vt annotat Erasmus, sed nonnihil diuersa constructione: ita videlicet vt αὐτούς à parte anteriore construatur, & αὐγάσαι, aut potius διαυγάσαι, (vt in quibusdam etiam Græcis codicibus legitur) pro διαφῦσαι accipiatur. Vertit enim, Vt non peruideant lumen Euangelii. quæ declaratio mihi quoque non displicet, & eodem recidit. Vulg. Vt nō fulgeat eis. Eras. Ne illucesceret illis. Lumen Euangelii, &c. τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ. Id est, lumē perspicuæ ac illustris prædicationis quæ annuntiatur gloria Christi, seu gloriosus Christus: seu, quæ prædicatio est gloria Christi: quæ omnes interpretationes eōdem recidunt, & optimè cohærent cum eo quod sequitur de Christi dominio: vel, Lumen gloriosi Euangelii Christi: quæ interpretatio ab aliis non procul recedit. Vulgata, Illuminatio Euangelii.

Qui eſt imago Dei, ὃς ἐστὶν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ. Id eſt, in quo ſeipſum conſpiciendum præbet Deus, vt 1. Tim. 3. 16. Neque enim Dei imaginem nunc vocat Paulus Chriſtũ, alio quàm officii ipſius reſpectu: vt planè ſint ἀφορισθέντα quæ nonnulli ex veteribus hoc loco ἀπὸ τοῦ κόσμου diſſeruerunt. Cæterùm in Complut. & aliis præterea duobus additur epitheton ἀόρατον. i. inuiſibilis, fortaſſis ex Coloſ. 1. b. 15. quanquã id videri poſſit hoc etiã loco minimè otioſũ, vt indicetur, Deũ alioquin ſuapte natura incõſpicuũ, in Chriſti carne tamen conſpici.

Οὐ γὰρ ἑαυτοὺς κηρύσσομεν, ἀλλὰ Χριστὸν Ἰησοῦν Κύριον· ἑαυτοὺς δὲ, δούλους ὑμῶν διὰ Ἰησοῦν.

5 Non enim noſipſos prædicamus, ſed Chriſtum Ieſum Dominum: nos autem, ſeruos veſtros propter Ieſum.

5 *Non enim noſmetipſos prædicamus, ſed Ieſum Chriſtum Dominum: nos autem, ſeruos veſtros per Ieſum.*

Ὅτι ὁ Θεὸς ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι, ὃς ἔλαμψεν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, πρὸς φωτισμὸν τῆς γνώσεως τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ ἐν προσώπῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

6 Quoniam Deus ‖ qui dixit vt è tenebris lux ſplendeſceret, *is eſt* qui ſplenduit in cordibus noſtris, ad *præbendum* lumẽ cognitionis in facie Ieſu Chriſti.

6 *Quoniam Deus qui dixit de tenebris lucẽ ſplẽdeſcere, qui illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei in facie Chriſti Ieſu.* Gen. 1. d. 3

Ἔχομεν δὲ τὸν θησαυρὸν τοῦτον ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν, ἵνα ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως ᾖ τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ ἐξ ἡμῶν.

7 Habemus autem theſaurum hunc in teſtaceis vaſculis, vt eius virtutis præſentia, ſit Dei, & non ex nobis:

7 *Habemus autẽ theſaurum iſtum in ſictilibus: vt ſublimitas ſit virtutis Dei & non ex nobis.*

Ἐν παντὶ θλιβόμενοι, ἀλλ' οὐ στενοχωρούμενοι· ἀπορούμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι·

8 Dum in omnibus premimur, at non coarctamur: hæſitamus, at non prorſus hæremus.

8 *In omnibus tribulationẽ patimur, ſed nõ angũſtiamur. aporiamur, ſed non deſtituimur:*

Διωκόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐγκαταλειπόμενοι· καταβαλλόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἀπολλύμενοι·

9 Perſequutionem patimur: ſed in ea non deſerimur: deijcimur, at non perimus:

9 *Perſequutionem patimur, ſed non derelinquimur: deijcimur, ſed non perimus.*

5 Propter Ieſum, διὰ Ἰησοῦ. Ideſt, Vt hunc ipſum Ieſum vobis prædicemus. Nam ſi ſui lucri cauſa prædicaſſent, ſeipſos prædicaſſent: ſin Corinthiis ſeruiſſent ipſorum cauſa, fuiſſent αὐθωμότατοι, vt Epheſ. 6. a. 6. Verè igitur vnum Chriſtum prædicabant Dominum, cuius cauſa non recuſarent omnibus ſeruire. Vulg. Per Ieſum, διὰ Ἰησοῦ, id eſt à Ieſu delecti ad hanc functionem, ſiue Ieſu auſpiciis. In vno vetuſto codice ſcriptum inuenimus διὰ Χριστοῦ, per Chriſtum.

6 Qui dixit, εἰπών. Id eſt, qui ſolo verbo fecit. Alludit enim proculdubio ad lucis creationem αἰαγωγὴν τῶν. Dicere autem pro iubere, accipitur quidem Hebræorum more, ſed videtur magnam quandam emphaſin habere hoc in loco & ſimilib⁹. Splẽduit in cordib⁹ noſtris, ἔλαμψεν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν. Illuxit, inquit Paulus, cordibus noſtris, (id eſt eorum qui propter Chriſtum veſtri ſerui ſumus) vt eam poſtea vobis impertiremus. Ideo Dominus ſuos vocat lucem mundi, Matth. 5. b. 14. De miniſtris autem differi iam inde à cap. 2. d. 14, vſque ad 6. c. 11, mecum (vt ſpero) fatebitur quiſquis propius ſingula conſiderarit: quanuis nonnulla aſpergat quæ ad totã Eccleſiam pertinere poſſint, vt. 3. d. 17 & 18. ſed non ita multa, & quæ etiam miniſtris propriè ſint applicanda, ne Paulus à ſcopo videatur aberrare. Ad *præbendum* lumen cognit. &c. πρὸς φωτισμὸν τῆς γνώσεως, &c. Id eſt, vt à Deo illuſtrati, viciſſim aliis eam lucẽ præbeamus. Lucem autem vocat cognitionem gloriæ Dei, id eſt Dei gloriam nobis ad contemplandum exhibitam in Chriſto per miniſterium. Vulgata & Eraſ. Ad illuminationẽ ſciẽtiæ ſeu cognitionis gloriæ Dei: quod eſt nimis ambiguè dictũ. Poſſet enim ſic accipi quaſi ipſa ſcientia gloriæ Dei eſſet illuminanda. Sed & illis non aſſentior qui φωτισμὸν accipiunt paſsiuè, quaſi dicas, Vt illuminemur cognitione gloriæ Dei. Sermo enim hic eſt inſtitutus (vt dixi paulo antè) ad declarandum miniſtrorũ Noui teſtamenti munus ac ſplendorem: & res ipſa oſtendit, (ſiquis præcedentia ac ſequentia conſideret) Paulum his verbis explicare partẽ ſuperioris verſiculi poſtremam, itémque illud quod propoſuerat in ipſo capitis initio. quæ probatione abſoluta, tranſit ad afflictiones cum miniſterio coniunctas, iiſque oſtendit miniſterii dignitatem non modò nõ imminui, ſed etiã vehemẽter amplificari. In facie, ἐν προσώπῳ. Valla & Stapulẽſis malunt interpretari In perſona: quod meritò diſplicuit Eraſmo. Alludit enim perpetuò in toto hoc ſermone Apoſtolus ad Moſis faciem illam non apertam, (vt clara eſſet Dei imago) ſed opertam.

7 Vt eius virtutis excellentia ſit Dei, ἵνα ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως ᾖ τοῦ Θεοῦ. Id eſt, Vt eius doni tam eximii præſtantiam omnes intelligant à Deo non à nobis manare. Vulg. Vt ſublimitas ſit virtutis Dei, quaſi ſit collocatum ſit ante τῆς δυνάμεως, contra Græcorum omnium codicum fidem. alioquin res eõdem recidit, ſi modò ὑπερβολὴ accipias κατὰ τὴν ὑπεροχὴν, vt ſubaudias pronomen ἡμῶν, noſtræ.

8 In omnibus, ἐν παντὶ. Heb. כל, de quo alibi diximus. Poſſumus etiã ſubaudire πόνῳ, & Paſſim interpreteris. Nõ coarctamur, οὐ στενοχωρούμεθα. Numeratur tamẽ & θλῖψις & στενοχωρία inter ſanctorũ ærũnas, Rom. 8. g. 5. & infrà 6. a. 4. Itaque hoc in loco exiſtimandum eſt non quanuis angũſtiam ſignificari, ſed eam ex qua elabi nõ poſſis. Vulg. Angũſtiamur, barbarè. Eraſ. Anxii reddimur, nõ ſeruata metaphora. Hæſitamus, at nõ prorſus hæremus, ἀπορούμεθα, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμεθα. De his duobus verbis diximus ſuprà capite 1. b. 8, vbi etiam dicit Apoſtolus ſe ἐξαπορηθῆναι. Sed hoc verbum ibi dextrè intelligendum eſt, vt doctè explicat Baſilius ἐν τοῖς ὅροις κατ' ἐπιτομὴν. quæſtione 170. nempe quod ad humana præſidia, & quãtum ipſe Paulus eo tempore poterat iudicare. Neque enim vnquam ei præſidium Dei defuit, & eo ipſo tempore Dominus illum iis rationibus liberauit quas Paulus coniicere non potuiſſet. Itaque hæc inter ſe non pugnãt. Vulgata, Prorſus nouè, Aporiamur, ſed non prorſus deſtituimur. Eraſmus. Laboramus, at non deſtituimur. Budæus, Egentes, at non egeſtati ſuccumbentes. Ego malui de omni difficultate hæc accipere, ſimúlque ſtudui paronomaſiam Græcam repræſentare.

9 In *ea* non deſerimur, οὐκ ἐγκαταλειπόμεθα. Vulg. Derelinquimur. Eraſmus rectè expreſſit præpoſitionem ἐν. Cæterùm quod hic adiicitur in aliquibus veteris editionis codicibus, Humiliamur, ſed non confundimur, ταπεινούμεθα, ἀλλ' οὐκ αἰσχυνόμεθα, in nullis Græcis exemplaribus inuenimus.

Deſicimur, ἀπορούμεθα. In quibuſdam Latinis codicibus præcedit, Humiliamur, ſed nō confundimur. quod non eſt in Græcis nec in vetuſtis etiam Latinis exemplaribus.

Παντοτε τὴν νέκρωσιν τοῦ Κυρίου Ιησοῦ ἐν τῷ σώματι περιφέροντες, ἵνα καὶ ἡ ζωὴ τοῦ Ιησοῦ ἐν τῷ σώματι ἡμῶν φανερωθῇ.

10 Quólibet mortificationem Domini Ieſu in corpore circūferentes, vt etiam vita illa Ieſu in corpore noſtro manifeſta fiat.

Semper mortificationem Ieſu Chriſti in corpore noſtro circunferentes, ut & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris.

Αεὶ γὰρ ἡμεῖς οἱ ζῶντες, εἰς θάνατον παραδιδόμεθα διὰ Ιησοῦν, ἵνα καὶ ἡ ζωὴ τοῦ Ιησοῦ φανερωθῇ ἐν τῇ θνητῇ σαρκὶ ἡμῶν.

11 Semper enim nos qui viuimus, morti tradimur propter Ieſum, vt etiam vita Ieſu manifeſta fiat in mortali carne noſtra.

Semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Ieſum: ut & vita Ieſu manifeſtetur in carne noſtra mortali.

Ὥστε ὁ μὲν θάνατος ἐν ἡμῖν ἐνεργεῖται, ἡ δὲ ζωὴ ἐν ὑμῖν.

12 Itaque mors quidem in nobis agit, vita verò in vobis.

Ergo mors in nobis operatur, vita autē in vobis.

Ἔχοντες δὲ τὸ αὐτὸ πνεῦμα

13 Et quia habemus eundē Spiri

Habētes autē eūdē Spiri

10 Quolibet, πάντοτε. id eſt ἀεί. Ita enim optimè conueniet participium περιφέροντες, circunferentes, id eſt, quocunque venimus paratam nobis crucem inuenientes, quaſi eam circunferamus nobiſcum. Vulgata & Eraſmus, Semper, quod tamen tolerari poteſt, quum ſequatur ἀεί. Mortificationem, τὴν νέκρωσιν. Sic vocat Paulus miſeram illam conditionem fidelium, ac præſertim miniſtrorum (de his enim propriè agitur) qui quotidie (vt ait Dauid) occidūtur, quaſi deſtinationem ad eædem dicas: additúrque Domini Ieſu, vel, (vt legit Vetus interpres) Ieſu Chriſti, tum vt declaretur cauſa propter quam mundus nos ita perſequitur, tum etiam quia hac quoque in parte Chriſto capiti ſumus cōformes, Chriſtúſque adeo ipſe quodammodo in nobis afficitur. Ambroſius maluit mortem interpretari, nempe quia in altero membro fit mentio vitæ Chriſti. At ego, ſi libuiſſet à Pauli verbis diſcedere, eædem potius expoſuiſſem: quia non temere Paulus νέκρωσιν maluit ſcribere quàm θάνατον, quoniam etiam Chriſtus hic conſiderandus nobis eſt non vt ſimpliciter mortuus ſed vt interemptus. Verùm vt modo dixi, νέκρωσις nec mortem nec eædem hic ſignificat, ſed conditionem illam quotidianis mortibus obnoxiam, qualis etiam fuit Chriſti ad tempus: denique ſummā imbecillitatem declarat, ſicut Paulus idē vocabulum vſurpat Rom. 4. d. 19, de Saræ vulua loquens ad concipiendum prorſus effœta, & viribus omnibus deſtituta. Huic autem opponitur vita eiuſdem Chriſti, de qua dicemus proxima annotatione. Fortaſſis hoc diſcrimen non ineptè aliquis obſeruarit inter מוֹת & המה, vt Pſal. 79. d. 11. Vt etiam vita, ἵνα καὶ ἡ ζωή. Videbatur poſcere ratio collationis vt potius ſcriberetur ἡ ζωοποίησις, id eſt viuificatio. ſed Paulus hoc modo expreſſius loquitur, cauſam videlicet nominās ipſius effectus loco. Vnde enim felix illa & planè diuina miniſtrorum fidelium virtus mortificationi ex diametro oppoſitarqui fit, inquam, vt per mille mortes inuicti & intrepidi, victores denique ad metam, ſua functione perfuncti, euadant? Nempe ex vita .i. Spiritu ſeu vigore illo Ieſu Chriſti qui morti ipſi dominatus eſt, qui vigor in illorum etiam mortalibus & infirmis vaſculis ineſt, vt 1. Tim. 1. d. 14. & tum demum ſeſe exerit quum à contraria mortificatione laceſſitur: alioquin ita latēs vt cognoſcendus nō fuerit. imò verò infirmitatibus acuitur, & magis ac magis perficitur, vt alibi tradit Apoſtolus. Hinc illa reſurrectio de qua dicemus infrà, ver. 14: id eſt liberatio ex tot mortibus, vt ſuprà, 1. b. 10. Quanuis enim hæc viuificatio in ſuprema demum reſurrectione ſit perficiēda, tamen de ea reſurrectione non agi hoc in loco, liquere poteſt ex ipſo Apoſtoli ſcopo. Neque enim aliud ei propoſitum eſt quàm docere, perpetuis illis ærumnis non redditi vilius Euangelii miniſterium, ſed contrà dignitatem illius ac robur verè diuinum, in Chriſto palàm toti mundo ſpectandum proponi. Pertinet igitur ad hanc vitam iſta ſpiritualis reſurrectio, ſiue huius latentis vitæ declaratio, cuius tamen complementum in vltimum illum diem differtur, quo ipſa etiam corpora in gloriam abſorpta morte reſurgent.

11 Nos qui viuimus, ἡμεῖς οἱ ζῶντες. Id eſt, nos qui vita illa præditi ſumus. Quid ſi verò exponas, Dum viuimus? Vereor vt repugnet articulus. Deinde (vt mihi videtur) inanis eſſet, atque adeo propter additam particulam cauſalem γὰρ, non ſatis apta repetitio ſuperioris ſententiæ. Itaque rurſum conſtituo, hic non agi de illa corporali reſurrectione à mortuis, ſed de perduratione in tot præſentibus pro Chriſto periculis, vt dignitatem miniſterii crux ipſa hic quoque commendet. In mortali carne noſtra, ἐν τῇ θνητῇ σαρκὶ ἡμῶν. Id eſt, in carne noſtra quantumlibet mortali, non autem quæ mortalis eſſe deſierit. Vocat autem mortalem, non ob conditionē illam omnibus cōmunem de qua Heb. 9. g. 27: ſed illam mortificationem reſpiciens quam deſcripſit ver. 8 9 & 10, quam etiam ob cauſam vaſculis teſtaceis corpora miniſtrorum peculiari ratione comparauit, quanuis alioqui doctrina iſta ſit toti Eccleſiæ communis

12 Itaque mors quidem, ὥστε ὁ μὲν θάνατος. Id eſt, Itaque nos miniſtri non aliter morte illa quotidiana viuimus quàm vos vita viuitis, qui videlicet in veſtris rebus proſperis vitam veſtram collocatis. Verùm hoc fortaſſis ſubtilius eſt, quanuis non malè conueniat ſuperiori antitheſi. Et præterea haud ſatis ſcio an tā acerba támque mordax reprehenſio huic Epiſtolæ conueniat, quum in hac ſtuduerit ſuperioris amarulentiam temperare. quod enim infrà, 12. f 10, & 21, & vltimo capite, nonnihil videtur aſperè loqui, exiſtimo ab eo de induſtria in extremam partem eſſe reiectum, poſtquam ſui miniſterii dignitatem ſatis aſſeruiſſet. Itaque ob eam etiam cauſam non facilè admiſerim illam ironiam, aut παραφρασιν potius, hoc in loco. Mihi magis placet eorū ſententia qui perinde hoc accipiunt acſi dixiſſet Apoſtolus, Noſtra igitur eſt afflictio, veſtrum autem eſt cōmodū: vt vos quaſi ex noſtra morte viuatis, ad quos redit noſtrarū ærumnarū fructus. quod poſtea explicabit ver. 15, & iā attigit ſuperiore verſiculo quū diceret ἵνα φανερωθῇ, vt declaretur. Sed notādū eſt quod dixi ὁ θάνατος ἐνεργεῖται, mors agit. Ita enim hanc mortē quotidianā oſtendit & ipſis miniſtris & toti Eccleſiæ eſſe, (vt ita dicā) vitalem vt quæ latentem illum Chriſti vigorem non extinguat, vt alioqui mors ſolet, ſed excitet potius ac foueat.

14 Et quia habemus, ἔχοντες δὲ. Particula δὲ hoc in loco non eſt aduerſatiua, ſed potius ſententiam nectit. Ideo conuertimus potius per Et, quàm per Autē, vel Verò. Deinde participium ἔχοντες continet αἰτιολογίαν. Vulgata, Habentes autem. Eraſmus, Cæterùm quum habeamus. Eundem Spiritum fidei, τὸ αὐτὸ πνεῦμα τῆς πίστεως. Id eſt, eandem fidem ex eiuſdem Spiritus afflatu & dono. Sic enim alibi diximus nomen Spiritus ex Hebræorum conſuetudine vſurpari, vt Eſa. 11. a. 2.

τῆς πίστεως· κατὰ τὸ γεγραμμένον, Ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα· καὶ ἡμεῖς πιστεύομεν, διὸ καὶ λαλοῦμεν.

tum fidei: ᵀsecundum illud quod ſcriptum eſt, ‖Credidi, & ideo loquutus ſum: nos quoque credimus, quamobrem etiam loquimur.

tem fidei: ſicut ſcriptũ eſt. Credidi, propter quod loquutus ſum: & nos credimus, propter quod & loquimur. Pſal.116.b.10

Εἰδότες ὅτι ὁ ἐγείρας τὸν Κύριον Ἰησοῦν, καὶ ἡμᾶς διὰ Ἰησοῦ ἐγερεῖ, καὶ παραστήσει σὺν ὑμῖν.

14 Scientes fore vt qui excitauit Dominum Ieſum, nos quoque ᵀper Ieſum excitet, ᵀ& ſiſtat vobiſcum.

14 Scientes quoniam qui ſuſcitauit Ieſum, & nos cum Ieſu ſuſcitabit, & conſtituet nobiſcum.

Τὰ γὰρ πάντα δι' ὑμᾶς, ἵνα ἡ χάρις πλεονάσασα, διὰ τῶν πλειόνων τὸ εὐχαριστίαν περισσεύσῃ εἰς τὸ δόξαν τοῦ Θεοῦ.

15 Nã hæc omnia propter vos, vt ᵀgratia illa copioſiſſima, pluribus gratias agentibus, redundet in gloriam Dei.

15 Omnia enim propter nos, vt gratia abũdans per multos, in gratiarũ actione abundet in gloriam Dei.

Διὸ οὐκ ἐγκακοῦμεν, ἀλλ' εἰ καὶ ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος διαφθείρεται, ἀλλ' ὁ ἔσω ἡμῶν ἀνακαινοῦται ἡμέρα καὶ ἡμέρα.

16 Propterea non ſegneſcimus: ſed etiamſi externus homo noſter corrumpitur, internus tamen ᵀrenouatur ᵀquotidie.

16 Propter quod non deficimus: ſed licet is qui foris eſt noſter homo corrumpitur, tamen is qui intus eſt renouatur de die in diem.

Τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν, καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται ἡμῖν·

17 ᵀMomentanea enim leuitas oppreſſionis noſtræ, excellenter excellenter æternum ᵀpondus gloriæ ᵀconficit nobis,

17 Id enim quod in præſenti eſt, momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ ᵀperficit operatur nobis:

Μὴ σκοπούντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα· τὰ γὰρ βλεπόμενα, πρόσκαιρα· τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα, αἰώνια.

18 Dum non ſpectamus ea quæ cernuntur, ſed ea quæ non cernuntur. nam quæ cernuntur, temporaria ſunt: at quæ non cernuntur, æterna.

18 Non contemplantibus nobis quæ uidentur, ſed quæ non uidentur. quæ enim uidẽtur, tẽporalia ſunt: quæ autem non uidentur, æterna ſunt.

Secundum illud quod ſcriptum eſt, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Perinde hoc accipiendum eſt acſi diciſſet, Quia habemus eundem Spiritum fidei, atque is de quo ſcriptum eſt.

14 Per Ieſum, διὰ Ἰησοῦ. Vulgata, Cum Ieſu. Ita etiam Ambroſius, & in vno Græco exemplari ita legimus, ſed repugnantibus reliquis ſummo conſenſu. nec ſanè poſſum eam lectionem admittere. Et ſiſtat vobiſcum, καὶ παραστήσει σὺν ὑμῖν. Id eſt, nos liberatos ſiſtat vobis præſentes. Nam de ſuo ad eos aduentu loqui Apoſtolum, apparet ex verſu ſequenti, quem etiam inchoat à particula cauſali. Itaque non poſſum nunc quidem aliter ſtatuere quàm reſurrectionem hîc figuratè vocari liberationem ex iis periculis, quibus ſimili prorſus ratione nomen mortis tribuerat in ſuperiore tractatione, vt ſuprà, 1.b.10, & 11. vbi eandem prorſus ſententiã expreſſit: quanuis tandem ad reſurrectionem illam ſupremam delabatur. Eraſmus retulit ad Iudæorum & Gentium coniunctionem in Chriſto, quod non videtur indigere refutatione.

15 Gratia illa copioſiſſima, ἡ χάρις πλεονάσασα. Id eſt, Vt quum fuero liberatus & vobis reſtitutus, ingẽs illud beneficium quod in me effuſum erit, viciſſim in Dei gloriam redundet: propterea quòd non ego vnus gratias agam, ſed vos omnes mecum, & afflictionis participes & conſolationis. Itaque διὰ τῶν πλειόνων τὸ εὐχαριστίαν non cohæret cum πλεονάσασα, ſed cum περισσεύσῃ. Vetus tamen interpres videtur non ineptè legiſſe, ἵνα ἡ χάρις πλεονάσασα διὰ τῶν πλειόνων, τὸ εὐχαριστίαν περισσεύσῃ, &c. Vertit enim, Vt gratia abundans per multos, in gratiarum actione abundet in gloriam Dei.

16 Renouatur, ἀνακαινοῦται. Id eſt, nouas vires acquirit, ne nouis malis ingruentibus frangatur externus, qui huius viribus ſuſtinetur. quam ob cauſam dixit ſuprà, verſu 11, mortem in nobis agere. Quotidie, ἡμέρα καὶ ἡμέρα. Heb. יום יום. Vulg. De die in diem. Eraſ. In ſingulos dies, id eſt מיום ליום.

17 Momentanea enim leuitas, τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρόν. Sic apud Demoſth. τὸ παραυτίκα ἡδὺ, momentanea voluptas. & apud Thucydidẽ, τὸ αὐτίκα ἀχθὸ, ſubitũ malum. Vulgata, Id enim quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ. Leuitas autem oppreſſionum non ad ipſam qualitatem refertur, quaſi æruminæ ſint admodum exiguæ & ad ferendum leues: ſed eas illico præterire oſtendit, quum ne tota quidem vita noſtra ſit diuturna. Nam nunc primùm tranſit Apoſtolus ad reſurrectionem illam veram, cuius ſpe dicit ſe ſuſtentari. Excellenter excellenter æternum, καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον. Non piguit vocabulum Latinè bis repetere, vt in Græcis reperitur. Ita enim ſignificatur æternitas, ipſa (vt ita dicam) æternitate magis æterna, vt dicunt Hebræi עד מאד מאד. Poteſt tamen καθ' ὑπερβολὴν referri ad τὸ παραυτίκα, quibuſdam Græcis codicibus ita hunc locum diſtinguentibus, vt ſic quoque poſſis interpretari, Leuitas enim afflictionis noſtræ ſupra modum momẽtanea, ſupra modũ æternum pondus, &c. Vulgata, Supra modũ in ſublimitate. Eraſ. Mirè ſupra modum. Pondus gloriæ, βάρος δόξης. Poſcit ratio collationis vt grauis gloria dicatur quæ conſtantiſſimè manet immota. Notandæ ſunt autem elegantiſſimæ antitheſes, & quouis etiam Demoſthene non indignæ. nam τῷ παραυτίκα opponit τὸ καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον, τῷ ἐλαφρῷ opponit τὸ βάρος, τῇ θλίψει opponit τῆς δόξης. Sic etiam mox τοῖς βλεπομένοις confert τὰ μὴ βλεπόμενα, & cum τοῖς πρόσκαιροις comparat τὰ αἰώνια.

Conficit, κατεργάζεται. Eraſmus, Parit. Vulgata, Operatur. quod verbum arripiunt Sophiſtæ vt merita Sanctorum ſtabiliant: quum duntaxat ſignificetur quo itinere ad gloriã perueniatur. Nã ſi de eo agatur propter quod datur gloria, longè aliter idem Paulus Rom. 4.a.1, & 8.d.18.

Κεφάλαιον ε.

Οἴδαμεν γὰρ ὅτι, ἐὰν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους καταλυθῇ, οἰκοδομὴν ἐκ Θεοῦ ἔχομεν, οἰκίαν ἀχειροποίητον, αἰώνιον ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Ἀπε.16 c.15

Καὶ γὰρ ἐν τούτῳ στενάζομεν, τὸ οἰκητήριον ἡμῶν τὸ ἐξ οὐρανοῦ ἐπενδύσασθαι ἐπιποθοῦντες.

Εἴγε καὶ ἐκδυσάμενοι, οὐ γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα.

Καὶ γὰρ οἱ ὄντες ἐν τῷ σκήνει στενάζομεν βαρούμενοι· ἐφ' ᾧ οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι, ἀλλ' ἐπενδύσασθαι, ἵνα καταποθῇ τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς.

Ὁ δὲ κατεργασάμενος ἡμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο, Θεός, ὁ δοὺς ἡμῖν τὸν ἀρραβῶνα τοῦ πνεύματος.

CAP. V.

1 SCimus enim nos, si terrestris huius domus nostræ tabernaculum dissolutum fuerit, ædificium ex Deo habituros, domicilium *videlicet* non manu factum, æternum in cælis.

2 In hoc enim suspiramus, expetentes domicilio nostro, quod è cælo est, superindui.

3 Siquidem etiam induti, nõ nudi reperiemur.

4 Etenim qui sumus in hoc tabernaculo, suspiramus onerati: in quo non cupimus exui, sed superindui, vt absorbeatur mortalitas à vita.

5 Porro Deus *is est* qui nos ad hoc ipsum condidit, qui etiam dedit nobis arrhabonem Spiritus.

CAP. V.

1 *SCimus enim, quoniã si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternã in cælis.*

2 *Nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram quæ de cælo est, superindui cupientes.*

3 *Si tamen vestiti, non nudi inueniamur.*

4 *Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati, eo quòd nolumus expoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur quod mortale est à vita.*

5 *Qui autem efficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus Spiritus.*

IN CAPVT V.

1 Terrestris nostræ domus tabernaculum, ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους. Vulgata, Si terrestris domus nostra huius habitationis: non seruato vocabul› tabernaculi, quod aptissimum erat ad huius corporis structuræ & mortalis vitæ imbecillitatem, & caducam conditionem significandam, cui opponitur οἰκοδομὴ, id est firmũ ac stabile ædificium. Erasm. Si terrenum nostrum domicilium huius tabernaculi. Ego puto hoc explicandum per hypallagen, cuiusmodi annotauimus Act. 5. d. 10, & alibi quoque.

2 Quod è cælo est, τὸ ἐξ οὐρανοῦ ἐστί. Id est cæleste, gloria nimirum & ἀφθαρσία, non autem substantia, vt exposuimus copiosè 1. Cor. 15. Superindui, ἐπενδύσασθαι. Vestem vocat, immortalitatis gloriam, qua tanquam veste obtegetur etiam nostrum corpus. Sic enim vsurpare solent Hebræi verbum לבש, vt diximus Luc. 24. g. 49, & 1. Cor. 15. g. 53. In hoc autem verbo præpositio ἐπὶ non significat (opinor) vestem vesti additam, sed vestem corpori iniectam, ad illud videlicet operiendum. Mortalitatem enim exuemus vt succedat immortalitas. Aliis placet primam vestem dici Christum iustitiam, alteram verò, illius iustitiæ præmium. quorum sententiæ nolim præiudicium adferre.

3 Siquidem etiam induti, εἴγε καὶ ἐνδυσάμενοι. Vulgata, Si tamen, quasi εἴγε conditionem declaret: quamobrem etiam ἐὰν περιβαλώμεθα conuertit Reperiamur, subiunctiuo modo. At ego puto potius hoc positum αἰνιγματικῶς, aut certè ἐλλειπτικῶς, explicat enim cur vsus fuerit verbo ἐπενδύσασθαι. Nam, inquit, non manebimus corpore expoliati: sed etiam hoc nostrum corpus in cælo induetur, immortalitatis videlicet gloria. Qui pro conditione hoc accipiunt, putant esse additum vt sancti iustitia Christi induti, & gloria ipsius superinduendi, distinguantur ab infidelibus vtraque veste destituris. Nam quòd Castellio hoc refert ad eos qui viui in iudicio deprehenduntur, (de quibus 1. Thess. 4. d. 16) ineptius, est quàm vt refutatione egeat. Ambrosius indicat aliam lectionem, nempe εἴγε οὐκ ἐκδυσάμενοι, id est siquidem expoliati: quam sanè germanam esse puto, quum in sequenti versiculo in quo ista explicantur, hæc duo verba ἐκδύσασθαι & ἐπενδύσασθαι conferantur, & facilis fuerit lapsus οὐκ in ὦν. Quòd si præterea retinuerimus particulam καί, tunc plana ac perspicua fuerit hæc sententia, Nos desiderare superindui, quandoquidem etiam postquam fuerimus expoliati tabernaculo, non inueniemur nudi. Neque enim suspiramus quòd velimus expoliari, sed quòd superindui ac mortalitatem cum vita velimus commutare. i. non huius vitæ tædio, vt infideles & refractarii, sed futuræ desiderio.

4 Etenim, καὶ γάρ. Vulg. Nam &, deprauata etiam sententia. Qui sumus, οἱ ὄντες. Id est quia sumus. Ponitur enim articulus αἰνιγματικῶς. In quo non cupimus exui, ἐφ' ᾧ οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι. Erasm. Propterea quòd nolimus exui, sensu certè absurdo. Nam etiamsi legas vt excudit Frobenius, ἐπὶ τῷ οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι, erit tamen transponenda negans particula, vt pertineat ad ἐκδύσασθαι, vt ex ipsa sententia puto satis liquere. Sed profectò legendum est ἐφ' ᾧ, vt scriptum inuenimus summo consensu in omnibus vetustis codicibus, & Græcis etiam scholiis. quibus tamen in eo non assentior quòd ἐφ' ᾧ interpretantur pro ἐπὶ τούτῳ ὅτι, quo fit vt in eandem trajectionem incidamus, vt sit interpretandum, Quoniam nolumus, quum potius ἐφ' ᾧ vertendum sit, In quo, & subaudiendum σκήνει, tabernaculo, vt sit sententia, In quo tabernaculo quandiu sumus, non cupimus exui, sed superindui, &c. Vulg. Eo quód. Videtur enim etiam legisse ἐφ' ᾧ, sed pro ἐπὶ τῷ.

5 Deus *is est*, Θεός. Sub. ἐστὶν, quam eclipsin duram esse fateor: sed quæ tamen Paulo sit familiaris, vt suprà, 1. d. 11, & 4. b. 6. Eã neglexit Vetus interpres, ideóque obscurè admodũ hæc conuertit, quòd videatur hiare sententia. Alibi tamen expressit, vbi obscurior etiam erat eclipsis, vt infrà, 10. a. 1. Cæterùm quod in vno codice additum comperimus καὶ χρίσας ἡμᾶς, & qui nos vnxit, omnino irrepsit ex margine, vt alia etiam multa, quum aliquis, ad explicandum quod sequitur de arrhabone Spiritus, annotasset quod scriptũ est suprà, 1. d. 21.

Qui condidit, ὁ κατεργασάμενος. Id est ὁ κτίσας, siue ὁ ἀπεργασάμενος, vt rectè explicant Græca scholia. Hoc enim referendum esse ad primam illam corporis fabricationem ostendit verbum ἐργάζεσθαι, id est operari: vt significetur Deum ad hunc ipsum finem condidisse suorum electorum corpora vt ea aliquando cælesti illa immortalite indueret, cuius arrham habent Spiritum sanctum in ipsis tam efficaciter agentem. Alioqui dixisset potius ἐπεργάσας ἐν ἡμῖν. itaque Vetus interpres non satis rectè conuertit, Qui efficit, neglecto etiam tempore. ne-

que ſatis expreſſé. Eraſ. Qui parauit, ὁ κατεργασάμενος, quum alioquin rectè hunc locum expoſuerit in annotationibus. Ambroſius, Perfecit, deceptus alia ſignificatione verbi κατεργάζομαι. Arrhabonem, ἀρραβῶνα. Vulg. Pignus. Vide ſuprà, 1. d. 22.

Θαρροῦντες οὖν πάντοτε, καὶ εἰδότες ὅτι ἐνδημοῦντες ἐν τῷ σώματι, ἐκδημοῦμεν ἀπὸ τοῦ Κυρίου.

6 Confidentes igitur ſemper, & ſcientes nos aduenas eſſe in corpore, peregre abſumus à Domino.

6 Audentes igitur ſemper, & ſcientes quamdiu ſumus in corpore, peregrinamur à Domino:

(Διὰ πίστεως γὰρ περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἴδους)

7 (Per fidem enim incedimus, non per aſpectum)

7 (Per fidem enim ambulamus, & non per ſpeciem)

Θαρροῦμεν δέ, καὶ εὐδοκοῦμεν μᾶλλον ἐκδημῆσαι ἐκ τοῦ σώματος, καὶ ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν Κύριον.

8 Confidimus autem, & probamus potius migrare è corpore, & ad Dominum ire habitatum.

8 Audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad Dominum.

Διὸ καὶ φιλοτιμούμεθα, εἴτε ἐνδημοῦντες εἴτε ἐκδημοῦντες, εὐάρεστοι αὐτῷ εἶναι.

9 Quapropter etiã ambimus & incolentes & migrantes, ei eſſe accepti.

9 Et ideo contendimus, ſiue abſentes ſiue præſentes, placere illi.

6 Confidentes autem, θαρροῦντες δέ. Eraſ. Itaque bono animo ſumus. nam participia θαρροῦντες & εἰδότες cenſuit poſita pro verbis: quamobrem etiam εἰδότες conuertit Scimus. nempe quia coniunxit ἐνδημοῦντες (quod interpretatur, quum domi ſumus) cum verbo ἐκδημοῦμεν: ideóque, ne penderet ſententia, coactus eſt illam enallagen conſtituere, cuius aliquot exempla alibi obſeruauimus. Vetus autem interpres omnia contentus fuit ad verbum interpretari. Græca ſcholia participia relinquũt integra, & ne hiet ſententia, tradunt particulam δὲ redundare initio verſus 8. Mihi dura videtur illa enallage hoc in loco, nec minus etiam durus iſte pleonaſmus. Quomodo verò hæc putem explicanda, dicam proxima annotatione, ſi hoc addidero, Confidentem hic dici eum qui præſenti ſit animo, id eſt quieto & ad ſuſtinenda quæuis pericula parato, quòd de felici exitu nihil dubitet. Nos aduenas eſſe in corpore, ὅτι ἐνδημοῦμεν ἐν τῷ σώματι. Vetus interpres, Dum ſumus in corpore. Eraſmus, Quum domi ſumus in corpore. Hoc igitur habent inter ſe commune quòd participium ἐνδημοῦντες coniungunt cum ſequente verbo: quo fit vt hiet ſententia, ſicut in ſuperiore annotatione diximus. Ego verò ſubaudiendum puto ἐσμὲν, vt infrà, verſu 11, & cap. 7. b. 5: item 11. d. 13. Ita igitur ſuperiora participia θαρροῦντες & εἰδότες cum verbo ἐκδημοῦμεν connectentur, eritque hæc conſtructio, Peregrinamur ergo à Domino, confidentes ſemper & ſcientes nos eſſe aduenas in corpore. Itaque etiam in verbo ἐνδημῶ ab vtroque, ſed ab Eraſmo in primis, diſſentio. perinde enim vertit ille acſi ἐνδημῶ idem ſignificaret atque εἰμί, quod liquet non ſatis eſſe expreſſum. Eraſmus verò perinde interpretatur acſi ἐνδημῶ declararet domi ſuæ eſſe, cui opponatur ἐκδημῶ, id eſt domo ſua abeſſe. Ego verò, vt non contendam pluribus de propria ſignificatione verbi ἐνδημῶ, quam fortaſſis ſequutus eſt Eraſmus, hoc tamen dico, eam declarationẽ mihi videri ex diametro repugnantẽ Apoſtoli ſententiæ, atq; adeo ſeipſam elidere. Nã ſi in corpore viuere, eſt domi ſuæ eſſe, quomodo dicetur peregrinari à Domino qui in corpore viuit? Peregrinari enim dicimur noſtri domicilii reſpectu: vt ſi corpus noſtra eſt ſedes, peregrinari non poſſit vlla ratione dici qui in eo verſatur. Deinde quæ hæc eſſet cõſolatio, ideo ſecurum eſſe quòd ſciaſte domi tuæ eſſe, à Domino verò abeſſe, quaſi peregre profectum? Nempe, inquies, quòd qui peregrinatur, domum reſpiciat. Certè ita eſt, ex quo conſequitur, hoc corpus, non ita vt nunc eſt in terris, ſed vt erit in cæleſti gloria, cælum denique non terram, nobis pro domicilio proponi. Conſentit cum interpretatione non tantùm Petrus (qui hanc vitam vocat παροικίαν id eſt commorationem, non autem κατοικίαν, id eſt habitationem, 1. Epiſt. 1. c. 17) ſed & Scriptura vniuerſa: vt ἐνδημῶ idem prorſus hic declaret atque ἐπιδημῶ, id eſt aduenam verſari in aliquo loco. cum quo cohæret τὸ ἐκδημῶ, id eſt extra patriã peregrinari. adſtipulante etiam Varino, qui ἐνδημῶ per ἐπιδημῶ interpretatur. Quia igitur dixerat Apoſtolus ſe in corpore gemere, non vitæ præſentis tædio, ſed futuræ deſiderio, Fortiter, inquit, in hac noſtra peregrinatione pergimus, quia ſcimus nos hic eſſe aduenas, ac proinde nobis hic non eſſe manendum, ſed in patriam redeundum.

7 Per fidem enim incedimus, non per aſpectum, διὰ πίστεως γὰρ περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἴδους. Hoc omnino includendum eſt parentheſi. Docet enim obiter quomodo & quatenus abſimus à Domino. Quia, inquit, nunc ita incedimus (id eſt viuimus, ex Hebræorum idiotiſmo) vt in fide, earum videlicet rerum quas ſperamus, non autem in ipſo præſenti conſpectu Dei, vt Rom. 8. e. 24. Heb. 11. a. 1. Idem igitur declarat διὰ πίστεως atque ἀπὼν, vt declaratur 1. Cor. 13. d. 12. pro quo Vulg. & Eraſ. nimium obſcurè verterunt Per ſpeciem.

8 Confidimus autem & probamus, θαρροῦμεν δὲ καὶ εὐδοκοῦμεν. Id eſt, Sic tamen confidimus, ſic forti & tranquillo animo peregrinationem illam noſtram conficimus, vt tamen multo malimus ad Dominum diſcedere. Sic explicat quod dixerat verſu 4, ſe in tabernaculo gemere, non quòd expoliari deſideraret, ſed quòd optaret ſuperindui. Vulg. nimium obſcurè, Audemus autem, & bonam voluntatem habemus. Potius, μᾶλλον. Potius, videlicet quàm diutius à Domino abeſſe. Migrare è corpore, & ad Dominum ire habitatum, ἐκδημῆσαι ἐκ τοῦ σώματος καὶ ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν Κύριον. Hic verò liquet non modò ex ſententia ipſa, ſed etiam ex diuerſa conſtructione, τὸ ἐκδημῶ nihil aliud declarare quàm ἐξέρχομαι, & ἐνδημῶ propter adunctam præpoſitionem πρὸς idem prorſus ſignificare atque τὸ ἀπέρχομαι, eo tantùm excepto quòd vtroque verbo ſignificatur mutatio domicilii. Itaque nõnulli fuit apud me paronomaſia iſtorum verborum, quin ſenſum ipſum ſtuduerim potius exprimere, quàm nimium dilutè interpretari ἐκδημῶ, exire, & ἐνδημῶ, abire. Vulgata, Peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad Dominum. Eraſ. Peregre abeſſe à corpore, & præſentes adeſſe apud Deum. Deinde quod dixit Apoſt. ſe optare ſuperindui, ſatis indicat hoc votum non reſpicere tempus illud interiectum, ſed ipſam potius corporis reſurrectionem, quum de tabernaculo agatur in domicilium mutando.

9 Etiam ambimus, καὶ φιλοτιμούμεθα. Propriè vſurpauit hoc vocabulum, quo forenſis quædam ambitio honorum ſignificatur. Eſt autem hæc ſententia, Quod quum ita ſit, (id eſt quum fortiter pergamus in hac noſtra peregrinatione, & tamen deſiderio redeundi in patriam ardeamus) ita annitimur viuere vt & noſtra peregrinatio illi placeat, & tandem ab eo domum recipiamur. Et incolentes & migrantes, εἴτε ἐνδημοῦντες

ἢτε ἐκδημοῦντες. Vulgata, Siue præſentes, ſiue abſentes. Eraſmus, Siue domi præſentes, ſiue foris peregre agentes. Atqui particula εἴτε hoc in loco non eſt diſiunctiua, ſed copulatiua, vt 1. Corinth. 13. c. 8, & Coloſſ. 1. c. 10. Deinde ἐνδημοῦντες quum priore loco ponatur, de hac vita ſanè intelligi debet, vt eundem ordinem vbique ſeruarit Apoſtolus. Ex quo efficitur, neque Veterem interpretem rectè interpretari Præſentes, (quum hæc dicantur reſpectu Domini, à quo ſanè abſumus quandiu in hac vita verſamur) neque etiam Eraſmum appoſitè conuertiſſe, Domi præſentes, quũ potius eo tẽpore domo abſimus. Ideo vertimus Et incolentes, id eſt dũ incolæ ſumus in hoc corpore, vt ſuprà, verſu 6. Alter error admiſſus eſt in ἐκδημοῦντες, pro quo Vetus interpres habet Abſentes. Eraſmus, Foris peregre agentes, quum contrà ad futuram illam vitam hoc referatur, in qua demum præſentes erimus Deo, nec foris commorabimur, ſed domi habitabimus. Itaque ἐκδημοῦντες ſignificat Ex corpore in patriã migrantes. Nã poſt ἐκδημοῦντες repetendũ eſt ἐν τῷ σώματι, in corpore: & poſt ἐκδημοῦμεν repetendũ ἐκ τοῦ σώματος ex corpore, κατὰ τὰ πρὸ, ex præcedẽte verſiculo. Verunq; vertò nõ ad φιλονεικίαν, ſed ad ἀλήθειαν referẽdum eſt: quod pleroſque interpretes fefellit. Neq; enim agit Apoſt. de eo deſiderio quo futurum eſt vt ardeat, quum domum redierit, & mortalitatem cum vita commutarit, (vtitur enim præſenti tempore, non futuro, & ea res omnis ad ſcopum Apoſtoli non videtur pertinere) ſed explicat potius quod in proxima annotatione ſuperiore diximus. quod vt melius etiam perſpiciatur, libuit hoc diagramma apponere, quò res iſta tota planior fiat.

Oppoſita.	Ἐνδημῶν ἐν τῷ σώματι, Aduenam eſſe in corpore.	Connexa.	Ἐκδημῶν ἀπὸ Κυρίου, Peregre abeſſe à Domino.
Oppoſita.	Ἐκδημῶ ἐκ τοῦ σώματος, Migrare ex corpore.	Connexa.	Ἐνδημῶν πρὸς Κύριον, Ire ad Dominum habitatum.

Rom. 14. b. 10

Τοὺς γὰρ πάντας ἡμᾶς φανερωθῆναι δεῖ ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος, πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακόν.

10 Omnes enim nos ᵛcomparere oportet coram tribunali Christi, vt vnuſquiſq; reportet ᵛquæ in corpore *fecerit*, ᵛcongruenter ad id quod fecerit, vel bonum, vel malum.

10 *Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti: vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum.*

Εἰδότες οὖν τὸν φόβον τοῦ Κυρίου, ἀνθρώπους πείθομεν, Θεῷ δὲ πεφανερώμεθα· ἐλπίζω δὲ καὶ ἐν ταῖς συνειδήσεσιν ὑμῶν πεφανερῶσθαι.

11 Scientes igitur ᵛterrorem illum Domini, ᵛhomines ad fidem adducimus, Deo autem manifeſti ſumus: & ᵛſpero *nos* etiam conſcientiis veſtris manifeſtos eſſe.

11 *Scientes ergo timorem Domini, hominibus ſuademus. Deo autẽ manifeſti ſumus: ſpero autem & in conſcientiis veſtris manifeſtos nos eſſe.*

Οὐ γὰρ πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνομεν ὑμῖν, ἀλλὰ ἀφορμὴν διδόντες ὑμῖν καυχήματος ὑπὲρ ἡμῶν· ἵνα ἔχητε πρὸς τοὺς ἐν προσώπῳ καυχωμένους, καὶ οὐ καρδίᾳ.

12 Enimuero non iterum noſipſos ᵛcommendamus vobis, ſed vobis occaſionem præbemus gloriandi de nobis: ᵛvt habeatis *quod dicatis* aduerſus eos qui ᵛex facie gloriã captant, at non ex corde.

12 *Non iterum commendamus nos vobis, ſed occaſionẽ damus vobis gloriandi pro nobis: vt habeatis ad eos qui in facie gloriantur, & non in corde.*

Εἴτε γὰρ ἐξέστημεν, Θεῷ·

13 Nam ſiue ᵛinſanimus, Deo *in-*

13 *Siue enim mente excidimus, Deo:*

10 Comparere, φανερωθῆναι. Id eſt, iſti præſentes, & illic in nos inquiri, vt palàm fiat qui fuerimus. Vulg. & Eraſ. Manifeſtari. Quæ in corpore *fecerit*, τὰ διὰ τοῦ σώματος. Vulg. Propria corporis. Legit enim τὰ ἴδια τοῦ σώματος, quo modo etiam Ambroſius. Sed ſuſpicor locum fuiſſe, propter nonnullam obſcuritatem, depraua tum. Tertullianus legit διὰ ſublato articulo, vt ſit ſenſus nos in ipſo corpore reportaturos vel gloriam vel ignominiam. Eraſ. Ea *quæ fiunt* per corpus. Ego malui vti futuro quod exactum vocant grammatici. Cæterùm ex Hebræorum idiotiſmo opus pro operis mercede accipitur, vt Leuit. 19. c. 13, & Eſa. 61. d. 8. & ita etiam loquitur Apoſtolus Epheſ. 6. b. 8. Hoc enim in loco differitur de corpore ipſo, quod in ſe recipiet vel gloriam vel ignominiam perpetuam, pro tranſactæ vitæ ratione. Congruenter ad id quod fecerit, πρὸς ἃ ἔπραξεν. Hæc eſt vis præpoſitionis πρὸς hoc in loco, vt in illo Plutarchi in Fabio, πρὸς ἀρετὴν τοῦ πρώτου νόμου. Vulg. Prout geſſit. Eraſ. Iuxta id quod fecit. Neutra interpretatio mihi viſa eſt ſatis expreſſa: alioquin Frobenii editionem in eo ſequor quòd ſcripſerit πρὸς ἅ, non πρὸς ἃ.

11 Terrorem illum Domini, τὸν φόβον τοῦ Κυρίου. Id eſt formidabile illud iudicium. Itaque τὸν φόβον multo rectius conuertit Eraſ. Terrorem, quàm Vetus interpres Timorẽ. Homines ad fidem adducimus, ἀνθρώπους πείθομεν. Vulg. Hominibus ſuademus. quam etiam Eraſmus ſequutus eſt. itaque non expreſſerunt (opinor) Apoſtoli ſententiam. Neque enim ſe duntaxat hominibus ſuadere dicit vt Chriſtum amplectantur, ſed etiam perſuadere, propoſito illis Dei iudicio: nempe vt probet miniſterii ſui dignitatem ab eius fructu & efficacia.

Spero, ἐλπίζω. In vno codice ſcriptum inuenimus ἐλπίζομεν, ſperamus, idque rectius (vt opinor) quum in hac tota diſputatione ſeſe cum Timotheo & Syluano coniunxerit.

12 Damus, δίδοντες. Sub. ἐσμὲν. pro præſenti δίδομεν, Hebræorum more, vt ſuprà, verſu 6, ἐνδημοῦντες pro ἐνδημοῦμεν. Vt habeatis *quod dicatis*, ἵνα ἔχητε. Sub. τὶ καταλέγειν, vt rectè explicant Græca ſcholia. Eraſ. Vt aliquid habeatis, ἵνα τὶ ἔχητε. quæ formula quiddam aliud declarat, vt diximus Mar. 6. 19. Eſt autem hæc phraſis prorſus Hebraica. Ex facie, ἐν προσώπῳ. Id eſt externis laruis, & fucata illa pompa ſapientiæ & eloquentiæ humanæ, non autem vera pietate, quæ non in vultu, id eſt externa iſta ſpecie, ſed in corde ſedem habet. Alibi πρόσωπον, perſonã, faciem, ſpeciem pro diuerſa locorũ ſententia ſumus interpretati: hic omnino ſeruandum putauimus faciei vocabulum, propter oppoſitũ Cordis nomen. Præpoſitio autem ἐν hoc loco videtur poſita pro διὰ vel ἐκ. Vulg. & Eraſmus ad verbum, In facie.

13 Inſanimus, ἐξέστημεν. Id eſt μαινόμεθα, vt Mar. 3. c. 21. Solet autem Apoſtolus ſibi tribuere ἀφροσύνην ex

aduersariorum iudicio, quoties de se cogitur aliquid prædicare, vt infrà aliquoties hoc inculcat, cap.11 & 12. Siue igitur insanio, inquit, (hanc enim factorum meorum prædicationem putatis insani hominis orationem esse) diuinus est iste furor, & totus ad vnam gloriam Dei spectans vt reprehendi à vobis eo nomine non possim: siue simpliciter facio meum officium & vobis euangelizo, (hoc enim demum est sapere apud vos) omnia commodo vestro facio, non meo, vt hic quoque non possim videri meipsum commendare. Vulgata, Siue mente excidimus.

εἴτε σωφρονοῦμεν, ὑμῖν

sanimus: siue sana mente sumus, vobis *sana mente sumus.*

siue sobrii sumus, nobis.

Ἡ γὰρ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ συνέχει ἡμᾶς·

14 Charitas enim illa Christi constringit nos:

14 *Charitas enim Christi urget nos.*

Κρίναντας τοῦτο, ὅτι εἰ εἷς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἄρα οἱ πάντες ἀπέθανον· καὶ ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἵνα οἱ ζῶντες, μηκέτι ἑαυτοῖς ζῶσιν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι.

15 Vt qui hoc statuerimus, si vnus proomnibus mortuus fuit, nempe omnes fuisse mortuos, & illum pro omnibus mortuum esse, vt qui viuunt, post hac non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.

15 *Aestimantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt: & pro omnibus mortuus est Christus, ut & qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.*

Ὥστε ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ νῦν οὐδένα οἴδαμεν κατὰ σάρκα· εἰ δὲ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστόν, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν.

16 Itaque nos posthac neminem nouimus secundum carnem: quòd si etiam nouimus Christum secundum carnem, nunc tamen non amplius nouimus.

16 *Itaque nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem: & si cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus.*

Ὥστε εἴτις ἐν Χριστῷ,

17 Si quis igitur est in Christo,

17 *Si qua ergo in Christo*

Siue sana mente sumus, εἴτε σωφρονοῦμεν. Vide Mar. capite 5. ver. 15. Est autem repetendum idem verbum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, vt suprà, cap. 1. b. 6, & 2. b. 10. Vulgata, Siue sobrii sumus. Ambrosius, Siue sanè sapimus, expressa notatione verbi σωφρονῶ. Augustinus aduersus Faustum lib. 12. cap. 16, Siue temperantes sumus. Quas interpretationes visum est adferre, propter eos qui nefas esse putant à Vulgata interpretatione discedere, & quos non pudet hoc etiam nomine crimen hæreseos bonis ac doctis hominibus impingere.

14 Charitas enim illa Christi, ἡ γὰρ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ. Id est, Amor enim ille quo Christus nos prosequutus est, vel quo nos illum vicissim redamamus. Illam interpretationem confirmat argumentum infiniti illius amoris quo nos est prosequutus, quum seipsum morti exponeret pro inimicis, de quo Rom. 6. b. 8. pro hac verò videtur facere series argumentorum. Instituit enim Apostolus ostendere, non esse quòd existimaretur, quæ de sui ministerii dignitate dixerat, ideo dixisse vt seipsum commendaret. nam, inquit, eiusmodi affectus carnis in nobis iam non regnant: vnum Deum quærimus, siue insaniamus nostro more, siue sana mente simus. Nos enim totos regit amor quo Christum prosequimur, quoniam nostris animis insedit summum illud à Christo in nos perfectum beneficium. Vtraque sententia optimè conuenit. Constringit, συνέχ. Id est totos possidet ac regit, vt eius afflatu quasi correpti agimus omnia. Alludit enim ad vatum furorem, vt diximus Act. 18. b. 5. Vulg. Vrget, ἐπείγ.

15 Vt qui hoc statuerimus, κρίναντας τοῦτο. Id est, vt qui hoc pro certo apud nos constituerimus. Vulg. Æstimantes hoc. Eras. Iudicãtes illud. Pro omnibus mortuus est, ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν. De sanctificatione hic agit Apostolus, qua fit vt Christus in nobis viuat. alioqui latè patet hoc dictum, quia non vnum est nostræ in Christo iustificationis caput. Fuisse mortuos, ἀπέθανον. Mortuis opponũtur οἱ ζῶντες proximo versiculo. Itaque quanuis mortificatio veteris hominis sit prima nostræ sanctificationis pars, malo tamen hoc referre ad eã conditionẽ in qua versatur quisquis non est regeneratus, vt scribitur Eph. 2. a. 1. Nam etiam hoc maximè pertinet ad scopum Apostoli, habentis illos pro mortuis qui affectibus ambitionis aut gloriæ ducuntur. Vulgata, Mortui sunt, quod mihi nõ placet. Neque enim amplius est mortuus qui est in Christo viuificatus. Vt qui viuunt, ἵνα οἱ ζῶντες. Articulus restringit τὸ καθόλου ad solos eos qui in Christo viuunt. Nam sufficit quidem seruandis omnibus Christi beneficium, sed plerique repudiant. Sibi viuant, ἑαυτοῖς ζῶσι. Vide cap. Epistolæ ad Rom. 6 & 7.

16 Neminem nouimus secundum carnem, οὐδένα οἴδαμεν κατὰ σάρκα. Hæc omnia referenda sunt ad versum 11, in quo testatus est Apostolus cum suis collegis, se nihil minus quærere quàm seipsos commendare: imò verò totos esse in eo vt ex suæ modestiæ exemplo petere possent Corinthii quod superbis quibusdam obiicerent, qui specie quidem aliquid, re ipsa verò nihil essent. Se verò omnia sua studia ad Deum referre. Nam, inquit, eò nos vel inuitos compellit amor ille infinitus quo Christus omnes suos est complexus. Quid enim attinebat illum mori pro nobis, nisi nos omnes mortis reos inuenisset? Quid est igitur de quo nobis placeamus? Mortuus est autem vt nos viueremus, non quidem nobis, vt antea, sed ipsi Christo: id est, vt vitæ isti mundanæ, qua quisquis viuit, mortuus est, renuntiantes, & quasi iam extra mundum degentes, nihili nos ipsos & cætera omnia humana faciamus, sed toti amplificandæ Dei gloriæ in Christo nos dedamus. Postquam autem hæc omnia proposuit Apostolus, tandem hanc conclusionem subiungit. Itaque ne me & collegas meos puteris vel gloriolam aliquam vel vlla commoda captare, in hoc mundo iam non versamur vt cum hominibus homines solent, neque verò tantillum laboramus de istis rebus in quibus sese homines fœlicant. Carnis ista sunt & mundi, eorum denique hominum qui sibi in rebus inanibus placent: nos verò tantum absumus ab ista carnis vanitate, vt ne de ipso quidem Christo (quanuis alioqui perfectissimo etiam in carne omnis præstantiæ exemplari) nunc cogitemus vt homine, qualis tunc erat quum inter nos versaretur, sed eum nunc vt penitus cælestem & glorioſum consideremus, ac proinde potius cælesti quàm terrestri vita viuamus. Idque nobis omnino faciendum est: quia qui Christo insitus est, factus est prorsus alius homo: & veteri illa conditione abolita, necesse est vt prorsus alia mente, alia voluntate præditus, non terrestria sed cælestia prorsus meditetur.

17 Siquis in Christo, εἴ τις ἐν Χριστῷ. Sic legendum est, adhibita videlicet distinctione post Χριστῷ, & ver-

bo ſubſtantiuo ſubaudito. Itaque Vetus interpres perperam conuertit, Si qua in Chriſto noua creatura, quaſi ὡς pertineat ad κτίσις. Mauult tamen doctiſſimus interpres hortandi modo interpretari, Siquis eſt in Chriſto, noua ſit creatura.

Eſa.43.c.19 apoc.21.b.5

καινὴ κτίσις· τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν, ἰδοὺ γέγονε καινὰ τὰ πάντα.

noua creatura eſt: ¶ vetera prætierierunt, ecce noua facta ſunt omnia.

noua creatura: vetera tranſierunt, ecce facta ſunt omnia noua.

Τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ τοῦ καταλλάξαντος ἡμᾶς ἑαυτῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ δόντος ἡμῖν τὴν διακονίαν τῆς καταλλαγῆς·

18 Hæc autem omnia ſunt ex Deo, qui reconciliauit nos ſibi per Ieſum Chriſtum, deditque miniſterium reconciliationis:

18 Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliauit ſibi per Chriſtum, & dedit nobis miniſterium reconciliationis:

Ὡς ὅτι Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ κόσμου καταλλάσσων ἑαυτῷ, μὴ λογιζόμενος αὐτοῖς τὰ παραπτώματα αὐτῶν· καὶ θέμενος ἐν ἡμῖν τὸν λόγον τῆς καταλλαγῆς.

19 Nempe quia Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, non imputando eis peccata ipſorum: poſuítque in nobis ſermonem hunc reconciliationis.

19 Quoniam quidē Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorum: & poſuit in nobis verbum reconciliationis.

Ὑπὲρ Χριστοῦ οὖν πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν· δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ, καταλλάγητε τῷ Θεῷ.

20 Itaque nomine Chriſti legatione fungimur, velut Deo nos precāte per nos: oramus Chriſti nomine, reconciliamini Deo.

20 Pro Chriſto ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos: obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo.

Τὸν γὰρ μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν, ἵνα ἡμεῖς γενώμεθα δικαιοσύνη Θεοῦ ἐν αὐτῷ.

21 Fecit enim ut qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum eſſet, vt nos efficeremur iuſtitia Dei in eo.

21 Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit: ut nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo.

Κεφάλαιον ϛ

CAP. VI.

CAP. VI.

Συνεργοῦντες δὲ καὶ παρακαλοῦμεν, μὴ εἰς κενὸν τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ δέξασθαι ὑμᾶς.

1 Sed &, vt operam noſtram ei accommodantes, hortamur ne fruſtra gratiam Dei vos receperitis.

1 Adiuuantes autem & exhortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.

Noua creatura, καινὴ κτίσις. Id eſt, veluti res quædam recens à Deo condita: adeo ſunt contraria inter ſe ſpiritus & carnis iudicia. Vbi igitur doctrina liberi arbitrii, quæ nos tradit duntaxat à gratia adiuuarit? Eſt tamen (fateor) οὐσία in creaturæ nomine: quod libenter vſurpauimus quanuis parum Latinum, quum nulla ſubſtantia noua condatur, ſed qualitas duntaxat immutetur. Verùm ſic loqui placuit Spiritui ſancto, vt intelligeremus omnia eſſe in ſolidum gratiæ Dei tribuenda in regenerationis opere: non quòd trunci aut ſtipites fimus, ſed quia Deus creat in nobis vt bene velimus ac poſſimus, & ita nos ad vitam prorſus aliam traducit, quam ſignificant Prophetæ appellationibus noui cæli, & nouæ terræ.

18 Hæc autem omnia, τὰ δὲ πάντα. Vulg. & Eraſ. Omnia autem. Ego verò articulum exprimendum puto, cuius vis eſt αἰσθητική.

19 Nempe quia, ὡς ὅτι. Vel, Nam certè. Vulgata & Eraſmus, Quandoquidem. In vno exemplari deerat ὡς. Sic tamē vſurpatur etiā infrà, 11.c.11. Poſuítque in nobis ſermonem hunc, καὶ θέμενος ἐν ἡμῖν τὸν λόγον. Hebræis ponere verba in ore dicitur qui alicuius opera vtitur in re quapiam ſignificanda: ſed quum de Deo agitur, peculiaris eſt huius formulæ emphaſis, qua ſignificatur & cor loquentis à Domino impelli, & linguam regi.

10 Precante, παρακαλοῦντος. Vulg. Exhortante. Sed illa interpretatio mihi magis arridet, quòd videatur Apoſtolus ad hanc emolliendam formulam addidiſſe particulam ὡς, quia re vera Deus non precatur nos, ſed veluti precatur in miniſtrorum perſona. Neque verò quicquam dici potuit ὑπερκύριον.

11 Qui non nouit peccatum, τὸν μὴ γνόντα ἁμαρτίαν. Id eſt qui prorſus fuit à peccato alienus. Pro nobis eſſet peccatum, ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν. Ita eſt magis perſpicua oratio quàm ſi dicamus ad verbum, Peccatum fecit. Vocat autem ἁμαρτίαν hoc poſteriore loco, victimam pro peccato, ex Hebræorū idiotiſmo, apud quos ſic accipitur nomen חטאת, vt Leuit. 7. a. 1. Vel, Chriſtus dicitur factus eſſe peccatum pro nobis, id eſt peccator non in ſeſe, ſed ex omnium noſtrorum peccatorum reatu ipſi imputato, vt melius appareat ſequentis membri oppoſitio. Iuſtitia Dei, δικαιοσύνη Θεοῦ. Id eſt, iuſti apud Deum, & quidem iuſtitia non nobis inhærente, ſed quæ quum in Chriſto ſit, nobis per fidem à Deo imputatur. Ideo enim additum eſt ἐν αὐτῷ. Sic ergo ſumus iuſtitia Dei in ipſo, vt ille eſt peccatum in nobis, nempe ex imputatione. In eo, ἐν αὐτῷ. Eraſ. Per illum. Vide 1. Corinth. 1. 4.

IN CAPVT VI.

1 Vt operam noſtram ei accōmodantes, συνεργοῦντες. Vulgata, Adiuuantes autem. Eraſmus, Quin & adiuuantes. Alicubi συνεργὸν adminiſtrum vertimus: ſed videndū quid cui loco conueniat. Vide 1. Cor. 3. b. 9.

Fruſtra, εἰς κενόν. Vulg. & Eraſ. barbarè & obſcutè, In vacuum.

2 Accepto,

Λέγει γάρ, Καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου, καὶ ἐν ἡμέρᾳ σωτηρίας ἐβοήθησά σοι· ἰδοὺ νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος, ἰδοὺ νῦν ἡμέρα σωτηρίας.

Dicit enim Deus, ‖Tempore ᵛaccepto exaudiui te, & in die ſalutis ſuccurri tibi: ecce nunc tẽpus acceptum, ecce nunc dies ſalutis.

2 Ait enim, Tẽpore acceptо exaudiui te, & in die ſalutis adiuui te: ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. Eſa.49.b.8

Μηδεμίαν ἐν μηδενὶ διδόντες προσκοπήν, ἵνα μὴ μωμηθῇ ἡ διακονία·

ᵛNullam vlla in re ᵛpræbẽtes offenſionẽ, ne ᵛvituperetur miniſterium:

3 Nemini dãtes vllam offenſionem, vt non vituperetur miniſterium noſtrum:

Ἀλλ' ἐν παντὶ συνιστῶντες ἑαυτοὺς ὡς Θεοῦ διάκονοι, ἐν ὑπομονῇ πολλῇ, ἐν θλίψεσιν, ἐν ἀνάγκαις, ἐν στενοχωρίαις,

Sed & ᵛin omnibus nos ᵛapprobãtes, ‖vt Dei miniſtri, tolerãtia multa in oppreſſionibus, in neceſſitatibus, in anguſtiis,

4 Sed in omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros, in multa patiẽtia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtiis. 2.Cor.4.a.1

Ἐν πληγαῖς, ἐν φυλακαῖς, ἐν ἀκαταστασίαις, ἐν κόποις, ἐν ἀγρυπνίαις, ἐν νηστείαις,

In plagis, in carceribus, ᵛin tumultuationibus, in laborib, in vigiliis, in ieiunijs,

5 In plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs.

Ἐν ἁγνότητι, ἐν γνώσει, ἐν μακροθυμίᾳ, ἐν χρηστότητι, ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, ἐν ἀγάπῃ ἀνυποκρίτῳ,

ᵛPuritate, ſcientia, ᵛlenitate, ᵛbonitate, Spiritu ſancto, charitate non ſimulata,

6 In caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuauitate, in Spiritu ſancto, in charitate non ficta,

Ἐν λόγῳ ἀληθείας, ἐν δυνάμει Θεοῦ, διὰ τῶν ὅπλων τῆς δικαιοσύνης τῶν δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν,

ᵛSermone veritatis, virtute Dei, armis iuſtitiæ dextris ac ſiniſtris,

7 In verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris,

Διὰ δόξης καὶ ἀτιμίας, διὰ δυσφημίας καὶ εὐφημίας· ὡς πλάνοι, καὶ ἀληθεῖς·

ᵛPer gloriam & ignominiã, ᵛper conuitia & laudes: vt ſeductores, & tamen veraces:

8 Per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam: vt ſeductores & veraces:

Ὡς ἀγνοούμενοι, καὶ ἐπιγινωσκόμενοι· ὡς ἀποθνήσκοντες, καὶ ἰδοὺ ζῶμεν· ὡς παιδευόμενοι, καὶ μὴ θανατούμενοι·

Vt ignoti, & tamen noti: vt morientes, & ecce viuimus: vt qui caſtigamur, nec tamen occidimur:

9 Sicut qui ignoti, & cognoti: quaſi morientes, & ecce viuimus: vt caſtigati, & non mortificati:

Ὡς λυπούμενοι, ἀεὶ δὲ χαίροντες· ὡς πτωχοί, πολλοὺς δὲ πλουτίζοντες· ὡς μηδὲν ἔχοντες, καὶ πάντα κατέχοντες.

Vt dolẽtes, ſemper tamẽ gaudentes: vt pauperes, ſed multos ditantes: vt nihil habentes, ſed omnia obtinentes.

10 Quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes: ſicut egenes, multos autem locupletãtes: tãquã nihil habẽtes, & omnia poſſidẽtes.

2 Accepto, δεκτῷ. Heb. רצון. Id eſt, gratuitæ beneuolentiæ: quo videlicet tempore Deus ſuum aliis immenſum amorem effudit. Hoc fere vocant ſacri ſcriptores εὐδοκίαν, de qua vide Luc.2.b.14.

3 Nullam vlla in re, μηδεμίαν ἐν μηδενί. Vulg. Nemini vlla μηδεμίαν μηδενί. Præbentes, διδόντες. Eraſ. Demus, quaſi ſubaudiatur δῶμεν, & ſit adhortatio: quum Apoſtolus potius in ſuo & Timothei ac Syluani exemplari verum paſtorem Corinthiis ſpectandum proponat. Eſt autem hoc connectendum cum verbo συνιστῶμεν, ita vt ſecundus verſiculus veluti ſit interiectus, ſicut rectè annotant Græca ſcholia, & Eraſmus ipſe poſtea animaduertit. Vituperetur μωμηθῇ. Vulg. Reprehendatur, non tam expreſſè.

4 In omnibus, ἐν παντί. Heb. בכל pro, Omnibus modis, vel Omnibus in rebus, vt ſuprà, 4.b.8; & infrà aliquoties. Approbantes, συνιστῶντες, id eſt ἀληθεύοντες καὶ γνησίως παριόντες, id eſt declarantes & re ipſa præſtantes, vt infrà, 7.c.11. Vulg. Exhibeamus, quaſi ſit adhortatio, ac non potius hiſtoriæ narratio. Eraſ. Commendantes. quæ ſignificatio non tam videtur commoda huic loco, atque altera illa. Miniſtri, διάκονοι. Sub. ſeſe approbant, per ſyllepſin: alioqui eſſet ſolœcophanes.

5 In tumultuationibus, ἐν ἀκαταστασίαις. ſiue agitationibus crebris, vt ſedem quietam nullam poſſent inuenire.

6 Puritate, ἁγνότητι. Antè commemorauit quibus in malis verſaretur quotidiè, nunc explicat quibus armis reſtiterit. Itaque præpoſitio ἐν alio modo nunc fuit explicanda. Scientia, γνώσει. vel prudentia. Lenitate, ἐν μακροθυμίᾳ. Vulg. In longanimitate. Vide Ro.2.a.4. Bonitate, ἐν χρηστότητι. Vulg. In ſuauitate. Eraſmus benignitate, vt & nos alibi. Spiritu ſancto, ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. Commemoratis aliquot ſpeciebus, ſubiicit duas ad quæ tanquam genera poſſint illa reuocari, nempe Spiritum ſanctum, vt cauſam efficientem: & charitatem, vt finem vniuerſalem.

7 Sermone veritatis, ἐν λόγῳ ἀληθείας. Id eſt Euangelii prædicationem cui adiungit virtutem Dei, id eſt inſignem illam poteſtatem non tantùm edendi ſigna, ſed etiam malos domãdi. ideo etiam facit armorum mentionẽ, & quidem διὰ δικαιοσύνης, id eſt quibus ſeſe ac munus ſuum omni ex parte tueretur. Nã externa præſidia non commemorat quibus Satanam & mundum expugnauit. Externa autem voco ὅσα ſunt quaſi telorum genera: ſicut militis gladium à fortitudine animi diſtinguimus. Hæc igitur arma fuerunt, ſermo Veritatis, & poteſtas illa Dei cuius meminit infrà, 10.c.4. arma denique iuſtitiæ, id eſt integritas.

8 Per gloriam, διὰ δόξης. Hoc in loco non ſignificat inſtrumentum aditus Eraſmus, ſed ita accipitur vt quum dicimus Per campos, per vrbem incedere. Deſcribit enim veluti iter difficillimum quo contenderit ad metam. Per conuitia & laudes, διὰ δυσφημίας καὶ εὐφημίας. Vulg. Per infamiam & bonam famam. Ad verbũ Per maledicentiam & benedicentiam.

Τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέῳγε πρὸς ὑμᾶς, Κορίνθιοι, ἡ καρδία ἡμῶν πεπλάτυνται.

11 Os nostrum apertum est erga vos, Corinthii, cor nostrum dilatatum est.

11 Os nostrũ patet ad vos, ô Corinthij, cor nostrum dilatatum est.

Οὐ στενοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν· στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν.

12 Non habitatis angustè in nobis: sed angusti estis in viscеribus vestris.

12 Non angustiamini in nobis: angustiamini autem in visceribus vestris.

Τὴν δὲ αὐτὴν ἀντιμισθίαν ὡς τέκνοις λέγω, πλατύνθητε καὶ ὑμεῖς.

13 Loquor autem vt filiis de pari compensatione. Dilatamini & vos.

13 Eandem autem habentes remunerationem, (tanquam filijs dico) dilatamini & vos.

Μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις. τίς γὰρ μετοχὴ δικαιοσύνῃ καὶ ἀνομίᾳ; τίς δὲ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος;

Eccli. 13. c. 22

14 Ne impari iugo copulemini cũ infidelibus. ¶ quod enim consortium iustitiæ cum iniustitia? & quæ communio luci cũ tenebris?

14 Nolite iugum ducere cũ infidelibus. quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras?

Τίς δὲ συμφώνησις Χριστοῦ πρὸς Βελίαρ; ἢ τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου;

15 Et quæ concordia Christo cũ Belial? aut quæ pars fideli cum infideli?

15 Quæ autem conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli?

Τίς δὲ συγκατάθεσις ναῷ Θεοῦ μετὰ εἰδώλων; ὑμεῖς γὰρ ναὸς Θεοῦ ἐστε

2. Cor. 3. d. 17. & 6. d. 19

16 Et quæ cõsẽsio tẽplo Dei cũ simulacris? ¶ nós tẽplũ estis Dei

16 Quis autem consensus templo Dei cum idolis? nos enim estis templũ Dei

11 Os nostrum, &c. τὸ στόμα, &c. Id est, apertè, & plenis (vt aiunt) buccis, vobis sum loquutus, singulari cũ testimonio mei in vos vehementissimi amoris, quasi videlicet cor meum gestiam in sinum vestrum effundere. Oris enim ac cordis dilatatio vehementissimum declarat affectum eius qui loquitur: vt fieri solet in summa aliqua lætitia. cuius tamen diuersi sunt fines, atque adeo interdum etiam contrarii. Inde factum vt dilatatio cordis & oris de maledico dicatur, vt Psal. 34. d. 37. vnde ὑπερχαυχᾶται: & de eo qui se immodicè efferat, vnde μεγαλορήμων Græci iactationem illam superbam vocant. Sed spectandum est qua de re agatur. Hic verò Apostolum de sua in Corinthios benevolentia differere apparet ex duobus sequentibus versiculis, vt mox dicam. Item ex 7. 2. 2 & 3, vbi eandem translationem vsurpat. Sed, dicet aliquis, quomodo hæc cohærent? Optimè profectò. Nam quòd tam familiariter sua omnia illis exposuerat, maximum erat amicitiæ testimonium, & hoc veluti proœmio ad audiendas illas admonitiones præparat eorum animos, vt si pater filios compellaret. 10

12 Non habitatis angustè, οὐ στενοχωρεῖσθε. Persistit Paulus in eadem metaphora, & de animo quasi de domicilio loquitur. στενοχωρεῖσθαι verò dicitur tam qui ab alio coarctatur, vt qui in angusta domo degit, quàm qui est in se ipse angustus. ac priore quidem declaratione hic accipitur priore loco. est enim hæc sententia, Vos in animo meo quasi domicilio quodam estis, eóque minimè angusto. Totum enim vobis cor meũ patefeci, atque adeo, vestri accipiendi causa, veluti dilataui. At vos intus mihi estis angusti, (hic enim τὸ στενοχωρεῖσθαι significat angustum esse) cui locus non sit apud vos, quorum tamen viscera oportuerat mihi quoque patere, ac vicissim me capere (vt infrà, 7. 2. 2) vt par parri referreris. Sed & tacita antithesis subest in eo quòd vnus multos vltro recipit, multi verò ne vnum quidem vicissim capiunt. Vulg. Non angustiamini, prorsus barbarè. Eras. Non estis angusti, quam interpretationem non miror obscuram esse, quum ipse planè non intellexerit de quo hic ageretur. Putauit enim angustiæ nomine significari ceremoniarum Mosaicarum observationem. absurdè profectò, quum hoc nomine nusquam reprehendantur Corinthii. imò verò potius quòd libertate Christiana nonnunquam abuterentur. Castellio totũ hunc locũ pessimè cõuertit, Si vos estis angusti, nõ erga nos estis angusti, sed erga hominẽ cui estis intimi. In viscеribus vestris, ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν. Viscera vocat, Hebræorum more, teneriores illos affectus intimo cordi insidentes. Vide infrà, 7. d. 15. 15

13 Loquor autem vt filiis de pari compensatione, τὴν δὲ αὐτὴν ἀντιμισθίαν ὡς τέκνοις λέγω. Hæc mihi videtur simplicissima huius loci expositio, qui non vno modo in Græcis legitur. Nonnulli enim codices punctum scribunt post ἀντιμισθίαν, vt aliquid subaudiri sit necesse. Itaque Vetus interpres addit participiũ ἔχοντες. quod non probo. τὴν αὐτὴν autem, id est eandem, interpretor parem, id est mutuò respondentem, quod significat Apostolus verbo παράθεσιν. Sunt etiam qui illud ὡς τέκνοις λέγω, parẽthesi includant. quod si placeat, præpositio ἐν subaudienda fuerit, & ita conuertendus hic locus. Eadem autem compensatione (vt filios alloquor) dilatemini & vos. 25 30

14 Ne impari iugo copulemini, μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες. Ab amicitia quam ab iis meritò requirebat, & cuius testificatione præparabat eorum animos ad audiendam reprehẽsionem, commodè nunc transit ad eam coniunctionem quam habebant cum infidelibus. Vulgata, Nolite iugum ducere. Budæus, Ne copulemini. Nam ἑτεροζυγεῖν accipit pro ἑμαζυγεῖν, id est in eodem iugo trahendo alteram partem oneris sustinere. At ego Erasmo assentior, qui quanuis Veterem translationem non emendarit, rectè tamen tradidit ἑτεροζυγοῦντες vocari qui quũ sint diuersæ conditionis, tamen in eodẽ opere mutuam operam præstent, vt si fidelis cum infideli matrimoniũ contrahat, aut mensæ dæmoniorum fiat particeps, aut cum infideli, in aliquo opere, vel per se vel κατώνῃ, illicito commercium habeat. Perinde enim est ac si quis sub idem iugum bouem & asinum compulerit: quod diserte prohibuerat Dominus. ac mihi etiam videtur alludere Apostolus ad Legem ea de re perscriptam Deut. 22. b. 10, quanuis quod ad matrimonium impar attinet, aliis multis locis de eo fit cautum. Idque ita esse apparet ex sequentibus oppositionibus. 35 40

15 Belial, Βελίαρ. Heb. בליעל, quo nomine tradit Kimhi significari בלי יעל, id est qui non promouebit, vel בלי מועיל, id est nequam, siue qui nulli sit cõmodus. Meritò igitur hoc nomine (quod, vt nonnulla alia, satis erat in Græcis etiam Ecclesiis peruulgatum) diabolus declaratur Christo optimo maximo oppositus ex diametro. Heronymus deducit à בלי & עול, quasi dicas absque iugo. vnde factum vt Aquila ἀνυπότακτον conuerterit, quem etiam Græca scholia sequuntur. Ego priorem notationem potius amplector, quãuis altera quoque Satanæ oprimè conueniat. Quæ pars, τίς μερὶς. Heb. loquendi formula, acũ dicat, Quid commune habet fidelis, cũ infideli? quod inter eos diuidi oporteat. vt in vernaculo nostro sermone dicimus, Que ha le fidele à partir auec l'infidele. 45

ζῶντος· καθὼς εἶπεν ὁ Θεός, Ὅτι ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεός, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός.

17 Διὸ ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῶν, καὶ ἀφορίσθητε, λέγει Κύριος· καὶ ἀκαθάρτου μὴ ἅπτεσθε· κἀγὼ εἰσδέξομαι ὑμᾶς.

18 Καὶ ἔσομαι ὑμῖν εἰς πατέρα, καὶ ὑμεῖς ἔσεσθέ μοι εἰς υἱοὺς καὶ θυγατέρας, λέγει Κύριος παντοκράτωρ.

ζ Κεφάλαιον ζ

1 Ταύτας οὖν ἔχοντες τὰς ἐπαγγελίας, ἀγαπητοί, καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ Θεοῦ.

2 Χωρήσατε ἡμᾶς· οὐδένα ἠδικήσαμεν, οὐδένα ἐφθείραμεν, οὐδένα ἐπλεονεκτήσαμεν.

3 Οὐ πρὸς κατάκρισιν λέγω· προείρηκα γάρ ὅτι ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν ἐστε εἰς τὸ συναποθανεῖν καὶ συζῆν.

4 Πολλή μοι παρρησία πρὸς ὑμᾶς, πολλή μοι καύχησις ὑπὲρ ὑμῶν· πεπλήρωμαι τῇ παρακλήσει, ὑπερπερισσεύομαι τῇ χαρᾷ ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει ἡμῶν.

5 Καὶ γὰρ ἐλθόντων ἡμῶν εἰς Μακεδονίαν, οὐδεμίαν ἔσχηκεν ἄνεσιν ἡ σὰρξ ἡμῶν, ἀλλ' ἐν παντὶ θλιβόμενοι· ἔξωθεν μάχαι, ἔσωθεν φόβοι·

16 Viuentis: ſicut dixit Deus, Habitabo in eis & inambulabo: & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus.

17 Quapropter exite è medio eorum, & ſeparamini, dicit Dominus: & impurum ne attingite: tum ego excipiam vos:

18 Et ero vobis Pater, & vos eritis mihi filii ac filiæ: dicit Dominus omnipotens.

CAP. VII.

1 Has igitur promiſſiones quũ habeam*, dilecti, purgemus noſipſos ab omni inquinamẽto carnis ac ſpiritus, perficientes ſanctificationẽ cum timore Dei.

2 Accipite nos: nemini iniuriã fecimus, neminẽ corrupimus, neminem expilauimus.

3 Ad condemnationem noſtri non loquor: nam antè dixi vos in cordibus noſtris eſſe, ad ſimul moriendũ & ſimul viuẽdũ.

4 Multa mihi loquendi libertas apud vos: multa mihi gloriatio de vobis: impletus ſum conſolatione, vehementer exundo gaudio in omni afflictione noſtra.

5 Etenim quũ veniſſemus in Macedoniã, nullam habuit relaxationem caro noſtra, ſed in omnibus fuimus oppreſſi: foris pugnæ, intus terrores.

16 Viuentis: ſicut dixit Deus, Quoniam inhabitabo in illis, & ambulabo: & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus. Leuit.26.b.12

17 Propter quod exite de medio eorũ, & ſeparamini, dicit Dominus: & immundum ne tetigeritis: & ego recipiam uos. Eſa.52.c.11

18 Et ero uobis in patrẽ, & uos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens. Ier.31.a.1

CAP. VII.

1 Has ergo habentes promiſſiones, chariſſimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Dei.

2 Capite nos: neminẽ læſimus: neminem corrupimus, neminem circumuenimus.

3 Nõ ad cõdẽnationẽ dico. prædixi enim quòd in cordibus noſtris eſtis ad commoriendum & ad conuiuendum.

4 Multa mihi fiducia eſt apud uos, multa mihi gloriatio pro uobis: repletus ſum cõſolatione, ſuperabũdo gaudio in omni tribulatione noſtra.

5 Nã & quũ veniſſemus in Macedoniã, nullam requiẽ habuit caro noſtra, ſed omnem tribulationẽ paſſi ſumus: fũris pugnæ, intus timores.

16 Viuentis, ζῶντος. Deum verè exiſtentem & vitæ authorem, id eſt חיים (vt Chaldæi vertunt) opponit idolis, rebus videlicet prorſus inanibus ac vanis. Sunt etiam qui legant ἡμεῖς ἐσμεν, nos ſumus, pro ὑμεῖς ἐστε, vos eſtis. Habitabo in eis, ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς. Hebraicè והיה משכני קרוב אליהם ואתהלכתי בתוכם, Ezech.37.g.27. ita vt Apoſtolus nihil prorſus detorſerit, quum illic diſertè agatur de Chriſti tẽplo, & קרוב potius in ipſis declaret quàm inter ipſos, id eſt בתוכם, vt eſt apud Moſen Leuit.26.b.12. quem locum ſi quis cum iſto comparet, facilè iudicabit Paulum hoc potius petiiſſe ex Ezechiele quàm ex Moſe: eo tantùm excepto quòd καὶ ἐμπεριπατήσω omnino ex Moſe petitum eſt, qui addit והתהלכתי בתוכם, ſed in eo nulla eſt difficultas. adumbrauit enim arcæ Domini præſentia in medio Iſraelis, veram in cordibus noſtris præſentiam Immanuelis per Spiritum ſanctum.

IN CAPVT VII.

1 Carnis & Spiritus, σαρκὸς καὶ πνεύματος. Id eſt, corporis & animi, vt ſit hoc modo perfecta ſanctificatio, vtraque ſui parte conſtans. Nam alioqui quorſum corporis puritatem, ſi impurus eſt animus? aut quomodo purus erit animus ſi corpus fuerit inquinatum? Hoc conſiderent qui imaginantur ſe puram conſcientiam coram Deo adferre, etiamſi corpus coram idolis proſtituãt. Cæterùm hic quoque inepta eſt capitis ſectio, quum hũc verſiculum prorſus oportuerit ſuperioribus adiungere. Neque emphaſin verbi ἐπιτελοῦντες conſiderauit Caſtellio qui conuertit, ſolum: ſanctos ſimus, fungentes ſanctimonia.

2 Accipite nos, χωρήσατε ἡμᾶς. i. Sinite vt locũ apud vos inuenĩ, vobis videlicet docẽdis. Neque enim capere hic accipitur pro intelligere, ſed ſicut vas aut locus aliquid capit. Redit enim ad id quod dixerat ſuprà, 5.c.13, Dilatemini etiã vos. Vulg. Capite nos. Eraſ. Capaces eſtote noſtri, ex Ambroſio. Neminẽ expilauimus, οὐδένα ἐπλεονεκτήσαμεν. i. nemini quicquã per auaritiã eripuimus. Vulg. Neminẽ circũuenimus. Eraſ. Neminem fraudauimus. Vtraq; interpretatio nimiũ latè patet. Eraſ. autẽ ipſe vt nos hoc in loco, ita etiã cõuertit infrà, 12.17.

3 Ad condemnationem noſtri, πρὸς κατάκρισιν. Id eſt, vt vos ingrati animi vel perfidiæ condemnem. Ad ſimul moriendum, εἰς τὸ συναποθανεῖν. Hoc eſt quod in vernaculo ſermone dicimus *A la vie & a la mort*, vt ſignificemus conſtantiſſimam amicitiam. Eraſmus putat Paulum ad illud amicitiæ genus alluſiſſe quo fiebat vt amico mortuo, qui ſuperſtes manebat, ſibi mortem conſciſceret. Eiuſmodi erant quos Galli vocabant Soldurios: Cæſar deuotos interpretatur libro tertio de bello Gallico. Talis etiam erat apud Thebanos ἱερὸς λόχος, cuius meminit Plutarchus in Pelopida.

5 In omnibus, ἐν παντὶ. Heb. בכל. vide ſuprà, 4.b.8, & 6.a.4 Fuimus oppreſſi, θλιβόμενοι, ſub. γενόμενοι.

vt ſuprà,5.b.8,&c.11. Item,11.d. 13 ex Hebræorum conſuetudine, apud quos ita ſæpe ſubauditur ſubſtantiuum verbum. Diſertè autem facit mentionẽ carnis, id eſt corporis, vt conſolationes Spirituales iſtis exercitiis opponat,ac præſertim gaudium illud quod ex Titi nuntio per ceperat: quum alioquin animo quoque vt corpore affligeretur. Intus,&c.ἔξωθεν,&c. Videtur alludere ad locum illum Deut.32.d.25. Eſt enim crux,quod ad externam ſpeciem attinet,ſanctis iuxtà & impiis communis,quanuis in contrarios fines. 5

Ἀλλ' ὁ παρακαλῶν τοὺς ταπεινοὺς, παρεκάλεσεν ἡμᾶς, ὁ Θεὸς, ἐν τῇ παρουσίᾳ Τίτου. 6

Sed qui conſolatur abiectos, conſolatus eſt nos, Deus, aduentu Titi. 6

ſed qui conſolatur humiles, conſolatus eſt nos, Deus, in aduentu Titi.

Οὐ μόνον δὲ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ παρακλήσει ᾗ παρεκλήθη ἐφ' ὑμῖν, ἀναγγέλλων ἡμῖν τὴν ὑμῶν ἐπιπόθησιν, τὸν ὑμῶν ὀδυρμὸν, τὸν ὑμῶν ζῆλον ὑπὲρ ἐμοῦ· ὥστε με μᾶλλον χαρῆναι. 7

Non ſolùm autem aduentu illius, ſed etiam conſolatione quam ille accepit ex vobis, quũ renuntiaret nobis veſtrum vehemens deſiderium, veſtrum eiulatũ, veſtrum pro me zelũ: adeo vt magis gauiſus fuerim. 7

Nõ ſolùm autẽ in aduentu eius, ſed etiam in conſolatione qua cõſolatus eſt in nobis, referens nobis veſtrũ deſiderium, veſtrum fletum, veſtram æmulationem pro me: ita vt magis gauiderem.

Ὅτι εἰ καὶ ἐλύπησα ὑμᾶς ἐν τῇ ἐπιστολῇ, οὐ μεταμέλομαι, εἰ καὶ μετεμελόμην. βλέπω γὰρ ὅτι ἡ ἐπιστολὴ ἐκείνη, εἰ καὶ πρὸς ὥραν, ἐλύπησεν ὑμᾶς. 8

Nam etiamſi triſtitia vos affeci per epiſtolam, non me pœnitet, etiãſi pœnituerit. video enim, epiſtolam illam, tametſi ad tẽpus, triſtitia vos affeciſſe. 8

Quoniam eſſi cõtriſtaui uos in epiſtola, nõ me pœnitet: eſſi pœnitueret, uidens quòd epiſtola illa, eſſi ad horam uos contriſtauit:

Νῦν χαίρω οὐχ ὅτι ἐλυπήθητε, ἀλλ' ὅτι ἐλυπήθητε εἰς μετάνοιαν. ἐλυπήθητε γὰρ κατὰ Θεὸν, ἵνα ἐν μηδενὶ ζημιωθῆτε ἐξ ἡμῶν. 9

Nunc gaudeo: non quòd triſtitia affecti fueritis, ſed quòd triſtitia affecti fueritis ad reſipiſcentiam. nam triſtitia affecti fuiſtis ſecundũ Deũ, vt nulla in re detrimẽto ſitis affecti per nos. 9

Nõ gaudeo nã quia cõtriſtati eſtis, ſed quia cõtriſtati eſtis ad pœnitentiã: contriſtati enim eſtis ſecũdũ Deũ: vt in nullo detrimẽtũ patiamini ex nobis.

Ἡ γὰρ κατὰ Θεὸν λύπη μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κατεργάζεται· ἡ δὲ τοῦ κόσμου λύπη θάνατον κατεργάζεται. 10

Nã qui ſecundum Deum eſt dolor, is reſipiſcentiam efficit ad ſalutem, cuius nunquam pœniteat: at mundi dolor mortem efficit. 10

Quæ enim ſecũdũ Deũ triſtitia eſt, pœnitẽtiã in ſalutẽ ſtabilẽ operatur: ſeculi autẽ triſtitia, mortem operatur.

6 Abiectos, ταπεινούς. Heb. שפלים quaſi deiectos & proſtratos dicas. Vulg. & Eraſ. ad verbum, Humiles. Aduentu Titi, ἐν τῇ παρουσίᾳ Τίτου. Id eſt, iis quæ mihi aduenienti Titus renuntiauit de vobis, quo fructu videlicet literas meas perlegeritis, præterquam quòd ipſius etiam Titi præſentia magnopere ſum recreatus. Quod autem ſuprà dixit, 4.c.1, ſe, non reperto Tito, ſtatim Troade ſoluiſſe, ad ipſos Corinthios referendũ eſſe quorum deſiderium quum ferre non poſſet Apoſtolus, nec ante acceptum ab eis nuntium vellet ad eos proficiſci, vt eis videlicet parceret, ſtatim in Macedoniam cõtendit, vt Tito ab eis redeunti (eum enim Epheſo miſerat) poſſet occurrere.

7 Sed etiam, &c. ἀλλὰ καί. Alteram cauſam adfert ſuæ conſolationis, nempe benignam apud eos Titi exceptionem, magno cum ipſorum fructu, ſicut futurum promiſerat. Vehemens deſiderium, ἐπιπόθησιν. Præpoſitio ὅτι videtur aliquid ponderis addere ſignificationi. Ideo addidi epitheton.

8 Etiamſi pœnituerit, εἰ καὶ μετεμελόμην. Eraſ. Etiamſi pœnituiſſet: ne videatur Apoſtolum pœnituiſſe facti, ſed vt perinde hoc ſit acſi diceret, Etiam ſiqua pœnitudo facti me tenuiſſet, eam tamen illo Titi nuntio abieciſſem. Ego malui conuertere, Etiamſi pœnituerit, quia non additur ἄν. Ita autem accipio pœnitendi verbum, cum doctiſſimo interprete, vt ſignificet Apoſtolus ſe ex epiſtola illa acerbius ſcripta nonnullũ dolorem cepiſſe. non quaſi quod fecerat, optaret eſſe infectum, ſed quòd, clementis patris exemplo, ſe ad hanc ſeueritatem coactum eſſe ſecum gemens, euentum rei expectaret. Vulg. Etſi pœniteret, videns quòd epiſtola, &c. ita vt hoc ad ſequentia referatur, & ſublata particula τὴν legatur βλέπω, contra omnium Græcorum codicum fidem, & ipſa quoque ſententia repugnante. Ad tempus, πρὸς ὥραν. Sic rectè Eraſ. Vulg. Ad horam.

9 Ad reſipiſcentiam, εἰς μετάνοιαν. Id eſt, Ita vt ea triſtitia vobis ad emendanda veſtra vitia profuerit. Vulg. & Eraſ. Ad pœnitentiam. Vide Matth.3.a.2. Secundum Deum, κατὰ Θεὸν. Triſtitia ſecundum Deum & Triſtitia mundi opponuntur. Nam qui ſecundũ Deum triſtis eſt, id eſt eo dolore qui à Dei Spiritu manat & Deo eſt acceptus, de peccatis ſuis dolet, idque non pœnæ formidine territus, ſed hoc ipſum ægerrimè ferens quòd Deum clementiſſimum Patrem offenderit, cuius offenſam optet etiam ſua damnatione, ſi ita fieri poſſet, redemptam. At qui ſecundum mundum dolet, vel terrenis amiſſis commodis vel alieno bono angitur, vel vnius pœnæ impendentis metu eſt ſolicitus. Itaque illa triſtitia, quæ & pœnitentia ſecundum Deum dici proprie poteſt, illos pulcherrimos fructus gignit de quibus differitur ſequenti verſiculo: hæc verò contrà certa eſt ad deſperationem via, niſi Dominus medeatur, vt ex Caini, Saulis, Achitophelis, Iudæ horrendis exẽplis apparet. Alterius verò triſtitiæ luculentiſſimum exemplar præbuerint Dauidis ſcriptæ lacrymæ.

10 Reſipiſcentiam cuius nunquam pœniteat, μετάνοιαν ἀμεταμέλητον. Poteſt etiam hoc epitheton referri ad ſῶτηρίαν. quo ſenſu dicetur ſalus ἀμεταμέλητος, cuius nunquam vel nos pœnitere poſſit, vel Deum qui nobis illam dederit: vt firmam ac immotam eſſe intelligamus: ſicut dona Dei dicuntur ἀμεταμέλητα Rom.11.d.29. Ideo Vetus interpres Stabilem conuertit. Mihi tamen videtur hoc epitheton potius ad μετάνοιαν referendum. Neque tamen μετάνοιαν ἀμεταμέλητον velim cum Eraſmo pœnitentiam non pœnitendam interpretari. Primùm enim μετάνοια & μεταμέλεια, id eſt reſipiſcentiam à pœnitẽtia, diſtinguendam puto, vt diximus Matth.3.a.1. Deinde

non eſt quòd iſtam paronomaſiã affectemus, quæ nuſquam eſt in Græco ſermone. Denique non pœnitendum apud Latinos quiddam declarat multo minus quàm cuius nunquam poſſit aliquem pœnitere.

Ιδοὺ γὰρ αὐτὸ τοῦτο, ὅτι κατὰ Θεὸν λυπηθῆναι ὑμᾶς, πόσην κατειργάσατο ὑμῖν σπουδήν; ἀλλὰ ἀπολογίαν, ἀλλὰ ἀγανάκτησιν, ἀλλὰ φόβον, ἀλλὰ ἐπιπόθησιν, ἀλλὰ ζῆλον, ἀλλὰ ἐκδίκησιν; ἐν παντὶ συνεστήσατε ἑαυτοὺς ἁγνοὺς εἶναι τῷ πράγματι.

11 Ecce enim iſtuc ipſũ, ꝙ ſecũdũ Deũ triſtitia affecti fuiſtis, quantũ in vobis effecit ſtudiũ? imò ᵛ defenſionẽ, imò indignationem, imò timorẽ, imò vehemens deſideriũ, imò ᵛ zelum, imò vindicationem? ᵛ per omnia teſtatum feciſtis vos eſſe puros ᵛ in hoc negotio.

11 *Ecce enim hoc ipſum, ſecundum Deum contriſtari nos, quantam in nobis operatur ſolicitudinẽ? ſed defenſionem, ſed indignationem, ſed timorẽ, ſed deſiderĩũ, ſed æmulationẽ, ſed vindictã: in omnibus exhibuiſtis vos ĩcõtaminatos eſſe negotio.*

Ἀρα εἰ καὶ ἔγραψα ὑμῖν, οὐχ εἵνεκεν τοῦ ἀδικήσαντος, οὐδὲ εἵνεκεν τοῦ ἀδικηθέντος· ἀλλ' εἵνεκεν τοῦ φανερωθῆναι τὴν σπουδὴν ὑμῶν τὴν ὑπὲρ ὑμῶν πρὸς ὑμᾶς, ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.

12 Nẽpe etiamſi ſcripſi vobis, non ſcripſi vobis eius cauſa qui iniuriam fecerat, nec eius cauſa qui iniuria affectus fuerat, ſed vt ᵛ apud vos manifeſtum fieret ᵛ ſtudium illud noſtrũ pro vobis ᵛ in conſpectu Dei.

12 *Igitur etſi ſcripſi vobis, nõ propter eum qui fecit iniuriã, nec propter eum qui paſſus eſt: ſed ad nia nefrſtandã ſolicitudinẽ noſtram quam habemus pro vobis coram Deo.*

Διὰ τοῦτο παρακεκλήμεθα· ἐπὶ τῇ παρακλήσει ὑμῶν περισσοτέρως δὲ μᾶλλον ἐχάρημεν ἐπὶ τῇ χαρᾷ Τίτου, ὅτι ἀνέπαυται τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἀπὸ πάντων ὑμῶν·

13 Propterea conſolationem accepimus ᵛ ex conſolatione veſtri: ſed longè plurimum gauiſi fuimus ob gaudium Titi, quòd refocillatus ſit ᵛ ſpiritus eius ab omnibus vobis:

13 *Ideo cõſolati ſumus in cõſolatione autem noſtra, abundãtius magis gauiſi ſumus ſuper gaudio Titi, quia refectus eſt ſpiritus eius ab omnibus vobis:*

Ὅτι εἴ τι αὐτῷ ὑπὲρ ὑμῶν κεκαύχημαι, οὐ κατῃσχύνθην· ἀλλ' ὡς πάντα ἐν ἀληθείᾳ ἐλαλήσαμεν ὑμῖν, οὕτω καὶ ἡ καύχησις ἡμῶν ἡ ἐπὶ Τίτου, ἀλήθεια ἐγενήθη.

14 ᵛ Et ſiquid apud eum de vobis gloriatus ſum, non fui pudefactus ᵛ ſed vt omnia verè loquuti ſumus vobis, ita & gloriatio noſtra qua vſus eram apud Titum, ᵛ vera cõperta ſit.

14 *Et ſiquid apud illũ de vobis gloriatus ſum, non ſum confuſus: ſed ſicut omnia vobis in veritate loquuti ſumus, ita & gloriatio noſtra quæ fuit ad Titum, veritas facta eſt.*

Καὶ τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ περισσοτέρως εἰς ὑμᾶς ἐστιν, ἀναμιμνησκομένου τὴν πάντων ὑμῶν ὑπακοήν, ὡς μετὰ φόβου καὶ τρόμου ἐδέξασθε αὐτόν.

15 Et ᵛ viſcera eius amplius erga vos *affecta* ſint, dum reminiſcitur obedientiæ omnũ veſtrum, vtque cum timore ac tremore ipſum exceperitis.

15 *Et viſcera eius abundãtius in nobis ſunt, reminiſcẽtis omnium veſtrũ obedientiã, quomodo cũ timore & tremore exceperitis illum.*

11 Defenſionem, ἀπολογίαν. vel excuſationem, vt conuertit Ambroſius. Eraſ. Satisfactionem. Excitati enim Pauli reprehenſione Corinthii, ita ſe promptos ac diligentes oſtenderant in eius mandato exequendo, vt nulla re magis potuerint declarare ſibi tam turpe facinus minimè placuiſſe. Cæterùm particulam ἀλλὰ Eraſmus rectè conuertit per imò, quum auxeſin declaret: quanuis Græcus ſcholiaſtes putet pro καὶ accipiendam.

Zelum, ζῆλον. Vulg. & Eraſ. Æmulationem. Ego illud malui, vt ſanctius, retinere. Per omnia teſtatum feciſtis, ἐν παντὶ συνεστήσατε. Id eſt πάντως ἐνδηλοτέρους, omnino ſeu omnibus modis teſtatũ feciſtis. quo modo vſurpatur hoc verbum etiam apud Demoſthenem πρὸς Κόνωνα, vt doctiſſimus Budæus obſeruauit. Sic etiam accipi diximus ſuprà, 6. a. 4, vt non ineptè conuerterit Vetus interpres Exhibuiſtis, id eſt παρείχατε. Eraſ. Cõmendaſtis, non ita appoſitè: niſi dicamus hanc eſſe huius verbi emphaſin vt ſignificet Corinthios ita aboleuiſſe priorem ſuſpicionem, vt etiam eo nomine magnopere ſint cõmendandi: ſed hæc interpretatio nõ ſatis cohæret cum verbo ἵνα. Nam idcirco etiam Eraſmus coactus eſt interpretari, Quòd puri fitis. In hoc negotio, ἐν τῷ πράγματι. Rectè expreſſit Eraſmus articulum à Vetere interprete omiſſum, quum eius vis ſit ἀναφορικὴ.

12 Apud vos, πρὸς ὑμᾶς. Hæc non dubitaui priore loco ponere, quanuis in Græcis in poſteriore collocentur. Neque enim dubito quin cohæreãt cum verbo φανερωθῆναι. Studium illud noſtrum pro vobis, τὴν σπουδὴν ἡμῶν τὴν ὑπὲρ ὑμῶν. Vulg. Solicitudinẽ noſtrã quam habemus pro vobis. ex quo etiam apparet eum ſequutum eſſe hanc eandem lectionem quam ſum amplexus, primùm vt planam ac perſpicuam, deinde ex Cõplutenſis codicis, itémque Ambroſii & Theophylacti authoritate. Eraſ. Studium veſtrũ pro nobis, τὴν σπουδὴν ὑμῶν ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν. cui lectioni repugnat illud πρὸς ὑμᾶς quod ſequitur. In cõſpectu Dei, ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ: id eſt Apud Deum. ſiue minimè fucatum, ſed eiuſmodi vt Deo poſſim illud approbare. ſicut diximus Luc. 12. 6.

13 Ex conſolatione veſtri, ἐπὶ τῇ παρακλήσει ὑμῶν. Vulgata aliter diſtinguit hunc locum. Legit enim ἐπὶ δὲ τῇ παρακλήσει ὑμῶν, In conſolatione autem veſtra: quæ connectit cum ſequentibus, ſublata dὲ coniunctione poſt περισσοτέρως. quod non improbo, quum ita etiam ſcriptum inuenerim in tribus Græcis codicibus. Sed longè plurimùm, περισσοτέρως δὲ μᾶλλον. Id eſt πολὺ μᾶλλον. Nam ſic redundat μᾶλλον vt augeat comparatiui emphaſin. Vetus interpres, In conſolatione autem noſtra abundantius magis gauiſi ſumus, &c. id eſt ἐπὶ δὲ τῇ παρακλήσει ἡμῶν περισσοτέρως μᾶλλον ἐχάρημεν, &c. quam lectionem in tribus duntaxat Græcis codicibus deprehendimus. Eraſmus, Quin vberius inſuper. Spiritus, τὸ πνεῦμα. Id eſt animus, vt ſuprà, verſu 1.

14 Et, ὅτι. Copulam ſubauditam expreſſi, vt mox verſu 15. Vera comperta ſit, ἀλήθεια ἐγενήθη. Hebraica enallage appellatiui pro adiectiuo, vt ſuprà, 3. c. 9. Vulg. & Eraſ. ad verbum, Veritas facta eſt. Eſt autem ἐγενήθη, id eſt fuit, Hebræorum more ſcriptum pro ἐφάνη, vt Græci potius loquuntur: ideóque maluimus conuertere, Comperta eſt.

15 Viſcera eius, τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ. Hebr. מעיו i. eſt intimus ipſius amor. Hoc enim nomine

Hebraizi teneriores omnes affectus declarant, vt diximus suprà, 6. c. 12. Affecta sunt, גמ Hebraizi sic loqui solent (vt Psal. 145. b. 9) contenti solo verbo substantiuo, quod & ipsum subaudiunt. Interdum adduunt verbum חמם, id est accendit, vt Gen. 43. g. 30. Fuit autem omnino supplendum aliquid, vt perspicua esset Latina oratio.

Χαίρω ὅτι ἐν παντὶ θαρρῶ ἐν ὑμῖν. 16 Gaudeo igitur quòd penitus ᵛconfidam de vobis. 16 *Gaudeo quòd in omnibus confido in uobis.*

Κεφάλαιον ηʹ

CAP. VIII.

Γνωρίζομεν δὲ ὑμῖν, ἀδελφοί, τὴν 1 χάριν τοῦ Θεοῦ τὴν δεδομένην ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τῆς Μακεδονίας·

POrro notam facimus vobis, fratres, ᵛgratiam Dei præstitam Ecclesiis Macedonũ. 1 *NOtam autẽ facimus nobis fratres, gratiã Dei quæ data est in Ecclesijs Macedonũ:*

Ὅτι ἐν πολλῇ δοκιμῇ θλίψεως ἡ περισσεία τῆς χαρᾶς αὐτῶν, καὶ ἡ κατὰ βάθους πτωχεία αὐτῶν ἐπερίσσευσεν εἰς τὸν πλοῦτον τῆς ἁπλότητος αὐτῶν. 2

Nam ᵛin multa probatione abundans gaudium ipsorum, & profunda eorum paupertas ᵛredundauit in copiosam benignitatem ipsorum. 2 *Quòd in multo experimento tribulationis abũdãs gaudij ipsorũ fuit, & altissima paupertas eorũ abũdauit in diuitias simplicitatis eorum.*

Ὅτι κατὰ δύναμιν (μαρτυρῶ) καὶ ὑπὲρ δύναμιν αὐθαίρετοι· 3

Quia ſupra vires (teſtor) & ſupra vires ᵛvoluntarii fuerunt: 3 *Quia ſecũdũ virtutem (æſtimonium illi reddo) & ſupra virtutem voluntarij fuerunt:*

Μετὰ πολλῆς παρακλήσεως δεόμενοι ἡμῶν, τὴν χάριν καὶ τὴν κοινωνίαν τῆς διακονίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους, δέξασθαι ἡμᾶς· 4

Multis cum precibus nos rogantes vt ᵛgratiam & ſocietatem ſubminiſtrationis quæ in ſanctos *impenditur*, ſuſciperemus. 4 *Cũ multa exhortatione obſecrãtes nos gratiã & cõmunicationẽ miniſterij quod fit in ſanctos.*

Καὶ οὐ καθὼς ἠλπίσαμεν, ἀλλ' ἑαυτοὺς ἔδωκαν πρῶτον τῷ Κυρίῳ καὶ ἡμῖν διὰ θελήματος Θεοῦ· 5

Ac non ſicut ſperabamus *ita fecerunt*, ſed ſemetipſos dediderũt primùm Domino, *deinde* & nobis, per Dei voluntatem. 5 *Et non ſicut ſperauimus ſed ſemetipſos dederunt, primùm Domino deinde nobis per voluntatem Dei:*

Εἰς τὸ παρακαλέσαι ἡμᾶς Τίτον ἵνα καθὼς προενήρξατο, οὕτω καὶ ἐπιτελέσῃ εἰς ὑμᾶς καὶ τὴν χάριν ταύτην. 6

Vt adhortaremur Titum vt ſicut antè cœpit, ᵛita etiam abſoluat apud vos hanc quoque gratiam. 6 *Ita ut rogaremus Titum ut quemadmodum cœpit, ita & perficiat in uos etiam gratiam iſtam.*

16 Penitus, ἐν παντί. ſiue omni ex parte. Vide ſuprà, 6. a. 4. Addidimus autẽ particulã τοῦν, igitur, ex vetuſti codicis fide. Confidam de vobis, θαῤῥῶ ἐν ὑμῖν. Id eſt, quòd eiuſmodi vos eſſe cognouerim vt de vobis ſecurè poſſim omnia mihi polliceri. Annotat Eraſmus, in quibuſdã Græcis codicibus legi, θαῤῥῶ μὲν ὑμῖν, quam lectionem puto eſſe deprauatam, pro θαῤῥῶ ἐν ὑμῖν. 9

IN CAPVT VIII.

1 Gratiam Dei, τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ. Id eſt, diuinum beneficium: quod duabus in rebus apparuerat, nẽpe quòd in tantis ærumnis tanta fuerat Macedonũ alacritas, deinde quòd ex tanta paupertate adeo liberaliter 10
contuliſſent vnde aliorum tenuitas alleretur, vt viderentur ſuiipſorum obliti.

2 In multa probatione, &c. ἐν πολλῇ δοκιμῇ. Id eſt, quòd multæ illæ ærumnæ quibus Dominus ipſos exploraſſet, eorum alacritatem non modò non extinxerint, ſed etiam clariorem effecerint. Gaudium enim vocat τὴν προθυμίαν καὶ ἱλαρότητα. Redundauit in copioſam benignitatem ipſorum, ἐπερίσσευσεν εἰς τὸν πλοῦτον τῆς ἁπλότητος αὐτῶν. Vulg. & Eraſ. Abundauit in diuitias benignitatis ipſorum. Diximus autẽ Ro. 12. 4. κατὰ τὸν Hebræo- 15
rum more vocari à Paulo omnem copiam ac abundantiam: & Hebraiſmum hunc, Diuitiæ benignitatis, pro copioſa benignitate, alibi ſæpe expoſuimus. ἁπλότης verò quum in genere candorem & ſimplicitatem morum declaret, accommodandum eſt ad id de quo agitur, adeo vt ἁπλότητα exponant Græca ſcholia, id eſt liberalitatẽ, tum hoc in loco, tum etiam infrà, 9. c. 11, & d. 13. Nos benignitatẽ maluimus conuertere: quo vocabulo non quæ- 20
uis liberalitas ſignificatur, ſed ea demum quæ à facilitate quadam & humanitate naturæ proficiſcitur, id denique quod ab Hebræis ברכה vocatur. Eſt igitur hæc ſententia, paupertatem illam quæ Macedonas videbatur prorſus exhauſiſſe, ita compertam fuiſſe diuitem, vt inde copioſiſſimæ benignitatis veluti riuus emanarit. Nã quo tenuiores ſunt facultates eius qui aliquid largitur, eo maior eſt eius liberalitas ſi ſponte & libenter largiatur, vt vidua illa Matth. 12, omnium diuitum liberalitatem dicitur ſuperaſſe.

3 Volũtarii, αὐθαίρετοι. Id eſt, ſpõte liberales. Vulg. & Eraſ. Prompti, προθυμοι. Quod autẽ Vetus interpres 25
conuertit κατὰ δύναμιν, Secundum virtutem, Eraſmus multo rectius interpretatus eſt, Pro viribus, ex Ambroſio.

4 Gratiam, τὴν χάριν. Quod aliis quiſpiam onus vocaſſet, hoc ipſe gratiam vocat, nempe vt in aliquam partem veniret huius officii quod ſanctis impendebatur. Nam etſi non poterat pecuniã ſuppeditare Apoſtolus, operã tamen ſuam conferebat in hortãdis Corinthiis, vt ipſe veluti ducis, alii verò militũ quaſi officium in 30
hoc ſancto certamine obirent. Quidam hoc malunt ita accipere quaſi Macedones Paulũ rogarint vt pecuniam collatitiam cogeret, & coactã deferret Hieroſolymam cum collegis aliis. quod verum eſſe apparet ex verſu 19: ſed tamẽ hoc malo explicare ex verſu 6. In eo enim apparet ſingularis charitas Macedonum, quòd nõ contẽti ex ſua tenuitate tam liberaliter contuliſſe, Paulum etiã multis precibus vltro rogabant vt Corinthios quoque per Titum ad officium faciendum hortaretur. quod quidem nihil aliud erat quàm eum facere huius beneficẽtiæ ſocium, vt antè dixi. Quod autẽ attinet ad illa verba δέξασθαι ἡμᾶς, miram inuenio in vetuſtis quibuſdam 35
codicibus varietatem: ſed non dubito quin hæc ſit germana lectio, quanuis Vetus interpres iſta non legerit.

6 Ita etiam abſoluat apud vos hãc quoque gratiam, οὕτω καὶ ἐπιτελέσῃ εἰς ὑμᾶς καὶ τὴν χάριν ταύτην. Id eſt, Vt quemadmodum cœpit, ita etiam ad finem vſque pergat efficere vt huius quoque gratiæ ſitis participes. Ex eo autem efficitur, Titum ad eos proficiſcentem, non tam ab illis aliquid eſſe petiturum quàm ſingulare bene- 40
ficium præter alia multa quæ ab eo acceperãt, illis allaturum: quũ nimirum ſit eis præbiturus eius munificẽtiæ

occasionem,in qua nihil decedit,ſed contrà plurimum accedit largiẽti.Hoc enim eſt,inquit ille, fœnerari Domino.Ambroſius aliter explicat,vt annotauit Eraſmus, nempe acti diceret Apoſtolus ſe fuiſſe Tito authorem huius obeundæ legationis apud Corinthios:vt quemadmodum hortatu illius cœperant imitari munificentiam aliorum,ita eodem hortatore perficiant.Verùm vt hæc elici poſſet ſententia, videbetur omnino ſcribendum fuiſſe ἵνα καθὼς προενήρξασθε, οὕτω καὶ ἐπιτελέσητε δι' αὐτοῦ τοῦ χάριτος ταύτης,id eſt,vt ſicut antè cœpiſtis,ita etiam abſoluatis per eum hanc gratiam.

Ἀλλ' ὥσπερ ἐν παντὶ περισσεύετε πίστει καὶ λόγῳ, καὶ γνώσει, καὶ πάσῃ σπουδῇ, καὶ τῇ ἐξ ἡμῶν ἀγάπῃ, ἵνα καὶ ἐν ταύτῃ τῇ χάριτι περισσεύητε.

7 Itaque ſicut in omnibus abundatis fide,& ſermone, & cognitione,& omni ſtudio, & veſtra in nos charitate, videte vt in hac quoque gratia abũdetis.

7 Sed ſicut in omnibus abũdatis fide,& ſermone, & ſcientia, & omni ſolicitudine, & charitate veſtra in nos, ut & in hac gratia abundetis.

Οὐ κατ' ἐπιταγὴν λέγω, ἀλλὰ διὰ τῆς ἑτέρων σπουδῆς, καὶ τὸ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης γνήσιον δοκιμάζων.

8 Non ex imperio loquor,ſed aliorũ ſtudio, veſtræ quoque dilectionis ſinceritatẽ reddens exploratam.

8 Non quaſi imperãs dico, ſed per aliorũ ſolicitudinẽ, etiã veſtræ charitatis ingenuũ bonum comprobans.

Γινώσκετε γὰρ τὴν χάριν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι δι' ὑμᾶς ἐπτώχευσε, πλούσιος ὤν· ἵνα ὑμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτήσητε.

9 Noſtis enim beneficentiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, eũ videlicet propter vos pauperem factũ eſſe,quũ eſſet diues: vt vos illius paupertate diteſceretis.

9 Scitis enim gratiã Domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniã propter nos egenus factus eſt, quũ eſſet diues: ut illius inopia nos diuites eſſetis.

Καὶ γνώμην ἐν τούτῳ δίδωμι· τοῦτο γὰρ ὑμῖν συμφέρει, οἵτινες οὐ μόνον τὸ ποιῆσαι, ἀλλὰ καὶ τὸ θέλειν προενήρξασθε ἀπὸ πέρυσι.

10 Et ſententiam in ea re meam edo. nam hoc vobis conducit, qui non ſolùm facere, ſed etiam velle antè cœpiſtis anno ſuperiore.

10 Et cõſiliũ in hoc do. hoc enim vobis utile eſt, q non ſolùm facere, ſed & velle cœpiſtis ab anno priore:

Νυνὶ δὲ καὶ τὸ ποιῆσαι ἐπιτε-

11 At nunc etiã illud ipſũ facere

11 Nunc verò & facto

7 Itaque,ἀλλά.Id eſt ὥστε.quo modo teſtatur Corinthus ille qui de dialectis ſcripſit, hãc particulam ſæpe apud Atticos etiam ſcriptores vſurpari. Vulg. & Eraſ. Imó . quæ interpretatio tum demum locum habet quum ſuperiora corriguntur,vt ſuprà,7.c.11. Hic verò videtur concluſio ſubiici adhortationis ſpecie. Nam περισσεύειν non poſſum comparandi ſignificatione accipere,quaſi moneat Apoſtolus Corinthios vt Macedonas hic quoque ſuperent:quum hoc idem verbum Macedonibus paulo antè tribuerit. Puto igitur copioſam liberalitatem ſimpliciter ſignificari. *Videte* vt,ἵνα.Sub.ἀκοπῆτε,vel ἐκλεί.quam eclipſin Atticam doctiſſimus Budæus in Commentariis linguæ Græcæ annotauit,& multis exemplis confirmauit.

8 Aliorum ſtudio,διὰ τῆς ἑτέρων σπουδῆς.Macedonas intelligit,quorum ſedulitatis exemplo propoſito tum in conferenda pecunia,tum in rogando Apoſtolo vt de ea re Corinthios appellaret,dicit ſe non imperioſè ad eos ſcribere,ſed,quum de eorum alacritate minimè dubiter, idcirco ab aliis rogatum ſcribere, vt hoc modo teſtatum fiat quàm germana ſit ac ſincera ipſorum charitas.Eraſmus.Per ſolicitudinem erga alios.quaſi ſtudium aliorum paſſiuè accipiendum ſit.Eam verò interpretationem ſi ſequamur, redundabit τοῦ particula,idcirco tantùm addita vt comparetur Corinthiorum charitas cum aliorum ſtudio. Sinceritatem,τὸ γνήσιον.Γνήσιος & νόθος,id eſt germanus & adulterinus,apud Græcos opponuntur. Tum demum igitur apparet germanam eſſe charitatem quum reipſa,idque promptè ac liberaliter, fratribus ſuccurrimus propter Chriſtum. Germanitatis vocabulum vſurpant quidem Latini,ſed alia ſignificatione. Vulg. Ingenuũ bonum,vt videatur legiſſe γνήσιον ἀγαθόν. Reddens exploratam,δοκιμάζων.Vulg.Comprobans.Eraſmus,Approbans:rectè quidẽ ſed ambiguè,niſi addas Aliis,vel Omnibus,aut aliquid eiuſmodi. Nam τὸ δοκιμάζειν pro explorare, ipſius Apoſtoli reſpectu accipi non poteſt,quum Apoſtolus nullam experientiam requirere ſe teſtetur,infrà,9.a.1. Comprobandi autem verbum nullo modo videtur conuenire.

9 Pauperem factum eſſe,ὅτι ἐπτώχευσεν.Πτωχὸν & πένητα,id eſt mẽdicum à paupere ſic diſtinxit Ariſtophanes in Pluto,

Πτωχοῦ μὲν γὰρ βίος ἐστὶν οὐ κλέπτειν, ζῆν δὲ τὸν μηδὲν ἔχοντα·
Τοῦ δὲ πλουτεῖν ἔχοντ' ἀφειδῶς καὶ τοῖς ἔργοις περιόντα·
Πρυτανεῖα τοῦτ' ἤδη 'στ' ἀπ' αὐτοῦ καὶ δῆμοι μισθοφορικοί.

Sed hoc diſcrimen non eſt perpetuum.Poſſumus tamen etiam ſuprà ver.2, πτωχεία interpretari mendicitatem, vt ſignificetur Macedonas eò inopiæ fuiſſe redactos vt alieno ſubſidio potius egerent quàm aliis largirentur, & tamen promptè ac benignè contuliſſe. Sed & hoc loco dici poteſt Chriſtus factus fuiſſe medicus, non quòd mẽdicantium more(quos vocant)oſtiatim victum mendicaret otioſus, ſed quòd homo factus & quidem tenuiſſimis faculatibus,aliorum ſubſidiis egeret ad hanc tolerandam vitam,quamuis ipſe ſit vitæ author.

10 Sententiam,γνώμην.Vulg.& Eraſ.Conſilium.Vide 1.Cor.7.d.25. Sed etiam velle,ἀλλὰ καὶ τὸ θέλειν.Id eſt,nõ ſolùm facere,ſed etiam vltro facere, vt Græcus ſcholiaſtes rectè interpretatur.Deſignat enim voluntatem ſpontaneam abſque vllo aliorum impulſu, nedum ab ambitione aut pudore profectam. Denique id declarat quod apud Hebræos verbum רצה quo ſignificatur volũtas eiuſmodi vt ea etiam delectetur aliquis: veluti ſi quis ex eo ipſo capiat voluptatem quòd alteri benefaciat.Hoc autẽ velle ſanè ſuperius eſt multis partibus eo facto quod nudum eſt,id eſt quod ab hac voluntate non promanat. Ita enim facere cuiuſuis fuerit qui facultatem habuerit:velle autem,eorum demum qui vera charitate impelluntur. Itaque ineptus eſt Caſtellio quum hunc locum perinde interpretatur acſi ſcriptum ſit, Et facere & velle,quum,inquit,facere plus ſit quàm velle.Hoc ego verò pernego,vt quidem τὸ θέλειν accipitur hoc in loco.Sed & in eo mę non habet adſtipulatorẽ quòd Rom.1.d.32,putat τὸ συνευδοκεῖν minus quiddam eſſe quàm συνεῖναι. quem locum ille citauit vt errorem ex torre cumularet.

11 Illud ipſũ facere abſoluite,τὸ ποιῆσαι ἐπιτελέσατε. i. ſyt rectè Eraſmus ſententiã expoſuit:Illud quod

facere cœpistis perficite. Apparet autẽ Apostolũ istis infinitis τῷ ποιῆσαι, τῷ θέλειν, τῷ ἔχειν, fuisse hoc loco delectatum, & alibi quoque, vt Philip. 2. b. 13. quo modo scripsit Persius, Scire tuum nihil est. Itaque studui hoc ipsum quoque exprimere, quoad eius fieri potuit. Nam εἰς τὸ ἔχειν noluimus conuertere Ex habere, quod nemo intelligeret: sed ἡ μὲν προθυμία τὸ θέλειν, conuertimus Promptum illud velle, potius quàm Promptus animus voluntatis, cum Vetere interprete: aut Voluntàs prompta, cum Erasmo: qui tamen alioqui sententiam rectè expressit, sed Pauli phrasi non seruata.

λέσαι τὸ δύνασθαι καθάπερ ἡ προθυμία τὸ θέλειν, οὕτω καὶ τὸ ἐπιτελέσαι ἐκ τοῦ ἔχειν.

Εἰ γὰρ ἡ προθυμία προκειται, καθὸ ἐὰν ἔχῃ τις, εὐπροσδεκτος, οὐ καθὸ οὐκ ἔχει.

Οὐ γὰρ ἵνα ἄλλοις ἄνεσις, ὑμῖν δὲ θλῖψις· ἀλλ' ἐξ ἰσότητος, ἐν τῷ νῦν καιρῷ τὸ ὑμῶν περίσσευμα εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα.

Ἵνα καὶ τὸ ἐκείνων περίσσευμα γένηται εἰς τὸ ὑμῶν ὑστέρημα, ὅπως γένηται ἰσότης.

Exod. 16. d. 18

Καθὼς γέγραπται, Ὁ τὸ πολύ, οὐκ ἐπλεόνασε· καὶ ὁ τὸ ὀλίγον, οὐκ ἠλαττόνησε.

Χάρις δὲ τῷ Θεῷ τῷ διδόντι τὴν αὐτὴν σπουδὴν ὑπὲρ ὑμῶν ἐν τῇ καρδίᾳ Τίτου,

Ὅτι τὴν μὲν παράκλησιν ἐδέξατο· σπουδαιότερος δὲ ὑπάρχων, αὐθαίρετος ἐξῆλθε πρὸς ὑμᾶς.

absoluite: vt sicut *adfuit* promptũ illud velle, ita etiã *adsit* ipsũ perficere ex eo quod habetis.

Etenim si prius adsit promptus animus, aliquis acceptus est pro eo quod habet, non pro eo quod non habet.

Non enim vt aliis relaxatio sit, vobis autem oppressio: sed pari conditione hoc tempore vestra abũdantia *supplet* illorum defectum:

Vt & illorum abundantia vestrum defectum suppleat, vt fiat æquabilitas.

Sicut scriptum est, ¶ Qui multum *collegit*, non habuit amplius: & qui paulum, non habuit minus.

Gratia autem *sit* Deo qui cordi Titi indidit idem studium pro vobis,

Quòd tum exhortationem illam gratam habuit, tum verò maiore studio vltro ad vos abiit.

perficite: ut quẽadmodũ prõpensa est animus voluntatis, ita sit & perficiendi ex eo quod habetis.

11 Si enim voluntas prompta est, secũdum id quod habet, accepta est: non secundũ id quod nõ habet.

Nõ enim ut alijs sit remissio, vobis autem tribulatio. sed ex æqualitate in præsenti tempore, vestra abundantia, illorum inopiam suppleat:

14 Vt & illorũ abũdantia, vestræ inopiæ sit supplemẽtũ, ut fiat æqualitas.

15 Sicut scriptum est, Qui multum habuit, nõ abundauit: & qui modicum, non minorauit.

16 Gratias autem Deo qui dedit eandem solicitudinẽ pro nobis in corde Titi.

17 Quoniã exhortationem quidẽ suscepit: sed quum solicitior esset, sua uoluntate profectus est ad nos.

Ipsum perficere, τὸ ἐπιτελέσαι. Duo extrema sunt Velle & Perficere, inter quæ medium collocatur Facere. Vulgata, Perficiendi. Legit enim τὸ ἐπιτελέσαι. ita vt καθὸ προθυμία repetatur ἀπὸ τοῦ κατοῦ. Ex eo quod habetis, ἐκ τοῦ ἔχειν. Delectatus est Apostolus (vt dixi) his infinitis. Eras. Ex eo quod poteritis. Ac sanè fatcor ἔχειν poni interdum pro δύνασθαι, id est habere pro posse sed non video causam esse cur hanc enallagen quæramus. 10

11 Aliquis acceptus est pro eo quod habet, καθὸ ἐάν τις ἔχῃ, εὐπρόσδεκτος. Id est, placet Deo ista alacritas pro facultatum præsentium ratione, vt non opus sit tenuitatem prætexi à quoquam, quasi nõ sit Deo futurum gratum ipsius munus, nisi par fuerit locupletum collationi. Nam spectat Deus in probando munere, non id quod aliquis non habet, sed id demum quod habet: alioquin charitas esset diuitum propria.

13 Non enim vt aliis, οὐ γὰρ ἵνα ἄλλοις. Erasmus putat aliquid supplendum, nempe, Non sic dandum est, vt aliis, &c. Sed & Castellio hic constituit inauditam enallagen, ἵνα pro διὰ, de qua diximus Marci 4. d. 12. Ego verò existimo hæc omnia cohærere, & ἀπὸ τοῦ κατοῦ supplendum verbum γίνεται, quod expressi sententiæ seruiens. Sed pari conditione, ἀλλ' ἐξ ἰσότητος. Id est, vt sicut nunc aliis inopibus vos abundantes largimini è vestro, sic alii vicissim de suo vobis egentibus largiantur. Debet enim vltro citróque ius istud ἀνάλογον inter Christianos valere, & ἐξ ἰσότητος idem hic declarare atque ἐξ ἴσου vel ἐξ ἰσοῦ, liquet ex ipsa Pauli interpretatione. Non debet tamen hoc spectari in largiendo. quasi in re plurimum peccent homines quum illis demum bene faciunt à quo paria vel maiora spectant. Hoc verò non est Deum vel proximum, sed seipsum amare. Deinde in eo quoque grauiter peccatur quòd plerique nec inopiam, nec abundantiam rectè metiuntur. vnde nascitur tanta inter Christianos ἀνισότης quanta ne inter Turcas quidem apparet, dum alius redundat, alius fame perit, alius voluntaria mendicitate sperat in cælum irrumpere. Vulgata, Sed ex æqualitate: quod vix quisquam intelligat. Erasmus, Sed vt ex æquabilitate: duplici præterea errore, nempe quòd ἵνα repetierit, deinde quòd distinctionem adscripserit post ἰσότητος, quasi imperfecta sit oratio: repugnantibus omnibus Græcis codicibus, qui hoc connectunt cum eo quod sequitur: ipsáque adeo sententia refragante. *Supplet* illorum defectum, εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα. Sub. γίνεται, per syllepsin. Ad verbum, Fit illorum defectui, id est illorum inopiæ seruit. Erasmus vertit, Illorum succurrat inopiæ, vt γίνεται subaudiatur ἀπὸ τοῦ κατοῦ, idque hortandi modo: quod tamen non video qui fieri satis cõmodè possit. 14 Æquabilitas, ἰσότης. Hoc quid sit perspicuè exponitur in proximo versiculo. Est autem hæc ἰσότης illius superioris veluti effectum ac fructus, siquidem oritur ex eo æquabilitas facultatum, quòd abundantia quorundam vicissim succurrit aliorum inopiæ. Sed hanc æquabilitatem sciendum est ἐν χρίστῳ positam esse, non autem ἐν κτίσει. quod fanatici Anabaptistæ non considerarunt.

16 Idem studium, τὸν αὐτὸν τῷ σπουδὴν. In quibusdam codicibus legitur τὸ αὐτὸ τῷ, id est tale.

17 Exhortationem, παράκλησιν. Ambrosius, Consolationem. quod non cõuenit. Loquitur enim Paulus de exhortatione quam commemorauit suprà, ver. 6. eámque significat ipsi gratam fuisse, quamuis vltro & sua sponte potius quàm hac exhortatione impulsus, hanc prouinciam in se receperit. Tum verò, δέ. Ita conuerti propter μὲν præcedens. Vulg. Sed, prorsus incommodè. Erasmus, Quin potius, μᾶλλον δέ. Sed & ἐξῆλθε

malui interpretari, Gratã habuerit, quàm Suſceperit, vel acceperit, vt planior eſſet oratio. Maiore ſtudio vſus, σπουδαιότερος ὑπάρχων. Vulg. Quum ſolicitior eſſet. Nam vbique σπουδὴν conuertit ſolicitudinem. Eraſmus, Quum eſſet diligentior. Vtraque interpretatio mihi viſa eſt obſcurior.

Συνεπέμψαμεν δὲ μετ' αὐτοῦ τὸν ἀδελφὸν οὗ ὁ ἔπαινος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ διὰ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν.

18 Miſimus autem vnà cum eo fratrem illum cuius laus eſt in Euangelio per omnes Eccleſias.

18 Miſimus etiã cũ illo fratrẽ, cuius laus eſt in Euãgelio p omnes Eccleſias.

(Οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ χειροτονηθεὶς ὑπὸ τῶν ἐκκλησιῶν συνέκδημος ἡμῶν, σὺν τῇ χάριτι ταύτῃ τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν πρὸς τὴν αὐτοῦ τοῦ Κυρίου δόξαν καὶ προθυμίαν ἡμῶν)

19 (Nec id ſolùm, ſed etiam ſuffragiis delectus eſt ab Eccleſiis ſocius peregrinationis noſtræ, cum hac beneficentia quæ adminiſtratur à nobis ad ipſius Domini gloriam, & comprobãdum promptum animum veſtrum)

19 (Nõ ſolùm autẽ, ſed & ordinatus eſt ab Eccleſiis comes peregrinationis noſtræ, in hac gratiã quæ miniſtratur à nobis ad Domini gloriam, & deſtinatam uoluntatem noſtrã)

Στελλόμενοι τοῦτο, μή τις ἡμᾶς μωμήσηται ἐν τῇ ἁδρότητι ταύτῃ τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν.

20 Vitantes hoc, nequis nos vituperet in hac exuberantia quæ adminiſtratur à nobis.

20 Deuitantes hoc, nequis nos uituperet in hac plenitudine quæ miniſtratur à nobis:

Προνοοῦμεν γὰρ καλὰ οὐ μόνον ἐνώπιον Κυρίου, ἀλλὰ καὶ ἐνώπιον ἀνθρώπων.

21 Vt qui procuremus honeſta non ſolùm coram Domino, ſed etiam coram hominibus.

21 Prouidemus enim bona non ſolùm coram Deo, ſed etiam coram hominibus. Rom.12.d.17

Συνεπέμψαμεν δὲ αὐτοῖς τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν, ὃν ἐδοκιμάσαμεν ἐν πολλοῖς πολλάκις σπουδαῖον ὄντα, νυνὶ δὲ πολὺ σπουδαιότερον, πεποιθήσει πολλῇ τῇ εἰς ὑμᾶς.

22 Miſimus autem cum eis fratrem noſtrum, quem ſæpe in multis probauimus ſtudioſum, nũc autem multo ſtudioſiorẽ, ob multam fiduciam quam habeo in vobis.

22 Miſimus autem cum illis & fratrẽ noſtrum, quem probauimus in multis ſæpe ſolicitum eſſe: nunc autem multo ſolicitiorẽ, confidentia multa in uos.

Εἴτε ὑπὲρ Τίτου, κοινωνὸς ἐμὸς καὶ εἰς ὑμᾶς συνεργός· εἴτε ἀδελφοὶ ἡμῶν, ἀπόστολοι ἐκκλησιῶν, δόξα Χριστοῦ.

23 Siue de Tito quæritur, ſocius meus eſt, & apud vos adiutor: ſiue de fratribus noſtris, legati ſunt Eccleſiarum & gloria Chriſti.

23 Siue pro Tito qui eſt ſocius meus & in uos adiutor: ſiue fratres noſtri, Apoſtoli Eccleſiarum, gloria Chriſti.

18 In Euangelio, ἐν τῷ εὐαγγελίῳ. Id eſt in prædicatione Euangelii. Quidam (inter quos eſt Hieronymus) non ſatis commodè iampridem hunc locum interpretati ſunt de Euangelica hiſtoria à Luca perſcripta. Neque verò neceſſe eſt nos torqueamus in quærendo quis iſte fuerit, itémque tertius ille qui vnà cum Tito & hoc altero miſſus eſt.

19 Nec id ſolùm, οὐ μόνον δέ. Vide Rom. 5. a. 3. Suffragiis delectus eſt, χειροτονηθεὶς. Subaudi ὢν, pro ἐχειροτονήθη, Hebræorum more, de quo ſæpe iam diximus. Vulgata. Ordinatus eſt. Eraſmus, Delectus eſt. Vide Act. capite 14. verſu 23. Cum hac beneficentia, σὺν τῇ χάριτι ταύτῃ. Nonnulli codices legunt ὑπὸ pro σὺν, id eſt In pro Cum. Vetus autem interpres videtur exiſtimaſſe ὑπὲρ pro πρὸς poſitum, vt qui verterit, In hãc gratiam, nec fortaſſis malè. Vocat enim Apoſtolus χάριτα collata munera in Eccleſiæ Hieroſolymitanæ ſubſidium, quibus colligendis & Hieroſolymam perferendis delectus erat, addito hoc collega. Et promptum animum veſtrum. καὶ προθυμίαν ὑμῶν. Vulgata, Deſtinatam voluntatem noſtram. Legit enim ἡμῶν, ſed corruptè. Nam de Corinthiis agitur, quorum etiam laudis in Chriſto mirificè ſtudioſus erat Apoſtolus. quamobrem etiam ſupplerui participium comprobandum vt magis perſpicua eſſet oratio, idque ex verſu 8. Cæterùm quòd προθυμίαν vertit deſtinatam voluntatem, Aquinatem impulit, propter Græcæ linguæ ignorationem, vt hoc loco multa προορισθέντος differere de prædeſtinatione, ſicut Eraſmus obſeruauit. Sed promptitudinis vocabulũ, quod idẽ Eraſmus ſubſtituit, non memini legere apud idoneos authores.

20 Vitantes hoc, στελλόμενοι. Cohæret hoc participium cum verbo συνεπέμψαμεν, verſu 18, interiecto verſu 19, quem ideirco putauimus includendum parentheſi. Eſt autẽ, vt rectè annotauit Eraſmus, ſumpta trãſlatio à nautis qui deflectunt vt ſcopulum declinent. Ideo maluit interpretari Declinantes, ἐκκλίνοντες. In hac exuberantia, ἐν τῇ ἁδρότητι ταύτῃ. Id eſt, in copioſa iſta Eccleſiarum munificentia, quæ noſtræ fidei commiſſa eſt.

21 Vt qui procuremus honeſta, προνοοῦμεν καλά. Non dubiũ eſt quin hoc ponatur αἰτιολογικῶς. Ideo Vetus interpres conuertit Prouidemus enim, id eſt προνοοῦμεν γάρ, quã lectionẽ in duobus codicibus inuenimus.

22 Quam habeo in vobis, τῇ εἰς ὑμᾶς. Nonnulli malunt vertere Quam habet erga vos. ſed præſtat ad Paulum ipſum referre, quem quum is videret de Corinthiis ſibi tanta polliceri, veriſimile eſt hoc Pauli iudicio factum multo alacriorem.

23 Siue de Tito quæritur, εἴτε ὑπὲρ Τίτου. Hoc video connecti ab interpretibus cum extremo verſiculo ſuperiore, repugnãtibus Græcis ſcholiis, & certo (vt opinor) errore. Primùm enim manifeſtis ſoloeciſmis ſcateret oratio. quod vt vitaret Stapulenſis, hæc putauit non de Tito, ſed de illo tertio Titi collega dicit: ſed prorſus incommodè. Deinde videretur à ſeipſo diſſentire Apoſtolus, ſi fiduciam ſuam in horum legatorum dignitate & authoritate collocaret, ac non potius in egregia illa ac prompta Corinthiorum voluntate quam antè prædicauit, & mox rurſum ſignificauit. Eraſmus igitur non rectè conuertit, Siue Titi nomine: neque Vetus interpres rectè, Siue pro Tito. ſed noua hîc eſt pendens capitis comprehenſio commendationis legatorum,

quorum vult ſummam haberi rationem. Itaque ὑπὲρ ponitur pro περὶ, vt in proximo verſiculo, & alibi ſæpe: & ſupplendum eſt aliquid accommodatum ſententiæ, puta διὸ λέγω, oportet dicere, vt ſupplent Græca ſcholia, vel potius ἐξετάζεται, id eſt quæritur & inquiſitio habetur. Nam hoc melius conuenit ſequenti membro.

Siue de fratribus noſtris, εἴτε ἀδελφοὶ ἡμῶν. Sub. ἐξετάζεται. Græcè enim is dicitur ἐξετάζειν, περὶ οὗ ἐξετάζεται, vel ὃν ἐξετάζομεν. Intelligit autem fratrum nomine duos Titi collegas, quorum vtrunque vocarat ἀδελφὸν, generali nomine. Vulgata, Siue fratres noſtri: ita obſcurè vt nemo intelligat. Eraſmus, Siue aliorum, fratres noſtri ſunt. quaſi ſcriptum ſit εἴτε ὑπὲρ ἄλλων, quo modo etiam videtur legiſſe Græcus ſcholiaſtes. Sed adeo noua & inſolens eſt iſta eclipſis vt eã non poſſim admittere. Legati ſunt Eccleſiarum, ἀπόστολοι ἐκκλησιῶν. Sub. εἰσὶ, vt infrà 10.a.1. Legatos autem diximus, non Apoſtolos, quòd videatur hanc vnam legationem Paulus hoc nomine ſignificare. quanquam etiamſi Apoſtolos, id eſt miniſtros Verbi, interpretemur, vt Rom.16.a.7, non ineptè hoc dixerit, propter encomia quæ illis antè tribuit verſu 18 & 11. deinde quia dicuntur Chriſti gloria. Et gloria Chriſti, δόξα Χριστοῦ. Similem copulæ eclipſin in bimembri oratione habemus Iohan.10.c.16, & 1.Tim.4.a.3, & ſuprà, 7.d.14 & 15. Gloriam autem Chriſti eos vocat, breui compendio omnia penè illis tribuens, quum eos tales eſſe teſtatur vt Chriſti gloria per ipſos illuſtretur. Ambroſius & alii nonnulli legunt Gloriæ, id eſt (vt ego quidem exiſtimo) δόξης, in recto plurali, quia de duobus agitur, & præceſſit ἀδελφοὶ & ἀπόστολοι.

Τὴν οὖν ἔνδειξιν τῆς ἀγάπης ὑμῶν, καὶ ἡμῶν καυχήσεως ὑπὲρ ὑμῶν, εἰς αὐτοὺς ἐνδείξασθε, καὶ εἰς πρόσωπον τῶν ἐκκλησιῶν. Κεφάλαιον θ'

24 Itaque demóſtrationem charitatis veſtræ, & noſtræ de vobis gloriationis, edite in eos, in conſpectu Eccleſiarum.

24 Oſtenſionem ergo quæ eſt charitatis veſtræ. & noſtræ gloriæ pro vobis, in illos oſtendite in facie Eccleſiarum.

CAP. IX.

Περὶ μὲν γὰρ τῆς διακονίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους περισσόν μοί ἐστι τὸ γράφειν ὑμῖν.

1 NAm de ſubminiſtratione quidem quæ fit in ſanctos, ſuperuacaneum eſt mihi ſcribere vobis.

CAP. IX.

1 NAm de miniſterio quod fit in ſanctis, ex abũdanti eſt mihi ſcribere vobis.

Οἶδα γὰρ τὴν προθυμίαν ὑμῶν, ἣν ὑπὲρ ὑμῶν καυχῶμαι Μακεδόσιν, ὅτι Ἀχαΐα παρεσκεύασται ἀπὸ πέρυσι· καὶ ὁ ὑμῶν ζῆλος ἠρέθισε τοὺς πλείονας.

2 Noui enim promptũ animũ veſtrum, quem de vobis iacto apud Macedones, Achaiam videlicet paratameſſe ab anno ſuperiore: & ex vobis ortus zelus prouocauit complures.

2 Scio enim prõptum animum veſtrũ, pro quo de vobis glorior apud Macedones: quoniã et Achaia parata eſt ab anno præterito, & veſtra æmulatio prouocauit plurimos.

Ἔπεμψα δὲ τοὺς ἀδελφοὺς, ἵνα μὴ τὸ καύχημα ἡμῶν τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κενωθῇ ἐν τῷ μέρει τούτῳ· ἵνα (καθὼς ἔλεγον) παρεσκευασμένοι ἦτε·

3 Miſi autem hos fratres, ne gloriatio noſtra de vobis, inanis fiat hac in parte: vt (ſicut dicebam) parati ſitis:

3 Miſi autem fratres, ut ne quod gloriamur de nobis, euaneſcat in hac parte, ut (quemadmodum dixi) parati ſitis:

Μήπως ἐὰν ἔλθωσι σὺν ἐμοὶ Μακεδόνες, καὶ εὕρωσιν ὑμᾶς ἀπαρασκευάστους, καταισχυνθῶμεν ἡμεῖς (ἵνα μὴ λέγωμεν ὑμεῖς) ἐν τῇ ὑποστάσει ταύτῃ τῆς καυχήσεως.

4 Nequo modo, ſi mecum venerint Macedones, & offenderint vos impараtos, non pudeſiamus (vt ne vos dicam) in præſidente iſta gloriatione.

4 Ne quũ uenerint Macedones mecum, & inuenerint uos imparatos, erubeſcamus nos (ut non dicamus uos) in hac ſubſtantia.

24 In eos, εἰς αὐτούς. Poſſet etiam accipi εἰς αὐτοὺς pro ἐπὶ id eſt coram eis: ſed hanc interpretationem non facilè admiſerim, primùm quia non eſt ad eiuſmodi Hebraiſmos veniendum niſi res ipſa vrgeat: deinde quia videtur repugnare proximi capitis initium, vt ſuo loco exponam. Puto igitur Paulum ipſos legatos commendare, quia quo maior eſt futura ipſorum authoritas, eo vberior erat futura Corinthiorum collatio. Hic enim eſt Apoſtoli ſcopus, qui horum ingenium pulchrè notat: ac ſanè operæpretium fecerit qui omnia Chriſtianæ charitatis artificia in hac Pauli commendatione conſiderarit. Sed & εἰς αὐτοὺς conuertere poſſemus Apud eos, vt cohæreat cum καυχήσεως: verùm repugnat diſtinctio in omnibus codicibus addita poſt ὑπὲρ ὑμῶν.

In conſpectu Eccleſiarum, εἰς πρόσωπον ἐκκλησιῶν. Id eſt, teſtes huius veſtræ pietatis habituri omnes Eccleſias, in quarum veluti cõſpectu verſamini, quum legatos cernitis earum ſuffragiis delectos. Eraſmus, Etiam in conſpectu Eccleſiarum. Nos verò expunximus coniunctionem καὶ, ex Veteris interpretis, ex Græcorũ ſcholiorum, ex omnium denique noſtrorum ſedecim codicum ſummo conſenſu. Adfert Eraſmus aliam interpretationem ex Theophylacto, nempe, Et in perſonam Eccleſiarum, quòd nimirum legati eas Eccleſias repræſentarent à quibus miſſi fuerant. Sed hoc mihi quidem ſubtile potius quàm ſolidum videtur.

IN CAPVT IX.

1 Nam, μὲν γάρ. Paulo antè non idipſum cuius cauſa mittebantur legati, ſed legatos ipſos videbatur commendaſſe: nunc verò per occupationem loquens, Cur in vobis hortandis, inquit, epiſtolã conſumerem, quorum promptum animum non deſino Macedonibus prædicare? Hæc eſt, opinor, Pauli germana ſententia. quamobrem etiam in ſuperiore verſiculo nolui εἰς αὐτοὺς conuertere Apud eos, vel, Coram eis. Superuacaneum, περισσόν. Vulg. Ex abundanti, id eſt ἐκ περισσείας, vt loquitur Demoſthenes, & cõuertit Saluſtius. Vide Mat.5.f.37.

1 Promptum animum veſtrum, τὴν προθυμίαν ὑμῶν. Sic rectè & eleganter Vetus interpres, quem Eraſmus in annotationibus reprehendens, ſubſtituit, Animi veſtri promptitudinem, neſcio quo authore fretus.

Achaiam, Ἀχαΐα. Id eſt Græciam. Vide Act.18.c.11. Vulgata addit καὶ, etiã. Nam Macedones quidem ipſi iam erant parati. Ex vobis ortus zelus, ὁ ἐξ ὑμῶν ζῆλος. Vide Iohannem capite 2.c.17. Vulgata, Veſtra æmulatio, ἡ ὑμῶν ζῆλος: quo modo ſcriptum inuenimus in vno codice. Eraſmus, Veſtrũ exemplũ, τὸ ὑμέτερον παράδειγμα.

3 Hos fratres, τοὺς ἀδελφούς. Eraſmus rectè expreſſit articuli αὐτοφορικὸν.

4 In præſidente iſta gloriatione, ἐν τῇ ὑποστάσει ταύτῃ τῆς καυχήσεως. Rectè admonuit doctiſſimus inter-

pres τῷ ϑαῤῥεῖν significare animi quandam (vt ita dicam) imperterritam ſubſiſtẽtiam, quæ nullis nouit cedere. Itaque hoc in loco animi præſentiam declarat, vt pudeat Corinthios quod Apoſtolo tam conſtanter aſſeuerantẽ, reipſa non præſtare. Vulg. In hac ſubſtantia, admodum abſurdé. Eraſmus, In hoc argumento gloriationis, non multo felicius. Addidit tamen τῆς καυχήσεως, gloriationis, quod Vetus interpres non legit, ac fortaſſis
5 ádſcriptum eſt ex huius epiſtolæ cap. 11. d. 17.

Ἀναγκαῖον οὖν ἡγησάμην παρακαλέσαι τοὺς ἀδελφοὺς ἵνα προέλθωσιν εἰς ὑμᾶς, καὶ προκαταρτίσωσι τὴν προκατηγγελμένην εὐλογίαν ὑμῶν, ταύτην ἑτοίμην εἶναι οὕτως ὡς εὐλογίαν, καὶ μὴ ὡς πλεονεξίαν.

5 Itaque neceſſarium putaui adhortari fratres vt prius eant ad vos, & prius abſoluãt antea indictam beneficentiam veſtram, vt ea ſit parata ita vt beneficentia, & non vt extortum aliquid.

5 Neceſſarium ergo exiſtimaui rogare fratres vt præueniant ad uos, & præparent repromiſſam benedictionẽ hãc paratã eſſe ſic, quaſi benedictionẽ, non tanquã auaritiã,

Τοῦτο δέ, ὁ σπείρων φειδομένως, φειδομένως καὶ θερίσει· καὶ ὁ σπείρων ἐπ' εὐλογίαις, ἐπ' εὐλογίαις καὶ θερίσει.

6 Illud autem dico, Qui ſerit parcè, parcè etiam metet: & qui ſerit benignè, benignè etiam metet.

6 Hoc autẽ dico, Qui parcè ſeminat, parcè & metet: & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.

Ἕκαστος καθὼς προῄρηται τῇ καρδίᾳ, μὴ ἐκ λύπης, ἢ ἐξ ἀνάγκης· ἱλαρὸν γὰρ δότην ἀγαπᾷ ὁ Θεός.

7 Quiſque ſicut præoptat corde, ſita agat: non ex triſtitia aut neceſſitate. nam hilarem datorem diligit Deus.

7 Vnuſquiſque prout deſtinauit in corde ſuo: non ex triſtitia, aut ex neceſſitate. hilarem enim datorem diligit Deus. Rom. 12. b. 8 Eccli. 35. b. 11

Δυνατὸς δὲ ὁ Θεὸς πᾶσαν χάριν περισσεῦσαι εἰς ὑμᾶς, ἵνα ἐν παντὶ πάντοτε πᾶσαν αὐτάρκειαν ἔχοντες, περισσεύητε εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν.

8 Potens eſt autem Deus efficere vt omnis gratia in vos redundet: vt in omnibus ſemper omnino quantum ſufficiat penes vos habentes, abundetis ad omne opus bonum:

8 Potens eſt autem Deus omnẽ gratiã abũdare facere in nobis, vt in omnibus ſemper omnem ſufficiẽtiam habentes, abundetis in omne opus bonum:

(Καθὼς γέγραπται, Ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησιν· ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα.

9 (Sicut ſcriptum eſt, Diſperſit, dedit pauperibus: beneficentia eius manet in ſeculum.

9 (Sicut ſcriptũ eſt, Diſperſit, dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in æternũ. Pſal. 111. b. 9

5 Et prius abſoluãnt, καὶ προκαταρτίσωσι. Καταρτίζειν dicitur quod omnibus ſuis partibus conſtat, vt alibi expoſuimus. Vult enim Paulus omnia prorſus eſſe confecta intra aduentum ſuum, quod ſuprà ſignificauit verbo ἑτοιμάζειν, 8. a. 6. Vulg. & Eraſ. Et præparent, non ſatis expreſſé. Beneficentiam, τὴν εὐλογίαν. i. Gratuitò ac liberaliter collata munera. Vulgata ad verbum, Benedictionem, quam vocant Hebræi ברכה. Accipitur verò pro
10 gratiarum actione, item pro laude, tum pro fauſta precatione, tum etiam pro eo quod benignè ac vltro datur, vt hoc in loco, & quoties præſertim de Dei beneficiis agitur. Sed de his alibi dictum eſt à nobis. Eraſmus deriuat ab εὖ & λέγειν, id eſt colligo, quòd eiuſmodi collationes Apoſtolus vocarit λογίας, 1. Cor. 16. a. 2 & 2. Vt extortũ aliquid, ὡς πλεονεξίαν. Sic propriè vocatur auiditas illa inexhauſta plus habẽdi quàm poſſideas, nedũ vt de tuo largiaris. Sed hoc loco per metalepſin Apoſtolus ita vocauit quod malignè & tanquã ab auaro exortũ eſt.
15 Vulg. nimiũ obſcurè, Tanquã auaritiã. Eraſ. Tanquã fraudatio, vel ſpoliatio quod mihi nõ placet. Caſtellio conuertit Profuſio, cuius nondũ ſanè cõiicere potui quod fuerit iudiciũ. Certè hoc perinde eſt acſi τὸ κακὸν bonũ, & τὸ κακὸν malũ interpretaretur. ſed fortaſſis huc reſpexit ὃ πλεονεξίαν ſignificat etiã excellere & primas tenere: vt πλεονεξίαν putarit certamẽ quoddã in largiẽdo ſignificare, quũ alius alio liberalior videri vult. Quaſi verò id meueret Apoſtolus, aut ſequẽs verſiculus nõ poſſ arguat hoc ad eos pertinere qui φιλοδώρους αὑτοῦ. i. parcè ſerũt.
10 6 Benignè, ἐπ' εὐλογίαις. Id eſt, μετ' εὐλογίας, vt rectè explicat ſcholiaſtes Græcus. Vulg. In benedictionibus, quod nemo intelligat. Eraſ. Libenter ac benignè largiẽdo, nimiũ lõgo circuitu. Eſt autem triplex in hac formula Hebraiſmus: primùm quòd ἐπὶ poſita eſt cum nomine, aduerbii loco, vt In iuſtitia pro iuſtè. Deinde quòd εὐλογία vocauit quæ à Græcis εὐφημία potius dicitur, ab Hebræis autem ברכה. Poſtremò, quòd pluralis numerus ſit vſurpatus emphaſeos cauſa.
15 7 Præoptat, προῄρηται. i. Vltrò ſeligit ac cõſtituit apud ſe. Liui autẽ ſic Græcũ hoc vocabulũ expreſſit libro Punici belli 8. Vulg. Deſtinauit, προεῖπεν. Eraſ. Secundũ propoſitũ, ὃν προέθετο. Excludũtur autẽ duo ab Apoſtolo quũ ſic loquitur, nempe λύπη & ἀνάγκη, triſtitia & neceſſitas, quum videlicet quiſpiã largitur quidem, ſed maligno & illiberali animo, vel etiã inuitus, quia nõ vult apud alios malè audire, alioquin nihil collaturus.
20 8 Omnis gratia, πᾶσαν χάριν. Gratiam hic vocat Dei in homines munificẽtiam. Additur autem πᾶν τὸ
25 πλεῖον, vt ſumma quædam munificentia ſignificetur. Quid enim amplius requirat qui apud ſe habet quod ſibi ſufficiat, & cui etiam nunquam deſit quod aliis largiatur? Sed mirum non eſt homines iſtam abundantiam non metere, qui tam parcè támque tenaciter ſerant. Notanda etiam eſt illa ingeminatio particulæ vniuerſalis, quæ non modò eſt venuſtiſſima, ſed etiam maximum põdus addit ſententiæ. Omnino quantum ſufficiat habentes, πάντοτε αὐτάρκειαν ἔχοντες. Sufficientiæ vocabulum, quo vſi ſunt Vetus interpres & Eraſmus, nuſquam legi.
30 Deinde αὐτάρκειαν refero non tantùm ad contentum animum, ſed etiã ad id ipſum quod poſſidetur. Poſtremò conſiderandum eſt pronomen αὐτοῦ in compoſitione, quod videlicet deſignat fore vt idipſum quod ſatis erit, eiuſmodi homo penes ſe habeat, vt ab aliis non cogatur emendicare, ſed aliis potius de ſuo largiatur. Alioquin αὐτάρκειαν propriè dici poteſt vnus Deus, vt qui nullo prorſus egeat, ſed totus in ſeipſo acquieſcat. Ad
35 omne opus bonum, εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν. Id eſt, vt alios omnibus modis iuuare poſſitis benefaciendo. Quidam malunt interpretari, In omni opere bono, vt εἰς pro ἐν accipiatur.
40 9 Beneficentia, ἡ δικαιοσύνη. Vulgata & Eraſmus, Iuſtitia. Vide Matth. 6. a. 1. Manet in ſeculum, εἰς τὸν αἰῶνα. Id eſt perennis ac perpetua eſt. Loquitur autẽ Dauid de viro Dei timente ac proximi amante: cui

dicit nunquam defuturum quod aliis etiam largiatur. Itaque לעולם debet ad vitam hominis restringi, sicut Exo.21.b.6, vt idem videlicet declaret atque כל ימי,id est omnibus diebus suis. Alii sic accipiunt quasi significetur eiusmodi hominem non mutare animum illum beneficum, sed per totam vitam in eo instituto perseuerare. Alii ad æternam vitam hoc referunt, quòd Deo sit in æternum grata futura eiusmodi hominis beneficentia. Dixi quid mihi simplicissimum videatur. 5

Ο δὲ ἐπιχορηγῶν σπόρον τῷ σπείροντι, καὶ ἄρτον εἰς βρῶσιν χορηγήσαι, καὶ πληθύναι τὸν σπόρον ὑμῶν, καὶ αὐξήσαι τὰ γενήματα τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν)

10 Porro qui suppeditat semen serenti, is quoque panem nobis ad escam suppeditet, & multiplicet sementem vestram, & augeat fructus beneficentiæ vestræ)

10 Qui autē administrat semen seminãti, & panē ad manducandū præstabit, & multiplicabit semē uestrū, & augebit incrementa frugum iustitiæ uestræ)

Ἐν παντὶ πλουτιζόμενοι εἰς πᾶσαν ἁπλότητα, ἥτις κατεργάζεται δι' ἡμῶν εὐχαριστίαν τῷ Θεῷ.

11 Vt inquam abundetis, in omnibus ditati ad omnem benignitatē, quæ per nos efficit vt gratiæ agantur Deo.

11 Vt in omnibus locupletati, abundetis in omnem simplicitatē, quæ operatur per nos gratiarū actionem Deo.

Ὅτι ἡ διακονία τῆς λειτουργίας ταύτης οὐ μόνον ἐστὶ προσαναπληροῦσα τὰ ὑστερήματα τῶν ἁγίων, ἀλλὰ καὶ περισσεύουσα διὰ πολλῶν εὐχαριστιῶν τῷ Θεῷ·

11 Nam subministratio oblationis istius non solùm supplet sanctorum inopiam, sed etiam redúdat in multas gratiarum actiones apud Deum:

11 Quoniã ministerium hums officii nõ solũ supplet ea quæ desunt sãctis, sed etiã abũdat p multas gratiarũ actiones in Deum:

(Διὰ τῆς δοκιμῆς τῆς διακονίας ταύτης δοξάζοντες τὸν Θεὸν ἐπὶ τῇ ὑποταγῇ τῆς ὁμολογίας ὑμῶν εἰς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ καὶ ἁπλότητι τῆς κοινωνίας εἰς αὐτοὺς καὶ εἰς πάντας)

13 (Dum per hanc istius subministrationis experientiam Deum glorificant, de consentiente vestra subiectione in Euangelium Christi, déque benigna in se & in omnes communicatione)

13 (Per probationē ministerij huius glorificãtes Deũ in obedientia cõfessionis uestræ in Euãgelium Christi, & simplicitate communicationis in illos, & in omnes)

10 Fructus beneficentiæ vestræ, τὰ γενήματα τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν. Vulgata, Incrementa frugum iustitiæ vestræ. Erasmus quoque iustitiam conuertit. qua de re diximus superiore versiculo. Alludit autem Apostolus ad diuitum possessiones, quasi piis hominibus beneficentia sit pro omnibus latifundiis. Huc enim spectat ἐκ τοῦ γενήματος nomen, de quo diximus Matth.16.c.19.

11 Vt inquam abundetis, ὦ πάντοτε περισσεύητε. Pendet hic versiculus à fine octaui, vt rectè (meo quidē iudicio) annotauit Valla. Nam ad alterum fructū venit qui ex hac Corinthiorum beneficentia in ipsos redundabit. Itaque propter longum hyperbaton, repetit ἵνα εὐλογίαν, per epanalepsin. Similis hyperbati exemplum vnum & alterum annotauimus in hac epistola, vt suprà, 8. d.10, & infrà, 9.a.4. Quæ ἵνα. Ambrosius legit ὅπως, siquis: sed corruptè.

11 Subministratio, ἡ διακονία. Hoc vocabulum non illi modò conuenit qui collatam pecuniam administrat, sed in genere etiam omnibus qui in pauperum vsus aliquid subministrant. qua significatione satis licuerit vsurpari hoc in loco, allusione tamen facta ad publica Ecclesiæ munera. quæ etiam in genere διακονίαι passim vocantur. Vulgata, Ministerium. Erasmus, Functio. Oblationis istius, τῆς λειτουργίας ταύτης. Diximus λειτουργίας vocari publica Ecclesiæ munera, Act.13.a.2. Inde factum vt ipsa munerum functio sic vocaretur: veluti siquis olim sacrificia illa Leuitica vocasset λειτουργίας, aut nunc sacras conciones, vel sacras mysteriorum (vt ita dicam) operationes. Postremò ita cœpit eleemosynis tribui translatitiè sacrificii & oblationis nomen, vt Rom. 15.f.27, & Philipp. 4.d.18, & hoc etiam in loco. Vulgata, Huius officii. Erasmus, Huius muneris. Redundat in multas gratiarum actiones apud Deum, περισσεύουσα διὰ πολλῶν εὐχαριστιῶν τοῦ Θεοῦ. Vulgata, Abundat per multas gratiarum actiones in Domino: vt videatur legisse ἐν Κυρίῳ. Erasmus, Exuberat in hoc quòd per multos agantur gratiæ Deo, rectè expressa sententia. Idem annotat aliam lectionem, nempe si διὰ πολλῶν legamus pro διὰ πολλῶν, sicut impressit Frobenius: vt conuertamus, Facit vt copiosè agantur per multos gratiæ Deo. Nam περισσεύειν accipiendum erit quasi in coniugatione Hiphil. Nos verò in omnibus nostris exemplaribus & Græcis etiam schoiis legimus διὰ πολλῶν. Idem autem declarat διὰ hoc in loco atque εἰς, vt vbique solet cõstrui verbum περισσεύειν. cuius enallages aliud exemplum annotauimus Rom.6.a.4.

13 Dum glorificant, δοξάζοντες. Omnino videtur dicendum fuisse δοξάσαντες τὸν Θεόν, vel potius δοξάζοντα αὐτόν. sed ita etiam interdum loqui solere Atticos annotauit Corinthus, prolato Thucydidis hoc exemplo ex libro historiarum tertio, Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι κατακλείσαντες, ὡς νόμῳ, ἀπῆγον οἴκαδε τὸ στράτευμα. pro τὸ Λακεδαιμονίων κατακλείσαντες. Per hanc istius subministrationis experientiam, διὰ τῆς δοκιμῆς τῆς διακονίας ταύτης. Id est, ex hoc vestræ charitatis specimine, in hac subministratione. Nam ita accipiendum esse nomen διακονίας res ipsa ostēdit, vt diximus versiculo superiore. Cæterùm quòd plerique, ac præsertim Græci interpretes, hoc connectunt cum superioribus, mihi quidem non placet. De consentiente vestra subiectione. ἐπὶ τῇ ὑποταγῇ τῆς ὁμολογίας ὑμῶν. Id est, quòd vno consensu declarauerit is vos vnum secum Euangelium agnoscere, cui vosipsos libenter subieceritis. Nam mihi quidem verisimile est Apostolum vel ob eam causam tam sedulò versisse istam collationem, ac postea tanto studio illi Hierosolymam vsque perferendæ incubuisse, vt hac occasione Gentes planè conciliaret cum Hierosolymitanis qui ex circuncisione crediderant, necdum poterant Legis ceremoniarū oblíuisci: vt testātur ipsi Hierosolymitani ministri Act.21.d.20. Neq; obstat quòd de re futura differēs, præsenti tẽpore vtitur. Manifesta enim est hæc enallage, quū satis cõstet nõdū collecta fuisse hāc eleemosynā: de cuius tamē fructu differit Apostolus, perinde acsi iā esset eò perlata, & benignissimè accepta. Vulg. & Eras. Super obedientia consensus vestri in Euangelij Christi. sanè nimiū obscurè, seruato Hebraismo quem alibi sæpe annotauimus, qtique hoc eodem versiculo iterum occurrit. Sed & ἁπλότης videntur non satis propriè

propriè conuertiſſe obedientiã, quũ amplius aliquid declaret. Dẽq; benigna cõmunicatione, καὶ ἁπλότητι κοινωνίας. Alter Hebraiſmus ſimilis ſuperiori. Vulg. & Eraſ. ad verbum, Et in ſimplicitate communicationis. Diximus autem quid ſit ἁπλότης, ſuprà, 8. 2.

Καὶ αὐτῶν δεήσει ὑπὲρ ὑμῶν, ἐπιποθούντων ὑμᾶς διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν χάριν τοῦ Θεοῦ ἐφ' ὑμῖν.

14 Et in illorum preces pro vobis, expetẽtium vos propter gratiam Dei in vobis exuberantem.

14 Et in ipſorum obſecratione pro nobis, deſiderantium nos propter eminentem gratiam Dei in nobis.

Χάρις δὲ τῷ Θεῷ ἐπὶ τῇ ἀνεκδιηγήτῳ αὐτοῦ δωρεᾷ.

15 Gratia autem ſit Deo ſuper inenarrabili ſuo munere.

15 Gratias Deo ſuper inenarrabili dono eius.

Κεφάλαιον ι.

CAP. X.

CAP. X.

Αὐτὸς δὲ ἐγὼ Παῦλος παρακαλῶ ὑμᾶς διὰ τῆς πραΰτητος καὶ ἐπιεικείας τοῦ Χριστοῦ, ὃς κατὰ πρόσωπον μὲν ταπεινὸς ἐν ὑμῖν, ἀπὼν δὲ θαρρῶ εἰς ὑμᾶς.

1 CAEterùm precor vos per clementiam & æquitatem Christi, ego ipſe Paulus qui coram quidem humilis ſum inter vos, abſens verò, ſum erga vos confidens.

1 Ipſe autem ego Paulus obſecro vos per mansuetudinem & modeſtiã Chriſti, qui in facie quidem humilis ſum inter vos, abſens autem confido in vobis.

Δέομαι δὲ τὸ μὴ παρὼν θαρρῆσαι τῇ πεποιθήσει, ᾗ λογίζομαι τολμῆσαι ἐπί τινας τοὺς λογιζομένους ἡμᾶς ὡς κατὰ σάρκα περιπατοῦντας.

2 Hoc autem rogo, ne, quum præſens adero, ſim cõfidens ea fiducia qua cogito audax eſſe in quoſdam qui nos æſtimant vt ſi ſecundum carnem incederemus.

2 Rogo autẽ, ne præſens audeam per eam confidentiam qua exiſtimor audere in quoſdam, qui arbitrantur nos tanquã ſecundum carnem ambulemus.

Ἐν σαρκὶ γὰρ περιπατοῦντες, οὐ κατὰ σάρκα στρατευόμεθα.

3 Nam in carne incedentes, ſecundum carnem bellum nõ gerimus:

3 In carne enim ambulantes, non ſecundum carnem militamus:

(Τὰ γὰρ ὅπλα τῆς στρατείας ἡμῶν οὐ σαρκικά, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ Θεῷ, πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων)

4 (Arma enim militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed diuinitus valida, & ad ſubuerſionẽ munitionum)

4 (Nam arma militiæ noſtræ nõ carnalia ſunt, ſed potentia Deo, ad deſtructionem munitionũ)

14 Et in illorum preces, καὶ αὐτῶν δέησι. Omnino mihi videtur hoc pertinere ad participium ἐπιποθούντων, quum ſuperiora omnia inter ſe prorſus connexa ſint. Itaque conuerti perinde acſi ſcriptum eſſet, καὶ εἰς τὴν αὐτῶν δέησιν. Hic enim alter fructus corã Deo ex hac Corinthiorũ beneficentia ad ipſos peruẽturus erat quòd præter gratiarum actionem, cuius antè meminit, Deo etiam commendãdi erant, eorum precibus quos inuiſſent: ad quæ & illud acceſſurũ erat quòd ab omnibus erant ſuſpiciendi, tanquam excellenti Dei gratia ornati.

15 Gratia autem, χάρις δέ. Hoc demum epiphonemate claudit Paulus hanc exhortationem: ne gloriosa iſta prædicatione efferrentur Corinthii.

IN CAPVT X.

1 Et æquitatem, καὶ ἐπιεικείας. vel moderationẽ, ſeu naturam illã ad clementiam potius ac miſericordiam, quàm ad vim vllam, vel ad ſummum ius perſequendũ propenſam. Opponit enim Ariſtot. τὸ ἐπιεικὲς τῷ ἀκριβοδικαίῳ, Hermogenes autem τῷ δικαίῳ. Vulgata, Modeſtiam, τὸ σωφρονικὸν, non ſatis rectè. Coram, κατὰ πρόσωπον. Hebraicè פָּנִים. Itaque miror Eraſmum in annotationibus interpretari In ſpecie: quum vel ipſa antitheſis liquidò oſtendat idem hoc valere atque παρὼν, præſens, vt ipſe Apoſtolus explicat infrà, verſu 11. Neque dubium eſt quin hæc dicantur per mimeſin, vt liquet ex verſu 10. Vulgata, In facie. Eraſmus, Iuxta faciem.

2 Hoc autem rogo, δέομαι δέ. Rectè hoc exponit Ambroſius per epanalepſin. Nam quia interiecerat nonnulla poſt παρακαλῶ in ſuperiore verſiculo, non explicaturus quid illud ſit quod rogat, verbum ſynonymum repetiit. Itaque abſurda eſt altera Eraſmi expoſitio, quaſi ſuperior verſiculus ad ſuperiora pertineat, vt ſit ſenſus, Rogo vt meo quoque nomine libenter hanc pecuniam conferatis. Nam (obſecro) quis non videt nouum eſſe proœmium, quod adhibuerit Paulus vt futuræ reprehenſionis acerbitatem leniret? Quamobrem etiam non dixit, διατίθεμαι, impero, ſed δέομαι, rogo: neque etiam τολμῶν, audax ero, ſed λογίζομαι τολμᾶν, cogito audax eſſe, quod minus eſt quàm κέκρικα, decreui. Denique non iaculatur fulmen, ſed obteſtatur per Chriſtum ne cogatur iaculari quod habeat in manibus ſibi à Chriſto traditum. Secundum carnem, κατὰ σάρκα. Id eſt Nõ alio præſidio fretũ quàm quod præ me fero, qui videlicet homo ſum abiectus, ſi nihil aliud quàm hominẽ ſpectes. Itaque nomen σαρκὸς hoc in loco declarat naturæ hominum, atque adeo ipſius Pauli perſonæ imbecillitatem, cui opponitur ſpiritualis & Apoſtolica dignitas. nec ſatis rectè (vt opinor) Chryſoſtomus κατὰ σάρκα perinde expoſuit acſi accuſaretur Apoſtolus eo nomine quòd Spiritu Dei non duceretur, ſed prauis carnis affectibus.

3 Nam, γάρ. Hoc refert ad verbum παρὼν. In carne incedentes, ἐν σαρκὶ περιπατοῦντες. Id eſt, quanuis exterorum hominũ ſimiles ſimus, & carneam hanc molem, vt reliqui, circunferamus. Vulg. & Eraſ. In carne ambulantes. Bellum non gerimus, οὐ στρατευόμεθα. Tranſpoſitam eſſe negantem particulam res ipſa indicat. Nã alioqui ſubaudiẽdũ eſſet alterum membrum, nempe ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα, ſed ſecũdum Spiritum. quod Vetus interpres & Eraſ. non obſeruarunt. Deinde quòd στρατευόμεθα iidem verterunt Militamus, non conuenit huic loco. neque enim Paulus hîc nobis vt miles, ſed vt legatus eius proponitur cuius ſuſpiciis bellum geritur.

4 Carnalia, σαρκικά. Id eſt, ea quibus homines authoritatem ſibi apud alios parant, & res illas magnas gerunt. Diuinitus valida, δυνατὰ τῷ Θεῷ. Id eſt, infinita illa Dei potẽtia nituntur. Nam τῷ Θεῷ caſus

eſt inſtrumenti,& Deum carni opponit. Vulg.&.Eraſ.Potentia Deo,nimium obſcuré. Qui verò hunc locum obiiciunt fidelibus Dei ſeruis,vt magiſtratus gladio Eccleſiam exarment,digni quidem eſſent commiſeratione potius quàm reſponſione ſi duntaxat ignorantia peccarent:ſed quum cauſam ſuam agant per ſummam improbitatem,nec aliud iampridem quærant quàm vt erudeliſſimæ ſuæ clementiæ obtentu impunè poſſint nocentiſſimum ſuum virus Eccleſiis aſpergere,digni ſunt nimirũ quorum iuſto ſupplicio magiſtratus Chriſtiani authoritatem ſuam ſanciãt:niſi fortè dederit illis Dominus vt ſeriò reſipiſcant.Quomodo verò ad eorum ineptiſſima argumenta ſit reſpondendũ,pluribus non exponam hoc in loco,quum hîc non ſit noſter ſcopus,& de toto hoc negotio libellum ſcripſerimus,in quo de ciuilis magiſtratus in hæreticos iure ac poteſtate copioſius diſſeruimus.

Λογισμοὺς καθαιροῦντες, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, καὶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ·

5 Dum ratiocinationes euertimus, omnémque ſublimitatem quæ extollitur aduerſus cognitionem Dei: & captiuam ducimus omnem cogitationẽ, ad obediendum Chriſto:

5 Conſilia deſtruentes, & omnẽ altitudinẽ extollẽtẽ ſe aduerſus ſcientiã Dei: & in captiuitatẽ redigentes omnẽ intellectũ in obſequium Chriſti:

Καὶ ἐν ἑτοίμῳ ἔχοντες ἐκδικῆσαι πᾶσαν παρακοήν, ὅταν πληρωθῇ ὑμῶν ἡ ὑπακοή.

6 Et paratum habemus quo vindicemus omnem contumaciam, poſtquam impleta fuerit veſtra obedientia.

6 Et in promptu habentes vltaſci omnem inobedientiam quum impleta fuerit veſtra obedientia.

Τὰ κατὰ πρόσωπον βλέπετε; εἴτις πέποιθεν ἑαυτῷ Χριστοῦ εἶναι, τοῦτο λογιζέσθω πάλιν ἀφ' ἑαυτοῦ, ὅτι καθὼς αὐτὸς Χριστοῦ, οὕτω καὶ ἡμεῖς Χριστοῦ.

7 Quæ ob oculos ſunt aſpicitis? ſiquis apud ſe confidit ſe Chriſti eſſe,hoc vicißim cogitet ex ſeſe,quemadmodum ipſe Chriſti eſt,ita & nos Chriſti eſſe.

7 Quæ ſecundum faciem ſunt videte. ſiquis confidit ſibi.Chriſti ſe eſſe,hoc cogitet iterum apud ſe, quia ſicut ipſe Chriſti eſt,ita & nos.

Ἐάν τε γὰρ καὶ περισσότερόν τι καυχήσωμαι περὶ τῆς ἐξουσίας ἡμῶν, ἧς ἔδωκεν ὁ Κύριος ἡμῶν εἰς οἰκοδομὴν, καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν ὑμῶν, οὐκ αἰσχυνθήσομαι,

8 Nam ſi amplius etiam quippiã glorier de poteſtate noſtra, quam dedit Dominus nobis ad ædificationem ac non ad ſubuerſionem veſtri, non pudefiam.

8 Nam etſi amplius aliquid gloriatus fuero de poteſtate noſtra, quã dedit nobis Dominus in ædificationem & non in deſtructionem veſtram, non erubeſcam.

Ἵνα μὴ δόξω ὡς ἂν ἐκφοβεῖν ὑμᾶς διὰ τῶν ἐπιστολῶν.

9 Ne videar ceu perterrefacere vos per epiſtolas.

9 Vt autem non exiſtimer tanquã terrere uos per epiſtolas.

Ὅτι αἱ μὲν ἐπιστολαί, φησί, βαρεῖαι καὶ ἰσχυραί· ἡ δὲ παρουσία τοῦ σώματος, ἀσθενὴς, καὶ ὁ λόγος ἐξουθενημένος.

10 Nam epiſtolæ quidem (inquit) graues ſunt & validæ: ſed præſentia corporis infirma eſt, & ſermo nihili.

10 Quoniam quidem epiſtolæ, inquiunt, graues ſunt & fortes: præſentia autem corporis, infirma, & ſermo contemptibilis.

Τοῦτο λογιζέσθω ὁ τοιοῦτος, ὅτι οἷοί ἐσμεν τῷ λόγῳ δι' ἐπιστολῶν ἀπόντες, τοιοῦτοι καὶ παρόντες τῷ ἔργῳ.

11 Hoc cogitet qui iſtiuſmodi eſt, quales ſumus verbo per epiſtolas quum abſumus, tales etiam fore reipſa quum aderimus.

11 Hoc cogitet qui eiuſmodi eſt, quia quales ſumus uerbo per epiſtolas, abſentes, tales & præſentes in facto.

Οὐ γὰρ τολμῶμεν ἐγκρῖναι ἢ συγκρῖναι ἑαυτούς τισι τῶν ἑαυτοὺς συνιστανόντων·

12 Non enim audemus nos inſerere aut cõferre cũ quibuſdã qui ſeipſos commendant:

12 Non enim audemus inſerere aut cõparare nos quibuſdã qui ſeipſos cõ-

5 Dum ratiocinationes euertimus, λογισμοὺς καθαιροῦντες. Hoc participium cohæret cum στρατευόμεθα, niſi malimus abſolutè poni, vt ſuprà,9.d.14.Vulgata,Cõſilia deſtruentes. Eraſmus,Quibus cõſilia demolimur: ita vt ad ὧν referatur,ſubaudito relatiuo אשר Hebræorum more,& participio poſito loco verbi.

7 Quæ ob oculos ſunt aſpicitis? τὰ κατὰ πρόσωπον βλέπετε; Id eſt,Itáne verò in æſtimandis hominibus externam illam ſpeciem ac laruam intueminiſt? Opponit enim πρόσωπον,id eſt apparentiam(vt ita dicam) veritati, vt Mar.12.b.14.Ioh.7.d.24.& 8.b.15.Nam βλέπετε omnino præſtat accipere indicandi quàm imperandi modo,& aſpicitis potius declarat quàm videtis.eſtque vehementior obiurgatio ſi per interrogationẽ enuntietur.Vulg. Quæ ſecundum faciem ſunt videte.Eraſ. Quæ in conſpectu ſunt,videtis? Viciſſim,πάλιν.Vulg.Iterum.Eraſ. Rurſum.neutra cerè interpretatio conuenit. Ex ſeſe,ἀφ' ἑαυτοῦ.id eſt,etiã à me non admonitus.Nam ſi Chriſti eſt,vltro agnoſcet me quoque Chriſti eſſe.Vulg.Apud ſe.

9 Ne videar,ἵνα μὴ δόξω. Vulg.addit particulam δέ,quam etiam in Complutenſi editione & duobus aliis codicibus additam inuenimus.mihi tamen videtur eſſe expungenda.Eſt enim præciſa oratio:quaſi dicat, Quod ego id circo dico,ne hæc quæ iacto,putetis inania quædam eſſe verborum terriculamenta.

10 Inquit.φησί.Sic legitur in omnibus noſtris codicibus Græcis, vt intelligamus certum quempiam iſtius ſermonis authorem deſignari.vt ſolet Dauid,de aduerſariis ſuis differens, ſingularem numerum interdum adhibere,vt Saulem obliquè perſtringat illorum principem:veluti Pſal.57.b.7. Vel quemuis iſtorum ſibi exempli cauſa deligit Apoſtolus.Sequitur enim,ὁ τοιοῦτος,id eſt qui eiuſmodi eſt.Vulg.Inquiunt,φασὶ,ac fortaſſis rectius. Et ſermo nihili,καὶ ὁ λόγος ἐξουθενημένος.Vulg.Et ſermo contemptibilis.Eraſ.Et ſermo contẽptus, non ſatis expreſſé.

12 Audemus,τολμῶμεν.Eraſ.Suſtinemus,de qua ſignificatione diximus Rom.15.d.18. Mihi potius placet quod & Græco ſcholiaſtæ, ironicè videlicet iſtos inſolentes homines carpi ab Apoſtolo. Inſerere,συγκρῖναι.Id eſt ἀναριθμῆσαι, annumerare.Sic Horatius,Quòd ſi me Lyricis vatibus inſeris.

ἀλλὰ αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτοὺς μετροῦντες, καὶ συγκρίνοντες ἑαυτοὺς ἑαυτοῖς οὐ συνιοῦσιν.

sed non intelligũt quòd ipſi ſeſe ſeipſis metiuntur, & ſeſe ſibi-ipſis comparant.

ſed ipſi in nobis neſmetipſos metientes, & comparantes neſmetipſos nobis.

Ἡμεῖς δὲ οὐκ εἰς τὰ ἄμετρα καυχησόμεθα· ἀλλὰ κατὰ τὸ μέτρον τοῦ κανόνος οὗ ἐμέρισεν ἡμῖν ὁ Θεὸς μέτρου, ἐφικέσθαι ἄχρι καὶ ὑμῶν·

13 At nos nõ gloriabimur de iis quæ menſuræ *noſtræ* non ſint, ‖ ſed ſecundum dimenſionem regularem eius menſuræ quã Deus nobis diſpertitus eſt, gloriabimur nos peruenisſe ad vos etiam vſque.

13 *Nos autem non in immenſum gloriabimur:* Epheſ. 4. b. 6 *ſed ſecundum menſurã regulæ, qua menſus eſt nobis Deus menſuram pertingendi uſque ad nos.*

Non intelligunt, οὐ συνιοῦσιν. Id eſt, non ſentiunt nec animaduertunt. Scriptum enim eſt συνιοῦσι à συνιῶ pro συνιᾶσι à συνίημι, vt Matth. 13. b. 13. Photius apud Græcum ſcholiaſten pro participio interpretatur, quaſi τοῖς συνιοῦσι vocet Apoſtolus τοὺς ἀκροατὰς. i. auditores. Refert enim hæc omnia ad Paulum ipſum: vt ſic interpretari liceat ex ipſius ſententia, ſed ipſi in nobis ipſis (. i. in noſtra cõſcientia) nos metimur, & noſipſos nobiſcũ (. i. dicta noſtra cũ factis, vel priora noſtra tũ dicta tũ facta cum poſterioribus) cõparamus: non autẽ cum auditoribus, quibus videlicet non conſtituimus, vt iſti inſeruire. Sed ἡμεῖς δὲ quod ſequitur, ſatis oſtendit relatiuum αὐτοὶ ad Pauli aduerſarios pertinere. Deinde tota hæc expoſitio valde eſt violenta. Eraſmus igitur participia μετρούμενοι & συγκρίνοντες annotauit poſita eſſe pro infinitis, ſicut & ego expoſui. Ita enim ſenſus planus eſt, & hæc conſtructio verbi συνίημι apud Græcos non modò tolerabilis ſed elegans etiam habetur. Poſſunt tamen participia ſine enallage explicari, ita vt συνιοῦσι vel interpretemur vt abſolutè poſitum, Non ſapiunt: vel ſubaudiamus aliquid, hoc modo, Sed quum ipſi ſeſe ſeipſis metiantur, & ſeſe ſeipſis comparent, *id* non intelligunt: vel, non intelligunt *quàm ſint ridiculi*, vt explicat Theophylactus. Quid ſi verò coniunctim legamus ἑαυτοῖς οὐ συνιοῦσι, id eſt ſibi non ſapiunt? Repugnant Græca exemplaria, in quibus nuſquam additur diſtinctio poſt συγκρίνοντες ἑαυτοῖς. Deinde nulli ſibi magis ſapiunt quàm qui iſtorum ſimiles ſunt quos Paulus reprehendit. Vetus interpres hæc non legit, aut potius prætermiſit, quum in Græcis codicibus ſummo conſenſu inueniantur. Ambroſium quoque apparet à corrupto aliquo exemplari fuiſſe deceptum. ſic enim hunc locum interpretatur, Sed ipſi in nobis noſmetipſos menſurantes, & comparantes noſmetipſos nobis, non in immenſum gloriabimur. Itaque finem huius verſiculi, nempe οὐ συνιοῦσιν, & initium proximi, nempe ἡμεῖς δὲ, non legit, contra omnium noſtrorum codicum & Græcorum interpretum fidem. Auguſtinus paſſiuè ita legit vt nos, in Pſalmo, 34, 118, & 141. Item in libello de doctrina Chriſtiana, & aduerſus Fauſtum lib. 11. cap. 17. vt obſeruauit Eraſmus.

Quòd ipſi ſeſe ſe ipſis metiuntur, αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτοὺς μετροῦντες. Pleroſque video ἐν ἑαυτοῖς exponere μετὰ ἀλλήλων, id eſt inter ſe, ſeu mutuò ac viciſſim: vt iſtos intelligamus ſeſe non cum aliis præſtantioribus eſſe metitos, ſed cum ſui ſimilibus: vnde ſit factum vt non intelligerent quàm procul abeſſent ab eo gradu in quo ipſi ſeſe collocabant: veluti ſi luſcus ſeſe cum cæcis comparet. Sed vide num paulo aliter poſſit hoc dictum exponi. Eleuabant iſti miniſterium Apoſtoli, vt Corinthiorum Eccleſiam totam poſtea euerterent. quid autem adferebant? nempe nihil in eo graue ac robuſtum eſſe præter epiſtolas, quæ grande neſcio quid ſpirarent: exterùm quum ad rem ventum eſſet, ac præſens conſpiceretur, ſermone ac toto vultu nihil eſſe illo abiectius. Id verò quum dicerent, nempe ſibi contrarias omnes virtutes tribuebant. Ergo, inquit Paulus iſtorum factum deridens, Non auſim ego homuncio inter iſtos gigantes comparare, ac multo minus cum illis me conferre. Sed mirum eſt ſapientes iſtos ita deſipere vt non intelligant quàm abſurdè faciant. Nam certè ſiquis ſeſe velit metiri, is aliqua menſura indiget. Menſura autem iſtarum virtutum quænam eſt? Nempe res illarum virtutum præſidiis geſtæ: vt ſi illæ multæ ac magnæ fuerint, tum demum magnæ ac multæ ipſorum virtutes eſſe intelligantur. Nam (vt alibi teſtatur) regnum Dei non eſt poſitum in verbis, ſed in ipſa agendi virtute: vt nemo fortem dixerit militem qui in conuiuio de re militari differat, ſed qui coronas multas & multos à ſe proſtratos oſtendat. Cedo igitur, quid eiuſmodi habent iſti quod adferant? num vos Corinthios, è quorum finibus iſti nunquam exceſſerunt? Atqui vos non illorum ſed meum opus eſtis in Domino. Vos ego cepi, vos debellaui, vos mea ſors eſtis, ac poſſeſſio mihi à Domino attributa. Iſti verò non habent aliud quod proferant. Ergo quid iſtis fingi poteſt ineptius? Nam perinde faciunt ac ſiquis ſeſe non aliqua menſura, puta cubito, vlna, decempeda, ſed ſeipſo vellet metiri: vt ſiquis pumilio iactet ſe gigantem eſſe, nec aliam iactantiæ ſuæ rationem adferat quàm quòd ita ſibi perſuaſerit. Itaque, vt tandem finiam, οὐκ ἑαυτοῖς exiſtimo rationem habere quaſi inſtrumenti, cui ſignificando ſæpe iam diximus Hebræos adhibere literam quæ reſpondet præpoſitioni ἐν, vt ſi dicas metiri in vlna, pro metiri vlna: vt ſi Gallicè dicas, *ils ſe meſurent par eux-meſmes.* Et ſeſe ſibi-ipſis comparant, καὶ ἑαυτοὺς ἑαυτοῖς συγκρίνουσι. Hic laborant Græci interpretes, & rurſus interpretantur ἑαυτοῖς inter ſe: quod planè eſt violentum, quum non ſit ſcriptum ἐν ἑαυτοῖς, vt in ſuperiore membro. Ego verò puto non idem ſed alterum vitium, ſuperiori proximum, & ex eo, veluti ex fonte, promanans, his verbis reprehendi. Dupliciter enim inepti iſti homines peccabant: primùm quòd ſola de ſeipſis perſuaſione freti, nihil non ſibi arrogarent: quod vocat Apoſtolus, ſeſe ſeipſis metiri. deinde quòd præterquam quòd ſibi videbantur eſſe omnia, alios etiam prorſus quaſi nihili homines deſpicerẽt: quod rurſus faciebant ſtultiſſimè. Nam ſiquis duos vel plures velit comparare, vt quis magnitudine excellat intelligatur, omnino neceſſe eſt communem κανόνα, id eſt regulam ac menſuram, adhiberi. At iſti ſeſe cum Paulo conferentes, nullam menſuram adferre poterant, id eſt nulla ſua geſta, nullas vrbes, nullos populos Chriſto lucrifactos, ſed ſeipſos duntaxat: nempe quia iam antea ſibi perſuaſerant de ſeipſis maxima quæque, vt ex hac hypotheſi cæteros quamuis excellentes deſpicerent. Iterum igitur ἑαυτοῖς, vt in ſuperiore membro, rationem habet quaſi inſtrumenti. Nam illi pro menſura ſeipſos adferebant cum falſis illis de ſe perſuaſionibus. Eſt enim totus hic ſermo figuratè expoſitus ab Apoſtolo, tranſlatione à menſoribus ſumpta.

13 De iis quæ menſuræ *noſtræ* non ſint, εἰς τὰ ἄμετρα. Sic dicunt Græci eleganter ὑπὲρ τὸν εἰς διαμετρούμενον, καὶ ὑπὲρ τὸν μετρούμενον, & ſimilia multa. ἄμετρα autem vocat non quæ per ſe nimia ſint, & quæ nemo poſſit metiri, (vt ſiquis ſibi tribuat quod vnius Dei eſt) ſed quæ Deus non eſſet ipſi admenſus: aduerſariorum videlicet reſpectu, qui ſibi tribuebant aliena, vt apparet ex verſibus 15 & 16. quum alioquì ſimpliciter nõ eſſent immodica quæ vel Paulus meritò ferebat Deo accepta, vel eius aduerſarii ſibi iniuria vẽdicabant. Ideo nolui conuertere

In immenſum, cum Vetere interprete & Eraſmo. Sed ſecundum dimenſionem regularem, ἀλλὰ κατὰ τὸ μέτρον τοῦ κανόνος. Dimenſionem regulæ (id eſt regularem) vocat quæ non temere facta eſſet, vel nulla adhibita menſura, ſed quaſi exacta ad regulam. κανόνα enim in genere appellant Græci regulam ad quam omnis generis menſores, vt agrimenſores, architecti, pictores, ſcribæ, & cæteri quiuis artifices operis ſui rationem exigũt. μέτρον autem vocat Apoſtolus ipſam διαμέτρησιν, quam Deus quaſi ad regulam exegerit, vt & ipſi Apoſtolo limites eius præterire, & pſeudapoſtolis in illam inuadere fit nefas. Vulgata & Eraſ. perobſcurè, Secundum menſuram regulæ. Eius menſuræ quam Deus nobis diſpertitus eſt, οὗ ἐμέρισεν ἡμῖν ὁ Θεὸς μέτρου, id eſt μέτρου οὗ ἐμέρισεν, &c. vt apud Terentium, Reſtitue in quem me accepiſti locum. Cæterùm τὸ μέτρον tria fere ſignificat, nempe illud quo metimur quippiam, vt regulam, vlnam, decempedam, modium, &c. item ipſam metiendi actionem: denique illud ipſum quod quis nobis ſit admẽſus: vt quum iugerum agri, modiũ frumenti dicimus. Ac prima quidem illa ſignificatione non accipitur in hoc ſermone, in quo maluit Apoſtolus vti vocabulo κανόνος, id eſt menſoriæ regulæ. Ex duabus autem reliquis declarationibus prior conuenit priori loco, quum dicit κατὰ τὸ μέτρον τοῦ κανόνος, poſterior verò iſti demum loco. Menſuram enim hic vocat Apoſtolus quicquid terrarum Deus ipſi velut ad regulam erat admẽſus, vt totum illum ſpatium adiiceret Chriſti imperio. Vulgata, Qua menſus eſt nobis Deus menſuram. vt omnino legiſſe videatur, οὗ ἐμέτρησεν ἡμῖν ὁ Θεὸς μέτρον. Eraſ. Qua partitus eſt Deus nobis menſura. Sequutus enim eſt Græcum ſcholiaſten, qui ſubaudit præpoſitionem ἀπό, violenta planè tum eclipſi, tum etiam traiectione: quum plana ſit ſententia, nec quicquam ſit detortum aut non ſuo loco poſitum, vt ego ſum interpretatus. Gloriabimur nos peruenſſe, ἐφικέσθαι. Repeto κανὼν τοῦ κανονὸς verbum κανχήσασθαι. Id enim omnino faciendum eſt, quocunque modo locum interpreteris. Sed in eo non poſſum aſſentiri Veteri interpreti & Eraſmo, quòd ἐφικέσθαι verterunt per gerundi modum, quaſi ſcriptum ſit τῷ ἐφικέσθαι, & cohæreat hoc verbum cum nomine μέτρου. quod ſanè non probo. Mallem ſupplere ὥστε, & conuertere, Vt peruenirem. Etiam ad vos vſque, ἄχρι καὶ ὑμῶν. Vetus interpres omiſit particulam καὶ, quam meritò reſtituit Eraſmus, quum maxima ſit eius emphaſis.

Οὐ γὰρ ὡς μὴ ἐφικνούμενοι εἰς ὑμᾶς, ὑπερεκτείνομεν ἑαυτούς. ἄχρι γὰρ καὶ ὑμῶν ἐφθάσαμεν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ.

14 Non enim vt ſi non peruenirem vſque ad vos, extendimus noſipſos ſupra modum: nam vſque ad vos etiam peruenimus in Euangelio Chriſti.

14 *Non enim quaſi non pertingentes ad uos, ſuperextendimus nos: uſque ad uos enim peruenimus in Euangelio Chriſti.*

Οὐκ εἰς τὰ ἄμετρα καυχώμενοι ἐν ἀλλοτρίοις κόποις, ἐλπίδα δὲ ἔχοντες, αὐξανομένης τῆς πίστεως ὑμῶν, ἐν ὑμῖν μεγαλυνθῆναι κατὰ τὸν κανόνα ἡμῶν εἰς περισσείαν·

15 Non de iis quæ menſuræ noſtræ non ſunt, gloriantes, *id eſt* de alienis laboribus, ſed ſperantes, *nos*, augeſcente fide veſtra, per vos admodum amplificatum iri in aſſignata noſtra menſura.

15 *Non in immenſum gloriantes in alienis laboribus: ſpem autem habentes creſcentis fidei ueſtræ, in uobis magnificari ſecundum regulam noſtram in abundantiam.*

Εἰς τὰ ὑπερέκεινα ὑμῶν εὐαγγελίσασθαι, οὐκ ἐν ἀλλοτρίῳ κανόνι εἰς τὰ ἕτοιμα καυχήσασθαι.

16 Vt in iis *regionibus* quæ vltra vos *ſunt*, euangelizem: non vt in alteri aſſignata menſura, de præparatis gloriemur.

16 *Etiam in illa quæ ultra uos ſunt euangelizare: nõ in aliena regula, in iis quæ præparata ſunt gloriari.*

Ierem. 9. g. 24. 1. cor. 1. d. 31.

Ὁ δὲ καυχώμενος, ἐν Κυρίῳ καυχάσθω.

17 Cæterùm qui gloriatur, in Domino glorietur.

17 *Qui autem gloriatur, in Domino glorietur.*

Οὐ γὰρ ὁ ἑαυτὸν συνιστῶν, ἐκεῖνός ἐστι δόκιμος, ἀλλ' ὃν ὁ Κύριος συνίστησιν.

18 Non enim qui ſeipſum commendat, is probatus eſt, ſed is quem Dominus commendat.

18 *Non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem Dominus commendat.*

14 In Euangelio, ἐν Χριστῷ. Id eſt, dum Chriſtum prædico, ſiue Chriſtum euangelizando.

15 De iis quæ menſuræ noſtræ non ſunt, εἰς τὰ ἄμετρα. Vide ſuprà, verſu 13. Augeſcente, αὐξανομένης. Vulgata perperam conuertit Creſcentis. ponitur enim hic caſus abſolutè. Eraſ. Suboleſcente. quod participiũ neſcio vnde tandem deſumpſerit. Per vos amplificatum iri, ἐν ὑμῖν μεγαλυνθῆναι. Vulg. In vobis magnificari. Eraſ. In vobis, futurum vt magnificemur. Sed ἐν ὑμῖν coniunxit cum αὐξανομένης, contra Græcorum exemplarium fidem. Admodum, εἰς περισσείαν. Heb. עד מאד, quaſi dicas, vſque valde, vel fortaſſis לרוב, id eſt ad multum. Vulgata. In abundantiam. Eraſmus, nihilo magis perſpicuè, In exuberantiam. In aſſignata noſtra menſura, κατὰ τὸν κανόνα ἡμῶν. Vulg. & Eraſ. Secundum regulam noſtram. Atqui κατὰ idem hic declarat proſus atque ἐν. quaſi dixerit Apoſtolus ἐν τῷ κανόνι ἡμῶν, vt contrà paulo pòſt, ἐν ἀλλοτρίῳ κανόνι. Deinde κανὼν hoc in loco non ſignificat regulam, ſed illud ipſum ſpatium quod ad regulam admenſum eſt: quaſi Deus terrarum orbem inter Apoſtolos diuiſerit excolendum. Itaque ſequente verſiculò appellat ἀλλότριον κανόνα menſuram alteri attributam, id eſt ad quam excolendam Deus alium vocaſſet. Sic apud Hebræos eodem tropo, quanuis diuerſa tranſlatione, hæreditas dicitur נורל, id eſt ſors, vt etiam Latini loquuntur: & cum ſex punctis חבל, id eſt funis, quòd funibus agros metirentur. Sic denique apud Pollucem κανὼν dicitur ipſum ſaltus ſpatium: neque quicquam eſt hac metalepſi magis vſitatum.

16 Vt euangelizẽ, εὐαγγελίσασθαι. Sub. ὥστε. quam eclipſin quia Vetus interpres neglexit, conuertit Euangelizare, ita obſcurè vt nemo intelligeret. Similis eſt eclipſis infrà, 11. a. 1. In alteri aſſignata menſura, ἐν ἀλλοτρίῳ κανόνι. Vetus interpres, In alia regula. Eraſ. Per alienam regulam. Neuter profectò quid hoc rei eſſet percepit quod paulo antè expoſuimus, & ipſe Paulus perſpicuè exponit. Vocat enim menſuram alteri aſſignatam τὰ ἕτοιμα, id eſt regiones ab aliis præparatas, & quaſi exculeas Euangelii prædicatione, ad ferendum fructũ. quas vocat, diuerſa tranſlatione fundamenta ab aliis poſita, Rom. 15. c. 20.

17 In Domino ἐν Κυρίῳ. Id eſt Deo totam gloriam vendicet in ſolidum, ne in ſeſe ſuperbiat: deinde ad Dei gloriam non ad ſua commoda referat quicquid gratiæ à Deo accepit.

Κεφάλαιον ια΄

Ὄφελον ἀνείχεσθέ μου μικρόν τι τῆς ἀφροσύνης· ἀλλὰ καὶ ἀνέχεσθέ μου.

Ζηλῶ γὰρ ὑμᾶς θεοῦ ζήλῳ· ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ.

Φοβοῦμαι δὲ μή πως ὡς ὁ ὄφις Εὔαν ἐξηπάτησεν ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτοῦ, οὕτω φθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν, ἀπὸ τῆς ἁπλότητος τῆς εἰς τὸν Χριστόν.

Εἰ μὲν γὰρ ὁ ἐρχόμενος ἄλλον Ἰησοῦν κηρύσσει ὃν οὐκ ἐκηρύξαμεν, ἢ πνεῦμα ἕτερον λαμβάνετε ὃ οὐκ ἐλάβετε, ἢ εὐαγγέλιον ἕτερον ὃ οὐκ ἐδέξασθε, καλῶς ἠνείχεσθε.

CAP. XI.

1 VTinam ᵛtoleraretis pauliſper inſipientiam *meam*: imò etiam tolerate me.

2 ᵛAmbio enim vos Dei zelotypia. ᵛPræparaui enim vos, ᵛquos vni viro ᵛ(*ut* virginem puram) ſiſtam, ᵛ*nempe* Chriſto:

3 Sed metuo nequo modo, ſicut ſerpens ille Euam ſeduxit callidítate ſua, ita ᵛcorruptæ mentes veſtræ ᵛ*degenerent* à ſimplicitate ᵛquæ eſt in Chriſto.

4 Enimuero ᵛſi veniat qui ᵛalium Ieſum prædicet quem nō prædicauimus, ᵛaut *ſi* Spiritum alium accipiatis quem non accepiſtis, aut Euangelium aliud quod non accepiſtis, rectè *cum* ᵛtoleraueritis.

CAP. XI.

1 VTinam *ſuſtineretis* modicum quid inſipientiæ meæ: *ſed* & ſupportate me.

2 Æmulor enim vos Dei æmulatione. deſpondi enim vos vni viro, virginē caſtā exhibere Chriſto.

3 Timeo autem ne ſicut ſerpens Hevam ſeduxit aſtutia ſua: ita *etiam* mentes veſtri, & excidant à ſimplicitate quæ eſt in Chriſto. Gen.3.c.4

4 Nam ſi is qui venit, alium Chriſtum prædicat quem nō prædicauimus, aut alium Spiritum accipitis quem nō accepiſtis, aut Euangeliū quod non receperitis, rectè pateremini.

IN CAPVT XI.

1 Vtinam, ὄφελον. Proœmium eſt deductum ἀπὸ τῆς δίκης, quale eſſe Demoſthenis illud εἰθε πεπαίνοιεν annotarunt rhetores. ἀφροσύνη autem, id eſt inſipientiam, aut delirium potius, vocat laudum ſuarum prædicationē: ad quas deſcendere cogitur, non quòd ſeipſum quæreret amplificare, ſed quòd pſeudapoſtolos videret arrogantia ſua Eccleſiam corrumpere: vt omnino oporteret illam ruere niſi ſalua maneret apud eos miniſterii Pauli authoritas. Toleraretis pauliſper inſipientiam meam, ἀνείχεσθέ μου μικρόν τι τῆς ἀφροσύνης. Sic lego, ex Veteris interpretis & duorum codicum authoritate. Quanquam in eo deceptus eſt Vetus interpres quòd τῆς ἀφροσύνης coniunxit cum μικρόν τι, quum cohæreat potius cum verbo ἀνείχεσθε. Vertit enim, Vtinam ſuſtineretis modicum quid inſipientiæ meæ. Eraſ. Vtinam me toleraſſetis pauliſper in inſipientia mea, id eſt ὄφελον ἀνείχεσθε μικρὸν τῇ ἀφροσύνῃ, vt ſubaudiatur ὑμᾶς, quæ eclipſis dura eſt. quanquam ſic habent plerique codices. Illi tamen in eo non aſſentior quòd ἀνείχεσθε vertit toleraſſetis.

2 Ambio, ζηλῶ. Vulg. Æmulor. Eraſ. Zelorypus ſum. Loquitur autem vt procus, ſed qui tamen non ſibi ſed domino ſuo illos quaſi virginem ambiat. Itaque ipſius ſponſi zelotypiam in ſe tranſfert. Sunt enim ſinceri miniſtri, quaſi Eccleſiæ & Chriſti paranymphi. Vide Ioh.3.c.29. Præparaui, ἡρμοσάμην, ſiue diſpoſui, vel accommodaui: ſiue conciliaui, i. ἁρμοστὴν καὶ συνάγωγα. Eſt enim hoc miniſtri quaſi ἁρμοστικὸς munus primarium, vt virginem ei conciliet de cuius matrimonio ſatagit: alterum, vt deſpondendam curet: tertium, vt deſponſam coniungat. Ac quod ad primū quidē illud attinet, vix quiſquā eſt qui ignoret ἁρμόζεσθαι dici de omni aptatione & accōmodatione. quo fit vt de reliquis duobus etiā appoſitiſſimè dicatur, ac præſertim de cōiugio, cuius arctiſſima eſt coniunctio. Herod. certè in Terpſichore vſurpauit ἀπὸ τοῦ μνηστεύεσθαι, i. pro deſponderi, de quodam Philippo loquens, ἐς ἀμφοτέρους Τέλλης τῷ Σωκράτεω δοκησίσοφος, ἁρμοσάμενος Κροτωνίης. Sequitur enim, ἐνθεῦτεν δὲ τῷ γάμου, οἷα πολλῶν ἐν Κροτωνίῃσι. Ex his autem ſignificationibus Vetus interpres ſecundam delegit, vt qui conuerterit, Deſponsi. Eraſ. tertiam amplexus, interpretatur Adiunxi. Vterque igitur ἑνὶ ἀνδρὶ cōiunxit cū ἡρμοσάμην, ac præſertim Eraſ. qui παραστῆσαι ob eā cauſam retulit ad Corinthios. vertit enim, Vt exhiberetis. At ego non video qui poſſimus vel hanc vel illā interpretationē amplecti quin hiet conſtructio. Itaque non dubitaui præferre Ambroſii interpretationem, qui conuertit Parauī, id eſt ἡρμοσάμην. poſita enim eſt iſta conciliatio in conciliandis & veluti conglutinandis animis. Nam profectò res ipſa oſtendit Chriſtum eſſe eum virū cui Corinthios, tanquam virginem puram, illi ſuo tempore ſiſtendā, conciliarit Apoſtolus: ac proinde τῷ Χριστῷ poſitum eſſe in expegeſi. cuius ſimile prorſus exemplum eſt Matth.19.c.17. Ex eo verò illud quoque efficitur, ἑνὶ ἀνδρὶ non rectè ſolere coniungi cum ἡρμοσάμην, adhibita etiam diſtinctione, quum prorſus cohæreat cum παραστῆσαι. Nam etiam in Græcis ſcholiis nuſquā apparet illa diſtinctio. Quæ ſiſtis, παραστῆσαι, vel, vt vos coniugā. Subauditur enim ὑμᾶς, vt ſuprà, 10.d.36 & ὑμᾶς reperendū eſt ἀπὸ τοῦ ἡρμοσάμην. Vulg. Exhibere, ad verbum, ſi non explicata, at certè non corrupta ſententia. Eraſ. Vt exhiberetis. quod mihi non placet. Perſiſtit enim Paulus in tranſlatione, & finē ſui conſilii explicat: nempe vt quū Corinthios prædicatione Euangelii purificaſſet, quaſi virginē purā & integrā eos Chriſto ſiſteret. Vt virginem purā, παρθένον ἁγνὴν. Vulg. & Eraſ. ad verbū Virginē caſtam. Ego malui ἁγνὴν puram interpretari: quòd caſtitas etiam vxori tribuatur, hic verò ſumma quædam integritas ſignificetur. Eſt autem hoc accipiendum per ſpeciem appoſitionis, quam expoſuimus Luc.11.c.41.

Nempe Chriſto, τῷ Χριστῷ. Cur addiderimus particulam exegeticam, dictum eſt à nobis paulo anté.

3 Corruptæ mēres veſtræ διαφθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν. De virginib⁹ diſſerēs, meritò vſurpauit corruptionis vocabulum, & fraudis, & ſimplicitatis. conueniunt enim illa ſtupratori, iſtud verò puræ & integræ virgini. Sed hoc vitiū menti adfertur. itaq; τὰ νοήματα (de pluribus enim loquitur) mentes interpretari malim quàm ſenſus. Notandus autem eſt hic locus aduerſus eos quibus natiua illa & incorrupta ſacrarum literarum ſimplicitas præ humanæ facundiæ fucis ac pigmentis ſordet. *Degenerent* ab ea ſimplicitate, ἀπὸ τῆς ἁπλότητος. Addidi verbum degenerent, vt vitarem amphiboliam quæ nuſquam eſt in Græco ſermone, nempe quaſi videatur Apoſtolus metuere ne ſimplicitas eorū mentes corrumpat. Sic tamen apud Virgilium Æneas de Hectore diſſerens, Quantū, inquit, mutatus ab illo. non quòd ille mutaſſet, ſed quòd illi factus eſſet diſſimilis, vt Eraſ. rectè annotauit. Ambroſius habet A caſtitate, vt ſatis appareat eū legiſſe ἀγνότητος pro ἁπλότητος. Ita etiā legit Auguſt. aliquoties citans hunc locū, vt idem Eraſ. obſeruauit. Quæ eſt in Chriſto, τῆς εἰς τὸν Χριστόν. i. quæ iis conueniat qui in Chriſto ſunt. Eraſ. Quæ erat erga Chriſtum, nempe quia purè ac ſimpliciter illi obtemperabatis.

4 Si veniat qui, ὁ ἐρχόμενος. Articulum puto poni ἀοριστως hoc in loco. Vulg. & Eraſ. Si is qui venit.

nam etiam fortaſsis certũ quempiam deſignat, vt ſuprà, 10.c.10. vel vnum aliquem ex multis exẽpli cauſa proponit. Alium Ieſum, ἄλλον Ἰησοῦν. Id eſt, perfectiorẽ aliquam doctrinam de Ieſu: quaſi non ſufficiant vobis ſeruandis quæ vobis annuntiaui de Ieſu. Nam alioquin non modò non tolerari, ſed etiam extremo exitio iubet eum deuoueri qui cõtrarium aliquod Euangeliũ adferat, Galat.1.b.8. Aut ſi Spir. alium. acc. ἕτερον Πνεῦμα λαμβάνετε. Spiritus nomine intelligo Spiritus dona quibus prædicati Chriſti vis ac potentia in animis credentium, teſtibus etiam infidelibus, obſignabatur, vt Mar.16.d.20, Act.8.c.15, & 18 a.1. Alium igitur Spiritum appellat excellentiora Spiritus dona per alterius prædicationẽ collata. Toleraueritis, ἀνείχεσθε. Sub. αὖ. vt verti etiam poſſit, Toleretis. Niſi malimus interpretari Toleraretis, vt nulla ſit eclipſis. Eraſ. Toleraſſetis. quod nõ conuenit quum non præceſſerit ἐκήρυξεν, aut ἐκήρυξε, ſed κηρύσσει, & λαμβάνετε.

Λογίζομαι γὰρ μηδὲν ὑστερηκέναι τῶν ὑπερλίαν ἀποστόλων.

5 Puto enim me nihilo inferiorem fuiſſe ſummis Apoſtolis.

5 Exiſtimo enim nihil me minus ferſſe à magnis Apoſtolis.

Εἰ δὲ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ, ἀλλ' οὐ τῇ γνώσει· ἀλλ' ἐν παντὶ φανερωθέντες ἐν πᾶσιν εἰς ὑμᾶς.

6 Quòd ſi rudis *ſum* ſermone, non tamen *ſum rudis* cognitione: ſed omnino manifeſti facti ſumus in omnib⁹ apud vos.

6 Nam etſi imperitus ſermone, ſed non ſcientia: in omnibus autem manifeſtati ſumus vobis.

Ἢ ἁμαρτίαν ἐποίησα, ἐμαυτὸν ταπεινῶν ἵνα ὑμεῖς ὑψωθῆτε; ὅτι δωρεὰν τὸ τοῦ Θεοῦ εὐαγγέλιον εὐηγγελισάμην ὑμῖν;

7 Num peccaui quum meipſum demitterem vt vos attolleremini, quódque gratuitò Euangelium Dei euangelizauerim vobis?

7 Aut nunquid peccatum feci meipſum humiliãs, vt vos exaltemini quoniam gratis Euangeliũ Dei euangelizaui vobis?

Ἄλλας ἐκκλησίας ἐσύλησα, λαβὼν ὀψώνιον, πρὸς τὴν ὑμῶν διακονίαν· καὶ παρὼν πρὸς ὑμᾶς καὶ ὑστερηθείς, οὐ κατενάρκησα οὐδενός.

8 Alias Eccleſias ſpoliaui, accepto ab eis ſtipendio, vt vobis inſeruirem: & quum apud vos eſſem & egerem, non obtorpui cum cuiuſquam incommodo.

8 Alias Eccleſias expoliaui, accipiens ſtipendiũ ad miniſterium veſtrũ: & quum eſſem apud vos, & egerem, nulli oneroſus fui.

Infrà, 12.d.13

Τὸ γὰρ ὑστέρημά μου προσαναπληρώσαντες οἱ ἀδελφοὶ ἐλθόντες ἀπὸ Μακε-

9 Inopiã enim meã ſuppleuerũt fratres qui venerãt è Mace-

9 Nam quod mihi deerat, ſupplẽuerunt fratres qui venerunt à Ma

5 Puto enim, λογίζομαι γάρ. Ponitur quidem γὰρ cauſalis, ſed vt in anthypophora. Summis Apoſtolis, τῶν ὑπερλίαν ἀποστόλων. Ad verbum, his qui ſuprà quàm valde ſunt Apoſtoli. Poſitum enim eſt λίαν Hebræorum more pro σφόδρα καὶ ὑπερμέτρως. Vulgata, Nihil me minus feciſſe à magnis Apoſtolis. Eraſ. multo rectius, Nihilo inferiorem fuiſſe eximiis Apoſtolis. Malui tamen ſummos interpretari, vt propius abeſſem à Græcis, ſicut etiã Eraſmus infrà conuertit, 12.d.11. Cæterùm ad euertendũ illum Petri primatum, quem lupus ille Romanus commentus eſt, hoc quoque pertinet quòd plurali numero ſummos Apoſtolos dixit. Quid verò quod ipſe Antichriſtus ſeſe non ſolius Petri, ſed etiam Pauli ſucceſſorem iactat: nempe vt, antequam ipſe hanc tyrannidem vſurparet, biceps ad minimum fuerit Eccleſia. Ergo (vt ad rem veniamus) hoc quidem conſtat, Apoſtolos ſic propriè vocatos, nimirum duodecim illos, & Paulum decimum tertium peculiariter Gentibus deſtinatum, pari & æquali dignitate fuiſſe, ſed tamẽ gratias Dei alias in aliis excelluiſſe. quod Paulus hic reſpicit. Niſi malimus eum obliquè carpere aduerſarios, quos etiam ironicè vocet amplius quàm Apoſtolos.

6 Rudis *ſum* ſermone, ἰδιώτης τῷ λόγῳ. ἰδιώτας alibi diximus propriè dici priuatos, id eſt plebeios & ex medio vulgo homines, qui, quòd nõ ita liberaliter ſunt eruditi, fere ſunt excellentiũ rerũ, ac præſertim oratoriæ illius facultatis prorſus rudes & imperiti. Quid igitur? an imperitus loquendi Paulus & elinguis, vt Hieronymus exiſtimat? Imo verò Chryſoſtomũ potius, & doctiſſimos quoſque ex Græcis, ipſam denique rationem ſequutus, quanuis natiua illa & germana maſculæ facundiæ ornamenta ei non defuerint, fateor tamen illum fucatæ illius rhetorices pigmentis vti noluiſſe: nempe vt vi Spiritus, hominum animos ad Chriſtum raperet, non autem ſermonis blanditiis, adulatorum more, alliceret. Sed quum orationis ipſius totam indolem & χαρακτῆρα propius conſidero, nullam ego in ipſo Platone ſimilem grandiloquentiam, quoties illi libuit Dei myſteria detonare, nullam in Demoſthene parem δεινότητα comperiſſe me fateor, quoties animos vel metu diuini iudicii perterrefacere, vel commonefacere, vel ad contemplandam Dei boniratem attrahere, vel ad pietatis ac miſericordiæ officia conſtituit adhortari: nullam denique vel in ipſo Ariſtotele & Galeno, præſtantiſſimis alioquin harum rerum artificibus, magis exactam methodum inuenio. Sed (vt ad rem redeam) λόγον interdum vocat Paulus in genere, quod ab aliquo loquente enuntiatur, vt 1. Corinth.14.b.9. interdum verò κατ' ἐξοχὴν, Euangelii prædicationem, vt Philipp.1.b.14. interdum dicendi facultatem illam, vt 1. Corinth.2.a.1, & 4.d.20. & hic quoq; & multis aliis locis. cum quo dono cohæret γνῶσις, id eſt ipſa doctrinæ ſubſtantia. Sed omnino, ἀλλ' ἐν παντί. Id eſt ἀλλὰ πάντως, vt בכל apud Hebræos: quaſi dicat Apoſtolus, Sed quid attinet hæc à me pluribus referri? Vos ipſi in omnibus me penitus experti eſtis. Hoc non legit Vetus interpres, ſed duntaxat ἐν πᾶσι.

7 Quum demitterem, ταπεινῶν. Reſpicit quod commemoratur à Luca Act.18.a.3.

8 Stipẽdio, ὀψωνίου. Vide 1.Cor.9.a.7. Non obtorpui cum cuiuſquã incommodo, οὐ κατενάρκησα οὐδενός. Significat ſe non modò ſtrenuè apud eos ſuis manibus laborando, vitam toleraſſe, ſed etiam, premente inopia, non remiſiſſe quicquam de ſuis laboribus, vt quenquam grauaret: aut in miniſterio idcirco torpuiſſe, vt propterea in ſingulis docendis officium non ita diligenter vt antea, fecerit: denique ſe propterea nemini fuiſſe magis remiſſum factum. Vulg. & Eraſ. Nõ fui oneroſus cuiquam. quòd, inquit Eraſ. qui otio torpent, premunt & imminente aliis, vnde petunt aſſiduè. Sed quorſum attinet tranſlationem iſtam quærere tam procul, quum propria ſignificatio plana ſit ac perſpicua? Caſtellio vertit, Neminem exuxiquàm rectè, ipſe viderit.

9 Inopiam enim meam, τὸ γὰρ ὑστέρημά μου. Particula γὰρ non ad proximè præcedens membrum, ſed ad ſuperius, id eſt ad verbum Spoliaui, refertur.

δονίας· καὶ ἐν πᾶσιν ἀβαρῆ ὑμῖν ἐμαυτὸν ἐτήρησα, καὶ τηρήσω.

10 Ἔστιν ἀλήθεια Χριστοῦ ἐν ἐμοί, ὅτι ἡ καύχησις αὕτη οὐ φραγήσεταί εἰς ἐμὲ ἐν τοῖς κλίμασι τῆς Ἀχαΐας.

11 Διατί; ὅτι οὐκ ἀγαπῶ ὑμᾶς; ὁ Θεὸς οἶδεν.

12 Ὃ δὲ ποιῶ, καὶ ποιήσω, ἵνα ἐκκόψω τὴν ἀφορμὴν τῶν θελόντων ἀφορμὴν, ἵνα ἐν ᾧ καυχῶνται, εὑρεθῶσι καθὼς καὶ ἡμεῖς.

13 Οἱ γὰρ τοιοῦτοι ψευδαπόστολοι, ἐργάται δόλιοι, μετασχηματιζόμενοι εἰς ἀποστόλους Χριστοῦ.

14 Καὶ οὐ θαυμαστὸν· αὐτὸς γὰρ ὁ Σατανᾶς μετασχηματίζεται εἰς ἄγγελον φωτός.

15 Οὐ μέγα οὖν εἰ καὶ οἱ διάκονοι αὐτοῦ μετασχηματίζονται ὡς διάκονοι δικαιοσύνης· ὧν τὸ τέλος ἔσται κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν.

16 Πάλιν λέγω, μή τίς με δόξῃ ἄφρονα εἶναι· εἰ δὲ μήγε, κἂν ὡς ἄφρονα δέξασθέ με, ἵνα κἀγὼ μικρόν τι καυχήσωμαι.

17 Ὃ λαλῶ, οὐ λαλῶ κατὰ Κύριον, ἀλλ' ὡς ἐν ἀφροσύνῃ, ἐν ταύτῃ τῇ ὑποστάσει τῆς καυχήσεως.

18 Ἐπεὶ πολλοὶ καυχῶνται κατὰ τὴν σάρκα, κἀγὼ καυχήσομαι.

19 Ἡδέως γὰρ ἀνέχεσθε τῶν ἀφρόνων, φρόνιμοι ὄντες.

donia: & in omnibus me præſtiti vobis minimè oneroſũ, & præſtabo.

10 Eſt veritas Chriſti in me, quòd hæc gloriatio nõ obſtruetur cõtra me in regionib⁹ Achaiæ.

11 Quapropter tan quòd nõ diligam vos? Deus nouit.

12 Sed quod facio, etiã faciam: vt amputem occaſionẽ iis qui optant occaſionem, vt in eo de quo gloriantur, reperiãtur quales & nos.

13 Nam iſtiuſmodi pſeudapoſtoli, operarii doloſi ſunt, tranſformati in Apoſtolos Chriſti.

14 Neque id mirum. ipſe enim Satanas tranſformatur in Angelum lucis.

15 Non magnũ eſt igitur ſi trãſformẽtur, vt miniſtri iuſtitiæ, etiam eius miniſtri: quorum finis erit ſecũdum opera eorum.

16 Rurſum dico, nequis me putet inſipientem eſſe: alioquin etiam vt inſipiẽtem accipite me, vt paululum quiddam & ego glorier.

17 Quod dico, non dico ſecundũ Dominũ, ſed vt inſipienter, in præfidente iſta gloriatione.

18 Quandoquidẽ multi gloriãtur ſecundum carnem, & ego gloriabor.

19 Libenter enim tolera tis inſipientes, quum ſitis ſapientes.

adonia: & in omnibus ſine onere me uobis ſeruauí, & ſeruabo.

10 Eſt veritas Chriſti in me, quoniã hæc gloriatio nõ infringetur in regionibus Achaiæ.

11 Quare? quia nõ diligo uos? Deus ſcit.

12 Quod autẽ facio, & faciam: ut amputem occaſionem eorum qui uolũt occaſionem: ut in quo gloriantur, inueniantur ſicut & nos.

13 Nam eiuſmodi pſeudapoſtoli, ſũt operarij ſubdoli, tranſfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti.

14 Et non mirum: ipſe enim Satanas tranſfigurat ſe in Angelum lucis.

15 Non eſt ergo magnum ſi miniſtri eius tranſfigurentur uelut miniſtri iuſtitiæ: quorum finis erit ſecundum opera ipſorũ.

16 Iterum dico, nequis me putet inſipiẽtem eſſe: alioquin uelut inſipientẽ accipite me, ut & ego modicum quid glorier.

17 Quod loquor, non loquor ſecundum Dominũ, ſed quaſi in inſipientia, in hac ſubſtãtia gloriæ.

18 Quoniam multi gloriãtur ſecundum carnem, & ego gloriabor.

19 Libenter enim ſuffertis inſipientes, quum ſitis ipſi ſapientes.

10 Eſt veritas, &c. Ἔστιν ἀλήθεια, &c. Id eſt, Ne cenſeatur eſſe in me Chriſti veritas. vel, Vobis ego per Chriſtum verè affirmo, vt Rom. 9. 1. 1. Eſt enim hæc quædam iuriſiurandi formula. Non obſtruetur contra me, οὐ φραγήσεται εἰς ἐμέ. Id eſt, mihi ſemper parebit, neque ab hac vnquam me ſinam excludi. Vulgata, Non infringetur. Eraſmus, Non interrumpetur. Neutrum rectè.

11 Quales, καθὼς. Vulgata ad verbum, Sicut. Eraſmus, Quemadmodũ. Eſt autem hæc ſententia, Pſeudapoſtolos iſtos captaſſe omnes occaſiones efficiendi vt pares Apoſtolo viderentur. Debuerant igitur & ipſi gratis docere. Sed hoc nunquam erant facturi, quum Corinthios potius exederent, vt infrà ſignificatur, 11. b. 7. Captabant igitur diuerſam prorſus occaſionẽ, nempe vt & Paulus ipſe viciſſim aliquid acciperet à Corinthiis. quod ſi impetraſſent, tum demum ſe pares illi fore ſperabant. Nam zelum & ſcientiam ita ſimulabant, & vana ſpecie eloquentiæ exornabant, vt Paulus præ ipſis, etiam deſpiciendus nonnullis videretur. Sed hæc omnia teſtatur Apoſtolus merum fucum eſſe, quem ipſi à diabolo didicerint. Caſtellio hunc locum ita conuertit, Quò ſibi in quo glorientur ſuppetat, quemadmodum & nobis. quaſi videlicet διηγῶν actiuè poſſit explicari.

13 Pſeudapoſtoli, ψευδαπόστολοι. Pſeudapoſtolos vocat, non vt ego quidem opinor, quòd falſam aliquam doctrinam ſparſiſſent, (quod tamen proculdubio tandem erant facturi) ſed quòd miniſterium ſuum ſincerè non obirent, ac præſertim in hoc facto nihil aliud quàm ſimulatè ſe gererent: quum eos vreret aliena gloria, quam tamen minimè captabat Apoſtolus.

14 Lucis, φωτός. Id eſt lucidum. Lucis autem nomine, cæleſtis gloria intelligitur, cuius participes ſunt Angeli beati.

15 Iuſtitiæ, διακονοὶ δικαιοσύνης. Id eſt ſinceri & integri. Opponũtur enim pſeudapoſtolis & doloſis operarils.

17 In præfidente iſta gloriatione, ἐν ταύτῃ τῇ ὑποστάσει τῆς καυχήσεως. Vulg. In hac ſubſtantia gloriæ. Eraſ. In hoc argumento gloriarionis. Caſtellio, In hac gloriationis materia. Vide ſuprà, 9. 4. Quod autem dixit Apoſtolus ſe non ſecundum Dominum loqui, per conceſſionem dixit, & formam ipſam orationis, non autẽ rem ipſam conſiderans: quum alioqui vera ſit ipſius oratio, & ſanctiſſimus ipſius ſcopus.

18 Secundum carnem, κατὰ σάρκα. Id eſt, de rebus externis, veluti de generis nobilitate.

Ανέχεσθε γὰρ εἴ τις ὑμᾶς καταδουλοῖ, εἴ τις κατεσθίει, εἴ τις λαμβάνει, εἴ τις ἐπαίρεται, εἴ τις ὑμᾶς εἰς πρόσωπον δέρει.

10 Toleratis enim ſiquis vos in ſeruitutem adigit, ſiquis exedit, ſiquis accipit, ſiquis attollit ſeſe, ſiquis vos in faciem cædit.

10 *Sustinetis enim ſi quis nos in ſeruitutē redigat, ſi quis deuorat, ſi quis accipit, ſi quis extollitur, ſi quis in fa.ē nos cædit.*

Κατὰ ἀτιμίαν λέγω, ὡς ὅτι ἡμεῖς ἠσθενήκαμεν· ἐν ᾧ δ' ἄν τις τολμᾷ, (ἐν ἀφροσύνῃ λέγω) τολμῶ κἀγώ.

11 Quantum ad contumeliam dico: nempe quia nos infirmi fuimus: imò in quocúque audacia vti velit aliquis, (inſipienter loquor) audeo velim vti & ego:

11 *Secundum ignobilitatē dico, quaſi nos infirmi fuerimus in hac parte: in quo quis audeat (in inſipientia dico) audeo & ego:*

Philip.3.a.5

Ἑβραῖοί εἰσι; κἀγώ· Ἰσραηλῖταί εἰσι; κἀγώ· σπέρμα Ἀβραάμ εἰσι; κἀγώ.

12 ‖ Hebræi ſunt? *ſum* & ego: Iſraelitæ ſunt? *ſum* & ego: ſemen Abrahæ ſunt? *ſum* & ego:

12 *Hebræi ſunt? & ego: Iſraelitæ ſunt? & ego: ſemen Abrahæ ſunt? & ego:*

Διάκονοι Χριστοῦ εἰσι; (παραφρονῶν λαλῶ) ὑπὲρ ἐγώ· ἐν κόποις περισσοτέρως, ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως, ἐν φυλακαῖς περισσοτέρως, ἐν θανάτοις πολλάκις.

23 Miniſtri Chriſti ſunt? (deſipiēs loquor) ſupero ego: in fatigationibus, ampli⁹, in vulneribus ſupra illos, in carceribus, amplius: in mortibus ſæpe.

23 *Miniſtri Chriſti ſunt, (ut minus ſapiens dicā) plus ego: in laboribus pluribus, in carceribus abundantius, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter.*

11 Quantum ad contumeliam dico, κατ' ἀτιμίαν λέγω. Quia dixerat Siquis vos in faciem cædit: quod excipere poſſent Corinthii ſibi non accidiſſe vt à ſuis illis ambitioſis magiſtris paterentur, hoc, inquit Apoſtolus, non ſimpliciter dico, ſed habita eius contumeliæ ratione qua vos afficiunt, quæ ſanè non minor eſt quàm ſi vos vilium mancipiorum inſtar, colaphis cæderent. Facit autem hæc addita particula vt ſuperiorem verticulum non poſſim accipere pro ironia, ſed potius pro aperta ac longè omnium aſperrima obiurgatione interpreter: quòd quamlibet illorum tyrannidem ferrent, illud verò lene Chriſti iugum, quod Paulus, ſeſe omnibus modis demittens, illis volebat imponere, cum ludibrio etiam reliceret, quaſi non ſatis nobilis, non ſatis potens, non ſatis facundus eſſet Apoſtolus præ illis imperioſis dominis. Quod autem ad ipſum loquēdi genus attinet, ſic etiam apud idoneos ſcriptores accipitur præpoſitio κατ', vt apud Herodotum in Clio, κατ' ἀρχὰς τῆς μαντοσύνης ὧδε ἐφοίτων, οὐκ ἔχω εἰπεῖν ὅ, τι μὴν Λυδίῃ ἔχεται. Id eſt, Quod autem ad oraculi Amphiarai reſponſum attinet, non poſſum dicere quid Lydis reſponderit. Vulg. Secundum ignobilitatē dico. Eraſmus, Iuxta contumeliā loquor. Caſtellio, Indecorè loquor: & ita quidem vt ſequenti membro adiungat. Nempe quia, ὡς ὅτι: id eſt ὡς ἄρα, vt mihi quidem videtur: quo modo etiam ſumus interpretati ſuprà, 5. d. 19. Eſt autem præciſum dicēdi genus, quaſi ſuperiori ſententiæ addiderit, At nos non poteſtis vllo modo tolerare. Quæ apoliopeſis optimè conuenit obiurgationi. Vulgata, Quaſi nos infirmi fuerimus. Eraſmus, Perinde quaſi nos infirmi fuerimus. Caſtellio, Quaſi verò nos nequeamus, prorſus (vt mihi videtur) ineptè. Nos infirmi fuimus, ἡμεῖς ἠσθενήκαμεν. In pronomine tacita eſt antitheſis aduerſariorum. Ἀσθένειαν autem ſignificat hoc in loco, vilem, abiectum, ignobilem artificem, idiotam, mille calamitatibus obnoxium eſſe: quæ omnia Corinthii vocabant ἀσθενείας, tanquam imbecillitatis Apoſtoli certa teſtimonia: quum, quanto magis deſtitutus erat omnibus illis præſidiis quæ homines ſolent commouere, eo magis in ipſo eminerēt diuinæ illæ virtutes quas à Deo acceptas incredibili cū ſucceſſu exerebat. Vetus interpres addidit, In hac parte, ἐν τούτῳ τῷ μέρει, ſicut etiam memini alicubi citari hūc locum apud Baſilium: ſed tameñ in noſtris codicibus hoc non legitur, nec videtur ſatis conuenire. Imò, ſic. Vetus interpres hanc particulam omiſit, quam vt planè neceſſariā Eraſmus rectè omnino expreſſit. Audacia vti velit, αὐτῇ μοῖ. Audaciam vocat confidentis hominis gloriationem. Malui autem per periphraſin dicere Audacia vti, quàm Audere, abſolutè, vt perſpicuitati ſtuderem.

12 Hebræi ſunt Ἑβραῖοί εἰσιν? Per interrogationem hæc lego, vt Græcus etiam ſcholiaſtes legēda eſſe annotauit. Neque enim facilè crediderim iſtos Pauli æmulos fuiſſe ex circūciſione, quum nullum in Corinthiorum Eccleſia veſtigium appareat eorum errorū quos ſpargebant qui quum ex circuncciſione eſſent, Eccleſias perturbabant: ſed puto potius, quum illi ſua nobilitate aliqua ſuperbirent aduerſus Apoſtoli paupertatem, Paulum in hac controuerſia hunc modum tenuiſſe, tum quia per ſe id omne non magni faciebat, tum ne quenquā offenderet, vt & obliquè ſe oſtenderit multo illis nobiliorem omnibus modis, & omnem illorum faſtum ſine ambitione paucis verbis retuderit: acſi diceret, opponunt illi ſuum genus mihi tenui & abiecto ἐκλυσσομῷ. Sed, quæſo, num ita ſunt iſti nobiles vt audeant ſe Hebræos, Iſraelitas, Abrahæ illius ſobolem profiteri? Si hoc dixerint, certè hoc ipſum & ego proferam: vt ſi idcirco ſuperbiendum eſt, & ego parem ſuperbiæ cauſam habeam. Relinquitur ergo, ſi hoc iſti poſſent adferre, parem tamē illis hac in re eſſe Apoſtolum: vt idcirco ab illis deſpici nō poſſit quin ſeipſos deſpiciant: & quum nullam ſimilem δύσβουλον poſſint edere, Paulum iam illis non modò parem, ſed infinitis etiam partibus eſſe nobiliorem. quod tamen cogitandum maluit relinquere quàm apertè exprimere. Semen, σπέρμα. Id eſt ſoboles, Hebræorum more.

13 Supero ego, ὑπὲρ ἐγώ. Vulgata, Plus ego. Hic verò Paulus veram gloriam nactus, apertè miniſterium ſuum aſſerit, non ſui cauſa, ſed quòd doctrinam ſuam alioqui videbat periclitari apud Corinthios pleroſque ab æmulis faſcinatos. Et tamen addit præfationem, nequis offendatur: ſed ex conceſſione tamen.

Amplius, περισσοτέρως. Vulgata, Abundantius. Eraſmus, Copioſius. Puto autem omnia iſta comparatiuè dici, ac proinde conuerti περισσοτέρως, Amplius, videlicet quàm illi: & ὑπὲρ ἔμαθον, ſupra eos: aptius, vt opinor, quàm ſi dixiſſem copioſius, abundantius, & ſupra modum, cum Vetere interprete & Eraſmo: quāuis Vetus interpres primo loco legerit ἐν περισσοτέροις, in laboribus plurimis. Eſt autem ſupplendum participium Verſatus, aut aliud eiuſmodi. In mortibus, ἐν θανάτοις. Mortes vocat præſentia mortis pericula, vt 1. Corinth. 15. d. 31, & ſuprà, 1. b. 10.

Υπὸ Ιουδαίων πεντάκις τεσσεράκοντα παρὲξ μίας ἔλαβον.

Τρὶς ἐρραβδίσθην, ἅπαξ ἐλιθάσθην, τρὶς ἐναυάγησα, νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα·

Ὁδοιπορίαις πολλάκις, κινδύνοις ποταμῶν, κινδύνοις λῃστῶν, κινδύνοις ἐκ γένους, κινδύνοις ἐξ ἐθνῶν, κινδύνοις ἐν πόλει, κινδύνοις ἐν ἐρημίᾳ, κινδύνοις ἐν θαλάσσῃ, κινδύνοις ἐν ψευδαδέλφοις·

Ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ, ἐν ἀγρυπνίαις πολλάκις, ἐν λιμῷ καὶ δίψει, ἐν νηστείαις πολλάκις, ἐν ψύχει καὶ γυμνότητι.

Χωρὶς τῶν παρεκτὸς, ἡ ἐπισύστασίς μου ἡ καθ' ἡμέραν, ἡ μέριμνα πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν.

Τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι;

Εἰ καυχᾶσθαι δεῖ, τὰ τῆς ἀσθενείας μου καυχήσομαι.

Ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ οἶδεν, ὁ ὢν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ὅτι οὐ ψεύδομαι.

Ἐν Δαμασκῷ ὁ ἐθνάρχης Ἀρέτα τοῦ βασιλέως ἐφρούρει τὴν Δαμασκηνῶν πόλιν, πιάσαι με θέλων

24 A Iudæis quinquies accepi quadragenas *plagas*, vna minus

25 Ter virgis cæſus fui, ſemel fui lapidatus, ter naufragium feci, noctem ac diem in profundo egi:

26 In itineribus ſæpe *fui*, *in* periculis fluminũ, periculis latronum, periculis à *meis* gẽtilibus, periculis in Gentibus, periculis in ciuitate, periculis in deſerto, periculis in mari, periculis inter falſos fratres.

27 In fatigatione & ærumna, in vigiliis ſæpe, in fame & ſiti, in ieiuniis ſæpe, in frigore & nuditate.

28 Abſque iis quæ extrinſecus eueniunt, urget agmẽ illud in me quotidie conſurgens, *id eſt* ſolicitudo de omnibus Eccleſiis.

29 Quis affligitur quin ego affligar? quis offenditur quin ego vrar?

30 Si gloriari oportet, deiis quæ infirmitatis meæ ſũt gloriabor.

31 Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, laudãdus in ſecula, nouit me non mentiri.

32 In vrbe Damaſci, gẽtis præfectus nomine Aretæ regis, præſidio tenebat Damaſcenorum vrbẽ, cupiens me prehendere:

24 *A Iudæis quinquies quadragenas, vna minus accepi.*

25 *Ter virgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragũ feci, nocte & die in profundo maris fui:* *Act.16.c.18* *Act.14.c.19* *Act.27.a.1*

26 *In itineribus ſæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex Gẽtibus, periculis in ciuitate, periculis in ſolitudine, periculis in mari, periculis in falſis fratribus:*

27 *In labore & ærumna, in vigiliis multis, in fame & ſiti, in ieiuniis multis, in frigore & nuditate.*

28 *Præter illa quæ extrinſecus ſunt, inſtantia mea quotidiana ſolicitudo omnium Eccleſiarum.*

29 *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror?*

30 *Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ ſunt gloriabor.*

31 *Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt benedictus in ſecula, ſcit quòd non mentior.*

32 *Damaſci præpoſitus gẽtis Aretæ regis, cuſtodiebat ciuitatem Damaſcenorũ, vt me cõprehenderet.* *Act.9.d.24*

24 Quinquies, πεντάκις. Conlungendum eſt hoc cum verbo ἔλαβον, nõ autem cum παρεξέκοντα. Quod autem addit τῷ μίαν, id eſt præter vnam, reſpicit quod ſcriptum eſt Deut. 25. a. 3: qua de re diſſerunt Rabini in תוקף ארך, id eſt in tractatu de verberandis. Et manifeſtè probat hic etiam locus, multa quæ pertulit Paulus, fuiſſe à Luca præterita.

25 Virgis cæſus ſum, ἐῤῥαβδίσθην. Vocabulum ῥαβδίζειν indicat Paulum agere de verberibus non à Iudæis, (quorum meminit ſeparatim ſuperiore verſiculo) ſed à præfectis Romanis inflictis. Vide Mar. 14. g. 65.

26 A *meis* gentilibus, ἐξ ἐθνῶν. id eſt ἐκ τῶν συγγενῶν, nempe Ioudaíων, quibus opponit τοὺς ἐξ ἔθνων. Vulgata & Eraſmus, Ex genere, nimium obſcurè.

27 In fatigatione, ἐν κόπῳ. Vulg. & Eraſ. In labore. Vide Mar. 11. d. 28. Et ærũna, καὶ μόχθῳ. Sic rectè & expreſſè Verus interpres. Eſt enim ærumna, inquit Cicero, ægritudo laboriosa, veluti quum delaſſatus aliquis pro quiete cogitur nouos labores capeſſere. Eraſmus poſt Ambroſium, Moleſtia, λύπη.

28 Abſque iis, &c. χωρὶς τῶν παρεκτὸς. τὴν παρεκτὸς vocat (opinor) quæ extrinſecus eum adoriebantur, vt ab intimis illis curis ac moleſtiis innumerabilibus diſtinguat. Chryſoſtomus autem χωρὶς τῶν παρεκτὸς interpretatur Præter ea quæ prætermitto, quòd non omnia recenſuerit. Vrget agmen illud in me quotidie conſurgens, ἡ ἐπισύστασίς μου ἡ καθ' ἡμέραν. Tot verbis ſtudui veram huius loci ſententiam explicare. Certum eſt enim ἐπισύστασιν dici multitudinem quæ aduerſus aliquem coierit, idque non ſemel, ſed repetitis vicibus. Quia igitur multiplices erant curæ, quarum tanquam agmine magis ac magis veluti obruebatur Apoſtolus, vſus eſt tranſlatitiè hoc vocabulo, admodum ſignificanter. Vulg. Inſtantia mea quotidiana. Eraſmus, Incũbens mihi quotidiana cura. Neuter ſatis expreſſit Græci vocabuli emphaſin. Græca ſcholia non explicant tranſlatitiè, ſed priè, quaſi ſignificetur omnium populorũ coitio quotidiana aduerſus illum. Sed hoc certè inter τὰ παρεκτὸς numerandum eſſet, & apparet, ἡ μέριμνα ſubiici per appoſitionem, quam vocant.

29 Quis affligitur, τίς ἀσθενεῖ. Sic accipiendum eſſe hoc verbum apparet ex eo quod ſubiicitur. Nam ſi accipias pro imbecillũ fieri, qui conueniet hoc dici de Apoſtolo, qui debuit alios confirmare? aut quorſum hoc ad illas quotidianas ærumnas? Sed omnibus συμπάσχει, id verò incredibilis eſt doloris ac moleſtiæ. Vulgata & Eraſ. ad verbum, Quis infirmatur? Quin ego affligar? καὶ οὐκ ἀσθενῶ? Vulgata & Eraſmus ad verbum, Et ego non infirmor? Mihi verò videtur hoc dicendi genus in Latino ſermone obſcurius.

30 Quæ infirmitatis meæ ſunt, τὰ τῆς ἀσθενείας μου. Infirmitatem ex aduerſariorũ ſenſu vocat ea ex quibus aduerſarii, falſo iudicio vtentes, ipſum pro vili & infami habebant.

31 Prehendere, πιάσαι. Vide Iohannem 7. c. 30

Καὶ διὰ θυρίδος ἐν σαργάνῃ ἐχαλάσθην διὰ τοῦ τείχους, καὶ ἐξέφυγον τὰς χεῖρας αὐτοῦ.

33 Sed per feneſtram in ſporta demiſſus fui per mœnia, & eius manus effugi.

33 Et per feneſtram in ſporta demiſſus ſũ per mœriũ, & effugiamus eius.

Κεφάλαιον ιϛ

CAP. XII.

CAP. XII.

Καυχᾶσθαι δὴ οὐ συμφέρει μοι. ἐλεύσομαι γὰρ εἰς ὀπτασίας καὶ ἀποκαλύψεις Κυρίου.

1 Gloriari ſanè nõ expedit mihi. veniã enim ad viſiones & reuelationes Domini.

1 Si gloriari oportet, nõ expedit quidem: veniam autem ad viſiones & reuelationes Domini.

Οἶδα ἄνθρωπον ἐν Χριστῷ πρὸ ἐτῶν δεκατεσσάρων, (εἴτε ἐν σώματι, οὐκ οἶδα· εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος, οὐκ οἶδα· ὁ Θεὸς οἶδεν) ἁρπαγέντα τὸν τοιοῦτον ἕως τρίτου οὐρανοῦ.

2 Noui hominem in Chriſto ante annos quatuordecim, (an in corpore, neſcio: an extra corpus, neſcio: Deus nouit) raptum in tertium vſque cælum.

2 Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim, (ſiue in corpore, neſcio: ſiue extra corpus, neſcio: Deus ſcit) raptum huiuſmodi vſque ad tertium cælum.

Καὶ οἶδα τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον, (εἴτε ἐν σώματι, εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος, οὐκ οἶδα· ὁ Θεὸς οἶδεν)

3 Et noui huiuſmodi hominẽ (an in corpore, an extra corp°, neſcio: Deus nouit)

3 Et ſcio huiuſmodi hominem, (ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio: Deus ſcit)

ὅτι ἡρπάγη εἰς τὸν παράδεισον, καὶ ἤκουσεν ἄῤῥητα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι.

4 Raptum fuiſſe in Paradiſum, & audiſſe ineffabilia verba, quæ nõ liceat homini loqui.

4 Quoniam raptus eſt in Paradiſum, & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui.

IN CAPVT XII.

1 Gloriari, καυχᾶσθαι. Hunc locum ita legit Vetus interpres, εἰ καυχᾶσθαι δεῖ, οὐ συμφέρει μέν, ἐλεύσομαι δέ, &c. Id eſt, Si gloriari oportet, non conducit quidem, veniam autem. Vtcunque autem legas, dicit ſibi non conducere laudum ſuarum prædicationem, ex qua nullam vtilitatem ipſe percipiat: quam potius quo ſunt excellẽtiores eæ laudes, eo magis earum prædicatione ſolicitetur ad ſuperbiam. Itaque teſtatur ſe coactum id facere, & omnia interim tum ſibiipſi tum aliis adhibet remedia quominus vel ipſe efferatur, vel alii offendantur. Omnino tamen conſideranda ſunt Dei erga nos beneficia, ſed iſta conſideratio non modò nos non adducit ad inanẽ iactationem, ſed etiã prorſus ab ea nos abducit, vt contẽplanda Dei noſtri bonitate prorſus abſorbeamur.

2 In Chriſto, ἐν Χριστῷ. Id eſt Chriſtianum, ſi ad ἄνθρωπον referas: quòd ſi ad verbum οἶδα potius pertineat, (vt etiam exiſtimo) additum hoc erit confirmationis vel exprimendi affectus cauſa: quaſi per parentheſin dicas, Noui hominem, (quod in Chriſto dico) ante annos quatuordecim, &c. id eſt, quod ſine ambitione dictum velim, quum nihil aliud quàm vnum Chriſtum hic reſpiciam. In hoc enim totus eſt Apoſtolus vt omnia quæ dicturus eſt, in vnius Chriſti gloriam redundent, cuius erat miniſter. Raptum, ἁρπαγέντα. Additur in Græcis τὸν τοιοῦτον, eiuſmodi pleonaſmo Hebræis vſitato, & interdum Græcis, ac præſertim Herodoto, vt alibi diximus. Itaque non additur apud Clementem libro στρωματέων quinto, vbi hunc locum citat. In tertium vſque cælum, ἕως τρίτου οὐρανοῦ. Id eſt in ſublimiſſimum cælum. Nec enim in ipſo numero philoſophandum arbitror. Sed tamen hic locus aduerſus eos obſeruandus eſt qui cælum ponunt vbique.

4 In Paradiſum, εἰς παράδεισον. Sic vocant Græci quæ Latini viuaria, (ſi Gellio credimus lib. 2. cap. 20) ſepta videlicet quædam in quibus voluptatis cauſa tum plantæ excoluntur, tum etiam viuæ feræ paſcuntur. Nos vulgò deſparcs, vel voluptuarios hortos vocamus. Sed κατ' ἐξοχὴν ſic vocarunt Græci interpretes hortũ illum in Eden plantatum, de cuius ſitu etiamnum diſputant hodie nonnulli, perineptè, quum vniuerſam terram cõſtet diluuio fuiſſe vaſtatam. Hinc factum vt beata illa gloriæ Dei ſedes hoc nomine vulgò etiam diceretur, vt Luc. 23. f. 43. & in Eccleſiaſtico aliquoties. Ineffabilia, ἄῤῥητα. Id eſt, quæ fando explicari à quoquam homine non poſſint: vti vocat ἀῤῥήτους ἰδιότητας Aphrodiſeus, proprietates quas vocant occultas, & quarũ ratio nõ perſpici ac multo minus explicari poſſit. Quòd ſi in hæc naturæ, nobis alioqui familiaris ac domeſticæ, arcana penetrare non poteſt humani ingenii acies, quanto minus in cæleſtem illam lucem cuius ſcintillã aliquam quũ vidiſſet Apoſtolus, ita eſt ab ea veluti abſorptus, vt ne noſſet quidem an cũ ipſo corpore an ſeorſim animo correpto hæc audiſſet: nedum vt ea poſſet declarare quæ audierat. Vulg. & Eraſmus, Arcana, id eſt ἀπόῤῥητα, velut iſta explicare quidem potuerit, ſed prohibitus fuerit ea enuntiare. quaſi verò in religione Chriſtiana ſint Eleuſinia quædam ſacra, ac non potius omnia euulgari iuſſerit Dominus, & quidem iis præcipuè quos mundus pro indoctis & imperitis habet: atque adeo populari ſermone, qui ab omnibus tum ſummis tum infimis viris, pueris, mulierculis intelligi poſſit: ita tamen vt ad diſcentium captum omnia accommodentur. Deinde certum eſt ἄῤῥητα propriè dici non quæ paſſim dici non debeant, ſed quæ non poſſint dici: à qua ſignificatione propria nõ eſt temere nobis diſcedendum. Itaque interpretationem illam non poſſum probare niſi hoc addas, iſta nõ fuiſſe eiuſmodi vt ad fidelium ſalutem eſſent explicatu neceſſaria. Caſtellionem autẽ & fanaticos illos, qui (vt nos à verbo Dei ſcripto ad vanas ſpeculationes abripiant) ex hoc loco nitũtur imperitis perſuadere Paulum in ſuis Epiſtolis rudimenta quædã duntaxat ſeripſiſſe, (inter quæ etiam non pudet eos Chriſtum crucifixum reponere) cæterùm perfectiora quædam habuiſſe quæ perfectos doceret: eos inquam ego ne reſponſo quidem dignos eſſe puto: quanuis alibi hanc ipſorum blaſphemiam pluribus refutarim, vt tandem cogniti impii iſti homines ab omnibus Chriſtianis vitentur. Iſtorum ſimiles erant Caiani, quos teſtatur Epiphanius librum oſtentaſſe quẽ vocabant Pauli aſcenſum, quo itidem Gnoſtici vtebantur. Quæ non liceat, &c. οὐκ ἐξόν. Id eſt quæ impoſſibile ſit homini loqui. Nam ea minimè omnium licent quæ naturæ noſtræ captum ſuperant, vnde ἐξουσία dicitur non tantùm συγχώρησις, id eſt conceſſio ac permiſſio, ſed ipſa poteſtas & vis aliquid efficiendi. Hoc pulchrè ſanè ac eleganter expoſuit Clemens libro στρωμ. quinto, vbi cum hoc loco nonnullos quorundam poetarum

verſiculos comparans, ſic ſcribit, Μαρτυρῶ τοῖς ἀνωτέρω ὑπόνοιαν, Οἷα δὲ λέγω, αὐθρώπινα, &c. Et quum hunc locum citaſſet, addit, τὸ ἄῤῥητον τῶν θείων οὐτως αἰνιττόμενος, οὐ νόμῳ καὶ φόβῳ παραγγελίας πρὸς ἄκοντας ἐξενεγκεῖν δεδιὼς, δείκνυσι δὲ ἀμήχανα ἄῤῥητα ὄντα καὶ μείζονα. Id eſt, Apoſtolus teſtimonio ſuo comprobat quæ à nobis ſunt explicata, quum dicit, Hominem nouiſſe, &c. ita ſignificans Dei ineffabilem naturam, neque illud θεὸν εἶδεν adiiciens, quaſi ex Legis aut mandati alicuius metu, ſed vt indicet potius, diuinum numen eiuſmodi eſſe vt nulla vi, ne ſanctorum quidem, poſſit explicari.

Ὑπὲρ τοῦ τοιούτου καυχήσομαι· ὑπὲρ δὲ ἐμαυτοῦ οὐ καυχήσομαι, εἰ μὴ ἐν ταῖς ἀσθενείαις μου.

5 De eiuſmodi re gloriabor: de meipſo verò non gloriabor, niſi ex infirmitatibus meis.

5 Pro huiuſmodi gloriabor: pro me autē nihil gloriabor, niſi in infirmitatibus meis.

Ἐὰν γὰρ θελήσω καυχήσασθαι, οὐκ ἔσομαι ἄφρων· ἀλήθειαν γὰρ ἐρῶ. φείδομαι δὲ μή τις εἰς ἐμὲ λογίσηται ὑπὲρ ὃ βλέπει με, ἢ ἀκούει τι ἐξ ἐμοῦ.

6 Nam ſi voluero de his gloriari, non ero inſipiens: veritatē enim dicam. ſed parcè loquor, nequis de me cogitet ſupra id quod videt eſſe me, aut quod audit ex me.

6 Nam ſi voluero gloriari, nō ero inſipiens: veritatem enim dicam. parco autem, nequis in me exiſtimet ſupra id quod videt me, aut aliquid audit ex me.

Καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι, ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκί, ἄγγελος Σατᾶ, ἵνα με κολαφίζῃ, ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι.

7 Et ne excellentia reuelationum ſupramodū efferrer, datus eſt mihi furculus infixus carni, & angelus Satan, vt me colaphis cædat, ne ſupramodum efferar.

7 Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carni meæ angelus Satanæ, vt me colaphizet.

Ὑπὲρ τούτου τρὶς τὸν Κύριον παρεκάλεσα, ἵνα ἀποστῇ ἀπ' ἐμοῦ.

8 Super hoc ter Dominū rogaui, vt abſcederet à me.

8 Propter quod ter Dominum rogaui, vt diſcederet à me.

5 De eiuſmodi *re*, ὑπὲρ τοῦ τοιούτου. ὑπὲρ pro περὶ ſæpe iam annotauimus, vt in illo Virgilii, Rogitans ſuper Hectore multa. Sed maior eſt in ipſa ſententia difficultas: quid enim nónne is ipſe erat cuius raptum commemorauit? Sanè ita eſt, ac proinde Eraſmus & ii quorum authoritatem ſequutus eſt, mihi videtur non rectè accepiſſe τῶν τοιούτου maſculino genere. Conuertunt enim De eiuſmodi homine, quum hoc potius neutro genere ſit intelligendum de re ipſa, nempe de raptu in cælum. Aliud autem eſt de eo quod extrinſecum eſt & ab alio acceptum, quàm de ſeipſo aut de eo quod tibi inſit, gloriari. Illa enim laus tota ad eū refertur à quo res illa dimanauit: iſta verò non item. Vt quum Cicero verè prædicat quibus honoribus à populo Romano fuerit affectus, non poteſt ob eam cauſam videri iactator: quum verò ad Lucceium ſcribens, ſuas res geſtas tantopere extollit, tum demum meritò gloriæ appetētior videtur. Infirmitatibus, ἀσθενείαις. Vide ſuprà, 11. g. 30.

6 Parcè loquor, φείδομαι. Subauditur τῷ λέγειν. Vel, mihi tempero. Vulg. Parco autē. Eraſ. Parco vobis, quod non ita videtur conuenire. De me, εἰς ἐμέ. Hebraicè לי, Geneſ. 20. c. 13: vel, In laudem meam: vt in illis dicendi generibus, εἰς Βασίλειον, εἰς Λεπτίνην λέγειν.

7 Et ne excellentia, &c. καὶ τῇ ὑπερβολῇ, &c. Vetus interpres ita legit hūc locum, καὶ τὸ ὑπερβολὰ τῶν ἀποκαλύψεων ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι. Id eſt, Et ne excellentia reuelationum ſupra modum efferat me. Auguſtinus in quæſtionibus in librum Iudicum, citans hunc locū, legit ὦ τῇ ὑπερβολῇ, vt qui conuerterit, Et in magnitudine. ac fortaſſis rectius, vt nulla ſit traiectio, cuius tamen exempla multa obſeruauimus ſuprà, Rom. 11. d. 31. Datus eſt, ἐδόθη. Eraſmus, Datus fuit, quod non probo. Notandum eſt autem in primis quòd hoc ſibi datum dicit, quod quū ſæpe petiiſſet ſibi eximi, tamen ſenſit ſibi non modò non nocere, ſed etiam magnopere prodeſſe. Furculus infixus carni, σκόλοψ τῇ σαρκί. Vulgata, Stimulus carnis meæ. Eraſmus, Stimulus per carnem. In vtroque hoc non probo quòd σκόλοψ verterūt Stimulum, id eſt κέντρον. In Eraſmo verò illud quoque, quòd τῇ σαρκὶ vertit per carnem, quum ſubaudienda potius fuerit præpoſitio ἐν, quam tamen addi neceſſe non fuit. Nam σκόλοψ palum quidem ſignificat, id eſt ligna præacuta, quæ claudendis hortis vel ſuſtinendis vitibus ſolo infiguntur, vt annotauit Eraſmus: ſed conſtat tamen accipi pro furculis acutioribus, & quidem inhærentibus, vt qui, ſi quando per cæduas ſyluas iter eſt faciendum, ambulantium pedibus non multo minus moleſti ſunt quàm murices. Inde illud ſæpe apud Dioſcoridem repetitum σκόλοπες ἵππων, σκόλοπα αἴγειον, πεῦκης σκόλοπες, σκόλοπες θηρεύτικοι. Hermol. interpretatur Aſſulas, & tela corporibus inhærentia. Ruellius, Spicula & aculeos. Marcel. Surculos & aculeos. Gell. lib. 5. cap. 14. Androdi hiſtoriam interpretans ex Appione. Stirpem conuertit veſtigio pedis hærentē. Sic autem Paulus (vt mihi quidem videtur) tranſlatitiè vocat πλῆθος ἀποστόλων, quæ videlicet teli inſtar, carni penitus infixa eſt, vt eam quaſi lethalem quandam arundinem (ſicut ait poeta) ſaucii circumferamus: cuius nimirū vulnus cogebat Apoſtolum, quatenus caro cū Spiritu in eo quoque luctabatur, exclamare, Non facio bonum quod volo, & facio malum quod nolo: & tādem, Miſerum me: quis me eripiet ex hoc corpore morti obnoxio? Et Angelus Satan, ἄγγελος Σατᾶ, id eſt ἀντικείμενος, aduerſarius. Neque enim puto in ſecundo caſu poſitū, ſed in recto. Deinde addidi copulam, quam aliquoties iam annotauimus in duobus inciſis & duobus membris interdum ſuppleri ex Hebræorum idiotiſmo, vt 1. Tim. 4. a. 3, & Iohā. 10. c. 16. Neque enim puto iſta poſſe cum ſuperiore membro per appoſitionem ſatis appoſitè coniungi: quia nimium dura eſſet tranſlatio, σκόλοψ tribuere Σατᾶ: nec ſatis etiam aptè dici poſſit Angelus Satan nobis infixus. Puto potius Apoſtolum ab inſitis & in ipſa natura inhærentibus tentationibus, de quibus agitur Iac. 1. b. 4, ad externas tranſire, quarum omnium authorē facit Satanā, vt qui & alios aduerſum nos impellat, & noſtras etiā cupiditates omnibus modis accendat. Colaphis cædat, κολαφίζῃ. Eraſ. Colaphis cæderet, vt etiā paulo antè cōuertit ἐδόθη, datus fuit, quaſi de re præterita agatur. Sed rectè annotāt Græca ſcholia Paulū nō temere ſcripſiſſe potius κολαφίζῃ quàm κολαφίσῃ. Ne ſupra modū efferat. ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι. Vetus interpres hoc non repetit, & ſanè nō video cur addi neceſſe fuerit.

8 Ter. τρίς. Id eſt ſæpe, vt paulo antè tertium cælum pro ſummo dixit: neque hic velim ego ſubtilius philoſophari, ſed retulerim potius ad cōmunem loquendi conſuetudinē, cuius exempla multa vel vnus Amos ſuppeditare poteſt. Sed & apud Latinos ter & quater dicitur fieri quod ſæpe repetitur. Idē ſæpe apud Hebræos in ſeptenario numero occurrit: in quibus myſteriis ſcrutādis mihi interdū videtur paulo curioſior Auguſtinus.

Καὶ εἴρηκέ μοι, Ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου· ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. Ἥδιστα οὖν μᾶλλον καυχήσομαι ἐν ταῖς ἀσθενείαις μου, ἵνα ἐπισκηνώσῃ ἐπ' ἐμὲ ἡ δύναμις τοῦ Χριστοῦ.

9 Et dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea: nam ᵛpotentia mea per infirmitatem perficitur. Libentissimè igitur gloriabor potius de infirmitatibus meis, ᵛvt inhabitet in me potentia Christi.

9 Et dixit mihi, sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatib' meis, ut inhabitet in me virtus Christi.

Διὸ εὐδοκῶ ἐν ἀσθενείαις, ἐν ὕβρεσι, ἐν ἀνάγκαις, ἐν διωγμοῖς, ἐν στενοχωρίαις ὑπὲρ Χριστοῦ· ὅταν γὰρ ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι.

10 Propterea ᵛoblector in infirmitatibus, in cõtumeliis, in necessitatibus, in persequutionibus, in angustiis pro Christo: quum enim impotens sum, tũc potens sum.

10 Propter quod placeo mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persequutionibus, in angustiis pro Christo. quum enim infirmor, tũc potens sum.

Γέγονα ἄφρων καυχώμενος· ὑμεῖς με ἠναγκάσατε· ἐγὼ γὰρ ὤφειλον ὑφ' ὑμῶν συνίστασθαι· οὐδὲν γὰρ ὑστέρησα τῶν ὑπὲρ λίαν ἀποστόλων, εἰ καὶ οὐδέν εἰμι.

11 Fui insipiens ᵛin gloriando: vos me coegistis. nã ego debueram à vobis cõmendari: nulla enim in re inferior fui ᵛsummis Apostolis, tametsi nihil sum.

11 Factus sum insipiens, vos me coegistis. ego enim à vobis debui cõmendari: nihil enim minus fui ab iis qui sunt supra modũ Apostoli, tametsi nihil sum.

Τὰ μὲν σημεῖα τοῦ ἀποστόλου κατειργάσθη ἐν ὑμῖν ἐν πάσῃ ὑπομονῇ, ἐν σημείοις καὶ τέρασι καὶ δυνάμεσι.

12 ᵛIndicia quidé Apostoli ᵛedita sunt ᵛapud vos ᵛper omnẽ tolerantiam, & signa, & prodigia & ᵛvirtutes.

12 Signa tamen Apostoli facta sunt per nos in omni patientia, in signis, & prodigiis & virtutibus.

Τί γάρ ἐστιν ὃ ἡττήθητε ὑπὲρ τὰς λοιπὰς ἐκκλησίας, εἰ μὴ ὅτι αὐτὸς ἐγὼ οὐ κατενάρκησα ὑμῶν; χαρίσασθέ μοι τὴν ἀδικίαν ταύτην.

13 Nã quid est in quo fueritis inferiores cæteris Ecclesiis, nisi quòd ego ipse ‖ nõ obtorpui cũ vestro incommodo? condonate mihi hanc iniuriam.

supra, 11.b.9

13 Quid est enim quod minus habuistis præ cæteris Ecclesiis, nisi quòd ego ipse non gravavi vos? condonate mihi hanc iniuriam.

Ἰδοὺ τρίτον τοῦτο ἑτοίμως ἔχω ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ οὐ κατεναρκήσω ὑμῶν. οὐ γὰρ ζητῶ τὰ ὑμῶν, ἀλλ' ὑμᾶς. οὐ γὰρ ὀφείλει τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσιν θησαυρίζειν, ἀλλ' οἱ γονεῖς τοῖς τέκνοις.

14 Ecce, ᵛtertiò paratus sum venire ad vos, nec cũ vestro incõmodo obtorpescam. non enim quæro quæ vestra sunt, sed vos. non enim debent filii parentib⁹ thesauros congerere, sed parentes filiis.

14 Ecce tertiò hoc paratus sum venire ad vos, & nõ ero gravis vobis. Non enim quæro quæ vestra sunt, sed vos. nec enim debent filij parentibus thesaurizare, sed parentes filijs.

Ἐγὼ δὲ ἥδιστα δαπανήσω, καὶ ἐκδαπανηθήσομαι ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν·

15 Ego verò libẽtissimè impẽdã, & expẽdar ᵛpro animab⁹ vestris:

15 Ego autẽ libẽtissimè impendã, & superimpẽdar ipse pro animab' vestris:

9 Potentia mea, ἡ δύναμίς μου. Vetus interpres omisit pronomẽ, quod tamen in omnibus Græcis codicibus additur, & tantam habet emphasin vt omitti non potuerit, integra manente sentẽtia. Pertinet autem etiam hic locus ad probandam Christi diuinitatem, quum paulo pòst eadem potentia Christi esse dicatur. Δύναμις verò conuerti potentiam potius quàm virtutem, quòd Augustinum videam tum ambiguitate vocis, tum etiam propter non additum pronomen, intempestiuè in hunc locum differere de virtute hominis in futuro seculo perficienda, lib. ad Bonifacium tertii, cap. 7, vt Erasmus annotauit. Vt inhabitet, ἵνα ἐπισκηνώσῃ. Id est, vt magis ac magis sentiam virtutem Christi. Nam quo sunt nostra tabernacula infirmiora, eo magis elucet in illis Christi virtus, quum nullis periculis aut laboribus frangantur, vt scriptum est suprà, 4.b.7. Est que in verbo ἐπισκηνοῦν metaphora à tabernaculis sumpta: non vt temporaria inhabitatio significetur, sed ipsius hospitii infirmitas, quæ perpetua tamen non erit, vt differuit suprà, 6.2.1.

10 Oblector, εὐδοκῶ. Heb. נחצה. Id est, illas non tantùm æquo vel forti animo fero, sed etiam voluptatem maximam ex iis percipio. Vulgata & Erasmus, Placeo mihi.

11 In gloriando, καυχώμενος. Vetus interpres hoc non addit. Summis Apostolis, τοῖς ὑπὲρ λίαν ἀποστόλων. Vulg. Iis qui sunt supra modũ Apostoli. Vide suprà, 11.b.5. 12 Indicia verò Apostoli, σημεῖα δὲ ἀποστόλου. Id est, argumenta ex quibus liqueat me verè Apostolũ esse Domini. Vulg. Signa tamẽ Apostoli. Legit enim μέντοι. Sed præterea signi nomen visum est mihi Latinè nescio quid minus significare quàm σημεῖον Græcè. Edita sunt, κατειργάσθη. Vulg. Facta, Eras. Peracta, verunque non satis Latinè. Apud vos, ἐν ὑμῖν. Vulg. Per vos, deprauata sententia. Eras. Inter vos. Per omnẽ tolerantiã, ἐν πάσῃ ὑπομονῇ. Quid valeat hoc loco ὑπομονή, diximus 2. Cor. 1. a. 5. Virtutes, δυνάμεσι. i. potentia facta, vt vertit Eras. Vide Mat. 7. c. 22, & 1. Cor. 12. b. 10

13 Non obtorpui cũ vestro incõmodo, οὐ κατεναρκήσω ὑμῶν. i. non fui remissus in victu meis manibus mihi quærendo, ne vobis essem oneri. Vulg. Nõ grauaui vos. Eras. Nõ fuerim vobis onerosus. Vide suprà, 11. b. 9.

14 Tertiò paratus sum, τρίτον ἑτοίμως ἔχω. Hoc nõnulli ita explicant quasi τρίτον pertineat ad verbum ἐλθεῖν, quod mihi non placet. Puto enim Apostolũ bis duntaxat venisse Corinthũ ad summũ, vt dicam infrà, 13 a. 1. Deinde ita collocatum est τρίτον, vt satis liqueat referri ad ἑτοίμως ἔχω: & facile est hoc explicare. Nã primùm omnium paratus fuerat Epheso in Macedoniã ire, & inde Corinthum, Act. 19. d. 21, & 1. Cor. 16. a. 5, & b. 8. deinde quum Dominus hoc consilium impedisset, constituerat Epheso rectà ire Corinthum, vt ostendit suprà, 1. c. 15: quo consilio rursus mutato, in Macedoniam venerat: vnde nunc tandem tertiò decreuerat eos [illegible]

15 Pro animabus vestris, ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν. Id est, vestri causa, ex Hebræorum idiotismo, quem sæpe annotauimus. Id enim est quod in vernaculo sermone diceremus, Pour vos personnes: nisi malimus expressè mẽtionem fieri animarũ, vt de vera illorũ salute hic agi Corinthii intelligerent. 17 Num

εἰ καὶ περισσοτέρως ὑμᾶς ἀγαπῶν, ἧττον ἀγαπῶμαι.

etiamsi, abundè vos diligens, minus diligar.

liat, plus uos diligens, minus diligar.

Ἔστω δέ, ἐγὼ οὐ κατεβάρησα ὑμᾶς· ἀλλ' ὑπάρχων πανοῦργος, δόλῳ ὑμᾶς ἔλαβον.

16 Sed esto, ego vos non grauaui: sed quum sim callidus, dolo vos cepi.

16 *Sed esto, ego uos nõ grauaui: sed quum essem astutus, dolo uos cepi.*

Μή τινα ὧν ἀπέσταλκα πρὸς ὑμᾶς, δι' αὐτοῦ ἐπλεονέκτησα ὑμᾶς;

17 Num per quenquam eorum quos misi ad vos, expilaui vos?

17 *Nunquid per aliquem eorum quos misi ad uos, circumuenì uos?*

Παρεκάλεσα Τίτον, καὶ συναπέστειλα τὸν ἀδελφόν· μή τι ἐπλεονέκτησεν ὑμᾶς Τίτος; οὐ τῷ αὐτῷ πνεύματι περιεπατήσαμεν; οὐ τοῖς αὐτοῖς ἴχνεσι;

18 Precatus sum Titũ, & cũ eo misi fratrem: nunquid vos expilauit Titus? nónne eodẽ spiritu incessimus? nónne iisdem vestigiis?

18 *Rogauì Titum, & misi cum illo fratrẽ: nunquid Titus uos circumuenit? nónne eodem spiritu ambulauimus? nonne iisdem uestigiis?*

Πάλαι δοκεῖτε ὅτι ὑμῖν ἀπολογούμεθα; κατέναντι τοῦ Θεοῦ, ἐν Χριστῷ λαλοῦμεν· τὰ δὲ πάντα, ἀγαπητοί, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν οἰκοδομῆς.

19 Rursum putatis quòd nos vobis excusemus? in cõspectu Dei, in Christo loquimur: omnia tamen hæc, charissimi, pro vestri ædificatione.

19 *Olim putatis quòd excusemus nos apud uos? cotrã Deo, in Christo loquimur: omnia autẽ charissimi propter ædificationem uestram.*

Φοβοῦμαι γὰρ μήπως ἐλθὼν οὐχ οἵους θέλω εὕρω ὑμᾶς, κἀγὼ εὑρεθῶ ὑμῖν οἷον οὐ θέλετε· μήπως ἔρεις, ζῆλοι, θυμοί, ἐριθίαι, καταλαλιαί, ψιθυρισμοί, φυσιώσεις, ἀκαταστασίαι·

20 Nam metuo nequo modo, quum venero, non quales velim reperiam vos, & ego reperiar vobis qualẽ nolitis: nequo modo sint lites, æmulationes, iræ, cõtentiones, obtrectationes, susurri, rumores, tumultuationes.

20 *Timeo enim ne forte, quũ uenero, non quales uolo inueniã uos, & ego inueniar à uobis qualem non uultis: ne forte cõtentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, seditiones sine inter uos:*

Μὴ πάλιν ἐλθόντα με ταπεινώσῃ ὁ Θεός μου πρὸς ὑμᾶς, καὶ πενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων, καὶ μὴ μετανοησάντων ἐπὶ τῇ ἀκαθαρσίᾳ καὶ πορνείᾳ καὶ ἀσελγείᾳ ᾗ ἔπραξαν.

21 Ne iterum, vbi venero, me deprimat Deus meus apud vos, & lugeam multos eorum qui antè peccarunt, nec resipuerunt super impuritate & scortatione & proteruia quam patrarunt.

21 *Ne iterum quũ uenero, humiliet me Deus apud uos, & lugeã multos ex iis qui antè peccuerũt, & non egerunt pœnitentiã super immũditia & fornicatione & impudicitia quam gesserunt.*

Κεφάλαιον ιγ'.

CAP. XIII.

CAP. XIII.

Τρίτον τοῦτο ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς. ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων καὶ τριῶν σταθήσεται πᾶν ῥῆμα.

1 Tertia hac vice venio ad vos. Ex ore duorum testiũ aut trium firmum erit omne verbum.

1 *Tertio hoc uenio ad uos. In ore duorum uel trium testium stabit omne uerbum.* *Deut.19.d.15 matth.18.c.16 iohan.8.b.17 heb.10.c.28*

17 Num per quenquã, μή τινα, &c. Hebræa prorsus est hæc formula loquendi, quam exposuimus Mat. 7.b.9. Expilaui, ἐπλεονέκτησα. Vulgata, Circumueni. Vide suprà, 7.a.1.

18 Precatus sum Titum, παρεκάλεσα Τίτον. Vel, Hortatus sum vt ad vos iret videlicet. Fratrem, τὸν ἀδελφόν. Certum quendam intelligit, vt apparet ex addito articulo, quanuis nomen eius non exprimat. Eõdem spiritu incessimus, τῷ αὐτῷ πνεύματι περιεπατήσαμεν. Id est, Nónne res ipsa ostendit nos vno & eodem spiritu Dei regi? Est igitur valde prægnans hic Hebraismus, quem idcirco lubenter seruauimus integrum. Nam si Latinè cum Castellione dixeris, Nónne eodem animo ingressi sumus dimidium energiæ amiseris.

19 Rursum putatis, πάλαι δοκεῖτε. Vel, Num econtrario putatis. Vulg. Olim putatis. Legit enim πάλιν, quod non video qui possit conuenire, quanuis in vno codice ita scriptum inuenerimus. In Christo, ἐν Χριστῷ. Id est, vt cũ loqui verè se succrè cõuenit qui se in Christo esse profiteatur. Omnia tamen hæc, τὰ δὲ πάντα. Vulgata & Erasmus neglexerunt articulum, vt alibi sæpe ideo conuertunt, Omnia autem.

20 Tumultuationes, ἀκαταστασίαι. Vulg. & Eras. Seditiones. & Vetus interpres addit, Sint inter vos, ad explendam constructionem.

21 Deprimat, ταπεινώσῃ. Nihil erat quo magis exultaret Apostolus quàm prospero suæ prædicationis successu: contrà nihil erat quo tristior & demissiore animo redderetur quàm quum cerneret se frustra laborasse. Hoc igitur est quod verbo ταπεινώσῃ voluit significare. Thessalonicẽses contrà vocat gloriã ac gaudiũ suum, 1.epist.2.2.20.

IN CAPVT XIII.

1 Tertia hac vice veniam ad vos, τρίτον τοῦτο ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς. Vulg. Tertiò hoc venio ad vos. Eras. Hic tertius erit aduentus meus ad vos. Cæterùm quanuis tertiò se venturum dicat, tamen vix mihi persuaserim id esse simpliciter intelligendum: non quia secundi illius aduentus non faciat mentionem Lucas, (neque enim is singula perscripsit) sed quia, si cursum historiæ consideremus, non videtur omnino fieri posse vt secũdo illi aduentui locus relinquatur, si hic tertius numeretur quẽ hac epistola pollicitus est. Nam hoc quidem constat, eũ fuisse primum eius in hanc vrbem aduentum quum Athenis illuc venit, vt narrat Lucas Act. cap. 18. quo tẽpore prima iecit Corinthiacæ Ecclesiæ fundamẽta. Inde traiecit Ephesũ, & statim rectà cõtendit Hierosolymã. Inde

Cæſareã, & poſtea Antiochiã venit. Antiochiæ aliquãtulum cõmoratus, ordine peragrauit Galatiã & Phrygiã: donec Epheſum, peragrata ſuperiore Aſia, deueniret: vbi conſumptis 27 mẽſibus, à Demetrii factione expulſus, in Macedoniã venit, vnde hãc alterã ſcripſit epiſtolam, paulo antequam ipſe ex Macedonia in Græciã tranſiret, vbi tres menſes conſumpſit. Itaque nõ video quis locus illi aduentui relinquatur quẽ plerique interpretes ſecũ dũ ſtatuunt, vt hic ſit tertius quem ego ſecundũ ac vltimũ fuiſſe puto. Cur ergo, dices, tertiò ſe venturũ dicit nempe priorẽ epiſtolã pro ſecundo aduentu numerat, in qua videlicet cũ iis de rebus omnibus ad eos pertinẽribus nõ aliter egerat quàm ſi præſens fuiſſet.

Γ ρηγόρηκα καὶ προλέγω ὡς παρὼν τὸ δεύτερον, καὶ ἀπὼν νῦν γράφω τοῖς προημαρτηκόσι καὶ τοῖς λοιποῖς πᾶσιν, ὅτι ἐὰν ἔλθω εἰς τὸ πάλιν, οὐ φείσομαι.

Firmũ erit, στόμα. Heb. פי. Vulg. Stabit. Eraſ. Cõſtituetur.

2 Prædixi & ſecundò prædico vt præſens, & abſens nunc ſcribo iis quì antè peccarũt, & reliquis omnibus, fore vt, ſi denuò venero, non parcam.

2 Prædixi & prædico vt præſens, & nũc abſens iis qui antè peccauerunt, & cæteris omnibus, quoniã ſi venero iterum, non parcam.

Ἐπεὶ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ, ὃς εἰς ὑμᾶς οὐκ ἀσθενεῖ, ἀλλὰ δυνατεῖ ἐν ὑμῖν.

3 Quandoquidem experimentum quæritis in me loquentis Chriſti, quierga vos nõ eſt infirmus, ſed potens eſt in vobis.

3 An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus? qui in vos non infirmatur, ſed potẽs eſt in vobis?

Καὶ γὰρ εἰ ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ· καὶ γὰρ ἡμεῖς ἀσθενοῦμεν ἐν αὐτῷ, ἀλλὰ ζησόμεθα σὺν αὐτῷ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ εἰς ὑμᾶς.

4 Nã etſi crucifixus fuit ex infirmitate, viuit tamen ex potentia Dei. nam & nos infirmi ſumus cum eo, ſed viuemus cum eo, ex virtute Dei apud vos.

4 Nam etſi crucifixus eſt ex infirmitate, ſed tamen ex virtute Dei. nã & nos infirmi ſumus in illo, ſed tamen cum eo ex virtute Dei in vobis.

2.Cor.13.f.10

Ἑαυτοὺς πειράζετε εἰ ἐστὲ ἐν τῇ πίστει, ἑαυτοὺς δοκιμάζετε. ἢ οὐκ ἐπιγινώσκετε ἑαυτούς, ὅτι Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν ὑμῖν ἐστιν; εἰ μήτι ἀδόκιμοί ἐστε.

5 Vos ipſos tentate annon ſitis in fide, voſipſos probate. annon agnoſcitis voſmetipſos, videlicet Ieſum Chriſtum in vobis eſſe: niſi reprobi eſtis.

5 Voſmetipſos tentate ſi eſtis in fide: ipſi vos probate. annon agnoſcitis voſmetipſos, quòd Chriſtus Ieſus in vobis eſt? niſi fortè reprobi eſtis.

2 Et ſecundò prædico vt præſens, καὶ προλέγω ὡς παρὼν τὸ δεύτερον. Pleriq; interpretes τὸ δεύτερον interpretãtur de ſecundo aduentu, quaſi hic ſit tertius quẽ polliceatur: qua de re diximus ſuperiore annotatione. Itaque Eraſmus ſic interpretatur, Prædixi & prædico, vt præſens quũ eſſem iterũ, καὶ & abſens nunc ſcribo. quæ interpretatio admitti non poteſt: quũ enim ſubaudiat particulã Ita, ſatis liquet eũ coniungere ὡς παρὼν non cũ προλέγω, ſed cum γράφω: unde cõſequuntur duo abſurda. Primũ enim ſupplẽda eſſet copula quæ coniungeret προλέγω & γράφω. qualẽ eclipſin aliquoties quidem annotauimus, ſed tum demum tamen quũ id fuit neceſſarium. Deinde bis videretur Paulus præſens ſcripſiſſe, aut certè ſcripſiſſe quũ ſecũdo præſens eſſet. Nam qui ſic loquitur, Vt præſens quũ eſſem iterum, ita & abſens nunc ſcribo. certè alterum ſignificat ex iis duobus quæ dixi. Ex iis autem puto liquere, τὸ δεύτερον pertinere potius ad προλέγω, & τὸ νῦν καὶ quidem ad priorem epiſtolam, προλέγω verò ad hanc ipſam referri. Nã hoc ipſum ſcripſit ſuperioris Epiſtolæ cap. 4. d. 19. 20. 21: neque inane eſt quod addidit ὡς παρὼν, vt præſens. Ita enim ſignificat ſui abſentis non minorem eſſe debere authoritatem quã ſi ex præſentis ore has minas intelligerent. Nulla igitur cauſa eſt cur ex hoc loco ſtatuatur ſecundus ille Pauli aduẽtus de quo antè dixi, quũ ad abſentẽ referatur vtraque iſta prædictio. Nam certè ſi præſens fuiſſet, nunquam inde diſceſſiſſet, niſi vel re tranſacta, vel eo ipſo confecto quod hic ſe facturũ interminatur. Et abſens, &c. καὶ ἀπὼν νῦν γράφω. Hoc verò per ſe ſatis intelligi poterat, etiãſi nõ eſſet additũ, quũ τὸ προλέγω dixerimus ad hãc epiſtolã referri. ſed tamẽ ſua emphaſi nõ caret iſta eiuſdẽ ſententiæ nõ eadem prorſus, ſed aliquãtulum diuerſa repetitio. q.d. Apoſtolus, Olim id vobis denuntiaui, & ſecundò denũtio vt præſens, hac videlicet epiſtola quam abſens ſcribo.

3 Sed potens eſt, ἀλλὰ δυνατεῖ. Hic mos eſt Hebræis familiaris, vt maioris emphaſeos cauſa bis idem vi deantur dicere, vt expoſuimus Ioh. 1. c. 20. Sed fortaſſis tamen quia εἰς ὑμᾶς & ἐν ὑμῖν non fruſtra videntur repeti, aliter poſſit explicari hic locus, ita nimirũ vt illud ἐν ἀσθενείᾳ referatur ad ea Spiritus dona ex quibus Corinthii per ſe poterant intelligere quã efficax in ipſis fuiſſet Pauli prædicatio. Alterũ autẽ membrũ ad eã poteſtatem quã teſtetur ſe aduerſus præfractos & contumaces vſurpaturũ: ac ſi dicat, Hoc vobis teſtor, me ſũma ſeueritate vſurum erga omnes iſtos adeo pertinaces. quandoquidem videmini alioquin mihi non credere niſi Chriſti in me loquentis ſpecimen vobis exhibeam: quem ſentitis quidem non eſſe erga vos (tot eximiis donis in vos collatis) infirmum & imbecillem, ſed ego vobis cõfirmo, ad vos vlciſcendos, quum opus fuerit, potentiſſimũ eſſe. Vt autem hanc expoſitionem ſequar, eo etiam adducor quod ſubiicitur. Certum enim eſt hoc dici vt reuerentia authoris miniſterii, ad officium faciendum reuocentur.

4 Ex infirmitate, ἐξ ἀσθενείας. i. quod attinet ad infirmã illam formã ſerui quam accepit, ſemetipſum exinaniens. Idem enim hoc declarat atque κατὰ σάρκα, Rom. 1. a. 3. niſi quod σαρξ declarat νίαν, ἀσθένεια verò eius οἰκείας qualitatẽ cui opponitur potentia Dei. i. diuinitas illa potentiſſima quæ ſeſe in reſurrectione carnis potiſſimum exeruit. Nã & nos, καὶ γὰρ ἡμεῖς. Particula cauſalis oſtẽdit argumenti ſuperioris conſequutionem: quòd alioquin videatur ineptè Apoſtolus à Chriſti exẽplo ſumpſiſſe argumentũ, quo nõ Chriſti ſed ſuã poteſtatẽ videatur cõfirmare: niſi oſtẽderit quatenus ſint Chriſto conformes miniſtri. Fuit, inquit, Chriſtus, quod ſed carnẽ attinet, vilis & abiectus hominũ iudicio, adeo vt ſit adactus in crucẽ huius imbecillitatis imaginẽ nos quoque circũferimus, quibus in ſpeciẽ nihil fingi poteſt contẽptius. At idẽ ille crucifixus, re ipſa tandẽ oſtẽdit ſe Deũ eſſe: ita ſcitote etiã nobis, quos velut pro mortuis habetis, vigorẽ inuictũ nõ deeſſe, quẽ aduerſus vos, ſi opus fuerit, vſurpemus, vt Chriſtũ in nobis verè viuere ſentiatis. Cum eo, ἐν αὐτῷ. Vulg. & Eraſ. In illo. Sed ἐν pro σὺν po ſitũ eſſe vel illud declarat quod in proximo mẽbro ſcriptũ eſt σὺν αὐτῷ. Eſt autẽ illud quoque obſeruandũ, hac præpoſitione nõ tantũ ſignificari Chriſti & miniſtrorũ ipſius ſimilẽ conditionẽ, ſed hoc in primis, quòd à Chriſto in miniſtros (de his enim propriè hic agitur) vis illa promanet, per quã diuina in ipſis virtus illa inhabitans, in media illorũ infirmitate emineat. 5 Reprobi, ἀδόκιμοι. Reprobos vocat quos Gallicè licet appellare, Ceux qui ne ſont pas de miſe, ni receuables, quibus opponuntur δόκιμοι.

Ελπίζω δὲ ὅτι γνώσεσθε ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἐσμὲν ἀδόκιμοι.

6 At ſpero fore vt cognoſcatis nos non eſſe reprobos.

6 Spero autē q̄ cognoſcatis q̄ nos nō ſum⁹ reprobi.

Εὔχομαι δὲ πρὸς τὸν Θεὸν μὴ ποιῆσαι ὑμᾶς κακὸν μηδέν· οὐχ ἵνα ἡμεῖς δόκιμοι φανῶμεν, ἀλλ' ἵνα ὑμεῖς τὸ καλὸν ποιῆτε, ἡμεῖς δὲ ὡς ἀδόκιμοι ὦμεν.

7 Opto verò à Deo, nequid mali faciatis: non vt nos probati comperiamur, ſed vt quod honeſtum eſt faciatis, nos verò velut reprobi ſimus.

7 Oramus autem Deum ne nihil mali faciatis: nō vt nos probati appareamus, ſed vt nos quod bonum eſt faciatis, nos autē vt reprobi ſimus.

Οὐ γάρ δυνάμεθά τι κατὰ τῆς ἀληθείας, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἀληθείας.

8 Non enim poſſumus quicquam aduerſus veritatem, ſed pro veritate.

8 Non enim poſſumus aliquid aduerſus veritatem, ſed pro veritate.

Χαίρομεν γὰρ ὅταν ἡμεῖς ἀσθενῶμεν, ὑμεῖς δὲ δυνατοὶ ἦτε. Τοῦτο δὲ καὶ εὐχόμεθα, τὴν ὑμῶν κατάρτισιν.

9 Gaudemus enim quum nos infirmi fuerimus, vos autem validi fueritis: hoc autē etiam optamus, veſtrā *videlicet* inſtaurationem.

9 Gaudemus enim quoniam nos infirmi ſumus, nos autem potentes eſtis: hoc & oramus, veſtram conſummationem.

Διὰ τοῦτο ταῦτα ἀπὼν γράφω, ἵνα παρὼν μὴ ἀποτόμως χρήσωμαι κατὰ τὴν ἐξουσίαν ἣν ὁ Κύριος ἔδωκέ μοι εἰς οἰκοδομὴν, καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν.

10 Propterea hæc abſens ſcribo, ne præſēs ſeueritate vtar ex poteſtate quam dedit mihi Dominus ad ædificationem, ac non ad deſtructionem.

10 Ideo hæc abſens ſcribo, ne non præſens durius agam ſecundum poteſtatem quam Dominus dedit mihi in ædificationē, & non in deſtructionem.

Λοιπὸν, ἀδελφοὶ, χαίρετε, καταρτίζεσθε, παρακαλεῖσθε, τὸ αὐτὸ φρονεῖτε, εἰρηνεύετε· καὶ ὁ Θεὸς τῆς ἀγάπης καὶ εἰρήνης ἔσται μεθ' ὑμῶν.

11 Quod ſupereſt, fratres, valete, inſtauramini, conſolationē habete, idem ſentite, in pace agite: & Deus charitatis ac pacis *author* erit vobiſcum.

11 De cætero, fratres, gaudete, perfecti eſtote, exhortamini, idem ſapite, pacē habete: & Deus pacis & dilectionis erit nobiſcū.

Ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν ἁγίῳ φιλήματι· ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἅγιοι πάντες.

12 Salutate alii alios ſancto oſculo. Salutant vos ſancti omnes.

12 Salutate inuicem in oſculo ſancto. Salutāt uos omnes ſancti.

Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου Πνεύματος μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν.

13 Gratia Domini Ieſu Chriſti, & charitas Dei, & communicatio Spiritus ſancti ſit cum omnibus vobis. Amen.

13 Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei, & cōmunicatio ſanctiſ Spiritus ſit cum omnibus nobis. Amen.

Πρὸς Κορινθίους δευτέρα ἐγράφη ἀπὸ Φιλίππων τῆς Μακεδονίας, διὰ Τίτου καὶ Λουκᾶ.

Ad Corinthios ſecunda fuit ſcripta Philippis urbe Macedoniæ, per Titum & Lucam.

Ad Corinthios ſecunda miſſa fuit à Philippis Macedoniæ per Titū & Lucam.

7 Veluti reprobi, ὡς ἀδόκιμοι. hominum videlicet iudicio.

9 Infirmi, ἀσθενεῖς. Infirmos rurſum vocat quorum vilis & abiecta eſt conditio, quibus opponit δυνατοὺς, in quibus floreat virtus illa & gratia Dei.

10 Inſtaurationem, κατάρτισιν. Alii perfectionem, ſiue conſummationem, alii integritatem. Varia enim eſt & multiplex verbi καταρτίζω ſignificatio. Mihi verò proximū verſiculum cum iſto cōparanti videtur Apoſtolus nihil aliud hoc nomine ſignificare quàm ſuum hoc eſſe conſilium vt Corinthiacæ Eccleſiæ mēbris quæ luxata fuerant, rurſus in locū ſuum veluti repoſitis, omnia illic inſtaurentur: velut omnibus ſublatis diſſidiis, rurſus inter ſe coniungantur. Itaque licebat etiam reconcinnationem interpretari.

12 Sancto oſculo, ἁγίῳ φιλήματι. Alibi diximus hanc fuiſſe non tantùm Iudæorum, ſed etiam aliarū gentium Orientis conſuetudinem, vt mutuis oſculis ſeſe ſalutarent ſumma amicitia ac neceſſitudine cōiuncti: quam de re ſic Xenophon, loquens de Perſis, libro Cyri Pædiæ: Λέγεται ἔτι Κῦρος ἀκούειν, καὶ ἀπομάττεσθαι ἀλλήλων, παρὰ συγγενῶν φιλοῦντας τὸν Κῦρον τῷ σώματι, ὥσπερ ἡμεῖς τοὺς φίλους. Περσικὸν. καὶ γὰρ καὶ νῦν τοῦτο ποιοῦσι Πέρσαι. Et Herodotus in Clio, Ἐστυγχάνουσι δὲ ἀλλήλοισι ἐν τῇσι ὁδοῖσι τῇδε ὧδε ἐξεργασμένοι οἱ ἀπαντώμενοι· οὐδὲ γὰρ τὸν φωνεῦντα ἀλλήλους, φιλέουσι πρὶν στόμα στόματι· ἢν δὲ ὑπερφέρων ὑπάρχῃ ὁ ἕτερος, τοῦ πυθομένου φιλέουσι τὴν δεξιὴν καὶ παραπλησίην ἀνθρώπῳ ὑπερτέρῳ οὐκ ἐξεστὶ, φοβεομένους τὸν ἕτερον προσκυνῆσαι τὸν ἴσον. Ad hanc conſuetudinem Perſarum proximè acceſſiſſe Iudæorum mores facile eſt ex ſacra hiſtoria cognoſcere, adeo vt oſculum eſſet non modò amiciriæ alicuius, ſed cuiuſdam etiam ἐμπαμπίας ſymbolum. Eam autem conſuetudinem olim etiam publicè fuiſſe in Eccleſiaſtico cœtu obſeruatam, licet ex veterū ſcriptis cognoſcere, quum Iuſtinus id diſertè teſtetur Apolog. 2. Quam tamen qui nunc velit in his regionibus vrgere, non modò ſit ineptus, ſed turpis etiam criminis ſuſpicione laboret.

Epiſtola Pauli Apoſtoli ad Galatas.

Παύλου τῦ ἀποστόλου ἡ πρὸς Γαλάτας ἐπιστολή.

Κεφάλαιον αʹ

ΠΑΥΛΟΣ ἀπόστολος (οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπου, ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ Θεοῦ πατρὸς τοῦ ἐγείραντος αὐτὸν ἐκ νεκρῶν)

Tit.1.a.3

Καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ πάντες ἀδελφοὶ, ταῖς ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας.

Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς, καὶ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ·

Τοῦ δόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ὅπως ἐξέληται ἡμᾶς ἐκ τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος πονηροῦ, κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἡμῶν·

Luc.1.g.74

Ὡ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Θαυμάζω ὅτι οὕτω ταχέως μετατίθεσθε ἀπὸ τοῦ καλέσαντος ὑμᾶς ἐν χάριτι Χριστοῦ, εἰς ἕτερον εὐαγγέλιον·

NOVA INTERP.

CAP. I.

1 PAVLVS Apoſtolus (ᵛnõ ab hominibus, ᵛneque per hominem, ‖ ſed per Ieſum Chriſtum, ac Deum Patrẽ qui ſuſcitauit eum ex mortuis)

2 Quique mecum ſunt omnes fratres, Eccleſiis Galatiæ.

3 Gratia vobis & pax à Deo Patre, & Domino noſtro Ieſu Chriſto:

4 Qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris, ‖ vt eximeret nos ex præſenti ᵛſeculo mãlo, ſecundum voluntatem Dei & Patris noſtri.

5 Cui ſit gloria ᵛin ſecula ſeculorum. Amen.

6 Miror vos ita citò, ᵛdeſerto eo qui vocarat vos in gratiam Chriſti, ᵛtranſferri ᵛin aliud Euangelium:

VETVS.

CAP. I.

1 PAVLVS Apoſtolus (nõ ab hominibus, neque per hominẽ, ſed per Ieſum Chriſtum, & Deum Patrem qui ſuſcitauit eum à mortuis)

1 Et quotquot ſunt omnes fratres Eccleſiis Galatiæ.

3 Gratia vobis & pax à Deo Patre, & Domino noſtro Ieſu Chriſto:

4 Qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris, vt eriperet nos de præſenti ſeculo nequã, ſecundũ voluntatem Dei & Patris noſtri.

5 Cui eſt gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

6 Miror quòd ſic tam citò transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiam Chriſti, in aliud Euangelium.

IN CAPVT I.

1 Non ab hominibus, οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων. Sic deſignat authorem miniſterii in genere. Nam hoc eſt omnibus fidelibus cõmune. Neque per hominẽ, οὐδὲ δι' ἀνθρώπου. Nũc inſtrumentalẽ vocationis cauſam attingit. Perinde enim eſt ac ſi diceret, Neque per quenquã hominẽ. Eſt autem hæc peculiaris Apoſtolorũ prærogatiua, quòd à Chriſto vocati ſunt αὐτόπται. Sed per Ieſum, ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ. Ergo, inquies, Chriſtus non eſt homo? Eſt ſanè, ſed ſimul etiã Deus, ac proinde Dominus & caput Eccleſiæ, ac proinde ex reliquorũ hominũ numero eximendus.

4 Seculo malo, αἰῶνος πονηροῦ. Seculum vocat deprauatiſſimam illam hominum vitam & miſerrimam conditionẽ extra Chriſtũ, qua ſignificatione ſæpe ſolet mũdi & tenebrarũ nomen vſurpare. Voluntatem, τὸ θέλημα. i. gratuitã beneuolentiã, quã alibi vocat εὐδοκίαν & εὐάρεστον. Hebræi רצון appellant, de qua diximus Luc.1.b.14, quanuis interdum θέλημα & εὐδοκία iungat, vt infrà, Epheſ.1.a.5.

5 In ſecula ſeculorũ, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Heb. לעולם ועולמים pro infinito ſpatio, vt Rom.16.d.27.

6 Deſerto eo qui vocarat vos in gratiã Chriſti, τοῦ καλέσαντος ὑμᾶς ἐν χάριτι Χριστοῦ. Sic Vet. interp. cõuertit, Græcis etiã aſſentientibus, & Auguſt. quoque, apud quos nulla fit mentio Χριστοῦ coniungendi cũ καλέσαντος. Ab hoc tamẽ in eo diſſentio quòd Χριστῷ καλέσαντος conuertit ad verbũ, Ab eo qui vocauit, nimiũ ambiguè, propter verbum ſequens. Sic enim accipi poſſet, quaſi ſit ſcriptũ ὑπὸ τοῦ καλέσαντος, acſi idem tranſferret, Qui & vocarat. Itaque vt omnẽ amphiboliã vitarẽ, conuerti, Deſerto eo qui vocarat vos, &c. Eraſ. A Chriſto, qui vocauit vos per gratiã. Mauult enim cũ Hieronymo, Χριστοῦ per hyperbaton cõſtrui cũ τῷ καλέσαντος. Altera tamen interpretatio nihil prorſus torquet, & planã habet ſententiã. Et plerũque in Apoſtolicis ſcriptis vocatio ſolet tribui Deo potius ad Chriſtũ vel per Chriſtũ vocanti, vt 1. Theſſ.2.d.13.14 & 16. Itẽ 1. Pet.5.c.10, quibus teſtimoniis poſſit hic locus veluti cõmẽtariis illuſtrari. Sed & in nõnullis codicibus pro Χριστοῦ legit Θεοῦ. quã lectionẽ etiãſi ſequamur, nolim tamen hyperbaton ſtatuere, ſed dixerim potius Apoſtolũ de ſeipſo loqui, à quo Galatæ deficiant, quũ ipſe eos ad Dei gratiã vocarit, non ad Legẽ. Res enim ipſa oſtendit, Chriſti gratiã vocari à Paulo ſalutem gratis in Chriſto oblatam: id eſt ſummam Euangelii, quod opponit Legi & falſo pſeudapoſtolorum Euangelio. Auguſtinus pro In gratiam, legit In gloriam, contra Græcorum codicum fidem. Transferri, μετατίθεσθε. Vtitur præſenti tempore, quaſi nondum deſciuerint, ſed adhuc ſint in actu, quod aiunt. Deinde verbum paſſiuum vſurpauit vt culpam in pſeudapoſtolos deriuet.

In aliud Euangelium, ὃς οὐκ ἔστιν ἄλλο διαγγέλιον. Ambrosius cōnectit cum participio καθέστηκε, sed perperam. Euangelium autem vocat non libros de Christo scriptos, sed doctrinam ipsam de Christo.

Ο οὐκ ἔστιν ἄλλο· εἰ μή τινες εἰσιν οἱ ταράσσοντες ὑμᾶς, καὶ θέλοντες μεταστρέψαι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ.

7 Quod non est aliud: sed nōnulli vos turbát, & volunt inuertere Euangelium Christi.

7 Quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui nos conturbant, & volunt cō uertere Euangeliū Christi.

Αλλὰ καὶ ἐὰν ἡμεῖς ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζηται ὑμῖν παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν, ἀνάθεμα ἔστω.

8 Sed etiamsi nos, aut Angelus è cælo euāgelizet vobis præter id quod vobis euāgelizauimus, anathema esto.

8 Sed licet nos, aut Angelus de cælo euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit.

Ὡς προειρήκαμεν, καὶ ἄρτι πάλιν λέγω, εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω.

9 Vt antè diximus, etiam nūc iterum dico, Siquis vobis euāgelizauerit præter id quod accepistis, anathema esto.

9 Sicut prædiximus, & nunc iterum dico, Si quis vobis euāgelizauerit præter id quod acceptis, anathema sit.

Αρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω ἢ τὸν Θεόν; ἢ ζητῶ ἀνθρώποις ἀρέσκειν; εἰ γὰρ ἔτι ἀνθρώποις ἤρεσκον, Χριστοῦ δοῦλος οὐκ ἂν ἤμην.

10 Nunc enim utrum homines an Deum suadeo, aut quæro hominibus placere? Enimuerò si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.

10 Modò enim hominibus suadeo, an Deo? an quæro hominibus placere? si adhuc hominibus placerē, Christi seruus nō essē.

Γνωρίζω γὰρ ὑμῖν, ἀδελφοί, τὸ εὐαγγέλιον τὸ εὐαγγελισθὲν ὑπ' ἐμοῦ, ὅτι οὐκ ἔστι κατὰ ἄνθρωπον.

11 Notum autem vobis facio, fratres, Euangelium prædicatū à me, nō esse secundū hominē.

11 Notum enim vobis facio, fratres, Euangeliū quod euangelizatū est à me, quia non est secūdum hominē. 1. Cor. 15. a. 3

Οὐδὲ γὰρ ἐγὼ παρὰ ἀνθρώπου παρέλαβον αὐτό, οὔτε ἐδιδάχθην, ἀλλὰ δι' ἀποκαλύψεως Ιησοῦ Χριστοῦ.

12 Neque enim ego ab homine id accepi, neque edoctus sū, sed patefaciente *mihi* Iesu Christo.

12 Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi.

7 Quod non est aliud, ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλο. Ambrosius hoc non legit. Hieron. verò duntaxat legit ὃ οὐκ ἔστιν, quod non existit, siue, quod nusquam est. Nam quū vnum sit Euangeliū, non plura, altera illa doctrina quā amplexi erant Galatæ, non erat Euangeliū nisi nomine tenus. Dicitur autem falsum Euangeliū nō esse aliud Euangelium, quoniam videlicet non potest esse multiplex verū Euangelium. Nonnullis tamen placet hoc cōnectere cum eo quod sequitur, quasi prouocabulum ὃ non referat duntaxat διαγγέλιον, sed totum complexū superioris orationis: acsi Aliud ponatur pro Aliare, veluti quum dicimus, Hoc nihil est aliud quàm quòd vis fallere. Eius sententiæ fuit etiam Erasmus, vt qui propterea pro εἰ μή τινες εἰσὶν, conuerterit Nisi quòd quidā sunt. Sed hæc interpretatio mihi non probatur, quia non est est scriptum εἰμὴ ὅτι τινές εἰσιν, sed εἰ μή τινες, vt satis appareat, οὐκ ἔστιν ἄλλο cum superioribus cohærere. Sequutus sum igitur Græcos interpretes, summo consensu hoc ita explicātes, vt ὃ nō referat aliud quàm διαγγέλιον, perinde acsi scriptū esset, μὴ ὄντος ἄλλου. Sed εἰ μὴ, id est ἀλλά, vt Mat. 11. a. 4, & infrà, 2. c. 16, & Apoc. 9. a. 4, & 21. f. 27. Vulg. & Eras. Nisi quod in causa fuit cur Erasmus interiiceret particulam Quòd, & nōnulli alii plura etiam subaudirent. Inuertere, μεταστρέψαι. Vel Euertere. Quid enim magis contrarium est fidei siue gratuitæ iustificationi, quàm iustificatio ex Lege, siue meritis, non Christi sed nostris? Itaque qui volunt ista duo conciliare, magis etiam sunt inepti quàm si quis conetur lucē cū tenebris, mortem cum vita consungere.

8 Anathema, ἀνάθεμα. Vide Rom. 9. a. 3, & 1. Cor. 12. a. 3, & 16. d. 22.

10 Nunc enim, ἄρτι γάρ. Tempus anteactum in Pharisaismo opponit præsenti conditioni, quum iam ex Pharisæo factus Apostolus, Deum non homines annuntiaret. Verum suadeo homines, an Deum? ἀνθρώπους πείθω, ἢ τὸν Θεόν Pauli antagonistæ, vt Galatas ab eo abducerent, nihil aliud quàm principes illos Apostolos in ore habebant, quos cum Paulo committebant, quasi contrarium Euangeliū doceret. Itaque quanuis falsum esset quod illi prætexebant, & Apostolis nihil detractum vellet Paulus, cogitur tamen ostendere, primùm omnium se nihilo esse quoquam inferiorem, vt qui ab ipso Christo esset edoctus, & Apostolus designatus, adeo quidem vt nihil hic cuiquam mortali prorsus acceptum ferret: deinde se ita semper fuisse comparatum vt nūquam hominibus placere studuerit, sed ipsum etiam Petrum (quando ita faciendum fuit) liberè reprehenderit. Itaque iam inde ab initio testatus est se neque ab hominibus neque per hominem esse Apostolū, & acerbè obiurgauit Galatas quòd tam citò à se desciuissent. quod quum posset superbius dictum videri, argumenta nunc adhibet quibus asserit eius doctrinæ dignitatem cui Angelos etiā ipsos subiecerat. Quid enim? (inquit) quem me esse arbitraminiuan vestrorum pseudapostolorum similē? qui nihil aliud quàm homines in ore habent, quasi non Deum, sed homines vobis prædicentiran qui vestrorum illorum more, hominum gratiam captem? Imò Deum ego suadeo, non homines: Deo me approbo, non hominibus: à Deo accepi quod annuntiaui, & vno Deo fretus, ministerio meo sum defunctus, vt non à me, sed à Deo desciueritis. Itaque quum non sit Apostolo propositum ostendere cui, sed quid suadeat, id est quid credendum proponat, neque de auditoribus, sed de doctrina ipsa disputare: quū denique sese cum iis comparet quibuscū habebat quidem cōmunes auditores, doctrinā verò diuersam: quòd illi homines viderentur prædicare, ipse Deum annuntiaret: illi hominibus, quorum nomine abutebantur, ipse Deo sese approbaret: Vetus interpres non rectè videtur conuertisse, Hominibus suadeo, an Deo?

11 Secundum hominem, κατὰ ἄνθρωπον. Id est, doctrina quadam humana, siue ab hominibus excogitata, vel denique, quam ego ab hominibus acceptam, ex eorum authoritate annuntiem. Vide Rom. 3. a. 5.

12 Patefaciente mihi Iesu Christo, δι' ἀποκαλύψεως Ιησοῦ Χριστοῦ. Intellige de patefactione extraordinaria. Nam alioqui solus Filius Euangelium reuelat per Spiritum suum, sed hominum ministerio, quod hic excluditur à Paulo, vt Apostolatus sui ac proinde doctrinæ suæ authoritatem asserat. Itaque etiam opinor παράλαβον & ἐδιδάχθην non esse synonyma hoc in loco, sed per ὕστερον πρότερον, illud, ad Apostolatus onus

impoſitum, iſtud ad doctrinæ quam prædicaturus erat, perceptionem referri. Vulg. & Eraſ. ad verbũ Per reuelationem Ieſu Chriſti, quod vt ambiguum reiudicaui, quamuis Græcis ad verbum reſpondeat.

Act.9.c.1

Ηκούσατε γὰρ τὴν ἐμὴν ἀναστροφήν ποτε ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ, ὅτι καθ' ὑπερβολὴν ἐδίωκον τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπόρθουν αὐτήν.

13 ¶Audiſtis enim quomodo verſatus ſim olim inIudaiſmo, me videlicet ſummè perſequutũ eſſe Eccleſiam Dei, & eam vaſtaſſe:

13 *Audiſtis enim conuerſationem meam aliquando in Iudaiſmo, quoniam ſupra modũ perſequebar Eccleſiam Dei, & expugnabam illam.*

Καὶ προέκοπτον ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ ὑπὲρ πολλοὺς συνηλικιώτας ἐν τῷ γένει μου, περισσοτέρως ζηλωτὴς ὑπάρχων τῶν πατρικῶν μου παραδόσεων.

14 Et profeciſſe in Iudaiſmo ſuper multos æquales meos in genere meo, quum vehemẽtiore ſtudio tenerer traditionũ quas à patribus meis acceperam.

14 *Et proficiebam in Iudaiſmo ſupra multos æquales meos in genere meo, abundantius æmulator exiſtens paternarũ mearum traditionum.*

Ὅτε δὲ εὐδόκησεν ὁ Θεὸς ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρός μου, καὶ καλέσας διὰ τῆς χάριτος αὐτοῦ,

15 Sed quando placuit Deo, qui ſeparauit me ab vtero matris meæ, & vocauit per gratiã ſuã,

15 *Quum autẽ placuit ei qui me ſegregauit ex utero matris meæ, & uocauit per gratiam ſuam,*

Ἀποκαλύψαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοί, ἵνα εὐαγγελίζωμαι αὐτὸν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, εὐθέως οὐ προσανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι.

Ephes.3.b.8

16 Retegere Filium ſuũ in me, ¶vt euangelizarem ipſum inter Gentes, non ſtatim contuli cũ carne & ſanguine.

16 *Vt reuelaret Filium ſuum in me, ut euangelizarem illum in Gẽtibus, continuò non acquieui carni & ſanguini.*

13 Summè, καθ' ὑπερβολήν. Vulg. & Eraſ. Supra modum, non ſatis expreſſé. Nam de omnibus id dicitur qui virtutis fines tranſiliunt, hic verò ſummus quidam maximi vitii gradus ſignificatur. Vastasse, ἐπόρθουν. Vulg. Expugnabam. quam interpretationem reprehendens Valla, Cõtumelia fit Deo, inquit, cuius Eccleſia dicitur expugnari. Hoc verò dupliciter excuſat Eraſmus: primùm, quaſi Eccleſiæ nomine ſignificetur exigua illa multitudo fidelium: deinde, quaſi non ad euentum rei, ſed ad Sauli conatus hoc ſit referendum. Atqui Paulus toti Eccleſiæ bellum indixerat, vt qui in Arabiam vſque excurreret, & Chriſtum ipſum, non autem certos homines, perſequeretur: & ne eum quidem cœtum potuit expugnare qui Hieroſolymis erat. Deinde non poteſt expugnandi vocabulum pro expugnare couari hoc in loco accipi, niſi admodum violenta declaratione: itaque illam interpretationem, cum Valla, prorſus repudio, quum Eccleſia Dei non magis quàm Deus ipſe, poſſit expugnari quam ipſæ inferorum copiæ nunquam opprimere poterunt, vt expoſuimus Mat.16.c.18. Eraſmum autem valde profectò demiror ad hanc interpretationem ruendam, quam tamen ipſe mutauit, ea ratione impulſum quòd τὸ πορθεῖν nihil aliud ſignificare putarit quàm expugnare aut capere. Nam hoc certè non puto vllius ſidonei teſtis authoritate poſſe confirmari. Imò verò dici poteſt aliquis eam vrbem πορθῆσαι quam nunquam oppugnarit, vt Romæ accidit Gallis: & viciſſim expugnantur multæ vrbes quas tamen militi non liceat diripere. hoc enim eſt πορθεῖν quòd Latinis diripere, populari & vaſtare. i incenſis domibus ad vaſtitatẽ redigere, ἀπὸ τοῦ πόρθου. i. ab incẽdendo, quod & ipſe Eraſ. annotauit. Atenim, dices, hoc plus eſt quàm expugnare. Id verò perne go, niſi expugnatio præceſſerit. Poſſunt enim agri & vrbes ſalua republica vaſtari vt Hãnibali accidit tandẽ à Romanis ſuperato. Diripi igitur ac vaſtari poteſt vinea Domini, interfici agricolæ, omnia denique ita diſperdi vt nulla hominibus appareat vineæ facies: ſed expugnari tamen non poteſt, ita videli: et vt in hoſtiũ ius ac poteſtatem omnem concedat: quum iis ipſis vratur Dominus vt cuſtodibus, quum ſunt illam populati.

14 Traditionum quas à patr. &c. τῶν πατρικῶν μου παραδόσεων. Vulg. Paternarũ mearum traditionum. Eraſ. A maioribus meis traditorum inſtitutorũ. Quid ſit παράδοσις diximus Matth.15.a.3 Paternas autem traditiones vocat, quòd non modò Phariſæus eſſet ipſe, ſed etiam Phariſæo patre natus, vt teſtatur Act.23.b.6.

15 Qui ſeparauit, ὁ ἀφορίσας. Vulg. & Eraſ. Segregarat. Vide Mat.13.g.49. Loquitur autẽ Paulus de æterna Dei prædeſtinatione ad Apoſtolatum: cuius quũ tres ſint gradus, nempe æternũ Dei conſiliũ, (quod cõmemoratur in re prorſus ſimili, Ierem.1.b.5) deinde deſignatio ab vtero, poſtea vocatio: omnes iſtos gradus pulchrè cõmemorat Paulus ſuo ordine. Nam διόπερ. (i. Ebr. אשר, de qua diximus Luc.2.b.14) primum illũ gradum deſignat, quem deinde reliqui duo conſequũtur. Quis igitur docuit ab operibus præuiſis auſpicariis nimirum qui Spiritui ſancto aduerſarur. 16 Retegere, ἀποκαλύψαι. Eraſ. In hoc vt reuelaret. Cõiunxit enim cum participio καλέσας, quia ſequitur ἐν ἐμοί, de quo mox dicemus. At ego non dubito quin potius hoc pertineat ad verbum διέστειλε. In me, ἐν ἐμοί. i mihi. Sed tamen illud videtur quiddã etiam amplius ſignificare, quod apparet ex Hebræorũ idiotiſmo. Nam ἐν ἐμοὶ omnino id declarat quod לי, vt conſtruitur verbum reſpondens Græco verbo ἀποκαλύπτειν, Eſa.53.a.1, & videtur eo dicendi genere ſignificari Dei gratiam cælitus in animum ipſum illabi, vt Græca etiam ſcholia annotarunt. Eraſ. Per me, vt ἐν ἐμοὶ pòſitum ſit pro δι' ἐμοῦ: quamobrem etiam hoc coniunxit cum participio καλέσας, ſed non ſatis appoſitè, vt mihi videtur. Statim, εὐθέως. Hieronymus, vt Porphyrii calumniã viter, ex hoc loco Paulũ ſummæ tũ arrogantiæ, tũ inconſtantiæ accuſantis, hãc particulã connectit cum διαγγελίζωμαι, quaſi aliud conſilium capturus fuerit Paulus niſi Dominus iuſſiſſet eum ſtatim ſeſe accingere ad prædicationis munus. Sed non fuit neceſſe ad hanc diſtinctionẽ confugere. Oſtẽdat Porphyrius Paulum ſibi aliquid arrogare, & ſolidum erit eius argumentũ. Quũ verò res ipſa oſtendat Paulum repètè & vno momento ita fuiſſe zelo & ſapiẽtia impletũ vt ex prædicationis ipſius ſucceſſu apparuerit eũ nihil indigere cuiuſquã ſubſidio, agnoſcat ille ſuam calumniã: nos verò Paulũ verè fuiſſe Apoſtolũ fateamur, qui & ipſe cælitus doctrinã ſuã hauſerit extra ordinẽ, vt nihil hic habeat quiſquã quod obganniat. Quòd autẽ poſtea eũ Apoſtolis contulit, nullam in eo leuitatem, ſed modeſtiã ſummã oſtendit, vt nullus iam locus arrogantiæ relinquatur. Contuli, προσανεθέμην. id eſt conſilia cõmunicaui. Nam ἀνάθεσις ſignificat arcanum ſuum familiariter quaſi in ſinum amici deponere, vt explicat doctiſſimus Budæus. Ego verò puto ſumptam eſſe hanc ſignificationem ab eo quòd curas noſtras ac difficultates in quibus verſamur, quaſi onus aliquod in amicos exoneremus. Et quod attinet ad σαρκὶ præpoſitionẽ, vel ſententiæ nihil addit, vel ita eſt explicãda vt ſi negaret Apoſtolus ſe non contentũ iis quæ ex Domino acceperat, præterea contuliſſe cum aliquibus vt noui quippiam diſceret. Vulg. Acquieui, non ſatis cõmodè. Œcumenius inter cæteras declarationes, exponit προσανεθέμην, vt videatur legiſſe προσανεθέμην, pro prætuli & primo loco habui. nam carnem & ſanguinem interpretatur patriam & cognatos. quæ declaratio excurrit extra metam Apoſtolo propoſitam.

Cum carne & ſanguine, σὺν καὶ ἁμαρτ. i. cum quoquam mortalium. vt Epheſ. 6. b. 12. Totus enim in eo eſt Apoſtolus vt doceat ſe ab vno Chriſto hauſiſſe quod prædicabat, ne ſummis Apoſtolis videatur vlla in re inferior. Homines igitur omnes ſemel comprehendens, & Chriſto iam glorioſo vnicóque ſuo præceptori opponens, ab infimis & imbecilla natura denominat. Quoſſum autem hoc? Nempe quòd his argumentis pſeudapoſtoli Galatas faſcinaſſent: quaſi Paulus vnus eſſet ex Apoſtolorum diſcipulis, & quidem poſtremus, vt non ſtatim ei credendum eſſet: ſummos autem Apoſtolos non ita abhorrere à circunciſione & Lege, quæ adhuc ſeruaretur Hieroſolymis. Illud ergo primùm refutat, ſéque à Chriſto ipſo glorioſo inſtitutum, & Apoſtolum Gentibus deſtinatum oſtendit: deinde ſibi cum reliquis Apoſtolis optimè conuenire, à quibus tamen nihil noui didicerit. Qui igitur per carnem & ſanguinem intelligunt cognatos ipſius Pauli, item carnis cupiditates, nihil dicunt.

Οὐδὲ ἀνῆλθον εἰς Ἱεροσόλυμα πρὸς τοὺς πρὸ ἐμοῦ ἀποστόλους· ἀλλ' ἀπῆλθον εἰς Ἀραβίαν, καὶ πάλιν ὑπέστρεψα εἰς Δαμασκόν.

17 Neque ᵛ redii Hieroſolymã ad eos qui ante me *fuerant* Apoſtoli: ſed abii in Arabiam, ac denuo reuerſus ſum Damaſcum.

17 *Neque ueni Ieroſolymã ad anteceſſores meos Apoſtolos: ſed abii in Arabiam, & iterum reuerſus ſum Damaſcum.*

Ἔπειτα μετὰ ἔτη τρία ἀνῆλθον εἰς Ἱεροσόλυμα ἱστορῆσαι Πέτρον· καὶ ἐπέμεινα πρὸς αὐτὸν ἡμέρας δεκαπέντε.

18 Deinde tribus poſt annis redii Hieroſolymam, ᵛ vt viſerem Petrum: & manſi apud eũ dies quindecim.

18 *Deinde poſt annos tres ueni Ieroſolymam uidere Petrum: & manſi apud eum diebus quindecim.*

Ἕτερον δὲ τῶν ἀποστόλων οὐκ εἶδον εἰ μὴ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου.

19 Alium autem ex Apoſtolis non vidi quenquam niſi ᵛ Iacobum fratrem Domini.

19 *Alium autem ᵛ Apoſtolorum uidi neminem, niſi Iacobum fratrem Domini.*

Ἃ δὲ γράφω ὑμῖν, ἰδοὺ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, ὅτι οὐ ψεύδομαι.

20 In iis porro quæ ſcribo vobis, ecce ᵛ corã Deo, nõ mẽtior.

20 *Quæ autem ſcribo uobis, ecce coram Deo, quia non mentior.*

Ἔπειτα ἦλθον εἰς τὰ κλίματα τῆς Συρίας καὶ τῆς Κιλικίας.

21 Deinde veni in regiones Syriæ & Ciliciæ.

21 *Deinde ueni in partes Syriæ & Ciliciæ.*

Ἤμην δὲ ἀγνοούμενος τῷ προσώπῳ ταῖς ἐκκλησίαις τῆς Ἰουδαίας ταῖς οὔσαις ἐν Χριστῷ·

22 Eram autem ignotus facie Eccleſiis Iudææ quæ *erant* in Chriſto:

22 *Eram autem ignotus facie Eccleſiis Iudææ quæ erant in Chriſto:*

Μόνον δὲ ἀκούοντες ἦσαν, Ὅτι ὁ διώκων ἡμᾶς ποτε, νῦν εὐαγγελίζεται τὴν πίστιν ἣν ποτε ἐπόρθει.

23 Sed ſolùm audierant *qui dicerent*, Qui perſequebatur nos aliquando, nunc annuntiat ᵛ fidem quam olim ᵛ vaſtabat.

23 *Tantùm autem auditũ habebam, Quoniã qui perſequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem quam aliquando expugnabat.*

Καὶ ἐδόξαζον ἐν ἐμοὶ τὸν Θεόν.

24 Et glorificabant Deũ ᵛ de me.

24 *Et in me clarificabant Deum.*

Κεφάλαιον Β.

CAP. II.

Ἔπειτα διὰ δεκατεσσάρων ἐτῶν πάλιν ἀνέβην εἰς Ἱεροσόλυμα μετὰ Βαρνάβα, συμπαραλαβὼν καὶ Τίτον.

1 Deinde ᵛ interiectis annis quatuordecim, rurſum aſcendi Hieroſolymam vnà cum Barnaba, aſſumpto ſimul & Tito.

1 *Deinde poſt annos quatuordecim iterum aſcendi Ieroſolymã cum Barnaba, aſſumpto & Tito.*

Ἀνέβην δὲ κατὰ ἀποκάλυψιν, καὶ ἀνεθέμην αὐτοῖς τὸ εὐαγγέλιον ὃ κηρύσσω ἐν τοῖς ἔθνεσι, κατ' ἰδίαν δὲ τοῖς δοκοῦσι, μήπως εἰς κενὸν τρέχω, ἢ ἔδραμον.

2 Aſcendi autem ex reuelatione, & expoſui eis Euangelium quod prædico inter Gentes: ſed priuatim ᵛ cum iis qui ſunt in pretio, nequo modo ᵛ fruſtra currerem aut cucurriſſem.

2 *Aſcendi autẽ ſecundã reuelationẽ, & cõtuli cũ illis Euangelium quod prædico in Gẽtibus: ſeorſum autem iis qui uidebantur aliquid eſſe, ne forte in uacuum currerem, aut cucurriſſem.*

17 Redii, ἀνῆλθον. Vel, aſcendi. Sed illud melius conuenit hiſtoriæ. Vulg. Veni, ἦλθον. In Arabiam, εἰς Ἀραβίαν. Vide Act. 9. c. 26.

18 Vt viſerem, ἱστορῆσαι. Vulg. Videre. Eraſ. Vt viderem. Neuter ſatis expreſſè. Significat enim ἱστορεῖν cognoſcendi & intelligendi cauſa inſpicere, atque etiam viſere & oculis ſubiicere. Sic diſtinxit ab ἰδεῖν Plutarch. his verbis in Cicer. Ὥστε πεῖσαι μὲν οὐδένα δύναμαι τῶν ἀκουόντων, ἅψασθαι δὲ τῆς βουλομένοις ἰδεῖν καὶ ἱστορῆσαι, καὶ τὸν ἄνθρωπον αὐτὸν ἐκ τῶν μαθημάτων ἐξέτασιν καὶ σύνεσιν ἔχοντα.

19 Iacobum, &c. Ἰάκωβον, &c. Vide Act. 15. c. 14.

20 Coram Deo, ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Verbum ſuppleui ex quo intelligatur eſſe iurisiurandi ſpecies, deinde vt cohæreat ſequens particula. Nam quod adfert Hieronymus, nempe, Corã Deo ſunt. i. digna Dei conſpectu, prorſus eſt abſurdum.

23 Fidem, τὴν πίστιν. i. doctrinam fidei, ſiue Euangelium, vt 1. Tim. 4. 2. 1. & infrà, 3. 2. 2. Vaſtabat, ἐπόρθει. Sic apud Salluſtiũ dicitur conſcientia mentẽ vaſtare. Vide ſuprà v. 13. 24 De me, ἐν ἐμοί. Heb. בי pro עלי.

IN CAPVT II.

1 Interiectis annis quatuordecim, διὰ δεκατεσσάρων ἐτῶν. Vide Mar. 2. 2. 1.

2 Cum iis qui ſunt in pretio, τοῖς δοκοῦσι. id eſt τοῖς δεδομένοις. quibus opponuntur οἱ δόξαντες. Vulg.

Qui videbantur aliquid esse, τῶν δοκούντων εἶναί τι, contra omnium nostrorum codicum fidem, & repugnante etiam Hieronymi interpretatione. Sic enim scribit, (quod & rectè expēdit Eras.) Solicitus, inquit, requirebam quidnā esset quod diceret, Qui videbantur: sed nunc me omni scrupulo liberauit, adiiciens, Qui videbantur columnæ esse. Hæc Hieronymus, satis declarans se non legisse hoc in loco τινές μ. sed ita tamen vt non videatur cognouisse τοὺ δοκοῦντας à Græcis vocari absolutè τοὺς δοκοῦντας. i. quorum apud omnes præclara est existimatio. Eadem (vt opinor) Græci sermonis imperitia fecit vt Vetus interpres, Hieronymo audacior, Aliquid esse, adiiceret. Sed est multo etiam durius quod apud Ambrosium legimus, Qui sibi videbantur aliquid esse. Vide infrà versu 6. Frustra, μὴ κενὸν. Id est nullo cū fructu. Nam quod ad doctrinam ipsam attinet, de ea nihil dubitabat Paulus: sed quod à multis spargebatur, ipsum videlicet diuersam ab Apostolis doctrinam profiteri, Euangelii ipsius cursum impediebat. cui rei mederi studuit.

Ἀλλ' οὐδὲ Τίτος ὁ σὺν ἐμοὶ, Ἕλλην ὤν, ἠναγκάσθη περιτμηθῆναι·	3 Sed neque Titus qui mecum erat, quum esset Græcus, coactus fuit circuncidi:	3 *Sed neque Titus qui mecum erat, quum esset Gentilis, compulsus est circuncidi:*
Διὰ δὲ τοὺς παρεισάκτους ψευδαδέλφους, οἵτινες παρεσῆλθον κατασκοπῆσαι τὴν ἐλευθερίαν ἡμῶν ἣν ἔχομεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἵνα ἡμᾶς καταδουλώσωνται·	4 Nempe propter emissarios falsos fratres qui irrepserant ad explorandam libertatem nostram quam habemus in Christo Iesu, vt nos in seruitutem adigerent.	4 *Sed propter subintroductos falsos fratres qui subintroierunt explorare libertatem nostram quam habemus in Christo Iesu, ut nos in seruitutem redigerent.*
Οἷς οὐδὲ πρὸς ὥραν εἴξαμεν τῇ ὑποταγῇ, ἵνα ἡ ἀλήθεια τοῦ εὐαγγελίου διαμείνῃ πρὸς ὑμᾶς.	5 Quibus ne ad momentum quidem cessimus per subiectionem: vt veritas Euangelii permaneret apud vos.	5 *Quibus neque ad horam cessimus subiectione, ut veritas Euāgelii permaneat apud nos.*
Ἀπὸ δὲ τῶν δοκούντων εἶναί τι, ὁποῖοί ποτε ἦσαν οὐδέν μοι διαφέρει· πρόσωπον ἄνθρωπος ὁ Θεὸς οὐ λαμβάνει· ἐμοὶ γὰρ οἱ δοκοῦντες οὐδὲν προσανέθεντο.	6 Ab iis autem qui putantur esse aliquid, qualescunque fuerint, nihil mihi discrepat. ‖ per sonam hominis Deus non accipit. Nam qui sunt in pretio, nihil mecū præterea cōtulerūt.	6 *Ab iis autem qui videbātur esse aliquid, quales aliquando fuerint, nihil mea interest: Deus personā hominis non accipit. nihil enim contulerunt qui videbātur esse aliquid, nihil contulerunt.*
Ἀλλὰ τοὐναντίον, ἰδόντες	7 Imò ecōtrario, quū vidissent	7 *Sed ecōtra quū vidissēt*

Deut.10.d.17
2.chro.19.c.7
iob.34.b.19
sap.6.a.8
eccli.35.b.16
act.10.c.34
rom.2.b.11
ephes.6.b.9
colos.3.d.26
1.pet.1.c.17

4 Nempe propter, διὰ δὲ τοὺς pro δὲ vel δὴ τοὺς positum est: cuius enallages exempla vide in Budæi commentariis. Non erat igitur causa cur Erasmus hoc expungeret, ex Hieronymi opinione, qui putauit redundare, quòd non præcedat μέν: sed imperitè, vt alibi diximus. Emissarios, παρεισάκτους, id est παρεισδύνοντας, qui per fraudem & pietatis simulationem, in fidelium album subrepserant. Nam in his verbis παρὰ plerunque ponitur in vitio. Vulg. Subintroductos. Eras. Obiter ingressos.

5 Ne ad momentum quidem, οὐδὲ πρὸς ὥραν. Vulg. Neque ad horam. Eras. Ne ad tempus quidem. Vide Matth. 9. c. 21. Ambrosius non legit οὐδὲ, quasi ad tempus cesserit Paulus falsis illis fratribus: repugnante omnium Græcorum codicum fide, & ipsa quoque sententia. vt Erasmum planè mirer hic laborare, quasi Pauli sermo sit imperfectus, quum omnes partes optimè constent. At enim, inquit, quomodo non cessit qui Timotheum coactus est circuncidere? Quasi verò circunstantia loci, temporis, personarum non sit varia. Nam circunciditur Timotheus vt infimi ac rudes Iudæi non offendantur: in Tito verò cur idem fieret, non in gratiā infirmorum sed falsorum fratrum, (quos canes & concisionem vocat Philipp. 3. a. 2, & excindi etiam optat infrà, 5. b. 12) idque præsertim eo ipso tempore quo Paulus Hierosolymam venerat vt eam in libertatē assereret? Per subiectionem, τῇ ὑποταγῇ. Id est, vt nos illis, prodita libertate, subiiceremus. Hoc enim fuisset Christo renuntiare. Vulgata, Subiectione, nimium ambiguè. non cedimus enim ea re quam amissam volumus. Itaque istis Apostolus non subiectione, sed libertate non cedebat. Veritas Euangelii, ἡ ἀλήθεια τοῦ εὐαγγελίου. Id est, vera ac sincera Euangelii doctrina, nullis videlicet istorum falsis doctrinis corrupta. Apud vos, πρὸς ὑμᾶς. Siue, vobis. Galatas autem alloquitur, sed ita vt gentes omnes comprehendat quarum par erat causa, & quibus peculiariter destinatus erat Apostolus.

6 Ab iis autē qui putantur, ἀπὸ δὲ τῶν δοκούντων. Loquitur Apostolus ex aduersariorum sensu, qui quū re vera reliquos Apostolos non minus quàm Paulum contemnerent, tamen illorum nomina iactabant, vt excellentium Christi discipulorum, vt Paulum tanquam abortiuum quempiam opprimerent. Cæterùm quum sic legi soleat hic locus vt totum illud ὁποῖοί ποτε vsque ad λαμβάνει, parenthesi includi soleat, ego Græca scholia & veterum codicum authoritatem sequutus, ista coniunxi cū οὐδέν μοι διαφέρει, vt sit sensus, nullū esse inter Paulum & eos quos illi tanti faciebant, discrimen. quæ sententia mihi maximè perspicua videtur. Sin verò illā parēthesin seruemus, præcisa erit oratio, & ἀπὸ pro ὑπὸ positum, vt sic interpretemur, Ab iis autem qui putantur esse aliquid, non sum edoctus. Sic enim ipse etiam loquitur suprà, 1. c. 12. Qualescunque fuerint, ὁποῖοί ποτε ἦσαν. Hoc videtur addidisse Paulus vt superiora verba emolliret: acsi diceret, Vtcunque fatear illos fuisse ipsi Christo familiares discipulos, tamen propterea non est quòd isti somnient aliquod esse inter illos & me discrimen. Nihil mihi discrepat, οὐδέν μοι διαφέρει. Hæc alii connectunt cum proximè præcedente membro, & conuertunt, Quales aliquando fuerint, nihil mea interest, vt plerunque etiam accipitur hæc loquendi formula. Ego verò (vt paulo antè dixi) malo cum ἀπὸ coniungere, quanuis ista constructio verbi διαφέρειν sit Græcis scriptoribus inusitata. Præterea contulerunt, προσανέθεντο. Id est, Nihil noui mihi adiecerunt, quod antea non nossem. Vide suprà, 1. c. 16. Possumus etiam interpretari, Nihil præterea oneris mihi imposuerunt, vt significet se non accepisse ab illis Apostolatum. idque videtur cum iis quæ sequuntur, optimè conuenire.

ὅτι πεπίστευμαι τὸ εὐαγγέλιον τῆς ἀκροβυστίας, καθὼς Πέτρος τῆς περιτομῆς·

(Ὁ γὰρ ἐνεργήσας Πέτρῳ εἰς ἀποστολὴν τῆς περιτομῆς, ἐνήργησε καὶ ἐμοὶ εἰς τὰ ἔθνη)

καὶ γνόντες τὴν χάριν τὴν δοθεῖσάν μοι Ἰάκωβος καὶ Κηφᾶς καὶ Ἰωάννης, οἱ δοκοῦντες στῦλοι εἶναι, δεξιὰς ἔδωκαν ἐμοὶ καὶ Βαρνάβᾳ κοινωνίας· ἵνα ἡμεῖς εἰς τὰ ἔθνη, αὐτοὶ δὲ εἰς τὴν περιτομήν·

μόνον τῶν πτωχῶν ἵνα μνημονεύωμεν· ὃ καὶ ἐσπούδασα αὐτὸ τοῦτο ποιῆσαι.

Ὅτε δὲ ἦλθε Πέτρος εἰς Ἀντιόχειαν, κατὰ πρόσωπον αὐτῷ ἀντέστην, ὅτι κατεγνωσμένος ἦν.

Πρὸ τοῦ γὰρ ἐλθεῖν τινας ἀπὸ Ἰακώβου, μετὰ τῶν ἐθνῶν συνήσθιεν· ὅτε δὲ ἦλθον, ὑπέστελλε καὶ ἀφώριζεν ἑαυτόν, φοβούμενος τοὺς ἐκ περιτομῆς.

καὶ συνυπεκρίθησαν αὐτῷ καὶ οἱ λοιποὶ Ἰουδαῖοι· ὥστε καὶ Βαρνάβας συναπήχθη αὐτῶν τῇ ὑποκρίσει.

mihi concreditum fuiſſe Euangelium præputii, ſicut Petro circunciſionis:

8 (Nam qui efficax fuit per Petrum ad Apoſtolatum circunciſionis, efficax fuit etiam per me erga Gentes)

9 Quúmque cognouiſſent gratiam mihi datam Iacobus & Cephas & Iohannes, qui putantur eſſe columnæ, dextras dederunt mihi ac Barnabæ ſocietatis: vt nos inter Gentes, ipſi verò inter circunciſos, Apoſtolatu fungeremur.

10 Solùm *monuerunt* vt pauperum meminiſſemus: quod & ipſum ſtudui facere.

11 Quum autem veniſſet Petrus Antiochiam, in os ei reſtiti, eo quòd condemnandus eſſet.

12 Nam antequam veniſſent quidam à Iacobo, vnà cum Gentibus edebat: quum autem veniſſent, ſubduxit ſeſe ac ſeparauit ab eis, metuēs eos qui erāt ex circuncisione.

13 Ac ſimulabant vnà cum eo reliqui etiam Iudæi: itaque etiam Barnabas ſimul abreptus fuit in illorum ſimulationem.

quòd creditum eſt mihi Euangelium præputii, ſicut & Petro circuncisionis:

8 (Qui enim operatus eſt Petro in Apoſtolatum circuncisionis, operatus eſt & mihi inter Gētes)

9 Et quum cognouiſſent gratiam quæ data eſt mihi Iacobus & Cephas & Iohannes, qui uidebantur columnæ eſſe, dextras dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis: ut nos in Gentes, ipſi autem in circuncisionem.

10 Tantùm ut pauperū memores eſſemus: quod etiam ſolicitus fui hoc ipſum facere.

11 Quum autem ueniſſet Petrus Antiochiam, in faciem ei reſtiti, quia reprehenſibilis erat.

12 Prius enim quàm uenirēt quidam à Iacobo, cum Gentibus edebat: quum autem uenissent, ſubtrahebat & ſegregabat ſe, timens eos qui ex circuncisione erant.

13 Et ſimulationi eius cōſenſerūt cæteri Iudæi, ita ut & Barnabas duceretur ab eis in illam ſimulationem.

7 Euangelium præputii, τὸ εὐαγγέλιον τῆς ἀκροβυστίας. Id eſt Euangelium inter Gentes annuntiandum: quā metonymiam aliquoties in epiſtola ad Romanos annotauimus. Neque enim duplex eſt Euangelium in ſeſe, ſed duo ſunt populorum genera quibus annuntiatur, vnum circunciſum, alterum incircunciſum.

8 Per Petrū, Πέτρῳ. Sic malo explicare, vt ſignificetur cauſa inſtrumētalis. Vulg. Petro. Eraſ. In Petro.

9 Qui putantur, &c. οἱ δοκοῦντες, &c. Id eſt, quos ſolos iſti pro columnis habent, quaſi ego ſim nihilis in eo quidem ab illis ipſis diſſidentes quorum authoritate ad vos decipiendos abutuntur. Vide ſuprà, verſu 6.

Dextras ſocietatis, δεξιὰς κοινωνίας. Id eſt porrexerunt manum, quòd ſymbolum eſſet noſtræ in Euangelii doctrina ſummæ conſenſionis. Virgil. Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni. Inter circunciſos, Apoſtolatu fungeremur, εἰς τὴν περιτομήν. Recte ſuppleuit Eraſmus quod omnino deerat. Omiſſum eſt autem à Paulo, vt qui in hac epiſtola mirè ſtudeat breuitati, ſiue genus ipſum dicendi: ſiue argumenta ſpectes. Sic etiam in proximo verſiculo verbum deſideratur, ſed ex communi loquendi vſu, vt iſtæ eclipſes nihil obſcuritatis adferant.

11 In os, κατὰ πρόσωπον. Id eſt ἔμπροσθεν πάντων, coram omnibus, vt explicat ipſe Paulus verſu 14. Itaque abſurdum eſt commentum Hieronymi, interpretantis, Secundum faciem, id eſt non ex animo, quaſi res tota non ſeriò ſed per ſanctam quandam ſimulationem inter vtrunque ſit acta, vt Iudæi non offenderentur, & vicissim Gentibus ſatisfieret. Hoc verò ſi ita eſt (vt nihil aliud dicam) quorſum hoc factum pertinuerit ad Apoſtoli ſcopum? Similia ſunt fere omnia, profana certè & apertiſſimè detorta, quæ in hunc locum Græci interpretes plerique & Hieronymus aduerſus Auguſtinum pro Petro diſſeruerunt. quæ ſanè miror Eraſmum digna cenſuiſſe quæ non modò commemoraret, ſed etiam tueretur. Quòd condemnandus eſſet, ὅτι κατεγνωσμένος ἦν. Participium pro nomine poſitum, quaſi condemnatitium dicas aut condemnabilem, ſicut à Latinis participialia quæ vocant nomina vſurpantur: quod ita familiare eſt Hebræis vt non aliter loquantur. vt רצוי, id eſt dilectus pro amabili, & נחמד, expetitus pro expetibili, & alia infinita. Ita enim hoc accipiendum eſſe res ipſa oſtendit: vt planè abſurdum ſit quod nonnulli adferunt, damnatum fuiſſe Petrum, ab iis videlicet qui non norant rem agi ex compoſito, & malè de illo iudicabant, tametſi reprehenſibilis non erat: vel quòd antè reprehenſus fuiſſet Hieroſolymis quòd cum Cornelio ſumpſiſſet cibum. En quò delabantur qui quam arripuerunt ſententiam, volunt mordicus tueri. Cicero in Piſonem, Quis te miſeriorē quis te damnatiorē qui neque ſcribere ad Senatum, rempublicā bene à te geſtam, neque præſens dicere auſus es? Id eſt, quem iuſtius quis iudex poſſit condemnare quàm te? Ita accipitur κατεγνωσμένος hoc in loco pro ἀπεμμισεῖτο vel ἀπεμισεῖτο.

12 A Iacobo, ἀπὸ Ἰακώβου. Non dicit iſtos miſſos fuiſſe à Iacobo: ſed A Iacobo idem valet atque Hieroſolymis, vbi pedem fixerat Iacobus. Hi ſunt igitur qui poſtea contentionem illam excitarunt quæ refertur à Luca Act. 15, & omnia iſta ante Synodum Hieroſolymitanam contigerunt.

13 Itaque etiam Barnabas abreptus fuit in eorum ſimulationem, ὥστε καὶ Βαρνάβας συναπήχθη αὐτῶν τῇ ὑποκρίσει. Ὥστε ſic malo accipere quàm pro Adeo vt, & τὸ συναπήχθη, indicat Barnabam impetu & exemplo potius abreptum quàm iudicio fuiſſe impulſum. Vulgata, Vt duceretur ab eis in illam ſimulationem. In

Complutenſi editione legitur ὥστε Βαρνάβας συναπήχθη, ex puncta particula καὶ, ab aliquo nimirum qui Barnabam etiam voluit culpæ eximere, quaſi ſcriptum ſit ἵνα Βαρνάβας σωαπαχθῇ, vt Barnabas abduceretur. Dici enim non poteſt quantopere hic laborarint Græci, & ex Latinis præcipuè Hieronymus, vt Petrum culpa liberarent: hoc eſt, Apoſtoli ſententiam & Apoſtolatum (cuius authoritatem hoc facto vindicat) euerterent. Exiſtimarunt Apoſtolos poſt acceptum Spiritum ſanctum fuiſſe ἀναμαρτήτους. Id verò vt in doctrinæ capitibus concedam, tamen non huc pertinet, quum Petrus hoc loco non peccet in doctrina, ſed in facto certo: quòd videlicet dum Iudæorum infirmitati cupit conſultum, Euangelicam libertatem adducit in diſcrimen. Peccatum eſt igitur non in doctrina, neque etiam in ipſo facto ſimpliciter, ſed in facti circunſtantiis non ſatis prudenter ab eo conſideratis: vnde magnum conſequutum eſt offendiculum, vt meritò prorſus à Paulo ſit publicè reprehenſus. Neque enim tanti fuit infirmitas Iudæorum vt propterea prodenda fuerit aliorum qui aderant libertas, & firmitas labefactanda. Itaque hic opus fuit deliberatione illa quæ à Cicerone in Officiis pertractatur, ex duobus vtilibus vtrum vtilius.

Ἀλλ' ὅτε εἶδον ὅτι οὐκ ὀρθοποδοῦσι πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοῦ εὐαγγελίου, εἶπον τῷ Πέτρῳ ἔμπροσθεν πάντων, Εἰ σὺ Ἰουδαῖος ὑπάρχων, ἐθνικῶς ζῇς, καὶ οὐκ Ἰουδαϊκῶς, τί τὰ ἔθνη ἀναγκάζεις ἰουδαΐζειν;

14 Sed quum vidiſſem eos non recto pede incedere, vt veritati Euangelii congruebat, dixi Petro coram omnibus, Si tu, quum ſis Iudæus, Gentiliter viuis, ac non Iudaicè, cur Gentes cogis iudaizare?

14 *Sed quum vidiſſem quòd non rectè ambularent ad veritatem Euangelii, dixi Cephæ coram omnibus, Situ, quum Iudæus ſis, Gentiliter viuis, & non Iudaicè, quomodo Gentes cogis iudaizare?*

Ἡμεῖς φύσει Ἰουδαῖοι, καὶ οὐκ ἐξ ἐθνῶν ἁμαρτωλοί·

15 Nos natura Iudæi, & non ex Gentibus peccatores:

15 *Nos natura Iudæi, & non ex Gentibus peccatores.*

Εἰδότες ὅτι οὐ δικαιοῦται ἄνθρωπος ἐξ ἔργων νόμου, ἐὰν μὴ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ ἡμεῖς εἰς

16 Scientes non iuſtificari hominem ex operibus Legis, ſed per fidē Ieſu Chriſti: etiam nos

16 *Scientes autem quòd non iuſtificatur homo ex operibus Legis niſi per fidē Ieſu Chriſti: & nos*

14 Eos non recto pede incedere, ὅτι οὐκ ὀρθοποδοῦσι. Rectum pedem opponit ſimulationi præpoſteræ. Videbantur enim Petrus & eius ſectatores in vtranque partem claudicare, quum paulo antè cum Gentibus cibum caperent, & tam ſubitò ſe ab illorum conſortio ſubducerent. Nam abſurdum eſt certè quorundam commentum, qui hoc nolunt dici de Petro, ſed de aliis qui cum Petro ſimulabant: quaſi ille diſſimularet potius quam ſimularet, iſti verò putarent aliquid admiſſum contra bonos mores, quum ſeſe coniungerent cum Gentibus. Id verò ſi ita eſſet, cur diſertè non excipitur Petrus? cur diſertè, præteritis cæteris, in eum vnum fertur reprehenſio? quorſum denique hæc hiſtoria commemoratur, ſi Petrus ipſe, qui aliquid eſſe videbatur, non eſt à Paulo, & quidem iure, reprehenſus? Cauſa igitur profectò non erat cur iterum nobis Eraſmus rancidas iſtas nugas apponeret. Vt veritati Euangelii congruebat, πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοῦ Εὐαγγελίου. Veritatem Euangelii vocat ſinceram ac veram Euangelii tum doctrinam tum vſurpationem, quam vulgò practicam vocant. Præpoſitio autem πρὸς congruentiam & conuenientiam declarat, vt 2. Corinth. 5. b. 10, vt pro κατὰ poſita videatur, ſicut dixit Iſocrates πρὸς τὰ παρόντα, ἀντὶ τοῦ κατὰ τὰ παρόντα. Vulgata & Eraſmus, Ad veritatem. Petro, τῷ Πέτρῳ, In vno codice ſcriptum inueni τῷ Κηφᾷ, & verſu 11, ὁ Κηφᾶς. Vetus interpres priore loco habet, Quum autem veniſſet Petrus, &c. hic autem, dixit Cephæ. Neque verò iſtius varietatis vllum eſſet momentum (quum idem ſit Cephas qui & Petrus) niſi Clemens libro diſpoſitionum 4, (quem ſequitur Euſebius lib. Eccleſiaſt. hiſtoriæ 1) occaſionem hinc arripuiſſet falſò interpretandi huius loci, quaſi Cephas iſte non fuerit Petrus ille Apoſtolus, ſed vnus ex 70 diſcipulis, quem errorem meritò refutat Hieronymus. Nam (vt alia omittam) quorſum alioqui commemoratur hæc hiſtoria? Cogis, ἀναγκάζεις. Cogi dicit Paulus eos qui Petri authoritate & exemplo, vacillante conſcientia ad Iudaiſmum inclinabant.

15 Nos natura Iudæi, ἡμεῖς φύσει Ἰουδαῖοι. Id eſt, nos Iudæi, & quidem genere, non autem proſelyti. Incipit autem Apoſtolus, conſtituta iam ſui miniſterii authoritate, ad rem ipſam accedere: vt meritò tertium caput ab hoc verſiculo poſſis inchoare: niſi ſuperiora omnia quibus videlicet vnum idémque argumentum explicatur, malis primo capiti tribuere. quod qui non conſiderarunt, iſta putarunt ad ſuperiorem hiſtoriam pertinere, quum in ſuperiore verſu deſinat. Quanquam & præſenti controuerſiæ cum Petro poſſunt iſta applicari vſque ad ſequentis capitis initium, vbi per apoſtrophen Galatas compellat, veluti à Petro ad illos orationem auertens. Sed malo Galatis omnia ab hoc verſiculo applicare. Mira eſt autem ac planè inimitabilis breuitas Apoſtoli in tota hac epiſtola, cuius pulcherrimum exemplum ſuppeditat hic locus. Ita enim id proponit de quo dicturus eſt, nos videlicet fide non autem operibus Legis iuſtificari, vt duplex ſimul argumentum adferat. Iudæi, inquit, ſumus, & quidem natura, qui vobis gratuitam ex fide iuſtificationem proponimus. Itaque non minus nobis credite quàm veſtris pſeudapoſtolis, quibus in ſtudio Legis non poſſimus cedere, quum & ipſi Iudæi ſimus. Credidimus in Ieſum Chriſtum: quorſum, ſi Lex non potuit iuſtificare? Primùm igitur argumentum à circunſtantia perſonæ ſumptum eſt, alterum ab ipſa fidei & Euangelii natura, alluſione facta ad Pſal. 143. a. 2. Atenim quomodo iſta cohærent, dices? Optimè profectò. Quum enim in ea reprehenſione Petri ageretur de iis qui Chriſtum cum Lege coniungebant, inde meritò delabitur ad hoc ipſum tractandum argumentum: vnde etiam factum vt aduerſus ipſum Petrum aut certè aduerſum illos quibus ſeſe Petrus adiunxerat, iſta dici videantur: adeo mollis & artificioſa eſt iſta iunctura. Peccatores, ἁμαρτωλοί. Heb. חַטָּאִים. Sic autē vocabantur omnes Gentiles, quaſi qui nihil aliud poſſent quàm peccare, alieni videlicet à Dei fœdere.

16 Scientes, εἰδότες. Vulgata, Scientes autem, εἰδότες δέ, vt in duobus codicibus ſcriptum inuenimus. quam lectionem ſi ſequaris dicendum fuerit ſuperiore verſiculo, Nos natura Iudæi *ſumus*, & non ex Gentibus peccatores. Scientes autem, &c. Ego verò malui iſta connectere abſque coniunctione δέ, ita vt ἡμεῖς per epanalepſin repetatur: quanuis quod ad ſenſum attinet, nihil interſit. Sed, ἀλλά μή. Hebraicè אַךְ לֹא, quas particulas Græci interpretes interdum per ἀλλὰ μὴ conuertunt, vt Geneſ. 22. f. 16. interdum per

ἀλλὰ, vt Esaiæ cap.59.a.21. & ἀλλ' ἤ, 1.Reg.5.c.17. vnde factum vt ἐαὶ μὴ ſcripſerit Paulus pro ἀλλὰ, ſicut etiã accipitur Mat.12.a.4,& 1.Corinth.7.c.17, & ſuprà,1.b.7,& Apocalypſ.9.a.4,& 11.f.17.Sed & Latini(nequis clamitet quoſuis Hebraiſmos à nobis confingi) ſic omnino vſurpant nonnunquam particulam Niſi, vt Terentius in Andria,Neſcio,niſi mihi deos ſatis ſcio iratos fuiſſe, qui auſcultauerim. Poſtremò quia Semipelagiani noſtri hunc locum arripiunt vt iuſtitiam operum cum iuſtitia fidei concilient,(quaſi cum Vetere interprete dicendum ſit nos non iuſtificari ex operibus niſi per fidem, id eſt non ex omnibus operibus, ſed ex operibus fidem conſequentibus: ſiue,non omnia opera ſalutem mereri, ſed ea demum quæ ex fide naſcuntur) ne habeant iſti quod obganniant, primùm hoc quæro ex ipſis, quid per opera Legis intelligant quæ hic volunt à Paulo coniungi cum fide.Si cæremonias reſponderint,in eo certè produnt quàm parum attentè Pauli ſcripta legant. Nam ſi concedit Apoſtolus,opera Legis, id eſt cæremonias cum fide Ieſu Chriſti coniunctas, iuſtificare,quid cauſæ erat cur iſtos vocaret pſeudapoſtolos, aut qua de re cum illis contendit? Neque enim iſti Chriſtum ſeparabant à Lege, ſed cum Lege coniungebant, quaſi ſolus non ſufficeret. Sin autem per opera Legis intelligunt opera moralia,(quæ vocant)eáque volunt à Paulo connecti cum fide,vt iuſtificandi vim habeant:petam ab eis quo pudore conciliare ſtudeant,tanquam ad vnum finem concurrentia,quæ hoc ipſo verſiculo ſeparat Apoſtolus,vt ex diametro diſſidentia. Quid enim tã non ſtatim ſubiicit, nos ex fide iuſtificari, & non ex operibus Legis?& Rom.3.d.28,ſine operibus Legis?Et qualis erit iſta conſequutio,Si ex Lege iuſtificamur,Chriſtus fruſtra mortuus eſt: ſi præter Chriſti mortem noſtra etiam opera tanquam cauſæ ad ſalutem requirantur? Ex his igitur & aliis plurimis argumentis quæ volens prætermitto, ſatis liquere puto ἐαὶ μὴ hoc in loco nihil aliud declarare quàm Sed, & ineptos etiam eſſe aduerſarios Gratiæ, qui huius loci teſtimonio abutuntur vt imperitis imponant. Per fidem Ieſu Chriſti, διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ.Id eſt per fidem in Ieſum Chriſtum: vt etiam accipitur iterum in hoc ipſo verſiculo,& infrà, verſu 20.

Χριστὸν Ἰησοῦν ἐπιστεύσαμεν, ἵνα δικαιωθῶμεν ἐκ πίστεως Χριστοῦ, καὶ οὐκ ἐξ ἔργων νόμου· διότι οὐ δικαιωθήσεται ἐξ ἔργων νόμου πᾶσα σάρξ.

inquam in Chriſtum Ieſum credidimus, vt iuſtificaremur ex fide Chriſti,& non ex operibus Legis: propterea quòd non iuſtificabitur ex operibus Legis vlla caro.

in Chriſto Ieſu credidimus, vt iuſtificamur ex fide Chriſti, & non ex operibus Legis: propter quod ex operibus Legis non iuſtificabitur omnis caro

Εἰ δὲ ζητοῦντες δικαιωθῆναι ἐν Χριστῷ, εὑρέθημεν καὶ αὐτοὶ ἁμαρτωλοί, ἆρα Χριστὸς ἁμαρτίας διάκονος; Μὴ γένοιτο.

17 Quòd ſi, dum quærimus iuſtificari per Chriſtum, reperimur & ipſi peccatores, num Chriſtus peccati miniſter eſt? Abſit.

17 *Quòd ſi quærentes iuſtificari in Chriſto, inuenti ſumus & ipſi peccatores, numquid Chriſtus peccati miniſter eſt? Abſit.* Rom.3.c.19

Εἰ γὰρ ἃ κατέλυσα, ταῦτα πάλιν οἰκοδομῶ, παραβάτην ἐμαυτὸν συνίστημι.

18 Nam ſi quæ deſtruxi, ea rurſum ædifico, tranſgreſſorem meipſum conſtituo.

18 *Si enim quæ deſtruxi, iterum hæc ædifico, præuaricatorem me conſtituo.*

Ἐγὼ γὰρ διὰ νόμου νόμῳ ἀπέθανον, ἵνα Θεῷ ζήσω.

19 Ego enim per Legem Legi mortuus ſum, vt Deo viuerem.

19 *Ego enim per Legem Legi mortuus ſum, vt Deo viuam.*

Χριστῷ συνεσταύρωμαι. ζῶ δὲ, οὐκέτι ἐγώ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. ὃ δὲ νῦν ζῶ ἐν σαρκί, ἐν πίστει ζῶ τῇ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ ἀγαπήσαντός με, καὶ παραδόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ.

19 Vnà cum Chriſto crucifixus ſum. Viuo autem, non amplius ego: ſed viuit in me Chriſtus.& vitam quam nunc viuo in carne, viuo per fidem Filii Dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me.

Chriſto confixus ſum cruci: viuo autem, iam non ego: viuit verò in me Chriſtus. quòd autem nunc viuo in carne, in fide viuo Filii Dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me.

Vlla caro, πᾶσα σάρξ.Id eſt, vllus homo.Sed in vocabulo Carnis magna eſt emphaſis: quo ſignificatur hominis natura prorſus corrupta, & ad immortalitatem ſibi comparandam penitus inepta. Ad verbum, Omnis caro non iuſtificabitur. Sic enim loquuntur Hebræi.

17 Quod ſi.εἰ δέ. A iuſtificatione deſcendit ad ſanctificationem ſiue regenerationem, alterum videlicet beneficium Chriſti,fide apprehenſi: quum Lex non modò non extinguat ſed etiã accẽdat peccatum,adeo quidem vt Mortuũ eſſe Legi & Deo viuere mutuò ſe reſpiciant. Hunc autem locum ſic explico, Si nos etiam Iudæi,qui viximus ſub Lege, nunc quærendo iuſtitiã in vno Chriſto, ita deprehendimur tunc peccatores fuiſſe quum ſectaremur Legem,videtur omninò Chriſtus non approbare Legem,ac proinde probare peccatum. Abſit,reſpondet Apoſtolus. Nam econtrario ſi iuſtificatus in Chriſto vellem ad peccatum redire,periude facerem acſi dirutum ædificium vellem rurſus extruere, ac planè culpa omnis in me reſideret, non in Chriſto. Liberauit enim me Chriſtus à Legis maledictione,non vt denuò illam ſubirem,ſed vt Deo viuerem,fretus videlicet Spiritu Chriſti cũ quo ſum crucifixus peccato,ac proinde Legi mortuus, quatenus concupiſcentiam in me irritabat, & meam conſcientiam terrebat.

19 Legi mortuus ſum,νόμῳ ἀπέθανον. Vide ſuperiorem annotationem & Rom.6.c.14,& 7.a.4.Sed quomodo ſe dicit Legi mortuum eſſe per Legem, quum per vnum Chriſtum Legi moriamur? vt Rom.7.a.4. Nempe κατὰ συμβεβηκός. Lex enim terrens conſcientiam ad Chriſtum adducit,qui vnus verè efficit vt moriamur Legi, quoniam iuſtificando nos tollit conſcientiæ terrores, & nos ſanctificando, facit vt concupiſcentia in nobis mortificata, non ita poſſit accipere occaſionem peccandi ex Legis prohibitione, ſicuti ſolebat, vt oſtendit Apoſtolus Rom.7.c.9.10 & 11.

20 Non amplius ego,οὐκέτι ἐγώ. Ego videlicet qui olim fui,vt Rom.7.c.17.Nam à regeneratione homo dicitur noua quædam res fieri. In carne,ἐν σαρκί.Id eſt,in hoc mortali corpore,quod tamen nõ impedit

alteram Chriſti veram vitam, in me per Spiritum ſuum habitantis, & hanc vitam meam gubernantis. Quòd autem quidam carnem interpretantur vitioſam naturæ qualitatem, perabſurdum eſt hoc in loco. Nam & hoc ipſum viuere in carne, diſertè iis tribuitur qui non ex concupiſcentiis carnis, ſed ex voluntate Dei viuũt, 1. Petri 4.2.1. Hoc eſt denique quod author epiſtolæ ad Hebræos vocat dies carnis, cap. 5. c. 7.

Οὐκ ἀθετῶ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ. εἰ γὰρ διὰ νόμου δικαιοσύνη, ἄρα Χριστὸς δωρεὰν ἀπέθανεν.

11 Non abrogo gratiam Dei. nam ſi per Legem eſt iuſtitia, igitur Chriſtus ſine cauſa mortuus eſt.

11 Non abiicio gratiam Dei: ſi enim per Legem iuſtitia, ergo gratis Chriſtus mortuus eſt.

Κεφάλαιον γ΄

CAP. III.

CAP. III.

Ω Ἀνόητοι Γαλάται, τίς ὑμᾶς ἐβάσκανε τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι; οἷς κατ' ὀφθαλμοὺς Ἰησοῦς Χριστὸς προεγράφη, ἐν ὑμῖν ἐσταυρωμένος;

1 Amentes Galatæ, quis vos faſcinauit ne obſequeremini veritati: quibus ob oculos Ieſus Chriſtus prius fuerat depictus, inter vos crucifixus?

1 O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit non obedire veritati: ante quorũ oculos Ieſus Chriſtus proſcriptus eſt, inter vos crucifixus?

Τοῦτο μόνον θέλω μαθεῖν ἀφ' ὑμῶν, ἐξ ἔργων νόμου τὸ Πνεῦμα ἐλάβετε, ἢ ἐξ ἀκοῆς πίστεως;

2 Hoc ſolum cupio diſcere ex vobis, Ex operibus Legis Spiritum accepiſtis, an ex fide per auditum percepta?

2 Hoc ſolum a vobis volo diſcere, Ex operibus Legis Spiritũ accepiſtis, an ex auditu fidei?

11 Non abrogo, οὐκ ἀθετῶ. Vide Marcum 6. c. 16. Vulgata, Non abiicio. Eraſmus, Non aſpernor. quæ interpretationes mihi videntur non ſatis expreſſæ. Malim igitur Auguſtinum ſequi, qui conuertit, Non irritam facio. Incipit autem nunc demum Apoſtolus, poſtquam reſpondit eorum calumniis qui gratuitam iuſtificationem putant iter patefacere ad Peccandum, propoſitionem illam probare, Nos non ex operibus ſed ex fide iuſtificari. & collocat in prima acie, argumentum ab abſurdo ſumptum, cuius vis vt intelligatur, obſeruandum eſt Apoſtolum non diſputare aduerſus Iudæos incredulos, ſed aduerſus illos qui Euangelium cum Lege coniungebant. Nam illi facilè conceſſiſſent Chriſtum fruſtra eſſe mortuum, & hoc argumentum riſiſſent. Itaque Rom. 3. d. 27, vſurpat Apoſtolus hoc idem argumentum, ſed longè alia forma, quum per iuſtificationem operum tolli dicit gloriam quæ vni Deo tribuenda eſt. Sed quid ſi iſti reſpondiſſent quod nunc quoque Sophiſtæ nobis obiiciunt, Non tolli videlicet Chriſti meritum, etiamſi dicamus noſtris meritis nos ſeruari, quum illud ſuppleat quod noſtris deeſt, & ab illo etiam iſta proficiſcantur? Reſpondeo, Apoſtolum præſupponere duo, nempe, gratiam, quum ſit res indebita, non poſſe cum meritis, re videlicet debita, conſiſtere, vt docet Rom. 4. a. 4, & 5. quæcunque tandem ſubterfugia captent Sophiſtæ. Deinde hic agi de gratia non hominum, ſed Dei, quæ non eſt gratia Dei niſi omni modo ſit gratia, ac proinde ſola hominem ſeruet. Ideo rectè concludit Apoſtolus, Chriſtum eſſe fruſtrà mortuum, ſi vel minima pars iuſtitiæ tribuatur Legi. Sine cauſa, δωρεάν. id eſt quũ nulla cauſa eſſet cur id faceret: quod vno verbo Hebræi dicunt חנם, Gallicè dicas, pour ſon plaiſir. Vulgata, Gratis, prorſus impropriè. nam tota Scriptura teſtatur, & res ipſa clamat, Chriſtum gratis eſſe mortuum. Eraſmus. Fruſtra, quod & ipſum non cõuenit nec Hebræo nec Græco vocabulo. Multa enim optimam ob cauſam fiunt, quæ tamen fruſtra fiunt, quum videlicet euentus conſilio non reſpondet: at Paulus ad ipſum vſque cõſilium Dei aſcendit.

IN CAPVT III.

1 Amentes, Ω ἀνόητοι. Vulg. Inſenſati. Eraſmus, Stulti, quaſi rudes ac parum cordatos dicas. Putauit enim Galatis aliquod gentile vitium exprobrari: quum hoc potius ad id de quo agitur ſit accommodandum, quaſi præſtigiis quibuſdam Galatæ fuerint ab iſtis pſeudapoſtolis dementes facti, vt qui tam apertas blaſphemias non intelligerent, & ſemel inſtituti à Paulo, tam temere deſciuiſſent. Ne obſequeremini veritati, τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι. Eraſmus, Vt non crederetis veritati. & ſanè fateor πείθεσθαι potius declarare perſuaderi quàm obſequi ſeu obedire. Sed ea ſignificatio non ſatis quadrat iſtis qui amplexi quidem erant prædicationẽ Pauli, ſed in itinere cœpto non perſtiterant. Mihi verò potius probatur quod teſtatur Hieronymus, hoc non fuiſſe ſcriptum in Adamantii codicibus. Sed & Chryſoſtomus & Theophylactus non legunt. In Græcis quoque ſcholiis adſcribitur quidem in contextu, ſed nihil eſt in commentariis vnde ſuſpicari poſſis ſcholiaſten legiſſe. In noſtris quoque codicibus vetuſtis vnum inuenimus in quo non legebantur. Ob oculos, κατ' ὀφθαλμούς. i. quibus ita egregiè ac perſpicuè fuit propoſitus Chriſtus vt quaſi veſtris oculis repræſentata fuerit viua ipſius imago, acſi apud vos ipſos eſſet crucifixus. Perſiſtit enim in metaphora verbi βασκαίνειν, quod propriè de iis maleficis dicitur qui intuitu nocent: vt ille ait apud Virgilium, Neſcio quis teneros oculos mihi faſcinat agnos. Hinc apparet προεγράφη conuertendum eſſe, Prius fuerat depictus, non autem, Proſcriptus, cum Vetere interprete, niſi accipias pro publicè quaſi in ſcriptis propoſitus, vt quorum nomina proſcribebantur. Nam planè durum eſt ac violentum, vel condemnatum, vt Ambroſius, vel, vt Auguſtinus, de poſſeſſione depulſum, interpretari. Niſi fortaſſis legit Præſcriptum, vt Eraſmus meritò ſuſpicatur. quod & ipſum tamen non probo, quia (vt alia omittam) Præſcribere in ea quidem ſignificatione non dicitur à Græcis προεγράφειν, ſed προγράφειν. Hieronymus ad ſcripturam, non ad picturam retulit: & Præſcriptum exponit, id eſt antè ſcriptum quàm illud in Euangelio legeritis, quòd videlicet Galatæ legiſſent Prophetarum oracula. quæ interpretatio mihi etiam abſurdior videtur quàm ſuperiores. Inter vos, ἐν ὑμῖν. In nonnullis impreſſis codicibus legitur ἐν ἡμῖν, Inter nos, vt ſit hic ſenſus, Vobis Galatis proponitur Chriſtus amplectendus, quem nos Iudæi crucifiximus, & ſinitis vos à Iudæis iſtis faſcinari?

2 Spiritum, τὸ Πνεῦμα. Nouum argumentum ab effectis ſumptum. Vocat autem Spiritum, Spirituales illas gratias quibus obſignata erat in Galatis Euangelii prædicatio, vt Mar. 16. d. 17. Act. 15. b. 8, & 1. Corinth. 12. a. 5 & 7. Neque verò duntaxat ſpiritualia illa dona, veluti linguarum, prodigiorum, intelligo hoc nomine, ſed omnes in genere Spiritus ſancti effectus, inter quos etiam numero patientiam in afflictionibus, quarum fit mentio in proximo verſiculo. Ex fide per auditũ percepta? ἐξ ἀκοῆς πίστεως; Eraſmus in hunc locum ſcribens, Iam illud, inquit, Ex auditu fidei, tametſi à nobis intelligitur, tamen Latinis auribus eſt inſolens. Neque enim vt Græci famam ſiue rumorem ἀκοὴν vocant, itidem & Romani. Proinde dilucidius erat, Ex prædicatione fidei, hoc eſt, ex fide quam ex nobis audiſtis, nõ ex Lege didiciſtis. Quis enim ferafic ſequentẽ Auditus occiſi

occiſi regis conſternauit populum. pro eo quod erat, Rumor de rege occiſo. Hæc ille: quæ ſanè non intelligo. nam ἀκοὴ pro rumore perabſurdum fuerit accipere hoc in loco: & auditionem Latini pro rumore & fama elegantius etiam dicunt quàm Græci ἀκοὴν. Significat autem hoc in loco fides μετωνυμικῶς (vt ſuprà 1. d. 23, & 1. Tim. 4. a. 1) doctrinam ipſam ſalutis per fidem in Chriſto obtinendæ: cui Paulus opponit opera Legis, id eſt doctrinam pſeudapoſtolorum, qui Legem cum Chriſto docebant concurrere. Auꝺ verò mutuam quidem habet relationem ad prædicationem, ſed non omnis audit cui prædicatur, quum omnes nō habeant aures ad audiēdum. Itaque non ſatis μεταφρασ̃ως conuertit Eraſmus, Ex prædicatione fidei: quanuis interdum ἀκοὴ pro annuntiata doctrina, nec tamē per fidem apprehenſa, vſurpetur, vt Iohan. 12. f. 3, 8, ex Eſaiæ cap. 53. a. 1, quia videlicet duplex eſt audiendi modus. Itaque Iohan. 6. e. 45, non dicitur ſimpliciter, Omnis qui audiuit, venit ad me, ſed, Omnis qui audiuit & didicit.

Οὕτως ἀνόητοί ἐστε; ἐναρξάμενοι πνεύματι, νῦν σαρκὶ ἐπιτελεῖσθε;	3 Adeo amentes eſtis? quum ſpiritu inceperitis, nunc carne perficimini?	3 *Sic ſtulti eſtis vt quum ſpiritu coeperitis, nūc carne conſummemini?*
Τοσαῦτα ἐπάθετε εἰκῆ; εἴγε καὶ εἰκῆ.	4 Tam multa paſſi eſtis frustra? ſi modò etiam frustra.	4 *Tām paſſi eſtis ſine cauſa? ſi tamen ſine cauſa.*
Ὁ οὖν ἐπιχορηγῶν ὑμῖν τὸ πνεῦμα, καὶ ἐνεργῶν δυνάμεις ἐν ὑμῖν, ἐξ ἔργων νόμου ἢ ἐξ ἀκοῆς πίστεως;	5 Qui igitur ſubminiſtrat vobis ſpiritum, & efficit virtutes in vobis, ex operibus Legis, an ex fide per auditum percepta ſubminiſtrat?	5 *Qui ergo tribuit vobis ſpiritū, & operatur virtutes in vobis, ex operibus Legis, an ex auditu fidei?*
Καθὼς Ἀβραὰμ ἐπίστευσε τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην·	6 Sicut Abraham credidit Deo, & imputatum eſt ei ad iuſtitiam:	6 *Sicut Abrahā credidit Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam:* Gen. 15. b. 6 rom. 4. a. 3 iac. 2. d. 23

2 Carne, σαρκί. Carnem vocat ceremonialia opera externa, vt explicatur Heb. 9. c. 10 & d. 13. quibus opponit Spiritum, id eſt ſpiritualem Euāgelij efficaciam, quæ interiorem hominem gignit per Spiritum ſanctum, ac perficit, & ſeſe tum etiam exerebat eximiis illis donis quorum fit mentio 1. Corinth. 12. Perficiminī? ἐπιτελεῖσθε; Hæc erat pſeudapoſtolorum doctrina: qui quum dicerent Chriſtum nihil prodeſſe niſi accederet circunciſio, Legem ſanè Chriſto non modò conferebant, ſed etiam præferebant: quum Chriſto tantùm initia, Legi perfectionem iuſtitiæ tribuerent, vt qui ſalutē quærerent non in iuſtitia imputata, ſed in inhærēte: vt hodie quoque noſtri Sophiſtæ, & noui Academici. Et obſeruandum etiam eſt, pugnātia hīc committi: veluti ſi dicas, eum qui à luce cœperit illuminari, ad perficiendam lucem tenebras accerſere. Annotat Chryſoſtomus præpoſitionem σὺν ſignificare Galatarum à vera doctrina defectionem, cui ſuperuenerint pſeudapoſtoli: ego malo ad ipſam falſæ doctrinæ ſummam referre, quam paulo antè expoſui. Obſeruat quoque Græcus ſcholiaſtes, Paulū paſſiuè dixiſſe ἐπιτελεῖσθε, quaſi Galatis exprobantem quòd ſinerent ſe pecudum inſtar arripi ab iſtis & circuncidi: q uæ ſumma erat amentia.

4 Si modò fruſtra, εἴγε καὶ εἰκῆ. Si hoc accipiamus tanquam additum ſit ab Apoſtolo ad mitigandam obiurgationem, omnino redundabit particula καὶ de quo pleonaſmo diximus Iohan. 6. c. 15, in extrema annotatione, & 1. Cor. 15. d. 29. Sin autem contrà accipiamus tanquam hoc etiam addat pondus increpationi, non carebit ſua emphaſi: & rectè conuertit Eraſmus, Si tamen & fruſtra. Nam fruſtra fieri dicitur ex quo nullus percipitur Fructus. At Galatæ à ſana doctrina deciſcentes, non modò nullum fructum percepiſſent ex ærumnis quas eius doctrinæ cauſa pertulerant, ſed etiam magnam iacturam feciſſēt. Plus eſt autem lædi quàm non iuuari.

5 An ex fide per auditum percepta ſubminiſtratur ἐξ ἀκοῆς πίστεως. Concluſio ſecundi argumenti ab effectis. vide verſiculū 2. Reperii aut ē verbum ἐπιχορηγεῖ, vt. 2 Cor. 1. b. 6. Nec loquitur Paulus de ſe in tertia (vt aiūt) perſona, (quod putauit Auguſtinus) ſed de Deo, à quo promanat omnis efficacia prædicati Euangelij.

6 Sicut, καθὼς. Non eſt imperfecta oratio, vt videtur prima fronte, ſed cohæret hic verſiculus cum γνώσεσθε. Eſt enim antecedens noui enthymematis ſumpti ab exemplo Abrahæ, in quo tractantur totius diſputationis fundamenta, nempe promiſſiones Abrahamo factæ, & ab eo ſibi & ſuis per fidem apprehenſæ. Vide Rom. 4. b 9. Et imputatum eſt, καὶ ἐλογίσθη. Vide Rom. 4. a. 3. Vt autem tota hæc diſputatio per ſuas partes diſtributa, melius perſpiciatur, eius ſeriem ſic potius arbitror diſponendam quàm vt priore harum annotationum editione ſcripſeram. Ver. 6, Sicut Abraham, καθὼς Ἀβραάμ. Concluſio quæ continetur verſiculo nono, ex tribus antecedentibus mutuò connexis naſcitur, quorum hoc eſt primum, Abraham ex fide iuſtificatus eſt, ſiue benedictionem conſequutus. Non adhiber autem Apoſtolus aliam probationem, quoniam hoc enuntiat ipſis Scripturæ verbis. Ver. 7, Ita noſtis, γινώσκετε. Alterum antecedens, Ex fide æſtimandi ſunt filii Abrahæ. Ver. 8, Tertium antecedens, Sicut benedicitur Abraham, ita benedicuntur omnes filii, id eſt, omnes populi, & additur tum ſuperioris, (id eſt ſecundi) tum etiam iſtius (id eſt tertii) probatio, ex Gen. 12. a. 3.

Ver. 9, Itaque, ὥστε. Concluſio ex tribus ſuperioribus antecedentibus nata, Ergo fides aliud eſt per quod & Abraham ipſe & in eo omnes benedicuntur qui benedicuntur. Ver. 10, Nam quotquot, ὅσοι γάρ. Aliud antecedens, quod & ipſum refertur ad cōcluſionē ſuperiore verſiculo proximo cōprehenſam, & in medio duorū enthymematū poſitū. Eſt autē eiuſmodi enthymema, Maledicūtur qui ſunt ex operibus Legis: ergo benedicūtur qui ſunt ex fide. Scriptū eſt enim, γέγραπται γάρ. Probatio antecedētis. Eſt autē talis integer ſyllogiſmus, Maledicti ſunt qui totā Legem non implēt: nullus implet totā Legem: ergo omnes ſunt maledicti. Ver. 11 & 12, Nullū autē, &c. ὅτι δὲ ἐν. Probatio aſſumptionis, Iuſtus ex fide viuet, ergo non ex Lege. Itaque non impletur Lex: nam ſi impleretur, vita eſſet ex Lege. Ver. 13, At Chriſtus, Χριστός. Anthypophora, Quomodo fide iuſtificatur qui in Lege maledictus pronuntiatur? Quia Chriſtus qui fide apprehenditur, ſuſtinuit maledictionem nobis debitam. quod ex teſtimonio Scripturæ probat. Ver. 14, Summa ſuperiorum argumentorum, Ergo in vno Chriſto quærenda ſalutis benedictio, quia per fidem potitus eſt prior Abraham, deinde & nos potimur ſimili ratione. Sed loco illius pronominis generalis Nos, ſeorſim ponit Gētes, & ſeorſim Iudæos quibus ſeſe annumerat: quoniam ſic cōcludit ſuperiora vt iiſdem verbis proponat quæſtionem quam explicaturus eſt, num videlicet Gentes in præputio manentes poſſint in fideli Abrahamo benedici, quum ipſe Abrahamus præterquam quòd fidelis fuit, etiam circuncīſus fuerit.

Γινώσκετε ἄρα ὅτι οἱ ἐκ πίστεως, οὗτοί εἰσιν υἱοὶ Ἀβραάμ.

Προϊδοῦσα δὲ ἡ γραφὴ ὅτι ἐκ πίστεως δικαιοῖ τὰ ἔθνη ὁ Θεὸς, προευηγγελίσατο τῷ Ἀβραάμ, Ὅτι ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πάντα τὰ ἔθνη.

Gen.12.d.3 ecclı.44.d.20 act.3.d.25

Ὥστε οἱ ἐκ πίστεως εὐλογοῦνται σὺν τῷ πιστῷ Ἀβραάμ.

Ὅσοι γὰρ ἐξ ἔργων νόμου εἰσὶν, ὑπὸ κατάραν εἰσί. γέγραπται γάρ, Ἐπικατάρατος πᾶς ὃς οὐκ ἐμμένει ἐν πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου, τοῦ ποιῆσαι αὐτά.

Deut.27.d.26

Ὅτι δὲ ἐν νόμῳ οὐδεὶς δικαιοῦται παρὰ τῷ Θεῷ, δῆλον· ὅτι ὁ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται.

Habac.2.d.4 rom.1.b.17 hebr.10.c.38

Ὁ δὲ νόμος οὐκ ἔστιν ἐκ πίστεως· ἀλλ' Ὁ ποιήσας αὐτὰ ἄνθρωπος, ζήσεται ἐν αὐτοῖς.

Leuit.18.d.5

Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα· γέγραπται γάρ, Ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου.

Deut.21.d.23

Ita noſtis nempe, eos qui ex fide ſunt, eſſe filios Abrahæ.

Prouidens autem Scriptura Deum ex fide iuſtificaturum Gentes, antè euangelizauit Abrahæ, ‖Benedicentur, inquiens, in te omnes Gentes.

Itaque qui ex fide ſunt, benedicuntur cum fideli illo Abraham.

Nam quotquot ex operibus Legis ſunt, ſub execratione ſũt. Scriptum eſt enim, ‖Execrabilis quiſquis non manſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro Legis, vt faciat ea.

Nullum autem per Legem iuſtificari apud Deum, manifeſtum eſt: ſiquidem ‖ iuſtus ex fide viuet.

Lex autem non eſt ex fide: ſed ‖Qui fecerit ea homo, viuet in ipſis.

At Chriſtus nos redemit ab execratione Legis, dum pro nobis factus eſt execratio: ſcriptum eſt enim, ‖ Execrabilis quiſquis pendet in ligno.

7 Cognoſcitis ergo quia qui ex fide ſunt, hi ſunt filij Abrahæ.

8 Prouidens autem Scriptura quia ex fide iuſtificat Gẽtes Deus, prænuntiauit Abrahæ, Quia benedicentur in te omnes Gentes.

9 Igitur qui ex fide ſunt, benedicentur cum fideli Abraham.

10 Quicunque enim ex operibus Legis ſunt, ſub maledicto ſunt: ſcriptum eſt enim, Maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro Legis, vt faciat ea.

11 Quoniam autem in Lege nemo iuſtificatur apud Deũ, manifeſtũ eſt: quia iuſtus ex fide viuit.

12 Lex autem non eſt ex fide: ſed Qui fecerit ea, viuet in illa.

13 Chriſtus nos redemit de maledicto Legis, factꝰ pro nobis maledictum: quia ſcriptum eſt, Maledictus omnis qui pendet in ligno.

7 Ita noſtis nēpe, γινώσκετε ἄρα. Loquitur vt de re minimè dubia, quā tamē poſtea cōfirmabit. Vulg. Cognoſcitis ergo. quod non probo: ne hiet ſuperioris verſiculi conſtructio, quam ſupplere non poſſis niſi admodum dura eclipſi. quamobrem etiam multo minus accipi debet γινώσκετε imperandi modo. Ideo addidi particulam ITA, quæ ſæpiſſimè ſubauditur apud Hebræos, vt alibi ſæpe annotauimus.

8 Prouidens, προϊδοῦσα. De Scriptura loquitur αὐτρόσωπος. Antè euangelizauit, προευηγγελίσατο. Vulg. Prænuntiauit. Eraſ. Prius rem lætam nuntiauit. Ego libens retinui euangelizandi verbum, quod ſæpe iam diximus peculiariter conſecratum doctrinæ de gratuita per Chriſtum reconciliatione: & puto Apoſtolum deinduſtria hoc vſurpaſſe vt hanc doctrinam oſtenderet minimè nouã eſſe, ſed ipſi etiã Abrahamo patefactam: cuius exemplo abutebantur pſeudapoſtoli vt circunciſionem cum gratuita iuſtitia copularent: quum ante circunciſionem dicatur iuſtificatus Abraham per fidem. Addita autem præpoſitio πρό reſpicit tempus exhibiti Chriſti, cuius diem vidit Abraham, & gauiſus eſt. In te, ἐν σοί. i. Non per te, ſed (vt mox explicatur) quia in filiis tuis recenſebuntur omnes credẽtes, vt tecum fiant eiuſdem benedictionis participes. Benedictionis autem nomen quum variè accipiatur, hic declarat gratuitam ex fœdere adoptionem, cui opponitur maledictio. Et diuinè prorſus dixit σὺν τῷ πιστῷ Ἀβραάμ, cum fideli Abraham, non autem διὰ τοῦ πιστοῦ Ἀβραάμ, id eſt, per fidelem Abraham, vt intelligamus benedictionem non manare ab Abrahamo, ſed ab eo per quem Abraham ipſe cum poſteris benedicitur, à Deo videlicet gratis per Chriſtum. Omnes, πάντες. ergo & ipſi Iudæi.

10 Quiſquis nō manſerit in omnib⁹ quæ ſcripta ſũt in libro Legis, ὃς οὐκ ἐμμένει ἐν πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου. Hebræa habent Deut.27.d.26, אשר לא יקים את דברי התורה הזאת. i. qui non firmarit verba Legis huius. Itaque Græcus interpres non numerauit verba, ſed ſenſum ſpectauit. Nã magna vis eſt verbi יקים: quamobrem non contentus dixiſſe ἐμμένει (id eſt quaſi fixus manet) etiã addidit particulam vniuerſalem. Iam verò ſiquis obiiciat Paulum illã addere de ſuo, in qua totum pondus argumenti verſatur: reſpondeo, apud Moſen indefinitam enuntiationem æquipollere vniuerſali, quum præcedat particulariũ enumeratio. Et ſuſpicatur Hieronymus vniuerſalem particulam à Iudæis fuiſſe malitioſè expunctam.

11 Ex fide, ἐκ πίστεως. i. διὰ τῆς πίστεως. Nam ἐκ nō declarat hoc in loco materiam, ſed inſtrumentũ. Hinc etiam liquet, in priore membro, ἐν νόμῳ non conuertendum eſſe In Lege, ſed Per Legem. Vide Rom.1.b.17.

13 At Chriſtus, Χριστὸς. Omnino requiritur coniunctio δέ, vel ἀλλά, quã expreſſimus. Execratio, κατάρα. i. Execrabilis, vt δόξα pro glorioſo, 2.Cor.3.c.9. Sed iſta permutatio magnã habet emphaſin: veluti ſi ſcelus pro ſcelerato dixeris. Vulg. Maledictũ. quo nomine apud Latinos conuiciũ ſignificatur. de qua interpretatione mox dicam. Execrabilis quiſquis pendet in ligno, ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου. Hebræa veritas habet Deut.21.c.23, קללת אלהים תלוי. i. maledictio Dei eſt qui eſt ſuſpenſus. Alii conuertunt Ob maledictionẽ Dei. i. quia maledixit Deo, ſuſpenſus eſt. Alii, quia קלל in Piel accipitur pro conuiciari, קללת verterunt ὕβρεις, quidã ἀπὸ δοκοῦντος: ſed omnes hæ interpretationes eò recidũt vt dicatur peculiari quadã ratione infame hoc ſupplicii genus. Itaque apud Latinos etiam abire in malã crucem iubentur quibus exitiũ imprecamur ſummo cum dedecore coniunctum. Et fatentur Iudæi hoc ſupplicium de blaſphemis & idololatris propriè ſumptum fuiſſe, vt qui omnium flagitioſorum eſſent maximè infames. Etſi enim non crucifigebant, ſed lapidatos palo affigebant: (vt quidem tradunt ipſorum Rabini) tamen, quod ad rẽ ipſam attinet, idem eſt ignominiæ genus, ex ligno ſuſpendi. Itaque miror Hieronymum laborare ne Chriſtus dicatur maledictus, & Eraſmum hic neſcio quem tropum

quærere. Imò verò in eo posita est tota nostra spes, in eo apparet Dei charitas infinita, In eo sita est salus nostra, quòd Deus noster verè & sine tropo effuderit omnem iram in Filiũ suum, verè & sine tropo sit eum execratus, vt nos reciperet in gratiam: verè denique & sine tropo Christus sit pro nobis factus execratio: adeo quidem vt nisi Deus etiam fuisset, permansurus in ea execratione fuerit in æternum, vnde nobis euasit. Nam alioquin si ficta est Dei ira, ficta est Filii obedientia, & ficta quoque spes gloriæ quam expectamus. Sed considerandus hic est Christus cum iis qualitatibus quas habet non in sese, sed ex imputatione pro mediatoris officio: quam conditionem vltro subiit vt nos vicissim eadem prorsus ratione, id est per imputationem eorum quæ ipsius propria sunt, iustificati, fieremus ipsius fratres, ac eiusdem regni cohæredes. Tantum abest igitur vt epitheto illo Iudæorum quo Christum Dominum nostrum vocant תלוי, offendar, quod ad rem ipsam attinet, vt contrà, sicut Iudæorum os illud blasphemum & impium toto pectore detestor, ita nihil existimem pretiosius aut magis honorificum de ipso dici posse, qui nostri causa factus sit Patri obediens vsque ad mortem, mortem, inquam, crucis: vnde liberatus, consequutus est nomen supra omne nomen.

Ἵνα εἰς τὰ ἔθνη ἡ εὐλογία τοῦ Ἀβραὰμ γένηται ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἵνα τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πνεύματος λάβωμεν διὰ τῆς πίστεως.

14 Vt in Gentibus benedictio Abrahæ extet in Christo Iesu, & vt promissum illum Spiritum accipiamus per fidem.

14 *Vt in Gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu: ut pollicitationem Spiritus accipiamus per fidem.*

Ἀδελφοί, κατὰ ἄνθρωπον λέγω, ὅμως ἀνθρώπου κεκυρωμένην διαθήκην οὐδεὶς ἀθετεῖ, ἢ ἐπιδιατάσσεται.

15 Fratres, humano more loquor, Hominis licet pactionẽ authoritate confirmatam nemo abrogat, aut *aliquid ei* superaddit.

15 *Fratres, secundum hominem dico, tamen hominis confirmatum testamẽtum nemo spernit, aut superordinat.* Heb. 9. c. 17.

Τῷ δὲ Ἀβραὰμ ἐρρέθησαν αἱ ἐπαγγελίαι, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ. οὐ λέγει, Καὶ τοῖς σπέρμασιν, ὡς ἐπὶ πολλῶν, ἀλλ' ὡς ἐφ' ἑνός, Καὶ τῷ σπέρματί σου, ὅς ἐστι Χριστός.

16 Abrahæ verò dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit, Et seminibus, vt de multis: sed vt de vno, Et semini tuo, qui est Christus.

16 *Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius: Non dicit, Et seminibus, quasi in multis: sed quasi in uno, Et semini tuo, qui est Christus.*

14 Et vt promissum, ἵνα τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πνεύματος. Vulgata, Vt pollicitationem Spiritus. Erasmus, Vt promissionem Spiritus. Ego verò primùm omnium addidi copulam ex qua intelligatur alterum esse hoc membrum conclusionis. Manifestè enim distinguit τὰ ἔθνη, id est Gentes, ab Israelitis, quibus sese accenset, & apud Hebræos vsitatam esse hanc ellipsin sæpe iam diximus. Deinde promissionem Spiritus accipio pro Spiritu promisso, quem Hebraismum annotauimus Matth. 14. b. 15, & Act. 2. e. 33. Spiritus autem nomine intelligo nouum fœdus siue Euangelium, quatenus Legi opponitur. qua de re vide Rom. 2. d. 27, & 2. Cor. 3. b. 6. Nisi Spiritũ ipsum malimus significari, qui promissionem obsignat in cordibus nostris. Sed notandum est in primis nomen ἐπαγγελίας, quo non quæuis promissio, sed quæ merè gratuita est, significatur. qua ratione opponitur Legi: nam Lex promissiones quidem habet, sed addita conditione, vel præstandæ totius Legis, vel luendæ trãsgressionis. Itaque ἐπαγγελία pollicitationem potius quàm pactum declarat in hac tractatione, vt quidem ista distinguuntur ab Vlpiano l. Pactum, D. De pollicitationibus. Vide Act. 2. f. 39.

15 Humano more loquor, κατὰ ἄνθρωπον λέγω. Id est, Vtar exemplo quod petam ex medio & promiscuo hominum vsu: vt vos pudeat minus tribuere Dei quàm hominum pactis. Vulgata & Erasmus, Secundum hominem dico. Vide Rom. 3. a. 5. Pactionem, διαθήκην. Heb. ברית de quo vocabulo alibi diximus. Vulgata & Erasmus Testamẽtum conuertũt, nimium angusta significatione. Hic enim declarat διαθήκη idem prorsus quod συνθήκη. Authoritate confirmatam, κεκυρωμένην. Id est (vt vulgò loquuntur) authenticam. Necesse enim est cum qui paciscitur quidpiam, ius id faciendi habere, & interuenire, quò sit rata conuentio. Vide 2. Cor. 2. b. 8. Vulg. Et confirmatum. Erasmus, Tamen si sit comprobatum. Abrogat, ἀθετεῖ. Id est ἀκυροῖ, irritum facit, vt infrà, ver. 17. Neque enim ab iis quæ rite pacta sunt ac conuenta licet recedere, ex ipso etiam Gentium iure, neque quicquam addere aut detrahere fas est præter contrahentiũ, & eorum quorum interest, voluntatem. Vulg. Spernit. Eras. Reiicit. Vide suprà, cap. 2. d. 21. Est autem in hoc versiculo prosyllogismus à comparatis sumptus, cuius duo sunt membra: vnum, Pacta hominum quæ rite inita fuerint, firma ac rata haberi, vt ab illis discedere non liceat. ergo multo magis rata est ac constans Dei promissio facta Abrahamo. Alterum, Non licet pactis hominum rectè initis quicquam adiicere. Ergo, multo minus pacto Dei quod cum Abrahamo solenniter iniit. Ex his verò consequitur, nec Lege abrogari pactum promissionis, nec Legem pacto promissionis superadditam, vt quicquam deroger, aut supplear.

16 Et seminibus, καὶ τοῖς σπέρμασιν. Non modò absurdum est, sed etiam blasphemiæ proximum quod annotat Hieronymus (vt Erasmus obseruauit) Paulum videlicet hoc argumento abusum apud crassos Galatas, quod sciret alioqui non probatum iri prudentibus aut eruditis: atque ob id præmonuisse prudentem lectorem, Fratres, secundum hominem dico. Negat enim vsquam seminis vocem poni in literis sacris nisi numero singulari: & tamen, inquit, hoc torquet Apostolus velut in argumentum, quò doceat promissum hoc in solum Christum competere. Hæc Erasmus ex Hieronymo: à quo sanè miror tam absurda atque adeo tam profana proficisci potuisse. Nam (vt taceam quàm absurdè interpretetur, Secundum hominem dico, quod & Erasmus obseruauit) si hæc vera sunt, vbi veritas illa diuina quæ ineptis atque adeo falsis argumentis hominum imperitiam eludat? vbi gravitas illa Apostolica? vbi Paulina δριμύτης in tanto præsertim argumento? Deinde quorsum hoc ad stupiditatem Galatarum eludendam, quum Paulus ad Galatas quidem scribat, sed totis interim lacertis aduersus Iudæos pseudapostolos certet? Absit igitur à nobis, absit vt ad istorum arcanorum tractationem animum adeo profanum afferamus. Certè quum putat Hieronymus seminis vocabulum à Paulo torqueri vt doceat in solum Christum competere, satis indicat se nunquam considerasse quid sit Paulo propositum. quo minus miror, eum, quum in certum scopum non ferretur, à recta via aberrasse. Putauit enim de eo laborare Paulum vt ostendat, promissione illa quã sæpe repetit, ET IN SEMINE TVO BENEDICENTVR OMNES GENTES, vnum Christum significari: quis non dictum sit In seminibus, sed In semine. Et hic insurgunt Iudæi, clamitantes Paulum ineptè seminis nomẽ vni accõmodare, quũ sit collectiuũ nomen. quæ de re etiam aliquid scribere constituì, vt obscurum hunc locum & ipsi illustrẽ pro virili. Primùm igitur hoc dico, seminis nomen ita esse collectiuũ vt tamen vni interdum tribuatur, vt Gen. 4 d. 25. Quid enim an audebunt

vel ipſi Iudæi dicere cum ſine ſemine mortuum quivel vnum duntaxat filium reliquerit? Minimè certè opinor. neq; enim Hebræis זרע aliud ſignificat quã proles Latinis, vt in illo Virgilii verſiculo,--& pulchra faciat te prole parentem. Ergo non ſatis eſt dixiſſe nomen ſeminis eſſe collectiuum, niſi probetur ita eſſe accipiendum eo loco quẽ tractat Apoſtolus. In eo verò nõ modò ego illis aſſentior, ſed etiã id arripio vt germanam huius loci ſententiam exponam. Neque enim Apoſtolus (vt mihi quidem videtur) hic tractat promiſſionem illam, ET IN SEMINE TVO BENEDICENTVR OMNES GENTES, ſed illã potius in primis, ERO DEVS TVVS ET SEMINIS TVI, deinde reliquas in quibus Abraham & ſemen ipſius coniunguntur. quamobrem etiam plurali numero dixit Paulus ἐπαγγελίαι, promiſſiones, non autẽ ἐπαγγελία, promiſſio. Idque ita eſſe, primùm ex verbis ipſis apparet, deinde ex Apoſtoli ſcopo. Neque enim quod dicit Apoſtolus καὶ τῷ σπέρματί σου, aliter accipi poteſt quàm tertio caſu, ſicut etiam τῷ Ἀβραάμ vt omnino præter Apoſtoli ſententiam Eraſmus conuerterit, Et in ſemine tuo: quum rectè vertiſſet Vetus interpres, Et ſemini tuo: & ipſe paulo antè, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ, non ſit interpretatus, Et in ſemine eius. ſed rectè omnino, Et ſemini eius. Cedò verò, quis eſt Apoſtoli ſcopus nempe vt doceat exemplum Abrahami per vnam fidem iuſtificati, rectè applicari tum Gentibus, tum Iudæis, vt nulla circunciſionis habita ratione, in ſolo Chriſto, Patris ſui exemplo, benedicãtur. Itaque quos ſeorſim conſiderarat (vt antè expoſuimus) eos iam in vnũ corpus inſtituit coniungere, vt vnum communem patrẽ Abrahamum habeant, cum quo benedicantur eiuſdem promiſſionis virtute. Vt autem hoc ita faciendum eſſe oſtenderet, primùm ſibi viam præmuniit huius capitis verſiculo 8, ne Iudæi queri poſſent Gentes ad promiſſionem non pertinere: quanuis hoc potuerit aſſumere ex hypotheſi. Neque enim cum Iudæis prorſus incredulis diſputabat, ſed cum iis qui ex circunciſione crediderant, neque dubitabant quin Chriſtus is eſſet in quo benedictionem omnes conſequerentur: ſed Legis fœdus cum gratuito pacto, id eſt mortem cum vita, cõiungebant. Nunc verò fortius etiã pugnat, ex ipſa videlicet fœderis formula, Dixit Dominus, inquit, ſe fore Deum Abrahami & ſeminis eius. Oportet igitur, quum & Gentes & Iudæos docuerimus in Abrahamo per fidem benedici, vt vtrique in vnum corpus coaleſcant, quod vno ſeminis nomine collectiuo ſignificatur id eſt, vt communis aliqua ſit ratio qua & Gentes & Iudæi communi nomine ſeminis ſignificẽtur. Nam alioqui Abraham haberet plura ſemina, vnum videlicet Iudæorum, alterum Gentium, ideóque promiſſio facta eſſet numero plurali, Abrahamo videlicet & ſeminibus eius, non autem ſingulari numero, Abrahamo & ſemini eius. At enim, dices, Hebræis זרע. i. ſemen, pro hominis prole nunquam dicitur numero multitudinis. Reſpondeo, mirum id non eſſe, quum nunquam hoc vſuuenire potuerit vt eiuſdem patris filii diuerſa ratione ſint filii: quod ni ita foret, procul dubio זרעים etiam multitudinis numero non minus quàm מחנות & מחנות dicere liceret. Eadem autem eſt ratio ſpiritualis cognationis de qua hic agitur. Nam ſi alia ratione Iudæi eſſent ſemen Abrahæ quàm Gentes, dicendum fuiſſet, Ero Deus tuus & ſeminum tuorum, non autem & ſeminis tui. Ergo (vt tãdem finiam) firmum & cum ſuperiore diſtributione prorſus cohærens eſt hoc Pauli argumentum, contrà quàm putauit Hieronymus: nec quicquam hic habent quod obiiciant pſeudapoſtoli vel Iudæi, quum eo ipſo niti atur Pauli argumentum quòd ſeminis nomen ſit collectiuum. vt iam vna duntaxat quæſtio ſit, Chriſtúſne, ſiue fides ſiue promiſſio, an verò Moſes, ſiue opera, ſiue Lex, ſit iſtius coniunctionis & coagmentationis vinculum: an verò partim illa, partim iſta. Quòd ſi ad hunc ſcopum ſequentia duo argumenta referas, quæ in verſiculo 18 deſinũt, & præterea ſepares obiectionem quæ à verſiculo 19 incipiens, in 15 terminatur: tum demum intelliges quomodo cohæreat concluſio quæ à verſiculo 16 ad finem vſque capitis explicatur. Qui eſt Chriſtus, ὅς ἐστι Χριστός. Referri quidem poteſt relatiuum ὅς ad σπέρμα, ex Græcorum idiotiſmo, ſed commodius (meo iudicio) coniunxerimus cum ἐστί: vt ſit hæc ſtructura orationis, Non dicit, ET SEMINIBVS, vt de multis: ſed dicit, ET SEMINI TVO, vt de vno, qui eſt Chriſtus. Obiecit autem hic locus errorem iis qui putarunt Paulum de vna Chriſti perſona diſſerere, quum potius de duobus populis, id eſt Gentibus & Iudæis, agat, in vnum corpus coaleſcentibus, vt ſuperiore annotatione diximus. Cur ergo, inquies, Chriſtum nominat Paulus? Reſpondeo, Quia proprium hoc eſt totius collecti illius corporis nomen, cuius caput & vita eſt Chriſtus, membra autem ſunt fideles, partim ex Iudæis, partim ex Gentibus in illo aggregati. Ergo ſi Iudæos & Gentes dixiſſet, præterquam quòd caput vitámque huius corporis præteriiſſet, non nominaſſet totum ipſum, ſed aliquot duntaxat eius partes. Quid ſi verò Eccleſiam dixiſſet? Reſpondeo, ne hoc quidem nomine corpus ipſum totum niſi κατ' ἐξοχὴν ſignificari, quum Chriſtum cum viro, Eccleſiam cum ſponſa comparet Apoſtolus. Deinde quum hoc loco probare conſtituerit Apoſtolus vnum Chriſtum eſſe membrorum iſtius corporis vinculum, meritò Chriſtum ipſum nominauit nec nomine non ſolùm caput, ſed membra cum ſuo corpore coniuncta deſignãs. vt diſertè ſignificat in huius tractationis concluſione, verſu 28, quum inquit, Vos enim omnes vnus eſtis in Chriſto Ieſu. Hinc ductæ ſunt illæ formulæ, Vnum cum Chriſto fieri, In Chriſto eſſe, & Chriſtum in nobis eſſe, In Chriſto eligi, vocari, iuſtificari, viuere, Cum Chriſto mori, crucifigi, ſepeliri, reſurgere, & alia multa: vt quod dicitur Eph. 3. b. 6, Gentibus patefactum Euangelium, vt ſint cohæredes, concorpores, & conſortes promiſſionis in Chriſto. Sic etiam accipitur & explicatur Chriſti nomẽ 1. Cor. 12. b. 12, & Eccleſia dicitur corpus Chriſti, & cõplementum eius qui omnia in omnibus adimpler, Epheſ. 1. d. 23, quibus teſtimoniis hic locus mirè illuſtratur. Itaque nemo me putet Chriſto quicquam detrahere, quem ego in ſolidum omnia in omnibus fidelibus facio.

Τοῦτο δὲ λέγω, διαθήκην προκεκυρωμένην ὑπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς Χριστόν, ὁ μετὰ ἔτη τετρακόσια καὶ τριάκοντα γέγονεν νόμος οὐκ ἀκυροῖ, εἰς τὸ καταργῆσαι τὴν ἐπαγγελίαν.

17 Hoc autem dico, pactionem antè confirmatam à Deo respectu Chriſti, Lex quæ poſt annos quadringentos & triginta cœpit, non facit irritam, vt aboleat promiſſionem.

17 *Hoc autẽ dico, teſtamentum confirmatum à Deo, quæ poſt quadringẽtos et triginta annos facta eſt Lex, non irritum facit. ad euacuandã promiſſionẽ.*

17 Antè confirmatam, προκεκυρωμένην. Vulgata omiſit præpoſitionẽ πρό, magno errore, quum in ea lateat vis argumenti ſumpti à temporis ſerie, cuius proſyllogiſmus explicatus eſt ſupra, ver. 15. Reſpectu Chriſti, εἰς Χριστόν. Eraſ. Erga Chriſtũ, admodũ obſcurè. Significat enim Apoſtol' (quod etiã antea probauit) pactũ illud cum Abrahamo gratis initũ, in vnũ Chriſtũ ferri, in quo vno videlicet colligatur ſemen Abrahæ, 2. Cor. 1. d. 20. & ita etiã loquitur infrà, ver. 24. At Vetus interpres totũ hoc prætermiſit, in quo tamẽ controuerſiæ cardo vertitur. Argumentatur enim Paulus ex hypotheſi aduerſus eos qui ex circunciſione crediderant, ac proinde Chriſtum pro Meſſia ac benedictionum ſcopo agnoſcebant. Hoc igitur poſito ac conceſſo, quæritur an is vnus omnes credentes faciat benedictionis Abrahami participes, an verò Lex Chriſto ſit adiungenda, vt

iſti volebant qui Chriſtum dicebant nihil prodeſſe niſi Lex Moſis ſeruaretur. Chriſtum vnũ id efficere probat Paulus, quòd pactum Legis ſit pacto promiſſionis poſterius: non poſſit autem dici prius pactum poſteriore abrogatum, quin dicatur poſſe irritum fieri quod ſemel Deus in æternum confirmauit. Eſt autem id perabſurdum atque adeo impium.

Εἰ γὰρ ἐκ νόμου ἡ κληρονομία, οὐκέτι ἐξ ἐπαγγελίας· τῷ δὲ Ἀβραὰμ δι' ἐπαγγελίας κεχάρισται ὁ Θεός.

18 Nam ſi ex Lege eſt hæreditas, non iam ex promiſſione: Abrahæ verò per promiſſionem gratificatus eſt Deus hæreditatem.

18 *Nam ſi ex Lege hereditas, iam non ex promiſſione: Abrahæ autem per repromiſſionem donatus Deus.*

Τί οὖν ὁ νόμος; τῶν παραβάσεων χάριν προσετέθη, ἄχρις οὗ ἔλθῃ τὸ σπέρμα ᾧ ἐπήγγελται· διαταγεὶς δι' ἀγγέλων ἐν χειρὶ μεσίτου.

19 Quid igitur Lex? Tranſgreſſionum gratia addita eſt, vſquequò veniſſet ſemen illud cui facta eſt promiſſio: Lex, inquam, ordinata per Angelos, per manum internuntii.

19 *Quid igitur Lex? Propter tranſgreſſiones poſita eſt, donec veniret ſemẽ cui promiſerat: ordinata per Angelos in manu mediatorũ.*

18 Nam ſi ex Lege, εἰ γὰρ ἐκ νόμου. Probatio cõſequutionis, quæ non poteſt conſiſtere niſi Lex & promiſſio (id eſt benedictio gratuita) opponantur. Quid ſi verò Lex nihil aliud eſt quàm explicatio promiſſionis? Reſpõdet Paulus, hæc duo, nempe benedictionẽ ex Lege debitam, & benedictionem gratis datam, ita eſſe inter ſe contraria vt conſiſtere ſimul non poſſint. Nomine igitur hæreditatis ſignificatur ius ſeminis, vt Deus ſit Deus noſter. id eſt, vt ex pacti formula, cum Abrahamo fideli fideles & ipſi benedicamur, vt Rom 4.c.13. Deinde notanda eſt propria ſignificatio ἐπαγγελίας, de qua diximus ſuprà, ver.14, & Act. 2.f.39. Attingit autem paucis Apoſtolus hoc argumentum, partim quòd ſtudeat breuitati in hac epiſtola, partim quòd illud antè pertractarit hoc ipſo capite.

19 Quid igitur Lex? τί οὖν ὁ νόμος; Prima obiectio, Si promiſſio illa ſufficiebat, quorſum igitur lata eſt? Hanc verò obiectionem ita diluit Apoſtolus vt nouum etiam argumẽtum adferat à fine ſumptum, quo probatur non poſſe dici additam Legem vt benedictio antea promiſſa, vel eo facilius nobis contingeret partim per fidem, partim per Legem: vel in ſolidum per Legem, irrita facta promiſſione priore, nobis daretur. Qui enim id fieret, inquit Apoſtolus, quũ Lex potius poſita ſit hominibus redarguẽdis, vt ad promiſſionẽ tãto cupidius reſpicerent? Tranſgreſſionum cauſa, τῶν παραβάσεων χάριν. 1. Vt homines intelligerent patefactis tranſgreſſionibus, ſe ſola Dei gratia quam Abrahamo patefecerat & promiſerat, ſeruari, ac proinde omnes in Chriſtum reſpicerent. Semen illud cui facta eſt promiſſio, τὸ σπέρμα ᾧ ἐπήγγελται. 1. Donec diruta macerie ſurgeret plenũ ſemen illud coagmentatum ex vtriſque, vt explicatur Epheſ. 2.c.14. Ergo appellatione ſeminis non ſignificatur vnicus Chriſtus per ſe, ſed cum ſuo corpore (id eſt cum Eccleſia) coniunctus: ſine quo viciſſim non poteſt Eccleſia conſiderari, vt 1. Cor. 12.b.12, & d.27, Epheſ. 1.d.23, & 3.b.6, & 4.c.12. Denique clarè id explicatur infrà, d. 23, vbi dicuntur ludæi fuiſſe quaſi præſidio Legis conſtricti antequam veniſſet fides. Eſt enim mutua inter fidem & ſemen (i. fideles) relatio, à quibus ſeparari nõ poteſt Chriſtus, illius obiectum, & iſtorum caput, cuius Spiritu mẽbra omnia in vnum corpus coniuncta viuunt. Quid igitur? (dicet aliquis) ante Chriſti aduentum nullum erat ſemen Abrahæ, & tandiu ſuſpenſa eſt promiſſionis efficacia? Imò verò ſemper aliqua fuit Eccleſia. Fide placuerunt Abel, Enoch, Noe, Abraham & alii ſancti Patres. Chriſtus enim fuit heri vt eſt hodie. Sed omnes tamen iſti veluti ſub crepuſculo matutino fuerunt, ſole ipſo nondum exorto: quum nos Chriſti aduentum ſequuti in meridiem inciderimus. Cõparatè igitur dicitur ſemẽ & fides nondum veniſſe illo tempore, & ſancti illi non accepiſſe promiſſionem, Heb. 11.g.39. Deinde ante palãm ac plenè cõmunicatum cum Gẽtibus Euangeliũ, nondum aduenerat ſemen illud Abrahæ, quatenus omnes terræ Gentes complectitur. Conſtituit enim Dominus ſuis beneficiis ſua momenta. - Lex, inquam, ordinata, διαταγεὶς. Id eſt, imperata ſiue edicta, cuius videlicet tradendæ internuntio Moſi, Angeli non authores, ſed miniſtri fuerunt. Nam præpoſitio διὰ inſtrumentum declarat hoc in loco, non autem efficientem cauſam primariam. vide Act. 7.g.53. Cæterùm non placet mihi Hieronymi expoſitio, pro ſimplici traiectione triplicem aut etiam quadruplicem conſtituentis. Sic enim hæc ordinat, Lex poſita eſt in manu mediatoris, propter tranſgreſſiones ordinata per Angelos, donec veniret ſemen cui promiſſum erat. At ego ipſam collocationem Apoſtoli ſequor, vtpote planam ac perſpicuam. Repetii tamen Legis nomen per epanalepſin. propter interiectum membrum inter προσετέθη & διαταγεὶς. Per manum internuntii, ἐν χειρὶ μεσίτου. Hebraïs יד, id eſt per manum, idem declarat atque opera & miniſterio; vt Act. 7.c.25. Pro mediatore Eraſmus interceſſorem conuertit: quod non ſatis conuenit, quum Latinis dicatur interceſſor qui ſe opponit, quod aiunt: hic verò de eo agatur quo intermedio vſus eſt Dominus vt conſilium ſuum exequeretur, nedum vt is Domini conſilium impediret. Caſtellio maluit ſequeſtrem interpretari: quo vocabulo vſus eſt interdum Tertullianus, ſed quum de Chriſto agitur: quod & ipſum nolim temere imitari. Ego malui internuntium dicere hoc in loco, non vt innouarem vocabulum theologorum auribus familiare, ſed vt Moſen à Chriſto diſtinguerem. Verùm in reipſa explicanda maior eſt controuerſia. Nam pleroſque video tum veterum tum recentiorum, & quidem in primis doctiſſimum interpretem D. I. Caluinum, meum in Domino parentem, (cuius tanti eſt apud me memoria, ſicuti eſſe debet, vt vel ob hoc penè vnum mihi in hac vocatione viuendum putem, quòd illius memoria in tantis tempeſtatibus regi poſſim, nedum vt ab eo in doctrina ipſa diſſentiam) hoc referre ad Chriſtũ, vnicũ illũ Dei & hominũ mediatorẽ. quorũ authoritati quãuis ne ſi velim quidẽ, poſſim ego fideliũ infimus, præiudicium adferre, tamẽ nõ pigebit exponere quibus rationibus exiſtimẽ nõ poſſe iſta de Chriſto intelligi, ſed de Moſe potius dici, vt etiã interpretatur Epiph. 23. Marcion, & Gẽnadius apud Græcũ ſcholiaſten. Primũ igitur, quãuis Deus nõniſi per Verbũ ſeſe patefecerit, tamẽ hæc formula ἐν χειρὶ (qua diximus nõ ſummã aliquã & αὐτεξουσιότητα poteſtatẽ declarari, ſed operam potius ac miniſterium) non mihi videtur poſſe Filio Dei tribui niſi quatenus homo factus eſt. quæ cõſideratio nullũ hîc locum habet, quum in Lege dãda nihil magis quàm terrifica & ſumma illa Dei maieſtas emineat, qualis etiã erit ſecũdus Chriſti aduentus. Manũ autẽ fateor interdũ quidẽ pro ſumma virtute, itẽ pro ope & ſubſidio accipi: ſed quominus hoc loco ita explicetur impedit internuntii (ſiue malis, Mediatoris) nomẽ, qualitatẽ ipſam miniſterii, non autem primariã cauſam declarãs, ſiquis rem totã propius inſpiciat. Præterea ita deſcribitur hæc hiſtoria vt ſignificetur iſtũ, velut inferiorẽ, accepiſſe ab Angelis, vt ſuperioribꝰ, quod adſcriptitias adferret. Deĩde, qua de re hîc agitur?

nempe de Lege, & quidem non ſimpliciter, ſed quatenus promiſſioni oppoſita, non modò non viuificat, ſed etiam occidit. Eius igitur non modò adminiſtrationem, (quæ alibi dicitur mortis adminiſtratio, 1. Corinth. cap. 3. verſu 7) ſed etiam primariam ſanctionem, nō video qua ratione poſſimus ſatis commodè illi tribuere, quem, vt pacti promiſſionis vnicum mediatorem, videtur potius Apoſtolus ex diametro pacti Legis internuntio opponere. Præterea ſi de Chriſto hæc accipias quæ manifeſtè ad Legem pertinent, qua tandem ratione ſequentia connectes? Hic enim laborare neceſſe eſt duabus in rebus explicandis, quomodo videlicet à vetere pacto (loquitur enim de Lege) ad nouum tam ſubitò tranſeat Apoſtolus, ſi ſequentem verſiculum accipias de officio Chriſti, id eſt Deum cum hominibus conciliandi: vel, ſi duos populos intelligas, id eſt Iudæos cum Gentibus, interueniente Chriſto, in vnum corpus coniungendos, (quod maximè videtur ad ſcopum pertinere) explicandum erit cur tam conciſè loquutus ſit Apoſtolus, & quomodo iſta cum præcedentibus & ſequentibus cohæreant, quæ ſi hoc ad Moſen referas, vix poſſint explicari. Imò etiam quærendum videretur qua ratione Paulus diceret Legem Chriſti miniſterio datam, nec tamen vllam eius rei probationem attexeret. Denique, ſi rei geſtæ hiſtoriam ſpectemus, manifeſtior erit alluſio quàm vt iſta negare poſſimus Moſi competere. Nam præterquam quòd is vbique dicitur Legis, mortis, literæ, carnis miniſter, (ex Iudæorum tamen hypotheſi, & habita corruptionis hominū ratione: non autem Lege in ſeipſa vel ex recto vſu conſiderata, quatenus nimirū ad Chriſtum ducit, vt poſtea Paulus explicabit: qua ratione tamen pædagogus vocatur) diſertè narrat Moſes ipſum, ita poſtulantibus Iudæis, quòd Dei vocem ferre nequirent, fuiſſe medium inter Deum & ipſos internuntium, vt Deuter. cap. 5. ver. 5. & his è monte deſcendentem, duas illas tabulas lapideas manibus ſuis, à Deo nimirum per Angelorum miniſterium acceptas, ad Iſraelitarum caſtra detuliſſe, vt Exodi cap. 32. ver. 15. & cap. 34. ver. 29. Ex his igitur concludo, ὁ δὲ μεσίτης, id eſt per manum Mediatoris, idem declarare atque διὰ τῆς χειρὸς Μωσέως. id eſt, per fidum Dei famulum Moſen. Nam verbum נצב, id eſt ſtare, quod vſurpat Moſes Deuter. 5. 2. 5. & d. 31. principum apparitoribus conuenit, quibus nimirum vt miniſtris & internuntiis vtuntur.

Ὁ δὲ μεσίτης, ἑνὸς οὐκ ἔστιν· ὁ δὲ Θεὸς, εἷς ἐστιν.	20 Internuntius autem, vnius non eſt: Deus verò, vnus eſt.	20 *Mediator autem, vnius non eſt: Deus autem, vnus eſt.*
Ὁ οὖν νόμος κατὰ τῶν ἐπαγγελιῶν τοῦ Θεοῦ; Μὴ γένοιτο. εἰ γὰρ ἐδόθη νόμος ὁ δυνάμενος ζωοποιῆσαι, ὄντως ἂν ἐκ νόμου ἦν ἡ δικαιοσύνη.	21 Num igitur Lex *addita eſt* aduerſus promiſſiones Dei? Abſit. Nā ſi data fuiſſet Lex quæ poſſet viuificare, verè ex Lege eſſet iuſtitia.	21 *Lex ergo aduerſus promiſſa Dei? Abſit. ſi enim data eſſet lex quæ poſſet viuificare, verè ex Lege eſſet iuſtitia.*

20 Internuntius autem, vnius non eſt, ὁ δὲ μεσίτης ἑνὸς οὐκ ἔστιν. Paulus arrepta occaſione ex ipſo ferendæ Legis modo, eam oſtendit nō modò non eſſe vinculum illud noſtræ cum Deo coniunctionis, ſed etiam certiſſimum eſſe ſignum noſtræ ab illo alienationis. Cedò enim, quæ cauſa fuit cur in ferenda Lege ſit adhibitus internuntius? Quia Deum vt terribilem ac formidabilem legiſlatorem ferre non poterat Iſrael. Ergo Lex illud non eſt quo Iſrael adiungitur Deo, ſed quo deteritus, internuntium requirit. Lex, inquam, non eſt appendix illius ſuauiſſimæ vocis, Sum Deus tuus & ſeminis tui, qua nemo non alliciatur. Quanuis enim vtatur hoc prooemio, AVDI ISRAEL, EGO SVM DOMINVS DEVS TVVS, ea tamen eſt huius vocis maieſtas quam ferre mortalis conditio non poſſit. Dicitur ergo internuntius non eſſe vnius, id eſt, cum non indigere internuntio, qui vnus ſit, ſiue cui prorſus conueniat cum eo cum quo agit: ſiquidem internuntiis apud eos demum egemus quibuſcum ipſi conuenire non poſſimus, vel non audeamus, ſi nos inuitent. Itaque dicetur internuntius non eſſe vnius, ſed minimùm duorum, & quidem inter ſe diſſidentium. Nam omnibus linguis vſitatum eſt vt qui inter ſe amant, vnum eſſe dicantur. & præterea reſpexit Paulus Dei & hominis cōiunctionem in Chriſto, cuius per fidem ſimus participes, vt Iohan. cap. 17. ver. 21. & 1. Corinth. cap. 6. d. 17. & 2. Petri 1. a. 4. Id verò quàm verum ſit apparet ex Euangelicæ doctrinæ cum Legalibus mandatis comparatione. Nam pro eo quòd Lex nos perterrefacit, Spiritus docet nos clamare, Abba, Pater, & magna cum fiducia ad thronum maieſtatis Dei perrumpere, vt filios decet de bona patris voluntate ſecuros, vt infrà, ver. 26. e. 28. & 29. Euangelium igitur, illud vnum eſt quo fideles omnes in Chriſto coaleſcentes, benedictionem illam gratuitam percipiunt, Ero Deus tuus & ſeminis tui. Quo pudore ergo audent pſeudapoſtoli Legem cum promiſſione coniungere, vt Chriſtum officio ſuo ſpolient? Deus verò, vnus eſt, ὁ δὲ Θεὸς, ἓς ἐστιν. Alibi Apoſtolus aliquoties concludit, ex eo quòd Deus vnus eſt non tantùm Iudæorum, ſed aliarum etiam gentium, vnam etiam eſſe fidem, qua Deus ſit omnium Deus, quum Lex vnius tantùm ſit Gentis. Sed mihi quidem non videtur ſatis hoc quadrare huic loco. Vnus igitur Deus hic eſſe dicitur per κατ' ἐξοχήν, qui ſit ſui ſemper ſimilis & ſemper idem: ſicut de ſe teſtatur apud Malach. cap. 3. b. 6. eámque expoſitionē germanā eſſe apparet ex ea obiectione quæ cum hac appendice cohæret. Quæritur enim num Deus Legem ponendo, à ſeipſo diſſenſerit, quandoquidem contraria eſt promiſſioni. Sed ea tamen appendix dupliciter poteſt applicari, nempe vel ſuperiori argumento, vel ſequenti obiectioni. Nam dixerat Apoſtolus non opus eſſe internuntio iis qui inter ſe conſentiunt. Itaque Legem, quum per internuntium ferretur, non fuiſſe conſenſus, ſed diſcordiæ ſignum. Hic verò excipere poterant Iudæi, hūc ipſum internuntium, accepta Lege, pacem ſanxiſſe. Ideo, vt huic exceptioni occurratur, addit Apoſtolus, Deum ſui ſemper ſimilem eſſe. Itaque quum ex pacto promiſſionis vltro declaraſſet ſe Deum eſſe Abrahami & ſeminis ipſius, idque in præputio, non potuiſſet nouū pactū inire quo prius antiquaretur: vnde rurſus naſcitur obiectio ſequēti verſiculo explicata. Sin autē hoc placeat ſequentibus coniungere, ita cohærebunt, Si ita eſt, Paule, vt tu dicis, Legem datam eſſe vt tranſgreſſiones ac proinde iram Dei nobis detegeret, non autem vt nos Deo conciliaret, nempe Deus iratus erat: ſi iratus, vbi pactum illud promiſſionis præcedens? At Deus ſui ſemper ſimilis eſt: quod fieri non poteſt ſi, vt tu dicis, Deus mutato animo, per Legem iis maledicit quibus per promiſſionem benedixerat. Hinc ergo exoritur quæſtio, ſitne Lex abolendæ promiſſioni lata, quod tamen iam antea docuerat fieri non poſſe, ver. 17.

21 Nā ſi data, &c. εἰ γὰρ ἐδόθη. Retorquet Apoſtolus argumentū in aduerſarios. Nam ſi per Legē eſſet iuſtitia, (vt ipſi volūt) tum demū cōſequeretur, Deū, abolito priore pacto, alterū in eius locū ſanxiſſe. quod fieri nō poteſt, quū Deus ſit vnus, ſuprà verſu 20. & firmū fœdus gratuitū inierit cū Adamo & eius ſemine, ſuprà, ver. 17. Sed cur viuificationis & iuſtitiæ memini? Quia Deum habere pro Deo ſuo & viuificari, ſemen fieri Abrahæ & iuſtificari, mutuò ſeſe conſequuntur. quam interpretationem non debuit Apoſtolus præterire.

Αλλὰ συνέκλεισεν ἡ γραφὴ τὰ πάντα ὑπὸ ἁμαρτίαν, ἵνα ἡ ἐπαγγελία ἐκ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ δοθῇ τοῖς πιστεύουσι.

22 Sed ‖ concluſit Scriptura ᵛomnia ſub peccatum, ᵛ vt promiſſio ᵛ ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus.

22 *Sed concluſit Scriptura omnia ſub peccatum, vt promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus.* Rom.3.b.9

Πρὸ τοῦ δὲ ἐλθεῖν τὴν πίστιν, ὑπὸ νόμον ἐφρουρούμεθα, συγκεκλεισμένοι εἰς τὴν μέλλουσαν πίστιν ἀποκαλυφθῆναι.

23 ᵛ Antequam autem veniſſet fides, ſub Legis præſidio tenebamur concluſi ᵛ in eã fidem quæ erat reuelanda.

23 *Priusquam autem quidem veniret fides, ſub Lege cuſtodiebamur, concluſi in eam fidem quæ reuelanda erat.*

Ὥστε ὁ νόμος παιδαγωγὸς ἡμῶν γέγονεν εἰς Χριστόν, ἵνα ἐκ πίστεως δικαιωθῶμεν.

24 Itaq; Lex pædagogus noſter fuit ᵛ in Chriſtum reſpiciens, vt ex fide iuſtificaremur.

24 *Itaque Lex pædagogus noſter fuit in Chriſto, vt ex fide iuſtificaremur.*

Ἐλθούσης δὲ τῆς πίστεως, οὐκέτι ὑπὸ παιδαγωγόν ἐσμεν.

25 At poſtquam venit fides, non amplius ſub pædagogo ſumus.

25 *At vbi venit fides, iam non ſumus ſub pædagogo.*

Πάντες γὰρ υἱοὶ Θεοῦ ἐστε διὰ τῆς πίστεως ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

26 ᵛ Omnes enim, filii Dei eſtis, per fidem in Chriſto Ieſu

26 *Omnes enim filii Dei eſtis per fidem in Chriſto Ieſu.*

Ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε.

27 ᵛ Nam quicunque ᵛ in Chriſto baptizati eſtis, ᵛ Chriſtum induiſtis.

27 *Quicunque enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.*

Οὐκ ἔνι Ἰουδαῖος, οὐδὲ Ἕλλην, οὐκ ἔνι δοῦλος, οὐδὲ ἐλεύθερος, οὐκ ἔνι ἄρσεν καὶ θῆλυ. πάντες γὰρ ὑμεῖς εἷς ἐστε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

28 Non eſt Iudæus neque Græcus, non eſt ſeruus neque liber, non eſt maſculus ac fœmina. omnes enim vos ᵛ vnus eſtis in Chriſto Ieſu.

28 *Non eſt Iudæus neque Græcus, nõ eſt ſeruus neque liber, non eſt maſculus neque fœmina. omnes enim vos vnum eſtis in Chriſto Ieſu.*

Εἰ δὲ ὑμεῖς Χριστοῦ, ἄρα τοῦ Ἀβραὰμ σπέρμα ἐστέ, καὶ κατ' ἐπαγγελίαν κληρονόμοι.

29 Quòd ſi vos eſtis Chriſti, nẽpe Abrahæ ſemẽ eſtis, & ſecundum promiſſionem hæredes.

29 *Si autẽ vos Chriſti, ergo ſemen Abrahæ eſtis, ſecundũ promiſſionem hæredes.*

22 Sed concluſit Scriptura, ἀλλὰ συνέκλεισεν ἡ γραφή. Γραφὴν vocat Apoſtolus hoc ipſum quod alibi χάραγμα vocauit, id eſt Legem, vt expoſuimus Rom.2.d.17. Nunc demum autem Apoſtolus nodum ſoluit, quũ inquit Legem quidem oſtendiſſe maledictionem, non tamen vt homines in ea deſererentur, ſed vt intellecto periculo, ad vnicum remedium gratuitæ promiſſionis accurrerent, Abrahami exemplo, qui per fidem eſt iuſtificatus. Sic ergo Lex repugnat promiſſioni vt tamen promiſſionem non aboleat, ſed illi potius ſubſeruiat quum veluti pædagogi vice fungens, ad Chriſtũ adducat. Deus verò ſemper vnus & ſui ſimilis fuit. Omnia, τὰ πάντα. Id eſt, omnes homines, & quicquid ab hominibus proficiſci poteſt. Itaque maior eſt emphaſis quàm ſi πάντας, id eſt omnes, diciſſet. Vt promiſſio, ἵνα ἡ ἐπαγγελία. Id eſt, id quod promiſſum eſt, μετωνυμικῶς. Ex fide Ieſu Chriſti, ἐκ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ. Vide Rom.3.c.22. Eſt autem infinita quædam Pauli ἐμφάσις, tot enthymemata vibrantis quot vocabula enuntiat. Nam opponit operum meritis, fidem, Ieſum, dari, credentes.

23 Antequam autem, πρὸ δὲ. Vide ſuprà verſu 19. In eam fidem, Εἰς πίστ. εἰς cauſam finalem declarat. Fuit autem hoc adiiciendum neceſſariò, vt abſolueretur tractatio. Dicturi enim erãt pſeudapoſtoli, Etiamſi iuſtitia non manat ex Lege, ſed ex gratuita in Chriſto promiſſione, quum tamẽ Deus, qui ſemper ſui ſimilis eſt, œconomiam iſtam Moſaicam conſtituerit, quæ ad Chriſtum adduceret, quo iure vis illam nunc abolere? quid iniqui perimus quum illã cum Chriſto coniungimus? Reſpondet Apoſtolus, temporariam fuiſſe illam œconomiam (quod ſuprà attigerat verſu 19) eámque idcirco comparat cum pædagogo: cuius dicti explicationem ſubiiciet proximo capite.

24 In Chriſtum *reſpiciens*, εἰς Χριστόν. Vide ſuprà, verſiculo 17.

26 Omnes enim, &c. πάντες γὰρ, &c. Concluſio eſt ſuperioris proximæ tractationis. Ergo Chriſtus is eſt qui Iudæos & Gentes in vnum corpus ſeminis Abrahæ connectit. Itaque πανδέκτου tollit perſonarum diſcrimẽ, de quo mox verſu 28. Sic autem concipitur hæc concluſio vt ſimul ſeruiat probando illi quod dixerat de Lege ſuo tempore abroganda, quod ad œconomiam attinet: ideóque cauſalem particulam adhibeat.

27 Nam quicunque, ὅσοι γὰρ. Vide quàm breuiter & tamen circunſpectè argumentetur Apoſtolus. Repetebant enim circuncifionem pſeudapoſtoli iam inde vſque ab Abrahamo. Reſpondet Apoſtolus, Baptiſmum circuncifioni ſucceſſiſſe. In Chriſto, εἰς Χριστόν. Id eſt, Chriſti auſpiciis, vt que Chriſti fieretis participes. Vide Act.19.a.3. Eraſmus hoc non legit. quod tamen in omnibus vetuſtis noſtris codicibus inuenimus.

Chriſtum induiſtis, Χριστὸν ἐνεδύσασθε. Metaphora ſumpta eſt à veſtibus, ex Hebræorum idiotiſmo, (vt diximus Luc.24.g.49.& alibi ſæpe) ſed quæ myſterium noſtræ cum Chriſto coniunctionis quaſi oculis ſubiiciat. Oportet enim Eccleſiam Chriſto, tanquam veſte quadam operiri, & ſub eo deliteſcere, vt ſancta ſit prorſus & irreprehenſibilis, Epheſ.5.f.27. Ideóque Apoſtolus ſemen Abrahæ vno Chriſti nomine ſignificauit, ſuprà, verſu 16. quod idem explicat proximo verſiculo. Cæterùm argumentatur Apoſtolus à ſigno ad rem, non vt impiam illam opinionem operis operati ſtabiliat, ſed quia ſolos fideles alloquitur, & verax eſt Deus in ſuis promiſſis, quorum teſſeræ ſunt ſacramenta quæ vocantur.

28 Vnus, ἕν. Id eſt vnius hominis inſtar, vt ſumma coniunctio ſignificetur. Vulg. Vnum, id eſt ἓν, eodẽ quidem ſenſu, ſed tamen non ita expreſſè. Nam omnes homines, velint nolint, ſunt vnum, id eſt vna res, ſpecie tenus. At non poſſunt eſſe vnus, id eſt quaſi vnum individuum, vt in Chriſto ſeruẽtur, niſi per eum ipſum Chriſtum. Neque tamen hoc in loco imaginanda eſt ſubſtantiarum commixtio, aut confuſio, aut naturalis etiam aliquis coniunctionis modus: ſed hoc demum ſciendum, nos per fidem Chriſto ipſi vniri, Spiritus ſancti vinculo, vt bonorum ipſius fiamus participes: vt omnes fideles hac ratione ſint vnus Chriſtus.

Κεφάλαιον ιδ'

Λεγω δὲ, ἐφ' ὅσον χρόνον ὁ κληρονόμος νήπιός ἐστιν, οὐδὲν διαφέρει δούλου, κύριος πάντων ὤν·

Ἀλλὰ ὑπὸ ἐπιτρόπους ἐστὶ καὶ οἰκονόμους ἄχρι τῆς προθεσμίας τοῦ πατρός.

Οὕτω καὶ ἡμεῖς ὅτε ἦμεν νήπιοι, ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου ἦμεν δεδουλωμένοι·

Ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ γενόμενον ἐκ γυναικὸς, γενόμενον ὑπὸ νόμον·

Rom.8.c.15 Ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ, ἵνα τὴν υἱοθεσίαν ἀπολάβωμεν.

Ὅτι δέ ἐστε υἱοί, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, κρᾶζον, Ἀββα, ὁ πατήρ.

Ὥστε οὐκέτι εἶ δοῦλος, ἀλλ' υἱός· εἰ δὲ υἱός, καὶ κληρονόμος Θεοῦ διὰ Χριστοῦ.

CAP. IIII.

1 Hoc autem dico, Quandiu hæres est infans, nihil differt à seruo, quanuis sit dominus omnium:

2 Sed sub tutoribus & curatoribus est, vsque ad tempus quod pater præfinierit.

3 Ita & nos, quum essemus infantes, sub elementis mundi eramus in seruitutem redacti:

4 At postquam venit plenum tempus, emisit Deus Filiū suū factum ex muliere, factum Legi obnoxium:

5 Vt eos qui Legi erant obnoxii, redimeret, ‖ vt adoptionem acciperemus.

6 Quoniam autem estis filii, emisit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra, clamantem, Abba, id est Pater.

7 Itaque non amplius es seruus, sed filius: quòd si filius, etiã hæres Dei per Christum.

CAP. IIII.

1 Dico autē quanto tempore hæres parmulus est, nihil differt à seruo, quum sit dominus omnium:

2 Sed sub tutoribus & actoribus est vsq; ad præfinitum tempus à patre.

3 Ita & nos, quum essemus parmuli, sub elementis mundi eramus seruientes:

4 At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub Lege:

5 Vt eos qui sub Lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus.

6 Quoniam autem estis filij, misit Deus Spiritum Filij sui in corda nostra clamantem, Abba, Pater.

7 Itaque iam non est seruus, sed filius: quòd si filius, & hæres per Deū.

IN CAPVT IIII.

1 Hæc autem dico, λέγω δέ. Nunc aggreditur quod attigerat versu 14, mutato tantùm nomine. Quem enim illic vocarat pædagogum, hic vocat tutorem vel curatorem. Quanuis sit, ὤν. Vulg. & Eras. Quum sit. quod poni solet ἀποκλητικῶς. hic verò intelligendum est ὡς νομικῶς, nempe nequis de vera conditione seruili putet loqui Apostolum. Agit enim de Ecclesia Israelitica, quæ & ipsa nō minus erat libera quàm Ecclesia Christiana, si ius ipsum libertatis & conditionem personæ (vt vita dicam) spectes: sin autem ætatem, & eius libertatis fruitionem, erat sub Lege, tanquam pupillus sub tutore, donec adoleuerit. id est ad Christi vsque aduentum, quo tutela illa finiebatur.

2 Vsque ad tempus quod pater præfin. ἄχρι τῆς προθεσμίας τοῦ πατρός. Hoc ideo additum est quoniã qui est sub perpetua tutela & curatione, vix potest liber censeri. Deinde quum Legis tutela sit testamentaria, verisimile est id fieri filii commodo, vt nihil habeat quod de hac œconomia queratur. Postremò quasi tutor hic datus sit ad certum tempus, non potest videri patris sententia mutata, quum eo finito tempore, tutor ille ab administratione remoueatur: imò tutela ad ipsius hæreditatis fruitionem viam sternit.

3 Sub elementis mundi, ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου. Id est, sub Lege, quæ fuit instar rudimentorum mũdi. siquidem Dominus mũdum suo tempore ad plenam cognitionem veritatis vocaturus, illum voluit his veluti rudimentis erudire, tenui primùm schola in vno duntaxat mundi velut angulo aperta. Huc pertinet collatio illa vtriusque pacti, Ierem. 31. f. 34, & quod scribitur Ioelis 2. g. 28 & 29. Erant enim promissiones sub Lege perobscuræ, & ceremoniarum velamine obductæ tegebantur, eminus duntaxat Christum venturum indicantes. Tota denique Legis œconomia, veluti rudis quædam erat disciplina, rudibus conueniens: quum nondum plenocornu effusus esset Spiritus sanctus, si corpus ipsum Ecclesiæ spectes, Ioh. 7. f. 39. Itaque nomen mundi non refero ad ipsa elementa, sed ad discipulos: vt quum dicitur Dominus sic mundum dilexisse vt Filium suumederit quo seruetur mundus. Hæc est disciplina illa cuius elementa tradebat Lex: perfectam autem cognitionẽ præstitit Christus ipse aduenies & Apostoli eum sequuti.

4 Plenum tempus, τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου. Vulgata & Erasmus ad verbum, Plenitudo temporis. de quo Hebraismo diximus suprà, c. b. 14. Plenum autem tempus dicitur cuius spatia omnia peracta sunt. Itaque nec serius nec tardius venire debuit Christus. Emisit ἐξαπέστειλεν. Christus igitur nō tũc cœpit existere. erat enim Deus apud Deum in principio, vt Ioh. 1. a. 1, & 17. a. 5. Vulg. Misit, non satis expressè. Filium suũ, τὸν υἱὸν αὐτοῦ. Filius igitur erit etiam diuinitatis ratione, contra impium Seruetum: nec homo factus alium filiũ induit, sed hominis naturam assumpsit, vt vnus esset Filius Deus & homo. Factum ex muliere, γενόμενον ἐκ γυναικός. Ergo verum hominem, sed ἀνυπόστατον, quatenus homo est factus non ex patris semine, sed ex mulieris substantia. Mulierem igitur intellige sexus ratione, non vt mulier virgini opponatur. Fuit enim Maria virgo incorrupta, vt prædictum fuerat Esa. 7. c. 14. Quidam γενόμενον interpretantur natum. quæ expositio est absurda. Cur enim id commemoraret Apostolus sed vnus Christus factus est ex muliere. Vide Rom. 1. a. 3.

5 Vt adoptionem accip. ἵνα τὴν υἱοθεσίαν ἀπολάβωμεν. Atqui adoptio Ecclesiæ æterna est. Fateor: sed suo tempore exhibita fuit. quemadmodum filius ab ipso conceptu hæres est: sed nonnisi post x x v annum hæreditatem administrat. Vulgata, ἀπολάβωμεν conuertit reciperemus. quod Augustinum fefellit.

6 Quoniam, ὅτι. Subiicit testimonium adoptionis, & ita quidem vt peculiariter applicet Galatis. Colligit ergo ex consequente antecedens: nequis temere hanc adoptionem iactet, vtque etiam intelligamus quatenus acceperimus adoptionem. Deinde Spiritum tacitè opponit Legi, quemadmodũ qui maior est x x v annis, non iam alieno ductu, sed suo iudicio regitur. Spiritum Filii sui, τὸ Πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Id est, Spiritum sanctum, qui & Patris & Filii Spiritus est. Peculiariter autẽ dicitur Spiritus Filii, quòd per eum obsignetur nostra in illum adoptio. Abba, id est Pater, Ἀββᾶ, ὁ Πατήρ. Vide Rom. 8. c. 15.

7 Non amplius es, οὐκέτι εἶ. A plurali numero ad singularem transit: quæ enallage familiaris quidem

est Hebraïs, sed tamen hoc in loco videtur suam emphasin habere. Indicat enim hanc doctrinam non ad totũ corpus Ecclesiæ duntaxat, sed etiam ad fideles singulos pertinere. Seruus, δοῦλος. Seruum vocat non eum qui peccato seruiat, nec sit à Christo liberatus per fidem: sed eum qui sua libertate nondum fruatur, quatenus est adhuc sub tutore constitutus. Illa seruitus propria est infidelium: ista verò Ecclesiæ Israeliticæ conuenit: 5 Similis est æstimatio libertatis. Hæres, κληρονόμος. Id est, particeps bonorum ac facultatum, & quidem gratis. Theophylactus ita legit hũc locum, εἰ δὲ υἱός, κληρονόμος· κληρονόμος μὲν Θεοῦ, συγκληρονόμος δὲ Χριστοῦ. Id est, Quòd si filius, hæres: hæres quidem Dei, cohæres autem Christi. quæ verba sunt Apostoli Rom. 8. c. 17.

Ἀλλὰ τότε μὲν οὐκ εἰδότες Θεὸν, ἐ- δουλεύσατε τοῖς μὴ φύσει οὖσι θεοῖς·	8 Imò tum quidem ignorantes Deũ, seruiebatis iis qui natura non sunt dii:	8 *Sed tunc quidẽ ignorantes Deũ, ijs qui natura nõ sunt dijs seruiebatis:*
Νῦν δὲ γνόντες Θεὸν, μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ Θεοῦ, πῶς ἐπιστρέφετε πάλιν ἐπὶ τὰ ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα, οἷς πάλιν ἄνωθεν δουλεύειν θέλετε;	9 At nunc quum cognoscatis Deum, imò potius edocti sitis à Deo, quomodo conuertimini retrorsum ad impotentia & egena elementa, quibus retrorsus ab initio seruire vultis?	9 *Nũc autem quũ cognouerimus Deum: imò cognoti sitis à Deo, quomodo cõuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus denuo seruire mallis?*
Ἡμέρας παρατηρεῖσθε, καὶ μῆνας, καὶ καιροὺς καὶ ἐνιαυτούς.	10 Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos.	10 *Dies obseruatis, & mẽses, & tẽpora, & annos.*
Φοβοῦμαι ὑμᾶς, μήπως εἰκῇ κεκοπίακα εἰς ὑμᾶς.	11 Metuo de vobis, ne frustra fatigatus sim apud vos.	11 *Timeo uos, ne fortè sine causa laborauerim in uobis.*
Γίνεσθε ὡς ἐγὼ, ὅτι κἀγὼ ὡς ὑμεῖς· ἀδελφοὶ, δέομαι ὑμῶν. οὐδέν με ἠδικήσατε.	12 Estote quasi ego: nã ego sum quasi vos: fratres, rogo vos. nihil mihi fecistis iniuriæ.	12 *Estote sicut ego, quia & ego sicut uos, fratres, obsecro uos. nihil me læsistis*
Οἴδατε δὲ ὅτι δι' ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς εὐηγγελισάμην ὑμῖν τὸ πρότερον·	13 Nostis autem me per infirmitatem carnis vobis prius euangelizasse:	13 *Scitis autẽ quia per infirmitatem carnis euangelizaui uobis iampridẽ.*
Καὶ τὸν πειρασμόν μου τὸν ἐν τῇ σαρκί μου οὐκ ἐξουθενήσατε οὐδὲ ἐξεπτύσατε, ἀλλ' ὡς ἄγγελον Θεοῦ ἐδέξασθέ με, ὡς Χριστὸν Ἰησοῦν.	14 Et experimentũ mei quod fiebat in carne mea, non pro nihilo habuistis, neque respuistis: sed me vt Angelũ Dei, vt Christum Iesum, excepistis.	14 *Et tentationem meam in carne mea non spreuistis, neque respuistis, sed sicut Angelum Dei excepistis me, sicut Christum Iesum.*

8 Imò tum quidem, ἀλλὰ τότε μέν. Vulg. & Eras. Sed tunc quidem. At ego ἀλλὰ puto declarate superioris dicti correctionem, quod ad similitudinem attinet à tutore sumptam. Nunc enim applicanda erat hæc
10 doctrina ipsis Galatis. Atqui Galatæ sub seruitute longè alia (id est sub εἰδωλολατρείᾳ) viuebãt, quum eos Deus in libertatem assereret. Erat igitur absurdius ipsorum factum quàm eorum qui ex circuncisione crediderant. Illi enim ex tutela emitti recusabant: illi verò à durissima seruitute asserti in plenã libertatem, contrario ordine, volebant tutelæ iugum subire. acsi quis breuissimo aliquo compendio solidam doctrinam consequutus, ea neglecta, vellet ad prima elementa regredi. Suspicor verò pro τότε, tunc, potius legendum ποτὲ, id est olim, quum lu
15 bricus sit lapsus à π ad literam τ, & multo melius conueniat hæc lectio. Nolui tamen quicquam mutare in tãto codicum consensu. Natura, φύσει. Id est re ipsa. cui opponitur δόξᾳ, id est opinatio.

9 Edocti sitis, γνωσθέντες. Ad verbũ, Scire facti sitis, in significatione Hophal, vt expositum est 1. Cor. 8. a. 3. Vulg. & Eras. Cogniti estis. Retrorsum, πάλιν. Id est εἰς τὸ πρότερον, siue εἰς δεύτερον. Vulg. Iterum. Eras. Denuo. Atqui Galatæ non ex Iudaismo, sed ex Paganismo vocati fuerant ad Euangelium, à quo veluti pedem referẽ-
20 tes, ad Iudaismum regrediebantur: quum contrà oportuerit eos ad metam progredi: quamobrem etiam vsus est verbo ἐπιστρέφειν, quod significat reflecti & retorqueri, vt qui à tergo respiciunt. Hoc non considerarunt Græca præsertim scholia, quæ putant nomine elementorum mundi significari elementa quibus hic mundus constat, itémque lunam & solem & sidera: ex quorum cursu metiti menses, tempora, & annos Galatæ, ad pristinam idololatriam essent reuersi. Id verò absurdius est quàm vt refutatione indigeat. Elementa, στοιχεῖα. Vi-
25 de suprà, versu 3. Egena autem & impotentia elementa vocantur in sese & seorsum à Christo: deinde quòd ea ratione ipsi sese egenos esse in Christo testarentur: quum tamen à Christo ad ceremonias relabi, nihil aliud sit quàm neglectis summis opibus, inanissimam inanitatem sectari. Retrorsus ab initio, πάλιν ἄνωθεν. Id est retrò flexis vestigiis: quasi ab alto & ab ipsis initiis vobis sit auspicandum. vt siquis metæ propinquus, ad carceres recurreret, vt inde rursum currere inciperet: quanquam Galatæ à carceribus ceremoniarum nunquam cœpe-
30 rant. Sic autem accipi sæpissime etiam solere πάλιν & ἄνωθεν non est quòd exemplis comprobemus. Vulg. Denuo. Eras. Iterum ab integro.

12 Estote quasi ego, γίνεσθε ὡς ἐγώ. Sic à Latinis amicus dicitur alter ego, vel alter idem. Mira enim phrasi declarat Apostolus suã in Galatas benevolentiã singularem: quasi diceret, Estote ego, quandoquidẽ ego sum vos, addita tamẽ particula ὡς, qua vti solemus vt molliatur dicẽdi genus. Sic Cic. ad Att. scribẽs, Deinde te,
35 inquit, quasi me alterũ. & simul mecum culpæ sociũ quærto. Itaqi scopũ Apostoli nõ assequũtur qui exponũt, Estote mei similes, quoniã & ego sum vestri. vel vt Eras. Estote vt ego sum, quandoquidẽ & ego sum vt vos. (i. vt ipse explicat) Abiicite superstitionẽ Iudaicã quã videtis abiecisse me. quod certè nõ cõuenit. nã hac in re noluit dicere Paulus se illorũ similẽ esse, sed prorsus dissimilẽ. Vel, Proficite ad meã perfectionẽ, quãdoquidem ego me-
40 ipsum ad vestram infirmitatem inclinaui. Hæc, inquã, & similia omnia puto ad Apostoli scopũ nihil pertinere. Nihil mihi fecisti iniuriæ. οὐδέν με ἠδικήσατε. Imò verò qua poterãt maiore iniuria Paulum afficere, quũ ipsius doctrinã repudiarẽt, & Christũ, cuius erat minister, adeo turpiter dedecorarẽt? Sed negat se ab iis affectũ iniuria, quibus ex animo omnia cõdonabat si resipiscerẽt, vt 2. Cor. 2. b. 5. Nam vix mihi videtur causam Christi fuisse à sua separaturus. 13 Per infirmitatem car. δι' ἀσθένειαν τῆς σαρκός. Id est, per varias afflictiones quibus quotidie exercebatur Apostolus, adeo vt nihil esset illo abiectius, si externam speciem atque adeo si hominem
45 spectes: qui carnis nomine intelligitur, exprimendæ ipsius imbecillitatis causa.

14 Experimentum mei, τὸν πειρασμόν μου. Idest, has ipsas quotidianas vexationes quibus Dominus me

exploraſſe inter vos. Nam hac etiam ratione Iacobus crucem vocat πίστιν δοκίμιον, id eſt illud quo fides exploratur, Iac. 1. 2. 3. quò etiam pertinet quod ſcriptum eſt 1. Pet. 4. c. 17. Vt Angelum Dei, ὡς ἄγγελον Θεοῦ. Id eſt, me, quantumuis præ cæteris hominibus contemptum, quantumuis ab ipſo etiam Deo (vt in ſpeciem videri poterat) vexatũ, tamen non modò non eſtis auerſati, ſed etiam nõ aliter quàm cæleſtẽ aliquẽ Angelũ, atque adeo quàm Ieſum ipſum, excepiſtis, mei videlicet miniſterii cauſa. Nam alioqui non minus hoc Galatarum factum Paulus eſſet execratus quàm Lyſtrenſium, Act. 14. c. 14. Caſtellio igitur non rectè interpretatus eſt ἄγγελον Θεοῦ, Dei nuntium, vt oſtendit carnis antitheſis.

Τίς οὖν ἦν ὁ μακαρισμὸς ὑμῶν; μαρτυρῶ γὰρ ὑμῖν ὅτι, εἰ δυνατὸν, τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν ἐξορύξαντες ἂν ἐδώκατέ μοι.	15 Quæ igitur erat beatitatis veſtræ prædicatio? teſtimonium enim reddo vobis, vos, ſi fieri potuiſſet, oculos veſtros effoſſos daturos mihi fuiſſe.	15 *Vbi eſt ergo beatitudo veſtra? teſtimonium enim perhibeo vobis quia ſi fieri poſſet oculos veſtros eruiſſetis, & dediſſetis mihi.*
Ὥστε ἐχθρὸς ὑμῶν γέγονα ἀληθεύων ὑμῖν;	16 Itaque *num* inimicus factus ſum vobis dum vobis vera loquor?	16 *Ergo inimicus vobis factus ſum, verum dicens vobis?*
Ζηλοῦσιν ὑμᾶς οὐ καλῶς, ἀλλὰ ἐκκλεῖσαι ὑμᾶς θέλουσιν, ἵνα αὐτοὺς ζηλῶτε.	17 Depereunt vos non bene, imò excludere nos volunt, vt ſe depereatis.	17 *Æmulantur uos non bene, ſed excludere uos uolũt, ut illos æmulemini.*
Καλὸν δὲ ζηλοῦσθαι ἐν καλῷ πάντοτε, καὶ μὴ μόνον ἐν τῇ παρουσίᾳ με πρὸς ὑμᾶς.	18 Sed præclarum eſt vehemẽter amare in re bona ſemper, & nõ ſolùm dum præſens ſum apud vos.	18 *Bonum autem æmulamini in bono ſemper, & non tantùm quum præſens ſum apud uos.*

15 Quæ igitur erat beatitatis veſtræ prædicatio? τίς οὖν ἦν ὁ μακαρισμὸς ὑμῶν. Id eſt, Itaque quantus vbique rumor erat hominum vos beatos prædicantium? vel (ſi libeat ad ipſos Galatas hoc referre) Quænam igitur erat inter vos veſtræ beatitatis iactatio, quum vos beatos ac felices propter aduentum meum factos diceretis? Nam μακαρίζειν ſignificat beatum prædicare ac profiteri, vnde μακαρισμὸς, qui diſtingui debet ab ipſa beatitate quæ μακαριότης dicitur, vt rectè & eruditè annotauit Eraſmus. Vulg. Vbi eſt ergo beatitudo veſtra? id eſt, quónam igitur abierunt illæ voces quibus vos beatos eſſe prædicabatis, quum me adeo alacriter exciperetis? Legit enim, ποῦ οὖν ὁ μακαρισμός; quam lectionem in duobus vetuſtis Stephani codicibus deprehendimus.

Oculos veſtros, ποιεῖ ὑπερβολικῶς ὑμᾶς. Hac tanquam prouerbiali hyperbole ſummus amor declaratur, ne tantam illam alacritatem putemus ſimulatam fuiſſe.

17 Depereunt, ζηλοῦσιν. Sumpta eſt metaphora à procis zelotypis, quam etiam ſequentibus verſiculis duobus perſequitur. Duplex autem eſt zelotypia: vna, quum noſtri cauſa diligimus, ideóque non poſſumus rivalem pati: vt aſſentatores qui in aulis principum degunt, nec principis commoda propriè quærunt, ſed quatenus cum ſua ipſorum vtilitate ſunt coniuncta, ideóque id vnum ſolicitè ſtudent vt cæteros quantũuis principi vtiles, arceant, quò videlicet ipſi ex eo maiorem ſoli vtilitatem capiant. Hoc verò non eſt principem, ſed ſeipſum amare. Itaque iſtorum amor tum euaneſcit quum ſublata eſt illius cauſa, id eſt quum ea eſt principis conditio vt nullum commodum amplius ab eo expectent. Altera zelotypia prorſus eſt illi contraria, quum amicos ipſos rei honeſtæ cauſa in illis amandis ſpectamus: ideóque non modò ſoli nolumus diligi, ſed potius quamplurimos ſinceros amicos illis cupimus conciliare: quòd eorum commodis magis quàm noſtris ipſorum delectemur. Hic verò demum verus & honeſtus ac perpetuus eſt amor: illam zelotypiam pſeudapoſtolis tribuit Apoſtolus, vt qui ſui commodi cauſa Galatas diligerent, ideóque ſummo ſtudio niterentur Paulum vt rivalem excludere. Hanc verò ſibi tribuit, vt etiam 2. Cor. 11. a 2, eiúſque argumentum adfert, quòd quum rei honeſtæ cauſa eos dilexerit, id eſt non lucri aut gloriæ ſtudio, eundem animum erga eos quanuis procul abſens conſeruet. Excludere nos, ἐκκλεῖσαι ὑμᾶς. Excludendi verbũ mirè conuenit metaphoræ à zelotypis ſumptæ, in illa quidem ſiniſtra & minus honeſta zelotypia. quamobrem etiam ζηλοῦσιν non conuerti Æmulantur cum Vetere interprete: quorſum enim hoc neque cũ Eraſmo Ambiunt, quòd non ſatis videatur expreſſum. Itaque quòd annotat Eraſmus ſe in quibuſdam codicibus legiſſe ἐγκλεῖσαι, id eſt includere, vt ad Legem referatur, qua volebãt illi Galatas implicare, id, inquam, nullo modo conuenit inſtitutæ pulcherrimæ trãſlationi: nec dubito quin nõ intellecta tranſlatio, cauſam præbuerit non modò huic errori, ſed etiam alteri. Nam quũ in omnibus codicibus ſcriptum ſit ὑμᾶς, vos, poſcit tamen ſententia vt legamus ἡμᾶς, nos. Neque enim amicã à riuali, ſed rivalem ab amica dicitur procus excludere. quo modo iſti Paulũ à Galatis conabãtur excludere. Dicit enim Paul⁹, Vt omnẽ amorem à me in ipſos tranſferatis. Hæc enim eſt antitheſis perſonarum: neque explicare licet fuiſſe iſtis propoſitum: Galatas à Chriſto excludere, quin prorſus violenta ſit eclipſis. Vt ſe depereatis, ἵνα αὐτοὺς ζηλῶτε. Vulg. & Eraſmus, Vt ipſos æmulemini. id eſt, vt ipſorum exemplo, ad Moſen à Chriſto deficiatis. At ego puto Paulum in ſuſcepta metaphora perſiſtere, ſicut antè dixi. Hæc enim eſt Satanæ miniſtrorum conſuetudo, vt plebem à ſuo paſtore abductam ad ſe alliciant: quam poſtea, ſublatis omnibus æmulis, impunè deprædentur.

18 Vehementer amare, ζηλοῦσθαι. Quia laudabilem zelotypiam cum altera illa comparat, ideo nolui ζηλοῦσθαι vertere deperire, ſed vehementer amare. Nam quòd Vetus interpres & Eraſmus verterunt Æmulari, id eſt imitari, (quaſi dicat Apoſtolus, Bonã quidem eſſe imitationẽ, ſed in re bona) mihi quidem prorſus videtur ad hunc locum non pertinere. Poteſt autem hoc vel pro exhortatione accipi, vt ad Galatas referatur: aſſi dicat Apoſtolus, Hoc quidem illorũ ſtudiũ eſt qui me volunt excludere, vt vos totos poſſideant: qua in re ſatis declarant ſe quærere quæ ſua ſunt: at vos decet veſtrũ honeſtũ amorẽ in me non tantùm præſentẽ, ſed etiã abſentẽ cõſeruare. Malo tamen ad Apoſtolũ ipſum referre, vt ſequens verſiculus cõnectatur cum iſto, ſitque hæc ſententia, Cupiunt illi quidem me excludere, vt qui vos non ament vt par eſt, ſed ſuiipſorum cauſa. at noſter amor longè eſt alius. Vos enim, bonam ob cauſam, nõ ad tempus, ſed ſemper, nec ſolùm præſens, ſed etiam abſens abſentes vehementiſſimè complector, filioli mei, vt quos iterum parturio, &c. Huc ſpectat illud Iſocratis ad Demonicũ, Ἐραστὰς οὐ τοὺς ἀφ' ἑνὸς ἀσπαζόμενους, &c. qui locꝰ eſt in ſcholis peruulgatus. In re bona, ἐν καλῷ. Hoc ita accipiendũ eſſe apparet ex antitheſi. Nã οὐ καλῶς & ἐν καλῷ opponuntur. Sic vulgò dicimus *En bien*, vel *pour bien*.

Τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν.

19 Filioli mei, quos iterū parturio, vſquequo formetur Chriſtus in vobis.

19 Filioli mei, quos iterum parturo, donec formetur Chriſtus in vobis.

Ἤθελον δὲ παρεῖναι πρὸς ὑμᾶς ἄρτι, καὶ ἀλλάξαι τὴν φωνήν μου, ὅτι ἀποροῦμαι ἐν ὑμῖν.

20 Velim autem nunc adeſſe apud vos, & mutare vocē meā: quoniam hæſito in vobis.

20 Vellem autem eſſe apud vos modò, & mutare vocem meam: quoniam confundor in vobis.

Λέγετέ μοι οἱ ὑπὸ νόμον θέλοντες εἶναι, τὸν νόμον οὐκ ἀκούετε;

21 Dicite mihi qui ſub Lege vultis eſſe, Legem non auditis?

21 Dicite mihi qui ſub Lege vultis eſſe, Legem non legiſtis?

Γέγραπται γὰρ ὅτι Ἀβραὰμ δύο υἱοὺς ἔσχεν· ἕνα ἐκ τῆς παιδίσκης, καὶ ἕνα ἐκ τῆς ἐλευθέρας.

22 Scriptum eſt enim Abrahamum duos filios habuiſſe: vnū ex ancilla, & vnum ex libera.

22 Scriptū eſt enim quoniam Abraham duos filios habuit: unum de ancilla, & unum de libera.

Ἀλλ' ὁ μὲν ἐκ τῆς παιδίσκης, κατὰ σάρκα γεγέννηται· ὁ δὲ ἐκ τῆς ἐλευθέρας, διὰ τῆς ἐπαγγελίας.

23 Sed is qui ex ancilla natus eſt, ſecundum carnem natus eſt: qui verò ex libera, per promiſſionem.

23 Sed qui de ancilla, ſecūdum carnem natus eſt: qui autem de libera, per repromiſſionem. Gen.16.d.15 Gen.21.a.1

Ἅτινά ἐστιν ἀλληγορούμενα· αὗται γάρ εἰσιν αἱ δύο διαθῆκαι· μία μὲν ἀπὸ ὄρους Σινᾶ, εἰς δουλείαν γεννῶσα, ἥτις ἐστὶν Ἁγάρ.

24 Per quæ aliud figuratur. Nam hæ ſunt duæ illæ pactiones, vna quidem quæ eſt Agar ex monte Sina, generans *prolem* ad ſeruitutem.

24 Quæ ſunt per allegoriā dicta hæc enim ſunt duo teſtamenta: unum quidē à monte Sina, in ſeruitutem generans, quæ eſt Agar.

19 Filioli mei, τεκνία μου. Blanda appellatione maternum & honeſtiſſimum amorem ſuum declarat, non ab auaritia aut ambitione, ſed à Chriſti ſancta reuerentia, & ſingulari in Galatas animi propenſione profectum. Eſt autem hoc vtrinque includendum diſtinctione, inter ὑμᾶς & οὓς. quod qui nō animaduerterunt, conſtituerunt hoc in loco ἀίστιν πάλιν minimè neceſſarium. Quos, οὓς. Hoc puto cohærere cum ὑμᾶς, id eſt cū extremo verſiculo ſuperiore. Exponit enim illud ὁ καύχησις, id eſt cauſam illam præclarā ſui in illos amoris. cuius etiam (inquit) teſtimonium extat in eo quòd hac ipſa epiſtola tam ſolicitè laboro de vobis non ad mei, ſed ad Chriſti amorem reuocandis. Parturio, ὠδίνω. Iterum loquitur vt mater. Nam & alibi ait ſe eos gignere in Chriſto, quos Chriſto lucrifecit, 1.Cor.4.c.15, & ad Philem.b.10. vbi tamen perſonam patris induit. Formetur, μορφωθῇ. Redit ad metaphoram ab amatoribus ſumptam. Forma enim in animis amatorum inſculpta, illud eſt quod amoris igniculos excitat ac fouet. vnde eleganter Poeta miſeram illam deſcribens amore ſauciam, dixit,

Multa viri virtus animo multúſque recurſat
Gentis honos. hærent infixi pectore vultus,
Verbáque: nec placidam membris dat cura quietem.

Sed & zelotypiæ nomen hoc ipſum declarat, quod videtur eſſe ab Apoſtolo adumbratum. Apparet autem Chriſti vultus in ipſius verbo, cuius miniſter Apoſtolus alibi dicit ſe Chriſtum Galatis depinxiſſe, ſuprà, 3.a.1, quem à pſeudapoſtolis deformatum, ipſe inſtaurare ſtudeat.

20 Mutare, ἀλλάξαι. Id eſt, aliis verbis apud nos vti.

21 Qui vultis, θέλοντες. Id eſt, qui vltrò & cupidè appetitis. Legem, τὸν νόμον. Heb. תורה, quo nomine nunc intelligit quinque Moſis libros: ex quorum priore citatur ſequēs hiſtoria, per anagogē explicata. Cæterùm (vt hoc quoque dicā παρέργως) Apoſtolus iam non argumentatur, (eſſet enim argumentum iſtud ab allegoria ſumptum valde infirmum, & totam diſputationem firmiſſimis argumentis propoſitis abſoluit) ſed offendiculo medetur quod erat maximi momēti. Nec enim dubium eſt quin iſti circuncifionis Apoſtoli perpetuò vrgerent, oportere Gētes circuncidi, vt coirent in vnum corpus cum Abrahami ſemine. Reſpōdet Paulus, illos circunciſos non eſſe hæredes, nedū vt oporteret circuncidi ad participandam cum illis hæreditatem: & ne cui mirum id videatur, oſtendit hoc iam olim fuiſſe adumbratum in domo Abrahæ, vnde eiicitur qui fuit natus ſecundum carnem & circunciſus, vt ſuccedat qui ſecundum promiſſionem datus eſt filius Abrahamo, vt nemo miretur nunc excludi ſeruos primogenitos.

23 Secundum carnem, κατὰ σάρκα. Id eſt, conſueto hominum more, & naturæ vi ordinaria. Cui ancillæ filio comparantur ii ex Iudæis qui non ſunt Abrahami filii, niſi ſanguinis ratione: & carne (id eſt externa ceremoniarum ſeruitute) nituntur: ideóque non ſunt filii hæredes, ſed vt ſerui abdicantur, nati ad ſeruitutem, ex Agar ancilla, id eſt ex pactione Legis latæ in Sina monte, non terræ Chanaan, ſed Arabiæ. Notandum eſt igitur ſeruos hìc vocari, non vt antea, qui Legem habuerunt pro tutore vel pædagogo, quum re vera eſſent liberi, (quales fuerunt ſancti ante Chriſti aduētum) ſed Phariſæos cæteróſque omnes qui ſalutem ex Lege (cuius verum vſum aſpernabantur) vel ſola vel cum Chriſto coniuncta expectabant. quibuſcum ſiquis noſtri ſeculi Phariſæos comparet, magnam illis profectò iniuriam faciat: quum magnum ſit diſcrimen Legis à Deo latæ, & traditionum quas Satan religionis obtentu in Eccleſiam inuexit, vt Euangelii lucem miſeris mortalibus eriperet. Vtroſque tamen idem error implicuit. Per promiſſionem, διὰ τῆς ἐπαγγελίας. Id eſt, vi promiſſionis quā Abrahamus ſibi & vero ſuo ſemini per fidem apprehendit. Nam alioqui effœtus erat Abraham & Sara, vt naturæ vis nullum hìc locum habeat, ſed ſola gratia. Talis eſt vera filiorum Abrahami ſoboles, non è terra ſed à cælo genita, ex vi pactionis Euangelii, id eſt gratuitæ, & verè liberos à Legis maledictione & ſeruitute filios gignentis, qui ſint Abrahami verum ſemen.

24 Per quæ aliud figuratur, ἅτινά ἐστιν ἀλληγορούμενα. Vulg. Quæ ſunt per allegoriam dicta. Eraſ. Quæ per allegoriam dicuntur. Ego ſtudui perſpicuitati. Nam (vt rectè annotat Eraſmus ex Chryſoſtomo) allegoricus ſermo totus eſt fictitius. Hìc verò Paulus veram hiſtoriam narrat, ſed quæ tamen aliud adūbrarit magis reconditum myſterium. Nam hæ, αὗται γάρ. Vulg. Hæc enim. Eraſ. Nam hæc. Atqui αὗται non pertinet ad διαθῆκαι, ſed duas illas matres indicat, vnam ancillam, Agar videlicet, quæ legis pactionem repræſentat, in Sina monte

factam,vnde gignuntur ſerui:alteram liberam, id eſt Saram, quæ Euangelii pactionem refert Hieroſolymæ ſanctam,cuius filii ſunt ingenui. Sunt,εἰσίν.Id eſt,figurant & adumbrant.ſicut dicitur Petra fuiſſe Chriſtus,& Panis dicitur corpus Chriſti,vt Tertullianus & Auguſtinus explicãt.Sed meminerit tamen lector ſacramentalem(quam vocant) ſignificationem à mere typica diſtinguere. Nam in ſacramentis ſymbolum repræſentat quod verè Deus offert,& fides accipit:in typis autem res futuræ vel præteritæ duntaxat adumbrantur, & quaſi in imagine depinguntur. Duæ illæ pactiones.αἱ δύο διαθῆκαι.Vna tamen fuit pactio, ſi rem ipſam & ſcopum ſpectes,ſed temporum & œconomiæ ratione,diuerſæ fuerunt, vt diſertè etiã diſtinguit Ieremias. Quòd ſi iſtæ ex pſeudapoſtolorum opinione æſtimentur,qui ſalutis partem Legi decidebant, vel Phariſæorum, qui Legem pro Chriſto amplectebantur,non iam duæ duntaxat,ſed etiam prorſus contrariæ fuerint. vnde concluſiones illas elicit Paulus quæ ſcribuntur infrà,5.a.1 & 4.Vulg.& Eraſ.Teſtamenta. de qua interpretatione dixi ſuprà,3.c.15. Vna quidem quæ eſt Agar,μία μέν,ἥτις ἐστὶν Ἁγάρ.In Græcis aliquid interiicitur:ſed quum ἥτις ad μίαν neceſſariò pertineat,non autem ad ἔρις,ſtudendum putaui perſpicuitatis.Iam verò μία,id eſt vna, Ambroſius & Auguſtinus referunt ad διαθήκην.quam nos pactionem, ipſi teſtamentum conuertunt: ideóque pro Quæ eſt Agar,legunt Quod eſt Agar.Sed hoc mihi videtur violentum.Sic enim cogemur exponere Eſt,non proſignificat,ſed pro ſignificatur.Deinde commodius dicitur Agar gignere filios quàm ipſa pactio, quæ adumbratur per Agar:vt pactio potius ſeminis quàm matris rationem in hac anagoge ſuſtineat.Quod ad ſententiam tamen attinet,nullũ eſt in his diſcrimen. Ex monte Sina,ἀπ' ὄρους Σινᾶ. Sinæ facit mentionẽ,quòd in eo mõte ſit ſancita pactio illa quam adumbrat Agar.Addidit autem Apoſtolus,Ex Sina, id eſt ex Arabia, non quòd Agar inde eſſet orta(erat enim Ægyptia)ſed quia cum Iſmaele & ſuis nepotibus Arabiam incoluit. Generãs prædicat,γεννῶσα.In verbo ipſo includitur verbale,Hebræorum more.

Τὸ γὰρ Ἁγὰρ, Σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, συστοιχεῖ δὲ τῇ νῦν Ἱερουσαλὴμ, δουλεύει δὲ μετὰ τῶν τέκνων αὐτῆς.

52 Sina enim mons eſt in Arabia, pari autem ſerie reſpondet ei Hieruſalem quæ nunc eſt, ſeruitque cum filiis ſuis.

Sina enim mons eſt in Arabia, qui coniunctus eſt ei quæ nunc eſt Ieruſalem, & ſeruit cum filijs ſuis.

25 Sina enim mons eſt in Arabia,τὸ γὰρ Σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ. Hanc lectionem nõ dubitaui reſtituere ex veteris editionis authoritate,quæ ita habet,ſummo codicum conſenſu.At in Græcis legimus τὸ γὰρ Ἁγὰρ,Σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ,id eſt(vt etiam conuertit Eraſmus)Nam Agar Sina mons eſt in Arabia.Qui locus interpretes exercuit.nam alii interpretantur Sinam montem fuiſſe etiam dictum Agar.quæ explicatio tribus de cauſis mihi nõ ſatisfacit. Primùm enim fuit hoc aliqua idonei ſcriptoris authoritate confirmandũ : deinde quorſum montem Agar cum ancilla eiuſdem nominis confunderet Apoſtolus? Poſtremò ſi ita eſſet, omnino inter Ἁγὰρ & Σινᾶ inſerenda erat particula δέ,hoc modo, Nam Agar ſiue Sina, mons eſt,&c. quæ etiam ratio prorſus videtur offendere nomen Ἁγὰρ hoc loco redundare,& ex margine in contextum irrepſiſſe.Alii exponũt, Agar enim eſt Sina,id eſt repræſentat Sina.cuius videlicet figura eſt ac typus, ita vt articulus τὸ accipiatur πρωτοπτωτικῶς: veluti ſi dicas,Illud enim Agar eſt Sina:vel(vt quidam amicus meus maluit interpretari)Nam Sina,Agar *figura* eſt mons,&c.Sed certè non poteſt dici Agar repræſentare Sinã, niſi altera metonymia,Sinam non pro filiis ancillæ ipſius,vt reſpondeat antitheſis Hieroſolymæ,ſed pro pactione Legis accipias. At Sina rurſum hac ratione mons Arabiæ dici non poteſt,ſed tum demum quũ ſimpliciter & ſine vlla anagoge deſcribitur.Iſta igitur ſeſe mutuò colliduntur.Verùm ſi Ἁγὰρ expũxeris,(vt nos fecimus,non coniecturam noſtram,ſed veteris editionis cõſtantem authoritatem,ipſãmque adeo rationẽ,vt nobis quidem videtur, ſequuti) plana & dilucida erit ſententia.Nam quia Sinæ mentionem fecerat,explicandum erat hoc nomen, minimè id quidem quòd eius ſitum Galatæ,aut Legem illic datam eſſe ignorarent, ſed quòd in ipſo etiam ſitu aliquod myſterium lateret. Erat enim extra terræ illius limites quæ ſymbolũ erat æternæ hæreditatis, vt peracutè obſeruauit doctiſſimus interpres. ideóque addidit Paulus particulam cauſalem γάρ. Pari autẽ ſerie reſpondet ei Hieruſalem quæ nunc eſt,συστοιχεῖ δὲ τῇ νῦν Ἱερουσαλὴμ. Vulg.συνεζεύγνυται conuertit Cõiunctus eſt.Eraſ.Confinis eſt.in quo verbo explicando plũrimùm variant interpretes.Nam alii ad ſitum referunt quorum opinio ex ipſa tabularum inſpectione apertè refellitur.Alii(vt Aquinas)referunt ad itineris cõtinuationem,quòd ex Sina venerint Hieroſolymam. quæ interpretatio non indiget refutatione.Alii denique reſpiciunt ad allegoriæ ſeu potius anagoges ſimilitudinem: quorum opinio proculdubio veriſſima eſt:ſed in ea ſimilitudine explicanda non omnes idem ſentiunt . Nam Eraſmus in eo ſimiles facit Sinam & Hieruſalem quòd in vtraque fuerit eadem Lex promulgata.nam(inquit) ſcriptum eſt,De Sion exibit Lex,& verbum Domini de Hieruſalem. Illud autem ait hoc loco Apoſtolus, vt oſtẽdat Legem abſque gratia terrorem incutere minis &præceptis: cogi verò metu ſeruile eſt.Iudæi itaque,qui vacui charitate Legem iuxta literam & ritus externos obſeruant, quanquam à monte Sina migrauerant Hieroſolymam,tamen à ſeruili conditione nõ degenerabant,tanquam filii Agar,non Saræ. Hæc Eraſmus,in quibus multa cogor deſiderare.Nam quis vnquam dixit in Hieruſalem promulgatam eſſe Legem illam quæ data eſt in Sinai?Locus autem Eſaiæ prorſus in contrariam ſententiam ſcriptus eſt à Propheta, vt qui de Euangelica doctrina differat,quæ ab Hieruſalem in reliquas partes orbis terrarum erat ſpargenda.quod etiam alii Prophetæ prædixerunt.Deinde non eſt propoſitum Apoſtolo Legem cum Chriſto coniungere,ſed contrà, quatenus confidebatur à Phariſæis & pſeudapoſtolis,illam abrogatã eſſe declarare. Poſtremò quòd nomine præſentis Hieruſalem ſignificari putat Iudæos qui à Lege pendebant,(quod ipſum tamen haud ſatis ſcio an commodè explicet)non facilè poſſim amplecti.Nam primùm omnium poſcit analogia vt ſicut per Sinam intelligitur pactio Legis,non autem populus ipſe à Lege pendens, idem etiam per Hieruſalem intelligatur,ſi Hieruſalẽ & Sinam libeat hac ratione σύστοιχα conſtituere:alioqui matrem cum filiis confuderimus, quæ tamen manifeſtè diſtinguũtur,quum dicitur mater,Agar videlicet ex Sina , pactionem Legis adumbrans (ſicut à pſeudapoſtolis æſtimabatur)ſeruire cum filiis ſuis:quos nimirum ipſa ancilla ſeruos genuit.Imò verò vnis filiis duas matres tribuemus. Deinde ſi Hieruſalẽ quæ ſurſum eſt, Apoſtolus iſti opponeret,dixiſſet(vt mihi videtur)τῇ νῦν Ἱερουσαλὴμ,Hieruſalem quæ inferius eſt,potius quàm,Hieruſalem quæ nunc eſt. Quid enim tam iuſtitiarii Iudæi tum primùm cœperant apparere,aut Hieruſalem quæ ſurſum eſt,tum nuſquã erat? Sed quia huius loci expoſitio pendet à declaratione verbi συστοιχεῖ,age,videamus quæ σύστοιχα dicantur. Reperio igitur σύστοιχα dici qui eadem ſerie collocantur in acie,ita vt ſecundus primo immineat à tergo,ſecũdo tertius, ſitque ſeries hoc modo in longum porrecta,quam στοῖχα Græci,nos *ſuccilia* vocamus. Hinc factum vt quæ ratione aliqua ſunt inter ſe cognata,σύστοιχα dicantur,quaſi vnius ſeriei dicas:vt octo partes orationis,quatuor elementa,ſpecies denique, quatenus ad idem genus referuntur, poſſint σύστοιχα dici.Sic à grammaticis licere [illegible] Muras vocant, in tres συστοιχίας diuiduntur, Tenuium, Mediarum, Aſpiratarum.Hac ratione,ſi modò Sinam & Hieruſalem quæ nunc eſt, pro duabus matribus accipias quæ ſint paris conditionis, & ſeruos filios ſimiliter gignant, poſſis σύστοιχα vocare.

vocare. Sed hoc haud ſatis ſcio an anagogæ reſpondeat, quum vna ſit Agar, quæ vnam pactionem adumbret. Quòd ſi dicamus Sinam & præſentem Hieruſalem (ne videlicet vnis filiis duas matres tribuamus) nomine non re differre, non iam erunt συσταχα, ſed συμβολικα. Filios autem & matres potius συστοιχους vocaris. Sed aliud diuerſum eſt συστοιχον genus, quæ definit Aphrodiſæus, πλειονος ὑποκειμενου πρὸς πολλα κατ' αναλογιαν ἑνὸς ἑκαστου, θεωρουμενου δ' ἑνὸς ἑκαστου ἀναλογον τῷ αὐτῷ ἑνὶ ἑκαστον τοιουτου ἑκαστον τοιουτῳ ἑνὶ ἑκαστῳ τῶν αὐτῶν ἑκαστα τοιαυτα ἑκαστοις τοιουτοις ἑκαστα τοιαυτα ἑκαστα τοιουτων ἑκαστων ἑκαστον τοιουτου ἑκαστου ἑκαστῳ τοιουτῳ ἑκαστῳ τοιουτου ἑκαστου ἑκαστον τοιουτον

in loco ſignificatur. Sed quorſum hoc additur? Primùm vt mons monti opponatur, ſicut paſſim in Scripturis mons Sion celebratur, & mõti Sinæ opponitur, vt Heb. 12. c 18, & 22. Sed ἄνω ſublimius quiddam declarat quàm ſi dixiſſet ἐ ἐρανοῖ. qua ratione etiam Heb. 11. f. 22, dicitur ciuitas ἐπουράνιος quaſi in cœlis ipſis condita. Deinde eminentiam Euangelii ipſe quoque verbis Hieroſolymorum ſitus adumbrauit, ſicut ſitus Sinæ in Arabia extra terram promiſſam, Legis ſeruitutem & alienam ab hæreditate conditionem deſignauit: ita vt non tantùm mõs monti, ſed etiam ſitus ſitui opponatur. Poſtremò mihi videtur alludere Paulus ad ea quæ ſcripta ſunt Eſaiæ 2. a. 2 & 3, vbi quum prædiceret Propheta fore vt ex Sion Euangelium (quod κατ' ἐξοχὴν vocat תורה, id eſt doctrinam, & דבר יהוה, id eſt Verbum Domini) ex Hieruſalem emanaret, Erit (inquit) in nouiſſimis diebus collocatus mons domus Domini in vertice montium, eleuabitúrque ſupra colles, & confluent ad eum omnes gentes. Itaque quum ſuperiore verſiculo Paulus diceret τῆ νῦν Ἰερουσαλήμ, Hieruſalem quæ nunc eſt, nouiſſimos illos dies ſignificauit: ſiue (vt antea dixi) plenitudinem dierum in quam deuenimus, & de qua vaticinatus eſt Propheta. Nunc verò quum dicit ἡ ἄνω Ἰερουσαλήμ, id eſt ſublimis illa Hieruſalem, perinde eſt acſi diceret, Hieruſalem illa quam nunc (ſicut prædixit Propheta) verè eminenti & excelſo loco poſitam aſpicimus. Denique meritò dicitur ſublimis illa mater omnium noſtrum, quoniam hæc generatio tota eſt cæleſtis, vt mox dicetur.

Iſa.54.a.1

Γέγραπται γάρ, Εὐφράνθητι στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα· ῥῆξον καὶ βόησον ἡ οὐκ ὠδίνουσα, ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα.

27 Scriptum eſt enim, [Lætare ſterilis quæ non paris: erumpe & clama quæ non parturis. quoniam plures ſunt liberi deſertæ quàm eius quæ habet virum.

27 *Scriptũ eſt enim. Lætare ſterilis quæ non paris: erũpe & clama quæ nõ parturis. quia multi filij deſertæ, magis quàm eius quæ habet virum.*

Rom.9.b.8

Ἡμεῖς δέ, ἀδελφοί, κατὰ Ἰσαὰκ, ἐπαγγελίας τέκνα ἐσμέν.

28 [Nos igitur, fratres, ſecundum Iſaac, promiſſionis filii ſumus.

28 *Nos autẽ fratres, ſecundum Iſaac, promiſſionis filij ſumus.*

Αλλ' ὥσπερ τότε ὁ κατὰ σάρκα γεννηθεὶς ἐδίωκε τὸν κατὰ πνεῦμα· οὕτω καὶ νῦν.

29 Sed quemadmodum tunc is qui ſecũdum carnem genitus fuerat, perſequebatur eum qui natus erat ſecũdum Spiritum: ita & nunc.

29 *Sed quo modo tunc is quẽ ſecundum carnem natus fuerat, perſequebatur eũ qui ſecundum Spiritum: ita & nunc.*

Gen.21.a.10

Αλλὰ τί λέγει ἡ γραφή; Ἔκβαλε τὴν παιδίσκην καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς. οὐ γὰρ μὴ κληρονομήσῃ ὁ υἱὸς τῆς παιδίσκης μετὰ τοῦ υἱοῦ τῆς ἐλευθέρας.

30 Sed quid dicit Scriptura? [Eiice ancillam & filium eius. non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ.

30 *Sed quid dicit Scriptura? Eiice ancillam & filium eius. non enim hæres erit filius ancillæ cũ filio liberæ.*

Ἄρα, ἀδελφοί, οὐκ ἐσμὲν παιδίσκης τέκνα, ἀλλὰ τῆς ἐλευθέρας.

31 Nempe, fratres, non ſumus ancillæ filii, ſed liberæ.

31 *Itaque, fratres, non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ.*

Κεφάλαιον ε

CAP. V.

CAP. V.

Τῇ ἐλευθερίᾳ οὖν ἧ Χριστὸς ἡμᾶς ἠλευθέρωσε, στήκετε, καὶ μὴ πάλιν ζυγῷ δουλείας ἐνέχεσθε.

1 IN libertate igitur qua Chriſtus nos liberauit, perſtate, & ne contrario implicamini ſeruitutis iugo.

1 *QVa libertate Chriſtus nos liberauit, ſtate, & nolite iterum iugo ſeruitutis cõtineri.*

27 Sterilis, στεῖρα. Alludit ad ſterilitatem Saræ, ſimúlque oſtẽdit veros filios Abrahami naſci ſpiritualiter per Euangelium: quibus opponuntur filii ſecundum carnem, qui non ſunt hæredes, ſed ſeruiunt. Nec dubito quin Apoſtolus ex hoc Eſaiæ loco totam hanc allegoriam ſit mutuatus. Deſertæ, τῆς ἐρήμου. Hebr. שוממה, id eſt deſtructæ & exciſæ, nimirum propter Chaldæorum vaſtationem. ſed anagogico ſenſu dicitur mulier deſerta quæ virum non habet nec prolem: ſicut deſerta ciuitas dicitur in qua nemo habitat, & quæ ſuo principe quaſi marito eſt deſtituta. Talis autem erat Euangelici fœderis conditio ante Chriſti aduentum, ſi cũ ſtatu illo comparetur in quo poſtea eſſe cœpit, Eccleſiis paſſim per orbem terrarum erectis. Plures, πολλὰ μᾶλλον. Hebr. pro πολύ. Vulg. & Eraſ. Multi magis.

28 Igitur, δέ. Id eſt καὶ. vt oſtendit orationis ſeries. Redit enim ad verſum 26, propter interiectum verſum 27. Secundum Iſaac, κατὰ Ἰσαάκ. Heb. כיצחק, id eſt Iſaaci exemplo, qui liberæ & hæredis Eccleſiæ eſt veluti primogenitus, ſicut Iſmael ſeruæ ſynagogæ. Iſta porro Eccleſiam quidem ad tempus perſequitur, vt nũc in vobis experimini, ſed tãdem eiicitur. Manete igitur cũ libera Eccleſia, ne cum ſynagoga ſerui ſitis, ac proinde hæreditatis expertes. Nã In Iſaac (inquit Scriptura) tibi erit ſemen: eiicitur autem Iſmael vt ſemẽ adulterinũ. Nunc demũ ergo Apoſtolus filios cõparat inter ſe, vt matres antea cõparauit. Promiſſionis filii, ἐπαγγελίας τέκνα. i. ſemẽ illud ad quod pertinet promiſſio illa, Ero Deus tuus & ſeminis tui quẽ Hebraiſmũ alibi expoſuimꝰ.

29 Secundum carnem, κατὰ σάρκα. Id eſt humanitus, ſiue naturæ vi ordinaria, vt diximus ſuprà, verſu 13. Genitus fuerat, γεννηθείς. Verè & appoſitè fuit hoc expreſſum per pluſquamperfectum. Erat enim Iſmael primogenitus, nec tamen hæres: nedum vt primogenituræ ius obtinuerit. Sic Iudæi primogeniti, nec tamen cum ſemine hæredes: nedum vt potiorem partem hæreditatis auferant. Sed iſti in eo fallebantur quòd dicebant ſe eſſe Iſaaci ſemen, quia non diſtinguebant carnalem propaginem à ſpirituali. Secundum Spiritum, κατὰ Πνεῦμα. Id eſt Diuinitus, & ſpirituali ratione.

30 Cum filio liberæ, μετὰ τοῦ υἱοῦ τῆς ἐλευθέρας. Hoc quoque mirè conuenit pſeudapoſtolis, qui legem cum Chriſto, id eſt Iſmaelem cum Iſaaco, volebant coniungere.

IN CAPVT V.

1 In libertate igitur, τῇ ἐλευθερίᾳ οὖν. Qui capitum (quæ vocant) ſectionem inſtituerũt, manifeſtè hallucinati ſunt hoc in loco, quũ cõcluſionẽ à ſuperioribus diremerint. At Vulgatæ interpr. quædã exempl. conſentiunt cum tribus Græcis codicibus, qui hæc ita iungunt, ἀλλὰ τῇ ἐλευθερίᾳ ἧ Χριστὸς ἡμᾶς ἠλευθέρωσεν.

τίων ἐσῶ, &c. Id eſt, ſed filii liberæ, ea libertate qua nos liberauit Chriſtus. ſtate igitur, &c. Complutenſis editio ita inchoat hoc caput, vt etiam Ambroſius & Auguſtinus. Econtrario, πάλιν. Vide ſuprà, 4. b. 9.

Ἰδὲ, ἐγὼ Παῦλος λέγω ὑμῖν ὅτι ἐὰν περιτέμνησθε, Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει.

2 ¶ Ecce, ego Paulus dico vobis, ſi circuncidamini Chriſtũ nihil vobis profuturum.

2 Ecce, ego Paulus dico vobis quoniam ſi circuncidamini, Chriſtus vobis nihil proderit. Act. 15. a. 1

Μαρτύρομαι δὲ πάλιν παντὶ ἀνθρώπῳ περιτεμνομένῳ, ὅτι ὀφειλέτης ἐστὶν ὅλον τὸν νόμον ποιῆσαι.

3 Teſtor enim rurſum omni homini qui circunciditur, eum eſſe debitorem totius Legis ſeruandæ.

3 Teſtificor autẽ rurſus omni homini circũcidenti ſe, quoniam debitor eſt vniuerſæ Legis faciendæ.

Κατηργήθητε ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, οἵτινες ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε· τῆς χάριτος ἐξεπέσατε.

4 Facti eſtis in anes Chriſti ¶ quicunque per Legem iuſtificamini, & à gratia excidiſtis.

4 Euacuati eſtis à Chriſto qui in Lege iuſtificamini: à gratia excidiſtis. 1. Cor. 1. c. 17.

Ἡμεῖς γὰρ πνεύματι ἐκ πίστεως ἐλπίδα δικαιοσύνης ἀπεκδεχόμεθα.

5 Nos enim Spiritu ex fide, ſpem iuſtitiæ expectamus.

5 Nos enim ſpiritu ex fide ſpem iuſtitiæ expectamus.

Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ οὔτε περιτομή τι ἰσχύει, οὔτε ἀκροβυστία, ἀλλὰ πίστις δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη.

6 Nam in Chriſto Ieſu neque circunciſio quicquam valet, neque Præputiũ: ſed fides per charitatem agens.

6 Nã in Chriſto Ieſu neque circunciſio aliquid valet, neque præputiũ: ſed fides quæ per charitatem operatur.

Ἐτρέχετε καλῶς, τίς ὑμᾶς ἐνέκοψε τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι;

7 Currebatis pulchrè, quis vos interpellauit, vt non obſequeremini veritati?

7 Currebatis bene, quis vos impediuit veritati non obedire?

Ἡ πεισμονὴ οὐκ ἐκ τοῦ καλοῦντος ὑμᾶς.

8 Hæc perſuaſio non eſt ex eo qui vocat vos.

8 Perſuaſio non eſt ex eo qui vocat vos.

Μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ.

9 ¶ Paulum fermenti totã maſſam fermentat.

9 Modicum fermentum totam maſſam corrumpit. 1. Cor. 5. b. 6

Ἐγὼ πέποιθα εἰς ὑμᾶς ἐν Κυρίῳ, ὅτι οὐδὲν ἄλλο φρονήσετε· ὁ δὲ ταράσσων ὑμᾶς βαστάσει τὸ κρῖμα, ὅστις ἂν ᾖ.

10 Ego cõfido de vobis in Domino, vos nihil aliud eſſe ſenſuros: ſed qui turbat vos, auferet cõdemnationem, quiſquis fuerit.

10 Ego confido in vobis in Domino quòd nihil aliud ſapietis: qui autem conturbat vos, portabit iudicũ, quicunque eſt ille.

3 Teſtor enim, μαρτύρομαι δέ. Id eſt μαρτύρομαι γάρ. Omnino enim ſubiicitur præcedentis dicti ratio, ſed tamen ex hypotheſi quam expoſuit ſuprà, 3. b. 10. Deinde & hoc notandum eſt, conſiderari circunciſionem partim ex temporis circunſtantia, (deſiit enim eſſe ſigillum iuſtitiæ fidei, quum per Baptiſmum ſit abolita) partim ex aduerſariorum opinione, qui eam volebant cum Chriſto connectere, quaſi pars aliqua ſalutis in ea reſideret. Similis ac magis etiam impia eſt eorum opinio qui re vera idem ſentiunt atque iſti pſeudapoſtoli: ſed in eo multo ſunt impudentiores quòd circuncifionis loco ſuas traditiones & ἐθελοθρησκείας proponunt.

4 Facti eſtis inanes Chriſti. κατηργήθητε ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ. Sic libuit ad verbum exprimere hanc Paulinam phraſin, qua eluditur falſa iſtorum opinio qui putabant ſe meritorum & operum plenos ad Deum accedere, ſi Legalia illa obſeruaſſent: quibus reſpondet Paulus illos hac ratione fieri Chriſti iuſtitia ac proinde Dei gratia vacuos. Niſi malimus dicere illos à Chriſto ſeparatos, factos eſſe tanquam aliquid prorſus inane & nihili. Vulg. Euacuati eſtis à Chriſto. quam interpretationem diſertè reprehendit Hieronymus, vt vel ex hoc loco ſatis appareat hunc nõ eſſe Vulgatæ editionis interpretem. Eraſ. Chriſtus vobis factus eſt otioſus, non ſatis expreſſè. Ex à gratia excid. τῆς χάριτος ἐξέπεσατε. Copulam Hebræorum more in bimembri etiam oratione ſupplerimus, ſæpe iam annotauimus, vt Iohan. 10. c. 16, & infrà 1. Tim. 4. a. 1, & aliquoties in poſteriore ad Corinthios epiſtola. Excidiſtis, ἐξέπεσατε. Atqui firma eſt electio. Concedo: ſed dicuntur excidere qui illius adipiſcendæ iter erant ingreſſi. quod etiam reprobis cõtingit, quum aliqui ſint etiam ad veram fidem gradus. Iuſtificamini, δικαιοῦσθε. Intelligendum hoc eſt κατ' ἐνόμισαν. Nam re vera non iuſtificabantur ex Lege, quæ potius occidit, (vt nunc quidem à Paulo cõſideratur) ſed tamen ab illa ſe iuſtificari gloriabantur, vt Phariſæus ille cuius meminit Lucas.

5 Spiritu ex fide, πνεύματι ἐκ πίστεως. Id eſt Spiritu qui fidem gignit, ſeu qui fidelibus datur. Siue, Spiritu, id eſt ex fide, nõ autem ex carne. id eſt, iis quæ à nobis poſſunt proficiſci, vt ceremoniis: ſub quorum inuolucris latebat ſanctorum fides ante Chriſti aduentum. Neque enim Deo damus iuſtitiam, ſed ab eo gratis datam accipimus per fidem: quæ & ipſa gratuitò confertur. Spem iuſtitiæ ἐλπίδα δικαιοσύνης. Id eſt, coronam gloriæ ſiue hæreditatem quæ per Chriſtum gratis iuſtificatos & cohæredes factos manet. Accipitur enim ſpes μακροθυμικῶς pro eo ipſo quod ſperatur, vt Rom. 8. c. 24.

6 Neque præputium, οὔτε ἀκροβυστία. Hoc omnino addẽdum fuit, ne videatur tribuere præputio quod circuncifioni detrahebat. Itaque vtroſque reuocat ad vnicum iuſtitiæ inſtrumentum. Fides per charitatẽ agens, πίστις δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη. Sic diſtinguitur viua & vera fides à mortua & adulterina: non autem charitas, tanquam iuſtificationis συναίτιον, fidei adiungitur: quum hoc repugnet ex diametro ſuperioribus omnibus argumentis. Præputium verò appellat, circuncifum non eſſe: & circuncifionem, circuncifum eſſe.

7 Veritati, τῇ ἀληθείᾳ. Ergo doctrina pſeudapoſtolorum, & quæcunque alia religionis præcepta vnquam tradita ſunt aut tradentur, mera ſunt mendacia. Vide ſuprà, 3. a. 1.

8 Hæc perſuaſio non eſt, ἡ πεισμονὴ, &c. Hieronymus admoneri in vetuſtis codicibus ſe nõ inueniſſe hoc totũ,

τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι, vt non obſequeremini veritati. ac multo minus quod in quibuſdam codicibus adiicitur, Nemini cõſenſeritis. Ita poterit hic verſiculus adiungi ſuperiori quaſi pro reſponſione, hoc modo, Quis vos interpellauit? perſuaſio nõ profecta ab eo qui vocat vos. Nos tamen illud prius inuenimus in omnibus noſtris exẽplaribus, ideóque ſuppleuimus ἐστίν, & vt tanquam αἰτιατικὴν expoſuimus, cum Auguſtino. Ex eo qui vocat vos, ἐκ τοῦ καλοῦντος ὑμᾶς. Id eſt, à Deo, qui non deſinit vos etiam nunc vocare, ad reſipiſcentiam videlicet. 5

Ἐγὼ δέ, ἀδελφοί, εἰ περιτομὴν ἔτι κηρύσσω, τί ἔτι διώκομαι; ἄρα κατήργηται τὸ σκάνδαλον τοῦ σταυροῦ.

11 Ego autem, fratres, ſi circunciſionem ᵛetiam prædico, quid adhuc perſequutionem patior? nempe abolitum eſt ᵛoffendiculum crucis.

11 Ego autẽ fratres, ſi circunciſionem adhuc prædico, quid perſequutionẽ patior? ergo euacuatum eſt ſcandalum crucis.

Ὄφελον καὶ ἀποκόψωνται οἱ ἀναστατοῦντες ὑμᾶς.

11 Vtinam ᵛetiam abſcindãtur qui vos inquietant.

12 Vtinam & abſcindantur qui nos conturbant.

Ὑμεῖς γὰρ ἐπ' ἐλευθερίᾳ ἐκλήθητε, ἀδελφοί· μόνον μὴ τὴν ἐλευθερίαν εἰς ἀφορμὴν τῇ σαρκί, ἀλλὰ διὰ τῆς ἀγάπης δουλεύετε ἀλλήλοις.

13 Vos enim ad libertatem ᵛvocati eſtis, fratres: tantùm ne libertatem *arripite ne datam* carni occaſionẽ, ſed ex charitate ſeruite aliis aliis.

13 Vos enim in libertatem vocati eſtis, fratres: tantùm ne libertatem in occaſionem detis carnis, ſed per charitatem ſeruite inuicem.

Leuit.19.d.18 matth.22.d.39 mar.12.c.31 rom.13.c.9 iac.2.b.8

Ὁ γὰρ πᾶς νόμος ἐν ἑνὶ λόγῳ πληροῦται, ἐν τῷ, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν.

14 Nam ᵛtota Lex ᵛvno verbo cõpletur, iſto *videlicet*, ‖ Diliges proximum tuum vt teipſum.

14 Omnis enim Lex in uno ſermone impletur, Diliges proximum tuum ſicut teipſum.

Εἰ δὲ ἀλλήλους δάκνετε καὶ κατεσθίετε, βλέπετε μὴ ὑπ' ἀλλήλων ἀναλωθῆτε.

15 Quòd ſi alii alios mordetis & deuoratis, videte ne viciſſim alii ab aliis conſumaminí.

15 Quòd ſi inuicem mordetis & comeditis, videte ne ab inuicem conſumamini.

Rom.13.c.14 1.pet.1.c.11

Λέγω δέ, πνεύματι περιπατεῖτε καὶ ἐπιθυμίαν σαρκὸς οὐ μὴ τελέσητε.

16 Hoc autem dico, ‖ ſpiritu incedite: & quod concupiſcit caro, ᵛne perficite.

16 Dico autem, Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis.

Ἡ γὰρ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος, τὸ δὲ πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκός· ταῦτα δὲ ἀντίκειται ἀλλήλοις, ἵνα μὴ ἃ ἂν θέλητε, ταῦτα ποιῆτε.

17 ᵛNam caro concupiſcit aduerſus ſpiritũ, ſpiritus autẽ aduerſus carnẽ: hæc autẽ inter ſe oppoſita ſunt, vt nõ quæcúque volueritis, eadem faciatis.

17 Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnem: hæc enim ſibi inuicem aduerſantur, ne non quæcunque uultis, illa faciatis.

11 Etiam prædico, κηρύσσω. Vulg. & Eraſ. Adhuc prædico. Mihi verò nũquam videtur Paulus circũciſionem eo modo prædicaſſe de quo hic agitur: nempe quaſi cum Chriſto eſſet cõiungenda. At enim fuit Phariſæus. Fateor: ſed verbum κηρύσσειν ad Apoſtolicum munus reſpicit. Offendiculum crucis, τὸ σκάνδαλον τοῦ σταυροῦ. Crucem vocat Euangelicam doctrinam quæ in ſolius crucifixi Chriſti iuſtitiã reſpicit, ideóque à Iudæis non admittebatur. Hinc illæ perſequutiones aduerſus Paulũ excitatæ quaſi Legis Dei hoſtem. Nam de exteris non agit hoc in loco, ſed ſpectat eos quibuſcum erat ipſi negotium in hac epiſtola. neque etiam legimus alios fuiſſe Apoſtolo moleſtos quàm Iudæos, aut eos certè demum qui à Iudæis erant incitati.

12 Etiam abſcindantur, καὶ ἀποκόψονται. Abſcindi ſignificat exterminari à Deo: ſed videtur tamẽ Paulus ad pelliculæ ſectionem alludere quam iſti vrgebant. Auguſtinus Excindi interpretatur pro ſpadonem fieri, nempe propter regnum cælorum, quaſi Paulus illis non imprecetur, ſed bene precetur. offendit enim eũ hæc imprecatio: ſed fruſtra, cuius tot exempla ſuppeditat Dauid, & noſter idem Apoſtolus 2. Tim. 4. c. 14. Qui inquietant, ἀναστατοῦντες. Id eſt qui vos quaſi ſedibus veſtris pellunt, dum non ſinunt vos in Chriſto acquieſcere, vt coperatis. Nam quiſquis prædicat Legem, cogit neceſſariò conſcientiam perpetuò trepidare, & modò huc modò illuc transferri, quum nuſquam tranquillum portum inueniat: contrà verò iuſtificati ex fide pacem habemus, Rom. 5. a. 1. Vulg. Conturbant. Eraſ. Labefactant.

13 Vocati eſtis, ἐκλήθητε. Id eſt gratis aſciti, vt alibi ſæpe diximus. Hoc autem obſeruandum eſt, Apoſtolum abſoluta iam diſputatione quæ ad dogmata ſpectat, ad vitæ præcepta deſcendere.

14 Tota Lex, πᾶς νόμος. Alibi ſæpe annotauimus, quod in genere apud Paulum dicitur, interdum reſtringendum eſſe ad id de quo agitur: vt hoc loco Legis nomen ad ſecundam tabulam. Vno verbo, ἐν ἑνὶ λόγῳ. Id eſt vno præcepto, Hebræorũ more, qui decem præcepta idcirco vocãt עשרת הדברים, vt & Græci δεκάλογον. Eſt autem hoc quoque notandum, Paulum de moribus Chriſtianorum diſcurum, ſumere Legem Dei pro vitæ regula.

16 Spiritu incedite, πνεύματι περιπατεῖτε. Spiritum vocat ſuo more partem hominis à Spiritu Dei veluti recens animatam, id eſt peccato mortuam, & à Deo viuificatam. Vide Ioh. 3. a. 6, vbi etiam expoſuimus quid ſit caro, ſicut & alibi ſæpe in epiſtola ad Romanos: nimirum quicquid eſt in homine non inſtauratum per gratiã in Chriſto fide apprehenſo. Ne perficite, οὐ μὴ τελέσητε. Sic conſtrui ſolet οὐ μὴ cum ſubiunctiuo, pro imperandi modo. Quid ſit autem carnis concupiſcentiam perficere, diximus Rom. 6. b. 12.

17 Nam caro, ἡ γὰρ σὰρξ. Meritò hoc addit, quum in vno & eodẽ homine regenerato ſit caro & ſpiritus: cuius certamen copioſiſſimè explicatur Rom. 7. Caſtellio verò nimium impudenter hunc locum & ſimiles alios corrupit, quum carnis nomine carnales, id eſt eos qui ſunt ex circunciſione: per ſpiritum verò, ſpirituales, id eſt eos qui ex fide ſunt, intelligeret.

Εἰ δὲ πνεύματι ἄγεσθε, οὐκ ἐστὲ ὑπὸ νόμον.

18 ᵛQuòd ſi ſpiritu ducimini, non eſtis ſub Lege.

18 *Quod ſi ſpiritu ducimini, non eſtis ſub Lege.*

Φανερὰ δέ ἐστι τὰ ἔργα τῆς σαρκός· ἅτινά ἐστι, μοιχεία, πορνεία, ἀκαθαρσία, ἀσέλγεια,

19 Porro manifeſta ſunt opera carnis: quæ ſunt, adulterium, ſcortatio, impuritas, proteruia,

19 *Manifeſta ſunt autem opera carnis, quæ ſunt, fornicatio, immunditia, luxuria,*

Εἰδωλολατρεία, φαρμακεία, ἔχθραι, ἔριδες, ζῆλοι, θυμοί, ἐριθεῖαι, διχοστασίαι, αἱρέσεις,

20 Idolòlatria, veneficium, inimicitiæ, lis, æmulationes, iræ, contentiones, diſſidia, ᵛhæreſes,

20 *Idolorũ ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ,*

Φθόνοι, φόνοι, μέθαι, κῶμοι, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις, ἃ προλέγω ὑμῖν, καθὼς καὶ προεῖπον, ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν.

21 Inuidiæ, cædes, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quæ prædico vobis, ſicut prædixi: eos *videlicet* qui talia agũt, regni Dei non fore hæredes.

21 *Inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quæ prædico vobis ſicut prædixi, quoniã qui talia agũt, regnũ Dei nõ conſequẽtur.*

Ὁ δὲ καρπὸς τοῦ Πνεύματος, ἐστὶν ἀγάπη, χαρά, εἰρήνη, μακροθυμία, χρηστότης, ἀγαθωσύνη, πίστις, πραΰτης, ἐγκράτεια.

22 At fructus ᵛSpiritus, eſt charitas, gaudium, pax, lenitas, benignitas, bonitas, fides, manſuetudo, temperantia.

22 *Fructus autem Spiritus eſt charitas, gaudium, pax, patẽtia, benignitas, bonitas, longanimitas,*

23 *Mãſuetudo, fides, modeſtia, cõtinentia, caſtitas: aduerſus huiuſmodi non eſt lex.*

Κατὰ τῶν τοιούτων οὐκ ἔστι νόμος.

23 ᵛAduerſus eos qui ſunt eiuſmodi, non eſt lex.

Οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ, τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις.

24 ᵛQui enim *ſunt* Chriſti, ᵛcarnem crucifixerunt cum affectibus & concupiſcentiis.

24 *Qui autẽ ſunt Chriſti, carnem crucifixerunt cũ mitijs & cõcupiſcentiis.*

Εἰ ζῶμεν πνεύματι, πνεύματι καὶ στοιχῶμεν.

25 ᵛSi viuimus ſpiritu, ſpiritu etiam incedamus.

25 *Si viuimus ſpiritu, ſpiritu & ambulemus.*

Μὴ γινώμεθα κενόδοξοι, ἀλλήλους προκαλούμενοι, ἀλλήλοις φθονοῦντες.

26 ᵛNe ſimus inanis gloriæ cupidi, alii alios prouocantes, alii aliis inuidentes.

26 *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.*

Κεφάλαιον ς΄

CAP. VI.

CAP. VI.

Ἀδελφοί, ἐὰν καὶ προληφθῇ ἄνθρωπος ἔν τινι παραπτώματι, ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον, ἐν πνεύματι πραΰτητος· σκοπῶν σεαυτόν, μὴ καὶ σὺ πειρασθῇς.

1 FRatres, etiamſi præoccupatus fuerit ᵛhomo in aliqua offenſa, ᵛvos ſpirituales ᵛinſtaurate huiuſmodi hominem ᵛcũ ſpiritu mãſuetudinis: cõſiderãs temetipſum, ne & tu tenteris.

1 *FRatres, etſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis: cõſiderans ꝛc ipſe ne & tu tenteris.*

28 Quòd ſi Spiritu ducimini, εἰ δὲ Πνεύματι ἄγεσθε. Vide Rom.6.c.14 & 15, vbi de hac re tota abundè diſſeruimus. 10 Hæreſes, αἱρέσεις. Vide Act.5.d.17, & 1.Cor.11.d.19.

22 Spiritus, τοῦ Πνεύματος. Non ſunt igitur fructus liberi arbitrii, niſi quatenus à gratia liberatum eſt: & quæcunque harum virtutum ſigna in iis extiterunt qui Chriſtum non cognouerunt, non fuerunt virtutes, ſed inania virtutum ſimulacra coram Deo.

23 Aduerſus eos qui ſunt huiuſmodi, κατὰ τῶν τοιούτων. Si hoc accipias neutro genere, frigida admodum fuerit ſententia. Quorſum enim diceret Legem aduerſus iſtas præclaras virtutes latam non eſſe? Ideo periphraſin adhibui, vt perſpicuitati ſtuderem. Senſus autem eſt, eiuſmodi homines ſub Lege non eſſe, ſed ſub Spiritu ſeu gratia, vt dixerat ſuprà, verſu 18. Quid ſit autem ſub Lege non eſſe, expoſuimus Rom.6.c.14 & 15.

24 Qui enim *ſunt* Chriſti, οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ. δὲ pro γὰρ iterũ poſitũ eſſe liquet, vt ſuprà, verſu 1. Cauſam enim adfert cur eiuſmodi homines non ſint ſub Lege. quia (inquit) Chriſtus, cuius Spiritu agũtur, carnem in iis extinxit. Ergo ſub Lege nõ eſſe, hoc in loco, non ad remiſſionẽ peccatorum, ſed ad ſanctificationem pertinet in nobis inchoatam, vt diximus Rom.6.c.15. Origenes tollit particulam δὲ. Ambroſius legit Χριστοῦ, Chriſti, in recto plurali. Carnem crucifixerunt, τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν. Vide Rom.6.a.6. Cum affectibus, σὺν τοῖς παθήμασι. Cicero perturbationes & morbos animi vocat. Vetus interpres Vitia conuertit. Vide Rom.7.a.5.

25 Si viuimus Spiritu, εἰ ζῶμεν Πνεύματι. Id eſt, Si verè donati ſumus illo Spiritu viuificò, qui facit vt peccato mortui, Deo viuamus, hoc re ipſa. i. ſancta vita, teſtemur, quæque verbi Dei regulæ reſpondeat. Hoc enim eſt στοιχεῖν. Vide infrà, 6.d.16. 26 Ne ſimus, μὴ γινώμεθα. Vulg. & Eraſ. Ne efficiamur. Atqui natura ipſa tales nos genuit. Sed ſi ex Spiritu renati ſumus, cauendum ne tales ſimus quales ſunt non renati.

IN CAPVT VI.

1 Fratres, ἀδελφοί. Latet in hoc etiam vno verbo argumentum. Minimè enim decet fratres inhumana feritas morum in reprehenſionibus, ſed ſancta potius ſolicitudo, vt qui aberrarũt reuocentur in viam. Sed hic rurſus peccatũ videtur in capitis ſectione: quod ego potius ab extremo ſuperioris ſectionis verſiculo inchoarim. Videtur enim ver.15, cõplecti ſuperioris tractationis ſummã, à qua dependẽt ſequẽtes admonitiones, tanquã ſpecies à genere. Præoccupatus, προληφθῇ. præoccupatus videlicet à carne & Satana, vt Mat.16.d.41, & 1.Pet.5.c.8. Quis autẽ fratrem incautũ ex inſidiis nõ eripuerit. Homo, ἄνθρωπος. Hoc etiã vidit ſenex ille Terẽtianus, quum diceret, Homo ſum, humani à me nihil alienum puto. Sed & naturæ imbecillitas ita ſignificatur;

Vos Spirituales, ὑμεῖς οἱ πνευματικοί. Id eſt, Vos qui Spiritus virtute ſuſtinemini, quos vocauit ἰσχυροὺς, id eſt fortes ac robuſtos, Rom. 15. a. 1. Inſtaurate, καταρτίζετε. Id eſt, nitimini in eo ſupplere quod deeſt, & cum quotidie magis ac magis perficere. Vide Matth. 21. b. 16 Cum ſpiritu manſuetudinis, ἐν πνεύματι πραΰτητος. Ita loquuntur Hebræi, vt omnes veras virtutes intelligamus à Dei gratia proficiſci: ideo hunc Hebraiſmum libenter retinuimus.

Ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζετε, καὶ οὕτως ἀναπληρώσατε τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ.

1 Alii aliorum onera portate: & ita complete Legem Christi.

1 Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis Legem Christi.

Εἰ γὰρ δοκεῖ τις εἶναί τι, μηδὲν ὢν, ἑαυτὸν φρενατᾷ.

3 Nam ſi quis sibi videtur aliquid quum nihil ſit, hunc ſuus ipſius animus fallit.

3 Nam si quis existimat se aliquid esse, cùm nihil sit, ipse se seducit.

Τὸ δὲ ἔργον ἑαυτοῦ δοκιμαζέτω ἕκαστος, καὶ τότε εἰς ἑαυτὸν μόνον τὸ καύχημα ἕξει, καὶ οὐκ εἰς τὸν ἕτερον.

4 Opus autem ſuum probet vnuſquiſque: & tunc in ſemetipſo gloriationem habebit, & nō in alio.

4 Opus autem suū probet unusquisque, & sic in semetipso tantùm gloriam habebit, & non in alterο.

1. Cor. 3. b. 8

Ἕκαστος γὰρ τὸ ἴδιον φορτίον βαστάσει.

5 ‖ Nam vnuſquiſque ſuum onus portabit.

5 Vnusquisque enim onus suum portabit.

1. Cor. 9. a. 7

Κοινωνείτω δὲ ὁ κατηχούμενος τὸν λόγον τῷ κατηχοῦντι, ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς.

6 ‖ Communicet autem qui inſtituitur in ſermone, ei qui ſe inſtituit, omnia bona.

6 Cōmunicet autē is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat, in omnibus bonis.

Μὴ πλανᾶσθε· Θεὸς οὐ μυκτηρίζεται. ὃ γὰρ ἐὰν σπείρῃ ἄνθρωπος, τοῦτο καὶ θερίσει.

7 Ne ſeducamini: Deus non irridetur. quicquid enim ſeminauerit homo, hoc & metet.

7 Nolite errare: Deus nō irridetur. quæ enī seminauerit homo, hæc & metet.

1 Legem Chriſti, τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ. Mutua charitas toties à Chriſto inculcata, & quæ vno Chriſti Spiritu nos afflante intelligitur & præſtatur, peculiariter dicitur Chriſti Lex, vt Ioh. 13. b. 15. & d. 33, & 34, & 15. b. 12, vbi Chriſtus diſertè hoc mandatum, ſuum vocat. Tacita autem ſubeſt antitheſis inter Legem Moſis (id eſt externā laruam quam pſeudapoſtoli tantopere vrgebant) & Legem Chriſti, cui ſanctificatus animus ſtudet. Et complēdi verbum non ſignificat perfectè præſtare, ſed re ipſa exequi.

3 Sibi videtur, δοκεῖ. Τὸ δοκεῖν & τὸ εἶναι opponūtur, vt apud Latinos Videri & Eſſe, apud nos in vernaculo ſermone, cuider & eſtre.

4 In ſemetipſo, εἰς ἑαυτόν. Id eſt, ἐν ἑαυτῷ. Hanc enim ſententiam eſſe puto, Si noſipſos approbauerimus, potius quàm alios dānemus, fore vt hac ratione, gloriæ argumentum non cogamur petere ex aliorum exemplo, (qua in re videlicet mirum eſt quàm exeutiamus) ſed in nobiſipſis inueniamus. Quid igitur dicet aliquis, An cuiquam licet de ſe gloriari? Minimè verò, niſi certa cum ratione. Nam certè Apoſtolus ſibi conſcius erat donorum quæ à Domino acceperat, vt qui ſeſe iam approbaſſet, quū diceret, Imitatores mei eſtote, vt & ego Chriſti: & tamen à Phariſaiſmo procul aberat. Aliud enim eſt falſo nomine & ambitioſè ſe efferre, aliud verè & piè ſeſe hominibus pro inſigni bonitatis Dei exemplari proponere, aliud coram hominibus gloriari ad Domini gloriam, aliud coram Deo, quaſi non omnia illi debeas in ſolidum. Itaque hunc locum ſic interpretor, Danda vobis opera ne alii alios deſpiciatis, imò vt alii alios inuetis. Nam qui putat ſe aliquid eſſe, nihil eſt, & ſeipſum fallit. Itaque ſic vitam ſuam vnuſquiſque inſtituat vt in ſeipſum potius quàm in alium reſpiciens, ſe verè ſanctum eſſe comprobet. quod ſi fecerit, tum demum ſolidæ in Domino gloriationis argumentū, non ex aliorū collatione, (quaſi præ aliis ſit aliquid) ſed ex ſua ipſius vita arripiet. Neque enim extremo illo die cēſebimur ex noſtri cum aliis comparatione, ſed ex iis quæ vnuſquiſque geſſerit. Itaque δοκιμαζέτω non accipio pro ſimplici exploratione. Neque enim materiā ſanctæ & iuſtæ gloriæ inuenit quiſquis ſeipſum explorat, ſed quiſquis ſeſe ita gerit vt meritò ſeſe omnibus approbet. Sic vſurpatur idem verbum 2. Cor. 8. b. 8. Quod verò in nōnullis codicibus additur μόνον, non eſt in Græcis ſcholiis, nec ſanè videtur ſatis conuenire.

5 Nam vnuſquiſque, ἕκαστος γάρ. Cauſam propriè nō adfert proximi dicti, id eſt eius vtilitatis quam ex ſuiipſius approbatione dixit capturū vnumquenque, ſed cur neceſſe ſit omnes potius de ſeipſis approbandis quàm de aliis condemnandis eſſe ſolicitos.

6 Qui inſtituitur, ὁ κατηχούμενος. Vulg. & Eraſ. Qui catechizatur, & mox, Qui catechizat. Verbū κατηχεῖν propriè quidem dicitur de primis rudimētis, vt docuimus Luc. 1. a. 4, ſed videtur hic accipi generalius pro διδάσκειν. Generalis enim eſt doctrina quæ hic traditur, vt diſcipuli magiſtrū alant: quod qui nō faciat, impius quodāmodo inter profanos etiā homines cenſeatur. In ſermone, τὸν λόγον. Cōſtructio hæc Græca eſt, vt ſi dicas, doceri grāmaticam. neque dubiū eſt quin hoc pertineat ad participiū κατηχούμενος, quāuis aliud putet Marcion, vt tradit Hieronymus. Vocat autē Paulus τὸν λόγον doctrinā Euangelicā, Scripturæ more κατ' ἐξοχήν, vt Act. 16. a. 6, & alibi ſæpe. quanuis ſæpiſſime addi ſoleat Κυρίου Domini, vel τοῦ Θεοῦ, Dei. latétque in hoc verbo argumentum, nequid iniqui petere videatur, quū pro ſpiritualibus monet vt dentur carnalia, 2. Cor. 9. b. 11. Omnia bona, ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς. i. quæuis, pro facultatū & neceſſitatis ratione. Neque enim vult Paulus dari omnia, ſed omnibus modis gratos eſſe diſcipulos. Eſt autē Hebræa conſtructio cū præpoſitione ב, quaſi dicas ex omnibus bonis ſuis: ſicut in vernaculo ſermone dicimus, *De tous ſes biens*: quo modo interdum accipitur ב, vt Leuit. 8. g. 32. Itaque quod adfert Eraſmus, λόγον accipi poſſe pro ratione (quaſi velit Apoſtolus rationem dati & accepti cōſtare inter magiſtrum & diſcipulum, ſed ita demum ſi qui tradidit, ſincerè tradidit) prorſus eſt ἀνοσιώδεινον.

7 Seminarit, σπείρῃ. Vſitatum eſt Apoſtolo, ſumptus ſementi com parare quam ſequitur meſſis (id eſt vita æterna) vel diſpendium, ſiquis ſterili ſolo ſemina mandarit, vt 1. Cor. 9. b. 11, & 2. Cor. 9. b. 6. quæ tranſlatio verbi זרע paſſim ad omnes vitæ actiones tranſfertur, vt Proue 1. 11. b. 8, & 11. c. 18. Hic verò Paulus (meo iudicio) de miniſtrorum alimentis pergit diſſerere: & quum dixiſſet Deū non irrideri, quòd valde hic ſint ingenioſi homines in quærendis ſubterfugiis, nūc oſtendit quanto præſtet ſpiritu ſerere (id eſt comparandis iis quæ ad pietatem ac religionē pertinent, bonis ſuis non parcere) quàm carni ſerere, id eſt fluxis iſtis & caducis bonis accumulādis opes impendere. quorū deſiderio ſic feruent homines vt hic minimè omniū ſint parci: quū tamen hæc

omnia perire & conſumi oporteat, illinc verò perennis vitæ theſaurus ad nos redeat. Siquis malit carnem prò iis accipere quæ per ſe vitioſa ſunt, φθορὰν nomine æternum interitum interpretari licebit. Sed aſſentior doctiſſimo interpreti, qui fluxam opum naturam putat hoc nomine ſignificari. Vtrouis autem modo accipias, interitus nomen melius conuenit quàm corruptionis.

Ὅτι ὁ σπείρων εἰς τὴν σάρκα ἑαυτοῦ, ἐκ τῆς σαρκὸς θερίσει φθορά· ὁ δὲ σπείρων εἰς τὸ πνεῦμα, ἐκ τοῦ πνεύματος θερίσει ζωὴν αἰώνιον.

8 Nam qui ſeminat carni ſuæ, ex carne metet interitum: qui verò ſeminat ſpiritui, ex ſpiritu metet vitam æternam.

8 Quoniã qui ſeminat in carne ſua, de carne et metet corruptionem: qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam.

Τὸ δὲ καλὸν ποιοῦντες μὴ ἐκκακῶμεν· καιρῷ γὰρ ἰδίῳ θερίσομεν, μὴ ἐκλυόμενοι.

9 Porro ne benefaciendo ſegneſcamus. Tempore enim ſuo metemus, ſi non elanguerimus.

9 Bonum autem facientes, non deficiamus: tempore enim ſuo metemus nõ deficientes. 2.Theſſ.3.c.13

Ἄρα οὖν ὡς καιρὸν ἔχομεν, ἐργαζώμεθα τὸ ἀγαθὸν πρὸς πάντας, μάλιστα δὲ πρὸς τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως.

10 Nempe igitur dum tempus habemus, ſimus benefici erga omnes, maximè verò erga domeſticos fidei.

10 Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autẽ ad domeſticos fidei.

Ἴδετε πηλίκοις ὑμῖν γράμμασιν ἔγραψα τῇ ἐμῇ χειρί.

11 Videtis quàm longis literis vobis ſcripſerim mea manu.

11 Videte qualibus literis ſcripſi vobis mea manu.

Ὅσοι θέλουσιν εὐπροσωπῆσαι ἐν σαρκί, οὗτοι ἀναγκάζουσιν ὑμᾶς περιτέμνεσθαι, μόνον ἵνα μὴ τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ διώκωνται.

11 Quicunque volunt ſpecioſi apparere in carne, ii cogũt vos circuncidi: tantùm ne ob crucẽ Chriſti perſequutionem patiantur.

11 Quicunque uolũt placere in carne, hi cogunt uos circuncidi, tantùm ut crucis Chriſti perſequutionẽ non patiantur.

Οὐδὲ γὰρ οἱ περιτεμνόμενοι, αὐτοὶ νόμον φυλάσσουσιν· ἀλλὰ θέλουσιν ὑμᾶς περιτέμνεσθαι, ἵνα ἐν τῇ ὑμετέρᾳ σαρκὶ καυχήσωνται.

13 Nam ne ipſi quidem qui circunciduntur, Legem ſeruant: ſed volunt vos circuncidi, vt de veſtra carne glorientur.

13 Neque enim qui circuncidũtur, Legem cuſtodiũt: ſed uolunt uos circũcidi ut in carne neſtra glorientur.

Ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· δι' οὗ ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ.

14 A me verò abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti: per quem mundus mihi crucifixus eſt, & ego mundo.

14 Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti: per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mũdo.

8 Carni ſuæ, εἰς τὴν ἰδίαν σάρκα ἑαυτοῦ. Vulg. In carne ſua. Eraſ. Per carnẽ ſuam. Ego puto εἰς reſpondere τῇ Hebræorũ, tertio caſui præpoſitæ, & finẽ ſeu ſcopũ declarare, vt Carni ſuæ, idẽ declaret atq; Huius vitæ cõmodis.

9 Benefaciendo autem, καλὸν δὲ ποιοῦντες. Id eſt, ἀγαθοποιοῦντες καὶ εὐεργετοῦντες. Nam id accipiendum eſſe de beneficentia, declarat proximus verſiculus. quanuis in quibuſuis bonis operibus valeat eadem doctrina. Vulg. & Eraſ. Bonum autem facientes. Si non elanguerimus, μὴ ἐκλυόμενοι. vel Si non defecerimus. quod tamen ambiguum videri poterat hoc in loco. Vide Mar. 8. a. 3. Sic autem omnino reſolui debet participium, quaſi ſcriptum ſit ἐὰν μὴ ἐκλυώμεθα. vt in illo Homeri verſiculo, Iliad. Τ, Ἴσον μοῖρα μένοντι, καὶ εἰ μάλα τις πολὺ χαίζει. Vulg. Non deficientes. Eraſ. Non defatigati.

10 Simus benefici, ἐργαζώμεθα τὸ ἀγαθόν. Vulg. & Eraſ. ad verbum, Operemur bonum, nimium obſcurè. Domeſticos fidei, τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως. Id eſt, eos qui per fidem ſunt in eadem atque nos familia Domini. Vſitatum enim eſt appellatione domus Domini Eccleſiam ſignificare. Filiorum autẽ Dei character eſt fides.

11 Quàm longis, πηλίκοις. ad verbum, Quantis. Vulg. Qualibus, in quo explicando miror cur ſe tantopere torqueant interpretes: dum alii ad ſublimitatem ſententiarum referunt, vt Hilarius: alii ad ipſa literarum elementa, quæ grandiuſcula fuerint, vt Hieronymus: alii ad deformitatem characterum, quaſi Paulus imperitus fuerit pingendarum literarum, vt exponit Theophylactus Chryſoſtomum ſequutus.

12 Specioſi apparere, εὐπροσωπῆσαι. Πρόσωπον, id eſt ſpeciem ſeu vultum opponit veritati, vt alibi ſæpe diximus. inde εὐπροσωπεῖν, pro quo dicimus vernaculo ſermone *Faire bonne mine*. Vulg. Placere. Eraſ. Iuxta faciem placere. In carne, ἐν σαρκί. Ita vocat ceremonias externas, quarum fuco illiti pſeudapoſtoli conabantur aliorum etiam ora inficere. Ob crucem Chriſti, τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ. Id eſt, ob Chriſti crucifixi prædicationem, cui iſti Legem adiungebant, vt Iudæorum bonam gratiam inirent.

13 De veſtra carne, ἐν ὑμετέρᾳ σαρκί. Id eſt, quòd vos Iudaiſmo implicuerint. Sed ad circunciſionem alludit: quaſi iſtos diceret ex præciſa Galatarum cuticula Iudæorum fauorem captare.

14 Gloriari, καυχᾶσθαι. Hoc verbum apud Paulum quùm in laude ponitur, non ſignificat ſibi aliquid tribuere (vt ſuperbi ſolent) ſed in aliqua re acquieſcere, idque non ſine animi exultatione, cuius exemplum inſigne ſuppeditat noſter Apoſtolus Rom. 8. v. 31, & deinceps. Mundus mihi crucifixus eſt, ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται. Mũdum vocat omnem hominum cæterarũmque rerum ſplendorem, qui iſtis pſeudapoſtolis perſtringebat oculos, vt præ iis Chriſtum contemnerent, quum ipſe nihil iſtis commoueretur. Itaque crucifixus eſt mundo quem mundus deſpicit, & mundus eſt crucifixus ei qui viciſſim mundum nihili facit. quod vtrũque ſibi tribuit Apoſtolus gratia Dei fretus, quum ſæpe mundus nihil ſit minus quàm crucifixus iis qui tamen mũdo ſunt crucifixi. Itaque valde hallucinatus eſt Caſtellio, quũ putaret his duobus rẽ vnã & eandẽ ſignificari. Vſus eſt autẽ crucifigendi verbo vt oſtenderet cur mundum odiſſet, & eum viciſſim mundus, & qua virtute fretus mũdum pro nihilo haberet. Nam alioqui neutrum eſſet laudabile.

Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ οὔτε περιτομή τι ἰσχύει, οὔτε ἀκροβυστία, ἀλλὰ καινὴ κτίσις.

15 Nam in Christo Iesu neque circúcisio quicquam valet, neque præputium, sed noua creatio.

15 In Christo enim Iesu neque circuncisio aliquid ualet, neque præputium, sed noua creatura.

Καὶ ὅσοι τῷ κανόνι τούτῳ στοιχήσουσιν, εἰρήνη ἐπ' αὐτοὺς καὶ ἔλεος, καὶ ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ τοῦ Θεοῦ.

16 Et quicunque secundũ hanc regulam incedẽt, pax erit super eos & misericordia, & super Israelem Dei.

16 Et quicunque hanc regulã sequuti fuerint, pax super illos & misericordia, & super Israel Dei.

Τοῦ λοιποῦ, κόπους μοι μηδεὶς παρεχέτω· ἐγὼ γὰρ τὰ στίγματα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματί μου βαστάζω.

17 De cætero nequis mihi molestias exhibeto: ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto.

17 De cætero nemo mihi molestus sit, ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto.

Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν, ἀδελφοί. Ἀμήν.

18 Gratia Domini Iesu Christi sit cũ spiritu vestro, fratres. Amen.

18 Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu nestro, fratres. Amen.

Πρὸς Γαλάτας ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης.

Ad Galatas missa fuit Roma.

Ad Galatas missa fuit è Roma.

15 Noua creatio, καινὴ κτίσις. Vide suprà, 5.2.6, & Rom.6.2.4.

16 Quicunque, ὅσοι. In definita particula tollit Gentium discrimen, ad quas hoc prius membrũ propriè spectat. Incedent, στοιχήσουσιν. Vulg. Sequuti fuerint. Mihi videtur στοιχεῖν aliquid amplius quàm περιπατεῖν significare, nempe ita incedere vt certum ordinem teneas, & quasi lineam non transilias: quod hic fuit exprimendum, propter additum normæ seu regulæ nomen. Et super Israelem Dei, καὶ ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ τοῦ Θεοῦ. Id est, super Iudæos, quorum laus non est ex hominibus, sed ex Deo, vt Rom.2.d.29. Præpositio autem ἐπὶ hanc gratiam declarat cælitus illabi, & duplex Israel sic constituitur.

17 De cætero, τοῦ λοιποῦ. Siue posthac, vt apud Aristophanem χρόνου τοῦ λοιποῦ. sed sæpius nõ exprimitur χρόνου, vt in ἀφ' ἡμέρας, ἀφ' ὥρας, & similibus. Stigmata, τὰ στίγματα. Id est, inustas notas, quales inqri seruis solebãt, magna quidem cum ipsorum infamia, vnde & stigmatix dicti sunt. sed hæc dedecora adeo pretiosa sunt coram Deo vt ea non dubitet Apostolus omni pseudapostolorum gloriæ opponere. Vocat igitur stigmata, nõ horrendi illius stigmatici idoli seu vera seu fictitia vulnera (nihil enim interest, quãquam fictitia esse satis constet) sed ea quæ commemorat 2.Cor.11, additque Κυρίου Ἰησοῦ, id est Domini Iesu: quoniam (vt rectè inquit ille) Martyrem non facit pœna, sed causa: simúlque has notas opponit circuncisionis cicatrici. quasi diceret, Cuticulam isti abscissam proferunt, non Iesu Christi nomine, sed cum illius potius dedecore. At mihi in eo gloriari liceat quòd longè alia stigmata & longè alias cicatrices possum proferre, non Legis seruitutis, sed Christianæ libertatis testes. Nam ii demum liberi sunt qui Christo seruiunt.

16 sit cum spiritu vestro, μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν. Id est, Animis vestris insideat, vt Dei Spiritu magis ac magis confirmemini. Videtur autem rursus spiritum dixisse, vt eos à carnis iustitia ad Euangelium reuocaret.

Epistola Pauli Apostoli ad Ephesios.

Παύλου τοῦ ἀποστόλου ἡ πρὸς Ἐφεσίους ἐπιστολή.

Κεφάλαιον αʹ

ΠΑΥΛΟΣ ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ, τοῖς ἁγίοις τοῖς οὖσιν ἐν Ἐφέσῳ καὶ πιστοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ·

1.Cor.1.d.1

NOVA INTERP. CAP. I.

1 PAVLVS Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, | sanctis qui agunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu:

VETVS. CAP. I.

1 PAVLVS Apostolus Christi Iesu per voluntatem Dei, omnibus sanctis qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu:

1 Per voluntatem, διὰ θελήματος. Vide Gal.1.a.4. Sanctis qui agunt, ἁγίοις τοῖς οὖσιν. Vel, sanctis qui estis. In nonnullis codicibus additur πᾶσιν, omnibus. Et fidelibus, καὶ πιστοῖς. Epexegesis. neque enim alia est sanctorum magis propria definitio.

Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

2 Gratia ſit vobis & pax à Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto.

2 *Gratia vobis & pax à Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto.*

Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ·

3 ‖ Benedictus ᵛDeus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, ᵛqui benedixit nobis ᵛomni benedictione ſpirituali, ᵛin cælis ᵛin Chriſto:

3 *Benedictus Deus & Pater noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali, in cæleſtibus in Chriſto:* 1.Cor.1.a.3 2.pet.1.a.3

Καθὼς ἐξελέξατο ἡμᾶς ἐν αὐτῷ πρὸ καταβολῆς κόσμου, εἶναι ἡμᾶς ἁγίους καὶ ἀμώμους κατενώπιον αὐτοῦ ἐν ἀγάπῃ.

4 Sicut ᵛelegit nos ᵛin ipſo antequam iacerentur fundamenta mundi, ᵛvt ſimus ᵛſancti & inculpati ᵛcoram eo ᵛper charitatem.

4 *Sicut elegit nos in ipſo ante mundi cõſtitutionem, vt eſſemus ſancti & immaculati in cõſpectu eius in charitate.*

Προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς αὐτόν, κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ,

5 ᵛQui prædeſtinauit nos ᵛquos adoptaret in filios per Ieſum Chriſtũ ᵛin ſeſe; ᵛpro beneuolo affectu voluntatis ſuæ,

5 *Qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorũ, per Ieſum Chriſtũ, in ipſum, ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ,*

3 Benedictus, εὐλογητός. Vide 1.Cor.1.a.3. Deus & Pater, ὁ Θεὸς καὶ πατήρ. Vide 1.Cor.15.c.24.

Quibenedixit nobis, ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς. Hebraiſmus tum in verbo ברך, quod εὐλογεῖν Græci, benedicere Latini conuertunt, tum etiam in eius conſtructione. Vide Matth.25.c.34. Omni benedictione ſpirituali, ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ. Id eſt, omni beneficentiæ genere, quæ verè cælestis eſt ac diuina. Nam quædam etiam ſunt vitæ præſentis benedictiones, ſed quæ nihil ſint præ illis, partim videlicet illarum duntaxat quaſi adumbrata ſimulacra in filiis Dei, partim etiã cum infidelibus cõmunes, quibus tamen, ſuo ipſorũ vitio, ſunt condemnationis inſtrumẽta. Vide 1.Cor.1.a.5. In cælis, ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Heb. במרומים ſub. מקומות, id eſt locis i. Cum Chriſto, vt 1.Philip.1.d.23. quæ formula ſæpe occurrit in hac epiſtola. Poteſt autem hic verſiculus dupliciter explicari, ſententia non multum diuerſa. Nam ſi Deum benedicentẽ ſpectemus, dicitur nobis benedicere in cælis, in quibus, quaſi in ſuo ſolio, ſedens, ſuis beneficiis nos cumulet: qua ratione commendantur dona ab eius maieſtate à quo proficiſcuntur, tanquam verè diuina, æterna, & ex ipſo Dei ſolio profecta. Sin autem homines ipſos ſpectemus in quos ea beneficia conferuntur, dicuntur benedici in terra quum iis dobis cumulantur quæ ad hanc vitam ſpectant: cuiuſmodi promiſſiones multo plures & magis expreſſæ fuerunt ſub Legis pædagogia, vt explicatur copioſè Deut.28. Et contrà benedici in cælis, quum iis muneribus donantur quæ propria ſunt ciuium regni cælestis, & ad æternam vitam in cælis tranſigendam pertinent, vt cognitione Dei in Chriſto, fide, ſpe, charitate, cæteriſque donis quæ ex his fontibus promanant. Qua ratione etiã dicimur iam in cælis verſari, Philip. 3.d.20. In Chriſto, ἐν Χριστῷ. Sic eſtè Vetus interpres, conſentientibus omnibus noſtris vetuſtis codicibus, & Græcis etiã ſcholiis. Ita etiam legit Theophylactus, niſi quòd addit, τοῦ, Ieſu, & Hieronymus: optimèque conueniunt ſequentia, vbi aſſiduè repetitur præpoſitio ἐν. Itaque non admitto Caſtellionis interpretationẽ qui cõuertit ἐν τοῖς ἐπουρανίοις Χριστῷ, in rebus Chriſti cælestibus: quaſi πῖ ἐπουρανίος ſcriptũ ſit neutro genere, & Χριστῷ poſitum pro Χριστοῦ. quanuis alioqui certum ſit ex Chriſti abundantia nos omnes haurire quicquid bonorum præſertim ſpiritualium habemus. Sed & Χριστῷ nolim accipere tertio caſu, pro ad Chriſti gloriam, quòd mihi videatur omnino Apoſtolus cauſam noſtræ ſalutis materialem (quam vocãt) indicare. Cur autem malim In Chriſto quàm In Chriſtum interpretari, dixi 1.Cor.1.a.1.

4 Elegit, ἐξελέξατο. Id eſt, Eligere propoſuit. quod etiam explicatur verſu proximo. Æterna enim electio eſt in Dei propoſito, de qua hic agitur: quum noſtri reſpectu tum demum dicamur eligi quum Deus ſuũ propoſitum in nobis exequitur. Deinde & illud notandum eſt, de electione ad vitam æternam hic agi, quæ æterno propoſito nititur, ideóque firma ac inuariabilis ſit oportet, quum Deus ſententiam non mutet. Sed in temporariis muneribus aliud cenſendum eſt, quorum ſpatio expleto, non mirum eſt repudiari qui ad certum tempus duntaxat electi fuerant, vt Sauli & Iudæ contigit. In ipſo, ἐν αὐτῷ. In ipſo videlicet adoptandos, vt poſtea explicat. Nã Chriſtus proponitur nobis vt mediator. ergo corruptio ordine cauſarum præcedat neceſſe eſt in Dei propoſito, corruptionem autem creatio in iuſtitia & ſanctitate, vt inſrà, 4.f.24: vt ſibi Deus tum ad eos per miſericordiam ſeruandos quos in Chriſto eligeret. tum ad eos iuſtè puniendos qui in iniquitate concepti permanerent, aditum ſibi patefaceret. Sed vt hæ cauſæ ſuis gradibus diſtinguantur, omnes tamen in Deo ſunt æternæ. ac omni tempore ſuperiores: vt tempotis ratione nec prius quicquam nec poſterius hic cenſeatur, ſed cauſarum duntaxat ordine. ſiquidem neceſſe eſt vt remedii ordinatio ſit morbi conſideratione poſterior. Quid ergo? dicet aliquis, Chriſtum facis ſecundariam noſtræ ſalutis cauſam? Hanc enim calumniam mihi conati ſunt quidam inurere. Audiant igitur quid reſpondeam in proximo verſiculo. Vt ſimus, εἶναι ἡμᾶς. Ergo neque quòd iam ſancti eſſemus, neque quòd Deus tales nos futuros proſpiceret. Qui enim tales eſſemus niſi nos Dominus elegiſſet & prior dilexiſſet? Ergo qui electionis doctrinam ſibi applicant, vt ſibi quamuis licentiam arrogent, poſſunt manifeſtè ex hoc loco conuinci falſitatis. Neque idcirco damnanda eſt hæc doctrina vt inutilis, vel curioſa, ſed vt vnicum ac firmum noſtræ ſalutis, pacis, ac conſolationis fulcrum, vtriuſque (quod aiunt) manibus retinenda. Sancti & inculpati, ἁγίους καὶ ἀμώμους. Nempe Chriſti iuſtitia induti, cuius virtute inci pimus mori peccato, vt Deo viuamus. Nam qui huius iuſtitiæ perfectionem in ſeſe quærit quandiu hic viuit, mirum ni ſaltem ſuæ conſcientiæ teſtimonio refellatur. Coram eo, κατενώπιον αὐτοῦ. Id eſt verè ac ſincerè. Vide Luc.1.a.6. Per charitatem, ἐν ἀγάπῃ. Hoc nonnulli ad proximum dictum referunt, quòd charitatis nomen vtriuſque tabulæ officia complectatur. Quidam malunt connectere cum ἐξελέξατο, vt ſignificet Apoſtolus Dominum ſola charitate gratuita impulſum vt nos eligeret. quibus potius aſſentiri velim. Sed vtrique expoſitioni prætulerim ſanè Budæi opinionem, qui hoc connectit cum ſequente verſiculo, hoc modo, ἐν ἀγάπῃ προορίσας ἡμᾶς, id eſt nobis per charitatem prædeſtinatis adoptioni per Ieſum Chriſtum. Nolui tamen quicquam mutare ex coniectura.

5 Qui prædeſtinauit nos, προορίσας ἡμᾶς. Quod dixerat ſuperiore verſiculo, nos in Chriſto ab æterno electos, nunc explicat, aliquid etiam adiiciens. Eligere in Chriſto igitur definit nihil aliud eſſe quàm gratis

deſtinare adoptioni per Chriſtũ. addit deinde cauſam finalem,nõ ſubalternam(quam vocant)cuius antè meminerat,ſed vltimã,nẽpe gloriam Dei,cuius ſumma tum miſericordia tum iuſtitia in adoptione iſta gratuita elucet. Sed inter electionem tamen & prædeſtinationem,ſi ſubtiliùs omnia ſcrutemur, quum alioquin electionis nomẽ latius pateat,hoc intererit,quòd electio reſpicit partim Dei propoſitũ,partim oppoſitum reproborũ mẽbrum,quũ mutuò ſe reſpiciant electi & reprobi:prædeſtinatio verò reſpicit partim ipſius propoſiti exequutionem,ac proinde totũ tum cauſarũ progreſſum quo Deus ſuos deducit, (vt quum hic dicimur prædeſtinati ad adoptionẽ,alibi verò ad opera bona,infrà,1.b.10,alibi ad ferendã crucẽ,vt Rom.8.f.29, & ad cognoſcẽdam Dei voluntatẽ,Act.15.d.14)partim verò fines quos ſibi Deus in eligendo propoſuit, nempe vitam æternã electorum,vt Act.13.g.48,Rom.9.f.11.& gloriã ipſius Dei,qui finis eſt vltimus,vt infrà, ver. 6 & 12. Synonyma enim ſunt προορίσας, προκαταρτίσας, προεχειρίσατο, & ſimilia,in quibus omnibus προ declarat conſiliũ Dei,quod quidẽ nõ modò euentus ſed etiã cauſas ipſas ex omni æternitate antegreditur,conſiliũ, inquã,quo vniuerſa & ſingula non modò præſciuit,ſed etiã decreuit. Quos adoptaret in filios per Chriſtũ Ieſum, εἰς υἱοθεσίαν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Explicat Apoſtolus quomodo accipiẽdũ ſit quod antè dixerat,nos in Chriſto electos ab æterno, ita nẽpe vt Chriſtus ſubſternatur Dei æterno conſilio,qui per eũ vnũ cõſtituit omnes electos ad ſuũ finẽ adducere. Neq; enim Chriſtũ hic cõſiderat nudè & ſeorſim vt Deũ Patri ὁμοούσιον, & per omnia æqualẽ,(qua ratione non in ipſo,ſed ab ipſo,ſicut & à Patre & à Spiritu ſancto,electi ſumus,quũ Dei οὐσία diuidi nec poſſit nec debeat)ſed vt mediatorẽ.i.vt Deũ manifeſtatũ in cærne:in quo vno gratis adoptati & recõciliati ſeruemur.Iã verò (vt antè diximus)corruptio recõciliationẽ præcedat neceſſe eſt, & integritas corruptionẽ,cauſarũ ordine:ex quo fit vt Deũ meritò dicamus,antequã hominẽ cõderet,primùm cõſtituiſſe gloriã ſuã in ſeruãdis per miſericordiã nõnullis patefacere,quũ primùm omniũ ſoleãt omnes artifices de fine cõſtituere:deinde vt hũc finẽ conſequeretur,decreuiſſe hominẽ cõdere marẽ & fœminã,integros quidẽ illos,ſed qui ſpõte lapſi,ſeſe poſteróſq; ſuos redderẽt indicio Dei obnoxios:ex quibus poſtea certos quos illi libuiſſet ſe electos per miſericordiam ſeruaret: ac demũ his conſtitutis,decreuiſſe opus illud edere omnium pulcherrimũ & magnificentiſſimũ,nempe vt Verbum illud æternum caro fieret.in quo adoptati quos ei rei prædeſtinaſſet,ac ſuo tempore ſapiẽtiam,iuſtitiam, ſanctificationem,redemptionem gratis per fidem adepti,ſeruarentur. Chriſtus ergo, vt mediator,non modò primaria,ſed etiam vnica eſt ſalutis noſtræ materia, quum nullum ſit aliud nomen ſub cælo in quo nos oporteat ſaluos fieri.Chriſtus is eſt in quem vnum tendit noſtra electio, quum per eum vnum gratis ſeruentur electi.Chriſtus denique is eſt in quo vno quærere electionis noſtræ declarationem & exequutionẽ oportet: quũ per eum vnum Pater æternum ſuum illud de nobis decretum declaret & exequatur. Sed tamen tantum abeſt vt,ſi cauſarum ordinem ſpectes, Pater in Chriſto mediatore cauſas quærierit eligendi aliquos ad ſalutẽ, vt contrà,quia Deus aliquos decreuerat eligere & per miſericordiam ſeruare,ideirco Chriſtum ipſum, quatenus homo eſt,primum omnium prædeſtinarit,in quo cæteros ſeruaret.quod & explicatur infrà,& diſertè exprimitur 1.Pet.1.d.20. Niſi quis ita inſanit vt Deum prius exiſtimet decreuiſſe quomodo conſilium ſuum exequeretur quàm conſilium vllum cepiſſet:prius de inſtauratione electorum quàm de hominis creatione & lapſu deliberaſſe:prius denique lapſum atque adeo creatum eſſe hominem,quàm Deus de hominũ conditione futura certum conſilium cepiſſet. quæ omnia quum ſint abſurdiſſima,ex eorum tamen placitis neceſſe eſt conſequãtur qui in Chriſto mediatore quærunt propoſiti Dei cauſas. Clamente iſti igitur quantum libuerit, nos Chriſtum facere ſecundariam noſtræ ſalutis cauſam, (quod tamen falſum eſſe ſuprà oſtendimus) hoc ego viciſſim reſpondebo,me nec poſſe nec velle Chriſtum aliter quàm Dei ac hominum pacificatorem intueri:apertiſſimè verò inſanire qui in ordine cauſarum texẽdo,vel propoſitum non modò creatione ſed etiam lapſu poſterius, vel morbum remedio poſteriorẽ faciant. In ſeſe, εἰς αὐτόν. Id eſt ὡς ἑαυτῷ. quibus verbis excludit Apoſtolus quæcunque vſquam ſunt extra Deum,vt ſignificet Deum in ſuis eligendis nihil neque præſens,(ſolus enim eſt æternus)neque futurum in cælo aut in terra,ſed ſeipſum vnum ſpectaſſe, in quo vno ſapientiſſimi & iuſtiſſimi ſui cõſilii cauſas inuenerit.qua ratione minimè excluditur à Patre,ſed cum illo vnitur Filius & Spiritus, quum hi tres ſint vnus Deus. Quod & ipſum in conſilii exequutione & cauſis diligenter eſt conſiderãdum: ita vt neque diſcerpamus οὐσίαν, neque perſonarũ operationes confundamus. Vulg.In ipſum,εἰς αὐτόν. quod nõ cõuenit. Sed multo etiam abſurdiusCaſtellio interpretatus eſt In eundẽ,id eſt εἰς τὸν αὐτόν. Pro beneuolo affectu voluntatis ſuæ,κατ' εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ. Vtroque hoc nomine res eadẽ, id eſt amor gratuitus ſignificatur, & de quo Dominus veluti ſibiipſi placet,vt ſæpe iam diximus. quo fit vt Paulus altero ſæpe ſit contentus. Sed tamen hoc in loco non eſt inanis hæc repetitio, tum propter emphaſin ex Hebræorum idiotiſmo,vt quum טִיט יָוֵן,id eſt è luto luti dicunt,Pſal.40.a.3.quem pleonaſmum iterũ annotauimus infrà,ver. 19,& 4.f.13,tum verò maximè vt intelligatur gratuitum Dei amorem hic conſiderari à Paulo in primo gradu,id eſt in propoſito.Nam primùm omniũ conſtituit Deus quos vellet honoris vaſa fieri: cuius decreti cauſa omnis in ipſo Deo eſt poſita,cui ita placuit,ad gloriã ſuam in illis declarandã: deinde quos propoſuit Pater gratos habere, eos in Chriſto ſibi gratos effecit, in eo ipſos contemplans, cui ſuo tempore eos donat. Neque enim apud Patrem Chriſtus paſſurus minus valuit quàm paſſus,quum ſint apud eum omnia præſentia. Tertius demum gradus eſt,quum reipſa eos efficaciter vocatos, Chriſto per fidem inſerit, non prius deſinens eos quotidie magis ac magis inſtaurare quàm vero Filio ſuo conformes factos,vt filios & hæredes regni æterni obſignet. Cæterùm κατ' εὐδοκίαν Vulgata & Eraſmus cõuertunt Beneplacitum:Caſtellio etiam Arbitrium, non ſatis expreſſè, vt mihi videtur,quia εὐδοκία ſolos electos reſpicit,non modò quòd Deus in eos bene ſit affectus,ſed etiam quia ſpõte eos amat,adeo vt ex eo quaſi voluptatem capiat.Ideo gratuitam beneuolentiam alibi cõuerti, hic verò quia τῆς θελήσεως adiungitur,affectum beneuolum.

Εἰς ἔπαινον δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἧς ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς ἐν τῷ ἠγαπημένῳ.

6 Ad laudem glorioſæ ſuæ gratiæ, qua nos gratis effecit ſibi gratos in illo dilecto.

6 *In laudẽ gloriæ gratiæ ſuæ, in qua gratificauit nos in dilecto.*

Ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, τὴν ἄφεσιν τῶν παραπτω-

7 In quo habemus redẽptionem, per ſanguinem ipſius, remiſſionem *inquam* peccato-

7 *In quo habemus redemptionem per ſanguinem eius, remiſſionem peccato-*

6 Ad laudem glorioſæ gratiæ ſuæ,εἰς ἔπαινον δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ. Id eſt, vt beneficentia ipſius ſicut ſummam laudem meretur,ita etiam prædicetur. Cuius enim animus tantam iſtam Dei bonitatem complecti poſſit? Gratis nos ſibi acceptos effecit,ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς. Hebr. חנן ficto quidem verbo, in coniugatione Hiphil,ſicut etiam fictum eſt τὸ ἱλαστήριον.

μάτων, καὶ τοῦ πλούτου τῆς χάριτος αὐτοῦ,
Ἧς ἐπερίσσευσεν εἰς ἡμᾶς ἐν πάσῃ
σοφίᾳ καὶ φρονήσει·
Γνωρίσας ἡμῖν τὸ μυστήριον τοῦ θελήματος αὐτοῦ, κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ, ἣν προέθετο ἐν αὐτῷ,
Εἰς οἰκονομίαν τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν, ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ, τὰ τε ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς.

rum ex diuite ipſius gratia,
8 Qua redũdauit in nos omni ſapientia & intelligentia:
9 Patefacto nobis myſterio voluntatis ſuæ, ſecũdum gratuitã ſuam beneuolentiam quã propoſuerat in ſeſe,
10 Nempe vt in pleni temporis diſpenſatione recolligeret omnia in Chriſto, tum quæ in cælis ſunt, tum quæ in terra:

rum ſecundum diuitias gratiæ eius,
8 Quæ ſuperabundauit in nobis in omni ſapientia & prudentia:
9 Vt notũ faceret nobis ſacramentũ uoluntatis ſuæ, ſecũdũ beneplacitũ eius, quod propoſuerat in eo.
10 In diſpenſatione plenitudinis temporũ inſtaurare omnia in Chriſto quæ in cælis & quæ in terra ſunt:

7 Ex diuite ipſius gratia, κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς χάριτος αὐτοῦ. Vulgata, Secundum diuitias gratiæ eius. Vide Rom. 1. 2. 4.

8 Qua, ἧς. Id eſt, per quam, videlicet gratiam ſeu beneficentiam. Poſitum eſt enim relatiuum in caſu antecedentis, Græcorum more. Vulgata, Quæ, ἥν. Eraſ. De qua, ἐξ ἧς. Omni, ἐν πάσῃ. Id eſt perfecta & integra, vt 1. Cor. 13. 2. 1. Eſt ergo Chriſtus crucifixus, vtrè cælestis, & omnium etiam Angelorum captum ſuperãs ſapientia, quanuis mundus eam pro ſtultitia habeat. Eſt enim μωρολογία, & ab iis ſolis intelligitur qui perfecti vocantur, quòd Dei gratia duce, perfectionis viam inſiſtant, 1. Cor. 2. b. 6 & 7. Itaque apage à nobis os illud impurum & blaſphemum Caſtellionis, qui nuper in illum Pauli locum ſcribẽs, auſus eſt apertè ſcribere, Chriſtum crucifixum, eſſe duntaxat ſapientiæ rudimentum: atque illud etiam, Deus bone, quàm impiè & quàm confidenter aſſerere, Paulum in ſuis omnibus epiſtolis nihil quàm rudimenta ſcripſiſſe, habuiſſe verò abſtruſiorem quandam ſapientiam, quam ſcriptis non tradiderit, ſed ſolos quoſdam perfectos docuerit: nempe eam quam ipſe commentus ſuis perfectis venditat. Intelligentia, φρονήσει. Id eſt σοφίᾳ, vt Coloſſ. 1. b. 9. Sic enim malo interpretari quàm prudentiam cum Vetere interprete & Eraſmo. Nonnulli porro iſta connectunt cum ſequente participio γνωρίσας, vt poſt ἡμῖν punctum ſcribatur. quam diſtinctionem ſequitur Hieronymus & Græcus etiam ſcholiaſtes. Caſtellio verò hæc nuper ita conuertit, Qui erga nos tam largè vſus eſt, ſumma cum ſapientia atque prudentia. & certè ἐν pro σύν non rarò accipitur, vt ſæpe annotauimus. Sed non dubito quin hæc potius declarent Euangelici myſterii dignitatem, ad quam gratis nos Dominus vocarit.

9 Myſterio, μυστηρίῳ. Id eſt arcano. Quis id enim vnquã per ſe vel ſuſpicari poſſit? Accedit autẽ Paulus ad conſilii Dei exequutionẽ, primùm in eo quòd Chriſtũ ſuo tẽpore exhibuit mundo, idque gratis, ſicut etiam gratis id propoſuerat in ſeſe: deinde in eo quòd ad Chriſtum gratis etiam vocauit quos gratis prædeſtinarat, primùm ex Iudæis, poſtea verò ex Gentibus. Cæterùm quòd Vetus interpres μυστήριον hoc loco conuertit ſacramentum, abſurdius eſt quàm vt refutatione indigeat. Quanuis enim Græci theologi interdum μυστήρια vocarint quæ Latini ſacramenta, tamen ex eo non efficitur μυστήριον vbique declarare ſacramentum. Eraſmus verò arcanum rectè interpretatus eſt, ſed tamen Græcam vocem ab ipſo etiam Cicerone vſurpatam malui retinere: quòd myſterii nomen non quoduis arcanum temere ſignificet, ſed rebus ſacris ac diuinis propriè tribuatur: quod fortaſſis Veterem interpretem fefellit. In ſeſe, ἐν αὐτῷ. Vel in ipſo, ἐν αὐτῷ, videlicet Chriſto. Sed tamen illud malo. videtur enim propoſiti fõtem rurſus aperire, vt omnis opinio præſentis vel præuiſi meriti tollatur. Quocunque autem modo accipias, hinc quoque apparet, in cauſarum ordine Chriſtum, quatenus eſt mediator, ſubſterni τῇ ἐλπίδι, vnde προγνώσεως καὶ ἐκλογῆς: ipſam verò ἐλπίδα τῇ προθέσει, vbi neceſſe ſit conſiſtere, cuius cauſa nimirum in ipſius Dei quaſi ſinu ſit poſita.

10 Nempe vt in pleni temporis diſpenſatione, εἰς οἰκονομίαν τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν. Huiuſmodi exegeticæ particulæ ſæpiſſime ſubaudiuntur, vt infrà, ver. 13, & aliis innumerabilibus locis. Illud autem liquet, Apoſtolum in eo verſari vt explicet quid myſterii nomine ſignificare voluerit: & tempus illud quo exhibitus eſt Chriſtus mundo, vocari ſolere plenitudinem temporum, id eſt, tempus illud quod reuoluris ſeculis tandiu expectatum, tandem aduenerit, vt expoſuimus Gal. 4. 2. 4. Itaque non poſſum εἰς οἰκονομίαν aliter declarare quàm ὡς οἰκονομίαν, ita vt ad verbũ ſequẽs, non autẽ ad verbũ προέθετο referatur: additum autem ſit nomen οἰκονομίας, id eſt diſpenſationis, vt intelligamus Chriſtum non fuiſſe in mora, ſed Dei prouidentiam ſingula temporum momenta gubernaſſe. Eraſmus, Vſque ad diſpenſationem: quam interpretationem ſi ſequamur, neceſſe fuerit exponere, Quam propoſuit in ſeſe. id eſt, quam habuit incluſam ſiue continuit penes ſe. quod mihi videtur violentum.

Recolligeret, ἀνακεφαλαιώσασθαι. Vulg. Inſtaurare, non expreſſa ſententia Apoſtoli. Ideo Eraſmus cõuertit, Vt ſummatim inſtauraret: ſed ne ſic quidem ſatis expreſſè. Significat enim τὸ ἀνακεφαλαιοῦσθαι partes diſſectas & diuulſas in vnum corpus coniungere: vt quum oratores breuem enumerationem argumentorum texunt, aut qui calculos ſubducunt, ſingula in vnam ſummam reuocant. Sic dicuntur omnes fideles in vnum Chriſtum recolligi, quia fide cum ipſo coniuncti ſunt, veluti vnius hominis inſtar, vt qui nonniſi in illo vno poſſint placere in quo ſolo Pater acquieſcit: adeo quidem vt tota Eccleſia interdum Chriſti nomine cenſeatur: vt pluribus expoſuimus Gal. 3. c. 16. Neque tamen hoc verbum deduco κεφαλή, cum Chryſoſt omo & Theophylacto, quòd Chriſtus infrà, ver. 22, dicatur caput eſſe ſupra omnia (videtur enim hoc mihi longius petitum) ſed à κεφάλαιον, quod ſummã & breuẽ multarum partiũ collectionem declarat: vnde ἀνακεφαλαιοῦσθαι & τὸ ἀνακεφαλαιοῦσθαι, quæ paſſim occurrunt, pro repetito calculo ſummam contrahere: niſi malimus ἀνά poni pro σύν, vt in ἀναμιγνύω, & ſimilibus. Quid multis? ab ipſo etiam Apoſtolo ſic vſurpatur hoc verbum Rom. 13. c. 9. Omnia, τὰ πάντα. Scio hunc locum ſolere explicari de Angelis. Ego vt nemini præiudicium adfero, ita ſimpliciter dicam quid mihi ſimpliciſſimum & maximè appoſitum videatur. Sæpe iam annotauimus τὰ πάντων frequenter apud Paulum ad id de quo agitur eſſe reſtringẽdum, vt 1. Cor. 15. d. 28, & 6. c. 12, & 8. a. 1, & alibi ſæpenumero. Sic ergo hoc in loco quum de mediatoris officio diſſeratur, ſit autem mediator ſolis electis deſtinatus, appellatione τῶν πάντων intelligo totum ipſius Eccleſiæ corpus, quod poſtea in duas veluti partes diuidirur: nempe in ea quæ ſunt in cælis, & ea quæ ſunt in terris. Conſiderat enim Apoſtolus patefacti myſterii ſiue exhibiti ſuo tempore Chriſti tempus: ante cuius aduentum quum ex hac vita migrarint tam multi, ſignificat Paulus eos etiam in eundem Chriſtum eſſe collectos. Illum enim ab æterno deſtinatum eſſe mediatorem in quo recolligerentur tam ii quorum Spiritus

tempore aduentus ipſius iam in cælis eſſent, (qui eum venturum fide apprehenderant) tum ii qui eſſent in terris ad finem vſque ſeculorum cum fide apprehenſuri. Denique per ea quæ in cælis ſunt, ſimpliciter intelligo fideles antè Chriſti aduentum mortuos: nec diſputo quomodo iſta ad beatos Angelos pertineant, de quibus nolim ſubtilius philoſophari, quum ſatis conſtet Chriſtum mediatorem eſſe Dei & hominum, non autem Angelorum, conſtitutum: qua de re hic differitur. Per ea autem quæ in terris ſunt, eos accipio quos Chriſtus viuos deprehendit, vel qui ſunt eius aduentum conſequuti: quorum rurſus duas ſpecies facit Apoſtolus, quæ tamen in vnũ Chriſtũ coaluerint, Iudæos nimirũ & Gentes. Necui verò videatur coacta iſta interpretatio particulæ vniuerſalis, nõ dubiũ eſt quin ſic prorſus accipiatur Gal. 3. d. 11. quod multo etiã planius fiet ſiquis eũ locum conferat cum eo quod ſcriptum eſt Rom. 3. b. 6, & 11. d. 32. Et ita etiam explico quod ſcriptum eſt Col. 1. c. 10.

Ἐν αὐτῷ, ἐν ᾧ καὶ ἐκληρώθημεν, προορισθέντες κατὰ πρόθεσιν τοῦ τὰ πάντα ἐνεργοῦντος κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ θελήματος αὐτοῦ.

11 In ipſo, inquã, in quo etiã lecti ſumus, quũ eſſemus prædeſtinati ſecundũ propoſitum eius qui omnia efficit ex conſilio voluntatis ſuæ.

11 In ipſo, in quo etiã nos ſorte nomen ſumus, prædeſtinati ſecundũ propoſitũ eius qui operatur omnia ſecundũ cõſilium uoluntatis ſuæ.

Εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς εἰς ἔπαινον τῆς δόξης αὐτοῦ, τοὺς προηλπικότας ἐν τῷ Χριστῷ.

12 Vt nos ſimus laudi gloriæ ipſius, qui priores ſperauimus in Chriſto.

12 Vt ſimꝰ in laudẽ gloriæ eius nos, qui antè ſperauimus in Chriſto.

Ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς, ἀκούσαντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, τὸ εὐαγγέλιον τῆς σωτηρίας ὑμῶν· ἐν ᾧ καὶ πιστεύσαντες ἐσφραγίσθητε τῷ Πνεύματι τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἁγίῳ.

13 In quo ſperaſtis & vos, audito ſermone veritatis, id eſt Euãgelio ſalutis veſtræ: in quo etiam poſteaquam credidiſtis, obſignati eſtis Spiritu illo promiſſionis ſancto:

13 In quo eꝫ uos, quũ audiſſetis uerbũ ueritatis, Euangeliũ ſalutis neſtræ: in quo eꝫ credentes ſignati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto:

Ὅς ἐστιν ἀρραβὼν τῆς κληρονομίας ἡμῶν, εἰς ἀπολύτρωσιν τῆς περιποιήσεως, εἰς ἔπαινον τῆς δόξης αὐτοῦ.

14 Qui eſt arrhabo hæreditatis noſtræ, dum in libertatem vindicemur, ad laudem gloriæ ipſius.

14 Quꝫ eſt pignus hæreditatis neſtræ, in redemptionem acquiſitionis, in laudem gloriæ ipſius.

11 In ipſo, inquam, ἐν αὐτῷ. Redundant iſta, ex Hebræorum idiotiſmo, qui expreſſo antecedente adiiciunt etiam relatiuum. quod ſæpe etiam faciunt Iones, vt alibi annotauimus ex Herodoto: Latini non item. Expoſui tamen per epanalepſin, vt mollius cohæreret proximus verſiculus. Vulg. In ipſo. Eraſ. In ſeipſo, ἐν αὐτῷ. quod non poteſt conuenire. In quo etiam lecti ſumus, ἐν ᾧ καὶ ἐκληρώθημεν. Vulg. In quo etiam ſorte vocati ſumus. Eraſ. Per quem & in ſortem aſciti ſumus. Κληροῦσθαι dicũtur magiſtratus qui ſortitò creantur. Trãſlatitiè verò hoc dicitur de vocatione ad Chriſtum, alluſione videlicet facta ad duodecim tribuum portiones ſortitione diſtributas, & huc quoque, quòd populus Iſrael peculiariter Domini funiculus & hæreditas dicatur. Nam Iudæorum vocationem commemorat Paulus priore loco, iterum recurrens ad Dei prædeſtinationem, ex æterno ipſius conſilio: nequid hic ſibi tribuant Iudæi, quaſi ſuo merito hanc prærogatiuam habuerint: deinde ne curioſè inueſtigetur cur priores vocati ſint Iudæi. Nam in promiſſione non ſubſiſtit Paulus hoc in loco, ſed vſque ad ipſum promiſſionis fontem aſcendit, quo nihil eſt ſuperius. Eius qui omnia efficit, τῷ τὰ πάντα ἐνεργοῦντος. Vide vt omnia ſine exceptione tribuat Dei gratiæ. Sed num idcirco ſtipites ſumus? Minimè. nam ea eſt quæ efficit in nobis & velle & perficere, Philip. 2. b. 13.

12 Laudi gloriæ ipſius, εἰς ἔπαινον τῆς δόξης αὐτοῦ. Quidam vertunt, Laudi & gloriæ ipſius. quæ interpretatio ex Græco contextu refellitur. Gloriam enim Dei hoc in loco, & infrà, ver. 14, pro Deo glorioſo dixit, Hebræorum more, quem expoſuimus 1. Cor. 2. b. 8. Qui priores ſperauimus, τοὺς προηλπικότας. Manifeſtè loquitur de Iudæis, quibus prioribꝰ exhibitus fuit Chriſtus, & apud quos cœpit Eccleſia. Itaque miror veteres in hoc explicando loco tam procul aberraſſe à ſcopo. Nam Hieronymus ad præſcientiam diuinam refert, in qua fideles ſperarint ab æterno. quod dictum (vt Origenis dogmata redolens) non immeritò videtur à Ruffino reprehendi. Theophylactus præpoſitionem ἐν ad exitum ſpei refert. Ambroſius huc putat pertinere quòd Apoſtoli in Chriſtum venturum ſperarint. quæ omnia profectò ſunt ἀπροσδιόνυσα: ſunt tamen ab Eraſmo diligenter annotata. Vulg. Qui ante ſperauimus, nimium obſcurè.

13 In quo ſperaſtis & vos, ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς. Sub. πιστεύσαντες. Nunc igitur Gẽtes Iudæis exæquat, vt vtrique in Chriſto coaleſcentes non habeant de quo conqueantur, ſed de quo pariter gratias agant. Sermone veritatis, τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. Id eſt, ſermone illo qui propriè verax eſt, quum à Deo proficiſcatur qui mentiri nõ poteſt. Id eſt Euangelio, τὸ εὐαγγέλιον. Id eſt, fauſto illo & felici nuntio cælitus allato. Obſignati eſtis, ἐσφραγίσθητε. Vide Iohan. 6. c. 27, 2. Cor. 1. a. 6. Eſt autem ſumpta tranſlatio à ſigillis quorum impreſſione, authentica ab incertis, & à falſis genuina diſtinguimus. Spiritu illo promiſſi ſancto, τῷ Πνεύματι τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἁγίῳ. id eſt, Spiritu illo qui non adfert Legis & ſeruitutis terrorem, ſed promiſſionem gratuitæ adoptionis ſuis donis obſignat in credentium animis. Nam idem Spiritus confirmat in fide, qui fidem gignit. Eſt autem triplicatus articulus diligenter obſeruandus, quem & Vetus interpres & Eraſmus neglexerunt.

14 Arrhabo, ἀρραβών. Vulg. Pignus. Vide 2. Cor. 1. d. 22. Scriptum eſt autẽ ὅς ἐστιν, pro ἥτις ἐστίν, quum præcedat τὸ Πνεῦμα, vel habita ſenſus ratione, quia τὸ Πνεῦμα Θεός ἐστιν, vt Photio placet: vel propterea quòd ſequitur ἀρραβών. vt in illo Ciceronis, Tum domicilia coniuncta, quas vrbes dicimus. & in illo Terentii, Nunquam æquè paupertas onus viſum eſt mihi graue. Dum in libertatem vindicemur, εἰς ἀπολύτρωσιν τῆς περιποιήσεως. Duplicem conſtituit Paulus ἀπολύτρωσιν, id eſt liberationem: vnam qua redimimur, perſoluto pretio, Chriſti videlicet ſanguine, vt à ſeruitute peccati & mortis manumittamur, vt copioſius explicat Paulus Rom. capite 7, cuius etiam meminit ſuprà, verſu 7: alteram, qua in iſtam libertatem prorſus vindicemur. Nos enim quamuis liberos, retinet tamen per vim peccatum in aliqua ſeruitutis ſpecie, vt quod volumus non faciamus. Galat. 5. c. 17. & mors etiam nexos in vinculis tenet, in diem illum iudicio ſupremo deſtinatum, quo nos Chriſtus, vt à ſe redẽptos, liberali cauſa manu aſſereret. Non pugnant igitur inter ſe iſtæ duæ liberationes, ſed illa quidẽ peracta eſt, hanc verò quæ illius eſt complementũ, ſperamus, vt Luc. 21. f. 28, Rom. 8. c. 23, & infrà, 4. g. 30. cuius eſt arrhabo Spiritus ſanctus, ex quo nos manumiſſos eſſe didicimus per fidẽ, vt nos tandẽ in iuſtã libertatẽ ex malæ

fidei

fidei poſſeſſoris poteſtate aſſerendos eſſe non dubitemus. Illam igitur licebit κτιλώσασθαι ἐλθὼν διδάσκειν docendi cauſa vocare, cuius paſſim meminit Apoſtolus, vt Rom.6.d.21.& 8.a.1.hæc verò dicetur κτιλώσασθαι τὴν ἀπολύτρωσιν, id eſt ad verbum, liberatio vindicationis ſiue aſſertionis. Nam τὴ περιποίησιν id declarat quod Latinis aſſerere & pro ſuo vindicare, cuius verbale nomen eſt ἀπολύτρωσις. Vulgata, In redemptionem acquiſitionis. Eraſ. In redemptionem acquiſitæ poſſeſſionis. quod ita explicari ſolet quaſi acquiſita poſſeſſio dicatur res ipſa acquiſita, id eſt Eccleſia, quæ ſuo tempore redimenda ſit, id eſt plenè liberanda. Hæc verò explicatio etſi in eandem ſententiam recidit, tamē (vt mihi quidem videtur) non ita eſt plana & expreſſa, & vim etiam nonnullam adfert verbis. Nam ἀπολύτρωσις pro acquiſita hæreditate nuſquam memini legere.

Διὰ τοῦτο κἀγὼ ἀκούσας τὴν καθ' ὑμᾶς πίστιν ἐν τῷ Κυρίῳ Ἰησοῦ, καὶ τὴν ἀγάπην τὴν εἰς πάντας τοὺς ἁγίους,

15 Propterea etiam ego, quum audiſſem eam quæ in vobis eſt fidem in Domino Ieſu, & charitatem in omnes ſanctos,

15 *Propterea & ego, audiens fidē veſtram quæ eſt in Domino Ieſu, & dilectionem in omnes ſanctos:*

Οὐ παύομαι εὐχαριστῶν ὑπὲρ ὑμῶν, μνείαν ὑμῶν ποιούμενος ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου·

16 Non deſino gratias agere pro vobis, mentionem veſtri faciens in precibus meis:

16 *Non ceſſo gratias agens pro vobis, memoriam veſtri faciens in orationibus meis:*

Ἵνα ὁ Θεὸς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ πατὴρ τῆς δόξης, δῴη ὑμῖν πνεῦμα σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως, ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ·

17 Vt Deus Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater illæ gloriæ, det vobis Spiritum ſapientiæ & reuelationis, per agnitionē ipſius:

17 *Vt Deus Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater gloriæ, det vobis Spiritum ſapientiæ & reuelationis, in agnitione eius:*

Πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας ὑμῶν, εἰς τὸ εἰδέναι ὑμᾶς τίς ἐστιν ἡ ἐλπὶς τῆς κλήσεως αὐτοῦ, καὶ τίς ὁ πλοῦτος τῆς δόξης τῆς κληρονομίας αὐτοῦ ἐν τοῖς ἁγίοις·

18 Illuminatis oculis mentis veſtræ: vt ſciatis quæ ſit ſpes illa vocationis ipſius, & quæ opes gloriæ hæreditatis ipſius in ſanctis:

18 *Illuminatos oculos cordis veſtri, vt ſciatis quæ ſit ſpes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in ſanctis:*

Καὶ τί τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος τῆς δυνάμεως αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς τοὺς πιστεύοντας κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ κράτους τῆς ἰσχύος αὐτοῦ,

19 Et quæ ſit excellens illa magnitudo potentiæ ipſius in nobis qui credimus, pro efficacitate fortis roboris ipſius,

19 *Et quæ ſit ſuperemines magnitudo virtutis eius in nos, qui credimus ſecundum operationem potentiæ virtutis eius.* Coloſſ.2.c.19 infra 3.b.7

17 Pater illæ gloriæ, ὁ πατὴρ τῆς δόξης: id eſt (ex Hebræo idiotiſmo, quem expoſuimus 1.Cor.2.b.7) Pater illæ gloriæ plen*, qui & Deus eſt & Deus Domini noſtri Ieſu Chriſti: quatenus hic homo factus eſt, vt eundē atque nos Deum haberet, & nos eundem patrem atque ipſe haberemus. de qua re diximus Iohan.10. d.17.

Spiritum ſapientiæ, πνεῦμα σοφίας. Id eſt donum ſapientiæ per Spiritum ſanctum, vt expoſuimus alibi. Sapiētiæ autem ac reuelationis nomine quid ſignificet, diximus 1.Cor.14.b.6. quanquam hæc mihi videtur latius nunc patere, ita vt amplam eorum cognitionem declaret quæ Chriſtianis omnibus cognoſcenda ſunt.

Per agnitionem ipſius, ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ. Eraſmus, Per agnitionem ſui. Atqui αὐτοῦ potius ad Chriſt umpertinet, ex quo agnito omnem ſapientiam diuinam haurimus. Deinde quod ſcribit in hunc locum, philoſophos cognouiſſe quidem Deum, at non agnouiſſe: certè ad rem non pertinet, quum hic agatur non περὶ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ (vt loquitur Apoſtolus Roman.1.c.19) id eſt de eo quod præeunte naturæ luce homines poſſunt in Deo cognoſcere, ſed de Chriſti myſterio, quod caro & ſanguis ne ſuſpicari quidem, nedum reuelare poſſit. Sed & impium eſt quod Hieronymum annotat Eraſmus obſeruare de Patre prius cognito, cuius per reuelationem Spiritus denuo cōperimus recordari: nempe vt Platonica reminiſcentia ſtatuatur. Sed tamen non temere Paulus agnitionem potius ſcripſit quàm cognitionem: quanuis interdum iſta confundantur. Neque enim ſatis eſt Chriſtum cognouiſſe, ſed etiam agnoſcendus eſt nobis quotidie magis ac magis quàm ſemel cognouimus. quo fit vt nunc iis ipſis ſapientiam precetur Apoſtolus in quos antea verſu 8 dixerat, omnem ſapientiam eſſe à Domino effuſam.

18 Illuminaris oculis, πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμούς. Vulgata & Eraſmus, Illuminatos oculos: quo fit vt oratio non cohæreat, niſi exegeticam particulam Nempe, ſubaudias. Itaque Hieronymus à ſeipſo diſſentiens, quum alibi Paulum vt Græci ſermonis imperitum immeritò arguat, hic contra conatur illum excuſare, vbi nulla excuſatione indiget, coniungitque iſta cum participio ἀκούσας, id eſt cum initio verſus 15. nempe vt ex anantapodoto. quod nuſquam eſt, ſynchyſin faciat. Ambroſius verò longè meliorem rationem iniit, ita vt iſta cum verbo δῴη connectantur: ſed non rectè inſeruit verbum habere, quum potius ſupplenda fuerit copula, ex Hebræorum more, vt Iohan.10.c.16.& 1. Tim.4.a.3, & alibi ſæpe, hoc modo, Vt det nobis Deus Spiritum ſapientiæ, &c. & illuminatos oculos, &c. Eraſmus verò miratur Chryſoſtomum & Theophylactum, nullum hic ſcrupulum ſenſiſſe, aut ſi ſenſerunt, diſſimulaſſe. Sed, obſecro, qui ſcrupulum ſentirent vbi nuſquam eſt? Nemo enim eſt (opinor) cui non ſit ſatis notum, quartos caſus abſolutè poſitos, non modò excuſari apud Græcos, ſed etiam inter elegantes Atticiſmos numerari. Quæ ſit ſpes illa vocationis eius, τίς ἐστιν ἡ ἐλπὶς τῆς κλήσεως αὐτοῦ. Id eſt quæ bona vos ille ſperare iubeat, vos ad Chriſtum vocans. Spem enim poſuit pro bonis ipſis quæ ſperamus, μετωνυμικῶς, vt Rom.8.e.24.& Gal.5.a.5. Eraſ. Spes ad quam ille vos vocauit.

19 Fortis roboris, τοῦ κράτους τῆς ἰσχύος. Id eſt τῆς κραταιᾶς ἰσχύος, ex Hebræorum idiotiſmo, quem annotauimus ſuprà, verſu 5, & infrà, 4.f.13. Vulg. Potentiæ virtutis. Eraſ. Roboris fortitudinis.

Ην ἐνήργησεν ἐν τῷ Χριστῷ, ἐγείρας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν· καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις,

10 Quam exeruit in Chriſto quum excitauit eum ex mortuis, & collocauit ad dextram ſuam in cælis,

10 Quam operatus eſt in Chriſto, ſuſcitans illum à mortuis, & conſtituens ad dextram ſuam in cæleſtibus,

Ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως καὶ κυριότητος, καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι.

11 Longè ſupra omne imperium, ac poteſtatem, & potentiam, & dominium, & omne nomen quod nominatur non ſolùm in hoc ſeculo, verumetiam in futuro.

11 Supra omnem principatum & poteſtatem & virtutē & dominationē, & omne nomen quod nominatur non ſolùm in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro.

Καὶ πάντα ὑπέταξεν ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ· καὶ αὐτὸν ἔδωκε κεφαλὴν ὑπὲρ πάντα τῇ ἐκκλησίᾳ,

22 Et omnia ſubiecit eius pedibus, eúmque conſtituit caput ſuper omnia ipſi Eccleſiæ,

22 Et omnia ſubiecit ſub pedibus eius: & ipſum dedit caput ſuper omnia ipſi Eccleſiæ,

Ἥτις ἐστὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ, τὸ πλήρωμα τοῦ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου.

23 Quæ eſt corpus ipſius, & complementum eius qui omnia implet in omnibus.

23 Quæ eſt corpus ipſius, plenitudo eius qui omnia in omnibus adimpletur.

Κεφάλαιον βʹ

CAP. II.

CAP. II.

Col.2.c.13 Καὶ ὑμᾶς ὄντας νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι καὶ ταῖς ἁμαρτίαις·

1 Et vos cùm eſſetis mortui in offenſis & peccatis:

1 Et vos cōmunificauit, quum eſſetis mortui delictis & peccatis veſtris:

10 Quam exeruit, ὃν ἐνήργησεν. Ad verbum. Qua operatus eſt. Nam ὃν repetendum eſt ante ἐν ex Hebræorum idiotiſmo. Vide infrà, 2.2.4. Et collocauit, καὶ ἐκάθισεν. In duobus codicibus ſcriptum inuenimus καὶ καθίσας, vt etiam legit Vetus interpres, idque rectius. Ponitur autem ὃν καθίζειν hoc in loco quaſi in coniugatione Hiphil, vt Mat. 22.2.7. Vulg. Conſtituens, non ſeruata Aoriſti ſignificatione. Eraſ. Sedere fecit. In cælis, ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Hebr. במרומים, vt ſuprà verſu 3. ſub. מקומו. i. locis. Vulg. & Eraſ. In cæleſtibus, nimium obſcurè. Significat autem Sedere ad dextram Patris in cælis, conſortē eſſe imperii illius ſummi: cuius etiam reſpectu, Dei maieſtatē dicimus eſſe in cælis, nō quòd illic ſit incluſa, ſed quod illic potiſſimùm emineat. quanquam quod ad humanitatem Chriſti attinet, certum ſit eam in cælis eſſe, non in terra: quòd alioquin imaginaria ſit ipſius aſcenſio, & imaginarium corpus. qua de re pluribus Auguſtinus in epiſtola ad Dardanum.

11 Longè ſupra omne imperium, ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς. Ineptè ſunt curioſi qui ex hoc loco & ſimilibus occaſionem arripiunt garriendi de Angelorum ordinibus. Simpliciter enim Apoſtolus ſupra omnem omnium rerum creatarum præſtantiam Chriſtum euehit. Habet autem etiam præpoſitio ὑπὲρ ſuum pondus, quam nec Vetus interpres nec Eraſmus expreſſit: vt intelligamus Chriſtum non ſimpliciter, ſed infinitis partibus excellere. Et omne nomē, &c. καὶ παντὸς ὀνόματος, &c. Id eſt, & quicquid exiſtit. Niſi malimus nomē pro re celebri, & nominari, accipere pro celebrem eſſe: vt apud Hebræos viri celebres dicuntur אנשי השם, id eſt viri nominis, quos Græci vocant ὀνομαστούς: quo modo etiā in vernaculo noſtro ſermone loquimur. Non ſolùm, &c. οὐ μόνον, &c. Hoc refero ad eorum complexum ſuperioris orationis, non autem ad participium ὀνομαζομένου. Significat enim Paulus hanc Chriſti præſtantiam non eſſe temporariam, ſed æternam, ita vt futurum etiam ſeculum comprehendat. Alioquin cogemur per futurum ſeculum interpretari regnum cæleſte: quod tamen non poteſt ſimpliciter dici futurum, quum iam exiſtat, ſed noſtri duntaxat habita ratione, quibus nondū eſt præſens: vt planè ſit violenta interpretatio. Deinde dicē dum fuiſſet, Nō ſolùm quod nominatur in præſenti ſeculo, ſed etiam quod nominabitur in futuro.

22 Eúmque conſtituit, καὶ αὐτὸν ἔδωκε. Vulg. & Eraſ. Et ipſum dedit. nimium obſcurè. Eſt enim Hebræorum more dictum ἔδωκε pro κατέστησε, apud quos ſic accipitur verbum נתן, vt Gen. 41.c.43. Caput, κεφαλήν. Id eſt vt eſſet caput, ſiue pro capite: pro quo Hebræi dicunt לראש, id eſt in caput. Non eſt igitur Eccleſia Chriſtiana biceps, aut potius ἀκέφαλος, vt eum meritò dixerit Gregorius Antichriſtum eſſe qui ſe vniuerſalem epiſcopum vocaret, epiſtola 76.78.79.83.91.188.194. Super omnia, ὑπὲρ πάντα. id eſt ſummum, adeo vt nihil non illi ſubſit.

23 Complementum, πλήρωμα. ſine ſupplementum. Is enim eſt Chriſti in Eccleſiam amor vt quum omnia omnibus ad plenum præſtet, tamen ſeſe veluti mancum & membris mutilum caput exiſtimet niſi Eccleſiam habeat ſibi inſtar corporis adiunctam. Hinc factum vt Chriſtus interdum collectiuè pro tota Eccleſia capiti ſuo adiuncta accipiatur, vt 1. Cor. 12 b. 12 & 13, & Gal. 3. c. 16. Hinc etiam illud In Chriſto, toties repetitū: quod multo expreſſius aliquid ſignificat quàm Cum Chriſto, vel Per Chriſtum. Hinc factum vt diceret Apoſtolus ſe in Chriſto, & Chriſtum in ſe viuere, Galat. 1. d. 20. Hinc illa Chriſti vox, Saule Saule, quid me perſequeris? Quò etiam pertinet quod ſcriptum eſt Coloſſ. 1. d. 24. Hinc denique noſtra ſpes omnis & conſolatio proficiſcitur.

Qui implet, τὰ πάντα πλήρουν. Chryſoſtomus paſſiuè accipit, vt ſit ſenſus, Chriſtum prorſus impleri in omnibus, id eſt ſingulos fideles conferre ad Chriſti complementum, vti corpus ſuum ex ſingulis membris eſt compactum. Mihi videtur conſtare iſta interpretatio, quum τὰ πάντα πληροῦσθαι pro πάντων κυριεύειν Xenophon vſurparit lib. 6 Ἑλληνικῶν, & συμπληροῦσθαι pro συμπληροῦν Plato in Timæo. Omnino autem hoc addidit Apoſtolus vt ſciamus Chriſtum per ſe non indigere hoc ſupplemento, vt qui efficiat omnia in omnibus: ſe vera: nedum vt ſuppleatur à quoquā niſi quatenus pro immenſa ſua bonitate Eccleſiam dignatur ſibi quaſi corporis inſtar adiungere.

IN CAPVT II.

1 Et vos *cùm eſſetis mortui*, καὶ ὑμᾶς. Vetus interpres rectè addidit verbum Conuiuificauit, id eſt συνεζωοποίησεν. quod tamen non additur in Græcis, ſed quinto demum verſiculo adiicitur. Eſt enim propter multas inſertas ſententias longum hyperbaton: nihil verò prohibet obſcuritatem ita fugere vt nihil immutes aut adiicias

ſententiæ. Incipit porro nunc Paulus vocationem Gentiũ in Epheſiis amplificare ex circũſtantiis: id eſt ex collatione conditionis præcedentis vocationem, cum ea quæ ſubſequuta eſt: idque duplici modo, nempe ſimpliciter primùm, deinde comparatè, ex Iudæorum antitheſi, quos tamen exæquat Gentibus, tum ante vocationem, quatenus extra promiſſionem & in ſeſe conſiderantur: tum etiam poſt vocationem in Chriſto, cuius vnius communis capitis gratia in vnum illud corpus coaluerunt. Quum eſſetis mortui in offenſis & peccatis, ὄντας νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι καὶ ταῖς ἁμαρτίαις. Mortem ſpiritualem intelligit: vnde & mors illa quam primam vocant, ſequuta eſt, (vt Rom.5.b.12)& ſecunda quæ & æterna dicitur. Ideo dicuntur mortui quicunque non ſunt renati, quia ſicut immortalitas damnatorum, non eſt vita, ſed mors quædã perénnis, nempe cùm æterno exitio cõiuncta: ſic etiã hæc animi & corporis coniunctio, vita propriè non eſt, ſed mors in iis qui Chriſti Spiritu non aguntur, vt Eſa.9.a.1, & Ioh.5.d.28. Rom.6.a.2, & b.13, & 7.b.10, & 1. Tim 5.a.6, & paſſim in Scripturis. Sed τῷ νεκρῶσθαι τῇ ἁμαρτίᾳ, id eſt mori peccato, contraria prorſus ſententia dicuntur ii in quibus peccatum eſt extinctum, tertio videlicet caſu: cum qua mortificatione prorſus cohæret ζωοποίησις, i. viuificatio, quæ alteri illi morti opponitur, vt diximus Rom.6.a.2. Itaque vt hæc dicendi genera tam diuerſa diſtingueremus, noluimus interpretari Mortui peccatis, ſed In peccatis: addita videlicet præpoſitione ἐν, quæ exprimitur Col. 2.c.13, vt Num.17.a.3. qua de re vide Act.8.d.23. Videtur tamẽ ipſũ diſcrimẽ numeri ſatis hoc indicare: quia (vt alibi diximus) ἁμαρτία ſolet ſingulari numero Paulus ipſam veluti arborem (id eſt inſitam corruptionem) vocare, cuius fructus ſunt ἁμαρτίαι multitudinis numero. Supereſt vt annotemus Clementem Alexandrinum ὁ τοῦ προτρεπτικοῦ hunc locum citare paulo aliter. Sic enim habet, ἡμᾶς ὄντας ἐν ἁμαρτίαις καὶ ἀνομίαις πάντα ἐργάζεται, καίτοι καὶ τὰ ἀγαθὰ δι' ἡμᾶς ὧν ἐν ἐλπίσι, διὰ τοῦτο πάντων ἀγαθῶν αὐτῷ δεδωκότος ἡμᾶς ἐν πίστει δι' ἐπιγνώσεως τοῖς ἀξίοις θείμασιν, συνζωοποίησεν, Id eſt, Eramus etiam nos certè filii iræ, vt & reliqui: ſed Deus qui diues eſt miſericordia, ea charitate qua nos dilexit iam per peccata mortuos, vna viuificauit nos per Chriſtum.

Ἐν αἷς ποτε περιεπατήσατε κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦ κόσμου τούτου, κατὰ τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, τοῦ πνεύματος τοῦ νῦν ἐνεργοῦντος ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας,

2 In quibus olim verſati eſtis, vt eſt vita mundi huius, ſecundum principem cui poteſtas eſt aeris, & ſpiritus nunc agentis in hominibus contumacibus.

2 *In quibus aliquando ambulaſtis ſecũdum ſeculum mundi huius, ſecundum principem poteſtatis aeris huius, ſpiritus qui nunc operatur in filios diffidentiæ.*

Ἐν οἷς καὶ ἡμεῖς πάντες ἀνεστράφημέν ποτε, ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς σαρκὸς ἡμῶν, ποιοῦντες τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν διανοιῶν, καὶ ἤμεθα τέκνα φύσει ὀργῆς, ὡς καὶ οἱ λοιποί.

3 Inter quos & nos omnes cõuerſati ſumus olim in cupiditatibus carnis noſtræ, facientes quæ carni ac cogitationibus libebant: eramúſque natura filii iræ, vt etiam reliqui.

3 *In quibus & nos omnes aliquando conuerſati ſumus in deſideriis carnis noſtræ, facientes voluntates carnis & cogitationum: & eramus natura filii iræ ſicut & cæteri.*

2 In quibus olim verſati eſtis, ἐν αἷς ποτε περιεπατήσατε. Vulg. Eraſ. ad verbum, In quibus aliquando ambulaſtis. Hebraïs verò הלך, id eſt in peccatis ambulauit, dicitur de iis quorum vita omnis ad ſcelera præceps fertur: quales ſunt quicunque Spiritu Dei non ſunt renati. Vide Act.8.d.23, & Col.3.a.7. Vt eſt vita mundi huius, κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦ κόσμου τούτου. Vulgata, Secundum ſeculum mundi huius. Hebr. בדור העולם, quod poſſis etiam interpretari de ipſis hominibus, ſicut apud Latinos accipitur ætatis nomen. Secundum principẽ, κατὰ τὸν ἄρχοντα, id eſt ex arbitrio principis. Vide infrà, 6.b.12. Et ſpiritus, τὸ πνεῦμα, id eſt afflatus quo impellitur mundus vt reſiſtat Euangelio: ſicuti contrà Spiritus Dei in electis fidem cæteróſque bonos mores gignit. Non eſt igitur per appoſitionem hoc intelligendum, ſed ſubauditur copula, Hebræorum more, de quo diximus ſuprà, 1.d.28. In hominibus contumacibus, ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας. Vulg. In filios diffidentiæ. Eſt autem hoc dictum Hebræorum more, apud quos בן, i. filius, cum genitiuo appellatiuorum accipitur pro eo qui alicui rei ſit prorſus addictus. Itaque filii contumaciæ declarat homines contumaciæ deditos.

3 Quæ carni ac cogitationibus libebant, τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν διανοιῶν. Θελήματα Vetus interpres non ſatis expreſſè conuertit voluntates, vt diximus Iohan.1.b.13. Quod autem ad διανοίας attinet, ſubtilius quidem Plato lib. 6 de republica, διάνοιαν mediam collocat inter νόησιν & πίστιν, quibus demum ſubiungit εἰκασίαν: ſic vt etiam alicubi Paulus animum à Spiritu & corpus ab vtroque diſtinguit: ſed hoc in loco Paulus σάρκα, tanquam generale nomen quo totus homo non renatus ſignificetur, in ſpecies duas diuidit, nempe σάρκα & διάνοιαν: σάρκα, eodem nomine atque genus ipſum, vocans partem animi quam ἄλογον nuncupant philoſophi, διάνοιαν verò τὸ λογικὸν, aut potius vtriuſque facultatis effecta. quamobrem etiam ἁμαρτίας dixit numero multitudinis, vt etiam alibi ἁμαρτωλοὺς, Rom.1.c.11. Itaque nihil proſus relinquit homini Paulus, quòd non ſit per peccata, non dico ſemimortuum, vt tradunt Sophiſtæ noſtri Semipelagiani, ſed prorſus mortuum, quod ad naturam attinet. Natura filii iræ, φύσει. Hoc vno verbo quaſi fulmine, totus homo, quantus quantus eſt, proſternitur. Neque enim naturam dicit læſam, ſed mortuam per peccatum, ideóque iræ obnoxiam. Itaque mira hic fuit Satanæ impudentia dum hunc locum corrumpere conatus eſt: & quidem non per eos ſolùm qui apertè fuerunt hæretici, ſed etiam per nonnullos alioquin valde eruditos, & quibus Eccleſia multum debet, ſed qui tamen homines fuerint. Itaque Hieronymus quoſdam indicat interpretari φύσει per πάντως, i. omnino. quod tamen prorſus violentum eſt, nec ſatis etiam expreſſum, quia mali innatam originẽ non indicat. Græcus ſcholiaſtes verò interpretatur ἀληθῶς καὶ γνησίως, verè ac germanè, vt etiam Cyrillus in Apologetico, ad anathematiſmũ tertium. Chryſoſt. addit, ſicut ex homine natus nihil aliud eſt quàm homo, ita nos nihil aliud ſumus quàm filii iræ. Sed quorſum iſtos nodos in ſcirpo? Quid enim apertius dici potuit quàm nos non cõſuetudine & imitatione, ſed ipſa natura peccatores naſci? quod & Dauid apertè clamat Pſal.51.b.7, & Paulus demõſtrauit Rom. 5.c.12.13, & 14. Nã vbicunq; ira eſt, ibi & peccatũ: quo ſine exceptione inuolui totã humanam gentẽ idem teſtatur Rom.1.b.18, & 13.b.9. Sed naturã tamen intellige non quatenus creata eſt, verũ quatenus per diaboli ſuggeſtionẽ corrupta eſt à ſeipſa. Neque obſtat traiectio, vt potius dicendũ fuiſſe videatur, ἦμεν φύσει τέκνα ὀργῆς. nã plana eſt ſententia. Filii iræ, τέκνα ὀργῆς. i. iræ Dei ita deuoti atq; obnoxii, quaſi ad eã rẽ ab ipſa natura efficti. Neq; enim filios iræ hìc accipit pro hominibus iratis, vt ſuperiore verſiculo filios contumaciæ pro cõtumacibus: ſed paſſiuè, homines irati Dei iudicio reos æternæ mortis: vt apud Heb. בן המות filius mortis dicitur qui capitalis

crimiois reus eſt,& alia ſimilia. Vide ſuprà,verſu 1,& Iohan.17.b.11. Vt etiam reliqui,ὡς καὶ οἱ λοιποί. i.vt reliqui etiam populi profani. Nam hoc verſiculo Iudæos, quibus ſeſe accenſet,quod ad naturam attinet,Gentibus exæquat: vt probet,diſcrimen illud quod poſtea temporarium fuiſſe oſtendet,non à natura,ſed à gratia proficiſci. Itaque ſecundo verſiculo omnes Gentes in Epheſiorum perſona compellans,περιεπατήσατε,inquit,id eſt ambulaſtis:in hoc autem verſiculo,ἀνεστράφημεν,inquit,id eſt conuerſati ſumus:& quidem addita particula καὶ, vt intelligas Iudæos quoque in eodem numero cenſeri.

Ὁ δὲ Θεὸς πλούσιος ὢν ἐν ἐλέει, διὰ τὴν πολλὴν ἀγάπην αὐτοῦ ἣν ἠγάπησεν ἡμᾶς,

4 Sed Deus ᵛqui diues eſt miſericordia,propter multam charitatem ſuam ᵛqua dilexit nos,

4 *Deus autem qui diues eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos.*

Καὶ ὄντας ἡμᾶς νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι, συνεζωοποίησε τῷ Χριστῷ, χάριτί ἐστε σεσωσμένοι·

5 Etiam quum per offenſas mortui eſſemus, ᵛvnà viuificauit nos per Chriſtum, ᵛcuius gratia eſtis ſeruati:

5 *Et quum eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Chriſto, cuius gratia eſtis ſaluati:*

Καὶ συνήγειρε, καὶ συνεκάθισεν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

6 ᵛVnáque excitauit, vnáque collocauit ᵛin cælis in Chriſto Ieſu:

6 *Et conſuſcitauit, & cõſedere fecit in cæleſtibus in Chriſto Ieſu:*

Ἵνα ἐνδείξηται ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦτον τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἐν χρηστότητι ἐφ' ἡμᾶς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

7 Vt oſtenderet ſeculis ſuccedẽtibus ſummas opes ſuæ gratiæ, ſua erga nos benignitate ᵛin Chriſto Ieſu.

7 *Vt oſtenderet in ſeculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuæ, in bonitate ſuper nos in Chriſto Ieſu.*

Τῇ γὰρ χάριτί ἐστε σεσωσμένοι διὰ τῆς πίστεως· καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ὑμῶν· Θεοῦ τὸ δῶρον·

8 ᵛGratia enim ᵛeſtis ſeruati per fidem: idque nõ ex vobis: Dei donum eſt:

8 *Gratia enim eſtis ſaluati per fidem: & hoc non ex vobis: Dei enim donum eſt:*

Οὐκ ἐξ ἔργων, ἵνα μή τις καυχήσηται.

9 Non ex operibus, ᵛnequis glorietur.

9 *Non ex operibus, ne nequis glorietur.*

Αὐτοῦ γάρ ἐσμεν ποίημα, κτισθέντες ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς, οἷς προητοίμασεν ὁ Θεὸς ἵνα ἐν αὐτοῖς περιπατήσωμεν.

10 ᵛNam ipſius ſumus opus, conditi in Chriſto Ieſu ad opera bona, quæ præparauit Deus vt in eis verſaremur.

10 *Ipſius enim ſumus figura, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit Deus ut in illis ambulemus.*

4 Qui diues eſt, πλούσιος. i. qui abundat: vt non modò apud Hebræos, ſed etiam in aliis linguis diues in genere dicitur aliquis eius rei cuius magnam habet copiam. Nunc autem redit Apoſtolus ad initium capitis, eo tantùm excepto quòd ἡμᾶς dicit hoc in loco, Iudæos & Gentes vnà coniungens in gratiæ beneficio, quos in naturæ vitio exæquarat: illic verò ὑμᾶς dixerat, Gentes compellans in Epheſiorum perſona. Neque verò cauſa erat cur Hieronymus vel expungeret particulam δὲ, vel imperitiæ Græci ſermonis Paulũ argueret, quum (vt reſtè obſeruauit Eraſmus) iſta proximis opponantur, ita tamẽ vt nihilominus expleatur anãſtapodoton verſu proximo. Qua, ὧν. Repetitur ἐξ ex præcedentibus, ex Hebr. idiotiſmo, vt diximus ſuprà, 1.d.20.

5 Vnà viuificauit nos per Chriſtum, συνεζωοποίησε. Vulg. Conuiuificauit nos Chriſto. Eraſ. Conuiuificauit nos vnà cum Chriſto. quam ſententiam minimè reprehendo. Sed nihil tamen rei ipſi detrahetur, & magis fortaſſis appoſitè dici poſſit, præpoſitionem σὺν hoc in loco adhibitã eſſe potius vt Gentium & Iudæorum in vno Chriſto coagmentationem declaret: quo modo etiam accipitur τὸ συνοικοδομεῖσθε, infrà, verſu 22.

Cuius gratia eſtis ſeruati, χάριτί ἐστε σεσωσμένοι. Scio ſolere hæc includi per parẽthęſin, ſed quæ ita ſit dura & inſolens vt eam facilè non admiſerim. Ponitur autem חסדו pro חסדו: & ſimilem relatiui eclipſin inuenies Iac.5.b.6, & 1.Pet.4.d.14, & 1.Ioh.3.c.12.

6 Vnáque ſuſcitauit, &c. καὶ συνήγειρε, &c. Quomodo hoc intelligendum ſit ſubiicitur in fine verſiculi, quum inquit, In Chriſto Ieſu. Neque enim id adhuc in nobis prorſus præſtitum eſt, ſed in capite dũtaxat, cuius Spiritu cœpimus, peccato mortui, viuere Deo, donec in nobis opus ſuum perficiat idem qui inchoauit. quæ quidem ſpes noſtra ita eſt certa vt non magis ſit certum quod iam percepimus quàm quod adhuc expectamus, id eſt quod fide iam poſſidemus. In cælis, ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Vide ſuprà, 1.a.3.

7 Summas opes, τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦτον. Vulg. Abundantes diuitias. Eraſ. Eminentem opulentiam. Vide de Rom.9.e.23. In Chriſto Ieſu, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Eraſ. Per Chriſtum Ieſum. Vide 1.Cor.1.a.1.

8 Gratia enim, &c. τῇ γὰρ χάριτι. Cohærent ergo gratia (ſiue Dei donum) & fides. Iſtis autem opponuntur Seruari ex nobis, vel ex operibus. Quid ergo iſtis in mentem venit qui tam repugnantia volunt coniungere Seruati eſtis, ἐστὲ σεσωσμένοι. Non dicit iuſtificati eſtis, quod tamen veriſſimum eſt, ſed eluditur ab aduerſariis: neque dicit Seruari incipitis aut Seruabimini, ſed Seruati eſtis: vt duo nouerimus, vnum, fide non ex operibus, gratia & Dei dono, non autem ex nobis, nos Chriſtum amplecti: alterum, qui Chriſtum amplexi ſunt, eos iam eſſe plenè iuſtos, ac proinde ius æternæ hæreditatis adeptos.

9 Nequis glorietur, ἵνα μή τις καυχήσηται. Hunc nodum expediant qui ſaltem opera fidem ſubſequentia tanti faciunt vt ex eorum meritis aliqua ex parte ſeruemur: item qui ſola cæremonialia volunt excludi.

10 Nam ipſius opus, &c. αὐτοῦ γάρ ἐσμεν, &c. De gratia hìc agi nõ de natura apparet, aduerſus Pelagium, ex eo quod ſubiicitur. Sed & pronomine αὐτοῦ cæteri omnes prorſus excludũtur, aduerſus Semipelagianos, id eſt aduerſus eos qui naturã (vt aiunt) tãtùm debilitatã fingũntà gratia adiuuari. At nos ex hoc loco didicimus ipſa etiam opera, quatenus bona ſunt, gratiæ in ſolidum deberi: nec iuſtificandum præcedere (quod etiam ait Auguſt. ſed iuſtificatum: addo autem ego, ſeruatum ſequi.

Διὸ μνημονεύετε ὅτι ὑμεῖς ποτὲ τὰ ἔθνη ἐν σαρκί, οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία ὑπὸ τῆς λεγομένης περιτομῆς ἐν σαρκὶ χειροποιήτου·

11 Propterea mementote vos quondam Gētes in carne, qui dicebamini Præputium ab ea quæ vocatur Circúcisio in carne, & quæ manibus fit:

11 Propter quod memores eſtote quòd aliquãdo vos qui eratis Gentes in carne, qui dicebamini Præputium ab ea quæ dicitur Circumciſio in carne, manu facta:

Ὅτι ἦτε τῷ καιρῷ ἐκείνῳ χωρὶς Χριστοῦ, ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας, ἐλπίδα μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ·

12 Vos inquam illo tempore fuiſtis absque Chriſto, alienos à republica Iſraelis, & extraneos à pactis promiſſionis, ſpē non habentes, & Dei expertes in mundo:

12 Quòd eratis illo in tẽpore ſine Chriſto, alienati à conuerſatione Iſrael, & hoſpites teſtamentorũ promiſſionis, ſpem non habentes, & ſine Deo in mundo: Rom.9.a.4

Νυνὶ δὲ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ὑμεῖς οἱ ποτὲ ὄντες μακρὰν, ἐγενήθητε ἐγγὺς ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ.

13 At nunc in Chriſto Ieſu, vos qui olim eratis procul, propinqui facti eſtis, per ſanguinem, inquam, Chriſti.

13 Nunc autem in Chriſto Ieſu, uos qui aliquando eratis longè, facti eſtis propè in ſanguine Chriſti.

Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἕν, καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας·

14 Ipſe enim eſt pax noſtra, qui vtraque fecit vnum, & intergerini parietis ſeptum ſoluit:

14 Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit utraque unum, & medium parietem macturæ ſoluens,

Τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ, τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργήσας· ἵνα τοὺς δύο κτίσῃ ἐν ἑαυτῷ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, ποιῶν εἰρήνην,

15 Inimicitias, id eſt lege mandatorum quæ in ritibus poſita eſt, per carnem ſuam abolitis: vt ex duobus illis cõderet in ſemetipſo vnum nouum hominem, faciens pacem,

15 Inimicitias in carne ſua, Legem mandatorũ, decretis euacuans: ut duos condat in ſemetipſo in unum nouo homine, faciens pacem, Coloſ.2.c.14

11 Propterea, &c διὸ, &c. In ea æqualitate quam antea cõmemorarat Apoſtolus, nunc latentem inæqualitatem profert, vt Gentes quo longius à Deo abfuerunt, eo plura ſe gratiæ Dei debere fateantur. Gentes in carne, ἔθνη ἐν σαρκί. Conſiderandum eſt nomen ערל, id eſt Gentium, quo ſignificatur diſtinctio cæterorum populorum à populo Dei i. calamitoſiſſima conditio. Additur autem ἐν σαρκί i. in carne, non vt eleuetur iſta miſerabilis conditio, ſed contrà vt certo argumento confirmetur. Æſtimatur enim circumciſio hoc in loco ſuo pondere. i. quatenus teſſera fidei fuit, teſſera, inquam, in carne impreſſa, cuius contemptus certum exitium ipſis Iudæis adferebat, Geneſ.17.c.14. Quanto magis igitur alienæ erant à Deo Gentes, quæ ne de teſſera quidem iſta quicquam audierant, ac proinde quas nulla ſui fœderis mentione dignatus erat Dominus? Nam neque rem ipſam à ſymbolo, neque ſymbolum à re ipſa ſeparare oportet, vt Pauli ſententiam perſpiciamus: & incircunciſorum nomen non minus competit iis Gentibus quæ ſymbolum quidem nudum præpoſtera quadam imitatione vſurpabant, (vt de Ægyptiis, Æthiopibus, Syris & Colchis refert Herodotus) quàm quibus nec fœdus nec ſymbolum norum erat. Qui dicebamini Præputium, οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία. i. qui non alio nomine quàm incircunciſorum vocabamini, vt veſtra impuritas communi appellatione omnibus eſſet teſtata, vt 1. Sam.17.d.26, & Ezech.44.b.7, & c.9. Huic opponitur Circumciſio: quo nomine poſcit omnino antitheſis & præpoſitio ἐν, vt non rem ipſam ſed Iudæos circunciſos intelligamus, pari metonymia. Quod autem additur ἐν σαρκὶ χειροποίητος, non huc pertinet vt duplices Iudæi conſtituantur, quum hoc planè ſit extra oleas vagari, ſed contrà, vt ipſa Gentium execratio oculis ſubiiciatur. Nam (vt modò dixi) ſymbolum coniungit Paulus cum re, vt facere par eſt quoties ſacramentorum dignitas expenditur. Itaque externum ipſum ſignum vrget Paulus, vt ex eo quòd Gentes eo caruerunt, concludat Dei expertes fuiſſe. Atenim (dices) num pertinebant ad pactum promiſſionis quicunque ex Iudæis erant circunciſi? Minimè profectò. neque enim Dei gratia ſigno deuincitur. Sed hoc eſt à ſcopo Apoſtoli aberrare, vt qui Iudæorum gentem in genere, non autē ſingulos Iudæos conſideret, & ſimili etiam ratione Gentes quaſi in vnum corpus collectas cum iis committat.

12 Abſque Chriſto, χωρὶς Χριστοῦ. Meritò à Chriſto auſpicatur, tanquam omnium promiſſionum ſcopo. Alienos à republica Iſraelis ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραὴλ. id eſt, qui nullum ius ciuitatis Iſraeliticæ haberetis. Ciuem autem eſſe Iſraelis, & Deum pro Deo ſuo habere, idem declarant. Et extraneos à pactis promiſſionis, καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας. Vna fuit promiſſio, ſi rem ipſam ſpectes, ſed ſæpius ſancita. Ideo διαθήκας ſcripſit multitudinis numero. Poſſimus tamen etiam Tabulas metonymicè interpretari. Nomen autem τῆς ἐπαγγελίας, veteres codices ſequuti, cum præcedentibus coniunximus, quod nonnulli cum ἐλπίδα connectunt, eadem tamen manente ſententia, quum nihil ſperandum ſit niſi quod promiſſum eſt, & viciſſim nulla ſit extra fœdus promiſſio. Spem non habentes, ἐλπίδα μὴ ἔχοντες. Spem meritò coniungit promiſſionibus de Chriſto. Nam abſque his quicquid ſperant homines, fruſtra ſperant.

14 Intergerini parietis, τὸ μεσότοιχον. Μεσότοιχον Vetus interpres medium parietem non ineptè conuertit ad verbum, quem propriè Latini, authore Feſto, intergerinum vocant. Eraſmus Interſtitium maluit interpretari. quo nomine non puto aliud quicquam ſignificari quàm ipſum interuallum quo res duæ dirimãtur. Iam verò φραγμοῦ neſcio cur macerium conuerterint: quo nomine certum eſt nihil aliud quàm ſeptum ſignificari. Cæterùm his vocabulis metaphoricè ſignificari Legis ceremonias, quibus iſtud Iudæorum & Gentiũ diſcrimen continebatur, & mutua etiam diffidia fouebantur, mox apertè declarat Apoſtolus.

15 Quæ in ritibus poſita eſt, ἐν δόγμασι. i. τὸν ἐν δόγμασι. cuiuſmodi eclipſin multis iam locis annotauimus. Vulg. Decretis, nimium obſcurè, adeo vt nonnulli hac interpretatione decepti, perperam hoc coniunxerint cum proximo participio, quum ſit conſtruendum cum participio ὄντα ſubaudito. Rectius Eraſmus, In decretis ſitã, cõuertit, ſed tamen requiro particulã exegeticam: & δόγμασι malui ritus quàm decreta interpretari, nequis

existimet hîc agi de doctrina ipsa. intelligit enim quæ Hebræi תורה vocant, & ita accipitur idem nomen Act. 16. 2. 4. vbi placita sumus interpretati. Cæterùm τὸν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ, quæ nonnulli cum participio λύσας connectunt, ego malui sequentibus adiungere, sensu (vt mihi quidem videtur) magis cohærente. Nam quòd Græcus scholiastes putat intergerinum parietem dici inimicitias quæ propter peccata nostra inter Deum & nos intercedunt, verè quidem dictum est, sed ἀπροσδιονύσως. Nam hoc demum pertinet ad versũ 16. Sed & is locus refellit eorum errorem qui existimarunt cæremonialem Legem, quod ad Iudæos attinet, sublatam non esse.

Per carnem suam, ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ. Hoc quid sit, copiosissimè explicatur in Epist. ad Hebræos, vbi ostenditur in Christo fuisse omnia impleta quæ Legis figuris adumbrabantur. Conderet, κτίσῃ. Hoc opponitur verbo λύσῃ, quo vsus erat quũ diceret destructũ parietẽ intergerinũ, cuius loco Christus se ipsũ substituit, vt sicut paries alterum ab altero disiungebat, ita ipse vtrosque in sese ita coniungat vt in ipso & cum ipso in vnum nouũ hominem coalescant, nouum inquam, semel abolitis cæremoniis.

Καὶ ἀποκαταλλάξῃ τοὺς ἀμφοτέρους ἐν ἑνὶ σώματι, τῷ Θεῷ, διὰ τοῦ σταυροῦ, ἀποκτείνας τὴν ἔχθραν ἐν αὐτῷ.	16 Et vtrosque in vno corpore reconciliaret Deo per crucem, peremptis inimicitiis per eam.	16 *Et reconciliet ambos in vno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitiam in semetipso.*
Καὶ ἐλθὼν εὐηγγελίσατο εἰρήνην ὑμῖν τοῖς μακρὰν, καὶ τοῖς ἐγγύς.	17 Et veniens euangelizauit pacem vobis qui procul *eratis* & iis qui propè *erant*:	17 *Et veniens euangelizauit pacem vobis qui longè fuistis, & pacem iis qui propè.*
Ὅτι δι' αὐτοῦ ἔχομεν τὴν προσαγωγὴν οἱ ἀμφότεροι ἐν ἑνὶ Πνεύματι πρὸς τὸν πατέρα.	18 Quoniam vtrique per ipsum habemus aditum per vnum Spiritum ad Patrem.	18 *Quoniam per ipsum habemus accessum ambo in vno Spiritu ad Patrem.*
Ἄρα οὖν οὐκέτι ἐστὲ ξένοι καὶ πάροικοι, ἀλλὰ συμπολῖται τῶν ἁγίων, καὶ οἰκεῖοι τοῦ Θεοῦ.	19 Nempe igitur non estis hospites & inquilini, sed conciues sanctorum, ac domestici Dei:	19 *Ergo iam non estis hospites & aduenæ: sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei:*
Ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν, ὄντος ἀκρογωνιαίου αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ.	20 Superstructi super fundamentum Apostolorum ac Prophetarum, cuius imus angularis *lapis* est ipse Iesus Christus:	20 *Superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Iesu Christo:*

16 In vno corpore, ἐν ἑνὶ σώματι. Alludit ad Legis sacrificia, quæ veram & vnicam istam victimam repræsentabant. Itaque Lex non propriè abolita fuit, sed impleta: nisi malimus In vnum corpus interpretari, id est, Vt in vnũ corpus coalescerent. Peremptis inimicitiis, ἀποκτείνας τὴν ἔχθραν. Est igitur Christus mediator tum Iudæorum & Gentium, tum verò maximè vtrorumque & Dei. quod posterius nunc significat. Alludit autem ad Christi mortem, qui moriens discordiæ causam omnem sustulit, & veluti cruci affixit.

17 Et veniens. καὶ ἐλθών. Hæc cohærẽt cum initio versus 14. Nunc enim exposita in genere vocatione, fuit explicandum ipsius instrumentum, nimirum huius beneficii publica declaratio, primùm per ipsum Christum, deinde per eius ministros.

18 Per ipsum, δι' αὐτοῦ. Christus est instar ianuæ per quam ad Patrem reconciliatum accedimus cum fiducia: Spiritus autem sanctus, dux nostер est per quem coniuncti & vniti in Christo vtrique, ad valuam ipsam pedetentim progressi, ingredimur.

19 Conciues, συμπολῖται. Castellio vertit sanctorum ciues, prorsus inepté. Maluissem igitur dicere, eiusdem atque sancti ciuitatis ciues. Aiunt enim συμπολῖται non esse Græcis scriptoribus vsitatum nomen, nec satis Latinè Conciues dici. Retinui tamen, quòd authore Paulo non dubitarim vsurpare.

20 Super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ἐπὶ τῷ θεμελίῳ. &c. Id est super Christum, qui est Apostolicæ & Propheticæ structuræ fundamentum. Sic enim Apostolus ipse optimus sui interpres explicat 1. Cor. 3. c. 11. & Esa. cap. 28. d. 16. Et de Lege ac Prophetis idem testatur Christus Iohan. 5. f. 39. Itaque Apostoli & Prophetæ fuerunt huius templi, id est Ecclesiæ Dei, (vt etiam hodie fideles ministri) architecti, non autem fundamentum ipsum: & planè est Antichristus qui sibi tribuit quod vnius Christi est: ac proinde non sunt lapides templi Dei quicunque alio fundamento niuntur, etiamsi nomen Christi retineant, quum rem ipsam tollant. Vbi autem Petri primatus? Nempe vel nusquam est nisi in Antichristiana Ecclesia: vel admodum negligenter, imò etiam hæreticè hæc scripserit Paulus, qui Apostolos numeret multitudinis numero, & sibi etiam in proximo capite, Gentium Apostolatum vendicet. At enim, dices, iste est & Petri & Pauli successor. ergo primatus ipse à Petri & Pauli demum obitu cœperit, quandoquidem collegam habuit Petrus: à quo etiam fuerit meritò reprehensus, & cui dextram porrexerit societatis. Ita ex suo ipsius ore conuincitur seruus nequam. Omitto eorum nugas qui fundamentum interpretantur concilia œcumenica, ædificium videlicet ipsum pro fundamento substituentes, si modò germana sint concilia. Quid verò iis facias quos non pudet Romanam etiam Ecclesiam (quã vocant) pro fundamento substernere? Ita mutuò sese colliduntur mendacia.

Cuius imus angularis *lapis*, ὄντος ἀκρογωνιαίου. Participiũ in hoc dicendi genere non solet à Latinis exprimi. Ἀκρογωνιαῖον autẽ non conuerti, Summũ angularẽ, vt Vetus interpr. sed contrà, imũ angularẽ, nequis ambiguitate deceptus falleretur. Nam ἄκρον Græcis vtrunque extremũ declarat, nẽpe & summũ & infimũ. Hîc verò Christus cõsideratur tanquã is qui ædificium totum solus sustineat, vt sicut architecti à fundamento, sic à Christo vnico illo firmissimo lapide incipiat Ecclesiæ structura. Simili ratione Christus dicitur à Dauide ראש פנה. i. caput anguli, non habita situs summi sed imi ratione, vt ראש declaret translatitiè partẽ ædificii præcipuã, & à qua dependẽt reliquæ, sicut corpus à capite, quãuis diuerso situ. Caput enim in corpore summã partẽ tenet, in ædificio verò fundamentũ in imo subsidet: sed ædificio id præstat quod caput corpori, ideóq; caput dicitur. Vnde ראשית Hebr. & caput Latinis, pro cuiusuis rei principio, & prima ac præcipua parte ponitur. Id autem ita esse explicandũ, vel ex sequenti versiculo liquet, in quo dicitur totũ ædificiũ à Christo exurgere. Sed & Anguli

appellatio partē eam ædificii designat cuius vnius firmitate vniuersum ædificiū fulcitur, ex Hebr. idiotismo: à quibus etiam idcirco מגן, id est anguli, vocantur ii qui authoritate præstant, & reipublicæ molē quasi fulciūt, vt 1. Sam. 14. f. 38, & Esa. 19. b. 13. quod volui annotatum, nequis hic imaginetur plurium angulorū ædificium, aut denique subtilius in hac similitudine philosophetur, quum in angulo oporteat duos parietes concurrere, non possit autem ex duobus parietibus ædificium perfici.

Ἐν ᾧ πᾶσα ἡ οἰκοδομὴ συναρμολογουμένη αὔξει εἰς ναὸν ἅγιον ἐν Κυρίῳ·

21 In quo totū ædificiū cōgruenter coagmētatum, crescit vt sit templū sanctum Domino.

21 In quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctū in Domino.

Ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς συνοικοδομεῖσθε εἰς κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ ἐν Πνεύματι.

22 In quo & vos vnà ædificamini, vt sitis habitaculum Dei per Spiritum.

22 In quo & nos cæd ficamini in habitaculum Dei in Spiritu sancto.

Κεφάλαιον γ'.

CAPVT III.

CAP. III.

Τούτου χάριν ἐγὼ Παῦλος ὁ δέσμιος τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ ὑπὲρ ὑμῶν τῶν ἐθνῶν.

1 HVius rei gratia ego Paulus sum captiuus ille Christi Iesu pro vobis Gentibus:

1 HVius rei gratia ego Paulus vinctus Christi Iesu pro nobis Gentibus:

Εἴγε ἠκούσατε τὴν οἰκονομίαν τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ τῆς δοθείσης μοι εἰς ὑμᾶς·

2 Siquidem audistis dispensationem gratiæ Dei quæ data est mihi apud vos:

2 Si tamen audistis dispensationem gratiæ Dei quæ data est mihi in nobis.

Ὅτι κατὰ ἀποκάλυψιν ἐγνωρίσθη μοι τὸ μυστήριον, (καθὼς προέγραψα ἐν ὀλίγῳ.

3 Deum videlicet per reuelationem notum mihi feciſſe myſterium illud, (ſicut antè ſcripſi paucis.

3 Quoniam ſecundū reuelationem notum mihi factū eſt ſacramentū, (ſicut ſuprà ſcripſi in breui.

Πρὸς ὃ δύνασθε ἀναγινώσκοντες νοῆσαι τὴν σύνεσίν μου ἐν τῷ μυστηρίῳ τοῦ Χριστοῦ)

4 Ex quo perlecto poteſtis intelligere quæ ſit mea intelligentia in myſterio Chriſti)

4 Prout poteſtis legentes intelligere prudentiam meam in myſterio Chriſti)

21 Totum ædificium, πᾶσα οἰκοδομή. i. ὅλη. Eraſ. Quæcunque ſtructura. Putauit enim πᾶσαν hoc in loco diſtinguere hoc ædificium ab aliis quæ hoc fundamento non nituntur: qua in re proculdubio fallitur. Nam de nullo alio ædificio diſſeruit, vt minimè hic ſit opus vlla diſtinctione. Deinde hac ratione nō fuiſſet dicendū, πᾶσα ἡ οἰκοδομὴ συναρμολογουμένη, ſed πᾶσα οἰκοδομὴ ἡ συναρμολογουμένη, vel certè expungendus articulus, cuius vis eſt αἰσθησιν hoc in loco. πᾶσαν igitur, id eſt totum ædificium, dixit, vt ſciamus non partem duntaxat ædificii, ſed totam ſtructuram, quantacunque eſt, hoc vno lapide angulari fulciri. Creſcit, αὔξει. Vtitur præſenti tempore vt ædificii ſtructuram nondum abſolutā, ſed architectos adhuc in opere verſari intelligamus. Vt ſit templum ſanctum, εἰς ναὸν ἅγιον. Eis finem declarat. Alludit autem ad templum Hieroſolymitanum, quod fuit iſtius viui ædificii typus, perpetuum pontificem Chriſtum habentis, vt in epiſtola ad Hebræos explicatur. Qua autē ratione ſinguli fideles alibi dicuntur Templum Domini, quòd Deus per Spiritum ſanctum in Chriſto ipſos ſanctificarit, & quaſi apud eos ſibi domicilium delegerit, eidem etiam Eccleſiæ idem nomen tribuitur, quum fideles omnes in vnum quaſi ædificium compingantur. Domino, ἐν Κυρίῳ. Vel repetitur antecedens, Hebræorum more, quanuis expreſſo relatiuo, quum præceſſerit ἐν ᾧ, in quo, ſi hoc libuerit coniungere cum verbo αὔξει (quāquam ἐν ᾧ fortaſſis rectius expoſueris ἐφ' ᾧ, ſupra quod, videlicet θεμελίῳ, fundamentū, vt perpetua ſit metaphora) vel ἐν reſpondet literæ ב Hebræorum, quæ tertio caſui adiungitur: quam interpretationem ſum ſequutus. Non temere tamen dici poſſit creſcere in Domino ædificium quod in eo fuit coagmentatum, nempe vt nō principia tantùm, ſed & media & extrema feramus Dei gratiæ in Chriſto accepta.

22 Et vos vnà ædificamini, καὶ ὑμεῖς συνοικοδομεῖσθε. Vide ſuprà, verſu 15. Vt ſitis habitaculum, εἰς κατοικητήριον. Iterum εἰς finem notat, & alluſio eſt ad templum, quod dicitur מקום ישראל. Pertinet autem ad hunc locum differentia τοῦ κατοικεῖν & τοῦ παροικεῖν, de qua diximus Matth. 2. d. 23. Per Spiritum, ἐν Πνεύματι. Vide ſuprà, verſu 18.

IN CAPVT III.

1 Ego Paulus *ſum* captiuus ille, ἐγὼ Παῦλος ὁ δέσμιος. Nunc tandem ad hypotheſin (id eſt ad ſuum Apoſtolatum) deſcendit. Cæterùm quia neceſſariò explenda eſt cōſtructio, non cōuenit inter interpretes. Nā alii ſubaudiunt ἀπόστολος, legatione fungor: quod haud ſatis ſcio an cōueniat præpoſitioni ὑπὲρ pro apud. Neque enim pro Gentibus, id eſt Gentium nomine, legatione fungebatur, ſed ὑπὲρ Χριστοῦ, 2. Corinth. 5. d. 20: niſi ὑπὲρ accipiamus pro ἕνεκα. quod & ipſum duriuſculum fuerit, quia præceſſit πρὸς χάριν. Alii verò ſubaudiunt καυχήσομαι, gloriatus ſum, quòd ſimile quippiam dixiſſe videatur Apoſtolus Philip. 2. c. 16. Sed neutrū ſanè in pleriſque & iis quidem emendatiſſimis codicibus inuenitur, neque velim quidem ego iſtiuſmodi eclipſibus additum patefacere. Eſt autē maximè vſitata & minimè omniū coacta eclipſis verbi ſubſtantiui, quod multo rectius ſuppleuit Eraſmus. Vertit enim, Ego Pauli *ſum* vinctus Ieſu Chriſti: ſed non rectè prætermiſſo articulo qui καυχᾶται ponitur hoc in loco. Multa enim erat iſtius captiuitatis celebritas, quòd Paulus paſſim dictitaretur is eſſe qui vellet Gētes cum Iudæis exæquare, quique hoc nomine Iudæos reddidiſſet omnibus exoſos, vt ſcribitur Act. 21. c. 28, & 24. 2. 5, & 25. g. 24. Hoc verò tantum abeſt vt inficietur, vt contrà ex eo captet commendandi apud Gentes miniſterii ſui occaſionem. Captiuum autem Ieſu Chriſti ſe dicit, non actiuè, quem Ieſus Chriſtus captiuum teneat ſed paſſiuè, qui pro Ieſu Chriſti aſſerta gloria captiuus teneatur. Sic enim ſeſe pro iisvinctum eſſe dicit vt eorū mentes ſimul ad Chriſtum attollat, ne videatur cauſam ſuam agere.

2 Audiſtis, ἠκούσατε. Loquitur de vocatione ſua peculiariter Gentibus deſtinata, vt de re omnium ſermonibus celebrata. 3 Per reuelationem, κατ' ἀποκάλυψιν. Innuit ſe Apoſtolum eſſe ἀμέσως vocatūrque hiſtoria refertur Act. 9. c. 15, & 22. f. 21, & paſſim celebratur in ipſius epiſtolis. Paucis, ἐν ὀλίγῳ. Vel paulo antè, nempe primo capite huius epiſtolæ. Neque enim video vnde colligere poſſimus aliam fuiſſe ſcriptam epiſtolam quæ exciderit. De myſterio diximus ſuprà, 1. b. 9.

4 Ex quo, πρὸς ὃ. Cohæret hoc cum verbo νοῆσαι, & accipitur πρὸς vt in illo Ouidii, Mortua (credemi-

hi)tamen ad tua verba reuixi. Participium autem ἀναπαύεται ponitur ſine caſu,Græcorũ more,vt in illo Virgilii,-Et diuũm amplexæ ſimulacra,tenebant. Quem Helleniſmum vt vitarem,cõuerti Ex quo perlecto.Optimo verò iure de ſe iſta prædicare Apoſtolum,re ipſa cognoſcet quiſquis perſpexerit quàm ſublimiter ac prorſus diuinè totum illud argumentum ab initio epiſtolæ pertractarit.

Ὃ ἑτέραις γενεαῖς οὐκ ἐγνωρίσθη τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, ὡς νῦν ἀπεκαλύφθη τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις αὐτοῦ καὶ προφήταις ἐν Πνεύματι·

5 Quod aliis ætatibus non innotuit ᵛfiliis hominũ,vt nũc retectum eſt ſanctis eius Apoſtolis & Prophetis per Spiritum:

5 *Quod aliis generationibus non eſt agnitum filiis hominum,ſicuti nunc reuelatum eſt ſanctis Apoſtolis eius & Prophetis in Spiritu:*

Εἶναι τὰ ἔθνη συγκληρονόμα καὶ σύσσωμα, καὶ συμμέτοχα τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ ἐν τῷ Χριστῷ, διὰ τοῦ εὐαγγελίου.

6 Gentes *videlicet* eſſe cohæredes & ᵛconcorpores, conſortéſque promiſſionis eius in Chriſto per Euangelium.

6 *Gentes eſſe coheredes, & concorporales & comparticeps promiſſionis eius in Chriſto Ieſu per Euangelium:*

Οὗ ἐγενόμην διάκονος κατὰ τὴν δωρεὰν τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ τῆς δοθείσης μοι κατὰ τὴν ἐνέργειαν τῆς δυνάμεως αὐτοῦ.

7 Cuius factus ſum miniſter ex dono gratiæ Dei,quod datũ eſt mihi ſecundum efficacitatem potentiæ ipſius.

7 *Cuius factus ſũ ego miniſter ſecundũ donũ gratiæ Dei quæ data eſt mihi ſecundũ operationem virtutis eius.*

Ἐμοὶ τῷ ἐλαχιστοτέρῳ πάντων ἁγίων ἐδόθη ἡ χάρις αὕτη, ἐν τοῖς ἔθνεσιν εὐαγγελίσασθαι τὸν ἀνεξιχνίαστον πλοῦτον τοῦ Χριστοῦ,

8 Mihi,*inquam*,ᵛlongè minimo omnium ſanctorũ,data eſt hæc gratia,euãgelizandi inter Gẽtes imperueſtigabiles opes Chriſti,

8 *Mihi omnium ſanctorum minimo data eſt gratia hæc in Gentibus euangelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti,*

Καὶ φωτίσαι πάντας τίς ἡ οἰκονομία τοῦ μυστηρίου τοῦ ἀποκεκρυμμένου ἀπὸ τῶν αἰώνων ἐν τῷ Θεῷ, τῷ τὰ πάντα κτίσαντι διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ·

9 Et ᵛin lucẽ proferendi omnibus quæ ſit ᵛcommunio myſterii quod erat abſcõditum à ſeculis in Deo,qui omnia condidit per Ieſum Chriſtum:

9 *Et illuminare omnes quæ ſit diſpenſatio ſacramẽti abſcõditi à ſeculis in Deo,qui omnia creauit:*

Ἵνα γνωρισθῇ νῦν ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἐξουσίαις ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, διὰ τῆς ἐκκλησίας, ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ Θεοῦ·

10 Vt nota nunc fiat ᵛper Eccleſiam imperiis ac poteſtatibus quæ in cælis ſunt, ᵛmultiformis illa ſapientia Dei:

10 *Vt innotescat nũc principatibus & potestatibus in cælestibus, per Eccleſiam,multiformis ſapientia Dei:*

Κατὰ πρόθεσιν τῶν αἰώνων, ἣν ἐποίησεν ἐν τῷ Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν·

11 Secundum ᵛpropoſitum æternum quod conſtituit in Chriſto Ieſu Domino noſtro:

11 *Secundũ præfinitionem ſeculorũ, quã fecit in Chriſto Ieſu Domino noſtro:*

5 Filiis hominũ,τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων.Hebr.לבני אדם,id eſt hominibus. Quid verò annõ hoc olim ſanctis Patribus fuit patefactum?Reſpondeo,non ita multis,præſertim quod ad vocationem Gentium attinet,idque diruto intergerino pariete.Deinde vt reuelatum fuerit Prophetis,qui etiam id fore prædixerunt, tamẽ diuerſa ratione ac menſura fuit illis hoc myſterium quaſi eminus & cum inuolucris oſtenſum,quũ Apoſtoli præſentem clariſſimam lucem ſint intuiti:quanuis initio de vocatione Gentium dubitarit etiã Petrus. Itaque addidit Paulus particulam ὡς. Adiunxit autem Apoſtolis Prophetas illos de quorum munere diximus Rom.12. b. 6,& 1.Corinth.14.b.1 & 3. Neque enim hoc poteſt ad veteres illos Prophetas referri.

6 Concorpores,σύσσωμα. Vide Gal.3.c.16,& d.28,& ſuprà 1.b.10. Vulg.Concorporales. Eraſ.Eiuſdem corporis.

8 Longè minimo,ἐλαχιστοτέρῳ.Comparatiuum à ſuperlatiuo deductũ,acſi dicas minimorum minimo. Ideo addidi particulam Longè.

9 In lucem proferendi,φωτίσαι. Sic rectè Eraſmus. Vulg.Illuminare,quum φωτίσαι hic declaret, planè ac perſpicuè aliquid docere,ac velut illata luce patefacere. Communio,κοινωνία. Vulg.Diſpenſatio,οἰκονομία,& ita etiam veteres noſtri libri ſcriptum habebant. Per Ieſum Chriſtum,διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Vetus interpres hoc non legit,nec Hieronymus habet,nec Ambroſius:reperi tamen in omnibus Græcis:& ſanè maximam habet emphaſin.Sic enim colligit Apoſtolus, Vnus Deus omnes condidit,ſic etiam nunc omnes ad ſe vocat: condidit autem per Chriſtum,ſic per Chriſtum inſtaurat.

10 Per Eccleſiam,διὰ τῆς ἐκκλησίας. Eccleſiam ex tam multis támque diuerſis hominum generibus collectam ſignificat quaſi exemplar aut ſpeculum eſſe in cuius contemplatione ipſi etiam Angeli proficiant,quatenus videlicet in tam multiplicis turbæ coniunctione,& tam conſentiente (vt ita dicam) diſcordia longè melius apparet multiplex illa Dei ſapientia quàm in vnius ſynagogæ gubernatione.Nec velim quidem ego ſubtilius de Angelis philoſophari,quaſi cõcionibus interſint.& Eccleſiæ miniſterium ad illos etiam pertineat. Quæ de re vide quæ tradit in hunc locum doctiſſimus interpres.De his autem nominibus quæ Angelis tribuuntur, diximus Rom.8.6.39. Multiformis,πολυποίκιλος,id eſt πολυμερὴς. Nam res ipſa non variatur, quum vnus ſemper Chriſtus fuerit propoſitus,ad quem etiam Lex,tanquam pædagogus, Iudæos ducebat: ſed variata eſt œconomia,quæ rurſus infinitas habet formas,ſi applicatio multiplex æſtimetur ex locorum,perſonarum & rerum circunſtantiis,quas omnes Dominus ad eundem finem adducat.

11 Propoſitum æternum,πρόθεσιν τῶν αἰώνων.Vulgata & Eraſmus,Præfinitionem ſeculorum. Ego πρόθεσιν, id eſt propoſitum,vt fontem ipſius προορισμοῦ,id eſt præfinitionis & prædeſtinationis,conſidero:& עולמים,

id eſt ſeculorum,cum doctiſſimo interprete accipio *αἰὼνῶν αἰώνων*, ex idiotiſmo Hebræis perfamiliari. Æternum autem accipio quod omni principio ſit antiquius. Quod cõſtituit,*ὃν ἐποίησε*. Ad verbum, Quod fecit, ſicut in vernaculo ſermone dicimus *Faire une deliberation*:quanuis non deſint qui *ἐποίησε* accipiant pro Præſtitit. Quòd autem relatiuũ *ὃν* nonnulli ad ſapientiã,nonnulli ad Eccleſiã referunt,nihil eſt,quum per ſe plana ſit ſententia.

Ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν παῤῥησίαν καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐν πεποιθήσει, διὰ τῆς πίστεως αὐτοῦ.	12 In quo habemus libertatem & aditum cum fiducia, per fidẽ ipſius.	12 *In quo habemus fiduciam & acceſſum in cõfidentia per fidem eius.*
Διὸ αἰτοῦμαι μὴ ἐκκακεῖν ἐν ταῖς 13 θλίψεσί μου ὑπὲρ ὑμῶν, ἥτις ἐστὶ δόξα ὑμῶν.	13 Quapropter peto ne ſegneſcatis ob afflictiones meas pro vobis, quæ eſt gloria veſtra.	13 *Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ eſt gloria veſtra.*
Τούτου χάριν κάμπτω τὰ γόνατά μου 14 πρὸς τὸν πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ,	14 Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti,	14 *Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti,*
Ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς 15 καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται.	15 Ex quo tota familia in cœlis & in terra nominatur,	15 *Ex quo omnis patrimonis in cœlis & in terra nominatur,*
Ἵνα δῴη ὑμῖν κατὰ τὸ πλοῦτος τῆς δό- 16 ξης αὐτοῦ, δυνάμει κραταιωθῆναι διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον·	16 Vt det vobis, pro diuite ſua gloria, vt fortiter corroboremini per Spiritum ſuum in interiore homine:	16 *Vt det vobis ſecundum diuitias gloriæ ſuæ, virtute corroborari per Spiritum eius in interiorẽ hominem:*
Κατοικῆσαι τὸν Χριστὸν διὰ τῆς πί- 17 στεως ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν·	17 Vt inhabitet Chriſtus per fidẽ in cordibus veſtris:	17 *Chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris:*
Ἐν ἀγάπῃ ἐῤῥιζωμένοι καὶ τεθεμελιω-	18 Vt in charitate radicati & fun	18 *In charitate radicati &*

5 12 Per fidem ipſius, *διὰ τῆς πίστεως αὐτοῦ*. Id eſt per fidem in illum. Vide Rom.3.c.22.

13 Quæ eſt,&c. *ἥτις ἐστὶ*,&c. id eſt, Qua in re poſita eſt gloria veſtra. Hæc enim trita eſt regula apud Hebræos,relatiuum inter duo nomina poſitum,cum alterutro pro libitu congruere,vt Philip.3.d.18.

14 Domini noſtri Ieſu Chriſti,*τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ*. Hanc partem dicit Hieronymus in Latinis codicibus additam,quum in Græcis non extet. Non enim,inquit,loquitur Paulus propriè de Patre Domini noſtri Ieſu Chriſti,ſed in genere flectit genua ad illum Patrem quem omnes creaturæ rationabiles agnoſcunt cõditorem & authorem. Atqui in omnibus veteribus libris & ſcholiis quoque Græcis hæc particula additur, & addi certè debet. Neque enim poteſt Deus Pater niſi in Chriſto inuocari: qua ratione tamen non omnium, ſed fidelium tantùm eſt Pater. Denique ſi Deum extra Chriſtum conſideraris, quænam erit Patris inuocatio?

15 Ex quo,*ἐξ οὗ*. Ex quo videlicet Patre per Chriſtum. vel ex quo Chriſto. Is enim vnus filios Dei fecit quicunque ab origine mundi in ipſum crediderunt, Iohan.1.b.11. Tota familia in cœlis & in terra nominatur,*πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται*. De Eccleſia Dei ex Gentibus & Iudæis coagmentata Paulum differere ſatis conſtat. Itaque miror cur particulam *πᾶσα* non animaduerterint interpretes poſitam pro *ὅλη*, vt ſuprà,2.d.1. *πατριὰ* autem quam Vetus interpres Paternitatem conuertit, Hieronymus Parentelam, Eraſmus Cognationem à communi Patre, ſatis liquet familiam declarare, id eſt gentem quæ communem vnum patrẽfamiliãs habeat: vt ſanè habet Eccleſia in Chriſto adoptata, quæ etiam idcirco Domus Dei dicitur, vt 1. Tim. 3.c.15: cuius ciues vocauit domeſticos Dei, ſuprà,2.d.19. Externi ſunt igitur quicũque non ſunt deſtinati adoptioni in Filio, & patrem habẽt diabolum, vt Iohan.8.f.44, ſuper quos manet ira Dei, Ioh.3.d.36: vt planè non poſſit eorum interpretatio admitti qui *πᾶσα* exponunt Omnis. [illegible] niſi eadem permutatione, Omnis pro Tota accipiant. Iam verò quod additur In cœlis, ſi ad nomen fam[illegible] placet, dixerim ad eos pertinere qui iam in cœlos migrarunt, in eodem atque nos Filio adoptati, [illegible] in eandem familiam conſtituantur, ſicut expoſuimus ſuprà,1.b.10. Nam ne hic quidem velim de An[illegible]lius philoſophis: quibus vix ſanè potem adoptionis nomen conuenire, adeo vt in hac *πατριᾷ* non po[illegible]t ſatis commodè comprehendi, cuius vinculum noſtra in Filio adoptio exiſtat. Sin autem coniunxerimus cum verbo *ὀνομάζεται*, nominatur, non tam erit prægnans (vt ita dicam) ſententia. Tantùm enim ſignificabitur, iſtius Domini familiæ celebritatẽ, huius mundi ſpatiis non terminari, ſed in ipſis etiam cœlis commemorari, vt Luc.2.b.14, & 15.b.7. Itaque priorem expoſitionem vt vberiorem amplector. Poſtremò *ὀνομάζεσθαι* ſignificat ex alicuius nomine celebrari, vti iam tum fideles omnes à Chriſto Chriſtiani dicebantur. Sed meminerimus rem ipſam eſſe cum nomine copulandam.

16 Pro diuite ſua gloria, *κατὰ τὸ πλοῦτος τῆς δόξης αὐτοῦ*: id eſt pro magnitudine miſericordiæ ipſius. Id enim eſt quod *δόξαν* vocat, ob eam cauſam quam expoſuit ſuprà,1.b.5 & 6 & 12. Sed & opulentiam glorioſam poſſis interpretari, eadem aut certè non multũ diuerſa ſententia. In interiori homine, *εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον*. Εἰς pro ἐν accipio. Vide Rom.7.d.22.

17 Vt inhabitet, *κατοικῆσαι*. Iterum notanda emphaſis verbi *κατοικῆσαι*, quam expoſuimus Matth.1.d.23. Huc etiam pertinet quod ſcriptum eſt Ioh.6.d.57, & 14.c.23. In cordibus, *ἐν καρδίαις*. Non dicit In linguis, niſi cor linguam appellat, vt meritò dicat vnuſquiſque, Credidi, ideo loquutus ſum.

18 In charitate, *ἐν ἀγάπῃ*. Charitatem intellige qua diligimur à Deo. Hæc enim eſt radix, hoc fundamentum electionis noſtræ, ad quod vbique nos reuocat Apoſtolus, vt ſuprà, 1.2.4, & alibi paſſim. Radicis enim & fundamenti nomẽ quomodo fructibus tribuas? Radicati & fundati, *ἐῤῥιζωμένοι καὶ τεθεμελιωμένοι*. Sic rectè Vetus interpres, Eraſmus tamen prætulit periphraſin, Fixis radicibus, & fundamento iacto. Cæterùm cohærent hæc participia cum ſequenti verbo *κατελθεῖν*: eſtque particula *ἵνα* explicanda per traiectionem, quæ nõ mo-

dò non eſt inſolens, ſed etiam elegans habetur. Certè apparet Paulum ea delectatum non vno in loco, ſed ſatis multis, vt 1. Corinth. 9.c.15, & 2. Cor. 2.b.4, & Galat. 2.b.10. Vide Rom. 12.d.31.

μάθοι· ἵνα ἐξισχύσητε καταλαβέσθαι σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις, τί τὸ πλάτος καὶ μῆκος, καὶ βάθος καὶ ὕψος,

dati, valeatis aſſequi cū omnibus ſanctis, quæ ſit illa latitudo & longitudo, & profunditas & ſublimitas:

fundati, vt poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo & longitudo, & ſublimitas & profundum:

Γνῶναί τε τὴν ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ, ἵνα πληρωθῆτε εἰς πᾶν τὸ πλήρωμα τοῦ Θεοῦ.

19 Et cognoſcere charitatem illam Chriſti omni cognitione ſuperiorem: vt impleamini ad omné vſque plenitudinē illā Dei.

19 *Scire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti, vt impleamini in omnem plenitudinē Dei.*

Τῷ δὲ δυναμένῳ ὑπὲρ πάντα ποιῆσαι ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ ὧν αἰτούμεθα ἢ νοοῦμεν, κατὰ τὴν δύναμιν τὴν ἐνεργουμένην ἐν ἡμῖν,

20 Ei verò qui infinita cum redundantia poteſt omnia facere ſupra ea quæ petimus, aut mente concipimus, pro vi illa agente in nobis,

20 *Ei autem qui potens eſt omnia facere ſuperabundāter quàm petimus aut intelligimus, ſecundū virtutem quæ operatur in nobis.*

Αὐτῷ ἡ δόξα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, εἰς πάσας τὰς γενεὰς τοῦ αἰῶνος τοῦ αἰῶνων. ἀμήν.

21 Sit gloria in Eccleſia per Chriſtum Ieſum, in omnes ætates ſeculi ſeculorum. Amen.

21 *Ipſi gloria in Eccleſia, & in Chriſto Ieſu, in omnes generationes ſeculi ſeculorum. Amen.*

Κεφάλαιον ιδ΄

CAP. IIII.

CAP. IIII.

Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς ἐγὼ ὁ δέσμιος ἐν Κυρίῳ, ἀξίως περιπατῆσαι τῆς κλήσεως ἧς ἐκλήθητε,

1 Precor itaque vos ego captiuus in Domino, vt ambuletis ita vt dignum eſt vocatione qua vocati eſtis,

1 *Obſecro itaque vos ego vinctus in Domino, vt dignè ambuletis vocatione qua eſtis vocati.*

Quæ ſit illa latitudo, &c. τί τὸ πλάτος, &c. Id eſt, quàm ſit hoc opus noſtræ in Chriſto conciliationis omnibus ſuis numeris & partibus abſolutum. Sumpta autem eſt à Geometricis menſuris tranſlatio: vt mirum ſit veterum nonnullos tam procul à ſcopo aberraſſe dum iſtas dimenſiones ſeorſim ſubtili quadam ratione conſiderant.

19 Charitatem Chriſti, ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ. Id eſt, quam exhibuit nobis Deus in Chriſto, vt Ioh. 3.b.16, & Rom. 5.b.8. Vel, qua Chriſtus ipſe Filius Dei nos complexus eſt, vt Iohan. 15.b.13. Omni cognitione ſuperiorem, ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως. Id eſt, quæ ſuperat humani ingenii captum, vt quidem plenè animo concipi poſſit: quum alioqui quiſque Spiritu Dei fretus pro modulo ſuo tantùm percipiat quantū ſatis eſt ad ſalutem. γνῶσιν enim vocat facultatem ipſam cognoſcendi, non cognitionis habitum. Eſt autem hæc plana expoſitio, & cum ſuperiore metaphora prorſus conſentiens, atque etiam cum eo quod ſcripſit ſuprà verſiculo octauo, nempe imperueſtigabiles eſſe Chriſti opes. Quod autem attinet ad conſtructionem verbi ὑπερβάλλειν, dō erat quòd de ea ambigeret Eraſmus. Sic enim apud Ariſtotelem bis in eadem pagina inuenitur libro de Republica 3, Μᾶλλον γάρτοι δὴ καὶ τοὺς ἀρχαιοτάτους τὴν Ἡρακλέα κατανοοῦσι. ἀλλ' ἑαυτῶν αὐτὸν ἄγειν τὸν ἀρχὸν μὴ θέλοντα, ὡς ὑπερβάλλοντα πολὺ τὸν καιρόν. Idē paulo pòſt, οὔτε γὰρ χαρίζεσθαι ἐοίκασιν αὐτῷ τὸν ὑπερβάλλοντα τῆς συμμετρίας ἔχειν τὸ ζῆν. Quidam igitur in hoc explicando loco fruſtra ſe torſerunt, vt Hieronymus, qui interpretatur Eximiam dilectionem cognitionis Chriſti: obſcuro ſenſu, & traiectione ita violenta vt admitti certè nō poſſit. Sed magis etiam hunc locum torquent qui τῆς γνώσεως attexunt præcedenti verſiculo, cuius conſtructionis meminit etiam Photius. Apud Ambroſium verò perinde legitur contextus acſi ſcriptum eſſet τὴν γνῶσιν τῆς ἀγάπης, aut certè permutata cōſtructio: cuiuſmodi hypallagen annotauimus Act. 5.d 10. Vertit enim, Supereminentem ſcientiam charitatis Chriſti, quo modo etiam legitur apud Auguſtinum epiſtola 120, vt Eraſmus obſeruauit. Vulgata, Supereminentem ſcientiæ. Eraſmus, Supereminentem cognitioni. Ad omnem, &c. εἰς πᾶν, &c. Id eſt, ita vt in nobis abundent quæcunque ad noſtram illam in Deo perfectionem requiruntur. Nam εἰς pro μέχρι accipitur, vt εἰς παντὸν pro eo vſque, & εἰς τὸν pro hactenus, & εἰς πάσας, infrà verſu 21, quo modo etiam apud Hebræos ponitur ל pro ע. Additus autem articulus refert eam plenitudinem de qua ſuperiore verſiculo differuit, vt plenitudo Dei dicatur non qua Deus ipſe plenus eſt, id eſt plena diuinitas, (quis enim hanc capiat?) ſed ingens illa Dei beneficentia in Chriſto, cuius nos facit participes & cohæredes. Deinde plenitudinē malui vertere quàm perfectionem: propterea quòd paulo antè dictum eſt Chriſtum in cordibus noſtris habitare vt Deus quodammodo in ipſo nos impleat, & nos Deo veluti impleamur in ipſo.

20 Infinita cum redundantia, ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ. Ad verbum, ſuprà quàm redunduanter. Vulgata, Superabundanter. Eraſmus, Cumulatè. Neuter ſatis ἐμφατικῶς. Pro vi, &c. κατὰ δύναμιν, &c. Id eſt, pro ea facultate quam in nobis iam vigere experimur.

21 Sit gloria, αὐτῷ ἡ δόξα. Redundat relatiuum αὐτῷ ex Hebræorum idiotiſmo, vt ὦ in ſimili prorſus loco, ad Romanos capite 16.d.27. In omnes ætates ſeculi ſeculorum, εἰς πάσας τὰς γενεὰς τοῦ αἰῶνος τοῦ αἰώνων. Hebraicè, לכל דורות עולם ועולמים.

IN CAPVT IIII.

1 Precor, παρακαλῶ. Eraſmus, Hortor. Mihi verò videtur illud magis appoſitum. In Domino, ἐν Κυρίῳ. Hebraicè בעבור, id eſt Dominicauſa, ſiue ob Domini negotium. Ponitur enim ב pro מפני, id eſt propter, vt Geneſeos capite 19. ver. 18. Vocatione, τῆς κλήσεως. Vocationem vniuerſalem fidelium intellige: nempe vt ſancti ſint ſicut Deus ſanctus eſt, ad quem vocati ſunt in Chriſto. De ipſo verò nomine vocationis ſæpe iam à nobis dictum eſt. Qua, ἧς. Poſitum eſt relatiuum in caſu antecedentis.

Μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης καὶ πραότητος, μετὰ μακροθυμίας, ἀνεχόμενοι ἀλλήλων ἐν ἀγάπῃ

1 Cum omni modestia ac mã suetudine, cum animi lenitate, tolerantes alii alios per charitatem:

1 Cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia, supportantes inuicem in charitate:

Σπουδάζοντες τηρεῖν τὴν ἑνότητα τοῦ Πνεύματος ἐν τῷ συνδέσμῳ τῆς εἰρήνης.

3 Studentes seruare vnitatem Spiritus per vinculum pacis.

3 Solliciti seruare unitatem Spiritus in uinculo pacis.

Ἓν σῶμα καὶ ἓν πνεῦμα, καθὼς καὶ ἐκλήθητε ἐν μιᾷ ἐλπίδι τῆς κλήσεως ὑμῶν·

4 Vnum est corpus & vnus Spiritus, sicut & vocati estis in vnã spem vocationis vestræ.

4 Vnum corpus, & unus Spiritus, sicut & uocati estis in una spe uocationis uestræ.

Εἷς Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα·

5 Vnus Dominus, vna fides, vnum Baptisma:

5 Vnus Dominus, una fides, unum Baptisma:

Εἷς Θεὸς καὶ πατὴρ πάντων, ὁ ἐπὶ πάντων καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν ὑμῖν.

6 Vnus Deus & Pater omniũ, qui est super omnia, & per omnia, & in omnibus vobis.

6 Vnus Deus & Pater omnium, qui super omnes & per omnia, & in omnibus nobis.

Ἑνὶ δὲ ἑκάστῳ ἡμῶν ἐδόθη ἡ χάρις κατὰ τὸ μέτρον τῆς δωρεᾶς τοῦ Χριστοῦ.

7 Sed vnicuique nostrum data est gratia pro mensura doni Christi.

7 Vnicuique autem nostrũ data est gratia secundũ mensuram donationis Christi:

Διὸ λέγει, Ἀναβὰς εἰς ὕψος, ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν, καὶ ἔδωκε δόματα τοῖς ἀνθρώποις.

8 Quapropter dicit, Quum ascendisset in sublime, captiuam duxit captiuitatem, & dedit dona hominibus.

8 Propter quod dicit, Ascendẽs in altum, captiuã duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.

1 Modestia, ταπεινοφροσύνης. Vide Act. 20. d. 19. Cum animi lenitate, μετὰ μακροθυμίας. Vulg. Cum patientia. Vide Matth. 18. c. 26. Ambrosius certè procul aberrauit quum Magnanimitatem conuerteret.

3 Spiritus, τοῦ Πνεύματος. Spiritum accipio pro Spirituali, siue cuius vinculum est Spiritus sanctus. Ita enim distinguit amicitiam illam cuius præcepta tradiderunt philosophi, à Christiana cõiunctione: simúlque sibi patefacit aditum ad proximum argumentum.

4 Vnum est corpus, ἓν σῶμα. Vide 1. Cor. 12. b. 12 & 13. Vnus Spiritus, ἓν πνεῦμα. Vnus videlicet spiritus quo in vnum corpus coniungimini, vt iam alii ab aliis odio dissidere non possitis, quum Spiritus idem & vnus non possit à seipso dissidere. Quòd si spiritum accipiamus pro animo, dicentur fideles esse quasi vnum corpus & vnus animus, propter summam coniunctionem, vt Act. 4. f. 31: quod & philosophi de amicitia dixerũt, sed non eodem iure, quum istius coniunctionis vinculum & scopum non nossent. Quoties autem vnum hic legimus, toties nectatur conclusio, quod vnum est, discerpi non posse.

6 Qui est super omnia, & per omnia, &c. ὁ ἐπὶ πάντων, &c. Erasmus, Super omnia, & per omnia, & in omnibus vobis. Vulgata, Super omnes, & per omnia, & in omnibus vobis. Est autem (fateor) ambiguum genus, sed in duobus duntaxat prioribus. Nam tertium omnino masculini generis est. Itaque miror, quum Erasmus reprehenderit interpretem quòd in eodẽ genere non perseuerarit, & res personis miscuerit, qui non animaduerterit se in eandem reprehensionem necessariò incurrere, vt qui priora duo rebus tribuat, postremum autem cogatur personis accommodare. Nam contra omnium Græcorum codicum fidem Hieronymus expũgit pronomen ὑμῖν. cuius etiam dictum nolim temere & sine distinctione concedere, in omnibus videlicet esse Spiritum sanctum. Nam rectè Spiritus sanctus ab effectu sic vocatur, potius quàm à natura: quum per se satis intelligatur sanctus esse qui Deus est. Deinde (quod rectè omnino expendit doctissimus interpres) considerari debet huius loci circunstantia. Non est autem institurus sermo de illa vniuersali gubernatione, sed de mutua fideliũ in vno Patre coniunctione: quæ sanè nihil commune habet cum brutis animalibus. qua etiam ratione nomen Patris apposuit, quod nonnisi Christi membris competit, vt prorsus sine causa Hieronymus hic sese fatiget. Quanuis igitur priora duo generaliter de omnibus rebus creatis accipi possint, vt Ierem. 23. b. 23, & Act. 17. f. 28, tamen ad scopum Apostoli sunt restringenda quæ de imperio & præsentia Dei commemorat. Deinde quanuis interdum Paulus in eo argumento πάντα vsurpet neutro genere, tamen quia sequitur ἐν πᾶσιν ὑμῖν masculino genere, multo melius congruit, omnia ad rem eandem accommodare. Quod autem ad rem ipsam attinet, διὰ πάντων designat vnius in totam Ecclesiam summum imperium, διὰ πάντων prouidentiam per omnia Ecclesiæ membra diffusam, ἐν πᾶσιν nostram illam cum Deo coniunctionem in Christo. quæ tria non videtur agnoscere quisquis fraternam concordiam violat: vt planè fuerint impudentes hæretici quum ex istis syllabarum aucupiis vellent trium hypostaseon imparitatem statuere: vt pluribus docet Basilius in libello de Spiritu sancto ad Amphilochium. Postremò hac occasione descendit Apostolus ad sapiẽtiam Dei infinitam in his tribus, tum in toto Ecclesiæ corpore, tum in singularum partium concinna dispositione, describendam.

7 Doni Christi, τῆς δωρεᾶς τοῦ Χριστοῦ. Id est doni quod Christus contulit, vel quod Pater nobis in Christo cõtulit. Significat autẽ Apostolus vnum quidẽ esse corpus, ac proinde summam omniũ membrorũ consensionem esse oportere, sed diuersas esse membrorũ functiones, quæ in istius charitatis vsu sunt diligenter cõsiderãdæ, ne, dum volumus præpostero zelo vel ambitione aliqua corpus iuuare præter functionis nostræ rationem, non modò nihil proficiamus, sed hoc ipso plurimum noceamus.

8 Captiuitatem, αἰχμαλωσίαν. Id est captiuorum multitudinem. Est enim μετωνυμικῶς explicatus victoris ducis triumphus. Hostes autem isti sunt, diabolus, mors, peccatum, quicquid denique se opposuit humili Christo. Captiuitatem verò pro captiuis dixit, ex idiotismo Hebræis familiari, cuius multa passim exempla occurrunt. Et quod ad huius loci applicationem attinet, adeo propria est ista explicatio quam adfert Paulus vt aliæ omnes translatitiæ sunt, vel ipsis in eo consentientibus Iudæis. Nam ad Dauidem certè istam ascensionem

referri non posse liquet ex præcedenti & sequenti versiculo: quanuis Aben Ezra aliter censeat. Deus verò qua ratione dici potest in sublime ascendisse, nisi prius è sublimi descenderit? Nam alibi quidem Deum esse exaltatum, id est sublimem, lego: rogat etiam Dauid aliquoties vt exaltetur supra cælos, id est, magnificētix suæ sublimitatem declaret: sed vbi dicatur ascendisse in altum, pro gloriam suam insigni aliquo facto quasi euexisse (vt nonnulli hic exponunt) nusquam adhuc inueni. Itaque Kimhi quanuis alioquin à vero sensu aberret, tamen vidit hæc esse ad Deum referenda, qui è terra in cælum migrarit. Sed quod translatitiè explicat, credamus potius cū Paulo propriè esse de Messiæ in cælos reditu explicandum. Dedit dona hominibus. Ἔδωκε δόματα τοῖς ἀνθρώποις. Hebræa veritas habet מתנות באדם לקחת .i. accepisti dona in hominibus. Plurimum autem differunt accipere & dare. Quid igitur nempe sensum genuinum spectauit Apostolus. Sequitur enim gratiarum actio, Benedictus Deus, qui videlicet quotidie nos onerat donis suis. Ergo באדם accipitur pro בעבור, vel ל, vt Genes. 32. d. 13. Denique in hac explicatione consentit cum Paulo Chaldaica paraphrasis, quod ad dicendi genus attinet: quanuis ineptè ista de Mose interpretetur, vt etiam impius R. Salomon.

Τὸ δὲ ἀνέβη, τί ἐστιν εἰ μὴ ὅτι καὶ κατέβη πρῶτον εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς;

9 Cæterùm illud Ascēdit, quid est nisi quòd etiam descenderat prius in infimas partes terræ?

9 *Quòd autem ascendit, quid est nisi quia & descendit primum in inferiores partes terræ?*

Ὁ καταβὰς, αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβὰς ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα.

10 Qui descendit, ipse est qui etiā ascendit longè supra omnes cælos, vt impleret omnia.

10 *Qui descendit, ipse est & qui ascendit supra omnes cælos, vt impleret omnia.*

Καὶ αὐτὸς ἔδωκε, τοὺς μὲν, ἀποστόλους, τοὺς δὲ, προφήτας, τοὺς δὲ, εὐαγγελιστὰς, τοὺς δὲ, ποιμένας καὶ διδασκάλους.

11 Dedit igitur ipse alios quidē, Apostolos, alios verò, Prophetas, alios autem, Euangelistas, alios autem, Pastores & Doctores.

11 *Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem, Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem Pastores & Doctores.*

9 In infimas partes terræ εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς: id est in terrā, quæ pars est mundi infima, vt quidā idoneti interpretes explicant. Nam qui ad limbum vel ad inferos detorquent, vix digni sunt refutatione: inter quos etiam Origenes in sextum caput epistolæ ad Romanos (vt errorem erroribus cumularet) captiuitatis nomine quam Dominus victor abduxerit, eos intelligit qui cum Christo resurrexerunt, de quibus Matth. 27. f. 53. qui, inquit, introierunt in sanctam ciuitatem, id est Hierusalem. Sed age istas nugas sinamus. Hoc ego verò lectori expendendum relinquo ex cuiusdam interpretatione, ecquid Paulus his verbis alludat ad Virginis vterū. Extat enim locus Psal. 139. b. 15, vbi Dauid vterum in quo fuerat formatus, translatiè vocat תחתיות ארץ, id est inferiora terræ.

10 Longè supra, ὑπεράνω. Vulgata & Erasmus, Suprà. Vide suprà, 1. d. 21. Quod autem nonnulli curiosi homines hic disceptant, supra cælos nullum esse locum, itaque corpus Christi esse ἀπερίγραφον, Sophistis relinquamus. Christum scimus verum hominem fuisse, nec esse desiisse, ac proinde finitum corpus, finitam animam habere: scimus in cælos ascendisse, gloriæ Patris socium, nec inde prius venturum quàm iudicet viuos & mortuos: nos autem fide ad eum per Spiritum sanctum subuectos, verè vnum cum ipso fieri, vt vitam æternam in eo per imputationem gratis adipiscamur: cuius etiam Spiritu, mortui peccato, viuimus iustitiæ. Hæc fides, hæc spes est Christianorum, quæ fallere non potest. nititur enim gratuita Dei promissione, quam prædicat Verbū, amplectitur per Spiritum sanctum fides, obsignant in nobis per eundem Spiritum instituta à Domino Sacramenta. Cætera curiosis Sophistis relinquamus. Vt impleret, ἵνα πληρώσῃ. Id est donis & beneficiis suis cumularet. Sic enim accipitur verbum מילא in hac constructione, vt Esa. 13. a. 2. & Iere. 31. e. 15, vbi etiam הרה & מילא vsurpantur tanquam synonyma. Deinde constat hanc esse testimonii Dauidis explicationem. Quemadmodum igitur illud ascendit, &c. applicatur Christi ascensioni, ita illud, Dedit dona hominibus, respondet isti particulæ, Vt impleret omnia: vt planè videatur etiam alludere Paulus ad sequentem versiculum illius Psalmi vbi dicitur Dominus suos onerare: metaphora à solennibus epulis sumpta, quum principes post partam victoriam toti populo liberalitatem suam testabantur, solennibus præsertim sacrificiis, quibus erant coniuncta conuiuia: vt passim ex sacris etiam historiis licet intelligere. Itaque verbum implere, hoc in loco non accipitur pro perficere, nisi ex consequenti, quatenus Christi donis perficimur. Neque etiam propriè pertinet ad hūc locum quæstio, quomodo Christus sit vbique, sed potius quomodo nos donis suis cumulet, nempe per Spiritum suum, vt testatur Iohan. 14. b. 16, & d. 16, & 15. d. 26. Sed prorsus reiiciendi sunt ii qui conantur ex hoc loco corpus humanum ἀπερίγραφον, id est corpus non corpus, Christo tribuere, ac spem nostram à fundamentis conuellere. Nam non modò nisi fuerit, sed etiam nisi sit Christus verus ac naturalis homo, frustra speramus quod speramus: & Spiritus sancti virtutem ignorat qui nos Christi corporis participes fieri non posse putat nisi vbique statuatur, vt naturalibus corporis qualitatibus spolietur. Omnia, τὰ πάντα. De Ecclesia Paulum loqui constat ex tota argumenti serie, & testimonii etiam applicatione quam paulo antè exposuimus. Itaque vniuersalis particula ad id de quo agitur restringenda est, vt diximus suprà, versu 6. quam tamē videtur Apostolus vsurpasse deindustria, non modò vt vniuersi subiicerentur Christo sine exceptione, sed etiam vt Iudæorum & Gentiū discrimē sublatum esse ostenderet. Præterea verò notanda est distributio Apostoli, vt qui priore loco commemoret quasi ædificii architectos, deinde ad summum & vltimum fastigium accedat.

11 Apostolos, ἀποστόλους. Istos hoc nomine propriè vocatos legimus duodecim fuisse (quib⁹ accessit Paulus peculiariter Gentibus destinatus) à Christo ipso destinatos ἀμέσως. quanquam videtur etiam aliquatenus adiungendus Barnabas, ex eo quod scriptum est Act. 13. a. 2. Horū autem officiū fuit per vniuersum orbem terrarum Ecclesias suo quodā (vt ita dicam) iure cōstituere, vt ex Christi mandato & tota eorum historia apparet. Constitutis ergo Ecclesiis hoc quoque munus necessariò fuit sublatū. Itaque tyrannica hodie vox est in Ecclesia sese Apostolum ex successione profiteri: quanto magis sese Apostolorū principem dicere? Nam certè Paulus nullum eiusmodi primatū vni tribuit, nisi Christo capiti. At enim ministeriali capite opus est. Litiga igitur cū Apostolo tu quisquis es, id est cum Spiritu sancto. Nam proprius hic locus erat de catholica Romana vel alia quapiam Ecclesia differendi. quanquam catholica qui esse potest quæ Romana dicitur? Prophetas, προφήτας. Hūc ordinē etiā supra Apostolico coniūxit, 3. a. 5: ex quo apparet fuisse Prophetarū munus vnū ex præcipuis, vt qui in primis illis initiis sapiētia aliqua eximia pollerēt, nō modò in interpretando, sed etiam in administrādis Ecclesiis

Eccleſiis quas Apoſtoli conſtituerant, prout diuerſa incidebant negotia: adeo vt in hoc etiam ordine nonnulli dono prædicendi futura pollerent, vt ex ſacra hiſtoria licet cognoſcere. Vide Rom. 12. b.6, & 1.Cor.14.a.1. Fuit ergo hoc munus etiam temporarium, quanuis non extincta ſit ipſa gratia. Euangeliſtas, εὐαγγελιστάς. Hoc nomine ii intelliguntur quibus comitibus vtebantur Apoſtoli in ſuo fungendo munere, quòd omnibus non poſſent ſufficere, nedum vt princeps aliquis Apoſtolorum in terris eſſet. Eiuſmodi erant, Timotheus, Titus, Syluanus, Apollos: quos ita ſecum coniungit Paulus vt tamen in inſcriptione epiſtolarum ſe vnum dicat Apoſtolum. Sed & nominatim Timotheus dicitur Euangeliſta, 1.Tim.4.b.5. Fuit ergo hoc etiam munus temporarium.

Paſtores ac doctores, ποιμένας καὶ διδασκάλους. Aſſentior Ambroſio qui hæc quoque munera diſtinguit. Nã ratio parum firma eſt quæ Hieronymum & Auguſtinum mouit vt confunderent, nempe quia copula duntaxat eſt interiecta. Fateor tamen Doctorum nomẽ latè patere, vt 1.Corinth.12.d.28. Sed tamen apparet aliquod fuiſſe diſcrimen, quòd in iſto compendio videatur vix locus eſſe ſynonymis. Sed in eo non ſequor Ambroſium quòd διδασκάλους, id eſt (vt ipſe interpretatur) magiſtros, putet eos eſſe quos vocarint exorciſtas: quos ego potius inter dona ſanationum recenſeo, quorum ſit mentio 1.Cor.12.d.30. Nam ipſum nominis etymon hanc opinionem refellit: & res ipſa oſtendit, Apoſtolum hoc loco differere de iis duntaxat muneribus quæ ad doctrinam pertinent. quamobrem etiam gubernationes & opitulationes præterit, & alia nonnulla in epiſtola illa priore ad Corinthios commemorata. Doctoris igitur munus fuit verbum Domini fideliter explicare, & veluti ſcholam Eccleſiaſticam regere, vt ſincera doctrina dogmatum & veræ interpretationes in Eccleſia retinerentur, ſicut docuit Alexandriæ Origenes. cui deinde quum conceſſum eſſet cõcionari in cœtu, non defuerunt qui hoc præter maiorum conſuetudinem factum eſſe dicerent, vt explicatur apud Niceph. lib. Eccleſ. hiſt. quinti, capite 14. Ac Paſtorum (qui & Epiſcopi dicebantur, vt 1.Pet.1.d.25) munus longè latius patebat, nimirum Verbo & orationi vacare, & Eccleſiam ſibi cõmiſſam modis omnibus tueri. Ex quibus etiam ſatis perſpicitur hæc duo munera perpetua eſſe oportere in Eccleſia Dei.

Πρὸς τὸν καταρτισμὸν τῶν ἁγίων, εἰς ἔργον διακονίας, εἰς οἰκοδομὴν τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ.	12 Ad coagmentationem ſanctorum, ad opus miniſterii, ad ædificationem, inquã, corporis Chriſti.	12 *Ad conſummationẽ ſanctorũ in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti:*
Μέχρι καταντήσωμεν οἱ πάντες εἰς τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως, καὶ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ.	13 Donec euadamus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, ad menſuram ſtaturæ adulti Chriſti:	13 *Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti:*
Ἵνα μηκέτι ὦμεν νήπιοι, κλυδωνιζόμενοι καὶ περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας, ἐν τῇ κυβείᾳ τῶν ἀνθρώπων, ἐν πανουργίᾳ πρὸς τὴν μεθοδείαν τῆς πλάνης.	14 Vt ne ſimus amplius pueri, qui fluctuemur & circunferamur quouis vento doctrinæ, in hominum alea, veteratoria ad inſidioſè fallendum verſutia:	14 *Vt iã non ſimus paruuli fluctuãtes, & circunferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia ad circumuentionem erroris:*

12 Ad coagmentationem, πρὸς τὸν καταρτισμόν. Vulg. Ad conſummationem. Eraſ. Ad inſtaurationem. Vide 1.Cor.1.b.10. Corporis Chriſti, τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ. i. Eccleſiæ, vt 1.Cor.12.d.27, & ſuprà, 1.d.23.

13 In vnitatem fidei, εἰς ἑνότητα τῆς πίστεως. i. Ad eam ſummam coniunctionem cuius vinculum eſt fides, vt nullæ partes hient, nihil ſit luxatum, nihil non ſuo loco aptè collocatum ac cohærens. In virum perfectum, εἰς ἄνδρα τέλειον. Id eſt adultum: nam ἀνὴρ hoc in loco ætatem deſignat tranſlatitiè, vt diximus 1. Cor. 13. d.11. Eccleſiam igitur corpori comparat, cuius anima ſit Chriſtus. Itaque ſicut anima paulatim confirmatis organis, facultates ſuas edit in corpore, ipſumque adeo corpus ſibi vegetat, donec ad iuſtam & conſiſtentem ætatem peruentum ſit: ita etiam quandiu in hac vita verſamur, par eſt vt in vita illa æterna ac ſpirituali creſcamus, donec in Chriſto adoleuerimus, & viciſſim Chriſtus in nobis. quod quando & quomodo futurum ſit, copioſè etiam explicatur 1.Cor.cap.15. Loquitur autem Paulus de Eccleſia tanquam de homine ſingulari & vnico: vel vt vnitatem illam declaret, vel vt ſinguli meminerint hanc doctrinam ſigillatim etiam ad ſe pertinere. At Clemens in Pædagogo, viri perfecti nomine Chriſtum ipſum intelligit. Staturæ adulti Chriſti, ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ. Quia fit mentio τοῦ μέτρου, id eſt menſuræ, ἡλικίας malui ſtaturam interpretari quàm ætatem, vt Matth.6.d.27, & Luc.19.a.4. Hoc enim eſt (opinor) quod Hebræi מִדָּה vocant: & nos ſimili ratione dicimus *hauleur* in vernaculo noſtro ſermone, ſicut ἡλικία ab ἥλιξ deducitur. Cæterùm τὸ πλήρωμα τοῦ Χριστοῦ interpretor ex Hebræorum idiotiſmo, τὸ πλήρωμα τοῦ Χριστοῦ, id eſt πλήρη. Dicitur enim hoc in loco Chriſtus non in ſeſe, ſed in nobis adoleſcere, pro noſtri in ipſo & ipſius in nobis incremento, Col.1.d.19.

14 In hominum alea, ἐν τῇ κυβείᾳ ἀνθρώπων. i. Incertis illis caſibus quibus iactantur homines. Græcis enim certum eſt κυβείαν dici quam Latini aleam vocant: quod nomen tranſlatitiè de quibuſuis incerti euentus rebus dicitur: vt nulla magis fuerit appoſita metaphora ſignificandæ hominum deſultoriæ (vt ita dicam) leuitati. Neque enim hic duntaxat verùm eſt quod ait Comicus, Quot capita, tot ſenſus: ſed nullus etiam homo eſt qui non à ſeipſo ſæpe in rebus maximi momenti diſſentiat. Itaque hac quoque ratione hominum vitam meritò aleæ compararis. nec nimium procul etiam recedit à tranſlatione rei nauticæ hac altera metaphora, quum nauigatione nihil ſit incertius. Maluit tamen Vetus interpres Nequitiam, Eraſmus verò rectius Verſutiam interpretari, pro eo quod vernaculo ſermone dicimus *piperie*. Hoc enim referunt ad aleatorum aſtutias ac fraudes, quia ſequitur ἐν πανουργίᾳ. Sed exemplum requiro idonei authoris in quo κυβεία aliud quàm aleam declaret. Libet autem hic adferre aliam expoſitionem de qua iudicet lector. Nam quia tota hæc oratio à re nautica deſũpta eſt, apud Cic. autẽ 5. in Verrẽ lib. Cybæã dici inuenio maximæ nauis oneratiæ gen⁹: & prouerbiali quodã dicendi genere dicũtur eadẽ naui vehi qui eiuſdẽ fortunæ ſunt ſocii: fortaſſis hunc locũ non ineptè cõuerteris, In hominũ Cybæa. Quia tamẽ nuſquam alibi Cybææ nomen legere memini, nequid hic peccarẽ per imprudentiam, malui certã ac vulgatã τῆς κυβείας ſignificationem amplecti. Clem. lib. ϲυμπ. ad μαπιμοπλίαν. i. inanem laborem, refert: & Epiphanius in Manichæos, vanas & ineptas ſubtilitates κυβικὰς διδασκαλίας vocat.

Veteratoria, &c. ἐν πανουργίᾳ, &c. Sicut plerosque hominum vocauit πανοῦργος, id est non minus leues & faciles ad quiduis amplectendum, ac mutandam subinde sententiam, quàm si pueri semper essent, ac nullo iudicio præditi: ita nunc dicit non deesse qui ad alios fallendos & in errorem impellendos mirè sint exercitati. Vulg. In astutia ad circũuentionem erroris. Erasmus, longius à Græcis recedens, Qua nos adoriuntur, vt imponant nobis. Ego (ni fallor) planius & accommodatius πανουργίαν conuerti ἀδιφορεσκῶς, veteratoriam versutiam, & μεθοδίαν πλάνης insidiosas fallacias.

15 Αληθεύοντες δὲ ἐν ἀγάπῃ, αὐξήσωμεν εἰς αὐτὸν τὰ πάντα ὅς ἐστιν ἡ κεφαλή, ὁ Χριστός·

15 Sed veritatem sectãtes cum charitate, prorsus ᵛadolescam⁹ in eum per omnia qui est caput, nempe Christus:

15 Veritatem autẽ facientes in charitate, crescamus in illo per omnia qui est caput, Christus:

16 Ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα συναρμολογούμενον καὶ συμβιβαζόμενον διὰ πάσης ἁφῆς τῆς ἐπιχορηγίας, κατ' ἐνέργειαν ἐν μέτρῳ ἑνὸς ἑκάστου μέρους τὴν αὔξησιν τοῦ σώματος ποιεῖται, εἰς οἰκοδομὴν ἑαυτοῦ ἐν ἀγάπῃ.

16 ᵛEx quo totum corpus congruenter coagmentatum, & cõpactum ᵛper omnes suppeditatas commissuras, ᵛex vi intus agente ᵛpro mensura vniuscuiusque ᵛmembri, ᵛincremẽtum capit corpori conueniens, ᵛad suiipsius extructiõnem per charitatem.

16 Ex quo totum corpus cõpactum & connexum per omnem iũcturam submnistrationis, secundũ operationem in mensurã vnius cuiusque mẽbri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate.

17 Τοῦτο οὖν λέγω, καὶ μαρτύρομαι ἐν Κυρίῳ, μηκέτι ὑμᾶς περιπατεῖν καθὼς καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη περιπατεῖ, ἐν ματαιότητι τοῦ νοὸς αὐτῶν,

Rom.1.c.21

17 Hoc itaque dico, & obtestor per Dominum, ne amplius vt semini ᵗsicut reliquæ Gẽtes versantur in vanitate ᵛ mentis suæ,

17 Hoc igitur dico & testificor in Domino, ut iam non ambuletis sicut & Gentes ambulant, in vanitate sensus sui,

18 Ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ, ὄντες ἀπηλλοτριωμένοι τῆς ζωῆς τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν ἄγνοιαν τὴν οὖσαν ἐν αὐτοῖς, διὰ τὴν πώρωσιν τῆς καρδίας αὐτῶν·

18 Cogitationem habentes obscuratã, & abalienatã ᵛà vita Dei propter ignorantiam quæ est in ipsis, ex ᵛobduratione cordis eorum.

18 Tenebris obscuratũ habentes intellectũ, alienati à vita Dei per ignorantiã quæ est in illis, propter cæcitatem cordis ipsorum:

15 Prorsus, τὰ πάντα. Ad verbum Per omnia, subaudita præpositione κατὰ, vt 1.Cor.9.d.15, & 10.g.33. Adolescamus in eum, αὐξήσωμεν εἰς αὐτόν. Vel, vt Vetus interpres, Crescamus in illo. Hieronymus, Vt augeamus in ipso omnia. Nam verbum αὔξειν interdum accipitur ἐφ' ὑγιοποιῶς, interdum εἰς πῆρωσιν. Sed hoc modo accipiendum esse apparet ex Colos.2.d.19.

16 Ex quo, ἐξ οὗ. Quemadmodum antequam corpus in iustam mensuram excreuerit, vitalis facultas ex suo fonte in subiectos artus sese insinuans, & singulis (vt sunt variis commissuris iuncti) pro ipsorum ratione portionem nutrimenti distribuens, hac ratione totum corpus vegetat, vt pro modulo suo accrescentibus singulis membris, vniuersum corpus tandem in iustam corporis staturam euadat: ita Christus Ecclesiæ caput, singulis membris vim suam instillans, & per multiplices iuncturas variarum & diuersarum functionum, tantum suppeditans alimenti quanto opus est tum ad vniuscuiusque membri vegetationem, tum etiam ad quotidianum incrementum, Ecclesiam suam fouere non desinit, dum singulis partibus iustam mensuram adeptis, corpus tandem perfectum euadat. Per omnes suppeditatas commissuras, διὰ πάσης ἁφῆς τῆς ἐπιχορηγίας. Ἁφὴν vocat artuum mutuos inter se contactus, qua parte videlicet committuntur. Quod autem τῆς ἐπιχορηγίας dixit, passiuè accipiendum est, ex Hebræorum more: nec aliter quàm passiuo participio explicari commodè potest. Itaque Suppeditatas conuerti, pro eo quod vulgò dicunt fournies, sicut ab ipso Cicerone hoc verbum passiuè vsurpatur, & à Græcis. sic enim Diodorus, ὧν δὲ συμβέβηκε καὶ τὰς ἄλλας τὰς πρὸς ὑπηρεσίαν συμβάσεις κεχορηγῆσθαι. Vulg. Per omnem iuncturam subministrationis. Erasmus, Per omnem commissuram subministrationis, admodum obscurè. Ex vi intus agente, κατ' ἐνέργειαν. Vim Christi capitis intellige, qui animæ instar, singula membra vegetat, sed pro ipsorum modulo. Vulg. Secundum operationẽ. Eras. iuxta actum. Pro mensura, ἐν μέτρῳ. Id est κατὰ μέτρον. Membri, μέλους. Sic legunt veteres Græci summo consensu, & ita etiam scholiastes Græcus, vt apparet ex interpretatione: quanuis in contextu scriptum sit μέρους, id est partis: quam lectionem secutus est Erasmus. Incrementum capit corpori conueniens, αὔξησιν τοῦ σώματος ποιεῖται. Id est, ita crescit vt par est corpus crescere. Neque enim abundat repetitum nomen σώματος. Ad suiipsius extructionem, εἰς οἰκοδομὴν ἑαυτοῦ. Incrementum, singulorum quidem est membrorum: sed omnes partes in totius corporis incrementum consentiunt, adeo quidem vt membrum non possit huius nutrimenti ac proinde incrementi particeps esse, nisi cum reliquis cohæreat, diuersarum illarum functionum vinculo & nexu: vt ex omnibus coniunctis totum quiddam sit cõpactum. Ideo addidit Apostolus ἐν ἀγάπῃ, per charitatem. Hæc enim illa est artuum, id est diuersarum functionum, commissura.

17 Mentis suæ, τοῦ νοὸς αὐτῶν. Hoc illud est πάνυ τοῦ tantopere celebratum à philosophis: cui subiicit τὴν διάνοιαν, id est sensitiuæ interioris (quam vocant) facultates, in imaginãdo, cogitando & memorando positas. Tertio demum loco appetitiones nomine τῆς καρδίας, id est cordis, declarat. Ita Paulus philosophica etiam distinctione accurata totum hominẽ ostendit, extra Christum, in quo vno instauratur, nihil minus esse quàm verè hominem. mentem enim vanam esse, obscuratam esse cogitationem, appetitionem obduratam: vnde tandem consequatur ἀπαιδευσία, sponte sese in gurgitẽ omniũ vitiorũ præcipitans. 18 A vita Dei, τῆς ζωῆς τοῦ Θεοῦ. Vitam Dei appellat, vitam illam qua Deus viuit in suis, (vt suprà, 1.a.1) quámque præcipit & approbat.

Obduratione, τὴν πώρωσιν. Vulg. Cæcitatem. Erasmus, Excæcationem: mirans etiam cur Ambrosius Duritiam verterit. At ego miror πώρωσιν & πωροῦσθαι ab eo confundi: qua de re diximus Mar. 3. a. 5. Deinde potest etiã hoc fine copula explicari, ita videlicet vt cordis obduratio statuatur à Paulo tanquã illius ignorãtiæ origo: quia sponte sua homines per contumaciam respuunt lucem Dei in ipsorum corda incurrentem, & statim à

communibus illis notitiis deficiunt: quos si postea velis reuocare: quo sibi videntur sapientiores, eo pertinacius obsistunt veritati. Ita fit vt Euãgelium (id est vitam illam Dei) non modò non amplectantur, sed etiam securè derideant homines.

Οἵτινες ἀπηλγηκότες ἑαυτοὺς παρέδωκαν τῇ ἀσελγείᾳ, εἰς ἐργασίαν ἀκαθαρσίας πάσης ἐν πλεονεξίᾳ.

19 Qui posteaquam dedoluerunt, semetipsos dediderũt proteruiæ, ad certatim patrandam impuritatem omnem.

19 *Qui desperantes, semet ipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationẽ immunditiæ omnis, in auaritiam.*

Ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως ἐμάθετε τὸν Χριστόν·

20 Vos autem nõ ita didicistis Christum:

20 *Vos autem nõ ita didicistis Christum.*

Εἴγε αὐτὸν ἠκούσατε, καὶ ἐν αὐτῷ ἐδιδάχθητε, καθώς ἐστιν ἀλήθεια ἐν τῷ Ἰησοῦ,

21 Si modò eum audistis, & per eum edocti fuistis, sicut est veritas in Iesu:

21 *Si tamen illũ audistis, & in ipso edocti estis, sicut est veritas in Iesu,*

Ἀποθέσθαι ὑμᾶς κατὰ τὴν προτέραν ἀναστροφὴν τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης·

22 Nempe deponere quod ad pristinam conuersationem attinet, veterem illum hominem qui deceptricibus cupiditatib⁹ corrumpitur:

22 *Deponere nos secundum pristinam cõuersationem, veterẽ hominem qui corrumpitur secundum desideria erroris.* Coloss. 3. b. 8

Ἀνανεοῦσθαι δὲ τῷ πνεύματι τοῦ νοὸς ὑμῶν,

23 Renouari verò spiritu mentis vestræ,

23 *Renouamini autem spiritu mentis vestræ.*

Καὶ ἐνδύσασθαι τὸν καινὸν ἄνθρωπον, τὸν κατὰ Θεὸν κτισθέντα ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ὁσιότητι τῆς ἀληθείας.

24 Et induere nouum illum hominem qui secundum Deum cõditus est ad iustitiam & sanctimoniam veram.

24 *Et induite nouũ hominẽ qui secundum Deũ creatus est in iustitia & sanctitate veritatis.*

Διὸ ἀποθέμενοι τὸ ψεῦδος, λαλεῖτε ἀλήθειαν, ἕκαστος μετὰ τοῦ πλησίον αὐτοῦ· ὅτι ἐσμὲν ἀλλήλων μέλη.

25 Quapropter depositò mendacio, loquimini veritatẽ quisque proximo suo. nam sumus alii aliorum membra.

25 *Propter quod deponentes mendaciũ, loquimini veritatem unusquisq; cũ proximo suo: quoniã sumus inuicem membra.*

19 Posteaquam dedoluerunt, ἀπηλγηκότες. Labor (inquit Cicero Tuscul. 2) callum quoddam obducit dolori. Idem ad Varronem scribens, Consuetudo diuturna, inquit, callum iam obduxit stomacho meo. Ab hoc autem callo promptum est huc delabi vt omnis doloris sensus, id est omne σωτηρίου iudicium, amittatur, & mens reddatur ἀδόκιμος, vt Rom. 1. d. 28, veluti scirro canerum gignente, aut quasi cauterio amputata cõscientia, (1. Tim. 4. a. 2) ad turpissima quæuis & aliena prorsus à natura hominis ratione aliqua præditi, præcipites ruant. Sic autem vsurpauit verbum Dedolere Ouidius, pro omnem doloris sensum abiicere, in his versiculis,

Optimus ille fuit vindex, lædentia pectus
Vincula qui rupit, dedoluitque semel. Vulg. Desperantes: vt legisse videatur ἀπηλπικότες. Erasmus, Posteaquam peruenerint eò vt dolere desierint. Certatim, ἐν πλεονεξίᾳ. Id est, quasi agatur de lucro, ita vt alius alium superare contendat. Nam πλεονεξία propriè de auaris & ambitiosis dicitur. Vulgata, In auaritiam, absurdè. Erasmus, Cum auiditate, non satis expressè.

20 Vos autem non ita, ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως. Quid si post οὕτως distinctionem adscribas? Sic enim Hebraei ואתם לא כן הלומדים וגו׳ i. vos autem non ita, sub. facere conuenit, qui didicistis, &c. Luc. 22. c. 25.

21 Sicut est veritas in Iesu, καθώς ἐστιν ἀλήθεια ἐν τῷ Ἰησοῦ. Id est, ea institutione quæ demum vera est ac solida est, vt edocti sunt qui verè ac seriò Iesum cognoscunt. Repetitum est nomen Iesu relatiui loco, Hebræorum more.

22 Nempe deponere, ἀποθέσθαι. Familiaris est Hebræis, ac Paulo præsertim, translatio à vestibus sumpta, vt alibi exposuimus. Exponit autem quænam sit illa veritas in Christo Iesu: quamobrem addidimus exegeticam particulam. Quod ad pristinã cõuersationẽ attinet, κατὰ τὴν προτέραν ἀναστροφήν. Κατὰ, id est קד, nimiũ obscurè Vetus interpres vertit hoc loco, Secũdũ: Erasmus suo more, luxata. Est enim illi peculiaris hæc particula, quã tamẽ nõ memini legere in ea significatione apud vllos idoneos authores. Veterem illum hominem, τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον. id est, vos ipsos. Hoc enim est quod significat Dominus quum iubet vt quisq; abneget semetipsum. Neque enim quod ad qualitates attinet, quicquam sani relinquit homini Apostolus, vt sæpe iam ostensum est à nobis. Vide Rom. 6. a. 6. Deceptricibus cupiditatibus, τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης. Vulg. Desideria erroris. Vide infrà, 14.

23 Spiritu mentis, τῷ πνεύματι τοῦ νοός. Sic arbitror vocari quod in ipsa mente est intimum: ex quo efficitur nullam esse partem hominis quam non peruaserit lethalis corruptio, ibi potissimum omnia vastans vbi oportuit rationis vim præcipuam esse.

24 Nouum illum hominem, τὸν καινὸν ἄνθρωπον. Quis sit nouus homo, ex veteris antithesi apparet, & sequenti descriptione. Vide Rom. 6. a. 6. Qui secundum Deum conditus est, τὸν κατὰ Θεὸν κτισθέντα. Id est, ad Dei exemplar & imaginem creatus. Loquitur autem de qualitatum instauratione. Sed qualitates intellige inhærentes: quia corrigendæ sunt ipsæ facultates, non autem duntaxat earum effectus. vnde רוח חדשה, id est spiritum nouum, legimus. & לב חדש, id est cor nouum, Ezech. 36. f. 26. quod tamen sibi facere iubentur apud eundem Prophetam cap. 18. g. 31. nempe postquam fuerint per eum Spiritũ noui homines facti, qui in sanctis efficit velle & perficere. vnde vtitur hoc loco Paulus verbo κτίζειν, & 2. Corinth. cap. 5. d. 17, & Galat. 6. d. 15, & suprà, 2. b. 10. כף verò resp. כף הדמיון, caph similitudinis ac congruentiæ particula. Itaque suppeditat hic nobis Paulus locupletissimã expositionẽ eius quod scriptũ est in Genesi, creatum esse hominẽ ad Dei similitudinẽ & imaginẽ. Ad iustitiã, ἐν δικαιοσύνῃ. Ἐν pro εἰς sumitur, vt effectus & finis nouæ creationis significetur. Vulg. & Eras. In iustitia, admodũ obscurè. Et sanctimoniã veram, καὶ ὁσιότητι τῆς ἀληθείας. Id est, minimè fucatã, sed genuinam ac sinceram: ex idiotismo Hebræorum, qui etiam occurrit suprà ver. 21, vbi deceptrices cupiditates vocauit cupiditates deceptionis. Vulg. & Eras. Et sanctitate veritatis.

Ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε· ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν·

26 Irascimini, & ne peccate: sol ne occidat super iracundiã vestram:

26 Irascimini, & nolite peccare: sol non occidat super iracundiã uestrã:

Μήτε δίδοτε τόπον τῷ διαβόλῳ.

27 Neque date locum diabolo.

27 Nolite locum dare diabolo.

Ὁ κλέπτων μηκέτι κλεπτέτω· μᾶλλον δὲ κοπιάτω, ἐργαζόμενος τὸ ἀγαθὸν ταῖς χερσὶν, ἵνα ἔχῃ μεταδιδόναι τῷ χρείαν ἔχοντι.

28 Qui furabatur, non amplius furetur: sed potius laboret, operãdo manibus quod bonum sit, vt possit impertiri cui opus fuerit.

28 Qui furabatur, iam nõ furetur: magis autem laboret operãdo manibus suis quod bonũ est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti.

Πᾶς λόγος σαπρὸς ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν μὴ ἐκπορευέσθω· ἀλλ' εἴτις ἀγαθὸς πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας, ἵνα δῷ χάριν τοῖς ἀκούουσι.

29 Nullus sermo corruptus ex ore vestro egreditor, sed siquis est commodus ad ædificationis vsum, vt gratiam auditoribus adferat.

29 Omnis sermo malus ex ore uestro non procedat: sed siquis bonus ad ædificationẽ fidei, ut det gratiam audientibus.

Καὶ μὴ λυπεῖτε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ, ἐν ᾧ ἐσφραγίσθητε εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως.

30 Et ne tristitia afficite Spiritum illum sanctum Dei, per quem obsignati estis in diem redemptionis.

30 Et nolite contristare spiritũ sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis.

Πᾶσα πικρία, καὶ θυμὸς, καὶ ὀργὴ, καὶ κραυγὴ, καὶ βλασφημία ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν, σὺν πάσῃ κακίᾳ.

31 Omnis amaritudo, & excandescentia, & ira, & clamor, & maledicẽtia tollatur ex vobis, cum omni malitia.

31 Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à nobis, cum omni malitia.

16 Irascimini, &c. ὀργίζεσθε, &c. Hoc plerique de ira illa laudabili accipiunt, quasi præcipiat aut exhortetur Paulus ad faciendum aliquid: quorum sententiam intactam relinquo. Tantùm dico, quia instituta est oratio de exuendis cupiditatibus, mihi videri potius hunc locum perinde explicandum ac si scriptum esset, Irascimini (id est si irasci contigerit) at ne peccate: id est, iram ita cohibete vt quod malè cogitastis, malè non exequamini. Itaque post ὀργίζεσθε scribendam puto notam interrogationis: & simile dicendi genus occurrit 1. Cor. 7. d. 21, & c. 27. Sol ne occidat, ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω. Prouerbialis dicendi figura, qua significatur iracundiam primo quoque tempore coercendam. Super iracundiam vestram, ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν. Id est, ne vos iracundos nox deprehendat. Iracundiam autem malus dicere cum Vetere interprete quàm iram cum Erasmo: quòd illud magis videatur iræ exuperantiam significare, quum quædam sit ira maximè laudabilis, vt paulò antè diximus. Prior igitur gradus est, iram nõ exequi: posterior, vt si immoderatè aliquid dictum sit aut factum, (quod videtur etiam significare præpositio ἐπὶ in παροργισμῷ) demus operam vt ante solis occasum ad nos redeamus, id est vt mox omnia componantur.

27 Diabolo, τῷ διαβόλῳ. Erasmus, Calumniatori, apertè hoc referẽs ad Euangelii aduersarios qui ea lumniandi occasionem facilè arripiunt. Ego potius ad Satanam refero, calumniatorum omnium caput: tum quia multo vberior est doctrina, (quum nullum sit tam immane scelus quod ille non facilè persuadeat tenacis iræ hominibus) tum verò quia numero singulari vsus est Paulus, & quidem addito articulo.

28 Quod bonum est, τὸ ἀγαθὸν. Id est, laborando in rebus sanctis & proximo vtilibus.

29 Corruptus, σαπρὸς. Ad verbum, putris. Est enim translatio ab arboribus sumpta: ex quibus fructũ non possis sperare si putres fuerint. Ita verò explicandum esse hoc epitheton apparet ex antithesi. Nam ἀγαθὸν vocat eum ex quo fructus aliquis ad alios redire possit. Simili prorsus ratione Col. 4. a. 6, monet vt fidelium sermo sit sale conditus, nempe ne corruptionis odor aliquis ad alios emanet. Ad ædificationis vsum, πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας. Vulg. Ad ædificationem fidei, repugnantibus Græcis summo consensu. Sed fortassis Vetus interpres putauit fidem nomine τῆς χρείας designari, quòd nulla re æquè sit nobis opus. Hieronymus, Ad ædificationem opportunitatis (i. opportunam) non inepte profectò: quum hoc dictum non de quauis sed de præsenti necessitate intelligatur, vt rectè explicat Græcus scholiastes, monens hac sententia flagitare Apostolum à nobis vt in familiari etiam sermone omnes occasiones proximi pro re nata ædificandi captemus. Maluit tamen Erasmus in annotationibus interpretari, Ad ædificationem vtilitatis, id est vtilem. Idem in ipso contextu conuertit, Ad ædificationem, quoties opus est. Ego verò malim interpretari, Quæ sit ex vsu. ita vt τῆς χρείας, Hebræorum more accipiatur pro epitheto, & nos iubeat Apostolus spectare quid maximè accõmodatè dici possit quo proximus iuuetur. Sed tamen mihi magis placet, permutata constructione, πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας dictum esse pro πρὸς τὴν χρείαν οἰκοδομῆς. i. ad ædificationis vsum. Cuiusmodi hypallages exempla mulea occurrunt à grammaticis Hebræis annotata, vt Esaiæ primo, Cognouit præsepe domini sui, pro dominum præsepis sui, vt exigit loci circunstantia. Nam Iudæi præsepe quidem, at non dominum agnoscebant. qua de re diximus aliquid Act. 5. d. 20. & alibi, vbi etiam ostendimus Græcos & Latinos scriptores idoneos ab eiusmodi hypallage non abhorrere. vt in illo Ouidii versiculo, In noua fert animus mutatas dicere formas Corpora. Vt gratiã adferat. ἵνα δῷ χάριν. Gratiam appellat quod ad progressum in pietate & charitate pertineat Vulgata & Erasmus, ad verbum, Vt det gratiam. Auditoribus, τοῖς ἀκούουσι. Id est τοῖς ἀκροαταῖς, ex Hebræorum more, participio posito pro verbali nomine.

30 Spiritum illum sanctum Dei, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ. Repetitio articulorũ & additum etiam nomen Dei non caret magna emphasi, adeo vt in singulis vocabulis grauissima argumẽta quasi deliteant. Loquitur autem de Spiritu sancto ἀνθρωποπαθῶς, vt dextrè omnino annotauit doctissimus interpres, quasi diceret, Date operam vt Spiritus sanctus libenter inter vos habitet, quasi in domicilio grato ac iucundo, nec vllam tristitiæ materiam illi præbete. In diem redemptionis, εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως. Vide Ephes. 1. c. 14.

31 Excandescentia, θυμὸς. Sic conuertit Cicero: & quum sequatur ὀργὴ, videtur hoc statuẽdum differmen, vt θυμὸς primam illam sanguinis ebullitionem, ὀργὴ verò iam accensam irã declaret. Videtur enim Paulus

quoſdam gradus illius furoris facere, incipiens à παρόξυσμῷ, id eſt animi offenſione, quum intus carpitur animus: vnde mox incipit pectus calefcere, dum erumpat ira: vnde tandem clamores & rixæ, non ſine conuiciis. Vulg. Ira. Eraſmus, Tumor.

Γίνεσθε δὲ εἰς ἀλλήλους χρηστοὶ, εὔσπλαγχνοι, χαριζόμενοι ἑαυτοῖς, καθὼς καὶ ὁ Θεὸς ἐν Χριστῷ ἐχαρίσατο ὑμῖν.

31 Sed eſtote alii in alios benigni, miſericordes, ᵛcondonantes vobis mutuò offenſas, ſicut & Deus in Chriſto condonauit vobis.

31 Eſtote autē inuicem benigni, miſericordes, donātes inuicem, ſicut & Deus in Chriſto donauit nobis.

Κεφάλαιον ε'

CAP. V.

CAP. V.

Γίνεσθε οὖν μιμηταὶ τοῦ Θεοῦ, ὡς τέκνα ἀγαπητά·

1 Eſtote igitur imitatores Dei, vt filii dilecti:

1 Eſtote ergo imitatores Dei, ſicut filij chariſſimi: Iob.13.d.24 & 15.b.11 1.ioh.3.d.23

Καὶ περιπατεῖτε ἐν ἀγάπῃ, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ παρέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν προσφορὰν καὶ θυσίαν τῷ Θεῷ, εἰς ὀσμὴν εὐωδίας.

2 Et verſamini cum charitate, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationē ac victimam Deo, ᵛin odorem bonæ fragrantiæ.

2 Et ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis.

Πορνεία δὲ καὶ πᾶσα ἀκαθαρσία ἢ πλεονεξία μηδὲ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν, καθὼς πρέπει ἁγίοις·

3 ‖Scortatio verò & omnis impuritas aut auaritia ᵛne nominator quidem inter vos, ſicut decet ſanctos:

3 Fornicatio autem & omnis immunditia aut auaritia, nec nominetur in nobis, ſicut decet ſanctos: ſupra 4.f.19 coloſſ.3.a.5 2.theſſ.2.c.17

Καὶ αἰσχρότης, καὶ μωρολογία, ἢ εὐτραπελία, τὰ οὐκ ἀνήκοντα· ἀλλὰ μᾶλλον εὐχαριστία.

4 Et obſcœnitas, & ſtultiloquium, & ᵛdicacitas, quæ non conueniunt: ſed potius gratiarum actio.

4 Aut turpitudo, aut ſtultiloquiū, aut ſcurrilitas, quæ ad rē non pertinent: ſed magis gratiarū actio.

Τοῦτο γὰρ ἔστε γινώσκοντες, ὅτι πᾶς πόρνος, ἢ ἀκάθαρτος, ἢ πλεονέκτης, ὅς ἐστιν εἰδωλολάτρης, οὐκ ἔχει κληρονομίαν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ.

5 Nam hoc noſtis, nullum ſcortatorem, aut impurum, aut auarum, ᵛqui eſt idololatra, habere hæreditatem in regno Chriſti & Dei.

5 Hoc enim ſcitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, qui eſt idolorum ſeruus, nō habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei.

Μηδεὶς ὑμᾶς ἀπατάτω κενοῖς λόγοις. διὰ ταῦτα γὰρ ἔρχεται ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας.

6 ‖Ne quiſquā vos ſeducat inanibus ſermonibus. propter hæc enim ᵛvenit ira Dei ᵛin homines contumaces.

6 Nemo nos ſeducat inanibus uerbis, propter hæc enim uenit ira Dei in filios diffidentiæ. Matth.24.a.4 mar.13.a.5 luc.21.b.8 2.theſſ.2.a.3

31 Condonantes vobis mutuò offenſas, χαριζόμενοι ἑαυτοῖς. i. συγχωροῦντες, vt rectè explicat Græcus ſcholiaſtes. quæ virtus lenitatis opponitur offenſioni ex diametro. Sic autem accipitur verbum χαρίζεσθαι pro συγχωρεῖν etiam aliis etiam locis, vt 2.Cor.2.c.10. ἑαυτοῖς autem idem declarat atque ἀλλήλοις, quum de duobus minimùm agatur, vt non ſit ſimplex reciprocatio, ſed ἀλλήλοις δύο quam vocant, vt infrà, 4.d.19, & Col.3.c.13. Vulg. Donantes inuicem. Eraſmus, Largientes vobis inuicem.

IN CAPVT V.

2 In odorem, &c. εἰς ὀσμὴν, &c. Alludit ad Legis thymiamata, quibus Chriſti obedientia adumbrabatur.

3 Ne nominator quidem, μηδὲ ὀνομαζέσθω. Quos non pudet Paulum ipſum vt ſeueriorem quàm par ſit accuſare, ii, vt profani ſunt, profanum ſaltem ſcriptorem, ſed ſanctum tamē, ſi cum ipſis comparetur, Iſocratem inquam, audiant ita ſcribentem, τὸ λέγειν οὐκ ἀδύ, τὸ φρονεῖν δὲ μέγιστον σημεῖον πεπαίδευται καὶ λόγος ἀληθὴς καὶ νόμιμος καὶ δίκαιος, ψυχῆς ἀγαθῆς καὶ πιστὸς ἑταῖρος ἐστίν.

4 Dicacitas, εὐτραπελία. Vulg. Scurrilitas, nimium angustè: vt Eraſmus contra mihi videtur nimium amplè conuertiſſe vrbanitatem. Nam (vt opinor) non omnem vrbanitatem damnauit Apoſtolus, neque rurſus ſolam ſcurrilitatem, ſed in genere quoſcunque ſales ita iaculantur homines vt vel inane quiddam ſpectetur, vel exemplo vel maledicentia peccetur: quæcunque dicteria denique ad commodum proximi & honeſtum finem propriè non referuntur. Nam alterius generis, & facetè & ſalsè, ſed piè tamen dictorum, exempla legimus non pauca, vt 1.Reg.18.e.27. Cui opponitur impia puerorum ſcurrilitas, 2.Reg.2.d.23. Sic Eſa.14.c.11, & ſæpe apud hunc Prophetam præ cæteris.

5 Qui eſt idololatra, ὅς ἐστιν εἰδωλολάτρης. Id eſt idolorum ſeruituti addictus. Nam (vt Rom.1.b.9. & alibi diximus) inane eſt diſcrimen illud duliæ & latriæ, in quo ſibi nonnulli ſtultè & imperitè placent. Quæritur autem hoc in loco cur auarum vocet idololatram. Nam ſi hoc referas ad auari affectum, qui Deum præ theſauro negligat, & à ſuis opibus quaſi à ſolo numine totus pendeat, idem videtur de ſcortatoribus dici poſſe, & iis fere omnibus qui certæ alicui rei ſunt prorſus addicti: vt ii quorum deus venter eſt, vt Rom.16.c.18, & Phil.3.d.19. Sed magnum eſt in eo diſcrimen, quòd etſi omnes iſti Deum præ eo negligant cui ſunt addicti, tamen in eo non collocant ſpem vitæ, vno auaro excepto, qui in ſuis opibus vitam ſuam poſitam eſſe putat. Itaque apertè dicitur idololatriæ ſpecies eſſe auaritia, Coloſſ.3.a.5.

6 Venit, ἔρχεται. Id eſt, venire ſolet, vt conuertit Eraſmus. Vide Matth.16.b.13. Ira Dei, ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ. Id eſt animaduerſio ab irato Deo profecta, μετανοημένου. In homines contumaces, ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας. Præpoſitio ἐπὶ videtur indicare, iram Dei quaſi præcipitem è cœlo in iſtorum caput ruere. Quod autem attinet ad ipſum dicendi genus, vide ſuprà, 2.a.1. Vulgata, Filios diffidentiæ. Eraſmus, Filios inobedientiæ.

Μὴ οὖν γίνεσθε συμμέτοχοι αὐτῶν.

7 Ne igitur eſtote conſortes eorum.

7 Nolite ergo eſſici participes eorum.

Ἦτε γάρ ποτε σκότος, νῦν δὲ φῶς ἐν Κυρίῳ· ὡς τέκνα φωτὸς περιπατεῖτε·

8 Eratis enim olim tenebræ, nunc autem lux in Domino: vt filii lucis incedite:

8 Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. ut filij lucis ambulate:

(Ὁ γὰρ καρπὸς τοῦ Πνεύματος ἐν πάσῃ ἀγαθωσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ καὶ ἀληθείᾳ)

9 (Nam fructus Spiritus ſitus eſt in omni bonitate & iuſtitia & veritate)

9 (Fructus enim lucis eſt in omni bonitate et iuſtitia & veritate)

Δοκιμάζοντες τί ἐστιν εὐάρεστον τῷ Κυρίῳ.

10 Probantes quid ſit acceptum Domino.

10 Probantes quid ſit beneplacitum Deo.

Καὶ μὴ συγκοινωνεῖτε τοῖς ἔργοις τοῖς ἀκάρποις τοῦ σκότους, μᾶλλον δὲ καὶ ἐλέγχετε·

11 Et ne commercium habete cum operibus illis infrugiferis tenebrarum, ſed potius etiam arguite.

11 Et nolite cõmunicare operibus infructuoſis tenebrarũ, magis autẽ & redarguite.

Τὰ γὰρ κρυφῇ γινόμενα ὑπ' αὐτῶν, αἰσχρόν ἐστι καὶ λέγειν.

12 Nam quæ occultè fiunt ab iſtis, turpe eſt vel dicere.

12 Quæ enim in occulto fiunt ab ipſis, turpe eſt & dicere.

Τὰ δὲ πάντα ἐλεγχόμενα, ὑπὸ τοῦ φωτὸς φανεροῦται· πᾶν γὰρ τὸ φανερούμενον, φῶς ἐστι.

13 Sed omnia, dum arguuntur, à luce manifeſta fiũt. Lux enim illud eſt quod omnia facit manifeſta.

13 Omnia autẽ quæ arguũtur, à lumine manifeſtantur. omne enim quod manifeſtat, lumen eſt.

Διὸ λέγει, Ἔγειραι ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός.

14 Quapropter dicit, Excitare qui dormis, & ſurge à mortuis, & illuceſcet tibi Chriſtus.

14 Propter quod dicit, Surge q dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus.

Βλέπετε οὖν πῶς ἀκριβῶς περιπατεῖτε· μὴ ὡς ἄσοφοι, ἀλλ' ὡς σοφοί·

Coloſſ. 4. e 5

15 Videte igitur quomodo accuratè incedatis: non vt inſipientes, ſed vt ſapientes:

15 Videte itaque fratres quomodo caute ambuletis: non quaſi inſipientes, ſed ut ſapientes:

8 Tenebræ, σκότος. Id eſt, tenebricoſi, vt copioſè deſcripſit ſuprà, 4. d. 18. Sed iſta metonymia magnam habet emphaſin, vt quum ſcelus pro ſceleſto dicimus. Ita ſi pro luce ſubſtituas lucidos, multum detraxeris de ſententiæ pondere. Tribuitur autem lucis nomen fidelibus, tum quia vera luce illuſtrantur in ſeſe, tum verò quòd aliis etiam præluceant: adeo vt ſceleratorum vitam etiam coarguant: quæ ratio diligenter conſideranda eſt hoc in loco. Filii Lucis, τέκνα φωτός. In hac formula libenter etiam retinui filiorũ nomen, peculiari quadam ratione, nempe vt intelligamus omne hoc beneficium ab adoptionis fonte proficiſci, quum alioqui hæc dicendi formula latius pateat. 5

9 Fructus Spiritus, ὁ καρπὸς τοῦ Πνεύματος. Id eſt regenerationis, vel Spiritus ſancti, cuius vi ſumus facti lux in Domino. Vulg. Fructus lucis, ὁ καρπὸς τοῦ φωτός: quam lectionem in duobus veteribus libris inuenimus.

11 Arguite, ἐλέγχετε. Id eſt, palàm facite, ſanctæ nimirum & honeſtæ vitæ. qua ſignificatione accipitur etiam perelegánter verbum καταγνῶναι apud Græcos. Sed & apud Hebræos תוכיח tam ſignificat arguere quàm conuincendo patefacere. Denique arguendi verbum hoc propriè declarat, vt in illo Virgilii verſiculo, Degeneres animos timor arguit. Et in illo Ouidii, etiam in laude, Quæ latet, inque bonis ceſſat non cognita rebus, Apparet virtus, arguiturque malis. Ambroſius vertit, Obiurgate: quod meritò reprehendit Eraſmus. 10

12 Nam quæ occultè fiunt, τὰ γὰρ κρυφῇ γινόμενα. Huc pertinẽt elegantes illi verſiculi, Nox & Amor vinúmque nihil moderabile ſuadent: Illa pudore vacat, Liber Amórque, metu. 15

13 Lux enim illud eſt, &c. πᾶν γὰρ τὸ φανερούμενον φῶς ἐστι. Vulg. Omne enim quod manifeſtat, lumen eſt, Eraſmus, Quicquid manifeſtum redditur, lumen eſt. Quum participium φανερούμενον ſit vocis mediæ, ſpectandum fuit quæ ſignificatio conueniret. Ac mihi quidem videtur hæc ſententia tam perſpicua vt cum doctiſſimo interprete non dubitem affirmare Paulum à proprio lucis officio argumentari: vt quod verum ſit filiorum lucis officium declaret, nempe vt non modò nihil habeant cum tenebris commune, ſed etiam illarum quantumuis intimas latebras patefaciant. Eadem erit ſententia ſi τὸ φανερούμενον accipias pro ſubiecto, & conuertas, Quicquid enim manifeſtum facit, lux eſt. id eſt, Quicquid res obſcuras patefacit, lux eſt. Nam quòd de articulo laborat Eraſmus, nihil eſt, quum τὸ φανερούμενον poſitum ſit pro ὃ φανεροῖ, nec aliter fere loquantur Græci. Scholiaſtes verò τὸ φανερούμενον paſſiuè interpretatur, vt ſit ſenſus, Quicquid manifeſtum ſit, lucem eſſe. id eſt lucidum fieri. Certum enim eſt lucis acceſſu tenebras fugari, quibus ipſa ſuccedat. Sed nõ video qui ſatis cõueniat particula γὰρ iſti ſententiæ. Deinde vt hoc verum ſit in corporeis iſtis tenebris, à quibus ſumpta eſt tranſlatio, at certè in mentis tenebris non eſt hoc perpetuum, vt quoties à luce arguuntur, in lucem mutentur: niſi Lucem eſſe pro Conſpicuam fieri omnibus, accipias. 20 25

14 Dicit, λέγει. Dicit videlicet Scriptura, vel Deus per Prophetam loquens. Videtur autem hoc petitum partim ex Eſa. 60. a. 1. ſed multo magis ex eiuſdem Prophetæ 26. d. 19 & 11. quod miror ab interpretibus non fuiſſe animadꝛtersum. Sed altera ſupereſt quæſtio, quorſum hæc adferat Apoſtolus. Quidam igitur cum proxima ſententia coniunguntialii cum eo quod iuſſit Apoſtolus tenebras à luce coargui. Ego malim ad ipſum fundamentum huius doctrinæ referre, quòd videlicet fideles olim quidem fuerint tenebræ, nunc verò ſint lux in Domino. Ita enim (ni fallor) multo melius cohærebit. Nam ſomnus tenebris non luci conuenit. A mortuis, ἐκ νεκρῶν. Sic apud Ciceronem lib. 1. De oratore legimus, A mortuis dicendo aliquem excitare. Loquitur autem de morte peccati. Illuceſcet tibi, ἐπιφαύσει σοι. Quidam ex veteribus legerunt, Continget te, id eſt ἅπτηται, non autem ἐφάψεται, vt putauit Eraſmus, ſed hac lectione non eſt quòd moueamur. 30 35

15 Videte, βλέπετε. Bene dixit Videte, inquit Eraſmus, quoniam in tenebris nihil cernitur, quod tamen mihi ſubtilius videtur. Accuratè, ἀκριβῶς. Vulg. Cautè. Eraſ. Circunſpectè. 40

De

Ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρόν, ὅτι αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσι.

16 Redimentes occasionẽ, quoniam dies mali sunt.

16 Redimentes tẽpus, quoniam dies mali sunt.

Διὰ τοῦτο μὴ γίνεσθε ἄφρονες, ἀλλὰ συνιέντες τί τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου.

17 Propterea ne estote imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Domini.

17 Propterea nolite fieri imprudẽtes, sed intelligẽtes quæ sit voluntas Dei. Rom.12.d.2 1.Thess.4.a.3

Καὶ μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ, ἐν ᾧ ἐστὶν ἀσωτία, ἀλλὰ πληροῦσθε ἐν Πνεύματι.

18 Et ne inebriamini vino, in quo luxus est, sed implemini Spiritu.

18 Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini Spiritu.

Λαλοῦντες ἑαυτοῖς ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις, καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς, ᾄδοντες καὶ ψάλλοντες ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ Κυρίῳ.

19 Loquentes inter vos mutuò per psalmos & hymnos & cantiones spirituales, canentes ac psallentes in corde vestro, Domino.

19 Loquentes nobismetipsis in psalmis & hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus nostris Domino.

Εὐχαριστοῦντες πάντοτε ὑπὲρ πάντων, ἐν ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῷ Θεῷ καὶ πατρί.

20 Gratias agentes semper de omnibus, in nomine Domini nostri Iesu Christi, Deo & Patri.

20 Gratias agentes super omnibus, in nomine Domini nostri Iesu Christi Deo & Patri.

Ὑποτασσόμενοι ἀλλήλοις ἐν φόβῳ Θεοῦ.

21 Subiecti alii aliis, cum timore Dei.

21 Subiecti inuicem, in timore Christi.

Αἱ γυναῖκες τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν ὑποτάσσεσθε, ὡς τῷ Κυρίῳ.

22 Vxores propriis viris subiectæ estote, vt Domino:

22 Mulieres uiris suis subditæ sint, sicut Domino: Coloss.3.c.18 1.Tit.2.b.5 1.Per.3.a.1

Ὅτι ἀνήρ ἐστι κεφαλὴ τῆς γυναικός, ὡς καὶ ὁ Χριστὸς κεφαλὴ τῆς ἐκκλησίας· καὶ αὐτός ἐστι σωτὴρ τοῦ σώματος.

23 Quoniam vir est caput vxoris, vt & Christus est caput Ecclesiæ: & is est qui salutem dat corpori.

23 Quoniam uir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiæ: ipse est saluator corporis. 1.Cor.11.d.3

Ἀλλ' ὡς ἡ ἐκκλησία ὑποτάσσεται τῷ Χριστῷ, οὕτω καὶ αἱ γυναῖκες τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν ἐν παντί.

24 Itaque sicut Ecclesia subiecta est Christo, ita & vxores suis viris subiectæ sunto in omnibus.

24 Sed sicut Ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres uiris suis in omnibus.

Οἱ ἄνδρες ἀγαπᾶτε τὰς γυναῖκας ἑαυτῶν, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησε τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἑαυτὸν παρέδωκεν ὑπὲρ αὐτῆς·

25 Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & semetipsum exposuit pro ea:

25 Viri diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea: Coloss.3.d.19

16 Redimentes occasionẽ, ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρόν. Sinere tempus elabi nobis aliud agendo, & redimere tempus, contraria sunt. Nam illud hominis est negligentis & dissoluti, istud verò frugi & sapientis, non modò non abuti occasione, sed etiam mille voluptatibus redimere. Metaphora igitur sumpta est à mercatoribus, qui curiosè merces considerant, & deliciis omnibus facilè vel lucellum aliquod anteponunt. ostenditque Paulus qua re diligentes & auidos quasi emptores esse nos oporteat. Quoniã dies mali sunt, ὅτι αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσιν. Dies malos vocant Hebræi tempora difficultatũ & asperitatis plena: cuiusmodi quũ inciderint, veluti quum fames vel penuria ingruit, vel cum callidis & astutis hominibus est agendum, vel mercatura dubiæ & ancipitis fortunæ videtur: tum solent mercatores circunspectè agere omnia, in quamuis opportunitatem intẽti. Hoc verò exemplum nobis ad imitandum proponit Apostolus, in iis quæ ad pietatẽ & charitatem proximi spectant, ad præcidendas omnes occasiones aduersariis Euangelii.

18 In quo, ᾧ ἐν. In quo videlicet vino, vel qua in re. i. in ebrietate. vt ᾧ positum sit neutro genere, nec rẽ ipsam damnet Apostolus, sed immodicũ & intempestiuum vsum. Luxus, ἀσωτία. Id est omnis profusio, eáque summa cum turpitudine coniuncta. Cic. lib. 2. De finibus, Nolim (inquit) mihi fingere asotos, vt soletis, qui in mensam vomant, & de conuiuiis auferantur, crudique postea rursus sese ingurgitent. Vulg. Luxuria.

19 Inter vos mutuò, ἑαυτοῖς. Id est ἀλλήλοις. vide suprà, 4. g. 32. Cæterùm de psalmis, hymnis & canticis dicemus aliquid infrà Coloss. 3. c. 16. In corde vestro, ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν. Id est serio cordis affectu, non autem lingua duntaxat. Neque enim In corde idẽ hic declarat atq; intus & apud se, quũ mẽtio fiat canẽdi & psallẽdi.

21 Cum timore Dei, ἐν φόβῳ Θεοῦ. Bene hoc addidit. neque enim quæuis coniunctio & mutua reuerentia probatur, sed ea demum cuius est vinculum ipse Deus: siue (vt legit Vetus interpres) Christi reuerẽtia. i. nisi ad Dei siue Christi gloriam tanquam scopum referatur.

21 Vt Domino, ὡς τῷ Κυρίῳ. Quid ergo tam est mariti ac Christi authoritas? Minimé. sed cohærente tamen ista aliquatenus, quòd in matrimonii coniunctione, quæ Christi & Ecclesiæ vnionem repræsentat, vir sustineat Christi personam, mulier Ecclesiæ, idque ex Dei constitutione. Vxor igitur quæ marito subiectionem negat (exceptis iis dũtaxat in quibus maritus à Christo, ac proinde à persona sua deficit, quæque præstare ipsa non possit quin Christum abiiciat) Christo ipsi potius resistit quàm marito.

23 Caput, κεφαλή. Ita significatur viri præstantia, sicut caput inferioribus mẽbris & situ & cæteris rebus excellit. Et is est καὶ αὐτός ἐστι. Nemo non videt (opinor) hoc propriè dici de Christo, à quo, tanquam à capite, corpus ipsum (id est Ecclesia) salutem haurit. Sic etiam quadantenus mulier à marito pendet, cuius labore & diligentia nutritur ac foouetur. Viri enim est quærere quod mulier conseruet. itaque turpiter ingrata est etiã vxor quæ maritum non reueretur. Maritus autem & ipse officii sui vicissim admonetur, vt copiosius explicat Apostolus à versu 25.

24 Itaque, ἀλλά. Id est ὥστε. Nam ἀλλά (inquit Gaza) καὶ συμπεπλεγμένως καὶ συλλογιστικῶς λέγεται. & argumen-

ti ſeries prorſus oſtendit ita eſſe accipiendum hoc in loco. Vulg.Sed,impropriè: quod nonnullos fefellit in ſuperioris verſiculi ſine explicando.

Ινα αὐτὴν ἁγιάσῃ, καθαρίσας τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος ἐν ῥήματι· 26 Vt eam ſanctificaret, purgans lauacro aquæ per verbũ: 26 *Vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo:*

Ινα παραστήσῃ αὐτὸς ἑαυτῷ ἔνδοξον, 27 μὴ ἔχουσαν σπίλον, ἢ ῥυτίδα, ἢ τι τῶν τοιούτων, ἀλλ' ἵνα ᾖ ἁγία καὶ ἄμωμος. 27 Vt ſiſteret eam ſibi gloriоſam, id eſt Eccleſiam non habentem maculam aut rugam, aut quicquam eiuſmodi, ſed vt eſſet ſancta & inculpata. 27 *Vt exhiberet ipſam ſibi gloriоſam, eccleſiam nõ habentem maculã aut rugam, aut aliquid eiuſmodi, ſed ut ſit ſancta & immaculata.*

Οὕτως ὀφείλουσιν οἱ ἄνδρες ἀγαπᾶν 28 τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας ὡς τὰ ἑαυτῶν σώματα. ὁ ἀγαπῶν τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, ἑαυτὸν ἀγαπᾷ. 28 Ita debent viri diligere ſuas vxores vt ſua ipſorum corpora. qui diligit ſuam vxorem, ſeipſum diligit. 28 *Ita & viri debent diligere vxores ſuas vt cor pora ſua. qui ſuam vxorem diligit, ſeipſum diligit.*

Οὐδεὶς γάρ ποτε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα 29 ἐμίσησεν, ἀλλ' ἐκτρέφει καὶ θάλπει αὐτήν, καθὼς καὶ ὁ Κύριος τὴν ἐκκλησίαν· 29 Nullus enim vnquam ſuam ipſius carnem odio habuit: imò enutrit ac fouet eã, ſicut & Dominus Eccleſiam: 29 *Nemo enim vnquam carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fouet eam, ſicut & Chriſtus Eccleſiam:*

Ὅτι μέλη ἐσμὲν τοῦ σώματος αὐτοῦ, 30 ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῶν ὀστέων αὐτοῦ. 30 Quoniam membra ſumus corporis eius, ex carne eius, & ex oſſibus eius. 30 *Quia membra ſumus corporis eius, de carne eius & de oſſibus eius.*

Gen.2.d.24 matth.19.a.5 mar.10.a.7 1.cor.6.d.16

Ἀντὶ τούτου καταλείψει ἄνθρωπος 31 ‖Propterea derelinquet homo 31 *Propter hoc reliquet ho*

16 Sanctificaret, ἁγιάσῃ. Id eſt ſanctam efficeret. Sanctum autem dicitur quod Deo ſeparatum eſt ac conſecratum: eſtque huius conſecrationis ſymbolum Baptiſmus, & quidem efficax, non ſua virtute, ſed eius qui vnus factus eſt nobis fidelibus omnia. Purgans, καθαρίσας. Eraſ. Mũdatam, rectè quidem obſeruato tẽpore, ſed ambiguè, propter linguæ Latinæ inopiam, quæ participiis actiuis præteriti temporis caret. Itaque cauendum fuit nequis putaret ipſi externæ ablutioni, aut aquæ, aut miniſtro, operi denique operato (quod vocant) tribui quod eſt vnius Dei opus: quanuis iſtis adminiculis vtatur ad id re præſentandum quod ipſe in ſolidum intus efficit, vt rectè omnino & ſuo loco obſeruauit doctiſſimus interpres. Per verbum, ἐν ῥήματι. Verbum appellat κατ' ἐξοχὴν promiſſionem gratuitæ in Chriſto iuſtificationis & ſanctificationis. & hic rurſus multa præcipitia cauẽda ſunt. Primùm ne verbum hominum pro verbo Dei ſubſtituamus, aut verbo Deico niungamus tanquã ſupplementum: deinde ne verbum pronuntiatum duntaxat, ſed explicatum & fide perceptum intelligamus: ne illud in magicam aliquam incantationem vertamus.

17 Id eſt Eccleſiam, τὴν ἐκκλησίαν. Additus articulus mihi videtur poſtulare vt poſt ἔνδοξον ſcribatur diſtinctio, & per epanalepſin iſta intelligantur. Non habentem maculam, οὐκ ἔχουσαν σπίλον. Pelagiani ex hoc loco colligebant orthodoxorum Eccleſias nomine Eccleſiarum indignas eſſe, & perfectionem iuſtitiæ volebant in hac vita conſtituere. Noſtri ſophiſtæ impudentius etiam loquuntur, nam primùm omnium Eccleſiæ nomen ſolis quibuſdam perſonis alligant, & dignitatibus quas vocant quarum tamen præcipuam partem non modò non aſſentiente ſed etiam diſertè refragante verbo Dei, ſtabiliuerunt. Deinde quum huius Eccleſiæ ſuæ ſingulas partes impuriſſimas fateri cogantur, contrariam tamen ex diametro qualitatem vniuerſali Eccleſiæ ſuæ tribuunt. Eam enim affirmant, vniuerſè conſideratam, errare nunquam poſſe: quum ſingulos ex quibus cõſtituitur, maximos eſſe peccatores, vel inuiti fatẽtur. Omitto quòd inter caput huius Eccleſiæ & corpus adeo non conuenit vt illi vni ius fãſque ſit iſtius dogmata, quoties libuerit, refigere ac conuellere. Hoc illorum eſt acumẽ qui ſoli hodie catholici videri volunt, nempe vt ſub Eccleſiæ ſplendido nomine delitescẽtes, quicquid illis vel improba mens vel diabolus ſuggeſſerit, tanquam αἰωνοβιότητον καὶ ἀσύγκριτον, tantiſper ſanciatur dũ iidem authores reſciderint. Sed etiamſi eſſent hoc ipſum cui potiſſimùm repugnant, id eſt ea Dei Eccleſia de qua hic agitur, & aliis innumerabilibus locis: an propterea eſſent ſine ruga & macula? Deus nos redemit vt in æternũ cum ipſo regnemus: an propterea iam ſumus eam immortalitatem adepti? Imò currendum eſt in ſtadio vt ad metam perueniatur: nec prius abolebitur quod eſt ex parte quàm venerit quod perfectum eſt: id eſt priuſquã Deum coram aſpiciamus, vt ſit omnia in omnibus. Deinde aliud eſt Eccleſiã in ſeſe conſiderare, aliud in Chriſto. Nam in ſeſe tum omnes in genere, tũ ſinguli plurimas habent rugas ac maculas, quæ quotidie modò in his, modò in illis expoliuntur: ita tamen vt Eccleſia, propterea Eccleſia eſſe non deſinat: in Chriſto verò per fidem apprehenſo non modò eſt ſine macula, ſed etiam infinito decore exornata, illius nimirũ iuſtitia quam per gratuitam imputationem eſt conſequuta. Quid ergo certum erit? dices. Hoc ipſum quod te conficit Antichriſte: nempe Dei verbum, ita planum ac perſpicuum vt iis ſolis velatum ſit qui pereunt, inquit noſter Apoſtolus 2.Cor.4.a.3. Niſi forteſſe putas illum magis ambiguè ſcripſiſſe quàm ſit loquutus: quod ſi dixeris, quis tibi credet niſi quem tuo poculo inebriaris?

29 Suam ipſius carnem, τὴν ἑαυτοῦ σάρκα. Id eſt ſuum corpus.

30 Ex carne eius, ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. Alludit ad formæ creationem. Errant autem vehementer & periculoſè qui hanc noſtri cum Chriſto coniunctionem ad ipſius ἐνδήκωσιν referunt, quum hac ratione communicetur cum quibuſuis infidelibus quod Apoſtolus ſolis fidelibus tribuit. Neq; enim quæuis mulier eſt caro ex cuiuſuis viri carne, ſed mariti dũtaxat: nec viciſſim quilibet vir, caro ex cuiuſuis mulieris carne, ſed ſuæ duntaxat vxoris: vt omnino appareat ex Apoſtoli ſcopo. Ita igitur in Chriſto duntaxat, tanquam marito, & in hominibus duntaxat, tanquam vxore, ſpectanda eſt iſta coniunctio: nempe quæ non ſit tantùm naturæ coniunctio, (neque enim hanc excludo, ſine qua conſtitui altera non poſſit) ſed etiam ipſius perſonæ Chriſti communio: ſine tranſfuſione tamen, aut naturali & craſſa vlla imaginatione, ſed Spiritus ſancti vinculo per fidem. cuius cõmunionis obſignatio & ſymbolum eſt Cœna Domini (quã vocamus) vt verè ſit Chriſtus caro ex carne noſtra, & os ex oſſibus noſtris in vitam æternam. id eſt, vt verè vnum facti cum eo, fruamur omnibus ipſius bonis.

πατέρα αὐτῆς καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ· καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν.

patrem ac matrem, & agglutinabitur vxori ſuæ: ᵛ & qui duo erant, fient vna caro.

matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ: & erunt duo in carne vna.

Τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστίν· ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν, καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν.

ᵛ Myſterium hoc magnum eſt: loquor autem ᵛ de Chriſto & de Eccleſia.

Sacramentum hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia.

Πλὴν καὶ ὑμεῖς οἱ καθ' ἕνα, ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα οὕτως ἀγαπάτω ὡς ἑαυτόν· ἡ δὲ γυνὴ ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα.

Itaque & vos ſinguli *ita faciatis*: ſuam quiſque vxorem ita diligat vt ſeipſum, vxor autem *videat* vt reuereatur virum.

Verumtamen & vos ſinguli, vnuſquiſque vxorẽ ſuam ſicut ſeipſum diligat: vxor autem vt timeat virum ſuum.

Κεφάλαιον ϛ

CAP. VI.

CAP. VI.

Τὰ τέκνα ὑπακούετε τοῖς γονεῦσιν ὑμῶν ἐν Κυρίῳ. τοῦτο γάρ ἐστι δίκαιον.

Liberi, auſcultate ᵛ in Domino parentibus veſtris: id enim eſt iuſtum.

Filij, obedite parentibus veſtris in Domino: hoc enim iuſtum eſt. Col.3.d.20

Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα· (ἥτις ἐστὶν ἐντολὴ πρώτη ἐν ἐπαγγελίᾳ)

Honora patrem tuum & matrem: (quod præceptum primum ᵛ cum promiſſione)

Honora patrem tuum & matrem tuam: (quod eſt mandatum primum in promiſſione) Exo.20.b.12 deut.5.b.16 eccli.3.b.10 mat.15.a.4 mar.7.d.10

Ἵνα εὖ σοι γένηται, καὶ ἔσῃ μακροχρόνιος ἐπὶ τῆς γῆς.

Vt bene tibi ſit, & ſis lõgæuus ſuper terram.

Vt bene ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram.

31 Et qui duo erant, καὶ οἱ δύο. Vide Matth.19.a.5.

31 Myſterium, μυστήριον. Id eſt arcanum. Quid enim à communi hominũ ſenſu magis remotum quàm nos miſeros in terris repentes, cum Chriſto Filio Dei, terræ & cæli Domino, ad dextram Patris ſedente, ita ſpirituali connubio vnum fieri vt ab eo iuſtitiam omnem, ac proinde vitam æternam, hauriamus? Mirum eſt autem, quum tam apertè dixerit Paulus arcanum eſſe iſtam coniunctionem, tandiu multos contendere vt arcanã non eſſe probent. Neque enim video quid aliud iſti moliantur qui in Chriſti verbis tropum nolunt agnoſcere: ideóque (vt non μυστηριώδη ſed carnalis ac naturalis coniunctionis modum, cum veritate corporis Chriſti & cũ hoc Pauli loco apertè pugnantem inuehant) huc delabuntur vt immenſum, infinitum, inuiſibile corpus Chriſto etiam ante glorificationem tribuant, ac poſtremò è cælo contra manifeſtum Dei verbum eliciant, vt vel panis & vini ſubſtantiæ, vel ſolis (vt aliis placet) ſpeciebus affigant: niſi qui malint Chriſti corpus vbique eſſe dicere quàm loci mutationem concedere. Quorſum hoc verò? nempe quòd alioqui ſubſtantialem communicationem excludi, alioqui nuda relinqui ſigna, alioqui actum de verbi Dei authoritate putant: nec interim vidẽt ſe noſtræ fidei fundamenta conuellere vt arcanum Dei ex naturæ captu metiantur. Quaſi verò qui nondum caro factus eandem eſcam ſpiritualem, id eſt carnem ſuam & ſanguinem ſuum, (extra quæ nunquam fuit aut futura eſt vitæ æternæ ſpes) verè per fidem cum ſua Eccleſia olim communicauit, idem hodie verus homo ſupra omnes cælos quod ad carnẽ habitans, nõ poſſit nobiſcum ſeſe per fidem verè coniungere, ita vt ad illa inania & mutuò ſeſe conuellentia cõmenta minimè ſit veniendum. Imo verò nullum eſt aliud coniunctionis noſtræ organum in hoc mundo quàm fides: in altero verò ſeculo, ipſe Dei cõſpectus. Sed de his hactenus. Quod autem ad eos attinet qui ex hoc loco ſtatuunt matrimonium eſſe ſacramentum ex eorũ genere quæ ipſi ſeptem cõmemorant, miſerabilis eſt eorum ignorantia, & tamen ſingularis & perfricta impudentia. Quid enim habẽt quod proferant? Nec Hieronymus, nec Auguſtinus, nec Dionyſius ille quem toties vt clypeum nobis opponũt, non ipſe denique Iouinianus, ſic vſquam appellant. Hoc vnum habent quod prætexant, Veterem interpretem vocare ſacramẽtum: quæ vox deinde multis impoſuit. Atqui idem interpres μυστήριον ſacramentum bis aut ter conuertit, Suprà capite tertio, & Coloſſ.1.c.27. vbi de Gentium vocatione differitur. Sit ergo Gentium vocatio octauũ ſacramentũ. Eadem vox ab illo in Daniele aliquoties inculcatur, & alibi quoque: quis ergo erit ſacramẽtorũ finis? Ridiculũ igitur eſt quod prætexunt. Sed præterea quàm in eo ſe oſtendũt nullo iudicio præditos, quòd non animaduerterunt Paulũ diſertè addere ſe non de coniugio, ſed de Eccleſiæ ac Chriſti coniunctione loquit Quòd ſi etiam illis cõceſſero iſta, viri & vxoris arctiſſima coniunctione adumbrari Chriſti & Eccleſiæ communionem, quo iure tamen inde collegerint matrimonium eſſe vnum ex Eccleſiæ ſacramentis per quæ noſtra cum Deo reconciliatio ſancitur? nam hic ſanè eſt præcipuus ſacramentorum finis. Poſtremò ſi vera eſt blaſphema illa vox Cyricii Papæ (vnius videlicet ex illis cui nemo dicere poteſt, Cur ſic facis? & capitis Eccleſiæ quæ errare non poteſt) ſi vera eſt, inquam, vox illius quam ipſi tanquam gemmã in ſuũ ius canonicũ retulerunt, matrimoniũ eſſe carnis immunditiẽ, in qua nullus Deo placere poteſt, quo iure ipſi matrimonium ſacramentũ auſint vocare? Niſi fortè noſtræ à Deo alienationis ſacramentum eſſe velint, à quo proinde multo malint quàm à ſcortatione abſtinere. De Chriſto, εἰς Χριστόν. Vulg. In Chriſto. Eraſ. In Chriſtum. Vide 1. Cor.2.d.17. Sic in epigrammatum & orationum inſcriptionibus ſæpe accipitur hæc particula.

33 Videat vt reuereatur, ἵνα φοβῆται. Eclipſis Atticis etiã familiaris, de qua alibi diximus. Dicitur autẽ hoc in loco verbũ φοβέομαι de reuerẽtiæ cultu, quo is qui inferior eſt, ſuperiorẽ colit, ex Hebræorũ more, apud quos ſic vſurpatur verbũ יָרֵא, præſertim quũ de cultu Dei differitur. Initio autẽ verſiculi nõ conuerti πλὴν Verumtamen, ſed Igitur, quòd omnino videatur eſſe in his verbis cõcluſio ſuperioris tractationis officiorũ tum viri, tum vxoris.

IN CAPVT VI.

1 In Domino, ἐν Κυρίῳ. Hoc additum eſt ex Hebræorũ idiotiſmo, vt ſignificetur Deum eſſe iſtius mãdati authorem, vel vt modus aliquis iſti obedientiæ ſtatuatur. qua de re dictum eſt Luc.14.c.26.

2 Cum promiſſ. ἐν ἐπαγγελίᾳ. i. cui adiuncta eſt promiſſio. ſed conditionalem promiſſionẽ intellige, cuiuſmodi ſunt omnes quæ à Legis præſtatione pẽdent. Vulg. & Eraſ. In promiſſione, nimiũ obſcurè. Poſita enim eſt ἐν pro σύν, Hebræorum more, vt ſæpiſſime iam diximus. Loquitur autem Paulus de promiſſione peculiaris alioquin ſecundum præceptum habet miſericordiæ promiſſionem in mille progenies, ſed vniuerſalem.

Καὶ οἱ πατέρες μὴ παροργίζετε τὰ τέκνα ὑμῶν, ἀλλ' ἐκτρέφετε αὐτὰ ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ Κυρίου.

Col.3.d.21 / tit.2.c.9 / 1.pet.2.c.18

Οἱ δοῦλοι ὑπακούετε τοῖς κυρίοις κατὰ σάρκα, μετὰ φόβου καὶ τρόμου, ἐν ἁπλότητι τῆς καρδίας ὑμῶν, ὡς τῷ Χριστῷ.

Μὴ κατ' ὀφθαλμοδουλείαν, ὡς ἀνθρωπάρεσκοι, ἀλλ' ὡς δοῦλοι τοῦ Χριστοῦ, ποιοῦντες τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ἐκ ψυχῆς.

Μετ' εὐνοίας δουλεύοντες, τῷ Κυρίῳ καὶ οὐκ ἀνθρώποις.

Εἰδότες ὅτι ὃ ἐάν τι ἕκαστος ποιήσῃ ἀγαθόν, τοῦτο κομιεῖται παρὰ τοῦ Κυρίου, εἴτε δοῦλος, εἴτε ἐλεύθερος.

Καὶ οἱ κύριοι τὰ αὐτὰ ποιεῖτε πρὸς αὐτούς, ἀνιέντες τὴν ἀπειλήν· εἰδότες ὅτι καὶ ὑμῶν αὐτῶν ὁ Κύριός ἐστιν ἐν οὐρανοῖς, καὶ προσωπολημψία οὐκ ἔστι παρ' αὐτῷ.

Deut.10.d.17 / 2.paral.19.c.7 / iob.34.b.19 / sap.6.b.8 / eccli.35.b.16 / act.10.c.34 / rom.2.b.11 / gal.2.b.6 / col.3.d.25 / 1.per.1.c.17

Τὸ λοιπόν, ἀδελφοί μου, ἐνδυναμοῦσθε ἐν Κυρίῳ, καὶ ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ.

Ἐνδύσασθε τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ, πρὸς τὸ δύνασθαι ὑμᾶς στῆναι πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου.

Supra,1.a.1

Ὅτι οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχάς,

4 Et nos patres, ne prouocate ad iram liberos vestros, sed enutrite eos in doctrina & monitis Domini.

5 Serui auscultate iis qui nostri domini sunt secũdũ carnẽ, cũ timore ac tremore, cũ simplicitate cordis vestri, vt Christo.

6 Non ad oculum seruientes, vt qui hominibus placere student: sed vt serui Christi, faciẽtes ex animo quæ vult Deus.

7 Cum beneuolentia seruientes, Domino, & non hominibus.

8 Vt qui illud sciatis, singulos, quicquid fecerint boni, hoc reportaturos à Domino, siue seruus fuerit, siue liber.

9 Et vos domini, eadem facite erga illos, remissis minis: sciẽtes vestrum etiam ipsorũ Dominum esse in cælis, nec personæ respectum esse apud eũ.

10 Quod superest, fratres mei, corroboremini per Dominũ, & forte ipsius robur.

11 Induite vniuersam illam armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli.

12 Quoniam non est nobis luctatio aduersus sanguinem & carnem, sed aduersus imperia,

4 *Et nos patres, nolite ad iracundiã prouocare filios nestros, sed educate illos in disciplina & correptione Domini.*

5 *Serui obedite dominis carnalibus, cum timore & tremore, in simplicitate cordis nestri, sicut Christo.*

6 *Non ad oculum seruiẽtes, quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi, facientes voluntatem Dei ex animo.*

7 *Cum bona voluntate seruientes sicut Domino, & non hominibus.*

8 *Scientes quoniã unusquisque quodcũque fecerit bonum, hoc recipiet à Domino, siue seruus, siue liber.*

9 *Et nos domini eadem facite illis, remittentes minas: scientes quia & illorũ & nester Dominus est in cælo, & personarũ acceptio non est apud eum.*

10 *De cætero fratres, confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius.*

11 *Induite nos armaturã Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli.*

12 *Quoniã nõ est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes &*

4 Vos patres, ὑμεῖς πατέρες. Vide Matth.11.d.16. Monitis Domini, νουθεσίᾳ Κυρίου. Id est, monitis ex verbo Dei petitis, siue sanctis & Deo acceptis. Durius autem est quòd τοῦ Θεοῦ Vetus interpres conuertit correptionem: quod & ipse Erasmus in annotationibus improbauit.

5 Secundum carnem, κατὰ σάρκα. Id est, quod ad corpus & res externas attinet, quas illi habent in potestate. nam conscientia vnius Dei est. Ita igitur mitigatur seruitutis asperitas, & sui etiã limites tum dominis in imperando, tum seruis in obsequendo definiũtur. Vel, secundum carnem, ad muniendum imperiũ œconomicum: vt norint serui dominos, quanuis cõmunem naturam habeant, dominii tamen iure excellere, idque ex Dei instituto. Cum timore, &c. μετὰ φόβου, &c. Id est, cum solicita reuerentia. Nam ne seruilem quidem metum laudabilem putant in Christianis mancipiis. Vt Christo, ὡς Χριστῷ. Vide suprà, 5.c.22.

6 Ad oculum seruientes, κατ' ὀφθαλμοδουλείαν. Id est, vt facere solẽt qui præsentibus tantùm dominis obsequuntur, absentes asperna ntur, aut etiam ludibrio habent.

7 Domino, &c. τῷ Κυρίῳ. i. Dei reuerentia cõmoti, & quasi ipsi Deo, nõ autem ipsorum hominũ metu. Itaque post δουλεύοντες adscribo distinctionẽ. Nã etiã in quatuor codicibus scriptum erat ὡς Κυρίῳ, vt Domino.

8 Quicquid fecerint boni, ὅ τι ἐὰν ποιήσῃ ἕκαστος ἀγαθόν. Vide suprà, 2. Corinth. 5. b. 10.

9 Vestrum ipsorum, ὑμῶν αὐτῶν. Vulg. Et illorum & vester, καὶ αὐτῶν καὶ ὑμῶν, vt etiam citat Clemens Alexandrinus. Personæ respectum, προσωπολημψία. Id est, externæ qualitatis ac status personæ, puta libertatis aut seruitutis rationem. Nam de his circunstantiis agitur hoc in loco. Vide Mar.12.b.14.

10 Et forte robur ipsius, καὶ ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ. Vulg. Et in potentia virtutis eius, Eras. Pérque potentiam roboris illius. Vide suprà, 1.d.19.

11 Vniuersam illam armaturam, πανοπλίαν. Vulg. Armaturam, non rectè omissa nota vniuersali.

12 Aduersus carnem & sanguinem, πρὸς αἷμα καὶ σάρκα. Id est, aduersus homines, quorum fragilis & caduca est natura: cui opponuntur versutiæ spirituales. i. spiritus, scelerataæ quidẽ naturæ, sed infinitis partibus potentioris. Non tamẽ negat Paulus quin nobis aduersus homines atque adeo aduersus nosipsos certandũ sit, sed præcipuum & maximè formidabilem nobis hostẽ indicat. Itaque quod simpliciter dictum est, intelligẽdum est κατὰ τὸ quod & alibi sæpe obseruauimus. Sic paulo antè quũ præciperet seruis vt seruirent non hominũ metu, sed tanquã ipsi Deo, homines tamẽ nõ excludit simpliciter, sed quatenus à Deo seiunguntur. Imperia, καὶ ἀρχάς. Ista nomina tribuit Angelis malis, sumpta ab eorũ effectibus, ex quib⁹ intelligatur quæ sit illorũ vis ac potestas: minimè id quidem quasi vel sit infinita illorum potẽtia, vel quod possunt, suapte vi possint, vt existimabant Manichæi: sed quòd ita illis laxet habenas Dominus, vt eorũ audacia ad amplificandam suam gloriam vtatur. Interim verò nobis in hoc ipsorum quasi imperio versantibus proponuntur istæ hostium vires, non vt

ex animi rei cedamus,ſed contrà ne nos imparatos opprimant.Itaque Paulus,vt terribiles nobis aduerſarios op poſuit,ita paulo pòſt iis armis nos induit quibus ſi armati fuerimus,illi ne formidabiles quidem eſſe debeant. Tertullianus,Muuditenentes: Hilarius,Mundipotentes vertit κοσμοκράτορας.

πρὸς τοὺς ἄρχοντας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις.

aduerſus poteſtates, aduerſus mundi dominos,rectores tenebrarum ſeculi huius,aduerſus ſpirituales malitias ᵛquæ ſunt in ſublimi.

poteſtates,aduerſus mũdi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ, in cæleſtibus.

Διὰ τοῦτο ἀναλάβετε τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ, ἵνα δυνηθῆτε ἀντιστῆναι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ πονηρᾷ, καὶ ἅπαντα κατεργασάμενοι στῆναι.

13 Propterea aſſumite vniuerſam illam armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere ᵛtempore aduerſo,& omnibus confectis ſtare.

13 Propterea accipite armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo, & omnibus perfectis ſtare.

Στῆτε οὖν περιζωσάμενοι τὴν ὀσφὺν ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἐνδυσάμενοι τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης·

14 State igitur, lumbis ᵛcircunciſtis veritate,& induti thorace iuſtitiæ:

14 State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam iuſtitiæ:

καὶ ὑποδησάμενοι τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης.

15 Calceatis pedibus ᵛpræparatione Euangelii pacis.

15 Et calceati pedes in præparationem Euangelij pacis.

Ἐπὶ πᾶσιν ἀναλαβόντες τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, ἐν ᾧ δυνήσεσθε πάντα τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα σβέσαι.

16 ᵛInſuper aſſumpto ſcuto fidei, quo poſſitis omnia iacula Mali illius ignita extinguere.

16 In omnibus ſumentes ſcutum fidei in quo poſſitis omnia tela Nequiſſimi ignea extinguere.

Καὶ τὸ περικεφαλαίαν τὸ σωτηρίου δέξασθε, καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ·

17 ᵛGaleam etiam ſalutarem accipite,& gladium ſpirituale, hoc eſt verbum Dei:

17 Et galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei:

Διὰ πάσης προσευχῆς καὶ δεήσεως, προσευχόμενοι ἐν παντὶ καιρῷ ἐν πνεύματι, καὶ εἰς αὐτὸ τοῦτο ἀγρυπνοῦντες ἐν πάσῃ προσκαρτερήσει καὶ δεήσει περὶ πάντων τῶν ἁγίων,

18 Omni prece & ſupplicatione, precantes omni tempore ᵛper Spiritum,& ᵛilli ipſi rei inuigilantes cum omni perſeuerantia & ſupplicatione pro omnibus ſanctis,

18 Per omnem orationem & obſecrationem orantes omni tempore in Spiritu, & in ipſo vigilantes in omni inſtantia, & obſecratione pro omnibus ſanctis,

Καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ, ἵνα μοι δοθῇ λόγος ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματός μου ἐν παῤῥησίᾳ, γνωρίσαι τὸ μυστήριον τοῦ εὐαγγελίου,

19 Et pro me,vt mihi detur ᵛſermo ᵛad apertionem oris mei cum libertate, vt notum faciã myſterium Euangelii.

19 Et pro me, vt detur mihi ſermo in apertione oris mei cum fiducia, notũ facere myſterium Euangelij.

Quæ ſunt in ſublimi, ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Suppleuimus quæ deerant, vt magis perſpicuè loqueremur. Deinde ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, id eſt בַּמְּרוֹמִים, non cõuertimus In cælis, vt antea, ſed ad verbum, In ſublimi: quia hoc loco cæleſtium lo-
5 corum nomine intelliguntur aereæ regiones, in quibus collocauit aduerſarios ſpiritus, etiam ſuprà, 1.a.1.

13 Tempore aduerſo, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ πονηρᾷ. Heb. בְּיוֹם רַע: qua formula loquendi diximus aſpera & difficulta tum plena tempora ſignificari, quum videlicet nobis quaſi aperrum bellum indixit Satan. Vulg & Eraſ. In die malo. à quo Hebraiſmo non abſtinuimus ſuprà, 5.d.16. quòd ſatis illic videretur conuenire. Sic ad verbum dicimus 1, Euil time.

10 14 Circuncinctis, περιζωσάμενοι. Militis ornatum eleganter deſcribit Paulus, nempe ζωνῆς, quem balteum vocabant Latini, qui thoracis & ζώματος commiſſuram tegebat: deinde thoracẽ, cuius vna pars à pectore infra vmbilicum, altera quum ζῶμα vocabant, ab vmbilico ad genua protendebatur. Sequuntur thoracẽ ocreæ, quas κνημῖδας vocabant, quibus etiam pes ipſe obtegebatur, ſi libuiſſet. Additur galea, vt totum corpus iam ſit obtectum. Dextra gladium tenet, ſiniſtra ſcutum. Ita inſtruitur στρατιώτης.

15 15 Præparatione, ἐτοιμασίᾳ. Vulg. In præparationem Euangelii pacis. Eraſ. Vt parati ſitis ad Euangelium pacis. Neuter (vt opinor) ſenſum Apoſtoli eſt aſſequutus: neque enim vult nos docere duntaxat oportere nos eſſe calceatos, ſed calceos etiam (vt ita loquar) nobis præbet. Itaque ſicut κνημῖδας Græci, caligas Latini milites gerebant, ita ad ineundum prælium, & vitæ iſtius curſum inter medios hoſtes tenendum, vult Apoſtolus vt Euangelii pacis cognitione ſimus præparati. Optimè autem conuenit epitheton, quum nos ad Deum per in-
20 cenſiſſimos hoſtium cuneos pergentes, id vnum ad fortiter pergendum hortetur quòd ſciamus nos ad Deum nobis iam reconciliatum contendere.

16 Inſuper, ἐπὶ πᾶσιν. Vel, In primis, ſicut vulgò dicimus *Sur toutes choſes*. Vulg. In omnibus. Eraſ. Super omnia.

17 Galeam ſalutarem, τὸ περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου. Vel, Seruatorem illum (id eſt Ieſum) ſiue ſalutem (id
25 eſt liberationem illam per Ieſum Chriſtũ) aſſumite pro galea. Alludit autem proculdubio ad Eſa. 59.c.17. Vulg. & Eraſ. Galeam ſalutis. id eſt, à qua pendet noſtra ſalus & conſeruatio.

18 Per Spiritum, ἐν πνεύματι. Vult Paulus preces à Spiritu ſancto proficiſci, vt verè ſanctæ ſint & ratæ, Rom. 8.c.26 & 27. Vel ἐν πνεύματι interpretare, ex intimis animi penetralibus: vt ſuprà, 5.d.19, accipitur ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν, pro ex corde veſtro. Illi ipſi rei inuigilantes, εἰς τὸ αὐτὸ τοῦτο ἀγρυπνοῦντες.] Verbo Dei videlicet dies ac noctes incumbendo, vt Pſal. 1.a.2.

19 Sermo, λόγος. Id eſt, loquẽdi facultas. Vel, vt ſuggrerat mihi Dominus quod loquar. Vides vt omnia gratiæ tribuat etiam renatus Apoſtolus? Ad apertionẽ oris mei, ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματός μου. Heb. בִּפְתִחַת פִּי, id eſt,

ad aperiendum, siue vt aperiam os meum. Aperire autem os, accipitur pro loqui, ex altero Hebræorum idiotismo, sicut per epanalepsin explicat sequenti versiculo, & alludere videtur Apostolus ad Psal. 51.d.17.

Υπὲρ οὗ πρεσβεύω ἐν ἁλύσει, ἵνα ἐν αὐτῇ παῤῥησιάσωμαι, ὡς δεῖ με λαλῆσαι.

10 Cuius causa legatione fungor in catena, vt, inquam, de eo liberè loquar, sicut oportet me loqui.

10 Pro quo legatione fungor in catena, ut in ipso audeam, prout oportet me loqui.

Ἵνα δὲ εἰδῆτε καὶ ὑμεῖς τὰ κατ' ἐμέ, τί πράσσω πάντα ὑμῖν γνωρίσει Τυχικὸς, ὁ ἀγαπητὸς ἀδελφὸς καὶ πιστὸς διάκονος ἐν Κυρίῳ·

11 Vt autem sciatis & vos res meas, & quid agam, omnia vobis nota faciet Tychicus, charus frater & fidus minister in Domino:

11 Vt autem & vos sciatis quæ circa me sunt, quid agā, omnia vobis nota faciet Tychicus, charissimus frater & fidelis minister in Domino:

Ὃν ἔπεμψα πρὸς ὑμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο ἵνα γνῶτε τὰ περὶ ἡμῶν, καὶ παρακαλέσῃ τὰς καρδίας ὑμῶν·

12 Quem misi ad vos ob id ipsū vt cognoscatis res nostras, & consoletur corda vestra.

12 Quem misi ad nos in hoc ipsum ut cognoscatis quæ circa nos sunt, & cōsoletur corda nostra.

Εἰρήνη τοῖς ἀδελφοῖς καὶ ἀγάπη μετὰ πίστεως ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

13 Pax sit nobis fratribus, & charitas cum fide à Deo Patre, & Domino Iesu Christo.

13 Pax fratribus & charitas cum fide à Deo Patre, & Domino Iesu Christo.

Ἡ χάρις μετὰ πάντων τῶν ἀγαπώντων τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν ἀφθαρσίᾳ. Ἀμήν.

14 Gratia sit cum omnibus diligētibus Dominum nostrum Iesum Christum [v] ad immortalitatem. Amen.

14 Gratia cū omnibus qui diligūt Dominum nostrū Iesum Christum in incorruptione. Amen.

Πρὸς Ἐφεσίους ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης διὰ Τυχικοῦ.

Missa fuit Roma ad Ephesios per Tychicum.

[c] Scripta fuit ex urbe Roma ad Ephesios per Tychicū.

14 Ad immortalitatem, ἐν ἀφθαρσίᾳ. Id est, ad vitam æternam, metam eius gratiæ quā fidelibus precatur. Est igitur ἐν pro εἰς posita, vt aliis locis penè in numeris. Vulg. In incorruptione. Eras. Cū fincerità, vt verus amor ab adulterino distinguatur. Sed in hac significatione nomen ἀφθαρσίας nusquam (quod sciam) vsurpatur. Græcus scholiastes perpetuum amorem intelligit, vt ἐν ἀφθαρσίᾳ positum sit pro aduerbio ἀφθάρτως, id est perenniter.

Epistola Pauli Apostoli ad Philippenses.

Παύλου τοῦ ἀποστόλου ἡ πρὸς Φιλιππησίους ἐπιστολή.

Κεφάλαιον αʹ

ΠΑΥΛΟΣ καὶ Τιμόθεος δοῦλοι Ἰησοῦ Χριστοῦ, πᾶσι τοῖς ἁγίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τοῖς οὖσιν ἐν Φιλίπποις, σὺν ἐπισκόποις καὶ διακόνοις·

NOVA INTERPR. CAP. I.

1 PAVLVS & Timotheus serui Iesu Christi, omnibus sanctis in Christo Iesu qui sunt Philippis, [v] vnà cum episcopis ac [v] diaconis:

VETVS. CAP. I.

1 PAVLVS & Timotheus seruus Iesu Christi, omnibus sanctis in Christo Iesu qui sunt Philippis, cum episcopis & diaconis.

1 Vnà cum episcopis, σὺν ἐπισκόποις. Qui vno vocabulo coniunctim legunt συνεπισκόποις, tollunt pulcherrimam Ecclesiæ partium distributionē quæ hic statuitur à Paulo. Primùm enim nominat omnes sanctos, id est ipsum Ecclesiæ corpus, ex quo postea sigillatim quosdam eximit. Deinde eos qui Ecclesiam regebāt, duorum generum facit, episcopos nimirum ac diaconos. Episcopos igitur intelligit quicunque verbo & gubernationi præerant, puta pastores, doctores, & presbyteros, οὓς ἐπισκοποῦντας, quòd illos oporteat, quasi speculatores, in doctrinam & mores commissi gregis inquirere, vt Act. 20. f. 28. quos interdum generali nomine presbyteros vocat, vt ibidem versu 17, & 1. Timoth. 5. c. 17. Diaconos verò intelligit ærarii Ecclesiastici œconomos, & viduarum etiam collegium: quum alioquin hoc nomē interdum sit vniuersale, adeo vt ipsos etiam Apostolos comprehendat. Hæc igitur olim erat episcoporum appellatio, donec qui politiæ causa reliquis fratribus in cœtu præerat, (quem Iustinus ὁ προεστὼς vocat) peculiariter dici episcopus cœpit. Hinc cœpit diabolus prima tyrannidis fundamenta iacere in Dei Ecclesia, quasi tota Ecclesiæ administratione vnà cum nomine ad vnum translata. Ab episcopis deinde ad metropolitanos peruentum, quos archiepiscopos vocant. quæ distinctio tamen

dio tamen ſpecioſum velamen habuit, vt ſynodi per ſingulas prouincias facilius cogerentur, & certus aliquis ordo rerum adminiſtrandarum ſeruaretur. Ametropolitanis ad quatuor illos primarios patriarchas vētum eſt, quaſi reſpublica Chriſtiana in quatuor viros diſtributa. Vnde perpetuæ illæ de iuriſdictione cōtentiones, quibus quaſi mutuis vulneribus illi ſeſe ita confecerunt vt tandem duobus ceſſerint reliqui, Conſtantinopolitano & Romano: nūquam ad hunc diem definita controuerſia, quum modò hic, modò ille ſe œcumenicum vocaret, & ſuæ tyrannidis ſpecioſas authoritates ederet: Romano interim pontifice falſi damnato in concilio Carthaginiēſi ccxvii Patrum, inter quos etiā Auguſtinus numeratur. Ea tamen fuit ambitio vt nihilominus nunc quoque Conſtantinopolitanus omnibus illis per Orientem ſparſis Eccleſiis, ſi modò Eccleſiæ vocandæ ſint, præficiatur: Romanus verò nō Eccleſias modò, ſed regna etiam Occidentis inuaſerit: iuſto quidem Dei iudicio, vt ii ipſi quorum ope tyrānidem Eccleſiarum inuaſerat, ſuis quoque ſceptris ab illo priuarentur. En quanti ſit momenti à Dei verbo vel latum vnguem deflectere.

Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.	2 Gratia vobis & pax à Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto.	2 *Gratia vobis & pax à Deo Patre noſtro & Domino Ieſu Chriſto.*
Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου ἐπὶ πάσῃ τῇ μνείᾳ ὑμῶν,	3 Gratias ago Deo meo ᵛcum ſumma memoria veſtri,	3 *Gratias ago Deo meo in omni memoria veſtri,*
(Πάντοτε ἐπὶ πάσῃ δεήσει μου ὑπὲρ πάντων ὑμῶν, μετὰ χαρᾶς τὴν δέησιν ποιούμενος)	4 (Semper in omni precatione mea pro omnibus vobis cum gaudio preces faciens)	4 *(Semper in cunctis orationibus meis pro omnibᵘ vobis, cum gaudio deprecationem faciens)*
Ἐπὶ τῇ κοινωνίᾳ ὑμῶν εἰς τὸ εὐαγγέλιον, ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρας ἄχρι τοῦ νῦν.	5 ᵛSuper veſtri in Euangelio participatione, à primo die vſque ad hoc tempus:	5 *Super communicatione veſtra in Euangelio Chriſti à prima die uſque nūc.*
Πεποιθὼς αὐτὸ τοῦτο, ὅτι ὁ ἐναρξάμενος ἐν ὑμῖν ἔργον ἀγαθὸν, ἐπιτελέσει ἄχρις ἡμέρας Ἰησοῦ Χριστοῦ.	6 Perſuaſum habēs hoc ipſum, fore vt qui cœpit in vobis opus bonum, perficiat ᵛvſque ad diē Ieſu Chriſti:	6 *Confidens hoc ipſum, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet uſque in diem Chriſti Ieſu:*
Καθώς ἐστι δίκαιον ἐμοὶ τοῦτο φρονεῖν ὑπὲρ πάντων ὑμῶν, διὰ τὸ ἔχειν με ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμᾶς, ἔν τε τοῖς δεσμοῖς μου, καὶ τῇ ἀπολογίᾳ, καὶ βεβαιώσει τοῦ εὐαγγελίου, συνκοινωνούς μου τῆς χάριτος πάντας ὑμᾶς ὄντας.	7 Sicut iuſtum eſt vt ego id ſentiam ᵛde omnibus vobis, propterea ᵛquòd animo teneā vos, & in vinculis meis, ᵛ& in defenſione & cōfirmatione Euangelii, ᵛvos, *inquam*, omnes vnà mecum fuiſſe gratiæ meæ participes.	7 *Sicut eſt mihi iuſtum hoc ſentire pro omnibus nobis, eo quòd habeam uos in corde, & in vinculis meis, & in defenſione, & confirmatione Euangelij, ſocios gaudij mei omnes uos eſſe.*
Μάρτυς γάρ μού ἐστιν ὁ Θεὸς ὡς ἐπι-	8 Teſtis enī mihi eſt Deᵒ ᵛquàm	8 *Teſtis enim mihi eſt Deus quomodo*

4 Cum ſumma memoria veſtri, ἐπὶ πάσῃ τῇ μνείᾳ ὑμῶν. Id eſt, perpetuò veſtri memor. Nam πᾶσα μνεία pro perfecta (vt ita dicam) memoria poſuit: & ἐπὶ pro μετ', id eſt ἀ pro בְּ, enallage Hebræis familiari. Vulgata & Eraſmus, In omni memoria veſtri, id eſt (vt fere explicant) quoties veſtri recordor.

5 Super veſtri participatione, &c. ἐπὶ τῇ κοινωνίᾳ ὑμῶν, &c. Id eſt, quòd & vos facti ſitis participes Euangelii. A primo die, ἀπὸ πρώτης ἡμέρας. A primo videlicet die quo ad Euangelium accеſſerant. Coniungo enim iſta cum verbo εὐχαριστῶ quanuis nonnulli potius putent ludari Philippenſes quòd primò ſtatim die amplexi ſint Euangelium. Id verò haud ſatis ſcio an verum ſit: nec puto neceſſariam eſſe hanc quæſtionem, quum potius ſignificet Apoſtolus ſeſe, ex quo primùm die ipſos cognouerit, non deſtitiſſe de ipſorum perſeuerātia gratias agere, vt quæ perpetua fuiſſet.

6 Vſque ad diem Ieſu Chriſti, ἄχρις ἡμέρας Ἰησοῦ Χριστοῦ. Id eſt Ad extremum vſque finem nō deſeret vos Dei Spiritus, donec veſtra etiam mortalia corpora viuificata ſiſtantur Chriſti iudicio glorificanda.

7 De omnibus vobis, ὑπὲρ πάντων ὑμῶν. ὑπὲρ pro περὶ, vt contra περὶ pro ὑπὲρ, Epheſ. 6. c. 18. Quòd animo teneā vos, διὰ τὸ ἔχειν με ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμᾶς. Vulgata & Eraſmus, Eo quòd habeā vos in corde, duplici errore: primùm quòd ὑμᾶς ſimpliciter coniunxerunt cum verbo ἔχειν, quū cohæreat cum participio ὄντας pro εἶναι poſito, ex Græcorū conſuetudine, vt in illo Herodoti, ἱστορίων δὲ θέσιος Λακεδαιμονίοις καὶ Ἀθηναίοις φορὸς ἔχεται, id eſt φορὸς ἔχει. Deinde quòd ἔχειν ἐν καρδίᾳ nimium obſcurè conuerterunt In corde habere: pro quo potius dicunt Latini, animo tenere, id eſt quaſi inſculptum habere memoriæ vt elabi non poſſit. Tum in vinculis meis, ἔν τε τοῖς δεσμοῖς μου. Veræ coniunctionis in Chriſto certum erat argumentum, quòd & abſentem & captiuum nō modò non deſeruiſſent, ſed etiam omnibus officiis eſſent proſequuti, perinde acſi cum eo vnà captiui fuiſſent. Et in defenſione, καὶ τῇ βεβαιώσει. Apertè igitur oſtenderant Philippenſes ſeſe in hac cauſa habere omnia cum Paulo coniūcta. Eheu quàm rarum hoc noſtro ſeculo pietatis teſtimonium, in quo ſumma etiam pietas dicitur Chriſtum apertè nō prodidiſſe. Vos, *inquam*, omnes, πάντας ὑμᾶς. Videtur quidem ὑμᾶς abūdare: qui pleonaſmus apud Hebræos legitur, qui ſæpe antecedentibus affixa quæ vocant, coniungunt: ſed propter illa interpoſita cōmodiſſimè explicari poteſt per epanalepſin. Gratiæ, τῆς χάριτος. Gratiam, id eſt peculiare & gratuitum beneficium, appellat, quòd captiuus teneretur pro Chriſti nomine. qua in re certatim etiā illi ſeſe ipſi ſocios addiderant. Sic inferā, Vobis, inquit, datum eſt pro Chriſto non ſolùm vt in eum credatis, ſed etiā vt pro illo patiamini, verſu 29.

8 Quàm propenſè amem, ὡς ἐπιποθῶ. Vulg. Quàm cupiā. Eraſ. Quàm deſiderē. Mihi videtur in genere

vehementiſſimum in illos amorem ſuum Apoſtolus hoc verbo ſignificare, ex Hebræorum idioriſmo, apud quos id etiam valet verbum כסה &חשאת.

πάντων ὑμᾶς ἐν σπλάγχνοις Ἰησοῦ Χριστοῦ.

propenſè amé vos omnes in viſceribus Ieſu Chriſti.

amplam omnes vos in viſceribus Ieſu Chriſti.

Καὶ τοῦτο προσεύχομαι, ἵνα ἡ ἀγάπη ὑμῶν ἔτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον περισσεύῃ ἐν ἐπιγνώσει καὶ πάσῃ αἰσθήσει·

9 Et hoc precor vt charitas veſtra adhuc magis ac magis redundet in cognitione & omni ſenſu:

9 Et hoc oro vt charitas veſtra magis ac magis abundet in ſcientia & in omni ſenſu:

Εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς τὰ διαφέροντα, ἵνα ἦτε εἰλικρινεῖς καὶ ἀπρόσκοποι εἰς ἡμέραν Χριστοῦ.

10 Vt dignoſcatis quæ diſcrepãt, vt ſitis ſinceri, & inoffenſo curſu pergatis ad diem vſque Chriſti,

10 Vt probetis potiora, vt ſitis ſinceri & ſine offenſa in diem Chriſti:

Πεπληρωμένοι καρπὸν δικαιοσύνης τὸν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς δόξαν καὶ ἔπαινον Θεοῦ.

11 Pleni fructibus iuſtitiæ, qui ſunt per Ieſum Chriſtum ad gloriam & laudem Dei.

11 Repleti fructu iuſtitiæ per Ieſum Chriſtum, in gloriam & laudẽ Dei.

Γινώσκειν δὲ ὑμᾶς βούλομαι, ἀδελφοί, ὅτι τὰ κατ' ἐμὲ μᾶλλον εἰς προκοπὴν τοῦ εὐαγγελίου ἐλήλυθεν·

12 Velim autẽ vos ſcire, fratres, quæ mihi acciderunt, magis ad profectum Euangelii euenisſe:

12 Scire autẽ uos uolo, fratres, quia quæ circa me ſunt, magis ad profectum uenerunt Euangelij:

Ὥστε τοὺς δεσμούς μου φανεροὺς ἐν Χριστῷ γενέσθαι ἐν ὅλῳ τῷ πραιτωρίῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς πᾶσι·

13 Adeo vt vincula mea in Chriſto celebria ſint in toto prætorio, ac reliquis omnibus locis:

13 Ita ut uincula mea manifeſta fierent in Chriſto in omne prætorio, & in cæteris omnibus,

Καὶ τοὺς πλείονας τῶν ἀδελφῶν ἐν Κυρίῳ, πεποιθότας τοῖς δεσμοῖς μου, περισσοτέρως τολμᾶν ἀφόβως τὸν λόγον λαλεῖν.

14 Et plerique ex fratribus in Domino, freti vinculis meis, magis audeant impauidè ſermonem loqui.

14 Vt plures è fratribus in Domino, cõfidẽtes in uinculis meis, abundantius auderent ſine timore uerbum Dei loqui.

Τινὲς μὲν καὶ διὰ φθόνον καὶ ἔριν· τινὲς δὲ καὶ δι' εὐδοκίαν τὸν Χριστὸν κηρύσσουσιν·

15 Ac nonnulli quidem per inuidiam & contentionem, nõnulli verò etiam propenſa voluntate Chriſtum prædicant:

15 Quidã quidem & propter inuidiam & contentionem, quidam autem & propter bonam uoluntatem, Chriſtum prædicant:

Οἱ μὲν ἐξ ἐριθείας τὸν Χριστὸν καταγγέλλουσιν οὐχ ἁγνῶς, οἰόμενοι θλῖψιν ἐπιφέρειν τοῖς δεσμοῖς μου.

16 Alii quidẽ, inquam, per contẽtionẽ Chriſtũ annuntiant nõ purè, exiſtimantes ſeſe afflictionem addere vinculis meis:

16 Quidam ex charitate, ſcientes quoniã in defenſionem Euangelij poſitus ſum.

In viſcer. Ieſu Chriſti, ἐν σπλάγχνοις Ἰησοῦ Χριστοῦ. Alibi ſolet dicere, In Chriſto: vt ſignificet ex quo fonte promanet affectus iſte, & quò etiã feratur. Additũ autem viſcerum nomẽ, magnum pondus addit ſententiæ, vt intimus amor ſignificetur. Solent enim Hebræi רחמים, id eſt viſcera, omnes teneros ac veluti maternos affectus vocare. 9

9 Senſu, αἰσθήσει. Quum ea de quibus agit, nõ ſint αἰσθητά, ſed νοητά, apparet αἴσθησιν impropriè poni ἀπὸ τῆς κρίσεως. Loquitur autẽ Paulus primùm de perceptione: deinde de rei perceptæ diiudicatione, vt perfecta ſit notitia: non illa naturalis propriè, ſed quam à gratia accepimus: ad cuius præſcriptũ integra vita dirigatur. Itaque αἴσθησιν melius etiam conuertit Vetus interpres Senſum, quàm Eraſmus Intelligentiam.

10 Vt dignoſcatis quæ diſcrepant, πρὸς τὸ δοκιμάζειν τὰ διαφέροντα. Perfectum hoc eſt iudicium quo non modò agnoſcimus quod boni ſpecie nobis allubeſcit, ſed etiã quod à bono diſcrepat poſſumus diiudicare. Itaque mihi videtur longè vberior iſta explicatio, ac melius etiam cohærens cum iis quæ præcedunt ac ſequuntur, quàm ſi cum Vetere interprete conuertamus, Vt probetis potiora: vel cum Eraſmo, Vt probetis quæ ſunt præſtantia. Vide Rom. 1. c. 18. Et inoffenſo curſu pergatis, καὶ ἀπρόσκοποι. Metaphoram ſumptam apparet ab iis qui aliquò contendunt: vt non dubitarim periphraſin vſurpare. Vulg. Sine offenſa, & Eraſ. Tales vtnemini ſitis offendiculo: quo modo etiam accipitur idem hoc nomen Act. 24. d. 16, & 1. Cor. 10. g. 32. Mihi tamen hoc in loco arridet paſſiua ſignificatio. Ad diem vſque, εἰς ἡμέραν. Vide 1. Cor. 1. a. 8. 10

11 Fructibus iuſtitiæ, καρπὸν δικαιοσύνης. Si arbor eſt iuſtitia, opera verò bona, fructus arboris: quomodo tradunt ſophiſtæ ex fructibus naſci arborem? Sed & diſtinguenda eſt iuſtitia imputata, in quam vnam recumbimus, à iuſtitia inhærente, quæ eſt duntaxat illius veluti propago.

13 In Chriſto, ἐν Χριστῷ. Id eſt, Chriſti nomine, ſiue pro Chriſti negotio, vt Epheſ. 4. a. 1. Pertinet enim hoc ad τὸ δηλοῦν, per traiectionem Hebræis familiarem, vt Pſalm. 138. a. 2, Magnificaſti ſuper omne nomen tuum eloquium tuum. pro, Magnificaſti eloquium tuum ſuper omne nomen tuum. Sic Horatius, Penè macros arſit dum turdos verſat in igne. Celebria, φανεροὺς. Vulg. & Eraſ. Manifeſta, non ſatis expreſſè. Prætorio, πραιτωρίῳ. Id eſt Cæſaris regia. Latè enim patet Prætorii appellatio, vnde & Milites Prætoriani. Vide infrà, 4. d. 22. 15

Ac reliquis omnibus locis, καὶ τοῖς λοιποῖς πᾶσιν. Suppleui מקום, locis, vt Epheſ. 3. a. 3.

14 Sermonem loqui, τὸν λόγον λαλεῖν. Sermo καθ' ἐξοχὴν vocatur Euangelica doctrina, & quidem addito articulo. In duobus tamen codicibus additum erat τοῦ Θεοῦ, quo modo vertit Vetus interpres.

16 Alii quidem, inquam, Οἱ μὲν. Manifeſta eſt epanalepſis. Vetus autem interpres hunc verſiculum ſubiicit

proximo. Non pure, οὐχ ἁγνῶς. Non puro videlicet animo, quũ alioqui pura eſſet doctrina: neque enim ſubiiceret Paulus ſe exiſtorũ etiam prædicatione gaudiũ capere: idque etiã ex eo liquet quod τὴν ἀλήθειαν verſiculo decimooctauo non opponat τῷ ψεύδει, id eſt mẽdacio, ſed τῇ προφάσει, id eſt obtentui. Ambroſ. vertit Nõ ſimpliciter, οὐχ ἁπλῶς. Addere, ἐπιχορηγεῖν. Nẽpe vt vrar ipſorum gloria. Cæterùm Eraſmus τὸ ἐπιχορηγεῖν rectè omnino expoſuit addere. Nam τὸ hoc in loco additionem declarat. Vulgata, Suſcitare, vt videri poſſit legiſſe ἐπεγείρειν

Οἱ μὲν ἐξ ἀγάπης, εἰδότες ὅτι εἰς ἀπολογίαν τοῦ εὐαγγελίου κεῖμαι.

17 Alii rurſus ex charitate, ſciẽtes me ad defenſionem Euangelii conſtitutum eſſe.

17 Quidam autem ex caritatione Chriſtum annũtiant nõ ſincerè, exiſtimantes preſſurã ſe ſuſcitare vinculis meis.

Τί γάρ; πλὴν παντὶ τρόπῳ, εἴτε προφάσει, εἴτε ἀληθείᾳ, Χριστὸς καταγγέλλεται· καὶ ἐν τούτῳ χαίρω, ἀλλὰ καὶ χαρήσομαι.

18 Quid igitur? attamẽ quouis modo, ſiue in ſpeciem, ſiue ſincerè, Chriſtus annũtiatur, de hoc quoque gaudeo, atque etiã gaudebo.

18 Quid enim? dum omni modo, ſiue per occaſionem ſiue per veritatem Chriſtus annuntiatur: & in hoc gaudeo, ſed & gaudebo.

Οἶδα γὰρ ὅτι τοῦτό μοι ἀποβήσεται εἰς σωτηρίαν διὰ τῆς ὑμῶν δεήσεως, καὶ ἐπιχορηγίας τοῦ πνεύματος Ἰησοῦ Χριστοῦ,

19 Noui enim fore vt hoc mihi cedat ſaluti per veſtras preces, & ſubminiſtrationem ſpiritus Ieſu Chriſti,

19 Scio enim quia hoc mihi proueniet ad ſalutem, per veſtram orationẽ & ſubminiſtrationem Spiritus Ieſu Chriſti,

Κατὰ τὴν ἀποκαραδοκίαν καὶ ἐλπίδα μου, ὅτι ἐν οὐδενὶ αἰσχυνθήσομαι, ἀλλ' ἐν πάσῃ παρρησίᾳ, ὡς πάντοτε, καὶ νῦν μεγαλυνθήσεται Χριστὸς ἐν τῷ σώματί μου, εἴτε διὰ ζωῆς, εἴτε διὰ θανάτου.

20 Secundum intentã expectationem & ſpem meã, quòd nulla in re pudefiã, ſed cum omni libertate, vt ſemper, ita nũc quoque magnificabitur Chriſtus in corpore meo, ſiue per vitam ſiue per mortem.

20 Secundum expectationẽ & ſpẽ meã, quia in nullo confundar, ſed cum omni fiducia, ſicut ſemper, & nũc magnificabitur Chriſtus in corpore meo, ſiue per vitã ſiue per mortẽ.

Ἐμοὶ γὰρ τὸ ζῆν, Χριστὸς, καὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος.

21 Mihi enim eſt Chriſtus & in vita & in morte lucrum.

21 Mihi enim viuere, Chriſtus eſt, & mori, lucrum.

Εἰ δὲ τὸ ζῆν ἐν σαρκὶ, τοῦτό μοι καρπὸς ἔργου, καὶ τί αἱρήσομαι οὐ γνωρίζω.

22 Verum verò viuere in carne mihi operæpretium ſit, & quid eligam ignoro.

22 Quòd ſi viuere in carne hoc mihi fructus operis eſt, & quid eligã ignoro.

Συνέχομαι γὰρ ἐκ τῶν δύο· τὴν ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι· πολλῷ γὰρ μᾶλλον κρεῖσσον·

23 Coarctor enim vtrinque: deſiderans migrare, & eſſe cum Chriſto: nam id longè optimum eſt:

23 Coarctor autem è duobus, deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto, multo magis melius.

18 Quid igitur, τί οὖν; Ad verbum, Enimuero quid? Neque enim cauſam ſignificat. Vulg. & Eraſmus, Quid enim? In ſpeciem, προφάσει. Vel per obtentum. Nam ſpecioſam quidem cauſam, id eſt Chriſtũ ipſum, prætexebant ſuæ ambitioni & inuidiæ qua intus æſtuabant. Vulg. Per occaſionem, abſurdè. Vide Matth. 23. b. 14. Sincerè, ἀληθείᾳ. Vulg. & Eraſ. Per veritatem, obſcurè: quia quum multæ ſint mendacii & veritatis ſpecies, non opponit hoc loco veram doctrinam falſæ, ſed ſincerum animum fucato: quo modo ab Hebræis accipitur נכון pro animi integritate, quæ omni diſſimulationi aduerſatur.

20 Intentam expectationem, ἀποκαραδοκίαν. Vulg. & Eraſ. Expectationem. Vide Rom. 8. d. 19. Magnificabitur, μεγαλυνθήσεται. Heb. יגדל, id eſt magnificè extolletur, ac prædicabitur.

21 Mihi enim, &c. ἐμοὶ γὰρ, &c. Vulg. Mihi enim viuere, Chriſtus eſt: & mori lucrum, Eraſ. Nam mihi vita Chriſtus eſt, & mors lucrum. Itaque in priore quidem mẽbro Chriſtum Paulus vitam ſuam vocarit: in poſteriore verò nulla erit Chriſti mentio, niſi ex conſequenti. Atqui applicanda eſt ratio propoſitioni cui adiungitur. Firma eſt igitur doctiſſimi interpretis ſententia, qui exiſtimat ſicut in propoſitione, ſic etiam in ratione, Chriſtum eſſe vtriuſque membri ſubiectum, lucrum verò, (id eſt gloriam Chriſti, quæ cum ipſius Apoſtoli cõmodo coniuncta eſt) prædicatum, vt ante τὸ ζῆν & τὸ ἀποθανεῖν ſubaudiatur χρ, ecclipſi non modò quæ tolerari poſſit, ſed etiam quæ inter Atticiſmos numeretur.

22 Vtrum verò, εἰ δέ. Vulg. & Eraſ. Quòd ſi. Atqui ſi ita conuerteris, hiabit tota ſentẽtia, propter particulam καὶ ſequentem. Hanc verò Græcus ſcholiaſtes negligit, & εἰ δὲ interpretatur ἐπειδὴ δέ, quoniam verò. Sed hoc quidem eſt nodum non expedire, ſed ſecare. Caſtellio eam quoque tranſilit, ſed multo impudentius. Alii verbum νοῦν ſubaudiunt, puta, Si conſulimus viuere in carne, vt Eraſmus in ipſo contextu. Alii integram ſententiam, vt idem Eraſmus in annotationibus, omnia certè perturbans. Alii denique aliter. Ego verò miror nemini in mentem veniſſe vt εἰ per an vel vtrum exponeret: quæ ſignificatio particulæ εἰ in ſubiectione ita eſt viſitata vt mirer vel Eraſmo doctiſſimo viro, & hoc ipſum quærenti, non occurriſſe. Viuere in carne, ζῆν ἐν σαρκί. Diſtingue Secũdum carnem viuere, ſiue In carne eſſe, ab hac formula. Viuere enim ſecundum carnem, & In carne eſſe, de iis dicitur qui quum non ſint Spiritu donati, ſeſe cupiditatibus carnis immergunt. Viuere autem in carne, vel ambulare, vt 2. Cor. 10. a. 3, nihil aliud declarat quàm in hoc caduco corpore viram degere, tantiſper dum cæleſti & æterna vita potiamur, vt Galat. 2. d. 20, & 1. Pet. 4. a. 1. Mihi operæpretium ſit, τοῦτό μοι καρπὸς ἔργου. Abundat τοῦτο ex Hebræorum idiotiſmo, qui ſingulis penè verſiculis occurrit. Quòd autem Vetus interpres & Eraſmus fructum operis obſcurè conuerterunt, ſatis conſtat à Latinis operæpretium dici, nempe rem vtilem & fructuoſam, dignam denique in qua aliquis operam ponat.

23 Vtrinque, ἐκ δὲ τῶν δύο id eſt ἀμφοτέρωθεν. Hebraicè משניהם pro מזה שניהם. Vulgata, Ex duobus. Eraſmus, Ex his duobus. Migrare, ἀναλῦσαι, id eſt μετοικῆσαι, vt rectè interpretatur Chryſoſtomus, vti ſoluere

dicuntur nautæ profecturi: quod rectè obseruatum est ab Erasmo. καταλύειν verò pro diuertere, ab antigis ductum est, qui equorum & currus vincula dissoluunt. Vulgata, Dissolui, ἀναλυθῆναι. Nam id longè optimum est, πολλῷ μᾶλλον κρεῖττον. Addidi particulam ὃ vt necessariam, ex duorum veterum codicum fide, & Clementis authoritate, qui ita legit libro ϛρωμ. 3. Vulg. Multo magis melius. Eras. Multo longéque melius est. Ego malui μᾶλλον κρεῖττον pro ἄμεινον accipere. Sic enim abundat μᾶλλον vt tamen suã emphasin habeat. neque hic pleonasmus in Hebræorum duntaxat idiomate inuenitur, apud quos sic redundat particula ומן, sed etiam apud idoneos scriptores Græcos, vt diximus Matth. 6. d. 26, & Mar. 7. e. 36.

Τὸ δὲ ἐπιμένειν τὸ σὰρξὶ, ἀναγκαιότερον δι' ὑμᾶς.

24 Sed permanere in carne, magis necessarium est propter vos.

24 *Permanere autem in carne, magis necessarium propter nos.*

Καὶ τοῦτο πεποιθὼς οἶδα, ὅτι μενῶ καὶ συμπαραμενῶ πᾶσιν ὑμῖν, εἰς τὴν ὑμῶν προκοπὴν καὶ χαρὰν τῆς πίστεως.

25 Et hoc confisus noui me mãsurum esse, & vnà permansurũ cum vobis omnibus ad vestrũ profectum & gaudium fidei.

25 *Et hoc confidens scio, quia manebo & permanebo omnibus vestris ad profectũ vestrũ & gaudiũ fidei*

Ἵνα τὸ καύχημα ὑμῶν περισσεύῃ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐν ἐμοὶ, διὰ τῆς ἐμῆς παρουσίας πάλιν πρὸς ὑμᾶς.

26 Vt abundet gloriatio vestra in Christo Iesu de me, mea rursus apud vos præsentia.

26 *Vt gratulatio nostra abũdet in Christo Iesu in me, per meũ aduentum iterum ad nos.*

Μόνον ἀξίως τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ πολιτεύεσθε, ἵνα εἴτε ἐλθὼν καὶ ἰδὼν ὑμᾶς, εἴτε ἀπὼν, ἀκούσω τὰ περὶ ὑμῶν, ὅτι στήκετε ἐν ἑνὶ πνεύματι, μιᾷ ψυχῇ συναθλοῦντες τῇ πίστει τοῦ εὐαγγελίου.

27 Tantùm vt dignum est Euangelio Christi vos gerite, vt siue venero & videro vos, siue absens fuero, audiam de rebus vestris, vos perstare in vno Spiritu, vno pariter animo decertãtes per fidem Euangelii.

27 *Tantùm dignè Euangelio Christi conuersamini: vt siue quem veniens, & videro vos, siue absẽs audiã de nobis quæ statis in uno spiritu, unanimes, collaborantes fidei Euangelij.*

Καὶ μὴ πτυρόμενοι ἐν μηδενὶ ὑπὸ τῶν ἀντικειμένων· ἥτις αὐτοῖς μέν ἐστιν ἔνδειξις ἀπωλείας, ὑμῖν δὲ σωτηρίας, καὶ τοῦτο ἀπὸ Θεοῦ.

28 Nec vlla in re territos ab iis qui se opponunt: quod illis quidem est exitii indicium, vobis autẽ salutis, idque à Deo:

28 *Et in nullo terreamini ab aduersariis quæ illis est causa perditionis, nobis autem salutis, & hoc à Deo.*

Ὅτι ὑμῖν ἐχαρίσθη τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ, οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν·

29 Quia vobis datũ est in Christi negotio, non solùm in eum credere, sed etiam pro eo affligi:

29 *Quia nobis donatũ est pro Christo, non solùm ut in eũ credatis, sed ut etiam pro illo patiamini:*

Τὸν αὐτὸν ἀγῶνα ἔχοντες οἷον εἴδετε

30 Idẽ certamẽ sustinẽdo quale vi

30 *Idem certamen habentes quale & audistis*

---

14 In carne, τὸ σαρκί. Iterum caro pro corpore ponitur.

25 Et gaudium fidei, καὶ χαρὰν τῆς πίστεως. Gaudium fidei appellat quod ex fide promanarit, aut quo fides magnopere confirmabitur, quum felicem videbunt illius captiuitatis exitum.

27 Perstare in vno Spiritu, ἑνὶ πνεύματι στήκειν. Standi verbum athletis conuenit, à quibus sumpta est translatio, quam persequitur ad finem vsque capitis. Spiritus autem appellatione intelligo Spiritum sanctum, aut certè eius afflatum cuius vinculo deuincti, & cuius vi animati, fortiter seruent gradum. Vno pariter animo decertantes, μιᾷ ψυχῇ συναθλοῦντες. Id est ὁμοθυμαδὸν συναγωνιζόμενοι. Hanc autem distinctionem ita adferunt Græca scholia vt minimè controuersam, vt qui alterius non meminerint. & sanè multo planior & vberior est sententia si μιᾷ ψυχῇ cum participio coniungas, vt nos fecimus. Hortatur ergo Paulus vt eodem Spiritu cõiuncti & confirmati, coniunctis viribus luctentur: & quidem fide freti, id est doctrina Euangelii, seu verbo Dei, vt Galat. 1. d. 13. & 1. Timoth. 4. a. 1, accipitur fidei nomen. Vel fide Euangelii, id est fide quæ Euãgelio ac proinde inuicto Christi robore nititur. Vulgata, Vnanimes collaborantes fidei Euangelii. Erasmus, Adiuuantes decertantem fidem Euangelii, quasi τῇ πίστει regatur à præpositione συν, vt quasi laborans Euangelii fides præsidio nostro sit victrix futura. Atqui perabsurda est hæc sententia, & quod de vno spiritu vnéque animo dixit, satis indicat præpositionem vel ad Philippenses coniunctos pertinere, vel ad Paulũ ipsum qui illorũ societatem requirat in promouenda Dei gloriatita vt τῇ πίστει rationem habeat quasi instrumenti, sicut rectè omnino obseruauit doctissimus interpres.

28 Quod, ἥτις. Dixit ἥτις, non ἥτι, vel ἕ, τι, quæ sequitur ἔνδειξις, quanuis cõplexui orationis referendo neutrum genus soleat potius vsurpari. Vide suprà, Ephes. 3. c. 13. Indicium, ἔνδειξις. Id est apertum & planum testimonium: nam quo impotentius furit aliquis aduersus Ecclesiam, eo manifestius patefacit se ad certum exitium ruere: nisi quidem Dominus illum dignetur sua misericordia, vt Paulum ipsum dignatus est. Sed rarum est hoc exemplum, neque cognitæ veritati reluctatus est Apostolus. Contrà verò sancta perseuerantia in quibuslibet pro Christo perferendis, nobis indicium est nos efficaci illo Spiritu Dei donatos, ac proinde esse ex electorum numero quos certa salus manet, vt 1. Thessal. 1. a. 5, vbi rursus vtitur ἀπόδειγμα nomine. Vetus tamẽ interpres ἔνδειξιν maluit causam interpretari, temere quæsita aliena significatione, quum nusquam fidelium afflictio dicatur salutis illorum causa, sed testimonium. Idque, καὶ τοῦτο. Hoc refero ad vtrunque membrum superius.

29 In Christi negotio, τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ. Ad verbum, In eo quod pro Christo *susceptum* est: alioqui redundaret articulus τό. Vulg. & Eras. Pro Christo. In eum, εἰς αὐτόν. Id est ei. nã εἰς respondet literæ ל Hebræorũ: vt non satis firmum sit discrimen illud quod statuitur inter Credere Deo, & Credere in Deum.

30 Sustinendo, ἔχοντες. Vulgata & Erasmus ad verbum, Habentes. Fuerat autem omnino dicendum ἔχοντα. Sed eiusmodi participia alibi iam aliquoties annotauimus respondere Hebræorum infinito modo, pro quo Latini gerundi modum vsurpant.

τὸ ἐμοὶ, καὶ νῦν ἀκούετε τὸ ἐμοί.

Κεφάλαιον βʹ

Εἴ τις οὖν παράκλησις τὸ Χριστῷ, εἴ τι παραμύθιον ἀγάπης, εἴτις κοινωνία πνεύματος, εἴτινα σπλάγχνα καὶ οἰκτιρμοί·

Πληρώσατέ μου τὴν χαράν, ἵνα τὸ αὐτὸ φρονῆτε, τὴν αὐτὴν ἀγάπην ἔχοντες, σύμψυχοι, τὸ ἓν φρονοῦντες.

Μηδὲν κατ' ἐρίθειαν, ἢ κενοδοξίαν, ἀλλὰ τῇ ταπεινοφροσύνῃ ἀλλήλους ἡγούμενοι ὑπερέχοντας ἑαυτῶν·

Μὴ τὰ ἑαυτῶν ἕκαστος σκοπεῖτε, ἀλλὰ καὶ τὰ ἑτέρων ἕκαστος.

Τοῦτο γὰρ φρονείσθω ἐν ὑμῖν ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ·

Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ·

distis ín me, & nũc auditis de me.

CAPVT II.

1 SI qua igitur conſolatio eſt in Chriſto, ſiquod ſolatium charitatis, ſiqua communio ſpiritus, ſiquæ viſcera ac miſerationes,

2 Explete meum gaudium, vt itidem ſitis affecti, eandem charitatem habentes, vnanimes, & ſententiis vni.

3 Nihil gerite per contentionem aut per inanem gloriam, ſed ex modeſtia alium quiſque ſe præſtantiorem exiſtimet.

4 Ne ſua quiſque ſpectetis, ſed vnuſquiſq; etiã quæ ſunt aliorũ.

5 Itaque is ſit affectus in vobis qui fuit & in Chriſto Ieſu:

6 Qui quum eſſet in forma Dei, non duxit rapinam, parem eſſe cum Deo:

in me, & nunc auditis de me.

CAP. II.

1 *Siqua ergo conſolatiõ in Chriſto, ſiquod ſolatiũ charitatis, ſiqua ſocietas ſpiritus, ſiqua viſcera ac miſerationes,*

2 *Implete gaudium meũ, vt idẽ ſapiatis, eandẽ charitatem habentes, vnanimes, idipſum ſentientes.*

3 *Nihil per contentionem, neque per inanẽ gloriã, ſed in humilitate, ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes.*

4 *Non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, ſed ea quæ aliorum.*

5 *Hoc enim ſentite in vobis quod & in Chriſto Ieſu:*

6 *Qui quũm forma Dei eſſet, non rapinã arbitratus eſt eſſe ſe æqualẽ Deo:*

IN CAPVT II.

2 In Chriſto, ἐν Χριστῷ. Id eſt Chriſtiana, ſiue quæ ab iis poſſit proficiſci qui ſunt in Chriſto. Siquæ viſcera, εἴτινα σπλάγχνα: id eſt, ſiquis intimæ charitatis ſenſus. Nã (vt ſæpe iã diximus) σπλάγχνα vocat quæ Hebræi רחמים, tenerrimos nimirum ac planè maternos affectus. Cæterùm in vetuſtis bonis codicibus ſcriptum inuenio εἴτις σπλάγχνα καὶ οἰκτιρμοί, & paulo antè etiam εἴτις κοινωνία, & ita quoque citatur hic locus à Clemente libro ποιμ. 4, & à Baſilio in Ethicis, ὅπερ ἧττον quam lectionem vt tueamur, neceſſe fuerit iſta appellatiua pro adiectiuis accipere, Hebræorum more: acſi diceret Apoſtolus, Siquis eſt qui me conſoletur in Chriſto, ſiquis eſt qui pro mutua charitate mihi ſolatium adferat, ſiquis mecum eſt eodem ſpiritu coniunctus, ſi in quoquam vlla eſt intima charitas ac cõmiſeratio. 2 Itidem ſitis affecti, τὸ αὐτὸ φρονῆτε. Vulg. Idẽ ſapiatis. Ego verò malo hãc ſententiam pro genere accipere, cuius deinde ſpecies cõmemoret. Vide Rom. 12. c. 16. Eandẽ charitatẽ, τὴν αὐτὴν ἀγάπην. Id eſt parem, vt non modò ſit amoris aliqua ſed par etiam viciſſitudo, quaſi vna cõmuni animo omnes viuatis. Nam σύμψυχοι coniungo cum hac ſententia. Et ſententiis vni, τὸ ἓν φρονοῦντες. Ab animorum (id eſt volũtatum) coniunctione, tranſit ad doctrinæ conſenſum, vt plena iuſtáque ſit concordia.

4 Spectetis ἐκάστων. Id eſt reſpiciatis. Neque tamen vult Apoſtolus hortari ad πολυπραγμοσύνην, ſed ad cõmunem ſolicitudinem, vt proximi etiam commodis ſtudeat vnuſquiſque, nec in illorum munera inuadat. Sed etiam, ἀλλὰ καί. Particulam καὶ neglexit Vetus interpres, quæ tamen ſua emphaſi non caret. Neque enim vult vt nos aut noſtros negligamus, ſed vt nullos à nobis putemus alienos quos quidem poſſimus iuuare. Baſilius tamẽ in Ethicis ἕκαστ., non legit καί.

5 Itaque is ſit affectus, τοῦτο γὰρ φρονείσθω. Vulg. Hoc enim ſentite. Sed vt alibi, ita hic quoque γὰρ ponitur pro illatiua coniunctione. Deinde non ſcriptum eſt φρονεῖσθε, ſed φρονείσθω, idque forma verbi imperſonalis, quaſi dicas, Sentiatur. Nam alioqui ſcribendum fuiſſet, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐφρονεῖτο, quod & Chriſtus Ieſus. Quod ad ſententiam tamen attinet, parum intereſt. Vult enim in genere Paulus vt inter nos eum affectum ſeruemus quo fuit præditus Chriſtus.

6 In forma Dei, ἐν μορφῇ Θεοῦ. id eſt, talis qualis Deus eſt, ideóq; Deus: quũ vnus Deus ſit ſuiipſius prorſus ſimilis. Itaque nõ erat quòd Eraſmus (dicã enim quod res eſt) apertè veritati repugnaret, vt hunc locũ, quo vix alius eſt ad refellendas omnes aduerſus Chriſti perſonam hæreſes illuſtrior, pro virili obſcuraret. Μορφὴ, inquit, ſpeciem ſonat aut figuram. Eſto: ſed quorſum hoc? Totus, inquit, hic locus mihi videtur violentius torqueri ad Chriſti naturam, quũ Paulus agat de ſpecie nobis exhibita. In ſumma, quid hoc eſt monſtri? Nempe forma Dei nihil aliud ſignificabit quàm ſpeciem aut exemplum, quòd in corpore humano obambulans, ederet tamen argumẽta diuinitatis. Hic ergo ſenſus erit, Chriſtũ hicnõ conſiderari à Paulo qualis erat antequam carnem aſſumeret, ſed in carne aſſumpta, in qua habuerit formam Dei, id eſt Dei ſcintillas obiter oſtenderit, quas tamẽ ad Patrem ſemper retulerit, nihil ſibi arrogans. Hæc Eraſmi eſt opinio, quantum ex ipſius verbis admodum perplexis colligere potui. Atqui vt concedã μορφὴν nõ ſemper ſignificare eſſentialẽ (quã vocãt) formã, neque de vocabulis contendã, quis nõ videt Paulum declarare quis fuerit Chriſtus ante aſſumptã ſerui formã: Nam ſtatim ſubiicitur quòd ſeſe exinanierit, aſſumpta, inquit, ſerui forma, id eſt hominis. Nõ poteſt igitur hæc deſcriptio ad id tẽpus pertinere quo iã carnẽ aſſumpſerat: alioquin hæc inanitio nõ pertinebit ad aſſumptionẽ carnis, ſed ad vitæ rationẽ quã ſequutus ſit Chriſtus quũ iam eſſet homo factus: vt ſit hæc ſententia, Nolite ſuperbire, ſed Chriſtũ vobis proponite. is enim quãuis in Dei forma eſſet (id eſt, quãuis Deus eſſet in hominis figura apparens) tamẽ nõ vſurpauit ſibi æqualitatẽ cũ Deo, ſed Deũ celauit, hominẽ exhibuit. Atqui præterquã quòd nemo eſt tã hebes quin hæc videat prorſus violenta expoſitione torqueri, longè etiã aliud eſt Pauli argumentũ: nempe huiuſmodi, Chriſtus ipſe, quũ Deus eſſet, ac proinde in ea gloria & maieſtate quæ Deo vni cõuenit, nec in eò putaret ſe alienũ quicquã vſurpare, tamẽ veluti depoſita hac gloria, hucuſque ſe demiſit vt talis fieret quales ſunt Dei ſerui. i. vt hominẽ aſſumeret, imò verò etiã vt Patri, nõ tanquã æquali, ſed tanquã Domino, ad ignominioſiſſimã vſque mortẽ ſubeundam ſeſe vltro ſummitteret: & nos mortales & infimos ſeruos non pudebit arrogantiæ, quaſi fratribus noſtris præcellamus? Hoc eſt, inquam, Pauli argumentum, quo nemo non videt nihil

grauius aut vehementius dici potuiſſe. Itaque (vt paucis abſoluam) in hoc verſiculo Paulus Chriſti diuinam naturam deſcribit, quod etiam declaratur participio ὑπάρχων: & etiamſi μορφὴ nomine gloriam ac maieſtatē declaret, tamen (vt verè & ſanctè annotauit doctiſſimus interpres) quum gloria Dei non poſſit ſine ſacrilegio ab ipſa diuinitate ſeparari, non potuit melius declarare Apoſtolus Chriſti deitatem quàm quum diceret eum in forma Dei fuiſſe, id eſt verè Deum. Sed dices, Cur non Paulus potius aperte dixit, Θεὸς ὑπάρχων, Deus quum eſſet? Reſpondeo, quoties id faciendum fuit, toties eum id aperte dixiſſe, vt Rom. 9. a. 5: quem etiam locum Eraſmus pro virili detorſit, & 1. Tim. 3. d. 16, vbi rurſus ad eūdem ſcopulū impingit, & Act. 20. f. 28, & Col. 2. b. 9. Nūc verò idem quoque dicit. Sed quum duas illas Chriſti naturas nobis non nudas, ſed qualitatibus ſuis veſtitas, diuinam videlicet ex gloria illa diuina, humanam ex ſua illa infirmitate & imbecillitate æſtimandam proponat, qualitates denique ipſarum naturarum potius quàm ſubſtantias conſideret, vt hinc quidem Chriſtū omni gloria ornatum, inde verò in extrema & tamen ſpontanea ac temporaria miſeria verſantem, poſtremò in ſupremum gradum euectum cōtemplemur: meritò μορφὴν Θεοῦ potius quàm Θεὸν, & μορφὴν δούλου, ὁμοίωμα & σχῆμα ad ἄνθρωπον potius quàm ἄνθρωπον dicere voluit. Non duxit rapinam, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο. Vel (vt vertit doctiſſimus interpres) Nō eſſet rapinam arbitratus. Nam quæ ſequuntur, retulit ad manifeſtationem factam in carne: vt ſit hæc ſententia, Chriſtus ille Deus, æterna gloria ac maieſtate præditus, ſciebat quidem ſibi iuſ fāſque eſſe non in humili carne apparere, ſed cum magnificētia Deo digna: verūm maluit ſeſe demittere. Neque eſt quòd nos offendat aoriſtus indicatiui ἡγήσατο, quum hunc modum interdum ſoleat Paulus etiam non expreſſa particula ἄν ita vſurpare, vt Rom. 9. a. 13, εὐχόμην pro εὐχόμην ἄν: & 1. Cor. 1. b. 8. εἰ ἔγνωσαν, pro, ſi cognouiſſent, vt idem rectiſſimè annotauit. Sed mihi tamen videtur propria huius temporis ſignificatio ſeruari poſſe, vt hoc quoque ad priſtinam Chriſti gloriam pertineat, cuius ipſe meminit Iohan. 17. a. 5, ſitque hæc ſententia, Chriſtus quum eſſet in æterna illa deitatis gloria cōſtitutus, nō ignorauit ſe in ea re (id eſt quòd Deo Patri coæqualis eſſet) nullam iniuriam cuiquam facere, ſed ſuo iure vti: nihilominus tamen quaſi iure ſuo ceſſit, quum ipſe ſe velut in nihilum redigeret, forma ſerui accepta, &c. Hic verò quærit Eraſmus quid magni tribuat Chriſto Paulus, ſi, quū Deus eſſet natura, intellexit id non eſſe rapinæ. id eſt, ſeipſum nouit. Reſpondeo, multa & maxima myſteria contineri in his verbis, quæque ad Pauli ſcopum maximè pertineant. Nam primùm omnium explicat qua ratio ne dixerit, Chriſtum antequam carnem aſſumeret, fuiſſe in Dei forma: nequis hanc formam putaret non verè nec prorſus fuiſſe diuinam, ſed vel communicatione, vel gradu tantùm aliquo, vel ex certo initio, vt dixerāt impii Arriani, vel deniq; ambitione vſurpatā, ex qua fuerit Chriſtᵘ deturbatus. Ideo quū negat vllū in ea re fuiſſe ἁρπισμὸν quòd Deo par eſſet, omnem iſtis blaſphemiis anſam præcidit. Nam par Deo eſſe ſine rapina nullus poſſit, niſi ſit ipſe omnibus modis Deus. At cur Chriſtum dicit hoc nō ignorāſſe? Nempe vt intelligamus iſtam Chriſti ſummiſſionem à mera & ſpōtanea ipſius bonitate profectam: vt ſit omnibus modis perfectum obedientiæ, ſummiſſionis, charitatis exemplar. Parem eſſe cum Deo, τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ. Quid iam dubitamus quin formæ Dei appellatio expreſſa ſpeciem naturæ veræ ac prorſus diuinæ declaret? Sed & paucis iſtis verbis iugulatur Sabellicus, qui perſonarū diſtinctionem tollit, quum in paritate neceſſe ſit comparationem ac proinde duas minimùm hypoſtaſes interuenire. Iugulatur etiam Arrius, qui Deum ſecundariū imaginatur: quis par non eſt qui ſecundus eſt ab alio: quòd ſi non contentus hypoſtaſes diſtinxiſſe, etiam ἑνίαν ſeparet, iam Deo parem eſſe, non erit infinitum & omnipotentem eſſe, quū plures infiniti & plures omnipotentes nullo modo poſſint exiſtere. Itaque ſi hæc coniunxeris, plenam ac perfectam non ὁμοιότητα, ſed ὁμοιότητος deſcriptionem habebis.

Ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος·	7 ᵛSed ipſe ſeᵛ exinaniuit, forma ſerui accepta, ᵛſimilis hominibus factus:	7 *Sed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus:*

7 Sed ipſe ſe, ἀλλ' ἑαυτόν. Notandū pronomen ἑαυτόν, quo ſpontanea fuiſſe iſta ſummiſſio iterū ſignificatur. ᵛ Exinaniuit, ἐκένωσε. Id eſt, quaſi ex OMNI ſeipſū ad NIHIL redegit. quæ enim eſt rei creatæ, imò vt verè animalis omnium miſerrimi & à Deo maximè alieni, ad ipſius opificis maieſtatem proportio? Forma ſerui accepta, μορφὴν δούλου λαβών. Non dicit, De forma in formam ſerui mutata, aut Deo in hominem conuerſo, aut Deo cum homine confuſo, neque item dicit ad vnum Chriſtum Deum acceſſiſſe alterum Chriſtū hominem: ſed eum ipſum qui Deus erat, formā ſerui aſſumpſiſſe. Sed quid formæ ſerui appellatione intelligatur quærit Eraſmus: neque hoc referri putat ad ipſam naturam, ſed ad vitioſam eius qualitatem, quam forma & ſpecie tenus, nō autem re vera aſſumpſerit: vt qui fuerit omnis peccati expers. Hæc Eraſmus, nempe vt formæ Dei, id eſt Deo ſub hominis ſpecie quaſi celato, (vt ipſe interpretatus eſt) formam ſerui, id eſt vitioſam in ſpeciem non reuera qualitatem carnis opponat. Sed præterquam quòd hac ratione eneruatur Pauli argumentum, & patefit etiam hæreticis aditus ad eludendam humanæ Chriſti carnis veritatem, quis illi conceſſerit μορφὴν de ea duntaxat ſpecie dici quæ id eſſe videatur quod reipſa nō ſit? Deinde quis non videt, ſerui nomen imbecillam conditionem naturæ, non autem vitioſam qualitatem ſignificare? Opponitur enim ſerui forma, Dei formæ. Quum verò ſeruitus ſignificat corruptionem, non cum Deo, ſed cum libertate confertur. Denique proferatur vel vnus locus ex omnibus ſacris libris, in quo ſeruus abſolutè dicatur de eo qui peccato ſeruiat. Sed de his ſatis à nobis dictum eſto, nullo (ita me bene Deus amet) Eraſmum de literis optimè meritum, & quidem mortuum, exagitandi ſtudio, ſed vt pro mea virili & ipſe Dei veritatem aſſeram. Poſcit autem omnino antithe ſis vt ſicut forma Dei dicitur auguſta illa diuinæ maieſtatis ac gloriæ ſpecies quæ nō poteſt à diuina ipſa natura ſeparari, ſic formam ſerui interpretemur, abiectam illam & imbecillam hominis naturam ac conditionem, tum in ſeſe, ſi cū Dei excellentia cōparetur, tum verò propter peccatum: quod etſi non aſſumpſit Dominus, ſed abſoleuit, tamen imbecillitatem ex eo fonte promanantem, vno excepto peccato, ipſiſſimque adeo pœnam horrendā aſſumpſit: quod & ipſe Apoſtolus poſtea explicat. Similis hominibus factus, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος. Vulg. & Eraſ. ad verbū, In ſimilitudine hominū factus, ſiue conſtitutus. Cæterùm nequis cū hæreticis exiſtimet ὁμοιώματος & σχήματος, id eſt ſimilitudinis & figuræ nomine inanē & imaginariā ſimilitudinē ſignificari, quaſi Dominus non verā carnē ſed eius duntaxat ſimulacrū aſſumpſerit: præterquā quòd ex aliis locis apertè cōuincitur hic error, dico quū hæc nomina ſynonyma ſint τῇ ὁμοίᾳ, ſimilē eſſe eorū vſum. Oppouit autē Apoſtolus τὴν ὁμοίαν τῇ σκιᾷ, i. imaginē vmbræ, Heb. 10. a. 1. Sicut ergo non tātùm ficta cū veris aut ficta cū fictis, ſed etiā vera cū veris cōparāturrita dico his nominibᵘ quāuis ſimilitudinē & cōformationē ſignificari. niſi fortè putamus Adamū veros homines nō genuiſſe, quū dicitur Gen. 5. a. 3, genuiſſe בדמותו כצלמו, id eſt κατὰ τὴν ἰδέαν αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ,

ad ſimilitudinem & ad imaginem ſuam, vt Græci vertunt: quum tamen ἰδέαν nomen nemo neſciat à philoſophis ad formas animo duntaxat conceptas ſæpe accommodari: quum Moſes illis nominibus ideirco vſus ſit vt ſummam & ſubſtantiæ & qualitatum quaſi χαρακτῆρα deſignaret. Quid verò, quum Chriſtus dicitur Dei imago Coloſſ. 1. b. 15, quanuis noſtri reſpectu ſic nuncupetur, quis tamen hanc imaginem niſi prorſus impius à re ipſa ſepararit? Sic 1. Cor. 15. f. 49, quum dicimur in hac vita geſtare terreni hominis imaginem, rem ipſam ſignificari nemo negarit niſi qui ſeipſum non nouit. Poſtremò (vt ſolidiſſimum argumentum adferam) iſtis vocabulis ſimilitudinis & habitus tantum abeſt vt rem aliquam imaginariam ſignificet Apoſtolus, vt contrà ad declarandam rei veritatem ea nomina vſurparit (vt paulo antè de Moſe diximus) quod ad ipſam quidem ſeruí hominis ſubſtantiam & naturam attinet, quatenus tamen corrupta non eſt. Denique his ipſis externa ipſa ſpecies ſignificatur, ſignificans viſum & ſpectatum fuiſſe Chriſtum illum Deum æternum ab hominibus: vt ipſis etiam iudicibus oculis conſtiterit miſerrimam illam noſtram naturam ab eo fuiſſe aſſumptam. Conſiderandum enim eſt quos alloquatur Apoſtolus: eos videlicet qui de re ipſa minimè dubitabant. Itaque hoc myſterium ſic tractat vt quum ex hypotheſi aſſumat verum id eſſe de quo dicit, graphicam eius deſcriptionem ad ſuum ſcopum accommodet. Finge autem hæc fuiſſe imaginaria, & omnia euerteris.

Καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ.	8 Et habitu compertus vt homo, ipſe ſe ſummiſit, factus obediens vſque ad mortẽ, mortem autem crucis.	8 *Et habitu inuentus ut homo, humiliauit ſemetipſum, factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis.*
Διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα,	9 Quapropter etiam Deus ipſum in ſummam extulit ſublimitatem, ac donauit ei nomen quod eſt ſupra omne nomen:	9 *Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen:*
Ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων·	10 Vt ad nomen Ieſu omne genu ſe flectat cæleſtium ac terreſtrium & ſubterraneorum:	10 *Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium & terreſtrium & inferorum:*
Καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν Θεοῦ πατρός.	11 Omníſque lingua confiteatur Dominũ eſſe Ieſum Chriſtum, ad gloriam Dei Patris.	11 *Et omnis lingua confiteatur quia Dominus Ieſus Chriſtus, in gloria eſt Dei Patris.*
Ὥστε, ἀγαπητοί μου, καθὼς πάντοτε ὑπηκούσατε, μὴ ὡς ἐν τῇ παρουσίᾳ μου μόνον, ἀλλὰ νῦν πολλῷ μᾶλλον ἐν τῇ ἀπουσίᾳ μου, μετὰ φόβου καὶ τρόμου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζεσθε.	12 Proinde, dilecti mei, ſicut ſemper obediſtis, nõ vt in præſentia mea ſolùm, ſed nunc multo magis in abſentia mea, cum timore ac tremore veſtrã ipſorum ſalutem conficite.	12 *Itaque, charissimi mei, ſicut ſemper obediſtis, nõ ut in præſentia mea tantùm, ſed multo magis nunc in abſentia mea, cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini.*
Ὁ Θεὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν, ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας.	13 Deus enim is eſt qui efficit in vobis & vt velitis & vt efficiatis, pro gratuita ſua beneuolentia.	13 *Deus eſt enim qui operatur in nobis & velle & perfiare, pro bona uoluntate.*

9 Nomen, ὄνομα. Id eſt dignitatem, & celebritatem nominis, ſed cum re ipſa coniunctam. Vide Epheſ. 1. d. 21. Quòd enim Oſiander hoc refert ad ipſum nomen Ieſu quod ipſe confundit cum Iehoua, prorſus falſum & ineptum puto.

10 Et ſubterraneorum, καὶ καταχθονίων. Nolim quidem hîc ego ſubtiliter philoſophari an dæmones hoc nomine ſignificentur, quos alibi facit aeris principes. Sunt iſta nobis abſcondita: quanuis aliquid luceat in vtranque partem differere, ex iis quæ de tartaro, abyſſo, & tenebris cõmemorantur, vt 2. Pet. 2. a. 4, & Iud. 2. 6, Exiſtimarim quidem ego ſimpliciter iſta enumeratione Paulum voluiſſe exprimere quæcunque & ſupra mundum ſunt & in mundo, quæ omnia teſtetur Chriſtum aliquando agnitura pro Deo, id eſt quum venerit mundum iudicaturus. Itaque flectere genu pro adorare, id eſt tanquam Deo ſubiici, dictum erit αἰῶνων θεῶς de iis quoque quæ rationis & ſenſus, vel etiam vtriuſque ſunt expertia. Purgatorium autem ignem qui ex hoc loco ſtatuunt, mirum quod iter ſuis pandant in cælum.

11 Ad gloriam, εἰς δόξαν. Hæc ſanè vni Deo conueniunt, quum de vno Deo dicantur ab Eſaia 45. d. 23. qui etiã iurat apud eundem, 42. b. 8. Ego Dominus, inquit, & hoc nomẽ meum: gloriam meã alteri non dabo. Ergo Chriſtus qui & homo, ad dextram Dei ſedens, verus eſt Deus: neque quum hoc dicimus, detrahimus de Patris gloria, quum non poſſit niſi in Filio gratus honor illi tribui. Poſſumus tamen interpretari, εἰς δόξαν in gloria, pro ὡς δόξη. Omnis autem lingua pro omni idiomate, id eſt pro quauis gente dictum eſt, Hebræorum more.

12 Cum timore ac tremore, μετὰ φόβου καὶ τρόμου. Vide 1. Corinth. 2. a. 3. Conficite, κατεργάζεσθε. Sic Latini dicunt conficere negotium. At verò num à noſtris operibus pendet ſalus noſtra? Minimè id quidẽ, quũ ne Abraham quidem in ſe habeat de quo glorietur apud Deum. Conficere tamen ſalutem dicitur qui in iuſtitiæ ſtadio currit. Quanuis enim gratis in vno Chriſto per fidem apprehenſo ſeruemur, tamen per viam iuſtitiæ ad ſalutem contendere nos oportet: quum Filii Dei eius Spiritu ducantur, per quem ſunt iuſtificati, vt in bonis operibus ambulent.

13 Deus enim is eſt, ὁ Θεὸς γάρ ἐστιν. Bona igitur opera non præcedunt iuſtificandum, ſed iuſtificatum ſequuntur: niſi fortè non eſt iuſtificatus qui Chriſtum poſſidet. Et vt velitis, καὶ τὸ θέλειν. Non ſumus igitur ſtipites, ſed bene volumus, non quòd voluntatis noſtræ imbecillitatem adiuuerit, ſed quòd voluntatem ex mala fecerit bonam, idque prorſus gratis.

Et vt efficiatis, καὶ τὸ ἐνεργεῖν. Non dicit, Vt facultatē habeatis bene volendi & bene agēdi si velitis: sed donum efficax & ad volendum & ad agendum, collatum esse dicit. Sciendum est igitur efficacem esse Dei gratiā illam quæ ad salutem requiritur. Itaque non potest consistere dogma illud primæ gratiæ vniuersalis, quasi Dominus omnibus aperiat oculos hactenus vt videre, aures hactenus vt audire possint, si velint. Nam præterea requiritur gratia vt possint velle: nisi liberum arbitrium velimus cum quibusdam statuere contra hunc Pauli locum. Hanc verò gratiam si omnibus concedi dixerint, vt videlicet possint velle, quo tandem iure separant Velle & Facere, quæ Paulus coniunxit, & vtraque ab eadem gratia dixit promanare? Nam (inquit Dominus Ioh.6.c.45) quicunque audiuit, & didicit à Patre, venit ad me. Sed vnde hic errors? Nēpe quòd non putent alioqui absolui posse iustitiam Dei: quasi verò, etiamsi non accesserit altera rebellio, nobis condemnandis natiua illa corruptio non sufficiat. Pro gratuita *sua* beneuolentia, ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας. Vulgata, Pro bona voluntate. Eras. Pro bono animi proposito. Hoc verò nonnulli ad homines referunt. At sententia ipsa ostendit hoc ad Deū pertinere qui pro gratuita sua beneuolentia hoc largiatur hominibus vt & velint & agant quæ Dei sunt, quum hic sit Pauli scopus.

Πάντα ποιεῖτε χωρὶς γογγυσμῶν καὶ διαλογισμῶν·

14 Omnia facite absque murmurationibus ac disceptationibus:

14 *Omnia autem facite sine murmurationibus & hæsitationibus.*

Ἵνα γένησθε ἄμεμπτοι καὶ ἀκέραιοι, τέκνα Θεοῦ ἄμωμητα ἐν μέσῳ γενεᾶς σκολιᾶς καὶ διεστραμμένης· ἐν οἷς φαίνεσθε ὡς φωστῆρες ἐν κόσμῳ,

15 Vt sitis ᵛirreprehensi & sinceri, filii *inquam* Dei, inculpati in medio nationis prauæ ac peruersæ: ᵛinter quos *homines* ᵛsplendetis vt luminaria in mundo,

15 *Vt sitis sine querela, & simplices Filii Dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ: inter quos lucetis sicut luminaria in mundo:*

1.Pet.4.c.9 mat.5.b.14

Λόγον ζωῆς ἐπέχοντες, εἰς καύχημά ἐμοὶ εἰς ἡμέραν Χριστοῦ, ὅτι οὐκ εἰς κενὸν ἔδραμον, οὐδὲ εἰς κενὸν ἐκοπίασα.

16 ᵛSermonem vitæ prætendentia: vt gloriari possim ᵛin die Christi me non frustra cucurrisse, nec in vanū laborasse.

16 *Verbum vitæ continentes, ad gloriam meā in die Christi, quia non in vacuum cucurri, neque in vacuū laborauī.*

Ἀλλ' εἰ καὶ σπένδομαι ἐπὶ τῇ θυσίᾳ καὶ λειτουργίᾳ τῆς πίστεως ὑμῶν, χαίρω καὶ συνχαίρω πᾶσιν ὑμῖν·

17 Quinetiam si ᵛpro libamento offerar ᵛsuper hostia sacrificióque fidei vestræ, gaudeo & gratulor omnibus vobis.

17 *Sed etsi immolor supra sacrificium & obsequium fidei nostræ, gaudeo & congratulor omnibus nobis.*

Τὸ δ' αὐτὸ καὶ ὑμεῖς χαίρετε καὶ συνχαίρετέ μοι.

18 ᵛItidem autem & vos ᵛgaudete, & gratulamini mihi.

18 *Idipsum autem & vos gaudete, & congratulamini mihi.*

15 Irreprehensi, ἄμεμπτοι. Vide Luc.1.a.6. Splendetis, φαίνεσθε. Eraſmus, Lucete, imperandi modo.

16 Sermonem vitæ prætendentia, λόγον ζωῆς ἐπέχοντες. Vulgata, Verbum vitæ continentes. Eraſmus, Sermonem vitæ ſuſtinentes. id eſt in vertice impoſitum ſuſtinentes: vt quum machina in altum attollitur, lumen ſuſtinens. Ego verò primùm omnium puto ἐπέχοντες connectendum eſſe cum φωστῆρες: deinde ἐπέχειν pro ſuſtinere nuſquam legi, niſi quum pro impetum remorari & inhibere accipitur. Prætereà non exiſtimo præpoſitionē ἐπὶ hoc in loco ſignificare In vel Super, ſed Ad pro Verſus, vt in Aduertere & Attendere: quod & ipſum Græcis dicitur ἐπέχειν, vt Act.3.a.5. Huic verò ſignificationi reſpondet altera quaſi eregione. nam ſicut dicitur ἐπέχειν τινὶ tertio videlicet caſu, qui oculos ad aliquid aduertit, & quaſi in re aduerſa defixos tenet: ita qui ex aduerſo aliquid prætendit ac præbet, dicitur ἐπέχειν τι, quarto caſu, vt nutrix τὸν μαστὸν ἐπέχει, id eſt mammam prætendere & obuertere puero dicitur. cuius ſignificationis exempla ex Budæo pete. Ita igitur hoc in loco Apoſtolus Philippenſes dicit quaſi faces mundo prælucere. Videtur enim à pharis ſumpta tranſlatio, vbi accenſæ faces nauigantibus in alto portum quaſi prætendunt in quem appellant. nempe quòd honeſta ſanctáque fidelium vita, quaſi lux aliqua cæteris hominibus prælucens, ad Euangelii portum eos dirigat. Nam ſermonem vitæ (id eſt viuificum) appellat Euangelium, ab effectu. In die Christi, εἰς ἡμέραν Χριστοῦ. Vide 2. Cor.1. c.14. Vulg. & Eraſ. In diem. Ego verò malo εἰς ἡμέραν pro ἐν ἡμέρᾳ accipere.

17 Pro libamento offerar, σπένδομαι. Vulgata & Eraſmus, Immolor. Cæterùm τὸ σπένδειν actiuo voce ſignificat libare, quæ pars tantùm erat ſacrificii. Hinc σπένδεσθαι pro fœdus ſancire, quòd in fœderibus ſolerent eiuſmodi cæremoniæ interuenire. neque ſanè vſquam memini σπένδεσθαι in paſſiua ſignificatione legere. Hic tamen poſcit ſententia vt paſſiuè accipiatur, & quidem pro libari, id eſt tanquam libamentum offerri. qua tranſlatione Apoſtolus mortem ſuam prædixit, non qua reconcilientur Deo Philippenſes, ſed qua confirmentur in fide. Vſitatum enim eſt Paulo victimæ nomine ſignificare ipſos fideles Deo deuotos: & quicquid eſt in fidelibus, vel à fidelibus proficiſcitur, Deo gratum, & eorum fidem, ac bona opera, ſacrificiorum & oblationum tranſlatitio nomine intelligere, vt Rom.12.a.1, & 15.b.16, & infrà, 4.d.18, & 1.Pet.2.5. Perinde eſt igitur acſi diceret, ſibi nihil poſſe iucundius accidere quàm ſi ipſe morte ſua ſacrificium hoc Philippenſium ſanciret, in quo illi ſeſe Deo per fidem quaſi victimam offerrent: cuius ſacrificii ipſe λειτουργός, id eſt miniſter & veluti ſacerdos fuerat, quum eos ad Dominum, vt gratas futuras victimas, per Euangelii prædicationem adduceret, vt teſtatur Rom.15.b.16. Super hoſtia ſacrificióque fidei veſtræ ἐπὶ τῇ θυσίᾳ καὶ λειτουργίᾳ τῆς πίστεως ὑμῶν. Bene dicit Super hoſtia. nam præterquam quòd adolebatur victima, ſanguinis aſperſio ac etiam vini addebatur. Perinde eſt igitur acſi diceret Paulus, Ego vos Philippenſes ad Chriſtum adduxi, cui poſtulo vt vos tanquam hoſtiam viuā ſiſtatis: nec dubitem ego in hoc veſtro ſpirituali ſacrificio tanquam libaminis additamētum interuenire. Philippenſes igitur per fidem ſanctificatos tranſlatitiè appellat θυσίαν, i. victimā: ſuum verò miniſteriū λειτουργίαν, i. ſacram operationem: mortem deniq; ſuam, σπένδεσθαι, i. libamentū. Vides Chriſti charitatis imaginē in Paulo elucentē! Hoc eſt verò Apoſtolū agere. Et gratulor, καὶ συνχαίρω. Ita ſignificat Paulus id ſibi iucundiſſimū fore, non tantùm ſua ſed etiam illorum cauſa, quorum fidei ſanciendæ ſanguinis ſui effuſionem ſperet vtilem fore, quando ita Domino viſum erit.

18 Itidem autem, τὸ δ' αὐτό. Sub.χν, vt idem declaret atque αὐτὸ τοῦτο. Vulgata, Id ipſum. Eraſmus, Ob id

ipſum. Gaudete, χαίρετε. Eraſmus, Gaudetis: quod meritò exiſtimat doctiſſimus interpres prorſus eſſe alienum. Idem error admiſſus eſt inſuà, verſiculo 22, à Vetere interprete, vbi μαθείαν conuertit cognoſcite, pro cognoſcitis. Poſtulat enim Paulus ſimilem συμπάθειαν à Philippenſibus, eos veluti præparans tum ad ferendam cruecm, tum ad fortiter ferendam ipſius mortem: nempe vt ſicut lætus moriturus eſt tum ſuo tum illorum commodo, ita viciſſim tum ipſius cauſa gaudeant, quum morte ſanxerit doctrinam quam illis annuntiarit.

Ελπίζω δὲ ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ Τιμόθεον ταχέως πέμψαι ὑμῖν, ἵνα κἀγὼ εὐψυχῶ, γνοὺς τὰ περὶ ὑμῶν.

19 Spero autem in Domino Ieſu, me Timotheũ breui miſſurum vobis, vt & ego bono ſim animo, cognito ſtatu veſtro.

19 Spero autẽ in Domino Ieſu, Timotheum me citò mittere ad uos: ut & ego bono animo ſim, cognitis quæ circa uos ſunt. Act.16.d.1

Οὐδένα γὰρ ἔχω ἰσόψυχον ὅστις γνησίως τὰ περὶ ὑμῶν μεριμνήσει.

20 Neminem enim habeo pari animo præditum, qui germanè res veſtras curaturus ſit.

20 Neminẽ enim habeo tã unanimem qui ſincera affectione pro uobis ſolicitus ſit.

Οἱ πάντες γὰρ τὰ ἑαυτῶν ζητοῦσιν, οὐ τὰ τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ.

21 Nam omnes quæ ſua ipſorum ſunt quærunt, non quæ Chriſti Ieſu.

21 Omnes enim quæ ſua ſunt quærunt, non quæ ſunt Ieſu Chriſti. 1.Cor.10.e.24

Τὴν δὲ δοκιμὴν αὐτοῦ γινώσκετε, ὅτι ὡς πατρὶ τέκνον, σὺν ἐμοὶ ἐδούλευσεν εἰς τὸ εὐαγγέλιον.

22 Porro probationem eius noſtis, quòd veluti cum patre filius, mecum ſeruierit in Euangelio.

22 Experimentum autem eius cognoſcite, quia ſicut patri filius, mecum ſeruiuit in Euangelium.

Τοῦτον μὲν οὖν ἐλπίζω πέμψαι, ὡς ἂν ἀπίδω τὰ περὶ ἐμὲ ἐξαυτῆς.

23 Hunc igitur ſpero me miſſurum ſimulatque videro rerũ mearum ſtatum.

23 Hũc igitur ſpero me mittere ad uos mox ut uidero quæ circa me ſunt.

Πέποιθα δὲ ἐν Κυρίῳ ὅτι καὶ αὐτὸς ταχέως ἐλεύσομαι.

24 Confido autem in Domino, me quoque citò venturum ad vos.

24 Confido autem in Domino quoniam & ipſe ueniam ad uos citò.

Ἀναγκαῖον δὲ ἡγησάμην Ἐπαφρόδιτον τὸν ἀδελφὸν καὶ συνεργὸν καὶ συστρατιώτην μου, ὑμῶν δὲ ἀπόστολον, καὶ λειτουργὸν τῆς χρείας μου, πέμψαι πρὸς ὑμᾶς.

25 Sed necessarium duxi, Epaphroditum fratrem & collegam ac commilitonem meũ, veſtrum autem legatum, quique mihi ſubminiſtrauit quibus mihi opus erat, ad vos mittere.

25 Neceſſariũ autem exiſtimaui, Epaphroditum fratrem & cooperatorẽ & commilitonem meum, ueſtrum autem Apoſtolum, & miniſtrum neceſſitatis meæ, mittere ad uos.

Ἐπειδὴ ἐπιποθῶν ἦν πάντας ὑμᾶς, καὶ ἀδημονῶν, διότι ἠκούσατε ὅτι ἠσθένησε.

26 Quoniam expetebat omnes vos: & grauiſſimè angebatur propterea quòd audiſſetis eum ægrotaſſe.

26 Quoniã quidẽ omnes uos deſiderabat: & mœſtus erat, propterea quòd audieratis illum infirmatum.

Καὶ γὰρ ἠσθένησε παραπλήσιον θανάτῳ· ἀλλὰ ὁ Θεὸς αὐτὸν ἠλέησεν· οὐκ αὐτὸν δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐμέ, ἵνα μὴ λύπην ἐπὶ λύπῃ σχῶ.

27 Et certè ægrotauit proximè mortem: ſed Deus miſertus eſt eius: nec eius ſolùm, ſed & mei, ne dolorem haberem ſuper dolorem.

27 Nam & infirmatus eſt uſque ad mortem: ſed Deus miſertus eſt eius, nõ ſolũ autẽ eius, uerum etiam & mei, ne triſtitiã ſuper triſtitiam haberẽ.

19 Bono ſim animo, εὐψυχῶ. Id eſt in alacritate animi confirmer. Eraſ. Læto ſim animo. Nam, inquit, bono eſſe animo dicuntur Latini pro eo quod Græcis eſt ἀγαθῶς. Atqui Plato κακοψυχίαν, id eſt degenerem animũ, oppoſuit εὐψυχίᾳ: & τὸ εὔψυχον Græci vocant animi præſentiam & generoſitatem: ex quo liquet εὐψυχῶ & ἀγαθῶς aut nihil aut certè non multum differre.

20 Pari animo præditum, ἰσόψυχον. Eraſ. Pari mecum animo præditum. Ego potius putarim alios cum Timotheo comparari. Vulg. Tam vnanimem.

21 Omnes, πάντες. Tribuit omnibus quod paſſim erat vulgare.

22 In Euangelio, εἰς τὸ εὐαγγέλιον. Euangelium vocat ipſam doctrinæ Euangelicæ prædicationem, vt alibi ſæpe. Probationem autem paſſiuè vocat experimentum quo fides ipſius fuerat approbata.

23 Simulatque, ἐξαυτῆς. Coniungenda hæc ſunt cum ἂν, vt ſignificetur ſe nulla prorſus mora interpoſita, ſimulatque rebus ſuis proſpectum fuerit, Timotheum eſſe miſſurum. Vulg. & Eraſ. Mox. Vide Mar.6.v.25, vbi ἐξαυτῆς interpretatus ſum, Iam nunc.

25 Neceſſarium, ἀναγκαῖον. Eraſ. Operæpretium: multo minus expreſſè. Legatum, ἀπόστολον. Vulg. & Eraſ. Apoſtolum, quod non damno. Cur tamen legatum malim quàm Apoſtolum dicere, id cauſæ eſt quòd id mox videatur explicare, quum vocat λειτουργὸν τῆς χρείας μου, id eſt quo ſubminiſtrante acceperat quibus ipſi opus erat. Sic enim hoc malo interpretari quàm miniſtrum neceſſitatis meæ, cum Vetere interprete: aut, Qui mihi ſubminiſtrat in neceſſitate mea, cum Eraſmo. χρείας enim vocat non ipſam neceſſitatem, ſed quibus egebat in ea neceſſitate conſtitutus. Caſtellio conuertit, Apoſtolum, & muneris mei vicarium, quaſi abſente Paulo fuerit Epaphroditus Philippenſium Apoſtolus. Id vero quàm rectè, ipſe viderit.

26 Grauiſſimè angebatur, ἀδημονῶν. Vulg. Mœſtus erat: non ſatis expreſſè. Nam, vt rectè annotat Eraſ. ἀδημονεῖν eſt penè exanimari & deficere præ dolore. Itaque ne ipſe quidem ſatis expreſſè conuertit, Erat anxius animi. Ambroſius, Et impatienter ſolicitus erat. Vide Matth.16.d.37.

Σπουδαιοτέρως οὖν ἔπεμψα αὐτὸν, ἵνα ἰδόντες αὐτὸν πάλιν, χαρῆτε, κἀγὼ ἀλυπότερος ὦ.

28 Eo ſtudioſius itaque eum miſi, vt quum videritis eum ᵛrurſus, gaudeatis, & ego magis vacem dolore.

28 Feſtinantius ergo miſi illum, vt viſo eo, iterum gaudeatis, & ego ſine triſtitia ſim.

Προσδέχεσθε οὖν αὐτὸν ἐν Κυρίῳ μετὰ πάσης χαρᾶς, καὶ τοὺς τοιούτους ἐντίμους ἔχετε.

29 Excipite igitur eum in Domino cum omni gaudio: & tales in pretio habete.

29 Excipite itaque illum cum omni gaudio in Domino: & eiuſmodi cum honore habetote.

Ὅτι διὰ τὸ ἔργον τοῦ Χριστοῦ μέχρι θανάτου ἤγγισε, παραβολευσάμενος τῇ ψυχῇ, ἵνα ἀναπληρώσῃ τὸ ὑμῶν ὑστέρημα τῆς πρός με λειτουργίας.

30 Nam ᵛpropter opus Chriſti acceſſit ad mortem vſque, ᵛnō habita vitæ ratione, vt ſuppleret ᵛ defectum veſtri erga me officii.

30 Quoniam propter opus Chriſti, uſque ad mortem acceſſit: tradēs animam ſuam, ut impleret id quod ex uobis deerat erga meum obſequium.

Κεφάλαιον γ.

CAP. III.

CAP. III.

Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοί μου, χαίρετε ἐν Κυρίῳ. τὰ αὐτὰ γράφειν ὑμῖν, ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρόν, ὑμῖν δὲ ἀσφαλές.

1 QVod ſupereſt, fratres mei, gaudete in Domino. ᵛEadem ſcribere vobis, me quidē haud piget, vobis autem tutum eſt.

1 DE cætero, fratres mei, gaudete in Domino. Eadem uobis ſcribere, mihi quidem non pigrum, uobis autem neceſſarium.

Βλέπετε τοὺς κύνας, βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας, βλέπετε τὴν κατατομήν.

2 Cauete canes, cauete malos operarios, cauete ᵛ conciſionem.

2 Videte canes, uidete malos operarios, uidete conciſionem.

Ἡμεῖς γάρ ἐσμεν ἡ περιτομὴ, οἱ πνεύματι Θεοῦ λατρεύοντες, καὶ καυχώμενοι ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ οὐκ ἐν σαρκὶ πεποιθότες·

3 Nōs enim ſumus circunciſio, qui ſpiritu ſeruimus Deo, & gloriamur in Chriſto Ieſu, nec confidimus ᵛ in carne:

3 Nos enim ſumus circumciſio, qui ſpiritu ſeruimus Deo, & gloriamur in Chriſto Ieſu, & non in carne fiduciam habentes:

Καίπερ ἐγὼ ἔχων πεποίθησιν καὶ ἐν σαρκί. εἴ τις δοκεῖ ἄλλος πεποιθέναι ἐν σαρκὶ, ἐγὼ μᾶλλον,

4 Quanquā ego habeo ᵛde quo confidam etiam in carne. Si quiſquam alius videtur fiduciam habere in carne, ego ᵛmaximè habeo,

4 Quanquam ego habeā confidentiam in carne. Siquis alius uidetur cōfidere in carne, ego magis.

18 Rurſus, πάλιν. Hoc malim coniungere cum ἰδόντες quàm cum χαρῆτε: vt ſit hic ſenſus, Vt quum primùm eum reuerſum videritis, quem vos nunquam viſuros putabatis, lætemini.

30 Propter opus Chriſti, διὰ τὸ ἔργον τοῦ Χριστοῦ. Opus Dei vocat Chriſtum in perſona Pauli vinctum & egentem inuiſere, & coram ſubleuare, vt explicat infrà, 4. d. 18. Non habita ratione vitæ, παραβολευσάμενος τῇ ψυχῇ. Sic omnino eleganter conuertit Eraſmus hunc locū. Nā παραβολεύεσθαι ſignificat perperā conſulere, vti faciunt qui ſe in apertum vitæ periculum coniiciunt: ſed id tamen facere in loco pro Chriſto, non eſt ſtultitiæ aut imprudentiæ, ſed verè cœleſtis ſapientiæ, quam in Epaphrodito commēdat Apoſtolus. Vulgata, Tradens animam ſuam. Defectum veſtri in me officii, τὸ ὑμῶν ὑστέρημα τῆς πρός με λειτουργίας. Hoc dicit Paulus, vel quòd ſerius miſiſſent eleemoſynas, (quāuis ſine vlla ſua culpa, vt teſtatur infrà, 4. b. 10) vel quòd aliis procul abſentibus Epaphroditus ſuppleuiſſet eorum præſentiam, vel quòd ipſe eorum beneficentia egeret: vel deniq; quòd opera ſua ſuppleuerit quod illis deerat, nempe vt Paulum poſſint iuuare. Vulg. Id quod ex vobis deerat erga meum obſequium ita obſcurè vt nemo intelligat. Eraſ. Vt ſuppleret id quod in veſtro erga me officio fuit diminutum: non multo magis perſpicuè. Nam quod legit πληρώσῃ, impleretis, neſcio vnde tandem hauſerit. Mirum eſt autem quàm procul Ambroſius in hunc locum aberrarit à ſcopo.

IN CAPVT III.

1 Eadem, τὰ αὐτά. Eadem illa videlicet quæ ſæpe ex me audiſtis. Tutum, ἀσφαλές. Eraſmus addit articulum, ſed repugnantibus veteribus libris.

2 Conciſionem, κατατομήν. Σπαραγμὸς, alluſione ad circunciſionis nomen facta, de qua illi gloriabantur, quum nihil aliud quàm Eccleſiam conſcinderent ac lacerarent. Βλέπετε verò, id eſt videte, poſuit pro cauete: vt diximus Mar. 12. d. 38.

3 In carne, ἐν σαρκί. Id eſt in rebus externis, neque ad animum ipſum pertinentibus. Æſtimat enim circunciſionem ex hypotheſi aduerſariorum, id eſt extra Chriſtum, & tanquam abolitam. Carni verò opponit Spiritum, id eſt ſpiritualem Dei cultum. Ita que ſiue πνεύματι Θεοῦ, id eſt Spiritu Dei, legas, (vt vult Ambroſius) nihil hoc ad probandam Spiritus ſancti diuinitatem: ſiue πνεύματι Θεοῦ λατρεύοντες, (vt in emendatis codicibus legitur) Θεῷ explicandum erit tertio caſu, πνεύματι verò per quartum caſum, vt rectè expoſuit Vetus interpres.

4 De quo confidam, πεποίθησιν. Vulg. Confidentiā, id eſt confidentiæ argumentum, vt eſt etiam mox accipiendum verbum πεποίθησιν. Nam reuera in his non confidebat Apoſtolus, ſed in vno Chriſto. Maximè, μᾶλλον. Id eſt μᾶλλον. Vulg. & Eraſ. Magis.

Περιτομὴ ὀκταήμερος, ἐκ γένους Ισραὴλ, φυλῆς Βενιαμείν, Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων, κατὰ νόμον Φαρισαῖος·

5 Circuncisus octauo die, ex gente Iſraelis, tribu Beniamin, Hebræus ex Hebræis, religione Phariſæus:

5 Circumciſus octauo die, ex genere Iſrael, de tribu Beniamin, Hebræus ex Hebræis, ſecundum Legem Phariſæus:

2.Cor.11.c.22 act.23.b.6

Κατὰ ζῆλος διώκων τὴν ἐκκλησίαν· κατὰ δικαιοσύνην τὴν ἐν νόμῳ, γενόμενος ἄμεμπτος·

6 Quod ad zelum attinet, perſequens Eccleſiam: quod ad iuſtitiam quæ eſt in Lege, irreprehenſus.

6 Secundum æmulationem, perſequens Eccleſiam Dei: ſecundum iuſtitiam quæ in Lege eſt, cõuerſatus ſine querela.

Ἀλλ' ἅτινα ἦν μοι κέρδη, ταῦτα ἥγημαι διὰ τὸν Χριστὸν ζημίαν.

7 Sed quæ mihi erãt lucra, ea duxi propter Chriſtum damnum eſſe.

7 Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus ſum propter Chriſtũ detrimenta.

Ἀλλὰ μενοῦνγε καὶ ἡγοῦμαι πάντα ζημίαν εἶναι διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου μου· δι' ὃν τὰ πάντα ἐζημιώθην, καὶ ἡγοῦμαι σκύβαλα εἶναι, ἵνα Χριστὸν κερδήσω,

8 Quinetiam certè duco omnia damnum eſſe propter eminẽtiam cognationis Chriſti Ieſu Domini mei: propter quem omnibus iſtis meipſum multaui, eáque duco pro ſtercoribus, vt Chriſtum lucrifaciam,

8 Verumtamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Ieſu Chriſti Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam:

Καὶ εὑρεθῶ ἐν αὐτῷ, μὴ ἔχων ἐμὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ νόμου, ἀλλὰ τὴν διὰ πίστεως Χριστοῦ, τὴν ἐκ Θεοῦ δικαιοσύνην ἐπὶ τῇ πίστει·

9 Et comperiar in eo, non habẽs meam iuſtitiam, nempe quæ eſt ex Lege, ſed eam quæ per fidem eſt Chriſti, *id eſt* iuſtitiam quæ eſt ex Deo per fidem:

9 Vt & inueniar in illo, non habens meam iuſtitiam quæ ex Lege eſt, ſed illam quæ ex fide eſt Chriſti, quæ ex Deo eſt iuſtitia in fide:

Τοῦ γνῶναι αὐτὸν, καὶ τὴν δύναμιν τῆς

10 Vt cognoſcam eum, & vim

10 Ad cognoſcendum illum, & virtutem

5 Circumciſus, περιτομή. Ad verbum, circumciſio, pro circumciſo. quam metonymiam rarò inuenias in aliquo ſingulari vſurpatam. Ex gente Iſraelis, ἐκ γένους Ισραὴλ. Id eſt genere Iſraelita, non autem proſelytus. Religione, κατὰ νόμον. Vulgata, Secundum Legem. Eraſmus, Iuxta Legem: νόμος autem, id eſt תורה vocat præſcriptum religionis inſtitutum, vt ſi ordinem vel regulam Franciſci dicam. Poteſt enim deduci תורה, vel à תור, id eſt ordinauit, vel à ירה, id eſt docuit. Erat autem in ſummo pretio ſecta Phariſæorum, vt Act.26.b.5.

6 Quod ad zelum attinet, κατὰ ζῆλος. Vulgata. Secundum æmulationem. Eraſmus, Iuxta ſtudium, barba r obſcurè.

7 Lucra, κέρδη. Id eſt, quæ pro lucro habebam. Loquitur enim per conceſſionem.

8 Quinetiam, ἀλλὰ μενοῦνγε. Vulgata, Veruntamen, non rectè. Duco, ἡγοῦμαι. Notandum præ-
10 ſens tempus. Sic enim creſcit oratio, vt iam Apoſtolus omnia opera excludat, tum præcedentia, tum etiam conſequentia fidem. Omnibus iſtis meipſum multaui, τὰ πάντα ἐζημιώθην. Vulgata, Omnia detrimentum feci. Eraſmus, Omnia pro damnis duxi. Reſpondet autem (opinor) verbum ζημιοῦσθαι verbo Rabinis vſitato פגם.

Pro ſtercoribus, σκύβαλα. Sic vocant Græci duriora ſtercora, & quæ difficilius egeruntur. Alii σκύβαλα interpretantur quæ canibus obiici ſoleant. quod non malè conuenit cum eo quod ſuprà canes iſtos pſeudapoſto-
15 los vocarat. Denique vſurpauit Apoſtolus vocabulum quo nihil potuit contemptius ſignificari, ac etiam dignius quod non modò omnes aſpernentur, ſed quod etiam longiſſimè à ſe reiiciant. Hæc demum eſt iuſta laus præſtantiſſimorum operum extra Chriſtum. Lucrifaciam, κερδήσω. Id eſt, vt illorum loco Chriſtum nactus, planè fiam ex paupere locuples, nedum vt quicquam amiſerim.

9 Et comperiar in eo, καὶ εὑρεθῶ ἐν αὐτῷ. Inueniri in Chriſto, tacitam habet relationem ad Dei iudi-
20 cium. Is enim in amando vnum ſuum Chriſtũ contemplatur in quo acquieſcat. Itaque quos cõperit in Chriſto eſſe (i. Chriſto per fidem inſitos) in iis nullam inuenit condemnationẽ: quia iuſtitia qualẽ ipſe requirit à nobis, id eſt perfecta ac cumulata, exornatos eos inuenit, nimirũ Chriſti iuſtitia per fidẽ nobis imputata. At contrà nõ poſſunt non condemnari quicunque in Chriſto non inueniuntur, quum non poſſint aliam quàm ſuam iuſtitiã proferre. Ea verò nulla eſt, ſed iuſtitiæ duntaxat ſimulacrum, vt oſtendit Apoſtolus Galat.3.b.10.11 & 12.

Non habens, μὴ ἔχων. Exponit quid ſit inueniri in Chriſto, quod modò diximus, nempe ſuæ iuſtitiæ renuntiare, vt Chriſti iuſtitia imputata induamur per fidem. Hic verò ſophiſtæ duo cauilla excogitarunt: vnum, iſta
25 pertinere ad cæremonialis Legis iuſtitiam: alterum, ad opera præcedẽtia fidem. Vtrunque ſanè nimium impudenter confictum. Nam ſi de cæremoniis ageretur, non erat hoc tractandum argumentum, ſed hoc potius oſtendendum, abolitas eſſe cæremonias: quod in epiſtola ad Hebræos explicatur. Denique non opponendæ eſ-
30 ſent cæremoniæ Chriſto per ſe, ſed καταργηθεῖσαν, i. quatenus erãt abolitæ. At Paulus ea adfert argumẽta ex quibus neceſſariò colligendũ ſit Legis iuſtitiã & iuſtitiã Dei, ſiue Chriſti, ſiue ex fide, nõ magis cohærere poſſe, quod ad materiam noſtræ ſalutis attinet, quàm ignis & aqua cohæreant: idque non ex certo tẽpore, ſed perpetuũ fuiſſe docet, ex Legis natura, quæ ſemper homines condemnarit. Itaque nimiũ ſunt ridiculi qui hoc reſtringunt ad
35 cæremonias Legis, quibus tamen mirum eſt eos audere ſuas anteferre. Quod autẽ ad poſterius illud cauillũ attinet, ſua ſponte concidit. Nam ſi bona opera fidem ſequentia, iuſtitiæ Dei nomen merentur, non erat quòd Paulus iuſtitiam ſuam iuſtitiæ fidei opponeret ex diametro. Cæterùm (vt ad rem redeam) poſt ἐν αὐτῷ diaſtolen omnino reponendam puto, vt μὴ ἔχων non ſimpliciter ponatur pro μὴ ἴδιον, quaſi ex iis qui in Chriſto inueniuntur, alii iuſtitiam ſuam habeant, alii verò non item: ſed pro explanatione ſuperioris dicti accipiatur.

10 Vim reſurrectionis ipſius, τὴν δύναμιν τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ. Vide Rom.6.a.5. Verbum autem γινώσκειν
40 accipitur pro re ipſa ſentire ac experiri.

ἀναστάσεως αὐτοῦ, καὶ τὴν κοινωνίαν τῶν παθημάτων αὐτοῦ, συμμορφούμενος τῷ θανάτῳ αὐτοῦ·

resurrectionis ipsius, & communionem perpessionum ipsius, dum cõformis fio ipsius morti:

resurrectionis eius, & societatem passionis illius, configuratus morti eius:

Εἴπως καταντήσω εἰς τὴν ἐξανάστασιν τὴν ἐκ νεκρῶν.

11 ᵛ*Experiens* ecquo modo perueniam ᵛ ad resurrectionem mortuorum.

11 *Siquo modo occurram ad resurrectionem quæ est ex mortuis.*

Οὐχ ὅτι ἤδη ἔλαβον, ἢ ἤδη τετελείωμαι· διώκω δὲ εἰ καὶ καταλάβω, ἐφ' ᾧ καὶ κατελήφθην ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ.

12 ᵛ Nedú vt iam *metam* apprehenderim, aut iam perfectus sim: sed persequor *experiens* an quoque apprehendam, ᵛ cuius etiam rei causa apprehensus sum à Christo Iesu.

12 *Non quòd iam acceperim, aut iam perfectus sim: sequor autem, si comprehendam, in quo & comprehensus sum à Christo Iesu.*

Ἀδελφοί, ἐγὼ ἐμαυτὸν οὐ λογίζομαι κατειληφέναι.

13 Fratres, ego meipsum nondum arbitror *metam* apprehendisse.

13 *Fratres, ego me non arbitror comprehendisse.*

Ἓν δέ· τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος, κατὰ σκοπὸν διώκω εἰς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

14 ᵛVnum autem *ago*, ea quidé quæ à tergo sunt obliuiscens, ᵛad ea verò quæ à fronte sunt ᵛcontendens, scopum versus ᵛferor, ad palmam supernæ vocationis Dei, in Christo Iesu.

14 *Vnum autem, quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea verò quæ sunt priora extendens meipsum, ad destinatum persequor, ad brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu.*

Ὅσοι οὖν τέλειοι, τοῦτο φρονῶμεν· καὶ εἴ τι ἑτέρως φρονεῖτε, καὶ τοῦτο ὁ Θεὸς ὑμῖν ἀποκαλύψει.

15 Quotquot itaque ᵛ perfecti sumus, hoc sentiamus: quòd si quid aliter sentitis, hoc quoque vobis Deus ᵛreteget.

15 *Quicunque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus: & si quid aliter sapitis, & hoc nobis Deus reuelauit.*

Πλὴν εἰς ὃ ἐφθάσαμεν, τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κανόνι, τὸ αὐτὸ φρονεῖν.

16 Attamen *in eo* ad quod peruenimus, eadem incedamus regula, ᵛ & *itidem* simus affecti.

16 *Veruntamen ad quod peruenimus, vt idem sapiamus, in eadé permaneamus regula:*

Συμμιμηταί μου γίνεσθε, ἀδελφοί, καὶ σκοπεῖτε τοὺς οὕτω περιπατοῦντας, καθὼς ἔχετε τύπον ἡμᾶς.

17 Estote simul imitatores mei, fratres, & eos considerate qui ᵛita incedunt sicut habetis nos pro exemplari.

17 *Imitatores mei estote, fratres, & obseruate eos qui ita ambulant sicut habetis formam nos.*

11 *Experiens* ecquo modo, εἴπως. Vulgata & Erasmus, *Siquo modo*. Est autem præcisum hoc dicendi genus: de quo diximus Rom. 11. b. 14. Et præterea notandũ particulam εἰ non significare dubitationẽ, sed rei præstantiam ac amplitudinem. Sic apud Hebræos vsurpatur particula אם. Ad resurrectionem mortuorum, εἰς τὴν ἐξανάστασιν νεκρῶν. Id est ad vitam immortalem, quæ resurrectionem sanctorum consequetur. Nam alioqui etiam infideles resurgent, sed in perpetuas pœnas, quæ vocantur mors æterna.

12 Nedum vt *metam* iam apprehenderim, οὐχ ὅτι ἤδη καταλάβον. Sic vertenda sunt istæ particulæ οὐχ ὅτι hoc in loco. Vulgata & Erasmus, *Non quòd*, &c. Cuius rei causa, ἐφ' ᾧ. Id est ὦ ἕνεκα, vt Matth. 26. e. 50. & infrà. 5. b. 9. Vetus interpres, *In quo*. Erasmus *Quatenus*, id est καθ' ὅσον. Ac certum quidem est nos non currere nisi quatenus nos apprehendit Christus, vt extra viam currentes, in viam deducat, & omnes ad currendum vires gratuitò largiatur.

14 Vnum autem *ago*, ἓν δέ. Sic vtcunque expressa est sententia: sed tamen in Græco sermone puto subaudiri δεῖ, vt plena sit oratio, *Vnum autem est*: sicut in vernaculo sermone dicimus *Il y a un poinct*: sequentia autem participia cum sequente verbo διώκω coniungenda sunt. Ad ea vero quæ à fronte sunt, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν. Vulgata, *Ad ea verò quæ sunt priora*: ita obscurè vt nemo intelligat. Contendens, ἐπεκτεινόμενος. Vulg. ad verbum, *Extẽdens meipsum*. Erasmus, *Enitẽs*. Pergit autem in translatione à cursoribus sumpta, qui siquando summo & quasi iam vltimo impetu nitantur, prono & quasi præcipiti corpore feruntur ad scopum. Feror, διώκω. Vulg. *Persequor*. Eras. *Insequor*. Ego puto absolutè positũ nõ aliud declarare quàm curro. Et κατὰ σκοπὸν nõ satis Latinè Vetus interpres cõuertit, *Ad destinatum*: Erasmus verò multo peius, *iuxta præfixũ signũ*.

15 Perfecti, τέλειοι. Atqui dixerat se nondum perfectum. Ergo verum est quod ait Clemens libro Pædagogi primo, se nonnullos admirari qui sibi Apostolo sapientiores videantur, quum is de se testetur se nondum esse perfectum. Perfectos autem hic vocat qui aliquousque iam sunt progressi: quos videlicet rudibus opponit, non autem qui iam ad metam ipsam peruenerint, vt liquet ex sequente versiculo. Reteget, ἀποκαλύψει. In Vulg. editione perperam legitur *Reuelauit*.

16 Et itidem simus affecti, τὸ αὐτὸ φρονεῖν. Vetus interpres hoc membrum priori præposuit. Erasmus legit quidem eodem ordine, sed subaudito ἵνα. vertit enim, *Vt simus cõcordes*. Id verò mihi necessarium non videtur, quum in priore membro οὐχ manifestè ponatur pro οὐχὶ, nec sit nouum supplere coniunctionem in bimembri oratione, ex Hebræorum idiotismo, quem sæpissime obseruauimus. Quanquam Veterem interpretem sequuti, sic quoque non minus commodè possimus interpretari, *Veruntamẽ in eo ad quod peruenimus, vt idem sentiamus, eadem regula incedamus.*

17 Ita, οὕτω. Quidam legunt ὄντως, id est *vetè & sincerè*.

Πολλοὶ γὰρ περιπατοῦσιν, οὓς πολλάκις ἔλεγον ὑμῖν, νῦν δὲ καὶ κλαίων λέγω, τοὺς ἐχθροὺς τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ·

18 Nam complures incedunt, quos ſæpe dixi vobis, núc autē & flens dico, hoſtes eſſe crucis Chriſti:

18 *Multi enim ambulant, quos ſæpe dicebā vobis, nunc autem & flens dico, inimicos crucis Chriſti:* Rom.16.c.17

Ὧν τὸ τέλος ἀπώλεια, ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία, καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν, οἱ τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες.

Quorum finis eſt exitium: quorum deus eſt vēter, & gloria cum confuſione ipſorum, qui terreſtria curant.

19 *Quorū finis interitus: quorū deus, uenter eſt, & gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt.*

Ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει, ἐξ οὗ καὶ σωτῆρα ἀπεκδεχόμεθα Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν·

Nos enim vt municipes cælorum nos gerimus: vnde etiam Seruatorem expectamus Dominum Ieſum Chriſtum.

20 *Noſtra autem converſatio in cælis eſt: unde etiā Saluatorem expectamus Dominum Ieſum Chriſtū.*

Ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ, κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ δύνασθαι αὐτὸν καὶ ὑποτάξαι ἑαυτῷ τὰ πάντα.

Qui transformabit corpus noſtrum humile, vt conforme fiat corpori ſuo glorioſo, pro efficacitate qua poteſt etiam ſubiicere ſibi omnia.

21 *Qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, cōfiguratum corpori claritatis ſuæ, ſecundum operationem qua etiam poſſe ſubiicere ſibi omnia.* Cor.1.c.15 1.Ioh.3.c.2

CAP. IIII.

Ὥστε, ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ καὶ ἐπιπόθητοι, χαρὰ καὶ στέφανός μου, οὕτω στήκετε ἐν Κυρίῳ, ἀγαπητοί.

Itaque, fratres mei chari & exoptati, gaudium & corona mea, ita ſtate in Domino, dilecti.

1 *Itaque fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudium & corona mea, sic ſtate in Domino charissimi.*

Εὐοδίαν παρακαλῶ καὶ Συντύχην παρακαλῶ τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν Κυρίῳ.

Euodian precor & Syntychen precor vt ſint itidem affecti in Domino.

2 *Euodiam rogo & Syntychen deprecor, idipſum ſapere in Domino.*

Καὶ ἐρωτῶ καί σε, σύζυγε γνήσιε, συλλαμβάνου αὐταῖς, αἵτινες ἐν τῷ εὐαγγελίῳ συνήθλησάν μοι, μετὰ καὶ Κλήμεντος καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν μου, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς.

Et rogo te quoque, ſocie germane, opitulare ipſis, vt quæ in Euangelio vnà mecum certarunt, vnà cum Clemente quoque & reliquis adiutoribus meis, quorū nomina ſunt in libro vitæ.

3 *Etiam rogo & te germane compar, adiuua illas quæ mecū laborauerunt in Euāgelio cū Clemente, & cæteris adiutoribus meis, quorum nomina ſunt in libro vitæ.* Apoc.3.c.5 & 10.c.8, & 21.c.27

18 Quos, οὓς. Eraſ. De quibus. Ideo coactus eſt vertere τοὺς ἐχθροὺς, inimici, quum optimè omnia conueniant ſi τοὺς ſubaudias. Nec obſtat artic ulus, cuius ea vis eſt vt ſignificet Apoſtolus iſtos præ cæteris eſſe Chriſti hoſtes.

19 Finis, τὸ τέλος. Id eſt merces. ſicut apud Hebræos עקב accipitur pro mercede quæ opus ſequitur.

Gloria, ἡ δόξα. Gloria videlicet quam captant ab hominibus: quæ tamen in ipſorum maximam infamiam redundabit. Niſi malimus, ſeruata præpoſitione ἐν, dicere iſtos in ſua ipſorum infamia ſibi mirè placuiſſe, nempe in pudendorum circuncifione. quod tamen eſt longius petitum.

20 Nos enim, ἡμῶν γάρ. Vulg. Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt. Ego verò vt vim nominis Græci explicarem, periphraſin quæſiui. Eſt enim regnum cælorum, ciuitatis inſtar, cuius municipali iure omnes ſancti reguntur. eſtque hoc regimen prorſus cæleſte ac ſpirituale, non autem in externis & terreſtribus inſtitutis poſitum. Vnde, ἐξ οὗ. Sub. πόθεν, in quit Eraſmus. Ego malo ἐν οὐρανοῖς ſupplere. Sic Homerus Iliad. γ, Ἀθρήσας πάντοσε, ἑῷ, πρὸς ὃν θάλαμον ἰόντα. Sed & cauſam huic formulæ dicendi præbuit idiotiſmus Hebræorum, qui שמים nunquam niſi duali numero dicunt, quem Græci ſingulari potius οὐρανὸν vocant.

21 Corpus noſtrum humile, τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν. Vulgata ad verbum, Corpus humilitatis noſtræ, ex Hebraiſmo, quem ſæpiſſime iam annotauimus. Sic Corpus claritatis ſuæ conuertit ad verbum, pro Corpus ſuum glorioſum.

IN CAPVT IIII.

1 Exoptati, ἐπιπόθητοι. Heb. מחמדים. Virg. Nec dulces natos, exoptatúmque parentem. Corona, στέφανος. Id eſt meum decus. Subaudi itur autem aliquid poſt οὕτω, vt plena ſit oratio, State in Domino, ita vt dixi.

2 In Domino, ἐν Κυρίῳ. i. ea cōcordia cuius vinculum ſit Dominus. vel, παρακαλῶ ἐν Κυρίῳ, obteſtor per Dominum.

3 Socie germane, σύζυγε γνήσιε. Aliquem proculdubio compellat quem ſibi in opere Domini coniunctiſſimum erat expertus, quem Hebraicè dicas חבר. neque nos par eſt, quis fuerit, curioſius inueſtigare, nullo cum fructu. Sed quòd nonnulli colligunt ex hoc loco, Paulum hoc tempore vxorem habuiſſe, ad quam hoc pertineat, nimium eſt infirmum, quum 1.Cor.7.b.8, iis ſeſe manifeſtè adiungat qui vxorem non haberent: nec (vt rectè obſeruauit doctiſſimus interpres) vlla vel leuiſſima ſit coniectura ab eo tempore de vxore ducenda cogitaſſe, quā Philippis reliquerit. σύζυγον quidem apertè vſurpat Ariſtophanes in Pluto pro eiuſdem cōſilii ſocio ac participe, in his verſiculis, Ἀνημ. γυναῖκα γὰρ ἄλλην οὐ πάνυ Τιμ. καὶ δὴ σύζυγον λαβεῖν πάνυ Καὶ κάκιστον, νὴ τὸν Ἀπόλλω τοῦτον τὸν Ἐγὼ ποιοῦμαι λόγιον δεινὸν εἶναι. Sed & apud Nonnum Chriſtus ſeſe vocat Patris σύζυγον.

In libro vitæ, ἐν βίβλῳ ζωῆς. Heb. בספר החיים, vt Pſal. 69. f. 29. Dicitur enim Deus ἀπογράφου ζωῆς librum habere in quo electorum ſuorum nomina deſcripſerit, quibus vitam æternā daturus eſt. Eum vocat Ezechiel 13. a. 9, Scripturam domus Iſrael, & arcanum Domini.

Χαίρετε ἐν Κυρίῳ πάντοτε· πάλιν ἐρῶ, χαίρετε.

4 "Gaudete in Domino ſemper, rurſum inquam, gaudete.

4 Gaudete in Domino ſemper: iterum dico, gaudete.

Τὸ ἐπιεικὲς ὑμῶν γνωσθήτω πᾶσιν ἀνθρώποις. ὁ Κύριος ἐγγύς.

5 "Moderatio veſtra nota ſit omnibus hominibus. Dominus propè eſt.

5 Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. Dominus propè eſt.

Μηδὲν μεριμνᾶτε· ἀλλ' ἐν παντὶ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ δεήσει μετ' εὐχαριστίας τὰ αἰτήματα ὑμῶν γνωριζέσθω πρὸς τὸν Θεόν.

6 De nulla re ſoliciti eſtote: ſed "omni in re precibus & ſupplicatione "cum gratiarum actione petitiones veſtræ innotescant apud Deum.

6 Nihil ſoliciti ſitis: ſed in omni oratione & obſecratione cum gratiarum actione petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum.

Καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, φρουρήσει τὰς καρδίας ὑμῶν καὶ τὰ νοήματα ὑμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

7 Et pax Dei quæ ſuperat omnem intellectum, "præſidio erit "cordibus veſtris, & mentibus veſtris in Chriſto Ieſu.

7 Et pax Dei quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras in Chriſto Ieſu.

Τὸ λοιπόν, ἀδελφοί, ὅσα ἐστὶν ἀληθῆ, ὅσα σεμνά, ὅσα δίκαια, ὅσα ἁγνά, ὅσα προσφιλῆ, ὅσα εὔφημα, εἴ τις ἀρετὴ, καὶ εἴ τις ἔπαινος, ταῦτα λογίζεσθε·

8 Quod reliquum eſt, fratres, quæcunque ſunt vera, quæcunque "veneranda, quæcunque iuſta, quæcunque pura, quæcunque "amabilia, quæcunque boni nominis, ſiqua virt*, & ſiqua laus eſt, hæc cogitate.

8 De cætero fratres, quæcũque ſunt uera, quæcũque pudica, quæcunque iuſta, quæcũque ſancta, quæcunque amabilia, quæcũque bonæ famæ, ſiqua uirtus, ſiqua laus, hæc cogitate.

Ἃ καὶ ἐμάθετε, καὶ παρελάβετε, καὶ ἠκούσατε, καὶ εἴδετε ἐν ἐμοὶ, ταῦτα πράσσετε, καὶ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἔσται μεθ' ὑμῶν.

9 Quæ & didiciſtis, & accepiſtis, & audiſtis, & vidiſtis in me, hæc, *inquam*, facite, & Deus pacis *author* erit vobiſcum.

9 Quæ & didiciſtis, & acceptiſtis, & audiſtis, & uidiſtis in me, hæc agite, & Deus pacis erit uobiſcum.

Ἐχάρην δὲ ἐν Κυρίῳ μεγάλως ὅτι ἤδη ποτὲ ἀνεθάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν· ἐφ' ᾧ καὶ ἐφρονεῖτε, ἠκαιρεῖσθε δέ.

10 Gauiſus ſum autem in Domino magnopere quòd iam tandem "reuiruiſtis in veſtra pro me cura: "qua de re tamen ſoliciti eratis, ſed "deſtituebamini opportunitate.

10 Gauiſus ſum autem in Domino uehementer quoniã tandẽ aliquãdo reflorueſtis pro me ſentire: ſicut & ſentiebatis, occupati autem eratis.

Οὐχ ὅτι καθ' ὑστέρησιν λέγω· ἐγὼ γὰρ ἔμαθον, ἐν οἷς εἰμι, αὐτάρκης εἶναι.

11 Nõ quòd "penuriæ *meæ* reſpectu loquar: nã ego didici, ĩ quibus ſum, iis ipſis cõtentus eſſe.

11 Nõ quaſi propter penuriã dicã: ego enĩ didici, in quibus ſum, ſufficiẽs eſſe.

Οἶδα δὲ καὶ ταπεινοῦσθαι, οἶδα καὶ

11 Noui autẽ deprimi, noui etiã

11 Scio & humiliari, ſcio &

4 Gaudete in Domino, χαίρετε ἐν Κυρίῳ. Gaudii nomine intelligit fructum τῆς ἀναστάσεως. ſed addidit In Domino, vt à gaudio mũdi diſtinguatur. Sed vbi timor ille & tremor, & crux illa perpetua? Reſpondeo, his omnibus nõ modò nõ extingui, ſed etiã foueri gaudium filiorum Dei, vt ex martyrũ hiſtoriis liquet: non quòd ſint ἀναίσθητοι, ideo quòd illa experientiam gignant, experientia verò ſpem, quæ fallere non poteſt, Rom. 5. a. 4.

5 Moderatio, τὸ ἐπιεικὲς. Id eſt, Tranquillus animus, æqui bonique omnia conſulens. Sed & candorem poſſis interpretari. Vulg. & Eraſ. Modeſtia. 5

6 Omni in re, ἐν παντί. Heb. בכל de quo alibi ſæpe diximus. Cum gratiarum actione, μετ' εὐχαριστίας. Hinc fit vt Dauid ſæpiſſime à clamoribus & lacrymis ordiens, in gratiarum actione deſinat.

7 Pax Dei, ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ. Id eſt, ſumma illa trãquillitas animi, atque adeo felicitas quam vnus Deus in vno Chriſto largitur. Vide Rom. 5. a. 1. Præſidio erit, φρουρήσει. Bene vſurpauit verbũ militare, quũ nihil æque a nobis conetur Satan atque pacem iſtam quæ à ſolo Chriſto per fidem in nos deriuatur, extorquere: eóq; nomine non deſinat perpetuò nos oppugnare. Vulg. & Eraſ. Cuſtodiet: non ſatis expreſſè. Cordibus veſtris & mentibus veſtris, τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ τὰ νοήματα ὑμῶν. Animum diuidit in cor, id eſt voluntatis & affectuũ ſedem: & νόημα, id eſt ſuperiorem partem, qua intelligimus & ratiocinamur. 10

8 Vera, ἀληθῆ. Veritatẽ in primis (i. bonæ conſcientiæ integritatẽ) cõmendat. Veneranda, σεμνά. i. eiuſmodi vt vos ſancta quadã grauitate exornent. Hoc enim declarat ἡ σεμνότης, de qua hic agitur, & cuius exẽplũ eſt Act. 5. c. 11 & 13. Vulgata σεμνὰ cõuertit Pudica, nimiũ anguſta ſignificatione. Eraſ. Honeſta. i. καλά. Pura, ἁγνά. Vel caſta. Vulg. Sãcta, vt videatur legiſſe ἅγια, eodẽ, aut certè non multũ diuerſo ſenſu. Amabilis, προσφιλῆ. Huc pertinẽt quæ ſcripta ſunt Rom. 12. d. 17 & 18. & huius virtutis verũ exẽplar habemus Chriſtum toti populo amabilem, & Apoſtolos quoque, Act. 2. g. 47. Eraſ. Accommoda, id eſt προσφορῆ. 15

9 Erit vobiſcum, ἔσται μεθ' ὑμῶν. Hebraiſmus, pro, vobis aderit.

10 Reuiruiſtis in veſtra pro me cura, ἀνεθάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν. Vulg. Refloruiſtis pro me ſentire. Eraſ. Reuiguit veſtra pro me ſolicitudo. φρονεῖν pro φροντίζειν alibi etiã annotauimus, & ita accipitur Col. 3. a. 2. Qua de re tamen, ἐφ' ᾧ καί. Καὶ accipio pro ἀλλὰ, vt apud Hebræos ponitur pro aduerſativa, vt Eccleſ. 9. d. 16. & ἐφ' ᾧ pro οὗ ἕνεκα, vt ſuprà, 3. c. 12. Vulg. Sicut & ſentiebatis, duplici errore. Eraſ. In quo & ſoliciti eratis. Hoc autẽ addit Paulus vt mitiget quod dixerat, ipſorum ſtudium reuiruiſſe. Deſtituebamini opportunitate, ἠκαιρεῖσθε. Vulg. Occupari eratis, prorſus abſurdè. 20

11 Penuriæ *meæ* reſpectu, καθ' ὑστέρησιν. Id eſt, penuriæ meæ habens rationem, quum hîc ſpectem potius quid ſit ère veſtra. Vulg. Propter penuriam. Eraſ. Iuxta penuriam.

11 Deprimi, ταπεινοῦσθαι. Vulg. Humiliari. Vtitur generali nomine, quũ de vna crucis ſpecie (i. de inopia) 30

differat: nempe quòd hæc fere ſoleat omnia iſta ſecum trahere, ac illud præſertim, quòd qui pauper eſt, ab omnibus fere contemnatur, quamcumuis excellentibus Dei donis ornatus.

περισσεύσω· ἐν παντὶ καὶ ἐν πᾶσι μεμύημαι, καὶ χορτάζεσθαι καὶ πεινᾶν, καὶ περισσεύειν καὶ ὑστερεῖσθαι·

abundare: vbique & in omnibus initiatus ſum, & ad ſaturitatem & ad eſuritionem, id eſt tum ad abundantiam, tũ ad inopiam:

abundare: vbique & in omnibus inſtitutus ſum, & ſatiari & eſurire, & abundare & penuriam pati:

Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ.

13 Omnia valeo per Chriſtũ qui me corroborat.

13 Omnia poſſum in eo qui me confortat.

Πλὴν καλῶς ἐποιήσατε, συγκοινωνήσαντές μου τῇ θλίψει.

14 Attamen rectè feciſtis quòd ſimul communicaſtis meæ oppreſſioni.

14 Verumtamen bene feciſtis communicantes tribulationi meæ.

Οἴδατε δὲ καὶ ὑμεῖς, Φιλιππήσιοι, ὅτι ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου, ὅτε ἐξῆλθον ἀπὸ Μακεδονίας, οὐδεμία μοι ἐκκλησία ἐκοινώνησεν εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως, εἰ μὴ ὑμεῖς μόνοι·

15 Noſtis autem & vos, Philippenſes, quum initio Euangelii proficiſcerer è Macedonia, nullam mihi Eccleſiam communicaſſe in ratione dati & accepti, niſi vos ſolos.

15 Scitis autem & vos Philippenſes, quòd in principio Euangelij, quũ ego profectus eſſem à Macedonia, nulla mihi Eccleſia cõmunicauerit in ratione dati & accepti, niſi vos ſolis:

Ὅτι καὶ ἐν Θεσσαλονίκῃ καὶ ἅπαξ καὶ δὶς εἰς τὴν χρείαν μοι ἐπέμψατε.

16 Nam etiam Theſſalonicã ſemel & iterum quod opus erat mihi miſiſtis.

16 Quia & Theſſalonicam ſemel & bis in uſum mihi miſiſtis.

Οὐχ ὅτι ἐπιζητῶ τὸ δόμα, ἀλλ' ἐπιζητῶ τὸν καρπὸν τὸν πλεονάζοντα εἰς λόγον ὑμῶν.

17 Non quòd requiram donũ: ſed requiro fructum exuberãtem, qui in rationem veſtram inducatur.

17 Non quia quæro datum: ſed requiro fructum abundantem in rationem veſtram.

Ἀπέχω δὲ πάντα, καὶ περισσεύω· πεπλήρωμαι δεξάμενος παρὰ Ἐπαφροδίτου τὰ παρ' ὑμῶν, ὀσμὴν εὐωδίας, θυσίαν δεκτήν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ.

18 Accepi autẽ omnia, & abũdo: expletus ſum, inquam, acceptis ab Epaphrodito quæ à vobis miſſa erãt, odore bonæ fragrantiæ, hoſtia Deo accepta ac grata.

18 Habeo autem omnia, & abũdo: repletus ſum, acceptis ab Epaphrodito quæ miſiſtis, odorem ſuauitatis, hoſtiam acceptam, placentem Deo.

Ὁ δὲ Θεός μου πληρώσει πᾶσαν χρείαν ὑμῶν κατὰ τὸ πλοῦτος αὐτοῦ, ἐν δόξῃ, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

19 Deus autẽ meus ſupplebit quicquid opus fuerit vobis, ſecundum diuitias ſuas, gloriosè, in Chriſto Ieſu.

19 Deus autẽ meus impleat omne deſiderium veſtrum ſecundum diuitias ſuas, in gloria, in Chriſto Ieſu.

Τῷ δὲ Θεῷ καὶ πατρὶ ἡμῶν ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

20 Deo autẽ & Patri noſtro ſit gloria in ſecula ſeculorũ. Amẽ.

20 Deo autem & Patri noſtro gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Abundare, περισσεύειν. Eraſ. Excellere. Putat enim alioqui nõ conſtare antitheſin. Sed (vt modo dixi) nõ omnibus, quanuis generalem ſignificationem habeat, tamen ad id de quo agitur reſtringẽdum eſt. Vbique, ἐν παντὶ, i. quouis loco ſeu tẽpore. Nam latè patet כל, & quum addatur ἐν πᾶσι, in omnibus, præſtat hoc referre ad res ipſas, (multorũ enim iudiget præſens hæc vita) illud verò ad ipſas rerum circunſtantias. Initiatus ſum, μεμύημαι. Metaphora ſumpta eſt à rebus ſacris, quã libens ſeruaui. Sic enim ſignificat Apoſtolus, ſanctificatã eſſe noſtram tum abundantiã, tum inopiam: denique totã hanc noſtram vitam quaſi perpetui ſacrificii inſtar eſſe. Vulg. & Eraſ. Inſtitutus ſum. Et ad ſaturitatem, καὶ χορτάζεσθαι. Vulg. & Eraſ. ad verbũ, Saturari. Ego ſtudui perſpicuitati. Idcirco tum ad abundantiã, καὶ περισσεύειν. Explicat quid ſaturitatis & famis nomine ſignificarit, nequis ſaturitatẽ æſtimet monachorum more, apud quos ieiunare idem declarat atque ita ſaturũ fieri vt biduo non eſurias. Sed & Hebræorũ more, ſaturari & inebriari, non ſignificat ingurgitari, ſed tantũ ſumere quantum ſatis eſt. Atenim dicet aliquis, Quæ hæc eſt virtus, noſſe abundare? Reſpõdeo, longè maximã eſſe hanc virtutẽ quum multo plures perdiderit copia quàm inopia: vt minimè mirum ſit, Paulum hæc vnius Chriſti virtuti accepta referre. Nam longè alia hæc ſunt quàm quæ de iſtis virtutibus tradiderunt philoſophi.

15 Initio Euãgelii, ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου. Id eſt, initio prædicatũ à me Euangelii apud vos. Id enim vocat Euangelium, vt ſuprà, 1. c. 12. Non potuit autem amplius laudare Philippenſium charitatem, quam iam inde ab initio re ipſa oſtẽdiſſent, & tunc quoque ad extremũ ſeruaſſent. In ratione dati & accepti, εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως. Hoc eſt quod aiunt Rabbini, נתן ונטל. Alludit autem ad pecuniarias rationes, in quibus habetur dati & accepti ratio. Aliæ autem Eccleſiæ tum acceperant quidem, ſed nihil dederãt: quod in vtraque ad Corinthios epiſtola pluribus perſequitur Apoſtolus, non vt μεμψίμοιρος, ſed vt os occludat pſeudapoſtolis.

16 Semel & iterum, ἅπαξ καὶ δίς. Vulg. ad verbum. Semel & bis, id eſt ter.

17 Qui in rationem veſtram inducatur, εἰς λόγον ὑμῶν. Hoc eſt quod vernaculo ſermone dicimus, Qui nobis ſit cum compoſ. Pergit enim in tranſlatione illa à pecuniariis rationibus deſumpta: & ſignificat ſe non tam ſuo quàm illorum commodo conſulere. Nam & paulo pòſt illorum munus vocat ſacrificium Deo gratum. Vulg. & Eraſ. In rationem veſtram, admodum obſcurè.

18 Accepi, ἀπέχω. Vulg Habeo. Eraſ. Recepi. Vide Matth. 6. a. 2. Odore bonæ fragrantiæ, ἐμπνεύσαντα εὐωδίας. Alludit ad Legis thymiamata. vt Act. 10. a. 4, & ſuprà, 1. c. 17.

19 Gloriosè, ἐν δόξῃ. Vulg. & Eraſ. ad verbum, In gloria.

20 In ſecula ſeculorum, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Heo: aiimus. χρ; i nobis ex χρ: i e atus, pro In æternum.

Ἀσπάσασθε πάντα ἅγιον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ σὺν ἐμοὶ ἀδελφοί.

21 Salutate omnes ſanctos in Chriſto Ieſu. ſalutant vos qui mecum ſunt fratres.

21 *Salutate omnem ſanctum in Chriſto Ieſu. Salutant uos qui mecũ ſunt fratres.*

Ἀσπάζονται ὑμᾶς πάντες οἱ ἅγιοι, μάλιστα δὲ οἱ ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας.

22 Salutant vos omnes ſancti, maximè verò qui ſunt ex Cæſaris domo.

22 *Salutant uos omnes ſancti, maximè autem qui de Cæſaris domo ſunt.*

Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. ἀμήν.

23 Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus vobis. Amen.

23 *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum ſpiritu noſtro. Amen.*

Πρὸς Φιλιππησίους ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης διὰ Ἐπαφροδίτου.

Scripta eſt Roma per Epaphroditum.

Scripta eſt ab urbe Roma per Epaphroditum.

22 Ex Cæſaris domo, ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας. Neronis domeſticos intellige. Hoc verò quid aliud erat quàm Deum in mediis inferis regnaret Vide ſuprà, 1.b.13. Quæ verò de Seneca feruntur, ſanè nimium impudenter ſunt conficta.

Epiſtola Pauli Apoſtoli ad Coloſſenſes.

Παύλου τοῦ ἀποστόλου ἡ πρὸς Κολασσαεῖς ἐπιστολή.

Κεφάλαιον αʹ

ΠΑΥΛΟΣ ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, διὰ θελήματος Θεοῦ, καὶ Τιμόθεος ὁ ἀδελφός,

NOVA INTERPR. CAP. I.

1 PAVLVS Apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatẽ Dei, & Timotheus frater,

VETVS. CAP. I.

1 *PAVLVS Apoſtolus Ieſu Chriſti per uoluntatem Dei, & Timotheus frater,*

Τοῖς ἐν Κολασσαῖς ἁγίοις καὶ πιστοῖς ἀδελφοῖς ἐν Χριστῷ. χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

2 Iis qui ſunt Coloſſis, ſanctis ac fidelibus fratribus in Chriſto. Gratia ſit vobis & pax à Deo Patre noſtro & Domino Ieſu Chriſto.

2 *Iis qui ſunt Coloſſis, ſanctis & fidelibus fratribus in Chriſto Ieſu. Gratia uobis & pax à Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto.*

Εὐχαριστοῦμεν τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, πάντοτε περὶ ὑμῶν προσευχόμενοι·

3 Gratias agimus Deo & Patri Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſemper pro vobis precantes:

3 *Gratias agimus Deo & Patri Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſemper pro nobis orantes:*

Ἀκούσαντες τὴν πίστιν ὑμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ τὴν ἀγάπην τὴν εἰς πάντας τοὺς ἁγίους·

4 Audita fide veſtra in Chriſto Ieſu, & charitate in omnes ſanctos:

4 *Audientes fidem noſtrã in Chriſto Ieſu, & dilectionem quam habetis in ſanctos omnes:*

Διὰ τὴν ἐλπίδα τὴν ἀποκειμένην ὑμῖν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἣν προηκούσατε ἐν τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας τοῦ εὐαγγελίου,

5 Propter ſpem ſepoſitam vobis in cælis: quam prius audiſtis per ſermonem veritatis, *id eſt* Euangelii,

5 *Propter ſpem quæ repoſita eſt uobis in cælis, quam audiſtis in uerbo ueritatis Euangelij,*

1 Per voluntatem, διὰ θελήματος. Id eſt, gratuita Dei liberalitate, vt ſæpe iam expoſuimus.

2 Iis qui ſunt Coloſſis. τοῖς ἐν Κολασσαῖς. Coloſſæ ſitæ ſunt in Phrygia, non procul Hierapoli & Laodicea, qua parte imminet Lyciæ & Pamphyliæ. Refellit autem hic locus Cyri cuiuſdam Prodromi & aliorũ opinionem, qui hãc epiſtolam ad Rhodios ſcripta putãt, quaſi à Coloſſo illo celebri dicti ſint Coloſſenſes. Et Domino, &c. καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. vel, Et Domini Ieſu Chriſti. Conſtat autem ex Theophylacto veteres codices Græcos hanc appendicem hoc loco non habuiſſe.

3 Deo & Patri, τῷ Θεῷ καὶ πατρί. Vide 1. Cor. 15. c. 24. Neque verò aliter à nobis cõſiderari poteſt Deus in ſalutem, niſi quatenus eſt Pater Chriſti in quo ſumus adoptati.

4 In Chriſto, ἐν Χριστῷ. Bene, in Chriſto. Nam extra Chriſtum non eſt fides, ſed opinio, quod ad ſalutem quidem attinet.

5 Spem, τὴν ἐλπίδα. Id eſt ſperatam gloriam, μετωνυμικῶς, vt Rom. 8. c. 24. & Epheſ. 1, d. 18. Per ſermonem veritatis, *id eſt* Euangelii, ἐν λόγῳ τῆς ἀληθείας τοῦ εὐαγγελίου. Eraſ. Per ſermonem veracem Euangelii. Ego

malo παίδευσιν per epexegeſin interpretari. Vide Epheſ.1.c.23. Meritò autem ſubtexit Fidei verbũ, & quidem Euangelicum, vt iſta ſciamus diuelli non poſſe.

Τοῦ παρόντος εἰς ὑμᾶς, καθὼς καὶ ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ καὶ ἔστι καρποφορούμενον, καθὼς καὶ ἐν ὑμῖν, ἀφ' ἧς ἡμέρας ἠκούσατε καὶ ἐπέγνωτε τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ ἐν ἀληθείᾳ.

6 Quod peruenit ad vos ſicut & in totum mundum, & ᵛ fructum profert, ſicut apud vos quoque: ex quo die ᵛ verè audiuiſtis & cognouiſtis Dei gratiam.

6 *Quod peruenit ad nos, ſicut & in vniuerſo mundo eſt, & fructificat, & creſcat, ſicut in nobis, ex ea die qua audiſtis & cognouiſtis gratiã Dei in veritate.*

Καθὼς καὶ ἐμάθετε ἀπὸ Ἐπαφρᾶ τοῦ ἀγαπητοῦ συνδούλου ἡμῶν, ὃς ἐστὶ πιστὸς ὑπὲρ ὑμῶν διάκονος τοῦ Χριστοῦ·

7 Sicut & didiciſtis ex Epaphra dilecto conſeruo noſtro, qui eſt fidus pro vobis miniſter Chriſti:

7 *Sicut didiciſtis ab Epaphra chariſſimo conſeruo noſtro, qui eſt fidelis pro nobis miniſter Chriſti Ieſu:*

Ὁ καὶ δηλώσας ἡμῖν τὴν ὑμῶν ἀγάπην ἐν πνεύματι.

8 Qui & declarauit nobis veſtram ᵛ per Spiritum charitatẽ.

8 *Qui etiam manifeſtauit nobis dilectionem veſtram in Spiritu.*

Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς, ἀφ' ἧς ἡμέρας ἠκούσαμεν, οὐ παυόμεθα ὑπὲρ ὑμῶν προσευχόμενοι, καὶ αἰτούμενοι ἵνα πληρωθῆτε τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ θελήματος αὐτοῦ ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ συνέσει πνευματικῇ·

9 Propterea & nos, ex quo die id audiuimus, non deſinimus pro vobis orare, & petere vt impleamini omni agnitione voluntatis ᵛ eius, cum omni ſapientia, & intelligentia ſpirituali.

9 *Ideo & nos ex quo die audiuimus, non ceſſamus pro nobis orantes & poſtulantes vt impleamini agnitione voluntatis eius in omni ſapientia & intellectu ſpirituali:*

Περιπατῆσαι ὑμᾶς ἀξίως τοῦ Κυρίου εἰς πᾶσαν ἀρέσκειαν, ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ καρποφορούντες, καὶ αὐξανόμενοι εἰς τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ Θεοῦ.

10 Vt incedatis ſicut Domino dignum eſt, ᵛ vt per omnia placeatis, omni opere bono ᵛ fructum proferentes, & creſcentes in agnitionem Dei.

10 *Vt ambuletis digne Deo, per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & creſcentes in ſcientia Dei.*

Ἐν πάσῃ δυνάμει δυναμούμενοι κατὰ τὸ κράτος τῆς δόξης αὐτοῦ, εἰς πᾶσαν ὑπομονὴν καὶ μακροθυμίαν μετὰ χαρᾶς·

11 Omni robore corroborati, ᵛ ſecundum glorioſam vim ipſius, ad omnem tolerantiam & animi lenitatem ᵛ cũ gaudio:

11 *In omni virtute confortati ſecundum potentiam claritatis eius, in omnẽ patientiã & longanimitate cum gaudio:*

Εὐχαριστοῦντες τῷ πατρὶ τῷ ἱκανώσαντι ἡμᾶς εἰς τὴν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτί·

12 Gratias agentes ᵛ Patri, qui idoneos nos fecit ad participãdam ſortẽ ſanctorum in luce:

12 *Gratias agentes Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorũ in lumine.*

Ὃς ἐρρύσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους, καὶ μετέστησεν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ.

13 Qui, *inquam*, liberauit nos à poteſtate tenebrarum, ac tranſtulit in regnum Filii ſibi dilecti.

13 *Qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum Filij dilectionis ſuæ.* Matth.3.d.17. & 17.c.5. 2.pet.1.d.17.

Ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν.

14 In quo habemus redemptionem ᵛ per ſanguinem ipſius, *id eſt* remiſſionem peccatorum.

14 *In quo habemus redemptionem remiſſionem peccatorum:*

6 Fructum profert, καὶ ἔστι καρποφορούμενον. Vulgata addit καὶ αὐξανόμενον, & creſcit. quod etiam inuenimus in Complutenſi editione, & duobus vetuſtis codicibus. Verè, ὡς ἀληθῶς .מנח, vt Philip.4.d.19, ὡς δόξῃ, in gloria, pro glorioſe. Vulg. & Eraſ. ad verbum, In veritate.

8 Per Spiritum, ἐν πνεύματι. Id eſt Spiritualem, ſiue à Spiritu ſancto manantem, & ex intimis animi penetralibus profectam. Vide Epheſ.6.c.18.

9 Eius, αὐτοῦ. Dei, videlicet, ex verſus 6 extremo. Nam verſiculus 7 & 8 quaſi ſunt interiecti. Et intelligentia, καὶ συνέσει. Id eſt γνώσει. Vide Corinth.1.a.5. Eraſ. Et prudentia. Vide Epheſ.1.b.8.

10 Vt per omnia placeatis, εἰς πᾶσαν ἀρέσκειαν. Ad verbum, Cum omni complacẽtia. Alioquin ἀρέσκεια Ariſtoteles docet in vitio poni, pro aſſentatoria quadam affabilitate. Fructum proferentes, καρποφορούντες. Coniungendum eſt hoc participium cum περιπατῆσαι, vt & cætera quæ ſequuntur.

11 Secundum glorioſam ipſius vim, κατὰ τὸ κράτος τῆς δόξης αὐτοῦ. Vulg. Secundũ potentiam claritatis eius. Eraſ. iuxta potentiam gloriæ illius. Dixit autem (Hebræorum more) potentiam gloriæ pro potentia glorioſa.

Cũ gaudio, μετὰ χαρᾶς. Id eſt, quæ minimè extorqueatur ab inuitis, aut ab ipſa neceſſitate, (cuiuſmodi eſt patientia quam in vernaculo noſtro ſermone Lombardorum vocamus) ſed quæ ab animo læto & alacri proficiſcatur. Nonnulli tamen Latini codices hoc adiungunt ſequenti participio.

12 Patri, τῷ πατρί. Nonnulli Græci codices habent Θεῷ καὶ πατρί. Deo & Patri, & ita etiam legitur in nonnullis exemplaribus Vulgatæ editionis. Idoneos fecit, ἱκάνωσεν. Verbum hoc, vt etiam ἱκανοῖ, fictũ eſt à Paulo, quaſi forma coniugationis Hiphil. Vſurpauit autem duobus omnino locis, iſto videlicet & 2. Cor.3.b.6. In luce, ἐν τῷ φωτί. Id eſt in illo regno cæleſti & glorioſo, quod lux dici ſolet in ſacris literis: ſicut contrà tenebrarum appellatione horrendum illud exitium intelligitur.

14 Per ſanguinem ipſius, διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ. Hoc non legit Veus interpres, & comperimus deeſſe in ſex vetuſtis exemplaribus. Fortaſſis irrepſit ex Epheſ.1.b.7. quanquam id nunquam poteſt frequentius repeti quàm par ſit.

Hebr.1.a.3

Ος ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, πρωτότοκος πάσης κτίσεως·

15 ¶Qui est imago Dei inconspicui, primogenitus omnis rei creatæ:

15 Qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturæ:

ebr.1.a.3

Ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαί, εἴτε ἐξουσίαι· τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται·

16 ¶Nam per eum condita sunt omnia quæ in cælis sunt & quæ in terra, inuisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominia, siue imperia, siue potestates, omnia, inquam, per eum & eius respectu condita sunt.

16 Quoniam in ipso condita sunt universa in cælo & in terra, visibilia & invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates: omnia per ipsum & in ipso creata sunt:

Καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων, καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε.

17 Estque ipse ante omnia, & omnia per eum consistunt.

17 Et ipse est ante omnes, & omnia in ipso consistit.

1.Cor.15.c.23 apoc.1.b.5

Καὶ αὐτός ἐστιν ἡ κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας, ὃς ἐστιν ἀρχὴ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, ἵνα γένηται ἐν πᾶσιν αὐτὸς πρωτεύων.

18 Estque caput corporis Ecclesiæ, principium & primogenitus ex mortuis, vt in omnibus primas teneat.

18 Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis: ut sit in omnibus ipse primatum tenens.

Iohan.1.b.14 infrà,2.b.9

Ὅτι ἐν αὐτῷ εὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα κατοικῆσαι·

19 ¶Quoniã in eo placuit Patri vt omnis plenitudo inhabitaret:

19 Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare:

15 Imago, εἰκών. Id est, is in quo verè nobis sese conspiciendum præbet Deus. Est enim Deus in carne Christi conspicuus factus, vt 1. Tim. 3. d. 16. idque quia corporaliter in eo habitat diuinitas. Veteres subtilius hoc referunt ad mutuam Patris ac Filii relationem: sed mihi videtur simplicior & accommodatior doctissimi interpretis sententia. De imaginis nomine diximus Philip. 2. a. 7. Primogenitus omnis rei creatæ, πρωτότοκος πάσης κτίσεως. Id est, antè genitus quàm quicquam conderetur, ideóque æterni Patris æternus Filius. Vulg. & Eras. Primogenitus omnis creaturæ. Nam κτίσις vel ipsam condendi seu creandi actionem, vel ipsas res conditas declarat, vt diximus Mat. 13. c. 19. Facilis est autem responsio ad Arrianorum cauillum, qui ex hoc loco asserebant Christum manifestè dici creaturam. Nam hac ratione dicendus fuisset πρωτόκτιστος. At quum dicitur πρωτότοκος, manifestè distinguitur quod genitum est ab eo quod est conditum, vt rectè omnino & appositè annotauit Ambrosius. Deinde si per ipsum factum est quicquid factum est, Iohan. 1. a. 3. genitum ipsum esse oportet, non factum. Postremò qui non est omnibus modis æternus & ἀπάτωρος, ne Deus quidem est. Sed est notandus quoque hic locus aduersus impium illum Seruetum, qui Christum cõtendebat humanæ dũtaxat naturæ respectu Filium Dei dici, ideóque æternum Filium esse negabat: adeo quidem vt quum iam esset moriturus, æternum inuocare recusaret: quum Paulus eum clamet ante vllam creationem, id est ab æterno (cœpit enim tempus cum creatione) non modò extitisse, sed etiam genitum fuisse. Sic & apud Dauidem, Ante luciferum (inquit Pater) genui te. Id est (excipiebat Seruetus) genituriui. Hoc autem si verum est, quomodo Filius quem adhuc nõ genuerat Pater, mundum cõdiderit? Sed hæc παίγνια. Adfert Erasmus aliam lectionem ex coniectura, puta si legamus πρωτότοκος accentu in penultimã translato, vt sit sensus, Christum primũ omnia produxisse, seu ab eo orta esse omnia. Sed præterquam quòd repugnat perpetuus omnium codicum & interpretum cõsensus, tollit etiam hæc interpretatio discrimen inter Gignere & Condere: quo non video quid solidius dici possit in hunc locum. Itaque hanc coniecturam prorsus repudio. Neque enim aliorum quàm fidelium Pater propriè dicitur Deus in sacris literis, idque per adoptionem in vno Christo, cuius vnius Pater est naturalis.

16 Per eum ἐν αὐτῷ. Vulg. In ipso. quod præbuit ineptiendi occasionem iis qui de ideis intellectualibus multa in hunc locum sunt commenti. Siue throni, εἴτε θρόνοι. Subdiuidit inuisibilia: quæ etiam exornat His nominibus quibus summa quæque inter homines significantur: minimè id quidem vt (Dionysii illius more) de rebus quas nec nouimus, nec scire expedit, curiosè garriamus, sed vt ex spirituum præstantissimorum collatione intelligamus quàm infinita sit Christi præstantia, in quo solo nos, præteritis etiam Angelis, quantumuis eminentem potestatem à Deo acceperint, acquiescere oporteat. De istis autem epithetis diximus Rom. 8. g. 38.

Eius respectu, εἰς αὐτόν. Christus enim is est in quo Dominus acquieuit. Itaque omnia, ipsíq; adeo Angeli, subseruiũt eius gloriæ, vt Heb. 1. d. 14. Alii explicãt εἰς αὐτόν, i. vt sicut per eũ condita sunt omnia, ita ab ipso pẽdeãt.

18 Caput corporis Ecclesiæ, κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας. Vide 1. Cor. 12. b. 12, & d. 27, & Ephes. 1. d. 22, & 4. d. 15 & 16. Nunc autem accedit ad peculiarem Christi dignitatem, qua videlicet caput est Ecclesiæ. Nam quæ dixit, vniuersalia sunt, sine vlla prorsus exceptione: ista porro quæ dicturus est, solos electos complectuntur, in quibus verè eminet Dei bonitas, & verum Christi regnum. Principium, ἀρχή, vel primitiæ, id est ἀπαρχή. vt sit allusio ad primitias quarum oblatio totam messem sanctificabat, vt 1. Cor. 15. c. 10. Vtcunque autem accipias principii nomen, explicatur eo quòd statim subiicitur: quia de Christo, vt Ecclesiæ capite (1. Deo & homine) agitur: adeo quidem vt nõnulli cõiunctim legerint ἀρχὴ πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, principiũ primogenitum ex mortuis. Malim tamen ego subaudire copulã in epexegesi, vel ob eã causam quòd post ἀρχὴ in omnibus codicibus addatur distinctio. Primogenitus ex mortuis, πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν. i. is qui primus à mortuis ad vitæ æternæ possessionẽ resurrexit, quod est noui seculi, in quo Filii Dei simus reale (vt vulgò loquuntur) initiũ. Nãtum demum Christi caro (cuius vnius respectu dici potest resurrexisse, quãuis qui resurrexit Deus & homo sit) plenè est glorificata, quũ antea diuinitas, quãuis illi ab ipso momẽto cõceptionis hypostatica vnione coniuncta, tamen per gradus, ad dispensandã nostram salutẽ, vim in illa suã exereret. Dicitur ergo primogenitus ex mortuis, primũ quòd primus (vti dixi) resurrexit, vt nunquã moreretur: deinde quòd verè sit Filius, nos autẽ per adoptionẽ fratres: postremò, quòd resurrexit vt nos eũ sequeremur. In omnib*, ἐν πᾶσιν. Potest quidẽ hoc accipi neutro genere, quũ in proximo versiculo scribat τὰ πάντα: sed meminerimus, quãuis vera etiã hæc sit vniuersalis sententia, Christũ inter omnia sine vlla exceptione eminere, tamẽ de Christi in Ecclesia regno Apostolũ cœpisse ab hoc versiculo differere. quod nemo negabit qui verba ipsa vel leuissimè cõsiderarit, ac proinde vniuersali particula non aliud cõprehendi quã omnes omniũ temporum fideles, in vnum corpus in Christo capite aggregatos.

19 Omnis plenitudo, πᾶν τὸ πλήρωμα. Hoc nomine nonnulli Ecclesiam ipsam intelligunt, quæ sic vo-

estur Ephes.1.d.13.& quodammodo inhabitat in Christo,vt & Christus in ea,propter summam capitis & corporis coniunctionem.Alii verò ad diuinitatem hoc referunt(sic enim infrà loquitur 2.b.9) adeo quidem vt nonnulli etiam addant τῆς θεότητος(id est diuinitatis)nomen hoc etiam in loco. Mihi verò longè simplicissima & appositissima videtur eorum expositio qui hunc locum comparant cum Iohan.1.c.16,& 3.d.34 & 35. vt plenitudinis nomine significetur cumulatissima omnium diuinarum rerum copia, ex quo tanquam inexhausto fonte, omnes gratiæ in corpus pro cuiusque mẽbri modulo deriuentur. Itaque additus est articulus vt de certa quadam plenitudine agi intelligamus,ea nimirum quæ ex capite in corpus diffunditur.Plenitudinem autem dicere malui quàm perfectionem,quanuis in hac significatione non videatur à Latinis vsurpari, partim nequid innouarem in tam variis sententiis interpretum, partim quòd perfectionis nomen sit ambiguum. Quòd autem Castellio hunc locum cõuertit, Quoniam per eum visum est Patri omnem rerum vniuersitatem habitare, prorsus est absurdũ. Quorsum enim hæc Dei inhabitatio quorsum mẽtio vniuersitatis rerum? Nam res ipsa clamat Apostolum de sola Ecclesia hic agere,vt etiam 1.Cor.15.d.28,Ephes.1.b.10,& 4.a.6,& c.10. Deinde vniuersitas rerum nomine τῶν πραγμάτων non significatur,nõ addito aliquo nomine ex quo id possit intelligi.Certè tale quiddam garriunt Libertini,tale quiddam etiam impius Seruetus & Postellus de Dei substantiæ per omnia diffusione somniarunt.

Καὶ δι' αὐτοῦ ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτόν, εἰρηνοποιήσας διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ, δι' αὐτοῦ, εἴτε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

20 Et ᵛpace per sanguinem crucis eius facta, per eum reconciliare ᵛomnia ſibi, ᵛper eum, *inquam*, tum quæ in terra,tũ quæ in cælis.

20 *Et per eum reconciliare omnia in ipſo, pacificans per ſanguinẽ crucis eius, ſiue quæ in terris ſiue quæ in cælis ſunt.*

Καὶ ὑμᾶς ποτε ὄντας ἀπηλλοτριωμένους καὶ ἐχθροὺς τῇ διανοίᾳ ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς πονηροῖς, νυνὶ δὲ ἀποκατήλλαξεν

21 ᵛItaque vos quõdam abalienatos & hoſtes, ᵛmente operibus malis *intenta*, ᵛnunc ſanè ᵛreconciliauit

21 *Et vos quum eſſetis aliquando alienati & inimici ſenſu in operibus malis, nunc autem reconciliatis*

Ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ διὰ τοῦ θανάτου, παραστῆσαι ὑμᾶς ἁγίους καὶ ἀμώμους καὶ ἀνεγκλήτους κατενώπιον αὐτοῦ·

22 ᵛIn corpore illo carnis ſuæ, per mortẽ: ᵛvt ſiſteret vos ſanctos & irreprehẽſos & inculpatos coram ſe:

22 *In corpore carnis eius per mortẽ exhibere nos ſactos & immaculatos, & irreprehenſibiles coram ipſo:*

20 Pace facta,εἰρηνοποιήσας. Vulg. & Eraſ. εἰρηνοποιῶν transfitiuè interpretantur pacificare, & coniungũt cum ὧν πα̃σι,&c. Ego potius abſolutè poſitum eſſe arbitror,& ὧν πα̃σι,&c. referri ad verbum ἀποκαταλλάξαι, vt ſequatur vniuerſitatis diſtributio in ea quæ ſunt in cælis & ea quæ ſunt in terris. Ideóque verborum collocationẽ mutaui,vt planior eſſet oratio. Per ſanguinem crucis eius,διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ. In vno codice ſcriptũ inuenimus,διὰ τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ per crucẽ eius. Omnia,πα̃σι τοῖς οὖσι. Vniuerſam Eccleſiã, quam & alibi mundũ ſimili dicẽdi genere appellat,vt 2.Cor.5.d.19.De hac enim agitur,vt ſæpe iã diximus.Itaque non modò impii,ſed etiã ridiculi ſunt qui ex hoc loco colligunt fore vt damnati atque adeo diaboli ipſi tandẽ ſeruentur. De beatis autẽ Angelis,quos etiã nonnulli exiſtimant ad Chriſti pacificatoris officiũ pertinere,déque toto hoc loco quid mihi videatur, expoſui pluribus Epheſ.1.b.10,ita tamẽ vt doctiſſimorũ interpretum ſententiæ nihil præiudicatum velim, quos ego (ſi quiſquam alius) ex animo(ſicuti per eſt nobiliſſima Dei organa)ſuſpicio & amplector. Sibi,εἰς αὐτόν. Id eſt ἑαυτῷ,vt 2.Cor.5.d.19.Reſpõdet enim præpoſitio εἰς literæ Hebræorum ל, vt aliquoties iã annotauimus. Vulg. In ipſo,idque perperã:quum præceſſerit δι' αὐτοῦ, per eum,& in omnibus emẽdatis libris veteribus ſcriptum ſit εἰς αὐτόν. Eraſ. Erga ſeu rectè quidem,ſed inuſitatè. Per eum, *inquam*, δι' αὐτοῦ. Hoc explico per epanalepſin,quod alioquin eſt expungendum. Comperimus enim in veteribus libris duobus non eſſe adſcriptum.Græca autem ſcholia εἰρηνοποιήσας connectunt cum verſiculo 18, & δι' αὐτοῦ legunt pro δι' ἑαυτοῦ,id eſt per ſe.

21 Itaque,καί. Καὶ pro καὶ ὑμᾶς vel ὅτε,vt alibi ſæpe annotauimus,ex Hebræorũ *idiotiſmo*. Nunc enim Paulus à theſi ad hypotheſin deſcendit.i.generalem doctrinã peculiariter applicat Coloſſenſibus, nõnulla interim permiſcens quæ pertinent ad authoritatẽ doctrinæ ſuæ conciliandã. Mẽte operibus malis *intenta*, τῇ διανοίᾳ ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς πονηροῖς. Hanc veram eſſe ſententiam huius loci puto,ſiue hoſtes accipiamus paſſiuè, quòd Deo eſſent exoſi:ſiue actiuè,quòd Deum odiſſent. διάνοια igitur vocat præſtantiſſimam animi facultatem, eam videlicet qua cogitamus & ratiocinamur:& ibi veluti ſitam fuiſſe docet harum inimicitiarum arcem, vnde poſtea omnis generis ſcelera eruperint:tantum abeſt vt aliquid in homine rectum fuerit.Non probo igitur Ambroſii & Hieronymi opinionem,qui διάνοιαν ad Deum referunt.Sic enim vertit Ambroſius, Et inimicos conſiliorum eius in operibus malis.Hieronymus autem in epiſtola ad Iohãnem Epiſcopum Hieroſolymitanum,Et inimici ſenſus eius.At Paulus nuſquã vtitur hac loquendi formula,& pronomen ἑαυτοῦ non addit.Sed multo magis reprehendo aliam interpretationem quam proponit Eraſmus in annotationibus, nempe vt τῇ διανοίᾳ cõuertamus tertio caſu,menti,hoc modo,Inimici,ſed cuinempe menti. Etenim qui carni ſeruit, repugnat rationi. Hæc ille,ſententia Apoſtoli non modò non expreſſa,ſed etiam prorſus deprauata. Statuit enim mentem ſiue rationem carni reſiſtere etiam in non regeneratis, ſicut philoſophi in Ethicis diſputant περὶ τῆς ψυχῆς λογικοῦ & τοῦ ἀλόγου,quũ contrà Paulus,totáque adeo Scriptura,vix quicquam maiore contentione clamet quàm in ratione ipſa corruptionem illam natiuã potiſſimùm regnare,quæ etiã propterea carnis appellatione in primis comprehenditur,vt expoſuimus Rom.6.b.12.& apertè dicitur Rom.8.b.7.Eph.4.d.17 & 18,& infrà,2.d.18, Eph.2.a.1,& aliis innumerabilibus locis. Mens enim ſiue Spiritus,Deo ſeruiens & carni reluctans, donum eſt gratiæ in ſolidum,non naturæ,vt Epheſ.1.d.18,& 4.f.13,1.Iohan.5.d.20.Itaque hanc interpretationem apertè non tantùm repudio,ſed etiam deteſtor.Vulg.Inimici ſenſu,in operibus malis.Eraſ.Inimici mente,in operibus malis. Ego verò ſtudui perſpicuitati. Videtur tamen Terẽtius hoc ipſum dicendi genus vſurpaſſe, quum apud eum diceret ſeruulus, Iamdudum eſt animus in patinis. Nunc ſanè,νυνὶ δέ, pro Nũ,vt ſæpe apud Platonem. Alioquin hærebit ſententia,niſi malimus παρέλαυν.qua de re pluribus doctiſſimus Budæus in Coment. Nã ſuperiorẽ verſiculum (id eſt viceſimumprimum)connectere cum viceſimo, prorſus videtur violentum. Reconciliauit, ἀποκατήλλαξεν. Mutat perſonam.Nunc enim de Filio loquitur,vt apparet ex eo quod de corpore & morte ſubiicitur.Legitur enim αὐτῷ in codicibus emendatis.

22 In corpore illo carnis,ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ,id eſt carneo.Additur autem corpori epitheton,

non quòd aliud aliquod corpus olim habuérit Chriſtus, aut nunc habeat, ſed vt hoc corpus ſciamus minimè aut fuiſſe aut eſſe imaginarium, ſed verè humanum, & noſtrorum corporum, quod ad οὐσίαν attinet, prorſus ſimile. Quod autem attinet ad infirmitatem, quæ & ipſa ſignificatur carnis appellatione, fuit quidem illa prorſus etiam obnoxium Chriſti corpus, excepto duntaxat peccato: ſed ipſius reſurrectione fuit hæc infirmitas terminata: quemadmodum etiam eadem in nobis, qui illius ſumus participes, noſtra reſurrectione terminabitur, vt copioſè expoſuit Apoſtolus 1. Cor. 15. Vt ſiſteret vos, παραστῆσαι ὑμᾶς. Hic habemus veram iuſtitiæ Dei ſiue Chriſti deſcriptionem: cuius impetratione non modò abſoluimur, ſed etiam glorificamur. Poſſumus tamen hoc ad inchoatam etiam in nobis ſanctificationem referre: ſed mihi videtur illa expoſitio magis genuina. alioquin ſciemus his epithetis ornari noſtram iuſtitiam, non vt eſſe perfecta ſignificetur coram Deo, (ſtat enim illud quod ſcriptum eſt Pſal. 143. a. 2.) & Rom. 4. a. 2.) ſed vt à fucata & adulterina diſtinguatur.

Εἴγε ἐπιμένετε τῇ πίστει τεθεμελιωμένοι καὶ ἑδραῖοι, καὶ μὴ μετακινούμενοι ἀπὸ τῆς ἐλπίδος τοῦ εὐαγγελίου οὗ ἠκούσατε, τοῦ κηρυχθέντος ἐν πάσῃ τῇ κτίσει τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανόν, οὗ ἐγενόμην ἐγὼ Παῦλος διάκονος.

23 Si quidem permanetis in fide fundati & firmi, nec dimouemini à ſpe Euangelii quod audiſtis, *Euangelii inquam* prædicati omni creaturæ quæ ſub cælo eſt: cuius factus ſum ego Paulus miniſter:

23 *Si tamen permanetis in fide fundati & ſtabiles, & immobiles à ſpe Euangelij quod audiſtis, quod prædicatum eſt in omnem creaturã quæ ſub cælo eſt, cuius factus ſum ego Paulus miniſter:*

Νῦν χαίρω ἐν τοῖς παθήμασίν μου ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί μου, ὑπὲρ τοῦ σώματος αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἡ ἐκκλησία·

24 Qui nunc gaudeo de iis quæ patior pro vobis, & reliquias afflictionum Chriſti viciſſim expleo in carne mea, pro corpore ipſius, ia eſt Eccleſia:

24 *Qui nũc gaudeo in paſſionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ deſunt paſſionũ Chriſti, in carne mea, pro corpore eius, quod eſt Eccleſia:*

Ἧς ἐγενόμην ἐγὼ διάκονος κατὰ τὴν οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ, τὴν δοθεῖσάν μοι εἰς ὑμᾶς, πληρῶσαι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ·

25 Cuius *Eccleſiæ* factus ſum miniſter ex diſpẽſatione Dei, quæ data eſt mihi erga vos, ad implendum Dei ſermonem:

25 *Cuius factus ſum ego miniſter ſecũdã diſpẽſationẽ Dei quæ data eſt mihi in vos, vt impleã verbũ Dei,*

Rom. 16. d. 25
ephes. 3. b. 9
2. tim. 1. c. 10
tit. 1. a. 2
1. pet. 1. d. 20

Τὸ μυστήριον τὸ ἀποκεκρυμμένον ἀπὸ τῶν αἰώνων καὶ ἀπὸ τῶν γενεῶν, νυνὶ δὲ ἐφανερώθη τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ,

26 ‖Nempe myſterium abſconditum à ſeculis & ætatibus, nunc autem *illud* patefactum eſt ſanctis eius,

26 *Myſteriũ quod abſcõditũ fuit à ſeculis & generationibus: nũc autẽ manifeſtum eſt ſanctis eius,*

13 Omni creaturæ, ἐν πάσῃ τῇ κτίσει. Id eſt vniuerſis hominibus, ſiue in toto orbe, quacunque patet, vt Mar. 16. c. 15. Simpliciter autem Apoſtolus hac formula ſignificat Euangelium non terminari vnius ludææ angu ſtiis, ſed fulguris inſtar, ab Oriente ad Occidentem, denique per totum orbem inter quaſuis Gentes micare. Nam ad Gentium vocationem ſenſim accedit, cuius ipſe fuerit mirificum quoddam præ cæteris organum. Itaque inepti ſunt qui percontantur ecquid eo tempore ad antipodas aut nouum orbem peruenifſet Apoſtolorum prædicatio. Procul certè iam peruenerat Euangelii odor, quum hæc Paulus ex vinculis ſcriberet: ſed adhuc durat dies ille hodiernus de quo loquitur Dauid Pſal. 95. b. 7. Quæ ſub cælo eſt, τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανόν. Pleonaſmus quidem eſt, vt diximus Act. 4. b. 12. ſed cuius maxima ſit emphaſis. Similem formulam loquendi apud Homerum inuenias, quum inquit,

Λὶ γὰρ ὑπὲρ ἀϊόνων καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος
Ναιετάουσι πύλαις ἔσθ' ὑπὸ χθονίοις αἰθρήσσεσθαι, &c.

14 Qui nũc gaudeo, νῦν χαίρω. Aſſentior Veteri interpreti qui nõ legit χαίρω, ſed χαίρων, vel ἐς τωῦ χαίρω. Nam alioqui prorſus hiat ſententia. Cæterùm animaduerti Paulũ tum in hac epiſtola, tum in ea quam ſcripſit ad Epheſios, perpetua quadam oratione periodos inter ſe connectere. quem orationis characterem Græci εἱρομὲν vocant. Pro vobis, ὑπὲρ ὑμῶν. Id eſt, veſtro commodo ac fructu. Poteſt autem hoc cõiungi vel cum verbo χαίρω, gaudeo, vel cum παθήμασι, quaſi ſcriptum ſit τοῖς ὑπὲρ ὑμῶν. in quam ſententiam potius inclino, propter ea quæ in hoc extremo verſiculo ſubiiciuntur. Sed Theodoritus, Περὶ προνοίας lib. 10, legit ὑπὲρ Χριστοῦ, pro Chriſto. Reliquias afflictionum Chriſti, τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ. Id eſt, quod ſupereſt afflictionum Chriſti. Chriſto autem paſſo in ſeſe, (cuius vnius liuore ſanati ſumus) ſupereſt vt in ſuis etiam membris affligatur: non vt Eccleſiam redimat, quam ſanguine ſuo iam ſibi acquiſiuit, & ſemel vna oblatione in æternum ſanctificauit: ſed vt virtutem ſuam in quotidiana ſuorum infirmitate exerat: denique pro totius corporis conſolatione ac ſalute, vt mox dicemus. Hoc eſt igitur quod toties ait Apoſtolus, nos ſcilicet Chriſto συμπάσχειν, id eſt cũ habere æruumnarum noſtrarum ſocium, ac proinde vindicem. Ideo etiam clamabat è cælo, Saule, Saule, quid me perſequeris? Quam vocem proculdubio probè retinuerat Apoſtolus. Vulg. Ea quæ deſunt afflictionũ Chriſti. Eraſmus, Quod deerat afflictionum Chriſti. Eas verò interpretationes idcirco reiecì quòd ex his videam blaſphemos nonnullos occaſionem arripuiſſe, ſanctorum (quæ vocant) merita, atque adeo noſtras etiam quas appellant ſatiſfactiones, cum ſanguine Chriſti coniungendi, quaſi ad Chriſti ſatiſfactionem aliquid præterea de noſtro requiratur. Et audent impuri iſti canes nomen Chriſtianum vſurpare? Pro corpore ipſius, ὑπὲρ τοῦ σώματος αὐτοῦ. Quomodo hoc ſit accipiendum traditur copioſè 1. Cor. 1. a. 5 & 6. Item 4. b. 7, & d. 15. Quòd ſi impuri illi canes qui Chriſto alios adiungunt collegas, ipſũ Paulo optimo ſuiipſius interpreti non credunt, credant ſaltem Leoni quem ipſi inter Papas ſuos numerant. Accepere, inquit, iuſti, non dederunt coronas: & de fortitudine fidelium nata ſunt exempla patientiæ, non dona iuſtitiæ. 15 Ad implendum ſermonem Dei, πληρῶσαι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. Sermonẽ Dei vocat promiſſiones partim de Chriſto in genere, partim de vocatione Gentium. Eas igitur Dominus præſtitit miſſo ad Gentes Apoſtolo, qui Chriſtum eis patefaceret.

16 Sanctis eius, τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ. i, Quos ipſe in Chriſto conſecrandos ſibi ſelegit. Myſterium autem. i. arcanum redemptionis noſtræ, dicit abſconditum fuiſſe à ſeculis vel ætatibus, id eſt iampridẽ & ab omni æuo, paucis admodũ exceptis, qui & ipſi extra ordinẽ hoc didicerunt per gratiã: vel, abſcõditum omniũ ſeculorum & ætatũ hominibus, vt ſolet conſtrui apud Hebræos verbum נִצְפָּן. Nunc autem illud, νυνὶ δέ. Poſtulat conſtructio vt ſubaudiatur εὐῆν, & antè νυνὶ plenum punctum ſcribatur, ſicut nos diſtinximus.

Οἷς ἠθέλησεν ὁ Θεὸς γνωρίσαι τίς ὁ πλοῦτος τῆς δόξης τοῦ μυστηρίου τούτου ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὅς ἐστι Χριστὸς ἐν ὑμῖν, ἡ ἐλπὶς τῆς δόξης·

17 Quibus voluit Deus notum facere quæ ſint diuitiæ glorioſi huius myſterii inter Gentes, id eſt Chriſti inter vos, qui eſt ſpes illa gloriæ:

17 Quibus voluit Deus notas facere diuitias gloriæ ſacramenti huius in Gentibus, quod eſt Chriſtus in vobis, ſpes gloriæ.

Ον ἡμεῖς καταγγέλλομεν, νουθετοῦντες πάντα ἄνθρωπον, καὶ διδάσκοντες πάντα ἄνθρωπον ἐν πάσῃ σοφίᾳ, ἵνα παραστήσωμεν πάντα ἄνθρωπον τέλειον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ·

18 Quem nos annuntiamus, admonentes quemuis, & quouis erudientes omni ſapientia: vt quemuis ſiſtamus perfectum in Chriſto Ieſu:

18 Quem nos annuntiamus, corripientes omnem hominem, & docentes omnem hominem in omni ſapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Chriſto Ieſu.

Εἰς ὃ καὶ κοπιῶ, ἀγωνιζόμενος κατὰ τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ τὴν ἐνεργουμένην ἐν ἐμοὶ ἐν δυνάμει.

19 Ad quod etiam enitor, decertans ſecundum efficacitatem ipſius agentẽ in me potenter.

19 In quo et laboro, certans ſecundum operationem eius, quam operatur in me in virtute.

Κεφάλαιον βʹ

CAP. II.

CAP. II.

Θέλω γὰρ ὑμᾶς εἰδέναι ἡλίκην ἀγῶνα ἔχω περὶ ὑμῶν καὶ τῶν ἐν Λαοδικείᾳ, καὶ ὅσοι οὐχ ἑωράκασι τὸ πρόσωπόν μου ἐν σαρκί·

1 VElim enim vos ſcire quantum certamen ſuſtinea pro vobis & iis qui ſunt Laodiceæ, & quotquot non viderunt faciem meam in carne:

1 Volo enim vos ſcire qualẽ ſollicitudinem habeã pro vobis, & pro iis qui ſunt Laodiceæ, & quicunque non viderunt faciem meam in carne:

Ἵνα παρακληθῶσιν αἱ καρδίαι αὐτῶν, συμβιβασθέντων ἐν ἀγάπῃ, καὶ εἰς πάντα πλοῦτον τῆς πληροφορίας τῆς συνέσεως, εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ μυστηρίου τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς καὶ τοῦ Χριστοῦ.

2 Vt conſolationem accipiãt eorum corda, ipſis charitate compactis, & omni opulentia certò perſuaſæ intelligentiæ, ad cognitionem myſterii Dei & Patris & Chriſti:

2 vt cõſolẽtur corda ipſorum, inſtructis in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectũs, in agnitionem myſterij Dei & Patris et Chriſti Ieſu:

Ἐν ᾧ εἰσὶ πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι.

3 In quo ſũt oẽs theſauri ſapiẽtiæ ac cognitionis abſconditi.

3 In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi.

Τοῦτο δὲ λέγω ἵνα μή τις ὑμᾶς παραλογίζηται ἐν πιθανολογίᾳ.

4 Hoc autẽ dico neqs vobis imponat probabilitate ſermonis.

4 Hoc autem dico ut nemo nos decipiat in ſublimitate ſermonum.

17 Voluit, θέλησεν. Ita iniicit Paulus frænum curioſitati hominum. Quæ ſint diuitiæ, τίς ὁ πλοῦτος. Id eſt, quæ ſit amplitudo, ex idiotiſmo Hebræorum. Et hic rurſum miror quoſdam non fabricare ocſtauum aliquod ſacramentũ, quũ ſacramenti voce vtatur hoc etiã loco Vetus interpres, vt ſuprà, 5. g. 32. Id eſt Chriſti inter vos, ὅς ἐστι Χριστὸς ἐν ὑμῖν. Vulgata, Quod eſt Chriſtus in vobis: vt legiſſe videatur ὅ ἐστι. Eraſmus, Qui eſt Chriſtus in vobis: quum ὁ ἐθνῶν cõuerterit inter Gentes, & generalem doctrinam accommodet Paulus Philippenſibus, ideóque ἐν ὑμῖν ſimili prorſus ratione ſit explicandum. Diximus autem de hac conſtructione relatiui Eph. 3. c. 13. Annotat Eraſmus quoſdam codices habere εἰς ὑμᾶς, apud vos.

18 Quemuis, πάντα ἄνθρωπον. Non temere eſt quod Paulus ter hoc ingeminat, vt omne perſonarum diſcrimen ſublatum oſtendat. Omni, ἐν πάσῃ. Id eſt integra & abſoluta, quæ nimirum & abſoluta ſit in ſe, & ſuos ſectatores tandem perficiat.

19 Potẽter, ἐν δυνάμει. Ad verbum, Cum potentia, ex Hebræorum idiotiſmo. Vulg. In virtute. Eraſ. Per virtutem.

IN CAPVT II.

1 Quantum certamen ſuſtineam, ἡλίκον ἀγῶνα ἔχω. Vulg. & Eraſ. ἀγῶνα vertũt ſolicitudinem, non ſatis expreſſè. Neque enim dubium eſt quin Satan pias iſtas Apoſtoli cogitationes totis viribus impedierit: quãobrem etiam à re militari ſumpta eſt tranſlatio. Laodiceæ, ἐν Λαοδικείᾳ. Multæ ſunt hoc nomine ciuitates: hic verò puto eam ſignificari quæ Hierapoli & Coloſſis fuit vicina, & Lyco flumini impoſita. Nam etiam in vno veruſto codice additum erat καὶ ἐν Ἱεραπόλει, & eorum qui ſunt Hierapoli. Faciem meam in carne, τὸ πρόσωπόν μου ἐν σαρκί. Id eſt, me corpore præſentem.

1 Eorum, αὐτῶν. Eorum videlicet quos non viderat, ac de quibus proinde magis laborabat: inter quos erant etiam ipſi Coloſſenſes, vt potius dicendũ fuiſſe videatur ὑμῶν, veſtra. Sed Hebræis nõ ſunt duræ iſtæ mutationes perſonarum. Certò perſuaſæ intelligentiæ, τῆς πληροφορίας τῆς συνέσεως. Id eſt, eius intelligentiæ quæ certam & indubitatam perſuaſionem in noſtris animis gignit. Opponit enim τὸν πλοῦτον τῆς πληροφορίας, id eſt plenam (vt ita dicam) certiorationem, cæteris omnibus hominum iudiciis, qui rationibus humanis edocti, hoc vel illud de Dei natura, voluntate, & cultu opinantur. Deinde quæ ſit illa intelligentia explicatur: nimirum myſterii Euangelici cognitio, in quo nobis Deus vt Pater in Chriſto cognoſcendus proponitur. De nomine πληροφορίας diximus Luc. 1. 1. Vulg. Plenitudinis intellectus, quaſi πλήρωμα & πληροφορία ſint ſynonyma. Eraſ. Certæ perſuaſionis intelligentiæ ſeruato Hebraiſmo, cuius exempla ſingulis penè paginis occurrunt.

3 Sapientiæ & cognitionis, τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως. Articuli additi præſtantiã ſignificant certæ cuiuſdam ſapientiæ ac cognitionis. Sit ergo hæc aduerſus omnes technologias firmiſſima ratio, extra Chriſtum nullam eſſe verã ſapientiam. 4 Probabilitate ſermonis, ἐν πιθανολογίᾳ. Id eſt, oratione ad perſuadendũ cõparata: quòd etiam propriè ſpectat verbum παραλογίζεσθαι. Cic. 4. Academ. Certè tam multa non collegiſſet quæ nos fallerent probabilitate magna, niſi videret his reſiſti non facilè poſſe.

Εἰ γὰρ καὶ τῇ σαρκὶ ἀπειμι, ἀλλὰ πνεύματι σὺν ὑμῖν εἰμι, χαίρων καὶ βλέπων ὑμῶν τὴν τάξιν καὶ τὸ στερέωμα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ὑμῶν. 1.Cor.5.a.3

Ὡς οὖν παρελάβετε τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν Κύριον, ἐν αὐτῷ περιπατεῖτε·

Ἐρριζωμένοι καὶ ἐποικοδομούμενοι ἐν αὐτῷ, καὶ βεβαιούμενοι ἐν τῇ πίστει, καθὼς ἐδιδάχθητε, περισσεύοντες ἐν αὐτῇ ἐν εὐχαριστίᾳ.

Βλέπετε μή τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν διὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης, κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων, κατὰ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου, καὶ οὐ κατὰ Χριστόν.

Ὅτι ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς·

Καί ἐστε ἐν αὐτῷ πεπληρωμένοι, ὅς ἐστιν ἡ κεφαλὴ πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας·

Etsi enim corpore absum, spiritu tamen sum vobiscum, gaudens ac cernens vestrum ordinem, & soliditatē vestræ in Christum fidei.

Sicut igitur accepistis Christum Iesum Dominum, ita in eo incedite:

Radicati & superstructi in eo, ac confirmati fide, sicut edocti estis, abundātes ea cum gratiarum actione.

Videte nequis sit qui vos deprædetur per philosophiam & inanem deceptionem, secundū traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum.

Nam in eo inhabitat omnis plenitudo deitatis corporaliter:

Et estis in eo completi qui est caput omnis imperii, ac potestatis:

Nā etsi corpore absens sum, sed spiritu nobiscum sum, gaudēs, & videns ordinē vestrū, & firmamētum eius quæ in Christo est fidei vestræ.

Sicut ergo accepistis Iesum Christū Dominū, in ipso ambulate,

Radicati & superædificati in ipso, & confirmati fide, sicut & didicistis, abundantes in ea in gratiarum actione.

Videte ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem fallaciā, secundū traditionem hominum, secundū elementa mūdi, & non secundum Christum.

Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter:

Et estis in illo repleti qui est caput omnis principatus & potestatis:

5 Corpore, σαρκί. Vulg. & Eras. Carne, quod videtur obscurius hoc in loco. Ordinem, τάξιν. Intellige disciplinam Ecclesiasticam, sicut πίστιν vocat doctrinā ipsam, ex quibus veluti generalibus partibus constat Ecclesia, sed ita vt doctrina sit totius ædificii στήριγμα, id est fulcimentum.

6 Sicut, ὡς. Non est igitur sine distinctione standum iis quæ à maioribus accepimus, sed tum demum quum Christum, nobis, & quidem rite, tradiderunt.

7 Radicati, ἐρριζωμένοι. Erasmus, Sic vt radices habeatis in illo fixas. Vtūtur tamen illo verbo idonei authores, Plinius & Columella. Superstructi, ἐποικοδομούμενοι. Participium Græcum præsentis est tēporis, vt significetur nondū perfectam esse structuram, sed in actu esse, quod aiunt. De hoc autē ædificio vide Eph. 2. d. 21.

8 Qui deprædetur, ὁ συλαγωγῶν. Verbum militare: quod significat prædam abigere. Vulg. Decipiat: non expressa sententia. Videtur autem mihi Apostolus alludere ad pseudapostolorum sordes. Per philosophiam, διὰ τῆς φιλοσοφίας. Quod de Lege sæpe iam diximus, & iterum hoc in loco obseruādum est, idipsum est de philosophia existimāndum. Neque enim simpliciter damnatur ab Apostolo quū principiis cum vera philosophia communibus sæpe vtitur, & methodū quamaccuratissim. è obseruat, sed κατὰ, quatenus nimirum sese intra fines suos non continet, nec ad gloriam Dei fertur, sese denique verbo Dei regi non finit. Est autem hic locus diligentissimè obseruandus, in quo omnium falsarum religionum formæ ad tres species reuocantur. Prima est quæ ex speculationibus curiosis, & tamen reconditæ cuiusdam sapientiæ speciem habētibus, oritur, cuiusmodi est ἀγγελολατρεία, ex Trismegisti, Platonis, Plotini, Porphyrii, Iamblici, & similium commentis: ad quod etiam genus referenda est maxima Scholasticæ matæologiæ pars, quæ Euangelium cum Aristotelis & Auerrois & similium placitis permiscet. Alteram vocat Apostolus traditionem hominum, quæ tota est humanæ vanitatis partus, tota videlicet inanis ac manifestè superstitiosa, sita in rebus externis, & plerunque etiam apertè stultis & ineptis, sola nitens consuetudine, & cōtis enthusiasmis, accedente postea dæmonum efficacia: cuiusmodi est fere totus Papisticus cultus, ac præsertim Monastica illa perfectio, quam vocant. Tertia species tum erat illorum qui Iudaismum (quem vocat Apostolus Elementa mundi, id est Mosaicos ritus) cum Christianismo permiscebant, à quibus etiam orta est magna Papisticarum ceremoniarum pars, veteribus Episcopis ista Pauli verba nō satis attentè cōsiderātibus. Secundū elementa mūdi, κατὰ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου. Id est, Rudimēta quibus Dominus Ecclesiā suam quasi sub pædagogo erudiit, vt explicatur copiosè cap. 4. epist. ad Galatas. Itaq; non satis appositè à nonnullis disputatur in hunc locum de physicis illis quatuor mundi elementis.

9 Omnis plenitudo deitatis, πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος. Attingit scopum ipsum Apostolus, ab hypothesi ad thesin quæstionem reuocans. Neque enim aliam ob causam falsos cultus retinēt homines quàm quòd Christū vnū sufficere nō arbitrātur. Opponēdus est igitur illis Christus qualis est reipsa, nēpe ita verus homo vt sit verus Deus, & ita iūctis naturis vt vn⁹ sit Christus in quo vno perficimur. Illustris est igitur locus, si quisquā alius, & paucissimis verbis cōplectens quicquid de Christi persona nobis sentiendū est. Quū enim inquit ἐν αὐτῷ, in eo, manifestè duas naturas statuit, & quidem distinctas: & quum ait κατοικεῖ, coniunctionem declarat minimè temporariam, sed perpetuam, vt diximus Matth. 1. d. 23. Quamobrem etiam non scripsit κατῴκησεν, inhabitauit: sed κατοικεῖ, inhabitat, tempore videlicet præsenti. Præterea nō dicit νἱὸν θεότητος, i. diuinitatē, sed τὸν θεότητος, i. deitatem, vt magis etiam expressè loquatur. Quanuis enim hoc discrimē non semper obseruetur, quū θεῖον & θεὸς sæpe synonyma sint, tamen ἡ θεότης, id est diuinitas, qualitatem quandam videtur potius quàm naturā ipsam declarare: quamobrē etiam vsurpare malui parum Latinū nomen quàm de sententia Apostoli quicquā detrahere. Sed & quāuis Deus nō posset aliter quàm integer & in sese perfectus cōcipi, tamē prospiciēs Paulus eorū hæreses qui secundariū deū erāt annuntiaturi, nō scripsit simpliciter τὸν θεότητος, (deitatē) sed πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος (i. omnē plenitudinem deitatis) in Christo habitare: vt iam nulla sit causa cur vel Filius Patre minor cēseatur, vel hypostases cū οὐσία cōfundantur. Postremò vt plenè iā & apertè explicaret iſtius habitationis. i. cōiūctionis naturarū, mysteriū, addidit aduerbiū σωματικῶς, quod cōuerti ad verbū Corporaliter: vt significet, nō ex virtutis cōmunicatione, aut efficacitatis (sicut in Prophetis & sanctis omnibus dicitur Deus habitare) ne-

ſacramentali vnione. qua ratione petra dicitur fuiſſe Chriſtus, & Deus in templo & in medio pópuli ſui habitaſſe: ſed ſubſtantiali & hypoſtatica vnione (quam vocant) ſancitam eſſe hanc cóiunctionem, vt Deus & homo vnum Chriſtum conſtituant, ſicut homo ex anima & corpore conſtat hypoſtaticè coniunctis. Sed tamen non proſſus reſpondet iſta ſimilitudo, quia ſic coniuncta eſt hypoſtaticè Filii diuinitas corpori & animæ hominis, ad conſtituendum perfectum Chriſtum, vt ipſa tamen implere omnia non deſinat, nec à Patre aut Spiritu ſancto diſcerpatur. Itaque mihi quidem videtur non ſatis expreſſa eorum ſentẽtia qui aduerbium ἐν ᾧ καὶ opponunt duntaxat ceremoniarum vmbris. Malui autem ego ad verbum explicare totum hunc locum quàm magis Latinas voces conſectando, non omnia exprimere.

Ἐν ᾧ καὶ περιετμήθητε περιτομῇ ἀχειροποιήτῳ, ἐν τῇ ἀπεκδύσει τοῦ σώματος τῶν ἁμαρτιῶν τῆς σαρκός, ἐν τῇ περιτομῇ τοῦ Χριστοῦ.

11 In quo etiam circuncíſi eſtis circuncíſione quæ fit ſine manibus, dum corpus carnis peccato obnoxiæ exuiſtis per circuncíſionem Chriſti:

11 *In quo & circuncíſi eſtis circuncíſione non manu facta, in expoliatione corporis carnis, in circuncíſione Chriſti:* Rom.2.d.15

Συνταφέντες αὐτῷ ἐν τῷ βαπτίσματι, ἐν ᾧ καὶ συνηγέρθητε διὰ τῆς πίστεως τῆς ἐνεργείας τοῦ Θεοῦ τοῦ ἐγείραντος αὐτὸν ἐκ νεκρῶν.

12 Conſepulti cum eo per Baptiſmum, per quem etiã cum eo reſurrexiſtis per fidem Dei efficaciter agentis, qui excitauit eum ex mortuis:

12 *Cõſepulti in Baptiſmo in quo & reſurrexiſtis p fidẽ operationis Dei. qui ſuſcitauit illum à mortuis.* Rom.6.a.4 ephe.2.d.13

Καὶ ὑμᾶς νεκροὺς ὄντας ἐν τοῖς παραπτώμασι καὶ τῇ ἀκροβυστίᾳ τῆς σαρκὸς ὑμῶν, συνεζωοποίησε σὺν αὐτῷ, χαρισάμενος ὑμῖν πάντα τὰ παραπτώματα·

13 Vósque mortuos in peccatis & præputio carnis veſtræ, cum eo viuificauit, condonatis vobis omnibus peccatis,

13 *Et uos quũ mortui eſſetis in delictis & præputio carnis veſtræ, conuiuificauit cum illo, donans uobis omnia delicta:* Epheſ.2.a.1

Ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον τοῖς δόγμασιν, ὃ ἦν ὑπεναντίον ἡμῖν καὶ αὐτὸ ἦρκεν ἐκ τοῦ μέσου, προσηλώσας αὐτὸ τῷ σταυρῷ·

14 Ac deleto quod aduerſum nos erat rituum chirographo: quod, inquam, erat nobis cõtrarium, ipſe verò cruci affixum è medio ſuſtulit.

14 *Delem quod aduerſus nos erat chirographum decretis, quod erat cõtrarium nobis, & ipſum tulit de medio, affigens illud cruci:* Epheſ.2.c.15

11 In quo, ἐν ᾧ. Eraſ. Per quem. Mihi verò videtur illud omnino retinendum ex quo melius intelligatur vinculum membrorum & capitis. Hæc autem pertinent ad confutationem tertiæ ſpeciei falſæ religionis. (de qua paulò antè dixi) vſque ad verſum 18, à quo demum incipit Apoſtolus aduerſus primam ſpeciem agere.

Corpus carnis peccato obnoxiæ, τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας τῆς σαρκός. Periphraſis eſt veteris hominis, quem etiã corpus peccati ſolet vocare, vt Rom. 6.b.6. vbi pluribus etiam expoſuimus quæ de Baptiſmo, ſepultura & reſurrectione commemorantur in proximis aliquot verſiculis. Eraſmus ad verbum, Corpus peccatorum carnis. Notandus eſt autem hic locus aduerſus eos qui ſacramentorum ſub Lege virtutem eneruant. Neque enim circuncíſione negat veteres illos fuiſſe in Chriſto ſanctificatos, quam alibi vocat ſigillum iuſtitiæ fidei: ſed circuncíſionem nudam, & à re ipſa (id eſt à Chriſto) ſeparatam, atque adeo iam abolitam, ſpectat, cui opponitur circuncíſio Chriſti, id eſt Chriſti Spiritu facta: quanuis Coloſſenſes ſignum non haberent circuncíſionis, quia videlicet ſucceſſerat Baptiſmus, vt poſtea explicat.

12 Per Baptiſmum, ἐν τῷ βαπτίσματι. i. διὰ τοῦ βαπτίσματος. Vt loquitur Rom. 6.a. 4. Sed in primis obſeruandum eſt, hoc non tribui operi operato, quod vocãt, verùm integram actionem (id eſt rem ipſam) cum ſigno, cauſas denique omnes coniungi. Ideo diſertè addit Apoſtolus διὰ τῆς πίστεως, Chriſtum deſignans, & quidem qui reſurrexerit: expreſſo etiam fidei nomine, & efficacitatis Dei, cui nimirum fidem ipſam, totũ denique Baptiſmi fructum, in ſolidum oportet acceptum ferre. Per fidem, &c. διὰ τῆς πίστεως, &c. i. Quæ à Deo manat per vim ſuam in cordibus noſtris agente, vt per eam Chriſtum mortuum, ſepultum, ſuſcitatum apprehẽdamus. Vulg. & Eraſ. Per fidem operationis Dei.

13 Mortuos, &c. νεκροὺς, &c. Vide Act. 8.d.13, & Eph. 2.a.1. Et præputio. Καὶ τῇ ἀκροβυστίᾳ. Vide Eph. 2.c.11.

14 Ac deleto, ἐξαλείψας. Omnino ſubaudienda eſt copula, quæ duo participia χαρισάμενος & ἐξαλείψας cum verbo συνεζωοποίησεν connectat. Rituũ chirographo, τῷ χειρογράφῳ τῶν δογμάτων. i. Abolitis ritibus quibus tanquam aliquo chirographo, ipſi noſtra manu reatum noſtrum aduerſum nos obſignabamus. Ritus enim ceremoniales ſi per ſe conſiderentur, & ſeorſum ab eo quod adumbrabant, id eſt à Chriſto, (vt ab iis ſanè conſiderabantur qui per eos non Chriſtum adumbrari, ſed ſalutem nobis aliqua ex parte præſtari contendebant) quid aliud erant quàm miſeræ hominum conditionis publica profeſſio? Nam circuncíſio ita vſurpata, natiuam pollutionem ablutiones, peccatorum ſordes: victimæ denique capitalem reatum publicè teſtabantur. Chriſtus igitur quum nos ab iis omnibus ſanguine ſuo repurgarit, dicitur etiam chirographum deleuiſſe. Cur enim perſoluto ad vltimum vſque quadrantem ære noſtro alieno, maneat chirographum? aut manente integro chirographo apud bonæ fidei creditorem, qualis Deus eſt, idque ex debitoris conſenſu, imò verò ipſo debitore ita poſtulante, quis perſolutum æs alienum dixerit? Hanc eſſe germanam huius loci explicationem (vt ſpero) fatebitur quiſquis contentioſus non erit. Itaque ſubaudienda eſt præpoſitio ἐν, quæ adſcribitur Epheſ. 2. c. 15. & τοῖς δόγμασιν connectendum eſt cum τὸ χειρόγραφον. (vt ſignificetur chirographum in ipſis ritibus ſitum fuiſſe) non autem cum ὃ ἦν ὑπεναντίον, vt per tranſiectionem conuerſit Eraſmus, quẽ in eo meritò reprehendit doctiſſimus interpres. τὰ δόγματα verò ea demũ vocat quæ Hebr. חקים appellãt, & ritus malui quã decreta interpretari, ob eas cauſas quas expoſuimus Eph. 2. c. 15. Itaque Græci interpretes magnopere à ſcopo aberrarunt quũ chirographi nomẽ vel ad ea Iſraelitarũ verba referũt quæ ſcripta ſunt Exo. 19. b. 8: vel ad interdictũ illud Adamo præſcriptũ Gen. 2. c. 17. δόγματα verò intelligũt vel fidẽ in Chriſtum, vel pietatis præcepta: quaſi dicatur Chriſtus chirographum quod contra nos ſcriptum erat, deleuiſſe τοῖς δόγμασιν, id eſt ſuis decretis, non modò non explicata commodè, ſed etiã prorſus depraua ta Apoſtoli ſententia. Vulgata ad verbum, Delens quod aduerſus nos erat chirographum decretis, quod erat contrarium nobis. Eraſmus, Deleto quod aduerſus nos erat chirographo, quod nobis contrarium erat per decreta. Ipſe verò, καὶ αὐτό. Vulgata, Et ipſum. Eraſmus, Et illud. Ego ſtudendum putaui perſpicuitati, ac proinde relatiuum expunxi.

Απεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας ἐδειγμάτισεν ἐν παῤῥησίᾳ, θριαμβεύσας αὐτοὺς ἐν αὐτῷ.

15 Et expoliata imperia ac potestates traduxit palàm, triũphatis illis per eam.

15 Et expolians principatus & potestates, traduxit confidẽter palàm, triũphãs illos in semetipso.

Μὴ οὖν τις ὑμᾶς κρινέτω ἐν βρώσει, ἢ ἐν πόσει, ἢ ἐν μέρει ἑορτῆς, ἢ νουμηνίας, ἢ σαββάτων·

16 Nequis igitur vos damnet ob cibum, vel potum, aut respectu diei festi, aut nouilunii, aut Sabbathorum:

16 Nemo ergo nos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei, aut neomenia, aut Sabbathorum:

Ἅ ἐστι σκιὰ τῶν μελλόντων, τὸ δὲ σῶμα τοῦ Χριστοῦ.

17 Quæ sunt vmbra rerum futurarum, at corpus, est Christi.

17 Quæ sunt umbra futurorũ, corpus autẽ, Christi.

Μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ καὶ θρησκείᾳ τῶν ἀγγέλων, ἃ μὴ ἑόρακεν ἐμβατεύων, εἰκῇ φυσιούμενος ὑπὸ τοῦ νοὸς τῆς σαρκὸς αὐτοῦ·

18 Nullus voluntarius moderator de vobis statuat ex subiectione & cultu Angelorum: sese ingerés in ea quæ nõ vidit, & temere turgens carnis suæ sensu:

18 Nemo nos seducat volens in humilitate & religione Angelorũ, quæ non vidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ:

15 Et expoliata imperia, ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχάς. Iterum supplẽda est copula quæ cõnectat duo verba ἔδειξεν & ἐθριάμβευσεν. i. sustulit & traduxit. Cæterùm miserè corruptũ fuisse hunc locum apparet ex Augustino & Hilario. Sic enim solet Augustinus hunc locum citare, Exuens se carnẽ, principatus & potestates exẽplauit. Hilarius verò, Exutus carnẽ & potestates ostentui fecit. Hæc obseruauit Erasmus, & putat eos legisse ἀπεκδυσάμενος activè, pro, Quum sese expoliasset, carne nimirum. Atqui Christus carnem nunquam abiecit: & manifestè ostendit Hilarius se pro τὰς ἀρχὰς, legisse τὰς ἁμαρτίας, vel τὸν σάρκα. Cæterùm appellatione imperiorum & potestatuũ significari Satanam cum angelis suis, res ipsa ostendit: qua de re diximus Eph. 6. b. 12. Traduxit, ἐθριάμβευσεν. i. Tanquam victor captiuos ignominiæ causa transuexit, vt exposuimus pluribus Mat. 1. c. 19. Eras. Ostentauit. At Thomas, Traduxit, inquit, sanctos in cælum. Aut traduxit, hoc est, expulit dæmonas ab homine. Tanti est momenti ex ipsis fontibus haurire. Palàm, ἐν παῤῥησίᾳ. Vbi est igitur crucis ignominia, quũ sibiipsi diabolus crucẽ fixerit, & tum demũ plena victoria sit potitus Christus quũ planè victus videretur? Vulg. Cõfidenter palàm, altero proculdubio adscripto ex margine. Ambros. In authoritate. Sic accipitur παῤῥησίᾳ. Ioh. 7. b. 13, & d. 26.

Per eam, ἐν αὐτῷ. Vel In ea, videlicet cruce, quæ fuit instar triumphalis currus, aut circumuecti trophæi. Sic legit & interpretatur Græcus scholiastes. Sic etiam Origenes in Exodũ, Homil. 4, qui tamẽ videtur legisse ἐν ξύλῳ, in ligno, quòd eam lectionem annotet Homil. 9, In Iesum Naue, vt Erasmus obseruauit. Plerique Græci codices legunt ἐν αὑτῷ. i. in semetipso, vt vertit Vetus interpres & Erasmus: sed si hoc retinemus, malim interpretari, Per sese. i. sua vnius vi. 16 Aut respectu diei festi, ἢ ἐν μέρει ἑορτῆς. Ἐν μέρει dixit pro eo quod Rabbini dicunt זה, vt si dicas in vernaculo nostro sermone, De la part, ou, à l'esgard d'une feste: vt etiam accipitur 1. Pet. 4. d. 16. Ἑορτὴ autem vocat solennes illos dies festos quos Hebræi מועדים appellant: distinguitque à Neomeniis & Sabbathis. Vulgata & Erasmus, In parte.

17 At corpus, &c. τὸ δὲ σῶμα, τοῦ Χριστοῦ. Corpus, vt rẽ firmã ac solidã, opponit vmbræ per se vanæ & inani. Corpus ergo rerũ futurarũ dicit esse Christi. i. ad Christũ pertinere ac spectare. is enim est in quo omnes promissiones sunt Etiã & Amẽ. Siue igitur res futuras interpretemur futuræ redẽptionis nostræ mysteriũ quod sub Lege expectabatur, atque adeo nouum ipsum fœdus: siue hoc nomine intelligamus vitã æternã & bona illa perpetua quæ nos manẽt: omniũ istarum rerũ corpus (i. firma ac solida veritas & substantia) meritò dicetur esse non ceremoniarum, sed vnius Christi, vt Iohan. 1. c. 18. Græca scholia & Augustinus quoque in epistola ad Paulinũ (vt Erasmus annotauit) aliam lectionẽ adferũt, puta vt ista cõnectantur cum iis quæ sequũtur, hoc modo, Corpus Christi. i. vos, qui corpus Christi estis, vel (vt Photio placet) qui corpus Christi accepistis, nemo diuertat à præmio quod cepistis credendo in illum. Sed hoc adeo est detortum vt nulla ratione admitti possit.

18 Nullus voluntarius moderator de vobis statuat, μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω θέλων. Iam incipit aduersus primum illud falsæ religionis genus agere quod diximus ex vanis speculationibus oriri, cuius etiam vnam speciẽ, nẽpe Angelorũ cultum, adfert. Cæterùm in hoc loco interpretando vsus sum iudicio meo, quòd nescio quomodo mihi nõ placuerint aliorũ interpretationes. Nã τὸ βραβεύειν, quod ad me attinet, nõ legi nisi pro regere ac moderari, atq; adeo pro διαιρίνειν. i. ius dicere, ac cognoscere: qua significatione apud Plutarchũ accipitur, sicut apud Aristotelẽ lib. Rhetoricorum 1, vt Eras. citat, ὁ βραβεὺς. i. iudex, dicitur ὁ τῶν ἀγώνων βραβευτὴς. i. iuris moderator, vt videlicet inter litigãtes decernat: trãslatione tamẽ (vt opinor) sũpta ab iis qui certaminibus præerãt, quos Græci Agonothetas & Athlothetas, Brabeutas deniq; vocãt, ἀγωνοθέτας, vt putãt grãmatici. Virgã enim solitos fuisse gestare gymnasiarchas, vel ex his Plutarchi in Antonio verbis apparet, ἐγύμνα πάρεδρα δὲ λήτορες, καὶ πὶ τ ἀγωνίας ἀθλοθέτης καὶ βραβεὺς εἶναι, ᾧ τ ῥαβδοῦχοι τὰ ῥάβδους ἐν ἱματίοις ἔφερον. Inuenio tamẽ apud Demosthenẽ καταβραβεύειν etiã de actore dictũ qui reũ peragat. i. condemnandũ curet: sicut τὸ δικάζειν & τὸ κρίνειν interdum ad ipsos litigãtes trãsfertur. Itaq; καταβραβεύειν mihi nõ possum aliter accipere quàm pro καταμαρτύρειν, sed ita vt tanquam de iudice dicatur, sicut etiam τὸ κρίνειν quo vsus est superiore versiculo. Nam omnino videtur imperiosam quandam potestatem Apostolus hoc vocabulo significare, ab iis pseudapostolis non aliter vsurpatam quàm si de suo illis licuisset, tanquam agonothetis ac veluti certaminis moderatoribus, præmia vel tribuere vel eripere. Exempli causa, qui leges audent hodie conscientiis præscribere, & modum etiam admetiri quo Deus pœnas (vt ipsi loquuntur) indulgeat, mónne isti planè agonothetarum & βραβευτῶν officium vsurpãt, quum vnum in cælis βραβευτὴν ac moderatorẽ habeamus? Itaque Paulus addidit θέλων, quod interpretor ἐθελοντὴς & αὐτοπροαίρετος. i. volũtarius, & hoc munus ipsi à nullo tributũ vltro vsurpans. Nam, (inquit Paulus de hac ipsa re differens, id est, de iis qui conscientias volebant suis traditionibus illaqueare, Rom. 14. 2. 4) Tu quis es qui de alieno seruo iudicas? Domino suo stat, aut cadit. Solent autẽ Hebræi participia pro verbalibus, quæ vocãt, nominibus vsurpare, vt sæpe iã annotauimus. Pro me verò etiã facit Photius qui καταβραβεύειν interpretatur καταμαρτύρειν, vt Ambrosius, Deuincat, & Augustinus, Cõuincat: q duo tamẽ videtur quasi ad actorẽ trãstulisse, quod ego (vt antè dixi) tanquã de iudice ac moderatore potius dictũ acceperim. Superest vt aliorũ interpretationes percurramus. Vulg. Nemo vos seducat. Eras. Nequis vobis palmã interuertat. Hieron. ad Algasiã quæstione decima, Nemo aduersum vos brauium accipiat. Putat enim καταβραβεύειν dici eũ qui iniquitate agonothetæ præmiũ amittat, & Græca scholia eorum etiã sententiã adferunt qui καταβραβεύειν tũ vsurpari dicunt

quum

quum penes alium eſt victoria, penes alium verò præmium. Sed hac ſignificatione (vt antè dixi) non memini hoc verbum vſquam legere: quam tamen amplectetur qui volet. Aliis placet non ad ipſos agonothetas ſed ad antagoniſtas referre, vt apud Virgilium, Niſus in ſtadio currens Salio præmium intercipit quod Euryalus obtineat: quo modo dicuntur Phariſæi nec in cælum ingredi, nec alios ingredi ſinere. Adfert etiam aliam declarationem Valla, nempe vt καταβραβεύειν τινὰ ſignificet aliquem propoſito præmio ad certamen euocare: cuius etiam dicti exemplum requiro. Sed nimium certè confidenter ſcripſit Hieronymus, hoc verbũ fuiſſe Ciliciis peculiare, quum ſit à Demoſthene, Iſocrate, Ariſtotele, Plutarcho vſurpatum. Quod autem attinet ad participium θέλων, Vetus interpres conuertit Volens, hiante ſententia: niſi pro libẽte ac voluntario accipias, vti nos fecimus: vel pro ἐμβατεύων legas ἐμβατεύων, contra omnium codicum fidem. Eraſ. Dedita opera. Græca verò ſcholia ſupplent τὴν αἵρεσιν, vt ſit plena ſententia, Volens *hoc facere*. quas eclipſes nuſquam velim admittere niſi quũ prorſus ſunt neceſſariæ. Caſtellio verò θέλων accipit pro δεόμενον, vt qui cõuerterit, In modeſtia & Angelorum cultu ſibi placens: nam paulo pòſt etiam Paulus meminit τῆς ἐθελοθρησκείας, ſed tamen ſenſu nonnihil diuerſo. Suum cuique iudicium liberum eſto. Ex ſubiectione, ὑπὸ ταπεινοφροσύνης. Id eſt, ſtolida demiſſione animi: quum alioqui inter ſummas etiam virtutes numeretur ταπεινοφροσύνη. Neque enim iſti Angelorum cultores aliud magis vrgebant, quàm nimium eſſe arrogantes qui auderent ad Deum ſtatim perrumpere: ac proindè beatorum ſpirituũ dicebant implorandas interceſſiones, quod nec ipſi philoſophi præſertim Platonici ignoraſſent. Denique idipſum docebãt quod hodie boni illi & modeſti homines iactãt, qui non tantùm Angelorum, vt illi, ſed etiam ſuorum diuorum interceſſionem vrgent. Cultu, θρησκείᾳ. Hoc quoque nomen ponitur in vitio in hoc loco, deductum à Thracibus, apud quos Orpheus deorum cultum inuenerit, quo poſtea vſi ſunt Græcorum plerique. Sic enim Nanzianzenus, οὐδὲ Θρᾳκῶν ἔργα ἔῶσι, παρ' ὧν ἡ θρησκεία, φησὶ, λέγεται. Ad veram tamen religionem accõmodatum eſt Iacobi 1.d.27. Vulg. Religione Angelorum. Eraſ. Superſtitione Angelorum. In ea quæ non vidit ſe ingerens, ἃ μὴ ἑώρακεν ἐμβατεύων. Budæus, In eorum quæ non vidit poſſeſſionem ingrediens, vel pedẽ ponens. Hoc enim declarat τὸ ἐμβατεύων. Sed aſſentior doctiſſimo interpreti qui hoc quidem ſignificari, ſed modo quodam magis inuidioſo, rectè cenſuit. Verbi gratia, proponatur nobis ille Pſeudodionyſius, quorundã deliciæ, qui ſimilia planè habent labra lactucis: quis confidentius de vllis rebus ſcripſit quàm ille de cæleſti hierarchia? Diceres hominem è cælo delapſum, qui aliquot annos illic conſumpſerit, vt cæleſtis politiæ formam muneráque omnia per otium deſcriberet. Huius exemplum ſequuti ſunt belli homines illi qui Eccleſiaſticam hierarchiam tanquam illius αὐτόπται deſcripſerunt, quique Purgatorii, Lymbi, ipſorum denique inferorum cœnacula & contignationes non modò in chartis depinxerunt, ſed etiã ipſis tenerorum hominum animis inſculpſerunt. Iam verò ſi roges, Vndénam iſta? qui minus erunt improbi, reſpondebunt, Ex Spiritus ſancti reuelatione. Putãt enim quicquid ipſi ſomniant, à Spiritu ſancto emanare. Aliis erit ſine dubio hæreticus quiſquis hoc rogarit. At Paulus fontes aperit, quum hæc ab iis proficiſci dicit qui iudicis (id eſt vnius Chriſti) officium vltro vſurpent, qui ſimulata modeſtia ac religione hominibus illudant, qui de iis quæ non viderunt, quaſi rebus ſibi abundè cognitis ac tritis, ſubtiliſſimè garriant, qui non Spiritu Dei, ſed ſenſu carnis ſuæ, id eſt vanitate, toti intumeſcant: qui denique caput Eccleſiæ Chriſtum non retineant. Nam (vt infinita alia omittam) quale illud eſt quod contentiſſima voce boant. Roga Patrem, iube Natum? Et illud, Iure matris impera? Et illud, Felix cæli porta? Et illud, Regina miſericordiæ, vita, dulcedo, & ſpes noſtra? Sed hæc omnia videlicet lapidi etiam & ligno dicere, non eſt Chriſtum pro capite non agnoſcere, modò omnes blaſphemias termines hac clauſula, Per Chriſtum Dominum noſtrum. Sed (vt ad rem redeam) ἐμβατεύων Auguſtinus interpretatur Inculcans: Ambroſius, Extollens: quas interpretationes non probo. Vulg. Quæ non vidit ambulans, barbaré. Eraſmus poſt Hieronymum, Faſtuoſè incedens. Putauit enim ductum verbũ à tragicis cothurnis qui ἐμβάδες dicũtur: ſed exemplum idonei ſcriptoris nullum profert. Quòd autem ſublata negante particula quidam legerunt, Ea quæ vidit, manifeſtè puto deprauatum. Temere, εἰκῇ. Id eſt ſine ratione. quæ enim tantæ vanitatis ratio conſtare poteſt? perinde nimirum ac ſi cum ratione velis inſanire. Vulg. & Eraſ. Fruſtra. id eſt ſine fructu, pro quo Græcè potius dicitur μάτην. Turgens, φυσιούμενος. Inanis ergo flatus eſt quicquid ab iſtis mentibus proficiſcitur. Hoc enim eſt quod ſenſum carnis vocat, nempe præclarum illud κενοφωνίαν, quod vnum ſequuti philoſophi non mirum ſi longiſſimè à ſcopo aberrarunt.

Καὶ οὐ κρατῶν τὴν κεφαλήν, ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα διὰ τῶν ἁφῶν καὶ συνδέσμων ἐπιχορηγούμενον καὶ συμβιβαζόμενον αὔξει τὴν αὔξησιν τοῦ Θεοῦ.	19 Neque ᵛ obtinens caput, ᵛ ex quo totum corpus per commiſſuras & compages ᵛ ſuppeditatũ & compactũ, augeſcit Dei ᵛ augmento.	19 *Et non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones ſubminiſtratum & conſtructum, creſcit in augmentum Dei.*
Εἰ οὖν ἀπεθάνετε σὺν τῷ Χριστῷ ἀπὸ τῶν στοιχείων τοῦ κόσμου, τί ὡς ζῶντες ἐν κόσμῳ δογματίζεσθε,	20 ᵛ Itaque ſi mortui cum Chriſto, *liberi* eſtis ab elementis mũdi: quid vt ᵛ viuentes in mũdo, ᵛ ritibus oneramini,	20 *Si ergo mortui eſtis cũ Chriſto ab elementis mundi, quid adhuc tanquam viuentes in mundo, decernitis,*

19 Obtinens, κρατῶν. vel, vt Vulgata, Tenens. Vide Mar. 7.a.3. ᵛ Ex quo, ἐξ οὗ. Ex quo videlicet Chriſto. Videtur tamen dicendum fuiſſe ἐξ ὅς, quum præceſſerit κεφαλήν: ſed ſententiæ non dictionis habita eſt ratio: vt in illo Euripidis, οἶκτρα δ' οὐ πίνει. item,

Καπὶ᾽ Ἀχιλλεῖ πᾶν στράτευμ' Ἑλλανικὸν
Πρὸς οἷσιν ἀδύνατος ἀνταλύσαι πολέμου.

quod annotare placuit, nequis propter vnum & alterum ſolœcophanes, cum Hieronymo Paulum faciat prorſus barbarum & elinguem. Vide autem in hunc locum ea quæ ſcripta ſunt Epheſ. 4.d.16. Suppeditatum, κεχορηγημένον. Vulg. & Eraſ. Subminiſtratum. Hoc eſt autem quod vulgò dicimus *ſuppeditare*. & hoc ipſo participio ſic vtitur Plutarch. in Cæſare, ſic ſcribens, Περικλῆν τὸν Παραλίτην ἱδρυμένον ἐκ παλαιοῦ, καὶ χορηγούμενον ἐκ τῆς τῶν ἀνδραπόδων κατηχούσης. Item Diodorus lib. 2, διὸ δὴ σωλῆσι καὶ τόμοις καὶ πίσσῃ καὶ ἄλλαις τοιούτοις ὑποφαίνουσι σκευαῖσιν, κεχορηγημένη. Vide Epheſ. 4.d.16. Augmento Dei, τοῦ αὐξάνειν τὸ Θεοῦ. Id eſt augmento quod à Deo proficiſcitur, nimirum à Chriſti capitis Spiritu, cui opponitur inanis ille flatus, quo non creſcunt ſed turgent homines.

20 Itaque ſi mortui cum Chriſto, *liberi* eſtis ab elementis mundi, εἰ ἀπεθάνετε σὺν τῷ Χριστῷ ἀπὸ τῶν στοιχείων τοῦ κόσμου. Iam pugnat Apoſtolus aduerſus ſecundam illam falſæ religionis ſpeciem, quæ ſita eſt in traditionibus manifeſtè ſuperſtitioſis: vtitúrque argumento à comparatis ſumpto. Ceſſantibus enim illis ipſis ritibus qui-

bus olim Deus ipſe mundum erudiit, quæ eſt impudentia humanas traditiones inculcare? Itaque τὴν ἀπολύτρωσιν hoc in loco accipitur ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, pro liberum & immunem fieri, quemadmodum etiam τὸ ἀπολυτροῦσθαι Rom.6.b.7.idque duplici reſpectu, primùm, quòd morte tollatur perſonalis (quam vocant) obligatio, vt etiam explicat Paulus in eo loco: deinde quòd hæc noſtra liberatio à mortis Chriſti participatione pendeat, qui nouum fœdus, abolito priore, ſanxit ſuo ſanguine, vt in epiſtola ad Hebræos copioſè exponitur. Ideo addidit Apoſtolus σὺν τῷ Χριστῷ, cum Chriſto. Adieci tamen aliquid vt planior eſſet loquutio. Ilem enta verò mũdi quæ ſint expoſuimus ſuprà verſu octauo. Vt viuentes in mundo, ὡς ζῶντες ἐν κόσμῳ, id eſt quaſi veſtra felicitas ſit in rebus iſtis terrenis poſita, ac non potius ſpirituale ſit Dei regnum. Ritibus oneramini, δογματίζεσθε. Vetus interpres, Decernitis, quod non probo. Eſt enim δογματίζεσθαι paſſiuè accipiendum, neque hic ſignificat decernere. Itaque ſuſpicatur Eraſmus eum legiſſe δογματίζειν, vt & Tertullianum, qui conuertit, Sententiam ferris. Sed ne Eraſmi quidem verſio mihi ſatisfacit qui interpretatur Decretis tenemini. Neque enim vſquam reprehenduntur Coloſſenſes quòd pſeudapoſtolis eſſent obſequuti, ſed contrà laudatur eorum conſtantia ſuprà, verſu 5. Admonẽtur tamen vt ſibi caueant ab iis qui iam eos erant aggreſſi. δογματίζεσθαι verò appellatione traditiones proculdubiò intelligit, non autem ipſas diuinæ Legis ceremonias: traditiones, inquam, in delectu ciborum & pollutionibus ſitas, quarum ſæpe fit mentio in Euangelio, & quarũ pleni ſunt Thalmudici.

Μὴ ἅψῃ, μηδὲ γεύσῃ, μηδὲ θίγῃς; — 21 ᵛNe attigeris, neque guſtaris, neque contrectaris? — 21 *Ne attigeris, neque guſtaueris, neque contrectaueris?*

Ἃ ἐστι πάντα εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρήσει, κατὰ τὰ ἐντάλματα καὶ διδασκαλίας τῶν ἀνθρώπων. — 22 ᵘQuæ omnia ipſo vſu pereũt, ᵛpræſcripta ex mandatis & doctrinis hominum. — 22 *Quæ ſunt omnia in interitum ipſo uſu, ſecundum præcepta & doctrinas hominum.*

Ἅτινά ἐστι λόγον μὲν ἔχοντα σοφίας ἐν ἐθελοθρησκείᾳ καὶ ταπεινοφροσύνῃ καὶ ἀφειδίᾳ σώματος, οὐκ ἐν τιμῇ τινι πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκός. — 23 Quæ ᵛrationem quidem habent ᵛ ſapientiæ ᵛ in cultu voluntario ᵛ & ſummiſſione animi, & in eo quòd corpori non parcant: ᵛnon *tamen* vllius ſunt pretii, ᵛ quum ad ea *ſpectent* quibus farcitur caro. — 23 *Quæ ſunt rationem quidem habentia ſapientiæ in ſuperſtitione & humilitate, & nõ adparcendum corpori, non in honore aliquo, ad ſaturitatem carnis.*

21 Ne attigeris, μὴ ἅψῃ. Verba ſunt pſeudapoſtolorũ μιμητικῶς expreſſa à Paulo. Itaque Ambroſius proculdubio aberrat à ſcopo, (quod & annotauit Eraſmus) hunc locum ita explicans, & paſſim etiam citans, quaſi Paulus iſta in illorum perſona non loquatur, ſed ab omni ſpecie rerum mundanarum deterreat.

22 Quæ omnia ipſo vſu pereunt, ἃ ἐστι πάντα εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρήσει. Vulgata ad verbum, Quæ ſunt omnia in interitum ipſo vſu. Eraſmus verò τῇ ἀποχρήσει conuertit abuſu: rectè quidem, & ex iuriſconſultorum diſtinctione, qui abuſum propriè in iis conſtituunt quæ vſu conſumuntur, id eſt quorum vſus in ipſa conſumptione poſitus eſt. Sed tamen vt omnem vitarem amphiboliam, vſum dicere malui: quum ſic etiam loquantur ipſi iuriſconſulti. Græca ſcholia mentionem faciunt τῶν ἀφειδούντων, vt fortaſſis legerint τῇ ἀποχρήσει. Colligit autem Paulus ex rerum iſtarum natura, in iis poſitum non eſſe regnum Dei, ſicut & alibi ſæpe. Vbi igitur quadrageſimalis, & ſextæ feriæ, piſcium eſus, quæ nonnullos iampridem non pudet ad Apoſtolos referre? Neque nos tamen piſcium eſum, ſed impietatem eorum damnamus qui iſtas tam diſertè damnatas hominum traditiones Chriſti beneficio adiũgunt. *Præſcripta* ex mandatis, &c. κατὰ τὰ ἐντάλματα. Quod ſuppleui, nemo nõ videt proſus congruere, ac etiam requiri, vt plana ſit ſententia. Alludit autem Paulus ad locum Eſaiæ 29.d.13, ex cuius collatione intelligi poteſt quàm firmum ſit hoc argumentum.

23 Rationem, λόγον. Id eſt, Videntur quidem exquiſita quædem res eſſe: vt quum dicitur aliquis eſſe præclara exiſtimatione, vel contrà nullo numero eſſe. Nam hæc omnia etiam ſignificat λόγος. Eraſ. Verbo tenus ſpeciem interpretatur. putat enim λόγον hoc loco ſonare ſermonem aut verba, vt opponatur rei. Sapientiæ, σοφίας. id eſt excellentis cuiuſdam doctrinæ, & è cælo potius allatæ quàm conſilio humano excogitatæ. Sic enim ſolet ſapientiæ nomen Paulus vſurpare. & quàm hoc verum ſit quod hic dicitur, mox ab Apoſtoli obitu res ipſa oſtendit, mundo intra aliquot annorum ſpatium, ita monaſticarum (id eſt diabolicarum) quarundam præſcriptionum præſtigiis faſcinato vt incredibilia videri poſſint quæ de iſtis nugis ſunt perſcripta, niſi ſuccedens Franciſcus & Dominicus, & nuper etiam Ieſuitæ illa omnia confirmaſſent, adeo quidem vt Franciſcum Ieſum rypicum (proh infandam blaſphemiam!) etiamnum hodie publicè decãntent. In cultu voluntario, ἐν ἐθελοθρησκείᾳ. Vulg. In ſuperſtitione. Eraſ. Per ſuperſtitionẽ. Ac verum quidem eſt nihil aliud hæc fuiſſe quàm inanem atque adeo impiam ſuperſtitionem: ſed tamen non deſcribit his verbis Paulus qualia hæc reuera fuerint, ſed qualia eſſe viſa ſint, & quos pietatis colores habuerint: nempe voluntarii cultus, ſummæ ſummiſſionis, denique neglectus corporis. Itaque hic primus eſt color humanæ ſuperſtitionis, quaſi homines vltro etiã plus præſtent quàm teneantur, & perfectiorem quandam viã inſiſtant, non cõtenti Legẽ Dei impleuiſſe. Hinc nata ſũt opera ſupererogationis, & redẽpta quibuſuis opibus merita monachorũ. Alludit autẽ Paulus ad volũtarias oblationes quas Hebr. נדבות appellant: quarũ tamen longè alia ratio fuit, quũ nec in doctrinã nec in ritibus quicquã vel mutare, vel addere, vel detrahere licuerit, niſi violato Dei verbo: quod Phariſæis Chriſtus exprobrauit. Et ſummiſ. καὶ ταπεινοφροσύνῃ. Alter color, quòd iſta videantur homines ad incredibilẽ quandam diectionem & ſummiſſionẽ affurgere, quũ nullũ inueniri poſſit nomen quo tam ſuperba iſta ſupererogatio, vel potius ſuperarrogantia, poſſit explicari. Vulg. Et humilitate. Eraſ. Et humilitatẽ animi. Et in eo quòd corpori nõ parcant, καὶ ἀφειδίᾳ σώματος. Sic neceſſariò cõuerti vt Pauli ſententiã planius exprimerẽ. Vulg. Et non ad parcendũ corpori, pro, Et ad non parcendũ corpori. Eraſ. Et Iæſionem corporis. Quis porro tam eſt hebes vt non videat hoc in loco monachorum regulas & pſeudapoſtolicas traditiones graphicè ab Apoſtolo deſcribi?

Non *tamen ſunt* vllius pretii, οὐκ ἐν τιμῇ τινι. Vſitatum eſt Hebræis ſubaudire aduerſationẽ particulã, vt Pſal.119.v.141, & 157, & Iohan.9.f.30. Liquet autem ex præcedente μὴ omnino ſubaudiendam eſſe aduerſationem in hoc quidem dicendi genere, vbi contraria comparantur. Contraria autem voco οὐκ ἐν τιμῇ τινι, ſiue τιμῆς εὐδοκίμου, id eſt nullius pretii nec dignitatis eſſe, & λόγον ἔχειν σοφίας, id eſt pro ſapientia æſtimari, ſiue ſapientiæ numero & loco haberi. Antea igitur dixit Paulus quid iudicet mundus de iſtiuſmodi præceptis hominum, propoſita vna ſpecie, nempe ciborum delectu: nunc verò quod ſit rectum de iis iudiciũ oſtendit. nempe iſta nullius eſſe pretii, quorũ tamen ſplẽdor maximus eſſe videatur. Scio tamen hũc locũ aliter ſolere explicari: ſed hãc ſententiã

mihi videtur poſtulare tum argumenti ſeries, tum ipſa conſtructionis ratio, & verborum quoque proprietas: quanquam nemini præiudicium adfero. Quum ad ea *ſpectent* quibus farcitur caro, πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκός, id eſt, quum in cibo & potu ſita ſint, in quibus non eſt poſitum regnum Dei, ſed in illis potius quæ ad Spiritus alimentum & ad vitã æternam referuntur, Rom. 14. c. 17, & 1. Cor. 6. c. 13, & 8. c. 8. Sunt igitur iſtæ potius ſumptuariæ leges, non autem de pietate ac religione, 1. Tim. 4. c. 7 & 8. Ergo (vt ad verba ipſius contextus veniam) quum hoc ſubiiciatur pro ratione cur iſta nullius ſint dignitatis, ſupplendum eſt participium ὄντα, vel *exiſtentia*. quæ eclipſis non magis eſt violenta quàm ſi Latine dicas, Nihil ad rem, ſub. pertinet. Appellatione autem τῆς πλησμονῆς non intelligitur actio, id eſt expletio ſeu farſura, ſed paſſiua ſignificatione idipſum quo farciendus eſt venter, vti ſæpe ſolent (præſertim apud Hebræos) hæc nomina vſurpari. Denique in nomine carnis tacita eſt antitheſis Spiritus, & præſtantioris illius (nempe ſpiritualis) vitæ, quam illi iactabant. Ideo malui carnem quàm corpus interpretari. Hæc igitur eſt (vt opinor) plana & appoſita explicatio huius loci alioquin perobſcuri. Sic autem interpretatus eſt Vetus interpres, Non in honore aliquo ad ſaturitatem carnis. Eraſmus verò, Nõ per honorem aliquem ad expletionem carnis. Caſtellio denique, immodica ſua licentia vſus, hæc infarſit ſuperiori verſiculo, quaſi ſcriptum ſit ἃ ἔδει πάντα εἰς φθορὰν τῇ κατεχέσει, οὐκ ἐν πᾶσι τοῖς, πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκός, id eſt, vt ipſe interpretatur, Quorum omnium is vſus eſt vt vſu pereant, & ad corporis expletionem pertineant, non vt in aliquo ſint honore. Mirabile ſanè hyperbaton, & quod nulli niſi peruerſiſſimi iudicii homini venire in mentem potuit. Quomodo verò cohærebunt ſequentia optimè nimirum, ſi ſuppleueris quidquis ex arbitrio. Iſta verò, inquit, placita ſunt (vbi verò iſta in Græco contextu) ex hominum præceptis atque doctrinis, quæ quidem ſunt eiuſmodi vt rationem habeant ſapientiæ, ob religionis ſpeciem, (ἐν ἐθελοθρησκείᾳ) atque modeſtiam, & corporis vexationem ſeueram. Hoc verò vtrum eſt ex Græco conuertere, an peruertere?

Κεφάλαιον γ΄

CAP. III. CAP. III.

Εἰ οὖν συνηγέρθητε τῷ Χριστῷ, τὰ ἄνω ζητεῖτε, οὗ ὁ Χριστός ἐστιν ὁ ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ καθήμενος.

1 Itaque ſi ˇ reſurrexiſtis cum Christo, ſuperna quærite, vbi Christus eſt ad dexteram Dei ſedens.

1 Igitur ſi conſurrexiſtis cum Christo, quæ ſurſum ſunt quærite: ubi Christus eſt in dextra Dei ſedens.

Τὰ ἄνω φρονεῖτε, μὴ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς.

2 Superna curate, non ˇ terreſtria.

2 Quæ ſurſum ſunt ſapite, nõ quæ ſuper terrã.

Ἀπεθάνετε γάρ, καὶ ἡ ζωὴ ὑμῶν κέκρυπται σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ Θεῷ.

3 Nam ˇ mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cũ Chriſto in Deo.

3 Mortui enim eſtis, & vita veſtra eſt abſcondita cum Christo in Deo.

Ὅταν ὁ Χριστὸς φανερωθῇ, ἡ ζωὴ ἡμῶν, τότε καὶ ὑμεῖς σὺν αὐτῷ φανερωθήσεσθε ἐν δόξῃ.

4 Quãdo Chriſtus vita *illa* noſtra, patefactus fuerit, tum & vos cum eo patefiet is ˇ glorioſi.

4 Quũ Christus apparuerit, vita veſtra, tũc & vos apparebitis cum ipſo in gloria.

Νεκρώσατε οὖν τὰ μέλη ὑμῶν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, πάθος, ἐπιθυμίαν κακήν, καὶ τὴν πλεονεξίαν, ἥτις ἐστὶν εἰδωλολατρεία,

5 ˇ Mortificate igitur membra veſtra terreſtria, ‖ ſcortationẽ, impuritatem, ˇ mollitiem, cupiditatem malam, & auaritiã, quæ eſt ˇ idololatria.

5 Mortificate ergo membra veſtra quæ ſunt ſuper terram fornicationẽ, immunditiam, libidinẽ, concupiſcentiam malam, & auaritiam, quæ eſt ſimulacrorũ ſeruitus. Ephes. 5. a. 3

Δι' ἃ ἔρχεται ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας.

6 Ob quæ ˇ venit ira Dei in filios contumaces.

6 Propter quæ venit ira Dei ſuper filios incredulitatis.

Ἐν οἷς καὶ ὑμεῖς περιεπατήσατέ ποτε, ὅτε ἐζῆτε ἐν αὐτοῖς.

7 ˇ Quibus in *vitiis* & vos verſabamini quondam, quum in iis viueretis.

7 In quibus & nos ambulaſtis aliquando, quũ viueretis in illis.

IN CAPVT III.

1 Reſurrexiſtis cum Chriſto, συνηγέρθητε τῷ Χριστῷ. De nouo fœdere & noua vita loquitur, quòd Spiritus Chriſti participes, quaſi tranſlati iam ſimus in alteram illam vitam, vbi nec cibo nec potu egebimus, ſed ſimiles erimus Angelis Dei. Laborãdum igitur vt quæ ſuperſunt veteris hominis reliquiæ, vi Spiritus profligentur, quem nobis largiri non poteſt eſca vel potus: non autem quærenda in iſtis externis rebus pietas. Cohærent verò inter ſe mori & reſurgere cum Chriſto, id eſt, Chriſti mortis participatione mortificari peccato, mundo, Legis denique elementis, atque adeo toti Legi, & reſurrectionis Chriſti participatione viuificari Deo: vt expoſitum eſt pluribus cap. 6 epiſt. ad Rom.

2 Terreſtria, τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Sic vocat, opinor, externa illa in quibus illi ſummã pietatis ponebant, quũ ea potius ſita ſit in rebus longè aliis, nempe in ſancta puræ vitæ meditatione.

3 Mortui eſtis, ἀπεθάνετε. Repete Cum Chriſto, καὶ τῷ κυρίῳ.

4 Glorioſi, ἐν δόξῃ. Vulgata & Eraſ. In gloria, obſcurè. Eſt autem Hebraiſmus, quem expoſuimus 1. Corinth. 15. f. 42.

5 Mortificate, νεκρώσατε. id eſt, omnem vim ac vigorem extinguite naturæ illius depraua tæ, quæ vos deorſum trahit, & prauos illos motus Spiritui repugnantes in vobis ciet. Hos autem motus & cupiditates eleganter vocat membra, quibus vetus homo (id eſt ratio ac voluntas hominis depranata) perinde vtitur ac corpus membris: vtpote quæ ipſius etiam corporis membra ſecum rapiant. Vide Rom. 6. b. 12. Mollitiem, πάθος. Sic vocat molles & effœminatos, qui & pathici dicti ſunt. Horat. Cum grege turpium Morbo virorum. Quem locum perappoſitè citauit Eraſmus. Vulg. Libidinem. Idololatria, εἰδωλολατρεία. Vide Epheſ. 5. a. 5.

6 Venit, ἔρχεται. Id eſt venire ſolet. Vide Epheſ. 5. a. 6.

7 Quibus in *vitiis*, ἐν οἷς. Quid ſit ambulare ſeu verſari in peccatis, diximus Epheſ. 2. a. 2. diſtinguuntur autem hoc in loco Ambulare & Viuere, ita vt hoc poſterius indicet naturæ habitum, illud verò ἐνέργειαν ipſam. Vide Act. 8. d. 13. Eraſ. verò manifeſtè depranauit ſententiam quum ἐν οἷς ad homines referret. Vertit enim, Inter quos, quum ſententia ipſa minimè ſit ambigua.

Νυνὶ δὲ ἀπόθεσθε καὶ ὑμεῖς τὰ πάντα, ὀργήν, θυμόν, κακίαν, βλασφημίαν, αἰσχρολογίαν ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν.

8 At nunc deponite etiam vos hæc omnia, iram, excandescentiam, malitiam, maledicentiam, verborum turpitudinē ab ore vestro.

8 Nunc autem deponite & vos omnia, iram, indignationem, malitiā, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro.

Μὴ ψεύδεσθε εἰς ἀλλήλους, ἀπεκδυσάμενοι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον σὺν ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ·

9 Ne mentimini alius aduersus alium, quum exueritis veterem illum hominem cum factis ipsius:

9 Nolite mentiri inuicem, expoliantes uos ueterem hominem cum actibus suis:

Καὶ ἐνδυσάμενοι τὸν νέον, τὸν ἀνακαινούμενον εἰς ἐπίγνωσιν κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος αὐτόν.

10 Et indueritis nouum illum, qui renouatur in agnitionem congruētem imagini eius qui ipsum condidit.

10 Et induentes nouum eum qui renouatur in agnitionem secundum imaginem eius qui creauit illum.

Ὅπου οὐκ ἔνι Ἕλλην καὶ Ἰουδαῖος, περιτομὴ καὶ ἀκροβυστία, βάρβαρος, Σκύθης, δοῦλος, ἐλεύθερος· ἀλλὰ τὰ πάντα καὶ ἐν πᾶσι Χριστός.

11 Vbi non est Græcus & Iudæus, Circuncisio & Præputium, barbarus, Scytha, seruus, liber: sed omnia & in omnibus Christus.

11 Vbi non est Gentilis & Iudeus, Circuncisio & Præputium, barbarus & Scytha, seruus & liber: sed omnia & in omnibus Christus.

Ἐνδύσασθε οὖν, ὡς ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ ἅγιοι καὶ ἠγαπημένοι, σπλάγχνα οἰκτιρμοῦ, χρηστότητα, ταπεινοφροσύνην, πραότητα, μακροθυμίαν·

12 Induimini igitur, vt electi Dei, sancti & dilecti, visceribus miserationum, benignitate, modestia, mansuetudine, lenitate:

12 Induite uos ergo, sicut electi Dei, sancti & dilecti, uiscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam:

Ἀνεχόμενοι ἀλλήλων, καὶ χαριζόμενοι ἑαυτοῖς, ἐάν τις πρός τινα ἔχῃ μομφήν· καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἐχαρίσατο ὑμῖν, οὕτω καὶ ὑμεῖς·

13 Tolerantes alii alios, & condonantes vobis mutuò, siquis aduersus aliquē habuerit querelam: sicut & Christus condonauit vobis, ita & vos.

13 Supportantes inuicē, & donantes uobismetipsis, siquis aduersus aliquem habet querelā: sicut & Dominus donauit uobis, ita & uos:

Ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις τὴν ἀγάπην, ἥτις ἐστὶ σύνδεσμος τῆς τελειότητος.

14 Adhæc autem omnia *indue-mini* charitate, quæ est vinculū perfectionis.

14 Super omnia autem hæc charitatem, quod est uinculum perfectionis.

Καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ βραβευέτω ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, εἰς ἣν καὶ ἐκλήθητε ἐν ἑνὶ σώματι· καὶ εὐχάριστοι γίνεσθε.

15 Et pax Dei imperet in cordibus vestris, ad quam etiam vocati estis in vnum corpus: & gratiosi estote.

15 Et pax Christi exultet in cordibus uestris, in qua & uocati estis in uno corpore: & gratiæ estote.

8 Hæc omnia, τὰ πάντα. Articulus vim habet ἀναφορικὴν, ideóque nō fuit prætermittendus. Excandescentiam, θυμὸν. Vulgata & Erasmus, Indignationem. Quomodo verò distinguantur ὀργὴ & θυμὸς diximus Ephes. 4.c.13.

9 Veterem illum hominem, &c. τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον. Vide Rom.6.2.6.

10 In agnitionem, εἰς ἐπίγνωσιν. Finis, aut (si malimus) materia ipsius regenerationis ita significatur. Loquitur enim de agnitione efficaci, vt definitur 1.Iohan.2.a-3 & 4. Congruentem imagini, κατ' εἰκόνα. Vide Ephes.4.f-14. Est autem subaudiendus articulus, vt sit τὸν κατ' εἰκόνα: quam ob causam sic malui interpretari, quàm ad verbum, Secundum imaginem. Erasmus, contrà omnium nostrorum codicum fidem legit καὶ εἰκόνα, & imaginem.

11 Induimini, ἐνδύσασθε. id est, ornati estote, ita vt nunquam exuatis. Vide Rom.13.d.14. Vt, ὡς. Vide 1.Cor.1.d.17. Visceribus, σπλάγχνα. id est tenerrimis illis affectibus. Vide Luc.1.g.78. Miserationum, οἰκτιρμοῦ. id est summæ misericordiæ. Vide 2.Cor.1.a.3.

13 Vobis mutuò, ἑαυτοῖς. Vide Ephes.4.g.32. Sic etiam manifestè accipitur infrà, versu 16.

14 Vinculum perfectionis, σύνδεσμος τῆς τελειότητος. id est vinculum quo omnia hominum inter se officia continentur ac cohærent. Ergo, inquit sophista, Charitate iustificamur. Sed quis sani cerebri esse putet cū qui sic argumenteturr

15 Imperet, βραβευέτω. id est, omnia regat ac moderetur. vt ille apud Virgil. βραβευτὴς, -producere longius iras, & sæuire animis Entellum haud passus acerbis: Sed finem imposuit pugnæ. Liceat enim hic nobis sacra cum profanis comparare. quandoquidem Paulum non puduit ab his rebus translationem sumere. Quum igitur in perpetuo quodam certamine versemur, vult in animis nostris sedentem pacem Dei, tanquam agonotheten seu brabeuten, omnes affectus in officio continere: vt verè pacem Dei, id est concordiam auspiciis Dei initam, colamus, vt vnanimes tandem ex superata carne palmam referamus. Vulgata, Exultet, vt mihi videatur existimasse τὸ βραβεύειν id esse quod in vernaculo nostro sermone dicimus verbū è verbo *brauer*. Erasmus, Palmam ferat. Ego verò (vt dixi suprà, 1.c.18) τὸ βραβεύειν nusquam legi propriè nisi de ipsis agonotheteis dictum: ad quorum munus mihi quidem proximè accedere videntur ii quos vulgò vocant in singularibus certaminibus, *marescheaux de camp*. In vnum corpus, ἐν ἑνὶ σώματι. Id est, in vnum corpus Dei beneficio coniuncti, vt alii aliis mēbrorum instar adesse tis. Vide 1.Cor.12.b.12 & 13. Gratiosi, εὐχάριστοι. vel, vt Vulg. & Eras. Grati, quanquā illud malo. Videtur enim ad morū suauitatē potius referri, vt hi sint quos Heb. דעתנים vocāt.

Ο λόγος τοῦ Χριστοῦ ἐνοικείτω ἐν ὑ- 16 ᵛSermo Christi inhabitet in vobis ᵛ copiosè cum omni ſa- 16 *Verbum Chriſti habitet in vobis abundanter, in omni ſapientia: docentes & commonentes noſmetipſos pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritualibus, in gratia cantantes in cordibus veſtris Deo.*

μῖν πλουσίως, ἐν πάσῃ σοφίᾳ· διδάσκοντες καὶ νουθετοῦντες ἑαυτοὺς ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς, ἐν χάριτι ᾄδοντες ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ Κυρίῳ.

pientia, ᵛ docendo & cõmonefaciẽdo ᵛ vos mutuò ᵛ pſalmis, hymnis & cantionibus ſpiritualibus, ᵛ cum gratia canentes ᵛ in corde veſtro Domino.

Καὶ πᾶν ὅ, τι ἂν ποιῆτε ἐν λόγῳ, ἢ ἐν ἔργῳ, πάντα ἐν ὀνόματι Κυρίου Ἰησοῦ, εὐχαριστοῦντες τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ δι' αὐτοῦ.

17 ‖Et quicquid egeritis ſermone, aut facto, ᵛ in nomine Ieſu *facite*, gratias agentes Deo & Patri per eum.

17 *Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Ieſu Chriſti, gratias agentes Deo & Patri per ipſum.* 1.Cor.10.g.31

Αἱ γυναῖκες, ὑποτάσσεσθε τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν, ὡς ἀνῆκεν ἐν Κυρίῳ.

18 ‖Vxores, ſubiectæ eſtote propriis viris, vt conuenit ᵛ in Domino.

18 *Mulieres, ſubditæ eſtote viris ſuis, ſicut oportet in Domino.* Epheſ.5.c.22

Οἱ ἄνδρες, ἀγαπᾶτε τὰς γυναῖκας, καὶ μὴ πικραίνεσθε πρὸς αὐτάς.

19 ‖Viri, diligite vxores, & neſitis aduerſus eas amarulenti.

19 *Viri, diligite vxores, & nolite amari eſſe ad illas.* 1.Pet.3.c.1

Τὰ τέκνα, ὑπακούετε τοῖς γονεῦσιν κατὰ πάντα· τοῦτο γάρ ἐστιν εὐάρεστον τῷ Κυρίῳ.

20 ‖Filii, auſcultate parentibus ᵛ in omnibus: hoc enim gratũ eſt Domino.

20 *Filii, obedite parentibus per omnia hoc enim placitum eſt Domino.* Epheſ.6.a.1

Οἱ πατέρες, μὴ ἐρεθίζετε τὰ τέκνα ὑμῶν, ἵνα μὴ ἀθυμῶσιν.

21 Patres, ne irritate liberos veſtros: ne deſpondeant animũ.

21 *Patres, nolite ad indignationem prouocare filios veſtros: ut non puſillo animo fiant.* Epheſ.6.a.5

Οἱ δοῦλοι, ὑπακούετε κατὰ πάντα τοῖς κατὰ σάρκα κυρίοις, μὴ ἐν ὀφθαλμοδουλείαις ὡς ἀνθρωπάρεσκοι, ἀλλ' ἐν ἁπλότητι καρδίας, φοβούμενοι τὸν Θεόν.

22 ‖Serui, auſcultate per omnia iis qui domini ſunt ᵛ ſecundum carnem, non obſequiis ad oculum exhibitis, vt qui hominibus placere ſtudent, ſed cum ſimplicitate cordis, timentes Deum.

22 *Serui, obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes, ſed in ſimplicitate cordis, timentes Deum.* Tit.2.c.9. 1.Pet.2.c.18

Καὶ πᾶν ὅ, τι ἐὰν ποιῆτε, ἐκ ψυχῆς ἐργάζεσθε, ὡς τῷ Κυρίῳ καὶ οὐκ ἀνθρώποις·

23 Et quicquid feceritis, ex animo facite, tanquam Domino & non hominibus:

23 *Quodcunque facitis, ex animo operamini ſicut Domino, & non hominibus:*

Εἰδότες ὅτι ἀπὸ Κυρίου ἀπολήψεσθε τὴν ἀνταπόδοσιν τῆς κληρονομίας· τῷ γὰρ Κυρίῳ Χριστῷ δουλεύετε.

24 Scientes vos à Domino recepturos ᵛ mercedem hæreditatis: nam Domino Chriſto ſeruitis.

24 *Scientes quòd à Domino accipietis retributionem hæreditatis: Domino Chriſto ſeruite.*

16 Sermo Chriſti, ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ. id eſt Euangelii doctrina. Copioſè, πλουσίως. Vulgata, Abundanter. Eraſ. Opulentè. Alibi autem diximus omnem copiam & affluentiã ita ſignificari. Docendo, διδάσκοντες. Vulg. Docentes. Eraſ. Docetéque. Poteſt autem hoc etiam connecti cum ἐν πάσῃ σοφίᾳ, ſuntque hæc participia poſita perinde vt apud Hebræos infinitus modus, & apud Latinos gerũdi modus: ideóque nulla eſt habita cauſus ratio, vt 1. Corinth. 9. c. 11, & d. 13, Mar. 12. g. 40. vbi de hac formula diximus, apud Homerum etiã vſitata & aliios ſcriptores, vt annotat Euſtathius libro Iliad. δ & π. Vos mutuò, ἑαυτοὺς. Vulg. Voſmetipſos. Vide Epheſ. 4. g. 32. Pſalmis, hymnis, & cantionibus, ψαλμοῖς, καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς. Pſalmos puto dici quos vocant Hebræi מזמורים, & hymnos, quos תהלים, & cantica, quæ שירים. Pſalmos igitur vocat quaſcunque cantiones variis argumentis ſcriptas. Nã & querelæ, & narrationes, & poſtulationes in pſalmis referuntur: at hymni ſolas laudes continent. Cantica verò dicuntur peculiares quædã & magis artificioſæ cantiones, quæ & ipſæ laudes cõplectebantur, ſed anguſtiore quadam forma quàm pſalmi aut hymni, vt licet ex exemplis cognoſcere. Cum gratia, ἐν χάριτι. Vulg. In gratia. i. quod ſe vtilitate commendet, vt eo nomine gratiam mereatur ab auditoribus, vt Epheſ. 4. g. 29. In corde veſtro, ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν. Vide Epheſ. 5. d. 19.

17 In nomine, ἐν ὀνόματι. i. Inuocato Chriſti nomine, vel ad Chriſti laudem ac gloriam. Quod autem addidit δι' αὐτοῦ, per eum, diligẽter notandũ eſt, vt ſciamus Deũ fruſtra coli niſi Chriſtus Mediator intercedat.

18 In Domino, ἐν Κυρίῳ. i. perinde, vel quatenus iubet Dominus, qui hanc ὑποταξίαν & ὑποτροπίαν diſtribuit. Itaque aberrant omnes mariti & vxores à ſcopo, quicunque Deum ſibi in Chriſto non proponunt in amãdo: quod non agnouit philoſophia.

20 In omnibus, κατὰ πάντα. Repete ἐν τῷ κυρίῳ, in Domino, vt Epheſ. 6. a. 1, quod etiam ſtatuendum eſt in proximo verſiculo.

22 Secundum carnem, κατὰ σάρκα. Hæc expoſuimus Epheſ. 6. a. 5, & 6.

24 Mercedem, &c. τὴν ἀνταπόδοσιν. i. Pro eo quòd dominis rectè paruerit is, tempus erit quum ex ſeruis filios vos eſſe factos re ipſa cognoſcetis, quum videlicet cæleſtis illius hæreditatis eritis participes. Nomen autem τῆς κληρονομίας omnem meriti rationem tollit, quum ex gratuita adoptione pendeat, nec quo iure quæratur hæreditas, ſed ad quos ſpectet, diſſerat hoc in loco Apoſtolus.

Ὁ δὲ ἀδικῶν κομίσεται ὃ ἠδίκησε· καὶ οὐκ ἔστι προσωπολημψία.

15 Qui verò iniuriam intulerit, referet iniuriam quam intulerit: neque est personarum respectus.

15 Qui enim iniuriam fecit, recipiet id quod iniquè gessit: & non est personarum acceptio.

Κεφάλαιον δ΄

CAPVT IIII.

CAP. IIII.

Οἱ κύριοι, τὸ δίκαιον καὶ τὴν ἰσότητα τοῖς δούλοις παρέχεσθε, εἰδότες ὅτι καὶ ὑμεῖς ἔχετε κύριον ἐν οὐρανοῖς.

1 Vos domini, æquitatem & æquabilitatem seruis exhibete: scientes vos quoque habere Dominum in cælis.

1 Domini, quod iustum est & æquum, seruis præstate: scientes quòd & vos Dominum habetis in cælo.

Luc.18.a.1
2.Thess.5.c.17

Τῇ προσευχῇ προσκαρτερεῖτε, γρηγοροῦντες ἐν αὐτῇ ἐν εὐχαριστίᾳ.

2 In precibus perdurate, inuigilantes iis cum gratiarum actione:

2 Orationi instate, vigilantes in ea, in gratiarum actione:

Ephes.6.c.18
2.Thess.3.a.1

Προσευχόμενοι ἅμα καὶ περὶ ἡμῶν, ἵνα ὁ Θεὸς ἀνοίξῃ ἡμῖν θύραν τοῦ λόγου, λαλῆσαι τὸ μυστήριον τοῦ Χριστοῦ, δι' ὃ καὶ δέδεμαι·

3 Precantes simul etiam pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostiũ sermonis, vt loquamur mysterium Christi, propter quod etiam sum vinctus.

3 Orantes simul & pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostiũ sermonis ad loquendum mysterium Christi, propter quod etiam vinctus sum:

Ἵνα φανερώσω αὐτὸ ὡς δεῖ με λαλῆσαι.

4 Vt, inquam, illud patefaciam, sicut oportet me loqui.

4 Vt manifestem illud ita ut oportet me loqui.

Ephes.5.d.15

Ἐν σοφίᾳ περιπατεῖτε πρὸς τοὺς ἔξω, τὸν καιρὸν ἐξαγοραζόμενοι.

5 Sapienter vos gerite erga extraneos, opportunitatem redimentes.

5 In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt, tempus redimentes.

6 Ὁ λόγος ὑμῶν πάντοτε ἐν χάριτι, ἅλατι ἠρτυμένος, εἰδέναι πῶς δεῖ ὑμᾶς ἑνὶ ἑκάστῳ ἀποκρίνεσθαι.

6 Sermo vester semper cum gratia sit sale conditus, vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuique respondere.

6 Sermo vester semper in gratia, sale sit conditus: ut sciatis quomodo oporteat vos vnicuique respondere.

7 Τὰ κατ' ἐμὲ πάντα γνωρίσει ὑμῖν Τυχικὸς ὁ ἀγαπητὸς ἀδελφὸς, καὶ πιστὸς διάκονος, καὶ σύνδουλος ἐν Κυρίῳ·

7 Res meas omnes vobis notas faciet Tychicus, dilectus frater, & fidus minister, ac conseruus in Domino:

7 Quæ circa me sunt, omnia vobis notas faciet Tychicus charissimus frater, & fidelis minister & conseruus in Domino:

8 Ὃν ἔπεμψα πρὸς ὑμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο ἵνα γνῷ τὰ περὶ ὑμῶν, καὶ παρακαλέσῃ τὰς καρδίας ὑμῶν·

8 Quem misi ad vos ob hoc ipsum vt cognoscat res vestras, & corda vestra consoletur:

8 Quem misi ad vos ad hoc ipsum ut cognoscat quæ circa nos sunt, & consoletur corda vestra:

9 Σὺν Ὀνησίμῳ τῷ πιστῷ καὶ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ, ὅς ἐστιν ἐξ ὑμῶν. πάντα ὑμῖν γνωριοῦσι τὰ ὧδε.

9 Cum Onesimo fido & dilecto fratre, qui est ex vobis. Omnia igitur vobis exponẽt quæ hîc aguntur.

9 Cum Onesimo charissimo & fideli fratre, qui ex nobis est. omnia quæ hîc aguntur, notafacient nobis.

Ἀσπάζεται ὑμᾶς Ἀρίσταρχος ὁ συναιχμάλωτός μου, καὶ Μάρκος ὁ ἀνεψιὸς Βαρνάβα, περὶ οὗ ἐλάβετε ἐντολάς· ἐὰν ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς, δέξασθε αὐτόν.

10 Salutat vos Aristarchus meus in captiuitate socius, & Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata. si venerit ad vos, excipite eum.

10 Salutat vos Aristarchus concaptiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ, de quo acepistis mandata: si venerit ad vos, excipite illum.

15 Qui verò, &c. Ἀδικῶν, &c. Hoc ego accipio, cum doctissimo interprete, vt in dominos iniquos dictum, quorum iniurias libentius ferent serui si intellexerint se Dominum habere iniuriarum suarum vindicem, nõ minus quàm reges & imperatores. Neque enim est in Christo dominus aut seruus. quod tamen quomodo sit accipiendum, vel ex hoc loco satis apparet, aduersus furiosos illos Anabaptistas qui omnẽ ἀνωμαλίαν perturbant. Vetus interpres ἀδικῶν, qui enim. Iniuriam quam intulerit, τὸ ἀδίκημα. i. iniuriæ suæ mercedem, vt Ephes.6.b.8.

IN CAPVT IIII.

3 Ostium sermonis, τὴν θύραν τοῦ λόγου. id est, os apertum & liberum ad prædicandum Euangelium: vt Ephes.6.d.19.

4 Sicut oportet, ὡς δεῖ. Quæ sit vis hoc in loco verbi Oportet, ostendit ipse Apost. 1.Cor.9.c.16.

5 Sapienter, ἐν σοφίᾳ. id est consideratè ac circunspectè. Mulcæ enim causæ sunt cur cum illis potissimũ prudenter & sapienter agere oporteat qui nondum accesserunt ad Euangelium. Opportunitatẽ redimentes, τὸν καιρὸν ἐξαγοραζόμενοι. i. occasionem illos lucrifaciendi, etiam cum vestrarum rerum iactura quærentes. Vide Ephes.5.d.16. Cum gratia, ἐν χάριτι. i. ad commodum proximi comparatus, vt diximus suprà.3.c.16. Sale conditus, ἅλατι ἠρτυμένος. Huic opponitur sermo putris & corruptus, de quo meminimus suprà, Ephes.4.f.29.

10 De quo, περὶ οὗ. Ambiguum est, ad Barnabam an ad Marcum hæc oratio referatur. Excipite, δέξασθε. Vel δέξασθαι, vt excipiatis, si coniungas cum ἐλάβετε. quod meritò probatur doctissimo interpreti, vt exprimatur quæ sint illa mandata.

Καὶ Ἰησοῦς ὁ λεγόμενος Ἰοῦστος, οἱ ὄντες ἐκ περιτομῆς· οὗτοι μόνοι συνεργοὶ εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, οἵτινες ἐγενήθησάν μοι παρηγορία.

11 Et Ieſus qui vocatur Iuſtus: qui ſunt ex circunciſione: hi ſoli adiutores in regno Dei, fuere mihi ſolatio.

11 Et Ieſus qui dicitur Iuſtus, qui ſunt ex circunciſione: hi ſoli ſunt adiutores mei in regno Dei, qui mihi fuerunt ſolatio.

Ἀσπάζεται ὑμᾶς Ἐπαφρᾶς ὁ ἐξ ὑμῶν, δοῦλος Χριστοῦ, πάντοτε ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ ὑμῶν ἐν ταῖς προσευχαῖς, ἵνα στῆτε τέλειοι καὶ πεπληροφορημένοι ἐν παντὶ θελήματι τοῦ Θεοῦ.

11 Salutat vos Epaphras, qui ex vobis eſt, ſeruus Chriſti, ſemper decertans pro vobis in precibus, vt ſtetis perfecti & completi in omni voluntate Dei.

11 Salutat vos Epaphras q ex vobis eſt, ſeruus Chriſti Ieſu, ſemper ſolicitus pro vobis in orationibus, ut ſtetis perfecti & pleni in omni voluntate Dei.

Μαρτυρῶ γὰρ αὐτῷ ὅτι ἔχει ζῆλον πολὺν ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ τῶν ἐν Λαοδικείᾳ, καὶ τῶν ἐν Ἱεραπόλει.

13 Hoc enim de eo teſtor, eũ multo veſtri ſtudio ardere, & eorum qui ſunt Laodiceæ, & eorũ qui Hierapoli.

13 Teſtimonium enim illi perhibeo quòd habet multum laborem pro vobis & pro iis qui ſunt Laodiciæ & qui Hierapoli.

Ἀσπάζεται ὑμᾶς Λουκᾶς ὁ ἰατρὸς ὁ ἀγαπητός, καὶ Δημᾶς.

14 Salutat vos Lucas medicus ille dilectus, & Demas.

14 Salutat vos Lucas medicus charissimus, & Demas.

Ἀσπάσασθε τοὺς ἐν Λαοδικείᾳ ἀδελφοὺς, καὶ Νυμφᾶν, καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐτοῦ ἐκκλησίαν.

15 ¶Salutate fratres qui ſunt Laodiceæ, & Nympham, & Eccleſiam quæ in domo illius eſt.

15 Salutate fratres q ſunt Laodiciæ, & Nympham, & quæ in domo eius eſt Eccleſiam. 2.Tim.4.v.19

Καὶ ὅταν ἀναγνωσθῇ παρ' ὑμῖν ἡ ἐπιστολή, ποιήσατε ἵνα καὶ ἐν τῇ Λαοδικέων ἐκκλησίᾳ ἀναγνωσθῇ· καὶ τὴν ἐκ Λαοδικείας ἵνα καὶ ὑμεῖς ἀναγνῶτε.

16 Et quum perlecta fuerit apud vos epiſtola, facite vt etiam in Laodicẽſium Eccleſia recitetur: & eam quæ ſcripta eſt ex Laodicea, vt vos quoque legatis.

16 Et quum lecta fuerit apud nos epiſtola, facite ut & in Laodicænſium Eccleſia legatur, & eam quæ Laodicẽſium eſt, nos quoque legatis.

Καὶ εἴπατε Ἀρχίππῳ, Βλέπε τὴν διακονίαν ἣν παρέλαβες ἐν Κυρίῳ ἵνα αὐτὴν πληροῖς.

17 Et dicite Archippo, Vide vt miniſterium quod accepiſti in Domino, impleas.

17 Et dicite Archippo, Vide, miniſterium quod accepiſti in Domino, ut illud impleas.

Ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου. Μνημονεύετέ μου τῶν δεσμῶν. ἡ χάρις μεθ' ὑμῶν. ἀμήν.

Πρὸς Κολασσαεῖς ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης διὰ Τυχικοῦ καὶ Ὀνησίμου.

18 Salutatio, mea manu Pauli. Memores eſtote vinculorum meorum. Gratia ſit vobiſcum. Amen.

Scripta eſt ad Coloſſenſes Roma, per Tychicum & Oneſimum.

18 Salutatio mea manu Pauli. Memores eſtote vinculorum meorum. Gratia Domini noſtri vobiſcum. Amen.

Scripta ab vrbe Roma per Tychicũ & Oneſimum.

11 Hi ſoli, οὗτοι μόνοι. Certè vel magna hic fit Petro iniuria, vel Romæ tum nõ erat. Vbi ergo illi xxv anni quibus Romæ ſedit. In regno Dei, εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. id eſt in Euangelio, vt 1.Corinth.8.c.18, & Philip.2.c.22. Verè enim regnat Deus per Euangelium.

13 Laodiceæ, τῶν Λαοδικείᾳ. Vide ſuprà, 2.a.1.

15 Eccleſiam, ἐκκλησίαν. Eraſmus, Congregationem. Vide Rom.16.a.5, & 1.Cor.16.d.19.

16 Ex Laodicea, ἐκ Λαοδικείας. Qui putant ſignificari epiſtolam ad Timotheum priorem, vel ea ratione hallucinantur quòd ſatis appareat ex iis quæ ſcripta ſunt ſuprà, 2.a.1, Paulum hanc Laodiceam non inuiſiſſe. Sed multo fœdius errarunt qui ex hoc loco ſuſpicati ſunt quandã fuiſſe epiſtolã Pauli ad Laodicenſes ſcriptam: quia nimirum Vetus interpres conuertit τὴν ἐκ Λαοδικείας, eam quæ eſt Laodicenſium: quum potius ſignificet Paulus epiſtolam aliquam ad ſe miſſam Laodicea, aut potius qua reſponſuri eſſent Laodicenſes Coloſſenſibus. Vetus tamen eſt hic error, & epiſtola illa ad Laodicenſes iampridem fuit ementita, vtpote quã citet Epiphanius aduerſus Marcionitas.

18 Gratia, ἡ χάρις. Vetus interpres addit, Domini noſtri. τοῦ Κυρίου ἡμῶν.

Epiſtola Pauli Apoſtoli ad Theſſalonicenſes prior. Παύλου Ἀποστόλου πρὸς Θεσσαλονικεῖς ἐπιστολὴ πρώτη.

Κεφάλαιον αʹ

ΠΑΥΛΟΣ καὶ Σιλουανὸς καὶ Τιμόθεος τῇ ἐκκλησίᾳ Θεσσαλονικέων, ἐν Θεῷ πατρὶ καὶ Κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ· χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Εὐχαριστοῦμεν τῷ Θεῷ πάντοτε περὶ πάντων ὑμῶν, μνείαν ὑμῶν ποιούμενοι ἐπὶ τῶν προσευχῶν ἡμῶν,

Ἀδιαλείπτως μνημονεύοντες ὑμῶν τοῦ ἔργου τῆς πίστεως, καὶ τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης, καὶ τῆς ὑπομονῆς τῆς ἐλπίδος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἡμῶν.

Εἰδότες, ἀδελφοὶ ἠγαπημένοι, ὑπὸ Θεοῦ τὴν ἐκλογὴν ὑμῶν.

NOVA INTERPR. CAP. I.

1 PAulus & Siluanus & Timotheus Eccleſiæ Theſſalonicenſium, quæ eſt in Deo Patre, & Domino Ieſu Chriſto. Gratia ſit vobis & pax à Deo Patre noſtro & Domino Ieſu Chriſto.

2 Gratias agimus Deo ſemper de omnibus vobis, mẽtionem veſtri faciẽtes in precibus noſtris:

3 Indeſinenter memoria repetentes efficacem veſtram fidem, & laborioſam charitatẽ, & tolerantem illam ſpẽ in Domino noſtro Ieſu coram Deo & Patre noſtro.

4 Vt qui ſciamus, fratres dilecti, vos eſſe à Deo electos:

VETVS. CAP. I.

1 *Paulus & Siluanus & Timotheus, Eccleſiæ Theſſalonicenſium, in Deo Patre, & Domino Ieſu Chriſto. Gratia vobis & pax à Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto.*

2 *Gratias agimus Deo ſẽper pro omnibus vobis, memoriam veſtri facientes in orationibus noſtris:*

3 *Sine intermiſſione memores operis fidei veſtræ, & laboris & charitatis, & ſuſtinentiæ ſpei Domini noſtri Ieſu Chriſti, ante Deũ & Patrem noſtrum.*

4 *Scientes, fratres dilecti à Deo, electionem veſtrã:*

IN CAPVT I.

3 Indeſinenter memoria repetentes, ἀδιαλείπτως μνημονεύοντες. Nõnulli coniungunt illud aduerbiũ cũ præcedẽtibus, ſed contra veterum codicum fidem. Efficacem veſtram fidem, ὑμῶν τοῦ ἔργου τῆς πίστεως. Ἔργον vocat πίστιν ἐνέργειαν, & ἔργου τῆς πίστεως pro τῆς ἐνεργουμένης πίστεως, dixit Hebræorum more, ſicut & τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης pro τῆς κοπιώσης ἀγάπης. Vulgata, Memores operis fidei veſtræ. Nam rectè (meo quidem iudicio) animaduertit in pronomine ὑμῶν non modò non duram & inſolentem, ſed etiam elegantem eſſe traiectionem. Maluit tamen Eraſmus ὑμῶν connectere cum μνημονεύοντες, & ſubaudire ἕνεκα. Vertit enim Memores veſtri propter opus fidei: quod mihi videtur multo durius quàm ſit illa traiectio. Tolerantem, &c. τῆς ὑπομονῆς τῆς τοῦ, &c. Non fruſtra geminatus eſt articulus τοῦ: deinde ſpem Chriſti paſſiuè dixit, Hebræorum more, vt fidẽ Dei pro fide quæ Deo habetur, Marci 11. c. 22, quod mihi viſum eſt hoc in loco paulo obſcurius. Vulgata, Suſtinentiæ ſpei Domini noſtri Ieſu Chriſti. Eraſmus verò paulo longius à verbis recedens, Quòd permanſiſtis in ſpe Domini noſtri Ieſu Chriſti. Coram Deo, ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ. Hoc connecto cum participio μνημονεύοντες: vt ſit ſenſus, Quoties ad Deum mentem attollunt, & quaſi in eius conſpectu verſantur: id eſt, quoties precantur (precantur autem ſine intermiſſione) toties illis in mentem venire Theſſalonicenſium fidem, cæteráſque ſanctas virtutes. Poſſimus tamen etiam connectere cum proximis, vt illas virtutes hoc quoque argumento veras ac viuas eſſe ſignificet. Hæc enim eſt huius loquutionis vis apud Hebræos, vt quod ſincerè ac eleganter fit, dicatur coram Domino fieri. Vide Luc. 1. a. 6.

4 Vos eſſe à Deo electos, καὶ Θεοῦ τὴν ἐκλογὴν ὑμῶν: id eſt τὴν ἀπὸ Θεοῦ ἐκλογὴν ὑμῶν, ſubaudi γεγενῆσθαι, vt ſit ad verbum, Electionem veſtram quæ facta eſt à Deo. Alioqui ſcripſiſſet ἐκλεκτοὺς τοῦ Θεοῦ, vt conuertit Eraſmus, A Deo electionem veſtram: quanuis quod ad ſenſum attinet, parum ſit diſcriminis. Vetus autem interpres ἀπὸ Θεοῦ conſunxit cum participio ἠγαπημένοι, vt ita conuertas, Scientes, fratres à Deo dilecti, electionem veſtram. Miror autem quid in mentem venerit Eraſmo vt in participio εἰδότες putarit non eſſe ſeruatam rationem grammaticæs, quum contrà omnia rectè cohæreant, nempe cum ſuperioribus participiis μνημονεύοντες & μνημονεύοντες, vt omnia ad εὐχαριστοῦμεν referantur. Sed εἰδότες cauſam declarat huius tum gratiarum actionis, tum perpetuæ ipſorum recordationis: quia videlicet manifeſta videbant electionis ipſorum teſtimonia, quòd tam efficax fuiſſet apud eos Euangelii prædicatio. quod & ipſum miror Eraſmum non cognouiſſe.

Ὅτι τὸ εὐαγγέλιον ἡμῶν οὐκ ἐγενήθη εἰς ὑμᾶς ἐν λόγῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν δυνάμει, καὶ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, καὶ ἐν πληροφορίᾳ πολλῇ· καθὼς οἴδατε οἷοι ἐγενήθημεν ἐν ὑμῖν, δι' ὑμᾶς.

Καὶ ὑμεῖς μιμηταὶ ἡμῶν ἐγενήθητε, καὶ τοῦ Κυρίου, δεξάμενοι τὸν λόγον ἐν θλίψει πολλῇ, μετὰ χαρᾶς Πνεύματος ἁγίου·

Ὥστε γενέσθαι ὑμᾶς τύπους πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν ἐν τῇ Μακεδονίᾳ καὶ τῇ Ἀχαΐᾳ.

Ἀφ' ὑμῶν γὰρ ἐξήχηται ὁ λόγος τοῦ Κυρίου οὐ μόνον ἐν τῇ Μακεδονίᾳ καὶ Ἀχαΐᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν παντὶ τόπῳ ἡ πίστις ὑμῶν ἡ πρὸς τὸν Θεὸν ἐξελήλυθεν, ὥστε μὴ χρείαν ἡμᾶς ἔχειν λαλεῖν τι.

Αὐτοὶ γὰρ περὶ ἡμῶν ἀπαγγέλλουσιν ὁποίαν εἴσοδον ἔσχομεν πρὸς ὑμᾶς, καὶ πῶς ἐπεστρέψατε πρὸς τὸν Θεὸν ἀπὸ τῶν εἰδώλων, δουλεύειν Θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ·

Καὶ ἀναμένειν τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐκ τῶν οὐρανῶν, ὃν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, Ἰησοῦν τὸν ῥυόμενον ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ὀργῆς τῆς ἐρχομένης.

5 Quoniam Euangelium noſtrum conſtitit apud vos non loquutione duntaxat, ſed etiam virtute, cum in Spiritu ſancto, tum in certa perſuaſione multa: ſicut noſtis quales fuerimus inter vos, veſtra cauſa.

6 Et vos, imitatores noſtri facti fuiſtis & Domini, recepto ſermone cū oppreſſione multa, cū gaudio Spiritus ſancti:

7 Adeo vt fueritis exemplaria omnibus credētibus in Macedonia & in Achaia.

8 A vobis enim non ſolùm perſonuit ſermo Domini in Macedonia & Achaia, verumetiam in omni loco fides veſtra quæ eſt in Deum, dimanauit, vt neceſſe non habeamus quicquam loqui.

9 Siquidem ipſi de nobis annuntiāt qualem ingreſſum habuerimus ad vos, & quomodo conuerſi fueritis ad Deum relictis idolis, vt ſeruiretis Deo viuo & vero:

10 Et expectaretis Filium eius è cælis, quē excitauit à mortuis, nempe Ieſum qui liberat nos ab ira illa ventura.

5 Quia Euangelium noſtrum non fuit ad vos in ſermone tantùm, ſed & in virtute, & in Spiritu ſancto, & in plenitudine multa: ſicut ſatis quales fuerimus in vobis propter vos.

6 Et vos imitatores noſtri facti eſtis, & Domini: excipientes verbum in tribulatione multa cum gaudio Spiritus ſancti:

7 Ita vt facti ſitis forma omnibus credentibus in Macedonia & in Achaia.

8 A vobis enim diffamatus eſt ſermo Domini, non ſolùm in Macedonia & in Achaia, ſed & in omni loco, fides veſtra quæ eſt ad Deum, profecta eſt: ita vt non ſit nobis neceſſe quicquam loqui.

9 Ipſi enim de nobis annuntiant qualem introitum habuerimus ad vos, & quomodo conuerſi eſtis ad Deum à ſimulacris, ſeruire Deo viuo & vero:

10 Et expectare Filium eius de cælis, quem ſuſcitauit ex mortuis, Ieſum qui eripuit nos ab ira ventura.

5 Quoniam, ὅτι. Vt vis huius argumenti intelligatur, confer quod ſcriptum eſt Act. 13. g. 48. Simile eſt argumentum 1. Cor. 1. a. 6. Euangelium, εὐαγγέλιον. Id eſt prædicatio Euangelii, vt ſæpe iam annotauimus. Conſtitit apud vos, ἐγενήθη εἰς ὑμᾶς. Vulgata, Fuit ad vos. Eraſmus, Fuit erga vos. Vtrunque (vt mihi videtur) nimium eſt obſcurè dictum. Argumentatur autem Paulus à conſequentibus. Eſt enim in ſolis electis Euangelium efficax ad ſalutem. Itaque primùm omnium dicit non fuiſſe nudam & inanem prædicationem Euangelii apud Theſſalonicenſes, nec inania duntaxat verba effuſa, ſed fructum maximum eſſe conſequutum, vt 1. Cor. 4. d. 10. Hoc autem duabus rebus definit, nempe donis illis Spiritus ſancti, & certa perſuaſione quam in illorum animis inſediſſe res ipſa oſtendit, quum alacribus animis crucem Domini pertulerint. Hæc tamen fides quum inſigne ſit Spiritus donum, (adeo quidem vt alia illa dona, niſi ex hoc fonte proficiſcantur, Deo placere non poſſint: nec valeat hoc argumentum ab effectis niſi fundamento fidei ſubſtrato) poteſt illud ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, id eſt, In Spiritu ſancto, generaliter accipi: cuius illud ſingulare & filiis Dei peculiare effectum κατ' ἐξοχὴν exprimatur, nempe πληροφορία de qua diximus Luc. 1. a. 1, & Coloſſ. 2. a. 2. Eſt autem hoc idoneis etiam ſcriptoribus familiare, vt quum in genere aliquid dixerint, certam aliquam ſpeciem aut partem quaſi ex reliquorum numero eximāt: vt in illo Virgilii, Troas reliquias Danaúm atq; immitis Achilli. Tum in certa perſuaſione, &c. καὶ ἐν πληροφορίᾳ πολλῇ. Vulgata, Et in plenitudine multa, prorſus ineptè, quod tamen Aquinatem fefellit. Eraſmus, Pérque certitudinem multam. Ego malui certam perſuaſionem dicere, quòd certitudinis nomen non meminerim vſquā legere apud idoneos authores. qua de re vide Luc. 1. a. 1, & Coloſſ. 2. a. 2. Sed & in eo planè diſſentio à pleriſque quòd πληροφορίαν referunt ad ipſam Pauli & aliorum prædicationem, quæ certa adhibuerit argumenta. Nam ἐν πληροφορίᾳ dicendum fuiſſet.

6 Cum gaudio, &c. μετὰ χαρᾶς, &c. Id eſt, cum gaudio quod à Spiritu ſancto promanat.

7 Exemplaria, τύπους. Id eſt, vt in vernaculo ſermone dicimus, *patrons*. Vtitur autem plurali numero fortaſſis, vt ſignificet tot fuiſſe veluti conſtantiæ typos quot erant Theſſalonicenſium capita.

8 Non ſolùm, οὐ μόνον. Traiectionis Hebraæ hoc quoque ſit exemplum, cuiuſmodi alia multa obſeruauimus. Nam alioqui in Græcis hoc ſic collocatur vt prorſus ἀπαράλλακτον eſſe videatur, quod tamē nuſquam eſt.

9 Ipſi, αὐτοί. Id eſt omnes credentes, ex verſu 7. Vel quicunque vſquam ſunt. Accipiuntur enim collectiuè regionum nomina pro ipſis regionum incolis, vt omnes norunt. Relictis idolis. Vulgata & Eraſmus, A ſimulacris. Ego ſtudui amphiboliam quantumuis abſurdam vitare. Deum autem viuum idolis mortuis, & verum, idolis quæ nihil ſunt niſi phantaſmata inania, opponit.

10 Ab ira illa ventura, ἀπὸ τῆς ὀργῆς τῆς ἐρχομένης. Ne hic quidem fruſtra repetitus eſt articulus. Iram autem accipit pro vltione ſeu vindicatione qua Dominus terribiliter iratus, mundum tandem vlciſceretur. Etiam, Domine, ſerua nos ab hac ira.

Κεφάλαιον βʹ

CAP. II.

CAP. II.

Αὐτοὶ γὰρ οἴδατε, ἀδελφοὶ, τὴν εἴσοδον ἡμῶν τὴν πρὸς ὑμᾶς, ὅτι οὐ κενὴ γέγονεν·

1 NAm ipſi noſtis, fratres, ingreſſum noſtrum ad vos non fuiſſe vanum:

1 Nam ipſi ſcitis, fratres, introitum noſtrũ ad vos, quia non inanis fuit:

ἀλλὰ καὶ προπαθόντες καὶ ὑβρισθέντες, καθὼς οἴδατε, ἐν Φιλίπποις, ἐπαρρησιασάμεθα ἐν τῷ Θεῷ ἡμῶν λαλῆσαι πρὸς ὑμᾶς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ ἐν πολλῷ ἀγῶνι.

2 ¶Immo etiam quum antè afflicti fuiſſemus & contumeliis affecti Philippis, ſicut noſtis, libertate vſi ſumus in Deo noſtro, ad annuntiãdum apud vos Euangelium Dei cum multo certamine.

2 Sed antè paſſi & contumelijs affecti, ſicut ſcitis, in Philippis, fiduciam habuerimus in Deo noſtro loqui ad vos Euangelium Dei in multa ſolicitudine.

Ἡ γὰρ παράκλησις ἡμῶν οὐκ ἐκ πλάνης, οὐδὲ ἐξ ἀκαθαρσίας, οὐδὲ ἐν δόλῳ·

3 Exhortatio enim noſtra nó fuit ex impoſtura, neque ex impuritate, neque cum dolo:

3 Exhortatio enim noſtra nõ de errore, neq; de immunditia, neque in dolo:

ἀλλὰ καθὼς δεδοκιμάσμεθα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πιστευθῆναι τὸ εὐαγγέλιον, οὕτω λαλοῦμεν, οὐχ ὡς ἀνθρώποις ἀρέσκοντες, ἀλλὰ τῷ Θεῷ τῷ δοκιμάζοντι τὰς καρδίας ἡμῶν.

4 Sed ſicut placuimus Deo quibus crederetur Euangelium, ita loquimur, non vt hominibus placentes, ſed Deo qui approbat corda noſtra.

4 Sed ſicut probati ſumus à Deo ut crederetur nobis Euãgelium, ita loquimur non quaſi hominibus placentes, ſed Deo, qui probat corda noſtra.

Οὔτε γάρ ποτε ἐν λόγῳ κολακείας ἐγενήθημεν, καθὼς οἴδατε, οὔτε ἐν προφάσει πλεονεξίας· Θεὸς μάρτυς·

5 Neque enim vnquam ſermone aſſentatorio vſi ſumus, ſicut noſtis, nec auaritiæ cauſa quicquam prætexuimus: Deus teſtis eſt.

5 Neque enim aliquando fuimus in ſermone adulationis, ſicut ſcitis, neque in occaſione auaritiæ: Deus teſtis eſt.

Οὔτε ζητοῦντες ἐξ ἀνθρώπων δόξαν, οὔτε ἀφ' ὑμῶν, οὔτε ἀπ' ἄλλων, δυνάμενοι ἐν βάρει εἶναι, ὡς Χριστοῦ ἀπόστολοι.

6 Neque ex hominibus quærẽtes gloriam, nec à vobis, nec ab aliis, quum poſſemus oneri eſſe, vt Apoſtoli Chriſti.

6 Nec quærentes ab hominibus gloriam, neque à nobis, neque ab aliis, quũ poſſemus nobis oneri eſſe, ut Chriſti Apoſtoli.

Ἀλλ' ἐγενήθημεν ἤπιοι ἐν μέσῳ ὑμῶν, ὡς ἐὰν τροφὸς θάλπῃ τὰ ἑαυτῆς τέκνα.

7 Sed fuimus placidi in medio veſtri, vt ſi nutrix foueat ſuos fœtus.

7 Sed facti ſumus lenes in medio veſtrum, tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos.

Οὕτως ὁμειρόμενοι ὑμῶν, εὐδοκοῦμεν μεταδοῦναι ὑμῖν οὐ μόνον τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ τὰς ἑαυτῶν ψυχάς, διότι ἀγαπητοὶ ἡμῖν γεγόνατε.

8 Ita cupidi veſtri, auebamus impertiri vobis non ſolùm Euangelium Dei, ſed etiã noſtras ipſorũ animas, quòd chari nobis eſſetis.

8 Ita deſiderantes vos cupidè, uolebamus tradere vobis, non ſolùm Euangelium Dei, ſed etiam animas noſtras, quoniã charissimi nobis facti eſtis.

IN CAPVT II.

2 In Deo, ἐν τῷ Θεῷ. Id eſt Dei ope ac gratia freti.

3 Ex impoſtura. Vulgata, De errore, ſed perperam. De ſe enim loquuntur, non de Theſſalonicenſibus, niſi ex mutua relatione. Negant enim ſe fuiſſe impoſtores, ac proinde deceptos illos fuiſſe. Ex impuritate, ἐξ ἀκαθαρσίας. id eſt vllo ſcelere aut maleficio. ſicut apud Latinos Impurus, apud Græcos μιαρὸς accipitur pro ſcelerato. Alioquin ἀκαθαρσίαν ad libidinum ſpurcitiem ſolet Apoſtolus accommodare.

4 Sicut placuimus Deo, καθὼς δεδοκιμάσμεθα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Quod in eligendo placuit, hoc dicitur à nobis approbari: itaque δοκιμάζεσθαι nihil aliud declarat hoc in loco quàm vt idoneum & aptũ ſumi. Sed inter Dei & hominum iudicia hoc intereſt quòd homines in eligendo ſpectant earum rerum qualitates quæ proponuntur: Deus verò in ſeipſo inuenit conſilii ſui rationem: vnde fit vt quum ne ad cogitanda quidem quæ Dei ſunt idonei ſimus, quos ipſe primùm ad ſanctas illas vocationes eligit, eos non inueniat, ſed faciat idoneos. Itaque hæc approbatio prorſus à Dei miſericordia pendet, ſicut ipſe Apoſtolus explicat 1. Cor. 7. c. 25: & δεδοκιμάζεσθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ nihil aliud declarat quàm Deo placere, ideóque gratis eligi. quod vt melius intelligeretur, actiuam loquutionẽ vſurpaui, quaſi ſcripſerit Paulus, καθὼς ἐδοκίμασεν ὁ Θεὸς πιστὸν ἡμῖν τὸ διαγγέλιον, vt Rom. 1. d. 17. Itaque τὸ δοκιμάζεσθαι reſpondet hoc in loco verbo Hebræo בחר aut רצה. Qui approbat, τὸν δοκιμάζοντα. Ideſt qui grata habet & accepta. Significat enim ſe vocationi ſuæ ſincerè reſpondere.

5 Vſi ſumus, ἐγενήθημεν. Vulg. & Eraſ. ad verbum, Fuimus. Atqui dandum aliquid fuit Latinæ linguæ cõſuetudini, in dicendi formula tam inuſitata. Annotauimus autem peculiarem vſum, cúmque diuerſum, verbi λέγειν in hac epiſtola, vt ſuprà, 1. b. 5, & 6, & infrà, verſu 7. 8, & 10. Nec auaritiæ cauſa quicquã prætexuimus, οὔτε ἐν προφάσει πλεονεξίας. Vulg. & Eraſ. ad verbum, Nec in occaſionem auaritiæ, ita obſcurè vt vix intelligas.

6 Oneri eſſe, ἐν βάρει εἶναι. Eraſmus, In dignitate eſſe, id eſt grauitatem aliquam Apoſtolicæ præſtantiæ ſeruare, vti nunc faciunt qui hoc obtentu ipſis Cæſaribus & regibus imperant. Sed ſanè non video qui poſſit

hæc interpretatio admitti. Nam ſi de moderata grauitate accipias, non eſt veriſimile inſignes iſtos Apoſtolos vnquam fuiſſe ſui muneris oblitos: quòd ſiquando ſeſe ad infimæ quæque, ipſius Chriſti exemplo, ſummiſerũt, aliter ſanè facere ipſis non licuit pro muneris ſui ratione, quæ poſtulabat vt omnia ad ædificationem Eccleſiæ referrẽt. Sin verò de immoderata grauitate (id eſt arrogãtia Phariſaica) accipias, abſit vt illam exiſtimemus Apoſtolis Chriſti vſurpare vnquam licuiſſe. Cauſa verò quæ adfertur cur ἐν βάρει ſumatur pro pondere & authoritate, nõ ita magni eſt momẽti: quia videlicet in ſuperiore verſiculo dixerunt ſe non ambiuiſſe hominum gloriam. Et ſequitur, Fuimus placidi. Nam priore loco mentionem fecit non tantùm ambitionis, ſed etiam auaritiæ: id autem quod ſequitur, ad vtrũque referri commodè poteſt. Itaque ἐν βάρει huc refero quòd quum ſuo iure potuiſſent (ſicut in epiſtola vtraque ad Corinthios Paulus teſtatur) Eccleſiarum ſumptu viuere, tamen ſuis manibus victum quæſiſſent, manifeſto ſanè argumẽto ſe ab omni tum auaritia tum ambitione maximè eſſe alienos. Placidi, ἤπιοι. Id eſt, minimè aſperis moribus, ſed faciles ac benigni: qua virtute nihil magis eſt repugnans tum auaritiæ, tum ambitioſæ arrogantiæ. Sed & optimè quadrat ſimilitudo. Nam neque tam vile neque tam ſordidum quicquam eſt quod nutrix mater infantis cauſa non ſubeat: neque ad iſtas deuorandas moleſtias ac ſordes vlla ſpe lucri, ſed materno tantùm affectu ducitur. Quidã ex veteribus legũt Paruuli, id eſt rẽmoti, lubrico librariorũ lapſu, aut potius alicuius argutia, quia nutricis & liberorum fit mentio, teneorum videlicet quos illa foueat. Sed quiſquis ille fuit qui hoc commentus eſt primus, conſiderare debuit Paulum cũ ſuis hoc in loco nutricis perſonam non ſuſtinere: niſi dicamus eum infantem fuiſſe.

Μνημονεύετε γάρ, ἀδελφοί, τὸν κόπον ἡμῶν καὶ τὸν μόχθον· νυκτὸς γὰρ καὶ ἡμέρας ἐργαζόμενοι, πρός τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαί τινα ὑμῶν, ἐκηρύξαμεν εἰς ὑμᾶς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ.

9 Meminiſtis enim, fratres, laboris noſtri ac ærumnæ: nocte enim ac die operãdo, ne quem veſtrum grauaremus, prædicauimus apud vos Euangelium Dei.

9 *Memoretis enim eſtis fratres, laboris noſtri & fatigationis: noctes & die operantes, neminem veſtrũ grauaremus, prædicauimus in nobis Euangelũ Dei.* Act.18.g.34 1.cor.4.c.12 2.theſſ.3.b.8

Υμεῖς μάρτυρες καὶ ὁ Θεὸς, ὡς ὁσίως καὶ δικαίως καὶ ἀμέμπτως ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν ἐγενήθημεν.

10 Vos teſtes eſtis, & Deus quomodo ſãctè & iuſtè & inculpatè vobis, qui creditis, vixerimus.

10 *Vos teſtes eſtis & Deus quam ſanctè & iuſtè & ſine querela, nobis qui credidiſtis fuimus.*

Καθάπερ οἴδατε ὡς ἕνα ἕκαστον ὑμῶν, ὡς πατὴρ τέκνα ἑαυτοῦ, παρακαλοῦντες ὑμᾶς καὶ παραμυθούμενοι,

11 Sicut noſtis quomodo vnumquenque veſtrum, tanquam pater liberos ſuos, hortabamur & conſolabamur:

11 *Sicut ſcitis qualiter unumquemque veſtrũ (ſicut pater filios ſuos) deprecantes vos & conſolantes,*

Καὶ μαρτυρόμενοι, εἰς τὸ περιπατῆσαι ὑμᾶς ἀξίως τοῦ Θεοῦ τοῦ καλοῦντος ὑμᾶς εἰς τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν καὶ δόξαν.

12 Et obteſtabamur vt ambularetis ſicut dignum eſt Deo vocante vos ad ſuum regnum ac gloriam.

12 *Teſtificati ſumus ut ambularetis dignè Deo, qui vocauit vos in ſuum regnum & gloriam.* Epheſ.4.a.1 philip.1.d.27 coloſſ.1.b.10

Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς εὐχαριστοῦμεν τῷ Θεῷ ἀδιαλείπτως, ὅτι παραλαβόντες λόγον ἀκοῆς παρ' ἡμῶν, τοῦ Θεοῦ, ἐδέξασθε οὐ λόγον ἀνθρώπων, ἀλλὰ (καθώς ἐστιν ἀληθῶς) λόγον Θεοῦ, ὃς καὶ ἐνεργεῖται ἐν ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν.

13 Propterea etiam nos gratias agimus Deo indeſinenter, quòd acceptũ de Deo ſermonem quẽ audiſtis ex nobis, exceperitis non vt ſermonem hominũ, ſed (ſicut eſt verè) vt Dei ſermonem, qui etiã agit in vobis qui creditis.

13 *Ideo & nos gratias agimus Deo ſine intermiſſione, quoniã quũ accepiſſetis à nobis verbum auditus Dei, accepiſtis non ut verbũ hominum, ſed (ſicut eſt verè) verbum Dei, qui operatur in nobis qui credidiſtis.*

9 Ac ærumnæ, καὶ τὸν μόχθον. Μόχθος aliquid etiã grauius ſignificat quàm κόπος. & ſicut vernaculo noſtro ſermone hæc tria, Labour, Paine, Trauail, gradus quoſdam laboris ſignificant: ſic & apud Græcos, πόνος, κόπος, μόχθος. Ideo Vetus interpres Fatigationem conuertit.

10 Vobis, ὑμῖν. Eraſ. Vobiſcum. Atqui hoc pertinet ad ἀμέμπτως, vt ſit ſenſus, quomodo ſanctos & iuſtos, quomodo denique nos vobis qui creditis, inculpatos præſtiterim⁹. Vixerimus, ἐγενήθημεν. Vide ſuprà, ver. 5.

11 Quomodo, &c. ὡς ἕνα ἕκαστον ὑμῶν. Eraſmus, Vt erga vnumquenque veſtrum *ſuerimus affecti*. Duo enim hic eũ offenderũt: primùm, repetita particula ὡς: deinde quòd quũ præceſſerit ἕνα ἕκαστον, poſtea ſubiiciat prono mẽ ὑμᾶς. quãobrẽ putauit imperfectã eſſe orationẽ. Mihi verò nulla hic apparet eclipſis niſi verbi ſubſtantiui ἦμεν, vt mox dicemus. Hortabamur, παρακαλοῦντες ὑμᾶς. Vulg. Deprecantes vos, duplici errore, vt de ipſo verbo παρακαλῶ nihil dicamus. Nam poſt participiũ παρακαλοῦντες ſubaudiendũ eſt ſubſtantiuũ verbũ ex Hebræorũ more, quo circunſcribere ſolent præteritũ imperfectũ vel præſens, vt ſæpe iam annotauimus, vt 1. Cor. 5. a. 6, & c. 11. Item 7. b. 5, & 11. d. 13. Quod autẽ attinet ad pronomen ὑμᾶς, redundat etiã ex Hebræorũ idiotiſmo: qui, quanuis expreſſo antecedente, ſolent tamen affixa quæ vocant verbis ac nominibus ſubiicere, vt obſeruauimus multis iam locis, veluti Rom. 16. d. 17, & 1. Cor. 4. a. 4, & Epheſ. 3. d. 11.

13 Quòd acceptũ, &c. ὅτι παραλαβόντες, &c. Vulg. Quũ accepiſſetis à nobis verbũ auditº Dei, accepiſtis, &c. ita obſcurè vt vix quiſquã poſſit percipere. Itaque Eraſmus explicuit hoc modo, Quòd quũ acciperetis ſermonẽ à nobis quo Deũ diſcebatis, accepiſtis, &c. Nã, inquit, ἃ παρελάβετε cõuertit, Quũ accepiſſetis, quomodo ac cipiebant quod iam acceperant? Deinde verbum auditus Dei à nobis, putauit ſignificare verbum quod vobis Deus per nos loquebatur, vel verbum per quod Deum ex nobis diſcebatis. At ego aliter explico. Dico enim ſermonem auditionis Hebraico more ſignificare ſermonem auditum, ſiue ſermonem auribus perceptum, ac proinde à Paulo & collegis prædicatum: eúmque Dei, (i. de Deo) vel quæ Deus per os ipſorum annuntiabat. Eſt autem magnum diſcrimen inter παραλαμβάνειν & ἀκούειν. Illud enim, eſt interioris ſenſus ea accipientis quæ externis ſenſibus obiiciuntur, & ad iudicii cognitionẽ tranſferentis, vt accepta vel probet & amplectatur, (quod ſignificatur verbo δέχεσθαι) vel repudiet ac reiiciat. Iſta denique non minus differunt quàm pecuniã oblatã accipere, & eam acceptam recondere. Poſſumus autem παρ' ἡμῶν, i. à nobis, cõnectere vel cum participio παραλάβετε, vel

cum ἀνῆκε, vt nos fecimus, eadem prorsus manente sententia. Non vt sermonē hominū, &c. οὐ λόγον ἀνθρώπων, &c. Ideſt, οὐχ ὡς λόγον ἀνθρώπων, ἀλλ' ὡς λόγον Θεοῦ, vt Græcos legiſſe apparet ex ſcholiis. Neque verò cauſa erat cur Eraſmus eā lectionem idcirco reiiceret quòd particula ὡς de iis dicatur quæ vera ſunt: imò potius vel ob eam cauſam debuerat eam amplecti. quanquam hoc quidem ad rem non pertinet: nam ὡς non propriè cohæret cum λόγον, ſed cum ἐδέξασθε, vt ſignificetur, Theſſalonicenſes Apoſtolicā doctrinā ita excepiſſe vt par erat excipere eam doctrinā quam ſibi perſuaſiſſent nō eſſe hominum, (id eſt ab hominibus quaſi authoribus profectam) ſed Dei ipſius, qui per os Apoſtolorum loqueretur, vti ſanè Dei erat: quod res ipſa oſtendit. Verùm etiamſi ὡς non addas, ita erit explicanda hæc ſpecies appoſitionis, de qua diximus Luc. 1. c. 41.

Ὑμεῖς γὰρ μιμηταὶ ἐγενήθητε, ἀδελφοί, τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ τῶν οὐσῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὅτι τὰ αὐτὰ ἐπάθετε καὶ ὑμεῖς ὑπὸ τῶν ἰδίων συμφυλετῶν, καθὼς καὶ αὐτοὶ ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων.

4 Vos enim, fratres, imitatores facti eſtis Eccleſiarum Dei quæ ſunt in Iudæa, in Chriſto Ieſu, vt qui eadem paſſi fitis & vos à propriis contribulibus, ſicut & ipſi à Iudæis:

14 *Vos enim imitatores facti eſtis fratres, Eccleſiarum Dei quæ ſunt in Iudæa, in Chriſto Ieſu: quia eadem paſſi eſtis & vos à contribulibus veſtris, ſicut & ipſi à Iudæis:*

Τῶν καὶ τὸν Κύριον ἀποκτεινάντων Ἰησοῦν καὶ τοὺς ἰδίους προφήτας, καὶ ἡμᾶς ἐκδιωξάντων· καὶ Θεῷ μὴ ἀρεσκόντων, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐναντίων·

15 Qui etiam Dominū Ieſum occiderunt, & proprios Prophetas, & nos exegerūt: neque Deo placent, & omnibus hominibus aduerſantur:

15 *Qui & Dominum occiderunt Ieſum, & Prophetas, & nos perſequuti ſunt: & Deo non placēt, & omnibus hominibus aduerſantur:*

Κωλυόντων ἡμᾶς τοῖς ἔθνεσι λαλῆσαι ἵνα σωθῶσιν, εἰς τὸ ἀναπληρῶσαι αὐτῶν τὰς ἁμαρτίας πάντοτε. ἔφθασε δὲ ἐπ' αὐτοὺς ἡ ὀργὴ εἰς τέλος.

16 Prohibentes nos Gentibus loqui vt ſeruentur, vt ſemper cōpleant peccata ſua. occupauit enim eos ira ad extremum vſque.

16 *Prohibentes nos Gentibus loqui vt ſaluæ fiant, vt impleant peccata ſua ſemper. peruenit autem ira Dei ſuper illos vſque in finem.*

Ἡμεῖς δέ, ἀδελφοί, ἀπορφανισθέντες ἀφ' ὑμῶν πρὸς καιρὸν ὥρας, προσώπῳ, οὐ καρδίᾳ, περισσοτέρως ἐσπουδάσαμεν τὸ πρόσωπον ὑμῶν ἰδεῖν ἐν πολλῇ ἐπιθυμίᾳ.

17 Nos verò, fratres, orbati vobis ad temporis momentum, conſpectu, non animo, eo vehementius ſtuduimus videre faciem veſtram, cum multo deſiderio.

17 *Nos autē, fratres, deſolati à vobis ad tempus horæ, aſpectu, non corde, abundantius feſtinauimus faciem veſtram videre cū multo deſiderio.*

Διὸ ἠθελήσαμεν ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς (ἐγὼ μὲν Παῦλος) καὶ ἅπαξ καὶ δίς, καὶ ἐνέκοψεν ἡμᾶς ὁ Σατανᾶς.

18 Ideo voluimus venire ad vos (ego quidē Paulus) ſemel atq; iterū, ſed impediuit nos Satanas.

18 *Quamobrem voluimus venire ad vos (ego quidem Paulus) & ſemel & iterum, ſed impediuit nos Satanas.*

14 In Chriſto Ieſu, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. i. Chriſti Ieſu auſpiciis collectæ, vt ſuprà, 1. a. 1, vbi ſubauditur participium verbi ſubſtantiui hoc in loco expreſſum. Ineptè igitur Caſtellio cōuertit, Quod ad Chriſtum Ieſum attinet. Imitatores autem vocat quibus ſimile quiddam accidiſſet. A propriis contribulibus, ὑπὸ τῶν ἰδίων συμφυλετῶν. i. ab iis ipſis quibuſcum gentem ac ciuitatem cōmunem habetis. Intelligit autem tum Iudæos tum alios ciues Theſſalonicēſes qui grauiſſimā ſeditionē excitarunt aduerſus Eccleſiā vixdū naſcentē: vt refertur Act. 17.

15 Omnibus, &c. πᾶσιν, &c. Meritò ſanè hoc dicit, quum Iudæi nec in regnum Dei introire ipſi vellent, nec alios ſinerent ingredi. Neque enim quiſquā eſt magis capitalis humani generis hoſtis quàm qui Euangelii curſum impedit. Alii interpretantur toti mundo exoſos, quod mihi non placet.

16 Vt ſemper, &c. εἰς τὸ, &c. Eſt hoc tritum apud Hebræos dicendi genus, complere iniquitates ſuas, & Patrum menſuram implere, vt Gen. 15. c. 16, & Mat. 23. d. 31: quo ſignificatur hæreditaria improbitas. quia nimirū Dominus non ſtatim ad iram prorumpit, ſed expecto demum iniquitatis cumulo, vt reprobi ſuo ipſorum iudicio millies conuicti teneantur. Particula verò πάντοτε perpetuum illum in ſceleribus progreſſum declarat.

Occupauit enim, ἔφθασε δέ. Vulg. & Eraſ. Peruenit autē. Mihi verò videtur τὸ φθάνειν ſubitum aliquid & inexpectatum declarare. Deinde ἐπὶ pro γὰρ poſitam puto. quam enallagen ſæpe iam annotauimus. Ira, ἡ ὀργή. Ira videlicet Dei, id eſt irati Dei iudicium aduerſum illos, vt Rom. 4. c. 15. Ad extremum vſque, εἰς τέλος. Vulg. & Eraſ. In finem, nimium obſcurè. Heb. נצח. i. in perpetuum. Neque verò iſta pugnant cum iis quæ prædixerūt Prophetæ de Iſraelis inſtauratione, & quæ explicat noſter Apoſtolus Rom. 11. c. 25. Nam ſiquis iſta propius cōſideret, mecum (vt ſpero) fatebitur Apoſtolum de certis ex ea Gente hominibus agere, iis nimirum qui tum in Iudæa, ac præſertim Hieroſolymis, erant, ac Chriſtum ipſum non contenti interfeciſſe, ſuos etiam Prophetas & miniſtros Verbi peculiariter ipſis deſtinatos, ipſūmque adeo Paulum crudeliſſimè perſequebantur. Hi ſunt ni mirū qui vltro citróque miſſis nūtiis ſanctos Apoſtoli conatus frāgere conabātur, & quorū rabiem Philippis, Theſſalonicæ, Berrhœæ, paulo antè expertus erat quàm hæc ſcriberet. Meritò igitur illis odiū Dei inexpiabile & ſempiternū exitiū imminere dicit: idq; quàm verè ſcripſerit, nō ita multo pòſt apparuit, ipſis ad internecionē deletis, & ita quidē vt quū plurimi etiā ex prouincialibus Iudæis eſſent eiuſdē ſceleris cōſcii, eos omnes Deus in vrbe quaſi in ſagena includeret, quos ſimul etiā vlciſceretur. Siquidē nō ſine mirabili Dei prouidentia factū eſt vt eo tempore vrbs obſideretur quo Iudæi ex vniuerſo orbe terrarum eò conuenerant, vt refert Ioſephus.

17 Orbati vobis, ἀπορφανισθέντες ἀφ' ὑμῶν. i. Diſiuncti à vobis, ac proinde veluti orphani. Vſus enim eſt vocabulo quo teſtaretur quàm inuitus eos reliquiſſet. Vulg. Deſolati à vobis. Ad tēporis momentū, πρὸς καιρὸν ὥρας. Vel, ad momentū horæ: vt in illo Horatii, Horæ momento cita mors venit aut victoria læta. id eſt, intra breuiſſimū tempus. Nam vtroque hoc nomine ſignificatur certum temporis punctum. Vide Mat. 8. c. 13. Vulg. Ad tempus horæ. Eraſmus, Ad ſpatium temporis. Teſtis eſt autem huius deſiderii etiam Lucas Act. 17.

18 Sed impediuit, &c. καὶ ἐνέκοψεν. Καὶ pro ἀλλὰ, vt Act. 10. d. 18

Certè,

Τίς γὰρ ἡμῶν ἐλπὶς, ἢ χαρὰ, ἢ στέφανος καυχήσεως; ἢ οὐχὶ καὶ ὑμεῖς ἔμπροσθεν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐν τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ;

19 Nam quæ est noſtra ſpes, aut gaudiũ, aut corona de qua glorietur? nónne & vos in conſpectu Domini noſtri Ieſu Chriſti in eius aduentu?

19 Quæ eſt enim noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona gloriæ? nónne vos ante Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ eſtis, in aduentu eius?

Ὑμεῖς γάρ ἐστε ἡ δόξα ἡμῶν καὶ ἡ χαρά.

10 Itaque vos eſtis gloria noſtra & gaudium.

10 Vos enim eſtis gloria noſtra, & gaudium.

Κεφάλαιον γ.

Διὸ μηκέτι στέγοντες, εὐδοκήσαμεν καταλειφθῆναι ἐν Ἀθήναις μόνοι.

CAP. III.

Quamobrẽ hoc deſideriũ non amplius ferẽtes, optimum duximus ſoli Athenis relinqui.

CAP. III.

1 Propter quod nõ ſuſtinẽtes amplius, placuit nobis remanere Athenis ſolu.

Καὶ ἐπέμψαμεν Τιμόθεον τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν καὶ συνεργὸν τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸ στηρίξαι ὑμᾶς καὶ παρακαλέσαι ὑμᾶς περὶ τῆς πίστεως ὑμῶν·

2 Miſimúſque Timotheum fratrem noſtrũ, ac miniſtrum Dei, & adiutorem noſtrum in Euangelio Chriſti, ad vos ſtabiliendos & exhortandos ſuper fide veſtra:

2 Et miſimus Timotheum fratrẽ noſtrum, & miniſtrũ Dei in Euãgelio Chriſti, ad confirmandos vos & exhortandos pro fide veſtra: Act.16.a.1

Τὸ μηδένα σαίνεσθαι ἐν ταῖς θλίψεσι ταύταις. αὐτοὶ γὰρ οἴδατε ὅτι εἰς τοῦτο κείμεθα.

3 Vt nemo commoueatur in oppreſſionibus iſtis. ipſi enim noſtis nos ad id eſſe conſtitutos.

3 Vt nemo moueatur in tribulationibus iſtis. ipſi enim ſcitis quid in hoc poſiti ſumus.

Καὶ γὰρ ὅτε πρὸς ὑμᾶς ἦμεν, προελέγομεν ὑμῖν ὅτι μέλλομεν θλίβεσθαι, καθὼς καὶ ἐγένετο, καὶ οἴδατε.

4 Etenim quum apud vos eſſemus, prædicebamus vobis fore vt affligeremur: quod & euenit, & noſtis.

4 Nam & quũ apud nos eſſemus, prædicebamus nobis paſſuros nos tribulationes: ſicut & factum eſt, & ſcitis.

Διὰ τοῦτο κἀγὼ μηκέτι στέγων ἔπεμψα εἰς τὸ γνῶναι τὴν πίστιν ὑμῶν· μήπως ἐπείρασεν ὑμᾶς ὁ πειράζων, καὶ εἰς κενὸν γένηται ὁ κόπος ἡμῶν.

5 Quamobrem etiam ego non amplius ferens noſtri deſiderium, miſi cum vt cognoſcerem fidem veſtram: ne quo modo tentaſſet vos tentator ille, & inanis redditus eſſet labor noſter.

5 Propterea & ego amplius non ſuſtinens, miſi ad cognoſcendam fidẽ veſtrã, ne forte tẽtauerit vos is qui tentat, & inanis fiat labor noſter.

Ἄρτι δὲ ἐλθόντος Τιμοθέου πρὸς ἡμᾶς ἀφ' ὑμῶν, καὶ εὐαγγελισαμένου ἡμῖν τὴν πίστιν καὶ τὴν ἀγάπην ὑμῶν, καὶ ὅτι ἔχετε μνείαν ἡμῶν ἀγαθὴν πάντοτε, ἐπιποθοῦντες ἡμᾶς ἰδεῖν, καθάπερ καὶ ἡμεῖς ὑμᾶς·

6 Nuper autem quum veniſſet Timotheus ad nos à vobis, & annũtiaſſet nobis fidem ac charitatem veſtram, vóſque bonã noſtri memoriã retinere, ſemper cupientes nos videre, ſicut nos quoque vos:

6 Nũc autem veniẽte Timotheo ad nos à vobis, & annũtiante nobis fidẽ & charitatem veſtrã, & quia memoriam noſtri habetis bonam ſemper, deſiderãtes nos videre, ſicut nos quoque vos:

Διὰ τοῦτο παρεκλήθημεν, ἀδελφοὶ,

7 Propterea conſolationem accepimus, fratres,

7 Ideo conſolati ſumus, fratres,

10 Itaque, δὲ. Heb. ו, cuius multiplex eſt ſignificatio. Hoc quidem res ipſa oſtendit non poni hoc in loco παρακλητικῶς. Vulg. & Eraſ. Enim.

IN CAPVT III.

1 Optimum duximus, ἐδοκήσαμεν. Sic Ambroſius (vt mihi videtur) feliciter expreſſit verbũ ἐδοκήσαμεν, vt quidem hoc in loco accipitur. Vulg. Placuit. Eraſ. Viſum eſt.

2 Et adiutorem noſtrum, καὶ συνεργὸν ἡμῶν. Hoc non legit Vetus interpres. In Euangelio, ἐν τῷ εὐαγγελίῳ. Id eſt, in prædicatione Euangelii, vt alibi ſæpe. Super fide veſtra, περὶ τῆς πίστεως ὑμῶν. Sic inuenimus ſcriptum in omnibus vetuſtis libris, vno duntaxat excepto. Quidam tamen malunt legere ὑμῶν, id eſt noſtra, vt ſignificetur miſſum Timotheum, qui commemorata Pauli fide Theſſalonicẽſes confirmaret. Sed περὶ τῆς πίστεως pro τῇ πίστει mihi non facilè poſſit probari, niſi quis ſimile aliquod exemplum proferat. Retineo igitur veterum codicum & Græcorum ſcholiorum lectionem, quam etiam ſequutus eſt Vetus interpres, vt περὶ pro ὑπὲρ hoc quoque loco ponatur, ſitque hoc additum vt ſignificaretur qua in re potiſſimùm verſaretur Timothei exhortatio. Hoc enim eſt quod in vernaculo ſermone dicimus *Touchant noſtre foy*. Eraſ. De fide veſtra.

3 Vt nemo commoueatur, τὸ μηδένα σαίνεσθαι. i. τὸ μὴ σαλεύεσθαι, vt Græcus ſcholiaſtes interpretatur. Quid ſi verò potius σαίνεσθαι media ſignificatione accipiamus pro adblandiri, aduerſariis videlicet Euangelii? Nam τὸ σαίνειν conſtat de canibus propriè dici qui mota cauda blandiuntur. Cæterùm articulus τὸ indicat qua ratione confirmaturus eſſet Theſſalonicenſium animos Timotheus. Ad id eſſe conſtitutos, εἰς τοῦτο κείμεθα. Vulg. In hoc poſiti ſumus. Eraſ. In hunc vſum poſitos eſſe. Vide Luc. 3. e. 14.

5 Tentator ille, ὁ πειράζων: id eſt ὁ πειρασμός. Hebræorum more, qui participium pro verbali nomine ſæpe ponunt.

ἐφ' ὑμῖν, ὅτι πάσῃ τῇ θλίψει καὶ ἀνάγκῃ ἡμῶν, διὰ τῆς ὑμῶν πίστεως·

ex vobis, in omni afflictione & neceſſitate noſtra, per veſtrā fidem.

in uobis. in omni neceſſitate & tribulatione noſtra per fidem veſtram:

8 Ὅτι νῦν ζῶμεν, ἐὰν ὑμεῖς στήκητε ἐν Κυρίῳ.

8 Nunc enim viuimus, ſi vos perſtatis in Domino.

8 Quoniã nunc uiuimus, ſi uos ſtatis in Domino.

9 Τίνα γὰρ εὐχαριστίαν δυνάμεθα τῷ Θεῷ ἀνταποδοῦναι περὶ ὑμῶν, ἐπὶ πάσῃ τῇ χαρᾷ ᾗ χαίρομεν δι' ὑμᾶς ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν,

9 Quam enim gratiarũ actionem poſſimus Deo rependere de vobis, ſuper omni gaudio quo gaudemus propter vos coram Deo noſtro,

9 Quã enim gratiarũ actionẽ poſſumus Deo retribuere pro uobis, in omni gaudio quo gaudemꝰ propter uos ante Deũ noſtrũ,

Rom.1.b.10, & 15.c.23

10 νυκτὸς καὶ ἡμέρας ὑπερεκπερισσοῦ δεόμενοι εἰς τὸ ἰδεῖν ὑμῶν τὸ πρόσωπον, καὶ καταρτίσαι τὰ ὑστερήματα τῆς πίστεως ὑμῶν;

10 Nocte ac die quamvehementiſſimè precantes vt videamus veſtram faciem, & quæ deſunt fidei veſtræ compleamus?

10 Nocte ac die abundantius orãtes ut uideamus faciẽ ueſtrã, & cõpleamus ea quæ deſunt fidei ueſtræ?

11 Αὐτὸς δὲ ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ ἡμῶν, καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς κατευθύναι τὴν ὁδὸν ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς.

11 Ipſe verò Deus & Pater noſter, & Dominus noſter Ieſus Chriſtus dirigat viam noſtrã ad vos.

11 Ipſe autẽ Deus & Pater noſter, & Dominus noſter Ieſus Chriſtus dirigat uiam noſtram ad uos.

12 Ὑμᾶς δὲ ὁ Κύριος πλεονάσαι καὶ περισσεύσαι τῇ ἀγάπῃ εἰς ἀλλήλους καὶ εἰς πάντας, καθάπερ καὶ ἡμεῖς εἰς ὑμᾶς·

12 Faxit autem Dominus vt abũdetis & exuberetis mutua inter vos charitate, & in omnes, quemadmodum & nos in vos:

12 Vos autẽ Dominus multiplicet, et abũdare faciat charitatẽ in inuicem, & in omnes, quemadmodũ & nos in uobis:

1.Cor.1.a.8 infrà, 5.d.23

13 Εἰς τὸ στηρίξαι ὑμῶν τὰς καρδίας ἀμέμπτους ἐν ἁγιωσύνῃ, ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἡμῶν, ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων τῶν ἁγίων αὐτοῦ.

13 Vt corda veſtra inculpata ſtabiliat in ſanctimonia coram Deo & Patre noſtro, in aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus ſanctis eius.

13 Ad cõfirmãda corda ueſtra ſine querela in ſanctitate, ante Deũ et Patrẽ noſtrũ, in aduẽtu Domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus ſanctis eius. Amẽ.

Κεφάλαιον δ΄

CAP. IIII.

CAP. IIII.

Τὸ λοιπὸν οὖν, ἀδελφοί, ἐρωτῶμεν ὑμᾶς καὶ παρακαλοῦμεν ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ, καθὼς παρελάβετε παρ' ἡμῶν τὸ πῶς δεῖ ὑμᾶς περιπατεῖν καὶ ἀρέσκειν Θεῷ, ἵνα περισσεύητε μᾶλλον.

1 Quod ſupereſt igitur, fratres, rogamus vos & precamur per Dominum Ieſum, vt, ſicut accepiſtis à nobis quomodo oporteat vos incedere, & placere Deo, magis excellatis.

1 De cætero ergo, fratres, rogamus uos et obſecramus in Domino Ieſu, ut quemadmodũ accepiſtis à nobis quomodo oporteat uos ambulare & placere Deo, ſicut et ambulatis, ut abundetis magis.

Οἴδατε γὰρ τίνας παραγγελίας ἐδώκαμεν ὑμῖν διὰ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ.

2 Noſtis enim quæ mandata dederimus vobis per Dominũ Ieſum.

2 Scitis enim quæ præcepta dederimus uobis per Dominum Ieſum.

8 Nunc enim viuimus, νῦν ζῶμεν. Id eſt, Nam nunc non aliter nobis videmur ſalui & incolumes, non aliter, inquam, viuere, quàm ſi pergitis in fide. Particula autem ἐὰν non eſt dubitantis, ſed ſimplicè ponentis conditionem, vt ab eorum conſtantia tum pependiſſe vitæ ſuæ incolumitatem ſignificet. Perſtatis in Domino, στήκητε ἐν Κυρίῳ. Perſtare in Domino, ſignificat in fide perſeuerare, quia fides inſerit nos Domino.

9 Coram Deo noſtro, ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Quæ ſit vis iſtius loquutionis diximus Luc.1.a.6. Poteſt autem vel cum præcedentibus vel cum ſequentibus conſtrui: & repetitum eſt antecedens pro relatiuo, ex Hebræorum more. 9

10 Quamuehementiſſimè, ὑπερεκπερισσοῦ. Vulg. Abundantius. Eraſmus, Supra modum. Vide Epheſ. 3.d.20. Compleamus? καταρτίσαι. Id eſt, vt omnibus numeris fidem veſtram adhuc imperfectam abſoluamus? Nam præterquam quòd quotidie nobis proficiendum eſt, (quod tamen mihi non videtur propriè ad hũc locum pertinere) coactus fuerat Apoſtolus aduerſariorum importunitate vix inchoatum ædificium relinquere, quam etiam ob cauſam Silam & Timotheum in Macedonia reliquerat, Act. 17. c. 14. & quum Timotheus à Macedonia ad ipſum Athenas veniſſet, ſtatim cum remiſit, qui tamen poſtea cum Sila rediens, ipſum inuenit Corinthi, Act. capite 18. verſu 5. Itaque hos eoſdem ſibi comites idcirco adiungit, 2. Corinth. cap. 1. ver. 19. vt mihi quidem omnino videatur hic Siluanus is eſſe quem Lucas Silam vocat, perpetuus in ea peregrinatione collega Pauli cum Timotheo. Quod autem attinet ad verbũ καταρτίζειν, diximus de eo pluribus Mat. 21. b. 16, Rom. 9. c. 22, & 1. Cor. 1. b. 10. 10

IN CAPVT IIII. 12

1 Magis excellatis, περισσεύητε μᾶλλον. Id eſt, ita conemini magis ac magis excellere, ac voſmet ipſos quotidie ſuperare. Nam τὸ περισσεύειν hoc in loco non ſignificat abundare, ſed ὑπερβάλλειν καὶ ὑπεραίρειν. Vulg. & Eraſ. Vt abundetis magis. Quod autem apud Veterem interpretem & Ambroſium, poſt Placere Deo, legitur, Sicut & ambulatis, καθὼς καὶ περιπατεῖτε, in vno duntaxat exemplari Græco legimus. 1

2 Mandata, παραγγελίας. Τὸ παραγγέλλειν interdum quidem fateor generaliter accipi pro edicere &

Interdicere, ſed, vt oſtendit ipſa verbi notatio, propriè de eo mandatorum genere dicitur quod per manus traditur & accipitur, vt author quidem ipſe mandati dicatur παραγγέλλειν, id eſt per alium ſignificare: qui verò nomine alterius aliquid denuntiat quaſi per manus acceptum, παραγγέλλειν. quam ſignificationem hoc in loco putaui in primis obſeruandam, quum ita videatur Apoſtolus ipſe explicare 1. Cor. 11. c. 23. Sed & quæ fuerint iſta mandata, mox ita explicat vt ſine ſumma impudentia non poſſint Eccleſiaſtici tyranni hoc teſtimonio ad ſtabiliendam ſuam tyrannidem abuti.

Τοῦτο γάρ ἐστι θέλημα τοῦ Θεοῦ, ὁ ἁγιασμὸς ὑμῶν, ἀπέχεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ τῆς πορνείας·

3 Nã hæc eſt voluntas Dei, nempe ſanctificatio veſtra, id eſt vt abſtineatis à ſcortatione:

3 Hæc eſt enim voluntas Dei, ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis vos à fornicatione: Rom.12.a.1 eph.5.f.27

Εἰδέναι ἕκαστον ὑμῶν τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος κτᾶσθαι ἐν ἁγιασμῷ καὶ τιμῇ·

4 Et ſciat veſtrũ vnuſquiſque ſuum vas poſſidere cum ſanctificatione & honore:

4 Vt ſciat vnuſquiſque veſtrũ vas ſuũ poſſidere in ſanctificatione et honore:

Μὴ ἐν πάθει ἐπιθυμίας, καθάπερ καὶ τὰ ἔθνη τὰ μὴ εἰδότα τὸν Θεόν.

5 Non cum morbo cupiditatis, ſicut Gentes quæ non nouerunt Deum.

5 Non in paſſione deſiderij, ſicut & Gentes quæ ignorant Deum.

Τὸ μὴ ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ· διότι ἔκδικος ὁ Κύριος περὶ πάντων τούτων, καθὼς καὶ προείπαμεν ὑμῖν, καὶ διεμαρτυράμεθα.

6 ‖ Nequis opprimat aut circunueniat in negotio fratrem ſuum. nam vltor eſt Dominus omnium iſtorum, ſicut & antè diximus vobis, ac teſtificati ſumus.

6 Et nequis ſupergrediatur neque circũueniat in negotio fratrem ſuũ, quoniã vindex eſt Dominus de his omnibus, ſicut & prædiximus vobis, & teſtificati ſumus. 1.Cor.6.b.8

Οὐ γὰρ ἐκάλεσεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἐπὶ ἀκαθαρσίᾳ, ἀλλ' ἐν ἁγιασμῷ.

7 ‖ Nõ enim vocauit nos Deus ad impuritatem, ſed ad ſanctificationem.

7 Non enim vocauit nos Deus in immunditiã, ſed in ſanctificationem. 2 Cor.1.a.2

Τοιγαροῦν ὁ ἀθετῶν, οὐκ ἄνθρωπον ἀθετεῖ, ἀλλὰ τὸν Θεὸν τὸν καὶ δόντα τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ τὸ ἅγιον εἰς ἡμᾶς.

8 Proinde qui hæc reiicit, non reiicit hominem, ſed Deum, qui etiam dedit nobis Spiritum ſuum ſanctum.

8 Itaque qui ſpernit, non homine ſpernit, ſed Deũ, qui etiam dedit Spiritum ſuum ſanctum in nobis.

Περὶ δὲ τῆς φιλαδελφίας οὐ χρείαν ἔχετε γράφειν ὑμῖν. αὐτοὶ γὰρ ὑμεῖς θεοδίδακτοί ἐστε εἰς τὸ ἀγαπᾶν ἀλλήλους.

9 ‖ Cæterùm de fraterna charitate non neceſſe habetis vt ſcribam vobis: ipſi nanque diuinitus docti eſtis vt diligatis alii alios.

9 De charitate autẽ fraternitatis non neceſſe habemus ſcribere nobis: ipſi enim nos à Deo didiciſtis vt diligatis inuicem. Iob.13.d.34, & 15.b.12 1.ioh.1.b.8, & 4.d.21

Καὶ γὰρ ποιεῖτε αὐτὸ εἰς πάντας τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς ὄντας ἐν ὅλῃ τῇ Μακεδονίᾳ. παρακαλοῦμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, περισσεύειν μᾶλλον

10 Nam & facitis hoc erga cunctos fratres qui ſunt in tota Macedonia. obſecramus autem vos, fratres, vt magis excellatis:

10 Etenim illud facitis in omnes fratres in vniuerſa Macedonia. rogamus autem uos, fratres, ut abũdetis magis:

Καὶ φιλοτιμεῖσθαι ἡσυχάζειν, καὶ πράσσειν τὰ ἴδια, καὶ ἐργάζεσθαι ταῖς ἰδίαις χερσὶν ὑμῶν, καθὼς ὑμῖν παρηγγείλαμεν·

11 Et contendatis quieti eſſe, & res veſtras agere, ac operari propriis manibus veſtris, ſicut vobis denuntiauimus:

11 Et operam detis ut quieti ſitis, & ut veſtrũ negotiũ agatis, & operemini manib' veſtris ſicut præcepimus uobis:

Ἵνα περιπατῆτε εὐσχημόνως πρὸς τοὺς ἔξω, καὶ μηδενὸς χρείαν ἔχητε.

11 Vt vos geratis honeſtè erga extraneos, & nulla re vobis ſit opus.

11 Et ut honeſtè ambuletis ad eos q̃ foris ſunt: et nullius aliquid deſideretis.

3 Sanctificatio, ὁ ἁγιασμός. Vide Iohan.17.c.17.

4 Suum vas, τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος. Id eſt ſuum corpus, vt apparet ex iis quæ ſcripta ſunt 1.Cor.6.d.18.

5 Cum morbo cupiditatis, ἐν πάθει ἐπιθυμίας. Πάθος conuertimus morbum, Ciceronem ſequuti. Ita enim proprie accipitur hoc in loco. Vulg. Cum paſſione deſiderii. Eraſ. Cum affectu concupiſcentiæ.

6 Nequis opprimat aut circumueniat, τὸ μὴ ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν. Τὸ ὑπερβαίνειν ſuperiorum eſt hominum & ambitioſorum, qui reliquos quaſi ſuperſcandunt: τὸ πλεονεκτεῖν verò auaritiam præterea declarat, quum aliquis ſua ſorte non contentus, in aliorum fortunas inuadit, aut ex aliorum incommodis commoda ſua comparat. Ideo alicubi vertimus Occupare, & expilare. Vulg. Nequis ſupergrediatur neque circumueniat. Erraſmus, Nequis opprimat ac fraudet.

8 Qui hæc reiicit, ὁ ἀθετῶν. Repete τὰς παραγγελίας, &c. id eſt illa mandata quæ dedi vobis, ex verſu 1. Diximus autem de verbo ἀθετῶ Mar.6.d.16. Nobis, εἰς ἡμᾶς. Id eſt ἡμῖν. Reſpondet enim præpoſitio εἰς literæ ι, quæ tertio caſui præponitur apud Hebræos. Quanquam etiam hæc loquutio non caret ſua emphaſi, vt Spiritus ſanctus ſignificetur in ſanctis quaſi radices agere, & in intimam vſque mentem penetrare. Cæterùm additaconiunctio καὶ fecit vt legerem εἰς ἡμᾶς, nobis, potius quàm ἐν ἡμῖν: vobis, quoniam ita videtur Paulus confitmare quod dixerat, dum aſſerit ſe etiam ex Spiritu Dei loqui.

10 Vt magis excellatis, περισσεύητε μᾶλλον Vide ſupra, verſ. 3.

Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, περὶ τῶν κεκοιμημένων, ἵνα μὴ λυπῆσθε, καθὼς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα.

13 Nolim autem vos ignorantia versari, fratres, quod ad eos attinet qui obdormierunt, vt ne doleatis, sicut & cæteri qui spem non habent.

13 Nolumus autē nos ignorare, fratres, de dormentibus, ut non cōtristemini sicut & cæteri qui spem non habent.

Εἰ γὰρ πιστεύομεν ὅτι Ἰησοῦς ἀπέθανε καὶ ἀνέστη, οὕτω καὶ ὁ Θεὸς τοὺς κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ, ἄξει σὺν αὐτῷ.

14 Nā si credimus Ieſum mortuum eſſe & reſurrexiſſe: ita etiā Deus eos qui obdormierint in Ieſu, adducet cum eo.

14 Si enim credimus quòd Ieſus mortuus eſt & reſurrexit: ita & Deus eos qui dormierūt per Ieſum, adducet cum eo.

Τοῦτο γὰρ ὑμῖν λέγομεν ἐν λόγῳ Κυρίου, ὅτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ Κυρίου, οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας.

15 Hoc enim vobis dicimus verbis Domini, fore vt nos viui qui reliqui erimus in aduētu Domini, non præueniamus eos qui obdormierint.

15 Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui viuimus, qui reſidui ſumus in aduentum Domini, non præueniemus eos qui dormierunt.

1. Cor. 15. g. 51. Ὅτι αὐτὸς ὁ Κύριος ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι Θεοῦ, καταβήσεται ἀπ' οὐρανοῦ· καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ, ἀναστήσονται πρῶτον.

16 Nam ipſe Dominus cum hortationis clamore & voce Archāgeli ac Dei tuba, deſcendet è cælo: & qui mortui fuerint in Chriſto, reſurgent primùm.

16 Quoniā ipſe Dominus in iuſſu & in uoce Archāgeli & in tuba Dei, deſcēdet de cælo: & mortui q̄ in Chriſto ſunt, reſurgent primi.

Ἔπειτα ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι, ἅμα σὺν αὐτοῖς ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις, εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἀέρα· καὶ οὕτω πάντοτε σὺν Κυρίῳ ἐσόμεθα.

17 Deinde nos viui, qui reliqui erimus, rapiemur ſimul cum eis in nubes, in occurſum Domini in aera: & ita ſemper cum Domino erimus.

17 Deinde nos q̄ uiuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Domino in aera: & ſic ſemper cum Domino erimus.

Ὥστε παρακαλεῖτε ἀλλήλους ἐν τοῖς λόγοις τούτοις.

18 Itaque conſolamini alii alios iſtis ſermonibus.

18 Itaque conſolamini inuicem in uerbis iſtis.

Κεφάλαιον ε'

CAP. V.

CAP. V.

Περὶ δὲ τῶν χρόνων καὶ τῶν καιρῶν, ἀδελφοὶ, οὐ χρείαν ἔχετε ὑμῖν γράφεσθαι.

1 POrro de temporibus & opportunitatibus, fratres, non eſt opus vt vobis ſcribam.

1 De tēporibus autē & momētis, fratres, nō indigetis ut ſcribamus uobis.

Αὐτοὶ γὰρ ἀκριβῶς οἴδατε ὅτι ἡμέρα Κυρίου ὡς κλέπτης ἐν νυκτὶ, οὕτως ἔρχεται.

2 Ipſi enim penitus ſcitis diem illum Domini, vt furem in nocte, ita venturum eſſe.

2 Ipſi enim diligenter ſcitis quia dies Domini, ſicut fur in nocte, ita uenīet.

Ὅταν γὰρ λέγωσιν, Εἰρήνη καὶ ἀσφάλεια, τότε αἰφνίδιος

3 Quum enim dicent, Pax & tuta omnia: tunc repentinum

3 Quūcunq̄ dixerint, Pax et ſecuritas: tūc repēſtinꝰ

13 In ignorantia verſari, ἀγνοεῖν. Vulg. & Eraſ. Ignorare. Vide 1. Cor. 12. a. 1. Quod ad eos attinet qui obdormierunt, περὶ τῶν κεκοιμημένων. Τὸ κοιμᾶσθαι, id eſt obdormiſcere, pro reponi in ſepulchro, quaſi in lecto, ex quo tandem expergiſcentes ſuſcitemur, Græci dixerunt, Hebræorum more, apud quos ſic accipitur verbum שכב: ſed fere cum adiuncta aliqua appendice, veluti, Cum patribus ſuis: interdum tamen etiam abſolutè, vt Eſa. 14. b. 8. & d. 18. Dormientes autem pro mortuis vocant שנים, vt Dan. 12. a. 2.

14 In Ieſu, διὰ τοῦ Ἰησοῦ. Sic infrà ver. 17, & Apoc. 14. c. 15. vt διὰ pro ἐν ponatur, ſicut diximus Rom. 4. b. 11. Dicuntur autem in Domino mori qui ad extremum vſque perſeuerant in fide qua ſunt Chriſto inſiti. Et argumentatur Paulus ex duplici hypotheſi: vna, Chriſtum reſurrexiſſe: altera, à Chriſto tanquam capite omnem virtutem in ſubiecta membra deriuari. Fideles enim alloquitur, quique de iſtis principiis minimè dubitarent. Vulgata & Eraſmus, Per Ieſum, ſicut etiam vertit Tertullianus, ſed ita vt hoc connectat cum verbo ἄξει, adducet per Ieſum. Adducet, ἄξει. Adducet, nimirum è ſepulchris euocatos. quod attinet ad corpora quibus animi rurſus erunt adiuncti, εἰς ἀφθαρσίαν, vt copioſè dictum eſt 1. Cor. 15. Apparituram autem Dominum in iudicio cum ſanctis ſuis, dixerat etiam ſuprà, 3. d. 13.

15 Verbis Domini, ἐν λόγῳ Κυρίου. Id eſt Domini nomine, & quaſi eoipſo loquente. Quæ formula Latinis quoque eſt peruſitata. Vtitur autem hac præfatione, quòd arcanum quiddam ſit dicturus, vt ſuæ doctrinæ authoritatem conciliet: ſicut apud Prophetas vbique illud ingeminatur, HAEC DICIT DOMINVS.

Nos viui, ἡμεῖς οἱ ζῶντες. Sic quoque Paulus 1. Cor. 15. g. 51 & 52, de his rebus loquitur, quaſi vnus ſit futurus ex eorum numero quos Dominus aduenies ſit viuos deprehenſurus: quia nimirum incertum eſt illud tempus, ſingulos autem noſtrum perinde cōparatos eſſe oportet acſi ſingulis momentis Dominus venturus eſſet. Itaque prorſus detorſit hūc locū Methodius, qui participiū ζῶντες animabus, κεκοιμημένοις corporibus accōmodat.

16 Cum hortationis clamore, ἐν κελεύσματι. Græci κέλευσμα, id eſt hortamē, appellāt quod præcipuè apud nautas eſt quaſi ſolenne, vt vno veluti concentu remos adducant. Apoſtolos ergo magnificentiam & celebritatem aduentus Domini repræſentat, facta celeuſmatis, vocis Archangeli & tubæ mentione, vt mortui etiā ipſi aduētus Dei ſonitum audiant, vt Matth. 24. c. 31, & 25. a. 6, & Iohan. 5. c. 28. Subtilius autem de his rebus nolim quidem ego philoſophari. In Chriſto, ἐν Χριστῷ. Vide ſuprà ver. 14.

17 Rapiemur, ἁρπαγησόμεθα. Repentè videlicet & oculi momento immutata corporum noſtrorum qualitate, idque abſque morte, cuius in locum illa immutatio ſuccedet, vt 1. Cor. 15. g. 51 & 52.

IN CAPVT V.

1 Opportunitatibus, τῶν καιρῶν. Vulg. Momētis. Eraſ. Articulis tēporum. Vide Act. 1. b. 7. Mirū eſt autem, quū tā expreſſè hæc ſcripta ſint, & antè etiā à Chriſto ipſo pronūtiata, repertos ſemper aliquos fuiſſe q̄ in hoc

inquirēdo arcano ſeſe & alios fatigarēt,& quidē prolato neſcio quo ſomnio,quod miror non puderе quoſdam Eliæ prophetæ tribuere. Apage verò iſtam non iam ridiculam,ſed etiam impiam ac profanam curioſitatem.

αὐτοῖς ἐφίσταται ὄλεθρος, ὥσπερ ἡ ὠδὶν τῇ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ καὶ οὐ μὴ ἐκφύγωσιν.

eis imminet exitium,ſicuti dolor partus mulieri ventrem ferenti: nec effugient.

eis ſuperueniet interitus, ſicut dolor in utero habenti: & non effugient.

Ὑμεῖς δέ, ἀδελφοί, οὐκ ἐστὲ ἐν σκότει, ἵνα ἡ ἡμέρα ὑμᾶς ὡς κλέπτης καταλάβῃ.

4 At vos,fratres, nō eſtis in tenebris,vt dies illē vos, tāquam fur, deprehendat.

4 Vos autem fratres, non eſtis in tenebris, ut uos dies illa tanquam fur comprehendat.

Πάντες ὑμεῖς υἱοὶ φωτός ἐστε καὶ υἱοὶ ἡμέρας· οὐκ ἐσμὲν νυκτὸς, οὐδὲ σκότους.

5 Omnes vos filii lucis eſtis, ac filii diei: non ſumus noctis, neque tenebrarum.

5 Omnes enim uos filij lucis eſtis, & filij diei: non ſumus noctis neque tenebrarum.

Ἄρα οὖν μὴ καθεύδωμεν ὡς καὶ οἱ λοιποὶ, ἀλλὰ γρηγορῶμεν καὶ νήφωμεν.

6 Nempe igitur ne dormiamus vt reliqui,ſed vigilemus & ſobrii ſimus.

6 Igitur non dormiamus ſicut & cæteri,ſed uigilemus & ſobrij ſimus.

Οἱ γὰρ καθεύδοντες, νυκτὸς καθεύδουσι· καὶ οἱ μεθυσκόμενοι, νυκτὸς μεθύσκονται.

7 Nam qui dormiunt, noctu dormiunt: & qui inebriantur, noctu ſunt ebrii.

7 Qui enim dormiūt, nocte dormiūt: & qui ebrij ſunt, nocte ebrij ſunt.

Ἡμεῖς δὲ ἡμέρας ὄντες, νήφωμεν, ἐνδυσάμενοι θώρακα πίστεως καὶ ἀγάπης· καὶ περικεφαλαίαν ἐλπίδα σωτηρίας.

8 At nos qui ſumus dieī, ſobrii ſimus, ‖induti thorace fidei & charitatis:& pro galea,ſpe ſalutis.

8 Nos autem qui dies ſumus, ſobrij ſimus, induti Eſa.59.c.17 loricam fidei & charitatis:et galeā ſpem ſalutis. eph.6.c.17

Ὅτι οὐκ ἔθετο ἡμᾶς ὁ Θεὸς εἰς ὀργὴν, ἀλλ' εἰς περιποίησιν σωτηρίας διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ·

9 Nā non conſtituit nos Deus ad iram, ſed ad ſalutē obtinendam per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum:

9 Quoniam non poſuit nos Deus in iram,ſed in acquiſitionem ſalutis per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum:

Τοῦ ἀποθανόντος ὑπὲρ ἡμῶν· ἵνα εἴτε γρηγορῶμεν, εἴτε καθεύδωμεν, ἅμα σὺν αὐτῷ ζήσωμεν.

10 Qui mortuus eſt pro nobis: vt ſiue vigilemus, ſiue dormiamus,ſimul cum eo viuamus.

10 Qui mortuus eſt pro nobis: ut ſiue uigilemus, ſiue dormiamus,ſimul cum illo uiuamus.

Διὸ παρακαλεῖτε ἀλλήλους, καὶ οἰκοδομεῖτε εἷς τὸν ἕνα, καθὼς καὶ ποιεῖτε.

11 Quapropter adhortamini alii alios, & ædificate ſinguli ſingulos,ſicut & facitis.

11 Propter quod cōſolamini inuicē: et ædificate alterutrū,ſicut & facitis.

Ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, εἰδέναι τοὺς κοπιῶντας ἐν ὑμῖν, καὶ προϊσταμένους ὑμῶν ἐν Κυρίῳ, καὶ νουθετοῦντας ὑμᾶς·

12 Rogamus autem vos,fratres, vt agnoſcatis eos qui laborant inter vos, & præſunt vobis in Domino,& admonent vos:

12 Rogamus autē uos, fratres, ut noueritis eos qui laborant inter uos, & præſunt uobis in Domino, & moneant uos:

Καὶ ἡγεῖσθαι αὐτοὺς ὑπερεκπερισσοῦ ἐν ἀγάπῃ διὰ τὸ ἔργον αὐτῶν. εἰρηνεύετε ἐν ἑαυτοῖς.

13 Et quammaximè charos ducatis, propter opus ipſorum. pacem colite inter vos mutuó.

13 Vt habeatis illos abundātius in charitate, propter opus illorum. pacem habete cum eis.

Παρακαλοῦμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, νουθετεῖτε τοὺς ἀτάκτους, παραμυθεῖσθε

14 Precamur autem vos, fratres, monete inordinatos, cō-

14 Rogamus autē uos fratres, arripite ingratos, cō-

5 Filii lucis, υἱοὶ φωτός. Vide Epheſ.5.b.6.

8 Induti, ἐνδυσάμενοι. Vide Epheſ.6.c.14.

5 12 Vt agnoſcatis, εἰδέναι. Id eſt, agnoſcatis tales eſſe quales ſunt, dignos videlicet quos in maximo pretio habeatis. Ita enim Agnoſcendi vocabulū alibi etiā vſurpatur, vt Mat.7.d.23,& 1. Cor. 5. c.16. Verūm qui hunc honorem à ſuis flagitant, prius circunſpiciant an ſibi conueniant ex notis quas ſubiicit Apoſtolus. Neqs enim hic vlla bullarum, datarum, diſpenſationum, totius denique Pontificiæ nundinationis mentio. In Domino, ἐν Κυρίῳ. Id eſt, in iis quæ ad cultum Dei ſpectant. Sic Eccleſiaſticum munus à ciuili adminiſtratione, & veros paſtores à lupis diſtinguit.

13 Et quammaximè charos ducatis, καὶ ἡγεῖσθαι αὐτοὺς ὑπερεκπερισσοῦ ἐν ἀγάπῃ. Vulgata, Vt habeatis illos abundantius in charitate. quo modo dicimus in vernaculo ſermone, Auoir en amour. Eraſmus, Vt habeatis illos in ſummo preti per charitatem. At ego nō memini legere ἡγεῖσθαι ſimpliciter poſitum pro in pretio haberet idque potius credidерim agnoſcendi verbo ſignificatum in ſuperiore verſiculo. Propter opus ipſorum, διὰ τὸ ἔργον αὐτῶν. Vbi ergo ceſſat hæc cauſa, ceſſet etiam honor, & expellatur lupus à grege. Pacem colite inter vos mutuò, εἰρηνεύετε ἐν ἑαυτοῖς. Vetus interpres & Eraſmus legunt ἐν αὐτοῖς, cum eis, ſed omnibus noſtris veteribus libris,& Græcis quoque ſcholiis repugnātibus. Mihi verò propterea magis placet legere ἐν ἑαυτοῖς quòd ita etiam comprehenduntur ipſi paſtores, quibuſcum præcipuè debet gregi conuenire. Deinde dicendum potius fuiſſet εἰρηνεύειν, vt omnia cohærerent.

14 Monete inordinatos, νουθετεῖτε τοὺς ἀτάκτους. Ita ſolet Liuius hoc nomen vſurpare de militibus qui ſtationem non ſeruant. eleganter autē tranſtulit Paulus ad eos non qui ſunt intractabiles, vt putauit Eraſmus, ſed qui tamen aliter quàm per infirmitatem peccant. Neque νουθετεῖν ſignificat corripere, vt Græcus etiam ſcholiaſtes rectè monet: ſed officii admonere,& quaſi amiſſā mentē reponere, vt ipſa verbi notatio declarat. Indomitis autē alia ſunt adhibēda ſeueriora remedia, de quibus nō inſtituit agere Apoſtolus hoc in loco: ſed de iis

duntaxat officiis quæ priuata quidē ſunt, ad quoſuis tamē fideles ſpectāt. Itaque Vetus interpres non rectè cōuertit, Corripite inquietos: & multo etiam minus appoſitè Caſtellio interpretatus eſt, Caſtigate incompositos.

μωφυχοὺς παραμυθεῖσθε, ἀντέχεσθε τῶν ἀσθενῶν, μακροθυμεῖτε πρὸς πάντας.	ſolamini qui puſillo animo ſunt, ſubleuate infirmos, patientes eſtote erga omnes.	*ſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes.*	
Προσέχετε μή τις κακὸν ἀντὶ κακοῦ τινὶ ἀποδῷ, ἀλλὰ πάντοτε τὸ ἀγαθὸν διώκετε καὶ εἰς ἀλλήλους καὶ εἰς πάντας.	15 ‖ Videte nequis malum pro malo cuipiam reddat: ſed ᵛbeneficentiam ſemper ſectamini, tum inter vos mutuò, tum erga omnes.	15 *Videte nequis malum pro malo alicui reddat: ſed ſemper quod bonū eſt ſectemini inuicem, & in omnes.*	Prouerb.17.d.13 & 20.d.22 matth.5.f.44 rom.12.d.17 1.per.3.b.9
Πάντοτε χαίρετε·	16 Semper ᵛgaudete:	16 *Semper gaudete:*	
Ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε·	17 ‖ Indefinenter orate.	17 *Sine intermiſſione orate.*	Eccl.18.c.22 Luc.18.a.1
Ἐν παντὶ εὐχαριστεῖτε· τοῦτο γὰρ θέλημα Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ εἰς ὑμᾶς.	18 In omnibus gratias agite. hæc enim eſt ᵛvoluntas Dei per Chriſtum Ieſum erga vos.	18 *In omnibus gratias agite: hæc eſt enim voluntas Dei in Chriſto Ieſu in omnibus vobis.*	
Τὸ Πνεῦμα μὴ σβέννυτε·	19 ᵛSpiritum ne extinguite:	19 *Spiritū nolite extinguere:*	
Προφητείας μὴ ἐξουθενεῖτε·	20 ᵛProphetias ne pro nihilo habete:	20 *Prophetias nolite ſpernere.*	
Πάντα δοκιμάζετε· τὸ καλὸν κατέχετε.	21 Omnia explorate: quod bonum fuerit retinete.	21 *Omnia autem probate: quod bonum eſt tenete.*	
Ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθε.	22 ᵛAb omni ſpecie mali abſtinete.	22 *Ab omni ſpecie mala abſtinete vos.*	
Αὐτὸς δὲ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἁγιάσαι ὑμᾶς ὁλοτελεῖς· καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα, καὶ ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα ἀμέμπτως ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τηρηθείη.	23 Ipſe autem Deus pacis *author* ᵛſanctificet vos totos: & integer veſter ſpiritus, & anima & corpus inculpatè in aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruentur.	23 *Ipſe autem Deus pacis ſanctificet nos per omnia: ut integer ſpiritus noſter, & anima, & corpus ſine querela, in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur.*	
Πιστὸς ὁ καλῶν ὑμᾶς, ὃς καὶ ποιήσει.	24 ‖ Fidelis eſt qui vocauit vos, qui etiam *id* efficiet.	24 *Fidelis eſt qui vocauit nos, qui etiam faciet.*	1.Cor.1.b.9
Ἀδελφοὶ, προσεύχεσθε περὶ ἡμῶν.	25 Fratres, orate pro nobis.	25 *Fratres, orate pro nobis.*	

15 Beneficentiam, τὸ ἀγαθόν. Vulg. & Eraſ. Quod bonum eſt, nimium largè, vt apparet ex oppoſito mē bro: quanuis hæc quoque ſententia vera ſit.

16 Gaudete, χαίρετε. Gaudium vocat, ſuo more, tranquillitatem illam animi in Chriſto acquieſcētis & ſibi bene conſcii, quæ facit vt in mediis etiam doloribus exultemus, Rom. 5.a.3, & 2.Cor.6.c.10.

18 Voluntas, θέλημα. Id eſt, res Deo acceptas, & qua in primis delectatur. Vel iſta per anthypophoram dicta ſunt. Poterat enim excipi, Qui fieri poteſt vt ſemper gaudeamus, ſemper gratias agamus, quum perpetuæ nos tempeſtates premant? Imò, inquit Apoſtolus, hoc ipſum eſt quo vos oportet ſolicitari ad gratiarum actionem. Sic enim Deus ſuam in vos beneuolentiam teſtatur, Rom. 8.f.19, Phil.2.d.19, Matth.5.b.11 & 12. Poſſumus autem ἐν παντὶ vel ad res ipſas, vel ad quaſuis circunſtantias referre.

19 Spiritum, τὸ πνεῦμα. Id eſt, Dei afflatum ac lumen in mentibus noſtris refulgens. Atenim (dicet aliquis) ſi in electis nunquam extinguitur, fruſtra hoc præcipitur. Hoc verò pernego. Imò verò ideo non extinguitur in electis quoniam eum perpetuò fouent: vt autem perpetuò foueant, iſtis exhortationibus adducuntur. Nam qui conſtituit Spiritum in electis ſuis nunquam extinguere, ſimul patefecit quibus rationibus illam velit fouere, perpetuo videlicet in pietate progreſſu.

20 Prophetias, προφητείας. Id eſt, verbi Dei ſiue Euangelicæ doctrinæ interpretationes, vt 1.Cor.14. 2.3. Quòd ſi ore explicare, certè etiam ſcriptis interpretari verbum Domini non modò licet, verumetiam vtile ac neceſſarium eſt.

22 Ab omni ſpecie mali, ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ. Id eſt, Quicquid vel vllam mali ſpeciem præ ſe fert, ab eo abſtinete. Fideles autem alloquitur qui certam illam regulam teneant diſtinguendi bona à malis. Eant nunc Pſeudonicodemitæ, & quiduis inter ἀδιάφορα numerent. Poſſumus autem etiam interpretari, Ab omni ſpecie mala.

23 Sanctificet, ἁγιάσαι. Id eſt, à mundo ſeparatos ſibi conſecret ſuo ſpiritu, in Chriſto, in quo vno veram illam pacem conſequemini. Vide Rom. 5.a.1. Quod autem ſequitur, ita explico cum doctiſſimo interprete, vt quod in genere dictum erat, per partes explicetur. Mentem igitur puto Spiritus appellatione ſignificari, ſiue illud ἡγεμονικὸν in quo ſæpe iam diximus præcipuam labem ineſſe: animam verò, reliquas inferiores facultates. non quaſi duæ ſint animæ, ſed quòd ſuo more Paulus functiones vnius eiuſdémque animæ diſtribuat: quum alicubi tres etiam facultates commemoret, vt diximus Epheſ. 4.d.17. Corporis verò nomine ſatis conſtat animæ domicilium ſignificari. Tum demum igitur homo integer ſanctificatus fuerit quum nihil cogitabit ſpiritus, nihil apperet anima, nihil exequetur corpus quod cum Dei voluntate non cōſentiat. Id verò quando tandem fiet? In aduentu Domini noſtri, vt ſubiicit Paulus, & poſtea etiam ſignificauit Rom. 7.c.15, & d.24. & Philip. 3.c.13 & 14.

24 Fidelis, πιστὸς. Heb. נֶאֱמָן. i. ſemper idem & ſibi cōſtans, quique verè præſtet quod promiſit. Eſt autē vocatio efficax, nihil aliud quàm certa voluntatis Dei declaratio. Itaque firma eſt electorū ſalus. Qui etiā *id efficiet*, ὃς καὶ ποιήσει. i. Vos totos perficiet. Cohæret enim hoc cum ſuperiore ſententia. Complutenſis tamen editio legit, ὃς καὶ ποιήσει πᾶσαν ἐλπίδα ὑμῶν βιωσίμου. id eſt, qui etiam ſpem veſtram firmam efficiet.

Ἀσπάσασθε τοὺς ἀδελφοὺς πάντας ἐν φιλήματι ἁγίῳ.

16 Salutate fratres omnes cũ osculo sancto.

16 Salutate fratres omnes in osculo sancto.

Ὁρκίζω ὑμᾶς τὸν Κύριον, ἀναγνωσθῆναι τὴν ἐπιστολὴν πᾶσι τοῖς ἁγίοις ἀδελφοῖς.

17 Adiuro vos per Dominum, vt recitetur hæc epistola omnibus sanctis fratribus.

17 Adiuro uos per Dominum ut legatur epistola omnibus sanctis fratribus.

Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μεθ' ὑμῶν. ἀμήν.

18 Gratia Domini nostri Iesu Christi sit vobiscum. Amen.

18 Gratia Domini nostri Iesu Christi uobiscum. Amen.

Πρὸς Θεσσαλονικεῖς πρώτη ἐγράφη ἀπὸ Ἀθηνῶν.

19 Ad Thessalonicenses prima, scripta fuit Athenis.

19 Ad Thessalonicenses prima scripta fuit ex Athenis.

26 Cum osculo sancto, ἐν φιλήματι ἁγίῳ. Vide Rom. 16. c. 16.

29 Athenis, ἀπὸ Ἀθηνῶν. Hæc extrema passim addita esse ex Græcorum interpretum sententia, non autẽ ab ipso Paulo, vel ex eo liquet quòd magna sit in plerisque diuersitas, vt de iftis minimè sit nefas ambigere. Hanc igitur epistolam cur Corintho non autem Athenis missam esse putem, hoc habeo argumentum, quòd in secundo capite meminerit Timothei, à quo sustinuerit solus relinqui Athenis, quum eum ad Thessalonicenses mitteret. Itaque Silas tum non redierat ad Paulum. Subiicit deinde, Timotheum ad se iterum rediisse, ex quo intellexisset quæ Thessalonicensium esset constantia. Liquet autem ex Actis Apostolorum, quum Paulus digressus Athenis, vbi substiterat Silam & Timotheum expectans, Corinthum venisset, & aliquandiu illic esset versatus, tum demum illos ad eum rediisse: quorum etiam aduentu sit magnopere confirmatus, Act. 17. c. 14, & d. 16. Itaque mihi prorsus sit verisimile Siluanum, hunc ipsum esse quem Lucas Silam vocet: quúmque illi Corinthum venissent, & Timotheus Paulo significasset, à quo Athenis rursum (quod Lucas præteriit) Thessalonicam missus fuerat, Ecclesiæ Thessalonicensium statum, hanc epistolã ad illos communi ipsorum trium nomine Corintho missam fuisse. Silam autem, qui & Siluanus dicitur, apparet ex Apostolorũ actis, Berrhœæ relictum cum Timotheo, tantisper illic mansisse dũ Timotheus Athenas, & rursus, Athenis Thessalonicam regressus, ipsum tandem in reditu assumeret, vt vnà Corinthum venirent. Nolui tamen quicquam mutare, ex coniectura.

Epistola Pauli Apostoli ad Thessalonicẽses posterior. Παύλου ἀποστόλου πρὸς Θεσσαλονικεῖς ἐπιστολὴ δευτέρα.

Κεφάλαιον αʹ

ΠΑΥΛΟΣ καὶ Σιλουανὸς καὶ Τιμόθεος τῇ ἐκκλησίᾳ Θεσσαλονικέων ἐν Θεῷ πατρὶ ἡμῶν, καὶ Κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ·

NOVA INTERPR. CAP. I.

1 PAVLVS & Siluanus & Timotheus Ecclesiæ Thessalonicensiũ quæ est in Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo:

VETVS. CAP. I.

1 PAVLVS & Siluanus & Timotheus Ecclesiæ Thessalonicensiũ in Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo:

Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

2 Gratia sit vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.

2 Gratia uobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.

Εὐχαριστεῖν ὀφείλομεν τῷ Θεῷ πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἀδελφοί, καθὼς ἄξιόν ἐστιν, ὅτι ὑπεραυξάνει ἡ πίστις ὑμῶν, καὶ πλεονάζει ἡ ἀγάπη ἑνὸς ἑκάστου πάντων ὑμῶν εἰς ἀλλήλους·

3 Gratias agere debemus Deo semper de vobis, fratres, vt dignum est, quòd vehementer augescat fides vestra, & abũdet mutua vniuscuiusque omniũ vestrum charitas:

3 Gratias agere debemus semper Deo pro uobis fratres, ita ut dignum est, quoniã supercrescit fides uestra, & abundat charitas unusquisque omniũ uestrũ in inuicem: 2. Thess. 1. a. d

1 Quæ est in Deo, ὁ Θεῷ. Subauditur articulus τῇ. Diximus autem quæ vis sit huius formulæ, superiore epistola, cap. 1. c. 14.

3 Vehementer augescat, ὑπεραυξάνει. Id est, quòd quum antea excreuerit, quotidie etiam ad illud incrementum aliquid accedat. Vulg. Supercrescit. Vniuscujusque omniũ vestrũ, ἑνὸς ἑκάστου πάντων ὑμῶν. Si duntaxat dixissent Omnium vestrum, videri hoc poterat ad Ecclesiam in genere dũtaxat pertinere: nunc verò quũ hoc addunt, sigillatim etiam vnumquemque Thessalonicensium pulcherrimo testimonio exornant.

Ωστε ἡμᾶς αὐτοὺς ἐν ὑμῖν καυχᾶσθαι ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ, ὑπὲρ τῆς ὑπομονῆς ὑμῶν καὶ πίστεως ἐν πᾶσι τοῖς διωγμοῖς ὑμῶν, καὶ ταῖς θλίψεσιν αἷς ἀνέχεσθε·

4 Adeo vt nosipsi de vobis gloriemur apud Ecclesias Dei, id est de tolerantia vestra & fide in omnibus persequutionibus vestris & oppressionibus quas toleratis:

4 Ita ut & nosipsi vos in Ecclesiis Dei gloriemur pro patientia vestra & fide in omnibus persequutionibus vestris & tribulationibus quas sustinetis:

Ενδειγμα τῆς δικαίας κρίσεως τοῦ Θεοῦ, εἰς τὸ καταξιωθῆναι ὑμᾶς τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, ὑπὲρ ἧς καὶ πάσχετε·

Iudic.1.6

5 Quæ res manifesto est indicio iusti iudicii Dei: vt digni cẽseamini regno Dei, pro quo etiam *ista* patimini:

5 In exemplum iusti iudicij Dei, ut digni habeamini regno Dei, pro quo & patiamini:

Εἴπερ δίκαιον παρὰ Θεῷ ἀνταποδοῦναι τοῖς θλίβουσιν ὑμᾶς θλῖψιν·

6 Si quidem iustum est apud Deum, vicissim reddere iis qui affligunt vos, afflictionem:

6 Si tamen iustum est apud Deum retribuere tribulationem ijs qui nos tribulant:

Καὶ ὑμῖν τοῖς θλιβομένοις ἄνεσιν μεθ' ἡμῶν, ἐν τῇ ἀποκαλύψει τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἀπ' οὐρανοῦ μετ' ἀγγέλων δυνάμεως αὐτοῦ,

1.Thes.4.d.16

7 Vobis verò qui affligimini, relaxationem nobiscum, quũ patefiet Dominus Iesus de cælo, cum Angelis potentiæ suæ,

7 Et nobis qui tribulamini, requiẽ nobiscum in revelatione Domini Iesu de cælo cum Angelis virtutis eius,

Ἐν πυρὶ φλογὸς, διδόντος ἐκδίκησιν τοῖς μὴ εἰδόσι Θεὸν, καὶ τοῖς μὴ ὑπακούουσι τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ·

8 Cum flammeo incendio, infligẽs vltionem iis qui Deũ non nouerunt, neque auscultant Euangelio Domini nostri Iesu Christi:

8 In flamma ignis, dantis vindictam ijs qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt Euangelio Domini nostri Iesu Christi:

Οἵτινες δίκην τίσουσιν, ὄλεθρον αἰώνιον, ἀπὸ προσώπου τοῦ Κυρίου, καὶ ἀπὸ τῆς δόξης τῆς ἰσχύος αὐτοῦ·

9 Qui pœnam pendent æterni exitii, *damnati* à præsente Domino, & potente ipsius gloria:

9 Qui pœnas dabunt in interitu æternas, à facie Domini & à gloria virtutis eius:

Ὅταν ἔλθῃ ἐνδοξασθῆναι ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, καὶ θαυμασθῆναι ἐν πᾶσι τοῖς πιστεύσασιν, (ὅτι ἐπιστεύθη τὸ μαρτύριον ἡμῶν ἐφ' ὑμᾶς) ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ.

10 Quum venerit vt glorificetur in sanctis suis, & admirandus fiat in fidelibus omnibus, (quòd fides habita sit testimonio nostro ᵛapud vos) in die illo.

10 Quum venerit glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in omnibus qui credidêrint (quia creditum est testimonium nostrum super nos) in die illo.

Εἰς ὃ καὶ προσευχόμεθα πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἵνα ὑμᾶς ἀξιώσῃ τῆς κλήσεως ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ πληρώσῃ πᾶσαν εὐδοκίαν ἀγαθωσύνης, καὶ ἔργον πίστεως ἐν δυνάμει.

11 ᵛCuius etiam rei gratia precamur sẽper pro vobis, vt vos dignetur ᵛista vocatione Deus noster, & cõpleat ᵛomnem *suæ* bonitatis gratuitam beneuolẽtiam, & ᵛopus fidei ᵛpotenter.

11 In quo etiã oramus semper pro nobis, ut dignetur nos vocatione sua Deus noster, & impleat omnẽ voluntatem bonitatis, & opus fidei in virtute.

5 Quæ res manifesto est indicio. Ἔνδειγμα. Subaudio τοῦ cũ verbo subsitãtiuo. nã alioquin durior esset appositio, quum præcedat ὑπομονῆς & πίστεως secundo casu. Cæterùm ἔνδειγμα conuerti manifestum indicium, vt nominis ipsius vim explicarem. Est enim ἐνδείκνυμι quasi digito indicare. Aperit autem (vt opinor) Apostolus omnis nostræ consolationis fontem in aduersis, quum nos in iis ærumnis quas pro Christo patimur, iubet, tanquam in claro aliquo speculo, futuri illius iusti iudicii exitum contemplari, quo nobis quidem regnum Dei & æterna quies adiudicabitur, impii verò iustas scelerum pœnas luent. Alioquin quomodo Deus esset iustus iudex? Vt digni censeamini, εἰς τὸ καταξιωθῆναι Huc pertinet quod scriptum est Mat.5.b.11 & 12. Vide etiam quod scripsimus Philip.1.d.28.

8 Domini, τοῦ Κυρίου Repetitio Hebraica antecedentis pro relatiuo.

10 Apud vos, ἐφ' ὑμᾶς. Id est εἰς ὑμᾶς, vt loquitur etiam Demosthenes. Vulg. Super vos. Eras. Erga vos.

11 Cuius etiam rei causa, εἰς ὃ καί. Vulg. In quo. Eras. Ad quod. Ista vocatione, τῆς κλήσεως. Articulus vim habet αὐτοπαθοῦς. Vocationem autem appellat non ipsam vocandi actionẽ, (iam enim Dominus Thessalonicenses, & quidem efficaciter, vocarat) sed illud ipsum ad quod vocati erant, nempe cælestis illius regni gloriam. Similis est metonymiæ species quum diuersas vitæ functiones vocationum nomine significamus, ad quas Dominus nos vocarit. Omnem *suæ* bonitatis gratuitam beneuolentiam, πᾶσαν εὐδοκίαν ἀγαθωσύνης. Id est, quod iam olim ipse ex gratuita & in vos propensa bonitate decreuit. Quid sit autẽ illud, declaratur Matth. 15.c.34. & sufficiebat quidem vnicum εὐδοκίας nomen (de quo sæpe iam multa diximus) vt omnia in solidum à gratia proficisci intelligeremus. sed quum sibi nusquam satisfaciat Apostolus in prædicanda Dei bonitate, adiunxit nomen ἀγαθωσύνης, quo singularis & omnibus numeris absoluta Dei bonitas declaretur. Castellio igitur nuper Apostoli sententiam (vt mihi quidem videtur) deprauauit, quum hunc locum ita conuerteret, Perficiátque vt bonitatem ac fidei opus & libentissimè & fortiter persequamini & absoluatis: translato ad Thessalonicenses quod ad Deum potius refertur. Vulg. Omnem voluntatem bonitatis. Eras. Omne bonum propositum voluntatis. Opus fidei, ἔργον πίστεως. Est igitur fides insigne Dei opus in nobis: neque hic quicquam Apostolus concurrenti libero arbitrio relinquit, quale quidem imaginantur sophistæ. Potenter, ἐν δυνάμει. Vide Col.1 d.19. Vulg. & Eras. Cum potentia.

Οπως δοξασθῇ τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ ἐν ὑμῖν, καὶ ὑμεῖς ἐν αὐτῷ, κατὰ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ιησοῦ Χριστοῦ.

12 Vt glorificetur nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti in vobis, & vos in eo, ex gratia Dei noſtri, & Domini Ieſu Chriſti.

12 *Vt clarificetur nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti in nobis, & nos in illo, ſecundum gratiam Dei noſtri, & Domini Ieſu Chriſti.*

Κεφάλαιον β.

CAP. II.

CAP. II.

Ερωτῶμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, ὑπὲρ τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡμῶν ἐπισυναγωγῆς ἐπ' αὐτόν,

1 ROgamus autem vos, fratres, per aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti, & noſtri in eum aggregationem,

1 *ROgamus autem vos, fratres, per aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti, & noſtræ congregationis ipſum.*

Εἰς τὸ μὴ ταχέως σαλευθῆναι ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ νοὸς, μηδὲ θροεῖσθαι μήτε διὰ πνεύματος, μήτε διὰ λόγου, μήτε δι' ἐπιστολῆς ὡς δι' ἡμῶν, ὡς ὅτι ἐνέστηκεν ἡ ἡμέρα τοῦ Χριστοῦ.

1 Ne citò à mente dimoueamini, neque turbemini neque per ſpiritum, neque per ſermonē, neque per epiſtolam tanquā per nos ſcriptam, quaſi inſtet dies ille Chriſti.

1 *Vt non citò moueamini à noſtro ſenſu, neque terreamini neq; per ſpiritum, neque per ſermonem, neque per epiſtolā tanquā per nos, quaſi inſtet dies Domini.*

Μή τις ὑμᾶς ἐξαπατήσῃ κατὰ μηδένα τρόπον, ὅτι ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον, καὶ ἀποκαλυφθῇ ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας,

3 Nequis vos ſeducat vllo modo. non enim adueniet dies Chriſti quin venerit defectio prius, & retectus fuerit homo ille ſceleratus, filius, inquam, ille perditionis,

3 *Nequis nos ſeducat ullo modo: q̄ nonnam niſi venerit diſceſſio primùm, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis,*

Ο ἀντικείμενος καὶ ὑπεραιρόμενος

4 Seſe opponens & efferens

4 *Qui aduerſatur & ex-*

12 Vt glorificetur, ὅπως ἂν δοξασθῇ. Ἐν ὑμῖν malui interpretari In vobis, & ἐν αὐτῷ, In eo, quàm Per vos & Per illum, cum Eraſmo: vt ſumma illa coniunctio & participatio capitis & membrorum expreſſius declaretur. Pulchrè verò exprimit hic locus omnes illos ſalutis electorum gradus qui commemorantur Rom. 8. f. 30. Nam προθεσις ἁγιασμοῦ, propoſitum, prædeſtinationem, vocationem denique complectitur: opus fidei, iuſtificationē; quam demum ſequitur glorificatio, eáque omnia, non partim ex gratia, partim ex libero arbitrio & inhærente iuſtitia, ſed ex mera Dei gratia in Chriſto, in ſolidum.

IN CAPVT II.

1 Aggregationem, ἐπισυναγωγῆς. Vulg. Congregationis, duplici errore, quum non ſit otioſa præpoſitio ἐπὶ, & ὑπὲρ repetenda ſit ἀπὸ ταχέως. Non potuit autem certius aduerſus omnem diffidentiam & leuitatem remedium nobis oſtendere quàm cogitationem immenſæ illius gloriæ cuius cum ipſo Chriſto participes erimus in altero illo ipſius aduentu: nempe ne vel huius mundi ſplēdor nos alliciat, vel crucis horridus aſpectus terreat.

2 A mente, ἀπὸ τοῦ νοός. Mentis nomen ſimpliciter accipere malo quàm pro ſententia interpretari. Ita enim ſignificat Apoſtolus homines, iſtorum impoſtorum fraudibus, in furorem & inſaniam rapi. Neque verò, vt hoc comprobetur, neceſſe eſt vt Carpocratianorum, Valentinianorum, Manichæorum, Circūcellionum incredibilia penè monſtra, veterum denique exemplorum memoriam repetamus. Oriens craſſiſſimis Mahumetis impoſturis deceptus, artolatria à Pontifice in Occidentem inuecta, Anabaptiſtarum, Libertinorum, Dauidiſtarum furiæ ſatis ſuperque oſtendunt, communi etiam ſenſu priuari qui à vero Chriſtianiſmo deficiunt.

Neque per Spiritum, μήτε διὰ πνεύματος. Id eſt, per ſomnia & commenta quibus prætexitur Spiritualis reuelationis nomen. Neque per ſermonem, μήτε διὰ λόγου. Id eſt, vel viua voce, vel conſcriptis libris. Dicitur enim etiam loqui qui ſcribit. Per epiſtolam, δι' ἐπιστολῆς. Id eſt, ſcriptis vel mentitis, vel falsò expoſitis: ſicut veriſimile eſt iſtos ex ſuperiore epiſtola, vbi de die Domini diſſeritur, occaſionem aliquam confirmandi iſtius erroris ſumpſiſſe. Cæterùm ſuggerit nobiliſſimus hic locus luculētiſſimam methodum tractandi de hæreticis, quorum hiſtoriam quiſquis nouit, fatebitur nec verius nec breuius nec planius quicquam de iis dici potuiſſe quum in ea tempora inciderimus quibus non iam ſit diuinandum in quem potiſſimùm iſta competant, ſed aperiendi duntaxat oculi, vt quæ futura prædixit Apoſtolus, præſentia cernamus. Quaſi inſtet, ὡς ὅτι ἐνέστηκεν. Atqui dicitur dies Domini ἐνίστασθαι, Iac. 5. b. 8, & 1. Pet. 4. b. 7. Fateor. ſed qui dicit inſtare, multo certius aliquid definit, & quaſi tēpus præfigit. Deinde quomodo hoc ſit accipiendum docetur 2. Pet. 3. b. 8 & 9. Error autem iſtorum quorſum tendebat? nempe vt quum fideles viderent diem Domini vltra præſcriptum tempus differri, vel impatientia deficerēt, vel omnia ducerent pro fabulis. Interim verò fictitiis iſtis reuelationibus mirā ni pſeudoprophetæ magnam ſibi comparārant ſapientiæ opinionem ad alios ſpargendos errores.

3 Non enim *aduenier dies Chriſti*, &c. Illa ſupplenda eſſe oſtendit ipſa conſtructionis ſeries. Homo ille ſceleratus, ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας. Vulg. ad verbum, Homo peccati: ſeruato idiotiſmo Hebræorum. Tertullianus hominem delinquentiæ interpretatur. Loquitur autem Paulus de Antichriſto, tanquam de vno quopiam homine, quū tamen totum Eccleſiaſticæ tyrannidis corpus intelligat: quā quiſquis occupat, is eſt ille ſceleratus de quo hic agitur: ſed ita tamen vt peculiarem aliquam tyrannidem declaret, cui paulatim ſubſeruierunt hæretici: atque etiam per imprudentiam nonnulli ex ſanctis ipſis & orthodoxis patribus, vt nunc res ipſa patefecit. Veram autem eſſe hanc interpretationem perſpicuum eſt ex iis quæ ſcribuntur verſu 7, & ex rei euentu. Itaque manifeſtè ſunt hallucinati quicunque de vno quopiam homine putarūt hoc intelligi: niſi dent mihi quempiam qui à Pauli ſeculo ad diem vſque iudicii ſuperſtes maneat. Neque verò aliter Daniel (quicum hoc in loco mirè conſentit Paulus) ſingularibus vrſi, leonis, pardi, nominibus, multos reges intelligit in vnum monarchiæ corpus iunctos. Filius, inquam, ille perditionis, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας. Eraſ. Filius perditus. Vide Ioh. 17. b. 12. Baſil. homilia in 7 Pſalmum, hoc perperam refert ad diabolum ipſum, & pro ὁ ἄνθρωπος legit ὁ ἄγγελος.

4 Seſe opponens, ὁ ἀντικείμενος. Vulg. Qui aduerſatur. Eraſ. Qui eſt aduerſarius: eodem quidem ſenſu, ſed paulo durius. Alludit autem ad Satanæ nomen, vt patrem referat filius.

ὅτι πᾶν τὸ λεγόμενον Θεὸν ἢ σέβασμα,
ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ ὡς Θεὸν κα-
θίσαι, ἀποδεικνύοντα ἑαυτὸν ὅτι ἐστὶ Θεός.

Οὐ μνημονεύετε ὅτι ἔτι ὢν πρὸς ὑ- 5
μᾶς, ταῦτα ἔλεγον ὑμῖν;

Καὶ νῦν τὸ κατέχον οἴδατε, εἰς τὸ ἀπο- 6
καλυφθῆναι αὐτὸν ἐν τῷ ἑαυτοῦ καιρῷ.

Τὸ γὰρ μυστήριον ἤδη ἐνεργεῖται τῆς 7
ἀνομίας· μόνον ὁ κατέχων ἄρτι, ἕως ἐκ
μέσου γένηται.

Καὶ τότε ἀποκαλυφθήσεται ὁ ἄνομος, 8
ὃν ὁ Κύριος ἀναλώσει τῷ πνεύματι τοῦ
στόματος αὐτοῦ, καὶ καταργήσει τῇ ἐπιφα- Ησa.11.4
νείᾳ τῆς παρουσίας αὐτοῦ·

Οὗ ἐστὶν ἡ παρουσία κατ' ἐνέργειαν τοῦ 9
σατανᾶ ἐν πάσῃ δυνάμει, καὶ σημείοις,
καὶ τέρασι ψεύδους,

ᵛaduersus quicquid dicitur Deus, ᵛaut numen: adeo vt in templo Dei ᵛtanquam Deus sedeat, ᵛpræ se ferēs se esse Deū.

Annon meministis me, quū adhuc essem apud vos, hoc dixisse vobis?

Nunc verò ᵛquid obstet nostis, vt is suo tẽpore retegatur.

Iam enim ᵛperagitur mysterium iniquitatis: ᵛtantùm qui nunc obstat, *obstabit* vsquedum è medio sublatus fuerit.

Et tunc retegetur ᵛimpius ille, quem Dominus ‖ ᵛconficiet ᵛSpiritu oris sui, & illustri aduẽtu suo abolebit:

ᵛ*Illum, inquam*, cuius aduentus est ex efficacia Satanæ, ᵛcum omni potentia, & signis, ac prodigiis ᵛmendacibus:

ᵛ*tollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur: ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus.*

5 *Nũ retinetis quòd quũ adhuc essem apud vos, hæc dicebam vobis?*

6 *Et nunc quid detineat scitis, vt reueletur in suo tempore.*

7 *Nam mysterium iam operatur iniquitatis, tantùm vt qui tenet nunc, teneat donec de medio fiat.*

8 *Et tunc reuelabitur ille iniquus, quẽ Dominus Iesus interficiet Spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui eum:*

9 *Cuius est aduentus secundũ operationẽ Satanæ, in omni virtute & signis & prodigiis mendacibus.*

Aduersus quicquid dicitur Deus, ἐπὶ πᾶν τὸ λεγόμενον Θεόν. Eraſ. Aduersus omnẽ qui dicitur Deus. Legit enim ἐπὶ πάντα, vt habere etiã fateor Græca exẽplaria: sed mihi tamẽ vberius videtur quod sequutus est Vetus interpres, & Hieronymus quoque in quæstionibus: quanuis sententia ipsa eòdem recidat, vtrouis modo legas. Dicit enim Antichristum ad se translaturum non hominum modò honores omnes, sed etiam quicquid gloriæ cuicunque numini vsquã fuit exhibitũ. Ecquis enim vnquam, præter hũc vnum, dixit se pro suo arbitrio cælũ reserare vel aperire: quidnis figere vel refigere, deniq; (vt ipse affirmat C. Si Papa, Distinct. 40) plenis iure currus animarũ plenos secum ad tartara detrudere, regna & imperia trãsferre posset. Aut numen, ἢ σέβασμα. Vulg. Aut quod colitur. Vis, lector, veram istius prophetiæ imaginem contemplari? Finge tibi quod non ita pridem anno illo Iubilæi, quem vocant, magno omnium concursu gestum est, nempe, terrestrem illum deum (quem vocant) circunstantibus suis creaturis, præeunte suo illo furfuraceo numine, crucibus ac reliquiis, quasi de Deo ipso sub his simulacris triumphantem, augusto illo suo habitu & triplici tiara in aurea sella sublimem transuectum: dein aureo malleo Paradisi valuas (sic enim loquuntur) in Iubilæo aperientem, & mox potentissimorum regum ac principum legatos, quosdam etiam præsentes, sublimem illum re ipsa vt alterum Deum adorãtes, circunstantem turbam ab eo vitam æternam expectantem ac petentem, illum ad pedum suorum osculum (quibus ipsam etiam crucem atterit, quam simulat se tanto in pretio habere) miseros & cæcos homines vix admittentem. Nihilne amplius nempe hoc vnum, quo victor iam Satanas, quasi ipsum etiam tædeat tantæ mũdi stoliditatis, hominibus apertissimè illusit: illo videlicet in aureo suo throno confidente, ex quo cælum & terram concutit, circunstantem primarium ex rubris illis suis cinædis, qui palãm (dicere sanè pudet, sed dicendum est quod palãm illi facere non erubescunt) testes illius contrectans, alta voce exclamet, TESTICVLOS HABET. O cælum, non fudas quum hæc aspicis? ò terra, non fathiscis sub hoc onere? Ah, Domine, appareas tandem tuis, & sicut promisisti, ita etiam Spiritu oris tui impurum istum confice, vt tibi vni omnis laus, honor, & gloria tribuatur. Tanquã Deus, ὡς Θεόν. Hoc etiã additur in Græcis, quod tamen Vetus interpres & Eraſmus omittunt. Præ se ferens, ἀποδεικνύοντα. Heb. מראה. i. ad verbum, Faciẽs se apparere. Vulg. Ostendens se tanquã sit Deus, quod Græcis non respondet, si verba ipsa spectes. Eraſ. Ostentans seipsum esse Deum.

6 Quid obstet, τὸ κατέχον. τὸ κατέχον, quid eũ remoretur ac retineat, vt suo demũ tẽpore patefiat. Nam τὸ κατέχον etiã αἰτιατικῇ τῷ κωλύειν & ἐμποδίζειν accipitur: & nisi additũ esset ἐν τῷ ἑαυτοῦ καιρῷ. i. suo tẽpore, non dicendum fuisset εἰς τὸ ἀποκαλυφθῆναι, vt patefiat, sed μὴ εἰς τὸ ἀποκαλυφθῆναι. i. quominus patefiat. Sed & τὸ κατέχον forsassis rectius exposueris τὸ κρατοῦν. i. quod rerum potitur, & similiter paulo pòst ὁ κατέχων. Omnino enim vtrouis modo interpreteris, mihi placet Chrysostomi sententia, qui ad Romanũ imperium hoc refert, quo stante, quomodo Pontifex Romanus eò deuenisset, vt Romæ dominus fieret? Neque enim Romanus imperator meritò dici potest qui Romam ipsam imperii metropolin non obtinet: & quàm verè id censuerint Tertullianus, Chrysostomus, & post eum etiã Hieronymus ad Algasiam, rei ipsius exitus ostendit, vt hoc quidem vni Romano Pontifici conuenire septem illis montibus insidenti, quorum fit mentio Apoc. 17. c. 9, ne ipse quidem possit inficiari.

7 Peragitur, ἐνεργεῖται. Vel agit. Iam enim erãt multi Antichristi, vt 1. Ioh. 2. c. 18. Tãtùm qui nũc obstat, &c. μόνον ὁ κατέχων ἄρτι ἕως ἐκ μέσου γένηται. Vel, tãtùm qui nunc obtinet, id est rerũ potitur, *obtinebit* vsquedum è medio tollatur: quo demũ sublato retegetur impius ille, &c. Ita non modò plana & cohærẽs erit sententia, sed etiam cum ipso rerum exitu prorsus cõsentiens. neque vlla visverbis adferetur. Nam eiusmodi eclipses repetiti eiusdem verbi, frequentissimè occurrũt, vt 2. Cor. 1. b. 6, & 2. b. 10, & 5. c. 13. Vulg. Tantùm vt qui tenet nunc, teneat donec de medio fiat. quæ interpretatio non modò est absurda, sed Græcis etiam nullo modo respondet. Eraſ. Tãtùm qui tenet, in præsentia teneat, donec è medio tollatur: non multo felicius expressa Apostoli sententia.

8 Impius ille, ὁ ἄνομος. Ad verbũ, Exlex, id est qui Legẽ Dei prorsus conculcabit. Vulg. & Eraſ. Iniquus ille, non satis expressè. Conficiet, ἀναλώσει. Id est, Ad nihilum rediget, quod Hebræi significant verbo כלה & תם. Spiritu oris sui, τῷ πνεύματι τοῦ στόματος. Id est, verbo suo. Est autem huius periphrasis magnum pondus, quo significatur veros Ecclesiæ ministros esse instar oris per quod efflet Dominus potens illud & æternum Verbum, quo, tanquam ferrea & solidissima virga, omnes aduersarios nostros conteret. Itaque Esa. 11. 2. 4, hoc ipsum Verbum, שבט פה חרות שפתים, id est sceptrum oris, & spiritus labiorum vocatur.

9 *Illum, inquam*, cuius aduentus, οὗ ἐστὶν παρουσία. Relatiuum, Hebræorum more, non ad proximum, sed ad

ſuperius rèferrur. Itaque nonnihil ſuppleuimus, perſpicuitatis cauſa. Cum omni potentia, ὁ μὲν δυνάμει, Δύναμιν, ſuo more, vocat poteſtatem edendi res prodigioſas: quam & ipſam habent interdum impii à Deo, ſed partim fallacem ac præſtigioſam, partim etiam qua abutantur ad falſam ſtabiliendam doctrinam, ita poſtulãte mũdi perfidia, vt mox indicat Apoſtolus. Sed quorſum hæc omnia? minimè certè excurrit Apoſtolus, ſed quum pſeudapoſtoli hoc mendacio illicerẽt Theſſalonicẽſes, inſtare diem Domini, ac proinde Eccleſiæ redemptionem: Paulus contrà monet, ex Spiritus Dei afflatu, longè grauiora eſſe expectanda quàm cuiquam potuerint in mentem venire: nempe vt illi ſeſe potius ad patientiam quàm ad quietem parent. Mendacibus, ψεύδει. Id eſt, partim falſis, cuiuſmodi fere ſunt omnia, vt res ipſa hodie ipſis etiam cæcis declarat: partim verò mendacii ſtabiliendi cauſa editis, vt Antichriſti tyrannis ex oppoſito comparetur cum Chriſti regno.

Καὶ ἐν πάσῃ ἀπάτῃ τῆς ἀδικίας ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις· ἀνθ' ὧν τὴν ἀγάπην τῆς ἀληθείας οὐκ ἐδέξαντο εἰς τὸ σωθῆναι αὐτούς.

10 Et cum omni fraude iniuſtitiæ in iis qui pereunt: pro eo quòd amorem veritatis nõ receperunt vt ſalui fierent.

10 *Et in omni ſeductione iniquitatis iis qui pereũt: eo quòd charitatem veritatis non receperunt vt ſalui fierent.*

Καὶ διὰ τοῦτο πέμψει αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἐνέργειαν πλάνης, εἰς τὸ πιστεῦσαι αὐτοὺς τῷ ψεύδει·

11 Propterea igitur mittet illis Deus efficaciam deceptionis, vt credant mendacio:

11 *Idcò mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio*

Ἵνα κριθῶσι πάντες οἱ μὴ πιστεύσαντες τῇ ἀληθείᾳ, ἀλλ' εὐδοκήσαντες ἐν τῇ ἀδικίᾳ.

12 Vt damnentur omnes qui non crediderunt veritati, ſed acquieuerunt in iniuſtitia.

12 *Vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati.*

Ἡμεῖς δὲ ὀφείλομεν εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἀδελφοὶ ἠγαπημένοι ὑπὸ Κυρίου, ὅτι εἵλετο ὑμᾶς ὁ Θεὸς ἀπ' ἀρχῆς εἰς σωτηρίαν ἐν ἁγιασμῷ Πνεύματος, καὶ πίστει ἀληθείας·

13 Nos autem debemus gratias agere Deo ſemper de vobis, fratres dilecti à Domino, quòd elegerit vos Deus ab initio ad ſalutem per ſanctificationem Spiritꝰ, & fidẽ habitã veritati:

13 *Nos autẽ debemus gratias agere Deo ſemper pro uobis, fratres dilecti à Deo, quòd elegerit uos Deus primitiarum ſalutẽ in ſanctificatione Spiritus, & fide ueritatis:*

Εἰς ὃ ἐκάλεσεν ὑμᾶς διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἡμῶν, εἰς περιποίησιν δόξης τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

14 Quò vocauit vos per Euãgelium noſtrũ, ad obtinendã gloriã Domini noſtri Ieſu Chriſti.

14 *Ad quod & uocauit uos per Euangeliũ noſtrũ, in acquiſitionẽ gloriæ Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

Ἄρα οὖν, ἀδελφοί, στήκετε καὶ κρατεῖτε τὰς παραδόσεις ἃς ἐδιδάχθητε εἴτε διὰ λόγου, εἴτε δι' ἐπιστολῆς ἡμῶν.

15 Nẽpe igitur, fratres, perſtate, & tenete traditam doctrinam, quã edocti eſtis ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolã noſtrã.

15 *Itaque fratres ſtate, & tenete traditiones quas didiciſtis ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram.*

Αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ ἡμῶν ὁ ἀγαπήσας ἡμᾶς, καὶ δοὺς παράκλησιν αἰωνίαν καὶ ἐλπίδα ἀγαθὴν ἐν χάριτι,

16 Ipſe verò Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & Deus ac Pater noſter, qui dilexit nos, & dedit conſolationem æternam & ſpem bonam per gratiam,

16 *Ipſe autẽ Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & Deus & Pater noſter qui dilexit nos, & dedit cõſolationẽ æternã & ſpẽ bonam in gratia,*

Παρακαλέσαι ὑμῶν τὰς καρδίας, καὶ στηρίξαι ὑμᾶς ἐν παντὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἀγαθῷ.

17 Conſoletur veſtra corda, & ſtabiliat vos in omni ſermone & opere bono.

17 *Exhortetur corda veſtra: & confirmet in ẽni opere & ſermone bono.*

10 11 Efficaciam deceptionis, ἐνέργειαν πλάνης. Id eſt, vim quãdam in illis decipiendis efficaciſſimã, Matth. 24. c. 24. Eant nunc ſophiſtæ, & Eccleſiæ ſuæ præſcriptionem nobis obtendant.

12 Damnentur, κριθῶσι. Id eſt κατακριθῶσι, vt alibi ſæpe. Acquieuerunt in iniuſtitia, ἐυδοκήσαντες τῇ ἀδικίᾳ. Sententia eſt, ita approbarunt iniuſtitiam, id eſt mendacium, (falſam videlicet doctrinam, vt ſuæ prorſus actipiat) vt ſibi etiã in ea placuerint: qui ſummus eſt vetuſtatis gradus. Vulg. Conſenſerunt iniquitati. Eraſ. Approbarunt iniuſtitiam, non ſatis expreſſè.

13 Dilecti à Domino, ἠγαπημένοι ὑπὸ Κυρίου. Non temerè hoc addit Paulus. Aperit enim electionis fontem, vt Deut. 7. b. 8. Itaque ſanctificatio & fides non ſunt cauſæ, ſed teſtimonia electionis æternæ, quum hi ſint gradus per quos Dominus electos ſuos ad gloriam æternam euehit, vt Rom. 8. f. 30. Ab initio, ἀπ' ἀρχῆς. Id eſt ante iacta mundi fundamẽta, Epheſ. 1. a. 4. Vetus interpres legit ἀπαρχὴν, primitias, id eſt vt primitiæ eſſetis, quo genere dicendi vtitur etiam Apoſtolus Rom. 16. a. 5. Hinc etiam vſus obtinuit vt illorum temporum Eccleſiam appellemus primitiuam. Per ſanctificationem Spiritus, ἐν ἁγιασμῷ Πνεύματος. Id eſt, vos ſibi conſecrãdo, vt iam non ſecundum carnem, ſed ſecundum Spiritum incedatis, Rom. 8. a. 1. Et fidem habitam veritati, καὶ πίστει ἀληθείας. Id eſt, fide quæ non mendacium, ſed veritatem Dei (id eſt Euangelium) amplectatur. Itaque qui veram fidem conuerterit, non expreſſerit Pauli ſententiam. Vulg. & Eraſ. ad verbum, Fide veritatis, quod mihi viſum eſt obſcurius.

14 Per Euangelium, διὰ τοῦ εὐαγγελίου. Id eſt, prædicatione Euangelii, & miniſterio noſtro. Habemus autem hoc in loco vtrãque vocationis partem diſertè expreſſam, & quidem coniunctim, nempe vocantem Dominum, & miniſtrum, vocantis Domini organon.

15 Traditam doctrinam, παραδόσεις. Id eſt διδαχὰς, quas diſertè commemorauit in ſuperiore epiſtola, cap. 2. a. 1. quamobrem etiam addidit διὰ ἐπιστολῆς, per epiſtolam. Itaque falluntur qui παραδόσεις putant vocari duntaxat externos ritus ad politiam Eccleſiaſticã pertinentes: quũ hic agatur de ipſa doctrina in qua ſtatẽ

oporteat quicunque ſalutem expectant à Domino. quo modo etiam idem nomen ſingulari numero accipitur infrà, cap.3.b.6. vbi rurſus quænam fuerint hæc mandata, explicat. Sed omnium hominum impudentiſſimi ſunt qui hunc locum citant vt ſuarum ſuperſtitionum colluuiem imperitis hominibus venditent. Nam (vt taceam quod modò dixi) etiamſi verum eſſet quod pro verò aſſumunt, cui tandem conceſſerint cuiuis licuiſſe quod Paulo licuit, aut iſtas fœtidas ſuperſtitiones ab eo ſpiritu profectas qui contraria prorſus ſtatuit, 1. Cor. 11.b.13, & 7.f.33, Coloſſ.2.c.16, & 1. Tim.4.a.3.

Κεφάλαιον γ΄

CAP. III.

CAP. III.

Ephes.6.c.19 coloſſ.4.a.3

Τὸ λοιπὸν προσεύχεσθε, ἀδελφοὶ, περὶ ἡμῶν, ἵνα ὁ λόγος τοῦ Κυρίου τρέχῃ καὶ δοξάζηται καθὼς καὶ πρὸς ὑμᾶς·

1 Quod ſupereſt, precamini, fratres, pro nobis vt ſermo Domini currat, & glorificetur ſicut & apud vos:

1 De cætero fratres, orate pro nobis, vt ſermo Dei currat & clarificetur ſicut & apud nos:

Καὶ ἵνα ῥυσθῶμεν ἀπὸ τῶν ἀτόπων καὶ πονηρῶν ἀνθρώπων· οὐ γὰρ πάντων ἡ πίστις.

2 Et vt eripiamur à proteruis ac ſceleratis hominibus. non enim omnium eſt fides.

2 Et vt liberemur ab importunis & malis hominibus. non enim omnium eſt fides.

Πιστὸς δέ ἐστιν ὁ Κύριος, ὃς στηρίξει ὑμᾶς καὶ φυλάξει ἀπὸ τοῦ πονηροῦ.

3 Sed fidelis eſt Dominus, qui ſtabiliet vos & tuebitur à malo.

3 Fidelis autem Dominus eſt, qui confirmabit vos & cuſtodiet à malo.

Πεποίθαμεν δὲ ἐν Κυρίῳ ἐφ' ὑμᾶς, ὅτι ἃ παραγγέλλομεν ὑμῖν, καὶ ποιεῖτε καὶ ποιήσετε.

4 Confidimus autem per Dominum de vobis, vos, quæ denuntiamus vobis, & facere & facturos eſſe.

4 Confidimus autem de vobis in Domino, quoniam quæ præcipimus, & facitis & facietis.

Ὁ δὲ Κύριος κατευθύναι ὑμῶν τὰς καρδίας εἰς τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ, καὶ εἰς τὴν ὑπομονὴν τοῦ Χριστοῦ.

5 Porro Dominus dirigat veſtra corda ad Dei charitatem, & Chriſti expectationem.

5 Dominus autem dirigat corda veſtra in charitate Dei, & patientia Chriſti.

Παραγγέλλομεν δὲ ὑμῖν, ἀδελφοὶ, ἐν ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, στέλλεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ παντὸς ἀδελφοῦ ἀτάκτως περιπατοῦντος, καὶ μὴ κατὰ τὴν παράδοσιν ἣν παρέλαβε παρ' ἡμῶν.

6 Denuntiamus autem vobis, fratres, per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ſubducatis vos ab omni fratre qui inordinatè ſe gerit, & non ex tradita doctrina quam accepit à nobis.

6 Denuntiamus autem vobis, fratres, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non ſecundum traditionem quam acceperunt à nobis.

1. Cor. 11.a.1 1. Theſſ. 4.c.11

Αὐτοὶ γὰρ οἴδατε πῶς δεῖ μιμεῖσθαι ἡμᾶς· ὅτι οὐκ ἠτακτήσαμεν ἐν ὑμῖν·

7 Nam ipſi ſcitis quomodo oporteat nos imitari: quoniam non inordinatè nos geſſimus inter vos:

7 Ipſi enim ſcitis quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter vos.

Act. 20.g.34 1. Theſſ. 2.b.9

Οὐδὲ δωρεὰν ἄρτον ἐφάγομεν παρά τινος· ἀλλ' ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ, νύκτα καὶ ἡμέραν ἐργαζόμενοι, πρὸς τὸ μή τινα ὑμῶν ἐπιβαρῆσαί τινα·

8 Neque gratis panem edimus accepium à quoquã: ſed cũ labore & ærumna nocte diéque operantes, nequé veſtrum grauaremus.

8 Neque gratis panem mãducauimus ab aliquo: ſed in labore & in fatigatione nocte & die operãtes, nequem veſtrum grauaremus.

Οὐχ ὅτι οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν, ἀλλ' ἵνα ἑαυτοὺς τύπον δῶμεν ὑμῖν εἰς τὸ μιμεῖσθαι ἡμᾶς.

9 Non quòd nobis id non liceat, ſed vt noſmetipſos pro exemplari exhibeamus vobis ad nos imitandos.

9 Non quaſi non habuerimus poteſtatem, ſed vt noſmetipſos formã daremus nobis ad imitandum nos.

Καὶ γὰρ ὅτε ἦμεν πρὸς ὑμᾶς, τοῦτο παρηγγέλλομεν ὑμῖν, ὅτι εἴ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἐσθιέτω.

10 Etenim quum eſſemus apud vos, hoc denũtiabamus vobis: quod ſiquis nolit operari, etiã non edito.

10 Nam & quũ eſſemus apud nos, hoc denuntiabamus nobis, quoniam ſi quis non vult operari, nec mandnet.

IN CAPVT III.

2 A proteruis, ἀπὸ τῶν ἀτόπων. Id eſt, qui ſui officii nullam curam habent: vel, inſolentibus, & qui facilè alios lædant. Vide Act. 18.2.6. Eraſ. Ab abſurdis, quod mihi quidem abſurdum videtur.

3 A malo, ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Id eſt, à Satanæ inſidiis, vt reſpondeat ſuperiori verſiculo: quanquam etiã neutro genere accipi poteſt.

4 Denuntiamus, παραγγέλλομεν. i. à Domino accepta ſignificamus. Vide 1. Theſ. 4.a.2. Vulg. & Eraſ. Præcipimus. 6 Tradita doctrina, τὴν παράδοσιν. Vide ſuprà, 2.d.15. Poſſumus autem ἐν ὀνόματι interpretari vel Per nomen, cum Eraſmo, vt ſit grauiſſima obteſtatio: vel ſimpliciter, Nomine, redũdante ἐν, id eſt ב Hebraorum: vt ſignificet Paulus ſe non vt αὐτοκράτορα, ſed vt Chriſti legatum, tradere iſtas παραδόσεις. Leuiculum eſt autem quòd Vetus interpres pro παρέλαβον, accepit, legit παρέλαβον, acceperũt, conſentientibus etiam Græcis codicibus nonnullis. 8 Edimus accepium à quoquam, ἐφάγομεν παρά τινος. Quidam legunt, ἐλάβομεν παρά τινος, accepimus à quoquam, idque forteſſis rectius.

10 Etiam non edito, μηδὲ ἐσθιέτω. Vbi igitur monachorum & ſacrificorum otioſi ventres? Monachus (inquit Socrates Tripartitæ hiſtoriæ lib.8) qui laboret, ſimilis eſt prædoni.

14 Per

Ακούομεν γάρ τινας περιπατοῦντας ἐν ὑμῖν ἀτάκτως, μηδὲν ἐργαζομένους, ἀλλὰ περιεργαζομένους.

11 Audimus enim quoſdã verſari inter vos inordinatè, nihil operis facientes, ſed curioſè agentes.

11 *Audimus enim inter vos quoſdam ambulãtes inquietè, nihil operantes, ſed curioſè agentes.*

Τοῖς δὲ τοιούτοις παραγγέλλομεν, καὶ παρακαλοῦμεν ἐν κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ, ἵνα μετὰ ἡσυχίας ἐργαζόμενοι, τὸν ἑαυτῶν ἄρτον ἐσθίωσιν.

12 Iis autem qui ſunt iſtiuſmodi, denuntiamus, & eos obſecramus per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vt cum quiete operantes, ſuo pane veſcantur.

12 *Iis autem qui eiuſmodi ſunt denuntiamus & obſecramus in Domino Ieſu Chriſto, vt cum ſilentio operantes, ſuum panem manducent.*

Ὑμεῖς δέ, ἀδελφοί, μὴ ἐγκακήσητε καλοποιοῦντες.

13 Vos autem, fratres, ne ſegneſcite in benefaciendo.

13 *Vos autẽ, fratres, nolite deficere bene facientes.*

Εἰ δέ τις οὐχ ὑπακούει τῷ λόγῳ ἡμῶν διὰ τῆς ἐπιστολῆς, τοῦτον σημειοῦσθε, καὶ μὴ συναναμίγνυσθε αὐτῷ, ἵνα ἐντραπῇ.

14 Quòd ſiquis non auſcultat noſtro per epiſtolam ſermoni, hunc notate: & ne cõmercium habete cũ eo, vt cum pudeat.

14 *Quòd ſiquis nõ obedit verbo noſtro, per epiſtolã hunc notate: & ne cõmercium ſeramus cum illo, vt confundatur.*

Καὶ μὴ ὡς ἐχθρὸν ἡγεῖσθε, ἀλλὰ νουθετεῖτε ὡς ἀδελφόν.

15 Neque vt inimicum ducite, ſed admonete vt fratrem.

15 *Et nolite quaſi inimicũ exiſtimare, ſed corripite vt fratrem.*

Αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος τῆς εἰρήνης δώη ὑμῖν τὴν εἰρήνην διὰ παντὸς ἐν παντὶ τρόπῳ. Ὁ Κύριος μετὰ πάντων ὑμῶν.

16 Ipſe autem Dominus pacis author ſemper det vobis pacem omni modo. Dominus ſit cũ omnibus vobis.

16 *Ipſe autem Dominus pacis det nobis pacem ſempiternam in omni loco. Dominus ſit cum omnibus nobis.*

Ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου, ὅ ἐστι σημεῖον ἐν πάσῃ ἐπιστολῇ· οὕτω γράφω.

17 Salutatio, mea manu Pauli, quod eſt ſignum in omni epiſtola: ita ſcribo.

17 *Salutatio, mea manu Pauli, quod eſt ſignum in omni epiſtola: ita ſcribo.*

Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. ἀμήν.

18 Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſit cum omnibus vobis. Amen.

18 *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus nobis. Amen.*

Πρὸς Θεσσαλονικεῖς δευτέρα ἐγράφη ἀπὸ Ἀθηνῶν.

Ad Theſſalonicenſes ſecunda miſſa fuit Athenis.

Miſſa fuit ex Athenis.

14 Per epiſtolam, διὰ τῆς ἐπιστολῆς. Hoc quidam coniungunt cum verbo σημειοῦσθε, & ſic diſtinguũt veteres codices: quos tamen hac in re non ſequor, ſed Græcis interpretibus aſſentior qui iungunt cum λόγῳ, vt ſit ſententia, Siquis ſermoni noſtro per epiſtolam (id eſt noſtræ epiſtolæ) nõ auſcultet, eum notate. vel, (ſi ὑμῶν legamus cum Chryſoſtomo) Siquis ſermoni veſtro per epiſtolam, id eſt iis quæ ex hac noſtra epiſtola ipſi proponetis, non parueri. Notate, σημειοῦσθε. De excommunicationis nota hoc accipio. Neque enim dicit σημήνατε, & cur illos niſi iam eccleſiaſtico iudicio notatos iuberet cauere? Eraſmus autem perperam ſanè conuertit, Iudicate. Vt eum pudeat, ἵνα ἐντραπῇ. Id eſt, vt pudore victus, deflectat à malo. Vide Mat. 21. d. 37. Hic enim eſt excommunicationis ſcopus. Vide 1. Corinth. 5. a. 5, & 2. Cor. 2. b. 7.

16 Omni modo, ἐν παντὶ τρόπῳ. Vulg. In omni loco, ἐν παντὶ τόπῳ, quod certè melius conuenire puto, & amplexus etiam eſt Chryſoſtomus.

17 Quod eſt ſignum, ὅ ἐστι σημεῖον, &c. Hoc ſigno vult ſuppoſititias epiſtolas à veris dignoſci.

Athenis, ἀπὸ Ἀθηνῶν. Hanc quoque epiſtolã putarim ego, vt & ſuperiorẽ, Corinthi ſcriptam, vbi ſeſquiannum docuit, authore Luca Act. 18. c. 11. Vide 1. Theſſ. 5. d. 19. Argumentum Græcis exemplaribus præfixum docet Romæ ſcriptam eſſe: quod etiam eſt multo abſurdius.

Epiſtola Pauli Apoſtoli ad Timotheum prior. Παύλου Αποστόλου πρὸς Τιμόθεον ἐπιστολὴ πρώτη.

Κεφάλαιον α΄

ΠΑΥΛΟΣ ἀπόστολος Ιησοῦ Χριστοῦ κατ' ἐπιταγὴν Θεοῦ σωτῆρος ἡμῶν καὶ Κυρίου Ιησοῦ Χριστοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν,

Τιμοθέῳ γνησίῳ τέκνῳ ἐν πίστει· χάρις, ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ Χριστοῦ Ιησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν.

Καθὼς παρεκάλεσά σε προσμεῖναι ἐν Ἐφέσῳ, πορευόμενος εἰς Μακεδονίαν, ἵνα παραγγείλῃς τισὶ μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν·

NOVA INTERPR. CAP. I.

1 PAulus Apoſtolus Ieſu Chriſti ex ordinatione Dei ſeruatoris noſtri, & Domini Ieſu Chriſti, ſpei noſtræ,

2 Timotheo germano filio in fide: Gratia ſit tibi, miſericordia, & pax à Deo Patre noſtro, & Chriſto Ieſu Domino noſtro.

3 Quemadmodũ te rogauerim vt permaneres Epheſi, quũ proficiſcerer in Macedoniã, permaneo, vt denuncties quibuſdã ne diuerſam doctrinam doceant:

VETVS. CAP. I.

1 *PAulus Apoſtolus Ieſu Chriſti ſecundum imperium Dei ſalnatoris noſtri, & Chriſti Ieſu, ſpei noſtræ,*

2 *Timotheo dilecto filio iſti de: Gratia, miſericordia, pax à Deopatre & Chriſto Ieſu Domino noſtro.*

3 *Sicut rogaui te vt remaneres Epheſi quum iter in Macedoniam, vt denuntiares quibuſdam ne aliter docerent:*

IN CAPVT I.

1 Dei ſeruatoris noſtri, Θεοῦ σωτῆρος ἡμῶν. In Complutenſi editione legitur Θεοῦ Πατρὸς, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ, Dei Patris, & ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti. Rurſus in quodam alio codice legitur, τοῦ πατρὸς ἡμῶν Θεοῦ, καὶ Κυρίου Ιησοῦ, Patris noſtri Dei, & Domini Ieſu. Orta eſt aurẽ proculdubio varietas iſta ab iis qui Seruatoris nomen putarunt vnius Chriſti perſonæ tribuendum: abſurdè id quidem, quum Pater nos in Filio, & Filius nos Patri reconciliatos in carne ſua ſeruarit. Vide Tit. 1. a. 3.

2 In fide, ἐν πίστει. Hic erat character ex quo Paulus quaſi pater filios legitimos à ſpuriis diſcernebat. Vel filio per fidem, id eſt quem Domino genui per Euangelicam doctrinam, vt 1. Cor. 4. d. 14, & 15. Cæterùm in collocatione huius Epiſtolæ comperimus tres vetuſtos codices à reliquis diſſentire, in eo quòd poſtericri ad Theſſalonicenſes ſubiiciunt epiſtolam ad Hebræos. Neque verò dubito quin id ab iis factum ſit qui quum nihil ambigerent epiſtolam illam ad Hebræos à Paulo ſcripram eſſe, putarunt eam commodius reliquis epiſtolis coniungi quæ Eccleſiis inſcribuntur: quibus demum ſubiiciantur quæ ad ſingulares homines perſcriptæ ſunt. Sed reliqua exemplaria diſſentiunt, & ex eo etiam argumento fit mihi veriſimile, veteres primos qui epiſtolas Pauli in ordinem digeſſerunt, epiſtolam ad Hebræos Paulo non tribuiſſe. Miſericordia, ἔλεος. Hoc non ſolet Paulus adiungere niſi ad Timotheum & Titum ſcribens. Miſericordiã autem à gratia diſtinguo vt effectum à cauſa. Gratiæ enim nomine intelligo gratuitam illam & æternam Dei beneuolentiam, qui nos in Chriſto reconciliandos elegit. Eam igitur miſericordia, id eſt gratuita iuſtificatio, conſequitur: & hanc rurſum pax illa felicißima quam mundus dare nõ poteſt: vt pulchrè hos gradus deſcribit Apoſtolus Rom. 5. a. 1, & b. 8.

Et Chriſto Ieſu Domino noſtro, καὶ Χριστοῦ Ιησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Eraſmus legit, καὶ Κυρίου Χριστοῦ Ιησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, & Domino Chriſto Ieſu Domino noſtro: aſſentiente, inquit, Theophylacto. Nos in vetuſtis noſtris libris nuſquam inuenimus Κυρίου repetitum.

3 Sum precatus, παρεκάλεσα. Blãdo vocabulo vtitur, ſingulare modeſtiæ exemplũ relinquens quibuſuis in maxima etiã authoritate conſtitutis. Iã verò ſi (quod tamen falſiſſimũ eſſe puto) Timotheus Epheſi talẽ egit Epiſcopum quales poſtea Eccleſiam inuaſerunt, quodnam hoc erat Pauli priuilegium, Epiſcopum non conſulto domino Papa conſtituere? Sed has nugas iam rident etiam pueri. Vt permaneres, ἵνα μείνῃς. Antea cum Paulo oberrabat: tunc, ita ferente neceſſitate, voluit eum Paulus Epheſi ſubſiſtere, non vt illi Eccleſiæ, tanquam Epiſcopus, addictus eſſet: ſed vt Eccleſia conſtituta, pſeudapoſtolis occurreret: vnde etiam poſtea reuocatus eſt Romam ab ipſo Apoſtolo. Nam Epheſi quo que per biennium docuerat Apoſtolus: qui tamen Epheſinus Epiſcopus propterea non dicitur: neque conſtat an Timotheus poſtea ſit Epheſum Roma reuerſus, vt qui fuerit Euangeliſta, de quo munere alibi diximus, ac etiam de Epiſcopis, nimirum epiſtolæ ad Philipp. 1. a. 1. Vulgata & Eraſmus, Vt remaneres, quod non probo. Remanere enim dicitur qui alio diſcedente, retro manet. Atqui neuter Epheſi erat quum hoc peteret Paulus à Timotheo, vt ſtatim dicemus.

Quum proficiſcerer in Macedoniam, πορευόμενος εἰς Μακεδονίαν. Ter omnino vidit Macedoniam Paulus, vt ex hiſtoriæ filo apparet. Quanuis enim non omnia perſcripſerit Lucas, ita tamen contextam hiſtoriam eſſe apparet vt non plures profectiones in Macedoniam poſſint conſtitui. Primam igitur profectionem eſſe cõſtat eam quæ refertur Act. 16: cuius comes fuit Timotheus, quẽ Lyſtræ tum primùm cognitũ aſſumpſit:

Altera commemoratur Act.19.& in epistola ad Corinthios posteriore: cuius expeditionis etiam comitem fuisse Timotheum constat ex Act.19.d.22.& posterioris ad Corinthios epistolæ inscriptione: quam in Macedonia scriptam fuisse liquet ex capite 9.a.2.& 7.b.5. Tertia verò demum ab eo suscepta est non ex Asia, sed ex Græcia, vt insidias Iudæorum vitaret. Tum verò ab eo pleroſque ex comitibus fuisse in Asiam dimissos, ac nominatim quidem Timotheum, diserte refertur Act.20.a.4. Itaque Apostolus eum à se ac pleroſque alios dimittens, procul dubio cum eis est de iis colloquutus quæ ad Ecclesiarum Asiaticarum præsentem necessitatem spectabant, quanuis eos iterum Troade viderit. Cur autem de Ephesina Ecclesia potissimùm laboraret, eámque idcirco nominatim charissimo suo Timotheo commendaret, multas causas habebat. Nam & primæ dignitatis erat, vt ab eius firma constitutione salus multorum penderet, & in turbulentissimo statu coactus fuerat eam veluti deſere reliquamobrem etiam eorum potissimùm presbyteros Miletum ad se, toti iam Asiæ valedicens, accersiuit, vt coram pioſè refertur Act.20. Permaneo vt denuncties, ἵνα παραγγείλῃς. Repetendum esse idem verbum in subiectione, res ipsa ostendit: & familiaris etiam est Paulo hæc eclipsis, vt 2.Corinth.1.b.6,& 2.b.10,& 5.c.13,& 2.Thessal.2.b.7. Ne diuersam doctrinam doc. μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν. Vulgata, Ne aliter docerent. Ego malo ad ipsam doctrinæ substantiam quàm ad docendi modum referre. Eraſ. Ne diuersam sequantur doctrinam. Id verò potiùs discipulis quadrat quàm doctoribus. Est autem vsitatum ἑτεροῦν pro diuerso ac peregrino accipere, vt Act.2.a.4. & 1.Cor.14.d.21. Sed hoc notandum est, diuersam doctrinam dici, non eam modò quæ penitus alia est, sed etiã quæ veram doctrinam adulterat. i. cum verbo Dei vel tantillum humanarum speculationum admiſcet: adeo vt ipsam quoque docendi formam complectatur hoc Pauli interdictum.

Μηδὲ προσέχειν μύθοις καὶ γενεαλογίαις ἀπεράντοις, αἵτινες ζητήσεις παρέχουσι μᾶλλον ἢ οἰκονομίαν Θεοῦ τὴν ἐν πίστει.

4 Nec attendant fabulis & genealogiis infinitis, quæ potius quæstiones præbent quàm ædificationẽ Dei quæ est per fidẽ.

4 Neque intenderent fabulis & genealogis interminatis: quæ quæstiones præstãt magis quidem ædificationem Dei, quæ est in fide. Infra 4.b.9 & 6.a.4 Tit.3.d.9

Τὸ δὲ τέλος τῆς παραγγελίας ἐστὶν ἀγάπη ἐκ καθαρᾶς καρδίας, καὶ συνειδήσεως ἀγαθῆς, καὶ πίστεως ἀνυποκρίτου,

5 Porro finis mandati, est charitas ex puro corde, & conscientia bona, & fide non fimulata.

5 Finis autem præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona & fide non ficta.

Ὧν τινὲς ἀστοχήσαντες, ἐξετράπησαν εἰς ματαιολογίαν·

6 A quibus quum quidam vt à scopo aberrarint, deflexerũt ad vaniloquentiam:

6 A quibus quidam aberrantes, conuersi sunt in vaniloquium:

Θέλοντες εἶναι νομοδιδάσκαλοι, μὴ νοοῦντες μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται.

7 Quum velint esse Legis doctores, nec intelligãt quæ loquũtur, neque de quibus asseuerant.

7 Volentes esse Legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmãt.

Οἴδαμεν δὲ ὅτι καλὸς ὁ νόμος, ἐάν τις αὐτῷ νομίμως χρῆται,

8 Scimus autem bonã esse Legem, siquis ea legitimè vtatur.

8 Scimus autẽ quia bona est Lex, si quis ea legitimè vtatur.

Εἰδὼς τοῦτο, ὅτι δικαίῳ νόμος οὐ κεῖται, ἀνόμοις δὲ καὶ ἀνυπότακτοις, ἀσεβέσι καὶ ἁμαρτωλοῖς, ἀνοσίοις καὶ βεβήλοις, πατρολῴαις καὶ μητρολῴαις, ἀνδροφόνοις,

9 Nempe sciens Legem iusto positam non esse, sed Legis contẽptoribus, & iis qui subiici nesciũt, impiis & peccatoribus, nefariis & profanis, patricidis & matricidis, homicidis,

9 Sciens hoc, quia lex iusto nõ est posita, sed iniustis, & nõ subditis, impiis & peccatoribus, sceleratis & contaminatis, patricidis & matricidis, homicidis,

Πόρνοις, ἀρσενοκοίταις, ἀνδραποδισταῖς, ψεύσταις, ἐπιόρκοις, καὶ εἴ τι

10 Scortatoribus, masculorum concubitoribus, plagiariis, & mendacibus, periuris, & siquid

10 Fornicariis, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus, periuris, & siquid

4 Fabulis, μύθοις. Id est curiosis ac vanis speculationibus, aut curis: quarum vnam speciem nominat, nempe genealogias: in quarum percensione nonnulli modum nullum tenerent, quum alioqui negligendæ non sint quas nobis tradidit verbum Domini: ita tamen vt hic minimè hæreamus, ac consideremus Spiritus sancti in illis recensendis scopum, potius quàm in hoc veluti campo nos fatigemus. Extat autem pulcherrimus locus, & perappositus ad hoc Pauli dictum explicandũ, apud Suetonium in Tiberio, quẽ citauit doctissimus interpres. Maximè, inquit, curauit noritiã historiæ fabularis, vsque ad ineptias ac derisum. Nã & grãmaticos, (quod genus hominũ præcipuè, vt dixi, appetebat) eiusmodi fere quæstionib⁹ experiebatur, Quæ mater Hecubæ, quod Achillinomẽ inter virgines fuisset, quid Sirenes cantare sint solitæ. Eiusmodi igitur quæstiones si in rebus sacris moueantur, fabulas ac genealogias hic vocari puto. Proponatur denique pro exemplo tota illa scholastica matæologia, & viuum habebimus istius vanitatis exemplar. Quæ est per fidem, ἐν πίστει. Id est solidam ac firmã, ex verbo Dei, nostræ in Christo salutis & rerum ad eam pertinentium cognitionem ac οἰκονομίαν, quam inanibus illis commentis opponit. Cæterùm vetusti codices pro οἰκοδομίαν legunt οἰκονομίαν. i. dispensationẽ, quod mihi videtur obscurius.

5 Finis mandati, τέλος τῆς παραγγελίας. Id est Legis. Quorsum hoc? quia nimirum Paulus vult homines ab illis vanis quæstionibus ad verum pietatis studium reuocare. Charitas, ἀγάπη. Nec igitur extra cõscientiam bonam charitas, nec extra fidem conscientia bona, nec fides extra Dei verbum. Hæc qui dissoluit, à scopo aberrat, & pro veritate vanitatem amplectitur. Et notandum est verbum ἀστοχεῖν multo grauius quàm ἁμαρτάνειν. de quo dicemus infrà, 2.Tim.2.d.17.

9 Legem iusto, νόμος δικαίῳ κεῖται. Id est, Sciens Legẽ latam nõ esse aduersus eũ qui ad ipsius normam mores suos sponte componat: quales sunt ii soli quos Dominus vera doctrina & Spiritu sancto imbuit. quod ipsi

minimè omnium curant qui tamen Legis doctores videri volunt. Eſt enim generalis quidem hæc ſententia; ſed ad id de quo agitur accommodanda. Legis contemptoribus, ἀνόμοις. Id eſt exlegibus. Vulg. & Eraſ. iniuſtis, non ſatis expreſſè. Peccatoribus, ἁμαρτωλοῖς. Id eſt veluti aliquam peccandi artem exercentibus, quos Heſiodus vocat κακῶν ἱστῆρας.

ἑτέρᾳ τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ ἀντίκειται.	aliud eſt quod ſanæ doctrinæ ſit oppoſitum.	*aliud ſanæ doctrinæ aduerſatur.*
Κατὰ τὸ εὐαγγέλιον τῆς δόξης τοῦ μακαρίου Θεοῦ, ὃ ἐπιστεύθην ἐγώ.	11 Quæ eſt ſecũdum glorioſum Euangelium beati Dei, quod concreditum eſt mihi.	11 *Quæ eſt ſecũdũ Euangelium gloriæ beati Dei, quod creditum eſt mihi.*
Καὶ χάριν ἔχω τῷ ἐνδυναμώσαντί με, Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ὅτι πιστόν με ἡγήσατο, θέμενος εἰς διακονίαν	12 Gratiam igitur ei habeo qui me robuſtum effecit, id eſt Chriſto Ieſu Domino noſtro: quòd me fidelẽ duxerit, vt qui me in miniſterio conſtituerit:	12 *Gratias ago ei qui me confortauit, Chriſto Ieſu Domino noſtro: quia fidelem me exiſtimauit, ponens in miniſterio:*
τὸ πρότερον ὄντα βλάσφημον καὶ διώκτην καὶ ὑβριστήν· ἀλλ' ἠλεήθην, ὅτι ἀγνοῶν ἐποίησα ἐν ἀπιστίᾳ·	13 Qui prius eram blaſphemus & perſequutor & iniurioſus: ſed mei miſertus eſt. nam ignorãs id faciebam fidei expers.	13 *Qui prius blaſphemus fui & perſequutor & cõtumelioſus: ſed miſericordiam Dei conſequutus ſũ, quia ignorans feci in incredulitate.*
Ὑπερεπλεόνασε δὲ ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν μετὰ πίστεως καὶ ἀγάπης τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.	14 Superabundauit autem gratia Domini noſtri cum fide & dilectione in Chriſto Ieſu.	14 *Superabundauit autem gratia Domini noſtri cũ fide & dilectione quæ eſt in Chriſto Ieſu.*
Πιστὸς ὁ λόγος καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος, ὅτι Χριστὸς Ἰησοῦς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, οὗ πρῶτός εἰμι ἐγώ. Matth. 9.b3 marci 2.c.17	15 Fidus eſt hic ſermo, & modis omnibus dignus quem amplectamur, Chriſtũ Ieſum veniſſe in mundũ vt peccatores ſeruaret, quorum primus ſum ego.	15 *Fidelis ſermo & omni acceptione dignus, quòd Chriſtus Ieſus venit in mundũ peccatores ſaluos facere, quorũ primus ego ſum.*
Ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἠλεήθην, ἵνα ἐν ἐμοὶ πρώτῳ ἐνδείξηται Ἰησοῦς Χριστὸς τὴν πᾶσαν μακροθυμίαν, πρὸς ὑποτύπωσιν τῶν μελλόντων πιστεύειν ἐπ' αὐτῷ εἰς ζωὴν αἰώνιον.	16 Verùm ideo miſertus eſt mei, vt in me primo oſtenderet Ieſus Chriſtus omnem clementiam, vt eſſem exemplo credituris ipſi in vitam æternam.	16 *Sed ideo miſericordiam conſequutus ſum, vt in me primo oſtenderet Chriſtus Ieſus omnem patientiam, ad informationẽ eorũ qui credituri ſunt illi in vitam æternam.*

11 Secundum glorioſum Euangelium, κατὰ τὸ εὐαγγέλιον τῆς δόξης. Id eſt, ſicut traditur in glorioſo Euangelio: quod opponit inanibus argutiis. Ergo ſuppletur articulus τῇ, vt ſæpe annotauimus. Omnino enim hoc explicat, quam ſanam doctrinam vocarit.

12 Igitur, καί. Id eſt ὥστε, vt alibi annotauimus aliquoties. Non temere autem Apoſtolus ad hanc narrationem deſcendit. Quum enim Timotheum adhortatus eſſet veluti ad certamen cum omnibus hominibus ſuſcipiendum, adferendum fuit aliquod inſigne exemplum ex quo intelligeret quæ ſit vis Spiritus Dei in iis quos ad perferendi Euangelii munus delegit, quantumuis alioqui ab eo prorſus alienis. Non poterat autem magis inſigne, vel ipſi Timotheo magis notum exemplum adferre. Qui me robuſtum effecit, τῷ ἐνδυναμώσαντί με. Vulgata, Qui me confortauit, barbarè. Eraſmus, Qui me potentem reddidit, non malè expreſſa ſententia. Nam quia hoc in loco differitur de prima illa vocatione, ſicut apparet ex proximo verſiculo, τῷ ἐνδυναμοῦντι non ſignificat imbecillas vires augere, vel quaſi collapſas ſuſtinere, ſed vires ei indere cui ne voluntas quidem inſit, imò verò qui in contrariam partem totus feratur: niſi malimus interpretari, Qui me hac poteſtate ornauit: ſiue, Qui hanc authoritatem mihi tribuit, nempe vt glorioſi ipſius Euãgelii ſim miniſter: quo nihil maius aut magis arduum cuiquam poteſt contingere. Id eſt Chriſto, Χριστῷ. Exponit proculdubio qui s ille ſit à quo hanc facultatem acceperit, quod & ipſa vocationis Pauli hiſtoria manifeſtè probat. Itaque redundat particula In, quæ in quibuſdam codicibus additur. neque conueniunt interpretationes Eraſmi, qui hoc coniungit cum participio ἐνδυναμώσαντι.

13 Iniurioſus, ὑβριστής. Ex merita præparationis quæ profert Apoſtolus. Vulgata, Contumelioſus. Eraſ. Violentus. Mei miſertus eſt, ἠλεήθην. Hoc non video qui poſſis Latinè, ſeruato paſſiuo verbo, explicare. Nã miſeratus nonniſi actiuè dicitur. Vulgata, Miſericordiam Dei conſequutus ſum, vt videatur etiam legiſſe τοῦ Θεοῦ. Eraſmus, Miſericordiã adeptus ſum. Neutra interpretatio mihi ſatis placuit. Dicimur enim ea conſequi & adipiſci quæ captamus. At Paulus Chriſtum non modò non quærebat, ſed etiam crudeliſſimè perſequebatur. Fidei expers, ἐν ἀπιστίᾳ. Id eſt ἄπιστος ὤν. quoniam Chriſtum ignorabam. Ergo dicet aliquis, ignorantia iſta excuſat peccantem. Id verò ſi ita eſſet, quorſum vocaret ſeſe Paulus peccatorem, & miſericordiam Dei prædicaret? Hoc tamen verum eſt, minus grauiter peccare qui Chriſtũ ignorantes offendunt. Sed hos quoque, niſi Deus ſingulari gratia eos fide dignetur, damnandos eſſe liquet ex 2. Theſſ. 1. b 8. Vulg. In incredulitate. Eraſ. Per incredulitatem: neutrum ſatis rectè. Videtur enim vacuitas fidei, (vt ita loquar) diuerſum quoddam eſſe ab incredulitate. 14 Cum fide, μετὰ πίστεως. Effecta gratiæ duo cõmemorat: fidem, à qua ſit abſorpta ignorantia: charitatem, quæ indomitæ illi crudelitati ſucceſſit, idque ex gratia in Chriſto Ieſu. Itaque in præpoſitione ἐν ſæpe latere puto comparationem incredulitatis ipſius & gratiæ Dei.

15 Fidus, πιστός. Id eſt dignus cui fides habeatur, (vt mox explicat) vt qui fallere non poſſit.

16 Miſertus eſt mei, ἠλεήθην. Vide ſuprà verſu 13.

Τῷ δὲ βασιλεῖ τῶν αἰώνων ἀφθάρτῳ, ἀοράτῳ, μόνῳ σοφῷ Θεῷ τιμὴ καὶ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

17 Regi autem æterno, immortali, inuiſibili, ſoli ſapienti Deo honor ſit & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

17 Regi autem ſeculorum immortali, inuiſibili, ſoli Deo honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Ταύτην τὴν παραγγελίαν παρατίθεμαί σοι, τέκνον Τιμόθεε, κατὰ τὰς προαγούσας ἐπὶ σὲ προφητείας, ἵνα στρατεύῃ ἐν αὐταῖς τὴν καλὴν στρατείαν.

18 Hoc mandatū cōmendo tibi, fili Timothee, nempe vt ſecundū prægreſſas de te prophetias, milites per eas bonā illam militiam.

18 Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee, ſecūdum præcedentes in te prophetias, ut milites in illis bonam militiam:

Ἔχων πίστιν καὶ ἀγαθὴν συνείδησιν· ἣν τινες ἀπωσάμενοι, περὶ τὴν πίστιν ἐναυάγησαν.

19 Retinens fidē & bonam conſcientiam: qua repulſa, nōnulli fidei naufragium fecerunt.

19 Habens fidem & bonā conſcientiam: quam quidam repellentes circa fidē naufragauerunt.

Ὧν ἐστιν Ὑμέναιος καὶ Ἀλέξανδρος, οὓς παρέδωκα τῷ Σατανᾷ, ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν.

20 Ex quibus Hymenæus & Alexander: quos tradidi Satanæ, vt diſcant non blaſphemare.

20 Ex quib⁹ eſt Hymenæus & Alexander, quos tradidi Satanæ, ut diſcant non blaſphemare. 1.Cor.5.b.5

Κεφάλαιον ϛ

CAP. II.

CAP. II.

Παρακαλῶ οὖν πρῶτον πάντων ποιεῖσθαι δεήσεις, προσευχάς, ἐντεύξεις, εὐχαριστίας ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων·

1 Adhortor igitur ante omnia vt fiant deprecationes, preces, poſtulationes, gratiarum actiones pro quibuſuis hominibus:

1 Obſecro igitur primùm omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarū actiones pro omnibus hominibus.

ὑπὲρ βασιλέων καὶ πάντων τῶν ἐν

2 Pro regibus & quibuſuis in

2 Pro regibus & omnibus

17 Sapienti, σοφῷ. Hoc non legit Vetus interpres, & alii Veteres Latini. Reperi tamen in omnibus vetuſtis libris, & Græcis ſcholiis, itémque apud Nanzianzenum τῷ μόνῳ λόγῳ β. Quomodo verò ſit reſpondendum Arrianis hoc teſtimonio aburentibus, pulchrè docet Baſilius epiſt. 161.

18 Nempe vt, &c. κατὰ τὰς προαγούσας, &c. Apparet ex hoc loco vocationē Timothei multis inſignibus prophetarū oraculis fuiſſe comprobatā, qui tum in Eccleſiis vigebant, vt innuit etiā Lucas Act. 16. a. 3. ſicut Paulus & Barnabas ex oracuło ſunt profecti ad Gentes, Act. 13. a. 1, & Prophetarum prædicationes cōmemorat Paulus Act. 10. c. 23. Milites bonam illam militiā, στρατεύῃ τὴν καλὴν στρατείαν. Id eſt, ſtrenuè te geras in illa militia, ad quam oportet eſſe comparatos quicunque hoc bellum adminiſtrant. Delectantur autem Hebræi atque etiam Attici ſcriptores iſto genere conſtructionis nec prætermittendus fuit articulus. Per eas, ἐν αὐταῖς. Id eſt, illis fretus. Hinc etiam apparet quorſum illi ſuum exemplū propoſuerit.

19 Fidem, πίστιν. Id eſt ſanam doctrinam, μετὰ τοῦ μυστηρίου τῆς, vt infrà 3. c. 8, & 4. a. 1: cuius dicuntur naufragium facere quibus eripitur iuſto Dei iudicio: quia nimirum bona conſcientia talentum acceptum non adminiſtrarunt. Nam (vt verè & pereleganter ſcripſit doctiſſimus interpres) vt in portum perueniamus, regendus eſt bona conſcientia nauigationis noſtræ curſus. Vide infrà, 4. a. 1.

20 Quos tradidi Satanæ, οὓς παρέδωκα τῷ Σατανᾷ. Id eſt, ex Eccleſia eiectos, Satanæ mancipaui. Vide 1. Cor. 5. b. 5. Vt diſcant, ἵνα παιδευθῶσι, &c. Id eſt, ne impunè ferant ſuas blaſphemias: ſiue, vt ſuo malo diſcant quid ſit blaſphemare. Nam ita etiam in vernaculo noſtro ſermone diceremus, *afin qu'ils apprenent à ne blaſphemer plus*. Aut fortaſſis reſpexit ad excōmunicationis finem illum cuius mentio facta eſt 1. Cor. 5. b. 5, & 2. Theſſ. 3. d. 14: nempe vt pudore ac triſtitia reuocetur in viam qui aberrarat: quò pertinet venuſtum illud Græcorum proverbium, ἐκ τῆς ὕβρεως ἔρως.

IN CAPVT II.

1 Deprecationes, δεήσεις. Non temere videtur Paulus iſta congeſſiſſe. itaque mihi non diſplicet Græci ſcholiaſtæ diſtinctio: quanuis non vbique obſeruetur. Δέησιν ergo vocari dicit ſupplicationem qua petitur liberatio ab iis quæ moleſtiam adferunt: προσευχὴν verò eam qua beneficium aliquod petimus. Ἔντευξιν accuſationē eorum qui nos iniuriis afficiunt. Ego tamē hoc poſtremum malim ad mutuas aliorum pro aliis preces referre: de quo diximus Rom. 8. c. 26. Vide Auguſtinum Epiſtola 59. Pro quibuſuis hominibus, ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων. Particulam vniuerſalem pro indefinita poſitam obſeruauimus ſingulis penè paginis: ſed ſpectandum eſt ſemper de quo agatur, vt quid indefinitè ſtatuatur intelligamus. Veluti Mat. 4. d. 23, dicitur Dominus ſanaſſe omnē morbum, id eſt quoduis morbi genus: & ibidem dicūtur Chriſto oblati omnes malè affecti, id eſt quouis morbi genere laborātes. Itaqi in iis locis indefinitè ſtatuitur de omni morborū genere. Et Rom. 1. b. 16, dicitur Euāgeliū eſſe efficax ad ſalutē omni credenti, id eſt cuiuis: quo vocabulo tolli Gentiū & Iudæorū diſcrimē, manifeſtè apparet ex iis quæ ſubiiciuntur. Sic 1. Cor. 6. c. 12. Omnia, inquit, mihi licent. quibus verbis tollitur rerū mediarū diſcrimen. Sic 1. Cor. 10. c. 25, Omne, inquit, quod in macello vænit, edite: tollens Iudaica cibofū diſcrimina. Pueriliter ergo hallucinātur qui hanc ſententiā & alias eiuſmodi, vnius particulæ præſidio fulti, æternis Dei decretis opponunt: de quibus Rom. 9. d. 17, & 11. a. 7, & aliis infinitis locis. Hic enim non eſt propoſitū Paulo de ſingulis hominibus agere, ſed diſcrimen tollere graduū ac dignitatū, itémque fideliū & externorū, vt ex ſequentibus liquet. Et nequis à me quicquam hic detortum clamitet, non modò ab Hebræis & Græcis, (qua de re ſatis conſtare puto) ſed etiam à Latinis ſcriptoribus ſimili prorſus ratione hanc particulam vſurpari affirmo, ita videlicet vt genera ſingulorū non ſingula generū, vt aiunt, complectatur. Sufficiat vnum hoc Ciceronis exemplū ex oratione pro Roſcio Amerino, Non omnem frugem, neque omnem arborem in omni agro reperire poſſis.

2 Pro regibus, ὑπὲρ βασιλέων. Reges & principes nominatim appellat, & quidem addita indefinita particula. Nam quot erant eo tempore magiſtratus, tot erant Eccleſiæ hoſtes, & penes Romanos infideles erat ſumma rerum. Itaque ambigi poterat num potius aduerſus illos quàm pro illis, concipi preces oporteret,

Iubet autē Paulus nominatim illos in precibus cōprehendi. Sed quid si tū Iulianus apoſtata imperaſſet? Nempe hic vnus erat ex eorū numero pro quibus precandū non erat, Gal. 5. b. 12, & 1. Theſſ. 2. b. 16, & 2. Tim. 4. c. 14, & 1. Ioh. 5. d. 16. Diſtinguendi ſunt autē extranei, vel per ignorantiā peccantes, aut in moribus, aut in doctrina, ab iis qui planè, & quidem Dei ac Chriſti odio, à veritate deſciunt. Ergo tota ſeries argumenti huc nos deducit vt τὰ καθ' ἕκαστον interpretemur non de ſingulis, ſed de omnibus indefinitè, id eſt de quibuſuis: & hactenus quidem vt tū pro domeſticis, tum pro extraneis preces in Eccleſia concipiantur.

ἐν ὑποχῇ ὄντων· ἵνα ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι.

eminentia conſtitutis: vt tranquillam ac quietam vitam degamus cum omni pietate & honeſtate.

qui in ſublimitate ſunt: vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & caſtitate.

Τοῦτο γὰρ καλὸν καὶ ἀπόδεκτον ἐνώπιον τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ,

3 Nam hoc bonū eſt & acceptū coram ſeruatore noſtro Deo,

3 *Hoc enim bonum eſt & acceptum coram ſaluatore noſtro Deo,*

Ὃς πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν.

4 Qui quoſuis homines vult ſeruari, & ad agnitionem veritatis venire.

4 *Qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionē veritatis uenire.*

Vt trāquillā, ἵνα ἤρεμον. Omnino hoc pertinet ad participiū ὄντων, cōſtitutis. Argumētatur enim à fine quē ſpectauit Dominus quū in reb⁹ humanis iſtos gradus diſtribueret: cui fini nos ſubſeruire prorſus oporteat, niſi velimus ἀκαιρεῖν, ac proinde ipſi nobis pernicie accerſere. Quū igitur magiſtratus ideo cōſtituti ſint à Domino vt omniū rerū ipſiuſq; adeo religionis δικαιότης per eos cōſeruetur, quid aliud certiore fide ac maiore contentione petere debemus à Deo quàm vt principes, ſi quidē boni ſint ac pii, cōſeruet: ſin verò mali ſint, bonos efficiat, populorū miſertus quos illo flagello lōgè duriſſimo caſtigat? Hoc, inquā, eſt Pauli lōgè grauiſſimū argumētū. Nā ſi (vt quidam faciunt) hæc referas ad verbum παῤῥησίᾳ, fiāt, quaſi iubeat Paulus idcirco concipi preces pro regibus vt noſtræ tranquillitati conſulamus: verè quidē, ſed tamen non apte colligeret Apoſtolus. Aſſumeret enim pro hypotheſi idipſum de quo quæritur, nempe an rogare pro principibus qui non modò non norunt, ſed etiā perſequuntur Eccleſiam, ad publicam Eccleſiæ concordiam ſpectet. Hoc, inquam, pro cōfeſſo Paulus aſſumeret ſi illo modo argumentaretur, ideóque non apte colligeret. Nam excipere potuiſſet aduerſarius, contraria prorſus ratione, non poſſe melius conſuli paci Eccleſiæ quàm ſi Deum aduerſus principes interpellet à quibus ipſa opprimitur: vti ſub Iuliano factum eſſe Eccleſiaſtica hiſtoria meritò teſtatur. Huic verò obiectioni nullus locus relinquetur ſi Paulum dicamus à generali fine conſtituti magiſtratus argumentari: vt probata illa hypotheſi, nectat argumenti concluſionē, Pro quibuſuis igitur principibus orandū eſſe. Nobiliſſimus autē eſt hic locus nō modò aduerſus Anabaptiſtas & cæteros omnes fanaticos qui magiſtratū tollendū cenſent, ſed etiam aduerſus crudeliſſimā illā Academicorū qui nuper irrepſerunt charitatē. Iſti enim in veræ religionis perturbatores nullum ius magiſtratibus concedunt: quū hic diſertè fiat mentio τῆς ἀνοσίου. i. iuſti ac legitimi cultus, cuius vnius præ cæteris rebus vindices & aſſertores magiſtratus eſſe oporteat: adeo quidē vt quoties neceſſe fuerit vel religionem vel pacem ciuilē amittere, quicunque principes illā iſti non antepoſuerint, grauiſſimo ſcelere ſeſe ſciētes ac prudentes obligent: nedum vt factioſis hæreticis impunè liceat Eccleſiaſticam diſciplinam deridere.

Et honeſtate, καὶ σεμνότητι. Complectitur hoc nomen omne officii genus quod vigere in mutuis hominum commerciis debet, vt nihil turpiter aut indecorè, nihil denique flagitioſè fiat. Cicero, In officio colēdo, inquit, ſita eſt honeſtas omnis: & in negligendo, turpitudo. Itaque τὸ καλὸν obiectum eſt τῷ σεμνότητος: quum alioquin hoc nomine ſignificetur honeſta quædam morum grauitas, quæ reuerentiam conciliat: quæ ſignificatio huic etiā loco non malè conuenit. Vulg. Caſtitate, nimium anguſtè, vt alibi ſæpe.

4 Qui quoſuis homines, ὃς πάντας ἀνθρώπους. i. qui ſublato diſcrimine, quoſuis etiam alieniſſimos ab Euāgelio homines vult ſeruare: ſiue, qui Eccleſiam ſuam ex quorumuis hominum genere congregat. Noſtrū eſt igitur pro quibuſuis precari, non autem iudicare abiectos à Deo quicunque nondum ad Eccleſiam acceſſerunt. Hanc germanā eſſe huius loci ſententiā res ipſa clamat, & experiētia etiam conuincit, nempe iſta non ad ſingulos homines, ſed ad quæuis hominū genera pertinere. Eſt enim ad concluſionē accōmodanda probatio. Itaque planè aberrant à ſcopo qui ſingulis hominibus hoc Apoſtoli dictum accōmodant, & noſtræ conſolationis fundamentum conuelluut. Non agimus de ſalutis cauſa: illam enim cōſtat vno Chriſto nāti gratis nobis exhibito, & per gratuitum fidei donū apprehenſo. Non agimus etiam de eo cur Deus damnet. neque enim aliunde petēdum eſt exitiū hominis quàm ab ipſius hominis corruptione, & corruptionis fructibus. Tota Scriptura hoc clamat, & qui aliter ſentit, anathema ſit. Sed hoc quæritur, an ſingulos homines Deus ſaluti deſtinarit per fidem ſeruandos: an verò etiā aliquos iuſto ſuo iudicio condēnandos. At quorſum hoc quæritur? Quia hucuſque nos ſubuehit Spiritus ſanctus, nempe quoties ita facere neceſſe eſt, ab inhærentibus cauſis ad ipſum vſque Dei propoſitū cōſcendēs, tū in electis tū in reprobis. Apertæ verò blaſphemiæ fuerit exiſtimare curioſas, ſpinoſas, inutiles quæſtiones à Spiritu ſancto nobis explicari. Certè fruſtra prædicatur iuſtificatio ex fide niſi fidei ſubſternatur electio certa & cōſtans, electio verò ſine oppoſito mēbro nec conſtitui poteſt, nec ita etiā conſiderari vt par eſt. Denique niſi hæc quæſtio explicetur, tota Chriſtiana religio corruat neceſſe eſt. Nā qui hoc Pauli dictū ad ſingulos homines contendūt pertinere, huc delabantur neceſſe eſt vt vel liberū arbitriū hominis, vel vniuerſalē (id eſt ad ſingulos homines pertinentē) gratiam ſtatuant. Liberum arbitrium voco non quod ſit ſponteneū, (ita enim concedo) ſed quod in vtranuis partem ſua ſpōte ferri poſſit. Hoc igitur qui conſtituunt, vel Pelagiani ſunt, ſi naturalē faciant gratiā: vel Semipelagiani, ſi cū natura faciant concurrere gratiā, quæ infirmā naturā adiuuet. cū neutris verò mihi quicquā negotii eſſe volo. Sin verò gratiā quandā vniuerſalē ſtatuas ad ſingulos pertinentem, quæro quam gratiam intelligas. Nā de gratia hic agimus quæ ad Chriſtū ducit, extra quē non eſt ſalus: quam ſicui negat, alicui concedit Deus, gratiam illam tuā vniuerſalē hoc ipſo ſublatā vides: ſin verò guſtum eius aliquē ſingulis tribui dicas, primùm omniū ipſa omnium ſeculorū experientia falſum id eſſe coarguit. Deinde quæro, parémne primum illū gratiæ guſtum facias, an imparem. Si imparem facis, iterum vides te ab vniuerſali gratia deficere: ſin verò parem, vnde tam impar effectus? Ex eo, dices, quòd iſte oblatā amplectitur, hic verò repudiat. Ergo, in quam, vel impar fuit gratia, (fuiſſet enim ex æquo vterque ſanatus, & ad amplectendam gratiam pari efficacia impulſus) vel impar erat naturæ corruptio. quod ſi tu ſtatuis, iam in Pelagianiſmum recidis. En vides, lector, quibus laqueis ſe induat quorundam hominum curioſa modeſtia: vt alias blaſphemias omittam quæ ex hac ipſa doctrina neceſſariò conſequuntur, de quibus alibi dictum eſt à nobis.

Εἷς γὰρ Θεός, εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος Χριστὸς Ἰησοῦς·

5 Vnus enim Deus, vnus etiã mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus:

5 Vnus enim Deus, unus & mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus:

Ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων, τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις.

6 Qui semetipsum dedit redẽptionis pretium pro quibusuis, Christus inquam, testimoniũ illud suis tẽporibus destinatũ.

6 Qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, cuius testimonii temporibus suis confirmatum est.

Εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ κῆρυξ καὶ ἀπόστολος, (ἀλήθειαν λέγω ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύδομαι) διδάσκαλος ἐθνῶν ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ·

7 Cuius constitutus sum ego præco & Apostolus, (veritatem dico per Christum, non mẽtior) doctor inquam Gentium, cum fide ac veritate.

7 In quo positus sum ego præconator & Apostolus (veritatem dico, non mẽtior) doctor Gentium in fide & veritate. 2.Tim.1.c.11

Βούλομαι οὖν προσεύχεσθαι τοὺς ἄνδρας ἐν παντὶ τόπῳ, ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ.

8 Velim igitur viros precari in quouis loco, puras manus attollentes absque ira & disceptatione.

8 Volo ergo viros orare in omni loco, leuantes puras manus, sine ira & disceptatione.

5 Homo, ἄνθρωπος. Homo videlicet factus: alioquin nullus ad eum aditus nobis pateret, nedum ad ipsam diuinitatem. Assumpsit autem naturam, qua non certo hominum generi, sed quibusuis coniungitur. Nullum ergo genus hominum debemus à Christi Ecclesia alienum pueare. Iam verò non potes ad singulos homines hoc transferre, quum ipse Christus disertè testetur se non rogare pro mundo, id est pro iis quos Deus ipsi non est daturus, ac proinde quorum causa non venit: alioquin, vt sacerdotis officio planè fungeretur, pro singulis oraret. Hoc tamen interim tenendum est, ideo damnari homines quòd tenebras magis dilexerint quàm lucem. Est enim reprobationis propositum ab ipsius exequutione (id est damnatione) diligenter distinguendum: quum pro occulta, sed tamen iusta, sua voluntate Deus reprobet, qui tamen damnationi deuotos, nonnisi propter causas in ipsis hærentes damnat.

6 Qui seipsum dedit, ὁ δοὺς ἑαυτόν. Vel potius, Qui se ipse, siue qui ipse se dedit. Nam inter hæc dicendi genera nonnihil interest. Quum enim dicimus, Christus dedit seipsum, intelligimus Christum non aliam victimam quàm se ipse obtulisse: at quum dicimus, Christus ipse se dedit, significamus non modò nullam aliam oblatam victimam, sed etiam à nullo alio quàm ipso fuisse oblatum, vt idem fuerit pontifex qui & victima. Itaque duplici sacrilegio tenentur qui vel alia victima Deum placari, vel ab alio sacerdote quàm ab eo offerri ea potuisse putant, nedum vt hodie possit. Itaque si vna oblatio istis sacrilegis non satisfacit, age, Christum (sicuti se facere gloriantur) è solio Patris detrahant, non qui ipsorum impuris manibus, sed à seipso quotidie offeratur. Nam crucifigendi quidem ipsius partes illis sanè libenter relinquimus. At ista, inquiunt, oblatio est sine sanguine. Rectè sane: ergo expiatoria non est, quum absque sanguinis effusione non fiat remissio, Heb.9.f.22.

Christus inquam, testimoniũ illud suis tẽporibus destinatũ, τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις. Volgata, Cuius testimoniũ suis tẽporibus confirmatũ est. Sed multi cod.vet.nõ habẽt Cuius. Eras. Vt esset testimoniũ suis tẽporib⁹. quæ interpretationes nec Græcis respondent, nec cõmodam habẽt explicationem. Sed magis etiam hunc locũ detorsit Castellio, qui hæc coniunxit cum sequentibus in hunc modum, Quam ad rem suis temporibus testandã ego præco sum & Apostolus constitutus. Inde porro nata est difficultas quòd alii, vt ista connecterent cum præcedentibus, subaudiendũ putarũt prouocabulũ ὅ, & præterea verbũ ἐτάχθην vel ἀπεδείχθη, quo modo vertit Vetus interpres. Alii subaudiendam putarunt præpositionem εἰς, vt vertit Eras. qui tamen in annotationibus vidit appositionem esse, sed quam nõ satis aptè applicuerit. Alii denique ἰδίοις καιροῖς cõnectunt cum verbo sequente, nempe ἐτέθην. quæ omnes interpretationes mihi quidem non probantur. Est autem plana constructio, adeo vt ne eclipsi quidẽ indigeat: cohærẽs vel cũ Χριστὸς Ἰησοῦς, (quod vt planius esset, repetii Christi nomen per epanalepsin) vel cũ proxima sententia, vt verras, Quod est testimoniũ illud suis tẽporibus destinatum. Nam & Christus dicitur μαρτύριον, de quo videlicet testati sint omnes Prophetæ: & quòd Christus seipse pro quorumuis hominum redemptione obtulerit, illud ipsum est testimonium quod suis temporibus erat destinatum. Est autem καιροῖς ἰδίοις tertio casu positum, vt Consules extremo hoc anno magistratum ineuntes, sequenti anno lectos dixeris. Illud igitur Hebræi exprimerent addito ל, & nos vernaculo sermone diceremus *pour sa saison*, vel, *pour certaine saison*. quod vt planius esset, addidi participium. Mihi tamen (vt dicam quod sentio) magis placeret legere τὸ μυστήριον, id est mysterium illud, siue arcanum: quam lectionem in vno tantùm vetere codice deprehendimus. Video enim crebrò hanc sententiam totidem penè verbis repeti, vt Rom.16.d.25, Ephes.3.b.9, Coloss.1.d.26, Tit.1.a.2 & 3, & 1.Pet.1.d.20. vbi vel mysterii, vel retectionis, vel vtriusque fit mentio. Sed & infrà, 3.d.16, hoc ipsum dicitur μυστήριον, vt mihi quidem hoc magis placeat. Quanquam hoc ipsum μυστήριον dici potest μαρτύριον, tum quatenus plenam diuinæ erga nos beneuolentiæ fidem facit, tum etiam quatenus id testificati sunt Prophetæ.

7 Per Christum, ἐν Χριστῷ. Vetus interpres hoc non legit, & in tribus vetustis libris Græcis deesse cõperimus. Videtur autem additum ex Rom.9.a.1, vbi etiam hanc formulam exposuimus. Non mentior, οὐ ψεύδομαι. Hebraicus pleonasmus, de quo diximus Iohan.1.c.20. Magna tamen est eius emphasis, vt tum ex hoc loco, tum ex aliis multis omnino appareat hanc epistolam, quãuis Timotheo sit inscripta, tamen Ephesiis, atque adeo Asiaticis omnibus Ecclesiis potius quàm ipsi Timotheo scriptã: in qua nimirũ tum ministri omnes, tum verò greges ipsi absolutam haberẽt officiorum suorum descriptionem. Cum fide & veritate, ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ. Id est fidelis ac sincerus. Fidem autem ad sanam eámque persuasam doctrinam refero: veritatem, ad ipsius sinceram integrãmque functionem. Vulg. In fide & veritate, quod etiamnon displicet.

8 In quouis loco, ἐν παντὶ τόπῳ. Hæc formula putant alii tolli locorum discrimen: alii verò æquari Gentes & Iudæos, vt in toto orbe terrarum pura hæc sacrificia Deo offerantur, de quibus apud Malachiam agitur. Mihi videtur Paulus Legalibus cæremoniis veram purificationẽ opponere, quæ faciat vt quocunque loco fuerimus, Deum rite possimus inuocare. Puras, ὁσίους. Vel sanctas. Ad verbũ, puri attollentes manus. Malo tamen ὁσίους Atticè fœmineo genere accipi pro ὁσίας, vt versu 9, κοσμίῳ pro κοσμίᾳ, & Tit.2.c.11, χάριτες σωτήριοι pro σωτηρίαι: sed eadem tamen manet sententia, vtrouis modo legas. Cæterùm manuum sublationem posuit pro

inuocatione, id est signum pro reipsa: quæ formula sæpe occurrit in Prophetis, vt Esa. 1. d. 15. Absque ira & discepratione, χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ. Iram refero ad omnes offensiones animi quæ probibeant quominus bona conscientia possimus Deum inuocare, vt Matth. 5. d. 23. sub qua specie etiam comprehendo reliquas iniurias quibus affici potest proximus, de quibus Esaias 1. d. 15. & 16. Διαλογισμὸν autem puto declarare τὴν διάκρισιν, id est dubitationem illam quæ fidei repugnat ex diametro: qua de re Iac. 1. a. 6. Ita enim suis omnibus numeris constabit ea puritas ac sanctimonia quæ ad rite precandum requiritur.

1. Pet. 3. d. 3

Ὡσαύτως καὶ τὰς γυναῖκας ἐν καταστολῇ κοσμίῳ, μετ' αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης κοσμεῖν ἑαυτάς, μὴ ἐν πλέγμασιν, ἢ χρυσῷ, ἢ μαργαρίταις, ἢ ἱματισμῷ πολυτελεῖ·

9 ‖Itidem & mulieres amictu honesto, cum verecundia & modestia ornare sese non cincinnis, vel auro, vel margaritis, vel pretioso vestitu:

9 *Simuliter & mulieres in habitu ornato, cum verecundia & sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, uel veste pretiosa:*

Ἀλλ' (ὃ πρέπει γυναιξὶν ἐπαγγελλομέναις θεοσέβειαν) δι' ἔργων ἀγαθῶν.

10 Sed (quod decet mulieres pietatem spondentes) operibus bonis.

10 *Sed (quod decet mulieres promittentes pietatem) per opera bona.*

Γυνὴ ἐν ἡσυχίᾳ μανθανέτω ἐν πάσῃ ὑποταγῇ.

11 Mulier cum silentio discito cum omni subiectione.

11 *Mulier in silentio discat cum omni subiectione.*

1. Cor. 14. g. 34

Γυναικὶ δὲ διδάσκειν οὐκ ἐπιτρέπω, οὐδὲ αὐθεντεῖν ἀνδρός, ἀλλ' εἶναι ἐν ἡσυχίᾳ.

11 ‖Mulieri enim docere non permitto, neque authoritatem vsurpare in virum, sed esse in silentio.

12 *Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio.*

Gen. 2. d. 27

Ἀδὰμ γὰρ πρῶτος ἐπλάσθη· εἶτα Εὔα.

13 ‖Adam enim prior formatus est: deinde Eua.

13 *Adam enim primus formatus est: deinde Hema.*

Gen. 3. a. 6

Καὶ Ἀδὰμ οὐκ ἠπατήθη· ἡ δὲ γυνὴ ἀπατηθεῖσα, ἐν παραβάσει γέγονε.

14 Et Adã nõ fuit seductus: ‖sed mulier seducta, causa transgressionis fuit.

14 *Et Adam non est seductus: mulier autem seducta, in præuaricatione fuit.*

Σωθήσεται δὲ διὰ τῆς τεκνογονίας, ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ καὶ ἁγιασμῷ μετὰ σωφροσύνης.

15 Seruabitur tamen liberos gignendo, si manserit in fide ac charitate, & sanctificatione cum modestia.

15 *Saluabitur autem per filiorum generationem, si permanserint in fide & dilectione, & sanctificatione cum sobrietate.*

9 Honesto, κοσμίῳ. Id est decenti & conuenienti. Neque enim sordidatas esse vult, neque rursus meretricio cultu: sed eo habitu qui animum optimè compositum testetur. Huc pertinent illi Antiphanis versiculi, Μὴ ὄμματα τὰ σῶμα κατακρωπώσῃ δόλῳ, Ἔργοις δὲ καθαροῖς καὶ τρόποις τοῖς κρείττοσι. Et modestia, καὶ σωφροσύνῃ. Vulg. Sobrietate. Eras. Castitate. Neutrũ mihi satis placet: puto enim hic commendari habitum qui frugi, prudentem, grauem, moderatam matremfamiliàs deceat.

10 Quod decet, ὃ πρέπει. Hoc omnino (vt mihi videtur) parenthesi includendũ est, vt διὰ ἔργων ἀγαθῶν cohæreat cum κοσμεῖν. Opponit enim bonorum operum ornatum auro & margaritis. Dicemus autem de verbo ἐπαγγέλλεσθαι infrà, 6. d. 21, quod verto Spondentes: Vulg. Promittentes: Eras. Professentes.

12 Neque authoritatem vsurpare, &c. οὐδὲ αὐθεντεῖν, &c. Huc pertinent elegantes hi Philemonis versiculi,

Ἀγαθὴ γυναικός ἐστιν, ὦ Νικηράτη,
Μὴ κρεῖττον εἶ παιδεύσεις, ἀλλ' ὑπείξεται.
Γυνὴ δὲ τετὸν' αὐθάδ', ὅστις κακὸν μέγα.

14 Non fuit seductus, οὐκ ἠπατήθη. Seductus certè fuit, sed ipsius mulieris opera, quæ hac in parte fuit Satanæ organon, ideóque meritò hac quoque ratione viro debet esse obnoxia. qua pœna Deus etiam ipse illã multauit. Causa trangressionis fuit, ἐν παραβάσει γέγονε. Vulg. In præuaricatione fuit, nimiũ obscurè. Eras. Obnoxia facta est transgressioni: non expressa Pauli sententia, etiamsi exponas vt vulgò solent, Euam videlicet factam esse transgressionis ream. Atqui hæc expositio mihi videtur iners & frigida. Malui igitur ἐν παραβάσει accipere pro εἰς παράβασιν, vt Eua seducta fuisse dicatur vt Adamo esset peccandi causa. Ita enim vberior est sententia, & melius cohærens.

15 Liberos gignendo, διὰ τῆς τεκνογονίας. Id est ἐν τῇ τεκνογονίᾳ. Nam διὰ non aliud declarat hoc in loco quàm ἐν, statum videlicet ipsum in quo sit mulier: vt διὰ ἀκροβυστίας pro ἐν ἀκροβυστίᾳ, Rom. 4. b. 11. Neque quicquam est magis vsitatum hac significatione, vt διὰ νυκτός, interdiu, διὰ βίου, διὰ παντός, per totam vitam. qua significatione Homerus cum quarto casu dixit, Ἀμβροσίῳ διὰ νύκτα. Hoc certè miror plerosque veteres non cõsiderasse: qui quum existimarent hæc poni αἰνιγματικῶς, quasi nimirum causa aperiretur per quam seruari possit mulier, mirum quàm hic se torserint: quum illis potius explicanda fuerit causa cur potissimùm A postolus fecerit huius conditionis mentionem, non per quam, sed in qua seruari possit mulier. Causa verò manifesta est, vt rectè annotauit doctissimus interpres. Fecerat enim eius pœnæ mentionem qua multata est mulier propter deceptũ hominem. Iam verò hæc pœna præcipuè matrimonii coniunctionem ac præsertim ferendi, gignendi, educandi fœtus molestias continet. Itaque quum nunc vellet illi pœnæ consolationem aliquam subiicere, ne in matrimonii molestiis solam pœnam contemplentur mulieres, nõ potuit aliunde quàm ex ea ipsa pœna commodius consolationis argumentum sumere. quasi dicat, iniri posse rationem qua mulier in eo ipso onere quod peccati pœna est, aliquod mali remedium inueniat: puta si molestias illas ita sustinuerit vt fides, charitas, sanctimonia, modestia denique omnis in ipsa eluceat. Vulgata & Erasmus, Per liberorum generationem. manserit, ἐὰν μείνωσιν. Vulgata & Erasmus, Si manserint. Nam certè verbum numero multitudinis positum est,

ſummo codicum omnium conſenſu. Sed quum agatur de mulierum officiis per ſe, nõn alterũ de educatione liberorum, neque etiam τέκνων nomen poſsit cõmodè repeti ἀπὸ τοῦ κατεναντίον, nõ dubito quin hallucinati ſint qui hoc retulerunt ad liberorum ipſorũ fidẽ & cæteras virtutes. Nã quid ſi ii non manſerint in his virtutibus, quanuis ſedulò educatit Deinde quis hanc curam non potius exiſtimet maxima ex parte ad patres pertineret Poſtremò nomen σωφρονισμός, & conſolatio ipſa mulieribus propriè deſtinata, ſatis oſtendunt hoc eſſe potius de ipſis vxoribus accipiendum. Cur autem ad pluralem numerum repentè tranſiret Apoſtolus, hæc cauſa fuit quòd in genere differat de omnium vxorum Chriſtianarum officio.

Κεφάλαιον γ΄

Πιστὸς ὁ λόγος, Εἴτις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται, καλοῦ ἔργου ἐπιθυμεῖ.

Δεῖ οὖν τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίλημπτον εἶναι, μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα, νηφάλιον, σώφρονα, κόσμιον, φιλόξενον, διδακτικόν·

Μὴ πάροινον, μὴ πλήκτην, μὴ αἰσχροκερδῆ· ἀλλ' ἐπιεικῆ, ἄμαχον, ἀφιλάργυρον·

Τοῦ ἰδίου οἴκου καλῶς προϊστάμενον, τέκνα ἔχοντα ἐν ὑποταγῇ μετὰ πάσης σεμνότητος·

CAP. III.

1 FIdus *eſt hic* ſermo, Siquis ᵛepiſcopatum ᵛappetit, ᵛpræclarum ᵛopus deſiderat.

2 ᵛ¶Oportet igitur epiſcopum irreprehenſum eſſe, ᵛvnius vxoris virum, vigilãtem, ſobrium, compoſitum, hoſpitalem, ᵛaptum ad docendum:

3 Non ᵛvinoſum, non ᵛpercuſſorem, nõ turpiter lucri cupidum: ſed moderatum, alienum à pugnis, alienum ab auaritia:

4 Qui ſuæ domui bene præſit, qui liberos contineat in ſubiectione cum omni ᵛhoneſtate:

CAP. III.

1 FIdelis ſermo, *ſi quis* epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat.

2 Oportet ergo epiſcopũ irreprehenſibilem eſſe, unius uxoris virum, ſobrium, prudẽtem, ornatum, hoſpitalem, doctorem: Tit.1.b.8

3 Non vinolentum, non percuſſorem: ſed modeſtum non litigioſum, non cupidum:

4 Sed ſuæ domui bene præpoſitum, filios habentem ſubditos cum omni caſtitate

IN CAPVT III.

1 Fidus, πιστὸς. Hac præfatione ſolet aliquoties in his quidem epiſtolis Paulus ſibi audientiam facere: Epiſcopatum, τῆς ἐπισκοπῆς. Sic vocat tum docendi tum gubernandi munus in Eccleſia, vt diximus Philip.1. a.1. Appetit, ὀρέγεται. De ambitu non loquitur, quo vix quicquam magis horrendum eſt in Eccleſia: ſed in genere, de animo & ſtudio ad Dei Eccleſiam iuuandam comparato, quando & vbicunque Domino viſum fuerit. Itaque vel hoc vnum indicat non Apoſtolicam, ſed Satanicam eſſe iſtam Eccleſiam, in qua non aliter liceat quàm per ambitum & manifeſtam nõ dico petitionem, ſed emptionem, gradum vllum adipiſci: adeo quidem vt nullum ſit hodie lucroſius forenſium coatentionum genus, dum hoc penè vnũ quæritur, quis cæteros anteuerterit. Et vos non pudet, fœda Satanæ proſtibula, Eccleſiæ nomẽ vobis vendicare Præclarũ, καλὸν. Id eſt præclarum, ac proinde arduum, ſiquod aliud vſquam eſt. Nam hic valet in primis Græcorum illud prouerbium δύσκολα τὰ καλά: vt perappoſitè annotauit doctiſsimus interpres. Vulgata, Bonum. Eraſmus, Honeſtum, non expreſſa Pauli ſententia: neque enim conueniret ſequens illatio. Omitto ridiculam profanorum hominum diſtinctionem, qui non modò Græcæ linguæ rudes, ſed omnis & honeſtatis & religionis hoſtes, monſtra denique potius quàm homines, hunc locum in ſuis illis impuris compotationibus cauillantur: quaſi ſcripſerit Apoſtolus, Qui epiſcopatum deſiderat bonum, opus deſiderat. Ita ſcilicet iſtis ſanctiſsimis ludus eſt ac iocus ſacroſanctum verbum Domini profanare. Opus, ἔργον. Quo pudore igitur epiſcoporum nomen vſurparis otioſi ventres? Manifeſtè verò Caſtellio corrupit hunc locum, qui conuertit καλὸν ἔργον, rem bonam, & dũ cupit, debet autem.

2 Oportet igitur, Δεῖ οὖν. Qui ſuerit Pauli ſucceſſor qui nihil minus curat quàm hoc Oportet? Conferantur ad hoc exemplar Põtificum Romanorum vitæ, ita vt ab ipſiſmet perſcriptæ ſunt, & comperies quis eos in illam Apoſtolicam ſedem inuexerit. Vnius vxoris virum, μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα. Ergo qui coniugatos excludit ab epiſcopatu quia coniugati ſint, Antichriſtum ſe prodit. Neque dicit Apoſtolus, Qui fuerit, ſed Qui ſit: quum verbum εἶναι reperendum ſit ἀπὸ τοῦ κατεναντίου, & ita diſertè loquatur Tit.1. b.6. Itaque ſicut ridiculi ſunt qui de vna Eccleſia hoc dictum accipiunt, ita etiam non fuerunt ſatis attenti qui ex hoc loco putarunt excludi ab epiſcopatu eos qui ſecundam vxorem poſt alteram mortuam duxiſſent: vt interim taceam de ipſis vxoribus poſtea tradi præcepta. Non excluduntur ergo qui continentiæ donum habent: ſed quòd rati eſſent illi, coniugatorum duntaxat fit mentio, & quidem damnata expreſſe polygamia, vt rectè hunc locum expoſuit Chryſoſtomus. Fuit enim illa ſemper in Oriente totáque Græcia adeo vſitata vt etiam aliquando Athenis ſancita ſit, vt refert Laertius in Socrate. Sed inter bigamos & polygamos recenſendi ſunt non modò qui plures vxores ſimul haberent, verumetiam qui repudiata temere vxore aliam ducebant: neque ſunt bigamiæ antiquis canonibus ſeuerè inhibitæ, adeo vt clericis vel iſtiuſmodi conuiuiis intereſſe non liceret. qua de re infrà dicemus, cap.5.b.9. Meritò igitur requirit Apoſtolus vt quiſquis ad functionem Eccleſiaſticam deligitur, ab iſtis omnibus maculis ſit purus, nempe vnius duntaxat vxoris vir, quum alioqui primis illis initiis non facilè ſtatim iſta licentia cohiberi potuerit, nec ſatis etiam commodè multa iam inita connubia dirimi. Aptum ad docendum, διδακτικόν. Vulgata, Doctorẽ, διδάσκαλον. Sed multi ſunt doctores qui aptiores eſſent ad ſtiuam: neque hoc declarat Græca vox: ſatis enim per ſe intelligebatur, epiſcopum vocari ad docendum. Annotat Hieronymus aduerſus Pelagianos libro primo, Vulgatam editionem tũ habuiſſe, Docilem: pro quo ſubſtituit, Qui docere poſsit, vt Eraſmus obſeruauit.

3 Vinoſum, πάροινον. Id eſt vino quaſi aſſidentem. Vulg. & Eraſ. Vinolentum: non ſatis rectè. Cæterùm Chryſoſt. hoc vocabulo putat potius ſignificari ferocis ac temulenti ingenii homines quàm qui ſint ebrioſi, cui non aſſentior, quia mox Apoſtolus ipſe ver.8, interpretatur μὴ οἴνῳ πολλῷ προσέχοντας, multo vino deditum. Sed illud quidem vitium & alia multa oriri ex tumulentia facilè concedo. Percuſſorem, πλήκτην. Hoc quoque Chryſoſtomus in iurgatores & eos qui linguæ ferũt, dictum eſſe vult. Ego ſimpliciter malui interpretari:

4 Honeſtate, σεμνότητος. Vulgata, Caſtitate. Eraſmus, Reuerentia. Vide ſuprà, 2.a.2.

(Εἰ δέ τις τοῦ ἰδίου οἴκου προστῆναι οὐκ οἶδε, πῶς ἐκκλησίας Θεοῦ ἐπιμελήσεται;)

5 (Nam ſiquis propriæ domui præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiam Dei curabit?)

5 (*Siquis autem domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit?*)

Μὴ νεόφυτον, ἵνα μὴ τυφωθεὶς εἰς κρῖμα ἐμπέσῃ τοῦ διαβόλου.

6 Non nouitium, ne inflatus in criminationē incidat diaboli.

6 *Non neophytum: ne in ſuperbiam elatus in iudicium incidat diaboli.*

Δεῖ δὲ αὐτὸν καὶ μαρτυρίαν καλὴν ἔχειν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν, ἵνα μὴ εἰς ὀνειδισμὸν ἐμπέσῃ καὶ παγίδα τοῦ διαβόλου.

7 Oportet autem eum etiam bonum habere teſtimonium ab extraneis: ne in probrum incidat & laqueum diaboli.

7 *Oportet autem illum & teſtimonium habere bonum ab iis qui foris ſunt: ut non in opprobrium incidat & laqueum diaboli.*

Διακόνους ὡσαύτως σεμνούς, μὴ διλόγους, μὴ οἴνῳ πολλῷ προσέχοντας, μὴ αἰσχροκερδεῖς·

8 Diaconos itidem honeſtos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpiter lucri cupidos:

8 *Diaconos ſimiliter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum ſectantes:*

Ἔχοντας τὸ μυστήριον τῆς πίστεως ἐν καθαρᾷ συνειδήσει.

9 Tenentes myſterium fidei cum pura conſcientia.

9 *Habentes myſterium fidei in conſcientia pura.*

Supra. 1. d. 13

Καὶ οὗτοι δὲ δοκιμαζέσθωσαν πρῶτον, εἶτα διακονείτωσαν ἀνέγκλητοι ὄντες.

10 Atque hi etiam probentur prius, deinde miniſtrent, ſi ſint inculpati.

10 *Et hi autem probentur primùm, & ſic miniſtrent, nullum crimen habentes.*

Γυναῖκας ὡσαύτως σεμνάς, μὴ διαβόλους, νηφαλίους, πιστὰς ἐν πᾶσι.

11 Vxores itidem honeſtas, nō calumnioſas, ſobrias, fidas in in omnibus.

11 *Mulieres ſimiliter pudicas, non detrahentes, ſobrias, fideles in omnibus.*

Διάκονοι ἔστωσαν μιᾶς γυναικὸς ἄνδρες, τέκνων καλῶς προϊστάμενοι καὶ τῶν ἰδίων οἴκων.

12 Diaconi ſint vnius vxoris mariti, qui liberis rectè præſint, & propriis domibus.

12 *Diaconi ſint vnius vxoris mariti, qui filiis ſuis bene præſint, & ſuis domibus.*

Οἱ γὰρ καλῶς διακονήσαντες, βαθμὸν ἑαυτοῖς καλὸν περιποιοῦνται, καὶ πολλὴν παρρησίαν ἐν πίστει τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

13 Nam qui bene miniſtrauerint, gradum ſibi bonum acquirunt, & multam libertatem per fidem quæ eſt in Chriſto Ieſu.

13 *Qui enim bene miniſtrauerint, gradum bonum ſibi acquirent, & multam fiduciam in fide quæ eſt in Chriſto Ieſu.*

Ταῦτά σοι γράφω, ἐλπίζων ἐλθεῖν πρός σε τάχιον·

14 Hæc tibi ſcribo, ſperans fore vt celerius ad te veniam:

14 *Hæc tibi ſcribo, ſperãs me adue nire cito:*

Ἐὰν δὲ βραδύνω, ἵνα εἰδῇς πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἀναστρέφεσθαι, ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος, στῦλος καὶ

15 Quòd ſi tardius venero, vt noris quomodo oporteat in domo Dei verſari, quæ eſt Eccleſia Dei viui, columna &

15 *Si autem tardauero, ut ſcias quomodo oporteat te in domo Dei conuerſari, quæ eſt Eccleſia Dei uiui, columna &*

6 In criminationem diaboli, εἰς κρῖμα τοῦ διαβόλου. Vel In condemnationem diaboli. Id eſt, ne ex eo ipſo quòd in eum gradum euectus eſt, occaſionem arripiat ſuperbiæ, quæ ipſum euertat: atque ita in eandem condemnationem ruat atque ipſe diabolus. Eraſmus ad calumniatores mauult referre, ſed coacta interpretatione, vt annotauimus etiam Epheſ. 4. f. 17. Vulg. In iudicium Diaboli. Iudicium autem ſæpe pro ipſo gubernandi iure accipitur, vt poſsit etiam explicari, In indicium, id eſt, in ius & poteſtatem.

8 Diaconos, διακόνους. Hi ſunt qui pauperum curam habebant, de quibus diximus Philipp. 1, & alibi ſæpe.

9 Myſterium fidei, μυστήριον πίστεως. Id eſt, Euangelicam doctrinam, quæ verè ſanè dicitur μυστήριον quod caro & ſanguis non reuelet. Diaconorum enim erant nōnullæ etiam in docendo partes quoties neceſſe fuiſſet, vt ex Stephano & Philippo apparet. Ridiculum eſt autem quod adfertur à nonnullis, hoc poſſe ad taciturnitatem referri.

11 Vxores, γυναῖκας. Vxores videlicet epiſcoporum & diaconorum. Quorſum enim præcepta de aliis repeteret? De viduis autem paulo pòſt aget ſuo loco. Non rectè igitur Vetus interpres conuertit, mulieres: & liquidò hinc quoq; apparet, de epiſcopis aut diaconis qui vxores habere deſiiſſent, accipiendos non eſſe verſiculos 8 & 11.

13 Gradum, βαθμὸν. Id eſt, decus ac dignitatem, vt accipitur nomen מעלה ab Hebræis. Multam libertatem, πολλὴν παρρησίαν. Rectè omnino fiduciam intrepidam cum bona conſcientia coniungit: bonæ verò con ſcientiæ fidem in Chriſto ſubſternit. Quid enim reformidet homo eiuſmodi? Opponuntur autem iſta iis quæ dixerat de criminatione, probro & laqueo diaboli: quòd iſta quoque diaconis perinde ac epiſcopis cauenda ſint.

14 Celerius, τάχιον. Cōparatum abſoluti loco poſitum eſt, cuius tamen enallages hæc vis eſt vt nonnihil adiicere videatur ſimplici abſoluti ſignificationi. Vide Iohan. 13. c. 17, & Act. 15. c. 10, & 2. Tim. 1. d. 17 & 18.

15 Columna & ſtabilimentum, στῦλος καὶ ἑδραίωμα. Hoc intellige hominum reſpectu, non autem ſimpli-

citer. nam alioquin ipſum hoc firmamentum lapide illo angulari nititur, vt dictum eſt Epheſ. 2. d. 20. Cur igitur, dices, hæc epitheta tribuit Eccleſiæ? Quia videlicet non alibi habitat Dei veritas in mundo. Eccleſia enim eſt quæ filios Dei gignit & educat per verbi Dei prædicationem, & verè bonorum operum exempla. Alibi tenebræ, mendacia, errores, impoſturæ, ſuperſtitiones, vertiginis & ſtuporis ſpiritus, omnes denique corruptelæ omnia latè poſſident: ex quorum collatione intelligi demum poteſt quid veritatis nomine ſignificetur. Sunt autem multis modis inepti & impudentes qui ex hoc loco ita amplificant Eccleſiæ authoritatem quaſi veritatem ipſa gignat, ac inſtar primi fundamenti ſuſtineat: quum, vt antè dixi, Eccleſia ipſa alio fundamento, id eſt Chriſto, nitatur: nec procreatrix, ſed teſtis ſit duntaxat: altrix & conſeruatrix veritatis inter homines: vt ipſa à verbo, non contrà, verbum ab ipſa pendeat. Deinde quum iſti veritatem à verbo Dei ſeparent, quis non videt eos quaſi in aere ædificare, & veritatis nomen vanitati ac mendacio imponere? Præterea quàm abſurdum illud eſt, Eccleſiam Dei, certo loco certiſque perſonis, more Iudæorum, affigere: quaſi ſcilicet captiuum Spiritum ſanctum teneant, ac non diſertè Dominus vbique iſtum externum ſplendorem iudicarit Eccleſiæ ſuæ ex diametro repugnare. Niſi fortè volunt vel Eccleſiæ priuilegia nunc eſſe amplificata, vel concilium illud Hieroſolymitanum in quo damnatus eſt Chriſtus, columnam fuiſſe veritatis: quaſi denique Paulus ipſe paulo antè non ſit teſtatus, filium illum perditionis in medio ipſo Dei templo ſeſſurum. In eo verò ſeſe quibuſuis derjdendos acuti iſti ſophiſtæ propinant, quòd in aſſerendis ſuis mendaciis τὸ ζητούμενον aſſumant pro confeſſo. Parendum eſt, inquiunt, his & illis decretis. nam Eccleſia ita conſtituit. Deinde Eccleſiam non veris modò ſed etiam ementitis titulis exornant. Demum proferunt ius canonicum, conciliabula, conſuetudinem. Denique bona etiam (quod aiunt) intentione quiduis quum libuit cõminiſcuntur, vt olim in concilio Carthaginienſi Romanus Pontifex factitauit. Ita ſibi acutè videntur omnia concluſiſſe. Atqui, boni Patres, hunc laborem vobis effugere licuit. neque enim Eccleſiæ Dei authoritatem detrahimus, in qua vna regnare Dei veritatem dicimus: ſed hoc quæritur, in quo vobis laborandum erat, Sitne Eccleſia quæ vno capite non eſt contenta: quæ non verbo Dei, ſed traditionibus hominum & conſuetudinibus ſæpe etiam falſiſſimis nititur: quæ verbi Dei lectione pleriſque interdicit: quæ inauditam omnibus ſeculis idololatriam omni crudelitatis genere defendit: quæ Eccleſiaſtica omnia munera publicè quibuſuis emptoribus proſtituit: quæ Chriſto alios mediatores ſubordinari: quæ Chriſto corpus inuiſibile & immenſum affingit: quæ Chriſti oblationem vnicam & æternam iterat: quæ liberum arbitrium gratiæ adiungit: quæ veteres canonas, vetera concilia, Patres quos ſe venerari ſimulat, palàm tamen imperitiis illudens, conculcat: quæ ſpiritum ſanctum publicis omnium confeſſione cinædis affigit. Hæc quærimus, boni Patres, an ſit Eccleſia. nam mores nondum attingimus. Hæc & alia eius generis infinita primùm expedite: deinde tempus fuerit de Eccleſiaſticæ authoritatis regundis finibus (id eſt de iis quæ ad vos nihil prorſus pertinent) diſputare. Quanquam (vt opinor) nihil ſeriò agitis. Quis enim meretricem crediderit de pudicitia ſeriò diſſereret

ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας.

firmamentum veritatis.

Καὶ ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον· Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκί, ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι, ὤφθη ἀγγέλοις, ἐκηρύχθη ἐν ἔθνεσιν, ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ, ἀνελήφθη ἐν δόξῃ.

stabilimentum veritatis.

16 Et ſine controuerſia magnũ eſt pietatis ᵛmyſterium: ᵛDeus conſpicuus factus eſt in carne, ᵛiuſtificatus eſt in Spiritu, ᵛconſpectus eſt ab Angelis, prædicatus eſt Gentibus, fides illi habita eſt in mundo, ᵛſurſum receptus eſt in gloriam.

16 *Et manifeſtè magnum eſt pietatis ſacramentum, quod manifeſtatum eſt in carne, iuſtificatum eſt in ſpiritu, apparuit Angelis, prædicatum eſt Gentibus, creditũ eſt in mũdo, aſſumptum eſt in gloria.*

16 Myſterium, μυστήριον. Id eſt arcanum. Vulgata, Sacramentum. Hic igitur mirum eſt Romanenſes nouum aliquod ſacramentum non ſtatuere, ſicut fecerunt in matrimonio. Quàm meritò verò arcani nomen ſit à Paulo vſurpatum, ex his apparet quæ ſubiiciuntur. nam ea certè non hominum modò, ſed etiam Angelorum captum infinitè ſuperant. Deus conſpicuus factus eſt in carne, Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκί. Vix alius locus eſt in quo omnia redemptionis noſtræ myſteria vel magnificentius vel planius explicentur: vt non mirum ſit fœdè fuiſſe à Diabolo depraua tum: cui ſanè hac in parte (dicam enim liberè quod res eſt) ſuam operam imprudens quidem (vt malo arbitrari) ſed ſuam operam tamen Eraſmus commodauit: ita videlicet profitens Chriſti diuinitatem vt tamen pro viribus paſſim conetur luculentiſſima & certiſſima quæque eius teſtimonia nobis extorquere. Exemplo ſit hic locus: Vetus interpres pro Θεὸς legit ὅ, vt qui conuerterit, quod manifeſtatum eſt in carne. quod & ipſum tamen ad Chriſtum commodiſſimè aptari poteſt, qui μυστηριωδῶς myſterii nomine ſit ſignificatus. Verùm repugnant perpetuo conſenſu omnes Græci codices, & (vt mox dicemus) res ipſa poſtulat vt de ipſa Chriſti perſona hoc accipiamus. Eraſmo tamen magis placet veteris interpretis lectio, & quidem non ad ipſum Chriſtum, ſed ad Euangelii prædicationem accommodata. Audiamus ergo quid dicat. Mihi, inquit, ſuboler Deum additum fuiſſe aduerſus hæreticos Arianos. At mihi Bezæ non dubium eſt, Dei nomen ſublatum fuiſſe ab iis qui vel diuinitatem Chriſti, vel veriuſque naturæ vnionem iam inde ab ipſo conceptionis momento negabant. quæ tamen ipſorum impudentia manifeſtè coargui poteſt ex iis quæ ſequuntur. Iam, inquit Eraſ. agit aduerſus Iudæos, qui pro gratia Chriſti conabantur Legem obtrudere. Vnde verò hoc colligit? Nam certè nuſquam hoc exprimitur, niſi quòd in genere meminit fabularum & genealogiarum. Myſterium, inquit, vocat prædicationem Euangelii, prius occultam & ignotam mundo, nunc verò manifeſtatam in vniuerſo mundo. Atqui non dicit Paulus, μυστήριον ἦν, vel ἐγένετο, id eſt, myſterium erat, vel fuit, ſed, μυστήριόν ἐστι, myſterium eſt. Deinde quid hoc rei eſt, In carne, id eſt in vniuerſo mundo? quis hanc interpretationem ferat? Itaque mox ad ſe redit, & In carne interpretatur Per carnem, id eſt per Chriſti humanitatem. Atqui nuſquam additur Chriſti nomen. Ergo ſimilis locus aliquis, ratio denique aliqua huius dicendi formulæ proferatur. Sed tamen hic poſterior error multo eſt tolerabilior ſuperiore. Subiicit deinde, hoc myſterium fuiſſe iuſtificatum in Spiritu, id eſt hanc prædicationem habuiſſe vim iuſtificandi in Chriſto per fidem, ſine Lege Moſaica. Obſecro, quid hoc eſt, iuſtificatum id dicere quod iuſtitiam in Chriſto proponat? Nam non attingo quòd cum Sophiſtis putat Legis duntaxat cæremonias à iuſtificatione excludi. Alia quæ ſubiicit omitto: ſunt enim per ſe tolerabilia, niſi ea obſtarent de quibus iam diximus. Venio ad extremum. Quod, inquit, poſt reſurrectionem receptum eſt in ea-

lum, vnde fuerat profectum. Hic verò ita tenetur vt elabi non poſſit, ideóque ſecurè hoc præterit, nulla addita explicatione. Quid enim adferre poſſet? Myſterium dici voluit Euangelii prædicationem. Cedo verò quomodo in cælum illa recepta eſt? Nam ſi pro ἀνελήφθη dixiſſet ἀνῆλθε, aſcendit, nempe paratum erat cauillum, dici aſcendiſſe in cælum prouerbiali dicendi genere, quod valde glorioſum ſit redditum Gentibus videlicet illud amplexis. Quid ergo? nempe manifeſtiſſima ſunt hæc cauilla, & vtriſque manibus pretioſum hoc noſtræ ſalutis teſtimonium nobis eſt retinendum. Dicitur ergo Deus, videlicet Filius (hoc enim pro cõfeſſo aſſumitur) ex inuiſibili factus aſpectabilis, aſſumpta carne, id eſt hominis vera, eáque omni infirmitati (ſolo excepto peccato) obnoxia natura: ſiue Verbum factum eſſe caro. Ita duæ ponuntur, diſtinguuntur, vniuntur naturæ, inter quas tamen quantum ſit diſcrimen, nulla mens poſſit comprehendere: præſertim ſi Chriſti humanitas in cõditione infirmitatis conſideretur. Huius verò myſterii altitudinem quis tandem, niſi Deus ipſe, ita vt eſt cõprehendet? Supereſt vt admoneam hunc locum fœdè etiam nuper à Caſtellione eſſe depraua tum, qui pro ἐφανερώθη, id eſt conſpicuus & aſpectabilis factus eſt, conuertit, Deus extitit in carne. Iuſtificatus eſt in Spiritu, ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι. Iuſtificari non ſemper declarat iuſtum fieri, (quod non conſiderarunt qui hæſerunt in huius loci explicatione) ſed ex Hebræorum idiotiſmo, ſignificat debita iuſtitiæ laude affici, quum iuſtus cõprobatus fueris, (vt Luc. 7. c. 35, dicuntur publicani Deum iuſtificaſſe) atque adeo iuſtum, id eſt perfectum, & omnibus numeris abſolutum declarari & agnoſci: quo modo dicuntur mandata Dei iuſtificata Pſal. 19. c. 10, id eſt ad vnguem & exquiſitè perfecta: adeo quidem vt palàm ita eſſe appareat. Sic Pſal. 50. a. 6, dicitur Deus iuſtificari in ſermonibus ſuis, id eſt laus iuſtitiæ ipſius conſpicua redd. Et Matth. 11. c. 19, iuſtificata dicitur ſapientia à filiis ſuis, id eſt agnita, & debito honore affecta. Ita igitur hoc in loco opponitur manifeſtationi carnis, gloria diuinitatis, ſeſe in illa infirma carne ita exerens vt Chriſtum quamuis hominem mirum, tamen palàm etiam factum ſit verum eſſe Deum: quod ex vniuerſa hiſtoria Euangelica ſatis liquet. Spiritum igitur vocat quicquid in Chriſto diuinum & ſupra carnem (id eſt ſupra hominem) fuit, vt diximus Rom. 1. a. 4. ſicut iſta omnia prorſus apte & eruditè obſeruauit doctiſſimus interpres. Conſpectus eſt ab Angelis, ὤφθη ἀγγέλοις. Non potuit magnificentius prædicari auguſta huius myſterii maieſtas. nam proculdubio in ipſum Chriſtum (id eſt viſibilem Deum) intueri, quàm incredibilem voluptatem attulerit Angelis, ipſi lucuſenter declararunt nobili illo cantico quod recitatur Luc. 2. b. 14. Deinde vocatio Gentium, & quidem efficax, nónne opus fuit ipſa mũdi creatione maius? Poſtremò viſibilis illa aſcẽſio in cælũ carnis noſtræ cũ Deo ſubſtantialiter iunctæ, & illa ad dextrã Patris ſeſſio ſupra omnẽ cælorum altitudinem, cuius tandem eſt ſublimitatis myſterium? Sutſum receptus eſt, ἀνελήφθη. Vulgata, Aſſumptũ eſt. Eraſmus, Receptus eſt. Vide Actorum 1. a. 2.

Κεφάλαιον δ'.

Τὸ δὲ πνεῦμα ῥητῶς λέγει ὅτι ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως, προσέχοντες πνεύμασι πλάνοις καὶ διδασκαλίαις δαιμονίων,

CAP. IIII.

SPiritus autem diſertè dicit fore vt poſterioribus temporibus deſciſcant quidam à fide, ſpiritibus deceptoribus attendentes, ac doctrinis dæmoniorum,

CAP. IIII.

Spiritus autem manifeſtè dicit quia in nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum,

IN CAPVT IIII.

Deſciſcant à fide, ἀποστήσονται τῆς πίστεως. Id eſt, à vera Dei doctrina, vt apparet ex antitheſi. quo modo etiam accipi fidei nomen, multis iam locis annotauimus, vt Galat. 1. f. 23, & ſuprà, 1. d. 19 & 3. c. 8, & alibi ſæpe. Itaque non eſt quòd ex hoc loco nonnulli contentur fidei electorum, id eſt veræ fidei, firmitatem euertere, aproinde noſtram conſolationem à fundamentis conuellere. Nã ſi propoſitum electionis incertum eſt, aut ſi à nobis pendet, quæ tandẽ ſunt Dei conſilia, aut vbi ſpes illa noſtra eſt? vbi denique fides, quum ea nihil aliud ſit quàm firma noſtræ in Chriſto electionis perſuaſio? Sin autem certa eſt electio, fidem etiam perſeuerantiæ donum ſemper comitetur neceſſe eſt, quum electos certa ſalus maneat: extra Chriſtum autem fide apprehenſum non ſit ſalus. Sed horrendi ſunt interdum lapſus etiam eorum qui crediderant. Fateor. ſed quis ſani iudicii homo dixerit, vel vnius diei infantem animam rationis participe carere, quòd ea facultates ſuas non exerat? aut quis ebrium vel furioſum hominem idcirco ratione & intelligentia priuarit, quòd illis facultatibus ad tempus non vtatur? Sed hæc doctrina homines ad licentiam exacuit. Itáne verò? imò nihil æquè nos vel ſeriò arcere à ſceleribus, vel in tentationibus ad inuocationem excitare poteſt. Fidem enim à Spiritu Chriſti effectis, (id eſt à mortificatione peccati, & viuificatione iuſtitiæ) qui diuellit, is eo ipſo teſtatur ſe infidelem eſſe. Itaque hæc doctrina nihil pertinet ad eos qui falſo fidei ſimulachro ſeipſos deludunt. Contrà verò qui verè filii Dei ſunt, Spiritu Dei agunturque eóque quoties labuntur, toties, ſuo tempore, eiſdem Spiritus vi ſulti reſurgunt: neque Dei miſericordia abuturntur ad peccandum, ſed ad reſipiſcentiam magis ac magis ipſis etiam peccatis erudiuntur. At quædam etiam fides temporaria commemoratur. Fateor: ſed quæ longè aliter ſit definienda. Aliud enim eſt, credere verum eſſe Chriſti myſterium, aliud verò, per Spiritum Dei perſuaſum eſſe id ad te pertinere. Aliud eſt, repentino aliquo motu Euangelicam doctrinam non tantùm veram eſſe credere, ſed etiam aliquo modo ſuauitatem eius guſtare: vt ſi cibum aliquem ſuauem non tantùm contempleris alienæ menſæ impoſitum, ſed etiam prehendas & mandas, nec tamen deglutias, aut, ſi deglutieris, non concoquas: aliud verò, videre, prehendere, mandere, deglutire, concoquere: quod poſtremum in iis ſolis accidit in quibus calor ille vitalis Spiritus Dei viget. Aliud eſt denique re vera Chriſtum amplecti, & ſibi applicare (quod quia ſoli filii Dei faciunt, mori nunquam poſſunt) aliud verò, Chriſtum ore tenus, cum Simone Mago, cum Saule, cum Iuda, cum omnibus falſis fratribus, profiteri. Et hi tamen dicuntur etiam credere, nimirum ex communi loquendi vſu, quòd credere videantur. Sic enim diſertè explicatur à Luca ſimilis loquendi formula cap. 8. c. 18. Itaque etiamſi fidei nomen hic non accipias μετωνυμικῶς, non tamen eſt quòd ex hoc loco aut ſimilibus aliis illud vnum conentur quidam nobis extorquere, quo ſublato, funditus etiam tolli Chriſtianam religionem oporteat. Spiritibus deceptoribus, πνεύμασι πλάνοις. Seductores meritò etiam poſſis dicere, vt vis Græci vocabuli prorſus exprimatur. quo videlicet ipſa deceptionis ratio ſignificatur: quia nimirum extra verbum Dei (quod vnum, rectum iter eſt) homines abducunt. Spirituum autem nomine vel dæmonia ipſa, vel pſeudoprophetas qui illorum afflatu impelluntur, aut ipſam denique illorum doctrinam, accipere poſſumus: vt quod ſubiicitur, ſit iſtius dicti expoſitio. Vetus interpres legit πλάνης, id eſt erroris, eodem ſenſu: niſi quòd

error,

error illius eſt qui decipitur, quum hic agatur de ipſorum impoſtorum fraudibus. Epiphanius huic locum citans, aliquoties legit μύθοις, fabulis. Attendentes, προσέχοντες. Non modò igitur inſurgent pſeudoprophetæ, ſed illis etiam dabitur ſumma erroris efficacia. quod diſertè notandum eſt. Hîc verò mihi diuinitus occurrit (vt ſpero) quod apud idoneum ſcriptorem, id eſt apud Epiphanium inueni, cuius authoritatem nemo poſſit hac in re meritò aſpernari: quum nemo ex veteribus Græcis (meo quidem iudicio) parem diligentiam adhibuerit vt Scripturæ locos ab hæreticis depraua̅tos reſtitueret. Is igitur τοῖς Κατα̅ρ̅ρ̅ύτοις, in eos acerrimè inuehens non qui Mariæ templa conſecrabant, non qui reginam exſli & miſericordiæ, ſpem, vitam, aduocatam, portam paradiſi, adorantes inuocarent: non qui peterent ab ea vt ipſi nato imperet (quam blaſphemiam ſcribens, totus cohorreſco) non qui proprium illi cultum hyperduliæ nomine conſtituerent: ſed qui ſtulta & craſſa quadã ſuperſtitione libum illi quoddam ſolenni pompa conſecrarent: is (inquam) aduerſus eiuſmodi quaſdam mulierculas meritò fulminans, vt qui iamtum proſpiceret quonam iſta miſeros homines abducerent: diſertè hũc etiam locum citat, & ita quidem vt integrum membrum addat, quod nuſquam alibi inueniri puto. Quod tamẽ cur ab eo confictum videri non poſſit, primùm obſtat ſingularis eius pietas in hoc præſertim argumento: deinde quòd hac ipſa de re differens, & hoc Apoſtoli dicto, veluti fundamento, nitens, non ita certè vel impudens erat vt aliquid hic confingeret quod ab omnibus poſſet ſine difficultate coargui: vel ita profanus, vt quũ eum alia teſtimonia non deficerent, mallet ipſe vltro aliquid affingere: vel denique ita imperitus vt aliquid hic ſuppoſititiũ eſſe non intelligeret, quum præſertim in hoc ipſo argumento verſaretur. Is igitur ita citat hunc locum, vt hæc etiam addat, Ἕστησε γὰρ τοῖς ἀπ̓ αἰῶνος κατ̓ εἰδωλίαν, εἰς καὶ ὁ τῆς Ἰεχθὼ ἐπεδείκνυτο. Id eſt, Mortuos enim colẽt, vt in Iſraele culti ſunt. quæ verba repono poſt ἀποστήσονται τινες τῆς πίστεως, deſciſcent quidam à fide, vt poſtea ſequatur προσέχοντες πλάνοις, attendentes ſpiritibus, &c. Deinde cultus illius exẽpla profert, quæ in Iſraele ſua etiam memoria extarẽt: atque ad id de quo erat inſtituta quæſtio, hanc Pauli prophetiam accommodat: ſed fruſtra, vt rei exitus oſtendit. Oportuit enim impleri quæ Paulus prædixerat. Expende igitur & conſidera (lector quiſquis es) quàm planè & apertè iſta conueniant cum iis quæ oculis noſtris cernimus, vt iam de extremis temporibus & reuelato Antichriſto dubitare non poſſis. Nam (quicquid garriãt illius meritoria proſtibula) quid eſt mortuos colere, prohibere nuptias, interdicere certorum ciborũ vſum, & in his quidem rebus ſummam pietatis collocare: quum tamen adulteria, periuria, publicam ſacrorum nundinationem, blaſphemias, lũpanaria, omne fraudum genus non modò tacentes ſpectent, ſed etiam approbent? hæc, inquam, facere, quid aliud eſt quàm quod hic apertè dicit Dei Spiritus? Sed vnum hoc videlicet ad eorum impudentiam reliquum erat, vt in manifeſto ſcelere deprehenſi, tamen conſtantiſſimè id negarent quod ipſis oculis cernitur. Dæmoniorum, δαιμονίων. Notum eſt quid hoc nomine Platonici præſertim intellexerint? ſacri verò ſcriptores noxios illos & impuros ſpiritus ſic vocant.

Ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων, κεκαυτηριασμένων τὸ ἴδιον συνείδησιν,	Per hypocriſin falſiloquorum, quorum conſcientia cauterio reſecta eſt.	2 *In hypocriſi loquẽtium mendacium, & cauteriatã habẽtium ſuam conſcientiã.*
Κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων ἃ ὁ Θεὸς ἔκτισεν εἰς μετάληψιν μετ̓ εὐχαριστίας τοῖς πιστοῖς καὶ ἐπεγνωκόσι τὴν ἀλήθειαν.	Prohibentium contrahere matrimonium, *iubentium* abſtinere à cibis quos deus creauit ad participãdũ cũ gratiarũ actione, fidelibus, & iis qui cognouerunt veritatem.	3 *Prohibẽtiũ nubere, abſtinere à cibis quos Deus creauit ad percipiẽdũ cũ gratiarũ actione, fidelib⁹, & ijs qui agnouerunt veritatem.*
Ὅτι πᾶν κτίσμα Θεοῦ, καλὸν, καὶ οὐδὲν ἀπόβλητον, μετὰ εὐχαριστίας λαμβανόμενον.	Nam quicquid creauit Deus, bonum eſt: nec quicquam reiiciendum eſt, ſi cum gratiarũ actione ſumatur.	4 *Quia omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reiiciendũ quod cum gratiarũ actione percipitur.*

2 Per hypocriſin, ἐν ὑποκρίσει. Vel, cum hypocriſi. Eraſ. Per ſimulationem. Ego Græcum vocabulum potius retinere volui, quo nimirum ſignificatur iſtos quaſi hiſtrionicam quandam artem factitaturos: nequis exiſtimet fore vt in aliquo velut angulo deliteſcant, aut pudoris ſpeciem aliquam retineãt. Hoc verò an ad vnguem noſtris temporibus conueniat, nemo magis poſſit dubitare quàm de ſole, nũ meridie luceat: ſiquis multiplices illas & media quidem luce peruolitantes Monachorum laruas, ſi templorum & ſacrificorum verſicolores illos & androgynis prorſus conuenientes habitus, ſi perſonas idolorum, ſi denique totã illorum theatricam ſaltationem cum veterum hiſtrionum ritibus comparet. quod argumentũ nuper nõ minus eruditè quàm copioſè ac luculenter tractauit frater mihi chariſſimus Pãlle Viretus, quem honoris cauſa nomino. Falſiloquorum, ψευδολόγων. Videtur potius dicendũ fuiſſe ψευδολόγος, vt cohæreat cum μύθοις, & paulo pòſt etiam κεκαυτηριασμένος: ſed maior eſt habita ſententiæ quàm conſtructionis ratio, vt Mar. 11. d. 4. 2, & alibi aliquoties annotauimus. Niſi malimus δαιμόνια emphaſeos cauſa dici homines ipſos à diabolo impulſos, vt Petrus dicitur Sathanas Mar. 16. d. 13. & Iudas diabolus vocatur Ioh. 6. g. 70. Quorũ cõſcientia cauterio reſecta eſt, κεκαυτηριασμένων τὸ ἴδιον συνείδησιν. Vel, qui ſua ipſorũ conſcientia ſunt cauterio amputati. Sed illam interpretationẽ præſero. eſt enim hæc conſtructio ita Græcis vſitata vt non aliter loqui ſoleant: veluti apud Demoſthenem, ὁ κατακοὴς τὸν κωδῶνα, cui claues iugulati ſunt confractæ: apud Xenophontem, ὁ ἀπόλυτος τὸν κεφαλὴν, cui caput eſt amputatum. Significat autem κατακαίειν cauterio partem aliquam (putrem videlicet) amputare. Itaque hæc ſententia eſt eiuſmodi, Iſtorum conſcientiam ita obduriſſe vt callũ obduxerit, deinde cancrum illam inualiſſe, poſtremò iam eſſe cauterio amputatam, ſicut diximus Epheſ. 4. e. 19. Vulg. Cauteriatam habentium ſuam conſcientiam. Eraſ. Cauterio notatam habentium conſcientiam: quas interpretationes nõ minus abſurdas iudico quàm ſiquis dicat eum caput habere cui caput ſit enſe amputatum. Et videtur mihi ad Circunciſionem cordis antitheſi quadam alludere Apoſtolus.

3 *Iubentium* abſtinere, ἀπέχεσθαι. In Græco ſermone primùm omnium ſupplenda eſt copula in bimembri oratione, vt annotauimus Ioh. 10. c. 16, & alibi ſæpe: deinde cognatæ ſignificationis verbum, nempe κωλύειν, vt in illo Homeri οὔτε κωλύετε δόρπου. Item in illo verſu, Ἄλλον μὲν λοιμὸς, ἄλλον σφυρὸς ἐπίσχεν. Nonn. Similẽ eclipſin annotauimus 1. Cor. 14. g. 34.

Αγιάζεται γὰρ διὰ λόγου Θεοῦ καὶ 5 ἐντεύξεως.

Ταῦτα ὑποτιθέμενος τοῖς ἀδελφοῖς, 6 καλὸς ἔσῃ διάκονος Ιησοῦ Χριστοῦ, ἐντρεφόμενος τοῖς λόγοις τῆς πίστεως καὶ τῆς καλῆς διδασκαλίας, ᾗ παρηκολούθηκας.

Τοὺς δὲ βεβήλους καὶ γραώδεις μύθους 7 παραιτοῦ· γύμναζε δὲ σεαυτὸν πρὸς ε�σέβειαν.

Ἡ γὰρ σωματικὴ γυμνασία πρὸς ὀλίγον ἐστὶν ὠφέλιμος· ἡ δὲ εὐσέβεια πρὸς πάντα ὠφέλιμός ἐστιν, ἐπαγγελίαν ἔχουσα ζωῆς τῆς νῦν καὶ τῆς μελλούσης.

Πιστὸς ὁ λόγος καὶ πάσης ἀποδοχῆς 9 ἄξιος.

Εἰς τοῦτο γὰρ καὶ κοπιῶμεν καὶ ὀνειδιζόμεθα, ὅτι ἠλπίκαμεν ἐπὶ Θεῷ ζῶντι, ὅς ἐστι σωτὴρ πάντων ἀνθρώπων, μάλιστα πιστῶν.

Παράγγελλε ταῦτα καὶ δίδασκε. 11

Μηδείς σου τῆς νεότητος καταφρονείτω, ἀλλὰ τύπος γίνου τῶν πιστῶν ἐν λόγῳ, ἐν ἀναστροφῇ, ἐν ἀγάπῃ, ἐν πνεύματι, ἐν πίστει, ἐν ἁγνείᾳ.

5 Sãctificatur enim per verbum Dei, & preces.

6 Hoc ſi ſubieceris fratribus, bonus eris miniſter Ieſu Chriſti, innutritus in ſermonibus fidei, bonæque doctrinæ, quã aſſectatus es.

7 Cæterùm profanas & aniles fabulas reiice: ſed exerce teipſum ad pietatem.

8 Nam corporalis exercitatio paululũ habet vtilitatis: at pietas ad omnia vtilis eſt, vt quæ promiſſionem habeat vitæ præſentis ac futuræ.

9 Fidus eſt hic ſermo, & dignus qui omnib⁹ modis recipiatur.

10 Nam idcirco etiam fatigamur, & probris affici mur, quòd ſperemus in Deo viuo, qui eſt conſeruator omnium hominum, maximè uerò fidelium.

11 Hæc denuntia & doce.

12 Nemo tuam iuuentutem deſpiciat, ſed eſto exemplar fidelium in ſermone, in conuerſatione, in charitate, in ſpiritu, in fide, in puritate.

5 Sanctificatur enim per uerbum Dei & orationem.

6 Hæc proponens fratribus, bonus eris miniſter Chriſti Ieſu, enutritus uerbis fidei & bonæ doctrinæ, quam aſſecutus es.

7 Ineptas autem & aniles fabulas deuita, exerce autem ipſum ad pietatem.

8 Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis eſt: pietas autem, ad omnia utilis eſt, promiſſionem habẽs uitæ quæ nũc eſt, & futuræ.

9 Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus.

10 In hoc enim laboramus & maledicimur quòd ſperamus in Deũ uiuũ, qui eſt ſaluator omnium hominum, maximè fidelium.

11 Præcipe hæc, & doce.

12 Nemo adoleſcentiam tuam contemnat, ſed exẽplum eſto fidelium in uerbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate.

5 Sanctificatur, ἁγιάζεται. Id eſt, purum & ſanctum fit, noſtri videlicet reſpectu, vt illo vti poſſimus bona conſcientia, tanquam de manu Domini Dei noſtri rite accepto. Nam reliqui (vt fures & ſacrilegi) bonis vſurpatis fruuntur. Deo quidem ſic volente, ſed ipſis tamen partim non rite, ſed per malas artes vſurpãtibus, partim verò eorum authorem vel contemnentibus, vel etiam inſectantibus, cuius beneficentiam in ſui perniciem conuertunt. Sanctificati igitur cibi dicuntur quibus legitimè & cum bona Dei gratia vtimur. Itaque ſancta etiã ſunt fidelium conuiuia, & quoties ad menſam nos accingimus, toties ad viuam beneficentiæ Dei noſtri concionem accedimus: vt illic multo etiam minus quàm alibi liceat modeſtiæ fines tranſilire. Alludit autem ad legales purificationes, & diſcrimen cibi mundi & immundi. Per verbum Dei, διὰ λόγου Θεοῦ. Ex verbo Dei fide apprehenſo duo intelligimus, ac etiam credere nos profitemur: vnum, creata eſſe omnia hominum cauſa à Domino, pro immenſa & infinita ſua ſapientia: alterum, nos ex eorum eſſe numero qui ius illud iuſtæ in reliqua animantia dominationis in Adamo deperdirum, per gratiam Dei in Chriſto receperimus, vt hanc vitam tueamur quam ipſius amplificandæ gloriæ impendamus. Hanc profeſſionem ſequuntur preces, vt nobis det Dominus bona conſcientia dapibus ab ipſius manu acceptis cũ omni timore ac reuerentia frui. Poſtremò gratiarum actione & repetitis etiam precibus conuiuia noſtra claudimus. ita nobis ſanctificantur cibi. Et preces, καὶ ἐντεύξεως. Id eſt προσευχῆς. vel etiam δεήσεως. Nam in genere hic ponitur nomen ἐντεύξεως, quod alioqui non tam latè patet, vt diximus ſuprà, cap. 2. 1.

6 Innutritus, ἐντρεφόμενος. Præpoſitio ἐν aliquid ponderis addit huic participio, quaſi dicas in ſinu pietatis educatum. Vulgata & Eraſmus, Enutritus. non explicata hac emphaſi. Durum eſt autem quod idem Eraſmus notat, hoc participium actiuè quoque conuerti poſſe, Enutriens illos. Fidei, τῆς πίστεως. Iterum fides pro ſana doctrina, vt ſuprà, verſu 1. ſicut explicat etiam ſequens epexegeſis. Quam aſſectatus es, ᾗ παρηκολούθηκας. Id eſt, à cuius latere quaſi nunquam diſceſſiſti. Alio quin interdum aliquid amplius declarat, vt diximus Luc. 1. 2. 3. Demoſth. οἷς ἐγὼ. Ἐκεῖνος ὁ καιρὸς καὶ ἡμῖν ἐκεῖνα ἡμῶν δίκαιον καὶ πολιτῶν ἄδημα ἐκάλει, ἀλλὰ προκαλουμένοις τοῖς ἀφ' ἡμῶν ἐξ ἀρχῆς. Pietatẽ verò vocat legitimũ & ſpiritualem cultum, cum quo comparat corporis macerationes.

8 Promiſſionem, ἐπαγγελίαν. Eant nunc & merita ſupererogationis ponant fatui homines in vllis quãtumlibet duris corporis afflictionibus. Sed & ἐπαγγελίας nomine vtitur Paulus vt vltronea hæc eſſe promiſſio ſignificetur: nequis vllum hic meritum conſtituat. Nam lõgè aliud eſt ex gratuita promiſſione aliquid liberaliter largiri, quàm quod debeas perſoluere. Eraſmus legit numero plurali ἐπαγγελίας, promiſſiones, vt poſtea genus in duas ſpecies diſtribuatur.

10 Qui eſt conſeruator, ὅς ἐστι σωτήρ. Vulg. Qui eſt ſaluator. Eraſ. Qui eſt ſeruator: quod nonnullos torſit, propterea quòd ſeruatoris nomen fere reſpicit vitam æternam in Chriſto partam. Itaque vt amphiboliam vitarem, malui conſeruatorem dicere. Alludere autem videtur ad Pſal. 36. b. 6.

11 In Spiritu, ἐν πνεύματι. Spiritum, opinor, vocat zelum pietatis, aut certè eximia illa Spiritus dona, quibus ſic vti vult Timotheum vt omnibus ſit exemplo, quod pro ſe quiſque pro doni ſui ratione imitetur.

Εως ἔρχομαι πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει, τῇ παρακλήσει, τῇ διδασκαλίᾳ.

Μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος, ὃ ἐδόθη σοὶ διὰ προφητείας, μετὰ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου.

Ταῦτα μελέτα, ἐν τούτοις ἴσθι· ἵνα σου ἡ προκοπὴ φανερὰ ᾖ ἐν πᾶσιν.

Ἐπέχε σεαυτῷ, καὶ τῇ διδασκαλίᾳ· ἐπίμενε αὐτοῖς. τοῦτο γὰρ ποιῶν, καὶ σεαυτὸν σώσεις καὶ τοὺς ἀκούοντάς σου.

Κεφάλαιον ε΄

Πρεσβυτέρῳ μὴ ἐπιπλήξῃς, ἀλλὰ παρακάλει ὡς πατέρα· νεωτέρους, ὡς ἀδελφούς.

Πρεσβυτέρας, ὡς μητέρας· νεωτέρας, ὡς ἀδελφάς, ἐν πάσῃ ἁγνείᾳ.

Χήρας τίμα τὰς ὄντως χήρας.

Εἰ δέ τις χήρα τέκνα ἢ ἔκγονα ἔχει, μανθανέτωσαν πρῶτον τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν, καὶ ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις· τοῦτο γάρ ἐστι καλὸν καὶ ἀπόδεκτον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.

13 Interim dum venio, attende lectioni, exhortationi, doctrinæ.

14 Ne negligito donum quod in te est, quod datum est tibi ad prophetandum, cum impositione manuū presbyterii.

15 Hæc exerce, in his esto: vt tuus profectus manifestus sit inter omnes.

16 Attende tibiipsi & doctrinæ: persiste in istis. id enim si feceris, & teipsum seruabis & eos qui te audierint.

CAP. V.

1 Seniorem ne increpato, sed hortare vt patrem: iuniores, vt fratres:

2 Mulieres natu grandiores, vt matres: iuniores, vt sorores, cum omni puritate.

3 Viduas honora quæ verè viduæ sunt.

4 Quòd siqua vidua liberos aut nepotes habet, discant in primis in propriam domum pietatem exercere, & vicem repēdere parētibus. hoc enim est honestū & acceptū corā Deo.

13 *Dum venio, attende lectioni, exhortationi, doctrinæ.*

14 *Noli negligere gratiā quæ in te est: quæ data est tibi per Prophetiā, cum impositione manuum presbyterij.*

15 *Hæc meditare, in his esto: vt profectus tuus manifestus sit omnibus.*

16 *Attende tibi & doctrinæ: institue in illis: hoc enim faciens, & teipsum salum facies & eos qui te audiunt.*

CAP. V.

1 *Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrē: iuuenes, vt fratres:*

2 *Anus, vt matres: iuuenculas, vt sorores, in omni castitate.*

3 *Viduas honora quæ verè viduæ sunt.*

4 *Siqua autem vidua filios aut nepotes habet, discant suam primùm domū suā regere, & mutuā vicē reddere parētibus. hoc enim acceptum est coram Deo.*

13 Interim dum venio, ἕως ἔρχομαι. Erasm. Vsquedū venero, ἕως ἔρχωμαι. Apparet autē cū ex hoc versiculo, tum ex eo quod dixit suprà, 3.d.14, Apostolum, quum hæc scriberet, è Macedonia constituisse statim trascendere sed præter spem, vt alias sæpe, ita tum quoque fuisse diutius illic retentum, adeo vt nonnisi post Pascha soluceret Philippis. quam etiam ob causam quum omnino constituisset ad Pentecosten Hierosolymis esse, præter expectationem coactus est, mutato consilio, Ephesum præteruehi: cuius tamen ministros ac proinde Timotheum in primis Miletum accersiuit, nempe vel idcirco vt fidem suam liberaret, post remūm eos visurus.

14 Ad prophetandū, πρὸς προφητείαν. Id est, εἰς προφητείαν, vel ἐν προφητείᾳ, vt Rom. 4.b.11. Vel, per prophetiam, id est, ita iubente per os Prophetarum Spiritu sancto, vt suprà, 1.d.18. Quia tamen sit collati charismatis mentio, priorem interpretationem præfero. Nam probabilius est, quum iam haberet insigne prophetiæ donū, fuisse ex Spiritus sancti mandato illi impositas manus à presbyteris Ephesinis, id est ad prophetandum in illa ecclesia fuisse delectum, tantisper dum aliò vocaretur à Domino erat enim euangelista. quæ impositio manuū procul dubio gratiam Dei in ipso confirmauit, vt 2. Tim. 1.b.6. De Prophetis autem, quod eorum fuerit munus, sæpe iam dictum est à nobis. Presbyterii, τοῦ πρεσβυτερίου. Id est, ordinis presbyterorum, quo nomine probabile est cœtum omnium illorum significari qui in verbo laborabant in Ephesiorum ecclesia, vt Act. 20.d.17, & f.28. Vt enim interdum generalia hæc nomina, episcoporum, presbyterorū, atque adeo etiam diaconorum. vide Philip. 1.a. Castellio conuertit Senatum, vt alibi pro Ecclesia rempublicam dixit.

15 Exerce, μελέτα. Vulg. Meditare, quod etiam potest conuenire. Sed illud malo, quoniā tota ista meditatio coniuncta est cum actione. Apage enim ab Ecclesia Dei, contemplantes quos vocant. Inter omnes, ἐν πᾶσιν. Vulg. & Eras. In omnibus. quod etiam possumus accipere neutro genere, pro Omnibus in rebus, vel omnibus modis.

16 Seruabis, σώσεις. Fides est ex auditu, auditus verò ex prædicatione. Hactenus igitur & sese & alios seruare dicuntur ministri Verbi, in quibus Dominus posuit reconciliationis sermonē, quum videlicet vnà cum illis coniungitur is qui per eos agit. At contrà quoties ministri cum Domino conferuntur, valet illud Pauli, Qui plantat & qui rigat, nihil est.

IN CAPVT V.

3 Viduas honora, χήρας τίμα. Id est, Viduarum curam habe. Videmus enim illas nominatim à Domino commendari, quòd variis iniuriis sint obnoxiæ, ideóque maiore præsidio egeāt. Sic autem accipitur honorandi verbum hoc in loco vt apud Hebræos כיבד, neque hoc ego de illis viduis accipio quarum ministerio vtebatur Ecclesia. Nam de illis agit postea sigillatim. Quæ verè viduæ sunt, αἵ ὄντως χήραι. Quænam illæ sint definiet versu 5. Itaque nō simpliciter explico, Quæ sint orbæ liberis, (quis potius videntur præsidio indigere quæ liberorum multitudine grauantur) sed quæ verè sunt præsidio humano destitutæ, & dignas etiam se præbent Eccl esiæ solicitudine. Alioqui causa non est cur Ecclesia vel illis grauetur, quibus aliunde subsidium non deest, vel istarum improbitatem foueat.

4 Quòd siqua, εἴ τις. Rationem optimam adfert Paulus qua viduis subueniri possit sine graui Ecclesiæ dispendio: nempe vt si liberos & nepotes, grandiores videlicet habuerint, ii admonēātur vt, si pii sunt & Dei timētes, eam pietatē in suos parentes in primis exerceant. domi enim ipsos abūde habere in quibus se pios esse ostendant. deinde illis proponatur, nihil hic ab ipsis peti quod naturæ iure non debeant, quā sine summo scele-

re nō poſſit officiū ἀντιπελαργῆσαι prætermitti. Poſtremò doceantur quàm grata & accepta ſit Deo iſta liberorū, ac nepotū pietas officioſa. Sed quid ſi his ſubſidiis vidua caruerit? De his verò poſtea differet. Ita igitur optimè conueniet diſtributio, nec quic quā detortum apparebit. Quòd ſi μανθάνετω autem diſcant, ad ipſas viduas referas, certè coactū erit quod de vice parentibus rependenda cōmemorantur: vt interim taceā hic agi de ſubſidiis quæ viduis præſtari debeant, non autē de illarū officio in ſuos. id enim poſtea dicetur. Quid ſi verò μανθανέτωσαν vertamus Doceantinam hoc quoque ſignificat τὸ μανθάνειν. Senſus quidem conueniet, ſed (vt modò dixi) nondum mihi videtur de iplarum viduarū officio in ſuos differi. Non eſt tamen quòd ab hac ſententia quenquam deterreat mutatio numeri. Id enim factum erit quòd Apoſtolus in genere de viduis agat: & ſimilis enallages exēplum habuimus ſuprà, 1. ad. 15. In primis, πρῶτον. Vulg. Priùs. Eraſ. Primùm. In propiā domum pietatē exercere, τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν. Sub. αὐτὸν vel τὸς, opponiturq; hæc doctrina Pauli Phariſaicis traditionibus, de quib' Matth. 15. a. 5. Vulg. Domū ſuam regere, τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν. Nam τὸ εὐσεβεῖν conſtructione ἀνυπερβάτῳ nuſquā legi. 10

Η δὲ ὄντως χήρα, καὶ μεμονωμένη ἤλπικεν ἐπὶ τὸν Θεὸν, καὶ προσμένει ταῖς δεήσεσι καὶ ταῖς προσευχαῖς νυκτὸς καὶ ἡμέρας.

5 Porro quæ verè vidua eſt ac ſola, ſperat in Deo, & permanet in ſupplicationibus & precibus nocte ac die.

5 *Quæ autē verè vidua eſt & deſolata, ſperat in Deo & inſtat obſecrationibus & orationibus nocte & die.*

Η δὲ σπαταλῶσα, ζῶσα τέθνηκε.

6 At quæ in luxu viuit, ea viuens mortua eſt.

6 *Nā quæ in deliciis eſt, viuens mortua eſt.*

Καὶ ταῦτα παράγγελλε, ἵνα ἀνεπίλημπτοι ὦσιν.

7 Hæc igitur denuntiato, vt ſint irreprehenſæ.

7 *Et hoc præcipe, vt ſint irreprehenſibiles ſint.*

Εἰ δέ τις τῶν ἰδίων καὶ μάλιστα τῶν οἰκείων οὐ προνοεῖ, τὴν πίστιν ἤρνηται, καὶ ἔστιν ἀπίστου χείρων.

8 Quòd ſiqua ſuis & maximè domeſticis nō prouidet, fidem abnegauit, & eſt infideli deterior.

8 *Siquis autem ſuorum & maximè domeſticorum curam non habet fidē negauit, & eſt infideli deterior.*

Χήρα καταλεγέσθω μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα, γεγονυῖα ἑνὸς ἀνδρὸς γυνή·

9 Vidua allegatur non minor annis ſexaginta, quæ fuerit vnius viri vxor.

9 *Vidua eligatur non minus ſexaginta annorum, quæ fuerit unius uiri uxor:*

Ἐν ἔργοις καλοῖς μαρτυρουμένη, εἰ ἐτεκνοτρόφησεν, εἰ ἐξενοδόχησεν, εἰ ἁγίων πόδας ἔνιψεν, εἰ θλιβομένοις ἐπήρκεσεν, εἰ παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ ἐπακολούθησεν.

10 In operibus bonis idoneo teſtimonio ornata: ſi liberos educauit, ſi fuit hoſpitalis, ſi ſanctorum pedes lauit, ſi afflictis ſubuenit, ſi omne bonū opus eſt aſſiduè ſectata.

10 *In operibus bonis teſtimonium habēt, ſi filios educauit, ſi hoſpitio recepit, ſi ſanctorū pedes lauit, ſi tribulationē patientibus ſubminiſtrauit, ſi omne opus bonū ſubſequutus eſt.*

5 Porro quæ verè, &c. ἡ δὲ ὄντως, &c. Eas viduas honorādas (id eſt Eccleſiæ curæ ac ſolicitudine dignas) eſſe dixerat quæ verè eſſent viduæ: nunc quænam illæ ſint explicat: nempe quæ ſunt ſuorum præſidio deſtitutæ, & fideles ac pias ſe præſtant. Ac ſola καὶ μεμονωμένη. Terent. Sola ſum, habeo hic neminem neque amicum, neque cognatum. Vulg. & Eraſ. Deſolata: durè.

6 Quæ in luxu verſatur, ἡ σπαταλῶσα. Luxū malui quàm delicias dicere. 8 Siqua, τις, vel, Siquis. 15

9 Allegatur, καταλεγέσθω. Vulg. Eligatur. Sed rectius Eraſ. Agit enim hoc in loco Apoſtolus de iis viduis quarū opera ad paupertū præſertim ægrotorum curā vtebantur, quæ diaconiſſæ in Eccleſiaſtica hiſtoria vocantur. Itaque καταλέγεσθαι ſignificat in album & numerū referri. Quæ fuerit, &c. γεγονυῖα ἑνὸς, &c. Duo requirit quod ad præteritā conditionē attinet: vnum, vt nō pellex, non cōcubina, non meretrix, ſed vxor fuerit: alterum, vt δίγαμος non fuerit. Sed hac in re ſanè non facilè velim aſſentiri veteribus præſertim Latinis, quòd δίγαμον dici putarint eum qui prima vxore mortua alterā duxerit, aut cōtrā. Ac ego δίγαμους dici viros cenſuerim qui viuēte vxore, eáque vel adhuc legitimè cōiuncta, vel iniuſto diuortio ſeparata, alterā ſuperinducū timuerint: lieres verò δίγαμοι, quæ à viris meritò repudiatæ, aliis poſtea nuberent. Vt autē ira ſentiā, primùm eo adducor quòd alioqui periniquū certè fuerit ſecundas nuptias dānare: nec cauſam vllam videā cur ſecūdæ potius quàm primæ vllam incōtinentiæ labē ſecum trahāt. Imò verò quàm multæ proferri ſpecies poſſunt, in quibus qui iterum vxorē duxerit, plura ac certiora cōtinentiæ ſigna ediderit quàm qui vnā tantùm vxorē habuerit? An verò vllo modo probabile eſt Apoſtolū, qui iuniores viduas vult nubere, hoc illis conſilium dare vnde poſtea conſequatur vt ad Eccleſiaſticū munus ineptæ cēſeantur? Quīuis enim lōgè aliud ſit ab Eccleſia reiici quàm ad Eccleſiaſticā functionē non cēſeri idoneum: tamē non leuis eſt macula, ideo nō admitti quòd ſanctè & in Domino nupſeris, ex Apoſtoli ipſius cōſilio. Poſtremò legatur canon concilii Neocæſarienſis tertius, & ſeptimus, itémque Laodiceni primus: ibi cōperiemus digamos fuiſſe publicæ pœnitētiæ addictos, & preſbytero interdictū ne nuptiali cōuiuio eorū intereſſet: nempe ne videretur eiuſmodi nuptias approbare vel cōcedere. Quis verò ſanctis illis Patribus hoc vnquā in mētem veniſſe putarit, vt publica etiā pœna dignos cenſerent qui Spiritus ſancti mādato paruiſſent? Sed & pro me diſertè facit Chryſoſtomus, qui explicās quod de epiſcopo vnius vxoris marito dictū eſt, hoc manifeſtè intelligit de polygamis. i. de iis qui plures ſimul vxores haberēt. In epiſtolā verò ad Titū ſcribens, diſertè hoc ſcriptū eſſe dicit εἰς τοὺς ἀπολελυκότας, quique ſuā beneuolentiā erga vxorē ἀπολώλεσαν (i. quæ diſceſſerit, nimirū inhumaniter tractata, aut immeritò repudiata) alteram ſuperinductam, nō conſeruarint. Itaque (vt eadem finē faciam) viduas Paulus nō vult adſcribi diaconiſſis, niſi quæ ſine vllo probro vixerint, vno marito cōtentæ. Vnum autē maritum habuiſſe dicitur, & ſine vllo probro vixiſſe, etiam illa quæ priore viro defuncto, pudicè & caſtè, ex Spiritus ſancti mādato, cū ſecundo marito vixerit. Quòd ſiquis Patrū quorundam authoritatē mihi oppoſuerit, ad verbū Dei prouoco, & ſuperiores rationes quas adduxi, refelli poſtulo. Certè Iuſtinus aduerſus Tryphonē agēs, polygamiā nō aliter explicat aduerſus Iudæorū magiſtros, οἵτινες καὶ μάχονται ἡμῖν περὶ τούτων καὶ λοιδοροῦσιν. & Apologetico poſteriore, explicās illud dictū Domini, Qui repudiata duxerit mœchatur, hoc etiā addit, ὅτε γὰρ οἱ τέκνων ἀποστέρουσιν ἄγαμοι μένοντες, καὶ μᾶλλον τοῦτο ἁμαρτάνουσιν ἢ ἐκεῖνοι. 10 Si ſanctorum pedes lauit, πόδας ἔνιψεν. Hac vna ſpecie officii quod tum in illis regionibus vſurpari ſolebat, quum peregre aduenientes viatores exciperentur, reliqua etiam obſequia ſignificauit Apoſtolus: nec temere etiam hoc tanquam viliſſimum obſequii genus delegit.

Νεωτέρας δὲ χήρας παραιτοῦ· ὅταν γὰρ καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ, γαμεῖν θέλουσιν,

11 Porro iuniores viduas ᵛrecusa: ᵛpostquam enim lasciuire cœperint aduersus Christum, nubere volunt:

11 *Adolescentiores autem viduas deuita: quòcunque luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt.*

Ἔχουσαι κρίμα, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν.

11 ᵛEx eo damnandæ quòd primam fidem reiecerint.

11 *Habentes damnationē, quia priorem fidem irritam fecerunt.*

Ἅμα δὲ καὶ ἀργαὶ μανθάνουσι περιερχόμεναι τὰς οἰκίας· οὐ μόνον δὲ ἀργαί, ἀλλὰ καὶ φλύαροι καὶ περίεργοι, λαλοῦσαι τὰ μὴ δέοντα.

13 ᵛSimul autem etiam otiosæ discunt circumire domos: imò non solùm otiosæ, sed etiã nugaces, & curiosæ, garrientes quæ non oportet.

13 *Simul autem & otiosæ discunt circuire domos: non solùm otiosæ, sed & verbosæ & curiosæ, loquentes quæ nō oportet.*

Βούλομαι οὖν νεωτέρας γαμεῖν, τεκνογονεῖν, οἰκοδεσποτεῖν, μηδεμίαν ἀφορμὴν διδόναι τῷ ἀντικειμένῳ λοιδορίας χάριν.

14 Volim igitur iuniores nubere, liberos gignere, domum administrare, nullam occasionem dare ᵛaduersario ad maledicendum.

14 *Volo ergo iuniores nubere, filios procreare, matresfamilias esse, nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia.*

Ἤδη γάρ τινες ἐξετράπησαν ὀπίσω τοῦ Σατανᾶ.

15 Iam enim nonnullæ deflexerunt, sequutæ Satanam.

15 *Iam enim quædam cōuersæ sunt retro post Satanam.*

Εἴτις πιστὸς ἢ πιστὴ ἔχει χήρας, ἐπαρκείτω αὐταῖς, καὶ μὴ βαρείσθω ἡ ἐκκλησία, ἵνα ταῖς ὄντως χήραις ἐπαρκέσῃ.

16 Quòd siquis fidelis aut siqua fidelis habet viduas, eis subuenito, & non onerator Ecclesia, vt iis ᵛquæ verè viduæ sũt ᵛsubueniat.

16 *Si quis fidelis habet viduas, suministret illis, & non grauetur Ecclesia, vt ijs quæ verè viduæ sunt, sufficiat.*

Οἱ καλῶς προεστῶτες πρεσβύτεροι, διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν· μάλιστα οἱ κοπιῶντες ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ.

17 Qui bene præsunt presbyteri, ᵛduplici honore digni habẽtor: ᵛmaximè qui laborant in sermone & doctrina.

17 *Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo & doctrina.*

Λέγει γὰρ ἡ γραφή, Βοῦν ἀλοῶντα οὐ φιμώσεις· καὶ ἄξιος ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ.

18 Dicit enim Scriptura, ‖ Boui trituranti non obligabis os. ᵛ& ‖ dignus est operarius mercede sua.

18 *Dicit enim scriptura, Nō infrænabis os boui triturãti. & dignus est operarius mercede sua.*

Deut.25.a.4 1.cor.9.b.9 Matth. 10.a.10 luc.10.b.7

Κατὰ πρεσβυτέρου κατηγορίαν μὴ παραδέχου, ἐκτὸς εἰ μὴ ἐπὶ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων.

19 ᵛAduersus presbyterum accusationem ne admittito, nisi sub duobus aut tribus testibus.

19 *Aduersus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus.*

11 Recusa, παραιτοῦ. Id est, ne in collegium viduarũ admitte. Vulg. Deuita. Eras. Reiice. Postquam enim lasciuire cœperit aduersus Chr. ὅταν γὰρ καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ. Reiici nõ vult iuniores viduas ab Ecclesia, sed ad numerũ diaconissarũ non admitti. Causam adfert, cur ad hoc munus ineptæ fiant quæ matrimonii vinculo sunt obstrictæ: iuniores autẽ ætas sæpe ad matrimoniũ solicitaret. Inde duplex sequebatur incõmodum, aut etiam triplex: primùm, quòd diaconissarũ numerus minuebatur: alterũ, quòd hoc non sine aliqua leuitatis & infamiæ nota, denique non sine offendiculo eueniebat: tertium verò longè grauissimum, quòd nonnullæ, quũ non ferrent se inter pios aliquam probri ignominiam sustinere, à Christianismo etiam hac occasione deficiebant. Quorsum autem hoc ad monialium vota? Imò cur saltem in illis non obseruatur quod in viduis omnino propter periculum requirit Apostolus? Cæterùm quòd Vetus interpres conuertit, Quum enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt: primùm in eo reprehendi meretur quòd κατὰ Χριστοῦ, id est aduersus Christum, nõ rectè cõuerterit In Christo: deinde nonnullis errorem obiecit, qui In Christo coniunxerunt cum verbo Nubere, sententia prorsus deprauata. Quomodo enim istæ lasciuientes & primam fidem violantes, possent in Christo nubere? Neque verò in hoc refellendo errore multum est laborandum, quũ Apostolus nõ scripserit κατὰ τοῦ Χριστοῦ, sed κατὰ κατασπάσωσι τοῦ Χριστοῦ, vt τοῦ Χριστοῦ à præcedente verbo diuelli nulla ratione possit.

12 Ex eo damnandæ, ἔχουσαι κρίμα. Vulg. & Eras. ad verbum, Habentes damnationem.

13 Simul autem, ἅμα δὲ. En hoc alterum genus earum quæ minus quidem peccant, quam apertè non deficiant, sed tamen variis offendiculis materiam præbent.

14 Aduersario, τῷ ἀντικειμένῳ. Additus articulus, & quod subiicitur, facit vt τὸν ἀντικείμενον dictum putẽ ipsum Satanam, Hebraica voce Satanæ explicata. Is enim est qui linguas hominum acuit ad detrahendum Ecclesiæ: & suprà aliquoties repetita est hæc sententia, vbi expressè nominatur diabolus, vt suprà, cap. 3. b. 6 & 7.

16 Quæ verè viduæ sunt, αἵτινες ὄντως χῆραι. i. quæ verè viduæ sunt humano præsidio, ac solæ, vt exposuimus suprà, versu 5. Subueniat, ἐπαρκείτω. Vel, satis fit. Id est, nihil desit rerum necessariarum. Potest enim etiam ἐπαρκεῖν sic exponi absolutè. Vulg. Sufficiat. Eras. Suppetat.

17 Duplici honore, διπλῆς τιμῆς. Id est, de quibus magis etiam quàm de reliquis simul soliciti. Honoris enim appellatione iam dixi pium omne officium ac subsidium, Hebræorum more, significari: & numerus certus pro incerto positus est, vt minimè opus sit quicquam hic subtilius inquirere. Maximè, μάλιστα. Duplices igitur presbyteri fuerunt, quum vni vacarent gubernationi, alteri sermoni & orationi.

18 Et dignus est, καὶ ἄξιος ὁ. Hoc dicit Paulus ex sua persona, nõ autẽ vt locũ aliquẽ Scripturæ citans, sicut plerique putarunt, à doctissimo interprete meritò reprehensi. Fuit autẽ hoc dictũ prouerbiale, à Christo etiã vsurpatũ. 19 Aduers⁹ presb. κατὰ πρεσβυτέρου. Hoc referũt Græci ad prouectioris ætatis homines: quod mihi

perabſurdum videtur. Etſi enim aliquid tribuendum eſt canitiei, tamen cauſam non video cur hac in re non debeat æqualis eſſe omnium conditio. Sed in preſbytero longè alia ratio eſt: quia huic hominum generi certũ eſt Satanam potiſſimùm inſidiari, ideóque nullos æquè omnibus calumniis & obtrectationibus eſſe obnoxios. Eſt igitur in illorum accuſationibus audiendis longe maxima cautione opus. At quæ nã illa eſt rídices. Hic verò mihi videtur nõnulli impegiſſe, dum putãt nihil hic præſcribi à Paulo quod in omnibus iudicijs non ſit obſeruandum. Itaque in hoc nodo explicando ſudant multi, & manifeſtè torquent Apoſtoli verba: adeo quidem vt nonnulli (quod refert Eraſmus ex quadam Hieronymi ad Marcellam epiſtola) totum ſequens membrũ expunxerint, deinde expoſuerint, ne recipias, id eſt ne facilè recipias. Atqui nullam hic opinor ſubeſſe difficultatem. Aliud enim eſt admittere accuſationem, aliud verò accuſatum abſoluere vel damnare. Eſt autem hoc iudicis officium vt quoſuis accuſare volentes audiat, niſi penitus infames ſint perſonæ: deinde quod æquum videbitur de repudianda vel admittenda accuſatione conſtituat. Sed tamen quũ preſbyter accuſatur, peculiare quiddam vult Apoſtolus obſeruari, nempe vt ne ad accuſandum quidem admittatur quiſquã, niſi prius duobus aut tribus teſtibus fecerit futuræ accuſationis fidem: vt non ſtatim damnetur preſbyter, aut abſente illo de cauſa cognoſcatur: ſed vt, poſtquam conſtiterit non fore friuolam accuſationem, tum demum vocetur reus, & legitimè de re tota decernatur. Cauſam verò iſtius conſtitutionis Apoſtolicæ duplicem inuenio, nempe quia, vt modò dixi, nulli ſunt æquè omnibus calumniis obnoxii atque pii doctores: deinde quia in preſbyterum nõ poteſt priuatum quodammodo iudicium conſtitui, quum non poſſit non eſſe cum publico totius Eccleſiæ offendiculo coniunctum: adeo vt etiamſi abſoluatur, tamen aliqua inde infamia in totam Eccleſiam redundet, ſitque non modò in iudicando, ſed etiam in admittendo accuſatore magna cautione opus. Præterea notãdum eſt ex hoc loco, Timotheum in Epheſino preſbyterio tum fuiſſe ἀντιστίτον (id eſt antiſtitem) vt vocat Iuſtinus, non qui pro arbitrio omnia faceret, ſed qui pro ſua pietate ac prudentia omnia moderaretur, vt in cœtu omnia ritè & ordine fierent. Deinde conſiderandæ ſunt & temporum & cauſarum circunſtãtiæ, nequis vel Eccleſiaſticam diſciplinam illic aboleat vbi Chriſtianus eſt magiſtratus (qui nunc error, heu, multas peſſundat Eccleſias, & proculdubio tandem euertet) vel tyrannicam illam clericorum exemptionem inuehat: quum in iis quæ ad politiam pertinent, omnem animam magiſtratui ſubiectam eſſe oporteat. Certum eſt autem intolerabiliter fuiſſe ambitioſos Epiſcopos qui iſtiuſmodi exemptiones à regibus petierunt, etiam ſtultiſſimos reges qui non de ſuo ſed de iure Dei fuerunt iſtis lupis liberales. Nec enim homines, ſed Deus ipſe fines vtriuſque iuriſdictionis poſuit. Sed quid iſtis opus eſt? quorſum enim Eccleſiaſticis quæ vocant priuilegiis gaudeant (etiamſi fas fuiſſet illa vel petere vel concedere) qui non ſunt paſtores, ſed lupi?

Τοὺς ἁμαρτάνοντας, ἔλεγχε ἐνώπιον πάντων, ἵνα καὶ οἱ λοιποὶ φόβον ἔχωσι.

20 Eos qui peccant, coram omnibus argue, vt & reliqui timeant.

20 Peccantes, coram omnibus argue: vt & cæteri timorem habeant.

Διαμαρτύρομαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν ἐκλεκτῶν ἀγγέλων, ἵνα ταῦτα φυλάξῃς χωρὶς προκρίματος, μηδὲν ποιῶν κατὰ πρόσκλισιν.

Infrà, &c. 13

21 Obteſtor in conſpectu Dei, & Domini Ieſu Chriſti, & electorum Angelorum, vt hæc ſerues, abſque eo vt vnum alteri præferas, nihil faciens in alteram partem declinando.

21 Teſtor coram Deo & Chriſto Ieſu, & electis Angelis, vt hæc cuſtodias ſine præiudicio, nihil faciens in alteram partem declinando.

Χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει, μηδὲ κοινώνει ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις. σεαυτὸν ἁγνὸν τήρει.

22 Manus citò necui imponito, neque communicato peccatis alienis. temetipſum purum ſerua.

22 Manus citò nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis. teipſum caſtum cuſtodi.

Μηκέτι ὑδροπότει, ἀλλ' οἴνῳ ὀλίγῳ χρῶ διὰ τὸν στόμαχόν σου, καὶ τὰς πυκνάς σου ἀσθενείας.

23 Ne ampliusęſto abſtemius: ſed vino pauculo vtere, propter ſtomachum tuum, & crebras tuas infirmitates.

23 Noli adhuc aquã bibere: ſed modico vino vtere propter ſtomachũ tuũ, & frequẽtes tuas infirmitates.

20 Eos qui peccant, τοὺς ἁμαρτάνοντας. Preſbyteros videlicet, vt hoc cohæreat cum præcedente verſiculo. Quòd ſi preſbyteros ipſos, quanto magis alios quoſuis? Sed peccantes intellige cum publico offendiculo.

21 Abſque eo vt vnũ alteri præferas, χωρὶς προκρίματος. Dicitur Græcis προκρίνειν qui aliquem vt eximiũ & ſelectum habet. Debet autem iudex in iudicãdo omnes iſtas opiniones deponere, vt qui non de perſonis ſed de cauſa iudicaturus ſedeat. Non rectè igitur Vetus interpres cõuertit, Sine præiudicio. Eſt enim præiudicium cauſæ potius quàm perſonæ: quanuis alioquin hæc interpretatio fere eodem recidat. Eraſ. Sine præcipitatione iudicii. id eſt, cauſa non bene ac diligẽter cognita: qua ſignificatione nuſquã memini legere τὸ προκρίνειν, quãuis ita explicet Græcus ſcholiaſtes. In alteram partem declinando, κατὰ πρόσκλισιν. Sic Vetus interpres rectè expoſuit, ſeruata metaphora quæ à libripendibus ſumpta eſt. Debet enim iudex quaſi in lance iura litigantiũ expendere, ita vt in neutrã partem propendeat, recto alioquin iudicio nõ futuro. In pleriſque codicibus legitur πρόκλισιν, ſed perperam, vt opinor. neque enim προκλίνειν aliud quàm prouocare ſignificat, vel aduocare: itaque licebit per aduocationem interpretari, quaſi iudex aduocati partibus fungatur. Sed in hac ſignificatione, quos Latini aduocatos ſeu amicitiæ cauſa deprecatores adhibitos vocant, à Græcis παράκλητος, & rem ipſam παράκλησις potius dici inuenio. Græcus denique ſcholiaſtes videtur legiſſe πρόκλισιν, quo nomine intelligit aliquem animi motum qui iudicem ad temere ferendam ſententiam prouocet. Eraſ. Iuxta propenſionem animi. Clemens autem duobus locis ἀπροσκλίτως interpretatur.

22 Manus citò, &c. χεῖρας ταχέως, &c. id eſt, Ne temere quoſuis ad Eccleſiaſticam vllam functionẽ admitte, quantum videlicet in te eſt. Neque enim penes vnum Timotheum reſidebat omnis authoritas, ſed ex Eccleſiæ totius ſuffragiis facta electione, vt diximus Act. 14. d. 23. & ex Matthiæ ac diaconorũ electione liquet, tum demum ἐπισκοπικῷ nomine preſbyterii per manuum impoſitionem conſecrabat electum Domino, vt ſuprà, 4. d. 14. De manuum autem impoſitione alibi dictum eſt à nobis.

23 Ne amplius eſto abſtemius, μηκέτι ὑδροπότει. Abſtemii quidam ſunt natura, vel morbo, quidam voluntate: ex quibus vnus erat Timotheus, minimè id quidem ex voto, aut craſſa illa meriti vel Angelicæ perfectionis opinione: ſed vt carnẽ hac ratione domaret, ſibi nimirum cõſcius ſeſe hoc remedio indigere. Nihil igitur hoc

pertinet ad impiam monachorum ſuperſtitionem: ſed apertè potius damnatur Celeſtinorum & Carthuſianorum & omnium iſtiuſmodi Phariſæorum obſtinatio: quibus religionem ſummam eſſe ferunt, vel vbi certũ eſt mortis periculum, carnem guſtare. Quanquam quod ad vinum quidem attinet, boni & rigidi iſti Patres in eo ſummè conſenſerunt, vt hoc Pauli conſilio minimè, quod ad priorem quidem partem, indigerent. Vulg. Noli adhuc aquam bibere. Eraſ. Ne poſthac bibas aquam. Neutra certè interpretatio conuenit. Neque enim ὑδροπότης dicitur à Græcis quiſquis aquam potitat, ſed qui aquam ita potat vt à vino abſtineat: quod & ipſa ſententia poſtulat. Pauculo, ὀλίγῳ. Hoc addit Paulus ne calumniæ ſit obnoxia hæc conſtitutio, quaſi ad hauriendum vinum incitaret. Nec deſunt etiam qui putent hunc verſiculum non eſſe poſitum ſuo loco. Propter ſtomachum tuum, διὰ τὸν στόμαχόν σου. Id eſt, ventriculum, ciborum receptaculum, Celſo, lib. 4. cap. 1. Nam veteribus venter dicitur. Alioqui στόμαχος interdum tota gula dicitur, vt Ciceroni lib. 2. De natura deorum: interdum verò, ac (vt mihi quidem videtur) maximè propriè, ipſius gulæ poſtremum, vt Plinio lib. 11 cap. 37. qui proculdubio iſta acceperunt à Græcis, vt facilè probare poſſem ſi noſter hic eſſet ſcopus. Nam quia cohærent partes iſtæ, vſus facilè obtinuit vt quod vnius partis propriè nomen eſt, totæ poſtea ſint accommodatum. Ipſum autem ventrem, ſiue ventriculum, id eſt πρὸς ἔδωδιμον, idonei etiam Latini authores paſſim ſtomachum vocarunt, Græcorum (opinor) exemplo: quanuis eos Galenus reprehendat. Pertinet verò ad hunc locum nonnihil quod ait Celſus lib. 1. cap. 2. Imbecillis, inquit, ſtomacho (quo in numero magna pars vrbanorum, omneſque penè cupidi literarum ſunt) obſeruatio maior neceſſaria eſt: vt quod vel corporis, vel loci, vel ſtudii ratio detrahit, cura reſtituat.

Τινῶν ἀνθρώπων αἱ ἁμαρτίαι προάδηλοί εἰσι, προάγουσαι εἰς κρίσιν· τισὶ δὲ καὶ ἐπακολουθοῦσιν.

15 Quorundam hominum peccata antè manifeſta ſunt, præeuntia damnationi: quoſdam verò ſubſequuntur:

15 *Quorundam hominum peccata manifeſta ſunt, præcedētia adiudicationi: quoſdam autem & ſubſequuntur:*

Ὡσαύτως δὲ τὰ καλὰ ἔργα προάδηλά ἐστι· καὶ τὰ ἄλλως ἔχοντα, κρυβῆναι οὐ δύναται.

16 Itidem & bona opera antè manifeſta ſunt: & ea quæ ſecus habent, occultari non poſſunt.

16 *Similiter & facta bona, manifeſta ſunt: & quæ aliter ſe habent, abſcondi non poſſunt.*

Κεφάλαιον ϛ΄.

CAP. VI.

CAP. VI.

Ὅσοι εἰσὶν ὑπὸ ζυγὸν δοῦλοι, τοὺς ἰδίους δεσπότας πάσης τιμῆς ἀξίους ἡγείσθωσαν· ἵνα μὴ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ καὶ ἡ διδασκαλία βλασφημῆται.

1 QVicunque ſub iugo ſunt ſerui, ſuos dominos omni honore dignos ducunto, ne nomen Dei & doctrina blaſphemetur.

1 *QVicunque ſunt ſub iugo ſerui, dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur: ne nomen Domini & doctrina blaſphemetur.*

Οἱ δὲ πιστοὺς ἔχοντες δεσπότας, μὴ καταφρονείτωσαν, ὅτι ἀδελφοί εἰσιν, ἀλλὰ μᾶλλον δουλευέτωσαν, ὅτι πιστοί εἰσι καὶ ἀγαπητοὶ, οἱ τῆς εὐεργεσίας ἀντιλαμβανόμενοι. Ταῦτα δίδασκε, καὶ παρακάλει.

2 Qui verò fideles habent dominos, ne eos deſpiciant quòd fratres ſint: ſed potius inſeruiant, quòd fideles ſint ac dilecti, vt qui ſint beneficii Dei participes. Hæc doce, & exhortare.

2 *Qui autem fideles habent dominos, non contemnāt quia fratres ſunt: ſed magis ſeruiant quia fideles ſunt & dilecti, & beneficii participes ſunt. Hæc doce, & exhortare.*

Εἴτις ἑτεροδιδασκαλεῖ, καὶ μὴ προσέρχεται ὑγιαίνουσι λόγοις τοῖς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῇ κατ' εὐσέβειαν διδασκαλίᾳ,

3 Siquis diuerſam docet doctrinam, neque accedit ſanis ſermonibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ,

3 *Siquis aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ,*

Τετύφωται, μηδὲν ἐπιστάμενος, ἀλλὰ

4 Is turget, nihil ſciens, ſed

4 *Supb' eſt, nihil ſciēs, ſed*

14 Quoſdā verò ſubſequūtur, ἃ καὶ ὀλίγον ἐπακολουθοῦσιν. Peccata dicuntur eſſe προάδηλα, id eſt antè manifeſta, & ſua ſponte in publicum prodeuntia, in iis quorum improbitatem Deus antè detegit quàm Eccleſiam fefellerint: vt in Simone Mago contigit, cui propterea non ſunt impoſitæ manus, Act. 8. c. 17. ideóque dicuntur illis præire ad damnationem, venuſto quodam dicēdi genere: quaſi anteambulones quidam fuerint, à quibus admonita ſit Eccleſia quis ille ſit qui mox ſit venturus: ex quo efficitur vt Eccleſia iam falli non poſſit. Aliquos verò dicuntur peccata ipſa ſubſequi, quòd tum demum appareant quum bonos viros ad tēpus fefellerunt, quaſi à tergo illius imminētia: vt in Saule, Iuda, & aliis hypocritis ſerius detectis accidit. Similis ratio eſt etiam in bonis, quorum pro bitas & integritas in aliis ſtatim patefit à Domino, in aliis vel diu negligitur, vel etiam à ſceleratis quaſi oppr mitur. Dominus enim ſua & his & illis tempora præfixit: tantùm præſtent negligentiæ & malæ conſcientiæ culpam fideles miniſtri.

IN CAPVT VI.

2 Beneficii, τῆς εὐεργεσίας. Id eſt τῆς χάριτος, gratiæ, vt alibi ſæpe ſcripſit. Itaque non ſunt appoſitè interpretati hunc locum qui de ſeruorum in dominos obſequiis hoc ſunt interpretati. quod vt planius fieret, addidi τοῦ Θεοῦ (id eſt Dei) nomen. Eſt enim hæc ſententia, Siqui dominos habent fideles, ne hanc occaſionem arripiant non fungendi officio ſuo, quòd in Chriſto ſint dominorum ſuorum fratres: imò eo libentius pareant quòd Deus illos ſubiecerit dominis fidelibus: & hoc illis ſufficiat quòd in iis quæ ad vitam æternam ſpectant, ſint eiuſdem beneuolentiæ Dei ſocii. Nam ſi infidelibus etiam dominis parēdum, quanto magis requirit à nobis Deus iſtam ſubiectionem, quum nos amicis ſuis ſubiecit?

3 Diuerſam docet doct. ἑτεροδιδασκαλεῖ. Vide ſuprà, 1. 1. 3. Eraſ. Diuerſam ſequitur doctrinam, non ſatis rectè. Agitur enim hic propriè de paſtorum officio, nec poteſt aliter Græcum vocabulum exponi.

νοσῶν περὶ ζητήσεις καὶ λογομαχίας· ἐξ ὧν γίνεται φθόνος, ἔρις, βλασφημίαι, ὑπόνοιαι πονηραί,

Παραδιατριβαὶ διεφθαρμένων ἀνθρώπων τὸν νοῦν, καὶ ἀπεστερημένων τῆς ἀληθείας, νομιζόντων πορισμὸν εἶναι τὴν εὐσέβειαν. ἀφίστασο ἀπὸ τῶν τοιούτων.

Ἔστι δὲ πορισμὸς μέγας ἡ εὐσέβεια μετ' αὐταρκείας.

Οὐδὲν γὰρ εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον, δῆλον ὅτι οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τι δυνάμεθα.

Ἔχοντες δὲ διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα.

Οἱ δὲ βουλόμενοι πλουτεῖν, ἐμπίπτουσιν εἰς πειρασμὸν καὶ παγίδα, καὶ ἐπιθυμίας πολλὰς ἀνοήτους καὶ βλαβερὰς, αἵτινες βυθίζουσι τοὺς ἀνθρώπους εἰς ὄλεθρον καὶ ἀπώλειαν.

Ῥίζα γὰρ πάντων τῶν κακῶν ἐστιν ἡ φιλαργυρία· ἧς τινὲς ὀρεγόμενοι ἀπεπλανήθησαν ἀπὸ τῆς πίστεως, καὶ ἑαυτοὺς περιέπειραν ὀδύναις πολλαῖς.

Σὺ δέ, ὦ ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, ταῦτα φεῦγε·

ᵛinsaniens circa quæstiones ac ᵛverborum pugnas: ex quibus nascitur inuidia, lis, maledicentiæ, suspiciones malæ,

5 ᵛPeruersæ exercitationes hominum mente corruptorum, & qui priuati sunt veritate, & quæstui habent pietatem. ᵛSecede ab iis qui eiusmodi sunt.

6 ᵛEst autem quæstus magnus pietas ᵛcum animo sua sorte contento.

7 Nihil enim intulimus in mundum, videlicet nec efferre quicquam possumus.

8 Sed habentes alimenta, & quibus tegamur, his ᵛcontenti erimus.

9 ᵛQui autem volunt ditescere, incidunt in tentationem & laqueum, & ᵛcupiditates multas amentes & damnosas, quæ demergunt homines in exitium & interitum.

10 Siquidem ᵛradix omnium malorum est ᵛamor pecuniæ: quam quidam dum appetunt, aberrarũt à fide, & seipsos ᵛtrãsfixerunt doloribus multis.

11 Tu verò, homo Dei, ista fuge:

ᵛinsaniens circa quæstiones & pugnas verborum: ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspiciones malæ,

5 *ᵛConflictationes hominũ mente corruptorũ, & qui veritate priuati sunt, existimantium quæstum esse pietatem.*

6 *ᵛEst autem quæstus magnus pietas cum sufficientia.*

7 *Nihil enim intulimus in mundũ, haud dubiũ quòd nec auferre quid possumus.*

8 *Habẽtes autẽ alimẽta, & quibus tegamur, his cõtenti simus.*

9 *Nã qui uolũt diuites fieri incidunt in tẽtationem et laqueũ, & desideria multa inutilia et nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem.*

10 *Radix enim omniũ malorũ est cupiditas: quam quidã appetẽtes errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis.*

Tu autem, ô homo Dei,

11 *hæc fuge:*

4 Insaniens, νοσῶν. Cic. Tusc. 3, Nomen insaniæ significat mentis ægrotationem & morbum. Sic igitur Erasmus hunc locum rectè omnino expressit. Vulg. Languens. Verborum pugnas, λογομαχίας. Verba opponebit reus. λογομαχῶν ergo vocat inanem de verbis non de rebus concertationem: verba tamen etiam nominãs quæcũque res nihil habẽt solidi, aut ex quibus possit vtilitas aliqua cõparari. Eras. Disputationũ pugnas, malè, quũ hoc nomine nõ tã cõtentiosi disputatores reprehẽdãtur, quàm inanes simul & rixosæ disputationes.

5 Peruersæ exercitationes, διαπαρατριβαὶ. Verusti nostri codices scriptum habent διαπαρατριβαὶ. i. assidui attritus. Mutuò enim sese atterunt sophistæ, & sua scabie alii alios inficiunt, vt Græcus scholiastes explicat. Sed mihi potius probatur recepta lectio. Porro διατριβὰς vocant Græci quas Quintilianus scholarum exercitationes appellat. Itaque significat Paulus, istis inanibus quæstionibus homines quasi in ludo quodam impudentiæ & improbitatis exerceri. quod designat præpositio διὰ, vt sinister prorsus istarum exercitationũ vsus declaretur. Sunt enim veræ διατριβαὶ, ad acuendum ingenium, confirmandum iudicium, veritatis denique inuestigationem comparatæ. in istis verò obtunditur animus, peruertitur iudicium, veritatis denique lux omnis extinguitur. Exemplum quæris? Propone tibi scholasticæ theologiæ facultates, quas vocãt, & vitia istius inanissimæ vanitatis exemplaria contẽplaberis. Hîc tamen nascuntur quos solos doctores & magistros nostros vocant: nempe vt ipsis etiam nominibus Pharisæos referant. Vulgata, Conflictationes, non expressa præpositione διὰ. Eras. Superuacanea nec conflictationes. quum pestiferas potius dicere debuerit. Secede, ἀφίστασο. Hoc non legit Vetus interpres, reperimus tamẽ in omnibus Græcis exẽplaribus: & sanè prætermitti nõ debet.

6 Est autem quæstus, ἔστι δὲ πορισμός. Venustè detorquet quæstus nomen, acsi dicat, Meriuntur isti Christianismum lucro: & sanè maximum est lucrum, sed diuersa prorsus ratione. Veras enim opes suppeditat, animũ piũ videlicet, & sua sorte cõtentũ. Cũ animo sua sor. &c. μετ' αὐταρκείας. Quod fis (inquit ille) esse velis, nihilque malis. Sed hoc quidem fuerit hominis prorsus stupidi, nisi ea sit cõditione in qua meritò acquiescat. Eam autem vnus demum Christus suppeditat, in quo sunt omnes veri thesauri absconditi. Vulgata ad verbum, Cum sufficientia. 8 Contenti erimus, ἀρκεσθησόμεθα. Vulg. Cõtenti simus. Illud verò rectius est: etiamsi ex Hebræorum idiotismo possit futurum indicatiui pro imperandi modo accipi. Sic enim ostendit Paulus quàm bene speret tum de se, tum de Timotheo & ipsius collegis.

9 Qui volunt, οἱ βουλόμενοι. i. Qui huc ferantur vt quãcitissimè ditescant. Menander, Οὐδεὶς ἐπαύσατο ἔχων, ἀλλ' αἰεὶ θέλει πλέον. Cupiditates multas amentes, πολλὰς ἐπιθυμίας ἀνοήτους. Vulgata, nescio quam lectionem sequuta, legit, Multa inutilia, πολλὰ ἀνωφελῆ.

10 Radix, &c. ῥίζα, &c. Huc pertinẽt duæ nobiles sententiæ, vna Bionis, qui φιλαργυρίαν. i. pecuniæ cupiditatẽ, vocabat κακίας μητρόπολιν, vitiũ metropolin: altera Timonis, qui duo esse dicebat malorum elementa, ἀπιστίαν καὶ φιλοδοξίαν. i. inexplebilem opum auiditatem, & gloriæ appetitionem. Amor pecuniæ, φιλαργυρία. Vulg. Cupiditas, vocabulo nimium generali. Eras. Studium pecuniæ. Ouidius amorem nũmi vocauit, in illo versiculo, Crescit amor nũmi quantum ipsa pecunia crescit. Transfixerunt, περιέπειραν. Dolor & cura videtur animũ quodãmodo perfodere, auaritiæ nimirũ messis, vt loquitur Eurip. Est autẽ περιπείρειν infigere & perforare. Vulg. Inseruerũt. Eras. Implicuerũt. neuter satis expressè. Nos in vernaculo nostro sermone diceremus, *Ils se sont enferrez.* 11 Homo Dei, ὦ ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ. Heb. איש האלהים. i. quem Spiritus Dei regit, vt prophetam & Dei interpretem. Vide 1. Tim. 3. d. 17.

δίωκε δὲ δικαιοσύνην, εὐσέβειαν, πίστιν, ἀγάπην, ὑπομονήν, πραϋπαθίαν.

sectare autem iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, toleran tiam, lenitatem.

sectare verò iustitiã, pietatem, fidem, charitatem, patientiã, mãsuetudinem.

Ἀγωνίζου τὸν καλὸν ἀγῶνα τῆς πίστεως, ἐπιλαβοῦ τῆς αἰωνίου ζωῆς, εἰς ἣν καὶ ἐκλήθης, καὶ ὡμολόγησας τὴν καλὴν ὁμολογίαν ἐνώπιον πολλῶν μαρτύρων.

12 Decerta bonum certamen fidei: apprehende vitam æternã, cuius causa & vocatus es, & professus præclarã professionem coram multis testibus.

12 Certa bonum artamẽ fidei: apprehẽde uitã æternã, in quã uocatus es, & confessus bonam confessionem coram multis testibus.

Παραγγέλλω σοι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ τοῦ ζωοποιοῦντος τὰ πάντα, καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ μαρτυρήσαντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου τὴν καλὴν ὁμολογίαν·

13 ‖Denuntio tibi coram Deo qui viuificat omnia, & Iesu Christo, qui ‖testatã fecit ˇcorã Pontio Pilato bonam illam professionem,

13 Præcipio tibi coram Deo qui uiuificat omnia, & Christo Iesu qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonã cõfessionẽ. Supra, 5.d.31 Matth.27.b.11 Ioan.18.g.37

Τηρῆσαί σε τὴν ἐντολὴν, ἄσπιλον, ἀνεπίληπτον, μέχρι τῆς ἐπιφανείας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

14 Vt ſerues ˇhæc mandata, maculæ & culpæ omnis expers, vſque ad illuſtrem illum aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti:

14 Vt ſerues mandatũ ſine macula, irreprehenſibile, uſque in aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti:

Ἣν καιροῖς ἰδίοις δείξει ὁ μακάριος καὶ μόνος δυνάστης, ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ Κύριος τῶν κυριευόντων·

15 Quem temporibus ſuis oſtendet ille ‖beatus & ſolus ˇPrinceps, Rex regũm, & Dominus dominorum:

15 Quem ſuis temporibus oſtendet beatus, & ſolus potens, Rex regum & Dominus dominantium: Supra 2.b.11 apocal. 17.d.14 & 19.c.16

Ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων, οὐδὲ ἰδεῖν δύναται· ᾧ τιμὴ καὶ κράτος αἰώνιον. ἀμήν.

16 Qui ſolus habet immortalitatem, lucem habitans inacceſſam, ‖quem vidit nemo hominum, neque videre poteſt: cui honor & robur æternũ. Amen.

16 Qui ſolus habet immortalitatẽ, & lucẽ inhabitat inaccessibilẽ, quẽ nullus hominum uidit, sed nec uidere potest: cui honor & imperium sempiternum. Amen. Ioan.1.b.18

Τοῖς πλουσίοις ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, παράγγελλε μὴ ὑψηλοφρονεῖν, μηδὲ ἠλπικέναι ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι, ἀλλ' ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ ζῶντι, τῷ παρέχοντι ἡμῖν πλουσίως πάντα εἰς ἀπόλαυσιν·

17 Iis qui diuites ſunt ˇin hoc ſeculo denuntia ne efferantur animo, ‖neque ſpem ponant in diuitiis incertis, ſed in Deo ˇviuo, qui præbet nobis omnia copioſè ad fruendum:

17 Diuitibus huius ſeculi præcipe non ſublime ſapere, neq; ſperare in incerto diuitiarum, ſed in Deo uiuo (qui præstat nobis omnia abunde ad fruẽdum) Mar.4.b.19 luc.12.b.15

Ἀγαθοεργεῖν, πλουτεῖν ἐν ἔργοις καλοῖς, εὐμεταδότους εἶναι, κοινωνικούς·

18 ˇVt *aliis* benefaciant, vt diuites ſint operibus bonis, faciles ad impartiẽdum, ˇfacilis conuictus:

18 Bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facilẽ tribuere, communicare.

11 Decerta, ἀγωνίζου. Iam ſæpe admonuimus Hebræos & Atticos etiam ſcriptores iſta conſtructione delectari.

13 Qui viuificat, τοῦ ζωοποιοῦντος. Id eſt qui dat vitam omnibus, & omnia conſeruat. Heb. חיית.

Coram Pontio Pilato, ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου. Vulg. & Eraſ. Sub Pontio Pilato. i. Pontio Pilato præſide. Incidit enim Chriſti prædicatio & mors in id tempus quo Pilatus Iudæam adminiſtrauit. Sed ἐπὶ malo interpretari Coram vel apud, vt reſponderet hoc membrum illi quod paulo antè dixerat, ὡμολόγησας πολλῶν μαρτύρων, coram multis teſtibus. Nam ἐπὶ etiam ita accipitur Matth. 28. c. 14. & hæc confeſſio diſertè deſcribitur Ioan. 18. g. 37.

14 Hæc mandata, τὴν ἐντολήν. Heb. מצוה, nos verò plurali numero mandata dicimus. Porro quæ ſequuntur epitheta, etſi quibuſuis poſſunt dici, tamen, meo iudicio, commodius ad Timotheum ipſum referuntur, vel ob eam cauſam quòd nomine τῆς ἐντολῆς videatur demum ſignificare illam officii rationem quam ei tota hæc epiſtola præſcripſit.

15 Princeps, δυνάστης. Vel dynaſtes, vt diximus Luc. 1. e. 52. Nolim autẽ ego curioſius ita diſtinguere, quia potius hac tanquam ſynonymorum congerie voluit ſummam & vnicã illam Dei potentiam declarare. vt qui non modò reliquis quibuſuis ſit infinitis modis potentior, ſed etiam illos ſibi pleno iure ſubiectos habeat, denique à ſeipſo ſolus habeat omnia. Siquis tamen malit diſtinguere, dicam à certis gradibus ad ſummã pergere Apoſtolum. Nam Dynaſta eſt regibus inferior dignitate, rex verò domino, quod ad ſubiectos quidẽ ſuos attinet. Rex regum, ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων. Heb. מלך מלכים. id eſt ſummus & potentiſſimus Rex. βασιλεύοντων verò dixit Hebræorum more, pro βασιλέων, & κυριευόντων pro κυρίων, vt nullum hic quærendum ſit myſterium. Sed quorſum hæc Apoſtolus? nempe vt omnium principum minis oppoſita Dei potentia, in noſtra ſtatione fortiter permaneamus.

17 In hoc ſeculo, τῷ νῦν αἰῶνι. Id eſt rerum ad hanc vitam pertinentium, quibuſcum comparantur qui ſunt bonorum operum diuites. Viuo. ζῶντι. Hebr. חי. Id eſt verè exiſtenti & æterno. Nam Deo opponit caducam opum naturam.

18 Vt *aliis* benefaciant, ἀγαθοεργεῖν. Vulgata, Bene agere, malè. Nam Apoſtolus de liberalitate & beneficentia propriè differit. Facilis conuictus, κοινωνικούς. Comes eſt diuitiarum arrogantia: quò fit vt ægrè ſe demittant diuites ad tenuiorum hominum conſuetudinem, quum nulla virtus eos æquè exornet atque morum facilitas: quam meritò ſummopere laudat in futuro imperatore Cicero pro Lege Manilia. Hac virtute qui

carent, dicuntur ἀκοινώνητοι siue αὐθάδεις, asperi & fastuosi. ex quo etiam intelligitur κοινωνικὸς Erasmum non satis expressè interpretari communicantes. Nos κοινωνεῖν ad verbum possimus in vernaculo nostro sermone interpretari communicare.

Matth. 6. c. 20, & 4. b. 7.

Ἀποθησαυρίζοντας ἑαυτοῖς θεμέλιον καλὸν εἰς τὸ μέλλον, ἵνα ἐπιλάβωνται τῆς αἰωνίου ζωῆς.

19 Recondentes sibi ‖ fundamentum bonum in posterũ, vt apprehendant æternam vitam.

19 *Thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam.*

Ὦ Τιμόθεε, τὴν παραθήκην φύλαξον, ἐκτρεπόμενος τὰς βεβήλους κενοφωνίας, καὶ ἀντιθέσεις τῆς ψευδωνύμου γνώσεως·

20 Timothee, ᵛ depositum serua, & auersare profanos ᵛ de rebus inanibus clamores, & oppositiones falsò nominatæ scientiæ.

20 *O Timothee, depositum custodi, deuitans profanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ,*

Ἣν τινες ἐπαγγελλόμενοι, περὶ τὴν πίστιν ἠστόχησαν. Ἡ χάρις μετὰ σοῦ. Ἀμήν.

21 Quam nonnulli ᵛ præ se ferentes, circa fidem ᵛ aberrarunt à scopo. Gratia sit tecũ. Amen.

21 *Quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt. Gratia tecũ. Amen.*

Πρὸς Τιμόθεον πρώτη ἐγράφη ἀπὸ Λαοδικείας, ἥτις ἐστὶ μητρόπολις Φρυγίας τῆς Πακατιανῆς.

21 Ad Timotheum prima, missa fuit ᵛ Laodicea, quæ est metropolis Phrygiæ Pacatianæ.

21 *Scripta fuit ex Laodicea, quæ est metropolis Phrygiæ Pacatianæ.*

19 Fundamentum bonum, θεμέλιον καλόν. Hoc opponit opum humanarum incertæ ac fluxæ naturæ. Sed (dicet aliquis) an vllis operibus spes nostra nititur? Minimè verò, vt testatur Apostolus Rom. cap. 3. d. 17, & 4. a. 1, & singulis penè versiculis. sed tamen quatenus sunt nostræ fidei testimonia, ac proinde nostræ in Christo reconciliationis, dicuntur vocationem & electionem firmam, nostri videlicet respectu, efficere, 2. Pet. 1. b. 10.

20 Depositum serua, τὴν παραθήκην φύλαξον. Depositum proculdubio vocat dona quæcunque ad Ecclesiæ ædificationem, veluti depositum, Deus commiserat Timotheo. Seruat autem depositum qui ita se gerit vt causam non habeat depositarius cur hoc illi eripiat. Est verò diligenter notanda hæc formula, quanuis non omnia respondeant iis regulis quas de deposito tradunt iurisconsulti. De rebus inanibus clamores, κενοφωνίας. Hoc titulo exornat Paulus non minus spinosas quàm & clamosas & inanes, atque adeo profanas tum philosophastrorum, tum sophistarum concertationes. quamobrem etiam postea meminit ἀντιθέσεων, id est oppositionum, quum perpetuò quæstiones ex quæstionibus apud illos nascantur. Vulgata, Vocum nouitates. i. καινοφωνίας. quod & ipsum non caret offendiculo, atque etiam plerunque coniunctum est magno cum solidæ doctrinæ detrimento, & magnam quandam ingenii vanitatem arguit: veluti si pro Angelis genios dicas, pro Baptismo lotionem, pro Fide confidentiam, pro Ecclesia rempublicam, vel ciuitatem, pro Presbyterio senatum, & cætera id genus profanè & falsis rationibus inouata: de quibus hodie sibi mirificè placent nonnulli, qui tamẽ vrinam intra verba peccarent. Alteram nihilominus lectionem huic antepono.

21 Præ se ferentes, ἐπαγγελλόμενοι. Vulg. Promittentes. Eras. Profitentes. Ego verò puto ἐπαγγελλόμενοι hoc loco non tantùm referri ad professionem quæ verbo fiat, sicut solent ambitiosi homines glorioſe virtutes suas iactare: sed ad totam habitus, gestus, vitæ denique rationem, quam illi ita comparant vt etiam racentes, imperitis quidem hominibus, nihil nisi sublime & arduum de se promittant. Suprà, 1. c. 10, eadem quidem significatione, sed in summa laude ponitur idem verbum, vbi iubet Paulus Christianas mulieres non cincinnis, non auro, non margaritis, sed honesto habitu & bonis præcipuè operibus ornari: quod, inquit, decet eas mulieres quæ pietatem spondeant, id est quæ pietatem & sanctimoniam de se promittant omnibus à quibus conspiciuntur. Aberrarunt à scopo, ἠστόχησαν. Vide infrà, 2. Tim. 2. c. 18.

21 Laodicea, ἀπὸ Λαοδικείας. Ego potius hanc epistolam ob eas causas quas exposui suprà, 1. a 1, & 4. d. 13, vel Philippis, vel ex alia Macedoniæ vrbe scriptã puto: adstipulãte nobis vno codice Rob. Steph. in quo scriptũ fuit ἐγράφη ἀπὸ Μακεδονίας, Scripta est è Macedonia: quod etiam impressit Frobenius in Græco argumẽto quod huic epistolæ præfigi solet. Quod autem ad Phrygiam Pacatianam attinet, nusquam hoc epitheton memini apud idoneos authores legere. Neque enim inter authores idoneos numero eos qui Romano imperio iam inclinato prouincias descripserunt, adeo vt ex hoc etiam loco constare possit multo post has scriptas epistolas tẽpore istiusmodi subscriptiones additas fuisse ab aliquibus plerunque vel indoctis, vel certè non satis attẽtis.

Epistola Pauli Apostoli ad Timotheum posterior.

Παύλου τοῦ ἀποστόλου ἡ πρὸς Τιμόθεον ἐπιστολὴ δευτέρα.

Κεφάλαιον ᾱζ

ΠΑΥΛΟΣ ἀπόστολος Ιησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ, κατ' ἐπαγγελίαν ζωῆς τῆς ἐν Χριστῷ Ιησοῦ,

Τιμοθέῳ ἀγαπητῷ τέκνῳ, χάρις, ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς, καὶ Χριστοῦ Ιησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν.

Χάριν ἔχω τῷ Θεῷ, ᾧ λατρεύω ἀπὸ προγόνων ἐν καθαρᾷ συνειδήσει, ὡς ἀδιαλείπτον ἔχω τὴν περὶ σοῦ μνείαν ἐν τοῖς δεήσεσί μου νυκτὸς καὶ ἡμέρας·

Επιποθῶν σε ἰδεῖν, μεμνημένος σοῦ τῶν δακρύων, ἵνα χαρᾶς πληρωθῶ·

Υπόμνησιν λαμβάνων τῆς ἐν σοὶ ἀνυποκρίτου πίστεως, ἥτις ἐνῴκησε πρῶτον ἐν τῇ μάμμῃ σου Λωΐδι καὶ τῇ μητρί σου Εὐνείκῃ· πέπεισμαι δὲ ὅτι καὶ ἐν σοί.

Δι' ἣν αἰτίαν ἀναμιμνήσκω σε ἀναζωπυρεῖν τὸ χάρισμα τοῦ Θεοῦ, ὅ ἐστιν ἐν σοὶ διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν μου.

Οὐ γὰρ ἔδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς Πνεῦμα δειλίας, ἀλλὰ δυνάμεως καὶ ἀγάπης καὶ σωφρονισμοῦ.

NOVA INTERPR. CAP. I.

1 PAVLVS Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, secundum promissionē vitæ quæ est in Christo Iesu,

2 Timotheo dilecto filio, gratia, misericordia, pax à Deo Patre, & Christo Iesu Domino nostro.

3 Gratiam habeo Deo, cui seruio à maioribus cum pura cōsciētia, vt assiduam tui memoriam teneo in precibus meis nocte ac die:

4 Desiderās te videre, memor tuarum lacrymarum, vt gaudio replear:

5 Reuocans in memoriam eam quæ in te est non simulatam fidem, quæ habitauit prius in auia tua Loide, & matre tua Eunica: persuasus sum autem quòd in te quoque.

6 Quam ob causam suggero tibi vt exuscites donum Dei quod est in te per impositionē manuum mearum.

7 Non enim dedit nobis Deus spiritū timiditatis, sed roboris, & charitatis, & sanitatis animi.

VETVS. CAP. I.

1 PAVLVS Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, secundum promissionem vitæ quæ est in Christo Iesu,

2 Timotheo charissimo filio, gratia, misericordia, pax à Deo Patre, et Christo Iesu Domino nostro.

3 Gratias ago Deo, cui seruio à progenitoribus in cōscientia pura, quòd sine intermissione habeam tui memoriā in orationibus meis, nocte ac die: Act.22.a.3

4 Desiderās te videre, memor lacrymarū tuarū, ut gaudio implear:

5 Recordationem accipiēs eius fidei quæ est in te nō ficta, quæ & habitauit primū in auia tua Loide, & matre tua Eunice: certus sū autē quòd et in te.

6 Propter quam causam admoneo te ut resuscites gratiam Dei quæ est in te per impositionem manuum mearum.

7 Non enim dedit nobis Deus Spiritū timoris, sed uirtutis, & dilectionis, & sobrietatis.

IN CAPVT I.

1 Secundum promissionem, &c. κατ' ἐπαγγελίαν, &c. Id est, à Deo legatus vt annuntiem vitam quam promisit in Christo Iesu. Ita ostendit nouum non esse Euangeliū, sed illud ipsum quod promisit Deus per Prophetas: deinde præstantiam quoque muneris Apostolici declarat, quo exhibeatur quod Deus antè promiserat. Postremò, in quo hæc omnia resideant, & quò ferantur, ostendit, nempe vt in Christo seruentur homines. Itaque lectorem moneo etiam atque etiam ne epistolarum Pauli ἐπιγραφὰς leuiter prætereat, vt quæ soleant inimirabili quadam breuitate totius Euangelici mysterii summam complecti, vt vel saluis illis habeat Ecclesia quod omnibus hæreticis opponat.

2 Misericordia, ἔλεος. Vide superioris epistolæ caput 1.a.2.

3 A maioribus, ἀπὸ προγόνων. Hebr. מאבות. i. maiorum meorum vestigia sequutus, nempe Abrahami, Isaaci, Iacobi, & aliorum deinceps à quibus sum ortus, & quasi per manus veram religionem accepi, vt Act.24.b.14. Neque enim de Pharisaismo, sed de Christianismo differit. Vt assiduā, ὡς ἀδιάλειπτον, &c. Vulg. Quòd sine intermissione, ita videlicet vt ὡς accipiatur pro ὅτι.

6 Vt exuscites, ἀναζωπυρεῖν. Est igitur donum Dei viua quædam flamma in cordibus nostris accensa, quam nituntur caro & Satan suffocare: nos contrà magis ac magis fouere ac sopitam suscitare oportet. Per impositionem manuum mearum, διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν μου. Vide 1. Timoth.4.d.14, & 5.d.22.

7 Spiritum timiditatis, πνεῦμα δειλίας. Id est, afflatū quo percellamur & perterrefiamus, vt quos vule

Dominus perdere. Nam in hac formula loquendi dicitur Spiritus metonymicè, ex Hebræorum more, motus in animis noſtris vi quadam extrinſeca impellente excitatus, nempe vel à Spiritu ſancto, vel contrà à ſpiritu malo, pro varia motus qualitate, vt ſpiritus fidei, ſapientiæ, conſtantiæ, & ſimiles: quibus opponuntur ſpiritus vertiginis, auaritiæ, furoris, formidinis, & ſi qui ſunt huiuſmodi. Charitatis & ſanitatis animi, ἀγάπης καὶ σωφρονισμοῦ. Hæc effecta tacitè opponit totidem prorſus contrariis ſpiritibus. nam qui ſpiritu malo rapiuntur, ii coercendi ſunt quominus alios offendant, vt qui inſaniant. Contrà Spiritus Dei animos noſtros componit vt omnibus prodeſſe ſtudeamus, & verè ſimus mentis compotes: quum cæteri mortales vel deſipiãt, vel inſaniant. Itaque σωφρονισμὸν non cõuerti ſobrietatem, (quod ambiguum eſt, nec ſatis Latinum) ſed animi ſanitatem: quod ipſa verbi notatio declarat. Plato lib. 1. de Rep. τὸ σωφρονεῖν ἀνάπαλιν δεῖ τῇ μανίᾳ θέσθαι. Caſtellio Frugalitatem cõuertit, admodum ineptè, vt mihi videtur.

Μὴ οὖν ἐπαισχυνθῇς τὸ μαρτύριον τοῦ Κυρίου ἡμῶν, μηδὲ ἐμὲ τὸν δέσμιον αὐτοῦ, ἀλλὰ συγκακοπάθησον τῷ εὐαγγελίῳ κατὰ δύναμιν Θεοῦ·

8 Ne igitur te pudeat teſtimonii Domini noſtri, neque te pudeat mei, qui ſum captiuus ipſius: ſed eſto particeps afflictionum Euãgelii, ex potẽtia Dei:

8 *Noli itaque erubeſcere teſtimonium Domini noſtri, neque me vinctum eius: ſed collabora Euangelio ſecundum virtutẽ Dei:*

Τοῦ σώσαντος ἡμᾶς, καὶ καλέσαντος κλήσει ἁγίᾳ· οὐ κατὰ τὰ ἔργα ἡμῶν, ἀλλὰ κατ' ἰδίαν πρόθεσιν καὶ χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ πρὸ χρόνων αἰωνίων.

1.Cor.1.d.1

9 Qui ſeruauit nos, & vocauit vocatione ſancta: non ex operibus noſtris, ſed ex ſuo proposito, & gratia, quæ data quidem eſt nobis in Christo Ieſu ante tempora ſecularia:

9 *Qui nos liberauit & vocauit vocatione ſancta: non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundũ propoſitum ſuum, et gratiã quæ data eſt nobis in Christo Ieſu ãte tẽpora ſecularia.*

Rom.16.d.25 ephes.1.a.4 coloſſ.1.d.26 tit.1.a.2

Φανερωθεῖσαν δὲ νῦν διὰ τῆς ἐπιφανείας τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καταργήσαντος μὲν τὸν θάνατον, φωτίσαντος δὲ ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν διὰ τοῦ εὐαγγελίου.

10 Sed patefacta nunc eſt per illuſtrem illum aduentum ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui & mortem aboleuit, & vitam in lucem produxit ac immortalitatem per Euangelium.

10 *Manifeſtata eſt autẽ nũc per illuminationẽ ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui deſtruxit quidẽ mortem, illuminauit autem vitam & incorruptionem per Euangelium.*

1.Timoth.2.b.7

Εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ κήρυξ καὶ ἀπόστολος, καὶ διδάσκαλος ἐθνῶν.

11 Cuius conſtitutus ſum ego præco & Apoſtolus, ac doctor Gentium.

11 *In quo poſitus ſum ego prædicator & Apoſtolus, & magiſter Gentium.*

Δι' ἣν αἰτίαν καὶ ταῦτα πάσχω· ἀλλ' οὐκ ἐπαισχύνομαι. οἶδα γὰρ ᾧ πεπίστευκα, καὶ πέπεισμαι ὅτι δυνατός ἐστι τὴν παραθήκην μου φυλάξαι εἰς ἐκείνην τὴν ἡμέραν.

12 Quam ob cauſam & hæc patior: neque erubeſco. noui enim cui crediderim, & mihi perſuaſum eſt eum poſſe depoſitum meum in illum diem ſeruare.

12 *Ob quam cauſam etiam hæc patior: ſed non confundor. ſcio enim cui credidi, & certus ſum quia potens eſt depoſitum meũ ſeruare in illum diem.*

8 Ipſius, αὐτοῦ. Id eſt ipſius cauſa. Epheſ. 3.a.1, ſic vocat afflictiones Euangelii quæ pro Euangelio perferuntur. Eſto mecum particeps afflictionum Euangelii, συγκακοπάθησον τῷ εὐαγγελίῳ. Euangelium dicitur quodammodo affligi in iis à quibus annuntiatur: & de ſe loqui Apoſtolum, ex proximè præcedentibus liquet: quamobrem expreſſi particulam Mecum. Vulgata, Collabora Euangelio. Ex potentia, κατὰ δύναμιν. Id eſt, fretus potentia Dei, vel Euangelio quod eſt ſecundum potentiam Dei. id eſt, in quo planè ſe exerit Dei potẽtia.

9 Propoſito & gratia, κατὰ πρόθεσιν καὶ χάριν. Id eſt, propoſito, eóque gratuito. Diximus autem de propoſito, Rom. 8. c. 28 & 29, & in caput primum epiſtolæ ad Epheſios. Data eſt, τὴν δοθεῖσαν. Datam eſſe dicit nobis gratiam ab æterno, ad quam videlicet ab æterno ſumus prædeſtinati. Sunt enim omnia Deo præſentia, ſed ſuo tempore nobis reipſa exhibetur quod ab æterno nobis Deus dedit. Meminerimus autem à tempore colligere nos gratis prædeſtinatos, ideóque doctrinam de præuiſa fide vel operibus repugnare Dei gratiæ ex diametro.

In Christo Ieſu, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Meritò hoc addit: eſt enim vnus Chriſtus is in quem ea gratia idque propoſitum Dei ferebantur. Vide Epheſ. 1.a.4 & 5. Ante tempora ſecularia, πρὸ χρόνων αἰωνίων. Id eſt, inquit Eraſmus, Ante tempora æterna. quo modo etiam cõuertit. Ego verò quid poſſim ante æternitatem imaginarii itaque vocari puto temporaria ſecularia, annorum ſeriem qui à ſeculorum origine fluxerunt: vt idem prorſus ſignificet Ante tempora ſecularia, atque Ante iacta mũdi fundamenta: ſiquidem tempus cum mundo cœpit. Bis autem omnino vtitur Paulus hac formula, nempe hoc loco, & Tit. 1. a. 2. quem locum vide.

10 In lucem produxit, φωτίσαντος. Id eſt, fecit vt illuceſceret vita. Vulg. ineptè, Illuminauit vitã. Reſpondet enim φωτίζειν hoc in loco, verbo Hebræo הֵאִיר in coniugatione hiphil. Nã de vita illa immortali perinde vt de coruſco lumine loquitur, ex Scripturæ more. Vulg. Illuminauit. Sed notandũ eſt præterea Pauli inſigne artificium hoc in loco. Quum enim ſoleat nomen τῆς ἐπιφανείας tribuere ſecundo aduentui, hic tamen de primo illo differens, quo nihil abiectius fingi poteſt, idem nomen vſurpauit: ideóque animos noſtros à cõtemplatione rerum externarum ad efficaciam illius aduentus contemplandam ſubuehit. Ita enim fit vt in illa tam abiecta ſerui forma verè tamen diuinam maieſtatem ipſi etiam diaboli cogantur adorare.

12 Noui enim cui crediderim, &c. οἶδα γὰρ ᾧ πεπίστευκα, &c. Eraſmus, Noui enim certúſque ſum quòd is cui credidi, &c. vt ſit hæc conſtructio, οἶδα γὰρ καὶ πέπεισμαι ὅτι ᾧ πεπίστευκα, &c. Sed valde dura eſt iſta traiectio, neque etiam vllo modo neceſſaria: quum plana ſint omnia, ſi poſt γὰρ ſubaudias ἑαυτόν, eclipſi admodum vſitata. Quum autem dicit ſibi notum eſſe eum cui credidit, omnia dicit quibus confirmari poteſt hominis imbecillitas. Depoſitũ meum, τὴν παραθήκην μου. Mutua eſt igitur depoſiti obligatio inter Deum & ſanctos ipſius quam quod ad illum attinet, prorſus gratuita. Nam is nobis dona ſua credidit, vt diximus 1. Tim. 6. d. 20, & mox repetitur verſu 14. nos verò illi viciſſim noſipſos committimus, & apud illum theſauros noſtros recondimus,

1. Tim.

1. Tim. 6. d. 18 & 19. Corona denique noſtra apud illum eſt ſepoſita, infrà 4. b. 8. Sed meminerimus horum omnium gloriam oportere ipſius gratuitæ bonitati in ſolidum acceptam ferre: & ius illud ὑποτύπωσις longè alio fundamento niti quàm noſtræ iuſtitiæ depoſitoꝛ: ſicut nimirum qui filius eſt, ſi officium fecit, non ideo tamen eſt paternarum facultatum particeps: ſed quia quum filius eſſet, officium fecit, idcirco pro filio agnoſcitur, alioquin à patre eiiciendus, & tandem abdicandus. Sed an ſatis firmum eſt hoc argumentum à potentia Dei ſumptum? Multa enim poteſt Deus, quæ tamen non facit. Reſpondeo, coniungendum eſſe voluntatis teſtimonium, quod etiam priore loco collocauit Apoſtolus, quum diceret ſe ſcire cui crediderit.

Ὑποτύπωσιν ἔχε ὑγιαινόντων λόγων, ὧν παρ' ἐμοῦ ἤκουσας ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

13 Exemplar teneto ſanorum ſermonum, quos à me audiſti cum fide & charitate quæ eſt in Christo Ieſu.

13 Formam habe ſanorum uerborum, quæ à me audiſti in fide & in dilectione in Chriſto Ieſu:

Τὴν καλὴν παραθήκην φύλαξον διὰ Πνεύματος ἁγίου τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν ἡμῖν.

14 Præclarum depoſitum ſerua per Spiritum ſanctum qui inhabitat in nobis.

14 Bonum depoſitum cuſtodi per Spiritum ſanctum qui habitat in nobis.

Οἶδας τοῦτο, ὅτι ἀπεστράφησάν με πάντες οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ὧν ἐστι Φύγελλος καὶ Ἑρμογένης.

15 Noſti hoc, auerſatos me fuiſſe omnes qui ſunt in Aſia: ex quibus eſt Phygellus & Hermogenes.

15 Scis hoc, quòd auerſi ſunt à me omnes qui in Aſia ſunt: ex quibus eſt Phygellus & Hermogenes.

Δῴη ἔλεος ὁ Κύριος τῷ Ὀνησιφόρου οἴκῳ· ὅτι πολλάκις με ἀνέψυξε, καὶ τὴν ἅλυσίν μου οὐκ ἐπῃσχύνθη.

16 Præſtet miſericordiam Dominus Oneſiphori familiæ: quoniam ſæpe me recreauit, & catenam meam non erubuit.

16 Det miſericordiam Dominus Oneſiphori domui: quia ſæpe me refrigerauit, & catenam meam non erubuit.

Ἀλλὰ γενόμενος ἐν Ῥώμῃ, σπουδαιοτέρως ἐζήτησέ με, καὶ εὗρε.

17 Imò quum eſſet Romæ, ſtudioſiſſimè quæſiuit me, & inuenit.

17 Sed quum Romam uenisset, ſolicitè me quæſiuit, & inuenit.

Δῴη αὐτῷ ὁ Κύριος εὑρεῖν ἔλεος παρὰ Κυρίου ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ· καὶ ὅσα ἐν Ἐφέσῳ διηκόνησε, βέλτιον σὺ γινώσκεις.

18 Det ei Dominus vt inueniat miſericordiam apud Dominum in die illo. quam multa etiam Epheſi ſubminiſtrarit, tu optimè noſti.

18 Det illi Dominus inuenire miſericordiam à Domino in illa die. & quanta Epheſi miniſtrârit, tu melius noſti.

Κεφάλαιον ΒΒ

CAP. II.

CAP. II.

Σὺ οὖν, τέκνον μου, ἐνδυναμοῦ ἐν τῇ χάριτι τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ·

1 TV igitur, fili mi, corroborare per gratiam quæ eſt in Chriſto Ieſu:

1 TV ergo, fili mi, confortare in gratia quæ eſt in Chriſto Ieſu:

Καὶ ἃ ἤκουσας παρ' ἐμοῦ διὰ πολλῶν μαρτύρων, ταῦτα παράθου πιστοῖς ἀνθρώποις, οἵτινες ἱκανοὶ ἔσονται καὶ ἑτέρους διδάξαι.

2 Et quæ audiſti à me inter multos teſtes, hæc committe fidelibus hominibus, qui ſint idonei ad alios quoque docendos.

2 Et quæ audiſti à me per multos teſtes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erũt & alios docere.

Σὺ οὖν κακοπάθησον ὡς καλὸς στρατιώτης Ἰησοῦ Χριστοῦ.

3 Tu igitur feras laborem vt bonus miles Ieſu Chriſti.

3 Labora ſicut bonus miles Chriſti Ieſu.

Οὐδεὶς στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις, ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ.

4 Nemo qui militat implicatur vitæ negotiis, vt ei placeat à quo delectus eſt miles.

4 Nemo militans implicat ſe negotiis ſecularibus, vt ei placeat cui ſe probauit.

13 Exemplar teneto, ὑποτύπωσιν ἔχε. Sic puto ſignificari vel docendi formam, vel ipſius doctrinæ praxin, quæ efficeret vt Timotheus eſſet viua quædam imago eius doctrinæ quam annuntiabat. Cum fide, ἐν πίστει· pro σοφῷ, vt ſæpe iam obſeruauimus. Vulg. In fide & charitate. vt intelligas ſanam illam doctrinam in duobus iſtis capitibus poſitam eſſe, nempe in fide & charitate: quæ rurſus in vno Chriſto ſitæ ſunt. qua ratione fortaſſis non ineptè conuerteris, De fide & charitate: vti ſolet interdum apud Hebræos vſurpari ב pro מן.

14 Depoſitum, παραθήκην, vel παρακαταθήκην. hic enim variant exemplaria, ſed eadẽ ſententia manente. Vide 1. Tim. 6. d. 10, & ſuprà, verſu 11.

17 Studioſiſſimè, σπουδαιότερον. Sic paulo pòſt βέλτιον pro βέλτιω. Vide 1. Tim. 3. d. 14.

IN CAPVT II.

2 Inter multos teſtes, διὰ πολλῶν μαρτύρων. Id eſt præſentibus multis, qui de his rebus poſſunt teſtari. Sic apud Græcos διὰ ponitur pro μετὰ: apud Hebræos autem ב pro בין: vnde & δια pro μετ' vel σὺν, vt 2. Corinth. 12. 4, & 3. c. 11. Sic & apud Ciceronem dicitur Catilina inter falcarios veniſſe in M. Lecæ domum, id eſt falcariis circunſeptus.

4 Vitæ, τοῦ βίου. Id eſt negotiis ad rem familiarem aut occupationes illas conſuetas pertinentibus, vt

similes mercaturã faceret. Itaque vitã pro victu non satis appositè videtur Erasmus interpretari. opponit enim ciuilem vitam Apostolus militari. Quidam legunt, Nemo militans Deo, implicet se negotiis secularibus, & c. sed repugnante omnium Græcorum codicum fide. Apparet autem similitudines esse quarum non addatur accommodatio, quòd per se satis sint planæ.

Ἐὰν δὲ ἀθλῇ τις, οὐ στεφανοῦται ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ.

5 Quòd si certet etiam aliquis, non coronatur nisi legitimè certauerit.

5 *Nam & qui certat in agone, non coronabitur nisi legitimè certauerit.*

Τὸν κοπιῶντα γεωργὸν δεῖ πρῶτον τῶν καρπῶν μεταλαμβάνειν.

6 Agricolam oportet ᵛ prius laborando fructus percipere.

6 *Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere.*

Νόει ἃ λέγω· δώσῃ γάρ σοι ὁ Κύριος σύνεσιν ἐν πᾶσι.

7 ᵛConsidera quæ dico.ᵛ Det igitur tibi Dominus intelligentiam in omnibus.

7 *Intellige quæ dico: dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum.*

Μνημόνευε Ἰησοῦν Χριστὸν ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν, ἐκ σπέρματος Δαβίδ, κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου.

8 Memento Iesum Christum resurrexisse ex mortuis, ᵛfactumᵛ ex semine Dauid, secundum Euangelium meum:

8 *Memor esto Iesum Christum resurrexisse à mortuis, ex semine Dauid, secundum Euangelium meum.*

Ἐν ᾧ κακοπαθῶ μέχρι δεσμῶν, ὡς κακοῦργος· ἀλλ' ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ οὐ δέδεται.

9 In quo, velut facinorosus, affligor vsque ad vincula: sed sermo Dei non est vinctus.

9 *In quo laboro usque ad uincula, quasi malè operans: sed uerbum Dei non est alligatum.*

Διὰ τοῦτο πάντα ὑπομένω διὰ τοὺς ἐκλεκτούς, ἵνα καὶ αὐτοὶ σωτηρίας τύχωσι τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, μετὰ δόξης αἰωνίου.

10 Ideo omnia sustineo ᵛpropter electos, vt & ipsi salutem consequantur quæ est in Christo Iesu, cum gloria æterna.

10 *Ideo omnia sustineo propter electos, ut & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu, cum gloria cælesti.*

Rom.6.b.5 Πιστὸς ὁ λόγος· εἰ γὰρ συναπεθάνομεν, καὶ συζήσομεν·

11 Fidus *est hic* sermo. ‖ nam si cum eo mortui sumus, cum eo etiam viuemus:

11 *Fidelis sermo: nam si commortui sumus, & conuiuemus.*

Εἰ ὑπομένομεν, καὶ συμβασιλεύσομεν· εἰ ἀρνούμεθα, κἀκεῖνος ἀρνήσεται ἡμᾶς·

Mat.10.d.33 mar.8.d.38

12 Si toleramus, etiam cum eo regnabimus: ‖ si abnegamus, & ille abnegabit nos.

12 *Si sustinebimus, & cõregnabimus: si negauerimus, & ille negabit nos.*

Εἰ ἀπιστοῦμεν, ἐκεῖνος πιστὸς μένει, ἀρνήσασθαι ἑαυτὸν οὐ δύναται.

Rom.3.c.3. & 9.b.6

13 Si infidi sumus, ‖ ᵛille *tamen* fidus manet, negare seipsum non potest.

13 *Si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest.*

Ταῦτα ὑπομίμνησκε, διαμαρτυρόμενος ἐνώπιον τοῦ Κυρίου μὴ λογομαχεῖν, εἰς οὐδὲν

14 Hæc suggere, ᵛobtestans coram Domino ne verborum pugnas sequantur: ᵛquod nullam

14 *Hæc admone, obtestans coram Domino. Noli contendere uerbis: ad nihil enim*

6 Prius, πρῶτον. Id est, necesse est agricolam, vt fructus percipiat, prius laborare. Refertur enim aduerbium πρῶτον ad participium κοπιῶντα, non autem ad μεταλαμβάνειν. quod fefellit Ambrosium, & alios nonnullos. Nam sic quoque hunc locum interpretati sunt Vetus interpres & Erasmus vt vix intelligas.

7 ᵛConsidera, νόει. id est versa in animo, & expende. Respondet enim Hebræo verbo בין. Id verò quia ne minima quidem ex parte præstare nostris viribus possumus, optat illi συνεσιν, id est intelligentiam à Domino, in qua magis ac magis confirmetur. Castellio Industriam ineptè conuertit. Det igitur, δώσῃ γάρ. Sic iam aliquoties obseruauimus hanc particulã vsurpari. Vulg. & Eras. Det enim.

8 Factum ex semine Dauid, ἐκ σπέρματος Δαβίδ. Suppleui quod deerat, ex Rom.1.a.3. Filium autem Dauidis quum Christum vocat, & verum hominem fuisse, & verum illum Messiam Dauidi promissum, significat.

10 Propter electos, διὰ τοὺς ἐκλεκτούς. Vide Colos.1.d.24, & 1.Cor.1.a.5, & deinceps.

11 Cum eo mortui sumus, συναπεθάνομεν. Id est, si vnà cum Christo & Christi ipsius causa affligimur, vt explicat Apostolus ipse Rom. 8.c.17. Item 2.Corinth.1.a.5, & 4.c.10.

13 ᵛIlle *tamen* fidus manet, ἐκεῖνος πιστὸς μένει. Deest coniunctio aduersatiua, de cuius eclipsi Hebræis familiari alibi diximus. Malui autem πιστὸν conuertere fidum quàm fidelem, vt sibi constet antithesis τῷ ἀπίστῳ. Nam alioqui Deus credulus videretur opponi hominibus incredulis. Itaque hoc loco ἄπιστος & πιστὸς idem declarant atque ἄνθρωπος & ἄνθρωπος, Rom.3.a.4.

14 Obtestans, διαμαρτυρόμενος. Id est, Domino etiam vt teste aut potius iudice aduocato, sicut fecerunt Moses, Iosue, Samuel, ipse denique Paulus Act.20. Nec enim satis est quæ sit voluntas Domini docere, sed zelo etiam opus est, eóque ciusmodi vt testimoniis verbi Dei comprobetur, apud ipsos etiam rebelles & contemptores. Quod nullã, &c. εἰς οὐδέν. Subauditur participiũ ὄν, absolutè positum, Atticorum more. Vulgata, Ad nihil enim vtile est, vt omnino videatur adiecisse particulam γάρ, & δέ subaudiatur. Eras. Ad nullam vtilitatem, non animaduerso hellenismo.

χρήσιμον, ὅτι καταστροφὴν τῶν ἀκουόντων.

adfert vtilitatem, imò audito res subuertit.

nihil est ad subuersionem audientium.

Σπούδασον σεαυτὸν δόκιμον παραστῆσαι τῷ Θεῷ, ἐργάτην ἀνεπαίσχυντον, ὀρθοτομοῦντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας.

15 Stude teipsum probatum sistere Deo, operarium qui non erubescat, & qui rectè sermonem veritatis secet.

15 Solicitè cura teipsum probabilè exhibere Deo, operarium inconfusibilem, rectè tractantem verbum veritatis.

Τὰς δὲ βεβήλους κενοφωνίας περίστασο· ὅτι πλεῖον προκόψουσιν ἀσεβείας·

16 Profanos autem de rebus inanibus clamores cohibe: ad maiorem enim procedent impietatem.

16 Profana autem & inaniloquia deuita: multum enim proficient ad impietatem.

Καὶ ὁ λόγος αὐτῶν ὡς γάγγραινα νομὴν ἕξει· ὧν ἐστὶν Ὑμέναιος καὶ Φίλητος·

17 Et sermo eorum depascet vt gangræna: ex quibus est Hymenæus & Philetus:

17 Et sermo eorum vt cancer serpet: ex quibus est Hymenæus & Philetus:

Οἵτινες περὶ τὴν ἀλήθειαν ἠστόχησαν, λέγοντες τὴν ἀνάστασιν ἤδη γεγενῆσθαι· καὶ ἀνατρέπουσι τινῶν τὴν πίστιν.

18 Qui circa veritatem aberrarunt à scopo, dicentes resurrectionem iam esse factam: & subuertũt quorundam fidem.

18 Qui à veritate exciderunt, dicentes resurrectionem esse iam factam: & subuertunt quorundam fidem.

Ὁ μέντοι στερεὸς θεμέλιος τοῦ Θεοῦ ἕστηκεν, ἔχων τὴν σφραγῖδα ταύτην, Ἔγνω Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ· καί, Ἀποστήτω ἀπὸ ἀδικίας πᾶς ὁ ὀνομάζων τὸ ὄνομα Χριστοῦ.

19 Solidum tamen fundamentum Dei stat, habens sigillum hoc, Nouit Dominus qui sint sui: &, Discedat ab iniustitia omnis qui nominat nomen Christi.

19 Sed firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc, Cognouit Dominus qui sunt eius: & Discedat ab iniquitate omnis qui nuncupat nomen Domini.

Ἐν μεγάλῃ δὲ οἰκίᾳ οὐκ ἔστι μόνον σκεύη χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, ἀλλὰ καὶ ξύλινα καὶ ὀστράκινα· καὶ ἃ μὲν εἰς τιμήν, ἃ δὲ εἰς ἀτιμίαν.

20 Cæterùm in magna domo non tantùm sunt vasa aurea & argentea, sed etiam lignea ac testacea: & alia quidem ad decus, alia verò ad dedecus.

20 In magna autem domo non solùm sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia: & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. Rom.9.c.21

15 Et rectè secet, ὀρθοτομοῦντα. Id est, qui primùm omnium, quod ad doctrinam ipsam attinet, nihil prætermittat quod dicendum sit: nihil etiam adiiciat de suo, nihil mutilet, discerpat, torqueat: deinde spectet diligenter quid ferat auditorum captus, quicquid denique ad ædificationem conducit. Est autem sumpta translatio ab illa legali victimarum sectione ac distributione. Itaque quibus satis est Euangelium vel epistolam (quam vocant) cantillare, idque peregrina lingua, quam nec ipse recitator nec populus intelligat, nimium sunt inepti. Omitto illos qui pro verbo Domini præsentissima veneno miseris ouibus ita obiiciunt vt etiam sumere cogant. Vulg. Rectè tractantem, non obseruata metaphora, ac proinde non explicata Apostoli sententia.

16 Profanos autē de rebus inanibus clamores, τὰς δὲ βεβήλους κενοφωνίας. Vulg. Profana autem & inaniloquia. Erasmus, Profanas vocum inanitates. Vide 1. Tim. 6. d. 20. Cohibe, περίστασο. Ad verbum, Circunsiste. Id est, obserua & velut obside, vt videlicet prohibeas quominus latius serpant, vti mox explicabimus. Vulgata, Deuita. Erasmus, Prætermittito. Procedent, προκόψουσιν. Vulgata & Erasmus, Proficient. Ego illud malui, quoniam Græcum vocabulum in vitio hic ponitur, quod non videtur Latino illi verbo conuenire posse.

17 Gangræna, γάγγραινα. Gangrænæ comparat falsas doctrinas ex inanibus ambitiosorum hominum argutiis, quasi ex equo (vt aiunt) Troiano prodeuntes: Ecclesiam vicissim cõsiderens corpori, cuius si partes aliquas inuaserit gangræna, officium est pastoris, tanquam periti chirurgi, prospicere ne in κήρωσιν & σφάκελον degeneret: & contagioni suos quasi fines circunscribere, ne sana membra inuadat.

18 Aberrarunt à scopo, ἠστόχησαν. Ter omnino vsus est Paulus hoc verbo in his duabus epistolis ad Timotheum Euangelistam scribens: quo non quoduis errarum in religione significatur, sed quod est eiusmodi vt fundamentum non retineatur: quæ distinctio omnibus præsertim Verbi ministris est necessaria.

Subuertunt, &c. ἀνατρέπουσι, &c. Quomodo sit accipiendum hoc dictum, exposuimus pluribus 1. Tim. 4. a. 1.

19 Qui nominat, &c. ὁ ὀνομάζων, &c. Id est qui colit, & tanquam fidelis ab illo cognominatur. Nam sicut nostra perseuerantia ac salus nititur prouidentia Dei, qua tanquam sub sigillo includimur & obsignamur, ita inuocatio (id est cultus Dei) per Spiritum est veluti illius sigilli character: vnde fit etiam vt ab eo cognomentum sumamus, quum nos illi addictos ac deuotos esse fateamur. Dicit ergo verè fideles non tantùm nomine, sed re quoque esse Christianos: quòd si nonnulli aliter faciant, non esse quòd illorum improbitate perturbemur, aut inde concludamus salutem nostram firmo fundamento non niti. Nunquam enim illi fuerunt quod se esse dicebant. Videtur autem mihi alludere ad principum morem, qui sua habebant familiaria symbola, quæ hodie vocamus *deuises*.

20 In magna domo, ἐν μεγάλῃ οἰκίᾳ. Occurrit obiectioni, fuisse tamen illos in Ecclesia. Fateor, inquit Paulus: sed diuersa sunt vasa in Ecclesia Domini.

Εαν οὖν τις ἐκκαθάρῃ ἑαυτὸν ἀπὸ τούτων, ἔσται σκεῦος εἰς τιμὴν, ἡγιασμένον, καὶ εὔχρηστον τῷ δεσπότῃ, εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἡτοιμασμένον.

21 Siquis igitur ſeipſum ab his ᵛexpurgarit, erit vas ad decus, ſanctificatum, & accommodũ vſibus Domini, & ad omne opus bonum comparatum.

21 *Siquis ergo emundauerit ſe ab iſtis, erit uas in honorem, ſanctificatum, & utile Domino, ad omne opus bonum paratum.*

Τὰς δὲ νεωτερικὰς ἐπιθυμίας φεῦγε· δίωκε δὲ δικαιοσύνην, πίστιν, ἀγάπην, εἰρήνην μετὰ τῶν ἐπικαλουμένων τὸν Κύριον ἐκ καθαρᾶς καρδίας.

1.Cor.3.a.1

22 Iuueniles autem cupiditates fuge: ſectare autem iuſtitiam, fidem, charitatem, pacem ‖cum iis ᵛqui inuocant Dominum ex puro corde.

22 *Iuuenilia autem deſideria fuge: ſectare uerò iuſtitiam, fidem, charitatem, & pacem cum iis qui inuocant Dominũ de uase puro.*

Τὰς δὲ μωρὰς καὶ ἀπαιδεύτους ζητήσεις παραιτοῦ, εἰδὼς ὅτι γεννῶσι μάχας.

1.Tim.3.a.4.& 4.b.7 tit.3.a.9

23 ‖Stultas autem & ᵛineruditas quæſtiones reiice, ſciens eas gignere pugnas.

23 *Stultas autem & ſine diſciplina quæſtiones deuita, ſciens quia generãt lites.*

Δοῦλον δὲ Κυρίου οὐ δεῖ μάχεσθαι, ἀλλ' ἤπιον εἶναι πρὸς πάντας, διδακτικὸν, ἀνεξίκακον·

24 Seruum autem Domini nõ oportet pugnare, ſed placidum eſſe erga omnes, aptum ad docendum, ᵛtolerantem malos.

24 *Seruum autem Domini non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes, docibilem, patientem,*

Ἐν πραότητι παιδεύοντα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους· μήποτε δῷ αὐτοῖς ὁ Θεὸς μετάνοιαν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας,

25 Cum lenitate erudientem eos ᵛqui contrario animo ſunt affecti: ᵛecquando det eis Deus ᵛvt reſipiſcentes agnoſcant veritatem:

25 *Cum modeſtia corripientẽ eos qui reſiſtunt: nequando Deus det illis pœnitentiam ad cognoſcendam ueritatem,*

Καὶ ἀνανήψωσιν ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος, ἐζωγρημένοι ὑπ' αὐτοῦ εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα.

26 Et *elapſi* ex diaboli laqueo, à quo captiui tenentur, ᵛ mentis ſanitatem recipiant ad *præſtandam* illius voluntatem.

26 *Et reſipiſcant à diaboli laqueu, à quo captiuementur ad ipſius uoluntatem.*

Κεφάλαιον γ'

CAP. III.

CAP. III.

Τοῦτο δὲ γίνωσκε, ὅτι ἐν ἐσχάταις ἡμέραις ἐνστήσονται καιροὶ χαλεποί·

1.Tim.4.a.1 2.pet.1.a.3 iude c.18

1 ILlud autẽ ſcito, ‖fore vt extremis diebus inſtent tempora moleſta.

1 *Hoc autẽ ſcito, quòd in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa:*

Ἔσονται γὰρ οἱ ἄνθρωποι φίλαυτοι, φιλάργυροι, ἀλαζόνες, ὑπερήφανοι, βλάσφημοι, γονεῦσιν ἀπειθεῖς, ἀχάριστοι, ἀνόσιοι,

2 Erunt enim homines ſui amãtes, auari, ᵛgloriоſi, ſuperbi, maledici, parentibus immorigeri, ingrati, ᵛimpuri,

2 *Et erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti,*

21 Expurgarit ſeipſum, ἐκκαθάρῃ ἑαυτὸν. Non cauſam propoſiti, ſed exequutionem declarat. Tum demum enim re ipſa eligimur quum ab illa natiua corruptione per Spiritum Dei reputgamur, in qua magis ac magis alii demerguntur qui ſunt iuſto exitio deſtinati. Ideóque addit Paulus ἀπὸ τούτων, ab his: quia ſanctificatio duo complectitur, nempe ſeparationem à reprobis, quibuſcum vnà inuoluuntur electi, donec illos Deus efficaci vocatione diſcernat: & repurgationem à naturali labe. Sed iubet vt repurgemus noſmetipſos. Ergo aliquid in libero arbitrio poſitum eſt. Nego verò conſequutionem, niſi liberũ arbitrium vocetur quod per Chriſtum ſit liberatum à peccati ſeruitute. Nam idcirco agimur Spiritu Dei, non quòd filii Adam, ſed quòd filii Dei ſimus, gratis electi, vocati, iuſtificati, ac tandem glorificandi. Volumus denique & efficimus, ſed per eum qui gratis & in ſolidum efficit in nobis bonam & efficacem voluntatem.

22 Qui inuocant, τὸν Κύριον ἐπικαλουμένων. Vide 1.Cor.1.a.2.

23 Ineruditas, ἀπαιδεύτους. Eruditionem vocat quæ alibi dicitur ædificatio. Vulg. Sine diſciplina.

24 Tolerantem malos, ἀνεξίκακον. vel, qui mala ſiue afflictiones toleret. Ideo Vulg. vertit Patientem.

25 Qui contrario animo ſunt affecti, τοῖς ἀντιδιατιθεμένοις. Id eſt τοῖς ἐναντίως φρονοῦσιν. Loquitur enim de iis quibus nondum perſpecta eſt veritas. Diſtinguendi ſunt igitur iſti ab apoſtatis, ac multo magis ab hæreticis, quos monet fugere: quum iſti contrà quærendi ſint, vt qui potiſſimùm opus habeant medico: quanquam illi quoque ita ſunt vitandi, vt tententur omnia quibus (ſi fieri poteſt) in viam redeant. ſed pro ratione morbi adhibenda ſunt remedia. Vulgata, Qui reſiſtunt. Eraſmus, Qui obſiſtunt, quaſi ſcriptum ſit ἀντικειμένοις, quod multos fefellit interpretes. Ecquãdo, &c. μήποτε, &c. Simile dicendi genus annotauimus Act.17.c.11.& Rom.11.b.14. Vt reſipiſcentes agnoſcant veritatem, μετάνοιαν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας. Vulgata & Eraſ. ad verbum, Pœnitentiam ad cognoſcendum veritatem. Mihi videtur (vt alibi dixi) pœnitentiæ nomẽ non exprimere Græcum vocabulum μετανοίας. Idcirco ſoleo reſipiſcentiam interpretari.

26 Mentis ſanitatem recipiant ad *præſtandam* illius voluntatem, ἀνανήψωσιν εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα. Aut ego vehementer fallor, aut ex vicinis relatiuis ἀυτοῦ & ἐκείνου, illud omnino ad diabolum, iſtud verò ad Deum pertinet. Verbum autem ἀνανήφειν malui aliquo verborum ambitu explicare, quàm reſipiſcẽdi verbo vti, quo modo ſoleo τὸ μετανοεῖν interpretari.

IN CAVT III.

2 Glorioſi, ἀλαζόνες. Vulg. Elati. Eraſ. Faſtuoſi. neuter ſatis rectè. Vide Rom.1.d.29. Impuri, ἀνόσιοι. Id eſt, quibus nullum ius eſt nec fas. Eraſ. Impii, ἀνοσίους. Vulg. Sceleſti, κηλήμονες.

Ἄστοργοι, ἄσπονδοι, διάβολοι, ἀκρατεῖς, ἀνήμεροι, ἀφιλάγαθοι,

3 Charitatis expertes, neſcii fœderis, calumniatores, intemperantes, immites, minimè amantes bonorum,

3 *Sine affectione, ſine pace, crimnatores, incontinentes, immites, ſine benignitate,*

Προδόται, προπετεῖς, τετυφωμένοι, φιλήδονοι μᾶλλον ἢ φιλόθεοι·

4 Proditores, præcipites, inflati, voluptatum amantes potius quàm amantes Dei:

4 *Proditores, præcipites, tumidi, voluptatum amatores magis quàm Dei:*

Ἔχοντες μόρφωσιν εὐσεβείας, τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἠρνημένοι. καὶ τούτους ἀποτρέπου.

5 Habentes ᵛformam pietatis, ſed qui vim eius abnegarint. iſtos igitur auerſare.

5 *Habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et hos deuita.*

Ἐκ τούτων γάρ εἰσιν οἱ ἐνδύνοντες εἰς τὰς οἰκίας, καὶ αἰχμαλωτεύοντες γυναικάρια σεσωρευμένα ἁμαρτίαις, ἀγόμενα ἐπιθυμίαις ποικίλαις·

6 ᵛEx his enim ſunt iſti ᵛqui irrepunt in familias, & captiuas ducunt mulierculas, onuſtas peccatis, actas cupiditatibus variis:

6 *Ex his enim ſunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas, oneratas peccatis, quæ ducuntur uariis deſideriis:*

Πάντοτε μανθάνοντα, καὶ μηδέποτε εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν δυνάμενα.

7 Semper diſcentes, ſed quæ nunquam ad cognitionem veritatis venire poſſint.

7 *Semper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes.*

Ὃν τρόπον δὲ Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς ἀντέστησαν Μωϋσεῖ, οὕτως καὶ οὗτοι ἀνθίστανται τῇ ἀληθείᾳ, ἄνθρωποι κατεφθαρμένοι τὸν νοῦν, ἀδόκιμοι περὶ τὴν πίστιν.

8 ‖Quemadmodum autem ᵛIannes & Iambres reſtiterunt Moſi, ita & hi reſiſtunt veritati: homines mente corrupti, reprobi circa fidem.

8 *Quemadmodum autem Iannes & Mambres reſtiterunt Moyſi, ita & hi reſiſtunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem.* Exod. 7.b.11

Ἀλλ' οὐ προκόψουσιν ἐπὶ πλεῖον· ἡ γὰρ ἄνοια αὐτῶν ἔκδηλος ἔσται πᾶσιν, ὡς καὶ ἡ ἐκείνων ἐγένετο.

9 Sed non procedent ᵛamplius: nam amentia iſtorum euidens erit omnibus, vt & illorum fuit.

9 *Sed ultrà non proficient. inſipientia enim eorum manifeſta erit omnibus ſicut & illorum fuit.*

Σὺ δὲ παρηκολούθησάς μου τῇ διδασκαλίᾳ, τῇ ἀγωγῇ, τῇ προθέσει, τῇ πίστει, τῇ μακροθυμίᾳ, τῇ ἀγάπῃ, τῇ ὑπομονῇ,

10 Tu verò ᵛaſſequutus es doctrinam meam, ᵛvitæ meæ rationem, ᵛpropoſitum, fidem, lenitatem, charitatem, tolerantiam,

10 *Tu autem aſſequutus es meam doctrinam, inſtitutionem, propoſitum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam,*

3 Charitatis expertes, ἄστοργοι. Vulgata, Sine affectione. Eraſ. Carentes affectu. Vide Rom. 1.d.30.

5 Formam, μόρφωσιν. Si hoc referas ad Legis cognitionem, μόρφωσις declarabit veram ipſam formã & effigiem pietatis, ſicut in Lege proponitur omnium oculis ſpectanda. Sed quorſum iſta cognitio, niſi vis eius nos afficiat? Sin autem reſpicias iſtorum hypocriſin, ſignificabit μόρφωσις inane pietatis ſimulacrum. Ideo
5 Vetus interpres Speciem interpretatur.

6 Ex his, ἐκ τούτων. Quis tandem Apelles magis graphicè iſta hominum monſtra depinxerit, qui ſeſe hodie Monachos vocant, quum, quocunque venias, nulli frequentius occurrant? Qui irrepunt, οἱ ἐνδύνοντες. Id eſt, qui veluti ſeſe immergunt. Vulg. Qui penetrant. Eraſ. Qui ſubeunt.

8 Iannes & Iambres, Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς. Vetus interpres legit Mambres. Cæterùm neceſſe eſt Paulum
10 hæc nomina accepiſſe vel ex libris qui interciderint, vel ex traditione aut commentariis aliquibus Hebræorum. Nam de peculiari aliqua reuelatione Spiritus quid attinet in re tantilli momenti diſputare? At nimium ſunt inepti qui prætextum hinc arripiunt vt nobis partim rancidas quaſdam traditiones, quas Patrum vocant, partim hæreticorum aut indoctorum quorundam hominum non modò ineptiſſimas, ſed etiam planè impias nugas Eccleſiæ Dei obtrudant, veluti Teſtamentũ x 11. Patriarcharũ, x. cap. Proteuãgeliũ, (quaſi videlicet Eu-
15 angelium Marci εὐάγραλον habeamus) Euangelium Nicodemi, Librum Paſtoris, Abdiæ acta Apoſtolorum, librum planè execrandum, denique ineptiarum & blaſphemiarum plauſtra, & cætera id genus. Neque enim dubium eſt quin diabolus hanc telam non ita pridem exorſus, tandem etiam abſoluat, niſi pii magiſtratus quorundam audaciæ & typographorum etiam nonnullorum ἀδιαφορίᾳ obuiam ierint.

9 Amplius, ἐπὶ πλεῖον. Vide infrà verſu 13.
20
10 Aſſequutus es, παρηκολούθησας. Eraſmus, Aſſectatus es. Facit autem hic locus manifeſtè contra Eraſmum, qui τὸ παρακολουθεῖν nihil aliud putauit ſignificare quã aſſectari, vti ſolet qui indiuiduus eſt comes. Quæritur igitur quid ſit aſſequi, id eſt adipiſci alterius perſequutiones & afflictiones. At ego quæro quid ſit aſſectari alicuius doctrinam & vitæ rationem. deinde quomodo dici poſſit Timotheus aſſectatus perſequutiones illas
25 quas Paulus Antiochiæ, Iconii, Lyſtris ſuſtinuit: quum eo tempore Timotheus adhuc ignotus eſſet Paulo, & in Macedonia degeret. Neque enim dubito quin Paulus de iis agat quæ commemorantur Act. 13 & 14. Quòd ſiquis contrà obniti velit, certè nihil præter vanas & inanes coniecturas adferet. Itaque παρακολουθεῖν propriè quidẽ fateor de aſſectatore dici, (vt ſuprà, 4.b.6) tranſlatitiè tamen etiam de animi intelligentia, vt pererudite obſeruauit Budæus. vnde παρακολουθήματα vocantur quæ non facilè quiſpiam intelligentia poſſit aſſequi.

Vitæ meæ rationem, τὴν ἀγωγήν. Hoc eſt omnino quod in vernaculo ſermone dicimus, *ma conduite*, vel, *ma maniere de faire*. Itaque nullo modo aſſentior Veteri interpreti, nec Eraſ. qui Inſtitutionem interpretantur.

Propoſitum, τὴν προθεσίν. Id eſt τὴν προαίρεσιν. acſi dicat, Tu, non modò quid docuerim, quid egerim, ſed etiam quæ mea mens ac voluntas fuerit, prorſus noſti.

Τοῖς διωγμοῖς, τοῖς παθήμασιν, οἷά μοι ἐγένετο ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἐν Ἰκονίῳ, ἐν Λύστροις· οἵους διωγμοὺς ὑπήνεγκα· καὶ ἐκ πάντων με ἐρρύσατο ὁ Κύριος.

11 Perſequutiones, afflictiones quæ mihi acciderunt Antiochiæ, Iconii, Lyſtris: quas perſequutiones ſuſtinuerim: ſed ex omnib⁹ eripuit me Dominus.

11 *Perſequutiones, paſſiones, qualia mihi facta ſunt Antiochiæ, Iconii, Lyſtris: quales perſequutiones ſuſtinui: & ex omnibus eripuit me Dominus.*

Καὶ πάντες δὲ οἱ θέλοντες εὐσεβῶς ζῆν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, διωχθήσονται.

11 Sed & omnes qui volunt piè viuere in Chriſto Ieſu, perſequutionem patientur.

11 *Et omnes qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu, perſequutionem patientur.*

Πονηροὶ δὲ ἄνθρωποι καὶ γόητες προκόψουσιν ἐπὶ τὸ χεῖρον, πλανῶντες καὶ πλανώμενοι.

13 Improbi autem homines & impoſtores ᵛ procedent in peius, tum ſeducentes *alios*, tum ſeducti *ipſi*.

13 *Mali autem homines & ſeductores proficient in peius, errantes, & in errorem mittentes.*

Σὺ δὲ μένε ἐν οἷς ἔμαθες καὶ ἐπιστώθης, εἰδὼς παρὰ τίνος ἔμαθες.

14 At tu permane in iis quæ didiciſti & quæ tibi concreta ſunt, ſciens à quo didiceris:

14 *Tu verò permane in iis quæ didiciſti & credita ſunt tibi, ſciens à quo didiceris:*

Καὶ ὅτι ἀπὸ βρέφους τὰ ἱερὰ γράμματα οἶδας, τὰ δυνάμενά σε σοφίσαι εἰς σωτηρίαν, διὰ πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

15 Téque à puero ſacras literas nouiſſe, quæ te poſſunt ſapientem reddere in ſalute, per fidem quæ eſt in Chriſto Ieſu.

15 *Et quia ab infantia ſacras literas noſti, quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem, per fidem quæ eſt in Chriſto Ieſu.*

2.Pet.1.d.20 Πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος, καὶ ὠφέλιμος πρὸς διδασκαλίαν, πρὸς ἔλεγχον, πρὸς ἐπανόρθωσιν, πρὸς παιδείαν τὴν ἐν δικαιοσύνῃ.

16 Tota Scriptura diuinitus eſt inſpirata, & vtilis ad doctrinã, ad redargutionem, ad correctionem, ad inſtitutionem, quæ eſt in iuſtitia:

16 *Omnis Scriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iuſtitia:*

Ἵνα ἄρτιος ᾖ ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐξηρτισμένος.

17 Vt perfectus ſit ᵛ homo Dei, ad omne opus bonum ᵛ perfectè inſtructus.

17 *Vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus.*

Κεφάλαιον οθ

CAP. IIII. CAP. IIII.

Διαμαρτύρομαι οὖν ἐγὼ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μέλλοντος κρίνειν ζῶντας καὶ νεκροὺς κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ.

OBteſtor igitur ego coram Deo & Domino Ieſu Chriſto, qui iudicaturus eſt viuos & mortuos in illuſtri illo ſuo aduentu & regno ſuo:

1 *Teſtificor coram Deo & Ieſu Chriſto, qui iudicaturus eſt viuos & mortuos, & per aduentum ipſius & regnum eius.*

11 Antiochiæ, ἐν Ἀντιοχείᾳ. Antiochiam Piſidiæ intelligit. Iconio & Lyſtris vicinam, vt apparet ex Act.13, & 14, vbi iſtæ hiſtoriæ commemorantur.

13 Procedent, προκόψουσιν. Vulg. & Eraſ. Proficient. Atqui non eſt hoc propriè proficere, nec progredi, ſed magis ac magis regredi. Simpliciter igitur hoc accipiendum eſt, quo ſignificatur fore vt illorum improbitas quotidie augeatur, ita tamen vt certi ſint illi limites conſtituti, quos non poſſit præterire: vt prædixit ſe pſeudapoſtolis qui tum Eccleſiam turbabant, eos ad metam ſuam peruenîſſe, Suprà, verſu 9. Iſta igitur non pugnant. de certis enim hominibus illic agit: hic verò in genere de hoſtibus Eccleſiæ, qui, vſquedum aduenerit noſtra redemptio, nunquam deerunt, & quotidie euadent ſeipſis deteriores.

17 Homo Dei, ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος. Hebr. איש האלהים, id eſt homo Dei, propriè ac peculiariter dicitur Propheta & voluntatis Dei interpres. quo nomine etiam Timotheum vt miniſtrum compellauit, 1.Tim.6. c.11. Itaque hæc ſacrarum literarum dignitatis prædicatio propriè ad miniſtros pertinet, quos teſtatur plenam in illis ſapientiam inuenturos: quod & nomina illa doctrinæ, redargutionis, correctionis, & inſtitutionis, manifeſtè declarant: quorum duo priora ad dogmata, duo poſteriora ad mores ſpectant, vt plena perfectáque ſit iſta deſcriptio Chriſtianiſmi in verbo ſcripto poſiti. Iam verò, ſi ita eſt vt non aliunde petere debeant Paſtores quicquid pabuli præbendum eſt gregi, aut oſtendant impuri Sophiſtæ & verbi Dei caupones, gregem non oportere in ea doctrina quæ à Paſtoribus proponitur, acquieſcere: aut miſerè decipi tum Paſtores tum greges, qui verbo Domini ſcripto non acquieſcant. Damnemus etiam blaſphemiam Caſtellionis, quem ſcribere non puduit, Paulum reconditiorem aliquam doctrinam habuiſſe quam non ſcripſerit, & ſolos quoſdam perfectos docuerit: & Verbum decidendis religionis controuerſiis non ſufficere, quocunque modo explicetur, ſed ampliorem aliquam reuelationem expectandam. Diximus autem ἄρτιον Matth. 11. b.16, quem idem ille compoſitum duntaxat conuertit, id eſt nimirum ad perfectam illam ſapientiam audien-

dam accommodatum, cuius veluti elementa complectantur quæcunque ab ipso etiam Paulo ſcripta ſunt. O bonitatem & modeſtiam omnium execratione dignam. Auget autem ſignificationem verbi præpoſitio ἐξ, quamobrem conuerti Perfectè inſtructum.

Κήρυξον τὸν λόγον, ἐπίστηθι εὐκαίρως, ἀκαίρως· ἔλεγξον, ἐπιτίμησον, παρακάλεσον ἐν πάσῃ μακροθυμίᾳ καὶ διδαχῇ.

2 Prædica ſermonem, inſta tẽpeſtiuè, intẽpeſtiuè: argue, obiurga: exhortare cum omni lenitate & doctrina.

2 Prædica uerbum, inſta opportunè, importunè: argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina.

Ἔσται γὰρ καιρὸς ὅτε τῆς ὑγιαινούσης διδασκαλίας οὐκ ἀνέξονται. ἀλλὰ κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τὰς ἰδίας ἑαυτοῖς ἐπισωρεύσουσι διδασκάλους, κνηθόμενοι τὴν ἀκοήν·

3 Nam erit tempus quum ſanam doctrinam non tolerabunt: ſed auribus prurientes, ipſi ſibi pro ſuis cupiditatibus coaceruabunt doctores:

3 Erit enim tempus quũ ſanam doctrinã non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros, prurientes auribus:

Καὶ ἀπὸ μὲν τῆς ἀληθείας τὴν ἀκοὴν ἀποστρέψουσι, ἐπὶ δὲ τοὺς μύθους ἐκτραπήσονται.

4 Et à veritate quidem aures auertent, ad fabulas verò conuertentur.

4 Et à ueritate quidẽ auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.

Σὺ δὲ νῆφε ἐν πᾶσι, κακοπάθησον, ἔργον ποίησον εὐαγγελιστοῦ, τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον.

5 At tu vigila in omnibus, perfer, opus perage Euangeliſtæ, miniſterii tui plenam fidẽ facito.

5 Tu uerò uigila in omnibus, labora, opus fac Euangeliſtæ, miniſterium tuum imple.

Ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι, καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκε.

6 Nam ego iam libor, & tempus meæ reſolutionis inſtat.

6 Ego enim iam deliboꝛ, & tempus reſolutionis meæ inſtat.

Τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι, τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα.

7 Certamen illud præclarum decertaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui.

7 Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui,

Λοιπόν, ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, ὃν ἀποδώσει μοι ὁ Κύριος ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ὁ δίκαιος κριτής· οὐ μόνον δὲ ἐμοί, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἠγαπηκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ.

8 Quod ſupereſt, repoſita eſt mihi iuſtitiæ corona, quam red det mihi Dominus in illo die, iuſtus ille iudex: non ſolùm au tem mihi, ſed & omnibus qui expetiuerint illuſtrem illum ipſius aduentum.

8 In reliquo, repoſita eſt mihi coꝛona iuſtitiæ, quã reddet mihi Dominus in illa die, iuſtus iudex: non ſolùm autem mihi, ſed & ijs qui diligunt aduentum eius.

Σπούδασον ἐλθεῖν πρός με ταχέως.

9 Stude venire ad me citó.

9 Feſtina ad me uenire citò.

Δημᾶς γάρ με ἐγκατέλιπεν, ἀγαπήσας τὸν νῦν αἰῶνα, καὶ ἐπορεύθη εἰς Θεσσαλονίκην· Κρήσκης εἰς Γαλατίαν, Τίτος εἰς Δαλματίαν.

10 Nã Demas me dereliquit, amplexus præſens ſeculum, & profectus eſt Theſſalonicam: Creſcens in Galatiam, Titus in Dalmatiam.

10 Demas enim me reliquit, diligens hoc ſeculũ, & abijt Theſſalonicam: Creſcens in Galatiam, Titus in Dalmatiam.

IN CAPVT IIII.

3 Ipſi ſibi, ἰδίοις. Vulgata & Eraſ. Sibi. At ego amplius aliquid ſignificari cenſeo, iſtos videlicet ſcitẽtes ac prudentes ſibi ſuæ pernicieꝛ ac exitii fieri inſtrumenta, vt (quemadmodum inquit ille) ne ipſa quidem ſalus illos poſſit ſeruare. Eant nunc cæci homines, & clamitent crudelem eſſe Dominum ſi plerique mortales tandiu ſunt in errore verſati.

4 Ad fabulas, ἐπὶ τοὺς μύθους. Id eſt falſas ac inutiles doctrinas, quibus ita nunc faſcinatus eſt mundus, vt veritatis apertam lucem malit modis omnibus extinctam quàm è tenebris emergere.

5 Perfer, κακοπάθησον. Hic κακοπαθῆν nõ ſignificat affligi dũtaxat, ſed quæuis perferre. Vulg. Labora: non expreſſa Apoſtoli ſententia. Eraſ. Obdura in afflictionibus: ambiguè. Miniſterii tui plenam fidem facito, τὴν διακονίαν σοῦ πληροφόρησον. Id eſt, veris argumentis comproba te germanũ eſſe Dei miniſtrũ. Vide Luc. 1. a. 1. Vulgata, Miniſterium tuum imple. ignorauit enim quid ſit πληροφορία. Eraſ. Miniſterium tuum ad plenum probatum reddito, non inepte. Neque enim hic agit de πληροφορία illa quæ propria eſt filiorum Dei: quum multi etiam reprobi potuerint πληροφορεῖσθαι Timotheum eſſe verum Dei miniſtrum.

6 Libor, σπένδομαι. Id eſt pro libamento offeror. Vulgata, Deliboꝛ inepte. Eraſ. Immoloꝛ. Vide Philip. 2. c. 17. Vtitur autem verbo σπένδομαι potius quàm σφάζομαι vel θύομαι, alludens ad ſanguinis aut etiam vini aſperſionem quæ in ſacrificiis vſurpabatur.

8 Qui expetiuerint, τοὺς ἠγαπηκότας. Τὸ ἀγαπᾶν hoc in loco reſpõdet verbo Hebræo חשק, quod & pro deſiderare accipitur, vt 1. Reg. 9. c. 19. vel, γ. 11. Vulg. & Eraſ. Qui diligunt.

10 Demas, Δημᾶς. Videtur ille poſtea reſipiſcens ad Paulum reuertiſſe, quum fiat eius mentio in Epiſtola ad Philemonem, quam probabile eſt poſt hanc ſcriptam fuiſſe, quum in ea fiat mentio Timothei ipſius in inſcriptione, atque etiam Marci, quaſi iam cum Paulo verſantis. Amplexus pr. ſec. ἀγαπήσας τὸν &c. Id eſt, acquieſcens in hoc ſeculo. Vulgata, Diligens. In Galatiam, εἰς Γαλατίαν. Epiphanius καθ' ἕτερα ἀντίγραφα legit εἰς Γαλλίαν, in Galliam: & hunc etiam lectionem reprehendit.

Coloſſ.4.b.9

Λουκᾶς ἐστι μόνος μετ' ἐμοῦ. Μάρκον ἀναλαβὼν ἄγε μετὰ σεαυτοῦ· ἔστι γάρ μοι εὔχρηστος εἰς διακονίαν.

Τυχικὸν δὲ ἀπέστειλα εἰς Ἔφεσον.

Τὸν φελόνην ὃν ἀπέλιπον ἐν Τρωάδι παρὰ Κάρπῳ, ἐρχόμενος φέρε, καὶ τὰ βιβλία, μάλιστα τὰς μεμβράνας.

Ἀλέξανδρος ὁ χαλκεὺς πολλά μοι κακὰ ἐνεδείξατο· ἀποδῴη αὐτῷ ὁ Κύριος κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.

Ὃν καὶ σὺ φυλάσσου. λίαν γὰρ ἀντέστη τοῖς ἡμετέροις λόγοις.

Ἐν τῇ πρώτῃ μου ἀπολογίᾳ οὐδείς μοι συνεπαρέγενετο, ἀλλὰ πάντες με ἐγκατέλιπον· μὴ αὐτοῖς λογισθείη.

Ὁ δὲ Κύριός μοι παρέστη, καὶ ἐνεδυνάμωσέ με, ἵνα δι' ἐμοῦ τὸ κήρυγμα πληροφορηθῇ, καὶ ἀκούσῃ πάντα τὰ ἔθνη· καὶ ἐρρύσθην ἐκ στόματος λέοντος.

Καὶ ῥύσεταί με ὁ Κύριος ἀπὸ παντὸς ἔργου πονηροῦ, καὶ σώσει εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ τὴν ἐπουράνιον· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

supra.1.b.16

Ἀσπάσαι Πρίσκαν καὶ Ἀκύλαν, καὶ τὸν Ὀνησιφόρου οἶκον.

Ἔραστος ἔμεινεν ἐν Κορίνθῳ. Τρόφιμον δὲ ἀπέλιπον ἐν Μιλήτῳ ἀσθενοῦντα.

Σπούδασον πρὸ χειμῶνος ἐλθεῖν. Ἀσπάζεταί σε Εὔβουλος, καὶ Πούδης, καὶ Λῖνος, καὶ Κλαυδία, καὶ οἱ ἀδελφοὶ πάντες.

11 Lucas mecũ eſt ſolus. Marcum aſſumptum adduc tecum: eſt enim mihi perutilis ad miniſterium,

12 Porro Tychicũ miſi Epheſũ.

13 Penulam quã reliqui Troade apud Carpum, adfer quum venies, & libros, maximè membranas.

14 Alexãder faber ærarius multa mala mihi exhibuit: reddat ei Dominus ſecundum facta ipſius.

15 Quẽ & tu caue: vehemẽter enim reſtitit ſermonibus noſtris.

16 In prima mea defenſione nemo mihi adfuit, ſed omnes me deſeruerunt: ne illis imputetur.

17 Sed Dominus mihi adfuit, & corroborauit me: vt per me fieret fides præconii quod audirẽt omnes Gẽtes: & ereptus fui ex ore leonis.

18 Et eripiet me Dominus ab omni opere malo, ſeruabítque regno ſuo cæleſti: cui gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

19 Saluta Priſcam & Aquilam, & Oneſiphori familiam.

20 Eraſtus manſit Corinthi. Trophimum autem reliqui Mileti ægrotantem.

21 Stude venire ante hyemem. Salutat te Eubulus & Pudens & Linus & Claudia, & fratres omnes.

11 *Lucas eſt mecum ſolus. Marcum aſſume & adduc tecum: eſt enim mihi utilis in miniſterium.*

12 *Tychicum autem miſi Epheſum.*

13 *Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, veniens, adfer tecum, & libros, maximè autem membranas.*

14 *Alexander ærarius multa mala mihi oſtẽdit: reddat illi Dominus ſecundum opera eius.*

15 *Quẽ & tu deuita: valde enim reſtitit verbis noſtris.*

16 *In prima mea defenſione nemo mihi adfuit, ſed omnes me dereliquerũt: non illis imputetur.*

17 *Dominus autẽ mihi aſſtitit, & confortauit me, ut per me prædicatio impleatur, & audiant omnes Gentes: & liberatus ſum de ore leonis.*

18 *Liberabit autem me Dominus ab omni opere malo: & ſaluum faciet in regnum ſuum cæleſte: cui gloria in ſecula ſeculorum. Amen.*

19 *Saluta Priſcam & Aquilã, & Oneſiphori domum.*

20 *Eraſtus remanſit Corinthi. Trophimum autem reliqui infirmum Mileti.*

21 *Feſtina ante hyemem uenire. Salutat te Eubulus & Pudens & Linus & Claudia, & fratres omnes.*

11 Penulã, φαιλόνην. In hoc vocabulo ſcribendo non cõuenit librariis. nam in nonnullis codicibus legimus φαιλόνην, in aliis etiam φαινόλην. Sed & quid ſit φαινόλη variè tradunt. volunt enim quidam eſſe nõ penulã, ſed ſcriniolum: quidam verò volumen. Ego non modò exiſtimo penulam eſſe, qua pro pallio vtebantur veteres, ſed etiam φαινόλην Romanum eſſe vocabulum, metatheſi literarum corruptum, adeo quidem vt etiam φαιρόλας, & quidẽ rectius ſcribatur: quod tamẽ vocabulũ negat Romanũ eſſe Athenæus lib. 3. Quid ſit autem φαιρόλας licet etiam ex his Artemidori verbis cõiicere, libro ὀνειροκριτικῶν 2. cap. 3, Χλαμὺς δὲ ὁ ἵππικὸς μαντύης, (nos vocamus nec mantr, nec un manteau) οἱ δὲ ἱματισμὸν ἀπὸ ἐλάφου, οἱ δὲ βύσσινον καλοῦσι, βλέψις δ' ἐστὶν ἐχθρείας καὶ πᾶς διαζώσθαι κατάλληλος μαντύῃ, ἀφῃρῆσθαι τὴν ἐμπόδισιν καὶ σῶμα. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ὁ λεγόμενος φαιρόλας.

14 Multa mala mihi exhibuit, πολλά μοι κακὰ ἐνεδείξατο. Heb. תראית עמך קשות id eſt, Oſtẽdiſti populo tuo dura, Pſal. 60. a. 5, pro Feciſti vt videret & experiretur dura. Nõ diſſimili genere loquendi puto Latinos vti quũ dicunt, Curam, moleſtiam, dolorem alicui exhibere. Vulgata, Multa mala mihi oſtendit. Eraſmus, Multis malis me affecit. Quod autem attinet ad verbum ἀποδῴη, quod nonnulli per futurum expoſuerunt, ne ſit imprecatio, id verò fruſtra nonnullos torſit, vt alibi diximus: quum is manifeſta ſuæ reprobationis ſigna edidiſſet. quanquam imitandum non ſit hoc exemplũ abſque magna cõſideratione. Spectandũ enim etiam eſt quis loquatur.

16 Omnes, πάντες. Vbi tum Petrus, ſi Romæ erat?

17 Fieret fides præconii, τὸ κήρυγμα πληροφορηθῇ. De verbo πληροφορεῖν diximus ſuprà, ver. 5. τὸ κήρυγμα, id eſt præconium, καὶ ἀκούσῃ vocat Euangelii prædicationem. Vulgata, Prædicatio impleretur: non expreſſa Apoſtoli ſententia. Eraſmus, Præconium expleretur: nihilo certè felicius, niſi quòd in annotationibus rectius explicat.

Quod audirẽt, καὶ ἀκούσῃ. Ad verbũ, Et audirent, ſub. illud. quod dicendi genus alibi expoſuimus. Leonis, λέοντος. Sic Neronem vocat formula dicendi multis locis apud Danidem præſertim vſitata.

18 Ab omni opere malo, ἀπὸ παντὸς ἔργου πονηροῦ. Ideſt, purum me conſeruabit ne quid admittam Apoſtolo indignum. Regno ſuo, εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ. Id eſt, vt regni ſui participem faciat.

Ο Κύριος Ιησοῦς Χριστὸς μετὰ τοῦ πνεύματός σου. ἡ χάρις μεθ' ὑμῶν. ἀμήν.

Dominus Ieſus Chriſtus ſit cum ſpiritu tuo. Gratia eius ſit vobiſcum. Amen.

Dominus Ieſus Chriſtus cum ſpiritu tuo. Gratia vobiſcum. Amen.

Πρὸς Τίτον ἐγράφη ἀπὸ Κρήτης τῆς Ἐπισκοπὴν οὐκ ἔχοντα αὐτὸν χειροτονήσαντα, ἐγκαίρως δὲ ἀπὸ Ῥώμης, ἐν ᾗ καὶ δεύτερον παρῆν Παῦλος τῷ Καίσαρι Νέρωνι.

Scripta eſt Roma ſecunda ad Timotheum, qui primus Epheſi ordinatus fuit Epiſcopus, quum Paulus iterum ſiſteretur Cæſari Neroni.

Scripta è Roma ad Timotheum ſecunda, cùm Paulus iterum ſiſteretur Cæſari Neroni.

25 Qui primus, &c. πρῶτον, &c. Hoc membrum non extat in quibuſdam vetuſtis codicibus, & ſuppoſitum fuiſſe non dubito.

Epiſtola Pauli Apoſtoli ad Titum.

Παύλου τοῦ ἀποστόλου πρὸς Τίτον ἐπιστολή.

Κεφάλαιον α'

NOVA INTERPR.	VETVS.
CAP. I.	CAP. I.
ΠΑΥΛΟΣ δοῦλος Θεοῦ, 1 ἀπόστολος δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ πίστιν ἐκλεκτῶν Θεοῦ, καὶ ἐπίγνωσιν ἀληθείας τῆς κατ' εὐσέβειαν·	Paulus ſeruus Dei, Apoſtolus autem Ieſu Chriſti ſecũdum fidem electorum Dei, & agnitionem veritatis quæ eſt ſecundũ pietatem:	Paulus ſeruus Dei, Apoſtolus autem Ieſu Chriſti ſecundũ fidem electorum Dei, & agnitionem veritatis quæ ſecundum pietatem eſt:
Ἐπ' ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου, ἣν ἐπηγγείλατο ὁ ἀψευδὴς Θεὸς, πρὸ χρόνων αἰωνίων, ἐφανέρωσε δὲ καιροῖς ἰδίοις·	2 Ad ſpem vitæ æternæ quam promiſit Deus ille mentiri neſcius, ante tempora ſecularia, patefecit autẽ temporibus ſuis:	2 In ſpem vitæ æternæ, quã promiſit qui non mẽtitur Deus, ante tempora ſecularia, manifeſtauit autem temporibus ſuis:

Rom.16.d.25 ephes.3.b.9 coloſ.1.d.26 2.tim.1.c.9 1.pet.1.d.20

IN CAPVT I.

1 Seruus, δοῦλος. Id eſt miniſter, qua ratione etiam Chriſtus ipſe, quatenus fuit miniſter, & quidem Prophetarum caput, ſeruus dicitur, Eſaiæ 43.b.10, & alibi ſæpe: vt Chryſoſtomus hac appellatione Chriſto attributa minimè debuerit offendi. Secundum fidem, κατὰ πίστιν. Vel, ad fidem electorum Dei, videlicet annuntiandam, vt κατὰ pro εἰς ponatur. Illud tamen vt ſimplicius præfero, quòd videatur Paulus in eo verſari vt oſtendat apoſtolatus ſui conſenſum cum Prophetarum & reliquorum Apoſtolorum doctrina, acſi illum diceret cum fide electorum cõſentire qui fuerunt à mundi origine. Electorum Dei, ἐκλεκτῶν δὲ Θεοῦ. i. eorum quos Deus elegit, quaſi electitios dicas. Veritatis, ἀληθείας. Explicat quid fidem vocarit, nimirum agnitionem veræ religionis, quæ paſſim ſolet ἀλήθεια vocari κατ' ἐξοχὴν, vt Iohan. 17.c.17. Gal. 3.a 1. Coloſſ. 1.a.5, & alibi ſæpe: hic tamen explicatur, vt de qua veritate agatur ambigi non poſſit, de ea nimirum quæ ad pietatẽ pertinet. Obſeruari autẽ debet propria ſignificatio τῆς ἐπιγνώσεως, i. agnitionis. Neq; enim cognitione duntaxat, ſed etiã agnitione veritatis conſtat electorum fides: quanquam hoc diſcrimen non ſit perpetuum, quòd interdum πίστις accipiatur ἀπὸ τῆς ἐπιγνώσεως, vt 1. Iohan. 1.a.3, & 4, & alibi aliquoties.

2 Ad ſpem, ἐπ' ἐλπίδι. id eſt εἰς ἐλπίδα, vt (meo quidem iudicio) rectè conuertit Vetus interpres. Finis enim hic eſt Apoſtolici muneris, ipſius denique fidei, nos adducere ad vitæ æternæ ſpem: quæ fallere nos non poſſit, quum nitatur promiſſione Dei qui eſt ipſa veritas. Ideo tradit Apoſtolus 1. Corinth. 13, fore vt prophetia & inſtructio aboleatur, quum nullus iam fidei aut ſpei locus erit, nobis reipſa fruentibus Dei conſpectu. Eraſmus, In ſpe. Caſtellio, Cum ſpe, quod mihi non placet. Quam promiſit, ἣν ἐπηγγείλατο, id eſt, quam vltro & gratuita liberalitate promiſit. Hæc enim vis eſt verbi ἐπαγγέλλεσθαι, vt alibi diximus, nequis præuiſam fidem vel merita, faciat promiſſionis cauſam, cum Pelagianis aut aliis ſophiſtis. Ante tempora ſecularia, πρὸ χρόνων αἰωνίων. Eraſ. Ante tempora æterna: quam interpretationem cur reiiciam diximus 1. Tim. 1.c.9. Omnino enim eo actum eſt æterna interpretari, non quæ initium non habuerint, ſed ante quæ nulla fuerint. Deinde non dicit Apoſtolus, A temporibus æternis, ſi ita libeat interpretari: ſed ante tempora æterna: vt mihi quidem videatur referri non poſſe verbum ἐπαγγέλλεσθαι ne ad primam quidem illam & antiquiſſimam promiſſionem quæ Adamo facta eſt, Gen. 3.c.15, nedum ad promiſſionem eãdem Abrahamo renouatam. Quid igitur nempe Ante tempora ſecularia, idem declarat atque ante omnem ſeculorum ſeriem, ſiue priuſquam hic mundus eſſet, vt Iohan. 17.a.5. i. ab æterno. Nam quia Deo ſunt omnia præſentia, & certò omnino futurum eſt quod Deus futurum decreuit: ideo dicitur Deus ab æterno feciſſe quod ſuo demum tempore nobis patefit. Sic dicitur Deus nos elegiſſe ante iacta mundi fundamenta (Epheſ. 1.a.4,) id eſt eligere propoſuiſſe. Sic dicitur nobis ante tempora ſecula-

ria vitam æternam dediſſe in Chriſto, id eſt dare propoſuiſſe, 1. Timoth. 1. c. 9. Hoc modo plures ſimiles locos putarim explicandos.

Τὸν λόγον αὐτῆς, τὸ κηρύγματι ὃ ἐπιστεύθην ἐγὼ κατ' ἐπιταγὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ· Τίτῳ γνησίῳ τέκνῳ κατὰ κοινὴν πίστιν·

Galat. 1. c. 1

3 Videlicet ſermonem illũ ſuũ, per prædicationem quæ cõcredita eſt mihi ex mãdato ſeruatoris noſtri Dei: Tito germano filio in communi fide:

3 Verbum ſuum in prædicatione quæ credita eſt mihi ſecundum præceptũ ſalvatoris noſtri Dei. Tito dilecto filio ſecundum communem fidem:

Χάρις, ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν.

4 Gratia ſit tibi, miſericordia, & pax à Deo Patre, & Domino Ieſu Chriſto ſeruatore noſtro.

4 Gratia & pax à Deo Patre, & Chriſto Ieſu ſalvatore noſtro.

Τούτου χάριν κατέλιπόν σε ἐν Κρήτῃ ἵνα τὰ λείποντα ἐπιδιορθώσῃ, καὶ καταστήσῃς κατὰ πόλιν πρεσβυτέρους, ὡς ἐγώ σοι διεταξάμην·

5 Huius rei gratia reliqui te in Creta vt quæ reliqua ſunt corrigas, & conſtituas oppidatim preſbyteros, ſicut ego tibi mandaui:

5 Huius rei gratia reliqui te in Creta ut ea quæ deſunt corrigas, & conſtituas per ciuitates preſbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi:

1. Tim. 3. c. 2

Εἴτις ἐστὶν ἀνέγκλητος, μιᾶς γυναικὸς ἀνὴρ, τέκνα ἔχων πιστὰ, μὴ ἐν κατηγορίᾳ ἀσωτίας, ἢ ἀνυπότακτα.

6 Siquis eſt inculpatus, vnius vxoris vir, liberos habens fideles, nõ obnoxios crimini luxæ, vel qui non ſint refractarii.

6 Siquis ſine crimine eſt, unius uxoris uir, filios habens fideles, non in accuſatione luxuriæ, aut nõ ſubditos.

Δεῖ γὰρ τὸν ἐπίσκοπον ἀνέγκλητον εἶναι, ὡς Θεοῦ οἰκονόμον, μὴ αὐθάδη, μὴ ὀργίλον, μὴ πάροινον, μὴ πλήκτην, μὴ αἰσχροκερδῆ·

7 Oportet enim epiſcopũ inculpatum eſſe, tanquã Dei diſpenſatorem, non ſibi pertinaciter placentem, nõ iracundum, nõ vinoſum, non percuſſorẽ, non turpiter lucri cupidum:

7 Oportet enim epiſcopũ ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſatorem, nõ ſuperbum, non iracundum, nõ uinolẽtum, non percuſſorem, non turpis lucri cupidum:

Ἀλλὰ φιλόξενον, φιλάγαθον, σώφρονα, δίκαιον, ὅσιον, ἐγκρατῆ.

8 Sed hoſpitalẽ, bonorũ amantẽ, tẽperãtẽ, iuſtũ, piũ, cõtinẽtẽ.

8 Sed hoſpitalem, benignũ, ſobrium, iuſtum, ſanctum, continentem:

Ἀντεχόμενον τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν πιστοῦ

9 Tenacem fidelis illius ſer-

9 Amplectentem cũ qui ſecundum doctrinam eſt,

3 *Videlicet* ſermonem illum ſuum, τὸν λόγον αὐτῆς. Id eſt promiſſionem illam ſuam. Nam articulus vim habet αὐτοκατὰ, & λόγος idipſum declarat quod Deus loquutus erat, id eſt quod promiſerat, vt explicatur Iuc. 1. c. 55. Sic enim accipitur apud Hebræos nomen דבר pro ſponſione, & hac etiam ratione videri poſſit probabile, Filium Dei à Iohanne vocari τὸν λόγον μετωνυμικῶς, vt diximus Iohan. 1. a. 1. *Seruatoris*, σωτῆρος. Id eſt, qui nobis vitam dedit, non autem duntaxat conſeruauit: aut periclitantes liberauit. Iam enim eramus in morte. Et vocabulum σωτῆρος ita expoſuit Cicero ipſe lib. 4. in Verrem, faſſus ita magnum eſſe hoc nomen vt Latino vno verbo exprimi non poſſit. Vide 1. Tim. 1. a. 1. *In communi fide*, κατὰ κοινὴν πίστιν. Id eſt fidei reſpectu, quæ quidem & Paulo parri & Tito filio communis erat, vt hac ratione ſint fratres, ſicut miniſterii reſpectu ille genuit, hic genitus eſt in fide.

4 *Gratia ſit tibi*, χάρις. Cur iſta adiecerim, expoſuimus Rom. 1. a. 7. *Miſericordia*, ἔλεος. Vide 1. Tim. 1. a. 1. Origenes hoc non legit hoc in loco.

5 *Corrigas*, ἵνα τὰ λείποντα ἐπιδιορθώσῃ. Pergas corrigere. Ita conuertit ex Chryſoſtomo Eraſmus, propter additã præpoſitionem ἐπὶ, quæ indicat Titum in eo opere perficiendo Paulo ſucceſſiſſe. *Conſtituas*, καταστήσῃς. Vide Act. 14. d. 23, ex quo etiam loco intelliges cur addiderit Paulus ὡς ἐγώ σοι διεταξάμην, vt ego tibi mandaui. Vide etiam 1. Tim. 5. d. 22.

6 *Vnius vxoris vir*, μιᾶς γυναικὸς ἀνὴρ. Vide 1. Tim. 3. a. 1, & 5. b. 9. *Refractarii*, ἀνυπότακτα. Sic propriè dicũtur equi vel boues qui iugum ſubire nolunt. Vulg. Non ſubditi. Eraſ. Intractabiles.

7 *Diſpenſatorem Dei*, Θεοῦ οἰκονόμον. Id eſt, quem Dominus donorum ſuorum diſpenſatorem conſtituit. *Non ſibi pertinaciter placentem*, μὴ αὐθάδη. Vel, non aſperis moribus, & difficili quadam natura, qualis fuit Cæcilius ille Põponii Attici auunculus. Oritur autem hoc vitium ex eo quòd cuipiã cæteri præ ſeipſo diſpliceant: vt hoc vitiũ meritò ſit à Græcis αὐθάδεια vocatũ, quã meritò dixit Plato τῆς ὑπερμέτρου ἡδονῆς, vt annotauit doctiſſimus interpres. Ab eo autem vitio alieniſſimos eſſe oportet Chriſti miniſtros, quibus contrà nihil eſſe debet κατανεπτότερον. Vulg. Superbũ, & mox ver. 10, Inobedientẽ. Eraſ. Præfractum. Gallicè poſſis vocare, *Contẽt de ſa perſonne*. *Non vinoſum*, μὴ πάροινον. Vulg. Vinolentum. quod meritò muranit Eraſmus. Vide 1. Tim. 3. a. 3.

8 *Bonorum amãtem*, φιλάγαθον. Vulg. Benignum, improprié. Eraſmus, Bonarum rerum ſtudioſum. Ego malo ad perſonas quàm ad res referre. Dixit enim potius φιλάγαθον quanquam illud ex hoc conſequitur.

Temperantem, σώφρονα. Vel circunſpectum & ſani iudicii, & ſingulare moderationis exemplar. Id enim ſignificari nomine σωφροσύνης, ſæpe iam diximus, quanuis interdũ minus latè pateat. Vulg. & Eraſ. Sobrium, ambiguè, nec ſatis expreſſè hoc in loco. Hieronymus, Caſtum, vel pudicum: eo nomine etiam Veterem interpretẽ reprehendens quòd pro pudico prudentem verterit: ineptè profectò, vt rectè annotauit Eraſmus. Nam (inquit Eraſmus) tuendæ virginitatis ſtudio, quicquid poteſt ad ſuas pertrahit copias. Quaſi verò σωφροσύνη ab vxoribus non requiſierit Apoſtolus, 1. Tim. 2. d. 15. *Iuſtum*, pium, δίκαιον, ὅσιον. Iſta nõ ſunt ſynonyma, ſed illud quidem ad poſteriorem tabulam Legis, hoc verò ad priorem ſpectat: quod non vidit Hieronymus.

9 *Tenacem*, ἀντεχόμενον. Vulg. Amplectentem, non rectè. *Fidelis illius ſermonis*, τοῦ κατὰ τὸν λόγον. Fidelem ſeu fidum ſermonem vocat ſuo more, cui meritò credi poſſit, ſiue qui nunquam fallat. quamobrem etiam veritatis nomine ſignificatur, Iohan. 17. c. 17, & alibi ſæpe. Vetus interpres & Eraſmus articulum omiſerunt, qui tamen ſua emphaſi non caret.

λόγου, ἵνα δυνατὸς ᾖ καὶ παρακαλεῖν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῇ ὑγιαινούσῃ, καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν.

monis qui ad doctrinam facit, vt possit etiã exhortari per doctrinam sanam, & contradicẽtes conuincere.

fidelem sermonem, ut potens sit & exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere.

Εἰσὶ γὰρ πολλοὶ καὶ ἀνυπότακτοι, ματαιολόγοι καὶ φρεναπάται, μάλιστα οἱ ἐκ περιτομῆς·

10 Sunt enim multi refractarii, & vaniloqui, & mentium deceptores, maximè ii qui sunt ex Circuncisione.

10 *Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui & seductores, maximè qui de Circuncisione sũt.*

Οὓς δεῖ ἐπιστομίζειν οἵτινες ὅλους οἴκους ἀνατρέπουσι, διδάσκοντες ἃ μὴ δεῖ, αἰσχροῦ κέρδους χάριν.

11 Quibus oportet os obturare: qui totas domos subuertũt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia.

11 *Quos oportet redargui: qui universas domos subvertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia.*

Εἶπέ τις ἐξ αὐτῶν ἴδιος αὐτῶν προφήτης, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.

12 Dixit quidã ex ipsis proprius ipsorum propheta, Cretenses semper mendaces, malæ feræ, ventres pigri.

12 *Dixit quidam ex illis, propriusipsorum prophẽta. Cretenses semper mẽdaces, malæ bestiæ, uentres pigri.*

Ἡ μαρτυρία αὕτη ἐστὶν ἀληθής· δι' ἣν αἰτίαν ἔλεγχε αὐτοὺς ἀποτόμως, ἵνα ὑγιαίνωσιν ἐν τῇ πίστει·

13 Testimonium hoc est verũ. quã ob causam eos redarguito præcisè, vt sani sint in fide:

13 *Testimonium hoc uerũ est. quãob causam increpa illos durè, ut sani sint in fide:*

Μὴ προσέχοντες Ἰουδαϊκοῖς μύθοις, καὶ ἐντολαῖς ἀνθρώπων ἀποστρεφομένων τὴν ἀλήθειαν.

14 Non attendẽdo Iudaicis fabulis, & mãdatis hominum auersantium veritatem.

14 *Non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum auersantium se à veritate.* 1. Tim. 1. 4

Πάντα μὲν καθαρὰ τοῖς καθαροῖς· τοῖς δὲ μεμιαμμένοις καὶ ἀπίστοις οὐδὲν καθαρόν, ἀλλὰ μεμίανται αὐτῶν καὶ ὁ νοῦς καὶ ἡ συνείδησις·

15 Omnia quidem pura puris: pollutis autem & infidelibus nihil est purũ, sed polluta est eorum & mens & conscientia.

15 *Omnia munda mundis, coinquinatis autẽ & infidelibus nihil est mũdũ, sed inquinatæ sunt eorũ & mens & conscientia.* Rom. 14. 20

Θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, τοῖς δὲ ἔργοις ἀρνοῦνται, βδελυκτοὶ ὄντες καὶ ἀπειθεῖς, καὶ πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἀδόκιμοι.

16 Deum profitẽtur se scire, sed factis negant, quum sint abominandi, & rebelles, & ad omne opus bonum reprobi.

16 *Cõfitentur se nosse Deũ, factis autem negant, quũ sint abominati, & increduli, & ad omne opus bonum reprobi.*

Κεφάλαιον βʹ

CAP. II.

CAP. II.

Σὺ δὲ λάλει ἃ πρέπει τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ.

1 AT tu loquere quæ decent sanam doctrinam.

1 *Tv autẽ loquere quæ decẽt sanã doctrinã*

Qui ad doctrinam facit, κατ' ἐπιτηδειότητα: id est, qui verè sit accommodatus ad erudiendos, siue (vt loqui solet Paulus) ædificandos auditores: nam id demum meretur doctrinæ nomen. Vulg. & Eras. Qui secundum doctrinam est: admodum obscurè.

10 Ex Circuncisione, ἐκ περιτομῆς. Id est ex Iudæis, μετωνυμικῶς. quanquam nõ simpliciter puto Iudæos hoc nomine significari, sed eos qui cũ Christo Legem coniungebant, quales fuerunt Hebionitæ & Cerinthiani.

12 Ex ipsis, ἐξ αὐτῶν. Ex ipsis inquit, Cretẽses alloquens vel Iudæos, vel certè Iudæorũ placitis addictos.

Propheta, προφήτης. Cur Epimenidem vocet non philosophum sed prophetam Cretẽsium, liquere potest ex istis quæ de eo scribit Laertius, λέγουσι δέ τινες ὅτι Κρῆτες αὐτὸν ἔφασαν ὡς θεοῦ φάσκοντος καὶ γὰρ σπάνιον γενέσθαι. Ferunt, inquit, Cretenses ipsi tanquam Deo sacrificare, vt qui affirmet eum singulari quadã vi res futuras intelligendi præditum fuisse. Subiecit deinde aliquot ipsius oracula idem Laertius: & ab Athenienſibus etiam perhonorificè accersitum dicit, lustrandæ vrbis causa: vnde prodierunt ārx illæ Dei ignoti, quarum vnius fit mentio Act. 17. v. 23. Et Cicero quoque libro de Diuinatione primo Cretensem Epimenidem numerat inter eos qui per furorem sunt vaticinati. Alioquin etiam cõmuni nomine notum est poetas dici vates. Cretenses, &c. Κρῆτες, &c. Hoc potius ad Epimenidem Cretensem quàm ad Callimachum esse referendum apparet ex iis quæ diximus. Non dissimilis prorsus versiculus legitur apud Hesiodum in Theogonia, translata ad pastores sententia, qui iampridẽ & ipsi propter otium malè audiunt, ποιμένες ἄγραυλοι, κάκ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἶον, vt potuerit Callimachus quoque ad versiculum Epimenidis alludere in simili argumento. Illud autem κακὰ θηρία omnino interpretari licet in vernaculo nostro sermone ad verbum, *mauuaises bestes*.

13 Præcisè, ἀποτόμως. Id est durè ac sine vllis ambagibus. Itaque Verus interpres rectè conuertit Durè: & Erasmus, Seueriter, sed expressa duntaxat sententia, non autem ipso vocabulo. Vt sani sint, ἵνα ὑγιαίνωσιν. ὑγιὴς, id est sanũ, Græcis dicitur quicquid meritò probandũ est, & quale esse debet, id est integrũ & sine vitio.

15 Mens & conscientia, νοῦς καὶ συνείδησις. Mentis nomine declarat intelligentiam διανοητικὴν, in qua collocatur συνθήκαις, quæ propositiones suppeditat. συνείδησις verò, id est conscientia, collocatur in intelligentia πρακτικῇ, & assũptiones promit. Quòd si vtraque illa facultas est deprauata, quæ tãdẽ erit conclusio τῶν λοιπῶν?

16 Reprobi, ἀδόκιμοι. Vide 1. Cor. 9. d. 27. Videtur autem mihi vocari βδελυκτοὶ qui sibi videbantur

omnium ſanctiſſimi, ἀνωτάτω qui ſe iactabant ſupra Legem etiam aliquid facere: δικαίμονες qui quũ videri vellent ſoli tenere iuſtitiæ regulam, omnium tamen minimè norant quæ vera ſit iuſtitia.

Πρεσβύτας νηφαλίους εἶναι, σεμνούς, σώφρονας, ὑγιαίνοντας τῇ πίστει, τῇ ἀγάπῃ, τῇ ὑπομονῇ.

1 Vt ſenes ſobrii ſint, venerandi, temperantes, ſani fide, charitate, tolerantia.

1 *Senes ut ſobrij ſint, pudici, prudentes, ſani in fide. in dilectione, in patẽtia.*

Πρεσβύτιδας ὡσαύτως ἐν καταστήματι ἱεροπρεπεῖς, μὴ διαβόλους, μὴ οἴνῳ πολλῷ δεδουλωμένας, καλοδιδασκάλους·

3 Anus itidem, vt ſint habitu qui ſanctimoniam deceat, non calumniatrices, non vino multo ſeruientes, honeſtatis magiſtræ:

3 *Anus ſimiliter in habitu ſancto, nõ crimmatrices, non multo uino ſeruientes, bene docentes:*

Ἵνα σωφρονίζωσι τὰς νέας, φιλάνδρους εἶναι, φιλοτέκνους,

4 Vt ad ſapientiam inſtruant adoleſcẽtulas, vt maritos ſuos diligant, vt liberos ament,

4 *Vt prudentiam doceãt adoleſcentulas, ut uiros ſuos ament, filios ſuos diligant,*

Σώφρονας, ἁγνάς, οἰκουργούς, ἀγαθάς, ὑποτασσομένας τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν· ἵνα μὴ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ βλασφημῆται.

Ephes. 5. v. 23

5 Vt temperantes ſint, puræ, domi manentes, bonæ, ſubiectæ ſuis viris: ne ſermo Dei blaſphemetur.

5 *Erudẽtes, caſtas, domus curã habentes, benignas, ſubditas uiris ſuis, ut non blaſphemetur uerbũ Dei.*

Τοὺς νεωτέρους ὡσαύτως παρακάλει σωφρονεῖν·

6 Adoleſcentes itidem adhortare vt ſint temperantes:

6 *Iuuenes ſimiliter hortare ut ſobrij ſint.*

Περὶ πάντα σεαυτὸν παρεχόμενος τύπον καλῶν ἔργων, ἐν τῇ διδασκαλίᾳ ἀδιαφθορίαν, σεμνότητα,

7 Per omnia teipſum præbens exemplar bonorum operum, in doctrina integritatem, grauitatem,

7 *In omnibus teipſũ præbe exemplum bonorũ operum, in doctrina integritatem, grauitatem,*

Λόγον ὑγιῆ, ἀκατάγνωστον, ἵνα ὁ ἐξ ἐναντίας ἐντραπῇ, μηδὲν ἔχων περὶ ὑμῶν λέγειν φαῦλον.

Ephes. 6. a. 3 coloſſ. 3. d. 22 1. pet. 2. c. 18

8 Sermonem ſanum, qui damnari non poſſit: vt qui ſe ex aduerſo opponit, erubeſcat, nihil habẽs quod de vobis dicat malꝝ.

8 *Verbum ſanũ, irreprehẽſibile: ut is qui ex aduerſo eſt uereatur, nihil habens malũ dicere de uobis.*

Δούλους ἰδίοις δεσπόταις ὑποτάσσεσθαι, ἐν πᾶσιν εὐαρέστους εἶναι, μὴ ἀντιλέγοντας,

Ephes. 6. a. 3 coloſſ. 3. d. 22 1. pet. 2. c. 18

9 Seruos hortare vt ſuis dominis ſubiiciant ſeſe, vt in omnibus ſint eis accepti, non reſpõſatores:

9 *Seruos dominis ſuis ſubditos eſſe, in omnibus placentes, nõ contradicentes:*

Μὴ νοσφιζομένους, ἀλλὰ πίστιν πᾶσαν ἐνδεικνυμένους ἀγαθήν, ἵνα τὴν διδασκαλίαν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ κοσμῶσιν ἐν πᾶσιν.

10 Nihil interuertentes, ſed omnem bonam fidem oſtendẽtes, vt doctrinã Seruatoris noſtri Dei ornent in omnibus.

10 *Non fraudantes, ſed in omnibus fidem bonam oſtendentes: ut doctrinam Saluatoris noſtri Dei ornent in omnibus.*

Ἐπεφάνη γὰρ ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις,

1. Cor 1. a. 2 col. 1. c. 22

11 Illuxit enim gratia illa Dei ſalutifera omnibus hominibus

11 *Apparuit enim gratia Dei ſaluatoris omnibus hominibus.*

IN CAPVT II.

3 Habitu qui ſanctimoniam deceat, ἐν καταστήματι ἱεροπρεπεῖς. Sic puto ſatis commodè explicatã Apoſtoli ſententiam. Vulg. In habitu ſancto, pro quo ſcribendũ putarim, Sanctæ. Eraſ. In habitu qui religionem deceat. Honeſtatis magiſtræ, καλοδιδασκάλους. Vulg. Bene docentes. Eraſ. Vt honeſta doceant.

4 Vt ad ſapientiam inſtruant, ἵνα σωφρονίζωσι. Vulg. Vt prudentiam doceant. Eraſ. Quò poſſint modeſtas reddere adoleſcentulas. Neutrum rectè, vt opinor.

5 Domi manentes, οἰκουργούς. Id eſt, quæ huc & illuc non oberrent. quod reprehẽdit 1. Tim. 5. b. 13. Huc pertinet quod de Phidia memoratur, ipſum Elienſibus Venerẽ feciſſe quæ teſtudinem pedibus calcaret, ſymbolum σιωπῆς & ſilentii. Non rectè igitur conuertit Vetus interpres, Domus curam habentes: quanuis hoc ex illo conſequatur. Eraſ. Domus cuſtodes.

7 Grauitatem, σεμνότητα. Grauitatem (inquit) non quæ homines arceat à miniſtri aditu, ſed quæ ad omnem reuerentiam honeſtam componat adeuntes. Quod autem in veteribus Græcis codicibus additur ἀφθαρσίαν, mihi videtur redũdare, & ex margine irrepſiſſe, quum illic eſſet annotatum pro διαφθορίαν.

9 Vt in omnibus, ἐν πᾶσιν. Hoc nonnulli ad prius membrum, nonnulli ad poſterius referunt: ego ad poſterius malo. Sed vtrouis modo hæc diſtinguas, particulam vniuerſalem ita nos oportet circunſcribere vt ea ſemper excipiantur quæ ſine Dei offenſione præſtari à ſeruis non poſſint. Sint *eis* accepti, εὐάρεστοι εἶναι, id eſt, ita ſe gerant vt dominis placeant illorum obſequia. Vulg. Placentes, Eraſ. Illis placeant, ſententia rectè expreſſa. Hieronymus autem εὐάρεστους interpretatur eos qui ſibi non diſpliceant, & ſuam fortunam, qualiſcunque eſt, boni conſulant. quam interpretationem Eraſmus meritò coactam ac violentam iudicauit. Ambroſius legit ἀείπους optimos, ſed corruptè.

10 Nihil interuertentes, Μὴ νοσφιζομένους. Vulg. Non fraudantes. Eraſ. Non ſuffurantes. Vide Act. 5. [illegible]

Fidem, πίστιν. Fides hoc in loco pro fidelitate ponitur. Itaque Fidem omnem oſtendere, ſignificat fideliter & abſque vlla fraude res domini ſui tractare.

11 Mundanis

Παιδεύουσα ἡμᾶς ἵνα ἀρνησάμενοι τὰς ἀσεβείας καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας, σωφρόνως καὶ δικαίως καὶ εὐσεβῶς ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι·

11 Erudiens nos vt abnegata impietate & mundanis cupiditatibus, temperanter & iustè & piè viuamus in præsenti seculo:

11 *Erudiens nos vt abnegãtes impietatem et secularia desideria, sobriè et iustè et piè viuamus in hoc seculo:*

Προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ,

13 Expectantes beatam illam spem & illustrem illum aduentum gloriæ magni illius Dei ac Seruatoris nostri, *nempe* Iesu Christi,

13 *Expectantes beatam spẽ & aduentum gloriæ magni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi,*

Ὃς ἔδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα λυτρώσηται ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀνομίας, καὶ καθαρίσῃ ἑαυτῷ λαὸν περιούσιον, ζηλωτὴν καλῶν ἔργων,

14 Qui dedit semetipsum pro nobis, vt redimeret nos ab omni iniquitate, & purificaret sibi ipsi populum peculiarẽ, studiosum bonorum operum.

14 *Qui dedit semetipsum pro nobis vt nos redimeret ab omni iniquitate, et mũdaret sibi populũ acceptabilem, sectatorem bonorum operum.*

Ταῦτα λάλει, καὶ παρακάλει, καὶ ἔλεγχε μετὰ πάσης ἐπιταγῆς. μηδείς σου περιφρονείτω.

15 Hæc loquere & exhortare, & argue cum omni imperio. nemo te despiciat.

15 *Hæc loquere & exhortare, & argue cum omni imperio. nemo te cõtemnat.*

11 Mundanis cupiditatibus, καὶ κοσμικὰς ἐπιθυμίας. i. Cupiditatibus carnis, vt alibi loquitur, quæque ad præsentis vitæ ac mundi istius rationes referuntur.

13 Et illustrem illum aduentũ, καὶ ἐπιφάνειαν. Sic placuit cõuertere nomẽ ἐπιφανείας, quod vsurpauit Paulus deinde istria, vt eius posterioris aduentu iubar illud maximè illustre oculis nostris repræsentaret. Dicuntur enim ἐπιφάνειαι quæ repẽtè cõspecta oculos omniũ in se cõuertunt, quòd cum splẽdore quodã emicẽt. Vetus igitur interpres hoc non expressit quũ passim cõuerteret Aduentũ. i. παρουσίαν, quẽ quũ aliis aliquot locis sequutus sit Erasmus, mirari posset quispiã cur hoc in loco maluerit (absurdè profectò) interpretari Illustrationẽ, quũ præsertim quæ sit vis τῆς ἐπιφανείας optimè in suis annotationib⁹ exposuerit. Sed hoc quid rei sit, mox dicã.

Gloriæ magni illius Dei ac Ser. &c. τοῦ μεγάλου Θεοῦ & σωτ. &c. Nobis quidẽ non desunt plurima apertissima deitatis Christi (sic enim loqui nos cogunt impij & ingrati homines qui ex Deo Christo, diuinũ hominẽ faciunt) testimonia: sed quæcunque se nobis offerunt eiusmodi vt sine manifesta calumnia non possint aliò torqueri, cur, obsecro, non vtrisque manibus, imò manibus ac pedibus, imò viui ac mortui totis viribus nõ potius retineamus quàm vel tantillũ hæreticis concedamus? Itaque Erasmum sanè nolim in eo imitari quòd nobilissimos quosuis locos ad eam rem pertinẽtes, non modò nobis sciẽs ac prudẽs sinat è manibus elabi, sed etiam totis viribus extorquere conetur. Neque verò reformido nequis æquus iudex vllum hic in me candorem requirat, quasi cum mortuis velim luctari. Dico quod res est, nec dissimulari, debet in quoquam quod ipsum nostræ religionis caput petit. Iure autẽ an iniuria hoc dicã, iudicẽt qui ea legerint quæ in superioribus epistolis passim in hoc argumento sunt à me aduersus illius opinionẽ explicata. Illis verò hæc etiam adiũgere licebit. Non adfero eorum interpretũ & Græcorũ & Latinorum authoritatẽ qui summo cõsensu hunc locum aduersus Arianos tanquã apertissimũ citarunt, (quibus ipse vnicum Ambrosiũ opponit, cuius tamen cõmentariis multa passim adulterina & barbara infarta esse quũ alibi cõqueratur, hic sanè manifestè ex stylo ipso ita esse factũ apparet) sed veritatẽ ipsam adfero. Primùm, nomẽ ἐπιφανείας nusquã tribui in Nouo testamẽto nisi Filio, imò ne παρουσίας quidem. Deinde, postulate Græci sermonis constructionẽ vt ad vnũ idémque subiectũ (i. ad vnũ Iesum Christum, referatur vtrunque prædicatum. Quod igitur ad prius attinet, videamus quomodo Erasmus respondeat. Non hic, inquit, simpliciter nominatur aduentus Patris, sed aduentus gloriæ, quam interim expectamus in humilitate cõstituti. Tunc apparebit maiestas nostra quũ aperietur gloria magni Dei Patris & seruatoris nostri Iesu. Quæso verò, lector, attentius mecũ hanc rationẽ expende. Quis adiungitur nomẽ gloriæ, ideirco ἐπιφάνεια non significabit quod reliquis omnibus locis (i. splendentẽ illã & coruscã Domini apparitionẽ) sed φωτισμόν. i. illustrationẽ: idque non Dei ipsius respectu, cuius gloriæ in se nihil detrahi nec accedere potest, sed nostri habita ratione, qui tũ illustrabimur quũ gloria illa Dei aperietur: vt quodãmodo etiã tũ in nobis Dei gloria illustretur. Imò verò quis tã est cæcus & hebes vt ista non videat manifestè esse detorta? quis, inquã, non videt ἐπιφάνειας significationẽ ex aliis locis potius petẽdam? quis ista nõ intelligit cohærere, & augustam aduẽtus Dei maiestatẽ his titulis declarari, qui non ad nos, sed ad Deum ipsum referantur? & tamen hæc causa fuit cur ἐπιφάνειαν hoc loco conuerterit illustrationem: sententia Apostoli minimè certè expressa. Quod autem ad alterum attinet, quum scriptum sit ἐπιφάνειαν τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, non autem τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ τοῦ σωτῆρος, dico nõ magis probabiliter ista posse ad duas distinctas personas referri quàm illã loquutionem ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Nam id certè postulat Græci sermonis vsus, quum vnus tantùm sit articulus, duobus istis, nempe Θεοῦ καὶ σωτῆρος, communis: quum præsertim (vt antè dixi) nunquam ἐπιφάνεια aut παρουσία nisi vni Filio tribuatur. Itaque sic concludo, Christum Iesum hic apertè magnum Deum dici, qui & beata illa spes nostra metonymicè vocatur. Illi igitur, vt verè magno & æterno Deo, sit gloria & laus omnis in secula seculorum.

14 Peculiarem, περιούσιον. Vulg. Acceptabilem, prorsus malè. Heb. סְגֻלָּה, quasi charissimas & pretiosissimas opes, quas vulgò dicimus *les cabinet*. περιούσιος enim vocãt Græci quod quum superfit, reconditur. vt Geta ille Terentianus peculium suum defodit, quod vnciatim vix de demẽso suo suũ defraudãs genio comparsit miser. Eiusmodi verò facultates maximè omnium proprias nobis putamus & charissimas: adeo vt vix extremis necessitatibus quicquam ex illis desumatur. Gallicè possis vocare *L'espargne*. Hoc autem vocabulũ finxerunt Græci interpretes, vt etiam ἐπιούσιον, de quo diximus Matth. 6. b. 11. quod postea vsurpare non dubitarunt disertissimi etiam theologi, vt Chrysostomus & Nanzianzenus.

15 Imperio. μετ' ἐπιταγῆς. i. Cum authoritate summa, tanquã Dei legatus, neque suo sed illius nomine agẽs omnia. Itaq; adiecit, Nemo te despiciat: quib⁹ verbis grex potius videtur à Paulo quàm pastor ipse officii admoneri. Eras. Cum omni præcipiẽ li studiosnõ expressa Pauli sententia. Despiciat, περιφρονείτω. Hoc Græcum verbum Latino illi prorsus respondet. itaque τὸ περιφρονεῖν nihil aliud hic declarat quàm τὸ καταφρονεῖν: quo modo

Græcus ſcholiaſtes rectè expoſuit. neque in hoc verbo duntaxat, ſed & in aliis ἐξ ita accipitur: vt in ἐξετάζω, ἐξεμέω, & aliis aliquot. Interdum tamen τὸ ἐξυφορᾶν ſignificat circunſpicere, & in aliquo contemplando occupatum eſſe: vt in illo Ariſtophanis verſiculo ex Nebulis, Ἀναβαίνω εἰς ἀέρα τὸν ἥλιον. Id eſt, per aerem gradior, & circunſpicio ſolem, ſiue, in contemplando ſole occupor. At Hieronymus, hunc eũdem Ariſtoph. locum citans, longè aliter explicat, nempe, Scando per aerem, & pluris me noui eſſe quàm ſolem. At iſta certè Hieronymi non ſunt. nam etſi illic pro deſpicere accipias τὸ ἐξυφορᾶν, tamen deſpicere non aliud declarabit quàm ex ſuperiore loco aſpicere. quanquam hæc quoque declaratio valde eſt violenta. 5

Κεφάλαιον γ΄

Rom.13.a.1 Ὑπομίμνησκε αὐτοὺς ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις ὑποτάσσεσθαι, πειθαρχεῖν, πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἑτοίμους εἶναι·

Μηδένα βλασφημεῖν, ἀμάχους εἶναι, ἐπιεικεῖς, πᾶσαν ἐνδεικνυμένους πραότητα πρὸς πάντας ἀνθρώπους.

2.Cor.6.b.11 Ἦμεν γάρ ποτε καὶ ἡμεῖς ἀνόητοι, ἀπειθεῖς, πλανώμενοι, δουλεύοντες ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς ποικίλαις, ἐν κακίᾳ καὶ φθόνῳ διάγοντες, στυγητοί, μισοῦντες ἀλλήλους·

Ὅτε δὲ ἡ χρηστότης καὶ ἡ φιλανθρωπία ἐπεφάνη τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ,

2.Tim.1.c.9 Οὐκ ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ ὧν ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὸν αὐτοῦ ἔλεον ἔσωσεν ἡμᾶς διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας, καὶ ἀνακαινώσεως πνεύματος ἁγίου·

Οὗ ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν·

Ἵνα δικαιωθέντες τῇ ἐκείνου χάριτι, κληρονόμοι γενώμεθα κατ' ἐλπίδα ζωῆς αἰωνίου·

Πιστὸς ὁ λόγος, καὶ περὶ τούτων βούλομαί σε διαβεβαιοῦσθαι, ἵνα φροντίζωσι καλῶν ἔργων προΐστασθαι οἱ πεπιστευκότες τῷ Θεῷ· ταῦτά ἐστι τὰ καλὰ καὶ ὠφέλιμα τοῖς ἀνθρώποις.

CAP. III.

1 ISuggere ipſis vt ſeſe ſubiiciãt principatibus ac poteſtatibus, vt obtemperent, vt ad omne op* bonũ ſint parati:

2 Necuius famam lædant, vt ſint à pugnis alieni, moderati, omnem exhibentes lenitatem erga quoſuis homines.

3 Nam ‖eramus quondam & nos amentes, rebelles, errantes, ſeruientes cupiditatibus ac voluptatibus variis, in malitia & inuidia degentes, odioſi, alii alios odio proſequentes:

4 Sed poſtquam bonitas & erga homines amor apparuit ſeruatoris noſtri Dei,

5 ‖Non ex ᵛoperibus iuſtis quæ fecerim* nos, ſed ex ſua miſericordia ſeruauit nos ᵛ per lauacrum regenerationis, & ᵛ renouationem ᵛSpiritus ſancti:

6 Quem effudit in nos copioſè per Ieſum Chriſtũ ſeruatorem noſtrum:

7 ᵛVt iuſtificati ipſius gratia, hæredes efficeremur ſecũdum ſpem vitæ æternæ.

8 Fidus eſt hic ſermo, & hæc volo te affirmare, vt ſtudeant ᵛbona opera tueri quĩ crediderunt Deo, id eſt, quæ ſunt honeſta & hominibus vtilia.

CAP. III.

1 ADmone illos principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe:

2 Neminem blaſphemare, non litigioſos eſſe, ſed modeſtos, omnem oſtendentes manſuetudinẽ ad omnes homines.

3 Eramus enim aliquãdo et nos inſipientes, incredduli, errãtes ſeruientes deſideriis & voluptatib* variis, in malitia & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem:

4 Quũ aũt benignitas et humanitas apparuit ſaluatoris noſtri Dei,

5 Nõ ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecũdũ ſuã miſericordiam ſaluos nos fecit p lauacrũ regenerationis & renouationis Spiritus ſancti:

6 Quẽ effudit in nos abũdãter per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum.

7 Vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecũdũ ſpem vitæ æternæ.

8 Fidelis ſermo eſt, & de his volo te affirmare, vt curẽt bonis operibus præeſſe qui credũt Deo. hæc ſunt bona & utilia hominibus.

IN CAPVT III.

5 Ex operibus iuſtis, ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ. Ad verbũ, Ex operibus quæ *fiunt* in iuſtitia. i. iuſtè, ex Hebræorum idiotiſmo, quem, ſæpiſſimè iam annotauimus. Quòd autem nonnulli de operibus Legis Moſis, id eſt ceremoniis duntaxat hoc accipiunt, copioſè refutauimus non vno loco. Certè non valeret antitheſis miſericordiæ, niſi omnia opera ſemel excluderentur, vti fatebitur quiſquis non erit nimium contentioſus. Sed hoc intelligitur, inquiunt, de operibus fidem præcedentibus. Ergo primùm omnium excludantur opera præparatoria. Deinde explicetur quid ſit ſeruare, an videlicet hoc nihil aliud ſit quàm merendi facultatem tribuere. hoc verò qui dicit, nonne apertè verbum Dei detorquet Per lauacrum, διὰ λουτροῦ. Vel argumentatur à Baptiſmi ſacramento (vt alibi ſolet) ſicut expoſuimus Gal.3.d.27, & Coloſſ.2.b.12, re videlicet cum ſigno coniuncta: aut ſimpliciter de noſtri per Spiritum ſanctum cum Chriſto coniunctione & illius effectis loquitur. Nam & alibi de hac eadem re loquens, aquam cum Spiritu coniungit: neque Baptiſmi tamen peculiariter meminit, ſed Spiritum ſanctum ab ipſius in nobis effectu, aquam vocat, nempe Iohan.3.a.5 ſicut & alibi eundem comparat igni, Matth.3.c.11. Et renouationem καὶ ἀνακαινώσεως. Vel, Et renouationis. Sed illud malo, vt plenior ſit epexegeſis. Sic enim Spiritus ſanctus explicabit lauacri nomen, renouatio verò regenerationem declarabit. Spiritus ſancti, πνεύματος ἁγίου. Id eſt, quam præſtat & efficit vis Spiritus ſancti. Quid ſit autem renaſci & regenerari, alibi dictum eſt.

7 Vt iuſtificati, &c. ἵνα δικαιωθέντες &c. Iuſtificationis nomẽ largè accipio, ita vt complectatur quicquid à Chriſto conſequimur tum per imputationem, tum per Spiritus in nobis ſanctificandis efficaciam, vt ſimus ἄρτιοι. i. perfecti & integri in eo. Sic quoque accipitur Iuſtificandi verbum Rom.8.f.30.

8 Bona opera tueri, καλῶν ἔργων προΐστασθαι. Id eſt, bonis operibus ſedulò vacare. Sic Latinè quoque dicitur aliquis officiũ ac munus ſuum tueri, pro quo vulgò dicimus *Maintenir, ou entretenir*. nec poſſum dubitare

quin vera hæc ſit huius loci explicatio. Vulgata, Bonis operibus præeſſe. quod non intelligo. nam ſi Bonis operibus accipiunt pro Per bona opera, dicendum erat καλοῖς ἔργοις. Præeſſe verò bonis operibus, accipere ſicut dicitur aliquis præeſſe annonæ aut militiæ, ſanè durum fuerit, vt mihi videtur. Sin verò pro extollere accipias, vel anteponere, ſeu primas partes dare, ſcribendum erat καλὰ ἔργα.

Μωρὰς δὲ ζητήσεις, καὶ γενεαλογίας, καὶ ἔριδας, καὶ μάχας νομικὰς περιΐστασο· εἰσὶ γὰρ ἀνωφελεῖς καὶ μάταιοι.

9 ‖Stultas autem quæſtiones & genealogias & contentiones ac pugnas legales cohibe. ſunt enim inutiles & vanæ.

9 Stultas autem quæſtiones, & genealogias & cõtentiones, & pugnas legis demitte, ſunt enim inutiles & vanæ. 1.Tim.1.b.4. & 4.b.7 2.Tim.2.d.23

Αἱρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ·

10 Hæreticum hominem poſt vnam & alteram admonitionem reiice:

10 Hæreticum hominẽ poſt vnam & ſecundam correptionem deuita.

Εἰδὼς ὅτι ἐξέστραπται ὁ τοιοῦτος, καὶ ἁμαρτάνει, ὢν αὐτοκατάκριτος.

11 Vt qui noris euerſum eſſe eum qui ſit eiuſmodi, & peccare, vt qui ſuopte iudicio ſit condemnatus.

11 Sciens quia ſubuerſus eſt qui eiuſmodi eſt, & delinquit, quũ ſit proprio iudicio condemnatus.

Ὅταν πέμψω Ἀρτεμᾶν πρός σε, ἢ Τυχικόν, σπούδασον ἐλθεῖν πρός με εἰς Νικόπολιν· ἐκεῖ γὰρ κέκρικα παραχειμάσαι.

12 Quum miſero Arteman ad te aut Tychicum, ſtude venire ad me Nicopolin: nam illic decreui hybernare.

12 Quum miſero ad te Artemam aut Tychicum, feſtina ad me venire Nicopolim. ibi enim ſtatui hyemare.

Ζηνᾶν τὸν νομικὸν καὶ Ἀπολλὼ σπουδαίως πρόπεμψον, ἵνα μηδὲν αὐτοῖς λείπῃ.

13 Zenam legiſperitũ & Apollo ſedulò deducito, nequid illis deſit.

13 Zenam legiſperitum & Apollo ſolicitè præmatte, ne nihil illis deſit.

Μανθανέτωσαν δὲ καὶ οἱ ἡμέτεροι καλῶν ἔργων προΐστασθαι εἰς τὰς ἀναγκαίας χρείας, ἵνα μὴ ὦσιν ἄκαρποι.

14 Diſcant autem & noſtri bona opera tueri ad neceſſarios vſus, vt non ſint infrugiferi.

14 Diſcant autẽ & noſtri bonis operibus præeſſe ad uſus neceſſarios, ne non ſint infructuoſi.

Ἀσπάζονταί σε οἱ μετ' ἐμοῦ πάντες. ἄσπασαι τοὺς φιλοῦντας ἡμᾶς ἐν πίστει. ἡ χάρις μετὰ πάντων ὑμῶν. ἀμήν.

15 Salutant te qui mecum ſunt omnes. Saluta eos qui diligunt nos in fide. Gratia Dei ſit cum omnibus vobis. Amen.

15 Salutant te qui mecum ſunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia Dei cum omnibus nobis. Amen.

Πρὸς Τίτον τῆς Κρητῶν ἐκκλησίας πρῶτον χειροτονηθέντα ἐπίσκοπον γραφὴ ἀπὸ Νικοπόλεως τῆς Μακεδονίας.

Ad Titum, qui primus Cretenſium Eccleſiæ ordinatus fuit Epiſcopus, ſcripta ex Nicopoli Macedoniæ.

Scripta ex Nicopoli Macedonia.

5 9 Genealogias, γενεαλογίας. Vide 1.Timoth.1.a.4. Cohibe, περίστασο. Vide 2.Timoth.2.c.16.Vulg. Deuita. Eraſ Omitte. Atqui Paſtorem alloquitur, cuius munus eſt iſta etiam quominus ſerpant impedire.

10 Hæreticum, αἱρετικὸν. Vide Act.5.c.17. Reiice, παραιτοῦ. Non dicit, occide, inquiunt nonnulli quaſi verò hic præſcribat officium magiſtratui. Noluit diuidere Chriſtus hæreditatem: nullus ſit igitur familiæ herciſcundæ iudex. Non condemnauit adulteram: ergo nulla de adulteriis quæſtio habeatur. Denique non eſt
10 miniſtrorum ſupplicio afficere fures, homicidas, blaſphemos, cinædos, inceſtuoſos, ſed dũtaxat non reſipiſcentes, ex legitimo Eccleſiæ iudicio, Satanæ tradere: an illis propterea impunè abibunt? Sed hoc age Bellio & Academicis liceat adferre. cauſam enim ſuam agũt iſti boni viri. Caſtellio, cui dicitur hæreticus quicunque pertinax eſt, αἱρετικὸν pertinacem conuertit.

Epiſtola Pauli Apoſtoli ad Philemonem.

Παύλου ἀποστόλου πρὸς Φιλήμονα ἐπιστολή.

NOVA INTERPR. VETVS.

ΠΑΥΛΟΣ δέσμιος Χριστοῦ Ἰησοῦ, καὶ Τιμόθεος ὁ ἀδελφός, Φιλήμονι τῷ ἀγαπητῷ καὶ συνεργῷ ἡμῶν,

Καὶ Ἀπφίᾳ τῇ ἀγαπητῇ, καὶ Ἀρχίππῳ τῷ συστρατιώτῃ ἡμῶν, καὶ τῇ κατ' οἶκόν σου ἐκκλησίᾳ·

Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

1.Theſſ.1.c.2 2.theſſ.1.c.3

Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου, πάντοτε μνείαν σου ποιούμενος ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου,

Ἀκούων σου τὴν ἀγάπην, καὶ τὴν πίστιν ἣν ἔχεις πρὸς τὸν Κύριον Ἰησοῦν καὶ εἰς πάντας τοὺς ἁγίους·

Ὅπως ἡ κοινωνία τῆς πίστεώς σου ἐνεργὴς γένηται ἐν ἐπιγνώσει παντὸς ἀγαθοῦ τοῦ ἐν ὑμῖν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν.

Χάριν γὰρ ἔσχομεν πολλὴν καὶ παράκλησιν ἐπὶ τῇ ἀγάπῃ σου, ὅτι τὰ σπλάγχνα τῶν ἁγίων ἀναπέπαυται διὰ σοῦ, ἀδελφέ.

Διὸ πολλὴν ἐν Χριστῷ παρρησίαν ἔχων ἐπιτάσσειν σοι τὸ ἀνῆκον

Διὰ τὴν ἀγάπην μᾶλλον παρακαλῶ,

1 PAVLVS captiuus Chriſti Ieſu, & Timothe⁹ frater, Philemoni dilecto & adiutori noſtro,

2 Et Appiæ dilectæ, & Archippo commilitoni noſtro, & quæ domi tuæ eſt Eccleſiæ:

3 Gratia ſit vobis & pax à Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto.

4 ¶ Gratias ago Deo meo, ſemper mentionem tui faciens in precibus meis,

5 Quòd audiam tuam charitatem, ac fidem quam habes erga Dominum Ieſum & erga omnes ſanctos:

6 ᵛVt communicatio fidei tuæ ᵛefficax fiat, ᵛvt agnoſcatur quicquid boni eſt in vobis per Chriſtum Ieſum.

7 ᵛGaudium enim habemus multum, & conſolationem ſuper dilectione tua, ᵛquòd viſcera ſanctorum ᵛrefocillata ſunt per te, frater.

8 Quapropter quanuis multam in Chriſto libertatem habeam mandandi tibi quod officii tui eſt:

9 Tamen propter charitatem potius ᵛprecor,

1 PAVLVS vinctus Chriſti Ieſu, & Timotheus frater, Philemoni dilecto & adiutori noſtro,

2 Et Appiæ ſorori chariſſimæ, & Archippo commilitoni noſtro, & Eccleſiæ quæ in domo tua eſt:

3 Gratia vobis & pax à Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto.

4 Gratias ago Deo meo, ſemper memoriā tui facièſ in orationibus meis.

5 Audiens charitatem tuā & fidem quam habes in Domino Ieſu & in omnes ſanctos:

6 Vt communicatio fidei tuæ euidens fiat in agnitione omnis boni in nobis in Chriſto Ieſu.

7 Gaudiū enim magnum habui & conſolationē in charitate tua, quia viſcera ſanctorū requieuerunt per te frater:

8 Propter quod multam fiduciam habens in Chriſto Ieſu imperandi tibi quod ad rem pertinet:

9 Propter charitatem magis obſecro,

4 Gratias ago, εὐχαριστῶ. Loquitur Apoſtolus ſuo & Timothei nomine, tanquam ſolus, in tota hac epiſtola.

6 Vt communicatio, &c. ὅπως ἡ κοινωνία, &c. Hoc cohæret cum verſiculo quarto. Communicationem autem fidei vocat officia benignitatis in ſanctos, promanantis ex fide efficaci. Efficax, ἐνεργὴς. Sic legimus in noſtris omnibus Græcis codicibus: Vetus tamen interpres legit ἐναργὴς, euidens, & fortaſſe rectius. Vt agnoſcatur, &c. εἰς ἐπίγνωσιν. Id eſt εἰς ἐπίγνωσιν, ad agnitionē. Senſus eſt, Vt hac ratione omnes experiantur quàm diuites ſitis in Chriſto, nempe fide, charitate & omni beneficentia. Nam virtus Spiritus habitantis in nobis hac ratione ſe prodit.

7 Gaudium, χάριν. id eſt χαρὰν, quo modo etiam Græci interpretes explicant, non tantùm hoc in loco, ſed etiam 2. Cor. 1. c. 15. Quod viſcera ſanctorum, ὅτι τὰ σπλάγχνα τῶν ἁγίων. Id eſt, quòd ita officioſè & prompte refocillaris ſanctos vt incredibili quadam voluptate fint intus perfuſi. Nam viſcerum nomine ſimul & intimas neceſſitates & conſolationem ad ipſa vſque animi penetralia deſcendentem declarat, quaſi cor ipſum ſit refectum ac recreatum. Refocillata ſint, ἀναπέπαυται. Vulg. ineptè, Requieuerunt.

9 Precor, παρακαλῶ. Opponitur ἐπιτάσσειν τῇ παρρησίᾳ, id eſt blandus quidam amor, liberæ authoritati, & τὸ ἀνῆκον τῆς ἐπιτάξεως, id eſt imperare & precari.

Τοιοῦτος ὢν ὡς Παῦλος πρεσβύτης, νυνὶ δὲ καὶ δέσμιος Ἰησοῦ Χριστοῦ.

quum talis ſim, nempe Paulus ſenex, nunc autem etiam captiuus Ieſu Chriſti.

quum ſis talis vt Paulus ſenex, nunc autem & vinctus Ieſu Chriſti.

Παρακαλῶ σε περὶ τοῦ ἐμοῦ τέκνου, ὃν ἐγέννησα ἐν τοῖς δεσμοῖς μου, Ὀνήσιμον

10 ¶Precor autem pro filio meo quem genui in vinculis meis, Oneſimo:

10 Obſecro te pro meo filio Coloſſ. 4. d. 9 quem genui in vinculis, Oneſime:

Τὸν ποτέ σοι ἄχρηστον, νυνὶ δέ σοι καὶ ἐμοὶ εὔχρηστον.

11 Quondam tibi ᵛinutili, nunc verò tibi & mihi perutili.

11 Qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & mihi & tibi utilis.

Ὃν ἀνέπεμψά σοι· σὺ δὲ αὐτόν, τοῦτ' ἔστι τὰ ἐμὰ σπλάγχνα, προσλαβοῦ·

11 Quem remiſi: tu autem eum, ᵛid eſt viſcera mea, excipe.

11 Quem remiſi: tu autem illum, id eſt mea viſcera ſuſcipe.

Ὃν ἐγὼ ἐβουλόμην πρὸς ἐμαυτὸν κατέχειν, ἵνα ὑπὲρ σοῦ μοι διακονῇ ἐν τοῖς δεσμοῖς τοῦ εὐαγγελίου·

13 Quem ego cupiebam apud me retinere, vt pro te miniſtraret mihi in vinculis Euangelii:

13 Quem ego voluerã mecum detinere, vt pro te mihi miniſtraret in vinculis Euangelij:

Χωρὶς δὲ τῆς σῆς γνώμης οὐδὲν ἠθέλησα ποιῆσαι, ἵνα μὴ ὡς κατὰ ἀνάγκην τὸ ἀγαθόν σου ᾖ, ἀλλὰ κατ' ἐκούσιον·

14 Sed abſque tua ſententia nihil volui facere, ᵛne velut ex neceſſitate ſit beneficiũ tuum, ſed ſponteneum.

14 Sine conſilio autem tuo nihil volui facere, vt ne velut ex neceſſitate bonũ tuum eſſet, ſed voluntarió.

Τάχα γὰρ διὰ τοῦτο ἐχωρίσθη πρὸς ὥραν, ἵνα αἰώνιον αὐτὸν ἀπέχῃς·

15 Nam ᵛmirum ni ᵛceſſiſſet ᵛad tempus, vt perpetuum eum reciperes:

15 Forſitan enim ideo diſceſſit ad horã à te, vt æternum illum reciperes:

Οὐκέτι ὡς δοῦλον, ἀλλ' ὑπὲρ δοῦλον, ἀδελφὸν ἀγαπητόν, μάλιστα ἐμοί, πόσῳ δὲ μᾶλλόν σοι καὶ ἐν σαρκὶ καὶ ἐν Κυρίῳ;

16 Non iam vt ſeruũ, ſed ᵛ amplius quàm ſeruũ, fratrẽ dilectũ, maximè mihi, quãto autẽ magis tibi ᵛ & in carne & in Domino?

16 Iam nõ ut ſeruum, ſed proſerno chariſſimũ fratrem, maximè mihi, quanto autem magis tibi & in carne & in Domino?

Εἰ οὖν ἐμὲ ἔχεις κοινωνόν, προσλαβοῦ αὐτὸν ὡς ἐμέ.

17 Itaque ᵛ ſi putas noſtra eſſe communia, excipe eum tanquam me.

17 Si ergo habes me ſocium, ſuſcipe illum ſicut me.

Εἰ δέ τι ἠδίκησέ σε, ἢ ὀφείλει, τοῦτο ἐμοὶ ἐλλόγα·

18 Quòd ſiquid læſit te, aut debet, hoc mihi imputato.

18 Si autem aliquid nocuit tibi aut debet, hoc mihi imputa.

Ἐγὼ Παῦλος ἔγραψα τῇ ἐμῇ χειρί, ἐγὼ ἀποτίσω· ἵνα μὴ λέγω σοι ὅτι καὶ σεαυτόν μοι προσοφείλεις.

19 Ego Paulus ſcripſi mea manu, ego depẽdam: vt ne dicam tibi te etiam teipſum mihi inſuper debere.

19 Ego Paulus ſcripſi mea manu, ego reddã: ut non dicã tibi quòd et teipſum mihi debes.

Ναί, ἀδελφέ, ἐγώ σου ὀναίμην ἐν Κυρίῳ· ἀνάπαυσόν μου τὰ σπλάγχνα ἐν Κυρίῳ.

20 ᵛEtiam, frater, hunc ego fructum abs te conſequar: refocilla ᵛmea viſcera ᵛin Domino.

20 Ita, frater, ego te fruar in Domino: reſtaura viſcera mea in Domino.

11 Inutili, ἄχρηστον. Alludit proculdubio ad nomẽ Oneſimi, quẽ dicit, ſicut olim non reſpondit nomini ſuo, ita nunc planè nomini ſuo reſpondere.

11 Id eſt viſcera mea, τοῦτ' ἔστι τὰ ἐμὰ σπλάγχνα. Id eſt, vt filium meum quem ego genui. Videntur enim filii quodammodo pars eſſe viſcerum matris. Nam τὰ σπλάγχνα appellatio (quæ Hebræi רחמים vocant) propriè matri conuenit. quod in ſe transfert Paulus, vt non modò tanquam ingenuũ, ſed etiam vt filiũ commendet.

14 Ne velut, &c. ἵνα μὴ ὡς. Id eſt, vt non coactus, ſed ſponte hanc ſerui tui operam nobis commodaret. Beneficiũ tuũ, τὸ ἀγαθόν σου. Id eſt τὴν εὐεργεσίαν σου. Heb. טובך. Vulgata & Eraſmus ad verbum, Bonum tuum.

15 Miram ni, πάρα. Sic affirmat hoc Paulus vt tamen omnem Philemoni occaſionem præcidat exiſtimandi ingenium illius non eſſe ſatis ipſi perſpectum: minimè id quidem quaſi Paulus ambigeret de Oneſimi reſipiſcentia, ſed Philemonis ipſius cauſa, cui blanda quadam ratione perſuaſum cupit ſuum de illo iudiciũ. Id autem eſt, opinor, quod Latini particulis illis exprimunt, ita vt maximè affirment quod tamen videri poſſit in incerto relinqui. Vulg. & Eraſ. Forſitan. Receſſit, ἐχωρίσθη. Vide vt fugæ nomen emolliat, vt ſi Gallicè dicas *Il s'eſt retiré*. Ad tempus, πρὸς ὥραν. Id eſt πρὸς καιρὸν, ad temporis momentum. Vide Matth. 9. c. 21.

16 Amplius quàm ſeruũ, ὑπὲρ δοῦλον. Id eſt, Vt fratrẽ dilectũ, q tamen ſit tibi futurus amplius quàm ſeruus. Vulg. Pro ſeruo: nõ expreſſa vllo modo ſententia, vt potius legiſſe videatur ὑπὲρ δούλου, pro οὐκέτι δούλον. Eraſ. Supra ſeruum, nimis obſcurè: ideo quæſiui periphraſin. Et in carne & in Domino: καὶ ἐν σαρκὶ καὶ ἐν Κυρίῳ. Id eſt, Et quia mancipiũ tuũ eſt, exterorũ ſeruorũ more, (ſiue vt homines hominibus ſeruiunt) & quia Domini ſeruus eſt, vt illum & tuo & Domini nomine tibi charum eſſe oporteat.

17 Si putas noſtra eſſe communia, εἰ οὖν ἐμὲ ἔχεις κοινωνόν. Vulgata, Si me habes ſociũ. Eraſmus, Si me habes conſortem. quod quis mihi viſum eſt obſcuriſſimè dictum, puto ſtudendum perſpicuitati.

20 Etiam, frater, hunc ego fructum abs te cõſequar, ναί, ἀδελφέ, ἐγώ σου ὀναίμην. Ὀναίμην eſt in optandi modo poſitum: ideo ſenſus eſt, Certè frater, ſine vt abs te hoc beneficium impetrem. Vulgata, Ita, frater, ego te fruar. Eraſ. Etiam, frater, ego te fruar: admodum obſcurè. Mea viſcera, τὰ σπλάγχνα μου. Hoc perinde eſt ac ſi diceret, Refice me & recrea hoc beneficio, quo nihil erit mihi iucundius. In Domino, ἐν Κυρίῳ. Ita ſignificat ſe non æquum modò ac iuſtum petere, ſed quod etiam ipſi Deo gratum ſit futurum. Quinetiam hoc videtur aliquam habere obteſtationis ſpeciem.

Πεποιθὼς τῇ ὑπακοῇ σου ἔγραψά σοι, εἰδὼς ὅτι καὶ ὑπὲρ ὃ λέγω ποιήσεις.

21 Scripſi tibi, confiſus fore vt auſcultes, vt quẽ norim te etiã amplius quàm dico facturum eſſe.

21 Confidens in obedientia tua ſcripſi tibi, ſciens quoniam & ſuper id quod dico facies.

Ἅμα δὲ καὶ ἑτοίμαζέ μοι ξενίαν· ἐλπίζω γὰρ ὅτι διὰ τῶν προσευχῶν ὑμῶν χαρισθήσομαι ὑμῖν.

22 Simul autem etiam para mihi hoſpitium. ſpero enim me per preces veſtras donandũ vobis.

22 Simul autem & para mihi hoſpitium: nam ſpero per orationes veſtras donari me vobis.

Ἀσπάζονταί σε, Ἐπαφρᾶς, (ὁ συναιχμάλωτός μου ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ)

23 Salutãt te, Epaphras, (meus in captiuitate propter Chriſtũ Ieſum, ſocius)

23 Salutat te Epaphras concaptiuus meus in Chriſto Ieſu,

Μᾶρκος, Ἀρίσταρχος, Δημᾶς, Λουκᾶς, οἱ συνεργοί μου.

24 Marc⁹, Ariſtarchus, Demas, Lucas, adiutores mei.

24 Marcus, Ariſtarchus, Demas, & Lucas, adiutores mei.

Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν. ἀμήν.

25 Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti ſit cum ſpiritu veſtro. Amen.

25 Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum ſpiritu veſtro. Amen.

Πρὸς Φιλήμονα ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης διὰ Ὀνησίμου δούλου.

Ad Philemonem miſſa fuit Roma per Oneſimum ſeruum.

25 Propter Chriſtum Ieſum, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Sic accipitur ב apud Hebræos interdum, vt alibi ſæpe annotauimus. Vulg. & Eraſ. In Chriſto Ieſu.

Epiſtola Pauli Apoſtoli ad Hebræos.

Παύλου πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολή.

Epiſtola Pauli, ἐπιστολὴ Παύλου. Ita ſcriptum inuenimus in omnibus noſtris codicibus, vno tantùm excepto, in quo duntaxat ſcriptum erat πρὸς Ἑβραίους, ad Hebræos. Hoc quidem conſtat, nunquam ſatis conuenisse à quo ſcripta ſit hæc epiſtola: quanuis Græci theologi certatim Paulo vendicent, à quo ſcripta quidem fuerit, ſed Hebraicè, id eſt lingua tum in Iudæa familiari: quam deinde Lucas in Græcum ſermonem conuerterit. Certè mira eſt ſtyli diſſimilitudo, & aliæ probabiles coniecturæ non deſunt ex quibus nec Pauli eſſe, nec Hebraicè vnquam fuiſſe ſcriptam appareat: quas ſuo loco attingemus. Verùm quid attinet de ſcriptoris nomine contendere, quod ſcriptor ipſe celarum voluit? Sufficiat hoc noſſe, verè eſſe dictatam à Spiritu ſancto, quæ luculentiſſimam ac planè Apoſtolicam Veteris fœderis cum Noue collationem, atque adeo Noui fœderis veluti ſingularem quandam promulgationem ac ſanctionem complectatur. Ad Hebræos, πρὸς Ἑβραίους. Id eſt ad Eccleſias Iudææ, ac præſertim ad Hieroſolymitanam. Nam Iudæorum nomen omnes eius gentis homines in genere tum deſignabat. Itaque ſpeciali appellatione prouinciales, id eſt qui per orbem terrarum, ac præſertim in Occidente & Aſiæ minoris regionibus erant diſperſi, ab iis diſtinguebantur qui aliquas ſedes obtinebant. Illi, Ἑβραῖοι, iſti, antiqua gentis appellatione, Hebræi dicebantur, vt apparet ex Act. 6. a. 1. ex quo tamen loco ſatis liquet Palæſtinæ Eccleſias ex duobus iſtis Iudæorum generibus fuiſſe coactas. neque tamẽ mirum eſt tum à ſitu, tum à maiore multitudine, vtroſque communi Hebræorũ nomine ſignificari. Summa autem huius epiſtolæ hæc eſt, Chriſtum eſſe verum illum æternum & vnicum Prophetam, Regem, ac Pontificem, in quem omnes Patres per fidem reſpexerunt, & à quo doceri, regi ac ſanctificari totam Eccleſiam oportet.

	NOVA INTERPR.	VETVS.
	CAP. I.	CAP. I.
Κεφάλαιον αʹ.		
ΠΟΛΥΜΕΡΩΣ καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ Θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν ἐν τοῖς προφήταις, ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν τούτων ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν υἱῷ,	1 DEVS multis vicibus multiſque modis olim loquutus Patribus per Prophetas, vltimis diebus hiſce loquutus eſt nobis per Filium,	1 Multifariã multiſquemodo olim Deus loquẽs Patribus in Prophetis, nouiſſimè diebus iſtis loquutus eſt nobis in Filio,

IN CAPVT I.

1 Multis vicibus multiſque modis olim, πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως πάλαι. Vel. Multipliciter quondam ac

diuerſè. Senſus eſt, Eundem ſemper Deũ ac ſibi conſtantem fuiſſe, & eandẽ ſemper doctrinam gratuitæ in Meſſia reconciliationis: Deum verò non ſemel olim omnia, ſed particulatim, deinde etiam diuerſis modis ſuam illam perpetuam voluntatem declaraſſe per Prophetas, quo propius dies imminebat, eo etiam clarius de luce vaticinantes: nunc verò poſtremùm per ipſum Filium nobis omnem veritatem pleniſſimè patefeciſſe. Æquum eſſe igitur vt miniſtri Domino, Prophetæ Filio, (quem vnum & ipſũ reſpexerint) vmbræ ſolido ipſi corpori cedant. Vulgata & Eraſmus, Multifariam multiſque modis. Loquutus, λαλήσας. Vulgata, Loquens: deprauata Apoſtoli ſententia. Per Prophetas, ἐν τοῖς προφήταις. Id eſt ἐξὸ τῶν προφητῶν. Vulg. In Prophetis, ſeruato Hebraiſmo. Vltimis, ἐσχάτου. Ergo nec plena fuit ſuperior illa per Prophetas declaratio, nec ad hanc poſtremam quicquam eſt adiiciendum. Diebus, ἡμερῶν. Heb. יומים, pro temporibus. Per Filium, ἐν υἱῷ. Totum Chriſtum intellige, qui & Deus & homo, vnus eſt Filius.

Ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν,

2 Quem ᵛconſtituit ᵛhæredem ᵛomnium, per quem etiam ᵛmundum condidit.

2 *Quem ᵛconſtituit ᵛhæredem ᵛomnium, per quem etiam ᵛmundum condidit.*

Ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ᵛὑποστάσεως αὐτοῦ, φέρων τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, δι' ἑαυτοῦ καθαρισμὸν ποιησάμενος τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς·

3 Qui ᵛquum ſit ſplendor glo rix, ᵛ & character perſonæ illius, ᵛſuſtineátque omnia ᵛverbo illo ſuo potente, ᵛpurgatione peccatorum noſtrorum per ſeipſum facta, ᵛſedit ᵛad dextrã maieſtatis illius ᵛexcelſiſſimæ:

3 *Qui ᵛquum ſit ſplẽdor gloriæ, & figura ſubſtãtiæ eius, portánſque omnia verbo virtutis ſuæ, purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis:* Coloſſ. 1. b. 15. ſap. 7. d. 26

2 Conſtituit, ἔθηκε. Hactenus prima pars propoſitionis generalis huius epiſtolæ, Filium demũ, eum eſſe Prophetam ſiue doctorem qui quod Deus per Prophetas aliquatenus & propoſitis vmbris ſignificarat, re ipſa perfecit, & voluntatem Patris plenè patefecit mundo. Ab his autẽ verbis vſque ad dimidium verſiculi tertii, declarat alteram partem generalis propoſitionis, Filium videlicet illum eſſe noſtrum Regem ac Dominum, cuius imperio ſubſint omnia. Iũtellige autem, totum Chriſtum, Deum videlicet & hominem, vt Ioh. 5. c. 17. Matth. 28. d. 18. Philip. 2. b. 9. Hæredem, κληρονόμον. Id eſt poſſeſſorem, & ex æquo conſortem omnium cũ Patre, Ioh. 16. b. 15. Omniũ, πάντων. Omnia igitur in eo vno quærenda ſunt, & omnia illi ſubiiciãtur neceſſe eſt. nam πάντων accipiendum eſt neutro genere. Moſen autem in ipſo ſtatim initio noluit intempeſtiuè nominare.

Mundum, τοὺς αἰῶνας. Vulg. & Eraſ. Secula, id eſt quæcunque vſquam vnquam exiterunt, extant, aut extabunt, μετωνυμικῶς, & per enallagen numeri, ſicut infrà, 11. 2. 3, vt poſitũ ſit עולמים pro מנברואם ומעשים.

3 Quum ſit ſplendor gloriæ, ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης. Id eſt, is in quo reſplendet gloria illa ac maieſtas Patris, alioqui infiniti & inconſpicui. ſiue is in quo vno ſplendorem ſuum conſpiciendum præbet Pater. Neque enim Patrem niſi in Filio poſſumus verè cõtemplari, Filio inquam carne induto, ſiue per quẽ loquutus eſt Pater. Nam alioquin vel Patrem vel Filium in diuinitatis abyſſo penitus contemplari, non inutile modò, ſed etiã periculoſum iudico: idque non multorum modò philoſophorum, ſed etiam quorundam theologorum infelici audacia deterritus, quos hæc contemplatio abſorpſit. Filius igitur idcirco homo factus ne nuda Dei ſpeculatione abſorberemur, nobis eſt ſpeculi inſtar, in quo non ex aliqua radiorum reflexione appareat inane obiectæ rei ſimulacrum: ſed in cuius intimo & ſubſtantiali ſplẽdore, quem nos ex ipſius effectis in viſibili illa carne percipimus, Pater ipſe nobis ſuam illam infinitam & omnipotentem maieſtatem, immenſam illam & incõprehenſam φιλανθρωπίαν contemplandam & ſpectandam, atque adeo palpandam præbet. Ipſam autem οὐσίαν & mutuas trium perſonarum relationes intus & in ſeſe altius conſiderare nolim quidẽ ego, ſed tacendo potius & quaſi ſtupeſcendo adorare. Et character, καὶ χαρακτὴρ. Vetus interpres pro charactere figuram non ſatis expreſſè conuertit. Eraſ. Expreſſam imaginem interpretatur. Ego inſculptam formam dicere maluiſſem, niſi Græcum vocabulum mihi viſum eſſet plenius. Sic igitur vocat inſculptam formam, τὴν ἐγκεκολαμμένην χαρακτῆρα, vt ab omni adumbrata vel inani imagine diſtinguat. Eam verò non in Filii diuinitate per ſe, (vt modò dixi) vt quæ ſit & ipſa per ſe inſcrutabilis, ſed quatenus in carne ſeſe conſpiciendam præbet, conſidéro. Nam ſimulatque à verbo quod caro factũ eſt, cogitationem abduco, video quidẽ tenues aliquas Dei ſcintillas in ſingulis rebus creatis emicantes, ſed in quibus ſtatim euaneſcam, & quarum etiam fulgorem non poſſim ſuſtinere nisi in Chriſto, Deo conſpicuo, vinum, expreſſum, inſculptum Dei illius Opt. Maximi, non iam formidabilis iudicis, ſed ſupra omnium quoque Angelorum ſidem benigniſſimi ac beneficentiſſimi Patris vultum contemplor, deoſculor, amplector. Videtur autem mihi Apoſtolus iam nunc alludere ad Arcam fœderis & alia præſentiæ Dei ſymbola: quæ poſtea cum Chriſto comparabit, vt oſtendat quantũ ſit inter figuras & rem ipſam diſcrimen. Perſonæ illius, ὑποστάσεως αὐτοῦ. Illius videlicet Dei Patris, nequis perinde hæc accipiat acſi οὐσίας ſcriptũ eſſet. Vulg. & Eraſ. Subſtãtiæ illius. Ac fateor quidem ſubſtantiæ nomen ſic paſſim ab Hilario vſurpari pro eo quòd Latini perſonam, Græci etiam poſtea (quum antea ὑποστάσεως nomine eſſent contenti ab οὐσίᾳ diſtincto) οὐσίωσιν vocarunt: ſed quominus ſubſtantiam interpretarer, eo ſum adductus quòd viderem pleroſque ὑπόστασιν hoc loco pro οὐσίᾳ eſſe interpretatos, perinde acſi inter eſſentiam (ſic enim libentius dicimus quàm naturam) & ſubſtantiam nihil intereſſet. Atqui (vt rectè omnino obſeruauit doctiſſimus interpres) abſurdè diceretur eſſentiam Patris impreſſam eſſe in Chriſto, quum eadem ſit & quidem ſimplex vtriuſque eſſentia: ſed verè aptéque dicitur, quicquid Pater proprium habet, in Chriſto eſſe expreſſum, vt qui Chriſtum videt, videat & Patrem, Ioh. 14. a. 9. Deinde hoc etiam commodi habet iſta interpretatio quòd hypoſtaſes aduerſus Sabellium apertè diſtinguit, & τὸ ὁμοούσιον confirmat aduerſus Arianos. Suſtineátque, φέρων τε. Heb. מכלכל quod valde eſt expreſſum. Significat enim ſuſtentare, tueri, alere. Et mihi videtur etiam Apoſtolus alludere ad nomina illa Dei, אל & שדי. Denique hoc reſpondet alteri membro quod de illa rerum omnium effectrice potentia dixerat. Idem enim qui dixit, & facta ſunt, nunc quoque eodem verbo omnia tuetur. Verbum itaque, id eſt ῥῆμα, non autem ὁ λόγος, vt accipitur apud Iohannem, hoc in loco notum, voluntatem & ordinationem declarat. Loquitur enim Scriptura de Deo vt potẽtiſſimo aliquo principe, cui ſatis ſit os aperuiſſe, vt hoc vel illud fiat, vt Pſal. 33. a. 6. Adiunctũ autem nomen δυνάμεως, Hebræorum more pro epitheto ponitur. Eraſ. Agat, moderetúrque. non expreſſa ſententia, quam tamen in annotationibus ſatis commodè expoſuit. Purgatione, καθαρισμὸν. Nũc tertiam partem vniuerſalis propoſitionis aggreditur, Chriſtum videlicet æternum illum & vnicum eſſe pontificem. Per ſeipſum, δι' ἑαυτοῦ. Quanto igitur hic pontifex præſtantior ac noſtri amantior quàm ii qui ſeipſos non offerunt

quanto præſtantior hæc victima quàm reliquæ omnes, quum is ipſe ſit cœli & terræ creator ac conſeruator?

Sedit, ἐκάθισεν. Hoc indicat non modò gratiſſimum Patri, ſed etiam perennem eſſe illius ſacrificii odorẽ: & quanto præſtet æternus iſte Pontifex cæteris qui peccatorum expiatione non minus indigebant quàm alii, erántque & ipſi mortales, nedũ vt à morte nos liberent. Ad dextram, ἐκ δεξιᾶ. Paulatim ad præſtãtiam perſonæ Chriſti explicandam accedit. Dixit autẽ ἐκ δεξιᾶ pro ἐν δεξιᾷ. Heb. יָמִין. Excelſiſſimæ, ὑψίστου. Sub. τῆς, vt cohæreat cum proximo. Quanquam hoc quoque poteſt, eodem manente ſenſu, referri ad verbum ἐκάθισεν, ſedit, vt τῆς μεγαλωσύνης dictum ſit abſolutè κατ' ἐξοχήν, ſicut τῆς δικαιοσύνης, 16. f. 64: & dicatur ipſe excelſiſſimo loco ſediſſe. Sed altera illa explicatio minus eſt coacta, quum ita ſoleat ſæpe ſubaudiri articulus, vt plurimis locis annotauimus apud Paulum. Eſt autem ἐν ὑψίστοις poſitum præciſè pro in locis altiſſimis, Hebræorũ more, quem expoſuimus Epheſ. 1. a. 3.

Τοσούτῳ κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων, ὅσῳ διαφορώτερον παρ' αὐτοὺς κεκληρονόμηκεν ὄνομα.	4 Tanto præſtantior factus Angelis, quanto excellentius præ illis ſortitus eſt nomen.	4 *Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit.*
Τίνι γὰρ εἶπέ ποτε τῶν ἀγγέλων, Υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε; Καὶ πάλιν, Ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι εἰς υἱόν;	5 Nam cui dixit vnquam Angelorum, Filius meus es tu, ego hodie genui te? Ac rurſũ, Ego ero ei pater, & ipſe erit mihi filius?	5 *Cui enim dixit aliquãdo Angelorũ, Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rurſum, Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium?*
Ὅταν δὲ πάλιν εἰσαγάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει, Καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ.	6 Rurſum autẽ quum inducit primogenitum in orbem terrarum, dicit, Et adorent eum omnes Angeli Dei.	6 *Et quum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit, Et adorẽt eum omnes Angeli Dei.*
Καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἀγγέλους λέγει,	7 Et de Angelis quidem dicit,	7 *Et ad Angelos quidẽ di-*

Psal. 2. b. 7
infrà, 5. b. 5
2. Sam. 7. b. 14
1. Par. 22. b. 10
Pſal. 97. c. 7

4 Factus, γενόμενος. Superiora quæ in tres partes diſtribuimus, ad officium Chriſti, nempe ad Propheticum, Regium & Sacerdotale ipſius munus ſpectant, quæ omnia ſigillatim poſtea explicabuntur. Sed antequã ad officii explicationem accedat Apoſtolus, perſonæ ipſius dignitatem exponit, ac primùm quidem ſic hominem eſſe docet vt ſimul ſit etiam Deus, nempe ab hoc verſiculo vſque ad initiũ decimi. Angelis, ἀγγέλων. Ergo omnibus rebus creatis. Quomodo enim non excluderet omnes qui multo ſunt Angelis inferiores? Vetus interpres κρείττων, meliorem, valde abſurdè cõuertit. Nomen, ὄνομα. Id eſt dignitatem ac præſtantiam. Vide Philip. 2. b. 9. quanquam hic etiam ad Filii appellationem reſpexit.

5 Nam cui, τίνι γάρ. Nunc aggreditur confirmationem prioris capitis. Si Filius, ergo Deus: quanto igitur Angelis præſtantior? Filius meus es tu, υἱός μου εἶ σύ. Filii Dei vocantur etiam Angeli, vt Iob. 1. a. 6, & principes, vt Pſal. 82. 6. Iſrael denique primogenitus dicitur Iere. 31. b. 9. Sed illud σύ, peculiarem quandam Filii rationem oſtendit. deinde quod ſequitur, omnem adimit dubitationem: nam ne in Dauidem quidem conuenit, niſi admodum improprié. Ego hodie genui te, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Non eſt igitur Filius vel adoptione, vel amoris reſpectu, vel ſimili vlla ratione, ſed quia verè ex Patre eſt genitus ante res vllas conditas, Coloſſ. 1. b. 15. Sed ſi ita eſt, cur additur aduerbium σήμερον, hodie? Nempe quia æterna quidem eſt iſta generatio, ſed ſuo tẽpore mundo repræſentata, quum æternus ille Filius conſpicuus factus eſt in carne. Nã (vt antè dixi) iſta ad Chriſtum integrum pertinent, quo modo etiam conſpecta fuit eius gloria quaſi vnigeniti, 1 Ioh. 1. b. 14. Poteſt autem hic dies accipi vel in genere de vtriuſque naturæ in vnam perſonam coalitione, vt Luc. 1. c. 31, & deinceps: vel ad reſurrectionem & aſcenſionem referri. nam tum demum ſeſe hic homo verum & æternum Dei Filium eſſe re ipſa plenè oſtendit, quum antea ipſius diuinitas veluti deliteſceret in carnis infirmitate, nonniſi per vices & certis gradibus ſeſe prodens: adeo vt noſtri quidem reſpectu, tum demum quodammodo genitus à Patre videatur, Act. 13. c. 33, & 17. g. 31, & Rom. 1. a. 4. Auguſtinus diem quendam hodiernum, æternum & continuũ vult intelligi. Sed illa multo ſunt ſolidiora, & magis ad Apoſtoli argumentum appoſita, qui non agit ſimpliciter de Filio, ſed de Filio in carne conſpicuo facto. Ego ero, &c. ἐγὼ ἔσομαι, &c. Si ludæus hæc torqueat ad Solomonem, ita vt ad Chriſtum propriè non pertineant, adde quæ ſequuntur de totius mundi imperio, & imperii perpetuitate. Nã hæc planè in eum cõpetunt qui ita eſt homo vt verus Deus ſit reipſa declaratus, ad dextram Dei Patris ſedens, Matth. 22. d. 18, Luc. 1. c. 31 & 33.

6 Inducit, εἰσαγάγῃ. Primùm notanda eſt traiectio particulæ πάλιν. neque enim ſignificatur bis introductus Filius in mundum, ſed hæc particula Apoſtolus teſtimonia coniunxit: acſi diceret, πάλιν λέγει, &c. id eſt, Rurſus autem, ſiue præterea autem Dominus non contentus hoc dixiſſe toties, etiam alibi declarauit Filii ſui præſtantiam. Vritur autem hac præfatione Apoſtolus vt doceat quod myſterium explicetur in eo Pſalmo vnde hoc teſtimonium petit: nempe myſterium regni Chriſti Dei & hominis in Eccleſia. Id autem ita eſſe, tota Pſalmi ſeries ita indicat vt nemo, niſi prorſus contentioſus, poſſit inficiari, hoc veluti diplomate Chriſtũ mittiin totius orbis terrarum poſſeſſionem. Primogenitum, τὸν πρωτότοκον. Primogenitum rurſus intellige non ſimpliciter quatenus Deus eſt æternus, ſed quatenus inter fratres, non propriè ſed per adoptionem genitos, excellit. Alioquin etiam quomodo dici poſſit primogenitus, ſolius diuinitatis reſpectu, expoſuimus Coloſſ. 1. b. 15. Adorent, προσκυνησάτωσαν. Hic eſt vis argumenti: ita enim declaratur præſtantia ſupra Angelos, atque adeo diuinitas. quem enim adorent Angeli, præter Deum? Deinde nomen primogeniti, hæredem ac familiæ caput declarat. Omnes Angeli Dei, πάντες ἄγγελοι Θεοῦ. Heb. אלהים בני. i. Angeli. Sed Elohim vocãtur etiam Reges ac Principes. Fateor. ſed viciſſim Angeli ita vocantur. vtra autem, quæſo, expoſitio verior eſt? ſed in altera parte ſit mentio idolorum, quæ etiam hoc vocabulo ſignificantur. Eſto: ſed quis non videt opponi אלוהים & אלהים, vt creſcat oratio? Id enim voluit noſter Græcus interpres addito Dei nomine indicare. nam quæ hæc eſſet laus, idolis anteponi? Certè non memini legere ſimilem locum, vbi idola mortua compellãtur ad Dei viui adorationem. Deinde quod ſubiicitur, Nam tu Domine celſior es ſuper omnem terram, exaltatus es ſuper omnes deos, nullum dubitationi locum relinquit.

7 De Angelis, πρὸς ἀγγέλους. Heb. אל, pro על Vulg. & Eraſ. Ad Angelos.

Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ, πυρὸς φλόγα.

Qui ‖ Angelos ſuos facit ſpirit⁹ & miniſtros ſuos, ignis flãmã:

cit, Qui facit Angelos Pſal.103.d.5
ſuos, ſpiritus, & miniſtros ſuos, flammam ignis.

Πρὸς δὲ τὸν υἱόν, Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου.

8 Ad Filium autem, ‖ Thronus tuus, Deus, in ſeculum ſeculi: virga recta, virga regni tui.

8 Ad Filium autem, Throno Pſal.45.b.7
nus tuus Deus, in ſeculum ſeculi: virga æquitatis, virga regni tui.

Ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου.

9 Dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis, vltra conſortes tuos.

9 Dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis.

Καὶ, Σὺ κατ' ἀρχὰς, Κύριε, τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σού εἰσιν οἱ οὐρανοί·

10 Et, ‖ Tu in initio Dominè terram fundaſti: & opera manuum tuarum ſunt cæli:

10 Et, Tu in principio Domine terram fundaſti: & opera manuum tuarum ſunt cæli: Pſal.101.d.26

Αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις· καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται.

11 Ipſi peribunt, tu autem permanes: & omnes vt veſtimentum veterascent:

11 Ipſi peribunt, tu autem permanebis: & omnes ut neſtimentum veterascet:

Καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτούς, καὶ ἀλλαγήσονται· σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι.

11 Ac velut amictum ‖ circunuolues eos, & mutabuntur: tu autem idem es, & anni tui non deficient.

11 Et velut amictum involues eos, & mutabitur: tu autem idem ipſe es; & anni tui non deficient.

Πρὸς τίνα δὲ τῶν ἀγγέλων εἴρηκέ ποτε, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου;

13 Ad quem autem Angelorũ dixit vnquam, ‖ Sede ad dextrã meã, vſquedũ poſuero inimicos tuos ſcabellũ pedũ tuorũ?

13 Ad quem autem Angelorum dixit aliquando, Sede à dextris meis, quoadusq; ponã inimicos tuos ſcabellũ pedum tuorum: Pſal.110.a.1 1.cor.15.c.25 infrà,10.a.13

Angelos, τοὺς ἀγγέλους. Hoc accipiendum eſt pro attributo, πνεύματα verò (id eſt venti) pro ſubiecto, vt ſit hic ſenſus, Deũ nõ aliter ſolere vti vẽtis quàm ſuis illis Angelis, & fulguribus quàm ſuis illis miniſtris. Ideo addito articulo dixit τοὺς ἀγγέλους, & τοὺς λειτουργοὺς, quũ alioqui potius dicendũ fuiſſet τὰ πνεύματα, & τὰν φλόγα. Sin verò magis placet Spirituum nomine ipſam Angelorũ naturam intelligere, tunc conuertemus, nuntios ſuos: & per alas venti intelligemus Cherub, vt Pſal.18.b.11. & per flammam ignis, Seraph, vt Eſa.6.2.1.

8 Thronus tuus, ὁ θρόνος σου. Non cõuenit Thronus nec ſceptrum miniſtro, ſed ipſi principi. Deus, ὁ Θεός. Hoc calumniantur Iudæi quaſi de Solomone propriè dictum. Atqui non poſſunt oſtendere vſquam de vno ſolo nomen Elohim ſimpliciter dictum, niſi de vero Deo. Neque enim Moſes, Exo.4.d.16, & 7.a.1, ſimpliciter dicitur factus Elohim, ſed Aaroni & Pharaoni. Deinde quod de huius regni æternitate ſubiicitur, quomodò Solomoni conueniet? In ſeculũ ſeculi, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Heb. עולם ועד in ſeculum & ſeculum, id eſt perpetuò. Hic rurſus calumiantur Iudæi nomine עולם interdum non ſignificari perpetuitatem, ſed diuturnum duntaxat ſpatium. Atqui non ſimpliciter dictum eſt עולם, ſed additur ועד: quæ ſynonymia in immenſum auget orationis pondus, adeo quidem vt ſit orationis vniuerſalis locus: & iſta Solomoni tribui non poſſint, qui x l. duntaxat annos regnauit. Quòd ſi poſteros ipſius velis comprehendi, repugnabit quod ſequitur, quum Solomonẽ exceperit iniquiſſimi filii regnum, nec meliores fuerint nepotes, ſi paucos aliquot excipias. Denique quid tergiuerſamur explicetur hic locus ex 2.Sam.7.b.14, & 1.Paral.22.b.10, & cauillatio Iudæorum manifeſtè apparebit.

Virga recta, ῥάβδος εὐθύτητος. i. adminiſtratio regni tui iuſta. Qui autẽ hoc conueniet Solomoni, niſi ad tempus, vt qui tam turpiter à Deo defecerit? Deinde (vt ſemel tranſigam) non facilè conceſſerim in illo Pſalmo cõtineri epithalamion nuptiarum Solomonis & filiæ Pharaonis. Quomodo enim Spiritus ſanctus illud matrimonium approbaret quod tam ſæpe in Lege interdicitur? Sed fuit (dices) hoc peculiare factum, ex Dei reuelatione? Imò diſertè hoc ipſum matrimonium cum filia Pharaonis reprehenditur 1.Reg.11.a.1 & 2.

9 Et odiſti, καὶ ἐμίσησας. Repetitio Hebraica per antitheſin, cuius maximum eſt pondus. Vide Ioban.1.c.10.

Vnxit, ἔχρισεν. Inde Chriſtus dictus eſt. Hoc autem intellige quatenus Verbum Caro factum eſt, effuſo in eum Spiritu ſine menſura, Iohan.3.d.34. ſiquidem omnis in eo diuinitas corporaliter habitauit, Col.2.b.8.

Conſortes, τοὺς μετόχους. Rectè hoc quoque Propheta. Eſt enim ille primogenitus inter fratres de cuius plenitudine omnes accepimus, verus & naturalis hæres: nos verò, reges quidem & cohæredes, ſed adoptione in illo facta. Denique tantùm inter illum & omnes intereſt, quantum inter caput & membra.

10 Tu in Initio, σὺ κατ' ἀρχὰς. Heb. לפנים pro iampridem. Hunc autẽ Pſalmum manifeſtè ad Chriſti regnum pertinere, liquet ex verſu 14.16 & 13. vt iſta quoque omnia ad eum referenda ſint qui ſit rex Eccleſiæ ſuæ ſempiternus: niſi placeat Pſalmum diſcerpere. Terram fundaſti, τὴν γῆν ἐθεμελίωσας. Id eſt, terram firmam ac ſtabilem creaſti. Eraſ. Terræ fundamenta ſeciſti inimitum diluta Interpretatione.

12 Circumuolues, ἑλίξεις. Heb. תחליפם, id eſt mutabis: vt mihi quidem videatur legendum eſſe ἀναλίξεις, ſicut Eraſmus rectè coniecit. Nam ita etiam legitur in illa vulgata Pſalmorum editione, & in nonnullis veteris interpretationis exemplaribus hoc in loco. Græcum tamen interpretem apparet formã ipſam mutationis voluiſſe exprimere, id nimirum quod ait Eſa.34.d.4, fore vt complicentur cæli tanquam liber aliquis. Comparantur enim tentorio, quod quoties mutandus eſt locus, complicatum tollitur.

13 Poſuero, θῶ. Vide Matth.22.d.44. Pertinere autem hunc Pſalmum propriè non ad Dauidem, ſed ad Meſſiam, apparet ex tanta ſublimitate ſolii, quæ ne Angelis quidem tribuitur: deinde quòd idem rex & ſacerdos appellatur: poſtremò quòd æternus Sacerdos, & quidem alia ratione quàm Aaron dicitur. Aptè verò prorſus hoc teſtimonium poſtremum collocauit, vt os illis occludatur qui vbi ſint illa magnifica regni Chriſti elogia requirunt, quum nihil contrà videatur Eccleſia calamitoſius. nec vident miſeri ſe ex iis ipſis hoſtibus eſſe qui tandem ſint illi pro ſcabello ſubiiciendi. Poſtremò quomodo ſit accipiendum illud ἕως ἄν, id eſt vſquedũ, ſiue donec, quæ re 1.Cor.15.c.25, & deinceps.

Οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύ- 14
ματα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ
τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν;

Κεφάλαιον β.

Διὰ τοῦτο δεῖ περισσοτέρως ἡμᾶς προ- 1
σέχειν τοῖς ἀκουσθεῖσι, μήποτε παρ-
ρυῶμεν.

Εἰ γὰρ ὁ δι' ἀγγέλων λαληθεὶς λόγος, 2
ἐγένετο βέβαιος, καὶ πᾶσα παράβασις καὶ
παρακοὴ ἔλαβεν ἔνδικον μισθαποδο-
σίαν.

Πῶς ἡμεῖς ἐκφευξόμεθα τηλικαύ- 3
της ἀμελήσαντες σωτηρίας; ἥτις ἀρ-
χὴν λαβοῦσα λαλεῖσθαι διὰ τοῦ Κυ- Mar. 16. d. 19
ρίου, ὑπὸ τῶν ἀκουσάντων εἰς ἡμᾶς
ἐβεβαιώθη·

Συνεπιμαρτυροῦντος τοῦ Θεοῦ σημ- 4
είοις τε καὶ τέρασι, καὶ ποικίλαις δυνά
μεσι, καὶ πνεύματος ἁγίου μερισμοῖς, κατὰ
τὰ αὐτοῦ θελήσεις.

14 Nónne omnes ſunt miniſtratores ſpiritus, qui miniſterii cauſa mittũtur propter eos qui hæredes erunt ſalutis?

CAP. II.

1 PRopterea oportet nos eo magis attendere iis quæ audiuimus, nequando perfluamus.

2 Etenim ſi per Angelos dictus ſermo, fuit firmus, omniſque tranſgreſſio & contumacia iuſtam mercedis retributionem retulit,

3 Quomodo nos effugiemus ſi tantam neglexerimus ſalutẽ? quæ quum primùm enarrari cœperit per ipſum Dominũ, ab iis qui ipſum audierãt, fuit nobis confirmata:

4 Teſtimonium illis præbẽte Deo & ſignis & prodigiis, variiſque virtutibus, & Spiritus ſancti diſtributionibus, pro ſua voluntate.

14 *Nónne omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos qui hæreditatem capient ſalutis?*

CAP. II.

1 *PRopterea abundãtius oportet obſeruare nos ea quæ audiuimus, ne fortè perefflua mus.*

2 *Si enim qui per Angelos dictus eſt ſermo, fidelis eſt ſermo, & omnis præuaricatio & inobedictia accepit iuſtum mercedis retributionem,*

3 *Quomodo nos effugiemus ſi tantam neglexerimus ſalutem? quæ quum initium accepiſſet enarrari per Dominum, ab eis qui audierunt, in nos cõfirmata eſt:*

4 *Conteſtante Deo ſignis & portentis, & variis virtutibus, & Spiritus ſancti diſtributionibus ſecundum ſuam uoluntatem.*

14 Nónne, οὐχί. Eiuſmodi interrogationes apud Hebræos vehementius affirmant. λειτουργικὰ verò, id eſt miniſtratores vocat quos vulgò ſolemus officiarios vocare, principum apparitores.

IN CAPVT II.

1 Eo magis, περισσοτέρως. Vulg. Abundantius. Eraſ. Vehementius. Cæterùm iſta quaſi παρέργως interiecta adhortatione, nõ modò reſpirare quodãmodo ſinit Hebræos, multitudine oraculorũ velut obrutos, ſed etiam paulatim ad noua argumenta ſeſe accingit, quæ veluti aſſumptiones ſunt præcedentiũ: ſiquidem ex iis quæ dicturus eſt cõprobabit ea omnia in Chriſto eſſe completa quæ de Meſſiæ futura præſtãtia diſſeruerat. Quanuis enim Hebræi iſti Chriſtũ eſſent amplexi, tamen quũ à ſuo Moſe perægrè diſcederẽt, ſatis oſtendebãt ſe nunquã ſatis ſerio de Meſſiæ præſtantia cogitaſſe. Itaque ipſo ſtatim initio cũ grauiſſima futuri iudicii Dei denuntiatione obteſtatur vt nõ noua quædã dicturum, ſed ea tantùm cũ illis repetentẽ quæ ipſi iam antea vnà audierãt, attentiſſimis animis auſcultent. A c primò quidem illã præſtantiã applicat muneri prophetico, ab hoc verſu ad 5 verſiculũ, vnde vſque ad hæc verba verſu 9, διὸς ἐποίησεν, ad regiũ munus aſcendit, ac eandem eodem verſu pauciſſimis verbis ſacerdotii dignitatẽ declarat. Iis quæ audiuimus, τοῖς ἀκουσθεῖσιν. Vides vt ſe facit auditorem? Nã id quoque planius etiã dicet ver. 3. Nõ poteſt igitur Paulo ſatis cõmodè tribui hæc epiſtola, etiamſi vna hæc eſſet ratio. Eraſ. Iis quæ dicta ſunt nobis. Nam inter loquutionẽ & auditionẽ mutua eſt relatio. Perfluamus, παραῤῥυῶμεν. Perfluere dicitur qui auditum ſermonem non cõtinet: vt Terentianus ille Parmeno ſe plenũ eſſe rimarũ dicit, qui hac & illac perfluat. Opponitur ergo τῷ προσέχειν. Neque enim attendere poſſumus auditis ſi ſecurè finamus illa nobis effluere. Vulg. Pereffluamus: fortaſſis librariorũ culpa. Chryſoſtomus accipit pro diffluamus, ſiue dilabamur, id eſt pereamus inſtar aquæ dilabentis, vt Pſal. 58. b. 8. ſed altera interpretatio magis videtur huic loco appoſita. quanquam & iſtam non reiicio propter particulam πού.

2 Per Angelos, δι' ἀγγέλων. Legẽ intelligit quæ trãſgreſſoribus pœnas præſcripſit. Datã autẽ fuiſſe per miniſteriũ Angelorũ Legẽ, & Moſi in manus traditam, dicit diſertè Paulus Gal. 3. c. 19. & Stephanus Act. 7. g. 53.

3 Ab iis qui audierant, ὑπὸ τῶν ἀκουσάντων. Id eſt ab Apoſtolis. Hiĉ igitur non eſt Paulus ille qui ex reuelatione ipſius Chriſti didicit Euangeliũ, ſed ex Apoſtolorũ diſcipulis quiſpiam, iſque ex Circunciſione: vt iſta nec Lucæ quidem poſſint vt authori cõuenire, ſi vera ſunt quæ de eo ferunter. Neque verò id dico vt de fide huius epiſtolæ vel tantillũ detraham (quã ego non dubito ſecundam ab epiſtola ad Romanos dignitate ac fructu numerare) ſed vt iis reſpondeatur qui ſtatim clamant hæreticos quicunque hanc epiſtolã Paulo non tribuunt. Quid ſi verò Ab iis interpreteris pro Poſt eos, quia poſtremò deſignatus eſt Paulus Apoſtolus? Hoc verò nõ poteſt vllo modo cõuenire, duabus neceſſariis de cauſis. Primùm quia in hoc dicendi genere nunquam inuenies ὑπὸ ſed ἀπὸ vſurpari: deinde quia quum dicat εἰς ἡμᾶς, id eſt nobis, pro ἡμῖν, non loquitur de ſe vno, ſicuti interdum moris eſt: ſed inter eos ſeſe recenſet qui & prædicatione Apoſtolorum & prodigiis per eos editis, ad Chriſti cognitionem acceſſerant, vt ex ſequentibus liquet. At nónne Paulus potuit Apoſtolos audire, & prodigia ab ipſis edita ſpectare? Fateor: ſed hac certè ratione, nec vocatus eſt, nec in vocatione confirmatus ab Apoſtolis, vt pluribus explicat in epiſtola Galatis inſcripta: neque is ſeſe diſcipulum ſed Apoſtolũ ſolet vocare, quoties præſertim agitur de aſſerenda doctrinæ authoritate, vt hoc loco.

4 Signis, σημείοις. Miraculorum verus finis oſtẽditur. Ea verò, Signa dicũtur quòd aliud repræſentent quàm quod cernitur, vt quæ nihil aliud ſint quàm veræ doctrinæ ſigilla: Prodigia, quòd nouum & inſuetũ aliquid exhibeant: Virtutes, quòd excellẽtis illius diuinæ virtutis extraordinariũ ſpecimen edant, vt rectè annotauit doctiſſimus interpres: nequis iſta conetur curioſius tanquã diuerſas ſpecies diſtinguere. Sit ergo hoc argumẽtũ præſtãtiæ Chriſti crucifixi, quòd è cælo infinitam quandã vim ſit largitus ſuis, adeo vt eis nihil ἀδύνατον fuiſſe videatur, etiamſi naturæ ipſius leges repugnarent. quæ res manifeſtè declarat, ipſum non modò nõ mortuum, ſed etiam in cælis regnare, ſicut prædictum erat: & ita quidem vt non ſibi ſoli, ſed nobis regnet.

Οὐ γὰρ ἀγγέλοις ὑπέταξε τὴν οἰκουμένην τὴν μέλλουσαν, περὶ ἧς λαλοῦμεν.

5 Non enim Angelis ſubiecit mundum illum futurum, de quo loquimur.

5 Non enim Angelis ſubiecit orbem terræ futurũ, de quo loquimur.

Διεμαρτύρατο δέ που τις, λέγων, Τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ· ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν;

6 Teſtatus eſt autem quidam alicubi, dicens, ‖ Quid eſt homo, vt memor ſis eius: aut filius hominis, vt eũ reſpicias?

6 Teſtatus eſt autem in quodã loco quis, dicens. Quid eſt homo quòd memor es eius: aut filius hominis, quoniã viſitas eũ? Pſal.8.a.5

Ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους· δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτόν, καὶ κατέστησας αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου.

7 Feciſti eum pauliſper inferiorem Angelis: gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuũ tuarum.

7 Minuiſti eũ paulo minus ab Angelis: gloria & honore coronaſti eũ, & cõſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

Πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ. Ἐν γὰρ τῷ ὑποτάξαι αὐτῷ τὰ πάντα,

8 ‖ Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. Enimuero per hoc quòd ei ſubiecit omnia,

8 Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. In eo enim quòd omnia ei ſubiecit, 1.Cor.15.d.27

5 Non enim, οὐ γάρ. Rectè addit cauſalem particulam, ab effectis ad efficientem cauſam aſcendẽs. Nam qui hæc dona largitur, annon eſt αὐτάρκης? ſimul autem ad ſequens argumentũ tranſit. Mundũ illum futurum, τὴν οἰκουμένην τὴν μέλλουσαν. Vulg. & Eraſ. Orbem terræ futurum, obſcurè. Mũdum enim futurum, vocat futurum ſeculum illud cuius pater eſt Chriſtus, Eſa.9.b.6, caput membrorum quæ in ſummæ illius ſuæ dignitatis partem ac conſortium admittet, ſicut explicatur 1.Cor.15.c.25. Videtur autem alludere ad Pſal.102.c.19, & apertius etiam Eſa.65.c.17, vbi ſit mentio nouorum cælorum & terræ nouæ.

6 Quid eſt homo, τί ἐστιν ἄνθρωπος. Id eſt, quid rãdem eſt in homine cur tantam ipſius curam habeas, & tanto honore eũ dignatus? Acſi dicat, nihil: & omnia iſta tuæ ſunt ſingularis bonitatis dona. Hoc autem teſtimonium quomodo applicandum ſit, facilè fuerit intelligere, ſi ſcopum Apoſtoli conſideremus. Quæ de donis illis mirificis à Chriſto profectis dixerat, ad ſingulos non pertinebant, & aliò etiã reſpiciebant, nimirum ad mũdi illius futuri ciues cogẽdos. Itaque nunc in eo verſatur vt Chriſto iam regnanti omnia mẽbra coniungat. Nam ita demum nobis eſt fructuoſa regnantis Chriſti conſideratio ſi ad nos aliquid pertinere præſtantiam ipſius cognouerimus. Ad hoc probandum aſſumit aptiſſimum teſtimonium ex Pſalmo octauo, vbi de hominis excellentia differit Propheta. Hanc verò neceſſe eſt vt vel in prima illa conditione hominis ante lapſum, vel in ea in qua nunc ſunt omnes homines extra Chriſtum conſiderati, vel in tertia aliqua in Chriſto conſideremus. De prima illa minimè ambiguum eſt non agere Prophetam: de ſecunda quæri meritò poteſt. Videtur enim Dauid vniuerſaliter proponere homines vt nunc ſunt, nempe inſignia quædã bonitatis diuinæ ſpecula, quòd res ipſa oſtendat hominem cæteris animantibus præſtare, & in mundo dominium obtinere. Quorſum igitur hoc Paulus? Reſpondeo aduerſus eum qui de excellẽtia hominis ita iudicaret, meritò poſſe ad ipſos etiam philoſophos prouocari, qui quàm miſera eſſet hominum conditio perſcrutati, naturam in illos quodammodo nouercam eſſe dixerunt, & optimum eſſe homini vel non naſci, vel ſtatim mori: impiè id quidem philoſophi, ſed ita vt ex eiuſmodi ipſorum dictis facilè appareat in præſentem humanæ gentis cõditionem minimè cadere quæ Dauid in eo Pſalmo narrat. Nam contrà quid homine miſerius in ſeſe, ſiue animum ſiue corpus ſpectes? Præditus quidem eſt intelligentia. ſed quàm obſcura, imò verò quàm nulla in iis quæ præcipua ſunt, id eſt, in diuinis rebus intelligẽdis? Taceo prauitatem illam ſingulis ingeniram: taceo fœcundam illam morborũ officinam quã circunferimus. Quid verò in ſingulis, nõ dico imperiis, regnis, rebuſpublicis, ciuitatibus, familiis, domibus, ſed in ſingulis hominibus quanta rerum omnium perturbatio, quæ feritas, quæ incõſtãtia & vanitas? Fruimur quidem animalium eſu, ſed ita demum, ſi alia ſubegerimus, alia fraude illexerimus. nam quæ ſponte ſe ſubiiciant, vel nulla vel pauciſſima ſunt. Imò ſi ſpectentur hominum mores, crudeliſſimum quendam tyrannũ eſſe hominẽ dixeris, quẽ animãtia reliqua metuãt, oderint, fugiant. Vbi igitur iſta ſublimitas, Omnia ſubieciſti pedibus ipſius? Relinquitur ergo, ad tertiã aliquam conditionẽ hominũ, nempe eorũ qui in Chriſto ſunt, & cũ Chriſto tandem in futuro illo regno perficiẽtur, pertinere hanc deſcriptionẽ. Itaque nõ cenſuerim Apoſtolum iſta ſoli Chriſto tribuere, ſed etiã ſimul cum illo principe omnibus futuri mundi ciuibus, eadem prorſus ſentẽtia qua hæc olim à Dauide ſcriptã ſunt. Sed hoc quidem verũ eſt, docere Apoſtolũ iſtam deſcriptionẽ in Chriſto iam impletam eſſe, vt in nobis quoque ſuo tẽpore perficiatur. Verùm hoc Dauidis dictum ſeorſim ad Chriſtum applicat demum à verſiculo nono, vt mihi quidem videtur. Ita enim hæc adfero, non vt aliquid noui excogitaſſe videar, ſed vt ſymbolum & ipſe conferam ad obſcuriſſimi loci interpretationem. Reſpicias, ἐπισκέπτῃ. Vulg. Viſitas. Eraſ. Inuiſis. Loquitur Propheta de Deo κατ' ἀνθρωποπάθειαν. Nam quæ diligimus, non facilè ſolemus ex mente & oculis deponere. Hominem autem & filium hominis appellat in genere, omnes cælestis illius regni ciues, quales ſunt in ſeſe, antequam Dominus eos iure ciuitatis cælestis donet in Chriſto.

7 Feciſti eum pauliſper inferiorem Angelis, ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους. Hæc prima eſt futuri mundi ciuium dignitas, quòd proximè ad Angelos accedunt, tantiſper dũ ſupra ipſos Angelos euehantur. Id autem verum eſſe tota Scriptura clamat, & res ipſa oſtendit. Neque enim ex mundi iudicio, ſed ex re ipſa æſtimatur ſanctorum dignitas. qua de re pulchrè cõmemorantur multa infrà capite vndecimo, & paſſim in Scripturis, quoties fidei & inuocationis vis explicatur. Cæterùm βραχύ τι (pro quo Hebraica veritas habet מְעַט) poſſumus etiam ad rem ipſam referre, vt ſignificet aliquantulum: quo modo video pleroſque in Dauide explicare. nec multum diuerſa erit ſententia ſi ita accipias. Malo tamen de tempore interpretari, propter applicationem quæ mox ſubiicietur. nec video quid repugnet huic interpretationi apud Prophetam. Sic quidem accipitur eadem formula Act.5.f.34. & ita particula ב ad verbum erit referenda, non autem ad מְעַט. De verbo ἠλάττωσας dicemus mox ver.9. מְאַט verò nõ poſſum dubitare quin rectè interpres de Angelis ſit interpretatus. Gloria, δόξῃ. Iam ſequitur altera dignitas quæ illam excipiet, quòd videlicet in ſummo quodam gradu eminebunt, facti nimirum ipſius regni Chriſti cohæredes. quod coronæ appellatione deſignatur. Loquitur autẽ Dauid de certò futuris rebus, Prophetarum more, quaſi iam ſint completæ.

8 Omnia, πάντα. Videtur vis adferri Dauidis verbis. Nã ſubiicitur, oues & boues, &c. quæ verba videtur illam vniuerſitatem definire. Reſpondeo, enumerari quidem à Dauide has ſpecies, ſed minimè id tamen vt

in illis consistat. Iam enim antè ostendimus nõ præsentem sed futurum mundum illic describi, cuius tamen typum aliquem, imò verò primordia iam antè diximus in hac vita in sanctis apparere, in eo quòd velut alteri fiant Angeli. Elucet autem hæc dignitas in quotidiano etiam victu. siquidem hoc proprium est sanctorũ quòd rebus creatis pro suo iure vruntur. Sunt enim futuri mundi ciues, quorum hæc est prærogatiua vt omnia, nedum ea quæ ad hanc temporariam vitam pertinent, illi tanquam iusto possessori subiecta sint. Atqui (dicet aliquis) hoc quoque conuenit infidelibus. Id verò pernego. nam quicquid isti habent, id velut ex manu principis huius mundi (id est Satanæ) accipiunt. Itaque sicut ille tyrannus est & malæ fidei possessor, ita ipsi quoque quod ad se non pertinet, per rapinam & sacrilegium vsurpant.

Οὐδὲν ἀφῆκεν αὐτῷ ἀνυπότακτον· νῦν δὲ οὔπω ὁρῶμεν αὐτῷ τὰ πάντα ὑποτεταγμένα.

nihil omisit quod non sit ei subiectum. At nunc nondum videmus ei ónia esse subiecta.

nihil dimisit non subiectum ei: nunc autem necdum uidemus omnia subiecta ei.

Τὸν δὲ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν, διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον· ὅπως χάριτι Θεοῦ ὑπὲρ παντὸς γεύσηται θανάτου

Phil. 2. b. 8

9 Sed Iesum illum cernimus gloria & honore coronatum, qui paulisper fuit inferior Angelis factus, propter mortis perpessionem: vt beneficio Dei pro omnibus mortẽ gustaret.

9 *Eum autem qui modico quidem Angelis minoratus est uidemus Iesum. propter passionem mortis, gloria & honore coronatum: ut gratia Dei pro omnibus gustaret mortem.*

At nũc, νῦν δέ. Accedit nũc ad applicationẽ, quã aggreditur ab obiectionis specie. Est autẽ oppositio eiusmodi: Mira hic prædicas de hominibus futuri mũdi ciuibus. Atqui nondũ hæc cernimus, omnia nimirũ illis esse subiecta. Fateor (inquit Apostolus) sed in Christo completa ista omnia cernimus, qui quidẽ est istius regni ἀρχηγὸς. i. primus ductor, vt nos ipsius vestigiis ad eandẽ gloriã perueniamus. Atenim (dices) ne Christo quidẽ ipsi adhuc sunt omnia subiecta. Imò verò necesse est verũ esse fateamur quod ipse pronũtiauit, in cælũ iamiam ascẽsurus, Datam esse sibi omnẽ in cælo & in terra potestatẽ: & quod paulo antè dixit Apostolus, Eũ esse constitutum omniũ hæredem. Quod igitur diaboli cum suis adhuc reluctantur, hoc non impedit quin iam sint Filio illi hominis subiecti, qui adhuc nobiscũ viuens illos solo nutu eiiciebat, quique hodie impetus eorum pro arbitrio suo frænat: sed hoc ideirco fit quòd nondum in illos plena sua potestate vti velit. Idque electorum suorum commodo, qui quotidie hac ratione magis ac magis perficiuntur: tum vt reprobi mensuram suam impleant, quò & in illis per misericordiam seruandis, & istis sua potentia confringendis illustrior ipsius gloria appareat. Primùm autem notemus, particulam οὔπω, nondum. Docet enim futurum illum mundum nondum apparuisse, quẽ etiam suspirans rerum vniuersitas expectat, Rom. 8. d. 20, & deinceps. Deinde obseruemus, obiectionem nõ ferri aduersus illud Dauidis dictum, Fecisti eum paulisper inferiorem Angelis, (eius enim personam inducit qui hanc dignitatem in sanctis iam agnoscat) sed aduersus illud extremum, nempe Constituisti eum, &c. quod nõdum apparuit, nec prius apparebit quàm vnà cum Christo regnemus. Postremò relatiuum ὃν non refero ad Christum, sed ad hominem, id est ad futuri illius regni ciues, quos complectitur vno speciei vocabulo. veluti quum dicimus, hominem esse ratione præditum. Nam reliquos Dauid pro non hominibus censet, ad quos illa amplissima humanæ gentis dignitas non pertineat. Id autem ita intelligendum esse, ex responsione apparet. neque enim dicendum fuisset τὸν δὲ Ἰησοῦν, Iesum autem, sed αὐτὸν δέ, id est sed ipsum, &c. Fateor tamen hoc posse Hebræorum idiotismo excusari, qui antecedens exprimunt loco relatiui. Sed siquis ad hanc rationem alias superiores adiunxerit, & totam argumenti seriem perspexerit qualem tradidimus, comperiet (vt spero) nostram expositionem multo minus esse violentam, & magis etiam cum Apostoli scopo consentire.

9 Sed Iesum illum cernimus, τὸν δὲ Ἰησοῦν βλέπομεν, &c. Nequis miretur mutatam esse à me verborũ collocationem, notandum est duplicem esse synchysin in Græco contextu, qui ita fit construendus, βλέπομεν δὲ δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον τὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, ὅπως χάριτι Θεοῦ, &c. quod ita planum esse putamus vt probatione non indigeat. Quanquam etiam potest διὰ τὸ πάθημα, &c. coniungi cum ἐστεφανωμένον. sicut alibi dicitur, oportuisse Christum pati, & ita introire in gloriam. sed illa collocatio eòdem recidit, & multo planior est, nulla etiam distinctione repugnante. Cernimus, βλέπομεν. Cernimus nimirum ex ipsius virtute in Ecclesia manifestissimè apparente, vt dixit suprà, ver. 4. Hic enim est prodigiorum & donorũ Spiritus sancti finis. Deinde ex ipsius in singulis fidelibus efficacitate: vt qui iam sint secundo ab Angelis loco, si modò sibi sint suæ fidei conscii: vt is qui dicebat, Omnia possum in eo qui me confirmat. Legantur eorum vitæ quos vetustas propter magnam singularis virtutis opinionem heroas & semideos vocauit, imò etiam vt numina est venerata, & cõperiemus illorum excellentissimos, (nã de iis non loquor quos vel adulatio, vel fraus, vel metus diis adiũxit) tantum abfuisse ab infimi cuiusuis sancti præstantia, quantũ abest cælum à terra. Ex his ergo cernimus, in Christo capite nostro iam impleta quæ certo pignore accepto, adhuc expectamus. Qui paulisper fuit inferior Angelis factus, τὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον. Id est, qui ad tempus sese exinaniuit, forma serui accepta, nimirum hac nostra carne & mortalitate, vt paulo pòst explicabit. Cæterùm ne quis miretur me ista prorsus aliter quàm paulo antè explicare, vt qui verbis illis dignitatem membrorum dixerim describi, quum nunc econtrario iisdem verbis humiliationem capitis significari dicam: respondeo, Prophetam diuina prorsus inspiratione vsurpasse verbum חסר, quod significat, facere vt quidpiam inops & egenum videatur. neque propriè de eo dicitur qui talis ab initio fuerit, sed de eo potius qui ex altiore gradu in inferiorẽ reciderit. quo modo Græcè non dicetur ἠλαττῶσθαι, nec Latinè imminui, nisi qui deteriore sit cõditione quàm antea. Itaque Propheta de industria verbum illud vsurpauit quo æterni Verbi humiliatio, formæ serui assumptæ respectu, significaretur: vnde tamen futuri mundi excellentia penitus penderet: quod & paulo pòst exponet Apostolus. Itaque aliter vnum idémque verbum mẽbris, aliter capiti tribuitur, quũ tamen res ea sit eadẽ: nẽpe proximo ab Angelis loco esse, quod neque illi sine imminutione, qualem dixi, nec nobis sine magna dignitatis accessione contingit. Sed vnus tamen supereſt scrupulus, quem Erasmus mouet, Quomodo dum taxat dicatur Angelis inferior factus, qui in morte sese non hominem, sed vermem quodammodo fuisse dicat, Psal. 21. b. 7. Iterum respondeo, Christum hic nobis neque vt Deũ per se (hactenus enim nihil de eo potuit imminui) neque vt hominem per se, (hactenus enim fuit ad tempus non modò infra Angelos, sed infra abiectissimos etiam homines nostri causa detrusus) sed vt Deum & hominem coniunctim proponi, quia nimirum in hac etiã ipsa infirmitate vult Apostolus vt Christi præ cæteris Pontificibus præstantiam consideremus, quicum sit nostræ illius præstantissimæ futuræ gloriæ spes omnis coniuncta. Hac igitur ratione meritò dictus erit Christus

tum

tum imminutus,quia idem ille qui Deus eſt,homo eſt natus,crucifixus,mortuuſ ac ſepultus: tām ita imminutus vt in proximo tamen ab Angelis gradu ſteterit,quia idem ille homo ita miſer eſt vt tamen Deus eſſe non deſinat.quod in ipſo etiam ſepulchro,anima ſpoliatus oſtendit, quum eum corruptio attingere non auderet, ſua ipſius vi mox reſurrecturū. Dicā amplius, etiā quatenus homo in terris fuit,proximū Angelis fuiſſe,quum ἀναμαρτησίαν fuerit & δικαιοσύνην & ὑπεροχήν,ac ipſo etiam Adamo infinitis partibus perfectior,vt qui proximè coniūctæ & vnitæ diuinitatis præſidio ſuſtineretur,illis tamen,quod ad perpeſſionem & mortem attinet, inferior. Miſerrimus autem fuit omnium hominum:fateor.ſed id tamennon ſimpliciter,quatenus naturæ noſtræ particeps eſt,verūm quatenus naturæ noſtræ vitioſitatem cum eius fructibus per imputationem verè ſuſtinebat: idque ad tempus,vt qui nunc totus ſupra omnes cælos euectus ſit,vt aliquādo ſimus eiuſdem gloriæ toti etiā participes. Propter mortis perpeſſionem,διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου.Id eſt vt mori poſſet.Nam διὰ cauſam finalē hic declarat. Alioqui ſi per ipſam mortem diceretur capite quodammodo diminutus,id eſt ſi hæc diminutio in morte conſideraretur,ac non potius in naturæ humanæ aſſumptione,ſicut Philipp.2.a.7, dicendum erat διὰ τὸ παθήματος τοῦ θανάτου. Vt beneficio,ἵνα χάριτι.Rectè hoc addidit.nam in eo verſatur vt doceat nos tū in ipſa Chriſti morte ſine ſacrificio præſtantiam ipſius conſiderare, tum eius præſtantiæ conſiderationem ad vſum noſtrum accōmodare.ſeū enim dicit ad nos deſcendiſſe vt nos ſecum eueheret.Nam ὑπὲρ παντὸς pro ὑπὲρ παντῶν dixit,vbi rurſus annotādum particulam vniuerſalem nō complecti ſingulos homines,ſed omnia Chriſti membra in vnum corpus coniungere.Admonet Græcus ſcholiaſtes,Neſtorianos olim hunc locum auſos fuiſſe deprauare,& pro χάριτι Θεοῦ ſcribere χωρὶς Θεοῦ,abſque Deo,nempe vt à patiente homine Deum ſepararent.

Mortem guſtaret,γεύσηται θανάτου.Id eſt mortem ſentiret,metaphora ſumpta à propinato calice,ex Scripturæ more,quem etiam ſeruauit Chriſtus in triplici illa ſua oratione,quum iam ad mortem properaret. Vide Ioh. 8.f.51.Quibuſdam etiam placet huc referre,quòd verè quidem mortuus ſit,ſed tamen mortem quaſi deguſtarit duntaxat,vt qui mox reſurrexerit:qua ratione dicuntur etiam nonnulli bonum Dei donum guſtare, quod mox euomant,Infrà,6.a 4.

Ἔπρεπε γὰρ αὐτῷ, δι' ὃν τὰ πάντα καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, πολλοὺς υἱοὺς εἰς δόξαν ἀγαγόντα, τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν διὰ παθημάτων τελειῶσαι.	10 Decebat enim vt ipſe propter quem ſunt hæc omnia & per quem ſunt hæc omnia,multos filios in gloriam adducendo, principem ſalutis ipſorum per afflictiones conſecraret.	10 *Decebat enim eum propter quem omnia & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem ſalutis eorū,per paſſiones conſummare.*
Ὅτε γὰρ ἁγιάζων καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι, ἐξ ἑνὸς πάντες. δι' ἣν αἰτίαν οὐκ ἐπαισχύνεται ἀδελφοὺς αὐτοὺς καλεῖν,	11 Nam & qui ſanctificat & qui ſanctificantur, ex vno ſunt omnes.quam ob cauſam nō erubeſcit fratres ipſos vocare,	11 *Qui enim ſanctificat & qui ſanctificantur, ex vno omnes. propter quam cauſam non confunditur fratres eos vocare,*
Λέγων, Ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἐν μέσῳ ἐκκλησίας ὑμνήσω σε.	11 Dicens, Annuntiabo nomen tuum fratribus meis, in medio Eccleſiæ tibi hymnos canam.	11 *Dicens, Nunciabo nomen tuum fratribus meis. in medio Eccleſiæ laudabo te.* Pſal.21.c.13

10 Decebat enim,ἔπρεπεν γάρ.Probarat ſic hominem eſſe Chriſtū vt ſit Deus: quam dignitatem figillatim applicauit triplici eiuſdē officio. Nunc cōuerſo ordine dicit oportuiſſe ſic Deū eſſe vt fieret homo:quod rurſus applicat prophetiæ,in his,Multos filios adducendo:regno verò & ſacerdotio in his, Principem ſalutis.

Vt ipſe propter quem,&c.αὐτῷ δι' ὃν,&c.Reperendum eſt Θεῷ à fine ſuperioris verſiculi.Eſt enim Dei Patris periphraſis ad id de quo agitur accommodata.Cedit enim hoc arcanum Dei gloriæ,propter quem hæc omnia facta ſunt:& quum per eum facta ſint hæc omnia,tota laus huius facti ad eum redit, vt meritò dicat Apoſtolus ſic fieri decuiſſe.Sed & ex hoc loco licebit Arianos refellere,qui ex præpoſitione διὰ colligebant Filium eſſe Patre minorem,quā hic tribuatur ipſi Patri. Adducendo,ἀγαγόντα.Id eſt ἄγοντα.Sunt enim ſancti omnes electi in Chriſto,vt tandem ſit Deus omnia in omnibus. Principem,ἀρχηγὸν.Id eſt anteſignanum,& qui ſicut primus eſt dignitate,ita eſt primogenitus ex mortuis inter multos fratres. Cōſecraret,τελειῶσαι.Rectè omnino ita conuertit doctiſſimus interpres:quod etiam indicat proximum ſanctificandi verbū,& quod de Pontifice ſubiicitur. Omnes igitur Chriſti ærumnas dicit quaſi ſolennia quædam ſacra fuiſſe, quibus initiaretur & ſuo pontificatu inauguraretur ſalutis noſtræ princeps:nedum vt illa infirmitas fuerit obiectū quippiam, quòd de Chriſti dignitate aliquid detrahat.quamobrem etiam Apoſtolus teſtatur nos per afflictiones fieri Filio Dei conformes. Sic Græci theologi τελείωσιν nomen tum ad Baptiſmum,tum ad martyrium ſimili prorſus ratione accommodant. Vulgata, Conſummare.Eraſmus, Perficere: quod non ita expreſſum videtur,quanuis iſta quoque interpretatio non ſit repudianda,vt perfectio opponatur diminutioni.

11 Nam & qui ſanctificat,ὅτε καὶ ὁ ἁγιάζων.Cohæret particula cauſalis cum participio ἀγαγόντα,vt adduceret:item cum extremo verſiculo nono. Qui enim valet cōſequutio hæc,Chriſtus coronatus eſt gloria,&c. ergo & nos exaltabimur? Quia mortuus eſt pro omnibus.illum enim ita conſecrauit Deus,vt multos filios adduceret in gloriam.Sed qui fieri hoc poteſt?quia vnius naturæ ſunt caput & membra, is qui ſanctificat & qui ſanctificantur.Sanctificationem autem appellat ſeparationem,purificationem, conſecrationem denique electorum:vtrúmque præſenti tempore,vt ſignificet nos adhuc in huius ſanctificationis progreſſu verſari.

Ex vno,ἐξ ἑνὸς.Id eſt eiuſdem naturæ,humanæ videlicet,ita vt ἑνὸς poſitum ſit neutro genere.qua ratione volunt nonnulli Chriſtum paſſim Filium hominis dici. Vel ἐξ ἑνὸς,id eſt Adamo.quæ interpretatio in idem recidit,ac minus etiam coacta videtur,quum Lucas idcirco quoque videatur ad Adamum vſque deducere Chriſti genealogiā.Quidam Ex vno Deo interpretantur:verè id quidem,quum Chriſtus ſit primogenitus inter multos fratres,quos etiam verſu ſuperiore υἱοὺς,id eſt filios,vocauit:ſed tamen hoc non videtur ſatis appoſitè dici.

Non erubeſcit,οὐκ ἐπαισχύνεται.Rectè.nam quantum alioquin inter nos & ipſum intereſt!

11 Annuntiabo,ἀπαγγελῶ.Hunc Pſalmum rectè Chriſto tribui apparet ex eo quòd ad vium totam paſſionis illius hiſtoriā deſcribit.Sic autem propheticum eius vt Dei ſimul & hominis munus deſcribitur.Eſt enim Chriſtus Euangelii non tantùm author & materia,ſed etiam præco.

Καὶ πάλιν, Ἐγὼ ἔσομαι πεποιθὼς ἐπ' αὐτῷ. Καὶ πάλιν, Ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία ἃ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός.

Psal.18.c.3 Isa.8.d.18

13 Et rursum, ¶Ego fretus ero ipso. Et iterum, ¶Ecce ego & pueri quos mihi dedit Deus.

13 *Et iterum, Ego ero fidēs in eum. Et iterum, Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi Deus.*

Ἐπεὶ οὖν τὰ παιδία κεκοινώνηκε σαρκὸς καὶ αἵματος, καὶ αὐτὸς παραπλησίως μετέσχε τῶν αὐτῶν, ἵνα διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τοῦτέστι τὸν διάβολον·

Osee 13.d.14 1.cor.15.g.54

14 Quoniam igitur pueri participes sunt carnis & sanguinis, ipse quoque consimiliter particeps factus est eorundē, ‖vt per mortē aboleret eū qui mortis imperiū habet, hoc est diabolū.

14 *Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem, ut per mortē destrueret eum qui habebat mortis imperiū, id est diabolū:*

Καὶ ἀπαλλάξῃ τούτους ὅσοι φόβῳ θανάτου διὰ παντὸς τοῦ ζῆν ἔνοχοι ἦσαν δουλείας.

15 Et liberos redderet quotquot metu mortis, per omnem vitā obnoxii erant seruituti.

15 *Et liberaret eos qui timore mortis per totam uitam obnoxij erant seruituti.*

Οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται.

16 Non enim videlicet Angelos assumpsit, sed semen Abrahæ assumpsit.

16 *Nusquam enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehēdit.*

Ὅθεν ὤφειλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι, ἵνα ἐλεήμων γένηται καὶ πιστὸς ἀρχιερεὺς τὰ πρὸς τὸν Θεὸν, εἰς τὸ ἱλάσκεσθαι τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ.

17 Vnde debuit per omnia fratribus similis fieri, vt misericors esset & fidelis pōtifex in iis quæ apud Deum *agenda forent*, ad expiandum peccata populi.

17 *Vnde debuit per omnia fratribus similari, ut misericors fieret & fidelis Pontifex ad Deum, ut repropitiaret delicta populi*

13 Ego fretus ero ipso, ἐγὼ ἔσομαι πεποιθὼς ἐπ' αὐτῷ. Vel, Ego ero fret⁹ ipso. Significat enim Hebræis חסה (quo verbo vtitur Propheta Psal.18, vnde desumptus est hic locus) recipere se in fidem ac præsidiū alicuius: vnde factū vt ad fiduciam transferretur. Itaque hoc ipsum est quod Latinè dicitur fretum esse. Q. Cicero De petitione Consulatus, Quanquam partis & fundatis amicitiis fretum ac munitum esse oporteret. Sic autem in illo Psalmo Dauidem de se loqui, vt multa Christo ipsi magis propriè conueniant, apparet ex versu 44, & 45. Et aptè argumētatur Apostolus ad probandā Filii Dei diminutionē, sicut dicebat ipse Dominus, Vado ad Deum meū & Deum vestrum. Ecce ego, &c. ἰδοὺ ἐγὼ, &c. Hæc loquitur de se & discipulis suis Esaias capite 8, sed omnes ministros adumbrans: vt illius discipuli vicissim Ecclesiam totam designant. Quum igitur prophetarum ac ministrorum caput sit Christus, meliore etiam iure hæc illi tribuuntur quàm ipsi Esaiæ. Dedit, ἔδωκεν. Hoc explicatur Iohan.6.d.37, & 10.e.28.

14 Participes sunt carnis & sanguinis, κεκοινώνηκε σαρκὸς καὶ αἵματος. Id est, cōstāt carne & sanguine, fragili videlicet & caduca natura. Nunc verò quod de eo homine dixerat, ad regium etiam munus applicat, apertius explicans quod dixerat, omnes esse ex vno. Vulgata, Communicauerunt carni & sanguini, obscurè, vel ob eam causam quòd seruauit præteritum tempus. Erasmus, Commercium habent cum carne & sanguine: aliquanto etiam obscurius, vt mihi videtur. Consimiliter, παραπλησίως. In hoc aduerbio interdum καθὰ detrahit de significatione, vt quum significat propemodum: hic verò contrà, proximam & prorsus respondentem cōditionem declarat, imò eandem prorsus, quod ad speciem ipsam attinet, nempe vt lac lacti simile dicitur. Qui mortis imperium habet, τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου. Mortis imperium habere dicitur diabolus, à quo exortum est peccatum, quod mors est consequuta: quique nos quotidie ad peccandum solicitat, vt in æternæ mortis exitium nos secū pertrahat. Tota igitur mortis administratio penes eum est. Nobis tamē dicitur extinctus, quòd omnes ipsius conatus aduersum filios Dei cadāt inanes & irriti, imò verò etiam nostro commodo cedant. Et notandum etiam quòd mortis imperium dicit per mortem abolitum. i. hostem suis ipsius armis confectum.

Diabolum, τὸν διάβολον. De vno loquitur tāquam omnium principe, vt alibi sæpe Scriptura: cui tacitè adiunguntur reliqui ipsius Angeli, vt Matth.25.d.41.

15 Mortis, θανάτου. Mortem intellige cum ira Dei coniunctam, qualem necesse est extra Christum esse, cuius metus aut horroris potius perpetua seruitute nihil fingi potest miserius.

16 Angelos, ἀγγέλων. Id est angelicam naturam. Vbi sunt igitur qui spirituale (id est Angelicæ vel cœlestis substantiæ) corpus Christo tribuunt? Nam spirituale quidem nunc esse fatcor, sed longè alio sensu, vt diximus 1.Cor.15.f.44. Assumpsit, ἐπιλαμβάνεται. Paulo antè κεκοινώνηκε dixit pro κοινωνῆ, ita nunc cōtrà præsenti vtitur pro præterito, quæ permutationes temporum passim apud Hebræos occurrunt. Semen Abrahæ, σπέρματος Ἀβραάμ. Id est veram hominis naturam. Voluit autem hoc ambitu Apostolus illam designare, vt promissiones Messiæ factas Abrahamo, in memoriam Hebræis reduceret, quæ ad hoc argumentum magnopere pertinēt. Ideo etiam disertè Christus dicitur Filius Abrahami: vt exposuimus Mat.1.a.1. Est autem insignis hic locus ad probandam veræ humanæ naturæ cum diuina coniunctionem, ad vnum constituendum Christum: ideóque à veteribus præsertim Græcis diligenter annotatus. Quo magis est execranda Castellionis audacia qui ἐπιλαμβάνεται conuertit Opitulatur, non modò falsa sed etiam inepta interpretatione, quum ἐπιλαμβάνεσθαι nunquam hoc declaret apud Græcos. Sed eum nimirum id offendit quòd ἐπιλάβεται non scripserit Apostolus. Quasi verò in narrationibus rerum gestarum non soleat frequentissimè vsurpari hæc enallage, cum aliqua etiam venustate, vt res non acta perscribi, sed adhuc geri videatur. Denique in sententia tam manifesta, tantine momenti hoc erat vt nouam & inauditam & ad scopum Apostoli nihil pertinentem verbi ἐπιλαμβάνεσθαι significationem cōminisceretur?

17 Per omnia, κατὰ πάντα. Per omnia, id est, non solùm quod ad naturam sed etiam quod ad omnes qualitates attinet, sed à peccato tamen immunes. Misericors, ἐλεήμων. Id est, qui nostrarum rerum vero sensu tangeretur, vt Luc.19.f.41, vbi etiam super perituris lacrymatur. Iam autem ad Christi Sacerdotium transit, docétque oportuisse hominē fieri vt pontifex etiam esset idoneus. Fidelis, πιστὸς. Id est sincerè & integrè munus suum peragens, vel cui meritò fideremus.

Ἐν ᾧ γὰρ πέπονθεν αὐτὸς πειρασθείς, δύναται τοῖς πειραζομένοις βοηθῆσαι.

18 Nam ex eo quod perpeſſus fuit quum tentatus eſt, poteſt & iis qui tentantur ſuccurrere.

18 *In eo enim in quo paſſus eſt ipſe & tentatus, potens eſt & eis qui tentantur auxiliari.*

Κεφάλαιον γ΄

CAP. III.

CAP. III.

Ὅθεν, ἀδελφοὶ ἅγιοι, κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι, κατανοήσατε τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Χριστὸν Ἰησοῦν·

1 VNde, fratres ſancti, vocationis cæleſtis participes, conſiderate Apoſtolum & Pontificem profeſſionis noſtræ Chriſtum Ieſum,

1 VNde, *fratres ſancti, vocationis cæleſtis participes, conſiderate Apoſtolum & Pontificem confeſſionis noſtræ Ieſũ*

Πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, ὡς καὶ Μωσῆς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ.

2 ¶Fidelem ei qui ipſum conſtituit: vt & Moſes *fidelis fuit* in tota domo ipſius.

2 Qui *fidelis eſt ei qui fecit illum: ſicut & Moyſes in omni domo eius.* Num.12.b.7

Πλείονος γὰρ δόξης οὗτος παρὰ Μωσῆν ἠξίωται, καθ' ὅσον πλείονα τιμὴν ἔχει τοῦ οἴκου ὁ κατασκευάσας αὐτόν.

3 ¶Tanto nanque ampliore gloria præ Moſe hic dignus eſt habitus, quanto maiorem habet honorem is qui conſtruxit domum quàm domus ipſa.

3 *Amplioris enim gloriæ iſte præ Moyſe dignus eſt habitus, quanto amplioremhonorem habet domus, quæ fabricauit illam.*

Πᾶς γὰρ οἶκος κατασκευάζεται ὑπό τινος· ὁ δὲ τὰ πάντα κατασκευάσας, Θεός.

4 Omnis enim domus conſtruitur ab aliquo: porro qui cõdidit omnia hæc, Deus eſt.

4 *Omnis nanque domus fabricatur ab aliquo: qui autem omnia creauit, Deus eſt.*

Καὶ Μωσῆς μὲν πιστὸς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ὡς θεράπων, εἰς μαρτύριον τῶν λαληθησομένων·

5 Et Moſes quidem fidelis fuit in tota domo ipſius, vt famulus, ad teſtificanda quæ pòſt dicenda erant:

5 *Et Moyſes quidẽ fidelis erat in tota domo eius, tanquam famulus, in atteſtationẽ eorum quæ dicenda erant:*

18 Quum tentatus eſt, πειρασθείς. Id eſt quum exploraretur, vel etiam quum tentaretur. i. ad malum ſollicitaretur à diabolo, & omnibus ipſius inſtrumentis: quibus tamen fortiſſimè & conſtantiſſimè, ſed non ſine acerbiſſimis & inexplicabilibus doloribꝰ, reſtitit. Nam quod ad intrinſecas tẽtationes attinet à carnis vitioſitate exorientes, nullæ in eo eſſe potuerunt qui ex Spiritu ſancto conceptus eſt. Caſtellio conuertit, Periclitando, quàm rectè, ipſe viderit. Eraſmus. Ex hoc quòd ipſi contigit tentari. nam coniunxit hæc duo τὸ παθεῖν & πειρασθῆναι, vt participium poſitum ſit loco infinitiui. Sed quis ita loquitur τὸ παθεῖν πειρασθῆναι, vel πειρασθῆς, pro συμβὰν αὐτῷ πειρασθῆναι. Poteſt, δύναται. Vide infrà, 5. 2. 2.

IN CAPVT III.

1 Vnde, ὅθεν. Orditur collationem prophetici muneris, ſiue Apoſtolatus Chriſti, cum Moſis miniſterio, ſed coniunctim cum regno, (nam & Moſes & Ioſue ſic fuerunt prophetæ vt etiam regia poteſtate ſinè functi) apertè iam hunc nominans, poſtquam illius præſtantiam luculentiſſimè probauit. Apoſtolum, ἀπόστολον. Id eſt legatum & nuntium, ſicut ἄγγελος ἀρχιερεὺς dicitur. i. miniſter circumciſionis, Rom. 15. b. 8. Obiter autem, vbi ipſum oſtendit omni poteſtate eminentiorem, nunc attingit Propheticum munus, qua ratione cum Moſe confertur, ſicut ſacerdotii reſpectu cũ Aarone: præterea etiam de Ioſue aliquid propter regnum attingens, vt omnibus modis ſit nobis Chriſtus factus omnia. Iſtorum autem omnium fundamenta ſubſtrauit, explicata vtraque Chriſti natura coniunctim: & nunc alteram diſtributionem nectit. Vult enim à nobis iſtam Chriſti præſtantiam conſiderari, tum vt Prophetæ ſua authoritate docentis, vt qui Dominus ſit: tum vt Pontificis maximi & vnici. Primùm igitur de Apoſtolatu dicet vſque ad capitis 4 verſiculum 14. inde ad Pontificatum tranſibit. Profeſſionis, τῆς ὁμολογίας. Id eſt eius doctrinæ quam profitemur, Euangelicæ nimirum.

2 Ei qui ipſum cõſtituit, τῷ ποιήσαντι αὐτὸν. Repete καὶ τὸν πιστὸν, Apoſtolum & Pontificem. Vt & Moſes, ὡς καὶ Μωσῆς. Vide vt exæquet quos poſtea longè impares eſſe oſtendet. Qui enim ſint paris dignitatis ſeruus & filius? Fidelis tamen eſt vterque: ſic igitur poſthabetur Moſes Chriſto vt nihil illi detrahatur, nihil iſti præter meritum adiiciatur, vtrique gradus ſuus conſeruetur. Offenſio enim quorundam inde naſcitur quòd vtrunque habebant pro ſeruo. Quamobrem conſtituta iam Chriſti Dei & hominis præſtantia, intrepidè loquitur Apoſtolus.

3 Tanto nanque ampliore, πλείονος γὰρ, &c. Eraſmus voculam illam rectè addidit, vt magis perſpicuus eſſet hic locus. Cauſalis autem particula non cohæret cum proximis, ſed cum præcipuo totius periodi verbo κατανοήσατε, conſiderate: acſi diceret Apoſtolus, Meritò magni facitis Moſen: (fuit enim fidelis in domo Domini) ſed excellentia Chriſti, qui & ipſe fidelis fuit tum Apoſtolus tum Pontifex, longè etiam dignior eſt quam conſideretis. Eſt enim ipſius tanto amplior gloria, &c. Quàm domus ipſa, τοῦ οἴκου. Quanto præſtantior eſt architectus ipſa domo quã eſt architectatus, tanto Chriſtus præſtat Moſi. Quomodo verò conſtabit illa ſimilitudo? nempe quia Moſes ipſe pars eſt domus à Chriſto extructæ: nedum vt illam ſit molitus. Vſitatum enim eſt Eccleſiam domui comparare, cuius & viui lapides & vaſa dicuntur tum paſtores tum greges, vt 1. Tim. 3. d. 15, & 2. Tim. 2. d. 20, & 1. Pet. 2. 4. Hæc igitur prior erit collatio Chriſti cum Moſe. Vetus interpres conuertit Honorem domus, id eſt qui ex domo redit ad architectum multo amplior quàm ad ipſius miniſtros, qui per ſe nihil præſtiterunt, ſed fuerunt duntaxat architecti organa. acſi Gallicè dicas, *D'autant que le plus grand honneur de la maiſon reuient à celuy qui l'a faicte.* Sententia quidem bellè conuenit, ſed Græca mihi non videntur ſatis conuenire.

4 Omnia hæc, τὰ πάντα. Non erat omittendus articulus. nam generalis alioqui ſententia accõmodanda eſt ad ædificium de quo agitur. Apparet autem omnino ex connexione argumẽti, Chriſtum Dei nomine ſignificari. Eſt enim in his verbis aſſumptio argumenti, cuius præceſſit propoſitio, & in vtraque Chriſtus eſt ſubiectum. Ita enim eſt huius Eccleſiæ fundamentum vt ſimul præſideat: ita frater, vt ſit Dominus: ita formatus à Domino, vt ſit Deus propria virtute omnia efficiens: ſicut egregiè ſcripſit doctiſſimus interpres.

5 Et Moſes, καὶ Μωσῆς. Altera collatio, in conditæ domus adminiſtratione. Nam hic quoque præfuit

Filius vt Dominus, Moſes vt miniſter. Filius ergo id propriũ habet quòd ſolus propriè dici poteſt architectus, vtpote Deus qui omnia effecerit. In altero vſus eſt Moſis opera, ſed nulla coactus neceſſitate, tantùm vt ſeruo, qui ſignificaret quod habebat in mandatis, & Domino loquuturo audientiam faceret. Vt famulus οἰκέτης. Honeſtius vocabulum eſt θεράπων quàm δοῦλος, vt apparet ex verbo θεραπεύειν, quod de ingenuis dicitur, prompta quadam voluntate operam ſuam alicui accommodantibus.

Χριστὸς δὲ ὡς υἱὸς ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ· οὗ οἶκός ἐσμεν ἡμεῖς, ἐὰν τὴν παῤῥησίαν καὶ τὸ καύχημα τῆς ἐλπίδος μέχρι τέλους βεβαίαν κατάσχωμεν.

6 At Christus vt filius domui ſuæ præeſt: cuius domus ſumus nos, ſi fiduciam & ſpem illam de qua gloriamur, ad finẽ vſque firmam tenuerimus.

6 Chriſtus verò tanquam filius in domo ſua: quæ domus, ſumus nos ſi fiduciam & gloriam ſpei uſque ad finem firmam retinuerimus.

Διὸ καθὼς λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, Σήμερον, ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε,

7 Quapropter ſicut dicit Spiritus ille ſanctus, ¶ Hodie ſi vocẽ eius audieritis,

7 Quapropter ſicut dicit Spiritus ſanctus, Hodie ſi vocem eius audieritis,

Pſal.95.b.8 Iaſra.4.b.7

Μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ, κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ·

8 Ne obdurate corda veſtra, ſicut in exacerbatione, in die tentationis illius in deſerto:

8 Nolite obdurare corda veſtra, ſicut in exacerbatione, ſecundũ diem tentationis in deſerto:

Οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν, ἐδοκίμασάν με, καὶ εἶδον τὰ ἔργα μου τεσσαράκοντα ἔτη.

9 Vbi tẽtauerũt me patres veſtri, probauerũt me, & viderunt opera mea quadraginta annis.

9 Vbi tentauerunt me patres veſtri: probauerunt & viderunt opera mea quadraginta annis.

Διὸ προσώχθισα τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ, καὶ εἶπον, Ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ· αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου.

10 Quapropter infenſus fui nationi iſti: & dixi, Semper errant corde, neque cognouerunt vias meas.

10 Propterquod infenſus fui generationi huic, & dixi, Semper errant corde: ipſi autem non cognouerunt vias meas.

Ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, Εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου.

11 Itaque iuraui in ira mea, Si introibunt in requiem meam.

11 Quibus iuraui in ira mea, Si introibunt in requiem meam.

Βλέπετε, ἀδελφοί, μήποτε ἔσται ἐν τινι ὑμῶν καρδία πονηρὰ ἀπιστίας, ἐν τῷ ἀποστῆναι ἀπὸ Θεοῦ ζῶντος,

12 Videte, fratres, nequando ſit in vllo veſtrum, cor malum & infidele, deficiendo à Deo viuo:

12 Videte fratres, ne forte ſit in aliquo veſtrum, cor malum incredulitatis, diſcedendi à Deo viuo.

Ἀλλὰ παρακαλεῖτε ἑαυτοὺς καθ' 13 Sed exhortamini alii alios 13 Sed adhortamini noſ-

6 At Chriſtus vt filius qui domui ſuæ præeſt, Χριστὸς δὲ ὡς υἱὸς ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ. Vulg. Chriſtus verò tanquã filius in domo ſua. Eraſ. At Chriſtus tanquam filius adminiſtrauit domum ipſius. Neuter cognouit diſcrimen quod obſeruandum erat inter ὡς & ἐπὶ hoc in loco. Dicitur enim fuiſſe Moſes fidelis in domo, Chriſtus verò ſupra domum, vt is videlicet qui domui præeſt tanquam dominus. Eraſmus verò (cuius veſtigia Caſtellio ſequutus eſt, ſed errore duplicato) præterea in eo aberrauit ab Apoſtoli ſcopo, quòd vertit αὐτοῦ, ipſius, quum emendati codices legant αὐτῆς, & quomodocunque legas, dicendũ ſit omnino Filius domui ſuæ non alienæ præfuiſſe. Nã (vt cæteras cauſas omittã) quò referes relatiuum αὐτοῦ, ipſiusnam ad proximum, id eſt ad Moſen? id verò nimis eſſet abſurdum. Num ad Deum? atqui is ipſe Filius Deus ille eſt architectus. Cuius domus, οὗ οἶκος. Cuius vi delicet Chriſti domus nos ſumus. Sed rectius fortaſſe legeris ἧς οἶκος ἐσμὲν ἡμεῖς, quæ domus ſumus nos, quod in vno ex veteſtis noſtris codicibus ſcriptum inuenimus, & ſequutus eſt Vetus interpres. Fiduciam, τὴν παῤῥησίαν. Fiduciam vocat fidei effectum illud præſtantiſſimũ quo fit vt clamemus Abba Pater: cui ſubiũgitur ſpes illa de qua gloriamur, quia nondum apparuit quod ſumus, & tamen ſpes illa fallere nos non poteſt, ac proinde vt de re præſenti gloriamur in Domino, vt Rom. 5. a. 2

7 Si audieritis, ἐὰν ἀκούσητε. Ergo Deus erat poſt Moſen ipſúmque adeo Dauidem adhuc loquuturus.

8 In exacerbatione, ἐν τῷ παραπικρασμῷ. Heb. במריבה. i. in *die* contentionis. Nam repetendum eſt יום ex ſequente membro. Loquitur autem Propheta de nobili illa hiſtoria quæ perſcripta eſt Exo. 17. b. 7, à qua etiam locus ipſe in quo hæc geſta ſunt, dictus eſt Maſa, id eſt tentatio, & Meriba, id eſt iurgium ſeu contentio, quòd Iſraelitæ illic cum Moſe iurgãdo, Deum ad iram prouocarint. Quorſum hæc autem Apoſtolus vt patrum authoritatem deſinant obtendere. Deinde vt ſi impunè contemni non potuit famulus Moſes, conſiderent multo maiores pœnas daturos qui Filium contempſerint, ad quem Moſes ipſe inuitat. Poſtremò ſingulari quodam aut potius diuino prorſus iudicio hunc locum delegit Apoſtolus, mentione finis iniecta. Finis enim externus quo populum deducebat Moſes, & introduxit Ioſue, fuit requies terræ Chanaan: finis quo nos deducit Deus per Chriſtum, eſt æterna ipſius requies, quam terra Chanaan & Sabbathi quies adumbrauit: quod poſtea explicatur. Pulchrè ergo cohærent omnia, & obſeruandum eſt Apoſtolum ſingulari artificio hanc exhortationem concipere in Dauidis ipſius perſona, aut potius Spiritus ſancti.

9 Quadraginta annis, τεσσαράκοντα ἔτη. Quia ſequitur particula διό, Græci codices iſta adiunxerunt præcedentibus, quum tamen in Hebræis iſta connectantur ſequentibus, nec vlla cauſalis particula interiiciatur. Sed & vnum codicem veteſtum inuenimus cum Hebraica veritate prorſus conſentiẽtem: quo modo etiam legitur in recepta Græci pſalterii editione. Deinde etiam idipſum ita repetitur infrà, ver. 17. Nolui tamen quicquam mutare in re tantilli momenti, quum eadem maneat ſententia, vtrouis modo legas.

10 Errant corde, πλανῶνται τῇ καρδίᾳ. Id eſt, vecordes ſunt & inſani.

11 Itaque, ὡς. Id eſt ὥστε. Hebr. אשר, id eſt ὅτι, quibus, vt etiam legit & interpretatus eſt Vetus interpres. Eraſ. Sicut, non ſatis rectè. Idem autem declarat In ira mea, atque iratus ego. Si introibunt, εἰ εἰσελεύσονται. Vide Mar. 8. b. 12.

ἐκάστην ἡμέραν, ἄχρις οὗ τὸ σήμερον καλεῖται· ἵνα μὴ σκληρυνθῇ τις ἐξ ὑμῶν ἀπάτῃ τῆς ἁμαρτίας.

quotidie, quoad appellatur dies hodiernus: nequis ex vobis induretur fraude peccati.

quotidie, quoad appellatur dies hodiernus: nequis ex vobis indureatur fraude peccati.

Μέτοχοι γὰρ γεγόναμεν τοῦ Χριστοῦ, 14 ἐάπερ τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως μέχρι τέλους βεβαίαν κατάσχωμεν·

Christi enim participes facti sumus, si modò principium illud quo sustentamur, firmum tenuerimus ad finem vsque:

14 Participes enim Christi effecti sumus, si tamen initium substantiæ eius usque ad finem firmum retineamus,

Ἐν τῷ λέγεσθαι, Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ.

15 Interim dum dicitur, Hodie si vocem eius audieritis, ne obdurate corda vestra, vt in exacerbatione.

15 Dum dicitur, Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, quē admodum in illa exacerbatione.

Τινὲς γὰρ ἀκούσαντες παρεπίκραναν, ἀλλ' οὐ πάντες οἱ ἐξελθόντες ἐξ Αἰγύπτου διὰ Μωσέως.

16 Nam quidam quum audissent, exacerbarunt Dominum: non omnes tamen ii qui exierant ex Aegypto per Mosen.

16 Quidam enim audientes, exacerbauerunt, sed non omnes qui profecti sunt ex Aegypto per Mosen.

Τίσι δὲ προσώχθισε τεσσαράκοντα ἔτη; οὐχὶ τοῖς ἁμαρτήσασιν, ὧν τὰ κῶλα ἔπεσεν ἐν τῇ ἐρήμῳ;

17 Quibus autem infensus fuit quadraginta annis? nōne iis qui peccauerant, quorum corpora conciderunt in deserto?

17 Quibus autē infensus est quadraginta annis? nōne illis qui peccauerunt, quorum cadauera prostrata sunt in deserto?

Τίσι δὲ ὤμοσε μὴ εἰσελεύσεσθαι εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, εἰ μὴ τοῖς ἀπειθήσασι;

18 Quibus autem iurauit nō ingressuros in requiem suam, nisi iis qui non obedierant?

18 Quibus autem iurauit non introire in requiem ipsius, nisi illis qui incredduli fuerunt?

Καὶ βλέπομεν ὅτι οὐκ ἠδυνήθησαν 19 εἰσελθεῖν δι' ἀπιστίαν.

19 Et videmus non potuisse ingredi propter incredulitatem.

19 Et videmus quia nō potuerunt introire propter incredulitatem.

Κεφάλαιον δ'

CAP. IIII.

CAP. IIII.

Φοβηθῶμεν οὖν μή ποτε καταλειπομένης ἐπαγγελίας εἰσελθεῖν

1 METuam igitur nequādo derelicta promissione introeū

1 Timeamus ergo ne forte relicta pollicitatione introeundi

13 Quoad appellatur dies hodiernus, ἄχρις τὸ σήμερον καλεῖται. Id est, quādiu durat dies hodiernus. Docet enim Apostolus aduerbiū Hodie nō debere ad Dauidis seculum restringi, sed totum illud tempus complēti quo nos Deus compellat, vt rectè scribit doctissimus interpres. Neque enim assentior Erasmo qui totum vitæ tempus putat hoc nomine designari. Nam multos adhuc viuentes nox opprimit, vt frustra requirāt: quia sine fide clamant, quæ non est omnium: aut ne requirere quidem audeāt quod sunt aspernati. Ergo quandiu nos Deus vocat, tandiu durat dies ille, non amplius: quum non sit volentis, nec currentis, sed miserentis Dei. Statim ergo pareamus. quis enim nouit quando desiturus sit Dominus loquit

14 Principium illud quo sustentamur, τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως. Vel principium illud fiduciæ. opponitur enim principium fini, sed itavt vtrunque oporteat consentire: & ita etiam accipi nōmen τῆς ὑποστάσεως diximus 2. Cor. 9. 2. 4, & 11. d. 17, & in quibusdam codicibus legimus τὴν ἀναρχὴν, id est primitias. Vulg. & Eras. Initiū substantiæ, propter antithesin ἀρχῆς & τέλους, id est principii & finis. Quanuis non ineptè etiam (vt opinor) possimus ἀρχὴν accipere pro eo quod primarium est, id est pro basi ac fundamento: ὑπόστασιν autem pro יסוד, id est pro eo quo sulcimur & innitimur. Sic enim ab Hebræis dicitur ראשית quod in vnaquaque re præcipuum est, vt quum scribitur Timorem Domini esse ראשית חכמה id est principium sapientiæ, quòd primas teneat in sapientia, adeo vt absque eo nulla sit in hominibus sapientia: à quo denique sapientem oporteat suspiceri. Sed & apud Latinos quicquid in quaque re primum est, principium vocatur: & apud Platonem in epistolis ἀρχὴν βάλλεσθαι pro fundamenta iacere vsurpatur. Verùm quodnam est illud fundamentum? Nempe sana illa de Christo doctrina de Christo, eáque fide apprehensa. Castellio verò ea libertate vsus qua in plerisque aliis, totum hunc locum ita cōuertit, Etenim Christi consortes facti sumus, si modò hoc argumentum ab initio ad finem vsque firmum tenemus, in quo dicitur, &c. Hoc verò annon est summam & sacrilegam etiam audaciam ad verbum Domini interpretandum adferre?

15 Interim dum dicitur, ἐν τῷ λέγεσθαι. Id est, quandiu hæc vox personat. Hæc enim est (opinor) germana & minimè detorta huius loci explicatio: quam etiam amplexus Vetus interpres conuertit, Dum dicitur. Ego verò addidi aduerbium Interim, vt melius exprimerem præpositionem ἐν, quæ pro Inter accipitur hoc in loco, vt ἐν τῷ πίνειν, ἐν ᾧ ἐλούσατο, & similibus. Erasmus, In hoc quod dicitur: quæ interpretatio non potest Græcis vllo modo accommodari. Cæterùm nobilis est hæc sententia, ex qua intelligimus verba illa Propheratum non ad vnum tempus pertinuisse, sed etiamnum hodie à Deo pronuntiari, quotidie nos ad se & precibus, & minis, & exemplis inuitante.

17 Corpora, τὰ κῶλα. Sic tribus locis conuerterunt Græci interpretes Hebraicum vocabulum פגר id est cadauera, Num. 14. c. 29. 32 & 33.

IN CAPVT IIII.

1 Introeūdi, εἰσελθεῖν. Subauditur articulus τῶν, vt in illo Æschinis loco χρῆναι ἔτι τὰ μὲν ἐκείνου πρὸς τὸν βουλόμενον αὐτὸν τῆς τοῦ πράγματος ἕνεκα κατηγορεῖν.

εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, δοκῇ τις ἐξ ὑμῶν ὑστερηκέναι.

Καὶ γάρ ἐσμεν εὐηγγελισμένοι, καθάπερ κἀκεῖνοι· ἀλλ' οὐκ ὠφέλησεν ὁ λόγος τῆς ἀκοῆς ἐκείνους, μὴ συγκεκραμένους τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασιν.

Εἰσερχόμεθα γὰρ εἰς τὴν κατάπαυσιν οἱ πιστεύσαντες, καθὼς εἴρηκεν, Ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου· καίτοι τῶν ἔργων ἀπὸ καταβολῆς κόσμου γενηθέντων.

Εἴρηκε γάρ που περὶ τῆς ἑβδόμης οὕτω, Καὶ κατέπαυσεν ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ.

di in requiē eius, videatur aliquis ex vobis fuiſſe fruſtratus.

2 Etenim nobis euangelizatū eſt, ſicut & illis: at non profuit illis auditus ſermo, vt qui fidei mixtus non fuerit ipſis qui audierant.

3 Introimus enim in requiem nos qui credidimus, ſicut dixit, Itaque iuraui in ira mea, ſi ingreſſuri ſint in requiem meam: licet operibus à iactis fūdamētis mundi perfectis.

4 Ita enim dixit quodam in loco de ſeptimo die, Et requieuit Deus die ſeptimo ab omnibus operibus ſuis.

in requiem eius. exiſtimet aliquis ex nobis deeſſe.

2 *Etenim & nobis nuntiatum eſt, quemadmodum & illis: ſed non profuit illis ſermo auditus, nō admiſtus fidei ex illis quæ audierunt.*

3 *Ingrediemur enim in requiem qui credidimus, quemadmodū dixit. Sicut iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meam: & quidem operibus ab inſtitutione mūdi factis.*

4 *Dixit enim quodam loco de die ſeptimo ſic, Et requieuit Deus die ſeptimo ab omnibus operibus ſuis.*

Videatur aliquis ex vobis fruſtratus, δοκῇ τις ἐξ ὑμῶν ὑστερηκέναι. Reſpicit ſuperiorem hiſtoriam. nam exiſtimarunt Iſraelitæ ſe fuiſſe à Domino deluſos, quum ipſi reuera contempſiſſent oblatam poſſeſſionem terræ Chanaan. Sic ſolet hominum improbitas, quum ſuæ perfidiæ dat pœnas, culpam in Deum regerere. Græca ſcholia additum eſſe cenſent ab Apoſtolo verbum δοκῇ, id eſt videatur, vt aſperius dictum leniret.

2 Nobis euangelizatum eſt, ἐυηγγελισμένοι. Vulg. & Eraſ. Nobis annuntiatum eſt. Atqui non de omni nuntiatione dicitur τὸ εὐαγγελίζεσθαι. Itaque libenter Euangelizandi verbum retinui, vt ſciamus Dominum in illo Dauidis loco vocem ſuam appellare, illud ipſum Euangelium quod poſtea nobis re ipſa exhibuit in Filio. Chriſtus enim fuit heri & hodie, nec alius vnquam fuit μεσίτης. Vt qui fidei mixtus nō fuerit ipſis qui audierant. μὴ συγκεκραμένος τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασιν. Prædicationem Euangelicam veluti vino comparat, quod vt nobis hauſtum (id eſt auditum & perceptum) profit, oporteat fide quaſi temperari. Eſt igitur elegans tranſlatio, qua ſignificatur Hebræis cauſam non eſſe cur glorientur quòd peculiariter eos ſit alloquutus Dominus & per Prophetas & per Filium, quum multi etiam audierint Moſen in deſerto, quibus id non modò non profuit, ſed mortiferæ etiam potionis inſtar fuit, ipſorum quidem vitio qui oblatum poculum non temperarunt fide. id enim requiritur vt nobis ſit ſalutare. Vulg. Non admiſtus fidei ex iis quæ audierunt. Putauit enim Vetus interpres τοῖς ἀκούσασι poſitum pro τοῖς ἀκουσθεῖσι. Caſtellio verò multo etiam durius cōuertit τῇ πίστει τῶν ἀκουσάντων pro τῇ πίστει τῶν ἀκουσάντων, cum eorum fide qui audiuerant. Eraſ. Quòd non eſſet cum fide coniunctus iis qui audierant: ne ſic quidem expreſſa Apoſtoli ſententia, vt mihi videtur. Græcus ſcholiaſtes legit συγκεκραμένους, aſſentiente Photio & Theophylacto, quos etiam Complutenſis editio ſequitur, & quinque ex veruſtis noſtris codicibus. Eſt autem hæc ſententia, Auditum ſermonem nihil illos iuuiſſe qui ſeſe non coniunxerunt per fidem iis qui audierant, id eſt Ioſue & Caleb fidelibus qui Deo auſcultarunt. Sed hoc mihi quidem non placet, vel ob eā cauſam quòd manifeſtè diſtinguat τοὺς ἀκούσαντας & τοὺς πιστεύσαντας, id eſt eos qui tantùm audierunt & eos qui auditis crediderunt.

3 Introimus, εἰσερχόμεθα. Vulgata, Ingrediemur, non expreſſa Apoſtoli ſententia, vt qui ſignificet nos per fidem iam in illam requiem ingredi, vt apparet ex verſu 10. Sicut, &c. καθὼς, &c. An verò ex hoc teſtimonio efficitur nos per fidē ingredi in Dei requietē? Minimè id quidē per ſe, ſed ita eſt ſi omnia cōnectas tū præcedentia, tum ſequentia. Nam ſi infidelitas arcet ab aditu, fides certè introducit. Licet, καίτοι. Vulg. Et quidē, quam verſionem tolerari quidē poſſe fateor, ſed tamen non amplector. Eſt autem locus hic perobſcurus, quē ego ſic exponendum puto. Probarat Apoſtolus infidelitatem illud eſſe quod à Dei requiete arceret: fidem contrà, quaſi oſtium per quod ingrederemur. Ad hæc verò poterant Hebræorum aliqui obiicere, iſta nihil ad regnum cæleſte pertinere, quōū illic requietis appellatione terra Chanaan intelligatur, in qua eſſent ipſi: ac proinde ſe illa exhortatione minimè indigere, vt qui Dei requietem infidelibus negatam poſſiderent. Oportuit igitur eos ab iſta contemplatione terræ Chanaan auocatos, ad alterius requietis cognitionem traducere, eius videlicet cuius illa typus erat. Quod vt faciat, aggreditur explicare quid ſit in requietem Dei ingredi: ac fatetur quidē duplicem requietem Dei cōmemorari in Scripturis, vnā æternam, cuius ſtatim fit mentio poſt conditū mundū: alteram quæ in hoc Dauidis loco tribuatur terræ Chanaan: ſed ita vt Deus (exemplo eorū propoſito qui ab altera iſta typica ſunt excluſi per infidelitatem) nos ad priorem illam veram & ſuā vocet. Quod ita eſſe probat Apoſtolus duobus argumētis: vno, quòd Deus addat aduerbiū Hodie, quod non cōuenit rei iampridē præteritæ: altero, quòd eos alloquatur qui in terrā Chanaā iampridē erant ingreſſi: ex quibus coniunctis neceſſariò efficitur quod modò dixi, nos ad aliā requiem propoſito illo exemplo inuitari. Sed quænam illa eſt? nempe quū dux tantùm cōmemorentur, & de poſteriore non agi dixerimus niſi quatenus illius mentio, adhortationis cauſa, inducitur, relinquitur, Dauidem de priore verba facere, quemadmodū Apoſtolus proponit ver. 4, & explicat verſiculis 9 & 10. Deinde concluſionem nectit. Ergo (vt ad contextum redeā) coniunctio καίτοι omnino conuertenda eſt per quāuis: vt ſit ſenſus, Quāuis requietis Dei nomine alicubi ſignificetur ceſſatio à cōdendo mūdo, Deum tamen de terra Chanaan loquentem, requietis nomen illi tribuiſſe in illo ſuo iureiurādo. Nō argumētatur autē Apoſtolus, ſed proponit de quo dicturus eſt. quod & mox explicat, docens duarū requietum fieri mentionē, vt poſtea Pſalmi contextū ad vtrāque accōmodet, illa videlicet verba, Si ingreſſuri ſunt in requiē meam, ad terram Chanaan: adhortationem autem totā, ad priorem illā & veram Dei quietem, cuius illa typus erat. Sed nulla hic fit (dices) terræ Chanaan mentio. Reſpondeo, nō neceſſe fuiſſe hoc exprimi quod manifeſtè liquet ex hiſtoria illa quadraginta annorū, quam vnā illic Deus cōmemorat, deinde etiam hoc diſertè explicari ver. 8.

Καὶ ἐν τούτῳ πάλιν, Εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου.

5 Et hic rursum, Si introibunt in requiem meam:

5 Et in isto rursum, si introibunt in requiem meam.

Ἐπεὶ οὖν ἀπολείπεται τινὰς εἰσελθεῖν εἰς αὐτὴν, καὶ οἱ πρότερον εὐαγγελισθέντες οὐκ εἰσῆλθον δι' ἀπείθειαν·

6 Quia igitur reliquum est vt aliqui introeant in eam, & quibus prius annuntiatum fuit, nō introierunt propter incredulitatem:

6 Quoniam ergo superest introire quosdam in illam, & ij quibus prioribus annuntiatū est, nō introierunt propter incredulitatem:

Πάλιν τινὰ ὁρίζει ἡμέραν, σήμερον, ἐν Δαυὶδ λέγων, μετὰ τοσοῦτον χρόνον, (καθὼς εἴρηται) Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν.

7 Rursum quendam præfinit diem, Hodie, apud Dauidē dicens tanto pòst tempore, (prout dictum est) Hodie si vocem eius audieritis, ne obdurate corda vestra.

7 Iterum terminat diem quendam, Hodie, in Dauid dicendo post tantū tempus, sicut suprà dictum est, Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra. Supra 3.b.7

Εἰ γὰρ αὐτοὺς Ἰησοῦς κατέπαυσεν, οὐκ ἂν περὶ ἄλλης ἐλάλει μετὰ ταῦτα ἡμέρας.

8 Nam si eos Iesus in requie collocasset, nequaquam de alio posthac die loquutus fuisset.

8 Nam si eis Iesus requiē præstitisset, nunquam de alia loqueretur postea die.

Ἄρα ἀπολείπεται σαββατισμὸς τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ.

9 Itaque reliquus est aliquis sabbatismus populo Dei.

9 Itaque relinquitur sabbatismus populo Dei.

Ὁ γὰρ εἰσελθὼν εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς κατέπαυσεν ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὥσπερ ἀπὸ τῶν ἰδίων ὁ Θεός.

10 Nam qui ingressus est in requiem ipsius, requieuit & ipse ab operibus suis, quemadmodum à suis Deus.

10 Qui enim ingressus est in requiem eius, etiā ipse requieuit ab operibus suis, sicut à suis Deus.

Σπουδάσωμεν οὖν εἰσελθεῖν εἰς ἐκείνην τὴν κατάπαυσιν, ἵνα μὴ ἐν τῷ αὐτῷ τις ὑποδείγματι πέσῃ τῆς ἀπειθείας.

11 Studeamus igitur ingredi in illam requiem, nequis in idem incidat cōtumaciæ exemplum.

11 Festinemus ergo ingredi in illam requiem: ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum.

Ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐνεργὴς, καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, καὶ διϊκνούμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς τε καὶ πνεύματος, ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν, καὶ κριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν καρδίας.

12 Viuus est enim sermo Dei & efficax, & penetrantior quouis gladio ancipiti: ac pertingit vsque ad diuisionem animæ simul ac spiritus, compagúmque & medullarum: & diiudicat cogitationes & conceptiones cordis.

12 Viuus est enim sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio anciſiti, & pertingēs usque ad diuisionem animæ ac spiritus, cōpagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationū, & intentionum cordis:

6 Quia igitur, ἐπεὶ οὖν. Nunc illam Dei adhortationem applicat ad priorem requiem. Itaque οὖν non declarat conclusionem ex prioribus nascentem, sed ingressum argumentationis: nisi malimus eum à conclusione exordiri, quam postea confirmet.

7 Rursum, πάλιν. Prius argumentum ab aduerbio præsentis tēporis, quod declarat alios inuitari. Ἐν Δαυὶδ autem possimus interpretari In Dauide, id est apud Dauidem, in libro videlicet Dauidis, vel per Dauidem.

8 Nam si Iesus, εἰ γὰρ Ἰησοῦς. Iosue intelligit qui à Græcis dictus est Iesus. vt planè sint ridiculi qui Iesu nomen, quum Christo tribuitur, volunt ad nomen Iehoua detorquere. Quis enim non videt, sicut terra Chanaan veræ quietis fuit typus, ita etiam Iosue sub eodem nomine proponi pro veri nostri liberatoris typo? Cæterùm fuit adiungendum priori, vt esset necessaria conclusio. Quid enim? annon potest nos Deus hodie ad eam ipsam quietem inuitare quam alii multis antè seculis sint aspernati? Sanè ita est. sed quum ii quos ad se inuitat Dominus apud Dauidem, eam quietem iampridem adepti sint, quam alii neglexerant, relinquitur aliam esse præparatam quietem, ad quam proposito aliorum exemplo inuitentur: quæ conclusio nectitur versiculo 9.

9 Aliquis sabbatismus, σαββατισμός. Vtitur Hebræo vocabulo, quum antea dixisset κατάπαυσιν, eodem sensu, duabus de causis: primùm vt distinguat ipsa nomina: nam Psal. 95. requies vocatur מנוחה, vbi autem agitur de die septimo dicitur שבת, à verbo שבת, vt in ipso etiam nomine discrimen annotetur. deinde vt concludat collationem typicæ quietis terræ Chanaan, cum vera illa & æterna, ad quam nos Deus per verum illū Iosuam deducit, atque adeo in qua iam alterum pedem habemus, si credidimus.

10 Nam qui ingressus est, ὁ γὰρ εἰσελθών. Similitudinem declarat beatæ illius quietis Dei & nostræ, quā iam inchoarunt qui Deo vocanti respondérunt. Quemadmodum enim Deus perfecto mundo sese veluti recepit in æternam illam suā beatitatem: sic qui crediderunt, cessant ab operibus suis, iter ingressi sunt ad illud beatissimum otium, id est ad felicitatem illam sempiternā, in qua post tot huius vitæ ærumnas collocabuntur.

11 Studeamus, σπουδάσωμεν. Conclusio superioris tractationis totius de officio Christi Regio ac Prophetico. Nequis ἵνα μή τις. Id est, nequis fiat simile exemplum infidelitatis. Nam ὧ pro οἷς ponitur, & ὑπόδειγμα pro παράδειγμα, vt diximus Matth. 3. b. 7. Erasmus, Nequis eodem concidat incredulitatis exemplo.

12 Viuus enim est, ζῶν γὰρ. Viuum vocat ab eius effectis in iis quibus annuntiatur. Cohæret autem cā-

salis particula cum superiore conclusione, quæ & fideles consolatur, & contumaces coram Dei tribunali citat.

Sermo Dei, ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ. Id est, doctrina Dei annuntiata tum in Lege tum in Euangelio. Ancipiti, δίστομον. Vide Luc. 11. c. 24. Et pertingit, καὶ διϊκνούμενος. Id est, ad intima vsque animi penetralia descendit, nempe vt mortiferum vulnus infligat contumacibus: electos autem contrà, vetere homine cæso, penitus viuificet Deo. Animam autem facultatem in qua residunt affectus, Spiritum ὁ ἐγκάρδιος vocat. quod aliquoties in Paulo annotauimus, & statim explicat. Per compages autem & medullas similiter accipio penitissimas quasque hominis partes.

Καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ· πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος.

13 Nec est vlla res creata quæ non manifesta sit in conspectu ipsius: imò omnia sunt nuda & patentia oculis eius quicum nobis est negotium.

13 Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius, ad quem nobis sermo.

Ἔχοντες οὖν ἀρχιερέα μέγαν, διεληλυθότα τοὺς οὐρανούς, Ἰησοῦν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, κρατῶμεν τῆς ὁμολογίας.

14 Habentes igitur Pontificem magnum, qui penetrauit cælos, Iesum Filium Dei, teneamus hanc professionem.

14 Habentes ergo Pontificem magnum qui penetrauit cælos, Iesum Filium Dei, teneamus confessionem.

Οὐ γὰρ ἔχομεν ἀρχιερέα μὴ δυνάμενον συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, πεπειρασμένον δὲ κατὰ πάντα καθ' ὁμοιότητα, χωρὶς ἁμαρτίας.

15 Non enim habemus Pontificem qui non possit affici sensu infirmitatum nostrarum, sed tentatum in omnibus similiter, absque peccato.

15 Non enim habemus Pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine, absque peccato.

Προσερχώμεθα οὖν μετὰ παῤῥησίας τῷ θρόνῳ τῆς χάριτος, ἵνα λάβωμεν ἔλεον, καὶ χάριν εὕρωμεν εἰς εὔκαιρον βοήθειαν.

16 Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratiæ, vt consequamur misericordiam, & gratiam inueniamus ad opportunum auxilium.

16 Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ, ut misericordiam consequamur, & gratiã inueniamus in auxilio opportuno.

Κεφάλαιον δέ

CAP. V.

CAP. V.

Πᾶς γὰρ ἀρχιερεὺς ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος, ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίσταται τὰ πρὸς τὸν Θεόν, ἵνα προσφέρῃ δῶρά τε καὶ θυσίας ὑπὲρ ἁμαρτιῶν.

1 NAm omnis Pontifex ex hominibus assumitur, & pro hominibus constituitur in iis quæ apud Deum agenda sunt: vt offerat donaria & victimas pro peccatis.

1 OMnis namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum: ut offerat dona & sacrificia pro peccatis.

13 Ipsius, αὐτοῦ. Ipsius videlicet Dei, de cuius verbo differit. Sunt hæc aduersus hypocritas dicta, ne quicquid fidei nomine vestierimus, putemus à Deo recipi pro fide. Patentia, τετραχηλισμένα. Τραχηλίζειν, Varinus, ex aliquo proculdubio vetustiore grammatico, tradit etiam significare τὸ διχοτομεῖν, ἄνωθεν τὸ διὰ τῆς ῥάχεως σχίζειν, id est medium secare, siue per spinam dorsi findere: quæ significatio mihi visa est conuenientior: vt omnia Domino etiam intima patere significetur, seruata etiam superiore translatione à gladio sumpta. Vulgata, Aperta. Erasmus, Resupinata. Græcus scholiastes quasi excoriata interpretatur, tanslatione (inquit) à pecudibus sumpta, quibus ex collo suspensis detrahitur pellis: quæ omnes interpretationes sunt violentæ.

Quicum nobis est negotium, πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος. Vel, de quo nobis est sermo, vt πρὸς ὃν ponatur pro περὶ οὗ, vt suprà, 1. b. 7. Sed illa explicatio multo est vberior, vt rectè obseruauit doctissimus interpres. Vulgata & Erasmus, ad quem nobis est sermo.

14 Habentes, &c. Ἔχοντες, &c. Nunc aggreditur comparationem pontificatus Christi, cum Aarone & omnibus Pontificibus Leuiticis. Itaque hinc oportuerat quartam sectionem auspicari. Teneamus, κρατῶμεν. Id est retineamus, nec finamus nobis è manibus elabi: vt diximus Mar. 7. a. 3.

15 Non enim, οὐ γάρ. Vides vt ad Sacerdotium applicet sua illa principia, nempe hominem Deum, superiore versiculo, nunc verò Deum hominem, & quidem semper coniunctim. Affici sensu, συμπαθῆσαι. Vulgata, Compati. Atqui in Christum nunc glorioſum istæ perpessiones non cadunt: quod concedo. Sed hoc quidem certum est, hoc vocabulo summum illum consensum membrorum & capitis (id est Ecclesiæ & Christi) significari, de quo toties Paulus differit. Deinde vt quum de Deo loquitur, ita etiam de Christo glorioso differens Scriptura, ad nostrum captum se demittit. Glorioſum ad dextram Patris Christum sedere credimus: ibi dicitur nostris malis affici, quòd talem se nobis ostendat. Ideo etiam clamat è cælis, Saul cur me persequeris? Altiores speculationes seruari nec vtile nec tutum existimo. Tentatum, πεπειρασμένον. Ita lego ex vetere codice, non πεπειραμένον. Neque enim nudam corporis & animæ substantiam assumpsit, sed omnibus nostris rerumnis, omnibus denique peccatorum nostrorum pœnis obnoxiam: ita tamen vt recta & integra in eo fuerint omnia. Similiter, καθ' ὁμοιότητα. Hebraicè כדמותנו, pro ὁμοίως, siue (vt antè dixit, 2. d. 14) ἐξομοίως, id est prorsus similiter. Nam vt pleniſſimam similitudinem significent Hebræi, particulas eiusdem significationis congerunt, vt hic in καθ' ὁμοιότητα & in ἐξομοίως factum est. Vulg. Pro similitudine. Erasmus, Iuxta similitudinem, quæ interpretatio non modò est ambigua, sed etiam periculosa.

IN CAPVT V.

1 Nam omnis, &c. πᾶς γὰρ, &c. Nunc aggreditur præstantiora omnia in Christo Pontifice ostendere quàm in reliquis omnibus: vt Aaronis sacerdotium isti cedere, tandem aliquando intelligant Hebræi. Itaque

γὰρ non tam eſt cauſalis quàm inchoatiua, vt loquuntur grammatici. Sunt autem hæc capita collationis. Alii à Deo quidem vocantur, ſed per homines & ex hominibus: Chriſtus, homo & ipſe, ſed vnà etiam Dei Filius, ipſa Patris voce eſt Pontifex declaratus. Illos oportet, vt infirmos & miſericordes, pro ſe & pro aliis offerre donaria & victimas: iſte inſigniter afflictus & inſigniter miſericors, non obtulit pro ſuis peccatis, ſed rogauit pro ſuo metu quod impetrauit, & conſecratus ſua obedientia omnes ſeruauit. Illis mortalibus quærendi ſunt ſucceſſores: iſte perpetuus eſt declaratus Pontifex, & quidem cum iureiurando: neque vt ſucceſſor Aaronis, ſed vt alterius ſacerdotii Pontifex, nempe ſecundum ordinem Melchiſedec, multo excellentiorem. Hæc ſunt inquã collationis capita: ſed quia contrario ordine, propoſitioni ſimilitudinis reſpondet accõmodatio, ſciendum eſt verſiculo quarto reſpondere verſiculos 5 & 6: verſiculo ſecundo & tertio, verſiculos 7 & 8: verſiculo demum primo, verſiculos 9 & 10. Donaria, δῶρα. Hoc nomine intelligit omnes oblationes rerum vitæ expertium. θυσίας autem reliquas ſacrificia vocat, animalium videlicet quæ iugulabantur.

Μετριοπαθῆσαι δυνάμενος τοῖς ἀγνοοῦσι & πλανωμένοις, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς περίκειται ἀσθένειαν·	2 Qui quantum ſatis eſt poſſit miſerari vicem ignorantiũ & aberrantium: quòd & ipſe circundatus ſit infirmitate:	2 *Qui condolere poſſit iis qui ignorant & errant: quoniam & ipſe circundatus eſt infirmitate:*
Καὶ διὰ ταύτην ὀφείλει καθὼς περὶ τοῦ λαοῦ, οὕτω καὶ περὶ ἑαυτοῦ προσφέρειν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν.	3 Et propter hanc debeat, ſicut pro populo, ita & pro ſeipſo offerre *victimam* pro peccatis.	3 *Et propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam pro ſemetipſo offerre propeccatis.*
Καὶ οὐχ ἑαυτῷ τις λαμβάνει τὴν τιμὴν, ἀλλὰ ὁ καλούμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καθάπερ καὶ ὁ Ἀαρών.	4 Neque ſibiipſi quiſquam ſumit hũc honorem, ſed qui vocatur à Deo, ‖ ſicut & Aaron.	4 *Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron.* 1.Paral.23.d.13
Οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς οὐχ ἑαυτὸν ἐδόξασε γενηθῆναι ἀρχιερέα, ἀλλ' ὁ λαλήσας πρὸς αὐτόν, Υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε.	5 Ita & Chriſtus non ſibi hunc honorem tribuit vt fieret Pontifex, ſed is qui dixerat ei, ‖ Filius meus es tu, ego hodie genui te.	5 *Sic & Chriſtus non ſemetipſum clarificauit ut Pontifex fieret, ſed qui loquutus eſt ad eũ, Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Pſal.2.b.7 *ſupra 1.b.5*
Καθὼς καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει, Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ.	6 Sicut & alibi dicit, ‖ Tu es Sacerdos in æternum ˇ ſecundum ordinem Melchiſedec.	6 *Quemadmodum & in alio loco dicit, Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec.* Pſal.110.b.4 *infra 7.c.17*

2 Qui quantũ ſatis eſt miſerari poſſit, μετριοπαθῆσαι. δυνάμενος. Δυνάμενος ſignificat ἱκανὸν εἶναι, id eſt eum qui aptus ſit & idoneus. Μετριοπαθῆσαι verò declarat indolem quæ ad commiſerationem ſit prona, quanta quidem opus eſt. Quum enim preces nonniſi ex fide & intimo corde profectas Deus admittat, quomodo aptus fuerit ad communes pro vniuerſo populo preces concipiendas qui vel arroganter alios deſpiciat, neque illorum etiam de ſalute ſua non cogitantium periculo quantum par eſt afficiatur: vel præ nimio dolore animum deſpondens, concidat? Sed ſi conſideretur Chriſti in primis, vt vndequaque abſolutiſſimi exemplaris, deinde Moſis, Dauidis & Pauli vita, tum demum quid μετριοπαθῆσαι nomine hoc loco ſignificetur, facile fuerit intelligere. Vulgata, Qui condolere poſſit. Eraſmus, Qui placabilis eſſe poſſit: nimium anguſtè. Quid ſi enim eum nemo offenderit? Deinde non eſt placandus ipſe, ſed ad placandum Deum conſtitutus. Obſecro verò, lector, confer iſtos ad hanc regulam, quos (vt ſunt cõmuni ſenſu ac ratione à Deo ſpoliati) non pudet hunc locũ proferre vt hoc ipſum ſtabiliant quod hic euertitur. quæſo, inquam, lector, illos vt conferas ad hanc regulam, & comperies, etiamſi (quod abſit) cætera omnia illis concederemus, tamen non magis aptos eſſe ad illud ſacerdotium de quo gloriantur, quàm boues ad volandũ: vt illud omittã quod tamen eſt vel in primis animaduertẽdum, quòd quum hæc ſcripſerit Apoſtolus vt oſtendat abrogatum fuiſſe Leuiticum ſacerdotium vt æternum illud Chriſtio binneret, iſti tamen hunc ipſum locum audent citare vt ſeſe in ſacerdotio oſtendant eſſe Chriſti ſucceſſores. Vicem ignorantium & aberrantium, πεῖρα ἀγνοούντων καὶ πλανωμένων. Id eſt, eorum qui in peccatis ſunt conſtituti. Nam apud Hebræos שגיאות & שגיאה, id eſt errores, de quouis peccati genere dicuntur. Circundatus ſit, περίκειται. Id eſt, quòd & ipſe naturam iiſdem incommodis ac vitiis obnoxiam circunferat.

3 Propter hanc, διὰ ταύτην. Vulgata, Propterea, διὰ τοῦτο, & ſic quoque fateor ex Hebræorum idiotiſmo illud poſſe explicari: ſed multo præſtat ſeruare fœmininum genus, vt cum proximè præcedente cohæreat.

4 Sumit, λαμβάνει. Diſputat non quales ſint Pontifices (tum enim certum eſt fuiſſe vænalem Pontificatum, qui re vera nullus erat quum per Chriſtum eſſet abolitus) ſed agit de eorum officio. Interim ſtatuendum eſt, fures fuiſſe ac latrones quicunque per hoc oſtium non ingrediebantur. Occurrit autem obiectioni; quòd videretur Chriſtus omnino non eſſe admittendus vt pontifex, vt qui non eſſet ex tribu Leui. cui obiectioni reſpondet Apoſtolus prolato teſtimonio Dauidis, in quo declarat Dominus alium etiam ordinem ſacerdotii à ſe ordinatum eſſe, nempe ordinem Melchiſedec, qui ſit Leuitico modis omnibus præſtantior.

5 Filius meus, υἱός μου. Quorſum hoc ad Sacerdotium, dices? Reſpondeo, in altera eiuſdem verſiculi parte fieri Sacerdotii mentionem, quum dicit ſe annuntiaturum illud Patris decretum. Deinde, cum hoc teſtimonio connectendum eſſe illud quod ſubiicitur, quum ad eandem perſonam vtrunque referatur, & illud quidem de Regno, hoc de Sacerdotio teſtetur, vt planè reſpondeat veritas figuræ, id eſt Chriſtus Melchiſedeco.

6 Secundum ordinem, κατὰ τὴν τάξιν. Hebr. ברוחת Kedibrath, id eſt ad inſtar, ſiue ſecundum rationem ac ſimilitudinem, vt explicatur infrà, 7.c.15.

Ος ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, δεήσεις τε καὶ ἱκετηρίας πρὸς τὸν δυνάμενον σῶζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου, μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων προσενέγκας, καὶ εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας,

7 Qui in diebus carnis ſuæ, quum deprecationes & ſupplicationes apud eum qui poterat ipſum ſeruare à morte, cũ clamore valido & lacrymis obtuliſſet, & exauditus eſſet ex metu,

7 Qui in diebus carnis ſuæ, preces ſupplicationéſque ad eum qui poſſit illum ſaluum facere à morte, cum clamore ualido & lacrymis efferens, exauditus eſt pro ſua reuerentia.

7 In diebus carnis ſuæ, ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. Id eſt, quum adhuc nobiſcum infirma & imbecilla noſtra natura præditus degeret. Nam ita eſt accipiendum vocabulum Carnis. nequis enim exiſtimet nunc carnem noſtram exuiſſe. Ipſum ſeruare, σῶζειν αὐτὸν. Id eſt eximere morti. Oſtendit autem hæc circunſtantia hîc agi de triplicata illa vehementiſſima deprecatione qua vſus eſt in horto Dominus noſter, vt tres Euangeliſtæ diligenter commemorant, adeo quidem anxius, adeo ſaucius dolore vt grumos etiam ſanguinis ſuderet. Ideo ſcriptor hic noſter δεήσεις dixit plurali numero, & præterea adiunxit ἱκετηρίας. neque eo contentus, mentionem quoque fecit clamoris & lacrymarum. Ex metu, ἀπὸ τῆς εὐλαβείας. Veram ac genuinam huius loci explicationem primus (vt opinor) doctiſſimus interpres oſtendit: quo nomine ſicut à piis & eruditis omnibus magnam gratiam iniit, ita paucis quibuſdam non ſatiſfecit. Primùm igitur hanc interpretationem confirmabo, deinde iſtorum rationes diluam. Ergo quod ad totum ipſum dicendi genus attinet, ſi Pro reuerentia, vt omnibus adhuc placuiſſe video, vel Pro pietate (quod Eraſ. annotauit) interpreteris, non aliud declarabit Pro quàm Propter vel Secundum, vel aliquid denique eiuſmodi quo reſpectu ſit exauditus. Atqui non facilè mihi perſuaſerim proferri poſſe vllum exemplum in quo ἀπὸ ita vſurpetur. Hic enim potius locus eſt præpoſitioni ἀφ' cum quarto caſu, vel ἐκ, vel etiam ὑπὲρ, vt Philipp. 2. b. 13. Deinde quod ad vocabulum εὐλαβείας attinet, fateor etiam accipi pro reuerentia, id eſt religioſo quodam honore, vt infrà, 12. g 28, & pro pietate, vnde εὐλαβὴς, pius ac religioſus, Luc. 2. d. 25. Act. 2. a. 5, & 8. a. 2. atque etiã pro honeſta cautione, quam λογικὴν ἕξιν τοῦ εὐλαβεῖσθαι definiunt philoſophi. Sed & pro metu vſurpari facile fuerit comprobare. Nunc videamus quæ ſignificatio magis congruat. Ac de cautione quidem non eſt (opinor) cur diſceptemus: ſin verò reuerentiam interpretemur, ea profectò vel Patri vel Filio tribuetur. Patri tribuit Chryſoſtomus, quaſi Chriſti dignitatem quodammodo reueritus fuerit Pater. Sed primùm omnium quis id non videat nimium durè & præter Scripturæ morem dici? Deinde quis tandem hoc ſuſpicari poſſit de Patre dici, niſi addatur pronomen αὐτοῦ: & certè non immeritò cenſuerimus illos commentarios Chryſoſtomi non eſſe, ſed rapſodiam potius ab aliquo collectam. Nam & titulus ipſe teſtatur fuiſſe Chryſoſtomi nomine poſt ipſius mortem editos. Reſtat ergo vt de Filii reuerentia intelligamus, quæ ita fuerit Patri iucunda vt propterea ipſius preces exaudierit. ac pia quidem eſt hæc ſententia: ſed cui omnino (vt antè dixi) repugnet præpoſitio ἀπὸ. Idem de pietate ſentiendum. Relinquitur ergo vt pro metu accipiamus. nam ita hoc quoque ſignificare τοῦ εὐλαβεῖσθαι nemini vel mediocriter in literis Græcis verſato dubium eſt. Pericles, inquit Plutarch. ἐφοβεῖτο λέγειν τοῦ εὐλαβεῖσθαι, timidè ad dicendum accedebat. quod de ſe quoque Cicero teſtatur. εὐλαβοῦμαι πεσεῖν, inquit ille apud Sophoclem, timeo ne cadam. Sed & Ariſtoteles alicubi in Rhetoricis πρὸς ἡδονὴν ἢ τοὺς εὐλαβεῖς coniungit. Plutarchus in Cæſare, Παντὸς ἦν εὐλαβεῖσθαι πρὸς τὸ τύχης ἔργον μεγάλου πλέον οὐκ ἐπιφέρειν. Quid plura? Sic accipitur Act. 23. c. 10, εὐλαβηθεὶς pro φοβηθεὶς. Denique vt non dubium ſit quin hunc locum ita etiam interpretati ſint nonnulli veteres. Nazianzenus diſertè concione de Filio ſecũda, inter Chriſti hominis imbecillitates τὸ εὐλαβεῖς numerat. Poſtremò hoc etiam prorſus addendum fuiſſe dico vt ambigua non eſſet oratio. Nam quia dixerat Chriſtum ſuas preces illi obtuliſſe qui ipſum à morte ſeruare, id eſt (vt ex ipſius Chriſti oratione liquet) iſta moriendi neceſſitate liberare poterat, ſi ſimpliciter dixiſſet fuiſſe exauditum, parata erat calumnia, non fuiſſe exauditum, vt qui mox crudeliſſimè ſit interfectus. Itaque additum eſt, Exauditum quidem fuiſſe, ſed ex metu, id eſt ita fuiſſe confirmatum vt omnem pauorem mortis depoſuerit. quamobrem etiam Angelus illi apparuiſſe diſertè commemorarur, qui ipſum corroboraret, Luc. 22. c. 43. Neque tamen dici poteſt Filius à Patre non penitus exauditus, vt qui liberationem à morte nonniſi addita conditione petierit, ſi ita ipſi videretur. Hæc eſt igitur germana huius loci explicatio. Nunc ad eos veniamus quibus hoc non placet. Primùm, inquiunt, non additur pronomen ſuo. Atqui Vetus etiam interpres conuertit, Pro reuerentia ſua, &, niſi reciprocum addideris, neceſſariò tamen erit ſupplendum: quod etiam ex cõmuni loquendi vſu fere prætermitti ſolet. Quid verò quòd non modò reciproca, ſed etiam (quod multo durius eſt) ſimplicia interdum relatiua prætermittuntur? vt in hac eadem epiſtola 2. a. 3, & 4. d. 16. Sed & non deſunt qui clamitent actum eſſe de Chriſti diuinitate ſi hæc interpretatio admittitur, timuiſſe Chriſtum ne malis obrutus ſuccumberet, vel morte abſorberetur. At ego quæro annon Chriſtus non modò naturam, ſed etiam omnes quantumlibet abiectas & infirmas hominis affectiones, vno duntaxat peccato excepto, aſſumpſerit. Certè qui hoc negat, Chriſtianus non eſt. Sin verò ita eſt, quæro quomodo Chriſtus à metu, pauore, atque adeo à perculſione alienus fuerit, qui ſibiipſi etiam, quatenus homo eſt, ignorationem arcanorum Dei conſiliorum adſcribere non veretur, Mar. 13. d. 32. Et verò, niſi hoc etiam modo tentatus eſt, excepto peccato, Pontifex noſter, quomodo nos ab hoc malo quod vnum eſt ex præcipuis, id eſt à penitiſſimo illo iræ Dei ſenſu, à pauore & perculſione animi de iudicio illo Dei ſeueriſſimo cogitantis, liberauerit? Vnde enim illa inuicta Martyrum conſtantia, niſi ex eo quòd Chriſtus, qui hos terrores ſenſit, ex illis exuerit, illos vicißim miſeratur? Id enim diſertè in hac eadem epiſtola multis locis inculcatur. Sed hîc multa videntur quoſdam fefelliſſe. Primùm, quòd non diſtinxerunt quid toti Chriſto, id eſt Deo & homini coniunctim, quid Deo, quid item homini ſeorſim ſit tribuendum. Deinde non conſiderarunt peculiarem habendam eſſe illius temporis rationem, quo planè oportuit hominem veluti à Deo deſeri, vt ipſe in cruce exclamat: minimè id quidem quaſi ſeparatus fuerit Deus ab homine, (neque enim, ſi ita id eſſet, ſeruator eſſet in morte) ſed quòd vim illam ſuam in homine ad tempus non exereret: plena alioqui ſatiſfactione non futura, niſi homo Deum re vera infenſiſſimum, non ipſi propriè, ſed noſtris peccatis, ſenſiſſet. Poſtremò illos fefellit quòd pauoris & iſtius conſternationis affectum, quo metuit ne malis obrutus ſuccũberet, vel morte abſorberetur, putarunt non aliunde poſſe quàm à diffidentia exoriri, ac proinde in Chriſtum non cadere. At ego ex illis quæro quid igitur putent Chriſtum formidaſſe. Num corporis cruciatus? Certè hoc aliquid eſt. nam homo erat, & à dolore natura abhorrens. Sed puderet nos (opinor) eam conſtantiam in Chriſto requirere quæ in tã multis Martyrum millibus emineat. Nam hominum profanorum ἀναισθησίαν vel hypocriſin, vel

hypocriſin, vel inſaniam non commemoro. Aliquid ergo aliud fuiſſe oportet quod Chriſtum non dico afficerit, ſed ita perculerit vt nullum vſquam vnquam extiterit talis commotionis exemplum. Neque enim duntaxat dicitur ἀκηδιάζειν, atque ἀδημονεῖν, (quod ſignificat perplexum & inopem conſilii hærere, Mar. 14. d. 33) ſed etiam, Nunc, inquit, anima mea turbata eſt: & quid dicam? Pater ſeruato me ex hac hora. Quid autem illud ter repetitum, Pater, diſcedat à me calix iſte? Quid, quòd grumos ſanguinis ad terram vſque procidentes ſudarit? Quid quòd ſe contentiſſimo clamore derelictum vociferatur? Quod tandem ſimile conſternationis exemplum reperiemus? Ergo aliud eſt quod illum vrget tantopere. Nempe horrendum illud & pluſquam infinitis modis terribilem irati Dei iudicium intuetur. Peccata non vnius hominis aliqua, ſed omnium electorum omnia homo vnus ipſe fragilis, caducus, imbecillis ſuſtinet. Et miramur eum expaueſcere, conſternari, turbari, lacrymari, clamare, repugnantia quodammodo petere, ſanguinem ſudare, ſe derelictum vociferari? Sed tamen nunquam diffidit. Sanè cui enim hoc dubium eſt? Ergo non veritus eſt ſuccumbere, & abſorberi à morte. Hoc verò pernego. quo iure id faciam, facile fuerit ex his cognoſcere. Si verba ſpectes, non petit confirmationem animi, ſed liberationem à periculo. Pater, inquit, ſerua me ex hac hora. Pater, diſcedat à me calix iſte, tu hoc mihi præſtare potes. Et tandem, non dicit, Mi Deus ne me derelinquas, (oportebat enim ad tempus aliquatenus derelinqui, vt nos reciperemur) ſed, Deus, Deus meus cur dereliquiſti me? Annon illa quidem verba ſunt hominis cogitantis de ſe actum eſſe, niſi ex præſenti periculo eripiatur? iſta verò, hominis in ipſo iam gurgite ſeſe periiſſe vociferantis? Certè hoc non poſſimus meritò inficiari quin res ipſa coarguat. Quid igitur an deſpondit animum, an deſperauit ſpei noſtræ author? Abſit, ſed hic nimirum habemus perfectiſsimam noſtræ conſolationis deſcriptionem. Nam quo humiliorem & abiectiorem cernimus noſtra cauſa factum æternum Dei Filium, (excepto tamen peccato) eo minus vel de Patris benevolentia, vel de noſtra per Filium expiatione facta dubitare poſſumus. Ita verò ſe res habet. In omni vehementi commotione (cuiuſmodi hæc ſanè fuit, ſi vlla vnquam in quoquam homine alia) ita totus occupatur animus vt velox illa facultatum animi progreſſio multum impediatur, quòd ſingulæ facultates diutius rem totam ſuſpendant. Exempli cauſa, ſi liberis animis ab omni alia cogitatione quippiam quod moderatè nos afficiat, tetigerimus, vno temporis momento externus ſenſus affectus, ad communem ſenſum, hic verò ad iudicium rem totam detulerit: iudicium denique ſtatim ſtatuerit hoc vel illud eſſe quod tetigerimus, neque vllus celerior motus à nobis animo comprehendi poteſt. Sin verò vehementer calidum aut frigidum aliquid attigerimus, ita in dolore totus animus occupatur, vt vel interdum quid illud ſit nō requiramus, vel cogamur ex aliis ſciſcitari, aut alios etiam ſenſus conſulere. idque non modò imparatis, ſed etiam bene ac diligenter meditatis accidit: tum propter naturæ noſtræ imbecillitatem, tum propter facultatum omnium ſummam inter ſe συμπάθειαν, quæ quidem facit vt ſui proprii muneris oblitæ, repentè ad opem inter ſe ferendam accurrant. Hinc illæ in ſubitis motibus perturbationes, quarum ita poſtea nos pœnitet, quum ſedato animo ſingulæ facultates officium faciunt, vt nos ipſos miremur eò deuenire potuiſſe. Hunc verò naturalem progreſſum neceſſe eſt vt in Chriſto conſideremus, ſi quidem ipſum verum hominem fuiſſe fateri volumus, nō qualis nunc eſt, (quod ad carnis infirmitates attinet, quas nunc omnes depoſuit) ſed qualis tum erat præcipuè quum ad extremā illam ſacrificii functionem ventū eſt. Tantùm hoc interierit quòd omnes ipſius affectiones omni vitio vacarunt, quum in noſtris aliquid ſæpe inſit vitii. Quum igitur inquit, Pater quid dicam? cogitemus animum in illam iræ infinitæ ſuſtinendæ cogitationem ita defixum, vt ſingulæ facultates per ſe nihil decernerent: ſed toto interrupto progreſſu fluctuaret. Deinde quum petit liberari ex hac hora, quum rogat vt diſcedat calix iſte, ſciamus animum loqui, in illa eadem cogitatione ita occupatum vt in vnam partem totus vergens, penè ſibi perſuadeat de ſe actum eſſe, nec fieri poſſe vt tantum pondus ſuſtineat. Poſtremò quum iam ſe derelictum vociferatur, cogitemus animum nō iam in cogitatione & metu impendentis mali prorſus occupatum, ſed in profundo ſummæ calamitatis gurgite ſepultum, qui ad emergendum maxima cum difficultate luctetur. Verùm in his omnibus hæc duo teneamus, iſta videlicet non à diffidentia vlla, ſed à doloris vehementiſſimo ſenſu proficiſci: deinde ſic conſiderandas eſſe ſingulas huius actionis partes, vt ex fine de re tota ſtatuamus. Neque enim in illa cogitatione (quæ tamen & ipſa, vt dixi, fuit omnis peccati & vitii expers) ita hæſit quin mox inuicta ſpes illum erigeret. Idem enim qui perculſus, Quid dicam? inquit, Libera me ex hac hora: eodem tenore ſubiicit, Sed propterea veni in horam hanc. Qui ter petit, Pater tranſfer à me hunc calicem: addit, Fiat quod tu vis. Qui vociferatur ſe derelictum, tamē Deum, Deum ſuum compellat. Quorſum autem hæc? quia quo verius iſta cognoſcimus, eo certiores de ſalute noſtra ſumus. Quòd ſiquis hæc curioſa eſſe dicat, Euangeliſtas accuſet qui tam copioſè iſta deſcripſerunt, ſine quibus fieri non poteſt vt vel peccatorum noſtrorum magnitudinem, vel paternam Dei noſtri benevolentiam intelligamus. Sed de his hactenus: ſi hoc vnum addideris, Chriſtum etiam hominem ſic ad terribilem illum irati Patris vultū expauiſſe, vt tamen ſibi nullius mali conſcio ſciret non eſſe iratum, & hac ratione ſeipſum erexiſſe: quum autem conſideraret quorum peccatorum vicem eſſet ſubiturus, iudicii Dei horrore ſic fuiſſe perculſum (ac meritò quidem) vt nullum extet vel vnquam extare poſſit ſimile exemplum, quoniam re vera luit pœnas omnibus noſtris peccatis debitas.

Καίπερ ὢν υἱός, ἔμαθεν ἀφ' ὧν ἔπαθε τὴν ὑπακοήν·	8 Quanuis filius eſſet, tamen ex iis quæ paſſus eſt [v] didicit obedientiam:	8 *Et quidem quum eſſet filius: didicit ex eis quæ paſſus eſt, obedientiam:*
Καὶ τελειωθεὶς ἐγένετο τοῖς ὑπακούουσιν αὐτῷ πᾶσιν αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου·	9 Et [v] conſecratus, factus eſt author ſalutis æternæ omnibus qui ipſi auſcultant:	9 *Et conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ:*
Προσαγορευθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἀρχιερεὺς κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ.	10 Cognominatus à Deo Pontifex ſecundum ordinem Melchiſedec.	10 *Appellatus à Deo Pontifex iuxta ordinem Melchiſedec.*

8 Didicit, ἔμαθεν. Id eſt, re ipſa expertus eſt quid ſit Patrem habere cui parendum ſit. Expertus eſt autem non inuitus, ſed tamen ſeſe ſubiiciens, quum alioqui Filius eſſet Patri per omnia æqualis. Nonnulli τῆς ὑπακοῆς coniungunt cum hoc verbo, non autem cum participio ὑπακουούσης: ſed coactè.

9 Conſecratus, τελειωθείς. Vulg. Conſummatus. Eraſ. Perfectus redditus. Vide ſuprà, 2. c. 10.

Περὶ οὗ πολὺς ἡμῖν ὁ λόγος καὶ δυσ-
ερμήνευτος λέγειν ἐπεὶ νωθροὶ γεγό-
νατε ταῖς ἀκοαῖς.

11 ¶ De quo nobis multa sunt dicenda, eáque difficilia explicatu: quandoquidem segnes facti estis auribus.

11 De quo nobis grandis sermo & interpretabilis ad dicendum: quoniam imbecilles facti estis ad audiendum.

Καὶ γὰρ ὀφείλοντες εἶναι διδάσκαλοι
διὰ τὸν χρόνον, πάλιν χρείαν ἔχετε τοῦ
διδάσκειν ὑμᾶς τινα τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρ-
χῆς τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ· καὶ γεγόνατε χρείαν
ἔχοντες γάλακτος καὶ οὐ στερεᾶς τροφῆς·

12 Vos enim quos oportuit pro temporis ratione doctores esse, rursum opus est doceri quæ sint elementa initii eloquiorũ Dei: factique estis ii quibus lacte sit opus, & non solido cibo.

12 Etenim quum deberetis magistri esse propter tempus, rursum indigetis ut vos doceamus quæ sint elementa exordij sermonum Dei: & facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo.

Πᾶς γὰρ ὁ μετέχων γάλακτος, ἄπειρος
λόγου δικαιοσύνης· (νήπιος γάρ ἐστι)

13 Enimuero cui cum lacte res est, is rudis est sermonis iustitiæ: (infans enim est)

13 Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ: (parvulus enim est)

Τελείων δέ ἐστι ἡ στερεὰ τροφή, τῶν διὰ
τὸ ἕξιν τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα
ἐχόντων πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ
κακοῦ.

14 Sed adultorum est solidus cibus, eorum videlicet qui propter habitum, sensus habent exercitatos ad discretionem boni ac mali.

14 Perfectorum autem est solidus cibus, eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionẽ boni ac mali.

Κεφάλαιον ϛ

CAP. VI.

CAP. VI.

Διὸ ἀφέντες τὸν τῆς ἀρχῆς τοῦ Χρι-
στοῦ λόγον, ἐπὶ τὴν τελειότητα φε-
ρώμεθα· μὴ πάλιν θεμέλιον καταβαλ-
λόμενοι μετανοίας ἀπὸ νεκρῶν ἔργων, καὶ
πίστεως ἐπὶ Θεόν,

1 QVapropter omisso qui in Christo rudes inchoat sermone, ad perfectionem feramur: nõ iacientes rursum fundamentum resipiscentiæ ab operibus mortuis, & fidei in Deum,

1 Quapropter relinquentes inchoationis Christi sermonẽ, ad perfectionem feramur: non rursum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad Deum,

Βαπτισμῶν διδαχῆς, ἐπιθέσεώς τε
χειρῶν, ἀναστάσεώς τε νεκρῶν, καὶ κρίμα-
τος αἰωνίου.

2 Baptismatum doctrinæ, ac manuum impositionis, & resurrectionis mortuorum, & iudicii æterni.

2 Baptismatũ doctrinæ, impositionis quoque manuum, ac resurrectionis mortuorũ, & iudicii æterni.

Καὶ τοῦτο ποιήσομεν, ἐάνπερ ἐπιτρέ-
πῃ ὁ Θεός.

3 Atque id faciemus, si quidem permiserit Deus.

3 Et hoc faciemus, si quidem permiserit Deus.

Ματ.12.d.45
2.pet.2.d.20
infrà,10.d.26

Ἀδύνατον γὰρ τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας,
γευσαμένους τε τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρα-
νίου, καὶ μετόχους γενηθέντας Πνεύμα-
τος ἁγίου,

4 ¶ Nam fieri non potest vt qui semel fuerint illustrati, gustauerintque donum cæleste, & participes facti fuerint Spiritus sancti,

4 Impossibile enim est eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cæleste, & participes facti sunt Spiritus sancti,

11 De quo, &c. περὶ οὗ. Digressio vsque ad septimi capitis initium, minimè tamen ab eo de quo agitur aliena, sed quasi Hebræos retinens tum in attenta eorum quæ dixit consideratione, antequam vlterius progrediatur, tum etiam ad eorum arcanorum magnitudinem intelligendam de quibus dicturus est, eorum animos parans. Difficilia explicatu, δυσερμήνευτος. Vulg. Ininterpretabilis. Nam quod in quibusdam codicibus legitur Interprerabilis, factum est librariorum culpa.

13 Rudis. ἄπειρος. Vulg. Expers. Sic Horatius inexpertum armorum dixit. Sermonis iustitiæ, λόγου δικαιοσύνης. Id est sermonis quo docetur iustitia, nempe Euangelii, vt Rom.1.b.17 & 18.

14 Adultorum, πλείων. Vulg. & Eras. Perfectorum. Vide 1.Cor.14.d.20. Propter habitum, διὰ τὸ ἕξιν. Vulg. Pro consuetudine. Eras. Propter assuetudinem: non satis expressè. Nam habitus comparatur assuetudine, à qua proinde distingui debet. Notum est autem διάκρισιν & ἕξιν discrimen in scholis tritum.

Sensus. τὰ αἰσθητήρια. Id est αἰσθήσεις, & quidem generali significatione, ita vt omnes (ac præsertim intelligendi ac iudicãdi) facultates comprehendantur. Alioqui τὰ αἰσθητήρια quæ vulgò sensoria conuertunt, Græci appellant ipsa sensuum organa, vt aures, oculos, linguam, & alia eiusmodi.

IN CAPVT VI.

1 Qui in Christo rudes inchoat sermone, τὸν τῆς ἀρχῆς τοῦ Χριστοῦ λόγον. i. primis Christianismi principiis, quæ catechismum vocant. Vulg. ad verbum, Inchoationis Christi sermonẽ. Resipiscẽtiæ ab, &c. μετανοίας ἀπό, &c. Quinque capita catechismi numerat, nempe professionẽ emendationis vitæ: fidei summã de Deo: doctrinæ explicationem compendiariam, quæ in baptismis & impositione manuum tradi rudibus præsertim solebat. (i. quum ad baptizandos infantes vel adultos, item quum ad imponendas aliquibus manus conueniebatur) caput resurrectionis mortuorum, & futuri iudicii. Tradebantur ergo ista catechismi initio breuibus & paucis, tanquam præcipua religionis nostræ capita, vt sanè sunt: sed accedebat postea Scripturarum luculenta tractatio cum quotidianis exhortationibus: denique eadem quidẽ illa, sed multis arcanis copiosius explicatis tradebantur. ideóque ista non simpliciter hic commemorãtur, sed iftorum principia.

4 Nam fieri non potest, ἀδύνατον γάρ. De apostasia vniuersali loquitur, non autem de peccatis humana infirmitate

infirmitate aduerſus primam vel ſecundam tabulam admiſis. Itaque cauſa nō erat cur veteres, Latini præſertim, hanc epiſtolam tanquam pro Nouatianis facientem repudiarent, vt pluribus oſtendit doctiſſimus interpres. Nam quæ adfert Eraſmus planè detorta ſunt. Vide 1.Ioh.5.d.16.

Καὶ καλὸν γεύσαμένους Θεοῦ ῥῆμα, δυνάμεις τε μέλλοντος αἰῶνος,

5 Gustauerintque bonum Dei verbum, ac virtutes futuri ſeculi:

5 Gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque ſeculi uēturi:

Καὶ παραπεσόντας, πάλιν ἀνακαινίζειν εἰς μετάνοιαν, ἀνασταυροῦντας ἑαυτοῖς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ παραδειγματίζοντας.

6 Si prolabātur, vt denuò renouētur per reſipiſcētiam, vt qui rurſum crucifigant ſibimetipſis Filiū Dei, & ad ignominiam exponant.

6 Et prolapſi ſunt: rurſus renouari ad pœnitentiam, rurſum crucifigentes ſibimetipſis Filium Dei & oſtentui habentes.

Γῆ γὰρ ἡ πιοῦσα τὸν ἐπ' αὐτῆς πολλάκις ἐρχόμενον ὑετὸν, καὶ τίκτουσα βοτάνην εὔθετον ἐκείνοις δι' οὓς καὶ γεωργεῖται, μεταλαμβάνει εὐλογίας ἀπὸ τοῦ Θεοῦ·

7 Nam terra quæ imbrem ſæpius in ſe venientem combiberit, & progenuerit herbam accommodam eis per quos excolitur, recipit benedictionem à Deo:

7 Terra enim ſæpe uenientem ſuper ſe bibens imbrem, & generans herbā opportunam illis à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo:

Ἐκφέρουσα δὲ ἀκάνθας καὶ τριβόλους, ἀδόκιμος καὶ κατάρας ἐγγύς, ἧς τὸ τέλος εἰς καῦσιν.

8 At quæ profert ſpinas & tribulos, reproba eſt, & maledictiõ affinis: cuius exitus tendit ad exuſtionem.

8 Proferens autem ſpinas ac tribulos, reproba eſt, & maledicto proxima, cuius conſummatio in combuſtionem.

Πεπείσμεθα δὲ περὶ ὑμῶν, ἀγαπητοὶ, τὰ κρείττονα καὶ ἐχόμενα σωτηρίας, εἰ καὶ οὕτω λαλοῦμεν.

9 Sed perſuaſimus nobis de vobis, dilecti, iſtis meliora, & cum ſalute coniuncta, etiamſi ita loquamur.

9 Confidimus autem de uobis, dilectiſſimi, meliora & maiora ſalutaribus, etſi ita loquimur.

Οὐ γὰρ ἄδικος ὁ Θεὸς, ἐπιλαθέσθαι τοῦ ἔργου ὑμῶν, καὶ τῆς κόπου τῆς ἀγάπης ἧς ἐνεδείξασθε εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, διακονήσαντες τοῖς ἁγίοις καὶ διακονοῦντες.

10 Nō enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri, & laborioſæ charitatis quam exhibuiſtis ipſius nomini: ut qui miniſtrauerītis ſanctis & miniſtretis.

10 Non enim iniuſtus Deus, ut obliuiſcatur operis ueſtri, & dilectionis quam oſtendiſtis in nomine ipſius, qui miniſtraſtis ſanctis & miniſtratis.

Ἐπιθυμοῦμεν δὲ ἕκαστον ὑμῶν τὴν αὐτὴν ἐνδείκνυσθαι σπουδὴν πρὸς τὴν πληροφορίαν τῆς ἐλπίδος ἄχρι τέλους·

11 Cupimus autem vt vnuſquiſque veſtrum idem oſtēdat ſtudium ad plenam ſpei perſuaſionem ad finem vſque:

11 Cupimus autem unumquemque ueſtrum eandē oſtentare ſolicitudinem ad expletionem ſpei uſque in finem:

Ἵνα μὴ νωθροὶ γένησθε, μιμηταὶ δὲ τῶν διὰ πίστεως καὶ μακροθυμίας κληρονομούντων τὰς ἐπαγγελίας.

12 Vt ne ſitis ſegnes, ſed imitatores eorum qui per fidem ac patientiam obtinent promiſſam hæreditatem.

12 Vt non ſegnes efficiamini, ſed uerum imitatores eorum qui fide & patientia hæreditabunt promiſſiones.

Τῷ γὰρ Ἀβραὰμ ἐπαγγειλάμενος ὁ Θεὸς, ἐπεὶ κατ' οὐδενὸς εἶχε μείζονος ὀμόσαι, ὤμοσε καθ' ἑαυτοῦ,

13 Deus enim pollicitus Abrahæ, quum non poſſet per quenquam maiorem iurare, iurauit per ſeipſum,

13 Abrahæ nāque promittens Deus, quoniā neminē habuit per quē iuraret maiorem, iuramit per ſemetipſum,

Λέγων, Ἢ μὴν εὐλογῶν εὐλογήσω σε, καὶ πληθύνων πληθυνῶ σε.

14 Dicens, ‖ Certè benedicens benedicam tibi, & multiplicās multiplicabo te.

Gen.22.a.17, & 17.a.4, & 12.c.17

14 Dicens, Niſi benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo te.

5 Gustauerint, γευσαμένους. Vide 1.Tim.4.a.1. Eſt autem in primis notanda emphaſis huius verbi. Nam aliud eſt verè credere, vti Lydia illa cuius cor aperuit Dominus, Act.16.c.14. aliud verò guſtum aliquem habere: quanuis ne hoc quidem niſi ex Spiritus ſancti gratia fieri poſſit: verùm quæ fructum non ferat, quòd eam reprobi ſtatim euomant.

6 Vt qui rurſum crucifigant ſibiipſis, ἀνασταυροῦντας ἑαυτοῖς. Id eſt, vt qui odio ferantur in Chriſtum, & quaſi eum rurſus crucifixum, omnium ludibrio exponant, idque ſuo ipſorum exitio. Alii interpretantur ἑαυτοῖς, Quantum in ſe eſt. Huius ſceleris exemplum inſigne fuit Iulianus apoſtata: quod plerique hodie Epicurei ſtrenuè imitantur. Diximus autem de verbo παραδειγματίζειν Matth.1.c.19.

8 Reproba, ἀδόκιμος. Vide 1.Corinth.9.d.27.

11 Plenam perſuaſionem, πληροφορίαν. Vide Luc.1.a.1, Col.2.a.2. Cæterùm paulatim accedit ad explicationem ordinis Melchiſedeci, propoſita mentione Abrahæ primùm, vt eius exemplo doceat ipſos perſeuerare: deinde vt doceat qua in re poſſint ſeſe germanos Abrahæ filios declarare, tacitè præpoſterum in ea re ipſorum iudicium reprehendens: præterea ſibi molliorem aditum patefaciēs ad ſequentem hiſtoriam, in qua Melchiſedecum Abrahæ cogetur anteponere.

14 Certè, ἢ μὴν. Hebraicè 'a. Vulg. & Eraſ. Niſi: vt ſit apoſiopeſis, quæ tamen hoc in loco non eſt ne-

cessaria, quum ἢ μὴ aliud sit quàm εἰ μή. Benedicens benedicam, εὐλογῶν εὐλογήσω. Id est, cumulatissimè te beneficiis cumulabo. Hæc enim est emphasis istius Hebraismi, qui mox etiam repetitur.

Καὶ οὕτω μακροθυμήσας ἐπέτυχε τῆς 15 Atque ita quum patienter expectasset, assequutus est promissum. 15 Et sic longanimiter ferens, adeptus est repromissionem.

ἐπαγγελίας.

Ἄνθρωποι μὲν γὰρ κατὰ τοῦ μείζονος ὀ- 16 Nam homines quidem per eum iurãt qui sit maior: atque iisdem omnis controuersiæ finis, est iusiurandum ad confirmationem adhibitum. 16 Homines enim per maiorem sui iurant: & omnis controuersiæ eorum finis, ad confirmationem, est iuramentum:

μνύουσι, καὶ πάσης αὐτοῖς ἀντιλογίας πέρας εἰς βεβαίωσιν ὁ ὅρκος.

Ἐν ᾧ περισσότερον βουλόμενος ὁ Θεὸς 17 Qua in re Deus volens ᵛex abundanti hæredibus promissionis ostendere immutabilitatem consilii sui, ᵛfideiussit iureiurando: 17 In quo abundantius uolens Deus ostendere pollicitationis hæredibus immobilitatem consilij sui, interposuit iusiurãdum:

ἐπιδεῖξαι τοῖς κληρονόμοις τῆς ἐπαγγελίας τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς αὐτοῦ, ἐμεσίτευσεν ὅρκῳ·

Ἵνα διὰ δύο πραγμάτων ἀμεταθέ- 18 Vt per duas res immutabiles, in quibus fieri non potest vt mentitus sit Deus, validam consolationem habeamus nos ᵛqui cursum eò corripuimus vt spem propositã obtineamus: 18 Vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spẽ:

των, ἐν οἷς ἀδύνατον ψεύσασθαι Θεὸν, ἰσχυρὰν παράκλησιν ἔχωμεν οἱ καταφυγόντες κρατῆσαι τῆς προκειμένης ἐλπίδος·

Ἣν ὡς ἄγκυραν ἔχομεν τῆς ψυχῆς 19 Quam velut animæ anchoram habemus tutã ac firmã, ᵛ& ingredientem vsque in ea quæ sunt intra velum. 19 Quam sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, & ingredientem usque ad interiora uelaminis,

ἀσφαλῆ τε καὶ βεβαίαν, καὶ εἰσερχομένην εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος.

Ὅπου πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλ- 20 Quò præcursor pro nobis ingressus est Iesus, secundum ordinem Melchisedec, Pontifex factus in æternum. 20 Vbi præcursor pro nobis introiit Iesus, secundum ordinem Melchisedec, Pontifex factus in æternum.

θεν Ἰησοῦς, κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, ἀρχιερεὺς γενόμενος εἰς τὸν αἰῶνα.

Κεφάλαιον ζ΄

CAP. VII. CAP. VII.

Gen.14.d.18. Οὗτος γὰρ ὁ Μελχισεδὲκ, βασιλεὺς 1 NAm hic ‖Melchisedec rex erat Salem, Pontifex Dei altissimi, qui occurrit Abrahæ reuertẽti à cæde regum, ᵛ& benedixit ei: 1 Hic enim Melchisedec, rex Salem, sacerdos Dei summi, qui obuiauit Abrahæ regresso à cæde regum, & benedixit ei:

Σαλὴμ, ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου, ὁ συναντήσας Ἀβραὰμ ὑποστρέφοντι ἀπὸ τῆς κοπῆς τῶν βασιλέων, καὶ εὐλογήσας αὐτόν·

ὯΙ καὶ δεκάτην ἀπὸ πάντων ἐμέρισεν 2 Cui & decimas ex omnibus impartitus est Abraham: qui primùm quidem ex interpretatione dicitur rex iustitiæ, deinde verò etiam rex Salem, quod est rex pacis. 2 Cui & decimas omniũ diuisit Abraham, primũ quidem qui interpretatur rex iustitiæ, deinde autem & rex Salem, quod est rex pacis.

Ἀβραάμ, πρῶτον μὲν ἑρμηνευόμενος βασιλεὺς δικαιοσύνης, ἔπειτα δὲ καὶ βασιλεὺς Σαλὴμ, ὅ ἐστι βασιλεὺς εἰρήνης·

17 Ex abundanti, περισσότερον. Id est, amplius etiam quàm necesse esset, nisi hoc flagitaret hominum improbitas, qui ne iurato quidem Deo credunt. Hæc enim (opinor) vis est τῷ περισσοτέρως hoc in loco, vt idem declaret περισσότερον hoc loco atque ὡς περισσῶς. Vulg. Abundantius. Eras. Eximiè. Fideiussit iureiurando, ἐμεσίτευσεν ὅρκῳ. Sic puto hunc locum explicandum vt propius à Græcis absimus: alioqui dicendum erat, Interuenit per iusiurandum, pro διὰ ὅρκου. vt opinor: sicut Vlpianus interuentorem vocat eum qui fideiubet. Græcus scholiastes putat verbo μεσιτεύειν designari illam promissionem iam tum interuentore Christo conceptam. quod sanè verum est. Hanc igitur expositionem si admittamus, interpretabimur ἐμεσίτευσεν ὅρκῳ, Interposuit se cum iureiurando. Vulg. & Eras. Interposuit iusiurandum.

18 Qui cursum eò corripuimus, οἱ καταφυγόντες. Vulg. Qui confugimus. Eras. Qui huc confugimus. Ego verò puto φεύγειν accipi pro σωτήριον τρέχειν, & sumpeam translationem à gymnicis ludis, quò spectant etiam vocabula καταπετάσματος & προδρόμου.

19 Et ingredientem, καὶ εἰσερχομένην. Translatio ab eo sumpta est quòd eo certius est ac firmius anchoræ præsidium, quo altius fixa penetrauit. Deinde ad ritum Pontificum allusit, qui in Sancta sanctorum semel quotannis ingrediebantur. qua de re infrà, 9.2.3.b.7, & hac occasione ad intermissam Pontificis Christi cum Leuiticis Pontificibus comparationem redit.

IN CAPVT VII.

1 Nam hic Melchisedec, οὗτος γὰρ ὁ Μελχισεδὲκ. Ex tribus collationis capitibus quæ exposuimus suprà, 5.2.1, tertium supererat, quo ostenditur Christũ eo in primis excellere quòd Pontifex & simul rex sit æternus. Deinde etiã obiici poterat, Pontificẽ esse non posse qui ex Leuitico genere non esset. Nunc igitur de hoc vtroq; differit, explicans quis sit ordo ille Melchisedec, nempe æternus, & Leuitico superior, & cum regno cõiunctus. quod ex singulis historiæ Melchisedeci circunstantiis probat, rypum etiam illum Christi fuisse demonstrans.

eſt autem typi & veritatis hæc collatio. Ille, fuit rex & Sacerdos, ita etiam Chriſtus. Ille, rex fuit iuſtitiæ & pacis vocatus: verè talis eſt Chriſtus. Sic ille proponitur quaſi & principio carens & fine, cuius nec pater, nec mater, nec maiores, nec mors explicatur: talis re vera eſt Filius Dei. In his capitibus poſita eſt collatio, quæ ad duo reuocari poſſunt, nimirum ad duplex officium, & æternitatis ſpeciē, cuius veritas in vno Chriſto fuit. De oblatione nulla certè mentio. nā ne hoc quidem ferre poteſt hiſtoriæ contextus. Vtitur enim Moſes verbo נוֹשִׂיא, quod omnes norunt non poſſe aliud declarare quàm facere egredi, id eſt depromere ſeu proferre. Deinde cui tandem hæc prolata ſunt ipſi certè Abrahamo. Hoc enim oſtendit hiſtoriæ contextus: & eo ſubſidio valde recreatus eſt Abraham cum ſuis, defeſſus rediens è pugna. Sit ergo hæc allegoria quod ad oblationē attinet, vna ex iis quas Patres per ſe excogitarunt, quibus tamen Miſſaticum illud ſacrilegium nunquam in mentem venit: Sed omnem planè omnium impudentiam ii ſuperant quos non pudet ad vicariam ſuam ac repetitam oblationem ſtabiliendam idipſum vſurpare quod Spiritus ſanctus hoc in loco idcirco citauit vt vna, ſemel facta, & nunquam vlla ratione iteranda, æterni & viuentis Pontificis vnici oblatione omnes electos in æternum perfectè ſanctificatos doceret. Ad hæc accedit altera impudentia, quòd non iam Melchiſedecum, ſed panem & vinum volūt Chriſti figuram eſſe, quem ipſi videlicet impuris ſuis manibus iterum crucifigant, aut ſemel crucifixum iterum offerant. Ita fiet vt Melchiſedecus non Chriſtum, ſed iſtos ſacrilegos repræſentet. Quid ampliùs? Nempe tertia hæc impudentiſſima impietas accedit, quòd de pane & vino non puder hoc in loco eos garrire, apud quos tamen ſumma ſit impietas dicere panem & vinum ab ipſis Deo offerri. Sed eorū ſanè vētres oportuerat tam pridem ſuis illis ſine ſubiecto accidentibus paſci, vt tandem diſcerent quid ſit Deo & hominibus mē tiri. Tandem igitur, vt finem faciam, vel (quod abſit) inſigniter lapſus eſt Spiritus ſanctus, qui hoc prætermiſerit quod iſti pro ſalutis ſuæ fundamento arripiunt: vel potius (quod certum eſt) ſeſe non modò inſigniter impudentes, ſed etiam planè indoctos iuxtà & impios in hoc argumento produnt: quibus tamen hoc vnum libenter conceſſerim, ita prorſus flagitante Hebraicæ linguæ analogia, vt ſuam illam pretioſam oblationem quæ verbo נוֹשִׂיא nititur, princeps vero nomine נָשִׂיא fas ſit omnibus nuncupare. Obſeruandū eſt autem ex hoc loco quàm religioſè ſit nobis tractandum Dei verbum. Quod enim quiſpiam in Moſe reprehenderet, nēpe quòd de tanto viro tam paucis egerit, & iis quidem prætermiſſis quæ præcipuè videbantur hiſtoriæ leges requirere, ecce quārum myſterium adumbrat. Itaque à Spiritus ſancti ſcopo aberrant qui curioſè inquirunt Melchiſedeci genus, ac magis etiam ii qui perinde ac rem certam, affirmant illum fuiſſe primum ex filiis Noah, qui & Sem dictus fuerit. Sed eraſe apertè fanatici, & totam hanc tractationem impiè euertebant Melchiſedeciani, qui hūc fuiſſe Filiū ipſum Dei tradebant, qui Abrahamo apparuiſſet, ac proinde pro hiſtoria nobis imaginarium quoddam viſum conſtituebant. Eorum verò portenta auxit etiam impurum illud & verè omnibus modis execrandum caput, omnium, inquam, quantumlibet abſurdarum hæreſeon conſarcinator Poſtellus, vnus ex nobili illa Ieſuitarum ſocietate, aut conſpiratione potius, quæ nunc Bauariam inuaſit. Et benedixit, καὶ εὐλόγησεν. Nempe ſolenni ac Sacerdotali benedictione. Erant enim Sacerdotes ſicut ad ſacrificandum, ita etiam ad benedicēdum, à Deo conſtituti, Num. 6. d. 26. Denique benedictio ſignificatur non priuata ſed ſolennis, & ab eo profecta per quem Dominus benediceret, vt apparet ex verſiculo ſeptimo.

Ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν μήτε ζωῆς τέλος ἔχων· ἀφωμοιωμένος δὲ τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ, μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές.

3 Sine patre, ſine matre, ſine genere: nec initium dierum, neque vitæ finem habens: ſed aſſimilatus Filio Dei, manet Sacerdos in perpetuum.

3 *Sine patre, ſine matre, ſine genealogia, neque initium dierum, neque finē vitæ habens, aſſimilatus autem Filio Dei, manet Sacerdos in perpetuum.*

Θεωρεῖτε δὲ πηλίκος οὗτος, ᾧ καὶ δεκάτην Ἀβραὰμ ἔδωκεν ἐκ τῶν ἀκροθινίων ὁ πατριάρχης.

4 Spectate verò quantus hic fuerit, cui etiam decimas ſpoliorum dederit Abraham patriarcha.

4 *Intuemini autem quantus ſit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abraham patriarcha.* Num. 18. c. 21

Καὶ οἱ μὲν ἐκ τῶν υἱῶν Λευὶ τὴν ἱερατείαν λαμβάνοντες ἐντολὴν ἔχουσιν ἀποδεκατοῦν τὸν λαὸν κατὰ τὸν νόμον, τουτέστι τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῶν, καίπερ ἐξεληλυθότας ἐκ τῆς ὀσφύος Ἀβραάμ.

5 Et ii quidem qui ſunt ex filiis Leui, Sacerdotio fungētes, præceptum habent decimarū accipiendarum à populo ſecūdum Legem, hoc eſt à fratribus ſuis, licet egreſſis ex lumbis Abrahæ.

5 *Et quidem de filijs Leui Sacerdotium accipientes, mandatum habent decimas ſumere à populo ſecundum Legem, id eſt à fratribus ſuis: quāquam & ipſi exierint de lumbis Abrahæ.*

3 Sine patre, ἀπάτωρ. Eraſ. Ignoti patris, & mox, ἀμήτωρ, ignotæ genitis, & ἀγενεαλόγητος, ignoti generis: nō modò non expreſſo ſed etiam deprauato ſenſu: vt de ambiguitate taceam. Nam etſi non erat natus Melchiſedec ſine patre aut matre, & proculdubio ſit etiam mortuus, tamen hoc nihil ad rem. Dicitur enim ἀπάτωρ habita ratione deſcriptionis Moſis, qui perinde nobis eum proponit acſi repentè è cælis delapſus eſſet, & mox eò ſe recepiſſet, nulla ipſius maiorum nec mortis mentione facta. Ita enim oportuit illum nobis deſcribi, vt æterni Pontificis noſtri typus eſſet. Itaque ſi Ignoti patris, pro Sine patre, ſubſtitueris, vides æternitatis typū tolli. Idem eſt de aliis iudicium quæ ſequuntur. Chriſtus porro verè dicitur patrem in terris non habuiſſe, ac proinde ne matrem quidem, nec maiores, conſueto cæterorum hominum more, quum diuinitus ſit conceptus. Ex his autem omnino colligitur Chriſtum eſſe ſecundum vtranque naturam pontificem ac mediatorem, (contra impurum illum Stancarum Polonicarum Eccleſiarum turbatorem) vt qui his epithetis ornetur, ex quibus declaretur Deus, quatenus eſt ἀμήτωρ, homo, quatenus ἀπάτωρ. Vide Epheſinæ ſynodi canonem 10 & 13.

Dierum, ἡμερῶν. Hebraicè יָמִים pro æui.

4 Spectate verò, &c. θεωρεῖτε δέ, &c. Si excelluit Melchiſedec Abrahamo, quāto præſtātior Chriſtus, cuius ipſe Melchiſedec dūtaxat typus fuit? Duobus autē argumentis hæc præſtātia Melchiſedeci probatur, ipſius Abrahami confeſſione: nēpe quia decimas perſoluere, idque vt Dei altiſſimi Sacerdoti: & benedici quoque vt à Dei Sacerdote, certa ſunt ſymbola eius ſubiectionis qua nullam maiorem homines hominibus debent.

5 Qui ſunt ex filiis Leui, οἱ ἐκ τῶν υἱῶν Λευί. Eraſ. Quòd ſunt de numero filiorū Leui: cuius interpretationis cauſam nō video. Probat autē Apoſtolus, hanc decimarū oblationē ſubiectionis ſignū eſſe, ab exemplo Leuitarum, qui à cæteris tribubus hoc veluti tributum ex mandato Dei accipiant, quod vltro Abraham Melchiſedeco obtulerit. Egreſſis ex lumbis, ἐξεληλυθότας ἐκ τῆς ὀσφύος. Id eſt progenitis, ex Hebræorum idiotiſmo.

Ὁ δὲ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν, δεδεκάτωκε τὸν Ἀβραάμ, καὶ τὸν ἔχοντα τὰς ἐπαγγελίας εὐλόγηκε.

Χωρὶς δὲ πάσης ἀντιλογίας, τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται.

Καὶ ὧδε μὲν δεκάτας ἀποθνήσκοντες ἄνθρωποι λαμβάνουσιν· ἐκεῖ δὲ, μαρτυρούμενος ὅτι ζῇ.

Καὶ (ὡς ἔπος εἰπεῖν) διὰ Ἀβραὰμ καὶ Λευὶ ὁ δεκάτας λαμβάνων δεδεκάτωται.

Ἔτι γὰρ ἐν τῇ ὀσφύι τοῦ πατρὸς ἦν ὅτε συνηντήσατο αὐτῷ ὁ Μελχισεδέκ.

Εἰ μὲν οὖν τελείωσις διὰ τῆς Λευϊτικῆς ἱερωσύνης ἦν, (ὁ λαὸς γὰρ ἐπ' αὐτῇ νενομοθέτηται) τίς ἔτι χρεία, κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ ἕτερον ἀνίστασθαι ἱερέα, καὶ οὐ κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρὼν λέγεσθαι;

Μετατιθεμένης γὰρ τῆς ἱερωσύνης, ἐξ ἀνάγκης καὶ νόμου μετάθεσις γίνεται.

Ἐφ' ὃν γὰρ λέγεται ταῦτα, φυλῆς ἑτέρας μετέσχηκεν, ἀφ' ἧς οὐδεὶς προσέσχηκε τῷ θυσιαστηρίῳ.

6 Is verò cuius genus ad illos non refertur, decimas accepit ab Abraham, & habenti promiſſiones benedixit.

7 Porro ſine vlla cõtrouerſia, id quod minus eſt, ab eo quod maius eſt benedicitur.

8 Atque hîc quidem homines qui moriuntur, decimas accipiunt: illic autem is de quo teſtatum eſt quòd viuat.

9 Et (vt ita loquar) in Abraham decimatus eſt etiam ipſe Leui, q decimas ſolet accipere.

10 Nam is adhuc in lumbis patris erat quum occurreret Abrahæ Melchiſedec.

11 Porro ſi conſummatio per Leuiticum Sacerdotium erat, (nam ſub hoc ſancita Lex eſt populo) quid amplius erat opus alium exoriri Sacerdotẽ ſecundum ordinem Melchiſedec, nec ſecũdum ordinem Aaronis dici?

12 Mutato igitur Sacerdotio, neceſſe eſt vt Legis quoque mutatio fiat.

13 Nam *is* de quo hæc dicuntur, ad aliam tribum pertinet, de qua nullus attendit altari.

6 *Cuius autẽ generationẽ annumeratur in eis, decimas ſumpſit ab Abrahã. & hunc qui habebat repromiſſiones benedixit.*

7 *Sine vlla autẽ cõtradictione, quod minus eſt à meliore benedicitur.*

8 *Et hîc quidem decimas morientes homines accipiunt: ibi autem cõteſtatur quia viuit.*

9 *Et (ut ita dictum ſit) per Abraham & Leui, qui decimas accipit, decimatus eſt.*

10 *Adhuc enim in lumbis patris erat quando obuiauit ei Melchiſedec.*

11 *Si ergo cõſummatio per Sacerdotiũ Leuiticũ erat, (populus enim ſub ipſo Legem accepit) quid adhuc neceſſarium fuit ſecundũ ordinẽ Melchiſedec aliũ ſurgere Sacerdotem, & nõ ſecundum ordinem Aarõ dici?*

12 *Tranſlato enim Sacerdotio, neceſſe eſt vt & Legis tranſlatio fiat.*

13 *In quo enim hæc dicũtur, de alia tribu eſt, de qua nullus altario præſtò fuit.*

6 Is verò, *ἰδίᾳ*. A cõparatis, Leuitæ tãtùm à fratribus decimas accipiũt: iſte ab ipſo Abrahamo patriarcha, quicum Deus ſanciebat fœdus. Ergo & ipſo Leuitico Sacerdotio præſtantius eſt Melchiſedeci Sacerdotium.

7 Porro, *χωρὶς δέ*, &c. De publica eáque ſacerdotali benedictione loquitur.

8 Atque hic quidem, *καὶ ὧδε μέν*. Alterum argumentum præſtantiæ ſupra Leuitas, quòd hi, ſunt mortales, Melchiſedec vt æternus proponitur. Quòd viuat, *ὅτι ζῇ*. Silentium de morte accipit pro vitæ teſtimonio. Reſpicit enim (vt antè dixi) non ipſam Melchiſedeci perſonam in ſeſe, ſed quatenus proponitur à Moſe in illius hiſtoriæ deſcriptione ordo ille Melchiſedeci cuius ſit apud Dauidem mentio.

9 In Abraham, *διὰ Ἀβραάμ*. Hîc manifeſtè ponitur *διὰ* pro *ἐν*, ſicut annotauimus Rom. 4. b. 11. Eſt autẽ tertium argumentum collationis Melchiſedeci & Leuitarum, quòd ab ipſis Leuitis in Abrahamo decimas acceperit, nedum vt nullum aliud fuerit Sacerdotium quàm Leuiticum, aut vt Leuiticum iſto præſtet.

11 Porro ſi conſummatio *εἰ μὲν οὖν τελείωσις*. Id eſt, Si præſtare quenquam perfectum poterat Leuiticũ Sacerdotium. Hîc verò oportuerat nouæ ſectionis initium facere. nam nũc primùm abſolutis omnibus quæ ad explicãdam perſonæ Chriſti Regis, Prophetæ, & Pontificis præſtantiam pertinebant, incipit de ipſius officii ratione diſſerere vt omnes veteris fœderis vmbras doceat ſoli cedere oportere. Id autem facit retrogrado prorſus ordine, nimirũ vt tractatio de Sacerdotio perpetua ſit. Nam in priore tractatione auſpicatus à Regno, deſtitit in Sacerdotio: in iſta verò poſteriore, exorſus à Sacerdotio, deſinit in Regno. Ac de Sacerdotio quidem, in quo tota penè verſabatur controuerſia, differit ab hoc loco vſque ad cap. 11. v. 18. De Prophetia tractat à cap. 11. v. 18, vſque ad eiuſdem capitis verſ. 25. De Regno, vſque ad vltimi capitis initiũ. Inde demũ ad particularia præcepta deſcendit. Sed age ad rem redeamus. Dicturus igitur de Sacerdotii Leuitici abrogatione, (cuius fundamẽta iacta ſunt in tractatione ſuperiore) paulatim progreditur: nec ſtatim apertè dicit abrogatum, ſed primùm omnium euincit imperfectum fuiſſe. idque per interrogationem, vt illi ipſi quos compellat concluſionem nectant. Nec ſecundum ordinem Aaronis, *καὶ οὐ κατὰ τὴν Ἀαρών*. Bene hoc addidit. nam alioqui non valeret conſequutio. ſi nouus tantùm eſſet Pontifex, non autem noua Sacerdotii ratio.

12 Mutato igitur Sacerdotio, *μετατιθεμένης γὰρ τῆς ἱερωσύνης*. Vulg. & Eraſ. Trãſlato enim Sacerdotio. Ego verò puto *γὰρ* non poni *αἰτιολογικῶς*, ſed illatiuè, vt alibi ſæpe annotauimus. Eſt enim in priore verſiculo perfecta argumentatio, ſi reſponſionem ſubiicias. Hîc verò nouam cõcluſionem nectit, nempe non modò imperfectum fuiſſe Leuiticum Sacerdotium, ſed etiam nunc eſſe mutatum, quoniam videlicet non potuit ſine abrogatione Legis, quæ prius illud ſtabilierat, poſterius iſtud inuehi: quæ cõſequutio poſtea probabitur. Hinc verò etiam apparet *μετάθεσις* hoc in loco non rectè conuerti Tranſlatio, nec *μετατίθεσθαι*, Tranſlatio. Ita enim videretur vnũ manere Sacerdotium, quod duntaxat traductum eſſet à tribu Leui ad tribum Iuda. Sed quum dicitur mutatũ Sacerdotiũ, bene conſequitur mutatam Legem quæ prius Sacerdotium erexerat. & *μετατίθεσθαι* pro reuocare & mutare, frequentius etiam & elegantius quàm pro tranſferre accipitur. Legis, *νόμου*. Id eſt *τάξεως*, ordinationis Aaronicæ.

13 Nã, &c. *ἐφ' ὃν γὰρ*. Cõfirmat ſuperioris argumẽti cõſequutionẽ. Potuiſſet enim aliquis excipere, duo ſimul poſſe extare ſacerdotia diuerſa, ita vt vnum ab altero non abrogetur, ſed perficiatur. quãobrem etiam dixi verſiculo vndecimo, nondum probari abrogationem, ſed imperfectionem duntaxat. Nunc

ergo hæc duo Sacerdotiorum genera simul constare non posse docet Apostolus, ex eo quòd Lex vni Leui Sacerdotium adiudicans, ipsum Iuda illi subiectum arcebat à Sacerdotio. Non potuit ergo sine Legis abrogatione nouum Sacerdotium erigi in Iuda. Attendit, προσέσχηκεν. Id est, curauit altare, siue Cultui illi diuino præfuit. Vulg. Adstitit. Eras. Præstò fuit.

Πρόδηλον γὰρ ὅτι ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ Κύριος ἡμῶν· εἰς ἣν φυλὴν οὐδὲν περὶ ἱερωσύνης Μωσῆς ἐλάλησεν.

14 Palàm est enim è tribu Iuda exortum esse Dominum nostrum: cuius tribus respectu nihil de Sacerdotio loquutus est Moses.

14 *Manifestum est enim quòd ex Iuda ortus sit Dominus noster: in qua tribu nihil de Sacerdotio Moyses loquutus est.*

Καὶ περισσότερόν ἐστι κατάδηλον ἐὰν κατὰ τὴν ὁμοιότητα Μελχισεδὲκ ἀνίσταται ἱερεὺς ἕτερος,

15 Idque etiam magis patet ex eo quòd ad instar Melchisedec exortus est Sacerdos alius,

15 *Et amplius adhuc manifestum est, si secundùm similitudinem Melchisedec exurgat alius Sacerdos.*

Ὃς οὐ νόμου ἐντολῆς σαρκίνης γέγονεν, ἀλλὰ κατὰ δύναμιν ζωῆς ἀκαταλύτου.

16 Qui non ex Lege, cuius mandatum sit carnale, factus est sacerdos, sed ex vi indissolubilis vitæ.

16 *Qui non secundùm Legem mandati carnalis factus est, sed secundùm virtutem vitæ insolubilis.*

Μαρτυρεῖ γάρ, Ὅτι σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ.

17 Testificatur enim ad hunc modum, ‖ Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec.

17 *Contestatur enim, Quoniam tu es Sacerdos in æternum, secundùm ordinem Melchisedec.* *Psal.110.c.4* *suprà 5.b.6*

Ἀθέτησις μὲν γὰρ γίνεται προαγούσης ἐντολῆς, διὰ τὸ αὐτῆς ἀσθενὲς καὶ ἀνωφελές.

18 Nam mandatum præcedens abrogatur, quòd nullis viribus sit præditum, & inutile.

18 *Reprobatio quidem fit præcedentis mandati propter infirmitatem eius & inutilitatem.*

Οὐδὲν γὰρ ἐτελείωσεν ὁ νόμος, ἐπεισαγωγὴ δὲ κρείττονος ἐλπίδος, δι' ἧς ἐγγίζομεν τῷ Θεῷ.

19 Nihil enim sanctificauit Lex, sed adscita spes melior, per quã appropiquamus Deo.

19 *Nihil enim ad perfectum adduxit Lex, introductio verò melioris spei, per quã proximamus ad Deũ.*

5 14 Cuius tribus respectu, εἰς ἣν φυλήν. Vulg. In qua tribu. Eras. longius à Græcis recedens, Quod ad hanc tribum pertineat. id est *pour estre legare.*

15 *Idque* etiam magis, &c. καὶ περισσότερόν ἐστι, &c. Aliæ confirmationes eiusdem consequutionis, A modo consecrationis. sunt enim in Aarone omnia externa & caduca: in ordine Melchisedec omnia spiritualia & æterna. A iureiurando, quod in illo nullum est, in isto adhibetur. Denique à præstantia infinita personæ Christi, quæ
10 summa non esset si constitueretur dũtaxat pro Aaronis adminiculo. Vt autem ex his probationibus quædam sunt ἄτεχνοι, tamen omnes simul iunctæ demonstrationem prorsus necessariã efficiunt. Ex eo quòd, εἰ. Vulg. Simimium obscurè. Ponitur autẽ εἰ pro ἐπὶ, vt apud Æschinem, ἐάν τι μοῦ εἰπεῖν δέῃ μὴ σιωπῶ ἀλλὰ δέομαι συγγνώμης περὶ τῶν δόξαν ἐσχηκότων. pro ἐπὶ μοί. Ad instar, κατὰ ὁμοιότητα. Hic declarat quid antea vocarit τάξιν & τύπον.

16 Non ex Lege cuius mandatum sit carnale, οὐ κατὰ νόμον ἐντολῆς σαρκίνης. Id est, non ex ordinatione quæ
15 infirma & caduca omnia præcipiat, sicuti in Aaronis consecratione totóque illius præscripto munere factum est. hoc enim suo more carnale vocat. quod epitheton libenter seruauimus etiam in Pauli epistolis. At enim, dicet aliquis, nónne ipsius Dei mandato consecratus est Aaron? Fateor: sed ritus in consecratione adhibiti ostẽdunt non fuisse illud Sacerdotium à Deo institutum vt æternum esset. Contrà verò in Christo & typo illo Melchisedeci, Deus nihil eiusmodi adhibet, sed viua æternitatis imago elucet. Non est ergo simpliciter spectandus
20 Deus loquens (vtrobique enim loquitur: qua in re paria sunt ambo: quatenus duo ista Sacerdotia) sed ex iis quæ loquitur, æstimandum qualem vtriusque Sacerdotii naturam Deus esse voluerit.

17 In æternũ, εἰς τὸν αἰῶνα. Hic vis est argumẽti, vt carnali mãdato vis æternitatis opponatur. Sed duo opponet Iudæus: vnum, לעולם non semper declarare tẽpus æternum: alterum, eandem formulam Aaronis Sacerdotio plurimis locis tribui. Ego verò priori obiectioni oppono quæ de Christi æterno regno sunt initio
25 huius epistolæ manifestissimè demonstrata, vt omnibus istis argumentis illa basis substerneretur. Posteriori autem oppono superiora & sequentia argumenta, ex quibus satis apparet לעולם in Sacerdotio Leuitico aliter accipiendum quàm in ordinatione Melchisedeci, quod & Deus ipse ostendit ex iis ritibus quibus Aaronem voluit consecrari.

18 Mandatum, ἐντολῆς. Mandati nomine Legem cæremonialem intellige, vt dicemus infrà, versu 18.
30 Quòd nullis viribus sit præditũ, διὰ τὸ αὐτῆς ἀσθενὲς καὶ ἀνωφελές, vt diximus Rom. 5. a. 6, & 8. a. 3, & infrà 9. c. 9 & 10. Vulg. Propter infirmitatem. Eras. Propter imbecillitatem, non satis expressè.

19 Nihil enim, οὐδὲν γάρ. Explicat quod de inutilitate Legis, id est Leuitici Sacerdotii, dixerat. quia nimirum nos puros & sanctos, aptos denique ad regnum Dei reddere non potuerit: ideóque opus fuerit aliundè inuehi quidpiam quo possemus meliore iure confidere, vtpote quod nobis ad Deum vsque patefaceret aditũ.
35 Cæterùm, nequis miretur quòd ἐπεισαγωγὴ non verterim Perfecit, vel Ad perfectionem adduxit, de eo dicam infrà, 9. a. 9. Sed ascita spes melior, ἐπεισαγωγὴ δὲ κρείττονος ἐλπίδος. Vulg. Introductio verò melioris spei: duplici error. nam particula δὲ hoc in loco planè idem declarat atque ἀλλὰ, vt quod Legi adimitur, meliori spei ascitæ tribuatur, sicut mox dicemus. De inde introductio non declarat ἐπεισαγωγὴν, sed εἰσαγωγὴν, vt mox etiam declarabimus. Eras. Verùm *rursus* introductio ad spem potiorem. perinde atque si vsus hic fuisse Legis significetur,
40 non vt perficeret, sed iter aliquod ad Christum ostenderet. qua de re pluribus differitur Gal. 3. d. 24. Ego verò sum amplexus eorum sententiã qui (vt arbitror) rectius hãc locũ exponũt. Primùm enim sententiæ illa nõ cohæret cũ iis quæ præcedũt & sequũtur. Adhuc enim in eo versatur author huius epistolæ vt doceat Leuiticũ Sacerdotiũ posteriore abrogatũ: neq; de prioris vsu vel vllã adhuc verbũ fecit, vel eriã facturus est ante sequentis capitis versiculum quintum. Deinde poscit omnino ratio grammatices, vt δὲ accipiatur pro ἀλλὰ, & verbum

ἐπαγωγὴ repetatur κατὰ τοσοῦτο, non autem vt verbum aliquod extrinsecus assumatur. Idque ita esse, non modò perspicuum facit ratio constructionis, sed etiam exemplis ex hac ipsa epistola petitis manifestè probatur. Sic enim prorsus hoc eodem capite, versu 18, verbum καθίστησιν, & infrà, cap. 10. v. 17, verbum νόμους repetendum est, vbi etiam simili prorsus ratione particula δὲ vsurpatur. Praterea non sine causa scriptum est ἐπαγωγὴ potius quam εἰσαγωγὴ. ἐπάγειν enim vocant Græci quod aliunde est inuectum, vt quum dicuntur Athenienses à Demosthene vti ἐπαγωγῇ φάσκοντι, id est frumento ex aliis regionibus importato. Et Plutarchus in dialogo πῶς ἂν τις ἑαυτὸν ἐπαινοῖ, &c. τὸ ἐπαγωγὸν opponit τῷ οἰκείῳ. Sic apud veteres ἐπαγώγιον dicebatur extrinsecus assumptum acroama, vt Ribittus (noster olim collega) obseruauit, prolatis etiam ex Hermogene & Platone exemplis, quibus istius vocabuli declaratio confirmatur. quod quum ita sit, sanè non video qui possit ἐπαγωγὴς nomen Legi tribui. Optimè verò Christi sacerdotio conuenit, quòd videlicet non sit tanquam Leuitici illius appendix, sed aliunde ascitum, quo illud aboleretur. Quid si verò Legem dicamus ἐπαγωγὴν vocatam quòd ad figurã Melchisedeci adiuncta fuerit? Primùm repugnant rationes quas priore loco expoſui, nempe series argumenti, & cõstructionis ratio: deinde res ipsa clamat, (ni fallor) Sacerdotium Christi cum Leuitico, non autem Melchisedeci & Legis figuras vel inter se vel conjunctim cum Christi veritate comparari. Ad hanc accedit quod scriptũ non est κρείττονα ἐλπίδα, ad spem meliorem: sed ἐπαγωγὴ κρείττονος ἐλπίδος, adiunctio spei melioris, nempe ex manifesto Hebraorum idiotismo, pro ἐπεισαγωγὴ κρείττονος ἐλπίδος, id est ascita spes melior, vt ego etiam conuerti, quò planior esset oratio. Neque etiam aliter Græcus scholiastes interpretatur, vt qui manifestè hoc referat ad posterius Sacerdotium quo prius abrogetur: quanuis κατὰ τοσοῦτο non repetat ἐπαγωγὴ, sed γίνεται: quod planè est detortum.

Καὶ καθ' ὅσον οὐ χωρὶς ὁρκωμοσίας. 10 Et quatenus non absque iu reiurando. 10 *Et quantum est non sine iureiurando.*

Οἱ μὲν γὰρ, χωρὶς ὁρκωμοσίας εἰσὶν ἱερεῖς γεγονότες· ὁ δὲ, μετὰ ὁρκωμοσίας, διὰ τοῦ λέγοντος πρὸς αὐτὸν, Ὤμοσε Κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται, Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. Psal. 110. b. 4

11 Nam illi quidem, citra iusiurandum Sacerdotes facti sunt: hic verò, cum iureiurãdo, per eũ qui dixit ei, ‖ Iurauit Dominus & non pœnitebit eum, Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec.

11 *Alij quidẽ, sine iureirando Sacerdotes facti sunt: hic autẽ, cum iureirando, per eum qui dixit ad illum, Iurauit Dominus, & non pœnitebit eũ, Tu es Sacerdos in æternum.*

Κατὰ τοσοῦτον κρείττονος διαθήκης γέγονεν ἔγγυος Ἰησοῦς. 22 Tanto potioris fœderis spõsor factus est Iesus. 22 *In tantum melioris testamenti sponsor factus est Iesus.*

Καὶ οἱ μὲν, πλείονες εἰσὶ γεγονότες ἱερεῖς, διὰ τὸ θανάτῳ κωλύεσθαι παραμένειν· 23 Et illi quidem, plures facti sunt sacerdotes, quòd mors prohiberet eos permanere: 23 *Et alij quidem, plures facti sunt sacerdotes, idcirco quòd morte prohiberentur permanere:*

Ὁ δὲ, διὰ τὸ μένειν αὐτὸν εἰς τὸν αἰῶνα, ἀπαράβατον ἔχει τὴν ἱερωσύνην. 24 At iste, propterea quòd in æternum manet, perpetuum habet Sacerdotium. 24 *Hic autem eo quòd maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium.*

Ὅθεν καὶ σώζειν εἰς τὸ παντελὲς δύναται τοὺς προσερχομένους δι' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ, πάντοτε ζῶν εἰς τὸ ἐντυγχάνειν ὑπὲρ αὐτῶν. 25 Vnde & seruare prorsus potest eos qui per ipsum accedũt ad Deum, semper viuens vt interpellet pro eis. 25 *Vnde & saluare in perpetuũ potest accedentes per semetipsũ ad Deũ, semper viuẽs ad interpellandum pro eis.*

Τοιοῦτος γὰρ ἡμῖν ἔπρεπεν ἀρχιερεύς, ὅσιος, ἄκακος, ἀμίαντος, κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ ὑψηλότερος τῶν οὐρανῶν γενόμενος· 26 Talis enim nos decebat Põtifex, pius, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & sublimior cælis factus: 26 *Talis enim decebat ut nobis esset Pontifex, sanctus, innocẽs, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus:*

Ὃς οὐκ ἔχει καθ' ἡμέραν ἀνάγκην, ὥσπερ οἱ ἀρχιερεῖς, πρότερον ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν θυσίας ἀναφέρειν, ἔπειτα τῶν τοῦ λαοῦ· τοῦτο γὰρ ἐποίησεν ἐφάπαξ, ἑαυτὸν ἀνενέγκας. Leuit. 16. b. 11 27 Cui non sit quotidie necesse, quemadmodum illis Pontificibus, prius pro peccatis propriis victimas offerre, deinde pro peccatis populi: id enim fecit semel quũ semetipsum obtulit. 27 *Qui nõ habet necessitatem quotidie, quẽadmodũ sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit semel, se offerendo.*

10 Et quatenus, καθ' ὅσον. Vulg. Et quantum est: prorsus absurdé. Eras. Atque hoc potiorẽ, coniecé.

11 Fœderis, διαθήκης. Vulg. & Eras. Testamenti: quod non cõuenit huic loco. Neque enim in testamẽtis adhibetur fideiussor. Deinde etiamsi adhiberetur, quomodo idem esset testator & fideiussor? Infrà verò, vbi ad testamenti significationem alluditur, Christus manifestè sustinet testatoris personam.

24 Perpetuũ, ἀπαράβατον. i. quod præterire nõ potest. Alioqui τὸ παραβαίνειν accipi fere solet pro trãsgredi.

25 Potest, δύναται. Id est, idoneus est. Vide suprà, cap. 5. v. 1. Posita autem est vis argumenti in hic τὸ παντελές. id est prorsus, pro quo Vulg. In perpetuum. Eras. Ad plenum. Nam si per se perfectus est, non supplet, sed tollit quod imperfectum est.

27 Id, τοῦτο. Nempe quod obtulit sacrificiũ. Neque enim quod additur Pro peccatis suis, &c. repeti debet κατὰ τὸ κατιόν. Semel, ἐφάπαξ. Magna est hoc in loco & aliis deinceps plurimis huius aduerbii emphasis. Significat enim quod semel factũ est, ita absolutũ fuisse vt repetere minimè sit necesse, imò verò sit nefas. Neq; enim id fieri possit quin quod semel factũ est, omni ex parte perfectũ fuisse negetur. Est igitur sacrilega, impia, blasphema opinio Antichristianorum, qui se dicũt quotidie Christũ Patri in sacrificium offerre pro viuorum & mortuorum peccatis.

Ο νόμος γὰρ ἀνθρώπους καθίστησιν ἀρχιερεῖς, ἔχοντας ἀσθένειαν· ὁ λόγος δὲ τῆς ὁρκωμοσίας τῆς μετὰ τὸν νόμον, υἱὸν εἰς τὸν αἰῶνα τετελειωμένον.

28 Lex enim homines conſtituit pontifices infirmos: at ſermo iurisiurandi poſt Legem *concepti*, Filium *conſtituit* qui in æternum eſt ſanctificatus.

28 *Lex enim homines conſtituit ſacerdotes infirmitatem habentes: ſermo autem iurisiurãdi qui poſt Legem eſt, Filiũ in æternum perfectum.*

Κεφάλαιον δὲ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις, τοιοῦτον ἔχομεν ἀρχιερέα, ὃς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης ἐν τοῖς οὐρανοῖς,

CAPVT VIII.

1 CAetèrùm eorum quæ dicimus hæc ſumma *eſt*, Talem nos habere Pontificem, qui conſedit ad dexteram throni maieſtatis illius cæleſtis,

CAP. VIII.

1 *Capitulũ autem ſuper ea quæ dicuntur, Talẽ habemus Pontificẽ, qui cõſedit in dextera ſedis magnitudinis in cælo,*

Τῶν ἁγίων λειτουργὸς, καὶ τῆς σκηνῆς τῆς ἀληθινῆς, ἣν ἔπηξεν ὁ Κύριος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος.

2 Sanctuarii miniſter, ac veri illius tabernaculi quod fixit Dominus, & non homo.

2 *Sanctorum miniſter, & Tabernaculi veri, quod fixit Dominus, & non humo.*

Πᾶς γὰρ ἀρχιερεὺς εἰς τὸ προσφέρειν δῶρά τε καὶ θυσίας καθίσταται· ὅθεν ἀναγκαῖον ἔχειν τι καὶ τοῦτον ὃ προσενέγκῃ.

3 Omnis enim Pontifex ad offerẽda dona & victimas conſtituitur: vnde neceſſe fuit hunc quoque habere quod offerret.

3 *Omnis enim Pontifex, ad offerẽdũ munera et hoſtias conſtituitur: unde neceſſe eſt & hunc habere aliquid quod offerat.*

Εἰ μὲν γὰρ ἦν ἐπὶ γῆς, οὐδ' ἂν ἦν ἱερεύς,

4 Nam ſi eſſet in terra, ne Sacerdos quidem eſſet,

4 *Si ergo eſſet ſuper terram, nec eſſet ſacerdos:*

28 Lex enim, ὁ νόμος ἀνθ. Legis nomen ad id de quo agitur accommodandum eſt. Itaque in hac diſputatione ad ceremonialem legem reſtringitur, quam abolitam eſſe docet. Suppeditat interim hæc doctrina firmam ſophiſticæ doctrinæ refutationem. nam ſi abolitæ ſunt vmbræ quas Deus ipſe in Eccleſia extare voluerat, quo iure ipſi non ceſſant vmbras vmbris cumulare? nempe quia tenebræ tenebras amant. Deinde ſi iuſtificandi vis penitus detrahitur Leuiticis ceremoniis ſeorſim à Chriſto conſideratis, etiam tum quum in Eccleſia, ex ipſius Dei mandato, vigebant, quo iure ipſi in ſuis ſυναγωγαῖς ſummam pietatis collocabunt? Sermo iurisiurandi, ὁ λόγος τῆς ὁρκωμοσίας. Id eſt, mandatum Domini cui additum eſt iuſiurandum. Poſt Legem *concepti*, τὸν μετὰ νόμον. Vulg. Qui poſt Legem eſt: vt videatur legiſſe ὁ μετὰ νόμον. Cæterùm quòd hoc iuſiurandum dicitur Legem ſequutum, non reſpicit tempus illud quo Dauid illud perſcripſit: (neque enim tunc cœptum fuit; ſed ab æterno, vt 1. Pet. 1. d. 20. & alibi ſæpe explicatur) ſed ipſam notitiæ æterni illius iurisiurãdi exhibitionẽ. qua ratione diximus etiam intelligendum eſſe dictum illud, Ego hodie genui te. Interim notandum eſt, Apoſtolum iſtius declarationis reſpectu, à temporis ordine argumentari. Siquidem poſteriore fœdere æquum eſt vt prius abrogetur, ſi modò iſta ſunt eiuſmodi vt ſimul conſiſtere non poſſint.

IN CAPVT VIII.

1 *Hæc ſumma eſt*, κεφάλαιον. In hoc dicendi genere vel nunquam vel certè rarò adiiciunt verbum Græci, ſed ſubaudiunt, vt in σημεῖόν ἐστι παρμένων δή, & ſimilibus. Κεφάλαιον autem poſſumus conuertere vel caput, id eſt, ſcopum & præcipuum illud quò omnia referuntur, vel ſummam & compendium: quod mihi aptius viſum eſt. Vtrouis autem modo accipiamus, eadem erit ſententia. paucis enim repetitur illud ad quod referenda ſunt omnia, vt attentius & maiore cum fructu legantur ſequentia. Vulgata, Capitulum ſuper ea quæ dicuntur, prorſus inepté.

2 Sanctuarii, τῶν ἁγίων. Vulg. & Eraſ. Sanctorum, ambiguè, ſicut & Græca vox ambigua eſt. Sed ex iis quæ ſequuntur, ac præſertim 9. c. 11, ſatis apparet nomine Sanctorum deſignari cælos: ſicut per Tabernaculum intelligitur corpus ipſum Domini. quod cur dicatur à Deo fixum, non ab hominibus, ibi explicabimus. Cæterùm verſatur adhuc in eodem argumento noſter hic author: ſed nunc per partes explicabit qua ratione dicatur abolitum vetus ſacerdotium, nempe ſicut figuræ, quum apparet ipſa veritas, nullus iam eſt vſus. Præparat tamen Hebræorum animos duplici argumento, vno ex ipſa Sacerdotii natura ſumpto, vt nihil craſſum & terrenum de Chriſti Sacerdotio concipiant: altero ex Hieremia petito, qui diſertè diſcrimen duorum fœderum explicat, & prioris quoque abrogationem, ac proinde etiam Tabernaculi & Sacerdotii veteris. Sunt enim iſta inter ſe mutua relatione connexa.

3 Omnis enim, &c. πᾶς γὰρ, &c. Hoc connecto cum poſteriore ſuperioris verſiculi parte, in qua mentio facta fuit veri Tabernaculi: quo nomine diximus non cælum, ſed corpus ipſum declarari, Exo. 9. c. 11. Adfert ergo cauſam cur oportuerit eum hominẽ fieri, nempe vt haberet quod offerret. nullus enim ſine oblatione Sacerdos. Ita hunc locum explicat Græcus ſcholiaſtes, cui aſſentior. Dona, δῶρα. Vide ſuprà, 5 a. 1.

Neceſſe fuit, &c. ἀναγκαῖον ἔχειν, &c. Hoc dici de Chriſto, cui applicetur definitio Pontificis à fine ſumpta, liquet tum ex addita particula γε, tum ex eo quòd non θυσίαν ſcriptũ eſt, ſed τινα. Sed in ſupplendo verbo poſt ἀναγκαῖον non conuenit inter omnes interpretes. Nam Vetus interpres & Eraſmus ſupplent ſũ præſenti tempore: vertunt enim, Neceſſe eſt vt hic etiam habeat aliquid quod offerat. Eam verò interpretationẽ idcirco repudiauí quòd Chriſti iam peractum eſſe oblationem dixerit ſuprà, 7. d. 18. quanuis eius efficacitatem perẽnem eſſe certum ſit. Verùm de ipſa offerendi actione hic agitur. Itaque præteriti temporis verbum ſupplẽdum fuit, vt nos fecimus. Non deſunt tamen qui perinde explicent hunc locum ac ſi ſcriptum eſſet ἀναγκαῖον ἀεὶ ἦν, neceſſe eſſet, vt ſit hæc ſententia, Quum omnis Pontifex terrenus offerre debeat, Chriſtum quoque oportuerit habere quod offerret ſi terrenus eſſet Pontifex. Atqui nullã habet eiuſmodi hoſtiam. Ergo terrenus non eſt, ſed cæleſtis. Sed dura eſt illa eclipſis, & hac ratione non deberet ſequi οὐδέ, id eſt etenim, in proximè ſequenti verſu, ſed μὲν γὰρ, igitur. eſſet enim concluſio ex ſuperiore argumento pendens. Deinde vera eſt & vniuerſalis (vt mihi videtur) illa deſinitio Pontificis, à qua etiam Chriſtus nec potuerit, nec debuerit eximi, cuique adeo ita ſatisfecerit vt & longè præſtantiorem victimam obtulerit. & perfectiore etiam genere offerendi ſit ſemel in æternum defunctus.

4 Nam ſi eſſet, εἰ μὲν γὰρ ἦν. Verſiculum ſecundum diximus duo habere membra, nempe τὰ ἅγια & τὴν σκηνὴν, quæ nos diſtinximus ex cap. 9. c. 11, ita videlicet vt illo nomine cælum ſignificetur, (vt infrà, 9. f. 14) iſto

verò ipſum Chriſti corpus. Sicut ergo ad Tabernaculum retuli priorem verſiculum, ita ad Sanctuarium. i. ad cælum, putarim iſtum pertinere, cui terra opponatur, hoc modo, Dixi noſtrum vnicum Sacerdotẽ, eſſe cæleſtem. nam ſi in terra eſſet, Sacerdos non eſſet, manentibus Leuiticis Sacerdotibus. Quinam id verò? Quia Leuitarum dona ſecundum Legem oblata, res cæleſtes adumbrant, non terreſtres, vt apparet ex oraculo Moſi reddito. Cæleſte igitur Chriſti Sacerdotis Sacrarium, cæleſte Tabernaculum, & omnibus modis excellentius officium eſſe oportet. quod declaratur ver. 6. Atenim dices, nónne Chriſtus manẽte Leuitico Sacerdotio verſatus eſt nihilominus in terris verus Sacerdos? Fateor ſanè, ſed nondum peracta oblatione qua conſecratum oportuit eum in cælum introire, vt illic perpetui Pontificis partibus fungatur pro nobis. Exhibita autem veritate quorſum vmbræ? Sic igitur hunc locum explico: quod tamen ſine cuiuſquam præiudicio dictum velim. 5

ὄντων τῶν ἱερέων τῶν προσφερόντων κατὰ τὸν νόμον τὰ δῶρα·

manentibus illis ſacerdotibus qui ſecundum Legem offerunt dona,

quum eſſent qui offerrẽt ſecundũ Legem munera.

Οἵτινες ὑποδείγματι καὶ σκιᾷ λατρεύουσι τῶν ἐπουρανίων, καθὼς κεχρημάτισται Μωσῆς, μέλλων ἐπιτελεῖν τὴν σκηνήν, Ὅρα γάρ, φησί, ποιήσεις πάντα κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα σοι ἐν τῷ ὄρει.

Exo.25.d.40 act.7.f.44

5 Vt qui exemplari & vmbræ deſeruiunt rerum cæleſtium, ſicut diuinitus dictum eſt Moſi quum eſſet abſoluturus tabernaculum, ‖Vide enim, inquit, vt facias omnia ad exemplar quod oſtẽſum eſt tibi in mõte.

5 Qui exẽplari & umbræ ſeruiunt cæleſtium cæleſtiũ, ſicut reſpõſum eſt Moyſi, quũ cõſummaret Tabernaculum, Vide, inquit, vt omnia facias ſecundũ exẽplar quod tibi oſtenſum eſt in monte.

Νυνὶ δὲ διαφορωτέρας τέτευχε λειτουργίας, ὅσῳ καὶ κρείττονός ἐστι διαθήκης μεσίτης, ἥτις ἐπὶ κρείττοσιν ἐπαγγελίαις νενομοθέτηται.

6 At núc noſter ille Pontifex eo excellentius miniſteriũ ſortitus eſt quo præſtãtioris eſt fœderis interceſſor, quod præſtantioribus promiſſis ſancitum eſt.

6 Nunc autẽ melius ſortitus eſt miniſteriũ, quanto et melioris Teſtamẽti mediator eſt, quod in melioribus repromiſſionibus ſancitum eſt.

Εἰ γὰρ ἡ πρώτη ἐκείνη ἦν ἄμεμπτος, οὐκ ἂν δευτέρας ἐζητεῖτο τόπος.

7 Nam ſi prius illud tale fuiſſet vt nihil in eo poſſet requiri, haudquaquam fuiſſet ſecundo quæſitus locus.

7 Nã ſi illud prius culpa nam eſſet, nõ vtique ſecundi locus inquireretur.

Μεμφόμενος γὰρ αὐτοῖς λέγει, Ἰδοὺ, ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος, καὶ συντελέσω ἐπὶ τὸν οἶκον Ισραὴλ καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον Ιούδα διαθήκην καινήν.

Ierem.31.f.31. 32.33.34 rom.11.d.27 infrd,10.c.16

8 Nam incuſans eos inquit, ‖Ecce, dies venient, dicit Dominus, quum ᵛpãgam ᵛcum domo Iſrael & cum domo Iuda fœdus nouum.

8 Vituperãs enim eos dicit, Ecce, dies uenient, dicit Dominus, & conſummabo ſuper domũ Iſrael & ſuper domũ Iuda Teſtamentum nouum.

Οὐ κατὰ τὴν διαθήκην ἣν ἐποίησα τοῖς πατράσιν αὐτῶν, ἐν ἡμέρᾳ ἐπιλαβομένου μου τῆς χειρὸς αὐτῶν, ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου· ὅτι αὐτοὶ οὐκ ἐνέμειναν ἐν τῇ διαθήκῃ μου, κἀγὼ ἠμέλησα αὐτῶν, λέγει Κύριος.

9 Non ſecũdum fœdus quod feci cum Patribus ipſorum, quo die prehẽdi manum ipſorum vt educerem eos ex AEgypto: nam ipſi non perſtiterunt in illo meo fœdere, ᵛ & ego deſpexi eos, dicit Dominus.

9 Non ſecundũ Teſtamentũ quod feci Patribus eorũ in die qua apprehẽdi manũ eorũ ut educerẽ illos de terra AEgypti: quo niã ipſi nõ permanſerũt in Teſtamẽto meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus.

Ὅτι αὕτη ἡ διαθήκη ἣν διαθήσομαι τῷ οἴκῳ Ισραὴλ μετὰ τὰς ἡμέρας ἐκείνας, λέγει Κύριος, διδοὺς νόμους μου εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν, καὶ ἐπὶ καρδίας αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτούς· καὶ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς Θεόν, καὶ αὐτοί ἔσονταί μοι εἰς λαόν.

10 Quamobrem hoc eſt fœdus quod paciſcar domui Iſrael poſt dies illos, dicit Dominus: indam Leges meas mẽti eorũ, & cordi eorum inſcribam: & ero ipſis Deus, & ipſi erunt mihi populus.

10 Quia hoc eſt Teſtamẽtũ q̃d diſponã domui Iſrael poſt dies illos, dicit Dominus, dãdo Leges meas in mẽtẽ eorũ, et in corde eorũ ſuperſcribã eas: et ero eis in Deum, & ipſi erũt mihi in populum.

Manentibus illis ſacerdotibus, ὄντων τῶν ἱερέων. Vulg. Quum eſſent. Nam vel non legit τῶν ἱερέων, vel neglexit. Eraſ. Vbi ſunt ſacerdotes. quæ interpretatio nec mihi videtur Græcis reſpondere, nec ſententiam Apoſtoli exprimere. Nam εἰμὶ hoc in loco declarat vigere, & quaſi ſuum (vt ita dicam) eſſe conſeruare. 10

7 Nam ſi, εἰ γάρ. Præparat Hebræorum animos audiendo Hieremiæ vaticinio, vt dixi verſu 1. Vocat autem fœdus ἄμεμπτον, in quo nihil meritò poſſit requiri.

8 Pangam, συντελέσω. Heb. וכרתי, id eſt percutiam. Nam Græca etiam editio quæ nunc vtimur, habet διαθήσομαι. Qui conuertit συντελέσω, id eſt conſummabo, huc reſpexit (opinor) quòd fœdera tum demum rata habentur quũ ſolenni pactione ſancita ſunt. Cum domo Iſrael, עם בית ישראל. Hebr. עם בית ישראל, id eſt cum domo Iſrael. Si libuerit ſeruare, cõuertemus Erga domum. Vocat autem domum, totius regni quaſi vnam familiam. Erat verò tum (vt omnes norunt) in duas pactiones ſciſſum Dauidis regnũ, quas ſignificat Prophetæ noui fœderis auſpiciis rurſus coniunctum iri. Vulg. Super domum, &c.

9 Et ego deſpexi eos, κἀγὼ ἠμέλησα αὐτῶν. Hebr. ואנכי בעלתי בם, id eſt, quum ego illis eſſem Dominus. Sequutus eſt ergo auctor huius epiſtolæ, Græcorum editionem, multo ſanè propius quàm vel Euangeliſtæ vel Paulus: vt hinc quoque probabilis ſit coniectura, verſam non fuiſſe ex Hebræo. Cæterùm in re ipſa nihil eſt diſcriminis. neque enim hic vertitur cardo controuerſiæ.

Καὶ οὐ μὴ διδάξωσιν ἕκαστος τὸν πλησίον αὐτοῦ, καὶ ἕκαστος τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, λέγων, Γνῶθι τὸν Κύριον· ὅτι πάντες εἰδήσουσί με ἀπὸ μικροῦ αὐτῶν ἕως μεγάλου αὐτῶν

11 Neque docebunt singuli proximum suum, & singuli fratrē suum, dicentes, Cognosce Dominum: nam omnes cognoscent me, ab eo qui pusillus fuerit inter eos, ad eum vsque qui magnus fuerit inter eos.

11 Et nō docebit unusquisque proximum suum, & unusquisque fratrē suū, dicēs: Cognosce Dominū: quoniā omnes scient me a minore usque ad maiorē eorum:

Ὅτι ἵλεως ἔσομαι ταῖς ἀδικίαις αὐτῶν, καὶ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν καὶ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν οὐ μὴ μνησθῶ ἔτι.

12 Ero enim propitius iniquitatibus eorum & peccatis eorū, & iniquitatum ipsorum non recordabor amplius.

12 Quia propitius ero iniquitatibus eorū, & peccatorum eorum iam non memorabor.

Ἐν τῷ λέγειν καινήν, πεπαλαίωκε τὴν πρώτην· τὸ δὲ παλαιούμενον καὶ γηράσκον, ἐγγὺς ἀφανισμοῦ.

13 Dum nouum dicit, antiquauit prius: porro quod antiquatur ac senescit, prope est vt euanescat.

13 Dicendo autem nouum, veterauit priꝰ: quod autem antiquatur & senescit, prope interitum est.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ.

CAP. IX.

CAP. IX.

Εἶχε μὲν οὖν καὶ ἡ πρώτη δικαιώματα λατρείας, τό τε ἅγιον κοσμικόν.

1 Gitur habebat quidē etiā priꝰ fœdus ꝰ constitutos religionis ritus, ꝰ& sanctuarium mundanum.

1 Habuit quidem & prius iustificationes culturæ, & sanctum seculare. Exod.26.a.1 & 36.a.11

Σκηνὴ γὰρ κατεσκευάσθη ἡ πρώτη ἐν ᾗ τε λυχνία καὶ ἡ τράπεζα, καὶ ἡ πρόθεσις τῶν ἄρτων, ἥτις λέγεται ἅγια.

2 ꝰTabernaculum enim constructum fuit: prius quidem in quo erant lucernæ, & mensa, & ꝰpropositi panes, ꝰquod Sancta vocant.

2 Tabernaculum enim factum est primum, in quo erant candelabra, & mensa, & propositio panum, quæ dicitur Sancta.

Μετὰ δὲ τὸ δεύτερον καταπέτασμα, σκηνὴ ἡ λεγομένη ἅγια ἁγίων·

3 Post ꝰmedium autem velum erat Tabernaculum quod vocant ꝰSancta sanctorum.

3 Post velamentum autē secundum, tabernaculum, quod dicitur Sancta sanctorum.

IN CAPVT IX.

1 Prius *fœdus*, ἡ πρώτη. Erasmus, Prius tabernaculum, ἡ πρώτη σκηνή. & fateor pleraque Græca exemplaria iampridem ita habere: sed apparet ex Photio (omnium Græcorum interpretum, quos ego quidem viderim, acutissimo, cuius verba in Græcis scholiis citantur) irrepsisse Tabernaculi nomen, idque perperam: quū ex argumenti serie, & vltimo superioris capitis versiculo, facilè appareat subaudiendum esse διαθήκης nomen. Itaque non dubitauimus σκηνὴ expungere, Photii & Veteris editionis, atque adeo doctissimi interpretis authoritatem (aut veritatem potius ipsam) sequuti. Constitutos religionis ritus, δικαιώματα λατρείας. Vel, ritualem cultum. nam coniunctim hæc legenda sunt, ex omnium veterum librorum fide. Quid autem δικαιώματα appellatione soleat intelligi, diximus Luc.1.a.6. Vulgata, Iustificationes culturæ: quod nemo intelligat. Erasmus, Iustificationes cultus. Et sanctuarium mundanum, καὶ τὸ ἅγιον κοσμικόν. Hebraicè מקדש, quod κοσμικὸν, id est mundanum, vocat, terrenum videlicet & caducum, vt cælesti & æterno opponat. Quidam de atrio populi accipiunt: quorum opinionem his de causis non amplector: Primùm quia nusquam sic vocatur: & certè κοσμικὸν pro eo quod populo pateat, eosdē explicatur. Deinde sequens particula causalis ostendit distribui totum quiddam in suas partes. Postremò nusquam fit mentio in hac collatione nisi duarum partium Tabernaculi; nempe prioris & posterioris: quum tamen ex illa distributione tres partes numerari oportuerit. Neque enim huic nostro scriptori propositum est integram Tabernaculi descriptionem persequi, sed ea duntaxat quæ ad Sacerdotalem functionem pertinebant, idque quatenus Christus per eam adumbrabatur. Vulgata, Sanctum seculare.

2 Tabernaculum enim constructum fuit, σκηνὴ γὰρ κατεσκευάσθη. Obseruandum est in primis, hanc descriptionem non ad templum, sed ad tabernaculum accōmodari: quia nimirum noster hic scriptor ea propriè quæ Moses secundum exemplar ipsi in monte propositum fabricauit, cum rebus ipsis cælestibus comparat. Hinc fit vt duorum velorum faciat mentionem, quæ describuntur Exo.26. g. 33 & 36: quum in templo vnicum tantùm esset, cuius sit etiam apud Euangelistas mentio. Item vnius tantùm mensæ, quum decem in templo essent positæ. Ex quo illud quoque intelligitur, nomine τῆς λυχνίας vnicum dūtaxat illud candelabrum significari quod multas habebat lucernas: quum in templo decem candelabra essent collocata. Nam quòd mannam & virgam Aaron videtur Arca includere cum tabulis lapideis, commodè interpretandum est. Neque enim manna & virga intra Arcam ipsam erant, sed proximè Arcam, ipsique adeo commoda aliqua ratione adiunctæ, quum non legatur Dominus iussisse vt in Arca includerentur, sed vt coram se, id est corā Arca fœderis, collocarentur, Exo.16.g.34, Num.17.b.10, & 1.Reg.8.a.9. Propositi panes, ἡ πρόθεσις τῶν ἄρτων. Notanda hypallage pro τὰ ἄρτα τῆς προθέσεως. Quod Sancta vocant, ἥτις λέγεται ἅγια. Pronocabulum ἥτις ad σκηνὴν pertinet, non autem ad proximè præcedentia. & ἅγια scribēdum est numero plurali, emphaseōs causa, ex Hebræorum more; non autem ἁγία, vt quidam codices habent deprauatè. Itaque non rectè Vetus interpres conuertit, Quæ dicitur Sancta.

3 Medium, δεύτερον. Ad verbum Secundum. Vertimus autem medium, vitandæ ambiguitatis causa. Velum enim secundum nominat Apostolus, non quòd duo fuerint vela, sed quia posterius erat Sancto vèl priore Tabernaculo. Sancta sanctorum, ἅγια ἁγίων. Hebr. קדש הקדשים, pro sacrario sacratissimo, vt frustrà hic sese torserit Augustinus. Sciendum est tamen infrà non obseruari hoc discrimen, sed simplici appellatione τὰ ἅγια. i. Sanctorum, significari hoc adytum: prius autem generali nomine Tabernaculū dici, vt ver.11.12.21.24.25.

Χρυσοῦν ἔχουσα θυμιατήριον, καὶ τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης περικεκαλυμμένην πάντοθεν χρυσίῳ, ἐν ᾗ στάμνος χρυσῆ ἔχουσα τὸ μάννα, καὶ ἡ ῥάβδος Ααρὼν ἡ βλαστήσασα, καὶ αἱ πλάκες τῆς διαθήκης.

Num.17.c.10
1.Reg.8.a.9
2.paral.5.c.10

Exod.25.b.12.

Ὑπεράνω δὲ αὐτῆς Χερουβὶμ δόξης, κατασκιάζοντα τὸ ἱλαστήριον· περὶ ὧν οὐκ ἔστι νῦν λέγειν κατὰ μέρος.

4 Aureum habens thuribulũ, & Arcam Fœderis vndique circunte&tam auro: in qua, vrna aurea habens manna, & virga Aarõ quæ germinauit, & Tabulæ Fœderis.

5 Supra hanc autem Cherubim glorioſi obumbrantes propitiatorium: de quibus nõ eſt nunc dicendum ſingulatim.

4 *Aureã habẽs thuribulũ & Arcam Teſtamenti circũcinctã ex omni parte auro, in qua urna aurea habens manna, & virga Aarõ quæ frũctificarat, & Tabulæ Teſtamẽti.*

5 *Supérq; eã erãt Cherubim gloriæ obumbrantia propitiatorium: de quib⁹ non eſt modò dicendum per ſingula.*

Τούτων δὲ οὕτω κατεσκευασμένων, εἰς μὲν τὸ πρῶτον σκηνὴν διαπαντὸς εἰσίασιν οἱ ἱερεῖς τὰς λατρείας ἐπιτελοῦντες·

6 His autem ita ordinatis, in prius quidem Tabernaculum quouis *tempore* ingrediuntur Sacerdotes qui ritus obeunt:

6 *His verò ita cõpoſitis in priori quidẽ tabernaculo ſemper introibant ſacerdotes ſacrificiorum officia conſummantes:*

Εἰς δὲ τὴν δευτέραν ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ μόνος ὁ ἀρχιερεύς, οὐ χωρὶς αἵματος, ὃ προσφέρει ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνοημάτων·

7 In ſecundum autem, ſemel quotannis ſolus Pontifex, non ſine ſanguine quem offert pro ſeipſo & *pro* populi erratis:

7 *In ſecundo autem, ſemel in anno ſolus Põtifex, non ſine ſanguine quem offert pro ſua & populi ignorantia.*

Τοῦτο δηλοῦντος τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, μήπω πεφανερῶσθαι τὴν τῶν ἁγίων ὁδὸν, ἔτι τῆς πρώτης σκηνῆς ἐχούσης στάσιν.

8 Hoc declarante Spiritu ſancto, nondum patefactam fuiſſe viam ad Sacrarium, priore Tabernaculo adhuc conſiſtente.

8 *Hoc ſignificante Spiritu ſancto, nõdũ propalatum eſſe ſanctorũ viã, adhuc priore tabernaculo habente ſtatum.*

Ἥτις παραβολὴ εἰς τὸν καιρὸν τὸν ἐνεστηκότα, καθ' ὃν δῶρά τε καὶ θυσίαι προσφέρονται, μὴ δυνάμεναι κατὰ συνείδησιν τελεῶσαι τὸν λατρεύοντα,

9 Quod *erat* exẽplar pro tempore illo præſenti, quo dona ſacrificiáque offeruntur, quæ non poſſunt cõſcientia ſanctificare cultorem,

9 *Quæ parabola eſt tempus inſtãs, iuxta quã munera et hoſtiæ offeruntur, quæ nõ poſſunt iuxta conſcientiã perfectum facere ſeruientem,*

4 Thuribulum, θυμιατήριον. Quidam conuertunt Aram ſuffitus. Atqui illam conſtat fuiſſe in atrio ſacerdotum, proxime velum. alioquin quomodo adoleuiſſent ſingulis diebus ſuffitũ, ſi ſemel duntaxat quotannis fas erat in Sancta ſanctorum ingredi, idque ſoli Pontifici maximo?

5 Propitiatorium, τὸ ἱλαστήριον. Hebr. כפרת. Sic enim vocant Hebræi Arcæ fœderis operculum, quod Græci habita ratione verbi כפר, à quo deducitur, ἱλαστήριον conuerterunt.

7 Pro ſeipſo, ὑπὲρ ἑαυτοῦ. Hoc annuum & ſolenne ſacrificium tum pro ſui tum pro populi reconciliatione obibat Pontifex maximus die decima ſeptimi menſis, vt ſcribitur copioſè Leuit.16. Notandum eſt autem diligenter quòd diſertè dicitur Pontifex pro ſeipſo orare. Erratis, τῶν ἀγνοημάτων. Hebr. שגיאות, quo vocabulo omne genus peccati ſignificant. Nam etiamſi quis voluntariè peccet, ineſt tamen aliquis error conſcientiæ quam Satanas faſcinauit. Vulg. & Eraſ. Ignorantiis, obſcurè, & nimium etiam angustè.

8 Hoc declarante, τοῦτο δηλοῦντος. Bene colligit. nam ſi ſacrificia quæ in Tabernaculo ſacerdotum quotidie fiebant, habuiſſent vim reconciliandi, quorſum oportuiſſet ſemel in anno ſolum Pontificem maximum, manente foris toto populo, in Sanctum ſanctorum ingredi, & ſolenni ſanguinis aſperſione ſeſe ac totum populum expiare? Sic igitur adumbrabat Spiritus ſanctus nondum apertam eſſe viam in Sacrarium, ſtante priore Tabernaculo, in quo ſacrificia peragebantur: id eſt prioris Tabernaculi ſacrificiis nondum patefactum fuiſſe cælum, quod per ſacrarium illud intimum repræſentabatur. Nam Sancta dicit quæ paulo antè Sancta ſanctorum vocarat: quo modo etiam Moſes ipſe loquitur Leuit.16.a.2.

9 Quod *erat* exemplar, ἥτις παραβολή. Vulg. Quæ parabola eſt: quod nemo facilè intelligat. Eraſ. Quæ erat ſimilitudo: ne ſic quidem ſatis rectè. Nam ἥτις referendum eſt ad σκηνὴ, id eſt ad Tabernaculum. Deinde παραβολὴ hoc loco nihil aliud quàm typum & exemplar declarat, id eſt תבנית. Pro tempore præſenti, εἰς τὸν καιρὸν τὸν ἐνεστηκότα, id eſt παρόντα, vt mihi quidem videatur Eraſmus rectè conuertiſſe. Præſens verò tempus accipe, ipſius Tabernaculi reſpectu: ac ſi dicerer, Pro eo tempore quo vigere illud exemplar oportuit. Vulgata, Temporis inſtantis. Quo, καθ' ὃν, id eſt ᾧ ᾧ. In quibuſdam tamen exemplaribus & Græcis etiam ſcholiis legitur καθ' ὧν, ita vt ſuppleri poſſit σκηνῶν, Tabernaculum, vel παραβολὴν, exemplar, vt conuertas, In quo Tabernaculo, vel Secũdum quod exemplar. Quòd ſi alteram ex his duabus interpretationibus ſequamur, tum licebit conuertere, εἰς τὸν καιρὸν τὸν ἐνεστῶτα, ad inſtans vſque tempus, quo videlicet futurum erat vt ipſa veritas apparens, tolleret illud exemplar. Offeruntur, προσφέρονται. Videbatur potius dicendum προσφέρονται, offerebantur, quo modo etiam Græcus ſcholiaſtes interpretatur: ſed apparet Apoſtolũ vſurpaſſe tẽpus præſens, quòd de ipſa loquatur, nulla habita circunſtantiæ temporis ratione. Sanctificare, τελεῶσαι, id eſt ἁγιάσαι. Nam τελεῶσαι ſuprà annotauimus, capite 2.b.10, de rebus ſacris dici: vt planè nihil aliud ſit quàm puros, ſanctos, tales denique nos reddere vt nihil impediat quominus approbemur à Deo. Etſi autem qui talis eſt, idem etiam eſt ſuo quodam modo perfectus, vt, ſi rem ipſam ſpectes, τελειοῦν poſſis meritò interpretari Perficere, vel Perfectum reddere: tamen abhorrui ab hac interpretatione propter ambiguitatem. Videri enim poſſet, Legi hactenus detrahi vim perficiendi, vt inchoare quidem poſſit, abſoluere verò non item. Inde conſequeretur Chriſtum pro ſupplemento duntaxat acceſſiſſe: ſicut etiam hodie ſophiſtæ tradunt, quum nihil æquè repugnare poſſit argumento quod hic tractatur.

Μόνον ἐπὶ βρώμασι, καὶ πόμασι, καὶ διαφόροις βαπτισμοῖς, καὶ δικαιώμασι σαρκὸς, μέχρι καιροῦ διορθώσεως ἐπικείμενα.

10 In cibis duntaxat & potionibus, & diuersis ablutionibus ac ritibus carnalibus, vsque ad tempus correctionis imposita:

10 *Solùmodo in cibis, & in potibus, & variis baptismatibus, & iustitijs carnis, vsque ad tempus correctionis impositas.*

Χριστὸς δὲ παραγενόμενος ἀρχιερεὺς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, διὰ τῆς μείζονος καὶ τελειοτέρας σκηνῆς, οὐ χειροποιήτου, τουτέστιν οὐ ταύτης τῆς κτίσεως,

11 Aduenies autem Christus Pōtifex futurorum bonorum, per maius & perfectius Tabernaculum non manufactum, id est non huius structuræ,

11 *Christus autem assistens Pontifex futurorū bonorū, per amplius et perfectius Tabernaculum non manufactum, id est non huius creationis,*

Οὐδὲ δι' αἵματος τράγων καὶ μόσχων, διὰ δὲ τοῦ ἰδίου αἵματος, εἰσῆλθεν ἐφάπαξ εἰς τὰ ἅγια, αἰωνίαν λύτρωσιν εὑρόμενος.

11 Neque per sanguinē hircorum & vitulorum, sed per propriū sanguinem, ingressus est semel in Sacrarium, æternam redemptionem nactus.

11 *Neq; per sanguinē hircorum & vitulorū, sed per proprium sanguinem, introiuit semel in Sancta, æterna redēptione inuēta*

10 Ritibus carnalibus, δικαιώματα σαρκός. Vulg. Iustitiis carnis. Eras. Iustificationibus carnis. Vterque nimis obscurè. Castellio conuertit Institutis humanis, non modò falsa & inepta, sed etiam periculosa interpretatione. Diximus autem aliquoties, δικαιώματα dici quæ à Latinis ritus (externæ videlicet quædam ceremoniæ) dicuntur. Additur carnis epitheton sacris scriptoribus peculiare, quod repudiare minimè voluimus. Id autem vt intelligatur, sciendum est in primis hîc non agi de hominum traditionibus, sed de ceremoniis à Deo institutis vt rerum spiritualium tesseræ essent ac symbola, quæ generali vocabulo dicta sunt à Latinis theologis Sacramenta. Sed ea duplici ratione considerantur, interdum cum rebus illis coniuncta quibus efficaciter repræsentandis instituta sunt à Domino: quo respectu maximæ quæque passim illis tribuuntur. Interdum verò per se ac seorsim à rebus ipsis considerata, veluti in tota hac disputatione, in qua non coniungitur sed comparatur cum illis Christus. quo respectu carnalia dicuntur. i. in rebus crassis & terrenis posita, quæque ad animā vsque non pertingant. Imposita, ἐπικείμενα. Recté. fuerunt enim oneris instar, quod nobis Christus exemit. Cæterùm hîc variat lectio. legit enim Vetus interpres ἐπικειμένης, impositis, vt cohæreat cum δικαιώματα. Habent tamen codices omnes ἐπικείμενα: sed quod parum videatur cohærere. Pendent enim hæc à præcedenti versiculo, vbi διαφόροις scriptum est, non διαφόρων. Itaque in vno vetusto codice pro δικαιώματα scriptum inuenimus δικαιώματι, vt sit constructio δώρά τε καὶ θυσίαι προσφέρονται μὴ δυνάμεναι, &c. καὶ δικαιώματι ἐπικείμενα, &c. Ego malim in priore versiculo legere δυνάμενα, vel in isto ἐπικείμενοι. Sed hæc, quod ad sententiam ipsam attinet, nullius sunt momenti.

11 Aduenies autē, &c. Παραγενόμενος δέ. Hactenus structura Tabernaculi, cū breui præparatione: nunc collationē aggreditur Christi cum Leuitico Pōtifice, cum Tabernaculo priore, cum ipsis denique sacrificiis ac victimis: (hæc enim omnia illū vnum adumbrarunt) & Sanctorum. i. posterioris Tabernaculi, cum cælo, in quo noster nunc est Pontifex æternus. Per maius, διὰ τῆς μείζονος. i. Præstantius & excellentius. quod & statim explicat, quum addit καὶ τελειοτέρας, & perfectius. Cæterùm quum hic manifestè distinguat Tabernaculum à Sacrario, vt qui dicat Christum per Tabernaculum ingressum esse in Sacrarium: Sacrarium autem manifestè interpretetur cælum, infrà ver. 24, non videtur posse cōsistere eorū interpretatio qui Tabernaculi perfectioris & non manufacti nomine cælos intelligunt: quia perabsurdè diceretur per cælum ingressus esse in cælum. quod & ipsum suprà annotauimus, 8. a. 1. Itaque prorsus assentior doctissimo interpreti, qui Tabernaculi appellatione intelligit humanam Christi æterni Dei naturam: eadem prorsus ratione qua comparat etiam velo, infrà, 10. d. 20. Sicut enim oportuit Pontificem Leuiticum ingredi in Tabernaculum prius, quod Sacerdotum dicebatur, & ibi in altari suffitibus destinato quotannis solennem victimam mactare: ac ita demum in Sacrarium vbi erat ipsius maiestatis Dei symbolum, introire: ita Filium illū Dei æternum oportuit (vt veri Pontificis partibus fungeretur) in humanā naturam ingredi: in qua non vt hospes, sed vt ciuis, nec virtute sola, sed corporaliter habitans, postquam seipsum sanctificasset, sacrificium illud perageret, ac tādem cælos ingrederetur. Itaque per corpus suum Christus sanctificatus & passus, in cælum iter fecit, & per illud ipsum nunc in cælo pro nobis intercedit. Vnde etiam ipse sese templum vocat Ioan. 2. c. 19 & 21. in quo videlicet tota diuinitatis plenitudo corporaliter habitauit, Coloss. 2. b. 9, vt nihil hîc habeat Nestorius quod obganniat. Videtur autem interpretes plerosque fefellisse quòd non considerarint vnum Christum multis exemplaribus respondere, nempe & ipsi Pontifici, vt qui seipsum obtulerit: & Tabernaculo, per quod iter fecerit ad sacrificium, & à sacrificio in cælum: & victimis quoque, vt mox subiicitur. Deinde quòd hæc eadem de cælo dicantur infrà, ver. 24. Sed hæc ratio nihil efficit. Nam oportuit, vt Tabernaculo, sic etiam Sacrario aliquid non manufactum oppoui, vt cælestis veritas terrenis exemplaribus per omnia respōderet. Verùm (dicet aliquis) quomodo dicitur Christi corpus nec manufactum, nec huius structuræ: Nempe vt opponatur structuræ Tabernaculi, quod ex rebus mortuis, puta, auro, ære, argento, ligno, pellibus, & cæteris id genus, non fabrica naturali sed artificiosa structum erat. Deinde (vt suprà dixit, 8. a. 1, optimus sui interpres) quia non homo quisquam sed Deus viuum illud Tabernaculum finxit. i. Christi humanitatem cōdidit, aptauit, sanctificauit, vt nobis effet viuifica. Fuit enim viuum quidem corpus, sed vi vnius Spiritus sancti conceptum: anima quidem vera, sed singulare & excellentissimum vnius Dei opificiū. Deus ipse denique à seipso caro factus est. Annon mirum hîc Tabernaculum habemus?

11 Per sanguinem, δι' αἵματος. Nunc comparatur Christus cum Pontifice & cum victimis. Fuit enim idem etiam victima qui & Tabernaculum & Pontifex: peculiariter autem fit sanguinis mentio, qui Deo peculiariter fundebatur, vt eo vesci non liceret: & cuius etiam in hoc solenni sacrificio peculiaris erat vsus, vt mox explicatur. Hircorū & vitulorum, τράγων δὲ μόσχων. Recté omnino. Adhibebatur enim in hoc reconciliationis anniuersario sacrificio duplex victima, iuuencus & hircus, vt Leuit. 16 copiosè explicatur: quia tum pro se tum pro populo sacrificabat Pontifex. Vtiturque plurali numero, quia anniuersarium sacrificium erat. Sunt igitur hæc collationis capita: Pontifex Leuiticus alienum, eúmque pecuinum, sanguinem offerebat: Christus verus & æternus Pontifex suum sanctissimum & purissimum obtulit. Ille quotannis offerebat, ac proinde non sanctificabat, sed veram sanctificationem duntaxat repræsentabat: Christus semel vna oblatione omnes credentes

in æternum conſecrauit. Deinceps verò copioſius omnia per partes explicat. Nactus, εὑράμενος. Id eſt, meritò adeptus, nobis tamen, non ſibi. Qui enim redemptione indigeret qui peccatum non habebat, ſed omnem iuſtitiam? Itaque non pro ſe, ſed pro nobis ſeipſum obtulit. Vulg. Inuenta. Fraſ. Reperta. Neutrũ mihi placuit: puto enim εὑρέσεως propria ſignificatione hic accipi, de qua diximus Rom. 4. a. 1.

Leuit. 16. c. 14 num. 19. a. 4

Εἰ γὰρ τὸ αἷμα ταύρων καὶ τράγων, καὶ σποδὸς δαμάλεως ῥαντίζουσα τοὺς κεκοινωμένους, ἁγιάζει πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα,

13 ‖Nam ſi ſanguis taurorum & hircorum, ᵛ& cinis iuuencæ aſpergens inquinatos, ſanctificat ᵛad carnis puritatem:

13 Si enim ſanguis hircorũ & taurorũ, & cinis mundæ aſperſus, inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis,

1. Pet. 2. c. 24 1. Ioh. 1. c. 7 Apoc. 1. b. 6 Luc. 1. g. 75 Luc. 5. g. 24

Πόσῳ μᾶλλον τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, ὃς διὰ πνεύματος αἰωνίου ἑαυτὸν προσήνεγκεν ἄμωμον τῷ Θεῷ, καθαριεῖ τὴν συνείδησιν ὑμῶν ἀπὸ νεκρῶν ἔργων, εἰς τὸ λατρεύειν Θεῷ ζῶντι;

14 Quãto magis ‖ſanguis Chriſti qui ᵛper Spiritum æternum ſeipſum obtulit inculpatum Deo, ‖purgabit cõſcientiam veſtram ᵛà mortuis operibus, ‖ad ſeruiendum Deo viuo?

14 Quanto magis ſanguis Chriſti, q per ſpiritũ ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo, emundabit conſcientiã veſtrã ab operibus mortuis, ad ſeruiẽdum Deo viuenti?

Rom. 5. a. 6 1. Per. 3. c. 18

Καὶ διὰ τοῦτο διαθήκης καινῆς μεσίτης ἐστίν, ὅπως θανάτου γενομένου, εἰς ἀπολύτρωσιν τῶν ἐπὶ τῇ πρώτῃ διαθήκῃ παραβάσεων, τὴν ἐπαγγελίαν λάβωσιν οἱ κεκλημένοι τῆς αἰωνίου κληρονομίας.

15 ᵛItaque ob id noui Fœderis mediator eſt, ‖vt morte intercedente, ad redemptionem earum prævaricationum quæ fuerant ſub priore Teſtamẽto, vocati, promiſſionem accipiãt æternæ hæreditatis.

15 Et ideo noui Teſtamenti mediator eſt, vt mortis interuenientis in redemptionem earum prævaricationum quæ erant ſub priori Teſtamento, repromiſſionem accipiant qui vocati ſunt æternæ hæreditatis.

Ὅπου γὰρ διαθήκη, θάνατον ἀνάγκη φέρεσθαι τοῦ διαθεμένου.

16 ᵛNam vbi teſtamentum eſt, mors intercedat neceſſe eſt teſtatoris.

16 vbi enim teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris.

15 Et cinis iuuencæ, καὶ σποδὸς δαμάλεως. Deſignat alteram ceremoniam, quæ & ipſa peculiariter adumbrabat æternum Chriſti ſacrificium, de qua vide Num. 19. Confer etiam lector, ſi libuerit, horrendam blaſphemiam qua nititur aquæ illius luſtralis ceremonia apud illos vſurpatæ qui ſoli volunt Chriſtiani videri, De conſecrat. diſtinct. 3. c. aquam: & manifeſtè cernes quò euaſerit Antichriſti impudentia. Ad carnis, &c. πρὸς τὴν τῆς σαρκ. &c. Symbola (vt antè dixi) à re ſeparata ſeorſim conſiderat, & ab iis ita argumentatur, Si ſanguis pecuinus & iuuencæ cinis hanc vim habuerunt, vt qui eis eſſet forinſecus aſperſus, purus cẽſeretur, (hæc enim vis eſt ſymbolorum, vt quod intus ſit, foris repræſentent) an res ipſa non præſtiterit quod illa foris adumbrarunt? quòd ſi re ipſa id præſtitum eſt, quorſum nunc id ſignum, quod rei futuræ expectationem tantiſper ſuſtinebat, dum illa præſens aduenirete

14 Per Spiritum æternum, διὰ Πνεύματος αἰωνίου. Opposuit pecudum ſanguini ſanguinem eius qui non homo duntaxat, quales cæteri, ſed Deus etiam fuerit. Nam ᵛSpiritus æterni appellatione, diuinitatis cum humanitate coniunctæ efficacitatem infinitam intelligo, quæ totum hoc ſacrificium conſecrauit. vt ſanguinem iſtũ, quia ſanguis erat eius hominis qui etiam Deus erat, viuifica planè illa virtute præditum eſſe oporteat, quæ vt nos condidit, ita etiam vnà poſſit inſtaurare. Huc reſpexit Dominus Ioh. 6. g. 63, quum diceret carnem ſuam nihil prodeſſe, Spiritum eum eſſe qui viuificet. Et Paulus, Act. 20. f. 28, quum Deum dicit ſibi acquiſiſſe Eccleſiam ſanguine ſuo. A mortuis operibus, ἀπὸ νεκρῶν ἔργων. Id eſt, à peccatis quæ à morte proficiſcuntur, & nihil aliud quàm mortem generant. Sed in primis obſeruandum eſt quid ſit καθαριεῖ, vt intelligatur vis argumenti quod explicatur infrà, 19. a. 1 & 2. Duæ ſunt enim purificationis partes, eæque ſeorſim conſiderandæ. Vna, qua delentur priora peccata: altera, qua radix ipſa peccati amputatur cum fructibus. Itaque quod ad priorem attinet, primùm quidem illam vindicauit Chriſto, collata ipſius ſanguinis dignitate cum taurorum ac vitulorum ſanguine, qui vſque ad animam penetrare non poſſit. Nunc verò, id eſt in proximo verſiculo & deinceps, nequis exciperet, quid igitur ſit illis factum qui ſub priore fœdere vixerunt, oſtendet Chriſtum etiam pro illis ſanguinem fudiſſe, vt qui per veteres ritus fuerit adumbratus: alioquin niſi ad illius futurum aduentum repræſentandum prorſus inutiles. De altera verò parte differit proximo capite.

15 Itaque ob id, &c. καὶ διὰ τοῦτο, &c. Rectè colligit ex præcedentibus ea quæ explanaturus eſt. Nam ſi pecuinus ſanguis in vetere Fœdere non expiabat: vel nouum Fœdus & nouus ſanguis requirebatur, cuius vis ad illos vſque pertingeret: vel ſupereſt vt illi ſeruati nõ fuerint quam partem poſteriorem, vt nimis abſurdam præterit. Hinc conſequitur, vnum fœdus ſemper fuiſſe quod ad rem ipſam, id eſt quod ad expiationem attinet, quæ ſuo demum tempore fuerit peracta: ſed ipſius venturi vmbram aliquam ad tempus extitiſſe. Verus igitur Fœdus plenum non fuit, ſed promiſſio & adumbratio futuri fœderis, per quod æterna contingit hæreditas.

16 Nam vbi teſtamentum eſt, ὅπου γὰρ διαθήκη. Manifeſtè oſtẽdit hic locus (vt meritò indicauit doctiſſimus interpres) hanc epiſtolam Hebraicè ſcriptam non eſſe. Siquidem apud Hebræos ברית nihil aliud ſignificat quàm pactum inter viuos initum: pro quo ramen fœdus dicere propter factam reconciliationem maluimus. quod & ipſum ſpecies eſt pacti inter viuos iniri. Itaque nõ potuit noſter hic author, quiſquis tandem fuit, idem nomen Hebraicum & fœderi & teſtamento applicare: quod illi facere in Græco idiomate licuit. quoniã διαθήκης nomen apud Græcos & pro fœdere & pro teſtamento accipitur. Græcè igitur ſcriptam fuiſſe hanc epiſtolam apparet: neque id mirum cuiquam videri debet, quum Græcam linguam eo tempore in toto Oriente multis familiarem fuiſſe conſter. Sed ad rem. Quæritur quomodo conueniat quod de teſtamento commemorãtur hoc in loco: quum paſſim fiat non teſtamenti, ſed fœderis mentio. Reſpondeo, nouum quæſitum eſſe argumentum partim à fœderis huius natura, quod commune quiddam habet cum teſtamento, & à reliquis fœderum

fœderum ſpeciebus alienum: partim à duplici ſignificatione τῆς διαθήκης, quæ quidem duplici illi fœderis reſpectui optimè quadrat. Nam in cæteris fœderibus nihil minus requiritur quàm mors eorum qui fœdus ineunt: hic contrà, perſoluenda fuit pœna, quæ non alia ratione quàm morte lui poterat: ex iis autem de quibus reconciliandis agebatur, vnus quidem (id eſt Deus) mortis pœnam meritò ab alio requirebat, alioqui nunquam reconciliandus: alter verò (id eſt homo) pœnam eam luere non poterat quin à pœna ipſa maneret abſorptus: ita vt iam ne ſupereſſet quidem quicum Deus paciſceretur. Itaque Filius Dei ſeſe interpoſuit, qui verus homo factus, pœna in ſe recepta, homines Patri reconciliaret. Habet ergo in manu Chriſtus id de quo paciſci cum hominibus conſtituit Deus, æternam nimirum hæreditatem. Quoniam autem is nonniſi moriendo nobis ius illud acquirit, idcirco quod ad Chriſtum ipſum attinet, pactum iſtud inter Deum & homines initum, ſpeciem quandam teſtamenti refert, quaſi ipſe moriens, æterni regni nos fecerit hæredes. Aptè igitur conuenit hæc ſimilitudo. Sed quorſum illa quæſita eſt? Nempe vt hoc argumentũ necteretur, Teſtamenta nonniſi morte teſtatoris ſanciuntur: teſtator eſt Chriſtus: Chriſti igitur, non hircorum aut vitulorum ſanguine ſancitum eſt teſtamentum. Et ea quidem cauſa eſt cur in vetere fœdere omnia purificarentur ſanguine, nempe vt ſignificarentur omnia teſtatoris illius mortem futuram reſpicere.

Διαθήκη γὰρ ἐπὶ νεκροῖς βεβαία, ἐπεὶ μήποτε ἰσχύει ὅτε ζ�ᾷ ὁ διαθέμενος.

17 ‖Teſtamentum enim in mortuis ratum eſt: quandoquidem nondum valet quum viuit teſtator.

17 *Teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt: aliòquin nondum valet dum viuit qui inſtituit eſt.* Galer. 3. c. 15

Ὅθεν οὐδὲ ἡ πρώτη χωρὶς αἵματος ἐγκεκαίνισται.

18 Vnde ne prius quidem illud abſque ſanguine dedicatum fuit.

18 *Vnde nec primum quidem ſine ſanguine dedicatum eſt.*

Λαληθείσης γὰρ πάσης ἐντολῆς κατὰ νόμον ὑπὸ Μωϋσέως παντὶ τῷ λαῷ, λαβὼν τὸ αἷμα τῶν μόσχων καὶ τράγων μετὰ ὕδατος καὶ ἐρίου κοκκίνου καὶ ὑσσώπου, αὐτό τε τὸ βιβλίον καὶ πάντα τὸν λαὸν ἐράνισεν,

19 Quum enim Moſes omnia mandata ᵛ ſecundum Legem recitaſſet toti populo, ſumpto ſanguine vitulorum & hircorum, cum aqua & lana coccina & hyſſopo, ſimul & ipſum librum & totum populum aſperſit,

19 *Lecto enim omni mandato Legis à Moyſe vniuerſo populo, accipiens ſanguinem vitulorum & hircorum cum aqua & lana coccinea & hyſſopo, ipſum quoque librum & omnem populum aſperſit,*

Λέγων, Τοῦτο τὸ αἷμα τῆς διαθήκης ἧς ἐνετείλατο πρὸς ὑμᾶς ὁ Θεός.

20 ‖Dicens, Hic eſt ſanguis teſtamenti quod mandauit vobis Deus.

20 *Dicens, Hic ſanguis Teſtamenti, quod mandauit ad nos Deus.*

Καὶ τὴν σκηνὴν δὲ καὶ πάντα τὰ σκεύη τῆς λειτουργίας τῷ αἵματι ὁμοίως ἐράνισεν.

21 Inſuper autem & Tabernaculum, & omnia vaſa ſacrorũ, ſanguine ſimiliter ᵛ aſperſit.

21 *Etiam Tabernaculum & omnia vaſa miniſterii, ſanguine ſimiliter aſperſit.*

Καὶ σχεδὸν ἐν αἵματι πάντα καθαρίζεται κατὰ τὸν νόμον, καὶ χωρὶς αἱματεκχυσίας οὐ γίνεται ἄφεσις.

22 Et omnia fere ſecundum Legem ſanguine purificantur: & abſque ſanguinis effuſione non fit remiſſio.

22 *Et omnia penè in ſanguine ſecundum Legem mundantur: & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio.*

Ἀνάγκη οὖν τὰ μὲν ὑποδείγματα τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς τούτοις καθαρίζεσθαι, αὐτὰ δὲ τὰ ἐπουράνια κρείττοσι θυσίαις παρὰ ταύτας.

23 Itaque neceſſe fuit exemplaria quidem eorum quæ ſunt in cælis, hiſce rebus purificari, ᵛ ipſa verò cæleſtia ᵛ potioribus quàm hæ ſint victimis:

23 *Neceſſe eſt ergo exemplaria quidem cæleſtium his mundari, ipſa autem cæleſtia, melioribus hoſtiis quàm iſtis.*

Οὐ γὰρ εἰς χειροποίητα

24 ᵛNon enim in manufactum

24 *Non enim in manufacta*

19 Secundum Legem, κατὰ νόμον. Id eſt ſicut Dominus præceperat. Refertur enim hoc ad participium λαληθείσης, & ſignificatur Moſen non temere, ſed Deo ita iubente Legem totã populo recitaſſe. Ἐντολὴ enim vocat ipſam Legem: neque dixit κατὰ τὸν νόμον, vt mox verſu 22, ſed κατὰ νόμον, id eſt *per ordinationem*. Vulg. Omni mandato Legis, πάσης ἐντολῆς τοῦ νόμου. Aſperſit, ἐράνισεν. Id eſt aſpergere conſueuit.

23 Ipſa verò cæleſtia, αὐτὰ δὲ τὰ ἐπουράνια. Analogiam, inquit, eſſe oportet inter ea quæ purificant & quæ purificantur. Sub Moſe typi illi omnes terreni fuerunt, puta, Tabernaculum, Liber, vaſa, victimæ, cæteráque omnia: ſed tamen rerum cæleſtium typi oportuit igitur typica & eiuſdem naturæ materia ac ritu, nempe pecudum ſanguine, aqua, lana, hyſſopo luſtrari. Sub Chriſto verò cæleſtia omnia, cæleſte tabernaculum, cæleſtis victima, cæleſtis populus, cæleſtis doctrina, cælum denique ipſum pro manſione proponitur. Itaque hæc omnia ſimili ratione, nimirum viuifici illius ſanguinis Chriſti æterna oblatione, ſanctificari oportuit. Dicuntur autem ſanctificari vario reſpectu. Primùm enim ſeipſum nobis ſuo ſanguine ſanctificauit Chriſtus: deinde & ipſum cælum quodammodo ſanctificauit nobis, quum illud ſanctus ipſe ingrederetur, vt in eo aliquando etiam ſancti ipſi Deo in æternum ſeruiamus. Potioribus victimis, κρείττοσι θυσίαις. Quorſum hoc, quum vna ſit vnius victimæ oblatio? nempe quia vnica vera & æterna omnibus typicis opponitur, ideo pluralem numerum vſurpauit, quòd vna omnium ſit inſtar: qua vna tum vetus ille tum nouus populus fuerit ſanctificatus.

24 Non enim, &c. οὐ γὰρ, &c. Aliæ collationes: Pontifex Leuiticus in ſacrarium illud ingrediebatur, Dei

quidem mandato, ſed tamen hominum manu ex terrena materia fabricatum, vt eſſet alterius excellentioris (nempe cæleſtis regiæ) exemplar: Chriſtus verò in cælos ipſos, id eſt in beatæ illius & incomprehenſæ beatitatis æternam ſedem, penetrauit. Ille coram arca, Chriſtus coram Deo ipſo comparet.

ἅγια εἰσῆλθεν ὁ Χριστὸς, ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν, νῦν ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν.

ſacrarium ingreſſus eſt Chriſtus, quod ſit exemplar vero ſacrario reſpondens: ſed in ipſum cælũ, vt appareat nunc in conſpectu Dei pro nobis.

ſanctũ Ieſus intrauit, exemplaria verorum: ſed in ipſum cælum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis.

Οὐδ' ἵνα πολλάκις προσφέρῃ ἑαυτὸν, ὥσπερ ὁ ἀρχιερεὺς εἰσέρχεται εἰς τὰ ἅγια κατ' ἐνιαυτὸν ἐν αἵματι ἀλλοτρίῳ·

15 ¶ Neque vt ſæpe offerat ſemetipſum, ſicut Pontifex ingreditur in ſacrarium quotannis cum ſanguine alieno:

15 *Neque vt ſæpe offerat ſemetipſum, quemadmodum Pontifex intrat in Sanctũ per ſingulos annos in ſanguine alieno:*

(Ἐπεὶ ὤφλε αὐτὸν πολλάκις παθεῖν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου) νῦν δὲ ἅπαξ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων, εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας, διὰ τῆς θυσίας αὐτοῦ πεφανέρωται.

16 ¶ (Alioquin oportuiſſet eum ſæpe paſſum fuiſſe à condito mundo) ſed nunc ¶ ſemel ¶ in conſummatione ſeculorum, ¶ ad abolendum peccatum, per immolationem ſuiipſius patefactus eſt.

16 *(Alioquin oportebat eũ frequenter pati ab origine mundi) nunc autem ſemel in conſummatione ſeculorum, ad deſtructionem peccati per hoſtiam ſuam apparuit.*

Καὶ καθ' ὅσον ἀπόκειται τοῖς ἀνθρώποις ἅπαξ ἀποθανεῖν, μετὰ δὲ τοῦτο κρίσις·

17 Et ſicut illud ſtatutũ eſt hominibus ¶ vt ſemel moriantur, poſtea verò iudicium:

17 *Et quemadmodum ſtatutum eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc autem iudicium:*

Οὕτως ὁ Χριστὸς ἅπαξ προσενεχθεὶς εἰς τὸ πολλῶν ἀνενεγκεῖν ἁμαρτίας, ἐκ δευτέρου χωρὶς ἁμαρτίας ὀφθήσεται τοῖς αὐτὸν ἀπεκδεχομένοις, εἰς σωτηρίαν.

Rom.5.a.6.8 1.pet.3.c.18

18 ¶ Ita & Chriſtus ſemel oblatus vt ¶ multorum peccata tolleret, altera vice ¶ abſque peccato conſpicietur iis qui ipſum expectant, ad ſalutem.

18 *Sic & Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhauriendã peccata, ſecundò ſine peccato apparebit expectantibus ſe, in ſalutem.*

15 Neque vt ſæpe, &c. οὐδ' ἵνα πολλάκις, &c. Alix duæ collationes: Pontifex alienum, Chriſtus ſuum ſanguinem obtulit. Ille quotannis repetebat oblationem, Chriſtus ſemel tantùm ſeſe offerens, peccatum in genere aboleuit tum præteritorum tum venturorum ſeculorum.

16 Alioquin, ἐπεί. Argumentum non repetendæ Chriſti oblationis: quia quum à condito mundo fuerint expianda peccata, dixerimus autem ſolo Chriſti ſanguine expiari, oporteret ſæpe iam ipſum mortuum eſſe à condito mundo. Atqui homo ſemel tantùm mori poteſt. Ergo Chriſti oblatio nouiſſimis temporibus peracta, repeti non potuit, nec poteſt. Quod ſi ita eſt, nempe vis ipſius & ad præterita & ad conſequuta omnia peccata porrigitur. Sunt ergo iſta connexa, ſanguinis fuſio, expiatio peccati, offerri & mori. Quamobrem manifeſtos Antichriſtianos eſſe oportet qui ad Chriſti ſanguinem alias ſatiſfactiones adiungunt, quique ſæpius illum offerri, vel (vt quidam nuper ſomniarunt) noua oblatione applicari contendunt. Diſtinctio, inquam, illa quotidianæ pro viuis ac mortuis expiationis incruentæ, blaſphema eſt, ſacrilega, & impia. Semel, ἅπαξ. Vide ſuprà, 7.d.17. In conſummatione ſeculorum, ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων. Id eſt diebus nouiſſimis. Neque enim alia vnquam oblatio expectanda, ſed iudicium vnum ſupereſt. Paulus alicubi plenitudinem, vt Galat.4.a.4: alibi fines ſeculorum vocat, 1.Corinth.10.c.11. Ad abolendum peccatum, εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας. Bene dicit peccatum, totam ipſam veluti ſpeciem ac radicem intelligens, vt expoſuimus 6.Rom. Sed & alibi diximus ἀθετεῖσθαι dici leges quum abrogatæ tolluntur. quod huic loco optimè conuenit, vt Legem ipſam peccandi per Chriſtum ſciamus abrogatam, quæ in Adamo lata fuerat. Nam & fructus præteriti ac futuri remittuntur ſanguine Chriſti expiati: & cor ipſum eodem ſanguine rigatum, peccato moritur, vt fructus edat iuſtitiæ.

17 Sicut, καθ' ὅσον. In vno codice legimus καθ' ἅ, & rectius, vt opinor, quanuis ὅσος ſæpe pro poſtpoſitiuo articulo ponatur. Alioqui nõ memini καθ' ὅσον legere in hac ſignificatione. Vt ſemel moriantur, ἅπαξ ἀποθανεῖν. De conſueta & naturali hominum conditione loquitur. Nam quòd Lazarus & alii aliquot, bis mortui ſunt, extraordinarium fuit. In iis verò qui repentè immutabuntur, immutatio illa ſpecies mortis erit, 1. Corinth.15.g.51.

18 Multorum, πολλῶν. Ita reſtringendæ ſunt omnes vniuerſales promiſſiones ad ſolos electos, quum ſic non declaret duntaxat euentum, ſed ſcopum ac conſilium. Quærendum eſt autem electionis teſtimonium non in arcano Dei conſilio, ſed ex fidei effectis, vt ab imo gradu ad ſummum progrediamur, ibi demum certam & immobilem conſolationem inuenturi. Quanquam hoc quidem propriè non eſt huius loci. Cæterùm quod de iudicio ſubiicitur, quaſi περίεργος dictum eſt, partim ad terrendos eos qui vna Chriſti oblatione non ſunt contenti, partim vt fideles in officio contineat, ne reſiliant. Abſque peccato, χωρὶς ἁμαρτίας. Id eſt abſque victima pro peccato, vt diximus 2.Cor.5.d.21. Vel, abſque peccato, id eſt abolito iam & abrogato peccato.

Ad ſalutem, εἰς σωτηρίαν. Poteſt hoc conſtrui cum proximo participio, vt ſit periphraſis credentium, qui ſoli expectant Chriſtum ad ſalutem: vel cum verbo Conſpicietur, quia ſolis illis ad ſalutem conſpicietur qui ipſum expectant. Nam ex impiis alii rident vtrunque aduentum, quibus Chriſtus eſt pro fabula: alii propriè non dicuntur expectare, qui optarent nunquam venire.

Κεφάλαιον ζ

Σκιὰν γὰρ ἔχων ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων, κατ' ἐνιαυτὸν ταῖς αὐταῖς θυσίαις ἃς προσφέρουσιν εἰς τὸ διηνεκὲς, οὐδέποτε δύναται τοὺς προσερχομένους τελειῶσαι.

Ἐπεὶ οὐκ ἂν ἐπαύσαντο προσφερόμεναι, διὰ τὸ μηδεμίαν ἔχειν ἔτι συνείδησιν ἁμαρτιῶν τοὺς λατρεύοντας, ἅπαξ κεκαθαρμένους;

Ἀλλ' ἐν αὐταῖς ἀνάμνησις ἁμαρτιῶν κατ' ἐνιαυτόν.

Ἀδύνατον γὰρ αἷμα ταύρων καὶ τράγων ἀφαιρεῖν ἁμαρτίας.

Διὸ εἰσερχόμενος εἰς τὸν κόσμον, λέγει, Θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι.

CAP. X.

1 LEx enim vmbram obtinés futurorum bonorum, non expreſſam formam rerum, iis hoſtiis quas ſingulis annis eaſdem aſſiduè offerũt, nunquam potèſt accedentes ſanctificare:

2 Alioqui non deſiiſſent offerri, propterea quòd qui ſacrificaſſẽt, ac ſemel purgati eſſent, nullorum peccatorũ amplius eſſent ſibi conſcii?

3 Atqui in iſtis repetita fit mentio peccatorum quotannis.

4 Non enim poteſt ſanguis taurorũ & hircorũ auferre peccata.

5 Quapropter ingrediẽs mundum, dicit, Sacrificium & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi.

CAP. X.

1 VMbram enim habens Lex futurorũ bonorum, non ipſam imaginem rerum, per ſingulos annos eiſdem ipſis hoſtiis quas offerunt indefinenter, nunquam poteſt accedentes perfectos facere:

2 Alioquin ceſſaſſent offerri, ideo quòd nullam haberent vltrà conſcientiam peccati, cultores ſemel mundati.

3 Sed in ipſis commemoratio peccatorum per ſingulos annos fit.

4 Impoſſibile enim eſt ſanguine taurorum & hirorũ auferri peccata.

5 Ideo ingrediens mundum, dicit, Hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi. Pſal.40.b.7

IN CAPVT X.

1 Lex enim vmbrã, &c. σκιὰν γὰρ, &c. In anniuerſario illo ſacrificio quod peculiariter hìc ſpectatur, publica & ſolennis peccatorum Iſraelis, non eorũ tantùm quæ anno proximè præcedente commiſſa eſſent, ſed omnium etiam ſuperiorum confeſſio fiebat. non qualem inuexit poſtea Satan in Eccleſiam, ſed qua omnes & ſinguli tanquam reos ſeſe coram Deo ſiſtebant, Leuit.16.e.11. Hinc colligit Apoſtolus cõſtare anniuerſaria illa ſacrificia non habuiſſe vim purificandi. Cur enim repeterentur? Valet conſequutio, non modò quia ſemel abolita peccata, fruſtra commemorarentur, & pro ſemel expiatis fruſtra repeteretur expiatio: ſed quia vt ſit perfecta purificatio, neceſſe eſt ipſum peccatum ſemel extirpari, quòd alioqui pura non poſſit dici conſcientia, vt expoſuimus ſuprà 9.d.14. quemadmodum nemo ſatis probum medicamentum eſſe dixerit quod mortbos tantùm præſentes ad momentũ prohibere, ingruẽtes autẽ nullo modo poſſit impedire. Quid ſi igitur neutrum præſtet? Hoc autem vtrunque vnius Chriſti ſanguini tribuitur: quo quiſquis eſt irrigatus, & à præteritis & à futuris peccatis liberatus eſt in æternum, atque adeo ſanctificatus, vt peccato mortuus, viuat iuſtitiæ. Ideo nec pluribus hìc victimis, nec vnius victimæ repetita oblatione opus eſt. Ergo quòd vetera illa ſacrificia diſertè dicuntur populum expiare, Leuit.16.g.30, non ad ipſa ſymbola, ſed ad futuram illam Chriſti oblationem vnicam pertinet, quæ per illa quotannis, atque adeo ſingulis diebus per omnes ceremonias adumbrabatur. Futurorum bonorum, τῶν μελλόντων ἀγαθῶν. Id eſt æternorum, quæ Patribus promiſſa ſunt in Chriſto, ſuo tempore exhibita: ſed ita tamen vt alibi nos maneant. Expreſſam formam. εἰκόνα. Εἰκόνα vocant Græci non quamuis picturam vel ſculpturam, ſed quæ ſit viui inſtar: vnde iconici pictores, quos vulgò vocamus, qui proprie ad nos, ἐφ' ᾧ τὸ ὕδωρ. Cic. pro Cælio, Permulta maximarum non expreſſa ſed adumbrata ſigna virtutum. Sed & εἰκὼν accipitur pro ipſa eſſentiali (vt ita loquar) ſimilitudine, vt Philip.1.a.7, & ſupra, 1.a.3. Itaq; alii hoc nomine intelligunt Euangelium, in quo nobis expreſſè effigies ſummi illius beneficii exhibetur: (cuius dum taxat σκιαγραφία & rudis quædam delineatio fuerit in Lege, id eſt in ceremoniis) alii Chriſtum, vt rem ipſam & ſolidum corpus, volunt cum vmbris, id eſt figuris Legis, conferri. quæ expoſitio mihi quidem videtur melius quadrare Apoſtoli argumento. Vulg. & Eraſ. Imaginem, non ſatis expreſſè.

2 Nullorum, οὐδέποτε. Vulg. admodum obſcurè, Nullam haberent vltrà conſcientiam peccatorum. Eraſ. nihilo melius, Nullam iam habuiſſent conſcientiam peccatorum.

3 Repetita mentio ἀνάμνησις. Sic conuerti duabus de cauſis: primùm quia publica erat ea profeſſio: deinde quia quantumuis antiqua & veruſta peccata repetebantur, id eſt reũ ſeſe ac maiores ſuos omnes populus agnoſcebat. quod requiritur ad conſequutionem argumenti. & declarat etiam præpoſitio κατ'. Nam alioquin potuiſſet obiici, ideo fuiſſe repetitum hoc ſacrificium non quòd peccata non tolleret, ſed quòd ſuperioris tantùm anni peccata elueret. Itaque κατ' ἐνιαυτὸν Vetus interpres & Eraſmus non ſatis expreſſè conuertunt Commemorationem.

5 Ingrediens mundum εἰσερχόμενος εἰς τὸν κόσμον. Nouum argumentum à teſtimonio Dauidis, quo diſertè ſignificatur, nonniſi ſublato priore, poſterius poni. Cæterùm ingreſſus eſſe mundum dicitur Filius Dei quum homo factus eſt, vt deſcendiſſe è cælo, Iohan.6.f.41. Significat autem his verbis Apoſtolus, Chriſtum apud Dauidem eo loco induci quaſi recens hominem factum, de ſuo munere differentem. Eraſmus maluit vertere per futurum, Quum ingreſſurus eſſet mundum, habita eius temporis ratione quo hæc ſcripſit Dauid, quaſi Filius adhuc in cælo manens, de futuro ſuo officio loquens inducatur. Sententia igitur eadem eſt, ſed illud videtur melius conuenire. Et oblationem καὶ προσφοράν. Iterum diuiditur ſacrificandi cultus in duas ſpecies, vt expoſuimus ſuprà 5.a.1. Reliquas ceremonias præterit. Erãt enim duntaxat tanquam ſacrificiorum appendices. Noluiſti, οὐκ ἠθέλησας. Hoc verò non poteſt Dauidi conuenire, quæcunque ſubterfugia quærantur. Nam (vt rectè prorſus obſeruat doctiſſimus interpres) habuit commune cum cæteris ſacrificandi mãdatum. itaque præterire quod illi Deus mandarat non potuit. Propriè hæc igitur Chriſti regno tribuuntur. Nam id quoque quod verſiculo 13 eiuſdem Pſalmi dicitur de iniquitatibus, de Chriſto meliore etiam iure quàm de Dauide dicitur, quum ille vnus omnium iniquitates portarit. Corpus, σῶμα, &c. Hebraicè אזנים כרית לי,

aures perforaſti mihi.id eſt, docilem & obſequentem ad audiendum me reddidiſti. Ita enim deſcribitur in capitis noſtri perſona quæ ſit fœderis noui ratio, nempe fide percipere Euangelium: quod ab iis vnis præſtatur quibus Dominus aures cordis aperuit, vt Act.16.c.14.quum natura omnes cæci ſimus. Ergo quod ad ſententiam attinet, Græca interpretatio nihil variat. Nam quòd quidam de corporis humani aſſumptione hoc explicant, nihil eſt: quanuis veriſſimum quidem ſit, Chriſtum hac ratione factum eſſe Eccleſiæ (id eſt audientium & credentium) caput. Sed hæc pars non fuiſſet prætermiſſa in applicatione, ſi eſſet ita accipienda.

Ολοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ἐδόκησας.

6 Holocautomata & hoſtiam pro peccato non approbaſti:

6 Holocautomata & pro peccato non tibi placuerunt:

Τότε εἶπον, Ἰδοὺ ἥκω (ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπταί περὶ ἐμοῦ) τοῦ ποιῆσαι, ὁ Θεός, τὸ θέλημά σου.

7 Tunc dixi, Ecce adſum (in capite libri ſcriptum eſt de me) vt faciam, Deus, voluntatem tuam.

7 Tunc dixi, Ecce venio (in capite libri ſcriptum eſt de me) ut faciã, Deus, voluntatem tuam.

Ἀνώτερον λέγων, Ὅτι θυσίαν καὶ προσφορὰν καὶ ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ἠθέλησας, οὐδὲ ἐδόκησας· (ἅτινες κατὰ τὸν νόμον προσφέρονται)

8 Quum ſuperius dixiſſet, Sacrificium & oblationem & holocautomata & hoſtiam pro peccato noluiſti, neque approbaſti: (quæ iuxta Legem offeruntur)

8 Superius dicens, Quia hoſtias, & oblationes, & holocautomata, & pro peccato noluiſti, nec placite ſunt tibi (quæ ſecundum Legem offeruntur)

Τότε εἴρηκεν, Ἰδοὺ ἥκω τοῦ ποιῆσαι, ὁ Θεός, τὸ θέλημά σου. Ἀναιρεῖ τὸ πρῶτον, ἵνα τὸ δεύτερον στήσῃ.

9 Tunc dixit, Ecce adſum, vt faciam, Deus, voluntatem tuam. Tollit prius, vt poſterius ſtatuat.

9 Tũc dixi, Ecce venio, ut faciam, Deus, voluntatem tuam. auferit primum ut ſequens ſtatuat.

Ἐν ᾧ θελήματι ἡγιασμένοι ἐσμὲν διὰ τῆς προσφορᾶς τοῦ σώματος τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐφάπαξ.

10 Qua voluntate ſanctificati ſumus, per oblationem corporis Ieſu Chriſti ſemel *factam*.

10 In qua voluntate ſanctificati ſumus, per oblationẽ corporis Ieſu Chriſti ſemel.

Καὶ πᾶς μὲν ἱερεὺς ἕστηκε καθ' ἡμέραν λειτουργῶν, καὶ τὰς αὐτὰς πολλάκις προσφέρων θυσίας, αἵτινες οὐδέποτε δύνανται περιελεῖν ἁμαρτίας·

11 Omnis igitur Sacerdos aſtat quotidie, operans, & eaſdẽ ſæpius offerens hoſtias, quæ nunquam poſſint auferre peccata:

11 Et omnis quidem ſacerdos præſto eſt quotidie, miniſtrans, & eaſdem ſæpe offerens hoſtias, quæ nunquam poſſunt auferre peccata:

Αὐτὸς δὲ μίαν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν προσενέγκας θυσίαν, εἰς τὸ διηνεκὲς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ·

5 Prd,1.d.13

12 Hic verò vna pro peccatis oblata victima, in perpetuum ſedet ad dextram Dei:

12 Hic autem vnam pro peccatis offerens hoſtiã, in ſempiternum ſedet in dextra Dei:

Τὸ λοιπὸν ἐκδεχόμενος ἕως τεθῶσιν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ.

Pſal.110.a.1 1.cor.15.d.25 ſupra,1.d.13

13 Id quod ſupereſt expectans, donec inimici ipſius, ſcabellũ pedum eius fiant.

13 De cætero expectans donec ponantur inimici eius ſcabellum pedum eius.

Μιᾷ γὰρ προσφορᾷ τετελείωκεν εἰς τὸ διηνεκὲς τοὺς ἁγιαζομένους.

14 Vnica enim oblatione conſecrauit in perpetuum eos qui ſanctificantur.

14 Vna enim oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos.

Μαρτυρεῖ δὲ ἡμῖν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· μετὰ γὰρ τὸ προειρηκέναι,

15 Teſtificatur autem nobis & ipſe Spiritus ſanctus. nam poſteaquam prædixit,

15 Conteſtatur autem nos & Spiritus ſanctus. poſtquam enim dixit,

6 Et hoſtiam pro peccato, καὶ περὶ ἁμαρτίας. Hebr. וחטאה, id eſt & peccatum. Diximus enim μετωνυμικῶς ſic vocari victimam pacificam, quam vocant.

7 In capite libri, ἐν κεφαλίδι βιβλίου. Hebr. במגילת ספר, id eſt in volumine libri. Complicabant enim antiquitus libros in cylindri morem, vt nunc quoque Iudæi Legem habent deſcriptam in ſuis ſynagogis. Sed hoc diſcrimen nihil detrahit de ſententia. Accepit quidem Græcus interpres מגילה in ſignificatione גלגולת. eſt enim vtrunque eiuſdem radicis.

9 Dixit, εἴρηκεν. Vulg. Dixi, εἶπον, niſi librariorum culpa hoc factum eſt. occaſionem autem errori præbuit quod in ipſo Pſalmi contextu legitur εἶπον, tum dixi. Sed hæc verba ſunt Apoſtoli, locum Dauidis ad ſcopum ſuum accommodantis, vt hoc cohæreat cum ſuperioris verſiculi initio. Prius, ἀνώτερον. Id eſt ſacrificia: vt poſterius ſtatuat, nempe voluntatem Dei. Ea igitur alibi quàm in ſacrificiis illis conſiſtit. Poterat enim obiici Apoſtolo, cur nunc non liceat per ſacrificia repræſentare Chriſti factam oblationem, vt olim futuram licuit?

10 Per oblationem, διὰ τῆς προσφορᾶς. In pleriſque codicibus legitur ἐν διὰ προσφορᾶς. quam lectionem ſi libuerit ſequi, repetendum erit ἡγιάσμεθα, Qui per oblationem corporis Ieſu Chriſti ſemel ſanctificati ſumus.

11 Adſtat, ἕστηκε. Sub. תמוכת, id eſt aram. Hebr. autem עמד, adſtare, accipitur pro λειτουργεῖν, id eſt pro Ante regem aut quenuis dominum miniſterii cauſa ſtare. quod Latini apparere dicunt.

12 Sedet, ἐκάθισεν. Semel quidem fuit λειτουργὸς, nunc verò ita eſt Pontifex vt ſimul tanquam rex æternus ſedeat, Philipp.2.b.9.

Αὕτη ἡ διαθήκη ἣν διαθήσομαι πρὸς αὐτοὺς μετὰ τὰς ἡμέρας ἐκείνας, λέγει Κύριος, διδοὺς νόμους μου ἐπὶ καρδίας αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τὰς διανοίας αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτούς·

16 ¶Hoc eſt fœdus quod paciſcar cum eis poſt dies illos, dicit Dominus, Indam leges meas cordibus eorum, & corũ mentibus eas inſcribam:

16 *Hoc autem Teſtamentum quod teſtabor ad illos poſt dies illos, dicit Dominus, dando leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum ſuperſcribam eas:* Ierem.31.f.33 rom.11.d.27 ſuprà,8.c.8

Καὶ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν καὶ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν οὐ μὴ μνησθῶ ἔτι.

17 Et peccatorum atque iniquitatum ipſorum non recordabor amplius.

17 *Et peccatorum & iniquitatum eorum iam non recordabor amplius.*

Οπου δὲ ἄφεσις τούτων, οὐκέτι προσφορὰ περὶ ἁμαρτίας.

18 Porro vbi eſt horum remiſſio, non eſt amplius oblatio pro peccato.

18 *Vbi autem horum remiſſio iam non eſt oblatio pro peccato.*

Ἔχοντες οὖν, ἀδελφοί, παρρησίαν εἰς τὴν εἴσοδον τῶν ἁγίων ἐν τῷ αἵματι Ιησοῦ,

19 Quum igitur, fratres, habeamus libertatem ingrediendi Sacrarium per ſanguinẽ Ieſu,

19 *Habentes itaque, fratres, fiduciam in introitu Sanctorum in ſanguine Chriſti.*

Ἣν ἐνεκαίνισεν ἡμῖν ὁδὸν πρόσφατον καὶ ζῶσαν, διὰ τοῦ καταπετάσματος, τοῦτ' ἔστι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ·

20 Ea via quam dedicauit nobis recentem & viuam, per velum, hoc eſt per carnem ſuam:

20 *Quam initiauit nobis viam nouam & viuentem, per velamen, id eſt carnem ſuam.*

Καὶ ἱερέα μέγαν ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ·

21 Quúmque habeamus Sacerdotem magnum, præfectum domui Dei:

21 *Et Sacerdotem magnum ſuper domum Dei:*

Προσερχώμεθα μετὰ ἀληθινῆς καρδίας ἐν πληροφορίᾳ πίστεως, ἐῤῥαντισμένοι τὰς καρδίας ἀπὸ συνειδήσεως πονηρᾶς·

22 Accedamus cum vero corde, & certa perſuaſione fidei, puris cordibus à conſcientia mala:

22 *Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aſperſi corda à cõ ſcientia mala:*

Καὶ λελουμένοι τὸ σῶμα ὕδατι καθαρῷ, κατέχωμεν τὴν ὁμολογίαν τῆς ἐλπίδος ἀκλινῆ, (πιστὸς γὰρ ὁ ἐπαγγειλάμενος)

23 Et abluto corpore aqua pura, teneamus confeſſionẽ ſpei non vacillantem, (fidelis enim eſt qui promiſit)

23 *Et abluti corpus aqua munda, teneamus ſpei noſtræ confeſſionem indeclinabilem, (fidelis enim eſt qui repromiſit)*

16 Dicit Dominus, λέγει Κύριος. Nouum argumentum, Sublata cauſa tollitur effectus. Nulla ſupereſt peccatorum remiſſio: ergo nec ſacrificium. Quid igitur dices? nulla indigemus peccatorum remiſſione? Imò verò hinc pendet omnis noſtra beatitas: ſed quum peracta ſit, ſupereſt non vt de noua oblatione facienda, ſed de ea quæ facta eſt, per fidem amplectenda cogitemus. Itaque non temere Apoſtolus hanc Ieremiæ propheti-
5 tiam repetit, quum diuerſum inde argumentum eliciat. Cæterùm quia hæc eadem verba ſunt apud Prophetã, deceptus eſt Eraſmus, qui Propheticæ verba eſſe putauit, quum Apoſtoli ſint potius, vt hoc cohæreat cũ τῇ προσφορᾷ, & ſit hæc ſententia, Poſtquam primo loco dixit, Hoc eſt fœdus, &c. tum poſtea ſubiicit Dominus, Indam Leges, &c. Hoc qui non perpenderunt, inſeruerunt poſt διαθήσομαι, inſcribam eas, ὅταν λέγῃ, id eſt Iterum dicit. Sed & in vno codice inuenimus eodem loco inſertum, πάλιν, tum dixit.

17 Non recordabor, οὐ μὴ μνησθῶ. Vbi igitur purgatorius ignis, & diſtinctio illa pœnæ & culpæ

18 Oblatio pro peccato, προσφορὰ περὶ ἁμαρτίας. Rectè addidit Pro peccato. nam ſupereſt alia oblatio, nempe gratiarum actionis. & iubet Apoſtolus vt noſipſos Deo totos conſecremus. Sed & mutua charitatis officia tranſlatitiè ſolent à Paulo vocari oblationes Deo gratæ, ſed non pro peccato, quum iam reconciliatis pareat aditus in cælum. Hoc ſenſu conſtat etiam ex ipſo (quem vocant) Canone, ſacrificii & Liturgiæ nomen veteres accepiſſe, vbi dicitur, HAEC DONA, HAEC MVNERA, HAEC SANCTA SACRIFICIA. Sunt ergo hæc paris impietatis, Chriſto ſubordinare alios mediatores vel redemptionis vel interceſſionis, idque in cælo: oblationes alias pro peccato adiungere Chriſti ſacrificio: Chriſtum iterum velle offerre, vel alio ſacrificio ſibi applicare: Chriſtum è cælis in terram illicere, & Chriſtum è ſolio ſuo velle deturbare.

19 Libertatem, τὴν παῤῥησίαν. Iam ſequitur epilogus ſuperioris doctrinæ. Quum autem hæc veriſſima ſint, quæſo cur alios patronos quæramus? aut quo iure poteſt certa de ſalute ſua in vno Ieſu Chriſto perſuaſio vocari arrogantia?

20 Et viuam, καὶ ζῶσαν. Non conuenit quidem epitheton tranſlationi, ſed rei ipſi. opponitur enim Chriſti ſanguis viuificus ſanguini pecudum. Alluditur etiam ad Tabernaculum per quod Pontifex in ſacrarium ingrediebatur. quæ ſuprà ſunt explicata. Sed noua hic allegoria inſtituitur velli illius quod operiebat ſacrarii arcana, & tamen aditum illuc referabat. Sic, inquit, Chriſti caro diuinitatem nobis quaſi ſub velo oſtendit, cuius alioqui fulgorem non poſſemus ſuſtinere. Per hanc igitur viam ad Deum accedamus.

22 Vero, ἀληθινῆς. Id eſt minimè ſubdolo vel fucato, ſed quod verè ſit addictum Deo. Hebr. תָּמִים.

Puris cordibus, ἐῤῥαντισμένοι τὰς καρδίας. Hoc eſt quod inquit Dominus, Sancti eſtote, quandoquidem & ego ſanctus ſum. Nam certè mendax eſt qui fidem iactat, nec eius fructus (id eſt ſanctificationem animi ac corporis) proferre poteſt, vt 2. Corinth. 7. a. 1. Vulg. & Eraſ. Aſperſi corda vel cordibus, rectè quidem. eſt enim ad aſperſiones illas ſanguinis manifeſta alluſio: ſed certum eſt viciſſim ex antecedente colligi conſequens, vt diximus Luc. 3. b. 7. Aqua pura, ὕδατι καθαρῷ. Id eſt Spiritus ſancti gratia, quæ ab effectu vel ex antitheſi externarum purificationum Legis, comparatur aquæ.

Καὶ κατανοῶμεν ἀλλήλους εἰς παροξυσμὸν ἀγάπης καὶ καλῶν ἔργων·

24 Et obſeruemus alii alios, vt nos acuamus ad charitatem & bona opera:

24 Et conſideremus inuicē in prouocationem charitatis & bonorum operum:

Μὴ ἐγκαταλείποντες τὴν ἐπισύναγωγὴν ἑαυτῶν, καθώς ἔθος τισίν, ἀλλὰ παρακαλοῦντες· καὶ τοσούτῳ μᾶλλον ὅσῳ βλέπετε ἐγγίζουσαν τὴν ἡμέραν.

25 Non deſerentes aggregationem noſtri mutuam, ſicuti mos eſt quibuſdam, ſed adhortantes alii alios: idque eo magis quòd videtis illū dié appropinquare.

25 Non deſerentes collectionem noſtram, ſicut conſuetudinis eſt quibuſdam, ſed conſolantes: & tanto magis quanto videritis appropinquantem diem.

Ἑκουσίως γὰρ ἁμαρτανόντων ἡμῶν μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας, οὐκέτι περὶ ἁμαρτιῶν ἀπολείπεται θυσία·

supra, 6.a.4

26 ‖Nam ſi vltro peccauerimus poſt acceptā cognitionem veritatis, non adhuc pro peccatis reliqua eſt hoſtia:

26 Voluntariè enim peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia:

Φοβερὰ δέ τις ἐκδοχὴ κρίσεως, καὶ πῦρ ζῆλος, ἐσθίειν μέλλοντος τοὺς ὑπεναντίους.

27 Sed horrenda quædam expectatio iudicii, & ignis feruor, qui deuoraturus eſt aduerſarios.

27 Terribilis autem quædam expectatio iudicii, & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt aduerſarios.

Ἀθετήσας τις νόμον Μωσέως, χωρὶς οἰκτιρμοῦ ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσιν ἀποθνήσκει·

Deut.19.d.15 mat.18.c.16 iohan.8.b.17 2.cor.13.a.1

28 Qui contempſerit Moſis Legem, abſque miſericordia ex ‖duorum aut triumteſtimonio moritur:

28 Irritum quis faciens Legem Moyſi, ſine vlla miſeratione, duobus uel tribus teſtibus moritur:

Πόσῳ (δοκεῖτε) χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρείας ὁ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσας, καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενος ἐν ᾧ ἡγιάσθη, καὶ τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος ἐνυβρίσας;

29 Quanto (putatis) acerbiore ſupplicio dignus cēſebitur qui Filium Dei conculcarit, & ſanguinem fœderis per quem fuerat ſanctificatus, profanum duxerit, & Spiritum gratiæ contumelia affecerit?

29 Quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia qui Filium Dei conculcauerit, & ſanguinē Teſtamenti polluctum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & Spiritui gratiæ contumeliam fecerit?

Οἴδαμεν γὰρ τὸν εἰπόντα, Ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει Κύριος. Καὶ πάλιν, Κύριος κρινεῖ τὸν λαὸν αὐτοῦ.

Deut.32.c.35 rom.12.d.19

30 Nouimus enim eum qui dixit, ‖ Meum eſt vlciſci, ego rependam, dicit Dominus. Et rurſum, Dominus iudicabit populum ſuum.

30 Scimus enim qui dixit, Mihi vindicta, ego retribuam. Et iterum, Iudicabit Dominus populum ſuum.

Φοβερὸν τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος.

31 Horrendum eſt incidere in manus Dei viui.

31 Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis.

Ἀναμιμνήσκεσθε δὲ τὰς πρότερον ἡμέρας, ἐν αἷς φωτισθέντες πολλὴν ἄθλησιν ὑπεμείνατε παθημάτων.

31 Reuocate verò in memoriam ſuperiores dies, quibus poſtquā illuſtrati fuiſtis, ingens certamē afflictionū ſuſtinuiſtis.

31 Remenoramini autē priſtinos dies, in quibus illuminati, magnum certamen ſuſtinuiſtis paſſionum.

16 Vltro, ἑκουσίως. Hebr. מזיד, quod de iis dicitur qui ſine vlla cauſa aut etiam cauſæ ſpecie aliquid faciunt. Itaque iis conuenit non qui ſimpliciter ſcientes peccant: (alioquin actum fuiſſet de Dauide & Petro. Et quis tandem centies millies non eſſet hac ratione æternæ morti mancipatus?) ſed iis demum qui ex profeſſo reſilientes in vniuerſum à Chriſto, delectantur impietate, & bellum indicunt veritati. vti fecit Saul, Iulianus Apoſtata, Arius, & alii quorum execranda eſt memoria. Sic etiam ſæpe diximus ἁμαρτωλοὺς dici quos Hebræi חטאים vocant, qui veluti peccandi quandam artem factitent, non autem eos qui quamuis ex conſenſu, tamen ex infirmitate & particulari lapſu peccent. Idque ita eſſe liquet ex verſu 29. vt nihil prorſus adiuuet Nonati hæreſin hic locus.

17 Aduerſarios, ὑπεναντίους. Præpoſitio ὑπὸ nihil hic detrahit de ſignificatione. Vide Col.1.c.14. Aliud eſt certè humanitus peccare quàm Deo bellum indicere.

29 Spiritum gratiæ, τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος. Id eſt, Spiritum illum ſanctum qui quodammodo Dei gratiam (id eſt ſanctificationis opus) incipiebat in ipſis obſignare. Oſtendit autem hic locus de quo peccati genere hic agatur.

30 Meum eſt vlciſci, ἐμοὶ ἐκδίκησις. Bene colligit. nam ſi Deus populum ſuum eo conſolatur quòd teſtatur ſe non paſſurum vt impunè lædatur, conſequitur. Domini quaſi proprium eſſe munus pœnas de impiis ſumere. Dominus iudicabit, Κύριος κρινεῖ. Id eſt gubernabit, vti ſæpe iam annotauimus poſitum iudicandi verbum, ex Hebræorum idiotiſmo. Iam verò ſi Deus præeſt Eccleſiæ ſuæ, proculdubio ſeuerè puniet & hypocritas & apoſtatas. Eſt enim officium hoc iudicis, bonos defendere ac ſubleuare, malos iuſtis ſuppliciis afficere. Aptè igitur citatus eſt etiam hic locus, vt animos iſtorum ab apoſtaſia deterreat.

31 Reuocate, ἀναμιμνήσκεσθε. Ingreditur conſolationem in aduerſis quæ iuſtitiæ cauſa infliguntur.

Τοῦτο μὲν, ὀνειδισμοῖς τε καὶ θλίψεσι θεατριζόμενοι· τοῦτο δὲ, κοινωνοὶ τῶν οὕτως ἀναστρεφομένων γενηθέντες.

33 Partim quidem dum & cum probris & cũ oppreſſionibus in theatrum eſtis producti: partim verò dum ſocii factis eſtis eorum qui in eo ſtatu verſantur.

33 Et in altero quidem, opprobriis & tribulationibus ſpectandum ſiſtis: in altero autem ſocii taliter anuerſantium effecti.

Καὶ γὰρ τοῖς δεσμοῖς μου συνεπαθήσατε, καὶ τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων ὑμῶν μετὰ χαρᾶς προσεδέξασθε, γινώσκοντες ἔχειν ἑαυτοῖς κρείττονα ὕπαρξιν ἐν οὐρανοῖς καὶ μένουσαν.

34 Nam & de vinculis meis mecum doluiſtis, & direptionem facultatũ veſtrarũ cũ gaudio accepiſtis, vt qui ſciretis *nos* habere apud vos potioré ſubſtãtiã in cælis, & quæ permaneat.

34 Nam & uinctis compaſſi eſtis, & rapinam bonorũ veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, agnoſcentes nos habere meliorem & manentem ſubſtantiã.

Μὴ ἀποβάλητε οὖν τὴν παῤῥησίαν ὑμῶν, ἥτις ἔχει μεγάλην μισθαποδοσίαν.

35 Ne igitur abiicite fiduciam veſtram, quæ magnã habet præmii retributionem.

35 Nolite itaque amittere confidẽtiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem.

Ὑπομονῆς γὰρ ἔχετε χρείαν· ἵνα τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ποιήσαντες, κομίσησθε τὴν ἐπαγγελίαν.

36 Nam patientia vobis eſt opus, vt vbi voluntaté Dei præſtiteritis reportetis promiſſionẽ.

36 Patientia enim uobis neceſſaria eſt, ut uoluntatem Dei facientes, reportetis promiſſionem.

Ἔτι γὰρ μικρὸν ὅσον ὅσον, ὁ ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ χρονίσει.

37 Adhuc enim tantillũ, tantillum *inquam*, & qui venturus eſt, veniet, neque tardabit.

37 Adhuc enim modicum aliquantulúmque, qui uẽturus eſt ueniet, & nõ tardabit.

Ὁ δὲ δίκαιός μου ἐκ πίστεως ζήσεται· καὶ ἐὰν ὑποστείληται, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ.

38 Iuſtus autem ex fide viuet: at ſiquis ſe ſubduxerit, nõ probat eum animus meus.

38 Iuſtus autem meus ex fide uiuet: quòd ſi ſubtraxerit ſe, non placebit animæ meæ. Habac.2.d.4 Roman.1.b.17 Galat.3.b.11

Ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐσμὲν ὑποστολῆς εἰς ἀπώλειαν, ἀλλὰ πίστεως εἰς περιποίησιν ψυχῆς.

39 At nos non ii ſumus qui nos ſubducamus ad exitium, ſed qui credamus ad animæ ſalutem.

39 Nos autem non ſumus ſubtractionis in perditionem, ſed fidei in acquiſitionem animæ.

33 In theatrum eſtis producti, κατὰ τὸ ῥητὸν, i. θεατρον ὑμᾶς ποιοῦντες, vt loquitur Paulus 1. Cor. 4. b. 9. quod & verbo δεῖγματίζειν declaratur. Dicitur enim hoc de iis qui ignominiæ cauſa palàm in plenum theatrum producebantur. Vulg. Spectaculum facti. Eraſ. Spectaculo fuiſtis omnibus. Ita accipitur apud Saluſtiũ Oſtentui eſſe, & apud Tacitum Oſtentui mittere. Socii factis eſtis, κοινωνοὶ γεγενημένοι. Id eſt Eorum ærumnas vobiſcum communes eſſe duxiſtis. quod de Philippenſibus & Theſſalonicenſibus præſertim teſtatur Paulus. Eorum qui in eo ſtatu verſantur, τῶν οὕτως ἀναστρεφομένων: vel eorum qui ita agitantur, vt ἀναστρέφεσθαι accipiatur pro ſurſum & deorſum verti. Vulg. & Eraſ. Ita conuerſantium, nimium ob: curé.

34 De vinculis meis, τοῖς δεσμοῖς μου. Qui ex hoc loco colligunt hanc epiſtolam Paulo tribuendam eſſe, nituntur argumento admodum infirmo. Cum gaudio, μετὰ χαρᾶς. Id eſt, non modò æquis animis, ſed etiã lætis, vt infrà, Iac. 1. a. 2 Subſtantiam, ὕπαρξιν. Id eſt bona ac facultates. Sic vſurpauit hoc vocabulum Quintilianus. In cælis, ἐν οὐρανοῖς. Sic Dominus Mat. 5. b. 12. Neque redundat ἐν ἑαυτοῖς, id eſt apud vos, & quaſi intra vos: quum fide poſſidemus quod in cælis eſt. In nonnullis tamen codicibus legitur ἐαυτοῖς, id eſt vobiſipſis, vé ſit datiuus communis quem vocant grãmatici: in aliis ἑαυτοὺς, vt ita conuertas, γινώσκοντες ἔχειν ἑαυτοὺς, vt qui ſciatis vos habere: quam poſteriorem lectionem non improbo, quanuis duorũ tantùm codicũ authoritate nitatur.

35 Ne abiicite, &c. Μὴ ἀποβάλητε, &c. Hîc ego exiſtimarim initium ſequentis ſectionis faciendum fuiſſe. Nunc enim Apoſtolus ſuperiorem doctrinam incipit ad hæc capita accõmodare. Primùm, quicquid propoſitum fuit Patribus ad obtinendam ſalutem, id omne in vno Chriſto poſitum fuiſſe. Alterum, illud omne fuiſſe ab ipſis ſola fide, eáque ad finem vſque conſtanti ac perpetua, apprehẽſum. Quorſum autem hæc nempe vt quũ plurimum tribuerent Patribus, eorum qui veri erant Patres, germanos ſe filios eſſe oſtenderent.

37 Adhuc enim tantillum, tantillum *inquam*, ἔτι γὰρ μικρὸν ὅσον ὅσον. Plena loquutio eſt, Paululum admodum temporis adhuc ſupereſt dum veniat, &c. Sic Eſa. 10. f. 25, מעט מעט עוד, ponitur, & alibi ſæpe.

38 Iuſtus autẽ, &c. ὁ δὲ δίκαιός, &c. Vide Rom. 1. b. 17. At ſiquis ſe ſubduxerit, ἐὰν ὑποστείληται. Vulg. Quòd ſi ſe ſubtraxerit. Eraſ. Et ſi ſe ſubduxerit. Ego non dubito quin καὶ ponatur pro ἀλλὰ, vt ſæpe iam annotauimus: quod ex Propheta apparet, apud quem fidelis opponitur impio. Quod ad rem autem ipſam attinet, ita citauit hunc locũ Apoſtolus, vt membrorum collationem, ſeruata tamen eadem ſententia, inuerterit. Deinde vnum Hebraicum verbum עוברה Græci conuerterunt ὑποστέλλεται, ea ratione nimirum quòd illud propriè ſignificet ſeſe in arcem aliquam quaſi tutiorem locum recipere, aut in ea ſe tueri: quod videtur facere quiſquis, deſerto Deo, alibi ſe tutiorem fore exiſtimat. Itaque quod ad ſententiam attinet, nihil hîc eſt variatum.

Non probat eum animus meus, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ. Heb. לא ישרה נפשו בו, quæ verba ita explicarunt vt prius affixum ad Deum retulerint, poſterius verò ad impium: & quia Deum loquentem inducunt, tertiã perſonam in primam mutarint. Niſi malimus eos בנפשו pro בפשר legiſſe, quaſi ad verbum conuertas, Non erit recta anima mea erga eum. Id eſt, non conueniet animæ meæ cum eo: ſicuti ſolent inuerſa phraſi vulgò dicere Hebræi: Non eſt rectum in oculis meis, pro, nõ eſt mihi gratum. Itaque ne hæc quidem varietas in ſententia quicquam variat. Nam ſi anima impii in ipſo recta non ſit, conſequitur illam Deo minimè gratam eſſe.

39 Non ii ſumus qui nos ſubducamus, οὐκ ἐσμὲν ὑποστολῆς. Vulg. ad verbũ, Non ſumus ſubtractionis. ſubaudiendum autem videtur υἱοὶ, filii, vt ſit integer Hebraiſmus: quem vtcunque expreſſit Eraſmus, adhibito modo potentiali, quem vocant. Dicitur enim filius ſubductionis qui quodam impetu in eam partem fertur: quum è contrario ſint filii Dei, quos efficax Dei gratia ad fidem adduxit. Illi igitur ad primum obiecti periculi terro-

rem ſtatim vacillare incipiunt, donec palàm deficiant, vnde certum exitium ſequitur: iſti contrà, per media pericula ſeruata fide, ad certam immortalitatem contendunt. Ad animæ ſalutem, εἰς περιποίησιν ψυχῆς. Vulg. & Eraſ. In acquiſitionem animæ: quod mihi viſum eſt obſcurius, alioqui plana eſt ſententia ex antitheſi.

Κεφάλαιον ια΄

CAP. XI.

CAP. XI.

Ἔστι δὲ πίστις, ἐλπιζομένων ὑπόστασις, πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων.

1 Est autem fides, illud quod facit vt extent quæ ſperantur, & quod demonſtrat quæ non videntur.

1 Est autem fides, ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium.

Ἐν ταύτῃ γὰρ ἐμαρτυρήθησαν οἱ πρεσβύτεροι.

2 Ob eam enim teſtimonio ſunt ornati maiores.

2 In hac enim teſtimonium conſecuti ſunt ſenes.

Πίστει νοοῦμεν κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας ῥήματι Θεοῦ, εἰς τὸ μὴ ἐκ φαινομένων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι.

Gen.1.a.1 ioh.1.a.10

3 Per fidem intelligimus conſtructum fuiſſe mundum verbo Dei, vt quæ cernimus non ſint ex apparentibus facta.

3 Fide intelligimus aptatos eſſe ſeculos verbo Dei: ut ex inuiſibilibus viſibilia fierent.

Πίστει πλείονα θυσίαν Ἄβελ τῷ Καΐν προσήνεγκε τῷ Θεῷ, δι' ἧς ἐμαρτυρήθη εἶναι δίκαιος, μαρτυροῦντος ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ τῷ Θεοῦ· καὶ δι' αὐτῆς ἀποθανὼν ἔτι λαλεῖται.

Gen.4.a.4 mat.23.d.35

4 Abel per fidem, maioris pretii ſacrificiũ obtulit Deo quàm Cain: per quã teſtimoniũ obtinuit se esſet iuſtꝰ, teſtimoniũ perhibẽte Deo de donis eius: & per hanc mortuus adhuc loquitur.

4 Fide plurimam hoſtiam Abel quàm Cain obtulit Deo, per quã teſtimoniũ conſecutus eſt eſſe iuſtus, teſtimonium perhibente muneribus eius Deo: & per illam defunctus adhuc loquitur.

Πίστει Ἐνὼχ μετετέθη τοῦ μὴ ἰδεῖν θάνατον· καὶ οὐχ ηὑρίσκετο, διότι

Gen.5.c.24 eccli. 44.c.17, & 49.d.16

5 Per fidem Enoch fuit tranſlatus, ne videret mortem: nec fuit inuentus, propterea quòd

5 Fide Henoch tranſlatus eſt, ne videret mortẽ: & nõ inueniebatur, quia

IN CAPVT XI.

1 Illud quod facit vt extent, &c. ὑπόστασις, &c. In hunc locum multi varia ſcripſerunt: quorum multiplices ſententias referre non placet. Tantùm dicam, Græcum ſcholiaſten mihi paucis videri rem omnem feliciſſimè expoſuiſſe. Sunt autem hæc ipſius verba, Λεπτὴ ὑπόστασίν τινα δηλοῖ τὸ πίστις, καί φησι, Πίστις δέ ἐστιν ἡ ὑπόστασις καὶ οὐσία τῆς ἐλπιζομένης ὑφίσταται πραγμάτων. ἐπειδὴ γὰρ τὰ ἐλπιζόμενα ἀνύπαρκτά ἐστι, διὰ τοῦτο μὴ ῥᾴδιον ἦν τοῖς ἀπίστοις καὶ οὐδέπω τὰ ὄντα ἐσόμενα γένεσιν, ἵνα δὲ καὶ παρόντα ὅτου πρὸς παραστάσεως ἐλλείποντα, ἀλλὰ τῇ πίστει ἔλεγχος ἐστὶ καὶ βεβαίωσις. λέγει δέ τινα δι' ἐμφάσεως τὰ ἀόρατα τὴν πίστιν. πῶς; ὅτι τὰ καὶ πάντῃ ἐλπίσιν ἐρῶντα τὸ μὴ φαινόμενα. Id est, Deinde explicat quid ſit fides, aitque, Fides eſt ipſa ſubſtantia & eſſentia rerum quæ ſperantur. Quoniã enim quæ ſuntin expectatione poſita, eſſentiæ ſunt expertia, vtpote quæ nondum extent, fides eſt quædam ipſorũ ſubſtantia & eſſentia, quòd quidantenus efficiat vt extent, atque adeo vt ſint præſentia, eo quòd illa eſſe credat. Eſt etiam fides argumentum & demonſtratio eorum quæ non cernuntur. Nam quæ inaſpectabilia ſunt, ea vt aſpectabilia demõſtrat fides. Quomodormente videlicet & ſpe cernens quæ videri non poſſunt. Hæc ille: cui quòd prorſus aſſentiar, malui peripheraſin quærere quàm inſignem hunc locum nimium obſcurè interpretari. Neque enim mihi ſatisfecit ſubſtantiæ & argumenti nomen, imò ne fulcimenti quidem aut baſis, aut materiæ. Caſtellio Subiectionem interpretatus eſt, quàm rectè, ipſe viderit: certè nimium ambigué. Sed hoc etiam addam, nõ ineptè fortaſſis, ea quæ non videntur, ab iis quæ ſperantur, ita diſtingui poſſe vt hæc quidem pertineant ad res futuras, veluti ad futurum Dei auxilium in omnibus aduerſis, ad corporis reſurrectionem, iudicium venturum, vitam æternam, & ſiqua ſunt alia eiuſmodi: illa verò de rebus dicantur quæ ſuperioribus temporibus geſtæ ſunt, & in genere quæ re ipſa extent, quanuis à nobis cerni non poſſint, vt de iis quæ de natura Dei commemorant ſacræ literæ, de Angelis, de mũdi creatione, de tota Chriſti hiſtoria, quam olim Patres quorum hic exempla proponuntur, futuram, nos peractam credimus. Neque verò quum hoc dico, nudas res ipſas intelligo, ſed quas ipſi nobis ad ſalutem pro diuerſa illarum natura applicemus.

2 Maiores, οἱ πρεσβύτεροι. Heb. הקדמונים, anteceſſores, id eſt veteres illi patres à quibus orti ſumus, & quorum authoritate ac exemplo nos plurimum commoueri par eſt. Vulg. Seniores: nimium diluté. Eraſ. Seniores, quod nomen conſueuimus alia ſignificatione in his libris vſurpare.

3 Mundũ, αἰῶνας. Vide ſuprà, 1.a.2. Vulg. & Eraſ. Seculà: ego ſeculũ dicere maluiſſem. Vt quæ cernimus non ſint ex apparentibus facta, εἰς τὸ μὴ ἐκ φαινομένων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι. Id eſt, ita vt mundus iſte quem cernimus, non ſit ex aliqua apparente ac ſubſiſtente materia, ſed ex nihilo conditus. Hoc eſt verò quod nullis vnquam philoſophis venire potuit in mentem, in iis quidem qui mundum à Deo cõditum ſcripſerunt. Itaque totum hoc fidei eſt, quum alioquin naturæ ipſius teſtimonio liceat conditum eſſe mundum cognoſcere: imò verò qui hoc non credit, vix dignus ſit qui homo appelletur. Vulg. Vt ex inuiſibilibus fierent viſibilia: perperam ac falſò etiam, niſi quis commoda interpretatione leniat. Ideo maluit Eraſmus interpretari, Vt ex iis quæ non apparebant, ea quæ viderentur fierent: in eo certè peccans cum Vetere interprete quòd perinde conuertit acſi ſcriptum eſſet ὥστε μὴ φαινόμενα, quod multum detrahit de ſententiæ pondere. Doctiſſimus interprès aliò refert, acſi ſcriptum eſſet, εἰς τὸ μὴ ἀφανῆ εἶναι τὰ βλεπόμενα (id eſt κρύπτεσθαι) γεγονέναι. id eſt, vt fierent rerum inuiſibilium ſpecula. Mihi videtur multo melius conuenire quod ſum ſequutus, Græcis etiã codicibus cõſentientibus.

4 Maioris pretii, πλείονα. Vulg. Plurimam hoſtiam. Eraſ. Vberiorem hoſtiam. Cæterùm mihi videtur Apoſtolus quum hoc dicit, proferre πεῖραν fidei Abelis, nempe quòd Cain vt ingratus & diffidens, duntaxat quippiam ex frugibus, Abel verò externis etiã oblationibus animũ ſuum teſtatus, primitias ouium, & quidem pinguiſſimarum, obtulerit. Itaque πλείονα non interpretor gratiorem, ſed pretioſiorem.

5 Ne videret mortem, μὴ ἰδεῖν θάνατον. Id eſt ne moreretur. fuit enim hic raptus, extraordinaria quædã ac repẽtina immutatio in Enocho & Elia, cuiuſmodi nimirũ fuit illa quæ cõmemoratur 1. Cor. 15. g. 51, & 1. Theſ. 4. d. 15, aut etiam alterius generis. Eſt enim temerarium de his ſtatuere, & curioſum inueſtigare. Vide Ioh. 8. f. 51.

μετέθηκεν αὐτὸν ὁ Θεός. πρὸ γὰρ τῆς μεταθέσεως αὐτοῦ μεμαρτύρηται εὐηρεστηκέναι τῷ Θεῷ.

translulerat eum Deus. priusquam enim transferretur, testimonium obtinuerat quòd placuisset Deo.

translulit illum Deus. ante translationem enim testimonium habuit placuisse Deo.

Χωρὶς δὲ πίστεως ἀδύνατον εὐαρεστῆσαι. πιστεῦσαι γὰρ δεῖ τὸν προσερχόμενον τῷ Θεῷ, ὅτι ἔστι, καὶ τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται.

6 Atqui fieri non potest vt sine fide quisquam ei placeat: nã qui accedit ad Deum, hunc credere oportet esse Deum, & præmia largiri iis qui ipsũ requirũt

6 Sine fide autem impossibile est placere Deo. credere enim oportet accedẽtem ad Deum quia est, & inquirentibus se remunerator sit.

Πίστει χρηματισθεὶς Νῶε περὶ τῶν μηδέπω βλεπομένων, εὐλαβηθεὶς κατεσκεύασε κιβωτὸν εἰς σωτηρίαν τῷ οἴκου αὐτοῦ, δι' ἧς κατέκρινε τὸν κόσμον, καὶ τῆς κατὰ πίστιν δικαιοσύνης ἐγένετο κληρονόμος.

7 ¶Per fidem diuinitus admonitus Noe de iis quæ nondum videbantur, veritus, apparauit arcam ad seruandam domum suam: per quam arcam condemnauit mũdum, & eius quæ ex fide est iustitiæ factus est hæres.

7 Fide Noe responso accepto de iis quæ adhuc nõ videbantur, metuens, aptauit arcam in salutem domus suæ, per quam damnauit mundum, & iustitiæ quæ per fidem est, hæres est institutus.

Gen.6.v.13 & cap.9.v.17

Πίστει, καλούμενος Ἀβραὰμ ὑπήκουσεν ἐξελθεῖν εἰς τὸν τόπον ὃν ἤμελλε λαμβάνειν εἰς κληρονομίαν, καὶ ἐξῆλθε, μὴ ἐπιστάμενος ποῦ ἔρχεται.

8 ¶Per fidem, vocatus Abraham auscultauit Deo, vt abiret in locum quem accepturus erat in hæreditatẽ: & exiuit, nesciens quò esset venturus.

8 Fide, qui vocatur Abraã obediuit in locum exire quem acceperus erat in hæreditatem, & exiit, nesciens quò iret.

Gen.12.v.4

Πίστει παρῴκησεν εἰς γῆν τῆς ἐπαγγελίας ὡς ἀλλοτρίαν, ἐν σκηναῖς κατοικήσας μετὰ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ τῶν συγκληρονόμων τῆς ἐπαγγελίας τῆς αὐτῆς.

9 ¶Per fidem commoratus est in terra promissa vt aliena, cõmoratus in tabernaculis cum Isaac & Iacob cohæredibus eiusdem promissionis.

9 Fide demoratus est in terra promissionis tanquã in aliena, mansulu habitando cum Isaac & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem.

Ἐξεδέχετο γὰρ τὴν τοὺς θεμελίους ἔχουσαν πόλιν, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ Θεός.

10 Expectabat enim vrbem habentem fundamenta, cuius artifex & conditor est Deus.

10 Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatẽ, cuius artifex & conditor Deus.

Πίστει καὶ αὐτὴ Σάρρα δύναμιν εἰς καταβολὴν σπέρματος ἔλαβε, καὶ παρὰ καιρὸν ἡλικίας ἔτεκεν, ἐπεὶ πιστὸν ἡγήσατο τὸν ἐπαγγειλάμενον.

11 Per fidem ¶& ipsa Sara vim ad concipiendum semen accepit, ac præter ætatis rationem peperit, quòd fidelem iudicarit eum qui repromiserat.

11 Fide & ipsa Sara sterilis virtutẽ in conceptione seminis accepit, etiã præter tẽpus ætatis, quoniã fidelem credidit esse eum qui repromiserat.

Gen.17.v.19, & 21.v.2

Διὸ καὶ ἀφ' ἑνὸς ἐγεννήθησαν, καὶ ταῦτα νενεκρωμένου, καθὼς τὰ

11 Quapropter & ex vno, eóq; iã emortuo, nati sũt posteri, quãta

11 Propter quod & ab vno orti sunt, & hoc emortuo, tanquam

6 Præmia largiri, μισθαποδότης γίνεται. Mutuã relationem inter μισθὸν & ἐπαγγελίαν, id est præmiũ & vltroneam promissionem, non autem inter mercedem & merita, significari hoc nomine, apertius docet Apostolus Rom. 4. a. 4 & 5. (idque in ipso credentium patre) quàm vt meritò quisquam possit de eo dubitare. Ideo malui præmii largitorem quàm remuneratorem dicere: quãquam hoc quoque vocabulum meritis repugnat. Neque enim munus dici potest quod debiti nomine persoluitur, sed quod gratuitò donatur. Iis qui ipsum requirũt, τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτόν. Vt Deum verè quærere dicamur, hæc requiruntur: primùm vt minimè sit fucatus animus, sed vero Dei amore seriò inflammatus. Deinde vt non quæratur extra viam, sed in Christo, Christus autẽ in verbo. Postremò vt fidem adferamus, id est certam, quoad eius fieri poterit, persuasionem de gratuita ipsius erga nos in Christo recõciliatione. Hæc verò nemo nisi viua Dei gratia fretus adferet. At enim (dices) hoc non est eorũ qui quærunt, sed qui iam inuenerũt. Respondeo, prius oportere nos à Deo inueniri quàm ipsum quæramus: deinde in illis quos descripsi gradibus, certos quotidie fieri progressus, donec eum videamus qualis est in regno suo: nam tum demum verè inuenerimus quem quotidie magis ac magis inuestigamus.

8 Quò esset venturus, ποῦ ἔρχεται. Vulg. Quò iret. Nã ἔρχεσθαι etiam pro ἰέναι accipitur, vt alibi diximus.

9 Commoratus est, παῴκησεν. Eras. Commigrauit, id est μετῴκησεν. Vide Mat. 2. d. 23.

10 Vrbem habentem fundamenta, τὴν τοὺς θεμελίους ἔχουσαν πόλιν. Videntur adhibiti articuli vt scimus de certa ciuitate certisque fundamentis agi. Deinde cõparatur hac ratione ciuitas cum tabernaculis, quòd hæc nullis fundamentis nitantur. Itaque τοὺς θεμελίους Vetus interpres non satis expressè casulas est interpretatus.

11 Sara, Σάρρα. Vetus interpres addit Sterilis: & in Complutensi editione ac alio quodam exemplari, additum inuenimus στεῖρα οὖσα, sterilis quum esset. Ad concipiendum semen, εἰς καταβολὴν σπέρματος. Vel ad emittẽdum. neque enim desunt qui ex matris etiam semine velint fœtus concipi. Sed, meo iudicio, præstat ex antecedente intelligere consequens, sicuti solent Hebræi: vt καταβολὴ ad virum referatur. Eras. Ad concipiẽdum ac retinendum semen. Vulg. In conceptione seminis.

11 Emortuo, νενεκρωμένου. Eras. Annis effœto: rectè quidẽ, sed non seruata Græci vocabuli emphasi, quo non temere vsus est Apostolus, vt etiam Paulus Rom. 4. d. 19. Ita enim significatur non simpliciter effœtum fuisse corpus, sed non magis ad generandum habile quàm si prorsus mortuum fuisset. Atqui postea ex alia vxore Abrahams plurimos filios sustulit. Hæc igitur causa est cur nonnulli velint Abrahamum vxoris respectu effœtũ

dici: quod mihi planè coactum esse videtur, & Apostoli sententiam enervare. Malo igitur existimare, vi promissionis apprehensæ ita fuisse confirmatam Abrahami senectutem, vt Sarra etiam mortua, non modò vtcunque habilis ad generandum, sed etiã valde fœcundus fuerit. Nati sunt *posteri, ἀφ' ἑνὸς δὲ γεννήθησαν* Intelligitur verbale verbo ipso inclusum ex Hebræorum idiotismo, sed obscuriore. Itaque Erasmus rectè suppleuit quod deerat.

ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ τῷ πλήθει, καὶ ὡσεὶ ἄμμος ἡ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης ἡ ἀναρίθμητος.

est astrorum cæli multitudo, & quasi arena illa innumerabilis quæ est ad oram maris.

sidera cæli in multitudine, & sicut arena quæ est ad oram maris, innumerabilis.

Κατὰ πίστιν ἀπέθανον οὗτοι πάντες, μὴ λαβόντες τὰς ἐπαγγελίας, ἀλλὰ πόρρωθεν αὐτὰς ἰδόντες, καὶ πεισθέντες, καὶ ἀσπασάμενοι, καὶ ὁμολογήσαντες ὅτι ξένοι καὶ παρεπίδημοί εἰσιν ἐπὶ τῆς γῆς.

13 Secundũ fidem mortui sunt isti omnes, non adepti promissa, sed eminus ea cõspicati, post quam credidissent, & amplexi essent, ac professi fuissent se hospites & aduenas esse in terra.

13 Iuxta fidẽ defuncti sũt omnes isti, nõ acceptis repromissionibus, sed à longè eas aspicientes & salutantes, & confitentes sese peregrinos & hospites sũt super terram.

Οἱ γὰρ τοιαῦτα λέγοντες, ἐμφανίζουσιν ὅτι πατρίδα ἐπιζητοῦσι.

14 Nam qui hæc dicunt, palàm ostendunt se patriam quærere.

14 Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere.

Καὶ εἰ μὲν ἐκείνης ἐμνημόνευον ἀφ' ἧς ἐξῆλθον, εἶχον ἂν καιρὸν ἀνακάμψαι·

15 Quòd si illius memores fuissent ex qua exierant, habuissent tempus ad reuertendum.

15 Et si quidem ipsius memores essent de qua exierũt, habebant vtique tempus reuertendi:

νυνὶ δὲ κρείττονος ὀρέγονται, τουτέστιν ἐπουρανίου. διὸ οὐκ ἐπαισχύνεται αὐτοὺς ὁ Θεὸς, Θεὸς ἐπικαλεῖσθαι αὐτῶν· ἡτοίμασε γὰρ αὐτοῖς πόλιν.

16 Nunc autem meliorem petunt, hoc est cœleste. quapropter nõ erubescit ipse Deus, vocari Deus eorum. parauerat enim eis vrbem.

16 Nunc autem meliorem appetũt, id est cœleste. ideo nõ confunditur Deus vocari Deus eorum. parauit enim illis ciuitatem.

Gen.12.b.10 eccli.44.d.15

Πίστει προσενήνοχεν Ἀβραὰμ τὸν Ἰσαὰκ πειραζόμενος, καὶ τὸν μονογενῆ προσέφερεν ὁ τὰς ἐπαγγελίας ἀναδεξάμενος,

17 Abraham quum tentaretur, obtulit Isaac per fidẽ, vnigenitum, inquam, illum obtulit is qui promissiones exceperat,

17 Fide, obtulit Abraham Isaac quũ tentaretur, & vnigenitum offerebat, in quo susceperat repromissiones,

Gen.21.b.12 rom.9.b.7

Πρὸς ὃν ἐλαλήθη, Ὅτι ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα·

18 Ad quẽ dictum fuerat, In Isaac vocabitur tibi semen:

18 Ad quem dictum est, Quia in Isaac vocabitur tibi semen:

15 Secundum fidem, κατὰ πίστιν. Id est, fide quã viui habuerant, eos ad sepulchrum vsque comitante.

Isti omnes, οὗτοι πάντες. Conuenit quidem hoc omnibus quos commemorauit, quòd fides eorum ad extremum perdurarit: sed tamen de Abrahamo, Isaaco & Iacobo propriè hoc esse intelligendum, apparet ex versu 13 & 16. Non adepti promissa, μὴ λαβόντες τὰς ἐπαγγελίας. Sic vocat metonymicè rem ipsam promissam: idque multitudinis numero, propter crebrò repetitam pollicitationem. Sed quodnã illud promissum fuit? Si de Christo accipias, quem certum est illos tanquam scopum sibi proposuisse, dicendum erit eos non esse Christum adeptos, propterea quòd videlicet dilatus est in nostra tempora ipsius aduẽtus, quanuis ex fidei descriptione, quæ tradita est suprà, ver. 1, fuerit illis visibilis: ac proinde per eum non aliter ex hac vita migrantes sint adepti immortalem hæreditatem, quàm nos qui ipsius aduentum sumus consequuti: vt multis iam locis est explicatum. Nam limborum, quos vocant, somnium iis relinquimus qui supra verbum Dei sapere volunt. Possumus tamẽ (vt mihi videtur) minus coactè hoc referre ad terræ Chanaã promissiones, qua nunquam ipsi potiti sunt. Erat autem illis hæc regio, paternæ Dei benevolentiæ, cælestisque hæreditatis, nascituræ denique ex ipsis Ecclesiæ, typus ac figura, vt inuictam eorum fidem esse oportuerit, qui de rebus ipsis non dubitarint, quarum tamen promissa pignora nunquã sint adepti. Quid igitur illis fiet qui, postquam Deus omnia illa quæ Abrahamo promiserat, imò infinitis partibus plura, Christúmque adeo ipsum exhibuit, tamen vel credere recusant, vel in fide non perseuerant? Vulgata, Non acceptis repromissionibus. Erasmus, Quum non accepissent promissiones: vter que nimium ambiguè. Nam si promissiones non acceperant, dicere possit aliquis, Quomodo crediderunt?

Et amplexi essent, καὶ ἀσπασάμενοι. Vulgata, Salutantes. Erasmus, Salutassent. Sed ego amplectendi verbo vti malui. Nam hoc vocabulo designari puto quod plurimis locis commemoratur apud Mosen, Patriarchas videlicet acceptis à Domino promissionibus mox adorasse, & aras etiam sæpe extruxisse, quibus nimirum signis viuam suam fidem mundo etiam sunt testati: & Christum, quem eminus fide cernebant vẽturum, quasi iã præsentem sunt complexi.

17 Nunc autem, νυνὶ δὲ. Nunc hoc in loco non est temporis aduerbium, sed coniunctio *ceterùm*, vt alibi sæpe diximus. Vtitur autem præsenti tempore, historicorum more.

17 Quum tentaretur, προσενήνοχεν. Id est, quum exploraret eum Dominus: minimè id quidem quasi sibi incognitum: sed vt virtus Dei, quem ille fide apprehenderat, cum illi ipsi, tum venturis etiam seculis melius esset perspecta. Vnigenitus autẽ dicitur Isaac, quòd Ismael non censeretur in familia. Is qui promissiones acceperat, ὁ τὰς ἐπαγγελίας ἀναδεξάμενος. Quàm multa dicit vno verbo! Obtulit filium pater, obtulit vnigenitum illum, quo amisso, videbatur omnis spes promissionis amissa. Obtulit nõ is qui ex aliorum sermone, sed qui suis auribus promittentem Dominum audisset. obtulit is ipse ad quem promissa pertinebant: obtulit qui nõ modò audierat, sed etiam audita per fidem exceperat. Audiebat ex eodem ore interficiendi mandatum, ex quo nascẽdi promissionem acceperat. In spem igitur contra spem credidisse oportuit, qui res mutuò sese collidentes, id

eſt vitam eiuſdem hominis ac mortem ſimul conciliari poſſe non dubitarit: quia Deus erat qui loquebatur. Vulgata, In quo ſuſceperat promiſſiones, repugnante Græcorum codicum fide, & eneruata A poſtoli ſententia.

Λογισάμενος ὅτι καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγεί- 19 Quum illud ſecum perpen- 19 *Arbitratus quia & à*
ρειν δυνατὸς ὁ Θεός· ὅθεν αὐτὸν καὶ ἐν diſſet, Deum vel à mortuis ex- *mortuis ſuſcitare potens*
παραβολῇ ἐκομίσατο. citare poſſe: vnde etiam illum, *eſt Deus: unde eum & in*
ſimilitudine quadam recepit. *parabolam accepit.*

Πίστει καὶ μελλόντων εὐλόγησεν Ι- 20 Per fidem de futuris bene- 20 *Fide, & de futuris be-* Gen.27.d.27j
σαὰκ τὸν Ιακὼβ καὶ τὸν Ησαῦ. dixit Iſaac *filio* Iacob & Eſau. *nedixit Iſaac Iacob &* & f.39
Eſau.

Πίστει, Ιακὼβ ἀποθνήσκων ἑκάστου τῶν 21 Per fidem Iacob moriens 21 *Fide, Iacob moriens* Gen.48.c.1j
υἱῶν Ιωσὴφ εὐλόγησε· καὶ προσεκύνησεν singulis filiis Ioſeph benedixit: *ſingulos filiorum Ioſeph* Gen.47.f.31
ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ. & adorauit baculo innixus. *benedixit, & adorauit*
faſtigium virgæ eius.

Πίστει, Ιωσὴφ τελευτῶν περὶ τῆς ἐξο- 22 Per fidem, Ioſeph moriens 22 *Fide, Ioſeph moriens* Gen.50.d.24
δου τῶν υἱῶν Ισραὴλ ἐμνημόνευσεν, de egreſſione filiorũ Iſrael me- *de profectione filiorum*
καὶ περὶ τῶν ὀστέων αὐτοῦ ἐνετείλατο. minit: déque oſſibus ſuis man- *Iſrael memoratus eſt, &*
dauit. *de oſſibus ſuis mandauit.*

19 Vnde, ὅθεν, id eſt ex qua morte. Neque enim idem declarat atque διὸ, id eſt quamobrem, ſed refertur ad ἐκ νεκρῶν, à mortuis. quod multos interpretes fefellit, ac præſertim Græcos, à quibus ſanè infeliciter explicatus eſt hic locus. Similitudine quadam, ἐν παραβολῇ. Id eſt quodammodo, ſiue ſpecie tenus. quod tamen non pertinet ad verbum ἐκομίσατο, (eum enim reuera recepit) ſed ad ὅθεν. Neque enim recepit eum ex vera morte, quum non ſit interfectus: ſed tamen quum Dei mandato iam neci addictus, incolumis ſit Patri reſtitutus, videtur ipſius liberatio, quædam reſurrectionis ſpecies: quo modo etiam dicuntur reuixiſſe qui ex certiſſimo aliquo periculo præter omnem ſpem ſunt ſeruati. Hanc huius loci germanam ſententiam doctiſſimus interpres primus (vt opinor) patefecit: cui prorſus aſſentior. Nam quæ de ariete & Chriſti typo commemorari ſoleut in hunc locum, vt vera ſint, tamen non videntur huc pertinere. Vulgata, Vnde eum & in parabolam accepit. Eraſ. Vnde illum etiam reſurrectionis typo reduxit. id eſt (vt inquit in annotationibus) in typo Chriſti immolandi.

20 De futuris, περὶ μελλόντων. Hic verò viuum habemus exemplar illius hypotheſis quæ ſuprà eſt commemorata, verſu 1. ſiquidem Iacob hoſpes in Ægypto moriens, non aliter ſuis diſtribuit Chananæorum regna quàm ſi pacificus in Ieruſalem regnum ſuum inter duodecim liberos partiretur. Quàm autem vera ac ſolida fuerit hæc hypotheſis, vel ex eo apparet quòd tam multis poſt annis, ré rota ſorti cõmiſſa, qua nihil magis fortuitum videtur, exitus teſtamentum Iacobi confirmauit. Quid enim eſt verbo Dei certius?

21 Et adorauit baculo innixus, καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ. Quo plures exercuit hic locus, eo magis ſtudui perſpicuè illum explicare. Sic igitur Vetus interpres conuertit, Et adorauit faſtigium virgæ eius: quaſi otioſa ſit præpoſitio ἐπὶ, quem errorem annotauit quidem Eraſmus, ſed neque in contextu mutauit, neque in annotationibus rectè emendauit, vt qui putarit ἐπὶ τὸ ἄκρον ſignificare Ad ſummum, quũ potius oportuerit totum hunc locum ita ad verbum interpretari, Et adorauit ſuper extremo baculi ſui. Ex hoc errore alii poſtea promanarunt, primùm quòd putarunt Ioſephum à Iacobo fuiſſe adoratum: deinde quòd faſtigii nomine exiſtimarunt eminentem Ioſephi dignitatem ſignificari. Quem errorem auxit etiã tertius, quòd virgam meminerãt pro regio ſceptro interdum vſurpari, & tale etiam quiddam referatur Eſther 5.a.2. In ſumma igitur, cenſuerunt his verbis ſignificari, Ioſephum vt principem fuiſſe à Iacobo adoratum. De quo vt nemo iam poſſet dubitare, auſus etiam eſt Caſtellio nuper hunc locum ita interpretari, Et Ioſephi virgæ caput veneratus eſt. Atqui primùm omnium, vt demus Ioſephum hoc paſſurũ fuiſſe (qui tamen è contrario cõmemoratur in proximè ſequẽti capite, id eſt Gen.48.b.12, patrẽ humi pronolutus adoraſſe) quorſum hoc ad prædicandam Iacobi fidem? Deinde quo iure debet excludi propoſitio ἐπὶ? Nam quod ad ראש attinet, fateor ambiguum nomen eſſe, vt etiam τὸ ἄκρον, quo vſus eſt Græcus interpres. Ergo hæc ſententia conſiſtere nõ poteſt, quod multo etiam magis ex Hebræis ipſis intelligitur, quæ ſic habent וישתחו על ראש המטה, Id eſt, Et adorauit ad caput lecti, vt nunc in libris Hebraicis legitur. Hic verò nulla dignitatis Ioſephi mentio: nec dubium quin Iacob certus ex filii iureiurando, ſore vt cum maioribus ſuis ſepeliretur, memor promiſſionum, oculos ad Deum ſuſtuliſſe, & (vt imbecilli erat corpuſculo) geſtu ad fulcrum lecti conuerſus, Deo gratias egiſſe, iſtis verbis ſignificetur. At iſta, inquies, Græcis non reſpondent. Ego verò fateor Græcos vnum idémque vocabulum aliis punctis vocalibus expreſſiſſe, vtpote qui מטה MATTHE legerint, non מטה MITTHA, vti ſcriptum habemus. Sed quod ad rem attinet, dico nullum eſſe in ipſa ſententia diſcrimen, nec minus quadrare eam lectionem quam ſequuti ſunt Græci. nam vtrobique dicitur Iacob adorare, Deum videlicet, vti poſtulat ſententiæ quum neque in Hebræis neque in Græcis quicquam ſubiiciatur vnde aliud elici poſſit. Deinde pro על verterunt ἐπὶ, pro ראש τὸ ἄκρον, in quibus nihil eſt quod poſſit reprehendi. Sed in eo decepti ſunt veteres plerique interpretes Latini, quòd ἐπὶ prætermiſerunt. Eraſmus verò in eo quòd ἐπὶ τὸ ἄκρον in annotationibus vertit Ad ſummum: & Hieronymus cõtrà, Summitatem: quum ἐπὶ nihil aliud hic declaret quàm Super: vt ſit hic ſenſus, Iacobum adoraſſe ſuper extremo baculo, id eſt baculo innixum. quod vnus ex veteribus Auguſtinus vidit: vt ſi in vernaculo ſermone noſtro dicas, *ſur le bout de ſon baſton*. Nam quod ad relatiuum αὐτοῦ attinet, nemo ignorat quàm ſæpe ſoleat etiam eum ſpiritu tenui pro reciproco vſurpari. ῥάβδος autem pro baculo quo innitamur, id eſt pro ſcipione, qui verè ſenibus conuenit, nihil etiam impedit quominus potius hoc in loco accipiamus quàm pro ſceptro. Neque verò minus conuenit hæc ſententia quàm altera: ac videtur etiam neſcio quomodo melius ita exprimi imbecilli ſenis geſtus. Adhæc diligenter conſideranti mihi totam hiſtoriam, non minus probabile videtur Iacobũ tum nondum decubuiſſe, ſed aliquanto póſt: quamobrẽ etiam repentè ad Ioſephum accurrit nuntius, qui patrem illi ægrotare cœpiſſe ſignificaret. Denique ſufficiat oſtendiſſe cauſam non eſſe cur hoc loco Hieronymus Græcos interpretes exagitaret: atque etiam multo minus cur putetur Apoſtolus cõmuni errori aliquid dediſſe, qui certè à Spiritu ſancto impulſus, & ad Hebræos ſcribens, ſicut initio huius epiſtolæ diximus) nunquam hoc commiſiſſet.

Exo.2.d.2 act.7.c.21

Πίστ, Μωσῆς γενηθεὶς ἐκρύβη τρεῖ- 23 ‖Per fidem, Moſes quum na- 23 *Fide, Moyſes natus, occultatus eſt menſibus tribus à parentibus ſuis, eo quòd vidiſſent elegantē infantem: & nō timuerunt regis edictum.*
μηνον ὑπὸ τῶν πατέρων αὐτοῦ, διότι εἶ- tus eſſet, occultatus eſt menſes
δον ἀστεῖον τὸ παιδίον, καὶ οὐκ ἐφοβήθη- tres à parentibus ſuis, quòd vide
σαν τὸ διάταγμα τοῦ βασιλέως. rent honeſtum eſſe puerulum: ᵛ& non timuerunt ‖edictū regis.

Exo.2.c.16

Exo.2.b.11

Πίστ, Μωσῆς μέγας γενόμενος ἠρνή- 24 Per fidē ‖Moſes iam grandis 24 *Fide Moyſes grandiuſcul. negauit ſe eſſe filiū filiæ Pharaonis:*
σατο λέγεσθαι υἱὸς θυγατρὸς Φαραώ renuit vocari filius filiæ Pha-
raonis:

Μᾶλλον ἑλόμενος συγκακουχεῖ- 25 ‖Potius eligēs ſimul malis af- 25 *Magis eligens affligi cū populo Dei quàm tempo rale peccati habere iucūditatem:*
σθαι τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ, ἢ πρόσκαιρον ἔ- fici cum populo Dei quàm tem
χειν ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν· porariis ᵛcōmodis peccati frui:

Μείζονα πλοῦτον ἡγησάμενος τοῦ 26 Maiores arbitratus diuitias 26 *Maiores diuitias æſtimans thęſauro AEgyptiorum, improperium Chriſti, aſpiciebat enim in remunerationem.*
ὀνειδισμὸν τοῦ probrum Chriſti, quàm AEgy-
Χριστοῦ, ἀπέβλεπε γὰρ εἰς τὴν μισθα- ptiorum theſauros. Intuebatur
ποδοσίαν. enim in præmii largitionem.

Πίστ κατέλιπεν Αἴγυπτον, μὴ φο- 27 Per fidem reliquit AEgyptū, 27 *Fide reliquit AEgyptū, nō ueritus animoſitatem regis. inuiſibilem enim tanquam uidens ſuſtinuit:*
βηθεὶς τὸν θυμὸν τοῦ βασιλέως· τὸν γὰρ nihil timens iram regis. nam
ἀόρατον ὡς ὁρῶν ἐκαρτέρησε. ᵛvt quiuideret eum qui eſt inui
ſibilis, ita forti animo fuit.

Exo.12.d.22

Πίστ πεποίηκε τὸ πάσχα καὶ τὴν 28 Per fidem ‖peregit paſcha & 28 *Fide celebrauit paſcha & ſanguinis effuſionem: ne qui perimebat primitiua, tangeret eos.*
προσχυσιν τοῦ αἵματος, ἵνα μὴ ὁ ὀλο- effuſionem illam ſanguinis: ne
θρεύων τὰ πρωτότοκα. θίγῃ αὐτῶν. qui perimebat primogenita,
ipſos tangeret.

Exo.14.c.21

Πίστ διέβησαν τὴν ἐρυθρὰν θάλασ- 29 Per fidē ‖tranſierunt rubrum 29 *Fide tranſierunt mare rubrum, tanquam per aridam terram: quod experti AEgyptii deuorati ſunt.*
σαν ὡς διὰ ξηρᾶς· ἧς πεῖραν λαβόντες οἱ mare veluti per ſiccā terrā: cuius
Αἰγύπτιοι κατεπόθησαν. facto periculo AEgyptii abſor-
pti ſunt.

Ieſue 6.c.20

Πίστ τὰ τείχη Ιερειχὼ ἔπεσον, κυκλω- 30 Per fidē ‖mœnia Iericho cō- 30 *Fide muri Iericho corruerunt, circuitu dierum ſeptem.*
θέντα ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέρας. ciderunt, quum ea circuiuiſſent
ad dies ſeptem.

Ieſue 6.d.23

Ieſue 2.a.1

Πίστ Ραὰβ ἡ πόρνη οὐ συναπώλετο 31 Per fidem ‖Rahab ᵛmeretrix il 31 *Fide, Rahab meretrix non periit cum incredulis, excipiens exploratores cum pace.*
τοῖς ἀπειθήσασι, δεξαμένη τοὺς κατασκό- la nō periit vnà cū iis qui nō o-
πους μετ' εἰρήνης. bedierant, ‖quum ᵛpacificè exce
piſſet hoſpitio exploratores.

Indic. 6.b.11. Indic.4.a.6. Indic.13.d.24. Indic.11.a.1, & 12.c.7. 2.Reg.1.d.18, & 13.c.14.

Καὶ τί ἔτι λέγω; ἐπιλείψει γάρ με 32 Et quid præterea loquor? defi 32 *Et quid adhuc dicam? deficiet enim me tempus, enarrantem de Gedeon, Barac, Samſon, Iephte, Dauid, Samuel, & Prophetis:*
διηγούμενον ὁ χρόνος περὶ Γεδεών, Βα- ciet enim me tēpus, cōmemo-
ρὰκ τε, καὶ Σαμψών, καὶ Ιεφθαέ, Δα- rantem de ‖Gedeone, ‖de Barac,
βίδ τε καὶ Σαμουὴλ, καὶ τῶν προφητῶν· & ‖Sampſone, ‖&Iephte, ‖&Da-
uide & Samuele, ac Prophetis:

Οἱ διὰ πίστεως κατηγωνίσαντο βα- 33 Qui per fidem debellarunt 33 *Qui per fidem deuicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones, obturauerunt ora leonum.*
σιλείας, εἰργάσαντο δικαιοσύνην, ἐπέτυ regna, exercuerunt iuſtitiam, aſ
χον ἐπαγγελιῶν, ἔφραξαν στόματα λε- ſequuti ſunt ᵛpromiſſiones, oc-
όντων, cluſerunt ora leonum,

Εσβεσαν δύναμιν πυρός, ἔφυγον στό- 34 Extinxerunt vim ignis, ef- 34 *Extinxerunt impetū ignis, effugerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti ſunt in bello,*
ματα μαχαίρας, ἐδυνατώθησαν ἀπὸ fugerunt acies gladii, validi
ἀσθενείας, ἐγενήθησαν ἰσχυροὶ ἐν πολέμῳ, facti ſunt ex imbecillis, effe-
cti ſunt robuſti in bello,

25 Et non timuerunt, καὶ οὐκ ἐφοβήθησαν. Subauditur magnopere, vel, ita vt vererentur alere. Nam hoc certè quamuis ſimpliciter dictum, tamen intelligendū eſt καπὶ ν, vt alia multa paſſim annotauimus, veluti quū dicitur Iohannes veniſſe nec edens nec bibens.

25 Commodis peccati, σὺν ἁμαρτίας ἀπολαῦσιν. Id eſt, commodis quibus frui nō poterat quin iram Dei in ſe prouocarer. 27 Vt qui videret, ὡς ὁρῶν. Vulgata, Tanquam vidiſſet. Eraſmus, Perinde quaſi vidiſſet. Neuter ſenſum eſt aſſequutus. Reſpondet enim ὡς ראה אשר, quod vocāt Hebræi, de quo diximus 1. Cor. 2. d. 17. Et fuit ſeruanda præſentis temporis ſignificatio, vt Caſtellio rectè vertit.

31 Meretrix illa, ἡ πόρνη. Heb. זונה, etiam ה præpoſito, vt ſciamus nobile ſcortum fuiſſe, quod vnum tamen ex illa vrbe ſeruarit Dominus, cuius inſcrutabilis eſt bonitas. Hebræi quidam à זון deriuant, & hoſpitā interpretātur. i. quæ in diuerſorio ſoleret hoſpites excipere. Sed propriā eſſe ſignificationē illā minimè dubium eſt. Pacificè, μετ' εἰρήνης. Id eſt benignè & beneuolè, ita vt non modò nihil eos læſerit, ſed etiam tutos præſtiterit. 33 Promiſſiones, ἐπαγγελιῶν. Id eſt promiſſionum fructum.

34 Exercitus

πρεμοληὰς ἔκλιναν ἀλλοτρίων.

Ἔλαβον γυναῖκες ἐξ ἀναστάσεως τοὺς 35 νεκροὺς αὐτῶν· ἄλλοι δὲ ἐτυμπανίσθησαν, οὐ προσδεξάμενοι τὴν ἀπολύτρωσιν, ἵνα κρείττονος ἀναστάσεως τύχωσιν.

Ἕτεροι δὲ ἐμπαιγμῶν καὶ μαστίγων, 36 πεῖραν ἔλαβον· ἔτι δὲ δεσμῶν καὶ φυλακῆς.

Ἐλιθάσθησαν, ἐπρίσθησαν, ἐπειράσθησαν, 37 ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον, περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι.

Ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος, ἐν ἐρημίαις 38 πλανώμενοι καὶ ὄρεσι καὶ σπηλαίοις καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς.

Καὶ οὗτοι πάντες μαρτυρηθέντες διὰ 39 τῆς πίστεως οὐκ ἐκομίσαντο τὴν ἐπαγγελίαν·

Τοῦ Θεοῦ περί ἡμῶν κρεῖττόν τι προ- 40 βλεψαμένου, ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσι.

Κεφάλαιον ιβ.

Τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς τοσοῦτον ἔχοντες 1 περικείμενον ἡμῖν νέφος μαρτύρων, ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν, δι' ὑπομονῆς τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα·

exercitus exterorum in fugã verterunt.

Mulieres acceperunt ex re- 35 ſurrectione mortuos ſuos: alii verò diſtenti ſunt, neglecta liberatione, vt potiorem reſurrectionem nanciſcerentur.

Alii rurſus ludibria & flagel- 36 la ſunt experti, inſuper & vincula & carcerem.

Lapidati ſunt, diſſecti ſunt, 37 tentati ſunt, gladio cæſi occubuerunt, obtrauerunt cum ouillis & caprinis pellibus, deſtituti, oppreſſi, malè habiti.

Quibus indignus erat mun- 38 dus: in deſertis errantes, & montibus ac ſpeluncis, & cauernis terræ.

Atque omnes hi teſtimoniũ 39 adepti per fidem, non obtinuerunt promiſſum:

Quòd Deus de nobis melius 40 quiddam prouiderat, ne abſque nobis conſecrarentur.

CAP. XII.

Proinde nos quoq;, quũ tan- 1 ta nos circũſtet teſtiũ nubes, abiecto omni pondere, & peccato ad nos circũcingẽdos prochui, conſtãter propoſitũ nobis ſtadium decurramus:

exercitus exterorum in fugam verterunt.

35 *Acceperunt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos: alij autẽ diſtenti ſunt, nõ ſuſcipientes redẽptionem, vt meliorem inuenirent reſurrectionem.*

36 *Alij uerò ludibria & uerbera experti, inſuper & uincula & carceres:*

37 *Lapidati ſunt, ſecti ſũt, tẽtati ſũt, in occiſione gladij mortui ſunt, circumierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti.*

38 *Quibus dignus nõ erat mundus, in ſolitudinibus errãtes, in mõtibus & ſpẽluncis et i cauernis terræ.*

39 *Et hi omnes teſtimonio fidei probati, non acceperunt repromiſſionem:*

40 *Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt nõ ſine nobis cõſummarẽtur.*

CAP. XII.

1 *Itaque & nos tantum habẽtes impoſitã nubẽ teſtiũ, deponentes omne põdus & circumſtans nos peccatũ, per patientiã curramus propoſitum nobis certamen:* Rom.6.c.4 coloſſ.3.b.8 epheſ.4.c.24 1.per.2.a.1

34 Exercitus, στρατοπεδεύσαν. Vel caſtra. Hæc enim eſt propria huius nominis ſignificatio. Eraſ. Impreſſiones. In fugam verterunt, ἔκλιναν. Vel, (vt Vulg. eleganter vertit) Caſtra verterunt. Hoc enim eſt quod Græci elegantius ſignificant verbo πήγνυμι.

35 Mulieres, γυναῖκες. Videtur hiſtoriam innuere Sareptanæ illius cuius filiũ Elias ſuſcitauit, & Sunamitidis cuius item filium Eliſæus matri reſtituit. Diſtenti ſunt, ἐτυμπανίσθησαν. Quidam interpretabãtur, ξύλοις ἐτυπήθησαν, fuſtibus contuſi ſunt. Alii ad verbera referunt: alii de iis hoc dici putant quibus coriũ diripiatur. Mihi viſa eſt ſimpliciſſima expoſitio Veteris interpretis. Non dubium eſt autem quin eam deſignet perſequutionem quam Antiochus exercuit.

37 Tentati ſunt, ἐπειράσθησαν. Ita in omnibus Græcis exemplaribus noſtris ſcriptum erat: nec tamen poſſum aliter ſtatuere quàm ex margine irrepſiſſe in contextum, vbi quiſpiam pro ἐπρίσθησαν, perperam annotarit ἐπειράσθησαν. Vel legendum ἐπαρθησαν, id eſt tranſfixi ſunt, vel verubus infixi, à verbo πείρω, cuius participio paſſiuo vtitur Hom. Cum ouillis pellibus, ἐν μηλωταῖς. Vulg. In melotis. nempe quòd non intelligeret quid hoc ſibi vellet, quod multis etiã poſtea impoſuit Græcæ linguæ imperitis. Significatur autẽ, vilibus & aſperis amictibus, ſanctos ad extremam inopiam redactos, penè ferarum inſtar coactos in aſperrimis locis viuere. Sic Iohannes Baptiſta narratur pro veſte exuuias cameli geſtaſſe, pellicea zona cinctum.

39 Non obtinuerunt promiſſum, οὐκ ἐκομίσαντο τὴν ἐπαγγελίαν. Fructum quidem promiſſionum obtinuerũt, (vt dictum eſt ſuprà, verſu 33) ſed tamen eminus tantùm viderunt venturum Chriſtum, qui nobis ſingulari beneficio fuit exhibitus: vt & nos & illi vnà ſanctificaremur. Vide ſuprà, verſu 13.

40 Melius quiddam, κρεῖττόν τι. Id eſt præſtantius quiddam. Nam certè eo excellimus quòd nobis reipſa exhibitus eſt Chriſtus, & lõgè plenius quàm vnquam antea nobis patefacta ſunt Dei arcana. Hoc igitur ad præſentis vitæ conſitionem refert in genere, cuius reſpectu multo ſanè maioribus beneficiis cumulati ſumus quàm illi. Ne abſque nobis ſanctificarentur, ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσιν. Quid ergo? non ſunt illi viui per fidem ſanctificati, & poſt mortem adepti quod ſperamus? Certè ſunt: ſed ita tamẽ vt ab eo quod noſtris demum temporibus exhibendum ac præſtandum erat, ſalus ipſorum penderet. Et ſanè crediderim, Chriſto in cælum recepto, quum iam reipſa caput piorũ animabus adiũctum eſſet, aliquem etiam gradum illarum beatitati acceſſiſſe. Quò pertinet aliquatenus illud Pauli, apparuiſſe Chriſtum vt pacificaret omnia, tum quæ in cælis tum quæ in terra, Eph.1.b.10, & Coloſſ.1.c.16 & 20. De verbo πληροῦσθαι diximus ſuprà, 2.c.10.

IN CAPVT XII.

1 Abiecto omni pondere, ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα. Tota hæc oratio tranſlatitia eſt: quaſi nobis in ſtadio non ſine magnis difficultatibus ſit currendum qua tranſlatione ſæpe etiã gaudet Paulus. In primis igitur monet vt ὄγκον abiiciamus, quo vocabulo craſſa omnis & tarda moles ſignificatur. Erat enim athletis certa in primis neceſſitas quædã ciborũ & exercitationum, vt inquit Fabius lib.10.cap. vt firmo, agili, bene cõpacto corpore eſſent, pro variis certaminũ ſpeciebus. Curſoribus autẽ ſcimus in primis nihil æquè atq; craſſã corporis habitudinẽ obſtare. Hoc eſt igitur quod Paulus ὄγκον vocat, ego cũ Vetere interprete Põdus. Eraſ. Onus interpretatur.

opes nimirum,curas,exteráque id genus impedimenta quibus retardamur. Denique hoc eſt quod ait Dominus,Qui volet meus eſſe diſcipulus,abneget ſemetipſum,& tollat crucem ſuam,& ſequatur me. Et peccato ad nos circumcingẽdos procliui, καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν. Ἁμαρτίαν non dubium eſt quin naturæ noſtræ prauitatem vocet,& quidem addito perelegãti epitheto. εὐπερίστατον enim ab effectu dici credo quo nihil æquè aptum ſit ad nos circunſiſtendos,ac proinde ad curſum noſtrum impediendum. Neque enim ſatis eſt agili eſſe corpore,ſed etiã mẽbra expedita & in procinctu habere curſorẽ oportet: quum nos interim illa prauitas quaſi concluſos & irretitos teneat. Vulg. Et circunſtans nos peccatum,non expreſſa Apoſtoli ſententia. Eraſ. Et renaciter inhærente peccato:qua ſignificatione nuſquam memini legere τὴν ἁμαρτίαν. Conſtanter,δι' ὑπομονῆς. Periphraſin aduerbii eſſe apparet.itaque ſic malui cõuertere,vt perſpicuitati ſtuderem, quàm Per tolerãtiam, vel Per patientiam. Propoſitum nobis ſtadium decurramus, τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα. Vulgata ad verbum,Curramus propoſitum nobis certamen. Eraſ. Curramus in propoſito nobis certamine,quaſi ſubaudiatur καιρῷ.quum hic potius ἀγὼν locũ ipſum declaret in quo curritur, qui alio nomine ſtadiũ à Græcis vocatur.

Ἀφορῶντες εἰς τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν Ἰησοῦν, ὃς ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς, ὑπέμεινε σταυρὸν, αἰσχύνης καταφρονήσας, ἐν δεξιᾷ τε τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ ἐκάθισεν.

2 Intuentes in fidei ducem ac perfectorem Ieſum,qui vice ſibi propoſiti gaudii pertulit crucem,ignominia contẽpta,& ad dexteram throni Dei conſedit.

2 Aſpicientes in authorem fidei & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, cõfuſione cõtẽpta. atq; in dexteram ſedis Dei ſedit.

Ἀναλογίσασθε γὰρ τὸν τοιαύτην ὑπομεμενηκότα ὑπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν εἰς αὐτὸν ἀντιλογίαν, ἵνα μὴ κάμητε, ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἐκλυόμενοι.

3 Reputate igitur quis ille ſit qui talẽ ſuſtinuit à peccatoribus aduerſus ſeſe cõtradictionem, ne animis deficientes, fatiſcatis.

3 Recogitate enim eũ q talẽ ſuſtinuit à peccatoribus aduerſum ſemetipſum contradictionẽ,ut ne fatigemini,animis veſtris defícientes.

Οὔπω μέχρις αἵματος ἀντικατέστητε, πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀνταγωνιζόμενοι,

4 Nondum ad ſanguinem vſque reſtitiſtis,aduerſus peccatũ decertantes.

4 Nõdũ uſque ad ſanguinem reſtitiſtis, aduerſus peccatum repugnantes.

Καὶ ἐκλέλησθε τῆς παρακλήσεως, ἥτις ὑμῖν ὡς υἱοῖς διαλέγεται, Υἱέ μου, μὴ ὀλιγώρει παιδείας Κυρίου, μηδὲ ἐκλύου ὑπ' αὐτοῦ ἐλεγχόμενος.

Prouer.3.b.13

5 Et obliti eſtis exhortationis quæ vobis tãquã filiis loquitur, ‖Fili mi, ne negligito caſtigationẽ Domini, neque deficias animo,quum ab eo argueris.

5 Et obliti eſtis cõſolationes, quæ nobis tanquã filijs loquitur, dicẽs,Fili mi noli negligere diſciplinã Domini, neque fatigeris dum ab eo argueris.

Ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει· μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται.

6 Quem enim diligit Dominus caſtigat,& flagellat quemcunque filium recipit.

6 Quẽ enim diligit Dominus,caſtigat:flagellat autẽ omnẽ filiũ quẽ recipit.

Εἰ παιδείαν ὑπομένετε, ὡς υἱοῖς ὑμῖν προσφέρεται ὁ Θεός· τίς γὰρ ἐστιν υἱὸς ὃν οὐ παιδεύει πατήρ;

7 Si caſtigationem ſuſtinetis, Deus ſeſe vobis offert vt filiis. quis enim eſt filius quem non caſtiget pater?

7 In diſciplina perſeuerate: tanquã filijs nobis offert ſe Deus.quis enim filius quem nõ corripit pater?

Εἰ δὲ χωρίς ἐστε παιδείας, ἧς μέτοχοι γεγόνασι πάντες, ἄρα νόθοι ἐστὲ καὶ οὐχ υἱοί.

8 Quòd ſi eſtis abſque caſtigatione,cuius participes ſũt omnes, nempe ſpurii eſtis,& non filii.

8 Quòd ſi extra diſciplinã eſtis, cuius partaipes facti ſunt omnes, ergo adulteri, & nõ filij eſtis.

Εἶτα τοὺς μὲν τῆς σαρκὸς ἡμῶν πατέρας εἴχομεν παιδευτάς, καὶ ἐνετρεπόμεθα· οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑποταγησόμεθα τῷ πατρὶ τῶν πνευμάτων, καὶ ζήσομεν;

9 Deinde corporum noſtrorũ patres habuimus caſtigatores, & eos reueriti ſumus: annon multo magis ſubiiciemur Patri ſpirituum,& viuemus?

9 Deinde patres quidem carnis noſtræ eruditores habuimus, & reuerebamur eos:non multo magis obtemperabimus Patri ſpirituum,& uiuemus?

Οἱ μὲν γὰρ πρὸς ὀλίγας ἡμέρας κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ἐπαίδευον· ὁ δὲ ἐπὶ τὸ συμφέρον, εἰς τὸ μεταλαβεῖν τῆς ἁγιότητος αὐτοῦ.

10 Nã illi ad paucos dies,prout ipſis videbatur, nos caſtigabãt: hic autem ad commodum noſtrum, vt participes ſimus ſanctimoniæ ipſius.

10 Et illi quidẽ in tẽpore pauorũ dierũ, ſecũdum uolũtatem ſuã erudiebãt nos: hic autẽ ad id quod utile eſt,in recipiẽdo ſanctificationem eius.

Πᾶσα δὲ παιδεία πρὸς μὲν τὸ παρὸν οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης· ὕστερον δὲ καρπὸν εἰρηνικὸν τοῖς δι' αὐτῆς γεγυμνασμένοις ἀποδίδωσι δικαιοσύνης.

11 Omnis autẽ caſtigatio in præſens quidẽ non videtur eſſe gaudij, ſed triſtitiæ: at poſtea fructũ tranquillũ iuſtitiæ reddit iis qui per eam fuerint exercitati.

11 Omnis autẽ diſciplina in præſenti quidẽ uidetur non eſſe gaudij, ſed mœroris: poſtea autẽ fructũ pacatiſſimũ exercitatis per eam reddit iuſtitiæ.

1 Intuentes,ἀφορῶντες. Intuentes tanquam propoſitam metam. Vulg. Aſpicientes. Eraſ. Reſpicientes.
Vice ſibi propoſiti gaudii,ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς. Id eſt, Qui quũ omne beatitatis genus in manu ac poteſtate haberet,tamen vltro ignominiam crucis ſubiit.
5 Deficias,ἐκλύου. Vulgata,Fatigeris.
7 Si caſtigationem ſuſtinetis,εἰ παιδείαν ὑπομένετε. Vulgata, In diſciplina perſeuerate. Neque enim legit εἰ,& ὑπομένειν putauit poſitum imperandi modo:ſed repugnãte Græcorum codicum fide, nec ſatis etiam cohærentibus quæ ſequuntur.

Διὸ τὰς παρειμένας χεῖρας καὶ τὰ παραλελυμένα γόνατα ἀνορθώσατε,

Καὶ τροχιὰς ὀρθὰς ποιήσατε τοῖς ποσὶν ὑμῶν, ἵνα μὴ τὸ χωλὸν ἐκτραπῇ, ἰαθῇ δὲ μᾶλλον.

Εἰρηνεύειν διώκετε μετὰ πάντων, καὶ τὸν ἁγιασμόν, οὗ χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὸν Κύριον·

Ἐπισκοποῦντες μή τις ὑστερῶν ἀπὸ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ· μή τις ῥίζα πικρίας ἄνω φύουσα ἐνοχλῇ, καὶ διʼ αὐτῆς μιανθῶσι πολλοί·

Μή τις πόρνος, ἢ βέβηλος ὡς Ἡσαῦ, ὃς ἀντὶ βρώσεως μιᾶς ἀπέδοτο τὰ πρωτοτόκια αὐτοῦ.

Ἴστε γὰρ ὅτι καὶ μετέπειτα θέλων κληρονομῆσαι τὴν εὐλογίαν, ἀπεδοκιμάσθη· μετανοίας γὰρ τόπον οὐχ εὗρε, καίπερ μετὰ δακρύων ἐκζητήσας αὐτήν.

Οὐ γὰρ προσεληλύθατε ψηλαφωμένῳ ὄρει, καὶ κεκαυμένῳ πυρὶ, καὶ γνόφῳ, καὶ ζόφῳ, καὶ θυέλλῃ·

11 Quapropter manus remiſſas & genua ſoluta ſurrigite:

13 Et rectas orbitas facite pedibus veſtris, ne quod claudum eſt abducatur à via, ſed vt ſanetur potius.

14 Pacē ſectamini cum omnibus & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Dominum:

15 Proſpicientes nequis deficiat à gratia Dei: nequa radix amara ſuppullulans obturbet, & per hanc inquinentur multi.

16 Nequis ſit ſcortator, aut profanus, velut Eſau, qui vnico edulio vendidit ſuum ius primogeniti.

17 Scitis enim eũ etiã poſtea, quũ vellet hæreditario iure benedictionẽ aſſequi, reprobatũ fuiſſe. nõ enim reperit pœnitẽtiæ locũ, quãuis cũ lacrymis benedictionem illam exquiſiſſet.

18 Non enim acceſſiſtis ad contrectabilem mõtem, & incenſum ignem, ac turbinem & caliginem & procellam:

11 *Propter quod remiſſas manus & ſoluta genua erigite.*

13 *Et greſſus rectos facite pedibus veſtris: ne non claudicans quis erret, magis autem ſanetur.*

14 *Pacẽ ſequimini cum omnib⁹, et ſãctimoniã: ſine qua nemo videbit Deũ.* Rom.12.d.18

15 *Cõtemplãtes ne quis deſit gratiæ Dei: neque radix amaritudinis ſurſum germinans impediat, & per illam inquinentur multi.*

16 *Nequis fornicator, aut profanus, vt Eſau, qui pro vnam eſcam vendidit primatus ſuos.* Gen.25.d.33

17 *Sciuit enim quoniã & poſtea cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus eſt. nõ enim inuenit pœnitentiæ locum, quanquã cum lacrymis inquiſiſſet eam.* Gen.27.f.38

18 *Nõ enim acceſſiſtis ad tractabilẽ mõtẽ & accenſũ ignẽ, & turbinem, & caliginem, & procellam:* Exo.19.c.16

11 Manus remiſſas, χεῖρας παρειμένας. Deſcriptio hominis inertis, & deſpondentis animum.

13 Rectas orbitas, τροχιὰς ὀρθὰς. Id eſt, Rectũ curſum tenete, & ita quidẽ vt honeſtæ vitæ veſtræ veſtigia appareant, quæ nimirũ alii ingrediãtur. Hæc enim vis eſſe videtur iſtius periphraſis. Vulg. Greſſus rectos facite. Eraſ. Facite vt recti ſint greſſus. Ne quod claudũ eſt, abducatur à via, ἵνα μὴ τὸ χωλὸν ἐκτραπῇ. Claudicatio partim declarat ſanitatẽ, partim etiã inconſtantiãin doctrina, quod nonnihil adhuc propẽderent in Circũciſionem vel negligentia vel metu. Detur igitur, inquit, opera ne ſiquis claudus eſt in via Domini, prorſus ab ea deflectat, ſed vt potius ſanetur.

15 Nequis deficiat à gratia Dei, μή τις ὑστερῶν ἀπὸ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ. Vulg. Nequis deſit gratiæ Dei rectè, niſi præpoſitio ἀπὸ, & etiã quæ ſequuntur, oſtenderent ὑστερῶν poſitum eſſe ἀφιστῶν ἀφιστᾶσι. Radix amaritudinis, ῥίζα πικρίας. Hoc nomine intelligit hæreſes vel apoſtaſias, exteráve offendicula quæ curſum doctrinæ impediunt, alludens ad Moſis verba Deut.29.c.18.

17 Scitis, ἴστε. Vulg. Scitote, quod rectè emendauit Eraſmus. Reprobatum fuiſſe, ὅτι ἀπεδοκιμάσθη. Heb. נִדְחָה i. repulſam tuliſſe. Neque enim benedictionem obtinuit, ſed Iacob. Sunt autem tidiculi qui ex hoc loco æternam Dei prædeſtinationem eludunt: quaſi videlicet tum demum fuerit reprobatus Eſau, quũ tamen multo antè tempore dixiſſet Dominus, Maior ſeruiet minori: & ea quidem ſeruitute quæ cum odio eſt coniuncta, vt exponit Paulus Rom.9, ex Malachia. Diſtinguẽdum igitur decretum quod æternum eſt, ab exequutione, quæ ſuo tẽpore exitum ſortitur: & quidem per cauſas intercedentes, & in ipſis reprobis hærẽtes, vt tota exitii reproborum culpa penes ipſos reſideat. Exempli cauſa, Si quæras cur Deus ab æterno decreuerit Eſau reprobare: reſpondebo cum Paulo, quia illi libuit hoc vas iræ condere in cuius iuſta condemnatione iuſtitiam ac potentiam ſuam patefaceret. Sin verò quæras quamobrem ſit reprobatus, reſpondebo, quia profanus quum eſſet, pluris fecit offulã quàm Dei promiſſionem. Vehementer enim falluntur qui hoc ius primogeniti putãt nihil ad ſalutem pertinuiſſe. Non enim reperit pœnitentiæ locum, μετανοίας γὰρ οὐχ εὗρε τόπον. Id eſt, nullus locus relictus eſt ipſius pœnitentiæ ſuæ, ſerò pœnitendo, nihil profecit: vt qui clamabunt, Domine Domine aperi nobis, clauſo iam hoſtio. Itaque μετάνοια hoc in loco accipitur οὐκ ἐπὶ τῇ μεταμελείᾳ, id eſt pro dolore quem aliquis ex re præterita concipit, non autem pro reſipiſcentia. Vellent enim ſceleratiſſimi quique, quum ad iudicium venum eſt, infecta eſſe flagitia quæ patrarunt: ſed pœnæ horrore adacti, non autem Dei aut iuſtitiæ amore. Filios verò Dei ita pœnitet antea ctæ vitæ vt ſimul reſipiſcant, quia datur illis Spiritus ſanctus, à quo impulſi in viam redeunt. Qualis porro fuerit hæc pœnitentia Eſau, ſatis declarauit, quum mẽtiretur ſibi per fraudem præreptũ fuiſſe iusprimogenitis & ex patris conſpectu diſcedens, fratri mortem minaretur, Gen.27.e.36, & f.41.

Benedictionem illam exquiſiſſet, εὐλογίαν αὐτοῦ. Quia nonnullos video hallucinatos fuiſſe in eo quòd αὐτοῦ putarint ad μετάνοιαν referri, quaſi Eſau cum lacrymis requiſierit locum ſibi dari reſipiſcentiæ, ideo antecedens ipſum expreſſi. Illud verò præterquam quòd abſurdum eſt, falſum etiam eſſe cõuincitur ex ipſius Eſau verbis, quæ paulo antè citaui: quum etiam teſtetur ibidem Moſes eum cum eiulatu petiiſſe benedictionem à patre, Gen.27.e.34: vt minimè dubium ſit veram hanc eſſe huius loci explicationem.

18 Non enim, οὐ γὰρ. Nunc ad eandem adhorrationem accommodat propheticum Chriſti officium, quod cum Moſis miniſterio Legali comparat, oſtendens quanta ſit Euangelicæ doctrinæ maieſtas ſupra Legem, ex circunſtantiis eorum quæ in Legis promulgatione apparuerunt: vt tandem hoc argumentum nectat. Si tanta fuit Legis maieſtas, quantam eſſe putatis Euangelij? quòd ſi infinitis partibus & omnibus modis excellit Euangelium, quanto minus cuadent qui Euangelium erunt aſpernati quàm qui Legem violarunt?

Contrectabilem, ψηλαφωμένῳ. Participia iſta, ex Hebræorum more, ponuntur participialium nominum loco, vt diximus Gal.1.c.11. Montem igitur ψηλαφώμενον, id eſt qui manibus palpari poſſit, craſſæ videlicet ac terrenæ materiæ, cæleſti ac ſpirituali monti Sion opponit, vt rectè annotauit doctiſſimus ipterpres. Eraſmus igitur quod bene ac Latinè conuerſum erat, non ſatis conſideratè mutauit. Qua enim ratione cõtactus mons dicetur quem tangere non licebat aut verbum ψηλαφᾶσθαι quomodo accommodabitur tantæ tempeſtati? 5

Καὶ σάλπιγγος ἤχῳ, καὶ φωνῇ ῥημάτων, ἧς οἱ ἀκούσαντες παρητήσαντο μὴ προσθεῖναι αὐτοῖς λόγον.

19 Tubæque ſonitum & vocem verborum: quam qui audierãt, deprecati ſunt ne amplius ſibi fieret ſermo.

19 Et tubæ ſonum, & vocẽ verborum: quam qui audierant excuſauerunt ſe ne euſsaret uerbum.

Exo.20.c.19

(Οὐκ ἔφερον γὰρ ὃ διαστελλόμενον, Καὶ θηρίον θίγῃ τοῦ ὄρους, λιθοβοληθήσεται, ἢ βολίδι κατατοξευθήσεται.

20 (Non enim ferebant quod imperabatur, ‖Si vel beſtia tetigerit montem, lapidabitur, aut iaculo configetur.

20 (Non enim portabant quod diebatur, Etſi beſtia tetigerit montem, lapidabitur.

Exo.19.b.12

Καὶ, οὕτω φοβερὸν ἦν τὸ φανταζόμενον, Μωσῆς εἶπεν, Ἔκφοβός εἰμι καὶ ἔντρομος)

21 Et Moſes, adeo terribile erat viſum quod apparebat, dixit, Expauefactus ac tremebũdus)

21 Et ita terribile erat quod uidebatur, Moyses dixit, Exterritus ſum & tremebundus)

Ἀλλὰ προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων,

22 Sed acceſſiſtis ad montem Sion, & ciuitatem Dei viui, Hierusalem cæleſtem, & myriadas Angelorum,

22 Sed acceſſiſtis ad Sion mõtem, & ciuitatem Dei uiuentis, Ieruſalẽ cæleſtẽ, & multorũ millia Angelorum frequentiã.

Πανηγύρει καὶ ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἐν οὐρανοῖς ἀπογεγραμμένων, καὶ κριτῇ Θεῷ πάντων, καὶ πνεύμασι δικαίων τετελειωμένων,

23 Conuentum & concionem primogenitorum qui conſcripti ſunt in cælis, & iudicẽ vniuerſorum Deum, & ſpiritus iuſtorum conſecratorum.

23 Et cœleſtem primitiuorum qui conſcripti ſunt in cœlis, & iudicem omnium Deũ, & ſpiritus iuſtorum perfectorum.

Καὶ διαθήκης νέας μεσίτῃ Ἰησοῦ, καὶ αἵματι ῥαντισμοῦ κρείττονα λαλοῦντι παρὰ τὸν Ἄβελ.

24 Et ad noui Teſtamẽti mediatorem Ieſum, & ſanguinem aſperſionis, præſtãtiora loquentẽ quàm loqueretur ſanguis Abel.

24 Et Teſtamenti noui mediatorẽ Ieſum, & ſanguinis aſperſionem melius loquentem quàm Abel.

Βλέπετε μὴ παραιτήσασθε τὸν λαλοῦντα. εἰ γὰρ ἐκεῖνοι οὐκ ἐξέφυγον, τὸν ἐπὶ τῆς γῆς παραιτησάμενοι χρηματίζοντα, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς οἱ τὸν ἀπ' οὐρανῶν ἀποστρεφόμενοι·

25 Videte ne aſpernemini eum qui loquitur. Nam ſi illi non effugerũt qui auerſabantur eum qui loquebatur Dei nomine in terra, multo magis nos, ſi eum qui de cælis eſt auerſemur:

25 Videte ne recuſetis loquẽtẽ. Si enim illi nõ effugerunt, recuſantes eũ qui ſuper terrã loquebatur, multo magis nos, qui de cœlis loquentem nobis auertimus:

Οὗ ἡ φωνὴ τὴν γῆν ἐσάλευσε τότε· νῦν δὲ ἐπήγγελται, λέγων, Ἔτι ἅπαξ ἐγὼ σείω οὐ μόνον τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανόν.

Agg.2.b.7

26 Cuius vox tunc cõcuſſit terrã: nũc autem denũtiauit, dicens, ‖Adhuc ſemel ego cõcutiã nõ ſolùm terram, ſed etiã cælum.

26 Cuius uox tunc mouit terrã: nunc autẽ repromittit, dicens, Adhuc ſemel, et ego mouebo nõ ſolùm terram, ſed & cœlum.

19 Ne amplius ſibi, &c. μὴ προσθῆναι, &c. Sic ſæpe inuenias in ſacris literis ex Hebræorũ more dictũ, Et adiecit loqui, pro, Præterea etiã dixit. Ita igitur Iſraelitæ quũ maieſtatẽ Dei loquẽtis nõ amplius poſſẽt ſuſtinere, rogarunt ne amplius ille loqueretur, ſed vt per Moſen interpretẽ ageret omnia, vt ſcribitur Deut.5.d.25. ad quẽ locũ alluſit Apoſtolus. Nõ rectè igitur cõuertit Vetus interpres, Ne eis fieret verbũ, omiſſa præpoſitione προς. Eraſmus autem ſententiam manifeſtè deprauauit quũ interpretaretur, Ne iis adiungeretur oratio. 10

21 Et Moſes, &c. καὶ Μωϋσῆς, &c. Hæc verba οὕτω φοβερὸν ἦν τὸ φανταζόμενον, vtrinque includẽda ſũt diſtinctione. quod quia nõnullos fefellit, nomẽ Moſis ſtatim iubieci copulæ, vt nemo iã falli poſſit. Sed vnde hæc petita ſunt? Certè nuſquam illa legimus: ſicut etiam Iannes & Mambres nuſquam legitur. Neque tamẽ idcirco repudiatur authoritas alterius ad Timotheum epiſtolæ. Simili igitur ratione explicetur hic nodus. Vide 1.Tim. 3.b.8. Viſum quod apparebat, τὸ φανταζόμενον. Id eſt, oblata ſpecies & imago, minimè quidem fictitia, ſed vt ratione quis φανταζεσθαι putet dici duntaxat de vanis ſimulacris rerum quæ nuſquam ſunt. 15

23 Conuentum, πανηγύρει. Vulg. & Eraſ. pro μυριάσιν legerunt μυριάδων: ideóque hoc nomen cum præcedentibus coniunxerũt. Illic enim legitur, Multorum milliũ Angelorũ frequentiã: apud Eraſmũ autẽ, Innumerabiliũ Angelorũ cœtũ. Sed quũ repugnẽt Græci omnes codices, apparet ſic diſtinguẽdum eſſe hunc locum vt nos fecimus. Cõſecratorum, πνεύμασι δικαίων τετελειωμένων. Vel perfectorum. Sic enim vocat iam in cœlum receptos, & hoc reſpectu iam conſummatos, quamuis adhuc altera ſui parte dormiant in puluere. quamobrem etiam facit tantùm mentionem ſpirituum. 25 Videte, &c. βλέπετε, &c. Nunc regiã Chriſti præſtantiã cum Moſis poteſtate comparat, qua fungebatur populum gubernans. Loquentem Dei nomine, χρηματίζοντα. Omnino ſignificatur aliud verbo χρηματίζειν quàm λαλεῖν, quũ illud propriè ſit eorũ demum qui de rebus ſacris, & quidem futuris, loquuntur. 25

26 Adhuc ſemel, ἔτι ἅπαξ. Hebræa ſic habent עוד אחת מעט היא. i. Adhuc vna vice, quod breui futurũ eſt, ego concutio, &c. Nam poſt אחת ſuppleo מעט, & מעט accipio pro כמעט: quæ eclipſes minimè ſunt violentæ aut inuſitatæ. Hoc autem de regno Chriſti prædici, vel ex eo apparet quod de Gentium vocatione ſubiicit Propheta. Deinde quod Græci interpretes præterierũt מעט היא, id eſt quod breui futurũ eſt, non facit vt Apoſtolus propterea videri poſſit hunc locum nõ ſatis aptè citaſſe: quum ex iis quæ adducit, verum ac firmum elicíat argumentum, nempe ex ἔτι, adhuc, quod indicat inſtabilẽ rerum mutandarum conditionẽ: & ἅπαξ, ſemel, quo firmus quidã ſtatus futurus promittitur. Porro cæli & terræ ſuccuſſio, futurũ illud perenne regnum declarat, quod etiam vocat Eſaias cælum nouum & terram nouam: & incredibili deſiderio ab ipſa rerum machina

expectari ſignificat Paulus Rom.8.d.19,& deinceps. Vide & 2. Pet. 3. c.10, & deinceps. Deinde etiã ἀνακινήσεως, terræ quidẽ cõmotionẽtius orbis homines per Euangeliũ in ſpem futuri illius ſeculi innouandos: cælorum autem concuſſio,tum profanas idololatrias,tum ipſius fœderis ceremonias abrogandas ſignificat, vt hac quoque ratione mundus inſtauretur.quam allegoriam Apoſtolus, Prophetæ veſtigia ſequutus, ad ſcopum ſuum aptè prorſus & appoſitè accommodat.Neque enim dubium eſt quin ad hanc allegoricam expoſitionem pertineat quod illic Propheta de omnium populorum concurſu & poſterioris domus gloria ſubiicit:poſterioris,inquam; id eſt illius quæ concuſſionem illam cæli ſunt cõſequuturæ:quam futuram prædixerat, nos verò qui in fines ſeculorum deuenimus,oculis noſtris præſentem cernimus.

Τὸ δέ, ἔτι ἅπαξ, δηλοῖ τῶν σαλευομένων τὴν μετάθεσιν, ὡς πεποιημένων, ἵνα μείνῃ τὰ μὴ σαλευόμενα·

17 Porro illud Adhuc ſemel, declarat inſtabilium rerũ, vtputa factitiarum, amotionem: vt maneant quæ ſunt ſtabilia.

17 *Quod autem Adhuc ſemel dicit, declarat mobiliũ tranſlationẽ, tanquam factorum, vt maneant ea quæ ſunt immobilia.*

Διὸ βασιλείαν ἀσάλευτον παραλαμβάνοντες, ἔχωμεν χάριν, δι' ἧς λατρεύωμεν εὐαρέστως τῷ Θεῷ, μετ' αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας.

18 Quapropter regnũ aſſumentes quod cõcuti non poteſt, teneamus gratiã, per quã ita ſeruiamus Deo vt ei placeamus, cum reuerentia & religione.

18 *Itaque regnum immobile ſuſcipientes, habemus gratiã, per quã ſeruiamus placentes Deo, cum metu & reuerentia.*

Καὶ γὰρ ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον.

19 Etenim ‖Deus noſter, conſumens ignis eſt.

19 *Etenim Deus noſter, ignis conſumens eſt.* Deut.4.d.24

Κεφάλαιον τῆς

Ἡ φιλαδελφία μενέτω.

CAP. XIII.

1 Fraterna charitas maneat.

1 *Charitas fraternitatis maneat.*

Τῆς φιλοξενίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε· διὰ ταύτης γὰρ ἔλαθόν τινες ξενίσαντες ἀγγέλους.

2 ‖Hoſpitalitatis ne ſitis immemores ‖ per hãc enim quidam inſcii exceperũt Angelos hoſpitio.

2 *Et hoſpitalitatem nolite obliuiſci. per hanc enim latuerunt quidam Angelis hoſpitio receptis.* Rom.12.c.10 1.per.4.b.9 Geneſ.18.a.3, & 19.a.3

Μιμνήσκεσθε τῶν δεσμίων, ὡς συνδεδεμένοι· τῶν κακουχουμένων, ὡς καὶ αὐτοὶ ὄντες ἐν σώματι.

3 Memores eſtote vinctorũ, tanquã vnà cũ illis vincti: eorũ qui malis premuntur, acſi ipſi quoque corpore *afflicti* eſſetis.

3 *Mementote vinctorũ tanquã ſimul uincti: & laborantium, tãquam & ipſi in corpore morantes.*

Τίμιος ὁ γάμος ἐν πᾶσι, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος· πόρνους δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ Θεός.

4 ‖Honorabile *eſt* inter quoſuis coniugium, & cubile impolutum: ſcortatores autem & adulteros damnabit Deus.

4 *Honorabile connubium in omnib' & torus immaculatus. fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus.*

CAP. XIII.

27 Inſtabilium rerum, vt puta factitiarum, amotionem, τῶν σαλευομένων τὴν μετάθεσιν, ὡς πεποιημένων. Τὰ σαλευόμενα vocat (ex Hebræorum more, quem expoſuimus Gal.1.b.11, & ſuprà, 12.c.18) ea quæ ſicuti concutienda ſunt, ita etiam reipſa ſint inſtabili quadam naturæ conditione, vtpote πεποιημένα. i. factitia. Reſpicit enim tabernaculum χρηματίσαντα, & cætera id genus, de quibus copioſè ſuprà diſſeruit. Deinde μετάθεσιν non interpretor trãſlationem, ſed Amotionem & depoſitionem, id eſt ἀθέτησιν. quod nomen vſurpatum eſt ſuprà, 7.c.18. Sed de hac re vide plura 7.b.11. Vulg. Mobilium tranſlationem, tanquam factorum: quæ interpretatio multo ſanè vberior eſt quàm hæc Eraſmi, Eorum quæ concutiuntur tranſlationem, vt eorum quæ facta ſunt.

28 Quapropter, διό. Hinc fuit inchoanda ſectio penultima huius epiſtolæ. Iam enim aggreditur Apoſtolus particulares admonitiones, quarum hæc eſt præfatio, cum proximè præcedentibus cohærens.

Teneamus, κρατῶμεν. Vulg. Habemus, ἔχωμεν, quod in duobus codicibus ſcriptum inuenimus. Sed præterquam quòd in pleriſque codicibus legitur κρατῶμεν, longè melius conueniet proximus verſiculus ſi hæc legas hortandi modo. Seruiamus, λατρεύωμεν. In Complutenſi editione & veteribus aliquot libris legitur λατρεύομεν, ſeruimus, eadem manente ſententia. Diximus autem de verbo λατρεύειν Matth.4.b.10. quod & Vetus interpres & Eraſmus Seruire conuertunt, infrà, 13.b.10. Cum reuerentia, μετ' αἰδοῦς. Vulg. Cum metu: impropriè. Significat enim αἰδὼς hoc in loco pudorem illum honeſtum qui homines in officio continet. Hom. Iliad. κ', Αἰδὼς θ' ἥτε. Et religione, καὶ εὐλαβείας. Id eſt religioſo metu. Vide ſuprà, 5.c.7.

IN CAPVT XIII.

1 Inſcii exceperunt hoſpitio Angelos, ἔλαθόν τινες ξενίσαντες ἀγγέλους. Vulg. Latuerunt quidam Angelis hoſpitio receptis. Neque enim videtur Vetus interpres Græcã phraſin, ſatis alioqui frequentem, cognouiſſe, quam etiam alicubi ſeruat Tertullianus. Quod autem in nonnullis veteris editionis codicibus legitur Placuerunt, ineptius eſt quàm vt refutatione indigeat. 3 Ac ſi ipſi quoque corpore *afflicti* eſſetis, ὡς καὶ αὐτοὶ ὄντες ἐν σώματι. Apparet, opinor, ex præcedẽtis mẽbri collatione ſimpliciſſimã hanc eſſe huius loci explicationẽ. Sicut enim monuit vt fratrũ captiuitate nõ aliter cõmoueamur quàm ſi ipſi cũ illis vnà captiui teneremur, ita nunc in genere poſtulat vt ſiquis fratrũ aliquid mali ſuſtineat, nos perinde afficiamur acſi nos ipſos illa calamitas attingeret. Neq; enim ſatis ſeriò tãgemur aliorũ malis quãdiu aliena eſſe cogitabimus. Itaq; ὡς σῶμα prorſus videtur illud declarare quod in vernaculo ſermone dicimus *in perſonam*. quo modo etiã ſolet à iuriſconſultis accipi corporis nomẽ, acſi Hebraicè ſcriptũ eſſet גופכם בגוף. Vulg. Tãquã & ipſi in corpore morãtes. i. vt qui ſitis & ipſi iiſdẽ calamitatibus obnoxii, quũ eiuſdẽ conditionis corpus habeatis. Eraſ. Veluti ipſi quoque verſantes in corpore. Valla ſubaudiendũ putat pronomẽ ipſorũ, vt ſit ſenſus, acſi in corpore afflictorũ ſitis. Doctiſſimus interpres ad Eccleſiæ corpus refert, vt ſit ſenſus, Quãdoquidẽ eſtis eiuſdẽ corporis mẽbra, cõmuniter vos affici decet alios aliorũ malis. Eam verò interpretationẽ minimè repudio, vtpote quæ ſola maximè cõueniat, & vniuerſæ huius doctrinæ fontem aperiat. Illa verò quam ſum ſequutus, non alio fundamento nititur: ſed ita applicata, viſa eſt mihi ſimpliciſſima, propter ſuperioris membri collationẽ, & quia nullus eſt additus articulus.

4 Honorabile *eſt* cõiugiũ. τίμιος ὁ γάμος. Eraſmo in annotationibus magis placet ſubaudire ἔστω, ſit, quaſi moneat Apoſtolus maritos & vxores vt ſanctè viuant. Atqui non conueniet ſequens membrum niſi ſi pro

accipias. Deinde res ipſa oſtendit, Apoſtolum, vt Hebræos deterreret ab omni ſcortatione & adulterio, de matrimonio præfari, tanquam honeſto ac ſancto aduerſus ſcortationis ac adulteriis turpitudinem remedio: tacitè etiam monentē vt matrimoniū maiore religione colant. Notum enim eſt quæ fuerit apud eos in diuortiis licentia. Porro quum diſertè Apoſtolus coniugium honoratum eſſe dicat, quid ſentiendum eſt de illa Hieronymi ſententia, qui matrimonium non inter bona, ſed inter minus mala numerat? Omitto horrendam illam blaſphemiam inter iuris Canonici ſtercora repoſitam, quæ matrimonium vocat carnis immunditiem, in qua nullus Deo placere poteſt. Eant nunc igitur & negent iſti (vt ſe vocant) Catholici ſe comprehendi in eorum numero de quibus egit Paulus 1. Tim. 3. 2-4. Inter quoſuis, ἐν τοῖς. Id eſt, inter cuiuſuis ordinis homines. Nam ſicut communis eſt morbus iis omnibus quibus nō datū eſt vt ſe poſſint cōtinere, ita cōmune remedium eſſe par eſt. Alii aliter explicant, nēpe Omnibus modis, omnibus ætatibus, omni tempore. Sed facile eſt videre quid magis conueniat: & quocunque ſe vertant iſti, nunquam hunc locum ita poterunt torquere vt non appareat diabolica legis cælibatus tyrannis. Quanquam hoc ſanè ſubit mirari, quo iure audeant iſta proſtibula Sodomitica de virginitate differere.

Ἀφιλάργυρος ὁ τρόπος· ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσιν. αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν, Οὐ μή σε ἀνῶ, οὐδ᾽ οὐ μή σε ἐγκαταλίπω·

Sint mores alieni ab auaritia: ſitis contenti præſentibus. dixit enim ipſe, Nō te deſeram, neque te derelinquam:

Sine mores ſine auaritia, contēti præſentibus. ipſe enim dixit, Non te deſerā, neque derelinquam:

Ioſ. 1. d. 5

Ὥστε θαῤῥοῦντας ἡμᾶς λέγειν, Κύριος ἐμοὶ βοηθός, καὶ οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσῃ μοι ἄνθρωπος.

Adeo vt confidenti animo dicamus, Dominus mihi auxiliator: nec timebo quid faciat mihi homo.

Ita vt confidenter dicamus, Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo.

Pſal. 118. a. 6

Μνημονεύετε τῶν ἡγουμένων ὑμῶν, οἵτινες ἐλάλησαν ὑμῖν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ· ὧν ἀναθεωροῦντες τὴν ἔκβασιν τῆς ἀναστροφῆς, μιμεῖσθε τὴν πίστιν.

Memores eſtote ducum veſtrorū, qui loquuti ſunt vobis ſermonē Dei: quorum imitamini fidē, cōſiderātes qui fuerit exitus cōuerſationis ipſorum.

Memenerate præpoſitorū veſtrorū, qui vobis loquuti ſunt verbum Dei: quorū imitātes exitum conuerſationis, imitamini fidē.

Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

Ieſus Chriſtus heri & hodie idem eſt, & in ſecula.

Ieſum Chriſtum heri & hodie: ipſe & in ſecula.

Διδαχαῖς ποικίλαις καὶ ξέναις μὴ περιφέρεσθε. καλὸν γὰρ χάριτι βεβαιοῦσθαι τὴν καρδίαν, οὐ βρώμασιν, ἐν οἷς οὐκ ὠφελήθησαν οἱ περιπατήσαντες.

Doctrinis variis & peregrinis ne circunferimini. bonum enim eſt gratia conſtabiliri cor, non cibis, quibus nō ſunt adiuti qui in ipſis verſati ſunt.

Doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci. optimum eſt enim gratia ſtabiliri cor, non eſcis, quæ nō profuerunt ambulantibus in eis.

Ἔχομεν θυσιαστήριον, ἐξ οὗ φαγεῖν οὐκ ἔχουσιν ἐξουσίαν οἱ τῇ σκηνῇ λατρεύοντες.

Habemus altare, ex quo non habent ius edendi qui taberna culo deſeruiunt.

Habemus altare, de quo edere nō habēt poteſtatē q tabernaculo deſeruiūt.

Leuit. 4. c. 11, & 6. d. 30, & 16. f. 27

Ὧν γὰρ εἰσφέρεται ζώων τὸ αἷμα περὶ ἁμαρτίας εἰς τὰ ἅγια διὰ τοῦ ἀρχιερέως, τούτων τὰ σώματα κατακαίεται ἔξω τῆς παρεμβολῆς.

Quorum enim animaliū ſanguis infertur pro peccato in Sacrarium per Pontificem, horum corpora exuruntur extra caſtra.

Quorū enim animaliū inferitur ſanguis propecato in ſanctū per pōtificē, horū corpora cremantur extra caſtra.

5 Ipſe, αὐτὸς. Ipſe videlicet Dominus. Cur enim Chriſtianis nō liceat quod Pythagoreis omnes concesserunt?

6 Homo, ἄνθρωπος. Antitheſis Dei & hominis obſeruanda eſt.

9 Ne circunferimini, μὴ περιφέρεσθε. Vulg. Nolite abduci, μὴ ἀποφέρεσθε. quod & ipſum non malè conuenit: quanquam illud malo, vt opponatur τῷ βεβαιοῦσθαι. Non cibis, οὐ βρώμασι. Ex vna ſpecie, id eſt mundorum & immundorum ciborum diſcrimine, πασαν ἀγνείαν intellige omnem illum ceremonialem cultum, qui quidē gratiæ (i. Spirituali cultui & regenerationi) opponitur. Itaque perabſurdè mihi videtur Caſtellio χάριν interpretatus Gratiarum actione. Qui in ipſis ſunt verſati, &c. οἱ ἐν αὐτοῖς περιπατήσαντες. Verſati in cibis dicuntur qui eorum diſcrimen ſuperſtitioſè retinuerunt.

10 Altare, θυσιαστήριον. Altare ponit pro oblationibus, ſicut & alibi, quum dicitur ex altari viuere qui altari ſeruit. Eſt autem hæc allegoria inſtituta ad euertendum legale ciborum & dierum diſcrimen: vt planè impudentes eſſe oporteat qui, quū iſta dicantur tam perſpicuè, tamen non deſinunt traditiones illas vrgere, quaſi in his poſita ſit religionis ſumma, quum Euangelicæ doctrinæ repugnent ex diametro. Arqui, inquiunt, aduerſus Moſaicos ritus iſta dicta ſunt, vtpote Chriſti aduentu abolitos. Egregiè ſanè: quaſi verò hæc argumenta ab ipſa Euangelici cultus natura deſumpta, non multo maiorem etiā vim habeant ad euertenda quæcunque homines ſunt commenti. Nam cui tandem ſano homini perſuadebunt, idcirco nobis ademptum Moſis iugum vt iſti multo iniquius aliud noſtris ceruicibus imponerent? Neque verò cauſa eſt cur nos calumnientur pro ventre contendere, quem illis ſanè eorum libenter relinquimus. De Chriſti officio diſſeritur, quod iſti funditus euertunt, dū Chriſti ſanguini ſuas ἐπιθυμίας adiungunt. Hæc eſt caro, hic ſanguis, de quo aduerſus illos contendimus. Corporales exercitationes & vera ieiunia quām non damnemus, & ſcriptis & factis. Dei beneficio, ſi non quantum decet, certè quantum licet declaramus. Qui tabernaculo deſeruiunt, οἱ τῷ σκηνῷ λατρεύοντες. Id eſt, cuius participes eſſe non poſſunt qui Legis ritus obſtinatè retinent. Quid ergo illis fiet qui ſuas ἐπιθυμίας innocentum hominum carnificina vindicant?

11 Quorum enim, &c. ὧν γὰρ, &c. De hoc ritu vide Leuit. 4. c. 11. Item 6. d. 30. Item. 16. f. 27. Eſt autem hæc anagoge, Quorum animalium ſanguis pro peccato inferebatur in Sacrarium per Pontificem, eorum corpora

extra castra penitus exurebantur, vt ne tantillum quidem Sacerdotibus cederet. Ita Christus, victima illa vnica expiatrix, extra portam passus est: cuius corporis particeps esse non possit quisquis adhuc vetus sacerdotium retinet. Retinet autem quisquis discrimina dierum, ciborum, purificationum, cæteráque id genus vmbras sectatur quæ solis exortu præterierunt.

Διὸ καὶ Ἰησοῦς, ἵνα ἁγιάσῃ διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος τὸν λαόν, ἔξω τῆς πύλης ἔπαθε.

11 Quapropter & Iesus, vt sanctificaret populum per propriũ sanguiné, passus est extra portã.

11 Propter quod & Iesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est.

Τοίνυν ἐξερχώμεθα πρὸς αὐτὸν ἔξω τῆς παρεμβολῆς, τὸν ὀνειδισμὸν αὐτοῦ φέροντες.

13 Exeamus igitur ad eum extra castra, opprobrium eius portantes.

13 Exeamus igitur ad eũ extra castra, improperium eius portantes.

Οὐ γὰρ ἔχομεν ὧδε μένουσαν πόλιν, ἀλλὰ τὴν μέλλουσαν ἐπιζητοῦμεν.

14 ¶Non enim habemus hîc ſitam ciuitatem, ſed futurã inquirimus.

14 Non enim habemus hîc manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus. Mich. 2. 10

Δι' αὐτοῦ οὖν ἀναφέρωμεν θυσίαν αἰνέσεως διὰ παντὸς τῷ Θεῷ, τοῦτ' ἔστι καρπὸν χειλέων ὁμολογούντων τῷ ὀνόματι αὐτοῦ.

15 Per ipſum igitur aſſiduè offeramus Deo ſacrificium laudis, ſid eſt fructum labiorum confitentium nomini eius.

15 Per ipſum ergo offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo, id eſt fructum labiorum confitentium nomini eius. Oſee 14. 3

Τῆς δὲ εὐποιΐας καὶ κοινωνίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε. τοιαύταις γὰρ θυσίαις εὐαρεστεῖται ὁ Θεός.

16 Beneficentiæ verò & communicationis ne obliuiſciminí. talibus enim victimis delectatur Deus.

16 Beneficentiæ autem & communionis nolite obliuiſci: talibus enim hoſtiis promeretur Deus.

Πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν καὶ ὑπείκετε· αὐτοὶ γὰρ ἀγρυπνοῦσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ὡς λόγον ἀποδώσοντες· ἵνα μετὰ χαρᾶς τοῦτο ποιῶσι, καὶ μὴ στενάζοντες· ἀλυσιτελὲς γὰρ ὑμῖν τοῦτο.

17 Obedite ducibus veſtris, & obſecũdate: vigilant enim ipſi pro animabus veſtris, tanquã rationem reddituri: vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes: id enim eſt vobis inutile.

17 Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis ipſi enim pernoctant quaſi rationẽ pro animabus veſtris reddituri, vt cũ gaudio hoc faciant, & nõ gementes: hoc enim non expedit vobis.

Προσεύχεσθε περὶ ἡμῶν· πειθόμεθα γὰρ ὅτι καλὴν συνείδησιν ἔχομεν, ἐν πᾶσι καλῶς θέλοντες ἀναστρέφεσθαι.

18 Orate pro nobis: confidimus enim nos bonam conſcientiã habere, vt qui in omnibus cupiamus honeſtè conuerſari.

18 Orate pro nobis: confidimus enim quia bonam conſcientiam habemus, in omnibus bene volentes cõuerſari.

Περισσοτέρως δὲ παρακαλῶ τοῦτο ποιῆσαι, ἵνα τάχιον ἀποκατασταθῶ ὑμῖν.

19 Amplius autẽ obſecro vos vt id faciatis, vt celerius reſtituar vobis.

19 Amplius autem deprecor uos hoc facere, quò celerius reſtituar uobis.

Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης, ὁ ἀναγαγὼν ἐκ νεκρῶν τὸν ποιμένα τῶν προβάτων τὸν μέγαν ἐν αἵματι διαθήκης αἰωνίου, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν,

20 Deus verò pacis auctor, qui magnũ illum ouium per ſanguinem fœderis æterni paſtorem, Dominum noſtrum Ieſum, à mortuis reduxit,

20 Deus autẽ pacis, qui eduxit de mortuis paſtorẽ magnum ouium in ſanguine teſtamẽti æterni, Dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum,

15 Sacrificium laudis, &c. θυσίαν αἰνέσεως, &c. Deo genera ſacrificiorum nobis inquit eſſe relicta, nẽpé gratiarum actionis & beneficentiæ. Vbi igitur oblatio illa Papiſtica ἀναίμακτος, & applicatoria? Confitentiũ nomini eius, ὁμολογούντων τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. Id eſt concelebrantium ipſius nomen, vt alibi expoſuimus.

16 Delectatur, εὐαρεστεῖται. Vulg. Promeretur: primùm barbara, deinde etiam falſa interpretatione. Quis enim non videat ita euerti quicquid in ſuperioribus capitibus de vnici noſtri Pontificis vnica oblatione ſemel facta & nunquam repetenda commemoratum eſt? Sic igitur ſtatuendum eſt, Deum iſtis ſanctorum ſacrificiis, nempe gratiarum actione ac beneficentia, delectari, vtpote qui veros ac germanos fructus ſui Chriſti in nobis per fidem habitantis agnoſcat. Exempli cauſa, Bonis Adami ante lapſum operibus Deus εὐαρεστεῖται. Quis enim hoc poſſit infiçiari, quum bonæ arboris boni fructus eſſent? Item non dubium eſt quin fideles verè ſint voluntatem Dei facturi quando capiti ſuo coniuncti in cælis regnabunt. Deus ergo vicißim illorum laudibus totáque adeo conditione εὐαρεστεῖται. Quis tamen ita ſit ineptus vt hac ratione dixerit Adamũ Deo reconciliatum, quem nondum offenderat aut fideles vitam æternam promereri, cuius hæreditatem iam creuerint? Itaque tantum abeſt vt hac ratione iuſtificemur, vt contrà, niſi prius ſimus gratis in Chriſto per fidem iuſtificati, non poſſint iſta ſacrificia à nobis proficiſci: qualia quidem illa eſſe oportet vt Deo ſint εὐάρεστα, id eſt grata & accepta. Stat enim illud quod ſcriptũ eſt ſuprà, 11. a. 6, impoſſibile eſſe abſque fide εὐαρεστῆσαι (id eſt placere) Deo. Atenim (inquiunt nonnulli) non tollimus fidem, ſed bona opera adiungimus. Reſpondeo, ne nos quidem fidem docere bonorum operum expertem, imò hac ratione veram fidem à falſa diſtinguere: ſed quũ agitur quo iure vitam æternam adipiſcamur, tum demum nos vni Dei gratiæ per vnam Chriſti oblationem fidem à nobis apprehẽſam, omnia in ſolidum vti par eſt tribuere. Bona enim opera (quod Auguſtinus inquit) non præcedunt iuſtificandum, ſed iuſtificatum ſequuntur.

20 Per ſanguinem, &c. ἐν αἵματι, &c. Oſtẽdit quo iure Chriſtus dicatur magnus ille ouium paſtor: quia nimirum ſanguine ſuo eas acquiſiuit in æternum, Act. 20. c. 28, & animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis, Iohan. 10. b. 11. Itaque hæc verba non pertinent ad participium ἀναγαγὼν, qui reduxit à mortuis. quod in Græcis perſpi-

cuum eſt propter articulos, in Latinis verò non item. Itaque vt hoc planius fieret, non dubitaui verborum collocationem mutare.

Καταρτίσαι ὑμᾶς ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ, εἰς τὸ ποιῆσαι τὸ θέλημα αὐτοῦ, ποιῶν ἐν ὑμῖν τὸ εὐάρεστον ἐνώπιον αὐτοῦ, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.	21 Perficiat vos in omni opere bono, ad præſtandam ipſius voluntatem, efficiens in vobis quod acceptum ſit in conſpectu ſuo per Ieſum Chriſtũ: cui ſit gloria in ſecula ſeculorum. Amen.	21 *Aptet nos in omni bono, vt faciatis eius voluntatem: faciens in nobis quod placeat coram ſe per Ieſum Chriſtum: cui eſt gloria in ſecula ſeculorum. Amen.*
Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, ἀνέχεσθε τοῦ λόγου τῆς παρακλήσεως· καὶ γὰρ διὰ βραχέων ἐπέστειλα ὑμῖν.	22 Precor autem vos, fratres, ſufferte ſermonẽ exhortationis: etenim breuibus ſcripſi vobis.	22 *Rogo autẽ vos, fratres, vt ſufferatis verbum ſolatii: etenim perpaucis ſcripſi vobis.*
Γινώσκετε τὸν ἀδελφὸν Τιμόθεον ἀπολελυμένον, μεθ' οὗ (ἐὰν τάχιον ἔρχηται) ὄψομαι ὑμᾶς.	23 Noſtis fratrem *noſtrum* Timotheum ſolutum eſſe: cum quo (ſi celerius venerit) viſam vos.	23 *Cognoſcite fratrem noſtrum Timotheum dimiſſum: cum quo (ſi celerius venerit) videbo vos.*
Ἀσπάσασθε πάντας τοὺς ἡγουμένους ὑμῶν καὶ πάντας τοὺς ἁγίους. Ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας.	24 Salutate omnes duces veſtros, & omnes ſanctos. Salutãt vos Itali.	24 *Salutate omnes præpoſitos veſtros, & omnes ſanctos. Salutant vos de Italia fratres.*
Ἡ χάρις μετὰ πάντων ὑμῶν. ἀμήν.	25 Gratia ſit cum omnibus vobis. Amen.	25 *Gratia cum omnibus nobis. Amen.*
Πρὸς Ἑβραίους ἐγράφη ἀπὸ τῆς Ἰταλίας διὰ Τιμοθέου.	26 Ad Hebræos ſcripta eſt ex Italia per Timotheum.	26 *Scripta ab Italia per Timotheum.*

21 Perficiat vos, καταρτίσαι ὑμᾶς, &c. Vel, aptos & idoneos vos reddat. Vulg. Aptet. Eraſ. Abſolutos vos reddat. Efficiens in vobis quod acceptum ſit, ποιῶν ἐν ὑμῖν τὸ εὐάρεστον. Hinc illa Patrum ſententia, Deum in nobis coronare opera ſua. Ipſe enim eſt qui gratuitò præſtat nobis vt & velimus & efficiamus, Philip. 2. b. 13. Eraſ. Efficiens vt quod agitis acceptum ſit, &c. non expreſſa Apoſtoli ſententia.

22 Breuibus, διὰ βραχέων. De exhortatione loquitur, quam videlicet paucis abſoluit. Nam penè totam epiſtolam in docendo & argumentando conſumpſit.

23 Noſtis, γινώσκετε. Vel, Scitote. Quiſnam autem fuerit hic Timotheus, non poſſimus certò affirmare. Mihi ſit probabile, hunc ipſum eſſe perpetuum Pauli comitem. Et hic rurſum apparet ex pluribus probabilibus argumentis, hanc epiſtolam Pauli non eſſe. Nam quo tempore vinctus erat Romæ Paulus, liquet ex epiſtolis Romæ ſcriptis, Timotheum partim Epheſi fuiſſe, partim Romæ cum ipſo Apoſtolo. neque tamen vſquam fit mentio vinculorum ipſius. quod ille certè nunquam prætermiſiſſet quin Eccleſiis nominatim ſignificaret. Deinde quæ de Timothei liberatione hoc in loco referuntur, ita ſcripta ſunt quaſi alibi vinctus fuerit quàm vnde hic noſter ſcribebat: ſi quidem mentionem facit ipſius aduentus. Poſtremò quòd addit ἔρχηται ὑμᾶς. viſam vos, nulla addita exceptione, oſtendit eum qui hanc epiſtolam ſcripſit, tum minimè fuiſſe in vinculis: & quæ ſuprà, 10. g. 34, de captiuitate ſua commemorauit, ad aliud tempus eſſe referenda.

24 Itali, οἱ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας. Si hic Paulus eſt, cur non potius Romanos vocat? captiuus enim erat Romæ. Et quæ commemorantur de ipſius liberatione ac peregrinatione repetita, probari non poſſunt, imò etiam probabiliter ex ipſius epiſtolis & temporum ſerie refutari. Liquet igitur etiam ex hoc argumento hanc epiſtolam à quopiam egregio ac germano Apoſtolorum diſcipulo, poſt Pauli obitum fortaſſis, & pleriſque etiam Apoſtolis vel morte ſublatis, vel ab vrbe Hieroſolymorum abſentibus, ſcriptam eſſe ex Italia, cuius regionis Eccleſias peragrabat. Non dubitauimus tamen paſſim eum Apoſtolum vocare, quòd Spiritu verè Apoſtolico præditus fuerit.

26 Ex Italia, ἀπὸ τῆς Ἰταλίας. Primùm ſuſpecta eſt mihi fides huius ſubſcriptionis, quia ſubiici ſolet epiſtolis, non ex qua regione, ſed ex qua vrbe potius ſcriptæ ſint. Deinde quod adiicitur, miſſam fuiſſe per Timotheum, omni fide caret: niſi duos faciamus Timotheos. Nam, quæſo, cur illis ſignificaret eius liberationem per quem ipſe ſcriberet? Præterea, Si venerit, inquit, celerius, viſam vos. Atqui ſi per hunc ſcribebat, dicendum potius fuerat, Si celerius redierit: aut, Si celerius eum remiſeritis. Puto igitur hanc ſubſcriptionem non ſatis conſideratè adſcriptam fuiſſe à quopiam, qui occaſionem ex eo arripuerit quòd Timothei & Italorum mentio facta fuerat.

Epistola catholica Iacobi Apostoli.

Ιακώβου τοῦ ἀποστόλου ἐπιστολὴ καθολική.

Catholica, καθολικά. Id est vniuersalis, quòd videlicet vni alicui vel homini, vel ciuitati, vel regioni non sit inscripta. Eadem est ratio sequentium epistolarũ Petri, & primæ Iohãnis, & illius quæ Iudæ inscribitur: quamobrem communi nomine Catholicæ dicuntur, vt rectè annotauit Græcus scholiastes Itaque errore factum puto vt Canonicæ dicerentur. Nam si hoc epitheto dicamus distinctas esse ab aliis quarũ legitima non esset authoritas, causam non video cur Pauli epistolas minus oportuerit eo nomine comprehendi. Deinde nusquam à Græcis ita inscribuntur. Postremò quum de istius quæ Iacobo tribuitur, atque etiam de posterioris à Petro scriptæ authoritate diu, à Latinis præsertim, sit dubitatum, non est probabile Canonicas peculiari appellatione dictas fuisse.

Κεφάλαιον ἅζ

Ιακωβος Θεοῦ καὶ Κυρίου Ιησοῦ Χριστοῦ δοῦλος, ταῖς δώδεκα φυλαῖς ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ, χαίρειν.

Πᾶσαν χαρὰν ἡγήσασθε, ἀδελφοί μου, ὅταν πειρασμοῖς περιπέσητε ποικίλοις·

Γινώσκοντες ὅτι τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς πίστεως κατεργάζεται ὑπομονήν.

Ἡ δὲ ὑπομονὴ ἔργον τέλειον ἐχέτω, ἵνα ἦτε τέλειοι καὶ ὁλόκληροι, ἐν μηδενὶ λειπόμενοι.

Εἰ δέ τις ὑμῶν λείπεται σοφίας, αἰτείτω παρὰ τοῦ διδόντος Θεοῦ πᾶσιν ἁπλῶς, καὶ μὴ ὀνειδίζοντος· καὶ δοθήσεται αὐτῷ.

NOVA INTERPR.

CAP. I.

1 IACOBVS Dei ac Domini Iesu Christi seruus, duodecim tribubus ˇ dispersis, salutem.

2 ˇPro summo gaudio ducite, fratres mei, quoties in tentationes varias incideritis:

3 Illud ‖ scientes, ˇ probationẽ fidei vestræ parere patientiã.

4 Cæterùm patientia ˇ opus ˇ perfectum habeat, vt sitis perfecti & integri, ita vt nihil desit.

5 Quòd sicui vestrum deest ˇsapientia, postulet à Deo qui dat eam omnibus ˇbenignè, nec exprobrat: & dabitur ei.

VETVS.

CAP. I.

1 *Iacobus Dei & Domini nostri Iesu Christi seruus, duodecim tribubus quæ sunt in dispersione salutem.*

2 *Omne gaudium existimate fratres mei, quum in tentationes varias incideritis:*

3 *Scientes quòd probatio fidei vestræ patientiã operatur.* Rom. 5. d. 3

4 *Patientia autem opus perfectum habeat, ut sitis perfecti & integri, in nullo deficientes.*

5 *Siquis autem vestrum indiget sapientia, postulet à Deo qui dat omnibus affluenter, & non improperat: & dabitur ei.*

IN CAPVT I.

1 Dispersis, ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ. Id est, fidelibus omnibus Iudæis, cuiuscunque tribus sint, per orbem terrarum dispersis. Nota est autem ex historiis prima illa decem tribuum, deinde reliquarum etiam duarum multiplex dispersio. Quum igitur Apostoli, quocunque loco esset, Iudæos omnium primos compellarent, non immeritò Iacobus communem duodecim tribubus epistolam inscribit.

2 Pro sũmo gau. &c. πᾶσαν χαρὰν, &c. Rectè hinc auspicatur, quum & dispersos & fideles, id est cum ab exteris tum à suis vexatos, alloquatur. Deinde obseruandum est eum non modò æquo animo ferenda docere quæ Christi nomine vulnera imponuntur, sed etiam testari, incredibilis cuiusdam voluptatis argumentũ ab illis suppeditari. Itaque gaudio affici non aliud declarat quàm infrà versu 9, & Rom. 5. a. 3, τὸ καυχᾶσθαι, id est gloriari.

3 Probatio, τὸ δοκίμιον. Id est, illud quo exploratur fides vestra, nempe multiplex illa tentatio. Ita enim accipitur tentationis nomen hoc in loco, & infrà, versu 12. Distingue igitur τὴν δοκιμὴν & τὸ δοκίμιον, vt effectum à causa, sicut diximus Rom. 5. a. 4.

4 Opus perfectum habeat, ἔργον τέλειον ἐχέτω. Crux veluti instrumentum est quo nos Deus expolit. Opus igitur & effectus afflictionum est nostri in Christo consummatio.

5 Sapiẽtia, σοφία. Sapiẽtiam vocat doctrinæ illius cuius mentio facta est cognitionem, nẽpe quorsum affligamur à Deo, & quis fructus ex afflictione sit capiendus: quam afflictionem non modò non docet, sed etiã oppugnat caro: vt necessariò sit à Deo petenda. Cognitionem autem intelligo quam cõsequatur etiam res ipsa, quum opus fuerit. Benignè, ἁπλῶς. Vide 2. Corinth. 8. a. 2. Vulg. Affluenter, πλουσίως. Eras. Simpliciter.

Matth.7.c.7 marc.11.c.24 luc.11.b.9 iohan.14.b.13 & 16.c.23

Αἰτείτω δὲ ἐν πίστει, μηδὲν διακρινόμενος· ὁ γὰρ διακρινόμενος ἔοικε κλύδωνι θαλάσσης ἀνεμιζομένῳ καὶ ῥιπιζομένῳ.

Μὴ γὰρ οἰέσθω ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος ὅτι λήψεταί τι παρὰ τοῦ Κυρίου.

Ἀνὴρ δίψυχος, ἀκατάστατος ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ.

Καυχάσθω δὲ ὁ ἀδελφὸς ὁ ταπεινὸς ἐν τῷ ὑψει αὐτοῦ·

Eccl.14.c.18 & 18.a.6 1.pet.1.d.24

Ὁ δὲ πλούσιος ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ· ὅτι ὡς ἄνθος χόρτου παρελεύσεται.

Ἀνέτειλε γὰρ ὁ ἥλιος σὺν τῷ καύσωνι, καὶ ἐξήρανε τὸν χόρτον, καὶ τὸ ἄνθος αὐτοῦ ἐξέπεσε, καὶ ἡ εὐπρέπεια τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἀπώλετο· οὕτω καὶ ὁ πλούσιος ἐν ταῖς πορείαις αὐτοῦ μαρανθήσεται.

Iac.2.b.17

Μακάριος ἀνὴρ ὃς ὑπομένει πειρασμόν· ὅτι δόκιμος γενόμενος λήψεται τὸν στέφανον τῆς ζωῆς, ὃν ἐπηγγείλατο ὁ Κύριος τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.

Μηδεὶς πειραζόμενος λεγέτω, Ὅτι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ πειράζομαι· ὁ γὰρ Θεὸς ἀπείραστός ἐστι κακῶν, πειράζει δὲ αὐτὸς οὐδένα.

Ἕκαστος δὲ πειράζεται, ὑπὸ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας ἐξελκόμενος καὶ δελεαζόμενος.

Εἶτα ἡ ἐπιθυμία συλλαβοῦσα τίκτει ἁμαρτίαν· ἡ δὲ ἁμαρτία ἀποτελεσθεῖσα ἀποκύει θάνατον.

Μὴ πλανᾶσθε, ἀδελφοί μου ἀγαπητοί.

6 Sed poſtulet cum fide, nihil diſceptans. nam qui diſceptat, ſimilis eſt fluctui maris qui ventis agitatur & iactatur.

7 Ne igitur exiſtimet homo ille ſe quicquam accepturum à Domino.

8 Vir animo duplici, inconſtans eſt in omnibus viis ſuis.

9 Porro frater qui eſt abiectus, glorietur in ſublimitate ſua:

10 Contrà, qui diues eſt, in abiectione ſui: quoniã veluti flos herbæ præteribit.

11 Nam exorto ſole cũ æſtu, exaruit herba, & flos illius decidit, & ſpectabilis decor ipſius periit: ita & diues in viis ſuis marceſcet.

12 Beatus vir qui tolerat tentationẽ: quoniam quum probatus erit, accipiet coronam vitæ, quam promiſit Dominus iis à quibus diligitur.

13 Nemo quum tentatur dicat ſe à Deo tentari: nam Deus tẽtari malis nõ poteſt, nec quenquam tentat.

14 Sed vnuſquiſque tentatur dum à propria cupiditate abſtrahitur & inescatur.

15 Deinde cupiditas, poſteaquã concepit, parit peccatum: peccatum verò peractum gignit mortem.

16 Ne errate, fratres mei dilecti.

6 Poſtulet autem in fide, nihil hæſitans: qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris qui à vento mouetur & circunfertur.

7 Non ergo æſtimet homo ille quòd accipiat aliquid à Domino.

8 Vir duplex animo inconſtãs eſt in omnibus viis ſuis.

9 Glorietur autem frater humilis in exaltatione ſua:

10 Diues autem in humilitate ſua: quoniam ſicut flos fœni tranſibit.

11 Exortus eſt enim ſol cũ ardore, & arefecit fœnũ, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperijt: ita & diues in itineribus ſuis marceſcet.

12 Beatus vir qui ſuffert tentationem: quoniã quũ probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quã repromiſit Deus diligentibus ſe.

13 Nemo, quum tentatur, dicat quoniam à Deo tentor. Deus enim malorum eſt intentator: ipſe autẽ neminem tentat.

14 Vnuſquiſque uerò tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus.

15 Deinde concupiſcentia quũ conceperit, parit peccatum: peccatum uerò quũ conſummatum fuerit, generat mortem.

16 Nolite itaq; errare fratres mei dilectiſſimi.

6 Nihil diſceptans, μηδὲν διακρινόμενος. Si hoc ita eſt, quorſum alii mediatores ſubordinãtur aut cur ſibi volunt nonnulli cum dubitatione conciliare? Vide Mat.21.b.21.

8 In omnibus viis ſuis, ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ. Heb. בכל דרכיו, i. cogitatis & factis ſuis omnibus. Virum autem δίψυχον vocat eum qui de doctrina aut Dei voluntate ambigit, id eſt Academicum ſeu Bellsanum.

9 Qui eſt abiectus, ὁ ταπεινός. Id eſt qui affligitur, vt paupertate, cõtẽptu, vllo deniq; calamitatis genere. Cui opponitur ὁ πλούσιος, diues. i. cui omnia quæ ad hanc vitã tranſigendã pertinẽt, feliciter ſuccedunt. Eſt enim hæc humilitas & abundantia ad id de quo agitur accommodanda. Ideo abiectum quàm humilẽ dicere malui.

11 Nam exorto ſole, &c. καὶ ἐξήρανε γὰρ ὁ ἥλιος, &c. Suppleuimus quod explendæ ſententiæ deerat. Sũt autẽ eiuſmodi eclipſes petitæ è medio, quales alibi annotauimus, vt Mat.15.a.24. & Mar.13.d.34. In viis ſuis, ἐν ταῖς πορείαις αὐτοῦ. Heb. בכל דרכיו. i. ita vt diues eſt ac iudicio ſuo beatus, marceſcet cũ ſuo illo ſplendore: quo Hebraiſmo nihil frequentius occurrit, vt vix nomine ſignificetur quicquid aliquis vel animo deſignat, vel facit. Eraſ. ſuſpicatur legendũ potius πλείαις, id eſt (inquit) in abundantia. Ego neque vſquã inuenta ita ſcripta, neque memini Græcum illud vocabulum vſquam legere. Dicunt enim Græci potius ἁπλείαις, cui opponitur πλουσία.

11 Tentationem, πειρασμόν. Id eſt afflictionem, per quã exploratur à Domino, vt ſuprà, v.2.

13 Quum tentatur, πειραζόμενος. i. ad malè agẽdũ ſolicitatur. Nã de alio tẽtationis genere differit: neque quũ id facit, à ſcopo aberrat. Ea enim eſt naturæ noſtræ prauitas vt per id potiſſimũ ad malè agẽdũ ſeipſa ſolicitet, vnde cõfirmationẽ petere debuerat, nempe ex afflictionibus: quibus irritata caro, uũ definit uos ad deſperãdũ inſtigare, quaſi certa ſint odii Dei teſtimonia: nempe cõtrariũ prorſus afflictionũ finẽ ſibi proponens: quippe quum hæ ſint confirmandæ in nobis fidei ac gignendæ patientiæ inſtrumenta, vt dictum eſt ſuprà, & Rom.5.

15 Peccatum, ἁμαρτίαν. Peccatum intellige quod actuale vocant, quod quum à radice (id eſt à cupiditate) prodeat, neceſſe ſit autem fructum & arborem eiuſdem eſſe indolis ac naturæ, conſequitur & ipſos primos motus, peccati nomine generalius accepto cenſeri, ſicut copioſè expoſitum eſt Rom. cap. 5. & aliis multis locis.

Πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων, παρ' ᾧ οὐκ ἔνι παραλλαγὴ, ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα.

17 Omne munus bonum & omne donum eſt perfectũ ſurſum, deſcendens à Patre luminũ, apud quẽ nõ eſt tranſmutatio, aut cõuerſionis obũbratio.

17 Omne datum optimum, & omne donũ perfectũ, deſurſum eſt, deſcẽdẽs à Patre luminũ, apud quẽ nõ eſt trãſmutatio, nec mutationis obumbratio.

Βουληθεὶς ἀπεκύησεν ἡμᾶς λόγῳ ἀληθείας, εἰς τὸ εἶναί ἡμᾶς ἀπαρχήν τινα τῶν αὐτοῦ κτισμάτων.

18 Is quia voluit, progenuit nos ſermone veritatis, vt eſſemus primitiæ quædam ſuarũ creaturarum.

18 Voluntarie genuit nos Verbo veritatis, ut ſimus initium aliquod creaturæ eius.

Ὥστε, ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ, ἔστω πᾶς ἄνθρωπος ταχὺς εἰς τὸ ἀκοῦσαι, βραδὺς εἰς τὸ λαλῆσαι, βραδὺς εἰς ὀργήν.

19 Itaque, fratres mei dilecti, ſit omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendũ, tardus ad iram.

19 Scitis, fratres mei dilectiſſimi. Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquẽdũ, & tardus ad irã. Prou.17.d.27

Ὀργὴ γὰρ ἀνδρὸς δικαιοσύνην Θεοῦ οὐ κατεργάζεται.

20 Nam ira viri iuſtitiam Dei non exequitur.

20 Ira enim viri iuſtitiã Dei non operatur.

Διὸ ἀποθέμενοι πᾶσαν ῥυπαρίαν καὶ περισσείαν κακίας, ἐν πραΰτητι δέξασθε τὸν ἔμφυτον λόγον τὸν δυνάμενον σῶσαι τὰς ψυχὰς ὑμῶν.

21 Quapropter abiectis omnibus ſordibus & excremẽto malitiæ, cum lenitate recipite inſitum ſermonem, qui poſſit ſeruare animas veſtras.

21 Propter quã abiicientes omnẽ immunditiã & abũdantiã malitiæ, in mãſuetudine ſuſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras.

Γίνεσθε δὲ ποιηταὶ λόγου, καὶ μὴ μόνον ἀκροαταὶ, παραλογιζόμενοι ἑαυτούς.

22 Re ipſa verò præſtate ſermonem: nec ſitis auditores ſolùm, fallentes voſmetipſos.

22 Eſtote autẽ factores Verbi, & non auditores tãtùm, fallentes voſmetipſos. Matth.7.c.21, Rom.2.b.13

Ὅτι εἴ τις ἀκροατὴς λόγου ἐστὶ, καὶ οὐ ποιητὴς, οὗτος ἔοικεν ἀνδρὶ κατανοοῦντι τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως αὐτοῦ ἐν ἐσόπτρῳ.

23 Nam ſiquis audit ſermonẽ, & cũ non præſtat, is ſimilis eſt viro cõſideranti faciem ſuam natiuam in ſpeculo.

23 Quia ſiqs auditor eſt Verbi, & nõ factor, hic cõparabitur viro conſiderãti vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo.

Κατενόησε γὰρ ἑαυτὸν, καὶ ἀπελήλυθε, καὶ εὐθέως ἐπελάθετο ὁποῖος ἦν.

24 Conſiderauit enim ſeipſum, & abiit, & ſtatim oblitꝰ eſt qualis eſſet.

24 Conſideravit enim ſe, & abiit, & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit.

17 Omne munus, &c. πᾶσα δόσις, &c. Δόσις & δώρημα hoc loco idẽ declarant. Eſt igitur repetitio ſynonymi emphaſeos cauſa, vti apud Hebræos ſæpe. A Patre luminũ, παρὰ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων. Id eſt, ab eo qui fons eſt & author omnium bonorum. Sic enim Patris nomen Hebræi generaliter accipiunt interdum pro authore, vt Gen.4.c.20, & alibi ſæpe. Et luminis appellatione, omnis bonorum ſpecies in ſacris literis intelligitur: ſicuti contrà tenebræ calamitates deſignant. Aut conuerſionis obumbratio, ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα. Pergit in metaphora. Sol quippe pro varia ac multiplici conuerſione, nunc apparet, nunc diſparet: nunc clarus & limpidus collucet, nunc obſcurus veluti deliteſcit: nunc accedit, nunc recedit. Inde variæ non tantùm menſium, ſed etiam dierum ac horarũ intemperies. At Dei beneficentia ſemper ſui ſimilis eſt, & quòd quædam nobis in malum cedunt, non Dei ſed noſtro fit vitio. Vulg. τροπῆς maluit Vicißitudinem interpretari, quod non potius conuenit, ſi vocem ipſam ſpectes.

18 Quia voluit, βουληθείς. Hoc eſt quod Paulus ſolet ἀδωρεὰν dicere, id eſt gratuitam beneuolentiam. hic igitur fons eſt noſtræ ſalutis. Progenuit, ἀπεκύησεν. Alludit ad noſtram adoptionem, cuius facti ſumus per fidem participes, vt Ioh.1.b.11 & 13. Fides autem eſt ex auditu Verbi, Rom.10.c.17. Ideo etiam dicuntur miniſtri filios gignere, ſed quatenus Dei inſtrumenta, vt 1.Cor.4.c.15. & Gal.4.c.19, & Philem.b.10. Primitiæ quædam, &c. ἀπαρχήν τινα, &c. Id eſt ſacræ cuiuſdam oblationis inſtar, ex reliquorum hominum acerno ſelectæ. Alludit igitur ad Legis ritum.

19 Itaque, ὥστε. Vulg. Scitis. Legit enim ἴστε, ſed mendoſè.

20 Iuſtitiam Dei, δικαιοσύνην Θεοῦ. Id eſt, quod præſcribit Deus. Alioqui ſæpe apud Paulũ iuſtitia Dei longè alia ſignificatione accipitur, vt diximus Rom.1.b.17.

21 Et excremento, ἐν περισσείᾳ. Vulg. Et abundantiam, non expreſſa Iacobi ſententia. Eraſmus, Redundantiam, ne ſic quidem ſatis expreſſè. Inſitum, ἔμφυτον. Id eſt, qui inſeritur & plantatur, miniſtrorum videlicet opera. Similis metaphora occurrit 1.Cor.3.b.6. Lenitatem verò appellat modeſtiam, & quicquid ferociæ altiſque illis ſpiritibus opponitur, vt Eſa.57.c.15. Sic Paulus ille ferox Phariſæus humi proſternitur, ac demum cicuratus reſpondet, Quis es Domine? Cæterùm quo inſtrumento recipitur Sermo? nempe fide: cui indiuiduo vinculo connexus eſt amor Dei ac proximi, vt tota Scriptura docet. Hæc igitur vnà connectit Apoſtolus in ſequenti diſputatione.

22 Re ipſa verò præſtate ſermonem, γίνεσθε δὲ ποιηταὶ λόγου. Vulg. Eſtote autem factores Verbi. Eraſ. Sitis autem effectores Sermonis. Ego ſtudui magis perſpicuè loqui.

23 Natiuam, τῆς γενέσεως αὐτοῦ. Hoc additum puto vt intelligamus ſumptam eſſe tranſlationem ab iis qui externam duntaxat faciem ſuam in ſpeculis contemplantur. Sed præterea alludit Apoſtolus ad natiuam illam maculam, cui opponitur puritas ad quam renaſcimur: cuius etiam viuam imaginem ſpectamus in Lege Dei, quã vocat perfectam, vt eam opponat noſtris ſordibus, tũ etiã vt quo magis vnuſquiſque ſenſerit ſe ad eã accedere, ſciat ſeſe minus eſſe impurum, ac proinde ſanctæ vitæ magis ac magis ſtudeat. Additur dulce Libertatis nomen mutata metaphora, quoniam Legis iugum homines inuiti audiunt, & inuitiſſimi ſubeunt, quia nec quid ſit ſeruitus, nec quid ſit libertas norunt.

Ὁ δὲ παρακύψας εἰς νόμον τέλειον τὸν τῆς ἐλευθερίας, καὶ παραμείνας, οὐκ ἀκροατὴς ἐπιλησμονῆς γενόμενος, ἀλλὰ ποιητὴς ἔργου, οὗτος μακάριος ἐν τῇ ποιήσει αὐτοῦ ἔσται.

Εἴ τις δοκεῖ θρησκὸς εἶναι ἐν ὑμῖν, μὴ χαλιναγωγῶν γλῶσσαν αὐτοῦ, ἀλλὰ ἀπατῶν καρδίαν αὐτοῦ, τούτου μάταιος ἡ θρησκεία.

Θρησκεία καθαρὰ καὶ ἀμίαντος παρὰ τῷ Θεῷ καὶ πατρί, αὕτη ἐστίν, ἐπισκέπτεσθαι ὀρφανοὺς καὶ χήρας ἐν τῇ θλίψει αὐτῶν, ἄσπιλον ἑαυτὸν τηρεῖν ἀπὸ τοῦ κόσμου.

Κεφάλαιον β'.

Ἀδελφοί μου, μὴ ἐν προσωποληψίαις ἔχετε τὴν πίστιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τῆς δόξης.

Εὰν γὰρ εἰσέλθῃ εἰς τὴν συναγωγὴν ὑμῶν ἀνὴρ χρυσοδακτύλιος ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ, εἰσέλθῃ δὲ καὶ πτωχὸς ἐν ῥυπαρᾷ ἐσθῆτι·

Καὶ ἐπιβλέψητε ἐπὶ τὸν φοροῦντα τὴν ἐσθῆτα τὴν λαμπρὰν, καὶ εἴπητε αὐτῷ, Σὺ κάθου ὧδε καλῶς· καὶ τῷ πτωχῷ εἴπητε, Σὺ στῆθι ἐκεῖ, ἢ κάθου ὧδε ὑπὸ τὸ ὑποπόδιόν μου·

Καὶ οὐ διεκρίθητε ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἐγένεσθε κριταὶ διαλογισμῶν πονηρῶν;

15 At qui introſpexerit in perfectam illam Legē libertatis, & *in ea* permanſerit, quia nō fuerit auditor obliuioſus, ſed effector operis, beatus erit in opere ſuo.

16 Siquis videtur religioſus eſſe inter vos, non frænans linguam ſuam, ſed ſuũ ipſius cor ſeducēs, huius vana eſt religio.

17 Religio pura & immaculata apud Deũ & Patrem, hæc eſt, inuiſere orphanos & viduas in afflictione ipſorum: & immaculatũ ſeipſũ ſeruare à mũdo.

CAP. II.

FRatres mei, ne cum reſpectu perſonarum habete fidē Domini noſtri Ieſu Chriſti glorioſi.

2 Nam ſiquis in cœtũ veſtrũ ingrediatur, aureũ geſtans annulum, veſte ſplendida, ingrediatur autem & pauper cũ ſordida veſte:

3 Et reſpexeritis ad eum qui veſtem geſtat ſplendidam, & dixeritis ei, Tu ſede hîc pulchrè: & pauperi dicatis, Tu ſta illic, aut ſede hîc ſubter ſcabellum meum:

4 Nónne diſcrimen feciſtis apud vos, & facti eſtis iudices peruerſè deliberantes?

15 *Qui autem perſpexerit in Legem perfectam libertatis, & permanſerit in ea, non auditor obliuioſus factus, ſed factor operis, hic beatus in facto ſuo erit.*

16 *Siquis autē putat ſe religioſũ eſſe, nō refrenãs linguã ſuã, ſed ſeducẽs cor ſuũ, huius vana eſt religio.*

17 *Religio mũda & immaculata apud Deũ & Patrē, hæc eſt, viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorũ, & immaculatũ ſe cuſtodire ab hoc ſeculo.*

CAP. II.

FRatres mei, nolite in perſonarum acceptione habere fidem Domini noſtri Ieſu Chriſti gloriæ.

2 *Etenim ſi introierit in conuentum veſtrum vir aureũ annulum habens, in veſte candida: introierit autem & pauper in ſordido habitu:*

3 *Et intendatis in eum qui indutus eſt veſte præclara, & dixeritis ei: Tu ſede hic bene: pauperi autē dicatis: Tu ſta illic, aut ſede ſub ſcabello pedum meorum:*

4 *Nónne iudicatis apud voſmetipſos, et facti eſtis iudices cogitationũ iniquarũ?*

Leuit. 19. c. 15 deut. 1. c. 17, & 16. d. 19 prouer. 24. c. 24 infr. 4. 11. a. 2

15 Introſpexerit, ὁ παρακύψας. Trãſlatio ſumpta eſt ab iis qui nō obiter aliquid aſpiciunt, ſed prono etiam corpore oculos admouent, vt rem omnem propius cognoſcant. Vulg. Perſpexerit. Eraſmus, Proſpexerit. Vide Luc. 24. b. 11. In opere ſuo, ἐν τῇ ποιήσει αὐτοῦ. Id eſt, ita ſe geſtens. Nam ex effectis demum agnoſcitur fides, vt arbor ex fructibus. Arguunt igitur fidem operā: fides vna Chriſtum apprehendit: vnus Chriſtus factus eſt nobis ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio & redemptio à Patre, qui nos gratis in ipſo elegit ab æterno.

16 Suũ ipſius cor ſeducēs, ἀπατῶν καρδίαν αὐτοῦ. Garrulitatis, maledictiæ, petulantiæ, ac cæterorũ vitiorum in loquendo fons eſt, ſeipſum non noſſe. Itaque deceptionem ſuiipſius vocat ſiniſtrum de ſe iudicium eorum qui φιλαυτίᾳ laborant. Eraſ. Aberrare ſinit cor ſuum, non expreſſa Apoſtoli ſententia.

17 Religio, θρησκεία. Non enumerat omnia veræ & ſinceræ charitatis officia, ſed duo tantùm commemorat in quibus refulget gratuita liberalitas: quia videlicet ab afflictis nulla expectatur merces. Quid ſi verò Iacobus hodie illos cerneret qui ementito ipſius nomine Iacobi peræ vocãtur? Non eos procul à ſe ad familias ſuas alendas, ad pupillos, ad viduas ablegaret? Apud Deum & Patrem, παρὰ τῷ Θεῷ καὶ πατρί. Id eſt, apud Deum qui eſt Pater noſter eſt. Inuiſere, ἐπισκέπτεσθαι. Id eſt, curare & pro virili ſubleuare. Ita enim accipitur verbum פקד apud Hebræos.

IN CAPVT II.

1 Cum reſpectu perſonarum, ἐν προσωποληψίαις. Quid vocetur προσωποληψία, & quatenus damnetur, diximus Mat. 11. b. 14. Fidem Domini, τὴν πίστιν τοῦ Κυρίου. Id eſt, ne fidem quæ Chriſto Ieſu habetur, putetis cum perſonarum reſpectu poſſe conciliari. Sunt enim hæc prorſus repugnantia. Glorioſi, τῆς δόξης. Hoc coniungit cum Κυρίου: neque verò temere hoc eſt additum. Vnde enim iſte perſonarum reſpectus? nempe quia non cogitamus quæ ſit Chriſti gloria. Neminem enim aſpernaremur, imò veneraremur omnes eos in quibus Chriſtus habitat, nec nos ſineremus ſtultis carnis iudiciis trãſuerſos rapi. Vulg. ad verbũ, Gloriæ, ſeruato Heb. Eraſ. Ex opinione, quod nō video qui poſſit Græcis conuenire: quãuis δόξαν fatear interdũ pro opinione poni.

5 Pulchrè, καλῶς. Id eſt, honeſto & honorifico loco. Vulg. & Eraſmus, Bene.

4 Nónne diſcrimen, &c. οὐ διεκρίθητε ἐν ἑαυτοῖς; Id eſt, Nónne (quod minimè oportuit) hoc modo apud vos vnum alteri præferendum iudicaſtis? Hoc enim declarat τὸ διακρίνεσθαι, & καὶ coniunctio ex Hebræorum idiotiſmo redundat. Vulgata, Nónne iudicaſtis apud voſmetipſos? multo ſanè rectius quàm Eraſmus, qui conuertit, Et nō diiudicati eſtis in vobiſipſis. Quid ſi verò accipias τὸ διακρίνεσθαι pro κατακρίνεσθαι. id eſt damnarit vt ſit ſententia, iſtos ſua ipſorum conſcientia damnarit? Ad me quidem quod attinet, τὸ διακρίνεσθαι in ea ſignificatione nunquam legi, & noſtram etiam interpretationem eo etiam confirmari puto quòd infrà 3. d. 17, exleſtem ſapientiam διάκρισιν vocat. Peruerſè deliberantes, διαλογισμοὶ πονηροί. Antè reprehenderat quòd vnum alteri prætuliſſent: atqui hoc per ſe non videtur vitioſum: neque ſanè vitioſum eſt quum

quum Deus ita gradus distinxerit vt satis appareat non parem esse omnium dignitatem. Ideo proposuit hypothesin in qua prorsus eluceat quænam ὑπόκρισις damnetur, ea videlicet quæ falsum provero discrimen sequatur, deinde in quo non seruetur modus, postremò cuius nō sit rectus finis. Verbi gratia, Si diuitem, quia diues est, pauperi aliquis anteponat, peruersum est in eo iudicium quòd diuitias accipiat pro diserimínis canone, qui planè falsus est. Neque enim ex diuitiis æstimandum est quis cui sit anteponendus. Quòd si etiam ita præponatur diues ille pauperi, vt pauper à me ignominiosè tractetur, iam error altero errore cumulatur. Hæc verò peccata satis ostendunt quò tandem spectent omnia: nempe vt ineatur diuitis gratia. Interim iacet pauper quātumuis pius, doctus, egens: diues impius, indoctus, omnibus copiis redundans, splendidè accipitur. Itaque à peruersæ cogitationis iudice peruersum fit iudicium. Ergo (vt ad rem redeam) iudex peruersarum cogitationum, ex Hebræorum idiotismo, significat iudicem non rectè affectum, sed qui iniqua moliatur. quem Hebraismum quanuis ambiguum Vetus interpres & Erasmus seruarunt.

Ακούσατε ἀδελφοί μου ἀγαπητοί, οὐχ ὁ Θεὸς ἐξελέξατο τοὺς πτωχοὺς τῷ κόσμῳ τούτου πλουσίους ἐν πίστει, καὶ κληρονόμους τῆς βασιλείας ἧς ἐπηγγείλατο τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν;

Audite fratres mei dilecti, nónne Deus elegit ᵛ pauperes mundi huius *vt fierent* diuites fide, & hæredes regni quod promisit iis à quibus diligitur?

5 *Audite fratres mei dilectissimi, nónne Deus elegit pauperes in hoc mūdo diuites in fide, & hæredes regni quod repromisit Deus diligētibus se?*

Ὑμεῖς δὲ ἠτιμάσατε τὸν πτωχόν. οὐχ οἱ πλούσιοι καταδυναστεύουσιν ὑμῶν, καὶ αὐτοὶ ἕλκουσιν ὑμᾶς εἰς κριτήρια;

6 At vos contumelia affecistis pauperē. Nónne diuites ᵛ per tyrannidem opprimūt vos, & trahunt vos ad tribunalia?

6 *Vos autem exhonorastis pauperem. Nónne diuites per potentiam opprimūt nos, & ipsi trahunt nos ad iudicia?*

Οὐκ αὐτοὶ βλασφημοῦσι τὸ καλὸν ὄνομα τὸ ἐπικληθὲν ἐφ' ὑμᾶς;

7 Nónne blasphemant præclarum illud nomē à quo estis cognominati?

7 *Nónne ipsi blasphemāt bonum nomen quod inuocatum est super nos?*

Εἰ μέντοι νόμον τελεῖτε βασιλικὸν, κατὰ τὴν γραφήν, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν, καλῶς ποιεῖτε·

8 Siquidē Legem regiā præstatis secundum Scripturam, Diliges proximum tuúvt teipsum, bene facitis:

8 *Si tamen Legem perficitis regalem secundū Scripturam, Diliges proximū tuum sicut teipsum, bene facitis:*

Εἰ δὲ προσωπολημπτεῖτε, ἁμαρτίαν ἐργάζεσθε, ἐλεγχόμενοι ὑπὸ τοῦ νόμου ὡς παραβάται.

9 ᵛ Sinverò personam respicitis, peccatum cōmititis, & redarguimini à Lege veluti transgressores.

9 *Si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti à Lege quasi transgressores.*

Ὅστις γὰρ ὅλον τὸν νόμον τηρήσῃ, πταίσῃ δὲ ἐν ἑνί, γέγονε πάντων ἔνοχος.

10 Quisquis enim totam Legē seruauerit, offenderit autem in vno, ᵛ omnibus tenetur.

10 *Quisunque autem totā Legem seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus.*

Ὁ γὰρ εἰπών, Μὴ μοιχεύσῃς, εἶπε καί, Μὴ φονεύσῃς. εἰ δὲ οὐ μοιχεύσεις, φονεύσεις δέ, γέγονας παραβάτης νόμου.

11 Nam qui dixit, Ne mœcheris: dixit etiā, Ne occidas. Quòd si nō fueris mœchatus, occideris autē, factus es transgressor Legis.

11 *Qui enim dixit, Nō mœchaberis, dixit & , Nō occides. Quòd si non mœchaberis, occides autē, factus es trāsgressor Legis.*

Οὕτω λαλεῖτε καὶ οὕτω ποιεῖτε ὡς διὰ νόμου ἐλευθερίας μέλλοντες κρίνεσθαι.

12 Ita loquimini & ita facite, vt ᵛ per legē libertatis iudicandi.

12 *Sic loquimini, & sic facite, sicut per legem libertatis incipiētes iudicari.*

5 Pauperes mundi huius, τοὺς πτωχοὺς τῷ κόσμου τούτου. Id est tenues, inopes, & (si mundi iudicium spectes) omnium hominum abiectissimos. Ita ostenditur iudicii illius peruersitas. *Vt fierent* diuites, πλουσίους. Subaud. τῇ πίστει, vel τῷ θεῷ. Rectè verò præposuit dilectioni fidem, & fidei electionem.

6 Per tyrannidē opprimunt, καταδυναστεύουσιν. Vide Act. 10. f. 38. Oblitus autē Apostolus his verbis, omni quoque iudicio carere qui suos carnifices tanto in pretio habeant vt præ iis pauperes Domini etiam despiciāt.

7 A quo estis cognominati, ἐπικληθὲν ἐφ' ὑμᾶς. Vulg. & Eras. ad verbum, Quod inuocatum est super vos. Est autem Hebraica prorsus dicendi formula, vt quum dicitur Patris nomen super filios inuocari, Gen. 48. c. 16, & mariti super vxorem, vt Esa. 4. a. 1.

8 Si quidem, εἰ μέντοι. Vulg. Si tamē. Cæterùm vlcus atringit. Poterant enim isti prætexere se hoc officii præstare quantumuis indignis. Atqui, inquit Iacobus, Lex est regia, id est sine vllis diuerticulis, & quasi viæ regiæ instar omnibus patens, omnes proximi nomine comprehendens quos officio tuo iuuare possis. Qui fit ergo vt diuitem ita excipias, pauperem aspernaris? Nam hic certè meliore etiam ratione possit proximus videri, nedum vt illi diuitem anteponas. Hoccine verò est via regia incedere? Assentior igitur doctissimo interpreti, qui Legē regiā perinde ac viā regiā dici existimat, prouerbiali quadā loquēdi formula. Viā autē regiam dicit Moses, Num. 21. c. 22, דרך המלך, quā vulgò etiā vocant *le grand chemin*, quæ obliquis viarū diuerticulis opponitur.

10 Omnibus, πάντων. Quid igitur? an peccata paria sunt, aut æquè reus est qui vnū caput violauit, atque is qui singula? Minimè verò: sed etiamsi vnum apicē Legis transgrediaris, reus es violatæ Legis totius in genere, violata videlicet Legislatoris maiestate, quanuis non pari crimine teneantur omnes qui Legem violant. Vbi igitur partialis illa iustitia quam stabilire volunt sophistæ? Sed quorsum hæc Iacobus? nempe vt istorū detegat hypocrisin, qui ex Legis præceptis seligebant quod libuisset, & præclarè sibi videbantur hoc modo Legē præstare: vt si iudex ex tribus conuictis adulterii duos puniens, vnum absoluens, aut adulterum quidem puniens, sed homicidæ parcens, putarit se officio suo egregiè defunctum.

12 Per Legem libert. διὰ νόμου ἐλευθερίας. De lege libertatis diximus suprà, c. d. 25. Additum autē est hoc epitheton admodum appositè. Quum enim per filium liberati simus, multo meliore iure à nobis requiret Do-

minus iuſtitiæ fructus quàm ab iis qui ſub Legis ac peccati tyrannide manſerunt: quanuis & iſti meritò per Legem damnabuntur, vt dictum eſt Rom. 2. b. 12. Id autem ita futurum apparet etiam ex iudicii formula quæ perſcripta eſt Mat. 25. & ex eo quod ſæpe repetitur, fore vt vnuſquiſque exoperibus ſuis iudicetur: minimè id quidem quaſi bonis ſanctorum operibus ſalus rependatur, quæ vni in Chriſto gratiæ per fidem apprehenſæ acceptæ ferantur: ſed quia ex fide adiudicabitur ſalus, de fide iudicabitur ex ipſius effectis. Itaq; hæc cauſa eſt cur nũc Iacobus in hanc diſputationem ingrediatur, vt veram fidem à falſa diſtinguat.

Ἡ γὰρ κρίσις ἀνίλεως τῷ μὴ ποιήσαντι ἔλεος· κατακαυχᾶται ἔλεος κρίσεως.

13 Nam damnatio abſque miſericordia erit ei qui nõ præſtiterit miſericordiã: & gloriatur miſericordia aduerſus dãnationẽ.

13 *Iudicium enim ſine miſericordia illi qui non fecerit miſericordiã: ſuperexaltat autem miſericordia iudicium.*

Τί τὸ ὄφελος, ἀδελφοί μου, ἐὰν πίστιν λέγῃ τις ἔχειν, ἔργα δὲ μὴ ἔχῃ; μὴ δύναται ἡ πίστις σῶσαι αὐτόν;

14 Quæ vtilitas, fratres mei, ſi fidẽ dicat aliquis habere ſe, opera verò non habeat? num poteſt fides illa eum ſeruare?

14 *Quid proderit, fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autẽ nõ habeat? nũquid poterit fides ſaluare eum?*

13 Miſericordiam, ἔλεος. Id eſt, Qui durus & aſper aduerſus proximum fuerit, aut etiam qui non eum iuuerit, is durum quoque ac præfractum iudicem Deum experietur, vt Mat. 25. d. 41, & deinceps. Item 6. b. 15.

Et gloriatur miſericordia aduerſus damnationem, καὶ κατακαυχᾶται ἔλεος κρίσεως. Poſcit, opinor, oppoſitio ſuperioris membri, vt miſericordiam hic quoque conſideremus. Sicut ergo dixit fore vt abſque miſericordia damnentur qui miſericordes non fuerint, ita nunc dicit miſericordes non modò non reformidaturos damnationem, ſed etiam illi quodammodo inſultaturos. Quinam id verò equia nimirum erga miſericordes erit Deus miſericors, vt Mat. 5. a. 7, & 25. c. 37. Id autem etiam oſtendit ipſa antitheſis: nam ſi abſque miſericordia damnabuntur nõ miſericordes, & ex miſericordia abſoluentur miſericordes. Hinc conſequitur non aduerſus ipſum iudicem habituros miſericordes de quo glorientur, ſed de quo gratias agant, vt Matth. 15. c. 37, Rom. 4. a. 1. verùm aduerſus mortem, peccatum, diabolum. Hæc enim eſt damnatio cui inſultabunt ii quorum fides ex charitatis officiis coram Deo emicabit, vt Rom. 8. f. 31. 33. 34, & 1. Cor. 15. g. 55.

14 Quæ vtilitas, τί τὸ ὄφελος. Quia non alium locum fortius vrgẽt ſophiſtæ, vt gratiam Dei euertant, adeo quidẽ vt à nonnullis ob eam cauſam hæc epiſtola prorſus repudietur, tanquam ſanæ doctrinæ repugnet: conabor & ego paucis hunc locum illuſtrare, vt eum neque pro ſophiſtis facere, neque quicquam à ſana ac vera gratuitæ iuſtificationis doctrina alienum continere, liquidò appareat. Spectandus eſt igitur in primis Apoſtoli ſcopus. Diſſeruerat aduerſus eos qui videri volunt ſanctè viuere, quum tamen ſint ἀσυνκρίτως, & falſam ſanctimoniæ laruam iis detraxit. Nunc aliud hominum genus aggreditur, eorum nimirum qui notitiam doctrinæ Euangelicæ induentes fidei nomine, ita in ea re acquieſcunt acſi propterea eſſent omnium hominũ iuſtiſſimi: quum interim tota ipſorum vita ſceleribus ſcateat, nedum vt charitatem exerceant. Hunc, inquam, eſſe Apoſtoli ſcopum ita manifeſtum eſt vt ne ſophiſtas quidem ipſos hoc inficiaturos exiſtimem. Nunc conſideremus quomodo aduerſus iſtiuſmodi homines fuerit diſputandum. Paulus ad Romanos præſertim & ad Galatas ſcribens, in eo totus eſt vt nos doceat, ſi ſine abſque operibus, ſiue in Chriſto, gratis iuſtificari. Quamobrem: quia nimirum cum iis conrendebat qui merita ſua vel pro gratia ſubſtituebant, vel cum gratia coniungebant. Oportuit ergo in primis diſputare de iuſtificationis ratione, quum ipſi falſas cauſas pro vera ſubſtituerent. Aduerſus iſtos autem ſicut contraria prorſus eſt controuerſia, ita etiam contrario prorſus ordine diſputandã fuiſſe res ipſa oſtendit. Nam illi operum iuſtificationem ſtabiliebant, iſti non operum modò iuſtificationem, ſed ipſa etiam opera tollebant. Sicut ergo aduerſus illos ita defenditur gratuita iuſtificatio ex fide vt opera ipſa bona non tollantur, ſed iuſtificandi vis illis detrahatur: ita hoc in loco quis non videt contraria prorſus ratione opera ita ſtabilienda fuiſſe, non vt iuſtificandi vis illis tribueretur, ſed vt vera iuſtificatio ex illis tanquam effectis colligeretur. Dicam planius. Illic de cauſa quæſtio eſt, hic verò de effectis. Illic à cauſis ad effecta deſcenditur, hic ab effectis aſcenditur ad cauſam. Illic quæritur quomodo iuſtificemur, hic quomodo iuſtificati fuiſſe intelligamur. Illic excluduntur opera, tanquam iuſtificationis cauſa, hic ſtabiliuntur tanquam iuſtificationis effecta. Illic negantur opera præcedere iuſtificandos, hic dicuntur iuſtificatos conſequi. Quorſum enim aduerſum iſtos probares nos non iuſtificari operibus, qui opera ne vt teſtimonia quidem iuſtitiæ requirebant, nedum vt plus illis quàm par eſſet tribuerent? Quæ quũ ita ſeſe habeant, quis nõ videt quàm miſerè hallucinẽtur ſophiſtæ, quũ perinde Iacobũ conãtur cũ Paulo cõciliare acſi vterque de cauſis iuſtificationis quæreret? Hinc peruerſa illa diſtinctio operũ moraliũ & cæremonialiũ: quaſi hæc duntaxat excludãtur apud Paulũ, quã tamẽ explicationẽ Auguſt. lib. De ſpiritu & litera, diſertè refutauit. Hinc ergo ad aliã diſtinctionẽ peruẽtum eſt, operũ præcedentiũ fidẽ & conſequentiũ, quaſi illa tantũ excludat Paulus, & quidẽ nõ ſimpliciter, ſed certo duntaxat reſpectu, quũ & ipſa ſint (vt aiunt) præparatoria merita ex congruo. Hinc deformis illa diſtinctio fidei formatæ & informis. in quo etiam produnt quàm acuti ſint dialectici, qui qualitatem faciãt alterius qualitatis formã. Hinc illa nõ modò falſa ſed etiã ridicula explicatio verbi Iuſtificari, quaſi fide iuſtificari ſine operibus, idẽ declaret atque fide abſque operũ præcedentiũ meritis, aptũ fieri ad merendũ vitã æternã, ex gratiæ & liberi arbitrii cõcurſu. Neque verò id mirũ eſt accidiſſe, quũ diſputationis ſcopũ nõ tenerẽt. Hactenus igitur de ſcopo: nunc de tractatione dicamus, in qua & ipſi non minus infeliciter ſunt verſati. Ac primùm quidem ipſorũ errores indicabimus, deinde germanã explicationẽ aperiemus. Poſſunt autẽ hi errores ad tria præcipua capita reuocari. Nam neque quid ſit fides hoc in loco, neque quid ſit iuſtificari, neque etiã quomodo æſtimãdũ ſit operũ nomẽ intelligũt: quia quid illud ſit de quo quæritur ignorãt. Fidẽ igitur vtrobiq; ſi. tũ apud Paulũ, tũ apud Iacobũ, putãt eandẽ deſignari, nẽpe qua credimus Deũ eſſe, addo etiã, Chriſtũ eſſe Dei Filiũ, & vera eſſe quæ in vtroque fœdere ſunt præſcripta. Atqui ſi hoc illud eſt quod Paulus fidẽ vocat, quid impedit quominus Diabolus poſſit fidelis dici? Neque enim poteſt fidelis nomẽ illi detrahi quin fidẽ habeat, præſertim quũ iſti affirmẽt fidẽ ſine charitate eſſe poſſe. Quid verò quo iure infideles dicentur quicũque hanc fidẽ habuerint, etiãſi omnibus ſceleribus ſint coopertis? Præterea fidẽ eſſe Spiritus ſancti donũ aduentitiũ an audebũt inficiari? Tribuatur ergo Spiritus ſancti gratia ipſis etiã diabolis: atq; ita falſiſſima ſint ac blaſphema, multo aliã eſſe fidẽ fateamur, à qua ſoli filii Dei fideles nominẽtur (quã ſuprà 1. a. 6. requiri dixit idẽ noſter Iacobus in iis qui rite precãtur, & cui vni Paul⁹ iuſtificationẽ ac ſãctificationẽ, vt inſtrumẽtali cauſæ, tribuit) ab ea quæ mox ipſis etiã diabolis cõceditur. Venio ad alterũ errorẽ. Iuſtificari putãt idẽ declarare atq; inhærẽte qualitate aliqua iuſtũ fieri, ideóque iuſtificationẽ volũt ab operibus manare. Atqui nos paulo antè manifeſtis argumentis probauimus non quæri hoc in loco quomodo iuſtificemur: hoc enim non Iacobus tractat, ſed Paulus.

ſed quis verè ſe poſſit iuſtificatum dicere, iſue qui nudam illam fidem iactat, an verò qui ex operibus fidē ſuam poteſt demonſtrare? Deinde vt de imputata iuſtitia dicamus hoc loco, quis vnquam exiſtimaſſet ita poſſe ineptire homines vt dicerent bonos fructus efficere vt bona ſit arbor, ac non potius bonam prius arborem fieri oportere quàm bonos fructus edat? Hoc enim certè non minus abſurdum eſt ac ineptum quàm ſiquis cauſam ab effectis gigni exiſtimaret. Supereſt tertius error in operum vocabulo explicando, qui quidem eſt ex primo procreatus. Nam quia fidem illam de qua Paulus diſſerit, putarunt hoc in loco comparari cum operibus, huc etiam ſunt impulſi vt opera per ſe conſiderari exiſtimarent. Atqui ſi ita eſſet, id eſt ſi fides illa qua iuſtificamur, poſſet à charitate ſeparari, nemo non videt quàm infirmum eſſet argumentum à fide ad charitatē probandam, vel à regnante peccato ad tollendam fidem ſumptum: quum tamen hoc vtroque nihil frequentius paſſim occurrat. Stat enim illud firmum, mendacem eſſe eum qui dicat ſe Deum noſſe, nec ſeruat ipſius præcepta, 1. Iohan. 1. a. 4. Deinde refutato primo errore, concidat etiam iſte neceſſe eſt. Quòd ſi neque quid ſit in hoc argumento fides, neque quid ſit iuſtificari, neque quomodo conſiderentur opera, iſti norunt, quomodo, quæſo, de re tota iudicabūt qui nullam ipſius partē tenent? Age igitur, tandem ad germanam huius loci explicationem veniamus: quam quidem nos perſpicuitatis cauſa παραφραστικῶς explicabimus. Nitebantur iſti falſa illa fidei ſpecie, id eſt notitia Dei: hanc illis oportuit oſtendi veram fidem non eſſe, ſed mortuum ſimulacrum. Sed illam tamen Iacobus per conceſſionem (ne de verbis litigare videatur) fidem vocat. Verſ. 13, Eſto (inquit) fidem illam habeatis quam vos habere dicitis: quid aliud hoc eſt quàm res inutiles? Verſ. 14. 15. 16, Hoc illuſtrat adhibita comparatione, Siquis famelico dixerit, Satur eſto: nec interim quicquam illi ſuppeditarit, quis veram eſſe hanc liberalitatem dixerit? Ver. 17, Ita ſi Dei notitiam vos habere gloriemini, (quam fidem vocatis) nec interim eam ad vſum accommodetis, non erit hæc fides propriè, ſed fidei ſimulacrum: vt ſi corpus inanime hominem dicas. Ver. 18, Quid ergo nempe fides ea demùm eſt quam ex operibus poſſis oſtendere. Ver. 19, Deinde ad argumenta accedit, Si illud quod fidem vocas, fides eſſet, quid impediret diabolum quominus & ipſe fidelis eſſet? Nam credit diabolus quod tu credis, illud habet quod tu fidem vocas: nec tamen confidit, ſed contremiſcit. Ergo fides quam iactas, vera fides non eſt, nec qua ſecurè niti poſſis.

Paraphraſtica expoſitio huius loci per verſus diſtincta.

Verſu 10, Vis autem hoc amplius etiam cognoſcere? Verſu. 21, Confer fidem illam quam iactas, cum Abrahami exemplari. Neque enim dubium eſt quin hic veram fidem habuerit. Quid igitur ille? nónne Iſaacum obtulit? Ver. 22, Ita que non habuit fidem quam opera non conſequerentur: ſed illum verè per fidem iuſtificatum fuiſſe res ipſa oſtendit, quum opus ederet iuſtitiæ. Ex eo igitur quòd factis oſtendit fidem, liquidò apparuit non mortuam, ſed viuam & ſuis numeris abſolutam fidem ipſius fuiſſe. Ver. 23, Túmque plenè pateſactum eſt quàm meritò ſcriptum eſſet de eo quòd Deo credidiſſet, idque ei imputatum eſſet ad iuſtitiam.

Ver. 24, Inde efficitur, verè iuſtificatū eſſe non eum qui fidem illam habeat quam iactatis, ſed eam quæ ex effectis oſtendi poſſit. Ver. 25, Aliud exemplum quæritis? nam iſtud fortaſſe vos deterret. Sumamus meretricem illam Rahab, cui vos pudebit impares fieri. Illa nónne re ipſa oſtendit ſe longè aliam fidem habere quàm mortuam illam, cum diabolis ipſis communem? Nam Dei gloriam & proximi charitatem vitæ ſuæ antepoſuit, ſeruatis & emiſſis Dei ſpeculatoribus. Ver. 26, Concludamus igitur fidem illam veſtram quaſi cadaueris inſtar eſſe: itaque non eſſe quòd vos illius titulo ſuperbiatis, quaſi per eam iuſtificati. Viua enim eſt, non mortua fides illa quæ in iuſtificatorū factis elucet. Hæc eſt, amice lector, huius loci minimè coacta, vt vides, ſed ſincera & cum reliquis Prophetarum & Apoſtolorum ſcriptis conſentiens explicatio. Arbor bona, inquit Dominus, fructus bonos facit. Qui filii Dei ſunt, inquit Paulus, Spiritu Dei aguntur. Iuſtus eſt qui facit iuſtitiam, inquit Iohannes. Item, Ex hoc cognoſcimus quòd eum nouimus ſi iuſſa illius obſeruamus. Item, Qui dicit ſe in luce eſſe, & fratrem odit, in tenebris eſt vſque adhuc. Ex his autem efficitur, fidem, aduerſus quam contendit Iacobus, per conceſſionem duntaxat hoc nomine veſtiri, vtpote quæ diabolis etiam ſit communis. Item iuſtificari hoc in loco non ſignificare iuſtum fieri, ſed iuſtificatum declarari. de qua ſignificatione diximus Rom. 3. a. 4. & 10, & 1. Tim. 3. d. 16. Poſtremò, opera non conſiderari per ſe, ſed cum vera illa fide coniuncta, ex qua tanquam bonæ arboris boni fructus exoriuntur. Quamobrem tantum abeſt vt hæc epiſtola Pauli doctrinæ repugnet, vt contrà nec meliore nec certiore argumento poſſit confirmari.

Ἐὰν ᾖ ἀδελφὸς ἢ ἀδελφὴ γυμνοὶ ὑπάρχωσι, καὶ λειπόμενοι ὦσι τῆς ἐφημέρου τροφῆς·	15 Quòd ſi frater aut ſoror nudi fuerint, & egentes quotidiano victu:	15 *Si autem frater aut ſoror nudi ſint, & indigeant victu quotidiano:*
Εἴπῃ δέ τις αὐτοῖς ἐξ ὑμῶν, Ὑπάγετε ἐν εἰρήνῃ, θερμαίνεσθε καὶ χορτάζεσθε· μὴ δῶτε δὲ αὐτοῖς τὰ ἐπιτήδεια τοῦ σώματος· τί ὄφελος;	16 Dicat autem eis aliquis veſtrum, Abite cum pace, caleſcite & ſaturamini: non tamen dederitis eis quæ ſunt apta corpori, quæ erit vtilitas?	16 *Dicat autem aliquis ex vobis illis, Ite in pace, calefacimini & ſaturamini: non dederitis autem eis quæ neceſſaria ſunt corpori: quid proderit?*
Οὕτω καὶ ἡ πίστις, ἐὰν μὴ ἔργα ἔχῃ, νεκρά ἐστι καθ' ἑαυτήν.	17 Ita quoque fides, ſi opera nō habeat, mortua eſt per ſe.	17 *Sic & fides, ſi non habeat opera, mortua eſt in ſemetipſa.*
Ἀλλ' ἐρεῖ τις, Σὺ πίστιν ἔχεις, κἀγὼ ἔργα ἔχω· δεῖξόν μοι τὴν πίστιν σου ἐκ τῶν ἔργων σου, κἀγώ σοι δείξω ἐκ τῶν ἔργων μου τὴν πίστιν μου.	18 Quinimo dicet aliquis, Tu fidem habes, & ego opera habeo: oſtende mihi fidem tuam ex operibus tuis, & ego oſtendā tibi ex operibus meis fidem meam.	18 *Sed dicet quis, Tu fidem habes, & ego opera habeo: oſtende mihi fidem tuam ſine operibus, & ego oſtendā tibi ex operibus fidem meam.*

18 Quinimo dicet aliquis, ἀλλ' ἐρεῖ τις. Id eſt, Imò etiam ſic cuiuis licebit tuam arrogantiam retundere. Deinde quod ſequitur, Σὺ πίστιν ἔχεις, tu fidem habes, ironicè dictum eſt. neque enim fidei nomē huic notitiæ niſi per conceſſionem tribuitur. Vulgata, Sed dicet quis. Eraſmus, Sed dicet aliquis: quaſi videlicet quædam ſit obiectio: ſed hoc non poteſt quadrare. Oſtende, δεῖξον. Vides conſiderari opera cum fide coniuncta, non autem ſeorſim compararit opera, inquam, cum vera fide coniuncta, illi cadaueri viuæ fidei opponit

Σὺ πιστεύεις ὅτι ὁ Θεὸς εἷς ἐστι; καλῶς ποιεῖς· καὶ τὰ δαιμόνια πιστεύουσι, καὶ φρίσσουσι.

19 Tu credis Deum vnum esse. rectè facis: & dæmonia credũt, & horrescunt.

19 *Tu credis quoniam vnus est Deus. bene facis: & dæmones credunt, & contremiscunt.*

Θέλεις δὲ γνῶναι, ὦ ἄνθρωπε κενέ, ὅτι ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστιν;

20 Vis verò nosse, homo vane, fidẽ illam *quæ est* absque operibus, mortuam esse?

20 *Vis autem scire, ô homo inanis, quoniam fides sine operibus mortua est?*

Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ἡμῶν οὐκ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ἀνενέγκας Ἰσαὰκ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον; Gen.22.b.10

21 Abraham pater ille noster nónne ex operibus iustificatus est, ſquum obtulisset Isaac filiũ suum super altare?

21 *Abraham pater noster, nónne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare?*

Βλέπεις ὅτι ἡ πίστις συνήργει τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῶν ἔργων ἡ πίστις ἐτελειώθη;

21 Vides fidem administrã fuisse operum ipsius, & ex operibus fidem perfectam fuisse?

21 *Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides consummata est?*

Καὶ ἐπληρώθη ἡ γραφὴ ἡ λέγουσα, Ἐπίστευσε δὲ Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην, καὶ φίλος Θεοῦ ἐκλήθη. Gen.15.b.6 rom.4.a.3 gal.3.a.6

23 Itaque impleta est Scriptura quæ dicit, ſCredidit autẽ Abraham Deo, & imputatum est ei ad iustitiam, & amicus Dei vocatus est.

23 *Et suppleta est Scriptura dicens, Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, & amicus Dei appellatus est.*

Ὁρᾶτε ἄρα ὅτι ἐξ ἔργων δικαιοῦται ἄνθρωπος, καὶ οὐκ ἐκ πίστεως μόνον;

24 Videtis igitur ex operibus iustificari hominẽ, & non ex fide tantúm?

24 *Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantúm?*

Ὁμοίως δὲ καὶ Ῥαὰβ ἡ πόρνη οὐκ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ὑποδεξαμένη τοὺς ἀγγέλους, καὶ ἑτέρᾳ ἐκβαλοῦσα; Iosue 2.a.1

25 Similiter autẽ etiã ſRahab illa meretrix annon ex operibus iustificata est, quũ excepisset nuntios, & alia via emisisset?

25 *Similiter autem & Rahab meretrix nónne ex operibus iustificata est, suscipiens nuntios, & alia via eiciens?*

Ὡσπερ γὰρ τὸ σῶμα χωρὶς πνεύματος νεκρόν ἐστιν, οὕτω καὶ ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστι.

26 Nam sicut corpus absque spiritu mortuum est, ita & fides illa *quæ est* absque operib⁹, mortua est.

26 *Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est.*

19 Deum vnum esse, ὅτι ὁ Θεὸς εἷς ἐστι. Quid amplius credit qui verè est fidelis? Vide Rom.1.b.17.

20 Fidẽ illam, ἡ πίστις. Articulus vim habet αὐτοφορικὴν, quæ omnino est exprimenda. Declarat enim nõ agi de ea fide quæ possit ex operibus ostendi, sed de illa quam superiore versiculo definiit. Itaque planior erit locus si repetas articulum ἡ, vt alibi sæpe suppletur. quãquam eadem manet sententia etiamsi non suppleueris.

21 Iustificatus est, ἐδικαιώθη. Id est, compertus est fuisse iustificatus, vt Rom.3.a.4, & c.10, & 1.Tim.3.d. 16, copiosius exposuimus. Semper enim tenendus est ille scopus, non hic quæri de iustificationis causis, sed ex quibus effectis rectè possit colligi. id est, quinam intelligi possint verè fuisse iustificati, non autem qua ratione sint iustificati. Idque ita esse apparet etiam tum ex historiæ serie, tum ex ipsis Angeli verbis. Fidem enim Abrahamo imputatam fuisse ad iustitiam, triginta minimùm annis antequam offerretur Isaac, diserte commemoratur Genes.15.a.6. Quum autem Isaacum obtulisset, quid inquit Dominus? num eum ita esse iustificatum? Minimè, quũ triginta antè annis esset iustificatus, idque ex imputatione, nõ ex operibus, ex quibus nõ iustificabitur vllus viuens: sed inquit Angelus Domini, Iam cognoui te timere Deũ, quia non pepercisti filio tuo vnigenito propter me. Sic ergo liquet hoc opus nõ fuisse iustificationis Abrahami causã, sed testimoniũ ac declarationẽ.

22 Administrã fuisse operum ipsius, ἡ συνήργει τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. Id est, efficax & fœcunda fuerit bonorũ operum. Vnde enim illa tanta obedientia nisi ex fide? Heb.11.d.17. Vulgata, Cooperabatur operibus illius. Erasmus, A diumento fuerit factis illius: nimium obscurè. Et ex operibus fidem perfectã fuisse, καὶ ἐκ τῶν ἔργων ἡ πίστις ἐτελειώθη. Hic verò triumphant sophistæ. Videtis enim (inquiunt) fidem ab operibus perficiri. Itaque iustificatio, aliqua etiam ex parte ab operibus fidem consequentibus dependet. Atqui, boni viri, si hoc verum est, quomodo tam multis antè annis pronuntiatus fuerit iustus Abraham non ex mercede, sed ex imputatione? Nẽpe dicetis, sicut fides erat imperfecta, ita fuit illa iustificatio imperfecta. Sed quid Paulo facietis, qui iustificationem illam Abrahami pro perfecto iustificationis exemplari proponit? Quid quòd etiam diserte adscribit, Si Abraham ex operibus iustificatus est, eum habere de quo glorietur apud homines, at non apud Deum? Rom. 4.a.2. Quid quòd non in eo se iustificatum dicit quòd nullius sibi sit conscius? 1.Corinth.4.a.4, vt alios penè innumerabiles locos omittam. Quid ergo nempe si perfectam fidem intelligas, cui nihil desit, eam sanè nusquã inuenias. Quandiu enim vixit Abraham, circumtulit carnem. ac proinde indiguit illa oratione, Domine adauge mihi fidem. Hoc igitur ad declarationẽ quoque pertinet. Fides enim eo perfectior dicitur quo plenius perspecta est ac cognita, & quo efficacius vires suas exerit, quæ prius non ita apparebãt: vt si dicatur alicuius arboris bonitas tum fuisse perfecta quum optimum aliquem fructum edidit. Nam quia de causa iudicamus ex effectis, videtur quodammodo causæ vis vel minui vel augeri ex effectorum proportione. Sed hoc quidem ex effectis intelligitur & æstimatur, non autem emanat.

23 Itaque impleta est, καὶ ἐπληρώθη. Imò verò impleta est eo ipso momento quo credidit in præputio, vt diserte colligit Paulus Rom.4.b.10. Quid igitur an secũ dissidet Spiritus sanctus? Absit: imò (vt antè pluribus ostendi) de re ipsa & illius causis agit Paulus: de rei declaratione & approbatione Iacobus. Tum ergo dicitur impleta Scriptura quum planè perspectum est quàm verè illud fuerit de Abrahamo scriptum.

24 Iustificetur, δικαιοῦται. Id est iustus esse comprobetur. Vide suprà, versu 21. Ex fide, ἐκ πίστεως.

Ex illa videlicet mortua & euanida, quam vos iactatis.

25 Illa meretrix, ἡ πόρνη. Vide Heb.11.f.31. Iustificata est, ἐδικαιώθη. Vide suprà, versu 21.

26 Fides illa, ἡ πίστις. Vide suprà, versu 20.

Κεφάλαιον γ΄

Μὴ πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε, ἀδελφοί μου, εἰδότες ὅτι μεῖζον κρῖμα λήψομεθα.

Πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες. εἴτις ἐν λόγῳ οὐ πταίει, οὗτος τέλειος ἀνήρ, δυνατὸς χαλιναγωγῆσαι καὶ ὅλον τὸ σῶμα.

Ἰδοὺ τῶν ἵππων τοὺς χαλινοὺς εἰς τὰ στόματα βάλλομεν πρὸς τὸ πείθεσθαι αὐτοὺς ἡμῖν, καὶ ὅλον τὸ σῶμα αὐτῶν μετάγομεν.

Ἰδοὺ, καὶ τὰ πλοῖα τηλικαῦτα ὄντα, καὶ ὑπὸ σκληρῶν ἀνέμων ἐλαυνόμενα, μετάγεται ὑπὸ ἐλαχίστου πηδαλίου ὅπου ἂν ἡ ὁρμὴ τοῦ εὐθύνοντος βούληται.

Οὕτω καὶ ἡ γλῶσσα μικρὸν μέλος ἐστὶ, καὶ μεγαλαυχεῖ. ἰδοὺ, ὀλίγον πῦρ ἡλίκην ὕλην ἀνάπτει.

Καὶ ἡ γλῶσσα πῦρ, ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας· οὕτως ἡ γλῶσσα καθίσταται ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν, ἡ σπιλοῦσα ὅλον τὸ σῶμα, καὶ φλογίζουσα τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως, καὶ φλογιζομένη ὑπὸ τῆς γεέννης.

Πᾶσα γὰρ φύσις θηρίων τε καὶ πετεινῶν, ἑρπετῶν τε καὶ ἐναλίων, δαμάζεται καὶ δεδάμασται τῇ φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ.

Τὴν δὲ γλῶσσαν οὐδεὶς δύναται ἀνθρώπων δαμάσαι, ἀκατάσχετον κακόν· μεστὴ ἰοῦ θανατηφόρου.

Ἐν αὐτῇ εὐλογοῦμεν τὸν Θεὸν καὶ πατέρα, καὶ ἐν αὐτῇ καταρώμεθα τοὺς ἀνθρώπους τοὺς καθ' ὁμοίωσιν Θεοῦ γεγονότας.

CAP. III.

1 NEſitis multi magiſtri, fratres mei, ſciētes fore vt grauius iudicium auferamus.

2 In multis enim labimur omnes. ¶Siquis in ſermone nō labitur, hic perfectus eſt vir, vt qui poſſit fræno moderari totū etiam corpus.

3 Ecce, equis fræna in ora immittimus, vt obediant nobis, & totum corpus eorum circumagimus:

4 Ecce, naues quoque, quū tantæ ſint, & à ventis fœuis agantur, circumaguntur à minimo gubernaculo quocunque libido gubernatoris voluerit:

5 Ita & lingua puſillum membrum eſt, & magna iactat. Ecce, exiguus ignis quantam materiam incendit!

6 Lingua etiā flamma eſt, & mundus iniquitatis: ita, inquam, lingua conſtituta eſt inter mēbra noſtra, maculans totū corpus, inflammans orbem conditum, & inflammata à gehenna.

7 Omnis enim natura & ferarum & volucrū, ſerpentiúmque & marinorum, domatur & domita eſt à natura humana:

8 Linguam autem nullus hominum domare poteſt. malum eſt quod coercere nō poſſis: plena eſt veneno mortifero.

9 Per ipſam benedicimus Deo & Patri, & per ipſam maledicimus hominibus qui ad ſimilitudinem Dei conditi ſunt.

CAP. III.

1 NOlite plures magiſtri fieri, fratres mei, ſcientes quoniā maius iudicium ſumitis.

2 In multis enim offendimus omnes. Si quis in uerbo non offendit, hic perfectus eſt uir, potens etiam fræno circunducere totum corpus. Eccli. 14. a. 1 & 19. c. 17. & 25. b. 11

3 Si autem equis fræna in ora mittimus ad conſentiendum nobis, & omne corpus illorum circunferimus:

4 Et ecce, naues quum magnæ ſint, & à uentis ualidis mouentur, circunferuntur à modico gubernaculo ubi impetus dirigentis uoluerit:

5 Ita & lingua modicum quidem membrum eſt, & magna exaltat. Ecce quāti ignis quam magnam ſyluam incendit!

6 Et lingua ignis eſt, uniuerſitas iniquitatis: lingua conſtituitur inmēbris noſtris, quæ maculat totū corpus, & inflammat rotam nativitatis noſtræ, inflammata à gehenna.

7 Omnis enim natura beſtiarum & uolucrum, & ſerpentium, & cæterorū domantur, & domita ſunt à natura humana:

8 Linguam autem nullus hominum domare poteſt: inquietum malum, plena ueneno mortifero.

9 In ipſa benedicimus Deū & Patrē & in ipſa maledicimus homines qui ad ſimilitudinē Dei facti ſūt.

IN CAPVT III.

1 Multi magiſtri, πολλοὶ διδάσκαλοι. Id eſt, multi cenſores. Reprehendit enim vitium illud inter homines nimium peruulgatum, quo fit vt quiſque ſeuerè alios condemnet, ſibi verò indulgeat. Grauius iudicium auferamus, μεῖζον κρῖμα λήψομεθα. Sub. niſi ab iſta cenſoria & arrogantiæ plena reprehenſione aliorū deſiterimus. tanto enim grauius puniemur quanto ſeueriores & arrogantiores cenſores fuerimus. Matth. 7. a. 2. Quod autem ſeſe inter illos recenſet qui hoc vitio laborant, facit docentium more, ne videatur illis legem indicere cui non ſit ipſe obſtrictus. Nam etiam quis eſt ab hoc vitio prorſus immunis? Vulg. Maius iudicium ſumitis. Legit enim λαμβάνετε, contra noſtrorum omnium codicum fidem. Eraſmus, Maius iudicium ſumpturi ſimus. Vide Matth. 23. b. 14.

3 Ecce, ἰδοὺ. Vulgata, Si autem, εἰ δὲ, mendoſè pro ἴδε, quem errorem aliquoties iam annotauimus.

4 Libido gubernatoris, ἡ ὁρμὴ τοῦ εὐθύνοντος. Vulgata & Eraſmus, Impetus dirigentis: quod non ita proprium videtur.

6 Mundus iniquitatis, ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας. Id eſt congeries & cumulus quidam omnium ſcelerum. Græcus ſcholiaſtes alias etiam interpretationes adfert, ſed prorſus violentas. Orbem conditum, τὸν τροχὸν τῆς φύσεως Vulg & Eraſ. Rotam nativitatis: Accipiunt autem Rotam pro reuolutione, & φύσιν pro vita: quam interpretationem ſi liberet ſequi, mallem τρόχον (id eſt curriculum) legere, & interpretari pro eo quod vulgò dicimus *lecturi de nuouo*. Sed mihi videtur minus dura explicatio ſi τὸν τροχὸν accipiamus αὐτὸ τὸ κύκλῳ, & τῆς φύσεως pro τῆς κτίσεως, vt ſignificetur linguam poſſe vel totum orbem conditum accēdere, & quidem quaſi Tartareo igne inflammatam: ſicut fingunt furias poetæ accenſis ex Phlegethonte facibus orbem terrarum inflammare. Sed mihi præterea videtur ad rapiditatem circumactæ rotæ alludere, quæ ſuo ipſius impetu ignem concipiat.

Ἐκ τῆς αὐτῆς στόματος ἐξέρχεται εὐλογία καὶ κατάρα. Οὐ χρή, ἀδελφοί μου, ταῦτα οὕτω γίνεσθαι.

Μήτι ἡ πηγὴ ἐκ τῆς αὐτῆς ὀπῆς βρύει τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρόν;

Μὴ δύναται, ἀδελφοί μου, συκῆ ἐλαίας ποιῆσαι, ἢ ἄμπελος σῦκα; οὕτως οὐδεμία πηγὴ ἁλυκὸν καὶ γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ.

Τίς σοφὸς καὶ ἐπιστήμων ἐν ὑμῖν; δειξάτω ἐκ τῆς καλῆς ἀναστροφῆς τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν πραΰτητι σοφίας.

Εἰ δὲ ζῆλον πικρὸν ἔχετε καὶ ἐριθείας ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν, μὴ κατακαυχᾶσθε καὶ ψεύδεσθε κατὰ τῆς ἀληθείας.

Οὐκ ἔστι αὕτη ἡ σοφία ἄνωθεν κατερχομένη· ἀλλ' ἐπίγειος, ψυχική, δαιμονιώδης.

Ὅπου γὰρ ζῆλος καὶ ἐριθεία, ἐκεῖ ἀκαταστασία καὶ πᾶν φαῦλον πρᾶγμα.

Ἡ δὲ ἄνωθεν σοφία πρῶτον μὲν ἁγνή ἐστι, ἔπειτα εἰρηνική, ἐπιεικής, εὐπειθής, μεστὴ ἐλέους καὶ καρπῶν ἀγαθῶν, ἀδιάκριτος καὶ ἀνυπόκριτος.

Καρπὸς δὲ τῆς δικαιοσύνης ἐν εἰρήνῃ σπείρεται τοῖς ποιοῦσιν εἰρήνην.

Κεφάλαιον δ'

Πόθεν πόλεμοι καὶ μάχαι ἐν ὑμῖν; οὐκ ἐντεῦθεν, ἐκ τῶν ἡδονῶν ὑμῶν τῶν στρατευομένων ἐν τοῖς μέλεσιν ὑμῶν;

10 Ex eodem ore procedit benedictio & maledictio. Nõ oportet, fratres mei, hæcita fieri.

11 Nunquid fons ex eodem foramine manat dulcem & amaram *aquam?*

12 Nunquid potest, fratres mei, ficus oleas edere, aut vitis ficus? ita nullus fons salsam ac dulcẽ aquam potest edere.

13 Quis sapiens & scientia præditus *est* inter vos? demonstret ex bona conuersatione opera sua, cũ mãsuetudine sapientiæ.

14 Quòd si inuidiã amarã habetis, & irritationem in corde vestro, ne gloriamini, & ne mẽdaces estote aduersus veritatem.

15 Non est *enim* ista sapiẽtia supernè descẽdens, sed terrena, animalis, dæmoniaca.

16 Vbi enim inuidia est & irritatio, ibi tumultuatio & omne opus prauum.

17 Quæ autem supernè *est* sapiẽpia, primũ quidem pura est, deinde pacifica, moderata, tractabilis, plena misericordiæ & fructuũ bonorum, absque diiudicatione, sine simulatione.

18 Fructus autem iustitiæ cum pace seritur pacificis.

10 Ex ipso ore prodit benedictio & maledictio. Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri.

11 Nunquid fons de eodẽ foramine emanat dulcem & amaram aquam?

12 Nunquid potest, fratres mei, ficus uuas facere, aut uitis ficus? sic nec salsam, dulcem potest facere aquam.

13 Quis sapiens & disciplinatus inter vos? ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ.

14 Quòd si zelum amarũ habetis, & contentiones in cordibus vestris, nolite gloriari & mendaces esse aduersus veritatem.

15 Non est enim ista sapiẽtia desursum descẽdẽs, sed terrena, animalis, diabolica.

16 Vbi enim zelus & contentio, ibi inconstantia, & omne opus prauum.

17 Quæ autem desursũ est sapiẽtia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, plena misericordia & fructibus bonis, non iudicans, sine simulatione.

18 Fructus autem iustitiæ in pace seminatur, facientibus pacem.

CAP. IIII.

Vnde bella & lites inter vos? nónne hinc, *nimirum* ex voluptatibus vestris, quæ militant in membris vestris?

CAP. IIII.

1 Vnde bella et lites in nobis? nónne hinc, ex concupiscentiis vestris quæ militant in membris vestris?

13 Et scientia præditus, καὶ ἐπιστήμων. Vulgata, Et disciplinatus: barbarè. Quidam codices pro τίς σοφὸς, legunt εἴπῃς σοφός, si quis sapiens. Cum mansuetudine sapientiæ, ἐν πραΰτητι σοφίας. Hoc opponit arrogantibus illis & temerariis iudicijs.

15 Animalis, ψυχική. Vide 1. Cor. d. 14.

16 Inuidia, ζῆλος, id est φθόνος. Vulgata, Zelus: nimium obscurè. Erasmus, Æmulatio, non satis expressè. Tumultuatio, ἀκαταστασία. Id est τὸ ἀσχημον. Vulgata, Inconstantia: non satis appositè.

17 Misericordiæ & fructuum bonorum, ἐλέους καὶ καρπῶν ἀγαθῶν. Misericordiã opponit inhumano & fero ingenio. Fructus autem bonos tribuit cælesti sapientiæ: quòd qui ea sit imbutus, omnia referat ad Dei gloriam & proximi commodum, qui verè sunt boni fructus. Absque diiudicatione, ἀδιάκριτος. Reprehendit φαρισαϊσμὸν, de qua diximus suprà, 2. 2. 4. Alioqui discernẽdi sunt Spiritus 1. Cor. 12. b. 10, & sensus habere nos oportet ad boni & mali discrimen exercitatos, Heb. 5. d. 14. Sed & Ministros in primis oportet sermonem Dei ἐξετάζειν: quod sine discretionis Spiritu fieri non potest. Vulgata, Non iudicans. In vno codice legimus ἀδιάκριτος, probè discernens, vel diiudicans.

18 Fructus autem iustitiæ, καρπὸς δὲ τῆς δικαιοσύνης. Hoc ego existimo accipiendum vt promissionem, qua omnes ad cælestem illam sapientiam pacis ac ædificationis genitricem ac gubernatricem exhortetur. Illos enim, dum pacem colunt, serere sibiipsis fructum iustitiæ, id est sincera ac honesta vita dignum: quem cum pace (id est felices ac beati) metant, Matth. 5. a. 9

IN CAPVT IIII.

1 Militant, στρατευομένων. Rectè. perpetua enim est pugna legis membrorum aduersus legem mẽtis, Rom. 7. d. 23: tum etiam cupiditates animi acerrimas inter se pugnas cient. Quàm latè verò pateat membrorum appellatio, diximus Rom. 6. c. 13.

Επιθυμεῖτε, καὶ οὐκ ἔχετε· φονεύετε καὶ ζηλοῦτε, καὶ οὐ δύνασθε ἐπιτυχεῖν· μάχεσθε καὶ πολεμεῖτε, οὐκ ἔχετε διὰ τὸ μὴ αἰτεῖσθαι ὑμᾶς.

Αἰτεῖτε, καὶ οὐ λαμβάνετε, διότι κακῶς αἰτεῖσθε, ἵνα ἐν ταῖς ἡδοναῖς ὑμῶν δαπανήσητε.

Μοιχοὶ καὶ μοιχαλίδες, οὐκ οἴδατε ὅτι ἡ φιλία τοῦ κόσμου ἔχθρα τοῦ Θεοῦ ἐστι; ὃς ἂν οὖν βουληθῇ φίλος εἶναι τοῦ κόσμου, ἐχθρὸς τοῦ Θεοῦ καθίσταται.

Ἢ δοκεῖτε ὅτι κενῶς ἡ γραφὴ λέγει, Πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ τὸ πνεῦμα ὃ κατῴκησεν ἐν ἡμῖν;

Μείζονα δὲ δίδωσι χάριν, διὸ λέγει, Ὁ Θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν.

Ὑποτάγητε οὖν τῷ Θεῷ, ἀντίστητε τῷ διαβόλῳ, καὶ φεύξεται ἀφ' ὑμῶν.

Ἐγγίσατε τῷ Θεῷ, καὶ ἐγγιεῖ ὑμῖν· καθαρίσατε χεῖρας ἁμαρτωλοί, καὶ ἁγνίσατε καρδίας δίψυχοι.

Ταλαιπωρήσατε καὶ πενθήσατε καὶ κλαύσατε· ὁ γέλως ὑμῶν εἰς πένθος μετατραφήτω, καὶ ἡ χαρὰ εἰς κατήφειαν.

1 Concupiſcitis,& non habetis: [v] inuidetis [v]& ſtudioſè affectatis,nec poteſtis aſſequi: pugnatis & bellatis, non tamen obtinetis, propterea quòd non petitis.

3 Petitis, & non accipitis,eo quòd malè petatis, vt in voluptates veſtras inſumatis.

4 Adulteri & adulteræ, neſcitis amicitiam mundi, inimicitiam eſſe cum Deo? Quicunque ergo voluerit amicus eſſe mundi, inimicus Dei conſtituitur.

5 An putatis Scripturã inaniter dicere, [v]Ad inuidiam fertur ſpiritus qui habitat in nobis?

6 [v]Sed maiorem offert gratiam, quia dicit, ‖ Deus ſuperbis reſiſtit, [v] modeſtis autem dat gratiam.

7 ‖Subiicite igitur vos Deo, reſiſtite diabolo,& fugiet à vobis.

8 Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis: emundate manus, *vos* peccatores: & purificate corda *vos* duplices animo.

9 Affligimini, & lugete, & flete. riſus veſter in luctum conuertatur, & gaudium [v] in mœrorem.

1 *Concupiſcitis, & non habetis: occiditis & zelatis, & non poteſtis adipiſci: litigatis & belligeratis, & non habetis, propter quod non poſtulatis.*

3 *Petitis, & non accipitis, eo quòd malè petatis, vt in concupiſcentiis veſtris inſumatis.*

4 *Adulteri & adulteræ, neſcitis quia amicitia huius mundi inimica eſt Dei? Quicunque ergo voluerit amicus eſſe ſeculi huius, inimicus Dei conſtituitur.*

5 *An putatis quia inaniter Scriptura dicit? Ad inuidiam concupiſcit ſpiritus qui habitat in nobis?*

6 *Maiorem autem dat gratiam: propter quod dicit, Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autẽ dat gratiam.* Prou.3.d.34 1.pet.5.b.5

7 *Subditi ergo eſtote Deo, reſiſtite autem diabolo, & fugiet à vobis.* Epheſ.4.f.27

8 *Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Emundate manus, peccatores: & purificate corda duplices animo.*

9 *Miſeri eſtote, & lugete, & plorate: riſus veſter in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem.*

1 Inuidetis, φθονεῖτε. Scio in Græcis eo dicibus legi φονεύετε, ſed ſanè non video qui hoc conueniat, ne ſi ad animum quidem referas: quia nimium decreſceret oratio. Græcus ſcholiaſtes legit φονᾶτε, quod ego exiſtimo depraua tè ſcriptũ fuiſſe à librariis pro φθονεῖτε. cuius loco poſtea ſcriptũ eſt φονεύετε, quòd illud non ſit vſitatum. Et ſtudioſè affectatis, καὶ ζηλοῦτε. ζηλοῦτε declarat hoc in loco aliquid amplius quàm inuidere, nempe ambitioſam affectationem rei expetitæ. Vulg. Zelatis. Eraſ. Æmulamini.

4 Adulteri & adulteræ, μοιχοὶ καὶ μοιχαλίδες. Græca ſcholia hoc attexunt præcedenti verſiculo, idque rectè, vt opinor. Vtcunque ſit autem, adulteros intelligit, Scripturæ more, quicunque Dei amori mundum & ſuas voluptates anteponunt.

5 Ad inuidiam fertur, πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ. Hunc locum ſimpliciter conuerti vt in Græcis habetur. Nam ἐπιποθεῖ non aliud declarat quàm ἐμπαθῶς hoc in loco: & vno contextu iſta leguntur, ita vt hæc non ſint Apoſtoli verba, ſed teſtimonium ex Scripturis ſumptum. Reſpicit autem (vt mihi videtur) quod ſcriptum eſt Gen.8.d.21, nempe יצר לב האדם רע id eſt imaginatio cordis humani mala. Verſatur enim in eo vt cauſam oſtẽdat cur inter Deum & mundum (id eſt homines non regeneratos) nunquam conueniat: quia nimirum toto animi impetu feruntur homines ad malum. Sed peculiariter meminit inuidiæ Apoſtolus, ad ſcopum ſuum reſpiciens: quoniam eius meminit verſu 14 & 16. Deinde pro corde hominis, dixit ſpiritum qui habitat in nobis: nimirum vt minus ſit acerba reprehenſio, quum ſeſe in eodem albo recenſeat. Græcus ſcholiaſtes nouam diſtinctionem oſtendit, ſed mendoſam, vt mihi quidem videtur. Illud autem κατῴκησεν, idem declarat atque domicilium poſuit.

6 Sed maiorem offert gratiam, quia dicit, μείζονα δὲ δίδωσι χάριν, διὸ λέγει. Hanc, inquit, humani ingenii conditionem non fruſtra dicit Scriptura: ſed viciſſim maioris cuiuſdam boni nobis ſpem facit, quum inquit videlicet Deum ſuperbis quidem reſiſtere, modeſtis autem gratia ſua opitulari. Frobenius hæc omnia non excudit, διὸ λέγει, Ὁ Θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν, quia dicit, Deus ſuperbis reſiſtit, modeſtis autem dat gratiam. Sed omnino addenda ſunt, & in omnibus Græcis exemplaribus noſtris inuenimus. Modeſtis, ταπεινοῖς. Heb, עניים, id eſt calamitoſis, pro quo videntur legiſſe Græci πτωχοῖς quanquam hæc inter ſe non multum differunt, quum ſuperbia fere ſit diuitiarum comes, calamitas verò ſpiritus illos altos frangat. Vulg. & Eraſ. Humilibus. Ego modeſtos dicere malui, propter antitheſin.

9 In mœrorem, εἰς κατήφειαν. Hoc vocabulo declarant Græci triſtitiam cum pudore quodam coniunctam, quæ in vultu demiſſo & humi quaſi affixo appareat.

Pro.3.b.6 Ταπεινώθητε ἐνώπιον τοῦ Κυρίου, καὶ ὑψώσει ὑμᾶς.

10 Summittite vos in conſpectu Domini, & extollet vos.

10 Humiliamini in conſpectu Domini, & exaltabit vos.

Μὴ καταλαλεῖτε ἀλλήλων, ἀδελφοί. ὁ καταλαλῶν ἀδελφοῦ, καὶ κρίνων τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καταλαλεῖ νόμου, καὶ κρίνει νόμον. εἰ δὲ νόμον κρίνεις, οὐκ εἶ ποιητὴς νόμου, ἀλλὰ κριτής.

11 Ne alii aduerſus alios loquimini, fratres. qui loquitur contra fratrem, quique damnat fratrem ſuum, loquitur contra Legem, & damnat Legem. quòd ſi damnas Legem, non es obſeruator Legis, ſed iudex.

11 Nolite detrahere alter alteri fratres. qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem ſuum, detrahit Legi, & iudicat Legem. ſi autem iudicas Legem, non es factor Legis, ſed iudex.

Εἷς ἐστιν ὁ νομοθέτης ὁ δυνάμενος σῶσαι καὶ ἀπολέσαι· σὺ τίς εἶ ὃς κρίνεις τὸν ἕτερον;

Rom.14.d.4

11 Vnus eſt Legiſlator qui poteſt ſeruare & perdere: ‖ tu quis es qui iudicas alium?

11 Vnus eſt Legiſlator & iudex qui poteſt perdere & liberare: tu autem quis es qui iudicas proximum?

Ἄγε νῦν οἱ λέγοντες, Σήμερον ἢ αὔριον πορευσόμεθα εἰς τήνδε τὴν πόλιν, καὶ ποιήσομεν ἐκεῖ ἐνιαυτὸν ἕνα, καὶ ἐμπορευσόμεθα, καὶ κερδήσομεν.

13 Age nunc qui dicitis, Hodie vel cras ibimus in illam vrbem, & agemus ibi annũ vnũ, & mercabimur, & lucrabimur.

13 Ecce nunc qui dicitis, Hodie aut craſtino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus.

Οἵτινες οὐκ ἐπίστασθε τὸ τῆς αὔριον. ποία γὰρ ἡ ζωὴ ὑμῶν, ἀτμὶς γάρ ἐστιν ἡ πρὸς ὀλίγον φαινομένη, ἔπειτα δὲ ἀφανιζομένη.

14 Qui ignoratis quid *futurum ſit* poſtero die. quæ eſt enim vita veſtra? vapor enim eſt qui ad exiguum *tempus* apparet, & deinde euaneſcit.

14 Qui ignoratis quid erit in craſtino. quæ eſt enim vita veſtra? vapor eſt enim ad modicũ parem, & deinceps extermenabitur.

Ἀντὶ τοῦ λέγειν ὑμᾶς, Ἐὰν ὁ Κύριος θελήσῃ, καὶ ζήσωμεν, καὶ ποιήσομεν τοῦτο ἢ ἐκεῖνο.

1.Cor.4.c.19

15 Pro eo quod dicere debuiſtis, ‖ Si Dominus voluerit, & viuamus, faciemus hoc aut illud.

15 Pro eo ut dicatis, Si Dominus voluerit, & ſi vixerimus, faciemus hoc aut illud.

Νῦν δὲ καυχᾶσθε ἐν ταῖς ἀλαζονείαις ὑμῶν. πᾶσα καύχησις τοιαύτη, πονηρά ἐστιν.

16 Nunc autem gloriamini de arrogantia veſtra. omnis eiuſmodi gloriatio, mala eſt.

16 Nunc autem exultatis in ſuperbiis veſtris. omnis exultatio talis, maligna eſt.

Εἰδότι οὖν καλὸν ποιεῖν, καὶ μὴ ποιοῦντι, ἁμαρτία αὐτῷ ἐστιν.

17 Igitur qui nouerit rectè facere, nec facit, hic peccato tenetur.

17 Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum eſt illi.

Κεφάλαιον ε'

CAP. V.

CAP. V.

Ἄγε νῦν οἱ πλούσιοι, κλαύσατε ὀλολύζοντες ἐπὶ ταῖς ταλαιπωρίαις ὑμῶν ταῖς ἐπερχομέναις.

1 AGite nunc diuites, flete, vlulãtes ſuper miſeriis veſtris ſuperuenturis.

1 Agite nunc diuites, plorate, vlulantes in miſeriis veſtris quæ aduenient vobis.

Ὁ πλοῦτος ὑμῶν σέσηπε, καὶ τὰ ἱμάτια ὑμῶν σητόβρωτα γέγονε.

2 Diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt, veſtimenta veſtra obnoxia tineis facta ſunt:

2 Diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt: & veſtimenta veſtra à tineis comeſta ſunt:

Ὁ χρυσὸς ὑμῶν καὶ ὁ ἄργυρος κατίωται, καὶ ὁ ἰὸς αὐτῶν εἰς μαρτύριον ὑμῖν ἔσται, καὶ φάγεται τὰς σάρκας ὑμῶν ὡς πῦρ.

3 Aurum & argentum veſtrum ærugine vitiatũ eſt, & ærugo eorũ teſtabitur aduerſũ vos, & exedet carnes veſtras velut ignis:

3 Aurum & argentum veſtrum æruginauit: & ærugo eorum in teſtimonium vobis erit, & manducabit carnes veſtras ſicut ignis:

11 Legiſlator, ὁ νομοθέτης. In quatuor veteribus libris additum inuenimus καὶ κριτὴς, & iudex, vt etiam legit Vetus interpres.

13 Vel cras, ἢ αὔριον. Ita legit Vetus interpres, idque rectius, vt opinor, quàm ſi legas καὶ αὔριον, & cras. Itaque ſic reſtituimus, conſentientibus cũ Vetere interprete duobus veteribus Græcis exemplaribus. Ibimus, πορευσόμεθα. Hic quoque Veterem interpretem & vnius vetuſti exemplaris fidem ſequuti, iſta omnia potius indicatiuo modo quàm ſubiunctiuo legimus: quanquam etiam liceat interpretari, Eamus, agamus, mercemur, & lucremur, nulla ſenſus iniuria. §

15 Faciemus, καὶ ποιήσομεν. Puto additam eſſe copulam ab iis qui ποιήσομεν ſcripſerunt. Sed hic quoque Vetus interpres germanam lectionem eſt ſequutus, quicũ conſentiebat vnũ ex vetuſtis noſtris exemplaribus.

IN CAPVT V. 10

3 Velut ignis, ὡς πῦρ. Hæc in quibuſdam codicibus connectuntur cum ſequenti verbo Θησαύρισατε: hoc modo, Recondidiſtis vobis velut ignem in vltimos dies.

ἐθησαυρίσατε ἐν ἐσχάταις ἡμέραις.

thesaurum congessistis in vltimos dies.

thesaurizastis in nouissimis diebus.

Ἰδοὺ, ὁ μισθὸς τῶν ἐργατῶν τῶν ἀμησάντων τὰς χώρας ὑμῶν, ὁ ἀπεστερημένος ἀφ' ὑμῶν, κράζει· καὶ αἱ βοαὶ τῶν θερισάντων εἰς τὰ ὦτα Κυρίου σαβαὼθ εἰσεληλύθασιν.

4 Ecce, merces operariorum qui messuerunt regiones vestras, ᵛ à vobis intercepta, clamat: & clamores eorum qui messuerunt, ᵛⁱ in aures Domini Sabaoth introierunt.

4 Ecce, merces operariorum qui messuerunt regiones nostras, quæ fraudata est à nobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini sabaoth introiuit.

Ἐτρυφήσατε ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐσπαταλήσατε· ἐθρέψατε τὰς καρδίας ὑμῶν ὡς ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς.

5 In deliciis vixistis super terram, & lasciuistis: ᵛ enutristis corda vestra ᵛ vt in die mactationis.

5 Epulati estis super terram, & in luxuriis enutristis corda nostra in die occisionis.

Κατεδικάσατε, ἐφονεύσατε τὸν δίκαιον· οὐκ ἀντιτάσσεται ὑμῖν.

6 ᵛ Condemnastis, occidistis iustum: ᵛ non resistit vobis.

6 Addixistis & occidistis iustum: & non resistit nobis.

Μακροθυμήσατε οὖν, ἀδελφοὶ, ἕως τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου. ἰδοὺ, ὁ γεωργὸς ἐκδέχεται τὸν τίμιον καρπὸν τῆς γῆς, μακροθυμῶν ἐπ' αὐτῷ, ἕως ἂν λάβῃ ὑετὸν πρώϊμον καὶ ὄψιμον.

7 Patientes igitur estote, fratres, vsque ad Domini aduentum. Ecce, agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter eum expectans, dum accipiat pluuiam ᵛ matutinam & serotinam.

7 Patientes igitur estote, fratres, vsque ad aduentum Domini. Ecce, agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum & serotinum.

Μακροθυμήσατε καὶ ὑμεῖς, στηρίξατε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὅτι ἡ παρουσία τοῦ Κυρίου ἤγγικε.

8 Patientes estote & vos, & stabilite corda vestra, quoniam aduentus Domini appropinquat.

8 Patientes estote & vos, & confirmate corda nostra, quoniam aduentus Domini appropinquauit.

Μὴ στενάζετε κατ' ἀλλήλων, ἀδελφοὶ, ἵνα μὴ κατακριθῆτε. ἰδοὺ, ὁ κριτὴς πρὸ τῶν θυρῶν ἕστηκεν.

9 ᵛ Ne ingemiscite alius aduersus alium, fratres: vt ne condemnemini. ecce, iudex ante ianuam adstat.

9 Nolite ingemiscere fratres in alterutrum, ut non iudicamini. ecce, iudex ante ianuam assistit.

Ὑπόδειγμα λάβετε τῆς κακοπαθείας, ἀδελφοί μου, καὶ τῆς μακροθυμίας, οἱ προφῆται οἱ ἐλάλησαν τῷ ὀνόματι Κυρίου.

10 Sumite, fratres mei, pro exemplari afflictionis ac patientiæ, Prophetas qui loquuti sunt in nomine Domini.

10 Exemplum accipite fratres, laboris & patientiæ, Prophetas qui loquuti sunt in nomine Domini.

Ἰδοὺ μακαρίζομεν τοὺς ὑπομείναντας. τὴν ὑπομονὴν Ἰὼβ ἠκούσατε, καὶ τὸ τέλος Κυρίου εἴδετε, ὅτι πολύσπλαγχνός ἐστιν ὁ Κύριος καὶ οἰκτίρμων.

11 Ecce, beatos pronuntiamus eos qui *afflictionem* sustinent. tolerantiam Iob audistis, & finẽ Domini vidistis. nam valde misericors est Dominus ac commiserans.

11 Ecce, beatificamus eos qui sustinuerunt. sufferentiam Iob audistis, & finem Domini vidistis, quoniam misericors Dominus est & miserator.

4 A vobis intercepta, ἀφ' ὑμῶν. Ἀπὸ pro ὑπὸ, vt diximus Matth. 11. c. 19. Vulgata, Quæ fraudata est à vobis. Erasmus, Quæ fraude non reddita est à vobis. In aures Domini sabaoth introierunt, εἰς τὰ ὦτα Κυρίου σαβαὼθ εἰσεληλύθασιν. Id est, exauditi sunt à Domino, multo etiam potentiore quàm vos estis. Sic enim loquuntur Hebræi, apud quos etiam Deus dicitur Deus צבאות, id est exercituum, ad infinitas ipsius vires ac copias explicandas: quod epitheton Hebræum retinuerunt Iudæi inter Græcos degentes. A Iudæis verò ad exteros transiit, quum in idem Ecclesiæ corpus coaluissent, & à Græcis demum ad Latinos, vt alia nonnulla.

5 Enutristis corda vestra, ἐθρέψατε τὰς καρδίας ὑμῶν. Id est indulsistis vobis. Vt in die mactationis, ὡς ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς. Diem זבח, id est sacrificii vel conuiuii, vocant Hebræi diẽ solenni epulo destinatum. Vetus interpres non legit ὡς, & sanè videtur expungi debere.

6 Condemnastis, κατεδικάσατε. Vulg. Addixistis, fortassis respiciens ad creditorum sæuitiam, quibus addicebantur debitorum corpora qui soluendo non essent. Non resistit, οὐκ ἀντιτάσσεται. Subaudiendũ esset אשר ex Hebr. idiotismo, sed istud ἀσυνδέτως addit pondus sententiæ: & magna est temporis præsentis emphasis.

7 Matutinam & serotinam, πρώϊμον καὶ ὄψιμον. Hebraicè יורה ומלקוש ex quibus epithetis prius declarat pluuiam quæ paulo post sementem decidit, posterius eam qua matureſcant mox metendæ segetes. Puto enim totum illud tempus quo in sinu terræ continentur semina, vni diei comparari, cuius veluti aurora sit ipse seminum exortus: vesperа verò, messis, quum videlicet in horrea reconduntur.

9 Ne ingemiscite, μὴ στενάζετε. Gemitum vocat intestinam quandam querimoniam, quæ impatientiam declarat.

11 Qui sustinent, τοὺς ὑπομείναντας. Vulg. Qui sustinuerunt, τοὺς ὑπομείναντας, vt in nonnullis codicibus legitur. Sed illud magis probo. Finem Domini, τὸ τέλος Κυρίου. Id est, quem exitum dederit Dominus.

Mat.5.f.34

Πρὸ πάντων δέ, ἀδελφοί μου, μὴ ὀμνύετε μήτε τὸν οὐρανὸν, μήτε τὴν γῆν, μήτε ἄλλον τινὰ ὅρκον· ἤτω δὲ ὑμῶν τὸ ναὶ, ναὶ, καὶ τὸ οὒ, οὔ· ἵνα μὴ ὑπὸ κρίσιν πέσητε.

12 ‖Ante omnia autem, fratres mei, ne iurate neque per cælũ, neque per terram, neque aliud vllum iusiurandum: ˇsit autem vestrum est, est, & non, non: ˇne in condemnationem incidatis.

12 Ante omnia autem, fratres mei, nolite iurare, neque per cælum, neque per terram, neque aliud quodcunque iuramentum: sit autem sermo uester, est, est: non, non: ne sub iudicio decidatis.

Κακοπαθεῖ τις ἐν ὑμῖν; προσευχέσθω. εὐθυμεῖ τις; ψαλλέτω.

13 Affligitur aliquis inter vos? oret. AEquo animo est aliquis? psallat.

13 Tristatur aliquis uestrum? oret. AEquo animo? psallat.

Mar.6.b.13

Ἀσθενεῖ τις ἐν ὑμῖν; προσκαλεσάσθω τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας, καὶ προσευξάσθωσαν ἐπ' αὐτὸν, ἀλείψαντες αὐτὸν ἐλαίῳ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου.

14 Infirmatur quis inter ˇvos? accersat presbyteros ecclesiæ, & orent ˇpro eo, ‖vngentes eũ ˇoleo ˇin nomine Domini.

14 Infirmatur quis in uobis? inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini.

Καὶ ἡ εὐχὴ τῆς πίστεως σώσει τὸν κάμνοντα, καὶ ἐγερεῖ αὐτὸν ὁ Κύριος· κἂν ἁμαρτίας ᾖ πεποιηκώς, ἀφεθήσεται αὐτῷ.

15 Et oratio fidei seruabit laborantem, erigétque eum Dominus ˇquòd si peccata commiserit, remittentur ei.

15 Et oratio fidei salubit infirmum, & allenabit eum Dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei.

Ἐξομολογεῖσθε οὖν ἀλλήλοις τὰ παραπτώματα, καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ ἀλλήλων, ὅπως ἰαθῆτε· πολὺ ἰσχύει δέησις δικαίου ἐνεργουμένη.

16 Confitemini ˇ alii aliis offensas, ˇ& orate alii pro aliis, vt sanemini. multum enim valet deprecatio iusti efficax.

16 Confitemini ergo alter utrum peccata uestra, & orate pro inuicem, ut saluemini. multum enim ualet deprecatio iusti assidua.

3.Reg. 17.d.1, & 18.f.45 Luc.4.d.25

Ἠλίας ἄνθρωπος ἦν ὁμοιοπαθὴς ἡμῖν, καὶ προσευχῇ προσηύξατο τοῦ μὴ βρέξαι· καὶ οὐκ ἔβρεξεν ἐπὶ τῆς γῆς ἐνιαυτοὺς τρεῖς καὶ μῆνας ἕξ.

17 ‖Elias homo erat iisdem quibus nos obnoxius, & ˇprecibus precatus est ne plueret: & non pluit super terram annos tres & sex menses.

17 Elias homo erat similis nobis passibilis, & orabunt orauit ut non plueret super terram: & non pluit annos tres & menses sex.

Καὶ πάλιν προσηύξατο, καὶ ὁ οὐρανὸς ὑετὸν ἔδωκε, καὶ ἡ γῆ ἐβλάστησε τὸν καρπὸν αὐτῆς.

18 Et rursum precatus est, & cælum dedit pluuiam, & terra protulit fructum suum.

18 Et rursum oranit, & cælum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum.

12 Sit autem vestrum est, est, ἤτω δὲ τὸ ὑμῶν ναὶ, ναί. Id est, Quod affirmandum fuerit, simpliciter & sine iureiurando affirmate: quod negandum, simpliciter negate. Alii huc referunt quasi iubeat Iacobus vt veri & constantes simus tum in affirmando, tum in negando. Sed hoc mihi quidem videtur à Iacobi scopo alienum, vt diximus copiosius Matth. 5. f. 37. Pro me facit Basilius Concione in Psalm. 14, vt numerant Græci: ita scribens, ὑ γένοιτο τὸ ἀρχαῖον ἡμᾶς ἔρπειν ἔθος. γένοιτο τὸ ἀρχαῖον καὶ πατρῷον βιῶναι τρόπον, χρεὼν τὸν ἀληθῆ τοῦτον καὶ ἐκ προγόνων ἡμῖν διαδεδομένον χαρακτῆρα. αὐτίκα καὶ ἐκ τοῦ μὴ ὀμνύειν πειρῶ τὸν ἀληθῆ λόγον παρεῖσθαι, φησὶν, ἵνα μὴ ὑπὸ κρίσιν πέσητε. Ne in condemnationem incidatis. ἵνα μὴ ὑπὸ κρίσιν πέσητε. Ita legit Vetus interpres, consentiente vnoex vetustioribus Græcis nostris codicibus: neque dubitare possumquin ea sit germana lectio: sicut suprà versu 9 dixit, ἵνα μὴ κατακριθῆτε, vt ne condemnemini. vt interim taceam Iacobum manifestè alludere ad verba illa Domini, Exo. 20. b. 7, fore vt Dominus non habeat pro innocente eum qui temere ipsius nomen vsurparit: id est fore vt condemnet. Suspicor autem inde ortum errorem, quòd quum scripsissetaliquis mendosè ὑπόκρισιν, visum est addendam εἰς præpositionem, ne hiaret constructio. Hinc factum vt in plerisque exemplaribus legatur ἵνα μὴ εἰς ὑπόκρισιν πέσητε, ne in simulationem incidatis, vt Erasmus conuertit. Fateor tamen hanc quoque veram sententiam esse, quum nulli magis fallant quàm qui temere iurare consueuerunt: sed spectandum tamen quid magis appositè dicatur.

14 Pro eo, ἐπ' αὐτόν. Hebraicè עליו, pro מעליו: nisi fortassis respexit ad ritum impositionis manuum, qui in sanando etiam adhibebatur, vt Mar. 16. d. 18. Oleo, ἐλαίῳ. Fuit hoc symbolum doni sanationis. Quorsum igitur nunc symbolum, si nusquam extat donum? In nomine Domini, ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου. Id est, inuocato nomine Domini.

15 Quòd si peccata commiserit, κἂν ἁμαρτίας ᾖ πεποιηκώς. Rectè meminit peccatorum, propter quæ nimirum pleruaque immittuntur morbi: vt Matth. 9. a. 6, quamuis hoc non fiat perpetuum, vt liquet Iohan. 9. a. 2. Ideo addita est coniunctio ἐὰν, si.

16 Alii aliis, ἀλλήλοις. Vulg. Alterutrum, id est (si Papistis illis sacrificis credimus) Sacerdoti enumerate peccata vestra quæ nihil ad eum pertinẽt. Dignum certè commentum illorum cerebro à quibus est excogitatum. Et orate, καὶ εὔχεσθε. Vah, nulla Sacerdotalis absolutionis mentio est. Imò oportuerit laicum atque adeo mulierculam vicissim orare pro Sacerdote.

17 Precibus precatus est, προσευχῇ προσηύξατο. Repetitio Hebraica, cuiusmodi multas alias annotauimus: acsi diceret, Religiosè precatus est.

Ἀδελφοὶ, ἐάν τις ἐν ὑμῖν πλανηθῇ ἀπὸ τῆς ἀληθείας, καὶ ἐπιστρέψῃ τις αὐτὸν,

19 Fratres, ‖ siquis inter vos aberrarit à veritate, & conuerterit eum quispiam,

19 *Fratres mei, siquis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis eum,* Matth.18.b.15

Γινωσκέτω ὅτι ὁ ἐπιστρέψας ἁμαρτωλὸν ἐκ πλάνης ὁδοῦ αὐτοῦ, σώσει ψυχὴν ἐκ θανάτου, καὶ καλύψει πλῆθος ἁμαρτιῶν.

20 Sciat eum qui auerterit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſeruaturum animam à morte, & obtecturum multitudinem peccatorum.

20 *Scire debet quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum.*

19 Conuerterit, ἐπιστρέψῃ. Id eſt, in viam reuocarit. Hinc apud Hebræos pœnitentia vocatur תשובה, id eſt conuerſio.

Epiſtola catholica Petri Apoſtoli prior. Πέτρου τοῦ ἀποστόλου ἐπιστολὴ καθολικὴ πρώτη.

	NOVA INTERPR.	VETVS.
Κεφάλαιον αʹ	CAP. I.	CAP. I.
ΠΕΤΡΟΣ ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐκλεκτοῖς παρεπιδήμοις διασπορᾶς Πόντου, Γαλατίας, Καππαδοκίας, Ἀσίας, καὶ Βιθυνίας·	1 PETRVS Apoſtolus Ieſu Chriſti, aduenis diſperſis per ᵛPontum, Galatiam, Cappadociam, Aſiam, & Bithyniam:	1 *Petrus Apoſtolus Ieſu Chriſti, electis aduenis diſperſionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Aſiæ, & Bithyniæ:*
κατὰ πρόγνωσιν Θεοῦ πατρὸς ἐν ἁγιασμῷ πνεύματος, εἰς ὑπακοὴν καὶ ῥαντισμὸν αἵματος Ἰησοῦ Χριστοῦ· χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη πληθυνθείη.	2 Delectis ᵛex prænotione Dei Patris ᵛad ſanctificationem Spiritus, ᵛper obedientiã & ᵛaſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti: gratia vobis & pax multiplicetur.	2 *Secundum præſcientiam Dei Patris, in ſanctificationem Spiritus, in obedientiam & aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti: gratia vobis & pax multiplicetur.*

IN CAPVT I.

1 Pontum, Galatiam, Πόντου, Γαλατίας. Has duas regiones perperam confunxit Theodoritus in Græco argumento huius epiſtolæ, quod illi tribuitur. Sunt enim duæ diſtinctæ regiones, quum Ponti regio maritima fuerit, Galatiæ & Cappadociæ mediterraneis incumbens, vt ex Strabone liquet.

2 Ex prænotione Dei, κατὰ πρόγνωσιν Θεοῦ] vel Ex proposito Dei, nihil variante ſententia. Illud autẽ ἐκλεκτοῖς, delectis, quanuis in Græcis priore loco ponatur, tamen perſpicuitatis cauſa huc reposuimus, quò certum eſt referri. Ad ſanctificationem Spiritus, ἐν ἁγιασμῷ πνεύματος. Id eſt εἰς ἁγιασμόν, nimirum vt Spiritu ſegregati, Deo conſecrarentur, vt Epheſ.1.a.4. Eſt enim hic electionis finis, quod ad ipſos quidẽ attinet, nõ tamen vltimus. Nam hæc ſanctificatio ad vitam æternam eos deducit, vt omnia in Dei gloriam reduudent: vt Epheſ. 2.b.11. Eraſmus, Per ſanctificationem Spiritus: non ſatis appoſitè. Per obedientiam, εἰς ὑπακοήν. Id eſt δι' ὑπακοῆς, &c. Nam hæc omnia declarat ב Hebræorum, cuius loco vſurpatur ל, id eſt εἰς. Vulg. & Eraſ. In obedientiã & aſperſionẽ, &c. ita videlicet vt ſanctificatio, id eſt ſegregatio illa & conſecratio generaliter accepta, in duas partes diſtribuatur, nẽpe in regenerationem, & peccatorum remiſſionẽ. Ego puto Apoſtolum alludere ad Legis purificationes, atque hoc modo malo deſignari noſtræ ſanctificationis materiam, nempe Chriſtum Ieſum, qui Patri fuit obediens ad mortem vſque, mortem autem crucis, vt Rom.5.d.19, & 3.c.24, & d.25. Ita cõplexus fuerit Petrus omnes proprias ſaluris noſtræ cauſas, quæ à Deo manant, nempe Efficientem cauſam, Dei prænotionem: Formalem, vocationem efficacem, quam electionis nomine intelligit: (nam, vt alibi diximus, tum demum re ipſa eligimur quum Deus æternũ ſuum decretum in nobis per vocationem exequitur) Finem, ſanctificationem electorum: Materiam, Chriſti obedientiam

Et aſperſionem ſanguinis, καὶ ῥαντισμὸν αἵματος. Explicat quæ illa ſit obedientia Chriſti, & quomodo à nobis conſideranda, nempe non ſimpliciter & per ſe, ſed noſtri reſpectu, nempe vt aſperſio. ſimúlque ad illam ſanguinis aſperſionem reſpicit quæ ſub Lege vſurpatur, de qua copioſè Heb. 9. c. 18, & deinceps. quamobrem etiam ſanctificationem Spiritus commemorauit, non carnis.

Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ κατὰ τὸ πολὺ αὐτοῦ ἔλεος ἀναγεννήσας ἡμᾶς εἰς ἐλπίδα ζῶσαν δι' ἀναστάσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐκ νεκρῶν,

3 Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ex multa ſua miſericordia regenuit nos in ſpem viuam per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis,

3 *Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundum miſericordiam ſuam magnam regeneauit nos in ſpem viuam, per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis,*

Εἰς κληρονομίαν ἄφθαρτον καὶ ἀμίαντον καὶ ἀμάραντον, τετηρημένην ἐν οὐρανοῖς εἰς ὑμᾶς,

4 In hæreditatem quæ nec perire poteſt, nec cõtaminari, nec marceſcere, nobis in cælis ſeruatam,

4 *In hæreditatem incorruptibilem, & immaculatam & immarceſcibilem, cõſeruatam in cælo nobis,*

Τοὺς ἐν δυνάμει Θεοῦ φρουρουμένους διὰ πίστεως, εἰς σωτηρίαν ἑτοίμην ἀποκαλυφθῆναι ἐν καιρῷ ἐσχάτῳ.

5 Qui virtute Dei cuſtodimur per fidē, ad ſalutem quæ parata eſt patefieri, tempore vltimo.

5 *Qui in virtute Dei cuſtodimini per fidē in ſalutem, paratam reuelari in tēpore nouiſſimo.*

Ἐν ᾧ ἀγαλλιᾶσθε, ὀλίγον ἄρτι (εἰ δέον ἐστὶ) λυπηθέντες ἐν ποικίλοις πειρασμοῖς·

6 Qua in re exultatis, triſtitia paululum nũc (ſi opus eſt) in variis tentationibus affecti:

6 *In quo exultatis modicum nunc, ſi oportet contriſtari in uariis tentationibus:*

Ἵνα τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς πίστεως πολὺ τιμιώτερον χρυσίου, τοῦ ἀπολλυμένου, διὰ πυρὸς δὲ δοκιμαζομένου, εὑρεθῇ εἰς ἔπαινον καὶ τιμὴν καὶ δόξαν, ἐν ἀποκαλύψει Ἰησοῦ Χριστοῦ.

7 Vt exploratio fidei veſtræ multo pretioſior exploratione auri, quod perit & tamen per ignē exploratur comperiatur nobis eſſe laudi & gloriæ & honori, quũ patefiet Ieſus Chriſtus.

7 *Vt probatio noſtræ fidei multo pretioſior auro, quod per ignē probatur, inueniatur in laudē & gloriam & honorem in reuelatione Ieſu Chriſti:*

Ὃν οὐκ εἰδότες ἀγαπᾶτε, εἰς ὃν ἄρτι μὴ ὁρῶντες, πιστεύοντες δὲ, ἀγαλλιᾶσθε χαρᾷ ἀνεκλαλήτῳ καὶ δεδοξασμένῃ·

8 Quem quum non videritis, diligitis: quem quũ nunc nõ cernatis, ei tamen credentes, exultatis gaudio ineffabili & glorioſo:

8 *Quem quum nõ uideritis, diligitis: in quem nunc quoque nõ uidentes, credentes autem, exultatis lætitia inenarrabili & glorificata:*

Κομιζόμενοι τὸ τέλος τῆς πίστεως ὑμῶν, σωτηρίαν ψυχῶν.

9 Reportãtes mercedem fidei veſtræ, ſalutem animarum.

9 *Reportantes finem fidei noſtræ, ſalutem animarum.*

3 Deus & Pater, ὁ Θεὸς καὶ πατήρ. Vide 1. Cor. 15. c. 24. In ſpem viuam, εἰς ἐλπίδα ζῶσαν. Id eſt perennẽ, ſicut explicat proximo verſiculo, ſi Spem accipias μετωνυμικῶς pro re ſperata, vt Rom. 8. d. 24. & alibi ſæpe. Sin autem pro affectu illo quo promiſſa ſperantur, vera etiam erit ſententia, quum ſit etiam donum regeneratorũ non minus proprium quàm fides.

4 Nobis, εἰς ὑμᾶς. Id eſt ἡμῖν. reſpondet enim εἰς literæ Hebræorum ל, quæ tertio caſui præponitur, vt ſæpe annotauimus. Vulg. In vobis. Eraſ. Erga vos, nimium obſcurè, vt taceam melius multo cõuenire ἡμᾶς, nos, quàm ὑμᾶς, vos. In cælis, ἐν οὐρανοῖς. Tacitè reprehendit craſſas Iudæorum opiniones de Meſſia.

5 Tempore vltimo, ἐν καιρῷ ἐσχάτῳ. Hoc eſt quod Daniel קץ ימין, id eſt tempus finis vocat, quo videlicet futura eſt ſumma illa inſtauratio, quam rerum vniuerſitas expectat, Rom. 8. d. 19. & deinceps.

6 Qua in re, ἐν ᾧ. Hoc ego refero ad totum ſuperioris orationis complexum, vt ᾧ neutrius ſit generis. poſſit tamen aliquis etiam Θεὸν repetere ex ἐστὶ θεὸς, vt ſignificetur, fideles in Deo exultare, quantumuis variæ ac multiplices tentationes vrgeant, vt paulo poſt verſu 8.

7 Exploratio, τὸ δοκίμιον. Vide Iac. 1. a. 3. *Exploratione* auri, χρυσίου. Vel, quàm auri, ſcilicet exploratio. Omnino enim ſubaudiendus eſt articulus τῆς, ſub δοκιμίου cuius eclipſis ſimile prorſus exemplum annotauimus Ioh. 5. f. 36. & Matth. 5. c. 10. & 1. Ioh. 1. a. 2. Poſcit enim ratio antitheſeos vt exploratio cum exploratione, id eſt afflictiones cum igne: & res ipſæ, id eſt fides cum auro, comparentur. Cõpetiantur *nobis eſſe* laudi, εἰς ἔπαινον. Vulg. Inueniatur in laudem. Eraſ. Reperiatur in laudem. Ego nonnihil ſuppleui, non modò vt obſcurum Hebraiſmum illuſtrarem, ſed etiam vt oſtenderem hic agi de ipſorum electorum laude & honore & gloria: quibus nimirum ſynonymis voluit Petrus tentationum dedecus & ignominiam obtegere. Sic tribuuntur eadem electis æternam vitam adeptis, Rom. 2. a. 7. Quum patefiet, ἐν ἀποκαλύψει. De ſecundo Chriſti aduentu loquitur.

9 Mercedem, τὸ τέλος. Heb. תשועת, quod declarat & fidem & mercedem, eo quòd merces ſit operis finis. Vulg. & Eraſ. finẽ: quod non videtur ſatis quadrare verbo κομιζόμενοι. Salutẽ animarum, σωτηρίαν ψυχῶν, id eſt veſtram. Ponitur enim anima pro homine σωικδοχικῶς, &, quocunque modo interpreteris, ſubauditur pronomen veſtrarum, acſi vernaculo noſtro ſermone dicas *De nos perſonnes*, vt 2. Corinth. 12. c. 15.

11 Prænuntius,

Περὶ ἧς σωτηρίας ἐξεζήτησάν 10 De qua ſalute inquiſierunt, 10 De qua ſalute exgſierũt
καὶ ἐξηραύνησαν προφῆται οἱ περὶ τῆς εἰς ὑμᾶς & quam ſcrutati ſunt Prophetæ, atque ſcrutati ſunt Pro-
χάριτος προφητεύσαντες· qui de futura in vos gratiã prædixerunt. phetæ q de futura i nobis
gratia prophetauerunt.

Ἐρευνῶντες εἰς τίνα ἢ ποῖον καιρὸν ἐδήλου 11 Scrutantes in quem aut cuiuſmodi temporis articulum 11 Scrutantes in quod uel
τὸ ἐν αὐτοῖς πνεῦμα Χριστοῦ, προμαρτυρόμενον τὰ εἰς Χριστὸν παθήματα, καὶ τὰς μετὰ ταῦτα δόξας. ᵛprænuntius ille qui in ipſis erat Spiritus Chriſti, declararet euenturas Chriſto perpeſſiones, & ᵛgloriam illas conſequuturã. quale tempus ſignificaret in eis Spiritus Chriſti, prænuntians eas quæ in Chriſto ſunt paſſiones, & poſteriores glorias.

Οἷς ἀπεκαλύφθη ὅτι οὐχ ἑαυτοῖς, ἡμῖν δὲ διηκόνουν αὐτὰ ἃ νῦν ἀνηγγέλη ὑμῖν διὰ τῶν εὐαγγελισαμένων ὑμᾶς τῷ πνεύματι ἁγίῳ ἀποσταλέντι ἀπ' οὐρανοῦ, εἰς ἃ ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι. 12 Quibus patefactum eſt, eos ᵛnon ſibi ſed nobis ea adminiſtrare quæ nunc annuntiata ſunt vobis per eos qui vobis prædicarunt Euangelium ᵛper emiſſum è cælo Spiritum ſanctum, in quæ deſiderant Angeli ᵛintroſpicere. 12 Quibus reuelatum eſt quia non ſibiipſis, nobis autem miniſtrabant ea quæ nunc nuntiata ſunt nobis per eos qui euangelizauerunt nobis. Spiritu ſancto miſſo de cælo, in quæ deſiderant Angeli proſpicere.

Διὸ ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφύας τῆς διανοίας ὑμῶν, νήφοντες, τελείως ἐλπίσατε ἐπὶ τὴν φερομένην ὑμῖν χάριν ἐν ἀποκαλύψει Ἰησοῦ Χριστοῦ. 13 Quapropter ᵛſuccincti lumbis mentis veſtræ, ſobrii, ᵛintegrè ſperate in eam quæ ad vos defertur gratiam, ᵛin patefactione Ieſu Chriſti. 13 Propter quod ſuccincti lumbos mentis veſtræ, ſobrij, perfectè ſperate in eam quæ offertur nobis gratiam, in reuelatione Ieſu Chriſti.

Ὡς τέκνα ὑπακοῆς, μὴ συσχηματιζόμενοι ταῖς πρότερον ἐν τῇ ἀγνοίᾳ ὑμῶν ἐπιθυμίαις· 14 Vt filii obedientes, qui vos non conformetis priſtinis quæ in ignorantia veſtra *nigneruns* cupiditatibus. 14 Quaſi filij obedientiæ non configurati prioribus ignorantiæ veſtræ deſideriis.

Ἀλλὰ κατὰ τὸν καλέσαντα ὑμᾶς ἅγιον, καὶ αὐτοὶ ἅγιοι ἐν πάσῃ ἀναστροφῇ γενήθητε· 15 ‖Sed ſicut is qui vos vocauit ſanctus eſt, ipſi quoque ſancti in omni conuerſatione reddamini. 15 Sed ſecundum eum q vocauit nos ſanctum, & ipſi in omni conuerſatione ſanctiſitis. Lac.1.g.75

Διότι γέγραπται, Ἅγιοι γένεσθε, ὅτι ἐγὼ ἅγιός εἰμι. 16 Propterea ſcriptum eſt, ‖Sancti eſtote: nam ego ſanctus ſum. 16 Quoniam ſcriptum eſt: Sancti eritis, quoniam ego ſanctus ſum. Leuit.11.g.44 9.a.1, & 20.b.7

Καὶ εἰ πατέρα ἐπικαλεῖσθε τὸν ἀπροσωπολήπτως κρίνοντα κατὰ τὸ ἑκάστου ἔργον, ἐν φόβῳ τὸν τῆς παροικίας ὑμῶν χρόνον ἀναστράφητε· 17 Itaque, ᵛſi patrem cognominatis eum ‖qui citra perſonarum reſpectum iudicat ex cuiuſq; opere, cũ timore verſamini cõmorationis veſtræ tẽpore: 17 Et ſi patrem inuocatis eum qui ſine acceptione perſonarum iudicat ſecundum unuſcuiuſque opus, in timore inolatus veſtrite pore cõuerſamini Deut.10.d.17 rom.2.b.11 gal.2.b.6

11 Prænũtius, προμαρτύρομαι. Participiũ ex Hebr. idiotiſmo, pro verbali nomine quod vocãt. Vulg. Præ nuntiãs. Eraſ. Qui priuſquã acciderẽt teſtabatur. Sed in eo grauiter peccatũ puto ab interpretib⁹ q hoc partici piũ cõiunxerint cũ παθήματα, hiãte prorſus cõſtructione verbi ἐδήλου, & ſic præpoſitionis illi ſubiunctæ: quod incõmodũ vt in Latino ſermone vitarẽ, neceſſe fuit verborũ collocationẽ nõnihil immutare. Gloriã, δόξας. Vſus eſt plurali numero, emphaſeos cauſa, ex Hebræorum more, quod nuſquã alibi in his libris inuenio.

12 Non ſibi, οὐχ ἑαυτοῖς. Quomodo hoc intelligendũ ſit diximus Heb.11.c.13, & 33.g.39. Cæterũm qui vi dere volet quãm diligens interdum fuerit interpres Hieronymus, à quo nonnulli nefas eſſe putant diſſentire, conferat hunc locum cum Græcis, ita vt ab eo conuerſus eſt quum librum ſecundum Didymi de Spiritu ſan cto interpretaretur. Per ᵛSpiritum ſanctum, ἐν πνεύματι ἁγίῳ. Alludit ad prophetiam Ioelis, in Apoſtolis tan quam Spiritus ſancti primitiis exhibitã die Pentecoſtes, quam idem noſter Petrus explicat Act.2.c.63 & deinceps. Introſpicere, παρακύψαι Vulg. & Eraſ. Proſpicere. Vide Iac.1.d.15.

13 Succincti, &c. ἀναζωσάμενοι, &c. Redit ad id quod dixerat, ſpẽ noſtrã eſſe in cælis repoſitam. Eo igitur docet eſſe nobis per puram & ſanctã virã (quaſi iter aliquod) perueniẽdũ. Sũpta eſt autẽ trãſlatio ex vetuſto mo re: quũ enim prælõgis veſtib⁹ vterẽtur, nõ poterãt niſi ſuccincti iter facere. Hinc illud Chriſti dictũ, Sint lũbi ve ſtri ſuccincti, Luc.12.c.35. Sed Petrus metaphorã duplicat, quũ lũbos mẽti tribuit. Iubet igitur, ſublatis omnib⁹ impedimẽtis, præparatos eſſe animos ad hoc iter ingrediendũ. Ideo requirit in primis ſobrietatẽ, ne videlicet vel cibo & potui reliquiſve carnis illecebris, vel mundi curis, vel falſis & vanis opinionibus ſint ebrii. Nã in hu iuſmodi hominib⁹, nec manus, nec pes (vt inquit ille) officiũ faciti: imò ne animus quidẽ. Integrè, πλείως, i. ſo lidè ac ſincerè. Heb. תמים. Niſi malimus exponere, Ad finẽ vſq;. Vulg. & Eraſ. Perfectè. In patefactione, &c. ἐν ἀποκαλύψει, &c. vel εἰς ἀποκάλυψιν. Sic enim ſolet ſecũdũ aduẽtũ Chriſti ſignificare, vt ſuprà, v.5 & 7, quo demũ ex hibebitur nobis gratia quæ nũc nobis offertur. Eraſ. Dũ nobis patefit Ieſus Chriſtus, ita vt hoc ad Euãgelii præ dicationẽ pertineat. 14 In ignorantia veſtra, ἐν τῇ ἀγνοίᾳ ὑμῶν. Ignorãtiã vocat excitatẽ illã Iudæorũ cuius ſit mentio Ioh.9.g.29, & deinceps. Nã extra Chriſtũ nihil præter denſiſſimã caliginẽ. 17 Si patrẽ cognominatis, εἰ πατέρα ἐπικαλεῖσθε, i. ſi eius patris filii vultis nũcupari. Vide Iac.2.b.7 Cõmorationis, τῆς πα ροικίας. Vulg. & Eraſ. Incolatus. Vide Matth.1.d.13, & 2.Cor.5.a.6.

Εἰδότες ὅτι οὐ φθαρτοῖς ἀργυρίῳ ἢ χρυσίῳ ἐλυτρώθητε ἐκ τῆς ματαίας ὑμῶν ἀναστροφῆς πατροπαραδότου·

18 Vt qui sciatis vos non caducis rebus, argento vel auro, ᵛfuisse redemptos ex vana vestra conuersatione, ᵛex patrum traditionibus accepta:

17 Scientes quòd nō corruptibilibus, auro vel argento, redempti estis de vana vestra conuersatione paterna traditionis:

1.Cor.6.d.20.et 7.d.23 heb.9.d.14 1.ioh.1.c.7 apoc.1.b.5

Ἀλλὰ τιμίῳ αἵματι ὡς ἀμνοῦ ἀμώμου καὶ ἀσπίλου Χριστοῦ·

19 ¶Sed pretioso sanguine, ᵛvtpote agni immaculati & inconta minati, nempe Christi.

19 Sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi & incontaminati:

Rom.16.d.25 eph.3.b.9 col.2.d.26 2.tim.1.c.19 tit.1.a.2

Προεγνωσμένου μὲν πρὸ καταβολῆς κόσμου, φανερωθέντος δὲ ἐπ' ἐσχάτου τῶν χρόνων δι' ὑμᾶς,

20 ¶Præordinati quidem ᵛante iacta mundi fundamenta, patefacti verò vltimis temporibus propter vos,

20 Præcognati quidem ante mūdi cōstitutionem, manifestati autē nouissimis tēporibus propter nos.

Τοὺς δι' αὐτοῦ πιστεύοντας εἰς Θεὸν τὸν ἐγείραντα αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ δόξαν αὐτῷ δόντα, ὥστε τὴν πίστιν ὑμῶν καὶ ἐλπίδα εἶναι εἰς Θεόν.

21 Qui per eum creditis Deo, qui excitauit eum à mortuis, & gloriam ei dedit, vt fides ac spes vestra in Deo esset.

21 Qui per ipsum fideles estis in Deo, qui suscitauit eum à mortuis, & dedit ei gloriā, ut fides nostra & spes esset in Deum.

Τὰς ψυχὰς ὑμῶν ἡγνικότες ἐν τῇ ὑπακοῇ τῆς ἀληθείας διὰ πνεύματος, εἰς φιλαδελφίαν ἀνυπόκριτον, ἐκ καθαρᾶς καρδίας ἀλλήλους ἀγαπήσατε ἐκτενῶς·

22 Animas* vestris purificatis, auscultādo veritati ᵛper Spiritū, ¶cū charitate fraterna simulationis experte, ex puro corde alii alios diligite impensè:

22 Animas nostras castificantes in obedientia charitatis in fraternitate sine simplici, ex corde mutuam diligite attentius:

1.ioh.2.c.17 rom.12.c.10 eph.4.a.3

Ἀναγεγεννημένοι οὐκ ἐκ σπορᾶς φθαρτῆς, ἀλλὰ ἀφθάρτου, διὰ λόγου ζῶντος Θεοῦ καὶ μένοντος εἰς τὸν αἰῶνα.

23 Renati non ex semine mortali, sed ex immortali, per sermonem Dei viui, & manentis in æternum.

23 Renati nō ex semine corruptibili, sed incorruptibili per uerbū Dei uiui & permanentis in æternum.

Ἔσαι 40.b.6 eccl.14.c.18 sac.1.b.10

Διότι πᾶσα σὰρξ ὡς χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα αὐτῆς ὡς ἄνθος χόρτου. ἐξηράνθη ὁ χόρτος, καὶ τὸ ἄνθος αὐτοῦ ἐξέπεσε·

24 ¶Nā ᵛomnis caro est vt gramen, & omnis gloria hominis vt flos graminis. exaruit gramen, & flos eius decidit:

24 Quia omnis caro ut fœnū, & omnis gloria eius tāq̄ flos fœni. exaruit fœnum, & flos eius decidit:

Τὸ δὲ ῥῆμα Κυρίου μένει εἰς τὸν αἰῶνα. τοῦτο δέ ἐστι τὸ ῥῆμα τὸ εὐαγγελισθὲν εἰς ὑμᾶς.

25 Sed verbum Domini manet in æternum. hoc autem est verbum illud quod euangelizatum est vobis.

25 Verbum autem Domini manet in æternū. hoc est autem uerbum quod euāgelizatum est in uos.

Κεφάλαιον β΄

CAP. II.

CAP. I.

Rom.6.a.4 eph.4.c.22 col.3.b.8 heb.12.a.1

Ἀποθέμενοι οὖν πᾶσαν κακίαν καὶ πάντα δόλον καὶ ὑποκρίσεις καὶ φθόνους καὶ πάσας καταλαλιάς,

1 PRoinde depositā omni malitia & omni dolo & simulationibus & inuidētiis, & omnibus obtrectationibus,

1 Deponētes igitur omnē malitiā, et omē dolū, & simulationes, et inuidias, et omnes detractiones,

Ὡς ἀρτιγέννητα βρέφη, τὸ λογικὸν, ἄδολον γάλα ἐπιποθήσατε, ἵνα ἐν αὐτῷ αὐξηθῆτε·

2 ᵛVt modò nati infantes, lac illud sermonis sincerum expetite, vt per illud adolescatis.

2 Sicut modò geniti infantes, rationabile, sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem:

18 Fuisse redemptos, ἦτε ἐλυτρώθητε. Illa ipsa igitur in quibus, ante Christū cognitum, collocabant salutis suæ summam, non modò Deum non placabant, sed etiam mortifera erant peccata: quæ vnius Christi sanguine expiari potuerunt. Quid illis igitur fiet qui patrum traditionibus nituntur? Ex patrum traditionibus, πατροπαραδότου. De iis patribus loquitur quorum fit mentio Ezech.20.c.18, & alibi sæpe.

19 Vtpote, ὡς. Vulgata, Quasi. Erasmus, Velut. Neuter satis expressè. neque enim ὡς similitudinē, sed veritatem hic declarat, vt diximus 1.Cor.1.d.17. Alludit autem his epithetis ad mandatum illud de agno Paschæ seligendo, Exodi 12.a.5.

20 Præordinati, προεγνωσμένου. i. προεγνωσθέντος, vt Act.10.g.41, & 17.g.31. Inepti sunt igitur qui prouidentiam à decreto separant. Quomodo verò & quo gradu præordinatus sit Christus, diximus Eph.1.a.5. Ante iacta, &c. πρὸ καταβολῆς, &c. i. ab æterno. Tempus enim cum mundo cœpit: sed hoc non impedit quominus cæterarum ordine, remedii ordinatio lapsui, i. morbo, subordinetur, ac proinde creandi proposito, vt exposuimus Eph.1.a.5. Propter vos, δι' ὑμᾶς. Vide Heb.11.g.40.

21 Per Spiritum, διὰ Πνεύματος. Hoc non legit Vetus interpres: quod tamē minimè redundat, & in Græcis exemplaribus legitur summo consensu.

24 Omnis caro, πᾶσα σὰρξ. Carnis nomen imbecillitatem naturæ humanæ declarat, quæ quidem in animo præcipuè consideranda est.

IN CAPVT II.

2 Vt modò nati infantes, ὡς ἀρτιγέννητα βρέφη. Id est, vt noui homines facti, & nouum vitæ genus ingressi. Lac illud sermonis sincerum, τὸ λογικὸν, ἄδολον γάλα. Pergit in metaphora. Illud igitur quo

tanquam lacte nutritur nouus homo vt adoleſcat, eſt Sermo ille vitæ, qui ſimili prorſus ratione, panis, cibus, aqua, mel, paſſim vocatur. Dicimur enim pro regenerationis incremento adoleſcere in Chriſto: illud autē ipſum per quod cœpta eſt regeneratio, nimirum Sermo Dei (i. verbum Dei annuntiatū) illam quoque perficiat oportet. Additur deinde aliud epitheton, quo ſignificatur lactis qualitas, ſicut priore declarata eſt eius ſubſtantia. Dicitur enim ἄδολον, i. ſincerum, non modò quòd Euangelium ſit res omnium puriſſima, ſed multo magis vt verum lac ab adulterino diſtinguatur. Multi enim ſunt qui verbum Dei cauponentur, vt 2. Corinth. 2. d. 17, & huic alioqui puriſſimo lacti venenum miſceant: quos totis viribus fugere nos oportet, nedum vt alimentum eiuſmodi expetamus. Hæc eſt (opinor) huius loci germana & ſimpliciſſima expoſitio, quæque cum ſuperioribꝰ optimè cohæreat. Vulgata, Rationabile, pro rationali. Nam quod in quibuſdam codicibus legitur Rationabiles, eorum culpa factum eſt qui quum Græca non noſſent, hunc locum corruperunt: quum in veteribus codicibus Latinis integra lectio manſerit. Hanc verò interpretationem minimè reiicio, vt ſit hæc ſententia, Oportere quidem nos eſſe pueros, ſed malitia non ſenſibus: & lacte quidem nos nutriri, ſed recta intelligentia conditorita tamen vt omnis dolus & vafrities procul abſit, ſed temperata ſit ſimplici prudentia, Matt. 10. c. 6, vt tradit doctiſſimus interpres. Eraſmus putauit lac dici λογικὸν, vt à corporeo lacte diſcernatur. Ideo conuertit, Lac nō corporis, ſed animi, quod dolum neſcit: quæ explicatio mihi quidem non probatur. Supereſt vt admonea, Petulum pueritiæ & lactis mentionem facere diuerſo ſenſu, nempe 1. Cor. 3. a. 1, & Eph. 4. c. 13. Iuſtantiam enim opponit adultæ ætati, ideóque lactis nomine prima Chriſtianæ religionis tyrocinia ſignificat. Illic verò Petrus infā etiam priori illi corruptiſſimæ vitæ opponit, & perpetuum lactis (id eſt veræ ac ſinceræ doctrinæ Euangelicæ) vſum commēdat. Adoleſcatis, αὐξηθῆτε, vel creſcatis. Nonnulli Græci codices addunt εἰς σωτηρίαν, ad ſalutem.

Εἰ ἐγεύσασθε ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος.

3 Si quidē ᵛguſtaſtis quòd benignus ſit Dominus.

3 *Si tamen guſtaſtis quoniam dulcis eſt Dominus*

Πρὸς ὃν προσερχόμενοι, λίθον ζῶντα, ὑπὸ μὲν ἀνθρώπων μὲν ἀποδεδοκιμασμένον, παρὰ δὲ Θεῷ ἐκλεκτὸν, ἔντιμον.

4 Ad quē accedētes, ᵠ eſt lapis viuus, ab hominibus quidē reprobatus, apud Deum verò electus ac pretioſus:

4 *Ad quē accedētes, lapidem uiuū, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum & honorificatum:*

Καὶ αὐτοὶ ὡς λίθοι ζῶντες οἰκοδομεῖσθε, οἶκος πνευματικὸς, ἱεράτευμα ἅγιον, ἀνενέγκαι πνευματικὰς θυσίας, εὐπροσδέκτους τῷ Θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

5 Ipſi quoque, veluti viui lapides, ædificemini, domus ſpiritualis, ‖ ſacerdotium ſanctum, ad offerendum ſpirituales hoſtias, acceptas Deo per Ieſum Chriſtum.

5 *Et ipſi tanquā lapides uiui, ſuperædificamini, domus ſpiritualis, ſacerdotium ſanctum, offerre ſpirituales hoſtias acceptabiles Deo p Ieſum Chriſtū.* Apoc. 1. b. 6

Διὸ καὶ περιέχει ἐν τῇ γραφῇ, Ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιὼν λίθον ἀκρογωνιαῖον, ἐκλεκτὸν, ἔντιμον· καὶ ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ, οὐ μὴ καταισχυνθῇ.

6 Quapropter etiam ᵛcontinetur in Scriptura, ‖ Ecce pono in Sion lapidem ᵛin imo angulo, electum, pretioſum: cui qui credit, ᵛnon pudefiet.

6 *Propter qđ continet Scriptura, Ecce pono in Sion lapidem ſummum angularem, electum, pretioſum: & qui crediderit in eum non confundetur.* Eſa. 28. d. 16 rom. 9. g. 33

Ὑμῖν οὖν ἡ τιμὴ τοῖς πιστεύουσιν· ἀπειθοῦσι δὲ, λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας, καὶ λίθος προσκόμματος, καὶ πέτρα σκανδάλου·

7 Vobis igitur eſt honori qui creditis: immorigeris verò, ‖ lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt caput anguli, & lapis offendiculi, & petra offenſionis:

7 *Vobis igitur honor credētibus: non credentibus autem, lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli: & lapis offenſionis, & petra ſcandali.* Pſal. 117. d. 22 matth. 21. d. 42 act. 4. b. 11

Οἱ προσκόπτοντες τῷ λόγῳ, ἀπειθοῦντες, εἰς ὃ καὶ ἐτέθησαν.

8 Nempe iis qui offendūt ad ſermonē, ‖ immorigeri, ᵛad quod etiam conditi fuerunt.

8 *In qui offendunt Verbo, nec credunt, in quod & poſiti ſunt.* Eſa. 8. c. 14 rom. 9. g. 33

3 Guſtaſtis, γεύσασθε. Alludit ad Pſalmum 34. b. 9.

4 Qui eſt lapis viuus, λίθον ζῶντα. Eccleſiam templo comparat, cuius lapides ſint ſinguli fideles. Alludit ergo ad veteris templi ſtructuram: quò etiam pertinet quod de ſacerdotibus ſanctis & ſpiritualibus hoſtiis cōmemorat. Hic enim viua & ſpiritualia ſunt omnia: illic mortua & carnalia, ſi modò ſigna à rei veritate ſepararis, ſicuti facere neceſſe eſt quoties ſeorſim conſiderantur.

6 Continetur, περιέχει. Id eſt περιέχεται, paſſiuè: niſi malimus legere ἐν γραφῇ, Scriptura, ſicut legit Vetus interpres, conſentiente vno ex vetuſtis noſtris codicibus: vel Dei nomen repetere ἐπὶ τῷ κυρίῳ, vt ſit ſententia, Deum complecti in Scriptura, Ecce pono in Sion, &c. Aliæ duæ expoſitiones mihi non placent. Quidam enim repetunt Chriſti nomen, qui dicatur in Scripturis περιέχειν, id eſt continere, totum videlicet ædificium: vel περιέχειν, id eſt excellere in Scripturis, id eſt in hoc Scripturæ teſtimonio. In imo angulo, ἀκρογωνιαῖον. Vulgata, Summum angularem. Eraſmus, In ſummo ponendum angulo. Vide Eph. 2. d. 20. Cæterùm ita citat Petrus hūc locum vt verba non annumeret, & vnum etiam vocabulum tranſpoſitum ſit. Ita enim plenè citatus fuiſſet hic Eſaiæ locus, ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιὼν λίθον, λίθον ἀκρογωνιαῖον, ἔντιμον. Deinde ſequitur מוסד מוסד, i. θεμέλιον στερεὸν, fundamentum ſolidum: quæ verba Petrus non attigit. Quinetiam quod ἀκρογωνιαῖον ſcriptum eſt, reſpicit potius Dauidis dictum Pſal. 118. c. 17, quum in Eſaia duntaxat legatur פנת יקרה, i. angulū pretioſum. Sed hæc varietas nihil immutat, nec ſēcētiæ quicquā detrahit. Nō pudefiet, οὐ μὴ καταισχυνθῇ. Vide Rō. 10. b. 11.

8 Ad quod etiam conditi fuerunt, εἰς ὃ καὶ ἐτέθησαν. Id eſt ἐξηρίσθησαν, vt legitur ad Rom. 9. d. 17. vel κατηρτίσθησαν, vt ad Romanos 9. d. 22. Niſi malimus conſtitutos, id eſt ordinatos, dicere, vt idem verbum ſumus interpretati Iohannis 15. c. 16, Act. 13. g. 47, & aliis locis. Sed à quo tandē poſiti vel excitati, vel coagmentati ſeu efficti, vel denique conſtituti & ordinati ſunt? Num à ſeipſis? Hoc verò abſurdius eſt quàm vt refutatione indigeat, vt diximus Rom. 9. d. 22: & nullum dubitationi locum relinquit aliorum locorum collatio. Ego, inquit,

excitaui te vt oſtendam in te potentiam meam, Rom.9.d.17. Deus, inquit Solomon, fecit omnia propter ſe, etiam impium ad diem malum, Prouerb.16.a.4. Iſte (inquit Simeon Luc.2.f.34) κεῖται, poſitus eſt, in ruinam & reſurrectionem multorum. Cedo verò à quo poſitus? Ab eo videlicet qui de hac ipſa re loquens Rom.9.g.33. Ego pono in Sion, inquit, lapidem offendiculi, &c. neque enim melior erit Eſaiæ interpres quærēdus quàm ſit Paulus, qui pro eo quod dixerat Eſaias, Et erit, ſcripſit, ἰδοὺ τίθημι, ecce pono. Quo modo etiam Eſaias 49.b.6, Poſuite, inquit, pro luce Gentium, vt iam non poſſimus dubitare quin verbum τίθημι, ſiue electos ſiue reprobos conſideres, Dei conditoris conſilium reſpiciat. Ecce enim Iohan.15.c.16, quum dixiſſet ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς, ego elegi vos, ſtatim ſubiicit, καὶ ἔθηκα ὑμᾶς, & poſui vos. Hæc ergo eſt huius loci ſententia, Duo eſſe Iudæorum genera: (Iudæis enim ſcribit Petrus) vnum eorum qui Chriſtum ſunt amplexi, quibus Chriſtus eſt honori: alterum eorum qui ſunt immorigeri, quibus Chriſtus eſt offendiculo, prout etiam ad hoc ipſum à Deo ſunt conditi. Ergo, dices, crudelis eſt Deus: imò infinitè miſericors, qui vel vnum ſeruet. Quis verò illum adſtrinxit ad ſeruandos omnes? Imò iuſtiſſimus, qui nullos condemnet niſi in quibus cauſam ipſam condemnationis hærentem inuenerit. Nam (vt ſæpe dixi) inter decretum Dei & ipſius decreti exequutionem, cauſa damnationis intercedit, eorum videlicet improbitas qui iuſto Dei iudicio damnantur, ita vt nullos niſi ſeipſos poſſint accuſare. Sed ad rem redeo. Nonnulli conati ſunt huius loci teſtimonium eludere noua quadam eclipſi, perinde nimirum acſi ſcriptum eſſet ἀπιστοῦσιν εἰς ὃ καὶ ἐτέθησαν, (ſic enim vertit Eraſmus) Neque credunt in id ad quod & inſtituti fuerāt. Atqui non eſt ſcriptum ἀπιστοῦσιν, ſed ἀπειθοῦσι: & vtrouis modo legas, abſurda fuerit iſta conſtructio: neque ἐτέθησαν ſignificare poteſt, inſtituti fuerant. Itaque Caſtellio maluit conuertere, Ei diffidentes ad quod erant deſtinati: quam interpretationem prorſus reiicio. Primùm enim oſtendimus, eā cauſam quæ iſtos adduxit vt vellent hunc locum emollire, nempe ne Deum viderentur crudelem facere, nullius eſſe momenti, quaſi videlicet corruitura ſit Dei iuſtitia niſi noſtro patrocinio fulciatur: aut quaſi nimium durè & impropriè loquutus ſit Spiritus ſanctus. Deinde hoc dico, Petrum non loqui de Iudæis in genere, ſed de iis qui monenti Deo parere pro ſua perpetua contumacia noluerunt: vt iam nullus hic locus pateat illi ſubterfugio, gētem Iudæorum in genere dici ſaluti deſtinatam. Tertia ratio hæc eſt, non modò nouam & inſolentē eſſe hāc eclipſin, ſed etiam abſurdū ſenſum gignere. Nam ſi de Chriſto, ſi de Euangelio, ſi de fide exponas, quid illud erit, Poſitum eſſe ad Chriſtum, ad Euangelium, ad fidem? Sin verò de ſalute interpreteris, quid ſignificabit, morem non gerere ſaluti ad quam conditus fuerit? Et quæſo, quis non videt Petrum planius ac magis perſpicuè fuiſſe ſcripturum ſi quippiam eiuſmodi ſignificare voluiſſet: ſicut infrà, 3.a.1, αὐτῶν λόγων expreſſit? Præterea particulā δὲ adiūcta, & quod mox ſubiicit, Vos autem genus electum, nónne manifeſtam antitheſin oſtendit electorum & eorū qui ad contumaciam conditi ſunt: ſicut credentes & immorigeros antè oppoſuerat? Quintò, quid illic fiet vbi nullus locus eſt iſtiuſmodi eclipſi: veluti 1. Theſſ.5.b.9, vbi in ſimili prorſus argumento Paulus electos opponēs reprobis, Deus, inquit, οὐκ ἔθετο ἡμᾶς εἰς ὀργήν, ἀλλ' εἰς περιποίησιν σωτηρίας, &c. Id eſt, non condidit nos ad irā, ſed ad ſalutis conſequutionem per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Nam certè ſi nullos Deus ad iram cōdidit, fruſtra hoc dictum erit. Quid verò Iudas verſu 4, de his ipſis loquens de quibus Petrus, iis videlicet qui Euangelii curſum impediebant, Subierunt quidam homines, inquit, οἱ πάλαι προγεγραμμένοι εἰς τοῦτο τὸ κρῖμα, ἀσεβεῖς olim ad hanc condemnationem deſcripti, &c. Ex quorum teſtimoniorum cōparatione ſatis puto omnibus liquere quo modo hic locus ſit explicandus, etiamſi nulla alia ratio adferatur. Poſtremò peto ab iis qui hac ratione putāt eſſe Dei iuſtitiæ optimè patrocinari, vt etiam atque etiam conſiderent vter Dei naturæ blaſphemiam inurat, iſne qui dicit Deum gloriæ ſuæ conſulentem, ex occulta & inſcrutabili, ſed iuſta tamē, ſua voluntate ac propoſito, certos homines quos ipſe ſolus nouit, iuſtæ condemnationi ab æterno deſtinaſſe: an verò is qui dicat Deum omnes quidem ac ſingulos ſaluti deſtinaſſe, ſed incerta & inſtabili conditione, vtpote quæ ab hominum voluntate pendeat: aut ſingulos quidē ſaluti deſtinaſſe, & ſaluos fieri velle, ſed homines ſua perfidia efficere vt Deus vel quod cogitauit perficere non poſſit, vel conſilium poſtea commutet. Illud primū ego ingenuè affirmo, ſine quo nec gratiæ nec iuſtificationis, nec conſolationis noſtræ baſin ſtare poſſe dico: iſta verò vt planè impia ac blaſphema execrari me profiteor: & tamen non video quomodo ex eorum placitis neceſſariò non conſequantur qui ſingulos volunt ſaluti eſſe deſtinatos. Non ita Chriſtus, qui quum ſciret ſeſe certis hominibus ad ſalutē deſtinatum, Non pro mundo rogo, inquit, ſed pro iis quos dediſti mihi, quia tui ſunt, Ioh.17.b.9.

Exodi 19.a.6

Υμεῖς δὲ γένος ἐκλεκτὸν, βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν· ὅπως τὰς ἀρετὰς ἐξαγγείλητε τοῦ ἐκ σκότους ὑμᾶς καλέσαντος εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς.

9 Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus quem ſibi Deus vt proprium vendicat: vt virtutes prædicetis illius qui vos vocauit è tenebris in admirabilem ſuam lucem.

9 Vos autem genus electū, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis: vt virtutes annuncietis eius qui de tenebris nos vocauit in admirabile lumen ſuum.

Oſee 1.d.13 rom.1.d.25

Οἱ ποτὲ οὐ λαός, νῦν δὲ λαὸς Θεοῦ· οἱ οὐκ ἠλεημένοι, νῦν δὲ ἐλεηθέντες.

10 Qui quondam eratis non populus, nunc eſtis populus Dei: qui non conſequuti miſericordiam, nunc eſtis miſericordiā conſequuti.

10 Qui aliquādo nō populus, nunc autem populus Dei: q nō conſequuti miſeriordiā, nunc autem miſeriordiam conſequuti.

9 Regale ſacerdotium, βασίλειον ἱεράτευμα. Venuſta eſt inuerſio verborum Moſis, Exodi 19.a.6. Et hoc rurſus indicat, promiſſiones, quanuis indefinitè offerantur quibuſuis, ad ſolos tamen electos pertinere. Neque tamen Deus quenquam ludificatur. Vitium enim in ipſis reprobis hæret, quo ipſi oblatam gratiam ſponte repudiantes, iuſto Dei iudicio aditum præfaciunt. Quem ſibi Deus vt proprium vendicat, εἰς περιποίησιν. Id eſt περιποιητὸς. ita verò coactus fui longo ambitu explicare vocabulum περιποίησις. Nam hoc illud eſt pro quo Hebræi dicunt סגלה, Græci interpretes περιούσιον dicunt. Vide Epheſ.1.c.14, & Tit.2.d.14. Poſſis tamen etiam ſimpliciter interpretari, Ad acquiſitionem, videlicet ſalutis, vt ſcribit Paulus 1. Theſſ.5.b.9. Sed illam interpretationem malo, quia Petrus manifeſtè alludit ad Exod.19.a.5. Vulg. Populus acquiſitionis. Eraſmus, Populus qui in lucrum acceſſit. & quidem malè. Virtutes, τὰς ἀρετάς. Hoc vocabulo comperio ſolum Petrum vti, ſemel hoc loco, & bis in poſteriore epiſtola.

Αγαπητοὶ, παρακαλῶ ὡς παροίκους καὶ παρεπιδήμους, ἀπέχεσθαι τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν, αἵτινες στρατεύονται κατὰ τῆς ψυχῆς·

11 Dilecti, precor vt tanquam aduenæ ac peregrini, abſtineatis ‖à carnis cupiditatibus, quæ militant aduerſus animam.

11 Charissimi obsecro tanquã aduenas & peregrinos, abstinere uos à carnalib' desideriis quæ militant aduersus animam. Rom.13.d.14 gal.5.c.17

Τὴν ἀναστροφὴν ὑμῶν ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἔχοντες καλὴν, ἵνα ἐν ᾧ καταλαλοῦσιν ὑμῶν ὡς κακοποιῶν, ἐκ τῶν καλῶν ἔργων ἐποπτεύσαντες, δοξάσωσι τὸν Θεὸν ἐν ἡμέρᾳ ἐπισκοπῆς.

12 Et ‖cõuerſationem veſtram habeatis honeſtam inter Gentes: vt pro eo quòd loquuntur aduerſus vos velut maleficos, ‖ex bonis operibus quæ ſpectarint, glorificent Deum die viſitationis.

12 Conuersationem uestrã inter Gentes habentes bonam: ut in eo quèd detrectant de nobis tanquã de malefactoribus, ex bonis operibus uos considerantes, glorificent Deum in die uisitationis. Infrà.3.c.16 Matth.5.b.16

Ὑποτάγητε δὴ πάσῃ ἀνθρωπίνῃ κτίσει διὰ τὸν Κύριον· εἴτε βασιλεῖ, ὡς ὑπερέχοντι·

13 Proinde ‖ſubiecti eſtote cuiuis humanæ ordinationi propter Dominum: ſiue regi, vt qui ſuperemineat:

13 Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deum: siue regi, quasi præcellenti: Rom.13.a.1

Εἴτε ἡγεμόσιν, ὡς δι' αὐτοῦ πεμπομένοις εἰς ἐκδίκησιν μὲν κακοποιῶν, ἔπαινον δὲ ἀγαθοποιῶν.

14 Siue præſidibus, vt qui per eum mittantur tum ad vltionẽ maleficorum, tum ad laudem rectè agentium.

14 Siue ducibus, tanquam ab eo missis ad uindictã malefactorum, laudẽ uerò bonorum.

Ὅτι οὕτως ἐστὶ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, ἀγαθοποιοῦντας φιμοῦν τὴν τῶν ἀφρόνων ἀνθρώπων ἀγνωσίαν·

15 Quoniam ita eſt voluntas Dei, vt bene agendo, capiſtro frænetis amentiũ hominum ignorantiam:

15 Quia sic est uoluntas Dei, ut benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam.

Ὡς ἐλεύθεροι, καὶ μὴ ὡς ἐπικάλυμμα ἔχοντες τῆς κακίας τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλ' ὡς δοῦλοι Θεοῦ.

16 Vt liberi, ac nõ veluti malitiæ velamen habentes libertatem, ſed vt ſerui Dei.

16 Quasi liberi, & non quasi uelamen habentes malitiæ, libertatem, sed sicut serui Dei.

Πάντας τιμήσατε. τὴν ἀδελφότητα ἀγαπᾶτε. Τὸν Θεὸν φοβεῖσθε. Τὸν βασιλέα τιμᾶτε.

17 Omnes ‖honorate. ‖Fraternitatem diligite. Deum timete. Regem honorate.

17 Omnes honorate. Fraternitatem diligite. Deum timete. Regem honorate. Supra.1.d.11 rom.12.c.10

Οἱ οἰκέται, ὑποτασσόμενοι ἐν παντὶ φόβῳ τοῖς δεσπόταις, οὐ μόνον τοῖς ἀγαθοῖς καὶ ἐπιεικέσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς σκολιοῖς.

18 ‖Famuli, ſubditi eſtote cum omni timore dominis, non ſolùm bonis & æquis, ſed etiam prauis.

18 Serui, subditi estote in omni timore dominis non tantũ bonis & modestis, sed etiam dyscolis. Ephes.6.a.5 col.3.d.22

Τοῦτο γὰρ χάρις, εἰ διὰ συνείδησιν Θεοῦ ὑποφέρῃ τις λύπας, πάσχων ἀδίκως.

19 ‖Hoc enim gratũ eſt, ſiquis propter cõſcientiã Dei, ſuffert moleſtias iniuſtè afflictus.

19 Hæc est enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias, patiens iniustè. 1.Cor.7.c.10

Ποῖον γὰρ κλέος εἰ ἁμαρτάνοντες καὶ κολαφιζόμενοι ὑπομενεῖτε; ἀλλ' εἰ ἀγαθοποιοῦντες καὶ πάσχοντε ὑπομενεῖτε, τοῦτο χάρις παρὰ Θεῷ.

20 Quæ enim eſt laus ſi quum peccantes colaphis cædimini, toleratis? ſed ſi quum benefacitis, tamen afflicti toleratis, hoc eſt gratum apud Deum.

20 Quæ enim est gloria si peccantes, & colaphizati sufferetis? Sed si bene facientes, patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deũ.

11 Tanquam aduenæ, ὡς παροίκους, &c. Alii interpretes hoc referunt ad verbum παρακαλῶ, precor, quod mihi potius viſum eſt cum infinito ἀπέχεσθαι cohærere. Quæ militant, αἵτινες στρατεύονται. Vide Iac.4.a.1.

11 Pro eo quòd, ἐν ᾧ. Vulg. & Eraſ. In eo quòd. Ego nõ dubito quin hoc ſit quod ad verbũ dicimus, an lícet quæ. Ex bonis operibus quæ ſpectarint, ἐκ τῶν καλῶν ἔργων ἐποπτεύσαντες. Conciſum dicendi genus, ex Hebræorũ idiotiſmo. Vulg. Ex bonis operibus vos cõſiderantes, vt videatur addidiſſe ὑμᾶς. Eraſ. Ex bonis operibus vos æſtimãtes. Die viſitat. ἐν ἡμέρᾳ ἐπισκοπῆς. i Quando illorum quoque Deus miſerebitur. Vide Luc. 19.g. 44.

13 Ordinationi, κτίσει, id eſt τάξει καὶ πολιτείᾳ. Neque enim aliud declarat κτίσις hoc in loco quàm illam ciuilis gubernationis diſpoſitionem, vt rectè exponit Græcus ſcholiaſtes. Humanam autem vocat non quòd humanitus ſit excogitata, (eſt enim hæc quoque donum Dei præclarum, vt Demoſthenes etiam ipſe teſtatur) ſed quòd hominum ſit propria: vt rectè obſeruat doctiſſimus interpres. Vulg. Omni humanæ creaturæ. Eraſmus, Cuiuis humanæ creaturæ: prorſus ineptè.

17 Honorate, τιμήσατε. Id eſt, charitate & officiis proſequimini. Latè enim patet honoris vocabulũ, ex Hebræorum idiotiſmo, vt alibi obſeruauimus. Fraternitatem, τὴν ἀδελφότητα. Heb. אחוה, pro fratrum cœtu & coniunctione, vt Zach.11.d.14 vt accipit etiam Baſilius quadam ad Galliæ Epiſcopos epiſtola. Poſſumus tamen etiam pro fraterna coniunctione accipere.

18 Prauis, σκολιοῖς. i. aſperis & ſæuis. Nam ſiquid impererent quod à nobis bona cõſcientia nõ poſſit præſtari, valere ſine exceptione debet iſtud, Præſtat obedire Deo quàm hominibus. Vulg. Dyſcolis: ſententia quidem vtcunque expreſſa, ſed altero Græco vocabulo.

19 Hoc enim gratũ eſt, τοῦτο γὰρ χάρις. Vulg. & Eraſ. Hæc enim eſt gratia. Mihi videtur & hoc loco & mox ver.10, χάρις pro χάριτι, Hebræorũ more, poni, vt diximus 1.Cor.3.c.9, & 7.d.14. Propter conſcientiã Dei, 20 διὰ τὸν Θεὸν. i. quòd ei ſit religio Deum offendere, cuius voluntate intelligit hoc onus ſibi impoſitum.

Εἰς τοῦτο γὰρ ἐκλήθητε, ὅτι καὶ Χριστὸς ἔπαθεν ὑπὲρ ὑμῶν, ὑμῖν ὑπολιμπάνων ὑπογραμμόν, ἵνα ἐπακολουθήσητε τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ.

11 Nam ad hoc vocati estis, quoniam & Christus passus est pro vobis, relinquens vobis exemplar, vt insequeremini vestigia ipsius.

11 In hoc enim vocati estis, quia & Christus passus est pro nobis, nobis relinquens exemplar, ut sequamur vestigia eius.

Ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ.

Esaie 53.c.9 1.Iohan.3.c.6

11 ‖Qui peccatum non fecerat, nec inuentus est dolus in ore ipsius.

11 Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.

Ὃς λοιδορούμενος οὐκ ἀντελοιδόρει, πάσχων οὐκ ἠπείλει· παρεδίδου δὲ τῷ κρίνοντι δικαίως.

13 Qui conuitiis affectus, non vicissim conuitiabatur, quum malis afficeretur, non minabatur: sed cómittebat vindictam ei qui iustè iudicat.

13 Qui quũ malediceretur, non maledicebat. quũ pateretur, non comminabatur: tradebat autem iudicanti se iniustè.

Ὃς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν αὐτὸς ἀνήνεγκεν ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ξύλον, ἵνα ταῖς ἁμαρτίαις ἀπογενόμενοι, τῇ δικαιοσύνῃ ζήσωμεν· οὗ τῷ μώλωπι ἰάθητε.

Esaie 53.b.5 matth.8.c.17

24 ‖Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: vt peccatis mortui, iustitiæ viueremus: cuius vibicibus sanati estis.

24 Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, iustitiæ viuamus: cuius liuore sanati estis.

Ἦτε γὰρ ὡς πρόβατα πλανώμενοι· ἀλλ' ἐπεστράφητε νῦν ἐπὶ τὸν ποιμένα καὶ ἐπίσκοπον τῶν ψυχῶν ὑμῶν.

25 Nam eratis velut oues errantes: sed conuersi nunc estis ad pastorem & curatorẽ animarũ vestrarum.

25 Eratis enim sicut oues errãtes: sed conuersi estis nunc ad pastorem & Episcopum animarum vestrarum.

Κεφάλαιον γ.

CAP. III.

CAP. III.

Ὁμοίως αἱ γυναῖκες, ὑποτασσόμεναι τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν, ἵνα καὶ εἴτινες ἀπειθοῦσι τῷ λόγῳ, διὰ τῆς τῶν γυναικῶν ἀναστροφῆς ἄνευ λόγου κερδηθήσονται,

Colass.3.c.18 ephes.5.c.22

1 SImiliter ‖ vxores subiectæ sint suis viris: vt etiam siqui non obediunt Sermoni, per vxorum conuersationem absque Sermone lucrifiant,

1 Similiter & mulieres subditæ sint viris suis: ut & siqui non credunt verbo, per mulierum conuersationem sine verbo lucrifiant:

Ἐποπτεύσαντες τὴν ἐν φόβῳ ἁγνὴν ἀναστροφὴν ὑμῶν.

2 Vbi spectarint cum reuerentia coniunctam castam conuersationem vestram.

2 Considerantes in timore castam conuersationem vestram.

Ὧν ἔστω οὐχ ὁ ἔξωθεν ἐμπλοκῆς τριχῶν, καὶ περιθέσεως χρυσίων, ἢ ἐνδύσεως ἱματίων κόσμος·

1.Tim.2.c.9

3 ‖Quarum ornatus non sit externus ille in nodis capillorũ, & circumposito auro, vel palliorum amictu:

3 Quarũ nõ sit extrinsecus capillatura, aut circũdato auri, aut indumenti vestimẽtorum cultus:

Ἀλλ' ὁ κρυπτὸς τῆς καρδίας ἄνθρωπος, ἐν τῇ ἀφθάρτῳ τοῦ πραέως καὶ ἡσυχίου πνεύματος, ὅ ἐστιν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ πολυτελές.

4 Sed occultus ille cordis homo, situs in incorruptione lenis ac quieti spiritus, qui est coram Deo pretiosus.

4 sed qui absconditus est cordis homo in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, quod est in cõspectu Dei locupletes.

11 Exemplar, ὑπογραμμόν. Translatio à pictoribus vel pædagogis sumpta. Nos vulgò vocamus un patron de peinctures, vel, exemple d'escripture.

14 Pertulit super lignum, ἀνήνεγκεν ἐπὶ τὸ ξύλον. Alludit ad altare cui imponebatur victima. Possumus autem etiam interpretari, Sustulit in lignum, nostris peccatis quasi cum Christo in crucem sublatis. Peccatis mortui, τῇς ἁμαρτίας ἀποθανόντες. id est ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. Vide Rom.6.a.2. Ambrosius vertit Separati. quod & ipsum rectè conuenit. Videtur enim ἀπογενόμενοι nihil aliud declarare quàm extrà fieri, id est sciunctum ac separatum esse. Vibicibus, μώλωπι. Hebr. חבורה. Intelligitur autem ex consequente antecedens, nempe conuulsio ac verbera. Deinde redundat αὐτοῦ, eius, pro quo Erasmus conuertit Eiusdem, ex Hebræorum consuetudine, vt Rom.16.d.27, & Eph.3.d.21.

25 Animarum vestrarum, τῶν ψυχῶν ὑμῶν. Vide suprà, 2.b.9.

IN CAPVT III.

1 Absque sermone, ἄνευ λόγου. De animi præparatione loquitur ad audiendum Dei verbum, à quo quum profani, acerbi, superstitiosi homines abhorreant, morum honestate conuicti, paulatim cicurantur.

3 In nodis capillorum, & circumposito auro, ἐμπλοκῆς τριχῶν, καὶ περιθέσεως χρυσίων. Vetus interpres totum hunc locum obscurissimè conuertit, neglecto articulo qui est ante ἔξωθεν. Erasmus, Qui sit in plicatura capillorum, & additione auri.

4 Occultus ille, &c. ὁ κρυπτός. Vocat κρυπτὸν, id est occultum, qui in mente sedem fixam habeat: quum alioqui externis etiam signis sese conspiciendũ præbeat. Opponitur ergo hic occultus homo externo corporis ornatui. Situs in incorruptione, ἐν ἀφθάρτῳ. Subaudi οὖσ. τὸ ἄφθαρτον verò, (quod nouo vocabulo incorruptionem vertimus) id est Spiritus vim illam & præstantiam quæ minimè fluxa sed perennis & constantis

est naturæ, opponit capillis, auro, vestibus, cæteris denique fluxis & caducis rebus. Huc pertinet egregiũ illud Cratetis dictum, κόσμος ἐστὶ τὸ κεκοσμῆσθαι καλῶς· δὸς τὸ κεκοσμηκέναι γυναῖκα πλουσίαν, μὴ δὲ πολυτελῆ τὴν χρυσὸς, οὐκ ἐσθὴς, οὐκ ἀκριβὴς, οὐκ ἀκόλαστος, ἀλλ' ἡ τὰ σωφρονικὰ, δικαιακὰ, οἰκιακὰ ἐμφαίνουσα ἀκολουθοῦσα. Hæc ille, rectè omnino, si verum istarum virtutum canona tenuisset. Erasmus verò longo nec satis etiam commodo verborum ambitu ita hunc locum conuertit,

5 Verùm occultus qui est in corde homo, si is careat omni corruptela, ita vt spiritus sit placidus ac quietus.

Qui est coram Deo pretiosus, ὃ ἐστιν ἐνώπιον, &c. Id est verè pretiosus, & quidem ipsius Dei iudicio. Possumus autem hoc ad totum etiam orationis complexum referre, vt conuertamus, Quod est coram Deo pretiosum. acsi diceret, Requiritis rarum ac magni pretii ornatumten vobis illum quem Deus ipse maximi faciat.

Οὕτω γάρ ποτε καὶ αἱ ἅγιαι γυναῖκες αἱ ἐλπίζουσαι ἐπὶ τὸν Θεὸν, ἐκόσμων ἑαυτὰς, ὑποτασσόμεναι τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν·	5 Ita enim olim & sanctæ illæ mulieres sperantes in Deo, ornabant sese, subiectæ suis viris:	5 *Sic enim aliquãdo & sanctæ mulieres sperantes in Deo, ornabant se, subiectæ proprijs viris:*
Ὡς Σάρρα ὑπήκουσε τῷ Ἀβραὰμ, κύριον αὐτὸν καλοῦσα, ἧς ἐγενήθητε τέκνα, ἀγαθοποιοῦσαι, καὶ μὴ φοβούμεναι μηδεμίαν πτόησιν.	6 Sicut ‖Sara obediuit Abrahæ, dominum eum vocans: cuius factæ estis filiæ, dum benefacitis, ᵛetiam quum non terremini vllo pauore.	6 *Sicut Sara obediebat Abrahæ, dominum eum uocans: cuius estis filiæ, bene facientes, & non pertimẽtes ullam perturbationem.* Gen.18.b.12
Οἱ ἄνδρες ὁμοίως, συνοικοῦντες κατὰ γνῶσιν, ὡς ἀσθενεστέρῳ σκεύει τῷ γυναικείῳ ἀπονέμοντες τιμὴν, ὡς καὶ συγκληρονόμοι χάριτος ζωῆς, εἰς τὸ μὴ ἐγκόπτεσθαι τὰς προσευχὰς ὑμῶν.	7 ‖Viri similiter, ᵛvnà versentur vt scientes decet, ᵛvasi muliebri ᵛvt infirmiori ᵛtribuentes honorem, ᵛvtpote quum vnà etiam hæredes ſitis ᵛgratiæ vitæ, ᵛne interrumpantur preces vestræ.	7 *Viri similiter habitum ſecundũ ſcientiã, quaſi infirmiori maſculo muliebri impartientes honorẽ, tanquam & coheredibus gratiæ uitæ, ut nõ impediantur orationes neſtræ.* 1.Cor.7.c.5

6 Etiam quum non terremini vllo pauore, καὶ μὴ φοβούμεναι μηδεμίαν πτόησιν. Coniunctim legenda sunt duo participia, ita vt vna res significetur, non duæ: sicuti adhuc explicatus est hic locus. Quorsum enim Petrus vellet mulieribus natiuum illum metum eximere, in quo potius illas contineri oportuit, tãquam optimo pudoris magistro? Nam certè liquid hic peccatur, in alteram partem potius peccatur. Deinde addit Petrus μηδεμίαν, vniuersè negantem particulam, cui nullus hic locus fuerit satis opportunus si mulieres dixerimus ad animi præsidentiam à Petro institui. Quid ergo? Nempe ostẽdit Petrus, verè pias mulieres & Saræ filias, etiam quum nullus illas metus constringit (i. spõte & vltro) officiũ facere. Differit enim de domestico vxoris officio sicuti à seruis requiritur alibi, non vt præsentes oculos domini reueriti, sed vt vero timore Dei præditi, officiũ faciant. Vulgata, Et non pertimentes vllam perturbationem. Eras. Et non terremini vllo pauore. Sed φοβούμενα fere actiuum est, nec aliter hoc certè loco accipi debet. Quòd autem quidam meus amicus in suo Lexico Græco πτόησιν pro libidinis pruritu accipit, indignum etiam est quod hic commemoretur.

7 Vnà versentur vt scientes decet, συνοικοῦντες κατὰ γνῶσιν. Sub. ἦτε. quæ eclipsis ad sequentes etiam versiculos porrigitur. Notum est autem nomine τῆς συνοικήσεως, id est contubernii, omnia matrimonii officia significari. Deinde κατὰ γνῶσιν nolui ad verbum interpretari, Secũdum scientiam, neque etiam aduerbio Sciẽter. illud enim fuisset nonnihil obscurius quàm in Græco sermone, istud verò minimè expressisset Apostoli sententiam. Neque enim monet duntaxat vt in contubernio peritè se ac dextrè gerat maritus: sed hoc requirit, vt cognitet maritus, quo excellentiore præditus est intelligendi facultate, quo maiore rerum bonarum cognitione & vsu pollet, eo magis oportere vt circunspectè, considerate, constanter se gerat in perferendis plurimis incõmodis, quibus imbecillitas muliebris & sibi & marito sæpenumero molesta est. Vulg. Cohabitãtes secũdũ scientiã. Eras. Cohabitent secundũ scientiã. Vasi muliebri, σκεύει τῷ γυναικείῳ. Alibi diximus apud Hebræos כלי latissimè patere, adeo vt de quibuslibet dicatur quorũ opera vtamur. Est igitur fœmina vas, id est comes & adiutrix, viro ad fideliter coram Deo transigẽdam vitam adiuncta. Alludit enim ad Mosis verba Gen. 2. c. 18, vbi dicitur non expedire hominem relinqui solum. Vt infirmiori, ὡς ἀσθενεστέρῳ. Mirificum argumentum. nã quæ nos proximè attingũt, quo infirmiora sunt, eo maiore cura dignamur, tacito quodam naturæ instinctu, 1. Cor. 12. c. 23. Itaque si vxorem putamus nostrũ vas esse', imò corpus nostrum esse, infirmitas illa non modò nõ efficiet vt contẽnamus, sed etiam in causa erit cur multo maiorem illius rationem habeamus. Tribuẽtes honorem, ἀπονέμοντες τιμὴν. Id est honestam curam ac solicitudinem. Hoc enim declarat honoris nomẽ, ex Hebræorum idiotismo, vt sæpe iam annotauimus: & nominatim hoc in loco obseruandum est, nequis, quoties hoc vocabulum occurrerit, existimet eam reuerẽtiam significari quam inferior quispiam superiori dignitate debeat. Stat enim illud, oportere subiectas esse vxores viro, quũ vir sit mulieris caput, & vxor natura sit imbecilliore. Sed vir cogitet viciſſim hoc suũ vas esse, nec vt infirmius aspernetur, sed honestè tueatur. Quod autẽ ista Hieronymus ad congressum refert, à quo iubeantur viri abstinere, sanè est eiusmodi vt etiam commemorare pudeat. Sanctè quidem & temperanter (fateor) matrimonium coli debet: sed absit vt in legitimo thoro talem inquinationẽ hærere existimemus qualem ille heremita nescio quàm purus non vno loco somniauit.

Vtpote quum vnà etiam, &c. ὡς καὶ συγκληρονόμοις, &c. Triplex quodammodo hic latet argumentum, vnum in καὶ, alterum in συν, tertium in re ipsa. Etiamsi, inquit, cum vxoribus cõmunem duntaxat haberetis præsentis vitæ vsum, vel id vnum vos debet huc adducere vt magnam illarum curam habeatis: sed aliud etiam longè maius supereſt. Nam quum in huius vitæ societate vxor secundas ferat, tanquam vas infirmius, aliud quid dã est multo præstantius in quo pares sunt vir & vxor, nempe in ea gratia per quã Deus hæreditatem æternæ vitæ tum masculis tum fœminis cõmunicauit. Quomodo igitur vxorem vir aspernetur, quam Deus pari felicitatis æternæ munere sit dignatus? Imò potius coniunctis animis ambo ad communem hæreditatem contendant. Vetus interpres legit συγκληρονόμοις, cohæredibus, eadem manente sententia, vt in quibusdam etiam Græcis eodicibus legitur. Gratiæ vitæ, χάριτος ζωῆς. Id est, gratuiti illius beneficii quo donatur, vita nimirum æterna, κατ' ἐξοχήν. Hæc est, opinor, vera lectio: alioquin nonnulli codices variant. nam in quibusdã legitur χάριτος ζώσης, viuæ gratiæ: in quibusdam πολλῆς χάριτος ζωῆς, multiplicis gratiæ vitæ. Alicubi etiam χάριτος πολλῆς ἢ ζωῆς, multiplicis gratiæ & vitæ. Ne interrumpantur, εἰς τὸ μὴ ἐγκόπτεσθαι. Vel hæc vna ratio omnia iurgia

ac odia debet cõponere. Sunt enim vir & vxor coniuncti, vt mutuò sese ad hanc vitam sanctè ac piè transigendam iuuent. Consistit autẽ hæc sanctitas potissimũ in pura inuocatione, cui inter iurgia & odia nullus est locus. Ita hunc locum interpretatus est etiam Lyranus, immeritò quidem propterea exagitatus ab Erasmo.

Τὸ δὲ τέλος, πάντες ὁμόφρονες, συμπαθεῖς, φιλάδελφοι, εὔσπλαγχνοι, φιλόφρονες·

8 ᵛDenique omnes *estote* concordes, ᵛmutuo molestiarum sensu affecti, fraterna prædita charitate, misericordes, ᵛcomes:

8 *In fine autem, omnes unanimes, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles:*

Μὴ ἀποδιδόντες κακὸν ἀντὶ κακοῦ, ἢ λοιδορίαν ἀντὶ λοιδορίας· τοὐναντίον δέ, εὐλογοῦντες· εἰδότες ὅτι εἰς τοῦτο ἐκλήθητε ἵνα εὐλογίαν κληρονομήσητε.

Prou.17.b.13 & 20.d.22 matth.5.f.39 rom.12.c.17 1.thess.5.c.15

9 ‖Non reddentes malum pro malo, aut conuitium pro conuitio, sed contrà, ᵛbenedicẽtes: vt qui sciatis ᵛvos ad hoc vocatos esse vt benedictionis hæreditatem possideatis.

9 *Non reddentes malũ pro malo, nec maledictũ pro maledicto, sed econtrario benedicentes: quia in hoc vocati estis ut benedictionem hæreditate possideatis.*

Ὁ γὰρ θέλων ζωὴν ἀγαπᾶν, καὶ ἰδεῖν ἡμέρας ἀγαθάς, παυσάτω τὴν γλῶσσαν ἀπὸ κακοῦ, καὶ χείλη τοῦ μὴ λαλῆσαι δόλον.

Psal.34.c.13

10 ‖Itaque ᵛqui vult vitam diligere, ᵛ& videre dies bonos, coerceat linguam suã à malo, & labia sua, ᵛne loquantur dolum.

10 *Qui enim vult vitã diligere, & dies videre bonos, coerceat linguam suã à malo, & labia eius ne loquantur dolum.*

Ἐκκλινάτω ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποιησάτω ἀγαθόν· ζητησάτω εἰρήνην, καὶ διωξάτω αὐτήν.

Isa.3.c.26

11 ‖Declinet à malo, & faciat bonum: quærat pacem, & persequatur eam.

11 *Declinet à malo, & faciat bonum: inquirat pacem, & sequatur eam.*

Ὅτι οἱ ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὦτα αὐτοῦ εἰς δέησιν αὐτῶν· πρόσωπον δὲ Κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακά.

12 Nam oculi Domini *sunt intenti* in iustos, & aures eius in deprecationem eorũ: ᵛvultus verò Domini aduersum eos qui faciunt mala.

12 *Quia oculi Domini sup iustos, & aures eius in preces eorum: vultus autẽ Domini super facientes mala.*

Καὶ τίς ὁ κακώσων ὑμᾶς, ἐὰν τοῦ ἀγαθοῦ μιμηταὶ γένησθε;

13 ᵛEt quis est qui affligat vos si bonitatis æmulatores fueritis?

13 *Et quis est qui nobis noceat si boni æmulatores fueritis?*

Ἀλλ' εἰ καὶ πάσχοιτε διὰ δικαιοσύνην, μακάριοι· τὸν δὲ φόβον αὐτῶν μὴ φοβηθῆτε, μηδὲ ταραχθῆτε.

Mat.5.d.10 Isa.8.c.12 & 13

14 ‖Sed & *si quid* perpetiamini propter iustitiam, beati *tamen estis*: cæterùm ‖timorem eorum ne timete, neque turbamini?

14 *Sed & si quid patiamini propter iustitiã, beati. Timorẽ autẽ eorũ ne timueritis, & non conturbemini:*

8 Denique, τὸ δὲ τέλος. Vulg. ad verbum, In fine autem: nam librariorum errore plusquam manifesto factum est vt in quibusdam codicibus legeretur In fide: quod multos Græcæ linguæ prorsus imperitos fefellit. Erasmus, In summa, τὸ κεφάλαιον. Sunt autem ista quæ sequuntur, omnibus hominum ordinibus scripta.

Mutuo molestiarum sensu affecti, συμπαθεῖς. Hoc non potui paucioribus verbis satis commodè explicare. Vulg. Compatientes. Eras. Similiter affecti. Comes, φιλόφρονες. Vulg. Modesti, Humiles. neutrum rectè, sed alterum tamen ex albo libri irrepsit in contextum. Eras. Affabiles.

9 Benedicentes, εὐλογοῦντες. i. Bene precantes, & pro viribus benefacientes iis à quibus lædimini. Vult enim Pater cælestis vt offensas verè condonemus. Vos ad hòc vocatos esse, &c. ἐπ' αὐτῷ τοῦτο ἐκλήθητε, &c. Infinita quædam vis est huius argumenti ad mitigandam omnem odii acerbitatem. Memineritis, inquit, vos: quosnam? Dei videlicet & hostes & inimicos capitales, vocatos esse, id est spõte & gratis ab eo quem toties & tam multis modis in vos prouocastis, quem contemnebatis, quem totis viribus fugiebatis, adscitos: quorsum? vt inaudita & inexplicabili prorsus benignitate vobiscum infinitas illas hæreditatis æternæ diuitias communicaret. Et nos ita erimus feroces vt iniurias nobis illatas non condonemus: ita, inquam, ad vlciscendum præcipites vt tantum bonum vltro malimus abiicere quàm iniurias nostras non persequi? Pendet autem hoc à propria significatione verbi קרא, id est vocauit, & ברכה, id est benedictio. Tanti est momenti quod à plurimis contemnitur, nempe grammatica vocabulorum explicatio.

10 Itaque, γάρ. Sic iam aliquoties hanc particulam poni obseruauimus, vt etiam infrà, 4.d.15.

Qui vult vitã diligere, ὁ θέλων ζωὴν ἀγαπᾶν. Hebræa veritas habet מי האוהב חיים, id est, Quis cupidus est vitæ? Deinde sequitur אוהב ימים, id est Quis amicus est dierũ? Itaque participium אוהב Græcus interpres cum præcedentibus coniunxit, mutauitque in verbum infiniti modi: sed eadem manente sententia. Vitam autem expetere, declarat vitam cupere diuturnam. Pendent enim omnia tum præsentis tum futuræ vitæ beneficia à Domini timore. Atenim, dices, plerique Dei timentes cõtraria omnia experiũtur. Imò iustus semper habet quantum satis est, si tentationis exitũ spectes, & in mediis afflictionibus felix ac beatus exultat, Iacobi 1.a.2. Contrà verò qui stolidus est, nihil sentit: qui verò mala conscientia torquetur, nihil inuenit in quo possit acquiescere.

Et videre dies bonos, καὶ ἰδεῖν, &c. i. Beatam ac felicem vitam transigere: sicut contra dies malos vocant Hebræi asperam & calamitosam vitam, Gen.47.b.9. Cæterùm Hebræa veritas habet אוהב ימים לראות טוב, i. amans dies vt videat bonum: sed hoc quoque nihil immutat in sententia.

11 Vultus, πρόσωπον. Hebr. פנים, id est facies, idque plurali tantùm numero. Accipitur autem hic Hebræorum more pro ira.

13 Et quis, &c. καὶ τίς, &c. Particula & nihil cõnectit hoc in loco, sed ita vsurpari solet in subiectione. Virgil. -- & quisquam numen Iunonis adoret Prætereat

14 Timorem eorum, τὸν φόβον αὐτῶν. Id est, Ne ipsorum more & exemplo consternemini.

Κύριον δὲ τὸν Θεὸν ἁγιάσατε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. Ἕτοιμοι ἀεὶ πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ αἰτοῦντι ὑμᾶς λόγον περὶ τῆς ἐν ὑμῖν ἐλπίδος, μετὰ πραΰτητος καὶ φόβου,

15 Sed Dominum Deum ſanctificate in cordibus veſtris. Eſtote autem ſemper parati ad reſpondendũ cuilibet petẽti rationẽ eius ſpei quæ in vobis eſt, cum lenitate & reuerentia,

15 *Dominum autẽ Chriſtũ ſanctificate in cordib⁹ veſtris: parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem de ea quæ in vobis eſt ſpe, cum modeſtia & timore,*

Συνείδησιν ἔχοντες ἀγαθήν· ἵνα ἐν ᾧ καταλαλεῖσθε ὑμῶν ὡς κακοποιῶν, καταισχυνθῶσιν οἱ ἐπηρεάζοντες ὑμῶν τὴν ἀγαθὴν ἐν Χριστῷ ἀναστροφήν.

16 Cõſcientiam bonã habẽtes, vt pro eo quod loquuntur aduerſum vos tanquam maleficos, pudefiant qui inceſſunt veſtram bonam in Chriſto conuerſationem.

16 *Conſcientiam habentes bonam: ut in eo quod detrahũt vobis, confundãtur qui calumniãtur veſtram bonam in Chriſto conuerſationem.*

Κρεῖττον γὰρ ἀγαθοποιοῦντας, εἰ θέλοι τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, πάσχειν, ἢ κακοποιοῦντας.

17 Melius enim eſt vt bene agẽtes, ſi ita velit Dei voluntas, malis afficiamini, quàm malè agentes:

17 *Melius eſt enim bene facientes, ſi voluntas Dei velit, pati, quàm male facientes:*

Ὅτι καὶ Χριστὸς ἅπαξ περὶ ἁμαρτιῶν ἔπαθε, δίκαιος ὑπὲρ ἀδίκων· ἵνα ἡμᾶς προσαγάγῃ τῷ Θεῷ, θανατωθεὶς μὲν σαρκί, ζωοποιηθεὶς δὲ τῷ πνεύματι.

18 Nam & Chriſtus ſemel pro peccatis paſſus fuit, iuſtus pro iniuſtis: vt nos ad Deum adduceret, mortificatus quidẽ carne, viuificatus autem Spiritu.

18 *Quia et Chriſtus ſemel pro peccatis mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis: ut nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, viuificatus autem Spiritu.* Rom.5.a.6 hebr.9.d.15

Ἐν ᾧ καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι πορευθεὶς ἐκήρυξεν,

19 Per quem etiam ſpiritibus qui *ſunt* in carcere profectus prædicauit,

19 *In quo & his q̃ in carcere erãt ſpiritibus veniẽs prædicauit,*

15 Sanctificate, ἁγιάσατε. Id eſt, omnem ei laudem & gloriam tribuite, & ab ipſo ſolo pendete. Monet enim vt omnibus terriculamentis opponamus Dei promiſſiones: cui tum demum gloriam iuſtam tribuimus quum in illum vt fidelem, ſanctum, omnipotentem, recumbimus per fidem, Ioh.3.d.33, Rom.4.d.20. Sunt autẽ hæc petita ex Eſaiæ 8.c.12 & 13. Rationem ſpei, λόγον περὶ ἐλπίδος. Περὶ ἐλπίδος nouè dictum pro ἐλπίδος, quam formulam loquendi inuenies ter repetitam Ioh.16.a.8. Eraſ. Vt loquamini de ſpe.

16 Pro eo, ἐν ᾧ. Vide ſuprà, 2.b.12.

18 Mortificatus quidem carne, θανατωθεὶς μὲν σαρκί. Id eſt, quod ad carnẽ quidem attinet, interfectus. Carnis autem appellatione totum hominem, id eſt corpus & animum declarat, ſynecdoche Hebræis peruſitata, vt Rom.1.a.3, & 1.Tim.3.d.16, & infrà, 4.a.1. Quid ergo dicet aliquis, animam dicis interfectam? Minimè verò, ſed dolores illius mortis cõmunes fuiſſe dico corpori & animæ, adeo quidẽ vt anima etiã propriè perpeſſa dicatur, ſicut corpus propriè mortuum dicitur, anima ex ipſo egreſſa. Viuificatus autem Spiritu, ζωοποιηθεὶς δὲ πνεύματι. Id eſt, per diuinitatem in ipſo corporaliter habitãtem, vitæ reſtitutus. Poteſtatem enim habuit à ſemeti ipſo deponendi animam, & rurſus ſumendi eam, Ioh.10.d.18. Spiritus autem nomine in Chriſto ſignificari diuinæ naturæ homini coniunctæ potentiam, quando carni, id eſt alteri naturæ imbecillæ opponitur, oſtendimus Rom.1.a.3. & totum hunc locum quaſi ex profeſſo ita explicat Paulus 2.Cor.13.a.4, his verbis, ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ. Id eſt, Crucifixus eſt ex infirmitate, ſed viuit ex Dei potentia. Itaque hunc locum ſordè Caſtellio nuper corrupit quũ ſic eum interpretaretur, Corpore necatus, animo in vitam reuocatus. In Latinis quibuſdam, vetuſtis codicibus legitur Mortificatos & viuificatos, ſed contextu ab aliquibus Græcæ linguæ imperitis depraua-
20 to.

19 Per quem etiam, &c. ἐν ᾧ καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ. In vno codice ſcriptum erat τοῖς ἐν φυλακῇ κατακλεισμένοις, in carcere incluſis. Cæterùm quia non alius locus in Nouo teſtamento obſcurior habetur, conabor & ego illum pro viribus illuſtrare. Sic igitur Vetus interpres, In quo & iis qui in carcere *erant* ſpiritibus, veniens prædicauit, qui increduli fuerant aliquando. Sic autem Eraſmus, In quo etiam abiit, & ſpiritibus qui *erant* in carcere prædicauit, qui inobedientes fuerant quõdam. Nunc ad varias interpretationes accedamus, quarum tamen a-
25 liquot commemoraſſe contentus ero. Primùm igitur qui ex hoc teſtimonio Lymbum (quem vocãt) conſtituũt, quaſi ad Patrum Spiritus illic tanquam in carcere quodam incluſos peruenerit Chriſti anima, vt eos liberaret, & Chriſti ad inferos deſcenſum ita explicant, manifeſtis rationibus poſſunt refelli. Sit iſta opinio quantumlibet vetus, & maximorum virorum authoritate nitatur, tamen non poſſe huc applicari quod hic commemorat Petrus, iſtis argumentis oſtendo: Primùm, nulla hic mentio fit animæ Chriſti, ſed Spiritus, id eſt diuinæ potentiæ.
30 neque enim per Spiritum intelligere poſſis animam Chriſti quin ſimul dicas eum per animam fuiſſe renocatũ in vitam. Atqui quanuis non aliter fuerit vita reſtituenda quàm anima rurſus corpori coniuncta, tamen ipſam animam non minus ineptè dixeris illum ad vitam reuocaſſe, quàm ſi Lazari corpus dicas per animam fuiſſe in vitam reuocatum. Neque verò melior quærendus interpres quàm Paulus, qui quod hic Petrus Spiritum vocat, virtutem Dei appellat, 1 Corinth.15.a.4. Secundò, tantum abeſt vt de piorum animis hoc poſſit intelligi,
35 vt contrà nonniſi de iis agatur qui immorigeri fuerunt. Tertiò, non dicitur Chriſtus in Spiritu iſtos liberaſſe, ſed illis prædicaſſe, & rurſus infrà. 4.b.6, dicitur Euangelium prædicatum fuiſſe mortuis. Aliud autem eſt prædicare & euangelizare, quàm ſimpliciter dicere, Adſum quem expectabatis. Denique, vt hoc nõ ſit ſatis firmum, tamen hoc conſtat, nullam factam hic eſſe liberationis mentionem, nec fieri etiam potuiſſe, quum tantùm dicatur prædicatum fuiſſe πνεύμασιν τοῖς ἀπειθήσασιν, ſpiritibus qui prædicationi non ſunt obſequuti. Quartò, oſten-
40 dant quo iure interpretentur τοῖς ἐν φυλακῇ, iis qui *erant* in carcere, potius quàm iis qui *ſunt* in carcere? & πορευθεὶς, profectus, è corpore vel ex hoc mundo, repugnante Vetere interprete, qui veniens interpretatur, & quidem non ineptè, vt ſuo loco dicemus. Quintò, proferatur teſtimonium aliquod ex Scripturis ex cuius collatione intelligamus carceris nomine locum aliquem deſignari in quo beati Spiritus concluſi fuerint. Hoc certè nuſquam inuenietur: ſed econtrario, fideles ex hac vita demigrantes, fide idipſum adeptos quod nos ſperamus, ve-
45 expoſuimus Epheſ.cap.1.b.10. Secunda expoſitio eſt eorum qui hoc accipiunt de Apoſtolorum prædicatione,

qui per Spiritus inſtinctū prædicarint ſpiritibus in carcere, id eſt peccati vinculo cōſtrictis, & proinde immorigeris hominibus, qui & mortui dicuntur. Quam interpretationē meritò reiicit his argumentis doctiſſimus interpres. Primò, cur viuis hominibus ſpirituum nomen tribueret? nam certè noua & inaudita eſt iſta ſynecdoche, præſertim quum de iis agitur qui non ſunt regenerati. Neque enim ſpiritum, ſed animam ſolent Hebræi πνεῦμα dicere: pro eo accipere quod Perſonam in vernaculo noſtro ſermone vocamus, vt infrà, ver. 20. Octo animæ, pro octo hominibus. Secundò, quum mortuos apertè non nominet, coactam eſſe allegoricam iſtam interpretationem apparet. Tertiò, qua de cauſa tam repentè Petrus ad dies Noe à temporibus Apoſtolorum regrederetur? Quartum argumentum addo, quòd hæc interpretatio ad ſcopum Apoſtoli nihil prorſus pertineat.

Tertia explicatio quorundam eſt fanaticorum qui putant animabus incredulorū ante Chriſti aduentum mortuorum, oportuiſſe prædicari Euangelium, vt & ipſæ, ſi vellent illud amplecti, ſaluæ fierent. Hoc verò delirium nulla refutatione indiget, quum tota Scriptura clamet, ſtatim à morte cōſequi iudicium. Deinde quorſum hoc commemoraret Apoſtolus? quorſum etiam ad Noe tēpora reſtringeret? Quarta ſententia eorum eſt qui de quibuſdam agi putant qui tempore Noe diu quidem fuerint increduli, ſed tamen paulo ante diluuium reſipuerint. Illos igitur pœnas quidem corpore dediſſe, ſed ſeruatos fuiſſe illorum ſpiritus, ex beneficio Chriſti, cuius mortis virtus ad eos emanarit. His verò ita ſit reſponſum: Primùm, multa dici in hac expoſitione quæ nuſquam apparent in contextu. Secundò, ſpiritus nomine non poſſe ſignificari mortis Chriſti efficaciam, quin ſimul dicatur eadē efficacia viuificatus. Neque enim aliter vſurpari poteſt ſpiritus nomen in hoc verſiculo quàm in ſuperiore. Illud verò dicere nimium fuerit abſurdum. Tertiò, pugnare etiam hanc ſententiam cum ipſo cōtextu, quum apertè dicantur iſti Spiritus infideles periiſſe, & ſolæ octo animæ ſeruatæ. Quartò, ne hoc quidem ad Apoſtoli ſcopum pertinere. Tandē verò dicam & ipſe quid mihi videatur, ita tamen vt doctorum interpretū ſententiis minimè velim præiudicium adferre, &, ſiquis rectiora docuerit, non inuitus de ſententia mea ſim deceſſurus. Spectandum puto in primis Apoſtoli ſcopum: is autem eſt, vt fideles ad ſanctè & iuſtè viuēdum hortetur. Ingreſſus enim eſt hoc argumentum à verſu 8. Iam verò quia nullis aliis maiores imminent ærumnæ, fuerunt adferēdæ rationes quibus aduerſus omnes calamitates confirmentur, ne ſtudium iuſtitiæ remittant. Hæc cauſa eſt cur à verſu 14 vſque ad finem huius capitis hanc partē tractet, & rurſus à ſequentis capitis ver. 12, ad quintum vſque caput, quod ſpero mihi conceſſuros quicunque ſeriem orationis propius conſiderarint. Iam verò videamus quæ adhibeat argumenta. Primum ſumptum eſt à prouidentia Dei, ſuos reſpicientis, & omnibus impiis irati, vt Dauid teſtatur. Monet igitur vt hanc Dei omnipotentis prouidētiam omnibus terriculamentis opponentes, fortiter perſeueremus, adeo vt iis ipſis à quibus oppugnamur, non ſine rubore ſuæ impietatis conuincantur. Secundum argumentum eſt à Dei voluntate ſumptum, qui hac via conſtituerit ſuos ad vitam æternam adducere. Eſt autem duplex hoc argumentum, quia oſtendit afflictiones pro iuſtitia non temere, nec Deo nos deſerente, ſed contrà Deo ita conſtituente, & regnum ſuum moderante, nobis euenire: deinde propoſito felicissimo omnium ærumnarum exitu, nos ſolatur. Sed hoc fuit probandum. cui enim facilè perſuaſeris, Deum illos voluiſſe affligi quos charissimos habeat? Hoc illud eſt igitur in quo nunc verſatur, ac in ipſa quidem fronte primùm omnium nobis Chriſtum proponit, perfectiſſimum nimirum exemplar in quo conſiliū Dei intuea mur. Eandem enim par eſt membrorum & capitis naturam ac conditionem eſſe. Præterea indicandum etiam fuit in primis, non modò quod exemplum nobis proponeremus, ſed etiam ex quo fonte vires illas infractas hauriremus, quibus fulciri nos oporteat. Chriſtum igitur proponit, qui iuſtiſſimus quum eſſet, pro nobis eouſque afflictus eſt vt mortem crudelitatis & ignominiæ plenam vltro ſubierit. Sed hoc, inquit, quod ad carnem attinet, illi contigit: nam mox diuina virtute victor euaſit. Et quorſum hoc Chriſtus? Nempe vt nos per eādem viam ad Deum adduceret. Quid eſt igitur tam aſperum quod reformidemus, tam arduum quod nō ſperemus? Hæc igitur Petrus in verſiculo ſuperiore. Nunc verò quia vno tantùm verbo nobiliſſimi huius exempli vſum attigerat, oportuit copioſius explicari quænā ſit Eccleſiæ cum Chriſto capite tum in afflictionibus tum in gloria coniunctio: deinde etiam quænam nunc ſit illa capitis noſtri gloria, cuius & virtute confirmemur, & ſpe ſuſtentemur. Deligit autem exemplum, quo nullum certè magis expreſſum potuit inueniri: primùm videlicet antiquiſſimam, vt & perpetuam hanc fuiſſe Eccleſiæ conditionem, & Chriſti capitis noſtri virtutem iam tum eluxiſſe nouerimus: deinde in quo non vnus aliquis, ſed totum Eccleſiæ corpus: non leuis aliqua calamitas, ſed mors ipſa potius quàm mortis periculum: non vulgare aliquod aduerſus impios iudicium, ſed quo nullum vnquam magis inſigne editum fuerit: non ſimplex aliqua, ſed miraculi plena liberatio ſpectanda proponatur: quod denique inſigne etiamnum noſtræ ſalutis antitypum cōplectatur. Hoc ergo videamus quomodo explicet. Chriſtus, inquit, quem dixi virtute viuificatum, iam olim in diebus Noe, quum appararetur arca, profectus ſiue aduenies, è cælo videlicet, ne nunc primùm putemus illum Eccleſiæ curam & adminiſtrationem ſuſcepiſſe: aduenies, inquam, non corpore, (quod nondum aſſumpſerat) ſed ea ipſa virtute per quam poſtea reſurrexit, prædicauit ſpiritibus illis qui nunc in carcere meritas dant pœnas, vtpote qui recta monenti Noe, & arcā ſuam conſtruenti parere olim recuſarint, in qua etiam octo duntaxat animæ ſeruatæ ſunt. Hæc eſt, opinor, plana & ſimplex huius loci explicatio, cum præcedentibus & ſequentibus optimè cohærens, & ita quidem vt neque vlli verbo vis fiat, neque quicquam adiiciatur, vel detrahatur: quod ex iſta contextus declaratione planius etiam intelligetur. Per quem, ἐν ᾧ. Sub. πνεύματι. Per quem Spiritum. i. per quam virtutem, eam ipſam videlicet qua fuit viuificatus: vt nemo vel mortis corporalem præſentiam, vel animam Chriſti, vel efficaciam poſſit intelligere: quum non poſſit aliter in hoc verſiculo explicari Spiritus nomē quàm in ſuperiore. Vulg. & Eraſ. In quo, paulo obſcurius, quanuis poſſit hoc quidem tolerari, vt idem declaret atque καθ' ὅ, cuius Spiritus reſpectu.

Spiritibus qui *fuer* in carcere, τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι. Sub. οὖσι, quod participium propriè temporis eſt præſentis. Illis autem impoſuit qui per præteritum imperfectum interpretati ſunt τοῖς οὖσι, qui erant, quaſi prædicationis tempore iam eſſent in carcere, quum Petrus minimè tempus illud reſpiciat quo prædicatum eſt illis, id eſt tempus Noe, per quem Spiritus Chriſti totos centum & viginti annos tam diligenter illis prædicauit reſipiſcentiam: ſed ſuum ſeculum conſideret, quo illorum incredulorum cadauera pridem quidē computruerāt: ſpiritus verò in carcere incluſi, vltimam nimirum iudicis ſententiam cum fletu & ſtridore dentium expectantes, in tenebris illis exterioribus tenebantur, vbi & nunc tenentur. Neque verò quicquam in hac interpretatione detorſimus, ſiue formulam ipſam loquendi, ſiue ſingula verba ſpectes. Ita enim ſæpiſſime ſit vt rem loquendo, tum ſcribendo conſideremus quid noſtris temporibus conueniat, non autem illis de quibus agimus. quam figuram μεταλῆψιν vocant: cuius infinita paſſim apud omnes ſcriptores exempla occurrunt. Participium autem οὖσι (ſi paucos locos excipias in quibus quartam noctis partem declarat) pro carcere vbique accipitur: & commodiſſimè ita poteſt explicari vt nos fecimus, eadem ratione qua dicuntur carceris tenebrarum vinculi diaboli, ſeruari ad iudicium, 2. Pet. cap. 2. 4. & ἐν φυλακῇ, id eſt in carcere, poſitus dicitur Satan Apocal. 20. c. 7. ſpirituum

autem nomen quoniam paulo antè diximus coactè pro viuis hominibus accipi, obſeruãdum eſt, Petrum, quum de iis ageret qui iampridẽ erant mortui, & neceſſariò faceret cæteris mẽtionẽ, neceſſariò quoque non homines ſed Spiritus dixiſſe, id eſt eos quorum Spiritus tum quum ipſe hæc ſcriberet in carcere erant, & erunt ad extremum vſque diem, quo modo etiam loquitur Apoſtolus Heb. 12. d. 23. de beatis agens. Profectus, πορευθείς. Vel, veniens, vt rectè cõuertit Vetus interpres, ſicuti mox dicemus. Eraſ. Abiit, multo obſcurius. Cæterùm illud conſtat, apud Hebræos ſæpe eiuſmodi participia redundare: vt ſi dicas, Surgens abiit, Reſpõdens dixit, & ſimilia: quãuis non ſine aliqua emphaſi ſæpe hoc faciant, veluti quum rem aliquam ſeriam & prius meditatã deſcribunt, vt Exo. 1. a. 1. Itaque mihi videtur magnum eſſe huius participii põdus hoc loco, quod nimirum teſtetur Chriſtum iam tum per Spiritum ſuum in difficillimis illis temporibus Eccleſiæ præfuiſſe, à quo etiamnum hodie gubernamur. Eſt autem hæc conſuetudo Scripturæ, vt, quò melius ſumma illa Dei prouidentia declaretur, è cælis ipſis dicatur Deus deſcendere. quod & aliquoties factum eſt, Chriſto viſibili aliqua ſpecie appa rẽte, vt ex 18 cap. Geneſis manifeſtè liquet: vbi diſertè dicit ſe deſcendiſſe is ipſe qui יהוה proprio videlicet Dei nomine dicitur. Itẽ Exo. 3, vbi is qui in rubo apparet Moſi, (Chriſtus proculdubio, vnicus hominum & Dei mediator) Ne deſcendiſſe inquit ac de nomine interrogatus, proprium illud nomen ſibi vendicat, quod certum eſt nullum Angelum ſibi ſine ſacrilegio vſurpaturũ fuiſſe. Quid igitur? Nẽpe quũ de Spiritu, id eſt diuina illa virtute Filii Dei, agatur, non poſſum dubitare quin ſicut ſuprà ipſemet Petrus 1. b. 11. de Spiritu Chriſti prænuntio loquutus eſt, hoc participio per anthropopathiã declaretur illius præſentia qua Noe & Eccleſiam ſuam ſeruauit, impios verò funditus perdidit: Noe inquam præconem iuſtitiæ, per cuius os, ſicut per reliquos etiam Prophetas, orbem terrarum ad reſipiſcentiam inuitauit, vt Ierem. 7. e. 24. & Zachar. 7. d. 11. ſcribitur. Itaque πορευθείς nec durè nec inſolenter explicamus Profectus, è cælis videlicet, vbi Scriptura collocat beatam diuinæ illius virtutis ſedem: non autem è corpore vel è mundo. quod planè coactum eſſe oſtendimus, & ab Apoſtoli ſcopo alienum. Sed & πορευθείς poſſumus interpretari παραγενόμενος, aduenies, ex Hebræorum conſuetudine, quam expoſuimus Matth. 4. a. 5, Mar. 8. b. 11. & aliis multis locis: quum præſertim ita prorſus vſurpetur hoc idẽ participium Luc. 14. b. 10. & 13. f. 33. & Mar. 3. c. 13. & 16. c. 13. Prædicauit, ἐκήρυξε. Hoc quoque confirmat noſtram interpretationem. neque enim dubitari poteſt quin hoc cohæreat cum iis quæ ſequũtur. i. ad illud tempus quo Spiritus per os Noe arcam cõſtruentis, iram Dei imminentem prædicabat. Nam cui fuerunt immorigeri? certè illi qui prædicabat. Non poteſt ergo prædicatio iſta ad poſterius aliquod tempus referri. Sed de hoc mox etiam dicemus cap. 4. b. 6.

Ἀπειθήσασί ποτε, ὅτε ἅπαξ ἐξεδέχετο τοῦ Θεοῦ μακροθυμία ἐν ἡμέραις Νῶε, κατασκευαζομένης κιβωτοῦ, εἰς ἣν ὀλίγαι (τοῦτ' ἔστιν ὀκτὼ) ψυχαὶ διεσώθησαν δι' ὕδατος·

10 ᵛOlim immorigeris, ſquum ᵛſemel ᵛexpectabat Dei patiẽtia in diebus Noe, quũ appararetur arca: in qua ᵛpaucæ (id eſt ᵛocto) animæ ſeruatæ ſunt ᵛin aqua.

10 *Qui increduli fuerant aliquando, quãdo expectabat Dei patiẽtia in diebus Noe, quũ fabricaretur arca, in qua pauci, id eſt octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam.* *Gen. 6. c. 14 mat. 24. d. 38 luc. 17. f. 26*

Ὃ καὶ ἡμᾶς ἀντίτυπον νῦν σώζει βάπτισμα (οὐ σαρκὸς ἀπόθεσις ῥύπου, ἀλλὰ συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπερώτημα εἰς Θεὸν) δι' ἀναστάσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ,

11 ᵛCui nunc ᵛcorreſpõdens exẽplar Baptiſmi nos quoque ſeruat (non quo carnis ſordes abiiciuntur, ſed ᵛquo fit vt bona cõſcientia Deũ interroget) per reſurrectionem Ieſu Chriſti,

11 *Quod & nos nũc ſimilis formæ ſaluos facit Baptiſma (non carnis depoſitio ſordiũ, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio in Deũ) per reſurrectionem Ieſu Chriſti,*

10 Olim immorigeris, ἀπειθήσασί ποτε. Hoc ita cohæret cum τοῖς πάλαι vt non magis diuelli poſſit quàm adiectiuum à ſubſtantiuo, quod vocant, nec vlla prorſus alia ratione explicari poſſit. Deinde aduerbium ποτὲ tempus illius prædicationis indicat, ac proinde per antitheſin oſtendit ita explicandum eſſe τοῖς ἐν φυλακῇ πάλαι, vt nos fecimus: perinde videlicet acſi ſcriptum eſſet τοῖς τοτὲ ἐν φυλακῇ πάλαι. vt τοτὲ & πώποτε. olim & nũquã opponantur. Sed non fuit neceſſe vt τοτὲ adderetur: propterea quòd οὖν ex communi vſu ſubauditum, præſentis eſt temporis. Contrarius autem error in hoc participio inolenit quàm in ſuperiore. Nam illud conuerterunt per imperfectum, Qui erãt, pro Qui ſunt: hoc verò per pluſquamperfectũ, Qui fuerant increduli, id eſt ἀπιστήσαντες. Et Eraſ. Qui inobedientes fuerant, pro quo dicendum erat, Qui inobedientes fuerunt, ſeruata propria aoriſti ſignificatione. Semel, ἅπαξ. Hoc aduerbio declaratur tempus vltimò præfixum ac definitum fuiſſe, quo elapſo nulla reliqua ſpes ſupereſſet: quod & hiſtoria & exitus ipſe rei declarauit. Vetus interpres, pro ἅπαξ ἐξεδέχετο legit ἀνεξεδέχετο, ſed mendoſè, vt mihi videtur: quanuis ita legerimus in Complutenſi editione & veruſtis codicibus quatuor. Expectabat Dei patientia in diebus Noe, &c. ἐξεδέχετο ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ Θεοῦ, &c. Ita rectè legit Auguſtinus epiſt. 99. Et ſanè cogor hoc in loco maiorem in Eraſmo attentionem deſiderare, qui quum hunc Auguſtini locum legiſſet, non dubitauit tamen conuertere, Expectabatur Dei lenitas. Nam, inquit, τὸ ἐξεδέχετο verbũ eſt medium, quod tamen neſcio quàm verum ſit. Deinde à quo tandem expectabatur Dei lenitas hoc tempore? Num à Noe? is certè expectabat Dei miſericordiam, ſed de patientia illa differitur qua Deus vſus fuerat quũ cxx annos mundo cõſtituiſſet ad reſipiſcendũ. Noe igitur arcam ædificans, non Dei lenitatem, ſed Dei iudicium imminens expectabat. Quid verò impii? nempe Dei lenitatem non modò non expectabant, ſed etiam deridebant. Sed Deus is eſt qui patienter expectabat tãtiſper dum præteriret tempus illud cxx annorũ conſtitutum, & arca eſſet extructa. Vulg. Quando expectabant Dei patiẽtiam. Quem locum exiſtimo, quum rectè conuerſus eſſet à Vetere interprete, à ſciolis aliquibus depraua tum, vt illud quoque quod ſuprà annotauimus ver. 19. Dicitur autem Dei patientia, pro Deus patiens, ex Hebræorum idiotiſmo. Paucæ, ὀλίγαι. Vulg. Pauci, ὀλίγοι, eodem ſenſu. quam lectionem inuenimus in duobus veteribus libris. Octo animæ, ὀκτὼ ψυχαί. i. octo homines, Hebraica ſynecdoche. In aqua, δι' ὕδατος. i. ἐν ὕδατι, vt Rom. cap. 4. b. 11. Hoc enim eſt quod in vernaculo ſermone dicimus *parmi l'eau*. Vulg. & Eraſ. Per aquam. quod planum fuiſſet ſi additum eſſet epitheton, vt ſi Per medias aquas ſcriptum eſſet. Neque enim διὰ videtur pro cauſa inſtrumentali accipi poſſe, quum aqua non ſeruarit Noe, ſed ex aqua ſit ſeruatus: ſicut in Baptiſmo illa emerſio ex aqua, declarat emerſionem ex morte in nouam vitam.

11 Cui, ᾧ. Ita reſtitue ex Complutenſi codice: nam mendoſè in aliis legitur ὃ. Correſpondens exemplar ἀντίτυπον. Τύπος in his libris paſſim dici ſolet illud in quo tanquam exemplari quippiam nobis repræ-

ſentatur, vt 1. Cor. 10. b. 8, & c. 11, Hebr. 6. b. 5. Comparantur autem typi interdum cum veritate ipſa, cuius ſunt exemplaria, vt Hebr. capite 9. f. 14, ſacrarium Tabernaculi dicitur cæloruꝫ ἀντίτυπα. Interdum verò cum aliis ſecundariis eiuſdem rei exemplaribus conferuntur: vt hoc in loco Baptiſmus dicitur ἀντίτυπον eius liberationis quæ contigit Eccleſiæ in diluuio. Nam & hæc liberatio & Baptiſmus adumbrant Eccleſiæ ſanctificationem, & emerſionẽ à peccati & mortis gurgite. Sunt igitur duo typi ſed liberationis è diluuio præcedens typus, ſequentem Baptiſmi typum illi correſpondentem adumbrauit: qua ratione etiam poteſt Baptiſmus & nubi & tranſitioni maris rubri tanquam ἀντίτυπον opponi. Quo ſit, &c. πυνθάνεσθαι, &c. Vel, Deum interpellet, aut inquirat, aut conſulat. Nam ἐπερώτημα vocat τὸν ἔρωτα, ſiue αἴτημα, poſtulationem & interpellationem, quæ ab Hebræis שאלה dicitur. Additur autem εἰς Θεόν. i. apud Deum, ex ratione conſtructionis apud Hebræos vſitatæ. Sic enim dicunt שאל באלהים. i. Poſtulauit apud Deum, pro Poſtulauit à Deo, ſiue Quæſiuit ex Deo. In ſumma igitur Petrus Baptiſmum illũ ſalutis noſtræ typum efficacem deſcribit à ſanctificationis effectu, quo ſit nimirum vt ſanctificata conſcientia ab vno Deo pendeat, illũ inuocet, nihil niſi eo conſulto, & vt loquuntur Hebræi, ore ipſius interrogato, aggrediatur. Vulg. Conſcientiæ bonæ interrogatio in Deum nimium obſcurè profectò, ſed tamen ad verbum. Eraſmus verò mihi videtur ſententiam non expreſſiſſe, quum interpretaretur, Quo ſit vt bona conſcientia bene reſpondeat apud Deum. Nam ἐπερώτημα pro reſpondere & teſtificari vix putem vſurpari ſatis commodè poſſe: alioqui ſimile quiddam videtur Paulus deſcribere Rom. 1. c. 15.

Ος ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ, πορευθεὶς εἰς οὐρανὸν, ὑποταγέντων αὐτῷ ἀγγέλων καὶ ἐξουσιῶν καὶ δυνάμεων.

22 Qui eſt ᵛ ad dexteram Dei, ᵛ profectus in cælum, ſubiectis ipſi Angelis & poteſtatibus ac virtutibus.

22 *Qui eſt in dextera Dei, deglutiens mortẽ, vt vitæ æternæ hæredes efficeremur. profectus in cælũ, ſubiectis ſibi Angelis et poteſtatibus & virtutibus.*

Κεφάλαιον δ΄

CAP. IIII.

CAP. IIII.

Χριστοῦ οὖν παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ, καὶ ὑμεῖς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ὁπλίσασθε, ὅτι ὁ παθὼν σαρκὶ, πέπαυται ἁμαρτίας,

1 ᵛ Quum igitur Chriſtus paſſus ſit pro nobis carne, vos quoque eadem cogitatione armamini, ᵛ *nempe* quòd qui paſſus eſt in carne, deſtitit à peccato,

1 *Christo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini, qa qui passus est in carne, desist à peccatis.*

Εἰς τὸ μηκέτι ἀνθρώπων ἐπιθυμίαις, ἀλλὰ θελήματι Θεοῦ τὸν ἐπίλοιπον ἐν σαρκὶ βιῶσαι χρόνον.

2 Vt non amplius cupiditatibus hominum, ſed voluntati Dei, ᵛ quod reliquum eſt temporis in carne viuat.

2 *Vt iam nõ desideriis hominum. sed voluntati Dei quod reliquũ est in carne vivat tempus.*

Ἀρκετὸς γὰρ ἡμῖν ὁ παρελήλυθὼς χρόνος τοῦ βίου τὸ θέλημα τῶν ἐθνῶν κατεργάσασθαι, πεπορευμένους ἐν ἀσελγείαις, ἐπιθυμίαις, οἰνοφλυγίαις, κώμοις, πότοις, καὶ ἀθεμίτοις εἰδωλολατρείαις·

3 ‖ Satis enim eſt nobis quòd anteacto vitæ tempore ᵛ libidinem Gentium patrauerimus, quum incederemus in proteruitis, cupiditatibus, vinolentiis, comeſſationibus, compotationibus, & nefariis ſimulacrorum cultibus.

3 *Suffcit enim præteritum tempus ad voluntatẽ Gentium cõsummandã iis qui ambulauerunt in luxurijs, desideriis, vinolẽtijs, comeſſationibus, & illicitis idolorum cultibus.*

1. Pet. 4. v. 13

22 **Ad dexteram Dei,** ἐν δεξιᾷ Θεοῦ. Vide Hebr. 1. b. 3. Cæterùm quod addit Vetus interpres, nuſquam in codicibus Græcis inuenimus, quanuis minimè videatur otioſum. Addit autem hæc, Deglutiẽs mortem, vt vitæ æternæ hæredes efficeremur. **Profectus, &c.** πορευθεὶς, &c. Hanc Chriſti in cælum profectionem opponit duplici aduentui, vni per Spiritus ſui virtutem, quæ in illa Eccleſiæ liberatione inſignis apparuit alteri, qua re vera manifeſtatus eſt in carne. Dicit autem eum ad dexteram Dei ſedere, ſubiectis illi omnibus, vt quum eius virtute multo etiam magis quàm antea nos regi & gubernari nouerimus, nullo periculo deiiciamur, ſed bona illa cõſcientia ipſum inuocemus: deinde vt tantæ iſtius gloriæ, cuius participes ſumus, aſſidua contemplatione nos conſolemur. Aſcendit enim per crucem, vt per crucem nos ad Deum adduceret, ad cuius dextram ſedet.

IN CAPVT IIII.

1 **Quũ igitur Chriſtus,** Χριστοῦ οὖν. Nunc redit ad exhortationẽ vt ſanctè vitã inſtituamus, & noſtræ ſanctificationis fõtẽ aperit, nẽpe, Chriſti mortẽ, cuius vi morimur peccato: ſicut eiuſdẽ reſurrectione in nouã & perennẽ vitã reſurgimus, vt pluribus expoſuimus cap. 6. epiſt. ad Rom. ab initio capitis vſq; ad ver. 11. Aptiſſimè verò cohærẽt iſta, quũ in Baptiſmo peculiare quoddã habeamus noſtræ tum mortificationis tũ viuificationis exẽplar, vt illic quoque Paulus luculẽter exponit. **Nempe quòd, &c.** ἤτοι, &c. i. Eũ demũ in veteri homine, i. (vt loquitur Paulus, Rom. 6. b. 7) carni ac peccato, mortuum eſſe, Chriſti exẽplo, ac virtute, in quo peccatũ amplius nõ viget. Hæc enim eſt ſanctificationis noſtræ definitio, quæ partẽ illius vtrãque cõplectitur, ſi ſequentẽ verſiculum adiunxeris. Sed pro ὁ παθὼν σαρκὶ, qui mortuus eſt, maluit dicere ὁ παθὼν ἐν σαρκὶ, qui paſſus eſt in carne, vt nos ad Chriſtum, noſtrum archetypum, reuocaret. qua ratione etiam dicitur vetus homo in nobis eſſe crucifixus, & caro crucifixa cum cupiditatibus ſuis, & mundus nobis crucifixus, ac nos vicißim crucifixi mundo, apud Paulum. Eraſmus igitur manifeſtè deprauauit Pauli ſententiam, quum ὁ παθὼν ἐν σαρκὶ interpretaretur, qui patiebatur in carne: quaſi de Chriſto ipſo hæc dicantur: equum ex iis quæ ſubiiciuntur, ſatis appareat Chriſto capiti non conuenire, ſed membris in eo ſanctificatis. Carnis igitur nomẽ, vbi de Chriſto agitur, humanam naturam, eámque integram & omni labe carentem, hoc autẽ poſteriore loco, qualem illam habemus, id eſt vitioſam ac corruptam, declarat, vt paſſio in carne nihil aliud quàm noſtræ vitioſitatis abolitionem declarer.

1 **Quod reliquum eſt, &c.** τὸν ἐπίλοιπον, &c. Id eſt, quod præſenti vitæ in hoc corpore tranſigendæ ſupereſt. Caro igitur tertia etiam ſignificatione hic accipitur, nempe pro præſentis & infirmæ huius vitæ conditione, vt Gal. 1. d. 10, Hebr. 5. c. 7.

3 **Libidinem Gentium patrauerimus,** τὸ θέλημα τῶν ἐθνῶν κατειργάσθαι. Id eſt profanè ac libidinoſè, Gentium

Gentium inſtar, vixerimus. Comparat enim flagitioſos Iudæos cum Gentibus, id eſt cum profanis populis & à cognitione Dei alienis. qua ratione etiam Dauid impios ſuos aduerſarios Gentes vocat, Pſal. 59. b. 7, & Prophetæ Iudæos populum Sodomæ & Gomorrhæ. Eſa. 1. c. 10.

Ἐν ᾧ ξενίζονται, μὴ συντρεχόντων ὑμῶν εἰς τὴν αὐτὴν τῆς ἀσωτίας ἀνάχυσιν, βλασφημοῦντες·	4 Quamobrem *illi*, non concurrentibus vobis ad eandem luxus profuſionem, peregrinari ſibi videntur, blaſphemantes:	4 *In quo peregrinantur, non concurrentibus nobis in eandem luxuriæ effuſionem, blaſphemantes:*
Οἱ ἀποδώσουσι λόγον τῷ ἑτοίμως ἔχοντι κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς.	5 Qui reddituri ſunt rationem ei qui paratus eſt ad iudicandũ viuos & mortuos.	5 *Qui reddent rationem ei qui paratus eſt iudicare uiuos & mortuos.*
Εἰς τοῦτο γὰρ καὶ νεκροῖς εὐηγγελίσθη, ἵνα κριθῶσι μὲν κατὰ ἀνθρώπους σαρκὶ, ζῶσι δὲ κατὰ Θεὸν πνεύματι.	6 Nam idcirco mortuis quoque prædicatũ eſt Euãgelium, vt damnarẽtur quidem ſecundum homines, *id eſt* carne, viuerent autem ſecundum Deũ, *id eſt* Spiritu.	6 *Propter hoc enim & mortuis euãgelizatum eſt ut iudicentur quidem ſecundũ homines in carne, viuant autem ſecundum Deum ſpiritu.*

4 Peregrinari ſibi videtur, ξενίζονται. Hoc eſt quod in vernaculo ſermone dicimus, *Ils ſe trouuent eſtranges*, vel, *Ils ſe trouuent tout nouueaux & comme en un autre monde*. Vulg. Peregrinãtur, Latinè profectò, ſed paulo obſcurius. Cic. pro Rabirio perduell. reo, Adeóne es ignarus diſciplinæ conſuetudiniſque noſtræ vt hæc neſcias? vé peregrinari in aliena ciuitate, non in tua magiſtratum gerere videaris? Idem Acad. Nos in noſtra vrbe peregrinantes, errantéſque, tanquam hoſpites, libri tui domum deduxerunt. Sic etiam nunc hodie quaſi in lucem reuocato Euangelio, quid aliud clamitant homines quàm hæreticis iſtis nouum mundum eſſe fabricandum? Atqui non oportuit mundum, ſed hominum ingenium mutari: quibus vetus eſſe debuerat quod nouum eſt, & è contrario nouum eſſe quod nimium eſt vetus. Eraſmus. Atque id abſurdum illis videtur, nõn ſatis expreſſé.

6 Nam idcirco, καὶ γάρ. Dictum eſt fore vt Chriſtus iudicet viuos & mortuos. hic verò nemo fuit qui exiſtimaret fore vt coram Dei tribunali aliqui mortui comparerent: ſed omnes antè mortuos dici, qui quũ ante diem Domini ſint mortui, poſtea ſuſcitabuntur, nemo ignorauit. Non poſſum igitur ſatis mirari qũ factũ ſit vt interpretes aliquid eiuſmodi in hoc quoque dicto non obſeruauerint, quod præſertim illius rationem complectitur. Nam certè non minus, imò etiam magis abſurdum eſt dicere, Dominum prædicare mortuis, quàm mortuos iudicare. In eo tantùm eſt diſcrimen quòd ἵνα dicitur Deus iudicaturus mortuos, intelligimus eos qui mortui fuerint, & eſſe deſierint: quum verò dicimus prædicatum eſſe mortuis, intelligimus eos qui tum quidem viui erant, nunc verò ſunt mortui. Alioqui, ſi de animabus hoc accipias, quænam erit hæc interpretatio, mortuis, id eſt mortuorum hominum ſpiritibus? ſi de corporibus, quorſum annuntietur putrefactis cadaueribus Euangelium? Et tamen ſola propriè cadavera, mortua dicuntur. Iam verò ſi dicas, Euãgelizatum eſt, idem declarare atque Patefacta eſt mortis Chriſti efficacia, primùm valde coacta fuerit interpretatio, deinde ſemper huc redeundum erit, quinam ſint iſti mortui quibus illa patefacta dicatur. Denique ſufficiat hæc vna ratio pro omnibus, quum hoc attexatur ſuperiori dicto, non poſſe mortuorum nomen aliter hic accipi quàm in ſuperiore verſiculo, vbi dixit, Deum iudicaturum viuos ac mortuos, homines videlicet, non autẽ ſpiritus corporibus exutos, neque corpora ſpiritibus ſpoliata. Nõnulli tamen mortuos interpretãtur infideles, & mortuos in peccato. Sed (vt taceam quod modò dixi) redundaret etiam particula καί. Eos omitto qui limbum nobis fabricant, item qui mortuis infidelibus relictum fuiſſe putant aliquod pœnitẽtiæ ſpatium, ac proinde prædicatũ illis fuiſſe Euangelium. Sunt enim iſta nimium abſurda, quãuis nõnullos magni nominis interpretes in aliquid eiuſmodi neſcio quis impetus abripuerit. Quid igitur? Nempe quum dicit Petrus euãgelizatum fuiſſe mortuis, nunquam illi venit in mentem vt putaret ſpiritibus mortuorũ prædicatum fuiſſe Euangelium: ſed ſui temporis reſpectu mortuos vocauit quibus viuis prædicatum eſt Euangeliũ. acſi diceret nõ eſſe nouã hanc doctrinã, ſed ſuperiorum etiam temporum hominibus pridem mortuis fuiſſe annuntiatam, nec fruſtra ab illis contemptam. Id autem ita eſſe, propter iam commemoratas rationes, liquidò etiã apparet tum ex Apoſtoli ſcopo, tum ex iis quæ ſequuntur. Minatus eſt infidelibus qui ſuis ſudibriis & cõtumeliis non deſinunt ſanctos vexare, fore vt reddant rationem iuſto iudici, Qui, inquit, iudicaturus eſt viuos & mortuos. Quorſum hoc? Nempe vt ſcirẽt excipiendum neminem. Sed reſponderi poterat, patres illos qui mortui fuerunt ante Chriſti aduentum, (conſiderandum enim quo tempore & ad quos ſcripſerit Petrus) idoneam aliquã excuſationẽ habituros. Hoc negat Petrus. Nam, inquit, mortuis quoque idem hoc Euangelium annuntiatum eſt, quod etiam docetur 1. Cor. 10, & integro capite vndecimo epiſtolæ ad Hebræos. Et Dominus, Vidit, inquit, Abraham diem meum, & gauiſus eſt. Denique nulla vnquam fuit extra Chriſtum Eccleſia: ex quo etiam conſequitur, idem Euangelium, quanuis non pari diſpenſatione, tamen ab initio mundi ſemper Patribus annuntiatum. Non habebunt igitur filiorum ſceleſtorum (Iudæis autem Petrus ſcribit) ſceleſti patres quod prætexant quominus & ipſi ad iuſti iudicis tribunal ſiſtantur, ſecundum Euangelium iudicandi. Deinde ſi libuerit, ad conſolationem ſanctorum, poſſis hoc quoque piis Patribus per fidem Euangelium Chriſti venturi amplexis applicare. Sequentia verò ſic explico.

Vt damnarẽtur, &c. ἵνα κριθῶσι, &c. Quũ de re præterita Petrum differere modò oſtenderimus, & ſuprà etiam 3. d. 19, ſimul liquet ſeruandam eſſe aoriſti ſignificationem: ac proinde nec Veterẽ interpretẽ rectè conuertiſſe Iudicentur, nec Eraſmum Damnentur, id eſt κρίνωνται, quamuis ſequatur ζῶσι. Sed & puto ſatis eſſe reſponſum iis qui hæc accipiunt de Euangelio vel apud limbum, vel alibi poſt Chriſti mortem ſpiritibus mortuorum annuntiato. Dicã igitur quomodo planè hunc locũ explicari poſſe putem. Non cõtentus dixiſſe Petrus Euangelium etiam ſuperioribus ſeculis fuiſſe annuntiatum, voluit quoque oſtendere eius Euangelii ſummam, partim vt vnum & idem Euangelium ſemper fuiſſe doceret, partim vt ad inſtitutum rediret. Nam quæ de iudicandis viuis & mortuis dixit, non temere quidẽ nec parum appoſitè, ſed tamen παρέργως dixit, quum in impiorum mentionẽ incidiſſet. Cœperat autẽ de ſanctificatione differere: cuius duas partes eſſe dixerat, nẽpe paſſum eſſe in carne, ſeu mori peccato, & volũtati Dei viuere. Hoc ipſum eſt igitur quod nunc dicit fuiſſe ſuperioribus etiam ſeculis annuntiatum. Nam damnari carne, pati in carne, mortuum eſſe peccato, non eſſe in carne, idem declarãt. Dicitur enim damnatus in carne is in cuius carne damnatum eſt (id eſt abolitum & extinctum) peccatum.

tum.quæ pars eſt prior ſanctificationis, vt diſertè loquitur Paulus Rom.8. a.3. adeo quidem vt hæc verba Petri ἵνα κρίθωσι κατὰ, non poſſint planius explicari quàm ex 1.Cor.1. b. 5, εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ad interitum carnis. Idque ita eſſe, præterea etiam apparet ex antitheſi. Nam damnari & viuere contraria non erunt niſi damnari pro interire & mori accipias: ſicut mortificatio & viuificatio mutuò inter ſe reſpondent. Sed quum dixiſſet Petrus κατὰ ἀνθρώπους, ſecundum homines, declarans nimirum huius vitii quod in nobis extinguẽdum eſt, fontem ac originem in ipſa hominum natura hærere, addidit σαρκὶ per epexegeſin, vt alterũ altero explicaretur. 5

Viuerent autem, &c. ζῶσι δὲ, &c. Alteram partem ſanctificationis explicat priori cohærentem. Idcirco enim morimur carne vt viuamus Spiritu: ſicut copioſè expoſitum eſt ſexto & ſeptimo capitibus epiſtolæ ad Romanos. quamobrem etiam duo iſta vbique ſolent connecti. Quemadmodum autem quum diſſiſſet κατὰ ἀνθρώπους, addidit σαρκὶ, ita etiam poſt κατὰ Θεὸν, ſecundum Deum, addidit πνεύματι, Spiritu: vt viciſſim oſtenderet vnde vis iſta integræ & ſanctæ atque adeo perẽnis vitæ, quæ in nobis inchoata eſt, emanaret: nempe à Dei Spiritu, vnde factum vt ipſa etiam Spiritus diceretur. 10

Παντων δὲ τὸ τέλος ἤγγικε. σωφρονήσατε οὖν καὶ νήψατε εἰς τὰς προσευχάς,

7 Omnium autem finis immi net. Eſtote igitur ſobrii & vigilantes ad orandum.

7 Omniũ autẽ finis appropinquauit. Eſtote itaque prudentes, et vigilate in orationibus.

Πρὸ πάντων δὲ τὴν εἰς ἑαυτοὺς ἀγάπην ἐκτενῆ ἔχοντες, ὅτι ἀγάπη καλύπτει πλῆθος ἁμαρτιῶν.

Prou.10.b.12

8 Ante omnia verò charitatẽ alii in alios propẽſam habentes: nam charitas operiet multitudinem peccatorum.

8 Ante omnia autẽ mutuã in noſmetipſos charitatẽ continuã habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorum.

Φιλόξενοι εἰς ἀλλήλους, ἄνευ γογγυσμοῦ.

Rom.12.b.13 heb.13.a.2

9 Hoſpitales eſtote alii erga alios, ſine murmurationibus.

9 Hoſpitales inuicem, ſine murmuratione.

Ἕκαστος καθὼς ἔλαβε χάρισμα, εἰς ἑαυτοὺς αὐτὸ διακονοῦντες, ὡς καλοὶ οἰκονόμοι ποικίλης χάριτος Θεοῦ.

Rom.12.b.6 phil.2.b.14

10 Vt quiſque accepit donum, ita alius in alium illud ſubminiſtrantes, vt boni diſpenſatores variæ Dei gratiæ.

10 Vnuſquiſque ſicut accepit gratiã, in alterutrum illam adminiſtrãtes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei.

Εἴτις λαλεῖ, ὡς λόγια Θεοῦ· εἴτις διακονεῖ, ὡς ἐξ ἰσχύος ἧς χορηγεῖ ὁ Θεός· ἵνα ἐν πᾶσι δοξάζηται ὁ Θεὸς διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἐστὶν ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

11 Siquis loquitur, loquatur vt eloquia Dei: ſiquis miniſtrat, miniſtret tanquam ex viribus quas ſuppeditat Deus: vt in omnibus glorificetur Deus per Ieſum Chriſtum, cui eſt gloria & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

11 Siquis loquitur, quaſi ſermones Dei: ſiquis miniſtrat, tãquam ex virtute quam adminiſtrat Deus: vt in omnibus honorificetur Deꝰ p Ieſum Chriſtũ, cui eſt gloria & imperiũ in ſecula ſeculorũ. Amen.

Ἀγαπητοί, μὴ ξενίζεσθε τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει πρὸς πειρασμὸν ὑμῖν γινομένῃ, ὡς ξένου ὑμῖν συμβαίνοντος·

11 Chariſſimi, ne, tanquam hoſpites, exploratione illa per ignem quæ fit in vobis ad veſtri experimentum, percellimini, vt ſi peregrinum aliquid vobis accideret:

11 Chariſſimi, nolite peregrinari in feruore qui ad tẽtationem vobis fit, quaſi nouum aliquid vobis contingat:

Ἀλλὰ καθὸ κοινωνεῖτε τοῖς τοῦ Χριστοῦ παθήμασι, χαίρετε, ἵνα καὶ ἐν τῇ ἀποκαλύψει τῆς δόξης αὐτοῦ χαρῆτε ἀγαλλιώμενοι.

13 Imò in eo quòd conſortes eſtis afflictionum Chriſti, gaudete: vt & quum patefiet eius gloria, gaudeatis exultantes.

13 ſed communicãtes Chriſti paſſionibus, gaudete, vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes.

Εἰ ὀνειδίζεσθε ἐν ὀνόματι Χριστοῦ, μακάριοι, ὅτι τὸ τῆς δόξης καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ πνεῦμα

Matth.5.b.10

14 Si probris afficimini in nomine Chriſti, beati eſtis: quoniam & gloriæ & Dei Spi-

14 Si exprobramini in nomine Chriſti, beati eritis, quoniam gloria & Spi-

8 Alii in alios, εἰς ἑαυτούς. Vulg. In voſmetipſos. quæ interpretatio multis impoſuit, qui non confiderarunt, Apoſtolum non ſingulos ſed multos coniunctim alloqui, quos velit mutuo charitatis vinculo eſſe coniunctos. Vide Epheſ.4.g.31.

11 Ne, tanquam hoſpites, percellimini, μὴ ξενίζεσθε. Id eſt, ne perinde ſitis attoniti vt qui in rem aliquam nouam incidunt, & de qua nunquam cogitarint. Vide ſuprà ver.4. Vulg. Nolite peregrinari. Eraſ. Ne miremini. Exploratione illa per ignem quæ fit in vobis ad veſtri experimentum, τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει πρὸς πειρασμὸν ὑμῖν γινομένῃ. Vulg. In feruore qui ad tentationem vobis fit. Eraſ. Dum per ignem exploramini, quæ res ad experimentum veſtri fit. Sententia ipſa per ſe plana eſt. 15

14 Quoniam & gloriæ & Dei Spiritus ſuper vos requieſcit, ὅτι τὸ τῆς δόξης καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ πνεῦμα ἐφ' ὑμᾶς ἀναπαύεται. Iſta, vt in Græcis quidẽ omnibus codicibus legũtur, neceſſe eſt vt ex duobus diuerſis ſpiritibus accipiamus, quia duo adſcribuntur articuli. Itaque Spiritus appellatione non ipſum Spiritum ſanctũ, qui verus eſt, ſed (ex Scripturæ more, quem alibi expoſuimus) illius dona, quæ diuerſa ſunt, intelligo. Spiritum igitur gloriæ, oppoſitum crucis ignominiæ, Petrus vocat gloriam qua Spiritus ſanctus fideles exornat: ſicut Spiritus intelligentiæ, conſilii, fortitudinis, & alii quoque commemorantur Eſaiæ cap.11. a.2. ad quem locum videtur Paulus alludere. Spiritum autem Dei in genere pro Spiritu adoptionis accipio, qui in nobis per eas afflictiones obſignatur quibus conformes imagini fratris noſtri primogeniti reddimur. Sed Vulgatæ editionis codices in hoc 15

loco non conſentiunt. Plerique enim legunt, Quoniam quod eſt honoris, gloriæ & virtutis Dei, & qui eſt eius Spiritus, ſuper vos requieſcet. Quæ interpretatio prorſus à Græcis diſſentit. Veteres autem codices emẽdatiores habent, Quoniam gloria & Spiritus Dei in vobis requieſcit, quaſi pro τὸ τῆς δόξης ſcriptum ſit τὸ δόξα. Suſpicor enim nonnullos, qui de ipſo Spiritu ſancto iſtud dictum acciperent, non autem de ipſius effectis, gemino articulo fuiſſe offenſos: deinde etiam quædam ex albo libri in contextum irrepſiſſe: vnde illa varietas lectionis orta eſt. Nam Cyprianus lib. 4. epiſt. 6, vt Eraſ. obſeruauit, aliam etiam lectionem prorſus diuerſam adfert, hanc videlicet, Quia maieſtatis & virtutis Domini nomen ſuper vos requieſcit. quaſi ſcriptum ſit ὅτι τὸ τῆς δόξης καὶ δυνάμεως τοῦ Θεοῦ ἔπαυσε ἐφ' ὑμᾶς ἀναπαύεται. quam lectionem nuſquam inuenio. Eraſmus, Quoniam gloria & Spiritus Dei, &c. deſciſcens & ipſe à Græcis.

μὲ ἐφ' ὑμᾶς ἀναπαύεται· κατὰ μὲν αὐτοὺς βλασφημεῖται, κατὰ δὲ ὑμᾶς δοξάζεται.

ritus ſuper vos requieſcit: qui quod ad illos quidem attinet, blaſphematur, quod ad vos autem, glorificatur.

ritus Dei in nobis requieſcit.

Μὴ γάρ τις ὑμῶν πασχέτω ὡς φονεύς, ἢ κλέπτης, ἢ κακοποιός, ἢ ὡς ἀλλοτριοεπίσκοπος.

15 Nequis igitur veſtrum affligatur vt homicida, aut fur, aut maleficus, aut alienarum rerũ inſpector:

15 Nemo autẽ veſtrũ patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor:

Εἰ δὲ ὡς Χριστιανός, μὴ αἰσχυνέσθω· δοξαζέτω δὲ τὸν Θεὸν ἐν τῷ μέρει τούτῳ.

16 Sed ſi vt Chriſtianus, ne pudeſiat, imò glorificet Deum hac in parte.

16 Si autẽ vt Chriſtianus, non erubeſcat, glorificet autẽ Deũ in iſto nomine.

Ὅτι ὁ καιρὸς τοῦ ἄρξασθαι τὸ κρίμα ἀπὸ τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ· εἰ δὲ πρῶτον ἀφ' ἡμῶν, τί τὸ τέλος τῶν ἀπειθούντων τῷ τοῦ Θεοῦ εὐαγγελίῳ;

17 Nam tempus eſt quo inciat iudiciũ à domo Dei. quòd ſi primũm incipit à nobis, quis erit finis eorum qui non parẽt Dei Euangelio?

17 Quoniam tempus eſt vt incipiat iudicium à domo Dei. Si autem primùm à nobis, quis finis eorum qui non credunt Dei Euangelio?

Καὶ εἰ ὁ δίκαιος μόλις σώζεται, ὁ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλὸς ποῦ φανεῖται;

18 Et, ſi iuſtus vix ſeruatur, impius & peccator vbi comparebit?

18 Et ſi iuſtus vix ſaluatur, impius & peccator vbi parebunt? Prou. 11. d. 31

Ὥστε καὶ οἱ πάσχοντες κατὰ θέλημα τοῦ Θεοῦ, ὡς πιστῷ κτίστῃ παρατιθέσθωσαν τὰς ψυχὰς ἑαυτῶν ἐν ἀγαθοποιΐᾳ.

19 Itaque qui affliguntur ex voluntate Dei, tanquam fideli conditori commendent animas ſuas benefaciendo.

19 Itaque & ij qui patiũtur ſecundũ voluntatẽ Dei, fideli creatori cõmendẽt animas ſuas in benefactis.

Κεφάλαιον ε'

CAP. V.

CAP. V.

Πρεσβυτέρους τοὺς ἐν ὑμῖν παρακαλῶ ὁ συμπρεσβύτερος καὶ μάρτυς τῶν τοῦ Χριστοῦ παθημάτων, ὁ καὶ τῆς μελλούσης ἀποκαλύπτεσθαι δόξης κοινωνός,

1 Presbyteros qui inter vos ſunt, precor ego vnà presbyter, ac teſtis afflictionum Chriſti, atque idem gloriæ patefaciendæ conſors,

1 Seniores ergo qui in vobis ſunt obſecro, conſenior & teſtis Chriſti paſſionum, & eius quæ in futuro reuelanda eſt gloriæ communicator:

Ποιμάνατε τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον τοῦ Θεοῦ, ἐπισκοποῦντες μὴ ἀναγκαστῶς, ἀλλ' ἑκουσίως· μηδὲ αἰσχροκερδῶς, ἀλλὰ προθύμως·

2 Paſcite gregem qui penes vos eſt, curam illius agentes nõ coactè, ſed libenter: non turpiter affectates lucrum, ſed prompto animo.

2 Paſcite qui in nobis eſt gregem Dei, prouidentes non coactè, ſed ſpontanee ſecundum Deum: neque turpis lucri gratia, ſed voluntariè:

20 Qui quod ad illos quidem attinet, blaſphematur, καὶ τὸ μὲν αὐτοὺς βλασφημεῖται. Supplendum eſt יען, id eſt ἐπεί, ex Hebræorum idiotiſmo, vt diximus Epheſ. cap. 1. a. 5. Vetus autem interpres totum hoc membrum nõ habet, ſed ſtatim ſubiicit, Nemo autem veſtrum, &c. Legitur tamen in omnibus Græcis noſtris codicibus.

15 Igitur, οὖν. Vide ſuprà, 3. b. 10.

16 Hac in parte, ἐν τῷ μέρει τούτῳ. Sic vulgò dicimus De ce coſté, vel, à ceſt eſgard. Vide epiſt. ad Coloſſ. cap. 1. verſu 16.

17 Nam tempus eſt, ὅτι ὁ καιρός. Videtur mihi alludere ad Ierem. 25. d. 29.

IN CAPVT V.

1 Preſbyteros, πρεσβυτέρους. Generale nomen eſt preſbyteri, eos omnes comprehendens qui ſunt ex Eccleſiaſtico (vt ita loquar) ſenatu. Vulgata, Seniores: quod mirum ni Sophiſtæ ad ætatem detorqueant, quòd hic locus manifeſtè primatum illum Petri euertat: cuius obtentu quid tandem filio illi perditionis in templo Dei ſedenti non licuit? Atqui ſi Petri ſucceſſor eſt, cur ex profeſſo hanc Petri doctrinam oppugnat?

2 Paſcite, ποιμάνατε. Nõ dicit, Offerte pro viuis & mortuis, & peregrina lingua centones malè conſutos cantillate, deinde pingues & obeſi voſipſos paſcite. Inſtruit enim non Antichriſti ſed Chriſti preſbyteros.

Qui penes vos eſt, τὸ ἐν ὑμῖν. Vel, qui à vobis pendet, vti apud Sophoclem, ἐν σοὶ κεῖται, pro Abs te pendemus.

15 In ſumma, proponit illis eius gregis curam qui illorum fidei eſt commiſſus. Vulg. ad verbum quidem, ſed fideliter conuertit, Qui in vobis eſt. Eraſ. Quantum in vobis eſt: non modò non expreſſa ſed etiam eneruata Apoſtoli ſententia: quaſi ſcriptum ſit τὸ καθ' ὑμᾶς, & τὸ non pertineat ad ποίμνιον.

Μηδ' ὡς κατακυριεύοντες τῶν κλήρων, ἀλλὰ τύποι γινόμενοι τοῦ ποιμνίου.

3 Neque vt dominántes cleris, ſed vt qui ſitis exemplaria gregis.

3 Neque vt dominantes in clero, ſed formæ facti gregis ex animo.

Καὶ φανερωθέντος τοῦ ἀρχιποίμενος, κομιεῖσθε τὸν ἀμάραντον τῆς δόξης στέφανον.

4 Et quum apparuerit ille Paſtorum princeps, reportabitis immarceſcibilẽ illam gloriæ coronam.

4 Et quũ apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſcibilem gloriæ coronam.

Ομοίως νεώτεροι ὑποτάγητε πρεσβυτέροις· πάντες δὲ ἀλλήλοις ὑποτάσσεσθε, τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθε, ὅτι ὁ Θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν.

5 Similiter iuniores ſubiecti eſtote ſenioribus, & omnes viciſſim ſubiicimini. Modeſtia eſtote intus ornati. nam Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.

5 Similiter adoleſcentes ſubditi eſtote ſenioribus, omnes aũt mucẽ humilitatẽ inſimate. Quia Deꝰ ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.

Rom.12.c.18
Iac.4.b.6

Ταπεινώθητε οὖν ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα τοῦ Θεοῦ, ἵνα ὑμᾶς ὑψώσῃ ἐν καιρῷ·

6 Submittite igitur vos ipſos potenti manui Dei, vt vos in tempore extollat:

6 Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei, vt nos exaltet in tempore viſitationis:

2 Cor.4.c.10

Πᾶσαν τὴν μέριμναν ὑμῶν ἐπιρίψαντες ἐπ' αὐτόν, ὅτι αὐτῷ μέλει περὶ ὑμῶν.

7 Omni cura veſtra in eũ iecta: nam illi cura eſt de vobis.

7 Omnem ſolicitudinẽ veſtram proijcientes in eũ, quoniam ipſi cura eſt de nobis.

Psal.55.d.23
Sap.12.b.13
matth.6.c.25
luc.12.c.22

Νήψατε, γρηγορήσατε, ὅτι ὁ ἀντίδικος ὑμῶν διάβολος, ὡς λέων ὠρυόμενος, περιπατεῖ ζητῶν τινα καταπιεῖν.

8 Sobrii eſtote, vigilate: nam aduerſarius veſter diabolus, tanquam leo rugiens, obambulat, quærens quem deuoret.

8 Sobrij eſtote, et vigilate: quia aduerſarius veſter diabolus, tãquam leo rugiens, circuit, quærẽs quẽ deuoret.

1 Pet.12.d.31

Ὧ ἀντίστητε στερεοὶ τῇ πίστει, εἰδότες τὰ αὐτὰ τῶν παθημάτων τῇ ἐν κόσμῳ ὑμῶν ἀδελφότητι ἐπιτελεῖσθαι.

9 Cui reſiſtite firmi per fidem: ſcientes eaſdem afflictiones, à veſtra quæ in mũdo eſt fraternitate impleri.

9 Cui reſiſtite fortes in fide: ſcientes eãdem paſſionem ei quæ in mundo eſt veſtræ fraternitati fieri.

Ὁ δὲ Θεὸς πάσης χάριτος, ὁ καλέσας ἡμᾶς εἰς τὴν αἰώνιον αὐτοῦ δόξαν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὀλίγον παθόντας, αὐτὸς καταρτίσαι, στηρίξαι, σθενώσαι, θεμελιώσαι.

10 Cæterùm Deus omnis gratiæ author, qui vocauit nos ad æternã ſuam gloriam in Chriſto Ieſu, pauliſper afflictos, is inquã abſolutos vos reddat, ſtabiliat, roboret, fundet.

10 Deus aũtem omnis gratiæ, q vocauit nos in æternã ſuam gloriã in Chriſto Ieſu, modicum paſſos, ipſe perficiet, confirmabit, ſolidabitque.

Αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

11 Ipſi gloria & robur in ſecula ſeculorum. Amen.

11 Ipſi gloria & imperium in ſecula ſeculorũ. Amen.

3 Neque vt dominantes cleris, μηδ' ὡς κατακυριεύοντες κλήρων. Non regnum, ſed curam preſbyteris commiſſam eſſe docet. Clerum autem ſortem & hæreditatem Domini (id eſt Eccleſiam) vocat: ſicut apud Hebræos נחלה dicitur Iſraeliticus populus. Sed & quia hoc corpus variis iiſque diſperſis membris conſtat, & Chriſtus in ſolidum ſingularum partium caput eſt, ideo ſingulis etiam partibus nihil obſtat quominus idem nomen atque toti ipſi corpori tribuatur. Veteres patres cleri nomen poſtea ad collegium Eccleſiaſticorum miniſtrorum tranſtulerunt, parum certè auſpicatò, vt euentus oſtẽdit. Cæterùm ſi paſtoribus non licet regum more gregi dominari, vbi tandem patrimonium Petri? vnde duplex ille gladius? vbi illa poteſtas trahendi omnes ad inferos imponẽt 5

5 Senioribus, πρεσβυτέροις. Hic poſcit ratio antitheſis vt hoc nomen de ætate accipiamus, non de dignitate: quanuis hoc quoque certum ſit, iuniores non temere ad functiones illas Eccleſiaſticas fuiſſe accitos. 10

Modeſtia eſtote intus ornati, τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθε. Complutenſis codex legit ἐγκαινίσασθε eadem ſententia. nam & κέκοσμημαι inuenio dici τὸν κόσμον, ornatũ, & κεκοσμῆσθαι Heſychius interpretatur καλλύνεσθαι. quæ ſignificatio pulchrè conuenit iis quæ ſequuntur. Vulg. Omnes autem inuicem humilitatem inſinuate. Neque enim legit ὑποτασσόμενοι. ſed præterea multis modis mendoſa eſt iſta interpretatio. Eraſ. Humilitatem animi vobis infixam habete. Sentit enim (inquit) humilitatem in animo arctè retinendam, veluti nodis alligatam. Nam ἐγκομβώσασθε vertit Innodate: quæ ſignificatio tranſlatitia eſt, neque huic loco conuenit. 15

6 In tempore, ἐν καιρῷ. Vetus interpres addit viſitationis, ἐπισκοπῆς., quod & in duobus Græcis codicibus inuenimus, ſed irrepſiſſe puto ex cap. 2. c. 12.

9 Fraternitate, ἀδελφότητι. Id eſt, fratrum cœtui per orbem terrarum diſperſo. Vide ſuprà, 2. c. 17.

Impleri, ἐπιτελεῖσθαι. Vtitur Paulus verbo ἀναπληρόω eodem ſenſu, Coloſſ. 2. c. 24. 20

10 Qui vocauit, ὁ καλέσας. Vide Gal. 1. a. 6. Nos, ἡμᾶς. Vetuſti multi codices habent ὑμᾶς, vos.

Pauliſper, ὀλίγον. Vulg. ſuo more, Modicum. Eraſ. Parũ. Ego malo ad tempus referre, vt idem hoc ſit atque illud quod ſcripſit Paulus 2. Cor. 4. d. 17. Is, inquam, αὐτὸς. Eraſ. Idem, id eſt ὁ αὐτός. Abundat autem, ex Hebræorũ conſuetudine, ſed ita vt ſit tamen magna eius emphaſis hoc in loco. Abſolutos vos reddat, καταρτίσαι. Vulgata, Perficiet. legit enim καταρτίσει, στηρίξει, Σθενώσει. ſed omnes noſtri codices, tribus tantùm exceptis, ſcriptũ habebant καταρτίσαι, στηρίξαι, &c. non in modo infinito, ſed tertia perſona optatiui modi. Idem conuertit, Inſtaurabit: non ſatis appoſitè, vt mihi videtur. Vide Matth. 21. b. 16. Roboret, σθενώσει. Hoc non legit Vetus interpres. niſi velimus legiſſe ἐνισχύσει, quod interpretetur Solidabit. atque ita fie t vt ſequens verbum θεμελιώσει non legerit. 25

. Διὰ Σιλουανοῦ ὑμῖν τοῦ πιστοῦ ἀδελφοῦ, ὡς λογίζομαι, δι' ὀλίγων ἔγραψα, παρακαλῶν καὶ ἐπιμαρτυρῶν ταύτην εἶναι ἀληθῆ χάριν τοῦ Θεοῦ εἰς ἣν ἕστητε.

12 Per Syluanum vobis (vt opinor) fidelem fratrē, paucis scripsi, adhortans nos, & testificans hanc esse veram gratiam Dei in qua statis.

12 *Per Syluanum fidelem fratrē nobis (ut arbitror) breuiter scripsi: obsecrās & annectens hanc esse veram gratiam Dei in qua stetis.*

Ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτὴ, καὶ Μάρκος ὁ υἱός μου.

13 Salutat vos ea quæ est Babylone vobiscum electa Ecclesia, & Marcus filius meus.

13 *Salutat vos Ecclesia quæ est in Babylone, coelecta, & Marcus filius meus.*

Ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἀγάπης. Εἰρήνη ὑμῖν πᾶσι τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. ἀμήν.

14 ¶Salutate alii alios charitatis osculo. Pax vobis omnibus qui estis in Christo Iesu. Amē.

14 *Salutate inuicem in osculo sancto. Gratia vobis omnibus qui estis in Christo Iesu. Amen.* Rom.16.c.16 1.cor.16.d.20 2.cor.13.d.12 1.pet.5.d.14

13 Babylone, ἐν Βαβυλῶνι. Babylona propriè accipio pro celebri illa Assyriæ vrbe, in qua tum esset Petrus circuncisionis Apostolus. Cur enim Romæ nomen subticeret? Et quod traditum est de xxv illis annis quibus Petrus Romæ sederit, partim ex Pauli epistolis Roma scriptis, probabiliter refellitur, partim etiam necessariis argumētis demonstratur ex temporum supputatione, sicut diximus Act.11.c.17. Vobiscum electa § Ecclesia, σὺν ἐκκλησία. Ecclesiæ nomen omittit, vt in vocabulis communi vsu tritis fieri sæpe solet.

Epistola catholica Petri Apostoli posterior.

Πέτρου τοῦ ἀποστόλου ἐπιστολὴ καθολικὴ δευτέρα.

	NOVA INTERPR. CAP. I.	VETVS. CAP. I.
Κεφάλαιον αζ		
ΣΥΜΕΩΝ Πέτρος δοῦλος καὶ ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῖς ἰσότιμον ἡμῖν λαχοῦσι πίστιν ἐν δικαιοσύνῃ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ·	1 SIMEON Petrus seruus & Apostolus Iesu Christi, iis qui æquè pretiosam fidem nobiscum sortiti sunt per iustitiā Dei nostri & seruatoris Iesu Christi:	1 *Simeon Petrus, seruus & Apostolus Iesu Christi, his qui cum quale nobis cū sortiti sunt fidē in iustitia Dei nostri & saluatoris Iesu Christi.*
Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη πληθυνθείη ἐν ἐπιγνώσει τοῦ Θεοῦ, καὶ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν·	2 Gratia vobis & pax multiplicetur per agnitionem Dei, & Iesu Domini nostri:	2 *Gratia vobis et pax adimpleatur in agnitione Dei, et Iesu Domini nostri:*
Ὡς πάντα ἡμῖν τῆς θείας δυνάμεως αὐτοῦ τὰ πρὸς ζωὴν καὶ εὐσέβειαν δεδωρημένης, διὰ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς διὰ δόξης καὶ ἀρετῆς·	3 Vtpote quum diuina vis ipsius omnia nobis donarit quæ ad vitam & pietatē *pertinent* per agnitionem illius qui vocauit nos ad gloriam ac virtutem:	3 *Quomodo omnia nobis diuinæ uirtutis suæ quæ ad uitam & pietatem donata est, per agnitionem eius qui uocauit nos propria gloria & uirtute:*

IN CAPVT I.

1 Simeon, Συμεών. Complutensis codex & tres alii legunt Σίμων. Vide Act.15.c.14. Per iustitiam, ἐν δικαιοσύνῃ. Id est ex eo quòd Deus (vt staret promissis) fidelem sese ac proinde iustum nobis exhibuit. Consideratur enim hic ea iustitia ex qua in nos promanauit fidei donum, vt Rom.3.d.25 & 26. Dei nostri & seruatoris, &c. τοῦ Θεοῦ ἡμῶν καὶ σωτῆρος, &c. Ista necesse est coniunctim legamus, quia vnicus est articulus, vt copiosius diximus Tit.2.d.13. Itaque continet etiam hic locus manifestum diuinitatis Christi testimonium.

3 Vtpote quum, &c. Ὡς, &c. Vulg. & Eras. Sicut. Itaque perinde hoc accipiēt acsi pro δεδωρημένης scriptum esset δεδώρηται: quanuis quod ad sensum attinet, nō multum interfit si Erasmi interpretationē sequamur, modò nouerimus particulam ὡς non inchoare nouā periodū, sed à superioribus pendere. Diuina vis ipsius, τῆς θείας δυνάμεως αὐτοῦ. De Christo loquitur, quem rursus Deum facit, & quidem seruatorem vnicum. Vulgata, Omnia nobis diuinæ virtutis suæ quæ ad vitam & pietatem donata est: prorsus absurdè, quod & ipsa constructio tota declarat, quum πάντα, id est omnia, necessariò regatur à δεδωρημένης, secundo casu absolutè posito. itaque vt hoc vitium emendaretur, scriptum est in nonnullis codicibus, Quomodo omnia nobis diuinæ virtu-

tis ſuæ quæ ad vitam & pietatem donata ſunt: vt ſit hæc ſententia, quicquid eſt in Chriſti diuina virtute præterea ad vitam ac pietatem, nobis eſſe donatum. Sed neque tota diſtinctio huius loci, vt eſt in Græcis, neque etiam participium διδυναμένης, quod media ſignificatione hic accipitur, iſtam interpretationem ferre ullo modo poſſunt. Quæ ad vitam, τὰ πρὸς ζωήν. Id eſt, quæ ad ſalutem. Ergo Chriſtus ſua vi diuina gratuitò nobis dat vitam æternam. Et pietatem, καὶ εὐσέβειαν. Hoc iterum eſt per quod Chriſtus ad vitam nos deducit, quia videlicet per Spiritũ ſuum gratis donatum nos ad veram religionem formet. Per agnitionem illius qui vocauit nos, διὰ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς. Hæc eſt ſumma & vitæ & religionis, quarum mentio facta eſt, nempe vt à Chriſto manu ducamur ad Patrem qui nos in Filio vocat, Ioh. 17. a. 3. vt neque breuius neque diuinius potuerit Chriſti officium omniſque noſtra ſalus per partes explicari. Vetus interpres pro agnitione dixit cognitionẽ, non ſatis expreſſè, quanuis hoc diſcrimen non ſemper obſeruetur. Nam cognoſcunt etiam impii multi, atque adeo cognitum etiam Deum vtcunque guſtant: ſed ſoli fideles Deum vt Patrem ſuũ agnoſcunt in Chriſto. Eſt enim agnitio Dei nos vocantis, nobiliſſimus fidei effectus. Iam verò ſi hæc in nobis efficit diuina vis Chriſti, & quidem ex mera liberalitate, vbi liberum arbitrium? & quo iure ab aliis hunc Spiritum flagitamus quàm ab eo in quo vno ſunt omnes theſauri, & de cuius beneuolentia quiſquis dubitat, indignus eſt qui accipiat Iac. 1. a. 6, & c. 17. Ad gloriam ac virtutem. διὰ δόξης καὶ ἀρετῆς. Vulg. Propria gloria & virtute, ἰδίᾳ δόξῃ καὶ ἀρετῇ, quæ lectio in paucis admodum codicibus, iiſque dubiæ fidei, à nobis eſt inuenta: neque mihi ſanè probari poteſt. Neque enim vſquam (quod ſciam) dicitur Deus nos vocaſſe ſua gloria, ſed in ſuam gloriam, Rom. 9. e. 23, & 15. b. 7, & 1. Cor. 1. b. 7, & 1. Theſſ. 2. e. 12, & alibi ſæpe. Niſi malimus gloriæ nomine intelligere Chriſtũ ipſum μαιευτικῶς, Patris videlicet gloriam, vel Euãgelium, quod & ipſum gloria Dei dicitur Rom. 1. b. 16, & 1. Tim. 1. b. 11. Sed vtraque hæc interpretatio eſt violenta, quum nihil adiiciatur ex quo id poſſit intelligi. Deinde τῆς ἀρετῆς (id eſt virtutis) nomen, nemo non videt quanto melius conueniat hominibus quàm Deo. cui potius tribuitur δυνάμις, id eſt potentia ſeu poteſtas, vel κράτος, id eſt robur: quanuis idem noſter Petrus in ſuperiore epiſtola 1. b. 9, Deo τὴν ἀρετὴν (id eſt virtutes) tribuerit. Sed nomẽ ἀρετῆς de nobis potius quàm de Deo dici, liquet etiam ex iis quæ ſequuntur ver. 5. Itaque quum tota hæc formula loquendi noua ſit, vt dicatur Deus nos vocare gloria & virtute, ſiue (vt conuertit Eraſmus) Per gloriam & virtutem, ſit autem hæc perufitata, quas dicitur Deus nos ad gloriam & iuſtitiã, ſeu ſanctimoniã vocare: mihi quidem multo probabilius videtur, διὰ præpoſitionẽ pro εἰς vſurpatam, ſicut etiam annotauimus Rom. 6. a. 4, & ἀφορίζω idem atque ἀγιάζω declarare, quo potius vtitur Paulus, vt Rom. 1. d. 11, & 1. Theſſ. 4. b. 7, & alibi ſæpe. Pulchrè autem iſta cum ſuperioribus cohærebunt. Reſpõdebit enim vitæ, gloriæ: pietati ſeu veræ religioni, virtus. Quorſum enim ad vitam æternam ducimur? vt illic gloria Dei in nobis eluceat. quorſum omnis pietatis cognitione imbuimur? vt in ſanctitate & iuſtitia Deo ſeruiamus. Sed cur illic vitam, hic verò gloriam priore loco commemorauit? Quia quanuis nondum apparuerit vita noſtra & gloria, tamen ex illa emanant pietas ac virtus. Prius enim oportet nos filios Dei fieri quàm Spiritu Dei agamur, vt ab adoptione neceſſe ſit auſpicari. Iam verò qui adoptatus eſt, æternæ vitæ gloriam eſt nactus, quanuis nondũ apparuerit quod erimus, 1. Ioh. 3. a. 2.

Δι' ὧν τὰ μέγιστα ἡμῖν καὶ τίμια ἐπαγγέλματα δεδώρηται, ἵνα διὰ τούτων γένησθε θείας κοινωνοὶ φύσεως, ἀποφυγόντες τῆς ἐν κόσμῳ ἐν ἐπιθυμίᾳ φθορᾶς.

4 Ex eo quòd maxima nobis ac pretiosa promiſſa donata ſint, vt per hæc efficeremini diuinæ cõſortes naturæ, elapſi ex corruptione quæ eſt in mundo per cupiditatem.

4 *Per quæ maxima et pretioſa nobis promiſſa donauit: ut per hæc efficiamini diuinæ cõſortes naturæ, fugientes eius quæ in mundo eſt concupiſcentiæ corruptionem.*

Καὶ αὐτὸ τοῦτο δὲ σπουδὴν πᾶσαν παρεισενέγκαντες, ἐπιχορηγήσατε ἐν τῇ πίστει ὑμῶν τὴν ἀρετήν, ἐν δὲ τῇ ἀρετῇ τὴν γνῶσιν,

5 Ad hoc ipſum verò nos omni præterea collato ſtudio, adiicite fidei veſtræ virtutem, virtuti verò ſcientiam,

5 *Vos autẽ curã omnẽ ſubinferentes, miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute autem ſcientiam,*

4 Ex eo quòd, δι' ὧν. Ad verbum, Per id quòd: vt ſi vernaculo noſtro ſermone dicas Parce que. Incipit enim Apoſtolus ſuperiora duo (i. quæ ad vitam & gloriam, item quæ ad pietatem & virtutem noſtram pertinent) explicare, quomodo, per quem, & quorſum nobis ſint data: eſtque phraſis illa apud Græcos ſatis vſitata, ſicut etiam καθ' ὧν, κατ' ὃν, ἐξ ὧν, ὡς ἐξ frequenter vſurpant, vt copioſè docet Budæus in Commentariis. Itaque causa nulla erat cur nonnulli pro δι' ὧν ſcriberẽt δι' ὅ, propter quem. Vulgata & Eraſmus. Per quæ, prorſus abſurdè, vt mihi quidem videtur. Sed Eraſmum nimirum abduxit Græcus ſcholiaſtes qui totum hunc contextum lacerat, nec tamen ſeſe potuit expedire. Diuinæ naturæ, θείας φύσεως. Naturam non vocat ipſam οὐσίαν, ſed certas (vt ita loquar) qualitates quas Dei virtus in nobis efficit, vt hactenus Dei imago ſimus: veluti quum nos cæleſti ſapientia, boni amore, vitii odio, & veris virtutibus imbuit. Nam & hoc ipſum poſtea indicat, quum definit naturæ diuinæ participem fieri, idem eſſe atque mundi corruptionem effugiſſe, ſiue (vt loquitur Paulus) mortuum eſſe peccato, nec amplius eſſe in carne. Itaque non modò impii, ſed planè etiam ridiculi ſunt qui ex hoc loco diuinæ eſſentiæ in nos tranſfuſionem imaginantur: vt impius ille Seruetus præfractè ad mortem vſque defendit. Et tamen ſunt qui magnam bono viro ſcilicet iniuriam factam putent. In mundo, ἐν κόσμῳ. Id eſt in hominibus: nam de iis agitur. Per cupiditatem, ἐν ἐπιθυμίᾳ. Sedes igitur corruptionis mundi in viſceribus noſtris eſt collocata, adeo vt niſi animum purget Deus per gratiam in Chriſto, quocunque veneris, mundum tecum circunferas, etiamſi in penitiſſimum Thebaidos deſertum te contuleris. Vetus interpres legit τῆς ἐν κόσμῳ ἐπιθυμίας φθορᾶς, eius quæ in mundo eſt concupiſcentiæ corruptionem, eodem manente ſenſu. & ſanè ἐν ἐπιθυμίᾳ vſitatius eſt quarto caſui coniungere.

5 Ad hoc ipſum verò, καὶ αὐτὸ τοῦτο δέ. Aut ſupplenda eſt præpoſitio ἐκ, vel χάριν, quæ tamen eclipſis planè dura eſt: aut potius legendum κατ' αὐτὸ τοῦτο δέ. Cæterùm ſententia ipſa plana eſt. monet enim Petrus ne Dei gratiæ deſimus. neque enim trunci aut ſtipites ſumus, ſed oportet nos viciſſim omnem diligentiam adferre, nos inquam qui liberum (id eſt, à ſeruitute peccati per gratiam manumiſſum) arbitrium habemus. Nam alioqui ad malum præcipites ferimur, ad bonum verò non modò tardi & imbecilli, (vt tradunt ſophiſtæ Semipelagiani) ſed omni etiam bonæ voluntatis principio prorſus deſtituti ſumus. Quid enim habes (inquit Apoſtolus, de gratia, non de natura loquens) quod non acceperis? Sic ergo accipiendum eſt τὸ παρεισφέρειν: non quaſi de noſtro aliquid adferamus, niſi prius effecerit Deus in nobis vt & velimus & faciamus, idque etiam ita vt ſemper exclamare cogamur, Non facio bonum quod volo, & facio malum quod nolo: ac proinde ne tantillũ quidẽ noſtræ iuſtitiæ, ſed Chriſto prorſus innitamur. Adiicite, ἐπιχορηγήσατε: id eſt præterea ſufficite & ſuggerite. Vulgata, Miniſtrate. Eraſmus, Subminiſtrate: nimium obſcurè, neque expreſſa præpoſitione ἐν. Virtu-

tem, τῶ ἤθει τῶ. Id eſt ſanctos & honeſtos mores, quorum fons eſt fides: ſicut cum vtriſque cohæret γνῶσις, id eſt voluntatis Dei cognitio. nam ita in tota iſta deſcriptione ὑ pro εὖ accipio. neq; enim philoſophicas, ſed Chriſtianas virtutes deſcribit Apoſtolus. Vnde igitur fidei implicitæ commentum niſi ex inferorum gurgitibus emerſit

Ἐν δὲ τῇ γνώσει τὴν ἐγκράτειαν, ἐν δὲ τῇ ἐγκρατείᾳ τὴν ὑπομονήν, ἐν δὲ τῇ ὑπομονῇ τὴν εὐσέβειαν,

6 Scientiæ verò temperantiã, temperantiæ verò tolerãtiam, tolerantiæ pietatem:

6 In ſcientia autem abſtinentiam, in abſtinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem:

Ἐν δὲ τῇ εὐσεβείᾳ τὴν φιλαδελφίαν, ἐν δὲ τῇ φιλαδελφίᾳ τὴν ἀγάπην.

7 Pietati verò animum in fratres propenſum, animoverò in fratres propenſo charitatem.

7 In pietate autem amorem fraternitatis, in amore autẽ fraternitatis charitatem.

Ταῦτα γὰρ ὑμῖν ὑπάρχοντα, καὶ πλεονάζοντα, οὐκ ἀργοὺς οὐδὲ ἀκάρπους καθίστησιν εἰς τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπίγνωσιν.

8 Hæc enim ſi vobis adſunt & exuberant, non inertes, nec infructuoſos vos efficiunt ad Domini noſtri Ieſu Chriſti cognitionem.

8 Hæc enim vobis quã adſint, & ſuperent, nõ vacuos nec ſine fructu nos cõſtituẽt in Domini noſtri Ieſu Chriſti agnitione.

ὯΙ γὰρ μὴ πάρεστι ταῦτα, τυφλός ἐστι, μυωπάζων, λήθην λαβὼν τοῦ καθαρισμοῦ τῶν πάλαι αὐτοῦ ἁμαρτιῶν.

9 Nam cui hæc non adſunt, is cæcus eſt, nihil procul cernẽs, oblitus ſeſe à veteribus peccatis ſuis fuiſſe purgatum.

9 Cui enim nõ præſtò ſunt hæc, cæcus eſt, & manu tentans, oblivionem accipiens purgationis veterum ſuorum delictorum.

Διὸ μᾶλλον, ἀδελφοί, σπουδάσατε βεβαίαν ὑμῶν τὴν κλῆσιν καὶ ἐκλογὴν ποιεῖσθαι. ταῦτα γὰρ ποιοῦντες οὐ μὴ πταίσητέ ποτε.

10 Quapropter, fratres, potius ſtudete vocationem & electionem veſtram firmam efficere. hæc enim ſi feceritis, nũquam impingetis.

10 Quapropter fratres, magis ſatagite vt per bona opera certã veſtrã vocationẽ & electionem faciatis. hæc enim facientes non peccabitis aliquando.

Οὕτω γὰρ πλουσίως ἐπιχορηγηθήσεται ὑμῖν ἡ εἴσοδος εἰς τὴν αἰώνιον βασιλείαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ.

11 Ita enim copioſe ſubminiſtrabitur vobis introitus in æternũ regnum Domini noſtri & ſeruatoris Ieſu Chriſti.

11 Sic enim abundanter miniſtrabitur nobis introitus in æternũ regnũ Domini noſtri & ſaluatoris Ieſu Chriſti.

Διὸ οὐκ ἀμελήσω ὑμᾶς ἀεὶ ὑπομιμνήσκειν περὶ τούτων, καίπερ εἰδότας, καὶ ἐστηριγμένους ἐν τῇ παρούσῃ ἀληθείᾳ.

12 Quapropter nõ negligã vos de iſtis ſemper cõmonefacere, tametſi periti & confirmati ſitis in præſenti veritate.

12 Propter quã ſupiã nos ſẽp cõmonere de his, & ſcientes & cõfirmatos nos in præſenti veritate.

Δίκαιον δὲ ἡγοῦμαι, ἐφ' ὅσον εἰμὶ ἐν τούτῳ τῷ σκηνώματι, διεγείρειν ὑμᾶς ἐν ὑπομνήσει·

13 Iuſtum enim arbitror, quãdiu ſum in hoc tabernaculo, excitare vos per commonefactionem:

13 Iuſtum autem arbitror, quandiu ſum in hoc tabernaculo, ſuſcitare vos in commonitione:

6 Scientiæ verò, ἐν δὲ τῇ γνώσει. Mutuo vinculo cohærent cognitio & ſanctificatio, adeo quidem vt mutuò ſe foueant, ac velut altera alteram in dies gignat. Ideo quum antea γνῶσιν ſubieciſſet virtuti, nunc priore loco conſtituit, & aliquod virtutum ſpecies præcipuas enumerat.

7 Charitatẽ, τὴν ἀγάπην. Latius patet Charitatis ꝙ φιλαδελφίας nomẽ. Deinde fortaſſis illo vocabulo ſignificat animi affectus: iſto verò officia quæ ex illo affectu proficiſcuntur: his enim verè diligit qui reipſa iuuat quos diligit, Luc. 1. c. 15 & 16.

9 Nihil procul cernẽs, μυωπάζων. Nõ aſſentior Gellio quĩ μύωπα. luſcioſum interpretatur, quũ luſcioſus potius παντάλως dicatur. Sic enim Varro, Veſperi non vident quos appellant luſcioſos. quo modo παντάλως ꝙ definit Ariſtoteles author maximè idoneus. Idem, μυωπάζειν λέγεται οἱ ὀλίγης τὴν μὲν ἐγγὺς βλέποντες, τὰ δὲ ἀπὸ πολλοῦ οὐχ ὁρῶντες. (id eſt, Budæo interprete) Myopes dicuntur qui ab ortu primo proxima quidem vident, remota verò non vident. Hoc eſt igitur quod ſignificat Petrus, eum in quo cognitio Dei non eſt efficax, cæcum eſſe, quod ad regnum Dei attinet, qui non cernat cæleſtia, longius videlicet & extra mundum remota: ſed terreſtria duntaxat, quæ proxima ſunt: vt hac in parte planè ſit μύωψ. Nã ſi cerneret, daret ſeſe procudubio in viã qua in cælũ peruenitur. Alioqui nulli magis ſe putant perſpicaces quàm qui hominũ conſortia fugiunt, & ſeſe contemplantes vocant, ii nimirum quibus innumera illa ſommniorum portenta debemus, quũ vita Chriſtiana in actione nunc quidem (i. quandiu in hac vita verſamur) conſiſtat. Vulg. Et manu tentans. Eraſ. Et manu viã tẽ tanſallata etiam quadam huius trãſlationis ratione, quam ego planè abſurdam iudico. Neque enim μύωπας à muribus dicti ſunt, vt exiſtimauit, ſed ὅτι τὸ μύειν τοῖς ὄμμασι, quòd perpetuò nictent oculis.

12 Firmam efficere, βεβαίαν ποιῆσαι. Atqui ea nititur Dei propoſito, vt nũquã poſſit labaſcere. Firma eſt igitur ĩ ſeſe electio, ſed in nobis quotidie cõfirmãda eſt. Cõfirmatur autẽ ex effectis fidei, i. Spiritus fructib⁹ in nobis. Nã iuſtus eſt q facit iuſtitiã. Qui iuſtificatus eſt, idẽ vocatus eſt: quũ iuſtificatio ſit per fidẽ, fides ex auditu. Qui porro vocatus eſt, electus eſt ex Dei propoſito. Vides quomodo vocatio & vocationis baſis, i. electio, quotidie magis ac magis cõfirmetur, quãuis vno Dei propoſito certo & æterno fulciatur. Inepti ſũt igitur qui hoc loco abutũtur ad euertẽdã cõſolationis noſtræ baſin: & manifeſti ſycophãtæ, quos nõ pudet dicere electionis æternæ doctrinã iter ad Epicuriſmũ patefacere: quũ indiuiduo nexu cohæreãt, propoſitũ, electio, vocatio, ſanctificatio & iuſtificatio. Ideo in nõnullis codicibus additum inuenimus διὰ τῶν καλῶν ἔργων, Per bona opera.

11 Non negligam, οὐκ ἀμελήσω. Vulg. Incipiam, prorſus abſurdè.

13 Tabernaculo, τοῦ σκηνώματος. i. corpore, vt 2. Cor. 5. a. 1.

Εἰδὼς ὅτι ταχινή ἐστιν ἡ ἀπόθεσις τοῦ σκη- 14 Quum ſciã breui futurũ vt
νώματός μου, καθὼς καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν
Ιohan.21.c.17 Ιησοῦς Χριστὸς ἐδήλωσέ μοι.

14 deponã hoc tabernaculũ meum: ‖ſicut Dominus noſter Ieſus Chriſtus declarauit mihi.

14 Certus q̃ velox eſt depoſitio tabernaculi mei ſecundũ q̃ et Dominꝰ noſter Ieſus Chriſtus ſignificauit mihi.

Σπουδάσω δὲ καὶ ἑκάστοτε ἔχειν ὑμᾶς
μετὰ τὴν ἐμὴν ἔξοδον, τὴν τούτων μνή-
μην ποιεῖσθαι.

15 Sed & ſtudebo vt vos ſubinde poſt exitum meum, poſſitis horum mentionem facere.

15 Dabo autẽ operã, & frequenter habere vos poſt obitum meum, vt horum memoriam faciatis.

2.Cor.1.c.17. & 2.ad.c.13 Οὐ γὰρ σεσοφισμένοις μύθοις ἐξακο-
λουθήσαντες ἐγνωρίσαμεν ὑμῖν τὴν τοῦ
Κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ δύναμιν καὶ
παρουσίαν, ἀλλ' ἐπόπται γενηθέντες τῆς
ἐκείνου μεγαλειότητος.

16 ‖Non enim arte compoſitas fabulas ſequuti, notam vobis fecimus Domini noſtri Ieſu Chriſti potentiam & aduentum: ſed vt qui oculis noſtris aſpeximus illius maieſtatem.

16 Non enim doctas fabulas ſequuti, notum fecimus vobis Domini noſtri Ieſu Chriſti virtutem, & præſentiam, ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis.

Λαβὼν γὰρ παρὰ Θεοῦ πατρὸς τιμὴν
καὶ δόξαν φωνῆς ἐνεχθείσης αὐτῷ τοιᾶσδε
ὑπὸ τῆς μεγαλοπρεποῦς δόξης, Οὗ-
Ματ.17.c.5 τός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, εἰς ὃν ἐγὼ
εὐδόκησα.

17 Acceperat enim à Deo Patre honorem & gloriam, voce ad eum delata huiuſmodi à magnifica gloria, ‖Hic eſt ille filius meus dilectus, in quo acquieſco.

17 Accipiens enim à Deo Patre honorẽ & gloriã, voce delapſa ad eum huiuſmodi à magnifica gloria, Hic eſt Filius meꝰ dilectus, in quo mihi complacui ipſum audite.

Καὶ ταύτην τὴν φωνὴν ἡμεῖς ἠκού-
σαμεν ἐξ οὐρανοῦ ἐνεχθεῖσαν, σὺν αὐτῷ
ὄντες ἐν τῷ ὄρει τῷ ἁγίῳ.

18 Et hanc vocem nos audiuimus è cælo delatam, ˇquum eſſemus vnà cum eo in monte ſancto.

18 Et hanc vocẽ nos audiuimus de cælo allatam, quũ eſſemus cum ipſo in monte ſancto.

Καὶ ἔχομεν βεβαιότερον τὸν προφη-
τικὸν λόγον, ᾧ καλῶς ποιεῖτε προσέχον-
τες, ὡς λύχνῳ φαίνοντι ἐν αὐχμηρῷ τό-
πῳ, ἕως οὗ ἡμέρα διαυγάσῃ, καὶ φωσφό-
ρος ἀνατείλῃ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν.

19 Et habemus ˇfirmiſſimum ſermonem propheticum: cui rectè facitis quòd attendatis, velut lucernæ ſplendenti in obſcuro loco, vſquedum ˇdies illuceſcat, & ˇlucifer exoriatur in cordibus veſtris.

19 Et habemus firmiorẽ propheticum ſermonem, cui benefacitis attendentes, quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco, donec dies illuxerit, & lucifer exoriatur in cordibus veſtris.

2.Tim.3.d.16 Τοῦτο πρῶτον γινώσκοντες, ὅτι πᾶσα
προφητεία γραφῆς, ἰδίας ἐπιλύσεως οὐ γίνεται.

20 ‖Si illud primùm noueritis, ˇnullam prophetiam Scripturæ eſſe ˇpropriæ explicationis.

20 Hoc primùm intelligentes, quòd omnis prophetia Scripturæ propria interpretatione non fit.

Οὐ γὰρ θελήματι ἀνθρώπου ἠνέχθη
ποτὲ προφητεία, ἀλλ' ὑπὸ Πνεύμα-

21 Nõ enĩ libidine hominis allata eſt oliprophetia, ſed ˇactià Spi

21 Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed Spiritu

18 Quum eſſemus in monte, ὅτε ἐσμὲν τῷ ὄρει. Quum tres duntaxat in monte fuerint transformationis Domini teſtes, Iohannes, Iacobus Iohannis frater, & Petrus, Iacobus autem pridem eſſet interfectus ab Herode antequam hæc ſcriberentur, Act.12.a.2, ſupereſt vt vel Iohanni vel Petro tribuatur hæc epiſtola: in qua certè nihil eſt quod Petri Apoſtolicam maieſtatem non recipiat, vt mihi quidẽ videtur. Sed etiã mihi videor genus illud dicendi Petro præ cæteris peculiare, in hac epiſtola facilè dignoſcere, quo videlicet omnia inter ſe connectũtur, vix diſtinctis periodis. Græci εἱρμὸν illud vocant.

19 Firmiſſimum, βεβαιότερον. Comparatiuus pro ſuperlatiuo, vt diximus Act.15.c.10. Vulg. & Eraſ. Firmioremiquam etiam interpretationem minimè repudio. Sic enim accipi poteſt, vt dicatur Petrus habuiſſe eorum rationem ad quos ſcribebat, apud quos doctrina Prophetarum maior erat omni exceptione. Eraſmo magis placet vocem ipſam Patris vocari Propheticum ſermonem: quam explicationem vt coactam repudio, quũ præſertim ex iis quæ ſequuntur apertè refellatur. Dies, ἡμέρα. i. plenior & apertior cognitio quàm ſub Legis vmbris fuerit. Lucifer, φωσφόρος. i. clarior illa Euangelii doctrina, ipſo videlicet lucifero iam exorto, quum antea veluti in nocte deliteſcerent homines.

20 Nullam prophetiam Scripturæ, πᾶσα προφητεία γραφῆς. Propheticam in Scriptura, i. Sacris libris cõprehenſam, ab aliis pſeudoprophetarum & profanorum vatum ſcriptis diſtinguit: de quibus proximo capite differet. Ideo malui Propheticam Scripturæ interpretari ad verbum, quàm cum Eraſmo, Propheticam ſcripturam. Deinde πᾶσα, Omnis non, cõuertere placuit per negantẽ vniuerſalem particulam Nulla. qua de re diximus Mat.24.b.11, & Luc.1.d.37. Propriæ explicationis, ἰδίας ἐπιλύσεως. Sic legitur hic locus, & ἐπίλυσις certum eſt deduci ab ἐπιλύω, quod diſſoluere & explicare ſignificat. Et eſt maximi ponderis hoc verbũ, quo ſignificatur petendam eſſe à Deo Scripturæ interpretationẽ, quum ea cõplectatur quæ caro & ſanguis non reuelant. Doctiſſimus interpres (id eſt D. Iohannes Caluinus, meus in Chriſto parens, à quo quum hæc ſcriberem ſum in hoc miſero mundo deſertus, & cuius memoria penè vna me nunc ſolatur, tantiſper dum vnà cum eo in communi illa ſpe noſtra colligar) Impulſum ſiue Afflatum interpretari mauult, vt ſi ſcriptum ſit ἐπιλύσεως. quæ ſententia mihi vehementer placet. Nuſquam tamen hoc in Græcis codicibus reperi, & ἐπιλύσεως nomẽ poeticum eſſe conſtat, quanuis huic argumento optimè conueniens.

21 Acti, φερόμενοι. Dextrè hoc intelligẽdũ eſt, nequis diuini Spiritus cõpoſitos & verè diuinos afflatus

comparet cum profanorum vatum furoribus, quales deſcribuntur in ipſis etiam Sibyllarum libris, quos nonnulli libenter Prophetarum libris æquarent.

πες ἁγίου θεοφόροι ἐλάλησαν οἱ ἅγιοι θεοῦ ἄνθρωποι.

Spiritu ſancto loquuti ſunt ſancti Dei homines.

ſancto inſpirati loquuti ſunt ſancti Dei homines.

Κεφάλαιον βζ

CAP. II.

CAP. II.

Ἐγένοντο δὲ καὶ ψευδοπροφῆται ἐν τῷ λαῷ, ὡς καὶ ἐν ὑμῖν ἔσονται ψευδοδιδάσκαλοι, οἵτινες παρεισάξουσιν αἱρέσεις ἀπωλείας, καὶ τὸν ἀγοράσαντα αὐτοὺς δεσπότην ἀρνούμενοι, ἐπάγοντες ἑαυτοῖς ταχινὴν ἀπώλειαν.

1 FVerunt autem & pſeudoprophetæ in populo: vt etiam inter vos erunt falſi doctores, qui ſubintroducent hæreſes exitiales, etiam dominum qui illos mercatus eſt abnegantes, accerſentes ſibi ipſis velox exitium.

1 *Fuerunt uerò & pſeudoprophetæ in populo, ſicut & in uobis erunt magiſtri mendaces, qui introducunt ſectas perditionis, & eum qui emit eos dominum negant, ſuperduxerunt ſibi celerem perditionem.*

Καὶ πολλοὶ ἐξακολουθήσουσιν αὐτῶν ταῖς ἀπωλείαις, δι' οὓς ἡ ὁδὸς τῆς ἀληθείας βλασφημηθήσεται.

2 Et multi ſequentur eorum exitia: per quos via veritatis blaſphemabitur.

2 *Et multi ſequentur eorũ luxurias, per quos uia ueritatis blaſphemabitur.*

Καὶ ἐν πλεονεξίᾳ πλαστοῖς λόγοις ὑμᾶς ἐμπορεύσονται· οἷς τὸ κρῖμα ἔκπαλαι οὐκ ἀργεῖ, καὶ ἡ ἀπώλεια αὐτῶν οὐ νυστάζει.

3 Et per auaritiã fictis ſermonibus vos negotiabuntur. quibus damnatio iam olim non otiatur, & quorũm exitium non dormitat.

3 *Et in auaritia fictis uerbis de nobis negotiabuntur, quibus iudicium iam olim non aſſat, & perditio eorum nõ dormitat.*

Εἰ γὰρ ὁ θεὸς ἀγγέλων ἁμαρτησάντων οὐκ ἐφείσατο, ἀλλὰ σειραῖς ζόφου ταρταρώσας παρέδωκεν εἰς κρίσιν τετηρημένους·

4 Nam ſi ‖Deus angelis qui peccauerant non pepercit, ſed in tartarum detruſos, catenis caliginis tradidit, damnationi ſeruatos.

4 *Si enim Deus angelis peccantibus nõ pepercit, ſed rudentibus inferni detractos in tartarum, tradidit cruciandos, in iudicium reſeruari:* Iob 4.d.18 ind.a.6

Καὶ ἀρχαίου κόσμου οὐκ ἐφείσατο, ἀλλὰ ὄγδοον Νῶε δικαιοσύνης κήρυκα ἐφύλαξε, κατακλυσμὸν κόσμῳ ἀσεβῶν ἐπάξας·

5 Et priſco mundo non pepercit, ſed octauum ‖Noe, iuſtitiæ præconem ſeruauit, diluuio in mũdum impiorum inducto:

5 *Et originali mundo non peperat, ſed octauum Noe iuſtitiæ præconem cuſtodiuit, diluuium mundo impiorum induxit:* Gen.7.a.11

Dei homines, θεοῦ ἄνθρωποι. Id eſt, diuini interpretes ac nuntii, ex Hebræorum more. Vide 1. Tim. 6. c. 11.

IN CAPVT II.

1 In populo, ἐν τῷ λαῷ. Populũ intelligit ſtante Iſraelis republica, & poſtea regno florente, ſub Lege.

1 Exitia, πλεῖς ἀπωλείας. Vulg. Laſciuias, ἀσελγείας: quæ lectio confirmatur Complutenſis editionis & ſex præterea codicum authoritate, ac mihi quidem ſatis videtur cõuenire ſequenti deſcriptioni. Sed ſi receptum illud ſequamur, exitiorum nomine intelligentur viæ ſeu potius errores illi multiplices quibus in exitium præcipitantur homines.

3 Vos negotiabuntur, ὑμᾶς ἐμπορεύσονται. i. vobis tanquam pecoribus ad nundinationem abutentur. quo modo dixit imperitos medicos Plinius animas negotiari. Quæſo verò an Simonis Petri ſucceſſor eſt qui hac fraude non contentus regna in naſſam ſuam illexiſſe, non aliunde etiamnum hodie quàm ex hac nundinatione viuit? Et tamen hoc eſt patrimonium Petri, hæc Eccleſia quæ nunquam erauit, hic Spiritus ſanctus lõga temporis præſcriptione cathedræ Petri ficitiæ deuinctus.

4 Angelis, ἀγγέλων. Hic mirum quanto ludibrio Satan ipſe homines habuerit, dum illos à negotio ſalutis auocatos, in hac ſpeculatione retinuit. At nos ſobriè philoſophari diſcamus, & hoc vno contenti ſimus quod nobis aperuit Spiritus ſanctus. Reperio autem tribus omnino locis factam Angelorum lapſus mentionem, Ioh. 8. f. 44. Iud. 2. 16, & hoc loco. Et generalis hæc ratio quibuſuis non profanis ingeniis abundè ſufficit, oportere neceſſariò vt quicquid malum eſt, ab origine ſua defecerit, quum à Deo nihil niſi bonum condi potuerit. In tartarũ detruſos, ταρταρώσας. Sic vocarunt Græci infima terræ loca, quæ puniendis nocentium animis eſſent deſtinata. Itaque quod ad vocabulum ipſum attinet, non dubitauit Petrus illud tanquam vulgò tritum vſurpare. quo modo etiam Matthæus & Lucas ᾅδου vocarunt. Sed non eſt tamen quòd aliquis idcirco putet poetarum deliria, vel quæ poſtea theologi contemplantes, quos vocant, de inferis diſſeruerunt, à Petro comprobari. E cælo in infimas iſtas regiones detruſos eſſe diabolos res ipſa oſtendit, quum nimium multi inter nos verſentur. Princeps aeris dicitur diabolus Eph. 2. a. 2. Spiritualium malitiarum quæ ſunt in ſublimi, noſtri videlicet reſpectu, mentio fit Eph. 6. b. 12. Sed abyſſum illis aliquam eſſe conſtitutam quam reformident, liquet ex Luc. 8. e. 31. Amplius de iſtis inquirere non expedit. Quæramus potius quomodo illius leonis rugientis vngues vitare & in cælum peruenire poſſumus. Catenis caliginis, σειραῖς ζόφου. Id eſt, caligine quaſi catenis conſtrinxit. Caliginem autem vocat miſerrimam & terribilis horroris plenam vitæ conditionem, & trãſlationem ſumit à damnatis facinoroſis, qui in carceris pedore retinentur conſtricti, dum ad vltimum ſupplicium pertrahantur.

5 Et priſco mundo, καὶ ἀρχαίῳ κόσμῳ. Vulgata, Et originali mundo. Ergo mundus ille diluuium præcedẽs comparatur cum eo in quo nunc ſumus: non quaſi nouam rerum vniuerſitatem condiderit Dominus, ſed quia hoc diluuio tanta fuit rerum omnium euerſio, vt ſequens mundi inſtauratio veluti pro noua quadam creatione habeatur. Sed quid ſi priſcum mundum pro priſcis illis primæ ætatis hominibus cæteriſque animantibus

ſubuerſis accipiatis. Octauum Noe, ὄγδοον Νῶε. Eraſ. Octauum iuſtitiæ præconem Noe, ambiguè. poſſet enim videri Noe dici octauus præco iuſtitiæ, quòd inter Adami poſteros octauus numeretur: quum longè aliud dicatur, nempe quòd Noe octauus (id eſt cum aliis ſeptem) ſit ſeruatus. Dicitur autem præco iuſtitiæ, propterea quòd totos illos annos c x x non deſierit impios illos & dictis & factis commonefacere quanta illis ira Dei immineret.

Καὶ πόλεις Σοδόμων & Γομόρρας τεφρώσας καταφορᾷ κατέκρινεν, ὑπόδειγμα μελλόντων ἀσεβεῖν τεθεικώς.

Gen 19.c.13

6 Et ciuitates Sodomorum ac Gomorrhæ in cinerem redactas ſubuerſione damnauit, ſecitque vt eſſent exemplar impiè victuris.

6 Et ciuitates Sodomorum & Gomorrhæorũ in cinerem redigens, euerſione damnauit, exemplũ eorũ qui impiè acturi ſunt posteris.

Καὶ δίκαιον Λὼτ καταπονούμενον ὑπὸ τῆς τῶν ἀθέσμων ἐν ἀσελγείᾳ ἀναστροφῆς, ἐρρύσατο.

7 Et iuſtum Lot libidinoſa nefariorum conuerſatione fatigatum eripuit.

7 Et iuſtum Lot oppreſſũ à nefandorum luxuriosa conuerſatione eripuit.

(Βλέμματι γὰρ καὶ ἀκοῇ ὁ δίκαιος, ἐγκατοικῶν ἐν αὐτοῖς, ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ψυχὴν δικαίαν ἀνόμοις ἔργοις ἐβασάνιζεν)

8 (Iuſtus enim ille, quum habitaret inter eos, in dies animã iuſtam iniquis illorum factis, & videndo & audiendo excruciabat)

8 (Aſpectu enim & auditu iuſtus erat, habitans apud eos qui de die in diẽ animum iuſtum iniquis operibus cruciabant)

Οἶδε Κύριος εὐσεβεῖς ἐκ πειρασμοῦ ῥύεσθαι, ἀδίκους δὲ εἰς ἡμέραν κρίσεως κολαζομένους τηρεῖν.

9 Nouit Dominus pios è tentatione eripere, iniuſtos autem in diem iudicii puniendos ſeruare.

9 Nouit Dominus pios de tẽtatione eripere, iniquos uerò in diem iudicij reſeruare cruciandos.

Μάλιστα δὲ τοὺς ὀπίσω σαρκὸς ἐν ἐπιθυμίᾳ μιασμοῦ πορευομένους, καὶ κυριότητος καταφρονοῦντας, τολμηταί, αὐθάδεις, δόξας οὐ τρέμουσι βλασφημοῦντες.

10 Maximè verò eos qui carnem ſequentes, in impura cupiditate incedunt, & dominatum deſpiciunt, qui, inquam, ut ſunt audaces & ſibi placentes, non horrent dignitates cõuitiis inceſſere.

10 Magis autem eos qui poſt carnẽ in concupiſcentia immunditiæ ambulant, dominationẽmque contemnunt, audaces, ſibi placentes, ſectas non metuunt blaſphemantes:

Ὅπου ἄγγελοι ἰσχύϊ καὶ δυνάμει μείζονες ὄντες, οὐ φέρουσι κατ' αὐτῶν παρὰ Κυρίῳ βλάσφημον κρίσιν.

11 Quum ipſi Angeli qui ſunt robore ac poteſtate maiores, non ferant aduerſus eas apud Dominum maledicum iudicium.

11 Vbi Angeli, fortitudine & uirtute quum ſint maiores, non portent aduerſum ſe à Domino execrabile iudicium.

8 Et videndo & audiendo, βλέμματι γὰρ ἀκοῇ. Id eſt, Quocunque vel oculos vel aures applicuiſſet, quicquid cerneret vel audiret, hoc illũ miſerrimè torquebat. Vulg. Aſpectu enim & auditu iuſtus erat, quaſi poſt δίκαιος ſubaudiatur ὢν. Eraſmus, Is enim oculis & auribus iuſtus, &c. Hæc enim coniunxerũt cum ὁ δίκαιος, quaſi dicatur Lot iuſtus fuiſſe & oculis & auribus, i. (vt Eraſmus in annotationibus explicat) oculos & aures habuiſſe ab omni turpitudine abhorrentes. Sed vt taceam quòd Vetus interpres conſtructionem neglexit, nec potuit ſubaudire ὢν propter articulum adiectum, qui indicat δίκαιος ratione habere non prædicati, ſed ſubiecti: (quos errores Eraſmus emendauit) vt inquam hæc omittam, primùm quæri poſſet cur non manuum quoque mẽtionem feciſſet: deinde ipſa conſtructio hanc interpretationem apertè refellit, oſtenditque βλέμματι γὰρ ἀκοῇ cum verbo ἐβασάνιζεν ita conſtrui oportere vt nos fecimus, à doctiſſimo interprete admoniti. Omnino enim ſcribendum fuiſſet ὁ γὰρ βλέμματι & ἀκοῇ δίκαιος, vt ſpero mihi conceſſuros quicunque vel mediocriter in Græcis literis ſunt verſati. Excruciabat, ἐβασάνιζεν. i. anxiam ac doloribus confectã vitam trahebat, nõ minus laborans quàm ſi equuleo fuiſſet impoſitus. quo modo in vernaculo ſermone, ſi velim extremũ tædium ſignificare, dicam *ie ſuis en une gehenne*. Vetus interpres mendoſè legit ἐβασάνιζον, excruciabant.

9 Nouit, οἶδε. Heb. ידע, id eſt, longo vſu exercitatus eſt in liberandis & eripiendis iuſtis. Eſt autem hæc concluſio inductionis.

10 Qui carnem ſequentes, τοὺς ὀπίσω σαρκός. Vulg. ad verbum, Qui poſt carnem, i. præeunte carne: quem Hebraiſmum alibi expoſuimus. Et dominatum deſpiciunt, καὶ κυριότητος καταφρονοῦντας. Id eſt, eos quorũ poteſtati ſubiecti ſunt aſpernantur. Nam κυριότητα vocat ſenatorum aut aliorum magiſtratuum collegium, vt paulo antè ἀδελφότητα (id eſt fraternitatem) dixit pro fratrum cœtu: eadem prorſus ratione qua dicimus in vernaculo noſtro ſermone *la ſeigneurie*. Quàm autem hoc conueniat clericis, quos nunc vocant, vel illud teſtatur & ſceleratiſſimus quiſque palàm hodie non erubeſcit clericalis, quam vocant, tonſuræ priuilegio, quorumuis magiſtratuum imperium aſpernari. Quòd ſiquis reclamet, actum eſt de Eccleſia ſcilicet. Et tamen hi omnes à Petri ſucceſſore pendent. Qui, inquam, ut ſunt audaces, τολμηταί. Neceſſariò ſupplendum fuit aliquid propter mutatam conſtructionem. Vide Eph. 1. 2. 5. Et ſibi placentes, αὐθάδεις. Eraſ. Præfracti. Vide Tit. 1. b. 7.

Dignitates, δόξας. i. principes, & quantumuis auguſta maieſtate prædiros. Exẽplo ſit Iulius quartus, Romanus quum hæc ſcriberem Pontifex, non modò conuitiis, ſed etiam atrociſſimo bello vicinum regem petens, & funeſtiſſimis cladibus orbem terrarum paululum iam reſpirantem, conturbans. Quidni enim id faciat Hildebrandi ſucceſſor, qui Cæſaris Henrici collum pede conculcans, huc etiam verbum Domini detorquere palàm eſt auſus, vt hoc pacto ſeſe germanam Satanæ progeniem eſſe comprobaret? Super aſpidem, inquit, & baſiliſcum ambulabis. Et adhuc ambigunt homines an iſte non ſit Petri ſucceſſor?

11 Aduerſus eas, κατ' αὐτῶν. Aduerſus eas videlicet dignitates. Reuerentur enim Angeli ipſi ἀπὸ ὧν ἀ

Domino conſtitutam, & regnis etiam impiorum cuſtodiendis tanquam miniſtri Dei præſunt, vt liquet ex Danielis 10 & 11. neque in conſpectu Domini aduerſus Achab, quantumuis impium regem, conuitium vllum ab ipſis profertur, 1. Reg. 22. c. 10: ſed ſolus ille ſpiritus mendax reperitur qui ſeſe ſponte ad malas artes offerat, 1. Regum 22. c. 21, quique ipſos etiam ſeruos Dei calumnietur, Iob 1. c. 9 & 10. Similis eſt Prophetarũ ratio, qui quum Spiritu Dei regerentur, fortiter quidem & conſtanter munus reprehenſionis ſibi à Deo impoſitum obierunt, ſed regibus tamen ac principibus quos arguebant (ſicuti par erat) honorem habuerunt. Cæterùm Vetus interpres aliter prorſus hunc locum interpretatus eſt, perinde nimirum acſi diceretur Angelos ſuos Dominus nunquam execrari. Sic enim conuertit, Non portant aduerſum ſe à Domino execrabile iudicium. Atqui (vt nihil aliud obiiciam) Græcis non reſpondet iſta interpretatio. Neque enim ſcriptum eſt κατ' αὐτῶν ſed κατ' αὐτῶν, neque παρὰ Κυρίου ſed παρὰ Κυρίῳ. Eraſmus verò ſic conuertit, Non ferant aduerſus ſeſe apud Dominum maledicum conuitium: id eſt, mutuò ſibi non conuitientur apud Dominum, nec alii de aliis detrahant, ſed ſtationem ſuam quiſque conſeruet: quum alii aliis ſubſint, vt apparet ex Danielis 10. c. 13, & 12. a. 1, & Apoc. 12. b. 7. Hanc verò interpretationem ſi amplectamur, videbitur Petrus alluſiſſe ad Pſal. 103. d. 10. Nam etiam in vno exemplari ſcriptum erat κατ' αὐτῶν.

Οὗτοι δέ, ὡς ἄλογα ζῶα φυσικὰ γεγενημένα εἰς ἅλωσιν καὶ φθορὰν, ἐν οἷς ἀγνοοῦσι βλασφημοῦντες, ἐν τῇ φθορᾷ αὐτῶν καὶ καταφθαρήσονται·

11 At iſti, veluti animantia rationis expertia quæ naturali impetu feruntur, facta ad eum finem vt capta intereant, ea vituperantes quæ ignorant, ſua ipſorum corruptela interibunt:

11 *Hi verò, velut irrationabilia pecora naturaliter in captionem & in perniciem, in ea quæ ignorant blaſphemantes, in corruptione ſua pibunt:*

Κομιούμενοι μισθὸν ἀδικίας, ἡδονὴν ἡγούμενοι τὴν ἐν ἡμέρᾳ τρυφὴν, σπίλοι καὶ μῶμοι, ἐντρυφῶντες ἐν ταῖς ἀπάταις αὐτῶν, συνευωχούμενοι ὑμῖν·

13 Reportaturi mercedem iniuſtitiæ, vt qui voluptate ducãt quotidianas delicias, labes ac maculæ, qui fraudibus ſuis ſe oblectant, vobiſcũ epulãdo.

13 *Percipientes mercedem iniuſtitiæ, voluptatem exiſtimantes diei deliciæ, conquinationes & maculæ, deliciis affluentes, in cœnuiuiis ſuis luxuriantes vobiſcum.*

11 Animantia rationis expertia, &c. ἄλογα ζῶα φυσικὰ, &c. Vulgata, Irrationabilia pecora, naturaliter in captionem, &c. in qua interpretatione nihil eſt quod probes: primùm enim irrationabilia, barbarũ eſt: ζῶα verò non vocant Græci pecora, ſed animantia. Sed tertius error fœdior eſt, nempe quòd φυσικὰ coniunxit cum ſequentibus, ideóque γεγενημένα quaſi redundans expunxit. In eodem hoc errore verſatus eſt etiã Eraſ. adeo vt putarit participium γεγενημένα ex albo libri irrepſiſſe in contextum. Nam, inquit, naturalia ad captionem dixit, quemadmodum dicimus natus ad diſcẽdum, pro eo quod eſt Natura compoſitus. Atqui præterquã quòd Græci codices ſummo conſenſu addunt γεγενημένα, vnde tandem eſſet petitum tam obſcurũ támque inuſitatũ dicẽdi genus? Quid igitur? nẽpe hoc epitheto voluit Petrus explicare qua in re iſti brutis animãtibus ſint ſimiles, in eo videlicet quòd nec conſilio, nec ratione, nedũ Spiritu Dei, ſed cæco naturæ rationis expertis imperu ad belluinas cupiditates ferantur. Naturæ enim nomine, de brutis loquens, ſenſualitatem (quam vocant) intelligit. Germanam autem eſſe hanc expoſitionem liquet etiã ex epiſtolæ Iudæ ver. 10, ex quo loco φυσικὰ poſſis optimè interpretari τὰ φθαρτὰ ἐν ὕλῃ φυσικῶς εἰς τὰ ἄλογα ζῶα διδόμενα, id eſt eos qui in iis ſeſe corrumpunt quæ brutorũ inſtar naturaliter norunt. Facta ad eũ finẽ vt capta intereant, γεγενημένα εἰς ἅλωσιν & φθορὰν. Id eſt, Idcirco conſita vt aliis cedant in prædam à quibus cõſumpta pereant. Ita enim iſti ſponte ſeſe in diaboli ac mortis laqueos induunt, vaſa nimirum ad interitum coagmentata, vt dicit Paulus Rom. 9. d. 22. & pridem ad hoc iudicium deſcripta. Iudæ 4. Vulgata, In captionem & in perniciem: quod nemo intelligat. Eraſmus, Genita in capturam & perniciem: nihilo melius. Ea vituperantes quæ ignorant, ἐν οἷς ἀγνοοῦσι βλασφημοῦντες. Hebr. ברורים אשר לא יבינו. Nim verbum דיבר cum ב conſtructum, in malam partem accipitur. Vulgata, In iis quæ ignorant blaſphemantes. Eraſmus, In iis quæ non intelligunt maledicentes. Sua ipſorum corruptela interibũt, ἐν τῇ φθορᾷ αὐτῶν καταφθαρήσονται. Id eſt, eo exitio peribunt quod ipſi ſibi ſuis illis perditis & corruptis moribus accerſunt. Vulgata, In corruptione ſua peribunt. Eraſmus, In perditione ſua peribunt: quas interpretationes miror à quoquam intelligi potuiſſe. non enim animaduerterunt φθορὰν paulo antè accipi pro interitu, ita vt reſpondeat verbo καταφθαρήσονται in accommodatione ſimilitudinis: poſteriore autem hoc loco poni pro morũ corruptela, in qua quiſquis ſibi placet, planè omnem vſum rationis ac iudicii amiſit: vt qui ſeſe ſponte ſua in mortem æternam præcipitet.

13 Reportaturi, κομιούμενοι. Vulgata & Eraſmus, Reportantes, κομιζόμενοι. Quotidianas delicias, τὴν ἐν ἡμέρᾳ τρυφὴν. Vulg. Diei delicias. Eraſmus, Si in diem deliciis fruantur. Atqui ἐν ἡμέρᾳ non aliud declarat quàm Exodi 29. f. 36. בְּיוֹם, pro καθ' ἡμέραν. Qui fraudibus ſuis, &c. ἐντρυφῶντες ἐν ταῖς ἀπάταις αὐτῶν, συνευωχούμενοι ὑμῖν. Fœdè profectò corruptus fuit hic locus tum à Vetere interprete, tum etiam ab Eraſmo, vt facilè cuiuis poterit liquere. Sic enim ille, Deliciis affluentes, in conuiuiis ſuis luxuriantes vobiſcum: acſi ſcribendum ſit ἐντρυφῶντες ἐν ταῖς ἀγάπαις αὐτῶν, &c. Atqui falſa eſt iſta diſtinctio, neque ἀγάπαις legi poteſt ſequente illo reciproco, quin iſtis impiis vendicetur quod erat totius Eccleſiæ. Neque enim ἀγάπαι certorum hominum erant, ſed Eccleſiæ totius. quod ſi conſideraſſet Eraſmus, nõ putaſſet hunc locum fuiſſe corruptum ab iis qui ἀπάταις ſcripſerunt, quum contrà fit ab iis depravatus qui pro ἀπάταις ſubſtituerunt ἀγάπαις. Præterea quid illud eſt, Luxuriantes vobiſcum? ita enim reprehenderentur omnes tanquam eiuſdem luxus ſocii: quod minimè exiſtimandum eſt. Eraſmus verò ſic maluit hunc locum interpretari, Qui conuiuantes, in erroribus ſuis inſultant vobis: in qua interpretatione multa cogor deſiderare. Nam ἀπάταις pro erroribus nũquam certè memini legere: &, vt ita accipi poſſit, detrahetur ſanè multum de ſententiæ pondere ſi ita interpreteris: quum de iis potiùs agatur qui per ſummam improbitatem alios illiciant, quàm de iis qui aliorum fraude decepti, in aliquo errore verſentur. Deinde nemo non videt quàm dura ſit traiectio ſi ὑμῖν connectatur cum ἐντρυφῶντες: quum præſertim tã propinqua ſit præpoſitio σὺν. Itaque hanc etiam interpretationem vt manifeſtè detoream repudio. Quomodo verò ſit explicãdus hic locus, apertè liquet ex epiſtolæ Iudæ verſu 12, vbi ita ſcribit, οὗτοί εἰσιν οἱ ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν, σπιλάδες, συνευωχούμενοι. i. Hi ſunt in veſtris agapis quaſi maculæ, dum vobiſcum epulantur. Eſt ergo hæc ſententia, iſtos in ſacris Eccleſiæ conuiuiis verſantes, quum hoc pacto videri vellent vera eſſe Eccleſiæ membra, nihil aliud eſſe quàm labes ac maculas Eccleſiæ, vtpote quos etiam, inquit, non pudeat illic vobiſcum epulantes & ſa

ero conuiuio adhibitos, ſeſe vobis fallendis ſuauiter oblectare, denique totam Eccleſiam ludibrio habere. Itaque συνευωχούμενοι ὑμῖν hoc in loco idem declarat atque συν δυσωχούμενοι ὑμῖν apud Iudã. Quòd autẽ ἀγάπας nõnulli acceperint non pro conuiuiis, ſed pro collatis in pauperũ ſubſidiũ donis, ita vt συνδυσωχούμενοι ὑμῖν idẽ declaret atque Veſtris ſumptibus & eleemoſynis ſua cõuiuia agitãtes: mihi quoque non probatur. Nam verum quidem eſt iſta conuiuia ſic vocata quòd ex collatis donis inſtruerentur: ſed conuiuia fuiſſe Eccleſiaſtico cœtui communia, ex Act.2.& 1.Cor.11, Iuſtino, Tertulliano, & aliis veteribus apparet. Itaque de conuiuiis ipſis præſtat accipere quàm de conuiuiorum dapibus.

Ὀφθαλμοὺς ἔχοντες μεστοὺς μοιχαλίδος, καὶ ἀκαταπαύστους ἁμαρτίας, δελεάζοντες ψυχὰς ἀστηρίκτους, καρδίαν γεγυμνασμένην πλεονεξίας ἔχοντες, κατάρας τέκνα·

14 ῾Oculos habentes plenos adulterii, & qui à peccando ceſſare neſciant, ineſcantes animas inſtabiles, cor habentes ad auaritiam exercitatum, ῾execrandi homines:

14 Oculos habentes plenos adulterij & inſatiabiles delicti, pellicientes animas inſtabiles, cor exercitatum auaritia habentes, maledictionis filij:

Καταλιπόντες εὐθεῖαν ὁδὸν, ἐπλανήθησαν, ἐξακολουθήσαντες τῇ ὁδῷ τοῦ Βαλαὰμ τοῦ Βοσὸρ, ὃς μισθὸν ἀδικίας ἠγάπησεν.

15 Qui relicta recta via, aberrarunt, ſequuti viam Balaam filii Boſor, qui ῾ mercedem iniquitatis amauit.

15 Derelinquẽtes rectã viã, errauerũt, ſequuti viam Balaã ex Boſor, q̃ mercedem iniquitatis amauit.

Ἐλεγξιν δὲ ἔσχεν ἰδίας παρανομίας· ὑποζύγιον ἄφωνον, ἐν ἀνθρώπου φωνῇ φθεγξάμενον, ἐκώλυσε τὸν τοῦ προφήτου παραφρονίαν.

Num 22.d.23 ind.b.11

16 Sed redargutionem ſuæ trãſgreſſionis ſuſtinuit: nam ‖ ſubiugis aſina muta, humana voce loquuta, prohibuit Prophetæ dementiam.

16 Correctionem uerò habuit ſuæ neſaniæ: ſubiugale mutũ, hominis uoce loquens, prohibuit Prophetæ inſipientiam.

Οὗτοί εἰσι πηγαὶ ἄνυδροι, καὶ ὁμίχλαι ὑπὸ λαίλαπος ἐλαυνόμεναι, οἷς ὁ ζόφος τοῦ σκότους εἰς αἰῶνα τετήρηται.

Iude c.12

17 ‖ Iſti ſunt ῾fontes aqua caren tes, nebulæ à turbine agitatæ: quibus ῾caligo tenebrarum in æternum ſeruata eſt.

17 Hi ſunt fontes ſine aqua, & nebulæ turbinib⁹ exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reſeruatur.

Ὑπέρογκα γὰρ ματαιότητος φθεγγόμενοι δελεάζουσιν ἐν ἐπιθυμίαις σαρκὸς, ἀσελγείαις, τοὺς ὀλίγως ἀποφεύγοντας τοὺς ἐν πλάνῃ ἀναστρεφομένους·

18 Nam ῾prætumidam vanitatem loquendo per carnis cupiditates ῾laſciuas, eos ῾ineſcant qui ῾verè effugerant eos qui in errore verſantur:

18 Superba enim uanitatis loquentes pellicium⁹ in deſideriis carnis luxuriæ eos qui paululum effugiunt, qui in errore conuerſantur:

Ἐλευθερίαν αὐτοῖς ἐπαγγελλόμενοι, αὐτοὶ δοῦλοι ὑπάρχοντες τῆς φθορᾶς· ᾧ γάρ τις ἥττηται, τούτῳ καὶ δεδούλωται.

Ioh.8.d.34 rom.6.d.20

19 ‖ Libertatem eis pollicendo, quum ipſi ſerui ſint corruptionis. ſiquidem à quo quis ſuperatus eſt, huic etiam in ſeruitutẽ eſt addictus.

19 Libertatem illi promittentes, quum ipſi ſerui ſint corruptionis. à quo enim quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt.

14 Oculos, ὀφθαλμούς. Rectè. Hic enim apparet potiſſimũ libido. Oculi (inquit obſcœnus ille) ſunt in amore duces. Adulterii, μοιχαλίδος. Eraſ. ad verbum, Adulteræ: quod eſt admodũ obſcurũ. Sciendũ eſt igitur, ex Hebræorũ idiotiſmo, poni epitheton pro ſubſtantiuo quod vocant: cuius enallages manifeſtũ mihi exemplum videtur extare Dan.9.f.24, vbi ponitur נביא pro נבואה quòd etiã fortaſſis pertinet illud Deu.19.c.19, לשקר תרוח את תצמאה Deu.5.i. Vt addat ebriã ſitiẽtis: pro eo quod eſt, Vt addat ebrietatẽ ſiti. Quidã hoc cõiectũr cum ἁμαρτίας & pro ἀκαταπαύστους legũt ἀκαταπαύστου, quod Græcis nõnullis placuiſſe apparet ex ſcholiaſte: vt & Caſtellioni, qui hunc locum cõuertit his verbis, Oculos habentes degeneris perpetuique peccati plenos. Sed præterquã q̃ Græca exemplaria ſummo cõſenſu legũt ἀκαταπαύστους, nuſquã inuenio illud epitheto peccato attributũ. Apparet igitur ita conatos fuiſſe hunc locũ expedire nonnullos ex Græcis Hebraicæ linguæ imperitos.

Execrandi homines, κατάρας τέκνα. Vulg. ad verbũ, Maledictionis filii. Eraſ. Execrabiles filii. Vide Eph.1.2.1.

15 Mercedem iniquitatis, μισθὸν ἀδικίας. Id eſt, lucrum ex ſcelere quæſitum. Retinui autẽ Hebraiſmũ, quia ſi vel Mercedem iniquam, vel Lucrum iniquum dixeris, quippiam multo minus ſignificaris.

16 Subiugis aſina, ὑποζύγιον. Vulg. & Eraſ. Subiugale, de quo diximus Mat.11.2.5. Eſt autem hoc exemplum valde appoſitum ad id quod antè dixit, quum iſtiuſmodi homines cum beſtiis compararet.

17 Fontes aqua carentes, πηγαὶ ἄνυδροι. Id eſt, qui ſcientiam quidem iactant, ſed intus nihil minus habent. Eoſdem comparat nubibus à turbine agitatis: quòd nimirum ſpem aliquam faciant cœleſtis alicuius pluuiæ, ſed ſolo vento turgeant. Caligo tenebrarum, ὁ ζόφος τοῦ σκότους. i. denſiſſimæ tenebræ: ex Hebræorum idiotiſmo, vt quum Terram pulueris, Cœnum luti dicunt.

18 Prætumidam vanitatẽ, ὑπέρογκα ματαιότητος. Sic infra, 3.2.3. ἥκασιν τῆς ἐπιμονῆς, pro ἥκασιν ἐπὶ ἐπιμονήν. Vulg. Superba vanitatis. Eraſ. Vehementer faſtuoſa vanitatis verba. Sentẽtia ipſa plana eſt, iſtos nimirum vanis quibuſdam & inanibus verborum ampullis incautos decipere. Laſciuas, ἐν ἀσελγείαις. Sic reſtituo hunc locum ex Græcis ſcholiis. Eſt enim ſubaudiẽdus articulus τῆς, quã eclipſin annotauimus 1.Pet.1.b.7, & alibi ſæpe. ideóque Laſciuas conuerti Vulg. legit ἀσελγείας, vtqui Luxuriæ interpretetur, eadem manente ſententia: & ita etiã in vno Græco exẽplari legimus. Ineſcant, δελεάζουσιν. i. quaſi piſces hamo captãt. Sed aliud eſt captare, aliud capere. Nam qui verè credunt, illos certum eſt vel nunquã vel ad tẽpus rãtùm capi. Deinde certi ſunt veræ, i. non ſimulatæ cognitionis gradus. Vide Heb.6.2.5. Verè, ὄντως. i. re ipſa, non autẽ ſimulatè, vt illi. Complutẽſis editio legit ὀλίγον, & in duobus aliis codicibus ſcriptum legimus ὀλίγως, i. penè, vel propemodum. Vetus quoq; interpres legit ὀλίγον, paululum. Sed notandum eſt verè dici aufugiſſe qui ſincerè ſunt puram vitam profeſſi, relicta idololatria. quod nonnullis etiam reprobis ad tẽpus euenire poteſt. Nã electi longiùs prorediuntur, vt qui non ſint ἀποστατικοὶ, vt interim eaceam poſſe aberrare etiam eos qui rectam viam ſunt ingreſſi, ſed ad tẽpus duntaxat. Quidam codices habent τοὺς ὀλίγως ἀποφεύγοντας, qui paulatim effugiebant.

IN CAP.

Ει γὰρ ἀποφυγόντες τὰ μιάσματα τοῦ κόσμου, ἐν ἐπιγνώσει τοῦ Κυρίου καὶ σωτῆρος Ιησοῦ Χριστοῦ, τούτοις δὲ πάλιν ἐμπλακέντες ἡττῶνται, γέγονεν αὐτοῖς τὰ ἔσχατα χείρονα τῶν πρώτων.

10 ¶Itaque si postquam inquinamenta mundi, per agnitionem Domini & Seruatoris Iesu Christi effugerint, his rursum implicati superẽtur, facta est vltima eorum conditio deterior priore.

10 *Si enim refugientes eam Mat.12.d.45 quæ nationes mundi in co- heb.6.a.4 gnitione Domini nostri et Saluatoris Iesu Christi, his rursus implicati superẽtur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus.*

Κρεῖττον γὰρ ἦν αὐτοῖς μὴ ἐπεγνωκέναι τὴν ὁδὸν τῆς δικαιοσύνης, ἢ ἐπιγνοῦσιν ἐπιστρέψαι ἐκ τῆς παραδοθείσης αὐτοῖς ἁγίας ἐντολῆς.

11 Satius enim fuisset eis nõ cognouisse viã iustitiæ, quàm cognita *illa*, regredi à sancta doctrina ipsis tradita.

11 *Melius enim erat illis non agnoscere uiã iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato.*

Συμβέβηκε δ' αὐτοῖς τὸ τῆς ἀληθοῦς παροιμίας, Κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα· καὶ, Ὗς λουσαμένη, εἰς κύλισμα βορβόρου.

11 Sed accidit eis quod vero prouerbio dici solet, ¶Canis reuersus est ad suũ ipsius vomitũ, &, Sus lota, ad volutabrũ cœni.

11 *Cõgit enim eos illud ueri prouerbij. Canis reuer- Pro.26.b.11 sus ad suum uomitum, sus loca, in uolutabro luti.*

Κεφάλαιον γ'.

CAP. III.

CAP. III.

Ταύτην ἤδη, ἀγαπητοί, δευτέραν ὑμῖν γράφω ἐπιστολήν, ἐν αἷς διεγείρω ὑμῶν ἐν ὑπομνήσει τὴν εἰλικρινῆ διάνοιαν·

1 Hanc iam alteram vobis literas scribo, dilecti, quibus sinceram mẽtem vestram per commonefactionem excito:

1 *Hanc ecce uobis, charissimi, secundã scribo epistolam, in quibus uestram excito in commonitione sinceram mẽtem:*

Μνησθῆναι τῶν προειρημένων ῥημάτων ὑπὸ τῶν ἁγίων προφητῶν, καὶ τῆς τῶν ἀποστόλων ἡμῶν ἐντολῆς, τοῦ Κυρίου καὶ σωτῆρος·

2 Vt memores sitis verborum quæ prædicta sunt à sãctis Prophetis, & doctrinæ nostræ qui sumus Apostoli Domini & Seruatoris:

2 *Vt memores sitis eorum quæ prædixi uerborũ à sãctis Prophetis, & Apostolorũ uestrorũ, præceptorũ Domini & Saluatoris:*

Τοῦτο πρῶτον γινώσκοντες, ὅτι ἐλεύσονται ἐπ' ἐσχάτου τῆς ἡμέρας ἐμπαῖκται, κατὰ τὰς ἰδίας αὐτῶν ἐπιθυμίας πορευόμενοι·

3 Et dicant, Vbi est pollicitatio aduentus eius? nam ex quo die Patres obdormierunt, omnia ita permanent ab initio creationis.

3 Hoc primùm scietes, q 1.Tim.4.a.1 uenturi in nouissimis die- 2.Tim.3.a.1 bus in deceptione illusores, iuda c.18 iuxta proprias uncupiscẽtias ambulantes:

4 Dicẽtes, Vbi est promissio aut aduentus eius? ex quo enim Patres dormierunt, omnia sic perseuerant ab initio creaturæ.

Καὶ λέγοντες, Ποῦ ἐστιν ἡ ἐπαγγελία τῆς παρουσίας αὐτοῦ; ἀφ' ἧς γὰρ οἱ πατέρες ἐκοιμήθησαν, πάντα οὕτω διαμένει ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως.

10 Vltima cõditio, ἔσχατα. Vide Mat. 12. d. 45. 11 Regredi, ἀναχωρῆσαι. Id est, εἰς τὰ ὀπίσω ἀναχωρῆσαι: vt in vno vetusto codice scriptum inuenimus. Vulg. Retrorsum conuerti, ἀναχωρῆσαι εἰς τὰ ὀπίσω consentiente vno ex vetustis nostris codicibus. Erasmus, Conuerti ab eo præcepto, &c. ambiguè, & nimium obscurè. Doctrina, ἐντολῆς. Hebr. מִצְוָה. Erasmus, Præcepto. Vulg. Mandato: quo modo & nos vbique fere sumus interpretati: sed spectandum quid cui loco conueniat.

IN CAPVT III.

1 Hasce iã alteras, πρώτην δὲ δευτέραν. Hic etiã locus, & quod statim subiicitur de Apostolica functione, si cõiungãtur cũ eo quod scriptũ est suprà, 1. d. 18, manifestè ostẽdunt hãc epistolã nulli alii quàm Petro esse tribuẽdã. Alioquin obsecro cuius esset spiritus ita impudẽter mẽtiri. Certè impiũ esse videtur tale quicquã de eo suspicari cuius tã pura támq; sãcta fit doctrina: & quod allatũ à Hieronymo cõfirmat Eras. de styli dissimilitudine, ego nõdũ potui perspicere. Quibus, ἐν αἷς. Hoc pertinet ad vtrãque epistolã: alioq dicendum fuisset ἐν ταύταις.

2 Quæ prædicta sunt à sanctis Proph. τῶν προειρημένων ὑπὸ τῶν ἁγίων προφητῶν. Vulg. Quæ prædixi à sãctis Prophetis: quã interpretationẽ nemo non videt meritò esse ab Erasmo reprehẽsam. Et doctrinæ nostræ q sumus Apost. καὶ τῆς τῶν ἀποστόλων ἡμῶν ἐντολῆς. Ἐντολὴν rursus interpretor doctrinã, vt suprà, 1. d. 12. Rectè verò Prophetis adiũgit Apostolos, vt Paulus Eph. 2. d. 20, & vtrisq; demũ angularẽ illũ lapidẽ substernit. Quãobrẽ valde etiã insignis est locus, & artificiosæ illi breuitati Petri cũ summa quadã maiestate cõiunctæ mirè conueniẽs. Vulg. Et Apostolorũ vestrorũ, præceptorũ. Legit enim ὑμῶν, quod nõ videtur cũ iis quæ sequũtur posse cohærere. Nam quod adfert Græcus scholiastes de propositione ἀπὸ repetẽda ἀπὸ τῶν κυρίου, quasi scriptũ sit καὶ ἀπὸ τοῦ Κυρίου, & à Domino, planè est absurdũ. 3 Irrisores, ἐμπαῖκται. Hos vocant Hebræi לֵצִים, de quibus Dauid Psal. 1, mõstra hominũ videlicet, qui Dei cõtẽptu & sacrilega audacia volunt ingeniosi apparere. Cæterùm in Vulg. editione legitur, In deceptione illusores: cuius rationẽ nullã inuenio. Nã quòd in quibusdã vetustis Græcis codicibus legitur ἐμπαιγμονῇ pro ἐμπαίκται. mẽdosè scriptũ esse apparet. Vt qui in suis ipsorũ ἰδίαις αὐτῶν. Hoc verò est ἐκονικὲ istos Epicureos depingere: quib⁹ si Moses, si Prophetas, si Apostolos, si deniq; Filiũ ipsũ Dei obiicias solent cũ Sardonio nescio quo risu quærere quinam illi fuerint: interim verò vt germanã se prolẽ Epicuri esse ostẽdãt, quicquid illis insana sua libido suggessit, firmũ, certũ, cõstãs esse volũt: & quũ ônes à se doceri posse putẽt, nihil magis timẽt q ne quicquã à quoquã didicisse videãtur. At tu Domine cæli & terræ veni; veni tã dẽ, vt hæc mõstra porõti illa tua virtute cõfecta, & ribi & tuis iucũdũ iustitiæ tuæ spectaculũ præbeant:

4 Obdormierũt, ἐκοιμήθησαν. Iterũ exprimitur hoc verbo blasphema illorũ derisio: acsi dicerẽt, iãpridẽ oportuisse illos excitatos, quos nõ tã mortuos q in sepulchro quiescere verè dicimus.

Λανθάνει γὰρ αὐτοὺς τοῦτο θέλοντας, ὅτι οὐρανοὶ ἦσαν ἔκπαλαι, καὶ γῆ ἐξ ὕδατος καὶ δι' ὕδατος συνεστῶσα, τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ.

5 Illud enim ᵛ sponte ipsos latet, cælos iam olim extitisse per Dei sermonem ᵛ, & terram ex aqua & in aqua consistentem.

5 *Latet enim eos hoc uolentes, quòd cæli erant prim & terra, de aqua & per aquam consistens Dei uerbo.*

Δι' ὧν ὁ τότε κόσμος ὕδατι κατακλυσθεὶς ἀπώλετο.

6 ᵛ Quamobrem is qui tum erat ᵛ mundus, aqua inundatus periit.

6 *Per quæ ille tunc mundus aqua mundatus perijt.*

Οἱ δὲ νῦν οὐρανοὶ καὶ ἡ γῆ τῷ αὐτῷ λόγῳ τεθησαυρισμένοι εἰσὶ, πυρὶ τηρούμενοι εἰς ἡμέραν κρίσεως καὶ ἀπωλείας τῶν ἀσεβῶν ἀνθρώπων.

7 Qui verò nunc sunt cæli ac terra, ᵛ eodē sermone repositi, seruantur igni in diem damnationis & exitii impiorum hominum.

7 *Cæli autē q nunc sunt & terra eodem uerbo repositi sunt, igni reseruati in diē iudicij & pditionis impiorum hominum.*

Ἓν δὲ τοῦτο μὴ λανθανέτω ὑμᾶς, ἀγαπητοὶ, ὅτι μία ἡμέρα παρὰ Κυρίῳ ὡς χίλια ἔτη, καὶ χίλια ἔτη ὡς ἡμέρα μία. Psal.90.4

8 Vnum autem hoc ne vos lateat, dilecti, ‖vnum diem apud Dominum *perinde esse* vt mille annos, & mille annos vt diē vnum.

8 *Vnum uerò hoc non lateat uos, charissimi, quòd unus dies apud Dominū sicut mille anni, & mille anni sicut dies unus.*

Οὐ βραδύνει ὁ Κύριος τῆς ἐπαγγελίας, (ὡς τινες βραδύτητα ἡγοῦνται) ἀλλὰ

9 Non tardat Dominus qui promisit, (vt nonnulli torditatem *hanc esse* ducunt) sed

9 *Non tardat Dominus promissi, (sicut quidam existimant) sed*

5 Sponte, θέλοντας. Id est, quia nescire volūt. Quis enim est ita amens & insanus qui non fateri cogatur, si conscientiæ suæ iudicium sequi velit, Deum omnia hæc condidisse? Sed alloquitur Apostolus homines religionem Christianam aliquando professos qui à sana doctrina deficiunt: quorum vtinam non esset hodie tanta, præsertim in aulis principum, multitudo. Et terrā ex aqua, &c. ἐξ ὕδατος συνεστῶσα. Participium συνεστῶσα, consistens, quod ad solam terram refertur, duo manifestè ostendit quæ plerosque interpretes fefellerunt: nempe quod de aqua commemoratur, nihil ad cælos pertinere: & hæc verba, Per Dei Sermonem, coniungenda esse cum verbo ἦσαν, extiterint: ita vt cælum & terra dicantur per Dei sermonem iampridem extitisse, nempe ex quo esse cœperunt: terræ verò addatur aliqua descriptio, propter iectam diluuii mentionem: quod & ipsum diluuium cælos non attingit. Hinc verò etiam liquet quid appellatione aquæ intelligatur: nempe non illud chaos initio conditum, sed aquæ elementum, ex quo dicitur terra cōsistere: quòd ex aquis in vnū locum collectis emergens cœperit tum demum apparere, & suo quodam vultu exornari, quum antea quodāmodo nusquam esset. Deinde quòd διὰ ὕδατος dicitur cōsistere, ad id refero quod scriptum est Psal. 24. 2. Super maria fundauit eam, & super flumina firmauit eam: minimè id quidem quasi (vt nonnulli videntur existimare) subterraneis quibusdam aquis terra fulciatur: (certum enim est Dauidem de mari & fluminibus illis quæ oculis cernimus, illic agere: & certis demonstrationibus constare aquarum molem supra terram omnium elementorum grauissimam & infimam eminere) sed partim quia Dominus ita digessit aquas vt tamen, si littora diligenter consideres, editior tellus & quodammodo aquis imposita videatur, partim quòd Oceano circumsepta, & tot fluminibus passim scaturientibus irrigua, verè in ipsis aquis fundata ac stabilita dicatur. Itaque διὰ ὕδατος improprie conuertunt, Per aquam, quum potius illud sit quod in vernaculo sermone dicimus, *en l'eau*, vel *parmi l'eau*: sicut etiam Noe dicitur seruatus διὰ ὕδατος. i. in aqua, siue per medias aquas, vt exponendum esse diximus prioris epistolæ 3. d. 20. Ita planus est hic locus, qui non satis à quibusdam expensus, fecit vt nonnullis huius epistolæ fides esset immeritò suspecta. Vulg. Quòd cæli erant prius, & terra, de aqua & per aquam consistens, Dei verbo. Ita enim solet mēdosè distinguit: quū ita oportuerit interpungere, Cælos fuisse prius, & terram ex aqua & per aquam consistentem, Dei verbo. Erasmus verò & ipse perperam hunt locum in Græco etiam Frobenii exemplari distinxit, nempe hoc modo, ὅτι οὐρανοὶ ἦσαν ἔκπαλαι, καὶ γῆ, ἐξ ὕδατος καὶ δι' ὕδατος συνεστῶσα τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ. id est, (vt ipse quoque suam interpretationem distinxit) Quòd cæli iam olim fuerint ac terra, ex aqua & per aquam consistens Dei sermone. Mendosam autem esse illam interpunctionem quæ tam multos fefellit, partim res ipsa clamat, (vt pluribus exposuimus) partim ex vetustis libris deprehendimus, in quibus summo consensu ita distinguitur hic locus, ὅτι οὐρανοὶ ἦσαν ἔκπαλαι, καὶ γῆ ἐξ ὕδατος καὶ δι' ὕδατος συνεστῶσα, τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ, id est, Quòd cæli extiterint iampridem, & terra ex aqua & in aqua consistens, per Dei sermonem. Itaque (vt nemo deinceps falli posset, τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ, quod ad vtrunque membrum pertinet, medio loco constitui. Adfert Erasmus aliam ex Beda lectionem, Cæli erant olim de aqua & per aquam constituti: quæ sanè lectio (inquit ille in annotationibus) congruit cum Græcis exemplaribus. Iudicet nunc lector an temere maiorem in Erasmo attentionem sæpe requisierim.

6 Quamobrē, δι' ὧν. Id est διὰ, vt sensus ipse ostendit, & διὰ pro propter, cum quarto etiam casu posito annotauimus Ioh. 6. f. 57, Rom. 3. d. 25, & aliis aliquot locis. Nāzianz. διὰ τοῦτο δὲ καὶ μᾶλλον Θεὸν ἔχει, pro διὰ τοῦτο ὅτι, vt contrà, accusatiuus pro genit. Hesiod. Οὐ γὰρ ἐμοῦ γε θάνατόν γε φάσθαι. Sic apud Demosthenē διὰ τοῦτο, pro διὰ τοῦτ' ἐκεῖνο, vt Budæus annotauit. Itaq; hæc particula multos interpretes frustra hic torsit, neque à Vet. interp. & Eras. rectè est expressa, vt qui cōuerterint, Per quæ: manifesto certè errore, quum mox sequatur ὕδατι. Cohærent igitur ista cum eo quod dixerat de terra, illam videlicet ex aqua & in aqua consistere: vnde etiam factum inquit vt aquis obruta fuerit in diluuio, antiquas nimirum sedes repetentibus, eo ipso mandante cuius imperio recesserant. Mundus, κόσμος. Id est, aspectabilis iste terræ decor, & quæcunque animantia in terra degebant, iis duntaxat exceptis quæ in arca erant inclusa. Neque enim aquæ in cælos redundarunt, imò ne ipsa quidem terræ substantia periit. Sed futuræ conflagrationis longè alia erit ratio: ideo cælum & terram, id est rerum vniuersitatem, distinctè nominauit in proximo versiculo.

7 Eodem sermone, τῷ αὐτῷ λόγῳ. Ita lego partim ex Veteris interpretis, partim exduorum vetustorū codicum authoritate. Multo enim vberior est lectio quàm si legas αὐτῷ λόγῳ, eius sermone. Erasmus, Eiusdem sermone, τῷ αὐτοῦ λόγῳ.

μακροθυμεῖ εἰς ἡμᾶς, μὴ βουλόμενός τινας ἀπολέσθαι, ἀλλὰ πάντας εἰς μετάνοιαν χωρῆσαι.

patiens est erga nos, ‖ᵛ nolens vllos perire, sed omnes ad resipiscentiam tendere.

patiẽter agit propter nos Ezech.18.g.32; nolens aliquos perire, sed 33.c.11 omnes ad pœnitentiam 1.tim.2.b.4 reuerti.

Ἥξει δὲ ἡμέρα Κυρίου ὡς κλέπτης ἐν νυκτί, ἐν ᾗ οἱ οὐρανοὶ ῥοιζηδὸν παρελεύσονται, στοιχεῖα δὲ καυσούμενα λυθήσονται, καὶ γῆ καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ἔργα κατακαήσεται.

10 ‖Veniet autem noctu, sicut fur, dies ille Domini, quo cæli cum stridore præteribunt, elementa verò æstuantia soluentur, terráque & quæ in ea sunt opera exurentur.

10 *Aduenict autem dies Domini ut fur, in quo cæli magno impetu transeunt, elementa verò calore soluentur, terra autem & quæ in ipsa sunt opera exurentur.* *Mat.24.d.44 1.thess.5.a.2 apocal.3.a.3, & 16.c.15*

Τούτων οὖν πάντων λυομένων, ποταποὺς δεῖ ὑπάρχειν ὑμᾶς ἐν ἁγίαις ἀναστροφαῖς καὶ εὐσεβείαις,

11 Quũ igitur hæc omnia soluantur, quales oportet esse vos in sanctis conuersationibus & pietatis officiis,

11 *Quum igitur hæc omnia dissoluenda sint, quales oportet nos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus.*

προσδοκῶντας καὶ σπεύδοντας τὴν παρουσίαν τῆς τοῦ Θεοῦ ἡμέρας, δι' ἣν οὐρανοὶ πυρούμενοι λυθήσονται, καὶ στοιχεῖα καυσούμενα τήκεται;

12 Expectantes & properantes ad aduentum diei Dei, in quo cæli conflagrantes soluentur, & elementa æstuãtia liquescẽt?

12 *Expectantes & properantes in aduentum diei Dei, per quem cæli ardẽtes soluentur, & elementa igne ardore liquescent?*

Καινοὺς δὲ οὐρανοὺς καὶ γῆν καινὴν κατὰ τὸ ἐπάγγελμα αὐτοῦ προσδοκῶμεν, ἐν οἷς δικαιοσύνη κατοικεῖ.

13 ‖Sed cælos nouos ac terram nouam secundum promissum expectamus, ᵛin quibus iustitia inhabitat.

13 *Nouos verò cælos et nouã terrã secũdũ promissa & ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat.* *Esa. 65.c.17; & 66.g.22 apoc.21.a.1*

Διό, ἀγαπητοί, ταῦτα προσδοκῶντες, σπουδάσατε ἄσπιλοι καὶ ἀμώμητοι αὐτῷ εὑρεθῆναι ἐν εἰρήνῃ·

14 Quapropter, dilecti, hæc expectantes, studete vt immaculati & incontaminati ab eo reperiamini ᵛcum pace:

14 *Propter quẽ, charissimi, hæc expectantes, satagite immaculati & inuiolati ei inueniri in pace.*

Καὶ τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν μακροθυμίαν σωτηρίαν ἡγεῖσθε, καθὼς καὶ ὁ ἀγαπητὸς ἡμῶν ἀδελφὸς Παῦλος κατὰ τὴν αὐτῷ δοθεῖσαν σοφίαν ἔγραψεν ὑμῖν·

15 ‖Dominíque nostri patientiam, salutem arbitremini: sicut & charus frater noster Paulus pro sibi data sapientia scripsit ᵛvobis:

15 *Et Domini nostri longanimitatem, salutem arbitremini, sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datum sibi sapientiam scripsit nobis:* *Rom.2.a.4*

9 Nolens vllos perire, &c. μὴ βουλόμενός τινας ἀπολέσθαι, &c. Hunc etiam locũ nõnulli deprauãt vt æternæ electionis & reprobationis discrimen tollãt: nec interim cõsiderãt sese in Charybdin iucidere dũ Syllã volunt effugere. Nam si ita res est vt ipsi volunt, certè inuito Deo perimus: adeo vt omnipotens esse negetur. Nam permissio otiosa & separata à decreto, Epicureorum est potius quàm Christianorum. Murari autẽ reuera Dei voluntatem qui dixerit, magis etiam impiè de Deo loquatur quàm Epicurus. Quid igitur? Nempe spectãdum est quos alloquatur Apostolus. Dilecti, inquit, vel, (vt in duobus veteribus libris legimus) ἀδελφοί, fratres, hoc non lateat vos. Et paulo pòst, Non tardat, inquit, Dominus qui promisit, vt nonnulli existimant: sed patiens est erga nos. Quis verò non videat Apostolum disertè his verbis secernere electos ab istis irrisoribus quorum antè facta est mentio: neque impios dignatur responso, sed electos confirmat: quibus & ipse sese adiungit, quum inquit μακροθυμεῖ εἰς ἡμᾶς, patiens est erga nos. Perinde est igitur acsi diceret, Nonnulli miserè fallũtur quib⁹ cessare videtur Dominus, & quasi redemptionem suorum negligere. Nam contrà idcirco aduentũ suũ differt vt nullus ex suis electis pereat, sed omnes illos ad salutẽ aggreget. Tantisper igitur cunctatur dum qui vocati sunt electi, vocanti respondeant: & qui vocandi supersunt, vocẽtur. id est, tantisper dũ electorum numerus expleatur: tãtum abest vt Ecclesiam suam despiciat. Hæc est (opinor) simplex & cum superioribus cõsentiẽs huius loci explicatio, vt disertè etiam liquet ex Mat.24.c.31, Mar.13.d.17, & apertius ex Apoc.6.c.11.

10 Cũ stridore, ῥοιζηδόν. Pro ῥοῖζος ipsũ veluti sibilãtis procellæ declarat: ideo Eras. conuertit, In morẽ procellæ.

11 Et pietatis officiis, & ἐπιδόσεις. Vsurpauit numerũ multitudinis ex Hebr. more, vt pietas significetur omnib⁹ suis numeris ac partib⁹ cõstãs, quã pro virib⁹ sectari nos oporteat. Vulg. & Eras. ad verbũ, Et pietatib⁹.

12 Et properãtes, &c. & σπεύδοντας, &c. Malui subaudire præpositionẽ cũ Vetere interprete, q̃ vertere cũ Erasmo, Accelerantes aduentũ. Vsitatũ enim est Græcis in hoc dicendi genere supplere præpositionẽ πρὸς vel εἰς, vt apud Thucydidẽ aliquoties inuenitur. In summa, postulat à nobis Apostolus patientiã, in qua minimè torpeamus, sed excubemus potius, diem illum nostræ redemptionis felicem ac beatum auidè expectantes.

13 In quibus, ἐν οἷς. In quibus videlicet cælis nouis & terra noua, habitat iustitia, quũ hic mundus instaurationem expectans, omni scelerum specie sit inquinatus. Vel, in quibus habitat iustitia, i. qui iustorũ domicilium existũt, vt explicat Dauid Psalmo 15. Vel denique supplendum est ἡμεῖς, vt ita conuertas, Sed cælos nouos & terrã nouã expectamus nos in quibus habitat iustitia, nimirum Christi: vt explicat Paulus Phil.3.b.9.

14 Cum pace, ἐν εἰρήνῃ. Id est vestro bono, clemẽtem illum videlicet ac pacificum experturi. Nisi malimus hoc coniungere cum participio σπουδάσατε, vt iubeat Apostolus à nobis iustificatis & sanctificatis placida ac tranquilla conscientia diem Domini expectari.

15 Vobis, ὑμῖν. Rectè. Quanuis enim certis Ecclesiis inscriptæ sint Pauli epistolæ, vniuersalẽ tamen doctrinam cõplectuntur. Fit autẽ istorum mẽtio præcipuè Rom.8.d.19, & deinceps, 1. Cor.15, capite integro, 1. Thess.4.c.11. & deinceps ad finẽ vsque 2. capitis. Itẽ 2. Thess. capite penè integro. Pseudoprophetas verò passim idem Paulus depingit non aliter quàm Petrus hoc in loco.

Ως καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἐπιστολαῖς, λαλῶν ἐν αὐταῖς περὶ τούτων, ἐν αἷς ἐστί δυσνόητά τινα, ἃ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι στρεβλοῦσιν, ὡς καὶ τὰς λοιπὰς γραφάς, πρὸς τὴν ἰδίαν αὐτῶν ἀπώλειαν.

16 Vt qui in omnibus fere epistolis loquatur de istis, ῾iter quæ sunt nonnulla difficilia intellectu, quæ indocti parúmque sta biles detorquẽt, ῾vt & reliquas Scripturas, suo ipsorum exitio.

16 *Sicut etiam in omnibus epistolis, loquens in eis de his in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles depranant, sicut & cæteras Scripturas, ad suam ipsorum perniciem.*

Υμεῖς οὖν, ἀγαπητοί, προγινώσκοντες, φυλάσσεσθε ἵνα μὴ τῇ τῶν ἀθέσμων πλάνῃ συναπαχθέντες, ἐκπέσητε τοῦ ἰδίου στηριγμοῦ.

17 Vos igitur dilecti qui hæc præscitis, ῾cauete ne illorũ nefariorum errore abducti, excidatis à propria stabilitate.

17 *Vos igitur fratres, præscientes, custodite ne insipientium errore traducti excidatis à propria firmitate.*

Αὐξάνετε δὲ ἐν χάριτι καὶ γνώσει τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ. αὐτῷ ἡ δόξα καὶ νῦν καὶ εἰς ἡμέραν αἰῶνος. ἀμήν.

18 Sed crescite in gratia & agnitione Domini nostri & Seruatoris Iesu Christi: cui gloria & nunc & ad tempus sempiternum. Amen.

18 *Crescite uerò in gratia & in cognitione Domini nostri & Saluatoris Iesu Christi. Ipsi gloria et nũc & in diem æternum. Amen.*

16 Inter quæ, ἐν αἷς. Relatiuum αἷς (vt rectè obseruat doctissimus interpres) non cohæret cum ἐπιστολαῖς, sed cum πάντων. Itaque non satis appositè citatus est hic locus, perinde acsi Pauli epistolas difficiles & obscuras esse significaret Petrus. Neque enim de Pauli epistolarum obscuritate mentionem vllam facit: non, inquam, disputat perspicuè an obscurè scripserit Paulus: sed in iis de quibus tum Paulus, tum ipse in vtraque epistola differuit, quædam esse dicit quæ non ita facilè possint à quibusuis comprehendi, ac proinde à quibusdam torqueantur ad suum ipsorum exitium, sicut etiam, inquit, cæteras Scripturas ad suum ipsorũ exitiũ detorquẽt. Ex his verò ista consequũtur: Primùm nó de ipso Pauli charactere, imò ne de epistolis quidẽ propriè, sed de rebus ipsis hæc dici, quæ tum à Paulo tum ab aliis sacris scriptoribus explicantur. Deinde hanc istarum rerum obscuritatem minimè proponi vt ab illarum cognitione abstreamur: quas necesse est vt ad salutẽ requiri fateamur, nisi Apostolos malimus (quod absit) existimare in curiosis quibusdam speculationibus explicandis operam posuisse: sed ideirco potius vt ista quæ non in rebus ipsis, sed in nostris ingeniis difficultas inest, nostram diligentiam exacuat, quò possimus à pseudoprophetarum imposturis cauere. Id autem ita esse accipiendum, liquet ex ipsis Petri verbis. Primùm enim, non dicit vlla esse eiusmodi vt cognosci vel nõ possint, vel non debeant: sed quædam inquit esse δυσνόητα, i. quæ non quibusuis pateant. Quamobrem id verò Quia caro & sanguis ista non reuelat: nostrúmque adeo ingenium non modò obtusum est & hebes, sed etiã ab istis abhorret quæ maximè nos consectari oportuerat. Sed quæso, an ideo solis claritatem reprehendemus, vel occludendos omnium oculos putabimus, quòd illius fulgorem non possimus sustinere? Sed nihil tamen hic dici potest eiusmodi. Nam quæcunque præcipua sunt, & sine quibus nullum nobis iter ad cætera patebat, illa ita plane ac perspicuè tradita sunt, vt his vnis sint obscura qui quod norunt, volunt tamen ignorare, vt paulo antè dixit Petrus, & apertè testatur Paulus 1. ad Corinthios cap. 4. versu 3. Ad cætera verò quod attinet, sunt quidem δυσνόητα, sed modò lux illa cælestis nobis præeat, (præit autem omnibus qui Spiritu Dei aguntur) quid tandem erit in illis tam obscurum vt nobis non sit perspicuum? Accepistis enim (inquit Paulus 1. Cor. 2. c. 10) Spiritum qui omnia scrutatur, etiam profunditates Dei. Sed has profunditates primùm meminerimus non nostro, quicunque tandem simus, sed Dei Spiritu præeunte concipi: quo fit vt illa piscator Petrus, & humilis Paulus, non autem vel Plato ille, quem diuinum profani homines appellant, vel acutus Aristoteles, cognouerint. Deinde non segnes, non pigros, non præfidentes nos à Dei Spiritu, sed ad inuocandum solicitos, ad arripiendam oblatam gratiam promptos, ad retinendã fortes ac constantes effici: eiusmodi denique qui Spiritum sanctum in nobis habitantem noua & assidua alacritate quodam modo recreemus. Denique meminerimus istarũ profunditatũ limites verbo Dei circunscribi, vt quicunque hos fines fuerit transgressus, illum nouerimus, quo lõgius progreditur, eo magis à scopo aberrare. Vt & reliquas, &c. ὡς καὶ τὰς λοιπάς, &c. Vides hominum esse, non Scripturarum vitium.

17 Cauete, φυλάσσεσθε. Non dicit, Ab istis obscuris scriptis abstinete, quædam tantùm capita seligite, reliqua doctioribus vel magis curiosis relinquite, nouas reuelationes expectate, & finite interim crescere ziza nia. quis enim es qui iudicast? Noo denique dicit, Fide implicita matris nostræ Ecclesiæ cõtenti estote. hæc inquam non dicit: sed, Quum ista nunc præsciatis, cauete, inquit, ne vos illi secum abripiant. Illæ igitur sunt Antichristianorũ voces. Nos Apostoli Christi vocẽ audiam⁹, & à fide primùm omniũ inchoemus. i. à veræ doctrinæ firma, solida, integra, quoad eius fieri potest, cognitione inchoemus. Qui fidem se habere dicit, neque charitatem habet, illum vt mendacem execremur: sed vicissim, quicunque falsam doctrinam edit, etiamsi, Eliæ instar, cælũ claudat & aperiat, pro falso & impio pseudopropheta habeamus. Cedò prius arborẽ, deinde fructus.

18 In gratia & agnitione, ἐν χάριτι & γνώσει. Vides iterum ista coniungit Anathema. fit igitur qui seperat quæ Deus verè induiduo vinculo coniunxit. Neque enim nos sensibus sed malitia pueros esse oportet.

Ad tempus sempiternum, εἰς ἡμέραν αἰῶνος. Diem pro tempore, & appellatiua, quæ vocant, proadiectiuis, Hebræorum more vsurpari, sæpissime est à nobis annotatum.

Epiſtola catholica Iohannis Apoſtoli prima. Ιωάννου ἀποστόλου ἐπιστολὴ καθολικὴ πρώτη.

Prima, πρώτη. Ita quidem legimus in omnibus vetuſtis codicibus, ſed perinde hoc accipiendum eſt ac ſi ſcriptum eſſet, Iohannis epiſtola prima, quæ quidem catholica eſt. Vel mendoſa eſt inſcriptio, quum reliquæ duæ, etiamſi Iohannis eſſe conceſſerimus, tamen Catholicæ non ſint, ſed vna quidem Gaio, altera Electæ cuidam ſit inſcripta. Poteſt tamen ea etiam ratione vtcunque excuſari inſcriptio, quòd reliquæ duæ ſint in vnum veluti corpus cum Catholicis epiſtolis coniunctæ, nempe quia breuiores erant quàm vt ſeorſim peculiarem haberent inſcriptionem.

	NOVA INTERPR.	VETVS.
Κεφάλαιον αʹ	CAP. I.	CAP. I.
ΗΝ ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἀκηκόαμεν, ὃ ἑωράκαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, ὃ ἐθεασάμεθα, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς·	1 QVOD erat à principio, quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod ſpectauimus, & manus noſtræ contrectarũt de Sermone vitæ:	1 QVOD fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt de Verbo vitæ:
(Καὶ ἡ ζωὴ ἐφανερώθη, καὶ ἑωράκαμεν, καὶ μαρτυροῦμεν, καὶ ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, ἥτις ἦν πρὸς τὸν πατέρα, καὶ ἐφανερώθη ἡμῖν)	2 (Nam vita patefacta eſt, & vidimus, & teſtamur, & annuntiamus vobis vitã illam æternam quæ erat apud Patrem, & patefacta eſt nobis)	2 (Et vita manifeſtata eſt: & vidimus, & teſtamur, & annuntiamus vobis vitam æternam quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis)

IN CAPVT I.

1 Quod erat à principio, Ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς. Incipit primùm omniũ à Chriſti perſonæ deſcriptione, id eſt à Chriſtianæ doctrinæ baſi, vt etiam in Euangelio fecit, & Paulus initio epiſtolæ ad Romanos. Hunc igitur primùm omnium proponit vt Deum, vt qui ſit æternus. Nam quum dicit, Erat à principio, ſignificat iam extitiſſe antequam rerũ creatarũ vllum eſſet initiũ, vt expoſuimus Ioh. 1. a. 1. Non rectè igitur cõuertit Vetus interpres, Quod fuit ab initio. Quod audiuimus, ὃ ἀκηκόαμεν. Iam vt hominem proponit eum ipſum de quo dixit, Quod ab initio erat, ita ex duabus non confuſis ſed coniunctis naturis vna Chriſti perſona ſtatuitur. Verbum autem ἀκούειν non ſignificat hoc in loco ex aliorum narratione aliquid accipere, ſed ſuis auribus aliquid audire. Audiui, inquit, loquentem, vidi ipſe meis oculis, contrectaui meis manibus, verum Deum, verum hominem factum: nec ego ſolus, ſed alii præterea qui mecum fuerunt. Quorſum hæc autem Iohannes? nempe iam inſurrexerant tum qui naturam diuinam, tum qui naturam humanam Chriſti negarent. Non eſt igitur quòd miremur hodie exiſtere qui vel hæc ipſa, vel alia eiuſmodi errorum portenta audeant reuehere, quũ adhuc ſuperſtite eo ipſo qui præſens omnia ſpectarat, ea fuerit quorũndam impudentia vt quod ſuperſtitibus oculatis teſtibus probari poterat, auderent tamen inficiari. Quod ſpectauimus, ὃ ἐθεασάμεθα. Non eſt θεωρεῖν, ſed amplius aliquid ſignificat τὸ θεᾶσθαι, id eſt ſpectare, quàm videre: aſi diceret, Quod ego his oculis vidi, idque non ſemel neque obiter, ſed quod ego verè & penitus ſum contemplatus: ne præſtigias aliquas fuiſſe exiſtimetis. De Sermone vitæ, περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς. Id eſt, ipſum illum ſermonem æternum per quem omnia facta ſunt, & in quo vno eſt vita, vt Ioh. 1. a. 2.

2 Nam vita, Καὶ ἡ ζωή. Καὶ pro γάρ accipio, ſicut apud Hebræos ו pro כי ſæpe vſurpatur. Fuit enim explicandum Vitæ nomen, & Chriſti officium, quod facit quaſi ad tacitam obiectionem reſpondens, quomodo videri æterna illa & inuiſibilis vita potuerit. Itaque hunc verſiculum includo parentheſi, vt magis perſpicua ſit oratio.

Ο ἑωράκαμεν καὶ ἀκηκόαμεν, ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν, ἵνα καὶ ὑμεῖς κοινωνίαν ἔχητε μεθ' ἡμῶν· καὶ ἡ κοινωνία δὲ ἡ ἡμετέρα μετὰ τοῦ πατρὸς καὶ μετὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

3 Quod, inquam, vidimus & audiuimus, id annuntiamus vobis, vt & vos communionē habeatis nobiſcum: & communio noſtra ſit cum Patre & cum Filio eius Ieſu Chriſto.

3 Quod vidimus & audiuimus, annūtiamus vobis, ut & nos ſocietatem habeatis nobiſcum: & ſocietas noſtra ſit cum Patre & cum Filio eius Ieſu Chriſto.

Καὶ ταῦτα γράφομεν ὑμῖν ἵνα ἡ χαρὰ ὑμῶν ᾖ πεπληρωμένη.

4 Et hæc ſcribimus vobis vt gaudium veſtrum ſit plenum.

4 Et hæc ſcribimus vobis ut gaudium veſtrum ſit plenum.

Iohan.1.b.11

Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐπαγγελία ἣν ἀκηκόαμεν ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ἀναγγέλλομεν ὑμῖν, ὅτι ὁ Θεὸς φῶς ἐστι, καὶ σκοτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν οὐδεμία.

5 Hoc eſt igitur nuntium quod audiuimus ex ipſo, & renuntiamus vobis, Deum lucem eſſe, nec tenebras in eo eſſe vllas.

5 Et hæc eſt annuntiatio quam audiuimus ab eo, & annuntiamus vobis, quoniam Deus lux eſt, & tenebræ in eo nō ſunt vllæ.

Ἐὰν εἴπωμεν ὅτι κοινωνίαν ἔχομεν μετ' αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ σκότει περιπατῶμεν, ψευδόμεθα, καὶ οὐ ποιοῦμεν τὴν ἀλήθειαν·

6 Si dixerimus nos ſocietatem habere cum eo, & in tenebris incedimus, mentimur, nec ſincerè agimus.

6 Si dixerimus quoniā ſocietatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, & veritatem non facimus.

Ἐὰν δὲ ἐν τῷ φωτὶ περιπατῶμεν, ὡς αὐτός ἐστιν ἐν τῷ φωτί, κοινωνίαν ἔχομεν μετ' ἀλλήλων, καὶ τὸ αἷμα Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ καθαρίζει ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας.

Heb.9.g.28
1.pet.1.d.19
apoc.1.b.5

7 Quòd ſi in luce incedimus, ſicut ipſe eſt in luce, communionem habemus cum eo mutuam, & ſanguis Ieſu Chriſti Filii eius purgat nos ab omni peccato.

7 Si autem in luce ambulemus, ſicut & ipſe eſt in luce, ſocietatem habemus ad inuicē, et ſanguis Ieſu Chriſti Filij eius emundat nos ab omni peccato.

1.Reg.8.c.46
2.paral.6.g.36
proverb.20.b.9

Ἐὰν εἴπωμεν ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ἑαυτοὺς πλανῶμεν, καὶ ἡ ἀλήθεια οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν.

8 Si dixerimus nos peccatum non habere, noſipſos fallimus, & veritas in nobis non eſt.

8 Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.

3 Quod, *inquam*, vidimus, ὃ ἑωράκαμεν. Propter interiectum ſecundum verſiculum, quum adhuc ſententia penderet, aliquot verba ex initio periodi repetiit per epanalepſin: quam qui non cōſiderant, multū & quidem fruſtra in iſtis connectendis laborant, vt ex Eraſmi annotationibus facilè perſpici poteſt. Annuntiamus, ἀπαγγέλλομεν. Nempe vt ab eo miſſi. rectè autem dixit annuntiamus: nam fides eſt ex auditu. Itaque Euangelium dicitur hæc doctrina, quòd nullus ne ſuſpicari quidem de ea poſſit niſi cui fuerit prædicata. Vt & vos, ἵνα καὶ ὑμεῖς. Scopus Euangelii, vt omnes vnà coniuncti in Chriſto per fidem, filii Dei ſimus, Iohannis cap.1.b.12.

4 Et hæc, καὶ ταῦτα. Concluſio proœmii.

5 Hoc eſt igitur, καὶ αὕτη ἐστίν. Καὶ pro ὅτι, vt alibi ſæpe, ex Hebræorum idiotiſmo. Hinc enim inchoat argumenti tractationem: cuius hæc ſumma eſt, Quum Deus ſit ipſa puritas, mendaces ac blaſphemos eſſe qui ſe dicunt cum Deo commune aliquid habere, quum interim in denſiſſimis peccatorum tenebris verſentur. Auſpicatur ergo à fidei fructibus vt ab effectis ad cauſam aſcendat. Nuntium, τὴν ἐπαγγελίαν. Vel, vt Vulgata, Annuntiatio. Eraſ. Promiſſio: quæ declaratio non conuenit huic loco. Lucem, φῶς. Hoc eſt ἐμφατικώτερον, quàm ſi Lucidum, Purū, Sincerum dixiſſet. Nec tenebras, καὶ σκοτία, &c. Repetitio Hebraica, de qua diximus Iohannis 1.c.10. Eſt autem Iohanni præ cæteris familiare hoc dicendi genus, vt quod affirmauit, contraria negatione illuſtret.

6 Nec ſincerè agimus, καὶ οὐ ποιοῦμεν τὴν ἀλήθειαν. Vulg. & Eraſ. Et veritatem non facimus: ſeruato Hebraiſmo. Vide Ioh.3.c.21.

7 Communionem habemus, &c. κοινωνίαν ἔχομεν μετ' ἀλλήλων. Vulgata, Societatem habemus ad inuicem. Eraſmus, Societatem habemus inter nos mutuam. Ego primùm omnium malui κοινωνίαν Communionē dicere quàm Societatem, quòd κοινωνία videatur pleniorem & arctiorem quandam coniunctionem declarare, qualis nimirum eſt patris & filiorum. Deinde μετ' ἀλλήλων interpretor Cum illo mutuam. Agitur enim nunc de communione non ſanctorum inter ſe, ſed Dei & ſanctorum. Rectè autem omnino colligit Apoſtolus. nam ſicut nulla eſt luci cum tenebris coniunctio, ita luci cum luce optimè conuenit. Sed meminerimus oportere prius noſtras pelli tenebras, neque cauſam noſtræ cum Deo communionis, ſed conſequens ita explicari. Deinde de nobis non dici quòd lux ſimus, vel in luce ſimus, ſed nos in luce incedere: quanuis interdum etiam Lucis nomen ſanctis tribuatur, ſed ex participatione. Hic autem dicitur Deus lux eſſe ex ſua natura, atque in luce eſſe, i. in æterna illa & infinita beatitate: nos verò in luce incedere, quatenus videlicet nobis ipſius radii præ lucent in Verbo, ad illam ipſius lucem ac beatitudinem contendentibus. Et ſanguis, καὶ τὸ αἷμα. Vidēn' quo vinculo coaluerit noſtra illa communio? nempe quòd in Chriſto ſimus, qui nos ſuo ſanguine gratis purgatos, etiam ſanctificauit.

8 Si dixerimus, &c. ἐὰν εἴπωμεν, &c. Conſideremus quis loquatur, nempe fidelis ille & Chriſto præ cæteris charus Apoſtolus, & quidem iam veteranus: neque dicit, Si dixerimus nos nō habuiſſe peccatum, (quod ipſum tamen mox ſubiiciet) ſed, Si dixerimus nos non habere. Itaque noſtra iuſtitia arguit nos cum Deo communionem habere. Sed ô nos miſeros ſi vel tātillum noſtra ſalus baſi tam infirma nitetur. Quid igitur illis fiet quos non pudet de ipſa quoque perfectione atque adeo ſupererogatione gloriarii? Et veritas, &c. καὶ ἡ ἀλήθεια, &c. Non igitur modeſtiæ cauſa docemur ita loqui, ſed quia ita ſe res habet.

Εαὶ ὁμολογῶμεν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, πιστός ἐστι καὶ δίκαιος, ἵνα ἀφῇ ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας, καὶ καθαρίσῃ ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀδικίας.

9 Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra, & purget nos ab omni iniquitate.

9 si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & iuſt⁹, ut remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate.

Εαὶ εἴπωμεν ὅτι οὐχ ἡμαρτήκαμεν, ψεύστην ποιοῦμεν αὐτὸν, καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν.

10 Si dixerimus nos non peccaſſe, mendacem facimus eum, & ſermo eius non eſt in nobis.

10 si dixerimus quoniam non peccauimus, mendacem facimus eum, & verbum eius non eſt in nobis.

Κεφάλαιον βʹ

CAP. II.

CAP. II.

Τεκνία μου, ταῦτα γράφω ὑμῖν, ἵνα μὴ ἁμάρτητε. καὶ ἐάν τις ἁμάρτῃ, παράκλητον ἔχομεν πρὸς τὸν πατέρα, Ἰησοῦν Χριστὸν δίκαιον.

1 Filioli mei, hæc ſcribo vobis, ne peccetis. Quòd ſiquis peccarit, aduocatum apud Patrẽ habemus, Ieſum Chriſtum iuſtum.

1 Filioli mei, hæc ſcribo vobis, ut non peccetis. ſed & ſiquis peccauerit, aduocatũ habemus apud Patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum.

Καὶ αὐτὸς ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν· οὐ περὶ τῶν ἡμετέρων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ ὅλου τοῦ κόσμου.

2 Et ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: nec pro noſtris ſolùm, ſed etiam pro totius mundi peccatis.

2 Et ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris autem tantùm, ſed etiam pro totius mundi.

Καὶ ἐν τούτῳ γινώσκομεν ὅτι ἐγνώκαμεν αὐτὸν, ἐὰν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηρῶμεν.

3 Et per hoc ſcimus nos eum noſſe, ſi mandata ipſius obſeruamus.

3 Et in hoc ſcimus quoniã agnouimus eum, ſi mandata eius obſeruemus.

Ὁ λέγων, ἔγνωκα αὐτὸν, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ μὴ τηρῶν, ψεύστης ἐστὶ, καὶ ἐν τούτῳ ἡ ἀλήθεια οὐκ ἔστιν·

4 Qui dicit, noui eum, & mandata eius non ſeruat, mendax eſt, & in eo veritas non eſt:

4 Qui dicit ſe noſſe eum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt, & in hoc veritas non eſt:

9 Si confiteamur, &c. ἐὰν ὁμολογῶμεν, &c. Id eſt, Si nos ſeriò & palàm non pudeat coram Deo nos miſeros peccatores agnoſcere, vt Matth. 3. b. 6. Nimium enim ſunt ridiculi qui ex iſtiuſmodi teſtimoniis nitũtur ſuam illam auricularem carnificinam (quam confeſſionem vocant) ſtabilire. Fidelis eſt & iuſtus, πιστὸς ἐστὶ καὶ δίκαιος. Pendet ergo ſalus noſtra à gratuita Dei promiſſione, quæ quidem fallere nos non poteſt, quum idem ſit ſummè fidelis & iuſtus, id eſt reipſa præſtans quod promiſit. Vt remittat, ἵνα ἀφῇ. Hæc verò noſtra eſt felicitas, vt definit Dauid Pſal. 32. a. 1 & 2. Vbi igitur merita quæ coram Deo adferamus? quaſi verò ad illum accedamus tanquam aliquid daturi, ac non potius tanquam accepturi. Et purget, καὶ καθαρίσῃ. Hoc alterum eſt beneficium Chriſti, vt qui filii Dei ſunt facti, Spiritu Dei agantur. Sed alibi tamen ſpem noſtram eſſe collocandam meminerimus cum Paulo Philip. 3. b. 9.

10 Mendacem, &c. ψεύστην, &c. Non modò, inquit, ſeipſos fallunt, & mentiuntur, ſed etiam in Deum ſunt blaſphemi, qui Deo contrarium teſtificante, ſibi puritatem arrogant: contrà verò Dei veritatem obſignat quiſquis Dei miſericordiam in Chriſto oblatam, fide amplectitur, Ioh. 3. d. 33. Et ſermo, &c. καὶ ὁ λόγος, &c. Id eſt, Doctrina eius nullum in nobis locum habet. Neque enim qui ſani ſunt, opus habẽt medico. Bene autem dixit ἐν ἡμῖν, in nobis. Neque enim in labris vult ſedere Dei verbum, ſed vt nobis ſit frugiferum, oportet vt in cordis penetralibus radices agat.

IN CAPVT II.

1 Aduocatum, παράκλητον. Chriſtum quum nominat, cæteros omnes excludit. Quid igitur illis fiet qui ſanctiſſimæ Virgini hanc faciunt iniuriam vt Chriſti ſpoliis velint illam exornari, imò etiam contentiſſimæ voce Chriſtum illi tanquam matri infantulum ſubiiciunt? Cæterùm quuum aduocatum eſſe Chriſtum audimus, ſtatim ad vnicam illam oblationem reſpiciamus. Nam qui deprecandi munus à Sacerdotio diuellunt, il planè neſciunt neque quis ſit Deus, neque quid Chriſtus: denique nihil minus quàm ſeipſos norunt. Ideo ſtatim ſubiicitur, Chriſtum eſſe propitiationem noſtram, vt intelligamus non alium nos aduocatum quàm eum ipſum habere qui ſolus noſter eſt Pontifex. Apud Patrem, πρὸς τὸν πατέρα. Rectè. nam qui Deum pro Patre ſuo non agnoſcit, extra Chriſtum eſt, ideóque nec deprecatorem nec pacificatorem habet.

2 Pro totius mundi peccatis, περὶ ὅλου τοῦ κόσμου. Subauditur articulus τῶν, vt legas περὶ τῶν, &c. pro ὑπὲρ τῶν, &c. quæ eclipſis etiam extat Ioh. 5. f. 36. Mũdi verò appellatione omnes omnium ætatum, ordinum, locorum, fideles intelliguntur: vt nouerimus nuſquam eſſe ſalutem extra Chriſtum, & ſancti illius ſacrificii pretioſus odor quàm latè porrigatur. Nam quum ἡμετέρων diceret, ſolos Iudæos videbatur ſignificaſſe, niſi hoc addidiſſet. Iudæis enim ipſum peculiariter ſcribere, quãuis vniuerſalis ſit hæc doctrina, liquet ex verſu 7. Cæterùm qui ex hoc etiam loco volunt æternæ electionis & reprobationis diſcrimẽ tollere, ſi non ex fidelibus verbi Dei interpretibus, ſaltem ex Chriſti ipſius ore diſcant quomodo hic accipiendũ ſit mundi nomen. Neque enim quæ ſit Patris voluntas, quódve Filii officium melius quàm ex ipſius Filii ſolenni illa oratione intellexerint, qua, tanquam æternus Pontifex, vſus eſt quum ad vnicam illam oblationem properaret, Ioh. 17. b. 9, & c. 10.

3 Nos cum noſſe, ὅτι ἐγνώκαμεν. De fidei cognitione loquitur, quod aliis etiam ſequentibus locis obſeruandum eſt. Neque enim ex tribulis aliquis petat ficus: & vbi fides non eſt, nõ eſt vera cognitio, ſed mortuum duntaxat illius ſimulacrum. Deinde nõ dicit, Per hoc ſumus in eo, vel eum agnoſcimus, ſed Per hoc ſcimus nos illum agnouiſſe. Bona igitur opera nos non inſerunt Deo, ſed inſitos & per hoc gratis iuſtificatos conſequuntur. Si mandata ipſius, &c. ἐὰν τὰς ἐντολὰς, &c. Hæc eſt regula omnium bonorum operum. Quòd ſi nos iſta non ſeruant, ſed ſalutem in Chriſto iam adeptos conſequuntur, quis tãdem locus erit omnibus quantũuis ſpecioſis hominum ἐπιδείξεσιν? Nempe ad illam Dei vocem omnes iſti fumi euaneſcent, Quis hæc requiſiuit à manibus veſtris?

4 Qui dicit, ὁ λέγων. Gratuita igitur iuſtificatio ex vna fide in Chriſto, non excludit bona opera, vt

Sophiſtæ Euangelicam doctrinam calumniari non ceſſant: ſed fontem bonorum operum, id eſt veram Dei cognitionem, aperit. Imò verò ex ſuis illis ſpeculationibus, quæſtionibus, diſtinctionibus, realitatibus, quidditatibus oſtendant quomodo tandem homines apti & idonei ad bene agendum reddantur.

Ος δ' ἂν τηρῇ αὐτοῦ τὸν λόγον, ἀληθῶς ἐν τούτῳ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ τετελείωται· ἐν τούτῳ γινώσκομεν ὅτι ἐν αὐτῷ ἐσμεν.

5 Qui autem ſeruat ſermonẽ eius, verè in hoc ᵛ charitas Dei ᵛ expleta eſt: per hoc ſcimus ᵛ nos in ipſo eſſe.

5 Qui autem ſeruat verbum eius, uerè in hoc charitas Dei perfecta eſt: in hoc ſcimus quoniam in ipſo ſumus.

Ο λέγων ἐν αὐτῷ μένειν, ὀφείλει, καθὼς ἐκεῖνος περιεπάτησε, καὶ αὐτὸς οὕτως περιπατεῖν.

6 Qui dicit ſe in eo ᵛ habitare, debet, ſicut ille ambulauit, ita & ipſe ambulare.

6 Qui dicit ſe in ipſo manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare.

Ἀδελφοί, οὐκ ἐντολὴν καινὴν γράφω ὑμῖν, ἀλλ' ἐντολὴν παλαιὰν, ἣν εἴχετε ἀπ' ἀρχῆς· ἡ ἐντολὴ ἡ παλαιά, ἐστὶν ὁ λόγος ὃν ἠκούσατε ἀπ' ἀρχῆς.

7 Fratres, ᵛnouam doctrinam non ſcribo vobis, ſed doctrinam veterem, quam *videlicet* habuiſtis ᵛ *iam inde* à principio. Vetus hæc doctrina, ᵛ ſermo ille eſt quem audiſtis *iam inde* à principio.

7 Chariſſimi, non mandatum nouum ſcribo vobis, ſed mandatũ uetus quod habuiſtis ab initio. mandatum uetus, eſt uerbum quod audiſtis.

5 Charitas Dei, ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ. Id eſt, charitas qua Deus diligitur. In eo verſatur vt doceat quis verè dicatur Deum noſſe, is nimirum qui Deum amat. Ecquis autem verè amatiis qui mandata ipſius obſeruat. Ergo hæc neceſſariò cohærent, Deum noſſe, Deum amare, Dei mandata ſeruare: quibus totidem contraria opponuntur. Expleta eſt, πεπλείωται. Vulgata & Eraſmus, Perfecta eſt. Atqui (vt mihi videtur) non quæritur hoc in loco quis perfectè Deum diligat, ſed quiſnam verè illum diligat, id eſt quis non verbo tantùm, ſed reipſa dici poſſit illum diligere: is nimirum qui obſeruat eius mandata. Itaque πλειοῦν hoc in loco non declarat perfectè aliquid præſtare, ſed mendacio & ſimulationi, inani denique ſpeciei opponitur: vt hoc planè ſit quod dicimus in vulgato ſermone, *Mettre en execution*. Sed hoc quoque notandum eſt, Iohannem non ſcripſiſſe οὕτως τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ ἐπλείωται, hic verè charitatem Dei præſtitit, neque ἐν τούτῳ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ πεπλείωται, charitas Dei ab iſto præſtita eſt: minimè id quidem quaſi ſtipites ſimus aut trunci, ſed quia Deus is eſt qui pro gratuita ſua benevolentia efficit in nobis vt velimus & poſſimus. Hoc neglexit Caſtellio quum hunc locum ita conuerteret, Qui verò eius dictis paret, is verè Dei amore perfecto præditus eſt: in qua interpretatione quàm multa ſint manifeſta errata licet intelligere ex iis quæ attigimus. Nos in ipſo eſſe, ἐν αὐτῷ ἐσμεν. Nulla eſt παρεκβασις, eo tãtùm excepto quòd familiare eſt Iohãni (vt ſuprà admonui 1.a.5) ex Hebræorum conſuetudine, quod ſemel dictum eſt amplificare ex contrarii collatione: vt ſi quis ſuperiorem verſiculum cum priore eius parte comparet, & infrà ver. 9. 10 & 11. Verùm hæc appendix minimè eſt otioſa. Aſſurgit enim vno gradu altius, nempe ad noſtram in Chriſtum inſitionem.

6 Habitare, μένειν. Id eſt καθολικῶς. Ita enim accipitur τὸ μένειν hoc in loco vti apud Hebræos ישב, quo modo etiam Ioh. 6. f. 56, interpretandum eſt: vt In Chriſto eſſe & In Chriſto habitare, idem declarent. niſi ſubtilius malimus diſtinguere, quod alicubi faciendum eſt. Multi enim ſpecie tenus inſiti dicuntur, qui poſtea reſecantur, quia fructum non ferunt, vt Iohan. 15. a. 2. de quibus diximus 1. Tim. 4. a. 1.

7 Nouam doctrinam, ἐντολὴν καινὴν. Vel mandatum nouum. Sed doctrinam malo interpretari, ſicut ab Hebræis quoque accipitur מצוה pro omni eo quod ab aliquo exigitur. Sed quorſum in hunc ſermonem ingreditur Apoſtolus, & quodnam iſtud doctrinæ ſeu mandati genus eſt quod & Vetus & nouum eſſe dicit? Nempe, quòd dixerat oportere eos inſtar Chriſti ambulare qui ſe in Chriſto habitare dicerent, id in cauſa fuit cur hac præfatione vteretur, antequam apertè explicaret quænam illa ſint Chriſti veſtigia quæ nos conſectari oporteat. At quænam illa eſt doctrina? Iſta videlicet, vt fratrem amemus. Hanc igitur negat per ſe nouam eſſe, quum hoc iam inde à Legis initio præſcriptum fuerit. Sed nouam poſtea, quaſi ſeſe reuocans, appellat, idque (quod ſine cuiuſquam præiudicio dictum ſit) duplici reſpectu. Primùm enim in Lege ſcriptum fuit DILIGES PROXIMVM TVVM SICVT TEIPSVM. In Euangelio verò Dominus, hac ipſa de re loquens, Ioh. 13. d. 34, Præceptum nouum, inquit, do vobis, VT DILIGATIS VOS MVTVO. Hic verò quid tandem eſt nouit? Nihil profectò. Sed audiamus cur nouum vocarit, SICVT DILEXI VOS, VT ET VOS DILIGATIS VOS MVTVO. Hic igitur non ipſam præcepti naturam, ſed formam videmus immutatam: ſiquidem longè rectior ac certior charitatis canon nobis hic proponitur quàm antea. Sed nunquid Euangelium noua quædam Lex eſt? minimè: quum ad ipſius exortum vna pars Legis diſparuerit, ab alterius verò execratione ſimus per illud liberati: nedum vt Legis vinculum adſtrinxerit. Quid igitur conſideremus noui fœderis formulam, ſicut deſcribitur Ierem. 31. f. 33, Legem meam, inquit, ipſorum cordi inſcribam. Hæc igitur eſt altera illa ratio cur nouum hoc præceptum dicatur. quod nimirum non in tabulis lapideis, vt antea ſub Legis tenebris, ſed in corde ſit inſcriptum, cui vetus ille ſol illuxerit. Itaque nihil mirum eſt perfectiora nunc ab iis qui in Chriſto habitant, non dico exigi, ſed reipſa præſtari, quàm ab iis qui olim ſub Lege vixerunt, exigua quædam Spiritus particula præ nobis donati. Meritò igitur hòc mandatum & vetus per ſe, & aliquatenus etiam nouum Iohannes vocauit, veluti dictum illud Domini noſtri explicãs quod paulo antè citaui, vt mihi quidem videtur. Nam diuerſis interpretationibus nullum præiudicium adferre velim. Huc etiam ſpectat, opinor, exacta illa Decalogi explicatio quæ commemoratur Matthæi cap. 5 & 6. Iam inde à principio, ἀπ' ἀρχῆς. Addidi Iam inde, ne quis in principii vocabulo philoſopharetur: quod aliquoties factum eſt admodum intempeſtiuè. Sermo ille, ὁ λόγος. Exprimendi fuerunt articuli, ab Eraſmo & Vetere interprete neglecti. Explicat autem Apoſtolus apertius quid illud ſit quod dixerat ἣν εἴχετε ἀπ' ἀρχῆς, quã *videlicet* habuiſtis *iam inde* à principio. Itaque principii nomẽ omnino videtur vtrobique ſimili ratione explicandũ, ita videlicet vt tempus datæ Legis reſpiciat. At enim cur tẽpus illud vocauit principium? Nẽpe quia tum demũ Iſrael cœpit eſſe populus ab aliis diſtinctus, qui ſuis legibus regeretur: quũ antea vel vnica tantùm eſſet familia, vti ſub Abrahamo, Iſaaco, & Iacobo: vel gens, vt quum inter Ægyptios, tanquam inquilini & mercenarii degerent. Iudæis autem peculiariter ſcribit, quanuis vniuerſalis ſit hæc doctrina, vt etiam liquet ex ver. 5.

Πάλιν ἐντολὴν καινὴν γράφω ὑμῖν, ὅ ἐστιν ἀληθὲς ἐν αὐτῷ, καὶ ἐν ὑμῖν, ὅτι ἡ σκοτία παράγεται, καὶ τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν ἤδη φαίνει.

8 E contrario doctrinam nouã ſcribo vobis, quod verum eſt in ipſo, & in vobis: quia tenebræ prætereunt, & vera illa lux iam lucet.

8 Iterum mandatũ nouũ ſcribo vobis, quod verum eſt in ipſo, & in vobis: quia tenebræ tranſierunt, & verum lumen iam lucet.

Ὁ λέγων ἐν τῷ φωτὶ εἶναι, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μισῶν, ἐν τῇ σκοτίᾳ ἐστὶν ἕως ἄρτι.

9 Qui dicit ſe in luce eſſe, & fratrem ſuum odit, in tenebris eſt vſque adhuc.

9 Qui dicit ſe in luce eſſe, & fratrem ſuũ odit, in tenebris eſt uſque adhuc:

Ὁ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἐν τῷ φωτὶ μένει, καὶ σκάνδαλον ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν.

10 Qui diligit fratrem ſuum, in luce manet, & offendiculum in eo non eſt:

10 Qui diligit fratrem ſuum, in lumine manet, & ſcandalum in eo non eſt: Infrà, 3. c. 14

Ὁ δὲ μισῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἐν τῇ σκοτίᾳ ἐστὶ, καὶ ἐν τῇ σκοτίᾳ περιπατεῖ, καὶ οὐκ οἶδε ποῦ ὑπάγει, ὅτι ἡ σκοτία ἐτύφλωσε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ.

11 Qui autem odit fratrem ſuũ, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quò eat, quia tenebræ oculos ipſius obcæcarunt.

11 Qui autem odit fratrẽ ſuum, in tenebris eſt, et in tenebris ambulat, & neſcit quò eat, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius.

Γράφω ὑμῖν, τεκνία, ὅτι ἀφέωνται ὑμῖν αἱ ἁμαρτίαι διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ.

12 Scribo vobis, filioli, quoniam remiſſa ſunt vobis peccata propter nomen eius.

12 Scribo uobis, filioli, quoniã remittuntur uobis peccata propter nomen eius.

Γράφω ὑμῖν, πατέρες, ὅτι ἐγνώκατε τὸν ἀπ' ἀρχῆς. Γράφω ὑμῖν, νεανίσκοι, ὅτι νενικήκατε τὸν πονηρόν.

13 Scribo vobis, patres, quoniam noſtis eum qui à principio eſt. Scribo vobis, adoleſcentes, quoniam Malum illum viciſtis.

13 Scribo uobis, patres, quoniã agnouiſtis eum qui ab initio eſt. Scribo uobis, adoleſcentes, quoniã uiciſtis Malignum.

Ἔγραψα ὑμῖν, παιδία, ὅτι ἐγνώκατε τὸν πατέρα. Ἔγραψα ὑμῖν, πατέρες, ὅτι ἐγνώκατε τὸν ἀπ' ἀρχῆς. Ἔγραψα ὑμῖν, νεανίσκοι, ὅτι ἰσχυροί ἐστε, καὶ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐν ὑμῖν μένει, καὶ νενικήκατε τὸν πονηρόν.

14 Scribo vobis, puẽruli, quoniam noſtis Patrem. Scripſi vobis, patres, quoniam noſtis eum qui eſt à principio. Scripſi vobis, adoleſcentes, quia fortes eſtis, & verbum Dei habitat in vobis, & illũ Malum viciſtis.

14 Scripſi uobis, infantes, quoniam agnouiſtis Patrem. Scripſi uobis, adoleſcentes, quoniam fortes eſtis, & uerbum Dei manet in uobis, & uiciſtis Malignum.

8 E contrario, πάλιν. Vel rurſum, vt Eraſmus. ſed illud eſt planius. Vulgatus, Iterum. quod non conuenit. Eſt enim hic non repetitio, ſed contrarii declaratio. Quod verum eſt, &c. ὅ ἐστιν ἀληθὲς, &c. i. Quæ res, nẽpe nouã eſſe doctrinã quã vobis ſcribo, vera eſt in illo & in vobis: vel, *id videlicet* quod verum eſt in ipſo & in vobis: vt ſit appoſitio, huic Apoſtolo in primis, tũ in Euãgelio, tũ in hac epiſtola valde familiaris. Vtrouis autẽ modo interpretemur, hæc doctrina illius primùm reſpectu noua eſt qui eſt Eccleſiæ caput & canon: deinde etiam noſtri, qui Spiritu ipſius regimur. Eraſ. Quod verum eſt in ipſo, *idem verum eſt* & in vobis: perinde nimirum acſi noua hæc eſſet periodus: repugnante omnium Græcorum codicum fide. Quia tenebræ, &c. ὅτι ἡ σκοτία, &c. ὅτι accipiendum eſt ἀπὸ κοινοῦ. Aperit enim fontem iſtius nouitatis, non in ipſa (vt modò dixi) ſubſtantia ſed forma præcepti poſitæ: quia nimirum nobis nunc plena lux ſolis reſplendet, vt ſuprà copioſius expoſuimus. Caſtellio perabſurdè conuertit, Videlicet tenebras præterire, quaſi ſcilicet *impetratur eiduũ*.

9 Qui dicit, &c. ὁ λέγων, &c. Nunc, abſoluta præfatione de qua diximus ver. 7, ad ſecundam Tabulam deſcendit, id eſt ad proximi charitatem: & ſimili ratione ab hoc effectu ad cauſam argumentatur. Coniuncta enim hæc ſunt, Deum noſſe, ſiue in luce eſſe & habitare, & fratrem diligere.

11 Scribo vobis, filioli, γράφω ὑμῖν, παιδία. Meritò ſuperiori de charitate tractationi ſubiicit ipſius baſin, noſtri nimirum cum Deo reconciliationem: ac primùm quidem in genere fideles omnes compellat filiorũ nomine, tanquam ſpiritualis illorum Pater: deinde in tres ætatum claſſes multitudinem diuidit: quarum ſingulis tribuit quod illis maximè proprium eſt ac peculiare. Senibus enim ſcientia & cognitio rerum maximarum; ætatis vigentis hominibus vires conueniunt: inferiori demũ ætati hoc quadrat vt eos agnoſcant ac reuereantur à quibus tenera ipſorum ætas regitur. Quod igitur inquit γράφω, ad præſentem epiſtolam eſt accommodandum, vt apparet ex ver. 26. acſi diceret, Hæc vobis ſcribo, filioli, quia eſtis ex eorum numero quos Deus ſibi reconciliauit, & ſic deinceps in iis quæ ſequuntur. Τεκνία autem appellatio blandior eſt quàm ſi dixiſſet eos vocaſſet. qua ratione etiam mox παιδία maluit quàm παῖδας vocare eos qui ſunt infra adoleſcentiam. Sed in eo poſt alios nonnullos deceptus eſt Eraſmus, quòd inter πατέρα & παιδία nondiſtinxerit: quũ tamẽ illud ad totã Eccleſiã, cuius ipſe ſit veluti cõmunis pater, iſtud verò ad infimæ ætatis fideles referatur. Rectè igitur Vetus interpres hæc diſtinxit. Remiſſa ſunt, ἀφέωνται. Vulg. & Eraſ. Remittuntur: non ſatis rectè. eſt enim hoc in loco magna præteriti temporis energia. Vide Mar. cap. 2. a. 5. Propter nomen eius, διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Id eſt, propter eum, ex Hebræorum idiotiſmo. Chriſtum autem nominans, cæteros omnes excludit, ſiue in cælo ſint, ſiue in terra, vt Act. 4. b. 12.

14 Scripſi vobis, patres, ἔγραψα ὑμῖν, πατέρες. Vide infrà ver. 21. Cæterùm videri quidem poteſt ſupervacanea iſta repetitio, ſed tamen duæ cauſæ faciunt vt minimè putem redũdare. Vna, quòd in omnibus noſtris codicibus vetuſtis inueniatur: altera, quòd cauſam non video cur potius repetenda fuerint illa quæ ſequuntur. Vetus tamen interpres non legit hoc membrum, nec habet Complutẽſis editio. Atenim quorſum hæc repeteret, dices? Adferam quod coniicio, nec tamen velim affirmare. Sicut Chriſti beneficium ſingulis ætatibus applicauit, ita nunc conſtituit ſingulis proprias exhortationes applicare. Quia igitur interiecta fuerat apoſtrophe ad

pueros,id eſt adoleſcentibus inferiores,redit ad id quod de ſenibus & adoleſcentibus dixerat,aliquid etiam adiiciens quod ad adoleſcentes attinet. Deinde ſubiicit exhortationem & adoleſcentibus & adoleſcentum patribus propriam,à ver. 15 vſque ad initium verſiculi 18.Nam ſi diligenter conſideremus quænam iſta ſit adhortatio,comperiemus illarum ætatum hominibus multo magis quàm inferiori ætati eſſe accommodatam:quamuis doctrinæ ipſius vſum non negem omnibus ætatibus non vtilem modò,ſed etiam neceſſarium eſſe. 5

Μὴ ἀγαπᾶτε τὸν κόσμον, μηδὲ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ. ἐάν τις ἀγαπᾷ τὸν κόσμον, οὐκ ἔστιν ἡ ἀγάπη τοῦ πατρὸς ἐν αὐτῷ.

15 ᵛNe diligite mũdum, neque ea quæ in mundo ſunt.ſiquis diligit mundum, nõ eſt ᵛcharitas Patris in eo.

15 *Nolite diligere mundũ, neque ea quæ in mundo ſunt: ſiquis diligit mundum, non eſt charitas Patris in eo.*

Ὅτι πᾶν τὸ ἐν τῷ κόσμῳ, ἡ ἐπιθυμία τῆς σαρκὸς, καὶ ἡ ἐπιθυμία τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ ἡ ἀλαζονεία τοῦ βίου, οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ πατρὸς, ἀλλ' ἐκ τοῦ κόσμου ἐστίν.

16 Quoniam quicquid eſt in mundo,cupiditas carnis,& libido oculorum, & faſtus vitæ, non eſt ex Patre, ſed ex mũdo eſt.

16 *Quoniam omne quod eſt in mundo,concupiſcentia carnis eſt.& concupiſcentia oculorũ, & ſuperbia uitæ, quæ non eſt ex Patre,ſed ex mundo eſt.*

Καὶ ὁ κόσμος παράγεται, καὶ ἡ ἐπιθυμία αὐτοῦ· ὁ δὲ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, μένει εἰς τὸν αἰῶνα.

17 Porro mundus præterit, & cupiditas ipſius: qui verò præſtat voluntatem Dei, manet in æternum.

17 *Et mundus tranſit, & concupiſcentia eius: qui autẽ facit uoluntatẽ Dei, manet in æternum.*

Παιδία, ἐσχάτη ὥρα ἐστὶ· καὶ καθὼς ἠκούσατε ὅτι ὁ ἀντίχριστος ἔρχεται, καὶ νῦν ἀντίχριστοι πολλοὶ γεγόνασιν· ὅθεν γινώσκομεν ὅτι ἐσχάτη ὥρα ἐστίν.

18 ᵛPueruli, ᵛvltimũ tẽpus adeſt: & ſicut ᵛaudiſtis antichriſtum vẽturum, etiã nunc antichriſti multi cœperunt eſſe: vnde ſcimus vltimum tempus adeſſe.

18 *Filioli, nouiſſima hora eſt: & ſicut audiſtis quia antichriſtus uenit, nunc antichriſti multi facti ſũt: unde ſcimus quia nouiſſima hora eſt.*

Ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον, ἀλλ' οὐκ ἦσαν ἐξ ἡμῶν· εἰ γὰρ ἦσαν ἐξ ἡμῶν, μεμενήκεισαν ἂν μεθ' ἡμῶν· ἀλλ' ἵνα φανερωθῶσιν ὅτι οὐκ εἰσὶ πάντες ἐξ ἡμῶν.

19 E nobis egreſſi ſunt, ſed non erant ex nobis. nam ᵛſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtique nobiſcum: ſed *hoc factum eſt* vt patefierent non omnes eſſe ex nobis.

19 *Ex nobis prodierũt, ſed nõ erant ex nobis. nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent utiq; nobiſcũ: ſed ut manifeſti ſint quoniã nõ ſunt omnes ex nobis.*

Καὶ ὑμεῖς χρίσμα ἔχετε ἀπὸ τοῦ ἁγίου, καὶ οἴδατε πάντα.

20 ᵛAt vos ᵛvnctionem habetis ᵛà Sancto illo *profectam*, & ᵛnoſtis omnia.

20 *ſed uos unctionem habetis à Sancto, & noſtis omnia.*

15 Ne diligite, μὴ ἀγαπᾶτε. Mundum conſideret quatenus cum Dei voluntate non conſentit,& eum amorem damnat qui nos à Deo abducit:alioquin dicitur Deus ipſe mundum infinito quodam amore dilexiſſe, Ioh.3.b.16,id eſt eos quos ex mundo elegit. Charitas Patris, ἡ ἀγάπη τοῦ πατρός. Patrem intelligit cæleſtem κατ' ἐξοχήν, addito articulo, vt in ſuperiore verſiculo.& charitas Patris dicitur qua diligitur Pater, vt diximus ſuprà ver.5.Qui enim poſt Deum diligere qui Dei aduerſarium amplectitur? 10

18 Pueruli, παιδία. Nunc pueros quoque ſeorſim compellat, ſicut antea adoleſcentes & illorum patres fuerat exhortatus: vtiturque diminutiuo nomine, (vt antè dixi) nõ quaſi infantulos alloquatur,ſed blandioris appellationis cauſa. Eſt autem rurſus obſeruandũ quod diximus ver.14, nempe quanuis omnibus omniũ ætatum hominibus neceſſaria ſit hæc doctrina,tamen admonitionem iſtam iis potiſſimùm conuenire qui adhuc in catechiſmo inſtituuntur. Nam alios iam firmiore cognitione inſtructos, oportuit iſta religionis rudi- 15
menta prorſus tenere. Rudimenta autem appello non quòd vulgarem aliquam & puerilem doctrinam contineãt, quum hæc ſint eiuſmodi reipſa vt ipſam quoque cælorũ altitudinẽ ſuperẽt: ſed quis hæc prima ſunt religionis Chriſtianæ fundamenta. Qui enim Chriſti officium intelligas niſi prius quis ſit Chriſtus cognoueris? Itaque non ſine pudore veteris Eccleſiæ, tandiu de iis diſputatum eſt quæ Chriſtianorum pueros penè vnà cum lacte ſugere oportuerat. Sed viciſſim nunquam ſatis poterit commendari inuicta bonorum patrum pietas ac 20
conſtantia, qui ne tantillum quidem ceſſerunt hæreticorũ impudentiæ, iis in rebus quibus vel minima ex parte labefactatis, neceſſe ſit totum ædificium corruere. Quid igitur illis fiet quos hodie non pudet partim eoſdẽ illos errores reuocare, partim etiam iſta vt curioſa & inutilia reiiceret Vltimum tempus adeſt, ἐσχάτη ὥρα ἐστίν. Quàm bene hoc pueris præcipuè conuenit! Scimus enim huic ætati præ cæteris familiarẽ eſſe ſocordiam, quaſi nondum maturuerint,& ſatis adhuc illis ad diſcendum temporis ſuperſit. Audiſtis, ἠκούσατε. Non al- 25
loquitur prorſus rudes,ſed qui iam Patrem cognouiſſent, vt dixit ſuprà ver.14. & repetet ver.21, denique qui confirmatione potius egerent quàm doctrina. Erant enim tum in hoc ordine plerique etiam proculdubio iam adulti & firmioris iudicii homines: ſed pudoris cauſa quaſi ſola παιδία compellauit.

19 Nam ſi fuiſſent ex nobis, εἰ γὰρ ἦσαν ἐξ ἡμῶν. Quomodo nectent hoc argumentum qui dicunt electos poſſe à fide excidere? 30

20 At vos, καὶ ὑμεῖς. Id eſt ἀλλὰ ὑμεῖς. Ponitur enim καὶ pro aduerſatiua coniunctione, vt Act. 10.d. 28,& alibi ſæpe, ex Hebræorum idiotiſmo. Vnctionem, χρίσμα. Id eſt, gratiam Spiritus ſancti, tranſlatione ſumpta à conſuetudine vnctionum quæ in Lege vſurpabantur. quod monere volui, nequis ineptus impurum illum adipem pſeudepiſcoporum hoc loco ſignificari putet. A Sancto illo *profectam*, ἀπὸ τοῦ ἁγίου. Id eſt à Chriſto, qui ſanctus peculiariter dicitur, vt Luc. cap.1.d.35. imò verò peculiariter Sanctus ſanctorum, id eſt Sanctus 35
ſanctiſſimus, Dan.cap.9.g.24. Sed & Deo Patri hoc tribui poteſt, quinos vngat in Filio: & peculiariter etiam dicitur ab Hebræis קדוש. Vel etiã Spiritui ſancto, qui ſanctus propriè dicitur ab hoc effectu. Eſt enim Dei virtus eſſentialis, vt qui & ipſe ſit Patri ac Filio ὁμοούσιος & æqualis per omnia, qua nos Pater vngit in Filio.

Noſtis omnia, οἴδατε πάντα. Sic ver.14, dixit eos Patrem noſſe. Nam qui Patrem nouit, omnia certè nouit,

quum Pater in Filio agnoſcatur, in quo ſunt omnes abſconditi theſauri. Sed ſi norunt omnia, quorſum eos docet? Quære reſponſum 1. Petri 1.c.12, & deinceps.

Οὐκ ἔγραψα ὑμῖν ὅτι οὐκ οἴδατε τὴν ἀλήθειαν, ἀλλ' ὅτι οἴδατε αὐτὴν, καὶ ὅτι πᾶν ψεῦδος ἐκ τῆς ἀληθείας οὐκ ἔστι.

21 Non ᵛ ſcripſi vobis *ideirco* quòd veritatem ignoretis: ſed quia eam noſtis, & nullum mendacium ex veritate eſſe.

21 *Non ſcripſi uobis quaſi ignorãtibus ueritatẽ, ſed quaſi ſcientibus eã: & quo niam omne mendacium ex ueritate non eſt.*

Τίς ἐστιν ὁ ψεύστης, εἰ μὴ ὁ ἀρνούμενος ὅτι Ἰησοῦς οὐκ ἔστιν ὁ Χριστός; οὗτός ἐστιν ὁ ἀντίχριστος, ὁ ἀρνούμενος τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱόν.

22 Quis eſt mendax, niſi qui negat Ieſum eſſe ᵛ Chriſtum? hic eſt antichriſtus, negãs Patrem & Filium.

22 *Quis eſt mendax, niſi is qui negat quoniam Ieſus eſt Chriſtus? Hic eſt antichriſtus qui negat Patrem & Filium.*

Πᾶς ὁ ἀρνούμενος τὸν υἱὸν, οὐδὲ τὸν πατέρα ἔχει.

23 ᵛ Quiſquis negat Filium, is nec Patrem quidem habet.

23 *Omnis qui negat Filiũ, nec Patrem habet: qui confitetur Filium, & Patrẽ habet.*

Ὑμεῖς ὃ ἠκούσατε ἀπ' ἀρχῆς, ἐν ὑμῖν μενέτω. ἐὰν ἐν ὑμῖν μείνῃ ὃ ἀπ' ἀρχῆς ἠκούσατε, καὶ ὑμεῖς ἐν τῷ υἱῷ καὶ ἐν τῷ πατρὶ μενεῖτε.

24 Quod igitur ᵛ audiſtis à principio, in vobis maneat: ſi in vobis manſerit quod audiſtis à principio, vos quoque in Filio & Patre manebitis.

24 *Vos quod audiſtis abinitio, in uobis permaneat: ſi in uobis permanſerit quod audiſtis abinitio, & uos in Filio & Patre manebitis.*

Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐπαγγελία ἣν αὐτὸς ἐπηγγείλατο ἡμῖν, τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον.

25 Hæc autem illa eſt promiſſio quam ipſe pollicitus eſt nobis, ᵛ nempe vita illa æterna.

25 *Et hæc eſt repromiſſio quam ipſe pollicitus eſt nobis, uitam æternam.*

Ταῦτα ἔγραψα ὑμῖν περὶ τῶν πλανώντων ὑμᾶς.

26 ᵛ Hæc ſcripſi vobis de iis qui ſeducunt vos.

26 *Hæc ſcripſi uobis de ijs qui ſeducunt uos.*

Καὶ ὑμεῖς τὸ χρῖσμα ὃ ἐλάβετε ἀπ' αὐτοῦ, ἐν ὑμῖν μενέτω· καὶ οὐ χρείαν ἔχετε ἵνα τις διδάσκῃ ὑμᾶς· ἀλλ' ὡς τὸ αὐτοῦ χρῖσμα διδάσκει ὑμᾶς περὶ πάντων, καὶ ἀληθές ἐστι, καὶ οὐκ ἔστι ψεῦδος· καὶ καθὼς ἐδίδαξεν ὑμᾶς, μενεῖτε ἐν αὐτῷ.

27 Sed ᵛ vnctio quam vos accepiſtis ab eo, manet in vobis: nec neceſſe habetis vt quiſquã doceat vos: verùm ſicut eadem vnctio docet vos de omnibus, quæ & verax eſt, ᵛ & non mendax: & ſicut docuit vos, ᵛ manebitis ᵛ in eo.

27 *Et uos unctionem quã acceperitis ab eo, maneat in uobis: & nõ neceſſe habetis ut aliqs doceat uos: ſed ſicut unctio eius docet uos de omnibus, & uerũ eſt, & non eſt mendacium: & ſicut docuit uos, manete in eo.*

21 Scripſi, ἔγραψα. Loquitur de hac ipſa epiſtola, imò de hoc ipſo quod ſcribit: ſed vtitur præterito tempore quòd rationem habeat eius temporis quo epiſtola perlegetur: quem morem etiam Latini ſeruant, vt ſi dicas, Has literas ad te dedi, vel ad te ſcribere non dubitaui, minimè id quidem quòd te exiſtimarem mei cohortatione indigere, ſed vt meam in te beneuolentiam agnoſceres. Sic inquit Paulus, Non ſcripſi vobis ideirco quòd veritatem ignoretis, ſed contrà, ideirco ſcripſi quòd eam nouëritis, & ita quidem vt à mendacio nouëritis diſtinguere. Sed quorſum hoc? Nempe vt commemoratione præclaræ huius opinionis quam de ipſis conceperat, non modò ad perſeuerandum in iis quæ didicerant, ſed etiam ad proficiendum, ipſorum animos accendat. Eſt autem operæpretium conſiderare etiam atque etiam quouſque ſeſe fidelis Apoſtolus Domini demittat, & quàm paternè infimis etiam docendis ſeſe accommodet. Hoc tamen certum eſt, ad totam Eccleſiam pertinere hanc doctrinam, quæ vel præcipua erat: ſed non temere eſt quòd quaſi infimos compellans, hæc omnia commemorat: nempe ne ſe putent illa ſuſpicione grauari: deinde vt illos pudeat ea ignorare, vel de iis dubitare quæ infimis etiam ipſis abunde nota eſſe oporteat.

22 Chriſtum Χριστὸν. Id eſt, verum illum Meſſiam. Negat autem Ieſum eſſe Meſſiam qui vel alteram illi naturam vel penitus vel aliqua ex parte adimit, vel naturas confundit aut ſeparat, qui Filii hypoſtaſin non diſtinguit, qui in eo vno per vnicam eius oblationem ſemel factam non confidit ſeſe à Deo Patre gratis per fidem iuſtificatum, ac proinde corpore & animo tandem glorificandum.

23 Quiſquis, &c. πᾶς, &c. Falluntur ergo & alios etiam fallunt qui Turcas alióſve infideles trahunt eundem illum Deum adorare quem adoramus.

24 Audiſtis, ἠκούσατε. Iterum audiendi verbum conuenit diſcipulis, ſed qui multum iam promouerint. Ideo addit ἀπ' ἀρχῆς, à principio. id eſt, ex eo quo inſtitui cœpiſtis in primis Chriſtianæ religionis rudimentis. Notanda autem etiam eſt traiectio pronominis ὑμεῖς.

25 *Nempe* vita illa æterna, τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον. Repetitio articuli magnum addit pondus orationi, ideóque omitti non debuit. Poſitũ eſt autem antecedẽs in relatiui caſu, Hebræorũ more de quo alibi diximus.

26 Hæc ſcripſi, ταῦτα ἔγραψα. Nequis miretur tam ſolicitè hoc inculcari ab Apoſtolo, & quidem infimos alloquente, obſeruet quod antè dixi, totam Eccleſiam in infimorum perſona compellari.

27 Vnctio, τὸ χρῖσμα. Id eſt, Spiritus quem à Chriſto accepiſtis, quique vos in omnẽ veritatem induxit. Et notanda eſt rurſus altera eiuſdem pronominis traiectio valde dura, quam Vetus interpres neglexit.

Nec neceſſe habetis, καὶ οὐ χρείαν ἔχετε. Ego, inquit, ſpero vos ita in his rebus eſſe feliciter ac ſanctè inſtitutos vt doctore non egeatis. Quid igitur? (dicet aliquis) cur tu illos doces? Reſpõdeo, vel ſummos doctores poſſe ac debere etiam quotidie aliquid in Domini ſchola diſcere, quum omnes ex parte cognoſcamus, nedum vt ii quos Apoſtolus alloquitur, nullo præceptore indigerent. Deinde hoc eſſe dextrè accipiendum, hactenus videlicet vt ſignificentur harum rerum minimè rudes eſſe quas illis non tanquam ignotas proponat, ſed tanquã cognitas inculcet. Præterea cauſam etiam aliam fuiſſe arbitror cur hoc adderet Apoſtolus, nempe vt oſtẽderet

ſeſe minimè proponere diuerſam doctrinam ab ea quam ex ſuis doctoribus iam antea non audiſſent modò, ſed etiam didiciſſent. Ita enim fit vt & doctrinam ſuam & illorum diligentiam laudet, quò magis ac magis confirmentur. Eadem vnctio, τὸ αὐτὸ χρίσμα. Non potuit luculētiore teſtimonio paſtores & doctores ornare à quibus iſti inſtituti fuerant, & quotidie adhuc inſtituebantur, quàm quum ipſos diceret ab ipſo Spiritu ſancto doceri, & iam antea eſſe edoctos: idque nihilominus ita facit artificioſe, vt ſimul & doctrinam ipſam vt cæleſtē, & doctorum diligentiam, pietatem, fidem, auditorum denique alacritatem ſine vlla adulationis ſuſpicione, non minus verè quàm magnificè prædicet. Et non mendax, καὶ οὐκ ἔστι ψεῦδος. Eiuſmodi repetitiones à contrariis ſumptas ſæpe iam admonuimus Iohanni præcipuè eſſe familiares. Non contentus igitur dixiſſe vnctionem illam veracem eſſe, addit mendacem non eſſe. Nam ψεῦδος pro ψευδὴς ponitur: cuius enallages exempla paſſim annotauimus, vt 1. Cor. 3. c. 9, & 7. d. 14. Sed & Homerus Iliad. β, hoc ipſum nomen ſimiliter prorſus vſurpauit in his verſiculis, Πεῖρον δ' ἄρχος ἀ' ἴσταο, μάλα καὶ δόλος αἰολόμητις Γυίμασιν ἐν ψεῦδος ὑπόχρεος, οὐ καὶ ὀΐεαι. Non ſatis recte igitur conuertit Vetus interpres, Et non eſt mendacium: quem tamen ſequutus eſt Eraſmus. Manebitis, μενεῖτε. Vulg. & Eraſ. Manete. Sæpe enim apud Hebræos futura indicatiui pro imperandi modo vſurpantur. Sed mihi quidem hic videtur omnino ſeruāda futuri propria ſignificatio, vt ſit benè ominātis, & iſta prorſus cohæreant cum eo quod dixerat, ipſos nullo iam in his rebus alio doctore indigere. In eo, ἐν αὐτῷ. In eo videlicet Chriſto, ſiue in Filio. de eo enim agitur. Et vnctionem diſtinxit ab eo à quo illam acceperant: in quo etiam vult vt per eandem vnctionem maneant. Eraſmus, In ea ſcilicet vnctione.

Καὶ νῦν, τεκνία, μένετε ἐν αὐτῷ· ἵνα ὅταν φανερωθῇ, ἔχωμεν παῤῥησίαν, καὶ μὴ αἰσχυνθῶμεν ἀπ' αὐτοῦ, ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ.

28 Nunc igitur, filioli, manete in eo: vt quum patefactus fuerit, habeamus fiduciam, neque pudefiamur coram eo in ipſius aduentu.

28 Et nūc, filioli, manete in eo: ut quū apparuerit, habeamus fiduciam, & nō cōfundamur ab eo in aduentu eius.

Εἰ εἰδῆτε ὅτι δίκαιός ἐστι, γινώσκετε ὅτι πᾶς ὁ ποιῶν τὴν δικαιοσύνην, ἐξ αὐτοῦ γεγέννηται.

29 Si ſcitis eum iuſtum eſſe, noſtis, quicunque exercet iuſtitiā, ex ipſo natum eſſe.

29 Si ſcitis quoniam iuſtus eſt, ſcitote quoniam & omnis qui facit iuſtitiam, ex ipſo natus eſt.

Κεφάλαιον γ'

CAP. III.

CAP. III.

Ἴδετε ποταπὴν ἀγάπην δέδωκεν ἡμῖν ὁ πατήρ, ἵνα τέκνα Θεοῦ κληθῶμεν· διὰ τοῦτο ὁ κόσμος οὐ γινώσκει ἡμᾶς, ὅτι οὐκ ἔγνω αὐτόν.

1 Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, nempe vt filii Dei vocemur: propterea mundus non nouit nos quia non nouit eum.

1 Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filij Dei nominemur & ſimus: propterea hoc mundus non nouit nos quia non nouit eum.

Ἀγαπητοί, νῦν τέκνα Θεοῦ ἐσμεν, καὶ οὔπω ἐφανερώθη τί ἐσόμεθα· οἴδαμεν δὲ ὅτι ἐὰν φανερωθῇ, ὅμοιοι αὐτῷ ἐσόμεθα, ὅτι ὀψόμεθα αὐτὸν καθώς ἐστι.

2 Chariſſimi, nunc filii Dei ſumus, ſed nondum patefactum eſt quod erimus: ſcimus autem fore vt quum *ipſe* patefactus fuerit, ſimiles ei ſimus: quoniā videbimus eum ſicuti eſt.

2 Chariſſimi, nūc filij Dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus. ſcimus quoniam quum apparuerit, ſimiles ei erimus. quoniam videbimus eum ſicuti eſt.

28 Nunc igitur, filioli, καὶ νῦν, τεκνία. Iam manifeſtè videmus ad vniuerſalem illam exhortationem regredi Apoſtolum. Itaque καὶ pro καὶ νῦν iterum ponitur, vt ſuprà, 1. a. 5. Et τεκνία, id eſt filiorum appellatio toti Eccleſiæ communis eſt, vt ſuprà expoſuimus, ver. 12. Coram eo, ἐν αὐτῷ. Sic loquuntur Hebræi, apud quos pudefieri non ab aliquo, ſed ex aliquo dicitur qui pudoris occaſionem ex conſpectu alicuius arripiat, quem ſuſtinere non poſſit. Diſtinguēda ſunt igitur ἀπ' αὐτοῦ & ἐν αὐτῷ. Pudor enim hic à nobis, non à Deo manat. Neque rectè Vetus interpres & Eraſmus conuerterunt Ab eo. Et quod addidit Eraſmus ſenſum eſſe poſſe, Vt illū non pudeat noſtri: valde eſt abſurdum.

29 Noſtis, γινώσκετε. Vulg. & Eraſ. Scitote: quod non admodum quadrat. Vbique enim ſolet Apoſtolus ita temperare doctrinam quaſi non doceat imperitos. Tantùm igitur oſtendit quæ ſint conneza, nempe Patris & Filii natura. Ergo quos Deus iuſtus genuit ex Filio ſuo iuſto, neceſſe etiam eſt vt iuſti ſint. Inde ingreditur deſcriptionem eius ſimilitudinis quæ eſt inter caput & membra.

IN CAPVT III.

1 Qualem charitatem, ποταπὴν ἀγάπην. Id eſt, cuius charitatis munus. Malui autem hoc exprimere ad verbum quàm quicquam immutare: quòd neſcio quomodo videatur illud magis expreſſum, quaſi charitatem ipſam, eámque ſummam nobis largitus ſit Dominus. Cæterùm de capitis ac membrorum conuenientia diſcurrus Apoſtolus, contrario prorſus ordine quàm antea, id eſt non ab effectis ad cauſam aſcenſurus, ſed à cauſa deſcenſurus ad effecta, meritò ab ipſo fonte auſpicatur, nempe à Dei charitate, quam ſolet Paulus Κλῆσιν vocare. Scopus autem huius charitatis eſt, vt filii Dei ſimus in Chriſto. Hinc demum deſcendit Apoſtolus ad filiorum Dei qualitates conſiderandas, vt germanos filios à ſpuriis diſtinguamus. Sed in primis, nequis hanc dignitatem, carnis iudicio metiatur, duo voluit præfari: vnum, eiuſmodi eſſe hanc prærogatiuam vt tamen à mundo cognoſci non poſſit, quomodo enim noſtram cum Deo conuenientiam cognoſceret qui Deum ipſum non nouit? Alterum, nondum etiam in nobis patefactam eſſe illius dignitatis gloriam, quantuis iam ſimus filii Dei: ſed in eius aduentum differri, quo nos ille redimet in quo filii Dei ſumus. Sed, inquit, certa eſt iſta expectatio. His verò præpoſitis, tum demum incipit quæ ſit illa noſtri cum Chriſto conuenientia explicare: in eo videlicet quòd puri ſumus, ſicut & ille purus eſt. Vocemur, κληθῶμεν. Id eſt ſimus, & ita quidem vt tales nos eſſe conſtet. neque apud Hebræos duntaxat ita accipitur verbum קרא, ſed & apud Græcos verbū καλεῖσθαι. Hom. Iliad. ζ. Ἐκ τοῦδε γένεσθε καὶ ἀπ' ἐκείνου κλεινοί. Vbi Euſtathius, diligentiſſimus interpres. Τὸ κλεινοί, inquit, οὐκ ἐπὶ δόξαν ἀκούει, ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο ἁπλῶς κεῖται, ἵνα λέγωσιν οἱ ἀπόγονοι ἐξ οὗ, ἀπὸ τοῦδε τοῦ πατρὸς οὕτω καλούμεθα. Vulg. Nominemur & ſimus: non ineptè profectò, ſi ſenſum ſpectes.

1 Sed nondū, καὶ οὔπω. Καὶ pro ἀλλὰ, vt ſuprà, 1. c. 10, & d 19. Quū *ipſe* patefactus fuerit, ἐὰν φανερωθῇ. Καὶ pro

ἐπὶ pro ἐν τούτῳ ponitur, sicut ἐπὶ ſæpe pro ἐν τούτῳ, id est ſi pro quia. Deinde ſupplendum est relatiuum αὐτὸς ipse, videlicet Christus: vt ex eo apparet quod statim subiicitur, & ex Col. 3. a. 3: sicut rectè omnino annotauit doctissimus interpres. Similis atque adeo multo durior est ecliplis Psal. 87. a. 1. Similes, ὅμοιοι. Similes intellige, non pares, vt describitur 1. Cor. 15. f. 41, & 43, & Philip. 3. d. 21. Nam inter caput & membra semper erit discrimẽ: atque vtinam hic potius studeamus viam tenere qua ad gloriam illam peruenitur quàm curioſè de eo inuestigemus quod ominem captum nostrum, qualis quidem nunc est, exuperat. Sicuti est, καθώς ἐστι. Nunc igitur etiam illum videmus, sed per ænigma, in fide & ſpe: qua de re 1. Cor. 13. d. 12.

Καὶ πᾶς ὁ ἔχων τὴν ἐλπίδα ταύτην ἐπ' αὐτῷ, ἁγνίζει ἑαυτόν, καθὼς ἐκεῖνος ἁγνός ἐστι.

3 Et quiſquis habet hanc ſpem in eo ſitam, purificat ſe, ſicut & ille purus est.

3 Et omnis qui habet hanc ſpẽ in eo, ſanctificat ſe ſicut & ille ſanctus est.

Πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τὴν ἀνομίαν ποιεῖ· καὶ ἡ ἁμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία.

4 Quiſquis committit peccatum, etiam Legem tranſgreditur. nã peccatũ est Legis tranſgreſſio.

4 Omnis qui facit peccatũ, & iniquitatem facit: & peccatum est iniquitas.

Καὶ οἴδατε ὅτι ἐκεῖνος ἐφανερώθη, ἵνα τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἄρῃ, καὶ ἁμαρτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστι.

5 Et ſcitis illum patefactũ esse vt peccata noſtra tolleret, & peccatum in eo non esse.

5 Et ſcitis quia ille apparuit vt peccata noſtra tolleret: & peccatum in eo non est. Eſa. 53. b. 6. c. 9. d. 11. 1 Pet. 2. d. 22. 24

Πᾶς ὁ ἐν αὐτῷ μένων οὐχ ἁμαρτάνει· πᾶς ὁ ἁμαρτάνων οὐχ ἑώρακεν αὐτὸν, οὐδὲ ἔγνωκεν αὐτόν.

6 Quiſquis in eo manet, non peccat: quiſquis peccat, non vidit eum, neque nouit eum.

6 Omnis qui in eo manet, non peccat: & omnis qui peccat, non vidit eum, nec agnouit eum.

Τεκνία, μηδεὶς πλανάτω ὑμᾶς· ὁ ποιῶν τὴν δικαιοσύνην, δίκαιός ἐστι, καθὼς ἐκεῖνος δίκαιός ἐστιν.

7 Filioli, nemo vos ſeducat: qui exercet iuſtitiam, iuſtus est, ſicut ille iuſtus est.

7 Filioli, nemo uos ſeducat. qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt ſicut & ille iuſtus est.

Ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστίν· ὅτι ἀπ' ἀρχῆς ὁ διάβολος ἁμαρτάνει. εἰς τοῦτο ἐφανερώθη ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἵνα λύσῃ τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου.

8 Qui cõmittit peccatũ, ex diabolo est: quoniam à principio diabolus peccat. ad hoc patefactus est Filius Dei vt diſſoluat opera diaboli.

8 Qui facit peccatum, ex diabolo est: quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit Filius Dei vt diſſoluat opera diaboli. Iohan. 8. f. 44

Πᾶς ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἁμαρτίαν οὐ ποιεῖ· ὅτι σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ μένει·

9 Quiſquis natus est ex Deo, peccatum nõ committit: quoniam ſemẽ ipſius in eo manet:

9 Omnis q̃ natus est ex Deo, peccatũ nõ facit: quoniam ſemen ipſius in eo manet:

3 Sicut, καθώς. Similitudinem iterum ſignificat, non autem paritatem. Quis enim ita purus est vt Deus, in cuius conſpectu ipſi etiam Angeli ſordent ſi cum ipſo comparentur? Iob. 4. d. 18. Ideo non dicit ἔστιν, purificauit, ſed ἁγνίζει, purificat: vt puritatis ſtudium, nõ autem perfectam aliquam puritatis ἕξιν ſignificari intelligamus: ad quam tamen totis viribus contendere nos oportet, tum demum metam adepturos quum Deus erit omnia in omnibus.

4 Quiſquis committit peccatum, πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν. Committere peccatum & Purificare ſe, opponuntur itaque nõ dicitur cõmittere peccatum quiſquis labitur, ſed quiſquis ſanctitati nõ ſtudet, id est in quo regnat peccatum. idque ita esse non modò liquet ex antitheſi, ſed etiam ex eo quod ſuprà commemorauit, 1. d. 8, & 2. a. 1, ex tota denique Scriptura & rei experientia perpetua. Itaque non homines, ſed monſtra hominum sunt Pelagiani, Cathari, Cœleſtiani, Donatiſtæ, Anabaptiſtæ, Libertini, qui ex hoc loco perfectionem illam ſomniant à qua abſunt ipſi omnium hominum longiſſimè. Quorſum autem hoctan vt ſtudium ſanctimoniæ damnemus? an vt homines doceamus quotidie non progredi? Minimè profectò, quum perpetuum ſanctificationis progreſſum doceamus certum ac perpetuum esse fidei effectum. Quorſum ergo? Nempe ne Satan nobis hanc conſolationem noſtram eripiat. Nam ſi tum demum nos in Chriſto esse colligemus quum non amplius indigebimus illa precatione, ET REMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA, quis non videt, quis non ſentit, quis non millies quotidie experitur, fruſtra nobis hanc conſolationem proponi? Etiam Legem tranſgreditur, καὶ τὴν ἀνομίαν ποιεῖ. Vulg. & Eraſ. Et iniquitatẽ facit: vterque nimium obſcurè. Definit autẽ Apoſtolus peccatum esse ἀνομίαν, id est Legis tranſgreſſionem: ex qua demum definitione intelligitur quàm horrendum sit & alienum à natura filiorũ Dei, peccatorem esse, quum longè aliter ſoleat mundus iudicare. Nam peccatum, καὶ ἡ ἁμαρτία. Καὶ pro γάρ, ex Hebræorum idiotiſmo.

5 Et ſcitis, καὶ οἴδατε. Reuocat filios ad archetypon illius ex quo sunt geniti, ſiue in quo sunt adoptati.

6 Non peccat, οὐχ ἁμαρτάνει. Concluſio ex contrarii collatione (vti facere ſolet) amplificata. Quid sit autem Non peccare, diximus ver. 4, nempe non purificare ſe.

7 Qui exercet, &c. ὁ ποιῶν, &c. Nulla est tautologia, ſed definit quid sit non peccare, nempe nõ modò abſtinere à peccato, ſed etiam exercere iuſtitiam.

8 Qui cõmittit peccatum, ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν. Vide ſuprà, ver. 4. Aperit autẽ fontem collationũ quæ ſequuntur, Chriſti & diaboli, filiorum Dei & filiorum Satanæ: ex qua diffidentia oritur mundi odium perpetuum aduerſus Dei filios. Ex diabolo est, ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστίν. Id est, Diabolum refert vt filius patrem, & eius ſpiritu regitur: non autem quaſi ex traduce diaboli gignantur qui ipſius filii dicantur, vt ſomniarunt Manichæi. A principio, ἀπ' ἀρχῆς. Id est iam inde à conditi mundi initio, vt in Adamo declarabit. Vide Iohan. 8. f. 44. Peccat, ἁμαρτάνει. Nõ dicit, Peccauit, ſed, Peccat. Nam in eo aſſiduè perſeuerat, ſicut & ipſius filii. Huic opponitur quã non modò non peccat, ſed etiam venit vt peccata diſſolueret.

9 Semen ipſius, σπέρμα αὐτοῦ. Sic vocatur Spiritus ſanctus ab effectu, quòd eius virtute, tanquã ex ſemine

quodam, nouæ homines efficiamur: id est corruptæ noſtræ qualitates inſtaurentur per Chriſtum, cui per fidem ſumus conjuncti, vt peccato mortui, viuamus Deo. Itaque hic quoque mirè ſe ridiculos præbent fanatici illi qui diuinæ eſſentiæ traducem imaginantur. Quid ſit autem peccare, diximus ſuprà, verſu 4.

οὐ δύναται ἁμαρτάνειν, ὅτι ἐκ τοῦ Θεοῦ γεγέννηται.

nec poteſt peccare, eo quòd ex Deo natus eſt.

& non poteſt peccare, quoniam ex Deo natus eſt.

Ἐν τούτῳ φανερά ἐστι τὰ τέκνα τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰ τέκνα τοῦ διαβόλου. πᾶς ὁ μὴ ποιῶν δικαιοσύνην, οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ ὁ μὴ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ.

10 Per hoc manifeſti ſunt filii Dei & filii diaboli. quiſquis non exercet iuſtitiam, nō eſt ex Deo, & qui non diligit fratrem ſuum.

10 In hoc manifeſti ſunt filij Dei & filij diaboli. omnis qui nō facit iuſtitiã, non eſt ex Deo. & qui nō diligit fratrem ſuum.

1 Iohan. 13. d. 34. & 15. b. 12

Ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ ἀγγελία ἣν ἠκούσατε ἀπ' ἀρχῆς, ἵνα ἀγαπῶμεν ἀλλήλους.

11 Quoniam hoc eſt nuntium quod audiſtis à principio, vt diligamus alij alios.

11 Quoniam hec eſt annũtiatio quam audiſtis ab initio, vt diligamus alterutrum.

Gen. 4. b. 8

Οὐ καθὼς Κάϊν ἐκ τοῦ πονηροῦ ἦν, καὶ ἔσφαξε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. καὶ χάριν τίνος ἔσφαξεν αὐτόν; ὅτι τὰ ἔργα αὐτοῦ πονηρὰ ἦν, τὰ δὲ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ δίκαια.

12 Non ſicut Cain, qui ex illo Malo erat, & occidit fratrem ſuum. Cuius autem rei gratia occidit eum? quia opera eius mala erãt, fratris autem eius iuſta.

12 Non ſicut Cain, qui ex Maligno erat, & occidit fratrem ſuum. Et propter quid occidit eum? quoniã opera eius maligna erãt, fratris autẽ eius iuſta.

Μὴ θαυμάζετε, ἀδελφοί μου, εἰ μισεῖ ὑμᾶς ὁ κόσμος.

13 Ne miremini, fratres mei, ſi odit vos mundus.

13 Nolite mirari, fratres, ſi odit vos mundus.

Ἡμεῖς οἴδαμεν ὅτι μεταβεβήκαμεν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωήν, ὅτι ἀγαπῶμεν τοὺς ἀδελφούς. ὁ μὴ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν, μένει ἐν τῷ θανάτῳ.

14 Nos ſcimus nos tranſlatos eſſe ex morte ad vitam, quia diligimus fratres: qui non diligit fratrem, manet in morte.

14 Nos ſcimus quoniã trãſlati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres: qui non diligit, manet in morte.

Πᾶς ὁ μισῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἀνθρωποκτόνος ἐστί· καὶ οἴδατε ὅτι πᾶς ἀνθρωποκτόνος οὐκ ἔχει ζωὴν αἰώνιον ἐν αὐτῷ μένουσαν.

Supra, 2. b. 19 Leuit. 19. d. 17

15 Quiſquis odit fratrem ſuum, homicida eſt: & noſtis nullum homicidam habere vitam æternam in ſe manentem.

15 Omnis qui odit fratrẽ ſuum, homicida eſt: & ſcimus quoniã omnes homicidæ non habet vitam æternam in ſemetipſo manentem.

Ἐν τούτῳ ἐγνώκαμεν τὴν ἀγάπην, ὅτι ἐκεῖνος ὑπὲρ ἡμῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἔθηκε· καὶ ἡμεῖς ὀφείλομεν ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν τὰς ψυχὰς θεῖναι.

Iohan. 15. b. 13 Supra, 2. a. 2

16 Per hoc cognouimus charitatem, quòd ille animam ſuam pro nobis poſuit: nos igitur debemus pro fratribus animas ponere.

16 In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere.

Ὃς δ' ἂν ἔχῃ τὸν βίον τοῦ κόσμου, καὶ θεωρῇ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ χρείαν ἔχοντα, καὶ κλείσῃ τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ ἀπ' αὐτοῦ, πῶς ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ μένει ἐν αὐτῷ;

Luc. 3. c. 11

17 Qui verò habuerit mundanas facultates, & viderit fratrem ſuum egentem, & clauſerit viſcera ſua coram eo, quomodo charitas Dei manet in eo?

17 Qui habuerit ſubſtãtiã mundi, & viderit fratrẽ ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?

10 Et qui non diligit, καὶ ὁ μὴ ἀγαπῶν. Nunc quoque vt antea in ſuperiore tractatione, quum ab effectis ad cauſam argumentaretur, 2. b. 9, à prima Tabula ad ſecundam deſcendit.

11 A principio, ἀπ' ἀρχῆς. Vide ſuprà, 1. a. 7.

12 Non ſicut Cain, οὐ καθὼς Κάϊν. Exemplum & antiquiſſimum & aptiſſimum proponit, in quo contemplemur tum filiorum Dei, tum filiorum diaboli naturam: quæ nos maneat conditio in hoc mundo, & quis demũ ſit vtrorumque futurus exitus. Subaudimus autem אשר, ex Hebræorum more.

14 Scimus, οἴδαμεν. Hæc verò conſolatio noſtra eſt certiſſima, cuius præſidio in quibuſuis calamitatibus tantum abeſt vt deſpondeamus animum vt contra etiam exultemus. Sinamus mundum opinari nos eſſe miſeros: nos verò diſcamus ex eo ipſo nos non modò non miſeros, ſed etiam immortali beatitate donatos, ex quo illi nos calamitoſos eſſe iudicant. Deinde obſeruemus, Apoſtolum hoc non dicere, nos per id quod fratres diligimus, trãſlatos eſſe ex morte ad vitam, (eſt enim vita æterna donum Dei per Chriſtum, Rom. 6. d. 23) ſed nos ex eo quòd fratres diligamus, ſcire nos eſſe ex morte trãſlatos ad vitã. Prius enim viuere nos oportet quàm vitæ fructus edamus, ex quibus demum vita noſtra tum à nobis tum ab aliis perſpiciatur. Charitas igitur ſignum eſt vitæ, non cauſa.

16 Per hoc cognouimus, ἐν τούτῳ ἐγνώκαμεν. Nunc verò charitatis deſcriptionem aggreditur ab effectis, id eſt ex officiis quæ ab ea ducũtur: ac primũ quidem omniũ, abſolutiſſimũ eius exemplar nobis in Chriſto proponit, vt in primis ſtatuatur qualem intus animum eſſe oporteat: deinde ab animo ad manus deſcendet.

17 Mundanas facultates, τὸν βίον τοῦ κόσμου. Hebr. חיית עולם, id eſt, vnde hæc vita ſuſtentatur. Vulgata & Eraſmus, Subſtantiam mundi: nimium profectò obſcurè. Nos in vernaculo ſermone dicimus, Des biens de ce mõde.

Et clauſerit viſcera ſua coram eo, καὶ κλείσῃ τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ ἀπ' αὐτοῦ. Id eſt, non aperuerit illi veluti

ſuum pectus, nec prompto animo illi ſuccurrerit. Huic formulæ dicendi videtur affinis Terentiana illa, Nuncubi meam benignitatem ſenſiſti in te claudier

Τεκνία μου, μὴ ἀγαπῶμεν λόγῳ μηδὲ γλώσσῃ, ἀλλ' ἔργῳ καὶ ἀληθείᾳ.

18 Filioli mei, ne diligamus verbo neque lingua ſolùm, ſed opere & veritate:

18 *Filioli mei non diligamus verbo, neq; lingua, ſed opere & veritate.*

Καὶ ἐν τούτῳ γινώσκομεν ὅτι ἐκ τῆς ἀληθείας ἐσμέν, καὶ ἔμπροσθεν αὐτοῦ πείσομεν τὰς καρδίας ἡμῶν.

19 Et per hoc cognoſcimus nos ex veritate eſſe, & corã ipſo ſecura reddemus corda noſtra.

19 *In hoc cognoſcimus quo niam ex veritate ſumus, & in conſpectu eius ſuadebimus corda noſtra.*

Ὅτι ἐὰν καταγινώσκῃ ἡμῶν ἡ καρδία, ὅτι μείζων ἐστὶν ὁ Θεὸς τῆς καρδίας ἡμῶν, καὶ γινώσκει πάντα.

20 Nam ſi nos condemnet cor noſtrũ, potétior eſt Deus corde noſtro, & nouit omnia.

20 *Quoniam ſi reprehẽderit nos cor noſtrum, maior eſt Deus corde noſtro, & nouit omnia.*

Ἀγαπητοί, ἐὰν ἡ καρδία ἡμῶν μὴ καταγινώσκῃ ἡμῶν, παῤῥησίαν ἔχομεν πρὸς τὸν Θεόν.

21 Chariſſimi, ſi cor noſtrum nos non condemnet, fiduciam habemus apud Deum.

21 *Chariſſimi, ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum.*

Καὶ ὃ ἐὰν αἰτῶμεν, λαμβάνομεν παῤ αὐτοῦ, ὅτι τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηροῦμεν, καὶ τὰ ἀρεστὰ ἐνώπιον αὐτοῦ ποιοῦμεν.

22 Et quicquid petierimus, accipimus ab eo, quoniam præcepta eius cuſtodimus, & ea quæ ipſi placent facimus.

22 *Et quicquid petierimus accipiemus ab eo, quoniã mãdata eius cuſtodimus, & ea quæ ſunt placita coram eo, facimus.* *Matth. 21. b. 22 Iohan. 15. b. 7. 16. c. 23 infrà, 3. c. 24*

Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐντολὴ αὐτοῦ, ἵνα πιστεύσωμεν τῷ ὀνόματι τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀγαπῶμεν ἀλλήλους, καθὼς ἔδωκεν ἐντολὴν ἡμῖν.

23 Hæc eſt igitur eius doctrina vt credamus nomini Filii eius Ieſu Chriſti, & diligamus, alii alios ſicut mandauit nobis.

23 *Et hoc eſt mandatum eius, vt credamus in nomine Filii eius Ieſu Chriſti: & diligamus alterutrum, ſicut dedit mandatum nobis.* *Iohan. 6. c. 29, & 17. a. 3*

Καὶ ὁ τηρῶν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἐν αὐτῷ μένει, καὶ αὐτὸς ἐν αὐτῷ· καὶ ἐν τούτῳ γινώσκομεν ὅτι μένει ἐν ἡμῖν, ἐκ τοῦ πνεύματος οὗ ἡμῖν ἔδωκεν.

24 Nam qui ſeruat eius mandata, in eo habitat, & ipſe in eo: & per hoc nouimus eum habitare in nobis, nempe ex Spiritu quẽ nobis dedit.

24 *Et qui ſeruat mandata eius, in illo manet, & ipſe in eo: & in hoc ſcimus quoniam manet in nobis, de Spiritu quem dedit nobis.* *Iohan. 13. d. 24, & 15. b. 12*

Κεφάλαιον ιδ'

CAP. IIII.

CAP. IIII.

Ἀγαπητοί, μὴ παντὶ πνεύματι πιστεύετε, ἀλλὰ δοκιμάζετε τὰ πνεύματα εἰ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν· ὅτι πολλοὶ ψευδοπροφῆται ἐξεληλύθασιν εἰς τὸν κόσμον.

1 Dilecti, ne cuiuis ſpiritui credite, ſed probate ſpiritus an ex Deo ſint: nam multi pſeudo prophetæ venerunt in mundũ.

1 *Chariſſimi, nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſint: quoniam multi pſeudoprophetæ exierunt in mundum.*

Ἐν τούτῳ γινώσκετε τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ· πᾶν πνεῦμα ὃ ὁμολογεῖ Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα, ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστι.

2 Ex hoc cognoſcite Dei Spiritum: Quicunque ſpiritus confitetur Ieſum Chriſtum in carnem veniſſe, ex Deo eſt.

2 *In hoc cognoſcitur Spiritus Dei: omnis ſpiritus qui confitetur Ieſum Chriſtum in carne venieſſe ex Deo eſt.*

18 Neque lingua *ſolùm*, μηδὲ γλώσσῃ. Sub. μόνῳ, quod nos expreſſimus. Vide Rom. 2. d. 28

19 Ex veritate, ἐκ τῆς ἀληθείας. Id eſt, verè Dei filii. Loquitur autem de ſigno, non de cauſa. Secura reddemus, πείσομεν. Vulg. Suadebimus corda noſtra. Eraſ. Suadebimus cordib⁹ noſtris. Neuter intellexit quid ſibi velit Apoſtolus. neque enim de ſuaſione, ſed de perſuaſione animi loquitur, id eſt de πληροφορίᾳ illa quæ facit vt nos filios Dei eſſe in Chriſto gratis per fidem apprehenſo, certò ſtatuamus: vt πείθω illud planè ſit quod Hebræi declarant verbo המשיח. Neque verò charitas fidem illam gignit: ſed contrà ex illa gignitur, per quam tamen illa magis ac magis confirmatur, propterea quòd ex effectis cauſam colligimus. Vide 1. Pet. 1. b. 10.

20 Potentior, μείζων. Μέγας (id eſt magnum) vocat qui ab Hebræis רב dicitur. eſt enim hic ſenſus, Si nos coarguat mala conſcientia, multo magis valere ad nos cõdemnandos Dei iudicium, qui melius etiam corda noſtra norit quàm nos ipſi.

23 Nomini, ὀνόματι. Nomen ad prædicationem Verbi reſpicit. Nam fides ex Verbi auditu, Rom. 10. b. 8, & c. 17.

24 Nam qui ſeruat, καὶ ὁ τηρῶν. Iterum καὶ pro כ, vt apud Hebræos ו pro כ. Habitat, μένει. Vide ſuprà, 2. 2. 6. Ex ſpiritu, ἐκ τοῦ πνεύματος. Spiritũ ſanctificationis intelligit, id eſt quo regenerati viuimus Deo.

IN CAPVT IIII.

1 Spiritui, πνεύματι. Spiritum accipio μετωνυμικῶς cum doctiſſimo interprete, pro eo qui Spiritus dono ſe præditum dicat ad obeundum Prophetæ munus. Redit autem Apoſtolus ad id quod attigerat de pſeudoprophetis, ſecundo capite.

2 Quicũq; confitetur, &c. ὃ ὁμολογεῖ, &c. De doctrina ſimpliciter loquitur, nõ de perſona. Nã fieri poteſt vt quis ſincerè doceat, qui tamen ipſius doctrinæ non eſt particeps cuius eſt nuntius. Antea docuit quomodo

hominẽs probarentur, nunc de doctrina differit: quanuis mox ad charitatem regrediatur, nempe à verſu 7.

Ieſum Chriſtum, Ἰησοῦν Χριστόν. Ergo Meſſiam, & redemptorem vnicum, eúmque vũ, non duplicem. In carnem, ἐν σαρκί. Ergo verum hominem. hoc enim deſignat carnis nomen, vt diximus Rom. 1. a. 3. Veniſſe, ἐληλυθότα. Ergo verum Deum, qui nimirum à Patre exierit, apud quem erat in principio. Caſtellio interpretatur, Veniſſe corporatum: & quidem malé. Poſſet enim videri corpus è cælo attuliſſe: quod nonnulli olim ſomniarunt, & adhuc quidam ſomniant.

Καὶ πᾶν πνεῦμα ὃ μὴ ὁμολογεῖ τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα, ἐκ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔστι· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ τοῦ ἀντιχρίστου, ὃ ἀκηκόατε ὅτι ἔρχεται, καὶ νῦν ἐν τῷ κόσμῳ ἐστὶν ἤδη.

3 At quicunque ſpiritus non confitetur Ieſum Chriſtum in carnem veniſſe, ex Deo nõ eſt: ſed hic eſt ille ſpiritus Antichriſti, de quo audiſtis eũ venturũ fuiſſe, & iam nũc in mũdo eſſe.

3 Et omnis ſpiritus qui ſoluit Ieſum, ex Deo non eſt: & hic eſt antichriſtus, de quo audiſtis quoniã uenit, & nunc iam in mundo eſt.

Ὑμεῖς ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστε, τεκνία, καὶ νενικήκατε αὐτούς· ὅτι μείζων ἐστὶν ὁ ἐν ὑμῖν ἢ ὁ ἐν τῷ κόσμῳ.

4 Vos ex Deo eſtis, filioli, & viciſtis eos: quoniam potentior eſt qui eſt in vobis quàm qui in mundo eſt.

4 Vos ex Deo eſtis, filioli, & uiciſtis eos: quoniã maior eſt qui in nobis eſt quàm qui in mundo.

Αὐτοὶ ἐκ τοῦ κόσμου εἰσί· διὰ τοῦτο ἐκ τοῦ κόσμου λαλοῦσι, καὶ ὁ κόσμος αὐτῶν ἀκούει.

5 Ipſi è mundo ſunt, ideo mundana loquuntur, & mũdus eos audit.

5 Ipſi de mũdo ſunt, ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit.

Ἡμεῖς ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐσμέν· ὁ γινώσκων τὸν Θεὸν, ἀκούει ἡμῶν· ὃς οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἀκούει ἡμῶν. ἐκ τούτου γινώσκομεν τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας καὶ τὸ πνεῦμα τῆς πλάνης.

Iohan. 8. f. 47

6 ¶Nos ex Deo ſumus: qui nouit Deum audit nos: qui nõ eſt ex Deo, non audit nos. ex hoc cognoſcimus ſpiritum veritatis & ſpiritum erroris.

6 Nos ex Deo ſumus: qui nouit Deum, audit nos: qui non eſt ex Deo, non audit nos. in hoc cognoſcimus ſpiritum ueritatis & ſpiritum erroris.

Ἀγαπητοί, ἀγαπῶμεν ἀλλήλους, ὅτι ἡ ἀγάπη ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστί· καὶ πᾶς ὁ ἀγαπῶν, ἐκ τοῦ Θεοῦ γεγέννηται, καὶ γινώσκει τὸν Θεόν.

7 Dilecti, diligamus alii alios: nam charitas ex Deo eſt: quiſquis diligit, ex Deo natus eſt, & nouit Deum.

7 Chariſſimi, diligamus nos inuicem, quia charitas ex Deo eſt: & omnes qui diligit, ex Deo natus eſt, & cognoſcit Deum.

Ὁ μὴ ἀγαπῶν, οὐκ ἔγνω τὸν Θεόν· ὅτι ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστίν.

8 Qui non diligit, non nouit Deum: nam Deus eſt charitas.

8 Qui non diligit, non nouit Deum: quoniã Deus charitas eſt.

Ἐν τούτῳ ἐφανερώθη ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ ἐν ἡμῖν, ὅτι τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἀπέσταλκεν ὁ Θεὸς εἰς τὸν κόσμον, ἵνα ζήσωμεν δι' αὐτοῦ.

Iohan. 3. h. 16

9 ¶Per hoc patefacta eſt charitas Dei in nobis, quòd Filiũ illũ ſuum vnigenitum miſit Deus in mundũ vt viuamus per eũ.

9 In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Filium ſuum unigenitũ miſit Deus in mundũ, ut uiuamus per eum.

Ἐν τούτῳ ἐστὶν ἡ ἀγάπη, οὐχ ὅτι ἡμεῖς ἠγαπήκαμεν τὸν Θεόν, ἀλλ' ὅτι αὐτὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ ἀπέστειλε τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἱλασμὸν περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν.

10 In hoc eſt charitas, nõ quòd nos dilexerimus Deũ, ſed quòd ipſe dilexerit nos, & miſerit Filium ſuum vt eſſet propitiatio pro peccatis noſtris.

10 In hoc eſt charitas, non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe dilexit nos, & miſit Filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris.

Ἀγαπητοί, εἰ οὕτως ὁ Θεὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ ἡμεῖς ὀφείλομεν ἀλλήλους ἀγαπᾶν.

11 Dilecti, ſi Deus nos ita dilexit, debemus & nos alii alios diligere.

11 Chariſſimi, ſi ſic Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere.

3 Quicunque nõ confiteretur Ieſum Chriſtum in carnem veniſſe, ὃ μὴ ὁμολογεῖ τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα. Sic legitur in omnibus Græcis exemplaribus quæ quidem mihi inſpicere licuit: & familiaris eſt hæc formula Iohanni, vt (quod ſæpe iam annotauimus) eandem ſententiam ex collatione contrariorũ amplificet. Verus tamen interpres habet, Et omnis ſpiritus qui ſoluit Ieſum, ex Deo non eſt, Καὶ πᾶν πνεῦμα ὃ λύει τὸν Ἰησοῦν, &c. quam lectionem confirmat Socrates in Eccleſiaſtica hiſtoria. Ego tamen alteram antepoſuerim. Satis enim intelligitur vnica perſona ex eo quòd vnum Ieſum Chriſtum nominat qui in carnem venerit. Ille *ſpiritus* Antichriſti, τὸ τοῦ ἀντιχρίστου. Vulg. Antichriſtus, ἀντίχριστος, repugnante Græcorũ codicũ fide. Oportet autẽ tritũ in Eccleſia fuiſſe de Antichriſti regno ſermonẽ, cum videlicet qui à Paulo explicatur 2. Theſſ. 2. a. 3, & deinceps.

4 Potentior, μείζων. Vulg. & Eraſ. Maior. Vide ſuprà, 3. d. 20.

5 Mundana, ἐκ τοῦ κόσμου. Vulg. & Eraſ. ad verbum, E mundo. Similis eſt formula Ioh. 3. d. 31, & 6. d. 32.

6 Spiritum veritatis, &c. τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, &c. Id eſt veridicos Prophetas: quibus opponuntur ſpiritus erroris, id eſt errantes, & alios in errorem abducentes. Neque verò ἐκ τούτου, ex hoc, ad proximam tantũ ſententiam refero, ſed ad ea omnia quæ iam inde à capitis initio dixit. Videtur enim eſſe repetitio propoſitionis, ſicuti in concluſionibus facere neceſſe eſt.

8 ¶Deus eſt charitas, ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστίν. Multo ὑμφατικώτερον loquitur quàm ſi Deũ diceret ſũmopere atq; adeo infinitè nos amare, quum Deum dicit ergo nos ipſum charitatem eſſe, cuius certiſſimũ παράδειγμα profert.

Θεὸν οὐδεὶς πώποτε τεθέαται· ἐὰν ἀγαπῶμεν ἀλλήλους, ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν μένει, καὶ ἡ ἀγάπη αὐτοῦ τετελειωμένη ἐστὶν ἐν ἡμῖν.

12 ¶Deum nemo ſpectauit vnquã. ſi diligamus alii alios, Deus in nobis habitat, & charitas eius ᵛexpleta eſt in nobis.

12 Deum nemo vidit vnquam. Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet & charitas eius in nobis perfecta eſt. Iohan.1.b.18. 1.Iohan.4.d.12

Ἐν τούτῳ γινώσκομεν ὅτι ἐν αὐτῷ μένομεν, καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν, ὅτι ἐκ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ δέδωκεν ἡμῖν.

13 Per hoc cognoſcimus nos in eo habitare, & ipſum in nobis, quòd de Spiritu ſuo dedit nobis.

13 In hoc cognoſcimus quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis, quoniam de Spiritu ſuo dedit nobis.

Καὶ ἡμεῖς τεθεάμεθα καὶ μαρτυροῦμεν ὅτι ὁ πατὴρ ἀπέσταλκε τὸν υἱὸν σωτῆρα τοῦ κόσμου.

14 Nos verò ſpectauimus & teſtamur Patrem miſiſſe Filium qui eſſet ſeruator mundi.

14 Et nos vidimus & teſtificamur quoniam Pater miſit Filium ſalvatorem mundi.

Ὃς ἂν ὁμολογήσῃ ὅτι Ἰησοῦς ἐστὶν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ Θεὸς ἐν αὐτῷ μένει, καὶ αὐτὸς ἐν τῷ Θεῷ.

15 Quiſquis ᵛconfeſſus fuerit Ieſum eſſe Filium Dei, Deus in eo habitat, & ipſe in Deo.

15 Quiſquis confeſſus fuerit quoniam Ieſus eſt Filius Dei, Deus in eo manet, & ipſe in Deo.

Καὶ ἡμεῖς ἐγνώκαμεν καὶ πεπιστεύκαμεν τὴν ἀγάπην ἣν ἔχει ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν. ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστίν, καὶ ὁ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐν τῷ Θεῷ μένει, καὶ ὁ Θεὸς ἐν αὐτῷ.

16 Et nos cognouimus & credidimᵉ charitatẽ quã habet Deus in nobis. Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.

16 Et nos cognouimus, & credidimus charitati quã habet Deus in nobis. Deꝰ charitas eſt: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.

Ἐν τούτῳ τετελείωται ἡ ἀγάπη μεθ' ἡμῶν, ἵνα παῤῥησίαν ἔχωμεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, ὅτι καθὼς ἐκεῖνός ἐστι, καὶ ἡμεῖς ἐσμεν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ.

17 Per hoc expleta eſt charitas in nobis, vt fiduciam habeamus in die iudicii, quòd ᵛqualis ille eſt, *tales* & nos ſumus in hoc mundo.

17 In hoc perfecta eſt charitas nobiſcum, vt fiduciã habeamus in die iudicij: quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo.

Φόβος οὐκ ἔστιν ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἀλλ' ἡ τελεία ἀγάπη ἔξω βάλλει τὸν φόβον· ὅτι ὁ φόβος κόλασιν ἔχει, ὁ δὲ φοβούμενος οὐ τετελείωται ἐν τῇ ἀγάπῃ.

18 ᵛMetus non eſt in charitate: expleta charitas foras eiicit metum: quoniam metus crucia tum habet: qui autem metuit, non eſt perfectus in charitate.

18 Timor non eſt in charitate: ſed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet: qui autem timet, non eſt perfectus in charitate.

Ἡμεῖς ἀγαπῶμεν αὐτόν, ὅτι αὐτὸς πρῶτος ἠγάπησεν ἡμᾶς.

19 ᵛNos diligimus eum, quoniã ipſe prior dilexit nos.

19 Nos ergo diligimus Deũ, quoniam Deus prior dilexit nos.

Ἐάν τις εἴπῃ, Ὅτι ἀγαπῶ τὸν Θεόν, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μισῇ, ψεύστης ἐστίν. ὁ γὰρ μὴ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ὃν ἑώρακε, τὸν Θεὸν ὃν οὐχ ἑώρακε, πῶς δύναται ἀγαπᾶν;

20 Siquis dixerit, Diligo Deum, & fratrem ſuũ oderit, mendax eſt. qui enim non diligit fratrẽ ſuum quem vidit, Deum quẽ non vidit, quomodo poteſt diligere?

20 Siquis dixerit, Quoniam diligo Deũ, & fratrem ſuum oderit, ᵛmendax eſt. Qui enim nõ diligit fratrem ſuum quẽ vidit, Deũ quẽ nõ vidit, quomodo poteſt diligere?

Καὶ ταύτην τὴν ἐντολὴν ἔχομεν ἀπ' αὐτοῦ, ἵνα ὁ ἀγαπῶν τὸν Θεὸν ἀγαπᾷ καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ.

21 ¶Et hoc mandatũ habemus

21 Et hoc mandatũ habe- 1.Iohan.3.d.23. & 4.b.21

12 Expleta eſt, πεπλείωται. Id eſt verè ac reipſa comprobata. Vulg. & Eraſ. Perfecta eſt. Vide ſuprà, 1.a.5.

15 Confeſſus fuerit, ὁμολογήσῃ. Confeſſionem intellige ex vera fide manantem, & quam charitas conſequatur, vt omnia cohæreant. Nam alioqui hoc etiam vociferarentur diabolici, ſed contremiſcunt: nos autem in ea vna re confidimus.

17 Expleta eſt, πεπλείωται. Vide ſuprà, ver. 12. Qualis ille eſt, καθὼς ἐκεῖνός ἐστι. Similitudinem, non paritatem intellige quæ ſit autem hæc ſimilitudo expoſuit ſuprà, 3.a.3.

18 Metus non eſt, φόβος οὐκ ἔστιν. Si ex charitate intelligimus nos eſſe in Deo, & Deum in nobis, nos filios eſſe, nos Deum noſſe, vitam æternam eſſe in nobis, rectè colligit, pacem ac tranquillitatem animi neceſſariò conſequi charitatem. Quid enim reformidet qui Deum habet à ſuis partibus? Rom. 8.f.31, & deinceps. Doctrina igitur illa ſophiſtarum de dubitatione, Chriſtianiſmũ à fundamentis conuellit. Metum autem malui interpretari quàm Timorem, vt vitarem ambiguitatem, quoniam videlicet Timoris nomen plerunque laudatur, in hoc quidem argumento.

19 Nos diligimus, &c. ἡμεῖς ἀγαπῶμεν, &c. Vides vt ad fontem recurrat: nempe nequis pacem illam de qua diſſeruerat, exiſtimaret à charitate noſtra tanquam cauſa promanare. Deinde oſtendit ſuperioris concluſionis firmamentum. Qui enim charitas metum pelleret, niſi eſſet certum diuinæ erga nos benevolentiæ teſtimonium, quum nemo poſſit Deum diligere niſi quem prior dilexit?

ἀπ' αὐτοῦ, ἵνα ὁ ἀγαπῶν τὸν Θεὸν, ἀγαπᾷ καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ.

ab eo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum.

mus ab eo, ut qui diligit Deum diligat & fratrem ſuum.

Κεφάλαιον ε'

CAP. V.

CAP. V.

Πᾶς ὁ πιστεύων ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Χριστὸς, ἐκ τοῦ Θεοῦ γεγέννηται· καὶ πᾶς ὁ ἀγαπῶν τὸν γεννήσαντα, ἀγαπᾷ τὸν γεγεννημένον ἐξ αὐτοῦ.

1 Quiſquis credit Ieſum eſſe Chriſtũ, ex Deo natus eſt: & quiſquis diligit genitorem, diligit etiam eum qui ex eo genitus eſt.

1 Omnis qui credit quoniam Ieſus eſt Chriſtus, ex Deo natus eſt: & omnis qui diligit eũ qui genuit, diligit & eum qui natus eſt ex eo.

Ἐν τούτῳ γινώσκομεν ὅτι ἀγαπῶμεν τὰ τέκνα τοῦ Θεοῦ, ὅταν τὸν Θεὸν ἀγαπῶμεν, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηρῶμεν.

2 Per hoc cognoſcimus nos diligere filios Dei, quum Deum diligimus, & mandata eius ſeruamus.

2 In hoc cognoſcimus quoniam diligimus natos Dei quum Deum diligimus & mandata eius facimus.

Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ, ἵνα τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηρῶμεν· καὶ αἱ ἐντολαὶ αὐτοῦ βαρεῖαι οὐκ εἰσίν.

Mat.11.d.30

3 Hæc enim charitas Dei, vt mandata eius ſeruemus: & mandata eius grauia non ſunt.

3 Hæc eſt enim charitas Dei, ut mandata eius cuſtodiamus: & mandata eius grauia non ſunt.

Ὅτι πᾶν τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ Θεοῦ νικᾷ τὸν κόσμον· καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ νίκη ἡ νικήσασα τὸν κόσμον, ἡ πίστις ἡμῶν.

4 Quoniam quicquid natũ eſt ex Deo, vincit mũdum: & hæc eſt victoria quæ vicit mũdum, nempe fides noſtra.

4 Quoniam omne quod natum eſt ex Deo, vincit mundum: & hæc eſt victoria quæ vincit mũdũ, fides noſtra.

Τίς ἐστιν ὁ νικῶν τὸν κόσμον, εἰ μὴ ὁ πιστεύων ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ;

1.Cor.15.g.57

5 Quis eſt qui vincit mũdũ, niſi qui credit Ieſũ eſſe Filiũ Dei?

5 Quis eſt qui vincit mundum, niſi q credit quoniã Ieſus eſt Filius Dei?

Οὗτός ἐστιν ὁ ἐλθὼν δι' ὕδατος καὶ αἵματος, Ἰησοῦς ὁ Χριστός· οὐκ ἐν τῷ ὕδατι

6 Hic ille eſt qui venit per aquam & ſanguinem, nempe Ieſus Chriſtus: non per aquam

6 Hic eſt qui venit per aquam & ſanguinem, Ieſus Chriſtus: non in aqua

IN CAPVT V.

1 Chriſtum, ὁ Χριστός. Id eſt verum Meſſiam, vt expoſuimus ſuprà 1.d.22. Ex Deo natus eſt, ἐκ τοῦ Θεοῦ γεγέννηται. Idcirco igitur credimus quia adoptati ſumus: ex quo conſequitur, fidem gratuitum Dei donum eſſe, & quidem ſolis filiis peculiare. Quod enim credunt etiam diaboli, & ex impijs nonnulli, fides non eſt, niſi per catachreſin, vt ex hoc loco manifeſtiſſimè liquet. Poſtremò ſi natus eſt ex Deo quiſquis credit, quomodo conciliabitur dubitatio cum fide? Pretioſus eſt ergo hic locus, qui vel vnus ad euertendam omnem falſam religionem ſufficit. Quid autem ſit ex Deo natum eſſe, diximus alibi, nempe per fidem coniunctum eſſe cum Chriſto, vero Dei Filio, in quo etiam gratis habemur pro filiis eiuſdem regni cohæredibus. Etiam cum qui ex eo genitus eſt, καὶ τὸν γεγεννημένον ἐξ αὐτοῦ. Id eſt fratres ſuos quibuſcum cõmunem parentem habet. Nam quòd ſingulari numero vſus eſt, totam fidelium veluti ſpeciem in vnum corpus coniungit: aut etiam docet, non ſatis eſſe ſi in genere diligamus Eccleſiam, ſed veram charitatem ſingula membra complecti.

2 Per hoc, &c. ἐν τούτῳ. Notandus hic locus diligenter, aduerſus eos qui charitatis obtentu quaſuis hæreſes obtrudunt: quum charitas nulla ſit vbi ſana doctrina non extat. Itaque nihil eſt illis ineptius qui ſalutem nolunt à charitate auſpicari, quoties quidem de cauſarum ſalutis ordine diſſeritur. Nam alioquin effecta cum cauſis coniuncta eſſe confitemur.

3 Hæc eſt enim, &c. αὕτη γάρ. Id eſt, Is enim demum Deum diligit qui mandatis ipſius paret. Grauia non ſunt, βαρεῖαι οὐκ εἰσίν. Lex per ſe conſiderata, nec grauis nec leuis dici poteſt, ſed comparatè dũtaxat, pro varia eorum conditione quorum reſpectus habetur. Grauis eſt igitur eorum reſpectu qui in carne ſunt. Sunt autem in carne omnes homines qui non ſunt renati ex Spiritu: adeo quidem vt eos non modò nihil alleuet ſed etiam opprimat Legis pondus, non ſuo tamen, ſed illorum vitio, vt declaratum eſt copioſè ſeptimo epiſtolæ ad Romanos capite. E contrario verò leuis eſt illis qui nouas vires cælitus acceperunt, qui Spiritu Dei agũtur, quia filii Dei ſunt: qui denique peccato mortui ſunt, adeo quidem vt nulla re æquè ac Lege Dei delectentur: nedum vt illis ſit grauis & onerosa. Supereſt tamen (fateor) difficillimum & aſperrimum certamen Spiritus cum carne: ſed ne hac quidem ratione vllum Legis pondus ſentiunt, tum quia Spiritus tandem victor euadit, tũ verò quia quicunque credit, liberatus eſt ab illo longè grauiſſimo Legis pondere, id eſt ab eius execratione. Hanc germanam eſſe huius loci explicationem apparet ex iis quæ præcedunt ac ſequũtur. Itaque ſtupidam eſſe oportet eorum conſcientiam, & valde ineptum iudicium qui hunc locum citant vt liberum (quod vocant) arbitrium ſtatuant: vt & illi qui perfectionem aliquam putant fidelibus in hac vita contingere. Eos verò meminiſſe oportuerat quid ſcriptũ ſit Rom.7.d.22, & deinceps, & Phil.3.b.9, & ſuprà, 1.d.8: denique ſaltem conſcientiam ſuam diligenter ſcrutari, niſi iampridem illius ſenſum amiſiſſent.

4 Mundum, τὸν κόσμον. Vides audentitias eſſe vires, nimirum à gratuita adoptione profectas, ex quibus mundus expugnatur, id eſt quicquid vel in nobis vel extra nos, à Dei Lege nos abducit. Quæ vicit, νικήσασα. Antea vſus eſt præſenti tempore, nunc vſurpat præteritum: quia certatur quidẽ adhuc, ſed tam certa eſt victoria quàm ſi bellũ iam eſſet confectũ. Fides noſtra, ἡ πίστις ἡμῶν. Inſtrumentalẽ cauſam nominat, id eſt viuã Chriſti apprehenſionẽ. Nam alioqui fides hoc non præſtat, ſed is quem fide apprehendimus, nimirum Ieſus Chriſtus, in quo omnia poſſumus, Philip.4.c.13. Ideo mox ſubiicit fidei definitionẽ à materiali cauſa ſumptam.

6 Hic ille eſt, &c. οὗτός ἐστι, &c. Hunc locũ ſic explico, Quia fidei miram præſtantiam eſſe dixerat, cuius obiectum atque adeo materia eſſet Chriſtus, meritò ad aſſerendam Chriſti dignitatem tranſit. Eius igitur tres teſtes laudat omni exceptione maiores: deinde tandẽ in nobis profert teſtimonia, quæ omnia in eo conſentiãt quòd ab vno Chriſto per fidem apprehenſo ſalus ſit expectanda. Hæc autem omnia, i. tres illos teſtes cæleſtes,

& totidem in nobis testimonia, comprehendit versu 6. deinde seorsim de illis agit versu. 7, de istis ver. 8. postea quod sit istorum pondus declarat. Itaque in verbo Venit, Pater includitur à quo missus est qui venit: Christus ipse nominatur, itémque Spiritus: ita tres illos testes cælestes habemus. Sed & aqua, & sanguis, & spiritus qui in nobis est, tres alii testes in terra disertè exprimuntur: quæ postea dilucidius etiam explicat. Dicamus igitur primùm de cælestibus tribus testibus. Pater quàm sæpe & quàm apertè & voce & factis Christum Filium suum esse testatus est? & (ne vetera repetamus) non id quotidie in Ecclesiæ (id est regni Filii) tam mirifica cõseruatione testatur? De Christo quid aliud ipse clamat & operibus confirmat in Euangelio, & quid aliud in Ecclesia sua patefacit quotidiè? At Spiritus sanctus nónne apertè tum ante illius mortem, tum post eiusdem resurrectionem apparuit, vt Iesum Christum verum esse Messiam testaretur? Quantulum denique abfuit quominus Pater quoque & Spiritus humanam carnem & ipsi assumerẽt, vt visibili & aspectabili modo testimonium nobis de Christo perhiberent? Sed illa, dicet aliquis, obscuriora sunt, nec ita facilia vt cognosci, nec ita omnibus nota vt de illis ambigi non possit. Veniamus ergo ad ea testimonia quæ nobis sunt magis familiaria, atque adeo intra nos ipsos insculpta, si modò filii Dei sumus: hæc sunt, Aqua, Sanguis, & Spiritus. Postulat autem argumenti series, ipsáque adeo horum testimoniorum descriptio, nempe quòd in terra atque adeo in vnoquoque sanctorum esse dicuntur, vt ad hæc capita reuocemus omnia Christi in nobis habitantis effecta: quæ expositio non minus cohærens quàm plana ac perspicua fuerit. Audiamus ergo Paulum cum Iohanne prorsus consentientem, Factus est, inquit, nobis Christus Iesus, sapientia à Deo, iustitia, sanctificatio & redemptio. Hæc dico pro luculentissimo huius loci commentario à nobis accipi iure posse. Duo tamẽ intersunt, vnum, quòd Paulus quartũ addidit, quod adhuc expectamus, plenam videlicet redemptionem ex hac corruptione, vt Deum videamus sicuti est, Luc. 21. f. 28, Rom. 8. c. 23, Ephes. 4. g. 30: alterum: quòd à sapientia auspicatus, in sanctificatione desinit. Iohannes verò contrarium prorsus ordinem tenet, suo nimirum more ab inferioribus ad summa contendens. Aquæ igitur appellatione sanctificationem nostram (id est regenerationẽ) intelligo, cuius symbola erãt purificationes illæ sub Lege vsurpatæ: & cuius quoque peculiaris nunc est tessera Baptismus, sicut copiosè explicatur capitibus Epistolæ ad Romanos sexto & octauo. quanquam mihi idem videtur quod doctissimo interpreti, Iohannẽ videlicet ad Legis purificationes potius quàm ad Baptismum respexisse, quum aquæ nomine sanctificationem significaret. Nam alioqui sanguinis nomen simili ratione ad cœuam Domini applicandum esset: quod planè fuerit violentum. Veniamus ad secundum testimonium, nempe ad iustitiam. Ea in duabus partibus consistit, nempe peccatorum expiatione, & obedientiæ Christi imputatione. Illa facit vt peccata nostra nobis non imputentur: ista, vt iusti etiam habeamur. Vtraque verò in vnicum illud sacrificium respicit: idcóque sanguinis appellatione optimè significatur, habito veterum sacrificiorum ac præsertim aspersionis illius solennis respectu cuius fit mentio capite epistolæ ad Hebræos nono. Supereſt tertium quod à Paulo Sapientia, à Iohanne Spiritus dicitur. Spirirum igitur vocat Iohannes animum nostrum quatenus cælesti illa sapientia Spiritus sancti imbutus est, vt Christum verum esse Messiam in quo ipse sit adoptatus, certò sciat: cuius etiam effectorum sibi est cõscius, iustitiæ nimirum ac sanctificationis, de quibus modò diximus quæ omnia quum inter se prorsus consentiant, & ad vnum Christum tanquam scopum ferantur, videmus nimirum quàm firma sit doctrina quæ salutẽ iubet ab vno Christo cum summa fiducia sperare. Per aquam & sanguinem, δι' ὕδατος καὶ αἵματος. In tribus codicibus additũ erat καὶ πνεύματος, & Spiritus: quo modo etiam videtur legisse Græcus scholiastes. Mihi tamen nullo modo probatur hæc lectio, quia suo loco post aquã & sanguinem sit Spiritus mentio.

μόνον, ἀλλ' ἐν τῷ ὕδατι καὶ τῷ αἵματι· καὶ τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ μαρτυροῦν ὅτι τὸ πνεῦμά ἐστιν ἡ ἀλήθεια.

solùm, sed per aquã & sanguinem: & spiritus is est qui testificatur Spiritum veritatem esse:

solùm, sed in aqua & sanguine. Et spiritus est q̃ testificatur quoniã Christus est veritas.

Ὅτι τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες ἐν τῷ οὐρανῷ, ὁ πατὴρ, ὁ λόγος, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα· καὶ οὗτοι οἱ τρεῖς ἓν εἰσι.

7 Nam tres sunt qui testificãtur in cælo, Pater, Sermo, & Spiritus sanctus: & hi tres vnũ sũt.

7 *Quoniam tres sunt qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt.*

Et sanguinem, καὶ τῷ αἵματι. Rectè prorsus aquam & sanguinem, id est sanctificationem & iustitiam, monet vt seorsim consideremus. Neque enim illa nitimur, quum sit in nobis duntaxat inchoata: & salutis nostræ signum sit, non causa: ista verò quum perfecta sit, vtpote quæ Christi sit, & tamen nostra per imputationem, pacis nostræ materia est & argumentum. Rursus autem quod in duobus codicibus additur καὶ ἐν τῷ πνεύματι, & in Spiritu, mihi non placet, ob eam causam quam dixi in superiore annotatione. Et spiritus, καὶ τὸ πνεῦμα, &c. Quinetiam, inquit, spiritus noster, tertius testis, nobis testificatur Spiritum sanctum esse veritatem, id est verum esse quod hic nobis dictat, nempe nos esse filios Dei. Quis enim docet? Vnctio illa quæ in nobis est. Quem docet? Spiritum illum quem regenerauit in nobis Pater. Quid autem nobis dictat spiritus iste noster à Spiritu sancto vnctus, id est edoctus? Nempe verũ esse quod à Spiritu sancto didicit, nos videlicet factos esse filios Dei. Mirè igitur duo isti spiritus cõsentiũt. Hoc enim est quod ait Paulus Rom. 8. c. 16, de Spiritu adoptionis loquẽs, id est per quem noster spiritus sit nostræ adoptionis certior, vt nos rursumà nostro spiritu. Ipse, inquit, Spiritus vnà cum spiritu nostro testatur quòd filii Dei simus. Ex his autem consequitur coniunctionẽ ἐν positam esse, μὴ δεῖν, non autem ἀσυλλογίστως, nec rectè explicatam esse per quoniam à Vetere interprete & Erasmo.

7 Nam tres sunt, &c. ὅτι τρεῖς εἰσιν, &c. Hic versiculus omnino mihi retinendus videtur. Explicat enim manifestè quod de sex testibus dixerat, tres seorsim cælo, tres terræ tribuẽs. Non legit tamen Vetus interpres, nec Cyrillus, nec Augustinus, nec Beda, sed legit Hieronymus, legit Erasmus in Britannico codice, & in Complutensi editione: legimus & nos in nonnullis Rob. Stephani veteribus libris. Non cõuenit tamen in omnibus inter istos codices. Nam Britannicus legit sine articulis πατὴρ, λόγος, καὶ πνεῦμα. In nostris verò legebantur articuli, & præterea etiam additum erat Sancti epitheton Spiritui, vt ab eo distingueretur cuius sit mentio in sequenti versiculo, quique in terra collocatur. In cælo, ἐν τῷ οὐρανῷ. Hoc deerat in septem vetustis codicibus, sed tamen omnino videtur retinendũ. Sermo, λόγος. Cur Filius Dei dicatur λόγος exposuimus Iohan. 1. a. 1. Atenim dices, Nemo in sua causa idoneus est testis. Hũc nodum ipse Christus explicat Ioh. 8 b. 13, & deinceps: qui locus istum mirè illustrat, vt & alii multi apud hunc nostrum Euangelistam, in quibus sæpe fit istius testificationis mentio. Et hi tres vnum sunt, καὶ οἱ τρεῖς ἓν εἰσιν. Id est, ita prorsus consentiunt ac si vnus testis essent, vti reuera vnum sunt si ἰσότιμον spectes. sed de illa (vt mihi quidem videtur) non agitur hoc in loco: quod & Gloſſa

ipſa interlinearis, quam vocant, agnoſcit. Sed & Complutenſis editio legit εἰς τὸ ἕν εἰσιν, ad vnum ſunt. id eſt, in vnum conueniunt, vti legitur in ſequenti membro.

1 Iohan. 3. d. 16

Καὶ τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες ἐν τῇ γῇ, τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ αἷμα. καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσιν.

8 ‖Et tres ſunt qui teſtificantur in terra, Spiritus, & aqua, & ſanguis: ᵛ& hi tres in vnum conſentiunt.

8 Et tres ſunt qui teſtimonium dant in terra. Spiritus, aqua & ſanguis: & hi tres vnum ſunt.

Εἰ τὴν μαρτυρίαν τῶν ἀνθρώπων λαμβάνομεν, ἡ μαρτυρία τοῦ Θεοῦ μείζων ἐστίν· ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία τοῦ Θεοῦ ἣν μεμαρτύρηκε περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ.

9 ᵛSi teſtimonium hominum accipimus, teſtimonium Dei maius eſt: ᵛnam hoc eſt teſtimonium Dei quod teſtificatus eſt de Filio ſuo.

9 Si teſtimonium hominũ accipimus, teſtimonium Dei maius eſt: quoniam hoc eſt teſtimonium Dei quod maius eſt: quoniã teſtificatus eſt de Filio ſuo.

Ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἔχει τὴν μαρτυρίαν ἐν ἑαυτῷ· ὁ μὴ πιστεύων τῷ Θεῷ, ψεύστην πεποίηκεν αὐτόν, ὅτι οὐ πεπίστευκεν εἰς τὴν μαρτυρίαν ἣν μεμαρτύρηκεν ὁ Θεὸς περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ.

10 ᵛQui credit in Filium Dei, habet teſtimonium in ſeipſo: qui non credit Deo, mendacem eũ fecit, quia non credidit teſtimonio quod teſtificatus eſt Deus de Filio ſuo.

10 Qui credit in Filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe. Qui non credit Filio, mendacem facit eum, quia non credit in teſtimonium quod teſtificatus eſt Deᵘ de Filio ſuo.

Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία, ὅτι ζωὴν αἰώνιον ἔδωκεν ἡμῖν ὁ Θεός· καὶ αὕτη ἡ ζωὴ ἐν τῷ υἱῷ αὐτοῦ ἐστιν.

11 ᵛEſt autem hoc teſtimonium, *nempe* quòd vitam æternam dedit nobis Deus: & hæc vita in Filio eius eſt.

11 Et hoc eſt teſtimonium, quoniam vitam æternã dedit nobis Deus: & hæc vita in Filio eius eſt.

Ὁ ἔχων τὸν υἱὸν, ἔχει τὴν ζωήν· ὁ μὴ ἔχων τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὴν ζωὴν οὐκ ἔχει.

11 Qui habet Filium, habet vitam: qui nõ habet Filium Dei, vitam non habet.

11 Qui habet Filium, habet vitam: qui non habet Filium Dei, vitam non habet.

Ταῦτα ἔγραψα ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ· ἵνα εἰδῆτε ὅτι ζωὴν ἔχετε αἰώνιον, καὶ ἵνα πιστεύητε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ.

13 Hæc ſcripſi vobis qui creditis ᵛin nomen Filii Dei: vt ſciatis vos vitam æternam habere, & vt credatis in nomẽ Filii Dei.

13 Hæc ſcripſi nobis, vt ſciatis quoniã vitam habetis æternam qui creditis in nomine Filij Dei.

Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ παῤῥησία ἣν ἔχομεν πρὸς αὐτὸν, ὅτι ἐάν τι αἰτώμεθα κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ, ἀκούει ἡμῶν.

supra d. 3. d. 22

14 Et hæc eſt fiducia quam apud Deum habemus, ‖ipſum, ſiquid petierimus ſecundum voluntatem eius, nos audire.

14 Et hæc eſt fiducia quã habemus ad eum, quia quodcunque petierimus ſecundum voluntatem eius, audit nos.

Καὶ ἐὰν οἴδαμεν ὅτι ἀκούει ἡμῶν, ὃ ἐὰν αἰτώμεθα, οἴδαμεν ὅτι ἔχομεν τὰ αἰτήματα ἃ ᾐτήκαμεν παῤ αὐτοῦ.

15 Quòd ſi ſcimus eum audire nos, quicquid petierimus, ſcimᵘs nos habere petitiones quas ab eo petiimus.

15 Et ſi ſcimus quia audit nos, quicquid petierimus, ſcimus quoniã habemus petitiones quas poſtulauimus ab eo.

Ἐάν τις ἴδῃ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἁμαρτάνοντα ἁμαρτίαν μὴ πρὸς θάνατον, αἰτήσει, καὶ δώσει αὐτῷ ζωήν, τοῖς ἁμαρτάνουσι μὴ πρὸς θάνατον. ἔστιν ἁμαρτία πρὸς θάνατον· οὐ περὶ ἐκείνης λέγω ἵνα ἐρωτήσῃ.

16 Siquis viderit fratrem ſuum peccare ᵛpeccato *quod* non *eſt* ad mortem, ᵛpetet, & dabit ei vitã: peccantibus *dico* nõ ad mortẽ. Eſt peccatum ad mortem: non pro illo dico vt roget.

16 Qui ſcit fratrem ſuũ peccare peccatum non ad mortem, petet, & dabit ei vitam, peccantibus non ad mortem. Eſt peccatũ ad mortem: non pro illo dico vt roget quis.

8 Et hi tres in vnum conſentiunt, καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσιν. Complutenſis editio hæc non legit hoc in loco: quæ tamen mihi videntur prorſus retinenda, vt intelligamus hæc omnia teſtimonia penitus conſentire.

9 Si teſtimonium, &c. εἰ τὴν μαρτυρίαν, &c. Argumentũ à comparatis ſumptũ. Refertur autem hoc ad verſiculum ſeptimum. Nam hoc eſt teſtimonium, & c. ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία, &c. Meritò (inquit Apoſtolus) ita colligo: nam illud teſtimonium quod dixi in cælo perhiberi, à Deo manat, Filium ſuum ornante.

10 Qui credit, &c. ὁ πιστεύων, &c. Sicut ſuperior verſiculus cum ſeptimo, ita iſte cum octauo cohæret. Trium, inquit, illorum teſtimonium quod dixi in terra eſſe, vnum eſt teſtimonium quod penes ſe atque adeo intus habet vnuſquiſque qui credit: itaque mutuò inter ſe conſentiunt cæli & terræ teſtes.

11 Eſt autem hoc, &c. καὶ αὕτη ἐστὶν, &c. Tandem explicat hoc teſtimonium quod & Deus è cælo & fidelibus ſua conſcientia à Spiritu ſancto edocta, iuſtificata, & ſanctificata, dictat, nempe datam eſſe nobis vitam æternam à Deo in Filio ſuo.

13 In nomen, &c. εἰς τὸ ὄνομα. Vide ſuprà, 3. d. 23.

16 Peccato, ἁμαρτίαν. Si volẽt Sophiſtæ venialia quæ vocant peccata à mortalibus ex hoc loco diſtinguere, ſimul concedant oportet, extra omnem veniæ ſpem eſſe quotquot mortali peccato ſunt obnoxii, quum pro illis preces concipi nolit Apoſtolus. Id verò quum nimium ſit abſurdum, conſequitur eam doctrinam & falſam & ineptam eſſe. Res igitur ita ſe habet: Peccata omnia hactenus paria ſunt vt vel minima minimi peccati cogitatio mortem æternam millies mereatur. quod ita eſſe non modò ex innumerabilibus Scripturæ locis appa

tet,ſed ipſa etiã tum diuinæ naturæ tum peccati cõſideratio apertè cõuincit.Dei infinitam maieſtatem quomõ
do tandem violabis quin infinitæ pœnæ ſis obſtrictus?Dei infinita illa puritas quomodo tandem vel minimã
in peccatore labeculam ferat?Peccata ſanè alia aliis ſunt grauiora:ſed fallitur qui coram Deo vllum eſſe exiſti-
mat quod æternæ iræ pondus ſecum non trahat.Hoc qui non cogitant,Deum illum verum non cogitant,ſed i-
dolum imaginantur quod illos eludit.Hinc fit vt illis perſuaderi non poſſit originalis peccati grauitas, vtpote
quam ipſi velint leuicula aquæ aſperſione ablui,ex opere operato,quod aiũt.Hinc inuectæ ſatiſfactiones,qua-
ſi Deus puerulorum inſtar,pomis ac nucibus placari poſſit.Hinc videntur crudeles qui totam hominis non re-
generati naturam iam inde à primo conceptu ream æternæ mortis peragunt:crudeles qui pro minimis (vt vo-
cant)peccatis commouentur:quum potius mirari oportuerit tantam eſſe Dei bonitatem vt vel ob vnum vnius
peccatum,totum orbem terrarum funditus millies nõ perdiderit.Miſericors eſt,fateor: (imò ipſa clementia,bo
nitas,miſericordia:alioquin quid nobis fieret?)ſed quiſquis putat Deũ ita eſſe miſericordem vt poſſit venialiter(vt aiunt)offendi,ita inquam eſſe miſericordem vt iuſtitiæ ſuæ ad vltimum vſque quadrantem ſatisfieri no-
lit,idolum ample&titur pro Deo. Patet,fateor,nobis ad Dei gratiã aditus ſiquando peccauimus,ſed per Chri
ſtum.Huius ſanguinem & plenam ſatiſfactionem,plenam iuſtitiam,plenam ſanctitatem,plenam obedientiam
qui nõ attulerit,fruſtra veniam ſperarit. Vbi igitur miſericordia,dices? Reſpice te,miſer:tum intelliges quomo
do ſummè ſeuerus & ſummè miſericors ſit Deus.Quòd nonniſi pleno ſacrificio placatur,nonniſi plena obedi&
tia delectatur,in eo verè diuinam naturam agnoſcis,ab omni impuritate ſummè(ſicuti par eſt) abhorrentem:
quòd tibi Chriſtus & tu Chriſto ab æterno deſtinatus,quòd gratis vocatus,gratis donatus fide,gratis illa Chri
ſti vnigeniti Filii puritate imputata,pro puro:gratis vnica illius oblatione imputata,pro expiato:gratis impura
ta illius iuſtitia,pro iuſto ſis habitus:gratis demũ illi inſitus:mortificatus quidẽ peccato,iuſtitiæ verò ſis viuifi-
catus:quòd denique peccata ſuapte natura lethalia non modò tibi non noceant, ſed etiam tuo commodo ce-
dant:in his planè ſtupidus es ſi ſummam,immenſam,infinitam,incomprehenſibilem Dei bonitatem non agno
ſcis.Ergo ſic ſtatuamus,omnia per ſe lethalia eſſe peccata,adeo quidem vt nonniſi vnius Chriſti pretioſa obla-
tione elui poſſint,elui autem in iis omnibus qui per fidem Chriſtum apprehendunt.Ex hoc conſequitur, nulla
electis mortalia,nulla reprobis venialia eſſe peccata: ac proinde pro reproborum peccatis minimè cõcipiendas
eſſe preces.At quomodo reprobos ab electis dignoſcam?Videamus quàm conſideratè & circunſpectè nobis ſit
agendum.Multa ſunt peccata electis & reprobis communia: imo verò (ſi vnum duntaxat excipias) nullum eſt
cui non ſint vtrique,quanuis non ſimili ratione,obnoxii.Ex his igitur non vult iudicium fieri Apoſtolus, ſed
monet in genere vt pro quouis fratre ſolicitè rogemus.Noſtrum hoc officium eſt:Deo arcana ſua relinquamus.
Sed additur exceptio,ex qua intelligimus aliquod eſſe peccati genus ita lethiferum vt ſine vlla veniæ ſpe mors
æterna illud cõſequatur:illud videlicet quod in Spiritum ſanctum committitur,quod neque in præſenti neque
in futuro ſeculo remittatur.At quodnam illud eſt? Hic verò nõ pigebit(quod multis locis feci)doctiſſimi inter-
pretis ſententiam,plenam & doctrinæ & conſolationis,paulo plenius explicare.Primùm igitur hoc ſtatuamus,
Spiritus ſancti nomine non intelligi ſingulariter ipſam Spiritus perſonam. Neque enim maior eſt Spiritus ſan
cti dignitas quàm vel Patris vel Filii:quum in Deo nihil impar aut inæquale concipi debeat, neque etiam of-
fendi vna Trinitatis perſona poſſit,quin peccati iniuria in diuinitatem ipſam redundet. Quid igitur nempe
quia Spiritus ſanctus is eſt qui peculiariter nos illuminat,& in veritatis lucem introducit, is eſt qui & Patrem
& Filium & ſeipſum nobis patefacit:ideo qui ab eo hactenus illuminatus eſt vt Dei veritatem ignorare ne ſi ve
lit quidem,poſſit,& tamen deſtinata malitia ſciens ac prudens Deo ipſi bellum indicit, is in Spiritum ſanctum
peccare dicitur:pro quo preces concipi nõ oporteat.Exempli cauſa:Diabolus à Dei conditoris virtute(quæ Spi
ritus ſanctus eſt)hoc adeptus vt inſigni quadam intelligendi facultate præditus eſſet,Ieſum nouit verum illum
eſſe Meſſiam,à quo tandem etiam ſit iudicandus.Id enim ipſe paſſim in Euangelio non dicit modò, ſed etiam
vociferatur:& in iis locis in quibus ſolebat miſeros homines ſuis oraculis eludere,ſæpe hoc eſt conqueſtus: vt
paſſim apud idoneos ſcriptores legitur.Nouit etiam fideles Dei ſeruos,vt teſtatur Act.16.d.17,& 19.c.15:& tamẽ
à condito mundo non deſtitit Dei maieſtatem & regnum totis viribus ſciens ac prudens oppugnare.In homi-
nibus diuerſum eſt nonnihil.Nam in iis magna ſemper eſt cæcitas,ſed ita tamen vt in iis de quibus hic agimus
improbitas ſupra cæcitatem emineat.Exempli cauſa:ſumantur illi ipſi aduerſum quos Dominus de hoc pecca
ti genere diſſeruit,Matth.12.Mar.3,& Luc.12. illi certè Chriſtum norant non modò eſſe à Deo,vt Ioh.3.a.2,ſed e-
tiam quis eſſet,Ioh.7.d.28.& tamen(quod illis exprobrat Stephanus Act.7.f.51)non deſinebant ſcientes ac prudẽ
tes,repugnante conſcientia,operibus illius diuinis detrahere,inſidiari,veritatem obſcurare,donec illũ ex pro-
ditore mercati,per inuidiam ſubornatis teſtibus,reluctante ipſo iudice, crucifixum, corruptis pecunia militi-
bus non reſurrexiſſe mentirentur.De certis hominibus loquor,quorum nomina non edit Scriptura. nam mul-
tos ex illis alia ſimpliciore ignorantia peccaſſe oſtendit ipſorum conuerſio.Act.3.c.17,& 1. Tim.1.c.13.Hic igitur
tanquam in ſpeculo licet horrendam huius peccati veluti faciem ſpectare,quod tamen rurſum per partes ex-
plicabimus,vt in re tanti momenti ſecuræ ſint ſanctorum conſcientiæ.Ex his igitur quæ poſuimus,iſta conſe-
quuntur:Primùm,in eos ſolos cadere hoc peccatum quibus Spiritus ſancti lux ita affulſerit vt bonum Dei do-
num guſtarint,ſicut diximus Hebr.6.Ideo condonata eſt Paulo blaſphemia,1.Tim.1.c.13.Deinde,non ſecundam
ſed primam Tabulam directè reſpicere hoc peccatum: quamobrem etiam blaſphem ia in Spiritum ſanctum
vocatur.Tertiò,non eſſe particularem lapſum aduerſus primam Tabulam,cuiuſmodi ſunt etiam,dubitatio a-
liqua de Deo,de veritate Scripturæ,de Chriſto,déque aliis ad Dei cultum propriè pertinentibus. Superſunt e-
nim eorum vitiorum ſemina etiam in regeneratis:adeo vt interdum horrificos fructus edant in ipſo tẽtationis
æſtu: ſicut in Iobo, in Moſe, Aarone, in Dauid e denique, qui tam erat ſecundum cor Domini, vt ex Pſalmo
73,& 116.b.11,liquidò appareat. Quartò,peccatum hoc vniuerſalem eſſe apoſtaſiam,id eſt defectionem à Deo,
qua Dei ipſius maieſtas ex certa ac deſtinata malitia petitur,cuiuſmodi in illis exemplis apparet quæ citaui-
mus.Itaque Petri abnegatio non fuit peccatum in Spiritum ſanctum. quanuis enim ore negaret,& quidem cũ
execratione,addo etiam,quanuis intus æſtuaret ipſius conſcientia,dum Chriſtum ita abiectum cerneret,tamẽ
non conſentiebat mentis iudicium cum lingua: ſed hoc expreſſit partim illa præcipitatio quæ Petro erat ve-
luti familiaris in vtranque partem:(vt ſolent vitia ſub virtutis ſpecie blandiri)partim verò periculi circunſtan
tis horror.Interim tamen Spiritus ille ex quo didicerat Chriſtum eſſe Filium Dei viui,& ita quidem vt (ſicuti
Paulo pòſt patefecit)nihil haberet præceptore ſuo chariùs:is(inquam)Spiritus in corde manẽs, linguam repre-
hendebat: ſides illa pro qua rogarat Dominus vt non deficeret,intus æſtuabat. Alioquin ſeſe adiunxiſſet Iu-
dæis,& ſeſe ab illo diu deceptum conqueſtus foret,denique ſe oſtendiſſet non Petrum,ſed Simonem illum eſ-
ſe Ionæ filium: quum econtrario flens ſeſe foras præripuerit,& nulli magis quàm ſibi hoc facinus diſplicuiſ-
ſe,re ipſa ſit omnibus modis teſtatus.Neque verò hæc à me dicuntur vt Petri peccatum eleuem, quod ſanè
mortem æternam mille modis merebatur:ſed vt ſiqui,Petri exemplo,ex infirmitate peccarint,(nihil autẽ vi-

detur,vno excepto Spiritus ſancti peccato,grauius committi à quoquam poſſe) animum tamen non abiiciant, ſed aliquem ſibi ad ſalutem aditum relictum norint:ſi modò Petri fidem ac reſipiſcentiam imitẽtur. Quintò, nullos electos huic peccato eſſe obnoxios. Quum enim nũquam remittatur,non poſſit autem irritum eſſe Dei conſilium,efficitur ita proſpicere Dei gratiam electis ſuis vt nunquam eouſque illos deſerat vt in id præcipitium abripiantur. Itaque quiſquis certum electionis teſtimonium in ſeſe ſentit,(dictum eſt autem ſuprà de tribus teſtibus quos in ſeſe habeat quicunque verè credunt)non eſt quòd vnquam deſperet. Interim verò nũ hoc prætextu ſeſe ad quiduis audendum accẽdet. Minimè verò id facturus eſt quicunque Dei Spiritum habet,ſed magis ac magis nitetur bonis operibus in ſemet ipſo vocationem & electionem ſuam confirmare, ſicuti Petrus monet:quòd ſi in certamine vulnus aliquod acceperit,tamen non deſpondebit animum,neque cum aduerſario fœdus feriet:ſed ſuiipſius ita eum pudebit, vt virtutis illius conſcius quam à Domino accepit,eo alacrius in hoſtem feratur. Sextò,hoc peccatũ non extare neceſſariò in omnibus reprobis,quum vel ipſum ſolum peccatũ originis illis meritò condemnandis ſufficiat. Omnia enim (vt antè dixi)peccata reprobis lethalia ſunt: ipſáque adeo natura illos reddit æternæ iræ Dei obnoxios: ſicuti è cõtrario,in electis omnia,ſine vlla prorſus exceptione,per Chriſti ſanguinem eluuntur. Vacant enim eo quod vnũ eſt inſanabile, vt modò dixi. Septimò,quũ vera reſipiſcentia manet à Dei Spiritu, Spiritum autem Dei in vno Chriſto per fidem gratis apprehenſo nanciſcamur,nunquam poſſe reſipiſcere qui in Spiritum ſanctum peccarint,ac proinde nunquam remitti hoc peccatũ. Nam ſi reſipiſcerent,certè veniam conſequerentur:quum Deus eum qui ſeriò reſipiſcit,non magis poſſit quàm Spiritum ſuum deſpicere. Non eſt ergo cauſa cur accuſetur Deus tanquam crudelis quòd peccatum hoc non remittat:ſed (vt reliquas rationes præteream)profani ſunt qui à Deo petunt vt tam execrandum ſcelus etiam non reſipiſcentibus condonet. Poſtremo hoc quoque adiicimus,quũ id peccatum magis intus lateat quàm foris ſe prodat,nihil æquè nobis cauendum atque hoc vnum,ne de quoquam temere hac in parte iudicemus. Olim quidem quum eximia illa Spiritus ſancti dona quibus confirmari naſcentem Eccleſiam oportuit,in nonnullis vigerent,peculiaris quædam reuelatio videtur id patefeciſſe:ſed rarò tamen, vt Galat. 5.b.12, & 2. Tim.4.c.14: quum ipſi Simoni Mago non omnis ſpes præripiatur, Act.8.d.21,& 22. Nunc verò multo etiam quàm antea eon fideratius eſt nobis incedendum. Vitia quidem ipſa acerrimè damnanda ſunt: peccatores verò pro ingenii & ipſa peccatorum circunſtantia tractandi. Quo propius videbitur ab extremo periculo quiſpiam abeſſe,eo magis ſolicitè conemur omnibus modis illum in viam reuocare,ac præſertim precibus illum Domino commendemus. Siquem tamen Dominus tanquam digito nobis commonſtrarit ad mortem peccare,(quod tamen ſibi plerunque integrum ſeruare conſueuit)quid nobis faciẽdum ſit,apertè docet Apoſtolus,& ſignificauit etiam Dominus Samueli cum graui reprehenſione,1.Sam.16.a.1. Petet, αἰτήσει. Præciſum dicendi genus. Perinde enim eſt acſi diceret,Petet à Domino vt illi condonet:qui rogatus dabit illi vitã. Neque enim niſi coacta interpretatione verbum δώσει poteſt ad alium quàm ad ipſum Deum referri. Deinde notandum eſt quòd non dixit, Dabit ei veniam,ſed Dabit ei vitã. Ita enim intelligimus, quòd peccatum aliquod non ſit mortiferum, id non ex ipſa peccati natura (alioqui enim admodum impropriè loquutus eſſet Apoſtolus) ſed ex Domini benignitate proficiſci qui dare vitam dicitur quum gratis remittit peccata quæ mortem per ſe adferunt. Stipendium enim peccati,mors:donum autem Dei,vita æterna per Chriſtum,Rom.6.d.23.

Matth.12.c.31 marci 3.d 29

Πᾶσα ἀδικία ἁμαρτία ἐστί· καὶ ἔστιν ἁμαρτία οὐ πρὸς θάνατον.

17 Omnis iniquitas peccatum eſt: ſed eſt peccatum quod non eſt ad mortem.

17 Omnis iniquitas peccatum eſt: & eſt peccatum ad mortem.

Οἴδαμεν ὅτι πᾶς ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ Θεοῦ, οὐχ ἁμαρτάνει· ἀλλ' ὁ γεννηθεὶς ἐκ τοῦ Θεοῦ, τηρεῖ ἑαυτόν, καὶ ὁ πονηρὸς οὐχ ἅπτεται αὐτοῦ.

18 Scimus quòd quiſquis natus eſt ex Deo, non peccat: ſed qui genitus eſt ex Deo, cõſeruat ſeipſum, & Malus ille non tangit eum.

18 Scimus quia omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat: ſed generatio Dei conſeruat eum, & Maligner non tangit eum.

Οἴδαμεν ὅτι ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐσμεν, καὶ ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται.

19 Scimus nos ex Deo eſſe, & mũdũ totum in malo iacere.

19 Scimus quoniã ex Deo ſumus, & mũdus totus in maligno poſitus eſt.

Οἴδαμεν δὲ ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἥκει, καὶ δέδωκεν ἡμῖν διάνοιαν ἵνα γινώσκωμεν τὸν ἀληθινόν· καὶ ἐσμὲν ἐν τῷ ἀληθινῷ, ἐν τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστῷ.

Luc.24.g.45

20 Sed ſcimus Filium Dei veniſſe, & dediſſe nobis mentẽ vt cognoſcamus illum qui verax eſt: & ſumus in verace illo, id eſt in Filio eius Ieſu Chriſto.

20 Et ſcimus quoniam Filius Dei venit: & dedit nobis ſenſum, ut cognoſcamus verum Deum, & ſimus in vero Filio eius.

17 Sed eſt, καὶ ἔστιν. Καὶ pro ἀλλὰ, vt aliquoties in hac epiſtola annotauimus. Vide annotationem ſuperiorem.

18 Non peccat, οὐχ ἁμαρτάνει. Non peccat videlicet ad mortem, ac proinde pro eo rogandum eſt. Conſeruat ſeipſum, τηρεῖ ἑαυτόν. Id eſt cauet ſibi à peccato. Neque enim vtitur verbo σῴζει ſed τηρεῖ, quæ non minus differunt apud Græcos quàm apud Gallos *ſe garder & ſe ſauuer*. Inepti ſunt igitur ac etiam ridiculi qui hûc locum citant quaſi à libero arbitrio & bonis operibus ſalus, vt à cauſa, pendeat. Sed demus ſcriptum eſſe σῴζει, (quia ſic loquitur Paulus 1. Tim.4.d.16)dico Seruare ſeipſum,& purificare ſeipſum,eſſe prorſus coniuncta, vt ſuprà,3.a.3. Purificare autem ſeipſum dicitur qui Deum & fratrem diligit. At Deũ diligimus & fratres quia Deus prior nos dilexit, ſuprà,4.d.19. Iuſtificati ſunt autem in quibus Deus amorem ſuum patefecit in Chriſto. Ergo iſta purificatio iuſtificatum ſequitur,non autem præcedit iuſtificandum: eſtque hæc ſanctificatio non cauſa ſalutis, ſed iter quod ſequuntur qui iam ex morte tranſlati ſunt ad vitam,ſuprà,3.c.14. Agimus tamen,fateor,ſed quia filii ſumus: agimus, inquam,non naturali arbitrio quod adiuuet Gratia: ſed arbitrio quod gratia ex peccati corruptione,cui totum ſeruiebat,manumiſſum,cœpit ex malo bonũ facere,ac quotidie magis ac magis perficit. Non tangit, οὐχ ἅπτεται. Non tangit videlicet vulnere lethali. Intus enim per fidem habet eum qui Mũdum, Mortem, Peccatum Satanam vicit.

19 Mundum totũ in malo iacere, ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται. Id eſt omnes homines in genere, quales ſunt in ſeſe, iacere in malo veluti ſepultos. Niſi ἐν τῷ πονηρῷ interpretemur, Penes Malum, id eſt in Satanæ poteſtate poſitum eſſe, vti paulo antè τὸν πονηρὸν illum vocauit, addito articulo.

οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς Θεὸς, καὶ ἡ ζωὴ αἰώνιος.

hic est verus Deus, & vita æterna.

Hic eſt uerus Deus, & uita æterna.

Τεκνία, φυλάξατε ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν εἰδώλων. ἀμήν.

21 Filioli, cauete vobis ab idolis. Amen.

21 *Filioli, cuſtodite uos à ſimulacris. Amen.*

20 Hic, οὗτος. Poſtulat pronominis iſtius propria ſignificatio vt ad Chriſtum hoc referatur. Deindè peculiare vbique eſt Iohanni per vitam æternam Chriſtum ſignificare μετωνυμικῶς. Continet igitur etiam hic locus expreſſum diuinitatis Chriſti teſtimonium.

21 Ab idolis, ἀπὸ τῶν εἰδώλων. Id eſt à ſimulacris, vt Vetus interpres & Eraſmus rectè conuerterunt, vt ipſis etiã pueris in Græca lingua vel minimũ verſatis abundè notũ eſt. Non deſunt tamen etiamnum hodie qui idolorum nomine ea duntaxat ſimulacra ſignificari putent quæ Pagani ſuis figitiis diis ſtatuerũt: quaſi verò ſimulacra quæ nonnulli hodie tam pertinaciter defendunt, non ea etiam ratione magis ſint execranda quòd Dei nomen & ſanctorum honorem multo manifeſtius polluant: quaſi denique non & ipſi fictitios ſuos ſanctos habeant. Sed age, quando ipſis ſemel decretum eſt reiicere quicquid à nobis dicitur, audiant ſaltem Hieronymum, cui ſe tantum tribuere gloriantur. Is enim Epiphanii illius acerrimi hæreticorum hoſtis epiſtolam ad Iohannem epiſcopum Hieroſolymitanum ſcriptam tanti fecit vt è Græco etiam in Latinum conuerterit: in qua hæc ſcripta ſunt totidem verbis, Quum veniſſem ad villam quæ Anablatha dicitur, vidiſſémque ibi præteriens lucernam ardentem, & interrogaſſem quis locus eſſet, didiciſſémque eſſe Eccleſiam, & intraſſem vt orarem: inueni ibi velum pendens in foribus eius Eccleſiæ, tinctum atque depictum, habens imaginem QVASI CHRISTI VEL SANCTI CVIVSDAM. non enim ſatis memini cuius imago fuerit. Quum ergo hoc vidiſſem IN ECCLESIA CHRISTI, CONTRA AVTHORITATEM SCRIPTVRARVM, hominis pendere imaginẽ, ſcidi illud, & magis dedi conſilium cuſtodibus eiuſdem loci vt pauperem mortuum eo obuoluerent, & efferrent. Et paulo pòſt addit, Precor vt iubeas preſbyteros eiuſdem loci deinceps præcipere, in Eccleſia Chriſti iſtiuſmodi vela, quæ contra religionem noſtram veniunt, non appendi. Hæc ſcripſit Epiphanius, ita comprobauit Hieronymus. Citatur authoritas Scripturarum, profertur conſuetũdo Eccleſiæ. Quo igitur iure hæretici illi appellentur qui cum Iohanne monent cauendum à ſimulacris?

Epiſtola Iohannis ſecunda.

Ἐπιστολὴ Ἰωάννου δευτέρα.

NOVA INTERPR. VETVS.

Ὁ πρεσβύτερος ἐκλεκτῇ κυρίᾳ, καὶ τοῖς τέκνοις αὐτῆς, οὓς ἐγὼ ἀγαπῶ ἐν ἀληθείᾳ, καὶ οὐκ ἐγὼ μόνος, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ ἐγνωκότες τὴν ἀλήθειαν·

1 Presbyter electæ dominæ, & liberis eius, quos ego verè diligo nec ego ſolus, ſed & omnes qui norunt veritatem:

1 *Senior electæ dominæ, & natis eius quos ego diligo in ueritate & non ego ſolus, ſed & omnes qui cognouerunt ueritatem:*

1 Presbyter, ὁ πρεσβύτερος. Vulg. & Eraſ. Senior. Ego officii nomen eſſe putarim. Eſt enim interdũ generaliſſimum hoc nomen, vt etiam Epiſcopi & Diaconi. Cur autem nomen ſuum non adſcripſerit nõ facilè diximus, niſi quòd videtur hoc fuiſſe Iohanni familiare, cuius etiam prima epiſtola ſit ἀνωνύμου. Sunt tamẽ qui putent hoc nomine alium quendam Iohãnem ſignificari qui preſbyter fuerit vulgò cognominatus, à quo etiã nonnulli editam Apocalypſin putant: vt narrat Euſebius Eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 3. cap. 39. Ego putarim familiarem eſſe epiſtolam ab Apoſtolo ipſo Iohanne ſcriptam. Nam, quod ad doctrinã ipſam attinet, valde pia & ſancta eſt, atque adeo cum ſuperiore prorſus conſentiens. Phraſis autem Hebraiſmis ſcatet, & germanum Iohannis ſtylum prorſus refert, quantum quidem poſſum iudicare. Electæ dominæ, ἐκλεκτῇ κυρίᾳ. Nonnulli Electæ nomen proprium eſſe volunt: quod non probo. Dicẽdum enim fuiſſet κυρίᾳ Ἐκλεκτῇ, dominæ Electæ. Alii hoc nomine volunt Eccleſiã Chriſtianã in genere ſignificari. Quibus repugnat primùm quòd hoc dicẽdi genus ſit prorſus inuſitatũ, deinde quòd in extremis duobus verſiculis diſſertè pollicetur ſe ad eam & filios ipſius venturũ: additque filiorũ ſororis ſalutem: quã & ipſam electam vocat. Puto igitur inſcriptã eſſe epiſtolam præſtanti alicui fœminæ, quales nonnullæ Eccleſias ſuis opibus paſſim ſuſtentabant: & electam quidem illam vocari, id eſt גְּבִירָה, eximiam, addita dominæ appellatione, ex Hebræorum more: apud quos etiam mulier גְּבִירָה præſtãtis alicuius dignitatis ratione dicitur. quo modo & nos hodie in vernaculo ſermone loquimur, vt Gen. 16. 2. 4. 8. &. c. 9. ſicut Lucas Theophilum, & Paulus Feſtum, κράτιστον, id eſt potentiſſimum vel præſtantiſſimum, compellant. Neque enim ab eiuſmodi honeſtis titulis Chriſtiana religio abhorret, quatenus quidem iuſtum ac fas eſt. Perinde eſt igitur ac ſi ſcriptum eſſet, Eximiæ ac præſtanti dignitate fœminæ. Atenim cur nomen proprium non addidit nempe ſatis inter ſe noti ac familiares erant: quamobrem etiam ne nomen quidem ſuum exprimendum putauit. Quos, οὓς. Hoc pertinet tum ad matrem tum ad liberos. Habita eſt autem ratio ſentẽtiæ

potius quàm verborum: perinde nimirum acſi præceſſiſſet τῆς ἰδίας. Sic apud Græcos interdũ reperias πῶν ἐν φίλῳ. Item apud Anacreontem, βρίσας, φίλου πῶμα πίῃς, vbi tamen Henricus Stephanus noſter legendum notat βρίσας, φίλου δ' ἅπτου πίῃς. cui facilè aſſentior: quòd præcedat μὴν. Hebraïs autem æquè familiare eſt relatiua ad ſenſum quàm ad verba ipſa referre. Verè, ἐν ἀληθείᾳ. Heb. בֶּאֱמֶת. Vulg. & Eraſ. ad verbum, In veritate. Veritatem, τὴν ἀλήθειαν. Id eſt Chriſtum, vel Euangelium. quæ phraſis ſæpe, apud Iohannem præſertim, occurrit: idem etiam eiuſmodi vnius verbi geminatione gaudet: ſicut ſingulis penè paginis licet obſeruare tum in Euangelio tum in epiſtola ſuperiore.

Διὰ τὴν ἀλήθειαν τὴν μένουσαν ἐν ἡμῖν, καὶ μεθ' ἡμῶν ἔσται εἰς τὸν αἰῶνα.

Ἔσται μεθ' ἡμῶν χάρις, ἔλεος, εἰρήνη παρὰ Θεοῦ πατρὸς, καὶ παρὰ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ πατρὸς, ἐν ἀληθείᾳ καὶ ἀγάπῃ.

Ἐχάρην λίαν ὅτι εὕρηκα ἐκ τῶν τέκνων σου περιπατοῦντας ἐν ἀληθείᾳ, καθὼς ἐντολὴν ἐλάβομεν παρὰ τοῦ πατρός.

Καὶ νῦν ἐρωτῶ σε, κυρία, οὐχ ὡς ἐντολὴν γράφων σοι καινὴν, ἀλλὰ ἣν εἴχομεν ἀπ' ἀρχῆς, ἵνα ἀγαπῶμεν ἀλλήλους. Iohan. 15. d. 12

Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἀγάπη, ἵνα περιπατῶμεν κατὰ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ. αὕτη ἐστὶν ἡ ἐντολὴ, καθὼς ἠκούσατε ἀπ' ἀρχῆς, ἵνα ἐν αὐτῇ περιπατῆτε.

Ὅτι πολλοὶ πλάνοι εἰσῆλθον εἰς τὸν κόσμον, οἱ μὴ ὁμολογοῦντες Ἰησοῦν Χριστὸν ἐρχόμενον ἐν σαρκί. οὗτός ἐστιν ὁ πλάνος καὶ ὁ ἀντίχριστος.

Βλέπετε ἑαυτοὺς, ἵνα μὴ ἀπολέσωμεν ἃ εἰργασάμεθα, ἀλλὰ μισθὸν πλήρη ἀπολάβωμεν.

2 Propter veritatem quæ permanet in nobis, & nobiſcum erit in æternum.

3 Sit vobiſcum gratia, miſericordia, pax à Deo Patre, & à Domino Ieſu Chriſto Filio Patris cum veritate & charitate.

4 Gauiſus ſum valde quòd inuenerim ex filiis tuis qui integrè incedant, ſicut mandatum accepimus à Patre.

5 Et nunc rogo te, domina, non vt mandatum nouum ſcribẽs tibi, ſed quod habuimus à principio, vt diligamus alii alios.

Hæc autem eſt charitas, vt incedamus ſecundum doctrinã eius. Hæc eſt doctrina, vt ſicut audiſtis à principio, ita in eo ambuletis.

7 Nam multi impoſtores ingreſſi ſunt in mundum, qui nõ confitentur Ieſum Chriſtum veniſſe in carne. Qui eſt eiuſmodi, impoſtor eſt & Antichriſtus.

8 Attendite vobiſipſis, ne perdamus quæ operati ſumus, ſed vt mercedẽ plenã recipiamus.

2 Propter veritatẽ quæ permanet in nobis, & nobiſcum erit in æternum.

3 Sit nobiſcum gratia, miſericordia, pax à Deo Patre, & à Chriſto Ieſu Filio Patris in veritate & charitate.

4 Gauiſus ſum valde quoniam inueni de filijs tuis ambulantes in veritate, ſicut mandatum accepimus à Patre.

5 Et nunc rogo te, domina, non tanquam mandatum nouum ſcribens tibi, ſed quod habuimus ab initio, vt diligamus alii alios.

6 Et hæc eſt charitas, vt ambulemus ſecundũ mãdata eius. Hoc eſt enim mandatum, vt quemadmodum audiſtis ab initio, in eo ambuletis.

7 Quoniam multi ſeductores exierunt in mundum, qui non confitentur Ieſum Chriſtum venиſſe in carnem. hic eſt ſeductor & Antichriſtus.

8 Videte voſmetipſos, ne perdatis quæ operati eſtis, ſed vt mercedem plenam accipiatis.

3 Sit vobiſcum, ἔσται μεθ' ὑμῶν. Sic legit Vetus interpres, & ita etiam in Græcorum ſcholiorum contextu legitur. Fateor tamen Græcos codices habere ἔσται μεθ' ὑμῶν, erit vobiſcum: ſed nouum eſt certè hoc ſalutationis genus, & potuit etiam erroris occaſionem librario præbere ſuperior verſiculus. Ponitur autem ἔσται pro ἔστω, ex Hebræorum more. Miſericordia, ἔλεος. Vide 1. Tim. 1. a. 2. Cum veritate, ἐν ἀληθείᾳ. Id eſt, cum vera cognitione quam charitas comitetur. ἀλήθειαν igitur vocat quam Paulus ſæpe ἐπίγνωσιν, id eſt agnitionem, appellat.

4 Integrè, ἐν ἀληθείᾳ. Vel ex veritate, id eſt prout veritas præſcribit, ſicut videmus explicare verſu 6.

5 Scribens, γράφων. Sic lego, conſentientibus cũ Vetere interprete tribus codicibus vetuſtis, & Græcis etiam ſcholiis. Eraſmus, Scribo, γράφω. A principio, ἀπ' ἀρχῆς. Vide 1. Iohan. 2. a. 7 & 8, vbi habetur hæc eadem ſententia.

6 A principiò, ἀπ' ἀρχῆς. Vide rurſus 1. Ioh. 2. d. 24, vbi hæc quoque ſcripta ſunt. Cur autem hæc exſcripſiſſet aliquis aliusnempe vt Iohannis nomen ementiretur. At quorſum hoc in tam breui epiſtolio, vnde nulla amplitudo nominis poſſit accedere, & vbi nihil eſt ſanè quod pium ac ſanctum non ſit? Eſt autem traiectio particulæ ἵνα, quam reſtè vitauit Vetus interpres, Græcis codicibus tribus conſentientibus. Deinde ex Hebræorum more omiſſa eſt particula ὅτως, ita, in ſimilitudinis χαρίεσσαν.

7 Nam, ὅτι. Non eſt hæc particula αἰτιολογικὴ propriè, ſed occurrit tacitæ obiectioni: acſi diceret, Hoc autem non temere à vobis poſtulo. Nam multi impoſtores, &c. Vide 1. Iohan. 2. d. 22, & 4. a. 3. Veniſſe, ἐληλυθέναι. Sic rectè Vetus interpres. eſt enim hoc participium non modò τῶν ἀοριστικῶν, ſed etiam τῶν μέλλοντος, qui quidem infinitis locis pro aoriſto vſurpatur. Sic in proxima epiſtola, a. 3, ἐρχόμενον pro ἐλθόντα ponitur. Eraſmus Venturum, ita videlicet vt ad futurum iudicium referatur. quam formulam dicendi non puto vſquam extare, quum potius dicatur venturus ἐν δόξῃ, id eſt cum gloria. Qui eſt eiuſmodi, οὗτος. Hebr. הוּא, pro זֶה. Eſt autem in mutatione numeri aliqua etiã emphaſis: acſi diceret, quicũq; hoc negat, is planè impoſtor eſt ac Antichriſtus.

8 Attendite, βλέπετε. Hebraicè, הִשָּׁמְרוּ, pro περισκόπειτε, circunſpicite & conſiderate diligenter. Perdamus, ἀπολέσωμεν. Sic Paulus Gal. 3. a. 4. Quidam codices hæc legunt in ſecunda perſona pluralis, eadem manẽte ſententia.

9 Nec manet

Πᾶς ὁ παραβαίνων, καὶ μὴ μένων ἐν διδαχῇ τοῦ Χριστοῦ, Θεὸν οὐκ ἔχει· ὁ μένων ἐν τῇ διδαχῇ τοῦ Χριστοῦ, οὗτος καὶ ὃν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν ἔχει.

Εἴτις ἔρχεται πρὸς ὑμᾶς, καὶ ταύτην τὴν διδαχὴν οὐ φέρει, μὴ λαμβάνετε αὐτὸν εἰς οἰκίαν, καὶ χαίρειν αὐτῷ μὴ λέγετε.

Ὁ γὰρ λέγων αὐτῷ χαίρειν, κοινωνεῖ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ τοῖς πονηροῖς.

Πολλὰ ἔχων ὑμῖν γράφειν, οὐκ ἠβουλήθην διὰ χάρτου καὶ μέλανος· ἀλλὰ ἐλπίζω ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ στόμα πρὸς στόμα λαλῆσαι, ἵνα ἡ χαρὰ ἡμῶν ᾖ πεπληρωμένη.

Ἀσπάζεταί σε τὰ τέκνα τῆς ἀδελφῆς σου τῆς ἐκλεκτῆς. ἀμήν.

9 Quisquis trāsgreditur, ᵛnec manet in doctrina Christi, Deū nō habet: ᵛqui manet in doctrina Christi, hic & Patrem & Filium habet.

10 Siquis venit ad vos, & hanc doctrinam non adfert, ne recipite eum domum, nec Aue ei dicite.

11 Qui enim dicit illi Aue, communicat operibus eius malis.

12 Quum multa haberem vobis scribenda, nolui per chartā & atramentum: sed spero me venturum ad vos, & ᵛpræsentem præsentibus loquuturum, vt gaudium nostrum sit completum.

13 Salutant te filii sororis tuæ ᵛelectæ. Amen.

9 Omnis qui recedit, & non permanet in doctrina Christi, Deum non habet: qui permanet in doctrina, hic & Patrem et Filium habet.

10 Siquis uenit ad uos, & hanc doctrinā nō adfert, nolite recipere eum in domū, nec Aue ei dixeritis. Rom. 16. d. 17

11 Qui enim dicit illi Aue, communicat operibus eius malignis.

12 Plura habens uobis scribere, nolui per chartam & atramentum: spero enim me futurum ad uos, & os ad os loqui: ut gaudiū uestrum plenum sit.

13 Salutant te filij sororis tuæ electæ.

9 Nec manet, καὶ μὴ μένων. Duo diuersæ constructionis verba cōiuncta, Hebræorū more. Qui manet, ὁ μένων. Explicatio superioris dicti, ex contrarii collatione: quod dicendi genus singulis penè versiculis apud Iohannem recurrit.

12 Præsentem præsentibus, στόμα πρὸς στόμα. Vulg. ad verbum, Os ad os. Paulus 1. Cor. 13. d. 12, πρόσωπον πρὸς πρόσωπον dixit, id est, vt Hebræi dicunt, פה אל פה.

13 Electæ, ἐκλεκτῆς. Id est eximiæ, vt diximus suprà, ver. 1.

Epistola Iohannis tertia.

Επιστολὴ Ιωάννου τρίτη.

ΟΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΣ Γαΐῳ τῷ ἀγαπητῷ, ὃν ἐγὼ ἀγαπῶ ἐν ἀληθείᾳ.

Ἀγαπητέ, περὶ πάντων εὔχομαί σε εὐοδοῦσθαι καὶ ὑγιαίνειν, καθὼς εὐοδοῦταί σου ἡ ψυχή.

Ἐχάρην γὰρ λίαν ἐρχομένων ἀδελφῶν, καὶ μαρτυρούντων σου τῇ ἀληθείᾳ, καθὼς σὺ ἐν ἀληθείᾳ περιπατεῖς.

NOVA INTERPR.

1 SENIOR Gaio dilecto, quem ego verè diligo.

2 Dilecte, ᵛin primis opto vt prosperè agas & valeas, sicut prosperè agit anima tua.

3 Gauisus sum enim valde ᵛquum venissēt fratres, & testimonio suo commendassent ᵛintegritatem tuā, prout tu integrè incedis.

VETVS.

1 SENIOR *Gaio charissimo, quem ego diligo in ueritate.*

2 *Charissime, de omnibus orationem facio, prosperè te ingrediet ualere, sicut prosperè agit anima tua.*

3 *Gauisus sum ualde uenientibus fratribus, et testimonium perhibentibus ueritati tuæ, sicut tu in ueritate ambulas.*

2 In primis, περὶ πάντων. Ad verbum, Supra omnia. Ponitur enim περὶ pro ὑπὲρ, vt in illo Homeri versu, ἀλλ' ἐμὲ ἀνὴρ ἐθέλει περὶ πάντων ἔμμεναι ἄλλων. Sensus est igitur, Opto in primis vt sicut animo rectè habes, ita etiam prosperè agas & valeas. Erasmus, De omnibus opto vt prosperè agant & rectè valeant: omisso pronomine σε, & deprauata Apostoli sententia. Nam in hac quoque epistola nihil agnosco quod Iohanni Apostolo familiariter ad amicum scribenti non optimè conueniat. De verbo εὐοδοῦσθαι diximus 1. Cor. 16. a. 2.

3 Quum venissent, ἐρχομένων. id est ἐλθόντων, vt in superiore epistola, versu 7, ἐρχόμενον pro ἐλθόντα.

Integritatem tuam, τῇ ἀληθείᾳ. vel ſinceritatem. Vulg.& Eraſ. Veritati tuæ. Ego malui planius. Certum enim eſt Veritatis nomine, Hebræorum more, ſignificari interdum vitam integram, & (vt inquit ille) ſceleris puram: ſicut docuimus Iohan. 3. c. 11. Neque quiſquam eſt ex Euãgelicis ſcriptoribus, qui Veritatis vocabulo æquè delectetur ac Iohannes, paſſim illud multiplici ſignificatione inculcans: apud quem etiam hanc traiectionem pronominis ſæpe obſeruauimus.

Μείζοτέραυτούτωνοὐκἔχω χαράν, ἵνα ἀκούω τὰ ἐμὰ τέκνα ἐν ἀληθείᾳ περιπατοῦντα.

4 Maius vt iſtis gaudium non habeo, quum *videlicet* audio filios meos integrè incedere.

4 *Maius his nõ habeo gaudiũ quàm vt audiã filios meos in veritate ambulare.*

Ἀγαπητέ, πιστὸν ποιεῖς ὃ ἐὰν ἐργάσῃ εἰς τοὺς ἀδελφοὺς καὶ εἰς τοὺς ξένους,

5 Dilecte, fideliter agis quicquid facis erga fratres & erga peregrinos,

5 *Chariſſime, fideliter facis quicquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos.*

Οἳ ἐμαρτύρησάν σου τῇ ἀγάπῃ ἐνώπιον ἐκκλησίας· οὓς καλῶς ποιήσεις προπέμψας ἀξίως τοῦ Θεοῦ.

6 Qui teſtimonio ſuo cõmendarunt charitatem tuam in cõſpectu Eccleſiæ: quos rectè facies ſi proſequutus fueris vt Deo dignum eſt.

6 *Qui teſtimonium reddiderunt charitati tuæ in conſpectu Eccleſiæ: quos bene facies deducens dignè Deo.*

Ὑπὲρ γὰρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ ἐξῆλθον, μηδὲν λαμβάνοντες ἀπὸ τῶν ἐθνῶν.

7 Nam pro nomine eius profecti ſunt, nihil accipientes à Gentibus.

7 *Pro nomine enim eius profecti ſunt, nihil accipientes à Gentibus.*

Ἡμεῖς οὖν ὀφείλομεν ἀπολαμβάνειν τοὺς τοιούτους, ἵνα συνεργοὶ γινώμεθα τῇ ἀληθείᾳ.

8 Nos ergo debemus recipere huiuſmodi, vt adminiſtri ſimus veritati.

8 *Nos ergo debemus ſuſcipere huiuſmodi, vt cooperatores ſimus veritatis.*

Ἔγραψα τῇ ἐκκλησίᾳ· ἀλλ' ὁ φιλοπρωτεύων αὐτῶν Διοτρεφὴς οὐκ ἐπιδέχεται ἡμᾶς.

9 Scripſi Eccleſiæ: ſed qui primatum inter eos ambit Diotrephes, non recipit nos:

9 *Scripſiſſẽ forſitan Eccleſiæ: ſed qui amat primatum gerere in eis Diotrephes, non recipit nos.*

Διὰ τοῦτο, ἐὰν ἔλθω, ὑπομνήσω αὐτοῦ τὰ ἔργα ἃ ποιεῖ, λόγοις πονηροῖς φλυαρῶν ἡμᾶς· καὶ μὴ ἀρκούμενος ἐπὶ τούτοις, οὔτε αὐτὸς ἐπιδέχεται τοὺς ἀδελφούς, καὶ τοὺς βουλομένους κωλύει, καὶ ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἐκβάλλει.

10 Propterea, ſi venero, ſuggeram ipſius facinora quæ facit, verbis improbis garriés in nos: quique etiam his non contentus, neque ipſe recipit fratres, & qui volunt *recipere* prohibet, & ex Eccleſia eiicit.

10 *Propter hoc, ſi venero, commoneam eius operà quæ facit, verbis malignis garriens in nos: & quaſi non ei iſta ſufficiãt, neque ipſe ſuſcipit fratres, & eos qui ſuſcipiũt, prohibet, & de Eccleſia ejicit.*

Ἀγαπητέ, μὴ μιμοῦ τὸ κακόν, ἀλλὰ τὸ ἀγαθόν. ὁ ἀγαθοποιῶν, ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν· ὁ δὲ κακοποιῶν, οὐχ ἑώρακε τὸν Θεόν.

11 Dilecte, ne imiteris quod malum eſt, ſed quod bonũ eſt: qui bene facit, ex Deo eſt: qui autẽ malè facit, nõ vidit Deũ.

11 *Chariſſime, noli imitari malũ, ſed quod bonũ eſt. qui bene facit, ex Deo eſt: qui male facit, non vidit Deum.*

Δημητρίῳ μεμαρτύρηται ὑπὸ πάντων, καὶ ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας· καὶ ἡμεῖς δὲ μαρτυροῦμεν· καὶ οἴδατε ὅτι ἡ μαρτυρία ἡμῶν ἀληθής ἐστι.

12 Demetrio teſtimonium redditum eſt ab omnibus, & ab ipſa veritate: ſed & nos teſtimonium perhibemus: & noſtis teſtimonium noſtrum verũ eſſe.

12 *Demetrio teſtimoniũ redditur ab omnibus, et ab ipſa veritate: ſed & nos teſtimoniũ perhibemus, & noſtis quoniã teſtimonium noſtrum verum eſt.*

Πολλὰ εἶχον γράφειν, ἀλλ' οὐ θέλω διὰ μέλανος καὶ καλάμου σοι γράψαι.

13 Multa poſſem ſcribere, ſed nolo per atramentum & calamum tibi ſcribere.

13 *Multa habui tibi ſcribere, ſed nolui per atramẽtũ et calamũ ſcribere tibi.*

4 Iſtis, τούτων. Iſtis videlicet gaudiis. Vtitur enim plurali numero, emphaſeos cauſa, ex Hebræorum more. Sunt tamen qui legant τοῦτος, iſto. Quum *videlicet* audio, ἵνα ἀκούω. Vel hæc vna phraſis Iohanni Apoſtolo hanc epiſtolam vendicat. Eſt enim illi peculiare ἵνα vſurpare pro ὅτι, ex Hebræorum ἰδιοτισμῷ, vt annotauimus Iohan. 15. b. 8, & 13. ſimiliter etiam præcedente comparatiuo μείζοτερα. Item apud eundem, 16. a. 2, & d. 32. Vulg.& Eraſ. Quàm vt.

5 Fideliter agis, πιστὸν ποιεῖς. i. Agis vt fidelem decet. Altera interpretatio quam adfert Eraſmus, quaſi πιστὸν ποιεῖν ſignificet tutum reddere, ſiue in tuto collocare, certè eſt perabſurda. Erga peregrinos, εἰς τοὺς ξένους. Ad verbum, Erga hoſpites: ſed illud planius eſt. Gaium enim commendat vt φιλόξενον, ſine perſonarum reſpectu. Vetus interpres, καὶ τοῦτο εἰς τοὺς ξένους, id que erga peregrinos. Hoc enim addit magnum pondus ſententiæ.

6 Si proſequut' fueris, προπέμψας. Vulg. Deducẽs. Eraſ. Si deduxeris. quod mihi nõ videtur ſatis expreſſũ. Commendat autem Gaio vel eos ipſos quos iam antè exceperat, rurſumad eum redeuntes ad procuranda Eccleſiæ negotia: vel alios quorum eadem erat conditio. Vt Deo dignum eſt, ἀξίως τοῦ Θεοῦ. Rectè omnino. Nam (inquit Dominus) qui vos excipit, me excipit. Vulg.& Eraſ. ad verbum, Digne Deo.

8 Vt adminiſtri ſimus, &c. ἵνα συνεργοί, &c. i. Vt & ipſi aliquid cõferamus ad veritatis prædicationẽ.

9 Scripſi, ἔγραψα. Vulg. Scripſiſſem forſitan, ἔγραψα ἄν. In vno verò codice ſcriptum inuenimus ἔγραψα τῇ ἐκκλησίᾳ, ſcripſi nonnihil Eccleſiæ.

11 Qui autẽ malè facit, ὁ δὲ κακοποιῶν. Hæc eſt phraſis quam ſæpe iam annotauimus paſſim apud Iohannem occurrere. Non vidit, οὐχ ἑώρακε. Id eſt non nouit.

Ελπίζω δὲ θᾶσσόν σε ἰδεῖν, καὶ στόμα πρὸς στόμα λαλήσομεν.

14 Spero autem fore vt ſtatim te videam, & vt ᵛ coram loquamur.

14 *Spero autē proinde te videre, & os ad os loquemur.*

Εἰρήνη σοι. ἀσπάζονταί σε οἱ φίλοι· ἄσπασαι τοὺς φίλους κατ' ὄνομα.

15 Pax tibi. Salutant te amici. Saluta amicos nominatim.

15 *Pax tibi. Salutent te amici. Saluta amicos nominatim.*

14 Coram, στόμα πρὸς στόμα. Vide ſuperioris epiſtolæ verſum decimumtertium.

Epiſtola catholica Iudæ Apoſtoli.

Ιούδα τοῦ ἀποστόλου ἐπιστολὴ καθολική.

NOVA INTERPR.

ΙΟΥΔΑΣ Ιησοῦ Χριστοῦ δοῦλος, ἀδελφὸς δὲ Ιακώβου, τοῖς ἐν Θεῷ πατρὶ ἡγιασμένοις καὶ Ιησοῦ Χριστῷ τετηρημένοις κλητοῖς·

1 IVDAS Ieſu Chriſti ſeruꝰ, frater autem Iacobi, vocatis, ᵗ à Deo Patre ᵛ ſanctificatis, & Ieſu Chriſto ᵛ ſeruatis:

VETVS.

1 IVDAS *Ieſu Chriſti ſeruus, frater autem Iacobi, his qui ſunt in Deo Patre dilectis, et Chriſto Ieſu conſeruatis & vocatis:*

Ελεος ὑμῖν καὶ εἰρήνη καὶ ἀγάπη πληθυνθείη.

2 Miſericordia vobis & pax & charitas multiplicetur.

2 *Miſericordia vobis & pax & charitas adimpleatur.*

Αγαπητοί, πᾶσαν σπουδὴν ποιούμενος γράφειν ὑμῖν περὶ τῆς κοινῆς σωτηρίας, ἀνάγκην ἔσχον γράψαι ὑμῖν, παρακαλῶν ἐπαγωνίζεσθαι τῇ ἅπαξ παραδοθείσῃ τοῖς ἁγίοις πίστει.

3 Dilecti, ᵛ quum omne ſtudiū adhibeam vt ſcribā ad vos ᵛ de communi ſalute, ᵛ neceſſe habui vobis ſcribere, ᵛ ad vos hortandos ᵛ vt decertetis pro fide quæ ᵛ ſemel tradita eſt ſanctis.

3 *Chariſſimi, omnem ſolicitudinem faciens ſcribendi vobis de communi noſtra ſalute, neceſſe habui ſcribere vobis, deprecans ſuperuenire ſemel traditæ ſanctis fidei.*

1 Frater autem Iacobi, ἀδελφὸς δὲ Ἰακώβου. Conſtat ſic appellatum fuiſſe hunc Iudam, vt ab altero Iudæ Iſcariote diſtingueretur: idque non tantùm viuo illo proditore, vt paſſim in Euangelio: ſed etiam illo iam ſublato, vt Act. 1. c. 13: vel quia iam inualuerat conſuetudo vt ſic vocaretur: (ſicut & ipſi Apoſtoli, nondum electo in locum proditoris Matthiæ, duodecim vocantur, 1. Cor. 15. a. 5) vel vt nomen illud, proditoris memoria infame factum, aliquo modo leniretur. Magis tamen in illam ſententiam quàm in iſtam inclino. Sed & illud obſeruandum eſt, quum Iacobi meminerit ſimpliciter, nullóque addito epitheto, omnino eum intelligi cuius nomen celeberrimum tum erat, inter Iudæos præſertim, illum videlicet Alphæi filium, qui & frater (id eſt cognatus) Domini dicitur: & in Hieroſolymitana Eccleſia eminebat, vt apparet ex celebris illius ſynodi actione quæ deſcripta eſt Act. 15, itémque ex Act. 21. c. 18, conferà quàm tradiderunt veteres, qui tres fecerunt Iacobos. Neque verò, quamuis reliquis hinc & inde peregrinantibus ipſe Hieroſolymis maneret, idcirco Apoſtolus eſſe deſinebat. Satis enim conſtat, ea tempeſtate ſolitos fuiſſe ex toto terrarum orbe in eam ciuitatem conuenire innumerabiles Iudæos, ac nonnullos etiam ex profanis gentibus religioſos homines, Act. 2. a. 5, & 8. c. 27, adeo vt omnino oportuerit aliquem illic ex Apoſtolis permanere, qui ex vna vrbe Iudæos per vniuerſum orbem terrarum diſperſos doceret. Nam illis etiam idcirco noſter hic Iacobus epiſtolam ſuam inſcripſit, idque nullo vſquam addito diſcriminis epithero: quod tamen faciēdum fuiſſe videbatur, ſi plures tum erant Iacobi quorū inſignis eſſet inter Apoſtolos authoritas. Quanquam de his quidem nolim ego cum quoquam contendere.

A Deo Patre, ἐν Θεῷ πατρί. Id eſt per Deum Patrem. Vulg. & Eraſ. In Deo Patre. Mihi videtur magis vſitatum eſſe in Scriptura vt dicantur fideles à Deo Patre in Filio per Spiritum ſanctum ſanctificari. Sanctificatis, ἡγιασμένοις. Vulg. Dilectis. quæ loquutio mihi videtur inuſitata, quum potius dicamur à Patre diligi in Filio. Itaque ſiue ἡγιασμένοις legas, ſiue ἠγαπημένοις, vt in duobus Græcis codicibus ſcriptum inuenimus, ἐν Θεῷ πατρὶ dictum erit pro ὑπὸ Θεοῦ πατρός. Seruatis, τετηρημένοις. Id eſt ſepoſitis æterno Dei conſilio, qui Chriſto tradendæ cuſtodiendi, vt Iohan. 17. b. 6, & c. 11, & d. 24. Eſt autem (fateor) vni huic epiſtolæ peculiaris hæc ſalutatio, ſi verba ipſa ſpectes: ſed eximiæ conſolationis plena, & quæ ſpiritum Apoſtolicum plenè reſtetur. Vulgata, Conſeruatis.

3 Quum omne ſtudium adhibeam, πᾶσαν σπουδὴν ποιούμενος. Vulgata, Omnem ſolicitudinem faciens,

barbaré. Eraſ. Tantum mihi ſtudium fuit: eneruata Apoſtoli ſententia, vt mox dicemus. De communi ſalute, περὶ τῆς κοινῆς σωτηρίας. Id eſt de iis quæ ad noſtram omnium ſalutem ſpectant. Eſt enim in his verbis καταχρῆσις, quam Rhetores vocant, id eſt communicatio: veluti ſi dux aliquis ſuos milites, commilitones vocet, quæ res loquenti ſolet magnam benevolentiam conciliare. Nolim igitur pronomẽ ὑμῶν, id eſt veſtra, addere, (vt legit Vetus interpres) quanuis id quoque in vetuſtis duobus codicibus inuenerimus: ſed mendoſe (ni fallor) pro ὑμῶν, noſtra, vt in aliis itidem vetuſtis duobus ſcriptum legimus. Neceſſe habui vobis ſcribere, παρακαλῶν ἔσχον, &c. Sic rectè conuertit Vetus interpres, pro quo tamen Eraſmus ſubſtituit, Vt nõ potuerim non ſcribere vobis: primùm repugnantibus Græcis, deinde eneruata Apoſtoli ſententia, vt rectè obſeruauit doctiſſimus interpres. Neque enim dicit ſe ad ſcribendum eò eſſe adductum quòd ſedulò id facere ſoleat, ſed potius, quũ alioqui ad ſalutem illorum frequentibus literis procurandam ſit propenſus, ſeſe nunc ipſa neceſſitate adductum vt ad eos ſcriberet quam explicationem quum annotarit Eraſmus, miror illum maluiſſe eam amplecti quæ à Græcis diſcedit, & multum detrahit de ſententiæ pondere. Ad vos hortandos, ἵνα παρακαλῶ. Vulg. Deprecãs. Eraſmus, Obſecrans. Neuter (vt opinor) ſatis commodé. Vt decertetis pro fide, ἵνα ἐπαγωνίσησθε τῇ πίστει. Id eſt ἐπαγωνίσασθαι, vt pro viribus tueamini fidem. nam ἐπὶ hoc declarat. Vulg. Supercertare, barbaré. Eraſmus, Vt veſtris laboribus adiumẽto ſitis fidei: periphraſi minimè neceſſaria. Cæterùm Fidei appellatione ſuam doctrinam intelligi res ipſa ſatis oſtendit, vt 1. Tim. 4. a. 1, & alibi ſæpe. & quum certare ipſos iubet Apoſtolus, minimè intelligit vt gladiis & enſibus rem gerant, (neque enim magiſtratum qui tum impius erat, ſed Eccleſiam alloquitur) ſed vt ſana doctrina & honeſtæ vitæ exemplis, ea denique panoplia quam Paulus deſcribit Epheſ. 6. c. 13, hæreticis obſiſtant. quanuis niſi ſuam hic etiam operam ciuilis magiſtratus accommodet, minimè officium faciat, vt diximus 1. Tim. 2. a. 2. Eraſmus in annotationibus τοῖς ἁγίοις refert ad ἐπαγωνίζεσθαι: acſi diceret Apoſtolus ſe ſcribere vt per fidem ſemel datam ſint ſanctis auxilio. quæ interpretatio mihi prorſus videtur coacta. Quanuis enim fide certandum ſit, tamen apparet Apoſtolum potius hoc in loco declarare pro quo certare debeant, nempe pro ſana doctrina. Semel, ἅπαξ. Magna eſt emphaſis huius aduerbii, vt alibi ſæpe annotauimus. Semel enim traditam eſſe doctrinam dicit quæ nunquam ſit poſthac immutanda, & qua ſemel amiſſa, non ſit quòd aliunde ſalutem expectent.

Παρεισέδυσαν γάρ τινες ἄνθρωποι, οἱ πάλαι προγεγραμμένοι εἰς τοῦτο τὸ κρῖμα, ἀσεβεῖς, τὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν χάριν μετατιθέντες εἰς ἀσέλγειαν, καὶ τὸν μόνον δεσπότην Θεὸν καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀρνούμενοι.

4 Nam ſubrepſerunt quidam homines, prius iam olim deſcripti ad hanc damnationem, impii, qui Dei noſtri gratiam tranſferunt ad laſciuiam, & ſolum illum herum Deum ac Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negant.

4 *Subintroierunt enim quidã homines, qui olim præſcripti ſunt in hoc iudiciũ impij Dei noſtri gratiã tranſferẽtes in luxuriã, et ſolum Dominatorẽ & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negantes.*

4 Prius iam olim deſcripti ad hanc damnationem, οἱ πάλαι προγεγραμμένοι εἰς τοῦτο τὸ κρῖμα. Vulgata, Qui olim præſcripti ſunt ad hoc iudicium. Eraſ. Qui prius deſcripti fuerunt ad hoc iudicium, neglecta particula πάλαι, quæ tamen minimè eſt otioſa. Cæterùm non dubium eſt quin hoc addiderit Apoſtolus vt aduerſus apoſtasiæ offendiculum animos ſanctorum confirmaret: quum videlicet intelligerent nihil hic temere, ſed æterno ac certo Dei conſilio euenire. Nam ex eo conſequitur iſtos nunquam fuiſſe ex ſanctorum grege, licet pietatem ad tempus ſimularint: ac proinde cauſam non eſſe cur illorum defectione obſtupeſcerẽt ſancti: imò verò potius quòd Deo gratias agerent, qui eos alio Spiritu donaſſet, & iſtorum ſimulatum animum patefeciſſet. deinde optimum iſtarum tentationum exitum fore, quum Dei conſilio ac ſapientia futurum ſciant vt omnia iſta Eccleſiæ commodo cedant. Hoc, inquam, eſt conſilium Spiritus ſancti hoc in loco, ſicut & alibi ſæpe, veluti Exodi 7. a. 3. item 1. Tim. 1. c. 19. item 1. Ioh. 2. c. 19 & 20. Sunt tamen qui ad nudam præſcientiam hoc referant, quaſi dicatur Deus hoc futurum cognouiſſe ab æterno: quod ſanè verum eſt. ſed ſi nuda hæc fuerit præſcientia rerum futurarum, quam tandem conſolationem inde concipiemus? Leue profectò ac frigidum erit hoc argumentum. Deinde etiam propius conſiderandum eſt quomodo loquatur Apoſtolus, vt illam interpretationem prorſus abſurdam eſſe intelligamus. Qui deſcriptos eſſe dicit, num videtur inanem præſcientiam ſtatuere? Quorſum verò non tantùm deſcriptos, ſed antè & quidem iam olim deſcriptos eſſe narrat? num vt æternam eſſe præſcientiam Dei ſignificet? Atqui nemo de hoc dubitare poſſit, ne Epicurus quidem. Quorſum igitur? Nempe vt ab æterno hæc eſſe decreta intelligamus: de quo ſemper dubitarunt qui ad hæc ſcrutanda Dei myſteria, non diſcipulorum, ſed iudicum animum attulerunt. aduerſum quos nominatim differit Apoſtolus Rom. 9. d. 19 & 20. Sed & illud obſeruandum eſt, non dixiſſe Apoſtolum, in illo æternorum Dei conſiliorum libro deſcriptam, id eſt decretam ac ſancitam eſſe illorum condemnationem, (quod tamen verum eſt) ſed illos ad hanc damnationem eſſe deſcriptos, id eſt æterno Dei conſilio huic damnationi deſtinatos: nempe vt ſciamus hoc æternũ Dei decretum non modò euentum rerum, (vt nonnulli volũt) ſed ipſas in primis perſonas comprehendere. Æternum autem quum dico, non tempore duntaxat æternum intelligo: de qua re (vt antè dixi) nemo vnquam communi ſenſu prædituς dubitauit: ſed quod omnes cauſas ordine antegrediatur. Nam alioqui ſi peccatorum præſcientia ordine cauſarum præcedit decretum, quid neceſſe erat Paulum illic ita aſſurgere, quum vno verbo poſſet omnia explicare? Vt alia planè abſurda atque adeo impia omittam, quæ neceſſariò ex illa doctrina conſequi pluribus expoſuimus 1. Tim. 1. a. 4. & aliis locis. In ſumma, exitii cauſam nuſquam alibi quàm in homine hærere vniuerſa Scriptura declarat: æterno autem decreto Dei, quo gloriam ſuam patefacere certò & irreuocabiliter decreuit, tum in ſeruandis per miſericordiam nonnullis, tum in damnandis iuſto iudicio quoſcunque libuerit, nihil neque tempore antiquius, neque ordine prius inuenio, neque inueniri poſſe dico quin Deus diuinitate ſua ſpolietur. Solum illum herum Deum ac Dominum, &c. τὸν μόνον δεσπότην Θεὸν καὶ Κύριον, &c. Vnicus articulus omnibus epithetis iſtis communis, omnino oſtendit Chriſtum hic vocari vnicum herum, Deum ac Dominum: quanuis Dei nomen non legerit Vetus interpres, & in duobus codicibus Græcis deeſſe cõperierim. Sed intolerabilis eſt planè hoc etiã loco Eraſmus, vt aliis omnibus quibus Chriſti deitas manifeſtè aſſeritur, vt qui hunc locum ſic interpretãdo penitus peruerterit, Ac Deum qui ſolus eſt herus, ac Dominum noſtrũ Ieſum, &c. perinde acſi ſcriptum eſſet καὶ τὸν Κύριον, vt Deus Pater à Domino Ieſu diſtinguatur. Complutenſis autẽ codex habet τὸν μόνον Θεὸν καὶ δεσπότην τὸν Κύριον, &c. i. ſolum illum Deum & herũ Dominũ noſtrũ. &c. quæ lectio melius etiam confirmat omnia hæc de Chriſto dici. Negant, ἀρνούμενοι. Hoc totidem verbis ſcriptum eſt 1. Pet. cap. 2, vt tota fere hæc epiſtola. Neque tamen idonea hæc cauſa eſt cur eam tanquam fictitiam repudiemus: quum paſſim etiã poſteriores Prophetæ ex prioribus multa penè ad verbũ deſcribant: proinde nihil prohibet

nos arbitrari Iudam qui Petro ſuperuixerit, ad eoſdem illos nefarios homines graphicè deſcribendos, ex Petri epiſtola deſcripſiſſe quæ appoſitiſſima videbantur.

Υπομνῆσαι δὲ ὑμᾶς βούλομαι, εἰδότας ὑμᾶς ἅπαξ τοῦτο, ὅτι ὁ Κύριος λαὸν ἐκ γῆς Αἰγύπτου σώσας, τὸ δεύτερον τοὺς μὴ πιστεύσαντας ἀπώλεσεν.

Ἀγγέλους τε τοὺς μὴ τηρήσαντας τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν, ἀλλὰ ἀπολιπόντας τὸ ἴδιον οἰκητήριον, εἰς κρίσιν μεγάλης ἡμέρας, δεσμοῖς ἀϊδίοις ὑπὸ ζόφον τετήρηκεν.

Ὡς Σόδομα καὶ Γόμορρα, καὶ αἱ περὶ αὐτὰς πόλεις τὸν ὅμοιον τούτοις τρόπον ἐκπορνεύσασαι, καὶ ἀπελθοῦσαι ὀπίσω σαρκὸς ἑτέρας, πρόκεινται δεῖγμα, πυρὸς αἰωνίου δίκην ὑπέχουσαι.

Ομοίως μέντοι καὶ οὗτοι ἐνυπνιαζόμενοι, σάρκα μὲν μιαίνουσι, κυριότητα δὲ ἀθετοῦσι, δόξας δὲ βλασφημοῦσιν.

Ὁ δὲ Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος ὅτε τῷ Διαβόλῳ διακρινόμενος διελέγετο περὶ τοῦ Μωσέως σώματος, οὐκ ἐτόλμησε κρίσιν ἐπενεγκεῖν βλασφημίας, ἀλλ' εἶπεν, Ἐπιτιμήσαι σοι Κύριος.

Οὗτοι δέ ὅσα μὲν οὐκ οἴδασι βλασφημοῦσιν· ὅσα δὲ φυσικῶς, ὡς τὰ ἄλογα ζῶα, ἐπίστανται, ἐν τούτοις φθείρονται.

Οὐαὶ αὐτοῖς· ὅτι τῇ ὁδῷ τοῦ Κάϊν ἐπορεύθησαν, καὶ τῇ πλάνῃ τοῦ Βαλαὰμ μισθοῦ ἐξεχύθησαν, καὶ τῇ ἀντιλογίᾳ τοῦ Κορὲ ἀπώλοντο.

5 Volo autem vos iſtorum cõmonefacere, vt qui ſemel hoc ſciatis, Dominũ, quũ populũ ex AEgypto liberaſſet, rurſus ‖eos qui non credebant perdidiſſe.

6 ‖Et Angelos qui non ſeruata ſua origine reliquerunt ſuum domicilium, iudicio magni illius diei vinculis æternis ſub caligine reſeruaſſe.

7 ‖Sicut Sodoma & Gomorrha & his finitimæ ciuitates, ˇſimili modo atque illæ ſcortatæ, & ˇcarnem alienam ſectatæ, propoſitæ ſunt exemplo, ignis æterni pœnam ſuſtinentes.

8 Similiter ˇtamẽ & iſti ˇſopiti, carnem quidé polluũt, ˇdominatum verò reiiciunt, & dignitates conuitiis inceſſunt.

9 At Michael archangelus, quum aduerſus diabolũ certãs, diſceptaret ˇde corpore Moſis, non auſus eſt illi impingere notam maledicti, ſed dixit, ˇIncrepet te Dominus.

10 At iſti, quæ non nouerunt, ea cõuitiis inceſſunt: quæ verò naturaliter, vt animãtia rationis expertia, ſciũt, in iis corrũpũtur.

11 ˇVæ ipſis: nam viam ‖Cain ingreſſi ſunt, & deceptione mercedis, qua deceptus fuit ‖Balaã, effuſi ſunt, & ‖contradictione Core perierunt.

5 Cõmonere autẽ uos uolo, ſcientes ſemel omnia, quoniã Ieſus populum de terra AEgypti ſaluum, ſecundò eos qui non crediderunt, perdidit. Num.14.f.37

6 Angelos uerò ſi non ſeruauerũt ſuũ principatũ, ſed dereliquerunt ſuũ domicilũ, in iudicũ magni diei, uinculis æternis ſub caligine reſeruauit. 2.Pet.2.c.4

7 Sicut Sodoma & Gomorrha, & finitimæ ciuitates ſimili modo exfornicatæ, & abeuntes poſt carnẽ alteram, factæ ſunt exemplum, ignis æterni pœnã ſuſtinentes. Gen.19.c.24

8 Similiter & hi carnẽ quidẽ maculant, dominationẽ autẽ aſpernantur, maieſtatẽ autẽ blaſphemant.

9 Quũ Michael archangelus cũ diabolo diſputãs altercaretur de Moyſi corpore, nõ eſt auſus iudicium inferre blaſphemiæ, ſed dixit, Imperet tibi Dominus.

10 Hi autẽ, quæcũq; quidẽ ignorãt, blaſphemãt: quæcunque autẽ naturaliter, tanquã muta animalia, norunt, in his corrũpũntur.

11 Væ illis: ea in uia Cain abierũt, & errore Balaã mercedis effuſi ſunt, & in contradictione Core perierunt. Gen.4.d.8 Num.22.d.22 2.pet.2.c.15 Num.16.c.1

7 Simili modo atque illæ, τὸν ὅμοιον, &c. Id eſt, Sodomæ & Gomorrhæ veſtigia ſequutæ. Neque nos offendere debet numeri mutatio. vbium enim nomine incolas comprehendit. Vulg. barbarè, Simili modo exfornicatæ: quãuis mihi videatur præpoſitionem ἐκ pro ἔξω accepiſſe, non admodum abſurdè, ad præpoſteram ſcortationem ſignificandam. Carnem alienam ſectatæ, ἀπελθοῦσαι ὀπίσω σαρκὸς ἑτέρας. Sic adumbrat prodigioſas libidines, de quibus Paulus ad Rom.1.d.26, & 27. Vulg. Et abeuntes poſt carnem: ſeruato Hebraiſmo.

8 Tamen, μέντοι. Vulgata hanc particulam omiſit. Eraſ. Sanè non ſatis appoſitè. Sopiti, ἐνυπνιαζόμενοι. Id eſt, perinde ſtolidi & rationis expertes acſi altiſſimo veterno ſenſus omnes haberent ſopitos. Hinc ille רוח תרדמה i. ſpiritus ſoporis, aut veterni potius, cuius ſit mentio Eſa.19.c.10, & alibi ſæpe. Vetus interpres hoc non legit, aut certè prætermiſit, quum in Græcis omnibus legatur. Eraſmus, Deluſos inſomniis, non ſatis appoſitè interpretatur. Dominatum, κυριότητα. Maior eſt iſtius dicti emphaſis quàm ſi dominos dixiſſet. Poteſt enim dominum ſuum, id eſt eum qui ſit in magiſtratu, aſpernari, qui tamen ipſum munus magiſtratus approbet: at iſti ordinem ipſum à Deo conſtitutum conuitiis inceſſebant: vt hodie faciunt Anabaptiſtæ, Libertini, Dauidiſtæ, Academici, & cæteræ id genus peſtes.

9 De corpore Moſis, περὶ τοῦ Μωσέως σώματος. Hoc exemplum proculdubio hauſit Iudas vel ex aliquo libro qui nunc interciderit, vel ex traditione: vt illud quod refert de Ianne & Mambre Paulus 2.Tim.3.b.8. Itaque non magis ob eam cauſam poteſt hæc Iudæ epiſtola quàm illa Pauli repudiari, quum nihil hic à veritate abſonum narretur. Neque enim temere eſt quòd diſertè commemoratur Dominus ſepeliſſe Moſen, nec voluiſſe Iſraelitas intelligere vbinam eſſet eius ſepulchrum: nempe ne illis contingeret quod nobis, qui ex Martyrum corporibus (demus enim illa eſſe Martyrum corpora) abominãda idola fecimus. Quid mirũ eſt igitur Satanam contra laboraſſe vt in apertum proferretur, cui ſeſe Michael archangelus Domini oppoſuerit? Et hunc quidẽ librum vnde hæc petierit Iudas, citat Origen. lib. περὶ ἀρχῶν 3. cap. 2, ſub titulo Aſcenſionis Moſis. Qui verò ex hoc loco & aliquot aliis effici volunt, quod nunc extat verbum Dei ſcriptum, non ſufficere decidendis religionis controuerſiis, item qui ſub traditionum nomine quæuis errorum portenta volunt in Eccleſiam inuehere: ii magis ineptè (ne dicam impiè) argumentantur quàm vt refutatione indigeant. Increpet, ἐπιτιμήσαι. Hæc eadem ſcripta ſunt Zach.3.a.2, ſed in viſione quadam, in qua non Michael, ſed Iehoua ipſe ita loquitur.

11 Væ ipſis, οὐαὶ αὐτοῖς. Id eſt, maledictio ipſis imminet. Neque enim tam imprecatur, quàm prædicit quid illis impendeat.

Οὗτοί εἰσιν οἱ ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν σπιλάδες, συνευωχούμενοι, ἀφόβως ἑαυτοὺς ποιμαίνοντες· νεφέλαι ἄυδροι, ὑπὸ ἀνέμων παραφερόμεναι, δένδρα φθινοπωρινὰ, ἄκαρπα, δὶς ἀποθανόντα, ἐκριζωθέντα·

1.Pet.1.d.17

11 Hi ſunt maculárum inſtar in agapis veſtris, dum vobiſcum conuiuantur, absque vllius metu ſeipſos paſcentes, nubes aqua carentes, ventis circumactæ, arbores emarcidæ, infrugiferæ, bis emortuæ, eradicatæ:

11 *Hi ſunt in epulis ſuis maculæ, omnia nanciſcentes ſine timore ſemetipſos paſcentes: nubes ſine aqua, quæ à ventis circumferuntur, arbores autumnales, infructuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ:*

Κύματα ἄγρια θαλάσσης, ἐπαφρίζοντα τὰς ἑαυτῶν αἰσχύνας, ἀστέρες πλανῆται, οἷς ὁ ζόφος τοῦ σκότους εἰς τὸν αἰῶνα τετήρηται.

13 Vndæ maris efferatæ, deſpumantes ſua ipſorum dedecora, ſtellæ erraticæ, quibus caligo tenebrarum in æternum ſeruata eſt.

13 *Fluctus feri maris, deſpumantes ſuas confuſiones, ſidera errantia: quibus procella tenebrarum ſeruata eſt in æternum.*

Προεφήτευσε δὲ καὶ τούτοις ἕβδομος ἀπὸ Ἀδὰμ Ἐνὼχ, λέγων, Ἰδοὺ, ἦλθε Κύριος ἐν μυριάσιν ἁγίαις αὐτοῦ,

14 Prophetauit autem etiã de iſtis ſeptimus ab Adã Enoch, dicens, Ecce, venit Dominus cum ſanctis millibus ſuis,

14 *Prophetauit autem de his ſeptimus ab Adam Enoch, dicés, Ecce, venit Dominus in ſanctis millibus ſuis,*

Ποιῆσαι κρίσιν κατὰ πάντων, καὶ ἐλέγξαι πάντας τοὺς ἀσεβεῖς αὐτῶν περὶ πάντων τῶν ἔργων ἀσεβείας αὐτῶν ὧν ἠσέβησαν, καὶ περὶ πάντων τῶν σκληρῶν ὧν ἐλάλησαν κατ' αὐτοῦ ἁμαρτωλοὶ ἀσεβεῖς.

15 Vt ferat iudicium aduerſus omnes, & redarguat quicúque ex ipſis ſunt impii, de factis omnibus quæ impiè patrarint, déque omnibus duris quæ loquuti fuerint aduerſus ipſum peccatores impii.

15 *Facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum quibus impiè egerunt, & de omnibus duris quæ loquutiſunt contrà eum peccatores impij.*

Οὗτοί εἰσι γογγυσταὶ, μεμψίμοιροι, κατὰ τὰς ἐπιθυμίας αὐτῶν πορευόμενοι· καὶ τὸ στόμα αὐτῶν λαλεῖ ὑπερόγκα, θαυμάζοντες πρόσωπα, ὠφελείας χάριν.

Pſal.17.c.10

16 Hi ſunt murmuratores, querulí, in cupiditatibus ſuis incedentes: & quorum os loquitur prætumida, admirantes perſonas vtilitatis gratia.

16 *Hi ſunt murmuratores, querulóſi, ſecundum deſideria ſua ambulãtes: & os eorum loquitur ſuperba, mirãtes perſonas quæ ſint cauſa.*

Ὑμεῖς δὲ, ἀγαπητοὶ, μνήσθητε τῶν ῥημάτων τῶν προειρημένων ὑπὸ τῶν ἀποστόλων τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ·

17 Vos autem, dilecti, memores eſtote verborum quæ prædicta fuerunt ab Apoſtolis Domini noſtri Ieſu Chriſti,

17 *Vos autem, charíſſimi, memores eſtote verborum quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

Ὅτι ἔλεγον ὑμῖν ὅτι ἐπ' ἐσχάτου χρόνου ἔσονται ἐμπαῖκται, κατὰ τὰς ἑαυτῶν ἐπιθυμίας πορευόμενοι τῶν ἀσεβείων.

1.Tim.4.d.1
2.tim.3.d.1
2.pet.3.d.3

18 Quòd *nideliices* dixerũt vobis, in extremo tempore futuros irriſores qui in impiis ſuis cupiditatibus incedant.

18 *Quidicébãt nobis quòd in nouiſſimo tẽpore uenirẽt illuſores, ſecundũ deſideria ſua ambulantes impietatem.*

11 In agapis veſtris, ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν. Vulg. In epulis ſuis: mendoſè, & meritò repugnantibus Græcis codicibus. Neque enim agapæ priuatæ erant, ſed fraterna Eccleſiaſtici cœtus conuiuia, quæ pulchrè deſcribit Tertullianus in Apologetico, cap. 39. Seruauimus autem Græcum nomen, quod Latini etiam Theologi, vt peculiariter fraternis iſtis Eccleſiarum conuiuiis dicatum, retinuerũt. Eraſ. Inter charitates veſtras. Vide 1. Pet. 2. c. 13, vbi hunc locum expoſuimus. Abſque vllius metu, ἀφόβως. Id eſt impudenter, & abſque vlla vel Dei vel Eccleſiæ reuerentia. Quid enim is metuat cui ſummæ perfectionis gradus eſt, nihil ducere pro peccato? Seipſos paſcentes, ἑαυτοὺς ποιμαίνοντες. Id eſt luxui & ingurgitationi pro arbitrio ſuo vacantes: pro quo dixit Petrus ἀσωτίαις. Eraſ. Suo ductu & arbitrio viuentes. Emarcidæ, φθινοπωρινά. Id eſt, qui nullũ fructum niſi marcidum ferant, vt ex iis nulla decerpi poſſit vtilitas, ſicut mox ſubiicit. Vulg. ad verbum, Autumnales. Sed puto Apoſtolum potius ad etymologiam huius epitheti quàm ad autumnum reſpexiſſe. φθινοπωρινὰ igitur vocauit ἀπὸ τοῦ φθίνειν καὶ αὖθις ἐπώρας, quòd nihil niſi corruptum & marcidum edant. Bis, *Vlc.* Numerus certus pro incerto, emphaſeos cauſa. niſi arbitrari malimus duplicem hic mortem notari: vnã in qua natæ ſint, alteram in qua in ſua defectione inciderint. ſit enim iſtiuſmodi conditio poſterior, priore deterior, & vtraque mortis appellatio paſſim in Scripturis tribuitur.

13 Caligo tenebrarum, ζόφος τοῦ σκότους. Id eſt denſiſſimæ tenebræ, vt diximus 1. Pet. 2. d. 17. Sic apud Æſchylum alicubi inuenias χθονὸς πέδον, σκάφη πόντου, πομφολυγὲς πέδον, & ſimilia.

14 Enoch, Ἐνὼχ. Mihi quidem ſit veriſimile hoc Enochi dictum vel ἄγραφον fuiſſe, & tamen apud omnes poſteros celebre: vel in aliquo libro de Enocho commemoratum. Vtcũque ſit, vera & perpulchra eſt ſententia: & Enochum inter cæteros pietate excelluiſſe res ipſa oſtendit. Multos autem ſacros libros intercidiſſe nemini dubium eſſe poteſt qui Vetus teſtamentum legerit: quales iſti ſunt, Liber bellorum Domini, quem citat Moſes Num. cap. 21. c. 14. Liber Iuſti, Ioſ. 10. c. 13. Liber Nathan, Liber Gad, Liber Semeix, Liber Haddo, liber Ahix, Liber Iehu filii Hannani, qui in Paralipomenon libris citantur. Sed hoc quidem certum eſt, eos qui ſuperſunt libros, & in Canone recitantur, ſine controuerſia fuiſſe ab Eccleſia receptos. & quod ad ſtabiliendam veram religionem attinet, nihil eſſe quod quicquam amplius deſideremus. Venit, ἦλθε. Præteritum pro futuro, Propheratum more.

17 Ab Apoſtolis, ὑπὸ τῶν ἀποστόλων. Ne hinc quidẽ conſequitur hunc Iudam ex Apoſtolorũ numero non fuiſſe, ſed colligitur ſerò fuiſſe ſcriptam hanc epiſtolã, pleriſque iam mortuis Apoſtolis, quorum ſcripta terebantur in Eccleſia. quamobrem etiam videmus Petrum in altera epiſtola meminiſſe ſcriptorum Pauli.

Οὗτοί εἰσιν οἱ ἀποδιορίζοντες ἑαυτοὺς, ψυχικοὶ, πνεῦμα μὴ ἔχοντες.

19 Hi ſunt ᵛqui ſeipſos ſegregãt, ᵛanimales, Spiritum non habentes.

19 Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales, ſpiritum non habentes.

Ὑμεῖς δέ, ἀγαπητοὶ, τῇ ἁγιωτάτῃ ὑμῶν πίστει ἐποικοδομοῦντες ἑαυτοὺς, ἐν Πνεύματι ἁγίῳ προσευχόμενοι,

10 Vos autem, dilecti, ſanctiſſimæ veſtræ fidei ſuperſtruentes vos ipſos, per Spiritum ſanctum orantes,

10 Vos autē, chariſſimi, ſuperædificantes voſmetipſos ſanctiſſimæ veſtræ fidei, in Spiritu ſancto orantes,

Ἑαυτοὺς ἐν ἀγάπῃ Θεοῦ τηρήσατε, προσδεχόμενοι τὸ ἔλεος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς ζωὴν αἰώνιον.

11 Alii alios in charitate Dei conſeruate, expectantes miſericordiam Domini noſtri Ieſu Chriſti in vitam æternam.

11 Voſipſos in dilectione Dei ſeruate, expectantes miſericordiã Domini noſtri Ieſu Chriſti in vitã æternã.

Καὶ οὓς μὲν ἐλέγχετε διακρινόμενοι·

11 Et ᵛalios quidē habito delectu commiſeramini:

11 Et hos quidem arguite iudicatos:

Οὓς δὲ ἐν φόβῳ σῴζετε, ἐκ τοῦ πυρὸς ἁρπάζοντες, μισοῦντες καὶ τὸν ἀπὸ τῆς σαρκὸς ἐσπιλωμένον χιτῶνα.

23 Alios verò ᵛterrore ſeruate, ex flamma rapientes: odio habentes ᵛvel eam tunicam quæ à carnis contactu ſit maculata.

23 Illos verò ſaluate, de igne rapientes: alijs autem miſeremini i timore: odiẽtes & eam quæ carnalis eſt, maculatam tunicam.

Τῷ δὲ δυναμένῳ φυλάξαι ὑμᾶς ἀπταίστους, καὶ στῆσαι κατενώπιον τῆς δόξης αὐτοῦ ἀμώμους ἐν ἀγαλλιάσει,

24 Cæterùm ei qui poteſt ᵛvos ſeruare à peccato immunes, & ſtatuere in cõſpectu gloriæ ſuæ inculpatos cum exultatione:

24 Ei autē q̃ potens eſt uos cõſeruare ſine peccato, & conſtituere ante conſpectũ gloriæ ſuæ immaculatos in exultatione,

Μόνῳ σοφῷ Θεῷ σωτῆρι ἡμῶν δόξα καὶ μεγαλωσύνη, κράτος καὶ ἐξουσία, καὶ νῦν καὶ εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

25 Id eſt ſoli ſapienti Deo ᵛSeruatori noſtro, gloria & magnificentia & robur ᵛ& poteſtas, & nunc & in omnia ſecula. Amẽ.

25 Soli Deo Saluatori noſtro per Ieſum Chriſtũ Dominum noſtrũ, gloria & magnificentia, imperium & poteſtas ante omne ſeculũ, & nunc & in omnia ſecula ſeculorum. Amen.

19 Qui ſeipſos ſegregant, οἱ ἀποδιορίζοντες ἑαυτούς. Addidimus ἑαυτοὺς ex Veteris interpretis & trium vetuſtorum codicum fide: quanquam etiam poſſimus nõ inepte hoc referre ad alios quos iſti à veræ Eccleſiæ cœtu abducant. Hi ſunt nimirum quos Paulus ἑτεροδιδασκαλοῦντας & ἀλλοτρίους vocat, i. qui peculiarem doctrinam docent, & ſectas inſtituunt. Animales, ψυχικοί. Vide 1. Cor. 2. d. 14.

22 Alios quidē habito, &c. οὓς μὲν ἐλέγχετε διακρινόμενοι. Hæc expoſitio plana eſt, & cũ Græcis conſentiẽs. Duo enim facit Apoſtolus fratrũ genera qui ſanari poſſint, quorum vnum ab altero diſcerni oporteat. Alios enim lenius tractandos & cõmiſeratione, alios, qui iam in ipſa veluti flamma verſentur, periculi denũtiatione in viam eſſe reuocandos. Eraſmus maluit interpretari διακρινόμενοι, dum iudicamini: quod meritò diſplicuit doctiſſimo interpreti. Vulg. Hos quidem arguite iudicatos, οὓς μὲν ἐλέγχετε διακριθέντας: quam lectionem inuenimus in tribus Græcis codicibus: quæ tamen mihi non ita probatur.

23 Terrore, ἐν φόβῳ. Id eſt, abſterrentes illos & ſancta ſeueritate reuocantes. Vetus interpres hoc non legit: neque etiam inuenimus in illis Græcis codicibus quos modò cõmemoraui. Vel eam tunicam, καὶ τὸν χιτῶνα. Hyperbole ab interdictis pollutionum legalium ſumpta: aceſi diceret, Volo, quod ad illos ſceleratos attinet, vos ab illorum congreſſu abſtinere, imò quodammodo quicquid illi vel contigerunt, tanquam pollutũ execrari. Ideo ἀπὸ τῆς σαρκὸς conuerti A carnis contactu. Vulg. prorſus ineptè, Odientes & eam quæ carnalis eſt, maculatam tunicam. Eraſmus nihilo melius, Odio proſequentes & eam quæ in carne eſt, maculatam tunicam.

24 Vos, ὑμᾶς. Ita lego ex Veteris interpretis & quatuor veterum codicum authoritate. Quòd ſi malimus legere αὐτούς, dicemus pro ἑαυτοὺς poſitum, ita vt eodem recidat ſententia. Neque enim videtur ſatis commodè accipi poſſe pro ipſos, vel eos, vt conuertit Eraſmus. Gloriæ ſuæ, τῆς δόξης αὐτοῦ. Id eſt ſuo: vt gloria Dei pro ipſo paſſim vſurpatur, minimè tamen otioſa periphraſi.

25 Seruatori noſtro, σωτῆρι ἡμῶν. In duobus codicib⁹ additur διὰ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, per Ieſũ Chriſtum Dominum noſtrũ, vt legit Vetus interpres. Et poteſtas, καὶ ἐξουσία. Vetus interpres addit, Ante omne ſeculum, πρὸ παντὸς αἰῶνος: quam lectionem in duobus quoque vetuſtis codicibus Græcis comperimus.

PROLEGOMENA IN APOCALYPSIN IOHANNIS.

QVIA de huius libri authoritate iamptidem nonnulli dubitarunt, paucis diluam argumenta quæ in hanc partem adferri ſolent: deinde quid mihi videatur exponam. Argumenta verò citabo vti ſunt ab Eraſmo ſtudioſè ac diligenter collecta: cuius quidem adeo varium mihi videtur in hoc argumento (vt in multis aliis) iudicium fuiſſe, vt quid ſtatuerit, non facilè iudicare poſſis: niſi quòd eò tandem videtur inclinare vt exiſtimet aliquam eſſe quidem huius libri authoritatem, ſed non eam tamen quæ ſit reliquorum qui ſine controuerſia ſunt recepti. Audiamus ergo quid dicat. Teſtatur, inquit, diuus Hieronymus, Apocalypſin ætate ſua non fuiſſe receptam à Græcis. Dorotheus Tyri epiſcopus ac martyr, in compendio vitarum tradit Iohannem in Patmo inſula Euangelium ſuum ſcripſiſſe, huius autem libri non meminit. Athanaſius Græcus in ſuo catalogo non affirmat hoc opus eſſe Iohannis. Dionyſius Alexandrinus, cuius verba citat Euſebius lib. 7. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, librum exiſtimat ab alio quopiam Iohanne viro ſancto ſcriptū. Euſebius ipſe ita citat hūc librū aliquot locis vt Iohanni non ſine exceptione tribuat. Idem Caium quendam orthodoxum citat libro tertio, qui à Cerintho hæretico ſcriptum dicat. Hoc ſit primum argumētum: ad quod ita reſpondeo, Si ſpectetur quibus rationibus permoti ſint nonnulli ad hunc librum repudiandum, iuſtam demū facilè appariturum quàm immeritò hoc fecerint. Deinde ſicut à quibuſdam fuit repudiatus, ita fuiſſe à pleriſque receptum, adeo quidem vt Epiphanius illos à quibus reiiciebatur, apertè inter hæreticos recēſuerit: vt interim omittam antiquiſſimos ſcriptores, Iuſtinum philoſophum, & Irenæum Lugdunenſem epiſcopum, martyrem vtrunque, non modò illum comprobaſſe, ſed etiam cōmentariis illuſtraſſe. De Dorotheo quod adfertur nihil habet momēti, qui ſuo tantū ſilētio hunc librū videatur reiecisſe. De Athanaſio, ſuſpectum eſſe titulum Eraſmus ipſe annotauit. De Dionyſio mox viderimus, quum ipſius rationem expendemus. Caium (quicunque tandem is fuerit) vel ipſius Dionyſii verbis refuto, quæ ſcripta ſunt libro Eccleſiaſticæ hiſtoriæ tertio. Euſebiū autem ſanè nihil moror, in quo docti omnes iudicium requirunt. Nunc ad alterum argumētum veniamus. Scribit, inquit, Hieronymus quoſdam eruditiſſimos viros totum hoc argumentum multis conuitiis fuiſſe inſectatos, quaſi nihil haberet Apoſtolicæ grauitatis, ſed vulgatam tantùm rerum hiſtoriam, figurarum inuolucris adumbratam. Deinde nec in ſententiis eſſe quicquam Apoſtolica grauitate dignum. Ad hoc ita reſpōdeo, Quicunque tandem iſti eruditiſſimi viri fuerint, magnam eos reprehenſionem mereri in eo quòd cōuitiis auſi ſint eum librum exagitare qui ſanè ſit breuiſſimus, ſi ea demas quæ ad verbū ex Prophetis exſcripſit. Longè aliter Baſilius, Gregorius, Cyrillus, Epiphanius, Irenæus, Hippolytus, vt Arethas teſtatur, qui hunc librum nō modò (vt Dionyſius Alexandrinus) putarunt à ſancto viro ſcriptum eſſe, ſed apertè etiam Iohanni Apoſtolo vendicarunt: nunquam id certè facturi ſi Apoſtolicæ grauitatis nulla in eo veſtigia animaduerriſſent. Vtros verò pro eruditioribus habebimus? an iſtos quorum & ſingularis pietas & ſumma eruditio teſtata eſt plurimis ipſorum monimentis: an illos potius quorum ne nomina quidē apparent: argumenta verò ſatis indicant quàm meritò eruditiſſimi appellentur? Negant in hoc ſcriptore vllam apparere grauitatem, quum tamē penè omnia ex Prophetis ad verbum deſcripſerit. Dicunt eum compleſſi vulgatam rerum hiſtoriam. Id verò qui poteſt in eo verum eſſe qui (ſi admodum pauca excipias) res præteritas non narret, ſed futuras prænuntiet? Iſta igitur non modò vera non ſunt, ſed ne veriſimilia quidem. Ad tertium argumentum accedamus. Hic, inquit, ſolicitè ſuum nomen inculcat, perinde quaſi ſyngraphaṁ ſcriberet, non librum: idque non ſolùm præter morem Apoſtolorum, verùm multo magis præter ſuum morem, qui in Euangelio multo modeſtiora narrans, non exprimit tamen vſquam ſuum vocabulum, ſed notulis indicat. Diſcipulus ille quem diligebat Ieſus. Et Paulus cogitus referre de viſionibus ſuis, rem ſub alterius exponit perſona. At hic tam arcana cum Angelis colloquia deſcribens, quot locis inculcat, Ego Iohannes! Hæc eſt ratio quæ Dionyſium Alexandrinum impulit vt ab alio aliquo Iohanne ſcriptum hunc librum arbitraretur. At, Deus bone, quàm hæc ſunt infirma & imbecilla! Nō animaduerterunt boni viri aliud eſſe hiſtoriam, aliud prophetiam ſcribere. Nam hiſtoriæ veritas aliunde potius quàm à ſcriptore pendet: in prophetia verò, quia res futuræ prædicuntur, nulla niſi reuelantis & annuntiantis authoritate innixæ, quis non videt hoc requiri in primis vt vnde tandem illarum prædictio emanet, quis patefecerit, quis ſcripſerit intelligamus? Ideo videmus non modò in prophetarū initiis, ſed etiam in ſingulis penè viſis, nihil æquè ſolicitè adſcribi atque Dei dictātis & Prophetæ ſcribentis nomen. Exemplo ſit vel vnus Ieremias, qui minimùm centies vicies nomen ſuum inculcat. Ita enim omnino faciēdum erat, ne latebras quærere videretur, vt pſeudoprophetæ ſolebant. Quid verò apud Danielem à capite ſeptimo non penè ſingulis verſiculis repetitur אני דניאל, Ego Daniel! Eſaias autem quoties Eſaiam filium Amos inculcat! Atqui Iohannes hoc non conſueuit in Euangelio. Fateor: nam hiſtoriam ſcribebat, in qua illi accidit quod nulli ex aliis diſcipulis, vt ipſe de ſe multa dicere cogeretur. At Paulus etiam ipſe hoc non fecit. Certè non fecit eo in loco in quo ſuas viſiones ex profeſſo non tractabat: ſed quoties ſui muneris præſtantiam aſſerit, quàm altè, quàm magnificè ſeſe Paulum illum eſſe dicit non ab hominibus, neque per homines, ſed à Ieſu Chriſto deſignatum Apoſtolum? Quid? quum ſua illa certamīna prædicat, an perſonam alienam aſſumit? Sed aliquid etiam amplius conſideremus. Iohānis nomen in toto hoc opere (niſi me calculus fefellit) quinquies tantùm repetitur: & illud Ego Iohannes, tribus tantùm locis, nempe cap. 1. b. 9, addita tamen explicatione, quæ vna ad omnem amoliendam arrogantiæ ſuſpicionem ſatis ſupérque ſufficit. Item, 22. a. 1, & 22. b. 8: quibus locis ſimpliciter tantùm commemorat quid viderit, vt de viſionis fide dubitari non poſſit. Ergo (vt paucis hoc argumentum abſoluam) ratio illa Dionyſii non modò futilis eſt, ſed etiam imperitiam arguit, atque adeo plena eſt calumniæ: imò verò (quod ingenuè & ſine vlla maleuolentia à me dici Deus teſtis eſt) nimium inconſiderata eſt vox iſta, hunc ſcriptorem perinde ſuum illud Ego Iohannes inculcare acſi ſyngraphaṁ, non librū ſcriberet. Accedo ad quartum argumentum. In Græcis, inquit, quos viderim exemplaribus, non erat titulus Iohannis Euangeliſtæ, ſed Iohannis Theologi. Atqui vel hic titulus eam Iohanni Euangeliſtæ vendicat, quem nemo ignorat ὁ θεολόγος fuiſſe Theologum à veteribus appellatum: quòd de Chriſti diuinitate nemo vnquam hominum apertius aut diuinius ſcripſerit. Alter autē ille Iohannes quem ego ſanè ſuppoſititium eſſe ſuſpicor, non Theologus, (quo cognomento nihil dici poteſt auguſtius) ſed preſbyter dicebatur. Venio tandem ad ſtyli diſſimilitudinē, quā Dionyſius ille Alexandrinus tribus argumentis confirmat, vt refert Nicephorus Eccleſiaſt. hiſtoriæ lib. 6. cap. 25. Primùm ex tota orationis indole ac ductu. Deinde quòd quum Euangelio & epiſtolæ Iohannis catholicæ multa ſint communia, hic liber ne ſyllabam quidem vllam habeat cum eis cōmunem. Poſtremò, quòd quum ſermonis etiam dono excelluerit Iohannes, alicubi hic noſter ruſticis barbariſmis & ſoloeciſmis vtatur. At ego primùm omnium reſpondeo, iſtam ſtyli diſſimilitudinem minimè eſſe admirandā in tam diſſimili argumēto.

Nam in Euangelii hiſtoria, & in Epiſtolis, quanuis impulſu Spiritus ſancti, tamen ex ſuo ſenſu loquitur: hic audita & dictata excipit. Illic partim narrat rem geſtã, partim docet: hic de rebus futuris agit, & quidem præſcriptis verbis: & miramur eum non iiſdem vti ſententiis ſæpiſſimè quis vnquam hãc legem cuiquam ſcriptori præſcripſit? Quid quòd pleraq; ipſis ſuperiorum Prophetarum (puta Ezechielis, Danielis, Zachariæ, Eſaiæ & aliorum) verbis illi dictantur, ab eodem illo Spiritu nimirum qui quondam per illos hæc eadem erat loquutus? Itaque mirum nemini videri debet quòd non ita culto ſermone vtatur, vt qui à Prophetarum qui Hebraicè ſcripſerunt, ne verbis quidem, nedum charactere, diſcedere voluerit: quo minus ſanè ſuſpicari par eſt quicquam hic commentitium Eccleſiæ obtrudi. Supereſt vltimum argumentum, quòd videatur Chiliaſtarum hæreſi fauere: quo nomine nonnulli adducti ſunt vt hoc opus à Cerintho editum ſub Apoſtoli nomine putarint. Ego verò, vt concedam Chiliaſtas nonnullis ex hoc libro teſtimoniis eſſe abuſos, idcirco tamen hæretico tam impuro hunc librum eſſe tribuendum abſit vt concedam, niſi locos illos aliter accipi commodè non poſſe quiſpiam oſtenderit: alioquin quem tandem librum admittemus? Aliter autem accipiendos eſſe doctiſſimi viri iãpridem indicarunt: vt huic libro idem planè acciderit atque epiſtolæ ad Hebræos, quam nonnulli pertinaciſſimè repudiarunt, quòd facere pro Nouatianis videretur: quum ipſi potius ſuam ignorantiam debuerint accuſare. Deinde, obſecro, quum alia præterea fuerint Cerinthi deliria, vt qui Deum eſſe mundi conditorem negarit, Chriſtum ex Maria ac Ioſepho cæterorum hominum more genitum docuerit: Chriſtum & Ieſum vt diſtinctas perſonas ſeparârit: cur non etiam hæc ſua dogmata huic libro aſpergerent? Atqui tantum abeſt vt hoc faciat, vt contrà aduerſus illos errores certa ex hoc libro teſtimonia peti poſſint: vt à Cerintho iſta proficiſci nõ potuiſſe, vel ex vna iſta ratione ſatis appareat. Quid verò quòd vbi de mille annis loquitur, nihil eorum narrat de quib⁹ Cerinthus tam impiè garriebat? Vbi enim luxus ille? vbi cibus & potus? vbi nuptiæ & iocus? vbi ſacrificia & dies feſti Hieroſolymis celebrandi? Ergo vanũ etiam ac futile eſt hoc argumentum. Quæ quum ita ſe habeant, quanuis non cenſuerim quidem ego pertinacius de ſcriptoris nomine litigandum, tamen Iohanni Apoſtolo potius quàm cuiquam alii hunc librum tribuerim. Nam præterquam quòd vetuſtiſſimũ eſſe conſtat, & ex veteribus doctiſſimi & religioſiſſimi quique, Iohannis Apoſtoli eſſe non dubitarunt, his etiam coniecturis ducor, quòd illis temporibus non videam cui tandem alii tantæ maieſtatis pleræ prophetiæ, tãmque auguſtum Theologi nomen, tribui potuerint: deinde, quòd planè Apoſtolicæ ſit dignitatis non vni alicui Eccleſiæ, ſed Aſiaticis Eccleſiis ſcribere: poſtremò, quod quæ de inſula Patmo cõmemorat, cum iis prorſus conueniant quæ de Iohannis exilio veteres ſummo conſenſu tradunt. Quòd ſi tamen liceret ex ſtylo coniecturam facere, nemini certè potius quàm Marco tribuerim, qui & ipſe Iohannes dictus eſt: adeo nõ in verbis tantùm, ſed etiã in formulis dicendi pleriſque ſimilis ac penè idem eſt Euangelii Marci & huius libri charácter. Ad ipſum autem librum quod attinet, quanuis eum eſſe me agnoſcam cui hæc myſteria valde adhuc obſcura videantur: tamen quum vbique videam Spiritus prophetici numen eminere, & veterum Prophetarum non tantùm veſtigia, ſed ſententias, ipſáque adeo verba in hoc libro agnoſcam: quum manifeſta & magnificentiſſima vbique tum diuinitatis Chriſti, tum noſtræ redemptionis teſtimonia in eo extare videam: quum denique ex iis quæ prædicta ſunt, nonnulla manifeſtè iam apparuerint, veluti quæ de Aſiaticarum Eccleſiarum excidiis, & ſcorti illius ſeptem montibus inſidentis regno prædixit: venio in eam ſententiam vt exiſtimem Spiritum ſanctum in hunc pretioſiſſimũ librum congerere voluiſſe quæ ex ſuperiorum Prophetarum prædictionibus implenda poſt Chriſti aduentum ſupererant: ac nonnulla etiam addidiſſe, quatenus noſtra intereſſe cognouit. Obſcuritas in his, fateor, magna eſt: ſed ea minimè noua in Prophetarum (ac præſertim Ezechielis) ſcriptis. Deinde noſtrum hoc vitium eſt, qui ſingula diligentius non annotamus, & quotidiana illa Dei prouidentiæ iudicia in Eccleſiæ ſuæ adminiſtratione, rebus noſtris priuatis intenti, non conſideramus. Poſtremò, nouit Dominus quid quatenus noſſe expediat, ideóque prophetiarum lucem pro ſua infinita ſapientia non aliter iam olim tẽperauit quàm Eccleſiæ vtile fore præſciuit. Supereſt igitur vt hæc myſteria ſancti Dei homines cum timore ac religione, quatenus fas & vtile eſt, ſcrutentur: omnes verò, ſiue quæ nouerint, ſiue quæ non nouerint, in hoc libro compréhenſa Dei myſteria venerentur potius quàm (nonnullorum more) vel derideant, vel fanaticis ſuis commentis polluant.

Apocalypſis Iohannis theologi.

Ἀποκάλυψις Ἰωάννου τοῦ θεολόγου.

	NOVA INTERPR.	VETVS.
Κεφάλαιον αʹ	CAP. I.	CAP. I.
ΑΠΟΚΑΛΥΨΙΣ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἣν ἔδωκεν αὐτῷ ὁ Θεὸς δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει· καὶ ἐσήμανεν ἀποστείλας διὰ τοῦ ἀγγέλου αὐτοῦ τῷ δούλῳ αὐτοῦ Ἰωάννῃ·	APOCALY-psis Ieſu Chriſti, quam dedit ipſi Deus, vt indicaret ſeruis ſuis quæ oporteat fieri citó: is verò miſſam per Angelum ſuum, ſeruo ſuo Iohanni ſignificauit:	APOCALY-psis Ieſu Chriſti, quam dedit illi Deus, palàm faceret ſeruis ſuis quæ oportet fieri citó: & ſignificauit mittens per Angelum ſuum ſeruo ſuo Iohanni:
Ὃς ἐμαρτύρησε τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅσα τε εἶδε.	Qui teſtificatus eſt ſermonẽ Dei, & teſtimonium Ieſu Chriſti, & quæcunque vidit.	Qui teſtimonium perhibuit verbo Dei, & teſtimonio Ieſu Chriſti, quæcunque vidit.
Μακάριος ὁ ἀναγινώσκων, καὶ οἱ ἀκούοντες τοὺς λόγους τῆς προφητείας, καὶ	Beatus qui legit, & beati qui audiunt verba prohetiæ huius, &	Beatus qui legit & audit verba prophetiæ huius, et

IN CAPVT I.

1 Apocalypſis, ἀποκάλυψις. Græcum nomen ſeruaui tanquam ipſi etiã vulgo magis vſitatum in hoc quidem libro deſignando. Significat autem rerum antè occultarum patefactionem: & quanuis ſingulari numero ponatur, vniuerſalis tamen eſt totius libri inſcriptio, ex Prophetarum more. Ieſu Chriſti, Ἰησοῦ Χριστοῦ. Hanc doctrinam intellige Apocalypſin dici, non, quaſi occultum aliquid fuerit Chriſto ad dexterã Patris ſedenti, quod illi patefecerit Pater, ſed noſtri reſpectu: nempe quòd Filius illam ex ſinu Patris nõ vt alienam, ſed vt ſuam acceptam, Iohanni per Angelorum miniſterium patefecerit ad Eccleſiæ ædificationem. Habemus ergo ex hoc loco inſignẽ ordinẽ in Prophetiis tradẽdis obſeruatũ. Primùm enim collocatur Pater, deinde Filius, iique non vt inæquales, ſed vt vnus Deus: neque ſeparati, ſed vt diſtincti, & ita quidem vt Filius tanquã mediator Eccleſiæ perpetuus & æternus conſideretur: in quo vno videlicet Pater ſeſe Eccleſiæ ſuæ patefaciat. Vſus eſt autem Filius tum antequam caro fieret, tum ex quo ſeſe in cælum recepit, Angelorũ miniſterio, ſicuti & hodie: ſed agente ac moderante omnia Spiritu ſancto, qui & Patris & Filii virtus eſt eſſentialis, & à Patre ac Filio ſeparari nec debet nec poteſt. Angeli igitur (vt nobilia Dei inſtrumenta) Prophetis ſignificarunt quæ in mandatis habebant, & quidem multis modis, prout Dominõ viſum eſt. Homines demum qui Spiritus ſancti afflatu ex Angelis perceperant, tum voce tum ſcriptis annuntiarunt, prout idem Spiritus illorum animis, linguæ, calamo denique eſt moderatus. Seruis ſuis, τοῖς δούλοις αὐτοῦ. Vides afferi diuinitatem Filii, qui dominus ſit Eccleſiæ, & Angelis vt miniſtris vtatur! Nam αὐτοῦ referendum eſt ad Chriſtum: fuitque hoc explicandum, nequis putaret Patrem Filio vt inferiori hæc tradidiſſe: quum iſta traditio nihil aliud ſit Chriſti officium declarer, quatenus Dei & hominum eſt mediator, in quo vno acquieſcit Pater. Quæ oporteat fieri citò, ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει. Dionyſius Alexandrinus hæc verba citans apud Nicephorum Eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 6. cap. 22, legit δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ ἐν τάχει, vt citò patefaceret ſeruis ſuis. Suſpicor autem particulam illã ἃ δεῖ γενέσθαι, quæ oporteat fieri, ab aliquo expunctam eſſe, cui mirum videretur iſta citò facienda dici, quæ tã multo pòſt tempore facta non fuerint. Sed facilè ad hoc reſponderi poteſt ex iis quæ ſcribuntur 2. Pet. 3. b. 8 & 9. Deinde quum perpetuam venturorum ſeculorum hiſtoriam deſcribat Iohannes, ſignificat nimirum fore vt eorũ quæ hic patefiunt, exequutio ſtatim inchoetur, nõ autem vt vno momẽto omnia perficiantur. Poſtremò hæc formula dicendi non huic tantùm libro, ſed omnibus quoque Prophetis & Euangeliſtis eſt vſitata, tum etiam quum de ſupremo illo die differunt, quem tamen adhuc expectamus.

2 Teſtimonium Ieſu Chriſti, μαρτυρίαν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Vides iterum eundem ordinem ſeruarit Loquitur enim de Filio, ſed ita vt ſuo loco diximus. Filius per Angelos teſtificatur: videt Iohannes quæ demonſtrãt Angeli, & viſa deſcribit. Et quæcunque vidit, ὅσα τε εἶδε. In quibuſdam codicibus teſtatur Arethas hæc addi, καὶ ἐσόμενα. Et ἅπερα καὶ, καὶ ἅπερα δεῖ γενέσθαι μετ' αὐτά, & quæcunque vidit, tum ea quæ ſunt, tum ea quæ poſthac futura ſunt. Sed hæc ſuſpicor irrepſiſſe ex v. 19.

3 Et *beati* qui audiunt, καὶ οἱ ἀκούοντες. Mutatio numeri ex Hebræorum idiotiſmo.

τηροῦντες τὰ ἐν αὐτῇ γεγραμμένα. ὁ γὰρ καιρὸς ἐγγύς.

seruãt ea quæ in ea scripta sunt. tempus enim propè est.

seruat ea quæ in ea scripta sunt. tẽpus enim propè est.

Ἰωάννης ταῖς ἑπτὰ ἐκκλησίαις ταῖς ἐν τῇ Ἀσίᾳ· χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ τοῦ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος, καὶ ἀπὸ τῶν ἑπτὰ πνευμάτων, ἃ ἐνώπιον τοῦ θρόνου αὐτοῦ·

4 Iohannes ſeptem Eccleſiis quæ ſunt in Aſia: Gratia ſit vobis & pax ‖ à Qui eſt, & Qui erat, ᵛ & Qui vẽturus eſt: & ᵛ à ſeptem ſpiritibus qui in conſpectu throni eius ſunt:

4 Iohannes ſeptem Eccleſiis quæ ſũt in Aſia: Gratia nobis & pax ab eo q eſt, & qui erat, & qui uenturus eſt, & à ſeptem ſpiritibus qui in conſpectu throni eius ſunt: Exodi 3.c.14

Καὶ ἀπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς, ὁ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ὁ ἄρχων τῶν βασιλέων τῆς γῆς· τῷ ἀγαπήσαντι ἡμᾶς, καὶ λύσαντι ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ·

Et à Ieſu Chriſto, ‖ qui eſt fidus ille teſtis, ‖ primogenitus ille ex mortuis, ac princeps regum terræ: qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris ‖ per ſanguinem ſuum:

5 Et à Ieſu Chriſto q eſt teſtis fidelis primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ. qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo: Pſal.89.f.38 Col.1.c.18 1.cor.15.c.18 Hebr.9.d.14 1.pet.1.d.19 1.ioh.1.d.9

Καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ αὐτοῦ· αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

6 ᵛEt fecit nos ‖ reges & Sacerdotes Deo & Patri ſuo: ei inquã gloria & robur in ſecula ſeculorum. Amen:

6 Et fecit nos regnum & ſacerdotes Deo & Patri ſuo: ipſi gloria & imperiũ in ſecula ſeculorum. Amen. 1.Pet.2.a.5

Ἰδοὺ, ἔρχεται μετὰ τῶν νεφελῶν, καὶ ὄψεται αὐτὸν πᾶς ὀφθαλμὸς, καὶ οἵτινες αὐτὸν ἐξεκέντησαν· καὶ κόψονται ἐπ' αὐτὸν πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς· ναὶ, ἀμήν.

7 ‖Ecce, venit cum nubibus, & videbit eum ᵛ omnis oculus, ᵛ etiam qui eum trãſfixerunt: & plangent ᵛ coram eo omnes ᵛ tribus terræ. ᵛ etiam, amen.

7 Ecce, venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt: & plangent ſe ſuper eum omnes tribus terræ. etiam, amen. Eſa.3.c.14 mat.24.c.10 ind.e.14

4 A Qui eſt, &c. ἀπὸ τοῦ ὢν, &c. Nequis miretur non reſpondere conſtructionẽ, ſciendum eſt Apoſtolum ita voluiſſe exprimere quod ſcriptum eſt Exodi 3.c.14, vbi loquens Dominus Moſi ipſius nomen percontanti, Dic, inquit, Iſraelitis אהיה שלחני אליכם, id eſt, Sum, fui. & ero, miſit me ad vos. Tradunt enim doctiſſimi Hebræorum, ipſique adeo Thalmudiſtæ, verbum היה tria tempora complecti, præſens, præteritum & futurũ: eóque perfectam & omnibus numeris abſolutam Dei ſtabilitatem ſignificari. Hoc verò qui tãdem potuit vnico vocabulo exprimi? Sed nondum videtur expeditus nodus. cur enim non dixit τῷ ἔσται; Reſpondeo, voluiſſe Iohannem ſacrum illud nomen יהוה explicare, cuius etymologia eſt in illo Exodi loco tradita: quòd ſi ὤν & ἐρχόμενος vſus eſſet tanquam participiis, & verbo ἦν tanquam verbo, nomen illud certè non expreſſiſſet, ſed eius notationem duntaxat: nempe ſi dixiſſet τὸ ἔσται. & ἐς ἦν, ᾧ τὸ ἐρχόμενον. Itaque ὤν, ἦν & ἐρχόμενος, non vt participia, ſed vt propria nomina accipienda ſunt: quaſi dicas ad verbum, Gratia vobis & pax ab Ens, & Erat, & Venturus: quod vt in Græco ſermone intelligeretur, neceſſe fuit addi articulum præpoſitiuum, & quidem maſculinum, ipſi etiam verbo ἦν, quaſi ἦν ſit nomen proprium: ex quo etiam intelligitur quod antè dixi, nempe articulum ὁ in ὁ ὤν & ὁ ἐρχόμενος non tanquã participiis, neque tanquam nominibus πτωτοῖς ſiue materialiter acceptis, ſed tanquam propriis nominibus eſſe adiunctum. Supereſt adhuc vnus ſcrupulus. nam quum propria etiam nomina inflectantur, cur non dixit τῷ ἔσται, ᾧ τῷ ἦν, & τῷ ἐρχομένῳ? Nempe huc quoque reſpexit Iohannes quòd apud Hebræos nomen illud יהוה ſemper eſt vniforme, quanuis ſubiecta puncta mutentur, quæ nimirum nõ ſunt ipſius nominis propria, ſed aliunde adſcita: ideóque ne articulum quidem voluit inflectere, quaſi & ipſe ſit proprii nominis pars. Nam ſi τῷ ἔσται vel τῷ ἐρχομένῳ dixiſſet, viſa eſſent participia nõ nomina: quòd ſi τῷ ἦν ſcripſiſſet, viſus eſſet articulus neutrius generis, quaſi τὸ ἦν materialiter (quod aiunt) acciperetur. Supereſt vt ὁ ἦν annotemus melius conuerti Erat quàm Fuit, vt perpetuitas declaretur cum æternitate coniuncta. i. quæ principium non habuerit, & ſit aliena ab omni intermiſſione: ſicut diximus Ioh.1.a.1. Et qui venturus eſt, ἐὰν ἐρχόμενος. Cur nõ potius ἔρχεται, ſicut ὁ ἦν? Nempe duas ob cauſas: primùm quia videretur quodammodo nouum aliquod principium eſſentiæ introducere: deinde quia Deum vt iudicem vbique ſtatuit nobis proponere. Scimus autem fore vt Pater in Filio mundum iudicet, Act.17.g.31. A ſeptem ſpiritibus, ἀπὸ τῶν ἑπτὰ πνευμάτων. Dei maieſtati adiungit ſuos ſtipatores, non quaſi illos vlla in parte vel Deo exæquet, vel cum Chriſto conferat: ſicut etiam Paulus teſtes vnà citat Deum, Chriſtum, & Angelos, 1.Tim.5.d.21. Nam quòd ſeptem hos ſpiritus nonnulli pro Spiritu ſancto acceperunt, cuius ſeptiformis (vt loquuntur) ſit gratia, manifeſtè refelli poteſt vel ex eo quod ſcribitur infrà, 5.b.6. Ac nequis hoc loco offendatur, quaſi ad iſtos ſpiritus aliquid transferatur quod ad diuinitatem tantùm pertineat, vel quaſi Chriſtus iſtis ſpiritibus ſubiiciatur, conſiderentur diuina elogia quæ paulo pòſt tribuuntur Chriſto. Vnius enim Dei eſt, & quidem qui homo ſit factus, ſanguine ſuo abluere mundi peccata: neque vſquam Angelis gloria & robur æternũ tribuitur, ſed hoc ipſum eſt quod Angeli Deo acclamant. Chriſtus ergo vt Deus hîc deſcribitur, ſeptem autem iſti Spiritus vt miniſtri ante thronum collocãtur: ergo etiam coram Chriſto, vt qui Deo Patri aſſideat. Denique vt nemo de hoc poſſit ambigere, iidem iſti ſeptem ſpiritus infrà, 5.b.6, Agni cornua & oculi (i. miniſtri) dicuntur.

5 Qui eſt fidus ille teſtis, ὁ μάρτυς ὁ πιστός. Subauditur ὃς ἐστὶν, vti apud Hebræos ſubintelligi ſolet אשר. Vide Epheſ. cap.1.a.5

6 Et fecit, & ἐποίησεν. Iterum ſubauditur ὃς ex eodem Hebræorum idiotiſmo.

7 Omnis oculus. πᾶς ὀφθαλμὸς. Id eſt Omnes homines, ſiue omnium oculi eum videbunt. Etiã qui eum tranſfixerunt, & οἵτινες, &c. Καὶ non eſt copula hoc in loco, (quos enim homines copularet, qui omnes homines ſemel dixit?) ſed reſpõdet particulæ Hebræorũ גם, acſi in vernaculo ſermone dicas *meſmement*, vel, *voire meſmes ceux qui l'ont percé*. Deinde ναὶ ἀμήν τοῦ reſpondet Hebræo verbo אמן, Zach.11.c.10: quod non ſignificat dun-

taxat pungere aut compungere, ſed perfodere ac tranſfigere. Vulg. Et qui eum pupugerunt. Eraſmus, Et qui cõpunxerunt eum. Coram eo, ἐνώπιον. Heb. לפניו, vt Pſal. 9. d. 22. vel Propter eum, quia videlicet tum demũ agnoſcent quem antè contempſerint, & crudeliſſimè fuerint perſequuti. Vulg. & Eraſ. Super eum. Tribus terræ, αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. De vniuerſa terra hoc accipio, de qua tamen loquitur tanquam de terra Chanaan, & ſingulis Gentibus Dominus ſuam ſortem diſtribuerit. Etiam Amen, ναὶ ἀμήν. Sic apud Dauidem & alios Amen, amen, emphaſeos cauſa. Quid ſi verò Græcè vnum, Hebraicè alterum expreſſit vt tum Iudæos tum Græcos confirmaret illi iudicio fore obnoxios? 5

Ιωηλ.2.31.b.3. σ.c.13

Ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ Ω, λέγει ὁ Κύριος, ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος, ὁ παντοκράτωρ.

8 ¶Ego ſum Α & Ω, id eſt principiũ & finis, dicit Dominus, Qui eſt, & Qui erat, & Qui venturus eſt, ille inquam omnipotens.

8 Ego ſum Α & Ω, principium & finis, dicit Dominus Deus, Qui eſt, & Qui erat, et Qui uenturus eſt, Omnipotens.

Ἐγὼ Ἰωάννης ὁ καὶ ἀδελφὸς ὑμῶν, καὶ συγκοινωνὸς ἐν τῇ θλίψει καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ καὶ ὑπομονῇ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐγενόμην ἐν τῇ νήσῳ τῇ καλουμένῃ Πάτμῳ, διὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ διὰ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

9 Ego Iohannes, qui & frater veſter ſum, & ſocius in afflictione & regno & tolerantia Chriſti Ieſu, eram in inſula quæ vocatur Patmos, propter ſermonem Dei & teſtimonium Ieſu Chriſti:

9 Ego Iohannes frater uester & particeps in tribulatione & regno & patientia in Christo Iesu, fui in insula quæ appellatur Patmos, propter uerbum Dei & testimonium Iesu:

Ἐγενόμην ἐν πνεύματι ἐν τῇ κυριακῇ ἡμέρᾳ· καὶ ἤκουσα ὀπίσω μου φωνὴν μεγάλην ὡς σάλπιγγος,

10 Fui autem Spiritu correptus die Dominico, & audiui à tergo vocem magnam tanquam tubæ,

10 Fui in Spiritu in Dominicum die, & audiui post me uocem magnam tanquam tubæ,

Λεγούσης, Ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ Ω, ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος· καί, Ὃ βλέπεις γράψον εἰς βιβλίον, καὶ πέμψον ταῖς ἑπτὰ ἐκκλησίαις ταῖς ἐν Ἀσίᾳ, εἰς Ἔφεσον, καὶ εἰς Σμύρναν, καὶ εἰς Πέργαμον, καὶ εἰς Θυάτειρα, καὶ εἰς Σάρδεις, καὶ εἰς Φιλαδέλφειαν, καὶ εἰς Λαοδίκειαν.

11 Dicẽtis, Ego ſum Α & Ω, primus ille & vltimus. &, Quod vides ſcribe in libro, & mitte ſeptẽ Eccleſiis quæ ſunt in Aſia, Epheſi & Smyrnæ, & Pergami, & Thyatiræ, & Sardibus, & Philadelphiæ, & Laodiceæ.

11 Dicentis, Quod uides, scribe in libro: & mitte septẽ Ecclesiis quæ sunt in Asia, Ephesum, & Smyrnam, et Pergamum, & Thyatiram, & Sardum, & Philadelphiam, & Laodiciam.

Καὶ ἐπέστρεψα βλέπειν τὴν φωνὴν ἥτις ἐλάλησε μετ' ἐμοῦ· καὶ ἐπιστρέψας εἶδον ἑπτὰ λυχνίας χρυσᾶς,

12 Conuerſus ſum igitur vt viderem vocem quæ loquuta erat mecum. Conuerſus autem vidi ſeptem candelabra aurea.

12 Et conuersus sum ut uiderem uocem quæ loquebatur mecum. Et conuersus uidi septem candelabra aurea.

Καὶ ἐν μέσῳ τῶν ἑπτὰ λυχνιῶν ὅμοιον υἱῷ ἀνθρώπου, ἐνδεδυμένον ποδήρη, καὶ περιεζωσμένον πρὸς τοῖς μαστοῖς ζώνην χρυσῆν.

13 Et in medio ſeptem candelabrorum aureorum *quendam* ſimilem Filio hominis, indutũ talari *veſte*, & præcinctum ad mamillas zona aurea.

13 Et in medio septem candelabrorum similẽ Filio hominis, uestitum podere, & præcinctũ ad mamillas zona aurea.

8 Α & Ω, Α καὶ Ω. Hoc quidem Latinè explicari non poteſt. quid autem ſignificet fortaſſis non eſt omnibus notum. Non quod refert Eraſmus, eum qui in re quapiam ſit primus, id eſt præſtantiſſimus, Græco prouerbio dici Alpha, Chriſto quidem optimè conuenit, vt qui nomen acceperit quod eſt ſupra omne nomẽ: ſed quomodo quadrabit alterum? Nam ſi Alpha dicitur qui cæteris anteit, O mega ſanè dicetur qui omnium eſt poſtremus: vt illud quidem ſummæ ſit dignitatis, iſtud verò eius conditionis qua nulla ſit inferior. Chriſtum igitur ſciendum eſt hic loqui vt eum qui Deus eſt æternus: acſi diceret, Ego is ſum ante quem nihil eſt, imò per quem factum eſt quicquid factum eſt, quique, vt omnia intereant, ſuperſtes illis omnibus maneam. Denique ſicut Alpha ſeſe vocat quòd omnium rerum principio ſit antiquior, ita accipiemus O mega pro eo qui ſit omni ſine poſterior, vt verè ſua illi conſtet æternitas. Id eſt principium & finis, ἀρχὴ & τέλος. Hoc non legit Complutenſis editio, neque etiam Arethas. Legitur tamen ſine controuerſia infrà, cap. 21. b. 6, & 22. c. 13.

10 Fui *autem* Spiritu correptus, ἐγενόμην ἐν πνεύματι. Ita ſignificat ſanctũ illũ ἐκστασιν, quo Prophetæ correpti extra mundũ peregrinabantur cũ Domino: minimè id quidẽ, vt inſani illi vates, ſed ab ea maieſtate ad tempus abſorpti quam capere huius corporis anguſtiæ non poterant, vt mentem quodammodo à corpore abduci oporteret. Ita ſæpe ſcribit Ezechiel ſe tranſlatum fuiſſe à Domini Spiritu, & Spiritum Domini in ſe incidiſſe. Eadẽ loquutione vtitur Marcus 1. c. 12, & 5. a. 2: ſed de impuro Spiritu loquens. Die Dominico, ἐν τῇ κυριακῇ ἡμέρᾳ. Loci & dici circũſtantia pertinẽt etiã ad fidẽ narrationi faciendã itaque diligenter iſta ſolent Prophetæ explicare, ac præſertim Ezechiel: vt 1. a. 1, & 8. a. 1, & aliis locis. Diẽ autẽ Dominicum vocat qui à Paulo dicitur μία σαββάτων, 1. Cor. 16. a. 2. vt Act. 20. b. 7. quo die apparet iã tum ſolitos fuiſſe ſanctos conuenire.

11 Ego ſum Α & Ω, primus ille & vltimus, &c. ὁ πρῶτος & ὁ ἔσχατος. &c. Hæc non legit Arethas, neque in Cõplutenſi editione extãt, neque etiã in alio quodã vetuſto codice ex noſtris: vt nihil mirum ſit à Vetere interprete non fuiſſe conuerſa. Mihi tamen iſta repetitio videtur Iohannis ſtylo conuenire.

11 Vt viderem vocem, βλέπειν τὴν φωνήν. Vocem appellat eum quem nondum viderat, ſed duntaxat loquentem audierat: acſi diceret, Conuerſus ſum vt eum viderem cuius vocem audieram.

13 Filio hominis, υἱῷ ἀνθρώπου. Id eſt homini, ſiue qui hominem referebat: ex Hebræorum idiotiſmo, quem

quem alibi expoſuimus. Quanuis enim hic Chriſtuserat, tamen in genere hoc accipiendum eſſe de hominis figura, vel ex eo apparet quòd non additur articulus: ité ex Dan. 10. a. 5, vbi ſimile prorſus viſum deſcribitur.

Ἡ δὲ κεφαλὴ αὐτοῦ καὶ αἱ τρίχες, λευκαὶ ὡσεὶ ἔριον λευκὸν, ὡς χιών· καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὡς φλὸξ πυρός.

14 Caput autē eius & capilli erāt cādidi vt lana alba, tāquā nix: & oculi eius vt flamma ignis.

14 Caput autē eius et capilli erāt cādidi tāquā lana alba, et tāquā nix: & oculi eius tanquā flāma ignis.

Καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὅμοιοι χαλκολιβάνῳ, ὡς ἐν καμίνῳ πεπυρωμένοι· καὶ ἡ φωνὴ αὐτοῦ ὡς φωνὴ ὑδάτων πολλῶν.

15 Pedes autē eius ſimiles chalcolibano, veluti ſi fornace ardētes: & vox illius tanquam vox aquarum multarum.

15 Et pedes eius ſimiles orichalco, ſicut in camino ardēte: & vox illius tanquā vox aquarū multarū.

Καὶ ἔχων ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ ἀστέρας ἑπτά· καὶ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ῥομφαία δίστομος ὀξεῖα ἐκπορευομένη· καὶ ἡ ὄψις αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος φαίνει ἐν τῇ δυνάμει αὐτοῦ.

16 Habebat autem in dextra ſua ſtellas ſeptem: & ex ore eius anceps gladius prodibat: & facies eius qualis ſol in ſuo vigore lucet.

16 Et habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem, & de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat: & facies eius, ſicut ſol lucet in virtute ſua.

Καὶ ὅτε εἶδον αὐτόν, ἔπεσα πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ ὡς νεκρός· καὶ ἐπέθηκε τὴν δεξιὰν αὐτοῦ χεῖρα ἐπ' ἐμὲ, λέγων μοι, Μὴ φοβοῦ· ἐγώ εἰμι ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος,

17 Quū autē vidiſſem eū, cecidi ad pedes eius veluti mortuū. tū impoſuit mihi dextram ſuam, dicens mihi, Ne metue: ‖ ego ſum primus & vltimus,

17 Et quū vidiſſem eū, cecidi ad pedes eius tanquā mortuus. & poſuit dextram ſuam ſup me, dicens, Noli timere: ego ſum primus & nouiſſimus, Eſaiæ 41. b. 4, & 44. a. 6

Καὶ ὁ ζῶν, καὶ ἐγενόμην νεκρός, καὶ ἰδοὺ ζῶν εἰμὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν· καὶ ἔχω τὰς κλεῖς τοῦ ᾅδου καὶ τοῦ θανάτου.

18 Et qui viuo, ſed fui mortuus, & ecce viuo in ſecula ſeculorum. amē. & habeo claues inferorum & mortis.

18 Et viuus, & fui mortuus, & ecce ſum viuens in ſecula ſeculorū, & habeo claues mortis & inferni.

Γράψον οὖν ἃ εἶδες, καὶ ἃ εἰσὶ, καὶ ἃ μέλλει γίνεσθαι μετὰ ταῦτα.

19 Scribe quæ vidiſti, & quæ ſūt, & quæ poſthæc ſunt futura.

19 Scribe ergo quæ vidiſti, & quæ ſunt, & quæ oportet fieri poſthæc.

Τὸ μυστήριον τῶν ἑπτὰ ἀστέρων ὧν εἶδες ἐπὶ τῆς δεξιᾶς μου, καὶ τὰς ἑπτὰ λυχνίας τὰς χρυσᾶς. οἱ ἑπτὰ ἀστέρες, ἄγγελοι τῶν ἑπτὰ ἐκκλησιῶν εἰσι· καὶ αἱ ἑπτὰ λυχνίαι ἃς εἶδες, ἑπτὰ ἐκκλησίαι εἰσί.

20 Myſteriū ſeptē ſtellarū quas vidiſti in dextra mea, & ſeptē cādelabra aurea. Septem ſtellæ, Angeli ſunt ſeptem Eccleſiarū: & candelabra ſeptem quæ vidiſti, ſeptem Eccleſiæ ſunt.

20 Sacramētum ſeptem ſtellarum quas vidiſti in dextra mea, & ſeptem cādelabra aurea. Septem ſtellæ. Angeli ſunt ſeptem Eccleſiarū: & cādelabra ſeptē, ſeptē ſunt Eccleſiæ.

Κεφάλαιον βʹ

CAP. II.

CAP. II.

Τῷ ἀγγέλῳ τῆς Ἐφεσίνης ἐκκλησίας γράψον, Τάδε λέγει ὁ κρατῶν τοὺς ἑπτὰ ἀστέρας ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ, ὁ περιπατῶν ἐν μέσῳ τῶν ἑπτὰ λυχνιῶν τῶν χρυσῶν·

1 Angelo Epheſinæ Eccleſiæ ſcribe, Hæc dicit qui tenet ſeptē ſtellas in dextra ſua, qui ambulat inter ſeptem cādelabra aurea:

1 Angelo Epheſinæ Eccleſiæ ſcribe, Hæc dicit q̄ tenet ſeptē ſtellas in dextera ſua, q̄ ambulat in medio ſeptem cādelabrorum aureorum:

Οἶδα τὰ ἔργα σου, καὶ τὸν κόπον σου καὶ τὴν ὑπομονήν σου, καὶ ὅτι οὐ δύνῃ βαστάσαι κακούς· καὶ ἐπείρασας τοὺς φάσκοντας ἑαυτοὺς ἀποστόλους, καὶ οὐκ εἰσὶ· καὶ εὗρες αὐτοὺς ψευδεῖς.

2 Noui opera tua, & laborem & tolerantiam tuam, & quòd nō poſſis ferre malos: & exploraris eos qui ſe dicunt Apoſtolos eſſe, & non ſunt, & comperiſti eos eſſe mendaces.

2 Scio opa tua, & laborē & patiētiā tuā: & q̄a nō poteſ ſuſtinere malos, & tentaſti eos q̄ ſe dicunt Apoſtolos eſſe, & nō ſunt: & inuenſti eos mendaces.

Καὶ ὑπομονὴν ἔχεις· καὶ ὑπεμείνας διὰ τὸ ὄνομά μου κεκοπίακες, καὶ οὐ κέκμηκας.

3 Et onere preſſus fuiſti, & ſuſtinues: & propter nomen meum laborāſti, & nō es defatigatus.

3 Et patiētiā habes, & ſuſtinuiſti propter nomē meum, & non deficiſti.

15 Chalcolibano, χαλκολιβάνῳ. Vulg. Orichalco: rectè, vt ego coniicio. Nā orichalcū vocarunt veteres præſtantiſſimū æris foſſilis genus, quod ob præcipuā bonitatē, inquit Plinius, admirationē diu obtinuit: nec reperitur, longo iam tempore effœta tellure. Apparet igitur ὀρείχαλκον vocatum fuiſſe ὄρεσι τὸν ὕλην μεταλλεύεσθαι: vt admodū imperitè à nōnullis aurichalcū ſcribatur, quaſi ex auro & ære miſtum. Valde quidē fulgidū fuiſſe, vel ex Heſiodo apparet, qui φαεινὸν vocat, in Herculis ſcutoratque adeo ſpeciem quandā fulgentis auri habuiſſe liquet etiā ex quodā Ciceronis loco, libro Off. 3. Denique hoc eſt quod Dan. 10. a. 6, & Ezech. 1. b. 7, חשמל dicitur, i. refulgēs, à cōſequenti tamē, quū propriè politū ac terſum declaret. Sed qua tandē ratione chalcolibanū vocauit An (vt Arethas exiſtimat) ꝙ in Libano effoderetur? Ego verò nuſquā legi in Libano fuiſſe æris fodinas, ſed potius in mōtibus qui Paleſthinā ab Arabia Petræa dirimūt. Nihil tamē aptius inuenio quod dicā. Nā quod ex Suida refert Eraſmus, quoddā fuiſſe electri genus, & quod cōmemorat etiā Arethas, ſignificari poſſe quaſi thuris genus quod æris ſpeciē referret, harū rerū peritioribus æſtimādū relinquo. Mihi quidē ex Dan. collatione omnino videtur orichalcum ſignificari: quanuis Græcam vocē integrā relinquere maluerim: q̄ cuiquā præiudiciū adferre.

IN CAPVT II.

2 Angelo, τῷ ἀγγέλῳ. Sic puto deſignari miniſtrorum cœtum, vel τὸν ἐπίσκοπον, ſiue ἡγούμενον.

Αλλ' ἔχω κατὰ σοῦ, ὅτι τὴν ἀγάπην σου τὴν πρώτην ἀφῆκας.

4 Sed habeo aliquid aduersum te, quòd charitatem tuam primam omiseris.

4 Sed habeo aduersum te, quòd charitatem tuã primam reliquisti.

Μνημόνευε οὖν πόθεν ἐκπέπτωκας, καὶ μετανόησον, καὶ τὰ πρῶτα ἔργα ποίησον· εἰ δὲ μή, ἔρχομαί σοι ταχὺ, καὶ κινήσω τὴν λυχνίαν σου ἐκ τοῦ τόπου αὐτῆς, ἐὰν μὴ μετανοήσῃς.

5 Memor esto itaque vnde excideris, & resipisce, & priora opera facito: sin minus, veniam aduersum te citò, & mouebo candelabrum tuũ è loco suo, nisi resipueris.

5 Memor esto itaque unde exciderís, & age pœnitẽtiã, & prima opera fac: sin autem, uenio tibi, & mouebo candelabrum tuũ de loco suo, nisi pœnitentiam egeris.

Αλλὰ τοῦτο ἔχεις ὅτι μισεῖς τὰ ἔργα τῶν Νικολαϊτῶν, ἃ κἀγὼ μισῶ.

6 Sed hoc habes quòd odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi.

6 Sed hoc habes, quia odisti factã Nicolaitarum, quæ & ego odi.

Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς ἐκκλησίαις, Τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ φαγεῖν ἐκ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, ὅ ἐστιν ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου τοῦ Θεοῦ.

7 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis, Victori dabo edere ex arbore vitæ quæ est in medio paradisi Dei.

7 Qui habet aurẽ, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis, Vincenti dabo edere de ligno uitæ, quod est in paradiso Dei mei.

Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐκκλησίας Σμυρναίων γράψον, Τάδε λέγει ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος, ὃς ἐγένετο νεκρὸς, καὶ ἔζησεν·

8 Angelo verò Smyrnæorum Ecclesiæ scribe, Hæc dicit primus ille & vltimus, qui fuit mortuus, & viuit:

8 Et Angelo Smyrnæ Ecclesiæ scribe, Hæc dicit primus & nouissimus, qui fuit mortuus, & uixit:

Οἶδά σου τὰ ἔργα καὶ τὴν θλῖψιν καὶ τὴν πτωχείαν, (πλούσιος δὲ εἶ) καὶ τὴν βλασφημίαν τῶν λεγόντων Ἰουδαίους εἶναι ἑαυτοὺς, καὶ οὐκ εἰσὶν, ἀλλὰ συναγωγὴ τοῦ Σατανᾶ.

9 Noui opera tua & afflictionem & paupertatem, (sed diues es) & blasphemiam eorum qui se dicunt Iudæos esse, & nõ sunt, sed synagoga Satanæ.

9 Scio tribulationem tuã & paupertatem tuam: sed diues es & blasphemaris ab his q̃ se dicunt Iudæos esse, & non sunt, sed sunt synagoga Satanæ.

Μηδὲν φοβοῦ ἃ μέλλεις πάσχειν· ἰδοὺ, μέλλει βάλλειν ὁ διάβολος εἰς φυλακὴν ἐξ ὑμῶν, ἵνα πειρασθῆτε· καὶ ἕξετε θλῖψιν ἡμερῶν δέκα. γίνου πιστὸς ἄχρι θανάτου, καὶ δώσω σοι τὸν στέφανον τῆς ζωῆς.

10 Nihil metue eorum quæ passurus es: ecce, futurum est vt mittat diabolus aliquos ex vobis in carcerem, vt exploremini: & habebitis afflictionẽ dierum decem. esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.

10 Nihil eorum timeas quæ passurus es: ecce, missurus est diabolus aliquos ex uobis in carcerem ut tentemini: & habebitis tribulationem diebus decẽ. esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronã uitæ.

Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς ἐκκλησίαις, Ὁ νικῶν, οὐ μὴ ἀδικηθῇ ἐκ τοῦ θανάτου τοῦ δευτέρου.

11 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis, Victor non lædetur à morte secunda.

11 Qui habet aurẽ, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis. Qui uincit, non lædetur à morte secunda.

Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Περγάμῳ ἐκκλησίας γράψον, Τάδε λέγει ὁ ἔχων τὴν ῥομφαίαν τὴν δίστομον τὴν ὀξεῖαν·

11 Angelo verò Pergamensis Ecclesiæ scribe, Hæc dicit qui habet romphæam illam vtrinque acutam.

11 Et Angelo Pergami Ecclesiæ scribe, Hæc dicit q̃ habet romphæam utraque parte acutam:

Οἶδα τὰ ἔργα σου, καὶ ποῦ κατοικεῖς, ὅπου ὁ θρόνος τοῦ Σατανᾶ, καὶ κρατεῖς τὸ ὄνομά μου, καὶ οὐκ ἠρνήσω τὴν πίστιν μου, καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐν αἷς Ἀντίπας ὁ μάρτυς μου ὁ πιστὸς, ὃς ἀπεκτάνθη παρ' ὑμῖν, ὅπου κατοικεῖ ὁ Σατανᾶς.

13 Noui opera tua, & vbi habites, *nempe* vbi thronus est Satanæ, & quòd teneas nomen meum, neque negasti fidem meã, etiam iis diebus quibus Antipas martyr ille meus fidelis trucidatus est apud vos, vbi Satanas habitat.

13 Scio ubi habitas, ubi sedes est Satanæ, & tenes nomen meum, & non negasti fidem meam: & in diebus illis, Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud uos, ubi Satanas habitat.

4 Habeo *aliquid* aduersum te, ἔχω κατὰ σοῦ. Sub. τι: acsi dicat, Habeo de quotecum expostulẽ. Vide Mar. 6. c. 19.

7 Ex arbore, ἐκ τοῦ ξύλου. Duplex Hebraismus, tũ q̃ lignũ pro arbore, tũ quòd arborẽ pro fructu arboris dixit. Vitæ, τῆς ζωῆς. i. vitali. ex Hebr. idiotismo sæpe ita à nobis annotato. In medio paradisi Dei, ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου τοῦ Θεοῦ. Arethas & quidã ex vetustis noſtris libris habẽt ἐν τῷ παραδείσῳ τοῦ Θεοῦ μου, in paradiso Dei mei, vt vertit Vetus interpres. Neqi est quòd quisquã hac loquutione offendatur, quũ post resurrectionẽ etiã sic Iquatur Dominus, tanquã mediator videlicet, Ioh. 20. d. 17.

11 Etiã iis diebus quib⁹ Antipas, &c. ἐν ταῖς ἡμέραις ἐν αἷς Ἀντίπας. Καὶ iterũ respõdet particulæ ΚΑΙ, i. etiã. Amplificatur enim Pergamẽsiũ fides, quòd in ipso persequutionis æstu cõstantes fuerint. Vetus interpres omisit relatiuũ, quod tamẽ necessariò fuit exprimẽdũ. Eras. Et in diebus meis Antipas, &c. repugnãte omniũ emẽdatorũ codicũ fide, ipsáq; adeo sententia. Mẽdosum enim est quod excudit Frobenius ἐμοῦ pro ἐν αἷς, quod illic etiã est ad marginẽ annotatũ. Trucidatus est, ἀπεκτάνθη. Vulg. & Eras. Qui occisus est. Atqui redũdat prouocabulũ ἐστ, eo pleonasmo quẽ expoſuimus Ro. 16. d. 17.

Αλλ' ἔχω κατὰ σοῦ ὀλίγα, ὅτι ἔχεις ἐκεῖ κρατοῦντας τὴν διδαχὴν Βαλαάμ, ὃς ἐδίδασκεν τὸν Βαλὰκ βαλεῖν σκάνδαλον ἐνώπιον τῶν υἱῶν Ισραὴλ, φαγεῖν εἰδωλόθυτα καὶ πορνεῦσαι.

14 Sed habeo aduersum te pauca, quòd habeas illic qui teneãt doctrinam ‖Balaam, qui docebat ᵛBalac obiicere offendiculum coram filiis Israel, vt ederent ex iis quæ simulacris immolantur, & scortarentur.

14 sed habeo aduersus te pauca: quia habes illic tenentes doctrinã Balaã, q docebat Balac mittere scãdalũ coram filijs Israel, ẽdere & fornicari. Num. 24. c. 14; & 25. a. 1

Οὕτως ἔχεις καὶ σὺ κρατοῦντας τὴν διδαχὴν τῶν Νικολαϊτῶν ὁμοίως.

15 Ita habes etiam qui teneant doctrinam Nicolaitarũ: quod odi.

15 Ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum.

Μετανόησον· εἰ δὲ μή, ἔρχομί σοι ταχύ, καὶ πολεμήσω μετ' αὐτῶν ἐν τῇ ῥομφαίᾳ τοῦ στόματός μου.

16 Resipisce: sinminus, veniam aduersum te citò, & pugnabo cum illis gladio oris mei.

16 Similiter pœnitentiã age: si quo minus, veniam tibi citò, & pugnabo cũ illis in gladio oris mei.

Ὁ ἔχων οὖς ἀκουσάτω τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς ἐκκλησίαις. τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ φαγεῖν ἀπὸ τοῦ μάννα τοῦ κεκρυμμένου, καὶ δώσω αὐτῷ ψῆφον λευκήν, καὶ ἐπὶ τὴν ψῆφον ὄνομα καινὸν γεγραμμένον, ὃ οὐδεὶς ἔγνω εἰ μὴ ὁ λαμβάνων.

17 Qui habet aurẽ, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis. Victori dabo edere ex ᵛManna illo abscondito: & dabo illi ᵛcalculum album, & in calculo nomẽ nouum scriptum, quod nemo nouit nisi qui accipit.

17 Qui habet aurẽ, audiat quid spiritus dicat Ecclesiis. Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum: & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit.

Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Θυατείροις ἐκκλησίας γράψον, Τάδε λέγει ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ ἔχων τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ὡς φλόγα πυρός, καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὅμοιοι χαλκολιβάνῳ·

18 Angelo verò Thyatirensis Ecclesiæ scribe, Hæc dicit Filius Dei qui habet oculos tãquam flammam ignis, & cuius pedes sunt similes chalcolibano:

18 Et Angelo Thyatiræ Ecclesiæ scribe, Hæc dicit Filius Dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis, & pedes eius similes aurichalco:

Οἶδά σου τὰ ἔργα καὶ τὴν ἀγάπην, καὶ τὴν διακονίαν, καὶ τὴν πίστιν, καὶ τὴν ὑπομονήν σου, καὶ τὰ ἔργα σου, καὶ τὰ ἔσχατα πλείονα τῶν πρώτων.

19 Noui opera tua & charitatẽ, & ᵛsubministrationem, & fidẽ, & tolerantiam tuam, & opera tua, & vltima plura prioribus.

19 Noui opera tua, & fidẽ, & charitatem, & ministerium, & patientiã tuã, & opera tua nouissima plura prioribus.

Αλλ' ἔχω κατὰ σοῦ ὀλίγα, ὅτι ἐᾷς τὴν γυναῖκα Ιεζαβὴλ τὴν λέγουσαν ἑαυτὴν προφῆτιν, διδάσκειν καὶ πλανᾶσθαι ἐμοὺς δούλους, πορνεῦσαι καὶ εἰδωλόθυτα φαγεῖν.

20 Sed habeo aduersus te pauca: quòd permittis mulierem Iezabel, quæ se dicit prophetissam, docere, & seducere seruos meos, vt scortentur, & edãt ex iis quæ simulacris ímolantur.

20 sed habeo aduersus te paucum, quia permittis mulierem Iesabel, quæ se dicit prophetin, docere, et se ducere seruos meos, fornicari & manducare de idolothytis.

Καὶ ἔδωκα αὐτῇ χρόνον ἵνα μετανοήσῃ ἐκ τῆς πορνείας αὐτῆς, καὶ οὐ μετενόησεν.

21 Et dedit illi tẽp⁹ vt resipisceret à scortatione sua: & nõ resipuit.

21 Et dedi illi tẽp⁹ ut pœnitẽtiã ageret: et nõ vult pœnitere à fornicatione sua.

Ἰδοὺ, ἐγὼ βάλλω αὐτὴν εἰς κλίνην, καὶ τοὺς μοιχεύοντας μετ' αὐτῆς, εἰς θλῖψιν μεγάλην, ἐὰν μὴ μετανοήσωσιν ἐκ τῶν ἔργων αὐτῆς.

22 Ecce, ego abiiciam eam in lectum: & eos ᵛqui adulterium committunt cum ea, in afflictionem maximam, nisi resipuerint ab operibus suis.

22 Ecce, mittam eã in lectũ, & q mœchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt, nisi pœnitentiam ab operibus suis egerint:

Καὶ τὰ τέκνα αὐτῆς ἀποκτενῶ ἐν θανάτῳ, καὶ γνώσονται πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι ὅτι ἐγώ εἰμι ἐρευνῶν νεφροὺς καὶ καρδίας, καὶ δώσω ὑμῖν ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα ὑμῶν.

23 Et filios eius ᵛinterficiã mortẽ: & scient omnes Ecclesiæ quia ego sum ‖ scrutator renũ & cordium: & dabo vnicuique vestrũ secundum opera sua.

23 Et filios eius interficiam in morte, & scient omnes Ecclesiæ quia ego sum scrutãs renes & corda, & dabo vnicuique uestrum secundum opera sua. psal. 7. c. 10 ier. 11. d. 20, & 17. b. 10

14 Balac, τὸν Βαλάκ. Sic legit Arethas, quem sequitur Cõplut. editio, & alius vetustus codex, & Vetus etiam interpres. Alii codices legunt ἐν τῷ Βαλάκ, i. in Balac. vt cõuertit Eras. quod mihi nõ probatur. Quod autẽ de idolothytis hic refertur, ad eam speciẽ accõmodandũ est de qua pluribus agit Paulus 1. Cor. 10. c. 14.

17 Manna illo abscondito, τοῦ μάννα τοῦ κεκρυμμένου. Alludit opinor ad concionem illã Domini quæ scripta est Ioh. 6. itẽ ad locũ Dauidis Psal. 105. d. 40. Calculum album, ψῆφον λευκήν. Eiusmodi calculum refert Arethas consueuisse dari athletis in theatro decertantibus. 19 Subministrationem, διακονίαν. Sic vocat officia sanctis præstita, vt Paulus passim vsurpat. Vulg. & Eras. Ministeriũ. Qui adulteriũ cõmittũt, τοὺς μοιχεύοντας. Vsitatum esse Prophetis omnes norunt, adulteri nomine idololatriam significare, in iis qui vero Deo fuerunt quasi coniugii fœdere coniuncti. 23 Interficiam morte, ἀποκτενῶ ἐν θανάτῳ. Hebraicus pleonasmus: 10 cuius tamen maxima est emphasis, acsi diceret, Internecione delebo.

Υμῖν δὲ λέγω τοῖς λοιποῖς τοῖς ἐν Θυα- 24
τείροις, ὅσοι οὐκ ἔχουσι τὴν διδαχὴν ταύτην, καὶ οἵτινες οὐκ ἔγνωσαν τὰ βάθη τοῦ Σατανᾶ, ὡς λέγουσιν· οὐ βάλλω ἐφ' ὑμᾶς ἄλλο βάρος.

Πλὴν ὃ ἔχετε, κρατήσατε ἄχρις οὗ ἂν ἥξω. 25

Καὶ ὁ νικῶν, καὶ ὁ τηρῶν ἄχρι τέλους τὰ 26
ἔργα μου, δώσω αὐτῷ ἐξουσίαν ἐπὶ τῶν ἐθνῶν.

Καὶ ποιμανεῖ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδη- 27
ρᾷ· ὡς τὰ σκεύη τὰ κεραμικὰ συντρίβεται, ὡς κἀγὼ εἴληφα παρὰ τοῦ πατρός μου·

Καὶ δώσω αὐτῷ τὸν ἀστέρα τὸν πρωϊνόν. 28

Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ Πνεῦμα λέ- 29
γει ταῖς ἐκκλησίαις.

Κεφάλαιον γ΄.

ΚΑΙ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Σάρδεσιν ἐκκλησίας γράψον, Τάδε λέγει ὁ ἔχων τὰ πνεύματα τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς ἑπτὰ ἀστέρας· Οἶδά σου τὰ ἔργα, ὅτι ὄνομα ἔχεις ὅτι ζῇς, καὶ νεκρὸς εἶ.

Γίνου γρηγορῶν, καὶ στήριξον τὰ λοιπὰ ἃ μέλλει ἀποθανεῖν· οὐ γὰρ εὕρηκά σου τὰ ἔργα πεπληρωμένα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.

Μνημόνευε οὖν πῶς εἴληφας καὶ ἤκουσας, καὶ τήρει, καὶ μετανόησον. Ἐὰν οὖν μὴ γρηγορήσῃς, ἥξω ὡς κλέπτης, καὶ οὐ μὴ γνῷς ποίαν ὥραν ἥξω ἐπί σε.

Infra, 16.c.15
1.Thess.5.a.2
2.Petr.3.c.10

24 Vobis autē dico reliquis Thyatirenſibus, Quicunque non habent doctrinam hanc, neque cognouerunt ᵛ profunditates Satanæ, vt aiunt: non imponam vobis ᵛaliud onus.

25 Tamen id quod habetis, tenete quouſque veniam.

26 Nam ſiquis vicerit, & cuſtodierit ad finem vſque opera mea, dabo ei poteſtatem in Gentes.

27 Et reget eas virga ferrea: & tanquam vaſa fictilia conterentur, ſicut & ego accepi à Patre meo:

28 Et dabo ei ſtellam matutinam.

29 Qui habet aurē, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis.

CAP. III.

1 ANgelo autē Eccleſiæ quæ eſt Sardibus ſcribe, Hæc dicit qui habet ſeptem Spiritus Dei, & ſeptem ſtellas, Noui opera tua, nempe ᵛ quòd dicaris viuere, ſed mortuus ſis.

2 Eſto vigilans, & confirma reliqua moribunda: non enim inueni opera tua plena coram Deo.

3 Memento igitur ᵛ quæ acceperis & audieris: ſerua igitur & reſipiſce. Quòd ſi non vigilaueris, veniam ad te ſtanquam fur, neque intelliges qua hora veniam ad te.

24 Vobis autē dicæteris Thyatiræ eſtis, Quicunque non habent doctrinam hanc, qui non cognouerunt alitudines Satanæ, quemadmodum dicunt: non mittam ſuper vos
25 aliud pondus.
Tamē id qđ habetis, tenete donec veniam.

26 Et qui vincit, & qui cuſtodierit vſque in finem opera mea, dabo illi poteſtatem ſuper Gentes.

27 Et reget eas in virga ferrea: tanquam vaſa figuli confringentur, ſicut & ego accepi à Patre meo:

28 Et dabo illi ſtellam matutinam.

29 Qui habet aurē, audiat qđ Spiritus dicit Eccleſiis.

CAP. III.

1 ET Angelo Eccleſiæ Sardis ſcribe: Hæc dicit qui habet ſeptem Spiritus Dei, & ſeptem ſtellas: Scio operatua, quia nomē habes qđ viuas, & mortuus es.

2 Eſto vigilans, & confirma cætera quæ moritura erant: non enim inueni operatua plena aurē Deo meo.

3 In mente ergo habe qualiter acceperis & audieris, & ſerua, & pœnitentiam age. Si ergo non vigilaueris, veniā ad te tanquam fur, & neſcies qua hora veniam ad te.

14 Vobis autē dico reliquis Thyat. &c. ὑμῖν δὲ λέγω τοῖς λοιποῖς τοῖς ἐν Θυατείροις. Sic lego nō tātū ex Veteris interpretis, ſed etiā ex Cōplut. editionis & duorum aliorū codicū authoritate, quū in aliis legatur ὑμῖν τοῖς λοιποῖς, & reliquis. Neque enim video quis locus eſſe poſſit copulæ, niſi per epexegeſin explicetur. Profunditates, τὰ βάθη. Sic nimirū illi ſua portenta ſolebant vocare, quaſi ſummā ac profundiſſimā rerum diuinarū cognitionem complecterentur: vti hodie faciunt cæteris Libertini & Anabaptiſtæ, Spiritū perpetuo in ore habentes: & Caſtellio, qui nuper ſcripſit, Pauli epiſtolas nihil niſi quædam rudimenta continere. Sic, inquam, illos nō pudebat ſua illa portenta appellare. Sed Iohannes addit Satanæ nomen, agnoſcens quidem illa prorſus abſtruſiſſima quadam ſcientia, ſed quæ ex imis tenebrarum abyſſis hauſta eſſet. Itaque illud ὡς λέγουσι, vt aiunt, refero nō ad Satanæ nomen, ſed ad βάθη, ita vt ad Iezabelis illius ſectatores pertineat. Sunt tamen qui ad reliquos Thyatirenſes referant, qui nimirum dicerent ſe eſſe impares iſtis verſutiis Satanæ cognoſcendis, quibus proinde Dominus hoc onus non imponat aduerſus illos diſputandis, ſed hoc tātùm præcipiat, vt in ſana doctrina perſeuerent. Sed hoc mihi videtur violentum, nec ſatis etiam conueniens cum verſu 10. Nam ſi ſuccenſet Dominus Thyatirenſibus qꝝ ſinant Iezabelem docere, requirit ab illis proculdubio vt eam omnibus modis compeſcant.

Aliud onus, ἄλλο βάρος. i. aduerſum vos nihil grauius denūtiabo, contentus videlicet vobis ſignificaſſe quid in vobis requirā. Vſitatū enim eſt Prophetis, quoties calamitatem aliquam prædicebāt, נשׂא, i. onus, id vocare. quod quū frequēter Prophetæ facerent, cœpit profanus populus omnes Prophetas inuidioſo oneris vocabulo appellare, vt grauiſſimè expoſtulat Dominus Ier. 23. f. 33. & deinceps.

IN CAPVT III.

1 Quòd dicaris viuere, ὅτι ὄνομα ἔχεις ὅτι ζῇς. i. qꝝ celebreris quidē quaſi viuas, quū reuera ſis mortuꝰ. Viuere autē dicitur Eccleſia quū bonæ arboris inſtar bonos fructꝰ edit. Vulg. & Eraſ. Quia nomē habes quòd viuas.

2 Reliqua moribunda, τὰ λοιπὰ ἃ μέλλει ἀποθανεῖν. i. cætera quorum ea eſt cōditio vt iam laborent, mox, niſi confirmentur, interitura. Similis occurrit loquutio Luc. 7. a. 2. Complut. eſſis codex & alii duo ſcriptum habēt ἔμελλε[illegible] quæ futurum erat vt amitteres, niſi te videlicet commonefeciſſem.

3 [illegible]κε. Terent. Ita eſt hō mo, pro talis eſt.

Ἐχεις ὀλίγα ὀνόματα καὶ ἐν Σάρδεσι ἃ οὐκ ἐμόλυναν τὰ ἱμάτια αὐτῶν, καὶ περιπατήσουσι μετ' ἐμοῦ ἐν λευκοῖς· ὅτι ἄξιοί εἰσιν.

4 Habes tamen aliquot capita etiã Sardibus quæ non inquinarunt veſtimẽta ſua, ideóque incedent mecum albati: digni enim ſunt.

4 Sed habes paucos nomina in Sardis, qui non inquinauerunt veſtimenta ſua, & ambulabunt mecum in albis: quia digni ſunt.

Ὁ νικῶν, οὗτος περιβαλεῖται ἐν ἱματίοις λευκοῖς· καὶ οὐ μὴ ἐξαλείψω τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐκ τῆς βίβλου τῆς ζωῆς, καὶ ἐξομολογήσομαι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐνώπιον τοῦ πατρός μου, καὶ ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ.

5 Qui vicerit, amicietur veſtimentis albis: neque delebo nomen eius ex ‖ libro vitæ, ſed profitebor nomen eius coram Patre meo, & coram Angelis eius.

5 Qui uincerit, ſic veſtietur veſtimentis albis: & nõ delebo nomen eius de libro uitæ, & confitebor nomen eius coram Patre meo, & cõã Angelis eius.

Infrà 10.d.11. & 11.g.27 phil.4.a.4

Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς ἐκκλησίαις.

6 Qui habet aurẽ, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis.

6 Qui habet aurẽ, audiat qđ Spiritus dicat Eccleſiis.

Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Φιλαδελφείᾳ ἐκκλησίας γράψον, Τάδε λέγει ὁ ἅγιος, ὁ ἀληθινός, ὁ ἔχων τὴν κλεῖδα Δαυίδ· ὁ ἀνοίγων, καὶ οὐδεὶς κλείσει· καὶ κλείων, καὶ οὐδεὶς ἀνοίγει·

7 Angelo verò Philadelphienſis Eccleſiæ ſcribe, Hæc dicit Sãctus & Verax ille, qui habet claauem Dauidis: qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit.

7 Et Angelo Philadelphiæ Eccleſiæ ſcribe, Hæc dicit Sanctus & Verus, q̃ habet clauem Dauid: qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit:

Οἶδά σου τὰ ἔργα· ἰδοὺ δέδωκα ἐνώπιόν σου θύραν ἀνεῳγμένην, καὶ οὐδεὶς δύναται κλεῖσαι αὐτήν· ὅτι μικρὰν ἔχεις δύναμιν, καὶ ἐτήρησάς μου τὸν λόγον, καὶ οὐκ ἠρνήσω τὸ ὄνομά μου.

8 Noui opera tua: ecce, propoſui tibi oſtium apertum, nec quiſquam poteſt claudere illud: quia nonnullam habes virtutem, & ſeruaſti ſermonem meum, neque abnegaſti nomẽ meum.

8 Scio opera tua: ecce, dedi coram te oſtium apertũ, quod nemo poteſt claudere: quia modicum habes uirtutem, & ſeruaſti uerbum meum, & non negaſti nomen meum.

Ἰδοὺ, δίδωμι ἐκ τῆς συναγωγῆς τοῦ Σατανᾶ τῶν λεγόντων ἑαυτοὺς Ἰουδαίους εἶναι, καὶ οὐκ εἰσὶν, ἀλλὰ ψεύδονται· ἰδοὺ, ποιήσω αὐτοὺς ἵνα ἥξουσι καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιον τῶν ποδῶν σου, καὶ γνῶσιν ὅτι ἐγὼ ἠγάπησά σε.

9 Ecce, ‖ præbebo eos qui ſunt ex ſynagoga Satanæ, id eſt eorũ qui dicunt ſe Iudæos eſſe, nec ſunt, ſed mẽtiũtur: ecce, inquam, faciam vt veniant & adorent ante pedes tuos, & ſciãt quòd ego dilexi te:

9 Ecce, dabo de ſynagoga Satanæ, qui dicunt ſe Iudæos eſſe, & nõ ſunt, ſed mentiuntur: ecce, faciam illos ut ueniant & adorent ante pedes tuos: & ſcient quia ego dilexi te.

Ὅτι ἐτήρησας τὸν λόγον τῆς ὑπομονῆς μου, κἀγώ σε τηρήσω ἐκ τῆς ὥρας τοῦ πειρασμοῦ, τῆς μελλούσης ἔρχεσθαι ἐπὶ τῆς οἰκουμένης ὅλης, πειράσαι τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς.

10 Quoniam ſeruaſti ‖ ſermonẽ tolerantiæ meæ, ego quoque te liberabo ex tempore tentationis, quod venturum eſt in orbem vniuerſum, ad explorandos incolas terræ.

10 Quoniam ſeruaſti uerbum patientiæ meæ, & ego ſeruabo te ab hora tentationis, quæ uentura eſt in orbem uniuerſum tentare habitantes in terra.

Ἰδοὺ, ἔρχομαι ταχύ· κράτει ὃ ἔχεις, ἵνα μηδεὶς λάβῃ τὸν στέφανόν σου.

11 Ecce, venio citó: tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.

11 Ecce uenio citó: tene qđ habes, ut nemo accipiat coronam tuam.

4 Habes *tamen* aliquot capita, ἀλλ' ἔχεις ὀλίγα ὀνόματα. Sic legit Arethas & Vetus interpres. Conſentiũt Complutenſis editio & alii codices duo. In aliis deeſt aduerſatiua particula: quæ tamen ex Hebraicæ linguæ vſu interdum ſuppletur, vt diximus Matth.9.a.6, & Iohan.9.f.30. Nomina autem dixit pro capitibus, vt Act.1.c.15, quod tamen ab vſu Græcæ linguæ alienum eſſe docet Arethas. Albati, ἐν λευκοῖς. Vide Ioh.20.c.12.

5 Eſt autem hoc dictum ex Hebræorum conſuetudine, qui & ſubſtantiua & adiectiua interdum ſubtrahunt: quòd ex loci circunſtantia nemo ſit qui non facilè poſſit ea intelligere. Digni enim ſunt, ὅτι ἄξιοί εἰσιν. Dignos, i. idoneos, intellige, quia in Chriſto iuſtificati fuerunt, ſicut reipſa comprobarũt. Iuſtus enim eſt qui iuſtitiam facit, ſed ita vt arbor fructum gignat, non fructus arborem. Vide Rom.8.d.18.

7 Qui habet clauem Dauidis, ὁ ἔχων τὴν κλεῖδα τοῦ Δαυίδ. Suſpicor legendum ὁ ἔχων τὴν κλεῖδα οἴκου Δαυίδ, qui habet clauem domus Dauid, vt ſcriptum eſt Eſa.22.f.22. qui locus non dubium eſt quin allegoricè explicetur hoc in loco. Eſt autem domus Dauid, Eccleſia, cuius omnis poteſtas eſt penes vnum Chriſtum regem ſempiternum, Luc.1.c.32 & 33: vt quos velit vel admittat vel excludat.

9 Præbebo, δίδωμι. Id eſt δώσω, vt paulo pòſt ποιήσω: quanquam etiam aliqua eſt emphaſis in hac temporis enallage, quæ paſſim apud prophetas occurrit. Accipitur autem τὸ δίδωμι hoc in loco, pro redigere in eũ ſtatum & conditionem vt hoc vel illud faciant, ſicut apud Hebræos accipitur verbum נתן.

10 Sermonem tolerantiæ meæ, τὸν λόγον τῆς ὑπομονῆς μου. Id eſt, quia patiẽtiam illam ac conſtantiam præſtitiſti quam à meis requiro.

Ο νικῶν, ποιήσω αὐτὸν στῦλον ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ μου, καὶ ἔξω οὐ μὴ ἐξέλθῃ ἔτι· καὶ γράψω ἐπ' αὐτὸν τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ μου, καὶ τὸ ὄνομα τῆς πόλεως τοῦ Θεοῦ μου τῆς καινῆς Ἱερουσαλήμ, ἡ καταβαίνει ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ μου, καὶ τὸ ὄνομά μου τὸ καινόν.

11 Siquis vicerit, faciam vt ſit colúmna in templo Dei mei: nec foras egredietur amplius: & inſcribã ei nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei, id eſt nouæ Hieruſalẽ, quæ deſcendit è cælo à Deo meo, & nomẽ meum nouum.

11 Qui vicerit, faciam illũ columnam in templo Dei mei: & foras non egredietur amplius: et ſcribam ſuper eum nomẽ Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Ieruſalẽ, quæ deſcendit de cælo à Deo meo: & nomen meũ nouũ.

Ο ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς ἐκκλησίαις.

13 Qui habet aurẽ, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis.

13 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis.

Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐκκλησίας Λαοδικέων γράψον, Τάδε λέγει ὁ Ἀμήν, ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς καὶ ἀληθινός, ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως τοῦ Θεοῦ·

14 Angelo verò Laodicenſium Eccleſiæ ſcribe, Hæc dicit Amen, teſtis ille fidelis & verax, principium opificii Dei:

14 Et Angelo Laodicie Eccleſiæ ſcribe, Hæc dicit Amen, teſtis fidelis & verus, q̃ eſt principiũ creaturæ Dei:

Οἶδά σου τὰ ἔργα, ὅτι οὔτε ψυχρὸς εἶ, οὔτε ζεστός· ὄφελον ψυχρὸς εἶης ἢ ζεστός.

15 Noui opera tua, nẽpe te neq; frigidũ eſſe, neque feruidũ. vtinã frigidus eſſes aut feruidus.

15 Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus: vtinam frigidus eſſes, aut calidus.

Οὕτως ὅτι χλιαρὸς εἶ, καὶ οὔτε ψυχρὸς οὔτε ζεστός, μέλλω σε ἐμέσαι ἐκ τοῦ στόματός μου·

16 Itaq; quoniã tepidus es, nec frigidus nec feruidus, futurũ eſt vt te euomam ex ore meo.

16 Sed quia tepidus es, et nec frigidus nec calidus, incipiã te euomere ex ore meo:

Ὅτι λέγεις, Ὅτι πλούσιός εἰμι καὶ πεπλούτηκα, καὶ οὐδενὸς χρείαν ἔχω· καὶ οὐκ οἶδας ὅτι σὺ εἶ ὁ ταλαίπωρος, καὶ ἐλεεινός, καὶ πτωχὸς, καὶ τυφλὸς, καὶ γυμνός.

17 Nam dicis, Diues ſum, & ditatus ſum, & nullius egeo. Neq; noſti te eſſe ærumnoſum, & miſerabilem, & pauperem, & cæcum, & nudum.

17 Quia dicis, quòd dives ſũ et locupletatus, & nullius ego: & neſcis quia tu es miſer, et miſerabilis, et pauper, & cæcus, & nudus.

Συμβουλεύω σοι ἀγοράσαι παρ' ἐμοῦ χρυσίον πεπυρωμένον ἐκ πυρὸς, ἵνα πλουτήσῃς· καὶ ἱμάτια λευκὰ, ἵνα περιβάλῃ, καὶ μὴ φανερωθῇ ἡ αἰσχύνη τῆς γυμνότητός σου· καὶ κολλούριον ἐγχρῖσαι τοὺς ὀφθαλμούς σου, ἵνα βλέπῃς.

18 Cõſulo tibi vt emas à me aurum igni exploratum, vt diues fias: & veſtimenta alba, vt induaris, nec appareat dedecus nuditatis tuæ: & collyrio inunge oculos tuos, vt videas.

18 Suadeo tibi emere à me aurũ ignitum, probatum: ut locuples ſis, & veſtimẽtis albis induaris, ut non appareat confuſio nuditatis tuæ, & collyrio munge oculos tuos, ut videas.

Prou.3.b.12 heb.12.b.5

Ἐγὼ ὅσους ἐὰν φιλῶ, ἐλέγχω καὶ παιδεύω. ζήλωσον οὖν καὶ μετανόησον.

19 Ego, quoſcũque amo, arguo & caſtigo: æmulare igitur ac reſipiſce.

19 Ego, quos amo, arguo & caſtigo: æmulare ergo, & pœnitentiam age.

Ἰδοὺ, ἕστηκα ἐπὶ τὴν θύραν, καὶ κρούω· ἐάν τις ἀκούσῃ τῆς φωνῆς μου, καὶ ἀνοίξῃ τὴν θύραν, εἰσελεύσομαι πρὸς αὐτὸν, καὶ δειπνήσω μετ' αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς μετ' ἐμοῦ.

20 Ecce, ſto ad oſtiũ, & pulſo: ſiquis audierit vocẽ meã, & aperuerit oſtium, ingrediar ad eũ, & cœnabo cũ eo, & ipſe mecũ.

20 Ecce, ſto ad oſtiũ & pulſo: ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit ianuam, introibo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum.

Ὁ νικῶν, δώσω αὐτῷ καθίσαι μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ θρόνῳ μου, ὡς κἀγὼ ἐνίκησα, καὶ ἐκάθισα μετὰ τοῦ πατρός μου ἐν τῷ θρόνῳ αὐτοῦ.

21 Siquis vicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo, vt & ego vici, & ſedeo cũ Patre meo in throno eius.

21 Qui vincerit, dabo ei ſedere mecũ in throno meo, ſicut et ego vici, et ſedi cum Patre meo in throno eius.

Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς ἐκκλησίαις.

22 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis.

22 Qui habet aurẽ, audiat qd Spiritus dicat Eccleſiis.

11 Dei mei, τοῦ Θεοῦ μου. Vide ſuprà, 1.b.7.

14 Amen, ὁ Ἀμήν. Hebraiſmus, quem mox explicat. Nam ⟨DN Hebræis ſignificat Verè ſiue veritatem ipſam. Principium opificii Dei, ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως τοῦ Θεοῦ. Id eſt à quo principium ducũt omnes res cõditæ. Omnia enim à Deo per ipſum facta ſunt, vt expoſitum eſt Ioh. 1.a.3. Vide Col. 1.b.15, & deinceps.

18 Exploratum igni, πεπυρωμένον ἐκ πυρός. Vulg. Aurũ ignitũ, probatum. Eraſ. Iguitũ ex igni. Atqui certum eſt πεπυρῶσθαι paſſim in editione Græca reſpondere Hebræo verbo צרף, quod ſignificat per ignẽ explorare. Additum eſt autem ἐκ πυρός ex pleonaſmo Hebræis familiari, pro ἐν πυρί, ſiue ὡς πυρί, vt mirer Eraſmum hoc loco hæſitaſſe.

19 Æmulare, ζήλωσον. Huic opponitur quod antè dixerat, nec frigidum nec feruidum eſſe.

Κεφάλαιον δ΄.

Μετὰ ταῦτα εἶδον, καὶ ἰδοὺ, θύρα ἠνεῳγμένη ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἡ φωνὴ ἡ πρώτη ἣν ἤκουσα ὡς σάλπιγγος λαλούσης μετ' ἐμοῦ, λέγουσα, Ἀνάβα ὧδε, καὶ δείξω σοι ἃ δεῖ γενέσθαι μετὰ ταῦτα.

Καὶ εὐθέως ἐγενόμην ἐν πνεύματι· καὶ ἰδοὺ, θρόνος ἔκειτο ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τὸν θρόνον καθήμενος.

Καὶ ὁ καθήμενος ἦν ὅμοιος ὁράσει λίθῳ ἰάσπιδι, καὶ σαρδίνῳ· καὶ ἶρις κυκλόθεν τοῦ θρόνου ὁμοία ὁράσει σμαραγδίνῳ.

Καὶ κυκλόθεν τοῦ θρόνου, θρόνοι εἴκοσι καὶ τέσσαρες· καὶ ἐπὶ τοὺς θρόνους εἶδον τοὺς εἴκοσι καὶ τέσσαρας πρεσβυτέρους καθημένους, περιβεβλημένους ἐν ἱματίοις λευκοῖς· καὶ ἔχον ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν στεφάνους χρυσοῦς.

Καὶ ἐκ τοῦ θρόνου ἐκπορεύονται ἀστραπαὶ καὶ βρονταὶ καὶ φωναί· καὶ ἑπτὰ λαμπάδες πυρὸς καιόμεναι ἐνώπιον τοῦ θρόνου, αἵ εἰσι τὰ ἑπτὰ πνεύματα τοῦ Θεοῦ.

Καὶ ἐνώπιον τοῦ θρόνου θάλασσα ὑαλίνη, ὁμοία κρυστάλλῳ. Καὶ ἐν μέσῳ τοῦ θρόνου καὶ κύκλῳ τοῦ θρόνου τέσσαρα ζῶα γέμοντα ὀφθαλμῶν ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν.

Καὶ τὸ ζῶον τὸ πρῶτον ὅμοιον λέοντι, καὶ τὸ δεύτερον ζῶον ὅμοιον μόσχῳ, καὶ τὸ τρίτον ζῶον ἔχον τὸ πρόσωπον ὡς ἀνθρώπου, καὶ τὸ τέταρτον ζῶον ὅμοιον ἀετῷ πετομένῳ.

Καὶ τέσσαρα ζῶα, ἓν καθ' ἑαυτὸ εἶχον ἀνὰ πτέρυγας ἓξ κυκλόθεν, καὶ ἔσωθεν γέμουσιν ὀφθαλμῶν· καὶ ἀνάπαυσιν οὐκ ἔχουσιν ἡμέρας καὶ νυκτὸς, λέγοντα, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ ἦν καὶ ὁ ὢν καὶ ὁ ἐρχόμενος.

Καὶ ὅταν δώσουσι τὰ ζῶα δόξαν καὶ τιμὴν, καὶ εὐχαριστίαν τῷ καθημένῳ ἐπὶ τῷ θρόνῳ, τῷ

CAP. IIII.

1 POst hæc vidi, & ecce, ostium apertum in cælo: & vox prima quam audiui tanquam tubæ loquentis mecum, dicebat, Ascende huc, & ostendam tibi quæ oporteat fieri postea.

2 Statim igitur fui correptus à spiritu: & ecce, thronus positus erat in cælo: & quidam throno insidebat.

3 Porro qui sedebat, aspectu similis erat lapidi iaspidi & sardio: & in circuitu throni erat iris aspectu similis smaragdo.

4 Et in circuitu sedis, sedilia vigintiquatuor: & super sedilia vidi vigintiquatuor Senes sedentes, amictos vestibus albis: & habētes super capita sua coronas aureas.

5 Prodibant autem è throno fulgura & tonitrua & voces: & septem lampades igneæ ardentes ante thronum, quæ sunt septem spiritus Dei.

6 Erat etiam ante thronum mare vitreum simile crystallo: & in medio throni, quatuor animalia plena oculis antè & retrò.

7 Animal autem primum erat simile leoni, & secundum animal simile vitulo, & tertium animal habens faciem velut homo, & quartum animal simile aquilæ volanti.

8 Et quatuor animalia singula per se habebant alas senas in circuitu, & intus plena erant oculis, die ac nocte sine intermissione dicentia, Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens, Erat, Est, & Venturus est.

9 Et quum tribuebant illa animalia gloriā & honorē & gratiarū actionē ei qui throno insi-

CAP. IIII.

1 Post hæc vidi, & ecce, ostiū apertum in cælo: & vox prima quam audiui tanquā tubæ loquentis mecum, dicens, Ascēde huc, & ostendā tibi quæ oporteat fieri posthæc.

2 Et statim fui in spiritu, & ecce, sedes posita erat in cælo, & supra sedem sedens.

3 Et qui sedebat, simulerat aspectu lapidi iaspidi, et sardino: et iris erat in circuitu sedis, simili visioni smaragdinæ.

4 Et in circuitu sedis, sedilia vigintiquatuor: et super thronos vigintiquatuor Seniores sedentes, circumamicti vestimentis albis: et in capitibus eorum, coronæ aureæ.

5 Et de throno procedebāt fulgura, et voces, et tonitrua: et septem lampades ardentes ante thronum, quæ sunt septem spiritus Dei.

6 Et in conspectu sedis tanquam mare vitreum simile crystallo: et in medio sedis, et in circuitu sedis, quatuor animalia plena oculis antè et retro.

7 Et animal primum simile leoni, et secundum animal simile vitulo, et tertium animal habens faciem quasi hominis, et quartum animal simile aquilæ volanti.

8 Et quatuor animalia, singula eorum habebant alas senas in circuitu: et intus plena sunt oculis: et requiem non habebant die ac nocte, dicētia, Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens, Qui erat, et Qui est, et Qui venturus est.

9 Et quum darēt illa animalia gloriam et honorem et benedictionem sedenti super thronum,

IN CAPVT IIII.

2 Fui correptus à spiritu, ἐγενόμην ἐν πνεύματι. Vide suprà, 1.c.10.

3 Smaragdo, σμαραγδίνῳ. Sub. λίθῳ. Itaq; causa nō erat cur Erasmus cōuerteret, Aspectu smaragdino.

4 Et habentes, καὶ ἔχον. Sub. οἵ, vt sit οἳ ἔχον, pro ἔχοντας. Vide suprà, 1.2.6.

8 Erat, Est, & Venturus est, ἦν, ἔστι, &c. Vide suprà, 1.2.4. Vulgata & Eras. Qui erat, Qui est, & Qui venturus est. quam interpretationem coactus sum alicubi amplecti, vt nouitatem fugerem. Alioqui satis liquet ὁ ὤν, & ἐρχόμενος poni proprii Dei nominis loco.

τῷ ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων,

Πεσοῦνται οἱ εἴκοσι καὶ τέσσαρες πρεσβύτεροι ἐνώπιον τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου, καὶ προσκυνήσουσι τῷ ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, καὶ βαλοῦσι τοὺς στεφάνους αὐτῶν ἐνώπιον τοῦ θρόνου, λέγοντες,

Infrà, 5. d. 12 Ἄξιος εἶ Κύριε λαβεῖν τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν καὶ τὴν δύναμιν, ὅτι σὺ ἔκτισας τὰ πάντα, καὶ διὰ τὸ θέλημά σου εἰσὶ, καὶ ἐκτίσθησαν.

Κεφάλαιον ε.

ΚΑΙ εἶδον ἐπὶ τὴν δεξιὰν τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου βιβλίον γεγραμμένον ἔσωθεν καὶ ὄπισθεν, κατεσφραγισμένον σφραγῖσιν ἑπτά.

Καὶ εἶδον ἄγγελον ἰσχυρὸν κηρύσσοντα φωνῇ μεγάλῃ, Τίς ἐστιν ἄξιος ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, καὶ λῦσαι τὰς σφραγῖδας αὐτοῦ;

Καὶ οὐδεὶς ἠδύνατο ἐν τῷ οὐρανῷ, οὐδὲ ἐπὶ τῆς γῆς, οὐδὲ ὑποκάτω τῆς γῆς, ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, οὐδὲ βλέπειν αὐτό.

Καὶ ἐγὼ ἔκλαιον πολλὰ, ὅτι οὐδεὶς ἄξιος εὑρέθη ἀνοῖξαι καὶ ἀναγνῶναι τὸ βιβλίον, οὔτε βλέπειν αὐτό.

Καὶ εἷς ἐκ τῶν πρεσβυτέρων λέγει μοι, Μὴ κλαῖε· ἰδοὺ ἐνίκησεν ὁ λέων ὁ ὢν ἐκ τῆς φυλῆς Ἰούδα, ἡ ῥίζα Δαβὶδ, ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, καὶ λῦσαι τὰς ἑπτὰ σφραγῖδας αὐτοῦ.

Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἐν μέσῳ τοῦ θρόνου καὶ τῶν τεσσάρων ζώων, καὶ ἐν μέσῳ τῶν πρεσβυτέρων, ἀρνίον ἑστηκὸς ὡς ἐσφαγμένον, ἔχον κέρατα ἑπτὰ, καὶ ὀφθαλμοὺς ἑπτὰ, οἵ εἰσι τὰ ἑπτὰ πνεύματα τοῦ Θεοῦ πεμπόμενα εἰς πᾶσαν τὴν γῆν.

Καὶ ἦλθε καὶ εἴληφε τὸ βιβλίον ἐκ τῆς δεξιᾶς τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου.

Καὶ ὅτε ἔλαβε τὸ βιβλίον, τὰ τέσσαρα ζῶα καὶ οἱ εἴκοσι τέσσαρες πρεσβύτεροι ἔπεσον ἐνώπιον τοῦ ἀρνίου, ἔχοντες ἕκαστος κιθάρας καὶ φιάλας χρυσᾶς, γεμούσας θυμιαμάτων, αἵ εἰσιν αἱ προσευχαὶ τῶν ἁγίων.

debat, illi, inquam, viuenti in secula seculorum,

10 Procidebãt vigintiquatuor Senes ante illũ insidẽté throno, & adorabãt illũ viuenté in secula seculorũ, & abiiciebãt coronas suas ante thronũ, dicentes,

11 Dignus es Domine qui accipias gloriã & honorem & virtutem: quia tu creasti omnia, & propter volũtatem tuam sunt, & creata sunt.

CAP. V.

1 DEinde vidi ad dextram eius qui insidebat throno, librũ scriptum intus & à tergo, obsignatum sigillis septem.

2 Et vidi Angelum fortem, prædicantem voce magna, Quis est dignus qui aperiat librum, & soluat eius sigilla?

3 Nemo autem poterat neque in cælo, neque in terra, neque subter terram, aperire librum, neque eum inspicere.

4 Flebã igitur ego multũ quòd nemo dignus inuẽtus esset qui aperiret & legeret librum, nec qui eum inspiceret.

5 Tum vnus ex senibus dicit mihi, Ne fleto: ecce, vicit Leo ille ex tribu Iuda, stirps Dauidis, vt aperiat librum, & soluat septem eius sigilla.

6 Aspexi igitur, & ecce inter thronum & quatuor animalia & inter senes, Agnus stans tanquam mactatus, habens cornua septem, & oculos septem, qui sunt septem Spiritus Dei missi in omnem terram.

7 Is venit & accepit librum ex dextera eius qui throno insidet.

8 Quúmque accepisset librum, quatuor illa animalia, & viginti quatuor illi senes ceciderunt corã Agno, habentes singuli citharas, & phialas aureas, plenas suffituum, quæ sunt preces sanctorum.

uiuenti in secula seculorum,

10 Procidebãt vigintiquatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant viuentem in secula seculorum, & mittebant coronas suas ante thronũ, dicentes.

11 Dignus es Domine Deus noster accipere gloriã & honorẽ & virtutem, quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt.

CAP. V.

1 ET vidi in dextera sedentis supra thronũ, librũ scriptum intus & foris, signatum sigillis septem.

2 Et vidi Angelum fortem, prædicãtem voce magna, Quis est dignus aperire librum, et soluere signacula eius?

3 Et nemo poterat neque in cælo, neque in terra, neque subtus terram aperire librum, neque respicere illum.

4 Et ego flebã multũ, quoniam nemo dignus inuẽtus est aperire librum, nec videre eum.

5 Et unus de seniorib' dicit mihi, Ne fleueris: ecce, vicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum, & soluere septem signacula eius.

6 Et vidi, & ecce in medio throni & quatuor animalũ, & in medio seniorũ, Agnum stantẽ tanquam occisum, habentem cornua septem & oculos septem, qui sunt septem spiritus Dei, missi in omnem terram.

7 Et venit & accepit de dextera sedentis in throno librum.

8 Et quũ aperuisset librũ, quatuor animalia & viginti quatuor seniores ceciderunt coram Agno, habentes singuli citharas, & phialas aureas, plenas odoramentorũ, quæ sunt orationes sanctorum.

11 Domine, Κύριε. Arethas addit καὶ ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ ἅγιος, & sancte Deus noster. Consentit Complutensis editio, cum duobus aliis codicibus.

IN CAPVT V.

5 Vicit, νίκησεν. Id est obtinuit. Cic. pro Cluentio, Vince bonum virum fuisse Oppianicum.

Stirps, ῥίζα. Hebr. שרש, pro quo solet Homerus ῥίζαν, id est ramum, dicere. Vulgata & Erasmus ad verbum, Radix: nimium obscurè.

8 Preces sanctorum, αἱ προσευχαὶ τῶν ἁγίων. Quomodo hoc sit accipiendum disce ex Act. 10. 2-4, & c. 31. Vide infrà, 8. a. 3.

Καὶ ἄδουσιν ᾠδὴν καινὴν, λέγοντες, Ἄξιος εἶ λαβεῖν τὸ βιβλίον, καὶ ἀνοῖξαι τὰς σφραγῖδας αὐτοῦ, ὅτι ἐσφάγης, καὶ ἠγόρασας τῷ Θεῷ ἡμᾶς ἐν τῷ αἵματί σου, ἐκ πάσης φυλῆς καὶ γλώσσης καὶ λαοῦ καὶ ἔθνους·

9 Et cecinerunt canticum nouum, dicentes, Dignus es qui accipias librum, & aperias eius ſigilla: quoniam mactatus es, & redemiſti nos Deo per ſanguinẽ tuum, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione:

9 Et cantabant canticũ nouũ dicẽtes. Dignus es accipere librũ, & aperire ſignacula eius: quoniam occiſus es, et redemiſto nos Deo in ſanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione:

Καὶ ἐποίησας ἡμᾶς τῷ Θεῷ ἡμῶν βασιλέας, καὶ ἱερεῖς· καὶ βασιλεύσομεν ἐπὶ τῆς γῆς.

10 ‖Et feciſti nos Deo noſtro reges & ſacerdotes: & regnabimus ſuper terram.

10 Et feciſti nos Deo noſtro regnũ, et ſacerdotes: et regnauimus ſuper terram. 1.Pet.2.b.9

Καὶ εἶδον, καὶ ἤκουσα φωνὴν ἀγγέλων πολλῶν κυκλόθεν τοῦ θρόνου καὶ τῶν ζώων καὶ τῶν πρεσβυτέρων· καὶ ἦν ὁ ἀριθμὸς αὐτῶν μυριάδες μυριάδων, καὶ χιλιάδες χιλιάδων·

11 Tum aſpexi, & audiui in circuitu throni & animalium & ſenum, vocem Angelorũ multorũ, ‖numero millies centies mille, & decies centies mille:

11 Et vidi, & audiui vocẽ Angelorum multorum in circuitu throni, et animaliũ, & ſeniorũ: et erat numerus eorũ milliã milliũ: Dan.7.d.10

Λέγοντες φωνῇ μεγάλῃ, Ἄξιόν ἐστι τὸ ἀρνίον τὸ ἐσφαγμένον, λαβεῖν τὴν δύναμιν καὶ πλοῦτον καὶ σοφίαν καὶ ἰσχὺν καὶ τιμὴν καὶ δόξαν καὶ εὐλογίαν·

11 Dicẽtes voce magna, Dignus eſt Agnus ille mactatus qui accipiat virtutẽ, & diuitias, & ſapiẽtiam, & fortitudinem, & honorẽ, & gloriã, & benedictionem:

11 Dicentiũ voce magna, Dignus eſt Agnus q occiſus eſt, accipere uirtutem, & diuinitatẽ, et ſapientiã, et fortitudinem, et honorẽ, et gloriã, et benedictionẽ.

Καὶ πᾶν κτίσμα ὃ ἐστιν ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ὑποκάτω τῆς γῆς, καὶ ἐπὶ τῆς θαλάσσης ἐστὶν, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς πάντα, ἤκουσα λέγοντας, Τῷ καθημένῳ ἐπὶ τῷ θρόνου, καὶ τῷ ἀρνίῳ ἡ εὐλογία καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

13 Sed & omnem creaturam quæ in cælo eſt, & quæ ſuper terram & ſub terra & in mari, & quæ in eis ſunt omnia, audiui dicẽtia, Seſſori throni & Agno benedictio, & honor, & gloria, & robur, in ſecula ſeculorum.

13 Et omnẽ creaturã quæ in cælo eſt, et ſup terrã, et ſub terra, & quæ ſunt in mari, et quæ in eo, omnes audiui dicentes. Sedenti in throno, et Agno, benedictio, et honor, et gloria et potẽtias in ſecula ſeculorum.

Καὶ τὰ τέσσαρα ζῶα ἔλεγον, Ἀμήν· καὶ οἱ εἰκοσιτέσσαρες πρεσβύτεροι ἔπεσον, καὶ προσεκύνησαν τῷ ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

14 Quatuor autem animalia dicebant, Amen: & vigintiquatuor ſenes ceciderunt in facies ſuas, & adorarunt eum qui viuit in ſecula ſeculorum.

14 Et quatuor animalia dicẽbãt, Amẽ. Et uigintiquatuor ſeniores ceciderũt in facies ſuas: et adorauerunt uiuẽtem in ſecula ſeculorum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ.

CAP. VI.

Καὶ εἶδον ὅτε ἤνοιξε τὸ ἀρνίον μίαν ἐκ τῶν σφραγίδων, καὶ ἤκουσα ἑνὸς ἐκ τῶν τεσσάρων ζώων λέγοντος, ὡς φωνὴν βροντῆς, Ἔρχου καὶ βλέπε.

1 POſtea aſpexi, quum aperuiſſet Agnus primum ex ſigillis, & audiui vnum ex quatuor animalibus dicens, tanquam vocem tonitrui, Veni & vide.

1 ET vidi quòd aperuiſſet Agnus vnũ de ſeptem ſigillis, et audiui vnum de quatuor animalibus, dicens, tanquam uocẽ tonitrui, Veni et vide.

Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἵππος λευκός· καὶ ὁ καθήμενος ἐπ' αὐτῷ, ἔχων τόξον· καὶ ἐδόθη αὐτῷ στέφανος, καὶ ἐξῆλθε νικῶν, καὶ ἵνα νικήσῃ.

2 Aſpexi igitur, & ecce equus albus: & qui inſidebat ei habebat arcum: & data eſt ei corona, & prodiit vincens, & vt vinceret.

2 Et vidi, et ecce equus albus: et qui ſedebat ſuper illum, habebat arcum: et data eſt ei corona, et exiuit uincens ut uinceret.

Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν δευτέραν σφραγῖδα, ἤκουσα τοῦ δευτέρου ζώου λέγοντος, Ἔρχου καὶ βλέπε.

3 Quúmque aperuiſſet ſigillũ ſecundum, audiui ſecundum animal dicens, Veni, & vide.

3 Et quũ aperuiſſet ſigillum ſecundũ, audiui ſecũdũ animal dicens, Veni et vide.

Καὶ ἐξῆλθεν ἄλλος ἵππος πυρρός· 4 Et prodiit alius equus rufus: 4 Et exiuit alius equ⁹ ru-

9 Nouum, καινὸν. Heb. חדש id eſt non vulgare, nec triuiale, ſed eximium.

10 Nos, ἡμᾶς. In Complutenſi codice & alio quodam legimus αὐτοὺς, ipſos, videlicet ſanctos qui adhuc ſunt in terris. Item pro βασιλεύσομεν, regnabimus, ibidem legitur βασιλεύσουσι, regnabunt.

11 Numero millies cẽties mille & decies cẽties mille, καὶ ἦν ὁ ἀριθμὸς αὐτῶν μυριάδες μυριάδων, καὶ χιλιάδες χιλιάδων. Ita lego ex Aretha, Complutẽſi editione, & aliis duobus vetuſtis codicibus. Melius enim iſta reſpondent iis quæ ſcribuntur Dan. 7. d. 10, vbi hæc eadem deſcriptio inuenitur.

11 Dicentes, λέγοντες. Hebr. לאמר. videtur autem dicendum fuiſſe λέγοντα, vel λέγουσα. Sed aliquoties annotauimus apud Paulum & alios, hæc participia apud idoneos etiam ſcriptores interdũ non cohærere cum præcedentibus, nec aliter accipi quàm gerundi modum apud Latinos. Qui accipiat, λαβεῖν. Id eſt, cui deferatur laus omnis, tanquam potentiſſimo, ditiſſimo, ſapientiſſimo, &c.

IN CAPVT VI.

1 Primum, πρῶτον. Id eſt πρωτότοκον, ex Hebræorum more. Vulgata & Eraſmus, Vnum.

καὶ τοῦ καθημένου ἐπ' αὐτῷ ἐδόθη αὐτῷ λαβεῖν τὴν εἰρήνην ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἵνα ἀλλήλους σφάξωσι· καὶ ἐδόθη αὐτῷ μάχαιρα μεγάλη.

& ei qui insidebat super eum, datum est vt tollat pacem è terra, vt alii alios mactent: datúsque est ei gladius magnus.

super illum, datum est ei ut sumeret pacem de terra, et ut inuicē se interficiant: & datus est ei gladius magnus.

Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν τρίτην σφραγῖδα, ἤκουσα τοῦ τρίτου ζώου λέγοντος, Ἔρχου καὶ βλέπε. Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ, ἵππος μέλας, καὶ ὁ καθήμενος ὅπ' αὐτῷ, ἔχων ζυγὸν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ.

Et quum aperuisset sigillum tertium, audiui tertium animal dicens, Veni & vide. Aspexi igitur, & ecce equus niger aderat: & qui insidebat ei, habebat stateram in manu sua.

Et quum aperuisset sigillū tertiū, audiui tertiū animal dicens, Veni & vide. Et ecce equus niger, & qui sedebat super illum, habebat stateram in manu sua.

Καὶ ἤκουσα φωνὴν ἐν μέσῳ τῶν τεσσάρων ζώων λέγουσαν, Χοῖνιξ σίτου δηναρίου, καὶ τρεῖς χοίνικες κριθῆς δηναρίου· καὶ τὸ ἔλαιον καὶ τὸν οἶνον μὴ ἀδικήσῃς.

Et audiui vocem in medio quatuor animalium dicētem, Chœnix tritici denario, & tres chœnices hordei denario: & vinum & oleum ne læseris.

Et audiui tanquam vocem in medio quatuor animaliū dicentem, Bilibre tritici denario, & tres bilibres hordei denario: & vinum et oleū ne læseris.

Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν σφραγῖδα τὴν τετάρτην, ἤκουσα φωνὴν τοῦ τετάρτου ζώου λέγουσαν, Ἔρχου καὶ βλέπε.

Quúmque aperuisset sigillū quartum, audiui vocem quarti animalis dicentē, Veni & vide.

Et quum aperuisset sigillū quartum, audiui vocem quarti animalis dicentis, Veni & vide.

Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἵππος χλωρὸς, καὶ ὁ καθήμενος ἐπάνω αὐτοῦ ὄνομα αὐτῷ ὁ Θάνατος· καὶ ὁ Ἅδης ἀκολουθεῖ μετ' αὐτοῦ· καὶ ἐδόθη αὐτοῖς ἐξουσία ἀποκτεῖναι ἐπὶ τὸ τέταρτον τῆς γῆς, ἐν ῥομφαίᾳ καὶ ἐν λιμῷ καὶ ἐν θανάτῳ, καὶ ὑπὸ τῶν θηρίων τῆς γῆς.

Tum aspexi, & ecce aderat equus pallidus, & eius quæ insidebat ei, nomen erat Mors: & infernus sequebatur eam: datáque est eis in quadrātem terræ potestas trucidandi gladio, & fame, & morte, pérque terrestres feras.

Et ecce equus pallidus, & qui sedebat super eū, nomen illi Mors: et Infernus sequebatur eū: et data est illi potestas super quatuor partes terræ, interficere gladio, fame, & morte, & bestiis terræ.

Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν πέμπτην σφραγῖδα, εἶδον ὑποκάτω τοῦ θυσιαστηρίου τὰς ψυχὰς τῶν ἐσφαγμένων διὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ διὰ τὴν μαρτυρίαν ἣν εἶχον.

Quum verò aperuisset sigillum quintum, vidi sub altari animas eorū qui mactati fuerant propter verbum Dei, & propter testimonium quod tuebantur.

Et quum aperuisset sigillum quintum, vidi sub altare animas interfectorum propter verbum Dei, et propter testimoniū quod habebant.

Καὶ ἔκραξον φωνῇ μεγάλῃ, λέγοντες, Ἕως πότε ὁ δεσπότης ὁ ἅγιος καὶ ὁ ἀληθινὸς οὐ κρίνεις καὶ ἐκδικεῖς τὸ αἷμα ἡμῶν ἀπὸ τῶν κατοικούντων ἐπὶ τῆς γῆς;

Clamabāt autē voce magna, dicētes, Vsquequo domine, qui sanctus es & verax, non iudicas ac vindicas sanguinē nostrum de iis qui habitant in terra?

Et clamabant voce magna dicētes. Vsquequo Domine, sanctus et verus, nō iudicas et vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra?

Καὶ ἐδόθησαν ἑκάστοις στολαῖς λευκαῖς, καὶ ἐρρέθη αὐτοῖς ἵνα ἀναπαύσωνται ἔτι χρόνον μικρὸν, ἕως οὗ πληρώσωσι καὶ οἱ σύνδουλοι αὐτῶν καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτῶν, οἱ μέλλοντες ἀποκτείνεσθαι ὡς καὶ αὐτοί.

Tum datæ sunt singulis stolæ albæ, & dictum est eis vt requiescerent adhuc paululum temporis, vsquequo cōpleantur etiam conserui eorum & fratres eorum, qui trucidandi sunt sicut & ipsi.

Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, et dictum est illis ut requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conserui eorum, et fratres eorū, qui interficiendi sunt sicut et illi.

Καὶ εἶδον ὅτε ἤνοιξε τὴν σφραγῖδα τὴν ἕκτην, καὶ ἰδοὺ σεισμὸς μέγας ἐγένετο, καὶ ὁ ἥλιος ἐγένετο μέλας ὡς σάκκος

Deinde aspexi quū aperuisset sigillum sextum, & ecce terræmotus magnus factus est: & sol factus est niger vt saccus

Et vidi quū aperuisset sigillū sextum, ecce terræmotus magnus factus est, et sol factus est niger tanquam saccus

4 Datum est, ἐδόθη αὐτῷ. Redundat αὐτῷ, ex Hebræorum idiotismo.

8 Eius quæ insidebat, ὁ καθήμενος. Hoc dicēdi genus, quod iā aliquoties occurrit, prorsus inusitatū est in Græca & Latina lingua, quum dicendum fuerit καὶ τὸν καθήμενον, ne hiaret constructio. Quòd autem genus masculinū fœmineo expressimus, coacti fecimus, eo quòd Græcis ἡ θάνατος generis est masculini: mors verò fœminei apud Latinos. Infernus, ὁ ᾅδης. Heb. שאול, id est sepulchrum. Nolui tamen quicquam immutare.

9 Quod tuebantur, διὰ τὸν λόγον. Hoc est quod in vernaculo sermone dicimus, Qu'ils maintenoyent. Vulg. & Eras. Quod habebant. Complutensis editio legit, καὶ διὰ τὸν μαρτυρίαν τὴν ἰησοῦ, & propter testimonium Agni.

10 De iis qui habitant, &c. ὧν οὐκ ἐκδικεῖς τὸ αἷμα, &c. Cic. pro Deiotaro, Præsertim quum is vnus esset qui posset de absente se vindicare.

11 Compleantur etiam conserui, πληρώσωσι καὶ οἱ σύνδουλοι. Id est Vsquedum compleatur numerus eorum qui, &c. Malim autem legere πληρωθῶσι, vt habet editio Complutensis.

τεῖχος, καὶ ἡ σελήνη ἐγένετο ὡς αἷμα.

Καὶ οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ ἔπεσαν εἰς τὴν γῆν, ὡς συκῆ βάλλει τοὺς ὀλύνθους αὐτῆς, ὑπὸ μεγάλου ἀνέμου σειομένη.

Καὶ οὐρανὸς ἀπεχωρίσθη ὡς βιβλίον εἱλισσόμενον, καὶ πᾶν ὄρος καὶ νῆσος ἐκ τῶν τόπων αὐτῶν ἐκινήθησαν.

Καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ μεγιστᾶνες, καὶ οἱ πλούσιοι, καὶ οἱ χιλίαρχοι, καὶ οἱ δυνατοὶ, καὶ πᾶς δοῦλος καὶ πᾶς ἐλεύθερος ἔκρυψαν ἑαυτοὺς εἰς τὰ σπήλαια καὶ εἰς τὰς πέτρας τῶν ὀρέων.

Καὶ λέγουσι τοῖς ὄρεσι καὶ ταῖς πέτραις, Πέσετε ἐφ' ἡμᾶς, καὶ κρύψατε ἡμᾶς ἀπὸ προσώπου τοῦ καθημένου ἐπὶ τῷ θρόνῳ, καὶ ἀπὸ τῆς ὀργῆς τοῦ Ἀρνίου.

Ὅτι ἦλθεν ἡ ἡμέρα ἡ μεγάλη τῆς ὀργῆς αὐτοῦ· καὶ τίς δυνήσεται στα θῆναι;

Κεφάλαιον ζ.

ΚΑΙ μετὰ τοῦτο εἶδον τέσσαρας ἀγγέλους ἑστῶτας ἐπὶ τοὺς τέσσαρας γωνίας τῆς γῆς, κρατοῦντας τοὺς τέσσαρας ἀνέμους τῆς γῆς, ἵνα μὴ πνέῃ ἄνεμος ἐπὶ τῆς γῆς, μήτε ἐπὶ τῆς θαλάσσης, μήτε ἐπὶ πᾶν δένδρον.

Καὶ εἶδον ἄλλον ἄγγελον ἀναβαίνοντα ἀπὸ ἀνατολῆς ἡλίου, ἔχοντα σφραγῖδα Θεοῦ ζῶντος· καὶ ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ τοῖς τέσσαρσιν ἀγγέλοις οἷς ἐδόθη αὐτοῖς ἀδικῆσαι τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν,

Λέγων, Μὴ ἀδικήσητε τὴν γῆν, μήτε τὴν θάλασσαν, μήτε τὰ δένδρα, ἄχρις οὗ σφραγίσωμεν τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν.

Καὶ ἤκουσα τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐσφραγισμένων, ρμδ' χιλιάδες ἐσφραγισμένοι ἐκ πάσης φυλῆς υἱῶν Ισραήλ.

Ἐκ φυλῆς Ιούδα, ιβ' χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Ρουβὴν, ιβ' χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Γὰδ, ιβ' χιλιάδες ἐσφραγισμένοι.

Ἐκ φυλῆς Ασὴρ, ιβ' χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Νεφθαλεὶμ, ιβ' χι-

cilicinus, & luna tota facta eſt vt ſanguis:

13 Et ſtellæ è cælo ceciderunt in terrã, ſicut ficus abiicit groſſos ſuos quum vento magno concutitur.

14 Et cælum abſceſſit ſicut liber qui conuoluitur: & omnes montes & inſulæ è ſuis locis motæ ſunt:

15 Et reges terræ, proceres, & diuites, & tribuni, & potentes, omnéſque tum ſerui tum ingenui abſconderunt ſe in ſpeluncis & in petris montium:

16 Et dixerunt montibus & petris, ‖Cadite ſuper nos, abſcondite nos à conſpectu eius qui inſidet throno, & ab ira Agni:

17 Nam venit dies ille magnus iræ illius: & quis poterit ſtare?

CAP. VII.

1 POſtea vidi quatuor Angelos inſiſtentes quatuor angulis terræ, tenentes quatuor ventos terræ, ne flaret ventus ſuper terram, neque ſuper mare, neque in vllam arborem.

2 Et vidi alterum Angelum aſcendentem ab ortu ſolis, habentem ſigillum Dei viui: qui clamauit voce magna quatuor Angelis quibus datũ eſt nocere terræ & mari,

3 Dicés, Ne nocete terræ, neque mari, neque arboribus, quoadusque obſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus ſuis.

4 Et audiui numerũ obſignatorum: cẽtum quadragintaquatuor millia erant obſignata ex omnibus tribubus filiorum Iſrael.

5 Ex tribu Iuda, duodecies mille obſignata: ex tribu Ruben, duodecies mille obſignata: ex tribu Gad, duodecies mille obſignata:

6 Ex tribu Aſer, duodecies mille obſignata: ex tribu Nephthali, duodecies mille-

alicinus, & luna tota facta eſt ſicut ſanguis:

13 Et ſtellæ cæli ceciderunt ſuper terram, ſicut ficus emittit groſſos ſuos quum à uento magno mouetur.

14 Et cælum receſſit ſicut liber reuolutus: & omnis mons & inſulæ de locis ſuis motæ ſunt:

15 Et reges terræ, & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis ſeruus et liber abſconderunt ſe in ſpeluncis et in petris montium:

16 Et dicunt montibus & petris, Cadite ſuper nos, & abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronum, & ab ira Agni: *Eſaiæ 2. d. 19 oſee 10. b. 8 luc. 23. d. 30*

17 Quoniam uenit dies magnus iræ ipſorum: & quis poterit ſtare?

CAP. VII.

1 POſthæc vidi quatuor Angelos ſtantes ſuper quatuor angulos terræ, tenentes quatuor uentos terræ, ne flaret uentus ſuper terram, neque ſuper mare, neque in vllam arborem.

2 Et vidi alterum Angelũ aſcendentem ab ortu ſolis habẽtem ſignum Dei viui: & clamauit voce magna quatuor Angelis quibus datum eſt nocere terræ & mari,

3 Dicens, Nolite nocere terræ, neque mari, neque arboribus, quoadusque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frõtibus eorum.

4 Et audiui numerum ſignatorum, cẽtum quadraginta quatuor millia ſignata ex omni tribu filiorum Iſrael.

5 Ex tribu Iuda, duodecim millia ſignata: ex tribu Ruben, duodecim millia ſignata: ex tribu Gad, duodecim millia ſignata:

6 Ex tribu Aſer, duodecim millia ſignata: ex tribu Nephthali duodecim mil-

IN CAPVT VII.

1 Angulos, γωνίας. Heb. כנפות, id eſt extrema, quæ plagas & cardines vocamus.

λιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Μανασσῆ, ιβ' χιλιάδες ἐσφραγισμένοι·

Ἐκ φυλῆς Συμεὼν, ιβ' χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Λευὶ, ιβ' χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Ισαχὰρ, ιβ' χιλιάδες ἐσφραγισμένοι·

Ἐκ φυλῆς Ζαβουλὼν, ιβ' χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Ιωσὴφ, ιβ' χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν, ιβ' χιλιάδες ἐσφραγισμένοι.

Μετὰ ταῦτα εἶδον, καὶ ἰδοὺ ὄχλος πολὺς, ὃν ἀριθμῆσαι αὐτὸν οὐδεὶς ἠδύνατο, ἐκ παντὸς ἔθνους καὶ φυλῶν καὶ λαῶν καὶ γλωσσῶν, ἑστῶτες ἐνώπιον τοῦ θρόνου καὶ ἐνώπιον τοῦ Ἀρνίου, περιβεβλημένοι στολὰς λευκὰς· καὶ φοίνικες ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν.

Καὶ κράζουσι φωνῇ μεγάλῃ, λέγοντες, Ἡ σωτηρία τῷ Θεῷ ἡμῶν τῷ καθημένῳ ἐπὶ τῷ θρόνου, καὶ τῷ Ἀρνίῳ.

Καὶ πάντες οἱ ἄγγελοι εἱστήκεισαν κύκλῳ τοῦ θρόνου καὶ τῶν πρεσβυτέρων καὶ τῶν τεσσάρων ζώων, καὶ ἔπεσον ἐνώπιον τοῦ θρόνου ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν, καὶ προσεκύνησαν τῷ Θεῷ,

Λέγοντες, Ἀμήν· ἡ εὐλογία καὶ ἡ δόξα καὶ ἡ σοφία καὶ ἡ εὐχαριστία καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ ἰσχὺς τῷ Θεῷ ἡμῶν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Καὶ ἀπεκρίθη εἷς ἐκ τῶν πρεσβυτέρων, λέγων μοι, Οὗτοι οἱ περιβεβλημένοι τὰς στολὰς τὰς λευκὰς, τίνες εἰσὶ, καὶ πόθεν ἦλθον;

Καὶ εἴρηκα αὐτῷ, Κύριε σὺ οἶδας. Καὶ εἶπέ μοι, Οὗτοί εἰσιν οἱ ἐρχόμενοι ἐκ τῆς θλίψεως τῆς μεγάλης· καὶ ἔπλυναν τὰς στολὰς αὐτῶν καὶ ἐλεύκαναν στολὰς αὐτῶν ἐν τῷ αἵματι τοῦ Ἀρνίου.

Διὰ τοῦτο εἰσὶν ἐνώπιον τοῦ θρόνου

obsignata: ex tribu Manasse, duodecies mille obsignata:

7 Ex tribu Simeon, duodecies mille obsignata: ex tribu Leui, duodecies mille obsignata: ex tribu Issachar, duodecies mille obsignata:

8 Ex tribu Zabulon, duodecies mille obsignata: ex tribu Ioseph, duodecies mille obsignata: ex tribu Beniamin, duodecies mille obsignata.

9 Postea aspexi, & ecce, aderat turba multa, quã numerare nemo possit, ex omnibus gẽtibus & tribubus & populis & lĩguis: stabántque ante thronum & in conspectu Agni, amicti stolis albis: & palmæ in manibus eorũ.

10 Et clamabant voce magna, dicentes, Salus à Deo nostro est, sedente super thronum & ab Agno.

11 Omnes autẽ Angeli stabant in circuitu throni & senum & quatuor animalium: & procubuerunt in conspectu throni in facies suas, & adorarũt Deum,

11 Dicentes, Amen: benedictio, & gloria, & sapientia, & gratiarum actio, & honor, & virtus, & robur Deo nostro in secula seculorum. Amen.

13 Tum me compellauit vnus ex senibus, dicens mihi, Isti qui amicti sunt stolis albis, quĩnã sunt, & vnde venerunt?

14 Et dixi ei, Domine, tu nosti. Et dixit mihi, Hi sunt qui venerunt ex afflictione magna: & lauerunt stolas suas, ac dealbarũt in sanguine Agni.

15 Ideo sunt ante thronum

lia signati: ex tribu Manasse, duodecim millia signati:

7 Ex tribu Simeon, duodecim millia signati: ex tribu Leui, duodecim millia signati: ex tribu Issachar, duodecim millia signati:

8 Ex tribu Zabulon, duodecim millia signati: ex tribu Ioseph, duodecim millia signati: ex tribu Beniamin, duodecim millia signati.

9 Post hæc uidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, stãtes ante thronum, & in conspectu Agni, amicti stolis albis: & palmæ in manibus eorum.

10 Et clamabãt uoce magna. Dicentes, Salus Deo nostro qui sedet super thronum, & Agno.

11 Et omnes Angeli stabãt in circuitu throni & seniorum & quatuor animalium: et ciderunt in conspectu throni in facies suas, et adorauerunt Deum.

11 Dicentes, Amen: benedictio, et claritas, et sapientia, et gratiarum actio, honor et uirtus, et fortitudo Deo nostro in secula seculorum. Amen.

13 Et respõdit unus de senioribus, et dixit mihi: Hi q amicti sunt stolis albis, qui sunt, et unde uenerunt?

14 Et dixi illi, Domine mi tu scis. Et dixit mihi, Hi sunt qui uenerunt de tribulatione magna: et lauerunt stolas suas, et dealbauerunt eas in sanguine Agni.

15 Ideo sunt ante thronũ

7 Ex tribu Leui, ἐκ φυλῆς Λευί. Omisit Dan, & recenset Leui.

8 Ioseph, Ἰωσήφ. Intellige tribum Ephraim, alterius ex filiis Ioseph.

10 Salus à Deo nostro ἡ σωτηρία τῷ Θεῷ ἡμῶν. Sic legit Arethas, sic quoque Vetus interpres & Complutensis editio, consentiente etiam vno ex veteribus nostris codicibus. Addidi autem præpositionem A, nec ui scrupulus obiiciatur quasi salutem Deo precentur, qui e contrario illum vnum agnoscũt salutis quam consequuti sunt authorem. Sic autem vsurpatur hoc in loco tertius casus vti apud Hebræos cum ל possessiuo, vt Psal. 3. b. 9, לַיהוָה הַיְשׁוּעָה, Domino ipsa salus, id est Dominus propriè salutis author. sicut vbique מִזְמוֹר לְדָוִד Psalmus Dauidi, id est cuius author est Dauid. Super thronum, ἐπὶ τῷ θρόνου. In plerisque codicibus Græcis, non iis tamen quos modò citaui, legitur ἐπὶ τῷ θρόνου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, super thronum Dei nostri, mendosè, vt mihi videtur.

13 Compellauit me, ἀπεκρίθη. Sic apud Euangelistas sæpenumero dicitur ἀποκρίνεσθαι qui sermonem inchoat, vt alibi annotauimus. Vulg. & Eras. Et respondit.

14 Lauerunt, ἔπλυναν. Eras. mendosè legit, ἐπλάτυναν, dilatarunt,

15 Dic

τῷ Θεοῦ, καὶ λατρεύουσιν αὐτῷ ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ· καὶ ὁ καθήμενος ἐπὶ τοῦ θρόνου, σκηνώσει ἐπ' αὐτούς.

Dei, & seruiunt ei ᵛdie ac nocte in templo eius: & qui insidet throno, habitabit ᵛcum eis.

Dei, & seruiunt ei die ac nocte in templo eius: & qui sedet in throno, habitabit super illos.

Οὐ πεινάσουσιν ἔτι, οὐδὲ διψήσουσιν ἔτι, οὐδὲ μὴ πέσῃ ἐπ' αὐτοὺς ὁ ἥλιος, οὐδὲ πᾶν καῦμα.

16 ¶Non esurient amplius, neque sitient amplius, nec in eos incidet sol, neque vllus æstus.

16 Non esurient neque sitient amplius, nec cadet super illos sol, neque vllus æstus: Isaiæ 49.c.10

Ὅτι τὸ ἀρνίον τὸ ἀνὰ μέσον τοῦ θρόνου ποιμανεῖ αὐτούς, καὶ ὁδηγήσει αὐτοὺς ἐπὶ ζωῆς πηγὰς ὑδάτων· καὶ ἐξαλείψει ὁ Θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν.

17 Quoniã Agnus qui in medio throni est, pascet eos, & deducet ad viuos fontes aquarum: ¶& absterſurus est Deus omnẽ lacrymam ab oculis eorum.

17 Quoniam Agnus qui in medio throni est, regent illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, & absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorũ Esa.25.c.8 infrà,21.c.4

Κεφάλαιον ηʹ

CAP. VIII.

CAP. VIII.

Καὶ ὅτε ἠνοιξε τὴν σφραγῖδα τὴν ἑβδόμην, ἐγένετο σιγὴ ἐν τῷ οὐρανῷ ὡς ἡμιώριον.

1 POrro quum aperuisset sigillum septimum, factum est silentium in cælo, media ferme hora.

1 ET quũ aperuisset sigillum ſeptimum, factum est silentium in cælo, quaſi media hora.

Καὶ εἶδον τοὺς ἑπτὰ ἀγγέλους, οἳ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἑστήκασι· καὶ ἐδόθησαν αὐτοῖς ἑπτὰ σάλπιγγες.

2 Et vidi ſeptem illos Angelos ᵛqui adstant coram Deo, quibus datæ sunt septem tubæ.

2 Et vidi ſeptem Angelos ſtantes in conſpectu Dei: & datæ ſunt illis ſeptẽ tubæ.

Καὶ ἄλλος ἄγγελος ἦλθε, καὶ ἐστάθη ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου, ἔχων λιβανωτὸν χρυσοῦν· καὶ ἐδόθη αὐτῷ θυμιάματα πολλά, ἵνα δώσῃ ταῖς προσευχαῖς τῶν ἁγίων πάντων ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τὸ χρυσοῦν τὸ ἐνώπιον τοῦ θρόνου.

3 Tum alius Angelus venit, & ſtetit ante aram, habens ᵛthuribulum aureum: & dati sunt ei suffitus multi, vt offerret ᵛcum precibus Sanctorum omnium ſuperaltare aureum, quod est ante thronum.

3 Et alius Angelus venit & ſtetit ante altare, habens thuribulũ aureum: et datæ ſunt illi incenſa multa, vt daret de orationibus ſanctorũ omnium ſuper altare aureum, quod eſt ante thronum.

Καὶ ἀνέβη ὁ καπνὸς τῶν θυμιαμάτων ταῖς προσευχαῖς τῶν ἁγίων, ἐκ χειρὸς τοῦ ἀγγέλου, ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.

4 Aſcendit autem fumus ſuffituum, cum precibus Sanctorũ, è manu Angeli ad conſpectum Dei.

4 Et aſcendit fumus incenſorum de orationibus Sanctorum, de manu Angeli coram Deo.

Καὶ εἴληφεν ὁ ἄγγελος τὸ λιβανωτόν, καὶ ἐγέμισεν αὐτὸ ἐκ τοῦ πυρὸς τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν γῆν· καὶ ἐγένοντο φωναὶ καὶ βρονταὶ καὶ ἀστραπαὶ καὶ σεισμός.

5 Deinde accepit Angelus thuribulum, & impleuit illud igne altaris, abiecitque in terram: & facta sunt tonitrua & voces & fulgura & terræmotus.

5 Et accepit Angelus thuribulum, et impleuit illud de igne altarij, et miſit in terram: et facta ſũt tonitrua et voces et fulgura, et terræmotus magnꝰ.

15 Die ac nocte, ἡμέρας καὶ νυκτός. Alludit ad diurna ac nocturna Leuitarũ ministeria: alioqui nulla nox est in cælo. Cum eis, ἐν αὐτοῖς. Hebr. עליהם ita vt על pro עם ponatur: nisi malimus accipere, Habitabit super eos, pro Præerit ipsis.

IN CAPVT VIII.

2 Qui adstant, οἱ ἑστήκασι. Id est, qui coram eo apparent, vt ministri videlicet. Hæc enim vis est verbi עמד.

3 Thuribulum, λιβανωτόν. Rectè, vt apparet ex versu. Alioqui hoc vocabulo non thuribulũ, sed thus ipsum declaratur. Cum precibus Sanctorũ, ταῖς προσευχαῖς τῶν ἁγίων. Quinã sunt hi sanctitan qui in cælis sunt et illi in toto hoc libro nihil aliud quàm gratias agunt, & Deũ extollunt, eo tantùm loco excepto vbi sanguinis 18 sui vindicationem flagitãt Martyres. Deinde quorsum Angelus preces ipsorum offerret? Certè magna illi fieret iniuria quam non satis est nonnullis plusquã seruiliter colere, & reginã misericordiæ, dominam Angelorũ, refugiũ miserorum, spem, vitã, paradisi portã vocare: nisi etiam flagitent vt matris iure (proh execrandã blasphemiã!) Filio suo imperet. Magna, inquã, illi & omnibus triumphãtis Ecclesiæ sanctis fit iniuria, si Angeli alicuius ministerio illic etiam nũ indigent, qui ipsorũ preces Deo offerat. Sed age, absurda ista semel omittamus. Sci- 19 mus Angelorũ ministeriũ Sanctis in hac vita degentibus esse destinatũ, Heb. 1. d. 14: idque nõ vt pro diis colãtur, sed cõtra vt pro bona Dei volũtate suo ministerio nos adiuuẽt, ad Deũ cõtendẽtes, sicut ex variis Scripturæ exẽplis licet intelligere. Hæc causa est cur Iohãnes hac visione (quæ Leuiticorũ Sacerdotũ cõsuetudine adũbratur, vt pleræque etiã aliæ antiquorũ Prophetarũ) didicerit, Sanctorũ orationes, in hoc mũdo videlicet pura illa precũ & beneficẽtiæ sacrificia Deo quotidie offerentiũ, per Angelorũ ministeriũ Deo offerri. Qui subtilius hic 20 volent contẽplari, mirum nisi etiam Angelicam nobis aliquam Missam in cælo fabricent. Quorsum enim aram

absque sacrificio? Sed vt ad rem redeam, Vetus interpres simpliciter conuertit, Vt daret de orationibus Sanctorum omnium super altare aureum, &c. quæ interpretatio non modò est ambigua, sed prorsus etiam absurda. Erasmus, Vt daret de precationibus omnium Sanctorum, &c. quod mihi magis etiam absurdum videtur, vel ob eam causam quòd in Græcis nullam præpositionem supplere possis quæ isti interpretationi conueniat. Itaque suppleui præpositionem ἐπὶ, cuius eclipsis non modò dura non est, sed etiam elegans. Deinde manifestè videmus Angelum seorsim dici multa illa thymiamata accipere quæ cum precibus Sanctorum offerat. Vnum igitur ab altero non separandum quidem, sed distinguendum est. Quorsum enim nostræ preces, quorsum quic quid à nobis potest proficisci, nisi adsit in primis vnicæ illius oblationis verè gratus odor? nisi, inquam, prius in Filio per fidem iustificati placeamus? Sed de his non constituimus hoc in loco copiosius differere.

Καὶ οἱ ἑπτὰ ἄγγελοι ἔχοντες τὰς ἑπτὰ σάλπιγγας, ἡτοίμασαν ἑαυτοὺς ἵνα σαλπίσωσι.

6 Et septem Angeli qui habebãt septem tubas, præparauerũt se vt clangerent.

6 Et septem Angeli qui habebant septem tubas. præparauerunt se ut tuba canerent.

Καὶ ὁ πρῶτος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ ἐγένετο χάλαζα καὶ πῦρ, μεμιγμένα αἵματι, καὶ ἐβλήθη εἰς τὴν γῆν· καὶ τὸ τρίτον τῶν δένδρων κατεκάη, καὶ πᾶς χόρτος χλωρὸς κατεκάη.

7 Primus igitur Angelus clanxit, & facta est grando & ignis, mista sanguine, proiectáq; sunt in terram: & tertia pars arborum exusta est, & omne fœnũ viride exustum.

7 Et primus Angelus tuba canit. & facta est grãdo & ignis, mista in sanguine, & missum est in terram: & tertia pars terræ combusta est, & tertia pars arborum concremata est. & omne fœnum viride combustum est.

Καὶ ὁ δεύτερος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ ὡς ὄρος μέγα πυρὶ καιόμενον ἐβλήθη εἰς τὴν θάλασσαν· καὶ ἐγένετο τὸ τρίτον τῆς θαλάσσης, αἷμα.

8 Deinde secundus Angelus clanxit, & quasi mons magnus igne ardẽs proiectus est in mare: factáque est tertia pars maris, sanguis.

8 Et secũdus Angelus tuba canit: & tanquam mons magnus igne ardẽs missus est in mare: & facta est tertia pars maris sanguis.

Καὶ ἀπέθανε τὸ τρίτον τῶν κτισμάτων τῶν ἐν τῇ θαλάσσῃ, τὰ ἔχοντα ψυχάς, καὶ τὸ τρίτον τῶν πλοίων διεφθάρη.

9 Et mortua est tertia pars creaturarum quæ erant in mari, animantia dico, & tertia pars nauium perierunt.

9 Et mortua est tertia pars creaturæ eorũ quæ habebant animas, in mari, & tertia pars nauium interiit.

Καὶ ὁ τρίτος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ ἔπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀστὴρ μέγας καιόμενος ὡς λαμπάς, καὶ ἔπεσεν ἐπὶ τὸ τρίτον τῶν ποταμῶν, καὶ ἐπὶ τὰς πηγὰς ὑδάτων.

10 Tum Angelus tertius clanxit, & cecidit è cælo stella magna, ardens velut fax, cecidítque in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum.

10 Et tertius Angelus tuba canit, & cecidit de cælo stella magna ardens tanquam facula, & cecidit in tertiam partem fluminũ & in fontes aquarum.

Καὶ τὸ ὄνομα τοῦ ἀστέρος λέγεται Ἄψινθος· καὶ γίνεται τὸ τρίτον τῶν ὑδάτων εἰς ἄψινθον, καὶ πολλοὶ ἀνθρώπων ἀπέθανον ἐκ τῶν ὑδάτων, ὅτι ἐπικράνθησαν.

11 Nomen autem stellæ dicitur Absinthiũ: versa est igitur tertia pars aquarũ in absinthiũ: & multi homines mortui sunt ex aquis, quòd amaræ factæ essent.

11 Et nomen stellæ dicitur Absinthium. & facta est tertia pars aquarũ in absinthium: & multi hominum mortui sunt de aquis, quia amaræ factæ sunt.

Καὶ ὁ τέταρτος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ ἐπλήγη τὸ τρίτον τοῦ ἡλίου καὶ τὸ τρίτον τῆς σελήνης καὶ τὸ τρίτον τῶν ἀστέρων· ἵνα σκοτισθῇ τὸ τρίτον αὐτῶν, καὶ ἡ ἡμέρα μὴ φαίνῃ τὸ τρίτον αὐτῆς, καὶ ἡ νὺξ ὁμοίως.

12 Deinde quartus Angelus clãxit, & percussa est tertia pars solis, & tertia pars lunæ, & tertia pars stellarum: ita vt obscuraretur tertia pars eorum, & dies non luceret pars tertia, & noctis similiter.

12 Et quartus Angelus tuba canit. & percussa est tertia pars solis, & tertia pars lunæ, & tertia pars stellarum, ita ut obscuraretur tertia pars eorum, & dies non luceret pars tertia. & noctis similiter.

Καὶ εἶδον, καὶ ἤκουσα ἑνὸς ἀετοῦ πετομένου ἐν μεσουρανήματι, λέγοντος φωνῇ μεγάλῃ, Οὐαὶ οὐαὶ οὐαὶ τοῖς κατοικοῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς, ἐκ τῶν λοιπῶν φωνῶν τῆς σάλπιγγος τῶν τριῶν ἀγγέλων τῶν μελλόντων σαλπίζειν.

13 Et vidi, & audiui vnũ Angelum volantẽ per mediũ cæli, dicentẽ voce magna, Væ, væ, væ incolis terræ, à reliquis sonis tubæ trium illorũ Angelorum qui clangent.

13 Et vidi & audiui vocẽ vnius aquilæ volãtis per medium cæli, dicentis voce magna, Væ, Væ, Væ, habitantibus in terra: de cæteris vocibus tubæ trium Angelorum qui erant tuba canturi.

7 Et tertia pars arborum, &c. καὶ τὸ τρίτον τῶν δένδρων, &c. Arethas, quem sequitur Vetus interpres, legit καὶ τὸ τρίτον τῆς γῆς κατέκαυσε. καὶ τὸ τρίτον τῶν δένδρων κατεκάη, καὶ πᾶς χόρτος χλωρὸς κατεκάη. Id est, & tertia pars tertæ exusta est, & tertia pars arborum, &c.

11 Tertia pars aquarum, τὸ τρίτον τῶν ὑδάτων. Erasmus non legit τῶν ὑδάτων. quod ego addidi ex Arethæ, Complutensis editionis, vnius vetusti codicis, Veteris denique interpretis authoritate.

13 Vnum Angelum, ἑνὸς ἀγγέλου. Arethas legit ἑνὸς ἀετοῦ, id est (vt suppleuit Vetus interpres) sonum vnius aquilæ. Complutensis codex hic quoque cum Aretha consentit.

Κεφάλαιον θ'

ΚΑΙ ὁ πέμπτος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ εἶδον ἀστέρα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεπτωκότα εἰς τὴν γῆν, καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἡ κλεὶς τοῦ φρέατος τῆς ἀβύσσου.

Καὶ ἤνοιξε τὸ φρέαρ τῆς ἀβύσσου· καὶ ἀνέβη καπνὸς ἐκ τοῦ φρέατος ὡς καπνὸς καμίνου μεγάλης· καὶ ἐσκοτίσθη ὁ ἥλιος καὶ ὁ ἀὴρ ἐκ τοῦ καπνοῦ τοῦ φρέατος.

Καὶ ἐκ τοῦ καπνοῦ ἐξῆλθον ἀκρίδες εἰς τὴν γῆν, καὶ ἐδόθη αὐταῖς ἐξουσία ὡς ἔχουσιν ἐξουσίαν οἱ σκορπίοι τῆς γῆς.

Καὶ ἐρρέθη αὐταῖς ἵνα μὴ ἀδικήσωσι τὸν χόρτον τῆς γῆς, οὐδὲ πᾶν χλωρόν, οὐδὲ πᾶν δένδρον, εἰ μὴ τοὺς ἀνθρώπους μόνους οἵτινες οὐκ ἔχουσι τὴν σφραγῖδα τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν.

Καὶ ἐδόθη αὐταῖς ἵνα μὴ ἀποκτείνωσιν αὐτούς, ἀλλ' ἵνα βασανισθῶσι μῆνας πέντε· καὶ ὁ βασανισμὸς αὐτῶν ὡς βασανισμὸς σκορπίου, ὅταν παίσῃ ἄνθρωπον.

Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ζητήσουσιν οἱ ἄνθρωποι τὸν θάνατον, καὶ οὐ μὴ εὑρήσουσιν αὐτόν· καὶ ἐπιθυμήσουσιν ἀποθανεῖν, καὶ φεύξεται ὁ θάνατος ἀπ' αὐτῶν.

Καὶ τὰ ὁμοιώματα τῶν ἀκρίδων ὅμοια ἵπποις ἡτοιμασμένοις εἰς πόλεμον· καὶ ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν ὡς στέφανοι ὅμοιοι χρυσῷ, καὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν ὡς πρόσωπα ἀνθρώπων.

Καὶ εἶχον τρίχας ὡς τρίχας γυναικῶν, καὶ οἱ ὀδόντες αὐτῶν ὡς λεόντων ἦσαν.

Καὶ εἶχον θώρακας ὡς θώρακας σιδηροῦς· καὶ ἡ φωνὴ τῶν πτερύγων αὐτῶν ὡς φωνὴ ἁρμάτων, ἵππων πολλῶν τρεχόντων εἰς πόλεμον.

Καὶ ἔχουσιν οὐρὰς ὁμοίας σκορπίοις, καὶ κέντρα ἐν ταῖς οὐραῖς αὐτῶν·

CAP. IX.

1 TVm quintus Angelus clanxit, & vidi ſtellam è cælo cecidiſſe in terrã, cui data eſt clauis putei abyſſi.

2 Aperuit igitur puteum abyſſi: & aſcendit fumus putei vt fumus fornacis magnæ: & obſcuratus eſt ſol & aerà fumo putei.

3 Ex fumo autem exierunt locuſtæ in terram: datáque eſt illis poteſtas qualem habent poteſtatem terreſtres ſcorpii.

4 Et ipſis eſt dictum ne lædérent gramen terræ, neque viride quicquam, neque vllam arborem: ſed tantùm homines qui non habent ſignum Dei in frontibus ſuis.

5 Datum autem eſt eis, non vt occidant eos, ſed vt crucientur illi menſes quinque, ſit{que} cruciatus eorum vt cruciatus ſcorpii quũ percuſſerit hominem.

6 Itaque per eos dies homines quærent mortem, ſed non inuenient eam: & deſiderabunt mori, ſed fugiet mors ab eis.

7 Figuræ autem locuſtarum ſimiles *erant* equis paratis ad prælium: *et* ſuper capita earum tanquam coronæ ſimiles auro, & facies earum vt facies hominum.

8 Et habebant capillos vt capillos mulierum: & dentes earum vt leonum erant:

9 Habebant etiam loricas vt loricas ferreas: & ſonitus alarũ ipſarum vt ſonitus curruum, equis multis currentibus ad bellum.

10 Sed & habebant caudas ſimiles ſcorpionum, eránt{que} aculei in caudis earum:

CAP. IX.

1 ET quintus Angelus tuba cecinit, & vidi ſtellam de cælo cecidiſſe in terram, & data eſt ei clauis putei abyſſi.

2 Et aperuit puteum abyſſi: & aſcendit fumus putei ſicut fumus fornacis magnæ: & obſcuratus eſt ſol & aer de fumo putei.

3 Et de fumo putei exierunt locuſtæ in terram: et data eſt illis poteſtas ſicut habent poteſtatem ſcorpiones terræ.

4 Et præceptum eſt illis ne læderent fœnum terræ, neque omne viride, neque omnem arborem: niſi tantùm homines qui non habent ſignum Dei in frontibus ſuis.

5 Et datum eſt illis ne occiderent eos, ſed ut cruciarentur mẽſibus quinque: & cruciatus eorum vt cruciatus ſcorpij quũ percutit hominem.

6 Et in diebus illis quærẽt homines mortem, & non inuenient eam: et deſiderabunt mori, et fugiet mors ab eis. *Suprà, 6. d. 16 eſaiæ 2. d. 19 oſee. 10. d. 8*

7 Et ſimilitudines locuſtarum ſimiles equis paratis in prælium: et ſuper capitã earum tanquam coronæ ſimiles auro, et facies earum tanquam facies hominum. *Sapient. 16. d. 9*

8 Et habebant capillos ſicut capillos mulierum: et dentes earum ſicut leonum erant.

9 Et habebant loricas ſicut loricas ferreas, et vox alarum earum ſicut vox curruũ equorum multorum currentium in bellũ.

10 Et habebant caudas ſimiles ſcorpionum: et aculei erant in caudis earum:

IN CAP. IX.

1 Putei abyſſi, τῦ φρέατος τῆς ἀβύσσου. Abyſſum vocat profundiſſimi tartari tenebras, de quibus Luc. 8. d. 31, & 1. Pet. 2. d. 4.

4 Sed, ἀλλά. Notandus eſt vſus harum particularum pro ἀλλά, vt etiam infrà, 11. d. 17, aduerſus ineptos quoſdam qui quaſi Aiacis clypeum opponunt gratuitæ per vnam fidem iuſtificationi, excerptam Pauli ſententiam ex Galat. 2. d. 16: quaſi tradat Apoſtolus non iuſtificari hominem ex operibus Legis niſi per fidem. Ita enim illi non tantùm imperiti, ſed etiam ſummè impudentes, locũ illum detorquent, & quidem quaſi meras

demonſtrationes adferant, quum ne grammaticam quidem vocum declarationem norint, nedum vt ipſum argumentum poſſint explicare.

ἡ ἐξουσία αὐτῶν ἀδικῆσαι τοὺς ἀνθρώπους μῆνας πέντε.

& earum poteſtas erat nocere hominibus menſes quinque.

& poteſtas eorum nocere hominibus menſibus quinque.

11 Καὶ ἔχουσιν ἐφ' αὐτῶν βασιλέα τὸν ἄγγελον τῆς ἀβύσσου· ὄνομα αὐτῷ Ἑβραϊστὶ Ἀβαδδών, καὶ ἐν τῇ Ἑλληνικῇ ὄνομα ἔχει Ἀπολλύων.

11 Habent autem ſibi impoſitum regem, Angelum abyſſi, cui nomen Hebraicè Abaddõ, Græcè autem Appollyων, *id eſt perdens.*

11 Et habebant ſuper ſe regem, Angelũ abyſſi, cui nomen Hebraicè Abaddon. Græcè autem Apollyon. Latine habens nomen Exterminans.

12 Ἡ οὐαὶ ἡ μία ἀπῆλθεν, ἰδοὺ ἔρχεται ἔτι δύο οὐαὶ μετὰ ταῦτα.

12 Væ vnum abiit, & ecce veniunt adhuc duo væ poſtea.

12 Væ unum abijt, & ecce veniunt adhuc duo væ poſthæc.

13 Καὶ ὁ ἕκτος ἄγγελος ἐσάλπισεν, καὶ ἤκουσα φωνὴν μίαν ἐκ τῶν τεσσάρων κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ χρυσοῦ τοῦ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ,

13 Tum ſextus Angelus clanxit, & audiui vocem quandam ex quatuor cornibus altaris aurei, quod eſt ante oculos Dei,

13 Et ſextus Angelus tubã cecinit, & audiui vocem unam ex quatuor cornibus altaris aurei, quod eſt ante oculos Dei,

14 Λέγουσαν τῷ ἕκτῳ ἀγγέλῳ ὃς εἶχε τὴν σάλπιγγα, Λῦσον τοὺς τέσσαρας ἀγγέλους τοὺς δεδεμένους ἐπὶ τῷ ποταμῷ τῷ μεγάλῳ Εὐφράτῃ.

14 Dicentem ſexto Angelo qui habebat tubam, Solue quatuor illos Angelos vinctos ad magnum Euphratis flumen.

14 Dicentem ſexto Angelo qui habebat tubam, Solue quatuor Angelos qui alligati ſunt in flumine magno Euphrate.

15 Καὶ ἐλύθησαν οἱ τέσσαρες ἄγγελοι οἱ ἡτοιμασμένοι εἰς τὴν ὥραν καὶ ἡμέραν καὶ μῆνα καὶ ἐνιαυτόν, ἵνα ἀποκτείνωσι τὸ τρίτον τῶν ἀνθρώπων.

15 Soluti ſunt igitur quatuor illi Angeli, parati ad horam & diem & menſem & annum, vt occidant tertiam partem hominum.

15 Et ſoluti ſunt quatuor Angeli, qui parati erant in horam & diem & mẽſem & annum, ut occiderent tertiam partem hominum.

16 Καὶ ὁ ἀριθμὸς στρατευμάτων τοῦ ἱππικοῦ, δύο μυριάδες μυριάδων· καὶ ἤκουσα τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν.

16 Erátque numerus equeſtris exercitus bis millies centena millia: nam audiui numerum eorum.

16 Et numerus equeſtris exercitus vicies millies decies millia: & audiui numerum eorum.

17 Καὶ οὕτως εἶδον τοὺς ἵππους ἐν τῇ ὁράσει, καὶ τοὺς καθημένους ἐπ' αὐτῶν ἔχοντας θωρακας πυρίνους καὶ ὑακινθίνους καὶ θειώδεις· καὶ αἱ κεφαλαὶ τῶν ἵππων ὡς κεφαλαὶ λεόντων, καὶ ἐκ τῶν στομάτων αὐτῶν ἐκπορεύεται πῦρ καὶ καπνὸς καὶ θεῖον.

17 Itémque vidi equos per viſionem: & ipſorum ſeſſores habentes thoraces igneos & hyacinthinos & ſulphureos: erant autem capita equorum vt capita leonum: & ex ore ipſorum prodibat ignis, & fumus, & ſulphur.

17 Et ita vidi equos in viſione. & qui ſedebant ſuper eos, habebant loricas igneas, & hyacinthinas, & ſulphureas: & capita equorum erant tanquam capita leonum: et de ore eorum proordit ignis, et fumus, et ſulphur.

18 Ὑπὸ τῶν τριῶν τούτων ἀπεκτάνθησαν τὸ τρίτον τῶν ἀνθρώπων, ἐκ τοῦ πυρὸς καὶ ἐκ τοῦ καπνοῦ καὶ ἐκ τοῦ θείου τοῦ ἐκπορευομένου ἐκ τῶν στομάτων αὐτῶν.

18 Ab his tribus occiſa eſt tertia pars hominum, *nempe* ab igne, & fumo, & ſulphure, quæ prodibant ex ore ipſorum.

18 Et ab his tribus plagis occiſa eſt tertia pars hominum, de igne et de fumo et ſulphure, quæ prodebant ex ore ipſorum.

19 Ἡ γὰρ ἐξουσία αὐτῶν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν εἰσιν· αἱ γὰρ οὐραὶ αὐτῶν ὅμοιαι ὄφεσιν, ἔχουσαι κεφαλάς, καὶ ἐν αὐταῖς ἀδικοῦσι.

19 Poteſtas enim eorum in ore eorum eſt, & in caudis eorum. nam caudæ eorum ſimiles ſunt ſerpentibus, habentes capita per quæ nocent.

19 Poteſtas enim equorũ in ore eorum eſt, & in caudis eorum. nam caudæ eorum ſimiles ſerpentibus, habentes capita, & in his nocent.

20 Καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων οἳ οὐκ ἀπεκτάνθησαν ἐν ταῖς πληγαῖς ταύταις,

20 Porro reliqui homines qui non ſunt occiſi his plagis,

20 Et cæteri homines qui nõ ſunt occiſi in his plagis,

13 Cornibus, κεράτων. Rurſus alludit ad aram ſuffitus, collocatam in atrio Sacerdotum eregione Arcæ fœderis, interpoſito tamen velo, Exodi 30. 2. 6.

16 Bis millies centena millia, δὶς μυριάδες μυριάδων. Vel ſi recentiorum more libeat numerare, Ducenties millena millia. Vulg. & Eraſ. Vicies millies dena millia: quo modo nemo neque ex priſcis neque ex recentioribus loquitur.

19 Et in caudis eorum, καὶ ἐν ταῖς οὐραῖς αὐτῶν. Hoc in pleriſque codicibus deeſt, legitur tamen apud Arethã, & in Vetere editione, quibuſcum conſentiunt Complutenſis codex & alii duo ex noſtris.

οὔτε μετενόησαν ἐκ τῶν ἔργων τῶν χειρῶν αὐτῶν, ἵνα μὴ προσκυνήσωσι τὰ δαιμόνια καὶ εἴδωλα τὰ χρυσᾶ καὶ τὰ ἀργυρᾶ καὶ τὰ χαλκᾶ καὶ τὰ λίθινα καὶ τὰ ξύλινα, ἃ οὔτε βλέπειν δύναται, οὔτε ἀκούειν, οὔτε περιπατεῖν·

καὶ οὐ μετενόησαν ἐκ τῶν φόνων αὐτῶν, οὔτε ἐκ τῶν φαρμακειῶν αὐτῶν, οὔτε ἐκ τῆς πορνείας αὐτῶν, οὔτε ἐκ τῶν κλεμμάτων αὐτῶν.

Κεφάλαιον ιʹ

ΚΑΙ εἶδον ἄλλον ἄγγελον ἰσχυρὸν καταβαίνοντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, περιβεβλημένον νεφέλην· καὶ ἡ ἶρις ἐπὶ τῆς κεφαλῆς· καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος, καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὡς στῦλοι πυρός.

καὶ ἔχων ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ βιβλαρίδιον ἀνεῳγμένον· καὶ ἔθηκε τὸν πόδα αὐτοῦ τὸν δεξιὸν ἐπὶ τῆς θαλάσσης, τὸν δὲ εὐώνυμον ἐπὶ τῆς γῆς·

καὶ ἐκραύγασε φωνῇ μεγάλῃ ὡσπερ λέων μυκᾶται· καὶ ὅτε ἐκραύγασε, ἐλάλησαν αἱ ἑπτὰ βρονταὶ τὰς ἑαυτῶν φωνάς.

καὶ ὅτε ἐλάλησαν αἱ ἑπτὰ βρονταὶ τὰς φωνὰς ἑαυτῶν, ἔμελλον γράφειν· καὶ ἤκουσα φωνῆς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λεγούσης μοι, Σφράγισον ἃ ἐλάλησαν αἱ ἑπτὰ βρονταί, καὶ μὴ αὐτὰ γράψῃς.

καὶ ὁ ἄγγελος ὃν εἶδον ἑστῶτα ἐπὶ τῆς θαλάσσης καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, ἦρε τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανόν,

καὶ ὤμοσεν ἐν τῷ ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ὃς ἔκτισε τὸν οὐρανὸν καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, καὶ τὴν γῆν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, καὶ τὴν θάλασσαν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, ὅτι χρόνος οὐκ ἔσται ἔτι·

ἀλλὰ ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς φωνῆς τοῦ ἑβδόμου ἀγγέλου, ὅταν μέλλῃ σαλπίζειν, καὶ τελεσθῇ τὸ μυστήριον τοῦ Θεοῦ, ὡς εὐηγγέλισε τοὺς ἑαυτοῦ δούλους τοὺς προφήτας.

non reſipuerunt ab operibus manuum ſuarum, vt ne adorarent dæmonia & ſimulacra aurea & argenta & ærea & lapidea & lignea, quæ neque videre poſſunt, neque audire, neque ambulare:

21 Neque reſipuerunt ab homicidiis ſuis, neque à veneficiis ſuis, neque à ſcortatione ſua, neque à furtis ſuis.

CAP. X.

1 TVm vidi alium Angelum fortem deſcendẽtem de cælo, amictum nube, in cuius capite erat iris: facies autem eius erat vt ſol, & pedes eius vt columnæ ignex.

2 Habebátque in manu ſua libellum apertum: & poſuit pedẽ ſuum dextrum ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram.

3 Clamauítque voce magna, ſicut leo rugit: & quum clamaſſet, loquuta ſunt ſeptem tonitrua voces ſuas.

4 Et quum loquuta fuiſſent ſeptem tonitrua voces ſuas, ego ſcripturus eram: ſed audiui vocem de cælo dicentem mihi, Obſigna quæ loquuta ſunt ſeptem tonitrua, & ne ea ſcribas.

5 Et Angelus quem vidi ſtantem ſuper mare & ſuper terrã, ſuſtulit manũ ſuam ad cælũ,

6 Et iurauit per eum qui viuit in ſecula ſeculorum, qui creauit cælum & ea quæ ſunt in eo, & terram & ea quæ in ea ſunt, & mare & ea quæ in eo ſunt, tẽpus non fore amplius:

7 Sed in diebus vocis ſeptimi Angeli, quum cœperit clangere, conſummandum eſſe myſterium Dei, ſicut annuntiauit ſeruis ſuis prophetis.

neque pœnitentiam egerunt de operibus manuũ ſuarum, ut non adorarẽt dæmonia et ſimulacra aurea et argentea et ærea et lapidea et lignea, quæ neque videre poſſũt, neque audire, neque ambulare: Pſal. 25. b. 4, & 133. c. 15

21 Et non egerunt pœnitẽtiam ab homicidijs ſuis, neque à veneficijs ſuis, neque à fornicatione ſua, neque à furtis ſuis.

CAP. X.

1 ET vidi alium Angelum fortem deſcendẽtem de cælo, amictum nube, et iris in capite eius: et facies eius erat ut ſol, et pedes eius tanquam columnæ ignis.

2 Et habebat in manu ſua libellum apertum: et poſuit pedem ſuum dextrũ ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram.

3 Et clamauit voce magna, quemadmodum quũ leo rugit: et quum clamaſſet, loquuta ſunt ſeptem tonitrua voces ſuas.

4 Et quum loquuta fuiſſẽt ſeptẽ tonitrua voces ſuas, ego ſcripturus eram: et audiui vocem de cælo dicentem mihi, Signa quæ loquuta ſunt ſeptem tonitrua, et noli ea ſcribere.

5 Et Angelus quem vidi ſtãntem ſuper mare & ſuper terram, leuauit manum ſuam ad cælum,

6 Et iuranit per viuentem in ſecula ſeculorum, qui creauit cælum & ea quæ in eo ſunt, & terrã & ea quæ in ea ſunt, & mare & ea quæ in eo ſunt, quia tempus non erit amplius:

7 Sed in diebus vocis ſeptimi Angeli, quum cœperit tuba canere, conſummabitur myſterium Dei, ſicut euangelizauit per ſeruos ſuos Prophetas.

IN CAP. X.

5 Suſtulit manum, ἦρε τὴν χεῖρα. Hic erat geſtus iurantium, vt etiamnum hodie.

7 Seruis ſuis, &c. τοὺς ἑαυτοῦ δούλους, &c. Vulgata, Per ſeruos ſuos: perinde nimirum ac ſi cauſa inſtrumentalis ſignificetur. Hoc etiam ſit mihi verisimilius quàm quod annotat Eraſmus, nempe additam fuiſſe particulam Per, quum ſcripſiſſet Vetus interpres, Euangelizauit per ſeruos ſuos. Legit enim Complutenſis editio τοὺς ἑαυτοῦ δούλους.

Καὶ ἡ φωνὴ ἣν ἤκουσα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, πάλιν λαλοῦσα μετ' ἐμοῦ, καὶ λέγουσα, Ὑπαγε, λάβε τὸ βιβλαρίδιον τὸ ἠνεῳγμένον ἐν τῇ χειρὶ ἀγγέλου τοῦ ἑστῶτος ἐπὶ τῆς θαλάσσης, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς.

Καὶ ἀπῆλθον πρὸς τὸν ἄγγελον, λέγων αὐτῷ, Δός μοι τὸ βιβλαρίδιον. Καὶ λέγει μοι, Λάβε καὶ κατάφαγε αὐτό· καὶ πικρανεῖ σου τὴν κοιλίαν, ἀλλ' ἐν τῷ στόματί σου ἔσται γλυκὺ ὡς μέλι.

Καὶ ἔλαβον τὸ βιβλαρίδιον ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ ἀγγέλου, καὶ κατέφαγον αὐτό· καὶ ἦν ἐν τῷ στόματί μου ὡς μέλι, γλυκύ· καὶ ὅτε ἔφαγον αὐτό, ἐπικράνθη ἡ κοιλία μου.

Καὶ λέγει μοι, Δεῖ σε πάλιν προφητεῦσαι ἐπὶ λαοῖς καὶ ἔθνεσι καὶ γλώσσαις καὶ βασιλεῦσι πολλοῖς.

Κεφάλαιον ια'

ΚΑΙ ἐδόθη μοι κάλαμος ὅμοιος ῥάβδῳ, καὶ ὁ ἄγγελος εἱστήκει, λέγων, Ἔγειραι, καὶ μέτρησον τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας ἐν αὐτῷ.

Καὶ τὴν αὐλὴν τὴν ἔξωθεν τοῦ ναοῦ ἔκβαλε ἔξω, καὶ μὴ αὐτὴν μετρήσῃς, ὅτι ἐδόθη τοῖς ἔθνεσι· καὶ τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν πατήσουσι μῆνας τεσσαράκοντα δύο.

Καὶ δώσω τοῖς δυσὶ μάρτυσί μου, καὶ προφητεύσουσιν ἡμέρας χιλίας διακοσίας ἑξήκοντα, περιβεβλημένοι σάκκους.

Οὗτοί εἰσιν αἱ δύο ἐλαῖαι, καὶ αἱ δύο λυχνίαι αἱ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ τῆς γῆς ἑστῶσαι.

8 Et vox quam audieram è cœlo, rursum loquuta est mecũ, & dixit, Abi & accipe libellum illum apertum qui est in manu Angeli stãtis super mare & super terram.

9 Abii igitur ad Angelum, dicens eivt daret mihi libellum. Et dixit mihi, Accipe & deuora eum: & amaritudinem adferet ventri tuo, sed in ore tuo erit dulcis tanquam mel.

10 Accepi igitur libellum è manu Angeli, & deuoraui eum: erátque in ore meo dulcis tanquam mel: sed quum deuorassem eum, amaruit venter meus.

11 Tum dixit mihi, Oportet te iterum prophetare coram populis, gẽtibus, & linguis, & regibus multis.

8 Et audiui vocem de cælo iterum loquentem mecum, & dicentem. Vade & accipe librum apertũ de manu Angeli stantis super mare & super terram.

9 Et abij ad Angelum, dicens ei ut daret mihi librum. Et dixit mihi, Accipe & deuora illum: & faciet amaricari ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulce tanquam mel.

10 Et accepi librum de manu Angeli, & deuoraui illum: & erat in ore meo tanquam mel dulce, & quum deuorassem eum, amaricatus est venter meus.

11 Et dixit mihi, Oportet te iterum prophetare gentibus, & populis, & linguis, & regibus multis.

CAP. XI.

1 DAtus est autem mihi calamus similis virgæ, adstititque Angelus, dicens, Surge, & metire templum Dei & altare, & eos qui adorant in eo.

2 Sed atrium quod extra templum est exclude, & ne metiaris illud: nam datum est Gentibus: & Vrbem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus.

3 Sed dabo illam duobus testibus meis, qui prophetabũt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis.

4 Hi sunt duæ illæ olex, & duo candelabra in conspectu Domini terræ posita.

CAP. XI.

1 ET datus est mihi calamus similis virgæ, & dictum est mihi, Surge, & metire templũ Dei, & altare, & adorantes in eo.

2 Atrium autem quod est foris templum, ejice foras, & ne metiaris illud; quoniam datum est Gentibus: & Ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus.

3 Et dabo duobus testibus meis, & prophetabũt diebus mille ducentis sexaginta amicti saccis.

4 Hi sunt duæ olivæ & duo candelabra in conspectu Domini terræ stantes.

8 Et vox, &c. καὶ ἡ φωνή. &c. Vulgata, Et audivi vocem è cælo iterum loquentem mecum, & dicentẽ mihi, Καὶ ἤκουσα φωνὴν ἐξ οὐρανοῦ πάλιν λαλοῦσαν μετ' ἐμοῦ, καὶ λέγουσαν. Hoc ego verò nusquam inuenio, quanquam quod ad sensum attinet, nihil interest.

11 Coram populis, &c. ἐπὶ λαοῖς, &c. Sic vsurpatur præpositio ἐπὶ Matth. 28. c. 14, & 1. Tim. 6. c. 13.

IN CAPVT XI.

1 Adstititque Angelus, dicens, καὶ ὁ ἄγγελος εἱστήκει, λέγων. Ita restituo hunc locum ex Complutensi codice, quum in reliquis scribatur duntaxat λέγων, dicens, quasi calamus ipse hoc sit loquutus. quod mihi nimiũ videtur absurdum vel per visionem cogitare. Vetus interpres legit καὶ ἐλέχθη μοι, & dictum est mihi, eadẽ manente sententia. Sed etiamsi simpliciter ponatur λέγων, respondebit Hebræo infinito לֵאמֹר, dicendo, & ad eum referetur à quo datus est calamus.

2 Quod extra templum est, τὴν ἔξωθεν τοῦ ναοῦ. Hæc est vera lectio, quæ extat apud Arethã, & in Complutensi codice. Loquitur enim de atrio illo exteriore quod a trium populi dicebatur, quoniam omnibus patebat.

Exclude, ἔκβαλε ἔξω. Ad verbum, Eiice foras. Atqui intus non erat. Fateor id quidem aliquatenus. Nã Sancta & Sancta sanctorum ab hoc atrio erant seiuncta, sed tamen totum ipsum ædificium Templi nomine significabatur. Nunc verò quodammodo foras eiici dicitur quòd tanquam profanum negligatur in metiendo Templo. Hoc qui non considerarunt, putarunt legendum τὴν αὐλὴν τὴν ἔνδοθεν τοῦ ναοῦ, atrium quod intra templum est. mendosè id quidem. quorsum enim hoc adderetur

Καὶ εἴ τις αὐτοὺς θέλῃ ἀδικῆσαι, πῦρ ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ στόματος αὐτῶν, καὶ κατεσθίει τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν· καὶ εἴ τις αὐτοὺς θέλῃ ἀδικῆσαι, οὕτω δεῖ αὐτὸν ἀποκτανθῆναι.

5 Quòd ſi quis velit eis nocere, ignis prodit ex ore ipſorum qui deuoret inimicos eorũ: nã ſiquis velit eis nocere, ita oportet eum occidi.

5 *Et ſiquis voluerit eos nocare, ignis exiet de ore eorum, & deuorabit inimicos eorum: & ſiquis voluerit eos lædere, ſic oportet eum occidi.*

Οὗτοι ἔχουσιν ἐξουσίαν κλεῖσαι τὸν οὐρανόν, ἵνα μὴ βρέχῃ ὑετὸς ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς προφητείας αὐτῶν· καὶ ἐξουσίαν ἔχουσιν ἐπὶ τῶν ὑδάτων, στρέφειν αὐτὰ εἰς αἷμα, καὶ πατάξαι τὴν γῆν πάσῃ πληγῇ, ὁσάκις ἐὰν θελήσωσι.

6 Hi habẽt poteſtatẽ claudendi cælũ, ne pluat dieb⁹ prophetiæ ipſorum: & poteſtatem habent ſuper aquas, cõuertẽdi eas in ſanguinem: & percutiendi terram omni plaga quotieſcunque voluerint.

6 *Hi habent poteſtatẽ claudendi cælum, ne pluat diebus prophetiæ ipſorũ: & poteſtatem habent ſuper aquas, cõuertẽdi eas in ſanguinem, & percutere terram omni plaga quotieſcunque voluerint.*

Καὶ ὅταν τελέσωσι τὴν μαρτυρίαν αὐτῶν, τὸ θηρίον τὸ ἀναβαῖνον ἐκ τῆς ἀβύσσου ποιήσει πόλεμον μετ' αὐτῶν, καὶ νικήσει αὐτοὺς, καὶ ἀποκτενεῖ αὐτούς.

7 Porro quum finierint ſuum teſtimonium, beſtia aſcendens ex abyſſo, geret aduerſus eos bellum, & vincet eos, & occidet eos.

7 *Et quum finierint teſtimonium ſuũ, beſtia quæ aſcendit de abyſſo, faciet aduerſus eos bellum, & vincet illos, & occidet eos.*

Καὶ τὰ πτώματα αὐτῶν ἐπὶ τῆς πλατείας πόλεως τῆς μεγάλης, ἥτις καλεῖται πνευματικῶς Σόδομα καὶ Αἴγυπτος, ὅπου καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν ἐσταυρώθη.

8 Et cadauera eorum iacebũt in plateis vrbis magnæ, quæ vocatur ſpiritualiter Sodoma & AEgyptus, vbi & Dominus noſter crucifixus eſt.

8 *Et corpora eorum iacebunt in platea Ciuitatis magnæ, quæ vocatur ſpiritualiter Sodoma & AEgyptus, vbi & Dominus eorum crucifixus eſt.*

Καὶ βλέψουσιν ἐκ τῶν λαῶν καὶ φυλῶν καὶ γλωσσῶν καὶ ἐθνῶν τὰ πτώματα αὐτῶν ἡμέρας τρεῖς καὶ ἥμισυ, καὶ τὰ πτώματα αὐτῶν οὐκ ἀφήσουσι τεθῆναι εἰς μνήματα.

9 Et videbunt *homines* ex tribubus & populis & linguis & gentibus cadauera eorum per tres dies & dimidium, & cadauera eorum non ſinent poni in monumentis.

9 *Et videbunt de tribubus, & populis, & linguis, & gentibus corpora eorum per tres dies & dimidium: & corpora eorũ non ſinent poni in monumentis.*

Καὶ οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς χαροῦσιν ἐπ' αὐτοῖς, καὶ εὐφρανθήσονται· καὶ δῶρα πέμψουσιν ἀλλήλοις, ὅτι οὗτοι οἱ δύο προφῆται ἐβασάνισαν τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς.

10 Et incolæ terræ gaudebunt ſuper illis, & lætabuntur: & munera mittent alii aliis, quòd hi duo Prophetæ cruciarint terræ incolas.

10 *Et inhabitantes terram gaudebunt ſuper illos, & iocundabuntur: & munera mittent inuicem, quoniã hi duo Prophetæ cruciauerunt eos qui habitabant ſuper terram.*

Καὶ μετὰ τὰς τρεῖς ἡμέρας καὶ ἥμισυ, πνεῦμα ζωῆς ἐκ τοῦ Θεοῦ εἰσῆλθεν ἐπ' αὐτοῖς· καὶ ἔστησαν ἐπὶ τοὺς πόδας αὐτῶν, καὶ φόβος μέγας ἔπεσεν ἐπὶ τοὺς θεωροῦντας αὐτούς.

11 Sed poſt dies tres & dimidiũ ſpiritus vitæ à Deo *prodiens* ingredietur in illos: ſtabúntque erecti in pedes ſuos, & timor magnus cadet ſuper eos qui ipſos ſpectarunt.

11 *Et poſt dies tres & dimidium, Spiritus vitæ à Deo intrauit in eos, & ſteterunt ſuper pedes ſuos, & timor magnus accidit ſuper eos qui viderunt eos.*

Καὶ ἤκουσαν φωνῆς μεγάλης ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, λέγουσαν αὐτοῖς, Ἀναβῆτε ὧδε. Καὶ ἀνέβησαν εἰς τὸν οὐρανὸν ἐν τῇ νεφέλῃ· καὶ ἐθεώρησαν αὐτοὺς οἱ ἐχθροὶ αὐτῶν.

12 Deinde audierunt vocẽ magnam de cælo, dicentem ipſis, Aſcendite huc. Aſcenderúntque in cælum per nubem: & viderunt illos inimici eorum.

12 *Et audierũt vocem magnam de cælo, dicentem eis, Aſcendite huc. Et aſcenderunt in cælum in nube: & viderunt illos inimici eorum.*

Καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ ἐγένετο σεισμὸς μέγας, καὶ τὸ δέκατον τῆς πόλεως ἔπεσε, καὶ ἀπεκτάνθησαν ἐν τῷ σεισμῷ ὀνόματα ἀνθρώπων χιλιάδες ἑπτά, καὶ οἱ λοιποὶ ἔμφοβοι ἐγένοντο, καὶ ἔδωκαν δόξαν τῷ Θεῷ τοῦ οὐρανοῦ.

13 Factúſque eſt in illa hora terræmotus magnus: & decima pars Vrbis cecidit, & occiſa ſũt in terræmotu capita hominũ ſeptem mille, & reliqui territi ſunt, & dederunt gloriam Deo cæli.

13 *Et in illa hora factus eſt terræmotus magnus: & decima pars Ciuitatis cecidit, & occiſa ſunt in terræmotu nomina hominum ſeptem millia, & reliqui in timorem ſunt miſſi, & dederũt gloriã Deo cæli.*

7 Suum teſtimonium, τὸ μαρτυρίαν αὐτῶν. Id eſt quum legationem ſuam obierint.
11 Spiritus vitæ, πνεῦμα ζωῆς. Hebr. רוח חיים, pro anima vitali.
13 Dederunt gloriam Deo, ἔδωκαν δόξαν τῷ Θεῷ. Vide Iohan. 9. d. 24.

Η οὐαὶ ἡ δευτέρα ἀπῆλθεν, ἰδοὺ ἡ οὐαὶ ἡ τρίτη ἔρχεται ταχύ.

14 Væ ſecundum abiit, & ecce væ tertium veniet citó.

14 Væ ſecundū abijt, & ecce uæ tertium uenit citó.

Καὶ ὁ ἕβδομος ἄγγελος ἐσάλπισεν, καὶ ἐγένοντο φωναὶ μεγάλαι ἐν τῷ οὐρανῷ, λέγουσαι, Ἐγένοντο αἱ βασιλεῖαι τοῦ κόσμου τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

15 Septimus igitur Angelus clāxit, & factæ ſunt voces magnæ in cælo, dicentes, Facta ſunt regna mundi, *regna* Domini noſtri, & Chriſti eius, qui regnabit in ſecula ſeculorum.

15 Et ſeptimus Angelus tuba cecinit: & factæ ſunt uoces magnæ in cælo, dicentes. Factum eſt regnū huius mundi Domini noſtri & Chriſti eius, & regnabit in ſecula ſeculorum.

Καὶ οἱ εἴκοσι καὶ τέσσαρες πρεσβύτεροι οἱ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καθήμενοι ἐπὶ τοὺς θρόνους αὐτῶν, ἔπεσαν ἐπὶ πρόσωπα αὐτῶν, καὶ προσεκύνησαν τῷ Θεῷ,

16 Tum vigintiquatuor illi Senes qui in conſpectu Dei ſedēt in ſedilibus ſuis, ceciderunt in facies ſuas, & adoraruntDeum,

16 Et viginti quatuor ſeniores qui in conſpectu Dei ſedent in ſedibus ſuis, ceciderunt in facies ſuas, & adorauerunt Deum,

Λέγοντες, Εὐχαριστοῦμέν σοι, Κύριε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος· ὅτι εἴληφας τὴν δύναμίν σου τὴν μεγάλην, καὶ ἐβασίλευσας·

17 Dicentes, Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, Qui es, & Qui eras, & Qui venturus es: quia adeptus es poteſtatem tuam magnam, & regnū inuiſti:

17 Dicentes, Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, Qui es, & qui eras, & qui uenturus es: quia accepiſti uirtutem tuam magnam, & regnaſti:

Καὶ τὰ ἔθνη ὠργίσθησαν, καὶ ἦλθεν ἡ ὀργή σου, καὶ ὁ καιρὸς τῶν νεκρῶν, κριθῆναι, καὶ δοῦναι τὸν μισθὸν τοῖς δούλοις σου τοῖς προφήταις, καὶ τοῖς ἁγίοις καὶ τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομά σου, τοῖς μικροῖς καὶ τοῖς μεγάλοις· καὶ διαφθεῖραι τοὺς διαφθείροντας τὴν γῆν.

18 Et iratæ ſunt Gentes, & aduenit ira tua, & tempus mortuorum, vt iudicentur, & des præmium ſeruis tuis Prophetis, & ſanctis, & timentibus nomen tuum, paruis & magnis: & perdas eos qui perdunt terram.

18 Et iratæ ſunt Gentes, et aduenit ira tua et tempus mortuorum, iudicari, et reddere mercedem ſeruis tuis Prophetis, et ſanctis, et timentibus nomen tuum puſillis et magnis: et exterminandi eos qui corrumpunt terram.

Καὶ ἠνοίγη ὁ ναὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ὤφθη ἡ κιβωτὸς τῆς διαθήκης αὐτοῦ ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ· καὶ ἐγένοντο ἀστραπαὶ καὶ φωναὶ καὶ βρονταὶ καὶ σεισμὸς καὶ χάλαζα μεγάλη.

19 Tunc apertum eſt templum Dei in cælo, & viſa eſt Arca fœderis eius in templo eius: & facta ſunt fulgura & voces, & tonitrua, & terræmotus, & grando magna.

19 Et apertum eſt templū Dei in cælo, et uiſa eſt Arca teſtamenti eius in templo eius: et facta ſunt fulgura, et uoces, et terræmotus, et grando magna.

Κεφάλαιον ιβ'

CAP. XII.

CAP. XII.

ΚΑΙ σημεῖον μέγα ὤφθη ἐν τῷ οὐρανῷ· γυνὴ περιβεβλημένη τὸν ἥλιον, καὶ ἡ σελήνη ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτῆς, καὶ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς στέφανος ἀστέρων δώδεκα·

1 VIſum eſt autem ſignum magnum in cælo: Mulier amicta ſole, ſub cuius pedibus erat luna, & in capite corona ſtellarum duodecim:

1 ET ſignum magnum apparuit in cælo: Mulier amicta ſole, et luna ſub pedibus eius, et in capite eius corona ſtellarum duodecim:

Καὶ ἐν γαστρὶ ἔχουσα κράζει ὠδίνουσα, καὶ βασανιζομένη τεκεῖν.

2 Ventrem ferens, clamabat parturiens, & cruciabatur vt pareret.

2 Et in utero habens, clamat parturiens, et cruciatur ut pariat.

Καὶ ὤφθη ἄλλο σημεῖον ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἰδοὺ δράκων μέγας πυρρός, ἔχων κεφαλὰς ἑπτὰ καὶ κέρατα δέκα· καὶ ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτοῦ διαδήματα ἑπτά·

3 Viſum eſt autem aliud ſignum in cælo, & ecce, *adfuit* draco magnus rufus, habens capita ſeptem & cornua decem: & in capitibus ſuis diademata ſeptem.

3 Et uiſum eſt aliud ſignum in cælo, et ecce draco magnus rufus, habens capita ſeptem, et cornua decem: et in capitibus eius diademata ſeptem.

Καὶ ἡ οὐρὰ αὐτοῦ σύρει τὸ τρίτον τῶν ἀστέρων τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἔβαλεν αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν· καὶ ὁ δράκων ἕστηκεν ἐνώπιον τῆς γυναικὸς τῆς μελλούσης τεκεῖν, ἵνα ὅταν τέκῃ, τὸ τέκνον αὐτῆς κατα φάγῃ.

4 Cuius cauda trahebat tertiā partem ſtellarū cæli, quas abiecit in terrā: ſtetit autem is draco ante mulierem parituram, vt quum peperiſſet, filium eius deuoraret.

4 Et cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum cæli, et miſit eas in terram: et draco ſtetit ante mulierem quæ erat paritura, ut quū peperiſſet filiū eius deuoraret.

Καὶ ἔτεκεν υἱὸν ἄρρενα, ὃς μέλλει ποιμαίνειν πάντα τὰ ἔθνη ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ· καὶ ἡρπάσθη τὸ τέκνον αὐτῆς πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ.

5 Peperit autem filium masculum, rectaturum omnes Gentes virga ferrea: & raptus est Filius eius ad Deum ad Thronum eius.

5 Et peperit filium masculum qui rectaturus erat omnes Gentes in virga ferrea: & raptus est filius eius ad Deum & ad thronum eius.

Καὶ ἡ γυνὴ ἔφυγεν εἰς τὴν ἔρημον, ὅπου ἔχει τόπον ἡτοιμασμένον ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, ἵνα ἐκεῖ τρέφωσιν αὐτὴν ἡμέρας χιλίας διακοσίας ἑξήκοντα.

6 Mulier verò fugit in solitudinem, vbi habet locum paratum à Deo: vt illic pascant eam diebus mille ducentis sexaginta.

6 Et mulier fugit in solitudinem, vbi habet locum paratum à Deo ut ibi pascunt eam diebus mille ducentis sexaginta.

Καὶ ἐγένετο πόλεμος ἐν τῷ οὐρανῷ· ὁ Μιχαὴλ καὶ οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ ἐπολέμησαν μετὰ τοῦ δράκοντος, καὶ ὁ δράκων ἐπολέμησε καὶ οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ·

7 Et factum est prælium in cælo: Michael & Angeli eius prœliabantur cum dracone, & draco pugnabat & Angeli eius:

7 Et factum est prælium in cælo: Michael & Angeli eius prœliabantur cũ draconc, & draco pugnabat & Angeli eius:

Καὶ οὐκ ἴσχυσεν, οὐδὲ τόπος εὑρέθη αὐτῶν ἔτι ἐν τῷ οὐρανῷ.

8 Sed non obtinuerunt, neque locus eorum amplius inuētus est in cælo.

8 Et non valuerunt, neque locus inventus est eorum amplius in cælo.

Καὶ ἐβλήθη ὁ δράκων ὁ μέγας, ὁ ὄφις ὁ ἀρχαῖος, ὁ καλούμενος Διάβολος, καὶ ὁ Σατανᾶς, ὁ πλανῶν τὴν οἰκουμένην ὅλην, ἐβλήθη εἰς τὴν γῆν, καὶ οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ ἐβλήθησαν.

9 Et proiectus est draco ille magnus, serpens ille antiquus qui vocatur diabolus & Satanas, qui seducit totum terrarum orbem: proiectus, inquam, est in terram, & Angeli eius cum eo proiecti sunt.

9 Et proiectus est draco ille magnus serpens ille antiquus qui vocatur diabolus & Satanas, qui seducit totum terrarum orbem: & proiectus est in terram, & Angeli eius cũ illo missi sunt.

Καὶ ἤκουσα φωνὴν μεγάλην λέγουσαν ἐν τῷ οὐρανῷ, Ἄρτι ἐγένετο ἡ σωτηρία καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ ἡ ἐξουσία τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, ὅτι κατεβλήθη ὁ κατήγορος τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν, ὁ κατηγορῶν αὐτῶν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἡμέρας καὶ νυκτός.

10 Et audiui vocem magnam dicentem in cælo, Nunc facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius: quia deiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat eos ante conspectum Dei nostri die ac nocte.

10 Et audiui vocem magnam in cælo dicentem, Nunc facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri, et potestas Christi eius: quia proiectus est accusator fratrũ nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte.

Καὶ αὐτοὶ ἐνίκησαν αὐτὸν διὰ τὸ αἷμα τοῦ ἀρνίου, καὶ διὰ τὸν λόγον τῆς μαρτυρίας αὐτῶν· καὶ οὐκ ἠγάπησαν τὴν ψυχὴν αὐτῶν ἄχρι θανάτου.

11 Sed ipsi vicerũt eum propter sanguinem Agni, & propter sermonem testimonii sui: & animæ suæ prodigi fuerunt vsque ad mortem.

11 Et ipsi uicerunt eum propter sanguinem Agni & propter uerbum testimonii sui, et non dilexerunt animas suas usque ad mortem.

Διὰ τοῦτο εὐφραίνεσθε οἱ οὐρανοὶ καὶ οἱ ἐν αὐτοῖς σκηνοῦντες. Οὐαὶ τοῖς κατοικοῦσι τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, ὅτι κατέβη ὁ διάβολος πρὸς ὑμᾶς ἔχων θυμὸν μέγαν, εἰδὼς ὅτι ὀλίγον καιρὸν ἔχει.

12 Propterea lætamini cæli, & qui habitatis in eis. Væ incolis terræ & maris: nam descendit diabolus ad vos, iræ magnæ plenus, vt qui sciat se paululũ temporis habere.

12 Propterea lætamini cæli, & qui habitatis in eis. Væ terræ & mari: quia descendit diabolus ad uos habens iram magnam, sciens quòd modicum tempus habet.

Καὶ ὅτε εἶδεν ὁ δράκων ὅτι ἐβλήθη εἰς τὴν γῆν, ἐδίωξε τὴν γυναῖκα ἥτις ἔτεκε τὸν ἄρρενα.

13 Quũ igitur vidisset draco se proiectũ esse in terrã, persequutus est mulierem quæ pepererat masculum.

13 Et postquam uidit draco quòd proiectus esset in terram, persequutus est mulierem quæ peperit masculum.

Καὶ ἐδόθησαν τῇ γυναικὶ δύο πτέρυγες τοῦ ἀετοῦ τοῦ μεγάλου, ἵνα πέτηται εἰς

14 Sed datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volet à

14 Et datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, ut uolaret in

IN CAPVT XII.

8 Obtinuerunt, ἴσχυσαν. Sic accipitur apud Hebræos verbum יכול. Neque locus eorum amplius inuentus est, οὐδὲ τόπος εὑρέθη αὐτῶν ἔτι. Id est eiecti sunt, ita vt nusquam postea apparuerint in cælo. Sic loquitur Daniel cap. 2. c. 35.

11 Animæ suæ prodigi fuerunt, καὶ οὐκ ἠγάπησαν τὴν ψυχὴν αὐτῶν. Vulg. & Eras. ad verbum, Et non dilexerunt animã suam. Est autem in hac formula loquendi μείωσις, Hebræis familiaris, quũ minus dicitur quàm intelligatur. Is enim dicitur animam (id est vitam) diligere qui nihil habet hac vita charius: & è contrario, non diligere animam suam, qui non dubitat illam periculis exponere quoties ita facto opus est.

τὴν ἔρημον εἰς τὸν τόπον αὐτῆς, ὅπου τρέφεται ἐκεῖ καιρὸν καὶ καιροὺς καὶ ἥμισυ καιροῦ, ἀπὸ προσώπου τοῦ ὄφεως.

conspēctu serpentis in desertiū, in locum suum, vbi alitur per tempus & tempora, & dimidiũ temporis.

deſertum in locum ſuum, vbi alitur per tempus et tempora et dimidium temporis, à facie ſerpentis.

Καὶ ἔβαλεν ὁ ὄφις ὀπίσω τῆς γυναικὸς ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ὕδωρ ὡς ποταμόν, ἵνα αὐτὴν ποταμοφόρητον ποιήσῃ.

15 Eiecit autem serpens ex ore suo post mulierem, aquam tanquam flumen: vt eam faceret rapi à flumine:

15 Et miſit ſerpens ex ore ſuo poſt mulierem, aquã tanquam fluuium: vt eam faceret trahi à fluuio.

Καὶ ἐβοήθησεν ἡ γῆ τῇ γυναικί, καὶ ἤνοιξεν ἡ γῆ τὸ στόμα αὐτῆς, καὶ κατέπιε τὸν ποταμὸν ὃν ἔβαλεν ὁ δράκων ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ.

16 Sed succurrit terra mulieri, aperúitque terra os suum, & absorbuit flumen quod eiecerat draco ex ore suo.

16 Et adiuuit terra mulierem: et aperuit terra os ſuum, et abſorbuit fluuiũ quod miſit draco de ore ſuo.

Καὶ ὠργίσθη ὁ δράκων ἐπὶ τῇ γυναικί, καὶ ἀπῆλθε ποιῆσαι πόλεμον μετὰ τοῦ λοιποῦ τοῦ σπέρματος αὐτῆς, τῶν τηρούντων τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐχόντων τὴν μαρτυρίαν τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

17 Iratus est igitur draco aduersus mulierem: & abiit vt gereret bellum cum reliquis ex semine eius, custodientibus mandata Dei, & habentibus testimonium IESV Christi.

17 Et iratus eſt draco in mulierem: et abiit facere prælium cum reliquis de ſemine eius, qui cuſtodiũt mandata Dei, et habent teſtimonium Ieſu Chriſti.

Καὶ ἐστάθη ἐπὶ τὴν ἄμμον τῆς θαλάσσης.

18 Stetíque super arenã maris.

18 Et ſtetit ſupra arenam maris.

Κεφάλαιον ιγ΄

CAP XIII.

CAP. XIII.

ΚΑΙ εἶδον ἐκ τῆς θαλάσσης θηρίον ἀναβαῖνον, ἔχον κεφαλὰς ἑπτὰ καὶ κέρατα δέκα· καὶ ἐπὶ τῶν κεράτων αὐτοῦ δέκα διαδήματα, καὶ ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς αὐτοῦ ὄνομα βλασφημίας.

1 TVm vidi bestiam è mari ascendentem, quæ habebat capita septẽ & cornua decem: & super cornua eius erant decem diademata, & super capita eius nomen blasphemiæ.

1 Et vidi de mari beſtiam aſcendentem, habentem capita ſeptem, et cornua decem: et ſuper cornua eius, decem diademata, et ſuper capita eius nomina blaſphemiæ.

Καὶ τὸ θηρίον ὃ εἶδον ἦν ὅμοιον πάρδαλι, καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὡς ἄρκτου, καὶ τὸ στόμα αὐτοῦ ὡς στόμα λέοντος. καὶ ἔδωκεν αὐτῷ ὁ δράκων τὴν δύναμιν αὐτοῦ καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ καὶ ἐξουσίαν μεγάλην.

2 Erátque hæc bestia quam vidi, simili pardo, & pedes eius vt pedes vrsi, & os eius vt os leonis: dedit autem ei draco virtutem suam, & thronum suum, & potestatem magnam.

2 Et beſtia quam vidi, ſimilis erat pardo, et pedes eius ſicut urſi, et os eius ſicut os leonis: et dedit illi draco uirtutem ſuam, et poteſtatem magnam.

Καὶ εἶδον μίαν τῶν κεφαλῶν αὐτοῦ ὡς ἐσφαγμένην εἰς θάνατον, καὶ ἡ πληγὴ τοῦ θανάτου αὐτοῦ ἐθεραπεύθη, καὶ ἐθαύμασεν ὅλη ἡ γῆ ὀπίσω τοῦ θηρίου.

3 Et vidi vnum ex capitibus eius quasi lethaliter cæsum: sed ipsius plaga lethalis curata est: & admirans vniuersa terra sequuta est bestiam.

3 Et vidi unum de capitibus ſuis quaſi occaſum in mortem: et plaga mortis eius curata eſt: et admirata eſt uniuerſa terra poſt beſtiam.

Καὶ προσεκύνησαν τὸν δράκοντα ὅς ἔδωκεν ἐξουσίαν τῷ θηρίῳ, καὶ προσεκύνησαν τὸ θηρίον, λέγοντες, Τίς ὅμοιος τῷ θηρίῳ; τίς δύναται πολεμῆσαι μετ' αὐτοῦ;

4 Et adorarunt draconem qui dedit potestatem bestiæ: & adorarunt bestiam, dicentes, Quis similis bestiæ? quis poterit pugnare cum ea?

4 Et adoraueruntꝫ draconem qui dediſſet poteſtatem beſtiæ, et adoraueruntꝫ beſtiam, dicentes, Quis ſimilis beſtiæ et quis poterit pugnare cum ea?

Καὶ ἐδόθη αὐτῷ στόμα λαλοῦν μεγάλα καὶ βλασφημίας, καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία ποιῆσαι μῆνας τεσσαρακονταδύο.

5 Datúmque est ei os loquens magna & blasphemias: & data est ei potestas agendi menses quadraginta duos.

5 Et datum eſt ei os loquẽs magna et blaſphemias: et data eſt ei poteſtas facere mẽſes quadraginta duos.

14 In locum suum, εἰς τὸν τόπον αὐτῆς. Id est in eum locum qui est ipsi à Domino destinatus, vt Act. 1. d. 25. quanuis in specie prorsus dissimili.

IN CAPVT XIII.

3 Plaga lethalis, ἡ πληγὴ τοῦ θανάτου. Vulgata & Erasmus ad verbum, Plaga mortis, seruato Hebraismo. 5

Καὶ ἠνοιξε τὸ στόμα αὐτοῦ εἰς βλασφημίας πρὸς τὸν Θεὸν, βλασφημῆσαι τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ τὴν σκηνὴν αὐτοῦ, καὶ τοὺς ἐν τῷ οὐρανῷ σκηνοῦντας.

6 Aperuit igitur os ſuum ad blaſphemiam aduerſus Deum, vt conuiciis afficeret nomen eius, & tabernaculum eius, & eosqui in cælo habitant.

6 *Et aperuit os ſuum in blaſphemias ad Deum, blaſphemare nomen eius, & tabernaculum eius, et eos qui in cælo habitant.*

Καὶ ἐδόθη αὐτῷ πόλεμον ποιῆσαι μετὰ τῶν ἁγίων, καὶ νικῆσαι αὐτούς· καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία ἐπὶ πᾶσαν φυλὴν καὶ λαὸν καὶ γλῶσσαν καὶ ἔθνος.

7 Sed & datũ eſt ei bellum gerere cum Sãctis, & eos vincere: & data eſt ei poteſtas in omnẽ tribum, & linguam, & gentem.

7 *Et eſt datum illi bellũ facere cum Sanctis, et vincere eos: et data eſt illi poteſtas in omnem tribum et populum, et linguam, et gentem.*

Καὶ προσκυνήσουσιν αὐτὸν πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς, οὗ οὐ γέγραπται τὰ ὀνόματα ἐν τῷ βιβλίῳ τῆς ζωῆς τοῦ ἀρνίου ἐσφαγμένου ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.

8 Itaque adorabunt eam omnes incolæ terræ, quorũ non ſunt ſcripta nomina in libro vitæ Agni illius macta*ti iam inde* à iactis mundi fundamentis.

8 *Et adorauerunt eam omnes qui inhabitant terram, quorũ non ſunt ſcripta nomina in libro vitæ Agni, qui occiſus eſt ab origine mundi.*

Εἴ τις ἔχει οὖς, ἀκουσάτω.

9 Siquis habet aurem, audiat.

9 *Siquis habet aurem, audiat.*

Εἴ τις αἰχμαλωσίαν συνάγει, εἰς αἰχμαλωσίαν ὑπάγει· εἴ τις ἐν μαχαίρῃ ἀποκτενεῖ, δεῖ αὐτὸν ἐν μαχαίρῃ ἀποκτανθῆναι. ὧδέ ἐστιν ἡ ὑπομονὴ καὶ ἡ πίστις τῶν ἁγίων.

10 Siquis in captiuitatẽ ducit, in captiuitatem abibit: ſiquis gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. hîc eſt patientia & fides Sanctorum.

10 *Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem abibit: qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi: hîc eſt patientia et fides Sanctorum.* Gen. 9. a. 6 matth. 26. c. 52

Καὶ εἶδον ἄλλο θηρίον ἀναβαῖνον ἐκ τῆς γῆς, καὶ εἶχε κέρατα δύο ὅμοια ἀρνίῳ, καὶ ἐλάλει ὡς δράκων.

11 Diende vidi aliam beſtiam aſcendentem è terra, habentẽ cornua duo ſimilia Agni, ſed loquebatur vt draco.

11 *Et vidi aliam beſtiam aſcendentem de terra: et habebat cornua duo, ſimilia Agni, et loquebatur ſicut draco.*

Καὶ τὴν ἐξουσίαν τοῦ πρώτου θηρίου πᾶσαν ποιεῖ ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ ποιεῖ τὴν γῆν καὶ τοὺς κατοικοῦντας ἐν αὐτῇ ἵνα προσκυνήσουσι τὸ θηρίον τὸ πρῶτον, οὗ ἐθεραπεύθη ἡ πληγὴ τοῦ θανάτου αὐτοῦ.

12 Ea verò poteſtatem prioris beſtiæ omnem exercet in conſpectu eius, & facit vt terra & ipſius incolæ adorent beſtiam illam primam cuius curata fuerat plaga lethalis.

12 *Et poteſtatem prioris beſtiæ omnem faciebat in cõſpectu eius, et facit terrã et habitantes in ea adorare beſtiam primam, cuius curata eſt plaga mortis.*

Καὶ ποιεῖ σημεῖα μεγάλα, ἵνα καὶ πῦρ ποιῇ καταβαίνειν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ εἰς τὴν γῆν ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων.

13 Editque ſigna magna, adeo vt etiam ignem faciat è cælo deſcendere in terram in conſpectu hominum.

13 *Et facit ſigna magna, ut etiam ignem faciat de cælo deſcendere in terrã in conſpectu hominum.*

Καὶ πλανᾷ τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς, διὰ τὰ σημεῖα ἃ ἐδόθη αὐτῷ ποιῆσαι ἐνώπιον τοῦ θηρίου, λέγων τοῖς κατοικοῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς, ποιῆσαι εἰκόνα τῷ θηρίῳ ὃ ἔχει τὴν πληγὴν τῆς μαχαίρας, καὶ ἔζησε.

14 Et ſeducit incolas terræ, propter ſigna quæ datum eſt ei vt faciat in conſpectu beſtiæ, dicens incolis terræ vt faciant imaginem beſtiæ quæ gladio vulnerata fuit, ſed reuixit.

14 *Et ſeducit habitantes in terra, propter ſigna quæ data ſunt illi facere in conſpectu beſtiæ, dicẽs habitantibus in terra ut faciant imaginem beſtiæ quæ habet plagam gladij, et uixit.*

Καὶ ἐδόθη αὐτῷ δοῦναι πνεῦμα τῇ εἰκόνι τοῦ θηρίου, ἵνα καὶ λαλήσῃ ἡ εἰκὼν τοῦ θηρίου, καὶ ποιήσῃ, ὅσοι ἂν μὴ προσκυνήσωσι τῇ εἰκόνι τοῦ θηρίου, ἵνα ἀποκτανθῶσι.

15 Datúmque eſt ei vt animaret imaginem beſtiæ, vt etiam loquatur imago beſtiæ, & faciat vt quicunque non adorarint imaginem beſtiæ, occidantur.

15 *Et datum eſt illi vt daret ſpiritum imagini beſtiæ, et ut loquatur imago beſtiæ, et faciat ut quicunque non adorauerint imaginem beſtiæ, occidantur.*

13 Adeo vt, ἵνα. Ita pro ὥστε, quod & alibi annotauimus. Complutenſis tamen editio legit, conſentiente Aretha & duobus ex noſtris veteſtis libris, καὶ πῦρ, ἵνα καταβαίνῃ, & vt ignis deſcendat. Ita enim hoc explicandum puto per traiectionem, cuius meminimus Rom. 11. d. 31. & alia paſſim exempla occurrunt, vt 1. Cor. 9. c. 15, & Galat. 1. b. 10.

14 Reuixit, ἔζησε. Hoc dicit quia plaga per ſe lethalis erat, ex qua quum illa conualuerit, conſequi videtur, illam penes ſe habere vitam, ac proinde tanquam Deum adorandam.

15 Vt animaret, δοῦναι πνεῦμα. Id eſt vitam inderet, nempe ſicut Iannes & Mambres Moſis prodigia imitabantur. Vulg. & Eraſ. ad verbum, Vt daret ſpiritum.

Καὶ ποιῇ πάντας, τοὺς μικροὺς καὶ τοὺς μεγάλους, καὶ τοὺς πλουσίους καὶ τοὺς πτωχούς, καὶ τοὺς ἐλευθέρους καὶ τοὺς δούλους, ἵνα δώσῃ αὐτοῖς χάραγμα ἐπὶ τῆς χειρὸς αὐτῶν τῆς δεξιᾶς, ἢ ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν.

16 Sed & facit vt omnes, parui & magni, diuites & pauperes, liberi & serui accipiant characterem in manu sua dextra, aut in frontibus suis.

16 Et faciet omnes, pusillos & magnos, & diuites & pauperes, & liberos & seruos, habere characterem in dextera manu sua aut in frontibus suis:

Καὶ ἵνα μή τις δύηται ἀγοράσαι ἢ πωλῆσαι, εἰ μὴ ὁ ἔχων τὸ χάραγμα, ἢ τὸ ὄνομα τοῦ θηρίου, ἢ τὸν ἀριθμὸν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ.

17 Et nequis possit emere aut vendere, nisi qui habeat characterē aut nomen bestiæ, aut numerū nominis eius.

17 Et nequis possit emere aut vendere, nisi qui habet characterem, aut nomen bestiæ, aut numerū nominis eius.

Ὧδε ἡ σοφία ἐστίν. ὁ ἔχων τὸν νοῦν, ψηφισάτω τὸν ἀριθμὸν τοῦ θηρίου· ἀριθμὸς γὰρ ἀνθρώπου ἐστί· καὶ ὁ ἀριθμὸς αὐτοῦ χξϛ'.

18 Hic sapientia est. Qui intelligentia prædituſ est, computet numerum bestiæ: numerus enim hominis est: & numerus eius, sexcenta sexagintasex.

18 Hic sapientia est. Qui habet intellectum computet numerum bestiæ: numerus enim hominis est: & numerus eius sexcenti sexaginta sex.

Κεφάλαιον ιδ'

CAP. XIIII.

CAP. XIIII.

ΚΑΙ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἀρνίον ἑστηκὸς ἐπὶ τὸ ὄρος Σιών, καὶ μετ' αὐτοῦ ἑκατὸν τεσσαρακοντατέσσαρες χιλιάδες ἔχουσαι τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ γεγραμμένον ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν.

1 TVm aspexi, & ecce aderat Agnus stans super montem Sion, & cum eo centū quadraginta quatuor millia habentia nomen Patris eius scriptum in frontibus suis.

1 Et vidi, & ecce Agnus stabat supra mōtem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia, habentes nomen eius et nomen Patris eius scriptum in frontibus suis.

Καὶ ἤκουσα φωνὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὡς φωνὴν ὑδάτων πολλῶν, καὶ ὡς φωνὴν βροντῆς μεγάλης· καὶ φωνὴν ἤκουσα κιθαρῳδῶν κιθαριζόντων ἐν ταῖς κιθάραις αὐτῶν.

2 Et audiui vocem è cælo tanquam vocē aquarum multarum, & tanquam sonum tonitrui magni: & vocem audiui citharœdorum pulsantium citharas suas:

2 Et audiui vocem de cælo, tanquam vocem aquarum multarum, et tanquā vocem tonitrui magni: et vocem quam audiui sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis:

Καὶ ᾄδουσιν ὡς ᾠδὴν καινὴν ἐνώπιον τοῦ θρόνου, καὶ ἐνώπιον τῶν τεσσάρων ζώων, καὶ τῶν πρεσβυτέρων· καὶ οὐδεὶς ἠδύνατο μαθεῖν τὴν ᾠδὴν, εἰ μὴ αἱ ἑκατὸν τεσσαρακοντατέσσαρες χιλιάδες, οἱ ἠγορασμένοι ἀπὸ τῆς γῆς.

5 Et canentium quasi canticū nouum ante thronum, & ante quatuor animalia, & Senes: neque quisquam poterat discere canticum illud nisi illa centum quadragintaquatuor millia, ii *videlicet* qui empti sunt è terra:

3 Et cantabant quasi cāticum nouum ante sedem et ante quatuor animalia et Seniores, et nemo poterat discere canticum nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra:

Οὗτοί εἰσιν οἱ μετὰ γυναικῶν οὐκ ἐμολύνθησαν· παρθένοι γάρ εἰσιν. οὗτοί εἰσιν οἱ ἀκολουθοῦντες τῷ ἀρνίῳ ὅπου ἂν ὑπάγῃ. οὗτοι ἠγοράσθησαν ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, ἀπαρχὴ τῷ Θεῷ καὶ τῷ ἀρνίῳ.

4 Hi sunt qui cum mulieribus non sunt inquinati: virgines enim sunt. hi sequuntur Agnum quocunque ierit: hi empti sunt ex hominibus, primitiæ Deo & Agno sacræ.

4 Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt. hi sequuntur Agnum quocūque ierit: hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo et Agno.

Καὶ ἐν τῷ στόματι αὐτῶν οὐχ εὑρέθη δόλος· ἄμωμοί γάρ εἰσιν ἐνώπιον τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ.

5 Et in quorum ore non est inuentus dolus: sunt enim inculpati ante thronum Dei.

5 Et in ore eorum non est inuentum mendacium sine macula enim sunt ante thronum Dei.

Καὶ εἶδον ἄλλον ἄγγελον πετόμενον ἐν μεσουρανήματι, ἔχοντα εὐαγγέλιον

6 Deinde vidi alium Angelum volantem per medium cæli, habentem Euangelium

6 Et vidi alterum Angelū volātem per medium cæli, habentem Euangelium

IN CAP. XIIII.

3 Et canentium, καὶ ᾄδουσιν. Plena constructio est καὶ ᾧ ᾄδουσιν, & qui canebant, vt diximus suprà.

αἰώνιον, εὐαγγελίσαι τοὺς καθημένους ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐπὶ πᾶν ἔθνος καὶ φυλὴν καὶ γλῶσσαν καὶ λαόν·

aternum, vt euangelizaret incolis terræ, & omni genti, & tribui, & linguæ, & populo:

aternum. ut euangelizaret sedẽtibus super terrã et super omnem gentem, & tribũ, & linguam, & populum:

Λέγοντα ἐν φωνῇ μεγάλῃ, Φοβήθητε τὸν Θεὸν, καὶ δότε αὐτῷ δόξαν, ὅτι ἦλθεν ἡ ὥρα τῆς κρίσεως αὐτοῦ· καὶ προσκυνήσατε τῷ ποιήσαντι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ θάλασσαν καὶ πηγὰς ὑδάτων.

7 Dicentem magna voce, ‖Timete Deum, & ei tribuite gloriam: nam venit hora iudicii eius: & adorate eum ‖qui fecit cælum & terrã & mare & fontes aquarum.

7 Dicens magna uoce, Timete Deũ, & date illi honorẽ, quia uenit hora iudicii eius: & adorate eũ q fecit cælũ & terrã, & mare, & fontes aquarũ. Psal.145.b.ẽ Act.14.c.15

Καὶ ἄλλος ἄγγελος ἠκολούθησεν, λέγων, Ἔπεσεν ἔπεσε Βαβυλὼν ἡ πόλις ἡ μεγάλη, ὅτι ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς πορνείας αὐτῆς πεπότικε πάντα τὰ ἔθνη.

8 Et alius Angelus ſequutus eſt, dicens, ‖Cecidit cecidit Babylõ vrbs illa magna, quia vinũ iræ ſcortationis ſuæ potãdum præbuit omnibus gentibus.

8 Et alius Angelus ſequutus eſt dicẽs. Cecidit cecidit Babylon illa magna, quæ à uino iræ fornicationis ſuæ potauit omnes omnes gentes. Iſaiæ 21.c.9 ierem.51.a.8 infrà, 18.a.2

Καὶ τρίτος ἄγγελος ἠκολούθησεν αὐτοῖς, λέγων ἐν φωνῇ μεγάλῃ, Εἴτις προσκυνεῖ τὸ θηρίον καὶ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ λαμβάνει χάραγμα ἐπὶ τοῦ μετώπου αὐτοῦ ἢ ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ,

9 Et tertius Angelus ſequutus eſt illos, dicens voce magna, Siquis adorauerit beſtiam & imaginem eius, & acceperit characterem in fronte ſua aut in manu ſua,

9 Et tertius Angel' ſequutus eſt illos, dicẽs uoce magna, Si quis adorauerit beſtiã & ymaginem eius, & acceperit characterẽ in frõte ſua, aut ĩ manu ſua.

Καὶ αὐτὸς πίεται ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ κεκερασμένου ἀκράτου ἐν τῷ ποτηρίῳ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ, καὶ βασανισθήσεται ἐν πυρὶ καὶ θείῳ ἐνώπιον τῶν ἁγίων ἀγγέλων καὶ ἐνώπιον τοῦ Ἀρνίου.

10 Bibet hic quoque ex vino iræ Dei, ex mero, *inquam*, infuſo in poculum iræ ipſius, & cruciabitur igne & ſulphure in conſpectu Angelorum ſanctorum, & ante conſpectum Agni.

10 Et hic bibet de uino iræ Dei, quod miſtum eſt mero in calice iræ ipſius, & cruciabitur igne et ſulphure in conſpectu Angelorum ſanctorum, et ante conſpectum Agni.

Καὶ ὁ καπνὸς τοῦ βασανισμοῦ αὐτῶν εἰς αἰῶνας αἰώνων ἀναβαίνει· καὶ οὐκ ἔχουσιν ἀνάπαυσιν ἡμέρας καὶ νυκτὸς οἱ προσκυνοῦντες τὸ θηρίον καὶ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ εἴτις λαμβάνει τὸ χάραγμα τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ.

11 Et fumus cruciatus eorum aſcendet in ſecula ſeculorum: nec habebunt requiem die nec nocte qui adorant beſtiam & imaginem eius, & ſiquis acceperit characterem nominis eius.

11 Et fumus tormentorũ eorũ aſcendet in ſecula ſeculorũ: nec habẽt requiẽ die ac nocte qui adorauerunt beſtiã & imaginẽ eius, et ſigs acceperit characterem nominis eius.

Ὧδε ἡ ὑπομονὴ τῶν ἁγίων ἐστίν· ὧδε οἱ τηροῦντες τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν πίστιν Ἰησοῦ.

12 Hîc tolerãtia ſanctorum eſt: hîc qui obſeruant mandata Dei, & fidem Ieſu.

12 Hîc patiẽtia ſanctorũ eſt, qui cuſtodiunt mãdata Dei, & fidem Ieſu.

Καὶ ἤκουσα φωνῆς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, λεγούσης μοι, γράψον, Μακάριοι οἱ νεκροὶ οἱ ἐν Κυρίῳ ἀποθνήσκοντες ἀπάρτι· Ναί, λέγει τὸ πνεῦμα, ἵνα ἀναπαύσωνται ἐκ τῶν κόπων αὐτῶν· τὰ δὲ ἔργα αὐτῶν ἀκολουθεῖ μετ' αὐτῶν.

13 Tunc audiui vocem è cælo, dicentem mihi, Scribe, Beati poſthac mortui, ii, *inquam*, qui Domini cauſa moriũtur. Etiã, dicit Spiritus: quoniã requieſcunt à laboribus ſuis: & opera eorum ſequuntur eos.

13 Et audiui uocem de cælo, dicentẽ mihi, Scribe. Beati mortui qui in Domino moriũtur amodo. Iam dicit Spiritus, ut requieſcant à laboribus ſuis: opera enim illorũ ſequuntur illos.

8 Iræ ſcortationis ſuæ, τῆς ὀργῆς τοῦ θυμοῦ τῆς πορνείας αὐτῆς. Id eſt, ſcortationis ſuæ quæ Deus ad iram eſt inflammatus. Vel vinum iræ ſcortationis vocat quòd iram Dei in ſe prouocent quicunque ſeſe illius ſcortatione, quaſi vino, inebriant.

10 Ex mero, *inquam*, infuſo in poculum, &c. τοῦ κεκερασμένου ἀκράτου ἐν τῷ ποτηρίῳ. Vulg. Quod miſtum eſt mero in calice, &c. quæ interpretatio prorſus eneruat ſententiam. Dicitur autem Græcis κεκρᾶσθαι quod infunditur bibituro, etiamſi nõ diluatur aqua aut alio potus genere, ſicut rectè obſeruauit Eraſmus. Et ita etiam apud Hebr. מסך pro נסך vſurpatur.

13 Domini cauſa, ἐν Κυρίῳ. Hebr. ביהוה, id eſt propter Dominum. Hoc enim eſt quod alibi dicitur Propter iuſtitiam. Vulg. & Eraſ. ad verbum In Domino: admodum obſcurè. Quoniam requieſcunt, ἵνα ἀναπαύσωνται. Vel, vt requieſcant, ſi referamus ad participium μακάριοι νεκροὶ ἀποθνήσκοντες. Sed (vt opinor) præſtat ἵνα accipere αἰτιολογικῶς, ex Hebræorum idiotiſmo, apud quos כי accipitur tum pro אשר, id eſt ἵνα, tum pro שלא, id eſt διότι, vnde factum vt ἵνα pro διότι vel ὑτὶ accideretur. quæ enallage à quibuſdam etiam annotatur in Græcorum Epigrãmatum libro. Et opera, τὰ δὲ ἔργα. Vel, opera enim, vt Vetus interpres cõuertit: ita vt δὲ pro γὰρ accipiatur. quod ſæpe annotauimus. Sin minus, copulatiuam eſſe oportet. Nam pro aduerſatiua non videtur ſatis cõmodè poſſe explicari. ἔργα verò, id eſt opera, vocat præmium quod bona ipſa opera conſequitur, Hebræorum more.

Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ νεφέλη λευκή, καὶ ἐπὶ 14
τὴν νεφέλην καθήμενος ὅμοιος υἱὸν ἀνθρώπου,
ἔχων ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ στέφανον χρυ-
σοῦν, καὶ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ δρέπανον ὀξύ.

Καὶ ἄλλος ἄγγελος ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ναοῦ, 15
κράζων ἐν μεγάλῃ φωνῇ τῷ καθημένῳ
ἐπὶ τὴν νεφέλης, Πέμψον τὸ δρέπανόν σου,
καὶ θέρισον· ὅτι ἦλθέν σοι ἡ ὥρα τοῦ θερί- Ioelis 3.c.13
σαι· ὅτι ἐξηράνθη ὁ θερισμὸς τῆς γῆς.

Καὶ ἔβαλεν ὁ καθήμενος ὅτι τὴν νε- 16 Matth.13.c.39
φέλην τὸ δρέπανον αὐτοῦ ὅτι τὴν γῆν·
καὶ ἐθερίσθη ἡ γῆ.

Καὶ ἄλλος ἄγγελος ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ναοῦ τοῦ 17
ἐν τῷ οὐρανῷ, ἔχων καὶ αὐτὸς δρέπανον ὀξύ.

Καὶ ἄλλος ἄγγελος ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ θυ 18
σιαστηρίου, ἔχων ἐξουσίαν ὅτι τοῦ πυρός· καὶ
ἐφώνησε κραυγῇ μεγάλῃ τῷ ἔχοντι τὸ δρέ
πανον τὸ ὀξύ, λέγων, Πέμψον σου τὸ δρέπα
νον τὸ ὀξύ, καὶ τρύγησον τοὺς βότρυας τῆς ἀμπέ
λου τῆς γῆς, ὅτι ἤκμασαν αἱ σταφυλαὶ αὐτῆς.

Καὶ ἔβαλεν ὁ ἄγγελος τὸ δρέπανον αὐ- 19
τοῦ εἰς τὴν γῆν, καὶ ἐτρύγησε τὴν ἄμπελον
τῆς γῆς, καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν ληνὸν τοῦ
θυμοῦ τοῦ Θεοῦ τὴν μεγάλην.

Καὶ ἐπατήθη ἡ ληνὸς ἔξω τῆς πόλεως· 20
καὶ ἐξῆλθεν αἷμα ἐκ τῆς ληνοῦ ἄχρι
τῶν χαλινῶν τῶν ἵππων, ἀπὸ σταδίων χι-
λίων ἑξακοσίων.

Κεφάλαιον ιε

ΚΑΙ εἶδον σημεῖον ἐν τῷ οὐρανῷ 1
μέγα καὶ θαυμαστόν· ἀγγέλους ἑπτὰ,
ἔχοντας πληγὰς ἑπτὰ τὰς ἐσχάτας,
ὅτι ἐν αὐταῖς ἐτελέσθη ὁ θυμὸς τοῦ Θεοῦ.

Καὶ εἶδον ὡς θάλασσαν ὑαλίνην με- 2
μιγμένην πυρί· καὶ τοὺς νικῶντας ἐκ τοῦ
θηρίου καὶ ἐκ τῆς εἰκόνος αὐτοῦ καὶ ἐκ τοῦ
χαράγματος αὐτοῦ, ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τοῦ
ὀνόματος αὐτοῦ, ἑστῶτας ἐπὶ τὴν θάλασσαν
τὴν ὑαλίνην, ἔχοντας κιθάρας τοῦ Θεοῦ·

Καὶ ᾄδουσι τὴν ᾠδὴν Μωσέως 3
δούλου τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν ᾠδὴν

14 Aſpexi autem, & ecce aderat nubes candida: & ſuper nubem ſedebat *quidam* ſimilis homini, habens in capite ſuo coronam auream, & in manu ſua falcem acutam.

15 Et alius Angelus prodiit è templo, clamans voce magna ad eũ qui inſidebat nubi, ‖ Mitte falcem tuam, & mete: quia venit tibi hora vt metas: nam aruit ‖meſſis terræ.

16 Miſit igitur is qui inſidebat nubi falcem ſuam in terram: & demeſſa eſt terra.

17 Tum alius Angelus prodiit è templo quod eſt in cælo, habẽs & ipſe falcem acutam.

18 Et alius Angelus prodiit ab altari, habens poteſtatem in ignem: & clamauit voce magna ad eum qui habebat falcẽ acutam, dicens, Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ: nam maturæ ſunt eius vuæ.

19 Miſit igitur Angelus falcem ſuã acutã in terrã, & vindemiauit vineã terræ, & miſit in magnum illum lacum iræ Dei.

20 Et calcatus eſt lacus extra ciuitatem: exiuitque ſanguis è lacu vſque ad frænos equorum, per ſtadia mille ſexcenta.

14 *Et vidi, et ecce nubẽ candidã: & ſuper nubem ſedentem ſimilẽ filio hominis, habentẽ in capite ſuo coronam auream. & in manu ſua falcem acutam.*

15 *Et alius Angelus exiuit de templo, clamans voce magna ad ſedentem ſuper nubẽ, Mitte falcem tuam, et mete: quia uenit hora ut metatur, quoniam aruit meſſis terræ.*

16 *Et miſit qui ſedebat ſuper nubem, falcem ſuam in terram: & demeſſa eſt terra.*

17 *Et alius Angelus exiuit de templo quod eſt in cælo, habẽs & ipſe falcem acutam.*

18 *Et alius Angelus exiuit de altari, qui habebat poteſtatem ſupra ignem: & clamauit voce magna ad eũ qui habebat falcem acutam, dicens, Mitte falcem tuã acutam, & vindemia botros uineæ terræ: quoniã maturæ ſunt uuæ eius.*

19 *Et miſit Angelus falcem ſuam acutam in terrã, & vindemiauit uineã terræ, et miſit in lacum iræ Dei magnum.*

20 *Et calcatus eſt lacus extra ciuitatem, & exiuit ſanguis de lacu uſque ad frænos equorum, per ſtadia ſexcenta.*

CAP. XV.

DEinde vidi aliud ſignum in cælo magnum & admirabile: Angelos ſeptem, habentes plagas ſeptem vltimas, quoniã per illas expleta eſt ira Dei.

1 *ET uidi aliud ſignum in cælo magnum & mirabile: Angelos ſeptẽ, habentes plagas ſeptẽ nouiſſimas, quoniam in illis conſummata eſt ira Dei.*

Et vidi tanquam mare vitreum mixtum igni: & eos qui victoriam reportant ex beſtia & imagine eius & charactere eius, ex numero nominis eius, ſtantes apud mare vitreũ, & habentes citharas Dei:

2 *Et uidi tanquã mare uitreum mixtum igne: & eos qui uicerunt beſtiam & imaginem eius, & numerum nominis eius, ſtantes ſuper mare uitreũ habentes citharas Dei:*

Qui etiam cantabãt canticũ Moſis ſerui Dei, & canticum

3 *Et cãtabant canticũ Moyſi ſeruum Dei, & canticum*

14 Homini, ὑὸν ἀνθρώπου. Hunc Hebraiſmum alibi expoſuimus. Nolui autem filium hominis ad verbum interpretari, quòd, hoc vno loco excepto, nuſquã in his libris quiſquam filius hominis niſi vnus Chriſtus dicatur: hic verò Chriſtum ipſum non ſignificari, ſed Angeli ſpeciem ac formam, liquet ex proximo verſiculo. Itaque vitanda fuit amphibolia.

18 Botros vineæ terræ, τοὺς βότρυας τῆς ἀμπέλου τῆς γῆς. Sic legunt Arethas & Cõplutenſis codex, cum aliis duobus ex noſtris, & Vetere etiam interprete: ac ita certè melius cohæret quod ſequitur.

IN CAPVT XV.

3 Serui Dei, δούλου τοῦ Θεοῦ. Sic vocatur Moſes κατ' ἐξοχὴν: ſicut deſcribitur Deut. 34. c. 10.

τῶ ἀρνίου, λέγοντες, Μεγάλα καὶ θαυμαστὰ τὰ ἔργα σου, Κύριε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ· δίκαιαι καὶ ἀληθιναὶ αἱ ὁδοί σου, ὁ βασιλεὺς τῶν ἁγίων.

Agni, dicētes, Magna & mirabilia ſunt opera tua Domine Deus omnipotens: iuſtæ & veræ ſunt viæ tuæ, rex ſanctorū.

Agni, dicētes. Magna et mirabilia ſunt opera tua Domine Deus omnipotēs: iuſtæ & ueræ ſunt uiæ tuæ, rex ſeculorum. Pſal.146.a.6

Τίς οὐ μὴ φοβηθῇ σε, Κύριε, καὶ δοξάσῃ τὸ ὄνομά σου, ὅτι μόνος ὅσιος· ὅτι πάντα τὰ ἔθνη ἥξουσι καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν σου· ὅτι τὰ δικαιώματά σου ἐφανερώθησαν.

4 Quis non timebit te Domine, & glorificabit nomē tuum? nam ſolus ſanctus es. Nam omnes gentes venient & adorabūt coram te: nam iudicia tua patefacta ſunt.

4 Quis non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuū? quia ſolus pius es: quoniam omnes Gentes uenient & adorabūt in conſpectu tuo: quoniam iudicia tua manifeſta ſūt. Ier.10.a.7

Καὶ μετὰ ταῦτα εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἠνοίγη ὁ ναὸς τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου ἐν τῷ οὐρανῷ.

Et poſt hæc aſpexi, & ecce, apertum eſt templum Tabernaculi teſtimonii in cælo.

5 Et poſt hæc uidi, & ecce apertum eſt templum tabernaculi teſtimonij in cælo.

Καὶ ἐξῆλθον οἱ ἑπτὰ ἄγγελοι ἔχοντες τὰς ἑπτὰ πληγάς, ἐνδεδυμένοι λίνον καθαρὸν καὶ λαμπρὸν, καὶ περιεζωσμένοι περὶ τὰ στήθη ζώνας χρυσᾶς.

Et prodierunt è templo ſeptem Angeli, habentes ſeptem plagas, induti lino puro & candido, & præcincti circa pectora zonis aureis.

6 Et exierunt ſeptem Angeli, habentes ſeptem plagas, de templo, veſtiti lino mūdo & cādido, et præcincti circa pectora zonis aureis.

Καὶ ἓν ἐκ τῶν τεσσάρων ζώων ἔδωκε τοῖς ἑπτὰ ἀγγέλοις ἑπτὰ φιάλας χρυσᾶς, γεμούσας τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Et vnum ex quatuor animalibus dedit ſeptē Angelis phialas aureas, plenas iræ Dei viuētis in ſecula ſeculorum.

7 Et unum de quatuor animalibus dedit ſeptem Angelis ſeptem phialas aureas, plenas iracundiæ Dei uiuentis in ſecula ſeculorum.

Καὶ ἐγεμίσθη ὁ ναὸς καπνοῦ ἐκ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐκ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ· καὶ οὐδεὶς ἠδύνατο εἰσελθεῖν εἰς τὸν ναὸν, ἄχρι τελεσθῶσιν αἱ ἑπτὰ πληγαὶ τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων.

Et impletum eſt templū fumo prodeunte à maieſtate Dei, & à virtute eius: nec quiſquam poterat ingredi in tēplum, donec explerentur ſeptem plagæ ſeptem Angelorum.

8 Et impletum eſt templū fumo à maieſtate Dei: & de uirtute eius: & nemo poterat introire in templū donec conſummarentur ſeptem plagæ ſeptem Angelorum.

Κεφάλαιον ις΄

CAP. XVI.

CAP. XVI.

Καὶ ἤκουσα φωνῆς μεγάλης ἐκ τοῦ ναοῦ, λεγούσης τοῖς ἑπτὰ ἀγγέλοις, Ὑπάγετε καὶ ἐκχέατε τὰς φιάλας τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ εἰς τὴν γῆν.

Vnc audiui vocem magnā è templo, dicentem ſeptem Angelis, Ite, effundite ſeptem phialas iræ Dei in terram.

1 Et audiui uocem magnam de templo, dicētem ſeptem Angelis, Ite & effundite ſeptem phialas iræ Dei in terram.

Καὶ ἀπῆλθεν ὁ πρῶτος, καὶ ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ εἰς τὴν γῆν· καὶ ἐγένετο ἕλκος κακὸν καὶ πονηρὸν εἰς τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἔχοντας τὸ χάραγμα τοῦ θηρίου, καὶ τοὺς τὴν εἰκόνα αὐτοῦ προσκυνοῦντας.

Abiit igitur primus Angelus, & effudit phialam ſuam in terram: factúmque eſt vulnus malum ac noxium aduerſus homines qui habebant characterem beſtiæ, & eos qui adorabant imaginem eius.

2 Et abijt primus, & effudit phialam ſuam in terrā, & factum eſt uulnus ſæuum & peſſimum in homines qui habebāt character beſtiæ: & in eos qui adorauerūt imaginē eius.

Καὶ ὁ δεύτερος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἐγένετο αἷμα ὡς νεκροῦ· καὶ πᾶσα ψυχὴ ζωῆς ἀπέθανεν ἐν τῇ θαλάσσῃ.

Deinde ſecundus Angelus effudit phialam ſuam in mare, factúmq; eſt quaſi ſanguis cadaueris: & quodcūque animal viuebat in mari, mortuum eſt.

3 Et ſecundus Angelus effudit phialā ſuā in mare, & facta eſt ſanguis tāquā mortui. & omnis anima uiuēs mortua eſt in mari.

Καὶ ὁ τρίτος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ εἰς τοὺς ποταμοὺς καὶ εἰς τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων· καὶ ἐγένετο αἷμα.

Tum tertius Angelus effudit phialā ſuā in flumina, & in fontes aquarū: & factæ ſūt ſanguis.

4 Et tertius effudit phialā ſuam per flumina & ſuper fontes aquarum: et factus eſt ſanguis.

Καὶ ἤκουσα τοῦ ἀγγέλου τῶν ὑδάτων λέγοντος, Δίκαιος, Κύριε, εἶ, ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ὅσιος, ὅτι ταῦτα ἔκρινας.

Et audiui Angelum aquarū dicentem, Iuſtus es, Domine, Qui es, & Qui eras, & Sanctus, quia hæc iudicaſti.

5 Et audiui Angelū aquarum dicentem, Iuſtus es, Domine, Qui es, & Qui eras, Sanctus quia hæc iudicaſti:

Vix, *ididi*. Id eſt geſta tua, ex idiotiſmo Hebræorum.

IN CAPVT XVI.

1 Factúmque eſt, καὶ ἐγένετο. Id eſt verſum eſt in ſanguinem, & eum quidem putrem ac ſanioſum, qualis eſt in cadaueribus mortuorum. Quodcūque animal, πᾶσα ψυχή Heb. כל נפש, id eſt omnis anima, pro
5 omni animante. qui Hebraiſmus hoc in loco mihi viſus eſt obſcurior.

Οτι αἷμα ἁγίων καὶ προφητῶν ἐξέχεαν, καὶ αἷμα αὐτοῖς ἔδωκας πιεῖν· ἄξιοί εἰσι.

Καὶ ἤκουσα ἄλλου ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου λέγοντος, Ναὶ Κύριε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ἀληθιναὶ καὶ δίκαιαι αἱ κρίσεις σου.

Καὶ ὁ τέταρτος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ ἐπὶ τὸν ἥλιον· καὶ ἐδόθη αὐτῷ καυματίσαι τοὺς ἀνθρώπους ἐν πυρί.

Καὶ ἐκαυματίσθησαν οἱ ἄνθρωποι καῦμα μέγα, καὶ ἐβλασφήμησαν τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ τοῦ ἔχοντος ἐξουσίαν ἐπὶ τὰς πληγὰς ταύτας, καὶ οὐ μετενόησαν δοῦναι αὐτῷ δόξαν.

Καὶ ὁ πέμπτος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ ἐπὶ τὸν θρόνον τοῦ θηρίου· καὶ ἐγένετο ἡ βασιλεία αὐτοῦ ἐσκοτωμένη, καὶ ἐμασῶντο τὰς γλώσσας αὐτῶν ἐκ τοῦ πόνου·

Καὶ ἐβλασφήμησαν τὸν Θεὸν τοῦ οὐρανοῦ ἐκ τῶν πόνων αὐτῶν καὶ ἐκ τῶν ἑλκῶν αὐτῶν, καὶ οὐ μετενόησαν ἐκ τῶν ἔργων αὐτῶν.

Καὶ ὁ ἕκτος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν μέγαν τὸν Εὐφράτην· καὶ ἐξηράνθη τὸ ὕδωρ αὐτοῦ ἵνα ἑτοιμασθῇ ἡ ὁδὸς τῶν βασιλέων τῶν ἀπὸ ἀνατολῆς ἡλίου.

Καὶ εἶδον ἐκ τοῦ στόματος τοῦ δράκοντος καὶ ἐκ τοῦ στόματος τοῦ θηρίου καὶ ἐκ τοῦ στόματος τοῦ ψευδοπροφήτου πνεύματα τρία ἀκάθαρτα ὡσεὶ βάτραχοι.

Εἰσὶ γὰρ πνεύματα δαιμόνων ποιοῦντα σημεῖα ἃ ἐκπορεύεται ἐπὶ τοὺς βασιλεῖς τῆς γῆς καὶ τῆς οἰκουμένης ὅλης, συναγαγεῖν αὐτοὺς εἰς πόλεμον τῆς ἡμέρας ἐκείνης τῆς μεγάλης τοῦ Θεοῦ τοῦ παντοκράτορος.

Ἰδοὺ ἔρχομαι ὡς κλέπτης. μακάριος ὁ γρηγορῶν, καὶ τηρῶν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, ἵνα μὴ γυμνὸς περιπατῇ, καὶ βλέπωσι τὴν ἀσχημοσύνην αὐτοῦ.

6 Quia, *inquam*, ſanguinem ſanctorum & Prophetarum effudérũt, & ſanguinem eis dediſti ad bibendum: digni enim ſunt.

7 Et audiui aliũ è ſanctuario dicẽté, Etiã Domine Deus omnipotens, vera & iuſta iudicia tua.

8 Poſtea quartus Angelus effudit phialam ſuam in ſolem, & datum eſt ei æſtu affligere homines per ignem.

9 Et æſtuauerunt homines æſtu magno, & blaſphemarunt nomen Dei habentis poteſtatẽ in has plagas: neque reſipuerũt vt darent ei gloriam.

10 Tum quintus Angelus effudit phialam ſuam ſuper thronum beſtiæ, & factũ eſt regnũ eius tenebroſum: & mandebãt linguas ſuas præ dolore:

11 Et blaſphemarunt Deum cæli præ doloribus ſuis & vlceribus ſuis, nec reſipuerũt ab operibus ſuis.

12 Tum ſextus Angelus effudit phialam ſuam in flumen illud magnum, *nempe* Euphratem: & ſiccata eſt aqua eius, vt praeretur via regum ab ortu ſolis *aduentantium*.

13 Et vidi ex ore draconis & ex ore beſtiæ & ex ore pſeudoprophetæ illius tres impuros ſpiritus ſimiles ranis *prodeuntes*.

14 Sunt enim ſpiritus dæmoniorũ edentes ſigna, quíque abeũt ad reges terræ & totius mũdi, vt congregent eos ad prælium magni illius diei Dei omnipotentis.

15 Ecce venio vt fur. Beatus qui vigilat & cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet, & videantur verenda ipſius.

6 *Quia ſanguinem ſanctorum & Prophetarum effuderunt, & ſanguinẽ eis dediſti bibere: digni enim ſunt.*

7 *Et audiui alterum dicẽtem, Etiam Domine Deus omnipotens vera et iuſta iudicia tua.*

8 *Et quartus Angelus effudit phialã ſuam in ſolẽ, et datum eſt illi æſtu affligere homines et igni.*

9 *Et æſtuauerũt homines æſtu magno, et blaſphemauerunt nomen Dei habẽtis poteſtatem ſuper has plagas: neque egerunt pœnitentiam, vt darent illi gloriam.*

10 *Et quintus Angelus effudit phialam ſuam ſuper ſedem beſtiæ: et factum eſt regnum eius tenebroſum: et cõmanducauerunt linguas ſuas præ dolore:*

11 *Et blaſphemauerũt Deũ cæli præ doloribus et vulneribus ſuis, et nõ egerũt pœnitentiam ex operibus ſuis.*

12 *Et ſextus Angelus effudit phialam ſuam in flumen illud magnũ Euphraten: et ſiccatum eſt aqua eius, vt præpararetur via regibus ab ortu ſolis.*

13 *Et vidi de ore draconis, et de ore beſtiæ et de ore pſeudoprophetæ ſpiritus tres immundos in modũ ranarum.*

14 *Sunt enim ſpiritus dæmoniorũ facientes ſigna: et procedunt ad reges totius terræ, congregare illos in prælium ad diem magnum omnipotentis Dei.*

15 *Ecce venio ſicut fur. Beatus qui vigilat, et cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet, et videant turpitudinem eius.*

Supra, 3. c. 3 matth. 24. d. 44 Luc. 12. c. 39

9 Vt darent, &c. *δοῦναι*, &c. Vide ſuprà, 11. c. 13.

14 Quique abeunt, *ἃ ἐκπορεύεται*. Sic legit Arethas, Complutẽſis codex, cum aliis duobus ex noſtris: & ita legendum eſſe res ipſa oſtendit. Eraſmus. Vt procedant, *ἐκπορεύεσθαι*.

15 Ecce venio, &c. *ἰδοὺ ἔρχομαι*, &c. Hic ingenuè fateor videre me non poſſe qui cõueniat totus hic verſiculus huic loco. Etſi enim in Prophetis interdum ſoleant non prorſus diſſimilia occurrere, modò videlicet Propheta, modò Deo ipſo interloquente, tamen nihil eiuſmodi in hoc libro occurrit, niſi addita præfatione. Deinde nuſquam adhuc introductus eſt loquens Chriſtus ipſe, ad quem tamen omnino iſta referẽda ſunt: niſi in prima illa viſione quæ ſeptem epiſtolas continet. Poſtremò, ſi verſiculum proximum, id eſt 16, coniunxeris cum ſuperiore, nempe cum 14, videbis perpetuam eſſe narrationem, quæ interiectione iſtius abrumpatur. Abſit tamen vt ego quicquam hic audeam ex nuda coniectura: tantùm dico, mihi omnino videri hunc verſiculum inſerendum capiti tertio poſt verſiculum 18. Qui verò ſit factum vt in hunc locum irrepſerit, coniicere nõdum potui. Sed & ſimilem alteram tranſpoſitionem obſeruauimus infrà, 18. c. 14.

Καὶ συνήγαγεν αὐτοὺς εἰς τὸν τόπον τὸν καλούμενον Ἑβραϊστὶ Ἁρμαγεδών.

16 Congregarunt igitur eos in locum qui vocatur Hebraicè ᵛArma-gedon.

16 Et congregauit illos in locum qui uocatur Hebraicè Armagedon.

Καὶ ὁ ἕβδομος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ εἰς τὸν ἀέρα· καὶ ἐξῆλθε φωνὴ μεγάλη ἀπὸ τοῦ ναοῦ τοῦ οὐρανοῦ, ἀπὸ τοῦ θρόνου, λέγουσα, Γέγονε.

17 Tum ſeptimus Angelus effudit phialam ſuam in aerem: & prodiit vox magna è templo cæli à throno, dicens, Factum eſt.

17 Et ſeptimus Angelus effudit phialam ſuã in aerem: & exiuit uox magna de templo à throno, dicens, Factum eſt.

Καὶ ἐγένοντο φωναὶ καὶ βρονταὶ καὶ ἀστραπαί· καὶ σεισμὸς ἐγένετο μέγας, οἷος οὐκ ἐγένετο ἀφ' οὗ οἱ ἄνθρωποι ἐγένοντο ἐπὶ τῆς γῆς, τηλικοῦτος σεισμὸς οὕτω μέγας.

18 Factique ſunt ſonitus, & fulgura, & tonitrua: & terræmotus factus eſt magnus, qualis nunquam fuit ex quo homines fuerũt ſuper terram, terræmotus, inquam, adeo magnus.

18 Et facta ſunt fulgurã & uoces, & tonitrua: & terræmotus factus eſt magnus, qualis nunquã fuit ex quo homines fuerunt ſuper terram, talis terræmotus ſic magnus.

Καὶ ἐγένετο ἡ πόλις ἡ μεγάλη εἰς τρία μέρη, καὶ αἱ πόλεις τῶν ἐθνῶν ἔπεσον· καὶ Βαβυλὼν ἡ μεγάλη ἐμνήσθη ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, δοῦναι αὐτῇ τὸ ποτήριον τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ.

19 ᵛEt dirupta eſt vrbs illa magna in tres partes, & ciuitates Gẽtium ceciderunt, & Babylon magna venit in memoriã ante Deum, ‖ vt præberet ei poculũ ᵛindignationis iræ ſuæ.

19 Et facta eſt ciuitas magna in tres partes, & ciuitates Gẽtiũ ceciderunt: et Babylon magna uenit in memoriã ante Deum: dare illi calicem uini indignationis iræ eius. Ierem.25.d.15

Καὶ πᾶσα νῆσος ἔφυγε, καὶ ὄρη οὐχ εὑρέθησαν.

20 Et omnis inſula fugit, & mõtes ᵛnon ſunt inuenti.

20 Et omnis inſula fugit, et montes non ſunt inuenti.

Καὶ χάλαζα μεγάλη ὡς ταλαντιαία καταβαίνει ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους· καὶ ἐβλασφήμησαν οἱ ἄνθρωποι τὸν Θεὸν ἐκ τῆς πληγῆς τῆς χαλάζης· ὅτι μεγάλη ἐστὶν ἡ πληγὴ αὐτῆς σφόδρα. Κεφάλαιον ιζ

21 Et grando magna, ᵛquaſi talentaria, deſcendit è cælo in homines: & blaſphemarũt Deum homines propter plagam grandinis: quoniam magna fuit plaga eius vehementer.

21 Et grando magna ſicut talentum deſcendit de cælo in homines: et blaſphemauerunt Deum homines propter plagam grandinis: quoniam magna facta eſt uehementer.

CAP. XVII.

Καὶ ἦλθεν εἷς ἐκ τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων τῶν ἐχόντων τὰς ἑπτὰ φιάλας, καὶ ἐλάλησε μετ' ἐμοῦ, λέγων μοι, Δεῦρο δείξω σοι τὸ κρίμα τῆς πόρνης τῆς μεγάλης, τῆς καθημένης ἐπὶ τῶν ὑδάτων τῶν πολλῶν·

1 ᵛVm venit vnus ex ſeptem Angelis qui habebãt ſeptẽ phialas, & loquutus eſt mecũ, dicens mihi, Heus tu, oſtẽdam tibi damnationem meretricis magnæ, ſedentis ſuper aquas multas:

1 Et uenit unus de ſeptem Angelis qui habebant ſeptem phialas, et loquutus eſt mecũ, dicẽs, Veni, oſtendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ ſedet ſuper aquas multas.

Μεθ' ἧς ἐπόρνευσαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ ἐμεθύσθησαν οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν ἐκ τοῦ οἴνου τῆς πορνείας αὐτῆς.

2 Cum qua ſcortati ſunt reges terræ, & cuius ſcortationis vino inebriati ſunt incolæ terræ.

2 Cũ qua fornicati ſunt reges terræ, et inebriati ſũt qui inhabitant terrã de uino proſtitutionis eius.

16 Arma-gedõ, Ἁρμαγεδών. Heb. מרמגדון, pro quo corruptè legitur Ἁρμαγεδδών, & apud Aretham Σαμαγεδών. Dici enim non poteſt quàm corruptè ſcripta ſint Hebræa pleraque vocabula in Græcis exemplaribus: vt in hoc quidem explicando mihi planè diuinandum fuerit. Eſt igitur (vt opinor) ita legẽdum vt nos ſcripſimus. quod etiam indicat Arethæ interpretatio, ſed admodum obſcurè, ab מרמה quod aſtutiam declarat, & נרגן, ſeu nomine à נרג, quod excidere ſignificat: quaſi aſtutiã excidii dicas, fraude videlicet dæmonum regibus & principibus ad eum locum adductis, vbi futurum eſt vt excidio pereant, vti explicatur infrà, 19.d.11. Vſitatum enim eſt Hebræis ab eiuſmodi euentibus locos eognominare. Et quod attinet ad γεδδών, quod Hebraicè diximus ſcribi גרגן, conſtat Græcos non poſſe vlla ſua litera exprimere gutturalem ע, quam ideirco prætermiſerunt, ſola nominis terminatione ſeruata, ſicut à חשבן fit חεσβών.

19 Et dirupta eſt, καὶ ἐρράγη. Heb. ויהי, & facta eſt, vt Vetus interpres & Eraſmus conuerterunt, ad verbum. Nam היה verbum ſolẽt Græci exprimere per γίνομαι. ſed ſpectandum quid cui loco conueniat. Indignationis iræ, τῆς θυμοῦ τῆς ὀργῆς. Hebraica geminatio quam aliàs ſæpe annotauimus.

20 Non ſunt inuenti, οὐχ εὑρέθησαν. i. Diſparuerẽt. Sic enim Græci ſolent explicare formulam illam Hebræis familiarem ואינם i. & non ipſi, vt Gen. 5. c. 24.

21 Quaſi talentaria, ὡς ταλαντιαία. Id eſt, quaſi talenti pondo: vti apud Suidam τὸν ταλαντιαῖον λίθον vocantur lapides talenti pondo. & Nonius ex Siſenna baliſtas talentarias vocat quæ nimirum lapides talenti pondo iacularentur. Duplex enim erat talentum, vnum numarium, alterum ponderale, de quo hic agimus: vtrunque ſexaginta minarum, id eſt ſexcentarum drachmarum pondo: vt oſtendit harum rerum (meo quidem iudicio) peritiſſimus ac eruditiſſimus ſcriptor Georgius Agricola. Quanquam hoc in loco minimè videntur iſta exquiſitè expendenda: quum ingens duntaxat & inauditum grãdinis pondus ſignificetur: Sed apud Hebræos כבר interdum declarat talentum, interdum verò quod in vernaculo ſermone dicimus *une miche de pain*. vt fortaſſis ταλαντιαία grando dicatur non à pondere, ſed à magnitudine, quæ ſolidum panem æquaret.

Καὶ ἀπήνεγκέ με εἰς ἔρημον ἐν πνεύματι· καὶ εἶδον γυναῖκα καθημένην ἐπὶ θηρίον κόκκινον, γέμον ὀνόματα βλασφημίας, ἔχον κεφαλὰς ἑπτὰ καὶ κέρατα δέκα.

Καὶ ἡ γυνὴ ἦν περιβεβλημένη πορφύραν καὶ κόκκινον, καὶ κεχρυσωμένη χρυσῷ καὶ λίθῳ τιμίῳ καὶ μαργαρίταις, ἔχουσα χρυσοῦν ποτήριον ἐν τῇ χειρὶ αὐτῆς, γέμον βδελυγμάτων καὶ ἀκαθαρτήτος πορνείας αὐτῆς.

Καὶ ἐπὶ τὸ μέτωπον αὐτῆς ὄνομα γεγραμμένον, Μυστήριον, Βαβυλὼν ἡ μεγάλη, ἡ μήτηρ τῶν πορνῶν καὶ τῶν βδελυγμάτων τῆς γῆς.

Καὶ εἶδον τὴν γυναῖκα μεθύουσαν ἐκ τοῦ αἵματος τῶν ἁγίων, καὶ ἐκ τοῦ αἵματος τῶν μαρτύρων Ἰησοῦ· καὶ ἐθαύμασα, ἰδὼν αὐτὴν, θαῦμα μέγα.

Καὶ εἶπέ μοι ὁ ἄγγελος, Διατί ἐθαύμασας; ἐγώ σοι ἐρῶ τὸ μυστήριον τῆς γυναικὸς, καὶ τοῦ θηρίου τοῦ βαστάζοντος αὐτὴν, τοῦ ἔχοντος τὰς ἑπτὰ κεφαλὰς καὶ τὰ δέκα κέρατα.

Τὸ θηρίον ὃ εἶδες, ἦν, καὶ οὐκ ἔστι· καὶ μέλλει ἀναβαίνειν ἐκ τῆς ἀβύσσου, καὶ εἰς ἀπώλειαν ὑπάγειν· καὶ θαυμασθήσονται οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς, (ὧν οὐ γέγραπται τὰ ὀνόματα ἐπὶ τὸ βιβλίον τῆς ζωῆς, ἀπὸ καταβολῆς κόσμου) βλεπόντων τὸ θηρίον, ὅτι ἦν, καὶ οὐκ ἔστι, καίπερ ἔστι.

Ὧδε ὁ νοῦς ὁ ἔχων σοφίαν. Αἱ ἑπτὰ κεφαλαὶ, ὄρη εἰσὶν ἑπτὰ ὅπου ἡ γυνὴ κάθηται ἐπ' αὐτῶν.

Καὶ βασιλεῖς ἑπτά εἰσιν· οἱ πέντε ἔπεσαν, καὶ ὁ εἷς ἔστιν, ὁ ἄλλος οὔπω ἦλθε· καὶ ὅταν ἔλθῃ, ὀλίγον αὐτὸν δεῖ μεῖναι.

3 Quúmque me per ſpiritum in deſertum tranſtuliſſet, vidi mulierem inſidentem beſtiæ ᵛcoccinæ, plenæ nominibꝰ blaſphemiæ, habẽti capita ſeptem, & cornua decem.

4 Erat autem mulier illa amicta purpura & cocco, & inaurata auro & lapidibus pretioſis & margaritis, habens poculum aureum in manu ſua plenum abominationibus & immunditia ſcortationis ſuæ.

5 Et in fronte ſuo nomen ſcriptum, Myſterium, Babylon magna, mater ſcortationum & abominationum terræ.

6 Et vidi mulierem illam ebriam ſanguine ſanctorum & ſanguine martyrum Ieſu: & miratus ſum, quum videre illam, admiratione magna.

7 Tunc dixit mihi Angelus, Quare miraris? ego dicam tibi myſterium mulieris, & beſtiæ quæ portat eam, quæ habet capita ſeptem & cornua decem.

8 Beſtia quam vidiſti, fuit, & non eſt: & aſcenſura eſt ex abyſſo, & in exitium abitura: & mirabuntur incolæ terræ, (quorũ nomina ſcripta non ſunt in libro vitæ à iactis mundi fundamentis) videntes beſtiam quæ erat, & non eſt, ᵛ& tamen eſt.

9 Hic eſt mens quæ habet ſapientiam. Septem capita, ᵛſeptẽ mõtes ſunt ſuper quos mulier ſedet.

10 Et reges ſeptẽ ſunt: quinque ceciderũt, vnus eſt, & alius nõdũ venit: & quũ venerit, oportet illũ breue tempus manere.

3 Et abſtulit me in ſpiritu in deſertum: & vidi mulierem ſedentem ſuper beſtiam coccineam, plenã nominibus blaſphemiæ, habentem capita ſeptem, & cornua decem.

4 Et mulier erat circũdata purpura & coccino, et inaurata auro, & lapide pretioſo, et margaritis, habens poculũ aureũ in manu ſua, plenum abominationum & immunditia fornicationis eius.

5 Et in fronte eius nomen ſcriptum, Myſterium, Babylon magna, mater fornicationum & abominationum terræ.

6 Et vidi mulierẽ ebriã de ſanguine ſanctorũ, & de ſanguine martyrũ Ieſu: & miratus ſum quũ vidiſſem illam, admiratione magna.

7 Et dixit mihi Angelus, Quare miraris? Ego dicã tibi ſacramẽtũ mulieris, & beſtiæ quæ portat eã, quæ habet capita ſeptem, & cornua decem.

8 Beſtia quã vidiſti, fuit, et non eſt: & aſcenſura eſt de abyſſo, & in interitũ ibit: & mirabũtur inhabitantes terrã, (quorũ non ſunt ſcripta nomina in libro vitæ à conſtitutione mundi) videntes beſtiam quæ erat, & non eſt.

9 Et hic eſt ſenſus qui habet ſapientiã. Septẽ capita, ſeptem montes ſunt ſuper quos mulier ſedet.

10 Et reges ſeptem ſunt: quinque ceciderũt, unus eſt, alius nõdũ venit: & quũ venerit, oportet illũ breue tempus manere.

IN CAPVT XVII.

3 Coccinæ, κόκκινον. Id eſt coccino colore. Nec temere ſanè factum eſt vt hic potiſſimum color Romanæ curiæ placuerit: qua de re non pigebit etiam noſtrum quoddam epigramma ſubnectere,

Semiuiros quicunque Patres radiante galero
Conſpicis, & rubræ ſyrmata longa togæ
Crede mihi, nullo ſaturatas murice veſtes,
Diuite nec cocco pallia tincta vides.
Sed quæ rubra vides, ſanctorum cæde virorum,
Et merſa inſonti tota cruore madent.
Aut memor iſtorum quæ celet crimina veſtis,
Pro dominis iuſto tacta pudore ruber.

8 Et tamen eſt, καίπερ ἔστι. Hanc lectionem maximè probo. Vetus tamen interpres hoc non legit. Arethas verò, Complutenſis codex, & alii duo veruſti ſcriptum habent καίπερ ἐσόμενον, & aderit.

9 Septem montes, ἑπτὰ ὄρη. Notum eſt etiam pueris de qua vrbe ſcripſerit Virgilius, Septémque vna ſibi muro circũdedit arces. De illa videlicet quæ quũ hæc ſcriberet Iohannes, habebat regnum ſuper reges terræ: erat, & non eſt: & tamen adhuc eſt, ſed ad exitium tendit.

Καὶ τὸ θηρίον ὃ εἶδες, καὶ οὐκ ἔστι, καὶ αὐτὸς ὄγδοός ἐστι, καὶ ἐκ τῶν ἑπτά ἐστι, καὶ εἰς ἀπώλειαν ὑπάγει.

11 Bestia autem quæ erat, & nō est, is octauus est, & è septē est, & in exitium abit.

11 Et bestia quæ erat, & non est, ipsa octaua est, & de septem est, & in interitum vadit.

Καὶ τὰ δέκα κέρατα ἃ εἶδες, δέκα βασιλεῖς εἰσιν, οἵτινες βασιλείαν οὔπω ἔλαβον, ἀλλ' ἐξουσίαν ὡς βασιλεῖς μίαν ὥραν λαμβάνουσι μετὰ τοῦ θηρίου.

12 Decem autem cornua quæ vidisti, decem reges sunt qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tanquam reges vna hora accipiēt cum bestia.

12 Et decem cornua quæ vidisti, decem reges sunt qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tanquam reges una hora accipiunt post bestiam.

Οὗτοι μίαν γνώμην ἔχουσι, καὶ τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἐξουσίαν ἑαυτῶν τῷ θηρίῳ διδόασιν.

13 Hi vnum consilium habent, & vires ac potestatem suam bestiæ tradent.

13 Hi unū consiliū habent, & virtutem & potestatem suam bestiæ tradent.

Οὗτοι μετὰ τοῦ ἀρνίου πολεμήσουσι, καὶ τὸ ἀρνίον νικήσει αὐτούς, ὅτι Κύριος κυρίων ἐστὶ καὶ βασιλεὺς βασιλέων, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, κλητοὶ καὶ ἐκλεκτοὶ καὶ πιστοί.

14 Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet eos: quoniā Dominus dominorum est, & rex regum: & qui cum eo sunt, vocati, & electi & fideles.

14 Hi cū Agno pugnabūt, & Agn⁹ vincet illos, quoniam Dominus dominorū est, & rex regum: & qui cum illo sunt, vocati, & electi, & fideles. Infrà 9.c.16. 1.tim.6.c.15

Καὶ λέγει μοι, Τὰ ὕδατα ἃ εἶδες, οὗ ἡ πόρνη κάθηται, λαοὶ καὶ ὄχλοι εἰσὶ, καὶ ἔθνη καὶ γλῶσσαι.

15 Deinde dixit mihi, Aquæ quas vidisti, vbi meretrix sedet, populi sunt, & turbæ, & gentes, & linguæ.

15 Et dixit mihi, Aquæ quas vidisti, ubi meretrix sedet, populi sunt, & gentes, & linguæ.

Καὶ τὰ δέκα κέρατα ἃ εἶδες ἐπὶ τὸ θηρίον, οὗτοι μισήσουσι τὴν πόρνην, καὶ ἠρημωμένην ποιήσουσιν αὐτὴν καὶ γυμνήν, καὶ τὰς σάρκας αὐτῆς φάγονται, καὶ αὐτὴν κατακαύσουσιν ἐν πυρί.

16 Et decem cornua quæ vidisti in bestia, hi odiēt fornicariam, & desolatam facient illam & nudam, & carnes eius manducabunt, & ipsam igni concremabunt.

16 Et decem cornua quæ vidisti in bestia, hi odiēt fornicariam, & desolatam facient illam & nudam, & carnes eius manducabunt, & ipsam igni concremabunt.

Ὁ γὰρ Θεὸς ἔδωκεν εἰς τὰς καρδίας αὐτῶν ποιῆσαι τὴν γνώμην αὐτοῦ, καὶ ποιῆσαι μίαν γνώμην, καὶ δοῦναι τὴν βασιλείαν αὐτῶν τῷ θηρίῳ, ἄχρι τελεσθήσονται τὰ ῥήματα τοῦ Θεοῦ.

17 Deus enim dedit in corda eorum vt faciant quod placitū est ei, & vt cōsentiant, dēntque regnum suum bestiæ donec cōpleantur verba Dei.

17 Deus enim dedit in corda eorū ut faciant quod placitum est illi, ut dent regnum suum bestiæ donec consummentur verba Dei.

Καὶ ἡ γυνὴ ἣν εἶδες, ἔστιν ἡ πόλις ἡ μεγάλη ἡ ἔχουσα βασιλείαν ἐπὶ τῶν βασιλέων τῆς γῆς.

18 Et mulier quam vidisti, est vrbs illa magna quæ habet regnum super reges terræ.

18 Et mulier quam vidisti, est ciuitas magna, quæ habet regnum super reges terræ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιη'

CAP. XVIII.

CAP. XVIII.

Μετὰ ταῦτα εἶδον ἄλλον ἄγγελον καταβαίνοντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἔχοντα ἐξουσίαν μεγάλην· καὶ ἡ γῆ ἐφωτίσθη ἐκ τῆς δόξης αὐτοῦ.

1 ET posthæc vidi alium Angelum descendentem è cælo, habentem potestatem magnam: adeo vt terra resplenduerit gloria eius.

1 Et postea uidi aliū Angelū descendentem de cælo, habentem potestatem magnam, & terra illuminata est à gloria eius.

Καὶ ἔκραξεν ἐν ἰσχύϊ, φωνῇ μεγάλῃ λέγων, Ἔπεσεν ἔπεσε Βαβυλὼν ἡ μεγάλη, καὶ ἐγένετο κατοικητήριον δαιμόνων, καὶ φυλακὴ παντὸς πνεύματος ἀκαθάρτου, καὶ φυλακὴ παντὸς ὀρνέου ἀκαθάρτου καὶ μεμισημένου·

2 Exclamauit autē vehemēter voce magna, dicēs, Cecidit, cecidit Babylon illa magna, & facta est domiciliū dæmoniorū, & custodia omnis spiritus impuri, & custodia omnis volucris immundæ & inuisæ:

2 Et exclamauit in fortitudine, dicēs, Cecidit, cecidit Babylō magna, & facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immundæ & odibilis: supra 2,14.b.8 esa.21.c.9 ierem.51.a.8

Ὅτι ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς πορνείας αὐτῆς πέπωκε πάντα τὰ ἔθνη, καὶ

3 Quia ex vino iræ fornicationis eius biberunt omnes gentes, &

3 Quia de uino iræ fornicationis eius biberunt omnes gentes, &

IN CAPVT XVIII.

1 Vehementer, ἐν ἰσχύϊ. Heb. בחזק, vt nos in vernaculo dicimus *de force*. Vulg. In fortitudine. Erasmus nihilo melius, Per fortitudinem.

3 Ex vino iræ, &c. ἐκ τοῦ οἴνου, &c. Vide suprà, 14.b.7. Opibus, ἐκ τῆς δυνάμεως. Siue opulentia. δύναμις enim hoc in loco idem declarat atque חיל, apud Hebræos.

οἱ βασιλῆς τῆς γῆς μετ' αὐτῆς ἐπόρθυσαν, καὶ οἱ ἔμποροι τῆς γῆς ἐκ τῆ δυνάμεως τῆ τρυφῆς αὐτῆς ἐπλούτησαν.

reges terræ cum ea fornicati ſunt, & mercatores terræ opibus deliciarum eius diuites facti ſunt.

reges terræ cum illa fornicati ſunt, & mercatores terræ de virtute deliciarũ eius diuites facti ſunt.

4 Καὶ ἤκουσα ἄλλην φωνὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λέγουσαν, Ἐξέλθατε ἐξ αὐτῆς ὁ λαός μου, ἵνα μὴ συγκοινωνήσητε ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῆς, καὶ ἵνα μὴ λάβητε ἐκ τῶν πληγῶν αὐτῆς,

Et audiui aliam vocem è cælo dicentem, Exite ex ea populo mi, ne participes ſitis peccatorum eius, & ex plagis eius accipiatis.

4 Et audiui aliam vocem de cælo dicẽtem, Exite de illa populus meus, ut ne participes ſitis delictorũ eius, & de plagis eius nõ accipiatis.

5 ὅτι ἐκολλήθησαν αὐτῆς αἱ ἁμαρτίαι ἄχρι τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐμνημόνευσεν ὁ Θεὸς τὰ ἀδικήματα αὐτῆς.

Nam accumulata peccata eius pertigerunt vſque in cælũ: & recordatus eſt Deus ſcelerũ eius.

5 Quoniam peruenerunt peccata eius uſque ad cælũ, & recordatus eſt Deus iniquitatum eius.

6 Ἀπόδοτε αὐτῇ ὡς καὶ αὐτὴ ἀπέδωκεν ὑμῖν, καὶ διπλώσατε αὐτῇ διπλᾶ κατὰ τὰ ἔργα αὐτῆς· ἐν τῷ ποτηρίῳ ᾧ ἐκέρασε, κεράσατε αὐτῇ διπλοῦν.

Reddite ei ſicut & ipſa reddidit vobis: & duplicate ei duplũ ſecundum opera eius: in poculo quod propinauit, propinate ei duplum.

6 Reddite illi ſicut et ipſa reddidit nobis, & duplicate duplicia ſecundum opera eius: in poculo quo miſcuit, miſcete illi duplũ.

7 Ὅσα ἐδόξασεν ἑαυτὴν καὶ ἐστρηνίασε, τοσοῦτον δότε αὐτῇ βασανισμὸν καὶ πένθος· ὅτι ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς λέγει, Κάθημαι βασίλισσα, καὶ χήρα οὐκ εἰμί, καὶ πένθος οὐ μὴ ἴδω.

Quantum extulit ſeſe & luxuriata eſt, tantum date ei cruciatum & luctum: quia in corde ſuo dicit, Sedeo regina, nec ſum vidua, nec luctum videbo.

7 Quantum glorificauit ſe, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum: quia in corde ſuo dicit, Sedeo regina, & vidua non ſum, & luctũ non videbo.

8 Διὰ τοῦτο ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἥξουσιν αἱ πληγαὶ αὐτῆς, θάνατος καὶ πένθος καὶ λιμός, καὶ ἐν πυρὶ κατακαυθήσεται, ὅτι ἰσχυρὸς Κύριος ὁ Θεὸς ὁ κρίνων αὐτήν.

Ideo vna die venient plagæ eius, mors & luctus, & fames: & igne exuretur, quia validus eſt Dominus Deus, qui damnabit eam.

8 Ideo in una die uenient plagæ eius, mors, & luctus, & fames, & igne cõburetur: quia fortis eſt Dominus Deus qui iudicabit illam.

9 Καὶ κλαύσονται αὐτὴν καὶ κόψονται ἐπ' αὐτῇ οἱ βασιλῆς τῆς γῆς, οἱ μετ' αὐτῆς πορνεύσαντες καὶ στρηνιάσαντες, ὅταν βλέπωσι τὸν καπνὸν τῆς πυρώσεως αὐτῆς·

Tum flebunt eam & plangent ſuper ea reges terræ, qui cum illa fornicati & luxuriati ſunt, quum viderint fumum incendii eius:

9 Et flebunt, & plangent ſe ſuper illã reges terræ, qui cũ illa fornicati ſunt, & in deliciis uixerunt, quum uiderint fumũ incendij eius:

10 ἀπὸ μακρόθεν ἑστηκότες διὰ τὸν φόβον τοῦ βασανισμοῦ αὐτῆς, λέγοντες, Οὐαί, οὐαί, ἡ πόλις ἡ μεγάλη Βαβυλών, ἡ πόλις ἡ ἰσχυρά, ὅτι ἐν μιᾷ ὥρᾳ ἦλθεν ἡ κρίσις σου.

Procul ſtantes propter timorem cruciatus eius, & dicentes, Vah, vah, Magna illa vrbs Babylon, vrbs illa valida cuius vna hora venit iudicium.

10 Longè ſtantes propter timorem tormentorum eius, dicentes, Væ, uæ Ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis: quoniã una hora uenit iudicium tuum.

11 Καὶ οἱ ἔμποροι τῆς γῆς κλαίουσι καὶ πενθοῦσιν ἐπ' αὐτῇ, ὅτι τὸν γόμον αὐτῶν οὐδεὶς ἀγοράζει οὐκέτι.

Sed & mercatores terræ flebunt & lugebunt ſuper ea: quoniam merces eorum nemo emit amplius.

11 Et negotiatores terræ flebunt, & lugebunt ſuper illam: quoniam merces eorum nemo emet amplius.

12 Γόμον χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ λίθου τιμίου, καὶ μαργαρίτου, καὶ βύσσου, καὶ πορφύρας, καὶ σηρικοῦ, καὶ κοκκίνου, καὶ πᾶν ξύλον θύινον, καὶ πᾶν σκεῦος ἐλεφάντινον, καὶ πᾶν σκεῦος ἐκ ξύλου τιμιωτάτου, καὶ χαλκοῦ καὶ σιδήρου καὶ μαρμάρου,

Merces auri, & argenti, & lapidis pretioſi, margaritarum, byſſi, purpuræ, ſerici & cocci, & omne lignum thyinum, & omne vas eburneum, & omne vas ex ligno pretioſiſſimo, & ære, & ferro, & marmore,

12 Merces auri & argenti, & lapidũ pretioſi, & margaritæ, & byſſi, & purpuræ, & ſerici, & cocci, et omne lignũ thyinum, et omnia uaſa eburnea, et omnia uaſa de lapide pretioſo, et æramẽto, et ferro, et marmore,

5 Accumulata pertigerunt, ἐκολλήθησαν. Vulg. & Eraſ. Peruenerunt: non ſatis expreſſè. Vſus enim eſt verbo κολλᾶσθαι, quo ſignificatur peccata mutuò ſeſe conſequentia, & alia naſcentia ex aliis, ſo eũ tanquẽ cumulũ excreuiſſe vt ad cælum vſque pertigerint. 7 In corde ſuo, ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς. Heb. בלבה, pro ſecum, ſiue apud ſe. Nec ſum vidua, καὶ χήρα οὐκ εἰμί. i. populoſa ſum ac potẽs. Eſt enim liptote Hebraïs familiaris, vt diximus ſuprà, 12. c. 11. Nec videbo, οὐ μὴ ἴδω. i. ſentiam & experiar, vt alibi expoſuimus, ex Hebræorum idiotiſmo.

8 Vna die, ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ. Id eſt breui, & vno eodémque tempore.

11 Thyinum, θύινον. Ita Vulg. editio conuertit lignum quod ab Hebræis תאשור, 1. Reg. 10. b. 11: ex Græca in-

terpretatione, vt opinor: quanuis ea quæ nunc extat ſub ſeptuaginta interpretum nomine, non Σάρα, ſed ἀπολωλεκυῖα, id eſt Nõ dolata, conuertit. Dioſcorides thymi ligni meminit libro primo: ſed quid illud ſit plane ignoro.

Καὶ κινάμωμον, καὶ θυμιάματα, καὶ μύρον, καὶ λίβανον, καὶ οἶνον, καὶ ἔλαιον, καὶ σεμίδαλιν, καὶ σῖτον, καὶ κτήνη, καὶ πρόβατα, καὶ ἵππων, καὶ ῥεδῶν, καὶ σωμάτων, καὶ ψυχὰς ἀνθρώπων.

13 Et cinamomum, & ſuffitus, & vnguentum, & thus, & vinum, & oleum, & ſimilam, & triticum, & iumenta, & oues, & equorum *merces*, & rhedarũ, & mancipiorum, & animas hominum.

13 *Et cinamomum, & odoramentorũ, & unguentũ & thuris, & uini, & olei, & ſimilæ, & tritici, & iumentorum, & ouiũ, & equorum, & rhedarum, & mancipiorum, & animarum hominum.*

Καὶ ἡ ὀπώρα τῆς ἐπιθυμίας τῆς ψυχῆς σου ἀπῆλθεν ἀπὸ σοῦ, καὶ πάντα τὰ λιπαρὰ καὶ τὰ λαμπρὰ ἀπῆλθεν ἀπὸ σοῦ, καὶ οὐκέτι οὐ μὴ εὑρήσουσιν αὐτά.

14 Et fructus deſiderii animæ tuæ abierunt à te: & omnia pinguia & præclara abierunt à te: nec amplius ea inuenies.

14 *Et poma deſiderij animæ tuæ diſceſſerunt à te, & omnia pinguia & præclara perierunt à te, & amplius illa iam non inuenient.*

Οἱ ἔμποροι τούτων οἱ πλουτήσαντες, ἀπ' αὐτῆς ἀπὸ μακρόθεν στήσονται διὰ τὸν φόβον τοῦ βασανισμοῦ αὐτῆς, κλαίοντες καὶ πενθοῦντες.

15 Harum, *inquam*, rerum mercatores diuites facti, procul ab ea ſtabunt, propter timorem cruciatus eius, flẽtes ac lugẽtes:

15 *Mercatores horum, qui diuites facti ſunt ab ea, longè ſtabunt propter timorẽ tormentorum eius, flentes ac lugentes:*

Καὶ λέγοντες, Οὐαὶ, οὐαὶ, ἡ πόλις ἡ μεγάλη, ἡ περιβεβλημένη βύσσινον καὶ πορφυροῦν καὶ κόκκινον, καὶ κεχρυσωμένη ἐν χρυσῷ καὶ λίθῳ τιμίῳ καὶ μαργαρίταις· ὅτι μιᾷ ὥρᾳ ἠρημώθη ὁ τοσοῦτος πλοῦτος.

16 Et dicentes, Vah, vah, ciuitas illa magna, quæ amicta erat byſſo & purpura & cocco, & deaurata erat auro & lapidibus pretioſis & margaritis. quinã vna hora deſtitutæ ſunt tantæ diuitiæ?

16 *Et dicentes, Væ, væ, ciuitas illa magna, quæ amicta erat byſſo & purpura & cocco, & deaurata erat auro & lapidibus pretioſo & margaritis. quoniam una hora deſtitutæ ſunt tantæ diuitiæ.*

Καὶ πᾶς κυβερνήτης, καὶ πᾶς ὁ ἐπὶ τόπον πλοίων ὁ ὄχλος, καὶ ναῦται, καὶ ὅσοι τὴν θάλασσαν ἐργάζονται, ἀπὸ μακρόθεν ἔστησαν·

17 Sed & omnes gubernatores, & omnis in nauibus verſantiũ turba, & nautæ, & quotquot ex mari quæſtum faciunt, longè ſtabunt:

17 *Et omnes gubernator, & omnes qui in locum nauigant & nautæ, & qui in mari operantur, longè ſteterunt:*

Καὶ ἔκραζον ὁρῶντες τὸν καπνὸν τῆς πυρώσεως αὐτῆς, λέγοντες, Τίς ὁμοία τῇ πόλει τῇ μεγάλῃ;

18 Et clamabunt, videntes fumũ incendii eius, & dicẽt, Quæ ſimilis erat vrbi iſti magnæ?

18 *Et clamauerunt uidentes locum incendij eius, dicentes, Quæ ſimilis ciuitati huic magnæ?*

Καὶ ἔβαλον χοῦν ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ ἔκραζον κλαίοντες, καὶ πενθοῦντες, λέγοντες, Οὐαὶ, οὐαὶ, ἡ πόλις ἡ μεγάλη ἐν ᾗ ἐπλούτησαν πάντες οἱ ἔχοντες πλοῖα ἐν τῇ θαλάσσῃ ἐκ τῆς τιμιότητος αὐτῆς, ὅτι μιᾷ ὥρᾳ ἠρημώθη.

19 Et iniecto capitibus puluere, clamabunt flentes ac lugentes, & dicentes, Vah, vah, vrbs illa magna, in qua diuites facti ſũt omnes qui habebant naues in mari, pretiis eius, quæ vna hora deſolata eſt.

19 *Et miſerunt puluerem ſuper capita ſua: & clamauerunt flentes, & lugẽtes, dicẽtes, Væ, væ, ciuitas illa magna in qua diuites facti ſunt omnes qui habebant naues in mari de pretijs eius: quoniam una hora deſolata eſt.*

13 Rhedarum, ῥεδῶν. Id eſt lecticarum, quibus Romæ etiamnum hodie vehuntur nobilia præſertim ſcorta. Eſt autem Gallicum vocabulum, quod paulò vſurpatum eſt à Romanis, & tandem ad Græcos etiam tranſiit, vt alia pleraque à nobis annotata Mat. 5. d. 16. Animas hominũ, ψυχὰς ἀνθρώπων. Hæc verò eſt apud illos viliſſimi pretii merces, quam tamen Filius Dei ſuo ſanguine redimendam putauit. Vide 1. Pet. 1. a. 3.

14 Et fructus, καὶ ἡ ὀπώρα. Id eſt fructus illi ſuauiſſimi quos toto animo expetebas. Cæterùm idem hic accidiſſe puto quod ſuprà, 16. c. 15, vt trãſpoſitus ſit iſte verſiculus. Nam prorſus cohæret verſiculus proximus, id eſt 15, cum ſuperioribus, adeo vt prorſus ſit interrupta narratio. Quòd ſi hunc verſiculum ſubiecetis verſiculo 23, tum demum videbis quàm bene omnia cohærebunt: nempe hoc modo, Et fructus deſiderii animæ tuæ, &c. Et amplius illa non inuenies. Sed in ea ſanguis Prophetarum & ſanctorum inuentus eſt, &c. Mihi tamen religio fuit quicquam mutare ex nuda coniectura. Hoc quidem certum eſt, valde negligenter habitum hunc librum à pleriſque, quòd de eius authoritate dubitarent, aſtutia nimirum Satanæ ſingulari, ne hæc myſteria ſuo tempore patefierent.

15 Harum, ὧν, quam, rerum mercatores, οἱ ἔμποροι τούτων. Manifeſta eſt epanalepſis, propter longum interiectum catalogum.

17 Et quotquot ex mari quæſtũ faciunt, καὶ ὅσοι τὴν θάλασσαν ἐργάζονται. Ἐργάζεσθαι accipiunt Græci pro eo quod Latini dicunt Facere, vt Præconium facere, Argentariam facere, Medicinam facere, & ſimilia. Stabunt, ἔστησαν. Præteritum pro futuro, Prophetarum more.

Εὐφραίνου ἐπ' αὐτῇ οὐρανέ, καὶ οἱ ἅγιοι 20 Exulta ſuper eam cælum, & ſancti Apoſtoli & Prophetæ, quoniam ſumpſit pœnas Deus veſtræ vltionis cauſa de illa.

20 Exulta ſuper eam cælũ & ſanctis Apoſtoli, et Prophetæ, quoniam iudicabit Deus iudicium veſtrũ de illa.

ἀπόστολοι καὶ οἱ προφῆται, ὅτι ἔκρινεν ὁ Θεὸς τὸ κρῖμα ὑμῶν ἐξ αὐτῆς.

Καὶ ἦρεν εἷς ἄγγελος ἰσχυρὸς λίθον ὡς 21 Tum ſuſtulit quidam Angelus fortis lapidem inſtar molæ magnæ, & proiecit in mare, dicens, Ita cum impetu proiicietur Babylon vrbs illa magna, nec amplius inuenietur.

21 Et ſuſtulit unus Angelus fortis lapidem quaſi molarem magnum, & miſit in mare, dicens, Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna, & ultrà iam nõ inuenietur.

μύλον μέγαν, καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν θάλασσαν, λέγων, Οὕτως ὁρμήματι βληθήσεται Βαβυλὼν ἡ μεγάλη πόλις, καὶ οὐ μὴ εὑρεθῇ ἔτι.

Καὶ φωνὴ κιθαρῳδῶν καὶ μουσικῶν καὶ 22 Et vox citharœdorũ & muſicorum & tibia ac tuba canentiũ non audietur in te amplius: nec vllus artifex cuiuſcunque artis inuenietur in te amplius: & ſonitus molæ non audietur in te amplius:

22 Et vox citharœdorum & muſicorum & tibia canentium & tuba non audietur in te amplius: & omnis artifex omnis artis non inuenietur in te amplius: & vox molæ non audietur in te amplius:

αὐλητῶν καὶ σαλπιστῶν οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι· καὶ πᾶς τεχνίτης πάσης τέχνης οὐ μὴ εὑρεθῇ ἐν σοὶ ἔτι· καὶ φωνὴ μύλου οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι·

Καὶ φῶς λύχνου οὐ μὴ φανῇ ἐν σοὶ ἔτι· καὶ 23 Et lux lucernæ nõ lucebit ĩ te amplius: & vox ſponſi & ſponſæ nõ audietur amplius in te: cuius mercatores erant proceres terræ, & cuius veneficiis ſeductæ ſunt omnes gentes.

23 Et lux lucernæ non lucebit in te amplius, & vox ſponſi & ſponſæ nõ audietur adhuc in te: quia mercatores tui erãt principes terræ, quia in veneficiis tuis errauerunt omnes gentes.

φωνὴ νυμφίου καὶ νύμφης οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι· ὅτι οἱ ἔμποροί σου ἦσαν οἱ μεγιστᾶνες τῆς γῆς, ὅτι ἐν τῇ φαρμακείᾳ σου ἐπλανήθησαν πάντα τὰ ἔθνη,

Καὶ ἐν αὐτῇ αἷμα προφητῶν καὶ ἁγίων 24 Sed in ea ſanguis Prophetarum & ſanctorum inuentus eſt, & omnium qui mactati ſunt in terra.

24 Et in ea ſanguis Prophetarum & ſanctorum inuẽtus eſt, & omniũ qui interfecti ſunt in terra.

εὑρέθη, καὶ πάντων τῶν ἐσφαγμένων ἐπὶ τῆς γῆς.

Κεφάλαιον ιθ'

CAP. XIX.

CAP. XIX

Καὶ μετὰ ταῦτα ἤκουσα φωνὴν ὄχλου 1 Poſthæc audiui vocem magnam turbæ multæ in cælo dicẽtis, Halleluia: ſalus, & honor, & gloria, & virtus Domino Deo noſtro eſt:

1 Poſt hæc audiui quaſi vocem turbarũ multarum in cælo, dicentiũ Allelui a. Laus & gloria & virtus Deo noſtro eſt:

πολλοῦ μεγάλην ἐν τῷ οὐρανῷ, λέγοντας, Ἀλληλουϊά· ἡ σωτηρία, καὶ ἡ δόξα, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ δύναμις Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν·

Ὅτι ἀληθιναὶ καὶ δίκαιαι αἱ κρίσεις αὐτοῦ, ὅτι ἔκρινε τὴν πόρνην τὴν μεγάλην, ἥτις ἔφθειρε τὴν γῆν ἐν τῇ πορνείᾳ αὐτῆς, καὶ ἐξεδίκησε τὸ αἷμα τῶν δούλων αὐτοῦ ἐκ τῆς χειρὸς αὐτῆς.

Καὶ δεύτερον εἰρήκασιν, Ἀλληλουϊά. Καὶ ὁ καπνὸς αὐτῆς ἀναβαίνει εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Καὶ ἔπεσαν οἱ πρεσβύτεροι οἱ εἴκοσι καὶ τέσσαρες, καὶ τὰ τέσσαρα ζῷα, καὶ προσεκύνησαν τῷ Θεῷ τῷ καθημένῳ ἐπὶ τῷ θρόνου, λέγοντες, Ἀμήν· ἀλληλουϊά.

2 Quia vera & iuſta iudicia eius, & meretricem illam magnam quæ corrupit terrã ſcortatione ſua, damnauit, & vindicauit ſanguinem ſeruorũ ſuorum ex manu eius.

2 Quia uera & iuſta iudicia eius ſunt: iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terram in proſtitutione ſua, & uindicauit ſanguinem ſeruorum ſuorum de manibus eius.

3 Deinde ſecundò dixerunt, Halleluia: & fumus eius aſcendit in ſecula ſeculorum.

3 Et iterum dixerunt, Allelui a. Et fumus eius aſcẽdit in ſecula ſeculorum.

4 Et procciderunt viginti quatuor Senes & quatuor animalia, & adorauerunt Deum inſidentem throno, dicentes, Amen: Halleluia.

4 Et ceciderunt ſeniores uiginti quatuor, & quatuor animalia, & adorauerunt Deũ ſedẽtẽ ſuper thronum, dicentes, Amen: allelui a.

10 Sumpſit pœnas veſtræ vltionis cauſa, ἔκρινεν τὸ κρῖμα ὑμῶν. Vulg. & Eraſ. ad verbum, Iudicauit veſtrum iudicium, ſeruato Hebraiſmo.

11 Nec amplius inuenietur, καὶ οὐ μὴ εὑρεθῇ ἔτι. i. diſparebit. Vide ſuprà, 12. b. 8.

13 Omnes gentes, &c. πάντα τὰ ἔθνη, &c. Vide ſuprà, ver. 14.

IN CAPVT XIX.

1 Halleluia, ἀλληλουϊά. Id eſt Laudate Dominũ. Eſt autem hoc quoque vnũ ex illis quæ ab iis qui ex Circunciſione crediderant, ad Græcos manarunt, & à Græcis demũ ad Latinos, vt alia nonnulla. Salus, ἡ σωτηρία. Vide ſuprà, 7. c. 10.

3 Et fumus eius, &c. καὶ ὁ καπνὸς αὐτῆς. &c. Mihi videtur hæc particula ſuperiori verſiculo cõmodius poſſe attexi, poſt ἐκ χειρὸς αὐτῆς, ex manu eius.

Καὶ φωνὴ ἐκ τοῦ θρόνου ἐξῆλθε, λέγουσα, Αἰνεῖτε τὸν Θεὸν ἡμῶν πάντες οἱ δοῦλοι αὐτοῦ, καὶ οἱ φοβούμενοι αὐτὸν καὶ οἱ μικροὶ καὶ οἱ μεγάλοι.

5 Tum vox è throno prodiit, dicens, Laudate Deũ noſtrum omnes ſerui eius, & qui timetis eum parui & magni.

5 Et vox de throno exiuit dicens. Laudem dicite Deo noſtro omnes ſerui eius, & qui timetis eum puſilli & magni.

Καὶ ἤκουσα ὡς φωνὴν ὄχλου πολλοῦ, καὶ ὡς φωνὴν ὑδάτων πολλῶν, καὶ ὡς φωνὴν βροντῶν ἰσχυρῶν, λεγόντων, Αλληλουϊα· ὅτι ἐβασίλευσε Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ.

6 Et audiui tanquam ſonitum turbæ multæ, & tãquam ſonitum aquarum multarum, & tanquam ſonitum tonitruorũ magnorum, dicentium, Halleluia: quoniã regnauit Dominꝰ Deus ille noſter omnipotens.

6 Et audiui quaſi vocem turbæ magnæ, & ſicut vocem aquarum multarum, & ſicut vocem tonitruorũ magnorum, dicentium, Alleluia: quoniã regnauit Dominus Deus noſter omnipotens.

Χαίρωμεν καὶ ἀγαλλιῶμεν, καὶ δῶμεν τὴν δόξαν αὐτῷ, ὅτι ἦλθεν ὁ γάμος τοῦ Ἀρνίου, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἡτοίμασεν ἑαυτήν.

7 Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius parauit ſe.

7 Gaudeamus & exultemus, & demus gloriã ei: quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit ſe.

Καὶ ἐδόθη αὐτῇ ἵνα περιβάληται βύσσινον καθαρὸν καὶ λαμπρόν. Τὸ γὰρ βύσσινον τὰ δικαιώματά ἐστι τῶν ἁγίων.

8 Et datum eſt ei vt amiciatur byſſo puro, & ſplẽdido. byſſus enim iuſtificationes ſunt Sanctorum.

8 Et datum eſt iſti vt cooperiat ſe byſſino ſplendenti & cãdido. byſſinũ enim, iuſtificationes ſunt ſanctorum.

Καὶ λέγει μοι, Γράψον, Μακάριοι οἱ εἰς τὸ δεῖπνον τοῦ γάμου τοῦ Ἀρνίου κεκλημένοι. Καὶ λέγει μοι, Οὗτοι οἱ λόγοι ἀληθινοί εἰσι τοῦ Θεοῦ.

9 Tũ dixit mihi, Scribe, Beati qui ad cœnam nuptiarũ Agni vocati ſunt. Et dixit mihi, Hæc verba Dei vera ſunt.

9 Et dixit mihi, Scribe, Beati qui ad cœnam nuptiarũ Agni vocati ſunt. Et dixit mihi, Hæc verba Dei vera ſunt. Matth. 22. d. 3

Καὶ ἔπεσον ἔμπροσθεν τῶν ποδῶν αὐτοῦ προσκυνῆσαι αὐτῷ· καὶ λέγει μοι, Ὅρα μή· σύνδουλός σου εἰμὶ καὶ τῶν ἀδελφῶν σου τῶν ἐχόντων τὴν μαρτυρίαν τοῦ Ἰησοῦ. τῷ Θεῷ προσκύνησον. ἡ γὰρ μαρτυρία τοῦ Ἰησοῦ ἐστὶ τὸ πνεῦμα τῆς προφητείας.

10 Et cecidi ante pedes eius vt adorarem eum: ſed dixit mihi, Vide ne feceris: conſeruus tuus ſum, unus ex fratribus tuis qui habent teſtimoniũ Ieſu. Deũ adora: teſtimoniũ enim Ieſu eſt Spiritus Prophetiæ.

10 Et cecidi ante pedes eius vt adorarem eum. Et dicit mihi, Vide ne feceris: cõſeruus tuus ſum, & fratrum tuorum habentium teſtimonium Ieſu. Deũ adora: teſtimonium enim Ieſu, eſt Spiritꝰ prophetiæ.

Καὶ εἶδον τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγμένον, καὶ ἰδοὺ ἵππος λευκός, καὶ ὁ καθήμενος ἐπ' αὐτὸν καλούμενος πιστὸς καὶ ἀληθινός, καὶ ἐν δικαιοσύνῃ κρίνει καὶ πολεμεῖ.

11 Deinde vidi cælum apertum, & ecce aſſurit equus albus: & qui ſedebat ſuper eũ, vocabatur Fidelis & Verax, & qui iuſtè iudicat & pugnat.

11 Et vidi cælum apertum, & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum, vocabatur Fidelis & Verax, & in iuſtitia iudicat & pugnat.

Οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὡς φλὸξ πυρός, καὶ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ διαδήματα πολλά· ἔχων ὄνομα γεγραμμένον ὃ οὐδεὶς οἶδεν εἰ μὴ αὐτός·

11 Oculi autem eius erant tanquam flamma ignis: & in capite eius diademata multa: habebátque nomen ſcriptum quod nemo nouit niſi ipſe:

11 Oculi autem eius ſicut flamma ignis: & in capite eius diademata multa: habens nomen ſcriptum quod nemo nouit niſi ipſe.

Καὶ περιρεραμμένος ἱμάτιον βεβαμμένον αἵματι· καὶ κέκληται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ.

13 Et amictus erat veſte tincta ſanguine: vocatúrque nomen eius Sermo Dei.

13 Et veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine: & vocatur nomẽ eius Verbũ Dei.

8 Iuſtificationes, τὰ δικαιώματα. Id eſt, bona illa opera quæ ſunt viuæ fidei teſtimonia.

9 Tum dixit mihi, καὶ λέγει μοι. Dixit mihi, videlicet Angelus ille cuius mentio facta eſt ſuperiore capite. Redit enim ad narrationem quæ intermiſſa fuerat ab huius capitis initio.

10 Teſtimonium Ieſu, τὴν μαρτυρίαν τοῦ Ἰησοῦ. Id eſt, quibus mandatum eſt vt de Ieſu teſtificentur, ſicut 5 paulopòſt explicat. Significat enim ſe ex eorum numero eſſe quibus vtatur Deus ad ſignificanda Prophetis arcana Dei, quæ ipſi deinde cæteris hominibus explicent, vt diximus ſuprà, 1. a. 1. Teſtimonium enim Ieſu, ἡ γὰρ μαρτυρία Ἰησοῦ. Rectè omnino. huc enim tanquam ad vnum eúmque certiſſimum ſcopum feruntur omnes Prophetiæ: ex quo efficitur, eum demum eſſe verum ſpiritum Prophetiæ, & à nobis audiendũ, qui ad Ieſum nos adducit.

11 Et qui iuſtè iudicat, καὶ ἐν δικαιοσύνῃ κρίνει. Subaudio particulam VERVM, vt hoc quoque ad nomen vel po-
10 tius ad nominis explicationem pertineat.

Καὶ τὰ στρατεύματα τὰ τοῦ οὐρανοῦ ἠκολούθει αὐτῷ ἐφ' ἵπποις λευκοῖς, ἐνδεδυμένοι βύσσινον λευκὸν καθαρόν.

14 Exercitus autem qui ſunt in cælo, ſequebãtur eum equis albis, veſtiti byſſo albo & puro.

14 Et exercitus qui ſunt in cælo, ſequebãtur eum in equis albis, veſtiti byſſino albo & mundo.

Καὶ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ἐκπορεύεται ῥομφαία ὀξεῖα, ἵνα ἐν αὐτῇ πατάξῃ τὰ ἔθνη· καὶ αὐτὸς ποιμανεῖ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ· καὶ αὐτὸς πατεῖ τὸν ληνὸν τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ τοῦ παντοκράτορος.

Psal.2.c.15

15 Et ex ore eius prodibat gladius acutus, vt eo percutiat gentes. ‖ Ipſe enim reget eas virga ferrea: ipſe enim eſt qui calcat lacum vini furoris & iræ Dei omnipotentis.

15 Et de ore eius procedit gladius acutus, ut in ipſo percutiat Gentes. Et ipſe reget eas in virga ferrea: & ipſe calcat torcular uini furoris iræ Dei omnipotentis.

Καὶ ἔχει ἐπὶ τὸ ἱμάτιον καὶ ἐπὶ τὸν μηρὸν αὐτοῦ ὄνομα γεγραμμένον, Βασιλεὺς βασιλέων καὶ Κύριος κυρίων.

supra.d.17.c.14 1.tim.6.d.15.

16 Habebátque in veſtimento & in femore ſuo nomen ſcriptũ, ‖ Rex regum, & Dominus dominantium.

16 Et habet in veſtimento & in femore ſuo ſcriptũ. Rex regum & Dominus dominantium.

Καὶ εἶδον ἕνα ἄγγελον ἑστῶτα ἐν τῷ ἡλίῳ· καὶ ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ, λέγων πᾶσι τοῖς ὀρνέοις τοῖς πετωμένοις ἐν μεσουρανήματι, Δεῦτε καὶ συνάχθητε εἰς τὸ δεῖπνον τοῦ μεγάλου Θεοῦ,

17 Tũc vidi *quendam* Angelum ſtantem in ſole, qui clamauit voce magna, dicens omnibus auibus quæ volabãt per mediũ cæli, Adeſte & congregamini ad cœnam magni Dei,

17 Et vidi unum Angelum ſtantem in ſole, & clamauit voce magna, dicens omnibus auibus quæ volabant per medium cæli, Venite & congregamini ad cœnam magnam Dei.

Ἵνα φάγητε σάρκας βασιλέων, καὶ σάρκας χιλιάρχων, καὶ σάρκας ἰσχυρῶν, καὶ σάρκας ἵππων καὶ τῶν καθημένων ἐπ' αὐτοῖς, καὶ σάρκας πάντων ἐλευθέρων καὶ δούλων, καὶ μικρῶν καὶ μεγάλων.

18 Vt edatis carnes regũ, & carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorũ, & eorũ qui ipſis inſident, & carnes omnium liberorum ac ſeruorum, paruorum ac magnorum.

18 Vt manducetis carnes regum, & carnes tribunorũ, & carnes fortium, & carnes equorum, & ſedentiũ in ipſis, & carnes omniũ liberorum & ſeruorum, & puſillorũ et magnorũ.

Καὶ εἶδον τὸ θηρίον, καὶ τοὺς βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ τὰ στρατεύματα αὐτῶν συνηγμένα ποιῆσαι πόλεμον μετὰ τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ ἵππου καὶ μετὰ τοῦ στρατεύματος αὐτοῦ.

19 Deinde vidi beſtiam illam, & reges terræ, & exercitus eorũ congregatos ad gerendum bellum cũ eo qui inſidebat equo, & cum exercitu eius.

19 Et vidi beſtiam & reges terræ, & exercitus eorũ congregatos ad faciendũ prælium cum illo qui ſedebat in equo, & cum exercitu eius.

Καὶ ἐπιάσθη τὸ θηρίον, καὶ μετ' αὐτοῦ ὁ ψευδοπροφήτης ὁ ποιήσας τὰ σημεῖα ἐνώπιον αὐτοῦ, ἐν οἷς ἐπλάνησε τοὺς λαβόντας τὸ χάραγμα τοῦ θηρίου, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας τῇ εἰκόνι αὐτοῦ· ζῶντες ἐβλήθησαν οἱ δύο εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρὸς τὴν καιομένην ἐν θείῳ.

20 Sed apprehenſa eſt beſtia, & cũ ea pſeudopropheta ille qui ediderat ſigna coram ea, quibus ſeduxit eos qui acceperunt characterem beſtiæ, & qui adorarunt imaginem eius: viui cõiecti ſunt hi duo in ſtagnum ignis ardẽs ſulphure:

20 Et apprehẽſa eſt beſtia, & cum ea pſeudopropheta, qui fecit ſigna coram ipſo, quibus ſeduxit eos q̃ acceperunt characterem beſtiæ, & qui adorauerunt imaginem eius: missi ſunt hi duo in ſtagnum ignis ardẽs ſulphure.

Καὶ οἱ λοιποὶ ἀπεκτάνθησαν ἐν τῇ ῥομφαίᾳ τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ ἵππου, τῇ ἐκπορευομένῃ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ· καὶ πάντα τὰ ὄρνεα ἐχορτάσθησαν ἐκ τῶν σαρκῶν αὐτῶν.

21 Et reliqui occiſi ſunt gladio eius qui inſidet equo, prodeunte ex ore ipſius: & omnes aues ſaturatæ ſunt carnibus eorum.

21 Et cæteri occiſi ſunt in gladio ſedentis ſuper equum, q̃ procedit de ore ipſius: & omnes aues ſaturatæ ſunt carnibus eorum.

Κεφάλαιον κ΄

CAP. XX.

CAP. XX.

Καὶ εἶδον ἄγγελον καταβαίνοντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἔχοντα τὴν κλεῖδα τῆς ἀβύσσου, καὶ ἅλυσιν μεγάλην ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ.

1 Deinde vidi Angelum deſcẽdẽtem è cælo qui habebat clauem abyſſi, & catenam magnam in manu ſua.

1 Et vidi Angelum deſcendentem de cælo, habentem clauem abyſſi, & catenam magnam in manu ſua.

15 Ipſe enim, &c. καὶ αὐτὸς, &c. i. αὐτὸς τὸν. Nam mirè varius eſt vſus particulæ καὶ in hoc ſcripto, nimirũ ex Hebræorum conſuetudine, qui ſuum illud ו pro omnibus penè particulis vſurpant.

Καὶ ἐκράτησεν τὸν δράκοντα, ὁ ὄφις ὁ ἀρχαῖος, ὅς ἐστι διάβολος καὶ Σατανᾶς· καὶ ἔδησεν αὐτὸν χίλια ἔτη.

2 Et apprehendit draconem, serpentē, inquam, illum antiquū, qui est diabolus & Satanas, & vinxit eum ad annos mille.

2 Et apprehendit draconem, serpentem antiquū, q̄ est diabolus & Satanas, & ligauit eum p̄ annos mille.

Καὶ ἔβαλεν αὐτὸν εἰς τὸν ἄβυσσον, καὶ ἔκλεισεν αὐτὸν, καὶ ἐσφράγισεν ἐπάνω αὐτοῦ, ἵνα μὴ πλανήσῃ τὰ ἔθνη ἔτι, ἄχρι τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη· καὶ μετὰ ταῦτα δεῖ αὐτὸν λυθῆναι μικρὸν χρόνον.

3 Cōiecítque eum in abyssum, & clausit eum, & obsignauit super eū, vt non seducat amplius gentes, donec compleantur anni mille: nam postea oportet eum solui ad exiguum tempus.

3 Et misit eum in abyssum, & clausit, et signauit super illum: ut non seducat amplius Gentes, donec consummentur mille anni: & post hæc oportet illū solui modico tempore.

Καὶ εἶδον θρόνους, καὶ ἐκάθισαν ἐπ' αὐτούς, καὶ κρῖμα ἐδόθη αὐτοῖς· καὶ τὰς ψυχὰς τῶν πεπελεκισμένων διὰ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ καὶ διὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ οἵτινες οὐ προσεκύνησαν τὸ θηρίον, οὐδὲ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἔλαβον τὸ χάραγμα ἐπὶ τὸ μέτωπον αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτῶν· καὶ ἔζησαν, καὶ ἐβασίλευσαν μετὰ τοῦ Χριστοῦ τὰ χίλια ἔτη.

4 Deindevidi sedes, & sederūt su per eas, & iudicium datū est eis: & animas eorū qui securi percussi sunt propter testimonium Iesu, & propter sermonem Dei, quíque non adorarūt bestiam, neque imaginē eius, nec acceperunt characterem eius in frōtibus suis, aut in manibus suis: viuéntque & regnabunt cum Christo mille annis.

4 Et vidi sedes, & sederunt sup eas, & iudicium datum est illis: & animas decollatorum propter testimonium Iesu, & propter verbum Dei, & q̄ nō adorauerunt bestiam neque imaginem eius, nec acceperunt characterem in frontibus aut in manibus suis: & vixerunt & regnauerunt cum Christo mille annis.

Οἱ δὲ λοιποὶ τῶν νεκρῶν οὐκ ἀνέζησαν ἕως τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη. Αὕτη ἡ ἀνάστασις ἡ πρώτη.

5 Reliqui verò ex mortuis nō reuiuiscent donec expleti fuerint mille anni. Hæc est resurrectio prima.

5 Cæteri mortuorum non vixerunt, donec consumētur mille anni. Hæc est resurrectio prima.

Μακάριος καὶ ἅγιος ὁ ἔχων μέρος ἐν τῇ ἀναστάσει τῇ πρώτῃ· ἐπὶ τούτων ὁ θάνατος ὁ δεύτερος οὐκ ἔχει ἐξουσίαν, ἀλλ' ἔσονται ἱερεῖς τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ, καὶ βασιλεύσουσι μετ' αὐτοῦ χίλια ἔτη.

6 Beatus & sanctus qui habet parté in resurrectione prima: in hos enim secunda mors non habet potestatem: sed erunt sacerdotes Dei & Christi, & regnabunt cum eo mille annis.

6 Beatus & sanctus q̄ habet partem in resurrectione prima: in his secunda mors non habet potestatem, sed erunt sacerdotes Dei & Christi, & regnabunt cū illo mille annis.

Καὶ ὅταν τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη, λυθήσεται ὁ Σατανᾶς ἐκ τῆς φυλακῆς αὐτοῦ.

7 Quum verò expleti fuerint mille anni, soluetur Satanas è carcere suo.

7 Et quū consummati fuerint mille anni, soluetur Satanas de carcere suo,

Καὶ ἐξελεύσεται πλανῆσαι τὰ ἔθνη τὰ ἐν ταῖς τέσσαρσι γωνίαις τῆς γῆς, τὸν Γὼγ καὶ τὸν Μαγώγ, συναγαγεῖν αὐτοὺς εἰς πόλεμον, ὧν ὁ ἀριθμὸς ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης.

8 Et exibit vt seducat gentes quæ sunt in quatuor angulis terræ, ‖Gog & Magog, vt congreget eos in prælium: quorum numerus est sicut arena maris.

8 Et exibit & seducat Gentes quæ sunt super quatuor angulos terræ, Gog & Magog, & congregabit eos in prælium, quorum numerus est sicut arena maris. Ezech.39.a.6

IN CAPVT XX.

1 Ad annos mille, χίλια ἔτη. Ad verbum, annis mille, vel per annos mille, vt in sequenti versiculo, μικρὸν χρόνον, id est exiguo tēpore, ponitur pro ad exiguum tempus. quæ formula loquendi petita est è medio.

3 Super eum, ἐπάνω αὐτοῦ. Hebraicè על־יו, sicut in vernaculo sermone dicimus, il ferma l'huys sur luy, vt Gene.7.c.16.

4 Et animas, καὶ ψυχὰς, &c. Hi sunt nimirum quibus positæ sunt illæ sedes, & quibus datum est iudicium: quatenus videlicet membra capiti coniuncta sunt, non autem quasi Christi officium ad eos transferatur. Posita sunt igitur relatiua οὓς & αὐτοῖς ante expressum antecedens, Hebræorum more. acsi scriptum esset, Deinde vidi animas eorum qui securi percussi sunt propter testimonium Christi & propter sermonem Dei, quique non adorarūt bestiā, neque imaginē eius, nec acceperunt eius characterem in frontibus suis & manibus suis: & vidi sedes quibus insederunt, datúmque est eis iudicium: & vixerunt ac regnabunt (id est vt viuant & regnent) cum Christo mille annis. Est tamen (fateor) hic Hebraismus à Græcæ & Latinæ linguæ remotissimus: sed in Hebraicis scriptis frequentior quàm vt de eo ambigi possit: veluti Prouer.13.2.15, Num.14.c.17, & alibi passim. Nolui tamen quicquam mutare, ne audaculus viderer. Viuéntque, καὶ ἔζησαν. Cōnectitur hoc verbum non cum proximo verbo ἐβασίλευσαν, acceperunt, sed cum οἵτινες, sederunt, & ἐδόθη, datum est, sicut paulo antè dictum fuit. Deinde obseruandum est etiam positum esse præteritum pro futuro, ex Prophetarum more: quod ex versiculo sexto liquet. 8 Angulis, γωνίαις Id est plagis & cardinibus. Vide suprà, 7.a.1

Καὶ ἀνέβησαν ἐπὶ τὸ πλάτος τῆς γῆς, καὶ ἐκύκλωσαν τὴν παρεμβολὴν τῶν ἁγίων καὶ τὴν πόλιν τὴν ἠγαπημένην· καὶ κατέβη πῦρ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατέφαγεν αὐτούς.

9 Ascenderunt igitur super latitudinẽ terræ, & circumierunt castra sanctorum,& vrbem dilectam: sed descendit ignis à Deo è cælo,qui deuorauit eos.

9 Et ascẽderunt super latitudinẽ terræ, et circuierunt castra sanctorũ & ciuitatem dilectam,et descendit ignis à Deo de cælo,& deuorauit eos.

Καὶ ὁ διάβολος ὁ πλανῶν αὐτοὺς ἐβλήθη εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρὸς καὶ θείου, ὅπου καὶ τὸ θηρίον καὶ ὁ ψευδοπροφήτης, καὶ βασανισθήσονται ἡμέρας καὶ νυκτὸς εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

10 Et diabolus qui seducebat eos, coniectus est in stagnum ignis & sulphuris, vbi & bestia & pseudopropheta,&cruciabũtur die ac nocte in secula seculorum.

10 Et diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris, vbi & bestia & pseudopropheta cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum.

Καὶ εἶδον θρόνον λευκὸν μέγαν, καὶ τὸν καθήμενον ἐπ' αὐτῷ, οὗ ἀπὸ τοῦ προσώπου ἔφυγεν ἡ γῆ καὶ ὁ οὐρανός, καὶ τόπος οὐχ εὑρέθη αὐτοῖς.

11 Tum vidi thronum magnũ candidum, & quendam ei insidentem, à cuius conspectu fugit terra & cælum, quorum locus non est inuentus.

11 Et vidi thronũ magnũ et cãdidũ,& sedentẽ super eũ, à cuius conspectu fugit terra & cælu,et locus non est inuentus eis.

Καὶ εἶδον τοὺς νεκροὺς τοὺς μικροὺς καὶ τοὺς μεγάλους ἑστῶτας ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ βιβλία ἠνεῴχθησαν· καὶ βιβλίον ἄλλο ἠνεῴχθη, ὅ ἐστι τῆς ζωῆς· καὶ ἐκρίθησαν οἱ νεκροὶ ἐκ τῶν γεγραμμένων ἐν τοῖς βιβλίοις, κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν.

supra 3.v.5 infra 21.v.27 Phil.4.v.3

12 Et vidi mortuos magnos & pusillos stãtes in cõspectu Dei, & libri aperti sunt:& alius liber apertus est,qui est *liber* vitæ:iudicatique sunt mortui ex iis quæ scripta erant in libris,secũdum opera ipsorum.

12 Et vidi mortuos magnos & pusillos stãtes in cõspectu throni,et libri aperti sunt:& alius liber apertus est,qui est uitæ:et iudicati sunt mortui ex iis quæ scripta erant in libris,secũdũ opera ipsorũ.

Καὶ ἔδωκεν ἡ θάλασσα τοὺς ἐν αὐτῇ νεκροὺς, καὶ ὁ θάνατος καὶ ὁ ᾅδης ἔδωκαν τοὺς ἐν αὐτοῖς νεκροὺς· καὶ ἐκρίθησαν ἕκαστος κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν.

13 Et reddidit mare mortuos quos habebat: Mors quoq; & Infern⁹ reddiderũt mortuos quos habebãt:& iudicatũ est de singulis secundum opera ipsorum.

13 Et dedit mare mortuos qui in eo erant,& Mors & Infernus dederũt mortuos suos q̃ in ipsis erãt:et iudicatum est de singulis secũdum opera ipsorum.

Καὶ ὁ θάνατος καὶ ὁ ᾅδης ἐβλήθησαν εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρός· οὗτος ἐστὶν ὁ δεύτερος θάνατος.

14 Infernus autem ac Mors cõiecti sunt in stagnum ignis:quæ est mors secunda.

14 Et infernus et mors missi sunt in stagnum ignis: hæc est mors secunda.

Καὶ εἴ τις οὐχ εὑρέθη ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ζωῆς γεγραμμένος, ἐβλήθη εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρός.

15 Et qui non inuentus est in libro vitæ scriptus, coniectus est in stagnum ignis.

15 Et qui non inuẽtus est in libro uitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.

Κεφάλαιον κα'

CAP. XXI.

CAP. XXI.

Isa.65.v.17, & 66.v.22 2.Pet.3.v.13

Καὶ εἶδον οὐρανὸν καινὸν καὶ γῆν καινήν· ὁ γὰρ πρῶτος οὐρανὸς καὶ ἡ πρώτη γῆ ἀπῆλθε, καὶ ἡ θάλασσα οὐκ ἔστιν ἔτι.

1 DEinde vidi cælum nouum & terrã nouam: ‖ primum enim cælũ & prima terra abierat:& mare nõ amplius extabat.

1 ET uidi cælum nouũ et terram nouã: primum enim cælum & prima terra abiit, & mare iam non est.

Καὶ ἐγὼ Ἰωάννης εἶδον τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν Ἰερουσαλὴμ καινὴν καταβαίνουσαν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἡτοιμασμένην, ὡς νύμφην κεκοσμημένην τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς.

2 Et ego Iohannes vidi sanctã vrbem Hierusalem nouam,descendentem è cælo, à Deo paratam, vt sponsam ornatam viro suo.

2 Et ego Iohãnes uidi sanctam ciuitatem Ierusalẽ nouam, descendentem de cælo, à Deo paratã ut sponsam ornatã uiro suo.

Καὶ ἤκουσα φωνῆς μεγάλης ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, λεγούσης, Ἰδοὺ ἡ σκηνὴ τοῦ Θεοῦ μετὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ σκηνώσει μετ' αὐτῶν, καὶ αὐτοὶ λαοὶ αὐτοῦ ἔσονται, καὶ αὐτὸς ὁ Θεὸς ἔσται μετ' αὐτῶν, Θεὸς αὐτῶν.

3 Et audiui vocem magnam è cælo,dicẽtem, Ecce, tabernaculũ Dei est cum hominibus,& habitabit cum eis:& ipsi,populi eius erunt, & ipse Deus cum eis erit,Deus ipsorum.

3 Et audiui uocẽ magnã de throno dicentem, Ecce, tabernaculum Dei cum hominibus, et habitabit cũ eis,& ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus.

supra,7.v.17 Isa.25.v.8

Καὶ ἐξαλείψει ὁ Θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν, καὶ ὁ θάνατος οὐκ ἔσται ἔτι, οὔτε πένθος, οὔτε κραυγὴ,

4 ‖Et absterſurus est Deꝰ omnẽ lacrymam ab oculis eorum: & mors amplius non extabit: neque luctus, neque clamor,

4 Et absterget Deus omnẽ lacrymã ab oculis eorũ: & mors ultrà nõ erit,neque luctus,neq; clamor,

9 Latitudinem terræ,τὸ πλάτος τῆς γῆς.Heb. רחב הארץ:acsi diceret, ita vt terræ superficiem quantacunque est compleuerint.

11 Quorum locus,&c. & τόπος οὐχ εὑρέθη αὐτοῖς.Id est,ita vt disparuerint.Vide suprà,12.b.8.

οὔτε πόνος οὐκ ἔσται ἔτι, ὅτι τὰ πρῶτα ἀπῆλθον.

neque dolor erit ultrà, quia prima abierunt.

neque dolor erit vltrà, quia prima abierunt.

Καὶ εἶπεν ὁ καθήμενος ἐπὶ τῷ θρόνῳ, Ἰδοὺ, καινὰ πάντα ποιῶ. Καὶ λέγει μοι, Γράψον· ὅτι οὗτοι οἱ λόγοι ἀληθινοὶ καὶ πιστοί εἰσι.

5 Et dixit is qui insidebat thro no, Ecce, noua facio omnia. Et dixit mihi, Scribe: nam hæc verba fidelia sunt & vera.

5 Et dixit qui sedebat in throno. Ecce, noua facio omnia. Et dixit mihi, Scribe: quia hæc verba fidelissima sunt & vera. Esaiæ 43.c.19 & 65.c.17

Καὶ εἶπέ μοι, Γέγονε· ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ Ω, ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος. ἐγὼ τῷ διψῶντι δώσω ἐκ τῆς πηγῆς τοῦ ὕδατος τῆς ζωῆς δωρεάν.

6 Et dixit mihi, Actum est: Ego sum A & Ω, initium & finis. Ego sitienti dabo ex fonte aquæ viuæ, gratis.

6 Et dixit mihi, Factum est. Ego sum A & Ω, principium & finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis. supra 1.c.8 infra, 22.c.13

Ὁ νικῶν κληρονομήσει πάντα, καὶ ἔσομαι αὐτῷ Θεὸς, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι υἱός.

7 Qui vicerit, possidebit omnia: & ero ei Deus, & ipse erit mihi filius.

7 Qui vicerit, possidebit hæc: & ero ei Deus, & ille erit mihi filius.

Δειλοῖς δὲ καὶ ἀπίστοις καὶ ἐβδελυγμένοις καὶ φονεῦσι καὶ πόρνοις καὶ φαρμακοῖς καὶ εἰδωλολάτραις, καὶ πᾶσι τοῖς ψευδέσι, τὸ μέρος αὐτῶν ἐν τῇ λίμνῃ τῇ καιομένῃ πυρὶ καὶ θείῳ, ὅ ἐστι θάνατος δεύτερος.

8 Timidis autem, & incredulis, & execrabilibus, & homicidis, & scortatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars assignata est in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda.

8 Timidis autem & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, et maleficis, et idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda.

Καὶ ἦλθε πρός με εἷς τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων τῶν ἐχόντων τὰς ἑπτὰ φιάλας τὰς γεμούσας τῶν ἑπτὰ πληγῶν τῶν ἐσχάτων· καὶ ἐλάλησε μετ' ἐμοῦ λέγων, Δεῦρο, δείξω σοι τὴν νύμφην τὴν γυναῖκα τοῦ Ἀρνίου.

9 Tum venit ad me vnus ex septem illis Angelis qui habuerant septẽ illas phialas plenas septẽ plagis nouissimis: & loquutus est mecũ, dicẽs, Veni, ostendam tibi sponsam vxorẽ Agni.

9 Et venit unus de septem Angelis habentibus phialas plenas septem plagis novissimis: & loquutus est mecum, dicens, Veni, & ostendam tibi sponsam uxorem Agni.

Καὶ ἀπήνεγκέ με ἐν πνεύματι ἐπ' ὄρος μέγα καὶ ὑψηλόν, καὶ ἔδειξέ μοι τὴν πόλιν τὴν μεγάλην τὴν ἁγίαν Ἱερουσαλήμ, καταβαίνουσαν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ·

10 Et sustulit me per Spiritum in montem magnum & sublimem, & ostendit mihi vrbem magnam, sanctam, inquam, illam Hierusalem, descendentẽ è cælo à Deo:

10 Et sustulit me in spiritu in montem magnum & altum: & ostendit mihi civitatem sanctam Ierusalẽ, descendentem de cælo à Deo:

Ἐχουσαν τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ· καὶ ὁ φωστὴρ αὐτῆς ὅμοιος λίθῳ τιμιωτάτῳ, ὡς λίθῳ ἰάσπιδι κρυσταλλίζοντι·

11 Habentem gloriam Dei: & cuius lumẽ erat simile lapidi pretiosissimo, tanquam lapidi iaspidi instar cryſtalli splendẽti.

11 Habẽtem claritatẽ Dei: & lumen ejus simile lapidi pretioso tanquã lapidi iaspidi sicut crystallum.

Ἐχουσά τε τεῖχος μέγα καὶ ὑψηλόν· ἔχουσα πυλῶνας δώδεκα, καὶ ἐπὶ τοῖς πυλῶσιν ἀγγέλους δώδεκα, καὶ ὀνόματα ἐπιγεγραμμένα, ἅ ἐστι τῶν δώδεκα φυλῶν υἱῶν Ἰσραήλ.

12 Habebat autẽ murũ magnũ & sublimem, habentem portas duodecim, & in portis Angelos duodecim, & nomina inscripta, quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel.

12 Et habebat murum magnũ & altum, habẽtẽ portas duodecim, & in portis Angelos duodecim, & nomina inscripta, quæ sũt nomina duodecim tribuum filiorum Israel.

Ἀπ' ἀνατολῆς, πυλῶνες τρεῖς· ἀπὸ βορρᾶ, πυλῶνες τρεῖς· ἀπὸ νότου, πυλῶνες τρεῖς· ἀπὸ δυσμῶν πυλῶνες τρεῖς.

13 Ab Oriente erant portæ tres: ab Aquilone, portæ tres: ab Austro, portæ tres: ab Occasu, portæ tres.

13 Ab oriente, portæ tres: ab Aquilone, portæ tres: & ab Austro, portæ tres: & ab Occasu, portæ tres.

Καὶ ὁ τεῖχος τῆς πόλεως ἔχων θεμελίους δώδεκα, καὶ ἐπ' αὐτοῖς ὀνόματα τῶν δώδεκα ἀποστόλων τοῦ Ἀρνίου.

14 Et murus vrbis habebat fũdamenta duodecim, in quibus erant duodecim nomina Apostolorum Agni.

14 Et murus civitatis habẽs fundamẽta duodecim, & in ipsis duodecim nomina duodecim Apostolorum Agni.

Καὶ ὁ λαλῶν μετ' ἐμοῦ, εἶχε κάλαμον χρυσοῦν, ἵνα μετρήσῃ τὴν πόλιν καὶ τοὺς πυλῶνας αὐτῆς καὶ τὸ τεῖχος αὐτῆς.

15 Porro is qui loquebatur mecum, habebat calamũ aureũ, vt metiretur vrbem, & portas eius & murum eius.

Et q loquebatur mecũ: habebat mensurã arundinẽ auream, ut metiretur civitatem & portas ejus & murum.

IN CAPVT XXI.

8 Execrabilibus, ἐβδελυγμένοις. Vulg. & Eras. ad verbũ, Execratis. Vide Gal. 2. c. 11. Pars, τὸ μέρος. Hebr. חלק, i. fors & tanquam hæreditas. Redundat autẽ relatiuum αὐτῶν, ex Hebræorum idiotismo.

Καὶ ἡ πόλις τετράγωνος κεῖται, καὶ ὁ μῆκος αὐτῆς ὅσον ἐστὶν καὶ ὁ πλάτος. καὶ ἐμέτρησε τὴν πόλιν τῷ κάλαμῳ ἐπὶ σταδίων δώδεκα χιλιάδων· ὁ μῆκος καὶ ὁ πλάτος καὶ ὁ ὕψος αὐτῆς ἴσα ἐστίν.

16 Vrbs ipſa verò quadrangularis eſt: cuius longitudo tanta eſt quanta & latitudo. menſúſque eſt vrbem calamo, ad ſtadiorum duodecim millia: ſúntque longitudo & latitudo & altitudo eius æquales.

16 Et ciuitas in quadro poſita eſt, & longitudo eius tanta eſt quanta & latitudo: & menſus eſt ciuitatem de arundine per ſtadia duodecim millia: & longitudo & altitudo & latitudo eius æqualia ſunt.

Καὶ ἐμέτρησε τὸ τεῖχος αὐτῆς ἑκατὸν τεσσαρακοντατεσσάρων πηχῶν, μέτρον ἀνθρώπου, ὅ ἐστιν ἀγγέλου.

17 Et menſus eſt murum eius, centum quadragintaquatuor cubitorum, menſura hominis, quæ eſt Angeli.

17 Et menſus eſt murum ciuitatis centum quadraginta quatuor cubitorum, mẽſura hominis, quæ eſt Angeli.

Καὶ ἡ ἐνδόμησις τοῦ τείχους αὐτοῦ ἴασπις, καὶ ἡ πόλις χρυσίον καθαρὸν, ὁμοία ὑάλῳ καθαρῷ.

18 Erat autem ſtructura muri eius ex iaſpide: ipſa verò vrbs aurum purum, & ſimilis vitro puro.

18 Et erat ſtructura muri eius ex lapide iaſpide: ipſa verò ciuitas aurum mundum, ſimile vitro mundo.

Καὶ οἱ θεμέλιοι τοῦ τείχους τῆς πόλεως παντὶ λίθῳ τιμίῳ κεκοσμημένοι· ὁ θεμέλιος ὁ πρῶτος, ἴασπις· ὁ δεύτερος, σάπφειρος· ὁ τρίτος, χαλκηδών· ὁ τέταρτος, σμάραγδος·

19 Et fundamenta muri vrbis omni lapide pretioſo ornata: fundamentum primum erat iaſpis: ſecundum, ſapphirus: tertium, chalcedonius: quartum, ſmaragdus:

19 Et fundamenta muri ciuitatis, omni lapide pretioſo ornata. Fundamentum primum, iaſpis: ſecundum, ſapphirus: tertium, calcedonius: quartum, ſmaragdus:

Ὁ πέμπτος, σαρδόνυξ· ὁ ἕκτος, σάρδιος· ὁ ἕβδομος, χρυσόλιθος· ὁ ὄγδοος, βήρυλλος· ὁ ἔνατος, τοπάζιον· ὁ δέκατος, χρυσόπρασος· ὁ ἑνδέκατος, ὑάκινθος· ὁ δωδέκατος, ἀμέθυστος.

20 Quintum, ſardonyx: ſextum, ſardius: ſeptimũ, chryſolithus: octauum, beryllus: nonum, topazius: decimum, chryſoprаſus: vndecimum, hyacinthus: duodecimum, amethyſtus.

20 Quintum, ſardonyx: ſextum, ſardius: ſeptimum, chryſolithus: octauum, beryllus: nonum, topazius: decimum, chryſoprаſus: undecimum, hyacinthus: duodecimum, amethyſtus.

Καὶ οἱ δώδεκα πυλῶνες, δώδεκα μαργαρῖται· ἀνὰ εἷς ἕκαστος τῶν πυλώνων ἦν ἐξ ἑνὸς μαργαρίτου· καὶ ἡ πλατεῖα τῆς πόλεως χρυσίον καθαρὸν, ὡς ὕαλος διαφανής.

21 Duodecim autẽ portæ, duodecim margaritæ ſunt, & ſingulæ portæ ex ſingulis margaritis ſunt: & forum vrbis, aurũ purum, tanquam vitrum perlucidum.

21 Et duodecim portæ, duodecim margaritæ ſũt, per ſingulas: & ſingulæ portæ erant ex ſingulis margaritis: & platea ciuitatis, aurum mundum, tanquã uitrũ pluciduin.

Καὶ ναὸν οὐκ εἶδον ἐν αὐτῇ· ὁ γὰρ Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ναὸς αὐτῆς ἐστὶ, καὶ ὁ Ἀρνίον.

22 Nec templũ vidi in ea: Dominus enim Deus omnipotẽs, templũ illius eſt, id eſt Agnus.

22 Et templum non uidi in ea: Dominus enim Deus omnipotens templum illius eſt & Agnus.

Iſaiæ 60.d.19 Καὶ ἡ πόλις οὐ χρείαν ἔχει τοῦ ἡλίου οὐδὲ τῆς σελήνης, ἵνα φαίνωσιν ἐν αὐτῇ· ἡ γὰρ δόξα τοῦ Θεοῦ ἐφώτισεν αὐτὴν, καὶ ὁ λύχνος αὐτῆς ὁ Ἀρνίον.

23 ‖Neque vrbs iſta eget ſole vel luna, vt luceant in ea: nam gloria Dei illuſtrauit eam, & lucerna eius eſt Agnus.

23 Et ciuitas non eget ſole neque luna, ut luceant in ea: nam claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius eſt Agnus.

Iſaiæ 60.a.3 Καὶ περιπατήσουσιν τὰ ἔθνη τῷ φωτὶ αὐτῆς, καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς φέρουσιν τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν αὐτῶν εἰς αὐτήν.

24 ‖Et gẽtes quæ ſeruatæ fuerũt, ambulabunt ad lucem eius: & reges terræ gloriã ſuam & honorem ad eam adferent.

24 Et ambulabunt Gentes in lumine eius: & reges terræ adferent gloriam ſuam & honorem in illam.

Iſaiæ 60.a.11 Καὶ οἱ πυλῶνες αὐτῆς οὐ μὴ κλεισθῶσιν ἡμέρας· νὺξ γὰρ οὐκ ἔσται ἐκεῖ.

25 ‖Nec portæ eius claudẽtur in terdiu: nox enim nõ erit illic.

25 Et portæ eius nõ claudentur per diem: nox enim non erit illic.

Καὶ οἴσουσιν τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν τῶν ἐθνῶν εἰς αὐτήν.

26 Et adferetur gloria & honor Gentium ad eam.

26 Et adferent gloriam & honorem Gentium in illam.

Καὶ οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς αὐτὴν πᾶν 27 Non intrabit in eam quicquã 27 Nõ intrabit ĩ eã aliquod

17 Quæ eſt Angeli, ἥτις ἐστὶν ἀγγέλου. Hoc addidit propterea quòd Angelus iſte hominis ſpeciem referebat.

21 Forum, πλατεῖα. Sic vocat vrbis locum magis patentem, quã à Græcis ἀγορὰ, à Latinis forum dicitur, vt apparet infrà, 22.a.1. Vulg. & Erã. Platea. quod vocabulum latius patet.

κήρυκα, καὶ ποιοῦντα βδέλυγμα, καὶ ψεῦδος· εἰ μὴ οἱ γεγραμμένοι ἐν τῷ βιβλίῳ τῆς ζωῆς τοῦ Ἀρνίου.

quod inquinat, aut abominandum quippiam patrat, vel mendacium *loquitur*: ᵛsed qui scripti sunt in libro vitæ Agni.

coinquinatum, aut abominationem faciens, & mendacium: nisi qui scripti sunt in libro vitæ Agni.

Κεφάλαιον κβ΄

CAP. XXII.

CAP. XXII.

Καὶ ἔδειξέ μοι καθαρὸν ποταμὸν ὕδατος ζωῆς, λαμπρὸν ὡς κρύσταλλον, ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ Ἀρνίου.

1 Deinde ostendit mihi purũ fluuium aquæ viuæ, splendidum tanquam crystallum, procedentem ex throno Dei & Agni.

1 Et ostendit mihi fluuium aquæ uitæ, splẽdidum tanquam crystallum, procedentem de sede Dei & Agni. *supra, 1.4.5; & 10.d.11 phil.4.a.3*

Ἐν μέσῳ τῆς πλατείας αὐτῆς, καὶ τοῦ ποταμοῦ ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν ξύλον ζωῆς, ποιοῦν καρποὺς δώδεκα, κατὰ μῆνα ἕνα ἕκαστον ἀποδιδοὺν τὸν καρπὸν αὐτοῦ· καὶ τὰ φύλλα τοῦ ξύλου εἰς θεραπείαν τῶν ἐθνῶν.

2 ᵛIn medio autem foro eius, & ex vtraque parte fluminis, erat arbor vitæ adferẽs fructᵘ duodecim, per menses singulos edens fructum suum, & folia sua ad sanitatem Gentium.

2 In medio platææ eius & ex utraque parte fluminis lignum uitæ, adferens fructus duodecim, p menses singulos reddens fructũ suũ: et folia ligni, ad sanitatem Gentium.

Καὶ πᾶν κατάθεμα οὐκ ἔσται ἔτι· καὶ ὁ θρόνος τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Ἀρνίου ἐν αὐτῇ ἔσται· καὶ οἱ δοῦλοι αὐτοῦ λατρεύσουσιν αὐτῷ.

3 Nec vllum maledictumᵉ erit amplius: sed sedes Dei & Agni in ea erit, & serui eius seruient ei.

3 Et omne maledictum nõ erit amplius: & sedes Dei & Agni in illa erũt, & serui eius seruiẽt illi.

Καὶ ὄψονται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν.

4 Et videbunt faciem eius: & nomen eius in frontibus ipsorum *erit*.

4 Et uidebunt faciẽ eius, & nomen eius in frontibus eorum.

Καὶ νὺξ οὐκ ἔσται ἐκεῖ, καὶ οὐ χρείαν ἔχουσι λύχνου καὶ φωτὸς ἡλίου, ὅτι Κύριος ὁ Θεὸς φωτίζει ἐπ' αὐτούς· καὶ βασιλεύσουσιν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

5 ‖Et nox illic non erit, neque opus est eis lumine lucernæ, neque lumine solis: quoniam Dominus Deus illustrat eos: & regnabunt in secula seculorum.

5 Et nox ultrà non erit: *Esa.6.d.19* & nõ egebunt lumine lucernæ, neq; lumine solis: quoniam Dominus Deus illuminabit illos, & regnabunt in secula seculorũ.

Καὶ εἶπέ μοι, Οὗτοι οἱ λόγοι πιστοὶ καὶ ἀληθινοί· καὶ Κύριος ὁ Θεὸς τῶν ἁγίων προφητῶν ἀπέστειλε τὸν ἄγγελον αὐτοῦ δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει.

6 Tũ dixit mihi, Hæc verba fida sũt & vera: & Dominᵘˢ Deus sanctorũ Prophetarũ misit Angelũ suum vt indicet seruis suis quæ oporteat fieri citò.

6 Et dixit mihi, Hæc uerba fidelissima sunt & uera. Et Dominus Deus spirituũ Prophetarum misit Angelũ suũ ostẽdere seruis suis quæ oportet ea fieri.

Ἰδοὺ, ἔρχομαι ταχύ· μακάριος ὁ τηρῶν τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου.

7 Ecce, venio citò. beatus qui obseruat verba Prophetiæ libri huius.

7 Et ecce, uenio uelociter. Beatus qui custodit uerba prophetiæ libri huius.

Καὶ ἐγὼ Ἰωάννης ὁ βλέπων ταῦτα καὶ ἀκούων· καὶ ὅτε ἤκουσα καὶ ἔβλεψα, ἔπεσα προσκυνῆσαι ἔμπροσθεν τῶν ποδῶν τοῦ ἀγγέλου τοῦ δεικνύοντός μοι ταῦτα.

8 Ego verò Iohánes *ipsum* qui hæc audiui & vidi. Et quum audissem & vidissem, ‖cecidi vt adorarẽ ante pedes Angeli qui mihi hæc ostendebat:

8 Et ego Iohannes qui audiui, & uidi hæc. Et postquam audissem & uidissem, cecidi ut adorarẽ ante pedes Angeli, qui mihi hæc ostendebat: *supra, 19.b.10*

Καὶ λέγει μοι, Ὅρα μή· σύνδουλός σου γάρ εἰμι καὶ τῶν ἀδελφῶν σου τῶν προφητῶν, καὶ τῶν τηρούντων τοὺς λόγους τοῦ βιβλίου τούτου. τῷ Θεῷ προσκύνησον.

9 Is verò dixit mihi, Vide ne feceris: cõseruus enim tuᵘˢ sum, & *vester* fratrũ tuorũ prophetarũ, & eorum qui seruant verba libri huius. Deum adora.

9 Et dixit mihi, Vide ne feceris: conseruus enim tuus sum & fratrũ tuorũ Prophetarum, & eorum qui seruant uerba libri huius. Deum adora.

Καὶ λέγει μοι, Μὴ σφραγίσῃς

10 ᵛDeinde dixit mihi, Ne obsi-

10 Et dicit mihi, Ne signa-

17 Sed, *ἀλλά*. Id est *dixit*. Vide suprà, 9.a.4.

IN CAPVT XXII.

2 In medio *autem* foro, *ἐν μέσῳ τῆς πλατείας*. Vide suprà, 1.c.f.21. Deinde lignum pro arbore positum est, Hebræorum more.

5 3 Erit amplius, *ἔσται ἔτι*. Et *αὐτῇ*, in ea, repetendum est ex posteriore mẽbro, ex Hebræorũ idiotismo.

10 Deinde dixit mihi, *καὶ λέγει μοι*. Eiusmodi formula non vtuntur Græci aut Latini in mediis concionibus, sed in exordiis duntaxat. Reperies autem in Deuteronomio præsertim plurima eiusmodi exempla & apud Prophetas, perinde acsi diuersæ essent conciones, quum sæpenumero vnica tantùm recitetur. Sed & inter Euangelistas apud Marcum penè vnum hoc inuenias: cui præ cæteris etiam familiaris est multiplex ille vsus parriculæ *καὶ*, & enallage illa temporum à consuetudine Græci & Latini sermonis aliena. Denique, siquid in his rebus mihi iudicii est, persimilis est huius libri & Euangelii Marci character. Marcus autẽ & ipse dictus est Iohannes, adeo vt nisi me consensus doctorum & rationes illæ quas antè suo loco adduxi, aliò pertraherent, nulli potius quàm Iohanni Marco fuerim hoc scriptum vendicaturus.

τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου, ὅτι ὁ καιρὸς ἐγγύς ἐστιν.

Ο ἀδικῶν, ἀδικησάτω ἔτι· καὶ ὁ ῥυπῶν, ῥυπωσάτω ἔτι· καὶ ὁ δίκαιος, δικαιωθήτω ἔτι· καὶ ὁ ἅγιος, ἁγιασθήτω ἔτι.

Καὶ ἰδοὺ, ἔρχομαι ταχύ· καὶ ὁ μισθός μου μετ' ἐμοῦ, ἀποδοῦναι ἑκάστῳ ὡς τὸ ἔργον αὐτοῦ ἔσται.

Rom.2.a.6

Ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ Ω, ἀρχὴ καὶ τέλος, ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος.

supra, c.1.b.8, & 21.b.6 & Isa.41.b.6, & 44.a.6

Μακάριοι οἱ ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἵνα ἔσται ἡ ἐξουσία αὐτῶν ἐπὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, καὶ τοῖς πυλῶσιν εἰσέλθωσιν εἰς τὴν πόλιν.

Ἔξω δὲ οἱ κύνες καὶ οἱ φαρμακοὶ καὶ οἱ πόρνοι καὶ οἱ φονῆς καὶ οἱ εἰδωλολάτραι, καὶ πᾶς ὁ φιλῶν καὶ ποιῶν ψεῦδος.

Ἐγὼ Ιησοῦς ἔπεμψα τὸν ἄγγελόν μου μαρτυρῆσαι ὑμῖν ταῦτα ἐπὶ ταῖς ἐκκλησίαις. ἐγώ εἰμι ἡ ῥίζα καὶ τὸ γένος τοῦ Δαβὶδ, ὁ ἀστὴρ ὁ λαμπρὸς καὶ ὀρθρινός.

Καὶ τὸ πνεῦμα καὶ ἡ νύμφη λέγουσιν, Ελθέ. καὶ ὁ ἀκούων εἰπάτω, Ελθέ. καὶ ὁ διψῶν ἐλθέτω, καὶ ὁ θέλων λαμβανέτω τὸ ὕδωρ ζωῆς δωρεάν.

Isa.55.a.1

Συμμαρτυρῶμαι γὰρ παντὶ ἀκούοντι τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου, ἐάν τις ἐπιθῇ πρὸς ταῦτα, ἐπιθήσει ὁ Θεὸς ἐπ' αὐτὸν τὰς πληγὰς τὰς γεγραμμένας ἐν βιβλίῳ τούτῳ·

Καὶ ἐάν τις ἀφέλῃ ἀπὸ τῶν λόγων βίβλου τῆς προφητείας ταύτης, ἀφελεῖ ὁ Θεὸς τὸ μέρος αὐτοῦ ἀπὸ βίβλου τῆς ζωῆς, καὶ ἐκ τῆς πόλεως τῆς ἁγίας, καὶ τῶν γεγραμμένων ἐν βιβλίῳ τούτῳ.

Λέγει ὁ μαρτυρῶν ταῦτα· ναί ἔρχομαι ταχύ· ἀμήν. ναὶ ἔρχου Κύριε Ιησοῦ.

Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν.

gnes verba prophetiæ libri huius: tempus enim propè est.

11 Qui nocet, noceat adhuc: & qui sordidus est, sordescat adhuc: & qui iustus est, iustificetur adhuc: & sanctus, sanctificetur adhuc.

12 Ecce, venio citó: & merces mea mecũ est, ‖ vt reddã vnicuique prout opus ipsius erit.

13 ‖Ego sum A & Ω, principium & finis, primus & vltimus.

14 Beati qui seruant eius mandata: vt sit eis ius in arbore vitæ, & per portas ingrediantur in vrbem.

15 Foris autem erunt canes, & venefici, & scortatores, & homicidæ & idololatræ, & quisquis amat ac committit mẽdacium.

16 Ego Iesus misi Angelũ meũ, vt hæc vobis testificaretur in Ecclesiis. Ego sum stirps & progenies illa Dauidis, stella splendida & matutina.

17 Et Spiritus & Sponsa dicũt, Veni. Et qui audit, dicat, Veni. ‖& qui sitit, veniat: & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis.

18 Enimuero contestor cuiuis audienti verba Prophetiæ libri huius: siquis adiecerit ad hæc, imponet ei Deus plagas scriptas in libro isto:

19 Et siquis abstulerit *aliquid* ex verbis libri Prophetiæ huius, auferet Deus partẽ eius è libro vitæ, & ex vrbe sancta, & ex iis quæ scripta sunt in libro isto.

20 Dicit qui testatur ista: etiam venio citó. Amen. Etiam veni Domine Iesu.

21 Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

neris verba prophetiæ libri huius: tempus enim propè est.

11 Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc: & q iustus est, iustificetur adhuc: & qui sanctus est, sanctificetur adhuc.

12 Ecce venio citó: & merces mea mecũ est, reddere vnicuique secundum opera sua.

13 Ego sum A & Ω, primus & nouissimus, principium & finis.

14 Beati qui lauant stolas suas in sanguine Agni: vt sit potestas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatem.

15 Foris canes & venefici, & impudici, & homicidæ, & idololatræ, & omnes qui amat et facit mendacium.

16 Ego Iesus misi Angelum meũ testificari vobis hæc in Ecclesiis. Ego sum radix & genus Dauid, stella splendida et matutina.

17 Et Spiritus & Sponsa dicunt, Veni. Et qui audit, dicat, Veni. Et q sitit, veniat: & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis.

18 Conestor enim omni audẽti verba prophetiæ libri huius. Siquis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto:

19 Et siquis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius, auferet Deus partẽ eius de libro vitæ, & de ciuitate sancta, & de iis quæ scripta sunt in libro isto.

20 Dicit qui testimonium perhibet istorum. Etiã venio citô. Amen. Veni Domine Iesu.

21 Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus nobis. Amen.

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE DE LYON

BIBLIOTHÈQUE
VILLA DE LYON

Εὐφραίνου ἐπ' αὐτῇ οὐρανέ, καὶ οἱ ἅγιοι 20 ἀπόστολοι καὶ οἱ προφῆται, ὅτι ἔκρινεν ὁ Θεὸς τὸ κρῖμα ὑμῶν ἐξ αὐτῆς.

Καὶ ἦρεν εἷς ἄγγελος ἰσχυρὸς λίθον ὡς μύλον μέγαν, καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν θάλασσαν, λέγων, Οὕτως ὁρμήματι βληθήσεται Βαβυλὼν ἡ μεγάλη πόλις, καὶ οὐ μὴ εὑρεθῇ ἔτι.

Καὶ φωνὴ κιθαρῳδῶν καὶ μουσικῶν καὶ αὐλητῶν καὶ σαλπιστῶν οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι· καὶ πᾶς τεχνίτης πάσης τέχνης οὐ μὴ εὑρεθῇ ἐν σοὶ ἔτι· καὶ φωνὴ μύλου οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι·

Καὶ φῶς λύχνου οὐ μὴ φανῇ ἐν σοὶ ἔτι· καὶ φωνὴ νυμφίου καὶ νύμφης οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι· ὅτι οἱ ἔμποροί σου ἦσαν οἱ μεγιστᾶνες τῆς γῆς, ὅτι ἐν τῇ φαρμακείᾳ σου ἐπλανήθησαν πάντα τὰ ἔθνη,

Καὶ ἐν αὐτῇ αἷμα προφητῶν καὶ ἁγίων εὑρέθη, καὶ πάντων τῶν ἐσφαγμένων ἐπὶ τῆς γῆς.

Κεφάλαιον ιθ'

ΚΑΙ μετὰ ταῦτα ἤκουσα φωνὴν ὄχλου πολλοῦ μεγάλην ἐν τῷ οὐρανῷ, λέγοντος, Ἀλληλουϊά· ἡ σωτηρία, καὶ ἡ δόξα, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ δύναμις Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν·

Ὅτι ἀληθιναὶ καὶ δίκαιαι αἱ κρίσεις αὐτοῦ, ὅτι ἔκρινε τὴν πόρνην τὴν μεγάλην, ἥτις ἔφθειρε τὴν γῆν ἐν τῇ πορνείᾳ αὐτῆς, καὶ ἐξεδίκησε τὸ αἷμα τῶν δούλων αὐτοῦ ἐκ τῆς χειρὸς αὐτῆς.

Καὶ δεύτερον εἰρήκασιν, Ἀλληλουϊά. Καὶ ὁ καπνὸς αὐτῆς ἀναβαίνει εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Καὶ ἔπεσαν οἱ πρεσβύτεροι οἱ εἴκοσι καὶ τέσσαρες, καὶ τὰ τέσσαρα ζῷα, καὶ προσεκύνησαν τῷ Θεῷ τῷ καθημένῳ ἐπὶ τῷ θρόνου, λέγοντες, Ἀμὴν· ἀλληλουϊά.

20 Exulta ſuper eam cælum, & ſancti Apoſtoli & Prophetæ, quoniam ſumpſit pœnas Deus veſtræ vltionis cauſa de illa.

21 Tum ſuſtulit quidam Angelus fortis lapidem inſtar molæ magnæ, & proiecit in mare, dicens, Ita cum impetu proiicietur Babylon vrbs illa magna, nec amplius inuenietur.

22 Et vox citharœdorũ & muſicorum & tibia ac tuba canentiũ non audietur in te amplius: nec vllus artifex cuiuſcunque artis inuenietur in te amplius: & ſonitus molæ non audietur in te amplius:

23 Et lux lucernæ nõ lucebit ĩ te amplius: & vox ſpõſi & ſpõſæ nõ audietur amplius in te: cuius mercatores erant proceres terræ, & cuius veneficiis ſeductæ ſunt omnes gentes.

24 Sed in ea ſanguis Prophetarum & ſanctorum inuentus eſt, & omnium qui mactati ſunt in terra.

CAP. XIX.

1 POſthæc audiui vocem magnam turbæ multæ in cælo dicẽtis, Halleluia: ſalus, & honor, & gloria, & virtus Domino Deo noſtro eſt:

2 Quia vera & iuſta iudicia eius, & meretricem illam magnam quæ corrupit terrã ſcortatione ſua, damnauit, & vindicauit ſanguinem ſeruorũ ſuorum ex manu eius.

3 Deinde ſecundò dixerunt, Halleluia: & fumus eius aſcendit in ſecula ſeculorum.

4 Et procciderunt vigintiquatuor Senes & quatuor animalia, & adorauerunt Deum inſidentem throno, dicentes, Amen: Halleluia.

20 *Exultas ſuper eam cælũ & ſancti Apoſtoli, et Prophetæ, quoniam iudicauit Deus iudicium veſtrũ de illa.*

21 *Et ſuſtulit unus Angelus fortis lapidem quaſi molarem magnum, & miſit in mare, dicens, Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna, & vltrà iam nõ inuenietur.*

22 *Et vox citharœdorum & muſicorum & tibicinum & tuba non audietur in te amplius: & omnis artifex omnis artis non inuenietur in te amplius: & vox molæ non audietur in te amplius:*

23 *Et lux lucernæ non lucebit in te amplius, & vox ſponſi & ſponſæ nõ audietur adhuc in te: quia mercatores tui erãt principes terræ, quia in veneficiis tuis errauerunt*

24 *omnes gentes.*

Et in ea ſanguis Prophetarum & ſanctorum inuentus eſt, & omnũ qui interfecti ſunt in terra.

CAP. XIX

1 *POſt hæc audiui quaſi vocem turbarũ multarum in cælo, dicentiũ Alleluia. Laus & gloria & virtus Deo noſtro eſt:*

2 *Quia vera & iuſta iudicia ſunt eius: quia iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terram in proſtitutione ſua, & vindicauit ſanguinem ſeruorum ſuorum de manibus eius.*

3 *Et iterum dixerunt, Alleluia. Et fumus eius aſcẽdit in ſecula ſeculorum.*

4 *Et ceciderunt Seniores viginti quatuor, & quatuor animalia, & adorauerunt Deũ ſedẽtẽ ſuper thronum, dicentes, Amen: alleluia.*

10 Sumpſit pœnas veſtræ vltionis cauſa, ἔκρινεν τὸ κρῖμα ὑμῶν. Vulg. & Eraſ. ad verbum, Iudicauit veſtrum iudicium, ſeruato Hebraiſmo.

11 Nec amplius inuenietur, καὶ οὐ μὴ εὑρεθῇ ἔτι. i. diſparebit. Vide ſuprà, 11. b. 5.

13 Omnes gentes, &c. πάντα τὰ ἔθνη, &c. Vide ſuprà, ver. 14.

IN CAPVT XIX.

1 Halleluia, ἀλληλουϊά. Id eſt Laudate Dominũ. Eſt autem hoc quoque vnũ ex illis quæ ab iis qui ex Circunciſione crediderant, ad Græcos manarunt, & à Græcis demũ ad Latinos, vt alia nonnulla. Salus, ἡ σωτηρία. Vide ſuprà, 7. c. 10.

3 Et fumus eius, &c. καὶ ὁ καπνὸς αὐτῆς. &c. Mihi videtur hæc particula ſuperiori verſiculo cõmodius poſſe attexi, poſt ἐκ χειρὸς αὐτῆς, ex manu eius.

Καὶ φωνὴ ἐκ τοῦ θρόνου ἐξῆλθε, λέγουσα, Αἰνεῖτε τὸν Θεὸν ἡμῶν πάντες οἱ δοῦλοι αὐτοῦ, καὶ οἱ φοβούμενοι αὐτὸν καὶ οἱ μικροὶ καὶ οἱ μεγάλοι.

5 Tum vox è throno prodiit, dicens, Laudate Deũ noſtrum omnes ſerui eius, & qui timetis eum parui & magni.

5 Et vox de throno exiuit dicens. Laudem dicite Deo noſtro omnes ſerui eius, & qui timetis eum puſilli & magni.

Καὶ ἤκουσα ὡς φωνὴν ὄχλου πολλοῦ, καὶ ὡς φωνὴν ὑδάτων πολλῶν, καὶ ὡς φωνὴν βροντῶν ἰσχυρῶν, λεγόντων, Αλληλουϊα· ὅτι ἐβασίλευσε Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ.

6 Et audiui tanquam ſonitum turbæ multæ, & táquam ſonitum aquarum multarum, & tanquam ſonitum tonitruorũ magnorum, dicentium, Halleluia: quoniã regnauit Domin⁹ Deus ille noſter omnipotens.

6 Et audiui quaſi vocem turbæ magnæ, & ſicut vocem aquarum multarum, & ſicut voces tonitruorũ magnorum dicentium, Alleluia: quoniã regnauit Dominus Deus noſter omnipotens.

Χαίρωμεν καὶ ἀγαλλιώμεθα, καὶ δῶμεν τὴν δόξαν αὐτῷ, ὅτι ἦλθεν ὁ γάμος τοῦ Ἀρνίου, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἡτοίμασεν ἑαυτήν.

7 Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius parauit ſe.

7 Gaudeamus & exultemus, & demus gloriã ei: quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit ſe.

Καὶ ἐδόθη αὐτῇ ἵνα περιβάληται βύσσινον καθαρὸν καὶ λαμπρόν. Τὸ γὰρ βύσσινον τὰ δικαιώματά ἐστι τῶν ἁγίων.

8 Et datum eſt ei vt amiciatur byſſo puro, & ſplẽdido. byſſus enim iuſtificationes ſunt Sanctorum.

8 Et datum eſt iſti ut cooperiat ſe byſſino ſplendenti & cãdido. byſſinũ enim, iuſtificationes ſunt ſanctorum.

Καὶ λέγει μοι, Γράψον, Μακάριοι οἱ εἰς τὸ δεῖπνον τοῦ γάμου τοῦ Ἀρνίου κεκλημένοι. Καὶ λέγει μοι, Οὗτοι οἱ λόγοι ἀληθινοί εἰσι τοῦ Θεοῦ.

9 Tũ dixit mihi, Scribe, Beati qui ad cœnam nuptiarũ Agni vocati ſunt. Et dixit mihi, Hæc verba Dei vera ſunt.

9 Et dixit mihi, Scribe, Beati qui ad cœnam nuptiarũ Agni vocati ſunt. Et dixit mihi, Hæc verba Dei vera ſunt. Matth. 22. d. 3

Καὶ ἔπεσον ἔμπροσθεν τῶν ποδῶν αὐτοῦ προσκυνῆσαι αὐτῷ. καὶ λέγει μοι, Ὅρα μή· σύνδουλός σου εἰμὶ καὶ τῶν ἀδελφῶν σου τῶν ἐχόντων τὴν μαρτυρίαν τοῦ Ἰησοῦ. τῷ Θεῷ προσκύνησον. ἡ γὰρ μαρτυρία τοῦ Ἰησοῦ ἐστὶ τὸ πνεῦμα τῆς προφητείας.

10 Et cecidi ante pedes eius vt adorarem eum: ſed dixit mihi, Vide ne feceris: conſeruus tuus ſum, unus ex fratribus tuis qui habent ⁷ teſtimoniũ Ieſu. Deũ adora: ⁷ teſtimoniũ enim Ieſu eſt Spiritus Prophetiæ.

10 Et cecidi ante pedes eius ut adorarem eum. Et dicit mihi, Vide ne feceris: cõſeruus tuus ſum, & fratrum tuorum, habentium teſtimonium Ieſu. Deũ adora: teſtimonium enim Ieſu, eſt Spiritus prophetiæ.

Καὶ εἶδον τὸν οὐρανὸν ἠνεῳγμένον, καὶ ἰδοὺ ἵππος λευκός, καὶ ὁ καθήμενος ἐπ' αὐτὸν καλούμενος πιστὸς καὶ ἀληθινός, καὶ ἐν δικαιοσύνῃ κρίνει καὶ πολεμεῖ.

11 Deinde vidi cælum apertum, & ecce *aſſuit* equus albus: & qui ſedebat ſuper eũ, vocabatur Fidelis & Verax, ⁷ & qui iuſtè iudicat & pugnat.

11 Et vidi cælum apertum, & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum, nominabatur Fidelis & Verax, & in iuſtitia iudicat & pugnat.

Οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὡς φλὸξ πυρός, καὶ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ διαδήματα πολλά· ἔχων ὄνομα γεγραμμένον ὃ οὐδεὶς οἶδεν εἰ μὴ αὐτός·

12 Oculi autem eius *erant* tanquam flamma ignis: & in capite eius diademata multa: habebátque nomen ſcriptum quod nemo nouit niſi ipſe:

12 Oculi autem eius ſicut flamma ignis: & in capite eius diademata multa: habens nomen ſcriptum quod nemo nouit niſi ipſe.

Καὶ περιρεραντισμένος ἱμάτιον βεβαμμένον αἵματι· καὶ κέκληται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ.

13 ¶ Et amictus erat veſte tincta ſanguine: vocatúrque nomen eius Sermo Dei.

13 Et veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine: & vocatur nomẽ eius Verbũ Dei.

8 Iuſtificationes, τὰ δικαιώματα. Id eſt, bona illa opera quæ ſunt viuæ fidei teſtimonia.

9 Tum dixit mihi, καὶ λέγει μοι. Dixit mihi, videlicet Angelus ille cuius mentio facta eſt ſuperiore capite. Redit enim ad narrationem quæ intermiſſa fuerat ab huius capitis initio.

10 Teſtimonium Ieſu, τὸ μαρτύριον τοῦ Ἰησοῦ. Id eſt, quibus mandatum eſt vt de Ieſu teſtificentur, ſicut 5 paulopòſt explicat. Significat enim ſe ex eorum numero eſſe quibus vtatur Deus ad ſignificanda Prophetis arcana Dei, quæ ipſi deinde cæteris hominibus explicent, vt diximus ſuprà, 1. a. 1. Teſtimonium enim Ieſu, ἡ γὰρ μαρτυρία Ἰησοῦ. Rectè omnino. huc enim tanquam ad vnum eúmque certiſſimum ſcopum feruntur omnes Prophetiæ: ex quo efficitur, eum demum eſſe verum ſpiritum Prophetiæ, & à nobis audiendũ, qui ad Ieſum nos adducit.

11 Et qui iuſtè iudicat, καὶ ἐν δικαιοσύνῃ κρίνει. Subaudio particulam אשר, vt hoc quoque ad nomen vel po- 10 tius ad nominis explicationem pertineat.

Καὶ τὰ στρατεύματα τὰ τοῦ οὐρανοῦ ἠκολούθει αὐτῷ ἐφ' ἵπποις λευκοῖς, ἐνδεδυμένοι βύσσινον λευκὸν καθαρόν.

14 Exercitus autem qui ſunt in cælo, ſequebãtur eum equis albis, veſtiti byſſo albo & puro.

14 Et exercitus qui ſunt in cælo, ſequebãtur eum in equis albis, veſtiti byſſino albo & mundo.

Καὶ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ἐκπορεύεται ῥομφαία ὀξεῖα, ἵνα ἐν αὐτῇ παίσῃ τὰ ἔθνη· καὶ αὐτὸς ποιμανεῖ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ· καὶ αὐτὸς πατεῖ τὴν ληνὸν τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ τοῦ παντοκράτορος.

Psal.2.v.15

15 Et ex ore eius prodibat gladius acutus, vt eo percutiat gentes. ¶ Ipſe enim reget eas virga ferrea: ipſe enim eſt qui calcat lacum vini furoris & iræ Dei omnipotentis.

15 Et de ore eius procedit gladius acutus, ut in ipſo percutiat Gentes. Et ipſe reget eas in virga ferrea: & ipſe calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis.

Καὶ ἔχει ἐπὶ τὸ ἱμάτιον καὶ ἐπὶ τὸν μηρὸν αὐτοῦ ὄνομα γεγραμμένον, Βασιλεὺς βασιλέων καὶ Κύριος κυρίων.

supra,17.v.14 1.tim,6.d.15.

16 Habebátque in veſtimento & in femore ſuo nomen ſcriptũ, ¶ Rex regum, & Dominus dominantium.

16 Et habet in veſtimento & in femore ſuo ſcriptũ, Rex regum & Dominus dominantium.

Καὶ εἶδον ἕνα ἄγγελον ἑστῶτα ἐν τῷ ἡλίῳ· καὶ ἔκραξεν φωνῇ μεγάλῃ, λέγων πᾶσι τοῖς ὀρνέοις τοῖς πετωμένοις ἐν μεσουρανήματι, Δεῦτε καὶ συνάχθητε εἰς τὸ δεῖπνον τοῦ μεγάλου Θεοῦ,

17 Tũc vidi quendam Angelum ſtantem in ſole, qui clamauit voce magna, dicens omnibus auibus quæ volabãt per mediũ cæli, Adeſte & congregamini ad cœnam magni Dei,

17 Et vidi vnum Angelum ſtantem in ſole, & clamauit voce magna, dicens omnibus auibus quæ volabant per medium cæli, Venite & congregamini ad cœnam magnam Dei.

Ἵνα φάγητε σάρκας βασιλέων, καὶ σάρκας χιλιάρχων, καὶ σάρκας ἰσχυρῶν, καὶ σάρκας ἵππων καὶ τῶν καθημένων ἐπ' αὐτῶν, καὶ σάρκας πάντων ἐλευθέρων καὶ δούλων, καὶ μικρῶν καὶ μεγάλων.

18 Vt edatis carnes regũ, & carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorũ, & eorũ qui ipſis inſident, & carnes omnium liberorum ac ſeruorum, paruorum ac magnorum.

18 Vt manducetis carnes regum, & carnes tribunorũ, & carnes fortium, & carnes equorum, & ſedentiũ in ipſis, & carnes omnium liberorum & ſeruorum, & puſillorũ et magnorũ.

Καὶ εἶδον τὸ θηρίον, καὶ τοὺς βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ τὰ στρατεύματα αὐτῶν συνηγμένα ποιῆσαι πόλεμον μετὰ τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ ἵππου καὶ μετὰ τοῦ στρατεύματος αὐτοῦ.

19 Deinde vidi beſtiam illam, & reges terræ, & exercitus eorũ congregatos ad gerendum bellum cũ eo qui inſidebat equo, & cum exercitu eius.

19 Et vidi beſtiam & reges terræ, & exercitus eorũ congregatos ad faciendũ prælium cum illo qui ſedebat in equo, & cum exercitu eius.

Καὶ ἐπιάσθη τὸ θηρίον, καὶ μετ' αὐτοῦ ὁ ψευδοπροφήτης ὁ ποιήσας τὰ σημεῖα ἐνώπιον αὐτοῦ, ἐν οἷς ἐπλάνησε τοὺς λαβόντας τὸ χάραγμα τοῦ θηρίου, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας τῇ εἰκόνι αὐτοῦ· ζῶντες ἐβλήθησαν οἱ δύο εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρὸς τὴν καιομένην ἐν θείῳ.

20 Sed apprehenſa eſt beſtia, & cũ ea pſeudopropheta ille qui ediderat ſigna coram ea, quibus ſeduxit eos qui acceperunt characterem beſtiæ, & qui adorarunt imaginem eius: viui cõiecti ſunt hi duo in ſtagnum ignis ardẽs ſulphure:

20 Et apprehẽſa eſt beſtia, & cum ea pſeudopropheta, qui fecit ſigna coram ipſo, quibus ſeduxit eos q̃ acceperunt characterem beſtiæ, & qui adorauerunt imaginem eius: missi ſunt hi duo in ſtagnum ignis ardens ſulphure.

Καὶ οἱ λοιποὶ ἀπεκτάνθησαν ἐν τῇ ῥομφαίᾳ τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ ἵππου, τῇ ἐκπορευομένῃ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ· καὶ πάντα τὰ ὄρνεα ἐχορτάσθησαν ἐκ τῶν σαρκῶν αὐτῶν.

21 Et reliqui occiſi ſunt gladio eius qui inſidet equo, prodeunte ex ore ipſius: & omnes aues ſaturatæ ſunt carnibus eorum.

21 Et cæteri occiſi ſunt in gladio ſedentis ſuper equum, q̃ procedit de ore ipſius: & omnes aues ſaturatæ ſunt carnibus eorum.

Κεφάλαιον κ΄

CAP. XX.

CAP. XX.

Καὶ εἶδον ἄγγελον καταβαίνοντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἔχοντα τὴν κλεῖδα τῆς ἀβύσσου, καὶ ἅλυσιν μεγάλην ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ.

1 DEinde vidi Angelum deſcẽdẽtem è cælo qui habebat clauem abyſſi, & catenam magnam in manu ſua.

1 Et vidi Angelum deſcendentem de cælo, habentem clauem abyſſi, & catenam magnam in manu ſua.

15 Ipſe enim, &c. καὶ αὐτός, &c. i. αὐτὸς ὁ. Nam mirè varius eſt vſus particulæ καὶ in hoc ſcripto, nimirũ ex Hebræorum conſuetudine, qui ſuum illud ו pro omnibus penè particulis vſurpant.

IN CAP.

Καὶ ἐκράτησεν τὸν δράκοντα, ὁ ὄφις ὁ ἀρχαῖος, ὅς ἐστι διάβολος καὶ Σατανᾶς· καὶ ἔδησεν αὐτὸν χίλια ἔτη.

1 Et apprehendit draconem, serpentē, inquam, illum antiquū, qui est diabolus & Satanas, & vinxit eum ad annos mille.

1 Et apprehendit draconem, serpentem antiquū, q̄ est diabolus & Satanas, & ligauit eum p annos mille.

Καὶ ἔβαλεν αὐτὸν εἰς τὴν ἄβυσσον, καὶ ἔκλεισεν αὐτὸν, καὶ ἐσφράγισεν ἐπάνω αὐτοῦ, ἵνα μὴ πλανήσῃ τὰ ἔθνη ἔτι, ἄχρι τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη· καὶ μετὰ ταῦτα δεῖ αὐτὸν λυθῆναι μικρὸν χρόνον.

3 Cōiecítque eum in abyssum, & clausit eum, & obsignauit super eū, vt non seducat amplius gentes, donec compleantur anni mille: nam postea oportet eum solui ad exiguum tempus.

3 Et misit eum in abyssum, & clausit, et signauit super illum ut non seduat amplius Gentes, donec consummentur mille anni: et post hæc oportet illū solui modico tempore.

Καὶ εἶδον θρόνους, καὶ ἐκάθισαν ἐπ' αὐτούς, καὶ κρίμα ἐδόθη αὐτοῖς· καὶ τὰς ψυχὰς τῶν πεπελεκισμένων διὰ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ καὶ διὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ οἵτινες οὐ προσεκύνησαν τὸν θηρίον, οὔτε τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἔλαβον τὸ χάραγμα ἐπὶ τὸ μέτωπον αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτῶν· καὶ ἔζησαν, καὶ ἐβασίλευσαν μετὰ τοῦ Χριστοῦ τὰ χίλια ἔτη.

4 Deindevidi sedes, & sederūt su per eas, & iudicium datū est eis: & animas eorū qui fecuri percussi sunt propter testimonium Iesu, & propter sermonem Dei, quique non adorarūt bestiam, neque imaginē eius, nec acceperunt characterem eius in frōtibus suis, aut in manibus suis: viuéntque & regnabunt cum Christo mille annis.

4 Et vidi sedes, & sederunt sup eas, & iudicium datum est illis: & animas decollatorum propter testimonium Iesu, & propter verbum Dei, & q̄ nō adorauerunt bestiam neque imaginem eius, nec acceperunt characterem in frontibus aut in manibus suis: & vixerunt & regnauerunt cum Christo mille annis.

Οἱ δὲ λοιποὶ τῶν νεκρῶν οὐκ ἀνέζησαν ἕως τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη. Αὕτη ἡ ἀνάστασις ἡ πρώτη.

5 Reliqui verò ex mortuis nō reuiuiscent donec expleti fuerint mille anni. Hæc est resurrectio prima.

5 Cæteri mortuorum non vixerunt, donec consumētur mille anni. Hæc est resurrectio prima.

Μακάριος καὶ ἅγιος ὁ ἔχων μέρος ἐν τῇ ἀναστάσει τῇ πρώτῃ· ἐπὶ τούτων ὁ θάνατος ὁ δεύτερος οὐκ ἔχει ἐξουσίαν, ἀλλ' ἔσονται ἱερεῖς τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ, καὶ βασιλεύσουσι μετ' αὐτοῦ χίλια ἔτη.

6 Beatus & sanctus qui habet partē in resurrectione prima: in hos enim secunda mors non habet potestatem: sed erunt sacerdotes Dei & Christi, & regnabunt cum eo mille annis.

6 Beatus & sanctus q̄ habet partem in resurrectione prima: in his secunda mors non habet potestatem, sed erunt sacerdotes Dei & Christi, & regnabunt cū illo mille annis.

Καὶ ὅταν τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη, λυθήσεται ὁ Σατανᾶς ἐκ τῆς φυλακῆς αὐτοῦ.

7 Quum verò expleti fuerint mille anni, soluetur Satanas è carcere suo.

7 Et q̄n̄ cōsummati fuerint mille anni, soluetur Satanas de carcere suo,

Καὶ ἐξελεύσεται πλανῆσαι τὰ ἔθνη τὰ ἐν ταῖς τέσσαρσι γωνίαις τῆς γῆς, τὸν Γὼγ καὶ τὸν Μαγώγ, συναγαγεῖν αὐτοὺς εἰς πόλεμον, ὧν ὁ ἀριθμὸς ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης.

8 Et exibit vt seducat gentes quæ sunt in quatuor angulis terræ, ‖Gog & Magog, vt congreget eos in prælium: quorum numerus est sicut arena maris.

8 Et exibit & seducet Gentes quæ sunt super quatuor angulos terræ, Gog & Magog, & congregabit eos in prælium, quorum numerus est sicut arena maris. Ezech.39.a1

IN CAPVT XX.

2 Ad annos mille, χίλια ἔτη. Ad verbum, annis mille, vel per annos mille, vt in sequenti versiculo, μικρὸν χρόνον, id est exiguo tēpore, ponitur pro ad exiguum tempus. quæ formula loquendi petita est è medio.

3 Super eum, ἐπάνω αὐτοῦ. Hebraicè עליו, sicut in vernaculo sermone dicimus, *el ferma l'huys sur luy*, vt Gene.7.c.16.

4 Et animas, καὶ ψυχὰς, &c. Hi sunt nimirum quibus positæ sunt illæ sedes, & quibus datum est iudicium: quatenus videlicet membra capiti coniuncta sunt, non autem quasi Christi officium ad eos transferatur. Posita sunt igitur relatiua αὐτοὺς & αὐτοῖς ante expressum antecedens, Hebræorum more, acsi scriptum esset, Deinde vidi animas eorum qui fecuri percussi sunt propter testimonium Christi & propter sermonem Dei, quique non adorarūt bestiā, neque imaginē eius, nec acceperunt eius characterem in frontibus suis & manibus suis: & vidi sedes quibus insederunt, datúmque est eis iudicium: & viuent ac regnabunt (id est vt viuant & regnent) cum Christo mille annis. Est tamen (fateor) hic Hebraismus à Græcæ & Latinæ linguæ remotissimus: sed in Hebraicis scriptis frequentior quàm vt de eo ambigi possit: veluti Prouer.13.a.13, Num.24.c.17, & alibi passim. Nolui tamen quicquam mutare, ne audaculus viderer. Viuéntque, καὶ ἔζησαν. Cōnectitur hoc verbum non cum proximo verbo ἔλαβον, acceperunt, sed cum ἐκάθισαν, sederunt, & ἐδόθη, datum est, sicut paulo antè dictum fuit. Deinde obseruandum est etiam positum esse præteritum pro futuro, ex Prophetarum more: quod ex versiculo sexto liquet. 8 Angulis, γωνίαις. Id est plagis & cardinibus. Vide suprà, 7.a.1

Καὶ ἀνέβησαν ἐπὶ τὸ πλάτος τῆς γῆς, καὶ ἐκύκλωσαν τὴν παρεμβολὴν τῶν ἁγίων καὶ τὴν πόλιν τὴν ἠγαπημένην· καὶ κατέβη πῦρ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατέφαγεν αὐτούς.

9 Ascenderunt igitur super latitudinẽ terræ, & circumierunt castra sanctorum, & vrbem dilectam: sed descendit ignis à Deo è cælo, qui deuorauit eos.

9 Et ascẽderunt super latitudinẽ terræ, et circuierunt castra sanctorũ & ciuitatem dilectam, et descendit ignis à Deo de cælo, & deuorauit eos.

Καὶ ὁ διάβολος ὁ πλανῶν αὐτοὺς ἐβλήθη εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρὸς καὶ θείου, ὅπου καὶ τὸ θηρίον καὶ ὁ ψευδοπροφήτης, καὶ βασανισθήσονται ἡμέρας καὶ νυκτὸς εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

10 Et diabolus qui seducebat eos, conjectus est in stagnum ignis & sulphuris, vbi & bestia & pseudopropheta, & cruciabũtur die ac nocte in secula seculorum.

10 Et diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris, vbi & bestia & pseudopropheta cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum.

Καὶ εἶδον θρόνον λευκὸν μέγαν, καὶ τὸν καθήμενον ἐπ' αὐτῷ, οὗ ἀπὸ τοῦ προσώπου ἔφυγεν ἡ γῆ καὶ ὁ οὐρανός, καὶ τόπος οὐχ εὑρέθη αὐτοῖς.

11 Et vidi thronum magnũ candidum, & quendam ei insidentem, à cuius conspectu fugit terra & cælum, quorum locus non est inuentus.

11 Et vidi thronũ magnũ et candidũ, & sedentẽ super eũ, à cuius conspectu fugit terra & cælum, et locus non est inuentus eis.

Καὶ εἶδον τοὺς νεκροὺς μικροὺς καὶ μεγάλους ἑστῶτας ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ βιβλία ἠνεῴχθησαν· καὶ βιβλίον ἄλλο ἠνεῴχθη, ὅ ἐστι τῆς ζωῆς· καὶ ἐκρίθησαν οἱ νεκροὶ ἐκ τῶν γεγραμμένων ἐν τοῖς βιβλίοις, κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν.

12 Et vidi mortuos magnos & pusillos stãtes in cõspectu Dei, & libri aperti sunt: & alius liber apertus est, qui est liber vitæ: iudicatique sunt mortui ex iis quæ scripta erant in libris, secũdum opera ipsorum.

12 Et vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni, et libri aperti sunt: & alius liber apertus est, qui est uitæ: et iudicati sunt mortui ex iis quæ scripta erant in libris, secũdũ opera ipsorũ.

supra 3.a.5 infra 21.g.27 phil.4.e.3

Καὶ ἔδωκεν ἡ θάλασσα τοὺς ἐν αὐτῇ νεκροὺς, καὶ ὁ θάνατος καὶ ὁ ᾅδης ἔδωκαν τοὺς ἐν αὐτοῖς νεκροὺς· καὶ ἐκρίθησαν ἕκαστος κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν.

13 Et reddidit mare mortuos quos habebat: Mors quoq; & Infernus reddiderũt mortuos quos habebãt: & iudicatũ est de singulis secundum opera ipsorum.

13 Et dedit mare mortuos qui in eo erant, & Mors & Infernus dederũt mortuos suos qui in ipsis erãt: et iudicatum est de singulis secũdum opera ipsorum.

Καὶ ὁ θάνατος καὶ ὁ ᾅδης ἐβλήθησαν εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρός· οὗτος ἐστιν ὁ δεύτερος θάνατος.

14 Infernus autem ac Mors cõiecti sunt in stagnum ignis: quæ est mors secunda.

14 Et infernus et mors missi sunt in stagnum ignis: hæc est mors secunda.

Καὶ εἴ τις οὐχ εὑρέθη ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ζωῆς γεγραμμένος, ἐβλήθη εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρός.

15 Et qui non inuentus est in libro vitæ scriptus, conjectus est in stagnum ignis.

15 Et qui non inuentus est in libro uitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.

Κεφάλαιον κα'

CAP. XXI.

Καὶ εἶδον οὐρανὸν καινὸν καὶ γῆν καινήν· ὁ γὰρ πρῶτος οὐρανὸς καὶ ἡ πρώτη γῆ ἀπῆλθε· καὶ ἡ θάλασσα οὐκ ἔστιν ἔτι.

Esa.65.c.17, & 66.g.22 2.Per.3.c.13

1 DEinde vidi cælum nouum & terrã nouam: ‖ primum enim cælũ & prima terra abierat: & mare nõ amplius extabat.

1 Et vidi cælum nouũ & terram nouã: primum enim cælum & prima terra abiit, & mare iam non est.

Καὶ ἐγὼ Ἰωάννης εἶδον τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν Ἰερουσαλὴμ καινὴν καταβαίνουσαν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἡτοιμασμένην, ὡς νύμφην κεκοσμημένην τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς.

2 Et ego Iohannes vidi sanctã vrbem Hierusalem nouam, descendentem è cælo, à Deo paratam, vt sponsam ornatam viro suo.

2 Et ego iohãnes uidi sanctam ciuitatem Ierusalẽ nouam, descendentem de cælo, à Deo paratã sicut sponsam ornatã uiro suo.

Καὶ ἤκουσα φωνῆς μεγάλης ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, λεγούσης, Ἰδοὺ ἡ σκηνὴ τοῦ Θεοῦ μετὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ σκηνώσει μετ' αὐτῶν, καὶ αὐτοὶ λαοὶ αὐτοῦ ἔσονται, καὶ αὐτὸς ὁ Θεὸς ἔσται μετ' αὐτῶν, Θεὸς αὐτῶν.

3 Et audiui vocem magnam è cælo, dicẽtem, Ecce, tabernaculũ Dei est cum hominibus, & habitabit cum eis: & ipsi, populi eius erunt, & ipse Deus cum eis erit, Deus ipsorum.

3 Et audiui uocẽ magnã de throno dicentem, Ecce, tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cũ eis, & ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus.

supra 7.c.17 & isa.25.c.8

Καὶ ἐξαλείψει ὁ Θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν, καὶ ὁ θάνατος οὐκ ἔσται ἔτι, οὔτε πένθος, οὔτε κραυγὴ, οὐδὲ

4 ‖ Et absterget Deus omnẽ lacrymam ab oculis eorum: & mors amplius non extabit: neque luctus, neque clamor,

4 Et absterget Deus omnẽ lacrymã ab oculis eorũ: & mors ultrà nõ erit, neque luctus, neq; clamor,

9 Latitudinem terræ, τὸ πλάτος τῆς γῆς. Heb. רחב הארץ: actũ diceret, ita vt terræ superficiem quantacunque est compleuerint.

11 Quorum locus, &c. οὗ τόπος οὐχ εὑρέθη αὐτοῖς. Id est, ita vt disparuerint. Vide suprà, 12.b.8.

ὔτε πόνος ὀὐκ ἔσται ἔτι, ὅτι τὰ πρῶτα ἀπῆλθον.

neque dolor extabit amplius: quia prima abierunt.

neque dolor erit ultrà, quia prima abierunt.

Καὶ εἶπεν ὁ καθήμενος ἐπὶ τῷ θρόνῳ, Ἰδοὺ, καινὰ πάντα ποιῶ. Καὶ λέγει μοι, Γράψον· ὅτι οὗτοι οἱ λόγοι ἀληθινοὶ καὶ πιστοί εἰσι.

5 Et dixit is qui insidebat throno, Ecce, noua facio omnia. Et dixit mihi, Scribe: nam hæc verba fidelia sunt & vera.

5 Et dixit qui sedebat in throno. Este, noua facio omnia. Et dixit mihi, Scribe: quia hæc verba fidelissima sunt & uera. Esaie 45.c.19 2.cor.5.c.17

Καὶ εἶπέ μοι, Γέγονε· ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ Ω, ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος. ἐγὼ τῷ διψῶντι δώσω ἐκ τῆς πηγῆς τοῦ ὕδατος τῆς ζωῆς δωρεάν.

6 Et dixit mihi, Actum est: Ego sum A & Ω, initium & finis. Ego sitienti dabo ex fonte aquæ viuæ, gratis.

6 Et dixit mihi, Factum est. Ego sum A & Ω, initium & finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ uitæ gratis. supra 1.c.8 infra, 22.c.13

Ὁ νικῶν κληρονομήσει πάντα, καὶ ἔσομαι αὐτῷ Θεὸς, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι υἱός.

7 Qui vicerit, possidebit omnia: & ero ei Deus, & ipse erit mihi filius.

7 Qui uicerit, possidebit hæc: & ero illi Deus, & ille erit mihi filius.

Δειλοῖς δὲ καὶ ἀπίστοις καὶ ἐβδελυγμένοις καὶ φονεῦσι καὶ πόρνοις καὶ φαρμακοῖς καὶ εἰδωλολάτραις, καὶ πᾶσι τοῖς ψευδέσι, τὸ μέρος αὐτῶν ἐν τῇ λίμνῃ τῇ καιομένῃ πυρὶ καὶ θείῳ, ὅ ἐστι θάνατος δεύτερος.

8 Timidis autem, & incredulis, & execrabilibus, & homicidis, & scortatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus pars assignata est in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda.

8 Timidis autem & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, et uenefícis, et idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorũ erit in stagno ardẽti igne & sulphure, quod est mors secunda.

Καὶ ἦλθε πρός με εἷς τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων τῶν ἐχόντων τὰς ἑπτὰ φιάλας τὰς γεμούσας τῶν ἑπτὰ πληγῶν τῶν ἐσχάτων· καὶ ἐλάλησε μετ' ἐμοῦ λέγων, Δεῦρο, δείξω σοι τὴν νύμφην τὴν γυναῖκα τοῦ Ἀρνίου.

9 Tum venit ad me vnus ex septem illis Angelis qui habuerant septẽ illas phialas plenas septẽ plagis nouissimis: & loquutus est mecũ, dicẽs, Veni, ostendam tibi sponsam vxorẽ Agni.

9 Et uenit unus de septem Angelis habentibus phialas plenas septem plagis nouissimis: & loquutus est mecum, dicens, Veni, & ostendam tibi sponsam uxorem Agni.

Καὶ ἀπήνεγκέ με ἐν πνεύματι ἐπ' ὄρος μέγα καὶ ὑψηλόν, καὶ ἔδειξέ μοι τὴν πόλιν τὴν μεγάλην τὴν ἁγίαν Ἱερουσαλήμ, καταβαίνουσαν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ·

10 Et sustulit me per Spiritum in montem magnum & sublimem, & ostendit mihi vrbem magnam, sanctam, inquam, illam Hierusalem, descendentẽ è cælo à Deo:

10 Et sustulit me in spiritu in montem magnum & altum: & ostendit mihi ciuitatem sanctam Ierusalẽ, descendentem de cælo à Deo:

Ἐχουσαν τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ· καὶ ὁ φωστὴρ αὐτῆς ὅμοιος λίθῳ τιμιωτάτῳ, ὡς λίθῳ ἰάσπιδι κρυσταλλίζοντι·

11 Habentem gloriam Dei: & cuius lumẽ erat simile lapidi pretiosissimo, tanquam lapidi iaspidi instar cryſtalli splendẽti.

11 Habẽtem claritatẽ Dei: & lumen eius simile lapidi pretioso tanquã lapidi iaspidi sicut crystallum.

Ἐχουσά τε τεῖχος μέγα καὶ ὑψηλόν· ἔχουσαι πυλῶνας δώδεκα, καὶ ἐπὶ τοῖς πυλῶσιν ἀγγέλους δώδεκα, καὶ ὀνόματα ἐπιγεγραμμένα, ἅ ἐστι τῶν δώδεκα φυλῶν υἱῶν Ισραήλ.

12 Habebat autẽ murũ magnũ & sublimem, habentem portas duodecim, & in portis Angelos duodecim, & nomina inscripta, quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel.

12 Et habebat murum magnũ & altum, habẽtẽ portas duodecim, & in portis Angelos duodecim, & nomina inscripta, quæ sũt nomina duodecim tribuum filiorum Israel.

Ἀπ' ἀνατολῆς, πυλῶνες τρεῖς· καὶ ἀπὸ βορρᾶ, πυλῶνες τρεῖς· καὶ ἀπὸ νότου, πυλῶνες τρεῖς· καὶ ἀπὸ δυσμῶν πυλῶνες τρεῖς.

13 Ab Oriente erant portæ tres: ab Aquilone, portæ tres: ab Austro, portæ tres: ab Occasu, portæ tres.

13 Ab oriente, portæ tres: ab Aquilone, portæ tres: & ab Austro, portæ tres: & ab Occasu, portæ tres.

Καὶ ὁ τεῖχος τῆς πόλεως ἔχων θεμελίους δώδεκα, καὶ ἐπ' αὐτοῖς ὀνόματα τῶν δώδεκα ἀποστόλων τοῦ Ἀρνίου.

14 Et murus vrbis habebat fũdamenta duodecim, in quibus erant duodecim nomina Apostolorum Agni.

14 Et murus ciuitatis habẽs fundamẽta duodecim, & in ipsis duodecim nomina duodecim Apostolorũ Agni.

Καὶ ὁ λαλῶν μετ' ἐμοῦ, εἶχε κάλαμον χρυσοῦν, ἵνα μετρήσῃ τὴν πόλιν καὶ τοὺς πυλῶνας αὐτῆς καὶ τὸ τεῖχος αὐτῆς.

15 Porro is qui loquebatur mecum, habebat calamũ aureũ, vt metiretur vrbem, & portas eius & murum eius.

Et q loquebatur mecũ: habebat mensurã arundinẽ auream, ut metiretur ciuitatem & portas eius & murum.

IN CAPVT XXI.

2 Execrabilibus, ἐβδελυγμένοις. Vulg. & Eraſ. ad verbũ, Execratis. Vide Gal. 1. c. 11. Pars, τὸ μέρος. Hebr. פלק, i. ſors & tanquam hæreditas. Redundat autẽ relatiuum αὐτῆς, ex Hebræorum idiotiſmo.

Καὶ ἡ πόλις τετράγωνος κεῖται, καὶ ὁ μῆκος αὐτῆς ὅσον τὸ πλάτος ἐστίν· καὶ ἐμέτρησε τὴν πόλιν τῷ κάλαμῳ ἐπὶ σταδίων δώδεκα χιλιάδων· ὁ μῆκος καὶ τὸ πλάτος καὶ τὸ ὕψος αὐτῆς ἴσα ἐστί.

16 Vrbs ipſa verò quadrangularis eſt: cuius longitudo tanta eſt quanta & latitudo. menſúſque eſt vrbem calamo, ad ſtadiorum duodecim millia: ſúntque longitudo & latitudo & altitudo eius æquales.

16 Et ciuitas in quadro poſita eſt, & longitudo eius tanta eſt quanta & latitudo: & menſus eſt ciuitatem de arundine per ſtadia duodecim millia: & longitudo & altitudo & latitudo eius æqualia ſunt.

Καὶ ἐμέτρησε τὸ τεῖχος αὐτῆς ἑκατὸν τεσσαρακοντατεσσάρων πηχῶν, μέτρον ἀνθρώπου, ὅ ἐστιν ἀγγέλου.

17 Et menſus eſt murum eius, centum quadragintaquatuor cubitorum, menſura hominis, quæ eſt Angeli.

17 Et menſus eſt murum eius centum quadraginta quatuor cubitorum, menſura hominis, quæ eſt Angeli.

Καὶ ἦν ἡ ἐνδόμησις τοῦ τείχους αὐτῆς ἴασπις, καὶ ἡ πόλις χρυσίον καθαρόν, ὁμοία ὑάλῳ καθαρῷ.

18 Erat autem ſtructura muri eius ex iaſpide: ipſa verò vrbs aurum purum, & ſimilis vitro puro.

18 Et erat ſtructura muri eius ex lapide iaſpide: ipſa verò ciuitas aurum mundum, ſimile vitro mundo.

Καὶ οἱ θεμέλιοι τοῦ τείχους τῆς πόλεως παντὶ λίθῳ τιμίῳ κεκοσμημένοι· ὁ θεμέλιος ὁ πρῶτος, ἴασπις· ὁ δεύτερος, σάπφειρος· ὁ τρίτος, χαλκηδών· ὁ τέταρτος, σμάραγδος·

19 Et fundamenta muri vrbis omni lapide pretioſo ornata: fundamentum primum erat iaſpis: ſecundum, ſapphirus: tertium, chalcedonius: quartum, ſmaragdus:

19 Et fundamenta muri ciuitatis, omni lapide pretioſo ornata. Fundamentum primum, iaſpis: ſecundum, ſapphirus: tertium, calcedonius: quartum, ſmaragdus:

Ὁ πέμπτος, σαρδόνυξ· ὁ ἕκτος, σάρδιος· ὁ ἕβδομος, χρυσόλιθος· ὁ ὄγδοος, βήρυλλος· ὁ ἔνατος, τοπάζιον· ὁ δέκατος, χρυσόπρασος· ὁ ἑνδέκατος, ὑάκινθος· ὁ δωδέκατος, ἀμέθυστος.

20 Quintum, ſardonyx: ſextum, ſardius: ſeptimũ, chryſolithus: octauum, beryllus: nonum, topazius: decimum, chryſoprаſus: vndecimum, hyacinthus: duodecimum, amethyſtus.

20 Quintum, ſardonyx: ſextum, ſardius: ſeptimum, chryſolithus: octauum, beryllus: nonum, topazius: decimum, chryſoprаſus: undecimum, hyacinthus: duodecimum, amethyſtus.

Καὶ οἱ δώδεκα πυλῶνες, δώδεκα μαργαρῖται· ἀνὰ εἷς ἕκαστος τῶν πυλώνων ἦν ἐξ ἑνὸς μαργαρίτου· καὶ ἡ πλατεῖα τῆς πόλεως χρυσίον καθαρόν, ὡς ὕαλος διαφανής.

21 Duodecim autẽ portæ, duodecim margaritæ ſunt, & ſingulæ portæ ex ſingulis margaritis ſunt: & forum vrbis, aurũ purum, tanquam vitrum perlucidum.

21 Et duodecim portæ, duodecim margaritæ ſunt, per ſingulas: & ſingulæ portæ erant ex ſingulis margaritis: & platea ciuitatis, aurum mundum, tanquã vitrũ pluciduum.

Καὶ ναὸν οὐκ εἶδον ἐν αὐτῇ· ὁ γὰρ Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ναὸς αὐτῆς ἐστί, καὶ τὸ Ἀρνίον.

22 Nec templũ vidi in ea: Dominus enim Deus omnipotẽs, templũ illius eſt, id eſt Agnus.

22 Et templum non vidi in ea: Dominus enim Deus omnipotens templum illius eſt & Agnus.

Eſaiæ 60.d.19

Καὶ ἡ πόλις οὐ χρείαν ἔχει τοῦ ἡλίου οὐδὲ τῆς σελήνης, ἵνα φαίνωσιν ἐν αὐτῇ· ἡ γὰρ δόξα τοῦ Θεοῦ ἐφώτισεν αὐτήν, καὶ ὁ λύχνος αὐτῆς τὸ Ἀρνίον.

23 ¶Neque vrbs iſta eget ſole vel luna, vt luceant in ea: nam gloria Dei illuſtrauit eam, & lucerna eius eſt Agnus.

23 Et ciuitas non eget ſole neque luna, ut luceant in ea: nam claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius eſt Agnus.

Eſaiæ 60.a.3

Καὶ περιπατήσουσι τὰ ἔθνη τῷ φωτὶ αὐτῆς, καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς φέρουσι τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν αὐτῶν εἰς αὐτήν.

24 ¶Et gẽtes quæ ſeruatæ fuerũt, ambulabunt ad lucem eius: & reges terræ gloriã ſuam & honorem ad eam adferent.

24 Et ambulabunt Gentes in lumine eius: & reges terræ adferent gloriam ſuam & honorem in illam.

Eſaiæ 60.a.11

Καὶ οἱ πυλῶνες αὐτῆς οὐ μὴ κλεισθῶσιν ἡμέρας· νὺξ γὰρ οὐκ ἔσται ἐκεῖ.

25 ¶Nec portæ eius claudẽtur in terdiu: nox enim nõ erit illic.

25 Et portæ eius nõ claudentur per diem: nox enim non erit illic.

Καὶ οἴσουσι τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν τῶν ἐθνῶν εἰς αὐτήν.

26 Et adferetur gloria & honor Gentium ad eam.

26 Et adferent gloriam & honorem Gentium in illam.

Καὶ οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς αὐτὴν πᾶν 27 Non intrabit in eam quicquã 27 Nõ intrabit ĩ eã aliquod

27 Quæ eſt Angeli, ὅ ἐστιν ἀγγέλου. Hoc addidit propterea quòd Angelus iſte hominis ſpeciem referebat.

21 Forum, πλατεῖα. Sic vocat vrbis locum magis patentem, qui à Græcis ἀγορὰ, à Latinis forum dicitur, vt apparet infrà, 11.a.2. Vulg. & Erat. Platea. quod vocabulum latius patet.

κτισεως, καὶ ποιοῦντι ψεῦδος, εἰ μὴ οἱ γεγραμμένοι ἐν τῷ βιβλίῳ τῆς ζωῆς τοῦ Ἀρνίου.

quod inquinat, aut abominandum quippiam patrat, vel mendacium *loquitur*: sed qui scripti sunt in libro vitæ Agni.

abominationem faciens, & mendacium: nisi qui scripti sunt in libro vitæ Agni.

Κεφάλαιον κβ΄

CAP. XXII.

CAP. XXII.

Καὶ ἔδειξέ μοι καθαρὸν ποταμὸν ὕδατος ζωῆς, λαμπρὸν ὡς κρύσταλλον, ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ Ἀρνίου.

1 Deinde ostendit mihi purũ fluuium aquæ viuæ, splendidum tanquam crystallum, procedentem ex throno Dei & Agni.

1 Et ostendit mihi fluuium aquæ viuæ, splẽdidum tanquam crystallum, procedentem de sede Dei & Agni.

supra, 1.4.5, & 20.d.11 phil.4.a.3

Ἐν μέσῳ τῆς πλατείας αὐτῆς, καὶ τοῦ ποταμοῦ ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν ξύλον ζωῆς, ποιοῦν καρποὺς δώδεκα, κατὰ μῆνα ἕνα ἕκαστον ἀποδιδοῦν τὸν καρπὸν αὐτοῦ· καὶ τὰ φύλλα τοῦ ξύλου εἰς θεραπείαν τῶν ἐθνῶν.

2 In medio autem foro eius, & ex vtraque parte fluminis, erat arbor vitæ adferẽs fructũ duodecim, per menses singulos edens fructum suum, & folia sua ad sanitatem Gentium.

2 In medio plateæ eius, & ex utraque parte fluminis lignum uitæ, adferens fructus duodecim, p menses singulos reddens fructũ suũ: et folia ligni, ad sanitatem Gentium.

Καὶ πᾶν κατάθεμα οὐκ ἔσται ἔτι· καὶ ὁ θρόνος τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Ἀρνίου ἐν αὐτῇ ἔσται· καὶ οἱ δοῦλοι αὐτοῦ λατρεύσουσιν αὐτῷ.

3 Nec vllum maledictum erit amplius: sed sedes Dei & Agni in ea erit, & serui eius seruient ei.

3 Et omne maledictum nõ erit amplius: & sedes Dei & Agni in illa erũt, & serui eius seruiẽt illi.

Καὶ ὄψονται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν.

4 Et videbunt faciem eius: & nomen eius in frontibus ipsorum erit.

4 Et uidebunt facie eius, & nomen eius in frontibus eorum.

Καὶ νὺξ οὐκ ἔσται ἔτι, καὶ οὐ χρείαν ἔχουσιν φωτὸς λύχνου καὶ φωτὸς ἡλίου, ὅτι Κύριος ὁ Θεὸς φωτίζει ἐπ' αὐτούς, καὶ βασιλεύσουσιν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

5 Et nox illic non erit, neque opus est eis lumine lucernæ, neque lumine solis: quoniam Dominus Deus illustrat eos: & regnabunt in secula seculorum.

5 Et nox ultrà non erit: *Esa.60.a.g* & nõ egebunt lumine lucernæ, neq; lumine solis: quoniam Dominus Deus illuminat illos, & regnabunt in secula seculorũ.

Καὶ εἶπέ μοι, Οὗτοι οἱ λόγοι πιστοὶ καὶ ἀληθινοί· καὶ Κύριος ὁ Θεὸς τῶν ἁγίων προφητῶν ἀπέστειλε τὸν ἄγγελον αὐτοῦ δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει.

6 Tũ dixit mihi, Hæc verba fida sũt & vera: & Dominꝰ Deus sanctorũ Prophetarũ misit Angelũ suum vt indicet seruis suis quæ oporteat fieri citó.

6 Et dixit mihi, Hæc uerba fidelissima sunt & uera. Et Dominus Deus spirituũ Prophetarum misit Angelũ suũ ostẽdere seruis suis quæ oportet ato fieri.

Ἰδοὺ, ἔρχομαι ταχύ· μακάριος ὁ τηρῶν τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου.

7 Ecce, venio citó. beatus qui obseruat verba Prophetiæ libri huius.

7 Et ecce, uenio uelociter. Beatus qui custodit uerba prophetiæ libri huius.

Κἀγὼ Ἰωάννης ὁ βλέπων ταῦτα καὶ ἀκούων· καὶ ὅτε ἤκουσα καὶ ἔβλεψα, ἔπεσα προσκυνῆσαι ἔμπροσθεν τῶν ποδῶν τοῦ ἀγγέλου τοῦ δεικνύοντός μοι ταῦτα.

8 Ego verò Iohánes *is sum* qui hæc audiui & vidi. Et quum audissem & vidissem, cecidi vt adorarẽ ante pedes Angeli qui mihi hæc ostendebat:

8 Et ego Iohannes qui audiui, & uidi hæc. Et postquam audissem & uidissem, cecidi ut adorarẽ ante pedes Angeli, qui mihi hæc ostendebat:

supra, 19.b.10

Καὶ λέγει μοι, Ὅρα μή· σύνδουλός σου εἰμὶ καὶ τῶν ἀδελφῶν σου τῶν προφητῶν, καὶ τῶν τηρούντων τοὺς λόγους τοῦ βιβλίου τούτου. τῷ Θεῷ προσκύνησον.

9 Is verò dixit mihi, Vide ne feceris: cõseruus enim tus sum, & *vnus* fratrũ tuorũ prophetarũ, & eorum qui seruant verba libri huius. Deum adora.

9 Et dixit mihi, Vide ne feceris: conseruus enim tuus sum & fratrũ tuorũ Prophetarum, & eorum qui seruant uerba libri huius. Deum adora.

Καὶ λέγει μοι, Μὴ σφραγίσῃς 10

10 Deinde dixit mihi, Ne obsi- 10 Et dicit mihi, Ne signa-

17 Sed, *ἀλλά*. Id est *ἀνά*. Vide suprà, 9.a.4.

IN CAPVT XXII.

1 In medio *autem* foro, *ἐν μέσῳ τῆς πλατείας*. Vide suprà, 1.f.11. Deinde lignum pro arbore positum est, Hebræorum more.

5 3 Erit amplius, *ἔτι οὐ π.* Et *αὐτῇ*, in ea, repetendum est ex posteriore mẽbro, ex Hebræorũ idiotismo.

10 Deinde dixit mihi, *καὶ λέγει μοι*. Eiusmodi formula non vtuntur Græci aut Latini in mediis concionibus, sed in exordiis duntaxat. Reperies autem in Deuteronomio præsertim plurima eiusmodi exempla & apud Prophetas, perinde acsi diuersæ essent conciones, quum sæpenumero vnica tantùm recitetur. Sed & inter Euangelistas apud Marcum penè vnum hoc inuenias: cui præ cæteris etiam familiaris est multiplex ille vsus particulæ *καὶ*, & enallage illa temporum à consuetudine Græci & Latini sermonis aliena. Denique, siquid in his rebus mihi iudicii est, persimilis est huius libri & Euangelii Marci character. Marcus autẽ & ipse dictus est Iohannes, adeo vt nisi me consensus doctorum & rationes illæ quas antè suo loco adduxi, aliò pertraherent, nulli potius quàm Iohanni Marco fuerim hoc scriptum vendicaturus.

τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου, ὅτι ὁ καιρὸς ἐγγύς ἐστιν.

gnes verba prophetiæ libri huius: tempus enim propè est.

veris verba prophetæ libri huius: tempus enim propè est.

Ὁ ἀδικῶν, ἀδικησάτω ἔτι· καὶ ὁ ῥυπῶν, ῥυπωσάτω ἔτι· καὶ ὁ δίκαιος, δικαιωθήτω ἔτι· καὶ ὁ ἅγιος, ἁγιασθήτω ἔτι.

11 Qui nocet, noceat adhuc: & qui sordidus est, sordescat adhuc: & qui iustus est, iustificetur adhuc: & sanctus, sanctificetur adhuc.

11 Qui nocet, nocet adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc: & q iustus est, iustificetur adhuc: & qui sanctus est, sanctificetur adhuc.

Καὶ ἰδοὺ, ἔρχομαι ταχύ· καὶ ὁ μισθός μου μετ' ἐμοῦ, ἀποδοῦναι ἑκάστῳ ὡς τὸ ἔργον αὐτοῦ ἔσται.

Rom.2.a.6

12 Ecce, venio citó: & merces mea mecũ est, ‖ vt reddã vnicuique prout opus ipsius erit.

12 Ecce venio citò: & merces mea mecũ est, reddere unicuique secundum opera sua.

Ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ Ω, ἀρχὴ καὶ τέλος, ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος.

supra, 1.b.8, & 21.b.6 Esa.41.b.6, & 44.a.6

13 ‖Ego sum A & Ω, principium & finis, primus & vltimus.

13 Ego sum A & Ω, primus & nouissimus principium & finis.

Μακάριοι οἱ ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἵνα ἔσται ἡ ἐξουσία αὐτῶν ἐπὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, καὶ τοῖς πυλῶσιν εἰσέλθωσιν εἰς τὴν πόλιν.

14 Beati qui seruant eius mandata: vt sit eis ius in arbore vitæ, & per portas ingrediantur in vrbem.

14 Beati qui lauant stolas suas in sanguine Agni: ut sit potestas eorum in ligno uitæ, & per portas intrent in ciuitatem.

Ἔξω δὲ οἱ κύνες καὶ οἱ φαρμακοὶ καὶ οἱ πόρνοι καὶ οἱ φονεῖς καὶ οἱ εἰδωλολάτραι, καὶ πᾶς ὁ φιλῶν καὶ ποιῶν ψεῦδος.

15 Foris autem erunt canes, & venefici, & scortatores, & homicidæ & idololatræ, & quisquis amat ac committit mẽdacium.

15 Foris canes & uenefici, & impudici, & homicidæ, & idolis seruientes, & omnis qui amat et facit mendacium.

Ἐγὼ Ἰησοῦς ἔπεμψα τὸν ἄγγελόν μου μαρτυρῆσαι ὑμῖν ταῦτα ἐπὶ ταῖς ἐκκλησίαις. ἐγώ εἰμι ἡ ῥίζα καὶ τὸ γένος τοῦ Δαβὶδ, ὁ ἀστὴρ ὁ λαμπρὸς καὶ ὀρθρινός.

16 Ego Iesus misi Angelũ meũ, vt hæc vobis testificaretur in Ecclesiis. Ego sum stirps & progenies illa Dauidis, stella splendida & matutina.

16 Ego Iesus misi Angelum meũ testificari uobis hæc in Ecclesiis. Ego sum radix & genus Dauid, stella splendida et matutina.

Καὶ τὸ πνεῦμα καὶ ἡ νύμφη λέγουσιν, Ἐλθέ. καὶ ὁ ἀκούων εἰπάτω, Ἐλθέ. καὶ ὁ διψῶν ἐλθέτω, καὶ ὁ θέλων λαμβανέτω τὸ ὕδωρ ζωῆς δωρεάν.

Esa.55.a.1

17 Et Spiritus & Sponsa dicũt, Veni. Et qui audit, dicat, Veni. ‖ & qui sitit, veniat: & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis.

17 Et Spiritus & Sponsa dicunt, Veni. Et qui audit, dicat, Veni. Et q sitit, ueniat: & qui uult, accipiat aquam uitæ gratis.

Συμμαρτυρῶ γὰρ παντὶ ἀκούοντι τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου, ἐάν τις ἐπιτιθῇ πρὸς ταῦτα, ἐπιθήσει ὁ Θεὸς ἐπ' αὐτὸν τὰς πληγὰς τὰς γεγραμμένας ἐν βιβλίῳ τούτῳ·

18 Enimuero contestor cuiuis audienti verba Prophetiæ libri huius: siquis adiecerit ad hæc, imponet ei Deus plagas scriptas in libro isto:

18 Conteſtor enim omni audẽti uerba prophetiæ libri huius. Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto:

Καὶ ἐάν τις ἀφέλῃ ἀπὸ τῶν λόγων βίβλου τῆς προφητείας ταύτης, ἀφελεῖ ὁ Θεὸς τὸ μέρος αὐτοῦ ἀπὸ βίβλου τῆς ζωῆς, καὶ ἐκ τῆς πόλεως τῆς ἁγίας, καὶ τῶν γεγραμμένων ἐν βιβλίῳ τούτῳ.

19 Et siquis abstulerit aliquid ex verbis libri Prophetiæ huius, auferet Deus partẽ eius è libro vitæ, & ex vrbe sancta, & ex iis quæ scripta sunt in libro isto.

19 Et si quis diminuerit de uerbis libri prophetiæ huius, auferet Deus partẽ eius de libro uitæ, & de ciuitate sancta, & de his quæ scripta sunt in libro isto.

Λέγει ὁ μαρτυρῶν ταῦτα· ναὶ ἔρχομαι ταχύ· ἀμήν. ναὶ ἔρχου Κύριε Ἰησοῦ.

20 Dicit qui testatur ista: etiam venio citó. Amen. Etiam veni Domine Iesu.

20 Dicit qui testimonium perhibet istorum. Etiã uenio citò. Amen. Veni Domine Iesu.

Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν.

21 Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

21 Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus uobis. Amen.

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE DE LYON

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE DE LYON

INDICES DVO, PRIOR IN ANNOTATIONES in Euangeliſtas: poſterior in Annot. in Acta Apoſtolorũ, Epiſt. & Apocalypſin.

Ita elaborati vt non paruo ad trium linguarum ſtudia, præſertim verò Hebraicæ & Græcæ, adiumento eſſe, plurimum etiam veræ theologiæ ſtudioſis conferre poſſint. Admonent præterea lectores multarum authoris circa res varias obſeruationum.

Quædam animaduertenda ad vſum horum indicum, habentur in eorum calce.

INDEX PRIOR.

A

A Noſtro affine, pro A noſtri affinis domo 159.7

¶ *Abba* pater, dictum videtur per *ἀναδίπλωσιν*, qualis eſt in Gallico ſermone, *Monſieur mon pere* 208.3

עכר ſeruus, non filius 54.15

Abiathar qui & Achimelech 146.8

ὁ Ἀχιμέλεχ inter ſpecies *τῆ ἀδιαφόρου* 378.16, & 391.6

verbum עבר [i. tranſiuit] nonnunquam ſignificat Præterire, idque contrario reſpectu 111.14

עבר [i. latus] aduerbialiter ſumptũ, non minus litus citerius quàm vlterius declarat 15.10

Abraham quomodo dicatur non modò ex fide ſed etiam ex operibus iuſtificatus 186.11

Abſoluere, malè ab Eraſmo vſurpatum de debitore 85.4

vt abſoluamus iubens Chriſtus, quid intellexerit 161.2

abſoluere pro ſimplici ſoluere 305.11

Acoitus 171.8

¶ *Accidere* alicui eſt *malorum ἀφορητῶν* 7.15

Accolæ Cereris Ennenſes quo ſenſu vocet Cicero 131.20

Ἀκέραιος 45.1

Achimelech qui & Abiathar 146.8

Acon pro auditione, ſiue rumore 16.15

Ἀκριβόω quid 7.11

ἀκρίβεια ſecundum etymologiã reſpondet Latino Penitus 111.19

Ἀκρίδες (locuſtas ſignificãs) malè interpretati quidam Summas olerũ partes, alii cancros 10.14

Ἀκυρῶν deriuatum à *κῦρος*, quid propriè ſignificet id eſt 70.18

עד pro עור, id eſt vſque ad, pro dum 68.6. Aliquando ita refertur ad tempus præcedens vt de ſequenti non affirmetur contrarium 5.18

עדה [i. conuentus] & קהל [i. actio] pro ſacro cœtu & Eccleſia, in Scriptura 76.19

Ἀδιαφορῶν 111.1

Adhic & *ἄδωνις* de eodem loco dicta 171.9

Adijci id eſt pro auctario dari 30.1

pro *Adiectiua* ſæpe vſurpant Hebræi appellatiua eo modo quo Græci & Latini interdum 367.13

adiectiuorũ loco vtuntur Hebræi ſubſtantiuorum genitiuis 238.11

Admare 115.13

אדם [i. homo] pro בן, filius 47.18

Adoratio duplex, vna ciuilis, altera religioſa 14.36

in *Adverbia* degenerant multa verba Græca 140.14

Adverſatiuæ particulæ apud Hebræos interdum ſubaudiuntur 6.41

de *Adulterâ* muliere hiſtoria Iohannis à multis reiicitur 396.2

adukeros quos vocet Scriptura metaphoricè 57.16

adulterare pro *μοιχεύειν*, Latinum eſt 11.16

Adultera ſpecies *τῆ ἀδιαφόρου* 378.16 & 391.6

¶ *Aduersum* ſumma olim in Iudæa ita fabricata erant vt in illis ambulare & verſari poſſent 46.14

inter *Aegypti* reges numerãtur duo Euergetæ 338.41

Aeternitas dii, id eſt ſemper exiſtentes 139.19

Aequales locorum longitudines, quæ 58.11

Aes ſignatum fuit initio apud Romanos 100.17

Aestus 59.13

Aeternum delictum, id eſt quod nunquã deletur 150.10

¶ *Affirmare* quippiam certiſſimè volentes Hebræi, antitheſes quaſdam vſurpant 380.2 Affirmationi negationem ſubiiciunt Hebræi mira emphaſi 360.1, & 380.2

Affirmationes Hebraico more per interrogationem 390.15

Affligere in propria ſignificatione reſpõdet *τῆ ἀφορητολογίᾳ* 61.14

afflictiones cur aquarum gurgitibus comparentur 92.14

Ἀγαθοεργεῖν beneficio afficere 146.17

Ἀγαθουργεῖν, beneficio afficere 146.15

Ἀγι & *ἅγιος*, ex verbis in aduerbia degenerarunt 140.14

Ἀγὸν pro *βασίλειον* in verbo *ἀβασίλευτος* 39.1

Agere ſe, apud Terent. pro ire 39.1

Aggredi vnde fit deductum 210.8

Ἀγαλλιᾶσθαι reſpõdet Hebræo יתקרש 26.16

Ἀγνεῖν 169.2

Agnus & vinum, fœderis apud Homerũ ſymbola 338.11

agni paſchalis cœna apud Iudæos 337.12

agni appellatio quo ſenſu tribuatur Chriſto 361.11

Ἀγωνία dicta ſumma Chriſti luctantis anguſtia 340.11

Ἀγωνιᾶν, & *ἀγωνοθετοῦντες* 237.3 & 6

Ἀδρύνειν 196.15

¶ *Ah* & hem 140.13

¶ *Αἷμα* pro vita aut cæde 117.10, & 119.14

איש [i. vir] & אדם [i. homo] pro בן, filius 47.18

איש קריות, vir Kerioth [i. Iſchkeriothes] oriundus ex vrbe Kerioth. Sic Hebræi circumloquuntur gentilia nomina 43.18

עין רעה [i. oculus malus] declarat inuidentiam 91.15

εἰς Αἰδάτας idem quod Hebræis לשׁוּרם 17.10

Αἴρειν τὴν ψυχὴν pro Anxiam & ſuſpenſam animam tenere 409.14

Αἰδάτεσθαι pro *αἰσχύνεσθαι* 281.15

Αἰτία pro cauſa vel crimine 86.7

א pro ב, vt *ἀς* pro *ὡς*, & contrà 138.11

על [i. ſuper] pro אל [i. ad] ſicut apud Græcos *ἐπὶ* vſurpatur pro *πρὸς* 243.10, & 284.6

על vide ב׳

עולה 418.16

Alij, ſubauditum 301.3

Alterna bona quæ vocet Chriſtus 313.18

Amã interrogatiuè ſumptum 49.11

Amen vel *Αμὴν* ſubauditum 301.2

ἄμπος pro *ἴτηλος* 13.36

Ἀμόθεοι qui Latinis ſpurii & degeneres 257.18

Alteria nunc habenda eſſe, & vſurpandas oblationes, ex Chriſti dicto quidam ineptè colligunt 20.37

Alterè repetita proœmia quæ vocentur 111.14

Altera manu fert lapidem, panem oſtentat altera, prouerb. 289.14

in *Altiſſimis* Hebr. pro in cælis 95.16

¶ אם [i. ſi] pro כאשר [i. quum] 424.33, & 430.19

אם [i. ſi] particula iuriiurãdo familiaris 175.15

אם-לא [ad verbum, ſi non] pro ſed 53.11

אמר, i. dixit, pro iuſſit, apud Hebræos 13.44, & 190.16, & 133.40

Ambulare Hebraico more eſt conuerſari, viuere, vitam inſtituere & agere 169.49, & 111.15

Ἀμωμήτους 113.1, & 7

Amen quid, 18.36 Amen Hebræam vocem retinuerũt vulgata quoque linguarum idiomata 18.37

Amare, amplius aliquid quàm diligere 24.6

מטר quid 29.28

Ἀμφίβληστρον retis genus, Latinis funda, Gallis *un eſpreuier* 15.45, & 64.24

Ἀμφίστομος vel *δίστομος* gladius, pro anciſo, vnde dicatur 354.15

Amphora Attica 311.3

אמר [i. dixit] pro Promiſit, Pollicitus eſt, apud Heb. 131.46

¶ *An* non ſemper eſt particula *διανητικὴ* 51.35

Ana diſtributionem declarans 90.25, & 274.14

ἀνὰ pro *ἀνὼ* 119.12.

ἀνὰ pro *χαμὲλ* & pro *πάλιν* in *ἀναχωρῶ* 7.18

ab *Anabaptiſta* detortus locus ad confirmationem ſuæ *καινοτόμιας* 283.17

Ἀναβολὴ opponitur *τῆ καταβολῆ* 51.31

Ἀναβλέπειν 176.19

ἀναβλέπειν interdum idem quod *ἐνορᾶν τοῖς ὀφθαλμοῖς* 79.8

ἀναβλέψις 249.12.

Ἀναγλυφεῖον nauale verbum 7.23

Ἀναγκάζειν 159.13

Ἀναχωρῶν pro redire & pro ſecedere 15.3

Ἀνάγκαιος 13.31

Ἀναλύσαντες pro *καταλύσαντες* 35.9

Ανακλίνω, pro Facio accumbere 166.9
Ανακλίσεις exempla 189.10
Ανακλίτος & συνάνθρωπος, oppoſita: vnde ἀνακλιτῶς & συνανθρώπως reſpondentia Latinis recurſus & incurſus 303.7
Ανακλαμβάνειν τὸ πῶλον & ἀναπαύεσθαι oppoſita 281.5
Ανάλημψις 281.4
Ανακάμψει pro reuerti, à nautis tranſlatũ 299.8
Ανακατάποδοι ſchematis exemplum 302.14 Anãtapodoton ex vulgi ſermone petitum 161.39
Ανακάθετος, quid 73.18, & deinceps
Ανακρίνειν de equitibus propriè dicitur 7.14
Ανακαθίζειν pro σωκαθίζειν 210.16
Ανακάθισις tranſitiuum 14.14 Ανακαθί 235.11
Ανάθημα & ἀναθηματίζειν 126.14, & 332.13
Ανάθεμα τε 332.19
Andreas & Petrus cur primi recenſeantur inter Apoſtolos 43.10
Ανέπαλτος 315.3
Ανὲυ τῆ δίκαιον apud Demoſthenem pro Non adhibita authoritate & conſenſu populi 46.38
Ανέχεσθαι propriè pro tolerare 51.15 ἀνέχεσθαι aliquid amplius eſt quàm πάσχειν 80.7
Ανθρωποκτόνα 130.11
Ανθρωπος ſæpe pro τὶς 319.9
ἄνθρωπε, Heus tu 254.10
ἄνθρωποι, vt Gall. *les gens* 18.18
ἄνθρωπος Hebraico more pro filio 47.18
Angari & angariare 23.49
Angelus quo ſenſu dictus ſit Chriſtus 353.46
ענה [i. reſpondit] impropriè pro Loqui cœpit 99.1, & 108.5 ענה de omni continuatione orationis dicitur 51.38
Nomen Ανὴρ Græci addũt appellatiuis, quod in Latino ſermone vacat 57.41
Anima pro vita Hebraico more 9.2
Pro vita vel ipſo homine 146.10
anima pro toto homine, Hebraica ſynecdoche 77.16, & 146.10
animæ hominum pro hominibus ipſis, aut hominum vita 281.37
animam inuenire, quid 47.28
animas ſuas per patientiam poſſidere, quo ſenſu iubeantur Apoſtoli 333.13
animalis & ſpiritualis corporis definitio 349.10
animoſi qui Græcis θυμοειδεῖς 84.24
Ante præpoſitio ſubaudita 178.41
ab *Antecambulationibus* regum ſumpta metaphora 137.11
Antecedens repetitũ loco relatiui more Heb. 138.37, & 148.36, & 245.18, & 247.7 & 264.16, & 290.10, & 371.31, & 459.14
ex antecedente ſæpiſſime conſequens intelligunt Hebræi 131.11
antecedenti præpoſitum relatiuum Hebraico more 80.11
Αντί τινος, loco aut vice alicuius 81.15
ἀντὶ variè ſumptum, 359.11
ἀντὶ πάντων ἐκφορίων, prouerb. 189.14
Ανθέστης quid differat à nomine Lat. Aduerſarius 20.51
Αντικαθέζεσθαι 231.39
Antitheſes Hebraïs familiares volentibus quippiam certiſſimè affirmare 380.2
Αντίθεσις 366.11
Αντίχριστος 206.16
Αντλῆσαι 367.4
¶ *Aoriſtus* pro præſenti 67.8
¶ Απαρέμφατον interdum pro παρατατικῷ 95.27
Απαντᾶν quid 61.30
Απάχθη pro ἀπολαμβάνειν 25.33
Απολαμβάνειν 25.40
Aperire in parabolis os. Hebr. pro Loqui parabolas 63.11
aperire os, non ſemper emphaſin habet apud Hebr. 17.10
aperiri dicuntur oculi cæcorum quum fiunt videntes, ſecundum Hebræos 404.13 Aperri oculis dicuntur Hebr. & Chald. qui viſu non carent, quibus opponuntur clauſi 93.13
Apertura vulvæ, pro primogenito Hebr. 259.19
Αφαιρεῖσθαι 17.37
Αφαιρεῖν γῆν τινος 351.1
Αφιδρύει vnde 71.9
Αφίου pro ἀφοῦ 143.33
Αφίστημι 143.31
Αφιστὰς 71.11
Αφορίζειν & ἀφορίζεσθαι 65.5, & 301.3
Απτεσθαι & ἅπτεσθαι ſæpe confunduntur à Veteri interprete 124.30
Από μιᾶς, ſubaudito genitiuo γεώμετρος, aut βουλῆς 307.4
Από præpoſitionis vis in ἀπάχθη, & ἀπολαμβάνειν, & ſimilibus 160.26
Από abundans in ἀπὸ μακρόθεν, vt apud Homerum in ἀπ' οὐρανόθεν 114.16
Από & ἐκ ſæpe permutantur 19.1, & 23.19
Από & ὑπὸ ſæpe permutantur 51.2, & 77.1
Από pro ὑπό, id eſt præ 134.16
Απεχαφᾶσθαι 235.44
Ἀποκαλύπτειν & σωκαλύπτειν 147.36
Απωσε Homero idem quod λύσεν 93.3
Απολαμβάνειν & λαμβάνειν quid differant 4.18
Ἀπὸ κλίνειν 173.16
Apollinaris error à Schuenfeldio renouatus 368.29
Apollinaris impietas, animam hominis à Chriſto aſſumptam negantis 357.13
Απολύειν quid proprie 21.40 Ἀπολύειν (id eſt dimittere) pro repudiare 4.11, & 21.39 Ἀπολύειν pro ſimpliciter λύειν 303.11
Απομνημόνευμα 25.40
Apoſiopeſis conuenit grauiter commotis 175.15
Απόπλους 21.41
Απόστολος 187.13
Apoſtolus Heb. שליח dicitur 43.7
Apoſtolica factio orbis terrarum finibus comprehenſa 219.39
Απομιμνήσκειν 194.35, & 195.6
τὰ Ἀπομνημονεύματα 195.15
Απροσωπόληπτον γίνεσθαι Iudæis olim idem quod Chriſtianis Excommunicatum eſſe 83.17
Απροσωπόληπτος 167.1
Apparere reſpondens apud Ciceronem Φαίνεσθαι 27.41
Apparitores vnde dicti à Latinis 225.4
apparitores præſidis in prouinciis ῥάβδους geſtabant, id eſt bacillos 211.16
Appellatio fœderis tributa ſymbolis fœderis ab Homero 358.11
appellativus pro adiectiuis ſæpe apud Hebræos 367.23
appellatiuorum genitiuis Hebræi vtũtur pro adiectiuis 29.8
Appoſitiones genus tam Græcis quàm Hebræis familiaris 233.11
appoſitionibus in ſubiectione politis abundat Iohannes 368.16
אישׁ & אשׁה inter ſe differunt vt Deſponſauit & duxit vxorem 3.13
¶ *Aqua* allegoricè quid 371.17
ab aqua ſumptæ metaphoræ Hebræis familiares 371.21
aquæ & aquarum gurgites pro extremis miſeriis & calamitatibus, vſitata Hebræis metaphora 91.14
¶ *Arca* illatiuum 88.10
Ἄρα γε pro ἄρα οὖν, habens cum illatione vim confirmandi 31.10
Archelaus Herodis ſucceſſor 243.10
Archelaus tetrarcha, non rex 9.5
Archelao pulſo, Iudæa à Cyrenio in prouinciam redacta 236.44
πλὴν Ἀρχέλαὸ ὄ, τι καὶ λέγω ὑμῖν, variè expoſitum 399.1
Ἀρχῆθεν qui 6.10
Ἀρχιτελώνης 323.1
Archiſynagogi 157.14
archiſynagogorum & magiſtratuum politicorum diſtincta munera 306.3
archiſynagogi plures erant 303.16
Ἄρχοντες vocati etiam ipſi Sacerdotum principes 345.3
Argentum pro quauis ſignata pecunia 115.10, & 116.23
Ἀργὸς pecunia & ὠφελὸς contraria 315.2
Ἀρτὶ ab ἀείδειν 24.10, & 195.16
Arida pro terra dictum more Hebraico 105.27
Ariſtophanes locus 51.24, & 60.10
Ariſtoteles locus 57.19
ab *Arrianis* detortus locus ad arguendam Filii inæqualitatem 354.42
ab Arrianis detortus locus ad negandam Chriſti diuinitatem 434.1
Ἀρτι pro οὐκ ἤδη, vel οὔπω 13.7, & 111.19
Articulus ſingularis ἰσοδυναμεῖ τῷ ὁποιῳδὶ ἐκφορᾷ & καθόλου, id eſt, idem pollet quod vniuerſalis determinatio 63.14, & 141.16 Articulus ἀορίστως poſitus 23.14, & 55.5, & 59.5 Articulus ὁ præfixus verbis & participiis vim habet nominis indefiniti 59.5
Articulus ὁ vim habens διαφορικὸν, [q. d. diſcretiuam] quum inſignis aut præſtantis perſonæ alicuius fit mentio, quæ ideo diſcernenda ſit à cæteris 5.1, & 111.8, & 354.3, & 355.35 Articulus ὁ emphaſin habens dignitatis ſimul & relationis 361.5 Articulo ὁ poſito διαφορικῶς, reſpondet ה apud Hebræos, & ille interdum apud Latinos 5.1, & 401.43
articulus poſitus αὐτοπροσωπικῶς 111.2
articulus poſitus κατ' ἐξοχήν, ſeu vim habẽs κατ' ἐξοχὴν 5.1. relationis 5.19, & 247.7 Emphaſin habens relationis ſimul & dignitatis 361.5
articulus præfixus nomini πλῆθος non ſemper indicat pro Spiritu ſancto accipi 368.3
articuli eclipſis 386.27, & 415.7
Ἄρτιος pro τέλειος, perfectũ & integrum 95.24, & 139.23 ἄρτιος ἀκοῆς, & ἄρτιος καρδίας 95.26

ἀπλᾶ 171.19
Asarus 309.16
Ασπάζεσθαι non ſimpliciter ſalutare ſignificat, ſed oſculo & complexu 24.34
Ασφάλεια non ſolùm pro firmitate, ſed etiam pro veritate 111.1
Aſpicere plus eſt quàm videre 21.25
אשר [.i. vt] pro כאשר [.i. quando] nõ nunquam ponitur apud Hebræos 28.30
Aſſes olim quales 44.10
Aſſarius, quid, & quando percuſſus 46.29
Aſſimilare reſpondet Græco ὁμοιῶν 26.22
¶ Αὐτὸν 164.14, & 170.16, & 166.1
Αὐτομάζειν & ἀυτομᾶν 195.35
Autor, inſolens, & quicquid fit præter officium 346.10
Atrii à templo diſtinctio 113.23
¶ Audire, peculiari quadam ratione vſurpatum 19.18
audiendo audire, anadiploſis Hebraica 60.14
cur ab Auguſto facta orbis deſcriptio cuius meminit Lucas 136.31
Auguſtino impoſuit quoddam dicendi genus Vulg. interpr. 30.14
Αὐλὴ 190.17
in Auribus veſtris, Hebraico more dictũ pro Vobis audientibus 150.1
Aurei & argenti poſſeſſionem interdictam eue quidam ex Chriſti verbis malè colligunt 44.6
inter Author & ſcriptor diſcrimen 1.11
Αὐτομάτως 154.11
Αὐτόπτης 111.9

B

ב omne genus cauſarum declarat 3.11. & 15.50, & 161.14, & 147.9
ב [.i. in] præpoſitio, vt cæteras cauſas, ita etiam effectricem notat 355.15
ב [.i. in] pro Per, vel Propter 30.6, & 105.36, & 184.10
באמת in veritate, id eſt verè, vt ἐν ἀληθείᾳ pro ἀληθῶς 100.17
בקרבכם in medio veſtrum, pro Inter vos 339.3
ב [.i. in] pro עם [cum] cuius exemplo ὡς pro ὡσὰ poſitum 51.11, & 115.15
ב quod vulgò valet In, nonnunquam apud Hebræos ſignificat Poſt 178.16
ב [in] pro אל Aduerſus 47.11
ב iurandi particula apud Hebræos 11.13
ב inſtrumentis præfixa, redundat in ſermone Græco & Latino 183.5
ברוח in Spiritu, id eſt Spiritu, redundante præpoſitione 140.14
Baculo moris fuit geſtare iter faciendo 44.16
Βάθρον idem quod ὑποπόδιον 11.30
Βάλλειν pro πίπτειν, etiam quando cominus infligitur vulnus 111.10
Baptiſma externum & internum 361.11.14
baptiſmo conſecramur Deo 136.1
baptiſmus, Vide Pædobaptiſmi hoſtes
baptiſmi nomen metaphoricè ſumptũ 91.13
baptiſmus Iohannis 114.51
baptiſma pro Iohannis prædicatione 96.18.
Βαπτίζειν propriè Tingendi cauſa immergere 169.14
Βαπτίζεσθαι pro μυθίνεσθαι 169.16
Βαπτισμοὶ vnde dicti ſint à Iuſtino Phariſæi 169.35
Βάσανοι pro ſæuis morbis 16.30
Βασιλικὸς ad verbum regius, pro eo qui plurimum poſſit apud regem 375.18
Βαστάζειν baiulare vel portare 11.49
Βαστάζειν propriè de grauibus oneribus 206.14
Βασιλικὸν regio 361.1
¶ Βδελυγμὰ (vel potius βδελυσσὼ) quid 46.5
Benedixiſſe panibus, quo ſenſu dicatur Chriſtus 176.13
benedicere menſæ, quo ſenſu dicatur à Chriſtianis 176.19
benedicendi verbum quidam in alienum ſenſum transferunt 166.30
benedictus Deꝰ, Hebræorũ more, id eſt laudãdus: de homine dictum, ſignificat, Bene ſit illi. Vtrunque in Meſſiam competit 95.11
benedictus quo ſenſu dicatur Chriſtus 119.24
benedictus in ſalutationibus, Hebræorum more, benedictionum cumulũ deſignat 191.9
Benigniſſimum exercere & Benignè facere latius patent quàm Eleemoſynam dare 15.10
Bethania 360.35
Bethlehem duplex 5.31
¶ Bibliorum interpretatio Græca qua nũc vtimur, diuerſa ab ea qua vſi ſunt Apoſtoli 137.15, & 114.10
Βίκος pro χαμήλοις 1.18
Βίος, vita, & id quo vitam tuemur 309.13
Pro οὐσία 172.9
¶ Βλασφημεῖν bifariam vſurpatur 38.17
βλασφημία vnde 71.17
Βλέπω plus eſt quàm ὁρᾶν 11.24, & 60.13
βλέπειν [id eſt aſpicere] vnde dicatur 15.44
βλέπω pro cauere 175.15
¶ בן [.i. filius] extenditur ad omnes deſcendentes 114
בני העולם חזה Hebr. hoc eſt, homines huic ſeculo addicti 311.31
בני נכר, filii alieni, in genitiuo Hebr. pro alienigenis 57.18
בני אורה [.i. filii lucis] Hebraïs pro iis quos luce ſui Spiritus illuſtrauit Deꝰ 311.31
¶ Βοανὴς 71.15
Bona vocat aliena Chriſtus quæ profani homines bona fortunæ & externa 313.17
Βουλὴς genitiuus ſubauditus poſt νἱοὶ μυστ 306.4
¶ Brachium Hebr. pro vi ac robore 419.14
Βρέφος pro ἔμβρυον 119.16
Βρύχειν in forma coniugationis Hiphil vſurpatum 14.17
Βροχὴ pro pluuia, à βρέχειν 33.13
Βρώσις, pro eroſione, id eſt ærugine 28.6
¶ כסר [.i. caro] pro homine per ſynecdochen 357.11
¶ בת menſura aridorum Heb. 311.1

C

Καὶν (quod vitioſitatem ſignificat) poſitum pro κάκωσις, id eſt vexatio 30.9
Κακῶς deductum à χαλεπὸν 319.7
κακῶς ἔχειν Gallicè ad verbum Auoir mal 16.18
Cadere in faciem pro adorare, Heb. 79.4
Κάδος 311.3
Cæcorum oculi clauſi dicuntur Hebraico more 404.13
Cælum quibus clauſum, quibus contrà apertum eſſe dicatur 76.40
è cælo deſcenſus Chriſti quò referendus ſit 368.17
cælum vel cæli pro Deo in cælis habitante 96.10, & 310.3
in cælum peccare, quo ſenſu dicatur 310.1
cælum pro aere 19.7
cæli Hebraïs duali numero nihilo plus valet quàm cælum Latinis 84.4
pro In cælis, dicitur Hebraica phraſi In altiſſimis 95.16
Cæſarea dux 75.19
Cæſarea maieſtas pro ipſo Cæſare 319.8
Καὶ particulæ elegans eſt pleonaſmus 39.11, & 399.51
καὶ pro ἀλλὰ [.i. ſed] 50.38, & 55.11, & 57.32. Sic Hebr. ו [.i. &] pro אבל, id eſt ſed
καὶ pro autem 140.10
καὶ pro οὖν, igitur 181.4 Καὶ πῶς, pro Quomodo igitur, è vulgo petitum 151.6
καὶ reſpondens Hebraicæ literæ ו 6.17, & 161.5, & 154.3
καὶ pro vel, id eſt ſaltem 317.11
καὶ pro ἤν, id eſt tunc 38.13, & 148.13 & 154.3. Et pro ἐὰν 215.1
καὶ pro κἂν 19.9, & 70.13. Pro κἂν, vel καίτοι 319.31
καὶ variis Latinis particulis redditur apud Marcum præſertim 153.18
καὶ in epexegeſi poſita 88.16
καὶ interrogationi adhibita 91.6
Καίειν pro accendere 18.11
inter Καπὶς & πέλις diſcrimen 40.35
Καπὶς 377.8
Calcei vnde dicti ſint à Græcis ὑποδήματα 161.19
Καλεῖσθαι pro εἶναι 17.19, & 19.13
Καλιαὶ dicuntur auium nidi, quòd ſint ex bacillis & feſtucis compacti 63.1
Καλὸς κἀγαθὸς quid ſonet 169.19
¶ Camelum per foramẽ acus, Prouerbiũ Thalmudicum 89.5
Καμμύειν pro κατεμμύειν 60.35
¶ de vocabulis Cananæus ſiue Cananæus, & Cannites ſeu Cannæus, quid ſentiendum 43.19
Candidum propriè quod eſt ſplendidum & fulgens 18.16
Capernaum vbi ſita 36.4
per Caput iurandi mos 11.31
Caro pro animi & corporis humani natura peccato & morti addicta 367.11 Caro pro craſſa & impura hominis natura, quæ ſpiritui opponitur 357.10 caro pro homine 433.10
caro pro carnali 367.13
caro omnis non ſeruaretur, duplici Hebraiſmo dictum eſt 110.1
caro & ſanguis, periphraſis hominis Hebr. qua humanã imbecillitatem ſignificant 76.4
Caſtellionis audacia ſacrilega in conuertendis Bibliis 153.13, & 141.17, & 310.10
Caſtellio Dominum obtrectatorem peruerſè vocat 71.13
Caſus rectus pro accuſatiuo 100.11
caſus rectus pro vocandi caſu 190.10, & 411.1

caſus nominatiui ſubauditi exemplũ ex Cicerone 18.1
Κατὰ pro ἀπὸ apud Matth. ſicut & apud Homerum 37.27
κατ' ſæpe pro in, vel per 4.21
κατ' πύλαι quod Galli dicunt ad verbum *Par fortune* 140.34
κατ' ἐξουσίαν quod Cicero dicit Per poteſtatem 140.31
κατ' præpoſitio ſubaudita 90.11, & 257.11, & 433.10
κατ' pro κάτω in verbo καταβαίνω 95.11
κατ' in cõpoſitione auget ſignificationem 12.57
Καταβολὴν & καταβολὴ 163.12
à *Catabaptiſta* arreptus falſò locus aduerſus pædobaptiſmum 137.37
Καταδικάζω opponitur τῷ ἀπαδικάζω 51.31
Καταδύεσθαι dicuntur quæ aquam ſubeunt 141.1
Κατακυριεύω de quali dominatione dicatur 91.37
Κατακαιόμενον 355.40
Κατάλυσιν τοῦ νόμου pro abolere legem, vnde ductam habeat metaphoram 18.34
καταλύειν pro recipere ſe in diuerſorium, vnde ſit ductum 275.11
Καταμένειν & ſimplex μένειν 14.10, & 193.15
Καταργεῖν & καταργεῖσθαι 301.16
Καταρτίζειν pro Sarcire & quaſi redintegrare, pro Perfectum & integrũ reddere. Item pro Aptare & præparare, ſeu Coagmentare & componere, 95.27, & 139.23
Κατασκήνωσις, nidus, propriè vmbraculum 36.11
Κατεξουσιάζειν qualem dominationem ſignificet 91.37
Κάθαρμα eadem forma dicitur qua ſceleſtus pro ſcelerato 367.24
Καθέδρας 111.44
Καθίζειν interdum neutrum, interdum μεταφορικῶς 18.24
Catholica Eccleſia vnde vocata ſit 317.42
Καθὸν (id eſt quatenus) pro quandoquidem 314.5
Κατοχεῖς & κατοχείδου, & κατοχείδους 111.59
inter Κατοικεῖν & παροικεῖν diſcrimen 9.11, & 350.1
κατοικεῖν de fixo & perenni domicilio dicitur 357.28
Catulli locus 26.11
Καῦμα & καυματοῦσθαι 59.11
à *Cauſis* mediis diſtinguendum Dei cõſilium ac decretum 338.38
Cautio pro obligationis inſtrumento, apud Senecam 311.6
כבוד יהוה [.i. gloria Iehouæ] pro Iehoua glorioſo 137.17
¶ Κεφαλαιοῦσθαι noua ſignificatione vſurpatum 195.31
Κεράμιον 311.3
κεράμια dicta ſunt amphoræ quòd fere fictiles eſſent 106.10
Kerioth vrbs 43.19
Κέρμα & κερματιστὴς 365.11
Cernere & cribare Eccleſiam quando dicatur Deus 339 17
¶ *Chaldæica* editio 353.37
Χαλκὸς pro ære, id eſt pecunia ex quocunque metallo 200.16
χάλκεοι nummi, ſinguli ſeptenis λεπτοῖς æſtimati 200.18
terra *Chanaan*, dicitur etiam terra, ſine adiectione 215.31
Chanaanæa כנענית, non קנית 71.27
Χάρις Lucæ quod μισθὸς Matthæo 160.5
Χαρίζεσθαι, & gratificari, eadem ſignificatione & conſtructione 165.1
Χαράσσω, vnde κατεχαράσσετο 116.4
charitas Dei ad primam Tabulam ſpectat 194.1
charitas non eſt iuſtificationis cauſa efficiens, ſed effectum 167.18
Χάσμα 314.12
Σινδὼν ἐκ, amiculum ex lino 448.17
Χόρτος vnde χορτάσαι 73.14
Χοῦς vnde χοεῖσι 87.13
Χρείαν ἔχειν 146.1
Χρηματίζεσθαι 7.10
Χρῆσις tam de cõmodato quàm de mutuo dicitur 188.19
Χρηστὸς tribus modis interpretatũ 160.31
χρηστὸς ζυγὸς quis dicatur à Chriſto 51.17, & 160.33
Chriſti nomen quid declaret 3.15
Chriſtus quomodo ex Spiritu ſancto genitus eſſe ſit intelligendus 118.7
Chriſtus ſolus in hiſtoria Euangelica Filius hominis vocatur 36.21
Chriſtus cur Filius hominis vocetur, déque eo variæ opiniones 36.14
Chriſtus faber fuit lignarius 160.27
Chriſtus diuinitatem ſuam aſſerit humanitati coniunctam 397.17
Chriſtus quo ſenſu dicat ſe deſcendiſſe è cælo 368.17
Chriſti corpus non fuit ſpiritualis ſubſtantiæ 4.43
in Chriſto quid vocarint veteres theologi communicationem idiomatum 368.37
Chriſtus quomodo dicatur benedictus 219.24
Chriſtus non Legis ſed Euangelii miniſter 19.19 Chriſtus politicas leges non præſcribit 83.15 Chriſtus quo ſenſu dicatur neminẽ iudicare ſeu condemnare 369.17, & 398.1
Chriſtus qualem ſe præſtiterit in doctrina promulganda 33.30
Chriſto parum æqui erant eius gentiles & agnati 149.13
Chriſtus Galilææ ſuperioris fines nunquam egreſſus, vt ad profanas gentes proficiſceretur 171.27
ne Chriſtus à populo pro Meſſia haberetur, fraude Satanæ factum 140.19
in Chriſtum implacabile odium Rabbinorum recentiorum 353.41
Chriſti qualis eſſet ira aduerſus ſuos ad uerſarios 147.4
Chriſtus quomodo per medios hoſtes elapſus 403.31
Chriſtus quo ſenſu dicatur numeratus vnà cum latronibus 115.10
in Chriſti deiectione conſiſtit noſtræ conſolationis ſumma 340.25
qui Chriſto verentur tribuere inſignia humanæ infirmitatis argumẽta, valde reprehendendi 341.6
Chriſtus non luctabatur cum mortis terroribus duntaxat, ſed cum terribili Patris irati iudicio 340.23
Chriſti ſingularis magnitudo animi 316.1
Chriſti ſymbolum erat manna 386.31
Chriſti præſentia in Eccleſia 357.37
ad Chriſtum fide amplectendum quomodo proſint ſacramenta 110.21
Chriſti corpus non eſt neceſſe realiter in terris adeſſe, vt Chriſti participes fiamus 110.16
Chriſti manducandi modus carnalis refellitur 446.6
Chriſti regnum ſpirituale, nõ terrenũ 317.21
quidam Chriſtum à reſurrectione varios vultus induiſſe, falſò exiſtimãt 349.19
Chriſti corpori glorificato quidam inconſideratè ea tribuunt quæ vero corpori non poſſunt conuenire 349 17
Chriſti nomen inuocabant eius diſcipuli in edendis miraculis 185.3
Chriſti cohæredes & Dei hæredes ſimili ratione dicimur 339.16
Chriſti aduentus prior & poſterior 317. 34-37 Chriſti poſteriorem aduentum poſſumus à promulgato inter Gentes Euangelio auſpicari 317.40
Chriſtus Domini cur Hebræi vocent reges 140.11
Χρόνος interdum de lõgo temporis ſpatio dicitur 319.16
χρόνου ſæpe ſubauditur à Græcis, poſt ὡς 145.8
Chryſoſtomo falſò inſcripti qui extant in Matthæum commentarii 118.13
Chryſoſtomus plus æquo αὐτεξούσιον ſolet extollere 419.28
¶ הנה [.i. ecce verò] pro Ecce, etiam in initiis 189.3
Cibus quomodo dicatur ſanctificari verbo & oratione, ſiue gratiarum actione 276.16
Ciceronis loci 11.5, & 12.11, & 23.45, & 27.11.41, & 29. 16, & 35.18, & 37.15, & 40. 41, & 49. 4, & 58. 14, & 69.5, & 71.33, & 75.8, & 81.15, & 92.13, & alibi deinceps
Ciceronis locus mendi ſuſpectus 68.11
Ciceronis locus perperam à multis intellectus 11.19
Cinitatis nomen latius patere quàm verbis 18.10
¶ Κλαίειν reſpondet Latino flere 8.15
Clauium traditione ſignificatur poteſtas œconomi 76.34
clauis regni cælorum, miniſterium Euangelicum 76.36
Clauſi & aperti oculi opponũtur apud Heb. vt cæci & videntes apud Latinos 93.13 Clauſi dicuntur oculi cordis, Hebraico more 404.13
כלי [.i. vas] quoduis inſtrumentum atque adeo ſupellectilẽ declarat 56.8
Κληρονομεῖν & κληρονομία 17.15, & 339.12
Κλαίειν Lucæ quæ ſympoſia Marco 176.4
¶ *Cœnaculum* vnde dictum 106.17
Cognoſcere Hebraico more de congreſſu mariti & vxoris 118.4
Κοιλία (ſicut & γαστὴρ) pro ventriculo, & prò ventre propriè dicto, item pro vtero 87.31
Κοινὸν pro profano, & κοινοῦν pro polluere 70.42
קול [.i. vox] pro ſono 368.8
Κολλυβιστὴς 365.10
Κολυμβήθρα 376.15
Comedo pluſculũ aliquid declarat quàm edax 50.27
Commiſeratio vehemens & ex intimis viſceribus profecta ſignificatur verbo Hebraico רחם 41.15
Commiſſura quid 40.9

Commorári & habitare differunt vt παροικεῖν & κατοικεῖν 9.11
Κωμασταὶ 141.27
Κεφαλὴν ἔχειν eo modo dictum quo Latinè Bellè habere 376.8
in *Comparatione* accommodatione ſæpe omittitur particula ita, Hebraico more 389.19
Conclave quid 26.15
Condemnare pro perdere 369.19
Condemnatio pro cauſa cõdemnationis 369.23
Condescere apud Ciceronem ſæpe pro συνιέναι 29.10
Confiteri pro palam & publicè agnoscere & profiteri 47.11
confiteri peccata quid 10.43
Confeſſiones quid in Eccleſia 47.13
Consungo reſpõdet penitus τῷ συνζεύγνυμι 86.19
Conſequens ex antecedente ſæpiſſimè intelligunt Hebræi 65.2, & 131.11
Conſtructio verborum permutata, Hebræorum more 306.7
Continentia virtus non in cuiuſuis arbitrio poſita 87.16
Connubium, nuptiale verbum 3.17
Conuentus & cõcio ſiue Eccleſia in Sacris literis de cœtu fidelium intelliguntur 76.19
Conuerti pro reſipiſcere, & cõuerſio pro reſipiſcentia, Hebraico more 60.36, & 81.21, & 124.2
Cosmicis adhiberi ſolita vnguenta 205.2
Cophinus quid 67.21
κοπιᾶν plus eſt quàm **πονεῖν** 52.13
Copula pro aduerſatiua particula apud Hebræos 50.38
copula pro rationali particula apud Hebræos 249.2
copulã perſæpe Hebræi non exprimũt 408.17
copula ſæpius redũdat apud Hebræos 70.24, & 135.7
copula pro relatiuo apud Hebræos 245.10
Cor magnum & obeſum ſecundum phyſiognomos declarat ingenium hebes & ſtolidum 60.33
cor Hebræis pro medio 57.35
cor terræ pro ſepulchro 57.37
corculum, Scipionis Naſicæ cognomẽtum 43.31
Corbanam Syriacè ſeu Chaldaicè vocauit Matthæus templi ærarium 117.9, & 332.17
Cornu Hebraico more, pro vi & robore, tranſlatum ab animalibus cornupetis 133.36
Corpus animalis & ſpiritualis præclara definitio Auguſtini 349.19
כור menſura aridorum apud Hebræos 312.8
Corus menſura 312.8
כי ſignificat aliquid eſſe eiuſmodi vt propterea ab omnib⁹ celebretur 17.19
Κραββᾶτος Latinè grabatum 143.26
Κρατεῖν 41.11, & 169.11, & 16
Κράτος 221.47
Credere Deo & credere in Deum, parũ videntur inter ſe differre 131.8
Credere Deo & in Deum, idem Hebræis, vt Credere Moſi & in Moſen 139.15
ſicut Credere nolunt reprobi, ita non poſſunt velle credere 419.10
credendi verbum ad id relatũ de quo agitur 445.7
Crebrare & cernere Eccleſiam quando dicatur Deus 339.17
Κρίματα & **δικαιώματα** & **ἐντολαὶ** quomodo diſtingui poſſint 222.32
Κρίτωσαν pro **εἰκαζέτω** 23.40
Κρίτης pro Triumuirorũ iudicio apud Hebræos 19.33
Κριτὴς pro **κατήκοος**, vt **κρίνειν** pro **κατακούειν** 150.8
קרן [*cornua*] Hebræis per tranſlationẽ ſignificat robur 133.32
לאיתי [*vocari*] | pro inuitatis, Hebræis 99.8
Crux ſignum quidam abſurdè imaginantur ſub Benedicẽ.21 verbo 166.51
Crypta & cryptoporticus, quid 191.5
קנה [*argentum*] ſumitur etiã pro quauis ſignata pecunia 115.10, & 116.23
Κτίσις tribus modis ponitur 203.6
κύριος pro homine 219.31
Cultus Dei totus flexione genuum deſignatus 194.9
קום Hebraïs ſurgere, pro ſtabile eſſe 83.15
qui *Curioſi* quæſtiones tractant ex cõiecturis, neceſſe eſt vt repugnantia ſcribant 349.41
Caſtos legum quis 88.31
Cuſtodia pro carcere 11.5
cuſtodia pro prætidiariis militibus 133.10
Κύστις quid vocauerit Hippocrates 169.3
Cutthi pro illis quibus mẽbra ſunt debilitata 71.9.
Cyriacus Papa quàm falsò negarit matrimonium ad filios Dei pertinere 330.11
Cyrilli interpretationis magna authoritas 437.4
Κῦρος, plena authoritas & imperium 70.27

D

DÆmoniaci à lunaticis diſtinguuntur 79.15
quæ Dæmoniacis contingunt, perpera nonnulli naturalibus morbis aſcribunt 79.14
Δαιμονιζόμενοι redditũ furioſi, nimium generali & periculoſa etiam verſione 17.1
Damaſcus attributa fuit Syrophœnicix 171.8
Damnum eſto, formula iuriſconſultorum 19.53
דבר pro negotio de quo agitur 83.15
דבר [*verbum*] | tam late patet apud Hebræos quàm **ῥῆμα** & res 138.51
דבר pro indefinita particula vſurpatur 18.11
Δὲ pro diſcretiua particula 66.11
δὲ particula **σημειωτικὴ ἐξηγήσεως** 5.16
δὲ pro **εἰκαὶ** 45.18
δὲ pro **γὰρ** 103.27, & 331.6 **δὲ** pro **γὰρ**, etiã apud Homerum 194.13 **δὲ** omiſſa poſt **ὅτι** 411.1
Decapolis 173.1
Δεῦ ſubauditum 153.11
Δεῖν ἀορίστῳ 348.4
Demiſſum, rundẽ eſſe cum humili 81.15
Demoſthenes locus 29.35, & 37.14, & 54.8
ad **Denarium** Romanum proximè accedit drachma 100.34
ad denarium ſoluere 11.10
Deſcendere, ſicut & aſcendere, dicunt Hebræi aliquando non habita ſitus locorum ratione 376.4
Deſertum cuiuſmodi in quo prædicauit Iohannes 9.37
Deus quatenus cognouerint homines in tenebris verſantes 356.2;
Deo & in Deũ credere, ſicut Moſi & in Moſen, idem apud Hebræos 131.9, & 139.15
Dei iuſiurandũ iurantis per ſeipſum, quid valeat 175.16
Dei fides, paſſiuè, quæ Deo habetur 332.11
Deo iam viuere dicuntur qui ſuo tempore ſunt reſurrecturi 331.10
Dei eſſentiam rebus permiſceri quidã impiè cenſent 355.17
Dei conſiliũ ac decretum à cauſis mediis diſtinguendum 338.38
Deus facere dicitur quod ipſius miniſtri faciunt eius mandato 219.35
Dei domus ſiue Eccleſia duobus modis dicitur 151.17, & 151.2
Dei terra peculiariter dicta terra Iſraeli à Deo tradita 356.19
Dei dona, paſſiuè, quæ Deo conſecrãtur 332.12
Deus quomodo tentari & quomodo tentare dicatur 74.7
Deus patrifamiliæ comparatus 311.10
Deũ cum eo eſſe dicũt Hebræi in quo illius dona, aut fauor & virtus ſingulariter reluceat 366.19
Dei opera pro operibus diuinis, id eſt Deo gratis 385.11
Dare nihil rite offerri poſſe ſtatuerũt Chii ex agro quem proditionis mercedẽ accepiſſent 117.14
Δῆσαι pro vinctum continere 155.10
Διὰ cum accuſatiuo pro Per 389.33
diſtinctio inter **ἐξ᾽ τῷ Χριστῷ** & **ἐξ᾽ τὸν Χριστὸν** refellitur 409.3
ἐξ᾽ pro **ὦ** 115.2
ἐξ᾽ cum genitiuo, tẽpus interiectum ſignificans 141.26 **ἐξ᾽ ἡμερῶν ἑπτὰ**, & ſimilia 178.36
ἐξ᾽ οὗ pro aduerſatiua particula 393.11
ἐξ᾽ in compoſitione auget ſignificationem 11.56, & 7
Διαβατικῶς conſtructa verba 149.8
Diabolus quomodo dicatur tẽtare 74.8
diabolus quo ſenſu dicatur fuiſſe homicida ab initio 353.7, & 401.15
diabolus cur prohibeatur ſuã de Chriſto notitiam profiteri 141.16
Διαβόλου, **διαβολικὸς**, & **ἐξαβολισμὸς** 448.18
Διακρίνειν 963
Διακονικῶς 143.36
Διαλογισμοὶ 351.11
Dialecti potius quàm obliquis narrationibus res geſtas exponunt Hebræi 263.11
Διαφέρειν in comparatione vſurpatum 29.11.
Διαπρίεσθαι 1.52
Διαπρίεσθαι plus quàm **διαπρίειν** 348.11
Διασπᾶσθαι, dilacerari, vel diſtrahi 255.11
Διασπείρειν pro **σπείρειν** 69.9
Διασπόρους, item **ἐξαπόστολος** & **ἐξαποστολικὸς** 448.11
τὸ Δίκαιον pro **τὸ δικαίωμα** 222.40
Δικαιοσύνη pro beneficentia 25.3
Δικαιοῦν oppoſitum **τῷ κατακαίειν** 57.11
Δικαιοῦν interdum pro **εὐδοκιμεῖν** 50.40

vasus nominatiui subauditi exemplū ex Cicerone 18.1
Κατὰ pro χατὰ apud Matth. sicut & apud Homerum 37.27
κᾳ᾽ sæpe pro in, vel per 4.21
κᾳ᾽ πόλιν quod Galli dicunt ad verbum Par fortune 140.34
κατ᾽ ἐξουσίαν quod Cicero dicit Per potestatem 140.31
κᾳ᾽ præpositio subaudita 90.21, & 157.21, & 433.10
κᾳ᾽ pro κάτω in verbo καβαγκύφω 95.21
κᾳ᾽ in cōpositione auget significationem 21.57
Καβαδαίνειν & καβαίνειν 163.12
à Catabaptistis arreptus falsò locus aduersus pædobaptismum 137.37
Καβαβάλλω opponitur τῷ ἀναβάλλω 51.31
Καβαίνειν dicuntur quæ aquam subeunt 141.2
Καταγωνίζεσθαι de quali dominatione dicatur 91.37
Καταλαμβάνειν 355.40
Καταλύειν τὸν νόμον pro abolere legem, vnde ductam habeat metaphoram 18.34
καταλύειν pro recipere se in diuersorium, vnde sit ductum 175.21
Καταφρονεῖν & simplex φρονεῖν 24.10, & 193.15
Καταφρονεῖν & καταφρονεῖσθαι 302.16
Καταρτίζω pro Sarcire & quasi redintegrare, pro Perfectum & integrū reddere. Item pro Aptare & præparare, seu Coagmentare & componere, 95.17, & 139.23
Κατασκήνωσις, nidus, propriè vmbraculum 36.21
Κατεξουσιάζειν qualem dominationem significet 91.37
Κάτημαι eadem forma dicitur qua sceleratus pro scelerato 367.24
Κατοικεῖν 221.44
Καυχᾶσθαι interdum neutrum, interdum μετουσιαστικὸν 18.24
Catholica Ecclesia vnde vocata sit 317.42
Καθότι (id est quatenus) pro quandoquidem 314.5
Κατοχεῖν & κατοχεῖσθαι, & κατοχέσθαι 221.59
inter Κατοικεῖν & παροικεῖν discrimen 9.21, & 350.1
κατοικεῖν de fixo & perenni domicilio dicitur 357.28
Catulli locus 26.21
Καῦμα & καυματίζεσθαι 59.21
à Causis mediis distinguendum Dei cōsilium ac decretum 338.38
Cautio pro obligationis instrumento, apud Senecam 312.6
כבוד יהוה [.i. gloria Iehouæ] pro Iehoua glorioso 237.17
¶ Κεφαλαιοῦν noua significatione vsurpatum 195.31
Κεράμιον 312.3
κεράμια dicta sunt amphoræ quòd fere fictiles essent 206.10
Kerioth vrbs 43.19
Κέρμα & κερματιστὴς 365.21
Cernere & cribare Ecclesiam quando dicatur Deus 339 17
¶ Chaldæa editio 313.37
Χαλκὸς pro ære, id est pecunia ex quocunque metallo 200.26
χάλκεοι nummi, singuli septenis ἀργυροῖς æstimati 190.28
terra Chanaan, dicitur etiam terra, sine adiectione 215.31
Chananea כנענית, non קנית 71.17
Χάρις Lucæ quod μισθὸς Matthæo 160.5
Χαρίζεσθαι, & gratificari, eadem significatione & constructione 165.1
Χαίρειν, vnde κεχαρισμένῳ 116.4
charitas Dei ad primam Tabulam spectat 194.2
charitas non est iustificationis causa efficiens, sed effectum 267.18
Χάσμα 314.21
Χιτωνίσκος, amiculum ex lino 448.17
Χόρτος vnde χορτάσαι 73.14
Χωρῶν vnde χοιρίον 87.23
Χρείαν ἔχειν 146.1
Χρηματίζεσθαι 7.10
Χρῆσις tam de cōmodato quàm de mutuo dicitur 288.19
Χριστὸν tribus modis interpretatū 160.31
χριστὸς ζωγὸς quis dicatur à Christo 52.27, & 160.33
Christi nomen quid declaret 3.15
Christus quomodo ex Spiritu sancto genitus esse sit intelligendus 118.7
Christus solus in historia Euangelica Filius hominis vocatur 36.21
Christus cur Filius hominis vocetur, déque eo variæ opiniones 36.24
Christus faber fuit lignarius 160.27
Christus diuinitatem suam asserit humanitati coniunctam 397.17
Christus quo sensu dicat se descendisse è cælo 368.27
Christi corpus non fuit spiritualis substantiæ 4.43
in Christo quid vocarint veteres theologi communicationem idiomatum 368.37
Christus quomodo dicatur benedictus 119.24
Christus non Legis sed Euangelii minister 19.19 Christus politicas leges non præscribit 85.15 Christus quo sensu dicatur neminē iudicare seu condemnare 369.17, & 398.1
Christus qualem se præstiterit in doctrina promulganda 33.30
Christo parum æqui erant eius gentiles & agnati 149.13
Christus Galilææ superioris fines nunquam egressus, vt ad profanas gentes proficisceretur 171.27
ne Christus à populo pro Messia haberetur, fraude Satanæ factum 140.19
in Christum implacabile odium Rabbinorum recentiorum 353.42
Christi qualis esset ira aduersus suos aduersarios 147.4
Christus quomodo per medios hostes elapsus 403.31
Christus quo sensu dicatur numeratus vnà cum latronibus 115.10
in Christi deiectione constitit nostræ consolationis summa 340.25
qui Christo verentur tribuere insignia humanæ infirmitatis argumēta, valde reprehendendi 341.6
Christus non luctabatur cum mortis terroribus duntaxat, sed cum terribili Patris irati iudicio 340.23
Christi singularis magnitudo animi 316.1
Christi symbolum erat manna 386.31
Christi præsentia in Ecclesia 357.37
ad Christum fide amplectendum quomodo profint sacramenta 110.22
Christi corpus non est necesse realiter in terris adesse, vt Christi participes fiamus 110.26
Christi manducandi modus carnalis refellitur 446.6
Christi regnum spirituale, nō terrenū 317.21
quidam Christum à resurrectione varios vultus induisse, falsò existimāt 349.19
Christi corpori glorificato quidam inconsideratè ea tribuunt quæ vero corpori non possunt conuenire 349 17
Christi nomen inuocabant eius discipuli in edendis miraculis 185.3
Christi cohæredes & Dei hæredes fimili ratione dicimur 339.16
Christi aduentus prior & posterior 317. 34.37 Christi posteriorem aduentum possumus à promulgato inter Gentes Euangelio auspicari 317.40
Christus Domini cur Hebræi vocent reges 240.21
Χρόνος interdum de lōgo temporis spatio dicitur 319.16
χρόνῳ sæpe subauditur à Græcis, post ὦ 145.8
Chrysostomo falsò inscripti qui extant in Matthæum commentarii 118.23
Chrysostomus plus æquo καινοξώνως solet extollere 419.28
¶ הנה [.i. ecce verò] pro Ecce, etiam in initiis 189.3
Cibus quomodo dicatur sanctificari verbo & oratione, siue gratiarum actione 276.16
Ciceronis loci 21.5, & 22.21, & 23.45, & 27.21.41, & 29. 16, & 35.28, & 37.15, & 40. 41, & 49. 4, & 58. 14, & 69.5, & 71.33, & 75.8, & 81.25, & 92.23, & alibi deinceps
Ciceronis locus mendi suspectus 68.21
Ciceronis locus perperam à multis intellectus 21.19
Cinctutis nomen latius patere quàm verbis 28.20
¶ Κλαίειν respondet Latino flere 8.15
Clauium traditione significatur potestas œconomi 76.34
clauis regni cælorum, ministerium Euangelicum 76.36
Clausi & aperti oculi opponūtur apud Heb. vt cæci & videntes apud Latinos 93.13 Clausi dicuntur oculi excorum, Hebraico more 404.13
כלי [.i. vas] quoduis instrumentum atque adeo supellectilē declarat 56.8
Κληρονομεῖν & κληρονομία 17.15, & 339.21
Κλισίαι Lucæ quæ sympoſia Marco 176.4
¶ Cœnaculum vnde dictum 206.17
Cognoscere Hebraico more de congressu mariti & vxoris 218.4
Κοιλία (sicut & γαστὴρ) pro ventriculo, & prò ventre propriè dicto, item pro vtero 87.31
Κοινὸν pro profano, & κοινοῦν pro polluere 70.42
קול [.i. vox] pro sono 368.8
Κολοβοῦσθαι 365.10
Κολυμβήθρα 376.15
Comedo plusculū aliquid declarat quàm edax 50.17
Commiseratio vehemens & ex intimis visceribus profecta significatur verbo Hebraico רחם 41.15
Commissura quid 40.9

Commorari & habitare differunt vt παροικεῖν & κατοικεῖν 9.11
Κωμῳδοκλέπτης 141.27
Κωμῳδὸς ἴχθυς eo modo dictum quo Latinè Bellè habere 376.8
in *Comparationis* accommodatione sæpe omittitur particula ita, Hebraico more 389.19
Conclave quid 26.15
Condemnare pro perdere 369.19
Condemnatio pro causa cõdemnationis 369.23
Conducere apud Ciceronem sæpe pro συμφέρειν 29.10
Confiteri pro palam & publicè agnoscere & profiteri 47.11
confiteri peccata quid 10.43
Confessiones quid in Ecclesia 47.13
Contango respõdet penitus τῷ συζυγεῖν 86.19
Consequens ex antecedente sæpissime intelligunt Hebræi 65.2, & 151.11
Constructio verborum permutata, Hebræorum more 306.7
Continentia virtus non in cuiusuis arbitrio posita 87.16
Connubium, nuptiale verbum 3.17
Conuentus & cõcio siue Ecclesia in Sacris literis de cœtu fidelium intelliguntur 76.19
Conuerti pro resipiscere, & cõuersio pro resipiscentia, Hebraico more 60. 36, & 81.21, & 114.1
Cosmicus adhiberi solita vnguenta 105.1
Cophinus quid 67.11
κοπιᾶν plus est quàm πονεῖν 51.13
Copula pro aduersatiua particula apud Hebræos 50.38
copula pro rationali particula apud Hebræos 149.1
copulã persæpe Hebræi non exprimũt 408.17
copula sæpius redũdat apud Hebræos 70.14, & 135.7
copula pro relatiuo apud Hebræos 145.10
Cor magnum & obesum secundum physiognomos declarat ingenium hebes & stolidum 60.33
cor Hebræis pro medio 57.35
cor terræ pro sepulchro 57.37
corculum, Scipionis Naficæ cognomẽtum 43.31
Corbanum Syriacè seu Chaldaicè vocauit Matthæus templi ærarium 117 9, & 332.17
Cornu Hebraico more, pro vi & robore, translatum ab animalibus cornupetis 133.36
Corporis animalis & spiritualis præclara definitio Augustini 349.19
כור mensura aridorum apud Hebræos 311.8
Corus mensura 311.8
¶ קרא significat aliquid esse eiusmodi vt propterea ab omnib⁹ celebretur 17.19
Κραββατισμὸς Latinè grabatum 143.16
Κραυγὴ 41.11, & 169.11, & 16
Κράσπεδα 111.47
Credere Deo & credere in Deum, parũ videntur inter se differre 131.8
Credere Deo & in Deum, idem Hebræis, vt Credere Mosi & in Mosen 139.15
sicut Credere nolunt reprobi, ita non possunt velle credere 419.20
credendi verbum ad id relatũ de quo agitur 445.7
Cribrare & cernere Ecclesiam quando dicatur Deus 359.17
Κρίμασιν & *δικαιώμασιν* & *ὁσιότησι* quomodo distingui possint 111.31
Κρίνειν pro *εἰσαγειν* 23.40
Krinis pro Triumuirorũ iudicio apud Hebræos 19.33
Κριτὴς pro *κατακριτὴς*, vt *κρίνειν* pro *κατακρίνειν* 150.8
[קרן *cornua*] Hebræis per translationẽ significat robur 233.31
[קרנים *cornuta*] pro inuitatis, Hebræis 99.8
Crux signum quidam absurdè imaginantur sub Benedicẽti verbo 166.31
Crypta & cryptoporticus, quid 191.5
¶ קנין [*congregatum*] sumitur etiã pro quauis signata pecunia 115.10, & 116.23
¶ *Cretes* tribus modis ponitur 103.6
κύων pro homine 219.31
¶ *Culus* Dei totus flexione genuum designatus 194.9
קום Heuræis surgere, pro stabile esse 83.15
qui *Curiosas* quæstiones tractant ex cõiecturis, necesse est vt repugnantia scribant 349.41
Custos legum quis 88.31
Custodia pro carcere 21.5
custodia pro prætidiariis militibus 133.10
¶ *Κύστις* quid vocauerit Hippocrates 169.3
Κυλλοὶ pro illis quibus mẽbra sunt debilitata 71.19.
Cyriacus Papa quàm falsò negarit matrimonium ad filios Dei pertinere 330.11
Cyrilli interpretationis magna authoritas 437.4
Κῦρος, plena authoritas & imperium 70.17

D

DAEmoniaci à lunaticis distinguuntur 79.15
quæ Dæmoniacis contingunt, perpera nonnulli naturalibus morbis adscribunt 79.14
Δαιμονιζόμενοι redditũ furiosi, nimium generalis & periculosa etiam versione 17.1
Damascus attributa fuit Syrophœniciæ 171.8
Damnas esto, formula iurisconsultorum 19.53
¶ דבר pro negotio de quo agitur 83.15
דבר [*sermo*] tam late patet apud Hebræos quàm ῥῆμα & res 238.52
דבר pro indefinita particula vsurpatur 18.11
¶ *Δὲ* pro discretiua particula 66.11
Δὲ particula *συμπλεκτικὴ ἑβραϊσμοῦ* 5.16
Δὲ pro *αὐτὸ* 45.18
Δὲ pro τῷ 103.27, & 331.6 *Δὲ* pro τῷ, etiã apud Homerum 194.13 *Δὲ* omissa post *ἐδὼ* 412.1
Decapolis 173.1
Δεῦ subauditum 153.21
Δεῦρο ὀπίσω 348.4
Demissum, eundẽ esse cum humili 81.25
Demosthenis locus 29.35, & 37.14, & 54.8
ad *Denarium* Romanum proximè accedit drachma 200.34
ad denarium soluere 21.10
Descendere, sicut & ascendere, dicunt Hebræi aliquando non habita situs locorum ratione 376.4
Desertum cuiusmodi in quo prædicauit Iohannes 9.37
Deum quatenus cognouerint homines in tenebris versantes 356.25
Deo & in Deũ credere, sicut Mosi & in Mosen, idem apud Hebræos 131.9, & 139.15
Dei iusiurandũ iurantis per seipsum, quid valeat 175.16
Dei fides, passiuè, quæ Deo habetur 331.11
Deo iam viuere dicuntur qui suo tempore sunt resurrecturi 331.10
Dei essentiam rebus permisceri quidã impiè censent 355.17
Dei consiliũ ac decretum à causis mediis distinguendum 338.38
Deus facere dicitur quod ipsius ministri faciunt eius mandato 119.35
Dei domus siue Ecclesia duobus modis dicitur 151.17, & 151.2
Dei terra peculiariter dicta terra Israelitis à Deo tradita 356.19
Dei dona, passiuè, quæ Deo consecrãtur 332.12
Deus quomodo tentari & quomodo tentare dicatur 74.7
Deus patrisfamiliæ comparatus 311.10
Deũ cum eo esse dicũt Hebræi in quo illius dona, aut fauor & virtus singulariter relucet 366.19
Dei opera pro operibus diuinis, id est Deo gratis 385.21
¶ *Dies* nihil rite offerri posse statuerũt Chii ex agro quem proditionis mercede accepissent 117.14
Δέσμιος pro vinctum continere 155.10
Διὰ cum accusatiuo pro Per 389.33
distinctio inter *διὰ τοῦ Χριστοῦ* & *διὰ τοῦ Χριστοῦ* refellitur 409.3
Διὰ pro *ὦ* 115.2
Διὰ cum genitiuo, tẽpus interiectum significans 141.26 *Διὰ πολλῶν ἐτῶν*, & similia 178.36
Διὰ τοῦτο pro aduersatiua particula 393.11
Διὰ in compositione auget significationem 12.56, & 7
Διαβλητοὶ constructa verba 149.8
Diabolus quomodo dicatur tẽtare 74.8
diabolus quo sensu dicatur fuisse homicida ab initio 353.7, & 401.15
diabolus cur prohibeatur suã de Christo notitiam profiteri 141.16
Διαλύσασθαι, *διάλυσις*, & *διαλύεσθαι* 448.18
Διακρίνειν 963
Διαλογισμοὶ 143.35
Διαλογισμοὶ 351.11
Dialecti potius quàm obliquis narrationibus res gestas exponunt Hebræi 163.11
Διαφέρειν in comparatione vsurpatum 29.11.
Διαπρὸ 1-5.2
Διαπρὸ plus quàm *διαπρὸ* 348.12
Διασπᾶσθαι, discerpi, vel distrahi 135.12
Διασπασθῆναι pro *σπασθῆναι* 69.9
Διαστέλλειν, item *διαστολὴ* & *διαστέλλεσθαι* 48.11
Δίκαια pro *δικαιώματα* 121.40
Δικαιοσύνη pro beneficentia 15.5
Δικαιοῦσθαι ex positum τῷ κατακαυχᾶσθαι 57.11
Δικαιοῦσθαι interdum pro *ἀθ�ῶσθαι* 50.40

Ἀπομάσσεται quid propriè significent 222.38
Ἀπομάσσεται & κρίνεται & ἀφωρίσθαι quomodo distingui possint 222.31
Dexit dicens, pleonasmus tritissimus apud Hebræos 197.16
dicere pro iubere vsurpatum more Hebræorũ 13.14,& 23.51,& 75.16,& 190.16,& 239.16, & 263.13
participium Dicentes subaudiendum, 213.21
Dicta quæ vocentur peculiari significatione 375.1
Διδακτὸς Θεοῦ plus est quàm μαθητὴς Θεοῦ 388.3
Didrachma 81.3
didrachma singulis annis Iudæi Romanis pendebant 81.5
Dies naturalis apud Romanos ab ortu Solis ad sequentem ortum 134.4
dies olim in duodecim vncias diuisi 214.18
diẽ à vespera inchoabant Hebræi, Romani à mane 134.5
in Diem viuere 287.6
multo Die,& ad multum diem,Latini dicunt pro eodem 165.16
dierũ appellatione apud Hebræos tẽpus significatur 9.18,& 222.5
dies alicuius, Hebraico more, quid 403.5
dies meus, dies alicuius singulari numero Heb. dicitur,quo quidpiam ipsi insigne aut ferre aut facere contigerit 403.4
dies vrbis Hierusalem quo sensu dicatur 317.22
dies vel vrbis vel regionis,dicitur Hebræis tempus quo Deus aut benefacere,aut pœnas infligere constituit 317.23
dies illi erunt afflictio, Hebraicum dicẽdi genus 103.1
dies Filii hominis pro die posterioris aduentus Domini 317.37
dies Domini pro eius aduentu in carnem 403.6
dies redemptionis & restitutionis 414.43
Diffamare interdum pro διαβάλλειν 42.5
diffamare rarò à Latinis vsurpatur 42.4
Diffidentiæ suæ quidam hodie impudenter prætexunt Ioſephi & Nicodemi exempla 116.10
diffidentia quid differat ab incredulitate 65.22
Digitus Dei pro virtute,Heb. 190.14
Διήγησις & διήγημα differunt vt totum & pars 120.17
Diligere minus quàm amare 24.6
Dimittere respondet τῷ ἀφιέναι 21.41
Dimittendum error 218.38
Διώκειν pro persequi,vel abigere & exigere 45.18
Διώκειν forense verbum 18.5
de Dionysio Areopagita commentum 216.2
Disceptatio respondet τῷ διαλογίζεσθαι 71.14
Discipuli Christi multa perpessi 317.35
Dispergi cerebrum quomodo intelligẽdum apud Terentium 231.10
dispersio Gentium quid significet 394.9
Διστάζειν, quid 64.14
Distinctione variè corruptus Iohannis locus 354.56
Δίστομος vel ἀμφίστομος gladius pro ancipiti 334.15
Distributionem loco Hebræi vtuntur vocabulis geminatis 166.11
Diuertere & diuersoriũ vnde dicantur 275.14
Diuitiæ arrogantia & supinitas vnde 197.18
Diuitiæ iniquitatis Heb. pro iniquè partæ,aut quæ homines iniquis laboribus & curis implicant 311.33
Diuisum esse pro dissidere 55.18
Diuortii & repudii discrimen 4.13
diuortia cur permissa 87.11
diuortii libellus 186.3
¶ Do signa pro edo 210.8
dare cognitionem, Hebræis est viam aperire alicui ad cognoscendum 234.43
Doctores, Pharisæi & Scribæ 157.24
Doctrina semper cum signis coniungenda 210.3
doctrinam Sacramentis præire necesse est 137.37
Δοκεῖν, Gallicè cuider 11.15
οἱ δοκοῦντες ἄρχειν, pro Quibus placet imperare. Vel, Quibus constitutum est ac decretum 190.1
Δοχὴ pro splendido conuiuio 255.6
Δοῦμα fere,idẽ ὄντινο quod ὅτως, 46.16
Domus appellatione qui comprehendãtur 44.16,& 115.15
Dona Dei vnde vocata sint Spiritꝰ 282.31
dona Dei,passiuè, quæ Deo consecrantur 331.11
דרך [quod vulgò generationẽ Græci iterpretãtur] propriè significat vniuersitatem hominum qui eodem tempore in mundo degunt 50.16
Δυσμαὶ pro immeritò 430.5
Dormire & exurgere nocte & die,prouerbiale dicendi genus Hebr. 253.43
Δοξάζειν quomodo in sacris literis accipiatur 18.30
Δόξα & δοξάζεσθαι 25.30
¶ Drachma pretium 100.34
דרך [sæpe] pro moribus 97.1
דרך יהוה via Domini ambiguè vel de vitæ ratione Deo probata, vel de factis & gestis Dei 197.11
¶ Dubium quid 68.13
Dulia, latriæ & hyperduliæ distinctio inepta & falsa 14.35
Duo esse in carnem vnam,Heb. 86.11
Δύεσθαι vnde dici cœperit de sole occidente 141.1
Δύεσθαι & καταδύεσθαι 141.2
Δύναμις, vis & efficacia 118.6
Δυνάμεις pro iis quæ inſuiram Dei potestatem testantur 31.20
Δυνάμεις Christi quæ vocentur 160.19
Δυνάμεις vocant Hebræi גבורות 31.21
Δυνάμεις pro ipsa vi & facultate efficiendi miracula 162.19
Dynastæ 231.21
ὁ Δυνατὸς pro Deo 230.34

E

Eterra esse qui dicantur 371.4
¶ Ea pro ah, siue hem 140.13
ἐφ' ἑαυτοῦ, pro Sua ac propria quadam vi 417.12
¶ Ea & ἐκεῖνα sæpe permutantur 19.1 & 23.19
Ἐαλώκαμεν 138.40
ἐκλέγεσθαι pro ablegare 142.8
Ἐκκεκλῖσθαι 319.6
Ecce quam vim interdum habeat 419
ecce particula more Hebraico interdũ ad attentionem excitat ibidem
Ἐκκλησία quid 76.18
ecclesia duobus modis dicitur 151.17, & 152.1
ecclesia cur dicta catholica 317.42
ecclesia vocata regnum Dei 367.12
ecclesiæ filii, id est ordinati ad vitam 387.24
ecclesiæ consolatio plena in quod tẽpus reiiciatur 414.42
ecclesiæ nomen de Iudæis vnico in loco totius Noui testamenti 83.37
Ἐκδέχεσθαι, vt apud Latinos excipere, ab soluerè 286.13
Ἔχειν μάστιγας 248.1
Ἔχειν interdum pro φέρειν 71.13
Ἐχόμενος, contiguus 142.15
Ἔκλειψις nominis ἔρχεσθαι 91.1
eclipsis nominis πίπτειν 434.4
eclipsis nominis alii 442.11
eclipsis datiui χρόνου 145.8
eclipsis participii visurus 191.30
eclipsis participii dicentes 213.11
eclipsis particulæ aduersatiuæ 298.10
eclipsis præpositionis κατὰ 90.11, & 433.10
eclipsis particulæ μᾶλλον 81.13
eclipsis verbi δεῖ, id est oportet 153.12, & 412.7
eclipsis quorundam verborum ante particulam causalem 315.9
Ἐκπλήττεσθαι 42.12,& 174.6
Ἐκπλῆξις & ἐκπλήσσειν 378.1
Ἔκφοβος & ἔμφοβος 180.26
Ἐκστάσεσθαι, pro percelli, id est obstupefieri, vnde ductum 33.13,& 160.7
ἐκστάσεσθαι multo plus est quàm θαυμάζειν 33.13
Ἐκτένεια, vide ἐκτενῶς
Edere panem Heb. pro Cibum capere 149.17,& 168.27,& 174.11
¶ Ἐκχωνίζεσθαι dicuntur quæ sacro vsui veluti initiantur 409.12
Ἐλχωσῖ pro ἕξει 305.34
ἐν ἐγκλήματι τῇ, vt Latinis In culpa esse 140.6
verbi Ἐκλύειν diuersæ interpretationes pro diuersitate locorum 36.31
Egredi & ingredi, Vide Ingredi & egredi
¶ Et sæpe pro μᾶλλον ponitur 55.17
εἰ καὶ pro sed 204.17
εἶναι pro γίνεσθαι, id est fieri 86.13
Εἰς pro σοῖς 81.14
εἰς pro ἐν 9.15, & 48.3, & 138.11, & 165.11
Εἴς nonunquam pro τις, id est aliquis 96.16
εἷς τις aliter quàm apud Ciceronem Vnus aliquis 109.15
εἷς καθ' εἷς 206.14
Εἰκαῖον & ἀκαίρως opposita 377.17
Εἰσέρχεσθαι εἰς οἶκόν pro καταλύειν 161.35
¶ Ἐκβαίνειν à nautis ad equites & auriga translatum 167.8
Ἐλαφρότης 271.15
Ἐλεήμονες 364.15
Ἐλεημοσύνην dare & beneficiũ dare quomodo differant 15.8
Ἐλεημοσύνη quid sit in Scriptura 15.5
Ἔλεως pro ἱλεημοσύνη 39.16
Ἐλέλεισο æterna in ipso Dei beneplacito

abſcondita 434.11
Εἶπε παρὰ τοῦ ἐκείνου expectabant Iudæi 360.16
Ἕλλην, id eſt Græci, vel pro Iudæis ipſis per prouinciasdiſperſis, vel pro ipſis profanis gentibus 394.14
Ἑλκύσῃ participium redundans 9.8
¶ Ἐμβεμβρωθεὶς 205.14
Ἐμφανίζειν 416.5
ἡγεμονεύει μου ὁ ῥήτωρ, pro Prælatus eſt mihi 358.23
Ἐνυπνιάσθαι 370.29
¶ Ἐν ᾧ, ſubaudito datiuo χρόνῳ 145.8.
ἐν ἐγκλήματι ᾖ, vt Latinè In culpa eſſe 140.6
ἐν pro εἰς 78.8,& 214.39
ἐν pro Hebraico ב 47.11
ἐν Hebraico more pro בְּ habente accuſat. vel genitiuum 184.10
ἐν pro ὠμοσὲν 51.11,& 78.3
ἐν τῷ οὐρανῷ ὀμόσαι pro Per cælum iurare, dictum Hebraico more 11.11
ἐν præpoſitionis pleonaſmo Hebraicus 11.13.50,& 18.15, & 138.5,& 373.1
Ἐναλλαγὴ πνεύματος 321.3
Ἔνδρυος pecunia 325.1
Ἐνέχει 165.8
Ἔνοχός & ἔνοχον εἶναι plus eſt quàm obnoxium vel reum eſſe 19.31
Ἐντυχεῖν, vel ἔντυχε 141.18
Ἔντιμος 261.11
Ἐντολὴ & διαστάλμα & κρίμα quomodo diſtingui poſſint 111.31
Ἐπαίρειν ἄρτους Græcis qui Hebræis panes facierum 53.8
Ἕως & ἕως ἂν pro interim dum 20.53
ἕως particulæ vſus peculiaris 5.14
¶ Ἐπανάληψις qua gaudet Iohãnes 381.5
Ἐπαρχεῖ, præſides prouinciarum 143.18
Ἐπαρχεῖαι 448.13
Ἐπάρχεσθαι 190.16
ἐπάρχεσθαι ab χράεσθαι diſtinctũ 118.16
Ἐπαυξήσεις ſchema apud rhetores 124.11
ad Ἐπεξήγησιν declarãdam addita in interpretatione particula Et 134.11, & 40
Ἐπίρρημα & ἐπιρρηματίζειν 14.17
Ἐπὶ χρόνον pro Per multum tempus 319.15
Ἐπὶ pro ἕως 284.35
Ἐπὶ pro κατὰ in ἐπὶ δὲ ἡδέως,& in ἐπὶ ἔσχατος 190.11
Ἐπὶ τῷ pro διὰ τοῦτο 151.11
Ἐπὶ emphaſin aliquam habet in ἐπὶ ξηρᾶς 57.30
Ἐπιβάλλειν pro ἐμβάλλειν 40.3
Ἐπιβάλλειν abſolutè poſitum 111.11.
vocis Ἐπίθημα variæ expoſitiones 40.4
Ἐπιγινώσκειν pro ſimplici γινώσκειν 52.11
Ἐπιδιδόναι pro ſimplici διδόναι 31.11
Ἐπιζητῶ reſpondens Latino Requirere 57.31
Ἐπιλαμβάνεσθαι 319.4,& 330.5
Ἐπιλύειν pro explicare 154.17
Ἐπιορκῶ 21.9
Ἐπιούσιον ἄρτον variæ interpretationes 26.30,& 27.1
Epiphanius reprehenſus 218.5
Epiphanii expoſitio repudiatur 261.11
Epiphanii interpretatio reprehẽditur 402.4
Ἐπιστάλλειν 147.39
Ἐπιστομίζειν 275.15
Ἐπισχύειν, inualeſcere, vel contrà niti 343.7
Ἐπιτιμᾶν nonnunquam pro Additis minis præcipere, vt Latinè Interminari 37.1,& 177.13
Ἐπιχορηγεῖν vnde ſit deductum 210.7
Ἐπὶὰ pro ἐπίασεν Hebr. more 84.11
Ἔρημος 448.11
Eraſmus quid putarit eſſe fidem 210.16
Eraſmi quædam quæ Anabaptiſtarum doctrinam reſpere videntur 11.10
Eraſmus noſtram gratuitam & æternã in Chriſto electionem conuellere conatus 110.40
Ἐρίζειν pro ἐρεθίζειν, iter facere 141.15 & 448.1
ἔρχεσθαι, venire, pro adferri 151.16
ἐρχόμενος participium tempore præſenti, etiam futurum aliquid videtur ſignificare 95.14
Ergo & igitur interdum continuatiuæ coniunctiones 5.16
Ἔργον ſubauditum 91.1
Erigere & ſurrigere quomodo differãt 303.14
Ἑρμηνεία & ἐξήγησις quomodo differant 359.49
Eruoare verbum ambiguum, eodem modo quo apud Latinos Rogare 71.9
¶ Ἔσαια caput 19 videtur Maria ſuo cantico quaſi commẽtariis quibuſdam illuſtrare 231.7
Ἔσαυ vnde deriuetur 21.10
Ἐσαῦς ἱ χὺς 158.1
Eſſe pro fieri, Heb. 86.13.& 144.2
erat habẽs, pro Habebat, Hebraica circunlocutio præt. imperfecti 88.39. Sic apud Plautum, Sunt bibẽtes, pro Bibunt 137.27
¶ particulæ Et vſus quidã è vulgo ſumptus 151.6
particula Et illatiuè poſita 188.7
Ἑταῖρος Lat. ſodalis 91.7
Ethnici qui dicãtur ſacris ſcriptoribus 83.41
Ἔτι particula καθόλου 213.39
Ἐτοιμάσαι poſitum ἀκολουθικῶς 281.21
in Etymologiis confingendis ludunt multi 383.14
Euangelii nomen quot modis accipiatur in his libris 1.1
Euangelium doctrina veræ concordiæ ac pacis 214.14
Euangelii ac philoſophiæ præceptorũ diſcrimen 260.16
ab Euangelii inter Gentes promulgatione poſſumus auſpicari poſteriorem aduentum Chriſti 317.40
Euangelio cur mundus tam pertinaciter reſiſtat 310.18
Euangeliſtarum ore Spiritus idem loquutus eſt qui os Prophetarum aperuit 127.13
Euangeliſtæ non vſi ſunt Græca Teſtamenti veteris interpretatione quæ nunc circunfertur 137.16
Εὐαγγελιστὴς 165.4
Εὐχαριστεῖν nonnunquam ἀπὸ τοῦ δίδοσθαι 110.16
Εὔχεσθαι quomodo differat à προσεύχεσθαι 14.13
Εὐδοκῶ & δίδωμι quid 13.15
Εὐδοκία 51.17,& 138.10
Euergetæ duo Ægypti reges 338.43
Euertit pro euertit, perperam ſcriptum, ineptorum commentorum occaſionem dedit 309.6
Εὐλάβεια de religioſo timore 130.14
Εὐλογεῖν pro δίκαιον εἶναι 110.16, & 166.32, & 176.11
Εὐλογεῖν Hebraica phraſi pro Bene precari, vel beneficio afficere 14.7
Εὐλογητὸς ab εὐλογημένος diſtinguendum 110.10
Εὑρεῖν 87.44
Εὑρεσιτὰς 216.35
Εὕρημα pro lucro inſperato & repente oblato 365.6
Ἐφικνεῖσθαι pro Labore ſuo aliquid conſequi 77.17
Ἐφικτὸν non ſemper eſt eius qui quærit 363.7
Ἐχθρὸς 218.12
Exſibus Hebræi linguæ imperitus 6.8
Græco Ἔξης plane reſpondet Lat. Appoſitus 308.4
Ἐξὸν planum & æquabile 10.13
Eutyches & Neſtorii errores hodie renouantur 369.6
ab Eutychianis depranatus locus 215.13
Eutychiani Dimœritarũ errorẽ ſequuti ſunt 218.39
Ἐξ αὐτῆς, ſub. ἡμέρας 164.6
Ἐξαπορῶ, plus eſt quàm ἐξαπορῶμαι 348.12
Ἐξαρτίζειν ab ἄρτος accipitur pro πιαίνω & pro ἀρτίζειν & ἐπαρτίζειν 95.27
Excipere, poſitũ abſolutè, eo ſenſu quo ἐκδέχεσθαι vel ὑπολαμβάνειν 286.14
Excommunicatum eſſe, Chriſtianis idem quod Iudæis olim ἀποσυνάγωγον γίνεσθαι 83.17
Excubare vnde deducatur 137.4
Exegetica particulæ eclipſis 379.18
Ἐξηγεῖσθαι & ἐξήγησις 359.47
Exiit rumor, id eſt dimanauit, Hebr. 450.18
exire Heb. pro Ex aliquo loco proficiſci, & pro venire 441.15
exire & introire quid ſit Hebræis. Vide Introire & exire
Exitus pro morte 179.15
Exercitus cæleſtes quid vocent Hebræi 237.11
Ἐξιστάναι & ἐξίστασθαι 55.10. & 144.1
Ἐξεῖναι ex poteſtate exiſſe. Id eſt Apud ſe non eſſe 149.31
Ἐξω interdum in exceptione ponitur, vt Extra apud Latinos 11.3
Ἐξομολογεῖσθαι 336.16
Ἐξομολογούμενος qualis olim fuerit 10.45
Ἐξορκίζω 11.11
Exorciſtæ qui dicerentur olim 115.14
Ἐξυδρισθέντας 281.33
Ἐξουσία & δύναμις parum inter ſe differunt 33.26
κατ' ἐξουσίαν quod Cicero dicit Per poteſtatem 140.31
Expiationis cauſa olim abluebantur manus 119.11
Exquirere ſanguinem, Vide Sanguinem exquirere.
Exteri qui vocentur reſpectu Eccleſiæ 151.1
Extra vnam aniculam, apud Terentium pro Excepta vna anicula 11.1

F

FAbulari apud Plautum ſæpe de omni ſermone dicitur 309.15
Facere medicinam, Facere argentariã, & ſimilia 33.3
facere virtutem vel Facere potẽtiam, Hebr. pro Fortiter ſe gerere, & patrare fortia facinora 130.53
facere iniquitatem qui dicantur 33.4
feciſſe duodecim qui ſecũ eſſent, quo

ſenſu dicatur Chriſtus 148.16
factus eſt in caput,anguli, Heb .hoc eſt Cœpit eſſe caput anguli 98.14
quid factũ eſt,Lat.pro Quid cauſæ eſt 416.11
in *Faciem* cadere,Heb.pro adorare 79.4
facies terræ Hebraico more dicitur pro ſuperficie terræ 336.10
facies Hebraico more aliquando ſumi tur pro externa rei cuiuſlibet ſpecie,ſeu vultu 74.14
Famelici pro iis qui ad extremam inopiam redacti ſunt 231.34
Fatigatum eſſe plusculum declarat quàm laborare 51.11
¶ *Fides* quid differat à fiducia 19.39,& 65.11
fidei definitio ab Eraſmo perperã tradita 110.36
fides filiis Dei peculiaris quid declaret 110.37
fides Dei,pactiuè,quæ Deo habetur 332.11
Fœtorum appellatione comprehenduntur etiam filiæ 314.13
filii Heb. pro omnibus poſteris ,quos poetæ Latini nepotes vocant 1.14
filii veſtri, Hebr. pro Veſtrates homines 55.14
filii apud Hebræos interdũ pro veris& naturalibus (quos vocant) ſubiectis 81.8
filius hominis & filii hominum, Hebr. pro Homo,homines 47.18,& 150.6
filii hominum , Hebr.pro hominibus, vt apud Homerum υἱες Αχαιῶν 150.6
filii alieni [in caſu genitiuo] Hebr.pro alienigenis 57.18
filii Hebraico more pro iis qui ſunt alicui rei peculiariter deſtinati 35.14
filii thalami idiotiſmo Hebræorum dicuntur quos ſponſus velut in ſocietatem thalami admittit:hoc eſt maximè familiares 35.14.& 39.18
filii reſurrectionis qui dicantur more Hebraico 331.1
filii ſapientiæ,Heb.id eſt filii ſapientes 50.35
filius perditionis cur dicatur Iudas 435.4
filius gehennæ, Hebr. i. exitio & interitu dignus 105.34
filii huius ſeculi, Heb.i. Homines præſenti vitæ addicti 311.30 Filii ſeculi huius ab Hebræis altero modo dicuntur quicunque verſantur in hoc mundo , tam boni quàm mali 330.11
filii Eccleſiæ , id eſt ordinati ad vitam 387.14
filius Dauid , & filius Abraham Chriſtus cur dicatur 1.15
filius hominis pro humana natura quã Filius aſſumpſit 380.11
filii hominis dies , pro die poſterioris aduentus Domini 317.37
ad Filii inæqualitatem arguendam detortus ab Arianis locus 354.42
filiorum Dei υἱοθεσία & υἱοποίησις 315.5
in filiis Dei adoleſcit ſemẽ vi Spiritus ſancti 154.6
filiarum nomine vocatæ nurus 146.8
filiarum nomen vrbibus accommodatur ab Hebræis 94.7
filiæ Hieruſalem pro Hieroſolymitanis mulieribus 345.1
ex filiabus Aaron,pro Ex poſteritate, Heb. 111.11
¶ *Flagella* de morbis dicta 148.1
¶ *Fœderis* ſymbolis ipſa fœderis appellatio tributa ab Homero 338.11
fœderibus ſanciendis adhiberi ſolitæ vini libationes & fuſio ſanguinis 111.10
Fœnerari cur permittatur 87.7
ad Fœnoris prohibitionem falſò detortus locus 260.18
Fœnum 19.33,& 67.6
¶ *Fratres* & ſorores Hebr. pro omnibus qui eiuſdem ſint cognationis 150.11
fratres pro cognatis,Hebræorum more 365.6,&392.1
ſine *Fructu* non idem eſt quod infructuoſus 61.33
¶ *Fulgure* comparatus dies poſterioris aduentus Chriſti 317.31
Funda retis genus,vnde dicta 64.28
Furioſos ad agnatos & gentiles deduci iubet lex XII Tab. 149.25
de *Futura* re loquentes Prophetæ vtuntur præterito 358.31
futuri pro præſenti enallage aliquid amplius deſignat 14.1
futurum exactum coniunctiui pro futuro indicatiui 19.26
futurum pro imperatiuo, Hebræorum more 14.30

G

GAdora vrbs 37.10
Gaderida quam regionem vocet Strabo 155.14
Galilæa ſupe ior cur ſic dicta 15.31
cur Galilæus per contumeliam diceretur Ieſus 138.9
inter Γαμεῖν & γαμίσκειν diſcrimen 87.20
Γὰρ expletiua coniunctio 3.16
Γαστὴρ 87.31
Gaudio gaudere, (pro quo dicũt Hebræi Gaudendo gaudere,)plenum ac ſolidum gaudium declarat 370.31
Gazophylacium 331.16,&398.15
גבורה [*i. potentia*] κατ' ἐξοχὴν de Deo 111.4
¶ *Gehenna* quid 20.19
Gehenna ignis quid,ibidem
Geminatio vocabulis pro diſtributiuis vtuntur Hebræi 166.13
Γενεὰ 311.31
γενεαὶ pro ætate 50.18
γενεὰ,progenies 3.6
Γενικὸς pro maioribus 1.21
Generatio pro maioribus 1.20
Generatio pro ætate dicitur à Græcis 50.16
Generi pro ſocrorum filiis 146.8
Genitiui appellatiuorum vtuntur Hebræi loco adiectiuorum 138.11
Genitiuos ſubſtantiuorum Hebræi vſurpant pro adiectiuis 89.10
Genitiui Hebraico more poſiti 10.13
Γονεῖς tam de patre quàm de matre 49.27
Gennesaret nomen variè ſcribitur 69.1
Γέννημα, Gall. *engrance* 11.1
γέννημα τῆς ἀμπέλου 111.10
Γέννητος pro natiuitate 3.11
Γενόμενος participium ſubauditum 1.1
Gentes fere vocãt Hebræi alienos à fordere populos 83.41
gentiũ diſperſio quid ſignificet 394.9
Genua flectere , pro toto Dei cultu interdum 194.9
Genus fœmininum in adiectiuis & pronominibus ab Hebr. abſolutè vſurpatur,ſicut à Latinis neutrum 196.11
Generis neutrius vocabulum relatum ad præcedens fœmininum 159.18
Georgii Agricolæ locus 169.41,& 312.11, & 364.19
Gergeſeni vel Geraſeni qui 155.11
Germen dicitur Meſſias 135.5
Γίγαρτα apud Homerũ pro ἀφύαις 77.4
Gerſon aduerſus Eraſmum defenditur 3.30
Gerũdus Hebraici יתומים ſubauditio 116.17
Γῆ pro χώρα 150.30 pro πόλις 6.36
Γίνεσθαι pro εἶ 9.31
γίνεσθαι idem valere quod ἔστω,exemplũ Homeri 24.11
Gigni pro naſci 2.10,& 5.18
gignendi verbum quo ſenſu de Chriſti conceptu dicatur 4.38
Gladium pro bello,Heb. 43.17
Gloria pro maieſtate vel ſplendore 19.30
gloria Domini,pro Deo glorioſo,Heb. 137.17
gloriæ thronus, Hebraica phraſi,i.glorioſus 89.20
gloriam Deo tribuere quo ſenſu iubeatur qui ex cæco factus erat videns 405.9.& 406.1
glorificare duobus modis ſumitur 18.30
¶ Γοιμενες genitiuus ſubauditus poſt χοιμωμενε 306.4
Γνωρίζειν,pro quo Ouid.notificare 138.37
¶ *Graberum* quid Latinis 143.16
Græci,vide Ελληνες
a Græcis loco ſimplicium pronominũ reciproca nonnunquam vſurpantur 36.16
Græci ουδετερωσι καὶ ἀπὸ τῶν ὑποτακτικῶν ſæpe vſurpant 49.32
Græca conſtructio in hoc loco Quintiliani,Ne quos porrexerim cibos,venena ſunt 162.38
Græci librarii Hebraicæ linguæ imperiti 191.10
Græca interpretatione veter.Teſt.quæ nunc circunfertur non vſi ſunt Euãgeliſtæ 137.16
Græca editio Vet. teſtamenti quæ nũc extat,erroribus ſcatet 443.31 Videntur aliã olim vſurpaſſe Eccleſiæ,Ibidem.
Græcæ linguæ imperitia occaſio ineptorum commentorum 309.6
Græcis literis vix vllum peregrinum vocabulũ incorruptè ſcriptũ 148.39
Græcorũ nomine cõprehendebant Iudæi gẽtes omnes profanas 171.5
Γραμματικῆς qui 6.16
Granum ſinapis,prouerbiali figura pro re minima 315.11
Gregorii Nazianz.diuinũ dictũ 340.16
Gregorius pontifex Romanus ex vnius literæ errore occaſionem multa ineptè cõminiſcendi ceperit 309.6
Gregorii dialogi fabulis anilibus pleni 271.11
¶ Γυμνὸν, pro Super nudum corpus 209.11

H

Η emphaticum,Heb. 5.16
η quomodo vſurpetur apud Hebræos 51.13
η Heb.articulus eſt tam recti quàm vocandi caſus 51.3
¶ *Habitare* 9.11
הן confirmandi particula, cui reſpondet ita 170.8

Hæredes Dei dicimur ſimili ratione qua coh æredes Chriſti 339.16
Hæretici verba Iohannis de æterna Filii hypoſtaſi conati ſunt eludere 353.11
¶ *Hebion* Iudæorum ſuperſtitioſam purificationem conatus eſt in Eccleſiam Dei inuehere 364.14
Hebionitarum error 140.11
ab Hebionæis deprauatus verſiculus 357.8
Hebræi diem inchoant à veſpera, ſecus quàm Romani 134.4
Hebræi vetus Teſtamentum in tres ordines diuidunt 387.11
Hebræi ſcriptores & Græci hiſtorici veteres quomodo ſoliti ſint ſcriptaſua exordiri 137.18
Hebræorum idioma plerique ex veteribus eruditiſſimis etiam Scripturæ interpretibus ignorarunt 75.32
Hebræi nomina collectiua in voce ſingulari iungunt relatiuis & verbis pluralibus 4.50
Hebræi verba tranſitiua abſolutè ponunt, non expreſſo obliquo 8.38
Hebræi compoſitis verbis carent 356.39
Hebræi in verbo includunt verbale nomen 91.3
Hebræi verbalia interdum pro infinitiuis verborum ponunt 332.15
Hebræi participiis loco nominum verbalium vtuntur 161.16,& 214.1
Hebræi adiectiuorum loco genitiuis appellatiuorum vtuntur 61.10, & 138.11
Hebræi vocabulis geminatis vtuntur diſtributiuorum loco 166.11
Hebræi primitiuis numeris loco deriuatiuorum vtuntur 59.11
Hebræi numeralia primitiua ſiue cardinalia nonnunquam aduerbialiter ponunt, vt Septem pro Septies 84.11
Hebræi neutro genere carent, pro quo fœmininum vſurpant 98.19
Hebræis familiares ſunt tẽporum permutationes 149.9.& 346.11
Hebræi futurum pro imperatiuo vſurpant 14.30
Hebræi prohibitiones per futurum concipiunt 14.31
Hebræa permutatio numerorum 4.49
Hebræis familiares ſunt perſonarum mutationes 161.18,& 219.31,& 314.32
Hebræi copula pro aduerſatiua particula vtuntur 50.38
Hebraico more ponitur copula pro relatiuo 145.10. Item pro rationali particula 249.1
Hebræi de ſe in tertia perſona loqui ſolent, præſertim modeſtiæ cauſa 36.10,& 219.1.
Hebræi dialogis potius quàm obliquis ſermonibus res geſtas explicant 165.10
Hebræorum hypallage, Ad ædificationẽ vſus, pro Ad ædificationis vſum 396.30
Hebræis frequentes pleonaſmi 9.8
Hebræus pleonaſmus genitiui, Agẽtes vigilias noctis 237.7
Hebræ s copula ſæpe redundat 70.24
apud Hebræos ſæpiſſime deeſt particula ſimilitudinis כמו 16.18
Hebræi fere ſupprimũt יהי aut היה cõparationis particulam 81.13
Hebræi ſæpe interrogationis notam non exprimunt 331.17
Hebræi in affirmationibus adhibent interrogationem 390.15
Hebræi interrogando, fortius affirmãt 390.15
Hebræi affirmationi negationem ſubiiciunt mira emphaſi 360.1, & 380.1
Hebræis familiares antitheſes, volentibus quippiam certiſſimè affirmare 380.1
Hebræi cur bis idem inculcent 116.11
Hebræi idem bis dicunt continuò, partim emphaſeos, partim perſpicuitatis cauſa 116.11
Hebræi quod priore loco omittunt, in poſteriore exprimunt, & contrà 340.1
Hebræa geminatio, Lutũ cœni & Terra pulueris 251.16
Hebræi ſæpiſſime ex antecedente intelligunt conſequens 145,& 65.1, & 131.11
Hebræi poſito vno verbo conſequens alterum ſubintelligũt, contrà quàm Græci & Latini 144.9
Hebræa repetitio antecedentis pro relatiuo 164.16,& 350.7
Hebræis relatiuum præponi antecedẽti 80.11
Hebræi geminant relatiua 241.35
Hebræis relatiuum redundat 34.13
Hebræis familiares ſunt metaphoræ ab aqua ſumptæ 371.11
Hebræorum idiotiſmo liber pro recenſione 1.18
Hebræi gentes fere vocant populos à fœdere alienos 83.41
Hebr. Hic menſis eſt ſextus grauidæ. i. ſextum agit menſem 118.48
Hebraico more ponitur verbum pro negotio quod agitur 83.15
apud Hebræos filii pro veris ſubiectis 81.8
Hebraico more qui dicantur filii reſurrectionis 331.1
Hebraico more vas pro quouis inſtrumento & ſupellectili 56.8
Hebraico more dierum appellatione tempus ſignificatur 9.18
Heb. In excelſis, pro in cælis 95.16
Heb. Panis victum, & quemuis cibum ſignificat 17.3,& 69.9
Heb. Carnem & ſanguinem pro homine dicunt, dũ volũt notare imbecillitatem humanæ naturæ 76.4
Heb. anima pro vita 9.1,& 305.7
Heb. Commutatio animæ, pro eo quo quis ſe redimat 77.38
Hebræi verbis aſcendere & deſcendere vtuntur, etiam nõ habita ſitus lõcorum ratione 376.4
Heb. Aperire os in parabolis eſt loqui parabolas 63.11
apud Hebræos Dicere pro Iubere 13.44,& 75.16
Heb. Procidere in faciem, pro Adorare 79.4
Hebræi, viri nomen primitiuis tantùm addunt 58.1
Hebræorũ loquutio hyperbolica, Neminem in via ſalutaueritis 283.14
Heb. ſiue potius Chald. Non eſt voluntas coram Patre veſtro 83.1
Hebrææ cõiugationis Hiphil forma in quibuſdam Græcis verbis 295.10
Hebraſcum prouerbium, Menſura pro menſura 30.27
Hebraicæ linguæ ignorantia cæcutierunt eruditiſſimi alioqui interpretes ſacrarum literarum antiquiores 75.1
Hebraiſmi ignoratione deprauatus à veteribus locus 238.19
Hegeſippi error in nomine Hieroſolymæ 6.7
Heliodori locus 49.10,& 50.15
Helluoſmus à Terentio vſurpatus, Obſerua filiũ quid agat 140.11,& 381.6
הלך Hebræis ſignificat ſic aliquid præterire vt mutetur 18.40
Helueticorum error 5.14
Hem & *ah* 140.13
Herba quid differat à fœno 29.33
Herodis in Iudæa regnum, quale 135.48
Herodes quomodo vocetur rex, quum tetrarcha tantùm eſſet 162.11
Herodes tetrarchæ duntaxat nomen habens, à vulgo rex dictus 376.1
Herodes Antipas 163.19
Herodiadis filia dicta Salome 163.31
Herodiani locus 38.14
¶ חגר pro ligare & vinctũ tenere Heb. 449.16
¶ חיב Syriacè peccator, debitor. & חובא peccatum, debitum 105.38
Hieronymus locũ Marci detorquet 161.3
Hieroſolyma cur ciuitas Dauid ſit dicta 129.8
vrbis Hieruſalem vicem cur defleat Chriſtus 317.8
Hiſtoriæ inchoandi mos vetus 137.19
¶ חמס quoduis ſceleris genus ad euertendas alienas opes 106.15
חמור [.i. aſinus] Hebræis de mari potẽ dicitur 94.14
¶ Hebraicũ חנה cui reſponder particula Ecce, interdũ ad excitandã attentionem ponitur 4.19
¶ *Homerus* ὑμᾶς Ἀχαιοὺς vocat Achiuos, vt Hebr. filii hominum vocantur homines 130.6
Homeri locus 30.5,& 37.17,& 71.15 & 81.11,& 131.1,& 166.3
Homeri locus, fœdus inter Græcos & Troianos ſancitũ deſcribentis 338.9
Homeri locus in quo ſententiæ potius quam verborum eſt habita ratio 357.53
Homero quid ſit ὀλοφυδνὸς βόλος 333.11
Homo ſatus qua ratione dicatur 61.17
Humanum pro virtute quomodo nominetur à Græcis 72.18
Honoris appellatione quid intelligatur in mandatis Domini 69.15
Hora ex Chaldaiſmo pro temporis articulo & ipſo momento 41.8
hora veſpera apud Plinĩũ, vt apud Græcos ὥρα ὑψία 191.23
Horatius ſolicitas opes ab effectu dixit 312.39
Horatii locus 29.11,& 33.17,& 47.11, & 84.23
חושיע Heb. conſtruitur cum tertio caſu 91.10
חושענא [Hoſchana. i. ſerua obſecro] ex corrupto & integro, pro הושיעה נא 94.34
nominis *Hoſanna* variæ expoſitiones 94.31,& 95.1
חרב [.i. gladius] pro calamitate belli, 47.17
¶ הסר Heb. id quod Græcis ἀκαιρεῖσθαι 6.4,& 15.4

חטא peccator Hebr. ἀπὸ τοῦ ἁμαρτάνειν, eſt qui veluti artem peccandi factitat 406.3
חטאים [.i. peccatores] pro ſceleroſis 39.15.& 50.19
¶ *Homi* cadere quid dicatur Heb. 46.36
Humilitas ancillæ Hebr. pro humilis ancilla 230.13
¶ *Hydria* 364.18
Hyperbolice loquutio Hebræorum 283.14
Hypocrita quid 25.17

I

H Particula in interrogatione vſurpatur 31.9
ה interdum αἰτιολογικῶς ponitur 55.31
Iactus retis, duplici ſignificatione 253.10
Iakim nomen omiſſum in pleriſque codicibus 2.4
Ἱκανὸς pro apto & idoneo 11.39
Ἡχος pro φωνὴ 252.3
¶ ידע [id eſt cognouit] honeſtè dicitur apud Hebræos de viri & vxoris copula & conſuetudine 218.2
Ἴδιον ita differt à βλέπειν vt apud Lat. Videre à Perſpicere, ſeu Cernere 90.23
Idiomatum communicationem quid vocarint veteres theologi 368.
ad *Idolomaniam* ſuam conſtituendam detortus ineptè locus à quibuſdam 272.10
Idoneum Latini dicunt dignum cui fides habeatur 381.31
¶ *Iechonias* natus ante deportationem Babylonicam 2.15
Iehoua 353.13
יהוה aut aliud Dei nomen ſubiectum vel in genitiuo, vel cum particula לפני [.i. in conſpectu] ſingularem notat excellentiam 223.30
Ieſu nomen quid declaret 4.46
Ieſus cur diceretur Nazarenus & Galilæus per contumeliam à Iudæis 138.9
¶ Ἡγεμόνες pro præſidibus prouinciarũ 45.15
¶ יחלץ, quid 18.40
¶ ירד verbum Hebraicum tam de viro quàm de fœmina 49.25
Ἡλικίαν πῆχυν pro αὐξῆσαι ὅσον 29.25
ἡλικία pro ſtatura 29.23.& 243.2
ἵλεως & ἵνατ ſæpe permutantur 147.25
Ille pronomen quo ſummum aliquid ſignificatur 360.6
ille pronomen reſpondens articulo ὁ poſito emphaticè 401.43
¶ Ἰμάτιον 40.19
ἱμάτιον generali ſignificatione vſurpatũ 49.13
ἱματίοις pro ſummis veſtibus 421.4
ימים [.i. dies] pro tempore 9.31
Impii quoque reſurrecturi ſunt, ſed vt æternum exitium ſubeant 331.4
impiorum ſupplicium diu differtur interdum 310.3
Implere mẽſuram patrum, paræmiacῶς dictum apud Hebr. 107.2
implere pro præſtare 4.51
impleri pro ſaturari 259.17
Impure ſpiritus cuidam etiam capiti ſubiiciuntur 42.8
¶ *He* ſignificatione aoriſti 3.18
ἵνα pro ὅτι 358.3
In crepidis procedere in publicũ, pro crepidatum 200.8
in carnem vnam eſſe, quid ſignificet Hebræis 86.22
in pro Per Hebr. 18.16,& 105.36
in pro Cum, vt ב pro עם apud Hebr. 29.29,& 51.12
in vel cum Deo, Hebr. i. Deo duce & præeunte 169.35
in aqua, pro Aqua, redundante præpoſitione, ex vſu Hebræorum qui cauſis & inſtrumentis ſolent præfigere ב, in 138.5
in veritate, pro verè dicunt Hebræi & Græci 100.13
in doctrina, pro in docendo, Hebr. 151.1
Ina poſitum ὁριστικῶς 181.19,& 418.22
Incedere idem quod Hebræis הלך 38.20
Increpare reſpondet τῷ ἐπιτιμᾶν 37.2
increpandi verbum vbi dicitur de aquis Hebr. notat inhibere tempeſtatem & reprimere vim earum 37.4
Incurrere & recurrere, oppoſita 303.7
Indai virtute ex alto [i. cælo] Hebr. 352.9
Infans vnde deducatur 52.8
infantes animo ſunt præditi apto iam tum ad ratiocinandum 356.8
Infinitiuus pro imperandi modo 22.24
infinitiuum cum verbo perſonali abſolutè conſtruũt Hebr. vt audiendo audietis 60.24
Ingredi reſpondet verbo ἐμβαίνειν 34.22
ingredi & egredi, dictum pro ſecurum vitam agere, genere loquendi Hebræis veluti prouerbiali 408.6
ab *Initio* fuiſſe homicida diabolus quo ſenſu dicatur 355.7
Innocens, quid, authore Cicerone 45.4
Inſtituta quæ vocentur 221.45
Interpres Vetus ſacros libros ſumma religione interpretatus eſſe videtur 210.33
veteres interpretes turpiter ſæpe hallucinati, quòd ignari eſſent linguæ Hebr. 75.32
interpretatio falſa cuiuſdam loci Petri occaſionem comminiſcendi Lymbi præbuit 346.17
Interrogatio apud Hebræos vehementius affirmat 198.22,& 390.15
interrogatio cum admiratione vel cũ ironia 165.31
interrogationis nota ſæpe apud Hebr. non exprimitur 331.27
Intus habere regnum Dei quomodo dicantur Phariſæi 317.22
intus de motu è loco 171.22
Inuenire gratiam, Hebr. i. eſſe in gratia cum aliquo, gratum eſſe alicui 226.32
inuenire pro parare ſibi & acquirere 77.28
¶ יוחנן Iohannes, id eſt gratioſus 357.58
Iohannis nomen celebre 137.25
Iohannis baptiſmus 214.52
Iohannes, vnus quaſi apparitoris vice functus eſt, quum alioqui Prophetæ omnes Chriſtum antecefferint 314.22
Iohannis miniſterium, cum Chriſti prædicatione collatum, quale ſit 214.52
Iohannis prædicationis effectus 214.44
Iohannes vbique περιεργάζεται dicit quod cæteri Euangeliſtæ appellant σιγῶντα 407.24
Iohannes appoſitionibus abundat in ſubiectione poſitis 368.26
Iohannes, licet Græcè ſcribens, loquutiones in verbo Dei & ſynagogis viſitatas retinuit 353.35
Iohannes cuiuſmodi epanalepſi gaudeat 382.5
Iohannis verba de æterna Filii hypoſtaſi conati ſunt eludere hæretici 353.11
Ioſeph quomodo iuſtus in cogitatione de dimittenda Maria 3.50,& 4.15
Ioſeph non habuit Mariam ſuſpectam adulterii 4.3
Ioſephi & Nicodemi exempla quidam hodie impudenter ſuæ diffidentiæ prætexunt 216.20
Ioſephi locus 81.5
Ioſephus à Matthæo diſſentiens 66.6
יותר [. i. magis] ante מן [. i. quàm] in circunſcribendo gradu comparãdi fere ſubauditur 82.13
¶ Ἡφιε pro ἄφιες 141.11
¶ *Ira* quæ Chriſto tribuitur quãtum ab humana differat 147.2
יראה [timor, reuerentia] apud Hebr. pro toto cultu Dei 230.51
¶ *Iſcha-kariothes* gentile nomẽ Hebraicũ 43.13
Iſraeli à Deo tradita terra, dicta peculiariter Dei terra 356.29
ישב לבו pro reſtare 93.9
¶ *Ita* particula in cõparationis accommodatione ſæpe omittitur Hebraico more 389.19
Iteratio deſcriptio per quod Ieſus in Iudæam contendit 86.3
¶ Ἰούδας Iuda quæ dicatur 219.5
Iudas, qui & Lebbæus, cognomẽto Thaddæus 149.2
Iudas quo ſenſu dicatur filius perditionis 435.4
Iudas cur dictus Iſcariotes 45.28
Iudam inſtituendæ ſacræ Cœnæ non interfuiſſe, cur probabile non ſit 423.7
Iudæa regio, quæ 5.36
Iudæi gentes omnes profanas nomine Græcorum comprehendebant 172.5
Iudæ proditori additur Iſcariotæ nomen vt diſtinguatur à Iuda qui & Lebbæus 149.2
Iudæi ſingulis annis didrachma Romanis pendere ſolebant 81.5
Iudaicorum rituum volumen dictum כל בו 337.21
Iudæorum ceremonia in ſumendo pane & poculo ſub finem Cœnæ agni paſchalis 337.22
Iudæorum in ablutione manuum ritus 169.8
Iudæorum ſuperſtitioſam purificationem conatus eſt Hebion in Eccleſiam Dei inuehere 364.14
Iudæi ex traditione quadam Thalmudica, veſtimenta dirumpere tenebantur ſi ab Iſraelita quopiam audiſſent blaſphemiam in Deum 115.35
Iudæorum conſuetudo cum lege XII Tabul. conueniens, de furioſis ad agnatos & gentiles deducendis 149.16
Iudæorum ciuilia iudicia olim qualia, & qui apud eos ſummi iudices 19.38,& 20.25

apud Iudæos ſummum cõcilium quadruplici ſuppliciorum genere vſum 20.16
Iudæis cognitio criminum capitalium erepta 111.10
Iudæi de Meſſiæ diuinitate non diſputarunt niſi poſtquam planè excæcati fuerunt 353.40
Iudæi inſignem aliquem Prophetam expectabant diuerſum à Meſſia 395.10
Iudæi prophetam Moſi ſimilem expectabant 360.17
Iudæorum implacabile in Chriſtum odium 353.41
Iudæorum error περὶ τοῦ προφήτου Eliæ expectãtium 360.16
Iudæi etiamnum hodie terrenũ quoddam Meſſiæ regnum animo conceperunt 317.4
Iudæi etiamnum hodie Chriſtum pro impio habent 215.10
Iudæi etiam hodie Chriſtum appellant præſtigiatorem 133.5
Iudicare pro damnare 397.18
iudicare aliquem pro Vitiis ſuæ virtutis exemplo coarguere 55.18
Iudicatus pro eo de quo iudicatum eſt 30.21
iudicium pro iure principis hoc vel illud conſtituendi 407.1
Iudicium pro compoſito ſtatu 54.21
iudicium pro authoritate Chriſti & poteſtate in cælo & in terra 431.33
Iugum Chriſti qua ratione dicatur leue 52.28.
à *Iuliano* apoſtata exagitatus locus 188.10
qui *Iurat*, Deum ſimul aduocat vltorẽ 175.16
iurandi per caput mos 21.31
Iurandi particula בי apud Heb. 21.23
iurandi forma Hebraica, cum imprecatione 175.19
Iuſiurandum quatenus ſit interdictum 13.15
Iuſiurandum quatenus in Dei cultu numeretur 23.18
Iuſta apud Terentium, vt τὰ δίκαια apud Demoſthenem pro τὰ δικαιώματα 222.40
Iuſtitiæ fructus ab illius efficiente cauſa ſeu materia diſtinguendi 223.14
Iuſtitiæ illius quæ nos facit Chriſti cohæredes, tota laus Chriſto in ſolidũ tribuenda eſt 223.21
Iuſtitiæ Dei præpoſteri vindices & patroni 338.19
Iuſtitia ſæpe Hebr. ſignificat fidem & benignitatem 165.14
Iuſtificare Deum, quid 50.33,& 165.13
Iuſtificare ſeipſum, quid ſit 286.10
Iuſtificari pro iuſtum declarari 57.14
Iuſtificatur ſapiẽtia à filiis ſuis, i. agnoſcitur, & approbatur Heb. 50.36
de *iuſtificatione* 223.9
ad euertendam gratuitam ex ſola fide iuſtificationem locus impudenter detortus 267.14

L

L cauſam finalem notat 338.21
ל præpoſita gerundiis indicatiuè etiam ſumitur apud Hebr. 234.17
לא כל [.i. nõ omnis] pro nullo apud Hebræos, qui negationem non ad ſignum vniuerſale, vt Græci & Latini, ſed ad verbum referunt, atque illud de omni negant 348.51
Λαζαρέτον 223.17 & 21
Λακκὸς 375.5,& 401.3
לאמר dicendo, pro quo vulgò tranſferunt Dicens, non rarò ſubticetur in Hebræo contextu 126.17,& 195.19, & 232.11,& 418.7
Λαμπάδιον quid Homero 18.29
Latine voces Græcè declinatæ apud Euangeliſtas 21.12
Latini ſermonis conſuetudini non vult ſeruire hic author vbi minus piè loquendum ſit, illi ſeruiendo 148.5
Λατρεύειν & δουλεύειν idem declarant 14.33
Latrina vnde dicatur 71.9
¶ *Lebbæus*, cognomento Thaddæus, qui & Iudas 148.4,& 149.1
Lebbæus fere reſpondet nomini Latino Corculum 43.31
¶ לכו [.i. venite] pro aduerbio hortatis poſitum apud Hebr. 20.4
לכן [.i. propterea] ponitur etiã pro atqui, & attamen 393.13
inter איש & לקח אשה diſcrimen 3.12
Λέγω λακεδαίμονα dictum pro οὐκ λακεδαίμονας 358.7
Lentulo proconſulis epiſtola φιλοτιμοτάτη 9.11
Lepra quid propriè 34.2
Λεπτὰ numorum genus 200.36
Leuita & ſacerdotes olim in Republica Iſraelitica in Iudicum conſortium legebantur 83.19
Lex talionis 23.11,& 38
leges ciuiles Legi Dei reſpondere debent 87.3
leges politicas nõ præſcribit Chriſtus 83.25
¶ *Liber* pro recenſione, idiotiſmo Hebræorum 2.18
liber & libellus pro recenſione 1.18
libri quales eſſent olim 149.6
à *Liberi* arbitrio defenſoribus detortus locus 141.18
ad libetum arbitrium ſtabiliendum detortus locus 356.44
Licentia quid 33.19
licentia plerunque in vitio 91.31
Lambum vnde quidam commenti ſint 346.17
Liui cuiuſdam epiſcopi impius libellus de Petri paſſione 450.9
Λιθοβολεῖν 195.25
Λιθοξόοι, lapidicidæ 169.47
Λιθοπώλης 441.13
Λίμφα vocabulum eſt Latinum 416.4
Lina locus 30.11,& 33.14,& 35.16
¶ Λόγιον, prouerbium 375.1
λόγος Hebr. pro re 141.19
λόγος pro indefinita particula 71.8
λόγος de Euangelii ſermone 143.13
λόγος qua ratione dictus ſit Dei Filius 353.11
λόγος vocat Lucas Hebræorum more id ipſum de quo dicturus eſt 111.59
Λοιπὸν vel ἔλοιπον ſubaudium 302.1
¶ *Lucani* locus 62.36
Lucas falſò creditus fuiſſe vnus ex ſeptuaginta duobus diſcipulis, cui cum Cleopa apparuerit Dominus 111.3,& 149.39
Lucas ea ſcripſit quæ auditione acceperat ab Apoſtolis, cum Chriſto iam inde ab initio verſatus 111.1
ante Lucam non ſcripſerũt Matthæus & Marcus 110.16
Lucas in hiſtoriæ ſerie pro regula nobis proponendus 305.8
Lucæ vnius Euangelium admittebat Marcion 311.13
Lucæ familiaris traiectio 311.6
in *Luctu* veſtimenta ſua ſoliti dirumpere veteres 115.19
in luctu mos veterum 51.14
Lunatici qui 79.17
Luſtrum 81.17
Lux metaphoricè Hebr. deſignat liberationem & proſpera omnia 135.34
lucẽm hominum quid vocet Iohannes 355.31
Lucidum corpus, quid, 18.17 Cui opponatur ibidem 18
¶ Λυκαυγὶς 348.3
Λύχνος & λυχνία quid 18.16
Λύτρον 93.1
Λύτρωσις qualem liberationem ſignificet 213.17

M

M Ακροθυμεῖν & μακροθυμία & 85.1 84.16
μακροθυμεῖν 319.30
Madidum pro ebrio, cui opponitur ſiccus 169.17
nominis *Magdala* varia ſcribendi ratio 73.29
Magi ex gentis vocabulo nominati 5.37
Magnificare benignitatem ſeu miſericordiam, Hebr. id eſt vti magnificã miſericordia 132.4
Maieſtas Cæſarea pro ipſo Cæſare 319.8
Μάκελλα quid 16.10
Malachiæ locus perperam expoſitus, erroris occaſio Iudæis 360.17
Μᾶλλον 46.25
μᾶλλον abundans 175.33
μᾶλλον etiam iungitur comparationis 29.11
μᾶλλον ſubintellectum 81.11,& 310.19
κατὰ Ματθαῖον cur potius ſcribatur quàm ἀπὸ Ματθαίου, vel Ματθαίου 1.16
Malus oculus, quis 91.15
Mammon vox Syriaca ſignificans quicquid ad rem pecuniariam pertinet 18.18
Manere 71.36
Mandatorium modum quem vocẽt Diomedes 141.35
Mane fuit, id eſt aduenit, Hebraiſmus 180.7
Manna ſymbolum erat Chriſti 386.31
manna dicta eſca ſpiritualis, quatenus Chriſtum adumbrabat 386.16
Manſio pro diuerſorio & hoſpitio 184.6,& 414.11
Manuum ablutio olim in vſu, expiationis cauſa 119.11
manum Domini eſſe ſuper aliquẽ Heb. de præſenti Dei gratia & efficacia 233.4
Marcum vnius Lucæ Euangelium admittebat 311.13
Marcus breuitatis fuit amans, vnde videri poſſit omnium Euangeliſtarum difficillimus 157.10
Marcum ex Petro Euangelium excepiſſe tradunt veteres 109.15
Marco familiaris eſt mutatio temporis 149.9

ex *Margine* in contextum translata verba 100.33,& 394.3
Marie in Prophetarum lectione valde exercitata 227.50
Maria perpetuò virgo 5.11
Mariam non vouiſſe virginitatem 3.27,& 4.31
Mariam falſò quidam putant de ſeruanda virginitate cogitaſſe ante Angeli ad eam aduentum 227.10
Mariæ præpoſteri cultores 230.18
Μαρηφῶν 250.6
Μάρυκες appellati morbi 148.1
Matrimonio ſecundo nullum eſſe locum, quidam ex Chriſti verbis malè collegerunt 313.23
matrimonium ad filios Dei pertinere quàm falſò negarit Cyricius Papa 330.12
Matthæum fuiſſe Leuitam non rectè videtur exiſtimaſſe Caninius 144.7
Matthæus & Marcus ante Lucam non ſcripſerunt 110.10
Matthæi & Marci ſcripta ad Lucam, tanquam regulam in hiſtoriæ ſerie, ſunt accommodanda 305.8
משתה Iam nunc, Ab hoc tempore. Ad verbum, Ex nunc, vt Gall. *dés maintenant*. Significat etiam plerunque Deinceps 107.14,& 411.10
¶מן [.i.à fine] dicitur Hebr. tam de initio quàm de fine 178.30
מדה כנגד מדה menſura pro menſura, prouerbium Hebr. 30.27
¶ in *Medio* veſtrũ, pro Palã & inter vos 360.19
in medio ponere, phraſis Latinorum reſpondens Græcæ 66.11
Μεγαλεῖα & *μεγαλειότης* 281.1,3
Μεγιστᾶνες in Oriente dicti proceres 163.13
Μείζων pro *μέγιστος* 184.2
Μέτρῳ & *μέτρα* 202.10
Μέλλων participium etiam ad imperfectum pertinet 50.13
Μέμφεσθαι 168.19
Mendicantes fratres quàm impudenter iactent ſe Apoſtolicam vitam agere 184.24
Mendum in vnica litera quod occaſionẽ ineptorum commentorum præbuit 309.6
Menſa benedicere, & mẽſam cõſecrare, quo ſenſu dicatur 176.19
Menſura pro menſura. Heb. prouerbium 30.27
Mercedis nomẽ in ſacris Scripturis quomodo vſurpetur 25.13
Μεσέλιθαι pro diffidere 55.16
Μεσεμβρία vnde deriuetur 19.17
μεσεμβρία plus ſignificat quàm cogitare 19.15
inter *Meritum* & mercedem fruſtra quidam mutuam relationem ſomniant 260.5
de *Meſſia* multa in ipſo etiã vulgo ſparſa erant 117.54
Meſſiæ terrenum quoddam regnum conceperant animo Phariſæi 317.3
Meti pro *in* 178.1,& 11
Μετάφρασις 65.15
Μετάνοια & *μεταβολή* quomodo differant 9.41
Μεταπλασμὸς quid 93.11
Metaphora ab aqua familiares Hebræis 371.12
Μετέωρος & *μετεωρίζεσθαι* 298.4,& 8
Μεθύειν pro Sitim explere 364.30
Μετανοεῖν & *μετανοία* 2.11
Μεγρεῖς 311.3
Metreta vini pondus 364.19
¶*Mὴ* particula malè à Vetere interprete verbo nolendi expreſſa 4.14
Mὴ pro *οὐχὶ* 134.16
Μὴ μιᾶς, ſubaudito genitiuo *γεύσεως*, aut *βουλῆς* 307.4
Μίσθιοι 23.56
Miniſtri debent agriculturæ tantùm cupam præſtare 154.5
Minorela ſeparantes à verbo reprehenduntur 174.11
in miraculis edendis diſcipuli Chriſti inuocabant eius nomen 285.3
Modὸς Matthæo quod *χάλαζα* Lucæ 260.5
poſt *Mittere* ſubauditus accuſatiuus 69.4
¶*Μνηστεύειν* de ſponſalibus dicitur, *γαμεῖν* de nuptiis 3.10
¶ *Modus* indicatiuus pro optatiuo 56.38
modum mandatiuũ quem vocet Diomedes 143.33
inter *Modὸ* & nuper diſcriminis exemplum ex Cicerone 40.40 & 41
Μοιχεία interdum *αἰδῶ πρεπείας* 11.13
à *Monachis* detortus locus ad confirmationem ſuæ fictitiæ paupertatis 283.17
particula *Mὸνον* ſubaudita 184.13
Μονογενὴς reſpondet Latino deſolati: à quo *μεμονωμένος*, vidua 55.10
Μονογενὴς vnigenitus, potius quàm vnicus 357.47
Monorchelitæ errorem Dimœritarum ſequuti ſunt 218.39
Μορφὴ δούλου 18.15
in *Morbo* eſſe apud Ciceronem pro Teneri morbo 158.9
Μοσχεύειν 316.5
Μορφὴ τοῦ προσώπου Chriſtum apparuiſſe, quomodo intelligendum 349.16
non ſolùm cum *Mortis* terroribus eſt In ſtatu Chriſtus, ſed cum terribili Patris irati iudicio 540.24
mortem quo ſenſu Paulus dixerit ſtipendium eſſe peccati 20.31
Moſi ſimilem Prophetam expectabant Iudæi 360.17
Moſis locus à Iudæis detortus 360.18
¶משל tam paræmiam quàm allegoriã deſignat 407.16
¶ *Mulieres* cum viris accumbere non ſolebant 164.1
Mulcere 77.37
Mundus pro iis qui Euangelio reſiſtunt 430.3
¶*Μῶμος* Græcorum idolum 46.7
Myſterij vocabulo Cicero etiam vtitur 60.4

N

NAl nã 11.44
Nam in interrogationis principio poſitum 174.10
nam particula, non præcedente aliquo cuius ratio adferatur 335.7
Nanzianzeni locus explicantis qua ratione Filius dicatur *λόγος* 313.11
נקר quid 34.18
Nardus pro ipſo nardino vnguento 205.1
Narrationes Hebræi dialogis potius quã obliqua oratione texunt 163.11
in narrationibus omitti ſolitæ particulæ 371.7
narrationibus rectis cur potius quàm obliquis vſus ſit Spiritus ſanctus 5.42
Nathanaelem quidam itineris ſociũ fuiſſe putant Cleopæ 349.41
Nationis nomen latius patet quàm generationis 50.14
Nazaræus & Nazarenus differunt 9.17
cur *Nazarenus* per contumeliam diceretur Ieſus 138.9
נדיבים principes Hebræis dicuntur à munificentia 338.43
¶ *Negantes* orationes quæ non ſimpliciter aliquid negant, ſed *κατ' ἀντίφρασιν* 379.61
negantes vtrunque orationes, licet alioqui videatur alterum poni 387.1
Negatio duplex Græcis magis negat 18.41
negatione ſubiecta affirmationẽ Hebr. illuſtrant & confirmant 560.1, & 580.1
negatiua particula *οὐ* tranſpoſita 386.17 & 387.11
diſcrimen inter *Νίος* & *κληρονόμος* 40.35
Neſtorius vnde arrepta occaſione Chriſtum in duas perſonas diſcerpſerit 357.19
Neſtorii & Eutychetis errores renouati noſtro ſeculo 369.4
¶ *Nicephori* magnum volumẽ nugarum & mendaciorum plenum 136.16
Nicodemi & Ioſephi exempla quidã hodie impudenter ſuæ diffidentiæ prætexunt 116.10
Nigrum nemus pro tenebricoſo 456.3
Νίκαιος vnde deducatur 51.8
¶ *Νοῦς* pro *συνέσει*, & pro Animũ aduertere 71.8,& 175.31
Nomen pro virtute quam teſtatur quiſquis Deum appellat 31.19
nomen verbale apud Heb. pro infinito & gerundio 151.1
nomina tria eiuſdem viri 149.1
Nondum & non quantũ differant 391.17
Nonus falſa interpretatio 401.46
Nouæ, pullicies Columellæ 305.36
Nouum teſtamentum quo ſenſu vocetur poculum 338.13
Nox olim in quatuor partes diuidebatur 68.8
noctis quadrantes vocabantur *φυλακαὶ* 114.10
noctis vigiliæ Hebræus pleonaſmus 137.9
¶נפש [.i.anima] totũ hominem ſynecdochicῶς declarat Heb. 77.16
¶נתן [.i.dedit] nõ modò tradere, ſed etiam prodere aliquando ſignificat 108.13
נתן [.i. dedit] nonnunquam Hebræis declarat edere aliquid inſigne ac ſpectandum proponere 110.8
¶lex *Noluerit* iubẽs viris ex ſua tribu quò ſpectarit 111.14
Nulla tibi pars in me, Heb. id eſt, Nihil tibi mecum negotii aut rei 411.7
Numerantes cum latronibus Chriſtus quo ſenſu dicatur 115.10
Numeri primarii pro deriuatis vſurpantur ab Heb. 59.11
numeri heteroſis 346.4
numerorum enallage 357.5
numeralia nomina primitiua ſiue cardinalia nonnunquam apud Hebræos aduerbialiter ponuntur: vt Septem pro Septies 84.11
Nunij apud Hebræos in perſona eorum à quibus mittuntur, loquuntur 305.13
Nuper & modò quomodo differant 40.40

Natus vocatæ filiarum nomine 146.8
Nutricem qui accerſit quæ infantem adferat, dicitur ipſum vocare 311.8
¶ Νυμφῶνες appellatione quid ſignificetur 19.39
Νῦν interdum conjunctio expletiua 39.17
νῦν cóiunctio aſſumptionibus adhiberi ſolita 400.14

O

OBlationes nunc vſurpandas eſſe, ex quodam Chriſti dicto ineptè quidam colligunt 10.37
Obſeruare pro ſtudioſè ac pro viribus obſeruare 169.12
¶ ſolem mergi *Oceano* vulgus exiſtimauit 141.3
his ego oculis vidi, Lat. vt apud Hom. ἐφθαλμοῖσιν ἴδον 140.37
oculi clauſi Hebræis dicuntur qui nihil vident 41.27
iuſti in oculis Domini Hebr. i. Deo teſte & iudice 112.18
oculus allegoricè pro mentis iudicio 28.14
quod oculorum eſt, ad animum transfertur 281.14
oculus malus ſignificat Hebræis inuidentiam 91.15
oculatus teſtis & auritus, oppoſita 221.10
¶ Ὀδηγεῖν 71.1
¶ *Offenſa* Latinis quod Græcis σκάνδαλον 27.27
¶ Οἴκημα apud Athen. κατὰ τὰς φυλακὰς 21.4
Οἰκετεμεῖν 311.7
¶ *Oleum* ſymbolum fuit mirificæ virtutis ſanãdi morbos, non medicamentum 161.6
¶ Ὁμιλεῖν pro συναλίζεσθαι 349.14
Omnibus pro Omnibus aliis, apud Plinium 302.3
omnes homines Deus vult ſaluos fieri, quomodo intelligendum 193.35
non omne Heb. pro nullum 228.30
omnis caro non ſeruaretur, duplex Hebraiſmus. i. tota gens funditus periret 110.1
Ὁμολογεῖν ad verbum eſt paribus verbis loqui 336.17
ἐμολογεῖν apud ſacros ſcriptores quid ſit 250.8
¶ Ὀνομάζειν 28.7, & 51.6
Ὀπτηρες & ὕπνος quomodo differant 4.22
Ὀρος 81.4
¶ *Opes*, malorum irritamenta 313.1
opes ſolicitæ Horatio ab effectu 311.39
Ὀφειλέται, id eſt debitores, pro peccatoribus 301.10
Ὀπτὰ *boues*, Plinio retro paſcentes 179.14
verbum *Oportet* ſubauditum 411.7
Opus Dei Hebr. pro diuino 385.11
ad operum iuſtitiam ineptè detortus locus 57.13
Ὀψὲ abſolutè poſitum pro Serò, aut veſpere 134.2
Ὀψία ὥρα, vt apud Plinium veſpera hora 191.23
Ὀψὲ pro μεσονύκτιον, in ea ſignificatione qua dicitur μεσονύκτιον ἀφῆκε 393.28
Ὀψὲ 448.6, & ὀψέτερον 383.10, & 448.10
Ὀψώνια pro ſtipendiis militaribus 245.3
Ὅσος pro πᾶς indefinitè accepto 54.8
¶ Ὅρας vocabulũ reſpondet Chaldaico כרעא 41.8
Ὥρας genitiuus ſubauditur poſt ἐξ αὐτῆς 164.6
ἐπ' ὥρας pro Conſtitutum illud tempus 337.3
ὥρα ὀψία, vt apud Plinium hora veſpera 191.23
Oraculi nomen profanum 7.10
Ὀρὸς minus eſt quàm βαίτιον 11.14
Oratio recta pro obliqua, Hebr. more 446.11
orationis ſeu loquutionis rectæ & obliquæ permutatus vſus ab Hebræis 358.38
ab oratione obliqua ad rectam tranſitio 263.5
ab oratione recta ad obliquam tranſitio 189.43, & 314.19
Ὀρχίζειν 156.7
Orientalibus familiaris fuit ritus ſalutandi oſculo 113.7
Ὄρθρος, à quo gallus ἀλεκτοροφωνία 348.2
ὀρθρίζειν Luciano de eo qui diluculo ſurgit 336.3
Ὀρθρίζειν 335.20, & 336.3
¶ Ὀυ interdum pro ſermone 83.12
os aperire Heb. declarat ſermonem inchoare 17.10
os gladii pro acie apud Hebr. 334.13
Oſculo & complexu ſalutandi mos 24.34
oſculo ſalutandi ritus familiaris orientalibus 113.7
Ὀσχοφορία quale feſtum 4.398
Oſtendere delirium de nomine Ieſu 4.48
Οὖτε & οὐδὲ ſæpe permutantur 147.15
Οὖτε pro ἕνεκα 154.8
οὖς pro χαλκὸν 156.16
¶ *Otioſi* ſermones pro nugis 57.9
Ὀυ pro διατί, indefinitè etiam 181.20
Ou abundans 9.18, & 11.39, & 141.5
¶ *Oues* tranſlatitiè pro manſuetis hominibus 31.2
Οὖ particula tranſpoſita 386.27, & 387.11
οὐ interrogatiuè 31.14, & 81.1
οὐ μὴ 18.41, & 60.18
Οὐαὶ ἐμοὶ loc⁹ 11.19, & 64.17, & 90.13, & alibi
Οὐδὲ pro οὐκοῦν 54.1
Οὗτος interdum idem quod Hebræis הוא 41.7
οὗτος pro πᾶς 41.6
οὗτος aliter ſumptum quàm in vulgari ſignificatione 372.1

P

PAEdobaptiſmi hoſtes 321.1
aduerſus prædobaptiſmũ arreptus falſò locus à Catabaptiſtis 137.37
Παῖς pro filio & ſeruo 54.11
Παλαιὰ Θεοῦ apud Pindarum pro δίκαις & βουλαῖς 133.6
Παράδεισος 64.11
Panis & vinum mutantur qualitate in ſacra Cœna 110.19
panes facierum cur dicantur ab Hebr. 53.6
panis Hebr. pro omni cibo & omnibus ad tuendam vitam 174.11, & 17.5
Panem edere, frequens Hebraiſmus, pro cibum capere 149.11, & 168.27, & 174.11
Pannuculus quid 40.17
Παρηγορία 330.1
Papias hiſtoriam ſcripſit de muliere adultera 396.3
Παρὰ pro ὑπὸ 4.17
Pater pro Ipſius gentiles vel agnati 149.14
Παρακελεύω pro ἐκ παρακελεύσεως 195.16
Παροιμιαὶ cur pro prouerbio interdum ponatur 150.13
quod εὐαγγελιστὴς cæteri Euangeliſtæ, Iohannes παράκλητον vbique appellat 407.24
Parabola quid in Euangelio 195.10
Παρακαλεῖν precari & orare 51.8
Παρακαταθήκη 300.8
Παράκλητος 111.36
Παράκλητος 83.17
Παράκλητος 349.3
Παραδιατρίβειν 3.39
Παραδιδόναι 43.31
poſt παραδιδόναι ſæpe ſupplendum aliquid relinquitur 139.11
Παράδεισος 169.31
Παραλαμβάνειν pro acceptum transferre 14.5
Παραλαβεῖν τινὰ γυναῖκα malè Eraſ. & alii accipiunt pro μεταλαβεῖν 4.19
Παραπίπτειν aliquid amplius quã ſtatuere 17.15
Παραπορεύεσθαι 283.11
Παράπτωσις poſitus ἀπὸ ἀναίσθου 131.16
Παρατήρησις 317.2
Παρθένοι 199.14
Παρθενία 18.40, & 111.11
Parœmiones qui dicentur 73.7
Παροιμία & παραβολὴ 9.11
παροιμία & παραβολὴ quomodo differant 350.1
Παρρησίας vbique dicit Iohannes quod cæteri Euangeliſtæ ἐν παραβολαῖς 407.24
Πάροδος 83.17
Πάροδος & παρεῖδησις filiorũ Dei 335.15
παῤῥησίᾳ, apertè 178.50
ἐν παῤῥησίᾳ & palãm 391.11
Partes nonnunquam totum præcedunt 88.19
Particula vnius obſeruatio quanti momenti aliquando ad eruẽdum verũ ſenſum 419.7
Participii reſolutio in verbum & particulam ἵνα 179.4
participia ἀποκεκομμένως poſita 3.38
participia apud Hebræos pro nomine ſubſtantiuo, vt Faciens pro factore 98.11
participia vſurpant Hebræi loco nominum verbalium 161.16, & 145.1
participii eclipſis 113.11
participium χαίρειν ſubauditum 1.1
participii cum verbo pleonaſmus Hebræis frequens 199.13
participialis nominis in *rus* ſignificatio 117.62
Patres pro iis quos Hebræi אבותים vocãt 48.6
Pauperes ſpiritus quæ ſit 17.15
Πᾶς pro quiuis 16.17, & 18.10
Paſchæ conuiuium 410.10
paſchalis agni cœna apud Iudæos 337.11
Paſtoris vocem audire non poſſumus niſi prius oues ſimus 410.6
Patres noſtri ſalutabantur apud Iudæos Rabbini qui prouectioris erãt ætatis 104.19
per *Patrum* animas ſuas poſſidere quo ſenſu iubeantur Apoſtoli 333.13
Pax pro felicitate 337.15
pax Hebr. pro eo ſtatu in quo aliquis meritò acquieſcat 44.19, & 135.36
in pace, pro Feliciter & beatè, vel tranquillè 159.1, & 240.55, & 190.15,
פקד viſitare, pro Memorẽ ſe declarare 133.11
¶ *Peccare* in aliquem, quid 83.8

ecce re in cælum, pro In Deum 310.1
non peccasse ille cæcus quo sensu dicatur à Christo 379.68
peccatum nullum tam leue est quod nos non expellat è regno Dei nisi per Christum condonetur 19.4
peccatorum remissio, modus est per quem Deus Pater nos in Filio seruat 234.46
Peccatores pro scelerosis apud Hebr. 39.15, & 50.19
peccatores pro gentibus à Dei fœdere alienis 80.11
Peierare, quid 11.10
Πέλαγος 81.8
Πέμπτος ἀπὸ πεντήκοντα positum 8.10
Πέντε & πεντηκοντάρχους vocant Græci quos Hebræi שרי חמשים 48.31
Penitus secundum etymologiam respondet Græco ἀκριβῶς 111.19
Περισσὸς filiorum Dei 335.15
περισσότερος coniunctæ πληροφορίᾳ quis sit effectus 110.30
περισσὸς à fide quomodo distinguenda 382.19
Peræa regio 186.1
Peræa regio apud Iosephum quæ 147.19
Perfellere apud Ciceronem quod Græcè ἐξετάσαι 144.1
Perditionis filius 35.15
οἱ Περὶ τινα qui dicantur 151.9
in Περίλυπος præpositio περὶ significationem auget 111.9, & 164.10
Περίοικοι à geographis qui vocentur 131.14
Περίσσωσις 131.10
Περιτόμης 27.1
Periphrasis Plautina, Sunt bibentes, pro Bibunt 137.17
periphrasis illi similis, Cæsarea maiestas pro Cæsare 319.8
Περιστερὰ 197.10
Περιστερὰν vel ἀφιέναι 23.11, & 24.38, & 49.16
nuntii in *persona* eius à quo mittuntur, loqui solent apud Hebræos 305.13
in persona tertia de se loqui, Hebræorum est 36.10, & 75.31, & 119.1, & 450.11
à persona tertia ad primam transitus 314.31.
personæ mutatio 314.28
personarum mutationes frequentes sunt apud Hebræos 161.19, & 111.9, & 119.31, & 314.31
persona pro ætatis circunstantiis 319.10
Perspicere respondet Græco ἐξελέγχειν 31.1
Petrus & Andreas cur primi recensentur inter Apostolos 43.10
Petri tres negationes in vnis Caiaphæ ædibus factæ 437.11
de Petri passione impius Lini cuiusdã episcopi libellus 450.9
ex Petro Marcum excepisse Euangeliũ tradunt veteres 209.15
¶ *Pharisæus*, sectæ nomen 304.4
Pharisæi vnde vocati sint βαπτισμοὶ à Iustino 169.35
Pharisæi & Scribæ, doctores 157.14
Pharisæorum arrogantia 407.13
Pharisæi terrenum quoddam regnum Messiæ animo conceperant 317.3
Φέρειν & ἄγειν sæpe permutantur 17.15
Φιλεῖν cum infinitiuo 16.5
Philosophiæ & Euangelii præceptorum discrimen 160.16
φωνῆ voce vocare 93.10
Φῶς 78.19
Φεύγειν interdum diuersum à λείπειν 63.17
Φεύγειν idem quod Latinis stylus 63.18
ἐν Φρυξὶ βάλλεσθαι ab Homero dictum, quomodo Virgilius exprimat 233.1
Φυγὴ quid 2.11
Φυλακὴ pro carcere 21.3
φυλακαὶ noctis quadrantes vocabantur 114.10
Phylacteriorum nomine quid intelligatur 105.19
חחרב i.e. os gladii. Heb. pro acie 334.15
Picturæ germanæ ab adulterina distinctio optima 111.19
¶ Πίρασις malè confusum cum πείρασις 147.7
Πιπράσκειν quæ 105.5
Πιστοτάτους variè expositum 105.1
Πίστις & πιστεύειν in sacris literis quid 29.39
¶ *Platea* nomen pro foro 25.13
Πλεονασμοὶ particulæ magis 29.14
pleonasmus Hebræus, Agentes vigilias noctis 237.7
Πλεῖν pro quinetiam 51.11
πλεῖν interdum pro sed 51.11
πλεῖν interdum idem quod ἔμπης 51.10
πλεῖν pro Immo, vel quin potius 191.10
Plinii locus 66.18
Plinii loci duo emendati 46.8
Πλήρωμα positum pro ὑπόδειγμα 40.15
Πληροφορίαν quid vocet Paulus 110.17
πληροφορεῖν & πληροφορεῖσθαι quid sonent 110.13
Γλαῦκος & Πλουτάρχου 36.30
Plutarchi locus 13.19, & 15.19, & 19.15, & 51.16
¶ Πνεῦμα pro κλῖμος, id est ventus 367.34
πνεῦμα pro animo 285.13
πνεῦμα pro impulsu & afflatu 151.15
πνεῦμα quum præfixum habet articulum, non semper de Spiritu sancto dicitur 138.38, & 368.3
πνεῦμα καὶ σὰρξ inter se oppositi 311.30
פנים [i.e. facies] Hebr. extenditur ad omnem externam rei cuiuscunque speciem 74.14
¶ *Pœnæ* significatio metaphorica quæ sit apud Hebræos 92.8, & 111.17
Ποδήκης differt à ναυκλήρος 37.7
Ποιεῖν pro καταβαίνειν 148.19
ὁ ποιῶν absolutè pro opifice 86.9
Ποῖος propriè de qualitate 88.5
Ποιεῖν & λέγειν interdum de continua etiam quantitate 313.11
Γναίσιος, versutus 330.4
Πολὺ minus est quàm πολλῷ 51.13
Πολὺς aliquid amplius quàm πᾶς 13.19, & 58.10
πολυτελὴς & πολυτελεία 171.16
Pontifices duo vicissim fungebantur sacerdotio 146.5
Πορεύεσθαι pro ἀπέρχεσθαι 49.7
Πορεύεσθαι & πορεία 11.5
Πορεύεσθαι & πόρωσις 147.8
πῶρος à quo πωροῦσθαι 147.7
πώρωσις pro stupiditate & vecordia 167.19
Portæ interdum pro vrbibus propugnaculis & consilio munitis 76.16
Ποῦ admirativè positum vt Gallicum *comment* 30.31, & 75.5
non *Posse* pro nolle 378.15
Possessio Latinis quid declaret 89.1
Postelli & Serueti blasphemia 355.18
Ποθενὸς particula 37.6
Potentia pro Deo, Hebr. 111.1
præstare nomen respondet τῷ διαφέρει 91.33
per potestatem apud Ciceronem, id est Pro suo iure & authoritate 140.31
ex potestate exisse, ἐκπίπτειν 149.31
potestates cælorum ex Hebraismo dici possunt pro fortibus & firmis cælis 110.18
¶ Πραιτώριον 301.13
ad eludẽdam *traditionem* æternam detortus locus 197.5
Præsentia pro Futuris, ex vsu Hebræorũ 111.1, & 111.23, & 217.67, & 431.31
Præterire Hebræis pro mutari in aliud 18.40
præterire in duabus contrariis significationibus, vel accedendo vel intactum relinquendo, ex Hebr. 111.14
præterire vtuntur Prophetæ de re futura loquentes 358.30
præteritum perfectum pro pluſquamperfecto 375.11
præterita perfecta & aoristi sæpe apud Græcos pro pluſquamperfectis 5.11
Γεθσημανεὶ, hortorum areolæ 166.10
longæ *Preces* breuiſve quæ dicantur 26.19
precandi mos genibus flexis 194.9
in precãdo nos velut importunos esse cur iubeat Dominus 310.6
Πρεσβύτερος 77.2
Primitiæ numeri pro derivatis apud Hebræos 59.11
Principes cognomentis honestati quæ ad hæredes transierunt 338.41
principii significatio ad id de quo agitur est accommodanda 401.14
à principio fuisse homicida diabolus, quo sensu dicatur 353.7, & 401.19
in principio vel à principio fuisse Sermo quo sensu dicatur à Iohanne 353.5
Προαύλιον 111.30
Προβατικὴ, victimaria, secundum quosdam 377.3
Προκείμενοι ἄρτοι Græcis qui Hebræis Panes facierum 53.8
producere pro inducere 66.18
Προφάσεως 364.25
Prohibitiones per futurum concipiunt Hebræi 14.31
Προμελετᾶν, præmeditari 101.14
Prophetæ quid 73.10
Prænomina cur inuenta 164.17
Proœmia alcè repetita quæ vocentur 111.14
Prophetæ cur non dicantur loqui, sed Dominus per Prophetas 8.25
Prophetæ præterito vtuntur de re futura loquentes 358.30
Prophetæ de re futura tanquam iam præsenti cur loquantur 137.4
Prophetæ duodecim minores in vnũ volumen erant compositi 137.3
Prophetæ nomen lata significatione acceptum 350.16
Prophetæ pro ipsorum libris 137.1
Prorsum pro ante, vt rursum pro retro 111.35
Πρὸς significans μίμησιν & ὁμοίωσιν 54.11

πᾶς pro ὅλος 86.34
Προεκτεταμένως 147.30
Προσήλυτοι 25.1
inter Προσήλυτος & Ἰουδαῖος discrimen 24.13
Προσδόκημα 448.6
Πρόσωπον nonnisi de homine dicitur 74.16
πρόσωπα pro iis quæ rhetores vocant personæ attributa 197.3
πρόσωπα 281.15
Προσωποληψία recto iudicio opponitur 393.18
προσωποληψίας vocabulum malè à quibusdam intellectum 197.5
Προστρωσάμενος 167.32
Προσφιλέστατος 448.3
Protevangelium, liber impurissimus 227.25
Πρῶτος non sequente δεύτερος 148.34
πρῶτοι primarii 163.25
πρῶτος pro primarium ac præcipuum 198.14
πρῶτος pro πρότερος 358.41
Prouehere, absolutè positum 167.9
Prouerbium Hebr. Implere mensuram patrum 107.2
prouerbium, Altera manu fert lapidē, panem ostentat altera 289.13
Prouerbiale dicendi genus Hebr. Dormire & exurgere nocte & die 153.41
prouerbiali figura Granum sinapis pro re minima 315.12
Prouidentia Dei à cōsilio & decreto non separanda 338.30
¶ פתר רחם, apertura vulvæ, periphrasis primogeniti 139.19
Πτωχοὶ qui 88.34
¶ Publicani qui & cur Iudæis exosi 24.19
publicani qui 39.13
publicani à Iudæis מוכסים vocabantur 39.15
Puer & minister Hebræis est נער 34.18
Puerorum appellatio etiam à Latinis tribuitur seruis 34.11
Pulliciri Columellæ quæ Græcis τεκνοῦσθαι 305.36
ad Purgatorium statuendum detortus locus 301.17
ad purgatorium suum quidam ineptè transtulerunt quod Christus de mutua reconciliatione dixit 20.38
ad purgatorii ignis confirmationem ineptè detortus locus 56.31
¶ Pythonis testimonium cur ægrè ferat Paulus 141.17

Q

Quadrantes olim quales 44.10
ad vltimum quadrantem soluere, quid 21.17
Quassatus id quod Gallis froissé 54.25
Quatenus pro quandoquidem, apud Quintilianum 324.5
Quintilianus locus in quo constructionē Græcam vsurpat 161.38
Quintilius Varus, Syriæ Præses, Saturnini successor 236.10
Quomodo, in admiratione 75.7

R

רב & רבי & רבנין quomodo inter se à nonnullis distinguantur 104.12
Rabbi & Rabboni 191.6
Rabbini recentiores à maioribus suis dissentientes 355.43
Ῥαβδοῦχοι vnde dicti sint apparitores præsidis 211.17
Rara quàm variè exponatur 19.44
Ῥάκος quid 40.12
Ῥαπὶς & ῥαπίζειν quid 23.28
ῥαπίζειν fuste aut virga quempiam ferire 211.14
¶ à Recta oratione ad obliquā transitus 324.29
Recuruus & incuruus, opposita 305.7
Redemptionis & restitutionis dies 424.43
Regenerationis gratia filiis Dei peculiariter destinata 356.12
Regina Sabæ, quæ 58.7
Regis nomen Herodi tetrarchæ tributū à vulgo 376.1
regis nomine quomodo Herodes ornetur, qui duntaxat erat tetrarcha 162.42
reges quo sensu Hebræi vocent Christos Domini 240.12
à regū antecambulonibus sumpta metaphora 137.12
regnum cælorum 10.18
regnum Dei pro Ecclesia in qua Christus regnat 367.12
regnum Dei quomodo intus habere dicantur Pharisæi 317.12
regnum Dei videre, quid sit 367.10
Rei definitio ex Cicerone 19.33
Relationum antecedenti præpositum Hebraico more 80.11, & 120.12
relatiui loco repetitum antecedens apud Hebræos 148.36
relatiuum apud Hebræos ponitur absque expresso antecedenti 185.7, & 211.5
relatiua redundant Heb. 86.14
relatiui loco posita copula, more Hebraico 245.10
Remetiri 30.25
Reprobi sicut credere nolūt, ita non possunt velle credere 419.10
in reprobis euanida sunt Dei dona 60.8
post repudium, esse nullum secundo matrimonio locum, ex Christi verbis quidam malè collegerunt 313.13
Requirere respondet τῷ ἐπιζητεῖν 57.31
Resipiscentia non potest à remissione peccatorum separari 137.32
resipiscentia vocatur ab Hebræis conuersio 224.2
Respondere ad aliquid, non ad aliquem, Latinè dicitur 247.21
respondere etiam pro inchoare sermonem, vt apud Hebr. ענה 267.6
respondendi verbum Hebraico more pro continuare sermonem 51.38
Restitutionis & redemptionis dies 424.43
Resurgere censentur verè qui in vitam æternam resurgunt 331.3
qui resurrecturi sunt suo tempore, iam Deo viuere dicuntur 331.10
resurrecturi sunt impii quoque, sed vt æternum exitium subeant 332.4
resurrectionem impiorum negantibus quid occasionem erroris præbuerit 335.19
error negantium resurrectionem impiorum vnde emanarit 335.19
resurrectio vitæ Hebr. est quā beata & perennis vita subsequatur 381.15
רחם Hebræis declarat commiserei ex intimis visceribus 42.15
רחמי חסדו pietates benignitatis suæ, Græci interpretantur Viscera misericordiæ, i. intimam misericordiam 134.49
¶ Ῥαχάβ est 31.8
Ῥῆμα pro indefinita particula 18.11
ῥῆμα pro mandato 25.36
Ῥῆτόν idem quod συγκείμενον 41.28
¶ Rogare verbum ambiguum vt ἐρωτᾶν 72.8
Romani ciues à tributo non erant immunes 81.9
Ῥοιὰ 248.2
inter רצץ & שבר discrimen 54.28
¶ רוח spiritus & ventus 367.56
Rumor pro eo quod ipso rumore spargitur 238.50
Rursum & prorsum, pro retrò & antè 111.35
rursum denuo, apud Plautum 111.35
¶ Ῥύμη vnde deducatur, & quid significet 25.27

S

Sabeorum regio vbi sita 58.10 & 15
Sabbathi Lege omnia opera non prohibentur sine exceptione 53.14
nulla Sabbathi religione inducti à muniendo sepulchro abstinuerunt Iudæi 133.13
Sacerdotum principes qui 6.10
Sacerdotio vicissim fungebantur Pontifices duo 146.5
in Sacramentis quomodo dicatur panis & vinum mutari 110.19
sacramenta quomodo profint ad Christum fide amplectendum 110.21
sacramentis præire doctrinam necesse est quam obsignent 137.37
in sacramentis aliquid præter signum percipi 110.21
Sacrificia gratulatoria dicūtur Hebræis תודות, & cur 47.14
huius Sæculi filii qui dicantur 330.10
Sagena, quid 64.10
סאה liquidorum mensura Heb. sesquimodius 63.8
שעה [i. hora] pro ipso articulo temporis & momento, Chald. 41.8
Σαλεύειν 261.2
σαλεύεσθαι quid 49.8
Σαλπίζειν id quod Latinis Buccinare 25.15
σαλπίζειν in forma coniugationis Hiphil vsurpatum ibidem
Salutandi mos osculo & complexu 24.35
salutandi osculo ritus familiaris Orientalibus 123.7
salutationes comes & humanæ inter Christiana quoque officia numerantur 283.15
Salus Dei actiuè pro seruatore à Deo dato, Hebr. 240.41 Salus Dei. Messias 244.4
Samosateni errorem renouauit Seruetus 216.45, & 353.14
Sanctus vel sanctificationis spiritus 435.9
sanctum dicitur quod Deo peculiariter deuotum & consecratum est 435.8
Sanctificatio cibi 276.16
Sandalia 161.25
Sanè apud Lat. in concessione 238.47
Sanguis pro cæde 119.25
sanguinem exquirere, Hebr. pro exigere pœnas fusi sanguinis 294.21
sanguis eius super nos, quo sensu dictū sit 119.28
Sapientiam quo sensu dicant Hebræi iustificatam esse à filiis suis 50.36
Σαρκικὸς & σωματικὸς inter se oppositi 311.30

שלח à verbo שלח 41.9
Satan à verbo שטן 77.10
Satan aduerſus Eccleſiam aliquid valet 76.19
Satum Heb. ſeſquimodius 63.8
Saturnini ſucceſſor Q. Varus, Syriæ præſes 136.10
שבע [ſeptem] ſubintellecto nomine פעמים ex vſu Hebræorũ, idem quod ſepties. quo etiam modo ἑπτὰ pro ἑπτάκις poſitum eſſe videtur à Matth. 84.11
inter שבר & רצץ diſcrimen 54.18
שכן [.i. ſedere] apud Hebræos pro habitare & incolere 15.35
¶ *Scamnum* vel ſcabellum Latinis quod Græcis ὑποπόδιον 11.18
Σκηνοπαγεῖον vſurpatum in forma Heb. coniugationis Hiphil 11.34
Scelus pro ſcelerato, eodem modo quo κάθαρμα 367.14
Σκῦλος pro omni ſupellectili 55.6
Schwenfeldius errorem Apollinaris & aliorum hæreticorum renouauit 368.19
Σκλαὶ vnde dicatur, & quid ſignificet 36.11
Σκοτοῦν 357.15
Σκότος νηφάλια feſti nomen 391.8
Σκυτάλη 259.7
שכר [inebriari, ſiue liberaliter bibere] non ſemper in malã partẽ ſumitur 364.31
Scriba qui, 6.16,
Scribarum inſcitia cum inſigni faſtu coniuncta reprehenditur 161.27
Scripturæ locos quum citant veteres, de ſententia potius quàm de verbis ſunt ſolliciti 300.11
Scripturæ locos pro vtraque Chriſti natura facientes quomodo torſerint Rabbini recentiores 353.43
Scripturarum collationi ipſa quoque plebs olim intererat 150.11
ex *Scriptura* compendio ignorato videtur ortus eſſe quidam error 181.9
Σκύμνος quid 41.24
Σκυθρωποὶ 17.36, & 349.36
צדקה [.i. iuſtitia] plerũque Heb. miſericordia, fides, benignitas, 265.14
¶ à *Se* promere pro Ab aliis non ſumere 378.11
à *Semetipſo*, pro Sua ac propria quadam vi 417.11
Sebaſte vrbs ab Auguſto cognominata 281.10
Secundum os pro Secundum mãdatum, ſermonem, teſtimonium, Hebræis 83.11
Sedere & ſurgere Hebr. pro Habitare, & locum mutare, ſiue abire 185.14
ſedere dicunt Hebræi pro Habitare, & domicilium habere 15.35
ſedere Hebræis pro incolere 15.36
Segetes fluctuare quid 49.11
Semen pro poſteritate vſurpant Heb. 231.49
ſemen pro quauis poſteritate, Heb. pro maſcula autem prole, vbi fit metio nominis 101.13
ſemen in filiis Dei adoleſcit vi Spiritus ſancti 154.6
Senatus Eccleſiaſtici iuriſdictio à politici magiſtratus functione diſtingui debet 83.13
ſenatus Eccleſiaſtici poteſtas penes quos 83.15
ſenatu moueri 405.7
Seniores populi qui 6.19
ſeniores Rabbini apud Iudæos ſalutabantur patres noſtri 104.19
ſeniores ſæpius non ætatis ſed muneris reſpectu dicuntur 77.1
Sententiam potius quàm dictum ipſum ſpectare oportet in multis idiotiſmis 161.30
ſententiæ potius quàm verborum habita ratio in Homeri loco 357.53
Separare 65.6
Sermo 61.8
ſermo ſeu verbum pro re, tritus Hebraiſmus 141.19
Seruare pro liberare 4.46
Seruandi verbum apud Heb. cum tertio caſu 95.11
Seruetus errorem Samoſateni renouauit 226.45, & 353.14
Seruetti & Poſtelli blaſphemia 355.18
ecce *Seruus* Domini mei, Hebr. 229.1
Serui vocabulum poſſe etiam tribui Chriſto 54.17
¶ *Si* in ſubiectione nõnunquam pro an 53.27
Sicera pro ſobrio, vt madidus pro ebrio 169.27
Sicera 213.30
à ſicera fortaſſe deducta eſt vox Gallica *ſidre* 213.33
סיג התורה [.i. ſepimentũ Legis] Talmudiſtæ vocarunt ſuas traditiones, ſed quibus Chriſtus pronuntiet excludi homines à regno cælorum 105.5
Significationem veram vocabulorum tenere quanti ſit momenti 335.19
Σικαρίου 248.4
Σίκερα & οἶνος prouerbialiter dictum 305.6
Similitudinis particulæ eclipſis Hebræis frequens 16.28
Simplex malo opponitur 18.16
Sindon pro linteo 209.23
Σινδὼν 339.24
Σὶς Græcum ab Hebr. סס 28.5
Σκιᾶρτον ἱμάτιον quæ 28.9
¶ שליח Hebræis dicitur Apoſtolus 43.7
צלמות Heb. declarat mortẽ tenebricoſam, ſiue tenebras mortiferas, nomine compoſito 15.38
שלום pax. לשלום in pace, pro Feliciter & beatè, vel Tranquillè 140.35, & 190.25
¶ שם apud Heb. poſt אשר redũdat, vt vtrunque ſit reddendum vna particula vbi 168.13
שמים dualí tantùm numero dicunt Hebræi pro cælo 8.4
שמים [.i. cæli] pro Deo 97.20
צמח [.i. germẽ] dicitur Meſſias 135.3
¶ *Sol* occidens vnde dicatur à Græcis δύνειν 141.2
ſolis deliquium in morte Chriſti quale 215..0
Solea pro vaſis in quibus ſedentes lauabant 364.11
Solæci exempla 200.17
Soluere Legem quid 19.3
Sophocles locus 6..11
Σπαρτὸν 157.1
Sorores Lat. vtrique ſignificationi verbi ἀνεψιάδες reſpondet 113.17
¶ *Species* ad genus appoſitio, apud Græcos etiam & Latinos interdum 238.40
Spectari plus eſt quàm videri 25.11
Speculatores 164.11
Spernere more Heb. pro donis gratuitis Spiritus, apud ſacros ſcriptores 224.14
ſpiritus pro donis Dei, item pro vitiis 281.35
ſpiritus pro animi motu, qui partim ab interiore, partim ab externo aliquo afflatu proficiſcitur 182.33
ſpiritus dæmonii Hebræis pro dæmoniaco 251.16
ſpiritus carni oppoſitus quid ſignificet 390.4
ſpiritus quid vocetur per metonymiã 224.14
Spiritus ſanctus μετωνυμικῶς pro eius effectis in nobis 395.5
Spiritus ſanctus ſeu ſanctificationis 435.9
ad Spiritus ſancti eſſentiam probandã detorti loci 430.11
è Spiritu ſancto eſſe Chriſtus quomodo dicatur 4.40
Σπαργανίζειν 235.4
σπαργανίζειν reſpondet Hebræo רחם 42.15
Sponſalia apud Hebræos quoque ſicbãt 3.15
Σπουδὴ & ἐξ' σπουδῆς 164.8
רסס [propriè liber] pro recenſione 2.18
¶ Στατὴρ 81.13
Στενάζειν à cordis anguſtia dicitur 175.8
Στίγμη 248.5
Stola 200.5
Στόμα vnde vocetur acies gladii 334.13
Στρατόπεδα pro multitudine ſatellitum & nobilium Herodem ſequentium 244.2
Στρατιῶται dicti qui tẽpli cuſtodiæ præerant 336.13
σταυρὸς τῷ ἰησοῦ quis 133.11
¶ שוב idem quod μετανοεῖν 60.36
per *Subſtantiuum* verbum cum participio circunloquuntur Hebræi præteritum imperfectum, vt ἐλεῶ ἔχων pro ἐλέω 88 39
Supplicium in impios & Eccleſiæ aduerſarios conſtitutum, diu differtur interdum 320.3
ſuppliciorum quadruplici genere olim vſum ſummum concilium apud Iſraelitas 20.16
Suppurationis dierum ex more Iudæorũ & Rom. diagramma 189
Surgere Heb. idem quod ſtabile eſſe 83.15
Surrigere & erigere quomodo differant 303.14
Suſcipere & tueri, coniuncta apud Ciceronem 231.42
¶ *Syncminus* 315.14
Συκαμινέαι 316.7
συκομορέα & συκομορία, item συκαμορία & συκαμορέα in diuerſis vet. exempl. 323.10
Sycomorus 315.15
Συκοφαντεῖν cum accuſat. 323.15
Συγχεῖσθαι & ταράσσεσθαι oppoſita 303.7
in Συμεωνίδου non otioſa eſt præpoſitio σὺν 146.14
Symbolæ fœderis tributa eſt ipſa fœderis appellatio ab Homero 338.12

Συμφωνεῖν 84.7,& 90.7
Συμφώνια quæ vulgò vocamus *tabletas*, 166.16
συμφώνια Marco quæ καλπίγγια Lucæ 276.4
Συμφωνοῦντες 364.23
Σὺν præpositio quàvim habeat in σὺν πολλοῖς 146.24
Synagoga 25.23,& 76.20,& 83.38
synagogam ineptè Caſtellio collegiũ interpretatur 169
συναγωγαὶ fuerunt Iudæorum, vt συνέδρια Gentium 45.11
Συναγωγὰς 213.24
Συναγωγαῖς 286.15
Synecdoche ſimplex & duplex 368.39
Συνέδριον apud Hebræos quid 19.39
συνέδρια fuerunt Gentium, vt συναγωγαὶ Iudæorum 45.11
Συνοικεῖν pro Vxorẽ domum ducere 3.27
Συντέλεια 60.16
Συντρῖψαι pro ὀστᾶ συντρῖψαι 20.47
συντρῖψαι pro ὀστᾶ συντρῖψαι 20.45
Σῶμα πᾶν pro πᾶσαν 33.21
Συναβλῆται & ἀναβλῆται 147.36
Συναγείρεται 54.26
Syria ipſam etiam Babyloniam & Meſopotamiam complectitur 172.11
Syrophœnices, regiũcula cui attributa fuit Damaſcus 172.8
Συστασιασταὶ 213.3
Συζητεῖν 140.26,& 181.6

T

Tabale Lat. obligationis inſtrumentum 312.5
Tamen particula ſubaudita 298.3
Ταμιεῖον ſiue Ταμεῖον, quid 26.14,& 298.1
Tanto de quantitate continua & de diſcreta 73.13
Τεκνοὺς vnde 81.22
Τεκνοτέρπων idẽ quod Τεκνοὺς τῇ καρδίᾳ 52.26
¶ Θαῤῥεῖν idẽ valere quod Confidere, exemplum Herodiani 38.15
Τελεῖσθαι 305.17
Τελεσιουργὸν 269.6
Τελέστατ & τὸ αὐτὸ 8.36
Τελῶναι qui 14.30
πλῶναι cur Iudæis exoſi 14.30,& deinceps
Τελώνιον quid 39.7
πλοίσιον pro ſcrinio apud Chryſoſtomum 39.8
qui Templi cuſtodiæ præerant, vocati fuerunt στρατηγοὶ 336.13
templi cuſtodiæ deſignati præſidiarii milites 133.11
à templo diſtinctum atrium 123.13
Temporis mutatio Hebræis eſt familiaris 9.34,& 149.9,& 346.21
temporale interdũ pro eo quod nonniſi ad tempus perſeverat 61.19
Tenebræ Hebraico more pro calamitate, vt lux pro felicitate 135.13
Tenere aliqua pœna, pro, illi obnoxium eſſe 115.36
Tentare, ambiguæ ſignificationis verbũ 13.51,& 14.28
quos in tentationem inducere dicatur Dominus 17.15
Terentij loci 11.1,& 13.5,& 39.1,& 44.4,& 53.18,& 69.5,& 87.18,& 131.10,& alibi
à Terentio vſurpatus helleniſmus 382.6
Terẽtius in Phormione τὰ δίκαια (pro τὰ δικαιώματα) interpretatur iuſta 111.40
Terra abſolutè apud ſacros ſcriptores ſæpe pro terra Chanaan 115.31
in terra, additũ ex vulgi ſermone 180.15
Teſtamenti veteris in tres ordines diuiſio Hebraica 387.11
Teſtis oculatus & auritus oppoſita 121.10
Tetrarcha Herodes rex à vulgò dictus 376.1
tetrarcha Herodes ornatus regis nomine 162.12
¶ Thalami filii qui dicanturHebræis 39.28
Θανατοῦν pro interficiendum curare 45.11
Θεῖον plus eſt quàm ἱερὸν 25.42
Θεῖος & καίσαρος 366.11
Θέλειν aliquid ampli⁹ ſignificat q̃ velle 384.11
Θέλειν pro ἐπιθυμεῖν 357.5
Θέλειν pro βούλεσθαι 161.1
Θέλημα σαρκὸς, libido carnis 357.5
Θεὸς duobus modis ſumitur in Scripturis 354.11
Θεοδίδακτος 388.5
Θεωρία pro diuinarum rerum contemplatione 387.13
Theophraſtus vnde nomen inuenerit 63.19
Theophylacti verba de Maria, quib⁹ præpoſteri eius cultores refelluntur 230.18
Θεωρούμενον quid propriè 16.15
Theſſarizandum in cœlis 198.3
¶ Θηλεῖαι 159.8
¶ Θλίβειν. 61.24,& 147.34
Θρῆνος 50.23
Throno auguſtius aliquid ſignificat q̃ ſedes 89.19
Thus vnde derivetur 39.11
Θύειν & θυσία quid 39.13
Θυμὸς, excandeſcentia, ὀργὴ θυμία 8.8,& 84.11
¶ Τελωνῶν 177.8
Tirẽs ſubauditum 431.4
¶ תודות [.i cõfeſſiones] Heb. ſignificat ſacrificia gratulatoria 47.14
מזמות [.i.frontalia] Rabbini & Chaldæus Par. vocant תפילות [.i.preces] 103.19
Tolutim palliuè pro genitis 3.7
תופת [.i. topheth] dicitur gehenna & vallis Hinon 20.10
Τολμᾶσθαι pro παῤῥεῖν 216.17
Tonſus proprie de diſcreta quantitate 73.11
¶ Τραδίτιο pro doctrina quæ ore tradebatur 69.1
Traiectionis varia exempla 6.1
traiectio familiaris Lucæ 291.11,& 311.6
Tranſubſtantiatio non eſt cogitanda in ſacra Cœna 110.13
Τοῖς τῶν Τελωνῶν, pro τοῖς τελώναις 315.4
Tribunal ſitum extra prætorium 441.14
Trucidare, maius quippiam quàm occidere 46.11
Τροπὴ [.i. converſio] idem Hebræis quod reſipiſcentia 10.15,& 60.36,& 81.11
¶ Τύχη quod Gallicè Par fortune 140.34
Tyrus & Sidon pro regione illis vicina 258.10

V

ו litera præpoſita vocalibus, (cui reſpondet & particula Græca) infiniti penè vſus 148.11
ו copula pro אשר relatiuo, qui, quæ, quod, præſertim in trãſitionib⁹ perſonarum 124.6,& 145.10
ו pro כאשר, i. quando 115.3,& 154.4
ו pro אם aduerbio tẽporis, 38.13, & 138.39
ו interdum pro אבל, id eſt Sed 50.38, & 61.28
ו pro quia 149.1
ו pro כן, id eſt ſic 150.2
ו redundans 70.24
¶ Vas Hebraico more pro quouis inſtrumento, & ſupellectile 56.8
vaſorum nomen etiam apud Latinos pro omni ſupellectile 56.7
Vaticinari reſpondet τῷ μαντεύεσθαι 70.35
¶ Venire pro afferri 131.16
Verbum more Hebr. pro mandato, ſicut Dicere pro iubere 153.32
verbum, more Hebraici דבר, pro indefinita particula 18.21
verbum more Hebraico pro negotio quod agitur 83.15
verbo vno poſito Hebræi ſubaudiunt alterum conſequens 14.7,& 144.9
verbum ſimplex pro cõpoſito 356.39
verba multa Græca in aduerbia degenerant 140.14
verborum habita ratio potius quàm ſententiæ in Homeri loco 357.15
verbale nomen in verbo includitur apud Hebræos tam in recto quàm in obliquo caſu 92.3
verbalium nominum loco vtuntur Hebræi participiis 161.16, & 245.1
verbalia pro infinitis verborum & gerundiis ponuntur apud Hebræos 332.13
Veritatem etiam à mercenariis & hypocritis audiendam eſſe 103.10
veritatem reuerentur ii etiam qui pſſimè eam oderunt 163.18
omnem veritatem dicere, pro Rem ita tam dicere vt geſta eſt 158.10
in veritate non perſtitiſſe diabolus quo ſenſu dicatur 401.31
veritas pro vita verè bona & omnis fraudis experte 369.31
verum pro fideli, & digno cui fides habeatur 381.30
Veſtes mutatoriæ 161.31
veſtimenta ſua in luctu ſolebant dirumpere veteres 115.19
Vetus teſtamenti Hebræi diuidunt in tres ordines 387.11
Veteris interpretis lectio à ſciolo quopiam depravata 186.18
veteres omnes in citanda Scriptura, de ſententia potius quàm de verbis ſunt ſoliciti 300.13
¶ Via pro moribus, ſeu vitæ genere quod aliquis tanquam viam ſequitur, Hebraico more 97.11,& 169.50
quid per vias Gentium Prophetæ intelligant 44.1
Videre minus eſt quàm Aſpicere, & Videri minus quàm Spectari 11.15, & 15.11
Viſurus participium ſubauditum 191.30
videre vel non videre mortem, Hebr. i. experiri vel non experiri mortẽ 140.8

non videre Vitam, pro Non frui vita 371.28
videre regnum Dei, quid ſit 367.10
videre pro cauere, apud Ciceronem 199.10
Vidua honeſtæ quotidianis templi & pauperum miniſteriis multis occupabantur 241.2
Vigilia noctis, Hebræus pleonaſmus 137.9
Vinculorum appellatione quid intelligãt Latini 48.16
Vinum & agnus ſymbola fœderis apud Homerum 338.11
vini libationes & fuſſio ſanguinis adhiberi ſolitæ in fœderibus ſanciendis 111.10
Virgilij loci 11.25, & 31.16, & 34.10, & 36.11, & 41.16, & 46.11.33, & 54.14, & 64.14, & 79.19, & 88.8.16, & 91.6, & 93.18, & 191.31, & 233.2, & 239.7, & alibi.
quid Virgilius per Humida lina intelligat 64.11
Virgilio impropriè domus pro gente 71.14
Virgilius dicit Mente condita tenere quod Homerus ὠὶ φρεσὶ βαλλόμενα 333.11
de *Virginitate* ſeruandæ propoſito quod Mariæ quidam tribuunt 187.10
Virtute indui ex alto, Heb. 351.8
Viſcera miſericordiæ Hebraico more pro intima miſericordia 234.49
Viſitare pro Curam & rationem habere, Oſtẽdere ſe alicuius memorem, in bonum vel in malum, pro diuerſa verbi פקד conſtructione 233.11
Vitam in Deo eſſe, quaſi ipſius eſſentia rebus permiſceatur, impiè quidam cenſuerunt 355.17
vitæ præſenti nimiùm addicti reprehẽdũtur à Domino 198.17
vitæ duplicis mẽtione in literis ſacris quid intelligatur 56.15
viram non videre, pro Vita non frui 371.28
vitæ panis pro viuifico, ſeu vitali 386.33.
Viua aqua quæ dicatur 372.19
Viuere Deo iam dicuntur qui ſuo tempore ſunt reſurrecturi 331.10
viuere pro valere, ex Hebr. idiotiſmo 376.6
¶ *Vlcriman* quid Latinis 11.11
¶ *Vmbelici* librorum 249.7
¶ *Vnguenta* cõuiuiis adhiberi ſolita 105.1
vnguentorum vſus vetuſtiſſimus 17.44
Vnus & vna apud Hebr. pro Primus & prima 134.16
vnus aliquis apud Ciceronem de incerta perſona 109.15
¶ *Vocabula* recepta in Eccleſia, non temere mutanda 11.40, & deinceps.
vocabulorum Latinorum Græca terminatione in nouo Teſtamento inflexorum enumeratio 11.13
Vocari pro eſſe & celebrari, apud Heb. 17.19, & 19.13, & 95.13, & 134.39
vocari quomodo intelligendum ſit in illis locis, Filius altiſſimi vocabitur, & Vocabitur filius Dei 116.42 & 118.49
Volatilis nomen quomodo vſurpetur 29.6
Volo pro opto 189.6.
Voluntas non eſt corã Patre veſtro, Heb. ſiue potius Chald. 83.1
Voluntius procurator Cæſaris 136.15
¶ *Vrbibus* filiarum nomen ſolent Hebr. accommodare 94.7
¶ *Vſque ad* pro Dum more Hebraico 68.6
¶ particulæ *Vt* vſus notãdus apud Plautum 135.2
Vti aliquo, vt Græcè αὐτῷ θαι 371.13
¶ *Vultus* à Virgilio mari & brutis animantibus tribuitur 74.10
Vulua apertura pro primogenito 139.19
¶ *Vxor* pro ſponſa pacta & nondum tradita 4.31

X

Ξεστὸς Romana vox corrupta 169.3

Y

Υἱὸς Ἀχαιῶν Homerus vocat Achiuos, vt Hebræis filii hominum dicuntur homines 36.17, & 150.6
¶ Ὑβρις & ὑβρίζειν 311.7
¶ Ὑπάγειν pro ſe ſubducere 64.15
Ὑπηρέτης 10.55, & 11.1, & 111.16
Ὑπὲρ & ἀντὶ ſæpe permutantur 51.1
ſæpe Ὑπὸ pro ἀπὸ in compoſitione 11.4
Ὑπερῷον qui propriè 15.18
Ὑποδήματα ſoleæ 11.41
Ὑποδήματα vnde vocentur calcei 161.19
Ὑπολαμβάνειν vt apud Latinos Excipere, abſolutè 186.13
Ὑπόθεσις & ὑποτιθέναι 319.11.21
Ὑποκρίτης 11.17
¶ Ὑσσωπῶ 83.31

Z

ZAchæi ex fide quomodo Chriſtus collegerit totius familiæ ſalutẽ 324.11
Zacharias, vnus erat ex Sacerdotũ principibus 111.36
זקנים [i. ſeniores] non tam ætatis quàm dignitatis nomen pleriſque Scripturæ locis 77.1.
¶ Ζῆλος quàm variè vſurpetur 365.16
Ζημιοῦν 77.36
parabolam *Zizaniorum* peruerſè quoſdam ad hæreticos transferre 64.1
Zizaniorum nomine quid intelligatur 64.6
¶ Ζυγάζειν pro Ad iter ſe comparare, vt Lat. Accingere ſe 449.1
¶ זרע [i. ſemen] pro poſteritate, Hebr. 101.11, & 131.49
זרוע [i. brachium] apud Hebr. pro robore 151.4

INDEX POSTERIOR, QVI EST IN ANNOT. in Acta, Epiſtolas & Apocalypſin.

A

Ab literam Hebræorũ non poſſunt exprimere Græci 649.8
Aaronici ſacerdotium cedens ſacerdotio Chriſti 508.37
¶ voci *Abba* cur adiungatur Pater 183.14
אבד [i. ſeruus] latè pater apud Hebræos & munus ac officium declarat 119.1
Abdias Babylonius, ſcriptor non modò ineptus, ſed etiam planè impius ac profanus 46.17
Abdiæ acta Apoſtolorum, librum planè execrandum, ineptè quidam conãtur obtrudere Eccleſiæ 481.15
Ablutiones ceremoniales teſtabãtur peccatorum ſordes 417.34
Abominatio vaſtationis pro abominanda vaſtatione 11.2
Abrahã veram fidem habuit 551.26
Abrahæ fides cum operibus cõiuncta 551.27
Abrahã impuratione iuſtificatus, nõ autem operibus 551.8
Abrahami fœdus paſſius ſignificatione 65.30
Abrahami veri filii naſcuntur ſpiritualiter per Euangelium 370.15
ab Abrahami peregrinatione anni quo modo ſupputandi 31.16
Abſalomo quo ſenſu dicatur Deus tradidiſſe patris vxores 11.16
Abundat apud Hebræos relatiuũ & pronomen demonſtratiuum loco relatiui poſitum 246.1
Abyſſi nomen pro profundiſſimis tartari tenebris 655.2
¶ nouæ *Academiæ* noſtri in iuſtitia inhærente ſalutem perperam quærunt 357.16
ab Academicis noſtri temporis detortus locus 281.28
Academici huius temporis Pauli loco abutẽtes aduerſus magiſtratus potẽtiam 491.8
Academicorum qui nuper irrepſerũt crudeliſſima charitas 458.13
Ἀκαιρεῖν ὅδῳ, opportunitate deſtitui 418.26
Ἀκαταστασίας, tumultuationes, ſiue agitationes 311.13
Ἀκατασχεσία pro ſcelere aut maleficio, quæ vox alioqui ſolet à Paulo ad libidinũ ſpurcitiẽ accõmodari 437.8
אקד [i. talus] figuratè de mercede quæ opus ſequitur, quo ſenſu à Paulo πέρας [finis] capitur 417.4
in *Accuſationibus* aduerſus preſbyterũ audiendis quã cautionem adhiberi voluerit Paulus, & cur 470.1. & 11, & 15
Accuſationem pro nominat. αἰτίαν ἐγκλήματος, pro ἃ κατ' ἐμοῦ ἐγκαλοῦσι 168.17
Ἀκρασία 117.3
Ἀχαΐα pro tota Græcia 85.18
Ἀκυρώσεως cui opponitur κυροῦσθαι 474.1
Ἀκριβῶς pro διδασκαλικῶς, diligẽter 87.1
Acta quæ dicantur 1.1

Actorum Apostolicorum liber complectitur veluti publicos totius reipublicæ Christianæ commentarios & annales 45
Adam posterior cur vocetur Christus 295.30
Adami duo constituuntur à Paulo 165.7
Ἀδιάκριτον, pro quo nullus sit sumptus 163.36
Ἀδελφότης pro fratrum cœtu 581.14
In Adiaphoris seruanda regula 150.17
Adiectiuum non expresso substantiuo, more Hebraico 351.5,& 377.7,& 403 5,& 406.16
adiectiua substantiuorum loco Hebr. vsitata 187.37,& 193.50
adiectiuum pro substantiuo,& contrà Heb. 584.10,& 588.43
Ἀδηµονῶν 413.25
ἀδηµονῶν, perplexum & inopem cõsilii hærere 51.3
οἱ Ἀδόξαστοι opponuntur τοῖς δοκοῦσι 351.15
Adramyttium, Mysiæ ciuitas, penè eregione Mitylenes 119.10
Adrias poetis pro Adriatico seu Adriano sinu 113.11
Adriaticus sinus propriè est mare à Ceraunijs montibus intus. Venetias vsque penetrans 113.11
Aduerbium quod à quibusdam falsò nomen vrbis est existimatum 111.11
aduerbium negans interdum transponi apud Hebræos 138.2
aduerbia circunscribunt Heb. præposita præpositione nomini appellatiuo 331.11
Aduersatiuam particulã vsitatũ est Heb. subaudire 430.53
de Adulatorum vanitate conquestus est Herodes moriens 60.3
Adulteri pro iis qui mundum Dei amori anteponunt 555.7
Aduocatus non alius est quærẽdus quàm qui solus est Pontifex 591.11
¶ Ἀδιφίσαι quid sit Paulo 119.4
ædificare, pro Instruere proximum, cúmque promouere in pietatis ac religionis studio 158.13
ædificationem loqui, id est ea quæ homines promoueant in pietatis cognitione & studio 181.40
ædificationem & eruditionem Paulus pro eodem dixit 480.11
Æschyli locus 43.6
Æstati inferiori quid conueniat 593.16
¶ Ἄγαµος etiam dicitur qui vxore mortua factus est cælebs 153.4
Agapæ [ἀγάπαι] fraterna Ecclesiastici cœtus conuiuia 614.1
agapæ erant Ecclesiæ totius 583.46
agapæ conuiuia in quibus sacra etiam Domini Cœna vsurpabatur 15.11
agapæ erant appendices Cœnæ Domini 274.11
Ager 368.11,& deinceps per totam paginam
Ἀγνίζεσθαι 100.3
Ἀγνοεῖν absolutè positum pro rudem & ignarum esse 175.11
Ἀγνοήµατα pro quibusuis peccatis, vt Heb. שגיאות 511.8
ad Agonotheratum munus proximè accedunt quos Galli vocant *marefchaux de camp* in singularibus certaminibus 432.15
Ἀγράµατος dicta ἡµέρα quæ & κρίσιµος 93.5
ἀγοραῖοι ἄγοντες 93.1
ἀγοραῖοι homines quales 79.19
Agrippa, Herodes dictus, Herodis magni nepos ex Aristobulo 57.8
Agrippa pater & filius 113.14
Agrippa septẽ annis regnauit sub Caligula & Claudio 17.15
¶ אחוות fraternitas pro fratrum multitudine & coniunctione 565.13
¶ Αἰχµαλωσία (id est captiuitas) pro captiuorum multitudine 391.39
Αἰδὼς pro pudore honesto qui homines in officio continet 541.14
Αἷµα [effusus sanguis] id est cædes 26.8
Αἵρεσις 110.18 & 11
αἵρεσις pro secta, vnde dictum 25.4
Αἰσθητήρια, sensuum organa, vulgò sensoria 511.11
¶ אל [i. ad] pro על, de, Heb. 496.55
Αλιτήριον Græcis is est quem Latini poetæ furiarũ nomine designant 167.11
Αλαζονίας & ὑπερηφανίας discrimen 140.43
Αλαλάζω vnde ductum 280.7
Αλας pro mutua vitæ consuetudine 2.42
Alexander Iannæus Iudææ rex qui Gazam expugnauit 41.3
Alexandria & Antigonia, quæ & Troas 76.10
Αλία cœtus, à quo & συναλίζειν & συναλίζεσθαι 2.43
Αλιεγώµατα 73.3
Ἀληθὴς (id est verus) vocatur passim κατ' ἐξοχὴν vera religio 485.11
ἀληθὴς pro ἀληθινὸς 608.8
Αλλὰ pro ἀλλ' ἢ vel χωρὶς 310.42
ἀλλὰ pro ἀλλ' ἢ etiam apud Atticos scriptores, teste Corintho 317.7
אלוהים aut aliud nomen Dei, tanquam epitheti additur ad augendam excellentiam 33.48
Alpha Græco prouerbio dicitur qui in re quapiam est primus 810.10
Altare pro cultu in altari exhiberi solito 268.15
altare pro oblationibus 541.13
¶ Ἁµαρτία Paulo vitiositas, vel potius fons ipsius vitiositatis 178.1
ἁµαρτία quid sit Paulo & cum articulo, & sine illo, itẽ ἁµαρτίαι plurali numero 183.5
ἁµαρτίαι vocat Paulus ipsam veluti arborem cuius fructus sunt ἁµαρτίαι 383.16
ἁµαρτίας & παραπτώµατος discrimen 165.16
ἁµαρτία (id est peccatum) victima pro peccato, ex Hebræorum idiotismo 310.13
Ἁµαρτωλοὶ qui vocentur in sacris literis 161.55
ἁµαρτωλοὶ, qui veluti aliquam peccãdi artem exercent 456.3
in Amatorum animis insculpta forma amoris igniculos excitat & fouet 367.9
Ambulare pro viuere, vt via pro vitæ ratione 69.15
ambulare in viis suis Hebræorum more, hoc est viuere ex propria libidine 69.14
ambulare per fidem, Heb. i. viuere & cõuersari 317.36
ambulare eodem spiritu, i. agi, Heb. 345.6
ambulare in peccatis, i. viuere scelerate, Heb. 353.2
ambulare & viuere in vitiis vel peccatis quomodo differant 431.41
ambulare vel viuere in carne, quid sit Paulo 407.30
עמד [i. adstare] à gestu ministrãtiũ, pro ministrare, Heb. 518.11
Amen vocabulum Hebraicum 285.11
amen succini solitum illi qui in cœtu preces nuncupabat 285.10
Ἀµήτωρ & ἀπάτωρ Christus diuerso respectu dictus 130.31
אמת, id est verè, veritas 616.2
Amor intimus viscerũ appellatione significatur 311.23,& 315.33
Ἀµφότερον de pluribus dictum, sed quæ duo genera cõstituunt 105.13
Ἀµφιάζεται ὄνοµα 311.23
אמר [i. dixit], ad cor siue animũ transfertur, ac tum significat Apud se cõstituere 138.14
אמר [dixit] de corde etiam dicitur pro decernere, statuere apud se, siue cogitare 197.31
אמרת [i. sermo] pro sponsione ac promissione apud Heb. 486.3
¶ Αν particula subaudita in ὡσὶν ἀνθρώποις pro ὡσὶν ἀνθρώποις ἄν 338.7
ἄν particula subaudita cum præterito imperfecto 188.7
Ανὰ pro ἀνὼ in quibusdam verbis compositis 379.49
ἀνὰ pro ἄνω in ἀναλαµβάνεσθαι 2.9
Anabaptistæ ex Origene videntur sui furoris principia hausisse 213.6
Anabaptistæ & Libertini spiritum perpetuò in ore habent 614.40
ab Anabaptistis & Libertinis detortus locus 281.29
Anabaptistæ perturbatores omnis ἀνοµίας 434.40
Anabaptistarum tollentium magistratus confutatio ex Pauli loco 458.11
Ανακαθαίρεσθαι 379.40
Ανακρίνειν pro scrutari 80.25
ἀνακρίνειν forense vocabulum 261.31
ἀνακρίνεσθαι 20.9
Anacreontis locus 170.31
Ανακτίζειν pro simplici κτίζειν 7.1
ἀνακτίζειν positum pro constituere & creare, eodem modo quo Latinis Designare & Declarare 7.3
Ανακρίνειν oppositum τῷ κρίνειν 90.8
Ανακαµπτέον, id est sursum recipi 2.9
Ανάκλησις τῶν παίδων, iurisconsultis agnitio liberorum 2.10
Ανακλησία & µάστρον pro eodem 209.11
Ανακλᾶσθαι pro µεθίστασθαι, migrare 407.36
Ανάκυκλος, repetita mentio 527.27
Anacyclosis exemplum 161.39
anantapodota & hyperbata sunt apud Demosthenem etiã & Homerũ 54.6
Ανατολοβόστους 50.2
Ανεῳγότα pro aperire, eo sẽsu quo Virg.

gilius dixit aperiri montes 97.20
Ἀναπαύεσθαι 73.10
Ἀνάστασις metonymicè pro iis qui resurrexerunt 118.11
Ἀναστατοῦν 80.1,& 371.27
Ἀναστήσω 350.45
Ἀνάθημα & ἀνάθεμα quid 188.11
qui pro Angelis genios nouè vsurpant, quantum peccent 474.14
Angel⁹ Domini pro A Domino missus 58.14
cum Angelis quomodo comparetur Christus 500.45
Angeli pro spiritibus malis 172.11
Angelorum ministerium sanctis in hac vita degentibus destinatum 633.15
Angelorũ præsidio circunsepti fideles 58.9
Angelorum lapsus mentio tribus locis in Scripturis facta 551.17
Ἀγγελολατρεία vnde manarit 416.17
Angulus pro ea parte cuius firmitudine vniuersum ædificium fulcitur, Heb. 387.1
anguli Hebraica metaphora vocantur ii qui authoritate præstant, & reip. molem quasi fulciunt 387.2
Anima & spiritus, quomodo distinguantur 508.5
Animam diligere vel nõ diligere quis dicatur 641.7
Animæ suæ benefacere, Hebr. i. sibi viuere 117.28
Animam σωματοψυχῶ quomodo sumãt Hebræi 570.4 Anima per Hebraicam synecdochen pro homine 111.2,& 560.18 Omnis anima, Hebræa synecdoche pro omnibus 15.13 Pro animabus vestris, pro Vestri causa 344.18 Animæ pro capitibus, Gallicè Personnes 14.15
Animale corpus, & corpus spirituale 195.30
Ἀνὴρ quatuor significans 281.33
ἀνὴρ pro τὶς, id est quidam 41.21
Ἄνομος, impius, ad verbum exlex 450.41
ἄθεσιν (ad verbum exleges) pro legis contemptoribus 456.2
Ἀνόμως pro κακῶς νόμου, quum alioqui ponatur pro ἀσεβέσιμως 143.46
Ἀνωθεν pro Iam inde à maioribus 116.4
Antecedens relatiuo præponunt Hebræi, etiam quando cum illo construitur 51.13
antecedens pro relatiuo reperitur ex Hebr. more 145.41,& 312.33 Antecedens priore loco omissum, deinde loco relatiui positũ, Hebraico more 38.18
antecedente expresso adiiciunt etiam relatiuum Hebræi πλεονασμῶς 380.10,& 218.12,& 405.34,& 407.31. Antecedente expresso, relatiui pleonasmo gaudet etiam Herodotus 312.32
antecedentis interdum ratio non habetur in relatiuo pronomine, sed sequentis 141.13
ex antecedente significatum consequens, Hebræorum more 4.2,& 155.49,& 278.13
Antichristus quantam potestatem sibi arroget 450.5
Antichristus est quisquis vniuersalis Episcopi nomen sibi arrogat, teste Gregorio Papa 59.16. Antichristum meritò dixit esse Gregorius eũ qui se vniuersalem Episcopum vocaret 381.26
Antichristi primatus ex loco quodam Petri euertitur 575.20
Antichristus verbo Dei conficitur 400.34
Antichristi facta à spiritu Dei prædicta 465.15
Antichristum reuelatum esse, quæ apertè ostendant 465.14
Antichristianorũ impietas in Christo offerendo Patri 518.31,& 516.11
Ἀντιβλασφημεῖσθαι pro ἀκαιρία φρονεῖν 480.13
Antiochia & Alexandria, quæ & Troas 76.20
Ἀντιλήψεις, opitulationes 178.10
Ἀντιλαμβάνεσθαι 97.13
Antiphonia versus 460.9
Ἀντίτυπα & σύντυπα opposita 369.14
Ἀντίτυπος pro ἴσος 141.8
κατ' ἀντίτυπον pro κατ' ἀξίαν 148.46
κατ' ἀντίτυπον λόγον 148.36
Ἀντιφθεγμαῖ 30.19,& 111.11
¶ Ἀντιλέγειν forense verbum, tripliciter sumitur 59.9
Ἀντίληψις 6.3
Ἀντλεῖν, vnde ἀντλητικὸς 395.4,& 9
Ἀπάτης an pro erroribus 583.31
Ἀπάτωρ & ἀμήτωρ Christus diuerso respectu dictus 130.31
Ἀπάτωρ & ἀμήτωρ quo sensu dicatur Melchisedec, & quo sensu Christus 515.37
ἀπάτωρ quatenus dicatur Christus 364.19
Ἀπέχω pro Accepi 419.27
Aperire pro exordiri vel explicare 79.16
aperiri peculiari significatione vsurpatum à Virgilio 97.10
aperiri apud Virgilium, vt ἀνοίγεσθαι apud Lucam 97.10
Ἀποκαπίσειν 158.22,& 36
Ἀρχὴ nomen positum pro discessu 96.15
Ἀσπιδῶν pro fœdifragum esse, vt ἀσπίδα pro perfidia 147.28
ἀσπὶς & ψεῦσμα pro eodem 147.28
Ἀσφαλῶς, benignè 545.17
Ἀσθένης 316.17
Ἀπὸ pro ὑπὸ 557.1
Ἀπὸ μέρους pro Quadantenus & propemodum 306.11
Apocalypsis & Euangelii Marci persimilis character 661.11
Ἀποκεκρύφαμεν nomen quid indicet 618.13
Ἀποκρίνεσθαι sæpe de eo qui sermonem inchoat 631.11
Ἀποκρύπτειν & κατακρύπτειν opposita 97.10
Ἀποδεδειγμένος, approbatus 11.5
Ἀποχρῆν ἔσθαι pro extrà fieri 566.6
Ἀπολογεῖσθαι, causam dicere 91.11
Ἀποφθέγγεσθαι, sententiosa quædam & mirifica loqui 8.48
Ἀποσοβεῖσθαι 99.1
Ἀποστέλλειν pro significare per nuntium eius rei causa missum 51.43
Apostoli à Christo ipso destinati fuerunt ἀπόστολοι 392.30. Apostoli immediatè à Deo designati 51.18 Apostolorum prærogatiua, quòd vocati sint ἀπόστολοι 348.4 Apostolorum, nouæ Ecclesiæ quasi duodecim patriarcharum, inauguratio 8.15. Apostoli vocabantur οἱ δώδεκα, etiam quum expuncto Iuda, & nondum allecto Matthia, vndecim tantùm essent 288.22 quibus Apostoli comitibus vtebantur in suo fungendo munere, Euangelistæ à Paulo vocantur 393.4 Apostolis duodecim accessit Paulus, & aliquatenus adiungendus videtur Barnabas etiam 392.51 Apostolos post acceptum Spiritum sanctum fuisse ἀπλουστάτους, verum est in doctrinæ capitibus 354.5 in Apostolis quale putet Erasmus fuisse linguarum donum 53.49 Apostolorum acta ab Abdia scripta, liber planè execrandus 481.16 Apostoli in citandis Scripturæ testimoniis syllabas anxiè numerare nõ solent 286.11 Apostolis cur sermonis simplicitas placuerit magis quàm ornata eloquutio 54.25. Apostolorum sermonem qui vt ineptum reprehendunt, fenestram audaciæ & libidini omnium aperiunt 55.8 Apostoli cur Hebraismos suis scriptis permiscuerint 54.30 Apostolum se vocans Paulus, quid innuat 129.5,& 39 Apostolus per antonomasiam Paulus 61.37 ἀπόστολοι ἐκκλησιῶν, legati Ecclesiarum 530.8 Apostoli appellatio generalius accepta 119.38 Apostolũ se in Ecclesia ex successione profiteri, vox est tyrannica, multo verò magis, Apostolorum principem 392.53 Apostolicorũ scriptorum simplicitas 54.5 Apostolica scripta cur obscura nobis esse videantur 54.8 Ad Apostolicorum scriptorum lectionem quæ adferri debeant 54.8 Ἀποτίνεσθαι 307.6 Ἀπολύειν pro ἀπολαύειν, liberũ & immunem fieri 430.2 Apparere pro ministerii causa stare ante suum dominum 518.23 Appellatiui pro adiectiuo enallage Hebraica 309.48 Appellatiua pro adiectiuis sæpe Hebræorum more vsurpantur 588.42 Appellatiua pro adiectiuis apud Hebræos 193.50 Appetitionis ara Athenis 81.12 Apud se non esse quis dicatur 58.5 ¶ Aqua baptizari 88.11 aquæ nomen pro sanctificatione vsurpatum 605.11 aquæ appellatio quomodo Spiritus sancti gratiæ tribuatur 519.31 aquarum molem supra terram eminere 586.15 ¶ Ara suffitus vbi collocata 636.3 arx Athenis nullius dei nomine inscripta 81.30 Arbitrio naturali nihil agimus 606.48 ad arbitrii probationẽ ineptè detorti loci 602.17,& 606.42 arbitrium liberum, Vide Liberum arbitrium.
Arbor vitæ pro virali, siue viuifica 612.3 arbores fructiferæ qua ratione vocemur 169.28

Ἀρχαὶ & δυναμεις quid apud Paulum 287.34
Archelaus Herodis magni filius 17.26. & 17,& 19
Ἀρχὴ [i.principium] Hebr. phrasi pro eo quod primarium eſt, id eſt pro baſi ac fundamento 505.12
ἀρχὰς βάλλεσθαι pro Fundamẽta iacere, apud Platonem 505.16
Archias epigramma de quatuor Græciæ certaminibus 264.17
Archiepiſcopi, qui antea metropolitani vocabantur 404.20
Ἀρχιερεῖς concilium cogebant 19.12
Ἀρχηγὸς princeps, vel anteſignanus 501.32
ἀρχηγὸς ζωῆς pro Princeps vitæ, vel Dux ad vitam 17.14
Areopagus & Areopagitæ, ἄρειος πάγος 82.3
Ἀριστεύειν Ariſtoteli in vitio, Paulo autẽ in laude 421.10
Ἀρεστὸς nomen de nobis potius quàm de Deo 578.13
nomine τῶν ἀρεστῶν ſolum Petrum vti 564.56
Argentum pro quauis pecunia percuſſa 90.10
Arguere pro Patefacere conuincendo 398.12
Ἀργὸν dicitur etiam τὸ ῥῆμα 90.11
Ἀργυροκόπος 91.16
Arij hæreſis confutata 410.35
ab Arianis detortus locus ad probandum Chriſtum eſſe creaturam 422.7
Ἁρμόζεσθαι pro μνηστεύεσθαι 337.19
Arrha ſiue arrhabo, quid 305.2
Ἄρρητα 341.13
ἀῤῥητουργήματα quæ ſint Aphrodiſæo 341.24
Articulus non ſolùm præpoſitiuis ſed etiam poſtpoſitiuis vtuntur Græci in diſtributionibus 115.35
articulus ἀπολογικῶς poſitus & 137.1
articulus ὁ poſitus διακριτικῶς 87.19.
Articuli vis διακριτικὴ 11.1
articuli vis ἀόριστος, aut rationem rei ſor maleméndicans 51.2
articulus vim obtinens prænominis κατ' ἀκαφορὰν 43.2,& 44.10. Articuli vis ἀναφορικὴ 98.10
articuli vis obſeruanda 96.10
articulus τὸ additus particulæ τὸ etiam quum nullum eſt κατηγόρημα 185.16
articuli τὸ vſus apud Atticos, quum obliquis caſibus antecedẽtibus oratio recto caſu claudítur 180.50
articuli eclipſis 166.2,& 385.38. Articulorum omiſſio 2.45
articulus pro opportunitate rei gerẽdæ, Terentio 3.22
Ἁρπαξ & ἁρπάζειν 231.6
¶ Aſcendere in cor hominis, Hebr. idem quod venire in mentem 136.18
Aſia propriè ſic dicta, Myſiæ confinis 119.24
אשם Heb. delictum, pro victima piacularí 181.36
Assardei 140.48
אשר relatiuum ſicut & aliæ particulæ ſæpius ſubaudiuntur ab Heb. 575.10 & 598.9,& 619.35.37
Aſſentatores aulici 366.19
Aſſimilatio imaginis hominis, pro imagine ad formam hominis effictæ 158.42
Asser, vrbis nomen quidã fecerunt, quũ ſit aduerbium 111.11
rex Aſſur quo ſenſu dicatur eſſe ſerra quam agitet Dominus 11.16
Ἀστατῶ, incertis ſedibus errare 243.27
Ἀστεῖος ad corpus relatum 33.43
Ἀσώτως & ἀσωτία qui Paulo 347.2
ἀσώτως & ἀσωτὸς quid apud Paulum 161.2
ἀσωτὸς pro ἀδιόρθωτος 517.30
ἀσωτῶν pro Nullas prorſus vires habere 180.57
Ἀσχεῖν peculiari ſignificatione vſurpatum à Paulo 479.19
Ἀσχημοσ 140.46
Aſſes quæ & Praſus & Præſus 111.31
Ἀσωλήτως 140.44
Asseria 399.11
¶ Attollere 4.8
Athenis aræ nullius Dei nomine inſcriptæ 81.30
Athenienſes Idolis ſuprà cæteros Græcos abundabant 81.10
Attoni duobus modis à Luca vſurpatũ 116.8
ἄτιμοι, & ἄτιμος, & ἀτίμως 113.4.5
Atrium populi cur ſic dictum 638.17
Attalus 70.15
¶ Auaro cur tribuatur à Paulo idololatræ appellatio 397.25
Auditus Heb. pro ſermone audito
audientiam ſibi facere ſolet Paulus hac præfatione, Fidus eſt hic ſermo 461.9
auditio pro rumore & fama 357.2
Auguſtinus reprehenditur 149.11
Auguſtini expoſitio reprehenſa 372.14
inter Auctorum virtutes hodie numeratur μισοπαγία 140.49
עולם præpoſita לן ſignificat æternitatẽ 15.17
עולם non ſemper declarat tempus æternum 517.13
עולם [i.ſæculum] de tempore infinito 227.33
עולם [i.ſæculum] ad vitã hominis ſæpe reſtringendum 332.1
אות [i. ſignum] Hebr. pro inſigni Dei facto 286.24
Αὐθέντης 331.35
αὐτάρκειας definitio 472.10
αὐτάρκης propriè vnus Deus 331.38
Αὐθάδεις & αὐθάδεια 486.11 & 24
inter Auctores idoneos non numerandi qui Romano imperio iam inclinato prouincias deſcripſerunt 474.31
Αὐτὸς relatiuum abundans 52.2
αὐτοῦ pro vltro & ſponte veſtra 111.35
Αὐχὴν, rex Emeſenorum circunciſus 113.15

B

ב Pro עם, id eſt cum 97.11,& 219.10, & 224.21,& 401.46,& 405.2
ב pro על 3.10,& 200.11,& 313.3,& 350.34,& 477.13
ב pro אל 507.16
ב pro לן 377.11
ב pro בעבור 390.38,& 392.10
ב nota Gerũdii Heb. nonnunquam futurum exactum declarat 7.51
ב nota inſtrumentalis Heb. 70.18
ב in iuramentis adhibetur interdũ pro Per 188.1
ב præpoſitio Hebr. ſæpe omittitur in Græco & Latino ſermone 219.51
באדם [in homine] ב pro inter, & ſingul. præ plurali, i. inter homines 20.18
Baalim & elilim 260.19
באמת in veritate, Heb. pro verè 21.5
pro Baptiſmo poſita lotio, perperam nouato verbo 474.15
ante baptiſmum aquæ, fideles interdũ Spiritus ſancti donis cælitus viſibili ſigno imbuebantur 88.13
in baptiſmo dicimur Domini Spiritu regenerari, in Cœna autem Domino incorporari 277.40
in baptiſmo emerſio ex aqua quid declaret 571.55
baptiſmum adumbrauit liberatio è diluuio 572.5
baptiſmus quid adumbret 572.4
in baptiſmo ſymbola habemus trium noſtræ innouationis partium 168.35 & 45
omnes baptiſmi expertes à ſalute non excludendi 154.35
ad baptiſmi iterationẽ detortus locus 88.43
baptiſmus pro initiatione in doctrina religionis 87.13
baptiſmatis Iohannis vbicunque fit mentio, neceſſe non eſt ipſam baptiſmi ceremoniam vſurpatam fuiſſe putare 88.41
baptiſmus, vide Catabaptiſtæ
baptizans miniſter, & baptizans Deus 88.31
Baptizari quid ſignificet pro verbis illi annexis 88.10
baptizari pro mortuis qui dicantur à Paulo 191.15
Barbarus pro eo cuius ſit peregrinum & ignotum idioma 285.40
Barnabas Apoſtolis aliquatenus videtur adiungẽdus 391.50
Βασκάνειν propriè de maleficis qui intuitu nocent 356.37
Βάσεις pro pedibus 16.17
Βασιλικὸς, ſub. χώρας, pro Ex regis agro 59.15
βασιλεῖον appellatio vnde indita quibuſdam fuerit Epheſi 89.14
Βασιλεῖον quid ſit Paulo 172.17
¶ בכל [i.in omnibus] pro Omnib⁹ modis, Prorſus 338.36,& 418.7,& 419.5
¶ Benedicere benedicam, Hebraiſmus, pro Cumulatiſſimè te beneficiis cumulabo 514.2
Benedixit nos benedictione ſpirituali, Hebr. i. ſpiritualibus gratiis ſiue donis cumulauit 377.2
benedici in terra, & benedici in cælis quomodo dicantur homines 377.12
in benedictionibus etiã priuatis vſitata olim impoſitio manuum 19.12
benedictio pro larga liberalitate 331.23. in Benedictionibus, Heb. i. largiſſimè, beniguiſſimè 331.20
benedictiones vitæ præſentis, quales 377.5
in Beneficentia quomodo peccetur 318.15
Bernice ſoror Agrippæ 113.19
Beſtiæ ſæuiſſimis cõparari ſoliti in Scripeura crudeles & peruicaces hoſtes 193.34
qui aduerſus beſtias pugnabãt, non iidem cum illis qui obiiciebantur beſtiis 193.6
בגבורת [i. cum potẽtia] loco aduerbii Potenter, Heb. 130.62
¶ Bibliorũ interpretationis Græcæ mẽda 31.11& 35
ביד [in manu, vel per manum] id eſt ductu, vel opera & miniſterio 33.1, & 36.39

Βίγενοι appellationē qui cōprehendantur 461.36
¶ Βλασφημιῶδες 170.14
de *Blaſphemia* & idololatris quale ſuppli cium ſumi ſolitum apud Iudæos 358.34
בליעל Belial quid ſignificet Heb. & vnde componatur 311.43
Βλέπειν pro cauere 414.18
¶ במה [i.in quo] Heb. i quomodo, qua ratione 10.9
בן cum genitiuo appellatiuorū, accipitur pro eo qui addictus eſt alicui rei, ſiue in laudem ſiue in vituperium 353.31
¶ Βοὴς & Καλίζειν 113.21
Bona forma, eo modo quo Hebræi vtuntur ſuo טוב 33.43
Bones dicti numi quidam Deliorum ſeu Athenienſium 91.18
¶ Βραβεῖον & Βραβεύειν 418.33
Βραβεῦσαι officium à Virgilio deſcriptū 431.17
Brachium Dei elatum, quid 63.16
Breuitas mira Pauli & planè inimitabilis in tota epiſtola ad Galatas 354.39
¶ בשלום [i.in pace] quid ſonet Hebraico more 74.5

C

ב ſimilitudinis nota, congruētiam nonnunquam deſignat, Hebraïs כף אמיתת 308.3, & 311.55, & 395.38, & 536.6
כבר & pondus declarat, & panem magnum 649.10
Καὶ γραῖα idem ſonat quod Gallis ad verbum *mauuaiſes beſtes* 487.16
Καλὸν ἡμαρ Heſiodo qui à Paulo dicuntur ἡμέραι πονηραὶ 456.3
Καπνιζία 140.36
Celum & terram teſtes appellare licet in obteſtatione, exēplo Prophetarū 191.45
in tertium vſque cælum, pro In ſublimiſſimum cælum 341.16
ſub cælo. Hebr. pleonaſmus, pro Vſpiā 10.15
in cælis iam verſari, qua ratione dicamur à Paulo 377.16
in cælis benedici, & in terra benedici, quomodo dicantur homines 377.12
Καὶ particulæ vſus mirè varius 656.1
καὶ connectens diuerſas perſonas 19.6
καὶ nihil connectens 568.33
καὶ particula poſita in epexegeſi 50.6 & 128.10, & 131.11
καὶ pro ὅτι 138.37, & 589.24, & 597.16, & 599.15
καὶ pro ἀλλὰ 134.17, & 596.47, & 606.57
καὶ pro ἐαυτῷ 456.8, & 590.9, & 596.19
καὶ vacans 148.57, & 548.15
καὶ poſitum pro בו 621.7
καὶ vſurpatum pro eo quod Gallicè dicimus *meſmement* 619.39
καὶ τοῦτο, vt Lat. Idque, ad orationis amplificationem valet 114.4
Caiana ſimiles quidam fanatici noſtro tempore 341.55
Καιρὸς & χρόνος differentia 3.11
Calcitrare contra ſtimulum, ab Æſchylo vſurpatum prouerbium 43.6
Calculus albus athletis in theatro decertantibus dabatur 611.5
Καλῶδια peculiari ſignificatione vſurpatum ab Homero 119.11
Καλὸς pro σωφρόνως 151.31
Καπὸς 136.3
καπὸς pro ipſo ſaltus ſpatio, Polluci 336.37
in *Canonico* iure, ſcripta de matrimonio blaſphemia 541.6
Capillus nullius ex capite cadet, Hebraicum prouerbium 114.4
Κάπηλος & καπηλεύειν 307.31 & 35
Captiuus Chriſti paſſiuè 385.40
captiuitas pro captiuorum multitudine Hebr. 391.41
Capitis opertio & apertio pro diſtinctione locorum & temporum 171.17
capiti alicuius imponi ſanguinem dicunt Hebræi, pro imputari 85.5
caput Latinè pro cuiuſuis rei principio & prima ac præcipua parte 386.48
caput pro eminentia, Hebraico more 352.25
capitis epiſtolæ ad Gal. ſectio non ſuo loco facta 373.23
Carbones ignis Heb. pro ignitis 111.19
Kapdiac (id eſt cordis) appellatione ſignificantur appetitiones à Paulo 394.37
Carnis vocabulum emphaticè poſitum 150.46, & 355.11
caro pro ſanguinis coniunctione 188.36
caro pro præſentis & infirmæ huius vitæ conditione 561.25, & 571.42
caro pro conditione hominis non regenerati 181.2
caro pro externo homine, & iis omnibus quæ ad præſentem vitam ſpectant 156.31
caro pro corpore & rebus externis 401.4
in carne pro In rebus externis, neque ad animum ipſum pertinentibus 414.10
caro, vel membra, vel exterior homo, pro eodem 178.45
caro pro tota hominis naturā, quatenus infirma eſt, non autē quatenus corrupta 130.43
caro pro toto homine, ſynecdoche Hebr. 10.18, & 134.1, & 569.8
ſecundum carnem, pro Conſueto hominum more, & naturæ vi ordinaria 367.29
cum carne & ſanguine, pro Cum quoquam mortalium 351.1
caro diuinæ naturæ oppoſita 130.47
caro pro ceremonialibus operibus externis, quibus opponitur ſpiritus 357.11
in carne eſſe, quid vocet Paulus 174.47
in carne eſſe & in ſpiritu 40.18, & 602.19
carni ſerere, & ſpiritui ſerere, quid ſit Paulo 374.49
in carne viuere 356.3
carne morimur, vt viuamus ſpiritu 574.7
in carne viuere, quomodo diſtinguendum à Viuere ſecūdum carnem, vel In carne eſſe 407.28
in carne damnatus quis dicatur 573.57
carnis appellatio quouſque extēdatur à Paulo 423.47
carnis nomen vbi de Chriſto agitur quomodo ſumendum 571.38
carnem ſuam nihil prodeſſe, qua ratione dixerit Chriſtus 131.54
Carneum cōr & lapideum 308.34
carnales qui dicātur à Paulo 138.16 & 43
Carpocratianorum ſucceſſores hodie Libertini & Dauidiſtæ 171.18
Carnenſis errores pudendi 119.21, & 121.19
Καρπὸς & σπέρμα καρποῦ 5.6
Carthaginenſe concilium 463.19
Caſus rectus pro vocatiuo 183.31
caſus acculatiuus Græca cōſtructione vſurpatus, ἡ κατηγορία νῦν κατὰ 465.45
caſus genitiui Hebraico more poſiti, Abominatio vaſtationis, & damnatio meretricis 11.2
caſum rectum in priore membro prætermiſſum ſolent Hebræi in poſteriore exprimere 8.40
Caſtellio ſolitus non ſeſe verbis, ſed verba ſuo ſenſui accommodare 111.37
Caſtellionis audacia & impudentia in ſua interpretatione 305.15. Caſtellionis immodica in interpretando licentia 451.23
à Caſtellione corrupti impudenter in ſua interpretatione loci 372.34
à Caſtellione manifeſtè corruptus in ſua interpretatione locus Pauli 461.24 A Caſtellione fœdè depraua tus Pauli locus 464.10
Caſtellio preſbyterium, ſenatum, vt rempublicam pro Eccleſia, interpretatus 467.16
Caſtellionis impia & blaſphema dicta 379.8, & 482.11
Caſtellionis opinio Anabaptiſtica de quadam recondiriore doctrina Pauli 135.10. Caſtellio Pauli Epiſtolas nihil niſi quædam rudimenta continere dixit 614.5
Κατὰ δύναμιν λέγω 148.56, & 559.14
κατ' Θεὸν, à quibuſdam exponitur Diuino motu & inſtinctu 186.5.
κατ' cum acculatiuo, pro Quod ad hoc pertinet 340.10
τὸ κατ' ἐμὲ 135.8
κατὰ præpoſitio ſubaudita 97.11
Catabaptiſtas confutans locus 254.34
Κατάκλισιν ποιήσατε 533.29
Κατακλίνειν 418.30 & 40 & 51. Item 419.5
κατακλιθῆναι 418.55
Κατακλίνειν 905
Κατακλίνω pro diuertere, ab aurigis ductum 408.1
Κατακλεῖς 101.40
Κατακλυσμὸς Herodoto quæ aliis βολαὶ 113.11
Κατακρημνίζειν 6.1
Κατακρίνειν 153.41
κατακρίνεσθαι ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, pro fieri inanē Chriſti 571.9
Κατακρημνίζειν pro ἀποκτείνειν 5.38
Κατακρίνειν 347.5, & 194.17
Κατακλινοῦμαι pro inhabitare, à tabernaculis ſumptum 344.9
Κατακρίζειν 38.40
Κατέχει, & κατέχεται, & κατοχὴ 175.53
κατέχειν pro κωλύειν & ἐμποδίζειν 450.16
τὸ κατέχον videtur exponi poſſe τὸ ἐμποδίζον, id eſt quod rerum potitur 450.17
κατέχεται & κάτοχα 84.11
Κατοίκησις 81.18
Κατόνατος 158.30
Καθάπερ declarans nō comparationem ſed congruentiam & ipſam rei veritatem 311.54

Καθίζειν de iudicibus dictũ pro In ſubſelliis collocare 148.44
Καθηγεῖν 81.8
qui Catholicos ſe hodie vocant, in quo numero cenſendi 542.7
Καθὼς pro Prout, vim habẽs diſtributiuam 8.44
Κατήφεια, quid 555.27
Κατηχεῖν generali & peculiari ſignificatione 374.32
Catoni vitia, qui acerrimus alioqui putabatur virtutis cuſtos 142.11
Κατοικεῖν & παροικεῖν 8.51
κατοικεῖν pro domicilium ponere 555.17
κατοικίας & παροικίας differentia 307.28
Κατορθώματα 109.13
Catullus comparatiuo lucundior vſus pro ſuperlatiuo 181.20
verbi Καυχᾶσθαι vſus apud Paulum 375.17
Caupones qui vernaculo ſermone regrãtatores dicuntur 307.33
caupones & mãgones cur ſemper infames & ſordidi ſint habiti 307.33 & 34
Cauſa ex effectis, ex fletu res aduerſæ, ex gaudio res ſecundæ intelliguntur 257.3
Κεντυλλίζειν 465.47
¶ Κέλευσμα 444.21
Centaurus, nauis nomen Virgilio, vnde 116.12
Κεφάλαιον 519.16
κεφαλαιοῦν & ἀνακεφαλαιοῦσθαι 379.48
Κλαίειν 645.5
Cerauny montes Epiri, à Ptolemæo vocati Acroceraunii 113.8
Κλάειν dictum de eo qui damnum vitat 113.1
Ceremonialis cultus gratiæ oppoſitus 541.19
ceremoniales ritus per ſe conſiderati, quid eſſent 417.31
Certamen fidelium quale eſſe debeat 611.16
Chaldæa dialecto prolatum ἐλαιῶνα pro ἐλαίαν 149.13
terra Chanaan requies, finis fuit externus quo populũ deducebat Moſes, & introduxit Ioſue 504.16
Character orationis χαρακτὴρ 424.14
Χαρακτὴρ deductum ἀπὸ τ' χαράσσειν 495.34
Χάρισμα per ſynecdochen de pacto etiam opere 83.18
Χάρις pro χάριτι 565.19
χάρις pro muneribus 319.11
χάρις pro fonte vnde χαρίσματα promanant 133.1
χάρις & χάρισμα quomodo apud Paulũ diſtinguenda 165.36
χάρις pro χαρᾷ, ſecundum quoſdam 303.40
Χάρισμα ſeu διάρημα opponitur à Paulo ἀποκαλύμματι 165.19
Χαριτῶσαι, fictum à Paulo verbum 378.65
Χαρίζεσθαι cum caſu rei conſtructũ, pro Gratificari 17.13
χαρίζεσθαι paſſiuè pro Condonari 17.13
Charitum regula 1178.8, & 11
charitas mutua dicitur peculiariter Chriſti Lex 374.7
charitatis baſis, noſtri cũ Deo reconciliatio 593.14
charitas nulla vbi ſana doctrina non extat 601.13
charitas crudeliſſima Academicorum qui nuper irrepſerunt 458.13
τοῦ Χριστοῦ ἔθη Catonis idem quod vno verbo ἤθη χρηστὰ 57.6
Χρεωστῆσαι vnde ductum ſit 70.1
Χελώνας numi quidam Peloponnenſium 91.19
Cherubim propitiatorii 272.8
Chirographum quomodo deleuiſſe dicatur Chriſtus 417.35
Chœnem Ægyptii vocabant Herculem 36.19
Χρῆσθαι pro illis quibus eget quis in neceſſitate conſtitutus 413.22
Χρηματίσαι pro ἐπιμελεῖσθαι 56.11
vſus Chriſmatis nulla ne tenuiſſima quidem mentio ſit in Apoſtolicis ſcriptis 304.53
chriſmatis, raſuræ, crucis, & huiuſmodi portentorum nulla olim facta fuit mentio 19.15
Χριστιάνους & χριστιανισμὸν qui vocentur à Nanzianzeno 308.1
Χριστιανὸς & χριστιανισμὸς 216.8
Χριστὸς 104.16
quaſi à Chriſti demum aduentu cœpta ſit noua pactio, ita Prophetæ de ea loquuntur 369.22
Chriſtus quo ſenſu dicatur factus ex muliere 130.39
Chriſtus quo ſenſu dicatur ἀνώτερος & ἄμεινον 130.31, & 364.19, & 515.45
Chriſtus quo ſenſu dicatur primogenitus 496.44 Chriſtus quomodo primogenitus omnis rei creatæ, & primogenitus ex mortuis 411.4, & 44
quæ de Chriſti perſona ſentiẽda ſunt, pauciſſimis verbis à Paulo expoſita 416.31 De Chriſti perſona quod credendum eſt, à Paulo compẽdiariè propoſitum 130.14
de Chriſti perſona hæreſes 130.19
ad omnes aduerſus Chriſti perſonam hæreſes refellẽdas locus valde illuſtris 409.25
diſtinguẽdum quid Chriſto toti, id eſt Deo & homini cõiunctim, & quid item homini ſeorſim ſit tribuendum 510.54
Chriſtus, quum fuerit & ſit verus homo, finitum corpus & finitam animam habet 391.23. Chriſto corpus ἀόριστον falſò tribuunt quidã 391.22 & 39
Chriſti corpus quidam falſò crediderunt cæleſte eſſe 130.39
Chriſtum è cælo corpus attuliſſe, ineptum eſt quorundam ſomniũ 600.5
Chriſtus ſua vi diuina gratuitò nobis dat vitam æternam 578.4
Chriſtus ſecundum vtranque naturam pontifex ac mediator 515.44
Chriſtus qua ratione viti comparetur, virgulto item 169.16
Chriſtus vnde dicatur Lux mundi 311.44
Chriſtus Adã poſterior dictus 195.30
Chriſti typus Melchiſedec 514.23, & 515.1
Chriſti cum Moſe collatio 503.9. Inter Chriſti & Moſis miniſterium antithetis 51.10
ſub Chriſto cæleſtia omnia, quæ ſub Moſe typi terreni duntaxat fuerunt 515.20
ab iis qui in Chriſto habitant perfectiora exigũtur quàm ab iis qui ſub Lege 592.42
Chriſtus quatenus dici poſſit ceremonias deſtruxiſſe 153.56
Chriſtus quomodo efficiat vt moriamur Legi 355.37
Chriſti cum Angelis comparatio quomodo conſideranda 500.45
Chriſtus quomodo factus peccatum pro nobis 320.22
in eo quòd Chriſtũ ſit execratus Deus, poſita eſt ſpes noſtra 359.2
quo abiectiorem Chriſtum noſtra cauſa factum eſſe cernimus, eo minus de noſtra per illum expiatione dubitare poſſumus 511.19
Chriſtus dedit ſeipſum, & Chriſtus ipſe ſe dedit, aliquid habent diſcriminis 459.11
Chriſtus quo ſenſu dicatur vniuerſo mundo offerri 84.2
Chriſtus in carne tantùm paſſus eſt 570.19
Chriſti anima quomodo dicatur paſſa 569.11
Chriſtus quomodo intelligendus ſit petere à Patre liberationem à periculo 511.19. Chriſtus vnde ſe derelictum eſſe vociferetur 511.41
Chriſti in cruce commorio & conſternatio & querimonia quomodo conſideranda debeant 511.6
Chriſtus adhuc deſpicitur, affligitur, crucifigitur in membris ſuis 191.28
Chriſtus mortuus mortem vicit, vt in æternum cum ſuis Deo viuat 11.7
Chriſtus, Dominus Eccleſiæ 618.67
extra Chriſtum nulla vnquam Eccleſia 573.45
in Chriſto vno ſeſe Eccleſiæ ſuæ Pater patefacit 618.10
à Chriſti Eccleſia nullum hominum genus eſt alienum 459.5
Chriſtus interdum collectiuè pro tota Eccleſia capiti ſuo adiuncta 382.32
in Chriſto ſunt omnes abſconditi theſauri 595.1
ab vno Chriſto per fidem apprehenſo ſalus expectanda 602.40
extra Chriſtum nuſquam ſalus 591.17
in Chriſto gratis habemur pro filiis eiuſdem regni cohæredibus 602.8
Chriſtus materia, argumentum, miniſter Euangelii eſt 309.12
Chriſto συμπάσχειν quomodo dicantur fideles 424.32
noſtri cum Chriſto conuenientia quæ 596.41
in Chriſto quomodo dicamur adoleſcere 563.1
in Chriſto inueniri, quid 415.19 & 29
vnũ cum Chriſto fieri, In Chriſto eſſe, Chriſtum in nobis eſſe, & aliæ huiuſmodi formulæ vnde ſint ductæ 360.52
in Chriſto, aliquid multo expreſſius ſignificat quàm Cum Chriſto, vel Per Chriſtum 382.33
in Chriſto, pro Chriſti nomine, vel Pro Chriſti negotio 406.22
in Chriſti morte baptizari, quid 88.28
pro menſura donationis Chriſti, quid ſit Paulo 208.50
Chriſti Lex peculiariter dicitur charitas mutua 374.6
Chriſti ſermo pro Euangelii doctrina 433.1
Chriſti captiuus, paſſiuè 385.40
Chriſti gloria vocãtur illi per quos gloria Chriſti illuſtratur 330.23

In Christi conſpectu aliquid facere 306.34
Chriſtum quàm impiè dicant Antichriſtiani à ſe offerri Patri in ſacrificium pro viuorum & mortuorum peccatis 518.31, & 516.14
Chriſti matrem quàm blaſphemis aduerſus ipſum Chriſtum verbis compellent Papiſtæ 419.36
hac clauſula, Per Chriſtum Dominum noſtrum, omnes blaſphemias ſuas terminant Papiſtæ 419.39
Chriſtum Iudæi vocant תלוי 359.9
Chriſtū ore tenus profeſſi, Simon Magus, Saul, Iudas 464.55
Chriſtum perſequi quo ſenſu dictus ſit Paulus 424.33
eius qui Chriſti vicarius hodie vult videri, quanta tyrannis 111.13
Chriſtiani hodie Iudæos iniquè deſpiciunt & vexant 104.1
de Chriſtianis teſtimonium Plinii in epiſt. ad Traianum 176.1
inter Chriſtianos vnde tanta *ἀλογία* oriatur 318.24
in Chriſtiana religione nihil eſt quod euulgari nō iuſſerit Dominus 341.30
Chriſtianiſmus quomodo in magiam fuerit mutatus 195.33
cum Chriſtianiſmo permixtus Iudaiſmus 416.13
Chryſoſtomi locus, refellens noſtri temporis Eccleſiaſticos qui priuilegia immunitatis iactant 211.6
Chryſoſtomus non ſemper ſimplicitati ſtuder, ſed alicubi philoſophica dogmata permiſcet 53.18
Chryſoſtomus reprehenſus 173.18
¶ qui Chryſoſtomo adſcribūtur in epiſt. ad Heb. commentarii, rhapſodia potius eſſe videntur ab aliquo collecta 510.11
¶ כי pro אם, *ſi, nisi, quòd* vſurpatur 118.11
כי pro דבר, *propterea quòd, ſiue quoniam* 645.11
אם כי [*i. ſed*] aduerſatiuæ particulæ reſpondet τὸ μὲν, ſi non i. niſi 354.55
Ciborum mundorum & immundorum diſcrimine ſignificatus omnis ceremonialis cultus 542.19
Cicero Catilinam inter falcarios veniſſe dicit, pro circumſeptum falcariis 477.11
Ciceronis locus, ẽ lib. 2. De natura deorū 138.19
Ciceronis loci 618.4, & 630.8
Circumciſio fuit Iſraelitis ſigillum iuſtitiæ fidei noſtri autem reſpectu, typus noſtri baptiſmi 166.38
circumciſio natiuam pollutionem teſtabatur 417.33
circumciſio duplex, externa & interna 37.7
circumciſio per literam, ſiue carnis, & circūciſio per Spiritum, ſiue cordis, quomodo opponantur 146.19
circumciſio *μετωνυμικῶς* pro circumciſis Iudæis, vt reſurrectio pro iis qui reſurrexerunt 118.21
circumciſio pro circumciſis, vt præputium pro incircumciſis 155.41
circumciſio pro Iudaiſmo 145.18
circumciſio pro circumciſo, ſingulari numero 415.1
circumciſio, Vide Incircumciſi
¶ כל vniuerſalis particula, accipitur pleriſque locis pro quibuſuis, non autē pro omnibus ſiue cunctis 457.57
Claudæ inſula quæ & Gaudos 111.18
Clementis locus 269.10
Clericorum exemptio tyrannica 470.14
Clerus pro ſorte & hæreditate Domini 576.1
cleri dominum ac principem nullum ſe cōſtituere voluit Chriſtus 60.36
cleri nomen apud Veteres Patres quomodo vſurpatum 576.5
Κλειδίσιον plus quàm καθηγητὴν 10.7
Κλειδουχικῶς pro Cum vafra & maledica deriſione 10.13
כל Heb. nomen generaliſſimum, comprehendēs omnia vtenſilia, & quorum opera vtimur 567.19
Κλῆρος pro *μερὶς* 7.13
κλῆρον διδόναι apud Homerum, pro Partem ſuam alicui aſſignare 7.31
κλῆρος διδόται, pro κλῆρος πίπτει 7.29
Κλῆσις (id eſt vocationis) appellatione quid intelligatur 61.10
Κλητὸς à κεκλῆσθαι quomodo differat 119.28
Κνώδων, vnde Ἀποκνώδων 111.14
¶ ad *Celibatū* quatenus inclinet Paulus 156.34
Cœna Domini cur λειτουργία, & ἱερουργία, & ſacrificium vocata 61.6
in Cœna dicimur Domino incorporari, in Baptiſmo, Spiritu ipſius regenerari 177.40
ritui Cœnæ Dominicæ mutua oſculatio adhiberi ſolita 300.1
Cœnæ Domini appendices erant agapæ 174.11
Κοιμᾶσθαι (id eſt obdormiſcere) pro Reponi in ſepulchro, Hebræorum more 444.3
κοιμᾶσθαι, *dormire*, pro Mortuum eſſe 174.35
Κοινωνία pro charitate ac liberalitate 15.2
Κοινωνικὸν *id ὁμιλητὸν*, tropus apud theologos 135.45
dicēdi genus per κοινωνικὸν *id ὁμιλητὸν* immeritò hodie quidā reprobant 96.17
κοινωνικὸς cui opponitur ἀκοινώνητος 474.1
κόκκος pro ſemine 190.11
Collationes altera pars omiſſa, per anantapodoton 161.39
in *Collectionis* nominibus ſolet interdum ſententiæ potius quàm verborum ratio haberi 119.1
Coloſſæ vbi ſitæ 410.5
Coloſſenſes falſò exiſtimati ſunt eſſe Rhodii à Coloſſo illo celebri dicti 410.7
Κόμμα pro κόμμις 576.12
κομμώσασθαι pro καλλύνεσθαι ibidem
Commeſſatio ſuppeditationis i. ſuppeditatæ, paſſiuè, Heb. 394.10
Communicatio, tropus quidam apud Paulum 154.10
Comparationis impropriè dictæ formula obſeruanda 153.11
Comparatiuus gradus pro ſuperlatiuo 113.11, & 181.10, & 477.16, & 580.7
Complementum Chriſti, pro completo Chriſto, in membris videlicet ſuis 395 38
Complere iniquitates ſuas, menſuram patrum implere, prouerbialiter dicta Heb. de hæreditaria improbitate 440.18
Compoſita pronomina pro ſimplicibus 199.11
compoſitis carentes Hebræi, ſim plicibus vtuntur eorum loco 430
compoſiti vice poſitum verbum ſimplex, Hebræorum more 215.44
Condemnare & iuſtificare, oppoſita 147.42
ad *Confeſſionem* auricularem detortus locus 558.13, & 591.2
Confiteri Dei nomen Heb. hoc eſt, apertè profiteri & celebrare 111.13
Cōgium multas moleſtias ſecum trahit ex hæreditario illo peccato exortas 256.32
Conſcientia vis 260.42
conſcientiæ terrores repræſentati ſunt à poetis ſub Nemeſis & furiarum ſpecie 160.12
conſcientiam terrens Lex ad Chriſtū adducit 355.37
conſcientiam idoli quid vocet Paulus 160.39
Conſecratio eſt inepta, ſecundū canones, cui nō præierit legitima electio 70.
Conſequens ſæpe intelligitur apud Hebr. vno verbo poſito 18.14
conſequens ex antecedente ſignificatum, Hebræorum more 4.1, & 51.43, & 178.13
Conſolidare 16.16
in *Conſpectu* Eccleſiarum, pro Teſtes habituri Eccleſias 330.23
in conſpectu Dei, Vide Deus
Conſtantium vocauit Cæſar Cōſtantinus, de nomine filii ſui Conſtantii, vrbō quæ antea Gaza vocata fuerat 41.9
Conſtantinopolitano & Romano patriarchis cedere coacti reliqui duo 405.4
Conſtructionis traiectæ exemplum 3.13
conſtructionis hypallage frequens eſt Hebræis 15.16
Cōuerſio Heb. dicitur reſipiſcētia 95.10.11
Conuiuia ſolennia ſacrificiorum veteres intra ipſū etiā templū agitabāt 161.8
conuiuia olim libationibus & eius dīni laudibus claudebantur cui ſacrificatum fuerat 168.41
Copia multo plures perdidit quàm inopia 419.14
Copula pro coniunctione aduerſatiua 148.4, & 594.31
copula pro illatiua particula frequens apud Hebræos 590.9
copulatiua coniunctio Heb. pro relatiuo 31.20
copula ſæpius ſubauditur Hebr. more 343.40, & 371.15, & 418.1
copula interdum in duobus inciſis & duobus membris ſuppletur 343.39
copula more Hebr. in bimembri etiam oratione ſuppletur 371.15, & 416.16
copula ſæpe reduudat Heb. 548.15
in *Corde*, pro Serio cordis affectu 199.16
corde incircunciſi & auribus 37.10
cor lapideum & cor carneum 308.34
cor lapideū tollere & carneū dare 311.15
Κόρυ dicti numi quidam Atheniēſium 91.18
Coram aliquo pudefieri, dictum more Hebraico 596.10
Corinthi ſcriptæ fuiſſe videntur ambæ ad Theſſal. epiſtolæ 447.4, & 453.11
ad Corinthios epiſtola prior Epheſi ſcripta fuit 298.10, & 300.22, & 307.1
Cornelius quid de Ieſu Chriſto noſſet ante Petri aduentum 51.31
Corpus mortis Heb. i. moles carnea peccato & morti addicta 179.17
corpus animale, & corpus ſpirituale 195 1, & 4
Κοσμοκράτορες, Tertull. Mundidenentes,

Hilario Mundipotentes 403.3
קרא 158.42,& 219.9
Κεκτῆσθαι pro Ita tenere vt tibi elabi non ſinas 17.4,& 508.10
Creatum dictum 567.1
Credere Deo & in Deum Heb.idem 408.35
inter Credere Deo & credere in Deum diſcrimen quod ſtatuitur, non eſt ſatis firmum 408.36
inter eos qui credunt ex vera fide, & eos qui credere videntur,diſcrimen 464.49
Κρίνω pro κατακρίνω,& κρίσις pro κατάκρισις 114.3
κρίνεσθαι pro puniri 175.1
κρίνεσθαι pro κατακρίνεσθαι 451.11
Κρίματα ὑμέτερα quæ & ἀγαθὰ πράγματα 93.5
Κριτήρια pro locis in quibus cauſæ aguntur 148.16
Κριτὴς pro præfecto ac gubernatore 110.5
in malam Crucem abire 358.33
crucis ſupplicium infame 358.31
crucis prædicatio quo ſenſu videatur dici odor ex morte & odor vitæ ad vitam 307.14
crux pro Euangelica doctrina quæ in ſolius crucifixi Chriſti iuſtitiã reſpicit 371.9
¶ ὁ κόσμος τῷ Κύριῳ pro Vniuerſis hominibus,vel In toto orbe 414.11
κτίσις non ſolùm pro ipſa condendi actione, ſed etiam pro ipſis rebus conditis 411.6
κτίσις pro ciuilis gubernationis diſpoſitione 565.8
¶ Curioſitas ſomnia multa in Eccleſiam Dei inuexit 46.17
Cuſtodia lignea pro numella,apud Plautum 77.16
¶ Cybea nauis 393.50
Κυβεία,alea 393.41
κενοδοξικὴ δεξιότης Epiphanio,vanæ & ineptæ ſubtilitates 393.54
Cypri ſitus 110.5
Cyreniũ præſidis nomen quomodo in cõtextum videatur fuiſſe repoſitum 33.11
Κύριος ἀρχή,id eſt αὐτοκρατορικὸν 306.19
Κυριότης pro ſenatorum aut aliorũ magiſtratuum collegio 581.13
Cyrnii papæ vox diabolica aduerſus matrimonium 181.17,& 401.33
Cyrilli interpretatio reprehenſa 169.48
Κυρωῖ autheticam confirmationẽ declarat 306.17
Cyrus morientis non vult ſe mortuũ ſpectari 194.18
Cyri Prodromi opinio cõfutata 410.6

D

Δαίμονια (ſecus quàm à Platonicis) vocantur à ſacris ſcriptoribus noxii & impuri ſpiritus,qui & diaboli 168.36,& 465.30
Damaſcus in Arabia 9.31,& 46.6
Damnari nos ab aliquo, Scriptura quo ſenſu ſæpe dicat 146.7
quis damnatior te,apud Ciceronem, pro Quis eſt quem iuſtius quis iudex poſſit condemnare 353.15
damnationis hominum cauſa 459.6
Dativus caſus pro caſu inſtrumenti poſitus 333.40,& 334.1
Dauid quo ſenſu dicat mandata Dei iuſtificata,& Deum iuſtificari in ſermonibus ſuis 464.16 & 18
Dauid quid de ſuo peccato ſenſerit 148.16
Dauidis ſepulchrum poſt euerſam vrbem adhuc extans 13.16
Dauidiſſe hodie Carpocratianorum ſucceſſores 172.18
¶ Διά particula σημαντικὴ τῆς αἰτίας, id eſt ſententiam nectens 111.8,& 314.53
διὰ non præcedente μέν 145.11
διὰ pro ἀνὰ 317.37
διὰ pro δι' vel δίκην 351.11
διὰ pro δῶ 176.31,& 160.38,& 645.14
Διαλογισμοὶ vocant Græci Hebraico more,decem præcepta 371.15
Declarare pro conſtituere & creare,ſicut apud Græcos ἀποδείκνυσθαι 7.3
Δίκαιος diſtinctum à ἀγαθὸς 5.16
Δικαιώματα & δικαιώσεις 81.17 & 19
Delphicus Apollo,qui & Pythius 76.10
Denarius,ſtipendium gregarii militis 161.15
Depoſitum ſeruare Timotheum quo ſenſu iubeat Paulus 474.8
Dei conſilium ac decretum à præſcientia nunquam ſeparandum 11.14
Deo vel conniuente vel inuito nihil fit aut accidit 11.10
in Deo permiſſionem otioſam perperã imaginantur quidam 139.13
Deus quo ſenſu vocet opus ſuum, tribuum decem rebellionem,& alia huiuſmodi 11.17
Dei opus à ſceleratis nihil tale cogitantibus peractum 11.13
Deus licet in Scriptura dicatur impios excæcare,indurare,ſeducere,&c. nõ tamẽ exiſtimandus eſt malorum author 139.15
Deum quomodo cognoſcat etiam magna pars impiorum 578.10
Dæ inter Neronis domeſticos, perſide ac in mediis inferis,regnans 410.1
Deo ſubiici qui dicantur 191.11
Deus efficit in nobis & velle & facere 578.60
Deus in nobis opera ſua coronat 544.4
Deo quãdo gloriã iuſtã tribuam 569.1
Deum vt Deum glorificare quis dicatur 138.5
Dei gloria quo ſenſu dicatur eſſe vir. 171.33
de Deo tritus apud Græcos verſiculus, ex prolepſi quãm ipſe in hominis natura inſculpſit 141.61
Deus in vero iureiurando non tantùm vt teſtis ſed etiã vt iudex & vindex periurii aduocatur 191.47,& 305.7
Deus viuens,pro æterno,Heb. 473.11
de Deo ſolet ἀνθρωποπαθῶς loqui Scriptura 148.35
Dei Ira, Vide Ira
Deus quomodo nonnunquam dicatur è cælis deſcendere 571.11
Dei homo quis propriè vocetur Hebr. more 481.13 Dei homines. i.di uini interpretes & nuntii Heb. 581.1
Dei via,pro ea quæ ad Deum adducit 87.1
Dei iuſtitia duobꝰ modis dicitur 547.18
Dei fides pro fide à Deo data 147.30
Dei fides paſſiuè pro fide quæ Deo habetur 436.8
Dei patientia Heb. hoc eſt Deus patiẽs 571.10
Deus ſpei,Hebr. 111.16
Deus miſericordiarum ſeu pietatum.i. Deus ſummè pius 301.1
Deus gloriæ pro glorioſo,Heb. 135.40
Deus exercituum,id eſt potentiſſimus 557.4
Deus erit vobiſcum,Heb.i.vobis aderit 418.11
Deum eſſe cũ aliquo, Hebraiſmus quo peculiaris Dei fauor erga aliquem declaratur 31.3,& 418.11
in Dei conſpectu fieri aliquid quo ſenſu dicatur à Paulo 315.10
Dei nomine inſtar epitheti addito diuinum quid ſignificatur 33.48
inter Deum & mundum cur nunquam conueniat 555.13
ſecundum Deum triſtitia,oppoſita triſtitiæ mundi 324.15
Deus Pater quàm ſæpe & quàm apertè de Filio ſit teſtatus 603.5
Deus Pater nos vngit in Filio 594.36
Deus Pater in Filio agnoſcitur 595.1
Deum Patrem qui nouit, omnia nouit 594.39
Deum vt Patrem ſuum ſoli fideles agnoſcunt 578.11
Deum qui pro Patre non agnoſcit, extra Chriſtum eſt 591.13
Δικαιοῦσθαι 107.10
Δικαιοῦσθαι 107.6
Dextra pro virtute ac potẽtia,Hebr. 14.1
ad dextram Patris ſedere,quid 381.6
¶ Διὰ pro propter, cũ quarto etiã caſu 586.35
διὰ pro ἐν 156.46, & 516,8 διὰ ἀκροβυστίας poſitum pro ἐν ἀκροβυστίᾳ 156.45, & 460.18. Sic διὰ τῆς περιτομῆς pro ἐν τῇ περιτομῇ 460.17
διὰ pro εἰς 169.1 διὰ προφητείας pro εἰς προφητείαν,vel ἐν προφητείᾳ 467.7
διὰ pro μὴ vel σὺ 477.10
διὰ pro trans,vel intra 181.43
διὰ ſignificationem auget in quibuſdã verbis 87.17
Diaboli,etiamſi reluctentur, ſunt tamen Filio homiuis ſubiecti 500.15
Διάκονοι τοῦ Θεοῦ & λειτουργοὶ pro iiſdem 60.31
Diaconi qui propriè ſint dicti 110.1
διάκονοι,qui pauperum curam habent 461.6
diaconorum nomẽ generale eſt interdum 467.15
diaconi & epiſcopi, Paulo ſunt duo genera eorum qui Eccleſiam regebant 404.10
diaconorum appellatio in quas ſpecies diuidatur 109.46
diaconorum appellatio ad quos interdum reſtringatur 404.14
diaconi Preſbytero ſubeunt 28.31
Διακονία pro ſubſidio 57.1
in diaconiam & prophetiam diuiſæ à Paulo fũctiones Eccleſiaſticæ 109.14
Διακονεῖν 108.10
Διακρίνεσθαι 548.15
Διαλλάσσεσθαι 36.40
Διαλογισμοὶ peculiari ſignificatione vſurpatum à Paulo 460.4
διαλογισμοί,ratiocinationes 138.10
Διάνοια pro ſenſitiuæ interioris facultatibus 394.36
Διάνοιαν facit Plato mediam inter νόησιν & αἴσθησιν 383.35
Διάνοια vocata à Paulo præſtantiſſima animi facultas, qua cogitamus & ratiocinamur 423.36
Διαφέρειν interdum pro συμφέρειν 145.4
Διαφθείρεσθαι 16.19
Διασώσαι pro Saluum perducere 107.18

ἀναπλήρωσις pro ἡγεμονία 37.14
Διαδύειν pro pollicitatione 359.11
Διατριβαί quas Quintilianus ſcholarum exercitationes appellat 471.8
דיבר [id eſt loquutus eſt] conſtructum cum præpoſitione ב in malam partem ſumitur, niſi vbi de prophetia agitur 583.31
Διαχειρίζειν idem quod alibi ἐπιχειρεῖν καὶ πειρᾶσθαι 151.9
Διαφόρημα quid vocet Paulus 181.54
Διαφόρημα τῆς Θεοῦ diſtingui debet à διαταγῇ 140.50
Διαφόρημα pro omnibus Domini mandatis, & ipſo iure diuino 166.11
Διαφόρημα τῆς τέλους quæ vocẽtur 145.10
Διαφόρημα interdum κατ' ἐξοχὴν ἁμαρτία 166.25
Διαφορὰ & διαφόρημα quomodo ſint diſtinguenda 167.11
Δίκη triplici ſignificatione 114.1
Δίκη quæ & Nemeſis 116.1
Dicendi generum præciſorũ exẽpla 35.9
dicere pro iubere 108.13,& 313.11
Διδόναι pro In aliquem ſtatum redigere 615.4
Διδόναι χεῖρας pro πιστεύειν χεῖρας 7.19
Die & die, geminatio Hebr. i. quotidie 315.19
dies Dominicus hodie qui olim primus dies hebdomadis 94 9
dies ſolis, à profanis dictus qui Dominicus à ſanctis 197.19
dies Domini, quis vocetur 146.13
dies Domini pro ſupremo die 140.27
dies nouiſſimi vnde vocentur 167.15
dies זבח [i. victimæ] dicitur Hebr. dies ſolenni epulo deſtinatus 557.11
dies pro tempore Heb. 495.9
dies malus, aut dies mali qui vocentur ab Hebræis 393.6,& 403.6
dies pro anno 515.47
Δημόσιον virorum & mulierum appellatio quomodo intelligẽda apud Paulum 468.11
Digamorum genus qui veteribus canonibus arcebantur à miniſterio 155.6
Dimittere pro Abeundi facultatem facere 307.6
Dionyſius, Vide Pſeudodionyſius
Δίφρος, abſolutè poſitum pro Feror, vel Curro 416.17
Diſcipuli quo ſenſu dicantur nutriti ad pedes præceptorum 101.1
Diuitiæ pro rei cuiuſlibet copia & abundantia 107.6,& 119.48,& 316.15, & 384.6,& 415.2
Diui cui ſacrificatum fuerat, laudibus & libationibus claudebãtur olim conuiuia 168.41
Diuinæ eſſentiæ qui in nos tranſfuſionẽ imaginantur, ridiculi ſunt 578.46
Diuortiorum magna apud Hebræos olim licentia 542.3
¶ τὸ Δοκεῖν de vana & arrogante ſecuritate dictum 267.15
οἱ δοκοῦντες & οἱ δοκοῦντες opponuntur 351.25
Δοκιμάζεσθαι, ſumi vt idoneũ & aptũ 438.8
Δοκιμὴ & δοκίμιον 160.47
inter δοκιμεῖν & δοκίμιον diſcrimẽ 545.19
Doctor quis vocetur à Paulo 109.50
doctores, qui & magiſtri noſtri hodie vocantur, ipſis etiam nominibus Phariſæos referunt 472.25
doctorum munus quod fuerit 393.16
Domeſtici fidei qui ſint Paulo 375.14
Dominus cleri nullus in Eccleſia, ſed omnes vnius Domini miniſtri 60.36
in Domino, pro Perinde vel quatenus iubet Dominus 433.16
in Domino, pro Freti Domino 68.14
in Domino gloriari, pro Exhilarari de beneficiis Dei 104.1
Domino incorporẽmur in Cœna, Domini Spiritu regeneramur in Baptiſmo 177.40
reus corporis Domini teneri quis dicatur 174.18
Dominicus dies à ſanctis dictus, qui Solis dies à profanis 197.29
Dominicus dies hodie qui olim primꝰ hebdomadis dies, qui & μία σαββάτου 94.9,& 610.25
Dominico die ſoliti conuenire ſancti 610.25
Dominicum & Franciſcus 430.37
Domus comparari ſolet Eccleſia 503.33
Duæ Dei Timotheo ad Eccleſiæ ædificationem commiſſa, depoſiti appellatione ſignificata à Paulo 474.8
pro menſura donationis Chriſti, quid ſit Paulo 108.50
Δώρημα eſt χαρίσματος effectum 165.31
Δώρημα ſeu χάρισμα opponitur à Paulo αὐτοκτίσματι 165.29
Δωροφορεῖ, haſtati poſtꝰ & lãcearii 107.9
Δόσις & δώρημα pro eodem 547.1
Δοῦλος & λατρεύων, inane diſcrimen 397.14
Δοξάζω 103.4
¶ Δοχὴ & ἀριστοποιία 241.21
דרך [i. via] translatitiè omne genus vitæ cui aliquis inſiſtat 43.4
דרכים [i. viæ] conſiliorum & factorum rationes Hebr. 107.11
Druſilla, Agrippæ ſoror, fœmina libidiniſſima 111.14
¶ Duci apud Plinium in Epiſt. eodẽ modo quo Græcè ἀναπλάσθαι 59.14
Dulia & latriæ inane diſcrimen 397.14
Inter duliam & latriam ineptè conſtituta differentia 133.19
Duplicatio Hebraica, quum idem bis dicitur, mutatis tantùm verbis 107.8
¶ Δυναστεία ſignificatio vſitata Paulo 451.2
Δυνάστης nomen Deo potius quàm nobis tribuitur 578.21
Δυνάμεις de Deo duplici ſignificatione ſumitur 111.40
Δυνάμεις, facta præſtantia 11.13
Δυνάμεις anguſtiore ſignificatione pro ſummis illis diuinæ potẽtiæ effectis quæ inter omnia miracula excellũt 177.4
Δυνάμεις pro fungentibus facultate edendarum virtutum 178.15
Διήκειν τὰ ἔσχατα, prouerb. 461.18

E

Ea μὲν pro ἀλλὰ 355.1
εἰπεῖν pro ἐπιτάσσειν, ſicut εἶ pro ἐπιτάσσει 597.1
ἐν ἑαυτοῖς, pro Intus & in animo 302.8
¶ Ex pro ἀφ' 151.68
ἐκ πίστεως, pro ἀφ' ἧς πίστεως 358.24
Εκβαλεῖν 311.8
Εκκλησιάζειν reſpondet Hebræo verbo קהל 619.41
Εκκλησία ἔπαυλις, & σύγκλητος 93.13
pro Eccleſia qui vſurpant nouè vocabulum Reſpublica, vel Ciuitas, quantũ peccent 474.17
ab Eccleſia Chriſti nullum hominũ genus eſt alienum 459.3
in Eccleſia ſola habitat Dei veritas in mundo 463.1
Eccleſia dicitur Corpus Chriſti 360.55
pro Eccleſia tota capiti ſuo adiuncta, interdum collectiuè accipitur Chriſtus 381.31
Eccleſia ædificio cõparari ſolet 44.17
Eccleſia domui comparari ſolet, cuius & viui lapides & vaſa dicũtur tum paſtores tum greges 503.33
in Eccleſia, omnes vnius principis ac Domini miniſtri, nullus cleri dominus 60.36
Eccleſiæ lapides ſunt ſinguli fideles 563.11
in Eccleſiæ politia, nulla ſit ἀρχὴ vel ἀρχόντων mentio 60.55
Eccleſia tempore Apoſtolorum qualibus viſis affuerit 58.9
in Eccleſia Dei vnde cœperit diabolus iacere prima tyrannidis fundamenta 404.17
Eccleſiæ hoſtes erant magiſtratus omnes, tempore Pauli 457.41
Eccleſiæ preces aduerſus Iulianum ipſam opprimentem 48.19
ad Eccleſiam gladio magiſtratus exarmandam detortus locus 334.1
eccleſiæ Paleſtinæ ex duobus Iudæorũ generibus coactæ, Hebræis & Helleniſtis 494.16
de eccleſia Epheſina potiſſimùm cur laborarit Paulus 455.7
in Eccleſiis primis dona linguarum, ſanationum, prophetiæ, valde viguerunt 5.10
eccleſias orthodoxorum indignas eſſe hoc nomine vnde colligerent Pelagiani 400.16
Eccleſiam qualem fingant noſtri ſophiſtæ 400.27
Eccleſia quam ſibi vendicant Papiſtæ, quàm multa verbo Dei habeat contraria 465.16
quaſi ecclẽſiolam quandã, cõmendat Paulus Aquilæ & Priſcillæ familiã 199.34
Eccleſiaſticæ diſciplinæ abolitio vbi Chriſtianus eſt magiſtratus, Eccleſiarum euerſio eſt 470.11
eccleſiaſticæ vocationes nunc vocantur ordines κατ' ἐξοχὴν 199.20
eccleſiaſticæ fũctiones à Paulo in duas ſpecies diuiſæ 109.14
eccleſiaſticæ fũctiones, aliæ perpetuæ, aliæ temporariæ 109.42
eum qui ad Eccleſiaſticam functionẽ deligitur, à quib' maculis Paulus velit eſſe purum 462.39
ad Eccleſiaſticam adminiſtrationem ſæpiſſime tranſferuntur paſtorum, ouium & gregis vocabula 6.19
ab Eccleſiaſtico miniſterio quod ſapiẽtiæ genus excludat Paulus 141.17
Εχέτω pro ἀπεχέτω poſitum ex Hebræorũ idiotiſmo 430
Eclipſis verbi ſubſtantiui omnium eſt vſitatiſſima 178.11
eclipſis Hebr. familiaris, qua verbo nomen verbale includitur 190.43
eclipſis verbi cognatæ ſignificationis eiquod præceſſit 287.10,& 465.54
eclipſes repetiti eiuſdẽ verbi, frequenter occurrunt 450.37
eclipſis quædam Paulo familiaris 316.16
eclipſis quædam T. Liuio frequentiſſima 71.11
eclipſis in narrationibus vſurpari ſolita 71.9
eclipſis Hebraica relatiui 384.19

eclipſis particularum Hebr. familiaris 478.19
eclipſis particulæ Tamen 117.14
eclipſis verbi modi imperatiui 109.19
Ἔκτασις & ἔκστασις 57.11,& 116.16
¶ *Edamus* & bibamus,&c. prouerbium Epicureorum 193.39
¶ ex *Effectis* aliquando intelligūtur cauſæ, vt fletus appellatione, res aduerſæ 157.3
¶ Εἰ pro ὅτι 118.9,& 517.11 εἰ pro ὅτι apud Æſchinem quoque 116.17
εἰ pro τίς? 20.1
εἰ pro ἐπειδή 597.1
εἰ δέ, pro Quid ſi verò 194.1
εἰ μὴ pro ἀλλὰ 635.4,& 661.1
ante ἅπαντες ſubauditū participium 121.11
Εἰκὼν ſubauditum in τῷ Βάαλ 100.34
Εἰδωλεῖον, idolorum templum 261.3
εἰδώλου quæ generalis & quæ peculiaris ſit ſignificatio 160.3
Εἰλικρινεῖς 422.16
Εἰς reſpondet Hebræorū literæ ל 560.9
Εἰς pro περὶ 79.13
εἰς Χριστὸν, pro De Chriſto 401.35
¶ nec in *Electorum* ſalute, nec in reproborum damnatione iniuſtitiæ argui poteſt Deus 191.56
electorum firma & certa perſeuerantia 265.11
erga electos miſericordia Dei quomodo conſideranda 191.54
electis nulla mortalia peccata 605.15
electio æterna eſt in Dei proposito 377.15
electionis propoſitum incertū non eſt, neque à nobis pendet 464.35
electio in ſeſe quidem firma eſt, ſed in nobis quotidie confirmanda 579.13
electio ex effectis fidei confirmatur 579.23
electionis cauſā falſò conſtituūt ſophiſtæ fidem præuiſam vel opera 201.13
electionis cauſam qui faciunt fidē præuiſam, refelluntur 67.15
qui electionis doctrinam ſibi applicāt vt ſibi quauis licentiam arrogent, confutantur 377.40,& 579.17
electionis à prædeſtinatione diſcrimē 378.3
electionis finis, Spiritus ſanctificatio 559.11
Elenchus conferendi mos in Eccleſia olim vſurpatus 197.17
Elementa mundi quo ſenſu vocet Paulus Iudaiſmum, ſiue Moſaicos ritus 426.13,& 15
Eleuare pro attollere, vſurpatū à Plauto 3.46
Deum *Eligere* nos in Chriſto, quid 377.53
Ἐκλεκτὸς ἐγκλητὸς cur vocatus à Romanis 85.18
Ἐκλύεσθαι 28.10
Ἐκλυτῶν appellatione comprehenſi etiam Ἔκλυτοι 56.4
Ἔκλυτοι qui dicerentur inter Iudæos, & qui Hebræi 494.14
Elymas quid ſonet,& qua lingua 61.33
¶ Ἐμβάδες, tragici cothurni 419.42
Ἐμβατεύειν 419.11
¶ Ἐν ἀνάγκῃ 119.6
ἐν εἷς pro Quo tempore, vel Inter hæc 111.1,& 117.5
ἐν pro εἰς 395.40
ἐν pro ἐπὶ, Hebraico more 97.9 ἐν ἐπαγγελίᾳ, pro Cum promiſſione 401.44
ἐν pro ἐπὶ, vel ἐξ' 141.16 ἐν πάσῃ pro ἐξ' πάσῃ 91.1
ἐν pro μετ' 7.49
præpoſitionis ἐν vſus obſeruādus in hac loquutione, ἐν ἐμοὶ 4.18
Ἐν ἐξ' ἐμοὶ figuræ exempla 69.1,& 235.5
Ἐγκαίνια, feſti Iudaici nomen 409.15
Ἔγκλημα, ipſa criminis obiectio 124.14
Ἐγκρατεύεσθαι 264.14
Ἐγκρίνειν pro annumerare 354.32
Ἐνδείκνυμι eſt quaſi digito indicare 448.3
Ἔνδειξις & ἔνδειγμα 408.26 & 31
Ἐνδημεῖν & ἀποδημεῖν oppoſita 317.19, & 318.1
Ἐνεκα pro Quantum attinet ad 310.5
Ἐνεργεῖσθαι 76.11
Ἔντομοι & πυκμεῖναι ἡμέραι 93.15
Ἔντομος ἀκροβυστία, cui opponitur ἀκροβυστία 93.13
Enochi pietas 614.19
Ἐντυγχάνειν fictum à Græcis interpretib' pro Hebraico פגע 10.16
Ἐντυγχάνειν pro colloqui 200.14
Ἐπαγγελία ad ſignificandam vltroneam promiſſionem 466.16
ἐπαγγελία non de quauis promiſſione, ſed de merè gratuita 359.10
Ἐπαΐειν 518.7
Ἐπαλείφεσθαι pro contendere, vnde ductum 416.14
Ἐπαρτεῖν & ἐπιράπτειν 571.8
Epexegeſes quædam frequētiſſimæ 143.18
ἐφάπαξ 170.44,& 288.37
Epheſi collocata locorum régia 89.14
Epheſi quidam cognominati reges 89.14
Epheſo ſcripta fuit epiſtola prior ad Corinthios 198.10,& 300.21,& 307.1
cur de Epheſina Eccleſia potiſſimùm laborarit Paulus 455.7
Ἐπήλυτος nomen poeticum 580.15
Ἐπὶ vacans, more Hebraico 261.14
Ἐπὶπᾶσι pro Inſuper, vel In primis 403.21
Ἐπιχειροτονία 312.5
Ἐπιχορηγία, & χορηγεῖσθαι 394.10
Ἐπιτείνειν oppoſitum τῷ ἀκμὴν ἑστάναι, item τῇ βιαίᾳ 333.13
Ἐπιτίμιον 353.11
ἐπίλυσις quid 580.19
Epimenides cūr dictus à Paulo propheta Cretenſium 487.7
ab Epimenide expiatæ Athenæ 81.35
Ἐπιφαίνειν quæ dicantur 487.5
Ἐπιφάνεια appellatio tributa à Paulo aduentui etiam ſecundo Chriſti 476.30
Ἐπιφανείας nomine Paulus poſterioris aduentus Chriſti iubar maximè illuſtre oculis noſtris vult repræſentare 487.4
Epiphanius acerrimus hæreticorum hoſtis 607.10
Epiphanius quàm diligens in reſtituēdis Scripturæ locis quos hæretici depranarant 465.3
Epiphanius, citans quendam Pauli locum, membrum integrum addit vltra ea quæ in vulgatis exemplaribus inueniuntur 465.11
Ἐπιποθεῖν idem quod ἐπιπόθητος 555.10
Ἐπιτρέπειν, inuifere, pro Curare & pro virili ſubleuare 548.13
Ἐπιτροπεύεσθαι 99.5
Epiſcoporum nomen vnde ductum 404.11
epiſcopi, qui & paſtores 193.10
epiſcoporum nomine intellecti paſtores, doctores, preſbyteri 404.11
epiſcoporum quanta ambitio qui exemptiones à regibus petierūt 470.16
epiſcoporum nomen generale eſt interdum 467.15
epiſcopi appellatio ad quem fuerit olim reſtricta 404.17
epiſcopi vniuerſalis nomē quàm falſò tribuatur Romano Pontifici 59.15
eum qui ſe epiſcopum vniuerſalem vocaret, meritò dixit Gregorius eſſe Antichriſtum 382.16
de epiſcoparu locus Pauli profanatus 461.20
Ἐπιτιμᾶσθαι 255.15
Ἐπιτρέφεσθαι 365.11
Ἐπισυναγωγὴ, nō congregatio, ſed aggregatio 449.7
Epitheton pro ſubſtantiuo, ex Hebræorū idiotiſmo 584.16
¶ *Eraſmus* perperam intellexit quod de Apoſtolis loquentibus variis linguis ſcriptum eſt 9.9 Eraſmus reprehenſus in iis quæ de linguarum dono diſſeruit 53.3 & 38
Eraſmus finem ac ſcopum præcipuum Baptiſmi non intellexit 168.25
Eraſmus ab Origene faſcinatus quædā à Pelagianiſmo non longiſſimè remota effudit 264.58
Eraſmus paſſim conatus pro viribus ioculentiſſima & certiſſima quæque diuinitatis Chriſti teſtimonia nobis extorquere 463.40,& 489.14
ab Eraſmo detorti loci de diuinitate Chriſti 409.14,& 410.18
Eraſmi interpretatio qua locus Iudæ de Chriſti deitate depranatur 611.59
Ἐργάζεσθαι eo ſenſu quo dicunt Latini Facere argentariam, Facere medicinā 653.15
Ἔρχεσθαι pro Dare ſe in viam 117.4
ἐρχόμενος præſens poſitum pro Aoriſto 609.11
Eruditionem Paulus vocat quam alibi ædificationem 480.11
¶ *Eſau* reprobare cur Deus ab æterno decreuerit 539.18
¶ *Eſſe* pro in pretio haberi, Nō eſſe pro Abiectum eſſe, ideóque nullo loco haberi 133.33
eſſe pro figurare & adumbrare 368.2
eſſe pro ſacramentaliter ſignificare 166.27
eſſe in felle, eſſe in peccatis, Hebraiſmus plenus emphaſi, hoc eſt, coopertū & oppreſſum eſſe peccatis 40.13
¶ Ἐτ particula variè vſurpata, ex Hebræorum more, Vide καί
Et ecce, Hebr. de rebus magnificis, & quæ omnē ſuperēt expectationē 4.15
Ἔτερος pro diuerſo ac peregrino 455.15
Ἑτεροδιδασκαλεῖν 455.14
Ἑτεροζυγεῖν 312.35
¶ *Euangelij* definitio ab effectis 135.19
Euangelium κατ' ἐξοχὴν vocatum doctrina & verbum Domini 370.7
Euangelium quo ſenſu vocetur potentia Dei in ſalutem 135.47
Euangelium cur ſit potentia Dei ad ſalutem, Lex verò non item 308.37
Euangelii & Legis differentia 309.21
inter Euangeliū & Legē antitheſis 512.10
Euangelium nō in tabulis lapideis ſed in corde imprimitur 592.42
Euangelium appellatione Spiritus ſignificatum 309.7
Euāgelii prædicationis quàm lati ter-

mini 424.12
Euangelium fuiſſe ſuperioribus etiam ſeculis annũtiatũ docet Petr⁹ 573.31
Euangelium pro prædicatione Euangelii 437.6
Euãgeliũ pro prædicatione Euãgelii & miniſterio ſuo, vſurpat Paulus 451.16
Euangeliũ cum Ariſtotelis & Auerrois ſimiliũmq; placitis permiſcet Scholaſtica marmologia 426.18
qui Euangelii curſum impedit, omniũ humani generis hoſtiũ eſt capitaliſſimus 440.15
Euangelium Nicodemi quidam ineptè conantur obtrudere Eccleſiæ 481.15
Euangelica doctrina ſignificata metonymicè appellatione fidei 29.16
Euangelica doctrina appellata fidei myſterium 462.8
Euangelica doctrina λόγος dicta κατ' ἐξοχὴν 374.37
Euangelicæ doctrinæ quanta maieſtas ſupra Legem 539.36
Euangelici fœderis conditio qualis ante Chriſti aduentum 370.10
Euangeliſtis propoſitum fuit Chriſti facta & dicta deſcribere 2.10
Euangeliſtæ in primis ſequuti ſunt popularem ſermonem 111.39
Euãgeliſtæ qui vocentur à Paulo 393.4
Εὐαγγελίζω 81.14
Εὐχαριστεῖσθαι pro Gratiarum actione celebrari 301.34
Εὐδοκία, gratuita benevolentia, & affectus benevolus 378.61
Eorum non conſilii & voluntatis habetur ratio in quibuſdam loquendi generibus 5.45
euentus non conſilii & voluntatis habita ratio in verbo Facere 11.11
Εὐλαβεῖα, & εὐλαβὴς, & εὐλαβεῖσθαι 510.16
Εὐλάβεια pro religione, id eſt religioſo metu 541.14
Εὐλογεῖν, pro ἀγαθίζειν & κακῶς 168.5
εὐλογία pro aſſentatione 216.16
Εὐοδοῦσθαι 134.1, & 197.40
Εὐπάρεδρος ἀμαρτία 538.4
Εὐπερίστατος 158.40
Εὐφραίνειν quod Galli dicunt Faire bonne mine 375.11
Εὖ ψυχος, & εὐψυχία, & εὐψυχεῖν 413.8
Εὐρέσεως & εὕρημα 154.1
Εὑρακύλων 111.5
Εὐχάριστος χαιτάρχης 67.17
Εὐσέβεια pro iuſto ac legitimo cultu 458.14
Euſebii error 17.4
Εὔκαιρος λόγος quis ſit 283.11
in Εὐδοξίου definitione hallucinati philoſophi 160.40
¶ Ἐξ αὐτῆς, ſub. genitiuo ὁδοῦ 50.7
Excellenter excellenter πρωτονομασία, geminatio Hebr. vt Ad valde valde 315.27
Excommunicationis ius non penes vnum fuit olim in Eccleſia 245.31
excommunicationis ſcopus 453.8
Exegetica particulæ frequenter ſubaudiuntur 379.31
Exhortator à Paulo vocatus qui alibi paſtor 109.55
Ἐξιέναι & ἐξέρχεσθαι 39.4 & 11
Ἐξορκισταὶ 89.25
Expiationis feſtum 110.36
Exterior & vetus homo, idem apud Paulum 178.37

F

Q Vaſi Facere mundo prælucere dicit Paulus Philippẽſes, ſumpta à phariſæ metaphora 412.14
Factum pro dicto poſitum 49.16
Fadus Iudææ præſes 27.7
Fame ara Athenis 81.11
¶ in Fello eſſe, multo vehementius dictũ quàm Fel in aliquo eſſe 40.15
Felix, frater Pallantis liberti Neronis 111.15
Felix, gurges inexplebilis 110.8
Fermentum apud fideles inueniri, quo ſenſu dicatur 247.5
Feſtum expiationis 110.36
¶ Fides donum ſolis filiis peculiare 602.4
fides gratuitum Dei donum 601.3
qui fidem præuiſam faciunt electionis cauſam, refelluntur 67.15
fides ex effectis agnoſcitur, vt arbor ex fructibus 548.3
fides ea vera eſt quæ ex operibus oſtendi poteſt 551.11
fides ſine charitate eſſe non poteſt 550.57, & 588.37
fidem viuam & verã à mortua & adulterina diſtinguit charitas 371.30
fides temporaria 464.48
fides ſola organum eſt in hoc mundo noſtræ cum Chriſto coniunctionis 401.17
fidei obiectum Chriſtianis nullã aliud quàm verbum Deſcriptum 136.6
Relatio inter verbum Dei, fidem, & miniſtrum 29.18
fidei materia Chriſtus 601.37
fidei domeſtici, qui ſint Paulo 375.14
fide iuſtificari, quid 150.60, & 151.5
fidei & operum antitheſis 201.10
veſtigiis fidei Abrahæ incedere, quid 157.11
pro fide vſurpata confidentia, nouato perperam vocabulo 474.15
fides implicita, πίστις ἄπιστος eſt diabolica 136.8
fides diabolorum aut impiorum, ſibi eſt per catachreſin 601.4
fidei Spiritus pro fide ex Spiritus afflatu & dono 314.55
fides Dei, pro fide à Deo data 147.30
fides Dei paſſiuè pro fide quæ Deo habetur 436.8
fides nominis paſſiuè pro fide quæ habetur nomini 18.1
fidei ſignificatio apud Paulum 135.57, vſque ad 136.11
fidei gaudiũ quod vocet Paulus 408.9
fides pro ſana doctrina quæ eſt Euãgelica, ſiue pro verbo Dei 19.16, & 408.17, & 457.11, & 464.31, & 466.19
fidei myſterium pro Euangelica doctrina 462.8
fides συνειδήσεως pro cognitione Dei in Chriſto, cũ donis quæ ex eo manãt in fideles per Spiritũ ſanctũ 108.49
fides pro dono edendorum ſignorum 280.8
fidei nomen propria & omnibus ſcriptoribus vſitata ſignificatione ſumptum à Paulo 147.30
fidem præſtare 24.8
fidelis eſt is demum qui in Dei promiſſiones ſecurus incumbit 167.18
fideles quomodo dicantur εὐσεβεῖς in Chriſto 414.31
fideles qua ratione dicantur templum Domini 387.15
fideles, templum ſunt Dei, in quo per Spiritum ſanctum reſidet 119.6
fideles præſidio Angelorum circumſepti 58.9
fidelium timor pius ac tremor, quis 167.10
fidelibus cur tribuatur lucis nomen 398.3
fidelis Deus, quo ſenſu 84.9
vt à Fiducia diſtingui debet arrogantia, ſic religioſus timor à dubitationis ac diffidentiæ metu 104.18
Filius hominis, & filii hominum, Hebr. idem quod homo, homines 388.5, & 620.33
Filii hominis nomen in toto Euangelio nuſquam niſi vni Chriſto tributũ 646.1
filii Prophetarum ac pacti, quid ſonet Hebræis 19.1
filius mortis, Hebraico more, qui capitalis criminis reus eſt 383.57
filii iræ, pro Iræ Dei ita deuoti atque obnoxii quaſi ad eam rem ab ipſa natura efficti 383.55
filii contumaciæ pro hominibus contumaciæ deditis, & ſimilia, Hebraorũ more dicuntur 385.31
filii carnis Hebr. quos natura non promiſſio efficit 190.1
Finis pro mercede 360.16
¶ Flentes Hebr. dicũtur figuratè, aduerſis exerciti, quibus opponuntur Gaudentes 257.4
¶ Fœdus Abrahami 65.30
fœdus nouum, ſeu Euãgelium, Legi oppoſitum 309.20
fœderis Euangelici conditio qualis ante Chriſti aduentum 370.10
fœderis Veteris cum Nouo collationem luculentiſſimam, & Noui fœderis veluti ſingularem quandam promulgationem ac ſanctionem habet epiſtola ad Hebræos 494.10
fœdera pro tabulis fœderis 188.41
Fœnerari Domino qui dicantur 317.1
Forma bona, apud Terentium 33.44
¶ Fractio panis, Vide Panis
Franciſcus quanta cũ blaſphemia etiamnum hodie decantetur Ieſus typicus 430.38
Fractus ventris Hebraica periphraſi pro liberis 13.24, & 174.41
¶ Fuccius chronographorum diligẽtiſſimus 31.19
Fundaſti terram, pro Firmam ac ſtabilẽ creaſti 497.30
ſub Furiarum & Nemeſis ſpecie quid repræſentarint poetæ 160.11
furiarum nomine deſignare Latini poetæ quem Græci ἐλάτηρα vocant 167.11
Futurum indicatiui pro imperãdi modo 248.1
futurum loco indicatiui & imperatiui ponunt Heb. 536.15

G

Gileni locus egregius de celebratione operum Dei 137.40
Galilæi & Hieroſolymitani vna eadémque lingua vſi magna ex parte 6.13
Γὰρ illatiuè poſita 516.25
Γὰρ pro enimuero 161.33
Γὰρ pro itaque 110.3, & 568.10
Gaudentes pro illis quibus res proſperæ ſunt, Flẽtes, qui aduerſis afflictantur Heb. 257.1
Gaudium quid ſit Paulo, peculiari figniſicatione 446.5
gaudiũ fidei quod vocet Paulus 408.9
Gaudos inſula quæ & Claudos 111.28

Gaza bis expugnata 41.13
Gazæorum nauale Maiuma dictũ 41.7
גברת [.i.domina], dicitur Heb. mulier præstantis cuiusdam virtutis 607.25
¶ *Gellius μώμωμα* malè Luscioſum interpretatur 579.10
Gemitus pro inteſtina quadam querimonia 557.18
Generalis quædam ſententia, ad id tamẽ de quo agitur accommodanda 456.1
quod *generaliter* dictũ eſt, ad id de quo agitur reſtringendum 290.13
Γένεσις pro κτίσις 553.17
Γενεᾶδαι pro γενηδαι à Matthæo poſitũ 150.25
qui *Genios* pro Angelis nouè vſurpant, quantum peccent 474.14
Genitiuus, Vide Caſus
genitiuus rectus & regens 214.11
genitiuus Hebraico more poſitus, ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, pro ὁ βασιλεὺς βασιλευόντων 107.4
genitiuus ſubſtantiuorum, ſiue appellatiuorũ, pro epitheto ponitur apud Heb. 495.58
Gentium vocationis mirificum quoddã fuit organũ Paul⁹ præ cæteris 414.14
quum in *Genere* aliquid dictum eſt, certa aliqua ſpecies aut pars quaſi ex reliquorum numero eximi ſolet interdum 437.13
genus vnum interdum pro altero, habita ſententiæ nõvocis ratione 419.50
gen⁹ vnũ pro altero, habita ratione nõ præcedẽtis vocis ſed ſequẽtis 380.43
Γενήματα 239.17
Gerundi modus 408.40
gerundi modus à Græcis exprimitur participio 619.9, & 638.9
gerundiis reſpondentia quædam Hebræorum participia 301.36
Γλῶσσαι videtur accipi poſſe pro prãdere, ſicut γεῦμα Euſtathius tradit acciſi ſolitum in vulgari ſermone pro prandio 49.2
¶ Γλῶσσις in genere pro vino dulci & præſtanti 10.10
Gloriam dare Deo 60.1
gloria Dei, vltimus & vniuerſalis finis omnium humanarũ actionũ 107.16
gloriam Dei mutare, quid 138.43
gloria Dei pro glorioſo Deo 37.19, & 380.24
gloriæ Pater, Heb. pro Pater gloriæ plenus 381.9
gloriæ potentia Heb. pro Potentia glorioſa 421.14
gloriari in hominibus, quid 241.41
de ſe gloriari quomodo permittat Paulus 374.16
gloriari in Domino, pro exhilarari de beneficiis Dei 204.1
glorificare Deũ, vt Deũ q̃s dicatur 138.5
¶ Δὲ [.i.etiã] pro quo ponitur ι copula, cui reſpondet δ, amplificat 619.40, & 622.7
¶ Γνήσιος & νόθος opponuntur, vt germanus & adulterinus 317.10
Gnoſtici & Caiani 341.40
גוים 175.15, & 385.4
¶ *Gradus* comparatiuus pro ſuperlatiuo 282.10, & 477.16
Græci qua ratione vocentur à Paulo gẽtiles 135.31
Græca lingua olim in toto Oriente vſitata 514.41
Græcæ linguæ imperitia decepti nonnulli ex veteribus in quodam loco Pauli 309.34
Græca conſtructio, ὁ κατακρίνων τὰς ἁμαρτίας, & ὁ κατηγορῶν ἐν ἁμαρτίαις 465.46
Græcã Bibliorũ editionẽ multo propi⁹ ſequutus eſt author epiſtolæ ad Hebræos quàm vel Euãgeliſtæ, vel Paulus 520.21
Græciæ proconſul, cur proconſul Achaiæ dictus 85.18
à *Græcis* aduerſariis detortus loc⁹ 355.19
gratia Dei, duplici ſenſu 87.11
de gratia peruerſæ opiniones cõfutantur 458.50
gratia pro fonte vnde ipſa χαρίσματα promanant 133.1
gratiæ in ſolidum, non naturæ donum eſt mens Deo ſeruiens 413.49
gratiam habere pro Gratum & acceptũ eſſe 16.1
Gregorij Papæ locus de purgatorio 140.1
Gregorii Papæ teſtimonio eſt antichriſtus qui vniuerſalis Epiſcopi nomen ſibi arrogat 59.16, & 381.26
¶ *Guſtare* panem. i. veſci, Heb. 48.15
guſtare mortem pro ſentire 501.19
¶ *Gymnaſiarchæ* dicta exquiſitiſſima 164.21

H

Articulũ emphaticũ apud Hebr. Græci ſæpe, tanquã radicalem aut formatricem, coniunxerunt cum nominibus locorum & aliis 47.10
חבלים [vanitates] pro idolis ſiue ſimulacris 69.13
חטאת 599.8
חרוש [.i.nouum] Hebr. opponitur vulgari & triuiali 619.1
Hæredis & hæreditatis appellatio q̃ latè pateat ſecũdũ vſũ linguæ Heb. 157.33
hæreditas tranſlatitiè Hebr. dicitur & ſors & funiculus 336.36
ad *Hæreſes* omnes refellendas quæ ſunt aduerſus Chriſti perſonam, locus valde illuſtris 409.15
in *hæreticos* nullum ius eſſe magiſtratui quidam falſò exiſtimant 27.35
ab hæreticis depravatos Scripturæ locos quàm diligenter Epiphanius reſtituerit 465.5
ab hæreticis detortus loc⁹ ad ſtatuẽdã trium hypoſtaſeon imparitatẽ 391.30
Halleluia 654.6
¶ *Herbionæi* hæreſis 130.11
qui *Hebrai* & qui Ἑλληνιστὴς dicerentur ex ludæis 494.14
epiſtolæ ad Heb. author incertus 494.4
ad Hebræos epiſtola à quopiam egregio ac germano Apoſtolorum diſcipulo ſcripta ex Italia 544.10
epiſtolã ad Hebræos non eſſe ſcriptam Hebraicè 494.7, & 510.23, & 514.35
epiſtola ad Hebræos Græcè ſcripta fuit 514.40
ad Heb. epiſtola in q̃buſdã codicib⁹ poſteriori ad Theſſal. ſubiecta 454.8
epiſtolæ ad Hebræos ſumma 494.17
epiſtola ad Hebræos quid habeat eximium 494.10
epiſtolã ad Hebræos tanquã pro Nouatianis facientẽ, veteres quidã immeritò repudiarũt, præſertim Lat. 513.1
Hebræorum literam gutturalem Græci non poſſunt exprimere 71.9
Hebræa vocabula in Græcis exẽplarib⁹ corruptè admodũ ſcripta ſunt 647.1
Hebræi contrarium eius quod negant, fortiſſimè aſſeuerant 159.1
Heb. i vniuerſalib⁹ enũtiationib⁹ negãt verbũ. poti⁹ q̃ ſignũ vniuerſale 355.11
Heb. oppoſitis verbis idem continuò declarant 467.11
Hebræi ſæpe bis idem dicunt mutatis tãtùm verbis, maioris emphaſeos cauſa 304.34, & 346.15
Heb. modos & tempora & perſonas ſtre quentiſſimè permutant 166.47
Heb. verbale nomen ſubaudiunt 155.11
Hebræi verbale nomen verbo includunt 190.43
Hebræi penè ſemper relatiuũ cum verbo ſubſtantiuo ſubaudiunt 1.47
Hebræi ſignificationis eiuſdem particulas congerunt vt pleniſſimam ſimilitudinem declarent 508.51
Hebræi conſtructionis diuerſæ verba coniungunt 609.1
apud Hebr. futura indicatiui ſæpe pro imperandi modo vſurpantur 596.13
Hebræi multis participiis vice nominũ vtuntur 353.10 Apud Hebræos quorundam participiorum pleonaſmus frequens 571.6
ab Hebræis inter elegantias numeratæ traiectiones 134.25, & 157.6 Hebrææ traiectionis exemplum 437.13
Hebræi ex antecedenti intelligendum conſequens relinquũt 51.43, & 107.17
Hebræi rectum in priore membro omiſſum, in ſequente exprimunt 9.40
Hebræi ſubſtantiua & adiectiua interdum ſubticent 615.5
Hebræis vſitata appellatiua pro adiectiuis 187.37, & 193.46
Hebræa ſynecdoche, Omni animæ pro Omnibus 15.13
ex Hebraicis fontibus deducta ſcripta Apoſtolica 54.9
Hebraicæ linguæ ignoratione decepti veteres 42.19
Hebraæ voces vſurpatæ in precibus, quòd fere Eccleſiæ eſſent ex Hebraïſt collectæ 185.14
Hebraica nomina corruptè ſcripta in Græcis exemplaribus 649.2
Hebraica phraſis, Benedicens benedicam, pro Cumulatiſſimè te beneficiis cumulabo 514.2
Hebraica *μείαμις*, Nolim vos ignorare, pro Velim vos hoc in primis expendere 165.16
Hebraica περιλογία 210.49
quaſi forma Hebraicæ coniugationis Hiphil finxit Paulus verba duo, ἐκκαίνωσον & χριστῶσαι 421.10
Hebraicum prouerbium, Nullius capillus ex capite cadet 124.4
Hebraico more dicuntur paſſiuè ſpes Chriſti & fides Dei 436.8
Hebraico genere loquendi gloria Dei dicitur pro Deo glorioſo 380.24
Cupiditates deceptionis pro Cupiditates deceptrices 395.41 Promiſſio Spiritus, pro Spiritu promiſſo 359.16 Adiunctio ſpei melioris, pro Adiecta ſpes melior 518.26
Hebraico more dixit Paulus ὁ ἱερεὺς τῆς πίστεως pro ὁ ἱερεὺς πίστεως, vt τὸ αἷμα τῆς ἀγάπης pro τὸ καταπέτασμα ἀγάπης 436.3
Hebraico more ἐν ὑψίστοις [i.in altiſſimis] pro In locis altiſſimis 496.9
Hebraiſmi ignoratio quæ magnum errorem nonnullis obiecit 101.3
Hebraiſmus triplex in vno verſ. 51.48
Hebraiſmos cur Apoſtoli permiſcuerint ſuis ſcriptis 54.30
ad Hebraiſmos non veniẽdum niſi res vrgeat 330.17
Ἑβραϊσμὸς à Terẽt. vſurpat⁹ 116.7, & 199.9

Hierusalem Ægyptii vocabãt Chonẽ 36.19
Herodes magnus phthiriasi periit 60.7
Herodes moriens de adulatorum vanitate conquestus est 60.3
Herodes qui à Iosepho Agrippa dicitur, Herodis magni nepos ex Aristobulo 57.8
post Herodis magni mortem veluti interregnum fuit in Iudæa 27.25
Herodotus pleonasmo relatiui gaudet, expresso antecedente 311.31
Herodoti loci 310.7,& 337.10, & 340.9,& 347.13
Herodoto vsitatus quidam pleonasmus 340.14
Hesiodi locus 586.37
Hesiodi verba de virtute 143.11
Hesiodo κακῶν ἑκατὸν sunt qui à Paulo dicuntur ἀμαρτωλοὶ 456.3
¶ חי אני [.i. viuo ego] formula iurisiurãdi qua Deus vtitur 119.1
de cælesti *hierarchia* quàm confidenter scripserit Pseudodionysius 419.25
hierarchiæ Ecclesiasticæ descriptio 419.28
Hieronymus se Origenis discipulum prodit 53.19
Hieronymo & Origene nihil interdũ fieri potest impurius 163.41
Hieronymus non multum à Manichæorum opinione abest in damnando matrimonio 256.37
Hieronymus in Paulo imperitiam Græci sermonis falsò reprehendit 53.10,& 145.11,& 338.13,& 384.11
Hieronymi à seipso dissentientis iudicium de Pauli sermone 381.27
Hieronymi dictum quoddam de Paulo non modò absurdum, sed etiam blasphemiæ proximum 359.39
Hieronymi cauillatio circa Pauli locũ de coniugio 253.13
Hieronymi sententia matrimonium non inter bona, sed inter minus mala numerantis, quomodo refellatur 542.4
à Hieronymo corruptus locus, ad damnãdam matrimonii coniunctionẽ 251.34 & 45
Hieronymus plurimos Scripturæ locos detorquere ausus 208.43
Hieronymi locus ex Epiphanio translatus 607.11
sub Hieronymi nomine editi commentarii in epist. ad Romanos, Pelagianis alicubi fauent 165.11
Hierosolymorum templum, Vide Templũ
Hilarius substantiam vocat ὑπόστασιν, quæ & persona Latinis, ac πρόσωπον itidem Græcis dicta est 495.44
¶ חלך [.i. ambulauit] rotã vitæ rationẽ & cursum declarat, translatitiè sumptum 180.9
¶ *Homerus* synchysi vsus 134.14
Homerus quantum suo Ioui tribuerit 61.11
Homeri locus 541.13,& 596.11.44, & 609.8
Homeri loci in quibus verbum cognatæ significationis subauditur 465.55
Homeri pia γνώμη 17.11
Homeri dictum egregium 141.25
Hominis excellentia & sublimitas quomodo consideranda 499.10 & 31
hominum cõditio quàm misera per se 499.14
hominem totum extra Christum, nihil minus esse quàm verè hominem, ostendit Paulus 394.38
hominis exitium non aliũde petẽdum quàm ab ipsius corruptione & corruptionis fructibus 458.40
hominum damnationis causa 459.6
in homine triplex est diffidium 160.7
in hominibus gloriari, quid 241.41
homo vetus quis vocetur à Paulo 169.64
homo nouus, quem Scriptura Spiritum vocat 160.10
homo interior & nouus, exterior & vetus, eadem apud Paulum 178.37
homo peccati, pro homo ille scelerat⁹, Hebraico more 449.31
homo Dei quis propriè vocetur Hebraico more 471.36,& 481.13
Humana tentatio pro ea quæ ab imbecillitate proficiscitur 167.28
ex humanæ mentis communibus prænotionibus sumpta Pauli disputatio 141.16
Honoris vocabulum apud Hebræos latè patet 278.16
honor Hebr. pro quouis pio officio ac subsidio, & honesta cura ac solicitudine 469.15,& 567.36
honorare vsurpatum vt Heb. כיבד
Hophal passiuum Hebr. non recipit post se obliquum agentis 159.34
¶ חוץ cum volũtate studiũ & oblectationem Hebræis declarat 344.11
¶ חרם quod anathema vulgò interpretantur, quid propriè sit Hebr. 188.15
¶ חטאים [.i. peccatores] dicũtur per excellentiam Hebr. qui peccãdi veluti artem factitant 530.6
¶ Hymni à Psalmis & canticis quomodo distinguendi apud Paulum 433.8
Hypallages exempla 396.31
hypallagæ Hebraicæ, qualis hæc, Arcus fortium fractorum, pro Arcus fortiũ fractus 25.15
hypallage constructionis apud Hebr. frequens 25.16
Hyperbati apud Paulum exemplum 118.9
hyperbata & anantapodota apud Demosthenem etiam & Homerum 54.6
hyperbata multa in communi sermone committuntur 134.11
Hyperbole Paulo vsitata 278.35
hyperbole petita è medio, In toto mundo, pro Passim per omnes Ecclesias 133.13
hyperbolicæ loquutiones plurimæ vulgo sunt vsitatæ 114.1
Hyperbolice nomine constitutus Mariæ virgini proprius quidã cultus 465.9
ad probandam *Hypostasim* trium imparitatem detortus ab hæreticis locus 391.30

I

Iacere & Dormire pro conditum esse sepulchro 444.4
Iacobus cum quot liberis descenderit in Ægyptum 31.8
Iacobus Apostolus in Hierosolymitana Ecclesia eminebat 611.7
Iacobipetæ mentito Iacobi nomine vocati 548.11
Iam primum, in sermonis initio adhibitum 133.14
¶ ὁ Ἰακὼβ ἐκοπίασεν 80.6
יכול potuit & obtinuit, siue vicit 641.2
¶ יד manus, translatitiè de quouis instrumento 35.3
Ἰδοὺ ἔξω ἔρημοι pro ἐν τῇ ἐρήμῳ 65.24
Ἰδιωτισμὸν κακοσχεῖν, tropus apud theologos 235.45
Ἰδιώτης 338.11
ἰδιώτης, qui etiam οἱ πολλοὶ 20.35.& 21.2
Idiotæ quis vocet Cicero 21.2
Idola peculiaria Athenienfibus 81.11
idolatræ nomen cur Paulus auaro tribuat 397.25
de idololatris & blasphemis quale supplicium sumi solitum apud Iudæos 518.34
¶ *Iesus* appellatione designatum certũ tempus 120.35
Ἰησοῦς ὁ λόγος apud Thebanos 323.25
Ἰησοῦς cur vocata sit cœna Domini 61.6
Ἰουργῶν respondet Latino Operari, de rebus sacris propriè dicto 211.10
Iesuita 430.37
Iesuitarum conspiratio quæ Basiliam inuasit 515.32
Iesu Christus, Vide Christus
Iesum quo sensu vocarit Petrus Nazarenum 21.2
Iesu typici nomen quãta cum blasphemia hodie Frãcisco tribuatur 430.38
Ἱλασμὸς philosophicũ euertitur 108.7
pro ἱλαστήριον à philosophis tantopere celebrato quid tribuat homini Paulus 394.35
¶ Ἰησοῦς vocatus à Græcis Iosue 507.7
¶ Ἱλαστήριον, placamentum 152.10
¶ *Imaginis* hominis assimilatio, quid 138.41
pro *Imperandi* modo positum futurum indicatiui 248.1
Impij à Deo iusta pœna affecti 138.51
impietatis meritò coarguimur omnes à Spiritu Dei 138.13
Implere mensuram patrum, & Complere iniquitates suas, quid significent Hebræis 440.17
Impositionis manuum origo 19.10
Impurus Lat. pro scelerato, vt apud Paulum ἀκαθαρσία pro scelere 437.5
¶ In veritate Heb. pro Verè, Sincerè. 608.14,& 610.1
in iustitia pro Iustè, Hebr. 490.9
in corruptione seminatur corpus, id est corruptibile 194.16
ministerium in gloria, pro Gloriosum 309.36
in pro Per 2.19,& 318.46
in omnibus bonis pro Ex omnibus bonis, vt ב pro מ 374.41
in Israelem pro De Israele, vt אל pro על 199.45
in animam viuentem, Hebr. id est animal viuens 195.35
in Ægyptum vẽditus Ioseph, pro Vt in Ægyptum abduceretur 31.10
particulæ *In* traiectio aliquot locis apud Paulum 389.44,& 390.1
ante *In* subauditum ἐκκλησίαν, vel ἐγκλησίαν 317.12
In pro εἰς 643.1
In interdum pro διὰ vel ἐπιδὴ 645.11
In αἰσθήσεως sumptum 645.10
Incedimus ita, pro viuimus 317.36
Incircumcisi corde & auribus 37.10
Indicatiui futurum pro imperandi modo 248.1
qui pro *Indifferentibus* omnia habent, cõfutantur 265.31
Indurare Christum quo sensu dicantur fideles 361.27
Indoratio reproborum quomodo consideranda 191.53
ad *Inferos* descendere quid propriè & quid translatitiè 112.5

Infidelibus mortuis nullum relictum pœnitentiæ ſpatium 573.18
Inſinuatiuus à Perſio vſurpatus more Græco, Scire tuum nihil eſt 328.2
Ingredi & egredi, vel Intrare & exire, quid ſit Hebraïs 6.27, & 46.2
Iniquitates ſuas complere, & Patrum menſuram implere, quid ſignificēt Hebraïs 440.17
qui *Iniuria* ferendæ ſunt impares, falſò hodie iudicantur fortes & magnanimi 249.16
iniuriam referre, pro iniuriæ ſuæ mercedem 434.5
Inopia pauciores perdidit quàm copia 419.14
Inordinati milites Liuio, qui ſtationem non ſeruant 445.10
Integritas corporis pro valetudine 18.9
integrum corpus & vitioſum, oppoſita apud Ciceronem 18.7
Intermissione bona quiduis quum libuit cō miniſcuntur Papiſtæ 463.19
Inter falcarios veniſſe Catilinam dicit Cicero pro Circunſeptum falcariis 477.21
inter hæc, Liuio quid ſignificet 111.1
Interficere morte, Hebraicus pleonaſmus emphaſin habens, pro Delere internecione 625.10
Interior homo & nouus, idem apud Paulum 178.37
ex prauo *Interpretis* Veteris interpretatione natus error 401.21
ex loco ab interprete Vetere ambiguè verſo, in errorem impoſti nonnulli 309.34
in interpretatione Scripturæ fugiēdæ ſunt nouitates vocum 474.15. Earum exempla, Ibidem.
Intrare & exire, vel Ingredi & egredi, quid ſonet Hebraïs 6.27, & 46.2
Inuenire in laudem, Heb. hoc eſt, cedere in laudem 560.10
inueniri in Chriſto, quid 415.19 & 25
Inuocare Deum qui propriè dicantur 119.10
Inuocari nomen alicuius ſuper aliquē, phraſis Hebraica, i. ab eo cognominari 549.18
inuocatio pro toto Dei cultu 119.11
pro inuocatione ponitur à Paulo manuum ſublatio 459.53
¶ *Iocabini* Vadian i laus 30.19
in *Iohannis* baptiſma baptizari quid 88.15
Iohannes quomodo Chriſto apparitoris inſtar fuerit 64.18
Iohannis in ſcribendo grauitas 54.11
Iohannes præ cæteris Euangeliſtis delectatur vocabulo veritatis 610.2
Iohānes vnius verbi geminatione gaudet 608.6
Iohannes ab inferioribus ſolet ad ſumma contendere 603.21
Iohanni familiare eſt ſemel dictū amplificare 592.17
Iohanni peculiare eſt vſurpare ἵνα pro ὅτι 610.8
Iohanni peculiare per vitam æternam Chriſtum ſignificare μαρτυρμικῶς 607.1
Ionium mare 113.12
Ionum regia cur Epheſi collocata 89.14
Ioſephi locus ſuſpectæ fidei 13.18
Ioſue dictus à Græcis Ἰησοῦς 507.7
¶ *Ira* Dei pro iis effectis ex quibus iratus eſſe Deus intelligitur 148.34
Ira Dei pro animaduerſione ab irato Deo profecta 397.31 & 437.30
¶ *Iſraelitæ* cuius rei fuerint ſacramentum manna & circunciſio, cuius itē ſint nobis 166.37
Iſthmus vocatus à Luca τόπος διθάλασσος 115.1
Ἰσχυρὸς & ἰσχὺς quomodo diſtinguantur 351.13
¶ *Italia* 149.13
¶ *Iubilei* Romanenſis ſolennitas 450.9
Iudea in prouinciæ formam redacta 17.8, & 18
Iudæa innumeris ſeditionibus exagitata 17.14
Iudæi nihil impatientius ferebāt quàm Romanorum tyrannidem vllo modo confirmari 18.4
Iudæis adempta capitalia iudicia 16.10, & 17.39
Iudæi non ex gente, ſed ex religione & origine dicuntur, quum ab illis diſtinguuntur proſelyti 9.14
Iudæorum nomen cōplectens Hebræos & Helleniſtas 494.11
Iudæorum duæ ſpecies à Paulo conſtitutæ 37.9
Iudæi vocantem Deum contempſerūt 199.14
Iudæi Legem à Chriſto ſeparatam, ſeorſim & per ſe conſideratam ſibi applicabant 146.15
per Iudæorum contumaciam parta ſalus Gentibus 106.37
Iudæi qualem Meſſiam expectarint & hodie expectent 118.17
Iudæi Chriſtum Dominum noſtrum יהוה vocant 359.9
Iudæi hodie iniquè deſpiciūtur à Chriſtianis & vexantur 104.1
Iudæorum diſperſio 545.11
pro Iudæis precatio 104.6
Iudæis magis quàm Græcis familiare erat oſculum in ſalutando 300.1
Iudaiſmi cum Chriſtianiſmo permiſtio 416.13
Iudas cur cum hoc additamento Iacobi frater, appellatus 611.
Iuda perfidiam Deus æterno & immutabili ſuo conſilio in optimum finē definiuit 11.11
Iudas Gaulonites 17.18
Iudicia officium in audiendis accuſatoribus 470.10
iudex peruerſarum cogitationum ex Hebraiſmo, eſt qui ex prauo affectu iudicat 549.10
iudex Hebr. pro quouis etiam præfecto & gubernatore 119.10
inter *iudicia* Dei & hominum quod ſit diſcrimen 438.9
iudicare iudicium Heb. i. ſumere vindictam 654.10
Iulianus apoſtata erat vnus ex eorū numero pro quibus precandum non erat 458.1
aduerſus Iulianum preces Eccleſiæ ab eo oppreſſæ 458.19
Iulii quarti Romani Pontificis atrox quoddam facinus 581.30
Iurantes ſoliti olim quoque manus in cælum attollere 637.1
in *iurisiurando* vero Deus non ſolùm vt teſtis, ſed etiam vt iudex & vindex periurii aduocatur 191.47, & 305.7
iureiurādo *iurare* pro Iurando iurare, apud Hebræos repetitio eſt emphatica 13.30
Iuſtificare ſe aut alios quo ſenſu dicantur homines 147.39
iuſtificare & condemnare, oppoſita 147.41
iuſtificari pro Iuſtum pronuntiari 144.1
iuſtificari ex operibus, & cōtrà, Nemine iuſtificari ex operibus, quo ſenſu dicantur 148.1
iuſtificari non ſemper declarat iuſtum fieri, ſed etiam Debita iuſtitiæ laude affici, quum iuſtus comprobatus fueris 464.13
iuſtificari pro iuſtificatum declarari 551.42
iuſtificari quid ſophiſtis 550.61
iuſtificari à re aliqua, pro Ab ea prorſus liberum & immunem fieri 147.45
iuſtificati ſunt in quibus Deus amorem ſuum patefecit in Chriſto 606.45
qui iuſtificatus, idem & vocatus 579.14
iuſtificatos hæretici quidam cōſtituerunt κατ' ἐξοχήν 160.18
iuſtificatus Spiritu Chriſtus, quo ſenſu dicatur 147.49
iuſtificata ſapiētia à filiis ſuis quo ſenſu dicatur 464.18
iuſtificata mandata Dei quo ſenſu dicantur à Dauide 464.16
iuſtificatio gratuita à Chriſto per ſolam fidem apprehenſo 141.16, & 579.14
Hæc non excludit bona opera 551.42
in iuſtificatione gratiam opera præcedere 551.3
iuſtificationis nomen largè acceptum 490.24
Iuſtini martyris locus quo ritus antiquus celebrandæ Cœnæ deſcribitur 284.40
Iuſtitia Dei quomodo opponatur iuſtitiæ hominum 135.40 Iuſtitia Dei duobus modis dicitur 547.18 Iuſtitia Dei, pro fide ac veritate 148.18
iuſtitia nobis inhærens 151.11
in iuſtitia non imputata, ſed inhærente ſalutem perperam quærunt noſtri Sophiſtæ & noui Academici 357.16
iuſtitiam offert Euangelium ſub fidei conditione 309.15
iuſtitiæ noſtræ partes, peccatorum expiatio, & obedientiæ Chriſti imputatio 603.17
iuſtitiæ ſignificatio multiplex 147.46
iuſtitia partialis Sophiſtarum 549.30
iuſtus in mediis etiam afflictionibus exultat 568.15
iuſto legem non eſſe poſitam, quo ſenſu dicat Paulus 455.57
iuſti acceperunt non dederunt coronas, dictum inſigne Leonis Papæ 414.41

L

Laut אל pro קל, de 200.1
ל ſæpius ſumitur pro Vice, ſeu Loco 154.60
ל pro קל, adhuc 390.14
ל poſſeſſiuum 619.7
ל finem denotans, quo modo Paulus vſurparit 387.10
¶ *Labiorum* vitulā, tranſlatitiè 48.8

Lachis nomine apud Paulum religiobis tyrocinia ſignificata 563.17
Laici hodie qui à Paulo vocãtur idiotæ 285.7
לאמור [.i. dicẽdo, aut, vt trãſferũt Græci vbique, λέγων] ſæpe ſubticetur apud Hebræos 197.8
Lapidatos blaſphemos & idololatras palo affigebant Iudæi 358.35
Laſſe verbs 110.33
Latinum vocabulum Græca forma vſurpatum, μάκελλον 269.16
Λάτρις, vnde λάτρεις μισθὸς 133.30
inter *Latriam* & duliam ineptè conſtituta differentia 133.19
Laudè ſacrificium, tranſlatè 48.8
¶ לבש [.i. indui] metaphoricè dicitur de acceſſione rei qua aut ornamur aut dedecoramur 114.38
¶ in *Lectulo* meridiabantur ſani etiã homines 47.4
Λειτουργεῖν 60.19
Λειτουργία cur vocata ſit Cœna Domini 61.6
Λειτουργίαι, publica Eccleſiæ munera 332.19
Λειτουργὸς & λειτουργεῖν 214.3
Λειτουργοὶ τῷ Θεῷ & ἅγιοι pro iiſdem 60.31
Leonis nomine deſignatus Nero 293.35, & 484.10
Leonis Papæ dictũ memorabile 414.41
Leuitici ſacerdotii abrogatio 516.19
Leuitico ſacerdotio quomodo præſtãtius Melchiſedeci ſacerdotiũ 516.1, & deinceps
Leuiticis ſacrificiis opponitur vis perpetua oblationis Chriſti 170.46
Lex politica Pauli de operiendo & aperiendo capite, pro diſtinctione locorum & temporum accipienda 171.18
legis membrorũ perpetua pugna aduerſus legem mentis 554.20
Legem iuſto nõ eſſe poſitam, quo ſenſu dicat Paulus 455.37
lex in genere pro doctrina quæ aliquid præſcribit 151.49
lex ceremonialis & moralis 146.13
Legis ceremoniis Apoſtoli ſe quoad eius fieri potuit accommodarũt ad tempus 16.11
ſub Lege promiſſiones erant perobſcuræ & ceremoniarum velamine obductæ 364.16
tota Legis œconomia, veluti rudis quædam erat diſciplina 364.18
Legis apicem qui tranſgreditur, Legis totius violatæ reus eſt 549.18
ex Lege eſſe, quid vocet Paulus 157.54
Legis partes apud Paulum quæ 188.46
legis opera quæ vocentur à Paulo 150.37
Lex quibus dicatur grauis & quibus leuis 602.18
Lex regia quo ſenſu vocetur à Iacobo 549.21
inter Legem & Euangelium antitheſis 51.10, & 309.11
Lex cur non ſit potentia Dei ad ſalutem ſicut Euangelium 308.37
Lex terrens conſcientiam, ad Chriſtũ adducit 355.37
vt Legi moriamur quomodo efficiat Chriſtus 355.37
lex Chriſti peculiariter dicitur charitas mutua 374.6
Lex κατ' ἐξοχὴν pro Moſis & aliorum Prophetarum ſcriptis 149.16
Lex peculiariter pro quinque libris Moſis 367.19
¶ *Liber* Hebræorum more pro σφόδρα & ἐξαίρετος 338.19
Λιβανωτὸς propriè ſignificat thus 633.7
Liborum quorundam nomina quos ineptiarum & blaſphemiarum plenos Eccleſiæ obtrudere quidam conantur 481.14
liber vitæ Heb. dè decreto electionis 417.30
Liberi arbitrii fructus nõ ſunt niſi quatenus à gratia liberatum eſt 373.3
liberum arbitrium quale habeãt homines 458.50. & 578.13
ad liberum arbitrium aſtruendum detortus ineptè locus 51.9
ad liberi arbitrii meritum ſtabiliendũ detortus locus 289.3
qui de *Libertate* ſua nihil remittunt vt proximos Domino lucrifaciant, confutantur 165.30
Libertinorum conditio media inter ingenuos & ſeruos 30.8
Libertinorum noſtræ ætatis hæreſis 105.18
Libertini hodie Carpocratianorũ ſucceſſores 172.18
Libertini & Anabaptiſtæ Spititum perpetuò in ore habent 614.4
à Libertinis & Anabaptiſtis detortus locus 281.19
Libyſtini qui etiam Libyes & Libyci 30.1
quod *Licet* per ſe, interdum certo reſpectu eſt illicitum 150.19
Lictores vnde dicti ſint à Græcis ῥαβδοῦχοι 78.6
lictorum & viatorum diſtincta munia 78.5
Ligata cuſtodia apud Plautum pro nu mella 77.16
Lignum pro arbore dicunt Hebræi & arborem pro fructu 611.1, & 661.3
Limbus, vide Lymbus
Linacer grammaticorum doctiſſimus 49.18
Lingua peregrina vtentes apud populũ Papiſtici doctores quàm ſint reprehendendi 283.16
lingua omnis pro omni idiomate, id eſt pro quauis gente, Heb. 411.30
linguarum donum in Apoſtolis quale putet fuiſſe Eraſmus 53.49
linguarum donum in primis Eccleſiis valde viguit 9.10, & 53.47
doni linguarum abuſus apud Corinthios 183.13
Litera pro Lege cuius miniſter fuit Moſes 309.7
literam quid vocet Paulus 175.65
literæ vocabulum Spiritui oppoſitum quid ſonet Paulo 146.8
¶ לשון finem declarat Hebræis 148.11
¶ Λοιμὸς & χολεραὶ quomodo diſtinguãtur 35.16
Λογίζεσθαι 284.6
Λογίζεσθαι diuerſè ſumitur 155.13
Λογίζεσθαι pro συλλογίζεσθαι, colligere 153.8
Λογομαχίαι quid vocet Paulus 471.3
Λόγος 85.11
Λόγος pro σώγραμμα, id eſt liber 1.18
Λόγος triplex ſignificatio apud Paulum 338.31
Λόγος pro doctrina Euãgelica, ſeu prædicatione Euangelii κατ' ἐξοχὴν 51. 40. & 374.37
Λόγος σοφίας & λόγος γνώσεως pro σοφία & γνῶσις ſecundum quoſdam 176.18
Λόγος metonymicè vocatus à Iohanne Filius Dei 486.6
τὸ Λοιπὸν pro De cætero, ſiue Poſthac 376.7
Lombardica vocata à Gallis patientia, qualis 421.16
Loquendi formula è medio petita 50.5
loqui ore, Oculis videre, & talia, emphaſin magnam habent 151.14
¶ לשני כוזאר 64.17
¶ *Lucas* non omnia, ſed præcipua dunta xat narrauit 46.1
Lucas non pauciores Hebraiſmos habet quàm cæteri, exceptis Marco & Petro 53.15
Luſcioſus idem quod Græcis ῥυπαλοφ 579.11
Lutetia collegia à variis gẽtibus cognominata 19.30
Lux ſiue lumen pro ſtatu proſpero, apud Hebr. vt tenebræ pro calamitatibus 118.11, & 547.4
lux mundi vnde dicatur Chriſtus 311.44
lucis nomen cur fidelibus tribuatur 398.3
in luce incedere quomodo dicantur & deles 590.18
lux pro regno cæleſti 421.11
¶ *Lycurgus* maſculorũ amorem permiſit 150.19
ad *Lymbi* probationem detortus locus 391.14
eorum qui lymbum conſtituunt opinio refellitur 569.15
Lyrani expoſitio reprehenſa 106.7

M

Macrianum eſſe dirutam, quo ſenſu dicat Paulus 51.13
Μαγεύειν & μαγεύματα 366.11
qui *Magiſtri* noſtri hodie vocãtur, Phariſæos ipſis etiam nominibus referunt 471.14
Magiſtratum conſtituti à Domino ad cõſeruandam omnium rerũ ἐπιείκειαν 458.9
magiſtratus pii præſidio ius ſuum tueri licet, modò vindictæ abſit cupiditas 149.14
magiſtratui debita reuerentia 113.11
magiſtratui ſubiectam eſſe oportet omnem animam in iis quæ ad politiã pertinent 470.14
vbi magiſtratus eſt Chriſtianus, non abolenda diſciplina Eccleſiaſtica 470.21
magiſtratus officium ab officio miniſtri ſeparandum 491.8
ad magiſtratus gladio exarmandam Eccleſiam detortus locus 334.2
ad eripiendum magiſtratui ius in Eccleſiæ perturbatores, detortus locus 27.35
pro magiſtratibus precantes quid à Deo petere debeamus 458.10
Maieſtas Cæſarea pro Cæſare dicitur, ſicut ab Hebræis gloria Dei pro Deo 135.41
Maioma vocatum fuit Gazzorũ vrbe 41.7
Malleoli ἀπὸ σφυρῶν vnde ſint dicti 16.11

Mali dies qui vocentur ab Hebræis 399.6
Μᾶλλον cum comparatiuo, quomodo abundet 408.5
μᾶλλον ſubauditum 285.10
Malta hodie, olim Melita 115.9
Μένειν pro habitare, degere, Hebr. 117.11
Mangones & *caupones* cur ſemper infames & ſordidi ſint habiti 307.33 & 34
à *Manichæorum* opinione non multum abeſt Hieronymus in damnãdo matrimonio 156.37
Manichæorum ſomnium in traduce diabolorum fingenda 597.36
Manna quo ſenſu vocetur eſca ſpiritualis 165.47, & 166.1
manna fuit Iſraelitis ſacramentum veri illius panis cæleſtis, nobis autem typus panis quem frangimus 166.37
Manon, Gallicè *manoir*, vel *manſion* 484.7
Manuum impoſitionis ritus vnde ortus 29.10
manuum ſublatio pro inuocatione 459.53
per manum, pro Opera & miniſterio 361.40
manus Dei quid ſonet Hebræis 11.19, & 61.44
manus, Dei virtutẽ, præſertim in edendis ſignis, ſignificat 11.19
manus Domini peculiari ſignificatione quid ſit 61.44
manus pro ſumma virtute, interdum etiam pro ope & ſubſidio 361.57
Marcionis hæreſis 130.10
Marcus & Petrus præ cæteris abundant Hebraiſmis 53.15
Marco familiaris eſt multiplex vſus particulæ & 661.9, Eidem eſt familiaris etiam enallage temporum, ibidem
Marco cur Apocalypſis etiam tribui poſſit 661.9
ex *Margine* in contextum trãſlata verba 31.25, & 33.13
per *Mariam* virginem, tanquam per canalem, quidam falſò crediderunt Chriſtum tranſiiſſe 130.39
Maria mater Domini ridiculè, in medio Apoſtolorum ſedens pingitur, tanquam illorum collegii princeps 8.23
Mariæ virgini quæ tribuunt Papiſtæ non ſine horrenda blaſphemia 465.7
Mariam virginem quàm blaſphemis aduerſus Chriſtum verbis compellent Papiſtæ 419.36
Mariæ virgini libum quoddam ſolenni pompa conſecrari ſolitum à mulierculis tempore Epiphanii 465.10
Mariæ virgini cõſtituitus proprius quidam cultus nomine hyperduliæ 465.9
de iis qui Mariam nomine Dominæ noſtræ compellant 100.36
Maritum vnum habuiſſe dicitur quæ etiam ſecundo nupſerit, priore defuncto 468.39
Marmela locus 307.36
Martyrem non facit pœna, ſed cauſa 376.13
martyres peculiari ſignificatione apud Chriſtianos, qui 103.9
martyrum inuicta conſtantia vnde 510.52
Μαρτυρούμενοι, idoneo teſtimonio ornati 29.1
Matrimonium ſanctè coli debet 567.41
de matrimonio ſcripta blaſphemia in iure canonico 401.33, & 542.6
matrimonii coniunctio falſò inter res per ſe malas ac vitioſas à Hieronymo numerata 151.35
de matrimonio ſententia Hieronymi quàm Apoſtolicæ doctrinæ repugnet 542.4
in matrimonio damnando non multum à Manichæorum opinione abeſt Hieronymus 156.37
מוּסָד [i. valde] redundat aliquando 408.6
¶ *Mediarum* rerum quis rectus ſit vſus 150.17, & 30
Μεγαλύνειν, magnificare pro Magnis laudibus efferre 24.15
Μεγαλωσύνη vnde ſuperbam iactationem ſignificet 321.6
Melanes figura vſitata Hebræis 159.1, & 184.15, & 265.17, & 641.6
Melchiſedec quo ſenſu dictus *ἀπάτωρ* & *ἀμήτωρ* & *ἀγενεαλόγητος* 515.37
Melchiſedec typus Chriſti 514.11, & 515.1
Melchiſedeci ſacerdotium quomodo præſtantius Leuitico 516.1, & deinceps
de Melchiſedeco commenta 515.27
Melchiſedeciani hæretici 515.28
Melita inſulæ duæ 115.8
Melitæi canes ab vera Melita cognominati ſint ambigitur 115.11
Melitæa quæ ſit Plinio 115.11
Membrorum etiam nomine intelligitur apud Paulum exterior homo 178.43
Μὴ non ſequente *δὲ* 88.47
Menda quædam in libros Noui teſt. irrepſerunt, quorundam partim temeritate, partim ignorantia 33.10
Μένειν pro habitare 592.11
μένειν pro habitare, ſeu degere 117.11
Menſa pro conuiuio in menſa agitari ſolito 168.28
Menſis ſeptimus Hebr. ex parte reſpõdens noſtro Octobri 111.1
Meſſiæ qualẽ aduentum animo conceperunt olim & etiamnum concipiãt Iudæi 118.17
Meſopotamia comprehendens etiam Babyloniam 30.17
Μετὰ pro *ἔξω* 63.17
Μετάνοια pro *μεταμέλεια* 539.14
Metathefis particulæ *οὖ* 37.5
Μετανοεῖν θεόν pro reuocare & mutare 516.31
Μετὰ ξύλου pro *κατὰ ξύλου* 66.17
Μεθερμηνεύειν 61.14
à *Methodio* detortus locus 444.10
Metonymia in ſingulari numero rarò vſurpata, Circumciſio pro circumciſis 415.1
metonymicè Paſcha pro agno Paſchæ 246.51
metonymicè vocantur fœdera tabulæ fœderis 188.41
metonymicè ira Dei, pro animaduerſione ab irato Deo profecta 397.31
Μετριοπαθεῖν 509.14
Μέτρον apud Paulum pro *ἅμετρον* 336.5
Metropolitani qui poſtea dicti ſunt archiepiſcopi 404.10
¶ *Μετρῶ π* & *μεγάλῳ* pro quibuſuis 118.4
Mileſii gregarii ſtipendiũ, denarius 161.15
Μιλτοποιοί 537.11
in *Miniſtris* Verbi conſtituendis adhibita olim manuum impoſitio 29.13
in legitima miniſtrorum deſignatione Deus ſuffragiis Eccleſiæ præeſt 51.16
miniſtri, atq; adeo fideles omnes, qua ratione dicantur vngi 304.49
miniſtri qua ratione dicantur plantare & rigare 169.18
miniſtri quatenus dicantur ſe & alios ſeruare 467.11
inter miniſtrum, verbũ Dei, & fidem, relatio 29.18
miniſtri officium ab officio magiſtratus ſeparandum 491.8
miniſterio ſuo authoritatem quomodo aſſerat Paulus 256.10
Mínon 28.8
Miſſa oblationis defenſores refelluntur 263.32
miſſaticæ Chriſti oblatio pro viuis & mortuis, refellitur 207.40
ad miſſaticum ſacrilegium quàm impudenter detortus epiſtolæ ad Hebræos locus 515.9
¶ מלא [i. implẽs] de certo tempore, nõdum tamen prorſus expleto, dicitur 8.1
מלא verbo omnis abundantia ſignificatur 23.15
מלא & חרוח ſynonyma 391.19
¶ *Μνησικακία* inter aulicorũ virtutes ho die numeratur 140.49
¶ *Μόχθος* aliquid grauius ſignificat ſi *κόπος* 439.49
Modos, tempora, perſonas crebrò commutant Hebræi 166.47
Monachus qui manibus nõ laborat ſimilis eſt prædoni, inquit Socrates in tripart. hiſt. 451.10
monachorum veterum cœnobia in ſuperſtitionum & omnium vitiorum luſtra mox degenerarunt 15.48
monaſtica perfectio quam vocant, quibꝰ nitatur adminiculis 416.11
Morbus peculiari ſignificatione apud Horatium, vt apud Paulum *ἀσθένος* 431.38
Μόρφωσις 145.11, & 481.4
Morte interficere, Hebraicus pleonaſmus, emphaſin habens, pro Delere internecione 613.10
mortis corpus pro mole carnea peccato & morti obnoxia 179.17
mortis dolores pro morte dolorum corporis & cruciatus animi plena 11.1
mortis filius Hebræis, qui capitalis crimine reus eſt 383.57
inter mortem peccati & vitam Spiritus mutua relatio & proportio 169.62
mortem ſtatim conſequitur iudicium 570.11
mors prima & ſecunda, quæ etiam æterna dicitur 383.6
mors ſpiritualis 383.6
mortem Chriſtus mortẽ vicit, vt in æternum cum ſuis Deo viuat 11.7
mortuorum cultus exempla in Iſraele ab Epiphanio allata 465.10
mortuorum inuocationi aditum pate-

ſaciens μετανάστασιν Origenis 141.31
mortuũ peccatum quid ſignificet Paulo 176.13
ſe, vbi mortuus fuerit, prohibet ſpectari Cyrus 194.18
Moſes & Ioſue ita fuerunt Prophetæ, vt etiam poteſtate regia ſint functi 503.10
finis externꝰ quò Moſes deducebat populum 504.16
Moſis faciei impoſitum velamen quid adumbraret 310.34
inter Moſis & Chriſti miniſterium antitheſis 51.10
in Moſen baptizari, quid ſit 88.14
μυσήριον ritus quo ſenſu vocet Paulus elementa mundi 416.13 & 15
מדון [.i.iudicium] pro reatu 166.18
¶ de *Mulieris* vero ornatu verſus Antiphanis 460.9 De mulieris probæ officio erga maritum, verſus Philemonis 460.17
mulierum ſubiectio & virorum imperium ad vnum ſcopum, id eſt ad Dei gloriam referri debent 171.10
Mundi huius quomodo princeps Satan 311.24
mundus pro omnibus quæ nobis hic viuentibus vtenda conceduntur 257.5 & 36
mundus pro omni hominum ceterarũmque rerum ſplendore 375.30
mundi appellatio tripliciter vſurpata apud Paulum 131.44, & 133.1
mundi nomen pro omniũ ætatum, ordinum, locorum fidelibus vſurpatũ 591.26
Murare gloriam Dei, quid 138.43
¶ *Μύω* & *μυστήριον* 579.11
Myra, vna ex præcipuis Lyciæ vrbibus 110.24
Μυσήριον pro arcano 401.2
μυστήρια Græcis theologis interdum quæ Latini vocarunt ſacramenta 379.21

N

Nazianzeni locus 586.36
Naũ & ναῦλος 91.7.11
Narrationibus adhiberi ſolita eclipſis verbi dixit 71.9
in iniquitate *Natum* eſſe & In peccatis conceptũ, quomodo ſit accipiendũ 40.16
Naturæ nomen pro ſenſualitate 583.24
naturam cur vocarint nouercam philoſophi 499.11
Naues ab inſignibus prorarum denominabantur 116.11
Nazarenorum ſecta 111.46
Ieſum Nazarenum quo ſenſu vocarit Petrus 11.1
¶ *Neapolis* proxima Philippis 76.11
Negationis ſuæ contrarium fortiſſimè aſſeuerant Hebræi 159.1
negante particula quomodo vtantur Hebræi 138.2, & 150.43
Nemeſis à Luca vocata *Δίκη* 116.1
ſub Nemeſis & furiarum ſpecie quid repræſentarint poetæ 160.12
Nero leonis nomine deſignatus 193.35, & 484.10
inter Neronis domeſticos (perinde ac in mediis inferis) regnans Deus 410.1
¶ נחלה [i.hæreditas] figuratè dicitur populus electus 576.3
נחלה [i.hæreditas] largius ſumitur Hebræis pro quouis gratuito munere 157.33
Nicephorus, ineptus & ridiculus Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptor 4.351, & 5.27
¶ *Nicodemus*, Vide Pſeudonicodemitæ
Nicodemi Euangelium quidam ineptè conantur obtrudere Eccleſiæ 481.15
Νεομηνία, hodie Gallis *Nouuelle* 111.7
Niſi apud Terentium pro ſed 355.3
¶ *Νεῦμα* pro mentibus 310.44
νεύματα in malam partem dictum 306.40
¶ *Nolim* vos ignorare, *μὴ θέλω* Hebraica, pro Velim vos hoc in primis expendere 165.16
Nomina dabantur nauibus à prorarum inſignibus 116.11
nomen vnius exprimitur interdum, quum cæteri generali vocabulo cõprehendantur 5.11
nominum multorum vice Hebræi participiis vtuntur 353.10
nomen cognatæ ſignificationis ſolent Hebræi in omnibus intrãſitiuis verbis ſubaudire 47.1, & 48.15
nomen verbale ſæpe includũt Hebræi in ipſo verbo 190.43
in nomine Domini, pro Inuocato nomine Domini 141.30
nomen Chriſti, Heb. pro Chriſto, vt Nomen Dei pro Deo 18.1, & 150.9, & 593.15
nomen pro dignitate ac præſtantia 496.16
nomen pro authoritate aut vi, vnde dicatur 20.1 & 13
nomen pro fama & celebritate apud Hebræos, & pro rebus omnibus quæ propter excellentiam celebritatem merentur 351.14
Νόμος, id eſt lex, pro *τάξις*, id eſt ordinatio 516.31, & 517.14, & 515.17
Non eſſe dicuntur Hebraico more quæ nullo ſunt loco apud homines 253.13
Noſcere pro agnoſcere, id eſt approbare & gratum habere 177.41
non noſſe ſeipſum, quorum vitiorum ſit fons 548.7
Νουθετοῦσιν 23.9
Νύμφη & *γαμέτις* opponũtur vt adulterinus & germanus 317.10
pro *Nouatianis* facere epiſtolam ad Hebræos, falſò exiſtimatum 513.1
Noui teſtamenti loci aliquot deprauati ex quorundam partim temeritate, partim ignorantia 33.10
nouitates vocum in Scripturæ interpretatione non carent offendiculo, & damnum plerunque ſolidæ doctrinæ adferunt 474.15
nouus homo & interior, idem apud Paulum 178.37
Νύμφη quid ſit, & vnde ductum 445.10
¶ נפש [i.anima] pro cadauere hominis mortui 11.53
¶ נחן 615.15
¶ *Nube* vis cæleſtis Spiritus adumbrata 166.43
Nubere vnde dicantur mulieres quæ in viri poteſtatem tranſeunt 171.1
Numerus Apoſtolorum licet eſſet diminutus, nihilominus tamẽ vocabantur οἱ δώδεκα 188.11
in numero ſingulari vſurpata metonymia, Circunciſio pro circunciſo 415.1
numerus pluralis emphaticè vſurpatur pro ſingulari apud Hebræos 331.23
numerorum mutatio Hebraica 618.33
Nummi Atheniẽſium & aliorum Græcorũ ab effigie animalis illis impreſſi vocabantur 91.18
Nuptiæ ſecundæ immeritò damnatæ 468.14
nuptiarum & cærorum ciborum prohibitio, & mortuorum cultus, quæ Antichriſtus inuexit, à Spiritu Dei prædicta 465.25
¶ *Νυκτάλωψ* idem quod Latinis Luſcioſus 579.1

O

OBteſtationis ſpecies, Sanguis veſter ſuper caput veſtrum 85.1
obteſtationis & iuriſiurandi differentia 192.45
obteſtationes ſanctorum quales 478.13
¶ *Οὐαὶ* cum infinit. pro cunctari, vel pigrari 47.17
Oculis videre, vt & Ore loqui, & taliz, magnam emphaſin habent 151.14
in oculis ſuis prudentes qui dicantur ab Hebræis 111.15
¶ *Odor* mortis, odor vitæ Hebr. pro odore mortifero & vitali 307.10
Odyſſ. pro *αἰσυτης*, i. ſecta 43.1
¶ *Οἰκουμενικὸν* ſe vocabat Cõſtãtinopolitanus patriarcha, Romanus item 401.5
¶ *Οἰκημα* pro carcere, vel carceris parte 58.1
Οἵτε pro Quo tempore, vel Inter hæc 111.1, & 117.5
¶ *Oleum* ſymbolum doni ſanationis 558.17
παρ' Ὀλίγον & *ὡς ἐπίπαν* 119.6
¶ *Ὁμιλίαι κακαὶ*, commercia mala 193.44
Omnes pro quibuſuis 131.34
omnibus offerri quo ſenſu dicatur Chriſtus 84.2
Ὀμφαλὸς θεοῦ 69.9
¶ *Ὄνομα* pro dignitate ac præſtantia 496.16
ὄνομα pro dignitate & celebritate nominis, ſed cum re ipſa coniuncta 411.15
ὄνομα & *ὀνόματι* 381.16
¶ *Opera* ſua coronat Deus in nobis 544.4
bona opera gratiam Dei conſequuntur 591.37
opera bona non præceduut iuſtificandum, ſed iuſtificatum ſequũtur 384.39, & 411.37
opera Legis quæ vocentur à Paulo 150.37
operum & fidei antitheſis 201.10
opera cum fide concurrere in iuſtificatione, falſò exiſtimant ſophiſtæ 153.10
ad operum bonorum mercedẽ detortus à ſophiſtis locus 143.8
ad operum iuſtitiam ſtabiliendam detortus locus 142.35 & 41
ad probanda opera præparatoria detortus ineptè locus 51.9
opera præparatoria vel fidem ſubſequentia refellens locus 151.5
opera præparationis cum gratia conciliari non poſſunt 133.3
operari ſalutem noſtram qua ratione dicamur 301.27
Ὀφθαλμοδουλεία 401.10

Ὅτου & οὗς aduerbia temporis interdū 223.12
ὅτους αὖ pro ἑκάστοτε, apud idoneos etiā authores 18.15
Opposita idem enuntiāt Hebræi, ad illustrandam sententiam 110.48
Ὀφθήσομαι 161.24
¶ μετὰ χρόνον Horat, vt Horatius dixit, Horæ momento 440.37
Ὥρας subauditum post ἑκατὸν 50.7
Ὀφθῶν vel σεσωσῶν subauditum ante ἔτη 327.11
Orationis character ἀποστολικὸς 424.24
ab oratione obliqua ad rectam transitio 71.7
Ordines κατ' ἀπόφασιν appellatæ vocationes Ecclesiasticæ 299.19
Ὀρθόχαλκον vnde deducatur 611.5
Ὀργαὶ ab ὀρύσσω, vt passus à pandendo 223.24
Origenes Alexandrinæ docuit 393.18
Origenes reprehensus 119.5,& 41, itē sequentibus paginis, per totam fere epistolam
Origenis perniciosa doctrina 150.53
Origenes quàm sinistrè doctrinam iustificationis explicarit 153.11
Origenis μανιφολογίαι variis errorib⁹ aditum patefacientes 141.31
Origenis impuræ allegoriæ 146.34
Origenis blasphemia 53.10
Origenis in torquendis omnibus Scripturæ locis audacia 148.17
Origenis locus pro Anabaptistis faciēs 213.6
Origene & Hieronymo nihil interdū fieri potest impurius 163.41
de Origene iudicium 119.14
Ὀριστικὸς modus qua ratione dictus à Græcis quem Latini vocant indicatiuum 130.51
Ὀρίζω & ὁρίζεσθαι 130.50 & 53
Ὀρθομυεῖν τὸν λόγον 479.1
¶ Ὡς particula per traiectionem explicanda 51.1
ὡς pro vtpote 561.5
ὡς αὖ pro ὅτου 223.13
ὡς & ὅπως temporis aduerbia interdū 223.12
Ὡσπερ positum πλαγίως 175.59
Os & cordis dilatatione vehemētissimus loquentis affectus declaratur 312.3
in ore alicuius ponere verba, quo sensu dicantur homines, & quo sensu Deus 310.15
Osculandi ritus olim receptus 216.3
osculatio in salutando vsitata non tantùm Iudæis, sed & aliis gentibus Orientalibus 347.9
osculatio mutua ritui Cœnæ Dominicæ adhiberi solita 300.1
osculum in salutando Iudæis magis ꝙ Græcis erat familiare 300.1
Osiandri interpretatio reprehensa 411.16
Osiandri Satanicum dogma 151.14
¶ Οὖν positum εἰδικῶς 173.4
¶ Οὖ particula traiecta 37.5
οὐ δέ, subaudito verbo 78.11
οὐ μόνον δὲ præcisum loquendi genus familiare Paulo 160.43
οὐ μόνον δὲ, subaudito pronomine masculino Hic 190.14
οὐμή cum subiunctiuo, pro imperandi modo 371.31
Ouidij loci 398.13 & 15
Ouium & pastorum vocabula sæpissimè ad Ecclesiasticam administrationē transferuntur 6.19

P

De noua Paclione ita loquuntur Prophetæ quasi à Christi demum aduentu cœperit 369.11
Πάγος colliculum significat quum dicitur ἄρειος πάγος 81.1
Παιδεύειν vsurpatum peculiari significatione vt Gall. apprendre 457.17
Παιδίσκη pro ancillula 76.18
Palæstina Ecclesiæ ex duobus Iudæorū generibus constat, Hebræis & Hellenistis 494.16
Palmitibus qua ratione nos comparet Christus 169.16
Palo affigebāt Iudæi lapidatos blasphemos & idololatras 358.35
Panum forma qualis olim Iudæis 15.8
panis pro omni cibo, Hebr. 15.7
panem frangere pro vesci 15.10,& 48.15
panis fractio pro mutuo conuictu & cōuiuiis quæ vnà agitabant 15.9
Παὶν (id est omnes) pro cuiusuis ordinis hominibus 541.8
παντες, id est omnes, pro quibusuis 131.34
Papistæ quàm impudenter ad missaticū suum sacrilegium locum epistolæ ad Heb. detorserint 315.9
Papistarum blasphema aduersus Christum verba, quibus matrem eius cō pellant 419.36
Papistici sophistæ in asserendis suis mēdaciis ridiculè assumunt τὸ κριτήριον pro confessio 463.16
Papistici doctores quàm sint reprehendi quòd peregrina lingua vtantur apud populum 283.16
Papisticus cultus quibus constet 426.11
Papisticarum ceremoniarum magna pars ab illis orta qui Iudaismum cū Christianismo permiscebant 426.13
Παρ' ὀλίγον 119.1
Παρὰ relationem significans 116.14
παρὰ præpositio verbis iuncta non vnam vim habet 167.34
περὶ quid designet in περὶ ἁμαρτίας 471.10
περὶ in vitio ponitur in περίεργος, & περιεργάζεσθαι, & aliis huiusmodi 352.14
Παραβαίνειν 7.15
Παραβάτης & παραβάτις pro eodem 7.11
Παραβολεύεσθαι 414.5
Παρακαλεῖν pro adhortari, vel consolari 74.3
Παράκλησις 306.31
Παρακλητὸς 466.10
παράκλητος translatitiè dictum 481.18
Παρακύπτειν 548.1
Παραδίδοσθαι quid veteribus Græcis, & quid Christianis 342.18
paradisi vsus in Romano iubilæo aperiri solitæ æneo malleo 450.12
Παραζηλοῦσθαι Paulo quid 451.19
Παραλία 157.14
inter Παρακολουθεῖν & ἀκολουθεῖν discrimen 439.39
παραλαμβάνειν pro Acceptum rāsferre 4.1
Παρακαλεῖσθαι 111.19 & 44
Παρεγκλίνειν & ἐκκλίνειν in propria significatione quomodo differant 442.13,& 443.1
Παρεμβολὴ quomodo ab ἀκροθίνια distinguatur 165.16
Παρεκρύησαν pro Perfluere, id est Non cōtinere sermonē auditum 498.16
Παρίχειν νίκην 84.6
Πάρυες & πάρυσες quid proprie 151.18
πάρυσες pro ἄρυσες 151.18
Παρίστημι 151.26
Παρίεσθαι 110.10
Παρεισάκτοι & παρεισάκτως differentia 317.18
Parisiorum nomen vnde ortum 15.38
Παρεξυσμὸς 74.10
Participium pro verbo, Heb. more 151.23 & 162.11,& 198.28,& 334.11
participia quædam apud Paulum respondentia Hebræorū infinito modo 308.16,& 408.39,& 433.4
participium pro verbali nomine, more Hebraico 353.19,& 396.37,& 441.19, & 561.1
participia Hebraico more pro participialibus nominibus 353.11, & 540.1
participiis vtuntur Hebræi pro verbis indicatiui modi, præs. temp. subaudientes verbum substantiuum 318.11
Participiū Hebraico more additū suo verbo, vt Benedicens tibi benedicā, pro Cumulatissimè te beneficiis cumulabo 514.1
participiorum apud Hebræos pleonasmus 15.10,& 571.6
Parui & magni pro Quibusuis 118.4
Πᾶσα σὰρξ non pro Omnis caro, sed pro Quælibet caro 10.11
πάσασθαι 48.16
Paschæ pro agno paschæ 146.51
paschæ ceremoniæ quid adumbrarent 147.2
Passiua significatione dicuntur Dauidis promissiones, & fœdus Abrahami 65.19
passiuè dicitur spes Christi, sicut & fides Dei, Hebraico more 436.8
passus à pandēdo, vt Græcis ἔργα ἀπὸ τοῦ ἐρύσσω 223.24
Pastorum & ouium vocabula sæpissime ad Ecclesiasticā administrationem transferuntur 6.19
pastores, Episcopi etiam dicebantur 393.10
pastorum munus quod fuerit 303.10
pastorum munus longè latius patebat quàm doctorum 393.10
pastoribus non licet regum more gregi dominari 576.6
Pastoris librum quidam ineptè conantur obtrudere Ecclesiæ 481.15
Patefieri in gloria, Hebraid est glorioſi 431.31
Pater pro authore, Hebraico more 547.3
Patres & Patriarchæ, Vide paulo pòst
Pathici 431.38
Πάθος, vnde & pathici dicti 431.38
πάθος Cicero morbum interpretatur 443.9
πάθη 69.50
Παθήματα, Ciceroni perturbationes, & morbi animi 373.15
παθήματων appellatio multo latius patet apud Paulum quàm apud philosophos 174.56

Παλιγγενεσία 118.13
Patrimonia à Gallis dicta Lõbardica, qualis 421.16
Patrum mensuram implere, & Complere iniquitates suas, quo sensu dicantur ab Hebræis 440.17
in Patrum lectione consenescere non debent theologiæ studiosi 163.41
in Patrum quorundam ac præsertim Origenis scriptis magno cum iudicio versandum 164.65
Patrum rãcidas quasdam traditiones iheptè quidam conantur Ecclesiæ obtrudere 481.11
Παυσιμαχ variè interpretatum 389.18
Patriarchæ quatuor in Ecclesia constituti 405.2
patriarcharum sepulchra in Sichem 33.2
Paulus quo sensu dictus sit Christũ persequi 424.33
Paulus mirificum quoddam organũ præ cæteris vocationis Gentium 424.24
Paulus, decimustertius Apostolus peculiariter Gentibus destinatus 338.18
Pauli Apostoli & Antichristi antithesis 143.18
Paulus quatenus ad cœlibatũ inclinet 156.34
Paulus vxorem non habuit 417.15
Paulus falsò ab Hieronymo imperitiæ Græci sermonis accusatus 53.10,& 384.11
Paulus falsò à Porphyrio summæ arrogantiæ & inconstantiæ accusatus 350.38
Paulo non defuerunt natiua & germana masculæ facundiæ ornamenta 338.15
Pauli eloquentia & sermonis illecebræ 54.18.19
Pauli quanta grandiloquentia, quanta δεινότης, quanta methodus 338.18
Pauli quanta δεινότης in quibusdam locis, & quàlis 54.17,& 132.13
Pauli infinita δεινότης; tot enthymemata vibrantes quot vocabula enuntiat 563.9
Paulus tralatitionibus quibusdam vti solet quæ sunt præfationis instar 288.2
Paulus in vtraque ad Corinthios epistola, floridum quoddam dicẽdi genus sectatus videtur 308.27
Paulus, qualis sit in tractandis diuinis mysteriis 167.8
Paulus vi Spiritus ad Christum homines rapere, non sermonis blanditiis allicere voluit 338.26
Paulus principiis cum vera philosophia communibus sæpe vtitur 416.11
Pauli doctrina quantum distet à philosophica de fine & virtutis definitione 168.2
Paulus limites Verbi minimè transgredi 155.40
Pauli lex politica de operiendo & aperiendo capite 171.18
Paulus quædam habet ita peculiaria vt mutari nec facilè possint, nec certè debeant 167.7
epistolarum Pauli ἀπαραμίμητοι inimitabili quadam breuitate totius Euangelici mysterii summam complectuntur 475.6
Pauli epistolis subscriptiones posteriori bus temporibus à quibusdam non satis consideratè additæ fuerunt 300.11,& 474.33
Paulũ quidam falsò existimant in suis epistolis rudimenta quædam dunta xat scripsisse, & perfectiora quædã docuisse perfectos 341.36
Paulum probabile non est plures epistolas tot annis non scripsisse quàm quot hodie extant 147.9
Pauli mira breuitas in tota epistola ad Galatas 354.39
Paulus in epist ad Ephes. & ad Colos. perpetua quadam oratione periodos inter se connectit 424.24
à Paulo enuntiata quædam simpliciter quæ κατὰ π sunt accipienda 262.31
Pauli hyperbata qualia 134.11
hæ Paulo familiares formulæ, Crucifigi, cõsepeliri, resurgere cũ Christo, Baptizari in ipsius mortem, &c. vnde sint ortæ 168.46
Paulo familiaris eclipsis quædã 316.36
à Paulo ficta verba ἐκκαλύπτω & χαρίτωσις, quasi forma Hebraicæ coniugationis Hiphil 411.10
Paulo vsitatæ cõparationes à semente 374.45
Pauli doctrinam obscurare conatus videtur Origenes 53.15
Paulo sapientiores sibi visos esse quosdam, quum is de se testetur se nondum esse perfectum 416.10
Pauli locus qui miserè olim fuit corruptus 418.2
Pauli locus ab Epiphanio citatus, addito integro membro, vltra ea quæ vulgati codices habent 465.11
Pauli ascensus, nomen cuiusdam libri quem Catani ostẽtabant 341.40
πτυκα [i. anguli] figuratè pro plagis seu cardinibus mundi 631.1
Paupertas à mendico distinctio, ex Aristophane 317.19
Pax Dei, pro concordia auspiciis Dei inita 431.11
pax Hebr. more, pro felici rerũ omniũ in Deo successu 133.5
pax triplici significatione 159.19
¶ non *Peccare*, quid 597.31
inter peccantes distinctio obseruanda 458.3
peccatum est ἀδικία 597.24
inter peccati mortem & vitam Spiritus mutua relatio & proportio 169.62
per peccatum mortua homini omnia 383.40
peccato mortuus quis dicatur, casu sexto 168.19,& 171.2
peccato mortuum esse, & peccato viuere, quid 168.11
peccatum mortuum, quid significet Paulo 176.23
de peccato loquitur Paulus tanquam de violento quopiã tyranno 171.23
in peccato originali quæ sint considerãda, aduersus recentiores sophistas 163.16
peccati quod actuale vocatur, radix est cupiditas 546.20
in peccatis natum esse, quo sensu dictũ sit 40.17
in peccatis esse, pro Sanctificatum non esse, nec peccatorum remissionem consequutum 189.15
peccatum in Spiritum sanctum quod sit 605.33,& deinceps
peccatum vocant Hebræi victimã peccati 320.25
peccatores vocabantur gentiles omnes, quasi q nihil aliud posset q peccare; alieni videlicet à Dei fœdere 354.50
ne vestigium quidem *Pedis*, prouerbiali figura dicunt Hebræi 31.1
apud Pedes Gamalielis nutritus Paul⁹ quo sensu dicatur 102.1
Pedum lotionis officio (quod peregre aduenientibus præstabat) cõprehẽsa eriã cætera obsequia à Paulo 468.46
Πειράζειν, i. tentari, pro ad malè agendum solicitari 546.15
Πείθειν, allicere 84.13
מלט pro eo quod Hebr. dicũt התמלט 599.7
à *Pelagianis* detortus locus ad constituendã iustitiæ perfectionem 400.16
Pelagiani & Semipelagiani, qui 458.51 Vide Semipelagiani
πένης & πτωχὸς quomodo ab Aristophane distinguantur 317.29
Perfectos quos vocet Paulus 235.9 & 416.20
Perflare apud Terentium pro Sermonem auditũ non continere 498.16
οἱ περὶ τὸν Παῦλον, quo sensu dicatur 61.46
περὶ pro ὑπὲρ 181.46,& 609.7
περιχὲ pro eo quod Terentius vocat locum 41.19
Periodos inter se cõnexit Paulus perpetua quadam oratione in epist. ad Ephes. & ad Colossenses 424.24
Περιούσιος λαὸς & περιούσιον 487.41.43
quod Hebræi סגלה Græci interpretes περιούσιον dicunt 564.53
Periphrasis obseruanda, Nomen Christi pro Christo, vt nomen Dei pro Deo 28.1
Περιορᾶν pro contemnere, & pro circunspicere 489.51,& 490.1
περιπατεῖν 381.3
περίλυπος 244.10
Περισσεύειν pro ὑπερβάλλειν & ὑπερέχειν 441.10
ἀντίμισθος & ἀνταπόδομα cõtraria 155.19
tanquã *Periurii* vindex aduocatur Deus in vero iureiurando 191.47
Permissionem otiosam in Deo perperam quidam imaginantur 139.13
ἀπολαβεῖν 280.18
Personas diuersas cõnectens particula ὃς 29.6
Personæ vna ad alteram transitio apud Paulum 220.5
ex personæ mutatione obscuritas 270.3
personarum mutationes Hebraicæ 31.17,& 183.15,& 270.3,& 425.11
personarum acceptio apud Deum non esse, quo sensu dicatur 143.35
Petri abnegatio non fuit peccatum in Spiritum sanctum 605.65
Petrus fuit Babylone circuncisionis Apostolus 577.1
Petro peculiare dicendi genus quod ἀποστολικὸν vocatur 580.5
Petrus & Marcus præ cæteris abundãt Hebraismis 53.15
in Petri concionibus summa libertas & maiestas appareret 54.11
Petrum non sedisse Romæ 25. annis 59.4,& 60.14,& 435.1
Petri primatus refellitur 386.31
Petri & Pauli successorem quàm falsò se iactet Antichristus 338.16
qui Petri successores videri volũt, quũ se seruos seruorum vocent, tamen

ſanctiſſimi domini ſalutantur 60.40
Φαρόλας vocabulum videtur eſſe Romanum, metatheſi literarum corruptum 484.4
ὁ φαρισαῖος 540.15
Φαρισαῖοι 115.1
Pharaonis induratio 191.35
Pharaonem quo ſenſu dicatur Deus indurare 11.16
Phariſæi vnde dicti 119.45
Phariſæorum ſecta in ſummo pretio erat 415.5
Phariſæos ipſis etiam nominibus referunt qui hodie magiſtri noſtri vocantur 471.14
à Pharis ſumpta tranſlatio 411.24
Φέρεσθαι vt Lat. Ferri, pro Cum impetu venire 8.28
Φιλαδελφίας nomen minus latè patet quàm charitatis 579.8
Φιλαυτίας morbus 545.8
Philemonis elegantes verſus de officio probæ matronæ 460.17
Philoſophiæ quatenus damnetur à Paulo 416.13
quod philoſopia omnis fruſtra pollicita eſt, id vnum gratis in Chriſto vno per fidem adipiſcimur 234.12
philoſophorum doctrina de fine & virtutis definitione, quàm diſſimilis Paulinæ 108.3
philoſophorum doctrinæ κατὰ τὰ πῶς φρονεῖν λογικὰ & τὰ ἀλόγου quantum aduerſetur Paulus 413.45
philoſophi in definitione ἀξιώματος hallucinati 160.40
philoſophi omnium gentium, variis nominibus appellati 138.16
philoſophi cur naturâ homini nouercam eſſe dixerint 499.11
philoſ. falſò exiſtimarũt homines diligentia habitũ virtutis cõſequi 143.11
Philoſophicũ ἐγκωμιαστὴν euertitur à Paulo 108.7
Φιλοτιμεῖσθαι 317.53
Φωνὴ pro rumore 9.5
Φόρος, εἰσφορὰ, τέλος 113.17
Photius, primi inter Græcos ſcholiaſtas nominis 129.17
Photii interpretatio reprehenſa 138.16
Φρένες 185.30
Φρονεῖν duplici ſignificatione vſurpatũ 111.6 & 15
φρονεῖν pro φροντίζειν 418.13
φρονεῖν pro Animũ ad aliquid adiicere, & de re quapiã ſeriò cogitare 116.55
Φρόνημα σαρκὸς, & τὸ Πνεύματος 179.11, & 185.41
inter Φρόνημα & σοφία diſcrimen 131.7
Φυραῖον, præſidio eſſe 418.10
Φυσιοῦσθαι 614.10
Φθορὰ pro morum corruptela 583.37
Φυλακὴ quid 570.71
¶ Pietas vocatur à Paulo legitima & ſpiritualis cultus 466.13
Pighius reprehenſus 191.53
ad Palæſtinam adductus eſt à Iudæis Chriſtus mirabili Dei conſilio 18.5
Pileum ſigne libertinæ cõditionis 171.1
Πίμπρασθαι 116.6
Pindari locus 133.6
Πίπρασκε & πέπρασται malè confundit Eraſmus 394.43
Πιστὸς τὸ ἔσται Δαβὶδ 65.31
πίστις παρέχει 84.6
πιστὸς pro eo cui fides meritò ſit habenda 256.15
πιστὸς, fidelis, i. verax & conſtans 130.15
πιστὸς & ἄπιστος pro ψευδὴς & ἀληθὴς 478.10
πιστὸς ὁ Θεὸς, iuriſiurãdi ſpeciem habet 304.16
πιστοὶ, fideles, i. qui fide ſunt Chriſtũ amplexi, paſſim apud Paulum 130.30
Πλανολογία 415.31
¶ Πλάνα πνεύματα, ſpiritus deceptores vel ſeductores 464.60
Plantare & rigare qua ratione dicantur miniſtri 169.18
Πλατεῖαι pro ἀγυιαὶ 660.2
Platonica reminiſcentia 381.21
Plenitudo terræ, quid 169.30
plenitudinem temporum quid vocet Scriptura 379.34
Πλατεῖαι de quibus dicatur 443.12
πλατεῖαι τῆς 313.19
Πλατεῖα 331.13
Πλάτανος 461.49
Plinij in epiſt. ad Traianum teſtimoniũ de Chriſtianis 176.1
Πλῆθος pro πλουσία 47.16
Πληροφορεῖν 216.36
Πληροφορία 415.11, & 437.15
Πλούσιος pro abundans aliqua re 384.7
Πλοῦτος Hebr. more pro copia ac abundantia 107.6
πλοῦτος, propriè diuitiæ, apud Paulũ pro ingenti alicuius rei copia 142.15
πλοῦτος, pro immẽſa magnitudine 194.37
Plurali numero victimæ pro vnica Chriſti victima, quòd vna ſit omnium inſtar 515.19
Plutarchi locus 419.56
¶ Πνεῦμα pro πνοὴ 8.33
πνεῦμα [i. Spiritus] pro Dei afflatu ac lumine in noſtris mentibus refulgente 446.12
πνεῦμα pro altera Chriſti natura, i. diuina 131.34
פנים [i. facies] pro ira figuratè ſumitur apud Heb. 568.31
¶ non Pœnitendum munus quid vocent Latini 106.14
Ποιεῖν pro ἡγεμονεύειν 86.13
Πολιτάρχης, & πολίτευμα, & πολιτία 104.5
Polliceri & promittere quomodo differre putentur 14.17
Πόλλα dicti numi quidam Corinthiorũ 91.19
Polygamia quàm vſitata olim in Oriente & tota Græcia 461.35
polygamus non poteſt eſſe vnum cũ ſingulis ſuis vxoribus 150.40
polygamorum appellatione qui comprehendantur 461.36
polygami & polygamia 468.35 & 41
Πολυποίκιλος, multiformis 388.18
Ponere inimicos ſcabellum, pro Reddere & efficere, Hebraico more 14.4
Pontificum Romanorum vitæ 461.17
Populi Iſrael plurali numero cur dicantur 11.6
Porphyrius Paulũ falſò accuſauit ſummæ arrogantiæ & inconſtantiæ 350.38
Poſtellus hæreſeon omniũ cõſarcinator 515.31
Potẽs in Scripturis, Heb. qs dicatur 87.1
Potẽtia Dei, quæ & brachiũ Dei 135.18
¶ inter Præceptum & cõſilium, ſophiſticum & falſum diſcrimen 156.6
decem præcepta Legis à Græcis more Hebraico vocantur δεκάλογος 372.25
Præco iuſtitiæ cur dicatur Noe 582.3
Prædeſtinatio ſubordinata præſcientiæ 186.28
prædeſtinationis [ab electione] diſcrimen 378.3
Præparationis opera cum gratia conciliari non poſſunt 133.3
Præputium duplici ſignificatione vſurpatum in eadem periodo 145.15
præputium pro Gentiliſmo, vt circumciſio pro Iudaiſmo 145.18
à Præſcientia non ſeparandũ Dei cõſiliũ ac decretum 11.14, & 67.14
Præſens pro præterito, & viciſſim præteritum pro præſenti 501.19
præſentis pro futuro enallage 3.17, & 193.41
Præſtare fidem 84.8
Præſus vel Praſus vrbs quæ & Aſus 111.31
Præteritum pro præſẽti, & viciſſim præſens pro præterito 501.19
præteritum imperfectum Græcũ ſubauditam habens particulam αὖ 188.7
Prætorium pro Cæſaris regia 406.15
Πραξις latius patet quàm acta 1.4
quomodo Precandũ ſit pro principibus & magiſtratibus 457.41, & 458.10
ex illis pro quibus precandum non erat, fuit Iulianus apoſtata 458.1
ad preces à ſacrificiis tranſlata quædam loquendi genera 48.7
precibus precari, repetitio Heb. 558.17
Preſbyteri qui 57.3, & 210.4, & 467.15, & 575.18
aduerſus preſbyterum accuſationes quanta cũ cautione audiri velit Paulus, & cur 470.2, & 11 & 15
Πρεσβυτέριον quorum cœtum videatur appellaſſe Paulus 467.13
πρεσβυτέριον pro πρεσβύτεροι 101.9
prebyterii conſtitutio 145.34
in preſbyterio Epheſino quomodo fuerit antiſtes Timotheus 470.11
Primogenitus omnis rei creatæ, & primogenitus ex mortuis, quo ſenſu dicatur Chriſtus 411.4 & 44
primogenitus quo ſenſu dicatur Chriſtus 436.44
Πρίων à quo καταπρίεσθαι 6.1
pro Principibus & magiſtratibus quomodo precandum ſit 458.10
principum ſymbola quæ à Gallis vocãtur deuiſes 479.19
Principium ſapientiæ timor Domini quo ſenſu appelletur 505.14
principium pro eo quod primariũ eſt, id eſt pro baſi ac fundamẽto 505.11
Πρωτεῖος 18.14
Proconſul Græciæ, cur procõſul Achaiæ dictus 85.18
Προαιρεῖσθαι & πρόκριμα 470.31
Προβάλλειν nouè poſitũ pro Antè dare 107.11
Προκὼς à Iuſtino vocatus antiſtes 297.31
Προτιμάζειν, & προτείνειν, & προχειρίζεσθαι ſynonyma ſunt 378.10
Profundities diuitiarum, ſapientiæ, cognitionis Dei, Hebræis pro abundantia altè defoſſa ſapientiæ, &c. 107.4
Προϊστασθαι καλῶν ἔργων, pro bona opera tueri, id eſt bonis operibus vacare 490.17
Προσαναβαθμὸς 115.5
Προσωπεῖον à Deo in hominis natura inſculptæ 141.62
προσωπεῖον & κατ' αἴτησιν 148.49
προσωπεῖον figura 570.71

promiſſio Spiritus, pro Spiritu promiſſo 359.16
promiſſiones Dauid, paſſiua ſignificatione 65.31
promiſſiones pro fructu promiſſionũ 536.12
promittere & polliceri quomodo putentur differre 14.17
Pronomen demonſtratiuum poſitum pro relatiuo 51.44
pronomina compoſita pro ſimplicib⁹ 299.11
Pronominum pleonaſmus Hebraicus 439.19
Προσείχον 11.10
Propheta regibus ac principib⁹ quos arguebant honorem habuerunt 583.6
Prophetarum ἀφηγηταμὸς multo alius quàm vatum illorum antiquorum 610.19
Propheratum appellatio in quas ſpecies diuidatur 109.45
Prophetarum munus, vnum ex præcipuis 392.58
Prophetæ in Eccleſiis viguerunt tempore Pauli 457.5
prophetia effectum reuelationis 283.7
prophetiæ donum in primis Eccleſiis valde viguit 9.20
in prophetiam & diaconiam diuiſæ à Paulo functiones Eccleſiaſticæ 109.14
Προφητεῖαι pro interpretationibus verbi Dei, ſeu Euangelicæ doctrinæ 446.17
Prophetico muneri Moſis & Ioſue coniuncta poteſtas regia 503.10
Prora nauium inſignibus ornabantur 116.11.
οἱ Πρὸς αὐτὸ vel οἱ πρὸς αἷμα τινος, pro cognatis 149.14
πρὸς ὃ ἐ πρόσεξεν, pro Congruenter ad id quod fecerit 318.29
πρὸς τὸ πρόσωπον, pro κατὰ τὸ πρόσωπον 354.14
Προσάγει 113.16
Προσκαρτεῖν 5.5
Προσκυρεῖσθαι pro συγκυρεῖσθαι 79.17
Proſelyti 9.15 & 42
Προσωπεῖον propria ſignificatio 5.9
Πρόσωπον, perſona, facies, ſpecies, pro diuerſa locorum ſententia 318.45
πρόσωπον externas qualitates hominũ ſignificat in voce προσωποληψία 143.43
πρόσωπον (q. d. apparentia) oppoſitum veritati 334.14
πρόσωπα pro αἰτήματα 301.16
Προσωποληψία 401.16
Προσήλυτος qui alio nomine σεβόμενος 115.8
Proteuangelium quidam ineptè conantur obtrudere Eccleſiæ 481.14
Πρῶτος & πρότερος pro eodem 186.14
Πρῶτον, non ſequente alia diſtributionis parte 133.11
poſt πρῶτον non ſemper neceſſe eſt ſequi δεύτερον, aut ἔπειτα 147.19
πρῶτος, ſicut & πρῶτος & πρώτη, pro primario 147.16
Prouerbiale dicendi figura, Sol ne occidat ſuper iracundiam veſtram 396.7
prouerbialis figura Hebr. Ne veſtigiũ quidem pedis 31.2
Prouerbium Hebraicum, Nullius capillus ex capite cadet 114.4
Prouidentia Dei cum eiuſdem definito conſilio ac decreto coniuncta 21.28, & 561.8
prouidentia Dei, minima etiam quæque complectitur 161.20
Prouinciarum præſides ipſis etiam regibus ſe anteponebant 114.19
¶ Pſalmus qui hodie primus, olim pro libri præfatione habitus 64.17
pſalmi ab hymnis & canticis quomodo diſtinguendi apud Paulum 433.8
Pſeudapoſtoli qui vocentur à Paulo 339.13
Pſeudodionyſii confidentia in ſcribendo de cæleſti hierarchia 419.25
Pſeudonicodemitæ quiduis inter ἀδιάφορα numerantes 446.22
Ψεῦδος ſubſtantiuum pro ψευδεῖς adiecti uo vſurpatum 596.9
Ψεύσασθαι cum quarto caſu 23.18
Ψυχικὸς homo, quis 160.9, & 174.48, & 175.66, & 237.16
ψυχικὸν σῶμα 194.14
¶ Πτωχὸς & πένης quomodo ab Ariſtophane diſtinguantur 317.27
Ptolemæus Lathurus, penultimus Ptolemæorum 41.3
Ptolemæus geographus, Antonini temporibus dicitur vixiſſe 113.14
Πτωχὸς character orationis 414.14, & 580.6
¶ Pudoris ara apud Athenienſes 81.22
Purgatorio igni aditum patefaciens μυθολογία Origenis 142.31
ad purgatorii ignis probationem detortus locus 411.25
Purificare ſeipſum quis dicatur 606.44
¶ Πύθων dictus Apollo ἀπὸ τῆ πυθέσθαι 76.19
Πυρρῶθεν reſpondet Hebræo מזרח 616.6

Q

Quadrupedes pro iis tantùm animalibus quæ ad communem vſum hominum aluntur 49.10
Quærere Deum, pro Sperare in Deum 211.13
quærere ſibi malum, vel periculum, quo ſenſu dicatur 5.45
Quies typica terræ Chanaã collata cum quiete vera & æterna per Chriſtum 507.19
Quintus Fab. Max. filium Conſulem renuntiat 113.11

R

PAcδούχων appellatio vnde data ſit lictoribus 78.6
Paideuſis 61.34
Rahab fides qualis 551.33
ראש & venenũ & fel declarat Heb. 40.8
ראש [i. caput] tranſlatum ſumitur pro præcipua rei cuiuſq; parte, quomodo etiam ראשית vſurpatur 386.45
ראשית 505.14
Raſura, chriſmatis, crucis, & huiuſmodi portẽtorũ nulla olim facta fuit mentio 19.15
in Ratione ipſa corruptio illa natiua regnat potiſſimùm 413.46
¶ ad Rehabilitationem confirmationem detortus locus 88.43
Rectus. Vide Caſus
rectum in priori membro omiſſum, in ſequenti exprimunt Hebr. 8.40
Redemptionis noſtræ myſteria magnificentiſſimè & planiſſimè explicans locus 463.37
Regnum Dei aduenire, qua ratione petamus quotidie 190.19
Relationum poſitũ in eodem genere cum ſequenti verbo, non cum antecedente 380.43
relatiuũ penè ſemper cum verbo ſubſtantiuo ſubaudiunt Hebræi 1.47
relatiui pleonaſmus Hebraicus 51.31, & 341.14, & 390.21, & 659.2, & 676.23
relatiui eclipſis Hebraica 334.11, & 384.19
relatiuum remotius antecedens refert nonnunquam apud Hebr. 410.47
relatiuum non expreſſo antecedente 197.30, & 657.8
relatiuo antecedens ſubiicitur, pleonaſmo Hebraico 387.17
Religio vera κατ' ἐξοχὴν vocatur paſſim ἀλήθεια, id eſt veritas 485.11
religionis contemptus, ſcelerum omnium ac proinde calamitatum primaria origo 139.4
religionum omnium falſarum formæ ad tres ſpecies reuocatæ 416.15
Remanere, eſt quaſi retrò manere alio diſcedente 454.30
in Remiſſionẽ peccatorũ baptizari, quid 88.20
Reproborum induratio quomodo conſideranda 190.53
reprobis nulla venialia peccata 605.15
reprobationis Eſau cauſa ab æterno decretæ 539.18
Requies Dei duobus modis dicta 506.45
Reſipiſcentia vera à Dei Spiritu manat 606.15
reſipiſcentiæ Baptiſmus quis 88.34
Reſurrectio figuratè pro liberatione à periculis appellatione mortis ſignificatis 315.7
Reuelationis effectum eſt prophetia, vt doctrina cognitionis 383.7
Reus criminis capitalis vocatur ab Hebræis filius mortis 384.57
reus corporis Domini teneri quis dicatur 174.18
Rex regum Hebraico more dictum pro ſummo & potentiſſimo 473.17
regum monimenta quidam renouata fuiſſe putant inſtaurata vrbe Hieruſalem 13.17
reges qui exemptiones Epiſcopis conceſſerunt, non de ſuo, ſed de iure Dei fuerunt illis liberales 470.16
reges dicti quidam nomine proprio apud Epheſum 89.14
Regia poteſtas Moſis & Ioſue cũ prophetico munere coniuncta 503.10
¶ Rhoda quid 653.5
רחמים 316.1, & 406.5
¶ Rẽma Dei pro nutu, voluntate & ordinatione 495.46
¶ Robur fortitudinis, Heb. pro fortiſſimo robore 381.19
Ῥώμη quid 587.16
Romanorum tyrannidem vllo modo confirmari ferebant impatientiſſimè Iudæi 28.4
ad Romanos epiſtola Corinthi videtur fuiſſe ſcripta 217.16
Romani ſunt Paulo quicunque Romæ degebãt, cuiuſcunque gentis eſſent 134.46
Romanum vocabulum videtur eſſe φαντάσιον, quod tamen negat Athenæus 484.14
qui Romano imperio iam inclinato prouincias deſcripſerunt, inter authores idoneos non numerandi 474.32
Romanus pontifex falſi damnatus in concilio Carthaginenſi 405.6
Romano Pontifici quàm falſò tribua-

tur vniuerſalis epiſcopi nomen 59.15
ריצון [i.beneplacitum] pro gratuita benevolentia 348.10,& 350.19

S

Μία σαββάτων μία pro primo die ſeptimanæ 197.36
Sabellici hæreſis confutata 410.34
Sacerdotes ac prophetæ, ſicut & reges, vngebantur apud Hebræos 51.6
ſacerdotibus ex Lege cedebat pars altera victimæ 163.15
ad ſacerdotes olim redire ſolebat pecunia carnium ſacrificatarum quæ venales proſtabant 169.20
ſacerdotium Melchiſedeci quomodo præſtantius Leuitico 516.2 & deinceps
Sacra quid Lat. peculiari ſignif. 81.28
Sacramenti appellatio quàm imperitè tribuatur matrimonio 402.22
ſacramenta duo Chriſtianorum ſucceſſerunt paſchati & cæteris ceremoniis 166.39
cuius rei ſacramenta fuerint Iſraeliris manna & circunciſio, cuius item ſint nobis 166.37
ſacramentum baptiſmi, pro baptiſmo qui eſt ſacramentum 156.22
ſacramenti Cœnæ inſtitutio ad quos non pertineat 174.23
ſacramenti pars altera malè laicis adempta 174.33
ſacramentis alligandâ non ſunt effecta Spiritus ſancti in nobis 51.10
in ſacramentis ſymbolum repræſentat quod verè Deus offert & fides accipit 368.4
Sacrarij & tabernaculi allegorica ſignificatio 519.22,& 523.23
à Sacrificio ſolebant veteres ſolennes epulas auſpicari 161.9
ſacrificii appellatio tranſlatitia 61.4
à ſacrificiis ad preces tranſlata quædã loquendi genera 48.7
ſacrificium laudis, tranſlatè 48.8
ſacrificium cur appellarint quidã Cœnam Domini 61.6
Sadducæorum error 105.19
שאל משיחים, poſtulauit in Deo, i. apud Deum, vel Deum 571.10
Sale conditus fidelium ſermo 396.10
Salmonium 110.28
Salus à Deo effici in nobis qua ratione dicatur 301.28
ſalutis noſtræ cauſæ, quæ 559.10
ſalutem noſtram operari, qua ratione dicamur 301.27
in ſalutando familiare magis erat oſculũ Iudæis quàm Græcis 300.2
Samaria metropolis ſub nomine Sebaſtes ab Herode Magno inſtaurata, toti regioni nomen dedit 38.14
Samuelis dignitas à regia maieſtate fuit quodammodo abſorpta 64.20
Sanctorum donum in primis Eccleſiis valde viguit 9.10
Sancta ſanctorum Hebr. pro ſacrario ſacratiſſimo 511.36
ſanctificare nos quo ſenſu dicatur Deus 446.24
ſanctificatio noſtra, quæ, & vnde 571.27 & 574.1,& 579.5,& 597.10,& 603.40
ſanctimoniam carnis vniuerſam Paulus ad inferos detrudit 141.11
Sanctum, quod Deo ſeparatum eſt ac cõſecratum 400.3
ſanctum oſculum quid vocet Paulus 116.4
Sangue veſter ſuper caput veſtrum, obteſtationis ſpecies 85.2
ſanguis pro cæde & omni exitii genere apud Hebræos Ibidem, 4
Sanhedrin, συνέδριον 19.17
שאול 16.46,& 197.18
Sapientem qualem conſtituerint philoſophi 160.40
ſapientia nomen quo ſenſu vſurpare ſoleat Paulus 430.33
quod ſapientiæ genus excludat Paulus ab Eccleſiaſtico miniſterio 141.17
ſapientiæ principium quo ſenſu dicatur eſſe timor Domini 505.14
Σαρκικῶς à Paulo vſurpatus 414.17
Σαρκικοὶ Paulo iidem qui & οἱ κατὰ σάρκα ὄντες 181.68,& 182.1
Σαρκὸς duæ ſpecies apud Paulum 383.37
Sardanapali dictum, Lude, bibas, comẽdas: poſt mortem nulla voluptas 193.39
Saron tractus quidam regionis non procul Cæſarea 47.14
Satan quomodo huius mundi princeps 311.14
ſatanæ tradere, quid ſit Paulo 146.7
ſatanæ tradere, pro ſatanæ mancipare ex Eccleſia ejectos 457.15
vnde Satisfactiones à Papiſtis inuectæ 608.6
Saulus & Paulus quo differant 62.27
¶ שכב [i.iacuit] pro condi ſepulchro 444.4
שכבת [i. concubitus] pro ſemine, etiã ſine addito 190.22
Σαῶες pro eo quod Galli vocãt La ſarrie 122.34
Σκήπτρου & σκῆπτρα Græcis 60.4.5
Σκάνδαλα 343.17
Σκάνδαλον 415.13
Σχῆμα ſpeciem vocauit Cicero 157.22
Σχῆμα quid propriè ſit 130.39
σχῆμα in genere pro omni diffidii ſpecie 130.44
Scholaſtica matæologia, Euãgelium permiſcens cum Ariſtotelis & Auerrois ſimiliúmque placitis 416.18
apud ſcholaſticæ theologiæ facultates viua ſunt exemplaria vaniſſimarum σοφιστῶν quarum meminit Paulus 472.13
Scribæ, nomẽ publici muneris: Phariſæi, ſectæ 105.33
Scriptura authoritate ſalua, non eſt quòd ſatanam reformidemus 54.45
Scripturæ locos ab hæreticis depravatos quàm diligenter reſtituerit Epiphanius 465.5
Scripturæ interpretatio religioſè tractanda 53.35
à Scripturæ cõſuetis verbis nimium licenter quidam recedunt 53.32
nouatarum in Scripturæ interpretatione vocum exempla 474.15
in Scripturæ teſtimoniis citandis non ſolent Apoſtoli ſyllabas anxiè numerare 286.21
¶ Σεβάσματα quæ Latinè ſacra 81.27
ſub Sebaſtes nomine ab Herode magno inſtaurata Samaria metropolis toti regioni nomen dedit 38.14
Σεβαζόμενοι qui ſint Lucæ 85.20.
Seculum iſtud apud Paulum pro hominibus non renatis 108.5
Secundum principem, pro Ex arbitrio principis 38.17
Seipſum dedit Chriſtus, & Chriſtus ipſe ſe dedit, nonnihil differunt 459.11
Semen pro ſobole, more Hebr. 130.53, & 340.38
ſemen Dauid quid vocet Paulus 130.37
à Semente comparationes vſitatæ Paulo 374.45
Σεμνὸν & σεμνότης 418.16
Semicinctia 89.21
Semipelagiani ſophiſtæ huius ætatis 383.41
Semipelagiani, id eſt qui naturam tantùm (vt aiunt) debilitatam, fingunt à gratia adiuuari 384.37,& 578.36
à Semipelagianis noſtri temporis detortus locus ad iuſtitiam operum cum iuſtitia fidei conciliandam 355.4
de Seneca quæ feruntur, nimium impudenter ſunt conficta 410.2
in ſuo Senſu abundare qui dicantur 116.42
Sententia quædam generalis, ad id tamẽ de quo agitur accommodanda 456.1
ſententiæ interdum non vocis habẽtur ratio quod ad genus attinet 429.49
ſententiæ potius quàm verborum habetur interdum ratio 194.39, & 229.1
Sepulchra regum quidam inſtaurata vẽbe Hieruſalẽ fuiſſe renouata putant 15.17
Sermo κατ' ἐξοχὴν pro Euangelica doctrina 406.57
Seruare ſe & alios quatenus dicantur miniſtri Verbi 467.21
Seruatorij nomen quidam falſò exiſtimarunt vnius Chriſti perſonæ tribuendum 454.5
Seruos ſeruorum quàm falſò ſe vocẽt qui Petri ſucceſſores videri volunt 60.40
Seruus hæreſis 411.12,& 578.46
שוחה 65.21
שוחות & שוחות 509.28
שוחית 481.45
¶ in Sichem ſepulchra patriarcharum 33.1
Significationis cognatæ verbũ ſubaudiendum 287.10,& 465.54
ſignificationis cognatæ nomen in omnibus intranſitiuis verbis ſolent Hebræi ſubaudire 47.1,& 48.15
ſignificationis interdum habetur ratio potius quàm vocis 117.
ſignificationis eiuſdem particulas congerunt Hebræi vt plenißimã ſimilitudinem declarent 508.31
Signum poſitum pro reipſa, videlicet manuum ſublatio pro inuocatione 459.53
ſignum circunciſionis, pro circunciſione quæ ſignum eſt 156.21
Silas, qui & Siluanus 447.13
Σύμβολον pro ſacramento 156.13
Σύμβολα 89.11
Similitudines non habentes additam accommodationem 478.5
ſimilitudinis redditiua particula, Hebraico more ſæpe ſupprimitur in cõtextu 358.4
Simon videtur à Græcis pro Simeon corruptè dici 72.8
Simplicia verba pro cõpoſitis apud Heb. 430,& 127.37,& 571.21

ſimplicitas cordis 25.42
ſimpliciter enuntiata quædam quæ κατὰ τί ſunt accipienda 161.31
Sina 368.17, & deinceps per totam paginam
¶ שמועה [i. auditus] pro voce audita, ſiue ſermone 199.1
¶ סנהדרין Hebræi magiſtri vocant ſynedrium 102.10
¶ *Socrates* publicum errorem ſequutus, quum moriens iuſſit gallum Æſculapio reddi 142.9
Sola apud Terentiũ, eo ſenſu quo Paulus dixit μεμονωμένα 468.13
Soldurii apud Gallos olim quos Cæſar deuotos interpretatur 313.24
Solu dies à prophanis dictus qui Dominicus à ſanctis 185.19
vt *Solucrre* dicuntur nautæ profecturi, ſic etiam ἀναλῦσαι pro migrare ponitur 407.36
inter Σοφία & φρόνησις diſcrimen 131.7
Sophiſtæ qui fuerint dicti 131.9
Σωφροσύνη oppoſitum τῷ μαίνεσθαι 476.9
Sorores in ſinum, vel in galeam, aut ſitulam, aut hydriam, aut vrnam coniici ſolitæ 7.26
ſortes dicuntur eſſe illorum ſuper quibus fit ſortitio 7.35
Σουδάρια, ex Latina voce Sudaria, quæ ſint 89.11
inter Σάζειν & πηδᾶν differentia 606.40
¶ *Speculi* metaphora Paulus dupliciter vſus 311.46
Σπερμολόγος quid & vnde deductum ſit 81.31
Σπερμολόγος auis quæ & σπερμολόγος 81.31
Deus *Spei*, Heb. 111.26
ſpes Chriſti paſſiuè, pro Spes in Chriſto 436.8
ſpes pro iis quæ ſperantur 381.37
Σφυρὰ, malleoli 16.19
Spiritu præſes, id eſt animo, cogitatione, voluntate 145.10
gratia ſit cum ſpiritu veſtro, pro, Animis veſtris inſideat 376.16
ſpiritus & anima quomodo à Paulo diſtinguantur 446.16
ſpiritus appellatio tribuitur homini nouo, vt carnis appellatio, homini ψυχικῷ 160.9 Spiritus carni oppoſitus, pro Spirituali efficacia Euangelii 357.12 Spiritui ſerere, & carni ſerere, quid ſit Paulo 374.49
ſpiritus, homo interior & nouus, pro eodem 178.37
Spiritus pro animo noſtro, cæleſtiili ſapiẽtia Spiritus ſãcti imbuto 603.32 Spiritus pro afflatu quẽ quis à Spiritu acceperit, ſiue pro parte hominis à Spiritu Dei veluti recens animata 281.37, & 372.28 Spiritus pro ſpiritualibus gratiis, ſeu donis, & omnibus in genere effectibus Spiritus ſancti 356.49, & 374.3, & 574.23 Spiritus ſapientiæ pro dono ſapientiæ per Spiritũ ſanctũ 381.12 Spiritus fidei pro fide ex Spiritu afflatu & dono 314.45 Spiritus intelligẽtiæ, ſapiẽtiæ, &c. & contrà ſpiritus vertiginis, fornicationũ, anaritiæ, &c. qua ratione dicãtur 201.26, & 476.1 Sic Spiritus lenitatis 245.1 Spiritum timiditatis quid vocet Paulus 475.17
ſpiritu baptizari 88.23
ſpiritus manifeſtationem quid vocet Paulus 208.51
Spiritus quo ſẽſu dicatur interpellare ſeu poſtulare pro ſanctis 185.45, & 186.3
Spiritus Dei pro ſpiritu adoptionis 574.23
Spiritu vinctus, quo ſenſu dictũ 95.11
per Spiritũ [adverbũ In Spiritu] pro Spiritus ſãcti inſtinctu & impulſu 90.25
Spiritus ſanctus, ab effectu 391.19
Spiritus ſanctus eſt Dei virtus eſſentialis 594.37
Spiritus ea ipſa eſt gratia quæ à Patre ac Filio proficiſcitur 133.10
Spiritus ſanctus eſt Patri ac Filio ὁμοούσιος 594.38
Spiritui ſancto (id eſt Deo) mẽtiri, quid vocet Petrus 24.5
Spiritus ſancti gratiæ quomodo aquæ appellatio tribuatur 519.32
Spiritũ ſãctũ & ipſius in nobis effecta inepte quidã ſacramẽtis alligãt 51.10
Spiritus ſancti dona interdum in fideles ante baptiſmum aquæ 88.13
in Spiritus ſancti donis cõferendis adhibita impoſitio manuum 19.14
Spiritus ſancti appellatio pro dono linguarum, ſanationum, prophetiæ 9.11
in Spiritum ſanctum qui peccauerunt, nunquam reſipiſcunt 606.16
Spiritus nomine in Chriſto quid ſignificetur 569.14
Spiritus appellatione ſignificatum Euangelium 309.7
ſpiritus pro afflatibus, vel ipſis rebus quæ à prophetis falſis proponuntur 177.9
ſpiritus mali vocati Angeli 172.10
ſpiritus deceptores quid vocet Paulus 464.62
Spirituale corpus, & animale corpus 195.1 & 4
ſpiritualis eſca, & ſpiritualis potus 166.1 & 14
Σπλάγχνα (i. viſcera) quæ Hebræi רחמים, pro teneris ac planè maternis affectibus 406.5, & 409.2
Σπλαγχνίζεσθαι 191.49
¶ *Stapulenſis* reprehenſus 163.19
Στηρίζω 311.12
Stephanum manifeſta vi à latronibus cæſus 103.11
Stephani (qui de vrbibus ſcripſit) emendati loci 70.41, & 121.26
Στέργειν plus eſt quàm φιλεῖν, ſicut Latinis amare plus eſt quàm diligere 110.11
Στίγματα, & ferri στιγματίαι 376.8
Stigmata ſua quæ vocet Paulus 376.10
Stigmaticum idolum 376.11
contra *Stimulum* calcitrare, vſurpatum ab Æſchylo prouerbium 43.6
Stipendium gregarii militis, denarius 161.15
Στυγεῖν non eſt ſimpliciter αἰσχύνειν 376.2
Στοῖχος vnde συστοιχία 368.66
Στραγγεύω appellatio diuerſè vſurpata 471.9
Στρηνιᾶν & στρηνιᾶσαι, vnde ἀστρηνος 140.46
Strabo in Tiberii Cæſaris tempora incidit 123.13
Stranchari hæreſis euertitur, Polonicarũ Eccleſiarum turbatoris 515.45
¶ *Subſtantia* Hilario pro ὑπόστασις 495.45
Subſtantiuum nomen pro adiectiuo, Hebræo more 187.37, & 193.50, & 133.8, & 315.31, & 319.9
ſubſtantiuum nomẽ cum præpoſitione In pro aduerbio, more Hebraico 411.4, & 415.11
ſubſtantiui verbi eclipſis, omnium eſt vſitatiſſima 178.12
ſubſtantiui verbi & relatiui eclipſis 310.27
cum ſubſtantiuo verbo Hebræi penè ſemper relatiuum ſubaudiunt 1.47
Suetonij locus in Tiberio 455.13
Suffragia Eccleſiæ præeſt Deus in legitima miniſtrorum deſignatione 52.16
Sum, Vide Eſſe
Super pro De, vt Græcè ὑπὲρ pro περὶ 343.7
Superlatiuorum loco poſiti comparatiui 477.16
ad *Superſtitionum* ſuarum confirmationẽ detortus à quibuſdam locus 452.3
Suppeditatum apud Ciceronem pro Gallico *ſonitu* 394.12
Supplicium crucis infame 358.32
ſupplicii quale genus apud Iudæos in blaſphemos & idololatras 358.34
¶ per *ſyllepſin* ſubaudiendum verbum λέγει τὸ πνεῦμα 143.29
ſyllepſis per genera 117.13
Συμβιβάζω 45.1, & 76.2
Συμμαρτυρῶν 183.35
Συμμιμητὴς εἶναι 163.13
Σύμφυτοι, & τὸ σύμφυτοι 169.10, & 14 & 21
Σωὶ Θεῷ pro Θεοῦ σωτῆρος 106.4
σωὶ τῷ σωτῆρι, pro Ex cõſilio & voluntate 106.4
Σωκαλεῖσθαι & σωκαλεῖσθαι 2.43
Σωκατοικεῖν & σωκατοικεῖσθαι 185.13
Σωκαυλεῖσθαι 2.48
Σωσταυροῦσθαι & σωσταυρωθῆναι 7.36
Synecdoche in quibuſdam verſibus Homeri 154.24
Σύγκλητος cõcio quæ extra ordinem aduocabatur 93.15
per *Synecdochen* Hebraicam anima ponitur pro homine 112.1
Synedrium nomen Græcum, ſuum fecerunt Rabbini 102.10
Συνεδρεύειν 141.15
Συνοικοῦντες nomine interdum omnia matrimonii officia ſignificantur 567.21
Synonyma apud Hebr. emphaticũs coniunguntur 378.51, & 381.39, & 547.1
Σύσσημος 93.14
Σύσπορα, & συσπόροις, & συσπόροις 368.64, & deinceps, ſequente etiam pag.
σύσπορα & ἀντίσπορα opponuntur 369.14
Συζητητὴς & συζητῆσαι 131.36 & 39
Σύζυγος pro eiuſdem conſilii ſocio ac participe 417.27

T

Tabernaculi & ſacrarii allegorica ſignificatio 519.21, & 523.25
Tabulæ lapideæ Legis ſummam duritiẽ humani ingenii adumbrabant 308.33
Ταλαιπωρίας 649.15
Talentum duplex 649.17
Tamen particula ſubaudita 127.14
Ταπεινὸς, abiectus, id eſt qui affligitur 546.5
Ταρσεῖς quid vocarint Græci 581.19
Τάττειν ἑαυτοὺς εἰς διακονίαν, pro Addicere ſeſe in miniſterium 299.16
Τεκτονικὴ Hebraica 210.49
¶ Τε particula epexegeticè explicanda 137.35

Τεκμήρια 2.14
Τέκνον appellatio blādior quam υἱὸς 593.19
Τελευτᾶν vſurpatum pro eo quod Galli dicunt *mettre en execution* 591.9
Τελειοῦσθαι de Baptiſmo & de martyrio, apud Græcos theologos 501.38
Τέλειος ad ætatem relatum 285.35
Templum Dei polluere quī dicantur à Paulo 241.7
templum Dei ſunt fideles 219.6,& 387.15
Tempus finis pro extremo, Hebraico more 560.11
temporum plenitudinem quid vocet Scriptura 379.34
temporumenallage Marco familiaris 661.9
temporis præſentis pro futuro enallage 3.17
Tenebræ pro horrendo illo exitio, vt cōtrà lux proillo regno cœleſti 421. 11
Tentare Chriſtum, quid 267.1
tentare Spiritum Domini, quid vocet Petrus 14.6 & 11
Ter pro ſæpe 343.48
à Τερετισμὸς vſurpatus helleniſmus 116.7, & 199.9
Terra Chanaā cuius requietis typus fuerit 506.31
terra cur dicaturin aquis fundata & ſtabilita 586.11
in terra benedici & in cœlis benedici, quomodo dicantur homines 377.11
terræ pleniruᵈo quid 169.30
Terrium cœlum pro ſublimiſſimo, ſiue ſummo 342.16,& 343.48
Terrullianus reprehenſus 151.37
Teſtamentum duodecim Patriarcharum ineptè quidam obrudere conantur Eccleſiæ 481.14
Teſtes appellare licet cœlum & terram in obteſtatione, exemplo Prophetarum 191.45
¶ Θάνατον pro εἰς πάντα 113.11
Θαῦμα amplius aliquid quàm ἄτοπον 589.10
Θεατρίζεσθαι, quod Paulus dicit θεατριζόμενοι 531.1
Θέλω pro velim, id eſt optarim 151.37
Θέλειν pro βούλεσθαι 10.4
Theodoritii error 519.5
Theologiæ ſtudioſis nō eſt inPatrum lectione conſeneſcendum 163.41
theologiæ ſcholaſticæ facultates quæ vanitate pleniæ 472.13
τοῦ Θεοῦ, caſu inſtrumenti pro Diuinitus 333.40
Θεοπνεύστους pro ἐνθέους 83.1
Θεσμὸν honeſtius quàm δοῦλος, vt apparet ex θεσμοῖνον, quod de ingenuis dicitur 504.4
Thrænæ duo diuerſi 27.11
κατὰ Θρῆσσα idem ſonans quod Gallis ad verbum, *mauuaiſes beſtes* 487.16
Θυσία appellatio latè patet 115.13
Θυσιαστήριον 193.17
Θυσιάζειν 42.11
Θρησκία vnde deductum 49.18
Θεμα τὸ θεῖον 37.11
Θυμὸς, excandeſcentia, interpret Cicerone 33944
Θυμασθέντες pro βασθέντες 26.12
¶ Τί à ſequēte verbo diſtinctum 111.8
Timiditatis ſpiritū q̄d vocet Paul⁹ 479.7
timor pi⁹ ac tremor fideliū quis 104.5 & 167.20
timor Domini quo ſenſu dicatur principium ſapientiæ 505.14
timor Dei Hebr. pro vniuerſo Dei cultu 51.5
Timotheus circunciditur vt infirmi ac rudes Iudæi non offendantur 351.11
Timotheus in Epheſino preſbyterio ἀντιστάσεις, id eſt antiſtes 470.10
Τὶς ſubiunctum nomini proprio 89.9
τὶς pro μείζων 27.31
מתן [.i. beneficentia, ſeu beneficium tuum] quod Græci tanquam adiectiuum tranſferunt Bonū tuū 493.7
¶ Τολμᾶν reſpondens Latino verbo Suſtinere 111.17
תורה [i. Lex] pro quinque libris Legis 367.19
Τὸν abundans, ex Hebræorum idiotiſmo 407.31
¶ Τραχηλίζειν, vnde παραχειμασία pro præſentia 508.9
Traditio hominum, vna ex tribus falſarum religionum ſpeciebus 416.19
traditiones hominum Euangelicæ doctrinæ repugnantes 541.15
rādicas quaſdam Traditiones Patrum quidam ineptè conantur obtrudere Eccleſiæ 481.11
traduxit ſe libidinibus conſtringendos, apud Ciceronem eo ſenſu quo vſurpat Paulus παραδίδωσιν 139.8
Tranſectio conſtructionis exemplum 3.13
traiectio verbi ἴφλω, ἴφη, & ſimilium 111.8
traiectio particulæ ὡς 51.1
traiectio particulæ ἐὰν 37.5
traiectiones quædam Hebræis ſunt familiares, & eas inter elegantias numerant 134.15,& 406.11,& 437.13
traiectionum exempla 1.41, & 177.19, & 288.11,& 437.13
per traiectionem explicandus Pauli locus 206.43
Tranſitionibus vtitur Paulus quæ ſunt præfationis inſtar 188.1
Triſtitia ſecundum Deum, cui opponitur triſtitia mundi 324.15
Troas vocata fuit etiam Antigonia & Alexandria 76..0
Τροχὸς pro κύκλος 553.17
Trogyllium Mycales montis promontorium 95.1
¶ תשובה [.i. conuerſio] pro reſipiſcētia 95.11
¶ *Tueri* officium ſuum ac munus, quod Gallis *maintenir, ou entretenir* 490.38
¶ Τυφοῦσθαι & περιτυφοῦσθαι 537.5
Τύφος & περιτυφοῦσθαι 111.1
Τύπος pro ſumma aut compendio 107.11
τύπος in ſacris libris quomodo ſumatur 571.58
Τύραννοι in genere olim dicti qui poſtea βασιλεῖς 89.16

V

¶ copula pro illatiua particula 179.3, & 423.31
¶ pro rationali particula 589.29,& 599.15
¶ copula pro aduerſatiua particula 31.11,& 148.4
¶ pro relatiuo 31.11
¶ *Valuini* hæreſis 130.10
Vaſa iræ & vaſa miſericordiæ 194.14
¶ *Velamen* ſymbolū ſubiectionis 171.41, & 311.16
Venditus Ioſeph in Ægyptū, pro Vt in Ægyptum abduceretur 35.10
Veniam fruſtra ſperamus niſi per Chriſtum 605.15
Verbū peregrinis apud Chriſtianos falſò exiſtimata fuit ſubeſſe religio 195.33
non verborum interdum, ſed ſententiæ habetur ratio 194.39
non tam verba Prophetæ reſpicit Paulus, in loco quem adfert, quàm eius mentem 198.11,& 136.16
verba ſimplicia pro compoſitis apud Hebræos 197.5
verbi cognatæ ſignificationis ſubauditi exempla 465.54
verbum ſubſtātiuū ſæpius deſideratur in contextu Hebraico 310.17,&314.1
verba in ore alicuius ponere, quo ſenſu de hominib⁹, item de Deo dicatur 510.15
Verbum Dei ſcriptum, ſdei Chriſtianorum eſt obiectum 136.8
inter verbum Dei, miniſtrum, & fidē, relatio 19.18
verbū Dei quàm religioſè tractandum 515.14
verbum Dei nullam ob cauſam torqueri debet 151.1
Verbi limites minimè tranſgreſſus eſt Paulus 155.40
qui verbi Dei limites tranſgreditur, quo lōgius progreditur, eo magis à ſcopo aberrat 588.19
Verbum qua ratione ſemini comparetur 169.17
ex verbo Dei apprehenſo fide quæ intelligamus & credere nos profiteamur 466.8
verbum κατ' ἐξοχὴν pro promiſſione gratuitæ in Chriſto iuſtificationis & ſanctificationis 400.10
Verbale nomen ſæpe includunt Hebr. in ipſo verbo 190.45,& 255.11
Veritas pro naturali notitia 143.31
veritas à Paulo vocatur quicquid lucis in homine relictum eſt 137.6
veritas Dei in Eccleſia ſola habitat in mundo 463.2
veritas paſſim vocatur κατ' ἐξοχὴν vera religio 485.11
veritas pro iuſtitia in genere 280.39
veritatis nomen Hebr. interdum ſignificat vitam integram 610.1
ſanctimonia veritatis, Hebr. i. minimè fucata 395.41
ne *Veſtigium* quidem pedis, Hebr. pro Ne tantillum quidem 31.1
Veſtium prælongarum olim vſus 561.14
Vetus & exterior homo, idē Paulo 178.37
¶ *Via* regia incedere, quid 549.14
via Dei pro via quæ ad Deū ducit 87.7
vias Domini peruertere 61.3
vias purgare 61.41
via pro vitæ genere & inſtituto 101.7,& 110.10
via pro vitæ ratione apud Heb. vt Ambulare pro viuere 69.15,& 89.1
via pacis, via ſaluris, & alia huiuſmodi 89.3
via pacis Heb. de pacifica & innocentī vita 149.15 In omnibus viis ſuis, Heb. i. cogitatis & factis 546.3.11
Victorum non eadem munia quæ & victorum 78.9
Victimæ cerēmoniales capitalem reatū

vestabantur 417.34
victimæ pars vna adolebatur, altera sacerdotibus cedebat, ex Lege 165.14
victimam pro peccato Hebræi vocant peccatum 320.23
qui *videntur* credere, dicuntur credere, ex communi loquendi vsu 464.56
videre pro pati, dictum more Hebraico 13.6
Vinctus Spiritu, quo sensu dicatur 95.11
Virgilii versus, Troas reliquias Danaûm atque immitis Achilli 5.11
Virgilii loci 74.15, & 113.10, & 432.17, & 468.41, & 387.11
Virginitatem ita laudarunt Clemens, Epiphanius, Augustinus, vt suam quoque nuptiis dignitatem afferrent 151.36
Viscera metaphoricè quid, more Hebraico 312.3, & 315.33, & 406.5, & 409.2. & 491.11
Vita hæc à Petro dicta μερμνία 517.18
vitæ præsentis benedictiones, quales sint 377.5
vitam expetere, quid 568.23
Vitreum corpus & integrũ, oppositum apud Ciceronem 18.7
Vituli labiorum, translatè 48.8
Viuere in carne 315.41 Viuere in carne, quomodo sit distinguendum à Viuere secundum carnem, vel in carne esse 407.28
viuere peccato & iniustitiæ, & Viuere Deo, seu iustitiæ, vel Christo 168.13, & 19. Item 171.1
viuere sibi quis dicatur à Latinis 217.17
¶ *Vocalis* pro gratia Spiritus sancti 594.31
vngebantur apud Hebræos reges, sacerdotes ac prophetæ 51.6
vngi à Deo qui dicantur 51.6
vngi à Spiritu Dei qua ratione dicantur ministri, atque adeò fideles omnes 304.49.
Vnigenitus dictus Isaac quòd Ismael nõ censeretur in familia 534.31
Vnus pro primo, Heb. 619.11
¶ *Vocare* quæ non sunt, tanquam sint, quo sensu dicatur Deus 158.40
quos vocare dicatur Deus, apud Heb. item qui vocari à Deo 61.11, & 119.11, & 155.11
vocari pro esse, & quidem omnium voce ac consensu 173.18, & 189.50, & 596.43
Vocationis significationes variæ 61.10, & 119.23
ex vocatione Dei Apostolum se quo sensu dicat Paulus 119.18
vocationis vtraque pars à Paulo expressa, vocans Dominus, & minister vocantis Domini organon 451.17
Vocationis Apostolorum prærogatiua 348.4
vocatio Timothei multis insignibus prophetarum oraculis comprobata 457.4
vocatio pro vocatis 133.30

X

Χαρακτὴρ locus 347.11
¶ Ξύλον pro numella 77.13

Y

Ὑπερῴα 471.5
¶ Ὑπόκρισις & κατάκριμα quomodo distinguantur 15.18
Ὑπόκρισις ad verbum substantia, Fabio, pro bonis & facultatibus 530.10
Ὑπὲρ pro ἀντὶ, vt supra pro de 543.7
ὑπὸ præfixa quibusdã verbis pro fraus 185.37
Ὑποστιγμαὶ pro παραβύβλοις, teste Nazianzeno 185.30
Ὑποφαρίσεις & ἀλαζονείας discrimen 140.43.
Ὑποκρίνεσθαι pro dissimulare 85.22
Ὑπόκρισις 438
Ὑπόδικος 150.7
Ὑπολαμβάνειν pro ὑφαρπάζειν 45
Ὑπονοεῖν 165.2
Ὑποτίθεσθαι 120.2
Ὑποστέλλειν 122.15
Ὑπόκεινται quidam male sunt interpretati ὑπέκειντο 495.46
Ὑποκρίνεσθαι qui dicantur 95.8
Ὑποφέρειν & ὑπενεγκεῖν qua ratione dicantur de pollicitatione 99.28
Ὑποστολὴν τοῦ κολάζειν, quid 122.30
¶ Ὑπερῴοις 151.52
Ὑπόμνημα 414.28

Z

Ζῆλος pro nomen vnde ductum 367.15
zelotypiæ duo genera 366.18
à zelotypis procis sumpta metaphora 366.17
¶ Ζηλοῦν, deperire 366.17, & 555.4
Ζῆλος pro inuidia, & præpostera æmulatione & zelotypia 15.8
Ζηλωτὴς pro Accensus zelo 102.4
¶ זמר [i. cecinit] & ז Heb. synonyma 284.31
שר זמר & זנן quomodo differant 284.31
¶ זרע [i. semen] figuratè Hebr. soboles 130.35, & 340.34 & 360.2

TRIA sunt quorũ lectorem, ad commodiorem horum indicum vsum, admonendum putauimus. Primum est, eos locos ad quos ipsum remittit numerus paginarum & versuum (vulgò linearum, non autem illorum certorum versuum in quos secta sunt capita) nó esse in illis dũtaxat verbis quærendos, sed aliquos deinceps etiã. Secundũ, in Hebraicis & Græcis vocabulis ordine alphabeti collocandis, seriem Latinarum literarum spectatam esse, nullo etiam in Hebraicis habito punctorum respectu. Tertium, non eadem verba interdum, sed diuersis verbis sententiam authoris (idque in Hebraicis vocibus potissimùm & Hebraismis) in indicem, prout eius ratio postulabat, nos retulisse.

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE DE LYON

LOCI PARTIM AB IPSO AVTHORE RECOgniti, partim à typographicis mendis purgati.

Litera P paginas indicat, V autem verſus, non eos quidem in quos ſectum eſt vnum quodque cāput, ſed qui vulgò lineæ appellantur.

Pagina 3. Verſu 13, *Nouæ interpretationis*, ventrem ferre. *Itidem* V.31. *annot.* Ventrem ferre. P.4.V.35, *poſt* verbum dirimeret, *adde hæc*, Et vxor etiā vocabatur, vt Gen.19.c.11. ſicut obſeruat in hunc ipſum locū Cyrillus Hieroſolymitanus, Catecheſi duodecima. *Itidem*, V.39, ילד. P. 5. V. 7, *N.interpr.* vt ei præceperat. *Itidem* V.10. *annot.* Præceperat. Et V.11. *Dele*, Quo vno vocabulo, &c. *uſque ad finem annotationis.* P.6.V.6, *Poſt* moror, *adde*, Quam nis non ig norem Hebræis eſſe duale tātùm hoc nomen. P.10. V.31, ארכה. P.17.v.14, *N.interpr.* Beati *qui ſunt* puri corde. P.18.V.40, יחלץ. P.25.V.13, *N.interp.* reportare mercedē ſuam. *Itidem in annot.* Reportare, &c. *vtr.* P.28. V.6, עש. P.29. V.16, *Poſt* Tuſc.4, *adde*, δόξασμα (opinor) deſcribentis. P.34.V.11, *N.interpr.* quod præcepit Moſes. *Itidem* V.19, *poſt* paralyticus, *lege*, & vehementer torquetur. P.35.V.11, *N.interpr.* tenebras extimas. *Itidem* V.19, *annot.* Extimas, τὰ ἔξώτατα *interpr.* id eſt, longiſſimè remotas: vt intelligas, &c. Et V.30, *annot.* חלים. P.37.V.15, *N.interpr.* vt non poſſet quiſquam. *Itidem* V.19, huc vt torqueres nos. P.40.V.14, *N.interpr.* quidam præfectus *ſynag.* P.43.V.3, *N.interpr.* ſanarent quēuis morbum & quemuis languorem. P.44.V.10, *poſt* vocabulo, *adde*, ſi verba ſpectes. P.45.V.4, *N.interpr.* confeſſus. P.47.V.18, בן. P.48.V.32, *Poſt* ſpectemus, *adde*, Et perſæpe in his nominibus ambigua eſt lectio, quæ ſolis punctis vocalibus diſtinguitur. P.53.V.10, *Ante* Vide Gal. *adde*, Et 2. Reg.5.c.17. P.57. V.28, בגר. P.59.V.9, *N.interpr.* ſedit apud mare. *Itidem* V.7, *N.interpr. poſt* ſeminaret, *adde*, In viam, בדרך ולא בדלת. Vulg. Secus Viam. Eraſ. Iuxta viam. Ego verò בדלת non puto aliud declarare quàm בדלת in ſequentibus verſiculis: vt hoc ſit quod vernáculo ſermone dicimus, *Le long du chemin.* P.69.V.1. בגדרת. P.72. V.16, *N.interpr.* catelli edunt ex micis. *Itidem* V.14, ad mare. Et V.17, Tunc venit ad eum. P.76.V.28, סאורת. *Itidem* V.42, יוכלו. P.83.V.12, על-פי. P.86.V.11, חעושה. P.95.V.8, *N.interpr.* domus precationis. P.102.16, טוש מח. P.109.V.9, שקוץ טומם. P.114.V.36, *N.interpr. repone* accedentes *pro* aduenientes. P.117.V.9, Syriacum, ſiue Chaldaicum. P.130.V.9, חבר. P.141.V.19, *N.interpr.* quæ præcepit Moſes. P.143.V.31, vel Remittantur. P.151.V.1, *N.interpr.* non ſit patefaciendum. *Itidem* V.1, *annot.* Non ſit patefaciendum, ἵνα μὴ φανερωθῇ. Vel, Non patefiat. modò, &c. P.159.V.1, לבי לשלום. P.167.V.26, *N.interpr.* cor eorum occalluerat. P.173. V. vlt. id eſt משכי-שלמה. P.178.V.30, מקץ. P.187 V.13, id eſt χαλεπώτατον. P.195.V.11, חירה. *Ibidem* V.13, Miſitque ſeruum ad illos agricolas *ſuo* tempore, vt ab illis acciperet, &c. P.198.V.11, *Gr.contextus*, παρᾶδει. P.205.V.16, ἀμέλημα vertimus. P.219.V.1, *initio*, pro apparet *repone* appareret. P.221.V.19, *poſt* ponit, *adde* Et Cyrillus quoque in Apologetico in primum anathematiſmum. P.222. V.9, מחוקת. *Ibidem* V.31, חוקים. P.226.V.32, חן. P.231.V.44. עקבי. P.232.V.17, נחת. P.233.V.26, יפקודו. P.234.V.44, בסליחת עונות. P.235.V.10, צמח. *Ibidem* V.15, צמח. Et V.36, *N.interpr.* pacis. P.238.V.41, נעקבר. P.240.V.10, משיח יהוה. Et V.11, ברוח. P.241.V.7, ותגולח. P.245. V. vlt. *N.interpr.* vt aperiretur exlū. P.247.V.19, ויתן לו vel ואשר אשיו. P.249.V.23, אסורים. *Ibidē* V.26, שלח ראוצים חמשים. Et V.31, עינים עורות. *Ibidē* אסיר. P.254.V.4. יד. P.273. V.10, fuiſſet *pro* fuerat. P.276.V.6, Et per diſcubitus collocarūt *illos* omnes. Et *dele annotationē in hūc verſum.* P.281.V.12, Filius enim hominis. P.291.V.6, cōcameratos. P.299.V.15, ſuccin-cti. P.301.V.9, Enimuero, γάρ. Vel, Igitur. Sic enim explicanda eſt hæc particula, coniuncta cum imperandi modo, vt ſæpe alibi annotauimus. Da operam, δὸς ἵνα. &c. P.302. V.8. *N.interpr.* Aut illos, &c. *Ibidem* V.10, vinit ori. Et *in annot.* V.7, שולח. *Ibidem* שלח. P.305.V.11, præponi. P.311.V.37, אין. P.314. V.17, רקיע. P.315. V.17, *N.interpr.* Si verò peccauerit. P.316, *annotatione in verſum* 40, *adde hanc, in verſum* 38, Rex ille qui venit, ὁ ἐρχόμενος βασιλεύς. Vide Matth.21.2. P.333. V.11, Virgil. --tu condita, &c. P.334. V.13, יד. P.337. V.7, *poſt* deſiderauit, *adde*, Solent enim Græci in iſta duplicatione Hebræa, infinitum conuertere in nomen verbale. P.360.V.7, חמטית. P.363.V.1, *pro* Lapis, *lege* Petra. *Ibidem*, V.16. *Gr.contextus*, *diſtingue poſt* φωτίσαι, *non poſt* οὐκ. P.370.V.31, שמח שמחה. P.385.V.30, *N.interpr.* ſignauit. *Sic & in annot.* P.393. V.16, adhuc fuiſſe ab interpretibus conuerſus. P.414.V.13, *N.interpr.* è loco vbi, &c. P.417.V.29, Ελλαν'ται. P.418. V.16, Paraphraſtes. Et V.17, Niphal. P.431.V.42, at veniet, &c. P.441.V.5, *repone* Syriacum *pro* Hebræum. P.450.V.28, quæ ſi ſcribèrentur, &c.

IN ALTERA PARTE HVIVS VOLVMINIS.

P.5.V.40, καταισχύνθη, &c. P.6.V.11, iſti agro probroſum hoc nomen publicè ſit impoſitum ea ipſa lingua, &c. P.11.V.47, iacet. Vnde illud Virgilianum, libro Æneid. 3, --animámque ſepulchro Condimus. Vt quod dicit, &c. P.18.V.10, *poſt* videre, *adde*, Opponitur autem iſta integritas claudicationi: quoniam qui claudicat, integer homo non eſt, vel quod ad corporis partes, vel quod ad earū vſum & functionē attinet. *Itidem*, V.33, *poſt* ſæpe, *adde*, Nec digna viſa fuiſſet quam annotarem, niſi quoſdam hoc prætextu viderem clariſſimum hoc teſtimonium de corporis Chriſti à nobis abſentia eludere. *Itidem*, V.39, reſpondet. P.23.V.3, reficit, mutato ר in ד ב ר ת. Accipio autem *il* pro *coū*, & inde ſequentem ſectionem auſpicari certè oportuit. P.28.V.31, preſbyterio. P.29. V.17, πνεῦμα. P.30. V.11, *repone* δόξαν *pro* ἐρώτημα. P.33.V.49, ברזלת. P.36.V.18, כיון. P.48. V.16, תלחם. P.53.V.14, amphiboliis. P.61.V.44. quidem. P.63.V.9, *poſt* ὑμῶν *adde*, ב pro את, vel אצל, penes vos, vel apud vos. P.64.V.17, לשני. P.65.V.28, חסרים. P.66.V.25. *N.interpr.* exponerentur ſibi. Et V.9. *annot.* חצדק, id eſt iuſtum declarari. ſiue abſolui, ab actiuo חצדיק, cui opponitur, &c. P.69.V.11, diuina ſecernunt. P.74.V.16, *poſt* errat, *adde*, Licebit tamen etiā conuertere, Viſamus quomodo fratres noſtri ſe habeant. P.79.V. 16, Hebr. פתור, id eſt declarans & explicans. vnde פתר *pro* declaratione. Vel פתח exordiens. vnde פתח pro exordio, Pſal.119.v.30. In qua ſignificatione vſitatiſſimum eſt Chaldæis & Rabbinis. P.82.V.9, Athenienſes omnes, & adu. P.83.V.7, σπερμολ. P.83.V.1, ראשכם. P.89.V.33, *poſt* appellent, *adde*, Alios video Cinctus interpretari veſtem infra pectus corpus comprehendentem, quæ à Græcis ζῶμα dicitur, & Semicinctium accipere pro eiuſmodi veſte arctiore: ſicut Semifunium dicitur gracilior funis. P.90.V.10, כסף. P.94.V.18, *Dele annotationem in verſum* 11. P.104.V.5, *Gr.contextus*, *lege* φρέσι *pro* φρεσίν, *vt habent aliquot ver.cod.* P.109.V.23, בזדים. P.111.V.15, ſoror, fœmina, &c. Et *paulo poſt*, Neronis liberti. P.113.V.13, *poſt finem annotationis adde*, 11 Conſilio, συμβουλίου. Sic vocar eos qui prouincialibus magiſtratibus in iure dicundo aſſidebant. Huc autem pertinet quod ſcribit Paulus Iuriſc. lib. Sententiarum 5, cap. 18, Lege Iulia de vi publica damnatur qui aliquis poteſtate præditus, ciuem Romanum, antea populum, nunc imperatorem appellantē, ne carit, ne carive iuſſerit, torſerit, verberauerit, condemnauerit, in publica vincula duci iuſſerit. Lex autē Portia, itémque leges Sempronix omnibus ſatis notæ ſunt.

P.118.V.21,mortis ſomno. P.123.V.27,*Vne breſſe.* P.133.V.6,proſperum. P.138.V.6,*N.interpr.*profiterentur. *Sic & in annot.* *Ibidem*,V.17,חמדים. P.142.V.15,*Gr.contextus,diſtingue cum interprete,poſt* ἔσεσθε μετʼ ἐμοῦ, *& poſt* ἀφʼ ὑμῶν ἐστιν,*non poſt* ζητοῦσι. P.148.V.58,*& ad Symbolum.* P.149.V.1,*N.interpr.* Ac non *potius dicitur*(ſicut de nobis,*&c. Ibidem* V.1,*annot. poſt* ſæpe, *adde*, Eſt autem eclíptica oratio, quam expleui perſpicuitatis cauſa. P.166. V.6, *N.interpr.* Si per vnius offenſam. *Ibidem*,V.30,*annotatio quæ incipit* Per vnam offenſam,*ſpectat ad verſum* 18. *Ibidem*,V.31,*dele*,proximo verſiculo. *Ibidem*,V.36,*dele totum illud*,Vel *δι' ἑνὸς* τῆς δικαιώσεως, & *δι' ἑνὸς δικαιώματος*, vt in proximo verſiculo. *Ibidem*,V.41,*annotatio quæ incipit* Iuſtitiæ,*ſpectat ad verſum* 17. P.171.V.18,*N.interpr.repone* Itaque *pro* Nempe. *Ibidem*,V.37, Itaque ſicut,*pro* Nempe ſicut. *Et in fine annotationis adde*, Ponitur autem ſæpe pro *ſuò*, igitur, vt alibi non ſemel annotauimus. P.174.V.5,*Gr.contextus,ὡς* τοῖς μέλλουσι. P.180.V.16,*dele* per *poſt* ſanctum. P.183.V.17. *N.interpr.poſt* ſeruitutis,*adde*,rurſus. P.189.V.30,קם.*Et verſu ſeq.* אנשור. P.191.V. 48, חנן. P.195.V.15, facti fuiſſemus vt Sodoma. P.198.V.11, ואמין. P.199.V.35,כלא. *Ibidem*,V.43,בנשאתי. P.203.V.39,בסקומם. P.213. V.2,Sciamus. P.215.V.8,*N.interpr.*habeto. *Et* V.9,condemnato. *Ibidem* V.20 , *annot. poſt* deeſſe, *adde* , Annotauimus autem huius particulæ eclipſin Hebraicam Matth.1.2.6. *Et* V. 48, Ne condemnato. P.219.V.5,*N.interp.* Deo,& probatus hom. *Ibidem*,11, Dei. P.221.V.10,חרגיו. P.226.V.37,*N.interpr.*& per bland. P.231.V.5,*N.interpr.*vnumquenque. P.234.V.20, ἄλλην οὐ κατηγόλλετο. P.241.V.11,*Dele* irretit. P.249.V.5,*Gr.contextus,interrogationi notam adde poſt* ἀπέστειλεν. *Ibidem N.interpr.poſt* infidelibus. P.251.V.7, totum præterea in externum obiectum non feratur. *Et* V.29,36,*pro* 35. P.262.V.14,*N.interpr.* ſcriptum eſt,quòd ſub ſpe debeat is, *&c.* P.266.V. 1,manna offerebatur. P.271.V.35,vir operiens caput. P.276.V.41,manifeſtè accipitur. P.282.V.11,*Ver.interpr.*ſpiritu. P.283.V.11,ſermonem declarat,ſiue Qui,*&c.* P.285.V.40,בדלקני. P.297.V.14,eſſe inanem in D. P.298.V.3,rectius διάκονον. P.300.V.7,Maharmatha. P.304 V.7,*Gr.contextus,adſcribe parentheſeos notam ante* Θεοῦ, *& poſt* ἁμαρτωλοί. *Ibidem in Ver.& in nona interpr.ante* Quotquot,*& poſt* Amen. *Ibidem* V.40,*annot.poſt* ſequamur,*adde*,Sed præſtat cum fine præcedentis verſiculi iſta connectere,& quæ intercedunt parentheſi includere. *Ibidem*,V.42, cum proximè præced. P.308.V.1,χαριτωλίας & χαριτωμένους. P.313.V.11,*N.interpr.*virtutis præſtantis. P.316. V.11,ברכה. P.342.V.14,*diſtingue poſt* eiuſmodi. P.350.V.34, קלי. P.351.V.14,*N.interpr.* coram Deo *teſtor* me non mentiri. P.352.V.11,infirmi. P.356 V.38,oculus. P.365.V.vlt.Id eſt. P.374.V.49,ſpiritui ſerere. P.383. V.40,quod. P.386.V.1,חקים. *Ibidem*,V.11.*N.interpr.*non amplius eſtis. P.387.V.14, מושב משכן משען. P.390. V.10,עור. P.395.V.34,חרשה. P.398.V.11,הובית. P.399.V.5,quæ in re dil. P.400.V.15, *ἀπλῶν.* Donatiſtæ ex hoc. P.403.V.31, ſuggerat. P.405.V.33,*καὶ τοῦτο.* P.406.V.2,התאוה. P.408.V.35,literæ כ Hebraorũ. P.410. V.26,Cõmunicatione virtutis,vel gr. *Ibidem*,34,Sabellius. P.415.V.4,vel רת vocat. P.418.V.5,*Gr.cont.Madit μαρ.* P.421.V.6,*N.interpr.* viſibilia & inuiſib. P.423.V.46,*τῷ πλείονι.* P.424.V.48,נבחר. P.430.V.16,ſunt ſuperſtitioſorum *μυθ.* *Ibidem*,V.45,ברכה. P.433.V.17,*N.interpr.*Liberi auſc. P.466,V.3,*N.interpr.*Hæc ſi ſubiecta. P.470.V.40,aliud quàm aduocare. P.481.V.4,*μαίρωσις & οὐ ζώσας*,inane,*&c.* P.488.V.1,*ἀδίκως μου.* P.489, V.4,aduentus. P.495.V.51,מכלכל. P.507.V.17, סגוחה. P.511.V.10,*N.interpr.*quo *erat* lucerna.*Et* 24.*annot.*nomine *τῆς λυχίας* (habet enim Vetus interpres Candelabra,quia legit *οἱ ἡ λυχία*,neutro genere, plurali numero) vnicum duntaxat,*&c.* P.532.V.25,חקרמונים P.537.V.15,*cinctus.* P.561.V.9,*νοθεύματα.* P.560.V.16, finem & mercedem. P.566.V.7,חטורה. P.570.V.19,*legr*,Vel corporalem præſentiam. *Ibidem lege*, vel efficaciam mortis. P.594.V.10,Qui enim poteſt. P.596.V.10,*ἀπʼ αὐτοῦ.*Id eſt,A facie eius.Sic enim loquuntur Hebr. P.645.V.11,pro רשיש. P.647.V.4,בל נפש. P.651.V.vlt.חיל. P.659.V.vlt.חלק.

*In præfationis penult.pag.*V.30,*pro* officio *lege* beneficio.



NVMVS argenteus antiquiſſimus,& literis quas Samaritanas vocant,inſignis, cuius formã hic pingi curauimus,à beatæ memoriæ viro,& fido Eccleſiæ Dei paſtore,D.Ambroſio Blaurero (qui hoc ipſo tempore quo hæc ſcribebam , ad Dominum feliciter migrauit) mihi dono datus eſt : quem quum appendiſſem, didrachmum eſſe comperi: & ſicli ſanctuarii,ſiue ſtateris, (vt ſcribitur Matth.17.d.17) eſſe dimidiũ. cuiuſmodi ſiclos Iudæ proditori perſolutos fuiſſe veriſimile eſt. Habet autẽ vna ex parte vrnam illam in qua condita erat manna,cum inſcriptione שקל ישראל,id eſt Siclus Iſrael:ex altera verò, virgam Aaronis florentem , addita itidem inſcriptione ירושלם קדושה,id eſt Hieruſalem ſancta.







